

# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS

SIVE

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,  
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

QUI

AB ÆVO APOSTOLICO AD INNOCENTII III TEMPORA

FLORUERUNT;

### RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA  
ECCLESIE SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS COMICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,  
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS LECTIONIBUSQUE VARIANTIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;  
MUTUOS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABOLUTAS  
DETECTIS, AUCTA;

UDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI  
SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIORUM  
DISTINGUENTIBUS SUBJECTANQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM  
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUOBUS INDICIBUS GENERALIBUS LOCUPLETATA: ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID  
UNUSQUISQUE PATRUM IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO  
SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI CONFERRI POTEST OBIVM QUAM PATRES  
ET IN QUIDBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM  
SCRIPTURÆ TEXTUS COMMENTATI SINT.

EMISSIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA: CHARACTERUM MUTABILITAS  
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS  
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO OPERIS DECURSU CONSTANTE  
SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSENTINQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,  
SÆCULORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS NIC ILLIC SPARSORUM,  
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS AD OMNES ÆTATES,  
LOCOS, LINGVAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

### SERIES SECUNDA,

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE LATINÆ  
A GREGORIO MAGNO AD INNOCENTII III.

Accurante J. P. Migne,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ TOMUS LXXXII. - 83

SANCTI ISIDORI HISPALENSIS

TOMI TERTIUS ET QUARTUS.

VENIUNT QUATUOR VOLUMINA 28 FRANCIS GALLICIS.

PARISIIS, VENIT APUD EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM VULGO DENFER NOMINATAM,  
SEU PETIT-MONTROUZE.

1839

# ELENCHUS OPERUM

QUÆ IN HOC TOMO LXXXII CONTINENTUR.

1857  
BR  
GO  
MA  
V. 82-83  
1850  
COPY 1

Etymologiarum libri XX.	col. 9-728
Appendices.	729
Variæ lectiones.	739
Semleri notæ.	849
Fr. Anl. Zaccariæ annotationes.	853
Notæ Arevali.	855

## EDITORIS PATROLOGIÆ MONITUM.

S. Isidori operum collectionem quæ omnibus aliis præstaret investigantibus, prima se nobis obviam dederat Grialii editio, quæ Matrili, ingenti litteratorum plausu, anno 1778 vulgata est; jamque primum illius reconsonis excuderamus volumen, cum in manus nostras incidit editio Romana Faustini Arevali, multo cæteris recentior, amplior, imo et accuratior. Unde supra modum exultantes, sententiam illico vertimus, nullaque impensarum habita ratione, actum opus ad incudem ita jussimus revocari, ut thesauri nostri lectorum participaremus. Habes igitur, lector charissime, integram editionem Arevali, præterquam quod notas a doctissimo viro Etymologiarum textui continenter subjectas in unum corpus redigere sumus coacti. Nec etiam nobis ab hujus tomi initio ad suum locum transferre licuit nonnulla opuscula præliminaria quæ *Isidorianis* suis inseruit Arevalus, nempe: S. Isidori Vitam, variasque Grialii præfationes. Hæc ab *Isidorianis* abscidi curavimus, ne forte bis repetita minime placerent.



# SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## OPERA OMNIA

ROME ANNO DOMINI MDCCXCVII EXCUSA

RECENSENTE FAUSTINO AREVALO,

QUI

ISIDORIANA PRÆMISIT; VARIORUM PRÆFATIONES, NOTAS, COLLATIONES, QUA ANTEA EDITAS,  
QUA TUNC PRIMUM EDENDAS, COLLEGIT; VETERES EDITIONES  
ET CODICES MSS. ROMANOS CONTULIT,

NOVA NUNC ET ACCURATIORI EDITIONE DONATA PRETIOSISSIMISQUE MONUMENTIS AUCTA

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERICI UNIVERSE,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

TOMI TERTIUS ET QUARTUS.

---

VENIUNT QUATUOR VOLUMINA 28 FRANCIS GALLICIS.

PARISIIS, VENIT APUD EDITOREM,  
EN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPÈ PORTAM VULGO D'ENFER NOMINATAM,  
SEU PETIT-MONTROUGE.

1230

NON-CIRCULATING

BR

60

M4

V. 82-83

1850

copy 1

## PRÆFATIO.

Paucis te volo, lector benevole, sanctissimi Patris atque clarissimi Hispaniarum doctoris Isidori Opera omnia quotquot exstant, quæque eruditorum virorum sententia genuinus ejusdem sunt fœtus, tuæ ac publicæ omnium utilitati libens offero. Neque meam qualemcunque operam in hac editione adornanda cuivis ingrata futuram puto. Id quod vel inde mihi satis persuasum habeo, quoniam per duo fere sæcula, ab anno scilicet 1617, nullus, quod sciam, recedenda curavit. Exigebat sane Auctoris nobilissimi omnigena ac præclarissima doctrina, ut quemadmodum ab omnibus jure merito prædicatur, ita omnium manibus diu nocturne tereretur. Verum id qui fieri potest, nisi exemplaria abundant? Eapropter ipsorum desiderium, quod doctoris toto orbe celebratissimi magnum nomen augebat, ad novam quamdam, eamque accuratissimam, elaborandam editionem, eruditorum omnium, Hispanorum præsertim, animos sollicitabat, pertentabatque. Nec tamen propterea luit, qui opera et industria sua publicis votis satisfaceret. Hæc autem omnia animadvertens ego, simulque verens ne inde Hispanorum genti dedecoris aliquid accederet, hanc editionem, quanta potui diligentia ac studio, et aggressus sum, et perficere curavi.

Et quidem vehementer amabam non solum Isidori opera jam olim excusa, denuo optimis characteribus, aliisque ornamentis quæ ad typographum spectant, prædita in medium producere; verum etiam, undiq; e collatis veteribus manuscriptis, emendatiora, auctiora, illustrioraque publici juris facere. Sed animi vim repressit, tum rei magnitudo facultates meas superans, cum ejusdem mei conatus spes vel omnino jam expleta vel non nisi ægre nimis explenda. Nemo enim nescit, quanta cura et diligentia, accedente Philippi II Hispaniarum principis augustissimi speciali mandato, viri ex tota Hispania doctissimi, conquisitis hinc inde non per totam tantum Hispaniam, sed etiam per universam fere Italiam antiquis codicibus, singuli parti singulas ad trutinam revocantes, omnia tandem sancti Isidori scripta, quæ inveniri potuerunt, et emendarent, et selectis annotationibus illustrarunt. Hinc prodiit anno 1599 editio regio nomine insignita, quam Joannes Grialius, vir clarissimus, aliorum perfunctus laboribus, adjectis quoque suis, Philippo III, jam tunc regnanti, nuncupatam in vulgus emisit. Regiam hanc editionem optimam quidem, atque aliis etiam posterioribus anteposenda non asserunt eruditi; non tamen numeris omnibus absolutam arbitrantur. Certandum adhuc, et novo labore insudandum clamant, ut Isidorus, qua par est gloria et decore, produdat in publicum. At dicunt, non faciunt: Isidorus interim pene latet, atque in dies magis, magisque desideratur.

Igitur quod per me licet, quodque a me, et observantia in Isidorum, et publicæ utilitatis amor exigunt, hi præsto; eandem ipsam videlicet regiam editionem integram, illustriori forma digestam, elegantioribus characteribus, et nitida charta, id est, optimis typis (quæ typographi sunt partes) conspicuam iterum in medium profero. Neque tibi, lector benevole, aliud a me exquirendum putes. At fortassis, plura sunt, inquiris, Isidori nomine inscripta opuscula, quæ frustra in Regia editione quæras. Ex his nonnulla sparsim ab aliis quibus fuerit in lucem edita; reliqua adhuc in ecclesiarum archivis vel chartulariis delitescunt. Sunt plura; e eademque tibi nunc exhibeo Appendicis loco. Qua in re conjecturæ novæ effectu ipso comprobatae luculentum habes testimonium. Revera enim nec labori, nec sumptui peperci, ut omnia ea requirerem, quæ novam editionem uberiores, locupletioresque redderent. Accepi itaque hinc inde apographa varia sancti Isidori nomine insignita. Sed ea a viris doctis in trutinam revocata, apocrypha inventa fuerit esse omnia. Edidi nihilominus et in studiosorum gratiam, et in eruditorum exercitationem. Itaque singulorum seriem, addita brevi recensura, contexam.

Primum obtinet locum *Liber quartus Sententiarum*, qui hactenus a nonnullis ob aliquorum codicum Isidorum nomen præferentium fidem, tanquam ejusdem sancti Doctoris genuinum opus fuit habitus. At jam ut spurium habendum dubitabit nemo, qui libros quinque Sententiarum a Tajone Cesaraugustano episcopo collectos, atque a continuatore Hispaniæ Sacræ, tom. 51, novissime in lucem editos attente legerit. Excerptus namque inde est quartus hic liber, ut cuique conferenti patebit. Atque ut id facili negotio perspici valeat, singulis capitibus annotatur quodnam ex quonam Tajonis libro, et capite sit desumptum. Observantur præterea lectiones variæ, et alicubi non perpetuæ Sententiarum series alioquin sibi utrinque coherentes. Quæ omnia ad SS. Patrum Augustini et Gregorii opera, e quibus Tajo libros compilavit suos, illustranda plurimum conducent.

Sequuntur *Duo alia Sententiarum capitula*: quorum primum ex Divo Gregorio super Ezechielem ad verbum est de promptum; alterum ex Juliani Pomerii *De Vita contemplativa* lib. III. capitibus 3, 4, 9 et 10. (*Vide Patrol. t. XVI.*) Invenitur hocce opus inter sancti Præsperi Aquitanici scripta; eidemque longo tempore a permultis scriptoribus fuit assertum. Nunc ab omnibus Pomerio vindicatur. Videantur hæc de re Isidorus nositer da Viris illustribus cap. 25, et Cl. Ceillierius tom. XV *Histoire générale des Auteurs. Ecclésiastiq.*, de Juliano Pomerio disserens.

Tertio loco subnexui opusculum hoc titulo, *Exhortatio humilitatis*, quod sancto Martino Braccarensi episcopo ascribitur, editumque est inter ejusdem opera tom. XV Hispaniæ Sacræ a doctiss. Florezio.

Abjudicandus similiter est Isidoro nostro Sermo, qui sequitur, *De Corpore et Sanguine Domini in Pascha*; cum idem sit omnino cum homil. 7 sancti Cæsarii Arelatensis, *De Paschate*. Vid. Biblioth. PP. tom. II, column. 277, edit. Paris. 1624.

Adduntur carmina quædam Bibliothecæ sancti Isidori appensa, quæ tom. IX Hispan. Sacr. edita fuerunt hac inscriptione: *Titulus Bibliothecæ a Domino Isidoro editus*; nec non fragmenta nonnulla, quibus capita ibidem indigitata suppleantur.

Sexto loco editi *Expositionem Missæ*: quæ etsi non indigna videatur Isidori ingenio, et eruditione, vel et nomine ab ipso est ableganda, quod Isidori ætate alius Missæ ordo, ritusque vigeat in Ecclesia Hispana ab eo, qui ibidem exponitur, quique idem est omnino cum Romano hodierno.

Deinde subjunxi *Lectiones novem* in Festo Translationis sancti Isidori alias recitatas. Desumptæ sunt ad verbum ex Actis Translationis ejusdem tom. IX Hispan. Sacr. editis.

Postremo tandem loco supplendum curavi *Caput xvii Quæstionum in Leviticum* ex Albornoiziano codice a D. Petro de Castro transcriptum; cujus apographum in Biblioth. Floreziana conventus divi Philippi regalis Matritensis ordinis Sancti Augustini asservatur.

*Lamentum pœnitentiæ duplici alphabeto editum*, etc., cujus meminit V. Cl. Nicolaus Antonius tom. I Biblioth. Veter. lib. v, cap. 4, pag. 265, quodque ab eodem ipso Nicolao acceptum ediderunt AA. Actus. Sanctor. tom. I Aprilis ad diem iv, editioni huic non addidi, quod sero, ea nempe fere in finem perducta, admonitus sum.

Libet autem *De Ordine Creaturarum* a D. D'Arheri tom. I Spicilegii pag. 225 editus, et quæ abb. Constantinus Cajetanus evulgavit opuscula sub Isidori nomine, cum a viris doctis vel ut spuria, vel ut nimium suspecta traducantur, non talia visa sunt, quæ hic insererentur.

Habes igitur, candide lector, Isidori Opera, si non ea summa diligentia, quam non nisi homines doctissimi et eruditissimi præstare poterant, illustrata ac nativo nitore restituta; aliquanto tamen defæciatiora, amplioraque, quam regia exhibuit editio. Ipsis itaque perfructu, ipsorum lectioni sedulo incumbere, meumque laborem, studium, conatum libenter amplectere. Vale.

## PHILIPPO III, CATHOLICO REGI

J. GRIAL.

*Sancti Isidori (cujus ipse a stirpe genus ducis) Opera ante annos jam plures, conquisitis undique tota ex Hispania Italiaque manuscriptis exemplaribus, pater tuus, Catholicorum Regum maximus, selectis quibusdam viris, quorum nonnullis nos, longe licet impares, successimus, emendanda tradiderat. Nam tamen propter Auctoris præstantiam manserant, ferebanturque vulgo, qui nunc prædeunt, plerique omnes libri; tamen postulandum non fuit, in tot excellentibus scriptoribus, quibus temporis longinquitas fraudi fuisset, unus ut esset Isidorus eximius. Ergo contra potius accidit. Cum enim tererentur omnium manibus (neque enim fuit ullius, aut nomen in litteris per ea tempora clarius, aut auctoritas in rebus, vel Ecclesiasticis, vel civilibus gravior) factum est, et describentium vitio, et legentium sinistra diligentia, vix, ut ulli pro germanis, et sinceris aliena, atque adulterina, tam multa paulatim inolescerent. Ea vero tempora sunt consecuta, in quibus litterarum honos nullus, cultus nullus. Ut non tam queri debeamus, quod hæc deformarint, quam quod ad nos qualiacunque transmiserint, magna potius habenda sit gratia. Restituta porro hac nostra ætate re litteraria, cum lux rebus reddita videretur, tamen majus periculum adire cœperant sanctissimi Patris egregii labores, tum propter ea, quæ diximus, interitamenta; tum vero propter præposteram quorundam hominum elegantiam. Nam majorum disciplinarum studia, s. verioresque curæ, quæ, vel de Religione ab eo susceptæ sunt, vel in formandis, componendisque moribus versantur, ea, vel nomine ipso tanti pastoris, doctoris, legislatoris, satis tecta, munitaque videbantur. Quæ vero non iam vitam ipsam, quam vitæ cultum attingunt, et ornatum; ea, nisi rex potentissimus gentilis sui scripta, quasi subolem, manu asseruisset, verendum plane fuit; ne de statu dejecta, vix ullo in loco, exiguo certe cum honore considerent. Fastidiabant enim hæc, et abnutabant delicati homines, quasi inventis frugibus, glandes ipsis objicerentur. Nunc vero non illa modo, quæ dignitatem suam per se tuebantur ipsa satis, illustriora, honoratioraque officio isto reddentur, sed quæ criminationibus obnoxia, calumniisque obvia atque exposita videri poterant; ea posthac, et suis, et aliorum viribus fidere, et iniquorum voces contemnere assuescent. Nam quæ leviora, minutioraque censebantur, ea robur, pondusque auctoritatis ex antiquioribus scriptoribus bona ex parte recipient. Qua in re, cum nonnullorum, quibus hæc cura commissa fuerat, insignis opera exstiterit, illorum exemplo speramus, etiam fore; ut alii non nostri modo, sed externi etiam eruditione præstantes viri, in id jam nobiscum certatim conspirarent, ut laboriosissima Hispani doctoris excerpta studio suo pervestigare porro pergant, fortunasque nostras*

opibus ipsi suis constabulant. Quod autem labor hic, qui, te necdum nato, susceptus est, ad exitum tamen perducit (cum id religiosissimus parens admodum expetisset) ante regni tui initia minime potuerit; nos hoc divino consilio factum putamus. Ut cui dies natalis in sancti Herminigildi, Hispaniæ regis, martyris, Isidorianique ex sorore nepotis natalem fuerat præstitutus; iidem omnino, eademque cæli de parte oblati auspiciis, imperium iures, quibus primordia vitæ consecrasses. Atque, ut a nepote constituendæ exemplum, ita ab arunculo tuendæ, propagandæque religionis adjumenta acciperes, atque documenta; eaque non a majoribus solum, vel etiam a tali parente tradita; sed a te quoque ipso, nisi te timet meminisse pigeat, satis tibi insignite commendata.

## AD LECTOREM

J. GRIAL.

Quibus emendatio librorum sancti Isidori Hispalitani (sic enim cum Gregorio Magno, ut et analogia exposcit, appellare malimus, quam Hispalensem) ante annos amplius viginti Majestatis Catholicæ jussu commissa fuerat; si ita rem gessere, ut quidam nihil prius habuerint, quam ut se totos statim huic labori addicerent; alii ab suis et studiis et occupationibus ad hanc operam traduci permoleste ferrent; nonnulli etymologiarum correctionem (opis sane opus) exspectantes, ita rem distulerunt, ut partim re imperfecta, partim ne incepta quidem, e via excesserint: ita ut alii pro aliis, neque id semel fuerint sufficiens. Donec rege admonitio, finem nullum fore, nisi quidquid plures refecissent, atque id insuper, quod sarcinendum restaret, ad unum omne deferretur: ad id operis ego (cui ne abnuere quidem fas esset) maxime idoneus visus sum; non quidem ingenii, doctrinæ, facultatis præ cæteris aliqua (qui essem infra omnium censum), sed cui fortasse tantum esset ab re mea otii mihi, aliena, ut curarem; sive adeo certe cum pluribus, ut conficlerer, ea lege atque ordine, ut bene gestæ rei laus solida ad alios, nozarum omnium ad me unum summa summarum rediret. Quod ne accidat, hoc est, ne in me solum culpa omnis deriveret, ita mihi cautio erit: ut ne quis debito laboribus suis testimonio fraudetur, potior multo cura sit. Quod facturus fui aliquanto uberius: nisi is, qui editionem hanc a principio, usque pietate magna, sollicitudine assidua solus prope curarat Joannes Lopus Velasquez, regis secretarius, probissimus vir, neque ab ullo litterarum genere alienus, sub ipsum hujus laboris finem nobis præreptus esset. Cujus obitu, neque de manuscriptorum exemplarium numero, neque de iis, a quibus missa fuissent, satis nobis constare potuit. Ergo in emendandi labore, quid quisque quantumque contulerit (quod sciero, poteroque) quam verissime referam.

Etymologiarum emendatio Alvaro Gomezio Toletano, viro in primis erudito creditur, traditaque ipsi veterum codicum magna copia, quorum bona pars Gothicis (sive wavis Longobardicis), characteribus erat scripta. Quo ipse, varietate notata, ad Antonium Augustinum Tarraconensem archiepiscopum, et Petrum Chaconem Romæ jam tunc commemoratam singulis de rebus referret. Quorum utrique id etiam a rege fuerat injunctum: ut et ipsi, collatis suis exemplaribus, quid sensus sui esset ad eundem Alvarum remitterent. Constat autem omnes triginta, aut eo pluribus manuscriptis libris in hoc opere emendando fuisse usos. Sed Antonium Augustinum sanctissimum antistitem, deque suis libris toto orbe notissimum, cum ad duodecimum librum perventum caset, hoc est, Opere prope in medio, mors occupavit. Petrus Chacon (sic enim ipse se nostro, non Chaconum, aut Chaconum Italorum more, scribebat: ut qui Hispanum se, et Toletanum, id quod erat, quam Romanum, atque Sabinum haberi mallet), is igitur, quod multos annos in antiquis auctoribus emendandis versatus, de hoc opere restituyendo in primis cogitavit; dici vix potest, quantum opis attulerit, vir ingenio, industria, conjiciendi arte quadam singulari. Sed huic, quam dico, conjiciendi solertia nos perparum, minusque fortasse, quam æquum fuerat, tribuimus: libros veteres, quos ut antiquissimi quique erant, ita minus auctos, minusque corruptos invenimus, fontesque, e quibus hæc hausta, ab eodem bona ex parte indicatos, eos sumus secuti. Alvarus ergo, et duorum, quos diximus, egregia opera, et aliorum, in primisque Antonii Covarrutiæ nostrorum omnium, quot sunt, quotque fuere undecunque doctissimi, atque elegantissimi viri communicatione adjutus, cum et pietate erga Isidorum eximia, et Majestati Catholicæ satisfaciendi studio plurimum duceretur, annotationum in omnem viginti libros magnæ molis corpore relicto, defunctus est. Quod cum gravissimi viri inspezissent, studium quidem diligentiamque, ut æquum fuit, valde probarunt, totius rei formam, modumque incudi reddenda censere. Idque visum tum alias ob causas necessarium; tum vero, quod cum enumeranda scripturarum, conjecturarumque varietate multus ubique esset, tamen contextum ipsum, cujus gratia labor omnis susceptus fuerat, in emendatione reliquerat. Huic latifundio (quoad genus hoc telluris ferret) perpurgando, conserendoque ego sum colonus datus. Quando meo cum labore nihil attinet dicere. Nam etsi talibus viris (ut par fuit) satis fidẽbam, tamen, quoniam veteres libros ipse quoque rursus evolverem, identidemque in singulis prope cunctarum, efficere non potui. Ut mittam interim conquisita meo (ut ait ille) dulcique reperi laboris. Quæ, quamvis pauca admodum non sint, mihi tamen videri sane solent, quam paucissima: dum cogito, quam multa adhuc restent, quæ nova aliqua cultura indigeant. In notis consilium non fuit de quorundam minime malorum hominum sententia quæstiones pericere, aut e veterum scriptis in eundem sensum plura congerere, aut eorum, quos nostra hæc ætas ingenio,

et eruditione præstantes plurimos tulit, scriinia compilare. Nam quis modus futurus esset cunctarum artium disciplinarumque bibliothecas omnes exhaustiendi? Ergo in veteribus, e quo desumptum aliquid comperimus, ei quin sua redderemus, vix aliquem prætermisimus. Alios vero non nisi cum necesse fuit, ac raro et perparce citavimus; placuitque non hoc fieri, utidem ut in comædiis, omnes omnia ubi reciderunt. E recentioribus vix quemquam nominavimus, nisi si quis forte loci alicujus curationi medicam manum applicuerat.

Differentiarum librum priorem P. Pantinus, regius capellanus, e duobus manuscriptis libris correxit, quæque essent e veteribus grammaticis accepta, vel cum iis consentirent, indicavit. Visum vero nobis est Parisiensis editionis addere differentias, partim quidem easdem, nonnunquam etiam diversas, nullo tamen ordine digestas, ut qua conditione Isidori scripta fuerint, vel ex eo libello appareat.

Posteriorem librum, qui de Theologicis Differentiis est doctor Rolandus Wicelius, regius quoque capellanus, e duobus item manuscriptis libris emendavit.

Librum de Natura Rerum ad Sisebutum scholiis bene longis ab eo cui fuerat commissus auctum offendimus. Quæ, quæ emendationi parum serviebant, placuit iis qui hæc regio jussu curabant, illis procul rejectis, librum ex quatuor manuscriptis codicibus, inter quos erat ex Ovotensi Ecclesia Longobardicus perreptus, per nos reformari, notasque, quæ ex usu essent, affigi: quod est, neque frustra factum.

Chronicon vir clarissimus Garsias Loaisa, serenissimi postea principis magister, Tolletanæ nunc Ecclesiæ dignissimus antistes, præter emendationem, indicatosque fontes e quibus confluit, multa insuper historiarum cognitione, varique eruditione collocupletavit. Cui propterea lib. v Etymologiarum, ubi eadem omnino tempora et sive aliquanto brevius describuntur; l. cus integer, intactusque reservatus est. Illud mirari nemo debet, si qua temporum descriptio interdum discrepet; ille enim suos codices, nos nostrorum consensum repræsentavimus.

Idem illustrissimus antistes Sententiarum libros tres e manuscriptis xiii codicibus (e quibus duo Longobardici) emendatos et notis illustratos, Taurinique antea cum Chronico non satis probe excusos, longe nunc emendatiores dedit, totaque hanc editionem favore, industria, beneficioque suo provexit.

Librum de Viris Illustribus Joannes Baptista Perezius, episcopus postea Segobricensis, e manuscriptis vix emendavit, locosque illius quosdam illustravit.

Idem Gotthorum, Suevorum et Wandalorum Historiam correxit. E quot manuscriptis libris, non liquet. In eo quod æra 464, anno imperii Justiniani I, edidimus, non (ut gravissimis viris placere videmus) anno Justiniani I, seculi sumus, non tantum hujus Historiæ, sed etiam libri v Etymologiarum vetera exemplaria: quæ magno consensu Justino octo tantum annos assignant: utrovis autem modo Amalaricus (quod illi volunt) in eundem annum incidit. Quod item verba de S. martyre Herminigildo Æra 606: Herminigildum deinde filium imperiis suis tyrannizantem obsessum exsuperavit, quosdam offendunt: nos quidem vocis tyrannizantem insolentia nihil movemur: eadem namque est usus Rodericus Toletanus lib. II, cap. 14: Herminigildum deinde filium contra imperium tyrannizantem, obsessum Hispani dolo cepit: et quia nefandis vitibus noluit consentire, tormentis variis cruciavit. Deum securi percussu parricida impius dignum Deo martyrem consecravit. Hujusmodi aliquid de martyrio in Isidoro deesse suspicamur. Nam quin nepoti idem cum Leandro fratre testimonium tribuerit, non fit verisimile. Atque eo magis, quod iisdem propemodum verbis in eadem re est usus Alphonsus Cartagena Anaphalæosis cap. 26. Ut utrumque illa ex Isidoro descripsisse plane non dubitemus.

Idem Epistolas collegit atque correxit.

Librum de Ortu et Obitu Patrum Petrus Fontionius, Salmanticensis canonicus, e veteribus viii exemplaribus emendatum reliquit. Quod vero is liber gravissimis quibusdam viris suspectæ auctoritatis videtur: nobis, præter tot exemplarium nostrorum, externorumque consensum, sanctorum Ildephonsi et Braulionis cum Siegbrici auctoritas omnibus illorum argumentis potior esse debuit.

Mysticorum Expositiones Sacramentorum nullo certo titulo præscriptas accepimus: quod septem manuscriptorum librorum singuli singulas prorsus diversas, prorsusque ineptas præscriptiones præferant, quarum nulla cum Parisiensi editione conveniebat. Nōtarat, selegeratque per totum hoc opus vir doctis imus lectionum varietates quasdam. Sed cui fucum fecerant tum codices quidam non satis attente considerati; tum Eucherii Lugdunensis editio fallax, e quo credidit bonam partem desumptam: cum contra potius deprehenderimus, ex Isidoro illa omnia ad Eucherium fuisse transfusa. Æquius, veriusque fuerat, eos Auctores, quibus hæc accepta refert Isidorus, Origenem, Victorinum, Hieronymum, Ambrosium, Augustinum, Cassianum, Gregorium evolve: si res esset laboris, lædique multi, quæque hominem minus occupatum, quam ille plane fuerat, postularent. In ea re nos, quod quivimus, præstimus. Atque in titulo restituendo, opus ipsum prope jam abalienatum auctori suo restituisse videmur. Quod eius magna pars, Genesis scilicet tota, et libri Regum apud Eucherium leguntur: opus etiam univertsum Venerabilis Bedæ libris attextum sit. Sed Eucherio tam multa non Isidori modo, sed aliorum inserta, vel assuta potius sunt, ut pudeat illorum qui Romanæ editioni præfuerunt. Nam (Augustinum et Paulinum mitto, in quorum scripta an Eucherius incidit, alii viderint) Gregorium et Cassiodorum non potuisse ab Eucherio nominari, cujus fuit negligentia (an stuporis potius dicam) non vidisse? Integer etiam de Templo Salomonis, sive Bedæ sive alterius liber, in quo Cassiodorus citatur, in libri tertii Regum commentarium conjectus est. Sed Isidorum Eucherio adungere illius fuisse videtur, qui historicum, mysticumque sensum simul habere voluit. Bedæ vero (si modo is Eucha est) cum e diversis Auctoribus quaestiones in Veteri Testamento concinnare propositum fuerit, na-

que ia, nisi usque ad *Exodi* initium perduxerit; tamen per totam *Genesim*, cum aliquid ex hoc opere proponitur, vel *Isidorum* diserte nominat, vel recapitulationem sublegmen hoc appellat. Quæstionum porro titulus in *uo Olivensis* cænobii codice legitur, in quo singulis expositionibus suæ sunt percunctationes prepositæ. Neque tamen hujus codicis quæstiones easdem puto cum iis, quarum *Ildephonsus* meminit in libro de *Viris Illustribus*. Non enim ulla in re opus immutatum significat, nam neque id necesse fuit, ut Quæstionum liber *Hieronymi* et *Augustini* exemplo diceretur. Quapropter nec vetuli sumus nos quoque Quæstionum etiam titulum retinere. Apparet etiam e *Braulione* has quæstiones in libros duos fuisse distinctas. Sic enim ille in prænotatione: Quæstionum libros duos, quos qui legit, veterum tractatorum supellectilem recognoscit. Nam respexisse videtur ad verba ipsius *Isidori* in præfatione: in quibus lector non nostra leget, sed veterum releget. Fuerunt autem codices, quibus usi sumus, octo: *Palentinus*, *Valentinus*, *Complutensis*, *Guadalup*. *Oxonenses* duo, et cujus antea meminimus, *Olivensis*: nullo ita vetusto, ut *Longobardicis* litteris esset notatus.

*Allegorias* *Cyprianus Suarez* e *Societate Jesu* emendatas cum scholiis reliquit. Quot manuscriptis libris adjectus sit, non constat.

*Idem* emendavit etiam libellum de *Conflictu Vitiolorum* et *Virtutum*. Neque item constare potuit, quot veteres Codices acceperit. Sed non advertit doctissimus vir, hunc tractatum cum *Opibus* sancti *Ambrosii Romæ* nuper editum, in quo tam multa a nostris discrepant, ut nos ea singillatim referenda non duxerimus. Tantum hæc nostra qualiacunque cum *Augustiniana* editione propemodum congruentia, simul cum illis legi maluimus. *Isidori* autem esse opusculum (ut ipse scriptum reliquit) et codices illius nomen præferentes, et sty'us (haud multum fortasse a synonymis abludens) et *Sigeberti* testimonium optimo viro persuaserant. Nos (ne quid dissimulemus) hoc fuisse opus illud credimus, quod *Isidori* ipsius ætate *Joan. Chrysostomi* nomine ferebatur. Sic enim ille de *Chrysostomo* in libro de *Viris Illustribus*: Ad personam quoque cujusdam nobilissimæ matrone *Gregoriæ* reperitur opus ejus insigne de *Conversatione Vitæ* et *Institutione Morum*, sive de *Compugnancia Virtutum* et *Vitiolorum*. Ergo scripturarum varietates, tam multas interpretibus potius, quam librariis ascribemus. De *Epilogo* vero, qui apud *Ambrosium* brevior, in nostris aliquanto productior, apud *Augustinum* multo est longior, non est quod laboremus, nam constat esse alienum, haud minus quam inscriptionem ad *Simplicianum* in *Ambrosiana* editione. Neque ex additamento conjecturam de auctore facere *Lovanienses* theologi debuerunt.

*Idem* Expositionem in *Canticum Salomonis* in uno tantum manuscripto libro repertam correxit ex *Beda* Commentariis, quos ille ex hac fonticulo exuberasse autumabat. Causamque addidit, cur *Isidoro* recte ascripta sit. Reperisse enim se in veteri quadam *Braulionis* Prænotatione *Operum Isidori* verba hæc, quæ vulgo desiderarentur. *Moralium* libros beati *Gregorii* papæ rogatu compendiose abbreviavit; *Cantica* *Canticorum* facunda expositione elucidavit; quartam editionem *Psalterii* edidit; super libros *Moysei*, et *Psalterium*, et quatuor *Evangelia* expositioni non minime insudavit studio. In *Canouico* quoque et *Civili* jure permaxima composuit instrumenta. Sed ne hæc quidem verba brevissimæ expositioni satis conveniunt. Est enim multo brevior ea *Justi Urgellitani* expositione, quæ *Isidoro* ipsi valde brevis visa est. Quid si ex *Beda* excerpta? Hos duos libellos, quod de auctore non satis liqueret, extremos secimus.

Contra *Judæos* libros duos ex vii manuscriptis codicibus emendavit, annotationesque addidit *Joannes Marianus* e *Societate Jesu*; idem in *Procemiorum* libro ex totidem manuscriptis; idem in *Synonymis* ex decem exemplaribus restituendis et illustrandis præstitit.

De *Ecclesiasticis Officiis* libros nos ex vetustissimo codice *Albaidensi* (quod concilia plura, aliæque nonnulla contineat), ab aliis jam nobilitato, probe, ut speramus, refecimus. Neque tamen optimus codex non sæpe juvenis nostro labore fuit, conquisitis auctorum locis, e quibus fuerat id opus concinnatum. Habuimus præterea exemplar aliud e collegio *Complutensi*.

*Regulam Monachorum*, in codice tantum uno prius repertam, admodum depravatam *P. Chacon* ex *Smaragdo*, et libro *Sententiarum Patrum* bona ex parte direxerat; cujus operam nos alterum codicem nacti, et quidem *Longobardicum*, sed et ipsum tamen mendis oppido deformem, permultum propevimus.

Atque hæc de singulis libris. In universis vero id præ oculis habendum, excerpta esse pleraque. Id enim præ se talis sanctissimus vir; cavet etiam aliquando, ne ad culpe suæ titulum referrentur, de quibus testificatio adhiberetur auctorum. Quæ testificatio, cum neque ab ipso tam sæpe, quam nunc esset necesse, neque a nobis fuerit adhibita, aut adhiberi etiam, ereptis auctoribus nonnullis, quibus ille est usus, ullo modo potuerit: cohibebit se (si me audiet lector) ne dum diligentissimum scriptorem negligentiam alicujus arguit, audacius, temeritatisque crimen incurrat, de quo, et ab aliis, et a se ipso fortasse non multo post sit ipse condemnandus. Nam sunt etiam, quæ proposuisse tantum, non etiam dijudicasse (neque id nullo, sed *Hieronymi*, atque aliorum exemplo) sit existimandus. Cujusmodi sunt in *Historia*, quæ de trium capitulorum defensoribus in *Theodoro Mopavesteno*, in *Facundo*, in *Justiniano* imperatore, atque in *Victore Tunnensi* ex ipso *Victore* narravit. Quæ fortasse fuerint, quæ in libro de *Ortu* et *Obitu Patrum* a gravissimis viris notata sunt, ut *Isidoro* indigna. Quorum auctor alius quærendus potius fuit quam liber abjiciendus, qui *SS. Ildephonsi* et *Braulionis* auctoritate niteretur. Quibus addas licet, me lubente, quæ de *Osi* *Cordubensis* exitu ex *Marcellino* refert. Neque id mirum videri debet ei qui libro v *Etymologiarum* cap. ultimo, ætate iv, sub *David Carthaginem* conditam, eam

demque multis post annis sub Amasia rursus conditam aspiciat. Qua tamen de re in Chronico sibi cavit. Subjectis enim in Amasia : Carthaginem hoc tempore quidam asserunt conditam : alii vero superius.

Quo de genere sunt etiam alia quædam in Etymologiis : non illa quidem magni momenti, sed interdum etiam ærum ipsa pugnantis : ut quod exsul scribendum sit, non exul ; at contra exultat, non exsultat. Atqui illud e Terentio Scauro hoc e Velio Longo sumptum videri possit, quod satis esse debebit.

Malitiose, et impie adjecta credimus, quæ de præfatione extremæ dici cap. 6 Expositionum in Genesim abesse prorsus a quibusdam exemplaribus in aliis importune repeti admonuimus. Nisi hæc quoque non de suo, sed de aliorum sensu relata, propositaque cum doctissimo viro mavis. Sed hujusmodi vix aliud reperias : ut libros omnes inoffenso pede possis decurrere.

Detracta etiam quædam suspicamus, ut quod paulo ante de sancti Hermingildi martyrio diximus.

Typographorum culpas omnes præstare vix ejus sit, qui ætatem in hoc uno labore contriverit, præloque affixus p. vpetuo hæserit. Nos hujus rei inexperti, aliisque difficultatibus impediti obtuti tantum non potuimus. Quod superest, ne qua majoris negotii restent, in quibus labi aut hæcere possis, quin de iis admonerere, sedulo curavimus.

## VITA SANCTI ISIDORI,

AUCTORE CANONICO REGULARI COENOBII LEGIONENSIS SANCTI ISIDORI,

Forte Luca, postea episcopo Tudensi

(Edita in Actis Bolland., ex manuscripto Codice Toletano a viro clarissimo Nicolao Antonio submissa.)

### PROLOGUS.

I. Præclara beatissimi doctoris Hispaniarum, Christi confessoris Isidori, archiepiscopi Hispalensis, Hispaniæ primatis merita, fratres charissimi, sacrosancta per orbem Ecclesia dignis efferenda laudibus prædicat, et festivum per omnia virum celebris semper et ubique fama commendat. Verumtamen præter commune illam honorificentiam gloriam, quam sibi meritorum magnalibus in omnium comparavit contuberniis fidelium, præcipuis in Hispania sustollitur præconiis, quem alterum in terris post apostolos suæ fidei meruit intercessorem. Hic est enim splendidissimus Solis justitiæ radius, per quem tibi præcipue, Iberia, lumen veritatis illuxit ; et quæ multis fueras Arianorum, Acephalorum, Mahometi et aliorum pseudoprophetarum seducta erroribus vel fallaciis, beati Isidori mediante doctrina dux effecta es æquitalis. Hic est insignis ille pastor tuus, egregiusque pontifex, qui te summis præficiendam sedibus, æternisque secundandam divitiis, tam copiosis divinarum scripturarum a debravit augmentis, ut <sup>b</sup> situ in successum transumpto, jam non sis in regionibus ultimis ultima, sed in primis prima. Hic

A est qui post gloriosissimum apostolorum Jacobum hanc tibi contulit gratiæ excellentiam, ut populis (sis) secunda, religione conspicua, triumphis clarissima. Sane ab Hispali civitate, sanctissimi Isidori sede, certissimo secuturi eventus præsagio Hispania cognominata, ditior emines debriatione divina, quam felicitate terrena. Licet enim victoriosa trophæis, gratiosa deliciis, laudis tuæ titulos cunctarum nationum in fines extuleris ; multo tamen spectabilius multoque gloriosius est, quod te tam assiduis tamque officiosis obsequiis, tum nostri Salvatoris reverentia, tum gloriosissimi apostoli Jacobi præsentia, tum etiam rectissimi patris Isidori præsentia simul et clariffima doctrina, omnis te colit, omnis ad te confors obtulit aut vis induluit naturæ, apostolicæ dignitas prærogativæ non immerito obtinuit, ut sicut singularis privilegio gratiæ, <sup>d</sup> alter Romæ Petro apostolo successit Gregorius ; ita non impar Gregorio alter in Hispania Jacobo succedat Isidorus. Semina namque Verbi Dei, quæ beatus Jacobus seminavit, quasi pervigil agricola Isidorus celestium imbrum prædicatione saluberrima irrigavit, et spinas, tri-

<sup>a</sup> Ita mox *debratio* divina dicitur. Sic Beda in Vita sancti Cuthberti episcopi Lindisfarnensis, 20 Martii illustrata, num. 46, asserit sanctos Cuthbertum et Herbertum presbyterum sese alterutrum cælestis sapientiæ poculis *debriare*. Gilbertus in Vita beati Caroli Boni, 2 martii, num. 47, dicit hujus occisores ira et furore *debriatos*. Similia passim alibi habentur ; unde apparet *debriare* accipi, pro potare seu satiare.

<sup>b</sup> Lucas Tudensis, in præfatione ad Chronicon mundi, ita habet : *Hispania, situ in successum transmissa, non est in ultimis regionibus ultima, sed in primis prima.*

<sup>c</sup> Nicolais Antonius ista adnotat : *Ab urbe Hispali nomen inter præ Hispaniæ inditum censuit olim Anto-*

*nus Nebrissensis, nec improbat Florianus de Campo lib. 1 Historiæ Hispaniæ, cap. 16, et alii, quos laudat Rodericus Carrus in Historia Hispalensis urbis, sive antiquitatum illius, lib. 1, cap. 4. Hi autem sanctum Isidorum sunt secuti, qui ad Sisenandum regem Hi toriam Gothorum, hoc est librum II chronici, dirigens, ita censet ; quamvis lib. IV Originum, cap. 4, Hispaniam ab Hispano rege, non ab Hispali cognominatam credat. Lucas vero Tudensis, in prologo sui Chronici, aliud prorsus etymon Hispaniæ, viro tali indignum prodit.*

<sup>d</sup> Constantinus Cajetanus de sancto Isidoro præfert partem sermonis sancti Braulionis, in quo sequentia leguntur.



bulos, et a zizaniam pravorum dogmatum, ab inimicis hæreticis superseminatam, sarculo spiritus evelendo, ad fructus vitæ excolendos usque perduxit. Gregorium revera in beatissimi apostolum principis, loci simul et meriti principatu, universi orbis præfecit auctoritas; Isidorum autem Romanæ censura curiæ alterum profiteri Gregorium meritum effecit paritas. Et quidem singula quæ non tantum cursu naturæ, verum etiam ea quæ divina Providentia miraculose, senescenti mundo, per eum mirabiliter, ad illuminationem Ecclesiæ, dignata est operari, debitis prosequi officiis, vires, ingenium, et scientiam nostram excedit. Verumtamen de sanctissimo peccator, de maximo parvus, de sapientissimo imperitus, de multis ejus mirabilibus pauca ad futurorum eruditionem (ne tanti Patris opera labentibus annorum curriculis a corde quoque fidelium dilabantur), brevitate qua potero, charitatis gratia, fidelis styli subnotatione perstringam. Tanta quippe tamque bona, de tanto tamque bono viro, bene dicere, non nisi bonitatis ejusdem viri ascribendum est meritis; quorum profecto tenuis hoc [id est, hactenus] exerevit eminentiæ magnitudo, ut rerum fidei sermonis subsidat elegantia, et elegantiae cultum veritatis commendet materia.

#### CAPUT PRIMUM.

*Sancti Isidori prosapia illustris et sancta.—Institutio in litteris.*

2. Igitur ut egregius confessor Isidorus egregiis vestaretur exordiis, et insignem futurum insignis præsignaret origo, civitatis <sup>b</sup> Carthaginensis, et provincie Hispaniæ dux, Theodorici regis Gothorum proles, Severianus, pater (ejus fuit), mater vero, <sup>c</sup> Turtura vocitata: viri clarissimi, viri eruditissimi, viri etiam tam morum quam ingenii singularitate præditi confessores Christi, Leander archipræsul Hispalensis, et Fulgentius, qui fulgore sanctarum Scripturarum et operum universam irradiavit Ecclesiam, almus doctor et præsul clarissimus, una cum sanctissima Virgine <sup>d</sup> Florentina, virginum præposita, fratres ac nutritii fuere. Horum <sup>e</sup> serenissimis instructis documentis, orationibus profluentis, morum gravitate venustus, patriam religione, patrem prudentia, disciplina fratres, cognatos cultu, pares gratia, affines præmio, proximos illustravit affectu. Gloriosissimus diligebat puerum doctor et archipræsul Leander, tanquam unicum, et specialius extra patriam eum habens solatium; et quia non tantum

A fallacium divitiarum quantum felicium morum suorum successivum exoptabat hæredem, summopere vigilabat, ne illa ætas, quæ prona consuevit devenire in malum, locum reperiret quo in corruptionem laboretur peccati. Non parcebat virgæ, et <sup>f</sup> laudatus est in illo; docuit cum et misit zelum in inimicum, et in medio amicorum gloriatus est in illo. In vita suavitudo et lætatus est, et in obitu suo non est contristatus coram inimicis. Reliquit enim similem sibi post se; defensorem domus contra inimicos, et amicis reddentem gratiam. O sanctissime Pater Leander, venerandus iste puer, quem diligis, quem nutris, quem doces, quem erudis, quem corrigis, quem custodis; cælestis sponsi paranympus est, sanctorum angelorum amicus, patriarcharum ac prophetarum compar, apostolorum civis, martyrum consors, præsulum splendor, et sanctorum omnium gradibus proportionaliter conferendus, quod eventus rei opportuno tempore declarabit.

3. Igitur cum esset infantulus, sicut de beato Ambrosio legitur, et a nutrice ad hortum duceretur, anus, capta oblivione, eum inter olera dimittens discessit. Post aliquot autem dies, lugens filium, solarium Severianus pater ascendit, atque sedens contra viridarium aspexit, viditque <sup>g</sup> innumeram apum multitudinem cum ingenti murmure super puerum certatim descendere, atque inde ad cæcos volare. Qui in stuporem versus, ad hortum concite descendit, vocatisque servientibus, festinavit, ut rei gestæ videret miraculum. Accedentes autem viderunt alias apum in os pueri intrantes et exeuntes, alias vero super faciem et totum corpus mellis et favi operimenta texentes. Patre vero filium cum clamore et lacrymis amplectente apes in tantam se altitudinem aeris extulerunt, ut oculis corporeis non possent videri. Hæc de multis, quæ cum eo taliter gesta sunt pauca proposui, ut prudens advertere possit, a quanta virtutum incæperit perfectione.

4. Cum igitur reverendus puer Isidorus fuisset studiis litterarum traditus, atque, ut sibi videbatur, ingenii minus existeret capax, puerili permotus timore, verbera magistri metuens, divino nutu haud procul super ab Hispalensi civitate. Cumque ex itineris fatigatione juxta marginem cujusdam putei sitiens resedisset, <sup>h</sup> aspexit prægrande saxum tortuosis foraminibus perforatum. Quod diligenter inspiciens, cœpit volvere intra se quis istorum foraminum vel ad quid existerit operator. Similiter in ore putei erat quoddam lignum, Junii.

<sup>i</sup> Nicol. Antonius mall'et legi severissimis.

<sup>k</sup> Paululum hæc variant a Vulgata Editione.

<sup>l</sup> Adnotat Nic. Antonius ista: *Referunt ostensum hoc in Isidoro contigisse hi qui a sæculis duobus res ejus gestas in litteras retulerunt, Antonius, Morales lib. xii, cap. 4; Padilla, cent. 7, cap. 22; Vasquez, ad an. 649; Mariana, lib. vi, cap. 7; Mariotta, lib. v de Sanctis Hispaniæ cap. 23; omnes, ut suspicari possumus, hinc edocti. Ita ille.*

<sup>m</sup> Idem adnotat hujusce quoque rei auctores esse quos ante laudaverat, atque item Laurentium de Padilla in Vitis sanctorum Hispanorum.

<sup>a</sup> Ita zizaniam dixit sanctus Ambrosius, lib. vii in Lucam: *Aliud est fermentum tritici, al. ud zizaniae.*

<sup>b</sup> Ms., *civitas Carthaginensis provincie Hispaniæ, T. R. G. proles, dux Severianus*; quæ visu est, primi verbi correctione, et alterius transpositione, restitui sano sensu posse, conformiter ei quo Lucas Tudensis in citata præfatione Severianum Carthaginensem ducem nominat. An vero hic a Theodorico rege Gothorum prognatus, aut saltem frater ejus fuerit, disputent alii.

<sup>c</sup> *Theodora* dicitur Lucas Tudensis loco citato. Quintianus hanc Theodorici regis filiam facit, in *Vita sancti Fulgentii* fratris.

<sup>d</sup> In Martyrologio Romano, *Florentia*; colitur 20

continuis chordarum sectionibus in aquis hauriendis canalatum, et dum secum taciturnus ageret, ad aquas hauriendas venit quaedam mulier; quæ, super pulchritudine pueri admodum mirata, interrogavit quid hic ageret, aut cur tam parvus puer solus huc advenisset. Erat enim miræ pulchritudinis, splendidus facie, decorus forma, hilaris aspectu, latus vultu, humilis visu, verecundiam semper in moribus præterens. Ad quam puer humiliter conversus, inquit: O dominus, ut mihi digneris dissegere rogo quis, vel ad quid, lapidis hujus foramina vel istius ligni canales facti fuerunt. Cui mulier: *Lapis iste, ait, frequenti instillatione guttarum fuit perforatus, et lignum hoc frequenti chordarum ductu in aquis hauriendis existit canalatum.* Puer autem, divino repletus Spiritu, ad se reversus dixit: *Et si lapis duri simus mollis aquæ frequenti instillatione caratur, et lignum chordarum sectionibus cedit sciatum; quanto major ego homo, Dei gratia præveniente, discendo quotidie parvissimis incrementis, valde ad augmentum scientiæ pervenire!* O venerande Isidore, hujus evolutionis cogitatio non pueri est junioris, sed viri perfecti et sapientissimi senioris. Quis ille qui etiam ante literarum disciplinam in teneris annis sic te docuit, nisi ille Spiritus veritatis, qui tibi suggerens omnia, etiam vas sanctificatum cregit, ut portes nomen Filii Dei coram regibus et principibus et filiis Israel? Post hoc puer concito gressu revertitur Hispali, seque magistrorum disciplina subdidit cum humili devotione.

5. Tanta denique gratia cœlitus et infusa, quidquid a magistris proponebatur ex Scripturis, sitibundo pectore avidè retinebat; et non auditor obliviosus factus, armariolo memoriæ multis profaturum fidelibus reservabat; et ipsos doctores suos, quæ præscio intellectu, præveniebat; quæ novitate miraculi tam magistri quam omnes qui aderant, stupore admirationis reddebantur attoniti. Sic namque divino inflammatus Spiritu, Latinis, Græcis et Hebraicis literis instructus, omni locutionis genere formatus, in trivii eruditione conspicuus, in quadrivii investigatione perfectus, in doctrinis philosophorum præclarus, divinis et humanis legibus eruditus, suavis eloquio, ingenio præstantissimus, vita quoque atque doctrina pro temporis ætate in multorum admirationem existit clarissimus. Sic namque de virtute in virtutem proficiens, refulsit doctor ita eximius, ut

<sup>a</sup> De hoc trivio et quadrivio ista indicat Nic. Antonius: *Trivium olim dictæ tres artes, grammatica, rhetorica et logica; sicut quadrivium quatuor aliæ, arithmetica, geometria, astrologia et musica; quæ omnes chorum septem liberalium artium componunt, ut Vossius ait in lib. 1 de Vitiis sermonis, cap. 26.*

<sup>b</sup> Iterum ista observat Nic. Antonius: *Intelligit Didymum Alexandrinum grammaticum, qui inter alia cognomina, teste Suida, dicitur sit Chalcenterus, hoc est areorum viscerum, ob studiorum et scribendi patientiam; eo enim nemo alius plures libros scripsit, ut ait Fab. Quintilianus lib. 1, cap. 8, ipseque Isidorus, lib. vi Erymol., cap. 7, si pro CALITERUS (quod est ut vulgatis Editionibus ante Matritensem), CHALCENTERUS legeris, de quo Hesichius, de Vitis illustribus, Suidas et sanctus Hieronymus. Hæc ille.*

A secundum qualitatem sermonis omnibus, videlicet Latinis, Græcis et Hebraicis, sapientibus ac minus intelligentibus, in eruditione existeret aptus, et incomparabili eloquentia strenuus. Cum igitur beatus Isidorus omnibus fere mortalium præfulgeret scientiis, quod nostris temporibus contigisse recolitur inauditum, non, ut illa juvenilis ætas assuevit, delectationem amplexus est mundi, sed totus in logicali contemplatione, vel actualium instigatione, aut divinarum theoriarum meditatione et studio insistebat. Denique in tantum hunc insignivit natura, gratia ditavit, extulere mores, studia provocarunt, ut Platonem ingenio, Aristotelem studio, eloquentia Tullium, copia <sup>b</sup> Chalcenterum; eruditione Origenem, gravitate Hieronymum, Augustinum doctrinam, B Gregorium sane prosequeretur exemplis. Qui cura eidem beato Gregorio, jussu fratris ac nutritii sui Leandri, epistolam quamdam de beatitudine, tam de philosophorum sententiis quam sanctarum Scripturarum floribus; miro studio decoratam, delegasset; ac beatus Gregorius perlegisset eamdem, tam de sermonum disertitudine quam de sententiarum connectione ac scientiarum exuberantione admirans, eamque in Spiritu, qualis futurus erat, intuens, fertur dixisse: *Ecce alter Daniel;* et quidam alius: *Ecce plus quam Salomon hic.*

## CAPUT II.

*Noctia cum sancto Gregorio Magno.—Liber Etymologiarum conscriptus.—Scientia sacra adversus hæreses, imprimis Arianam, exerta.*

C 6. Ex tunc itaque beatus Gregorius, amore visendi beatum Isidorum delectatus; sanctissimo antistiti Leandro, charitatis vinculis sibi annexo, sui animi voluntatem certis indicibus declarabat. Harum amicitiarum causa existerat, cum Ariana hæresis fervorem tempore Leovegildi confutare Leander radicatus non posset, pro confirmandis sanctæ et immaculatæ Trinitatis capitulis, ad Constantinopolitanum præsulum cœtum transmeavit. Ibi aderat Gregorius, tunc cardinalis, vicem Romani antistitis agens, cum quo ipse Leander amicitiaæ fœdus pepigit, et ab eo postulavit ut Moralia Job sibi exponeret, quod postea in apostolatu ille devota mente complevit. Cum autem Gregorii desiderium venerabilis Isidorus comperisset (quod mirabile est auditu), nocte Nativitatis Domini, <sup>c</sup> ut fertur, in ecclesia Hispalensi

D <sup>d</sup> Quæ sequuntur edidimus ad Vitam sancti Leandri 15 Martii, num. 5, et ex antiquis Breviariis desumpta et ex ipsius Isidori Chronico.

<sup>e</sup> Nullum tunc diximus Constantinopoli fuisse concilium, sed veram causam qua istic convenerunt Leander et Gregorius, ex nostri, non sui, temporis usu cardinalis hic dictus, contineri in ipsius sancti Gregorii epistola, expositioni libri Job præfixa. Plura lege in utraque Vita sancti Gregorii, ad diem 12 Martii elucidata.

<sup>f</sup> Nicolaus Antonius ista adnotat: *Miraculum hoc non facile probaverunt aliqui ex nostris: maxime Moralis, lib. vii, cap. 5; Mariana, lib. vi, cap. 7. Alii nec referre id voluerunt, Vasæus, Garibajus, Marietta et Morgadus in Historia Hisp. lib. 1, cap. 9; sed concessisse Romam, ut videret Gregorium et ab eo videre-*

prima lectione perfecta, extra ecclesiam egressus, A nescio a quo ductus, in parvissimo temporis intervallo ad Romanam devenit urbem, atque beatum papam Gregorium in matutinis laudibus Deo psallentem invenit. Viso autem eo beatus Gregorius nimium lætus, protinus agnovit; et ideo gratias agens, amicissimum sibi Leandrum in Isidoro amplexatus est. Post evangelicam vero expletionem, vale faciens sancto, ab ecclesia egressus Hispalim in ipsa nocte rediit, et clericos quos dimiserat easdem matutinas laudes reperit celebrantes. Quod vero hoc sanctissimi Gregorii obtentu, vel Isidori meritis, aut aliquo alio modo factum fuerit, fateor me ambigere; melius est enim non eloqui magna, ubi sine mendacii periculo non erratur, quam contraria definire; sed firmiter teneo beatum juvenem scientiæ experientia plurimâ attentasse, et utilitati Ecclesiæ et fidelium commodis retulisse. Multimode namque pravorum dogmatum assertores hæreticos persequabatur, quia his temporibus plurimæ hæreses emergerunt, vineam hæreditatis Domini, scilicet sanctam demolientes Ecclesiam; et divina Providentia factum non ambigimus, quod talis tunc temporis fulgeret Isidorus, qui eorum proterviam non solum sanctarum Scripturarum testimoniis reprobaret, verum etiam philosophicis syllogismis et obstinationibus annullaret.

7. Etenim tanto culmine scientiarum perfectus existit, quod nullus, ut reor, antiquorum philosophorum recti examinis judicio ei fuerit comparandus. Hoc ex cautelæ industria præterirem, si liceret, ne ethnicorum studia authenticis aut præferri aut comparari possent ullatenus documentis; cum sicut exaltantur cæli a terra, sic exaltatæ sunt viæ nostræ a viâ eorum et cogitationes a cogitationibus eorum; et quantum excellit spiritus carnem, ratio sensum, fides opinionem, intelligentia fidem, pax Dei omnem sensum, postremo creator omnem creaturam, sic theologia omnem mundi sapientiam, sic philosophi omnem philosophorum gentilium transcenderunt doctrinam. Quia vero hoc multo magis Isidorus, qui et antiquorum philosophicis claruit perfectus, et modernorum theologicis emicuit summus; tamen (ut aliq̄ hujus illustris viri ad præsens omittam copiosissima, in quibus miro desudavit ingenio, volumina) ille Etymologiarum qui inscribitur, omnium admiratione plenus, omnium susceptione dignus liber, sollicitat, contestatur, exclamat, ne etiam hoc sanctissimi et eruditissimi viri desit laudibus, quo vel philosophorum primi ac peritissimi sunt elati, vel

sapientissimus ille Salomon omnes illos tam scientia quam excellentia præcedere comprobatur; et sic omnibus filiis hominum scientiarum varietate post apostolos incomparabilis est creditus.

8. In hoc libro in trivii eruditione Isidorum præditum cernes eloquentia, hic in quadrivii investigatione perfectum admireris in matheseos disciplina, hic corporis salutem tueri, ac restaurare docendo theoreticum practicumque reperies; hic methodicam, empiricam logicamque <sup>a</sup>, discernendo Apolliniam, Æsculapiam et Hippocratem novissime perpendes; hic <sup>b</sup> Phloronei, Trismegisti, Solonis et Pompilii instituta retractando, juris invenies peritissimum; hic jura, leges edictis et decretis inferendo, instruxisse putabis Justinianum; hic Ephemerides, epactas, Idus et Kalendaria, Annales et Historias distinguendo <sup>c</sup> Pherecidem et Josephum ebibisse probabis; hic chronicam persequendo Eusebium, Hieronymum et Orosium lectitasse clamabis. Et quia de Salomone legitur disputasse de cedro quæ est in Libano, usque ad hy-sopum qui nascitur in pariete, de beato Isidoro hic reperitur, de prima causa usque ad extremam fere creaturarum mirabiliter pertractasse; et negotia et officia singularum modosque discutiendo, postremo rerum omnium naturam et circumstantias describendo, non solum hausisse, verum etiam excessisse putabis Salomonem: hic ætheris, aeris, aquarum terræque discrimina, cunctorum viventium naturas et vocabula perscrutando con-uluisse credes primum hominem; hic Rachelis amplexibus totum stupebis delectatum, dum in antiquorum experientis studio videris occupatum; hic <sup>d</sup> mali mandragorici fragrantia ad Liæ gremium gaudebis revocatum; dum supernorum delectatus amore in sacræ Scripturæ fecunditatem pie senseris implicatum; hic cum Mariâ vestigiis assidentem Dominicis partem optimam elegisse; hic cum Marthâ sollicitum frequenti in ministerio instituisse; hic cum Paulo electionis Vase usque ad tertium cælum raptum; hic cum eode <sup>e</sup> plus omnibus laborantem, ut omnes lucrifaceret, omnibus omnia factum; hic cum Paulo circumcisionem prædicanti Petro in faciem restituisse; hic cum Petro, excepto Simone, nec Neronem tenuisse; hic hæreticorum omnium sigillatim expugnasse dogmata; hic <sup>f</sup> cta quatuor suscepisse ac venerari consilia; hic <sup>g</sup> cum Chalcedonensi synodo Dioscorum enervat et Eutychem hæreticos; hic cum Ephesina prima Nestorii quassat impietatem; hic cum Constantinopolitana cum Eunomio confodit

*tur, vero similis est. Tamajus Salazar, etsi aliegal Lucam Tudensem et Breviarium Segobiense pervetustum, tamen merum arbitratu commentum, cum Quintadvenas. Et haudquaquam, inquit, est credibile tam insigne facinus antiquiores, Braulium et Hildeshonsum, reticere. Ideo auctor bene præfatur hac formula, ut fertur, sub dubio rem, ut acceperat, narvum.*

<sup>a</sup> Explicat hæc Isidorus, lib. iv, cap. 4, et vocat tres hæreses medicorum.

<sup>b</sup> Idem, lib. v, cap. 1, agit de auctoribus legum,

isique interserit Lycurgum, hic omissum.

<sup>c</sup> Phærecedem Syrum, lib. i, cap. 37, dixit primum apud Græcos soluta oratione scripsisse; et cap. 41, addit claruisse iis temporibus quibus Eadras legem conscripsit. Vide Vossium de scriptoribus Græcis, lib. iv, cap. 4.

<sup>d</sup> Lib. xvii, cap. 9, de herbis aromaticis agens, vult mandragoram dictam, quod habeat mala suavelentia.

<sup>e</sup> Referuntur retrogrado ordine concilia, de quibus recto ordine agit ipse lib. vi, cap. 15.

Macedonium; hic cum Nicena versutissimum ac A  
omni insania condemnat obœcœcatur Arium.

9. Hic Arius fuit quidam presbyter Alexandrinus; qui diversas in Trinitate substantias mentiendo asseruit, et Christum non verum Deum, nec in Patre essentialiter permanentem, proraci falsitate astruxit. Sed qui tantum miser desipuit, et in sua assertionem mendax fuit et perfidus; quia Christum verum Deum esse negavit, idcirco justo iudicio Dei crepuit mediis, et effusis omnibus visceribus ejus, cecidit in faciem prostratus, et quibus Christum negaverat foeda ora pollutus dignam pro impietate sua pœnam ab eodem Deo et homine etiam in hoc sæculo ext consecutus; et in tartareo igne æternaliter cruciandus multos suos sequaces præcessit, suo nefario tam depravatos quam depravandos errore. Hujus etenim inanis sceleris cum fideles toto orbe, totius orbis persequeretur exiliis; post conventum, Athanasio suo expulso, subversionem; post Italiæ lugubres, exterminato Vercellensi episcopo Eusebio, planctus; post Galliarum damnosas, Hilario \* proscripto, ruinas; b Leovegildus Hispaniarum rex, cum omnibus pene regni sui principibus, hujus hæresis errore seductus, in tantam venit demeritiam, ut clarissimos quosque et in lege Dei eruditos Ecclesiarum prælatos ab Hispaniæ confinibus persequendo exsulare; atque plurimos eorum gladio cædendo, carcere detrudendo, fame cruciando, ac diversis pœnarum generibus afficiendo, non solum in Hispaniæ partibus, verum etiam in Gallia et aliis regionibus per feralem insaniam dignos Deo martyres consecravit: et quia strenuus in armis fuit, multos populos suæ ditioni subjugatos impie oppressit, catholicis odio fidei persecutionem intulit, Ecclesiarum privilegia fregit, divites cupiditate cæcus damnavit, et in omnibus perniciosus existit. Inter omnia autem mala quæ gessit, sanctissimum c Masonam Emeritensem episcopum exilio relegavit; atque clarissimum doctorem archiepiscopum Hispanensem Leandrum, qui ad conversionem gentis Gothorum speciali contra nefarias hæreses cura infatigabiliter insistebat, multis affectum injuriis, ut oves sine pastore a seductoribus circumventæ luporum hiatibus facilius clauderentur, a regno Hispaniæ expulit, et se cum suis principibus Arianorum hæresi miserabiliter subjugavit, et Romano pontifici comminando, ad destructionem Romanæ urbis et Ecclesiæ demolitionem venturum se sponsione juramenti firmavit.

10. Venerabilis autem adolescens Isidorus, cuncta rum scientiarum disciplinis eruditus, fervore martyrii accensus, pro defensione Ecclesiæ mori pronus, armis fidei præmunitus, contra furentes Leovegildi regis ac principum ejus rabies athleta fortissimus, Christi comitante gratia, processit imperterritus. Ministri ergo multiformis seductoris modo blanditiis

\* Coluntur hi pugiles, Athanasius 2 Maii, Eusebius 4 Augusti, et Hilarius 13 Januarii.

b De Leovigildo seu Leuvigildo rege, consule Acta sancti Hermenegildi filii, ejus jussu martyrii coronam adepti 13 Aprilis.

leniendo, modo terroribus propulsando, modo disputationibus agitando, modo munera offerendo, modo tormenta imponendo, modis quibuscunque poterant, a sancto proposito ipsum permutare satagebant. Magnum quippe suis dogmatibus credebant augeri cumulum, si Isidoro superato (qui tam scientiæ claritate quam generis nobilitate, corporis pulchritudine, morum gravitate et eloquii suavitate fulgebatur), possent eum suis assensibus inclinare. Eia fortissime athleta Isidore, ecce nunc tempus acceptabile; in his ergo diebus thesaurum incomparabilem, quem in pueritia congregasti, ut audivimus, non tibi soli, sed et fidelibus reserandum, profer in medium; tempus est loquendi et divinarum sententiarum lapides spargendi, ut frontes obstinatæ inimicorum conterantur, et fides Ecclesiæ catholicæ roboretur. Ecce enim navicula Petri in medio quatientibus fluctibus undique agitatur, Ecclesia Christi demergitur, nisi diviniæ succursionis manu ad portum optati littoris deducatur. Inter hæc robustissimus athleta Isidorus in tormentis lætabatur, et Deo gratias referebat, quia dignus est habitus pro nomine Domini Jesu contumeliam pati; et inter oblatrantes undique Arianorum frequentias nec minis terretur, nec blanditiis demulcetur; sed magis ac magis fervore charitatis succensus, inter gladios hæreticorum securus, tam de tonitruis divinarum sententiarum quam de coruscatione philosophicarum propositionum, fulmina divini oraculi ardentia emittebat intrepidus, quibus inimicorum sævientium obtenebrabat aspectus. Quasi unus de quatuor paradisi fluminibus, ex ore suo flumina gratiæ cum impetu emanabant, quibus fidelium aridam irrigando ad viriditatem fidei perducebat; et hæreticorum perfidiam, in garrulitatis ac loquacitatis audacia confidentem fluctibus eloquentiæ demergebat. Hebetescunt miseri, et obmutescunt; sæviunt et confunduntur, qui dum se putant adolescentem superare, ab eodem turpiter superantur; atque fidem Christi, quam putant penitus extirpare, hujus juvenis instantia cœlestibus incrementis dolent quotidie pullulare.

### CAPUT III.

*Orthodoxa fides per sanctum Isidorum propagata. — Ejusdem cellula. — Clausi vita.*

11. Audiens autem reverendus doctor Leander fortissimi juvenis Isidori constantiam, in Domino gavisus, orationibus continuis Dominum precabatur, ut ipse, quid in servi sui tenera juventute incœperat mirabiliter, cœlesti cum robore confortaret, atque per eum Ecclesiæ suæ optatum dignaretur, prostratis inimicis hæreticis, annuere benigne triumphum. Misit ei itaque epistolam in qua præmonet mortem pro fide catholica quidquam non esse timendum. Beatus vero juvenis, tam orationibus prælati et fratris, quam exhortationibus et epistolarum adminiculo

\* Paulus Diaconus Emeritensis, libro de Vita et miraculis Patrum Emeritensium, latissime deducit res gestas sancti Masonæ, qui inscriptus est Martyrolo Hispanico Tamaji ad Kalendas novembris.

confortatus, neque in adversis frangebatur neque A levabatur in prosperis, sed in his omnibus, ac si in epularum delectatione, lætus et hilaris apparebat. Debellata itaque Arionorum insania, unum et verum Deum Filium, cum Patre et Spiritu sancto in unitate essentia sempiternaliter perennantem, sanctorum scripturarum auctoritatibus, et septem liberalium artium rationibus, nec non philosophorum conventionibus, apertissime declarabat, et Romano pontifici, loco beati Petri a fidelibus substituto, ac universis Ecclesiarum prælatis ab eodem cœlesti institutore missis, divinae paginae testimoniis approbando, fidelibus populis obedire suadebat. Hic etiam prælatus sui fratrisque Leandri sic est exsecutus vices, sic onera levabat, sic vestigiis inhærebat constantiæ, ut carcere, minis, tormentis et gladio persecutorum spreto, serenissimi principis Recaredi, impiissimi regis Leovegildi filii, securus adiret præsentiam; et pocula verbi Dei assidue propinando, ab Ariana hæresi revocaret, et fidei catholice documentis redderet obsequentem. Formidolosi autem regis Leovegildi, qui se cunctis vitiis mancipaverat, et aures suas spinis diabolici erroris obturaverat, ne audiret bonum; non solum est nisus debellare proterviam; verum ad hoc usque, totius regni primates gladio spiritus exasperando commovit, ut eorum insistente perfidia, in necem piissimi ac serenissimi principis Hermenegildi filii sui, pro fide catholica viculis mancipati, hujus Isidori amicissimi (quia cum beatus Leander a face Ariana erutum in fidem catholicam confirmaverat) impiissimus pater et tyrannus parricida insurgeret; et ad exsequias gloriosissimi regis et martyris, ministerio angelico celebratas, manifestæ perfidiæ culpam, exemplo Judæ proditoris, non penitens, sed poenitentia ductus agnosceret. Veniens namque Toletum, cœlesti urgente iudicio, atrocissima percussus infirmitate, inter tortiones et ejulatus simul cum ipsis Interaneis miserabilem evomuit animam, atrocissimis flammis et vermibus, ut credimus, æternaliter cruciandus; quo præcessit seductor suus nefandissimus Arius.

12. Mortuo igitur rege Leovegildo, factum est ut revertentem a Carthagine triumphatorem suum Leandrum læta susciperet Hispania, et substituto in regno catholico Recaredo, Hermenegildi regis et martyris fratre, fortis Isidori victoria redditur, nuntiata Ecclesie pace cum fidelium tripudio; exterminata a totius regni confinibus, cum debito dedecore, Ariana

\* Nicolaus Antonius adnotat: *De morte Leovigildi consulendum Ambrosium Morales, lib. xi, cap. 11, et que congerit Bivaricus ad Maximi Chronicon anno Christi 587.* Nos nonnulla attigimus ad vitam sancti Hermenegildi 13 Aprilis.

† Idem Leandrum primum auctorem agnoscere videtur Ecclesiastici officii, quo dehinc Gothi uti sunt, quod vulgo Isidoro tribui solet. Porro, teste Mariana, lib. vi, cap. 5, in concilio quarto Toletano, decretum erat: *Missale et Breviarium unum esto in Hispania; ejus rei perficienda cura, quoniam Isidoro, qui primas partes in eo concilio tenuit, creditur esse demandata; usus obtinuit, ut Missale et Breviarium*

perfidia. Revocantur itaque exsultantes præsides, ecclesie adornantur, fideles devotissimi. cum patribus gratulantur, omnipotentis Dei clementia magnifice collaudatur, qui tantæ virtutis constantia Isidorum corroboravit. Beatus autem Leander, operibus charitatis et verbo prædicationis, Christianissimo regi Recaredo, qui loco patris eundem Leandrum sibi præposuerat, gentibus Gothorum, quibus semper patri inhæserat affectu, et populo Hispalensi, quorum curis invigilabat specialius, in sollicitudine, in charitate non ficta devotissime insistebat; et ut Patrem et Filium et Spiritum sanctum, *trinum* secundum personarum distinctionem, et unum secundum majestatis divinitatem, Deum esse crederent suadebat; quibus credentibus, prior instituit illis præcepta et ecclesiastica officia. Ipso etiam tempore Suevi, unda baptismatis per eum jam loti, Galliciam obtinent. Cernens igitur Leander admirabilem Isidori constantiam tantis fulgurare virtutum augmentis, nescio si quo præventus præsagio, ne se dimisso, prædicationis causa aut ob aliud aliquid exteras peteret regiones; vel quia, ut credimus, se ab infantia mente et corpore virginem Domino consecraverat, ne saltem levi inter turbas posset fame maculari, aut ne qui exstiterat persecutionis tempore robustissimus, levis auræ humana favoris elatus jactantia, in tranquillitate positus, frangeretur; in cella, ut fertur, ab eodem Isidoro constructa, bonæ indolis adolescentem reclusit. Hoc autem factum tam piissimus rex Recaredus, quam plures Ecclesiarum prælatus ægre ferentes, cum animi molestia sustinebant; injustum enim censebant tanti patris placitis contraire. Murmurabant clerici mussitando, obsistit populus conclamando, lucernam clarissimam Isidorum non debere sub modio cellulae vel etiam unius civitatis poni, qui splendore scientiarum et consecratione bonorum operum, ad totius orbis sufficeret illuminationem; et qui tanquam aurum in fornace, ab impiis poenarum tusionibus probatus exstiterat; non in cellula includendum, sed in multarum gentium lucem proferendum, quernis vocibus clamabant.

13. Reverendus autem Pater Leander, ut gravitatis pondere pressus, non pio regi Recaredo, non Ecclesiarum prælatis, non regni principibus, non musitationibus clericorum nec populorum vocibus cessit; Spiritus enim sancti gratia præventus ipse, sciebat quid esset facturus. Denique ei eruditissimos providit magistros, a quibus audiendo, cum quibus

*Mozarabum, hoc est ex antiquo Gothorum more conservatum, sacrorum precumque diurnarum et nocturnarum ritus Isidoro tribuuntur, tumetsi nonnulla Leander invenit, plura progressus temporis addidit.*

\* Illustravimus ad diem 20 Martii acta sancti Martini Dumiensis, archiepiscopi Bracarenensis; et ostendimus, auctoritate Gregorii Turonensis et sancti Isidori, Suevos in Gallæcia degentes cum rege Theodemiro ad fidem orthodoxam conversos. An aliquid eo contulerit sanctus Leander, alibi non legimus. Potuit tamen fecisse, quando regnum Suevorum deletum sub Leovigildo et in Gothos translatum, permansit sub Recaredo rege catholico.

etiam disputatio, conferendo, quibus opponere do et respondendo, quosque interrogando, si quid minus didicerat, posset addiscere corrigendo. Mira res! omnis quippe, qui docturi eum de sua scientia præsuebant, ab eo mirabiliter docti, de incrementis doctrinæ copiosius gaudebant. Venerabilis vere rex Recaredus, juxta cellulam beati viri assidue assidebat; et a fontibus Salvatoris almo Isidoro effluente, sanctæ Trinitatis fidem piis hostibus per fenestram hauriebat; et non immemor auditorum, cupiens Filio Dei duplicatum reportare talentum, populis sibi subiectis pocula vitæ æternæ, quæ acciperat, fideliter effundebat. <sup>a</sup> Erat namque cultu religionis præditus, et paternis moribus longè dissimilis: nempè Irreligiosus, et bello promptissimus; hic fide pius et pace præclarus, ille armorum artibus gentis imperium dilatans; hic gloriosus eandem gentem fidei trophæo sublimans. In ipsis enim regni sui exordiis catholicam fidem adeptus, totius gentis populos, in soliti erroris labe detersa, ad cultum rectæ fidei revocavit. Synodum <sup>b</sup> deinde omnium episcoporum ad condemnationem Arianae hæresis, de diversis Hispaniæ et Galliæ provinciis congregavit; cui concilio idem religiosissimus princeps interfuit, gestaque ejus præsentia sua et subscriptione firmavit. Hic virtutibus adornatus, omnes quos Deo charos faciebat, honoribus extollebat; quos vero supersticiosos, coram omnibus arguebat, ut ceteri timorem acciperent; qui non patrem perfidum, sed Christum Dominum sequens, horrebat et execrabatur Ariam insaniam, et a toto regno suo turpiter expellebat. Tantam in vultu gratiam habuit, tantam in animo gessit benignitatem; ut in omnium mentibus influens etiam malos ad affectum amoris sui attraheret; adeo liberalis existit, ut privilegia et Ecclesiarum prædia, quæ pater suus fisco associaverat, jure proprio restauraret; adeo clemens, ut populi tributa sæpe indulgentiæ largitione laxaret, opes suas in miseris et thesauros suos in egenis recondens, sciens ad hoc illi fuisse collatum regnum, ut eo salubriter frueretur. Hæc ad laudem Dei nostri et confessorum ejus Leandri et Isidori, qui talem a Domino discipulum obtinere meruerunt.

#### CAPUT IV.

*S. Leandri episcopi Hispanensis obitus, et libri scripti.— Successio S. Isidori.*

14. Videns itaque humani generis inimicus, se suosque a sanctis confessoribus, per Recaredum regem, quem ante subditum habuerat, persequi; duos comites inelytos opibus et nobilibus genere, profanis

<sup>a</sup> Sequentia ex Isidori Chonico transcripta sunt.  
<sup>b</sup> Concilium Toletanum III æra 627, Recaredi anno 4, Christi 580 celebratum.

<sup>c</sup> Gregorius Turonensis lib. IX Hist. Franc., cap. 1<sup>o</sup>, appellat *Athalocum*, Arianae sectæ episcopum, qui, cum ad consentiendum ei paucorum faveret adulatio, commotus felle, ingressus in cellulam suam, inclinato super lectulum capite, nequam spiritum exhalavit. Huic episcopo videntur adhæsisse *Ganvislan* et *Vulgernus*, licet alii eorum non meminerint, et ab illis excitati Franci in Narbonensem seu Gothicam provinciam irruisse.

<sup>d</sup> Joannes Biclarensis *Claudium Lusitaniæ ducem*

tamen mentibus et ignobiles moribus, *Ganvislan* videlicet et *Vulgernum*, una cum Ariano episcopo <sup>e</sup> *Athalco* nomine, contra regem Recaredum concitavit: qui congregata multitudine Francorum, ob vindictam Arianae vesaniæ, urbis Narbonæ circum adjacentes regiones devastantes, et innumerabilem clericorum, religiosorum et catholicorum trucidantes multitudinem, etiam piissimo regi Recaredo regnum præripere nitentur. Contra quos gloriosissimus Recaredus, misso <sup>d</sup> *Claudio Emeritensi* duce, glorioso triumphavit eventu. Nam prostratis consternatisque de inimicis fere <sup>e</sup> sexaginta millibus, in Hispaniam cum gloria magna regressus est. Post hoc, remotis ab omni parte temperatibus, desideratam Dominum populo suo largiri dignatus est pacem. Dum hæc ita se gererent, et multa catholicæ Ecclesiæ, favente Domino, tranquillitas redderetur, et Arianae hæresis calamitas ab omnium pene mentibus discuteretur, atque urbs Hispanensis una cum sanctissimis confessoribus pro tantæ tranquillitatis gratia congauderet, et Domino indesinenter gratias referret innumerabiles, eundem venerabilem antistitem *Leandrum*, Domino vocante, contigit ægrotare. Cumque diem extremum sui felicissimi laboris in proximo venturum agnosceret, venerabilem fratrem suum *Isidrum*, solatii ac benedicendi gratia et ut se ejus orationibus commendaret, a cellula educit, et sibi præsentari præcatur. Quod cum beato Isidoro retulissent, cujus jam tota mens cælis inhærebat, et parvam cellulam omnibus temporalibus divitiis præponebat, repulit eos a se dicens: Scitote, fratres, me ab hac cellula minime egresurum, quandiu frater meus in hujus peregrinationis corpore superstes steterit: ipse enim hoc proposito sacramenti firmavit. Beatus autem *Leander*, pastoralibus jugiter curis expletis, post receptionem Dominici corporis et sanguinis, felicissime in Domino obdormivit. Illoc autem prætermittere jamdudum non existimo, quod hic clarissimus doctor *Leander* <sup>f</sup> fuit ab eodem patre *Severiano*, quo et *Isidorus*, genitus, professione monachus, et ex strenuissimo monacho, multo populorum conamine, ipso renuente, Hispanensis Ecclesiæ constitutus est episcopus. Vir hic suavis eloquio, ingenio præstantissimus, vita quoque atque doctrina fulsit excellentissimus; ut etiam fide ejus atque industria, populi gentis Hispanorum per eundem beatum afolescentem fratrem suum *Isidorum* (ut superius scriptum est) ab Ariana insania ad fidem catholicam reverterentur. Hic namque in exsili sui peregrinatione composuit duos ad-

appellat. *Isidorus, Claudium ducem.*

<sup>e</sup> *Biclariensis*. Sexaginta millia ferme Francorum noscitur infugasse, et maximam eorum partem gladio trucidasse. *Isidorus* tot advenisse ait; addens, nullam unquam in Hispaniis victoriam Gothorum vel majorem vel similem existitisse.

<sup>f</sup> Hæc, paucis hinc inde additis aut mutatis, transcripta sunt ex elogio *Isidori* de *S. Leandro*, in libro de *Scriptoribus Ecclesiasticis*; ex quo nonnulla perperam hic scripta correximus. Ea autem ad *S. Leandri Vitam* illustravimus.

versus hæreticorum dogmata libros, eruditione sanctorum Scripturarum diuissimos, in quibus vehementi stylo Arianam impietatem confodit ac detegit; graviter ostendens scilicet, quid contra eos habeat catholica Ecclesia, vel quantum distet ab eis religio ne vel fidei sacramentis. Exstat et aliud laudabile ejus opusculum, adversus instituta Arianorum, in quo propositis eorum dictis suas responsiones opponit. Præterea edidit Florentinæ sorori suæ, de institutione virginum et contemptu mundi, libellum, titulorum distinctionibus prænotatum; siquidem et ecclesiasticis officiis idem non parvo laboravi studio: in toto autem psalterio duplice editione orationem conscripsit: in sacrificiis quoque, laudibus atque psalmis multa dulcisono carmine composuit. Scripsit etiam epistolas multas ad papam Gregorium, et de beatitudine unam, in quibus ab eo archiepiscopale pallium et libros de expositione beati Job librique Pastoralis Regulæ poposcit; et ut pro eo ejus fieret ad Dominum intercessio, pro morbo podagrico, quo admodum vexabatur, frequentissime exoravit. Quæ omnia a beato papa Gregorio, qui cum tenerrime diligebat, impetravit. Alteram vero, ut in ante dictis prælibavimus, ad fratrem suum Isidorum direxit epistolam, in qua præmonet cuiquam mortem esse timendam. Ad ceteros quoque episcopos plurimas promulgavit familiares epistolas, et si non satis splendida verbis, acutas tamen sententiis. Sub Recaredo rege catholico, Romani pontificis vicibus in Hispaniis fungens, floruit: cujus etiam tempore mortalitatis vitæ terminum clausit, a pridie Idus Martii.

15. Translato igitur inter angelos beato Leandro, Hispanensis metropolis tanto cõstituta patrono, die noctaque preces Domino effundebat, quatenus, populo suo miseris, eis pastorem fidelissimum provideret, qui non solum cathedrali dignitate, verum etiam morum sanctitate beato Leandro successor existeret. Huic vero petitioni eorum pius Dominus minime defuit, misericorditer eis annuens postulata. De tanti etiam patris decessu adjacentium <sup>b</sup> parochiarum episcopi admodum condolentes, convenerunt in unum, cum clericorum et religiosorum convocatione, ut secundum sanctorum Patrum instituta eadem Ecclesiæ idoneum præsulem eligendo providerent. Horum siquidem electioni confirmandæ rex serenissimus affuit Recaredus, una cum principibus et Hispaniarum nobilibus viris. Sed populus civitatis, quod conceperat animo non valens subicere, majorum vota præveniens, interim conclamabat, dignum Dei famulum episcopatu Isidorum, qui in juvenilibus annis pro lege catholica viriliter egit, et innumeras pro ejusdem fidei defensione ab impiis sustinuit pœnas. Regis autem et episcoporum et principum eadem erat voluntas, una concordia, eademque sententia, et Isidorum episcopatu esse dignissimum, qui tam exem-

A plo boni operis quam sermone sanctæ prædicationis totam erudiret Hispaniam, testabantur: et ad beatum Isidorum accedentes, cum humilitate et reverentia, communem omnium insinuant voluntatem; suadentes eum onus archipræsulatus, ad totius Hispaniæ salutem, subire; sed ille, qui omne sublime baud secus quam suam præcipitum declinabat, nulla ratione eorum desideriis præbebat assensum. Ad hoc reverendus princeps et almi pontifices, videntes se suasionibus nil posse proficere, non ferentes ultra, convocatis civibus uno spiritu, ad eundem convenerunt Isidorum, parati vim facere. Concurrentes itaque populi, concitato clamore beati viri cellulam dirimunt; atque, prout poterat, reluctantem in voce jubilationis ad Ecclesiam perduxerunt. Clamabat enim <sup>B</sup> Dei servus, volens excusationis prætere rationem: sed incassum, quia continentium aures suas populorum lætantium voces invalescebat.

16. Perpendens itaque Christi præco, se nulla posse ratione resistere, coactus cessit; atque in Hispanensem antistitem cum veneratione magnifica est electus, totus insignis, totus signatus, totus celebrer, totus pulcher, totus amabilis, totus desiderabilis, insignis origine, honestate, honore et majestate; signatus natura, dignitate, gratia et disciplina; celebrer doctrinis, eloquiis, præniis, et præconiis; pulcher habitu, aspectu, delectu, et cultu; amabilis obsequio, alloquio, conciliis, patrocinio; desiderabilis specie, desiderabilis bonitate, innocentia vel justitia; desiderabilis perfecta charitate. Talis eligitur, talis <sup>C</sup> deligitur, talis cogitur, trahitur, adoptatur; talis infulatur. Diriguntur præterea nuntii ad gloriosissimum Gregorium venerandæ urbis romanæ papam, ut confirmata electione, de benedictione beati Petri apostoli pallium Isidoro sibi amicissimo archiepiscopale transmittere dignaretur. Sanctus vero Gregorius papa, de electione sibi directi Isidori admodum gavisus, Deo gratias egit, et nuntiis honorifice susceptis electionem confirmavit; <sup>c</sup> pallium cum postulatis dirigens, etiam ut primatiæ honorem in Hispaniis exsequeretur, concessit.

Decoratus igitur infula præulari quantus vixerit, quantus exstiterit, quantum profecerit, quantaque fecerit, pontifex asserit, præsul affirmet, probet antistes, episcopus testetur: declarat virtus pontificem, prodatur scientia præsulem, doctrina fateatur antistitem, mores eloquantur episcopum. Erat enim semper prudens, semper constans, semper modestus, semper justus; prudens discernendo, prudens eligendo, prudens diligendo, prudens inhiærendo: constans tolerando, constans resistendo, constans cadendo, constans persequendo; modestus appetendo, modestus inquirendo, modestus utendo, modestus parcendo; justus meditando, justus loquendo, justus operando. justus perseverando; probus ubique, devotus ubique, utilis ubique, expertus ubique; promptus ad incipient-

<sup>a</sup> Imo tertio Idus Martii, ad quem diem Vitam dedimus.

<sup>b</sup> Parochiam pro diœcesi usurpari in Vita Sancto- rum et apud S. Hieronymum monimus cap. 1. Ita præcipitur in Capitulis Caroli Magni, ut nullus episco-

pus in alterius parochia ordinationes faciat.

<sup>c</sup> Lectiones in Breviariis Hispaniis et Romano cardinalis Quignonii, eique pallium misit in Hispaniam.

dum, promptus ad obediendum, promptus ad agenda ministranda, episcopi dignitate se vocatum, non minus operibus quam sermonibus favebatur.

**CAPUT V.**

*Cura in institutiones clericorum, monachorum, laicorum. — Iter Romanum. — Pluvia impetrata. — Mortua resuscitata.*

17. Circa clericorum vero et scholarium curam ita sollicitus erat, ut ex ipsa vehementi invigilantiam singulorum patrem probarent. Parum enim sibi videbatur vicinis clericis scholaribus providere, quia etiam undique vocaret, ut magis haberet quibus sua impartiretur beneficia, quos per se ipsum in sanctorum Scripturarum paginis erudiret, et temporalibus aX- moniis provideret. Concurrerant ergo clerici, tantam patrem, non solum audire, verum audire sitientes; qui benignissime patri susceptos affectu hortabatur, ne ab eo prius discederent, quam in lege Dei edocti sibi et catholicæ Ecclesiæ profuturi clarescerent; et ut removeret ab eis materiam vacandi otio, extra Hispalensem civitatem miræ pulchritudinis extruxit monasterium, a quo nulli scholari exeundi ante quadriennium licentia præbatur. Quosdam autem eorum qui ditiores videbantur, et inesse recusabant ministerio, quos veritatis spiritu demonstrante, in Ecclesia Dei opere et sermone potentes futuros esse prævidebat; ne occasione compta, vana quæque per gyrovagationem meditando, mentem a studio revocarent, ferreis astringebat compedibus. De quorum collegio sanctissimus quasi Lucifer emicuit. Hildesonsus, nec non et gloriosus Braulius Cæsar Augustanus episcopus. Et quia non semper personaliter, pluribus emergentibus curis, prout optabat, poterat eis continuare doctrinam, ubicunque in lege Dei sedulos, et ad bella spiritalis certaminis aptos speculabatur magistros, multis honoribus attollendo humiliter precabatur, ut sui optati laboris non immemores, in scholaribus docendis continuarent operam efficacem. Non enim sibi videbatur nefarias hæreses a vinea Domini radicitus posse evelli, nisi clerici et quique religiosi, fama sanctitatis et instantia prædicationis, populis insisterent. Fomes namque et occasio totius mali et hæresis, morum lapsus clericorum et religiosorum, et æquis contemptus scientiæ Scripturarum existit. Super religiosos quoque monachos, eremitas, atque secundum patrum regulas sæculo reuertentes summo opere invigilabat, ne quis eorum inopia mergeretur, aut verbi Dei in edia deperiret, necessitate compulsi, per diversa quæritando, lapides sanctuarii dispergerentur; et color auri optimus, scilicet propositum sanctorum virorum, mutaretur, et pervagatione mediante sanctæ conversationis obliviscerentur; et concupiscentiis illecti et abstracti, sæcularibus curis implicarentur; et regularibus frenis laxatis, se diaboli subirent servituti. Sicut mater unicum amans illum, ita omnibus charitate annexus, pandebat unicuique eorum

\* Coluntur S. Hildesonsus 23 Jan. et S. Braulius seu Braulio 18 Martii: ad quorum Vitas hæc latius indicantur.



benevolentiae sinum. Sicut gallina congregat pullos suos sub alis, ita protegebat eos a facie malorum: ne adversis pulsus incursibus vel egestatis pressis angustis, paterno sublato praesidio, extra quam norma poscit, affligerentur. Sicut aquila provocat ad volandam pullos suos, ita ad caelestia desideria piis uonitis animabat; ipse prius caelestibus operibus abærendo super eos volitans, illius sanctissimi apostoli Pauli exemplar secutus, ne forte, cum sine exaggeratione operum aliis prædicaret, iudicio deprehensus evangelico, diceus et non faciens, reprobis efficeretur. Quis namque sanctorum congregationum frater, molestia animi vel corporis pressus, infirmatus, ipso non ad sanitatis remedia succurrente? Quis inimici tentationibus scandalizatus urebatur, illo non studio pastoralis aquam sanctae prædicationis de super effundente? Portabat onera subditorum, dignum ducens ipse solus in sollicitudinibus sæculi tribulari, ut sancti viri perturbatione submota, habentes victum et vestitum, soli Deo studerent placere; credens se eorum intercessionibus, si quid ei decrat, promerari. Quamvis, etiam suæ et aliorum consulendo salutem, mulierum pro posse vitaret præsentiam, quascunque tamen moniales vel religiosas in Dei laudibus cerneret permanentes, mira venerabatur affectione; et ne temporalium spiritualiumve sibi deesset copia, assiduis largitionibus providebat. Per Hispaniæ igitur regionem plurima nec non et pulchra ædificavit monasteria: in quibus utriusque sexus religiosorum turmas, ad laudem et gloriam divini nominis congregavit. Tradidit etiam eis regulam, quam ipse secundum apostolorum instituta ediderat, quam pro loci varietate et Dei servorum viribus decentissime temperavit, docens unumquemque stare in gradu et gratia qua vocatus est; et in officio quo in sæculoungebatur (dum modo sit honestum), in monasterio quoque, secundum præpositi sui imperium, si necesse fuerit, humiliter deservire.

18. Inde non contentus (prodesse) uni soli provincie, qui omnium fidelium utilitati se natum credebatur; per civitates et regiones egressus, in sacris tabulis novi et veteris Testamenti clangendo, ad caelestia desideria animabat electos; vel contra mundi rectores tenebrarum harum, ad spiritualia (bella) hortabatur. Ubique tuba personat Evangelii, ubique annuntiat Christus, ubique sanctæ Trinitatis laudes resonant, et non est qui se abscondat a calore ejus; quoniam in omnem terram confessoris sonus exiit. Nam quos præsentia sui corporis illustrare non valebat, missis epistolis et nuntiis roborabat. Quidquid indecorum, quidquid incompositum, quid-

<sup>a</sup> *Regula S. Isidori* exstat inter opera ejus, et servatur in parte II Codicis Regularum a Luca Holstenio editi. Citant eum Benedictus Anianensis abbas, in *Concordia Regularum* et Smaragdus monachus, in *commentario ad Regulam S. Benedicti*.

<sup>b</sup> *Marcha*, seu *marcha* pro limite provincie, aut integra limitanea provincia, accipitur passim in actis sanctorum. Consule dicta 6 Februar. ad Vitam metricam S. Amantii per Milonem c. 2, litt. 6.

<sup>c</sup> Fuisse anno 661 Romæ duo concilia habita tradit

quid deforme, sed maxime legi Dei contrarium habuisset obvium, non parcebat oculus ejus; et ne crescendo augmentaretur sollicitus, quam celerrime principiis obsistendo, delere de populo Christiano et extirpare nitebatur. Sed et Apostolicas sanctiones atque decreta sanctorum patrum, sanctæque Romanæ Ecclesie præcipue institutiones, in cunctis Hispaniarum ecclesiis instituebat. Tradebat caelestia et humana jam strenuus legislator; leges dabat, modestiæ et honestati convenientes, præbens se ignem urentem, in consumendo memora criminum; et aquam frigidissimam, in frigidando ardores tentationum. Denique quæ civitas, quæ solitudo, quæ <sup>b</sup> marka, quæ hujus doctoris non senserit beneficia? Peragrans itaque Dei servus, fidelium mentes verbi Dei pabulo reficiendo, pauperes Christi in elemosynis recreando, hæreticorum dogmata sollicitè persequendo, in universis Hispaniarum provinciis; ad inclytam pervenit urbem Romanam, summo pontifice id humiliter postulante; qui quanto honore et reverentia a romano antistite et cardinalibus fuerit receptus, non est nostræ disserere valetudinis; sed ex officiis et dilectionis obtemperantiis erga eum exhibitis per facile lector conjicere potest. Onere namque totius Ecclesie sibi imposito, omnes se ei quasi patri pio, salva apostolica excellentia, offerrebant benigne, ut etiam, si liberet, genere nobilissimi, moribus famosi, dignitate præcipui, famulorum vices supplerent, et humilitate quæ poterant ministrarent: dignum ducentes prudentissimi viri, ut quia pro fide catholica et Ecclesie Romanæ honore ipsum, despectis tormentis principum, morti exposuerat, et multis scripturarum sententiis matrem Ecclesiarum omnium comprobaverat; ab eisdem Romanis condigno veneraretur honore: placuit etiam cunctis ut ecclesie prælati ad sanctam <sup>c</sup> synodum convenirent, ut si quid inhonestum reperiretur aut ambiguum, cum eodem sanctissimo corrigeretur Isidoro: quem summo desiderio in Romana curia ad sui decorem detinuisent, nisi in Ecclesie detrimento, ipso insinuante, hoc cessurum agnoscerent. Dimissa itaque synodo, quidquid voluit in romana curia ordinavit, et omnibus affectis mœnore dimissis, cum maximo honore et apostolicis muneribus in Hispaniam regressus est. Experti siquidem erant cum inter ceteras virtutes prophetiæ spiritu clarescere, et ita multa de futuris, tanquam essent historialiter acta, magis evangelizare quam prædicere videbatur. Revertente autem eo factum est gaudium magnum et tripudium in ecclesia Hispaniarum.

19. Cum autem sanctus doctor ad Galliarum fines

in synopsi sua Conciliorum Labbæus, quorum aliud pro monachis constitutum edidit, aliud adversus Andream Græcum, sub monachali habitu impostorem. Quidni aliqua similis synodus præsentem sancto Isidoro habita fuerit? Ejus mentio fit in breviariis Hispaniis. At publicum aut solemne illud concilium non fuisse, arbitramur, cum Ambrosio Morales, lib. XII, cap. 24; Mariana lib. VI, c. 7; Padilla, cent. VII, c. 22, et aliis.

appropinquaret, mire magnificavit Dominus agere A cum sancto suo. Cum enim Galliarum et Hispaniarum provinciae siccitate aeris nimia laborarent, et ex pluviae defectu fruges, arbores atque herbae arescerent, et homines ex ipsa intemperie gravem corporis sustinerent mole-tiam; sancti antistitis audientes adventum, laeti et alacres, de solita Domini pietate confisi, qui in servo suo semper operabatur insigni, cum crucibus et lampadibus de singulis civitatibus ei obviam procedebant, postulantes ut pro eis ad Dominum preces fundere dignaretur. Narbonenses vero, prope eo veniente, clamabant dicentes: O pie Hispaniarum doctor Isidore, tuis sanctis orationibus fuis ad Dominum, ab imminetibus periculis erue nos: advenisti desideratus, per te ubique a Domino solita praesentur beneficia. Beatus vero doctor, B ut erat compassione promptus, imperat silentium; et verbi Dei cibaria esurientibus apponit populis, admonens eos, ut una secum Domini invocantes misericordiam, sanctae Trinitatis fide praecambula et omni haesitatione postposita, filii Dei poscerent beneficia. Inde vir sanctus, elevans manus ad caelum, Dominum precabatur, quatenus ad gloriam sancti sui nominis, populo suorum peccatorum remissionem, corporis sanitatem, aeris temperiem, pluviarum largitionem, atque fructuum abundantiam dignaretur impertiri optatam. O mira virtus orationis sanctorum! Cum enim aeris serenitas uimia esset et solis ardore aestarent universa, post tonitruorum repentinos mugitus ac fulguris contiguos ictus tanta subsecuta est aquarum inundantia, ut quis non vidit temporibus retro actis hujus pluviae comparationem. C Beatus vero confessor, ictibus fulguris undique agitalus, totus ardere videbatur. At omnes timore mortis exterriti, sancto relicto, ad ecclesias confugerunt. Qui autem aegroti humeris bajulantium subsidia beati patris expetentes advenerant, suae immemores imbecillitatis etiam caeteros fugiendo praecurrebant cum merito: omnes enim B. Isidori obtentu pri-tinae erant redditii sospitati. Caeteri vero, in infirmorum sanitate dependentes a Deo factum miraculum, animati viribus ad sanctum accedere cupiebant; sed nullus erat, qui praeforibus auderet progredi, coruscatione simul et pluviarum inundantia prohibente. Supersedens itaque Christi praeco usque quo imbres cessarent, concurrat ad eum universa multi-tudo, laudantes in sancto mirabilia nostri Salvatoris. Beatus vero pontifex eos blande exhortatur, dicens: Ecce, fratres, quantum obinet sanctissimae Trinitatis fides interemerat. In nomine individuae Trinitatis petistis a tribus vel pluribus erui periculis, et tria vobis a Domino et etiam plura sunt collata benefi-

cia; scilicet sanitas corporis, aeris temperies, et exuberans frugum ac fructuum abundantia: praeterea, quod sanctius ac carius amplectendum, si illibatam fidem servabitis, peccatorum indulgentiam consequimini et bravium remunerationis aeternae. Nunc igitur, confirmate corda vestra in charitate Christi Filii Dei, et nullatenus circumveniamini a seductoribus, qui circumerunt mare et aridam ut faciant unum proselytum, aeternis flammis horribiliter concremandum. Lupi sunt infausta edacitate voracissimi, qui non veniunt nisi ut mactent et perdant, exterminantes facies suas, ut appareant junctantes hominibus, et per hoc facilius ejus decipiendi aditus reperiat. Haec et his consimilia perorans sanctus venit ad hospitium, ut defessa membra refoveret. B Populus interim per vicos et plateas Dei nostri magna collaudante, maledicentes, detestantes eos, qui Dei et virginis Filium Dominum nostram Jesum Christum, vel sola cogitatione Deum esse verum, cum Patre et Spiritu sancto permanentem in aeternum, negarent\*.

20. Cum appropinquasset almus doctor ad Hippalensem civitatem, obviam ei processit utriusque sexus populorum multitudo, clericorum, scholarium, monachorum et laicorum: qui in hymnis et laudibus, in voce jubilationis et tripudii, eum susceperunt cum gaudio magno. Concurrentibus itaque omnibus, ut sancti Patris tangerent simbrias, ex compressione turbarum, quaedam mulier praegnans praefocata spiritum exhalavit. Quod Sanctus cernens, ut erat misericordiae visceribus affluens, ubertim flevit, verba orationis ad Dominum tacitus fundens. Post aliquantulum vero spatium mulier surrexit, voce magna dicens: Benedictus tu, pater sancte Isidore, et benedictus sermo oris tui: sacris namque orationibus tuis ego, et quem gesto in utero, non solum praesenti vitae redditi, verum etiam de manu sumus eruti inimici. Populus ad mulierem conversus, sciscitabantur qualiter evenisset ei. Ad quos illa: Egre-diente, inquit, anima mea et filii mei, qui in utero est, de corpore, caetera daemonum affuit, qui nexibus igneis nos ad poenarum loca rapere parabant; et gloriosissimo patre nostro pro nobis orante, audita est vox dicens: Revertantur animae horum in corpore suo, quoniam amicus Dei Isidorus orat pro illis. Quo audito, unus angelorum sanctorum qui semper sunt cum beatissimo doctore Isidoro, nos ad corpus reduxit. El-vans itaque omnis populus vocem in caelum, laudes clarior Altissimo personando, eum in urbem dixerunt. Tantam siquidem pacem per eum Dominus contulit Ecclesiae, atque tantum intulit terrorem universis superstitionis filiis, ut funditus ab Hispaniis omni exstir-

\* Sequebantur nonnulla inserta de Mahometis praedicatione in Hispania, et quomodo a diabolo monitus sit recedere in Africam propter adventum S. Isidori: quae falsa et adscititia censet Nicolaus Antonius. Disputat de his Tamajus, qui opinionem unam et sine apice veritatis adstructam clamat cum Morales, Padilla, Mariana et aliis. Quare nos ea ex hac Vita eliminamus, maxime quia compendium hic re-latorum legi potest apud Lucam Y. lxxxviii. lib. III

Chronici sub Sisehuto rege et ara 674; item apud Maximum, in Chronico, ad annum 606; Luitprandum, ad annum 607; et similes auctores nuper execogitatos, quasi eximie Hispaniae accederet aliqua gloria. Quidni tamen Mahometicae pravitate seminator aliquis, tempore Isidori ex Africa in Hispaniam trajecerit, matureque detectus, coactus sit sibi fuga consulere.

pata hæretica pravitate, nullus reperiretur qui vellet vel auderet hæresim nominare. Et ne aliquod misericordiæ opus vir sanctissimus in expertum prætermitteret, si qua de puellis sæcularibus præ inopia infamem cogere ducere vitam, Dei minister celerime præveniendò, miserabilia rescindebat vota, nupti vel monasterio, pro ejus electione, tradendo. Si quem etiam de laicis in lege Domini voluntarium reperisset, nimia venerabatur dilectione, et inter suos secretarios amicabiliter annotabat. Innumerabiles fere squalore carceris maceratos vel etiam captivos, large datis muneribus, liberavit; et alieno æro illaqueatos, creditoribus data pecunia, utrosque gaudentes effecit. Reformandæ etiam pacis inter discordantes erat illi maxima cura; et nunc ecclesias construendo, nunc monasteria restaurando, nunc pontes innovando, veritatis operarius sollicitus permanebat; illud Salomonicum sæpius suis proponendo, multa mala docuit otiositas. Tanta erga eum reges et principes vincti tenebantur dilectione, propter apostolicam quaungebatur auctoritatem, ut eum patrem humiliter venerarentur sanctissimum, et quæque ab eo sibi imperata perficerent cum summa devotione. Hinc in principibus florentem obedientiam cerneret monachorum, dum qui regis vel alicujus principis iacurrisset offensam, et per alia ei reconciliari nequiverisset, ad extremum refugium securus accedebat Isidorum. Quis unquam ad eum peccator mæstus, turbulentus, vel desperatione suffossus accessit, et non in verbis gratiæ, quæ mellifluis ejus ore effluebant, statim viribus resumptis, spe veniæ et gratiæ animatus, lætus et hilaris et ex animi contritione justus effectus, gratias agens, repletus bonis discedebat? Quicumque ad eum cujuscuque professionis accedebant, sæpe assiduitate visionis et usu locutionis atque exemplo boni operis ab ambitione temporalium quiescebant, et veritatis lumine succensi, in desiderium æternæ lucis inardescabant. Quantæ autem existerit virtutis et miraculorum vibratione coruscus, si omnes humani corporis artus verterentur in linguam, proloqui non auderent. Præterea futurorum providens utilitati, innumerabilibus fere sententiis et verbis præclaros edidit libros, quos enumerare longum est, tamen eos beatus Braulius Cæsaraugustanus episcopus in parte enumerat. Scriptis postquam edidit alphabetum <sup>a</sup> papæ judicum, alphabetum verbum, alphabetum theologiarum distinctionum, atque alphabetum librorum; oratione finem faciens, orationis scripsit Alphabetum, futuros plangens Gothicæ gentis errores, simul eversionem, in quo quotidie Dominio psallebat, quod in hoc opere duximus annotandum.

<sup>a</sup> An patriæ? Nicolaus Antonius annotat mendum hoc emendari non posse, quod indicati alphabeti verbum meminert.

<sup>b</sup> Est ea synodus Hispalensis II apud Loyasam, habita anno regni 81, Sisebuti 9, Christi 619 aut se-

## CAPUT VI.

*Alphabetum irrationis ad tentamenta repellenda Adversarii et Dei gratiam promerend m.*

Audi, Christe, etc. (Vide infra inter Opera sancti Patris.)

## CAPUT VII.

*Epistolæ ad varios.*

Præterea epistolam quam ad S. Masonum Emeritensem archipræsulem de reparatione prælatorum post carnis lapsum, S. Masono cum instantia humili postulante scripsit in hoc opere ampliamus; eo quod sit perutilis, non solum episcopis et personis ecclesiasticis, verum etiam cunctis ad Deum per penitentiam redeuntibus.

§ 1. *Ad sanctum Masonum Emeritensem archiepiscopum.* (Vide infra ad epistolas S. Patris.)

Plures etiam multarum quæstionibus promulgavit epistolas, quas si non ad plenum, tamen ex parte duximus adnotandas, ut Sancti virtus et potestas in eis innotescat mundo et Christi fideles e. ad a. t. u. r.

§ 2. *Ad Braulium discipulum suum.* (Vide infra ad epistolas S. Patris.)

§ 3. *Braulius Cæsaraugustanus episcopus ad Isidorum.* (Ibid.)

§ 4. *Ad sanctum Braulium.* (Ibid.)

§ 5. *Ad sanctum Eugenium Toletanum archiepiscopum.* (Ibid.)

§ 6. *Ad Leodefredum Cordubensem antistitem.* (Ibid.)

## CAPUT VIII.

*Synodus Hispalensis. Hæreticus convensus, cæcus illuminatus. — Epistolæ ad varios.*

27. Hæc de innumerabilibus fere sufficiat ad præsens: si enim cuncta quæ occurrunt de eo præstringere voluerimus scriptis, tempus nos facilius quam copia deseret. In his namque sanctis operibus omne vitæ suæ tempus exercitatus, fama scientiæ et virtutum ejus universas regiones complevit. Multi itaque nobiles et peritissimi, desideratum cupientes videre Isidorum, alterius audire sapientiam Salomonis a finibus terræ veniebant. Veniebant alii ut doctrinam ab eo salutarem perciperent; alii vero ut viderent mirabilia in nomine Domini facientem: veniebant infirmi ut sanarentur a languoribus suis, quia virtus Dei de illo exibat et sanabat omnes, alii autem tentantes accedebant erronei, de seipsis præsumentes, si forte possent eum capere in sermone. Quorum præva æmulationis tempore quo ad <sup>b</sup> synodum Hispalim conveniebant episcopi, advenit <sup>c</sup> Gregorius, re suo contrarius <sup>d</sup> nomini, hæresis Acephalorum antistes, verbis garrulus, lingua discretus; paralogicis syllogismis promptissimus, in disputationibus acutissimus, qui, quasi fluvius rapidissimus, multos sibi obsistentes fidelium, qui electi videbantur, ab sanctæ ecclesiæ horto evelebat, et in mortis exitium secum inallibiliter pertraherebat. Negabat enim in Christo

quente, cui profuit ipse S. Isidorus metropolitanus, interfuere septem episcopi suffraganei ejus.

<sup>c</sup> Gregorius Syrus natione et ipse episcopus, cujus factionis historia existat in d. cta synodo can. 12.

<sup>d</sup> Gregorius Græce vigilem aut vigilantem significat.

duas esse substantias, et non verum Deum ex Deo A Patre ante tempora permanentem, sed purum tantum hominem asserebat. Illic ad B. Isidorum cum venisset, petebat ut in communi audientia sibi cum eo inire disputationis certamen audendi tribueretur facultas; sperans se, etsi eum non superare, tamen nec ab illo superari ullatenus posse; et hoc deveniret in multorum eversionem, si ita succederet, sicut hæreticus prænotaverat. Beatus autem confessor, prævidens hoc ad utilitatem catholicæ Ecclesiæ a Domino dispensari, ejus petitionibus benigne annuens, statuit diem. Convocat fideles, iudices eliguntur, qui partibus auditis, contra succumbentem dignam pro obtinente ferrent sententiam. Quid plura? Initur certamen, et diversarum Scripturarum concurrentibus testimoniis, cedit hæretico episcopo, quia non poterat resistere sapientiæ et Spiritui, qui loquebatur. Admirans ergo super doctrina domini, non exspectat ut sententia iudicum proferatur, ipse proprio ore se acclamans victum.

28. Populis vero cum episcopis et clero pia devotione Deum laudantibus, eo quod prostratus sit Christianorum prædo, qui seducebat illos die ac nocte, cæcus quidam astitit, importunis vocibus conquerendo: Heu, inquit, alme doctor Isidore, diu est quod de tua sanctitate percepi famam; sed nunc assistens, bonitate tua privatus, te videre non mereor. Intuitus autem eum Gregorius, B. Isidorum dissimulantem præcabatur ut pontificalem chirothecam, quam manu tenebat, sibi porrigeret. Qua impetrata, in conspectu omnium fidus surrexit; et cæci oculos ea tangens, clara voce dixit, Dominus Jesus Christus, qui per B. Isidorum oculos mei cordis illuminavit, sanctis ejus meritis oculos corporis tui ad confirmationem fidei dignetur illuminare. Quo dicto, de palpebris cæci sanguine erumpente, visum recepit, vociferantibus in laudis jubilo exinde populis. Beatus antistes, vix silentio impetrato, docuit Christum Jesum verum Deum et verum hominem esse colendum, atque in una ejusdem persona duas esse substantias, divinam scilicet et humanam: divinam, quia Deo Patri semper manet coæternum; humanam, quia ex intemerata matre virgine cæpit esse hodiernus.

§ 1. *Epistola beati Isidori ad Braulionem.* (Vide infra ad Epistolas S. Patris.)

§ 2. *Alia epistola ad eundem.* (Vide ibid.)

§ 3. *Epistola Braulionis ad S. Isidorum.* (Vide ibid.)

§ 4. *Responsum S. Isidori.* (Vide ibid.)

#### CAPUT IX.

*Synodus Toleti habita. — Præclara in morbo præparatio ad felicem obitum.*

32. Cum igitur gloriosus doctor Isidorus diversis coruscaret miraculorum signis, et fama sanctitatis ejus per universum fere orbem diffunderetur, pro-

<sup>a</sup> Hæc est quarta synodus, sub Sisenando rege celebrata, sub quo et ipse diem suum obiit Isidorus, ut Ildephonsus innuit. Sed nihil eorum quæ postea huic synodo tribuuntur, dierta scilicet fidei confessio in ea, nisi aliis verbis legitur. Quare auctoris licentia hæc fuerit non laudanda, suo potius quam synodi sermone

phetiæ spiritu, quo clarissimus refulgebat, obitus sui diem longe ante discipulis præsignavit. Attollitur clamor scholarium, monachorum luctus substruitur, monialium singultus erumpit, atque populi gaudium convertitur in mœrorem. Beatus autem confessor eandem, quam semper habuerat, de Ecclesiæ Dei grege sollicitudinem gerens, jussit omnes Hispaniæ episcopos, et abbates, et principes, ad Toletanam synodum convocari; exoptans summo opere, quatenus antequam migraret de corpore, clericalem ordinem in fraterna concordia, laicalem vero in perpetua dimitteret pace. Ad quam<sup>a</sup> synodum cum ventum fuisset, in primis ut in fide sanctæ Trinitatis permanerent exhortabatur, hanc de unitatis essentia ac personarum varietate proponens distinctionem, unum scilicet essentia et natura, indivisibilem, verum Deum, de quo Moyses dicit: audi, Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est: qui nequaquam vel cogitatione a fidelibus est dividendus ut non in labyrintho erroris volvantur: qui ubique totus et ineger est, per essentiam sive per præsentiam majestatis, quod idem est; intra omnia, sed non inclusus; extra omnia, sed non exclusus; nec localiter tamen: qui cum sit simplicissimus secundum majestatis divinitatem, est tamen trinus secundum personarum distinctionem; Pater ingenuus, semper omnipotens; Filius unigenitus de Patre, semper inseparabiliter natus; amorum autem Spiritus, inseparabiliter a Patre Filioque semper procedens; unde et unum sunt. Præterea in una Christi persona duas profiteremur nativitates atque naturas; unam scilicet sempiternam ex Patre, secundum quam Deo Patri æqualis manens, est immortalis et impassibilis, alteram vero temporalem ex matre, cum anima assumptam, secundum quam pro nobis pati atque mori dignatus est; unde verus Deus et verus homo in una persona est. Quid autem sit gignere, nasci vel procedere, hoc si non capimus sinu mentis, capiamus sinu fidei et salvi erimus. Omnes nefarias hæreses, non minus quam suum præcipitium exhorrens, enervavit et anathematizavit, maxime execrabilem et odibilem Arian sectam, necnon et Acephalitarum nefariam superstitionem: quas ipse a tota Hispania et Galliis vehementi invigilatione, fratris sui prædecessorisque Leandri, sanctitate et doctrina perspicui, fulciete studio, gladii verbi Dei persequendo eliminavit, confudit ac penitus enervavit. Romano etiam pontifici, loco beati Petri apostoli substituito, eo quod sit Ecclesiæ Dei caput in his quæ ad Deum pertinent, a fidelibus omnibus debere obedire, clarissimis sanctarum Scripturarum testimoniis approbavit: <sup>b</sup> quibus etiam contestando prohibuit, ne unquam membra a suo capite sejungerentur; volentibus præsumere, maledictum intentans. Regibus et principibus leges instituit; Ecclesiæ Christi sacerdoti-

*pronuntiare maluisse.* Ita Nicolaus Antonius: sed in Toletana synodo striccius dicta, latius explicantur in synodo Hispalensi II, can. 13.

<sup>b</sup> Idem observat nihil tradi de Romano pontifice in dicta synodo Toletana IV.

bus catholicam fidei regulam tradidit; \* officia et A gradus cunctorum ordinum exposuit, sacrorum iura ostendit civibus, et cunctis domesticis fidei populis disciplinam Christianæ religionis insinuavit. Ad ultimum vero, cum omnia hæc essent ab universis approbata, alter Moyses atque nostris temporibus legislator, ore prophetico prosecutus est dicens: Cum in his traditionibus permanseritis puro corde, in præsentē vita pace fruamini et bonis, et in æterna gloria congratulabimini laude perpetua; cum autem hæc præcepta dereliqueritis, apprehendent vos mala, et cadet gens Gothorum fame et gladio inimicorum et peste. Cum autem conversi ad Dominum Deum vestrum fueritis perquirentes ea, possidebit semen vestrum portas inimicorum suorum et erit vobis gloria major quam fuerit unquam. Post hæc accepta benedictione valescentes Sancto, omnes ad propria sunt reversi.

33. Beatus autem Isidorus primas, per aliquot dies Toleti moram faciens, verbo sanctæ prædicationis infatigabilis persistebat. Et licet plura monasteria servis Dei construeret miro opere, dum esset Toleti, parvissima erat cella contentus. Inde regressus Hispalim, cum <sup>b</sup> fatigatum corpus ægritudine assidua animæ natura subtiliter provideret <sup>c</sup> (licet in multorum admirationem larga eleemosynarum distributione temper fuerit usus), tanta eleemosyna continuis diebus, per sex menses seu amplius, plusquam erat solitus, monachis, scholaribus et pauperibus ab eo est erogata, ut ab oriente sole usque ad vesperam in distribuendo pauperibus substantiam multam, maneret occupatus. Post hæc infirmitate ægritudinis fessus, dum febris in corpore convalesceret, et cibum ejiceret debilitatus stomachus (ut suis exemplum relinqueret pœnitendi), ad pœnitentiam convaleuit (ut quod suis semper docuerat verbis, opere quoque, palam cunctis expleret, et cum Apostolo diceret, Imitatores mei estote, sicut et ego Christi. Convocato itaque clero et omni populo, fecit se a discipulis suis ad ecclesiam lecto deferri); atque reverendæ vitæ sanctum Joannem episcopum, et præclarum virum Epartium antistitem beatissimum (quos sibi vitæ sanctitas vinculo amicitiarum annexerat) jussit statim ut essent præsentēs. Et dum a cellula sua ad ecclesiam sancti Vincentii martyrī adduceretur, cuncta agmina clericorum (scholarium, D

monachorum, sanctimonialium, quorum sanctus confessor doctor exstiterat et sustentator) cunctarumque illius civitatis plebium, cum clamoribus et magno ululatu, eum susceperunt (rumpentes capillos capitibus, barbas, facies et vestes scindentes); ut si ferreum possideret quispiam pectus, solveretur mox in lacrymas et lamentum totus.

34. Et dum in prædicti martyris ecclesia juxta altaris cancellum, in medio poneretur choro, mulierum turbis longius stare præcepit; ut in accipiendū ipse pœnitentiam, virorum tantum, non mulierum, circa eum præsentia cerneretur. Et dum a præditiis suis episcopis qui cum cæteris, qui ad hoc triste, licet sanctum, convenerant spectaculum, insolabilibus resolvebantur lamentis, in cinere <sup>d</sup> involveretur et cilicio, expandens manus suas ad cælum, ita exorsus est dicens (Tu Deus, qui nosti corda hominum, et publicano longe posito, dum pectus percuteret, dimittere peccata dignatus es, et Abrahamæ patriarchæ sinu recipere voluisti, suscipe hanc confessionem meam; et peccata, quæ innumerabiliter contraxi, ab oculis differ tuis. Non reminiscaris mala, et juventutis delicta ne memineris): Tu, Domine, non posuisti pœnitentiam justis, qui non peccaverunt tibi; sed mihi peccatori, qui peccavi super numerum arenae maris. Non inveniatur in me hostis antiquus quod puniat. Tu scis quia, postquam infelix ad onus istud potius quam ad honorem in hanc sanctam Ecclesiam indigne perveni, peccare nunquam finivi; sed ut prave agerem laboravi. Sed quia tu dixisti: In quacunque hora peccator se a viis suis converterit, omnes iniquitates suas traderes oblivioni; hujus præcepti memor tui, clamo, utique cum spe et fiducia, ad te, cujus cælum non sum dignus aspicere præ multitudine peccatorum quæ conversantur in me. Adesto et suscipe orationem meam, et mihi peccatori da veniam postulatam. Quod si cæli non sunt mundi in conspectu tuo, quanto magis ego homo, qui bibi iniquitates quasi aquas, et sumpsi claustra <sup>e</sup> peccati. His consummatis vivificum corporis et sanguinis Domini sacrificium, cum profundo gemitu cordis indignum se judicans, ab ipsis suscepit pontificibus.

35. Deinde eorumdem episcoporum et quicumque de clero erant, cunctarumque plebium (per omnia nobis præbens humilitatis exemplum) veniam precabatur, dicens: Deprecor vos, sanctissimi domini mei

\* Quædam de his habentur can. 39 et 40.

<sup>b</sup> Hinc transcribitur Redempti clerici (quem archidiaconum appellat S. Isidorus in epistola ipsi inscripta) de obitu S. Isidori relatio cum hoc exordio hic omisso: *Visum est mihi ut tuæ sanctitati brevi exponerem, quomodo bonæ recordationis dominus meus Isidorus, Hispalensis Ecclesiæ metropolitanus episcopus, pœnitentiam accepit, suamque confessionem ergo Deum vel homines habuerit; vel quomodo de hoc sæculo ad cælum migravit, fidelis prænotationis tuæ stylo tuæ dilectioni notescerem. Quæ res me primam compulit pro hac sollicitudine, quam ex amore in eum offeris, vestræ charitatis gratias agere: deinde quia vera supprimere nequeo, et quod de eo pauca de multis colligere potui, te orante dicere cogor. Dum suam suam, nescio qua sorte jam prospiceret, et sati-*

gatum corpus, etc.

<sup>c</sup> Parenthesi inclusa sunt addita, ut hinc inde nonnulla alia. Quæ () inclusimus, velut ab auctore vite originariam relationem interpolante inserta.

<sup>d</sup> In editis, *ab uno cilicium, ab altero super se mitti exposceret cineres*. Fuerunt autem hi duo episcopi, Joannes Ilipæ, quæ hodie Penna-flor; et Epartius Italicæ, vulgo Sevilla la Vieja; ambo concilio Tolitano IV subscripti; et post metropolitanam Hispalensem primi, secundum ordinem sedium, apud Carolum a S. Martino in Geographia sacra enumeratarum.

<sup>e</sup> Idem, *ut colostrum peccatum*: quod magis proharim? est enim colostrum flos primi lactis: et sic continuata metaphora jungitur priori non absimili, qua se dicit Sanctus quasi aquas bibisse iniquitatem.

sacerdotes, sanctamque congregationem clericorum et populi, ut pro me infelice et pleno sorde peccati, vestra ad Dominum dirigatur oratio; ut qui ineritis non sum dignus, merear, vestro saltem intercessu, obtinere, impetrata clementia, meorum veniam delictorum. D'mitte mihi indigno, quod in unumquemque vestrum commisi, si quem contempsi odio, si quem læsi irascendo. <sup>a</sup> (Vides virtutum exemplar, a quo omnium paterna sollicitudine necessitas dependebat, dum magistrum sic conspicias a sibi subjectis veniam postulare; quia hoc gratiosius est simplici amore, quibus prodest offensos aliqua timere occasione. Imitari labora pro viribus ad tanti doctoris humilitatem sectandum est enim summa humilitatis species subjicere se minori; et castus Dei timor sive sanctus, qui permanet in sæculum sæculi, est, se non elato corde præferre alicui. Deinde beatus confessor subiecit:) Dimittite, obsecro, nunc saltem, domini mei, mihi instanter petenti, imo et si quid deliqui, penitenti. Et dum omnes voce magna pro eo indulgentiam cum lacrymis postulassent (licet ab aliquibus objiceretur quod ille qui sanctitatis fulgebat culmine, non peccatorum precibus, sed e converso illi ejus juvarentur obtentu, qui mentis et corporis integritate ab ineunte aetate se Domino consecrarat. Dumque universi singulares viri virtutes narrant, circumstantes admonuit iterum, dicens: Sanctissimi domini episcopi et omnes qui adsunt, rogo et obsecro, ut charitatem invicem vobis exhibeatis, non reddentes malum pro malo, nec velitis esse susurrones in populo; ut dilectionis vinculo connexi, non reperiat a vobis lupus rapax relictum quem auferat. Dum igitur unicuique debitorum vincula vel chirographa condonasset (quæ fere innumerabilia videbantur, quod etiam ad eximiam bonitatis ejus excrevit indicium, cepit, resumptis divina virtute viribus, tam profusis cœlestis pabuli insistere dapibus, tam copiosa divini mysterii populis apponere fercula, atque diem qua ad vitam nasceretur, qua cum Apostolo cupiebat dissolvi et esse cum Christo, cunctis lætus insinuare, ut indubitanter asseras eum spiritu æternis semper interfuisse convivii: atque, quamvis gravi correptus morbo, sed quo magis infirmatus fortior et potens, verbo exemploque prædicare, tam constanter, tam prudenter, tam affluenter, ut ad cœlestia festinans ipse, assistentes quoque festinare compellebat. His itaque gestis, residuam egenis et pauperibus mox dari jussit pecuniam. (Sed etiam hoc quam præcipue laudis illius clarificat titulum, quod dominicæ pacis præco latorque, ab omnibus studuit osculari, et pacem (accipere) quam ore prædicabat et

moribus; dum eandem osculo dato singulis circumstantibus imitator auctoris reliquit, dicens:)<sup>b</sup> Si ex toto corde dimiseritis ea quæ in vos adversa vel prava hactenus intuli, dimittit vobis Creator Omnipotens omnia delicta vestra, ita ut sacri fontis unda, quam hodie devotus populus est percipienturus, sit vobis in remissionem peccatorum: et hoc osculum inter me et vos maneat in testimonium futurorum. Completis his omnibus, ad cellulam reversus est c.

## CAPUT X.

*Sancti Isidori obitus, sepultura, epitaphium; variis enconiâ.*

36. Aliis etiam continuis tribus diebus, similiter a clero et innumerabili plebium exercitu (qui quotidie numero augebatur, sancti Patris exitum sibi lamentabilem, cœlesti autem curiæ delectabilem, videre cupientes) similiter ad ecclesiam ducebatur, et sancte prædicationis verba sitientibus infundebat, et revertentem a nuptiis Dominum gaudens excipere gestiebat, quasi optata obviam Christo et cœlesti curiæ invitanti ad tam celebre epithalamium procedens, episcoporum, clericorum, principum et populorum caterva vallatus. Post diem autem confessionis vel penitentis quartum, in ecclesia stans, peracto sermone ad populum, expandens manus ad cœlum ac benedicens omnibus, Deo sibi hactenus traditum gregem commendans, sanctum Domino tradidit spiritum; nobis sui corporis pretiosissimam margaritam, digna veneratione amplectendam, relinquens. Pontificis autem animam, a corporis theca resolutam, populi ut cernunt, emittunt voces et ululatus ad cœlum, tanti Patris decessum amarissimis singultibus plangentes. Inundat civitas Hispaniæ flentibus; episcopi pastorem, principes præceptorem, clerici doctorem, monachi et moniales rectorem et sustentatorem, pauperes patrem et defensorem, vultu lugubri cordis amaritudinem prætendentes, inasolabiliter plangebant. Non multo post lactus convertitur in gaudium, amaritudo in dulcedinem, vox plangeantium in laudem, desperatio in consolationem, eo quod Sanctus non fuerit passus adeo eos diu tristari: nam de corpore ejus tanta effluxit fragrantia, omnium aromatum vincens odorem, ut omnes qui aderant cœlesti viderentur perfrui beatitudine. Diversarum ægritudinum convenerunt infirmi, qui non solum sancti corporis tactu, verum etiam solo odorato, pristinae redduntur sospitati. Ad tam insignia singularis viri meritorum dona uberius cumulanda, ac cumulatius exaggeranda, quadragenarius accedit annorum numerus, multiplici sacramento dicatus; quorum in spatio functus ac defunctus, Dei in se ple-

<sup>a</sup> Hæc animadversio non habetur apud Redemptum, sicut etiam infra alia quædam puocta, quæ verosimiliter adjecta sunt ab auctore nostro, multa amplificatione ubique uso; nisi dicere quis velit ipsum Redemptum, abbreviatum duntaxat, a nobis haberi.

<sup>b</sup> Brevius apud Redemptum: *Interea se ab omnibus osculari studuit, dicens.*

<sup>c</sup> Additur apud Redemptum: *Et post diem confessionis vel penitentis quartum, pastorem jugiter curam*

*et finem suum consummavit in pace, pridie Nonas Aprilis, luna XIX, æra DCLXXIV, hoc est anno Christi 636, quando Pascha agebatur pridie Kalendas Aprilis: adeo ut appareat hanc confessionem factam esse ipso sabbato sancto: quando celebrandus erat solennis catechumenorum baptismus, quod ipsum indicant verba immediate prægressa: et sic mortuus fuerit serie 4 Paschalis hebdomadæ.*

nissime inhabitante et cooperante gratia evidenter ostenderet, quod perfectionis sibi culmen mystici sacramentum numeri consignaret. Advertat, dilectissimi fratres, charitatis vestrae intuitus, attendat quantus fuerit in sanctis, quam admirabili, quam laudabilis, quam magnificus, quamque gloriosus iste Sanctus. Alius namque sanctorum caecos illuminat, alius leprosos mundat, alius mutis organa solvit, alius surdis auditum restituit, alius claudo gressum firmat, alius defunctum cadaver ad vitam revocat, alius a tactu haustuque lethifero conservat illaesos, alius quovis morbo sanat attritos: unicuique enim, sicut ait Apostolus, datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alii gratia sanitarum in uno spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii gratia linguarum, alii interpretatio sermonum: haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus: cujus dono, cujus munere, cujus gratia, cujus largitate, cujus instinctu, cujus inspiratione repletus electus Dei confessor Isidorus his omnibus gratiarum muneribus, his charismatum donis ita refulsit ad plenum, ut cum haec enumerando Apostolus describeret, in Isidorum mentis conspectum direxisse videretur, in quem cunctorum praecedentium dona iustorum confluerent, et a quo in sequentes derivata decrescerent.

37. Dormivit autem B. Isidorus aera dclx, anno ab incarnatione Domini dcxxii, sana doctrina sanoque consilio praestantior cunctis, et copiosus operibus charitatis dierum honorum senior: non caligaverunt ejus oculi, et dentes ejus non sunt moti de loco suo. Denique, ut sancti corpus cum honore debito sepeliretur, omnium fuit una voluntas, eadem vox, idemque desiderium. Et quia sanctissimus doctor Leander, aequum migraret ex corpore, fratrem suum hunc beatissimum juxta se sepeliri expetebat, et gloriosa virgo Florentina, eorum soror, idem de se summo exoptaverat desiderio, sepulcrum sanctissimi corporis Isidori medium honorifice locaverunt, S. Leandri et S. Florentinae sepulcro illud hinc inde jungentes, auroque et argento plurimo caelati operis decorantes. Interea plures fuere divino illuminati dono, qui viderunt Sancti animam in sublime ab angelorum multitudinis, in voce laudis et jubilationis, deferri; et Christum Dei Filium, cum innumerabili sanctorum caetera, obviam ei procedentem. Quidam etiam, cujus vitae continentia satis imitabilis videbatur, qui eundem confessorum super omnia diligebat, cum eum emergente, tristitia nimia consolari renuens anxiatur, se raptum in extasi testabatur, atque hunc egregium pastorem inter innocentium turbas, quos Herodes pro Christi nomine crucidavit cum martyrii palma; virginittatis aureola, confessionis corona, priorem tenere se vidisse fatebatur, dicentem sibi,

A Quia paratus sum, omnibus pro me Christi auxilium implorantibus, ferre subsidium. Qua visione laetus semper et hilaris videbatur, sed tamen quodammodo anxius semper, pro patris suspirans praesentia. Sed perfectissimi viri quid miracula notem, quid virtutes magnificem, quid scientiam praedicem, quid doctrinam commendem, quid mores extollam? Nam in apostolico viro, imo post apostolos Christi apostolo, virtutum consonantiam quid quaeras, cum in eo prudentiam Noe, fortitudinem Abraham, temperantiam Isaac, justitiam Jacob, patientiam Job evidenti ratione conspicias. Unde in Isidoro scientiae laudes eminentiam, cum in eo Moysi et Eliae mireris praesentiam? Quid doctrinae praeferas gratiam, in quo doctoris gentium veritatem exuberare, disciplinam spiritu fervere, zelum, scientiam abundare reperies? Quid morum glorifices claritatem, in quo Stephani tormenta, caeterorumque Christi sequacium ceteras principum constantiam?

38. Sed quia in his non est supersedendum ad praesens, ne protracta lectio fastidium generet audienti, ad propositum redeamus. Fuere interea clerici et scholares peritissimi quamplures in versibus et carminibus, agnoscens doctorem, de accepto ab eo munere pii Patris magnalia extollescentes; inter quos honor cleri B. Ildefonsus, archiepiscopus Toletanus inclytae sanctitatis, qui de pectore magistri doctrinae latices hauserat purissimos, ad magistri decorem in parte Ecclesiae, qua sancti doctores quiescebant, eorum gesta miro facit opere depingi, et in cruce argentea, quae sanctorum superjacebat monumentis, hoc carmen signavit.

<sup>b</sup> EPITAPHIUM.

Crux haec alma gerit gemino: unum corpora fratrum,  
Leandri, Isidori, pariumque ex ordine vatum.  
Tertia Florentina soror, devota perennis,  
O quam composita consors! hic digna quiescit:  
Isidorus medius disjungit membra duorum.  
Hi quales fuerint, libris inquirito, lector:  
Cognosces, et eos bene cuncta fuisse locutos,  
Spe cer os, plenosque fide, super omnia charos.  
Dogmatibus cernas horum crevisse fideles,  
Ac reddi Domino quod impia jura tenebant.  
Utque viros credas sublimes vivere semper,  
Aspiciens sursum pictos contende videre.

ITEM ALIUD.

In laudem Ecclesiae, Christo regi gloriae  
Concinamus jugiter:  
Et virginis unico, carmine Davidico,  
Canamus solemniter.  
Gloriam Isidori, meritum memori  
Voce sonent cantici:  
Crescat laudum cumulus, grauletur populus,  
Et chori angelici:  
Nostris in temporibus praefulgens hic moribus,  
In verbis Dominicis:

<sup>a</sup> Supra ex Redempto retulimus aera dclxxiv, et annum Christi 636, qui annus mox e regno Cinti laui confirmatur.

<sup>b</sup> Hoc carmen edidit ad 21 Decemb. Tamajus Salazar.

Fidus fidem extulit, fide labem expulit  
 Erroris hæretici.  
 Natus de Carthagine, nihil ab origine  
 Puerile sapiens,  
 Per fines Hispaniæ fontem sapientiæ fudit,  
 Mira faciens.  
 Hispali dum præfuit primas, legem docuit,  
 Hispanus Hispaniam;  
 In doctrina præmicans, crucifixum prædicans,  
 Fugans<sup>a</sup> idolatriam:  
 Stemmata prænobilis, perstitit immobilis  
 in Dei magnalibus;  
 Affectans cœlestium gaudiorum præmium,  
 Spretis temporalibus.  
 Per fulgorem operum, exemplar fructiferum  
 Sese clero tribuit:  
 Nil a certo varians, totus cœlis inhians,  
 Vitia perdomuit;  
 Romanorum dogmata Cosmi hic per climata,  
 Reparavit largius;  
 Hesperus Hesperiam, lucifer Ecclesiam  
 Decoravit clarius.  
 Orthodoxus Arium, dirum adversarium,  
 Rationis calculo  
 Confudit hic malleus; cessit hostis felleus,  
 Victus in propatulo.  
 Iberi devotio cleri, pleno gaudio,  
 Co'at patrem patriæ.  
 Contemplando dogmata Cosmi laudent climata  
 Doctorem Ecclesiæ.  
 Decus archipræsulum, sacerdotum speculum,  
 Scripsit, docte modulans,  
 De fide catholica carmina mirifica,  
 Libros libris cumulans.  
 Mahometi cæcitas, perdens gentes perditas,  
 Illius miracula  
 Nequens refellere, mœsta fuit cedere,  
 Viro sine macula.  
 Ut sincere credit, sincere sic edidit  
 Formam poenitudinis;  
 In discendis perspex, in exemplis efficax,  
 Doctor multitudinis,  
 Quis ad plenum promere posset vel præscribere  
 De gestorum titulis?  
 Lingua non auferret, dextera deficeret,  
 In scribendis singulis.  
 Exoremus igitur hunc, de cujus creditur  
 Sanctitate firmiter;  
 Hostis ab insidiis ut nos et a vitis  
 Defendat perenniter.  
 O depressor criminum, tua nobis Dominum  
 Prece reconcilia:  
 In spe nos confovers, noxia submoveas,  
 Sordes evanctas expies;

<sup>a</sup> Idolatriam pro idololatria passim mediæ ævi scriptores habent.

<sup>b</sup> Rejecimus supra aliquorum sensum de Mahometis in Hispaniam adventu: quem dum hujus epitaphii auctor recipit ut indubitatum, satis indicat longe juniorem se esse S. Ildelfonso, cui primum epitaphium

A Quem tecum excolimus, fratris tui poscimus  
 Leandri suffragia,  
 Preces nostras audiat, audiens suscipiat,  
 Æterna memoria:  
 Doctoris Fulgentii, horum fratrum socii,  
 Recordari volumus;  
 Quem per vitæ meritum, salutis sollicitum  
 Esse nostræ, quæsumus.  
 Virgineam egregiam Florentinam sociam,  
 Cum fratribus petimus,  
 Ut adiutrix veniat, et offensas leniat  
 In quas nos cecidimus;  
 Et leniri Dominus velit nihilominus,  
 Amen clerus concinat.  
 Interventu Virginis, labe mundet criminis,  
 Quos peccatum inquinat.  
 B Pro nobis tam celebris Virgo, pulsus tenebris  
 Vitiorum, advocet,  
 Ut qui regit omnia miranda potentia,  
 Nos in cœlis collocet.  
 Amen!

40. Obiit beatus professor<sup>e</sup> sub die Nonarum Aprilis, temporibus Christianissimi<sup>d</sup> Cintilani, Hispaniæ regis, et Heraclii<sup>e</sup> imperatoris Romanorum, illius videlicet Heraclii qui crucem Dominicam, quam impius rex Cosroe asportaverat loco suo, Hierosolymis restituit atque exaltavit. Testamentum nullum concludit; quia, licet facultatibus abundans in Christo, tamen cum pauper spiritu esset, omnia quæ possidebat, priusquam de mundo migraret, distribuit pauperibus et egenis. Sed hoc quoque veram cunctorum erga patrem notavit dilectionem, quod duas lucernas fere perpetim ardentes et pene inexstinguibiles, quæ ab eodem naturali arte factæ feruntur, unam ad caput et unam ad pedes, in locis abditiis posuerunt, unde corpus sanctissimum quasi continuo lumine frueretur.

41. Interea, fratres charissimi, dignum est ut hunc sanctissimum doctorem laudibus et præconiis veneretur omnis Ecclesia; sed maxime Hispaniarum, quæ specialius præ cæteris saluberrima ejus refulsit doctrina. Quis enim extollat virum in infantia omni laude venerandum, in pueritia omnium veneratione laudandum, in adolescentia tot virtutibus plenum, in juventute tanta bonitate conspicuum, in episcopatu tot miraculis clarissimum, in senectute tam laudabili prædicatione perfunctum, in senio tam imitabili exitu perornatum, atque in fine tam mirifico transitu glorificatum? Quis hunc non prædicet æterni regis conspectibus acceptissimum, qui vita, et moribus præsulatus officium, virtutibus famam, signis gratiam, profectibus disciplinam, scientiam laudibus, dies incrementis, et finem tanta gloria decoravit? Nimirum cum adhuc vir beatissimus corporeæ molis tædio gravaretur, et sitiens ad fontem vivum spiritus, nil

tribuitur.

<sup>c</sup> Imo pridie Nonarum.

<sup>d</sup> Cintila, seu Cintilianus regnavit annos tres, menses octo, ab anno 636 usque 640.

<sup>e</sup> Heraclius imperavit ab anno 610 usque ad annum 641.



in cœlo, nil in terra præter ipsum desideraret; quantus in oculis divinæ majestatis fuerit, quam Deo clarus, quam angelis acceptus, quam amabilis hominibus, quam miraculis clarus, quam virtutibus splendidus, quam signis magnificus, quam glorifica laude dignus, quanta meritorum apud Deum largitate munificus, quanta apud homines munerum magnificentia conspicuus, in examini corporis rediviva omnibusque stupenda sæculis virtutum gratia orbis expertus est universus. Quantum enim qualemque transeuntium genitrix altrixque terra, nihil tamen terrenum, nihil caducum sapientem, Isidorum produxerit, fovērit, tenuerit, imo ut expressius loquar, mente et operatione jugiter in cœlis inhærentem detinuerit; ipsum testatur cœlum, sensit terra, aer exclamat, aquarum probat utilitas, sanitates produunt, dum ad divini natus imperia Isidori semper placata meritis, et precibus prompta, pie petentium votis et obsequiis favent, et commoditatibus obsequuntur ad eruditionem Ecclesiæ, et laudem Jesu Christi Domini nostri, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

#### CAPUT XI.

<sup>a</sup> *Abbrevisio Brantii Cesarangustani episcopi de vita sancti Isidori, Hispaniarum doctoris.*

42. Isidorus, vir egregius (natione Carthaginensis, a patre Severiano nobilissimo ejusdem patriæ duce genitus), Hispaniensis Ecclesiæ archipræsul (Hispaniæ primas, sanctissimis episcopis et confessoribus Leandro et Fulgentio, ac sanctissimæ Florentinæ virginis præpositæ virginum, exstitit germanus) et sancto Leandro successor sanctissimus. (Vir iste beatissimus a pueritia studiis litterarum traditus, Latinis, Græcis et Hebraicis litteris instructus, omnium locutionis genere formatus, in trivii eruditione conspicuus, in quadrivii Instigatione perfectus, divinis et humanis legibus ad plenum eruditus; suavis eloquio, ingenio præstantissimus, vita quoque atque doctrina fuit clarissimus, et merito a cunctis Hispaniarum doctor nominatus. Sic namque de virtute in virtutem proficiens, refalsit doctor eximius, ut secundum qualitatem sermonis omnibus, videlicet Latinis, Græcis et Hebræis, sapientibus ac minus intelligentibus, in eruditione existeret aptus atque incomparabili eloquentia strenuus. Nam tantæ jucunditatis affluentem copiam in eloquendo promeruit, ut ubertas admiranda dicendi ex eo in stuporem verteret audientes; quod audita, is qui audisset, non repetita sæpius memoriæ commendaret.

43. Jam vero quantum sapientia fuerit, ex ejus diversis studiis et elaboratis opusculis perfacile prudens

<sup>a</sup> Exstat hæc S. Brantionis ante Opera S. Isidori et appellatur *prænotatio libri* cum ejus apud Tamajum Salazar ad hunc diem et alios; sed nusquam illis citat tam laxè deducta quam hic; ut non videatur *abrevisatio* dicenda, sed *paraphrastica elucidatio*; sicut supra etiam in Redempti clerici recensione de obitu Isidori observavimus; et unciis similiter includimus quæ videntur interpolando adjecta. Nam totum hoc principium ita breviter complexus est Brantio: Isidorus egregius, Hispaniensis episcopus, Leandri episcopi successor et germanus, floruit a tempore

A intelligere poterit. Denique de his quæ ad nostram notitiam venerunt, ista commemoravi. Edidit libros Diferentiarum duos, in quibus subtili discretione, ea quæ confuse usu proferuntur, sensu discretit; Proæmiorum librum unum, in quo quid quisque liber sanctæ contineat Scripturæ, brevi subnotatione distinguit; de Ortu et Obitu Patrum librum unum, in quo gesta, dignitatem quoque et mortem eorum atque sepulturam sententia brevitate subnotavit; ad germanum suum Fulgentium episcopum, Officiorum libros duos, in quibus origines officiorum, cur unumquodque in Ecclesia Dei agatur, interprete stylo, non sine majorum auctoritate, elicit; Synonymorum libros duos, quibus ad consolationem animæ, et ad spem percipiendæ ventæ, intercedente rationis ordine, exhortationem erexit; de Natura Rerum, ad Sisebutum regem, librum unum, in quo, tam de ecclesiasticorum doctorum, quam etiam de philosophorum indagine, obscura quædam de elementis absolvit; de Numeris librum unum, in quo arithmeticam propter numeros ecclesiasticis in Scripturis insertos, tetigit disciplinam; de Nominibus Legis et Evangeliorum librum unum, in quo ostendit quid memoratæ personæ mysterialiter significant; de Hæreticis et Hæresibus librum unum, in quo majorum secutus exempla, brevitate qua potuit, diffusa collegit; Sententiarum libros tres, quos floribus papæ Gregorii ex libris moralibus decoravit; Chronicorum a præncipio mundi usque ad tempus suum librum unum, nimia brevitate collegit; contra Judæos, postulante Florentina germana sua præposita virginum, libros duos, in quibus omnia quæ fides catholica credit, ex Legis et Prophetarum testimoniis approbavit; (de <sup>b</sup> Nativitate Christi sempiterna ex Patre et temporali ex matre, ex Isaïæ testimoniis, librum unum; moralium libros, B. Gregorii papæ rogatu, compendiose abbreviavit; Cantica canticorum secunda expositione elucidavit; de Viris Illustribus librum unum. Deinde nos istos suggestimus: Religiosorum Regulæ librum unum, quem pro patriæ usu et regularium viribus decussissime temperavit; de origine Gothorum et regno Suevorum et Vandalorum Historiæ librum unum; Quæstionum libros duos, quos qui legerit veterum tractatum supellectilem recognoscit. (Bibliothecam compilavit. <sup>c</sup> Quartam Psalterii translationem edidit; super libros Moysi, et Psalterium, et quatuor Evangelia Expositionem non minimo insudavit studio; in canonico quoque et civili jure permaxima composuit instrumenta); Etymologiarum etiam codicem nimis magnitudinis, distinctum ab eo titulis, non libris;

Mauritii imperatoris et Recaredi regis; in quo quidam sibi antiquitas vindicavit, imo nostrum tempus antiquitatis in eo scientiam sibi imaginavit; vir in omni locutionis genere formatus, ut imperito doctoque secundum qualitatem sermonis existeret. aptus, congrua vero opportunitate loci incomparabili eloquentia clarus.

<sup>b</sup> Hujus opusculi et duorum sequentium non fit mentio in jam citatis editis.

<sup>c</sup> Aliquot sequentium non meminerunt libri editi.

quem quia rogatu meo fecit, quamvis imperfectum A reliquerit, tamen in viginti libros divisi, quod opus omnimodæ philoſophiæ conveniens quisquis crebra visitatione perlegerit, non ignotus divinarum humanarumque rerum merito erit. Ibi recluditur diversarum artium elegantia, et quæcumque fere scri debent, restricte colliguntur. Sunt et alii sancti viri multi libri et in Ecclesia Dei multo cum ornamento inscripti, quibus eam liquide præmunivit; quem Deus, post tot defectus Hispaniæ novissimis temporibus suscitavit, credo, \* ad restaurandam antiquorum sapientiam, quæ præ nimia antiquitate fere in humanis mentibus defecerat, ne diutius ignorantia aut rusticitate veterasceret populus Christianus. Temporum igitur series, et sæculi ætates nescienti populo aperuit, sacrorum jura ostendit, sacerdotibus ecclesiastica officia et gradus cunctorum ordinum exposuit, regibus et principibus leges instituit, iudicibus avaritiam interdixit, civibus et cunctis domesticis fidei populis disciplinam Christianæ religionis insinavit, spurcitiam Arianiæ hæresis a tota Hispania gladiis verbi Dei persequendo eliminavit, malignam Acephalitarum hæresim confudit ac destruxit: Gregorio namque præfatæ hæresis antistite superato, et sanctorum testimoniis Scripturarumque auctoritate convicto, docuit duas in Christo esse naturas, divinam scilicet et humanam. Ad ultimum vero sedium, locorum, regionum, omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas, et quæque obscura atque ab humanis mentibus fere jam remota, scribendo patefecit. Tanta debriatione scientiarum claruit præditus, ut non solum nostris temporibus, verum etiam a tempore apostolorum vel ante, primo homine et Salomone exceptis, in scientiarum varietate, ut credimus, nemo exstitit illi primus. Floruit temporibus <sup>b</sup> Recaredi, Luibani, Witterichi, Gundemari, Sisebuti, Suintilliani et Sisinandi regum, quos ipse ab insania Ariana eruit, et in fide catholica confirmavit.

44. Fuit præterea spiritu prophetiæ clarus, in elemosynis largus, hospitalitate præcipuus, corde severus, in sententia verax, in iudicio justus, in prædicatione assiduus, in exhortatione lætus, in lucrandis Deo animabus studiosus, in expositione Scripturarum cautus, in consilio providus, in habitu humilis, in mensa sobrius, in oratione devotus, honestate præclarus, semper pro Ecclesia ac veritatis defensione mori pronus et omni bonitate conspicuus. Præterea pater exstitit clericorum, doctor et sustentator monachorum ac monialium, consolatur mœrentium, tutamen pupillorum ac viduarum, levamen oppresso-

\* In editis, *Ad restauranda antiquorum monumenta... quasi quamdam opposuit destinam, id est fulcrum seu columnam*, uti ea voce utuntur SS. Augustinus, Fulgentius, Beda cum Arnobio: quæ porro sequuntur, brevius et nervosius sic habentur in editis. *Cui non immerito istud philosophicum a nobis aptatur: Nos, inquit, in nostra urbe peregrinantes errantesque tanquam hospites, tui libri domum reducerunt. Tu ætatem patriæ; tu descriptiones temporum; tu sacrorum jura, tu sacerdotum, tu domesticam publicamque disciplinam; tu sedium, regionum, locorum; tu omnium*

rum, defensor civium, attritor superbiorum, persecutor et malleus hæreticorum; et quid plura? Speculum bonorum omnium factus est mundo, et ideo jam sine fine regnat cum Christo. Quo vero flumine eloquentiæ et quibus jaculis divinarum Scripturarum seu Patrum testimoniis omnium nefarias hæreses destruxerit et enervaverit, synodalia gesta coram eo Hispali vel Toleti acta declarant: in quibus et Romano pontifici a fidelibus, loco beati Petri apostoli substituto, debere obediri; et uni Deo in trinitate personarum serviri, clarissimis Scripturarum testimoniis approbavit. Obiit temporibus Heraclii imperatoris et Christianissimi Suintilliani Hispaniæ regis, illius videlicet Heraclii qui crucem Dominicam, quam impius rex Cosdræ asportaverat, loco suo Hierosolymis restituit atque exaltavit. Dormivit autem beatus Isidorus cum patribus suis æra 660, sana doctrina sanique consilio præstantior cunctis, et copiosus operibus charitatis, ac diversis refulgens miraculorum signis; in quo quædam sibi antiquitas vindicavit, imo nostrum tempus antiquitatis in eo scientiam et miracula imaginavit: cui quasi quadam apposita laude non immerito illud philosophicum a nobis aptatur: Nos, inquit, in nostra urbe extraneorum more tanquam hospites, tui libri quasi domum reduxerunt, ut possimus aliquando, qui et ubi esse-nis, et sepultus est in senectute bona, angelorum sociatus choris. Afficitur lædite et mœroris inundatione civitas Hispalensis, dum tanto patre orbata in sortem voracissimi deducitur prædonis. Interea, fratres charissimi, dignum est ut hunc sanctissimum confessorum Isidorum omnis laudibus attollat Ecclesia, sed maxime Hispaniarum, quæ præ cæteris specialibus ejus saluberrima refulsit doctrina. Nam sicut Gregorius doctor Romæ successit Petro, ita B. Isidorus in Hispaniarum partibus doctrina Jacobo successit apostolo. Semina namque vitæ æternæ, quæ beatissimus Jacobus seminavit, hic beatissimus Isidorus verbo prædicationis, quasi unus ex quatuor paradisi fluminibus, sufficienter irrigavit, atque universam Hispaniam, tam exemplo boni operis quam fama sanctitatis, velut splendidissimus solis radius illuminavit. Igitur hunc sanctissimum confessorem attentius exoremus, quatenus pro nobis miseris peccatoribus, qui adhuc in periculis hujus vitæ constituti sumus, apud Deum intercessor assistat assiduus, ut qui ejus sacram doctrinam pio amore amplectimur, in præsentem ab instantibus periculis eruamur, et post hanc vitam ad societatem electorum Dei sacris ejus intercessionibus pervenire mereamur.

*divinarum humanarumque rerum genera, officia, causas aperuisti. Quo vero flumine eloquentiæ et quot jaculis divinarum Scripturarum seu Patrum testimoniis Acephalitarum hæresim confoderit, synodalia gesta coram eo Hispali acta declarant, in quibus contra Gregorium, præfatæ hæresis antistitem, eam asseruit veritatem. Obiit temporibus Heraclii imperatoris et Christianissimi Chintiliani regis, sana doctrina præstantior cunctis, et copiosior operibus charitatis.*

<sup>b</sup> Regnarunt hi septem ab anno 136.

# NOTITIA HISTORICA IN S. ISIDORUM,

AUCTORE FABRICIO.

(Ex bibliotheca med. et Inf. ætatis.)

Isidorus Hispalensis, stirpe Gothica <sup>a</sup>, Severiano A patre Carthaginensis provinciæ genitus, vir egregius, et paucis superiorum sæculorum inferior, Hispalensis Ecclesiæ post Leandrum <sup>b</sup>, germanum fratrem, A. C. 600 defunctum episcopus, in omni locutionum genere formatus, incomparabili eloquio clarus, cujus ubertas admiranda, ut verbis Hildefonsi utar, in stuporem verteret audientes; grammaticus necessarius iudicio etiam eorum qui illi detrahunt <sup>c</sup>, diem obiit A. 636. De quo ne plura dicam, faciunt quæ copiose de eo Lucas Tudensis aliique apud Mabillonium Sæc. II Benedictin. atque in Actis Sanctorum tom. I April., IV, pag. 327 seq. et 900 seq. De obitu sancti viri Redemptus Clericus in relatione Id. pag. 349.

De scriptis Isidori, S. Braulio Augustanus in præfatione ad libros Isidori (quam repetit auctor Vitæ tom. I Act. Sanctor. April., pag. 351, et suæ de iisdem dissertationi integram præmisit Oudinus tom. I, pag. 1583), S. Hildefonsus de Viris Illustribus cap. 9, Sigebertus cap. 53, Honorius III, 40; Anonymus Mellicensis cap. 26; Vincentius Bellov. Speculi Hist. lib. xxiii, 31; Trithemius cap. 232, et e recentioribus præter Labbeum eique laudatum Arnoldum Wionum tom. I Ligni Vitæ pag. 244 seq., aliosque, tum Caveum, Oudinum, consulendus imprimis Nicolaus Antonius tom. I Bibl. veteris Hispanæ, lib. v, cap. 4, pag. 250 seq. Videor autem mihi actum non acturus, si et ipse scripta ejus breviter retulerō.

Editiones Operum Isidori hactenus exstant quatuor: una Margarini Bignæi, Paris. 1580; altera, longe melior, Madritensis, Jo. Griali, 1599; tertia Jacobi Breullii, monachi S. Germani Parisiensis, Ord. Bened., Paris. 1604, in qua præfationes Madritensis editionis omissas ægre ferunt Colomesius et alii. hæc recusa est Colon. 1617, cujus ordinem sequar in scriptis Isidori recensendis. Novam editionem quam expectare jussit V. C. Jacobus Hommey, fata ejus præverterunt.

1. *Originum sive Etymologiarum libri XX*, præmissis tribus ad Braulionem episcopum Cæsaraugustanum Isidori epistolis, et duabus Braulionis ad Isidorum, quo defuncto deinde Braulio ultimam manum addidit operi, inque libros digessit utilissimum sane, D

in quo ex optimis scriptoribus, ecclesiasticis etiam non paucis, collegit breviterque exposuit de omni ferme argumento pleraque digna scitu, et multa bonæ notæ vix alibi reperiunda: lib. I, de Grammatica; II, de <sup>d</sup> Rhetorica et Dialectica; III, de quatuor Disciplinis mathematicis; IV, de <sup>e</sup> Medicina; V, de Legibus et temporibus, ubi breve Chronicon cap. ult. desinens in anno decimo Heraclii; VI, de Libris et Officiis Ecclesiasticis; VII, de Deo, Angelis et Fidelium Ordinibus; VIII, de Ecclesia et <sup>f</sup> Sectis diversis; IX, de Linguis, Societatibus et Cognatione; X, Vocabula ordine alphabeti, eorumque Origines; XI, de Homine et Portentis; XII, de Animalibus; XIII, de Mundo et Partibus; XIV, de Terra et Partibus; XV, de Ædificiis et Agris eorumque Mensuris; XVI, de Lapidibus et Metallis; XVII, de Rebus rusticis; XVIII, de Bello et Ludis; XIX, de Navibus, Ædificiis, et Vestibus; XX, de Penu, Instrumentis rusticis et domesticis. Subjunguntur etiam, pag. 178, fragmenta tria de Ponderibus, de Mensuris, variisque Vocabulis. In notatione originis vocabulorum non semper rem tangit acu, uti nec Varro apud Latinos, neque apud Græcos Plato, vel Philo apud Judæos: unde acerbius Christoph. Beckmanni cepsura, *nil nisi nugæ agere et risum movere*; et Salmasii ad Hist. Augustam pag. 28: *Isidorum more suo ineptum in etymologiis tradendis improbantis, quem tamen in multis defendendum, alii eruditi docuere*. Vide Nic. Antonium tom. I, pag. 251 seq. Prodiit hoc opus Isidori in Italia <sup>g</sup> ex veteri editione sine loco et anno; tum Augustæ Vindel. 1472, per Gintherum Zainer ex Reutlingen, quæ exstat apud Venerandum nostrum Wolfium, et Venet. 1483, et Basil. 1489, Paris. 1509, 1520, nec non Haganoæ, apud Secerium, 1529, et cum Marciano Capella, ex emendatione Bonaventuræ Vulcanii, Basil. 1577, fol.; tum inter Isidori Opera, curante Margarino Bignæo, Paris. 1580, fol.; atque ex Dionysii Gothofredi recensione inter scriptores Latinæ linguæ, Genev. 1595, 1602, 1622, 4<sup>o</sup>; denique cum notis præclaris Joannis Griali, qui observationibus Alvari Gomezii, Antonii Augustini, et Petri Ciaconii usus est, in editione Operum Isidori Madritensi 1599, recusa Paris. 1601, et Col. 1617, fol. Extant Codices antiqui Msti Lugd. Batavorum inter libros qui fuere Isaaci Vossii.

p. 255.

<sup>h</sup> Catalogus hæresium ex Isidoro repetitur a Gratiano parte II Decreti, causa 24, qu. 3, editus etiam ab Hieronymo Gebwiler Argentor. 1523, 4<sup>o</sup>, cum S. Augustini de Fide atque operibus et S. Hieronymo contra Helvidium et Vigilantium: et separatim a J. Quintino, jurisconsulto, Paris. 1560.

<sup>i</sup> Vide Gesneri Bibl. p. 568.

<sup>a</sup> Voss. de Hist. Lat. p. 263.

<sup>b</sup> Blondellus de Episc. p. 73.

<sup>c</sup> Vide Thomæ Pope Blount Censuram Scriptorum p. 356.

<sup>d</sup> Inde Isidorus de Arte Rhetorica, in antiquis rhetoribus Franc. Pithœi p. 356, 358.

<sup>e</sup> Symphoriani Camperii commentarium in librum IV Isidori, de Re Medica, memorat Nic. Antonius t. I,

2. *De Differentiis sive Proprietate Verborum* <sup>a</sup> liber A 1, pag. 179, ex Agrætio <sup>b</sup> aliisque antiquis de hoc argumento s rictoribus, de quibus dixi in Bibl. Latina, iv, 6. Liber II, *de Differentiis spiritualibus verborum sacri et moralis argumenti* pag. 185. Auctores citat Lactantium et Fulgentium. Liber tertius, primo longe plenior, digestus ordine litterarum, atque notis eruditius illustratus ex edit. Madritensi 1599. fol., qui *Differentiarum sive de Proprietate Sermonum* inscribitur pag. 194, præmissa præfatione in qua Isidorus notat veteres subtilius verba et verba distinxisse, sed poetis necessitate metrica sermonum proprietates confundentibus, consuetudinem obtinuisse ut pleraque ab auctoribus indifferenter acciperentur. *De his*, inquit, *apud Latinos, Cato primus scripsit, ad cujus exemplum ipse paucissimas differentias, partim edidi, partim ex auctorum libris deprompsi, tibi que, lector, pro deletione subnotavi.* Non alius fuit liber quem Ms. habere se testatus, edere voluit Barthius xxxii, 4, Adversar. Adde xxxix, 14. Citat Isidorus in hoc libro etiam grammaticos Melissum et Palæmonem.

3. *Synonymorum sive Soliloquiorum* libri duo pag. 216, præmissa epistola ad Braulionem archidiaconum. Meditationes et præceptiones morales sunt, quæ *soliloquia* vocantur, quia homo solus plangens secum, vel rationem suam in consilium vocans inducitur: synonyma vero, quia eadem res aliis aliisque verbis repetita inculcatur. Prodiert Antwerp. 1488, 4°. Atque Italicæ versionis a Josepho Alchano compositæ, editæque Venetiis A. 1570, meminit Nic. Antonius tom. I, pag. 263.

4. *De Contemptu Mundi* libellus pag. 227, quem ait se scripsisse imitatione libri Ciceronis, illius scilicet quo consolationem de obitu Tullii suæ fuit complexus. Lucem viderat Venet. 1523, 8°.

5. *De Norma vivendi*, pag. 230.

6. *Exhortatio pœnitendi, cum consolatione ex misericordia Dei, ad animam futura judicia formidantem*, pag. 233.

7. *Lamentum pœnitentiæ* rhythmis trochaicis, alphabeto duplici pag. 234. Incip.: *Audi, Christe, tristem fletum, amarumque canticum.* Confer Lucam Tudensem in Isidori Vita cap. 6 tom. I Act. Sanctor. April., iii, pag. 340 seq.

8. *Oratio pro Correctione Vitæ, flenda semper peccata*, pag. 239; *Oratio contra Insidias Diaboli*, pag. 244.

9. *Epistola ad Massanum sive Massonem Emeritensem episcopum de Lapsu Sacerdotis et Reparatione* data A. C. 609; pag. 245. Edidit et Canisius t. I, part. II antiquar. Lect., pag. 300 (edit. novæ Basnagianæ tom. II, parte II, pag. 147), et Octavianus Cajetanus Rom. 1616, 4°. Exstat et in Actis Sanctor. tom. I April., pag. 342. Vide Nic. Antonium tom. I, pag. 263 seq. et 268. Hæc Epistola plane commenti-

<sup>a</sup> Vide Goldastum ad Valerianum de bono disciplina, inter paræneticos veteres p. 54.

<sup>b</sup> Perperam *de proprietate rerum* apud Siebertum

tia videtur Joanni Morino lib. IV de Pœnitentia, cap. 15, § 6; quod pluribus probat Oudinus tom. I, pag. 4586 seq.

10. *De Natura Rerum* liber ad Sisebutum regem, pag. 246. Illic est *Liber Rotarum* in Chronico Fontanellensi; Trithemio cap. 232, *Cosmographia*; aliis, *de Mundo*, vel *Astronomicus sive de Astris*; et in edit. Augustana 1472, fol., *de Responsione Mundi et Ordinatione Astrorum*. Vide Nic. Antonium tom. I Bibl. vet. Hispan., pag. 955. *Sane non contemnendum opusculum*, inquit Scriverius ad Vegetii v, 11, *et dignum viri docti censura. Multa indidem fragmenta Nigidii, Varronis, Suetonii Tranquilli et aliorum haurienda.*

11. *Chronicon* ab origine rerum usque ad annum quintum imp. Heraclii, et principis Sisebuti, cum notis *Garcia de Loaisa*, ex edit. Madritensi.

Præter rem hoc Chronicon alii ad *Isidorum Pœnitentem* auctorem retulere: hujus vero auctor Chronici perinde ut Isidorus Hispanalis V. ult. Etymologiar. profitetur se vestigiis insisteret Julii Africani, Eusebii, Hieronymi et Victoris Tununensis. Prodiert A. 1477 sub tit. *de temporibus*; et cum Gerhardi Mercatoris et Matthæi Beroaldi *Chronologia*, Basil. 1577, 8°, per Thomam Guarinum. In Ms. Vossiano Bibl. Leidensis inscribitur *Chronica de sex Mundi ætatibus*; et in ipsis paginis, *Imago Mundi, Abbreviationem temporum* vocat Anonymus Mellicensis cap. 26.

12. *Historia sive Chronicon Gothicorum*, pag. 274, ab æra Hisp. 214 (A. C. 176) usque ad mortem Sisebuti regis, æra 666 (A. C. 628), sub juncta appendice *de Vandalis*, quæ eadem fere legitur in limine historiæ Roderici Toletani, et *de Suevis* <sup>c</sup>, p. 277. Prodiit in libro secundo Chronici Lucæ Tudensis tom. IV Hispaniæ illustratæ, et integrior cum Codice sive XII libris legum Wisigothorum ex Bibl. Petri Pithæi, Paris. 1579, fol.; et in Hispania illustrata Andrea Schotti t. III, pag. 847; et cum scholiis Garcia de Loaisa, Taurini 1693, 4°; et cum Bonav. Vulcanii notis, sub junctum Jornandi pag. 201, Lugd. B. 1597, 8°; et cum Jornande ac Paulo Warnefrido Frid. Lindembrogii, p. 181. Et Vulcanius p. 235, et Lindembrogius Hamb. 1614, breve *Chronicon Regum Wisigothorum* adjunxere. Longe emendatior et auctior historia illa exstat in Hugonis Grotii collectione rerum Gothicarum, Amstelod. 1655, 8°, pag. 707; et in Philippi Labbei Bibliotheca nova Mtorum pag. 61 seq.; et in Aguirrii Conciliis Hispaniæ tom. II, pag. 183 seq. Vide Nic. Antonium t. I, pag. 256 seq.

13. *Liber Proæmiorum de Libris* quos in Canone recipit Ecclesia Catholica, *Veteris* pag. 278, et *Novi Testamenti* pag. 282. Quæ fuerit eo tempore sententia Ecclesiæ Occidentalis de Canone librorum sacrorum, ex hoc aliisque Isidori scriptis bene potest intelligi, ut notavit Richardus Simon in Censura Bibl. Ecclesiasticæ Dupinianæ tom. I, pag. 252 seq., cap. 55.

<sup>c</sup> Habet et Goldastus in scriptoribus rerum Suevicarum Francof. 1605, et Ulm. 1722, fol., p. 3.

qui etiam pag. 259 seq. notat Latinam versionem librorum Bibliorum non semper Hieronymianam sequi, sed aliam subinde, uti in Psalmis Romanum sive Italicum Psalterium, de quo vide Bonam u, 3, Rerum Liturgicar., et Nic. Antonium t. I, pag. 262.

14. *Commentaria* allegorica et vicina iis quæ inter Eucherii et Bedæ opera leguntur, sive *Questiones* et *mysticorum Expositiones Sacramentorum in Vetus Testamentum*; in quibus auctor ait se sumpsisse dicta ab Origene, Victorino, Ambrosio, Hieronymo, Cassiano, Augustino, Fulgentio, ac nostris insigniter temporibus eloquenti Gregorio. In Genesim pag. 283, Exodum pag. 305, Leviticum pag. 315, Numeros pag. 320, Deuteronomium p. 326, Josue p. 330, Judicum pag. 333, Ruth pag. 336, Regum librum pag. 337 (II, pag. 342; III, pag. 344; IV, pag. 345); In Esdram, et de Maccabæis pag. 347, ex edit. Colon. 1550, 8°. *Expositio in Canticum canticorum* p. 503. Totum Vetus Testamentum simpliciter exponendo percurrisse Isidorum testatur Sigebertus cap. 55. Hoc est quod Isidorus ipse mysticam expositionem traditurus: *Et quia jam pridem juxta litteram a nobis sermo totus contextus est.* Sed illum hodie desideramus.

15. *Allegoriæ Veteris* pag. 248, et *Novi Testamenti* pag. 351, prodierant Haganoæ apud Jo. Secerium 1529, 4°. Notæ Cypriani Suarez sive Soarii in editione Madritensi Operum Isidori A. 1599. In codice Cotelerii inscribitur hic Isidori liber: *de Significationibus Veteris et Novi Testamenti.* Vide ad Patres Apostolicos tom. I, pag. 738, Braulioni *de Nominibus Legis et Evangeliorum.*

16. Liber de *Scriptoribus Ecclesiasticis* xxxiii, p. 355. Prodierat cum Hieronymi, Gennadii, Honorii, Sigeberti et Henrici Gandavensis scriptis similibus, editore Suffrido Petri, Coloniae 1580, 8°; et in Conciliis Hispanicis Garsie Loaisæ A. 1593; et in Andræ Schotti Hispania illustrata t. I, Franc. 1603, fol.; et in Auberti Miræi Biblioth. Ecclesiastica, Antwerp. 1638, Hamb. 1718, fol.; et in Conciliis Hispanicis Loaisæ et Aguirrii t. III, p. 71. Non diversus hic liber a libro de *Viris illustribus* XLVI, qui p. 511, ex Garsie Loaisæ Conciliis Hispanicis, Madrit. 1593, fol., exhibetur, tantum addita a capita XIII: 1. de Sixto Papa, 2. de Macrobio Diacono, 3. Philastrio, 4. Theodoro Mopsuesteno, 5. de Ossio D (primum est in libro de S. E.), 6. Rufino, 7. Vergunde sive Verecunde, 8. Victorino episcopo, 9. Idacio Chronici scriptore, 10. Eusebio episcopo Dorilætanæ, 11. Cereali, 12. Ferrando Afro, 13. Petro Herdensi, et 14. de Marcellino presbytero. Inde cap. 15, de Macio, Priscillianistarum adversario, est caput secundum in libro de S. E., atque ita deinceps capita conspirant omnia ad extremum usque, quod ubique est de Maximo Casaraugustano episcopo. Subjunctus ibidem p. 519. *Hildefonsi* Toletani libel-

lus de *Viris Illustribus* duodecim, de cujus aliis editionibus dixi supra tom. III, p. 259.

17. *De Vita vel Obitu Prophetarum et Apostolorum, sive Sanctorum qui Deo placerunt LXV Veteris*, p. 359, et *XXII Novi Test.*, p. 364. Prodierat in Orthodoxygraphis, Basil. 1569, fol., parte II, p. 1736, et ex veteri editione in 4°, sine loco et anno; tum Haganoæ 1529, apud Jo. Secerium, 4°. Usserius allegat libellum de festis Apostolorum in Martyrologio Hieronymiano, ex quo ait Isidorum hausisse quæ de Sanctis N. T. scripsit.

18. *Ad Florentiam, sororem suam, de nativitate Domini, passione et resurrectione, Regno atque Judicio.* p. 367. Fragmentum insigne versionis antiquæ Theoticæ ex Codice Colbertino, quem illustris Baluzius ei communicaverat, cum Taitani harmonia vulgavit atque insigni glossario auxit et illustravit vir egregius Jo. Philippus Palthenius, Gryphiswald. 1706, 4°. Repetitur etiam in celeb. D. Jo. Schilteri t. I Thesauri Antiquitatum Teutonicarum. Ulm., 1727, fol.

19. *De Gentium Vocatione*, ad eandem Florentiam, p. 379. Hoc cum superiore scripto absolvit libros duos contra *Judeos*, Venet. 1483, 4°, sive contra *negitiam Judæorum*, editos apud Jo. Secerium, Haganoæ 1529, 4°, Venet. 1584, atque in Oceano Juris sive Tractatu tractatum, tomo XIV, p. 23. Inscribitur etiam *de Fide Catholica ex Veteri et Novo Testamento*, vel *testimonium de Christo et Ecclesia.* Vide Nic. Antonium t. I, p. 262.

20. *De Ecclesiasticis Officiis* ad Fulgentium episcopum Astigitanum libri II, p. 391. Editi primum a Joanne Cochleo Lips. 1534, 4°; deinde ex Cochleo Parisiis apud Vivantium Gautherot 1542, forma minore, et 1564, 8°; et in Orthodoxygraphis, Basil. 1569, fol.; atque in Melch. Hittorpii sylloge scriptorum de Catholicis Ecclesiæ officiis, Colon. 1568, fol., ubi desunt duo postrema libri secundi capita *de suffragiis Ecclesiæ, et quorum suffragia prosunt*; atque eorum loco hæc legitur clausula p. 36: *Hæc sunt pauca ex multis, quæ probatillium virorum novimus percepisse doctrinis, quorumque eloquia perinde quibusdam in locis a nobis interesse noscuntur, ut sermo noster paternis sententiis firmetur.* Exstant hi libri etiam in sylloge scriptorum de Officiis Ecclesiasticis Romana 1591, fol., Paris. 1610, fol.; et in Bibliothecis Patrum Paris. 1644, tom. X; et in auctario A. 1624. Exstat et in Act. Sanctor. t. I April. p. 345. Ex hoc Isidori opere petita dicta in Anonymi tractatu de benedictione Dei ad Bathericum episc. ab A. 816 ad 842, Ratisbonensem edito a Stevatio p. 799 seq., et in edit. Sectionum Canisianarum Bagniana t. II, p. 38, Isidori *Exegesis in Missæ Canonem* Paris. 1548, 8°.

21. *Ad Ludifredum, sive Leofredum, Cordubensem episcopum*, quodnam episcopi et cæterorum sit officium in Ecclesia, p. 413, ex Ivone et Gratiano, ubi

<sup>a</sup> Haec XIII capita, appendicis more subjiciuntur libro, Hildefonso, Juliano, ac Felici Toletano in

editione Miræi, et apud Aguirrium t. III Concil. Hispan. p. 84.

deest pars postrema quæ ex Ms. offertur p. 486. *De Prælati* fragmentum cum Goldasti notis editum 1601, 8°, cum Valeriani Cemelienensis sermone de bono disciplinæ.

22. *Sententiarum* Theologicarum libri III, ex Gregorii M. Moralibus magnam partem excerpti, p. 414, cum notis Garcie Loaisæ p. 427, 452, 478, ex editione Taurinensi 1593, 4°. In illis erudita multa, illud vero prorsus destitutum naso critico: quod p. 483 scribit L'raisa: *Nostris etiam exulceratissimis temporibus, Oecolampadii volumen adversus Sacramentum Eucharistiæ, Bertramio presbytero ad Carolum Magnum ascribitur: Carolostadii opus adversus imagines ipsi Carolo Magno: Calvinii quidam liber Alcuino Caroli M. præceptoris.* Isidori libri in antiquioribus editionibus inscribuntur *de summo bono*, quia incipiunt a verbis: *Summum bonum Deus est*, Lovanii 1486, 4°, per Joannem de Wephalia, et Lipsiæ 1493, atque sine loco et anno, in 12. Vide Theophili Sinceri *Nachrichten von alten und raren Buchern* p. 163. Prodiit et Paris. 1519 12; 1538. Hic videtur esse *Liber Ecclesiasticorum Dogmatum* Sigberto cap. 55: nam qui in editione Bignæana Parisiensi, A. 1580, Isidoro hoc titulo tribuitur, auctorem habet Gennadium Massiliensem. Isidorus in *fide Catholica* laudatur ab Ænea Paris. contra Græcos; sed intelligit libros de quo supra n. 19. Ex libro primo *Sententiarum* cap. 7, 10 et 58 seq., petitus *liber de Conversis ad Monachos*, quem velut ineditum vulgavit Canisius tom. V, II, *Antiq. Lect.*, p. 305 (t. m. II, II, edit. novæ p. 155), ut Constantino Cajetano observatum.

23. *Epistolæ sex* p. 486, duæ ad Braultionem, archidiaconum una, altera jam episcopum, tertia ad Helladium aliusque episcopos, quarta ad Claudium ducem, quinta ad Redemptum archidiaconum, et sexta ad Eugenium episcopum Toletanum. Exstant et in Actis Sanctor. t. I April. p. 343 seq. Ex his quintam de usu panis azymi in Occidentali Ecclesia, suspectam habent viri doctissimi. Vide Nic. Antonium t. I, p. 264. Quartam sextamque refutat Oudinus tom. I, p. 1592 seq. Dallæus III, II, de cultibus Latinor. religionis p. 295. W. E. Tenzelius de Symbolo Athanas. p. 53 seq.

24. *Regula Monachorum* capita XXIII, ad Cœnobia Honorianenses, p. 490. Eadem quæ in Codice Regularum Holsteniano Rom. 1661, 4°, p. 118, et Paris. 1663, 4°. Caput ultimum, *Sententia de Regula devotarum*, in Edmundi Martene tom. IX Monumentorum veterum p. 160.

25. *De Conflictu Vitorum et Virtutum* liber p. 497, qui alieno loco lectus inter opera S. Ambrosii, Augustini, Leonis Magni. Vide Nic. Antonium tom. I, p. 265, qui malit tribuere *Ambrosio Autperto*, quod Oudino etiam placet tom. I, p. 1596.

Notæ virorum doctorum in Isidori opera per Joannem Grialum collectæ et auctæ p. 523, 618.

26. *Liber Glossarum* ex variis glossariis, quæ sub Isidori nomine circumferuntur collectus p. 618, 631, Prodiere et cum glossis Græco-Latinis Philoxeni et

aliorum, ex recensione Bonav. Vulcanii, Lugd. B. 1600, fol.; atque inter scriptores Latinæ linguæ, recensitis a Dionysio Gothofredo, Genev. 1595, 1602, 1628, 4°; et cum annotationibus Joannis Ludovici de la Cerda, in ejus *Adversariis* sacris, Ludg. 1626, fol., capite 141, p. 317 seq; et novissime illustratæ eruditiss. Jo. Georgii Grævii observationibus, et *Auctario Glossarum* atque collectanelis Theodori Janssonii ab Almeloveen, una cum *Lexico philologico* tertium edito Matthiæ Martinii, Trajecti ad Rhen. 1698, fol. (exempla quædam referunt Amst. 1701).

*Scripta quæ in novissima Operum Isidori editione desiderantur.*

*Chronicon breve Regum Wisigothorum.* Vide supra n. 12.

*Sententia de regula Devotarum.* Supra n. 24.

*De Prælati* fragmentum, supra n. 21.

*Exegesis in Missæ Canonem*, supra n. 20.

*Sermones* plurimos diversis temporibus habitos, stylo egregio scriptos Isidorum transmisisse ad posteros, scribit Anonymus Mellicensis cap. 26. *Sermonem in natali S. Æmiliani*, episcopi Vercellensis, ms. in tabulario Ecclesiæ Vercellensis vidit Jo. Stephanus Ferrerius.

Sanctorum trium episcoporum, Religionis Benedictinæ luminum, Isidori Hisp., Ildephonsi Toletani et Gregorii R. E. cardinalis episc. Hostiensis Vita et actiones scholiis illustratæ. Accesserunt opuscula quædam ejusdem Isidori antea non edita, Rom. 1616, 4°, curante Constantino Cajetano, Syracusano: nimirum *Sermo brevis in die Natiuitatis Domini*, alius *de sanctis Angelis*. *Fragmenta commentariorum in Regulam S. Benedicti*, de quibus vide Nic. Antonium tom. I, p. 268. *De conversis ad Monachos*, supra n. 5. *Oratio sive Confessio*, quam iterum edidit Jo. Tamaus Salazar tom. II Martyrologii Hispani.

*Hymnus duplex* in laudem S. Agathæ exstat in Actis Sanctor. tom. 7, Febr. v, p. 596. Unus incipit: *Adesto plebs fidissima*. Alter: *Festum insigne prodiit*.

*Explanatio Danielis prophetæ, et de Susanna* ms. in Bibl. Leidensi. Vide Catalogum p. 329. *Commentarius in Cantica canticorum* qui legitur inter Gregorii M. Opera, Isidoro in quibusdam Codd. tribuitur. *Liber de Ordine creaturarum*, ad Braultium episcopum urbis Romæ (Cæsaraugustæ) editus a Dacherio t. I, Spicileg. p. 268 (edit. novæ tom. I, p. 225). Vide Nic. Antonium tom. I, p. 266, ubi dicitur quomodo Romæ potuerit nomine Cæsaraugusta venire.

*Liber de Miraculis Christi*, Nic. Antonius p. 267, ex *Mouastico Anglicano* p. 223.

*De S. Trinitate*, Tritbem.

*De corpore et sanguine Domini*, id.

*De institutione jejunii Quadragesimalis* fragmentum edere promisit Boxhornius notis ad Clodium Albinum Spartiani. Sed fortasse idem fuit cum lib. I, cap. 36, de Officiis Ecclesiasticis.

*De partibus Orationis*, Ms. in Bibl. Caroli de Mont-

chal; fortasse non diversum a capitibus quibusdam libri primi Originum. Similiter de Numeris quod Braulioni memoratur ex libro tertio, et de Hæresibus ex libro octavo. Etiam librum de Nominibus Legis et Evangeliorum et librum de Mysteriis Salvatoris peto latere in num. 13, 14, 15.

*Librum Prophetiarum* Isidori, pseudo-Luitprandus, p. 486, adversariorum ait se vidisse scriptum lingua Latina, Gothica; vulgari Hispana et Arabica.

Lucas Tudensis in Vita cap. 5, p. 340, nescio quod ejus *Alphabetum Papæ Judicum* memorat, et *alphabetum verbalium, Theologicarum distinctionum, alphabetum librorum, orationis.*

De *oratione Synodali* in synodo Hispanensi A. 636, paulo ante obitum habita, in qua Arianæ hæresin et Acephalitarum superstitionem condemnavit, mentionem facit Braulio, et scriptor Vitæ cap. 9, tom. I Act. Sanctorum April. p. 347.

*Missale et Breviarium* Hispanicis Ecclesiis præscriptum ab Isidoro non satis constat, atque dubitant viri eruditi Liturgiam Mozarabicam sive Mixtarabicam ad Isidorum auctorem referre. Confer W. E. Teaszelium de ritu Lectionum sacrarum § 51. *Legum etiam Wisigothicarum* libros XII, a Petro Pithæo, Paris. 1579, fol., et in Frid. Lindembrogii Codice Legum antiquarum, atque in tomo tertio Hispaniæ illustratæ editos, post Isidorum demum collectos docent. Confer Nic. Antonium tom. I, p. 269, 270.

De *Collectione Canonum, Conciliorum et Epistolarum Decretalium* adhuc ut ferunt inedita, certe diversa ab illa Isidori Mercatoris, vide quæ notavi tom. XI Bibl. Græcæ p. 13 seq. et 66, et Nic. Antonium tom. I, p. 270 seq.

Interciderunt *commentarii allegorici* in plures libros Vet. Test. et *litterales* universi. Vide supra n. 14.

Ventiam peto ab æquis lectoribus, si eorum sub oculis hic repræsentem omnium quotquot unquam audierim vel legerim, vetustissimum codicem Etymologiarum S. Isidori, quem servat Bibliotheca Malatestarum Casenatensis, librum, quem credo scriptum sæculo VII. Continet vero ille libros XXV,

• An Patronymicorum?

A nempe V ultra numerum quem editi præferunt. Id vero discrimen non inde provenit, quod addita sint quædam supra edita, sed ex diversa tantummodo disponendi operis ratione. Ita ergo distribuitur. Quatuor priores libri sunt ut in editis excepto quod libri IV, cap. 13, de initio medicine deest. In lib. V variat nonnihil Chronicon Isidori, quod incipit in hoc codice: *Ordinem Temporum*. Reliqui dein libri usque ad cap. 21, lib. XVIII pari passo cum editis procedunt, sed initium capituli 27 in editis est in codice initium libri XIX. Tum caput 20 lib. XVIII in editis est ibi liber XXI. Liber XXI incipit a cap. 52 lib. XVIII. Liber XXII est caput 60 libri XVIII. Liber XXIII exorditur a cap. 7 lib. XIX. Liber XXIV a cap. 20 libri XIX. Denique totus liber XXV libro XX editorum coheret. Additamenta illa, quæ in edito Parisiensi 1601, p. 209, seorsum dantur hic etiam, sed non omnia comparent ad marginem descripta, ut *talentum*, etc., *mina*, etc., *obolus*, etc., *siclus*, etc. Sunt vero hæc additamenta alterius et paulo recentioris manus, quam reliqua omnia. Variantes quædam occurrunt non contemnendæ, quas tamen ego majori diligentia annotare ex temporis angustia prohibitus sum. Unum hoc tantummodo non neglexi. Quo loco in edito lib. XIX, cap. 19, legitur *Canterium, Gallia, Gavia*; ibi est *Cauteria Lingulina*. Denique in uno libri eadem ac cætera monu versus isti leguntur:

Ut est labor agricolis (sic) vomere proscindere terras  
Est mihi arundineus (sic) calamus sulcare novales.  
Ille etiam tostas congaudet cernere messes,  
Sic et ego liuem lecto concludere versum (sic).

Libros de officiis nactus sum in altero ms. codice Lucensi, sæculo VIII scripto, atque in illo postrema duo illa capita desiderari animadverti, quæ et in Hittorpii editione desunt; sicut et ibi pariter iis-tem verbis, quibus et editus Hittorpianus totum opus concluditur.

Denique prætereundum haudquaquam dabo collectionem canonum Isidorianam evulgasse Romæ an. 1744 virum cl. Cajetanum Cenni, qui et adductis in Præfatione argumentis sincerum illum Isidori Hispanensis fetum esse demonstrat.

## TESTIMONIA DE S. ISIDORO HISPALENSIS.

*Sancti Braulionis, Casaraugust. episcopi, Prænotatio librorum D. Isidori.*

Isidorus vir egregius, Hispanensis Ecclesiæ episcopus, Leandri episcopi successor et germanus, floruit a tempore Mauricii imperatoris, et Reccaredi regis; in quo quiddam sibi antiquitas vindicavit, imo nostrum tempus antiquitatis in eo scientiam imaginavit: vir in omni locutionis genere formatus, ut imperito doctoque secundum qualitatem sermonis existeret aptus, congrua vero opportunitate loci incomparabili eloquentia clarus. Jam vero quantus

D sapientia fuerit, ex ejus diversis studiis et elaboratis opusculis perfacile prudens lector intelligere poterit. Denique de iis quæ ad notitiam nostram venerunt, ista commemoravi. Edidit libros Differentiarum duos, in quibus subtili discretionem ea quæ confuse usu præferuntur sensu discrevit; Proceriorum librum unum, in quo, quid quisque liber sanctæ contineat Scripturæ, brevi subnotatione distinxit; de Ortu et Obitu Patrum librum unum, in quo eorum gesta, dignitatem quoque, et mortem eorum, atque sepulturam sententiali brevitate subnotavit; ad germanum suum

Fulgentium, episcopum Astigitanum, Officiorum libros duos, in quibus originem Officiorum, cur unumquodque in Ecclesia Dei agatur, interprete suo stylo non sine Majorum auctoritate elicuit; Synonymorum libros duos, quibus ad Consolationem animæ, et ad Spem percipiendæ veniæ, intercedente rationis exhortatione, erexit; de Natura Rerum ad Sisebutum regem librum unum, in quo tam de Ecclesiasticorum Doctorum quam etiam de Philosophorum indagine obscura quædam de elementis absolvit; de Numeris librum unum, in quo Arithmeticam propter Numeros Ecclesiasticis Scripturis insertos ex parte tetigit disciplinam; de Nominibus Legis et Evangeliorum librum unum, in quo ostendit quid memoratæ personæ mysteriâliter significant; de Hæresibus librum unum, in quo Majorum secutus exempla, brevitate qua potuit, diffusa collegit; Sententiarum libros tres, quos floribus ex libris papæ Gregorii Moralibus decoravit; Chronicorum, a principio Mundi usque ad tempus suum, librum unum nimia brevitate collectum; contra Judæos, postulante Florentina germana sua proposito virgine, libros duos in quibus omnia quæ Fides Catholica credit, ex Legis et Prophetarum testimoniis approbavit; de Viris Illustribus librum unum, cui nos ista subjunximus: Monasticæ Regulæ librum unum, quem pro Patriæ usu et invalidorum animis decensissime temperavit, de Origine Gothorum, et Regno Suevorum, et etiam Wandalorum Historia, librum unum; Quæstionum libros duos, quos qui legit, veterum tractatorum multam supellectilem recognoscit; Etymologiarum codicem nimia magnitudine, distinctum ab eo titulis, non libris, quem quia rogatu meo fecit, quamvis imperfectum ipse reliquerit, ego in viginti libros divisi: quod opus omnimodo philosophiæ conveniens quisquis crebra meditatione perlegerit, non ignotus divinarum humanarumque rerum scientia merito erit. Ibi redundans diversarum artium elegantia, ubi quæcunque fere sciri debentur, restricta collegit. Sunt et alia ejus viri multa opuscula, et in Ecclesia Dei multo cum ornamento inscripta. Quem Deus post tot defectus Hispaniæ novissimis temporibus suscitans (credo ad restauranda antiquorum monumenta, ne usquequaque rusticitate veterasceremus), quasi quamdam apposuit destinam. Cui non immerito illud philosophicum a nobis aptatur: Nos, inquit, in nostra urbe peregrinantes errantesque tanquam hospites, tui libri, quasi domum reduxerunt: ut possimus aliquando qui et ubi essemus agnoscere. Tu ætatem patriæ, tu descriptiones temporum, tu sacrorum jura, tu sacerdotum, tu domesticam publicamque disciplinam, tu sedium, regionum, locorum, tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti. Quo vero flumine eloquentiæ, et quot jaculis divinarum Scripturarum, seu Patrum testimoniis Acephalitarum hæresim confoderit, synodalia gesta coram eo Hispani acta declarant. In qua contra Gregorium præfatæ hæresis antisitem eam asseruit veritatem. Obiit temporibus Heraclii imperatoris, et Christianissimi

A Chintilani regis, sana doctrina præstantior cunctis, et copiosior operibus charitatis.

*Ex sancti Ildephonsi, Toletani episcopi, libro de Viris Illustribus.*

Isidorus post Leandrum fratrem Hispalensis sedis provinciæ Bethicæ cathedram tenuit; vir decore simul et ingenio pollens: nam tantæ jucunditatis affluentem copiam in eloquendo promeruit, ut ubertas admiranda dicendi ex eo in stuporem verteret audientes, ex quo audita bis, qui audisset non nisi repetita sæpius commendaret. Scripsit Opera, et eximia, et non parva, id est librum de Ortu et Obitu Patrum; librum Lamentationis, quem ipse Synonymorum vocavit; libellos duos ad Florentinam sororem contra nequitiam Judæorum; librum de Natura Rerum ad Sisebutum principem; librum Differentiarum; librum Sententiarum. Collegit etiam de diversis auctoribus, quod ipse cognominat, Secretorum Expositiones Sacramentorum, quibus in unum congestis, idem liber dicitur Quæstionum. Scripsit quoque in ultimo ad petitionem Braulionis Cæsaraugustani episcopi librum Etymologiarum, quem cum multis annis conaretur perficere, in ejus opere diem extremum visus est conclusisse. Floruit temporibus Reccaredi, Liuvanisi, Witterici, Gundemari, Sisebuti, Suintiliani, et Sisenandi regum: annis fere quadraginta tenens pontificatus honorem, insignemque doctrinam sanctæ gloriæ pariter et decorem.

*Ex Sigeberti Gemblacensis libro de Viris Illustribus.*

Isidorus Junior, Hispalensis episcopus, multa scripsit. Scripsit ad Braulionem episcopum viginti libros Etymologiarum. Scripsit librum Proæmiorum de libris Veteris et Novi Testamenti, quos in Canonem recepit Ecclesia catholica; de Ecclesiasticis Officiis, ad Fulgentium; de Ortu, Vita et Obitu sanctorum Patrum, qui in Scriptura laudibus efferuntur; ad Orosium, librum de Significationibus Nominum; ad Sisebutum, librum de Natura Rerum. Scripsit et librum de Differentiis Verborum; librum de Proprietate Rerum; librum Sermonum; librum Ecclesiasticorum Dogmatum. Scripsit Synonyma, ubi inducuntur duæ personæ: una hominis plangentis, altera rationis admonentis. Scripsit et Lamentum Pœnitentis, distinctum alphabeto, addita oratione. Scripsit de Conflictu Virtutum et Vitiarum librum unum; de Mysteriis Salvatoris librum unum. Totum Vetus Testamentum simpliciter exponendo percurrit. Scripsit et alia sæculari literaturæ competentia, quæ commemorare nihil ad nos.

*Obitus beati Isidori a Redempto Clerico recensitus.*

Visum est mihi, ut tuæ sanctitati breviter exponerem, qualiter bonæ recordationis dominus meus Isidorus Hispalensis Ecclesiæ metropolitanus episcopus pœnitentiam acceperit, suamque confessionem erga Deum, vel homines habuit; vel quomodo de hoc sæculo ad cælum migrarit, fideli prænotationis meæ stylo, tuæ dilectioni notescerem. Quæ res me primum compulsi pro hac sollicitudine, quam ex amore in eum offertis, vestræ charitati gratias



agere; deinde, quia vera suppressere nequeo, et quod de eo, pauca de multis colligere potui, te orante, dicere cogor. Dum finem suum, nescio qua sorte, jam prospiceret, et fatigatum corpus aegritudine assidua subtiliter animæ natura prævideret, tantam elemosynam quotidianis diebus per sex pene menses, seu amplius, plusquam erat solitus pauperibus ab eo est erogata, ut oriente sole usque in vespere multis illis in accipiendam maneret substantiam. Post hæc vulnere percussus est, ita ut dum febris in corpore convalesceret, et cibum rejiceret debilitatus stomachus. Ad pœnitentiam convaluit, atque suos coepiscopos, Joannem scilicet et Aparitium beatissimos, mox adesse fecit præsentem. Et dum a cellula sua ad basilicam sancti Vincentii martyris adduceretur, cuncta agmina pauperum clericorum, religiosorum omnium, cunctarumque hujus civitatis plebium cum vocibus et magno ululatu eum susceperunt, ut si ferreum possideret quispiam peccus, solveretur mox in lacrymas, et lamentum totus. Et dum in prædicti martyris basilicam juxta altaris cancellum in medio poneretur choro, mulierum turbas longius stare præcepit, ut in accipiendo ipse pœnitentiam, virorum tantum, non illarum, circa eum cerneretur præsentia. Et dum a prædictis sacerdotibus ab uno cilicio, ab altero super se mitti..... exponere cinerem, expandens manum ad cœlum, ita exorsus est, dicens: Tu Deus, qui nosti corda hominum, et Publicano longe posito, dum peccus percuteret suum, dimitti peccata dignatus es; qui Lazarum dormientem de monumento post resolutionem carnis die quarta dignatus es resuscitare, et Abraham patriarchæ sinus eum recipere voluisti; suscipe in hac hora confessionem meam, et peccata, quæ innumerabiliter contraxi, ab oculis differ tuis: non reminiscaris mala mea, et juventutis delicta ne memineris. Tu, Domine, non posuisti pœnitentiam justis, qui non peccaverunt tibi; sed mihi peccatori, qui peccavi super numerum arenæ maris. Non inveniat in me hostis antiquus, quod puniat. Tu scis, quia postquam infelix ad onus istud, potius quam ad honorem, in hanc sanctam Ecclesiam indigne perveni, peccare nunquam sinivi; sed ut inique agerem, laboravi. Et quia tu dixisti: In quacunque hora peccator a viis suis revertent, omnes iniquitates suas traderes oblivioni: hujus præcepti memor sum tui. Clamo utique cum spe et fiducia ad te, cujus cœlos aspicere non sum dignus præ multitudinem peccatorum, quæ conversantur in me. Adesto et suscipe orationem meam, et mihi peccatori dona veniam postulata. Quod si cœli non sunt mundi in

conspectu tuo, quanto magis ego homo, qui bibi, quasi aquas, iniquitatem, et sumpsi, ut colostram, peccatum. His igitur consummatis, corpus et sanguinem Domini cum profundo gemitu cordis, indignum se judicans, ab ipsis suscepit pontificibus. Deinde eorundem sacerdotum, et quicumque de clero erant, civium cunctarumque plebium veniam precabatur, dicens: Deprecor vos, sanctissimi Domini mei sacerdotes, sanctamque congregationem clericorum et populi, ut pro me infelici et pleno omni sorde peccati ad Dominum vestra porrigatur oratio: ut qui meo merito Dei non sum dignus impetrare clementiam, intercessu vestro merear consequi meorum veniam delictorum. Mittite mihi, obsecro, indigno, quod in unumquemque commisi verstrum: si quem contempsi odio, si quem rejeci impie charitatis consortio, si quem maculavi consilio, si quem læsi irascendo: dimittite nunc petenti, imo et pœnitenti. Et dum una voce omnes pro eo indulgentiam postulassent, et unicuique debiti sua vincula, vel chirographa condonassent, circumstantes iterum admonuit, dicens: Sanctissimi Domini mei episcopi, et omnes qui adsunt, rogo et obsecro ut charitatem invicem vobis exhibeatis, non reddentes malum pro malo, nec velitis esse susurro in populo, non inveniat in vobis hostis antiquus quod puniat, non reperiat a vobis relictum lupus rapax quem auferat, sed potius ereptam ab ore lupi ovem pastor suis humeris congraudens reportet ad hanc caulam. Igitur post hanc confessionem, vel orationem, residuam egenis et pauperibus mox dari jussit pecuniam. Cui tamen fideli sit dubium, ut non statim, dimisso omni facinore, associaretur societatibus angelorum? Interea se ab omnibus osculari stuluit, dicens: Si ex toto corde dimiseritis ea quæ in vos adversa vel prava usque hactenus intuli, dimittet vobis Creator Omnipotens omnia delicta vestra; ita ut sacri fontis unda, quam hodie devotus est populus percepturus, sit vobis in remissionem peccatorum, et hoc osculum inter me et vos maneat in testimonium futurorum. Completis his omnibus, ad cellulam reductus est, et post diem confessionis vel pœnitentiæ quartum pastorem jugiter curam, et finem suum consummavit in pace. Amen. Sub die pridie Kalend. April., luna XIX, æra DCLXXIV

*Ex concilio Toletano VIII, cap. 2.*

Nostri quoque sæculi doctor egregius, Ecclesiæ catholicæ novissimum decus, præcedentibus ætate postremus, doctrinæ comparatione non infimus, et (quod majus est) in sæculorum fine doctissimus, atque cum reverentia nominandus, Isidorus.

## J, GRIALIS AD ETYMOLOGIARUM LIBROS ADMONITIO.

Origines verborum qui tradunt, sive se intra grammaticorum fines contineant, sive philosophandi studio latius evagentur, sive utrumque (quod sanctus Isidorus fecit) sequantur; periculosæ tractant plenum opus alex. Id quod non modo Plato, et Varro, Stoicique (quos hujus rei perstudiosos fuisse e Ciccone novimus), sed gravissimi quoque e nostris nimium experti sunt. Neque tamen ipsorum culpa, sed eorum vitio, qui quid illi spectarint, non sunt satis assecuti. Cujus rei caput illud est præcipuum, quod cum

uniuscujusque verbi (ut ait Varro) naturæ sint duæ, a qua re, et in qua re vocabulum sit impositum, illudque spectare grammatici, hoc magis sit philosophi: priorem illam rationem ingressis, huicque disciplinae (quæ Ἐτυμολογικῆ dicitur) insistentibus multi difficile se et morosos identidem exhibent; dum ad syllabas et litteras omnia revocantes, si quid paululum deerrarit, id ut dissimulent, imperare sibi non possunt. At qui alterum genus (quod περὶ σημασιολογίαν idem Varro nominat) sibi proponunt; dum rebus ipsis edocendis, atque oculis subjucendis intenti, occasionem tantum in vocibus captant, neque tam verbis, quam rebus lucem inferre student; ii vero, dum parum grammaticos videri se negligunt, in minus eruditiorum opinionem incurrunt: cum sint maxima ex parte illis ipsis, qui artem hanc unam profitentur, ea in ipsa longe solertiores, modo animum ad eam rationem adhibeant, quam serio se nosse dissimulant. Quis enim credat, quæ res minutissimis grammaticis obvix sint, eas doctrinarum omnium parentes, ac repertoires usque adeo fugisse, ut se deridendos levissimis hominibus tam sæpe propinariint? An erit, qui Ciceroni tumultum timorem multum, Sulpitio testamentum mentis testationem, Tertulliano limum liquorem opimum fuisse, persuasum habcat? Aut qui Sylvestrum, et Romanæ synodi Patres Curiam a cruore dictam existimasse arbitretur? Nam ex Platone, Varrone, Hieronymo exempla congerere superfluum. Cum duo priores jam olim ea de re vulgo male audiant: Hieronymus vero culpam hanc (si modo culpa est) ita agnoscat, ut sibi ipse ignoscat; neque enim aliter toties illam in se admitteret, Græcis, et Latinis nominibus Hebraicas notationes (ut ipsius utar verbo) tam violenter assignans. Lusisse, inquit, gravissimos viros? Non nego. Illud a0 assecutus, ut cum lusisse existimari voluerint, turpiter labi minus prudentibus hominibus videantur. Sed rursus eos, sive lusus, sive ineptias appellent; non carere fructu et utilitate dico. Nam, quin res, aut involutas explicant, aut obscuras in apertum producant, aut quæ notæ, manifestæque sint, acris, ut sensus irritant, faciant, æquus harum rerum æstimator negabit nemo. Mantum (quod indumentum Hispanicum dicit esse Suidas) Isidorus, quod manus tegat tantum, nominatum vult. Qua notatione profusiore nos ea veste nunc uti ostendit, utpote quæ non manus solum, sed pedes quoque jam tegit. Loricam noverat e Servio suo (neque enim librum alium tam legendo, triverat) tegmen esse de loro factum. Lorice carentem dixisse maluit; ut a lorica, quæ jam olim exolevisset ad circulis consertam ferreis Lectoris animum oculos converteret. Sexcenta sunt hujusmodi. De definitionibus qui scripsere, cum unam, quæ rei naturam proximo attingat, veræ definitionis nomine dignentur, tamen reliquis ita non fastidiunt, ut earum plurima genera sedulo conquirant (nam quindecim, aut iis etiam plura Victorinus et Boethius prodidere) notationum, quæ verborum enodationes, descriptionesque sunt, conceptiones varias, cur tantopere aversentur, si quæras: causam quam afferant? Nisi forte, id se indignari, quod aberrationes hujusmodi in verborum, quam in rerum lusu magis appareant. At minori apparent cum periculo. non minori interdum cum fructu. Ut si qua in re, in hac plane verum sit, quod ait Flaccus: Ridiculum acris, fortius et melius magnas plerumque secat res. Sed ad Isidorum redeamus. Qui cum omne scriptorum genus diligentissime pervolaret: optimum ratus, si parum eruditæ sæculi hominibus brevem, facilemque viam ad disciplinas omnes aperiret: ut simul, et rerum, et verborum notitiam traderet, quaque liceret, in ipsis vocibus hæere omnia ostenderet; nihil aptius visum, quam si vocum enucleandis notionibus, et propriis earum usus ostenderetur, et rerum iisdem subjectarum, auditu sono, observaretur ante oculos, maneretque veluti spectrum quoddam, atque simulacrum. Quod cum faceret, plurimas quidem sive origines, sive explicationes e veteribus scriptoribus desumpsit; sed neque veritus est ipse illorum exemplo (quod bonum sibi esset, atque commodum) novas quoque proferre, consimilique ludo ludere. Eorum, inquam, exemplo, quorum amulari exoptavit negligentiam, non admodum curans levium criticorum obscuram diligentiam. Qui, si quid in eo carperent, attendissent, minus sæpe, minusque audacter in illum sævirent. Ridiculi enim plane ipsi sunt, cum ea multoties rident, quæ illorum, quos ipsi venerantur, quosque hic nostri auctores habuit, bona ex parte fuisse reperiuntur. Quos spero fore jam æquiores, cum multa, quæ quæsi Isidoriana, cachinno excipiebant, veterum auctoribus reddita videbunt. Quod si hoc opus, aut perfecisset D. Isidorus, aut non damnis auxissent maximis lectores: non diffideremus fortasse omni illum propemodum culpa liberare. Testatur enim ex veteris lectionis recordatione collectum: aliorum autem vitia præstare nolle se, discrete ipse profitetur. Nunc vero, cum auctoris summa abfuerit manus, interpolaritque hæc, et digesserit (ut quibusdam videtur) Braultio; lectores, quod in hoc volumine satis magnam, satisque lautam librorum suppellectilem per id tempus sibi esse ducerent, quidquid aliunde possent, huc congerent; librarii, quidquid illiitum chartarum margini ceruerent, pro se quisque certatim in contextum inferrent; cuius audaciæ (an impietatis potius dicam?) tam multis aliorum delictis ad Isidori invidiam abuti? Sed ut quid in eo reprehendant, videamus, accusationis capita proposuisse fuerit operæ pretium. Vocibus (inquit) Latinis Græcæ, Græcis Latinas origines tribuit. Quæ priora sunt, e posterioribus oriri vult. Orthographiæ rationem nullam ducit. Quæ verborum productiones sunt, in stirpibus, et radicibus numerat. Pro certis originibus origines alias, quæ significationibus subserviant, arbitrio suo supponit. Ad hanc opinor summam crimina omnia referri. Quæ nisi communia illi cum optimis auctoribus ostendero, non causam dico, quin, quod meritis est, ferat. Sed pluribus exemplis non utar: quod indicatis locis, facile sibi quisque ingentem sylvam comportare possit. Artem et oratorem Latinas esse voces ambigit nemo. At artem Donatus ἀρτέων, oratorem ἀρτάρων voluit esse Festus. Quam multa eodem modo Varro ex iis etiam, quæ in utroque agro (ut ait ille) non serpunt? Quid? Qui ex nostris Jesum Ἰησοῦν, Cephas κεφαλῶν esse dixerunt, quorum nominum certas origines et interpretationes ex Evangelio noverant? At qui viri? Quatuor a figura quadrata deduxit Isidorus, cum quadratum e quatuor oriri rectum, simplexque videatur. Nonne jus eodem modo a justitia traxit Ulpianus? Orthographiæ rationem nullam ducit. Quid? Qui hortum ab oriendo, aut hederam ab edendo, aut ab hærendo dictam docet? At is est Festus Pompeius. Cui vero productiones pro stirpibus non sint, ut Sulpitio in testamento, Aquillio in postliminio; eorum, qui in hoc ludo se exercuerant, arbitror omnino fuisse neminem. Quid illis facias, qui de originum suppositionibus, quo significationes magis apparent, quæruntur? Nisi grammaticorum inter jubeas plorare cathedras? Nam cum sinistrum, quantum ad auguria attinet, et senatorem, quantum ad agendi facultatem, utrumque a sinendo trahit Servius; nonne aliud veriloquium sciens, prudensque dissimulat? Quid? Quod nonnuquam ita fieri res ipsa cogit. Germanum negat esse Varro de eodem germine, sed de eadem genitrice manantem. Quid cum dignitati, vel honestati serviunt, aut melius aliquid innuunt; quam voces præ se ferant? Ignorabat idem Varro, culinam, quam in postica domus parte fuisse dixerat, a postica animalis parte dictam? A colendo ignem dixisse maluit. Obscurum Isidoro fuerat, medicinam a medendo oriri? A modo deflexit; ut ejus qualis usus esse deberet, ostenderet. Sed instant clamoribus, atque urgent; etymologias, veriloquiaque, quæ neque etymologiæ, neque veriloquia sint, appellari nequaquam debuisse: itaque neque etymologiarum nomine libros fuisse præscribendos. Quasi nou ἀλαῶν μάρτυς ἡ ἔτυμολογία a Galeno dicta sit? Sed laborasse plane videtur

sanctissimus vir, ut opus longe utilissimum, et (ut illa ferebant tempora) immensi laboris, exigue admodum, et (ut ita dixerim) exiliter indicaret. Itaque rerum plurimarum doctrina refertos Commentarios, quasi nomina sola continerent, Etymologiarum libros appellari voluit, aut certe, cum longius progressus est, opus de quarundam rerum origine ad Braulionem mittere se scribit. Qua præscriptione quid verecundius, aut modestius excogitari potuit? Ergo id ille consecutus est, ut posteri non quarundam, sed omnium (prope dixerim) rerum, ac verhorum ab his libris habere se cognitionem ad hæc usque tempora perpetuo agnoverint, et magna voce prædicaverint.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

# ETYMOLOGIARUM

## LIBRI XX.

### 1 Præfatio.

Domino meo, et Dei servo, Braulioni episcopo, Isidorus. En tibi, sicut pollicitus sum, nisi opus de origine quarundam rerum, ex veteris lectionis recordatione collectum, atque ita in quibusdam locis adnotatum, sicut ex-tat conscriptum stylo majorum.

## LIBER PRIMUS,

DE GRAMMATICA.

### CAPUT PRIMUM.

*De disciplina et arte.*

1. <sup>a</sup> Disciplina a *discendo* nomen accepit; unde et scientia dici potest. Nam *scire* dictum a *discere*, quia nemo nostrum scit, nisi qui discit. Aliter dicta disciplina, <sup>b</sup> quia discitur plena.

2. <sup>a</sup> Ars vero dicta est, <sup>c</sup> quod artis præceptis regulisque consistat. <sup>d</sup> Alii dicunt a Græcis hoc tractum esse vocabulum ἀρο τῆς ἀρετῆς, id est, a *virtute*, quam scientiam vocaverunt.

3. <sup>a</sup> Inter artem et disciplinam Plato et Aristoteles differentiam esse voluerunt, dicentes artem esse in iis quæ æ et aliter habere possunt; disciplinam vero esse quæ de iis agit quæ aliter evenire non possunt. Nam quando veris disputationibus, aliquid disseritur, disciplina erit; quando aliquid verisimile atque opinabile tractatur, nomen artis habebit.

### CAPUT II.

*De septem liberalibus artibus.*

1. Disciplinæ liberalium artium septem sunt. Pri-

Cap. I. — <sup>a</sup> *Disciplina a disc.* Verba sunt. D. August. Soliloq. cap. 2.

<sup>b</sup> *Quia discitur plen.* Pleni vis in disciplina nulla est, nam plena productio est sola verbi. Sed, ut huiusmodi notationum lusus etymologiarum vera, ac sincera appellatione commendari se minime postulant, ita qui hæc statim quasi inepta aut inania prorsus fastidiose respuat, nimium ipse durus sit præter æquumque et bonum.

<sup>c</sup> *Quod artis præcept.* Artis pro artibus antiquos scripsisse constat. Nam Valerius Probus artus pro angusto, et artus pro membris inflexione sola distinguit. Festus: *Artifices quod apte opera inter et artent, que ex causa etiam artes appellatae sunt.*

<sup>d</sup> *Alii dicunt.* Donatus, in Andr.; et Serv. in artem secundam Donati. Varro, lib. iv: *Nonnulla (inquit) nomina in utroque lingua habent radices, ut arborum que in confinio natae in utroque agro serpunt.*

PATROL. LXXXII.

A ma, grammatica, id est, loquendi peritia. Secunda, rhetorica, quæ propter nitorem et copiam eloquentiæ suæ maxime in civilibus quæstionibus necessaria existimatur. Tertia, dialectica cognomento logica, quæ disputationibus subtilissimis vera secernit a falsis.

2. Quarta, arithmetica, quæ continet <sup>f</sup> numerorum causas, et divisiones. Quinta, musica, quæ in carminibus cantibusque consistit.

Sexta, <sup>g</sup> Geometria, quæ <sup>h</sup> mensuras dimensionesque complectitur. Septima, astronomia, quæ continet legem astrorum.

### CAPUT III.

*De litteris communibus.*

1. Primordia grammaticæ artis litteræ communes existunt <sup>b</sup> quas librarii et calculatores sequuntur. B quorum disciplina velut quædam grammaticæ artis infantia est. Unde et eam Varro litterationem vocat. Litteræ autem sunt indices rerum, <sup>i</sup> signa verborum, quibus tanta vis est, ut nobis dicta absentium

<sup>c</sup> *Inter art. et disc.* Eodem modo distinguit artem a scientia Arist.

Cap. II. — <sup>f</sup> *Numerorum causas.* Ita Gothici recte, al., *casus.*

<sup>g</sup> *Mensuras.* Soli duo Tarraconenses habent *mensuras terræ.* A reliquis ea vox abest. Quod si non tam etymon, quam rem ipsam, quæ magis communis est, spectes, non incommode illam rejiciemus. Est (inquit) lib. ii, c. 25, *Geometria mensura magnitudinis immobilis, atque formarum, cum lib. iii, c. 10, verum nominis rationem reddiderit.*

Cap. III. — <sup>h</sup> *Quas librarii.* Aug., lib. ii de Ord., cap. 12, cum de litteris egisset, hæc subdit: *Ergo utilitas numerandi magna necessitate animadversa est, quibus duabus reperiis nata est illa librariorum et calculonum professio, vult quædam grammaticæ infantia, quam Varro litterationem vocat.*

<sup>i</sup> *Signa verb.* Hieron., de Notis, epist. 34: *Et lin-*

sive voce loquantur. Verba enim per oculos, non per aures, introducunt?

2. Usus litterarum repertus est propter memoriam rerum. Nam, ne oblivione fugiant, litteris alligantur. In tanta enim rerum varietate, nec disci audiendo poterant omnia, nec memoria contineri.]

3. Litteræ autem dictæ, quasi legitæræ, quod iter legentibus præstant, vel quod in legendo iterentur.

4. Litteræ Latinæ et Græcæ ab Hebræis videtur exorta. <sup>a</sup> Apud illos enim prius dictum est *aleph*; deinde ex simili enuntiatione apud Græcos tractam est *alpha*; idem apud Latinos *a*. Translator enim ex simili sono alterius linguæ litteram condidit <sup>d</sup> ut nosse possimus, linguam Hebraicam omnium linguarum et litterarum esse matrem. Sed Hebræi viginti duobus elementis litterarum secundum Veteris Testamenti libros utuntur; Græci vero viginti quatuor; Latini, inter utramque linguam progredientes, viginti tria elementa habent.

5. Hebræorum litteras a Lege cœpisse per Moysen, Syrorum autem et Chaldæorum per Abraham. Unde cum Hebræis, et numero, et sono concordant, solis characteribus discrepant. Ægyptiorum litteras Isis regina, Inachi filia, de Græcia veniens in Ægyptum, reperit, et Ægyptiis tradidit. Apud Ægyptios autem alias habuisse litteras sacerdotes dicunt, alias vulgus; sacerdotales *isrâc*, vulgares *panthymous*. Græcarum litterarum usum primi Phœnices invenerunt, unde et Lucanus:

Phœnices primi (fanzæ si creditur) ausi  
Mansuram rudibus vocem sigare figuris.

quæ celerritate præcederet signa verborum. Et epist. 47: signa ac furia verborum.

<sup>a</sup> Verba... introducunt. Absunt hæc a quibusdam Goth. libris.

<sup>b</sup> Litteræ autem, quasi legitæræ. Neque hoc legitur in ullo Gothico. Est tamen apud Priscianum et Sergium.

<sup>c</sup> Apud illos... Aleph. Ex Epiph. lib. de Ponderib.  
<sup>d</sup> Ut nosse... matrem. Verba sunt Hier. ad Sophon., c. 3.

<sup>e</sup> Hebræorum litt. Eadem traduntur de inventor. litterarum septenariis quibusdam, quos Crinitus refert lib. xvii de Honest. disciplin.

<sup>f</sup> Unde cum Hebr. Ex Hieron. prolog. Galeato.

<sup>g</sup> Inachi filia. Secutus est Isidorus Augustinum, xviii de Civit., cap. 3; Augustinus Ovidium, Metamorph. 1, quod etiam Græcorum aliquos sensisse Suidas in collectaneis testatur.

<sup>h</sup> Apud Ægypti. Nihil necesse est Græcarum litterarum monstra quæ in Gothicis Codicibus visuntur huic proferri. Satis esse debet ex iis Antonium, Aug., Petrum Chaconem et Vulcanium eodem modo ronejicisse. Cum præsertim Herodoti verba, quæ subscribam, ex lib. ii, dubitandi nullum relinquunt locum: Αἰγύπτῳ διαφασίσαι γράμμασι χρῶνται, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν ἰσρά, τὰ δὲ δημοτικὰ καλεῖσσι. Vid. Clem. Alex. Stromm. 5.

<sup>i</sup> Cadmus Agenoris. Plinius, lib. vii, c. 56. Sed neque cum Plinio, neque cum Georgio Cedreno satis convenit Isidorus in hac litterarum assignatione.

<sup>j</sup> His Palamedæis adjecit tres η, χ, ω. Malim e Servio, Æn. ii, θ, φ, χ. Plinius quoque easdem tres huic

<sup>k</sup> Hic deesse videtur verbum aliquod in modo personali. Quam ellipsis non semel, usurpavit Isidorus. ut legenti patebit. Edit.

6. Hinc est quod et Phœniceo colore librorum capita scribuntur, quia ab ipsis litteræ initium habuerunt. Cadmus Agenoris filius Græcas litteras a Phœnice in Græciam septemdecim primus attulit: α, β, γ, δ, ε, ζ, η, θ, ι, κ, λ, μ, ν, ο, π, ρ, σ, τ, φ. His Palamedes Trojano bello tres adjecit: η, χ, ω. Post quem Simonides Melicus tres alias adjecit: θ, φ, ε.

7. Litteram Pythagoras Sanius ad exemplum vitæ humanæ primus formavit; cujus virgula subterior primam ætatem significat; incertam quippe et quæ adhuc se nec vitium nec virtutibus dedit. Bivium autem, quod superest, ab adolescentia incipit; cujus dextera pars ardua est, sed ad beatam vitam tendens; sinistra faciliior, sed ad labem, interitumque deducens. De qua sic Persius ait:

Et titi quæ Sanius deduxit littera ramos,  
Surgentem dextro monstravit limite callem.

8. Quinque autem esse apud Græcos mysticas litteras. Prima η, quæ humanam vitam significat, de qua nunc diximus. Secunda θ, quæ mortem significat. Nam iudices eandem litteram *theta* apponebant ad eorum nomina quos supplicio afficiebant. Et dicitur *theta* ἀπὸ τοῦ θανάτου, id est, a morte. Unde, et habet per medium telum, id est, mortis signum. De qua quidam sic ait:

O multum ante alias infelix littera theta!

9. Tertia T, figuram demonstrans Dominicæ crucis: unde, et Hebraice signum interpretatur; de qua dictum est, in Ezechiele, angelo: *Transi per mediam Jerusalem, et signa thau in frontes virorum gementium, et dolentium.* Reliquas vero duas, summam, et ultimam sibi vindicat Christus. Ipse enim princi-

assignat, quartam addens, E.

<sup>a</sup> Post quem Simonides Melicus. Quatuor item a Simonide Melico adjectas vult Plinius, e quo sunt hæc: ζ, η, ψ, ω. P. Chacon cum dissentire Isidorum a Plinio in numero videret, et in Codicib. Gothicis partim *miles* tres, partim *similiter tres* reperisset, itemque apud Suidam et Eustachium Simonidem διὰ τὸ ἡδὺ Μελίχιερον appellatum, existimabat legendum SIMONIDES MELICERTES.

<sup>b</sup> Littera. E Ser., Æn. vi, in illud: *latet arbore opaca.*

<sup>c</sup> T Figuram demonstrans dominicæ crucis. Recte doctissimi viri putant, propterea apud Latinos Misæ canonem ab hac littera incipere. Hieron., ad Ezech., c. ix: *Antiquis Hebræorum litteris, quibus hodie utuntur Samaritani, extrema thau littera crucis habet similitudinem.* Hæc Hieronymus; quod non perinde apparet in Samaritanorum alphabeto, quod circumfertur. Ambros., lib. de Abrah., c. 2: *Et cum trecentis decem et octo viris adeptus victoriam. Numeravit (inquit) trecentos decem et octo, ut scias non quantitatem numeri, sed meritum electionis expressum; eos enim asciscit quos dignos numero fidelium judicavit, qui in Domini nostri Jesu Christi passionem crederent. Trecentos enim T littera Græca significat; decem et octo autem summam III exprimit. Vocem ipsam thau signum interpretati sunt LXX; crocra Caninius, laud malus auctor, in Institutionibus linguæ Syriacæ.*

<sup>d</sup> In frontes virorum. Ita omnino legendum ex Gothicis, et ex LXX, qui *ἐπι τὰ μέτωπα*. Vulgat., super frontes.

<sup>e</sup> Reliquas vero duas. Ex tertull. lib. de Monogam.

<sup>f</sup> Forte legendum: *Melic. tres*, ita ut *Melic.* sit pro *Mellicus*; quidquid sit, sensus est, Chaconem, quatuor his vocibus elementa τῶν Melicertes lautare fuisse suspicatum. Edit.

pium, ipse finis, dicens: *Ego sum alpha et ω*: concurrentibus enim in se invicem alpha ad ω usque detolvitur, et rursus ω ad alpha replicatur: ut ostenderet in se Dominus, et initii decursum ad finem, et finis decursum ad initium.

10. Omnes autem litteræ apud Græcos et verba componunt et numeros faciunt. Nam *alpha* littera apud eos vocatur in numeris unum; ubi autem scribitur *beta*, vocantur duo; ubi scribitur *gamma*, vocantur in numeris ipsorum tria; ubi scribitur *delta*, vocantur quatuor, et sic omnes litteræ apud eos numeros habent.

11. Latini autem <sup>a</sup> nune os ad litteras non computant, <sup>b</sup> sed 7 sola verba componunt.

#### CAPUT IV.

##### De litteris Latinis.

1. Latinas litteras Carmentis nympha prima Italij tradidit. Carmentis autem dicta, quia carminibus **B** fauna canebat. Cæterum proprie vocata Nicostrata.

2. Litteræ autem aut sunt <sup>d</sup> communes aut libera-

<sup>a</sup> Numeros ad litteras non computant. Dubitandum non fuit de hæc lectione Gothicorum omnium Codicum, mirumque in ea hæsisse viros eruditissimos.

<sup>b</sup> Sed sola verba componunt. Post hæc in plerisque libris demonstrant ista: *Exceptis aliquibus, quæ numeros figuris demonstrant ut I, pro uno; C, pro centum; D, pro quingentis; L, pro quinquaginta; M, pro mille; V, pro quinque; et X littera, quæ et in figura crucem et in numero decem demonstrat.* Ex quibus tamen in Vet. Langobard. Garsiaz Loaisæ v. cl. et in Rom. Cod. tantum hæc leguntur: *Excepto I, quæ unum, et X littera, quæ et in figura crucem significat, et in numero decem demonstrat.* Quæ omnia aliena esse constat. Nostri enim libri, quin aucti sint ab aliquo qui notaram nullam prætermiserit quæ litteræ speciem præberet, laud dubium est. Primum, quia quæ nunc videntur, aut etiam litteræ jam sunt, eæ sine controversia litteræ olim non fuerunt; sed numerorum tantum notæ; factæque sunt ex numerorum notis litteræ, non contra eæ litteris notæ. Deinde, quia quæ mille assignatur littera, si eæ est T, ut Gothici omnes libri præferunt, eæ Latini nunquam sunt usi. Sed cō, sive 81. Scio tamen ipsum T Gothorum ex I Latina nota et linea imposita scribentium vitio conjuncta fluxisse, quod hæc quoque nota I Romani mille significabant, idque Isidorum ignorasse non sit verisimile. Præterea cum paulo ante T figuram Dominicæ crucis demonstrare dixerit, nunc X soli id tribuere, cum T quoque meminisset, non oportuit. Et T quidem figuram crucis esse etiam Lucianus vult cum Σ in T inter se facit. De X nihil (quod sciam) ab ullo Latino- rum proditum. Adde quod hæc eadem de X quæ in quibusdam Gothicis sequenti capite repetuntur, ab aliis atque ab impressis omnibus libris absunt. Postremo neque id esset numerus ad litteras computare. Id quod vidisse etiam videtur quisquis hunc locum ubi accessione multavit. Non enim excepit litteras illas quod ad eas numeri computarentur, sed quod figura numeros demonstrarent. Alioqui quomodo usus ad I, aut centum ad C, aut quinque ad V, aut decem ad X, aut ulla omnino ex hic exceptis ad numeros computabitur?

<sup>c</sup> Cap. IV. — Carmentis autem. E Serv., Æn. viii.

<sup>d</sup> Communes, aut liberales. Hoc est: litteræ dicuntur tam notæ et signa vocum quæ scribuntur et leguntur, tam res ipsæ et disciplinæ quæ scriptura consistunt. Ita sequenti capite grammaticæ appellabit originem liberalium litterarum. Nam quod ærnum eo loco quidam habent Codices, interpretatio plane fuit litterarum: in plerisque enim et vetustioribus litterarum legitur. Itemque lib. xiv. c. 4; et lib. iii de Summ. Bon., c. 13: *Meliores sunt* (inquit)

les. Communes dictæ, quia multi eis utuntur in communi, ut in scribendo et legendo. Liberales, quia eas tantum illi noverunt qui libros conscribunt recteque loquendi dictandique rationem noverunt.

3. Litterarum duplex modus est; dividuntur enim principaliter **S** in duas partes, in vocales et consonantes: <sup>e</sup> vocales sunt quæ directo biatu faucium sine ulla collisione varie emittuntur. Et dictæ vocales, quod per se vocem implant, et per se syllabam faciunt, nulla adhærente consonantes. Consonantes sunt quæ diverso motu linguæ vel impressione labiorum efficiuntur. Et vocatæ consonantes, quia per se non sonant, sed junctis vocalibus consonant.

4. Hæc in duabus partibus dividuntur: in semivocalibus, et in mutis. <sup>f</sup> Semivocales dictæ, eo quod quiddam semis de vocalibus habeant. <sup>g</sup> Ab E quippe vocali incipiunt, et desinunt in naturalem sonum. Mutæ autem dictæ, quia nisi subjectis sibi vocalibus nequaquam erumpunt. <sup>h</sup> Si enim eis extre-

communes litteræ, quia simpliciores. et ad solam humilitatem legentium pertinentes. Eodem etiam pertinere videtur quod infra, cap. 9. verba quædam grammaticorum esse dixit, alia rhetorum. Sic hodie Hispani loquimur, cum litteratos dicimus, non illos qui legendi scribendique periti sunt (quod anti-quit scire litteras appellabant), sed eos potius qui majores disciplinas probe callent.

<sup>e</sup> Vocales sunt. Avg., lib. ii de Ordini, c. 12: *Annu- advertit oris sonos alios esse, qui moderato varie hiatu, quasi enodati, ac simplices faucibus sine ulla collisione defluunt; alios diverso presu, oris tenere tamen aliiucum sonum; extremos autem, qui, nisi adjunctis sibi primis, erumpere non valent; itaque hæc litteras hoc ordine quo positæ sunt Vocales, Semivocales et Mutas nominavit.*

<sup>f</sup> Semivocales, quod quiddam semis de v. h. Serg., in Art. primam Donati: *Quod semis quiddam habeant vocis.* Idem elegantibus versibus expressit Terentianus. Nobis vero valde probatur tota in re Priscianus. *Vocales dicuntur (inquit) quod per se voces perficiunt, vel sine quibus vox vteralis proferri non potest. Semivocales appellatæ, quod plenam vocem non habent, ut semideos, et semivivos dicimus, non qui dimidiam partem habent deorum, vel rirorum, sed qui plene dei, vel viri non sunt. Mutæ ad comparationem bene sonantium sunt dictæ, velut informis dicitur, non qui caret forma, sed qui male est formatus; sic mutæ, non quod omnino carent voce, dicuntur, sed quod habent partem vocis exiguam.*

<sup>g</sup> Ab e quippe vocali incipit. Id a mutis ipsas distinguit, quia (ut ait Priscianus) litteræ plus sonant cum eis vocalis præponitur, quam cum postponitur: præponitur autem semivocalibus, postponitur mutis.

<sup>h</sup> Si enim eis extremum vocalis detrazeris sonum incl. litt. m. s. Male quosdam hæc habuere verba; ita ut, vel delenda, vel alio, id est ad semivocales, transferenda censuerit. Si enim mutæ (inquit) dictæ, quia nisi subjectis vocalibus nequaquam erumpunt, quomodo illis detractis inclusum murmur sonabit? Quibus ita responsum sit: vix potuisse commodius loqui Isidorum; non enim editum aut prolatum, sed inclusum, ac ne sonum quidem, sed murmur dixit. Quod autem sonabit addidit, aut voces destitutus est, quæ melius quod volebat enuntiaret; aut certe periculum non fuit ne non satis quod vellet ostenderet, cum non prolatum, sed inclusum murmur id, quidquid est, appellasset. Esse autem id aliquid negari non potest, cum paulo post dicat mutas a suo sono incipere, et in vocalem desinere; est igitur aliquid a quo incipiunt antequam ad vocalem perveniant.

num vocalis detraxeris sonum, inclusum litteræ **A** murmur sonabit. <sup>a</sup> Vocales autem, et semivocales, et mutæ, a veteribus scæ, et semisonæ, et insonæ dictæ.

5. <sup>b</sup> Inter vocales autem apud grammaticos *i* et *u*, <sup>c</sup> varias habent significationes.

6. Nam modo, vocales, modo semivocales, modo mediæ sunt. Vocales ideo sunt, quia solæ positæ syllabas faciunt, et aliis consonantibus junguntur.

7. Consonantes habentur ideo, quia interdum habent post se vocales in eisdem syllabis constitutas, ut *Iuno*, *vates*, et habentur pro consonantibus.

8. Mediæ autem ideo dicuntur, quoniam naturaliter solæ medium sonum habent, ut *illius*, *unius*. Coniunctæ aliis pinguis sonant, ut *Ianus*, *vanus*. Solæ enim aliter sonant, aliter iunctæ. *I* vero propterea interdum duplex dicitur, quia quotiescunque inter duas vocales invenitur, pro duabus consonantibus habetur, ut *Troia*. Gemina:ur enim ibi sonus ejus.

9. *U* quoque littera proinde interdum est nihil, quia alicubi, nec consonans est, ut *quis*. Vocalis enim non est, quia *i* sequitur; consonans non est, quia *q* præcedit. Ideoque quando nec vocalis, nec consonans est, sine dubio nihil est. <sup>f</sup> Eadem et digamma a Græcis vocatur, quando sibi et aliisque vocalibus jungitur; quæ ideo digamma dicitur, quia duplex est instar *F* litteræ, quæ duplex gamma habet; ad cuius similitudinem iunctas vocales digamma appellari grammatici voluerunt, ut *volum*, *virgo*.

<sup>a</sup> *Scæ, semisonæ, et insonæ*. Ex Victorini Grammatica.

<sup>b</sup> *Inter vocales autem..... i et u*. Omnia ex Donato.

<sup>c</sup> *Varias habent significationes*. ASSIGNATIONES legentibus Chacon.

<sup>d</sup> *Consonantibus habentur*. Nigidius apud Agell., lib. xix, c. ult.: *Si quis putat præire v in his verbis, Valerius, Vennonius, Volusius aut i in his, iampridem, iecur, iocum, iocundum, errabit, quod hæc litteræ cum præeunt, ne vocales quidem sunt*.

<sup>e</sup> *U quoque littera*. E Sergio.

<sup>f</sup> *Eadem, et digamma*. Cuius figuram quidam *F* rectum esse volunt (quæ nomini convenit), alii inversum *g*, qualis in marmoribus etiam cernitur. Sed hanc inversam figuram a Claudio inductam opinor, cum digamma ipsum multo ante Claudium Varro usurpaverit. Videturque Claudius obtinere potuisse ut ætate sua ea figura in usu esset; at posterioribus sæculis antiqua restituta est. Quare apud Priscianum et Donatum perpetuo *F* rectum pro digamma scribitur.

<sup>g</sup> *Deficiunt*. Id enim est liquescere. Græci *ὑπάρματα*, et Terentianus idem exprimens, udas litteras nominat.

<sup>h</sup> *Et a metro excluduntur*. Nam cum tempus consonantes (ut ait Terentianus) dividant unum duæ; tamen liquida mutæ subdita partem temporis non ministrabit. Ut idem Terentianus elegantissime docet:

Si medium vocalis habet, quam consoda et uda  
Excipiunt, nequeunt geminæ vexare priorem.

Causam reddit:

Nam mediata aut uda iuvat, quæ subdita currit.

<sup>i</sup> *Reliquæ M et N apud Gr. liq.* Sic etiam plerique alii. Contra Sergio: *Si liquida* (inquit) *sibi præponantur, liquidarum jura perderunt, ut Mnestheus*.

<sup>j</sup> *Unde et legitima*. Sic Gothici omnes libri; sed vulgatam lectionem unde et Latine retinebat Chacon ex Donati verbis: *Unde fit ut quidam putent Latinas litteras non plures esse quam xvii*.

9. Inter semivocales autem quædam liquidæ dicuntur, quia **IO** interdum in una syllaba postpositæ aliis consonantibus <sup>a</sup> deficiunt, <sup>b</sup> et a metro excluduntur. Ex quibus duæ apud Latinos liquescunt, *t* et *r*, ut *fragor* et *status*. <sup>c</sup> Reliquæ *m* et *n* apud Græcos liquescunt, ut *Mnestheus*.

10. Decem et septem autem Latinis litteris vetus scriptura constabat. <sup>d</sup> Unde et legitimæ nominantur, illa <sup>e</sup> ratione scilicet, vel quod ab *e* vocali incipiunt, et in mutum sonum desinunt, ut sunt semivocales; vel quod a suo sono incipiunt, et in vocalem *e* desinunt, ut sunt mutæ.

11. *H* autem littera pro sola aspiratione adjecta est postea. <sup>f</sup> Unde et a plerisque aspiratio putatur esse, non littera; quæ proinde aspirationis nota dicitur, quia vocem elevat. Aspiratio enim est sonus uberius elatus, cui contraria est prosodia, sonus æqualiter flexus.

12. <sup>g</sup> *K* litteram Salvius ludimagister prius Latinis adiecit; ut in sono discrimen faceret duarum litterarum *c* et *q*; quæ ideo <sup>h</sup> supervacua dicitur, quia exceptis *kalendis* superflua judicatur: per *c* enim universa exprimimus.

13. <sup>i</sup> *Q* litteram nec Græci resonant, nec Hebræi; exceptis enim Latinis, hanc nulla alia lingua habet. Hæc prius non erat. Unde et ipsa supervacua est vocata, quia per *c* cuncta veteres scripserunt.

14. <sup>j</sup> *X* littera usque ad Augusti tempus nondum apud Latinos erat; sed pro ea *c* et *s* scribebant; unde

<sup>k</sup> *Ille ratione scilicet.... quod ab e voc.* Recte rationem reddit Isidorus cur tantum xvii litteræ Latine, sive legitimæ sint, omissisque vocalibus de quibus controversia esse nulla poterat. Nam consonantes (inquit) aut ab *e* incipiunt, et in suum sonum desinunt, quales sunt omnino semivocales *sex, f, l, m, n, r, s*; aut contra a suo sono incipiunt, et in *e* desinunt, quales sunt mutæ totidem *b, c, d, g, p, t*. Vid. Donat. *Artem primam*, c. 2, et Sergio, c. 6.

<sup>l</sup> *Unde et a plerique aspiratio...* Ex Hier. in nominib. Heb. ex Deuter.

<sup>m</sup> *K litteram Salvius ludimag.* Al. Sallustius. Salvii Rhetoris meminit Plinius in epistolis, et Suetonius in *Vespasiano*. Sed ante hunc Kaisones Fabii fuerunt, cuius prænominis nota *K* fuit, ut apparet, ex *fastis*. Item *Kalare*, et *Kalendæ* in omnib. veterib. libris.

<sup>n</sup> *Ideo supervacua*. Ita Hieronym., Donatus, Priscianus, et Terentianus. Sergio tamen: *K*, inquit, et *Q*, quæ nonnullis superflue videntur, hanc habent rationem, ut *K* tunc præponatur, quando eam *A* sequitur. *Q* antiqui, quoties *V* sequatur, præponebant. Ead. m fere Diomedes, nisi quod *K*, non nisi *A* brevi præponi vult.

<sup>o</sup> *Q litteram nec Græci*. Ex Hieron., in nominib. ex Jesu Nav.

<sup>p</sup> *X littera*. Constat ante Augusti tempora *X* litteram in usu fuisse, ex antiquissimis nummis, et columna Rostrata Duilli ante mccc annos posita, ex æneis legum tabulis Augusto iunge superioribus, ac postremo ex Cicerone, qui in *Oratore* ad Brut.: *Quomodo* (inquit) *vestrum axilla ab alia factum est, nisi supra litteræ vâtilorid? Quam litteram etiam e maxillis, taxillis, vexillo, pavillo conversatio elegantis Latini sermonis evellit*. Eandem tamen Nigidius repudiasset, neque unquam ea in libris suis usum, sed antiquitatem secutum fuisse, refert Victorinus in *Arte grammatica*. Quæ hoc loco sequuntur: *Et digne hoc tempore, quo Christi nomen innouit, quod per eam*

et duplex vocatur, quia pro *c* et *s* ponitur; unde et *A* ex eisdem litteris compositum nomen habet.

15. *A* Græcis duas litteras mutuavit Latinitas, *y* et *z*, propter nomina, scilicet, Græca. Et hæc apud Romanos usque ad Augusti tempus non scribebantur; sed pro *z* duo *ss* ponebant, ut *hilarissat*; pro *y* vero *u* scribebant.

16. <sup>a</sup> Unicuique autem litteræ tria accident : nomen, quomodo vocetur; figura, quo caractere signetur; potestas, quæ vocalis, quæ consonans habeatur. *A* quibusdam et ordo adicitur, quæ præcedat, quæ sequatur, ut *a* prior sit, sequens *b*. *A* autem in omnibus gentibus ideo prima est litterarum, pro eo quod ipsa prior nascentibus vocem aperiat.

17. Nomina autem litterarum gentes ex sono propriæ linguæ dederunt, <sup>b</sup> notatis oris sonis atque discretis. *B* Nam postquam eas animadverterunt, et nomina illis et figuras imposuerunt: figuras autem partim ex placito, partim ex sono litterarum formaverunt, ut **12** puta *i*, et *o*, quarum uni sicut exilis sonus, ita tenuis virgula; alterius pinguis sonus, sicut et plena figura. <sup>c</sup> Potestatem autem natura, voluntas ordinem dedit.

18. Inter figuras litterarum et apicem veteres distinxerunt: apicem dictum pro eo quod longe sit a pedibus, et in cacumine litterarum apponitur. Est enim linea jacens super litteram æqualiter ducta. Figura autem, qua tota littera scribitur.

#### CAPUT V.

##### *De grammatica.*

1. Grammatica est scientia <sup>d</sup> recte loquendi, et origo et fundamentum <sup>e</sup> liberalium litterarum. Hæc *C* in disciplina post litteras communes inventa est, ut jam qui didicerunt litteras per eam recte loquendi rationem sciunt. Grammatica autem a litteris nomen accepit: *γραμματις* enim Græci litteras vocant.

2. Ars vero dicta est, quod a *τις* præceptis regulisque consistat. Alii dicunt a Græcis hoc tractum esse vocabulum ἀπό τῆς ἀρετῆς, id est, a *virtute*, quam scientiam vocaverunt.

3. <sup>f</sup> Oratio dicta quasi *oris ratio*; <sup>g</sup> nam orare est loqui, et dicere. Est autem oratio contextus verborum cum sensu. Contextus autem sine sensu non est oratio, quia non est oris ratio. Oratio autem plena est, sensu, voce et littera.

4. Divisiones autem Grammaticæ artis a quibusdam triginta dinumerantur, id est: partes orationis *D*

octo, vox articulata, littera, syllaba, pedes, accentus, posituræ, notæ, orthographia, analogia, etymologia, glossæ, differentiæ, barbarismi, solæcismi, vitia, metaplasmata, schemata, tropi, prosæ, metra, fabulæ, historiæ.

#### 13 CAPUT VI.

##### *De partibus orationis.*

1. Partes orationis primus Aristoteles duas tradidit, nomen et verbum. Deinde Donatus octo definivit. Sed omnes ad illa duo principalia revertuntur, hoc est, ad nomen et verbum, quæ significant personam et actum. Reliquæ appendices sunt, et ex his originem trahunt.

2. Nam pronomen ex nomine nascitur, cujus officio fungitur, ut *orator ille*. Adverbium de nomine nascitur, ut *doctus, docte*. Participium de nomine, et verbo, ut *lego, legens*. Coniunctio vero, et præpositio, vel interjectio <sup>h</sup> in complexum istarum cadunt. Ideo, et nomenclum quinque partes definiunt, quia istæ superflue sunt.

#### CAPUT VII.

##### *De nomine.*

1. Nomen dictum <sup>i</sup> quasi notamen, quod nobis vocabulo suo res notas efficit. Nisi enim nomen scieris, cognitio rerum perit. Propria nomina dicta, quia specialia sunt: unius enim tantum personam significant. Species priorum nominum quatuor: prænomen, nomen, cognomen, agnomen. Prænomen dictum, eo quod nomini præponatur, ut *Lucius, Quintus*.

2. Nomen vocatum, quia notat genus, ut *Cornelius*; Cornelii enim omnes in eo genere. Cognomen, quia nomini coniungitur, ut *Scipio*; agnomen vero, quasi accedens nomen, ut *Metellus Creticus*, quia Cretam subegit. Extrinsicus enim venit agnomen ab aliqua ratione. Cognomentum autem vulgo dictum, eo quod nomini cognitionis causa superadjiciatur, sive quod cum nomine est.

3. Appellativa nomina inde vocantur, quia communia sunt, **14** et in multorum significatione consistunt. <sup>j</sup> Hæc in viginti octo species dividuntur, ex quibus corporalia dicta, quia vel videntur, vel tanguntur, ut *cælum, terra*.

4. Incorporalia, quia carent corpore; unde nec videri nec tangi possunt, ut *veritas, iustitia*.

5. Generalia, quia multarum rerum sunt, ut *animal*; nam et homo, et equus, et avis animal sunt.

<sup>e</sup> *Liberalium litterarum*. Ita veteres Cod., non *artium*. Et supra litteras in communis et liberales divisit.

<sup>f</sup> *Oratio oris ratio*. Eod. modo luserunt in hac voce Hier., in epist. 139, ad Cyprian., Victorinus, et alii.

<sup>g</sup> *Nam orare est loqui*. Verba Servii, *Æn. 1.*

CAP. VI. — <sup>h</sup> *In complexum istarum cadunt*. Vel eas coniungentes, vel præpositæ, vel interjectæ, unde et nomina acceperunt.

CAP. VII. — <sup>i</sup> *Nomen... quasi notamen*. Ita Boethius, et Priscianus. E Græco *ὀνομα* tractum putant alii. Nos ex *νοσμεν* *ponen* abscissum putamus, ut ex *νοσμεν* *nobilis*.

<sup>j</sup> *Hæc in viginti octo*. xxvii, Sergius. Isidorus ipse xxvii percenset, ut deesse videatur aliquid.

que crucis signum figurat scriptatur, ea licet in Gothicis quibusdam legantur, quia in melioribus Codicibus, et in Editis nulla sunt, et Isidori eruditione non sunt satis digna, minima recepimus.

<sup>a</sup> *Unicuique litteræ tria*. Ex Donat. et Sergio.

<sup>b</sup> *Notatis oris sonis*. Verba Augustini, II de Ordin., cap. 12.

<sup>c</sup> *Potestatem natura dedit*. Tot enim figuris ad notandos sonos opus fuit. Sed placet Chiaconii Tolentini Codex, in quo non sunt hæc verba. Quod mihi quoque valde probatur; nam neque in Goth. Ovet. collegit, neque ubi sunt collocanda consentiunt libri, sed alius alia ea rejicit.

CAP. V. — <sup>d</sup> *Recte loq.* In Editionibus veteribus additur, *scribandique ratio*; id non est in Gothicis; est vero apud Victorinum.

6. Specialia, quia partem demonstrant, ut *homo*, A species enim animalium homo.

7. \* Principalia, quia primam positionem habent, nec aliunde nascuntur, ut *mons*, *fontes*.

8. Derivativa, eo quod ex alio nomine deducuntur, ut a MONTE *montanus*.

9. <sup>b</sup> Diminutiva, quia minuunt sensum, ut *Græculus*, *scholasticulus*.

10. <sup>c</sup> Sono diminutiva, quia sic sonant sicut diminutiva, sed intellectu principalia sunt, ut *fabula*, *tabula*.

11. Tota Græca, quia ex toto Græce declinantur, ut *Callisto*. Sic enim et Græcus et Latinus dicit.

12. <sup>d</sup> Tota Latina, quia ex toto in Latinum vertuntur; Græcus dicit *Odysæus*, Latinus *Ulysses*.

13. Media dicta, quia ex parte Græca sunt, et ex parte Latina. Eadem, et notha, quia corrumpunt ultimas syllabas manentibus prioribus, ut apud Græcos, *Alexandros*, *Menandros*; apud nos vero *Alexander*, *Menander*. Dicta autem notha quemadmodum nothus dicitur quisquis de dispari genere nascitur.

14. Synonyma, hoc est, plurinomina, eo quod sit in pluribus nominibus significatio una, ut *terra*, *humus*, *tellus*. Idem enim sunt omnia.

15. Homonyma, hoc est, uninomina, eo quod sit in uno nomine, significatio plurima, ut *tumulus*, nunc mons brevis, nunc tumens tellus, nunc sepulcrum. Est enim in uno nomine significatio diversa.

15 16. Relativa dicta, eo quod ad aliam referantur personam, ut *magister*, *pater*, *dominus*.

17. Illa autem \* quæ dicuntur ad aliquid aliquantiter se habentia, a contraria significatione dicta sunt, ut *dexter*. Dicit enim dexter non potest, nisi sinister fuerit.

18. Porro qualitatis nomina ex eo dicta, quia per ea qualis quisque sit ostenditur, ut *sapiens*, *formosus*, *dives*.

19. Quantitatis, quia mensura trahuntur, ut *longus*, *brevis*.

20. Patronymica dicuntur, eo quod trahuntur a patribus, ut *Tydidēs*, Tydei filius, *Æneades*, *Æneæ* filius; quamvis, et a matribus, et a majoribus ducuntur.

\* Principalia q. primam pos. Utrouque nomine vocantur, et Principalia, et Primæ positionis.

<sup>b</sup> Diminutiva... *scholasticulus*. Eod. exemplo utuntur Donatus, et Charisius.

<sup>c</sup> Sono dimin. F. Sergio.

<sup>d</sup> Tota Latina. Ex Donato.

\* Quæ dicuntur ad aliquid aliquantiter. Ita legendum Sergio, conjungen. ~~...~~ scriptorum et impressorum librorum lecto in illis enim qualiter, in his aliter legitur.

<sup>f</sup> Actualia. Hæc neque apud Donatum, neque apud Sergium leguntur.

<sup>g</sup> Loci a loco. Reliquit numeri et ordinis species: ita xxvii species constabant.

<sup>h</sup> Verbis simili. Aliquid hoc loco e Sergio desiderare possis. Sic namque ille Art. 2, c. 2: *Sunt etiam participia similia, ut demens. Nam sic est demens, quasi legens; sed demens nomen est, quia recipit comparationem, id est, dementior; legens vero participium,*

21. Cretica, id est, possessiva, a possessione, ut *Erandrius ensis*.

22. Epitheta, quæ Latine adjectiva, vel superposita appellantur, eo quod ad implendam sui significationem nominibus adjiciantur, ut *magnus*, *doctus*. Adjicis ea personis, ut *magnus Philosophus*, *doctus homo*, et plenus est sensus.

23. <sup>f</sup> Actualia ab actu descendunt, ut *rex*, *dux*, *cursor*, *nutrix*, *orator*.

Genis a gente veniunt, ut *Græcus*, *Romanus*.

24. Patriæ a patria descendunt, ut *Atheniensis*, *Thebanus*.

<sup>g</sup> Loci a loco, ut *suburbanus*.

25. Verbalia dicuntur, quia de verbo nascuntur, ut *lector*.

B Participalia, quæ sic sonant, sicut participia, ut *clemens*, *prudens*.

26. <sup>h</sup> Verbis similia, a verbi similitudine dicta, ut *contemplator*. Nam et verbum est imperativi modi, futuri temporis; et nomen, quia casum recipit. Hæc omnes species a nominum appellatione descendunt.

16 27. <sup>i</sup> Secunda pars, nominis comparatio. Comparatio dicta, quia ex alterius comparatione alterum præfert. Cujus gradus tres sunt: positivus, comparativus, et superlativus. Positivus dictus, quia primus ponitur in comparationis gradu, ut *doctus*. Comparativus ab eo, quod comparatus positivo, præferatur illi, ut *doctior*: plus enim novit quam doctus. Superlativus, eo quod comparativo superferatur, ut *doctissimus*: plus enim scit quam doctior.

28. Genera dicta sunt, eo quod generent, ut masculinum, femininum. Cætera non sunt genera, sed hoc hominum ratio et auctoritas voluit. Neutrum dictum, quia nec hoc est, nec illud, id est, nec masculinum, nec femininum. Commune dictum, quod duobus generibus nomen unum communicat, ut *hic* et *hæccantis*.

29. Cui contrarium est epicœnum, quia utrumque sexum sub uno genere enuntiat, ut *hic piscis*. Est enim incerti sexus, quod nec natura, nec oculis discernitur, <sup>i</sup> sed sensus tantum peritia. *Omne genus* dictum, quia cunctis generibus servit: masculino, et feminino, neutro, et communi, et omni.

D *quia non recipit similiter comparationem. Sunt etiam verbo similia, ut contemplator, sed cum casum acceperint, nomina sunt, ut contemplator cum contemplatoris facit. Cum autem tempus habuerint, verba, ut Mayo dixit: Contemplator aquas dulces.* Ergo casum ex Sergio posuimus, ubi comparationem habebant libri omnes. Nam comparationem recipere de participiis, non de verbo similibus, dixerat Sergius.

<sup>i</sup> Secunda pars nom. Quam primam dixerit, nisi appellativorum, nulla est; præcessit enim: *Hæc omnes species a nominum appellatione descendunt.*

<sup>i</sup> Sed sensus tantum peritia. Aut sensum pro intellectus arbitrio posuit, aut male libri omnes sensus tantum peritia. Nam si neque natura, neque oculis discernitur genus, quomodo sensus peritia discernetur? Itaque suspecta habebat hæc verba Chacon. Mirum ni usus tantum peritia Isidorus scripsit. Qui Servium legerit de hac scriptura non admodum dubitabit. Fjus verba sunt in art. 2, cap. 5: *Inter epicœnum, et commune interest, quod in communi*



50. Numerus vocatus, quia per eum, vel singularia, vel pluralia nomina ostenduntur.

Figura, quia, vel simplicia, vel composita sunt.

51. Casus a cadendo dicti; per eos enim inflexa nomina variantur, et cadunt. Nominativus casus dictus, quia per eum aliquem nominamus, ut *hic magister*. Genitivus, quia per eum genus cujuscumque querimus, ut *hujus magistri filius*; vel quod rem significamus, ut *hujus magistri liber*.

52. Dativus, quia per eum alicui aliquid nos dare demonstramus, ut **17** *da huic magistro*. Accusativus, quia per eum aliquem accusamus, ut *accuso hunc magistrum*. Vocativus, quia per eum aliquem vocamus, ut *o magister*. Ablativus, quia per eum nos auferre aliquid cuiquam significamus, ut *auferam a magistro*.

53. Hexaptota nomina dicta, quia per sex casus varietates habent, ut est *unus*. Pentaptota, quod tantum in quinque casibus variantur, ut *doctus*. Tretraptota, quod tantum in quatuor casibus declinantur, ut *latus*. Triptota, quod tantum in tribus, ut *templum*.<sup>a</sup> Diptota, quod tantum in duobus, ut *Jupiter*.<sup>b</sup> Monoptota, quod uno tantum casu utuntur, ut *frugi*.

#### CAPUT VIII.

##### De pronominibus.

1. Pronomen dictum, quia pro<sup>e</sup> vice nominis ponitur, ne fastidium faciat nomen ipsum, dum iteratur. Nam cum dicimus: *Virgilius scripsit Bucolica*, addimus pronomen, *ipse scripsit et Georgica*; sic varietas significationis, et fastidium tollit, et ornatum inducit.

2. Pronomina autem aut finita sunt, aut infinita.  
<sup>a</sup> Finita pronomina dicta, eo quod definiunt certam personam, ut *ego*. Me enim statim intelligis. Infinita dicuntur, quia non sunt certæ personæ. De absentibus enim dicuntur et incertis, ut *quis, quæ, quod*. Minus quam finita appellantur, quia commemorationem faciunt notæ personæ, ut *ipse, iste*, certum est enim de quo dicitur.

**18** 3. Possessiva vocantur, eo quod nos aliquid possidere ostendunt; nam dum dico *meus, tuus*, definiō aliquid meum esse, vel tuum. Relativa dicuntur, quia ad interrogationem referuntur, ut *quis est?* respondetur, *is est*. Demonstrativa, eo quod habeat demonstrantis significationem. Ali-

articularem discernimus sexum, ut, hic canis; in epicæno vero unus articulus sumitur, et utrumque sexum intelligimus, ut, hæc aquila; eum autem sumemus articulum quem auctoritas dedit. Nam cum naturaliter non possumus in epicænis sexum deprehendere, debemus auctoritate firmari. SEXUS PERIT A, quod in uno Rom. C. legitur, absurdum omnino videtur.

<sup>a</sup> Diptota, ut *Jupiter*. Duob. in casib. *Jupiter* dicitur etiam *Charisius* ait, et *Sergius*. Varietates duas habere nemo dixerit: nam ne accentum quidem variat *Jupiter* in vocativo, et nominativo. Ergo varietatem a casu eum *Sergio* distinxit.

<sup>b</sup> Monoptota. Hæc *Sergius* aptota appellari mavult.

CAP. VIII. — <sup>e</sup> Pro vice nominis. Sic infra, c. 36: *Antonomania pro vice nominis ponitur*. Donatus, *Sergius* et *Beda*, *Pro nomine ponitur*. Posset legi pro

A quem enim præsentem his demonstramus, ut *hic, hæc, hoc*, quæ tria et articuli nominantur.

4. Articuli autem dicti, quod nominibus arctantur, id est, colligantur, ut cum dicimus *hic orator*. Inter articulum autem, et pronomen hoc interest, quod articulus tunc est, cum nomini jungitur, ut *hic sapiens*. Cum vero non conjungitur, demonstrativum pronomen est, ut *hic, et hæc, et hoc*.

5. Omnia autem pronomina, aut primigenia, aut deductiva sunt. Primigenia dicta sunt, quia aliunde originem non trahunt. Hæc viginti unum sunt. Finita tria: *ego, tu, ille*.<sup>f</sup> Infinita septem: *quis, qualis, talis, quantus, tantus, quotus, totus*. Minus quam finita sex: *iste, ipse, hic, is, idem, sui*. Possessiva quinque: *meus, tuus, suus, noster,vester*. Reliqua autem deductiva dicuntur, quia ex illis deducta atque composita existunt, ut *quispiam, aliquis, etc.*

#### CAPUT IX.

##### De verbo.

1. Verbum s dictum, eo quod verberato aere sonat, vel quod hæc pars frequenter in oratione versetur. Sunt autem verba mentis signa, quibus homines cogitationes suas invicem loquendo demonstrant. Sicut autem nomen significat personam, ita verbum, factum dictumque personæ. In persona verbi, agentis et patientis significatio est. Nam *scribo* agentis personæ factum est. Item *scribor* personæ factum indicat, sed ejus a quo patimur.

**19** 2. Verborum genera duo sunt, grammaticorum, atque rhetorum. Grammaticorum in tria cadunt tempora: præteritum, præsens et futurum, ut, *fecit, facit, faciet*. Rhetorum autem universa oratio verba dicuntur, veluti, *verbis bonis nos cepit, verba bona habuit*: ubi non tantum verba quæ in tria cadunt tempora, sed universa oratio est. Verborum species sunt formæ, modi, conjugationes et genera.

3. Formæ verborum inde dictæ, eo quod nos ad unamquamque rem informant; per has enim ostendimus quid agamus. Nam Meditativa dicta a meditantis sensu, ut <sup>b</sup> *lecturio*, id est, *legere volo*. Inchoativa post meditationem ab inchoantis indicio, ut *calexco*. Frequentativa a sæpius agendo, ut *lectito, clamito*. Formæ enim sensum tenent, modi declinationem. Num necis quid sit declinatio, nisi prius didiceris quid sit sensus.

nomine, id est, vice nominis, ut eod. c. 36: *Antonomania est pro nomine, id est, vice nominis posita*.

<sup>d</sup> Finita, eo quod dif. c. p. *Servius* ad Art. Donat.

<sup>e</sup> Quæ tria, et articuli n. *Sergius*. Hæc nonnulli etiam pronomina articularia vocant, eo quod more Græcor. cum nominibus declinantur.

<sup>f</sup> Infinita septem. Quæ nomina ab aliis dicuntur. Sed cum *Isidoro* faciunt *Charisius, Diomed., Serv. et D. Augustinus*.

CAP. IX. — <sup>g</sup> Verbum... quod verberat. *Serv. ad Art. Don.* Sed improbat *Quintil. lib. 1, c. 5*. Quæ de perfecta forma leguntur in impressis, a *Longobardis* quibusdam recte aberant.

<sup>h</sup> LECTURIO, id est, LEGERE VOLO. Sic *Langobard. et Servius*: *Una meditativa forma est, quæ non agere nos aliquid, sed adhuc velle agere ostendit, ut est lecturio; significat enim non lego, sed legere volo.*

4. Modi dicti ab eo, quemadmodum sint in suis significationibus. Indicativus modus dicitur, quia significationem indicantis habet, ut *lego*. Imperativus, quia sonum habet imperantis, ut *lege*. Optativus, quia per ipsum optamus aliquid agere, ut *utinam legerem!*

• Coniunctivus, quia ei coniungitur aliquid ut locutio plena sit: nam quando dicis *cum clamem*, pendet sensus; quod si dicam *cum clamem*, *quare putas quod taceam?* Plenus est sensus.

5. Infinitus dicitur, eo quod tempora definias personam verbi non definit, ut *clamare*, *clamasse*. Cui si adjungas personam: *clamare debeo*, *debes*, *debet*, sit quasi finitum. Impersonalis dicitur, quia indiget persona nominis, vel pronominis, ut *legitur*: add. s personam, *a me*, *a te*, *ab illo*, et plene sentitur. Sed infinitus modus persona tantum verbi eget. Impersonalis vero, vel pronominis persona, vel nominis.

6. Conjugatio dicitur, eo quod per eam ad unum sonum multa conjungantur. Docet enim, in quam syllabam exeat futurum tempus, ne per imperitiam quis dicat *legebo*, pro *legam*. Harum prima et secunda mittunt futurum tempus in *bo*, et in *bor*, tertia in *am*, et in *ar*.

20 7. Genera verborum ideo dicta, quia gignunt. Nam activo adjicis *r*, et gignit passivum. Iterum passivo adimis *r*, et parit activum. Ipsa autem activa dicuntur, quia agunt, ut *verbero*; et passiva, quia patiuntur, ut *verberor*. Neutralia, quia nec agunt, nec patiuntur, ut *jaceo*, *sedeo*. His si *r* litteram adjicis, <sup>b</sup> non sonant Latine. Communia autem dicuntur, quia et agunt et patiuntur, ut *amplector*. Hæc similiter, deposita *r* littera, Latina non sunt. Deponentia vero dicuntur, <sup>c</sup> quia deponunt futuri temporis participium a significatione passiva, quod exit in *du*, ut *gloriantus*.

#### CAPUT X.

##### De adverbio.

1. Adverbium <sup>d</sup> dictum est, eo quod verbis accidat, ut puta, *bene legi*. Bene adverbium est, *legi* verbum. Inde ergo dictum adverbium, quod semper verbo junctum adimpleatur. Verbum enim solum sensum implet, ut *scribo*. Adverbium autem sine verbo non habet plenam significationem, ut *hodie*; adjicis illi ver-

<sup>a</sup> Coniunctivus. Servius: *Ideo dictus est coniunctivus, quia in loquendo, cum solus elocutionem implere non possit, coniungit sibi indicativum.*

<sup>b</sup> Non sonant Latine. Latina, Ms.; non sunt Latina, paulo post ex Donat.

<sup>c</sup> Quia deponunt futuri temporis participium a passiva significatione. DEPONENS (ait Carisius) per antiphrasim dicitur, id est, e contrario, quod verbum *r* littera finitum deponere eam non potest. Idem totidem verbis Diomedes. Ergo eodem modo hæc Isidori verba sunt accipienda, ut cum verbum deponens reliquas voces a passiva significatione deposuerit, hoc est, dejecerit, futurum in *du* a patiendi significatione depellere nunquam queat. Nam *sequendus*, *utendus*, et si qua hujus modi reperiuntur, passivam significationem retinent. Aut, DEPONUNT, id est abijciunt, neque recipiunt futurum in *du* propter passivam significationem, ut *gloriantus*: nam *gloriantus* in usu plane non est. Communiarius apud eundem Charisium: *Trahuntur participia a communi (inquit) quatuor, præsens, et*

*Abum, hodie scribo, et juncto verbo imp'esti sensum.*

#### 21 CAPUT XI.

##### De participio.

1. Participium dictum, quod nominis et verbi capiat partes, quasi *participium*. A nomine enim vindicat sibi genera, et casus; a verbo tempora, et significationes; ab utroque numerum et figuram.

#### CAPUT XII.

##### De conjunctione.

1. Coniunctio dicta, quod sensus sententiasque conjungat. Hæc enim per se nihil valet, sed in copulatione sermonum, quasi quoddam exhibet glutinum. Aut enim nomina sociat, ut *Augustinus et Hieronymus*, aut verba, ut *scribit et legit*. Una autem vis omnium, sive copulent, sive disjungant.

2. Copulativæ autem conjunctiones dictæ, eo quod sensum vel personas conjungant, ut *ego et tu eamus ad forum*: ipsum et sensum conjunxit. Disjunctivæ dictæ, quia disjungunt res aut personas ut *ego aut tu faciamus*.

• Subjunctivæ dicuntur, quia subjunguntur, ut *que*; dicimus enim, <sup>f</sup> *regique, hominique, Deoque*; non dicimus, *que, regi, que homini*.

3. • Expletivæ dictæ, quia expleunt propositam rem, ut puta, *si hoc non vis, saltem illud fac*. Communes nominantur, quia ubivis ponuntur, et subjunguntur, ut, *igitur hoc faciam, hoc igitur faciam*.

4. <sup>h</sup> Causales dicuntur a causa, eo quod aliquid cogunt facere, ut puta, *occido illum quia habet aurum*: Quia habet aurum causa est. Rationales dicuntur a ratione, <sup>22</sup> qua quisque utitur in faciendo, ut, *quomodo eum occidam, ne agnoscar: veneno? an ferro?*

#### CAPUT XIII.

##### De præpositionibus.

1. Præpositio dicta, quod nominibus præponatur, et verbis. <sup>i</sup> Accusativæ autem, et ablativæ præpositiones a casibus quibus serviunt dictæ. † Loquelares vero, quia loquelis, id est, verbis semper cohærent, nec aliquid valent solæ positæ, ut *di, dis*. Coniunctivæ vero verbis figuram faciunt, ut *diduco, distraho*.

præteritum, et duo futura: VADANS, VADATUS; VADATURUS, VADANDUS. A deponenti tria: præsens, præteritum, et futurum, ut LUCTANS, LUCTATUS, LUCTATURUS.

CAP. X. — <sup>d</sup> Totum caput e Sergio.

CAP. XII. — • Subjunctivæ. Ita appellat eas Donatus. <sup>f</sup> *Regique, hominique, Deoque*. Homistichium Jacvenci de Magis.

<sup>g</sup> Expletivæ. Etiam Donatus, et Diomedes, saltem in expletivis numerant.

<sup>h</sup> Causales, eo quod aliquid cogunt facere. Recte emendavit Chacon, cum libri partim *cogitem*, partim *cogitent* haberent. Sergius: *Inter causales, et rationales hoc interest, quod tunc utimur causalibus, quando de causa loquimur; tunc rationalibus, quando de ratione. Causa est, quæ nos compellit (al., impingit), ad aliquid faciendum; ratio, qua utimur in faciendo.*

CAP. XIII. <sup>i</sup> Accusativæ autem, et Ablativæ. Ita appellantur a Serv. et Serg.

<sup>j</sup> Loquelares. Ita appellantur a Probo, Serv., Donat. Diomed., Charis., Festo, in Aw., et Bed., de Arte Metr.

## CAPUT XIV.

## De interjectione.

1. Interjectio<sup>a</sup> vocata, quibus sermonibus interjecta, id est, interposita, affectum commoti animi exprimit, sicut cum dicitur<sup>b</sup> ab exultante *vah!* a dolente, *heu!* ab irascente. *hem!* a timente *hei!* Quæ voces quarumcumque linguarum propriæ sunt, nec in aliam linguam facile transferuntur.

## 23 CAPUT XV.

## De voce.

1. Vox est aer tetus sensibilis auditu, quantum in ipso est. <sup>c</sup> Omnis vox, aut est articulata, aut confusa. Articulata est hominum, confusa animalium. Articulata est quæ scribi potest, confusa quæ scribi non potest.

## CAPUT XVI.

## De syllaba.

1. Syllaba Græce, Latine *conceptio*, sive *complectio* dicitur. Nam syllaba dicta est<sup>d</sup> ἀπό τοῦ συλλαβάνειν τὰ γράμματα, id est, a *conceptione litterarum*: συλλαβάνειν enim dicitur concipere. Unde vere illa est syllaba, quæ ex pluribus nascitur litteris. <sup>e</sup> Nam unam vocalem pro syllaba abusive, non proprie, dicimus, quæ non tam syllaba dicenda est quam ratio temporum. Syllabæ autem, aut breves sunt, aut longæ, aut communes.

2. Breves vocatæ, quia nunquam produci possunt. Longæ, quia nunquam corripri possunt. Communes autem, quia pro scribentis arbitrio, cum necessitas cogit, et producuntur, et corripuntur. Lege Donatum. Ideo autem syllabæ longæ, brevesque dicuntur, quia per varias vocum moras aut dupla aut simpla spatia temporis habere videntur. Diphthongæ syllabæ Græco nomine dictæ, quod in eis binæ vocales jungantur.

3. Ex his apud nos veras esse scimus quatuor: *æ*, *æ*, *au*, *eu*. Ei vero apud majores tantum celebrata fuit. Syllaba autem apud metricos ideo semipes no-

CAP. XIV. <sup>a</sup> Interjectio. Omnia fere verba Aug., lib. 1 de Serm. Domini in mont., c. 9.

<sup>b</sup> Ab exultante *vah!* Diomedes: *Exsultantem significat EVAX!* Item Donatus et Bed.: *Lætantis EVAX!* Augustinus tamen: *Cum delectamur, vah!* (inquit) dicimus.

CAP. XV. <sup>c</sup> Omnia e Donato.

CAP. XVI. <sup>d</sup> ἀπό τοῦ συλλαβῆ. Ita Serg., Diomed., Charis.

<sup>e</sup> Nam unam vocalem pro syllaba abusive. Donatum videtur notasse, qui vocalem longam syllabam dici proprio voluit. Ejus enim verba sunt: *Syllaba est comprehensio litterarum, vel unius vocalis enuntiatio temporum capax. Nam abusive etiam vocalem brevem syllabam vocamus.*

<sup>f</sup> Dionysius Lintius. Vel *Lindius* potius, cujus Strabo et Suidas meminerunt. Is Pompeii ætate grammaticam Romæ docuit.

CAP. XVII. <sup>g</sup> *Pedes sunt qui certis.* Elegantissime Terentianus:

Una longa non valebit edere ex sese pedem,  
Ictibus quia fit duobus, non gemello tempore.

Sergius quoque: *Necessæ est pedem unumquemque in se habere certum cum temporibus numerum syllabarum.*

<sup>h</sup> *Frequentabatur.* Postea in Romano Cod. hæc leguntur: *Sive Pyrrichius dicitur, ἀπό τοῦ πυρῆς, id*

A minatur, quod sit dimidius pes. Nam pes 24 duabus constat syllabis. Cum ergo syllaba una est, quasi dimidius pes est. <sup>i</sup> Dionysius Lintius syllabarum omnium singulas formas aptissimas fecit, et ob id statua honoratus est.

## CAPUT XVII.

## De pedibus.

1. Pedes <sup>r</sup> sunt qui certis syllabarum temporibus insistunt, nec a legitimo spatio unquam recedunt. Pedes dicti, eo quod per ipsos metra ambulant. Nam sicut nos pedibus incedimus, ita metra quasi pedibus gradiuntur. Pedes autem omnes centum viginti quatuor sunt: disyllabi quatuor, trisyllabi octo, tetrasyllabi sexdecim, pentasyllabi duo et triginta, hexasyllabi quatuor et sexaginta. Usque ad quatuor autem syllabas pedes dicuntur; reliquæ *αὐξυγίας* vocantur.

2. Ipsi autem pedes habent speciales causas nominum quare ita vocentur. Pyrrichius dictus est, quia hic assidue, vel in certamine, vel in ludo puerili sæpius <sup>b</sup> frequentabatur. <sup>i</sup> Spondeus dicitur, 25 quia tractim sonat. Nam spondeus tractus quidam dicitur, id est sonus qui fundebatur circa aures sacrificantium. Unde et ii qui tibiis canebant in sacris gentilium spondiales neminabantur.

3. Trochæus vero ab eo dictus est, quod celerem conversionem faciat cantilenæ, et quasi rota velociter currat in metris, *τροχός* enim Græce rota dicitur.

4. Iambus dictus est, quod *ἰαμβίζειν* Græci detrahère dixerunt. Hujusmodi enim carmine omnes invectiones, vel detractones implere poetæ sunt soliti. Dictum autem nomen ab eo quod velut venenum quodammodo maledicti aut livoris infundat.

5. <sup>j</sup> Tribrachys, qui et chorius appellatur, dictus quia fit ex tribus brevibus.

6. Molossus dictus, a saltatione Molossorum, quam exercuerunt armati.

*est, igne: celeri enim, sicut ignis, pes iste decurrit. Hinc est illud Virgilianum: ARDENTES TERNI, id est, FESTINANTES. Eadem sunt in recentioribus Editionibus. Recta tamen prior etymologia. Terentianus:*

*δορβήιος idem vocatur, quippe et aptus Pyrrichus.*

<sup>k</sup> *Spondeus dictus, quia tractim.* Est enim *σπονδαῖος* lente moveri, unde spondens stabiles dixit Horatius. Et Cicero: *Etsi enim hebetior est, et tardior, habet tamen stabilem quendam, et non expertem dignitatis gradum.* Vel potius ἀπό τῆς σπονδῆς, id est, *libatione*, unde *ἰαμβώμιος* etiam dicitur, quod eo sacerdotes ad aras progredientes uterentur, ut ejus pedis gravitas ominosis vocibus officeret, ne ad illorum aures pervenirent. Terentianus:

Qui, quod in templis canorus a sono vocis mæla  
Auribus libantis obstat et favel, *σπονδῆς* est.

Et qui tibiis longis in sacris canebant, spondiales dicebantur, quorum meminit Plutarchus.

<sup>l</sup> *Tribrachys, qui, et chorius.* Et trochæus dicitur. Quintilian., lib. ix, c. 4: *Tres breves choreum, quem tribrachyn dici volunt.* Terentianus, cum de iambo egisset:

Nec minus enrrit trochæus lege versa *ἀσπορον*,

Syllaba longus priore, parclor, novissima.

*Ἰαμῆς* idem nuncupatur a magistris plurimis.

7. <sup>a</sup> Anapæstus, quia remissionibus et ludis hic pes dicatus est.

8. Dactylus a digito dictus, quod a longiore nodo inchoans, in duos desinat breves. Sic, et iste pes <sup>b</sup> juncturam unam habet longam, et duas breves. Unde et manus oppansa palma dicitur, et pendentes digiti dactyli.

269. Amphibrachus, quod in utraque parte brevem habeat, longa in medio interjacente: βραχυς enim brevis dicitur.

10. Amphimacrus dicitur, quod duæ hinc inde longæ habent in medio inclusam brevem: μακρός enim Græce longus dicitur.

11. Bacchius appellatus est, eo quod eo pede Bacchica, id est, Liberi sacra, celebrabantur.

12. <sup>c</sup> Antibacchius, vel palimbacchius dictus, quia contrarius, vel iteratus a Bacchio est.

13. Proceleumaticus, eo quod sit ad <sup>d</sup> celeuma canentium aptus.

14. Dispondeus autem, et ditrochæus, et diambus dictus, quod geminis constant iambis, spondeis, vel trochæis.

15. Antispastus, quod sit ex contrariis syllabis, ex brevi et longa, ex longa et brevi.

16. Choriambus vero, quia ex hoc pede compositum carmen choris aptissimum sit.

17. Ionici sane propter numerorum inæqualem sonum dicti; habent enim binas longas syllabas, binasque correptas.

18. Pæones dicti ab inventore. Constant ipsi ex una longa et tribus brevibus; quæ longa juxta nomina eorum variatim est constituta.

19. Epitriti vocati, quod semper tres longas habeant syllabas, et unam brevem.

20. Syzygiæ autem sunt pentasyllabi, et hexasyllabi pedes. Et dictæ apud Græcos συζυγίας, quasi quædam declinationes. <sup>e</sup> Sed hi non sunt pedes, sed appellantur pentasyllabi, et hexasyllabi, quia ultra quinque, et sex syllabas non procedunt; unde non oportet in carmine has syllabas quodlibet excedere  
Idem:

Nam solet longam trochæus solvere in duas breves, Unde et appellant trochæum quem vocamus τριβραχυς.

<sup>a</sup> Anapæstus. Longobardicos secuti sumus, qui in hanc lectionem consentiunt. Altera etymologia, quæ in aliis libris manuscriptis et ineditis legitur: Anapæstus dicitur repercutus (Græci enim ἀναπαῖστον REPERCUSSIONEM dicunt; qui ideo dicitur repercutus, eo quod repercutiatur a dactylo, est enim illi contrarius). E Dionede sumpta est. Quibus verbis illud etiam subiungitur in sex libris: Illud autem mirandum est, in his duobus pedibus, quod anapæstus suscipit qualitatem nominis; nam ex contrarietate sequenti in contrarietatem ponitur, eo quod brevitatem in se præcurrit; ille vero qui in contrario ponitur, non de eo sumit vocabulum, sed de qualitate syllabarum. Non prorsus absurde (si cui Diomedes tanti sit), sic enim ordinat Terentianus pedes, ut ab anapæsto incipiat, et omnino breviores semper præponat. Sed quis non videt, hac etymologia recepta, ut anapæstus quasi repercutus dicatur, nihilominus hunc quam dactylum nomen sumere de qualitate syllabarum, non quod repercutiatur a dactylo, sed quod duæ syllabæ breves re-

percutiuntur, et obtunduntur a sequenti longa?

27 21. <sup>f</sup> Accidunt unicuique pedi arsis, et thesis, id est, elevatio, et positio vocis. Neque enim iter pedes dirigere poterunt, nisi alterna vice leventur, et ponantur: ut arma, ar elevatio est, ma positio. In his duobus per divisionem pedes legitimi colliguntur. Equa divisio est, quoties arsis et thesis æquali temporum divisione cæduntur.

22. Dupla, quoties ex his unus alterum duplo vincit. Sescupla vero est, quoties unum alterum sescuplo superat. In simpla enim ejus parte unum plus invenitur, in dupla unum minus habetur. <sup>g</sup> Sescum enim dimidium dicitur. Triplum est, quando major pars ter continet totum minus, id est, tria, et unum. Epitritum est, quando minus continetur a majore, et ejus tertia pars. Cæduntur vero pedum membra, vel per æqualitatem, vel per duplum, vel per sescuplum, vel per triplum, vel epitritum.

23. <sup>h</sup> Partimur ergo in æqua bos:

Spondeum, ut æstas;  
Pyrrhichium, ut fuga;  
Dactylum, ut Mænalus;  
Anapæstum, ut Erato;  
Dispondeum, ut oratores;  
Proceleumaticum, ut avicula;  
Ditambum, ut propinquitas;  
Ditrochæum, ut cantilena;  
Antispastum, ut Salominus;  
Choriambum, ut Armipotens.

C 24. Item in dupla partimur hos pedes:

Trochæum, ut meta;  
Iambum, ut parens;  
Molossium, ut Enas;  
Tribrachyn, ut macula;  
Ionicum majorem, ut Junonius;  
Ionicum minorem, ut Diomedes.

28 25. Unus vero tantum est qui tripla partitione dividitur, quæ est maxima, atque ideo minime metris adest.

23. Tripla: — Amphibrachys, ut carina.

percutiuntur, et obtunduntur a sequenti longa?

<sup>b</sup> Juncturam unam: Articulum juncturam dixit.

<sup>c</sup> Antibacchius, vel palimbacchius, quia iteratus. Romanus Codex cum Donato: Quia contrarius. Hi antibacchium, nostri palimbacchium, interpretati sunt.

<sup>d</sup> Ad celeuma cmentium. CALCANTIUM volebat Chacon., ex Jerem. xxv: Celeuma, quasi calcantium. Et Hieronym., Is. xvi: Nequaquam in vindemia latus vindemiator celeuma cantabit. Et Jerem. XLVIII et LI. Canendum alii edidere, haud male.

<sup>e</sup> Sed hi non sunt pedes. Cicero in Oratore: Jam pæon, quod plures habeat syllabas, quam tres, numerus a quibusdam, non pes, habetur. Sed quod συζυγίας declinationes dixit, conjugationes forte legendum.

<sup>f</sup> Accidunt unicuique pedi arsis. E Sergio. Vide Terentianum.

<sup>g</sup> Sescum enim dimid. Sic Longobard. libri. Cicero in Oratore: Ut necesse sit partem pedis, aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse majorem; ita fit ut æqualis dactylus, duplex iambus, sesquiple pæon. Vid. Serg., art. 1, c. 5; et Quintil., lib. ix, c. 4.

<sup>h</sup> Partimur ergo in æqua. Omnia ex Donato usque ad Fescenninus.

Sescepli autem ii sunt;

Amphimaerus, ut *insulææ* (sic);  
Bacchius, ut *Achat* (sic);  
Antibacchius, ut *natura*;  
Præon primus, ut *legitimus*;  
Præon secundus, ut *colonia*;  
Præon tertius, ut *Menedemus*;  
Præon quartus, ut *celeritas*.

27. Restant quos a epitrита partitione dividimus:

Epitritus primus, ut *sacerdotes*;  
Epitritus secundus, ut *conditores*;  
Epitritus tertius, ut *Demosthenes*;  
Epitritus quartus, ut *Fescenninus*.

Sunt igitur æqui decem, dupli vero sex, triplis unus, sescepli septem, epiriti quatuor.

28. Numerus syllabarum in pedibus a duabus usque ad sex protenditur: ulterius enim non procedit, quia usque ad sex syllabas tenduntur pedes. Tempora in pedibus sunt, ut quanta unusquisque pes habeat. Resolutio est pedum, quando pro una longa duæ breves ponuntur, aut pro duabus longis quatuor breves, ut: *Sæctaque intexunt abiete costas*. *Abiete* nunc resolutio est spondei in proceleumaticum, in qua resolutione semper b synalopham sequitur Virgilius.

29. c Ex una autem longa duæ breves fiunt; ex duabus autem brevibus 29 longa nunquam fit. Findi enim solida possunt, solidari scissa non possunt. Figura est, cujus nota syllabæ agnoscuntur. Ubi enim circuli partem inferiorem bis positam aspicias, Pyrrichius est, ∪∪; ubi i geminum jacens, spondeus, --. Nam nota brevis inferior semicirculus ∪, nota longa i jacens C est -.

30. d Metra pedibus accidunt, ut a trochæo trochaicum, a dactylo dactylicum, a iambo iambicum, de quibus paulopost dicendum est.

## CAPUT XVIII.

### De accentibus.

1. Accentus, qui Græce prosodia dicitur, ex Græco nomen accepit. Nam Græce *πρόσ*, Latine *ad*, *ῥή* Græce, Latine *cantus* est. Hoc enim nomen de verbo ad verbum expressum est. Latini enim habent et alia nomina. Nam accentus et tonos et tenores dicunt, quia ibi sonus crescit et desinit.

2. Accentus autem dictus, quod juxta cantum sit,

a *Epitrita partitione*. Augustinus *sesquiterciam* nominat, alii *superterciam*; *Epitritam* Diomedes, Donatus, et Terentianus.

b *Synalopham sequitur Virgil. Servius*, *Æn. v*, ad illud: *Genus labunt: Proceleumaticus* (inquit) *est quem sic semper ponit Virgilius, ut cogi possit in dactylum*. Quod alibi etiam repetit. Id ut si i et u consonantes fiant, sed in *reji cecapellas*, *Eclog. 3*, etiam duo ii, in unum, idque consonans, contrahenda, cum tamen, i, in medio, nisi inter duas vocales, consonans esse non possit.

c *Ex una autem longa duæ breves...*, *ex duabus autem*. Terentianus:

Nam non ita est ut longa dissolubilis.

Breves vicissim contrahi in longam valent:

Quia solida findi magnitudo non vetat;

Divisa jungi rursum in unum non queant.

d *Metra pedibus accidunt*. Donatus: *Accidunt unicuique pedi arsis et thesis, numerus syllabarum, tempus, tactus, figura, metrum*. De quibus omnibus jam egit

A sicut adverbium, quia juxta verbum est. Acutus accentus dictus, quod acuat et erigat syllabam. Gravis, quod deprimat, et deponat, est enim contrarius acuto. Circumflexus, quia de acuto et gravi constat: incipiens enim ab acuto in gravem desinit; atque ita, dum ascendit, et descendit, circumflexus efficitur.

3. Acutus autem et circumflexus similes sunt, nam uterque levat syllabam. Gravis contrarius videtur ambobus, nam semper deprimat syllabas, cum illi levant, ut: *Undè venit Titan, et nox ubi sidera condit*. Undè hic gravis est, minus enim sonat quam acutus, et circumflexus.

4. Monosyllaba autem pars orationis, si naturaliter brevis est, ut *vir*, 30 aut positione longa, ut *ars*, acutum accentum habebit. Si vero naturaliter longa, ut *res*, circumflexum. Dissyllaba pars orationis, si priorem naturaliter longam habet, et ultimam brevem, circumflexitur, ut *Musæ*, aliter acuitur. Trisyllaba pars orationis, si mediam brevem habet, ut *tibia*, tunc primam acimus. Si vero naturaliter longam habet secundam, et ultimam brevem, ut *Romæus*, tunc mediam circumfleximus.

5. Tetrasyllaba autem, et pentasyllaba ratione trisyllaborum retinentur. f Gravis accentus cum uno accentu poni potest in dictione una, cum utriusque nunquam, ut *Catullus*. In composita dictione unus accentus est, ut *armipotens, omnipotens*.

6. g Accentus autem reperti sunt, vel propter distinctionem, ut *viridique in litore conspicitur sus*, ne dicas *ursus*, vel propter pronuntiationem, ne dicas *meta* breviter, et non producta *metâ*, vel discernendæ ambiguitatis causa, ut *ergo*. Nam cum producit *go*, causam significat, cum corripitur, conjunctio est.

## CAPUT XIX.

### De figuris accentuum.

1. Figuræ h accentuum decem sunt, quæ a grammaticis pro verborum distinctionibus apponuntur. *Ὠξία*, id est, acutus accentus, linea a sinistra parte in dexteram partem sursum ducta fit ita: ^.

2. *Βασιῶ*, id est, gravis linea a summo sinistræ in dexteram deposita, fit ita: `.

3. *Προσώπιον*, id est, circumflexus, linea de acuto et gravi facta exprimitur ita: ^.

4. *Μακρά*, id est, longa, virgula jacens est. ita: --.

Isidorus. Sergius: *Metrum, quod ex pondere spondæcum, ex trochæo trochaicum, ex iambo ambæcum nuncupatur*. Ac τὸ *nuncupatur* addendum putabat Isidoro Chacon, ita fore integra omnia.

CAP. XVIII.— e *Ut Romæus*. Ita legendum ex Tarconensibus libris, vel *Cæthegus* ex Donat., ut congruat exemplum; non *Metellus*, ut est in reliquis libris. Nam distinxit paulo ante naturaliter longam a positione longa.

f *Gravis accentus..... cum utrisque nunquam*. Nunquam enim plus una acuta in eadem voce, ut ait Quintilianus, sed gravis poni in una dictione non solum cum acuto, sed etiam cum circumflexo potest.

g *Accentus autem reperti sunt*. Atqui Donatus, et Sergius, unde hæc sumpta sunt, coarbari et dissipari sæpe accentum legendi, vel distinguendi, vel pronuntiandi ratione, vel discernendæ ambiguitatis necessitate, dicunt; et mirumque verum esse nemo negarit.

CAP. XIX.— h *Figuræ accentuum*. Omnia ex Donato,

6. *ἄραχος*, id est, brevis, pars est circuli inferior, acens ita :  $\cup$ .

6. *ῥοίν*, id est, conjunctio, quia duo verba connectit, subiecta virgula versus circumflexa fit ita :  $\cup$ .

7. Diastole, id est, distinctio, quæ e contrario separatur, dextera pars circuli supposita versus fit ita :  $\cup$ .

8. Apostrophos, pars item circuli dextera, et ad summam litteram apposita, fit ita :  $\cup$ , qua nota deesse ostenditur in sermone ultima vocalis, ut *tribunal*, pro *tribunali*.

9. *Ἀσπεία*, quod interpretatur aspiratio, id est, ubi illi littera poni debet, tali figura notatur :  $\cup$ .

10. *ῥόλη*, quod interpretatur siccitas, sive purum, id est, ubi illi littera esse non debet, tali nota ostenditur :  $\cup$ .

11. Quorum duorum accentuum figuram Latini ex ipsa littera aspirationis fecerunt. Unde, si jungas has, facis eandem aspirationis notam H. Rursum si medium ejus apicem scindis, *ῥόλη* F, et *ῥόλη* F facis.

### CAPUT XX.

#### De positura.

1. Positura est figura ad distinguendos sensus per cola et commata, et periodos, quæ dum ordine suo apponitur, sensum nobis **32** lectionis ostendit. Dicke autem positurae, vel quia punctis positus annotantur, vel quia ibi vox pro intervallo distinctionis deponitur.

2. Has Græci *θίσεις* vocant, Latini *posituras*. Prima positura, subdistinctio dicitur, eadem et *κόμμα*. Media distinctio sequens est, ipsa et *κῶλον*. Ultima distinctio, quæ totam sententiam claudit, ipsa est *περίοδος*; cujus, ut diximus, partes sunt *κῶλον* et *κόμμα*, quarum diversitas punctis diverso loco positus demonstratur.

3. Ubi enim in initio pronuntiationis necdum plena pars sensus est, et tamen respirare oportet, fit comma, id est, particula sensus, punctusque ad imam litteram ponitur, et vocatur subdistinctio ab eo quod punctum subius, id est, ad imam litteram accipit.

4. Ubi autem in sequentibus jam sententia sensum præstat, sed adhuc aliquid superest de sententiæ plenitudine, fit colon, mediamque litteram puncto notamus, et mediam distinctionem vocamus, quia punctum ad mediam litteram ponimus.

Quorum duorum accentuum figuram Latini. Ita quidem Donatus, et Sergius. Sed A. August. etiam Græcos prius littera ipsa H pro aspiratione usos dicit; habere enim se Græcos nummos, in quibus scriptum sit Η Η Ρ Α Κ Α.; idque etiam Athenæum, lib. ix, c. 19, et Priscianum, in lib. de Ponderibus, testari. A quibus ne Capellæ quidem verba prorsus abhorreat: H aspirationis notam Græci diviserunt. Quod si vocem Latini tollas, quæ a Romano Codice abest, non minus commoda erit scriptura: Quorum duorum accentuum figuram ex ipsa littera aspirationis fecerunt, Græci scilicet.

CAP. XX. — <sup>b</sup> Et tamen respirare oportet. Hanc respirationem Donatus et Sergius mediæ distinctioni tribuunt.

CAP. XXI. — <sup>c</sup> Asteriscus. De Asterisco et obelo August., xviii de Civit., cap. 42, et Hieronym. in præfat. Paralipom. et in Job, et epist. 155, ad Suniam et Fretel. Reperiunturque adhuc in libris, et asterisci, et obeli diversæ aliquantulum figuræ: asterisci, \* ✕ ✕; obeli, — →

5. Ubi vero jam per gradus pronuntiando plenam sententiæ clausulam facinus, fit periodus; punctumque ad caput litteræ ponimus, et vocatur distinctio, id est, disjunctio, quia integram separavit sententiam.

6. Hoc quidem apud oratores. Cæterum apud poetas ubi in versu post duos pedes syllaba remanet, comma est, quia ibi post scansionem præcisio verbi facta est. Ubi vero post duos pedes de parte orationis nihil superest, colon est. Totus autem versus periodus est.

### 33 CAPUT XXI.

#### De notis sententiarum.

1. Præterea quædam scripturarum notæ apud celeberrimos auctores fuerunt, quasque antiqui ad distinctionem scripturarum carminibus et historiis apposuerunt. Nota est figura propria in litteræ modum posita, ad demonstrandum unamquamque verbi, sententiarumque ac versuum rationem. Notæ autem versibus apponuntur numero viginti sex, quæ sunt nominibus infra scriptis.

2. <sup>c</sup> Asteriscus (\*) apponitur in iis quæ omissa sunt, ut illucescant per eam notam, quæ deesse videntur. Stella enim *ἀστὴρ* Græco sermone dicitur, a quo asteriscus est derivatus.

3. <sup>d</sup> Obelus (—) id est, virgula jacens, apponitur in verbis vel sententiis superflue iteratis, sive in iis locis ubi lectio aliqua falsitate notata est, ut quasi sagitta jugulet supervacua, atque falsa confodiat. Sagitta enim Græce *ὀβελός* dicitur.

4. Obelus (—) superne ad punctum ponitur in iis, de quibus dubitatur utrum tolli debeant necne.

5. <sup>e</sup> Limniscus (+) id est, virgula inter geminos punctos jacens, **34** apponitur in iis locis quæ sacræ Scripturæ interpretes eodem sensu, sed diversis sermonibus, transtulerunt.

6. <sup>f</sup> Antigraphus (Y) cum puncto apponitur, ubi in translationibus diversus sensus habetur.

7. <sup>g</sup> Asteriscus (\* →) cum obelo: hæc proprie Aristarchus utebatur in iis versibus, qui non suo loco positi erant.

8. Paragraphus (J) ponitur ad separandas res

Obeli, — →

<sup>d</sup> Obelus superne ad punctum. Placet A. Augustine sic pingi, ut est in pandectis Florent. — →

<sup>e</sup> Limniscus. De vocis notione vid. Veget. de Re veterinaria. Mirum vero hypolimniscum ab Isidoro prætermisum (nam prætermisum non dubito, cum omnes xvi notas quas proposuit explicarit) cum constet quatuor omnino notis in Hexaplis, aut Octaplis usum fuisse Origenem, asterisco, obelo, limnisco, et hypolimnisco. Est vero hypolimniscus ex Epiphano virgula jacens punctum subius habens, quo indicatur ab altero tantum LXX pari sensuum eisdem verbis redditum. Figura fuit : — →

<sup>f</sup> Antigraphus. Duplici figura pingitur. In Gothicis hæc tantum : Y

<sup>g</sup> Asteriscus cum obelo. Hunc A. August. Ita pingi vult : \* →

a rebus quæ in connexu concurrunt, quemadmodum A in catalogo loca a locis, et regiones a regionibus, in agone præmia a præmiis, certamina a diversis certaminibus separantur.

9. <sup>a</sup> Positura (∩) est figura paragrapho contraria, ideo sic formata, quia sicut ille principia notat, ita ista fines a principiis separat.

10. Cryphia (∩), circuli pars inferior cum puncto, ponitur in iis locis ubi quæstio dura et obscura aperiri vel solvi non potest.

11. <sup>b</sup> Antisigma (∩) ponitur ad eos versus quorum ordo permutandus est, sic et in antiquis auctoribus positum invenitur.

12. <sup>c</sup> Antisigma (∩) cum puncto ponitur in iis locis ubi in eodem sensu duplices versus sunt, et B dubitatur qui potius eligendus sit.

13. <sup>d</sup> Diple (∩): hanc scriptores nostri apponunt in libris ecclesiasticorum virorum ad separanda, vel demonstranda testimonia sanctarum scripturarum.

14. <sup>e</sup> Diple περιστιχων (∩) hanc primus Leogoras Syracusanus apposuit 35 Homericis versibus ad separationem olympi a cælo.

15. <sup>f</sup> Diple περιστιγμῆνα (∩) id est, cum geminis punctis: hanc antiqui in iis apponebant quæ Zenodotus Ephesius non recte adjecerat aut detraxerat, aut permutaverat; in iis et nostri ea usi sunt.

16. Diple δδιλισμῆνα (∩) interponitur ad separandas in comædiis vel tragædiis periodos.

17. <sup>a</sup> Aversa (∩) <sup>1</sup> quoties strophe et antistrophe infertur.

18. Aversa cum obelo (∩) ad ea ponitur quæ ad aliquid respiciunt, ut:

<sup>a</sup> Positura. Cum reliqua omnia Græca sint; suspectum posituræ nomen videri possit.

<sup>b</sup> Antisigma. Vid. Laert. in Platone.

<sup>c</sup> Antisigma cum puncto. In Laertio A. Augustini hæc erat figura: ∩.

<sup>d</sup> Diple. Cicero lib. viii Eplst. ad Att. epist. 2: *Vibullii res gestæ sunt adhuc maximæ; id ex Pompeii litteris cognosces, in quibus animadvertito illum locum, ubi eris δεκλῆ.* De figura consentiunt omnia, præter Codicem Laertii A. August. in quo hæc cernuntur: *IBIT*, mendose, ut ipse etiam putabat.

<sup>e</sup> Diple περιστιχων ∩ Leogoræ meminit Suidas, sed nihil de eo præter nomen.

<sup>f</sup> Diple περιστιγμῆνα ∩. Sic Anton. August. ex Casaubaug. C., ∩; Gothic. CC.

<sup>g</sup> Quæ Zenodotus. Primus hæc (ut ait Suidas) Homari corrector fuit, bibliothecis Alexandrinis præfectus, et filiorum Ptolemæi magister.

<sup>h</sup> Diple aversa. Placet Casaubaug. libri figura ∩ itaque aversa cum obelo, ∩ et superne obelata.

<sup>i</sup> Quoties Strophe. De strophis, et antistrophis vide Pindari interpretem, ad Olymp. et Hephæstionis Enchiridion, et Fortunatianum, de Metris Horatia-

<sup>1</sup> Nomen tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo  
Conamur? nos? au miseris qui Troas Achivis  
Objecit?...

19. Diple (∩) superne obelata ponitur ad condiciones locorum, ac temporum, persona rumque mutatas.

20. Diple recta et aversa superne obelata (∩) ponitur, finita loco suo monade significante similem sequentem quoque esse.

21. Ceraunium (∩) ponitur quoties multi versus improbantur, nec per singulos obelantur, ceraunus enim fulmen dicitur.

22. <sup>k</sup> Chresimon (∩). Hæc sola ex voluntate uniuscujusque ad aliquid notandum ponitur.

36 23. <sup>l</sup> et ρ. (∩), id est φροντις. Hæc ubi aliquid obscuritatis est, ob sollicitudinem ponitur.

24. Anchora (∩) superior ponitur, ubi aliqua res magna omnino est.

25. Anchora inferior ubi aliquid vilissime, vel inconvenientius denuntiatur est.

26. <sup>m</sup> Coronis (∩) nota tantum in fine libri apponitur.

27. <sup>n</sup> Alogus (∩) nota ad mendas adhibetur.

28. Fiunt et alia librorum notulae pro agnoscendis iis quæ per extremitates paginarum exponuntur, ut ubi lector in liminari hujusmodi signum iaverit ad textum recurrentis ejusdem sermonis vel versiculi, sciat esse expositionem ejusdem similem superjacentem notam invenit.

## CAPUT XXII.

### De notis vulgaribus.

1. Vulgares <sup>o</sup> notas Ennius primus mille et centum invenit. 37 Notarum usus erat ut quidquid pro concione aut in judiciis diceretur librarii scriberent complures simul astantes, divisim inter se partibus, quot quisque verba, et quo ordine exciperet. P Romæ

nis. Qui ita ait: *In cantionibus lyricis legitime scriptis, hoc est monostrophis, hæc tria inveniri necesse est: strophem, antistrophem, epodon.* Nam circuire aram dextra strophem vocabant; redire a sinistra, antistrophem; post cum in conspectu Dei consistentes cantici reliqua peragebant, epodon.

<sup>1</sup> Nosse tibi fluxas Phrygiæ res. Quo loco Servius, Status (inquit) relativus est.

<sup>k</sup> χρησιμων. Quod usui est.

<sup>l</sup> et ρ. Cum in veteribus libris frontis legeretur, non difficilis fuit conjectura φροντις legendum, quæ vox curam significat, et sollicitudinem.

<sup>m</sup> Coronis. Varie in libris pingitur, a quibus diversa est Hephæstionis nota. Sed placet Carion apud Aristophanem: *Γραμμὴ τίς ἐστι βραχέια καμῆν τὰ ὑποκάτω ἔχουσα.*

<sup>n</sup> Alogus. Varie pingitur: ∩ ∩ ∩

CAP. XXII. — <sup>o</sup> Vulgares notas Ennius primus. Posteriorem intelligo, qui de litteris et syllabis duos libros scripsit, ut ait Sueton. in Proem. lib. de Illustrib. Grammi.

<sup>p</sup> Romæ primus Tull. Tiro. Verba Hieronymi in Chronic. Euseb. Sed quoniam modo primus, si Ennius quoque primus? Nandum hæc concinnarat Isidorus.

primus nullius Tiro Ciceronis libertus commentatus A est notas, sed tantum præpositionum.

2. <sup>a</sup> Post eum Vipsanius Philargius, <sup>b</sup> et Aquila libertus Mæcenatis 38 alius alias addiderunt. Deinde Seneca, <sup>c</sup> contractu omnium, digestoque, et aucto numero, opus effecit in quinque millia. Notæ autem dictæ, eo quod verba vel syllabas præfixis caracteribus notent, et ad notitiam legentium revocent, quas qui didicerunt proprie jam *notarii* appellantur.

#### CAPUT XXIII.

##### De notis iudicis.

1. Quædam autem litteræ in libris juris verborum suorum notæ sunt, quo scriptio celeris breviorque fiat. Scribatur enim, verbi gratia, per B et F, *bonum factum*; per S et C, *senatusconsultum*; 39 per R et P, *respublica*; per P et R, *populus Romanus*; per D et T, *dunlazat*; <sup>d</sup> per supinam in litteram *mulier*; per P, secundum naturam, *pupillus*; <sup>e</sup> per Py, verso capite, *pupilla*; per unum K, *kaput*; per duo KK juncta, *kakumia kausa*; per I et E, *iudex esto*; per D et M, *dolum malum*.

2. Cujus generis plurimæ consimiles notæ in libris antiquis inveniuntur. Has juris notas <sup>f</sup> novitii imperatores a Codicibus legum abolendas sanxerunt, quia multos per has callidi ingenio ignorantes decipiebant, atque ita jusserunt scribendas in legibus litteras, ut nullos errores, nullas ambages afferant, sed sequenda et vitanda aperte demonstrant.

#### CAPUT XXIV.

##### De notis militaribus.

1. In <sup>g</sup> breviculis quoque quibus militum nomina continerentur 40 propria nota erat apud veteres, qua inspiceretur quanti ex militibus superessent, quantique

<sup>a</sup> Post eum Vipsanius. Confirmavit conjecturam A. Augustini Codex Oveteusis collegii, in quo Vipsanius discrete scriptum est. Quod vero Agrippæ, qui ex Vipsania gente fuit, libertum hunc fuisse ideam suspicabatur, non assentior. Neque enim arbitror liberti patronum id nomen dedisse, quod ipse respueret. Vid. Senec. in Declamat.

<sup>b</sup> Et aquila libertus Mæcen. Notas a Mæcenate ipso excogitatas, sed editas ab Aquila narrat Dion. lib. LV.

<sup>c</sup> Contractu omnium. Sueton de Valer. Prob.: *Multaque exemplaria contracta emendare, ac distinguere, et adnotare curavit.*

CAP. XXIII. <sup>d</sup> Per supinam in litteram. Cum plerique omnes libri M litteram haberent, probissime coniecit. A. Augustinus in scribendum, quo tertia littera significatur. Nam per C conversam in hunc modum <sup>e</sup> *cujam* significabant, eoque prænomine mulieres omnes utebantur. Plutarch., in Problem., et Beoeth. in Top. Quod autem per supinam in litteram dicit Isidorus, Romanus Codex hanc notam habet **V** quæ est etiam in Goth. Ov.

<sup>e</sup> Per Py verso capite PUPILLA. Ita Valerius Prob.

<sup>f</sup> Novitii imperatores. Justinianus, in præfat. quæ Pandectis et Codici præfixa est. Obierat autem Justinianus anno a Christo nato 565.

CAP. XXIV. — <sup>g</sup> In breviculis. Rufinus, in vect. 2: *Si quis, accepto breviculo, in quo militum nomina continentur, nitatur inspicere quanti ex militibus supersint, quanti in bello ceciderint; et requirens qui inspicere misus est propriam notam, etc.*

<sup>h</sup> T nota i. c. v. superstitem signif. Ita apud P. Diaconum, quamvis V nota vitium solere significari sciamus. Nam quod V FERALE vocat Ausonius, alia ra-

in bello cecidissent. <sup>i</sup> T nota in capite versiculi posita superstitem designabat. <sup>o</sup> Vero ad uniuscujusque defuncti nomen apponebatur. Unde et habet per medium telum. Id est, mortis signum, de qua Persius ait:

Et potis est nigrum vitio præfigere theta.

2. <sup>i</sup> Cum autem impuritiæ significare vellet lambda littera auti sunt; sicut mortem significabant cum ponebant theta ad caput. In stipendiorum quoque largitione propriæ erant notæ.

#### CAPUT XXV.

##### De notis litterarum.

1. Notas etiam litterarum inter se veteres faciebant, ut quidquid occulte invicem scriptura significare vellet, mutuo scriberent. 41 Testis est Brutus, qui in litteris ea quæ acturus erat notabat, ignorantibus aliis quid sibi vellet eæ litteræ.

2. Cæsar quoque Augustus ad filium: *Cum, inquit, innumerabilia incidunt assidue, quæ scribi ad alterutrum oportet, et esse secreta; habeamus ergo inter nos notas, si vis, tales, ut cum aliquid notis scribendum erit, pro unaquaque littera scribamur sequentem, hoc modo, pro A, B; pro B, C, et deinceps eadem ratione cæteras; <sup>l</sup> pro Z autem littera redeundum erit ad duplex AA. Quidam etiam versis verbis scribebant.*

#### CAPUT XXVI.

##### De notis digitorum.

1. Sunt quædam et digitorum notæ, sunt et oculorum, quibus secum taciti proculque distantes colloquantur, sicut mos est militaris, ut quoties consentit exercitus, quia voce non potest, manu promittat, aii quia voce non possunt, gladiatorum <sup>k</sup> nutu salutant.

2. <sup>l</sup> Ennius de quadam impudica: *Quasi in choro pila ludens 42 datatim dat sese et communem facit.*

tio est, ut adnotavit eruditissimus vir.

<sup>i</sup> Cum autem impuritiæ. Al., pueritiæ; al., imperitiæ. Ergo λρτιν, λαλτιν, aut etiã in lallare, quæ puerorum et imperitorum sunt, per λ significari quidam suspicantur. Alii non λ, sed γ litteram Pythagoræ substituunt puerorum ætati convenientem. Qui impuritiæ malant λερδιζτιν, aut aliud obscœnum verbum ex Aristophane in Concionatricibus intelligunt.

CAP. XXV. — <sup>l</sup> Pro Z autem l. red. ad dupl. AA. Suetonius, in August. : *Pro X autem ad duplex AA: opinor, quia Augusti tempore extrema littera fuit X, laudori vero Z, ut supra vidimus c. 3 et 4.*

CAP. XXVI. — <sup>k</sup> Nutu gladiatorum. Sic est in Longobard. libro Viri claris. G. Loaisæ, cum in reliquis omnibus motis non perinde eleganter legatur.

<sup>l</sup> Ennius de quad. impud. Nævium pro Ennio reponendum admonuit vir eruditus ex Festo. Sunt autem versus ex Tarentilla Nævii quos Gab. Faerius trochaicos quinque esse dicebat, sed duos mendose scriptos; illa verba in choro tollenda esse, vel potius ante scribenda, quasi dicta essent a poeta in choro:

Quasi pila ludens datatim dat se, et communem facit,  
Alium tenet, alii natat.....  
Alibi manus est occupata, alii pervellit pedem,  
Alii dat annulum spectandum a labris, alium invocat,  
Cum alio cautat, atque am alii dat (de) digito litteras.

Libuit eidem secundum versus ex Festo in adiuncta ita supplere: *Alii adnuat, alii adnuat, alium amat, alium tenet.* Sed operæ pretium erit eandem senarios factos ab alio audire.

Quasi in foro pilla.

Ludens datatim dat se, et communem facit,



*Alium tenet, alii adnndat, alibi manus est occupata, alii A percellit pedem, alii dat annulum spectandum a lubris, alium invocat, cum alio cantat, attamen aliis dul digito litteras.* Et Salomon: *Annui oculo, terit pede, digito loquitur.*

## CAPUT XXVII.

## De orthographia.

1. Orthographia Græce, Latine Recta scriptura interpretatur; ὀρθὴ enim Græce *recta*; γράψῃ *scriptura* dicitur: hæc disciplina docet quemadmodum scribere debeamus. Nam sicut ars tractat de partium declinatione, ita orthographia de scribendi peritiâ, ut puta *ad*, cum est præpositio, *d* litteram; cum est conjunctio, *t* litteram accipit.

2. *Haud*, quando adverbium est negandi, *d* littera terminatur, et aspiratur in capite; quando autem conjunctio est, per *t* litteram sine aspiratione scribitur.

3. *Apud* præpositio per *d* scribitur, sicut *ad patrem*, quoniam veteres sæpe *ad* pro *apud* usi sunt, duabus ex iis mediis litteris subtractis.

4. Interdum autem aliæ litteræ in locum aliarum rite ponuntur. *B* et *p* litteris quædam cognatio est; nam pro *birro* dicimus *pirrum*. *C* et *g* quamdam cognationem habent; nam cum dicimus *centum* et *trecentos*, postea dicimus *quadringentos*, *g* ponentes pro *c*. *C* et *q* similiter cognatio est; nam *hujusce* per *c*, *cujusque* per *q* scribimus. *a* Cum autem præpositio, per *e* scribenda est, si autem adverbium fuerit, per *q*. Dicimus enim *quum* lego. *Deus* per *e* solam; *dæmon* per *æ* diphthongum est notandus.

5. *Equus*, quod est animal, per *e* scribendus. *Æquus*, quod est justus, per *æ* diphthongon est scribendus. *Exul* addita *s* debet scribi, quia *exul* dicitur qui extra solam est. *Exultat* melius sine *s* littera scribitur. Nam cum ipsa *x* ex *c* et *s* constat, quomodo cum in ea sit *s*, rursus ei additur alia?

6. *Æquor* per diphthongon scribendum, quia non ab aqua, sed ab æqualitate nomen est factum.

7. *Forsitan* per *n* in fine scribendum, quia integrum ejus est *si forte tandem*.

Alium tenet, alii adnndat, alibi manus  
Est occupata, aut alii percellit pedem,  
Alii dat annulum spectandum de lubris,  
Alium invocat, cumque alio cantat, attamen  
Aliis dat digito litteras

Vid. conjectanea in Varronem.

*a* Cap. XXVII. — Cum autem præp. Ex Velii Longi Ebello de Orthographia.

*b* Exul additas. Quia salvum esse dictionibus suum initium debet, ait Terentius Scaurus.

*c* Exultat. E margine hæc ascita putabat Chacon; continent enim sententiam præcedenti contrariam, e Placidi glossis desumptam. Nos Isidoro id nihil obesse putamus: illius namque non tam his de rebus judicare quam pluribus e locis diversa corrogare studium fuit. Eadem fuit Velii Longi opinio in lib. de Orthographia. Porro in antiquissimis legum tabulis in *is incisis, maxumus, proxumus, dixserint, faxsit, deduxit, exsigatur* hujusmodique alia multa visuntur.

*d* Formosus sine *n*. Scaurus: Non mediocriter peccant qui formoso *n* litteram adsumunt, non magis necessariam, quam glorioso. Quidam ex apicibus vocalibus longis impositis *n* contraxisse plurimas voces contendunt, ut *formosus, thesaurum, mesam, quo-*

8. *Fedus*, quod est deformis, per *e* solam scribendum; *factus*, quod est pactum, cum *æ* diphthongo scribendum.

9. *d* *Formosus* sine *n* scribitur quia a *formo*, id est, *calido*; calor namque sanguinis efficit pulchritudinem.

*e* *Gnatus*, *hæc* quod est filius, per *g* scribendum, quia facit *generatus*.

10. *h*, quæ aspirationis nota est, in Latino tantum vocalibus jungitur, ut *honor, homo, hupus*. *t* Aspiratur autem et consonantibus, sed in Græcis, et Hebræis nominibus. *Heus* autem, et *hec* interjectiones per *h* scribendæ.

11. *I* litteram inter duas vocales constitutam his scribi quidam existimabant *s* ut *Troju, Majia*, sed hoc ratio non permittit. Nunquam enim tres vocales in una syllaba scribuntur. Sed *i* littera inter duas vocales constituta pro duplici habetur.

12. *Id*, pronomen neutri generis per *d* scribitur, ab eo quod est *is, ea, id*, quia facit *idem*.

Quod si verbum est tertiæ personæ per *t* notabitur, ab eo quod est *eo, is, it*, quia facit *itur*.

13. *k* litteram antiqui præponebant quoties A sequebatur, ut *kaput, Kanna, Kalamus*. Nunc autem *Kartago*, et *Kalendæ* per eandem tantum scribuntur. Omnia autem Græca nomina qualicumque sequente vocali per *k* sunt scribenda.

14. *Lætus* per *æ* diphthongum scribitur quia lætitia a latitudine vocata est, cui contraria est tristitia, quæ angustiam facit. *L* autem littera interdum pro *d* littera utitur, ut *latum* pro *datum*, et *calamitatem* pro *cadamitate*; a *cadendo* enim nomen sumpsit *calamitas*.

15. *Maximus*, an *maximus*, et si qua similia sunt, qualiter scribi debeant *45* quasitum est. Varro tradidit Cæsarem per *i* hujusmodi verba enuntiare, et scribere solitum esse; inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam ut *maximus, optimus, pessimus*, scribatur.

16. *Malo* per unum *l* scribendum, quia est *magis*

*tia, vicesimum*. A. Augustinus antiquiorem censebat hanc scripturam quam usum apicum, exstare enim Genue æream tabulam ante Ciceronis ætatem incisam, in qua sit *vicesimum*. Idemque de *thesauro, thensa, mensa*, et reliquis existimabat. Apices addere vocalibus longis non ita antiquum fuisse, licet sit vetus Quintiliano teste. Nam antiquiores longas vocales duplicare solitos, ut *Feliz*, pro *Feliz*, *Vaala*, pro *Vala*, quæ in nummis leguntur. Quod autem *formosus* a *formo* ducit, idem repetit lib. x et xix, c. 7, et xx, c. 13.

*e* *Gnatus*... quia facit *GENERATUS*. Eodem modo loquitur paulopost: *Sat. per T*, quia integrum facit *sat s*.

*t* *Aspiratur et consonantibus*. Cicer. in Orator.: *Quin ego ipse cum scirem majores ita locutos, ut nusquam nisi in vocalibus aspiratione uterentur, loquebar ita ut pulcros, ceteos, Cartaginem dicerem.*

*s* *Ut TROJIA, MAJIA*. Ita Ciceronem solitum scribere tradit Velius. Quo respexisse videtur Terentianus: *Atque i geminum scribere nos jubent magistri.*

*b* *Quoties A sequebatur*. A breve, ut diximus ex Diomed. ad cap. 4.

*i* *MAXIMUS AN MAXIMUS*. Velius Longus: *Ut jam*

voto; *malle* per duo *ll*, quia est *magis velle*; *nolo* A *sedum* dicebatur; nos finales duas litteras abscidimus. quoque per unum *l*, *nalle* per duo. \* *Nolo* enim, *ne volo* est; *NOLLE*, *ne velle*.

17. <sup>b</sup> *Os*, si vultum aut ossum significat, per *o* solam scribendum est; <sup>c</sup> si personam, *h* præponenda est.

18. *Oru* finium per *o*; *hora diei*, per *h* scribendum. *Onus*, si de onere venit, per *o* solam scribendum; si de honore, cum *h* aspiratione.

19. *Præpositio* et *præterea* per diphthongum scribendum.

<sup>d</sup> *Pene* vero, quod est conjunctio, per *e*.

*Pæna*, quod est supplicium, per *æ*.

20. *Q* littera tunc recte ponitur, cum illam statim *v* littera sequitur, et alia quælibet una pluresve vocales junguntur, ita ut una syllaba fiat. Cætera per *c* B scribuntur.

21. *Quæ* pronomen cum *a* scribendum; quæ conjunctio, sine *a*.

*Quid*, per *d* litteram scribitur cum pronomen est; per *t* cum verbum, cujus positio prima est *queo*, *quis*, *quit*; et in compositione *nequeo*, *nequis*, *nequit*.

22. *Quod*, quando pronomen est, per *d* scribendum; quando numerus, per *t*, quia *tot* item per *t* scribitur.

<sup>e</sup> *Quotidie* per *q* scribendum; non per *c*, ut sit *quot diebus*.

23. *R* littera, communionem habet cum *s* littera. Itaque apud antiquos *hænos*, *labos*, *arbos* dicebatur; nunc *honor*, *labor*, *arbor*.

24. *Sat* per *t* scribi oportet, quia integrum ejus facit *satis*. D

*Sed* per *d* oportet scribi. Apud antiquos enim

in ambiguitatem cadat utrum per *i* quædam debeant dici an per *u*, ut est *optumus*, *maxumus*. In quibus adnotandum antiquum sermonem plenioris sonus fuisse, et, ut ait Cicero, *rusticanum*; atque illis placuisse per *u* talia scribere, et enuntiare. Erravere autem grammatici qui putaverunt superlativa per *u* enuntiarî; ut enim concedamus illis in optimo, in maximo, in pulcherrimo, in justissimo, quid facient in his nominibus in quibus æque manet eadem questio superlative sublatæ: manubiæ, an manibæ; lubido, an libido? Nos vero postquam exiliat sermonis delectare cœpit, usque *i* littera castigavimus illam pinguetudinem, non tamen ut plene *i* litteram enuntiaremus. Et contendam quosdam alia nomina per *u* scribere, qui antiquorum voluntates sequuntur, nec tamen sic enuntient quomodo scribant. Vide Quintil. lib. 1, c. 3; et Gæ. Cornutii librum de Orthog., apud Cassiodor., unde hæc translata sunt.

<sup>a</sup> *Nolo enim ne volo*. Ne pro non dixisse antiquos probat Festus. Idque frequens apud Plautum. Terentius quoque nisi tu ne vis, dixit.

<sup>b</sup> *Os* si vultum aut ossum significat. Ita constanter vetustissimi Codices; nec miram ossum dixisse hoc loco Isidorum, necessitate pene coactum, cum osso Agellium multo ante usum tradat Charisius. De loco vero Terentii in Eunuchio credo ego Faerno, illud addens, si ossum apud Terentium legeretur, neque Varronem, neque Charisium, qui id non probant, fuisse dissimulatos.

<sup>c</sup> Si personam. Ut sit accusativus pronominis articularis, *kos*.

<sup>d</sup> Pene quod est conjunctio per *e*. In Pandectis Florentinis per *æ* perpetuo scribi aiebat A. Augustinus.

<sup>e</sup> *Quotidie* per *Q*. Sed jam evanuisse dicit Quinti-

lianus. Velius: Per *Q* quotidie magis dicunt, quam per *C* cotidie, cum et dicitur melius et scribatur; non enim est cotidie a quot dictum, sed a continenti die cotidie tractum.

<sup>f</sup> *Tantus*, et *quantus*. Vide apud Cassiod. de Orthograph. Gæ. Cornutum, et Cæsellum.

<sup>g</sup> *Væ* interjectio. Eodem modo Agellius, lib. v, c. 12: *Sed mirum* (inquit) quod in compositione *A* deperditur, quoniam *ve* syllaba in illis brevis est, ut in *vetus*, *vecors*.

<sup>h</sup> *Ita*, et *Xrisma*. Ita vetustissimi Codices. Si Latine placuit tunc *Xristum* *Xrisma* scribi, ob id opinor, ut retineretur crucis figura; qua de re supra, c. 3 et 4.

<sup>i</sup> *Sicilicum* superponeb. Sic Victorinus in libro de Orthog. qui exstare id signum ætate sua multis in libris testatur. Fuit autem nota hujusmodi *ser'a*, *set'a* Sicilicum dictum (ait Festus) quod senunciam secet. Id nunc nullum apparere in antiquis marmoribus, aut libris miramur, cum in Duillii titulo *claves*, *numei*, in nummis *Pilipus*, sine ulla sicilici nota visantur.

29. In dubiis quoque verbis consuetudo veterum erat ut cum eadem *47* littera alium intellectum correpta, alium producta haberet, longæ syllabæ æpicem apponebant, ut puta *populus* arborem significaret, an hominum multitudinem, apice distinguebatur. Sic, et ubi litteræ consonantes geminabantur, <sup>i</sup> sicilicum superponebant, ut *set'a*, *ser'a*, *as'eres*. Veteres enira non duplicabant litteras, sed supra sicilicos apponebant. Qua nota admonebatur lector geminandam esse litteram.

## CAPUT XXVIII.

### De analogia.

1. Analogia <sup>i</sup> Græcæ, Latine Similium comparatio, sive proportio nominatur. <sup>c</sup> Cujus hæc vis est, ut quod dubium est, ad aliquod simile quod non est dubium referatur, ut incerta certis probentur: Octo autem modis comparatio analogiæ colligitur, id est, qualitate, comparatione, genere, numero, figura, casu, extremitatibus similium syllabarum, et similitudine temporum.

2. Si quid de illis unum defuerit, jam non est ana-

lianus. Velius: Per *Q* quotidie magis dicunt, quam per *C* cotidie, cum et dicitur melius et scribatur; non enim est cotidie a quot dictum, sed a continenti die cotidie tractum.

<sup>f</sup> *Tantus*, et *quantus*. Vide apud Cassiod. de Orthograph. Gæ. Cornutum, et Cæsellum.

<sup>g</sup> *Væ* interjectio. Eodem modo Agellius, lib. v, c. 12: *Sed mirum* (inquit) quod in compositione *A* deperditur, quoniam *ve* syllaba in illis brevis est, ut in *vetus*, *vecors*.

<sup>h</sup> *Ita*, et *Xrisma*. Ita vetustissimi Codices. Si Latine placuit tunc *Xristum* *Xrisma* scribi, ob id opinor, ut retineretur crucis figura; qua de re supra, c. 3 et 4.

<sup>i</sup> *Sicilicum* superponeb. Sic Victorinus in libro de Orthog. qui exstare id signum ætate sua multis in libris testatur. Fuit autem nota hujusmodi *ser'a*, *set'a* Sicilicum dictum (ait Festus) quod senunciam secet. Id nunc nullum apparere in antiquis marmoribus, aut libris miramur, cum in Duillii titulo *claves*, *numei*, in nummis *Pilipus*, sine ulla sicilici nota visantur.

CAP. XXVIII.—<sup>i</sup> Omnia ex Quintil., lib. 1, cap. 5, et Sergii Arte secunda, c. de Casibus, sed ita concinnata, et neque interdum cohærent, neque auctoribus æ quibus sumpta sunt satis respondeant.

<sup>k</sup> *Analogia*... Latine similium comparatio. Ferri poterat, nisi apud Quintilianum similium comparatio alio sensu acciperetur. Est namque apud illum analogiæ pars, hic genus ipsum. Sergius melius similium rationem dixit.

<sup>l</sup> Cujus hæc vis, ut quod dab., etc. Verba sunt Quintil.

logia, id est, similitudo; sed est anomalia, ut *A* sarum gentium sermone vocantur. Unde, et origo eorum vix cernitur. Sunt enim pleraque barbara nomina, et incognita Latinis et Græcis.

3. Item *funis*, si incerti generis esse credis, similis est illi *panis* in declinatione, et erit masculinum. Item ex comparatione positivorum, ut si dicas, *doctus, magnus*, positivi sunt, et sui similes. Fit, et per diminutionem, ut puta *funem* masculinum esse *funiculus* ostendit; sicut *marmor* neutri generis esse, *nasculum* indicat.

4. Nam quod genus in principalitate est, id esse solet in diminutione. Sed hoc non semper, ut *pistrinum, outrilla*. Sed quia scire debemus, ex positione declinationem, et ex diminutione genus colligere. **B**

#### 49 CAPUT XXIX.

##### De etymologia.

1. Etymologia est origo vocabulorum, cum vis verbi vel nominis per interpretationem colligitur. Hanc Aristoteles *συμφορον*, Cicero Notationem nominavit, quia nomina et verba rerum nota facit, ut puta *flumen*, quia fluendo crevit, a *fluendo* dictum.

2. Cujus cognitio sæpe usum necessarium habet in interpretatione sua. Nam cum videris unde ortum est nomen, citius vim ejus intelligis. Omnis enim rei inspectio, etymologia cognita, plenior est. Non autem omnia nomina a veteribus secundum naturam imposita sunt, sed quædam, et secundum placitum, sicut et nos servis et possessionibus interdum secundum quod placet nostræ voluntati nomina damus.

3. Hinc est quod omnium nominum etymologiæ non reperiuntur, quia quædam non secundum qualitatem qua genita sunt, sed juxta arbitrium humanæ voluntatis vocabula acceperunt. Sunt autem etymologiæ nominum, aut ex causa datæ, ut *reges a regendo*, id est, a *recte agendo*; aut ex origine, ut *homo* quia sit ex *humo*; aut ex contrariis, ut a *LAVANDO lutum*, dum lutum non sit mundum, et *lucus*, quia umbra opacus, parum luceat.

4. Quædam etiam facta sunt ex nominum derivatione, ut a *PRUDENTIA prudens*. Quædam etiam ex vocibus, ut a *CAAMULIVATE graculus*. Quædam ex Græca etymologia orta, et declinata sunt in Latinum, ut *silva, domus*.

5. Aliæ quoque ex nominibus locorum, urbium, ~~etiam~~ ~~quædam~~ ~~vocabula~~. Multa etiam ex diversis ~~causis~~ ~~derivata~~. Non casu, sed genere differre voluit ~~etiam~~ ~~ut~~ ~~lupus~~ ~~lupa~~, ita *lepus lepa* faceret. ~~Item~~ ~~ex~~ ~~comparatione~~ ~~positivorum~~. Donat. in Art. **Græd.** : In his regulis analogia, vel ex collatione positivorum, nominum, vel ex diminutione cognoscitur.

• Ex positione declinationem, et ex dim. g. Constatissimi vetustissimi Codices in hanc scripturam.

Cap. XXIX. — <sup>d</sup> Ut *RICES a RECTE AGENDO*. Al., a *urudo*. Utrumque ex Codicibus, et ex aliis Isidori oris confirmari potest. Vide lib. III de Summ. Bon., c. 48; et Barchard., lib. xv, c. 38; et Ivon., part. VII, c. 39; et infra, lib. XII, c. 3.

Cap. XXX. — <sup>o</sup> Hanc philosophi adverbium. Al., *adverbium*. Græci *πρός πτος*. Unde natum, *Οὐδὲν πρὸς* *hinc*. Glossas initio dictas ipsa verba, vel obscura,

• Facta ad nominativum *cusus*, hic subintellectum, referendum est.

PATROL. LXXXII.

50 CAPUT XXX.

##### De glossis.

1. Glossa Græca interpretatione linguæ sortitur nomen. Hanc philosophi adverbium dicunt, quia vocem illam de qua requiritur uno et singulari verbo designat. Quid enim illud sit in uno verbo positum declarat, ut *conticescere est tacere*.

2. Item : *latus haurit apertum*; *HAURIT, percudit*. Item cum *terminum* dicimus *finem*, aut *populatas* interpretamur esse *vastatas*, et omnino cum anius verbi rem uno verbo manifestamus.

#### CAPUT XXXI.

##### De differentiis.

1. Differentia est species definitionis, quam scriptores artium de eodem et de altero nominant. Hæc enim duo quædam inter se commune confusa, conjecta differentia, discernuntur, per quam quid sit utrumque cognoscitur, ut cum quaeritur quid inter *regem* intersit et *tyrannum*, adjecta differentia quid uterque sit definitur, ut *rex modestus, et temperans, tyrannus vero crudelis*. Inter hæc enim duo differentia cum posita fuerit, quid sit utrumque cognoscitur. Sic et cætera.

#### 51 CAPUT XXXII.

##### De barbarismo.

1. Barbarismus est verbum corrupta littera, vel sono enuntiatum : littera, ut *floriet*, dum *florēbit* dicere oporteat; sono, si pro media syllaba prima producat, ut, *latebræ, tenebræ*. Appellatus autem *barbarismus* a *barbaris* gentibus, dum Latine orationis integritatem nescirent; \* unaquaque enim gens facta Romanorum, cum suis opibus vitia quoque et verborum et morum Romani transmisit.

2. Inter barbarismum autem, et barbarolexim hoc interest, quod barbarismus in verbo Latino fit, dum corrumpitur; quando autem barbara verba Latinis loquitis inseruntur, barbarolexis dicitur. Item quando in prosa vitium fit sermonis, barbarismus vocatur; quando in metro, metaplasms dicitur.

3. Barbarismus autem fit scripto, et pronuntiatione. Scripto quatuor modis : si quis in verbo litteram, vel syllabam adiciat, mutet, transmutet, vel minuat. Pronuntiatione autem fit in temporibus, vel peregrina ex Aristotele, Galeno, Polluce, Suida, et Quintiliano novimus; posteriores interpretationes ipsis verbis additis eodem nomine vocarunt. Nimis tamen anguste loqui videtur Isidorus, cum unius verbi rem uno tantum verbo explanari præcipit, ut si pluribus verbis explicetur glossam fore neget. Quod etiam repetit lib. XXIV, cap. 50.

Cap. XXXI. — <sup>c</sup> Differentia est. Ex Victorin. et Boeth., lib. I, de Definit., c. 28, repetuntur ead. lib. II, c. 30.

Cap. XXXII. — <sup>o</sup> Unaquaque enim gens. Eadem infra, lib. IX, c. 1.

<sup>b</sup> Inter barbarismum, et barbarolexim. BARBAROLEXIM quoque nominat Charisius, BARBAROLEXIM Donatus et Diomedes.

tonis, aspirationibus, et reliquis, quæ sequuntur.

4. Per tempora quippe sit barbarismus, si pro longa syllaba brevis ponatur, aut pro brevi longa. Per tonos, si accentus in aliam syllabam commutetur. Per aspirationem, si adiciatur *h* littera ubi non debet, aut detrahatur ubi esse oportet.

5. Per hiatum, quoties in pronuntiatione scinditur versus antequam compleatur; sive quoties vocalis vocalem sequitur, ut *Musæ Aonides*. Fit barbarismus, et per metacismos, iotacismos, et lambdacismos.

6. Metacismus est quoties *m* litteram vocalis sequitur, ut, *bonum aurum, justum amicum*. Sed et hoc vitium, aut suspensione *m* litteræ, aut detractioe vitamus.

7. Iotacismus est quoties in iota littera duplicatur sonus, ut, *Troiia, Maia*, ubi earum litterarum adeo exilis erit pronuntiatio, ut unum iota, non duo, sonuare videatur.

8. <sup>a</sup> Lambdacismus est, si pro uno *l* duo pronuntientur, ut *Afri* **52** faciunt, sicut *colloquium* pro *conloquium*; vel quoties unum *l* exilius, duo largius proferimus. Quod contra est; <sup>b</sup> nam unum largius, duo exilius proferre debemus.

9. <sup>c</sup> Collisio est quoties novissimæ syllabæ finis in alterius principio est, ut *matertera*.

#### CAPUT XXXIII.

##### De Solœcismo.

1. Solœcismus est plurimorum verborum inter se inconueniens compositio, sicut barbarismus unius verbi corruptio. <sup>d</sup> Verba enim non recta lege conjuncta solœcismus est; ut si quis dicat, *inter nobis* pro *inter nos*; aut *dare veniam sceleratorum*, pro *sceleratis*.

2. Dicitur autem solœcismus a <sup>e</sup> Cilicibus, qui ex urbe Solæ, quæ nunc Pompeiopolis appellatur, profecti, cum apud alios commemorantes, suam et illorum linguam vitiose inconsequenterque confunderent, solœcismo nomen dederunt. Unde et similiter loquentes solœcismos facere dicuntur.

**53** 5. Solœcismus autem apud poetas *schema* dicitur, quoties inversu necessitate metri factus invenitur; cum autem non invenitur necessitas, permanet solœcismi culpa.

4. Solœcismus sit duobus modis: aut per partes orationis, aut per accidentia. Per partes orationis sit, si

<sup>a</sup> *Lambdacism*. Vide Martian. Capell.

<sup>b</sup> *Nam unum l largius, duo exilius*. Contra videbatur unum exilius, duo largius proferenda. Sed vetant omnes. Erit igitur (ut opinor) hujusmodi Isidori sententia: ut quemadmodum vocales duæ cum in diphthongum conveniunt, non plene singulæ proferuntur, sed ita coeunt, ut confuso sono aliquid unicuique deperat, neutraque illarum plene exaudiatur; ita duplex *ll* in media dictione exilius profertur, quam simplex. Neque id (si arguari licet) præter rationem accidit. Nam prius *l* obtunditur cum in sequens illiditur, quam plagam accipiens alteram vicissim sequenti infligit; nam cum eo coalescens aufert illi quod semivocalis erat proprium, ut a vocali inciperet. Ita utrumque languescit, prius posteriore sui parte, priore posteriorius. Lambdacismos quoque nostri qui mollius loqui student sæpe admittunt. Neque Hebræi has delicias non agnovere, veluti cum in *דגה* et *בגה* *daghes* decorum appingunt.

alteram partem pro altera ponamus, ut puta si <sup>f</sup> præpositiones adverbis applicemus. Per accidentia sit, id est, per ea quæ accident partibus, ut puta per qualitates, genera, numeros, figuras, et casus. Per ista igitur omnia sunt solœcismi, sicut Donatus exposuit.

5. Fiant præterea et plurimis modis. Nam Lucilius centum genera solœcismorum dixit, quos omnes vitare potius quam sequi debet qui regulam recte loquendi tenere studet.

#### CAPUT XXXIV.

##### De Vitiis.

1. Vitia apud grammaticos ista dicuntur, quæ in eloquio cavere debemus. Sunt autem hæc: barbarismus, solœcismus, acyrologia, cacophonon, et reliqua.

2. Barbarismus est corruptio verbi unius, ut si tertiam syllabam quis producat in *ignoscere*.

3. Solœcismus, compositio vitiosa verborum: ut si aliquis dicat, *inter hominibus* pro *inter homines*.

4. Acyrologia, non propria dictio: ut, *liceat sperare timentis*; proprium est autem timenti formidare, non sperare; <sup>e</sup> et, *gramineo in campo*: proprium est *graminosum* dicere campum, non *graminem*.

5. <sup>b</sup> Cacophonon, dicitio obscena, vel incomposite sonans. Obscena, ut, **54** *his animam arrecli dicitis*. Incomposita, ut, *jurat ire et Dorica castra*. <sup>c</sup> Mala enim compositio fit, ab ea syllaba incipere qua superior finierat.

6. Pleonasmus, adjectio unius verbi supervacua: ut, *Hactenus arborum cultus et sidera cæli*. Neque enim alibi nisi in cælo sunt sidera.

7. Perissologia, adjectio plurimorum verborum supervacua: ut, *Vivat Ruben, et non moriatur, dum non sit aliud vivere quam non mori*.

8. Macrologia, longiloquium, res non necessarias comprehendens, ut: *Legati, non impetrata pace, retro unde venerant domum reversi sunt*.

9. <sup>d</sup> Tautologia, idemloquium, ut: *Si fata virum servant, si vescitur aura, ætherea, neque adhuc crudelibus occubat umbris*. Totum enim quod repetitur una res est, sed crebro æræmone annuntiata.

10. Eclipsis est defectus dictionis, in quo necessaria verba desunt, ut, *cui pharetra ex auro; deest enim erat*.

11. Tapinosis est humilitas statum magnæ rei dicitis infirmans, ut:

<sup>e</sup> *Collisio est*. Collisionis supra non meminerat, at meminit Donatum.

CAP. XXXIII. — <sup>d</sup> *Verba non recte conjuncta*. Ex Aug. 11 de Doctrin. Christ., c. 13.

<sup>e</sup> *E Cilicib*. Ex Diomede.

<sup>f</sup> *Si præpositiones a verbis applicemus*. Ita vetustissimi Codices recte; ut si dicas *de longe*. Nonn.: *Omnes artem secuti negant adverbis præpositionem addi oportere, sed auctoritas veterum præponi debet. De subito, etc.*

CAP. XXXIV. — <sup>e</sup> *Gramineo in campo*. Quod advertit Serv. v. Æn.

<sup>b</sup> *Cacophonon*. Quod Isidorus in composite sonans, Servius Cacophonon in sermone, Donatus Cacophonon in composita dictione vocat.

<sup>c</sup> *Mala enim compositio*. Verba Servii ad: *Dorica castra, Æneid. 11.*

<sup>d</sup> *Tautologia idemloquium*. Ita paulo ante: *Macrologia longiloquium, etc.* C. 36 allegoriam alieniloquium interpretatur.

*Apparent rari nantes in gurgite vasto.*  
*Cingilem posuit pro mari.*

12. Cacosyntheton. Vitiosa compositio: ut, *versaque jurecum terga fatigamus hasta.*

13. <sup>a</sup> Amphibolia, Ambigua dictio; quæ sit, aut per casum accusativum, ut illud responsum Apolliniis ad Pyrrhum:

*Aio te, Æacida, Romanos vincere posse.*

In quo non est certum quem in ipso monstraverit esse victorem.

14. Fit et per incertam distinctionem, ut, *bellum ingens geret Italia.* Incerta distinctio, utrum *bellum ingens*, an *ingens Italia*.

15. Fit, et per commune verbum, *depreccatur Cato, calumniatur Cicero, pristolatur Brutus, dedignatur Antonius*; nec ostenditur in hac ambiguitate utrum ipsi alios, an alii ipsos deprecati sunt, aut calumniati.

16. Fit et per homonymiam, quando uno nomine multa significantur, ut *acies*, et non addas, aut *ferri*, aut *oculorum*, aut *militum*.

## 55 CAPUT XXXV.

### De metaplasms.

1. Metaplasms Græca lingua, Latine Transformatio dicitur, qui sit in uno verbo propter metri necessitatem, et licentiam poetarum. Cujus species istæ sunt.

2. Prothesis, appositio in principio verbi, ut *gnato pro nato*, et *tetulit pro tulit*. Epenthesis, appositio in medio, ut *reliquias pro reliquus*, *induperator pro imperator*.

3. <sup>b</sup> Paragoge, appositio in fine, ut *magis*, pro *mage*, et *potestur*, pro *potest*.

Aphæresis, abscissio de principio, ut *tenno* pro *romanno*.

Syncope, abscissio de medio, ut *forsan* pro *forsitan*.

Apocope, abscissio de fine, ut *sat* pro *satis*.

4. Ectasis, productio contra naturam, ut, *Italiam* pro *Italia*, cum *Italiam* correpte dici debeat.

Systole, correptio contra naturam, *agnosus Orion*, cum *Orion* producte dici debeat.

Diaeresis, discissio unius syllabæ in duas, ut, *albai*, *longai*, pro *albe*, *longæ*.

5. Episymploche, conglutinatio duarum in unam, ut *Phaeton*, pro *Phaeton, Nerei*, pro *Nerei*, æripedem, pro *æripedem*.

<sup>c</sup> Synalophe, collisio vocalium apud poetarum vocalibus, ut, *atque ea direra penitus, dum parte geruntur*.

6. Ethlipsis, collisio consonantium cum vocalibus, ut *multum ille*, et *terris*.

<sup>a</sup> Amphibolia. Ita vetustissimi Codices et ita a Charisio nominatur, rectius quam a Diomede, et Donato *amphibologia*.

CAP. XXXV. — <sup>b</sup> Paragoge ut *magis* pro *mage*. Idem exemplis utitur Donatus; at Charisio apocopes exemplum est *mage*, pro *magis*.

<sup>c</sup> Adjunctarum vocalibus. Sat erat collisionem vocalem dicere. Sed siquid addendum fuit, tolerabilior Romani Codicis scriptura visa est in quo *adjunctarum*, quam nostrorum, ubi *juncta*, vel *adjuncta* legitur.

<sup>d</sup> Metaplasms est, qui in uno sermone. Totus locus e Serv. Æn. v, ad illud:

*Urbis opus, triplici pubes, quem Dardana versu.*

Utrisque tamen mendosus, quem restituit ex ve-

A Antithesis, contrapositio litteræ pro alia littera, ut *olli* pro *illi*.

Metathesis, transpositio litteræ, ut, *Evandro* pro *Evander*, *Timbre*, pro *Timber*.

7. Inter barbarismum et lexin, hoc est Latinam et perfectam elocutionem, <sup>d</sup> metaplasms est, qui in uno sermone ratione sit vitiosus. Item inter solacismum et phrasin, id est perfectam connexionem sermonum, schema. <sup>e</sup> Id est figura, est, qua sit contextu sermonum ratione vitiosa. Ergo metaplasmi et schemata media sunt, et discernuntur peritia et imperitia. Fiunt autem ad ornatum.

## CAPUT XXXVI.

### De schematibus.

1. Schemata, ex Græco in Latinum eloquium Figuræ interpretantur, quæ sunt in verbis, vel sententiis <sup>e</sup> per varias distinctionum formas propter eloquii ornatum. Hæc dum multa sunt, <sup>f</sup> apud grammaticos ista inveniuntur

2. Prolepsis est præsumptio, ubi ea quæ sequi debent anteponuntur, ut: *Interea regis ingenti mole: Latinus*. Debit enim sic dicere: *Interea regis ingenti mole*, et statim adicere quod sequitur: *Procedunt castris*; deinde dicere: *Latinus*, etc.; sed facta pro ornamento præsumptio rei, et qui sequi debuere reges interpositi sunt in septem versibus, et postea additum est: *Procedunt castris*. Inde præsumptio, quia anteposita sunt quæ sequi debuere.

3. Zeugma est clausula, cum plures sensus uno verbo clauduntur, quæ sit tribus modis. Nam aut in primo, aut in postremo, aut in medio id verbum ponitur, quod sententias jungit. In primo, ut,

<sup>g</sup> *Vertitur ænophoris fundus sententia nobis.*

In medio, ut,

*Græcia Sulpicio sorti data, Gallia Cottæ.*

In postremo, ut: *Namque hoc tempore obsequium amicos, veritas odium parit.*

4. Hypozeuxis est figura superiori contraria, ubi in singulis sensibus propria unicuique clausula est, ut, *Regem adit, et regi memorat nomenque, genusque.*

5. Syllep-sis <sup>h</sup> est in dissimilibus clausulis, aut pluralis dictio singulari verbo finita, ut, *sociis et rega recepto*, aut singularis dictio plurali verbo expleta, ut:

*Sunt nobis mitia poma,*

*Costancæ molles, et pressi copia lactis.*

<sup>57</sup> Supra enim sunt dixit, hic debuit dici. Est *pressi copia lactis*.

teri Editione Chacon.

CAP. XXXVI. — <sup>e</sup> Per varias distinctionum formas. Ita plerique ex Longob. Male in aliis, *dictionum*. Nam distinctionum, et ad nomen schematis et ad rem ipsam de qua agitur multo est aptius.

<sup>f</sup> Apud grammaticos ista inveniuntur. NECESSARIA ex Donato et Charisio addebat Chacon.

<sup>g</sup> *Vertitur ænophoris fund.* Citatur a Nonio in sententia ex Lucil. lib. III Satyr.

<sup>h</sup> Syllepsis est in dissim. cl. Donatus: Item syllepsis est in dissimilibus clausulis, quando dictio singularis verbo plurali adjungitur. Charisius: Syllepsis est cum singularis dictio plurali verbo conc'uditur.

6. Fit autem syllepsis non solum per partes orationis, sed, et per accidentia partibus. Nam ubi et pro multis unus, et pro uno multi ponuntur, syllepsis est: pro multis unus, ut est illud: *uterumque armato milite complent*, cum non uno, sed multis militibus. Item pro uno multi, ut in Evangelio: *Latrones qui crucifixi erant cum eo improperebant ei*; ubi pro uno uterque inducitur blasphemasse

7. Anadiplosis est, quando ab eodem verbo quo illud, prior versus finivit sequens versus incipit, ut est *Certent et cygnis ululæ, sit Tityrus Orpheus, Orpheus in silvis, inter delphinas Arion.*

8. Anaphora est repetitio ejusdem verbi per principia versuum plurimorum, ut:

*Nos te, Dardania incensa, tuæque arma secuti,  
Nos tumidum sub te permensi classibus æquor.*

9. Epanaphora est in uno versu per principia sensuum ejusdem verbi repetitio, ut

*Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus unæ,  
Te liquidi flere lacus*

10. Epizeusis in uno sensu congeminitio verbi, ut: *sic sic juvat ire sub umbras*

11. Epanalepsis est sermonis in principio versus positi ejusdem in fine replicatio, ut est illud:

*Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.*

12. Paronomasia est in significatione diversa dictione pene ipsa, ut illud: *Abire an obire te convenit*, id est, *exsulem fieri, an mori?*

13. Schesis onomatopoeia, multitudo nominum conjunctionum a quodam ambitu copulata, ut *nubila, nix, grando, procellæ, fulmina, venti.*

14. Paromœon est multitudo verborum ex una littera inchoantium, quale est apud Ennium:

*O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.*

Sed hoc bene temperat Virgilius, dum non toto versu utitur hac figura ut Ennius, sed nunc in principio versus tantum, ut est illud: *Sæva sedens super arma*; nunc in medio, ut:

*Quæque lacus late liquidos, quæque aspera dumis;  
Nunc autem in fine, ut:*

*Sola mihi tales caesus Cassandra canebat.*

15. Homœoptoton est, cum plurima nomina per unum casum denuntiantur, ut est illud:

*Sed neque currentem se, nec cognoscit euntem,  
Tollentemque manus, saxumque immane moventem.*

16. Homoteleton est, cum uno modo verba plurima finiuntur: ut *abiit, abscessit, evasit, erupit.*

17. Polypoton est, cum diversis casibus sententia variatur, ut:

*Ex nihilo nihilum, ad nihilum nil posse reverti.*

*Matheus Dama, papæ, Marco spondente, recusas,*

a *Quodam ambitu copulata.* Mendose, apud Donatum, eodem habitu copulandi legitur.

b *Marcus Dama.* E Pers. Satyr. v.

c *Antitheton.* Hæc usque ad finem capitis neque donati sunt, neque Charisii, et in Rom. Codic. plures aliæ figuræ leguntur, ut hæc quoque alienæ videri possint.

CAP. XXXVII. — d *Ad non propriam similitudinem.* Ferri potest vulgata scriptura *similitudinem*, ut sit quod Charisius dixit, *propter similitudinem.* Nam ex

A *Credere tu nummos? Marco sub iudice palles?  
Marcus dixit. Ita est, assigna, Marce, tabellas.*

18. Hirmos est sententia continuatæ orationis tenorem suum, usque ad ultimum servans, ut:

*Est in recessu longo locus, insula portum,  
et reliqua. Hinc enim in longum vadit sensus usque ad illud:*

*Horrentique atrum nemus imminet umbra.*

19. Polysyntheton est dictione multis concatenata conjunctionibus, ut, *tecumque, læremque, armaque, amyceumque canem.*

20. Dialyton, vel asyntheton figura est, quæ e contrario sine conjunctionibus solute ac simpliciter effertur, ut, *venimus, vidimus, placuit.*

21. Antitheton est ubi contraria contrariis opponuntur, et sententiæ pulchritudinem reddunt, ut illud:

*Frigida pugnabant calidis, humentia siccis;  
Mollia cum duris; sine pondere, habentia pondus.*

22. Hypallage quotiescunque per contrarium verba intelliguntur, ut *dare classibus austruos.*, cum ventis naues demus, non navibus ventos.

#### CAPUT XXXVII.

##### De tropis.

1. Tropos Græco nomine Grammatici vocant, qui Latine modi locutionum interpretantur. Fiunt autem a propria significatione 59<sup>d</sup> ad non propriam similitudinem. Quorum omnium nomina difficillimum est annotare, sed ex omnibus Donatus<sup>e</sup> tredecim usui tradenda conscripsit.

2. Metaphora est verbi alicujus usurpata translatio, sicut cum dicimus, *fluctuare segetes, gemmare rites*, dum in iis rebus fluctus et gemmas non invenimus, in quibus hæc verba aliunde transferuntur, sed hæc atque aliæ tropicæ locutiones ad ea quæ intelligenda sunt propterea figuratis amicitibus obtentur, ut sensum legentis exerceant, et ne nuda atque in promptu posita vilescant.

3. Fiunt autem metaphoræ modis quatuor: ab animali ad animale, ut, *aligeros conscendit equos*; metaphorice loquens miscuit quadrupedi alas avis, et quo cursu deserta petiverit, miscuit volatili cursum quadrupedis. Ab inanimato ad inanimale, ut, *Pontum pinus arat; sulcum premit alta carina.* Miscuit usum terræ aquis, dum *arare* et *sulcum premere* ad terram pertineat, non ad mare.

4. Ab inanimato ad animale, ut *florida juvenus*; miscuit flores inanimales juventuti quæ animam habet. Ab animali ad inanimale, ut:

*Tu, Neptune pater, cui tempora cana crepant  
Cincta salo resonant, magnus cui perpete mento  
Profusus Oceanus, et flumina crinibus errant.*

eo videntur hæc. Sed cum idem Charisius metonymiam definiat: *Dictionem translata a propria significatione ad aliam proximitatem, utrovis modo legat licebit.* Et Donatus: *Ad impropriam similitudinem.*

e *Tredecim usui trad.* Ita Beda. Duodecim Donatus et Charis.

f *Tu, Neptune pat.* Citatur ex Claudian. a D. Aug., lib. iii de Doct. Chr. Varroni quidam Albinovana tribuebat A. Augustinus.

*Mentum* enim, et *tempora*, et *crines* non ad Oceanum **A** pertinent, sed ad homines.

5. Sic et alia rerum nomina de alio genere in aliud genus decenti-simo decoris gratia transferuntur, ut oratio perornetur. Metaphora autem, aut partis enius est, ut, *fluctuare segetes*: non potes dicere *segetare fluctus*; aut antistropha est, id est, reciproca, ut *remigia alarum*. Nam et *slæ navium*, et alarum *remigia* dicuntur.

6. Catachresis, est alienæ rei nomen appositum: hæc eo a metaphora differt, quod illa vocabulum habenti largitur; hæc quia non habet proprium, alieno utitur, ut,

*Faciemque simillima lauro;*

et,

.... *Nunc una ambæ junctisque feruntur  
Frontibus, et longa sulcant vada salsa carina.*

Cum *facies*, et *frons* tantum animalium et hominum sint. Quod nomen si poeta non apposuisset navi, quid proprium eidem parti diceret non haberet.

60 7. Metalepsis tropus a præcedente indicans quod sequitur:

*Inque manus chartæ nodosaque venit arundo.*

Nam per *manum* verba, per *arundinem* litteræ significatæ sunt.

8. Metonymia est Transnominatio ab alia significatione ad aliam proximitatem translata. Fit autem multis modis; aut enim per id quod continet id quod continetur ostendit, ut *theatra plaudunt, prata mugiunt*, dum illic homines plaudant, hic boves mugiant; aut contra per id quod continetur id quod continet, ut *jam proximus ardet Ucalegon*, dum non ille sed domus ejus arderet.

9. Item per inventorem id quod inventum est, ut, *sine Cerere et Libero friget Venus*, et *commistam Vulcanus (mittit) ad astra favillam*. Vult enim per *Cerem* frumenti inventricem intelligere *panem*; per *Liberum* inventorem *vitis, vinum*; per *Venerem*, *libidinem*; per *Vulcanum*, *ignem*. At contra per inventum inventorem demonstrat, ut, *Vinum precamur*, pro *Libero*, qui *vinum* apud Græcos invenit.

10. Item per efficientem, id quod efficitur, sicut, *pigrum frigus*, quod *pigros* homines faciat; et, *timor pallidus*, eo quod *pallidos* homines reddat. At contra per id quod efficitur, efficiens, ut:

*Jungit equos auro genitor, spumantiaque addit  
Frena feris.*

*Spumantia frena* dixit, cum utique non ipsa faciant *spumas*, sed *equus* qui ea gerit *spumis* conspergat *infusus*.

11. Antonomasia est pro nomine, id est vice nominis posita: ut *Maia genitus* pro *Mercurio*; qui tropus fit tribus modis: ab animo, ut, *magnanimusque Anchisades*; a corpore, ut *ipse arduus*; extrinsecus, ut:

*Inq. manus chartæ.* Pers., Satir. III. Quod vero sequitur: *Nam per manum verba*, etc., aut aliena sunt, ut aliis quoque visum est, aut forte legendum, nam per *manum, chartam, et arundinem* litteræ significatæ sunt.

*Vinum precamur.* Serv., Æn. I, ad... *Crateras magnos*, etc.: Tropus est *synecdoche*, ut *cererem* pro *frumento* dicimus. Sic *Plautus*:

*Infelix puer, atque impar congressus Achilli.*

12. Epitheton, Supra nomen, præponitur enim proprio nomini, **61** ut *Alma Ceres*, *obscenique canes*, *importunæque volucres*. Inter antonomasiam autem et epitheton hoc differt, quod antonomasia, pro vice nominis ponitur; Epitheton autem nunquam sine nomine est. <sup>d</sup> Quibus duobus tropis, vel vituperamus aliquem, vel ostendimus, vel laudamus.

13. Synecdoche est Conceptio, cum a parte totum, vel a toto pars intelligitur. Eo enim et per speciem genus et per genus species demonstratur; sed species pars est, genus autem totum. A tota enim pars intelligitur, ut:

*Quam multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus  
Trans pontum fugat.*

**B** Non enim totus annus est frigidus, sed pars anni, id est, hiems. At contra a parte totum: ut, *flammas cum regia puppis extulerat*. Ubi non solum *puppis*, sed *navis*; et non *navis*, sed qui in ea; et non omnes, sed unus *flammas* extulit.

14. Onomatopœia, nomen fictum ad imitandum sonum vocis confusæ, ut *stridor valvarum*, *hinnitus equorum*, *mugitus boum*, *balatus ovium*.

15. Periphrasis est Circumloquium, dum res una plurimis verbis significatur, ut, *auras vitales carpit*. Significavit enim per copulationem verborum unam rem, hoc est, *vivit*. Ille autem tropus geminus est; nam aut veritatem splendide producit, aut fœditatem circuita evitat. Veritatem splendide producit, sicut:

*Et jam prima novo spargebat lumine terras,  
Tithoni croceum linquens aurora cubile.*

**C** Vult enim dicere, *jam luceſcebat*, aut *dies ortus erat*. Fœditatem circuita devitat, sicut:

*placidumque petivit  
Conjugis infusus gremio per membra soporem.*

Illic enim circuitu evitat obscœnitatem, et decenter ostendit concubitum.

16. Hyperbaton est Transcensio, cum verbum aut sententia ordine commutatur. Illius species quinque sunt: Anastrophe, hysteron proteron, parenthesis, tmesis, synchysis.

Anastrophe, verborum ordo præposterus, ut *littora circum*, pro *circum littora*.

17. Hysteron proteron, sententia ordine commutata, ut:

*Postquam altos tetigit fluctus, et ad æquora venit.*

**D** Ante enim ad æquora venit, et sic tetigit fluctus.

62 18. Parenthesis, ubi <sup>e</sup> interponimus sententiam, qua ex medio remota, integer sermo perdurat, ut, *Æneas (neque enim patrius consistere mentem Passus amor) rapidum ad naves præmittit Achatem*. Est enim ordo: *Æneas rapidum præmittit Achatem*, nam illud in medio parenthesis est.

*Vinum precamur*, nam hic *Deus* præsens adast.

<sup>e</sup> *Antonomasia*. Donatus: *Antonomasia est significatio vice nominis posita*, etc., usque ad *Achilli*.

<sup>d</sup> *Quibus duobus tropis*. Ex Donat. *Charisius* quoque *Ἐπιθετον* est dictio vocabulo adjecta, aut ornandi, aut destruendi, aut indicandi causa.

<sup>e</sup> *Interponimus sententiam*. Donatus: *Interposita formatio diversæ sententiæ*.

19. Tmesis est sectio unius nominis per interpositionem verborum ut

... Multo nebulae circum Dea fudit amictu,  
pro circumfudit.

20. Synchysis est, ubi ex omni parte confusa sunt verba, ut illud: *Juvenes, fortissima frustra pectora, si vobis nudentem extrema cupido est certa sequi, quae sit rebus fortuna videtis. Excessere omnes, adytis arisque relictis, dii quibus imperium hoc steterat; succurritis urbi incensae; moriamur, et in media arma ruamus.*

Ordo talis est: *Juvenes fortissima pectora frustra succurritis urbi incensae, quia ex essere dii, quibus hoc imperium steterat. Unde si vobis cupido certa est me sequi audentem extrema, ruamus in media arma, et moriamur.*

21. Hyperbole est excelsitas lidem excedens ultra quam credendum est, ut, *sidera verberat unda, et terram inter fluctus aperit.* Hoc enim modo ultra lidem aliquid augetur, nec tamen a tramite significandae veritatis erratur, quamvis verba quibus indicatur excedant, ut <sup>b</sup> voluntas loquentis non fallentis appareat; quo tropo non solum augetur aliquid, sed et minuitur. Augetur, ut, *velocior aura*; minuitur, ut, *mollior pluma, durior saxo.*

22. <sup>c</sup> Allegoria est alieniloquium, aliud enim sonat, aliud intelligitur; ut, *tres littore cervos conspicit errantes*: ubi tres duces belli Punici, vel tria bella Punica significantur. Et in Bucolicis, *Aurea mala decem misit*, id est, ad Augustum decem eclogas pastorum. Hujus tropi plures sunt species, ex quibus eminent septem: ironia, antiphrasis, aenigma, charientismos, paræmia, sarcasmos, astysmos

63 25. <sup>d</sup> Ironia est sententia per pronuntiationem contrarium habens intellectum. Hoc enim tropo calide, aut per accusationem, aut per insultationem aliquid dicitur, ut est illud:

*Vestras, Eure, domos, illa se jactet in aula  
Æolus, et clauso ventorum carcere regnet.*

Et quomodo aula, si carcer est? Solvitur enim pronuntiatione. Nam *carcer* pronuntiatio est; *jactet in aula*, ironia est; et totum per contrariam pronuntiationem enuntiatur, per ironiæ speciem, quæ laudando deridet.

24. <sup>e</sup> Antiphrasis est sermo e contrario intelligendus, ut *lucis*, quia caret luce per nimiam memorum umbram: et *manes*, id est, *mites*, et *modesti*, cum sint terribiles et immanes; et *Parcæ* et *Eumenides Furivæ*, quod nulli parcant, vel benefaciant. Hoc

<sup>a</sup> Ordo talis, etc. Servii ad eum Virgillii locum.

<sup>b</sup> Ut voluntas loq. non fall. Quintil., lib. viii: *Honere satis est, mentiri hyperbolen, neque ita, ut menducio fallera velit.*

<sup>c</sup> Allegoria. Ambros., lib. de Abraham: *Allegoria est, cum aliud geritur, et aliud figuratur.* Cic. iii de Orat: *Aliud dicitur, et aliud intelligendum est.*

<sup>d</sup> Ironia. Charisius: *Ironia est oratio pronuntiationis gravitate in contrarium deducens sensum verborum.*

<sup>e</sup> Antiphrasis. Hieronymus, Bonos. Epist. 100: *An ideo tibi bellus videris quia fausto vocaris nomine, quasi non et lucus ideo dicatur, quod minime luceat, et Parcæ quod nequaquam parcant, et Eumenides Furivæ quod non sint benignæ, et vulgo Æthiopes vocentur*

A tropo, et nani *Atlantes*, et cæci *videntes*, et vulgo *Æthiopes argentei* appellantur.

25. Inter ironiam pronuntiatione sola indicat quod intelligi vult, sicut cum dicimus homini agenti male: *Bonum est quod facis.* Antiphrasis vero non voce pronuntiantis significat contrarium, sed suis tantum verbis, quorum origo contraria est.

26. <sup>f</sup> Aenigma est quæstio obscura, quæ difficile intelligitur, nisi aperiatur, ut est illud: *De comedente exivit cibus, et de forti egressa est dulcedo,* significans ex ore leonis favum extractum. Inter allegoriam autem et aenigma hoc interest, quod allegoriæ vis gemina est, et sub re alia aliud figuratiter indicat. Aenigma vero tantum sensus obscurus est, et per quasdam imagines adumbratus

27. <sup>g</sup> Charientismos est tropus quo dura dicta gratius proferuntur, uti cum interrogantibus nunquid nos quæsierit aliquis, respondetur: *Bona fortuna.* Unde intelligitur, neminem nos quæsisse.

28. <sup>h</sup> Paræmia est rebus et temporibus accommodatum proverbium. 64 Rebus, ut, *contra stimulum calces*, dum significatur adversis resistendum. Temporibus, ut, *Lupus est in fabula.* <sup>i</sup> Aiunt enim rustici vocem hominem perdere, si eum prior lupus viderit. Unde et subito tacenti dicitur istud proverbium, *Lupu in fabula.*

29. <sup>j</sup> Sarcasmos est hostilis irrisio, cum amaritudine, ut:

*Referes ergo hæc, et nuntius ibis  
Pelidæ genitori. Illi mea tristia facta  
Degeneremque Neoptolemum narrare memento.*

30. Huic contrarius est astysmus, id est, urbanitas sine iracundia, ut illud:

*Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi,  
Atque idem jungat vulpes, et mulgeat hircos,*

id est: qui Bavium non odit, pro pœna ei contingat ut diligit Mævium. Fuerunt autem Mævius et Bavius poetæ pessimi, et inimici Virgillii. Qui hos ergo diligit, faciat quæ contra naturam sunt, id est, jungat vulpes, et mulgeat hircos.

31. Homœosis est quæ Latine interpretatur similitudo; per quam minus notæ rei per similitudinem ejus quæ magis nota est panditur demonstratio. Hujus species sunt tres: icon, parabola, paradigma, id est, imago, comparatio, exemplum.

32. Icon est imago, cum figuram rei ex Simili genere conamur exprimere, ut:

*argentei?*

<sup>k</sup> Charientism. Ex Donat. et Charis.

<sup>l</sup> Paræmia. Ex Donat. Charisius: *Paræmia est vulgaris rei usurpatio cum aliqua diversitate, ut, cocta numerabimus exta, cum significet, ex eventu sciemus. Et, contra stimulum calces, id est, rei contraria resistere.* Quæ sit sententia hujus proverbii in Actis Apost. et apud Terentium nemo nescit.

<sup>m</sup> Aiunt enim rustici. Non rusticos, sed physicos id confirmare scribit Servius, ad eclog. 9. Vid. Donat. in Adelpu.

<sup>n</sup> Sarcasmos. E Servio, *Æn. ii. ad verba Pyrrhi: Referes ergo hæc, et eclog. 5, ad illud: Qui Bavium non odit.*



*Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque  
Et crines flavos, et membra decora juvenis.*

Congrum enim est similitudo de specie cuius persona  
inducitur.

33. Parabola est comparatio ex dissimilibus rebus, ut,  
*qualis in arvis  
Æstiferæ Libyæ viso leo cominus hoste  
Subsedit;*

ubi leoni Cæsarem comparavit, non ex suo, sed ex  
alieno genere similitudinem faciens.

34. Paradigma est exemplum dicti, vel facti ali-  
cujus, aut ex simili, aut ex dissimili genere, conve-  
niens ei quam proponimus rei; ita: *• Tam fortiter  
perit apud Hipponem Scipio, quam Uticæ Cato.*

35. Similitudo autem tribus modis fit: a pari,  
a majore, a minore. A pari:

*Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est  
Seditio.*

A majore ad minus:

*Qualiter expressum ventis per nubila fulmen;*

a minore ad majus:

*Si potuit manes arcessere conjugis Orpheus  
Thracia fretus cithara fidibusque canoris*

quasi dicat, re parva et brevi, id est, si ille cithara  
fretus, ego pietate

#### CAPUT XXXVIII.

##### De prosa.

1. Prosa est producta oratio, et a lege metri so-  
luta. <sup>b</sup> Prosum enim antiqui productum dicebant, et  
rectum. Unde ait Varro apud Plautum *prosis lectis*  
significare *rectis*; unde etiam quæ non est perflexa  
numero, sed recta, prosa oratio dicitur, in rectum  
producendo. Alii prosam aiunt dictam ab eo quod  
sit profusa, vel ab eo quod spatiosius proruat et ex-  
currat, nullo sibi termino præfinito.

2. Præterea tam apud Græcos quam apud Latinos  
longe antiquiorem curam fuisse carminum, quam  
prose. Omnia enim prius versibus condebantur,  
prose autem studium sero viguit. Primus apud Græ-  
cos <sup>c</sup> Pherecydes Syrius soluta oratione scripsit,  
apud Romanos autem Appius Cæcilius adversus Pyr-  
rum solutam orationem primus exercuit. Jam ex  
hæc, et cæteri prose eloquentia contenderunt.

#### CAPUT XXXIX.

##### De metris.

1. Metra vocata, quia certis pedum mensuris, at-  
que spatiis terminantur, neque ultra dimensionem

A temporum constitutam procedunt. Mensura enim  
Græce μέτρον dicitur.

2. **66** Versus dicti ab eo quod, pedibus in ordine suo  
dispositis, certo sine moderantur per articulos, qui  
*cæsa et membra*; nominantur. <sup>d</sup> Qui ne longius pro-  
volvèrentur quam iudicium posset sustinere, modum  
statuit ratio unde reverterentur, et ab eo ipso ver-  
sum vocatam dicunt quod *revertatur*.

3. Huic adhæret rhythmus, qui non est certo sine  
moderatus, sed tamen rationabiliter ordinatis pedi-  
bus currit; qui Latine nihil aliud quam *numerus* di-  
citur. De quo est illud:

..... *Numeros memini, si verba tenerem.*

4. <sup>e</sup> Carmen vocatur quicquid pedibus continetur;  
cui datum nomen existimant, seu quod *carptim* pro-  
nuntiaretur <sup>f</sup> (unde hodie lanam quam purgantes  
discerpunt, *carpiuare* dicimus), seu quod qui illa  
caverent *cavere* mente existimabantur.

5. Metra, vel a pedibus nuncupata, vel a rebus  
quæ scribuntur, vel ab inventoribus, vel a frequen-  
tatoribus, vel a numero syllabarum.

6. A pedibus metra vocata, ut dactylica, iambica,  
trochaica. A trocheo enim trochaicum metrum na-  
scitur; a dactylo dactylicum, sic et alia a suis pedi-  
bus. A numero vero hexametrum, pentametrum,  
trimetrum. Nam senarios versus nos ex numero pe-  
dum vocamus; hos Græci <sup>g</sup> quia geminos feriunt,  
trimetros dicunt. Hexametros autem Latinos pri-  
mum fecisse Ennius traditur, <sup>h</sup> eosque *longos* vocat.

7. Ab inventoribus metra appellata dicuntur, ut, Ana-  
creonticum, Saphicum, Archilochium. Nam Anacreon-  
tica metra Anacreon composuit, Saphica Sapho mulier  
edidit, Archilochia Archilochus quidam **67** scripsit,  
Colophonia Colophonius quidam exercuit; Sotadeo-  
rum quoque repertor est <sup>i</sup> Sotades genere Cretensis;  
Simonidia quoque metra Simonides poeta lyricus  
composuit.

8. A frequentatoribus, ut Asclepiadea. Non enim  
ea Asclepius invenit, sed proinde ita vocata sunt,  
quod eis idem frequentissime et elegantissime usu sit.

9. A rebus quæ scribuntur, ut heroicum, elegia-  
cum, bucolicum. Heroicum enim carmen dictum,  
quod eo virorum fortium res et facta narrentur. Nam  
heroes appellantur viri quasi aerei, et cælo digni  
propter sapientiam et fortitudinem; quod metrum  
D auctoritate cætera metra præcedit, unum ex omni-

stach. Οδύς. ο, ad illud: *Νῆσός τις Συρίη κεκλιπέται,  
Ἐξ ἧς* (inquit) *Φεραχύδης*. Quod vero sequitur apud  
eund. *Βαβυλώνος* corruptum est ex *Βάβου νόος*. Vid.  
Laert.

CAP. XXXIX. — <sup>a</sup> Qui ne longius provolv. etc.  
Usque ad *numerus* dicitur. Augustini sunt verba, II  
de Ordine, c. 14. Vidend. idem, III de Mus., c. 1.

<sup>c</sup> Carmen vocatur. E Serv., Æn. 21.

<sup>f</sup> Unde hodie carminare. Utitur eo verbo non se-  
mel Plinius, ut lib. IX, c. 38.

<sup>g</sup> Quia geminos feriunt. Terontian.: *Sed ter feritur  
hinc trimetros dicitur.*

<sup>h</sup> Eosque longos. Cicero, II de Legib. *Heroici  
versibus, quos longos appellat Ennius.*

<sup>i</sup> Sotades genere Cretensis. De quo Suid. et Athe-  
næus, lib. XIV.

<sup>a</sup> Tam fortiter perit apud Hipp. Scip. Q. Metel-  
lum Scipionem, opinor, intelligit. Qui cum antea P.  
Cornelius Scipio diceretur, postea, adoptione Q. Me-  
telli Pii, dictus est Q. Cæcilius Metellus Scipio. Hic,  
ut refert Appianus, cum in classem Cæsaris incidis-  
set, neque effugere posset, gladio perfossus in mare  
se præcipitavit.

CAP. XXXVIII. — <sup>b</sup> Prosum enim antiqui productum  
d.e.r. Glossar.: *Prosa, peza tunica, πεζὸν ἱμάτιον*. Vid.  
Fest. Prosum autem, an prosum dicas, nihil referre  
(nisi quod illud antiquius) recte advertit vir eruditiss.

<sup>c</sup> Pherecydes Syrius. Apuleius, lib. II Florid.:  
*Pherecydes Syro insula oriundus, qui primus, versusum  
nec repudiato, conscribere ausus est passis verbis, so-  
lato locuto, libera oratione*. Meminit hujus Plinius,  
lib. V, c. 29; et lib. VII, c. 56. Strab., lib. X, et Eu-

bus tam maximis operibus aptum quam parvis, A te, quamvis opilionum caprariorumque sermones in suavitatis et dulcedinis æque capax.

10. Quibus virtutibus <sup>a</sup> nomen solum obtinuit, ut Heroicum vocaretur ad memorandas scilicet heroum res. Nam, et præ cæteris simplicissimum habetur, constatque duobus pedibus, dactylo et spondeo; ac sæpe pene, vel ex hoc, vel ex illo, nisi quod temperantius fit utriusque mistura, quam si instruat a singulis.

11. Omnibus quoque metris prius est. Hoc primum Moyses in cantico Deuteronomii, <sup>b</sup> longe ante Pherecydem et Homerum cecinisse probat. Unde et apparet antiquius fuisse apud Hebræos studium carminum quam apud gentiles. <sup>c</sup> Siquidem et Job, Moysi temporibus adæquatus, hexametro versu, dactylo spondeoque decurrit.

12. Hoc apud Græcos <sup>d</sup> Hecateus Milesius fertur primus composuisse; vel, ut alii putant, Pherecydes Syrius, quod metrum ante Homerum Pythium dictum est, post Homerum Heroicum nominatum.

68 15. Pythium autem vocatum volunt, eo quod hoc genere metri oracula Apollinis sint edita. Nam cum in Parnasso monte Pythonem serpentem in vindictam matris sagittis insequeretur, accolæ Delphici hoc illum metro hortati sunt, ut ait Terentianus : *ὦ Πυθίαν, ὦ Πυθίαν.*

14. Elegiacum autem dictum, eo quod modulatio ejusdem carminis conveniat miseris. Terentianus : *Hos elegos dixere. solet quod clausula talis Tristibus, ut tradunt, aptior esse modis.*

15. Hoc autem vix omnino constat a quo sit inventum, nisi quia apud nos Eunio eo prior usus est. Nam apud Græcos sic adhuc lis grammaticorum pendet, ut sub iudice <sup>e</sup> res relicta sit. Nam quidam eorum Colophonium quemdam, quidam Archilochium auctorem atque inventorem volunt.

16. Bucolicum, id est, pastorale carmen plerique Syracusis primum compositum a pastoribus opinantur, nonnulli Lacedæmone. Namque <sup>f</sup> transeunte in Græciam Xerxe rege Persarum, cum Spartanz virgines, sub hostili metu, neque egredi urbem audent, neque pompam <sup>g</sup> chorumque agrestem Dianæ de more excernerent, turba pastorum, ne religio præteriret, eundem inconditis cantibus celebrarunt. Appellatur autem Bucolicum a bubus, de majore par-

<sup>a</sup> Nomen solum obtin. Quamvis Lyricis heroum quoque facta canerentur.

<sup>b</sup> Longe ante Pherecydem. Duo fuere Pherecydæ. Atheniensi antiquioremsuisse Syrium (de quo cap. 37) vult Strabo. Contra Suidas, nisi mendum in hoc hæret. <sup>c</sup> Siquidem Job. Hieron., in Præfat. ad Job.

<sup>d</sup> Hecateus Milesius. Strab., lib. 1 : Πρώτιστα γὰρ ἡ ποιητικὴ κατασκευὴ παρήλθεν εἰς τὸ μέσον καὶ εὐδοκίαισεν. Εἶτα ἐκείνη μισομένη λύσαντες τὸ μέτρον, ἑτέροι δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ συνέγραψαν οἱ περὶ κλέμον, καὶ φερκύδην καὶ Ἑκαταίων, etc.

<sup>e</sup> Res relicta sit. Ita vet. Cod. Rom.; relegata, vel relicta, nostri; nos duas voces, res relicta, alienas putamus. Horatius, in Art. :

Quis tamen exiguos elegos emisit auctor ;  
Grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est.

<sup>f</sup> Transeunte in Græciam Xerxe. E. Serv. ad Eclog. 1.

<sup>g</sup> Nomen legendum probatur? Edit.

te, quamvis opilionum caprariorumque sermones in iis et cantica inserantur.

17. Hymnos primum David propheta in laudem Dei composuisse <sup>69</sup> ac cecinisse manifestum est. Deinde apud gentiles <sup>h</sup> prima Mnemia Timotheo fecit in Apollinem et Musas, quæ fuit temporibus Eunii longe post David. Hymni autem ex Græco in Latinum laudes interpretantur.

18. Epithalamia sunt carmina nubentium, <sup>i</sup> quæ decantantur a scholasticis in honorem sponsi et sponsæ. Hæc primum Salomon edidit in laudem Ecclesiæ et Christi. Ex quo gentiles sibi epithalamium vindicarunt, et istius generis carmen assumptum est. Quod genus primum a gentilibus in scenis celebrabantur, postea tantum in nuptiis hæsit. Vocatur B autem epithalamium, eo quod in thalamis decantetur.

19. Threnos, quod Latine lamentum vocamus, primus Jeremias versus composuit super Urbem Jerusalem quando subversa est, et populus Israel captivus ductus est. Post hunc apud Græcos Simonides poeta Lyricus. Adhibebantur autem funeribus atque lamentis; similiter et nunc.

20. Epitaphium Græce, Latine supra tumulum. Est enim titulus mortuorum, qui in dormitione eorum fit qui jam defuncti sunt. Scribuntur enim ibi vita, mores et ætas eorum.

21. Poesis dicitur Græco nomine opus multorum librorum; poemæ, unus. Idylion, paucorum versuum distichon, duorum; monostichon, unius.

22. Epigramma est titulus quod in Latinum superscriptio interpretatur : <sup>70</sup> ἐπι enim super, γραμμὴ littera vel scriptio dicitur.

23. Epodon in poemate clausula brevis est. Dicitur autem epodon quod accinatur ad speciem elegiaci, ubi præmisso uno longiori, alter brevior componitur, atque ita in singulis quibusque majoribus sequentes minores quasi clausulæ recinunt.

24. Clausulas autem Lyrici appellant, quasi præciosos versus integris subjectos, ut est apud Horatium :

*Beatus ille qui procul negotiis,  
deinde sequitur præcisus :  
Ut prisca gens mortalium.*

Sic et deinceps alterni, quibus aliqua pars deest, et ipsi præcedentibus similes, sed minores.

D <sup>a</sup> Chororumque agrestem Dianæ. F. Agresti, vel, ut est in Rom. Cod. Agrestæ. Dianæ Agrestis meminit Pausan. lib. vii.

<sup>b</sup> Prima Mnemia Timoth. Ita plerique Cod. Al., Memmia, Eunmia, aut Inemia, et Cymothoe. Qua de re amplius querendum. Nam Timotheos vestigiū nullum. Mnevia vero an pars nominis sit, an μνημεῖα, id est, monumenta, reliquerit, id quoque in medio relinquimus.

<sup>i</sup> Quæ cantatur a scholasticis. Ang., in Ps. XLIV Solent dici a scholasticis carmina quædam uxorem deducuntibus, quæ vocantur epithalamia, quidquid ibi cantatur, in honoris cantatur sponsi et sponsæ. Quod autem ad scholasticum nomen attinet, Hieronymus, in Catalog. de Sarapione : Sarapion qui ob elegantiam ingenii nomen Scholastici meruit.

<sup>j</sup> Clausulas autem Lyrici appellant. Sic Terentium paulo ante, pentametrum clausulam heroici dixit.

25. Centones apud grammaticos vocari solent, qui de carminibus Homeri, vel Virgilii, ad propria opera, more centonario, ex multis hinc inde compositis in unum sarciant corpus, ad facultatem cujusque materiz.

26. Denique Proba, uxor Adelphi, centonem ex Virgilio, de Fabrica mundi et Evangeliiis plenissime expressit, materia composita secundum versus, et versibus secundum materiam concinnatis. Sic quoque, et quidam Pomponius ex eodem poeta inter cætera styli sui otia Tityrum in Christi honorem composuit; similiter et de Æneide.

71 CAPUT XL.

De fabula.

1. Fabulas poetæ a fundo nominaverunt, quia non sunt res factæ, sed tantum loquendo factæ. Quæ ideo sunt inductæ, ut ficto mutorum animalium inter se colloquio imago quædam vitæ hominum nosceretur. Has primus invenisse traditur Alcæon Crotoniensis, appellanturque Æsopicæ, quia is apud Phrygas in hac re polluit.

2. Sunt autem fabulæ, aut Æsopicæ, aut Lybisticæ. Æsopicæ sunt, cum animalia muta inter se sermocinasse finguntur, vel quæ animam non habent, ut urbes, arbores, montes, petræ, flumina. Lybisticæ autem, dum hominum cum bestiis, aut bestiarum cum hominibus fingitur vocis esse commercium.

3. Fabulas poetæ quasdam delectandi causa finxerunt, quasdam ad naturam rerum, nonnullas ad mores hominum interpretati sunt. Delectandi causa factæ, ut ex quibus vulgo dicunt, vel quales Plautus et Terentius composuerunt.

4. Ad naturam rerum fabulas fingunt, ut Vulcanus claudus, quia per naturam nunquam rectus est ignis; ut illa triformis bestia, prima leo, postrema draco, media ipsa chimera, id est, caprea, ætates hominum per eam volentes distinguere, quarum ferrox et horrens prima adolescentia, ut leo, dimidium vitæ tempus lucidissimum, ut caprea, eo quod acutissime videat, tum sit senectus casibus inflexis, draco.

5. Sic et Hippocentauri fabulam esse conflictam, id est, hominem equo mistum, ad exprimendam humanæ vitæ velocitatem, quia equum constat esse velocissimum.

\* Centones. Tertullianus, lib. de Præscripti. nih. : ... cum de sæcularibus quoque Scripturis exemplum præsto sit ejusmodi facilitatis. Quivis hodie ex Virgilio fabulam in totum aliam componit, materia secundum versus, versibus secundum materiam concinnatis. Denique Ossidius [Al. Hosidius] Geta Medeam tragædiam ex Virgilio plenissime expressit. Meus quidam propinquus ex eodem poeta, inter cætera styli sui otia, P. nacem Cebetis explicuit. Homerocentonas etiam vocare solent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario ex multis hinc inde compositis in unum sarciant corpus.

† Proba uxor Adelphi. Proba Falconia, cujus et Hieronymus meminit, et cento quidam circumfertur.

‡ Et quidam Pomponius. Al., Pomp. nus.

§ Cap. XL. — Alcæon Crotoniens., Pythagoræ discipulus.

¶ Ant Æsop., aut Lybisticæ. Arist., Rhetor. II, de Exemplo: Τῶτων δὲ ἐν μὲν παραβολῇ, ἐν δὲ λόγοι, οἶον

72 6. Ad mores, ut apud Horatium mus loquitur muri, mustella vulpeculæ, ut per narrationem fictam ad id quod agitur verax significatio referatur. Unde et Æsopi tales fabulæ sunt ad morum finem relatæ; vel sicut in libro Judicum ligna sibi regem requirunt, et loquuntur ad oleam, et ad ficum, et ad vitem, et ad rubum: quod totum utique ad mores fingitur, ut ad rem quæ intenditur, ficta quidem narratione, sed veraci significatione, veniatur.

7. Sic et Demosthenes orator fabula usus est adversus Philippum, qui cum ab Atheniensibus postularet ut sibi decem oratores darentur, et discederet, finxit ille fabulam, qua dissuaderet dicens: lupos aliquando pastoribus, quorum diligentiam decipere voluissent, suasisse ut in amicitiam convenirent, ea tamen conditione, si canes, in quibus erat causa jurgiorum, jure illis traderentur; amuisse pastores, et in spem securitatis dedisse canes, quos ovium suarum vigilantissimos custodes habebant. Tunc lupi, adempta omni formidine, omne quod in gregibus illis erat, non pro satietate tantum, verum etiam pro libidine laceraverunt: Philippum quoque principes populi postulare, quo facilius posset opprimere spoliata custodibus urbem.

CAPUT XLI.

De historia.

1. Historia est narratio rei gestæ, per quam ea quæ in præterito facta sunt dignoscuntur. Dicta autem Græce historia, ἡ ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, id est, à videre, vel cognoscere. Apud veteres enim nemo conscribebat historiam, nisi is qui interfuisset, et ea quæ conscribenda essent vidisset. Melius enim oculis quæ sunt deprehendimus, quam quæ auditione colligimus.

73 2. Quæ enim videntur sine mendacio proferruntur. Hæc disciplina ad grammaticam pertinet, quia quidquid dignum memoria est, litteris mandatur. Historiæ autem ideo monumenta dicuntur, quod memoriam tribuunt rerum gestarum. Series autem dicta per translationem a sertis factorum invicem comprehensorum.

CAPUT XLII.

De primis auctõribus historiarum.

1. Historiam autem primus apud nos Moyses de initio mundi conscripsit. Apud gentiles vero primus

οἱ Ἀἰσώπειοι, καὶ λυβικῶι. Hesychius: Ἀυθικῶι λόγοι. Χαμπίδων φησὶ λῦδων εὐρεῖν τοὺς λόγους τούτους. Vid. Theon. progymnasm.

† Vulcan. claud. E Serv., Æn. VIII.

‡ Prima leo. post. drac. Lucretii versus, lib. V.

§ Casibus inflexis. Qui Longobardicos characteres norint, vel cruribus, vel cursibus admittunt, propter similitudinem, a et x, r et s, cum præsertim casibus sit in libro Salamant. in Romano vero: casibus subjucens inflexis.

¶ Sic et Demosth. In Olynthiacis.

§ Cap. XLI. — ἡ Historia ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν. E Serv., Æn. I.

† Hæc disciplina ad grammaticam pertinet. Aug., lib. II de Ordin., cap. 12: Quia grammatica ipso nomine profiteri se litteras clamat, unde etiam Latine literatura dicitur, factum est ut quidquid dignum memoria litteris mandaretur, ad eam necessario pertineret

Dares Phrygius de Græcis et Trojanis historiam A edidit, quam in foliis palmarum ab eo conscriptam esse ferunt

2. Post Daretem autem in Græcia Herodotus primus historicus habitus est. Post quem Phercydes claruit iis temporibus quibus Esdras legem scripsit.

#### CAPUT XLIII.

##### De utilitate historiæ.

1. Historiæ gentium non impediunt legentes in iis quæ utilia dixerunt. Multi enim sapientes præterita hominum gesta ad institutionem præsentium historiis indiderunt.

2. Si quidem et per historiam summa retro temporum annorumque supputatio comprehenditur, et per consulum regumque successum nulla necessaria perscrutantur.

#### CAPUT XLIV.

##### 74 De generibus historiæ.

1. Genus Historiæ triplex est. Ephemeris namque appellatur unius diei gestio. Hoc apud nos *diarium*

CAP. XLIII. — <sup>a</sup> *Primus historicus.* — *Primus in Historia Roman. Cod., quam scripturam confirmare videtur Silius. Goth. mendum historiam. Sic Martial. : Crispus Romana primus in historia.*

CAP. XLIII. — <sup>b</sup> *Historiæ gentium non impedit.* e.c. Vid. Aug. in de Doct. Crist., cap. 21.

CAP. XLIV. — <sup>c</sup> *Genus historiæ tripl.* Vid. Agell. lib. 5, cap. 18.

<sup>d</sup> *Nam quod Latini diarium Græci ephemerid. — Agell. : Id eorum est qui diarium scribunt, quam Græci ephemerida vocant.*

*In commentariis acta sunt.* Conficiebantur ex actis primum commentarii, deinde ex commentariis annales, vel historia texebatur. Isidorus ex actis commentarios, ex commentariis annales, ex annalibus historiæ confici vult, ejusque dici historiam, cujus opera ex annalibus historia sit composita, aut certe annales plures in volumen unum redacti.

<sup>e</sup> *Inter historiam autem, et annal. Servius, Æn. 1,*

vocatur. <sup>a</sup> Nam quod Latini *diarium*, Græci *ephe-merida* dicunt.

2. *Kalendaria* appellantur quæ in menses singulos digeruntur.

3. *Annales* sunt res singulorum annorum. Quæcumque enim digna memoriæ domi militiæque, mari ac terra, per annos in <sup>e</sup> commentariis acta sunt, ab anniversariis gestis annales nominaverunt.

4. *Historia* autem multorum annorum vel temporum est ; 75 cujus diligentia annui commentarii in libris delati sunt. <sup>f</sup> Inter historiam autem et annales hoc interest, quod historia est eorum temporum quæ vidimus, annales vero sunt eorum annorum quos ætas nostra non novit. Unde Sallustius <sup>g</sup> ex historia ; Livius, Eusebius et Hieronymus ex annalibus et historia constant.

B 5. <sup>h</sup> Inter historiam, et argumentum, et fabulam interest. Nam historiæ sunt res veræ, quæ factæ sunt. Argumenta sunt quæ, etsi facta non sunt, fieri tamen possunt. Fabulæ vero sunt quæ nec facta sunt, nec fieri possunt, quia contra naturam sunt.

ad verba : ETYACIT ANNALES : *Historia ex eorum temporum quæ vel vidimus vel videre potuimus, dicta, ἀπὸ τοῦ ἰστορεῖν, id est, videre. Annales vero sunt eorum annorum et temporum quæ ætas nostra non novit, unde Livius ex annalibus et historia constat.*

<sup>g</sup> *Sallustius ex historia ; Livius, Euseb. Ita Goth. Ovet. colleg., prævisime, cum in reliquis omnibus historialibus legatur. Videntur apud Servium voces Sallustius ex historia deesse. Et plane in Sallust. ætatem inviderunt non modo reliquæ historiæ, quas a M. Emilio Lepido et Q. Lutatius Catulo Coss. orsus est, sed etiam Jugurthinum bellum, quod P. Scipionis Nasicæ consulatu cœpit. Hujus autem rei sit penes auctorem, hoc est Servium, fides ; non enim probatur doctissimis viris hæc differentia. Vid. Beroaldi de Servii Commentariis censuram.*

<sup>h</sup> *Inter historiam, argum. et fab. E Serv., Æn. 1, ad verba : Revocato a sanguine Teucris. Qui locus emendari et suppleri ex hoc potest, pessime enim affectus est.*

## LIBER SECUNDUS,

### DE RHETORICA ET DIALECTICA.

#### 76 CAPUT PRIMUM.

##### De rhetorica ejusque nomine.

1. Rhetorica <sup>a</sup> est bene dicendi scientia, in civilibus quæstionibus eloquentiæ copia ad persuadendum justa et bona <sup>b</sup>. Dicta autem *rhetorica* Græca appellatione ἀπὸ τοῦ ῥητορῆσαι, id est, a copia locutionis ; ῥῆσις enim apud Græcos locutio dicitur, ῥήτωρ orator.

2. Conjuncta est autem grammaticæ arti rhetorica. In grammatica enim scientiam recte loquendi disci-

CAP. I. — <sup>a</sup> *Rhetorica est bene dicendi scientia.* Hæc tantum verba hujus loci propria esse dico. Quæ præterea leguntur in plerisque libris, in civilibus quæstionibus necessaria ad persuadendum justa et bona eloquentiæ copia in rerum personarumque negotio, neque eadem sunt in omnibus, et priora quidem importata huc sunt e capite 2 lib. 1, postrema vero, in rerum personarumque negotio, a Goth. omnibus Cod. absunt. Adscriptissimus ergo tantum quæ in melioribus libris leguntur.

<sup>b</sup> *Dicta autem ἀπὸ τοῦ ῥητορῆσαι.* Ita vet. Codices neque id abnuit interpretatio.

mus. In rhetorica vero percipimus qualiter, ea quæ didicimus, proferamus.

#### CAPUT II.

##### De inventoribus rhetoriæ artis:

D 1. Hæc autem disciplina a Græcis inventa est a Gorgia, Aristotele, Herinagora, et translata in latinum a Tullio, videlicet, et <sup>d</sup> Quintiliano, sed ita copiose, ita varie, ut eam lectori admirari in promptu sit, comprehendere impossibile.

CAP. II. — <sup>a</sup> *A Gorgia, Aristot., Hermag.* Quoniam hi præcipue artem hanc excoluerunt, quamvis alii prima fundamenta jecerint, ut Empedocles, Tisias et Corax.

<sup>d</sup> *Quintiliano.* — *Et Titiano addunt quidam libri, non tamen melioris notæ, recteque irrepsisse putabat Chacon ex ultimis syllabis Quintiliani librorior, vitio repetitis. De Titiano Hieronym. in Chronic. : Titianus vir eloquens præfecturam prætorii apud Gallias administrat. Et Serv., Æneid. x : Titianus et Calvus, qui themata de Virgilio elicerunt, et deformaverunt ad dicendi usum.*

2. Nam membranæ retentis, quasi adhærescit A memoria series dictionis; ac mox repositis, recordatio omnis elabitur. Hujus disciplinæ perfecta compositio oratorem facit.

## CAPUT III.

De nomine oratoris et partibus rhetoricæ.

1. Orator est igitur vir bonus dicendi peritus. Vir bonus consistit natura, moribus, artibus. Dicendi peritus consistit artificiosa eloquentia, quæ constat partibus quinque: inventione, dispositione, elocutione, memoria, pronuntiatione, et sine officii, quod est aliud persuadere.

2. Ipsa autem peritia dicendi in tribus rebus consistit, natura, doctrina, usu; natura, ingenio; doctrina, scientia; usus, assiduitate. Hæc sunt enim quæ non solum in oratore, sed in unoquoque homine B artifice spectantur ut aliquid efficiat.

## CAPUT IV.

De tribus generibus causarum.

1. Genera causarum tria sunt: deliberativum, demonstrativum, judiciale: deliberativum genus est in quo de quibuslibet utilitatibus vitæ, quid aut debeat aut non debeat fieri, tractatur; demonstrativum in quo laudabilis persona aut reprehensibilis ostenditur.

2. Judiciale in quo de ipsius personæ facto, aut pœnæ, aut præmiî: sententia datur. Dicitur autem *judiciale*, eo quod *judicet* hominem, et sententia sua ostendat utrum laudabilis præmiî dignus sit, aut certe reus condemnari C liberarique supplicio.

3. Deliberativum genus vocatur, eo quod de unaquoque re in eo *deliberatur*. Hujus genus duplex est, suasio et dissuasio, id est, de expetendo et fugiendo, de faciendo et non faciendo.

4. Suasoria autem in tribus locis dividitur: honesto, utili et possibili. Hæc differt aliquid a deliberativa, quia suasoria eget altera persona, deliberativa interdum et apud se agit. In suasoria autem duæ sunt quæ plus valent: spes et metus.

5. Demonstrativum dicitur, quod unamquamque rem aut laudando aut vituperando *demonstrat*; quod genus duas habet species: laudem et vituperationem. Laudis ordo tribus temporibus distinguitur: ante ipsum, in ipsum, post ipsum.

6. Ante ipsum, ut:

Quæ te tam læta tulerunt sæcula.

In ipsum, ut:

O sola infandos Trojæ miserata labores.

Post ipsum, ut:

Nam membranæ retentis, quasi adhærescit A videtur ad Ciceronis verba Tusc.: Sed necio quomodo, dum lego, assentior; cum posui librum, ussensio omni dicitur.

Cap. III. — b Artifice spectantur. Al., expectantur, forte expantur.

Cap. IV. — c Liberarique. Rejjiciebat hæc Chacm. Sed frequens apud Isidorum conjunctionum disjunctionumque vicissitudo.

Cap. V. — d Græci autem, statum a content. Ita Herodotus et Hermagoras. Præferre videtur Isidorus præteritam vocem Græcæ σ-α-σ-ε-ν-ε-ς.

e Relatio criminis, comparatio. — Compensatio in pte-

In freta dum fluvius current, dum montibus umbræ  
Lustrabunt, convexa polus dum sidera pascet,  
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

7. Pari ordine, e contrario, et in vituperatione hominibus hæc forma servanda est, ante hominem, in hominem, post hominem. Locus communis ad demonstrativum vituperationis genus pertinet, quod tamen ab eo in aliquo differt. Nam vituperatio, quæ contraria est laudi, specialiter in certam facientis personam adhibetur.

8. Communis vero locus generaliter in facti crimine præponitur; unde, et *communis locus* dicitur, quia absente persona non tam in hominem quam in ipsum erimen exponitur. Omne enim vitium non in uno tantum, sed etiam commune in plurimis invenitur.

## CAPUT V.

De gemino statu causarum.

1. Status causarum apud rhetores dicitur ea res in qua causa consistit, id est, constitutio. Græci autem statum, a contentione, *στάσις*, dicunt. Latini autem non solum a pugna, per quam expugnent propositionem adversarii, sed quod in eo pars utraque consistat. Fit autem ex intentione et depulsione.

2. Status autem causarum duo sunt, rationalis et legalis. De rationaliorum conjectura, finis, qualitas, translatio. De fine juridicialis et negotialis. De juridiciali absoluta et assumptiva. De assumptiva, concessio, remotio criminis, e relatio criminis, comparatio. De concessione, purgatio et deprecatio.

3. Conjecturalis status est, cum factum quod alii obijcitur ab alio pernegatur. Definitivus status est, cum id quod obijcitur, non hoc esse contenditur, sed quid illud sit, adhibitis definitionibus, approbatur. Qualitas est, dum qualis sit res quæritur; et quia de vi et genere negotii controversia agitur, constitutio *generalis* appellatur.

4. Translatio est, cum causa ex eo pendet, quod aut non is agere videtur quem oportet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oporteat. Translativa constitutio dicitur, quod actio translationis et commutationis indigere videtur.

5. Juridicialis est, in qua æqui et recti natura, et præmiî aut pœnæ ratio quæritur. Negotialis est, in qua quid juris ex civili more et æquitate sit consideratur. Assumptiva est, quæ ipsa ex se nihil dat firmi ad D recusationem, foris autem aliquid defensionis assumit.

6. Concessio est, cum reus non id quod factum est, defendit, sed ut ignoscatur postulat, quod nos ad pœnitentes probavimus pertinere. Remotio criminis

risque libris, qua de re Capella: Comparatio (inquit) quam compensationem novi a posterioribus perhiberi. Sed comparatio est apud Ciceronem, unde hæc sunt. Et infra comparatio definitur, consentientibus omnibus libris.

Qualitas est. Videntur abundare hæc voces ex Cic., 1 de Invent., legendum me: Dum qualis sit res quæritur, quia de vi, et de genere negotii, etc.

Assumptiva. Post assumptivam videtur desiderari absoluta. Dixerat enim ex juridiciali assumptivam, et absolutam oriri. Quod Cicero definit: Quæ ipsa in se juris et injuriæ continet quæstionem.

Quod nos ad pœnit. Vid. d. 30, c. In capite et seqq.

est, cum id crimen quod infertur, a se, et a sua culpa, vi et potestate in alium reus dimovere conatur.

7. Relatio criminis est, cum ideo jure factum dicitur, quod alius ante injuria lacerasset. Comparatio est, cum aliud aliquid alterius factum honestum aut utile contenditur, quod ut fieret, illud quod arguitur, dicitur esse commissum.

8. Purgatio est, cum factum quidem conceditur, sed culpa removetur. Hæc partes habet tres: imprudentiam, casum, necessitatem. Deprecatio est, cum et peccasse se et consulto peccasse reus confitetur, et tamen ut ignoscatur postulat, quod genus perraro potest accidere.

9. Item ex legali statu hæc oriuntur, id est, scriptum et voluntas, leges contrariæ, ambiguitas, collectio, sive ratiocinatio et definitio legalis. Scriptum et voluntas est, quando verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere. Legis contrariæ status est, quando inter se duæ leges, aut plures discrepare noscuntur.

10. Ambiguitas est, cum id quod scriptum est duas aut plures res significare videtur. Collectio vel ratiocinatio est, quando ex eo quod scriptum est aliud quoque quod non scriptum est invenitur. Definitio legalis est, cum vis verbi, quasi in definitiva constitutione, in quo posita sit quaeritur.

11. Status ergo tam rationales quam legales a quibusdam certius decem et octo connumerati sunt; cæterum secundum rhetoricos Tullii undeviginti reperiuntur, propterea quia translationem inter rationales principaliter affixit status. Inde se ipse etiam Cicero reprehendens, translationem legalibus statibus applicavit.

#### b CAPUT VI.

##### De tripartita controversia.

1. Tripartita controversia, juxta Ciceronem, aut simplex est, aut conjuncta. Et si conjuncta erit, considerandum est utrum sit ex pluribus quaestionibus juncta, an ex aliqua comparatione. Controversia simplex est quæ absolutam continet unam quaestionem, hoc modo: *Corinthiis bellum indicamus, an non?*

2. Conjuncta est ex pluribus quaestionibus, in qua plura quaeruntur hoc pacto: *Utrum Carthago diruatur, an Carthaginiensibus reddatur, an eo coloniu deducatur?* Ex comparatione, in qua per contentionem utrum potius aut quid potissimum quaeritur, ad hunc modum: *Utrum exercitus in Macedoniam contra Philippum mittantur, qui sociis sit auxilio; an teneatur in Italia, ut quam maximæ contra Annibalem copiarum sint?*

#### CAPUT VII.

##### De quatuor partibus orationis.

1. Partes orationis in rhetorica arte quatuor sunt: exordium, narratio, argumentatio, conclusio. Ha-

<sup>a</sup> Secundum rhetoricos Tullii. Libros de Inv.

<sup>b</sup> CAP. VI. — Omnia ex eodem lib. 1 de Invent.

<sup>c</sup> CAP. VII. — Benivololum. Ita scribi præcipit Isidorus ipse, lib. x, non benevololum.

<sup>d</sup> CAP. VIII. — Ex eodem Ciceronis loco.

<sup>e</sup> CAP. IX. — Confirmationis extrema concl. Confirmationem syllogismo addidit, Ciceronem secutus, exemplo tamen non nisi syllogismi simplicis est usus.

rum prima auditoris animum provocat; secunda res gestas explicat; tertia fidem assertionibus facit quarta finem totius orationis complectitur.

2. Inchoandum est itaque taliter, ut benivololum, docilem, vel attentum auditorem faciamus: benivololum, precando; docilem, instruendo; attentum, excitando. Narrandum est ita, ut breviter atque aperte loquamur. Argumentandum ita, ut primum nostra firmemus, dehinc adversa confringamus. Concludendum ita, ut concitemus animum audientis implere que dicimus.

#### d CAPUT VIII.

##### De quinque modis causarum.

1. Species causarum sunt quinque: honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum causæ genus, est cui statim sine oratione nostra favet animus auditoris; admirabile, a quo est alienatus animus eorum qui audituri sunt; humile, est quod negligitur ab auditore.

2. Anceps, est in quo aut judicatio dubia est, aut causa honestitatis et turpitudinis particeps, ut et benivolentiam pariat et offensionem; obscurum, in quo aut tardi auditores sunt, aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa dænitur implicata.

#### 82 CAPUT IX.

##### De syllogismis.

1. Syllogismus Græce, Latine *argumentatio* appellatur. Argumentatio autem dicta est, quasi *arguta mentis oratio*, qua inventum probabile exsequimur. Syllogismus igitur est propositionis, et assumptionis, confirmatorisque extrema conclusio, aut ex ambiguitas incerto, aut ex fiducia comprobantis.

2. Constat enim tribus partibus: propositione, assumptione, conclusione. Propositione, ut puta: *Quod bonum est, turpem usum habere non potest.* Consentit audiens; assumit ille: *Pecunia turpem usum habet;* concluditur: *Ergo pecunia bonum non est.*

3. Syllogismis autem non solum rhetores, sed maxime dialectici utuntur, licet Apostolus sæpe proponat, assumat, confirmet, atque concludat, quæ, ut diximus, propria artis dialecticæ, atque rhetoricæ sunt.

4. Syllogismorum apud rhetores principalia genera duo sunt: inductio, et ratiocinatio. Inductionis membra tria sunt: prima propositio, secunda illatio, quæ et assumptio dicitur, tertia conclusio.

5. Inductio est quæ rebus non dubiis captat assensionem ejus cui instituta est, sive inter philosophos, sive inter rhetores, sive inter sermocinantes. Propositio inductionis est quæ similitudines concedenda rei necessario unius inducit, aut plurium.

6. Illatio inductionis est, quæ et assumptio dicitur, quæ rem de qua contenditur et cujus causa similitudo

<sup>f</sup> Licet Apostolus. Verba sunt Hieronymi ad Paul. Urbicam, epist. 155; mutas e Isidorum vocem *Apostol.* in *Philosophum* credebat Chacon, rediisseque rursus, vel ex serbentium errore, utraque voce per compendium scripta; vel alienus, qui eam ex Hieronymo accesserit, supervacua diligentia.

<sup>g</sup> Sive inter sermocinantes. Victorinus, in *quædamque contentione verborum.*

dines habitæ sunt introduct. Conclusio inductionis **A** est quæ aut concessionem illationis **B3** confirmat, aut quid ex ea conficiatur declarat. <sup>a</sup> Ratiocinatio est oratio qua id de quo est quæstio comprobatur.

7. Euthymema igitur Latine interpretatur *mentis conceptio*, quem imperfectum syllogismum solent <sup>b</sup> artigraphi nuncupare. Nam in duabus partibus ejus argumenti forma consistit, quando eo quod ad finem pertinet faciendam utitur, syllogismorum lege præterita, ut est illud: *Si tempestas vitanda est, non est igitur navigandum.* Ex sola enim propositione constat esse perfectum; unde magis rhetoribus quam dialecticis convenire judicatum est.

8. Ratiocinationis duo sunt modi. Primus enthymema, qui est imperfectus syllogismus, atque rhetoricus. Secundus epichherema, qui est in rhetoricis **B** latior syllogismus.

9. <sup>c</sup> Enthymematis membra sunt quinque: primum convincibile, secundum ostentabile, tertium sententiale, quartum exemplabile, quintum collectivum.

10. Convincibile est quod evidenti ratione convincit, sicut fecit Cicero pro Milone: *Ejus igitur mortis pedetis ultores, cujus vitam, si putaretis per vos restitui posse, nolletis.*

11. Ostentabile est quod certa rei demonstratione constringit, sicut Cicero in Catilinam: *Illic tamen vivit, vivit, imo etiam in senatum venit.* Sententiale est quod sententia generalis addicit, ut apud Terentium: *Obsequium amicos, veritas odium parit.*

12. Exemplabile est quod alicujus exempli comparatione eventum similem comminatur, sicut <sup>d</sup> Cicero in Philippic.: *Te miror, Antoni, quarum exempla imitatio, eorum exitus non pertimescere.*

13. Collectivum est cum in unum quæ <sup>e</sup> argumentata sunt colliguntur, sicut ait Cicero pro Milone: *Quem igitur cum gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela. Quem jure, quem loco, quem tempore non est ausus, hunc injuria, alieno tempore, cum periculo capitis non dubitavit occidere!*

14. Præterea secundum Victorinum enthymematis est altera **B4** definitio ex sola propositione, sicut jam dictum est, quæ ita constat: *Si tempestas vitanda est, non est navigatio requirenda.* <sup>f</sup> Ex sola assumptione, ut est illud: *Sunt autem qui mundum dicunt sine divina administratione discurrere.*

<sup>a</sup> Ratiocinatio. Eodem modo Cassiodorus. Brevius Fortunatianus: *Ratiocinatio est qua aliquid approbatum.*

<sup>b</sup> Artigraphi. Eadem voce utuntur Donatus et Servius ad Artem Donati. Constatque ex D. August., epist. 50, hujusmodi Græcolatinæ voces illa ætate scriptas esse, quamvis Quintiliano invisas. Hædem ab Augustino et Fortunatiano technici dicuntur.

<sup>c</sup> Enthymematum membra. Fusius hæc Isidorus quæ Fortunatianus.

<sup>d</sup> Cicero, Philipp. 2: *quorum exempla imitare, eorum exitum non pertimescere.*

<sup>e</sup> Quæ argumentata. Ex Ovot. Colleg. Goth. reliqui, quæ argumentata.

<sup>f</sup> Ex sola assumptione. Supplevimus hic quædam ex Fortunatianus libris et Cassiodoro, auctore Aut. Augustinus.

15. Ex sola conclusione, ut est illud: *Vera est igitur divina sententia.* Ex propositione et assumptione, ut est illud: *Si inimicus est, occidit; inimicus autem est.* Et quia illi deest conclusio, enthymema vocatur.

16. <sup>g</sup> Sequitur epichherema, descendens de ratiocinatione, <sup>h</sup> latior et exsecutior rhetoricus syllogismus, latitudine distans, et productione sermonis a dialecticis syllogismis, propter quod rhetoribus datur. Illic autem constat modis tribus: primus modus tripartitus est, secundus quadripartitus, tertius quinquepartitus.

17. Tripartitus epichherematicus syllogismus est qui constat membris tribus, id est, propositione, assumptione, conclusione. Quadripartitus est qui constat ex membris quatuor: prima propositione, secunda assumptione, et una propositionis sive assumptionis conjuncta; tertia probatione, et <sup>i</sup> quarta conclusione.

18. Quinquepartitus est qui constat ex membris quinque, id est: prima propositione, secunda ejus probatione, tertia assumptione, quarta ejus probatione, quinta conclusione. Hunc Cicero ita facit in Arte Rhetorica: *Si deliberato et demonstratio generis sunt causurum, non possunt r. cte partes alicujus generis causæ putari; eadem enim res, alii genus, alii pars esse potest: eidem genus et pars non potest, et cætera, quousque syllogismi hujus membra claudantur.*

## 85 CAPUT X.

*De lege.*

1. Lex <sup>l</sup> est constitutio populi, quam majores natu cum plebibus sanxerunt. Nam quod rex aut Imperator edicit, *constitutio vel edictum* vocatur.

<sup>k</sup> Institutio æquitatis duplex est, nunc in legibus, nunc in moribus. Inter legem autem et mores hoc interest, quod lex scripta est; mos vero est vetustate probata consuetudo, sive, lex non scripta; nam lex a *legendo* vocata, quia scripta est.

2. Mos autem longa consuetudo est de moribus <sup>l</sup> tracta tantumdem. Consuetudo autem est jus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur cum deficit lex; nec differt, scriptura an ratione consistat, quando et legem <sup>m</sup> ratio commendat.

3. Porro si ratione lex constat, lex erit omne jam quod ratione constiterit, dumtaxat quod religioni con-

<sup>n</sup> Sequitur epichherem. Ex lib. 1, de Invent.

<sup>h</sup> Latior et exsecutior rhetoricus syllogismus. Sic paulo ante epichherema latiore syllogismum dixit, latior exsecutio volebat A. Augustinus ex Fortunatiano.

<sup>i</sup> Et quarta conclus. Vox quarta ex Gothicis repostita est.

<sup>j</sup> Cap. X. Lex est. Lib. v, cap. 10, et d. 1, cap. 2. Repetuntur eadem, lib. v, cap. 3, 10, 19, et seqq. Vid. Grat. d. 1.

<sup>k</sup> Institutio æquit. Omne autem jus legibus et moribus constat, lib. v, cap. 3, et d. 1, cap. 2.

<sup>l</sup> De moribus tracta tantumdem. Sic ovot. l. Tantummodo Grat.

<sup>m</sup> Legem ratio commendat. Tertul., lib. de Corona milit.: *Consuetudo etiam in civilibus rebus pro lege suscipitur, cum deficit lex. Nec differt scriptura an ratione consistat, quando, et legem ratio commendat.*

grat, quod disciplinæ conveniat, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo, quia in communi est usu.

4. Omnis autem lex, aut permittit aliquid, ut vir fortis petat præmium; aut vetat, ut sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat; aut punit, ut qui cædem fecerit capite plectatur.

5. Factæ sunt autem leges ut earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, et in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas. Legis enim præmio aut poena<sup>b</sup> vita moderatur humana.

6. Erit autem lex honesta, justa, possibilis, secundum naturam, **86** secundum consuetudinem patriæ, loco temporisque conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem<sup>c</sup> in captionem contineat, nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta.

#### CAPUT XI.

##### De sententia.

1. Sententia est dictum impersonale, ut: *Obsequium amicos veritas odium parit*. Huic si persona fuerit adjecta, chria erit, ita: *Offendit Achilles Agamemnonem, vera dicendo; Metrophanes promeruit gratiam Mithridatis obsequendo*.

2. Nam inter chriam et sententiam hoc interest, quod sententia sine persona profertur, chria sine persona nunquam dicitur. Unde, si sententiæ persona adjiçiat, fit chria; si detrahatur, fit sententia.

#### CAPUT XII.

##### De catasceve et anasceve.

1. Catasceve est confirmatio propositæ rei, anasceve autem contraria superiori est; revincit enim non fuisse, aut non esse, quod natum, aut factum, aut dictum esse proponitur, ut si quis Chimeram neget fuisse, aut fuisse confirmet.

2. Inter has et thesin hoc interest, quod thesis quamvis et ipsa habeat disputationem in utramque partem, tamen incertæ rei, quasi quædam liberatio vel coarctatio est; catasceve autem et anasceve in his rebus quæ verisimiles non sunt, sed pro veris proponuntur, plerumque versantur.

3. Anascevæ prima divisio est, in inconveniens, et mendacium. Inconvenientis species sunt: quod inhonestum est et quod inutile. Item inhonestum tractatur, aut in dictis, aut in factis. In dictis, ut si quis indecora et non respondentia auctoritati dixisse dicatur, velut si aliquis infamet Catonem illum Censorium juventutem ad nequitiam et luxuriam cohortatum.

4. **87** In factis, ut si quis abhorrens aliquid a san-

*Factæ autem sunt leges. Ex Aug. epist. 76.*

<sup>b</sup> *Vita moderatur humana. — Moderatur passive ut, l. xv. d. de Negot. gest. Pro qualitate personarum, et actio formatur, et condemnatio moderatur.*

<sup>c</sup> *In captionem contineat. Paul., lib. v. Sentent., cap. 33: Ne quis in captionem verborum in cavendo incidat.*

CAP. XII. — <sup>d</sup> *Egredientes Afric. Ex Plin. et Solin. mentulose libri omnes, ingredientes.*

<sup>e</sup> *Catascevæ proderit. Post hæc verba adduntur in Gothicis aliquot: Ut gradus omnes constituamus, honestum, utile, verisimile, possibile, consentaneum; vel*

A etimonia et nomine suo fecisse dicatur, ut est fabula de adulterio Martis et Veneris. Mendacium autem tres habet species: incredibile, quod factum non esse credatur, ut adolescentem de Siculo littore<sup>d</sup> egredientes Africa classes videre.

5. Impossibile est: « ut Clodius insidias Miloni fecerit, et idem occisus sit a Milone. » Contrarium est: « Nam si insidias fecit, occidit. Occisus est, non fecit insidias. » Hæc distributio in contrarium reformata<sup>e</sup> catascevæ proderit. Oportebit tamen principia sic ordinare, ut aut credendum esse veterum auctoritati, aut fabulis fidem non habendam esse dicamus.

6. Et ad id postremum in anasceve recurramus, ne quid aliud significare voluerint qui ista finxerunt, ut si Syllam non marinam, sed maritimam feminam, nec succinctam canibus, sed rapacem aliquam et inhospitalem venientibus exstitisse.

#### CAPUT XIII.

##### De Prosopopœia.

1. Prosopopœia<sup>f</sup> est cum inanimalium et persona et sermo fingitur. Cicero in Catilinam: *E'enim si mecum patria mea, quæ mihi vita mea multo est charior, loqueretur, dicens, etc.*

2. Sic et montes, et flumina, vel arbores loquentes inducimus, personam imponentes rei quæ non habet naturam loquendi, quod et in tragœdiis usitatum est et in orationibus frequentissime invenitur.

#### **88** CAPUT XIV.

##### De ethopœia.

1. Ethopœiam vero illam vocamus in qua hominis personam fingimus, pro exprimendis affectibus, actibus, studii, fortunæ, lætitiæ, sexus, mœroris, audaciæ. Nam cum piratæ persona suscipitur, audax, abrupta, temeraria erit oratio; cum feminæ sermo simulatur, sexui convenire debet oratio; jam vero adolescentis, et senis, et militis, et imperatoris, et parasi, et rustici, et philosophi, et diversa ratio ducenda est.

2. Aliter enim loquitur gaudio affectus, aliter vulneratus. In quo genere dictionis illa sunt maxime cogitanda: quis loquatur, et apud quem, et de quo, et ubi, et quo tempore; quid egerit, quid acturus sit, aut quid pati possit, si hæc consulta neglexerit.

#### CAPUT XV.

##### De generibus questionum.

1. Genera questionum duo sunt: quorum unum est finitum, alterum infinitum. Finitum *hypothesis* Græcæ, Latine *causa* dicitur, ubi cum certa persona controversia est.

2. Infinitum quod Græcæ *thesis*, Latine *propositum*

*ex diverso inhonestum, inutile, parum verisimile, impossibile, contrarium. Quæ, quia neque satis cum superioribus cohærent, neque sunt in vetustioribus libris, recipienda non putavimus. Licet quibusdam proberentur.*

CAP. XIII. — <sup>f</sup> *Prosopop.* Hæc et ethopœia majores visæ sunt quam ut cum figuris reliquis connumerandæ essent; propterea eas in progymnasiali posuit.

CAP. XIV. — <sup>g</sup> *Diversa ratio ducenda. Ex Goth. Ov. Al., oratio dicenda.*



ionizatur. Hoc personam non habet certam, nec A  
 inest ei aliqua certa circumstantia, id est, nec lo-  
 cus, nec tempus. In causa vero certa omnia sunt,  
 unde quasi pars causæ est propositum.

## CAPUT XVI.

## De elocatione.

1. Jam vero in elocationibus illa uti oportebit, ut  
 res, locus, tempus, **89** persona audientis efflagitat,  
 ne profana religiosis, ne inverecunda castis, ne levia  
 gravibus, ne lasciva seriis, ne ridicula tristibus mi-  
 scentur.

2. Latine autem et perspicue loquendum. Latine  
 autem loquitur qui verba rerum vera et naturalia per-  
 sequitur, nec a sermone atque cultu præsentis tem-  
 poris discrepat. Huic non sit satis videre quid dicat,  
 nisi id quoque aperte et suaviter dicere; ne id qui- **B**  
 dem tantum, nisi id quod dicat et facete dicat.

## CAPUT XVII.

## De trimodo dicendi genere.

1. Dicenda sunt quoque submissa leviter, incitata  
 graviter, inflexa moderate. Hoc est enim illud tri-  
 modum genus dicendi: humile, medium, grandilo-  
 quum. Cum enim magna dicimus, granditer proferenda  
 sunt; cum parva, subtiliter; cum mediocria, temperate.

2. Nam in parvis causis nihil grande, nihil sublime  
 dicendum est, sed leni ac pedestri more loquendum.  
 In causis autem majoribus, ubi de Deo, vel hominum  
 salute referimus, plus magnificentiæ et fulgoris est  
 exhibendum.

3. In temperatis vero causis ubi nihil <sup>d</sup> agitur ut agat,  
 sed tantummodo ut delectetur auditor, inter utrumque **C**  
 est moderate dicendum; sed et quamvis de magnis  
 rebus quisque dicat, non tamen semper granditer di-  
 cere debet, sed submisso cum docet, temperate cum  
 aliquid laudat vel vituperat, granditer cum ad con-  
 versionem aversos animos provocat. Utenda tamen  
 verba in submisso genere sufficientia, in temperato  
 splendidia, in grandi vehementia.

**90** CAPUT XVIII.

## De colo, commate et periodo.

1. Componitur autem, <sup>e</sup> instruiturque omnis oratio  
 commate, colo et periodo. Comma particula est sen-  
 tentiæ; colon, membrum; periodus, ambitus vel cir-  
 cuitus. Fit autem ex conjunctione verborum comma,  
 ex commate colon, ex colis periodus.

2. Comma est juncturæ finitio, ut puta, *et si vereor*, **D**  
*judicæ*, ecce unum comma; sequitur et aliud comma,  
*ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem ti-*

**Cap. XV.** — <sup>a</sup> *Neque inest ei aliqua certa circumst.*  
 Al., *Neque in thesi aliqua circumst.*, eodem sensu.

<sup>b</sup> *Unde quasi pars causæ, e. p. Cic. in Top.: Itaque*  
*propositum pars causæ est.*

**Cap. XVI.** — <sup>c</sup> *Nisi id quod dicat et facete dicat.*  
 Rom. Cod.: *Nisi id quod dicat et fecerit. F., nisi id*  
*quod docent fecerit. Al.: Nisi id quod dicat et facere*  
*dicit. Quam scripturam, una mutata littera, recepim.*

**Cap. XVII.** — <sup>d</sup> *Nihil agitur ut agat.* Sic O. l., ac  
 tales sunt causarum pleræque in demonstrativo ge-  
 nere.

**Cap. XVIII.** — <sup>e</sup> *Instruitur.* Prothesis in Gothica

et factum est colon, id est, membrum, quod in-  
 tellectum sensui præstat, sed adhuc pendet oratio;  
 siquedeinde ex pluribus membris fit periodus, id est,  
 extrema sententiæ clausula, ita: *veterem judiciorum*  
*morem <sup>f</sup> requirunt.* Periodus autem longior esse non  
 debet, quam ut uno spiritu proferatur

## CAPUT XIX.

*De vitii litterarum, et verborum, et sententiarum ca-*  
*ve-dis.*

1. Præterea purum et honestum oratoris eloquium  
 carere debet omnibus vitiis, tam in litteris quam in  
 verbis, quam etiam in sententiis.

2. In litteris, ut junctura apta et conveniens sit,  
 et sic observandum, ne præcedentis verbi extrema vo-  
 cali in eandem vocalem primam incidat verbi se-  
 quentis, ut *femine Ægyptiæ*; <sup>g</sup> quæ structura melior  
 fit, si consonantes vocalibus applicantur; triumque  
 consonantium, quæ in se incidentes stridere et quasi  
 rixari videntur, vitanda junctura est, id est, *r, s, x*,  
 ut: *Ars studiorum, Rex Xerxes*, **91** *Error Romuli.*  
 Fugienda est et consonans *m*, illisa vocalibus: ut,  
*verum enim.*

## CAPUT XX.

## De juncturis verborum.

1. In verbis quoque cavenda sunt vitia, ut non  
 impropria verba ponantur, quam Græci *acyrologiam*  
 vocant. Amanda est ergo proprietas, sic tamen, ut  
 aliquando propter humilitatem sordidi, aut spurci  
 vocabuli, translatis nominibus sit utendum; non tamen  
 longe accitis, sed ut veris proxima et cognata videantur.

2. Fugienda etiam hyperbata longiora, quæ fieri  
 sine aliorum sensuum confusione non possunt. Ambiguitas  
 quoque et vitium illud cavendum, cum quid-  
 dam jactatione eloquentiæ ducti, quod uno aut  
 duobus verbis significare poterant, interpositis ina-  
 nibus vocibus, longa et circumflexa ambage conclu-  
 dunt, quod vitium *perissologia* vocatur.

3. Cui contrarium vitium est, brevitatis studio,  
 etiam necessaria verba furari. Fugienda sunt quoque  
 sicut in litteris et verbis, quæ inter prima grammati-  
 corum studia cognoscuntur, ita et in sententiis vitia.

4. Sunt autem cacophaton, tautologia, celsipsis,  
 acyrologia, macrologia, perissologia, pleonasmus, et  
 his similia. At contra orationem extollit et exornat  
 energia, tum emphasis, quæ plus quiddam quam  
 dixerit intelligi facit, ut si dicas, *ad gloriam Scipionis*  
*ascendet*; et Virgilius, *demissum lapsi per suam.* Cum  
 enim dicit *lapsi*, <sup>h</sup> altitudinem suggerit. Illic contraria

scriptura frequens, *instruitur* pro *struitur*, nec minus  
 frequens aphæresis *Spania* pro *Hispania*, *Spalensis*  
 pro *Hispulensis*, *storia* pro *historia*.

<sup>i</sup> *Morem requirunt.* Eadem verba apud Fab. Nunc  
 pro *requirunt.* in Miloniana *minime vident*, vulgo legi-  
 mus, cum alii quoque *requirunt* in Ms. lib. legisse se  
 affirmant.

**Cap. XIX.** — <sup>e</sup> *Quæ structura.* Al., *instructura* ex  
 usitata prothesis.

**Cap. XX.** — <sup>h</sup> *Altitudinem suggerit.* Sic Cod. Ro-  
 manus; nostri omnes *altitudinem imaginis sugg.* sed  
 sive *imaginis*, sive *imaginationi* potius legas, notis  
 præbati neutrum potuit.

virtus est verbis minuere quæ natura sua magna sunt. A ticus usus est, dicens: *Contra malum bonum, et contra mortem vita; sic contra piùm peccator, et sic intemere in omnia opera Altissimi, bina et bina, unum contra unum.*

## CAPUT XXI.

*De figuris verborum et sententiarum.*

1. Augetur et ornatur oratio, etiam figuris verborum ac sententiarum. **92** Nam quia directa, et perpetua oratio fatigationem atque fastidium tam dicendi quam audiendi creat, nequenda est, et in aliis versanda formas, ut et dicentem reficiat et ornator fiat, et iudicem diverso vultu audituque deflectat. E quibus plurimæ superius a Donato in schematibus Artis Grammaticæ annotatæ sunt.

2. Unde tantum illa hic interponi oportuit, quæ in poemate, aut nunquam, aut difficulter fiunt, in oratione autem libere.

Anadiplosis est congemination verborum, ut, *hic tamen vivit! vivit! imo etiam in senatum venit.*

3. Climax est gradatio, cum ab eo verbo quo sensus superior terminatur inferior incipit, ac dehinc quasi per gradus dicendi ordo servatur, ut est illud Africani: *Ex innocentia nascitur dignitas, ex dignitate honor, ex honore imperium, ex imperio libertas.*

4. Hanc figuram nonnulli *catenam* appellant, propterea quod aliud in alio quasi nequitur nomine, atque ita res plures in geminatione verborum trahuntur. Fit autem hoc schema non solum in singulis verbis, sed etiam in contextione verborum, ut apud Gracchum: *Pueritia tua adolescentiæ tuæ inhonestamentum fuit, adolescentiæ senectutis dedecoramentum, senectutis reipublicæ flagitium.*

5. Sic et apud Scipionem: *Vi atque ingratiis coactus cum illo sponsonem feci, facta sponsonem ad iudicem adduxi, adductum primo cætu damnavi, damnatum ex voluntate dimisi.*

6. Antitheta, quæ Latine *contrapositione* appellantur, quæ dum ex adverso ponuntur sententiæ pulchritudinem faciunt, et in ornamento locutionis decentissima existunt, ut, Cicero: *Ex hac parte 93 pudor pugnat, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc stuprum; hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc scelus; hinc constantia, illinc furor; hinc honestas, illinc turpitudine; hinc continentia, illinc libido; hinc denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes cum vitis omnibus certant: cum iniquitate luxuria; ignavia cum temeritate, postremo copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia; bona denique spes cum omnium rerum desperatione configit.*

7. Huiusmodi locutionis ornamento Liber Ecclesiast.

CAP. XXI.—*Vi, atque ingratiis coactus.*—Coactus tunc ingratiis interpretationem esse quis dubitet? ergo expungi sine fraude poterat.

<sup>b</sup> *Bina, et bina.* LXX δύο, δύο, ἐν κατὰντι τοῦ ἐνός. Et ita quidam vulg. edit. libri. Ms.: duo, duo, unum contra unum.

<sup>c</sup> *Principum dignitas, etc.* Ex oratione pro Ligario.

<sup>d</sup> *Pro inconsiderato fortem, pro iliberali dilig.*—Pro confidente fortem, pro iliberali diligentem rei familiaris, dixit Rutilius citans idem exemplum ex Hyperido. Eodem utitur Fabius, lib. ix, cap. 3. Alterum autem paradiastoles exemplum apud Rutilium Fabium synœciosis aptavit, cum oppositæ figuræ videantur: illa enim res quæ videntur eadem disjungit; synœciosis contra diversa conjungit.

8. Synonymia est quoties in connexa oratione pluribus verbis unam rem significamus, ut ait Cicero: *Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas.* Item, *non feram, non patiar, non sinam.*

9. Epanodos, quam *regressionem* nostri vocant: *Principum dignitas erat pene par, non par fortassis eorum qui sequerantur.*

10. Antapodosis, quoties media primis et ultimæ conveniunt, ut: *Vestrum hic factum reprehenditur, patres conscripti, non meum, ac pulcherrimum quidem factum; verum, ut dixi, non meum, sed vestrum.*

**B** 11. Paradiastole est quoties id quod dicimus interpretatione discernimus, cum te pro astuto sapientem appellas, <sup>d</sup> pro inconsiderato fortem, pro iliberali diligentem.

12. <sup>e</sup> Antanacclasis est quæ eodem verbo contrarium exprimit sensum. <sup>f</sup> Querebatur quidam de filio, cum mortem suam exspectaret, **94** respondente: *Non exspecto: Imo peto, inquit, ut exspectes.*

13. Antimetabole est conversio verborum quæ ordine mutato contrarium efficit sensum: *Non ut edam vivo, sed, ut vivam edo.* Et illud: *Si consul Antonius, Brutus hostis; si conservator reipublicæ Brutus, hostis Antonius.*

14. <sup>g</sup> Exoche: *Quis eos appellavit? Appius; qui produxit? Appius.*

**C** 15. Nunc figuras sententiarum quas operæ pretium est cognoscere persequamur.

16. <sup>h</sup> Sententia est dictum impersonale, ut: *Obsequium amicos, veritas odium parit.* Huic si persona fuerit adjecta, chria erit, ita: *Offendit Achilles Agamemnonem vera dicendo. Metrophanes promeruit gratiam Mithridatis, obsequendo.* Nam inter chriam et sententiam hoc interest, quod sententia sine persona profertur, chria sine persona nunquam dicitur. Unde si sententiæ persona adjiciatur, fit chria; si detrahatur, fit sententia.

17. Sententiarum species multæ sunt; aliæ enim indicativæ, aliæ pronuntiativæ, ut:

*Vade, age, nate, voca zephyros, et labere pennis.*

Aliæ admirativæ, ut:

.... *Tantæ ne animis cælestibus iræ!*

18. Aliæ comparativæ, ut:

<sup>e</sup> *Antanacclasis.* Anac'asin vocat Rutilius, nisi mendum in eo. Quintilianus speciem esse dicit paronomasiæ.

<sup>f</sup> *Querebatur quidam.* Proculcium appellant hunc Fabius et Rutilius.

<sup>g</sup> *Exoche.* *Quis eos appellavit.* Videtur hoc loco deesse tum definitio exoches cum suo exemplo tum etiam alterius figuræ nomen cujus exemplum sit, quod e Miloniana affertur: Hanc A. Augustinus symplectem fuisse aiebat; utramque e Servio et Aquila Rom. supplere non erit difficile.

<sup>h</sup> *Sententia est dict.* Imp. Idem sup., cap. 11: *Quæta ven, ne non intellecta.* Verba Servii ad v. : 1, *sequere Italiani vent.* ÆN. IV.

*Si riuco, et pereco, quid ibi me vincere præstat?*  
Aliz superlativæ, quæ cum aliquo motu animi et indignatione promuntur :

.... *Quid non mortalia pectora cogis*

*Auri sacra fames?*

19. Aliz interrogativæ, ut :

*Qui genus, unde domo? pacemne huc fertis, an arma?*

.... *juvenes quæ causa subegit*

*Ignotas tentare vias?*

20. Aliz responsivæ, ut *illinc, istinc*. Aliz deprecativæ, ut, *eripic me his in ictis malis*. Aliz promissivæ, ut :

*Parce metu, Cytherea, manent immota tuorum*  
*Fata tibi.*

Aliz enervativæ, quæ cum impulsione prohibeant, ut :

*I, sequere Italiam ventis pete regna per undas;* **95** B

quæ tamen ne non intellecta sit persuasio, permista sunt aliqua, quæ vetant latenter, ut, *ventis per undas*.

Aliz demonstrativæ, ut, *en, ecce*. Aliz optativæ, ut :

*O mihi præteritos referat si Jupiter annos!*

21. Aliz derogativæ, ut, *nequaquam*.

Aliz, quæ cum exclamatione proferuntur, ut :

*Quis furor, o cives, pacem convertit in arma?*

Et Cicero : *O dii immortales, ubinam gentium sumus?*

22. Aliz exhortativæ, cum ad sententiam provocamus, ut : *Aude, hospes, contemnere opes*.

23. Aliz dehortativæ, cum a contrario vitio peccatoque reducimus. Sunt et affirmativæ, ut, *quidni, quippe*.

24. Præceptivæ, ut :

*Nudus ora, sere nudus, habebis frigore messes.*

25. Velativæ, ut :

*Ne inter vites corylum sere, neve flagella*  
*Summa pete.*

26. Negativæ, ut, *non, minime*. Sunt et mirativæ, ut : *Papæ! vivere non licet, et fornicari libet!*

27. Dolentis, ut :

*Hei mihi quod nullis amor est sanabilis herbis!*

Flentis.....

Similitudinis sic :

*Ut quondam Creta fertur labyrinthus in alta.*

Admonentis.....

Irridentis.....

Gementis.....

Exhortativæ.....

Consolativæ.....

Commiscrantis.....

<sup>a</sup> Aliz derogativæ. Al., denegativæ.

<sup>b</sup> Quis furor. Petron. in Satyr. :

Quis furor, exclamat, pacem convertit in arma?

<sup>c</sup> Habebis frigore messes. Febrim potius ex Serv. et Virgilio Vita. Sed hæc verba e margine inserta verissime judicabat Chacon.

<sup>d</sup> Papæ! vivere non licet., etc. Verba sunt Hieronymi in epist. ad Rust. 4.

<sup>e</sup> Sanabilis, medicabilis apud Ovid.

<sup>f</sup> Ut quondam Creta. Ex Æn. v.

<sup>g</sup> Sunt et amphidox. Vid. Aug. de Rhetor., cap. 10.

<sup>h</sup> Procatalepses. Prolepsin Fabius, et præsumptionem vocat.

<sup>i</sup> Canonensis. Hanc Rustianus Anacænosin; Fabius

A Quorum quot sunt figuræ, tot et in pronuntiando voces.

28. <sup>k</sup> Sunt et amphidoxæ, quarum pars honesta est, pars inhonesta, ut :

.... *Non est tua tuta voluntas :*

*Magna petis Phæcton.*

29. Sunt, et a'ia, <sup>h</sup> procatalepses, cum id quod vobis objici poterat, ante præsumimus ad diluendum, ut : *Si quis vestrum, judices, aut eorum qui adsunt forte miratur. Sunt, et aporiæ, dubitatio simulantis nescire se quæ scit, aut quomodo dicatur.*

**96** 30. <sup>i</sup> Cænonesis autem dicitur communicatio consilii cum iudicibus, aut adversariis, ut si dicas : *Vos metulo, judices, aut, vos adversarii, quid me succere convenit, aut quid vos facturi fuissetis.*

31. Paradoxon est, cum dicimus inopinatum aliquid accidisse, ut pro Flacco Cicero : *Cujus laudis prædicator esse debuerit, ejus periculi deprecatorem esse factum.*

32. Epitrope, id est permissio, cum aliqua ipsi iudicibus, aut adversariis permittimus æstimanda, ut i Calvus in Vatinius : *Perfrica frontem, et dic te digniorem qui prætor fieres quam Catonem.*

33. Parrhesia est oratio libertatis et fiducia plena : *Occidi, occidi non Sparium Melium, etc.* Qua figura caute utendum est, ut Cicero, præmisit enim rationem.

34. Ethopœia est cum sermonem ex aliena persona inducimus, ut, pro Cælio Tullius facit Appium cæcum cum Clodia loquentem. Energia est rerum gestarum aut quasi gestarum sub oculis inductio, de qua locuti jam sumus.

35. <sup>j</sup> Metathesis est quæ mittit animos iudicium in res præteritas, aut futuras, hoc modo : *Revocate mentes ad spectaculum expugnatoræ miseræ civitatis, et videre vos credite incendia, cædes, rapinas, direptiones, liberorum corporum injurias, captivitates matronarum, trucidationes senum.* In futurum autem anticipatio eorum quæ dicturus est adversarius, ut Tullius pro Milone, cum mittit animos iudicium in eum republicæ statum qui futurus esset, si, occiso Milone, Clodius viveret.

36. Aposiopesis est cum id quod dicturi videbamur silentio intercipimus :

*Quos ego, sed motos præstat componere fluctus.*

D <sup>m</sup> Epanalepsis est digressio : *Tulit color me dicendi, et dignitas rerum paulo longius quam volebam, sed redeo ad causam.*

communicationem nominat.

<sup>n</sup> Calvus in Vatinius. Constat a Calvo Vatinius accusatum; Catullus :

Risi nescio quem modo in corona,  
Qui, cum mirifice Vatiniæ  
Meus crimina Calvus explicasset.

<sup>o</sup> Occidi, occid. Ex Milonian.

<sup>p</sup> Metathesis. Hypotyposin Rustianus et reliqui vocant. P. Nunnesius recte nominatam ab Isid. Metathesin aiebat, quod per eam traducuntur iudicium animi ab eo quod adest, ad præteritum, aut consequens.

<sup>q</sup> Epanalepsis. Cicero reditum, Quintilianus ἀπόδος vocat.

**37** 38. Anamnesis est commemoratio ejus rei quam a oblitos fuisse nos fingimus

Apætēsis est cum id quod in animos judicum quasi deposueramus opportune reposeimus.

39. *Ætiologia* est cum proponimus aliquid ejusque causam et rationem reddimus.

40. <sup>a</sup> *Characterismus* est descriptio figuræ alicujus expressa, ut :

*Omnia Mercurio similis, vocemque, coloremque, Et crines flavos, et membra decora juvenæ.*

41. <sup>b</sup> *Epitrochasmus*, cum plures sensus breviter expedito in unum locum coacervat, et cum quadam festinatione decurrit, ut Cicero : *Rempublicam, Quiritēs, vitamque omnium vestram, bona, fortunas, conjuges, lierosque teos vos, etc.*

42. *Ironia* est cum per simulationem diversum quam dicit intelligi cupit. Fit autem, aut cum laudamus eum quem vituperare volumus, aut vituperamus quem laudare volumus. Utriusque exemplum erit si dicas : *Amatorem reipublicæ Catilinam, hostem reipublicæ Scipionem.*

43. <sup>c</sup> *Diasyrmos* ea quæ magna sunt verbis minuit, aut minima extollit.

44. *Epimone* est quoties in eodem sensu diutius immoratur : *Cui tandem pepercis? Cujus amicitia fidem custodivit? Cui bono inimicus non fuit? Quando non, aut accusavit aliquem, aut verberavit, aut prodidit?*

45. *Epangelia* est promissio quæ judicem attentum facimus, pollicentes nos aliqua magna aut minima dicturos.

46. *Prosopopœia* est cum inanimalium et personæ, et sermo fingitur. **33** Cicero in Catilinam : *Etenim, si mecum patria mea, quæ mihi vita mea multo est charior, loqueretur, dicens, etc.*

47. <sup>d</sup> *Parathesis* est cum quasi deponimus aliquod imperfectum apud memoriam judicum repetituros nos dicentes cum opportunum fuerit.

<sup>a</sup> *Characterismus*. Vid. Rutilius, apud quem mendose *chresterismus*.

<sup>b</sup> *Epitrochasmus cum plures sens.* Duas figuras videtur confundere, epitrochasmus et synathrœsmum. Nam coacervare plures sensus commune epitrochasmum cum synathrœsmo; cum quadam festinatione decurrere, epitrochasmum potius est. Exemplum ex iii Catilinaria magis est synathrœsmi; non enim vita, bona, fortunæ, conjuges, liberi plurimum inter se distantia, quod erat epitrochasmum fortas e proprium. Volunt namque Aquila et Numenius esse *πολυδυστοία*. Ergo cum in veteribus Editionibus epitrochasmus sit, litrismus, lintrismus et syntrismus in manuscriptis, utramque figuram ab Isidoro definitam putamus, non admodum dissimilibus verbis, unde unius definitionem, alterius exemplum, utriusque tantum nomina librorum inscientia reliquerit. Quomodo peccatum ab iisdem paulo ante advertit A. Augustinus in exoche et symploce. Vid. Rutil., Aquil., et Fab. lib. viii. Vulcanius *Athresmos* fecit (credo) ex *litrismos*.

<sup>c</sup> *Diasyrmos*. Cujus exempla plura apud Aquilam et Ruffinam.

<sup>d</sup> *Parathesis*. Cui Apætēsis (de qua paulo ante) respondet.

<sup>e</sup> *Synchoresis* Discessimus aliquantulum a libris, hinc in Excusis : *gnæresis* in Manus. *synerosis*, quia invenimus *συγχωρησις*, id est *permissionem*, ab Aris-

48. *Pœsis*, id est soliloquium, cum a Interrogata ipsi nobis respondemus.

49. <sup>e</sup> *Synchoresis* est cum differimus aliquid petentes, ut aliud interim nos permittant dicere.

## CAPUT XXII.

### De dialectica.

1. <sup>f</sup> *Dialectica* est disciplina s ad discernendas rerum causas inventa. Ipsa est philosophiæ species, quæ logica dicitur, id est, rationalis, definiendi, quærendi, et disserendi potens. Docet enim in pluribus generibus questionum quemadmodum disputando vera et falsa dijudicentur.

2. Hanc quidem primi philosophi <sup>h</sup> in suis dictionibus habuerunt, non tamen ad artis redegere peritiam. <sup>i</sup> Post hos Aristoteles ad regulas quasdam hujus doctrinæ argumenta perduxit, et <sup>j</sup> dialecticam nuncupavit pro eo quod in ea de dictis disputatur; nam *λεπτόν* dictio dicitur. **39** Ideo autem post rhetoricam disciplinam dialectica sequitur, quia in multis utriusque communia existunt.

## CAPUT XXIII.

### De differentia dialecticæ et rhetoricæ artis.

1. *Dialecticam* vero et rhetoricam Varro <sup>k</sup> in ix *Disciplinarum* libris tali similitudine definiit : *Dialectica et rhetorica est <sup>l</sup> quod in manu hominis pugnis astrictus, et palma distensa, illa verba contrahens, ista distendens.*

2. *Dialectica* siquidem ad discernendas res acutior; *rhetorica* ad illa quæ nititur docenda facundior. Illa ad scholas nonnunquam venit, ista jugiter procedit in forum. Illa requirit rarissimos studiosos, hæc <sup>m</sup> frequenter et populos.

3. Solent autem philosophi antequam ad isagogen veniant exponendam, definitionem philosophiæ ostendere, quo facilius ea quæ ad eam pertinent demonstrantur.

tide Quintiliano, in *Musicis*, inter figuras rhetoricas numerari.

CAP. XXII. — <sup>f</sup> Hoc initium tertii libri in Tarrac. Cod. <sup>g</sup> *Ad discernendas rerum c. Al., ad disserendas.* Sed discernendas legendum ostendunt verba sequentia : *Docet quemadmodum disputando vera et falsa dijudicentur.*

<sup>h</sup> *In suis dictionibus*, id est, *disputationibus.* <sup>i</sup> *Post hos Arist. Cassiodor. : Qua quidem veteres sunt usi plurimum, tamen ad artis non redegere normam. Primus fere Aristoteles eorum quidem qui in aliquo sunt pretia ad regulas quasdam hujus disciplinæ argumenta perduxit.*

<sup>j</sup> *Et dialecticam nuncupavit.* Non ille quidem totam artem, sed eam solam partem quæ probabiliter disserit, ut observatum est ab antiquis Peripateticis, Alexand., Boeth. et aliis.

CAP. XXIII. — <sup>k</sup> *In ix Discipl. lib.* Legitur totum hoc cap. apud Cassiod.; sed utrobique legendum non advertit A. Aug.; citari namque ab Agellio, Acrono et Non. Varronis tertium, quintum et octavum *Disciplinarum* lib., quamvis *novem disciplinarum libris* ferri quoque possit, si norem non ad disciplinas, sed ad libros referatur.

<sup>l</sup> *Quod in manu hom. pugn.* Id multo ante Varronem Zeno Stoicus dixerat, ut refert non uno in loco Cicero.

<sup>m</sup> *Frequenter et populos.* — *Frequentes et populos*, apud Cassiod.

## CAPUT XXIV.

## De definitione philosophiæ.

1. Philosophia est rerum humanarum divinarumque cognitio, cum studio bene vivendi conjuncta. Hæc ductus ex rebus constare videtur, a scientia et opinione.

2. Scientia est cum res aliqua certa ratione percipitur; opinatio autem cum adhuc incerta res laet, et nulla ratione firma videtur, ut puta, sol utrumne tantus quantus videtur, an major sit quam omnis terra; 100 item, luna globosa sit, an concava; et stelle utrumne adhaereant caelo, an per aerem libero curus orantur; caelum ipsum, qua magnitudine, quare materia constat, utrum quietum sit et immobile, an incredibili celeritate volvatur; quanta sit terræ crassitudo, ut quibus fundamentis librata, et suspensa permaneat.

3. Ipsam autem nomen Latine interpretatum, *amorem sapientiae* proficitur. <sup>b</sup> Nam Græci φιλον ἀμωρεμ, *ovioy sapientiam* dicunt. Philosophiæ species tripertita est: una naturalis, quæ Græce *physica* appellatur, in qua de naturæ inquisitione disseritur; altera moralis, quæ Græce *ethica* dicitur, in qua de moribus agitur; tertia rationalis, quæ Græco vocabulo *logica* appellatur, in qua disputatur quemadmodum in reum causis, vel vitæ moribus veritas ipsa queratur.

4. In *physica* igitur causa quaerendi; in *ethica* ordo vivendi; in *logica* ratio intelligendi versatur. *Physicam* apud Græcos primus perscrutatus est Thales Milesius, unus ex septem illis sapientibus. Hic enim scate alios cæli causas atque vim rerum naturalium, et contemplata ratione, suspexit, quam postmodum Plato in quatuor definitiones distribuit, id est, arithmetica, geometria, musica et astronomia.

5. *Ethicam* Socrates primus ad corrigendos componendosque mores instituit, atque omne studium ejus ad bene vivendi disputationem perduxit, dividens eam in quatuor virtutes animæ, id est, prudentiam, justitiam, fortitudinem et temperantiam.

6. *Prudentia* est in rebus, qua discernuntur a bonis mala. Fortitudo, qua adversa æquanimiter tolerantur. Temperantia, qua libido, concupiscentiaque rerum frenantur. Justitia, qua recte judicando sua cuique distribuuntur.

7. *Logicam*, quæ *rationalis* vocatur, Plato subjungit, per quam, discussis rerum morumque causis, vim earum rationabiliter perscrutatus est, dividens eam in *dialecticam* et *rheticam*. Dicta autem *logica*, 101 id est *rationalis*, λόγος enim apud Græcos, et *sermo* dicitur significat, et *rationem*.

8. In his quippe tribus generibus philosophiæ etiam eloquia divina consistunt. Nam, aut de natura disputare solent, ut in Genesi et Ecclesiaste; aut de moribus, ut in Proverbiis et in omnibus sparsim libris; aut de *logica*, <sup>d</sup> pro qua nostri *theticam* sibi vindicant, ut in *Canticis canticorum* et *Evangeliiis*.

Cap. XXIV. <sup>a</sup> *Scientia et opin.* Ex Lact., lib. III, cap. 3.

<sup>b</sup> Nam Græci φιλον ἀμωρεμ. Forte, *amatorem*.

<sup>c</sup> *Contemplata ratione s. — Contemplatus volebat*

<sup>d</sup> *log.*

<sup>e</sup> *Pro qua nostri theoricam.* Ex Hieron. epist. ad Paphum *Orthicam*, vel ex Orig., homil. 1 in Cant.

<sup>f</sup> *Æque... mente solummodo.* Ex eod. Orig. hom.

A 9. Item aliqui doctorum philosophiam in nomine et partibus suis ita definiunt: *Philosophia est divina rerum humanarumque rerum, in quantum homini possibile est, probabilis scientia.* Aliter: *Philosophia est ars artium, et disciplina disciplinarum.* Rursus: *Philosophia est meditatio mortis, quod magis convenit Christianis, qui, sæculi ambitione calcata, conversatione disciplinabili, similitudine futuræ patriæ vivunt.*

10. Alii definiunt philosophiæ rationem in duabus consistere partibus, quarum prior inspectiva est, secunda actualis. *Inspectiva* dividitur in naturalem, doctrinalem et divinalem. *Doctrinalis* dividitur in quatuor partes, in arithmetica, musicam, geometriam et astronomiam.

11. *Actualis* dividitur in *moraalem*, *dispensativam* B et *civilem*. *Inspectiva* dicitur, qua supergressi visibilia, de divinis aliquid et cælestibus contemplamur, et eaque corpoream mente solummodo inspicimus, quoniam supergrediuntur obtutum.

12. *Naturalis* dicitur, ubi uniuscujusque rei natura discutitur; <sup>f</sup> quia nihil contra naturam generatur in vita, sed unumquodque iis usibus deputatur quibus a Creatore definitum est, nisi forte cum voluntate Dei aliquid miraculum provenire monstratur.

13. *Divinalis* dicitur, quando aut ineffabilem naturam Dei, aut spirituales creaturas ex aliqua parte profundissima qualitate disserimus.

102 14. *Doctrinalis* dicitur scientia quæ abstractam considerat quantitatem. *Abstracta* enim quantitas dicitur quam, intellectus a materia separantes, vel ab aliis C accidentibus, ut est par, impar, vel alia hujuscemodi, in sola ratiocinatione tractamus. Cujus species sunt quatuor, arithmetica, geometria, musica, astronomia.

15. *Arithmetica* est disciplina quantitatis numerabilis secundum se. *Geometria* est disciplina magnitudinis immobilis et formarum. *Musica* est disciplina quæ de numeris loquitur qui ad aliquid sunt his qui inveniuntur in sonis. *Astronomia* est disciplina quæ cursus cælestium siderumque signas contemplatur omnes, et habitudines stellarum circa se et circa terram indagabili ratione percurrit.

16. Porro *actualis* dicitur quæ res propositas operationibus suis explicat, cujus partes sunt tres, *moralis*, *dispensativa* et *civilis*. *Moralis* dicitur, per quam vivendi mos honestus appetitur et instituta ad virtutem tendentia preparantur. *Dispensativa* dicitur, cum domesticarum rerum sapienter ordo disponitur. *Civilis* dicitur per quam totius civitatis utilitas administratur.

## CAPUT XXV.

## De isagogia Porphyrii.

1. Post philosophiæ definitiones, in quibus generaliter omnia continentur, nunc isagogas Porphyrii expediemus. *Isagoga* quippe Græce, Latine *intro-*

<sup>f</sup> *Quia nihil contra naturam generatur in vita.* Orig., hom. cit. in Cant.: *Naturalis dicitur ubi uniuscujusque natura discutitur, quia nihil contra naturam generatur in vita, sed unumquodque iis usibus deputatur in quos a creatore productum est.* Dux voces contra naturam absunt a mss. libris, pro quibus confusum legitur in Excusis, et apud Cassiodor.

*ductio* dicitur, eorum scilicet qui philosophiam incipiunt, continens in se demonstrationem primarum rationum, de qualibet re quid sit, suaque certa ac substantiali definitione declaratur.

2. Nam posito primo genere, deinde species, et alia quæ vicina esse possunt subjungimus, ac discretis communionibus separamus, tandiu interponentes differentias, quousque ad proprium ejus de quo quærimus signata ejus expressione perveniamus, ut puta: *Homo est animal rationale, mortale, terrenum, bipes, risus capax.*

3. Genus *animal* cum dictum est, substantia hominis declarata est. ¶ 103 Est enim ad hominem genus animal, sed quia late patebat, adjecta est species, terrenum, et jam exclusum est id quod aut æthereum, aut humidum. Differentia vero, ut *bipes*, quæ propter animalia posita est quæ multis pedibus innituntur. Item *rationale*, propter illa quæ ratione egent; *mortale* autem propter id quod angelus non est.

4. Postea discretis atque seclusis communionibus adjectum est proprium in parte postrema, est enim solum hominis quod ridet; sic perfecta est omnis ex parte definitio ad hominem declarandum. Cujus disciplinæ definitionem plenam existimarunt Aristoteles et Tullius ex genere et differentiis consistere.

5. Quidam postea pleniore in docendo ejus perfectam substantialem definitionem in quinque partibus, velut in membris suis dividerunt. Quarum prima est de genere, secunda de specie, tertia de differentia, quarta de proprio, quinta de accidente.

6. Genus, ut *animal*. Est enim vocabulum generale et commune omnium animam habentium. Species, ut *homo*. Est enim specialitas, qua separatur a cæteris animantibus. Differentia, ut *rationale, mortale*. His enim duobus differt homo a cæteris.

7. Cum enim dicitur *rationale*, discernitur ab irrationabilibus mutis, quæ non habent rationem. Cum *mortale*, discernitur ab angelis, qui nesciunt mortem. Proprium, ut *risibile*. Homo est enim, qui ridet, et hoc præter hominem nullius animalis est. Accidens, ut color in corpore, doctrina in animo.

8. Hæc enim temporum varietate et accidunt et mutantur; et est ex omnibus his quinque partibus oratio plenæ sententiæ, ita: *Homo est animal rationale, mortale, risibile, boni malique capax*; sic etiam in omni oratione substantiali tandiu interponere debemus species et differentias, quandiu, seclusis omnibus quæ hoc idem possunt esse, ad id perveniatur, ut proprietas jam certa teneatur.

9. Isagogas autem ex Græco in Latinum transtulit Victorinus orator, commentumque ejus quinque libris Boethius edidit.

### 104 CAPUT XXVI.

<sup>b</sup> De categoriis Aristotelis.

1. Sequuntur Aristotelis categoriæ, quæ Latine

CAP. XXV. — <sup>a</sup> Transtulit Victorin. Boët., Dialog. 1: *Rogo ut mihi explices id quod Victorinus orator sui temporis fere doctissimus a Porphyrio per τῶν κατηγοριῶν, id est per introductionem in Aristotelis categoriis dicitur translitis.*

CAP. XXVI. — <sup>b</sup> Pleraque ex Arist. categoriis

A *prædicamenta* dicuntur, quibus per varias significationes omnis sermo conclusus est.

2. Instrumenta categoriarum sunt tria, id est, prima æquivoca, secunda univoca, tertia denominativa. Æquivoca sunt, quando multarum rerum nomen unum est, sed non eadem definitio, ut *leo*. Nam quantum ad nomen pertinet, et verus, et pictus, et celestis leo dicitur. Quantum ad definitionem pertinet, aliter verus definitur, aliter pictus, et aliter celestis.

3. Univoca sunt, quando duarum aut plurium rerum unum nomen est, et definitio, ut *vestis*; nam, et *birrus*, et tunica nomen vestis possunt accipere et ejus definitionem. Ergo hoc univocum in generibus esse intelligitur, quia et nomen, et definitionem dat formis suis.

B 4. Denominativa dicuntur, quæcumque ab aliquo solo differentia casu secundum nomen habent appellationem, ut a *bonitate* *bonus*, a *malitia* *malus*.

5. <sup>d</sup> Categoriarum autem species decem sunt, id est, substantia, quantitas, qualitas, relatio, situs, locus, tempus, habitus, agere et pati.

6. Substantia, quæ proprie et principaliter dicitur, est quæ neque de subjecto prædicatur, neque in subjecto est, ut *aliquis homo, aliquis equus*. Secundæ autem substantiæ dicuntur, in quibus speciebus illæ quæ principaliter substantiæ primo dicitæ sunt insunt atque clauduntur, ut in homine *Cicero*.

7. Quantitas est mensura per quam aliquid vel magnum vel minus ostenditur, ut *longus, brevis*. Qualitas est, ut qualis sit *orator*, 105 aut *rusticus, niger, aut candidus*. Relatio est quæ referatur ad aliquid. Cum enim dicitur *filius*, demonstratur, et *pater*. Hæc relativa simul incipiunt; nam *servus* et *dominus* uno tempore exordium nominis sumunt, nec aliquando invenitur *dominus* prior *servo*, nec *servus* domino. Alterum enim alteri præesse non potest.

8. Porro situs a positione dicitur, ut quis, aut *stet*, aut *sedeat*, aut *jaceat*. Locus est ubi sit, *in foro, in platea*. Loci autem motus habet sex partes, dexteram et sinistram, ante et retro, sursum atque deorsum. Partes quoque istæ sex duo habent, longe et prope. Tempus, ut, *hodie, heri*.

9. Habitus ab habendo aliquid dicitur, ut *habere scientiam in mente, virtutem in corpore*; circa corpus, vestimentum et cætera quæ ad habendi modum designato a doctoribus numero comprehenduntur.

D 10. Jam vero agere, et pati ab agentis et patientis significatione consistunt. Nam *scribo* vocis actum habet, quoniam facientis rem indicat. *Scribor* patientis est, quoniam pati se ostendit. In his enim novem generibus, quorum exempli gratia quædam posita sunt, vel in ipso substantiæ genere, quod est *ὄνεια*, innumerabilia reperiuntur; nam et ea quæ intellectu capimus, ea ad alterum horum decem prædicamentorum sermone vulgamus.

Boët. interp.

<sup>c</sup> Nam *birrus*, et *tunic*. Idem Capella, quod *actera* vestis genus *birrus*, vid. lib. xix, cap. 24, et in Cassian. annot.

<sup>d</sup> *Categoriar. species*. Cassiod. : *Quidquid loquimur aut cogitamus, in aliqua hor. specie invenitur.*

11. Plena enim sententia de his ita est : *Augustinus* **A** *magnus orator, filius illius, stans in templo, hodie insultatus, disputando fatigatur.* Uix autem, id est substantiæ, proprium est, quod cæteris subjacet, reliqua novem accidentia sunt. Substantia autem dicitur ab eo quod omnis res ad seipsam subsistit. Corpus enim subsistit, et ideo substantia est.

12. Illa vero accidentia quæ in subsistente atque subjecto sunt, substantiæ non sunt, quia non subsistunt, sed mutantur, ut color, vel forma. De subjecto autem, et in subjecto quasi de ipso et in ipso. Ubi enim dicitur de subjecto, substantia est, quasi dicatur de substantia. Ubi autem dicitur in subjecto, accidentia sunt, id est quæ accidunt in substantia, ut quantitas, qualitas, vel figura.

13. De subjecto igitur genera, et species, in subjecto **B** accidentia sunt. \* Ex his novem accidentibus tria intra usiam sunt, quantitas, qualitas et situs. **106** Hæc enim sine usia esse non possunt. Extra usiam vero sunt locus, tempus et habitus; intra et extra usiam relatio, facere et pati.

14. Appellatas autem categorias constat, quia non possunt nisi ex subjectis agnosci. Quis enim quid sit homo possit agnoscere, nisi aliquem hominem sibi ponat ante oculos, quasi subjectum homini?

15. <sup>b</sup> Hoc opus Aristotelis intente legendum est, quoniam, sicut dictum est, quidquid homo loquitur, inter decem prædicamenta habetur. Proficiet etiam ad libros intelligendos, qui sive rhetoribus, sive dialecticis applicantur.

#### CAPUT XXVII.

##### \* De perihermenias.

1. Sequitur dehinc liber perihermenias subtilissimus nimis, et per varias formas iterationesque cautissimus, de quo dicitur : *Aristoteles quando perihermenias scriptabat, a calamus in mente tingebat.*

##### Præfatio perihermeniarum.

2. Omnis quippe res quæ una est, et uno significatur sermone, aut per nomen significatur, aut per verbum, quæ duæ partes orationis interpretantur totum quidquid concepit mens ad eloquendum. Omnino enim elocutio conceptæ rei mentis interpres est.

3. Hanc Aristoteles vir in rerum expressione et faciendis sermonibus peritissimus, hermeniam nominat, quam interpretationem nos appellamus, scilicet quod res mente conceptas prolatis sermonibus interpretatur per cataphasin et apophasin, id est per affirmationem et negationem. Per affirmationem, ut *homo currit*; per negationem, ut *homo non currit*.

4. In his itaque perihermenias supradictus philosophus de septem speciebus tractat, id est, de nomine,

\* Ex his novem accid. Ex Aug., lib. de Categoriis.  
<sup>b</sup> Hoc opus... intente legend. Cic. in Hortens. apud Plotin.: *Magna animi contentio adhibenda est explicando Aristotelianis si legeris.*

Cap. XXVII. — \* De perihermenias. Ita vet. Cod. *perihermenias* post *Præfatio perihermeniarum*.

† *Præfatio in mente ting.* De universis Aristotelis *perihermenias* Suidas : *Ἀριστοτέλης τῆς φύσεως γραμματικῆς τῆς ἐπιπέδου ἀποδείξεως εἰς νοῦν.*

‡ *Hæc omnia... reperitur.* Addita sunt hæc ex Ms.

de verbo, de oratione, de enuntiatione, de affirmatione, de negatione, de contradictione.

5. **107** Nomen est vox significativa secundum placitum, sine tempore, cujus nulla pars significativa separata, ut *Socrates*. Verbum est quod significat tempus, cujus pars nihil extra significat, sed semper eorum, quæ de altero dicuntur nota est, ut *cogitat, disputat*. Oratio est vox significativa, cujus partium aliquid separatim significativum est, ut *Socrates disputat*. Enuntiativa oratio est vox significativa de eo quod est aliquid, vel non est, ut *Socrates est, Socrates non est*.

6. Affirmatio est enuntiatio alicujus de aliquo, ut *Socrates est*; negatio est alicujus ab aliquo, ut *Socrates non est*. Contradictio est affirmationis et negationis oppositio, ut *Socrates disputat, Socrates non disputat*.

7. \* Hæc omnia in libro perihermeniarum minutissime divisa et subdivisa tractantur, quarum rerum definitiones hic breviter sufficiat intinuisse, quando in ipso competens explanatio reperitur. Utilitas perihermeniarum hæc est, quod ex his interpretamentis syllogismi fiunt. Unde et analytica pertractantur.

#### CAPUT XXVIII.

##### De syllogismis dialecticis.

1. Sequuntur <sup>f</sup> dehinc dialectici syllogismi, ubi totius ejus artis utilitas et virtus ostenditur, quorum conclusio plurimum lectorem adjuvat ad veritatem investigandam, tantum ut absit ille error <sup>e</sup> decipiendi adversarium per sophismata falsarum conclusionum.

2. Formulæ categoricorum, id est, prædicativorum syllogismorum sunt tres.

##### Primæ formulæ modi sunt novem.

3. Primus modus est <sup>h</sup> qui conducit, id est, qui colligit ex universalibus **108** dedicativum dedicativum universale directum, ut : *Omne justum honestum, omne honestum bonum, omne igitur justum bonum.*

4. Secundus modus est qui conducit ex universalibus dedicativis et abdicativis abdicativum universale directum, ut : *Omne justum honestum, nullum honestum turpe, nullum igitur justum turpe.*

5. Tertius modus est qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedicativum particulare directum, ut : *Quoddam justum honestum, omne honestum utile, quoddam igitur justum utile.*

6. Quartus modus est qui conducit ex particulari dedicativa et universali abdicativa abdicativum particulare directum, ut : *Quoddam honestum justum, nullum honestum turpe, quoddam igitur justum non est turpe.*

7. Quintus modus est qui conducit ex universalibus dedicativis particulare dedicativum <sup>i</sup> per re-

quæ etiam sunt apud Cassiodorum nonnihil immutata.

Cap. XXVIII. — <sup>f</sup> Vid. Cassiod., Capell. et Apulei, de syllogism. categor., sive perihermenias.

<sup>e</sup> Error decipiendi. Al. devincendi. Al. dejiciendi.

<sup>h</sup> Qui conducit. Συνοχῆ. Quod autem in exemplis propositionis loco assumptio collocatur, neque id de syllogismi vi quidquam minuit, neque sine Græcorum et Arabum exemplo fit.

<sup>i</sup> Per reflexionem, ἀντιστροφήν, vulgo conversionem.

flexionem, ut: *Omne justum honestum, omne honestum bonum, quoddam igitur bonum justum.*

8. Sextus modus est qui conducit ex universali dedicativa et universali abdicativa abdicativum universale per reflexionem, ut: *Omne justum honestum, nullum honestum turpe, nullum igitur turpe justum.*

9. Septimus modus est qui conducit ex particulari et universali dedicativis dedicativum particulare per reflexionem, ut: *Quoddam justum honestum, omne honestum utile, quoddam igitur utile justum.*

10. Octavus modus est qui conducit ex universalibus abdicativo et dedicativo particulare abdicativum per reflexionem, ut: *Nullum turpe honestum, omne honestum justum, quoddam igitur turpe non est justum.*

11. Nonus modus est qui conducit ex universali abdicativo et particulari dedicativo abdicativum particulare per reflexionem, ut: *Nullum turpe honestum, quoddam honestum justum, quoddam igitur justum non est turpe.*

12. *Formulae secundae modi sunt quatuor.*

Primus modus est qui conducit ex universalibus dedicativo et abdicativo abdicativum universale directum, ut: *Omne justum honestum, nullum turpe honestum, nullum igitur justum turpe.*

13. Secundus modus est qui conducit ex universalibus abdicativo **109** et dedicativo abdicativum universale directum, ut: *Nullum turpe honestum, omne justum honestum, nullum igitur turpe justum.*

14. Tertius modus est qui conducit ex particulari dedicativo et universali abdicativo particulare abdicativum directum, ut: *Quoddam justum honestum, nullum turpe honestum, quoddam igitur justum non est turpe.*

15. Quartus modus est qui conducit ex particulari abdicativo et universali dedicativo abdicativum particulare directum, ut: *Quoddam justum non est turpe, omne malum turpe, quoddam igitur justum non est malum.*

16. *Formulae tertiae modi sunt sex.*

Primus modus, qui conducit ex dedicativis universalibus dedicativum particulare, tam directum quam reflexum, ut: *Omne justum honestum, omne justum bonum, quoddam igitur honestum bonum, vel sic, quoddam igitur bonum honestum.*

17. Secundus modus est qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedicativum particulare directum, ut: *Quoddam justum honestum, omne justum bonum, quoddam igitur honestum bonum.*

18. Tertius modus est qui conducit ex dedicativis universali et particulari dedicativum particulare directum, ut: *Omne justum honestum, quoddam justum bonum, quoddam igitur bonum honestum.*

19. Quartus modus est qui conducit ex universalibus dedicativa et abdicativa abdicativum particu-

lare directum, ut: *Omne justum honestum, nullum justum malum, quoddam igitur honestum non est malum.*

20. Quintus modus est qui conducit ex dedicativo particulari et abdicativo universali abdicativum particulare directum, ut: *Quoddam justum honestum, nullum justum malum, quoddam igitur honestum non est malum.*

21. Sextus modus est qui conducit ex dedicativo universali et abdicativo particulari abdicativum particulare directum, ut: *Omne justum honestum, quoddam justum non est malum, quoddam igitur honestum non est malum.*

22. Illas formulas categoricorum syllogismorum qui plene nos esse desiderat, librum legat qui inscribitur *Perihermenias Apuleii*, et quae subtilius sunt tractata cognoscat. Distincta enim atque considerata **110** ad magnas intelligentiae vias lectorem, praestante Domino, utiliter introducunt. Nunc ad hypotheticos syllogismos ordine sequenti veniamus.

23. Modi syllogismorum hypotheticorum, qui sunt cum aliqua conclusione, sunt septem.

Primus modus est: *Si dies est, lucet; est autem dies, lucet igitur.*

Secundus modus est: *Si dies est, lucet; non autem lucet, non est igitur dies.*

Tertius modus est ita: *Non et dies est, et non lucet; atqui dies est, lucet igitur.*

24. Quartus modus est ita: *Aut dies est, aut nox; atqui dies est, nox igitur non est.*

Quintus modus est ita: *Aut dies est, aut nox; atqui nox non est, dies igitur est.*

25. Sextus modus est ita: *Non, et dies est, et nox; dies autem est, nox igitur non est.*

25. Septimus modus est ita: *Non est dies et nox; atqui nox non est, dies igitur est.* Modus autem syllogismorum hypotheticorum si quis plenius nosse desiderat, librum legat Marii Victorini, qui inscribitur *De syllogismis hypotheticis.*

26. Hinc ad dialecticas definitionum species accedamus, quae tanta dignitate praecellunt, ut possint jure dici orationum apertae manifestationes, et quaedam indicia dictionum.

## CAPUT XXIX.

### *De divisione definitionum ex Marii Victorini libro abbreviata.*

1. Definitio philosophorum est, quae in rebus exprimentendis explicat quid res ipsa sit, <sup>b</sup> non qualis sit, et quemadmodum membris suis constare debeat. Est enim oratio brevis uniuscujusque rei naturam a communione divisam propria significatione concludens. Divisio definitionum in partes quindecim habetur.

**111** 2. Prima species definitionis est *οὐσιώδης*, id est *substantialis*, quae proprie et vero dicitur definitio,

verborum hic erit, ut et illustrandis sententiis et enodandis dictionibus has definitiones dicat subservire.

CAP. XXIX. — <sup>b</sup> *Non qualis sit.* Deerat negatio in omnibus libris. Boeth., de Definit., cap. 4: *Ergo definitio, quae est philosophorum propria in rebus exprimentendis explicat quid sit, non quale sit; quemadmodum membris suis constare debeat, exponemus.*

<sup>a</sup> *Hinc ad dialecticas.* Cassiod.: *Hinc ad pulcherrimas definitionum species accedamus, quae tanta dignitate praecellunt, ut possint jure dici ornamenta orationum, et quaedam lumina.* Unde ex judiciorum, tria verba jure dici orationum non dubitavimus facere, cum praesertim in ms. Tarracon. libris multo haec pius affecta deprehendissimus. Sensus autem horum



ut: *Est homo animal rationale, mortale, a risus disciplinaeque capax.* Hæc enim definitio per species et differentias descendens venit ad propriam, et designat plenissime quid sit homo.

3. Secunda species definitionis est quæ Græcè *νοήματα* dicitur, Latine *notio* nuncupatur; quam *notionem* communi, non proprio nomine, possumus dicere. Hæc isto modo semper efficitur: *Homo est, quod rationali conceptione, et exercitio præest animalibus cunctis.* Non hic dixit quid sit homo, sed dicendo quid agat, quasi quodam signo in notitiam devocat. In isto enim et in reliquis notitia rei profertur, non substantialis explicatio declaratur, quia illa substantialis definitionum omnium obtinet principatum.

4. Tertia species definitionis est quæ Græcè *ποιότης* dicitur, Latine *qualitativa* vocatur, quia ex qualitate nomen accepit, pro eo quod quale sit id quod sit evidenter ostendit. Cujus exemplum tale est: *Homo est, qui ingenio valet, artibus pollet, et cognitione rerum, cui quid agere debeat eligit, aut animadversione quid inutile sit contemnit.* His enim qualitatibus expressus ac definitus est homo.

5. Quarta species definitionis est quæ Græcè *ὑπογραφαί*, Latine a Tullio *descriptio* nuncupatur: quæ, adhibita circuitione dictionum factorumque, quid quæque res sit descriptione declarat. Quæritur enim quid sit avarus, quid crudelis, quid luxuriosus, et universa luxuriosi, avari et crudelis natura describitur; ut si luxuriosum volumus definire, dicimus: *Luxuriosus est victus non necessariis, sed sumptuosis et onerosis, appetens, in deliciis affluens, in libidinem pronus.* Hæc et alia definiunt luxuriosum, sed per descriptionem definiunt. Quæ species definitionis oratoribus magis apta est quam dialecticis, quia latitudines habet, quæ simili modo in bonis rebus ponitur et in malis.

6. Quinta species definitionis est quæ Græcè *κατ' ἀντιθεσιν*, Latine *ad verbum* dicimus. Hæc vocem illam de cujus re quæritur alio sermone designat, uno, et singulari, et quodam modo, quid illud **112** sit in uno verbo positum, uno verbo alio declarat, ut, *contiscere est tacere.* Item cum terminum dicimus finem, aut populas interpretamur esse vastatas.

7. Sexta species definitionis est quam Græci *κατὰ διαφορῶν*, nos *per differentiam* dicimus. Scriptores vero artium de eodem, et de altero nominant, ut cum quæritur quid intersit inter regem et tyrannum, adjecta differentia quid uterque sit definitur, id est: *rex est modestus et temperans; tyrannus vero impius et immitis.*

8. Septima species definitionis est quam Græci *κατὰ μεταφορῶν*, Latini *per translationem* dicunt, ut Cicero

<sup>a</sup> *Risus disciplinaeque cap.* Male omnino lib. *reus disciplinaeque cap.*, cum supra, cap. 26, *reus apax* sit. Itemque apud Boeth.

<sup>b</sup> *Et onerosi... in libidinem pronus.* Ex Boeth.

<sup>c</sup> *Quam Græci κατ' ἀντιθεσιν.* Ex eodem, lib. III, in Top.

<sup>d</sup> *Qua fluctus eludit.* Eludere quoque legitur apud Cicero. Idque probat A. Augustinus, et Gothi Cod. confirmant. Attendere malunt Lambinus et Ursinus.

<sup>e</sup> *Undecima... κατ' ἄλλας.* Boeth., κατ' ἔνδεικτον. Porro quæ restant restituta sunt omnia ex Boethio.

A in Top.: *Littus est, qua fluctus eludit.* Hæc varie tractari potest: modo enim ut moneat, modo ut designet, modo ut laudet ac vituperet. Ut moneat: *Nobilitas est virtus majorum apud posteros sarcina.* Ut designet: *Caput est ars corporis.* Ut laudet: *Adolescenti a est spes ætatis.* Ut vituperet: *Divitiæ sunt brevis vitæ linguam viaticum.*

9. Octava species definitionis est, quam Græci *κατ' ἀφαιρέσειν τοῦ ἐναντίου*, Latini *per privationem contrarii ejus quod definitur*, dicunt: *Bonum est quod malum non est. Justum est quod injustum non est*, et his similia. Hoc autem genere definitionis uti debemus cum contrarium est notum, ut: *Si bonum est quod prodest cum honestate, id quod tale non est malum est.*

10. Nona species definitionis est quam Græci *καθ' ὑποτύπωσιν*, Latini *per quamdam imaginationem* dicunt, ut: *Aeneas est Veneris et Anchisæ filius.* Hæc semper in individuis versatur quæ Græci *ἄτομα* appellant.

11. Decima species definitionis est quam Græci *ὡς τύπος*, Latini *exemplum* appellant, ut si quæritur quid sit animal, respondetur: *Ut homo.* Rem enim quæsitam prædictum declaravit exemplum. Hoc est autem proprium definitionis, quid sit illud quod quæritur declarare.

12. Undecima species definitionis est quam Græci *κατ' ἄλλας πλείους ὁμοίων γίνους*, **113** Latini *per indigentiam pleni ex eodem genere* dicunt. Ut si quæritur quid sit triens, respondeatur: *Cui bes deest ut sit assis.*

13. Duodecima species definitionis est quam Græci *κατ' ἐπαινον* vocant, id est *per laudem*, ut Tullius pro Cluentio: *Lex est mens, et consilium, et animus, et sententia civitatis;* et aliter: *Pax est tranquilla libertas.* Fit et per vituperationem, quam Græci *φύρον* vocant, ut: *Servitus est postremum omnium malorum, non modo bello sed morte quoque repellenda.*

14. Tertia decima species definitionis est quam Græci *κατ' ἀναλογίαν*, Latini *juxta rationem* dicunt. Sed hoc contingit cum majoris rei nomine res definitur inferior, ut est illud: *Homo minor mundus.* Cicero hac definitione sic usus est: *Edictum legem annuam dicunt esse.*

15. Quarta decima species definitionis est quam Græci *κατὰ τὸ πρὸς τι*, Latini *ad aliquid* vocant, ut est illud: *Pater est cui est filius, dominus est cui est servus.* Cicero in Rhetorica: *Genus est quod pluribus amplectitur partes. Item pars est quæ subest generi.*

16. Quinta decima species definitionis est quam Græci *κατ' αἰτιολογίαν*, Latini *secundum rei rationem*

<sup>f</sup> *Ut si quæritur quid sit triens, r. c. b. d. u. s. a.* Probe A. Augustinus cum in plerisque Ms. legeretur. *Ut si quæritur quid sit thesis, respondeatur: Cui vis deest ut sit arsis,* quod exemplum e musica petitum ferri quoquomodo poterat. Sed non est ut Isidorus a Boethio tam longe discesserit, cujus exemplum est, item mihi apud Cassiodorum: *Ut si quæritur quid sit quadrans respondeatur: Cui dodrans deest ut sit assis.* Assis autem recto casu non est, quod quemquam apud Isidorum offendet.

<sup>g</sup> *Quinta decima κατ' αἰτιολογίαν.* Boethio, αἰτιουδὲς

vorant, ut : *Dies est sol supra terras, nox est sol sub A terris*. Scire autem debemus prædictas species definitionum topicis merito esse sociatas, quoniam inter quædam argumenta sunt posita, et nonnullis locis commemorantur in topicis. Nunc autem ad topica veniamus, quæ sunt argumentorum sedes, fontes sensuum, et origines dictionum.

## CAPUT XXX.

## De topicis.

1. Topica est disciplina inveniendorum argumentorum. Divisio topicorum sive locorum ex quibus argumenta ducuntur triplex est. **114** Nam alia in eo ipso de quo agitur hærent; alia, quæ dicuntur *affected*, quæ quodammodo ex rebus aliis tracta noscuntur; alia quæ assumuntur extrinsecus. Argumenta quæ in eo ipso de quo agitur hærent, in tribus divisa sunt. Prima, **B** *a toto*; secunda, *a parte*; tertia, *a nota*.

2. Argumentum *a toto*, cum definitio adhibetur ad id quod quæritur, sicut ait Cicero : *Gloria est laus recte factorum, magnorumque in rebus publicam famam meritorum*.

3. <sup>b</sup> *A partibus* est argumentum, cum is qui se defendit, aut negat factum, aut factum esse jure defendit.

4. *A nota* est argumentum, cum ex vi nominis argumentum aliquod elicitur, ut Cicero : *Consulem, inquit, quærebam, quem c in isto majali invenire non poteram*.

5. *Affected* argumenta sunt quæ quodammodo ex rebus aliis tracta noscuntur. Sunt autem numero quatuordecim, id est : primum *a conjugatis* argumentum est, cum declinatur a nomine, et fit verbum, ut Cicero Verrem dicit *everrisse* provinciam; vel nomen a verbo, cum *latrocinari* dicitur latro. Nomen est a nomine; Terentius : *Inceptio est amentium, haud amantium*, dummodo distet unius appellationis postremitas in aliam vocis declinationem formata.

6. Secundum argumentum *a genere* est, cum de eodem genere sententia dicitur, ut Virgilius : *Varium et mutabile semper femina*.

7. Tertium *a specie* argumentum est, cum generali questionem fidem species facit, ut :

*At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor.*

*A simili* argumentum est, quando rebus aliquibus similia proferuntur :

*Suggere tela mihi, non ullum dextera frustra Torserit in Rutulos, steterunt quæ in corpore Grajum Iliacis campis.*

**115** 8. *A differentia* argumentum est quando per differentiam aliqua separantur, ut Virgilius :

*Non Diomedis equos, nec currum cernis Achillis.*

*A contrariis* argumentum ducitur, quando res discrepantes sibimet opponuntur, ut Virgilius :

*Mortaline manu factæ immortale carinæ*

CAP. XXX. — *Gloria est laus recte facti*. Ex Orat. Pro Marcello.

<sup>b</sup> *A partibus*. Consentint lib. omn. At Cassiod : *A partibus sic, ut puta* : Si oculus videt, non ideo totum corpus videt.

<sup>c</sup> *Quem in isto majali*. Ita legendum apud Cic. in Pisoniana, non ut vulgo *animali*, quod advertit etiam Lamb. Est vero *majalis* porcus castratus.

<sup>d</sup> *Nam inceptio est amentium, haud amanti*. Indulsit hoc sibi, ut in etymologia solet, ut amentem et amantem conjugata diceret. Idem exemplum apud

*Fas habeant, certusque incerta periculo lustret Æneas?*

9. *A consequentibus* argumentum ducitur, quando positam rem aliquid in evitabilitate consequitur, ut Virgilius :

*Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.*

*Ab antecedentibus* argumentum est quando aliqua ex iis quæ prius gesta sunt comprobantur, ut Cicero pro Milone : *Cum non dubitaverit aperire quid cogitaverit, vos potestis dubitare quid fecerit?*

10. *A repugnantibus* argumentum est quando illud quod obijciitur aliqua contrarietate destruitur, ut Cicero : *Is igitur non modo de tali periculo liberatus, sed honore amplissimo ditatus domi te interficere voluisset?*

11. *A conjunctis* argumentum est cum probabiliter ostenditur quid sit ex re quæ venturum, ut Virgilius :

*..... Nos si pellant, nihil abfore credunt Quin omnem Hesperiam penitus sua sub juga mittant.*

12. *A causi* argumentum est, quando consuetudine communi res quæque tractatur, ut Terent. :

*Ego non nihil veritus sum dudum abs te, Dave, Ne faceres quod vulgus servorum solet, dolis, Ut me deluderet.*

*Ab effectis* argumentum est cum ex iis quæ facta sunt aliquid approbatur, ut Virgilius :

*Degeneres animos timor arguit.*

13. *A comparatione* argumentum est quando per collationem personarum, sive causarum, sententiæ ratio sub imputatione formatur, ut Virg. :

*Tu potes Æneam manibus subducere Grajum, Nos aliquid contra Rutulos jurisse nefandum est?*

14. Item argumenta quæ ducuntur extrinsecus, quæ Greci ἀπὸ ἄλλου, id est *artis expertia* vocant, ut est testimonium. Testimonium omne est quod ab aliqua externa re sumitur ad faciendam fidem.

15. Hæc dividitur quinque modis, id est : primo ex persona; secundo ex naturæ auctoritate; tertio ex temporibus; quarto ex dictis factisque majorum; quinto ex tormentis. Persona non qualiscunque est, **116** quæ testimonii pondus habet ad faciendam fidem, sed morum probitate debet esse laudabilis.

16. Naturæ auctoritas est, quæ maxime in virtute consistit. Temporibus multa sunt quæ afferunt auctoritatem, id est, ingenium, opes, ætas, fortuna, ars, usus, necessitas, et concursio rerum fortuitarum. A dictis factisque majorum petitur fides, cum præcorum dicta factaque memorantur. A tormentis fides præbetur, post quæ nemo creditur velle mentiri.

17. Ea vero quæ tractantur in tempore, quæ suis nominibus plana sunt, definitione non indigent. Memoræ quoque condendum est topica oratoribus, dialecticis, poetis et jurisperitis communiter quidem argumenta præstare; sed <sup>f</sup> quando aliquid Cassiodorum. Neque vero displicebat A. Augustino Gothicorum Cod. scriptura : *amentium, aut amantium*.

<sup>e</sup> *Is igitur non modo de tali*. Hæc paulo aliter apud Cic. p. o Dejotar.

<sup>f</sup> *Sed quando aliquid specialiter prob.* Boet., lib. vi, in Top. Cic. ad locum de Caus. : *Communiter quippe oratoribus ac philosophis locus hic esse perspicitur, qui est a causis, his naturas rerum (quod est philosophiæ proprium) illis (quod oratoriæ facultati est) facta probantibus.*

pecialiter probant, ad rhetores, poetas jurisperitos- que pertinet; quando vero generaliter disputant, ad philosophos attinere manifestum est.

18. Mirabile plane genus operis, in unum potuisse colligi quiddam mobilitas ac varietas humanæ mentis in sensibus exquirendis per diversas causas poterat evenire: conclusum liberum ac voluntarium intellectum. Nam quocunque se verterit, quascunque cogitationes intraverit, in aliquid eorum quæ prædicta sunt necesse est cadat ingenium.

### CAPUT XXXI.

#### De oppositis.

1. Contrariorum genera quatuor sunt, quæ Aristoteles ἀντιμαχία, id est *opposita* vocat, propterea quod sibi velut ex adverso videntur obsistere, ut *contraria*. Nec tamen omnia quæ sibi opponuntur *contraria* sunt, sed omnia *contraria* *opposita* sunt. Primum genus est *contrariorum*, a quod, juxta Ciceronem *adversum* vocatur, pro eo 117 quod tantum *contrarie* sibi opponitur, ut non eorum sint quibus opponuntur, ut *sapientia*, *stultitia*.

2. Quod genus intras species dividitur. Nam sunt quædam ex eis quæ medium habent; et sunt quædam quæ sine medio sunt; et quædam sunt quæ habent medium, et tamen sine nomine sunt, nisi utrumque ei vocabulum creet. *Candidus* et *niger* medium habent, quia inter eos sæpe color pallidus vel fuscus invenitur.

3. Sine medio sunt quoties unum de duobus accidit, et *sanitas* vel *infirmetas*. Horum nihil est medium. Ea autem quorum media sine nomine sunt, ut *felix*, *infelix*, medium habent *non felix*. Secundum genus est *relativorum*, quæ ita sibi opponuntur, ut ad se conferantur, sicut *duplum*, *simplum*.

4. Hoc solum oppositorum genus ad se refertur. Non enim est majus, nisi referatur ad minus, et *simplum* nisi ad *duplum*. Nam *relativum* *relativo* ita opponitur,

CAP. XXXI. — a Quod juxta Ciceronem *adversum* vocatur. Mendose *diversum* in libris omnibus. Neque tamen dissimulandum quod Boethius dicere est ausus, Ciceronem non tam propriis nominibus quam notioribus usum fuisse. Nam quæ *contraria* (inquit) no-

ut hoc ipsum quod opponitur, aut ejus sit cui opponitur, aut ad id quocunque modo referatur. Dimidium enim opponitur duplo, ejusque dupli medium est; sed ita illi opponitur, ut ejus sit cui opponitur.

5. Sic et parvum opponitur magno, ita, ut ipsum parvum ad magnum cui opponitur sit parvum. Nam superiora, quæ dicuntur *contraria*, ita sibi opponuntur, ut eorum non sint quibus opponuntur, nec ad ea quocunque modo referantur. Siquidem iniquitas justitiæ ita *contraria* est, ut non ejusdem justitiæ iniquitas sit, aut ad illam sit iniquitas.

6. Tertium genus oppositorum est *habitus*, vel *orbitatio*. Quod genus Cicero *privationem* vocat, quia ostendit aliquid quempiam habuisse unde privatus est. Cujus species sunt tres, quarum prima est in re, secunda in loco, tertia in tempore congruo. In re, ut *cæcitas*, et *visio*. In loco, ut: « Cæcitas et visionis in oculis locus est. » In tempore congruo, ut: « Infantem non dicere sine dentibus eum 118 cui dentes ætas adhuc parva negavit; » non enim est privatus dentibus quos nondum habuit.

7. Quartum vero genus ex *affirmatione* et *negatione* opponitur, ut: *Socrates disputat*, *Socrates non disputat*. Hæc a superioribus ideo differunt, quod illa singulativum dici possunt, hæc nisi connexe dici non possunt. Quod genus quartum apud dialecticos multum habet conflictum, et appellatur ab eis *valde oppositum*, siquidem et tertium non recipit.

8. Nam ex illis quædam habere tertium possunt, ut in *contrariis* *candidum* et *nigrum*; tertium ejus nec *candidum* nec *nigrum*, sed *fuscum*, vel *pallidum*. In *relativis* quoque, ut *multa*, et *pauca*, tertium ejus nec *multa* nec *pauca*, sed *mediocritas*. In *habitu*, vel *orbitatione*, ut *visio* et *cæcitas*; tertium ejus nec *cæcitas* nec *visio*, sed *lippitudo*. Hoc ergo: *legit*, *non legit*, tertium nihil habet.

minat, *OPPOSITA* *verius dicuntur*; quæ *ADVERSA* dicuntur, *CONTRARIORUM* *melius suscipiunt nomen*.

b Nisi utrumque ei vocabulum creet. Id est, nisi medium ex extremis nomen accipiat.

## LIBER TERTIUS.

### DE QUATUOR DISCIPLINIS MATHEMATICIS.

#### Praefatio.

1. *Mathematica* Latine dicitur *doctrinalis scientia*, quæ abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim *quantitas* est, quam intellectus a materia separantes, vel ab aliis accidentibus, ut est, par, impar, vel ab aliis hujusmodi, in sola ratiocinatione tractamus. Cujus species sunt quatuor, id est, *arithmetica*, *geometria*, *musica* et *astronomia*. *Arithmetica* est disciplina quantitatis numerabilis secundum se. *Geometria* est disciplina magnitudinis formarum. *Musica* est disciplina quæ de numeris loquitur qui inveniuntur in sonis. *Astronomia* est disciplina quæ cursus caelestium siderum atque figuras contemplatur, atque omnes habitudines stellarum. Quas disciplinas deinceps paulo latius indicabimus, ut earam causæ competenter possint ostendi.

### 119 CAPUT PRIMUM.

#### De vocabulo arithmeticae disciplinae.

1. *Arithmetica* est disciplina numerorum. Graeci enim numerum ἀριθμὸν dicunt. Quam scriptores saecularium

litterarum in'er disciplinas mathematicas ideo primam esse voluerunt, quoniam ipsa, ut sit, nulla alia indiget disciplina.

2. *Musica* autem, et *geometria*, et *astronomia*,

quæ sequuntur, ut sint atque subsistant istius egent A auxilio.

## CAPUT II.

*De auctoribus ejus.*

1. <sup>a</sup> Numeri disciplinam apud Græcos primum Pythagoram autumant conscripsisse, ac deinde a Nicomacho <sup>b</sup> diffusius esse dispositam, quam apud Latinos primus Apuleius, deinde Boethius transtulerunt.

## CAPUT III.

*Quid sit numerus.*

1. Numerus autem est multitudo ex unitatibus constituta; nam unum semen numeri esse, <sup>c</sup> non numerum. Numero *nummus* nomen dedit, **120** et a sui frequentatione vocabulum indidit. *Unus* ex Græco nomen trahit. Græci enim *unum* ἓνα dicunt: sic *duo*, τρία, quos illi δύο et τρία appellant.

2. <sup>d</sup> Quatuor vero a figura quadrata nomen sumpserunt. *Quinque* autem non secundum naturam, sed secundum placitum voluntatis vocabulum acceperunt ab eo qui numeris nomina indidit. *Sex* autem et *septem* a Græco veniunt.

3. <sup>e</sup> In multis enim nominibus, quæ in Græco aspirationem habent, nos pro aspiratione *s* ponimus. Inde pro ἕξ *sex*, pro ἑπτά *septem*, sicut pro *herpillo* herla serpillum. *Octo* vero per translationem, sicut illi et nos: illi ὄκτω, nos *novem*; illi δέκα, nos *decem*.

4. Dicti autem *decem* a Græca etymologia, eo quod ligent et conjungant infra jacentes numeros. Nam δεσµύειν, *conjungere*, vel *ligere* apud eos dicitur. Porro *viginti* dicti, quod sint *decem bis geniti*, *v*, pro *b* littera posita. *Triginta*, quod a ternario denario gignantur, sic usque ad *nonaginta*.

5. <sup>f</sup> *Centum* vero vocatæ *cantho*, quod est circulus, *ducenti* a *duo*, et *centum*, sic et reliqui usque ad *mille*. *Mille* autem a *multitudine*, unde et *militia*, quasi *multitia*; inde et *milia*, quæ Græci mutata littera *μυρία* vocant.

## 121 CAPUT IV.

*Quid præsent numeri.*

1. Ratio <sup>b</sup> numeri contemnenda non est; in multis enim sanctorum Scripturarum locis quantum mysterium habeant elucet. Non enim frustra in laudibus Dei dictum est: *Omnia in mensura, et numero, et pondere fecisti.*

CAP. II. — <sup>a</sup> *Numeri discipl.* Eodem modo apud Boet.

<sup>b</sup> *Diffusius esse dispositam.* Ex Gothicis. Al., *compositam.*

CAP. III. — <sup>c</sup> *Non numerum.* Tò *volunt* additum in Excusis abest a Gothicis, et quidem hujusmodi præcise locutiones per infinita verba frequentes in hoc opere.

<sup>d</sup> *Quatuor a figura quadrata.* Imo figura quadrata a quatuor; quatuor vero a Græco τετταρες. Mutant namque sæpe illi *x* in *r*, ut τρις pro τριος; et contra, quos nos quoque non raro imitamur.

<sup>e</sup> *In multis enim nominibus.* E. Serv., ad Eclog. 2. *Alia, serpillumque, etc.*

<sup>f</sup> *Centum vero a cantho.* Canthus et circulus est oculorum, et ferrum quo lignorum rotunditas in rotis arctatur, et stringitur, ut ait Hieronym. Ad Ezech. cap. xx. *Canthos* namque eo loco legendum, non (ut habet Reatini Editio) *conthos*.

<sup>g</sup> *Milia quæ Græci mutata lit.* Quod in excusis libris dicitur: i. l. p. r., hoc est, *id est*, l pro r, in Ma-

2. Senarius namque, qui partibus suis perfectus est, perfectionem mundi quadam numeri sui significatione declarat. Similiter et quadraginta dies, quibus Moyses, et Elias, et ipse Dominus, jejunaverunt, sine numerorum cognitione non intelliguntur.

3. Sic et alii in Scripturis sacris numeri existunt quorum figuras non nisi <sup>1</sup> noti hujus artis scienter solvere possunt. Datum est etiam nobis ex magna parte sub numerorum consistere disciplina, quando horas per eam discimus, quando mensium curricula supputamus, quando anni spatium redeuntis agnoscimus. Per numerum siquidem, ne confundamur, instruimur. Tolle numerum rebus omnibus, et omnia pereunt. Adime sæculo computum, et cuncta ignorantia cæca complectitur, <sup>2</sup> nec differri potest a cæteris animalibus qui calculi nescit rationem.

## 122 CAPUT V.

*De prima divisione parium et imparium.*

1. Numerus dividitur in paribus et in imparibus. Par numerus dividitur in his: pariter par, et pariter impar, et <sup>1</sup> impariter par, et impariter impar. Impar numerus dividitur in iis: primum et simplicem, secundum et compositum, tertium mediocre, qui quodammodo primus et incompositus; alio vero modo secundus et compositus est.

2. Par numerus est qui in duabus æquis partibus dividi potest ut II, IV, VIII. Impar vero numerus est qui dividi æquis partibus nequit, uno medio, vel deficiente, vel superante, ut III, V, VII, IX et reliqui.

3. Pariter par numerus est qui secundum parem numerum pariter dividitur, quousque ad indivisibilem perveniat unitatem, ut puta LXIV habet medietatem XXXII, hic autem XVI; XVI vero VIII; VIII, IV; IV, II; II, I, qui singularis indivisibilis est.

4. Pariter impar est qui in partes æquas recipit sectionem, sed partes ejus mox indissecables permanent: ut VI, X, XVIII, XXX et L. Mox enim ut hunc numerum divideris, incurris in numerum quem secare non possis.

5. Impariter par numerus est cujus partes etiam dividi possunt, sed usque ad unitatem non perveniunt, ut XXIV. Ili enim in medietatem divisi, faciunt XII,

nuscriptis non est, itaque licebit, vel a *μυρία*, vel a *χιλία* milia dicta putare.

CAP. IV. — <sup>h</sup> *Ratio numeri.* Augustini sunt verba lib. xi de Civit., cap. 30

<sup>i</sup> *Noti hujus artis.* Id est *periti*, sic in vetustioribus lib. et apud Bed., qui caput hoc in librum suum de computo transtulit. Eodem modo Braulio in Vita Isidori: *Quod Opus* (id est *Etymologiarum*) *omnimodo philosophiæ conveniens quisquis cæbra meditatione perlegerit, non ignotus divinarum humanarumque rerum scientia merito erit.*

<sup>j</sup> *Adime sæculo computum.* Al., *adime sæculo calculi comp.*, sed vocem *calculi* neque Beda, neque antiquiores libri agnoscunt.

<sup>k</sup> *Nec differri potest.* Ita omni lib. man. ut *differri* sit *distingui*, nisi quod in quibusdam, numero multitudinis, *nec differri possunt a. c. q. c. nesciant rationem.*

CAP. V. — <sup>l</sup> *Impariter impar.* Eadem divisione utitur Capella, quamvis hoc membrum Boethius omiserit, neque sic hoc loco in Gothicis, nisi quod paulo post explicat Isidorus quid sit impariter impar

rursusque in aliam medietatem VI, deinde in aliam III; A et ultra divisionem non recipit sectio illa, sed ante unitatem invenitur terminus quem secare non possis.

6. Impariter impar est qui ab impari numero impariter mensuratur: ut XXV, XLIX; qui dum sint impares numeri, ab imparibus etiam paribus dividuntur, ut septies septem, XLIX, et quinquies quini XXV. Imparium numerorum alii simplices sunt, alii compositi, alii mediocres.

123 7. Simples sunt, qui nullam aliam partem habent nisi solam unitatem, ut ternarius solam tertiam, et quinarium solam quintam, et septenarius solam septimam. His enim una pars sola est. Compositi sunt, qui non solum unitate metiuntur, a sed etiam aliens numero procreantur, ut IX, XV, XXI et XXV. Dicimus enim ter terni IX, et septies terni XXI, ter quini XV, et quinquies quini XXV.

8. Mediocres numeri sunt qui quodam modo simplices et incompositi esse videntur, alio vero modo secundi et compositi. Verbi gratia, IX ad XXV, dum comparatus fuerit, primus est et incompositus, quia non habet communem numerum, nisi solum monadicum. Ad XV vero si comparatus fuerit, secundus est et compositus, quoniam inest illi communis numerus præter monadicum, id est ternarius numerus, quia novem mensurat ter terni, et quindecim ter quini.

9. Item parium numerorum alii sunt superflui, b alii diminuti, alii perfecti. Superflui sunt quorum partes simul ductæ plenitudinem suam excedunt, ut puta duodenarius; habet enim partes quinque: duodecimam, quod est unum; sextam, quod duo; quartam quod tria; tertiam, quod quatuor; dimidiam, quod sex; unum enim, et duo, et tria, et quatuor, et sex simul ductæ faciunt XVI, et c longe a duodenario excedunt; sic et alii similes plurimi, ut duodevicesimus, et multi tales.

10. Diminuti numeri sunt qui partibus suis computati, minorem summam efficiunt, ut puta denarius, cuius partes sunt tres: decima, quod est unum; quinta, quod duo; dimidia, quod quinquæ. Unum enim, et duo, et quinque simul ductæ octonarium faciunt, 124 d longe a denario minorem. Similis est hinc octonarius, vel alii plurimi, qui in e partes redacti infra consistunt.

11. Perfectus numerus est qui suis partibus adimpletur, ut senarius, habet enim tres partes, sextam, tertiam, et dimidiam; sexta enim eju est unum, ter-

a Sed etiam aliens numero. Alio numero Cod. Rom. et Boet.

b Alii diminuti. Alii, diminutivi.

c Et longe a duodenario numero excedunt. Hoc est duodenarium longe excedunt, quomodo, et mox, et alia etiam loquitur.

d Longe a denario minorem. Serv., a Artem Donati: Comparativus gradus tribus casibus jungitur: oblativo, seprimo, et nominativo, interposita particula quam oblativo, ut doctior ab illo. Quam loquendi rationem pro etiam usurpat, ut Æn. I, ad verba, dederatque abentibus heros. Heros (ait) vir fortis, semideus, plus ab homine habens, et infir., cap. 47: Dum sol est superior a luna.

e In partes redacti. Al., reducti.

tia duo, dimidia tres. Hæ partes in summam ductæ, id est, unum, et duo, et tria, simul eundem consummant perficiuntque senarium. f Sunt autem perfecti numeri intra denarium VI, intra centenarium XXVIII, intra millenarium CCCXCVI.

#### CAPUT VI.

##### e De secunda divisione totius numeri.

1. Omnis numerus, aut secundum se consideratur, aut ad aliquid. Iste dividitur sic: alii enim sunt æquales, alii inæquales. Iste dividitur sic: alii sunt majores, alii sunt minores. Majores dividuntur sic: in multiples, superparticulares, superpartientes, multiples superparticulares, multiples superpartientes. Minores dividuntur sic: submultiplices, subsuperparticulares, subsuperpartientes, submultiplices subsuperpartientes.

B 2. Per se numerus est qui sine relatione aliqua elicitur, ut III, IV, V, VI, et cæteri similes. Ad aliquid est numerus qui relative ad alios comparatur: verbi gratia, quatuor ad II dum comparatus fuerit duplex dicitur et multiplex; sex ad III, octo ad IV, decem ad V, et iterum tres ad I triplex, sex ad II, novem ad III, etc.

3. Equales numeri dicuntur, qui secundum quantitatem æquales sunt, 125 verbi gratia: II ad II, III ad III, X ad X, C ad C. Inæquales numeri sunt qui ad invicem comparati inæqualitatem demonstrant, ut III ad II, IV ad III, V ad IV, X ad VI, et universaliter major minori, aut minor majori, hujuscemodi dum comparatus fuerit inæqualis dicitur.

4. Major numerus est qui habet in se illum minorem numerum ad quem comparatur, et aliquid plus, ut verbi gratia: quinarium numerum ternario numero fortior est, eo quod quinarium numerus habet in se ternarium, et alias partes ejus duas, et reliqui tales.

5. Minor numerus est qui continetur a majore ad quem comparatur cum aliqua parte sui, ut ternarius ad quinarium, continetur enim ab eo cum duabus partibus suis. Multiplex numerus est qui habet in se minorem numerum bis, aut ter, aut quater, aut multipliciter, verbi gratia: II ad unum dum comparati fuerint, duplex est; III ad unum, triplex; IV, quadruplex, et reliqui.

6. E contra, submultiplex numerus est qui intra multiplicem continetur bis, aut ter, aut quater, aut multipliciter, verbi gratia: unum a duobus bis continetur, a tribus ter, a quatuor quater, et ab aliis multipliciter. Superparticularis numerus est dum fortior

f Sunt autem perfecti, etc. Omnia ex Boet. lib. I de Arithm., cap. 20.

CAP. VI. — e Librariorum incititia et nominum similitudine pleraque in hoc capite male recepta fuerant. Nam definitionum quedam transpositæ, aliæ omisæ, exempla mendosa. Quæ omnia, ut minimo negotio, ita nullo cum periculo restituta sunt. Quare illud unum adnotasse sufficiat: quos numeros Isidorus submultiplicem superparticularem, submultiplicem superpartientem, aut submultiplicem subsuperparticularem, submultiplicem subsuperpartientem vocat, iisdem quidem nominibus, lib. II Geomet., a Boethio nominari, sed lib. I Arithm. cap. 22, multiples subsuperparticulares, et multiples subsuperpartientes ab eodem dici.

continet intra se inferiorem numerum circa quem comparatur, similiter et unam partem ejus.

7. Verbi gratia: III ad II dum comparati fuerint continent intra se duos et alium unum, qui media pars est duorum; IV ad III dum comparati fuerint continent in se tres et alium unum, qui est tertia pars trium. Item V ad IV dum comparati fuerint habent in se quaternarium numerum, et alium unum, qui est quarta pars dicti quaternarii numeri, et cæteri tales.

8. Superpartiens numerus est qui in se inferiorem numerum totum continet, et super hoc alteras partes ejus duas, aut tertias, aut quartas, aut quintas, aut alias, verbi gratia: V ad III dum comparati fuerint, habent in se quaternarius numerus ternarium, et super hoc alias partes ejus duas; VII ad IV dum comparati fuerint, habent in se quatuor, et alias tres partes ejus; IX ad V dum comparati fuerint habent in se quinque, et alias quatuor partes ejus.

9. Subsuperparticularis numerus est minor qui continetur in fortiiori numero cum aliqua parte sua, aut media, aut tertia, aut quarta, aut quinta, **126** verbi gratia: II ad III, III ad IV, IV ad V, et cæteri similes.

10. Subsuperpartiens numerus est qui continetur in numero superpartienti cum aliquibus partibus suis duabus, aut tribus, aut pluribus, verbi gratia: III continentur a V cum aliis duabus partibus suis; V a IX cum quatuor partibus suis.

11. Multiplex superparticularis numerus est qui dum comparatus fuerit ad numerum sibi inferiorem, continet in se totum inferiorem numerum multipliciter, cum aliqua parte ejus, verbi gratia: V ad II dum comparati fuerint continent in se bis binos, et unam partem ejus; IX ad IV dum comparati fuerint continent in se bis quaternos, et unam partem ejus.

12. Multiplex superpartiens numerus est qui dum comparatus ad inferiorem sibi numerum fuerit, continet eum multipliciter cum aliis partibus ejus, verbi gratia: VIII ad III dum comparati fuerint continent in se bis ternos, cum aliis duabus partibus ejus; XIV ad VI dum comparati fuerint continent in se bis senos cum aliis duabus partibus ejus; XVI ad VII dum comparati fuerint continent inter se bis septenos, cum aliis duabus partibus ejus; XXI ad IX dum comparati fuerint continent intra se bis nonos, cum aliis tribus partibus ejus.

13. Submultiplex subsuperparticularis est qui dum ad fortiorem comparatus fuerit continetur ab eo multipliciter cum aliqua parte sua, ut III ad VII, et IV ad IX.

14. Submultiplex subsuperpartiens numerus est qui dum ad fortiorem sibi comparatus fuerit, continetur

CAP. VII. — <sup>a</sup> *Secundus superficialis*. Ita etiam paupost; al., *superficiosus*.

<sup>b</sup> *Qui discretis monadibus*. Ita apud Cassiod.

<sup>c</sup> *Linea, aut spatio, aut solido, dicitur continens*. Eodem modo Cassiod., disjunctione pro conjunctione utens.

<sup>d</sup> *Plano pede, id est superficie*. Alio sensu dixit Vitruv., lib. vi, cap. 11, et lib. vii, cap. 1 et 4.

<sup>e</sup> *Solidus... qui long., lat. et altitud. Vox latitudinis abest a nostris libris. Est tamen inf., cap. 11, in definitione figuræ solidæ, et in Cod. Rom.*

CAP. VIII. — <sup>f</sup> *Secund. Geomet.* Hæc, neque integra sunt, neque satis cum superioribus cohærent.

A ab eo multipliciter cum aliquibus partibus suis, verbi gratia: III ad VIII continentur bis cum duabus partibus ejus, IV ad XI continentur bis cum tribus partibus suis.

#### CAPUT VII.

*De tertia divisione totius numeri.*

1. Numeri, aut discreti sunt, aut continentes. Iste dividitur sic, primus linealis, **127** <sup>a</sup> secundus superficialis, tertius solidus. Discretus numerus est <sup>b</sup> qui discretis monadibus continetur. Verbi gratia, III, IV, V, VI, et reliqui.

2. Continens numerus est qui conjunctis monadibus continetur, ut, verbi gratia, ternarius numerus, si in magnitudine intelligatur, <sup>c</sup> linea, aut spatio, aut solido dicitur continens. Similiter quaternarius et quaternarius numeri.

3. Linealis numerus est qui inchoans a monade linealiter scribitur usque ad infinitum. Unde alpha ponitur pro designatione linearum, quoniam hæc littera unum significat apud Græcos.

4. Superficialis numerus est qui non solum longitudine, sed et latitudine continetur, ut *trigonus, quadratus, quinquangulus*, vel circulares numeri, et cæteri qui semper in <sup>d</sup> plano pede, id est superficie, continentur.

5. Circularis dum sibi met multiplicatus fuerit, a se inchoans ad se convertitur. Verbi gratia: *quinquies quini vicies quinque*. <sup>e</sup> Solidus numerus est qui longitudine, latitudine et altitudine continetur, ut sunt pyramides, qui in moluum flammæ consurgunt.

6. Cubus sunt tesserae. Sphaeræ quibus est æqualis undique rotunditas. Sphaericus autem numerus est qui circulato numero multiplicatus a se inchoat, et in se convertitur, ut *quinquies quini, viginti quinque*. Hic circulus dum seipso multiplicatus fuerit, facit sphaeram, id est, quinquies XXV, CXXV.

#### CAPUT VIII.

*De differentia arithmetica, geometriae et musicae.*

1. Inter arithmeticaem autem, et geometriam, et musicam hoc interest, ut media invenias. In arithmetica primo sic quaeris. Conjungis extrema, et divides, et facis medium, ut puta: fac extrema esse VI et XII, simul jungis, et faciunt XVIII; partiris media, et facis IX, **128** quod est analogicum arithmeticae, ut medius quod monadibus superat primum, iis superetur ab extremo. Superant enim IX VI, tribus monadibus, iis superantur a XII.

2. <sup>f</sup> Secundum vero geometriam ita quaeris. Extrema multiplicata tantum faciunt quantum et media multiplicata, ut puta, VI et XII multiplicata faciunt LXXII; media, VIII et IX multiplicata tantumdem faciunt.

3. <sup>g</sup> Secundum musicam ita: qua parte superat medium. Nam cum proposuisset differentiam inter arithm., geomet. et music. ex inventionem medii, rationemque arithmetici medii inveniendi propositis extremis tradidisset, oportebat idem in geometrico medio perscrutari, quod neque hoc loco præstat, neque inferius, cap. 13, ubi eadem repetuntur.

<sup>h</sup> *Secundum musicam*. Neque hæc meliore sunt conditione, nisi, quod cap. 22, alieno loco, quæ hujus propria erant, explicantur. Nam hic non rationem musici medii inveniendi, sed definitionem proportionis musici assignat, eamque non integravit. Vid. Boet., lib. II Arithm., cap. 34 et seq., et 30 et lib. II de Mus., cap. 12 et 16.

dus primum, <sup>a</sup> eadem parte superatur mox ab ex-  
tremo, ut puta VI a VIII duabus monadibus superan-  
tur, quæ duæ pars sunt tertia eademque media VIII  
superantur ab ultima, quæ est XII.

#### CAPUT IX.

*Quod numeri infiniti existunt.*

1. Numeros autem infinitos esse certissimum est,  
quoniam in quocunque numero finem faciendum puta-  
veris, idem ipse non dico uno addito augeri, sed quam-  
libet sit magnus, et quamlibet ingentem multitudinem  
continet, in ipsa ratione, atque scientiam numerorum,  
non solum duplicari, verum etiam multiplicari potest.

2. Ita vero suis quisque numerus proprietatibus ter-  
minatur, et nullus eorum par esse cuicunque alteri pos-  
sit. Ergo, et disparēs inter se **129** atque diversi sunt,  
et singuli quique finiti sunt, et omnes infiniti sunt.

### DE GEOMETRIA.

#### CAPUT X.

*De geometriæ inventoribus, et vocabulo ejus.*

1. Geometriæ disciplina primum ab Ægyptiis re-  
perta dicitur, quia inundante Nilo, et omnium pos-  
sessionibus limo obductis, initium terræ dividendæ  
per lineas et mensuras nomen arti dedit. <sup>a</sup> Quæ de-  
inde longius acuminè sapientum protracta, et maris,  
et cœli, et aeris spatia metitur.

2. Nam provocati studiosi cœperunt post terræ di-  
mensionem et cœli spatia quærere: quanto intervallo  
luna a terris, a luna sol ipse distaret, et usque ad ver-  
ticem cœli quanta se mensura distenderet, sicque in-  
tervallo ipsa cœli orbisque ambitum per numerum  
radiorum ratione probabili distinxerunt.

3. Sed quia ex terræ dimensione hæc disciplina  
cepit, ex initio sui, et nomen servavit; nam geometria  
de terra, et de mensura nuncupata est. Terra enim  
Græcè γῆ vocatur, μέτρον mensura. Illius disciplinæ  
ars continet in se lineamenta, intervallo, magnitudi-  
nes, et figuras, et in figuris dimensiones et numeros.

#### CAPUT XI.

*De quadripartita divisione geometriæ.*

1. Geometriæ quadripartita divisio est in figuras  
planas, in magnitudinem numerabilem, in magni-  
tudinem rationalem, et in figuras solidas.

2. Planæ figuræ sunt, quæ longitudine et latitu-  
dine continentur.

**CAP. X.** — <sup>a</sup> Quæ deinde longius protracta. Ex Plin.,  
lib. II, cap. 23.

**CAP. XI.** — <sup>b</sup> Quæ sunt juxta Plat. Probe hæc  
quæ disjecta erant in sedes suas reduxit Chacon.

**CAP. XII.** — <sup>c</sup> Dianatheton grammon. Hæc melio-  
rum librorum scriptura. Antonius Covarr. et doctri-  
narum omnium et elegantiarum admirabili quadam  
scientia præstantissimus, dianatheton grammon mi-  
nima mutatione volebat, fieri enim a Vitruvio et  
aliis de cathetis lineis mentionem, nec male post  
quadratum subjici rectangulum altera parte longius  
per καθήκον, hoc est, perpendicularæ lineas pro-  
ductam. Id P. Nunniesio nequaquam probatur, quod  
commune esset pluribus figuris: nam, et in tetrago-  
no et trigono orthogonio esse lineas καθήκον. Ipse  
hæc καθήκον γραμμῶν substituebat; esse namque  
in quibusdam libris hanc figuram quam duo Γ  
oppoſita conjunctaque redderent. A. Aug. Codicum  
scripturam retinens ἀναθήκων suspensas interpreta-

**A** Numerabilis magnitudo est quæ numeris arithme-  
ticæ dividi potest.

**130** 3. Magnitudines rationales sunt quarum men-  
suram scire possumus, irrationales vero, quæ unum  
mensuræ quantitas cogita non habetur.

4. Figuræ solidæ sunt quæ longitudine et latitu-  
dine et altitudine continentur, <sup>b</sup> quæ sunt juxta Pla-  
tonem numero quinque.

#### CAPUT XII.

*De figuris geometricis.*

1. In plano figurarum prima circulus est, figura  
plana, et circumducta, cujus in medio punctus est,  
quo cuncta convergunt, quod centrum geometriæ vo-  
cant, Latini punctum circuli nuncupant.

2. Quadrilatera figura est in plano, quæ sub qua-  
tor lineis rectis jacet.

<sup>c</sup> Dianatheton grammon figura plana, etc.

Orthogonium triangulum est figura plana, quæ  
habet angulum rectum.

Isopleuros figura est plana, etc.

3. Sphæra est figura in rotundum formata partibus  
cunctis æqualis.

<sup>d</sup> Cubus est figura solida, quæ longitudine, et la-  
titudine et altitudine continetur.

4. <sup>e</sup> Cylindrus est figura quadrata habens superius  
semicirculum insolidum.

**131** 5. Conus, figura solida, quæ ab amplo in  
angustum finit, sicut orthogonium.

6. Pyramis est figura solida, quæ in modum ignis  
ab amplo in acumen consurgit. Ignis enim apud Græ-  
cos πῦρ appellatur.

7. Sicut autem intra decem omnis est numerus, ita  
intra circulum omnium figurarum conclusitur ambitus.

#### CAPUT XIII.

*De principiis geometriæ.*

1. <sup>f</sup> Principia hujus artis punctus est, cujus pars  
nulla est. Linea est præter latitudinem longitudo.  
Recta linea est quæ ex æquo in suis punctis jacet.  
Superficies vero, quæ longitudines et latitudines so-  
las habet.

2. Superficies vero fines lineæ sunt, quorum formæ  
ideo in superioribus figuris positæ non suæ, <sup>g</sup> quia  
intra eas inveniuntur.

**D** batur, sus ensas namque videri ejus figuræ lineas  
quæ sit altera parte longior. Nobis propensor ad  
veritatem Covarubiæ conjectura videbatur, quæ ne-  
que Chaconi displicebat. Nam dianatheton vocem  
geometricarum apres non agnoscunt, et P. Nunniesii ni-  
mis arguta sententia est.

<sup>d</sup> Cubus. Adde: quæ sex quadratris æqualibus con-  
tinetur.

<sup>e</sup> Cylindrus. De cylindri definitione amplius deli-  
berandum.

**CAP. XIII.** — <sup>f</sup> Principia hujus artis. Cic., Acade-  
mic. IV: Non quæro in his initia illa mathematicorum,  
punctum esse quod magnitudinem nullam habet; extre-  
mitatem, quasi libramentum, in quo nulla omnino sit  
crassitudo; lineamentum longitudinem latitudine ca-  
rentem.

<sup>g</sup> Quia intra eas inven. Est enim punctus in circulo,  
linea in figuris planis, superficies ejusque finis  
in solidis.

## CAPUT XIV.

*De numeris geometriæ.*

1. Numeros autem secundum geometriam ita quæris: extrema quippe ejus multiplicata, tantum faciunt quantum et media multiplicata; ut puta, VI et XII multiplicata faciunt LXXII; media VIII et IX multiplicata tantumdem faciunt.

## DE MUSICA.

## 132 CAPUT XV.

*De musica et ejus nomine.*

1. Musica est peritia modulationis sono cantuque consistens; et dicta musica per derivationem a *Musa*. Musæ autem appellatæ <sup>b</sup> ἀπὸ τοῦ μῦσθαι, id est a quærendo, quod per eas, sicut antiqui voluerunt, vis carminum et vocis modulatio quæreretur.

2. Quarum sonus quia sensibilis res est <sup>a</sup> præterfuit in præteritum tempus, imprimiturque memoriæ, inde a poetis Jovis et Memoriæ filias Musas esse confictum est. Nisi enim ab homine memoria teneantur soni, pereunt, quia scribi non possunt.

## CAPUT XVI.

*De inventibus ejus.*

1. Moyses dicit repertorem musicæ artis fuisse Jubal, qui fuit de stirpe Cain ante diluvium. <sup>d</sup> Græci vero Pythagoram dicunt hujus artis invenisse primordia, ex malleorum sonitu, et cordarum extensione percussa. Alii <sup>e</sup> Linum Thebæum, et <sup>f</sup> Zethum, et Amphion in arte musica primos claruisse ferunt.

2. Post quos paulatim directa est præcipue hæc disciplina, et aucta multis modis; **133** eratque tam turpe **C** musicam nescire quam litteras. Interponebatur autem non modo sacris, sed et omnibus solemnibus, omnibusque lætis, vel tristioribus rebus.

3. <sup>g</sup> Ut enim in veneratione divina hymni, ita in nuptiis hymenæi, <sup>h</sup> et in funeribus threni, et lamenta ad tibias canebantur. <sup>i</sup> In conviviis vero lyra, vel cithara circumferebatur, et accubantibus singulis ordinabatur conviviale genus canticorum.

## CAPUT XVII.

*Quid possit musica.*

1. Itaque sine musica nulla disciplina potest esse perfecta, nihil enim est sine illa. Nam et ipse mundus quadam harmonia sonorum fertur esse compositus, et cælum ipsum sub harmoniæ modulatione re-

**CAP. XIV.** — <sup>a</sup> Numeros autem. Repetuntur hæc ex cap. 8, quia caput 11 numerabilem magnitudinem partem geometriæ fecerat.

**CAP. XV.** — <sup>b</sup> ἀπὸ τοῦ μῦσθαι. In Cod. mira varietas, nos ex μῦσθαι, quod proprius aberat, μῦσθαι fecimus, quod etymon Platoni placuit in Cratylo.

<sup>c</sup> Præterfuit in præter. Aug., lib. 11 Ordin., cap. 4: Quoniam illud quod mens videt semper est præsens; sonus autem, quia sensibilis res est, præterfuit in præteritum tempus, imprimiturque memoriæ. rationabili mendacio jam poetis favente ratione, quærendum ne quid propagini similiter inesset, Jovis et Memoriæ Musas filias esse confictum est.

**CAP. XVI.** — <sup>d</sup> Græci vero Pythagor. Macrob., lib. 11 in Somn. Scip.

<sup>e</sup> Linum Theb. Ex Euseb., in Chron.

<sup>f</sup> Zeth. et Amph. Ex eodem, et Serv., in Corydone.

<sup>g</sup> Ut enim in veneratione divin. Horat.:

**A** volvitur. Musica movet affectus, provocat in diversum habitum sensus.

2. In præliis quoque tubæ concentus pugnantes accendit; et quanto vehementior fuerit clangor, tanto fit fortior ad certamen animus. Siquidem et remiges cantus hortatur. Ad tolerandos quoque labores musica animum mulcet, et singulorum operum fatigationem modulatio vocis solatur.

3. Excitos quoque animos musica sedat, sicut legitur de David, qui a spiritu immundo Saulem arte modulationis eripuit. Ipsas quoque bestias, **134** necnon et serpentes, volucres, atque delphinas, ad auditum sæpe modulationis musica provocat. Sed et quidquid loquimur, vel intrinsicas venarum pulsibus commovemur, per musicos rhythmos harmoniæ virtutibus probatur **B** esse sociatum.

## CAPUT XVIII.

*De tribus partibus musicæ.*

1. Musicæ partes sunt tres, id est, harmonica, rhythmica, metrica. Harmonica est quæ discernit in sonis acutum et gravem. Rhythmica est <sup>k</sup> quæ requirit incursionem verborum, utrum bene sonus an male cobæreat.

2. Metrica est quæ mensuram diversorum metrorum probabili ratione cognoscit, ut, verbi gratia, heroicum, iambicum, elegiacum, etc.

## 135 CAPUT XIX.

*De triforimi musicæ divisione.*

1. At omnem sonum, qui materics cantilensrum est, triforem constat esse natura. Prima est harmonica, quæ ex vocum cantibus constat. Secunda organica, quæ ex flatu consistit. Tertia rhythmica, quæ pulsu digitorum numeros recipit.

2. <sup>l</sup> Nam aut voce editur sonus, sicut per fauces; aut flatu, sicut per tubam, vel tibiam; aut pulsu, sicut per cytharam; aut per quodlibet aliud, quod percutiendo canorum est.

## CAPUT XX.

*De prima divisione musicæ, quæ harmonica dicitur.*

1. Prima divisio musicæ, quæ harmonica dicitur, id est modulatio vocis, pertinet ad comædas, tragædos, vel choros, vel ad omnes qui voce propria canunt. Hæc ex animo et corpore motum facit, et ex motu sonum, ex quo colligitur musica, quæ in homine vox appellatur.

Divitum mensis, et amica templis.

<sup>h</sup> Et in funeribus threni. Hinc Sicitinum modus in XII tabul., de quibus Agell., lib. 11, cap. 2, et Non., in Sicitinis. Servius, *Æn.* v: *Sciendum majoris ætatis funera ad tubam solere proferri, minoris vero ad tibias.* Vid. Fest. in Funeribus tib. Hebræos quoque tibias in funeribus adhibuisse ostendunt Matthæi verba, cap. ix, et *vi. sisset tibicines, et turbam tumultuantem.*

<sup>i</sup> In conviviis circumf. Ex Quint., cap. de Music.

**CAP. XVII.** — <sup>j</sup> Itaque sine mus. Ex eodem Quintil. <sup>k</sup> Quæ requirit incursionem verb. Sic omnes libri Cassiod.: *Quæ in concursione verborum diducat.* Capell.: *Quæ ad melos pervinunt, harmonica dicitur, quæ ad numeros rhythmica, quæ ad verba metrica.*

**CAP. XIX.** — <sup>l</sup> Nam aut voce. Ex August. in Psal. cl., et 11 de doctr. Christ., cap. 17, unde sumpta hæc omnia. *Quod percutiendo canorum est.* Ex eodem lib. 11 de Ord., cap. 14.



2. <sup>a</sup> Vox est aer spiritu verberatus, unde et verba **A** sicut incudis sonus, quoties in durum malleus percussit nascuntur. Proprie autem vox hominum est, seu irrationabilium animantium. Nam in aliis abusive non proprie sonitus vox vocatur, ut :

*Vox tubæ infremuit, fractasque ad littora voces.*

Nam quoniam est ut littorei resonent scopuli, et :

*At tuba terribilem sonitum procul ære canoro.*

Harmonia est modulatio vocis, et concordantia plurimorum sonorum, vel coaptatio.

3. Symphonia est modulationis temperamentum ex gravi et acuto concordantibus sonis, sive in voce, sive in flatu, sive in pulsu. Per hanc quippe voces acutiores graviioresque concordant, ita ut quisquis ab ea dissonerit sensum auditus offendat. Cujus contraria est diaphonia, id est voces discrepantes, vel dissonæ.

4. Euphonia est suavis vocis. Hæc et melus a suavitate, et melle dicta.

5. Diastema est vocis spatium, ex duobus vel pluribus sonis aptatum.

6. Diesis est spatia quædam, et deductiones modulandi, atque vergendi de uno in alterum sonum.

7. Tonus est acuta enuntiatio vocis; est enim harmoniæ differentia, et quantitas, quæ in vocis accentu vel tenore consistit; cuius genera in quindecim partibus musici diviservnt, ex quibus hyperlydius novissimus et acutissimus, hypodorius omnium gravissimus est.

**136** 8. Cantus est inflexio vocis, nam sonus directus est, præcedit autem sonus cantum.

9. Arsis est vocis elevatio, id est initium. Thesis vocis positio, hoc est finis.

10. Suaves voces sunt subtiles, et spissæ, claræ, atque acutæ. Perspicuæ voces sunt quæ longius protrahuntur, ita ut omnem impleant continuum locum, sicut clangor tabarum.

11. Subtiles voces sunt quibus non est spiritus, qualis est infantium, vel mulierum, vel ægrotantium, sicut in nervis. Quæ enim subtilissimæ chordæ sunt, subtiles ac tenues sonos emittunt.

12. Pingues sunt voces, quando spiritus multus simul egreditur, sicut virorum. Acuta vox est tenuis, et alta, sicut in chordis videmus. <sup>b</sup> Dura vox est, quæ violenter emittit sonos, sicut tonitruum,

CAP. XX. — <sup>a</sup> Vox est aer sp. v. Grammaticorum et philo-phorum (ut ait Lactantius) definitio, sed quæ ipsi tamen minime probatur, lib. de Opif., cap. 15.  
<sup>b</sup> Dura... quoties in dur. m. percussit f. Al., durum m. percussit ferrum.

<sup>c</sup> Vinnola. Al. vinnolata. Festus: Vinnulus molliter se gerens, et minime quid viriliter faciens. Non.: Vinnolam, sensiloquum, illecebrum. Plaut., in Asin. oratio: e, vinnula, venustula, Gloss., vinnulus *Νωλεχτε*, ubi mendose vinnicus legitur.

CAP. XXI. — <sup>d</sup> Organum vocab. est general. Ex August. in Ps. cl.

<sup>e</sup> Hoc autem cui folles adhibent. Hydraulon appellari Græcis putabat Chæcon, de quo Vitruv., lib. x, cap. 15, et Tertull., lib. de Anima, c. de Animo. Plin. lib. vii, cap. 37, et Hieron., in pneumat. Alii Tyrrhenam tibiam appellari putant ex Polluce, lib. iv, cap. 9. De Organis vulgaribus exstant pulcherrimi versus apud Claudian., in lib. de Manlii Theod. con-

**A** sicut incudis sonus, quoties in durum malleus percussitur ferrum.

13. Aspera vox est rauca, et quæ dispergitur per minutos et in dissimiles pulsus. Cæca vox est quæ mox ut emissâ fuerit conticescit, atque suffocata nequaquam longius producitur, sicut est in stictilibus.  
<sup>c</sup> Vinnola vox, est mollis atque flexibilis. Et vinnola dicta a vinnio, hoc est cinnino molliter flexo.

14. Perfecta autem vox est alta, suavis et clara. Alta, ut in sublimi sufficiat; clara, ut aures impleat; suavis, ut animis auditivum blandiatur. Si ex his aliquid defuerit, vox perfecta non erit.

## CAPUT XXI.

*De secunda divisione, quæ organica dicitur.*

**B** 1. Secunda divisio organica est in iis quæ, spiritu reflante completa, **137** in sonum vocis animantur, ut sunt tubæ, calami, fistulæ, organa, pandura, et iis similia instrumenta.

2. <sup>d</sup> Organum vocabulûm est generale vasorum omnium musicorum. <sup>e</sup> Hoc autem cui folles adhibentur, alio Græci nomine appellant. Ut autem organum dicatur, magis ea vulgaris est consuetudo.

3. <sup>f</sup> Tuba primum a Tyrrhenis inventa, de quibus Virg.:

Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera clangor.  
Adhibebatur autem non solum in præliis, sed et in omnibus festis diebus propter laudes vel gaudii claritatem. Unde et in Psalterio dicitur: *Conite initio mensis tubæ in die insigni solemnitatis vestræ.* Præceptum enim fuerat Judæis ut initio novæ lunæ tuba clangerent, quod etiam huc usque faciunt.

**C** 4. Tibias excogitatas in Phrygia ferunt, has quidem diu funeribus tantum adhibitas, mox et sacris gentilium. Tibias autem appellatas putant, quod primum de cervinis tibiis cruribusque binulorum fierent; deinde per abusionem ita coeptas vocari, etiam quæ non de cruribus ossibusve essent; hinc et tibiæ, quasi tibiarum cantor.

5. <sup>g</sup> Calamus nomen est arboris proprium, a *calendo*, id est *fundendo voces*, vocatus.

**138** 6. Fistulam quidam putant a Mercurio inventam; <sup>h</sup> alii a Fauno quem Græci vocant Pana. Nonnulli eam <sup>i</sup> ab Idi pastore Agrigentino ex Sicilia

sulato.

<sup>j</sup> Tuba primum... Tibias excogitat. Clem. Alex., Strom. i, Etruscos tubam et Phrygas tibiam ait excogitasse.

<sup>k</sup> Calamus n. est arb. prop. Non valde mirum si arundinem arborem dixit, quisquis fuit, unde hæc sumpta sunt. Cur a *calendo*, id est, *fundendo voces* nomen deduxerit, id multo obscurius, nisi *calando*, hoc est, *vocando* legas. Nam *canendo*, quod est in plerisque Gothicis, mendosum putamus. Sed has origines, quæ, aut nimis alienæ, aut etiam absurdæ multis apud Isidorum videbantur, non negligendas esse, satis jam viri eruditi hac ætate sunt experti.

<sup>l</sup> Alii a Fauno. Plin., lib. vii, cap. 56.

<sup>m</sup> Ab Idi pastore. Rom. Cod., ab uno pastore. Quid si vox mutilata ex Daphnide, quem Diod., lib. viii Bocoli carminis auctorem facit, quod A. Augustino non displicebat?

<sup>a</sup> Flistula autem dicta, quod vocem emittat. Nam A Græce *phos vox*, *stola missa* appellatur.

7. Sambuca in Musicis species est symphoniarum. Est enim genus ligni fragilis, unde et tibix componuntur.

8. <sup>b</sup> Pandura ab inventore vocata; de qua Virg.:

Pan primus calamos cera conjungere plures  
Instituit, Pan curat oves, oviumque magistros.

Fuit enim apud gentiles deus pastoralis, qui primus disparas calamos ad cantum aptavit, et studiosa arte composuit.

### 139 CAPUT XXII.

*De tertia divisione, quæ Rhythmica nuncupatur.*

1. Tertia est divisio rhythmica pertinens ad nervos et pulsum, cui dantur species cithararum diversarum, tympanum, et cymbalum, sistrum, acitabula <sup>B</sup> ænea, et argentea, vel alia, quæ metallico rigore percussa reddunt cum suavitate tinnitum, et cætera hujusmodi.

2. Citharæ ac Psalterii repertor Jubal, ut prædictum est, perhibetur. Juxta opinionem autem Græcorum <sup>c</sup> citharæ usus repertus fuisse ab Apolline creditur. Forma citharæ initio similis fuisse traditur pectori humano, quod uti vox de pectore, ita ex ipsa cantus ederetur, appellataque eadem de causa. Nam *pectus* Dorica lingua *κιδάρη* vocatur.

3. Paulatim autem plures ejus species exstiterunt, <sup>d</sup> ut psalteria, lyræ, barbitti, phœnices, et pectides, et quæ dicuntur indicæ, et feruntur a duobus simul. Item aliæ, atque aliæ, et quadrata forma, et trigonali.

4. Chordarum etiam numerus multiplicatus est, et commutatum genus. Veteres autem citharam fiduciam vel fidem nominaverunt, quia tam concinunt inter se chordæ ejus, quam bene conveniunt inter quos fides sit. Antiqua autem cithara septem chordis erat; unde Virgilius: *Septem discrimina vocum.*

5. Discrimina autem ideo, quod nulla chorda vicinæ chordæ similem sonum reddat, sed ideo septem chordæ, vel quia totam vocem implent, vel quod septem motibus sonat cælum.

140 6. Chordas autem dictas a corde, quia sicut pulsus est cordis in pectore, ita pulsus chordæ in cithara. Has primus Mercurius excogitavit; idemque prior <sup>e</sup> nervos in sonum strinxit.

<sup>a</sup> Nam Græce *phos vox*, Visum est Codicum simpliciorum in scripturam sequi, si quid forte veri crepant. <sup>B</sup> Nam idem aliquoties repetit Isidorus. *φωνή* non longe aberat.

<sup>b</sup> Pandura. Ab Assyriis inventam scribit Pollux, lib. iv. Var. lib. vii: *Cur non a cithara, et Psalterio, et Pandura, dicamus citharicen, etc.*

CAP. XXII. — <sup>c</sup> Citharæ usus ab Apolline. Bioni:

ὡς εὐρε παλαιῶν ὁ Πάν, ὡς αὐτὸν Ἀπόλλων.

ὡς χεῖρον Ἑρμῶν, κίθαριν δ' ὡς ἀδὺς Ἀπόλλων.

<sup>d</sup> Ut psalter. *verb.* Vid. Athen., lib. iv, et Polluc.

<sup>e</sup> Nervos in sonum strinxit. Mendose libri omnes in nervos sonum strinxit. Tertull., lib. de Coron. mil., cap. 8: *Sed, et si nervos idem (Mercurius) in sonum strinxit, non negabo, et hoc ingenium cum sanctis fo-cise.*

<sup>f</sup> In modum A. Cassiod., in Prolog. in Ps.: *Psalterium est (ut Hieronymus ait) in modum A litteræ formati ligni sonora concavitas.*

7. Psalterium, quod vulgo canticum dicitur, a psallendo nominatum, quod ad ejus vocem chorus consonando respondeat. Est autem similitudo citharæ barbaricæ <sup>f</sup> in modum A litteræ. <sup>g</sup> Sed psalterii et citharæ hæc est differentia, quod psalterium lignum illud concavum unde sonus redditur superius habet, et deorsum feriuntur chordæ, et desuper sonant. Cithara vero concavitatem ligni inferius habet. <sup>h</sup> Psalterii autem Hebræi decachordo usi sunt propter numerum decalogum legis.

8. Lyra dicta ἀπό τοῦ λυραίν, a *varietate vocum*, quod diversos sonos efficiat. Lyram primum a Mercurio dicunt inventam fuisse, hoc inolo. <sup>i</sup> Cum regrediens Nilus in suos meatus varia in campis reliquisset animalia, relicta etiam testudo est, quæ cum esset putrefacta, et nervi ejus remansissent exte-ri intra corium, percussa a Mercurio sonitum dedit, ad ejus speciem Mercurius lyram fecit, et Orpheo tradidit, qui erat hujus rei maxime studiosus.

9. Unde et æstimatur eadem arte non feras tantum, sed et saxa atque silvas cantus modulatione allicuisse. Hanc musici propter studii amorem, et carminis laudem, etiam inter sidera suarum fabularum commentis collocatam esse fluxerunt.

10. Tympanum est pellis, vel corium ligno ex una parte extentum. 141 Est enim <sup>i</sup> pars media symphoniæ in similitudinem cribri. Tympanum autem dictum, quod medium est. Unde, et <sup>k</sup> margaritum medium tympanum dicitur, et ipsum ut symphonia ad virgulam percutitur.

11. <sup>l</sup> Cymbala acitabula quædam sunt, quæ percussa invicem se tangunt, et sonum faciunt. <sup>m</sup> Dicta autem cymbala, quia cum ballematia simul percutiuntur. Ita enim Græci dicunt cymbala ballematica.

12. Sistrum ab inventrice vocatum. Isis enim Ægyptiorum regina id genus invenisse probatur. Juvenalis:

Isis, et irato feriat moa lumina sistro.

Inde et hoc mulieres percutiunt, quia inventrix hujus generis mulier. <sup>n</sup> Unde, et apud Amazonas sistro ad bellum feminarum exercitius vocabatur.

142 13. Tintinnabulum de sono vocis nomen habet, sicut et plausus manuum, stridor valvarum.

<sup>g</sup> Sed psalter. et cithar. Ex August., in ps. lxxx.

<sup>h</sup> Psalterio autem Hebræi decachord. Nam apud alios novem tantum chordas habuisse ait Athenæus.

<sup>i</sup> Cum regrediens Nilus... allicuisse. Ex Comment. Arat. in Lyr. et Hygin., lib. ii.

<sup>j</sup> Pars media symphoniæ. Sic supra, cap. 20, sambuca species est symphoniæ.

<sup>k</sup> Margaritum medium tympanum. Tympanium vocat Plin., lib. ix, cap. 35.

<sup>l</sup> Cymbala, et acitabula. Aug., in ps. cl.: *Cymbala invicem se tangunt, ut bene sonent, ideo a quibusdam labiis nostris comparantur.*

<sup>m</sup> Dicta autem cymbala, quia cum ballematia. Interdicitur ballematio. usus in nataliis sanctor. Concil. Tol. ni, can. ultim. Ballematium vero ἀπό τοῦ βαλλίζεν opinor ductum. Est autem βαλλίζεν, ut ait Suidas, τὰ κύμβαλα κτύπεν, καὶ πρὸς τὸν κτύπον ἄχονόρχιζεν. Unde nostrum quoque *bailar*.

<sup>n</sup> Unde apud Amazonas. Quas ad calamos arma

14. <sup>a</sup> Symphoniam vulgo appellatur lignum cavum, A sunt de astronomia scripta volumina, inter quos ta-  
 ex utraque parte, pelle extenta, quam virgulis hinc men Ptolemaeus apud Græcos habetur præcipuus, hic  
 et inde musici feriunt. Fitque in ea ex concordia gra- etiam, et canones instituit, quibus cursus astrorum  
 vis, et acuti suavissimus cantus.

### CAPUT XXIII.

#### De musicis numeris.

1. Numeros autem secundum musicam ita quæris. Positis extremis, ut puta VI et XII, vides quot monadibus superetur VI a XII, et est VI monadibus; ducis per quadratum: sexies seni faciunt XXXVI. Conjungis extrema illa prima VI ac XII, simul efficiunt XVIII. Partis XXXVI per XVIII, efficitur dipondius. Hos jungis cum 143 summa minore, scilicet VI, erunt VIII, et erit medium inter VI et XII. Propterea quod VIII superant VI duabus monadibus, <sup>b</sup> id est, tertia de sex, et superantur VIII a XII quatuor monadibus, tertia <sup>B</sup> portione. Qua parte ergo superat, eadem superatur.

2. Sed hæc ratio quemadmodum in mundo est, ex volubilitate circulorum, ita et in microcosmo in tantum præter vocem valet, ut sine ipsius perfectione etiam homo symphonias carens non consistat. Eiusdem musicæ perfectione etiam metra consistent, in arsi, et thesi, id est, elevatione et positione.

## DE ASTRONOMIA.

### CAPUT XXIV.

#### De astronomiæ nomine.

1. Astronomia <sup>c</sup> est astrorum lex, quæ cursus siderum, et figuras, et habitudines stellarum, circa se et circa terram indagabili ratione percurrit.

### CAPUT XXV.

#### De inventoribus ejus.

1. Astronomiam primi Ægyptii invenerunt. Astrologiam vero et nativitatibus observantiam Chaldæi primi docuerunt. Abraham autem, instituisse Ægyptios astrologiam Josephus auctor, asseverat. Græci 144 autem dicunt hanc artem ab Atlante prius excogitam; ideoque dictus est sustinuisse cælum.

2. Quisquis autem ille fuit, motu cæli et ratione animæ excitatus, per temporum vices, per astrorum rates definitosque cursus, per intervallorum spatia moderata, consideravit dimensiones quasdam, et numeros, quæ definiendo, ac discernendo in ordinem sectens astrologiam reperit.

### CAPUT XVI.

#### De institutoribus ejus.

1. In utraque autem lingua diversorum quidem <sup>D</sup> tractasse ait Capella, lib. ix, sed Isidor. magis videtur respexisse ad Virgilii carmen:

Regina in mediis patrio vocat ægmina sistro. *En. viii.*

<sup>a</sup> Symphonia. Hieronym., ad Damas., epist. 146: *Nale quidam Latinorum symphoniam putant esse genus unum, cum concors in Dei laudib. concertus hoc vocant significatur. Symphonia quippe consonantium exprimitur in Latino. Qui locus Hieronymi Isidorum procul dubio non fugit; invaluisse tamen consuetudinem ut per ægna quodam genere illa ætate usurparetur, apparet ex ejus verbis: Symphonia vulgo appellatur.*

<sup>b</sup> Cap. XXIII. — <sup>b</sup> Id est, tertia de sex. In scribendis numeris, Chacobi sumus assensu, ut rejiceremus antiquam quendam obsoleta, quæ in Excusis, et Ms. legitur, quæ si quis malit, ejusmodi plura apud Veteres. Hieronymum inveniet.

PATR. LXXXII.

### CAPUT XXVII.

#### De differentia astronomiæ et astrologiæ.

1. Inter astronomiam et astrologiam aliquid differunt. Nam astronomia conversionem cæli, ortus, obitus, motusque siderum continet, vel qua ex causa ita vocentur. Astrologia vero partim naturalis, partim superstitiosa est.

2. Naturalis, dum exsequitur solis et lunæ cursus, vel stellarum, certasque temporum stationes. Superstitiosa vero est illa quam mathematici sequuntur, qui in stellis augurantur, quique etiam duodecim signa per singula animæ vel corporis membra disponunt, siderumque cursu nativitates hominum et mores prædicere conantur.

### CAPUT XXVIII.

#### De astronomiæ ratione.

1. Astronomiæ ratio modis plurimis constat. Definit enim quid sit mundus, 145 quid cælum, quid spatium situs, et cursus, et quid axis cæli et poli, quæ sint climata cæli, qui cursus solis et lunæ, atque astrorum, etc.

### CAPUT XXIX.

#### De mundo et ejus nomine.

1. Mundus <sup>d</sup> est is qui constat ex cælo et terra, vari cunctisque sideribus. Qui ideo mundus est appellatus, <sup>e</sup> quia semper in motu est; nulla enim requies ejus elementis concessa est.

### CAPUT XXX.

#### De forma mundi.

1. Formatio mundi ita demonstratur. <sup>f</sup> Nam quemadmodum erigitur mundus in septentrionalem partem, ita declinatur in Australem. <sup>g</sup> Caput autem ejus, et quasi facies, orientalis regio est, ultima pars septentrionalis est.

### 146 CAPUT XXXI.

#### De cælo et ejus nomine.

1. Cælum philosophi rotundum, volubile, atque ardens esse dixerunt, <sup>h</sup> vocatumque hoc nomine, eo quod tanquam vas cælatum impressa habeat signa stellarum.

2. Distinxit enim id Deus claris luminibus, et implevit solis scilicet et lunæ orbe fulgenti, et astrorum micantium splendidibus signis adornavit. Hic

CAP. XXIV. — <sup>a</sup> Astronom. Eadem supra, lib. ii, cap. 25.

CAP. XXIX. — <sup>d</sup> Mundus est. Hyginus (e quo multa Isidor.) Astron. cap. 1: *Mundus appellatur is qui constat ex sole, et luna, et terra, et omnibus stellis.*

<sup>e</sup> Quia semper in motu est. Nempe quasi movendus. Vid. lib. xiii, cap. 1.

CAP. XXX. — <sup>f</sup> Nam quemadmodum. Virg. Georg. 1. Mundus, ut ad Scythiam, Biphæasque arduus arces, consurgit, præmitur Libyæ devertex in auro.

<sup>g</sup> Caput autem. Aristoteles tamen australem verticem caput facit, secutus, ut quibusdam videtur, Homerum. Sed philosophorum hac de re placita vid. apud Plutarch.

CAP. XXXI. — <sup>h</sup> Vocatumque. Ex Amb. ii Hexam., cap. 4.

autem Græce *εὐρανός* dicitur ἀπὸ τοῦ ἐπαρθαι, id est, à videndo, eo quod aer perspicuus sit, et ad speculandum purior.

### CAPUT XXXII.

#### De situ sphaeræ celestis.

1. Sphaera<sup>b</sup> cæli est species quædam in rotundum formata, cujus centrum terra est ex omnibus partibus æqualiter conclusa. Hanc sphaeram nec principium habere (dicunt), nec terminum, ideo quod in rotundum quasi circulus, unde incipiat, vel ubi desinat, non facile comprehenditur.

2. Philosophi autem mundi septem cælos, id est, planetas globorum consono motu introduxerunt, quorum orbibus connexa memorant omnia, quos sibi innexos et velut insertos versari retro et e contrario certis motibus ferri arbitrantur.

### 147 CAPUT XXXIII.

#### De motu ejusdem.

1. Sphaera<sup>d</sup> motus duobus axibus volvitur quorum unus est septentrionalis, qui nunquam occidit et appellaturque Boreus; alter australis, qui nunquam videtur, et Austronotius dicitur.

2. His duobus polis moveri sphaeram cæli dicunt, et cum motu ejus sidera in ea fixa ab Oriente, usque ad Occidentem circumire, Septentrionibus breviores gyros juxta cardinem peragentibus.

### CAPUT XXXIV.

#### De cursu ejusdem sphaeræ.

1. Sphaera cæli ab Oriente in Occidentem semel in die, et nocte vertitur xiv horarum spatiis, quibus sol cursum suum supra terras et sub terra sua volubilitate concludit.

### CAPUT XXXV.

#### De celeritate cæli.

1. Tanta celeritate cæli sphaera dicitur currere, ut nisi adversus præcipitem ejus cursum astra current, quæ eam remorarentur, mundi ruinam facerent.

### CAPUT XXXVI.

#### De axe cæli.

1. Axis<sup>b</sup> est septentrionalis linea recta, quæ per mediam pilam sphaeræ tendit, et dictus<sup>1</sup> axis, quod in eo sphaera ut rota volvitur, vel quia ibi plaustrum est.

<sup>a</sup> Ad speculandum. Ex eodem, lib. III, cap. 22.

CAP. XXXII. — <sup>b</sup> Sphaera cæli est speci. Hoc caput ex Hygin., Astron. cap. 1, et Ambros., I et II Hexam., et ex Sommi. Scip., concinnatum est.

<sup>c</sup> Philosophi autem... arbitrantur Ex Ambros., II Hexam., cap. 2. Cicero: Novem tibi orbibus, vel potius globis, connexa sunt omnia, etc.

CAP. XXXIII. — <sup>d</sup> Sphaeræ motus duobus axibus. Id est, polis, quomodo alii quoque interdum laquantur.

<sup>e</sup> Appellaturque Boreus. Sic etiam appellatur a Serv., Georg. I.

<sup>f</sup> Et Austronotius. Al., Austronotus, et Hygino Notius, sed in comment. in Arat. Austronotus, ut etiam inf., cap. 36, et lib. XIII, cap. 5.

<sup>g</sup> Et cum motu ejus sidera in ea fixa. Aug., de Gen. ad lit., lib. II, cap. 40.

CAP. XXXVI. — <sup>b</sup> Axis est septentrionalis. Sic rursus lib. XIII, cap. 5; et Serv. II Æn.: Axis est, aut plaustrum septentrionale, aut pars Septentrionis. Delebat tamen vocem septentrionalis Chacon. a quo non dissonitimus.

### 148 CAPUT XXXVII.

#### De caelestibus polis.

1. Poli<sup>i</sup> sunt circuli qui currunt per axem. Horum alter est septentrionalis, qui nunquam occidit, appellaturque Boreus; alter australis, qui nunquam videtur, et Austronotius dicitur.

2. Et dicti poli, quod sint axium cyceli ex usu plaustrorum, a poliendo scilicet nominati, sed polos Boreus semper videtur, Austronotius nunquam, quia dextra cæli altiora sunt, pressa Austri.

### CAPUT XXXVIII.

#### De cardinibus cæli.

1. Cardines cæli extremæ partes sunt axis. Et dicti cardines, eo quod per eos vertitur cælum, vel quia sicut cor volvuntur.

### CAPUT XXXIX.

#### De convexis cæli.

1. Convexa autem cæli, extrema ejus sunt a curvitate dicta, unde est illud:

Convexum quoties claudit nox humida cælum.

<sup>1</sup> Convexum enim curvum est, seu inclinatum, et in modum circuli flexum.

### 149 CAPUT XL.

#### De januis cæli.

1. Januæ<sup>1</sup> cæli duæ sunt, Oriens et Occasus. Nam una porta sol procedit, alia se recipit.

### CAPUT XLI.

#### De gemina facie cæli.

1. Facies cæli, vel caput, orientalis regio; = ultima septentrionalis. De qua Lucanus:

Sic mundi pars ima jacet, quam zona nivalis, Perpetuæque premunt hiemes.

### CAPUT XLII.

#### De quatuor partibus cæli.

1. Climata<sup>a</sup> cæli, id est, plagæ, vel partes quatuor sunt, ex quibus prima pars orientalis est, unde aliquæ stellæ oriuntur. Secunda occidentalis, ubi nobis aliquæ stellæ occidunt. Tertia septentrionalis, ubi sol pervenit in diebus majoribus. Quarta australis, ubi sol pervenit noctibus majoribus.

2. Oriens autem ab ortu solis est nuncupatus. Occidens, quod diem faciat occidere, et interire. Abscondit enim lumen mundo, et tenebras superinducit, Septen-

<sup>1</sup> Et dictus axis. Quoniam, cap. 32, axium, cardinum et polorum meminerat, eorum nunc etymologias reddit.

CAP. XXXVII. — <sup>i</sup> Poli sunt circuli. Eadem inf., lib. XIII, cap. 5.

CAP. XXXIX. — <sup>1</sup> Convexum. E Serv., Eclog. 4; repetitur lib. XIII, cap. 5.

CAP. XL. — <sup>1</sup> Januæ. lib. XIII, cap. 4.

CAP. XLI. — <sup>a</sup> Ultima septentrion. Vocem Lucani ima ultimam interpretatur Isidorus. Alioqui quomodo ima pars septentrionalis, si (ut cap. 29 dixit) mundas in septentrionalem plagam erigitur. Itaque laborat ut Virgilium cum Lucano conciliet. Idem vidit Servius, qui ad Virgilii verba, Mundus ut ad Scythiam: Jam, inquit, definitio est nostri climatis, id est, nostræ habitationis, quæ a Septentrione incipiens in australi plaga desinit. Minus videt, qui bis in Isidoro ima pro ultima reponere conatus sit ad Lucanum solum respiciens.

CAP. XLII. — <sup>a</sup> Climata cæli. Ex Hieronym., in Ezech. cap. VI.

trio autem a septem stellis axis vocatur quæ in ipso A  
revolutæ rotantur. Hic proprie et vertex dicitur, eo  
quod vertitur.

3. *Meridies* 150 autem vocatur, vel quod ibi sol  
facit medium diem, quasi *medidies*, vel quia tunc  
purius micat æther. *Mærum* enim purum dicitur.

4. Sont et alia septem climata cœli, quasi septem  
lineæ ab Oriente in Occidentem, sub quibus et mores  
hominum dispares, atque animalia specialiter diversa  
nascuntur; quæ vocata sunt a locis quibusdam  
famosis, quorum primus est Meroe, secundus  
Sirne, tertius Catachoras, id est, Aphrica, quartus  
Diodus, quintus Hellespontus, sextus Mesopotus,  
septimus Boristhenes.

#### CAPUT XLIII.

##### De hemisphæriis.

1. Hemisphærium dimidia pars sphaeræ est; he-  
misphærium supra terras, est ea pars cœli quæ a  
nobis tota videtur; hæmisphærium sub terra, est  
quæ videri non potest, quandiu sub terra fuerit.

#### 151 CAPUT XLIV.

##### De quinque circulis cœli.

2. Zonæ cœli quinque sunt, quarum distinctionibus  
quædam partes temperie sua incoluntur, quædam  
immanitate frigoris aut caloris inhabitabiles existunt.  
Quæ ideo, et zonæ, vel circuli appellantur, eo quod  
in circumductione sphaeræ existunt.

2. Quorum primus circulus ideo *Arcticus* appellatur,  
eo quod intra eum *Arctorum* signa inclusa perspi-  
ciantur. c Secundus circulus ex eo *θαρπὸς τροπικὸς*  
dicitur, quia in eo circulo sol Aquilonis sinibus ar-  
statem faciens ultra eum circulum non transit, sed  
statim revertitur, et inde *tropicus* appellatus.

3. Tertius circulus *ισσημερινός*, qui a Latinis ideo  
æquinoctialis appellatur, eo quod sol cum ad eum  
orbem pervenerit, æquinoctium facit (*ισσημερινός* enim  
Latine *dies* dicitur *æquinox*) quo circulo dimidia sphae-

\* *Tertius Catachoras.*—*Catagoras, cathocoras, ca:ha-*  
*gorius, et catacorius* habent Ms.; et voces id est  
*Aphrica* absunt a Romano Cod., et forte a Cassiodoro  
huc allatæ; ille enim, *tertius Aphrica*. Capella,  
*tertius Dialezandrias*, quod ducitur per Cyrenas in  
Aphricam Carthagini ab Austro adjacentem, ex quo  
quidam, *tertius Cyrenæ in Africa* faciebat. Alius *ca-*  
*lacaras, calamiscaras* interpretabatur, esse namque  
Misocaram portum in Mauritania. Chacon superioribus  
verbis annectebat, a locis famosis, *κατὰ χόρας*.

Cap. XLIV. — <sup>b</sup> *Quod intra eum Arctorum*. Sic omnes  
Goth. tum hic, tum lib. xiii, cap. 6. Hyginus, lib.  
iii, cap. 1, de Polo Arctico, quo utraq; Arcti nixæ  
revertitur Arctico circulo inclusæ. Neque vero Arcturi,  
quod est in Excusis displicet. Nam idem Hyg., lib. i  
Astron. (unde hæc sumpta videntur): *Qui circulus*  
*(inquit) Arcticus appellatur, quod intra eum Arcturi*  
*simulæra ut inclusa perspiciuntur, quæ signa a nobis*  
*nostrum specie facta, Septentriones appellantur. Et*  
*Arat. interp.: Duo sunt Arcturi quorum majorem*  
*vocant Helicem. et paulo post: Arcturus minor, etc.*

<sup>c</sup> *Secundus circulus*. Verba Hygini, lib. i de Astron.:  
*θαρπὸς namque Latine dicitur dies æquinox. Quod si*  
*verbum ipsum redderemus, æquidialis potius nomina-*  
*retur. Quo modo antiquos locutos tradit Festus his*  
*verbis: Æquidiale apud antiquos dictum est, quod*  
*nonne dicitur æquinoctiale, quia nox diei potius quam*  
*dies nocti adnumerari debet. Græci quoque in hoc con-*

ræ pars constituta perspicitur. Quartus circulus An-  
tarticus vocatur, eo quod contrarius sit circulo  
quem Arcticum nominamus.

4. Quintus circulus *χειμερινός τροπικός*, qui a Latinis  
*hiemalis*, 152 sive *brumalis* appellatur, ideo quia sol  
cum ad eum circulum pervenerit, hiemem iis qui ad  
Aquilonem sunt facit, æstatem autem iis qui in Austri  
partibus commorantur.

#### CAPUT XLV.

##### De circulo zodiaci.

1. Zodiacus d autem circulus est qui ex linearum  
quinque angulis et ex una linea constat.

#### CAPUT XLVI.

##### De candido circulo.

1. Lacteus circulus via est quæ in sphaera videtur,  
B a candore dicta, quia alba est, \* quam aliqui dicunt  
viam esse f qua circuit sol, et ex splendoris ipsius  
transitu ita lucere.

#### CAPUT XLVII.

##### De magnitudine solis.

1. Magnitudo solis s fortior est terra, unde, et  
eodem momento quo oritur, et Orienti simul, et  
Occidenti æqualiter apparet. Quia vero tanquam  
cubitalis nobis videtur, considerare oportet quantum  
sol distat a terris, quæ longitudo facit ut parvus  
videatur nobis.

#### 153 CAPUT XLVIII.

##### De magnitudine lune.

1. Magnitudo quoque lune minor fertur esse  
quam solis. Nam dum sol h superior sit a luna, et  
tamen a nobis major quam luna videatur, jam si  
prope nos accessisset, multo major quam luna  
conspiceretur. Sicut autem fortior est sol terra, ita  
terra fortior luna per aliquam quantitatem.

#### CAPUT XLIX.

##### De natura solis.

1. Sol i dum igneus sit, præ nimio motu conver-

sentiant *ισσημερινός*, id est, æquidiale dicentes. Sed  
nos æquinoctium dicimus, non æquidium. Græci a die,  
nos a nocte nomen fecimus. Neque tamen dissimula-  
bimus in omnibus libris legi, *Hemerinos* enim Latine  
dicitur *dies*, atque *nox*, duobus exceptis Tarraconensi-  
bus, a quibus voces atque *nox* absunt. Chæcon ita;  
*ἡμέρα* namque Latine dicitur *dies* atque *nox*; voluisse  
namque Isidorum *ἡμέρας* appellatione diem noctem-  
que contineri, quomodo etiam edidit Vulcanius.  
Hygini lib. i: *Deinde ducitur circulus æquinoctialis*  
*Græcis isemerinos appellatur, ideo quod sol cum ad*  
*eum orbem pervenit, æquinoctium conficit. Hæc circulo*  
*facto dimidia sphaeræ pars constituta perspicitur.*

Cap. XLV. — <sup>d</sup> *Zodiacus*. Ita omnes libri, quo  
sensu, non plane dixerim; aliter lib. xiii, cap. 6.  
Sed illa quoque, ut aliena a Gothicis absunt.

Cap. XLVI. — \* *Quam aliqui dicunt*. Metrodorus,  
ut refert Plutarc.

<sup>f</sup> *Qua circuit sol*. Currit, R., ut lib. xiii, cap. 5.

Cap. XLVII. — s *Fortior est terra*, id est major,  
ut c. seq. et sup., cap. 6, fortiorem numerum non  
semel dixit.

Cap. XLVIII. — h *Superior sit a luna*. De hac con-  
structione diximus in cap. 5. Locus autem ex Hygini  
lib. iv, c. de Luna.

Cap. XLIX. — i *Sol dum igneus sit*. Ex commentis  
Arat. in lib.

tionis suæ amplius incalescit. <sup>a</sup> Cujus ignem dicunt A philosophi aqua nutriri, et e contrario elemento virtutem luminis et caloris accipere. Unde videmus eum sæpius madidum, atque rorantem.

## CAPUT L.

*De cursu solis.*

1. Solem <sup>b</sup> per seipsum moveri, non cum mundo veriti dicunt. **154** Nam si fixus cælo maneret, omnes dies et noctes æquales existerent; sed quoniam alio loco cras occasurum, alio occidisse hesterno videmus, appareret eum per seipsum moveri, non cum mundo veriti. Spatiis enim inæqualibus orbis annuos conficit propter temporum mutationes.

2. Nam vadens longius ad meridiem, hiemem facit, ut hibernis humoribus, ac pruinis terra pinguescat. Accedens propius ad Septentrionem, æstatem reddit, ut fruges maturitate durentur, et quæ sunt in humidis incocta, fervefacta mitescant.

## CAPUT LI.

*De effectis solis.*

1. Sol oriens diem facit, occidens noctem inducit; nam dies est sol super terras, nox est sol sub terris. <sup>c</sup> Ex ipso enim sunt horæ; ex ipso dies, cum ascenderit; ex ipso etiam nox cum occiderit; ex ipso menses, et anni numerantur; ex ipso vicissitudines fiunt temporum.

2. Quando autem per meridiem currit, vicinior est terræ; quando vero juxta Septentrionem, <sup>d</sup> sublimis attollitur. Cui ideo Deus diversos cursus constituit, loca, et tempora, ne dum semper eisdem moraretur locis, quotidiano vapore ejus universa consumerentur, sicut Clemens ait: *Cursus diversos accipit, quibus aeris temperies pro ratione temporum dispensatur, et ordo vicissitudinum permutationumque servatur. Nam dum ad superiora conscenderit, ver temperat; 155 ubi autem ad summum cæli venerit, æstivos accendit calores; descendens rursus autumno temperiem reddit. Ubi vero ad inferiorem reddit circulum, ex glaciali compage cæli rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit.*

## CAPUT LII.

*De itinere solis.*

1. Sol oriens per meridiem iter habet, qui postquam ad occasum venerit, et Oceano se tinxerit, <sup>e</sup> per incognitas sub terra vias vadit, et rursus ad orientem recurrit.

<sup>a</sup> Cujus ignem dicunt philosophi. Cleanthi eam opinionem tribuit Cicero, II de Nat. Deor. Et III: Alii autem solem, lunam, reliqua astra aquis, alia dulcibus, alia marinis; eamque causam cleanthes affert, cur se sol referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, itemque brumali, ne longius discedat a cibo. Lucretius quoque, de Sideribus lib. V:

Sive aliando fluens alicunde extrinsecus aer  
Versat agens ignes, sive ipsi serpente possunt,  
Quo ejusque cibus vocat, atque invitat entes,  
Flammea per cælum pascentes corpora passim.

Et solem ex ignibus ab humidis vaporibus collectis coagmentatum, nubemque quamdam usulantem esse, Xenophanes aiebat. Vid. Plutarch., Plin. et Arat. Comment.

Cap. L. — <sup>b</sup> Solem per seips. Pleraq. ex Hygin lib. IV, cap. de Sole.

## CAPUT LIII.

*De lumine lunæ.*

1. Lunam <sup>f</sup> quidam philosophi dicunt proprium lumen habere, globique ejus unam partem esse lucifluam, aliam vero obscuram, et paulatim se vertendo diversas formas efficere. <sup>g</sup> Alii e contra aiunt lunam non suum lumen habere, sed solis radiis illuminari. Unde et eclipsim patitur, si inter ipsam et solem umbra terræ se interponat.

## CAPUT LIV.

*De formis lunæ.*

1. Prima figura lunæ bicornis est, <sup>h</sup> secunda scetilis, tertia dimidia, quarta plena, quinta iterum dimidia ex majore, sexta iterum scetilis, septima bicornis.

2. Septima iterum semis et vicesima secunda semis in suo orbe mediæ sunt; cæteræ proportionales sunt.

**156** CAPUT LV.*De interlunio lunæ.*

1. Interlunium lunæ est tempus illud inter descendentem et nascentem lunam. Est autem tricesima dies qua luna non lucet. Quæ ideo tunc videri non potest, quia soli conjuncta obscuratur; sed eodem momento renascens paulatim ab eo recedendo videtur.

## CAPUT LVI.

*De cursu lunæ.*

1. Luna amissi ac recepti luminis vicibus menstrua spatia moderatur. <sup>i</sup> Quæ ideo obliquo et non recto incedit cursu ut sol, ne incidat in centrum terræ, et frequenter patiatur eclipsim. Vicinus est enim circulus ejus terræ. Crescens autem orientem cornibus spectat; decrescens occidentem; merito, quia occasu a et amissura est lumen.

## CAPUT LVII.

*De vicinitate lunæ ad terras.*

1. Luna terris vicinior est quam sol. Inde et breviori orbe celerius peragitur cursum suum. Nam iter quod sol in diebus CCCLXV peragit, ista per triginta dies percurrit. Unde et antiqui menses in luna, annos autem in solis cursu posuerunt.

## CAPUT LVIII.

*De eclipsi solis.*

1. Eclipsis <sup>j</sup> solis est quoties luna tricesima ad eandem lineam **157** qua sol vehitur pervenit, eique

Cap. LI. — <sup>e</sup> Ex ipso... temporum. Verba Clem. in Recogn.

<sup>d</sup> Sublimis attollitur. Reliqua, quæ in excusis libris leguntur absunt a. Ms. et allata hæc sunt e cap. 17 libri de Natura rer. ad Sisebuth.

Cap. LII. — <sup>e</sup> Per incognitas sub terra vias. Cognitas jam nostrorum hominum diligentia.

Cap. LIII. — <sup>f</sup> Lunam quidam. Ex Arat. comment.

<sup>g</sup> Alii e contra. Sensum quidem ex iisdem commentariis, sed verba ex Hieronimo mutuatus est in Isaie cap. LXVI.

Cap. LIV. — <sup>h</sup> Secunda scetilis... sexta iterum scetilis. Al., utrobique sextilis.

Cap. LVI. — <sup>i</sup> Quæ ideo... incidit. E Servio, Æm. I, ad verb. Hic canit errantem lunam.

Cap. LVIII. — <sup>j</sup> Eclipsis. Ex interprete Arat. prop. III.

se objiciens solem obscurat. Nam deficere nobis sol A videtur, dum illi orbis lunæ opponitur

## CAPUT LXIX.

*De eclipsi lunæ.*

1. Eclipsis lunæ est quoties in umbram terræ luna incurrit. Non enim suum lumen habere, sed a sole illuminari patitur, unde et defectum patitur, si inter ipsam et solem umbra terræ interveniat.

2. Patitur autem hoc decima quinta luna eoque tandiu centrum atque umbram obstantis terræ exeat, videaturque solem, vel a sole videatur.

## CAPUT LX.

*De differentia stellarum, siderum et astrorum.*

1. Stellæ et sidera, et astra inter se differunt. Nam stella est quælibet singularis. Sidera vero sunt stellis plurimis facta, ut Hyades, Pleiades.

2. Astra autem sunt stellæ grandes, ut Orion, Bootes. Sed hæc nomina scriptores confundunt, et astra pro stellis, et stellas pro sideribus ponunt.

## CAPUT LXI.

*De lumine stellarum.*

1. Stellæ non habere proprium lumen, sed a sole illuminari dicuntur, sicut et luna.

## 158 CAPUT LXII.

*De stellarum situ.*

1. Stellæ immobiles sunt, et cum cælo fixæ perpetuo mota feruntur, neque cadunt per diem, sed solis splendore obscurantur.

## CAPUT LXIII.

*De cursu stellarum.*

1. Sidera, aut feruntur, aut moventur. Feruntur quæ cælo fixa sunt, et cum cælo volvuntur. Moven- C tur vero quædam, sicut planetæ, id est, erraticæ, quæ cursus suos vagos certa tamen definitione conficiant.

## CAPUT LXIV.

*De vario cursu stellarum.*

1. Stellæ pro eo quod a per diversos orbes cælestium planetarum feruntur, quædam celerius exortæ serius occidunt, quædam tardius exortæ citius ad occasum perveniunt.

2. Aliæ pariter orientur et non simul occidunt, omnes autem suo tempore ad cursum proprium revertantur.

## CAPUT LXV.

*De intervallis stellarum.*

1. Stellæ inter se diversis intervallis distant a terra, propterea dispari claritate magis, minusve nostris oculis apparent; nam multæ majores sunt illis quæ videmus conspicuas, sed longius positæ parvæ videntur a nobis.

\* Cap. LXIV. Per diversos orbes cælestium planetarum. Rom. Cod., Cælestium colorum, ex quo paralytismus faciebat Chacon. Porro, quæ restant ex Hippocrate sunt præfatione.

\* Cap. LXVI, Pyrois. Cum in omnibus libris esset Vagos, recte monuit Chacon permutandas esse litteras. Ita namque Martem vocari ab omnibus, etiam ab Iulio, cap. 70. Unde etiam corrigendus lib. v, cap. 38. Vid. Cic., II de Nat. Deor., et Censor., cap. 13, de die Natal.

## 159 CAPUT LXVI.

*De numero circulari stellarum.*

1. Numerus circularis stellarum est, per quem cognosci dicitur in quanto tempore circulum suum unaquæque stella percurrat, sive per longitudinem, sive per latitudinem.

2. Nam luna octo annis fertur explere circulum suum, Mercurius annis viginti, Lucifer annis novem, sol annis decem et novem, b Pyrois quindecim, Phæton duodecim, Saturnus triginta. Quibus peractis ad reversionem circuli sui iisdem siguis et partibus revertuntur.

3. Quædam sidera radiis solis præpedita anomala sunt, aut retrograda, aut stationaria, c juxta quod et poeta meminit dicens :

Sol tempora dividit ævi ;  
Mutat nocte diem, radiisque potentibus astra  
Ire vetat, cursusque vagos statione moratur.

## CAPUT LXVII.

*De stellis planetis.*

1. Quædam stellæ ideo planetæ dicuntur, id est, errantes, quia per totum mundum vario motu discurrunt. Unde pro eo quod errant retrogradæ dicuntur, vel anomalæ efficiuntur, id est, quando particulas addunt et detrahunt. Cæterum quando tantum detrahunt, retrogradæ dicuntur, stationem autem faciunt quando stant.

## 160 CAPUT LXVIII.

*De præcedentiâ et antegradatione stellarum.*

1. Præcedentiâ vel antegradatio stellarum est, dum stella motum suum consuetum agere videtur, et aliquid præter consuetudinem præcedit.

## CAPUT LXIX.

*De remotione vel retrogradatione stellarum.*

1. Remotio vel retrogradatio stellarum est, quando stella, dum motum suum agit, simul et retrorsum moveri videtur.

## CAPUT LXX.

*De statu stellarum.*

1. Status stellarum est, quia dum stella semper movetur, tamen in aliquibus locis stare videtur.

## CAPUT LXXI.

*De nominibus stellarum, quibus ex causis nominis acceperunt.*

1. Sol appellatus, eo quod solus appareat, obscuratis fulgore suo cunctis sideribus.

D 2. d Luna dicta quasi Lucina, ablata media syllaba, de qua Virg. : *Casta fave Lucina*. Sumpsit autem nomen per e derivationem a solis luce, 161 eo quod ab eo lumen accipiat, acceptumque reddat. . .

3. Stellæ dictæ a stando, quia semper fixæ stant in cælo, nec cadunt. f Nam quod videmus de cælo

e Juxta quod, et poeta. Lucan., lib. x, apud quem non ævi, sed anni legitur.

d CAP. LXXI. Luna dicta q. Lucina. Cic. : Luna a lucendo nominata, eademque est Lucina.

e Per derivationem a solis luce. Cicer. in Somn. Ex quibus illa, quæ ultima cælo, citima terris luce lucebat aliena.

f Nam quod videmus e cælo. Serv., Georg. 1. Quod autem videmus e cælo stellæ quasi labi ἀρῆπια: sunt ignis ætherei, quæ sunt, etc.

stellas quasi labi, non sunt stellæ, sed igniculi ab æthere lapsi, qui sunt dum ventus altiora petens æthereum ignem secum trahit, qui tractu suo imitatur stellas cadentes. Nam stellæ cadere non possunt; immobiles enim (ut prædictum est) sunt, et cum cælo fixæ feruntur.

4. <sup>a</sup> Sidera dicta, quod ea navigantes *considerando* dirigunt ad cursum consilium, ne fallacibus undis aut ventis alio deducantur. Quædam autem stellæ idcirco *signa* dicuntur, quia eas nautæ observant in gubernandis remigiis, contemplantes aciem, fulgoremque earum, quibus rebus status cæli futurus ostenditur.

5. Sed et omnes homines ea intendunt ad prævidendas aeris qualitates per æstatem, et hiemem, vernalemque temperiem. Ortu enim vel occasu suo certis stationibus temporum qualitates significant.

6. Signorum primus Arctos, qui in axe fixus septem stellis in se revoluta rotatur. Nomen est Græcum, quod Latine *Ursa* dicitur; quæ quia in modum plauri vertitur, nostri eam Septentrionem dixerunt.

7. Triones enim proprie sunt boves aratorii, dicti eo quod terram terant, quasi *teriones*. Septentriones autem non occidere axis vicinitas facit, quia in eo sunt.

8. Arctophylax dicitur, quod Arcton, id est, Helicem Ursam sequitur. Eundem et Bonten dixerunt, eo quod planstro hæret: signum multis inspectabile stellis, inter quas <sup>b</sup> Arcturus est.

9. Arcturus est sidus post caudam majoris Ursæ positum in signo Bootæ. Unde et Arcturus dictus est, quasi ἀρκυρον οὐρά, quia Bootæ præcordiis collocata est. Oritur autem autumnali tempore.

162 10. Orion astrum ante Tauri vestigia fulget; et dictus Orion ab *urina*, id est, ab inundatione aquarum. Tempore enim hiemis obortus, mare et terras aquis et tempestatibus turbat.

11. <sup>c</sup> Hunc Latini Jugulam vocant, quod sit armatus, <sup>d</sup> ut gladio, et stellarum luce terribilis, atque clarissimus; in quo si effulgent omnia, serenitas portenditur; si obscuratur hic acies, tempestas cernitur imminere.

12. <sup>e</sup> Hyades dictæ ἀπό τοῦ ὕειν, id est, a *succo*, et

<sup>a</sup> Sidera q. e. n. *considerando*. At Varro: Sidera quæ insidunt, atque ita significant aliquid in terris.

<sup>b</sup> Arcturus sidus. E Serv., Æn. 1.

<sup>c</sup> Hunc Latini jug. Ex comm. Arat.

<sup>d</sup> Ut gladio. Aratus, ἕρπος ἔρι παροῦθως. Cic.: Et dextra retinens non casum luminis ense. Varro tamen non ad ense refert jugale etymon. Sic namque scribit: Citius Orion patet, hujus signi caput dicitur e stellis tribus, quas infra duæ claræ, quas appellant humeros, inter quæ quod videtur jugulum, unde et jugula dicta.

<sup>e</sup> Hyadas dict. Serv., Æn. 1. Hyades dicta ἀπό τοῦ ὕειν. Latine succulæ a succo, et Georg. 1: Hyades ἀπό τοῦ ὕειν, e quo apparet esse quæ hoc loco confusa leguntur. Arati quoque interpres: Hyad s (inquit) appellantibus Græcis, quod nostri a similitudine cognominis vocabulum eis stellis propter succos impositum arbitrantur, imperiti appellavere succidas. Cic. II de Nat. Deor.: Has Græci Hyadas vocitare consueverunt a pluendo, ὕειν namque est plueri, nostri imperite succulas, quasi a subibus essent, non ab imbribus nominatæ.

<sup>f</sup> Pleiadas a pluralit. Ex Arat. comment. Nam Serv., Georg. 1, ἀπό τοῦ πλῆθω, id est navigando,

A *pluviiis*. Nam pluvia Græce ὕειν dicitur. Ortu quippe suo efficiunt pluvias, unde et eas Latini *succulas* appellaverunt, quia quando nascuntur, pluviarum signa monstrantur, de quibus Virgilius: *Arcturum pluviosaque Hyadas*. Sunt autem septem in fronte Tauri, et oriuntur tempore vernali.

13. <sup>f</sup> Pleiades a pluralitate dictæ, quia pluralitatem Græci πλειώτα appellat. Sunt autem stellæ septem ante genua Tauri, ex quibus sex videntur, nam latet una. Has Latini *Virgiliae* dicunt, a temporis significatione, quod est *ver*, quando exoriuntur. Nam occasu suo 163 hiemem, ortu æstatem, primæque navigationis tempus ostendunt.

14. Canicula stella quæ et Sirius dicitur, æstivis mensibus in medio centro cæli est, et dum sol ad eam ascenderit, conjuncta cum sole, duplicatur calor ipsius, et dissolvuntur corpora, et vaporantur. Unde et ex ipsa stella *dies caniculares* dicuntur, quando et molestæ sunt purgationes.

15. *Canis* autem vocatur propterea, quod corpora morbo afficiat. <sup>g</sup> *Sirius* propter flammæ candorem, quod ejusmodi sit, ut præ cæteris lucere videatur. Itaque quo magis eam cognoscerent, Sirion appellasse.

16. Cometes stella dicta est, eo quod comas luminis fundat ex se. Quod genus sideris quando apparuerit, aut pestilentiam, aut famem, aut bella significat.

17. <sup>h</sup> *Cometæ* autem Latine *crinitæ* appellantur, quod in modum crinium flammam spargunt, quas Stoici dicunt esse ultra xxx, quarum nomina et effectus quidam astrologi scripserunt.

18. Lucifer dictus, eo quod inter omnia sidera plus lucem ferat; est autem unus ex planetis. Hic proprie et *jubar* dicitur, eo <sup>i</sup> quod *jubar* lucis effundat, sed et splendor solis et lunæ, ac stellarum, *jubar* vocatur, quod in modum *jubar* radii ipsorum extendantur.

19. <sup>j</sup> Hesperus stella occidentalis, quam cognominatam perhibent ab Hespero Hispaniæ rege. Est autem, et ipsa ex quinque stellis planetis, noctem ducent, et solem sequens. Fertur autem quod hæc stella oriens

quod ortu suo primæ navigationis tempus ostendat.

<sup>g</sup> *Sirius propter flammæ candorem*. Qui sive pro *Sirius* hoc loco legerunt (ut est in plerisque omnibus Manusc.) offecit eorum luminibus in *canicula* et *candore* vocis similitudo, neque adverterunt *σπιρίων candere* esse et *splendere*, Isidorumque qui antea *Canicula* quæ et *Sirius* dixisset, hunc utriusque nominis rationem reddere. Cum præsertim in Arat. commentariis, unde sunt hæc ita scriptum sit: *Sirium autem stellam vocatam putant propter flammæ candorem*. Postremo Codicum varietas (nam in quibusdam sive, in aliis aut [in aliis vel] ipsos satis coarguit, est vero proprie *Sirius* (ut ait Serv., Æn. x) stella in ore canis.

<sup>h</sup> *Cometæ autem Latine crinitæ*. Serv., Æn. x: *Cometæ Latine crinitæ appellantur, et Stoici dicunt has stellas esse ultra xxxii, quarum nomina et effectus Avienus, qui iambicis scripsit Virgiliae fabulas, memorat*. Sed Isid. forte ultra xxx scripsit, neglecto minori numero.

<sup>i</sup> *Quod jubar luc*. E Serv., Æn. iv. Ita portus *jubar* ex d. 1.

<sup>j</sup> *Hesperus* Serv., Æn. i et iii.



Luciferum, occidens vesperum facit, de qua Statius : Ariat, est enim hoc tempus canicularium dierum.

.... et alterno deperditur unus in ortu.

**164** 20. Planetæ stellæ sunt quæ non sunt fixæ in cælo, ut reliquæ, <sup>a</sup> sed in aere feruntur. Dictæ autem planetæ ἀπὸ τῆς πλάνης, id est, *ab errore*. <sup>b</sup> Nam interdum in Austrum, interdum in Septentrionem, plerumque contra mundum, nonnunquam cum mundo feruntur. <sup>c</sup> Quorum nomina Græca sunt Phaeton, Phæon, Pyrois, Hesperus, Stilbon.

21. Hos Romani nominibus deorum suorum, id est, Jovis, Saturni, Martis, Veneris atque Mercurii sacraverunt. <sup>d</sup> Decepti enim, et decipere volentes, in eorum adulationem qui sibi aliquid secundum amorem sæculi præstitissent, sidera ostendebant in cælo, dicentes quod Jovis esset illud sidus, et illud Mercurii, et concepta est opiuis vanitatis. Hanc opinionem erroris diabolus confirmavit, Christus evertit.

22. Jam vero illa quæ ab ipsis gentilibus signa dicuntur, in quibus et animalium imago de stellis formatur, ut Arctos, Aries, Taurus, Libra, et hujusmodi alia, ii qui sidera præviderunt in numerum stellarum, speciem corporis superstitiosa vanitate permoti, finxerunt, ex causis quibusdam deorum suorum et imagines et nomina conformantes.

23. Nam Arietem primum signum, cui, ut Libræ, mediam mundi lineam tradunt, propter Ammonem, Jovem ideo vocaverunt, in cujus capite qui simulacra faciunt Arietis cornua figunt.

24. Quod signum gentiles ideo inter signa primum constituerunt, quia in mense Martio, qui est anni principium, solem in signo illo cursum agere dicunt, <sup>e</sup> sed et Taurum in ter sidera collocant, et ipsum in honorem Jovis, eo quod in bovem sit fabulose convertas, quando Europam transvexit.

**165** 25. <sup>f</sup> Castorem quoque et Pollucem post mortem inter notissima sidera constituerunt, quod signum Gemini dicunt.

26. Cancrum quoque inde dixerunt, eo quod ad id signum mense Junio sol dum venerit retrogradatur in modum cancri, brevioresque facit dies; hoc enim animal incertam habet primam partem, denique ad utramque partem gressum dirigit, ita ut prior pars sit posterior, et posterior prior.

27. Leonem ingentem Hercules in Græcia occidit, et propter virtutem suam hunc inter duodecim signa constituit. Hoc signum sol cum attigerit, nimium calorem mundo reddit, et annuos flatus Etesias facit.

28. Virginis etiam signum idcirco intra astra collocaverunt, propter quod eisdem diebus in quibus sol per illud decurrit, terra exusta solis ardore nihil pa-

29. Libram autem vocaverunt ab æqualitate mensis ipsius, quia octavo Kal. Octobris sol per illud signum currens æquinoctium facit. Unde et Lucanus : *Ad juxta pondera Libræ.*

30. Scorpionem quoque et Sagittarium propter fulgura mensis ipsius appellaverunt. Sagittarius vir e iuinis cruribus deformatus, cui sagittam et arcum adiungunt, ut ex eo mensis ipsius fulmina demonstrentur. Unde et Sagittarius est vocatus.

31. Capricorni figuram ideo inter sidera finxerunt, propter capram Jovis nutricem, cujus posteriorem partem corporis in effigiem piscis <sup>g</sup> ideo formaverunt, ut pluvias ejusdem temporis designarent, quas solet idem mensis plerumque in extremis habere.

**B** 32. Porro Aquarium et Pisces, ab imbris temporum vocaverunt, quod hieme; quando in his signis sol vertitur, majores pluvie prouduantur. Et miranda geptilium dementia, qui non solum pisces, sed etiam arietes, et hircos, et tauros, ursas, et canes, caneros, et scorpiones in cælum transtulerunt; nam et aquilam et cygnum propter Jovis fabulas inter cæli astra ejus memoriæ causa collocaverunt.

**166** 33. Perseum quoque, et uxorem ejus Andromedam, posteaquam sunt mortui in cælum receptos esse crediderunt, ita ut imagines eorum stellis designarent, eorumque appellare nominibus non erubescerent.

**C** 34. <sup>h</sup> Aurigam, etiam Erichthonium, inter cæli astra collocaverunt, propter quod vidissent eum primum quadrigas junxisse. Mirati sunt enim ingenium ejus ad imitationem solis accessisse, et propter hoc nomen ejus post mortem inter sidera posuerunt.

35. Sic Calisto, Lycaonis regis filia, dum a Jove compressa, et fabulose a Junone in ursæ fuisset speciem versa, quæ Græce ἀρκτος appellatur, post interfectionem ipsius nomen ejus Jovis <sup>i</sup> cum filio in stellis septentrionalibus transtulit, eamque Arcton, filium autem ejus Arctophylaca appellavit.

36. Sic Iyra pro Mercurio in cælum locata. Sic Centaurus Chiron, propter quod nutritur Æculapium et Achillem, inter astra dinumeratus est.

37. Sed quolibet modo superstitionis hæc ab hominibus nuncupentur, sunt tamen sidera, quæ Deus in mundi principio condidit, ac certo motu distinguere tempora ordinavit.

38. Horum igitur signorum observationes, vel geneses, vel cætera superstitiosa, quæ se ad cognitionem siderum conjungunt, id est, ad notitiam fatu- rum, et fidei nostræ sine dubitatione contraria sunt;

<sup>a</sup> Sed in aere fer. Ut multis est visum. Vid. Plin., lib. II.

<sup>b</sup> Nam interdum ad Aust. Verba Serv., Georg. I, ad versum : Quos ignis cali Cyllen.

<sup>c</sup> Quorum nomina Græc. Sive hæc ex Hygino, sive e Cicrone sumpta sint, illud certum est, Phaetonta Ildoro non esse Saturnum, ut sibi constet. Nam cap. 65, Phaetonta XII annis cursum explere dixit, Saturnum vero xxx. Itaque frustra in hoc doctissimus vir laboravit. Vide Plutarch., II de Plac., et Capell. VII de Planet. Orb.

<sup>d</sup> Decepti e. et decipere vol. Ex Aug., in ps. xciii.

<sup>e</sup> Sed et Taurum. Ex Arat. Comm.

<sup>f</sup> Castorem. Ex Hygini Astr. lib. II.

<sup>g</sup> Ideo formaver. Al., finxerunt.

<sup>h</sup> Aurigam etiam Erichthon. Hygini lib. II.

<sup>i</sup> Jovis cum filio. Jovis in recto casu etiam usus est Arati interpres, et Petronius; notus etiam de diis Ennianus versus :

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

sic ignorari debent a Christianis ut nec scripta esse videantur.

39. Sed nonnulli, siderum pulchritudine et claritate pellecti, in lapsus stellarum cæcatis mentibus corruerunt, ita ut per supputationes noxias, **167** quæ *mathesis* dicitur, eventus rerum præscire posse conentur; qui non solum Christianæ religionis doctores, sed etiam gentilium, Plato, Aristoteles, atque alii, rerum veritate commoti, concordi sententia damnaverunt, dicentes confusionem rerum potius de tali persuasione generari.

40. Nam si (ut dicunt) genus humanum ad varios actus nascendi necessitate premitur, cur, aut laudem mereantur boni, aut mali; legum percipiant ultionem? Et quanvis ipsi non fuerint cælesti sapientiæ dediti, veritatis tamen testimonio, errores eorum merito pertulerunt.

41. Ordo autem iste septem sæcularium disciplinarum ideo a philosophis usque ad astra perductus est, scilicet, ut animos sæculari sapientiâ implicatos a terrenis rebus abduceret, et in superna contemplatione collocaret.

## LIBER QUARTUS.

### DE MEDICINA.

#### CAPUT PRIMUM.

##### *De medicina.*

1. Medicina <sup>a</sup> est quæ corporis vel tuetur vel restaurat salutem, cujus materia versatur in morbis et vulneribus

2. Ad hanc itaque pertinent, non ea tantum quæ ars eorum exhibet qui proprie medici nominantur, <sup>b</sup> sed etiam cibus, et potus, et tegumen; **168** defensio denique omnis, atque munitio, qua corpus nostrum adversus externos ictus casusque servatur.

#### CAPUT II.

##### *De nomine ejus.*

1. Nomen <sup>c</sup> autem medicinæ a modo, id est, temperamento impositum æstimatur, ut non satis, sed paulatim adhibeatur. Nam in multo constrictatur natura, mediocri autem gaudet; unde et qui pigmenta et antidota satis vel assidue biberint, vexantur. Immoderatio enim omnis, non salutem, sed periculum affert.

#### CAPUT III.

##### *De inventoribus medicinæ.*

1. Medicinæ <sup>d</sup> autem artis auctor ac repertor apud Græcos perhibetur Apollo. Hanc filius ejus Æsculapius laude vel opere ampliavit.

2. Sed postquam fulminis ictu Æsculapius interiiit, interdicta fertur **169** medeundi cura, et ars simul cum auctore defecit, latuitque per annos pene quingentos, usque ad tempus Artaxerxis regis Persarum. Tunc eam <sup>e</sup> revocavit in lucem Hippocrates, <sup>f</sup> Asclepio patre genitus in insula Coe.

#### CAPUT IV.

##### *De tribus hæresibus medicorum.*

1. Hi itaque <sup>g</sup> tres viri totidem hæreses invenerunt.

CAP. I. — <sup>a</sup> *Medicina.* Cælium Aurelianum fere secutus est in hoc libro.

<sup>b</sup> *Cibus, et potus, et tegumen.* Al., *cibi, et potus tegmen, et tegumen.* Al., *regimen, et tegmen*, nos *regimen* ex varietate scripturæ *tegmen* et *tegumen* irrepisisse putamus.

CAP. II. — <sup>c</sup> *Nomen autem medicinæ* a modo. Non tam de veriloquio labragisse quam occasione in voce quasisse videtur, ut reliqua inferret. Id enim *φδοσσιπτερον*, quod et Plato et Varro pers. epe faciunt.

CAP. III. — <sup>d</sup> *Medicinæ autem artis.* Soranus, in præfat. *Isagoges: Medicinam quidem invenit Apollo, amplificavit Æsculapius, perfecit Hippocrates.*

B Prima, Methodica, inventa est ab Apolline, quæ remedia sectatur et carmina. Secunda, <sup>b</sup> Empirica, id est, experientissima, inventa est ab Æsculapio, quæ non indiciorum signis, sed solis constat experimentis. Tertia, Logica, id est rationalis, inventa ab Hippocrate.

2. Iste enim, discussis ætatum, regionum vel ægritudinum qualitatibus, artis curam rationabiliter perscrutatus est. Empirici enim experientiam solum sectantur; logici experientiæ rationem adjungunt; methodici, nec tempora, nec ætates, nec causas, sed solas morborum substantias.

#### 170 CAPUT V.

##### *De quatuor humoribus corporis.*

1. Sanitas est integritas corpori, et temperantia nature ex calido et humido, quod est sanguis; unde et sanitas dicta est, quasi *sanguinis status*.

2. Morbi generali vocabulo omnes passiones corporis continentur, quod inde veteres morbum nominaverunt, ut ipsa appellatione mortis vim quæ ex eo nascitur demonstrarent. Inter sanitatem autem et morbum media est curatio, quæ nisi morbo congruat, non perducit ad sanitatem.

3. Morbi autem omnes ex quatuor nascuntur humoribus, id est, ex sanguine, et felle, melancholia, et phlegmate. Sicut autem quatuor elementa, sic et quatuor humores, et unusquisque humor suum elementum imitatur: sanguis aerem, cholera ignem, melancholia terram, phlegma aquam. Et sunt quatuor humores, sicut quatuor elementa, quæ conservant D corpora nostra.

4. <sup>1</sup> Sanguis ex Græca etymologia vocabulum

<sup>e</sup> *Revocavit in lucem.* Plin., lib. ix, cap. 4: *Tum vero eam revocavit in lucem Hippocrates genitus in insula Coe imprimis clara, et valida, et Æsculapio dicata.*

<sup>f</sup> *Asclepio patre.* Qui fuit sanguinis fortasse auctor ultimus. Nam ab Æsculapio nonus, decimusve fuisse dicitur Hippocrates, filius vero Heraclidæ et Pheretæ.

CAP. IV. — <sup>g</sup> *Itaque tres viri.* Vid. Celsi præfationem ad lib. de Re medic.

<sup>b</sup> *Empirica, id est, experientissima.* Potuit cum Plinio *experimentosam* dicere.

CAP. V. — <sup>1</sup> *Sanguis ex Græc. etymolog* ἄπὸ τοῦ ζῶν, sive ζῆν, quod est vivere.

sumpsit, quod vegetet, et sustentet, et vivat. Cholera Græci vocaverunt, quod unius diei spatium terminetur, unde et cholera, id est, *fellicula* nominata est, hoc est, fellis effusio; Græci enim *fel cholân* dicunt.

5. Melancholia dicta eo quod ex nigri sanguinis feces admista sit abundantia fellis. Græci enim *μέλαν πύγμα* vocant. *fel* autem *χολάν* appellant.

6. <sup>b</sup> Sanguis Latine vocatus, quod sit suavis; unde et homines **171** quibus dominatur sanguis, dulces et blandi sunt.

7. <sup>c</sup> Phlegma autem dixerunt, quod sit frigidum. Græci enim *rigorém φλέγμα* appellant. Ex his quatuor humoribus reguntur sani, ex his læduntur infirmi. Dum enim amplius extra cursum naturæ creverint, ægri tudines faciunt.

8. Ex sanguine autem et felle acuta passiones nascuntur, quas Græci *ἄξια* vocant. Ex phlegmate vero et melancholia veteres causæ procedunt, quas Græci *χρόνια* dicunt.

## CAPUT VI.

### De acutis morbis.

1. Oxa est acutus morbus, qui aut cito transit, aut celerius interficit, ut <sup>d</sup> pleuritis, phrenesis; *ἄξυ* enim *acutum* apud Græcos, et *velocem* significat. *Χρόνια* est prolixus corporis morbus, qui multis temporibus remoratur, ut podagra, phthisis; *χρόνος* enim apud Græcos *tempus* dicitur. Quædam autem passiones ex propriis causis nomina acceperunt.

2. <sup>e</sup> Febris a *fervere* dicta est, esse enim abundantia calor.

3. Phrenesis appellata, sive ab impedimento mentis, quia Græci *mentem φρένας* vocant, seu quod dentibus infrendant, nam *frendere* est *dentes concutere*. <sup>f</sup> Est autem perturbatio cum exagitatione et dementia ex cholericâ vi effecta.

4. <sup>g</sup> Cardiaca vocabulum a *corde* sumpsit, dum ex aliquo timore, **172** aut dolore afficitur. *Cor* enim Græci *καρδιαν* vocant. Est enim cordis passio cum formidabili metu.

5. <sup>h</sup> Lethargia a somno vocata. Est enim oppres-

<sup>a</sup> Hoc est effusio fellis. Cœlius, lib. III Acutar., cap. 19 : Cholera passionem aiunt quidam nominatam a fluere fellis, velut fellisquam passionem, nam cholera fel appellant, rheam fluorem.

<sup>b</sup> Sanguis Latine. Hæc omnes libri habent, sed verisimile est tentasse quoque Latinam etymologiam reddere, quam etiam repetit lib. XI, cap. 1.

<sup>c</sup> Phlegma autem, quod sit frigidum. Κατ' ἀντιπαρτίον. Recte namque Cœlius, lib. III Trad. cap. 1 : Multa (inquit) medici contrariæ interpretationis vocabula susceperunt, ut fella, quæ Græci glyce vocant, velut dulcis, cum sint amarissima. Alioquin φλέγμα ab Homero πύγμα appellari, ait Pollux.; et cap. seq. Isidoro ipse phlegmon INFLAMMANS est.

Cap. VI. — <sup>d</sup> Pleuritis, phrenesis. — Pleuritis, phrenesis, perpetuo apud Cœlium.

<sup>e</sup> Febris a FERVORE. Ita Varro apud Non.

<sup>f</sup> Est autem perturbatio cum exag. — Rom. Cod., Perturbatio mentis cum agitatione.

<sup>g</sup> Cardiaca. Cœl., lib. II Acut., cap. 34.

<sup>h</sup> Lethargia. Idem, lib. II Acut., cap. 1 : Græci lethæa oblivionem vocant, argian vacationem, quam corpori atque animæ ingerit vis supradictæ passionis. Quæ verba non ab Isidoro, qui notationes captaret,

A sio cerebri, cum oblivione, et somno jugi, veluti stertentis.

6. <sup>i</sup> Synanche a continentia spiritus et præcocatione dicta. Græci enim *συνάγγχειν continere* dicunt; qui enim hoc vitio laborant, dolore faucium præfocantur.

7. Phlegmone est fervor stomachi cum extensione et dolore. Nam cum cœperit fieri, inquietudo et febris consequitur. Unde et dicta est *φλεγμονή ἀπό τοῦ φλέγειν*, id est, *inflammare*; sic enim sentitur, et inde nomen accepit.

8. Pleuritis est dolor lateris acutus, cum febre et sputo sanguinolento. *Latus* enim Græce *πλευρον* dicitur, unde et pleuritis passio nomen accepit.

B 9. Peripneumonia est pulmonis vitium, cum dolore vehementi et suspirio; Græci enim *pulmonem πνεύμονα* vocant, unde et ægri tudo dicta est.

10. <sup>j</sup> Apoplexia est subita effusio sanguinis, quæ suffocati intereunt. Dicta autem apoplexia, quod ex lethali percussu repentinus casus fiat. Græci enim *percussionem ἀπόπληξιν* vocant.

11. Spasmus Latine contractio subita partium aut nervorum, cum dolore **173** vehementi. <sup>k</sup> Quam passionem a corde nominatam dixerunt, quod in nobis principatum vigoris habet. Fit autem duobus modis, aut ex repletionem, aut ex inanitionem.

12. Tetanus <sup>l</sup> majorum est contractio nervorum a cervicem ad dorsum.

C 13. <sup>m</sup> Telum, lateris dolor est, dictum est autem ita a medicis, quod dolore corpus transverberet, quasi gladius.

14. Ileos, dolor intestinorum, unde et *ilia* dicta sunt; Græce enim *εἰλαίν obvolvère* dicitur: quod se intestina præ dolore involvant. Hi et *terminosi* dicuntur ab intestinorum tormento.

15. <sup>n</sup> Hydrophobia, id est, aquæ metus; Græci enim *ἕδωρ aquam* vocant, *φόβον timorem* dicunt; unde et Latini hunc morbum ob aquæ metum *lymphaticum* vocant. Fit autem, vel ex canis rabidi morsu, <sup>o</sup> aut ex ejus spuma in terram projecta,

sed a librariis ommissa credebatur Chacon.

<sup>i</sup> Synanche. Ex eod. lib. III, cap. 1.

<sup>j</sup> Apoplexia. Ex cap. 5.

<sup>k</sup> Quam passionem a corde nominatam, id est, ortam; oriuntur enim nervi a corde secundum Aristotelem.

D <sup>l</sup> Majorum contractio nervorum. Cœl., lib. III, cap. 6 : Nervorum majorum, quos τίνοντες vocant, levis tensio. In nostris tamen libris, major contractio, mendose.

<sup>m</sup> Telum. Serenus : Est et vis morbi quod telum commemoratur, cum subito furor insanus fuerit incitus ictu.

<sup>n</sup> Hydrophobia. Cœl., lib. III, cap. 9.

<sup>o</sup> Aut ex ejus spuma. Cum aeris spuma legeretur in omnibus fere libris, Rodericus Fontejus, medicus doctissimus, ex Æliam., lib. IX de Hist. Anim., ejus spuma legendum admonuit, ejus conjecturam comprobavit Mejeraden. liber, et Cũnchensis Hispano sermone conscriptus, in quo; *ò de la espuma de el caida en tierra*. Sed cum in reliquis omnibus libris ex aeris spuma legalur, Cœliusque, quem Isidorus plane sequitur, ex solius aspirationis odore, ex rabido canis adductio quosdam in hanc passionem

quam si homo, vel bestia tetigerit, aut dementia A  
repletur, aut in rabiem vertitur.

16. Carthunculus dictus, quod in ortu suo rubens  
sit, ut ignis, postea niger, ut carbo extinctus.

17. Pestilentia est contagium, quod dum unum ap-  
prehenderit, celeriter ad plures transit. Gignitur au-  
tem ex corrupto aere, et in visceribus penetrando in-  
nititur. Hæc etsi plerumque per aereas potestates fiat,  
tamen sine arbitrio Omnipotentis Dei omnino non fit.

174 18. Dicta autem pestilentia, quasi *pastulenta*,  
quod veluti incendium depascatur, <sup>a</sup> Et toto descen-  
dat corpore pestis. Idem et contagium a *contingendo*,  
quia quemque tetigerit, polluit.

19. <sup>b</sup> Ipsa et *inguinaria* ab inguinum percus-  
sione. Eadem et *lues* a *labe*, et *luctu* vocata, <sup>c</sup> quæ  
tanto acuta est, ut non habeat spatium temporis, B  
quo aut vita speretur, aut mors, sed repentinus lau-  
guor simul cum morte venit.

CAPUT VII.

De chronicis morbis.

1. Chronia est prolixus morbus, qui multis tem-  
poribus remoratur, ut podagra, plithiasis, χρό-  
νιοι, apud Græcos tempus dicitur.

2. <sup>d</sup> Cephalea ex causa vocabulum habet, capitis  
enim passio est; Græci enim *caput κεφαλήν* vocant.

3. <sup>e</sup> Scotoma ab accidenti nomen sumpsit, quod  
repentinas tenebras ingerat oculis, cum vertigine  
capitis. Vertigo autem est, quotiescunque ventus  
consurgit, et terram in circuitum mittit.

4. Sic et in vertice hominis arteriæ et venæ vento-

dicat devenisse, cum venenosus aer adducitur, et C  
vitalibus inseritur partibus, aeris quoque mentionem  
ab Isidoro factam verisimile nobis sit. A. Augusti-  
nus, vel *oris*, vel *ejus* probabat.

<sup>a</sup> Et toto descend. c. p. Ex v. Æn.

<sup>b</sup> Ipsa et *inguinaria*. Vid. Paul. Diacon., de Ingui-  
naria nova Italiæ peste ante Justinianum.

<sup>c</sup> Quæ tanto acuta est. Gothicismus frequens, nec  
Isidori fortasse, sed librariorum.

CAP. VII. — <sup>d</sup> Cephalea. Col., lib. 1 Tard., cap. 4:  
Cephalea a parte corporis quæ patitur passionem no-  
væ accepit.

<sup>e</sup> Scotoma. Ex eod., cap. 2.

<sup>f</sup> Pro lunæ cursu comitentur eos insania. Al. : per  
lunæ cursum comitentur eos insidiæ dæmonum. Utra-  
que scriptura retineri possit, ut prior *lunationis* (ut  
ita dixerim), posterior *lartationis* notatio sit.

<sup>g</sup> Ipe est morbus comitialis idem major. Fest., in  
Prohibere comitia, et Cels., lib. III.

<sup>h</sup> Et divinus. — Sacer potius; cuius appellationis  
multas reddit causas Cælius Aurel., 1 Trad., cap. 4. D  
Pejus tamen in plerisque libris pro *divinus*, *diutinus*  
legitur. Nisi utrumque hoc subsequenti passioni, id  
est, *maniæ* aptemus. Ea enim et *divinus* morbus  
dicitur, et *diutinus*. Nam tardissima, ut Cælius ait,  
passio est.

<sup>i</sup> Erat autem apud Rom. comitorum dies solemnus  
III Kal. Januar. — In Kal. Januar. omnes Cod. Itaque  
expungebat hæc, ut aliena, absurdaque Chacon. Non  
enim Kal. Januar. comitia haberi, cum is dies non  
comitialis, sed fastus esset. A. Augustinus in Kal.  
Januar. ante eas Kalend. quibus initium magistratus  
erat interpretabatur. Anton. Covarruvias vocem in  
ex nota III factam adveniit. Idemque esse III Kal. Ja-  
nuar. quod tertio Januarii die, quo die (ut ait Caius  
in l. Si caluitur, D. de verb. signif.) pro salute prin-  
cipis vota suscipiebantur, eratque totius pop. Rom.

litatem ex resoluta humectatione gignunt, et in oca-  
lis gyrum faciunt, unde et *vertigo* nuncupata est.

5. Epilepsia vocabulum sumpsit, quod mentem  
apprehendens pariter, etiam corpus possideat; Græci  
enim *apprehensionem επιληψίαν* appellant. Fit autem  
ex melancholico humore, quoties exuberavit et ad  
cerebrum converfus fuerit. Hæc passio et *catæxi*  
vocatur, eo quod cadens æger spasmos patiatur.

6. Hos etiam vulgus *lunaticos* vocat, quod pro <sup>f</sup> lunæ  
cursu comitentur 175 eos insania; eadem et *lartato*.  
Ipse <sup>g</sup> est et morbus *comitialis* idem major, <sup>h</sup> et *di-  
vinus*, quo caduci tenentur. Cujus tanta vis est, ut  
homo valens concidat spumetque.

7. *Comitialis* autem dictus, quod apud gentiles,  
cum comitorum die cuiquam accidisset, comitia di-  
mittebantur. Erat <sup>i</sup> autem apud Romanos comitorum  
dies solemnus III Kal. Januar.

8. Mania ab insania vel furore vocata. <sup>i</sup> Nam Græ-  
corum vetustas 176 *furorem ματαιών* appellabat,  
<sup>h</sup> sive ab *inanitate*, quam Græci *ματαιών* vocaverunt,  
sive a *divinatione*, quia *divinare* Græce *μανεῖν* dicitur.

9. Melancholia dicta est a nigro felle; Græci enim  
nigrum *μῆλον* vocant, *fest* autem *χολών* appellant. Epi-  
lepsia autem in phantasia fit, melancholia in ratione,  
mania in memoria.

10. <sup>l</sup> Typi sunt frigidæ febres, quia τύπος Latine  
*forma*, atque *status* dicitur; est enim accessioem  
vel recessionum revolutio per statuta temporum in-  
tervalla.

11. Rheuma Græce, Latine *eruptio*, sive fluor ap-

conventus jam inde a Numa usque celeberrimus, eo-  
demque modo dixisse Plutarchum, Ciceronem tertio  
die Calendarum natum, quem Cicero ipse III Non.  
appellet. Is dies et nuncupatio votorum, et solemnitas  
imperatorum, et præcise vota et solemnitas dicebatur.  
Sueton. in Aug., Capitolin. in Perinac., Tacit., IV  
et XV Ann., Tertull., in lib. de Coron. Comitia autem  
non ea solum dici quæ ad legendos magistratus tie-  
rent, sed pro conventu populi accipi solere, mani-  
festum est.

<sup>i</sup> Nam Græcor. vetustas. Ex eod. Cæl. lib., cap 5,  
sed hæc confusa et perturbata sunt.

<sup>h</sup> Sive ab inanitate, quam Græci *ματαιών*. Ita inter-  
pretatur *μῆλον* et *ματαιών* Eustach. II. ψ, explicans vo-  
cem *καρῆρος*. Ergo etiam apud Aurelian. *inanitate*,  
pro *iniquitate* reponendum videri possit, subjicit  
enim: *Quam appellant maniam, vel quod animum,*  
*sive mentem, ultra modum laxet, maniam enim dimis-  
sum, sive mollem appellant.* Hispava quoque transla-  
tlo: *O es dicta ab inanitate; esto es, Es vaciamiento,*  
D *de cosa vacia, que los Griegos llaman mania.* Adde  
quod Isid., lib. v, cap. 28: *Atti (inquit) putant mane  
vocari ab aere, quia manus, id est, rarus est, atque  
perspicuus.* In eo vero quod superior Græce *μανεῖν*  
*divinare* e-se dixit, Gothicos libros sumus secuti.

<sup>l</sup> Typi sunt frigidæ febres. Ejecimus hinc illa (quæ  
abusive appelluntur ab herba quæ in aqua nascitur),  
quamvis erant in omnibus libris, neque enim du-  
bium quin huc nullo adducta sint consilio e libro  
XVII. Quod vero *forma* atque *status* e libris scripsi-  
mus, *statutum* mallebat Chacon; vocari enim *legen*,  
sive *pragmaticam* apud Justinianum τύπον, Novell  
Græc. 165, 166, edictumque VII τύπον *πραγματικῶν*  
inscribi; easdem quoque *leges formas* Latine dici in  
l. *Decernimus*, c. de Sacros. Eccles. A statutis ergo  
temporibus, et ea lege quam periodicæ febres ser-  
vant, τύπος; appellatas.

pellatur. Catarrhus est fluor rheumæ jugis ex nari-  
bus, quæ dum ad fauces venerit βράγχος vocatur,  
dum ad thoracem, vel pulmonem πτύσσις, dicitur.

12. ° Coryza est quoties influxio capitis b in ossa  
venerit narium, et ° provocationem fecerit, cum  
sternutatione; unde, et coryza nomen accepit.

177 13. Branchos est præfocatio faucium a fri-  
gido humore. Græci enim guttur βράγχος dicunt, circa  
quod fauces sunt, quas nos corrupte branchias di-  
cimus.

14. Raucedo, amputatio vocis. Hæc et arterias  
vocatur, eo quod vocem raucam et clausam reddat  
ab arteriarum injuria. Suspirium nomen sumpsit,  
quia inspirationis difficultas est, quam Græci δύσ-  
πνοια dicunt, id est, præfocationem.

15. d Peripneumonia a pulmonibus nomen accepit.  
Est enim pulmonis tumor, cum spumarum san-  
guinearum effusione.

16. Hæmoptois, emissio sanguinis per os, unde  
et nomen sumpsit, αἷμα enim sanguis dicitur.

17. Phthisis est ulceratio, et tumor in pulmo-  
nibus, qui juvenibus facilius evenire solet; φθίσις  
autem apud Græcos dicta, quod sit totius corporis  
consumptio.

18. ° Tussis Græce ab altitudine vocatur, quod a  
profundo pectoris veniat, cujus contraria est supe-  
rior in faucibus ubi uva distillat.

19. f Apostema a collectione nomen accepit;  
nam collectiones Græci apostemata vocant.

20. ° Empye dicta est apostema intrinsecus, vel  
in latere, vel in stomacho, cum dolore, et febris,  
et tussi, et abundantibus sputis, et purulentis.

21. Hepaticus morbus a jecoris passione nomen  
accepit, Græci enim jecur ἥπαρ vocant.

22. Lienosis a splene vocabulum sumpsit. Græci  
σπληνίτιον vocant.

23. h Hydrops nomen sumpsit ab aquoso humore  
cutis, nam Græci ὕδωρ aquam vocaverunt, est enim  
humor subcutaneus, cum inflatione turgente, et an-  
belitu foedito.

24. i Nephritis a renum languore nomen accepit,  
Renes enim Græci νεφροί dicunt.

178 25. l Paralysis dicta a corporis impensatione,

° Coryza... quoties influxio. E Cœl., l. b. ii, cap. 7.

b In ossa ven. — In os ven. n. R. Cod.

° Et provocationem. Ita Goth. omnes alii præfo-  
cationem. Facilis lapsus ex digammo.

d Peripneumonia. Hanc superiori capite inter  
bruita posuit, alios fortasse secutus; hic Cœlium  
imitatur, qui eam in tardis numerat.

° Tussis Græc. Νεμπε βράχ, quasi βράχ, sive βίσσις,  
aut βράχ.

f Apostema a collectione. — Collectionem vocant re-  
centrationes quem Celsus abcessum nominat.

° Empye. Cœl. lib. ii Tard., cap. 14: Item empyica  
passio, quod exonica collectionis interioris puru-  
lenta per tussiculam excludantur sputa.

h Hydrops. Cœl., lib. iii, cap. 8.

i Nephritis. Quæ etiam διαβήσις.

l Paralysis dicta a corp. imp. Ita omnes libri; neque

A facta ex multa infrigidatione, aut in toto corpore,  
aut in parte.

26. k Cachexia nomen sumpsit a corporis malo  
habitu; καχεξία enim Græci malam vexationem voca-  
verunt. Fit autem hæc passio ex intemperantia ægro-  
tantis, vel curatione mala medicantis, aut post ægri-  
tudinem tarda resumptione.

27. l Atrophia nomen accepit a diminutione cor-  
poris; nam Græci nutrimenti cessationem ἀτροφία  
dicunt. Est enim tenuitas corporis ex causis latentibus,  
et paulatim convalescentibus.

28. m Sarcia est superfluum carnis incrementum, quo  
ultra modum corpora saginantur; Græci enim car-  
nem σάρκα vocant.

29. n Ischias, vocata a parte corporis quam vexat.  
B Nam vertebrorum ossa, quorum summitas iliorum  
initio terminatur, Græci ισχία vocant. Fit autem de  
phlegmate quoties descenderit in recta ossa, et effici-  
tur ibi glutinatio.

30. ° Podagram Græci a retentione pedum dicunt  
nominatam, vel a ferali dolore, siquidem omne  
quod immite fuerit abusive agreste vocamus.

31. Arthriticus morbus ab articularum passione  
vocabulum sumpsit.

32. Calculus petra est quæ in vesica fit, unde et  
nomen accepit. Gignitur autem ex materia phleg-  
matica.

33. Stranguria dicta est, eo quod stringat urina-  
rum difficultate.

179 34. Sâtyriasis, jure desiderium veneris cum  
C extensione naturalium locorum, dicta passio a Satyris.

35. p Diarrhœa, jugis ventris fluxus sine vomitu.

36. Dysenteria est divisio continuationis, id est,  
ulceratio intestini, δὺς enim divisio est, ἐντερὰ in-  
testina. q Fit autem antecedente fluore, quam Græci  
δακτύλιον vocant.

37. r Lienteria dicta, quod cibum tanquam per  
lævia intestina nullis obstantibus faciat prolabi.

38. Colica passio nomen sumpsit ab intestino  
quod Græci κόλον appellant.

39. Ragades [At. Ragadiæ] dicuntur, eo quod usau-  
ræ sint rugis collectæ circa orificium. Hæc et hæmor-  
rhoides a sanguinis fluore dictæ. Græci enim san-  
guinem αἷμα dicunt.

D deest qui tueatur hanc lectionem, esse enim pen-  
sare ponderare. Laborare igitur suo pondere paraly-  
ticos, qui ægre suos artus (ut ait Seneca) moliantur.  
Nobis illud suspicari venit in mentem, ex librior.  
compendiis natum esse vitium. Fuisse enim potuit:  
dissolutio corporis impens. ationem, id est, dissolutio  
corporis impediens actionem.

k Cachexia. Cœl., lib. iii, cap. 6.

l Atrophia. Idem, lib. ii, cap. 14, et lib. iii, cap. 7.

m Sarcia. Ita lib. omnes. Cœl., polysarcia.

n Ischias. Idem, lib. v, cap. 1.

° Podagra. Ibid., cap. 2.

p Diarrhœa. D arrhœa et satyriasis in acutis nu-  
merantur a Cœlio.

q Fit autem anteced. f., etc. Verba sunt Cœlii,  
lib. iv, cap. 6.

r Per lævia intestin. Al., lenia.

## CAPUT VIII.

*De morbis qui in superficie corporis videntur.*

1. Alopecia est capillorum fluor circumscriptis pilis fulvis a tris qualitatem habentibus: vocata hoc nomine a similitudine animalis vulpeculæ, quam Græci ἀλώπηξ vocant.

2. Parotides sunt duritiæ, vel collectiones, quæ ex febribus, 180 vel aliquo alio nascuntur in aurium vicinitate; unde et παρωτίδες sunt appellatæ, ὠτὰ enim Græce auriculæ dicuntur.

3. Lentigo, vestigia macularum parvula in rotunditate formata, a specie lenticulæ dicta.

4. <sup>b</sup> Erysipelas est quam Latini *sacrum ignem* appellant, id est, execrandum per antiphrasim. Si quidem in superficie rubore flammeo <sup>c</sup> cutis rubescit. Tunc moto rubore quasi ab igne vicina invaduntur loca, ita ut etiam febris excitetur.

5. Serpens est rubor cutis cum pustularum exstantia, et nomen sumpsit a *serpendo*, eo quod serpat per membra.

6. Impetigo est sicca scabies, prominens a corpore, cum asperitate et rotunditate formæ. Hanc vulgus *sarnam* appellat.

7. Prurigo vocata a *perurendo* et ardendo.

8. Nyctalmus est passio qua per diem visus patientibus oculis denegatur, et nocturnis irruentibus tenebris redhibetur, aut, versa vice (ut plerique volunt), die redditur, nocte negatur.

9. <sup>d</sup> Verrucæ aliud sunt, satyriasis aliud. Verrucæ singulatim sunt, satyriasis vero una fortior, ac circa ipsam plures inveniuntur.

10. Scabies et lepra, utraque passio, asperitas cutis cum pruritu, et squammatione; sed scabies tenuis asperitas et squammatio est. 181 Hinc denique nomen accepit, quæ ita veluti purgamenta amittat. Nam scabies quasi *squammiæ*.

11. <sup>e</sup> Lepra vero cutis asperitas squamosa lepidi similis, unde et nomen sumpsit, cuius color nunc in nigredinem vertitur, nunc in alborem, nunc in ruforem. In corpore hominis ita lepra dignoscitur, si variatim inter sanas cutis partes color diversus appareat, aut si ita se ubique diffundat,

Cap. VIII. <sup>a</sup> *Circumscriptis p. f. æris qualitatem habentibus.* Al., *aeris*. Sed rejiciebat hæc omnia, ut aliena, Chacon.

<sup>b</sup> *Erysipelas.* Ab *epi* voce, *augendi*, et *σπίσθαι*, *putrescere*, *ερίσθησθαι* vocari quidam volunt.

<sup>c</sup> *Cutis rubescit.* Al., *cutis rubescunt*.

<sup>d</sup> *Verrucæ aliud sunt, satyriasis.* Editio antiqua *phthiriasis*, Manuscripti omnes *satyriasis* habent. Morbus uterque a verrucoso valde diversus. Quamvis *satyriasis* nomine, alia quoque morborum genera ab eo de quo superiori capite dixit significantur. Ut *phthites*, aut *phthiriasis* velimus, Eustachius facit, qui il. 6, ad verba οἱ Μιλητων εχον, φθειρων τ' ὄρος ἀκροφύλλον: φθειρ (inquit) σημαίνει τὴν πίτυν, καὶ τοὺς κώνους τῆς πίτυος. Quod si verum est, magna similitudo *phthiriasis*, sive, ut loquitur Didymus, φθειρίας, cum verrucis. Siquis *satyriasis* magis probat, Gothicos Codices auctores habeat.

<sup>e</sup> *Lepidi similis.* Id est, squammæ. Cassius Felix: *Lepida species scabiei corticosa squammas in se ostendens Græce dictas lepidas, unde nomen a Græco lepra*

A ut omnia unius coloris quamvis adulterini faciat.

12. Elephantiacus morbus dicitur ex similitudine elephantis, cuius naturaliter dura et aspera pellis nomine morbo in hominibus dedit, quia corporis superficiem similem facit elephantorum cuti, sive quia iugens passio est, sicut animal ipsum, ex quo derivatum ducit nomen.

13. <sup>f</sup> Ictericus Græce appellatur a cuiusdam animalis nomine, quod sit coloris fellis. Hunc morbum Latini *arquatum* appellant ad similitudinem cælestis arcus. *Auruginem* vero Varro appellari ait a colore auri. <sup>g</sup> Regium autem morbum inde æstimant dictum, quod vino bono et regalibus cibis facilius curetur.

14. <sup>h</sup> Cancer a similitudine maritimi animalis vocatum vulnus (sicut medici dicunt) nullis medicamentis sanabile. Aut ergo præcidi solet a corpore membrum ubi nascitur, ut aliquanto diutius vivat, 182 tamen inde mortem quamlibet tardius affuturam.

15. Furunculus est tumor in acutum surgens, dictus quod ferveat, quasi *servunculus*; unde et Græce ἄρθ:αξ dicitur, quod sit ignitus.

16. <sup>i</sup> Ordeolus est parvissima, et purulenta collectio in capillis palpebrarum constituta, in medio lata, et ex utroque conducta, hordei granum similans; unde et nomen accepit.

17. <sup>j</sup> Oscedo est qua infantum ora exulcerantur, dicta ex languore oscitantium.

18. Frenusculi ulcera circa rictum oris, similia his quæ sunt iumentis asperitate frenorum.

C 19. Ulcus putredo ipsa, vulnus quod ferro sit quasi vi. Et ulcus, quod olet quasi olcus.

20. Pustula est in superficie corporis turgida, veluti collectio.

21. <sup>k</sup> Papula est parvissima cutis erectio, circumscripta cum rubore, et ideo papula dicta, quasi *papula*. Sirimpio....

22. Sanies dicta, quia ex sanguine nascitur, excitato enim calore vulneris, sanguis in saniem vertitur. Nam sanies non fit in quocunque loco, nisi ubi sanguis advenerit, quia omne quod putrescit, nisi calidum, et humidum fuerit, quod est sanguis, putrefieri

accepit. Scribon., Larg. cap. 153: *Squamma æris, quam Græci λεπίδα vocant.*

D <sup>l</sup> *Ictericus... a cuiusd. animal.* Galen., ab *ictide mastella agresti*. Plinius, ab *ictero avicula*. Gloss.: *Aurugo, ἰκτερίς*. Hieronym., Amos. iv: *ἰκτερίς id est, auruginem, omnes icteron transtulerunt.*

<sup>m</sup> *Regium.* Plin., lib. xii, cap. 4: *Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam multo curetur.*

<sup>n</sup> *Cancer.* Locus sumptus ex Aug. lib. xii, de Civit., cap. 8; sed *ulcus dicendum* sunt potius quam *vulnus* cancer, si vere paucopost vulnus ab ulcere distinguitur.

<sup>o</sup> *Ordeolus... ex utroque conduct.* Libri A. Aug. *ex utraque parte conducta*, id est, ut ipse interpretabatur, angusta, et quasi conclusa, vel circumducta.

<sup>p</sup> *Oscedo.* Duo morbi confundi videntur, *oscedo* et quas Græci ἄρθ:ας vocant. Ergo hæc quidam ita distinguebat: *Oscedo* dicta ex languore *oscedantium*. *Aphthæ*, quibus infantium ora exulcerantur.

<sup>q</sup> *Papula, q. papilla.* Al., quasi *papilla*. *Papulas* veteres puellas dicebant *laucas*.

non potest. <sup>a</sup> Sanies autem, et tabes sibi differunt. **A** natur. Cathartica Græce, Latine *purgatoria* dicuntur.

23. Cicatrix est obductio vulneris, naturalem colorem partibus servans, dicta, quod obducatur vulnera, atque obcæcet.

### 183 CAPUT IX.

*De remediis et medicaminibus.*

1. Medicinæ curatio spernenda non est. <sup>b</sup> Meminimus enim et Isaiam Ezechiæ languenti aliquid medicinale mandasse, et Paulus apostolus Timotheo medicum vinum prodesse dixit.

2. Curatio autem morborum tribus generibus constat: pharmacia, quam Latini *medicamina* vocant; chirurgia, quam Latini *manuum operationem* appellant, <sup>morsus</sup> enim apud Græcos *χαιρ* vocatur; diæta, **B** quam Latini *regulam* nuncupant, est enim observatio legis et vitæ.

3. Sunt autem omnium curationum species tres: primum genus diæticum; secundum pharmaceuticum; tertium chirurgicum. <sup>c</sup> Diæta est observatio legis et vitæ. Pharmacia est medicamentorum curatio. Chirurgia est ferramentorum incisio; nam ferro exciduntur quæ medicamentorum non senserint medicinam.

4. Antiquior autem medicina herbis tantum et succis erat. Talis namque melendi usus cœpit; deinde ferro et cæteris medicamentis.

5. Omnis autem curatio, aut ex contrariis, aut ex similibus adhibetur. Ex contrariis, ut frigidum calido, vel siccum humido, sicut et in homine superbia sanari non potest, nisi humilitate sanetur.

6. Ex similibus vero, sicut ligamentum vel rotundo vulnere rotundum, vel oblongo oblongum apponitur. Ligatura enim ipsa non eadem membris et vulneribus omnibus, sed similis simili coaptatur, quæ duo etiam ipsa adjuvantia nominibus suis significant.

7. Nam *antidotum* Græce, Latine *ex contrario datum* dicitur. Contraria enim contrariis medicinæ ratione curantur. At contra ex simili, **184** ut *πικρά*, quod interpretatur *amara*, quia gustus ejus amarus est. Ex convenienti enim nomen accepit, quia amaritudo morbi amaritudine solvi solet.

8. Omnia autem medicamenta ex propriis causis habent vocabula. Hæra enim dicta quasi *divina*. Arteriaca, quod apta sint gutturis meatui, et tumores faucium **D** et *arteriarum* leniant. Theriaca est antidotum serpentinum, quo venena pelluntur, ut pestis peste sol-

<sup>a</sup> Sanies autem, et tabes. E Serv. Æn. viii, ad verb. Tormentis genus.

CAP. IX. — <sup>b</sup> Meminimus enim et Isaiam. Verba sunt Tertull., in lib. de Coron. Milit.

<sup>c</sup> Diæta observatio legis et vitæ. — Legis cur dixerit, hæc ita obriam. Sic apud Demosth. *διαταχὴ ἐπιπέφυε*, et apud Thucydidem *διατάττει* idem esse quod *ἰατρονομία* observarunt ante nos alii.

<sup>1</sup> Catapotia. Scrib., Larg. cap. 87: *Catapotium*, id est, medicamentum quod non diluitur, sed ita ut est deorsum.

<sup>2</sup> Electarium. Ita vocatur a Cœl., lib. iii, Acut., cap. 4; *actigma* a Plin., lib. xx, cap. 14 et 22; quod *sub lingua* ligatur, a Celso.

<sup>3</sup> Collyria. Ἀπὸ τοῦ καλύειν τὸν ποῦν, id est, a prohibenda fluxione.

9. <sup>d</sup> Catapotia, eo quod modicum potetur, seu inglutitur. Diamoron a succo mori nomen sumpsit, ex quo conficitur; sicut diacodion, quia *ἐκ τῆς κωδίας*, id est, *ex papavere* fit; sicut diaspermation, quia ex seminibus componitur.

10. <sup>e</sup> Electarium vocatum, eo quod molle sorbeat. Trochiscus dictus, quia in modum rotule deformatur, *τροχός* enim Græce rota dicitur. <sup>f</sup> Collyria, Latine sonant, quod vitia oculorum detergant. Epithema, eo quod superponatur, aliis adiutoriiis præcedentibus.

11. Cataplasma, eo quod inductio sola sit. Emplastrum, eo quod inducatur. Malagma, eo quod sine igne maceretur et comprehendatur. Enema Græce, Latine *relaxatio* dicitur. <sup>g</sup> Pessaria dicta, quod intus injiciantur.

12. Medicinam jumentorum Chiron quidam Græcus invenit; inde pingitur dimidia parte homo, dimidia equus. Dicitur autem Chiron *ἀπὸ τοῦ χειρίζειν*, quia chirurgus fuit.

13. Criticos dies medici vocant, quibus, credo, ex judicio infirmitatis illud nomen impositum est, quod quasi judicent hominem, et sententia sua, aut puniant, aut liberent.

### 185 CAPUT X.

*De libris medicinalibus.*

1. Aphorismus est sermo brevis, integrum sensum propositæ rei scribens.

2. Prognostica prævisio ægritudinum, a *prænoscendo* vocata. Oportet enim medicum et præterita agnoscere, et præsentia scire, et futura prævidere.

3. <sup>h</sup> Dynamidia potestas herbarum, id est, vis et possibilitas. Nam in herbarum cura vis ipsa *δύναμις* dicitur. Unde et Dynamidia nuncupatur, ubi eorum medicinæ scribuntur.

4. Botanicum herbarium dicitur, quod ibi herbarum notentur.

### CAPUT XI.

*De instrumentis Medicorum.*

1. Enchiridion dictum, quod manu asringatur, dum plurima contineat ferramenta. *χαιρ* enim Græce *manus* vocatur.

2. Phlebotomum ab incisione vocatum. Nam *incisio* Græce *τομή* dicitur.

3. <sup>i</sup> Simile... Angistrum... Spatomele...

<sup>g</sup> Pessaria. Cels. lib. v, cap. 21 *Ut ea quæ feminis subjiciunt πιασούς* Græci vocant. Inde *πιασάριον* diminutionis vox. Isidorus vero *pessaria*, quod pessum eant, dicta videtur *ex* *ασσέ*.

CAP. X. — <sup>h</sup> Dynamidia. Sic appellarunt recentiores medici Galeni libro: de Simplicibus medicament., servatque hodie id nomen veterum eorum librorum interpretatio.

CAP. XI. — <sup>i</sup> Simile... Angistrum... Spatomele. Harum vocum interpretationes desunt. *Συδῆς* usus est in expurgandis vulneribus. Unde *σπιδύσμα* vocat Aristoph. in Ranis, quod abraditur. Inde etiam *σπιδάριον* minuendi forma. *Angistrum* medici, nunc *uncinum* dicitur. *Spatomele* ad exploranda ulcera adhibetur; *μύλης*, etiam meminit Pollux ad idem opus.

4. <sup>a</sup> *Gura*, quæ a Latinis a similitudine *cucurbita*, <sup>b</sup> a **A** suspirio *ventosa* vocatur. **186** Denique animata spiritu per igniculum, dehinc præciso corpori superposita, omne quod intra cutem vel alius æstuat, sive humorem, sive sanguinem vocat in superficiem. Clyster...

5. Pila a pinsendis seminibus, id est, terendis. Hinc et pigmenta, eo quod in pila et pilo aguntur, quasi pilamenta. Est enim pila vas concavum, et medicorum aptum usui, in qua proprie pisanæ fieri et pigmenta concidi solent.

6. Varro autem refert Pilumnum quemdam in Italia fuisse, <sup>c</sup> qui pinsendis præfuit arvis, unde et pilumni, et pistores. Ab hoc ergo pilum et pila inventa, quibus sar pinsitur, et ex ejus nomine ita appellata. Pilum autem est unde contunditur quidquid in pilam mittitur.

7. Mortarium, quod ibi jam semina in pulverem **B** redacta et mortua condiantur.

8. <sup>d</sup> *Coticula* est, in qua circumducta collyria resolvuntur, erit enim lenis. Nam aspera frangi potius quam solvi collyrium facit.

### 187 CAPUT XII.

*De odoribus et unguentis.*

1. Odor vocatus ab aere.

2. Thymiana lingua Græca vocatur, quod sit odorabile. Nam thymus dicitur flos, qui odorem refert, de quo Virgilius:

.... redolentque thymo fragrantia mella.

3. Incensum dictum, quia igne consumitur dum offertur.

4. Tetrados, formulæ incensi in longitudinem porrectæ, quæ sunt ex quatuor pigmentis. **C** Quatuor enim Græce *tétrapa*, formula *εἶδος* dicitur.

5. Stacte est incensum quod ex pressura manat, dictum a Græcis <sup>e</sup> ἀπὸ τοῦ στάζειν, quod est manare, et distillare.

<sup>a</sup> *Gura*. Ita meliores Cod. Alii cum Impress. antiq., *Guria*. Utramque lectionem defendunt viri doctissimi. Qui *Guria* volunt, ex errore lectionis Græcæ vocis *Guria* fluxisse dicunt. Græcis namque *συχία*, vel *συχία cucurbita*; permutari namque sæpe i et u, alteramque in alterius locum immigrare. Chacon, qui *Gura* malebat ex *Cursa* g pro c, et v pro f digamma subeuntibus factum *Gura* existimabat. Vocari enim cucurbitas leves, quæ sine scarificatione adhibentur, a Græcis *κώφας*, et quidem non modo u pro f in Gothicis libris frequens, sed et lib. xix, cap. 49, in Codice Onensi per vetusto *Gursa* est, ubi in reliquis omnibus *Guria* instrumentum fabror. De Cuphis porro sæpe **D** Cælius, ut lib. iv, cap. 7: *Cucurbitæ apponendæ leves, quas Græci cuphas vocant; et cap. 8: appositio cucurbitæ levis, quam Græci cupham vocant.* Isidorum vero, qui cucurbitas omnes a Græcis *cuphas* vocari putaret, deceptum Cælii lectione idem fatebatur.

<sup>b</sup> A suspirio *ventosa*. Satyricus:

Jam dudum caput hoc ventosa cucurbita quærit.

Et Theod. Priscianus, lib. ii, cap. 6: *His cucurbitæ ventosæ sunt imponendæ. Celsus cucurbitas medicinales appellat.*

<sup>c</sup> *Pinsendis præfuit arvis*. Ita Cod. omnes. *Herbis tamen legit Hispanus interpres: Varro dice, quæ Pilomino sue un hombre, en Italia, que mejor molia yervas, y mejor las amasaba, que todos los otros.* Sed quia frumento pinsendo præliuse ait Servius, initio libri ix, arvis ex libris retinimus, ut arvis pro frumentis ponatur, ut apud Horat.:

6. Myrobalanum, quia sit ex glande adorata, de quo Horatius:

Et pressa tuis balanus capillis.

Oleum est purum, nullique rei admistum. Unguentum vero est omne quod ex communi oleo confectum, aliarum specierum commistione augetur, odoris jucunditatem sumens, et longius redolens.

7. Unguenta autem quædam dicuntur a locis, ut <sup>f</sup> *Telinum*, cujus Julius Cæsar meminit, dicens: *Corpusque suavi Telino unguimus.* Hoc conficiebatur in insula Telo, quæ est una ex Cycladibus.

**188** 8. Sunt et quædam ab inventorum nomine, ut *Amaracinum*.<sup>g</sup> Nam quidam tradunt regium quemdam puerum, *Amaracum* nomine, complura unguentorum genera ferentem casu prolapsum esse, et majorem ex commistione odorem creasse. Unde nunc optima unguenta *Amaracina* dicuntur, sunt autem ex genere florum.

9. Item alia quæ a materiæ suæ qualitate dicuntur, ut *rosaceum* a rosa; *Cyprinum* a flore Cypri; unde et propriæ materiæ odorem referunt.

10. Ex his quædam simplicia unguenta sunt, quæ ex una tantum specie existunt, unde et sui nominis referunt odoratum, ut *Anethinum*; est enim sincerum ex oleo et anetho tantum. Composita autem sunt, quæ pluribus admistis sunt; unde et nominis sui odorem non habent; quia obtinentibus aliis quæ admiscuntur, incertum odorem ducunt <sup>h</sup>.

11. Cerotum....

Chalasticum....

Martiatum....

### CAPUT XIII.

*De initio medicinarum.*

1. Quæritur a quibusdam, quare inter cæteras

Ne percuncteris fundus meus, optime Quincti,  
Arvo pascat herum, an hæcis opulentet olivæ,

etc.

<sup>d</sup> *Coticula*. Al., *citicula*. A. Augustinus, *Coryla*. Plineius, lib. xxxi, cap. 9, de Sale: *Ad hæc Hispaniensis eligitur, contraque suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur.*

Cap. XII. — <sup>e</sup> ἀπὸ τοῦ στάζειν. Vet. Cod. *κατὰ τὴν στάζειν στάζειν*, id est, obritum. Al. id est, optimum.

<sup>f</sup> *Telinum, cujus Jul. Cæs.* Ad libros de Analog. hæc refert Fulvius Ursinus. Sed A. Augustinus non Cæsar's dictatoris, sed Strabonis Tragiæ verba putabat, cujus Cæloris meminit in Bruto, et Festus in Prophetas, quod senarius ipse præpe integer nobis quoque persuadet. Integer autem fortasse fuit: *Corpusque suavi Telini unguine unguimus.* Telini meminit etiam Tertull. in lib. de Pall. et Athenæus lib. xv, cap. 45.

<sup>g</sup> Nam quidam tradunt regium quemdam puer. E Serv., *Æn.* 1.

<sup>h</sup> Ut cerotum *chalasticum*: Coniuncto hæc legebat Chacon ex Marcell., lib. de Medic., cap. 33: *Chalasticum Olympiacum cerotarium insigne*; et cap. 25: *descriptio ceroti chalastici.* Apud Priscianum vero, lib. ii, cum *chalastici* fomentis, *cataplasmatibus*, adiutorii, æquæ, *clysteris* mentio sit, in his omnibus *chalastici*, vox laxandi vim habet. *Martiatum* vero ab inventore dicitur appellatum, ut *Marcellianum*, de quo *Martialis*:

Cujus olet toto pinguis coma Marcelliano,  
Et splendent vulso brachia trita pilo.



liberales disciplinas medicinae ars non contineatur. A propterea, quia illas singulares continent causas, ista vero omnium. Nam et grammaticam medicus scire jubetur, ut intelligere vel exponere possit quae legit.

2. Similiter et rhetoricam, ut veracibus argumentis valeat definire quae tractat. Nec non et dialecticam propter infirmitatam causas ratione adhibita perscrutandas atque curandas. Sic et arithmetica propter numerum horarum in accessionibus et periodis dierum.

3. Non aliter et geometriam propter qualitates regionum et locorum situs in quibus doceat quid quis observare debeat. Porro musica incognita illi non erit, nam multa sunt quae in aegris hominibus **189**

per hanc disciplinam facta leguntur, sicut de David legitur, quia a spiritu immundo Saulem arte modulationis eripuit. Asclepiades quoque medicus phreneticum quemdam per symphoniam pristinae sanitati restituit.

4. Postremo et astronomiam notam habebit, per quam contempletur rationem astrorum, et mutationem temporum, nam sicut ait quidam medicorum, cum ipsorum qualitibus et nostra corpora commutantur.

5. Hinc est quod medicina *secunda philosophia* dicitur. Utraque enim disciplina totum sibi hominem vindicat. Nam sicut per illam anima, ita per hanc corpus curatur.

## LIBER QUINTUS.

### DE LEGIBUS ET TEMPORIBUS.

#### CAPUT PRIMUM.

##### De auctoribus legum.

1. Moyses <sup>a</sup> genti Hebraicae primus omnium divinas leges sacris Litteris explicavit. <sup>b</sup> Phoroneus rex Graecis primus leges iudiciae constituit.

2. <sup>c</sup> Mercurius Trismegistus primus leges Aegyptiis tradidit. <sup>d</sup> Solon primus leges Atheniensibus dedit. <sup>e</sup> Lycurgus primus Lacedaemoniis jura ex Apollinis auctoritate confinxit.

**ISO** 5. <sup>f</sup> Numa Pompilius, qui Romulo successit in regnum, primus leges Romanis edidit; deinde cum populos seditiosos magistratus ferre non posset, decemviros legibus scribendis creavit, qui leges ex libris Solonis in Latinum sermonem translatas XII tabulis exposuerunt.

4. Fuerunt autem hi: Appius Claudius, T. Genutius, C. P. Sextius, Spur. Veturius, C. Julius, A. Manlius, Ser. Sulpitius, <sup>h</sup> P. Curvatus, T. Romilius, Sp. Postumius. Hi <sup>i</sup> decemviri legum conscribendarum electi sunt.

5. <sup>j</sup> Leges autem redigere in libris primus con-

Cap. I. — <sup>a</sup> Moyses genti Hebraicae. Ex Euseb. Chron.

<sup>b</sup> Phoroneus rex Graeciae. Qui fuit Argivor. Rex II, ut ibid. tradidit Euseb.

<sup>c</sup> Mercurius Trismeg. Laet., lib. I, cap. 16.

<sup>d</sup> Solon primus. Ante Solonem scripserat leges Dracon. Sed populus Atheniensis uni Soloni reip. iuris accepta ferre solitus est.

<sup>e</sup> Lycurgus. Aug., II de Civit., cap. 16: *Quamvis Lycurgus Lacedaemonis leges ex Apollinis auctoritate se mittisse confessoris, quod prudenter Romani credere noverunt; propterea non inde acceperunt.*

<sup>f</sup> Numa Pompil. Virgil.:

Nonco crines incanaeque menta  
Regis Romani primus qui legibus urbem  
Fundabit.

Quamvis Romulum et Tatium suas ante leges condidisse dicant Festus in Plorare, et Pompon., cap. 2, d. de Orig. Jur.

<sup>g</sup> Cum populos seditiosos magistr. Ex lib. de Viris Illust. in Virginio, et seditiosus legebat Chacon ex veteribus quibusdam libris. Nondum enim fuisse seditiosos magistratus.

<sup>h</sup> P. Curvatus. Ex Livio et Cassiod. Al., Curvatus.

<sup>i</sup> Hi decemvir. leg. c. e. s. At non hi XII tab. au-

B sul Pompeius instituere voluit, sed non perseveravit, obtrektorum metu; <sup>k</sup> deinde Caesar coepit id facere, sed ante interfectus est.

6. Paulatim autem antiquae leges vetustate atque incuria exoluerunt; quarum etsi nullus jam usus est, notitia tamen necessaria videtur.

7. <sup>l</sup> Novae a Constantino Caesare coeperunt, et reliquis succedentibus; **191** erantque permixtae, et inordinatae. <sup>m</sup> Postea Theodosius minor Augustus ad similitudinem Gregoriani et Hermogeniani Codicem factum constitutionum a Constantini temporibus, sub proprio cuiusque imperatoris titulo, disposuit, quem a suo nomine Theodosianum vocavit.

#### CAPUT II.

##### De legibus divinis et humanis.

1. Omnes autem leges, aut divinae sunt, aut humanae. Divinae natura, humanae moribus constant; ideoque hae discrepant, quoniam aliae aliis gentibus placent.

2. <sup>n</sup> Fas lex divina est; jus lex humana. <sup>o</sup> Transire per alienum fas est, jus non est.

ctores, sed his suffecti, excepto App. Claudio. Gratianus, legum scribendarum causa.

<sup>j</sup> Leges autem redigere. Unde hoc sumpserit, incertum. A Cod. Tarracoe. uno abest vox Pompeius. Unde suspicabatur A. Aug. C. primum scriptum fuisse, inde factum Consul, additumque ab aliquo Pompeius ex margine. Cum C. Ciceronem furta se ostenderet, quem constat librum edidisse de jure civili in artem redigendo. Sed quod sequitur, non perseverasse obtrektorum metu, nescio an satis in Ciceronis personam cadat, cadit autem optime in Pompeium, cujus potentia invidiosa et suspecta erat.

D <sup>k</sup> Deinde Cas. Suet. in Julio.

<sup>l</sup> Novae a Constantino. Cas. cap. A. Aug.: *Propter Theodosianas, inquit, constitut., quarum collectio ex Christianorum principum constitutionibus cons., eoque volumine Hispania utebatur (non Justiniani Codice) sumpto ex tribus Codicibus, in quibus leges Paganorum et Christianorum continentur.*

<sup>m</sup> Postea Theodos. min. Sic etiam Jvo., part. IV, cap. 170, Decret., et lib. II, tit. 12, cap. 17, Panormiae. Legitur etiam junior. in quibusdam Gratiani et Isidori libris.

CAP. II. — <sup>n</sup> Fas lex divina. E Serv., Georg. I, ad vers. Fas, et jura sinunt.

<sup>o</sup> Transire per alienum. Ita Goth. Cod.; agrum addidit Gratianus.

## CAPUT III.

*Quid differant inter se jus, leges et mores.*

1. Jus <sup>a</sup> generale nomen est, lex autem juris est species. Jus <sup>b</sup> autem dictum, quia justum. Omne autem jus legibus et moribus constat.

192 2. Lex est constitutio scripta. Mos est vetustate probata consuetudo, sive lex non scripta. Nam lex a *legendo* vocata, quia scripta est.

3. Mos autem longa consuetudo est de moribus <sup>c</sup> tracta tantumdem. <sup>d</sup> Consuetudo autem est jus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. Nec differt, scriptura an ratione consistat, quando et legem ratio commendat.

4. Porro <sup>e</sup> si ratione lex constat, lex erit omne jam quod ratione constiterit, duntaxat, quod religioni congruat, quod disciplinae conveniat, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo, quia in communi est usu.

## CAPUT IV.

*Quid sit jus naturale.*

1. Jus, aut naturale est, aut civile, aut gentium. Jus naturale est commune omnium nationum, et quod ubique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habeatur, ut: viri et femine conjunctio, <sup>f</sup> liberorum susceptio et educatio, communis omnium possessio, et omnium una libertas, acquisitio eorum quæ cælo, terra marique capiuntur.

193 2. Item depositæ rei <sup>g</sup> vel commodatæ restitutio, violentiæ per vim repulsio. <sup>h</sup> Nam hoc, aut si quid huic simile est, nunquam injustum, sed naturale, æquumque habetur.

## CAPUT V.

*Quid sit jus civile.*

1. Jus <sup>i</sup> civile est, quod quisque populus, <sup>j</sup> vel civitas sibi proprium, <sup>k</sup> humana divinaque causa constituit.

## CAPUT VI.

*Quid sit jus gentium.*

1. Jus gentium est sedium occupatio, ædificatio, dimissio, bella, captivitates, servitutes, postliminia,

CAP. III. — <sup>a</sup> *Jus generale.* E Serv., Æn. 1, ad vers. *Jura dabant, legesque viris.*

<sup>b</sup> *Jus autem dictum, quia justum.* Ulp., cap. 1. de Just. et Jur.: *Est autem jus a justitia appellatum; et Paul., cap. 11: Jus autem pluribus modis dicitur, etc.*

<sup>c</sup> *Tracta tantumdem.* Ita plerique Cod.; unus Tarracon., *tracta tantum.*

<sup>d</sup> *Consuetudo autem est i. q. m. c.* Ex Juliano, cap. 52, de Legibus. Reliqua ex Tertull., lib. de Corona Milit.

<sup>e</sup> *Si ratione lex constat.* Ita apud Tertull. Al., *consistat*, ut lib. II, cap. 40, et apud Gratian.

CAP. IV. — <sup>f</sup> *Liberorum susceptio.* Ita meliores Cod., non *successio*. Male enim ante procreationem et educationem successio collocaretur.

<sup>g</sup> *Vel commodatæ restitutio.* Al., *commendatæ pecuniæ*, non perinde recte.

<sup>h</sup> *Nam hoc.* Paul., cap. 9, de Just.: *Jus pluribus modis dicitur, uno modo cum id, quod semper æquum, et bonum est jus dicitur, ut est naturale.*

CAP. V. — <sup>i</sup> *Jus civile.* Ex Caj., cap. 9, de Just. et Jur.

<sup>j</sup> *Vel civitas.* Ex c. *Omnis*, de Just. et Jur. D.

<sup>k</sup> *Humana divinaque causa.* Divina humanaque, Gratianus. Est autem posita conjunctio, pro disjunctione, quod neque juriconsultis insolens.

A <sup>l</sup> *foedera, paces, induciæ, legatorum non violando-rum religio, connubia inter alienigenas prohibita; et inde jus gentium, quod eo jure omnes fere gentes utuntur.*

## CAPUT VII.

*Quid sit jus militare.*

1. Jus militare est belli inferendi solemnitas, foederis faciendi nexus, signo dato egressio in hostem, vel pugnae commissio. Item signo dato receptio; item flagitii militaris disciplina, si locus deseratur; item <sup>m</sup> stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor, veluti cum corona vel torques donantur.

2. 194 Item prædæ decisio, et pro personarum qualitatibus et laboribus justa divisio, item principis portio.

## CAPUT VIII.

*Quid sit jus publicum.*

1. Jus <sup>n</sup> publicum est in sacris, et sacerdotibus, et in magistratibus.

## CAPUT IX.

*Quid sit jus Quiritium.*

1. Jus Quiritium est proprie Romanorum, <sup>o</sup> quo nulli tenentur nisi Quirites, id est, Romani, tanquam de legitimis hæreditatibus, <sup>p</sup> de cretionibus, de tutelis, de usucapionibus; quæ jura apud nullum alium populum reperiuntur, sed propria sunt Romanorum, et in eisdem solos constituta.

2. Constat autem jus Quiritium ex legibus, et plebiscitis, senatusconsultis, constitutionibus principum, et edictis, <sup>q</sup> sive prudentum responsis.

## CAPUT X.

*Quid lex.*

1. Lex <sup>r</sup> est constitutio populi, qua majores nata simul cum plebibus aliquid sanxerunt.

## CAPUT XI.

*Quid scita plebium.*

1. Scita <sup>s</sup> sunt quæ plebes tantum constituunt; et vocata scita, quod ea plebs sciat, <sup>t</sup> vel quod sciscit ita uti rogata fuit.

CAP. VI. — <sup>l</sup> *Fœdera paces.* Sallust., in Jugurth: *Leges judicis, fœdera, atque paces.*

CAP. VII. — <sup>m</sup> *Stipendiorum modus.* Hinc duplicarii, quibus virtutis ergo stipendia duplicabantur; et ære dirati, quibus detrahebantur ignominie causa. Vid. Fest. et Cicer. in Verr.

CAP. VIII. — <sup>n</sup> *Ex Ulp., cap. 1, de Just. et Jur.*

CAP. IX. — <sup>o</sup> *Quo nulli tenentur, nisi cives Rom.* Hæc Romanorum erant propria propter multas juris observationes, et solemnitates Quiritum proprias. Alioqui legitima hæreditates, et tutelæ, et usucapiones, etiam apud Græcos erant Græcorum legibus. Sed Romæ Græci peregrini erant, nisi qui cives Romani fuerunt, et hæredes fieri non poterant, neque ab intestate succedere ex jure Quirit., quo jure alii non tenentur nisi cives Romani.

<sup>p</sup> *De cretionibus.* De quibus inf., cap. 24, et Ulp., in Fragm.

<sup>q</sup> *Sive prudentum resp.* Disjunctio pro conjunctione satis frequens in hoc opere.

CAP. X. — <sup>r</sup> *Lex est.* Sup., lib. II, cap. 10.

CAP. XI. — <sup>s</sup> *Scita sunt.* Plebiscita. Grat., d. 2, cap. 3.

<sup>t</sup> *Vel quod sciscit ita uti rogata fuit.* Vel quod exsciscit ut et rogat, et fuit, Salm. et compl. Codices vetustissimi, non longe a recta scriptura. Alii, quod

## CAPUT XII.

*Quid senatusconsultum.*

1. Senatusconsultum, quod tantum senatores a populis consulendo decernunt.

## CAPUT XIII.

*Quid constitutio et edictum.*

1. Constitutio, vel edictum, quod rex, vel imperator constituit, vel edicit.

## 196 CAPUT XIV.

*Quid responsa prudentum.*

1. Responsa sunt, quæ jurisconsulti respondere dicuntur consulentibus; unde b et responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, et arbitri æquitatis, qui c institutiones civilis juris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites contentioneque sepiant.

## CAPUT XV.

*De legibus consularibus, et tribunitiis.*

1. Quædam etiam leges dicuntur ab iis qui condiderunt, ut d consulares, tribunitiæ, Juliæ, Corneliæ. Nam et sub Octaviano Cæsare e successi consules Papius et Poppæus legem tulerunt, quæ e nominibus eorum appellatur Papiæ, Poppææ, continens patrum præmia pro suscipiendis liberis.

2. Sub eodem quoque imperatore f Falcidius tribunus plebis legem fecit, ne quis plus testamento legaret quam ut quarta pars superesset hæredibus. Ex cujus nomine lex Falcidia nuncupata est. 197 Aquilius quoque legem condidit, quæ hæctenus Aquilia nuncupatur.

sciscitur, et rogat, mendose; non enim plebs rogabat, sed ipsa potius rogabatur illa formula: *Velitis, jubeatis, Quirites*, et in fine: *Hæc uti dixi, ita vos, Quirites, rogo*. Post rogationem plebs in suffragium vocabatur; binæ singulis tabellæ ministrabantur: alteri A littera erat inscripta, quæ *Antiquo*, id est, *antiqua probo*, significabat; alteri V. R., id est, *uti rogas*. Est autem *scisco*, ut Festus interpretatur, *jubeo, sententiam dico*, vel *suffragium fero*. Quod si *sciscitur et rogatur*, vel *sciscitur et rogatur* legas, ut est in aliis libris, posterior prioris erit interpretatio. Gloss., *sciscit, πρὸς ἄλλα*.

Cap. XII. — a *Populis*. Ita omnes libri; sed *Populi Rom.* legebat Chacon. Natus error ex similitudine s et r Gothicorum characterum, quorum prius s, posterius r illis fuit.

Cap. XIV. — b *Responsa Pauli*. Qui xxxiii libros R sponsorum scripsit, ex quibus multa in Digestor. libris leguntur.

c *Institutiones juris civilis*. A responsis ad institutiones venisse dicebat A. Augustinus propter Cæii institutiones cum Pauli sententiis ab Alarico editas post Codicem Theodosianum.

Cap. XV. — d *Consulares, Tribunitiæ*. Consulares leges vocabantur quæ, consule populum rogante, latæ erant. Tribunitiæ quæ, tribuno; quamvis hæc plebscicia proprie appellarentur, sed sæpius *leges*. Cic., iii de Legibus: *Leges sunt veteres, neque ex consularibus (si quis interesse arbitramini), sed tribunitiæ*. Vid. Agell., lib. 1, cap. 20.

e *Suffecti consules*. Consules suffecti dicebantur qui non kalendis Januariis, ut ordinarii, sed aliqua parte anni consulatum capiebant. Senec., lib. iii de Ira, cap. 31: *Dedit mihi præturam, sed consulatum speraveram; dedit duodecim fasces, sed non fecit ordinarium consulem; a me numerari voluit annum, sed*

## A

## CAPUT XVI.

*De lege satyra.*

1. Satyra s vero lex est quæ de pluribus rebus simul eloquitur, dicta a copia rerum, et b quasi a *saturitate*; unde, i et satyram scribere est poemata varia condere, ut Horatii, Juvenalis et Persii.

## CAPUT XVII.

*De legibus Rhodiis.*

1. Rhodiæ leges navalium commerciorum sunt, ab insula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitus mercatorum usus fuit.

## 198 CAPUT XVIII.

*De privilegiis.*

1. Privilegia autem sunt leges privatorum, quasi privatæ leges. Nam privilegium inde dictum, j quod in privato feratur.

## CAPUT XIX.

*Quid possit lex.*

1. k Omnis autem lex, aut permittit aliquid, ut vir fortis petat præmium; aut vetat, ut, Sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat; aut punit, ut, Qui cædem fecerit capite plectatur; ejus enim præmio, aut pœna vita moderatur humana.

## CAPUT XX.

*Quare facta sit lex.*

1. Factæ sunt leges ut earum metu humana coerceretur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, et in ipsis improbis, formidato supplicio, refrenetur nocend. facultas.

C deest mihi ad sacerdotium, etc. Ausonius, in Gratiar. actione: *Sed consulatus ille cujusmodi? Ordinatio suspectus, bimestri spatio interpositus, in sexta anni parte consumptus*. Vid. Dion., lib. xviii.

f *Falcidius*. Locus ex Euseb. Chron.

Cap. XVI. — g *Satyra lex*. Nulla fuit lex quæ proprio nomine *satyra* vocaretur; sed leges omnes quæ multa eaque diversa continebant *satyræ* appellabantur, ducta similitudine, sive ab ea lance quæ diversis pomor. seu frugum generibus referia deorum templis inferebatur; sive a cibo variis rebus condito. I. de quas leges perpetuo valere et æternas esse volebant, in earum sanctionibus addebant, *neve per satyram abrogato, aut derogato*, hoc est, ne simul quis, cum aliis alterius legis capitibus de eis abrogandis ad pop. ferret. Cum enim turbulenti aut factiosi magistratus legem aliquam populo non injucundam abrogare cupiebant, legum capita quedam arquisissima et multitudini valde grata proponere, interque eorum de illa, alia lege abroganda inserebant, quo artificio circumventus populus utiles sæpe leges imprudens abrogabat. Ude plures translationes fluxere. Nam quidquid confuse non servato temporis aut rerum ordine fiebat, per satyram fieri dicebatur. Gloss., *Satyra, νόμος πολλά περιέχων*. Vid. Fest.

h *Et quasi saturitate*. — *Saturam* scilicet dicebant et scribebant Isidori ætate.

i *Unde et satyram scribere*. Hæc aliena censemus cum Chacone.

Cap. XVIII. — j *Quod in privato feratur*. More suo pro in privatam, nisi potius in privatos legendum. Cic. iii de Legibus: *Majores nostri in privatos homines leges ferri noluerunt, id est enim privilegium*.

Cap. XIX. — k *Repetuntur hæc capita ex lib. ii, cap. 10.*

## CAPUT XXI.

*Qualis debeat fieri lex*

1. Erit autem lex honesta, justa, possibilis, secundum naturam, secundum patriæ consuetudinem, loco, temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem **199** contineat, nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta.

## CAPUT XXII.

*De causis.*

1. Pragma Græcum est, quod Latine dicitur *causa*; unde et *pragmata* negotia dicuntur, et actor causarum et negotiorum *pragmaticus* nuncupatur.

## CAPUT XXIII.

*De Testibus.*

1. Testes quisque ante iudicium, sibi <sup>a</sup> placitis alligat, ne cui sit postea liberum, aut dissimulare, aut subtrahere se; unde et *alligati* appellantur.

2. Item *testes* dicti, quod *testamento* adhiberi solent, sicut *signatores*, quod *testamenta signant*.

## CAPUT XXIV.

*De instrumentis legalibus.*

1. Voluntas generale nomen omnium legalium instrumentorum, quæ quia non vi, sed voluntate procedit, ideo tale nomen accepit.

2. Testamentum vocatum, quia nisi testator mortuus fuerit, **200** nec confirmari potest, nec sciri quod in eo scriptum sit, quia clausum et obsignatum est; et inde dictum *testamentum*, quia non valet nisi post testatoris monumentum; unde Apostolus: *Testamentum*, inquit, *in mortuis confirmatur*.

3. <sup>b</sup> Testamentum sane in Scripturis sanctis non hoc solum dicitur, quod non valet, nisi testatoribus mortuis, sed omne pactum et placitum, *testamentum* vocabant; nam Laban et Jacob testamentum fecerunt, quod utique etiam inter vivos valeret. Et in Psalmis legitur: *Adversum te testamentum disposuerunt*, hoc est, pactum; et innumerabilia talia.

4. Tabulæ testamenti ideo appellatæ sunt, quia

CAP. XXIII. — <sup>a</sup> *Sibi placitis alligati.... unde et alligati*. An inde nos, *aliados*, et *alianza*, quasi alligatos et alligationem dicimus? An potius *sibi placitos* ex A. Augustini veteri libro recipimus, et *allegati* legimus, et *allegati*? Namque eosdem quoque non multum diversa significatione *allegados* hodie vocamus? Reflexisse enim significationes ab antiquis infinitis in vocibus passim cernimus; nam ad attestationem respicere non sit verisimile.

CAP. XXIV. — <sup>b</sup> *Testamentum sane*. Verba sunt Aug. in ps. LXXII, et Hieronym., Habac. II.

<sup>c</sup> *Quinque testium subscriptione firmatum*. Tot enim testes in testamento per æs et libram adhibebantur. Justinianus vero ait iure civili signa testium necessaria non fuisse, sed iure tantum prætorio.

<sup>d</sup> *Holographum testam.* Amb., in Epist. ad Gal. cap. VI: *Ubi holographa manus est, falsum dici non potest*. Idem hologrammon, sive hologrammaton testamentum apud Justinianum dicitur, de quo novell. 107, cap. 1: Βουλοµαθα, εἰ τις γραµµατι ἐπιστάµνος μεταξὺ τῶν αὐτοῦ παιδῶν βούλοιο ποιήσασθαι διατύπωσιν, πρώτον μὲν αὐτὸς προγράρειν τὴν χρονον, εἶτα καὶ τὰ τῶν παιδῶν ὄνοµατα ὁ κειὰ χειρὶ, καὶ πρὸς γὰρ τοὺς ὀγκασµοὺς, εἰς ὧς γράφει κληρονόµους αὐτοὺς, µὴ τοῖς σµεβολοῖς τῶν ἀριθµῶν σηµαινοµένους, ἀλλὰ δι'

A ante chartæ et membranarum usum in tabulis dotalis non solum testamentum, sed etiam epistolarum alloquia scribebantur; unde et portitores earum *tabellarii* vocantur.

5. Testamentum juris civilis est <sup>e</sup> quinque testium subscriptione firmatum.

6. Testamentum juris prætorii est septem testium signis signatum; sed illud apud cives sit inde civile, istud apud prætores, inde juris prætorii. Testamentum autem signare, *notare* est, ut notum sit quod scriptum est.

7. <sup>f</sup> Holographum testamentum est manu auctoris totum conscriptum, **201** atque subscriptum; unde et nomen accepit. Græci enim *ὄλον totum*, <sup>g</sup> *γραφήν litteram* dicunt.

B 8. Irritum testamentum est, si is qui testatus est capite diminutus est, aut si non rite factum sit.

9. Inofficiosum testamentum est, quod, frustra liberis exheredatis, sine officio naturalis pietatis in extraneas personas redactum est.

10. Ruptum testamentum, inde vocatur, eo quod nascente posthumo, neque exheredato nominatim, neque hærede instituto, dirumpitur.

11. Suppressum testamentum, est quod in fraudem hæredum, vel legatariorum, seu libertorum non est palam prolatum: quod si non latet, tamen si prædictis personis non proferatur, supprimi tamen videtur.

C 12. <sup>h</sup> Nuncupatio est cum in tabulis cerisque testator recitat, dicens: *Hæc, ut in his tabulis cerisque scripta sunt, ita do, ita lego; itaque vos, cives Romani, testimonium mihi præbetote*, et hoc dicitur *nuncupatio*; nuncupare enim est palam nominare, et confirmare.

13. <sup>i</sup> Jus liberorum est conjugum sine liberis invicem loco pignorum hæreditatis alterna conscriptio.

14. <sup>k</sup> Codicillum, ut veteres aiunt, sine dubio ab auctore dictum, **202** qui hoc scripturæ genus instituit. Est autem scriptura nulla indigena solemnitate

ὄλον γραµµατῶν δηλούσους.

<sup>g</sup> *Γραφήν litteram*. — *Littera pro scriptura*, ut apud incertum poetam:

Littera rem gestam loquitur, res ipsa metallam.

<sup>h</sup> *Nuncupatio.... hæc, ut in his tabulis*. Ulpian., in Fragm., titul. XX: *Nuncupatur testamentum in hunc modum: Tabulas testamenti testator tenens ita dicit: « Hæc, ut in his tabulis, cerisve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor; itaque vos, Quirites, testimonium præbetote. »* Sed, quod Ulpianus addit, *ita testor*, omissum ab Isidoro, nihil mirum. Ait enim Pomponius, cap. 120, de Verbor. signif., in XII tabul., *Legandi verbo*, etiam hæredis institutionem contineri.

<sup>i</sup> *Jus liberorum*. Conjuges quibus filii non essent, non poterant se invicem hæredes in universum instituere, nisi jus liberorum a principe impetrassent. Ulpian. tit. XVI. Quod confirmatur etiam verbis veteris interpretis novell. Theodos. et Valent. de Testament., quæ posita est in calce Codicis Theodosiani.

<sup>k</sup> *Codicillum*. Seneca, l. b. de Brevit. vitæ: *Hoc quoque quærentibus remittamus: quis Romanis primus persuasit navem conscendere? Claudius is fuit, Caudex ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabellarum contextus CAUDEX apud antiquos vocabatur Unde publice tabulæ Codices dicuntur, et naves nunc quæru;*

verborum, sed sola testatoris voluntate qualicumque A scripturæ significatione expressa; cujus beneficio voluntibus defunctorum constat esse subventum propter legalium verborum difficultatem, aut certe propter necessitatem adhibendorum solemnium, ita ut qui titulum scribit ejusdem scripturæ, *codicillum* vocet; sicut autem codicillus sit vice testamenti, ita epistola vice codicillorum.

15. \* Cretio est certus dierum numerus, in quo institutus hæres, aut addit hæreditatem, aut finito tempore cretionis excluditur, <sup>b</sup> nec liberum est illi ultra capiendæ hæreditatis.

16. \* Cretio autem appellata est quasi *derretio*, id est, decernere, vel constituere, ut puta: *Ille mihi hæres esto; additurque: Cernitoque intra dies tot.* Adendum autem hæreditatum centesimus statutus B erat dies, quibus non esset cretio addita.

17. <sup>d</sup> Fideicommissum dictum, ut fiat quod a defuncto committitur. 203 Nam fides dicta, eo quod fiat: quod tamen non directis verbis, sed precativis exposcitur.

18. \* Pactum dicitur inter partes ex pace conveniens scriptura, legibus ac moribus comprobata; et dictum pactum, quasi ex *pace factum*, ab eo quod est *pango*, unde et *pepigil*.

19. Placitum quoque similiter ab eo quod *placet*. Alii dicunt Pactum esse quod volens quisque facit; ad Placitum vero etiam nolens compellitur, veluti quando quisque paratus sit in iudicio ad respondendum; quod nemo potest diceré *pactum*, sed *placitum*.

20. Mandatum dictum, quod olim in commisso C negotio alter alteri *manum dabat*.

21. Ratum vero quasi *rationabile* et rectum; unde, et qui pollicetur dicit: *Ratum esse profiteor*, hoc est, firmum atque perpetuum.

22. <sup>c</sup> Rite autem esse [F. est] non *rectè*, sed, *ex more*.

\* Chirographum..... Cautio.....

23. Emptio et venditio est rerum commutatio, atque contractus ex convenientia veniens.

24. <sup>a</sup> Emptio autem dicta, quod *a me tibi sit*; venditio quasi *venundinatio*, id est, *a nundinis*.

que ex antiqua consuetudine per Tiberim comneatus subvehat, caudicariæ vocantur. Hinc *codicilli*, qui ex tabulis cera illitis consciebantur, ut facile in sinu gestari possent. Itemque scriptura qua quis voluntatem suam sine ulla solemnitate testatur. D

\* Cretio. Vid. Ulp., tit. xxii.

<sup>b</sup> *Nepes liberum illi est. Jus, sive arbitrium intelligit.*

\* Cretio appellata est. Varr., lib. vi: *Cævi valet commens, tanque hæres, cum constituit se heredem esse, dicitur cernere; et cum id fecit, crevisse.*

<sup>d</sup> Fideicommissum. Ulp., tit. xxv: *Fideicommissum est quod non civilibus verbis, sed precativis relinquitur.*

\* Pactum dicitur. Refert hæc verba Bernard., *Papian., cap. 11, de Verb. sign., in 1 collect. Derretal., et Greg. IX, cap. 11, eo tit. Recte in vet. libris pactum a pango, non a pango ducitur.*

<sup>c</sup> *Rite autem esse non recte. Non dissentit a Servio, qui ait non recte soium, sed recte secundum ritum interpretari.*

\* Chirographum..... cautio. Separata leguntur hæc voces in maioribus libris sine interpretatione; quæ

25. Donatio est enjuslibet rei transactio. Dictam autem dicunt *donationem*, quasi *doni actionem*; et *dotem*, qua *i do item*. Præcedente enim in nuptiis donatione, dos sequitur. \*

204 26. <sup>a</sup> Nam antiquus nuptiarum erat ritus, quod se maritus et uxor invicem emebant, ne videretur uxor ancilla, sicut habemus in jure. Inde est, quod præcedente donatione viri, sequitur dos uxoris.

27. Donatio usufructuaria ideo dicitur, quia donator ex ea usufructum adhuc retinet, servato cui donatum est jure.

28. Donatio directa ideo nuncupatur, quia et jure et usu statim transit in alterum, nec ultra inde aliquid ad jus donatoris retorquetur.

29. i Conditiones testium sunt proprie, et dictæ *conditiones a condicendo*, quasi *condiciones*, quia non ibi testis unus jurat, sed vel duo, vel plures. Non enim in unius ore, sed in duorum aut trium testium stat omne verbum. Item *conditiones*, quod inter se conveniat sermo testium, quasi *condiciones*.

30. Stipulatio est promissio, vel sponsio; unde et promissores *stipulatores* vocantur; dicta autem *stipulatio a stipula*. <sup>b</sup> Veteres enim quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant: 205 quam iterum jungentes, sponsiones suas agnoscebant. Sive quod *stipulum* <sup>1</sup> juxta Paulum juridicum *firmum* appellaverunt.

31. Sacramentum est pignus sponsionis, vocatum autem *sacramentum*, quia violare quod quisque promittit, perfidiæ est.

CAPUT XXV.

*De rebus.*

1. Hæreditas est res quæ morte alicujus ad quempiam pervenit, <sup>m</sup> nec legata testamento, nec possessione retenta. Dicta autem *hæreditas a rebus additis*, sive ab *ære*, quia qui possidet agrum, et censum solvit; <sup>n</sup> inde *hæres*.

2. Res sunt quæ in nostro jure consistunt. <sup>o</sup> Jura autem sunt quæ a nobis juste possidentur, nec aliena sunt.

3. Dicta autem res *a recte habendo*, jus *a juste* sunt in Editis ipsa se satis produunt. Cod. Neap. *Chirographum, cautio, id est, manus inscriptio.*

<sup>b</sup> *Emptio autem dicta. Vel potius, quod a meo tuum fiat, nisi quod hæc notatio est mutui apud Justinianum.*

<sup>1</sup> *Nam antiquus nuptiarum... sicut habemus in jure. Verba Servii initio lib. 1 Georg., ubi desunt fortasse hæc verba: ne videretur uxor ancilla.*

<sup>i</sup> *Conditiones proprie testium. Ita scriptum in Gothico, et ita procedit notatio.*

<sup>b</sup> *Veteres... agnoscebant. Expungebat hæc Chacon. <sup>1</sup> Juxta Paul. jurid. Lib. v Sent., tit. 8. Vid. inf. lib. x, Stipul.*

CAP. XXV. — <sup>m</sup> *Nec legata testamento, aut possess. retenta. Verba sunt Ciceronis in Topicis, quæ in uno tantum libro Ovet. Colleg. integra leguntur.*

<sup>n</sup> *Inde, et hæres. Al., inde et res.*

<sup>o</sup> *Jura autem sunt. Ex August., epist. 54; quæ referuntur a Greg., cap. 12, de Verbor. signif., et 14, q. 4, c. Quid dicam, et a Bernard. Pap., in 1 collect.*

possidenda. Hoc enim jure possidetur quod juste, hoc juste quod bene. Quod autem male possidetur alienum est. Male autem possidet, qui vel sua male videtur, vel aliena præsumpsit. Possidet autem juste, qui non irretitur cupiditate. Qui autem cupiditate tenetur, possessus est, non possessor.

4. Bonæ sunt honestorum, seu nobilium, quæ prædicte bonæ **206** dicuntur, ut non habeant turpem usum, sed ea homines ad res bonas utantur.

5. Peculium proprie minorum est personarum, sive servorum. Nam peculium est, quod pater, vel dominus filium suum, vel servum pro suo tractare patitur. Peculium autem a *pecudibus* dictum, in quibus veterum constabat universa substantia.

6. Bonorum possessio est jus possessionis certo ordine, certoque titulo acquisita.

7. Intestata hæreditas est, quæ testamento scripta non est, aut si scripta sit, jure tamen nequaquam est addita.

8. Caduca inde dicitur, quia ejus hæredes ceciderunt.

9. Familia herciscunda est divisio hæreditatis inter hæredes. Herciscunda enim apud veteres *divisio* nuncupatur.

10. Communi dividendo, est inter eos quibus communis res est, quæ actio jubet postulantis iis arbitrium dari, cujus arbitrato res dividatur.

11. Finium regundorum actio dicta, eo quod per eam regantur fines utriusque, ne dissipentur, dummodo non angustiore quinque pedum loco ea controversia sit.

12. Locatio est res ad usum data cum definitione mercedis.

13. Conductio est res in usum accepta, cum constituta mercede.

14. Res credita est quæ in obligationem ita deducta est, ut ex tempore quo contrahebatur certum sit eam deberi.

15. Usura est incrementum fenoris, ab *usu æris* crediti nuncupata.

16. <sup>a</sup> Commodatum est id quod nostri juris est, et ad alterum **207** temporaliter translatum est <sup>c</sup> cum modo temporis, quandiu apud eum sit; unde et *commodatum* dictum est.

17. Precarium est; dum *prece* creditor rogatus permittit debitorem in possessione fundi sibi obligati demorari, et ex eo fructus capere. <sup>d</sup> Et dictum *precarium*, quia *prece* additur, quasi *prece adium*, <sup>r</sup> pro <sup>d</sup> littera commutata.

18. Mutuum appellatum est, quia id quod a me tibi datur ex *meo tuo* fit.

19. Depositum est pignus commendatum ad tem-

<sup>a</sup> Dummodo non angustiore quinque ped. Negationem tollit A. August. ad leg. xii tab., cap. 20.

<sup>b</sup> Commodatum. — Commodum, lib. omnes, mendose.

<sup>c</sup> Cum modo temp. Id est, cum præfinitione temporis. Al., per commodum temp.

<sup>d</sup> Dictum precarium q. p. a. Productio verbi est arium, ut in armario. Sed ἀρμαίνωμεν illa commode explicari quis neget?

pus, quasi *diu positum*. Deponere autem quis videtur, cum aliquid metu fortis, incendii, naufragii, apud alium custodiæ causa deponit.

20. Interest autem in loquendi usu inter pignus et arrham. Nam pignus est quod datur propter rem creditam, quæ dum redditur, statim pignus auferitur. Arrha vero est quæ primum pro re bonæ fidei contractu emptæ, ex parte datur, et postea completur.

21. Est enim arrha complenda, non auferenda, unde, qui habet arrham non reddet sicut pignus, sed desiderat plenitudinem, et <sup>e</sup> dicta *arrha a re* pro qua traditur. Item inter pignus et fiduciam, et hypothecam, hoc interest:

22. Pignus est enim quod propter rem creditam obligatur, cujus rei possessionem solam ad tempus **B** consequitur creditor. Cæterum dominium penes debitorem est.

23. Fiducia est cum res aliqua sumendæ mutæ pecuniæ gratia, vel mancipatur, <sup>f</sup> vel in jure ceditur.

24. Hypotheca est cum res commodatur sine depositione pignoris, pactione, vel cautione sola interveniente.

25. <sup>g</sup> Momentum dictum a temporis brevitate, ut quam cito, quam statim salvo negotio reformetur, nec in ullam moram produci **208** debeat, quod reperitur; sicut nec ullum spatium est momenti, cujus tam brevis est temporis punctus, ut in aliquam moram nullo modo producatur.

26. Instrumentum est unde aliquid construimus, ut culter, calamus, ascia.

**C** 27. Instructum, quod per instrumentum efficitur, ut baculus, codex, tabula.

28. Usus, quo in re instructa utimur, ut *in baculo inniti, in Codice legere, in tabula ludere*, sed, et ipse fructus agrorum, quia eo utimur, *usus* vocatur. Ille sunt illa tria....

29. Ususfructus autem vocatus, quia solo *usu* habetur ejus *fructus*, manente apud alium jure.

30. Usucapio est adeptio domini per continuationem justæ possessionis, <sup>h</sup> vel biennii, vel aliquo temporis.

31. Mancipatio dicta est, quia res *manu capitur*. Unde oportet eum qui mancipio accipit comprehendere id ipsum quod ei mancipio datur.

**D** 32. Cessio est propriæ rei concessio, sicut est illud: *Cedo jure propinquitatis*. *Cedere* enim dicimus, quasi *concedere*, id est, quæ propria sunt; nam aliena restituimus, non cedimus. Nam *cedere* proprie dicitur, qui contra veritatem alteri consentit, ut <sup>i</sup> Cicero: *Cessit*, inquit, *amplissimi viri auctoritati, vel potius paruit*.

<sup>e</sup> Dicta autem arrha a re. Imo ab *arrhabone* præcisa voce.

<sup>f</sup> Vel in jure ceditur. Quomodo juris cessio fiat, docet Ulpian., in *Fragm.*, et Caius citatus a *Boethio* in *Top.*

<sup>g</sup> Momentum... ut quam cito, quam statim. Ita meliores libri.

<sup>h</sup> Vel biennii. Anni, vel biennii. Ulpianus plenius.

<sup>i</sup> Ut Cicero. In *Ligariana*.

33. Interdictum est quod a iudice non in perpetuum, sed pro reformando momento ad tempus interim dicitur, salva propositione actionis ejus.

34. Pretium vocatum, eo quod prius illud damus, ut pro ejus vice rem quam appetimus possidere debeamus.

35. commercium dictum a *mercibus*, quo nomine res venales appellamus. Unde et *mercatus* dicitur cœtes multorum hominum, qui res vendere vel emere solent.

36. Integri restitutio est causæ vel rei reparatio.

209 37. Causa redintegratur, quæ vi potestatis expleta non est. Res redintegratur, quæ vi potestatis ablata atque extorta est.

#### CAPUT XXVI.

##### *De criminibus in lege conscriptis.*

1. Crimen a *carendo* nominatur, ut furtum, falsitas, etc., quæ non occidunt, sed infamant.

2. Facinus dictum a *faciendo* malum, quod nocet alteri.

3. <sup>a</sup> Flagitium a *flagitando* corruptelam libidinis, quæ nocet sibi. Hæc duo sunt genera omnium peccatorum.

4. Vis est virtus potestatis, per quam causa, sive res, vel auferitur, vel extorquetur.

5. <sup>b</sup> Vis privata est, si quisquam ante iudicium armatis hominibus quemquam a suo deiecerit vel expugnaverit.

6. Vis publica est, si quis civem ante populum, vel iudicem, vel regem appellentem nocaverit, aut torserit, sive verberaverit, vel vinxerit.

7. <sup>c</sup> Dolus est mentis calliditas, ad eo quod deludat; aliud enim agit, et aliud simulat. Petronius aliter existimat dicens: *Quid est, iudices, dolus? Nimirum ubi aliquid factum est quod legi dolet; habetis dolum, accipite nunc malum.*

8. <sup>d</sup> Calumnia est iurgium alienæ litis, a *calendo*, id est, *decipiendo* dicta.

210 9. Fabitas, appellata a *fando* aliud quam verum est.

10. <sup>e</sup> Injuria est injustitia; hinc est apud Comicos *injurius* qui audet aliquid contra ordinem juris.

CAP. XXVI. — <sup>a</sup> Flagitium. Non.: *Flagitium veteres vitium quod virgini inferatur dici voluerunt.*

<sup>b</sup> Vis privata... Vis publica. k. x Paul., lib. v Sentent., tit. 26, ex quo legendum videbatur Chaconi antea *populum*, nunc *iudicem*, vel *regem appellentem*, quod nobis quoque videtur, nisi ante *populum* Gothicismum esse mavis.

<sup>c</sup> Dolus est mentis calliditas. De dolo malo hæc Labeo et Aquilius. Nam est etiam dolus bonus, ut videatur deesse vox *malus*.

<sup>d</sup> Calumnia a CALVENDO, id est, DECIPiendo. Hinc in XII tabul.: *Si calviur pedemve siruit.*

<sup>e</sup> Injuria est injust. Verba Servii, Æn. ix, ad verb. *Cum Turni injuria.*

<sup>f</sup> Seditio. Citantur hæc a Non., ex Cic., vi de Rep., in Seditio.

<sup>g</sup> Sacrilegium. Serv., Æn. ix: *LEGERE, furari, unde et SACRILEGI, qui sacra furantur.*

<sup>h</sup> In idolor. cultu hæsit. Ita interpretantur quidam illud Pauli ad Rom. ii: *Qui abominaris idola, sacrilegium facis.*

<sup>i</sup> Adulterium est illusio. — *Abusio*, Ovent. et Neap.

11. <sup>f</sup> Seditio dicitur dissensio civium, quod seorsum alii ad alios eunt. Nam hi maxime turbatione rerum et tumultu gaudent.

12. <sup>g</sup> Sacrilegium proprie est sacrarum rerum furtum; postea, et <sup>h</sup> in idolorum cultu hæsit hoc nomen.

13. <sup>i</sup> Adulterium est illusio alieni conjugii, quod quia *alter alterius* torum commaculavit, *adulterii* nomen accepit.

14. <sup>j</sup> Stuprum.....

15. <sup>k</sup> Raptus proprie est illicitus coitus, a *corrumpe* dictus, unde Virgilius: *Rapto potitur*, id est, stupro fruitur.

16. Homicidii vocabulum compositum est ex *homine*, et *cæde*; qui enim *cædem* in hominem fecisse compertus erat, *homicidam* veteres appellabant.

B 17. Parricidii actio non solum in eum dabatur qui parentem, id est, qui patrem, vel matrem interemisset, sed et in eum qui fratrem occiderat, et dictum *parricidium*, quasi *parentis cædes*.

18. <sup>l</sup> Internecivi iudicium in eum dabatur qui falsum testamentum 211 fecerat, et ob id hominem occiderat. Accusatorem ejus possessio honorum sequebatur. *Internecivi* autem significatio est, quasi hominis quædam *enecatio*; nam præpositionem *inter* ponebant antiqui pro *e*. Nevius: *Mare inter-bibere*. Et Plautus: *interluere mare*, id est, *ebibere*, et *oluere*.

19. Furtum est rei alienæ clandestina contrectatio, a *furto*, id est *fusco* vocatum, quia in obscura fit. <sup>m</sup> Furtum autem capitale crimen apud majores C fuit <sup>n</sup> ante pœnam quadrupli.

20. Pervasio est rei alienæ manifesta præsumptio. Furtum autem earum rerum fit, quæ de loco in locum transferri possunt, pervasio autem et earum quæ transferuntur, et earum quæ immobiles sunt.

21. Inficiatio est negatio debitæ rei cum a creditore deposcitur. Idem et abjuratio, id est, rei creditæ abnegatio.

22. Ambitus iudicium in eum est, qui largitione honorem capit, et *ambit*, amissurus dignitatem quam munere invadit.

23. Peculatus iudicium in eos datur, qui fraudem

D Fest.: *Adulter et adultera dicuntur, quia et ille ad alteram et hæc ad alterum se conferunt.*

<sup>l</sup> Stuprum..... Lacuna est in melioribus libris; in aliis, quæ de Raptu dicuntur pro interpretatione adhibentur.

<sup>k</sup> Raptus. E Serv., Æn. iv.

<sup>l</sup> Internecivi. Sic in antiquissimis quibusque libris, Fest.: *Internecivum testamentum propter quod dominus ejus necatus est. Neque aliorum librorum scripturas, in quibus internecivi, internecii, internecidii, legitur, rejicimus. Internecidi etiam recipimus cum Jacob. Cujac. Nam et Agell. internecium morbum dixit.*

<sup>m</sup> Furtum capitale. Legibus XII tab., ut ait Theophilus, lib. iv Inst., tit. xii. Draconis vero leges etiam minimæ rei furem capitis damnabant. Plutarch. et Agell.

<sup>n</sup> Ante pœnam quadrupli. At Cato, in præf. lib. de Re rust.: *Majores nostri sic habuerunt, et ita in legibus posuerunt, furem dupli condemnari, feneratorum quadrupli. Vid. Agell., lib. xi, cap. 48, qui hanc litem componit.*

arario faciunt; pecuniamque publicam intervertunt; nam a pecunia peculatus est dictus. Non autem sic iudicatur furtum publicæ rei, sicut rei privatæ; nam ille sic iudicatur ut sacrilegus, quia fur est sacrorum.

24. Repetundarum accensatur, qui pecunias a sociis cœpit. In hoc 212 iudicio reus si ante moriatur, in bona ejus iudicium redditur.

25. Incesti iudicium in virgines sacratas vel propinquas sanguine constitutum est; qui enim talibus miscentur, incesti, id est, incesti habentur.

26. Majestatis reatu tenentur ii qui regiam maiestatem læserunt, vel violaverunt, vel qui rempublicam prodiderunt, vel cum hostibus consenserunt.

27. Piaculum dictum, quod expiari potest; Commissa sunt enim quæ erant quoquo ordine exponenda.

### CAPUT XXVII.

#### De pœnis in legibus constitutis.

1. Dupliciter malum appellatur: unum quod homo facit, alterum quod patitur. Quod facit, peccatum est, quod patitur pœna. \* Malum autem tunc plenum est, cum et præteritum est, et impendet, ut sit et dolor et metus.

2. Pœna dicta quod *punitur*. <sup>b</sup> Est autem epithetum necessarium, et sine adjectione non habet plenum sensum, adjicis pœna carceris, pœna exsilii, pœna mortis, et implet sensum.

3. Supplicium proprie dicitur, non quo quis quoquo modo punitur, sed cum ita damnatur, ut bona ejus consecrentur, et in publico redigantur; nam supplicia dicebantur supplicamenta. Et supplicium dicitur de cujus damnatione delibatur aliquid Deo, unde et *supplicare*.

4. \* Octo genera pœnarum in legibus contineri Tullius scribit: 213 damnum, vincula, verbera, talionem, ignominium, exsilium, servitutem, et mortem; his namque pœnis vindicatur omne perpetratum peccatum.

5. Damnum a diminutione rei vocatum.

6. Vincula a vinciendo, id est, arctando dicta, eo quod constringant, atque retineant, vel quia vi ligant.

7. Compedes dictæ, quia continent pedes.

CAP. XXVII. — \* Malum autem tunc plenum... et impendet. — Planum... et impedit legit inter res Hispanas, qui ita reddidit: *Et mal entonces es llano, quando es pasado, e embarga al que sea dolor, e miedo.*

<sup>b</sup> Est autem epitheton necessarium. Pro necess. nomen est in plerisque libris, error natus ex scripturæ compendio nomen, quod est in libro Salmant.

<sup>c</sup> Octo genera pœnarum. Ex August., 21 de Civit., cap. 11. Cic. lib. 1 de Orat.: *Vitia hominum, atque fraudes, damnis, vinculis, ignominia, verberibus, exsiliis, morte multantur.* Talionis tamen (quod sciam) non meminuit Cicero; meminuit Aug.

<sup>d</sup> Nervus.... In vet. Cod. lacuna est. Aliorum interpretatio ex Festi epitome sumpta videri possit, sed aliquanto etiam verius Festus ipse.

<sup>e</sup> Boja. Fest.: *Boja genus vinculorum, tam lignæ, quam ferræ dicuntur.*

<sup>f</sup> Numero tantum plurali. At Virgil. singulari dixit: *unumque effusi carcere currus.*

8. Pedicæ sunt laquei quibus pedes illa iucantur, dicte a *pedibus capiendis*.

9. Catenæ autem quod accipiendo teneant utraque vestigia, ne progrediantur. Item catenæ, quod se capiendo teneant plurimis nodis.

10. Manicæ sunt vincula quibus manus capiuntur licet et manicæ tunicarum sint.

11. <sup>d</sup> Nervus....

12. \* Boia est torques damnatorum, quasi jugum in bove; ex genere vinculorum est.

13. Carcer in quo custodiuntur noxii. Et dictus carcer, quod eo homines coerceantur, includanturque quasi arcer, ab arcendo scilicet. Locum autem in quo servantur noxii carcerem dicimus numero tantum singulari; unde vero emittuntur quadrigæ carceres vocamus <sup>f</sup> numero tantum plurali.

14. Verbera dicta, quia cum agitantur, aerem verberant. Hinc 214 flagra, et plagæ, et flagella, quia cum flatu, et strepitu in corpore sonant. Nam plagæ quasi flagæ; sed plagæ et flagra primæ positionis sunt; flagella autem per diminutionem dicta.

15. <sup>e</sup> Anguilla est, qua coercentur in scholis pueri, quæ vulgo scutica dicitur.

16. Fustes sunt quibus pro criminibus juvenes feriuntur, appellati quod præfixi in fossis stent, quos palos rustici vocant.

17. <sup>h</sup> Vectes dicti, quod manibus vectentur, unde osia saxaque velluntur, <sup>i</sup> sed hi ad pœnas legum non pertinent.

18. Virgæ sunt summitates frondium arborumque dictæ, quod virides sunt, vel quod vim habeant erigendi: quæ si levis fuerit, virga est; si certe nodosa, vel aculeata, scorpio rectissimo nomine, <sup>k</sup> quia arcuato vulnere in corpus infigitur.

19. Ictus proprie flagellorum sunt ab agitando vocati.

20. Ungulæ dictæ, quod effodiant; hæc et <sup>l</sup> fidiculæ, quia iis rei in equuleo torquentur, ut fides inveniantur.

215 21. <sup>m</sup> Equuleus autem dictus, quod extendat.

22. Tormenta vero, quod torquendo mentem inveniant.

23. Est et <sup>n</sup> latomia supplicii genus (... ad verbe

<sup>e</sup> Anguilla. Plin., lib. 11, cap. 23: *Tenuissimum (murænis) tergus, contra anguillis crassius, eoque verberari solitus tradit Verrius prætextatos, et od id dicit his nullam non institutam.*

<sup>h</sup> Vectes.... saxaque velluntur. — Vehuntur mallebat A. August., sed velli vehique saxa vectibus passim videmus.

<sup>i</sup> Sed hi ad pœnas leg. n. p. Cur igitur hic commemorati? An quia martyres vectibus cruciatis sæpe legimus?

<sup>j</sup> Si lenta. Al., si levis.

<sup>k</sup> Quia arcuato vulnere. Verba sunt Hieronymi, sive Tertulliani potius. Vid. inf., lib. 111, cap. 5.

<sup>l</sup> Et fidiculæ.... ut fides inveniantur. Vel potius a fidium similitudine.

<sup>m</sup> Equuleus.... quod extendat. Al., extendatur,

<sup>n</sup> Latomia. Euseb., in Chron.: *Turquinius superbus recogitavit vincula, taurea, fustes, latomius, carceres, compedes, catenas, exsilia, metalla.* Nec tamen lan-



randum a aptum) inventam a Tarquinio Superbo ad A poenam sceleratorum. Iste enim prior latomias, tormenta, fustes, metalla, atque exsilia adinvenit, et ipse prior ex regibus exsilium meruit.

24. Talio est similitudo vindictæ, ut taliter quis patiatur ut fecit. Hoc enim et natura et lege est institutum, ut lædentem similis vindicta sequatur. Unde et illud est legis: *Oculum pro oculo, dentem pro dente*. Talio autem non solum ad injurias referendam, sed etiam pro beneficio reddendo ponitur. Est enim communis sermo et injuriæ et beneficentiæ.

25. Ignominium dictum, eo quod desinat habere honestatis **216** nomen is qui in aliquo crimine deprehenditur. Dictum autem *ignominium* quasi *sine nomine*, sicut *IGNARUS sine scientia*, sicut *IGNOBILIS sine nobilitate*.

26. Hoc quoque et *infamium*, quasi *sine bona fama*; fama autem dicta, quia *fando*, id est, loquendo, pervagatur per traduces linguarum et aurium serpens. Est autem nomen et bonarum rerum, et malorum. Nam fama felicitatis interdum est, e ut illud est: *Illustris fama*, quod laus est; malorum, ut Virgilius:

Fama malam, qua d non aliud velocius ullam.

27. e Famae autem nomen certi locum non habet, quia plurimum mendax est, adjiciens multa, vel demutans de veritate; quæ tandiu vivit, quandiu non probatur. At ubi probaveris, esse cessat, et exinde res nominatur, non fama.

28. Exsilium dictum quasi *extra solum*. Nam *exsul* dicitur, qui *extra solum* est. (.... Unde f *postliminium* redeuntibus, hoc est de exsilio reducendis, qui suat ejecti injuria extra limen patriæ.) Dividitur autem exsilium in relegatis et deportatis.

29. Relegatus est quem bona sua sequuntur; deportatus, quem non sequuntur.

30. Proscriptio exsilio procul damnatio, quasi *porro scriptio*. Item *proscriptus*, quia *palam scriptus*.

31. s Metallum est ubi exsules deputantur ad eruendam venam marmoræque secanda in crustis.

**217** 32. b Servitus a *servando* vocata. Apud antiquos enim qui in bello a morte *servabantur*, sævi vocabantur. h Hæc est sola malorum omnium postrema, quæ liberis omni supplicio gravior est, nam ubi libertas perit, una ibi perierunt et omnia.

33. Mortium vero diversi casus, ex quibus crux, D

vel patibulum, in quo homines appensi cruciantur, vel patiuntur, unde et nomina habent.

34. Patibulum enim vulgo *furca* dicitur, quasi *ferens caput*, suspensum enim et strangulatum ex eo exanimat; sed patibuli minor poena quam crucis. Nam patibulum appensos statim exanimat, crux autem suffixos diu cruciat, unde et in Evangelio latronibus, ut morerentur, et de ligno ante Sabbatum deponerentur, crura contracta sunt, quia ligno suspensio mori non poterant.

35. In ipso quoque genere necis differt. Crudelius est enim in aqua spiritum torquente exstingui, ignibus uri, frigore, et fame necari, canibus, et bestiis exponi. Nam ferro mori ætas quoque major optavit. Gladius enim sine majori cruciatu compendiosa morte vitam finire novit.

36. Culleus est parricidale vasculum ab *occulendo*, id est, *claudendo* **218** dictum. Est autem uter ex corio factus, in quo parricidæ cum simia, et gallo, et serpente inclusi, in mare præcipitantur; omnium autem istarum mortium genus *animaversio* nominatur.

37. Animaversio enim est quando iudex reum punit, et dicitur *animadvertere*, id est, *animum illuc advertere*, intendere utique ad puniendum reum, quia iudex est.

38. Ideo autem Romani aqua et igni interdicebant quibusdam damnatis, quia aer et aqua cunctis patet, et omnibus data sunt, ut illi non fruerentur, quod omnibus per naturam concessum est.

#### DE TEMPORIBUS.

#### CAPUT XXVIII.

##### De chronica vocabulo.

1. i Chronica Græce dicitur, quæ Latine *temporum series* appellatur, qualem apud Græcos Eusebius Cæsariensis episcopus edidit, et Hieronymus presbyter in Latinam linguam convertit: *χρόνος* enim Græce, Latine *tempus* interpretatur.

#### CAPUT XXIX.

##### De momentis et horis.

1. Tempora autem momentis, horis, diebus, mensibus, annis, lustris, sæculis, ætatibus dividuntur. Momentum est minimum atque angustissimum tempus, a *motu siderum* dictum.

2. Est enim extremitas horæ in brevibus intervalis, cum aliquid sibi cedit atque succedit. *Hora* Græcum est nomen, et tamen Latinum sonat. Hora enim

i Hæc est sola malorum. Cic., Philipp. II: *Servitus malorum omnium postremum, non modo bello, sed morte etiam repellendum.*

j In ipso quoque genere necis. Ex Apologet. Tertull.

k Et serpente. Juvenal., satir. 8:

Cujus supplicio non debuit una parari  
Simia, nec serpens unus, nec culleus unus.

Quæ de serpente, gallo et simia in quibusdam libris leguntur, in melioribus nulla sunt, præterquam in uno Salman. sane pervetusto, sed ibi quoque ad finem totius capitis rejecta, ut liquido appareat esse aliena. Hujusmodi accessionibus pessime multati sunt hi libri.

CAP. XXVIII. — i Quæ his XII capitibus de temporibus continentur, adducta huc sunt e libro Isidori de Astris ad Sisebutum regem, et ejusdem Chronie.

mizæ dicendæ (ut quidam arbitrantur) quia Seneca, lib. v Controvers. dicit: *Nec quemquam vestrum decipiat nomen ipsum lutumizæ, minima lauta res est*. Vid. Fest. Ascon.

a Ad verberandum aptum. Aliena hæc censemus.

b Ignominium. Sic meliores libri, et statim infamium, quæ vox sæpe in conciliis Toletan. legitur.

c Ut illud est: *Illust. fam.* Ex Orat. pro Marcel.

d Qua non aliud. Sic in omnibus Gothicis non quo,

æ, meo iudicio, haud male.

e Famae autem nomen. Totus locus ex Apolog. Tertull., cap. 8.

f Unde postliminium... patriæ. Obelo hæc notavimus de A. Aug. et Chaconis sentent.

g Metallum... deputantur. Neap. deputantur.

h Servitus. Ex Aug. XIX de Civil., cap. 15.

finis est temporis, sicut et horæ sunt fines maris, fluviorum et vestimentorum.

## 219 CAPUT XXX.

*De diebus.*

1. Dies est præsentia solis, sive sol supra terras, sicut nox sol sub terris : ut enim dies aut nox sit causa est, aut supra terram sol, aut sub terris. Dies legitimus viginti quatuor horarum est, usquedum dies, et nox spatia sui cursus ab Oriente usque ad alium Orientem solem cæli volubilitate concludat. Abusive autem dies unus est spatium ab Oriente sole usque ad Occidentem.

2. Sunt autem dici spatia duo : <sup>a</sup> interdianum atque nocturnum, et est dies quidem horarum viginti quatuor, spatium autem horarum duodecim.

3. <sup>b</sup> Vocatus autem dies a parte meliore ; unde et in usu est ut sine commemoratione noctis numerum dicamus dierum, sicut et in lege divina scriptum est : *Factum est vespere et mane dies unus.*

4. Dies secundum Egyptios inchoat ab occasu solis ; secundum Persas, **220** ab ortu solis ; <sup>c</sup> secundum Athenienses, a sexta hora diei ; secundum Romanos a media nocte. Unde et tunc *gallicinium* est, <sup>d</sup> id est *gallorum cantus*, <sup>e</sup> quæ rum vox diei ostendit præconium, <sup>f</sup> quando et mesonyctus afflatus sit.

5. Dies d. cti a *diis*, quorum nomina Romani quibusdam sideribus sacraverunt. Primum enim diem a Sole appellaverunt, qui princeps est omnium siderum, sicut et idem dies caput est cunctorum dierum.

6. Secundum a Luna, quæ soli et splendore et magnitudine proxima est, et ex eo mutuat lumen. Tertium a stella <sup>g</sup> Martis, quæ Pyrois vocatur. Quartum a stella Mercurii, <sup>h</sup> quem quidam Stilbonta dicunt.

7. Quintum a stella Jovis, quam Phaetontem aiunt ; sextum a Veneris stella, quam Luciferum asserunt, quæ inter omnia sidera plus lucis habet ; septimum a

CAP. XXX. — <sup>a</sup> *Interdianum*. Sic libri omnes.

<sup>b</sup> *Vocatus autem dies a part. mel. E Serv., Æn. v, ad vers. Torquet medios nox humida curs.*

<sup>c</sup> *Secundum Atheniens.* a sexta hora diei. Ex erd. Servii loco, qui Agellium citat, Agellius vero, lib. III, cap. 2, ex Varrone diem apud Athenienses ab occasu solis dicit incipere. Quod affirmat etiam Macrobius, lib. 1, et Censorinus, cap. 19. Ergo, vel Servium, vel Agellium emendari oportet. Isidorus secutus est Bedam, cap. 2 de Ratione Temporum. Quid si e supra per compendium scripta sexta lectores fecerunt, cum supremam Isidorus intellexisset, vel potius pro SUPREMA sexta hora legerunt ? Nam alio pacto quomodo hinc honeste habeamus nescio.

<sup>d</sup> *Id est, gullor. cantus.* Hæ voces adhibitæ ex C. Neap. ut quod sequitur. *Quor. vox, etc.,* procederet.

<sup>e</sup> *Quor. vox diei est p. Ambros. : Hoc excitatus Lucifer soluit polum culigine.*

<sup>f</sup> *Quando, et mesonyct. afflat.* Et quia noctis melior pars acta, soique ad nos jam flecitur, afflari autem majorum est verbum, qui, adventante sole, simulacra nocturna aufugere credabant. Unde Philostratus, lib. III de Vit. Apollonii negat Achilles simulacrum gallicinium expectasse. Quo pertinet illud quoque Anclisæ :

Jamque vale, torquet medios nox humida cursus,  
Et me sævus equis Oriens afflavit aulis.

Fœdique modo interpretatur Servius illud Æn. VI :

A stella Saturni, quæ septimo cælo locata xxx annis fertur explere cursum suum.

8. Proinde autem ex his septem stellis nonina diebus gentiles dederunt, eo quod per easdem aliquid sibi efflci existimarent, <sup>i</sup> dicentes habere a Sole spiritum, a Luna corpus, a Mercurio ingenium et Linguam, a Venere voluptatem, a Marte sanguinem, a Jove temperantiam, **221** a Saturno humorem : talis quippe existit gentiliū stultitia, qui sibi finxerunt tam ridiculosa signenta.

9. Apud Hebræos autem dies prima *una Sabbati* dicitur, quæ apud nos *dies Dominicus* est, quem gentiles Soli dicaverunt ; *secunda Sabbati*, secunda feria, quem sæculares *diem Lunæ* vocant ; *tertia Sabbati*, tertia feria, quem illi *diem Martis* vocant ; *quarta Sabbati*, quarta feria, qui *Mercurii dies* dicitur a paganis.

10. *Quinta Sabbati*, quinta feria est, id est, quintus a die Dominico, qui apud gentiles *Jovis* vocatur ; *sexta Sabbati*, sexta feria est, quæ apud eosdem paganos *Veneris* nuncupatur ; *Sabbatum* autem septimus a Dominico die est, quem gentiles Saturno dicaverunt, <sup>j</sup> et *Saturni* nominaverunt. *Sabbatum* autem ex Hebræo in Latinum *requies* interpretatur, eo quod Deus in eo requievisset ab omnibus operibus suis.

11. <sup>k</sup> Melius autem in vocabulis dierum de ore Christiano ritus loquendi ecclesiasticus procedit : tamen si quem forte consuetudo traxerit, ut illud exeat ex ore, quod improbat corde, intelligat illos omnes, de quorum nominibus appellati sunt hi dies, homines fuisse, et propter beneficia quædam mortalia, quia plurimum potuerunt, et eminuerunt in hoc sæculo, delati sunt eis ab amatoribus suis divini honores et in diebus, et in sideribus, sed prius a nominibus hominum sidera nuncupata, et a sideribus dies sunt appellati.

12. A *fando* autem *feriæ* nuncupatæ sunt, quod in eis nobis sit tempus dictionis, id est, in divino, vel humano officio fari ; sed ex iis festi dies hominum

Ecce autem primi sub lumine solis, et ortus, ut lumina primi solis medium noctis intelligat.

<sup>g</sup> *Stella Martis, quæ Pyrois.* Chaconi assensum sumus hic, ut etiam supra, lib. III, cap. 70, cum in libris omnibus utrobique vesper pro Pyrois legatur.

<sup>h</sup> *Quem quidam Stilbonta.* Optime quoque conjecit idem Chacon, cum hic legatur : *Quem quidam candidum circulum dicunt, candidum glossam fuisse τὸν στίλβοντα*, unde ab imperito lectore sublatum *Stilbonta* auditum *circulam*, cum candidus circulus via lactea Isidoro sit, lib. III, cap. 45 ; hujus rei magnum argumentum, vocem *circulum* etiamnum a quibusdam libris habere.

<sup>i</sup> *Dicentes habere a sole spirit.* Serv., Æn. XI, ad vers. Nil jam cælestib. ullis debentem : *Superis debemus omnia donec vivimus, ideo, quia, ut dicunt physici, cum nasci cœperimus, sortimur a sole spiritum, a luna corpus, a Marte sanguinem, a Mercurio ingenium, a Jove desiderium, a Venere cupiditates, a Saturno humorem.* Ubi quod ad Jovem attinet, Servius ex Isidoro videtur corrigendus. Cic., II de Nat. deor. : *His interjecta Jovis stella illustrat, et temperat.* Quem propterea in Somn. Scip. fulgorem salutarem appellat. Bed., cap. 4, a Saturno tarditatem.

<sup>j</sup> *Et Saturni nominaver.* Aug., XVIII cont. Faust., cap. 5 : *Saturnum importare conamini, quia cum diem Saturni gentes appellaverunt.*

<sup>k</sup> *Melius autem in vocab.* Ex Aug. in ps. XCIII.

ius instituti sunt, feriati causa divinorum sacrorum.

13. <sup>a</sup> Fartes diei tres sunt: mane, meridia et suprema.

14. Mane, lux matura et plena; nec jam crepusculum. <sup>b</sup> Et dictum mane a mano: manuum enim antiqui bonum dicebant. Quid enim melius luce? Alii mane existimant vocari a <sup>c</sup> manibus, quorum conversatio a luna ad terram est. Alii putant ab aere, quia manus, id est, rarus est, atque perspicuus.

22 15. Meridies dicitur quasi *medidies*, hoc est, *medius dies*, vel quia tunc purior dies est. *Merum* enim purum dicitur. In toto enim die nihil clarius meridie, quando sol e medio caelo rutilat, et omnem orbem pari claritate illustrat.

16. <sup>d</sup> Suprema est postrema pars diei, quando sol cursum suum in Occasum vertit, dicta quod superest ad partem ultimam diei.

17. <sup>e</sup> Serum vocatum a clausis *seris*, quando jam nox venit, ut unusquisque somno tutior sit.

18. Hodie, quasi *hoc die*, et <sup>f</sup> *quotidie*, non *cotidie*, ut sit *quot diebus*.

19. <sup>g</sup> Cras, quod est postea.

20. Hesternum est pridie, et dictum *hesternum* ab eo quod jam dies ipse sit a nobis *extraneus*, et prae-terendo alienus.

21. Pridie autem, quasi *priori die*.

22. Perendie, id est, *per ante diem*, vel in <sup>h</sup> *antecessum*, id est, prius.

### CAPUT XXXI.

#### De nocte.

1. Nox <sup>i</sup> a *nocendo* dicta, eo quod oculis noceat. Quae ideoque lunae ac siderum lucem habet, ne indecora esset, et i ut consolaretur <sup>223</sup> omnes nocte operantes, et ut quibusdam animantibus quae lucem solis ferre non possunt ad sufficientiam temperaretur.

2. Noctis autem et diei alternatio propter vicissitudinem dormiendi et vigilandi effecta est, et ut operis diurni laborem noctis requies temperaret.

3. <sup>k</sup> Noctem autem fieri, aut quia longo itinere lassata

<sup>a</sup> Partes diei. E Serv., *Æn.* II.

<sup>b</sup> Et dictum mane a MANO. E Serv., *Æn.* I. ad vers. *Tenet ille immania saxa*. Varro, lib. V: MANE, quod tunc MANAT dies ab Oriente, nisi potius, quod BONUM antiqui dicebant MANUM. Vidend. item Serv., *Æn.* III. ad vers. *Stant manibus ara*.

<sup>c</sup> A MANIBUS. Macrobi., lib. I Saturn., cap. III: MANE autem dictum, quod a locis inferioribus, id est, a MANIBUS, lucis exordium emergat. Et in fin. lib. VIII, infir.

<sup>d</sup> Suprema est post. Varro. SUPREMA, summum dies, id a SUPERRIMA. Hoc tempus III tabulae dicunt occasum esse solis.

<sup>e</sup> Serum. Al., Sero.

<sup>f</sup> Et QUOTIDIE NON COTIDIE. Vid. sup., lib. I, cap. 22.

<sup>g</sup> Cras, quod est postea. Deesse videtur aliquid, et potius fortasse legendum.

<sup>h</sup> In antecessum, id est, prius. Gloss. in antecessum, *προπρια*; et apud Senec., in antecessum sapere, hoc est, antequam dies debiti cedat.

Cap. XXXI. — <sup>i</sup> Nox dicta. E Serv., *Æn.* I. ad vers. *Ponit nox incubat atra*. Raba, lib. X, cap. 6: *Nox dicta, quod nocet aspectibus, vel negotiis*

tur sol, et cum ad ultimum caeli spatium pervenit elanguescit, ac labefactos efflat suos ignes; aut quia eadem vi sub terras cogitur, qua super terras pertulit lumen, et sic umbra terrae noctem facit. Unde et Virgilius:

Ruit Oceano nox,

Involvens umbra magna terraque polumque.

4. <sup>l</sup> Noctis partes septem sunt: vesper, crepusculum, conticinium, intempestum, gallicinium, matutinum, diluculum.

5. Vesper a stella occidentali vocatur, quae solem occiduum sequitur, et tenebras sequentes praecedit. De qua Virgilius:

Ante diem clauso componet Vesper Olympo.

6. Tenebrae autem dicitur, quod *tendant umbras*.

7. Crepusculum est dubia lux. Nam <sup>m</sup> *creperum* dubium dicimus, hoc est inter lucem et tenebras.

8. Conticinium est, quando omnia silent. *Conticiscere* enim *silere* est.

9. <sup>n</sup> Intempestum est medium et inactuosum noctis tempus, quando agi nihil potest, et omnia sopora quiescunt. Nam tempus per se non intelligitur, nisi per actus humanos; medium autem noctis actu caret

224 10. Ergo *intempesta*, inactuosus, quasi *sine tempore*, hoc est *sine actu*, per quem dignoscitur tempus; unde est, *intempestive venisti*. Ergo *intempesta* dicitur, quia caret tempore, id est, actu.

11. Gallicinium propter *gallos* lucis praenuntios dicitur.

12. Matutinum est inter abscessum tenebrarum et aurorae adventum; et dictum *matutinum*, quod hoc tempore inchoante *mane* sit.

C 13. Diluculum quasi jam incipiens parva diei lux. Haec et aurora, quae solem praecedit.

14. <sup>o</sup> Est autem aurora diei clarescentis exordium, et primus splendor aeris, qui Graece *ἠώς* dicitur, quam nos per derivationem *auroram* vocamus, quasi *eororum*. Unde est illud: *Latus Eois Eurys equis*, et: *Eoasque acies*.

### CAPUT XXXII.

#### De hebdomada.

1. Hebdomada dicta a numero septem dierum *humanis*, sive, quod in ea fures latronesque nocendi aliis occasionem nanciscantur. Nisi potius a Graeco *ἑβδομή*, ut ait Varro.

<sup>i</sup> Consolaretur homines. Al., omnes.

D <sup>k</sup> Noctem autem fieri... lumen. Lucret., lib. V:

At nox obruit ingenti ralgine terras,  
Aut ubi de longo cursu sol extima curli,  
Impulit, atque suos efflavit languidus ignes,  
Concussos iter, et labefactos aere multo;  
Aut quia sub terras cursum convertere cogit  
Vis eadem supera, quae terras pertulit orbem.

1 Noctis partes. Serv., *Æn.* II: *Sunt autem solidae noctis partes secundum Varronem haec: vespera, conticinium, intempestum, gallicinium, lucifer.*  
<sup>m</sup> *Creperum dubium*. Eleganter Ambros.: *Latus dies hic transeat; pudor sit ut diluculum, fides velut meridies; crepusculum mens nesciat*. Est autem *creperum* Sabinum verbum, ut ait Varro.

<sup>n</sup> *Intempestum... id est, actu*. Omnia sunt Servii, *Æn.* III, ad vers. *Nox intempesta tenebat*.

<sup>o</sup> *Est autem aurora*. Ex eodem, *Æn.* XI. Varro tamen, lib. VI: *Aurora dicitur ante solis ortum, ab eo quod igne solis tum auro aere aurescit*.

quorum repetitione, et menses, et anni, et sæcula A peraguntur; *ἑπτά* enim Græci *septem* dicunt. Hanc nos *septimanam* vocamus, quasi *septem lucas*. Nam *MANE LUX* est. Octavus autem dies, idem primus est, ad quem reditur, et a quo rursus hebdomadis series ceditur.

## CAPUT XXXIII.

*De mensibus.*

1. Mensis nomen est Græcum de lunæ nomine tractum. Luna enim *μην* Græco sermone vocatur, unde et apud Hebræos menses 225 legitimi, non ex solis circulo, sed ex lunæ cursu enumerantur, qui est de nova ad novam.

2. Ægyptii autem primi propter lunæ velociorem cursum, et ne error computationis ejus velocitate accideret, ex solis cursu diem mensis adinvenerunt, quoniam tardior solis motus facilius poterat comprehendi.

3. Januarius mensis a *Jano* dicitur, cui fuit a gentibus consecratus, vel quia limen et *janua* sit anni. Unde, et bifrons idem Janus pingitur ut introitus anni et exitus demonstretur.

4. Februarius nuncupatur a *Februo*, id est, Plutone cui eo mense sacrificabatur. Nam Januarium diis superis, Februarium diis Manibus Romani consecraverunt. Ergo <sup>b</sup> Februarius a *Februo*, id est, a Plutone, non a *febre*, id est, ægitudine, nominatus.

5. Martius appellatur propter *Martem*, Romanæ gentis auctorem, vel quod eo tempore cuncta animantia ad *marem* agantur, et ad concumbendi voluptatem.

6. Idem appellatur et *mensis novorum*, quia anni C initium mensis est Martius. Idem <sup>d</sup> et *novum ver*, ab indicibus, scilicet, germinum, quia in eo, viridantibus fructibus novis, transactorum probatur occasus.

7. Aprilis pro Venere dicitur, quasi *Aphrodis*. Græce enim *Ἀφροδίτη* Venus dicitur, <sup>f</sup> vel quia hoc mense omnia aperiuntur in florem, quasi *aperilis*.

8. Maius dicitur a *Maiā*, matre Mercurii, vel a majoribus natu, qui erant principes reipublicæ. Nam hunc mensem majoribus, sequentem vero minoribus Romani consecraverunt.

9. Unde et Junius dicitur. Ante enim populus in centurias seniorum et juniorum divisus erat.

226 10. Julius vero, et Augustus de honoribus hominum Julii et Augusti Cæsarum nuncupati sunt.

CAP. XXXIII. — <sup>a</sup> *Januarius... vel quia limen et janua*. Hieronym., Ezech. xviii: *Januarius dicitur, eo quod apud Romanos anni sit JANUA*. Sed limen non limen in omnibus libris legi mirum.

<sup>b</sup> *Februarius a FEBRUO*. — *A die februato* Varro; a *Februo deo lustrationum* Macrobius; a *februo*, hoc est, purgamento, Censorinus. Servium, 1 Georg., et August., xviii contra Faust., cap. 5, secutus est Isidorus.

<sup>c</sup> *Idem appell. mensis novor*. In sacris libris.

<sup>d</sup> *Idem novum ver ab indicibus*. Serv., Georg. 1, ad verb. *Vere novo*. Al., *ab initibus*.

<sup>e</sup> *Aprilis... q. APHRODIS*. Macrobi., lib. 1, cap. 12: *Secundum mensem nominavit Aprilem, quasi Aprililem, a SPUMA, quam Græci vocant ἄπρον, unde Venus creditur orta*.

<sup>f</sup> *Vel q. h. m. omnia aperiuntur in florem*. Quod Varroni placuit.

Nam prius Quintilis et Sextilis vocabantur: Quintilis, quia *quintus* erat a Martio, quem principem anni testantur esse Romani; Sextilis similiter, quod *sextus*.

11. September nomen habet a <sup>h</sup> numero, et imbre, quia *septimus* est a Martio, et *imbres* habet. Sic et October, November atque December ex numero et imbribus acceperunt vocabula: quem numerum decurrentem December finit, pro eo quod denarius numerus præcedentes numeros claudit.

12. Kalendas autem, Nonas et Idus propter festos dies Romani instituerunt, vel propter officia magistratum. In iis enim diebus conveniebatur in urbibus.

13. Quidam autem Kalendas a *colendo* appellari existimant. Apud veteres enim omnium mensium principia colebantur, sicut et apud Hebræos. Idus autem perique Latinorum ab *edendo* dictas putant, quod ii dies apud veteres epularum essent.

14. Nonæ a *nundinis* vocatae, nundinæ enim sunt publicæ conventiones, sive mercimonia.

## CAPUT XXXIV.

*De solstitiis et æquinoctiis.*

1. Solstitium dicitur, quasi *solis statio*, quod tunc, sole stante, 227 crescant dies, vel noctes.

Æquinoctium appellatum, quod tunc dies et nox horarum <sup>i</sup> spatio æquali consistunt.

2. i Duo autem sunt solstitia: unum æstivum octavo Calendarum Juliarum, de quo tempore remeare sol ad inferiores incipit circulos, aliud hiemale, octavo Kal. Januar., quo tempore sol altiores incipit circulos petere. Unde et hiemalis solstitii dies minimus, sicut æstivi maximus invenitur.

3. Item duo sunt æquinoctia: unum vernale, et aliud autumnale, quæ Græci *ἰσημερινὰ* vocant. Sunt autem hæc æquinoctia die octava Kalend. April. et octavo Kalend. Octob., quia annus olim in duas partes tantum dividebatur, hoc est, in æstivum et in hiemale solstitium, et <sup>k</sup> in duo hemisphæria.

## CAPUT XXXV.

*De temporibus anni.*

1. Tempora anni quatuor sunt: ver, æstas, autumnus et hiems; dicta sunt autem *tempora* <sup>l</sup> a communionis *temperamento*, quod invicem se humore, siccitate, calore et frigore temperent. <sup>m</sup> Hæc et *curricula* dicuntur, quia non stant, sed *currunt*.

<sup>n</sup> *Julius vero et August.* Aug., u de Doct. Chr., cap. 21.

<sup>h</sup> *A numero et imbre*. A numero tantum Varro, Augustinus et Servius, a quo hæc procul dubio sumpsit Isidorus. Sed hæc omnia additamentis plena. Quamvis scio Cassiodorum ex imbribus quoque notationem confecisse.

CAP. XXXIV. — <sup>i</sup> *Spatio æquali consistunt*. Ita nostri omnes Cod. Constanti Romani.

<sup>j</sup> *Duo autem sunt*. E Serv., Georg. 1, ad vers. *Humida solstitia*. At boni Latinitatis auctores æstivum solum solstitium agnoscunt, alterum non *solstitium*, sed *brumam* nominant.

<sup>k</sup> *Et in duo hemisphæria*. Sic omnes libri. *In duas ἰσημερινὰ* volebat A. Aug.

CAP. XXXV. — <sup>l</sup> *A communionis temperam*. A communi temp. Cod. Rom.

<sup>m</sup> *Hæc et curricula*. E Serv. Æn. viii.

2. <sup>a</sup> Constat autem post factum mundum ex qua- A  
jate cursu solis tempora in ternos menses fuisse  
civisa. Quorum temporum talem veteres faciunt  
discretionem, ut primo mense ver *novum* dicatur,  
secundo *adultum*, tertio *præceps*.

3. Sic et æstas in suis tribus mensibus *nova*, *adultæ*  
et *præceps*; sic et autumnus *novus*, *adultus* et *præceps*;  
item hiems *nova*, **228** *adultæ* et *præceps*, sive extrema.  
Unde est illud: *Extremæ sub casum hiemis*. Ver  
autem dictum, quod *viret*. Tunc enim post hiemem  
vestitur tellus herbis, et in florem <sup>b</sup> cuncta rumpuntur.

4. <sup>c</sup> *Æstas* dicitur ab *æstu*, id est, calore; et *æstas*  
quasi *æsta*, id est, exusta et arida. Nam calor aridus  
est.

5. <sup>d</sup> Autumnus a tempestate vocatur, quando et  
folia arborum cadunt, et omnia maturescunt.

6. Hiemem autem ratio hemisphærii nuncupavit,  
quia tunc breviori sol volvitur circulo. Unde et hoc  
tempus <sup>e</sup> *bruma* dicitur, quasi *βραχυς ὁπίρα*, id est,  
*brevis*, vel a cibo, quod major tunc sit vescendi appri-  
titas. *Edacitas* enim Græce *βρώμα* appellatur; <sup>f</sup> unde,  
et *imbrumari* dicuntur <sup>g</sup> quibus fastidium est ciborum.

7. Hibernus autem inter hiemem et vernum est,  
<sup>h</sup> quasi *hiemevernus*, qui plerumque a parte totam  
hiemem significat. Hæc tempora singulis etiam cœli  
partibus ascribuntur.

8. Ver quippe Orienti datur, quia tunc ex terris om-  
nia oriuntur; æstas vero Meridiano, eo quod pars ejus  
calore flagrantior sit; hiems Septentrioni, eo quod  
frigoribus et perpetuo gelu torpeat; autumnus Occi-  
duo, eo quod graves morbos habet; unde et tunc folia  
arborum defluunt. Ut autem autumnus abundet mor-  
bis, facit **229** hoc confinium frigoris et caloris, et  
<sup>i</sup> compugnancia inter se contrariorum aerum.

#### CAPUT XXXVI.

*De annis.*

1. Annus <sup>j</sup> est solis anfractus, cum, peractis

<sup>k</sup> *Constat autem post fact.* E duobus Servii locis,  
Georg. 1, ad vers. *Vere novo*, et Georg. 11, ad vers.  
*Non alios prima*.

<sup>l</sup> *Cuncta rumpuntur.* Al., *erumpunt*, al., *prorumpunt*.

<sup>m</sup> *Æstas ab æstu.* Serv., Æn. 11, ad vers. *Propius-  
que æstus incend.* volv.: *Æstus* (inquit) calor est, unde  
et *æstas* dicitur. Vid. Varr., lib. 7.

<sup>n</sup> *Autumnus a tempestate.* An tempestatem tempesti-  
vitatem intelligit? Ut sit *autumnus auctus annus*, de-  
tracta *c*, ut in *sartor, sartor, auctor*. Fest.: *Autumnus*  
quidam dictum existimant, quod tum maxime augentur  
hominum opes.

<sup>o</sup> *Bruma q. βραχυς.* Varr., Fest., Serv. et Macrob.

<sup>p</sup> *Unde et imbrumari.* Al., *imbrumati*, item *brumati*,  
et *brumatici*, quæ vox hodieque apud nos in usu est.

<sup>q</sup> *Quibus fastidium est.* Quibus studium est, unus  
Tarrac.

<sup>r</sup> *Quasi hiemevernus.* Ex Cod. Neap. et Ovet., al.,  
*hibernus*, ut sit præceps hiems.

<sup>s</sup> *Ex compugnancia contrarior. aerum.* — *Contraria-  
rum rerum Servius*, Georg. 1, ad vers. *Quid tempe-  
states Autumni*.

Cap. XXXVI. — 1 Annus est. Totum caput, usque  
ad *æra*, confabulum ex variis Servii locis, Æn. 1, 11,  
et 7.

<sup>t</sup> *Æra singulor. annor.* Leguntur hæc in plerisque  
Eusebii Codicibus, sed negabat existare in antiquis-  
simis Chacon. Porro de *æra* multi hæc ætate multa.  
Nos Nonio credimus ita scribenti: *Æra numeri nota.*

CCCLXV diebus ad eadem loca siderum redit. Annus  
autem dictus, quia mensibus in se recurrentibus  
volvitur. Unde et *annulus*, quasi *annuus*, id est, cir-  
culus, quod in se redeat. Virgilius:

Atque in se sua per vestigia volvitur annus.

2. Sic enim et apud Ægyptios indicabatur ante in-  
ventas litteras, picto dracone caudam suam morde-  
nte, quia in se recurrit. Alii *annum* dicunt, ἀπό  
τοῦ ἀνανοῦσθαι, id est, ab *innovatione*, renovatur  
enim semper.

3. Tria sunt autem genera annorum. Aut enim  
*lunaris* annus est triginta dierum, aut *solstitialis*,  
qui XII continet menses; aut *magnus*, omnibus pla-  
netis in eundem locum recurrentibus, qui fit post  
annos solstitiales plurimos.

B 4. <sup>b</sup> *Æra* singulorum annorum constituta est a  
Cæsare Augusto, **230** quando primum <sup>c</sup> census  
exegit, ac Romanum orbem descripsit. Dicta autem  
*æra* ex eo quod omnis orbis *æ*s reddere professus est  
reipublicæ.

#### CAPUT XXXVII.

*De olympiadibus, et lustris, et jubileis.*

1. Olympias apud Græcos constituta apud Elidem  
Græciæ civitatem. Eliis agentibus agonem, et <sup>e</sup> quin-  
quennale certamen, quatuor mediis annis vacanti-  
bus; et ob hoc Elidum certaminis tempus olympiadem  
vocaverunt, quadriennio in una olympiade supputato.

C 231 2. <sup>b</sup> Lustrum vero est *εὐστραπία*, id est, *quin-  
quennium*, quod quinto anno dicitur condi propter  
olympiadas a Romanis; adhuc enim consules, adhuc  
*æra* nondum erant. Est enim quinquennale tempus.  
Ideo vero sic vocatur eo quod censu per quinquen-  
nium in republica peracto, urbs Roma lustrabatur.

3. Jubilæus interpretatur *remissionis annus*. Est  
enim Hebraicus, et sermo, et <sup>e</sup> numerus, qui septe-  
nis annorum hebdomadibus, id est, quadraginta  
novem annis textitur, in quo clangebatur tubis, et

*Lucil., lib. xxix: Hæc est ratio, perversa æra, et  
summa, et subducta improbe.* M. Tullius, in Hor-  
tensio, apud eundem Non.: *Quid tu, inquam, soles,  
cum rationem a dispensatore accipis, si æra singula  
probasti, summam quæ ex his confecta sit non probasti?*  
Vid. inf., lib. vi, cap. 15.

<sup>f</sup> *Censum exegit.* Ita lib. 111. Tarrac. Neap., *exagi-  
tato censu*; et quidem apud Euseb. frequens: *Census  
Romæ agitato, inventa sunt hominum millia*, etc.

D Cap. XXXVII. — <sup>m</sup> *Et quinquennial. certam.* Euseb.  
in Chron.: *Elii agunt quinquennale certamen: qua-  
tuor annis in medio expletis, quam olympiadem Iphitus,  
filius Praxonidis, sive Hæmodis, primus consti-  
tuit.*

<sup>n</sup> *Lustrum vero.* Serv., Æn: 1, ad vers. *Vincit  
lustris lab. ætas*: — *Lustris quinquennii et bene olym-  
piadibus computat tempora, quia nondum, vel æra, vel  
consules.* Lustrum autem dictum, quod post quin-  
quennium unaquæque civitas lustrabatur. Ergo verba  
illa, *adhuc n. consules, adhuc æra nondum erant*, quæ  
Virgilii interpretationi tantum serviunt, nihil Isidoro  
deducta oberunt. Nam Isidorus Servium legens non  
videtur Maronis verba coniderasse; propter OLYM-  
PIADAS, pro *olympiadibus*, vel loco *olympiadem* inter-  
preteris licet.

<sup>o</sup> *Et numerus, qui septennis.... Spiritus sancti.*  
Ex Hieron., ad Am., cap. 5; et Ambros., in Apolog.  
David, cap. 8.

ad omnes revertebatur antiqua possessio, debita A  
absolvebantur, confirmabantur libertates.

4. Hunc numerum etiam in diebus Pentecostes et ipsi celebramus post Domini Resurrectionem, remissa culpa, et totius debiti chirographo evacuato, ab omni nexu liberi suscipientes advenientem in nos gratiam Spiritus sancti.

### CAPUT XXXVIII.

#### De sæculis et ætatibus.

1. Sæcula a generationibus constant, et inde *sæcula*, quod sequantur. Abeuntibus enim aliis alia succedunt. b Hunc quidam quinquagesimum annum dicunt quem Hebræi *jubilæum* vocant.

2. Ob hanc causam, et ille Hebræus, qui, propter uxorem et liberos 232 amans dominum suum, aure pertusa, servitio subjugatur, servire jubetur in sæculum, hoc est, usque ad annum quinquagesimum.

3. c *Ætas* plerumque dicitur et pro uno anno, ut in annalibus; et pro septem, ut hominis; et pro centum, et pro quovis tempore. Unde et *ætas* tempus quod de multis sæculis instruitur. d Et dicta *ætas* quasi *æritas*, id est, similitudo ævi.

4. Nam *ævum* est *ætas* perpetua, cujus neque initium neque extremum noscitur, quod Græci *αιώνος* vocant; quod aliquando apud eos pro sæculo, aliquando pro æterno ponitur. Unde et apud Latinos est derivatum.

5. *Ætas* autem proprie duobus modis dicitur; aut enim hominis, sicut infantia, juvenus, senectus; aut mundi, cujus prima *ætas* est ab Adam usque ad Noe; secunda a Noe usque ad Abraham; tertia ab Abraham usque ad David; quarta a David usque ad transmigrationem Judæ in Babyloniæ; quinta deinde usque ad adventum Salvatoris in carne; sexta, quæ nunc agitur, usque quo mundus iste finiatur.

6. e *Quarum* decursus per generationes et regna primus ex nostris Julius Africanus sub imperatore Marco Aurelio Antonino, simplicis historiæ stylo elicit. Dehinc Eusebius episcopus Cæsariensis, atque sanctæ memoriæ Hieronymus presbyter, chronicon canonum multiplicem ediderunt historiæ regnis simul et temporibus ordinatam.

7. Dehinc alii atque alii inter quos præcipue f Victor Tununensis 233 Ecclesiæ episcopus, recensitis priorum historiis, gesta sequentium ætatum usque ad consulatum Justini junioris imperatoris explevit.

8. Horum nos temporum summam ab exordio mundi ad Augusti Heraclii imperatorem, vel Suinthilani regis Gothorum, quanta potuimus brevitate, notavimus, adjacente e latere descendente linea temporum, cujus indicio summa præterita sæculi cognoscatur.

CAP. XXXVIII. — a *Sæcula generationibus constant. Sæcula sex generationibus constant*, Cod. Neap., sed nullo (opinor) sensu.

b Hunc quidam. Ex Hieronym., ad Gal. II.

c *Ætas*. Serv., Georg. III : *Ætatem plerumque generaliter dicimus, pro anno, pro triginta, pro centum, pro quovis tempore. Verba autem ut in annalibus, itemque ut in homine aliena cum Chacone censemus.*

### CAPUT XXXIX.

#### De discretionem temporum.

1. Prima *ætas* continet in exordio sui creationem mundi. Primo enim die, Deus in lucis nomine condidit angelos; secundo, in firmamenti appellatione cælos; tertio, in discretionis vocabulo speciem aquarum, et terræ; quarto, luminaria cæli; quinto, animantia ex aquis; sexto, animantia ex terra, et hominem, quem appellavit Adam.

2. Adam, anno CCXXX, genuit Seth, a quo filii Dei,

CCXXX.

Seth, anno CCV, genuit Enos, qui cepit invocare nomen Domini,

CCCCXXXV.

Enos, an. CLXXX, genuit Cainan,

DCXXV.

Cainan, an. CLXX, genuit Malaleel,

DCCXV.

B 234 3. Malaleel, an. CLXV, genuit Jared, DCCCCLX.

Jared, an. CLXXII, genuit Enoch, qui translatus est,

M.CXXII.

Enoch, an. CLXV, genuit Mathusalem,

M.CCLXXXVII.

4. Mathusalem, an. CLXVII, genuit Lamech,

M.CCCCLIV.

Lamech, an. CLXXXVIII, genuit Noe. Arca ædificatur,

M.DCXLIII.

Noe autem, an. DC, factum est diluvium,

II M.CCXLH.

#### Secunda ætas.

5. Sem post diluvium, anno II, genuit Arphaxad, a quo Chaldæi,

II M.CCXLIV.

Arphaxad, an. CXXXV, genuit Sala, a quo Samaritæ et Indi fuerunt,

II M.CCCLXXIX.

Sala, an. CXXX, genuit Heber, a quo Hebræi,

II M.DIX.

6. Heber, an. CXXXIV, genuit Phaleg. Turris ædificatur,

II M.DCXLIII.

Phaleg, an. CXXX, genuit Ragau. Dii primum adorantur,

II M.DCCLXXIII.

Ragau, an. CXXXII, genuit Seruch. Regnum inchoat Scytharum,

II M.DCCCCV.

7. Seruch, an. CXXX, genuit Nachor. Regnum Ægyptiorum nascitur,

III M.XXXV.

Nachor, an. LXXXI, genuit Tharam. Regnum Assyriorum et Sycioniorum exoritur,

III M.CXIV.

Thara, an. LXX, genuit Abraham. Zoroastes magicam reperit.

III M.CLXXXIV.

#### Tertia ætas.

8. Abraham, anno C, genuit Isaac. Nam prius et Ismahel, a quo et Ismahelitæ,

III M.CCLXXXIV.

Isaac, an. sexagesimo, genuit Jacob. Argivorum regnum inchoat,

III M.CCCXLIV.

Jacob, an. xci, genuit Joseph. Phoroneus Græciæ leges dedit,

III M.CCCXXXV.

d Et dicta *ætas q. ævitas*. Nam et *ævitas* olim eadem fuit.

e *Quarum decursus... sæculi cognoscatur*. Hæc non sunt in vetustioribus, sumpta tamen sunt ex Isidori Chronico.

f Victor Tununensis. Ita legendum ex lib. de Vir. Illust., non (ut antea) Tunonensis.

9. Joseph, an. cx vixit. Græcia segetes habere cepit, IIII.DXLV.  
**235** Hebræorum servitus in Ægypto an. cxliv. Atlas astrologiam invenit, IIII.DCLXXXIX.  
 Moyses, an. xl. rexit populum in eremo. Hebræi legem et litteras habere cœperunt, IIII.M.DCCXXXIX.  
 10. Josue, an. xlvii. Erichthonius in Græcia primus quadrigam junxit, IIII.DCCCLVI.  
 Othoniel, an. xl. Cadmus litteras Græcis dedit, IIII.DCCXCVI.  
 Aoth, an. lxxx. Fabulæ fictæ sunt, IIII.DCCCLXXVI.  
 Debhora, an. lx. Apollo medicinæ artem invenit, et citharam reperit, IIII.DCCCLXXVI.  
 11. Gedeon, an. xl. Mercurius Iyam condidit, IIII.DCCCLVI.  
 Abimelech, an. iii. Chorus in Græcia invenit, IIII.DCCCLIX.  
 Thola, an. xxiii. Priamus regnavit in Troja, IIII.M.DCCCLXXXII.  
 Jair, an. xxiii. Carmentis Latinæ Litteras reperit, IVI.IV.  
 Jephthæ, an. vi. Hercules se flammis injecit, IVI.X.  
 Abesaq, an. vii. Alexander Helenam rapuit, IVI.XVII.  
 12. Abdon, an. viii. Troja capta est, IVI.XXV.  
 Samson, an. xi. Ascanius Albam condidit, IVI.XLV.  
 Heli sacerdos, an. xl. Arca Testamenti capitur, IVI.LXXXV.  
 Samuel, an. xl. Homerus fuisse putatur. IVI.CXXV.  
*Quarta ætas.*  
 13. David, annis xl. Carthago a Didone coeditur. Gad, Nathan et Asaph prophetaverunt, IVI.CLXV.  
 Salomon, an. xl. Templum Hierosolymis ædificatur, IVI.CCV.  
 14. Roboam, an. xvii. Regnum Israel, et Juda dividitur, IVI.CCXXII.  
 Abia, an. iii. sub quo Abimelech pontifex fuit, IVI.CCXXV.  
 Ass, an. xli. Achias, Amos, Jehu, Johel et Azarias prophetaverunt, IVI.CCLXVI.  
 15. Josaphat, an. xxv. Prophetavit Elias, Abdias et Michæas. IVI.CCXCII.  
 Joram, an. viii. Prophetavit Elias et Eliseus, IVI.CCCXCIX.  
**236** Ochozias, an. i. Elias rapitur, IVI.CCC.  
 Athalia, an. vii. Jonadab sacerdos claruit, IVI.CCCVII.  
 16. Jons, an. xl. Eliseus moritur, IVI.CCCXLVII.  
 Amasias, an. xxxix. Carthago condita, IVI.CCCLXXVI.  
 Ozias, an. lxi. Olympias a Græcis instituitur, IVI.CCCCXXVIII.  
 Joathan, an. xvi. Romulus nascitur, IVI.CCCCXLIV.  
 17. Ahas, an. xvi. Roma conditur, IVI.CCCCLX.  
 Ezechias, an. xxxix. Senatus Romæ fit, IVI.CCCCLXXXIX.  
 Manasses, an. lv. Silylla Samia claruit, IVI.DXLIIV.  
 Amon, an. xii. Census primum agitur, IVI.DLVI.  
 18. J. sias, an. xxxii. Thales philosophus agnoscitur, IVI.DLXXXVIII.  
 Joachim, an. xi. Nabuchodonosor Judæam capit, IVI.DXCIX.  
 Se lechias, an. xi. Templum Hierosolymis incensum. Sapho mulier diverso poemate claruit, IVI.DCX.  
*Quinta ætas.*  
 19. Hebræorum captivitas, annis lxx. Judith historia scribitur, IVI.DCLXXX.  
 Darius, an. xxiv. Judæorum captivitas solvitur, IVI.DCCXIV.  
 B Xerxes, an. xx. Sophocles et Euripides tragedi celebrantur, IVI.DCCXXXIV.  
 20. Artaxerxes, an. xl. Esdras incensa a legem renovat, IVI.DCCCLXXIV.  
 Darius, qui et Nothus, an. xix. Hæc ætas habuit Platonem et Gorgiam primum rhetorum, IVI.DCCXIII.  
 Artaxerxes, an. xl. Hæster historia expletur, IVI.DCCCLXXXIII.  
 21. Artaxerxes (qui et Ochus), an. xxvi. Demosthenes et Aristoteles prædicantur, IVI.DCCCLIX.  
 Xerxes, an. iv. Xenocrates illustris habetur, IVI.DCCCLXIII.  
 Darius, an. vi. Alexander Hierosolymam cœpit, IVI.DCCCLXIX.  
 C 22. Alexander Macedo, an. v. Asiam obtinuit, IVI.DCCCLXXIV.  
 Ptolemæus, an. xl. Machabæorum liber inchoat primus, IVI.DCCCLXXIV.  
**237** Philadelphus, an. xxxviii. Septuaginta interpretes agnoscuntur, IVI.DCCCLII.  
 Evergetes, an. xxvi. Jesus Sæpientia librum componit, IVI.DCCCLXXVIII.  
 23. Philopator, an. xvii. Machabæorum, secundi libri historia componitur, IVI.DCCCLXXV.  
 Epiphanes, an. xxiv. Romani Græcos obtinuerunt, VM.XIX.  
 Philometor, an. xxxv. Scipio Africam vicit, VM.LIV.  
 24. Evergetes, an. xxxix. Brutus Hispaniam subegit, VM.LXXXIII.  
 D Soter, an. xvii. Thraces Romanis subjiciuntur, VM.C.  
 Alexander, an. x. Syria Romanis subjecta est, VM.CX.  
 25. Ptolemæus, an. viii. Rhetoricæ ars Romæ cœpit, VM.CXVIII.  
 Dionysius, an. xxx. Pompeius Judæam capit, VM.CXLVIII.  
 Cleopatra, an. ii. Ægyptus Romanis subditur, VM.CI.  
 Julius Cæsar, an. v. Illic primus monarchiam tenuit, VM.CLV.  
*Sexta ætas.*  
 26. Octavianus, annis lvi. Christus nascitur, VM.CCXI.

- Tiberius, an. xiiii. Christus crucifigitur, VM.CCXXXIV.
- Caius Caligula, an. iv. Mattheus Evangelium scripsit, VM.CCXXXIII.
27. Claudius, an. xiv. Marcus Evangelium edidit, DM.CCLII.
- Nero, an. xiv. Petrus et Paulus necantur, VM.CCLXVI.
- Vespasianus, an. x. Hierosolyma a Tito subvertitur, VM.CCLXXVI.
28. Titus, an. ii. Hic facundus et pius fuit, VM.CCLXXXVIII.
- Domitianus, an. xvi. Joannes in Pathmos relegatur, VM.CCXCIV.
- Nerva, an. i. Joannes Ephesum redit, VM.CCXCIV.
- Trijanus, an. xviv. Joannes Apostolus requiescit, VM.CCCXIV.
29. Adrianus, an. xxi. Aquila interpretes habetur, VM.CCCXXXV.
- Antoninus Pius, an. xxii. Valentinus et Marcion agnoscuntur, VM.CCCLVII.
- Antoninus, an. xix. Catsphrygarum hæresis oritur, VM.CCCLXXVI.
30. Commodus, an. xiii. Theodotion interpres habetur, VM.CCCLXXIX.
238. Ælius pertinax, an. i. Nihil habet historiae, VM.CCCXC.
- Severus, an. xviii. Symmachus interpres habetur, VM.CCCCVII.
31. Antoninus Caracalla, an. vii. Quinta Editio Hierosolymis invenitur, VM.CCCXV.
- Macrinus, an. i. Hujus brevitatis vitæ nihil gestorum habet, VM.CCCXVI.
- Aurelius Antoninus, an. iv. Sabellii hæresis oritur, VM.CCCXX.
32. Alexander, an. xiii. Origenes insignis habetur, VM.CCCXXXIII.
- Maximus, an. iii. Iste Germanos vicit, VM.CCCXXXVI.
- Gordianus, an. vii. Iste de Parthis et Persis triumphavit, VM.CCCXLIII.
33. Philippus, an. vii. Hic primus Christianus imperator fuit, VM.CCCCL.
- Decius, an. i. Antonius monachus claruit, VM.CCCCLI.
- Gallus, an. ii. Novus hæresim condit, VM.CCCCLIII.
- Valerianus, an. xv. Cyprianus martyrio coronatur, VM.CCCCLXVIII.
34. Claudius, an. ii. Iste Gothos ab Illyrico expulit, VM.CCCCLXX.
- Aurelianus, an. v. Iste Christianos persequitur, VM.CCCCLXXV.
- Tacitus, an. i. Hujus brevitatis vitæ prænotatione caret, VM.CCCCLXXVI.
- A 35. Probus, an. vi. Manichæorum hæresis orta est, VM.CCCCLXXXII.
- Carus, an. ii. Iste de Persis triumphavit, VM.CCCCLXXXIV.
- Diocletianus, an. xx. Iste divinis libris adustus martyria facit, VM.DIV.
- Galerius, an. ii. Hujus brevitatis vitæ nihil dignum historiae contulit, VM.DVI.
36. Constantius, an. xxx. Nicæna synodus congregatur, VM.DXXXVI.
- Constantius, an. xxiv. Anthropomorphitarum hæresis oritur, VM.DLX.
- Julianus, an. ii. Hic ex Christiano paganus effectus est, VM.DLXII.
37. Jovianus, an. i. Iste iterum Christianus effectus est, VM.DLXII.
- B Valens, an. xiv. Gothi hæretici efficiuntur, VM.DLXXVII.
- Gratianus, an. vi. Priscilianus agnoscitur, VM.DLXXXIII.
- Valentinianus, an. vii. Hieronymis in Bethleem prædicatur, VM.DXC.
- Theodosius, an. iii. Joannes anachoreta claruit, VM.DXCIII.
38. Arcadius, an. xiii. Joannes Chrysostomus floruit, VM.DCVI.
239. Honorius, an. xv. Augustinus episcopus claruit, VM.DCXXI.
- Theodosius, an. xxvii. Nestorius hæresis archa existit, VM.DCXLVIII.
- C 39. Martianus, an. vi. Chalcedonensis synodus agitur, VM.DCLIV.
- Leo major, an. xvi. Ægyptus errore Diocori latrat, VM.DCLXX.
- Zenon, an. xvii. Acephalorum hæresis orta est, VM.DCLXXXVII.
40. Anastasius, an. xxvii. Fulgentius episcopus prædicatur, VM.DCCXIV.
- Justinus, an. viii. Acephalorum hæresis abdicatur, VM.DCCXXII.
- Justinianus, an. xxxix. Vandali in Africa existuantur, VM.DCCLXI.
- Justinus, an. xi. Armenii fidem Christi suscipiunt, VM.DCCLXXII.
41. Tiberius, an. vii. Longobardi Italiam capiunt, VM.DCCLXXXIX.
- Mauritius, an. xxi. Gothi catholici effecti sunt, VM.DCCC.
- Phocas, an. viii. Romani caduntur a Persis, VM.DCCCVIII.
42. Eraclius xvii nunc agit imperii annum; Judæi Hispania Christiani efficiuntur. Residuum sextæ in ætatis soli Deo est cognitum.



# LIBER SEXTUS.

## DE LIBRIS ET OFFICIIS ECCLESIASTICIS.

### CAPUT PRIMUM.

#### De Veteri et Novo Testamento.

1. Vetus Testamentum ideo dicitur, quia veniente Novo cessavit, de quo Apostolus meminit, dicens: *Vetera transierunt et ecce facta sunt omnia nova.*

240 2. Testamentum autem Novum ideo nuncupatur, quia innovat. Non enim illud discunt nisi homines renovati ex vetustate per gratiam, et pertinentes jam ad Testamentum Novum, quod est regnum caelorum.

3. <sup>a</sup> Hebraei autem Veteris Testamenti, Esdra auctore, juxta numerum litterarum suarum, viginti duos libros accipiunt, dividentes eos in tres ordines, Legis scilicet, et Prophetarum, et Hagiographorum.

4. Primus ordo Legis, in quinque libris accipitur, quorum primus est Beresith, quod est Genesis; secundus Veelle Semoth, quod est Exodus; tertius Vaicra, quod est Leviticus; quartus Vajedabber, quod est Numeri; quintus Elleaddeharim, quod est Deuteronomium.

5. Hi sunt quinque lib. Moysi, quos Hebraei *thora*, Latini *legem* appellant. Proprie autem Lex appellatur, quae per Moysen data est.

6. Secundus ordo est Prophetarum, in quo continentur libri octo, quorum primus Josue Ben-Nun, qui Latinae Jesu Nave dicitur; secundus Sophth, quod est Judicium; tertius Samuel, qui est Regum primus; quartus Melachim, qui est Regum secundus; quintus Isaias, sextus Jeremias; septimus Ezechiel; octavus Theozazar, qui dicitur Duodecim prophetarum; qui libri, quia sibi pro brevitate adjuncti sunt, pro uno accipiuntur.

7. Tertius est ordo Hagiographorum, id est, *sancta scribentium*, in quo sunt libri novem, quorum primus Job; secundus Psalterium; tertius Misse, quod est Proverbia Salpmonis; quartus Coheleth, quod est Ecclesiastes; quintus Sir hassirim, quod est Cantica canticorum; sextus Daniel; septimus Dibrehajamim, quod est Verba dierum, <sup>b</sup> hoc est Paralipomenon; octavus Esdras; nonus Esther, qui simul omnes v, viii et ix, sunt xii, sicut superius comprehensi sunt.

8. Quidam autem Ruth et Cinoth, quod Latine dicitur Lamentatio Jeremiae, hagiographis adjiciunt, et xxi volumina Testamenti Veteris 241 faciunt, juxta viginti quatuor seniores, qui ante conspectum Domini assistunt.

9. Quartus est apud nos ordo Veteris Testamenti eorum librorum qui in canone Hebraico non sunt. Quorum primus Sapientiae liber est; secundus Ecclesiasticus; tertius Tobias; quartus Judith; quintus et sextus Machabaeorum, quos licet Judaei inter apo-

Cap. I. — <sup>a</sup> Hebraei autem. Ex Prolog. Galeato Hieronym., et praefatione in libros Reg., et Epiphani., lib. de Poed

<sup>b</sup> Hoc est Paralip. Quae post haec verba adduntur in Excursu, in Ms. nulla sunt, neque esse debent. Non

A crypha separent, Ecclesia tamen Christi inter divinos libros, et honorat et praedicat.

10. In Novo autem Testamento duo sunt ordines: primus Evangelicus, in quo sunt Matthaeus, Marcus, Lucas et Joannes; secundus apostolicus, in quo sunt Paulus in quatuordecim Epistolis, Petrus in duabus, Joannes in tribus, Jacobus et Judas in singulis. Actus apostolorum et Apocalypsis Joannis.

11. Summa autem Testamenti trifarie distinguitur, id est, in historia, in moribus, in allegoria. Rursus ista tria multifarie dividuntur, id est, quid a Deo, quid ab angelis, vel hominibus gestum dictumque sit, quid a prophetis praenuntiatum de Christo et corpore ejus; quid de diabolo et membris ipsius; quid de veteri et novo populo; quid de praesenti saeculo, et futuro regno, atque judicio.

### CAPUT II.

#### De scriptoribus et vocabulis sanctorum librorum.

1. Veteris Testamenti secundum Hebraeorum traditionem hi perhibentur auctores. Primus Moyses Divinae Historiae cosmographiam in quinque voluminibus edidit, quod Pentateuchum nominatur.

2. Pentateuchum autem a quinque voluminibus dicitur: *πεντε* enim Graeco *quinque*, *τευχος* volumen vocatur.

3. Genesis liber inde appellatur, eo quod exordium mundi et *generatio saeculi* in eo contineatur.

242 4. Exodus vero exitum ab Aegypto vel egressum populi Israel digere, et ex ea causa nomen accepit.

5. Leviticus appellatur, eo quod Levitarum ministeria et diversitatem victimarum exsequitur, totusque in eo ordo Leviticus annotatur.

6. Numerorum liber vocatur, eo quod in eo egressae de Aegypto tribus dinumerantur, et quadraginta duarum per eremum mansionum in eo descriptio continetur.

7. Deuteronomium Graeco sermone appellatur, quod Latine interpretatur *secunda lex*, id est, repetitio, et evangelicae legis praefiguratio, quae sic ea habet quae priora sunt, ut tamen nova sint omnia quae in eo replicantur.

8. Josue liber nomen accepit a Jesu filio Nave, cujus historiam continet, scriptorem vero ejus eundem Josue Hebraei asseverant, in cujus textu post Jordanis transitum regna hostium subvertuntur, D terra populo dividitur, et per singulas urbes, viculos, montes atque confinia Ecclesiae caelestisque Jerusalem, spiritualia regna praefigurantur.

9. Judicium nominatur a principibus populi, qui praefuerunt in Israel post Moysen et Josue, antequam David et caeteri reges existerent. <sup>d</sup> Hunc librum enim Chronicon is liber dictus est, quamvis id nomen aptissime illi conveniat, ut Hieron. ait.

Cap. II. — <sup>e</sup> Pleraque ex Hieron., epist. ad Paulum.

<sup>d</sup> Hunc librum et Ruth. Voces et Ruth. a plerisque

et Ruth edidisse creditur Samuel. Liber Samuel ejusdem Samuelis nativitatē, et sacerdotium, et gesta describit, idcirco et ab eo nomen accepit.

10. Et quamvis hic liber Saul et David historiam continueat, utrique tamen ad Samuel referuntur, quia ipse unxit Saul in regnum, ipse David in regem futurum. Cujus libri primam partem conscripsit idem Samuel, sequentia vero ejus usque ad calcem scripsit David.

11. Melachim proinde appellatur, eo quod reges Judæ et Israeliticæ gentis, gestaque eorum, per ordinem digerat temporum. Melachim enim Hebraice, Latine regum interpretatur. Hunc librum Jeremias primus in unum volumen coegit. Nam antea sparsus erat per singulorum regum historias.

12. Paralipomenon Græce dicitur, quod nos prætermissorum, vel reliquorum dicere possumus, quia ea quæ in lege vel in Regum libris, 243 vel omisa, vel non plene relata sunt, in isto summatim et breviter explicantur.

13. Librum Job quidam Moysen scripsisse arbitrantur; alii unum ex prophetis; nonnulli vero eundem Job post plagam suæ passionis scriptorem fuisse existimant, arbitantes ut qui certamina specialis pugnae sustinuit, ipse narraret quas victoriss expedivii.

14. \* Principia autem et fines libri Job apud Hebræos prosa oratione contexta sunt; media autem ipsius ab eo loco in quo ait: *Persevit dies in qua natus sum*, usque ad eum locum: *Idcirco ego me reprehendo, et ago pœnitentiam*, omnia herolico metro discurrunt.

15. Psalmorum liber, Græce psalterium, Hebraice *nebel*, Latine organum dicitur. Vocatus autem Psalmorum quod uno propheta canente ad psalterium, chorus consonando responderet. <sup>b</sup> Titulus autem in Psalmis Hebraicus *Thehilim* quod interpretatur *Volumen hymnorum*.

16. \* Auctores autem psalmorum sunt qui ponuntur in titulis: Moyses, scilicet, et David, et Salomon, Asaph, Ethan, Idithun, et filii Core Eman Ezraithæ, et reliquorum, quos Esdras uno volumine comprehendit.

17. Omnes autem psalmos apud Hebræos metrico carmine constat esse compositos. Nam <sup>d</sup> in morem Romani Flacci, et Græci Pindari, nunc alii iambo currunt, nunc Alcaico personant; \* nunc Saphico nitent, <sup>f</sup> trimetro, vel tetrametro pede incedentes.

18. † Salomon, filius David, rex Israel, juxta numerum vocabulorum suorum tria volumina edidit,

aberant, sed rejiciendæ non fuerunt, cum idem dicat lib. 1 de Offic. Eccl., cap. 12.

\* Principia autem et fin. Ex præf. Hier. ad lib. Job.

<sup>b</sup> Titulus autem comprehendit. Ex epist. ad Sophron.

<sup>c</sup> Auctores autem. Ex eadem epist.

<sup>d</sup> In morem Romani. Flacc. Ex præf. ad Chron. Euseb., et ad Job.

\* Nunc Saphico nitent. Tument apud Hieronym.; tinent. Segunt. Cod.; ex quo thinnunt quidam legebat.

<sup>f</sup> Trimetro vel tetrametro. Nihil de trimetro aut tetrametro Hieronymus: Sed nunc semipede ingreditur. Atque ita legi volebat Chacon, illud alterum glossæma fuisse.

† Salomon. Ex Hieronym., ad cap. 1 Ecclesiastæ.

<sup>h</sup> Ubi per epithalamium. Vid. Orig., hom. 1 in Cant.,

A quorum primus est Hebraice *Misle*, quem Græci *Parabolas*, Latini *proverbiorum* nominant, eo quod in ipso sub comparativa similitudine figuras verborum et imagines veritatis ostenderit.

19. Ipsam autem veritatem ad intelligendum legentibus reservavit. 244 Secundum librum *Cohelath* vocavit, qui Græce *Ecclesiastes* dicitur, Latine *Concionator*, eo quod sermo ejus non specialiter ad unum, sicut in Proverbiis, sed ad universos generaliter dirigatur, docens omnia quæ in mundo cernimus caduca esse et brevia, et ob hoc minime appetenda.

20. Tertium librum *Sir hasirim* prænotavit, qui in Latinam linguam vertitur *Canticum canticorum*; <sup>h</sup> ubi per epithalamium carmen conjunctionem Christi et Ecclesiæ mystice canit. Dictum autem Canticum canticorum, eo quod omnibus canticis præferatur, quæ in Scripturis sacris habentur, sicut quædam in lege dicuntur sancta, quibus majora sunt sancta sanctorum.

21. Horum autem trium librorum carmina hexametris et pentametris versibus apud suos composita perhibentur, ut Josephus, Hieronymusque scribunt.

22. Isaias, evangelista potius quam propheta, edidit librum suum, cujus omnis textus <sup>i</sup> eloquentia prosa incedit. Canticum vero hexametro, et pentametro versu discurret.

23. Jeremias similiter edidit librum suum cum threnis ejus, <sup>j</sup> quos nos *lamenta* vocamus, eo quod in tristioribus rebus funeribusque adhibeantur, in quibus quadruplex diverso metro composuit alphabetum, quorum duo prima quasi Saphico metro scripta sunt, quia tres versiculos, qui sibi nexi sunt, <sup>k</sup> et ab una tantum littera incipiunt, hergieum comma concludit.

24. Tertium alphabetum trimetro scriptum est, et a ternis litteris iidem versus terni incipiunt. Quartum alphabetum simile primo et secundo habetur.

245 25. <sup>l</sup> Ezechiel et Daniel a viris quibusdam sapientibus scripti esse perhibentur, quorum Ezechiel principia et fines multis habet obscuritatibus involuta. Daniel vero claro sermone regna orbis pronuntiat, et tempus adventus Christi manifestissima prædicatione adnotat.

26. Hi sunt quatuor prophetæ qui Majores vocantur, quia proluxa volumina condiderunt. Liber duodecim prophetarum auctorum suorum nominibus prænotatur, qui propterea dicuntur Minores, quia sermones eorum breves sunt.

27. Unde et connexi sibimet invicem in uno volumine Hieronymo interp.

<sup>i</sup> Eloquentia prosa. Ut supra, prosa oratione. Al., eloquentiæ prosa.

<sup>j</sup> Quos nos *lamenta* v. eo quod tristioribus rebus, funeribusque. Canebantur fortasse, uti nunc Job verba, ita Isidori ætate, Jeremiæ Lamentationes in officio defanctorum.

<sup>k</sup> Et ab una tantum. Ex epist. ad Paul. Urbic.

<sup>l</sup> Ezechiel et Daniel. Idem refert de Eccles. Offic., ex Hebræorum sententia, qui hæc vaticinia, non ab ipsis vatibus scripta, sed ab aliis excepta somniarant. Sed de Ezechiele ne dubitatum quidem videtur Hieronymi ætate. Contra Danielis librum refert idem scripsisse Porphyrium, confutatamque ab Eusebio Apollinario et Methodio.

mine continentur, quorum nomina sunt : Osee, Joel, A Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias et Malachias.

28. Esdræ liber auctoris sui titulo prænotatur, in cujus textu ejusdem Esdræ, Nehemiæque sermones pariter continentur. Nec quemquam moveat quod unus Esdræ dicitur liber, <sup>a</sup> quia secundus, tertius et quartus non habentur apud Hebræos, sed inter apocryphos deputantur.

24629. Esther librum Esdras creditur conscripsisse, in quo eadem reginâ sub figura Ecclesiæ Dei populum a servitute et morte eripuisse scribitur, atque, interfecto Aman, qui interpretatur *iniquitas*, diei celebritas in posteros mittitur.

30. <sup>b</sup> Liber Sapientiæ apud Hebræos nusquam est, unde et ipse stylus Græcam magis eloquentiam redolet. Hunc Judæi Philonis esse affirmant, qui proinde Sapientiæ nominatur, quia in eo Christi adventus, qui est sapientia Patris, et passio ejus evidenter exprimitur.

31. <sup>c</sup> Librum autem Ecclesiasticum certissime Jesus, filius Sirac, Hierosolymita, nepos Jesu sacerdotis magni, composuit, de quo meminit Zacharias; qui liber apud Latinos propter eloquii similitudinem Salomonis titulo prænotatur.

32. Dicitur autem Ecclesiasticus, eo quod de totius Ecclesiæ disciplina religiosæ conversationis magna cura et ratione sit editus. Hic et apud Hebræos reperitur, sed inter apocryphos habetur.

33. Judith vero et Tobias, sive Machabæorum libri, quibus auctoribus scripti sint minime constat. <sup>c</sup> Habent autem vocabula ex eorum nominibus quorum gesta scribuntur.

34. Quatuor libros Evangeliorum quatuor evangelistæ singulariter conscripserunt.

35. Primus Mathæus conscripsit Evangelium litteris Hebraicis, et sermonibus in Judæa, initians evangelizare ab humana Christi nativitate, dicens : *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham*, significans descendisse corporaliter ex semine patriarcharum Christum, sicut promissum erat in prophetis per Spiritum sanctum.

247 36. Secundus Marcus plenus Spiritu sancto conscripsit Evangelium Christi eloquio Græco, in Italia secutus Petrum, ut discipulus. Is initium a spiritu prophetali fecit, dicens : *Vox clamantis in deserto : Parate viam Domino*, ut ostenderet Christum post assum-

<sup>a</sup> Quia secundus, tertius et quartus non habentur apud Hebr. Quia Esdræ Nehemiæque sermones in unum volumen (ut ait Hier.) coarctant, ita neque secundum agnoscant; ut nobis Nehemias ideum secundum Esdræ inscribitur.

<sup>b</sup> Liber Sap. Ex Hier. præf., cum in lib. Proëm. Jonæ filio Sirach tribuat, Augustinum secutus, xvii de Civit.

<sup>c</sup> Librum Ecclesiast. .... qui liber apud Latin. Non nostrum, si laudori aitate Salomonis titulum præferret, cum Hieronymus ita de eo : *Quem Hebraicum (inquit) reperi, non Ecclesiasticum, ut apud Latinos, sed PARABOLAS prænotatum. Cui juncti erant Ecclesiastes et Cantica canticorum, ut similitudinem Salomonis*

ptionem carnis Evangelium prædicasse in mundo. Ipse enim Christus et propheta dicitur est, sicut scriptum est : *Et <sup>d</sup> prophetam in gentibus posui te.*

37. Tertius Lucas, inter omnes evangelistas <sup>e</sup> Græci sermonis eruditissimus, quippe ut medicus in Græcia, Evangelium scripsit Theophilo episcopo, initians a sacerdotali spiritu, dicens : *Fuit in diebus Herodis regis Judææ sacerdos quidam nomine Zacharias*, ut manifestaret Christum, post nativitatem carnis et prædicationem Evangelii, hostiam fuisse effectum pro salute mundi.

38. Ipse est enim Sacerdos de quo dictum est in Psalmis : *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Ubi enim Christus advenit, sacerdotium Judæorum obmutuit, lex et prophetia cessavit.

39. Quartus Joannes scripsit Evangelium ultimus in Asia, incipiens a Verbo, ut ostenderet eundem Salvatorem qui pro nobis dignatus est nasci et pati, ipsum ante sæcula Dei Verbum esse, ipsum a cælo venisse, et post mortem ad cælum iterum remeasse.

40. Hi sunt quatuor evangelistæ, quos per Ezechielem Spiritus sanctus significavit in quatuor animalibus. Propterea autem quatuor animalia, quia per quatuor mundi partes fides Christianæ religionis eorum prædicatione disseminata est.

41. Animalia autem dicta sunt quoniam propter animam hominis prædicatur Evangelium Christi. Nam et oculis plena erant intus, et foris, quoniam pervident quæ dicta sunt a prophetis, et <sup>f</sup> quæ promissa erant impleri.

42. <sup>g</sup> Crura autem eorum recta, quia nihil prævium in Evangeliiis. Et alas eenas tegentes crura, et facies suas, revelata sunt enim quæ tegebantur in adventu Christi.

248 43. Evangelium autem interpretatur bona annuntiatio. Græce enim *eu bene, ἀγγελία* dicitur *annuntiatio*. Unde, et angelus *nuntius* interpretatur.

44. <sup>h</sup> Paulus apostolus suas scripsit Epistolas quatuordecim, ex quibus novem septem Ecclesiis scripsit, reliquis discipulis suis Timotheo, Tito et Philemoni.

45. <sup>i</sup> Ad Hebræos autem Epistola a plerisque Latinis ejus esse incerta est propter dissimilitudinem sermonis, eandemque alii Barnabam conscripsisse, alii a Clemente scriptam fuisse suspicantur.

46. Petrus scripsit duas nominis sui Epistolas, quæ Catholicæ ideo nominantur, quia non uni tantum populo, vel civitati. sed universis gentibus generaliter scriptæ sunt.

*non solum numero librorum, sed etiam materiarum genere coæquaret.*

<sup>d</sup> *Et prophetam in Gen. posui te.* Ex LXX, εἰδὼν ὅτι. Vulg., *dedit te.*

<sup>e</sup> *Græci sermonis.* Ex Hieron., epist. ad Damasum 145; sed ibi Græcis Evangelium conscripsisse dicitur, non in Græcia.

<sup>f</sup> *Et quæ promissa erant impleri.* Ex Neap. Cod. Al. in priori.

<sup>g</sup> *Crura autem eorum recti.* Ex LXX. Vulg., *Pedes eorum recti.*

<sup>h</sup> *Paulus apost.* Eadem lib. 1 de Offic., cap. 12; et Rab. II de Institut. Cler., cap. 54.

<sup>i</sup> *Ad Heb.* Ex Hieronymi Catalog.

47. Jacobus, et Joannes, et Judas, suas scrioserunt A ut tot libri essent in lege quot habebantur et litteræ. Epistolæ.

48. Actus apostolorum primordia fidei Christianæ n gentibus, et nascentis Ecclesiæ historiam digerit. Actuum apostolorum scriptorem Lucam esse (constat) evangelistam; in quo opere nascentis Ecclesiæ infantia textitur, et apostolorum historia retinetur. Unde et Actus apostolorum dicitur.

49. Apocalypsim librum Joannes evangelista scripsit, eo tempore quo ob Evangelii prædicationem in Insula Pathmos traditur relegatus. Apocalypsis autem ex Græco in Latinum *revelatio* interpretatur. Revelatio enim dicitur manifestatio eorum quæ abscondita erant, juxta quod et ipse Joannes dicit: *Apocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere servis suis.*

50. Hi sunt scriptores sacrorum librorum, qui, per Spiritum sanctum 249 loquentes ad eruditionem nostram, et præcepta vivendi et credendi regulam conscripserunt

51. Præter hæc et alia volumina apocrypha nuncupantur. Apocrypha autem dicta, id est, *secreta*, quia in dubium veniunt. Est enim eorum occulta origo, nec patet Patribus, ex quibus usque ad nos auctoritas veracium scripturarum certissima et notissima successione pervenit. In iis apocryphis, etsi invenitur aliqua veritas, tamen propter multa falsa nulla est in eis canonica auctoritas, quæ recte a prudentibus iudicantur non esse eorum credenda quibus ascribuntur.

52. Nam multa, et sub nominibus prophetarum, et recentiora sub nominibus apostolorum ab hæreticis proferuntur, quæ omnia sub nomine apocryphorum auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt.

### CAPUT III.

#### De bibliothecis.

1. Bibliotheca a Græco nomen accepit, eo quod ibi recondantur libri. Nam *βιβλιοθήκη* librorum *θήκη* repositio interpretatur.

2. <sup>a</sup> Bibliothecam Veteris Testamenti Esdras scriba post incensam legem a Chaldæis, dum Judæi regressi fuissent in Jerusalem, 250 divino afflatus Spiritu, reparavit; cunctaque legis ac prophetarum volumina, quæ fuerant a gentibus corrupta, correxit, totumque Vetus Testamentum in viginti duos libros constituit,

CAP. III. — <sup>a</sup> *Bibliothecæ veteris Testam.* Libri sacri sæpe bibliotheca appellantur. Hieron. in Catalogo: *Eusebius in Scripturis divinis studiosissimus, et bibliothecæ divinæ cum Pamphilo martyre diligentissimus perestigator.* Et in epist. ad Marcellam 41: *Beatus Pamphilus martyr., cum Demetrium Phalarum et Pisisratum in sacræ bibliothecæ studio vellet æquare.* Et Gratianus non semel Hieronymum in prologo Bibliothecæ citat.

<sup>b</sup> *Apud Græcos autem.* Totus locus ex Agellii, lib. vi, cap. ult. Vid. Athen., et Cicer., iii de Orat. Eustachius Aristarcho et Zenodoto ad id usum Pisisratum dicit. Plato, in Hipparch., Pisisrati filium Hipparchum Homeri libros Athinas detulisse, eosque decantari in Panathenæis ludis jussisse ait.

<sup>c</sup> *Ptolemæus... omnis literat. sag.* Verba Tertull., in Apolog., cap. 48.

<sup>d</sup> *Septuaginta millia.* Sic omnes libri. *Septuaginta*

ut tot libri essent in lege quot habebantur et litteræ.

3. <sup>b</sup> Apud Græcos autem bibliothecam primus instituisse Pisisratus creditur, Atheniensium tyrannus; quam deinceps ab Atheniensibus auctam Xerxes, incensis Athenis, avexit in Persas, longoque post tempore Seleucus Nicanor rursus in Græciam retulit.

4. Hinc studium regibus urbibusque cæteris natum est comparandi volumina diversarum gentium, et per interpretes in Græcam linguam vertendi.

5. De hinc magnus Alexander, vel successores ejus, intruendis omnium librorum bibliothecis animum intenderunt, maxime Ptolemæus cognomento Philadelphus, omnis litteraturæ sagacissimus, cum studio bibliothecarum Pisisratum æmularetur, non solum gentium scripturas, sed etiam divinas litteras in bibliothecam suam contulit. <sup>d</sup> Nam septuaginta millia librorum hujus temporibus Alexandriæ inventa sunt.

### CAPUT IV.

#### De interpretibus.

1. Hic etiam, et <sup>e</sup> ab Eleazaro pontifice petens Scripturas Veteris Testamenti, in Græcam vocem ex Hebraica lingua per septuaginta interpretes transferre curavit, quas in Alexandrina bibliotheca habuit.

2. <sup>f</sup> Siquidem singuli in singulis cellulis separati, ita omnia per Spiritum sanctum interpretati sunt, ut nihil in alicujus eorum codice 251 inventum esse quod in cæteris, vel in verborum ordine, discreparet.

3. Fuerunt et alii interpretes, qui ex Hebræa lingua in Græcam sacra eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus et Theodotion, sicut etiam et <sup>g</sup> vulgaris illa interpretatio, cujus auctor non apparet, et ob hoc sine nomine interpretis. Quinta Editio nuncupatur.

4. Præterea sextam et septimam Editionem Origene <sup>h</sup> miro labore reperit, et cum cæteris Editionibus comparavit.

5. <sup>i</sup> Presbyter quoque Hieronymus, trium linguarum peritus, ex Hebræo in Latinum eloquium easdem Scripturas convertit, eloquenterque transfudit, i cuius interpretatio merito cæteris antefertur. Nam est, <sup>e</sup> verborum tenacior, et perspicuitate sententiæ clarior, <sup>k</sup> atque, utpote a Christiano interprete, verior.

### CAPUT V.

#### De eo qui primum Romam libros advexit

1. Romam primus librorum copiam advexit <sup>d</sup> millia, Agell., et Marcell., lib. xxii.

CAP. IV. — <sup>e</sup> *Et ab Eleas.* Ex Hieron., in Chron. <sup>f</sup> *Siquidem sing.* Idem refert Aug., lib. ii de Doct. Christ., et lib. xviii de Civit., c. 42; et Epiph., lib. de Ponder., qua de re nimis multa a nostris hoc tempore dicta sunt.

<sup>g</sup> *Et vulgaris.* Hæc verba non sunt Augustini.

<sup>h</sup> *Miro labore rep.* Ex Catalogo Hier. In Origene Reperit autem has Editiones (ut ait Epiph.) in dolis, quintam vero in Acteo littore, ait Hieronymus in præfat. ad homil. Origene, a se veras.

<sup>i</sup> *Presbyter quoque.* Aug. xviii de Civit., cap. 43. <sup>j</sup> *Cujus interpretatio.* Ex eodem ii de Doct. Christ., quæ tamen non de Hieronymi interpretatione, sed de Italia dicuntur ab Augustino.

<sup>k</sup> *Atque utpote a Ch. int. v.* Hæc quidam libri non habent, neque libro i de Offic. Eccles. leguntur, sunt tamen in vetustioribus.

• *Æmilii Paulus*, Perse Macedonum rege devicto; **A** appellat quæ proferuntur in populis. Tertium, tomi, quos nos libros vel volumina nuncupamus. Homilicæ autem ad vulgus loquuntur; tomi vero, id est, libri, majoris sunt disputationis. Dialogus est collatio **254** duorum, vel plurimorum, quam Latini sermonem dicunt. Nam quos Græci alogos vocant nos sermones vocamus.

2. • Primum autem Romæ bibliothecas publicavit *Pollio*, Græcæ simul atque Latinas, additis auctorum imaginibus in atrio quod de manubiis magnificentissimum instruxerat.

### CAPUT VI.

*Qui apud nos bibliothecas instituerunt.*

1. Apud <sup>d</sup> nos quoque *Pamphilus* martyr, cujus *Vitam* *Eusebius Cæsariensis* conscripsit, *Pisistratum* in sacræ bibliothecæ studio primus adæquare contendit. Hic enim in bibliotheca sua prope triginta voluminum millia habuit.

2. *Hieronymus* quoque atque *Gennadius Ecclesiasticus* scriptores toto orbe quærentes ordine persecuti sunt, eorumque studia in uno voluminis indiculo comprehenderunt.

### 253 CAPUT VII.

*Qui multa scripserunt.*

1. *Marcus* • *Terentius Varro* apud Latinos innumerabiles libros scripsit. Apud Græcos quoque *Chalcenterus* miris attollitur laudibus, quod tantos libros ediderit quantos quisque nostrum alienos scribere propria manu vix possit.

2. De nostris quoque apud Græcos *Origenes*, in Scripturarum labore, tam Græcos quam Latinos operum suorum numero superavit. Denique *Hieronymus* <sup>f</sup> sex millia librorum ejus seligisse fatetur.

3. Horum tamen omnium studia *Augustinus* ingenio vel scientia sua vicit. Nam tanta scripsit, ut diebus ac noctibus non solum scribere libros ejus quisquam, sed nec legere quidem occurrat.

### CAPUT VIII.

*De generibus opusculorum.*

1. Opusculorum <sup>g</sup> genera sunt tria. Primum genus excerpta sunt, quæ Græcæ scholiam nuncupantur; in quibus ea quæ videntur obscura vel difficilia, summatis ac breviter præstrunguntur.

2. Secundum genus homilicæ sunt, quas Latini verba

CAP. V. — • *Æmil. Paul.* Videndum num ad hoc satis sit quod *Plutarchus*, *Æmilii* abinentiam laudans, narrat, libris regis duntaxat filii studia litterarum tractantibus concessisse, cum auri et argenti acervos, reliquamque prædam, ne aspiceret quidem voluerit.

<sup>b</sup> *Deinde Lucull.* *Cicer.*, in *Lucull.*, et in *de Finibus*. Sed quod *Lucullus* *Isidorus*, *Pompeio*, qui *Lucullo* successit bellumque confocit, tribuit *Plin.* lib. vii, cap. 30.

<sup>c</sup> *Primum autem Rom.* *Plin.*, lib. vii, cap. 30: *Marci Varronis*, in bibliotheca quæ prima in orbæ ab *Asinio Pollione* de manubiis publicata Romæ est, unius viventis posita imago est. Nam etsi reges illi multo ante *Pollionem* bibliothecas instruxerant, non tamen fortasse publicaverunt, hoc est, publicas fecerant.

CAP. VI. — <sup>d</sup> Apud nos. Ex *epist.* 141, ad *Marcellam*.

CAP. VII. • *M. T. Varr.* apud Græc. Loca est ex *Hieronymi* libello qui non exstat, ejus tamen eam partem quæ ad hunc locum pertinet refert *Ruffin.*, in *vert.* his verbis: *M. Terentium Varronem* miratur antiquitas, quod apud Latinos tam innumerabiles libros scripserit. Græci *Chalcenterum* miris offerunt laudibus, quod tantos libros composuerit quantos quisque nostrum alienos sua manu describere non possit. Id eynomen

appellat quæ proferuntur in populis. Tertium, tomi, quos nos libros vel volumina nuncupamus. Homilicæ autem ad vulgus loquuntur; tomi vero, id est, libri, majoris sunt disputationis. Dialogus est collatio **254** duorum, vel plurimorum, quam Latini sermonem dicunt. Nam quos Græci alogos vocant nos sermones vocamus.

3. <sup>a</sup> Sermo autem dicitur, quia inter utrumque scriitur. Unde et in *Virgilio*:

Multa inter sese vario sermone serebant.

Tractatus est unius rei multiplex expositio, eo quod trahat sensum in multa. <sup>i</sup> sententiam contrectando secum.

4. Differt autem sermo, tractatus et verbum. Sermo enim altera eget persona, tractatus specialiter ad se ipsum est, verbum autem ad omnes. Unde et dicitur: *Verbum fecit ad populum*.

5. Commentaria dicta quasi *cum mente*. Sunt enim interpretationes, ut commenta juris, <sup>i</sup> commenta *Evangelii*.

6. <sup>k</sup> Apologeticum est excusatio, in quo solent quidam accusantibus respondero. In defensione enim aut negatione sola positum est, et est nomen Græcum.

7. <sup>l</sup> Panegyricum est licentiosum, et laetiosum genus dicendi in laudibus regum, in cujus compositione homines multis mendaciis adulantur. Quod malum a Græcis exortum est, quorum levitas instructa dicendi facultate et copia incredibile multas mendaciorum nebulas suscitavit.

8. <sup>m</sup> Factorum libri sunt in quibus reges vel consules scribuntur, a *fascibus* dicti, id est, potestatibus. <sup>n</sup> Unde et ob id libri Factorum dicuntur, quia de regibus et consulibus editi sunt.

9. Proœmium est initium dicendi. Sunt enim proœmia principia librorum, quæ ante causæ narrationem ad instruendas audientium aures **255** coaptantur. Cujus nomen plerique Latinitatis periti sine translatione posuerunt; hoc autem vocabulum apud nos interpretatum *præfatio* nuncupatur, quasi *prælocutio*.

10. Præcepta sunt quæ aut quid faciendum, aut quid non faciendum sit, docent. Quid faciendum, ut:

fuit *Didymo Alexandrino* grammatico, ut ait *Hesichius* in lib. de iis qui in discipl. claruerunt. Vid. *Suid.*

<sup>f</sup> *Sex mill. lib.* Ita *Ruffin.* in *Apolog.*, sed eum *Hieronymus* mendacii arguit, vixque tertiam partem ab *Euseb.* relatam affirmat. Idem tamen quod *Ruffinus* tradidit *Epiphanius*.

CAP. VIII. — <sup>g</sup> *Opusculorum*. Ex *Hieron.*, præf. in *Homil.* Orig. in *Ezech.*, quæ repetit etiam *Ruff.* in *Invect.*

<sup>h</sup> Sermo autem dict. E *Serv.*

<sup>i</sup> Sententiam contrectando secum. Ita *A. Aug.*, cum in omnibus libris sentiendi nullo sensu legeretur; seu a contrectando secum, *Chacon*.

<sup>j</sup> Commenta juris, commenta *Evang.* — *Commenta* pro *commentariis* præcise scriptum putabat *A. Augustinus*. Sed retinet idem verbum hodie ab *abscissum* vulgaris sermo, ut suspicari possimus eodem modo *Isidori* ætate usurpatum.

<sup>k</sup> Apologeticum. Ex *Lact.* v, cap. 4.

<sup>l</sup> Panegyric. Ex eodem, lib. 1, cap. 15.

<sup>m</sup> Factor. lib.... a *FASCIBUS* dicti. Significationem etymon aptavit, ut consuevit, alioqui a *fando* dic non ignorans.

<sup>n</sup> Unde et ob id. Ex *Cod. Neap. Mendosc reliqu.* *Ovid*

*Dilige Deum tuum, et honora patrem tuum, et matrem* A tuam. Quid non faciendum, ut : *Non mœchaberis; non furtum facies.*

11. Similiter et gentiliū præcepta vel iubent, vel vetant. Iubent faciendum, ut : *Nudus ara, sere nudus.* Vetant, ut :

Neve inter viles corylum sere, neve flagella Summa pete.

12. Primus autem præcepta apud Hebræos Moyses scripsit, apud Latinos <sup>a</sup> Martius vates primus præcepta composuit. Ex quibus est illud : *Postremus dicas, primus taceas.*

13. Parabolæ et problemata nominibus suis indicant altius se perscrutari oportere, Parabolâ quippe alicujus rei similitudinem per se gerit, quod licet sit vocabulum Græcum, jam tamen pro Latino usurpatur. Et notum est quod in parabolis, quæ dicuntur rerum similitudines, rebus de quibus agitur comparantur.

14. Problemata autem, quæ Latine appellantur propositiones, quæstiones sunt habentes aliquid quod disputatione solvendum sit.

15. Quæstio autem est *quæsitio*, cum quæritur an sit, quid sit, quale sit.

16. Argumentum vero dictum quasi *argutum*, vel quasi *argute inventum*, ad comprobandas res.

17. Epistolam proprie Græci vocant quod interpretatur Latine *missa*.

18. Ante chartæ et membranarum usum, <sup>b</sup> in dedolatis ex ligno codicillis epistolarum alloquia scribebantur. Unde et portitores earum tabellarios vocaverunt.

## 256 CAPUT IX.

### De ceris.

1. Ceræ litterarum materies, parvulorum nutrices, ipsæ

...dant ingenium pueris primordia sensus, quarum studium primi Græci tradidisse produntur. Græci autem et Thesi primum ferro in ceris scripserunt, postea Romani jusserunt ne graphium ferreum quis haberet.

2. Unde et apud scribas dicebatur : *Ceram ferro ne credito.* Postea institutum est ut ceram ossibus escriberent, <sup>d</sup> sicut indicat Atta in satyra dicens :

Vertamus vomerem in ceram, mucrone, ne aremus Osseo.....

Graphium autem Græce, Latine scriptorium dicitur. Nam *γραφῆ* scriptura est.

## CAPUT X.

### De chartis.

. Chartarum <sup>e</sup> usum primum Ægyptus ministravit ceptum apud Memphiticam urbem; Memphis

<sup>a</sup> *Martius vates.* Vid. Lil. Gyrald. Dialog. 4. de Poet. latin.

<sup>b</sup> *In dedolat. exl. c.* Ex Hieron. Epist. ad Niceam 52. Cap. IX. — <sup>c</sup> *Ipsæ dant ingen.* Carmen est Dracontii, lib. II de Machin. Mundi :

Cera dat ingenium pueris primordia sensus. Inde fit, ut præset littera, vel noceat.

<sup>d</sup> *Sicut indicat Atta.* Cui cur Attæ cognomen hæserit Vid. Fest. in Atta.

<sup>e</sup> *Cap. X. — Chartarum usus.* Plin., lib. xxi, cap. 12.

<sup>f</sup> *Augustæa, regia.* — *Regia* glossam putabat Chacon.

<sup>g</sup> *Sexta Corneliana.* De Corneliana nihil Plinius.

enim civitas Ægyptiorum est, ubi chartæ usus inventus est primus, sicut ait Lucanus :

Conficitur bibula Memphitis charta papyro.

Bibulam autem papyrum dixit, quod humorem bibat.

257 2. Charta autem dicta, quod carptum papyri tegmen decerptum glutinatur. Cujus genera quam plura sunt. Prima, et præcipua <sup>f</sup> Augustææ, regia, et majoris formæ, in honorem Octavii Augusti appe ista

3. Secunda Liviana ob honorem Livix; tertia hieratica dicta, eo quod ad sacros libros eligebatur, similis Augustææ, sed subcolorata.

4. Quarta Tæniotica, a loco Alexandriæ, qui ita vocatur, ubi fiebat; quinta Saitica ab oppido Sai.

5. <sup>g</sup> Sexta Corneliana, a Cornelio Gallo, præfecto Ægypti, primum confecta; septima emporetica, quod ea merces involvuntur, cum sit scripturis minus idonea.

## CAPUT XI.

### De pergamenis.

1. Pergameni <sup>h</sup> reges cum charta indigerent, membrana primi excogitaverunt. <sup>i</sup> Unde et pergamenarum nomen hucusque tradente sibi 258 posteritate servatum est. <sup>j</sup> Hæc membrana dicitur, quia ex membris pecudum detrahuntur.

2. Fiebant autem primum coloris lutei, id est, crocei, postea vero Romæ candida membrana reperta sunt, quod apparuit inhabite esse, quod, et facile sordescant, aciemque legentium lædant. Cum peritiores architecti neque aurea laconaria ponenda in bibliothecis putent, neque pavimenta alia quam <sup>k</sup> Carysteo marmore, quod auri fulgor hebetet, et Carysti viriditas reficiat oculos.

3. Nam et qui nummulariam discunt, denariorum formis myrteos pannos subjiciunt, et gemmarum sculptores scarabeorum terga, quibus nihil est viridius, subinde respiciunt, et pictores ideam faciunt, ut laborem visus eorum viriditate recreent.

4. Membrana autem aut candida, aut lutea; aut purpurea sunt. Candida naturaliter existunt. Luteum membranum bicolor est, quod a confectore una tingitur parte, id est crocatur, de quo Persios :

Jam liber, et positis bicolor membrana capitulis.

5. Purpurea <sup>l</sup> vero inficiuntur colore purpureo, in quibus aurum et argentum liquescent patescat in litteras.

## 259 CAPUT XII.

### De libris conficiendis.

D 1. Quædam genera librorum apud gentiles ceris modulis conficiebantur. Breviore forma, carmina atque epistolæ. At vero historiæ majori modulo scribebantur, et non solum in charta, vel membranis,

Constat vero ex Dione et aliis Cornelium Gallum Ægypto fuisse præfectum ab Augusto.

CAP. XI. — <sup>h</sup> *Pergameni reges.* Eumenes Pergamæ rex membranas primum excogitavit.

<sup>i</sup> *Unde et pergamenarum.* Verba sunt Hieronymi in epist. ad Chromat. 43.

<sup>j</sup> *Hæc et membrana dic.* Ea feminino et neutro genere. Gloss. : *Membranæ, justo.*

<sup>k</sup> *Purpurea vero.* Hieron. ad Eustoch., de Custod. virg. : *Inficiuntur membranae colore purpureæ, aurum liquescit in litteras.* Unde liquescit hic reponendi Chacon.

ad etiam, et <sup>a</sup> in omentis elephantinis, textilibusque A malvarum foliis, atque palmarum.

2. Cujus generis Cinna sic meminit :

Hæc tibi Aratæis multum invigilata lucernis  
Caruina, quæis ignes <sup>b</sup> novimus serios,  
Lævis in aridulo malvæ descripta libello  
Præsiaca vexi manera navicula.

3. Circumcili libros Siciliæ primum increbuit. Nam initio pumicabantur. Unde et ait Catullus : *Cui dono lepidum novum libellum Arido modo pumice expoliturum ?*

### CAPUT XIII.

#### 260 De librorum vocabulis.

1. Codex multorum librorum est, liber unius voluminis. Et dictus Codex per translationem a caudicibus arborum, seu vitium, quasi *caudex*, quod in se multitudinem librorum quasi ramorum contineat.

2. Volumen liber est a *volo* dictus, sicut apud Hebræos volumen legis, volumina prophetarum.

3. Liber est interior tunica corticis quæ ligno coheret. De quo Virgilius : *Alta liberaret in ulmo*. Unde et liber dicitur in quo scribimus, quia <sup>a</sup> ante usum chartæ vel membranarum de libris arborum volumina fiebant, id est, compaginabantur. Unde et scriptores a libris arborum librarios vocaverunt.

### CAPUT XIV.

#### De librariis, et eorum instrumentis.

1. Librarios (constat) ante bibliopolas dictos. *Librum* enim Græci βιβλίον vocant. Librarii autem idem et antiquarii vocantur; sed 261 librarii sunt qui et nova et vetera scribunt, antiquarii qui tantummodo vetera, unde et nomen sumpserunt.

2. A *scribendo* autem *scriba* nomen accepit, officium exprimens vocabuli qualitate.

3. Instrumenta scribæ calamus et penna. Ex his enim verba paginis insiguntur, sed calamus arboris est, penna avis, cujus acumen in duo dividitur, in toto corpore unitate servata (credo) propter mysterium, ut in duobus apicibus Velus et Novum Testamentum signaretur, quibus exprimitur verbi sacramentum sanguine passionis effusum.

4. Dictus autem calamus quod liquorem ponat. <sup>a</sup> Unde et apud nautas CALARE ponere dicitur.

5. Penna autem a *pendendo* vocata, id est, volando. Est enim, ut diximus, avium.

262 6. Folia autem librorum appellata, sive ex si-

CAP. XII. — <sup>a</sup> In omentis eleph. Hinc elephantini libri, nisi mavis Codices eborens, aut tabulas eboreas significari, de quibus meminere Ulp., de Leg. II, cap. 52, et Pompon., cap. 2 de Orig. jur.

<sup>b</sup> Novimus serios. Sic Goth. omnes Basil. Zauchus ætherios legit. Acrios ex illorum opinione qui sidera non in orbibus fixa, sed per æra ferri existimaverunt.

CAP. XIII. — <sup>c</sup> Ante usum chartæ. Ex Hieronym. ad Nestoran.

CAP. XIV. — <sup>d</sup> Unde apud nautas CALARE. Quo verbo nostri quoque Trasones utuntur, cum calar el sombraro, calar la visera, atque alia hujusmodi efficiunt; inde etiam dies intercalares dictos vult, quasi interpositos, f., cap. 17.

<sup>e</sup> Quia als scribentur antiqui sicut arat. terr. Id Græci (ut ait Passan., lib. I ηλιακόν) βουροπορίδων γρίπτιν dixerunt. Versum autem vocabant rustici,

militudine foliorum arborum, seu quia ex foliis sunt, id est, ex pellibus quæ de occisis pecudibus detrahi solent, cujus partes paginæ dicuntur, eo quod sibi invicem compingantur.

7. Versus autem vulgo vocati, <sup>a</sup> quia sic scribebant antiqui sicut aratur terra. A sinistra enim ad dexteram primum deducebant stylum; deinde convertebantur <sup>f</sup> ad inferiora et rursus ad dexteram versus, quos hodieque rustici versus vocant.

8. <sup>g</sup> Scheda est, quod adhuc emendatur, et necdum in libris redactum est, et est nomen Græcum, sicut et *tomus*.

### CAPUT XV.

#### De canonibus Evangeliorum.

1. Canones Evangeliorum <sup>b</sup> Ammonius, Alexandriae B episcopus, primus excogitavit, quem postea Eusebius Cæsariensis secutus, plenius 263 composuit. Qui ideo facti sunt, ut per eos invenire et scire possimus qui reliquorum evangelistarum similia aut propria dixerunt.

2. Sunt autem numero decem, quorum primus continet numeros in quibus quatuor eadem dixerunt : Matthæus, Marcus, Lucas, et Joannes; secundus, in quibus tres, Matthæus, Marcus, Lucas; tertius, in quibus tres, Matthæus, Lucas, Joannes; quartus, in quibus tres, Matthæus, Marcus, Joannes.

3. Quintus, in quibus duo, Matthæus, Lucas; sextus, in quibus duo, Matthæus, Marcus; septimus, in quibus duo, Matthæus, Joannes; octavus, in quibus duo, Marcus, Lucas; nonus, in quibus duo, Lucas, Joannes.

4. Decimus, in quibus singuli eorum propria quædam dixerunt, quorum expositio hæc est. Per singulos enim evangelistas numerus quidam capitulis affixus adjacet, quibus numeris <sup>f</sup> subdita est æra quædam ratio notata, quæ indicat in quot canone positus sit numerus cui subjecta est æra.

5. Verbi gratia : si est æra prima, in primo canone; si secunda, in secundo; si tertia, in tertio, et sic per ordinem usque ad decimum perveniens.

6. Si igitur, aperto quolibet Evangelio, placuerit scire qui reliquorum evangelistarum similia dixerunt, assumes adjacentem numerum capituli, et requires ipsum numerum in suo canone quem indicat, ibique invenies quot et qui dixerint, et ita demum in corpore inquisita loca quæ ex ipsis numeris indicantur per singula Evangelia de eisdem dixisse invenies.

cum, sulco ad finem perducto, iterum eo redditur unde arationis initium est, quod est *verum peragere* Plinio, lib. XVIII, cap. 19.

<sup>f</sup> Ad inferiora. Al., ad inferiorem.

<sup>g</sup> Scheda. Charis., lib. I : SCIDA charta sine aspiratione, a SCINDENDO dicta est, sed etiam alii cum aspiratione SCHEDAM ex Græco ἐπὶ τοῦ σφίλτου dictam putant.

CAP. XV. — <sup>b</sup> Ammonius. Ex Hieronymi Catalogo, et præf. in Evang., et præf. Euseb. ad canones Ammonii.

<sup>f</sup> Subdita est æra quæd. Vel ex hoc loco apparet æram nihil esse aliud quam numeri notam. Nam quam Isidorus æram, Hieronymus numerum dixit, et Victor Capuanus, in præf. ad Harmoniam evangelicam Tatiani eadem de re : *Memoratos numeros prius curiosus lector, si velit, inspiciens, facile ex nota numeri reperta comprobet lectione*. Vid. supra. lib. V, c. 34.

## CAPUT XVI.

## De canonibus conciliorum.

1. Canon <sup>a</sup> autem Græce, Latine *regula* nuncupatur. Regula autem **264** dicta, quod recte dicit, nec aliquando alioquin trahit. Alii dixerunt regulam dictam vel quod regat, vel quod normam recte vivendi præbeat, vel quod distortum pravumque quid corrigat.

2. <sup>b</sup> Canones autem generalium conciliorum a temporibus Constantini cœperunt. In præcedentibus namque annis, persecutione fervente, decendarum plebium minime dabatur facultas.

3. Inde Christianitas in diversas hæreses est scissa, quia non erat licentia episcopis in unum convenire, nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse namque dedit facultatem Christianis libere congregari.

4. Sub hoc etiam sancti Patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarum convenientes, juxta fidem evangelicam et apostolicam, secundum post apostolos symbolum tradiderunt.

5. Inter cætera autem concilia quatuor esse (scilicet) venerabiles synodos, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quatuor Evangelia, vel totidem parallelis flumina.

6. Harum prima Nicæna synodus trecentorum octodecim episcoporum Constantino Augusto imperante peracta est. In qua Arianae perfidiae damnata blasphemia, quam de inæqualitate sanctæ Trinitatis idem Arius asserbat; consubstantialem Deo Patri, **265** <sup>c</sup> Deum Filium eadem sancta synodus per symbolum definiuit.

7. Secunda synodus centum quinquaginta Patrum sub Theodosio seniore <sup>d</sup> Constantinopoli congregata est, quæ Macedonium, Spiritum Sanctum Deum esse negantem, condemnans, consubstantialem Patri et Filio sanctum Spiritum demonstravit, dans symboli

A formam, quam tota Græcorum et Latinorum confessio in Ecclesiis prædicat.

8. <sup>e</sup> Tertia synodus Ephesina prima, ducentorum episcoporum sub juniore Theodosio Augusto edita, quæ Nestorium duas personas in Christo asserentem justo anathemate condemnavit, <sup>f</sup> ostendens manere in duabus naturis unam Domini Jesu Christi personam.

9. <sup>g</sup> Quarta synodus Chalcedonensis sexcentorum triginta sacerdotum sub Martino principe habita est, in qua Euthychem Constantinopolitanum abbatem Verbi Dei et carnis unam naturam pronuntiantem, et ejus defensorem Dioscorum quemdam Alexandrinum episcopum, et ipsum rursus Nestorium cum reliquis hæreticis una Patrum sententia prædamavit, prædicans eadem synodus <sup>h</sup> Christum Dominum de Virgine sic natum, ut in eo substantiam et divinæ et humanæ <sup>i</sup> consisteamur naturæ.

10. Quatuor hæc sunt synodi principales, fidei doctrinam plenissime **266** prædicantes; sed et si qua sunt concilia quæ sancti Patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatem omni manent stabilita vigore, <sup>j</sup> quorum gesta in hoc corpore condita continentur.

11. Synodus autem ex Græco interpretatur *consilium*, vel *cæsus*.

12. <sup>k</sup> Concilii vero nomen tractum est ex more Romano. Tempore enim quo causæ agebantur, conveniebant omnes in unum, communique intentione tractabant. Unde et concilium a communi intentione dicitur, <sup>l</sup> quasi *communicilium*. Nam cilia oculorum sunt. Unde, et *considium*, *consilium*, <sup>m</sup> *d* in *l* litteram transeunte.

**267** 13. Cæsus vero conventus est, vel congregatio, a *coeundo*, id est, conveniendo in unum. Unde et conventus est nuncupatus; sicut conventus

*Constantinopolitani*. Sic namque legendum, non *Athanasi*.

<sup>n</sup> *Quorum gesta in hoc opere*. Hæc omnia oportuit. <sup>o</sup> *Concilii nom. t. e. m. Rom. E Serv., An. vi, ad vers. Nec vero h. s. s. d.* Quid autem esset concilium ostendunt Lælii Felicis verba apud Agell., lib. v, cap. 27: *Qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubet, non comitia, sed concilium edicere debet*. Sic enim legendum docuit A. August. ex Cicerone, et Livio.

<sup>p</sup> *Quasi communicilium*. Ita Rabanus; quasi *consilium* veteres libri; unus Salmeron., ante **DCCLX** annos scriptus, quasi *consilium*, quod ad hunc quidem locum attinet, mendose, rem totam attentius si species, haud prorsus absurdo. Nam *consilium* Isidori ætate solere scribi, mihi certe non fit dubium, nam et paulo post idem Codex habet: *Vel consilium a societate*, etc. E qua scriptura duas ipse notaciones confect, ut *consilium* sit (neglecto *s*) *consilium*, et hoc quasi *communicilium*, vel *s* t (neglecto *c*) *consilium*; et hoc quasi *considium*, <sup>q</sup> *d* in *l* litteram transeunte, qua de re Festus: *Consilium, vel a consulerbo, vel quod in unam rem plurium mentes considerant*. Fuisse autem hanc *consilii* scripturam in usu testatur Pierius Valerianus lib., IX *An.*, ad vers. *Consilium summis r. d. r. h.* Hoc Gratiani correctores non viderunt, nulla tamen re illorum sensus æque adjuvatur. Nos antiquorum Codicum scripturam representavimus, quæ, hoc animadvertens, et emendari, et suppleri facile possit, ut nihil sit iam amplius quod desideretur.

CAP. XVI. — <sup>a</sup> *Canon autem*. Hoc caput ex alio Isidori volumine a Braultone, qui hoc opus interpolavit, in librosque digessit, accersitum videtur. Nam et conciliorum Acta hoc opere condita contineri inferius dicitur, et multa hujus loci verba in ea præf. quæ inscribitur *origo conciliorum*, reperiuntur.

<sup>b</sup> *Canones autem gen.* Citantur hæc a Grat., disc. 15, cap. 1, et Ivone, lib. II, tit. XI, cap. 16, Panorm. ex 18 cap. lib. VI Etymolog. Eademque in Rabani margine ex 17.

<sup>c</sup> *Deum Filium*. — *Dei Filium, Gratian.*

<sup>d</sup> *Constantinopoli*. Al., *Constantinopolim*.

<sup>e</sup> *Tertia synod.* Antè hæc verba Ivo, cap. 20: *Hæc synodus acta est temporibus Damasi papæ Romani, Cyrilli Hierosolymitani episcopi, Nectarii Constantinopolitani*. Sic namque legendum, non *Nestorii*.

<sup>f</sup> *Ostendens manere*. Gennad.: *Sixtus Urbis Rom. episcopus decretum synodi adversum Nestorium a se habilitum volumine describens ad Orientis et Occidentis Ecclesias dedit, confirmans, duabus in Christo manentibus perfecte naturis, unam Filii Dei credendam esse personam*; et rursus eadem fere in Lepotio.

<sup>g</sup> *Quarta synod.* Antè hæc verba Ivo, cap. 21: *Hæc synodus acta est temporibus Cælestini papæ Romani, Juvenalis Constantinopoli. episcopi*. Ubi pro Constantinopolitanum, Hierosolymitanum legendum admonuit A. Augustin.

<sup>h</sup> *Christum Dominum*. — *Christum Deum* alii libri, et Grat., Ivo, Raban.

<sup>i</sup> *Consisteamur naturæ*. Addit post hæc verba solus Ivo: *Hæc synodus acta est temporibus Leonis papæ Rom. et Juvenalis Hierosolymitani episcopi, Anatolii*



cuctus, vel concilium a societate multorum in unum. A

CAPUT XVII.

De cyclo paschali.

1. Paschalem a cyclum Hippolytus episcopus temporibus Alexandri imperatoris primus conscripsit. Post quem probatissimi auctores Eusebius 268 Caesariensis, Theophilus Alexandrinus, Prosper quoque natione Aquitanus, atque Victorius, amplificatis ejusdem festivitatis rationibus, multiplices circulos ediderunt.

2. Cujus quidem rationem beatissimus Cyrillus Alexandrinæ urbis episcopus in xcv annos d per quinquies decem novies calculans, e quoto Kalendar, vel luna debeat paschalis solemnitas celebrari, summa brevitate notavit.

3. Cyclos autem vocatus, eo quod in orbem digestus sit, et quasi in circulo dispositum ordinem complectatur annorum sine varietate et sine ulla arte.

4. Unde factum est ut ejusque materiz carmina f simplici formitate facta cyclica vocarentur. g Hinc et laterculum dictum, quod ordinem habeat h stratum annorum.

269 5. Primus cyclos decemnovennis.

B. Com. an. ii Idus	April.	Lunæ.	xx
C. vi Kal.	April.		xvi
Em. xvi Kal.	Maii		xvii
C. vi Idæ.	April.		xx
B. C. ix Kal.	April.		xv
E. ii Idus.	April.		xvi
C. ii Non.	April.		xx
E. viii Kal.	Maii		xx
B. C. v Idus	April.		xv
C. ii Kal.	April.		xviii
E. xii Kal.	Maii		xix
C. Non.	April.		xv
B. C. v Kal.	April.		xvii
E. xvi Kal.	Maii		xviii
C. vi Idus	April.		xxi
C. ix Kal.	April.		xvii
B. E. xi Idus	April.		xvii

C. ii Non.	April.	Lunæ.	xx
E. viii Kal.	Maii		xxi
6.	Secundus cyclos lunæ.		
C. v Idus	April.		xviii
B. C. ii Kal.	April.		xx
270 E. xii Kal.	Maii		xxi
C. Non.	April.		xvii
C. v Kal.	April.		xx
B. E. xvi. Kal.	Maii		xx
C. Kal.	April.		xvi
E. xi Kal.	Maii		xvii
C. Idus	April.		xx
B. C. v Kal.	April.		xv
E. xv Kal.	Maii		xvi
C. v Idus	April.		xix
C. viii Kal.	April.		xv
B. E. Idus	April.		xv
C. Non.	April.		xviii
C. v Kal.	April.		xxi
E. iv Idus	April.		xv
B. C. Kal.	April.		xvii
E. xi Kal.	Maii		xviii
7.	Tertius Cyclos lunæ.		
C. viii Idus	April.		xv
C. iv Kal.	April.		xviii
B. E. xv Kal.	Maii.		xviii
C. v Idus	April.		xxi
C. viii Kal.	April.		xvii
E. xviii Kal.	Maii		xviii
B. C. Non.	April.		xx
E. vii Kal.	Maii		xvi
C. iv Idus.	April.		xxii
C. vi Nov.	April.		xx
B. E. xi Kal.	Maii		xx
C. viii Idus	April.		xvi
C. iv Kal.	April.		xix
E. xiv Kal.	Maii.		xx
B. C. iv Non.	April.		xv
C. viii Kal.	April.		xviii
E. xviii Kal.	Maii		xviii

CAP. XVII. — a Paschalem cyclum Hippolytus episcopus. Post vocem episcopus lacuna est in Cod. Neap. Hieronymus, in catalogo, negat se reperire potuisse cujus urbis episcopus fuerit. Gelasius papa metropolis Arsbm episcopum facit (Bostræ fortasse), ejus enim urbis subscriptio in conciliis nonnunquam legitur. Zonaras et Nicephorus Portus Romæ episcopum fuisse tradunt. Reperta Romæ est ante annos xx illius marmorea statua sedentis, legiturque cyclos hic paschalis in lateribus sedis cum catalogo operum illius, non tamen integro, quia lapis ea parte fractus.

b Theophilus. Ex catalogo Gennadii.  
 c Victorius. Ita omnino legendum ex Bed., lib. vi de Ratione temp., cap. 48, et ex Gennadio, cujus verba sunt: Victorius homo Aquitanicus, invitatus a sancto Hylario urbis Romæ episcopo composuit paschalem cursum [Al. recursum] indagatione cautissima, post quatuor priores, qui composuerant, id est, Hippolytum, Eusebium, Theophilum, Prosperum. Victorius quoque legitur in vetustiss. libris Salmant. et Complut.

d Per quinquies decem novies.—Per quinquies decies novies, Neap.

e Quoto Kal. vel luna. Concil. Bracar. ii, cap. 9: Quoto Kalendar. die, vel quoto luna.

f Carmina simplici formitate facta cyclica. Alii cyclica cum Rabano, sive id carminis genus arte quadam fieret, ut ait Aristophanis interpres in Avibus. Nam et κικλιν ποιημάτων quidam Homerum auctorem fuisse voluerunt, ut ait Philopon. ad lib. i Ἀναλ., sive inacidia potius fieret, ut vult Acron ad carmen Horat.: Nec sic incipies ut scriptor cyclicus olim. Unde cyclicia plerisque Græcis triviales et circumforanei poetæ dicuntur.

g Hinc et laterculum dictum. Sic in melioribus libris, et recte. Concilium Tolet. iv, cui Isidorus interfuit, cap. 4: Soli in Hispaniis de solemnitate paschali varietas existere prædicationis, diversa enim observantia laterculor. Paschalis festivitatis errorem interdum parturit. Et Cedrenus: ἢ παρ' Ἑλλήνων ὅσα πλῆθος λατρεύοντων παρὰ Ῥωμαίους λέγεται, etc. Et Hieronym., in Ezech. cap. iv: Pro LATERE qui Græce dicitur genere feminino ἡ πλῆθος Symmachus manifestius interpretatus est πλῆθειον, quem nos LATERCULUM, et ABACUM appellare possumus.

h Stratum annorum. Tertull., de Resurrect. carn. Ordo temporum STERNITUR.

8. <i>Quartus cyclus lunæ.</i>	
<b>271</b> C. iii Kal.	April.
B. E. xiv Kal.	Maii
C. ii Idus.	April.
C. vii Kal.	April.
E. xvii Kal.	Maii
B. C. viii Idus	April.
C. iv Kal.	April.
E. iii Idus	April.
C. iii Non.	April.
B. E. x Kal.	Maii
C. xviii Kal.	Maii
C. iii Kal.	April.
E. xvii Kal.	Maii
B. C. iv Idus	April.
C. vii Kal.	April.
E. xvii Kal.	Maii
C. vii Idus	April.
B. C. xi Kal.	April.
E. iii Idus	April.
C. iii Non.	April.
E. ix Kal.	Maii
9. <i>Quintus cyclus lunæ.</i>	
B. C. vii Idus	April.
C. iii Kal.	April.
E. xiii Kal.	Maii
C. ii Non.	April.
B. C. vii Kal.	April.
E. xvii Kal.	Maii
C. ii Kal.	April.
E. xii Kal.	Maii
B. C. iii Idus	April.
C. iii Non.	April.
<b>272</b> E. xvi Kal.	Maii
C. vi Idus.	April.
B. C. xi Kal.	April.
E. xiii Kal.	Maii
C. ii Non.	April.
C. vi Kal.	April.
B. E. xvii Kal.	Maii
C. ii Kal.	April.
E. xii Kal.	Maii
10. <sup>a</sup> Post cuius expletionem ad primum exordium recurrendum. Antiquitus Ecclesia Pascha decima quarta luna cum Judæis celebrabat, quocunque die occurreret: quem ritum sancti Patres in Nicæna synodo prohibuerunt, constituentes non solum lunam paschalem et mensem inquirere, sed etiam diem Resurrectionis dominicæ observare, et ob hoc Pascha a quarta decima luna usque ad vigesimam primam extenderunt, ut dies Dominicus non omitteretur.	
<i>Post cuius expletionem.</i> Quæ ante hæc in Impresibus sunt, <i>A conditione mundi, usque ad hunc novissimum cycli annum computantur anni dcccxxii</i> , a Manuscriptis vetustioribus absunt, neque in reliquis idem numerus legitur, sed, vel <i>mmmmcxi</i> vel <i>mmmmcxii</i> vel <i>mmmmcxiii</i> .	
<sup>b</sup> <i>Pasche autem vocab.</i> Ex August., epist. ad Januar. 419. Vid. Hieron., ad Math. xxvi.	
<sup>c</sup> <i>Eo quod populus de Ægypt. s. Isro, quod angelus</i>	

Lunæ. A	
11. <sup>b</sup> Paschæ autem vocabulum non Græcum, sed Hebræum est; nec a passione, quoniam <i>πάσχειν</i> Græce dicitur <i>pati</i> , sed a transitu Hebræo verbo Pascha appellatum est, eo <sup>a</sup> quod tunc populus Dei <b>273</b> ex Ægypto transierit. Unde et in Evangelio: <i>Cum vidisset, inquit, Jesus, quia venit hora ut transiret de mundo ad Patrem.</i>	xix
	xv
	xix
	xv
	xvi
	xviii
	xvi
	xv
	xviii
	xviii
	xx
	xvi
	xvi
	xx
	xv
	xvi
	xix
	xx
	xvi
	xvii
	xix
	xv
	xvi
	xviii
	xxi
	xv
	xviii
	xx
	xxi
	xvii
	xx
	xx
	xvi
	xvi
12. <sup>d</sup> Cujus nox ideo pervigil ducitur, propter adventum Regis ac Dei nostri, ut tempus resurrectionis ejus nos non dormientes, sed vigilantes inveniat. Cujus noctis duplex ratio est, sive quod in ea vitam tunc recepit cum passus est; sive quod postea eadem hora qua resurrexit ad judicandum venturus est.	
13. Eo autem modo agimus Pascha, ut non solum mortem et resurrectionem Christi in memoriam revocemus, sed etiam cætera ( <sup>e</sup> quæ circa eum attestantur) ad sacramentorum significationem inspiciamus.	
14. Propter initium enim novæ vitæ, et propter novum hominem, quem jubemur induere, et exuere veterem, expurgantes vetus fermentum, ut simus nova conspersio, quoniam Pascha nostrum immolatus est Christus; propter hanc ergo vitæ novitate primus <sup>f</sup> mensis in anni mensibus celebrationi paschali mystice attributus est.	
15. Quod vero tertiæ hebdomadæ die Pascha celebratur, id est qui dies occurrit a quarta decima in vicesimam primam, hoc significat quia in toto tempore sæculi, quod septenario dierum numero agitur, nunc tertium tempus hoc sacramentum aperuit.	
16. Primum enim tempus est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. Ubi jam manifestatum est sacramentum prius occultum in prophetico ænigmatate, ideo et propter hæc tria sæculi tempora resurrectio Domini triduana est.	
17. Quod vero a quarta decima luna usque ad vigesimam primam <b>274</b> per dies septem paschalis dies quaritur, hoc fit propter ipsum numerum septenarium, quo universitatis significatio sæpe figuratur, qui etiam ipsi Ecclesiæ tribuitur propter instar universitatis, unde et Joannes apostolus, in Apoc., ad septem scribit Ecclesias.	
18. Ecclesia vero in ista adhuc mortalitate carnis constituta, propter ipsam mutabilitatem, lunæ nomine in Scripturis significatur.	
19. Varia autem observantia opinionum paschalis festivitatis interdum errorem gignit. Latini namque a tertio Nonas Martii, usque in tertium Nonas Aprilis primi mensis lunam inquirunt, et si quarta decima luna die Dominico provenerit, in alio die Dominico Pascha protrahunt.	
20. Græci primi mensis lunam ab octavo Idus Martias usque in diem Non. April. observant, et si quinta decima luna die Dominico incurrit, sanctum percutiens postes agni sanguine illitos cæde abstinens prætergressus sit. Ut Hieronym., loco citat., et Phil., sed hæc Augustini sunt.	
<sup>d</sup> <i>Cujus nox ideo pervigil ducitur.</i> Ex Lact., lib. vii, cap. 49.	
<sup>e</sup> <i>Quæ circa eum attest.</i> Absunt hæc ab optimo Cod. Tolet.	
<sup>f</sup> <i>Primus mensis.</i> Expunxiimus τὸ novorum, nam neque apud Aug. est, neque esse debet. Vid. Exod. xii.	

Pascha celebrant. Hujusmodi igitur dissensio inter A utroque Paschalem regulam turbat.

21. Communis annus dicitur qui<sup>a</sup> duodecim tantum lunas, hoc est, dies ccccliv habet. Dicitur autem communis, quia sæpe duo ita conjuncti incedunt, ut invicem se in Paschali solemnitate sequantur; nam embolismus annus semper solus est.

22. Embolismus annus est qui tredecim menses lunares, id est, cccclxxxiv dies habere monstratur. Ipse est annus sancto Moysi divinitus revelatus, in quo jubentur ii qui longus habitabant in secundo mense Pascha celebrare.

23. Embolismus autem nomen Græcum est, quod interpretatur Latine *supplementum*, eo quod expleat numerum annorum communium, quibus undecim lunares dies decesse cernuntur.

24. Embolismi autem anni et communes sic inveniuntur. Si enim a quarta decima luna Paschæ præcedentis, usque ad quartam decimam sequentis cccclxxxiv dies fuerint, embolismalis annus est; si ccccliv, communis.

25. Bissextilis est post annos quatuor unus dies adjectus. Crescit enim per singulos annos quarta pars assis. At ubi quarto anno assem compleverit, bissextilium unum facit.

26. Dicitur autem bissextilis, <sup>b</sup> quia *bis sexties* ductus assis **275** facit, quod est unus dies; sicut *quadrantem* propter *quater ductum*, quod est bissextilis, quem super dierum cursum in anno ° sol facit; sive quod nequeat<sup>d</sup> annus subintroduci, nisi bissexto Kal. Mart. computaveris, hoc est, et prima die sexta Kal. Martias, <sup>c</sup> et addito bissexto alio die sexto Kal. Martias iteraveris.

27. A sexto autem Kal. Martias usque in diem pridie Kalendas Januariæ, in lunæ cursu bissextilis apponitur, atque inde detrahitur.

28. Intercalares autem dies idcirco vocantur, quia interponuntur, ut ratio lunæ solisque conveniant. *Calare enim ponere* dicitur; *intercalare, interponere*.

29. Epactas Græci vocant, Latini adjectiones annæ lunares, quæ per undecarium numerum usque ad tricenarium in se revolvuntur. Quas ideo Ægyptii adiciunt, ut lunaris emensio rationi solis æquetur.

30. Luna enim juxta cursum viginti novem mensis dies lucere dignoscitur, et sunt in annum lunarem dies ccccliv. Remanent ad cursum anni solaris dies undecim, quos Ægyptii adiciunt.

31. Unde et adjectiones vocantur: atque his non invenies lunam quota sit in quolibet anno, et mense, et die. Istæ epactæ semper xi Kal.

<sup>a</sup> Qui xii tantum lunas. Al., *lunationes*.

<sup>b</sup> Qui bis sexties. Ita scribi placuit A. Augustino, ut series semissem significaret, quod voluit Isidorus. Atqui certum est bissextilium appellari, quod bis sexto Kal. Mart. dicamus, quod ipse statim subdit.

<sup>c</sup> Sol facit. Quæ post hæc leguntur in quibusdam Ms. etiam Gothicis, ut in Quiensi, et Cæsaraug., recipienda non putavimus; ea sunt: *Quia tres dies sine auctore sole transierunt in initio conditionis dierum. Inde quarta pars assis per annum crescit, et quarto anno dies integrum reddit. Inde Ægyptii inventores hujus artis, ob exaltationes siderum auctore sole diei in*

April. reperiuntur in eadem luna quæ fuerit eo die.

32. Continentur autem circulo decemnovenali. sed cum ad xxix Epactas pervenerit, qui est circulus decemnovenalis, jam sequenti anno non addes super viginti novem, undecim, ut decem annunties detractis triginta, sed inde revertaris, ut undecim pronunties.

### CAPUT XVIII.

#### *De reliquis festivitibus.*

1. Festivitas dicta a festis diebus, quasi *festiditas*, eo quod in eis **276** sola res divina sit. Quibus contrarii sunt fasti, in quibus jus fatui, id est, dicitur. Solemnitas a sacris dicitur, ita suscepta, ut mutari ob religionem non debeat ° a sole, id est, firmo, atque solide nominata.

2. Celebritas autem nominatur, quod non ibi terrena, sed celestia tantum agantur.

3. Pascha festivitatum omnium prima est, de cujus vocabulo jam superius dictum est.

4. Pentecoste sicut et Pascha apud Hebræos celebris dies erat, quæ post quinque decadas Paschas celebratur; unde et vocabulum sumpsit. Πεντε enim Græce *quinque*, in quo die secundum legem panes propositionis de novis frugibus offerebantur.

5. Cujus figuram annus jubilarum in Testamento veteri gessit; quæ nunc iterum per figuram repromissionis æternam requiem præfiguratur.

6. Epiphania Græce, Latine *apparitio*, sive *manifestatio* vocatur. Eo enim die Christus sideris indicio magis apparuit adorandus. Quo fuit figura primitiæ credentium gentium

7. Quo die et dominici baptismatis sacramentum, et permutata in vinum aquæ, factio: um per Dominum signorum principia existerunt.

8. Duæ sunt autem Epiphaniæ: prima in qua natus Christus pastoribus Hebræorum angelo nuntiante apparuit; secunda, ex qua hujus gentium populus stella iudice præsepis eunabula magis adoraturis exhibuit.

**277** 9. Scænopegia solemnitas Hebræorum, de Græco in Latinum, tabernaculorum dedicatio interpretatur, quæ celebrabatur a Judæis in memoriam expeditionis, cum ab Ægypto promoti, in tabernaculis agebant, et ex eo Scænopegia; *σκηνή* enim Græce *tabernaculum* dicitur. Quæ solemnitas apud Hebræos Septembri mense celebrabatur.

10. Neomenia, apud nos Kalendæ; apud Hebræos D autem quæ secundum lunarem cursum menses supputantur), et Græce *μηνια* luna appellatur; iude *Neomenia*, id est, *nova luna*.

11. Erant enim apud Hebræos ipsi dies Kalenda-

*quarta feria conditio, unum diem in quartum annum adjecerunt in honorem solis et lunæ.*

<sup>d</sup> Quod nequeat annus subintroduci. Al., *annum subintroducere*.

CAP. XVIII. — ° Al. *solio*, id est, *firmo*. Vid. Fest. Pascha fest. De his tribus festivitibus. Vid. Hieron., ad Zach., c. 1.

° Epiph. Qui dies a Græcis baptismo Christi dictus est, sed quid potissimum hoc die sit factum (ait sanctus Maximus) noverit ille qui fecit.

<sup>b</sup> Neomer. Ex Hieron., epist. ad Sunniam.

rum ex legali institutione solennes, de quibus dicitur in psalmo : *Canite initio mensis tuba, in die insigni solemnitate vestra.*

12. <sup>a</sup> Encænna autem est nova templi dedicatio. Græce enim *καίνων* dicitur novum. Quando enim aliquid novum dedicatur, encænna dicitur. Hanc dedicationis templi solemnitatem Judæi Octobri mense celebrant.

13. Dies Palmarum ideo dicitur, quia in eo Dominus et Salvator noster, sicut propheta cecinit, Jerusalem tendens asellum sedisse perhibetur. Tunc gradienti cum ramis palmarum multitudo plebium obviam ei clamaverunt : *Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel.*

14. Vulgus autem ideo eum diem <sup>b</sup> Capitilavium vocant, quia tunc moris est lavandi capita infantium, qui ungenti sunt, ne observatione quadragesimæ sordidata ad unctionem accederent.

278 15. <sup>c</sup> Hoc autem die symbolum competentibus traditur propter confinem dominicæ Paschæ solemnitatem : ut qui jam ad Dei gratiam percipiendam festinant fidem, quam confiteantur agnoscant.

16. Cæna dominica dicta est, eo quod in illo die Salvator Pascha cum discipulis suis fecerit ; quod hodie, sicut est traditum, celebratur, sanctamque in eo chrisma conficitur, <sup>d</sup> atque initium novi, et veteris cessatio Testamenti declaratur.

17. Sabbatum ab Hebræis ex interpretatione vocabuli sui requies nominatur, quod Deus in ipso, perfecto mundo, requievisset.

18. Siquidem et eo die requievit in sepulcro Dominus, ut quietis illius mysterium confirmaret, quod Judæis observandum in umbra futuri præceptum est. Sed postquam Christus in sepultura sua ejus figuram adimplevit, observatio ejus quievit.

19. Dominicus dies proinde vocatur, quia in eo resurrectionis Domini nostri gaudium celebratur. <sup>e</sup> Qui dies non Judæis, sed Christianis in resurrectionem Domini declaratus est, et ex illo habere cœpit festivitatem suam.

20. Illis enim solum celebrandum Sabbatum traditum est, quia erat ante requies mortuorum ; <sup>f</sup> resurrectio autem nullius erat qui resurgens a mortuis non moreretur.

<sup>a</sup> Encæn. Ex August., tract. 18 in Joann.

<sup>b</sup> Capitilavium. Vid. lib. 1 de Off., cap. 27, et Rab., lib. II, cap. 35.

<sup>c</sup> Hoc autem die Symb. comp. Qui dicantur competente-, inf., lib. VII, cap. ultim.

<sup>d</sup> Atque in n. e. v. c. t. d. Addita sunt hæc ex veteribus libris, quæ in Editis non erant ; in quibus autem Manuscriptis vœrant, lacuna tandem patebat.

<sup>e</sup> Qui dies non Jud. suam. Verba Aug., epist. 119, cap. 13.

<sup>f</sup> Resurrectio autem. Ibid.

CAP. XIX. — <sup>g</sup> Officium autem ab eff. Ex Amb. 1 Off. cap. 8.

<sup>h</sup> A Stella vespere. Virg. : Denique quid vesper serus vohat, et alias sæpe.

<sup>i</sup> Missa. Ambrosius, Leonem, aliosque Patres sequitur. De Missa etymol. multa Claut. Sanct., in præf. ad Liturg.

21. Postquam autem facta est talis resurrectio in corpore Domini, ut præiret in capite Ecclesiæ quod corpus Ecclesiæ speraret in fine, jam dies Dominicus, id est, octavus, qui et primus, celebrari cœpit.

## 279 CAPUT XIX.

### De officiis.

1. Officiorum plurima sunt genera, sed præcipuum illud quod in sacris divinisque rebus habetur. <sup>e</sup> Officium autem ab *efficiendo* dictum, quasi *efficium* propter decoram sermonis una mutata littera, vel certe ut quisque illa agat quæ nulli officiant, sed prosint omnibus.

2. Vespertinum officium est in noctis initio vocatum, <sup>h</sup> a stella Vespere, quæ surgit oriente nocte.

3. Matutinum vero officium est in lucis initio, a stella Luciferi appellatum, quæ inchoante mane oritur. Quorum duorum temporum significatione ostenditur ut die ac nocte semper Deus laudetur.

4. <sup>i</sup> Missa, tempore sacrificii, est quando catechumeni foras mittuntur, clamante levita : *Si quis catechumenus remansit, exeat foras, et inde missa, quia sacramentis altaris interesse non possunt qui nondum regenerati noscuntur.*

280 5. Chorus est multitudo in sacris collecta, et dictus chorus, quod initio in modum *coronæ* circum aras starent, et ita psallerent. <sup>i</sup> Alii chorum dixerunt a *concordia*, quæ in charitate consistit, quia si charitatem non habeat, respondere convenienter non potest.

6. Cum autem unus canit, Græce monodia, <sup>l</sup> Latine sincinnium dicitur ; cum vero duo canunt, bicinium appellatur : cum multi, chorus. Nam chorea ludicrum cantilenæ, <sup>l</sup> vel saltationes classium sunt.

7. Antiphona ex Græco interpretatur vox reciproca, duobus scilicet choris alternatim psallentibus ordine commutato, sive de uno ad unum, quod genus psallendi Græci invenisse traduntur.

8. <sup>m</sup> Responsorios Itali tradiderunt, quod inde responsorios cantus vocant, quod alio desinente, id alter respondeat. Inter responsorios autem et antiphonas hoc differt, quod in responsoriis unus versum dicit, in antiphonis autem versibus alternant chori.

9. Lectio dicitur, quia non cantatur, ut psalmus, vel hymnus, sed legitur tantum. Illic enim modulatio, hic sola pronuntiatio quæritur.

10. <sup>n</sup> Canticum est vox cantantis in lætitiâ.

D <sup>i</sup> Alii chorum a CONCORD. Ex Aug. in ps. LXXXVII.

<sup>l</sup> Latine sincinniam. Fest. : Sincinnium cantionem solitariam. Agellius, lib. XX, cap. 2 : Qui rectius locuti sunt, SINCINNISTAS littera n gemina dixerunt. Sincinnium namque genus veteris cantionis fuit. Et paulo post : Accius poeta SINCINNISTAS appellari ait nebuloso nomine, quod SINCINNUM cur diceretur ei obscurum esset. Sed quoniam assam vocem Aconius et Novius solam interpretantur assicinium, ut assipondium, dictum suspicabatur Chacon. Sincinnium apud Rabanum.

<sup>l</sup> Vel saltationes classium. Ita vetustiores libri ; al. saltationes plausuum. Neap., Ludicrum cantinela, vel plausuum sine voce saltationes.

<sup>m</sup> Responsorios. Vel responsoria, utroque namque modo loquitur in lib. de Off. et in Regul. monach., c. de Off.

<sup>n</sup> Canticum est vox. Ex Illiar., in prolog. Ps.

11. <sup>a</sup> Psalmus autem dicitur qui cantatur ad psalterium, quo **281** usum esse David prophetam in magno mysterio prodit historia. Hæc autem deo in quibusdam psalmorum titulis juxta musicam artem alternatim sibi apponitur.

12. <sup>b</sup> Nam canticum psalmi est cum id quod organum modulatur vox postea cantantis eloquitur. Psalmus vero cantici cum quod humana vox præloquitur ars organi modulantis imitatur. Psalmus autem a psalterio dicitur, unde nec mos est ex alio opere eum componi.

13. Tres autem gradus sunt in cantando: <sup>c</sup> primus sacerdotis, secundus incentoris, tertius accentoris.

14. <sup>d</sup> Diapsalma Hebræum verbum quidam esse volunt, quo significatur *semper*, id est, quod illa quibus hoc interponitur sempiterna esse confirmat.

15. <sup>e</sup> Quidam vero Græcum verbum existimant, quo significatur intervallum psallendi, ut psalma sit quod psallitur; diapsalma vero interpositum in psallendo silentium, ut quemadmodum sympsalma dicitur vocum copulatio in cantando, ita diapsalma disjunctio earum, ubi quædam requies disjunctæ continuationis ostenditur.

16. Unde illud probabile est non conjungendas sententias in psallendo, ubi diapsalma interpositum fuerit, quia ideo interponitur, ut **282** conversio sensuum vel personarum esse noscatur.

17. Hymnus est <sup>f</sup> canticum laudantium, quod de Græco in Latinam laus interpretatur, pro eo quod sit carmen lætitiæ et laudis. <sup>g</sup> Proprie autem hymni sunt cantus continentes laudem Dei. Si ergo sit laus, et non sit Dei, non est hymnus; si sit et laus, et Dei laus, et non cantetur, non est hymnus. Si ergo et in laudem, et Dei, et cantatur, tunc est hymnus.

18. Cui contrarius est threnus, quod est lamenti carmen et funeris

19. <sup>h</sup> Alleluia duorum verborum interpretatio est, hoc est, *laus Dei*, et est Hebræum. *I* enim unum est de decem nominibus quibus apud Hebræos Deus vocatur.

20. Amen significat *vere*, sive *fideliter*, quod et ipsum Hebræum est. Quæ duo verba *amen* et *alleluia*, nec Græcis, nec Latinis, nec barbaris, licet in suam linguam omnino transferre, vel alia lingua enuntiare. Nam quamvis interpretari possint, propter sanctionem tamen auctoritatem servata est ab apostolis in iis propriæ linguæ antiquitas.

21. Tanto enim sacra sunt nomina, ut etiam Joan-

nes in Apocalypsi referat se, Spiritu revelante, vidisse et audivisse vocem celestis exercitus tanquam vocem aquarum multarum, et tonitruum validiorum dicentium *amen* et *alleluia*; ac per hoc sic oportet in terris utraque dici sicut in celo resonant.

22. <sup>i</sup> Osianna in alterius linguæ interpretationem in toto transire **283** non potest. *Osi* enim *salvifica* interpretatur; *anna* interjectio est, motum animi significans sub deprecantis affectu.

23. Integre autem dicitur *osianna*, quod nos, corrupta media vocabuli littera, et *elisa*, dicimus *osanna*, sicut fit in versibus cum scandimus. Littera enim prima verbi sequentis extremam prioris verbi veniens excludit, et dicitur Hebraice *osianna*, quod interpretatur *salvifica*, subaudiendo vel *populum tuum*, vel *totum mundum*.

24. Offertorium tali ex causa sumpsit vocabulum. <sup>j</sup> *Fertum* enim dicitur oblatio quæ altari offertur et sacrificatur a pontificibus, a quo offertorium nominatur, quasi *propter fertum*.

25. Oblatio vocatur, quia offertur.

26. <sup>k</sup> Dona proprie divinia dicuntur munera hominum.

27. Nam munera dicuntur obsequia quæ pauperes divitibus loco munerum solvunt; itaque munus homini datur, donum Deo; unde etiam in templis donaria dicimus. Munera autem vocantur, quia *manibus* vel accipiuntur, vel dantur.

28. Duo autem sunt quæ offeruntur: donum et sacrificium.

29. Donum dicitur quicquid auro argenteoque, aut qualibet alia specie, efficitur.

30. Sacrificium autem est victima, et quæcumque cremantur in ara, sæpè ponuntur. Omne autem quod Deo datur, aut dedicatur, aut consecratur. Quod dedicatur, *dicendo* datur, unde et appellatur. Unde errant qui dedicationem consecrationem putant significare.

**284** 31. <sup>l</sup> Immolatio ab antiquis dicta eo quod in mole altaris posita victima cæderetur, unde et mactatio post immolationem est. Nunc autem immolatio pani et calici convenit, libatio autem tantummodo calicis oblatio est.

32. Hinc est illud: <sup>m</sup> *Et libavit de sanguine uxæ*, sic et sæcularium <sup>n</sup> quidam poetarum: *Nunc pateras libate Jovi...* *Libare* enim proprie *fundere* est, sumptumque nomen de Libero quodam, qui in Græcia usum reperit vitis.

nem *semper* reddidisse. Vid. epist. ad Marcell. 158.

<sup>o</sup> *Quidam vero*. Ex Aug., in ps. iv.

<sup>p</sup> *Canticum laudantium*. — *Canticum laudis*, Aug. ps. xxxix.

<sup>q</sup> *Proprie autem hymnus*. Ex eodem, in ps. lxxii.

<sup>r</sup> *Alleluia...* *laus Dei*. Ex Amb., in ps. cxviii. Nam Hieronymus *laudato Deum* interpretatur, ut *vois* ratio exposcit, epist. 157.

<sup>s</sup> *Osianna*. Ex Hier., epist. ad Damas. 145.

<sup>t</sup> *Fertum*. Fest. FERCTON[al., FERTUM] *genus tibi dictum, quod crebrius ad sacra FEREBATUR*. Glossæ quædam Latine bibliothecæ Vaticanæ: *Fertores fertu libantes*.

<sup>u</sup> *Dona proprie divinia*. Sic Goth. al. *Dei*.

<sup>v</sup> *Immolatio...* quod in *MOLA*. A. Augustinus, in *mola*.

<sup>w</sup> *Et libavit de sanguine uxæ*. Ecclesiastici, l.

<sup>x</sup> *Sicut et quidam poetar. Virg., Æn. vii.*

<sup>a</sup> *Psalmus autem*. Ex Aug., in ps. iv.

<sup>b</sup> *Nam canticum psal.* Ex eodem Hilario, vel Ruff.

<sup>c</sup> *Primus sacerdotis*. Permutari volebat hæc Chacon, ut esset primus incentoris locus, ex Varr. 1 de Re rust., cap. 2: *Ut dextra tibia alia quam sinistra, ita tamen ut iis quodammodo conjuncta, quod est altera ejusdem carminis modorum incentiva, altera succentiva. Et quidem licet adicias (inquam) pastorum vitam esse incontinentiam, agricolarum succentivam*. Sed Ecclesiastiarum morem secutum Isidorum, in quibus qui cantum incipit *succentor* dicitur, verisimilius est. Cod. Resp., *infimus succentoris*.

<sup>d</sup> *Diapsalma quidam Hebræum esse volunt*. Neque hoc (opinor) quisquam ante Isidorum, neque Isidorus ipse profecto dixit, qui toties apud Hieronymum legerat quod in Hebræo est *וּבְשֵׁלֶסֶט*, id LXX, Theodotionem et Aquilam *διψάλμα*, quintam vero Editio-

33. <sup>a</sup> Hostiæ apud veteres dicebantur sacrificia, a quæ fiebant antequam ad hostem pergerent.

34. Victimæ vero sacrificia quæ post victoriam, devictis hostibus, immolabantur; et erant victimæ majora sacrificia quam hostiæ. Alii victimam dictam putaverunt, quia *ictu* percussa cadebat, vel quia *tincta* ad aras ducebatur.

35. <sup>b</sup> Holocaustum illud est ubi totum igne consumitur quod offertur. Antiqui enim cum maxima sacrificia administrarent, solebant totas hostias in sacrorum consumere flamma, et ipsa erant holocaustumata. <sup>c</sup> *Ὀλον* enim Græce *totum* dicitur, *καύσει* incensio, et holocaustum *totum incensum*.

36. <sup>d</sup> Ceremoniæ apud Latinos dicuntur sacra omnia quæ apud Græcos orgia vocantur. Proprie autem visum est doctoribus a **285** *carendo* appellari ceremonias, quasi *carimonias*, eo quod iis quæ in sacris divinis offeruntur, in suo usu *carerent* homines; quod etiam nomen in usu est litterarum sanctarum.

37. Alii ceremonias proprie in observationibus Iudeorum credunt: abstinentiam scilicet quarundam escarum secundum veterem legem, eo quod observantes ea eant his rebus quibus se abstinerint.

38. Sacrificium dictum, quasi *sacrum factum*, quia præce mystica consecratur in memoriam pro nobis dominicæ passionis; unde hoc eo iubente corpus Christi et sanguinem dicimus, quod, dum sit ex fructibus terræ, sanctificatur, et sit sacramentum, operante visibiliter Spiritu Dei, cujus panis et calicis sacramentum Græci Eucharistiam dicunt, quod Latine *bona gratia* interpretatur. Et quid melius corpore et sanguine Christi?

39. <sup>e</sup> Sacramentum est in aliqua celebratione, cum res gesta ita sit ut aliquid significare intelligatur, quod sancte accipiendum est. Sunt autem sacramenta baptismus et chrisma, corpus et sanguis.

40. Quæ ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum virtus divina secretius salutem eorumdem **286** sacramentorum operatur, unde et a *secretis* virtutibus, vel a *sacris* sacramenta dicuntur.

41. Quæ ideo fructuose penes Ecclesiam sunt, quia sanctus in ea manens Spiritus eundem sacramentorum latenter operatur effectum.

42. Unde seu per bonos seu per malos ministros intra Dei Ecclesiam dispensentur, tamen quia Spiritus sanctus mystice illa vivificat, qui quondam apostolico in tempore visibilibus apparebat operibus, nec honorum meritis dispensatorum amplificat hæc dona, nec malorum attenuantur, quia *neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus*; unde et Græce mysterium dicitur

<sup>a</sup> Hostiæ apud vet. F. Serv., *Æn.* 1.

<sup>b</sup> Holocaustum. Ex Hieron., in Ezech. cap. XLV.

<sup>c</sup> *Ὀλον* enim Græc. Ex Aug. in ps. LXIV.

<sup>d</sup> Ceremoniæ Serv., *Æn.* IV: Sane sciendum orgia apud Græcos dici omnia sacra, sicut apud Latinos ceremoniæ dicuntur. De Etym., vid. Fest.

<sup>e</sup> Sacramentum est in aliqua celebrat. Ex Aug., *epist.* 119, in principio.

<sup>f</sup> Baptismus Græc. Vid. Tertull., lib. de Baptism.

<sup>g</sup> *Quæ ascendit dealbata.* Ital. LXX *ἀδελυκαθιστάειν*

quod secretam et reconditam habeat dispositionem.

43. <sup>f</sup> Baptismus Græce, Latine *tinctio* interpretatur, quæ ideo tinctio dicitur, quia ibi homo spiritu gratiæ in melius immutatur, et longe aliud quam erat efficitur.

44. Prius enim deformitate peccatorum fœdi eramus, in ipsa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum, unde in Canticis scribitur canticorum: *Quæ est ista quæ ascendit dealbata?*

45. Cujus mysterium non aliter nisi sub Trinitatis designatione, id est, Patris, et Filii, et Spiritus sancti <sup>h</sup> cognominatione completur, dicente Domino ad apostolos: *Ita, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.*

46. Sicut enim in tribus testibus stat omne verbum, ita hoc sacramentum confirmat ternarius numerus nominum divinum.

**287** 47. Quod autem per aquam baptismus datur, hæc ratio est. Voluit enim Dominus ut res illa invisibilis, per congruens, sed profecto contractabile et visibile, impenderetur elementum, super quod etiam in principio ferebatur Spiritus sanctus.

48. Nam sicut aqua purgatur exterius corpus, ita latenter ejus mysterio per Spiritum sanctum purificatur et animus. Cujus sanctificatio ita est.

49. <sup>i</sup> Invocato enim Deo descendit Spiritus sanctus de cælis, et medicatis aquis, sanctificat eas de semetipso; et accipitur vim purgationis, ut in eis, ut caro, et anima delictis inquinata mundetur.

50. <sup>j</sup> Chrisma Græce, Latine *unctio* nominatur, <sup>C</sup> ex cuius nomine, et Christus dicitur, et homo post Lavacrum sanctificatur.

51. Nam sicut in baptismo peccatorum remissio datur, ita per unctionem sanctificatio spiritus adhibetur, et hoc de pristina disciplina, qua ungi in sacerdotium et in regnum solebant, ex quo et Aaron a Moyse unctus est.

52. Quæ dum carnaliter fit, spiritualiter proficit; quomodo et in ipsa baptismi gratia visibilis actus est quod in aqua mergimur, sed spiritualis effectus quod delictis mundamur.

53. Hoc significat illud unguentum quod peccatrix mulier **288** super pedes, et <sup>k</sup> ea quæ dicitur non fuisse peccatrix super caput Jesu fuisse scribantur.

54. Manus impositio ideo fit, ut per benedictionem advocatus invitetur Spiritus sanctus. <sup>l</sup> Tunc enim ille Paracletus, post mundata et benedicta corpora, libens a Patre descendit, et quasi super baptismi aquam, tanquam super pristinam, sedem recognoscens, quiescit. Nam legitur quod in principio aquis superferebatur Spiritus sanctus

et Amb., serm. 19, in ps. CVIII. *Volg., quæ ascendit de deserto deliciis affluens.*

<sup>h</sup> Cognominatione. F.. *connominatione*; pejns apud Rahanum, *cognitione*.

<sup>i</sup> *Invocato et Deo.* Ex Tertull.

<sup>j</sup> *Chrisma.* Ex eodem.

<sup>k</sup> *Et ea quæ non dicitur fuisse peccatrix.* Sic omnes libri. Sed non videtur legisse hæc Rabanus.

<sup>l</sup> *Tunc enim ille Paracl.* Verba sunt Tertull.

55. Exorcismus Græce, Latine *conjuratio*, sive A sermo increpationis est adversus diabolum, ut discedat, sicut est in Zacharia: *Et ostendit mihi Jesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini, et Satan stabat a dextris ejus, ut adversaretur ei, et dixit Dominus ad Satan: Increpet Dominus in te, qui elegit Jerusalem.*

56. Hoc est exorcismus, increpare et conjurare adversus diabolum; unde sciendum quod non creatura Dei in infantibus exorcizatur, aut exsufflatur, sed ille sub quo sunt omnes qui cum peccato nascuntur. Est enim princeps peccatorum.

57. \* Symbolum per linguam Græcam *signum*, vel *collatio* interpretatur. Discessuri enim apostoli ad evangelizandum in gentibus, hoc sibi prædicationis signum, vel indicium posuerunt.

58. Continet autem confessionem Trinitatis, et unitatem Ecclesæ, et omne Christiani dogmatis sacramentum. Quod symbolum fidei et spei nostræ non scribitur in charta et atramento, sed in tabulis cordis carnalibus.

59. Oratio petitio dicitur. Nam <sup>b</sup> *orare* est *petere*, sicut *exorare impetrare*. Comitat autem oratio loco et tempore. Loco, quia non ubique, cum prohibeamur a Christo orare in publico, sed ubi opportunus dederit, aut necessitas importaverit. Neque enim contra præceptum reputatur ab apostolis factum, qui in carcere audientibus custodibus orabant, et canebant Deo.

60. De tempore vero dictum est: *Sine intermissione orate*, sed hoc singularibus. Nam est observatio quarundam horarum communium, quæ diei inter spatia signant, tertia, sexta, et nona; similiter et noctis.

61. Sed ideo orandi hæc horæ divisæ sunt, ut si forte aliquo fuerimus opere detenti, ipsum nos ad officium tempus admoneat, quæ tempora in Scripturis inveniuntur.

62. Primum enim sanctus Spiritus, congregatis discipulis, hora tertia infusus est. Petrus, qua die visionem communicationis in illo vasculo expertus est, sexta hora orandi gratia ascenderat. Idem etiam cum Joanne hora nona templum adiit, quando paralyticum sanitati reformavit.

63. Sed et Daniele legitur hæc tempora in oratione observasse, et utique ex Israelis disciplina, ut ne minus quam ter <sup>290</sup> die adoremus. Debitorum enim sumus trium personarum, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, exceptis utique et aliis legitimis orationibus, quæ sine ulla admonitione debentur in ingressu lucis ac noctis, sive vigiliarum; sed et cibum non prius sumere quam <sup>c</sup> interposita oratione.

\* Symbolum. Ex Ruff. Symbol.

<sup>b</sup> Orare est petere. Ex Serv., *Æn.* iii.

<sup>c</sup> Interposita orat. — Anteposita Chaconis Codex.

<sup>d</sup> Ascendit celeriter. Locus ex Aug. in Ps.

<sup>e</sup> Jejunium autem et statio. Sic Cass., lib. v de Institut. Conob., cap. 24: *Per Egypti monasteria tantum cordis elocritate suscipiebamur, ut, absque legitimis jejuniis quartæ et sextæ feriæ, quocunque pergebamus, quotidiana statio solveretur.*

<sup>f</sup> Statio de militari exemplo. Tertull., in lib. de Jrat., in fin.: *Si statio de militari exemplo nomen ac-*

64. Priora enim habenda sunt spiritus refrigeria, quia priora cælestia quam terrena. Qui autem vult orationem suam volare ad Dominum, faciat illi duas alas, jejunium et eleemosynam, et <sup>d</sup> ascendet celeriter, et exaudietur.

65. Jejunium est parcimonia victus, abstinentiaque ciborum, cui nomen est inditum ex quadam parte viscerum tenui semper et vacua, quod vulgo *jejunum* vocatur. Unde jejunii nomen creditur derivatum, quod sui inedia viscera vacua et exinanita existunt.

66. <sup>e</sup> Jejunium autem et statio dicitur. <sup>f</sup> Statio autem de militari exemplo nonien accepit, pro eo quod nulla lætitia, sive tristitia, obveniens castris stationem militum rescindat. Nam lætitia libentius, tristitia sollicitius administrat disciplinam; <sup>g</sup> unde et milites nunquam inmemores sacramenti magis stationibus parent.

67. Discernunt autem quidam inter jejunium et stationem. <sup>291</sup> Nam jejunium est indifferenter cujuslibet diei abstinentia, non secundum legem, sed secundum propriam voluntatem, statio autem est observatio statutorum dierum, vel temporum.

68. Dierum, ut quartæ feriæ et sextæ jejunium ex veteri lege præceptum, de qua statione in Evangelio dixit ille: *Jejuno bis in Sabbato*, id est, quarta et sexta Sabbati.

69. Temporum autem, quæ legalibus ac prophetiis institutionibus terminatis temporibus statuta sunt <sup>h</sup> ut jejunium quarti, quinti, septimi et decimi; vel, sicut in Evangelio, dies illi in quibus ablatas est sponus; vel sicut observatio quadragesimæ, quæ in universo orbe institutione apostolica observatur circa confinium dominicæ passionis.

70. His tertium genus quidam adjiciunt, <sup>i</sup> quam *xerophagiam* dicunt, abstinentiam scilicet humentium ciborum. Unde, et nomen hoc datum, eo quod *siccia* quidam escis utantur.

71. Pœnitentia appellata, <sup>j</sup> quasi *pœnitentia*, eo quod ipse homo in se puniat pœnitendo quod male admisit; nam nihil aliud agunt, quos veraciter pœnitet, nisi ut id quod male fecerunt impunitum esse non sinant. Eo quippe modo sibi non parentibus ille parcat, cujus altum justumque judicium nullus contemptor evadit.

72. Perfecta est autem pœnitentia, præterita d. flere. et futura non admittere. Hæc secunda in similitudinem fontis purgatio est, ut si forte, impugnante diabolo, aliud quod peccatum irrepserit, hujus satisfactione purgetur.

<sup>292</sup> 73. Satisfactio autem est causas peccatorum, et suggestiones excludere, et ultra peccatum non iterare.

74. Reconciliatio vero est quæ post complementum pœnitentiæ adhibetur; nam sicut conciliamur Deo

*cepit (nam et militia Dei sumus), utique nulla lætitia, sive tristitia obveniens, castris stationes militum rescindit. Nam lætitia libentius, tristitia sollicitius administrat disciplinam.*

<sup>g</sup> Unde et milites. Ex eodem, in lib. de Jejun.

<sup>h</sup> Ut jejunium quarti. Verba Zachariæ, cap. viii. Vid. Hieron., *ibid.*, et Isid., i Off., cap. 37.

<sup>i</sup> Quam xerophag. Qua voce sæpe utuntur Tertull., Hieronym. et Cassian.

<sup>j</sup> Quasi pœnitentia. Al., quasi pœnitentia. Idem, ii de Off., cap. 16. Pœnitentium nomen sumpsit a pœnitentia

quando primum a gentilitate convertimur, ita reconcilianur, quando post peccatum poenitendo regredimur.

75. Exomologesis Græco vocabulo dicitur, quod Latine *confessio* interpretatur, cujus nominis duplex significatio est. Aut enim in laude intelligitur confessio, sicut est: *Confiteor tibi, Pater, Domine cæli, et terræ.* Aut dum quisque confitetur sua peccata ab eo indulgentia, cujus indeficiens est misericordia.

76. Ex hoc <sup>a</sup> igitur Græco vocabulo exprimitur et frequentatur exomologesis, qua delictum nostrum Domino confitemur, non quidem ut ignaro, cujus cognitioni nihil occultum est, sed confessio est rei, scilicet, ejus quæ ignoratur professa cognitio.

77. Utile enim sibi ac jucundum quisquam esse existimaverat, rapere, adulterari, furari; sed ubi hæc æternæ damnationi obnoxia esse cognovit, cognitio <sup>B</sup> lis, confitetur errorem.

78. Confessio autem erroris confessio est desinendi; desinendum ergo a peccatis, dum confessio est. Confessio autem antecedit, remissio sequitur; cæterum extra veniam est qui peccatum cognoscit, nec cognitum confitetur.

<sup>a</sup> Ex hoc ergo Græco vocab. Tertull., lib de Poenit.: *Is actus, qui Græco vocabulo magis exprimitur, et frequentatur, exomologesis est, qua delictum Domino nostro confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessioni disponitur, confessionis venientia Deus mitigatur.*

<sup>b</sup> Itaque exomolog. prostern. et humilif. h. d. est. Verba Tertull. ibid.

79. <sup>b</sup> Itaque exomologesis prosternendi et humiliandi hominis disciplina est, habitu atque victu, sacco et cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum moribus dejicere, illa quæ peccavit tristi tractatione mutare.

80. Litaniz autem Græco nomine appellantur, quæ Latine **293** dicuntur *rogationes*. Inter litaniam vero et exomologesin hoc differt, quod exomologesin pro sola confessione peccatorum aguntur; litaniz vero indicuntur propter rogandum Dominum, et impetrandum in aliquo misericordiam ejus.

81. <sup>c</sup> Sed nunc jam utrumque vocabulum sub una designatione habetur, nec distat vulgo utrum litaniz an exomologesin dicantur. Supplicationis autem nomen quodammodo nunc ex gentilitate retinetur.

82. <sup>d</sup> Nam seriz, aut legitimæ erant apud eos, aut indictæ. Indictæ autem, quia paupertas antiqua Romanorum ex collatione sacrificabat, aut certe de bonis damnatorum. Unde supplicia dicuntur supplicationes, quæ fiebant de bonis passorum supplicia. Sacra enim res de rebus execrandorum fiebant.

<sup>e</sup> Sed nunc jam utrumque vocab. Id unde natum sit ex Concil. Agathen. const. Sic in Concil. Tolet. 17. cap. 6 cum titulus sit de diebus litaniarum per totos XII menses celebrandis in canone tamen dicitur, ut exomologesin votis gliscentibus celebretur.

<sup>d</sup> Nam seriz, aut legitimæ. Verba sunt Servil. Æn. 1, ad vers. *Templis indicit honorem.*

## LIBER SEPTIMUS.

### DE DEO, ANGELIS, ET FIDELIUM ORDINIBUS.

#### CAPUT PRIMUM.

##### De Deo.

1. Beatissimus Hieronymus, vir eruditissimus et linguarum multarum peritus, Hebræorum nominum interpretationem primum in **294** Latinam linguam convertit. Ex quibus, pro brevitate, præmissis multis, quedam huic operi, adjectis interpretationibus, interponenda studui.

2. Vocabulorum enim expositio satis indicat quid velint intelligi. Habent enim quedam ex propriis causis nomina rationem. In principio autem decem nomina ponimus, quibus apud Hebræos Deus vocatur.

3. <sup>a</sup> Primum apud Hebræos Dei nomen **אֱלֹהִים** *El* dicitur, quod alii Deum, alii eymologiam ejus exprimentes, *ισχυρός*, id est, *fortem*, interpretati sunt, ideo quod nulla infirmitate <sup>b</sup> opprimitur, sed fortis <sup>D</sup> est, et sufficiens ad omnia perpetranda.

4. Secundum nomen **אֱלֹהִים** *Eloim*.

5. Tertium **אֱלֹהִים** *Eloë*, quod utrumque in Latinum Deus dicitur. Est autem nomen in Latinum ex Græca appellatione translatum. Nam *Deus* Græcè **θεός** di-

<sup>C</sup> citur, <sup>e</sup> quasi *diós*, id est, *timor*; unde tractum est nomen *Deus*, quod eum colentibus sit timori.

6. <sup>d</sup> Deus autem proprie nomen est Trinitatis pertinens ad Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Ad quam Trinitatem etiam reliqua quæ in Deo infra sunt posita vocabula referuntur.

7. Quartum nomen Dei dicitur **שֶׁבַע** *Sabaot*, quod vertitur in Latinum, *exercituum*, sive *virtutum*, de quo in psalmo ab angelis dicitur: *Quis est ius Rex gloriæ? Dominus virtutum.*

8. Sunt enim in hujusmodi ordinatione virtutes multæ, ut angeli, archangeli; principatus et potestates, cunctique cælestis militiæ ordines, quorum tamen ille Dominus est. Omnes enim sub ipso sunt, ejusque dominatui subjacent.

9. <sup>e</sup> Quintum **עֶלְיוֹן** *Elion*, quod interpretatur in Latinum *excelsus*, **295** quia supra cælos est, sicut scriptum est de eo: *Excelsus Dominus, supra cæles gloria ejus.* Excelsus autem dictus, pro valde *celsus*. *Is* enim pro *valde* ponitur, sicut *eximius*, quasi *valde eminens*.

<sup>d</sup> Deus autem prop. e. n. T. Ex Hieron., epist. ad Amand. 147.

<sup>e</sup> Quintum **HELTON**. Unde quidam Græcos *ἄνω* *le-* cisse putant.

Cap. I. — <sup>a</sup> Primum apud Heb. Ex Hieron. ep. 136.

<sup>b</sup> Opprimitur. Al., *premitur*.

<sup>c</sup> Quasi *diós*. F. Servil., Æn. XII, ad vers. *Diva deam*.



10. Sextum nomen *יהוה Eie*, id est, qui est. Deus enim solus, quia æternus est, hoc est, quia exordium non habet, essentialis nomen vere tenet. <sup>a</sup> Hoc enim nomen ad sanctum Moysen per angelum est delatum.

11. Quærenti enim quod esset nomen ejus qui eum porgere præcipiebat ad populum ex Ægypto liberandum, respondit: *Ego sum qui sum, et dices filiis Israel: Qui est misit me ad vos*; tanquam in ejus comparatione, qui vere est, quia incommutabilis est, ea quæ mutabilia facta sunt quasi non sint.

12. <sup>b</sup> Quod enim dicitur *fuit*, non est: et quod dicitur *erit*, nondum est. <sup>c</sup> Deus autem esse tantum novit, fuisse et futurum esse non novit.

13. <sup>d</sup> Solus enim Pater cum Filio et Spiritu sancto veraciter est, cujus essentialis comparatum esse nostrum non esse est. Unde et in communi eloquio dicimus: *Vivis Deus*, quia essentialis vita vivit, quam mors non habet.

14. Septimum *אדוני Adonai*, quod generaliter Dominus interpretatur, quod dominetur creaturæ cunctæ, vel quod creatura omnis dominatui ejus deserviat. Dominus ergo et Deus, vel quod dominetur omnibus, vel quod tueretur a cunctis.

296 15. <sup>e</sup> Octavum *יהוה Ia*, quod in Deo tantum ponitur, quod etiam in *alleluia* in novissima syllaba sonat.

16. <sup>f</sup> Nonum *Tetragrammaton*, hoc est, quatuor litterarum, quod proprie apud Hebræos in Deo ponitur, *יהוה* id est, duabus *יה ia*, *יה ia*, quæ duplicata ineffabile illud et gloriosum nomen Dei efficiunt; dicitur autem ineffabilis, non quia dici non potest, sed quia finiri sensu et intellectu humano nullatenus potest, et ideo quia de eo nihil digne dici potest, ineffabilis est.

17. Decimum *Saddas יהוה id est, Omnipotens*. Vocatus autem Omnipotens eo quod omnia potest, sed a faciendo quod vult, non a patiando quod non vult. Quod si ei accideret, nequaquam esset Omnipotens; facit enim quidquid vult, et inde Omnipotens.

18. Item Omnipotens, quia ipsius sunt omnia quæ ubique sunt. Solus enim totius mundi habet imperium. Dicuntur autem et alia quædam in Deum substantialiter nomina, ut *Immortalis, Incorruptibilis, Incommutabilis, Æternus*. Unde et merito cunctæ præponitur creaturæ.

19. Immortalis, sicut de eo scriptum est: *Qui solus habet immortalitatem*, quia in ejus natura nulla est commutatio. <sup>h</sup> Nam omnis mutabilitas non in-

venienter mortalitas dicitur, secundum quam et anima mori dicitur, non quia in corpus, vel in aliquam alteram substantiam mutatur et vertitur, sed in ipsa sua substantia quidquid alio modo nunc est aut fuit, secundum id quod distitit esse quod erat, mortalis utique deprehenditur, ac per hoc solus Deus dicitur Immortalis, quia solus incommutabilis.

20. Incorruptibilis appellatur, quia corrumpi et dissolvi non posset, nec dividi. Quidquid enim capit divisionem, et interitum capit. Ille nec dividi potest, nec interire; inde incorruptibilis est.

297 21. Incommutabilis est, quia semper manet, et mutari nescit; nec proficit, quia perfectus est; nec deficit, quia æternus est.

22. Æternus est, quia sine tempore est. Non enim habet initium, neque finem. Illic et sempiternus, eo quod sit semper æternus. A quibusdam autem Æternus ab æthere creditur dictus, quoniam cælum sedes ejus habetur: unde est illud: *Cælum cæli Domino*; et hæc ista quatuor unum significant, nam una eademque res dicitur, sive dicatur æternus Deus, sive immortalis, sive incorruptibilis, sive immutabilis.

23. Invisibilis, quia nunquam per substantiam suam apparuit oculis mortalium Trinitas, nisi per speciem subjectæ creaturæ, ejusdemque corporeæ; nam nemo potest ipsam manifestationem essentialis Dei videre, et vivere, sicut et dictum est Moysi. Unde et Joannes in Epistola sua dicit: *Deum nemo vidit unquam* Res est enim invisibilis, ideoque non C oculo, sed corde quærendus est.

24. Impassibilis est, quia nullis perturbationibus afficitur quibus fragilitas humana succumbit. Non enim attingunt eum ullæ passiones, ut libido, iracundia, cupiditas, timor, mœror, invidia, et cætera quibus humana mens turbatur.

25. Sed cum dicitur Deum irasci, aut zelare, aut dolere, nostro usu dicitur. Apud Deum enim perturbatio nulla est, apud quem tranquillitas summa est.

26. Simplex autem dicitur, sive non amittendo quod habet, seu quia non aliud est ipso, et aliud quod in ipso est, sicut in homine, cujus aliud est esse, aliud sapere.

27. Nam et esse potest, et sapiens non esse; Deus autem habet essentialiam, habet et sapientiam; sed quod habet, hoc et est, et omnia unus est; ac proinde

D simplex est, quia non in eo aliquid accidentis est, sed et quod est, et quod in ipso est, essentialiter est, excepto quod relative ad quamcunque personam est.

<sup>a</sup> Hoc nomen mors... non habet. Falso citatur hic locus a Magistr. Sent., lib. 1, d 8, cap. 1, ex Hiero. epist. ad Damasum, cum sit potius conflatus ex Augustini et Greg. variis locis: prima pars, usque ad non sint, ex Aug., viii de Civit., cap. 11.

<sup>b</sup> Quod enim dicitur fuit. Ex eodem, in lib. de Symbol., cap. 4, et in ps. ci, ex quo rō dicitur deleri bis hoc loco sine fraude posset.

<sup>c</sup> Deus autem esse tantum nov. Ex Greg. iv Moral., cap. 27, al. 32.

<sup>d</sup> Solus enim. Ex eod., 18 Moral., cap. 27, al. 32.

<sup>e</sup> Vivis Deus, quia essent. Ex eodem lib., cap. 3, al. 1.

<sup>f</sup> Octavum יהוה. Ex Hieron., epist. 136.

<sup>g</sup> Nonum. Ex eadem epist., et 142. Et in Quæst., in cap. xii Gen.: *Nec mirandum* (inquit) *quare cum apud Græcos, et nos a littera videatur addita, nos η litteram additam dixerimus, idioma namque lingua illius est per η quidem scribere, seu per α legere, sicut e contrario a litteram sæpe per e pronuntiant.*

<sup>h</sup> Nam omnis mutabil. Ex Greg., xi Moral., cap. 17. E quo sunt fere hujus cap. reliqua.

<sup>i</sup> Sicut in homine cujus aliud. Ex xviii Mor., cap. 27, al. 34.

<sup>j</sup> Excepto hoc, quod relati. Ex August., xi de Civit., cap. 10.

28. Summe bonus, quia incommutabilis est. Creatura vero bonum, sed non summum est, quia mutabilis est. Et dum sit quidem bonum, non tamen esse potest et summum.

29. Incorporeus autem, vel incorporealis ideo dicitur Deus, ut spiritus credatur, vel intelligatur esse non corpus. Nam dum dicitur spiritus, ejus significatur substantia

30. Immensus, quia cuncta concludit, ipse a nullo concluditur, sed omnia intra ejus omnipotentiam coarctantur.

31. Perfectus dicitur, quia nihil ei possit adjici. Attamen de consummatione alicujus facti perfectio dicitur. Deus autem, qui non est factus, quomodo est perfectus? Sed hoc vocabulum de usu nostro sumpsit humana inopia, sicut et reliqua verba quatenus id quod ineffabile est utcumque dici possit, quoniam de Deo nihil digne humanus sermo dicit, sicut sunt et alia.

32. Creator dictus pro totius mundi rebus ab ipso creatis; nihil enim est quod non originem a Deo traxerit. Ipse et unus, quia dividi non potest, vel quia nihil esse aliud potest, quod tantumdem capiat potestatis.

33. Hæc igitur, quæ de Deo dicta sunt, ad totam pertinent Trinitatem, propter unam et coæternam substantiam, sive in Patre, sive in Filio ejus Unigenito in forma Dei, sive in Spiritu sancto, qui unus est spiritus Dei Patris, et Filii ejus Unigeniti.

34. Sunt et quædam vocabula ex usu nostro ad Deum sumpta, de membris nostris, sive de inferioribus, et quia in propria natura invisibilibus, et incorporeis est, pro efficientiis tamen causarum in ipso rerum species ascribuntur, ut more locutionis nostræ facilius seipsam insinuet, ut quia omnia videt, dicatur *oculus*; propter quod audit omnia, dicatur *auris*; pro eo autem quod avertitur, *ambulat*; pro eo quod spectat, *stat*.

36. Sic, et in cæteris horum similibus ab humanis mentibus trahitur similitudo ad Deum, sicut et *obliviens*, et *memorans*. Hinc est quod et propheta dicit: *Juravit Dominus exercituum per animam suam*; non quod Deus animam habeat, sed hoc nostro narrat affectu.

37. Nam et *facies Dei* in Scripturis sanctis non caro, sed divina cognitio intelligitur eadem ratione qua per faciem conspectam quisque cognoscitur. Hoc enim in oratione dicitur Deo: *Osende nobis faciem tuam*, ac si dicitur: *Da nobis cognitionem tuam*.

38. Sic et vestigia Dei dicuntur, quia nunc Deus per speculum agnoscitur; ad perfectum vero Omnipotens reperitur, dum in futurum facie ad faciem quibusque electis presentabitur, ut ipsam speciem contemplan-

<sup>a</sup> Ab humanis mentibus. Ex Greg. 32, cap. 5. al. 6.

<sup>b</sup> Nam et facies Dei. Ex eodem, in lib. 1, log. x.

<sup>c</sup> Nam et in proph. Amos, 11.

<sup>d</sup> CAP. II. Præceptum enim fuerat Jud. Ex Lact., lib. 4, cap. 7. Gothor. quoque reges a pontificib. Tolanis inungi solitos tradunt historie.

<sup>e</sup> Et sicut nunc regibus indum. puerp. Hinc pur-

atur, cujus nunc vestigia comprehendere conantur, hoc est, quem videre per speculum dicuntur.

39. Nam, et situs, et habitus, et locus, et tempus in Deum non proprie, sed per similitudinem translate dicuntur, quippe *sedere super cherubim* dicitur, quod est ad situm; et *abyssus, tanquam vestimentum*, amictus ejus, quod est ad habitum; et, *Anni tui non deficiunt*, quod ad tempus pertinet; et, *Si ascendero in cælum, tu ibi es*, quod ad locum.

40. Nam et in propheta, plaustrum portantis seuum species ad Deum dicitur. Et hæc omnia per figuram Deus, quia nihil est horum ad proprietatem substantiæ ejus.

## CAPUT II.

### De Filio Dei.

1. Multis etiam modis Christus appellari in Scripturis invenitur divinis. Nam ipse Dei Patris Unigenitus Filius, dum esset æqualis Patri, propter salutem nostram formam servi accepit. Proinde quædam nomina in illo ex divinitatis substantia, quædam ex dispensatione susceptæ humanitatis assumpta sunt.

2. Christus namque a *chrismate* est appellatus, hoc est, unctus. Præceptum enim fuerat Judæis ut sacrum conficerent unguentum quo perungi possent ii qui vocabantur ad sacerdotium, vel ad regnum; et sicut nunc regibus indumentum purpuræ insigne est regis dignitatis, sic illis unctio sacri unguenti nomen ac potestatem regiam conferebat, et inde christi dicitur a *chrismate*, quod est unctio.

3. Nam *chrisma* Græcè, Latine unctio nuncupatur, quæ etiam Domino nomen accommodavit facta spiritalis, quia spiritu unctus est a Deo Patre, sicut dicitur in Actibus apostolorum: *Collecti sunt enim in hac civitate, adversus sanctum Filium tuum, quem unxisti*; non utique oleo visibili, sed gratiæ dono, quod visibili significatur unguento.

4. Non est autem Salvatoris proprium nomen Christus, sed communis nuncupatio potestatis; dum enim dicitur Christus, commune dignitatis nomen est; dum Jesus Christus, proprium est vocabulum Salvatoris.

5. Christi autem nomen nusquam alibi omnino, nec in aliqua gente fuit, nisi tantum in illo regno ubi Christus prophetabatur, et undè venturus erat.

6. *Messias* autem Hebraice dicitur, Græcè Christus, Latina autem locutione unctus.

7. *Jesus* Hebraice, Græcè *Ἰησοῦς*, Latine autem *Salutaris*, sive *Salvator* interpretatur, pro eo quod cunctis gentibus salutaris venit.

8. Etymologiam enim nominis hujus etiam evangelista significat, dicens: *Vocabis nomen ejus Jesum, quia ipse salvum faciet populum suum*. Sicut enim Christus significat *Regem*, ita *Jesus* significat *Salvatorem*.

9. Non itaque nos salvos facit quicumque rex,

purp. regem apud Virg. et purpurei tyranni apud Horat.

<sup>f</sup> Non est autem Salvatoris. Lact., ibid.: *Nam CHRISTUS non proprium nomen est, sed nuncupatio potestatis, et regni*

<sup>g</sup> Dum enim dicitur Christus. Ex Hieron. in Matth. 16.

<sup>h</sup> Latine autem Salvat. Ex Lact., iv, cap. 12.

<sup>i</sup> Etymologiam. Ex Hieron. in Matth. 1.

sed rex Salvator. **301** <sup>a</sup> Quod verbum Latina lingua antea non habebat, sed habere poterat, sicut potuit, quando voluit.

**10.** *Emmanuel* ex Hebræo in Latinum significat *nobiscum Deus*, scilicet quis per Virginem natus Deus hominibus in carne mortali apparuit, ut terrenis viam salutis ad cælum aperiret. Ad divinitatis substantiam quæ pertinent ista sunt, *Deus, Dominus*.

**11.** Deus autem dictus, propter unicam cum Patre substantiam.

*Dominus*, propter servientem creaturam.

**12.** Deus autem et homo, quia verbum et caro. Unde, et *bis genitus* dicitur, sive quia Pater eum genuit sine Matre in æternitate, sive quia Mater sine Patre in tempore.

**13.** *Unigenitus* autem vocatur secundum divinitatis excellentiam, quia sine fratribus; *Primogenitus* secundum susceptionem hominis, in qua per adoptionem gratiæ fratres habere dignatus est, quibus esset primogenitus.

**14.** *Homousios* Patri a unitate substantiæ appellatur. *Substantia* enim, vel *essentia* Græce *οὐσία* dicitur, *ὁμοῦ* unum. Utrumque igitur conjunctum sonat *una substantia*. Hoc enim vocatur *homousion*, quod est: *Ego et Pater unum sumus*, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ.

**15.** Quod nomen, etsi scriptum in sanctis Litteris non inveniatur, in assertionè tamen t. t. Trinitatis defenditur, quia datur ratio, unde recte dici ostenditur; sicut et Pater in illis libris nusquam *Ingenitus* legitur, **302** sed tamen dicendus esse atque credendus non dubitatur.

**16.** *Omnesios* similis substantiæ, quia qualis Deus, talis est et imago ejus. Invisibilis Deus, et imago invisibilis.

**17.** *Principium*, eo quod ab ipso sint omnia, et quia ante eum nihil.

**18.** *Finis*, vel quia dignatus est in fine temporum humiliter in carne nasci, et mori, et iudicium novissimum ipse suscipere, vel quia quidquid agimus ad illum referimus; et cum ad eum pervenerimus, ultra quod quaeramus non habemus.

**19.** *Os* Dei est, quia Verbum ejus est. Nam sicut pro verbis, quæ per linguam fiunt, sæpe dicimus, *illa, et illa lingua*, ita, et pro Dei verbo os ponitur, quia mos est ut ore verba formentur.

**20.** <sup>b</sup> *Verbum* autem ideo dicitur, quia per eum Pater omnia condidit, sive fussit.

**21.** *Veritas*, quia non fallit, sed tribuit, quod promissum, quia creavit.

*Imago* dicitur propter parem similitudinem Patris.

**22.** *Figura* est, quia suscipiens formam servi, operum virtutumque similitudine Patris in se imaginem atque immensam magnitudinem designavit.

**23.** *Manus* Dei est, quod omnia per ipsum facta

<sup>a</sup> Quod verbum Latina ling. ante non hab. Qui enim *Σωτήρα* servatoris voce satis se expressisse credunt, valde errant. Cic. act. 11 in Verr.: *Itaque eum non solum patronum istius insulæ, sed etiam SOTERA inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? Ita nigram, ut Latine uno verbo exprimi non possit. Is est*

PATROL. LXXXII.

A sunt. Hinc et dextera propter effectum operis totius creaturæ, quæ per ipsum formata est.

*Brachium*, quia ab ipso omnia continentur.

**24.** *Virtus*, pro eo quod omnem potestatem Patris in semetipso habeat; et omnem cæli terræque creaturam gubernet, contineat atque regat.

**25.** *Sapientia*, pro eo quod ipse revelet mysteria scientiæ et arcana sapientiæ. Sed tamen cum sit Pater, et Spiritus sanctus sapientiæ, et virtus, edumen, et lux, proprie tamen iis nominibus Filius nuncupatur.

**26.** *Splendor* autem appellatur, propter quod manifestat. *Lumen*, quia illuminat. *Lux*, quia ad veritatem contemplandam cordis oculos reserat. *Sol*, quia illuminator.

**27.** *Oriens*, quia luminis fons, et illustrator est rerum, et quod oriri nos faciat ad vitam æternam.

**303** **28.** *Fons*, quia rerum origo est, vel quod satiat sitientes. Ipse quoque A, et Ω; alpha enim litteram nulla præcedit; prima est enim litterarum, sicut et Filius Dei; ipse enim se principium Judæis interrogantibus esse respondit. Unde et Joannes, in Apocalypsi, proprie ipsam litteram ponens ait: *Ego sum A, et Ω, primus et novissimus* (Apoc. xii, 13). Primus, quia ante eum nihil est: novissimus, quia iudicium novissimum ipse suscipiet.

**29.** <sup>c</sup> *Mediator*, quia inter Deum et hominem medius constitutus est, ut hominem ad Deum perduceret, unde et illum Græci *μεσίτης* vocant.

**30.** *Paracletus*, id est, *advocatus*, quia pro nobis intercedit apud Patrem; sicut et de eo dicit Joannes: *Advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum Justum* (I Joan. ii, 1).

**31.** *Paracletus* autem Græcum est, quod Latino dicitur *advocatus*. Quod nomen et Filio, et Spiritui sancto ascribitur, juxta quod et Dominus in Evangelio ait: *Rogabo Patrem, et alium Paracletum dabo vobis* (Joan. xiv, 16).

**32.** *Intercessor* autem idem vocatur, quia pro culpa nostra removenda curam gerit, et pro abluendis nostris criminibus curam impendit.

**33.** *Sponsus*, quia descendens e cælo, adhæsit Ecclesiæ, ut pace Novi Testamenti essent duo in carne una.

**34.** <sup>d</sup> *Angelus* dicitur propter annuntiationem paternæ, ac suæ voluntatis. Unde, et apud prophetam *magni consilii angelus* legitur, dum sit Deus, et Dominus angelorum.

**35.** *Missus* dicitur, eo quod apparuit huic mundo Verbum caro factum, unde et idem dicit: *Ego à Patre exivi, et veni in hunc mundum* (Joan. xvi, 26).

**36.** *Homo* autem dicitur, quia natus est.

*Propheta*, quia futura revelavit.

*Sacerdos*, quia pro nobis se hostiam obtulit.

*Pastor*, quia custos.

**304** *Magister*, quia ostensor.

nimirum *SOTER* qui salutem dedit.

<sup>b</sup> *Verbum* autem. Vid. lib. de Patris et Filii unitate inter Iliarii opera, e cujus sine istorum quoddam desumpta.

<sup>c</sup> *Mediator*. Ex Lact., ibid.

<sup>d</sup> *Angelus*. Ex Tertull., lib. de Trinitate.

*Nazaræus*, vero a loco.

*Nazaræus* a merito, id est, *Sanctus*, sive *mundus*, quia peccatum non fecit.

37. Siquidem et de aliis inferioribus rebus nominum species ad se trahit *Christus*, ut facilius intelligatur.

38. Dicitur enim *Panis*, quia caro.

*Vitis*, quia sanguine ipsius redempti sumus.

*Flos*, quia electus.

*Via*, quia per ipsum ad Deum imus.

*Oatium*, quia per ipsum ad Deum ingredimur.

*Mons*, quia fortis.

*Petra*, quia firmitas est credentium.

39. *Lapis angularis*, vel quia duos parietes e diverso, id est, de circumcissione et præputio venientes in unam fabricam Ecclesiæ jungit; vel quod pacem in se angelis et hominibus facit.

40. *Lapis offensionis*,<sup>a</sup> quia veniens humilis, offenderunt in eum increduli homines; et factus est petra scandali, sicut dicit Apostolus: *Judæis quidem scandalum*.

41. *Fundamentum* autem ideo vocatur, quia fides in eo firmissima est, vel quia super eum catholica Ecclesia constructa est.

42. Nam et *Christus Agnus* pro innocentia.

*Ovis*, propter patientiam.

*Aries*, propter principatum.

*Hædus*, propter similitudinem carnis peccati.

43. *Vitulus*, pro eo quod pro nobis est immolatus.

*Leo*, pro regno et fortitudine.

<sup>b</sup> *Serpens*, pro morte et sapientia.

<sup>c</sup> Idem et *vermis*, quia resurrexit.

44. *Aquila*, propter quod post resurrectionem ad astra remeavit. Nec mirum si vilibus significationibus figuretur, qui usque ad nostrarum **305** passionum, seu carnis contumelias descendisse cognoscitur.

45. Qui cum sit coæternus Dei Patris ante sæcula Filius, postquam venit plenitudo temporis, propter salutem nostram formam servi accepit, et factus est hominis filius.

46. Inde quædam de illo in Scripturis secundum formam Dei, quædam secundum formam servi dicuntur. Quorum, exempli gratia, duo quædam commemorantur, ut singula ad singula referantur. Secundum formam enim Dei de seipso dixit: *Ego et Pater unum sumus*; secundum formam servi: *Quoniam Pater major me est*.

47. Homines autem minus intelligentes quid pro quo dicatur, ea quæ propter formam servi dicta sunt volunt transferre ad formam Dei: et rursus ea quæ dicta sunt ut ad se invicem personæ referantur, volunt nomina esse naturæ atque substantiæ, et faciunt errorem in fide.

48. Sic autem Dei Filio conjuncta est humana natura, ut ex duabus substantiis fieret una persona. Solus igitur homo pertulit crucem, sed propter unitatem personæ et Deus dicitur pertulisse.

49. Hinc est quod scribitur: *Si enim cognovissent,*

<sup>a</sup> *Quia veniens humilis*. Nominativus absolutus, quem (si quid id ad nostra hæc) etiam apud Cicero-nem reperiri notavit Budæus, in comment. ling. Græcæ.

<sup>b</sup> *Serpens*. Vid. Greg. Nyss., in Vita Moys.

<sup>c</sup> Idem et *vermis*. Propter vermem, qui e cineribus

**A** nunquam *Dominum gloriæ cruci fixissent* (1 Cor. ii, 8). Filium ergo Dei crucifixum fatemur, non ex virtute divinitatis, sed ex infirmitate humanitatis; non ex suæ naturæ permansione, sed ex nostræ susceptione.

### CAPUT III.

#### De Spiritu sancto.

1. Spiritus sanctus ideo prædicatur *Deus*, quia ex Patre Filioque procedit, **306** et substantiam eorum habet. Neque enim aliud de Patre procedere potuit, quam quod ipse est Pater.

2. Spiritus autem dictus secundum id quod ad aliquid refertur; et *spirans* utique spiritu inspirans est, et ex eo appellatus Spiritus est. Proprio autem modo quodam dicitur Spiritus sanctus secundum quod refertur ad Patrem, et Filium, quod eorum Spiritus sit.

**B** 3. Nam et hoc nomen, quod Spiritus dicitur, non semper secundum id quod refertur ad aliquid, sed secundum id quod aliquam naturam significat.

4. Omnis enim incorporea natura *spiritus* in Scripturis sacris appellatur. Unde non tantum Patri et Filio et Spiritui sancto, sed omni rationali creaturæ, et animæ hoc vocabulum congruit.

5. Ideo igitur spiritus Dei *sanctus* vocatur, quia Patris et Filii sanctitas est. Nam eum sit et Pater Spiritus, et Filius spiritus, et Pater sanctus et Filius sanctus, proprie tamen ipse vocatur Spiritus sanctus, tanquam sanctitas coessentialis et consubstantialis amborum.

6. Spiritus sanctus ideo non dicitur *genitus*, ne duo in Trinitate Filii suspicentur. Ideo non prædicatur *ingenitus*, ne duo Patres in ipsa Trinitate credantur.

**C** 7. *Procedens* autem dicitur, testimonio Domini dicentis: *Multa adhuc habeo, quæ vobis loquar, sed non potestis illa modo audire. Veniet autem Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, et de meo accipiet, 307 ille vobis indicabit omnia* (Joan. xvi, 12, 13). Hic autem non solum natura procedit, sed semper ad peragenda Trinitatis opera indesinenter procedit.

8. Hoc autem interest inter nascentem Filium et procedentem Spiritum sanctum, quod Filius ex uno nascitur; Spiritus sanctus ex utroque procedit, et ideo dicit Apostolus: *Qui autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus* (Ad Rom. viii, 9).

9. Spiritus sanctus ex opere etiam et *angelus* intelligitur; dictum est enim de illo: *Et quæ ventura sunt annuntiabit vobis* (Joan. xvi, 13); et utique angelus Græcæ, Latine *nuntius* interpretatur. Unde et duo angeli apparuerunt Loth, in quibus Dominus singulariter appellatur, quos intelligimus Filium et Spiritum sanctum; nam Pater nunquam legitur missus.

10. Spiritus sanctus, quod dicitur *Paracletus*, a consolatione dicitur; *παράκλησις* enim Græcæ, Latine *consolatio* appellatur. Christus enim eum apostolis lugentibus misit, postquam ab eorum oculis ipse in cælum ascendit.

Phœnicis existit; de quo Clem. Rom., in Const. lib. v, cap. 6, et carmen quod *Phœnicis* titulo cum Lactantii operibus circumfertur, et Epiph., in Anchoratu. Nam quod bombycem intellexerit, quamvis eo verum et notior et fortasse verior resurrectionis species constet, tamen non sit verisimile.

11. Consolator enim tristibus mittitur, secundum illam ejusdem Domini sententiam: *Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur* (Math. v, 5), ipse etiam dixit: *Tunc iugebunt filii sponsi, cum ablatus ab eis fuerit sponsus* (Id. ix, 15).

12. Item Paracletus pro eo quod consolationem præstet animabus quæ gaudium temporale amittunt. Alii Paracletum Latine *oratores*, vel *advocatum* interpretantur. Ipse enim Spiritus sanctus dicit, ipse docet, per ipsum datur sermo sapientiæ, ab ipso sancta Scriptura inspirata est.

13. Spiritus sanctus ideo *septiformis* nuncupatur propter dona, quæ de a unita ejus plenitudine particulatim quique, ut digni sunt, consequi promerentur. Ipse enim Spiritus Sapientiæ et intellectus, **308** Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiæ et pietatis, Spiritus timoris Domini.

14. Spiritus autem *principalis* in psalmo quinquagesimo legitur, ubi quia tertio Spiritus repetitur, nonnulli Trinitatem intellexerunt, ideo quia scriptum est: *Deus Spiritus est*. Quod enim non est corpus, et tamen est, videtur restare ut spiritus sit. Intelligent ergo ibi nonnulli Trinitatem significari: in Spiritu *principali* Patrem, in Spiritu *recto* Filium, in Spiritu *sancto* Spiritum sanctum.

15. Spiritus sanctus ideo *donum* dicitur, eo quod datur. A *dando* enim *donum* est nuncupatum. Notissimum est enim Dominum Jesum Christum, cum post resurrectionem a mortuis ascendisset in cælum, dedisse Spiritum sanctum, quo credentes impleti, lingua omnium gentium loquebantur.

16. In tantum autem donum Dei est, in quantum datur eis qui per eum diligunt Deum. Apud se autem Deus est, apud nos autem donum est, sed sempiternæ Spiritus sanctus donum est, distribuens singulis gratiarum dona, prout vult.

17. Nam et prophetias quibus vult impertit, et peccata quibus vult dimittit. Nam peccata sine Spiritu sancto non donantur.

18. Spiritus sanctus inde proprie *charitas* nuncupatur, vel quia naturaliter eos a quibus procedit conjungit, et se unum cum eis esse ostendit, vel quia in nobis id agit, ut in Deo maneamus, et ipse in nobis.

19. Unde, et in donis Dei nihil majus est charitate, et nullum majus est donum Dei quam Spiritus sanctus.

20. Ipse est et *gratia*, quæ, quia non meritis nostris, sed voluntate divina **309** *gratis* datur, inde *gratia* nuncupatur. Sicut autem unicum Dei Verbum proprie vocamus nomine *Sapientiæ*, cum sit universaliter et Spiritus sanctus et Pater ipse sapientia, ita Spiritus sanctus proprie nuncupatur vocabulo *Charitatis*, cum sit et Pater, et Filius universaliter charitas.

21. Spiritus sanctus *Digitus Dei* esse in libris Evan-

geli apertissime declaratur. Cum enim unus evangelista dixisset: *In digito Dei ejicio dæmonia*, c alius hoc idem ita dixit: *In Spiritu Dei ejicio dæmonia*. Unde et digito Dei scripta lex est, data die quinquagesimo ab occisione agni; et die quinquagesimo a passione Domini Jesu Christi venit Spiritus sanctus.

22. Ideo autem *Digitus Dei* dicitur, ut ejus operatoria virtus cum Patre et Filio significetur. Unde et Paulus ait: *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult* (I Cor. xii, 11). Sicut autem per baptismum in Christo morimur, et renascimur, ita spiritu signamur, qui est *Digitus Dei* et spirituale signaculum.

Spiritus sanctus idcirco in *Columbæ* specie venisse scribitur, d ut natura ejus per avem simplicitatis et innocentie declaratur. Unde, et Dominus: *Ecce, inquit, simplices sicut columbæ* (Math. x, 16). Hæc enim avis corporaliter ipso felle caret, habens tantum innocentiam et amorem.

23. Spiritus sanctus inde nomine *Ignis* appellatur, propter quod in Actibus apostolorum per divisionem linguarum, ut ignis apparuit, qui, et insedit super unumquemque eorum.

24. Propterea autem diversarum linguarum gratiam apostolis dedit, ut idonei efficerentur fidelium eruditioni populorum.

25. Quod vero supra singulos redisse memoratur, id causæ est, ut intelligatur per plures non fuisse divisus, sed mansisse in singulis totus, sicut fere ignibus mos est.

**310** 26. Hanc enim naturam habet ignis ac census, ut quanti ad eum, e quanti ad crinem purpurei splendoris aspexerint, tantis visum suæ lucis impertiat, tantis ministerium sui muneris tribuat, et ipse nihilominus in sui integritate permaneat.

27. Spiritus sanctus nomine *Aquæ* appellatur in Evangelio, Domino clamante et dicente: *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. Qui credit in me, flumina aquæ vivæ fluent de ventre ejus*. Evangelista autem exposuit unde diceret. Secutus enim ait: *Hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum* (Joan. vii, 39)

28. Sed aliud est aqua sacramenti, aliud aqua, quæ significat Spiritum Dei. Aqua enim sacramenti visibilis est; aqua Spiritus invisibilis est. Ista abluit corpus, et significat quod sit in anima; per illum autem Spiritum sanctum ipsa anima mundatur et saginatur.

29. Spiritus sanctus ideo *unctio* dicitur, Joanne testante apostolo, quia sicut oleum naturæ pondere superfertur omni liquori, ita in principio superferebatur Spiritus sanctus aquis. Unde et Dominus oleo exultationis, hoc est, Spiritu sancto fuisse legitur unctus.

30. Sed et Joannes apostolus Spiritum sanctum unctionem vocat, dicens: *Et vos, inquit, unctionem, quam accepistis ab eo, permaneat in vobis; et necesse*

ait Arist. lib. iii de Part.

\* *Quanti ad crinem purp. coloris. Purpureum capillum et purpuream comam* Virgilius et Tibullus dixere, et Salom., cant. 7: *Comæ capitis tui, sicut purpura regis juncta canalibus*. Sed cur hoc loco crinis mentio sit injecta, alii dixerint?

Cap. III. — a *De unita ejus plenitud. Al., unitatis.*

b *Cum enim unus evangelista. Luc., xi.*

c *Math., xii.*

d *Ut natura... ipse felle caret. Verba sunt Tertull. in lib. de Baptismo., et ita etiam cum plerisque loquitur dicit Th. iii p., q. 39, artic. 6, non quod felle prorsus caret, sed quia fella quam minimum habeat, ut*

non habetis, ut aliquis doceat vos, sed sicut unctio eius A docet vos de omni re (I Joan. 11, 27). Ipse enim Spiritus sanctus unctio est invisibilis.

**311 CAPUT IV.**

*De eadem Trinitate.*

1. Trinitas appellata, quod stat totum unum ex quibusdam tribus, quasi *Trinitas*, ut memoria, intelligentia et voluntas, in quibus mens habet in sequendam imaginem divinæ Trinitatis. Nam dum tria sint, unum sunt, quia et singula in se manent, et omnia in omnibus.

2. Pater igitur, et Filius, et Spiritus sanctus, Trinitas et unitas. Idem enim unum, idem et tria. In natura unum, in personis tria. Unum propter Majestatis communionem, tria propter personarum proprietatem.

3. Nam alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus; sed <sup>a</sup> alius quidem, non aliud, quia pariter simplex, pariterque incommutabile bonum et coæternum.

4. Pater solus, non est de alio, ideo solus appellatur ingenuus. Filius solus de Patre est natus, ideo solus dicitur genitus. Spiritus sanctus solus de Patre et Filio procedit, ideo solus amborum nuncupatur Spiritus.

5. In hac Trinitate, alia appellativa nomina, alia propria sunt. Propria sunt essentialia, ut *Deus, Dominus, Omnipotens, Immutabilis, Immortalis*. Et inde propria, quia ipsam substantiam significant, qua unum sunt.

6. Appellativa vero *Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, Ingenuus, et Genitus, et Procedens*. Eadem et relativa, quia ad se invicem referuntur. Cum enim dicitur Deus, essentia est, quia ad seipsum dicitur. Cum vero dicitur Pater, et Filius, et Spiritus sanctus relative dicuntur, quia ad se invicem referuntur.

7. Nam Pater non ad seipsum, sed ad Filium relative dicitur, quia est ei Filius; **312** sic et Filius relative dicitur, quia est ei Pater; sic et Spiritus sanctus, quia est Patris Filiique Spiritus.

8. His enim appellationibus hoc significatur, quod ad se invicem referuntur, non ipsa substantia, qua unum sunt. Proinde Trinitas in relativis personarum nominibus est; deitas non tripliciter, sed in singularitate est; quia si tripliciter, deorum inducimus pluralitatem.

9. Nomen autem *deorum* in angelis et sanctis hominibus ideo pluraliter dicitur, propter quod non sint æquales.

10. De quibus psalmus: *Ego dixi: Dii estis*. De Patre autem, et Filio, et Spiritu sancto, propter unam et æqualem divinitatem non nomen *Deorum*, sed *Dei* esse ostenditur, sicut ait Apostolus: *Nobis tamen unus Deus*, vel sicut voce divina dicitur: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est*, scilicet, ut, et Trinitas sit, et unus Dominus Deus sit.

11. Fides apud Græcos de Trinitate hoc modo est: una *οὐσία*, ne si dicatur *una natura*, aut *una essentia*; tres *hypostases*, quod resonat in Latinum, vel *tres personas*, vel *tres substantias*.

CAP. IV. — <sup>a</sup> Sed alius quidem non aliud. Ex Aug., xi de Civit., cap. 40.

CAP. V. — <sup>b</sup> Angelorum autem vocab. Ex Greg., hom. 34 in Evang.

<sup>c</sup> Quibus ideo pictorum. Ex Hieron. Is. vi.

<sup>d</sup> Novem autem ordines. Ex Greg., ead. hom.

12. Nam Latinitas proprie non dicit de Deo, nisi *essentiam*; *substantiam* substantiam vero non proprie dicit, sed abusive, quoniam vere *substantia* apud Græcos persona intelligitur, non natura.

**CAPUT V.**

*De angelis.*

1. Angeli Græce vocantur, Hebraice dicuntur *mela-chim* מלאכים: **313** Latine vero *nuntii* interpretantur, ab eo quod Domini voluntatem populis nuntiant.

2. <sup>b</sup> Angelorum autem vocabulum officii nomen est, non naturæ; semper enim spiritus sunt, sed cum mittuntur, vocantur angeli.

3. <sup>c</sup> Quibus ideo pictorum licentia pennas facit, ut celerem eorum in cuncta discursum significent, sicut et juxta fabulas poetarum venti pennas habere dicuntur, propter velocitatem, scilicet. Unde Scriptura sacra dicit: *Qui ambulat super pennas ventorum* (Ps. ciii, 5).

4. <sup>d</sup> Novem autem ordines esse angelorum sacra Scripturæ testantur, id est, *angeli, archangeli, throni, dominationes, virtutes, principatus, potestates, cherubim et seraphim*: quorum officiorum vocabula, cur ita dicta sint interpretandis exsequemur.

5. Angeli vocantur, propter quod de cælis ad annuntiandum hominibus mittuntur; *angelus* enim Græce, Latine *nuntius* dicitur.

6. Archangeli Græca lingua, Latina *summi nuntii* interpretantur; qui enim parva vel minima annuntiant, *angeli*; qui vero summa, *archangeli* nuncupantur, archangeli dicti, quod primatum teneant inter angelos; ἀρχός enim Græce, Latine *princeps* interpretatur. Sunt enim duces et principes, sub quorum ordine unicuique angelorum officia deputata sunt.

7. <sup>e</sup> Nam quia archangeli angelis præsent, Zacharias propheta testatur, dicens: *Et ecce angelus, qui loquebatur in me egrediebatur, et angelus alius egrediebatur in occursum ejus, et dixit ad eum: Curre et loquere ad puerum istum, dicens: Absque malo habitabitur Jerusalem* (Zac. 11, 3).

8. Si enim in ipsis officiis angelorum nequaquam potestates superiores inferiores disponent, nullo modo hoc, quod homini diceret angelus, ab angelo cognovisset.

9. <sup>f</sup> Quidam autem archangelorum privatis nominibus appellantur, **314** ut per vocabula ipsa in opere suo, quid valeant designetur.

10. <sup>g</sup> Gabriel Hebraice in linguam nostram vertitur *fortitudo Dei*. Ubi enim potentia divina vel fortitudo manifestatur, Gabriel mittitur.

11. Unde et eo tempore quo erat Dominus nasciturus, et triumphaturus de mundo, Gabriel venit ad Mariam, ut illum annuntiaret, qui ad debellanda; aereas potestates humilis venire dignatus est.

12. Michael interpretatur *quis ut Deus*? Quande enim aliquid in mundo miræ virtutis sit, hic archan-

<sup>e</sup> Nam quia arch.... cognovisset. Ex xv Moral., cap 27; al., 31.

<sup>f</sup> Quidam autem archang. Ex ead. hom.

<sup>g</sup> Gabriel.... Michael... Ex Greg. et Hieronym., v Daniel. viii.

gelus mittitur. Et ex ipso opere nomen est ejus, quia A nemo valet facere quod facere prævalet Deus.

13. *Raphael* interpretatur *curatio*, vel *medicina Dei*; ubique enim curandi et medendi opus necessarium est, hic archangelus a Deo mittitur, et inde *medicina Dei* vocatur.

14. Unde et ad Tobiam idem archangelus missus oculis ejus curationem adhibuit, et cæcitate detersa visum restituit; nominis enim interpretatione et angeli officium designatur.

15. *Uriel* interpretatur *Ignis Dei*, sicut legimus apparuisse ignem in rubo. Legimus etiam ignem missum desuper, et impresso quod præceptum est.

16. *Throni* autem, et *dominationes*, et *principatus*, et *potestates*, et *virtutes*, quibus universam cœlestem societatem Apostolus complectitur, ordines angelorum et dignitates intelliguntur, et pro hac ipsa distributione officiorum alii *throni*, alii *dominationes*, alii *principatus*, alii *potestates* dicuntur, pro certis dignitatibus quibus invicem distinguuntur.

17. *Virtutes* angelica quædam ministeria perhibentur, per quæ signa et miracula in mundo fiunt, propter quod et *virtutes* dicuntur.

18. *Potestates* sunt quibus virtutes adversæ subjectæ sunt, et inde 315 *potestatum* nomine nuncupantur, quia maligni spiritus eorum potestate coercentur, ne tantum mundo noceant quantum cupiunt.

19. *Principatus* sunt hi qui angelorum agminibus præsunt. Qui pro eo quod subditos angelos ad explendum ministerium divinum disponunt, *principatus* vocabulum acceperunt. Nam alii sunt qui administrant, alii qui assistunt, sicut per Danielem dicitur: *Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei* (Dan. vii, 10).

20. *Dominationes* sunt ii qui etiam *virtutibus* et *principatibus* præminent, qui pro eo quod cæteris angelorum agminibus dominantur, *dominationes* vocantur.

21. *Throni* sunt agmina angelorum qui latino eloquio *sedes* dicuntur; et vocati *throni*, quia illis conditor præsidet, et per eos judicia sua disponit.

22. *Cherubim* autem, et ipsæ sublimes cœlorum potestates et angelica ministeria perhibentur: qui ex hebræo in linguam nostram interpretantur *scientiæ multitudo*. Sunt enim sublimiora agmina angelorum, qui pro eo quod viciniis positi divina scientia cæteris amplius pleni sunt, *cherubim*, hoc est, *plenitudo scientiæ* appellantur.

23. Ipsa sunt duo illa animalia super propitiatorium arceæ facta ex metallo, propter significandam angelorum præsentiam, in quorum medio ostenditur Deus.

24. *Seraphim* quoque similiter multitudo est angelorum qui ex hebræo <sup>b</sup> in Latinum *ardentes*, vel *incendentes* interpretantur, qui idcirco *ardentes* vocan-

tur, quia inter eos et Deum nulli angeli consistunt et ideo quanto vicinius coram eo consistunt, tanto magis claritate divini luminis inflammantur.

25. Unde et ipsi velant faciem et pedes sedentis in throno Dei, et idcirco cætera angelorum turba videre Dei essentiam plene non valet quoniam *seraphim* eam tegit.

26. Hæc igitur vocabula agminum angelorum ita sunt specialia ordinum singulorum, ut tamen sint ex parte communia omnium. Nam dum *throni* sedes Dei in quorundam angelorum ordine specialiter 316 designentur, tamen per Psalmistam, *Qui sedes super cherubim* (Ps. LXXIX, 2), dicitur.

27. Sed ideo isti ordines angelorum privatis nominibus appellantur, quia hoc ipsum officium in proprio ordine plenius acceperunt. Et cum sint omnibus communia, propria tamen hæc nomina suis ordinibus deputantur.

28. Unicuique enim, sicut prædictum est, propria officia sunt injuncta, quæ promeruisse eos in mundi constat exordio. <sup>c</sup> Nam quia angeli et locis et hominibus præsent, per prophetam testatur angelus dicens: *Princeps regni Persarum restitit mihi* (Dan. x, 13).

29. Unde apparet nullum esse locum cui angeli non præsent. <sup>d</sup> Præsent enim et auspiciis operum omnium.

30. Hic est ordo vel distinctio angelorum, qui post lapsum malorum in cœlesti vigore steterunt. Nam postquam apostatæ angeli ceciderunt, hi in perseverantia æternæ beatitudinis solidati sunt. Unde et post cœli creationem in principio repetitur: *Fiat firmamentum, et vocatum est firmamentum cælum* (Gen. 1, 6 et 8).

31. Nimirum ostendens, quod post ruinam angelorum malorum, hi qui permanserunt, firmitatem æternæ perseverantiæ consecuti sunt, nullo jam lapsu aversi, nulla superbia cadentes, sed firmiter in Dei amore et contemplatione manentes, nihil aliud dulce habent, nisi eum a quo creati sunt.

32. Quod autem duo *seraphim* in Isaiâ leguntur, figuratiter <sup>e</sup> veteris, et novi Testamenti significationem ostendunt. Quod vero faciem et pedes Dei operiunt, quia præterita ante mundum, et futura post mundum scire non possumus, sed media tantum, <sup>f</sup> eorum testimonio contemplamur.

33. Singuli senas alas habent, <sup>g</sup> quia de fabrica tantum mundi, quæ in sex diebus facta sunt, in præsentem sæculo novimus. Quod clamant ter Sanctus alter ad alterum, Trinitatis in una divinitate demonstrant mysterium.

### 317 CAPUT VI.

*De hominibus, qui quodam præstigio nomen acceperunt*

1. Plerique <sup>h</sup> primorum hominum ex propriis causis originem nominum habent. Quibus ita propheticæ

*opera hominum.*

<sup>e</sup> *Veteris et nov. Testam.* Hieron., Isai. vi, et Orig., hom. 4 in Is.

<sup>f</sup> *Eorum testimonio.* Has voces rejiciebat Chæcon quod apud Hieronymum non essent.

<sup>g</sup> *Quia de fab.* Hieron., ibid.

CAP. VI. — <sup>h</sup> *Plerique.* Omnia fere ex Hieronymo.

<sup>a</sup> *Potestates.* Ex Gregor., ibid.

<sup>b</sup> *In Latinum.* Abd. Ila Gregorius, *comburentes* Hieronymus.

<sup>c</sup> *Nam quia angeli et locis.* Ex Gregor. IV Mor., cap. 27.

<sup>d</sup> *Præsent enim et auspiciis operum omnium.* Al., *hominum.* Neap. Cod., *præsent enim ut aspiciant*

indita sunt vocabula, ut aut futuris, aut præcedentibus eorum causis convenient.

2. In quibus tamen manente spirituali sacramento, nunc tantum ad litteram intellectum historię, orserque mur. Ubi autem etymologię interpretationem non attigimus, solam ipsam etymologiam in Latinum posuimus.

3. Quod autem unum nomen Hebraicum aliter, atque aliter interpretatur, hoc secundum accentuum et litterarum evenit diversitatem, ut in variis significacionibus nomina commutentur.

4. *Adam*, sicut beatus Hieronymus tradidit, *homo*, sive *terrenus*, sive *terra rubra* interpretatur. Ex terra enim facta est caro, et humus hominis faciendi materies fuit.

5. *Hera* interpretatur *vita*, sive *calamitas*, sive, *væ*: *Vita*, quia origo fuit nascendi; *calamitas* et *væ*, quia per prævaricationem causa exstitit moriendi. <sup>a</sup> *A cadendo* enim nomen sumpsit calamitas.

6. Alii autem dicunt ob hoc etiam *Hevam vitam* et *calamitatem* appellatam, quia sæpe mulier viro causa salutis est, sæpe calamitatis, et mortis, quod est *væ*.

7. *CAIN possessio* interpretatur; <sup>b</sup> unde etymologiam ipsius exprimens pater ejus ait: *Caia*, id est, *posseidi hominem per Deum*. <sup>c</sup> Idem et *lamentatio*, eo quod pro interfecto Abel interfectus sit, et pœnam sui sceleris dederit.

**318** *ABEL* *luctus* interpretatur, quo nomine præfigurabatur occidendus. Idem et *vanitas*, quia cito solutus est, atque subtractus.

9. *Seth* interpretatur *resurrectio*, eo quod post fratris interfectionem natus sit, quasi resurrectionem fratris ex mortuis susciaret. Idem, et *positio*, quia posuit eum Deus pro Abel.

10. *Enos* juxta proprię linguę varietatem, *homo*, vel *vir* dicitur. Et congrue hoc vocabulum habuit. De eo enim scriptum est: *Tunc initium fuit invocandi nomen Domini*. Licet plerique Hebræorum arbitrentur quod tunc primum in nomine Domini et similitudine ejus fabricata sunt idola.

11. *ENOCH dedicatio*. In ipsius enim nomine civitatem postea ædificavit Cain.

12. *CAINAM lamentatio*, vel *possessio eorum*; sicut enim *CAIN possessio*, ita derivatum nomen, quod est *Cainam*, facit *possessio eorum*.

13. *Mathusalem* interpretatur *mortuus est*. Evidens etymologia nominis. <sup>d</sup> Quidam enim cum patre translatum fuisse, et diluvium præterisse putaverunt. Ob hoc signanter transfertur *mortuus est*, ut ostenderetur non vixisse eum post diluvium, sed in eodem cataclysmo fuisse defunctum. Soli enim octo homines in Arca diluvium evaserunt.

14. *LAMECH percussiens*. Iste enim percussit et in-

terfecit Cain; quod etiam ipse postea perpetrasse uxoris confitetur.

15. *Noë requies* interpretatur, pro eo, quod sub illo omnia retro opera quieverunt per diluvium. Unde et pater ejus vocans nomen ejus **319** *Noë*, dixit: *Iste requiescere nos faciet ab omnibus operibus nostris* (*Gen. v, 23*).

16. *Sem* dicitur *nominatus*, quod nomen ex præ-sagio posteritatis accepit. Ex ipso enim patriarchæ et prophetæ, et apostoli, et populus Dei, ex ejus quoque stirpe et Christus, cujus ab ortu solis, usque ad occasum magnam est nomen in gentibus.

17. *CHAM*, *calidus*, et ipse ex præ-sagio futuri cognominatus est. Posteritas enim ejus eam terræ partem possedit, quæ vicino sole calentior est. Unde et *Ægyptus* usque hodie <sup>e</sup> *Ægyptiorum* lingua *Cham* dicitur.

18. *JAPHETH latitudo*. Ex eo enim populus gentium nascitur, et quia lata est ex gentibus multitudo credentium ab eadem latitudine, *Japheth* dictus est.

19. *CHANAAN*, filius Cham, interpretatur *motus eorum*. Quod quid est aliud, nisi *opus eorum*? Pro motu enim patris, id est, pro opere ejus, maledictus est.

20. *ARFAXAT sanans depopulationem*.

21. *CHUS* Hebraice *Æthiops* interpretatur, a posteritate sui generis nomen sortitus. Ab ipso enim sunt progeniti *Æthiopes*.

22. *Nembrod* interpretatur *tyrannus*. Iste enim prior arripuit insuetam in populos tyrannidem, et ipse aggressus est adversus Deum impietatis ædificare turrim.

23. *HEBER transitus*. Etymologia ejus mystica est, quod ab ejus stirpe transiret Deus, nec perseveraret in eis translata in gentibus gratia. Ex ipso enim sunt exorti Hebræi.

24. *PHALEG divisio*, cui pater propterea tale nomen imposuit, quia tunc natus est, quando per linguas terra divisa est.

<sup>f</sup> *THARA Exploratio ascensionis*.

25. *MELCHISEDECH rex justus*. Rex, quia ipse postea imperavit Salem; justus, pro eo quod discernens sacramenta Legis et Evangelii, non pecudum victimas, sed oblationem panis et calicis in sacrificium obtulit.

**320** 26. *LOTH declinans*. Factis enim Sodomorum non consensit, sed eorum illicita carnis incendia declinavit.

**D** 27. *MOAB ex patre*, et totum nomen etymologiam habet. Concepit enim eum primogenita filia de patre.

28. *Ammon*, cujus causa nominis redditur *filius populi mei*, sic derivatur, ut ex parte sensus nominis, ex parte ipse sit sermo. *Animi* enim, a quo dicti sunt Ammonitæ, vocatur *populus meus*.

29. *Sarai* interpretatur *princeps mea*, eo quod es-

<sup>a</sup> *A CADENDO enim nom, sumpsit. CALAMIT. Victorin., lib. de Orthog. et Ter. Scaurus. CALAMITAS antea dicebatur CADAMITAS.*

<sup>b</sup> *Unde etymolog. Ex Hieron. Quæst. in Gen., cap. 4.*

<sup>c</sup> *Idem et LAMENTATIO. Hieronymus: CAIN possessio, vel acquisitio. CAINAM lamentatio, vel possessio eorum. Ut mirum non sit si quemadmodum CAINAM*

*possessio, ita e converso CAIN lamentatio sit Isidoro*

<sup>d</sup> *Quidam enim eum cum patre. Ex Quæst., in cap. 5*

<sup>e</sup> *Ægyptiorum lingua CHAM. Vel Hum, ex Quæst. ad cap. 9.*

<sup>f</sup> *THARA exploratio Ascensionis. In Nominibus ex Gen.: THARA exploratio odoris, sive EXPLORATIO ASCENSIONIS, vel PASTIO.*



set unius tantummodo domus materfamilias. Postea **A** causa nominis inmutata, ablata de sine i littera, dicitur *Sara*, id est, *princeps*. Omnium quippe gentium futura princeps erat, sicut et Dominus pollicitus fuerat Abraham: *Dabo tibi ex Sara, filium, et benedicam ei, et eris in gentes; sed et reges populorum erunt ex ea* (Gen. xvii, 16).

30. **AGAR** *advena*, vel *conversa*. Fuit enim *Ægyptia*, complexui Abraham *advena* causa generandi data, quæ post contemptum, angelo increpante, conversa est ad *Saram*.

31. \* **CETURA** *thymiama*.

32. **ISMAEL** interpretatur *auditio Dei*; sic enim scriptum est: *Et vocavit nomen ejus Ismael, quia exaudivit eum Deus* (Gen. xvi, 11).

33. † **ESAU** trinomius est, et ex propriis causis varie nuncupatur. Dicitur enim *Esau*, id est, *rufus*, ob coctionem rufæ lentis ita appellatus, cujus edulio primogenita perdidit. *Edom* autem ob ruborem corporis dictus est, quod Latine *sanguineus* dicitur. *Seir* vero, quod fuerit hispidus et pilosus; quando enim natus est, totus, sicut pellis, pilosus erat.

34. Atque ideo tribus nominibus appellatur, *ESAU*, id est, *rufus*; *EDOM*, id est, *sanguineus*; *SEIR*, id est, *pilosus*, quia non habuit lenitatem.

35. **REBECCA** *patientia*, sive, *quæ multum acceperit*.

36. **LIA** *laboriosa*, utique generando. Plurimos enim dolores quam *Rachel* fecunditate pariendi experta est.

**321** 37. **RACHEL** interpretatur *ovis*, pro ea enim *Jacob* pavit oves *Laban*.

38. \* **ZELPHA** *os hians*.

**BALA** *inveterata*. *Dina* transfertur in *causam*, jurgii enim in *Sichimis* causa exstitit.

39. **THAMAR** *amaritudo pro viris mortuis*. Eadem, et *commutans*. Mutavit enim se in habitum meretricis, quando cum socero suo concubuit.

40. **PHARES** *divisio*, ab eo quod diviserit membranelam secundinarum, *divisionis*, id est, *Phares* sortitus est nomen. Unde et *Pharisæi*, qui se quasi justos a populo separabant, divisi appellati sunt.

41. **ZARA** frater ejus, in cujus manu erat coccinum, interpretatur *oriens*: sive quia primus apparuit, sive quod plurimi ex eo justi nati sunt, ut in *Libro Paralipomenon* continetur, *Zara*, id est, *oriens*, appellatus est.

42. **JOB** in Latinum vertitur *dolens*, et recte, propter percussorem carnis et passiones dolorum. Calamitates enim suas nominis etymologia præfiguravit.

43. † **PHARAO** nomen est non hominis, sed hono-

\* **CETURA** *thymiama*. Hieron.: *CETURA thymiama offerens*, vel *COPLATA*, aut *JUNCTA*.

† **ESAU** *trinom*. Idem, in *Abd*.

\* **ZELPHE** *os hians*. Hieron., *os fluens*.

† **PHARAO** nomen est non hom. Ex eodem, *Isai*. xxx.

\* **PHARAO**, *denudans eum*. In *Nominibus* ex *Act.*: **PHARAO** *denudans eum*, sive *DISSIPATOR EJUS*. Idem in *nom. Epist.* ad *Heb*.

† **MAMBRES** *mare pelliceum*. Sic omnes libri, et apud Hieron. Sed cum idem Hieronymus **MAMBRE** *perspicuum* interpretatur. **JAMBRES** *mare pellucidum*. recta

**A** ris; sic enim et apud nos Augusti appellantur reges cum propriis nominibus censeantur. Exprimuntur autem in Latinum \* **PHARAO** *denudans eum*, utique *Deum*, sive *dissipator ejus*, populi enim *Dei* fuit afflictor.

44. **JANNES** *marinus*, sive *ubi est signum*. Cessit et defecit signum ejus coram signis *Moysi*: unde, et dixerunt magi: *Hic digitus Dei est*.

45. † **MAMBRES**, *mare pelliceum* sive *mare in capite*.

46. **MOYSES** interpretatur *sumptus ex aqua*. Invenit enim eum ad ripam fluminis expositum filia *Pharaonis*, quem colligens **322** adoptavit sibi; vocavitque nomen ejus *Moyses*, eo quod de aqua sumpsisset eum.

47. **AARON** *mons fortitudinis* interpretatur, propter quod thuribulum accipiens in medio superstitionum et interemptorum obviam stetit, et ruinam mortis **B** quasi quidam mons fortis exclusit.

48. **EIBAZAR**, *Dei adjutorium*.

**BALAC**, *præcipitans*, sive *devorans*.

**BALAAAM**, *vanus populus*.

49. **PHINLES**, *ori parcens*, transfixit enim pugione *Zombri*, cum scorto *Madianitide*, et Domini furorem placavit, ut parceret.

50. **ZAMBRI**, *iste lacessens*, vel *amaricans*. Proprie enim nomen ab *amaritudine* præfiguratum, quod peccando *amaricaverit* populum.

51. **RAAB**, *latitudo*, vel *fames*, sive *impetus*.

**Josue** interpretatur *salvator*. Ipse enim in figura *Christi* populum a deserto salvavit, et in terram re-promissionis induxit.

52. **CALEB**, *quasi cor*, aut *canis*.

**C** \* **OTHONIEL**, *tempus ejus Deus*, vel *responsio Dei*.

† **AOTH**, *gloriosus*.

**BARACH**, *fulgurans*.

53. **DEBBORA**, *apis*, vel *loquax*. *Apis*, quia fuit ad bellum promptissima, dimicans adversus *Sisaram*; quo preempto, cecinit canticum, inde *loquax*.

**JAHHEL**, *ascensio*.

54. **GEDEON**, *experimentum iniquitatis eorum*. Frequentibus enim documentis informatus est quali præsagio contra hostes futuram victoriam expediret, ex quo futuro *experimento* etymologiam nominis sumpsit.

55. **ABIMELECH**, *pater meus rex*.

**THOLAH**, *vermiculus*, vel *coccinum*.

**JAIR**, *illuminans*.

**D** **JEPHTE**, *aperiens*, vel *aperitus*.

† **HESBON**, *cogitatio*, sive *vinculum mororis*.

**ABDO**, *servus ejus*.

56. **SAMSON** *sol eorum*, vel *solis fortitudo*. Fuit enim virtute clarus, et liberavit *Israel* de hostibus.

fortasse scriptura fuerit, ut et *maris* et *perspicui* ratio constet aliqua. Nam et apud *Paul.*, in *Timoth.* iii, *ἰαμσπῆς* legitur; et ita appellatur a *Palladio* in *Vita Macarii Alexand.*, et *Euseb.*, lib. ix de *Præp.* cap. 5.

\* **Othoniel**. In *Nom.* ex *Jesu Nav.*: **OTHONIEL** *responsio Dei*, vel *REVELATIO DEI*, vel *TEMPUS DEI* vel *SIGNUM DEI*.

† **Aoth**. In *Nom.* ex eodem.

† **Hesebon**. In *Nom.* ex *Num.*: *COGITATIO*, sive *CINGULUM MÆORIS*.

**DALILA**, *pampercula*, vel *situla*.

**BOOZ**, *in fortitudine*, sive *in quo robur*.

57. \* **NCEMI**, quam interpretari possumus *consolatam*, eo quod, marito et liberis peregre mortuis, nulum Moabitidem in consolationem suam tenuit.

58. **RUTH**, interpretatur *festinans*. Alienigena enim erat ex populo gentili, **323** quæ relicta patria festinavit transire in terram Israel, dicens socrui suæ: *Quocumque perrezeris, pergam*.

59. **ANNA GRATIA** ejus interpretatur, quia dum esset prius sterilis natura, postremo Dei gratia secundata est.

**HELI**, *Deus meus*.

60. **ORUNI**, *discalciatus*. Filius enim fuit Heli electus in ministerium sacerdotii, cujus amissionem B suo expressit vocabulo. Apostolus enim ait: *Calciati pedes in præparationem Evangelii pacis*.

61. Et propheta: *Quam speciosus pedes qui annuntiant pacem*. Iste ergo *discalciatus* interpretatur, ut ejus nomine veteris Testamenti sacerdotium a veteri populo significaretur ablatum.

62. **PHINEES**, frater Ophni, *os mutum* interpretatur, quo significatur sacerdotii veteris et doctrinæ silentium.

**SAMUEL**, *nomen ejus Deus*.

**JESSAI**, *insulæ sacrificium*, vel *incensum*.

63. **SAUL** *petitio* interpretatur; notum est enim quomodo Hebræorum populus eum sibi regem petierit, et accepit non secundum Deum, sed secundum suam voluntatem.

64. **DAVID**, *fortis manu*, utique, quia fortissimus in præliis fuit. Ipse et *desiderabilis*, in stirpe scilicet sua, de qua prædixerat propheta: *Veniet Desideratus runcis gentibus*.

65. <sup>b</sup> **Salomon** trinomius fuisse perhibetur. Primum vocabulum ejus *Salomon* dicitur, id est, *pacificus*, eo quod in regno ejus pax fuerit. Secundum nomen *Idida*, eo quod fuerit dilectus, et amabilis Domino. Tertium vocabulum ejus *Cohemoth*, quod Græce appellatur *ecclesiastes*, Latine *concionator*, quod ad populum loqueretur.

66. **JONATHAS**, *columbæ donum*.

67. \* **ABSALON**, *patris pax* per antiphrasin, eo

\* **Noemi**. Ex epist. ad Furiam, non longe a fine.

<sup>b</sup> **Tribus nominibus**. Ex comm. Eccles. cap. 1.

<sup>c</sup> **ABSALON PATRIS PAX**. Non ex Hieronymo, qui patrem pacis interpretatur, sed ex Greg. in Prolog. psalm. vii pœnit. (si modo id opus Gregorii esse credimus) sic namque: **ABSALON PATRIS PAX** interpretatur, non quod ei pax ulla cum patre fuerit, sed quia quantæ pacis et patientiæ exstitit, in ejus perversitate pater ostendit.

<sup>d</sup> **Ochozias**. In Nom. ex Matth.

\* **Joas, spirans**. Ita Ms. omnes. Quod vero apud Hieronymum legitur in nom. ex lib. Judic.: **JOAS SPERANS**, sive **TEMPORALIS VEL DOMINI ROBUR**. *Spirans* eo loco reponendum putamus. Una est enim etymologia *spirans*, sive *temporalis* ducta a verbo שׁוּר *desperavit*, quæ in spirantem aut temporalem optime cadit. Quod vero *Domini robur* additur, alia ratio est, n̄ enim **Dominus**, et שׁוּר *fortis*, sive שׁוּר *fortitudo*. Isteque duos nomina Hebræa confundendi, sive quod

A quod bellum adversus patrem gessisset, sive quod in ipso bello Da. id placatus **324** fuisse legitur filio, adeo ut etiam magno cum dolore extinctum plangeret.

68. **ROBOAM**, *latitudo populi*, et ipsum per multiphasin, quod decem tribubus ab eo separatis, duæ tantum ei relicte sint.

69. **ABIA**, *pater dominus*, vel *pater fuit*.

**ASA**, *tollens*, sive *sustollens*.

**JOSAPHAT**, *Domini judicium*.

**JORAM**, *qui est excelsus*.

<sup>d</sup> **ACHAZIAS**, *apprehendens Dominum*.

70. **ATHALIA**, *tempus Domini*.

\* **JOAS**, *spirans*, vel *Domini robur*.

**AMASIAS**, *populum tollens*.

**OZIAS**, *fortitudo Domini*.

**AZARIAS**, *auxilium Domini*.

71. <sup>f</sup> **Ozias**, autem ipse est qui et **Azarias**, duplici nomine.

<sup>g</sup> Ipse est qui illicitum sibi sacerdotium vendicare conatus, lepra in fronte percussus est.

72. **Joathan** est *perfectus*. Pulchram etymologiam nominis habet; fecit enim rectum in conspectu Domini, et portam templi ædificavit excelsam.

73. **ACHAZ**, *apprehendens*.

**EZECHIAS**, *fortis Dominus*.

**MANASSES**, *obliviosus*. Per multa enim scelera et sacrilegia reliquerat et oblitus fuerat Dei, sive quod oblitus est Deus peccatorum illius.

74. <sup>h</sup> **AMON**, *fidelis* vel *onustus*.

<sup>i</sup> **JOSIAS**, *ubi est incensum Domini*, propria etymologia nominis. Iste est enim qui simulacra combussit.

75. **JOACHAZ**, *robustus*.

**JOACHIM**, *ubi est præparatio*.

**ELIACHIM**, *Dei resurrectio*.

**JERONIAS**, *præparatio Domini*.

<sup>j</sup> **SEDECHIAS**, *justus Domini*.

76. <sup>k</sup> **JEROBOAM**, *judicatio*, sive *causa populi*, vel, ut quidam aiunt, **325** *divisio* interpretatur, pro eo quod in regno ejus divisus sit populus Israel, et præcisus a regno stirpis David. Divisionis enim populi causa iste existit.

77. **ZAMBRI**, *Psalmus*, vel *Canticum meum*.

**OMRI**, *crispans meus*.

**ACHAB**, *frater patris*.

D aliter olim scripta, sive quod Latina scriptura et pronuntiatione eadem fiant, non infrequens Hieronymo: cum tamen diversæ interpretationis rationem nonnunquam reddat, sæpe etiam reddere negligat, quod ipse fatetur in præf. ad lib. de Nom. Heb., et initio hujus capituli advertit Isidorus.

<sup>l</sup> **Ozias** autem ipse est qui. Verba Hieronymi in Isa. 1.

<sup>m</sup> *Ipse est qui illicit*. Idem, in Amos 1, apud quem, *indebitum* sibi sacerdotii.

<sup>n</sup> **Amon**. In Nominibus ex Matth. **AMON**, *FIDELIS* et *TRINITIUS*, si tamen ab N littera exordium habet, quod si ex Y scribitur, *ONUSTUS* interpretatur.

<sup>o</sup> **Josias**. In Nominibus ex Matth.

<sup>p</sup> **Sedechias**. In Nom. ex lib. III Reg. et in Ezech. II.

<sup>q</sup> **Jeroboam**. In Am. 1: **JEROBOAM**, *JUDICATIO*, sive *CAUSA POPULI* διχασμός λαοῦ, licet quidam per χ Græcam litteram legentes, *DIVISIONEM POPULI* suspicentur.

78. <sup>a</sup> JEZABEL, fluxus sanguinis, vel fluens sanguinem, sed melius, ubi est sterquilinum. Præcipitata enim deorsum, comederunt carnes ejus canes, sicut prædixerat Elias: Et erunt, inquit, carnes Jezabel sicut sterqus super faciem terræ.

79. OCHOZIAS, apprehendens Deum.

<sup>b</sup> JEHU, ipse, vel est.

<sup>c</sup> JOATHA, robustus.

SELLA, umbra ejus, vel petitio

MANAHEM, consolans.

PHACEAS, aperiens.

80. NABUCHODONOSOR, propheta lagunculæ angustæ, sive prophetans istiusmodi signum, per somnium scilicet futurorum, quod vidisse narratur, et Daniel interpretatus est; sive, sessio in agnitione angustiarum pro liis qui in captivitate ab eo ducti sunt.

81. <sup>d</sup> Zorobabel, apud Hebræos ex tribus integris nominibus traditur esse compositus. Zo, iste; ro, magister; BABEL proprie Babylonium sonat; et efficitur nomen ZOROBABEL, iste magister de Babylone, in Babylone enim ortus est, ubi et princeps gentis Judææ exstitit.

## CAPUT VII.

### De patriarchis.

1. Quorundam <sup>a</sup> patriarcharum etymologiæ notandæ sunt, ut sciamus quid in suo vocabulo resonent. Nam plerique eorum ex causis propriis nomina acceperunt. Patriarcha interpretatur patrum princeps. Α<sup>π</sup>ρχος enim Græcæ princeps est.

2. <sup>f</sup> Abram primum vocatus est pater videns populum, propter 326 Israel, scilicet, tantum; <sup>g</sup> postea appellatus Abraham, quod transfertur pater multarum gentium, quod erat adhuc per fidem futurum. Gentium autem non habetur in nomine, sed subauditur, juxta illud: Erit nomen tuum Abraham, quia patrem multarum gentium posui te.

3. Isaac, ex risu nomen accepit. Riserat enim pater quando ei promissus est, admirans in gaudio. Risit et mater, quando per illos tres viros promissus est, dubitans in gaudio. Ex hac ergo causa nomen accepit Isaac, interpretatur enim risus.

4. <sup>h</sup> Sciendum autem quod quatuor in veteri Testamento absque ullo velamine nominibus suis, amicum nascerentur, vocati sunt; Ismael, Isaac, Salomon, et Josias. Lege Scripturas.

5. Jacon, supplantator interpretatur, sive quod in ortu plantam nascentis fratris apprehenderit, sive quod postea fratrem arte deceperit. Unde et Esau

dixit: Juste vocatum est nomen ejus Jacob, supplantavit enim me ecce secundo.

6. <sup>i</sup> ISRAEL, vir videns Deum. Tunc enim hoc nomen accepit, quando tota nocte luctatus vicit in certamine angelum, et oriente lucifero benedictus est. Inde propter visionem Dei Israel appellatus est, sicut et ipse ait: Vidi Dominum, et salva facta est anima mea.

7. <sup>j</sup> Ruben, interpretatur visionis filius. Sic enim quando eum peperit Lia vocavit nomen ejus Ruben dicens: Quia vidit Deus humilitatem meam.

8. <sup>k</sup> Simeon, interpretatur auditio. Sic enim dixit Lia quando peperit eum: Quia exaudivit me Deus.

9. LEVI, additus. Dixit enim Lia quando peperit eum, non 327 ambigens de amore viri: Nunc mecum erit vir meus, quia peperit ei tres filios.

B 10. JUDAS confessio dicitur. Quando enim peperit cum Lia, laudem Domino retulit dicens: Nunc super hoc confitebor Domino; et ob id vocatus est Judas. A confessione itaque nomen ejus est dictum, quod est gratiarum actio.

11. <sup>l</sup> Issachar interpretatur, est merces. IE quippe dicitur est, SACHAR merces. Hoc autem ideo, quia mandragoris filii Ruben introitum viri, qui Racheli debebatur, ad se emerat Lia. Unde et dum natus est, dixit Lia: Dedit Deus mercedem meam.

12. ZABULON interpretatur habitaculum. Sextum enim hunc filium genuerat Lia; propterea jam secunda dixit: Habitavit mecum vir meus. Unde, et filius ejus vocatus est habitaculum.

13. <sup>m</sup> Nephthalim de conversione, sive comparatione causa nominis ejus est. Unde et dixit Rachel, cum eum peperisset ancilla ejus Bala: Habitare me fecit Deus habitationem cum sorore mea.

14. Dan interpretatur judicium. Bala enim dum eum peperisset, dixit Rachel domina ejus: Judicavit me Dominus, et exaudiens dedit mihi filium. Causam nominis expressit, ut ab eo quod judicasset se Dominus, filio ancillæ judicium nomen imponeret.

15. Gad ab eventu, sive procinctu vocatus est. Quando enim peperit eum Zelpha, dixit domina ejus Lia: In fortuna, id est quod dicitur, in procinctu, vel eventu.

16. AZER beatus dicitur, dum enim peperisset eum Zelpha, dixit Lia: Beata ego, et beatificant me mulieres; et ab eo quod beata dicatur, ex etymologia nominis Beatum vocavit.

17. Joseph, ab eo quod sibi alium addi mater optaverat, vocavit augmentum. Hunc <sup>n</sup> Pharaos Zapha-

<sup>h</sup> Sciendum autem. Ad cap. 17. Falso autem pro SALOMONE Samuelem quidam substituunt. Vide Paralip. I, xxii.

<sup>i</sup> ISRAEL, vir videns Deum. Ita quidem in Nominibus, et in Is. I. Sed eam interpretationem improbat in Quæst., cap. 32, ubi princeps cum Deo interpretatur. Idemque rursus in comment. in Joel, εὐδύτατον θεοῦ, id est, RECTISSIMUM DEI.

<sup>j</sup> Ruben. Ad cap. 29.

<sup>k</sup> Simeon. Ibid.

<sup>l</sup> Issachar. Ad cap. 30.

<sup>m</sup> Nephthalim. Ibid.

<sup>n</sup> Hunc Pharaos. Ad cap. 41.

<sup>a</sup> Jezabel. In Nom. ex Apoc.

<sup>b</sup> Jehu. In Nom. ex vii Regum.

<sup>c</sup> JOATHA robustus. Rom. Cod.: JATHA, ambustus. Hieronymus, ETHAN robustus. Joatham vero et Joachaz (qui in nonnullis Codicibus leguntur) interpretationes paulo ante posuit, ut tota de re amplius querendum videatur.

<sup>d</sup> Zorobabel. In Agg. I.

Cap. VII. — <sup>e</sup> Quorundam. Omnia fere ex quæstionibus in Gen.

<sup>f</sup> ABRAHAM pater vid. Ex Nominibus apud Matth.

<sup>g</sup> Postea appellatus est ABRAHAM. Ex Quæst., ad cap. 17.

naik Phaeneca appellavit, **328** quod Hebraice *absconditorum repertorem* sonat, pro eo quod obscura somnia revelavit, et sterilitatem prædixit.

18. Tamen, quia hoc nomen ab Ægyptio ponitur, ipsius linguæ debet habere rationem. Interpretatur ergo *Zaphanath Phaeneca* Ægyptio sermone *Salvator mundi*, eo quod orbem terræ ab imminente famis excidio liberarit.

19. <sup>a</sup> *Benjamin* interpretatur *filius dextræ*, quod est *virtutis*. *Dextra* enim appellatur *Jamin*. Mater quippe ejus moriens vocaverat nomen ejus *Benoni*, id est, *filius doloris mei*. Pater hoc mutavit, *filius dextræ* nominans.

20. <sup>b</sup> *Manasses* dictus ab eo quod sit pater ejus oblitus laborum suorum. Ita enim Hebraice vocatur *oblitio*.

21. *Ephraim*, eo quod auxerit eum Deus, et ex hoc vocabulo in linguam nostram transfertur *augmentum*.

#### CAPUT VIII.

##### De prophetis.

1. Quos gentilitas *vates* appellat, hos nostri *prophetas* vocant, quasi præfatores, quia porro fantur, et de futuris vera prædicunt. Qui autem a nobis <sup>c</sup> *prophetæ*, in veteri Testamento *videntes* appellabantur, quia videbant ea quæ cæteri non videbant, et præspicienda ea quæ in mysterio abscondita erant.

2. Hinc est quod scriptum est in Samuele: *Eamus ad videntem*. Hinc Isaias: *Vidi*, inquit, *Dominum sedentem super solium excelsum, et elevatum*. Et Ezechiel: *Aperti sunt cæli, et vidi visiones Dei*.

3. Quorundam autem prophetarum nominum etymologiæ annotandæ sunt. Vocabula enim eorum satis ostendunt quid in futurum factis dictisque suis prænuntiassent.

4. *Elias* interpretatur *Dominus Deus*. Ex futuri igitur præragio sic vocatur. Nam dum altercaretur in sacrificio cum quadringentis **329** sacerdotibus Baal, invocato nomine Domini, descendit de cælo ignis super holocaustum. *Quod cum vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, et ait: Dominus ipse est Deus (III Reg. xviii, 30)*.

5. Ex hac igitur causa tale prius nomen accepit pro eo quod per eum postea cognoverit populus Dominum Deum. <sup>d</sup> *Idem et fortis Domini* interpretatur, vel propter quod interfecit eosdem sacerdotes, vel propter quod Achab adversitatem toleravit.

6. *Elisæus Domini salus* interpretatur, vocabulum autem idem ex futuri præragio accepit. Denique et multas virtutes fecit, et famem pellens populum a morte salvavit.

7. <sup>e</sup> *Nathan, dedit, sive dantis*.

<sup>a</sup> Benjamin. Ad cap. 35.

<sup>b</sup> Manasses... Ephraim. Ad cap. 41.

CAP. VIII. — <sup>c</sup> *Prophetæ in Vet. Test.* Ex prolog. Biblioth.

<sup>d</sup> *Idem et fortis*. Ex epist. 61, ad Pammach.

<sup>e</sup> Nathan. In Nom. ex Luc.

<sup>f</sup> *Isaias. Salus Domini* in Nominibus ex Act. *Salutare Domini*, in Nom. ex Epist. ad Rom. *Salvator Domini*, in cap. 1 Isai. ex sua sententia.

<sup>g</sup> *Salvator est enim*. Ex præf. in eumd. Isai.

<sup>h</sup> *Hic, et desider*. Ex epist. ad Eusthoc. de custod. Virg.

<sup>i</sup> *Isaias* interpretatur *Salvator Domini*. Et merito; Salvatorem enim universarum gentium, ejusque sacramenta amplius quam cæteri prædicat.

8. *Jeremias excelsus Domini*, pro eo quod dictum est ei: *Constitui te super gentes et regna (Jer 1, 10)*.

9. *Ezechiel, fortitudo Dei*.

*Daniel, judicium Dei*, sive quia in presbyterorum judicio sententiam divinæ examinationis exhibuit, dum, reperta eorum falsitate Susannam ab interitu liberavit; sive quod visiones et somnia, quibus per signa [forte sigla] quædam et ænigmata futura monstrabantur, sagaci mente discernens aperuit. <sup>h</sup> *Hic, et desideriorum vir* appellatus est, quia panem desiderii non manducavit, et vinum concupiscentiæ non bibit.

10. *Osee, salvator, aut salvans*. Dum enim Iram Dei in populum Israel ob crimen idololatriæ prophetasset, domni Judæ salutem prænuntiavit. Propter quod Ezechias rex Judæ, sublatis idolis quæ præcedentes reges consecraverant, templum Domini purgasse ac purificasse monstratur.

11. <sup>i</sup> *Joel, Dominus Deus, sive incipiens Deo, vel fuit Dei*. Hæc enim ejus vocabulum resonat etymologia incerta.

**330** 12. <sup>j</sup> *Amos, populus avulsus*. Prophetia enim ejus ad populum fuit Israel, quia jam *avulsus* erat a Domino, et aureis vitulis serviebat, sive *avulsus* a regno stirpis David.

13. <sup>k</sup> *Nahum, gemens, sive consolator*. Increpat enim civitatem sanguinum, et post eversionem illius consolatur Sion dicens: *Ecce super montes pedes C orangelizantis et annuntiantis pacem (Isa. xlii, 7)*.

14. <sup>l</sup> *Habacuc amplexans*, quia, vel ex eo quod amabilis Domini fuit, vocatur *amplexatio*, vel quod in certamine cum Deo congredditur, *amplexantis*, id est, *luctantis* sortitus est nomen. Nullus enim tam audaci voce ausus est Deum ad disceptationem justitiæ provocare, cur in rebus humanis, et mundi istius potestria tanta rerum versatur iniquitas.

15. <sup>m</sup> *Micheas, quis hic, vel quis iste?* Comminatur enim Samariæ ob causam simulacrorum illo modo, quo de Eliu dicitur: *Quis est iste involvens sententias (Job, xxxviii, 2)?*

16. <sup>n</sup> *Sophonias, specula, vel arcanum Domini* interpretatur, utrumque ad prophetam convenit. Ipsi enim sciunt mysteria Dei. Unde ad Ezechielem dicitur: *Speculatorem te posuit domni Israel (Ezec. iiii, 17)*. Et alibi: *Non faciet Dominus quidquam, nisi revelaverit servis suis prophetis (Amos, iiii, 7)*.

17. <sup>o</sup> *Abdias, servus Domini*. Sicut enim Moyses

<sup>i</sup> Joel. in præf. Malach.: JOEL, qui interpretatur DOMINUS DEUS. In Nominibus: JOEL, INCIPIENS, vel EST DEUS, vel DEI. In præf. in Joelem: Joel ἀρχόμενος, id est, INCIPIENS.

<sup>j</sup> Amos... quia jam avulsus. Ex comm. in cap. 1.

<sup>k</sup> Nahum gemens. Ita legendum apud Hieron. in Nom. ex Epist. Barnab., non germen. ex Cod. Tolan., nam reliqui, mendose, germen.

<sup>l</sup> Habacuc. Ex prolog. commentarior.

<sup>m</sup> Micheas... quo de Eliu dicitur. Job. xxxviii.

<sup>n</sup> Sophon. In cap. 1.

<sup>o</sup> Abdias. In cap. 1.

lamulus Domini, et apostolus servus Christi, ita iste A legatus ad gentes missus **331** videt, et prædicat, quæ prophetali digna sunt ministerio, et servitute, inde *scrtus Domini*.

18. <sup>a</sup> *Jonas* interpretatur *columba*, sive *dolens*. *Columba* pro gemitu, quando in ventre ceti triduo fuit. *Dolens* autem, vel propter tristitiam, quam habuit de salute Ninivitarum, vel propter hederam subito arescentem, cujus umbraculo tegebatur contra solis ardorem.

19. Ipse est, et *Amathi* Sareptanæ viduæ filius, ut Judæi affirmant, quem resuscitavit Elias, matre postea ad eum dicente: *Nunc cognovi quoniam vir Dei es tu, et verbum Dei in ore tuo verum est* (*III Reg. xvii, 24*). Ob hanc causam ipsum puerum *Amathi* vocitatum. *Amathi* enim ex Hebræo in Latinam B linguam *veritas* dicitur, et ex eo quod verum Elias locutus est, ille, qui suscitatus est, *filius* nuncupatus est *veritatis*.

20. *ZACHARIAS*, *memoria Domini*. Septuagesimo enim anno desolationis templi completo, Zacharia prædicante, memoratus est Dominus populi sui; jussuque Darii reversus est Dei populus, et reedificata est, et Urbs, et templum.

21. <sup>b</sup> *Aggeus* in Latinum *festivus* et *lætus* resonat. Distructum enim templum reedificandum prophetat, et post luctum captivitatis regressionis lætitiã prædicat.

22. *Malachias* interpretatur *angelus Domini*, id est, *nuntius*; quidquid enim loquebatur, quasi a Domino essent mandata, ita credebantur, et inde ita nomen ejus Septuaginta transiulerunt, dicentes: *Assumptio Verbi Domini super Israel in manu angeli ejus* (*Malach 1, 1*).

23. *ESDRAS*, *adjutor*.

*NEHEMIAS*, *consolator a Domino*. Quodam enim præzagio futurorum nomina ista sortiti sunt. Fuerunt enim in adiutorium et consolationem omni illi populo redeunti ad patriam. Nam et templum Domini idem reedificaverunt, et murorum ac turrium opus ipsi restauraverunt.

24. <sup>c</sup> *ANANIAS*, *gratia Dei*. Idem, et *Sidrac* lingua Chaldæa, quod interpretatur *decorus meus*.

**332** 25. *AZARIAS*, *auxilium Domini*. Idem et *Abdenago*, quod in Latinum vertitur *serviens tacito*.

26. <sup>d</sup> *MISAEL*, *quæ palus Domini*; ipse, et <sup>e</sup> *Misach*, quod interpretatur *risus*, vel *gaudium*.

27. *ABIA*, *frater ejus*.

*SEBEDIA*, *audiens Dominum*.

*ASAPH*, *congregans*.

<sup>f</sup> *ETHAN*, *robustus*, sive *accensus*.

28. *ISHTUM*, *transiliens eos*, sive *saliens eos*.

<sup>g</sup> Quosdam enim inhærentes humo, curvatos in terram, et ea quæ in imo sunt cogitantes, et in

rebus transeuntibus spem ponentes transilivit cæ-nendo iste qui vocatur *transiliens*.

29. *EMAN*, *decipiens*, vel *formido eorum*.

*BARACHIA*, *benedictus Dominus*, vel *benedictus Domini*. <sup>h</sup> *OLDA*, *districto*, sive *diverticulum*. *JUDITHA*, *laudans*, vel *confitens*. *ESTHER*, *absconsa*.

30. *ZACHARIAS*, *memoria Domini*, ob hoc, quia canit: ... *Memorari testamenti sui Sancti*. (*Luc, 1, 72*).

31. *JOANNES BAPTISTA*, *Domini gratia*, eo quod sit limes prophetiæ, prænuntius gratiæ, sive initium baptismatis, per quod gratia ministratur.

32. Hi sunt prophetæ Veteris, Novique Testamen-ti, quorum finis Christus, cui dicitur a Patre: *Et prophetam in gentibus posui te* (*Jer. 1, 8*).

33. Prophetiæ autem genera septem sunt: Primum B genus, *Ecstasis*, quod est mentis excessus, sicut vidit Petrus vas illud submissum de cælo in stupore mentis cum variis animalibus.

34. Secundum genus, *visio* sicut apud Isaiam dicentem: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum* (*Isa vi, 1*). Tertium genus, *somnium*, sicut Jacob subnixam in cælo scalam dormiens vidit. Quartum genus, *per nubem*, sicut ad Moysen, et ad Job post plagam loquitur Deus.

**333** 35. Quintum genus, *vox de cælo*, sicut ad Abraham sonuit dicens: *Ne injicias manum tuam in puerum*, (*Gen xxii, 12*). Et ad Saulum in via: *Saule, Saule, quid me persequeris* (*Act ix, 4*)?

36. Sextum genus, *accepta parabola*, sicut apud Salomonem in Proverbiis, et apud Balaam, cum evocaretur a Balac. Septimum genus, *repletio sancti Spiritus*, sicut pene apud omnes prophetas.

37. <sup>i</sup> Alii tria genera visionum esse dixerunt. Unum secundum oculos corporis, sicut vidit Abraham tres viros sub ilice Mambræ, et Moyses ignem in rubo, et discipuli transfiguratum Dominum in monte inter Moysen, et Eliam, et cætera hujusmodi.

38. Alterum secundum spiritum, quod imaginamur ea quæ per corpus sentimus, sicut vidit Petrus, discum illum submitti de cælo cum variis animalibus, et sicut Isaias Dominum in sede altissima non corporaliter, sed spiritualiter vidit.

39. Non enim Deum forma corporea circumterminat, sed quemadmodum figurate, non proprie multa dicuntur, ita etiam figurate multa monstrantur.

D 40. Tertium autem genus visionis est, quod neque corporeis sensibus, neque illa parte animæ, qua corporallium rerum imagines capiuntur, sed per intuitum mentis, quo intellecta conspiciuntur veritas, sicut Daniel hoc præditus mente vidit, quod Balthasar viderat corpore, sine quo genere illa duo, vel infructuosasunt, vel etiam in errore mittunt. Omnia tamen hæc genera Spiritus sanctus moderatur.

<sup>a</sup> *Misach*, ibid.

<sup>f</sup> *ETHAN ROB.*, sive *ASCENSUS*. Ita etiam apud Hieronymum. *acoensus* malebat A. August.

<sup>g</sup> *Quosd. enim inhærentes*. Ex Aug. in ps. xxviii.

<sup>h</sup> *Olda*. Ex Nom. III Reg.

<sup>i</sup> *Alii tria gen... moderatur*. Omnia ex Aug. contra Adimant., cap. ultimum.

<sup>a</sup> *JONAS... ipse est AMATHI*, etc. Ex præf. in Jon.

<sup>b</sup> *Aggeus*. Ex prolog. biblioth.

<sup>c</sup> *Ananias*. Ex Nom. ex Jerem. et Daniele.

<sup>d</sup> *MISAEL, quæ PALUS DOMINI*. Ex Nom. ex Daniele. Mendose ergo Cod. omnes, qui *populus Domini*... in Nom. ex Exod.: *MISAEL, TACTUS DEI, sive quis INTERROGAVIT?*

44. Habere autem Propbetiam, non solum bonus, A  
sed etiam malus potest; nam invenimus Sautem regem  
prophetasse. Persequebatur enim sanctum David, et  
impletus Spiritu prophetare cœpit.

### 334 CAPUT IX.

#### De apostolis.

1. Apostoli *missi* interpretantur: hoc enim eorum  
nomen indicat. Nam sicut Græce ἀγγελοι, Latine *mun-  
tium* vocantur, ita Græce apostoli, Latine *missi* appel-  
lantur. Ipsos enim misit Christus evangelizare per  
universum mundum, ita ut quidam Persas, Indosque  
penetrarent, docentes gentes, et facientes in nomine  
Christi magna et incredibilia miracula, ut, at-  
testantibus signis et prodigiis crederetur illis in iis  
quæ dicebant et viderant. Habent autem plerique ex  
iis causas suorum vocabulorum.

2. *Petrus a petra* nomen accepit, hoc est, a Christo  
super quem est fundata Ecclesia. Non enim a Petro  
petra, sed Petrus a petra nomen sortitus est, sicut  
non Christus a Christiano, sed Christianus a Christo  
vocatur, ideoque ait Dominus: *Tu es Petrus, et super  
hanc petram, etc.*, quia dixerat Petrus: *Tu es Christus  
Filius Dei vivi*; deinde ei Dominus: *Super hanc, in-  
quit, petram, quam confessus es, ædificabo Ecclesiam  
meam*. Petra enim erat Christus, super quod funda-  
mentum etiam ipse ædificatus est Petrus.

3. <sup>a</sup> *Cephas* dictus, eo quod in *capite* sit constitutus  
apostolorum; **335** *κεφαλῆ* enim Græce *caput* dicitur,  
<sup>b</sup> et ipsum nomen in Petro Syrum est.

4. *Simon Barjona* in linguam nostram sonat *filius  
columbæ*, et est nomen Syrum pariter et Hebræum. C  
*Bar quippe Syra lingua filius, Jona columba*, utroque  
sermone, dicitur.

5. Alii simpliciter accipiunt, quod Simon, id est,  
Petrus filius sit Joannis, juxta illam interrogatio-  
nem: *Simon Joannis, diligis me?* et volunt Scripto-  
rum vitio depravatum, ut pro *Barjoanna*, hoc est,  
*filius Joannis, Barjona* scriptum sit, una detracta  
syllaba. *Joanna* autem interpretatur *Domini gratia*.

6. Et fuisse constat Petrum trinomium: *Petrum,  
Cepham, et Simonem Barjona*; <sup>c</sup> *Simon* autem He-  
bræice interpretatur *obediens*.

7. *Saulus* Hebræico sermone *tentatio* dictus, eo quod  
prius in tentatione Ecclesiæ sit versatus. Persecutor  
enim erat, et inde nomen habebat istud, quando  
persequebatur Christianos.

8. Postea, mutato nomine, de Saulo factus est  
*Paulus*, quod interpretatur *mirabilis*, sive *electus*.  
Mirabilis, vel quia multa signa fecit, vel quia ab  
Oriente usque ad Occasum Evangelium Christi in om-  
nibus gentibus prædicavit.

CAP. IX. — <sup>a</sup> *Cephas... quod in capite*. Græcam ety-  
mologiam Anacleti III, Dionysii Areopag. et Optati  
Milevitani exemplo reddidit, cum Syrum verbum esse  
constet, idque statim idem testetur. Cujus rei exem-  
pla alia rationemque non inlegantem. Vid. apud  
Turrian., lib. II contr. Magdeburg., cap. 3.

<sup>b</sup> *Et ipsam nomen in Petro Syr.* Vid. Hieron., Math. VI, et in Nomin. ex eodem.

<sup>c</sup> *Simon.... obediens*. Hieron.: *Simon quippe OBE-  
DIENS dicitur.*

9. *Electus*, sicut in Actibus apostolorum Spiritus  
sanctus dicit: *Segregate mihi Barnabam, et Saulum  
ad opus, ad quod elegi eos* (Act. XIII, 12). Latino autem  
sermone *Paulus a modico* dictus; unde et ipse ait:  
*Ego sum minimus apostolorum omnium* (I Cor. XV, 9).  
Quando enim *Saulus*, superbus, elatus; quando *Paulus*,  
humilis et medicus.

10. Ideo sic loquimur: *Paulo post videbo te, id est,  
post medicum*. Nam quia modicus factus est, ipse dicit:  
*Ego enim sum novissimus apostolorum*; et: *Mihi  
minimo omnium sanctorum* (Eph. III, 8). *Cephas*  
autem et *Saulus* ideo mutato nomine sunt vocati, ut  
essent etiam ipso nomine novi, sicut Abraham et Sara.

11. *Andreas*, frater Petri carne, et coheres gratiæ,  
secundum Hebræam etymologiam, interpretatur *decur-  
rus*, sive *respondens*, sermone <sup>d</sup> autem Græco a vi-  
ro virilis appellatur.

**336** 12. *Joannes*, quodam vaticinio ex merito no-  
men accepit; interpretatur enim *in quo est gratia, vel  
Domini gratia*. Amplius enim eum cæteris apostolis  
dilexit Jesus.

13. <sup>e</sup> *Jacobus Zebedæi* a patre cognominatur, quem  
relinquens, cum Joanne verum Patrem secuti sunt.  
Hi sunt filii tonitru, qui etiam <sup>f</sup> *Boanerges* ex fir-  
mitate et magnitudine fidei nominati sunt. Illic est  
Jacobus filius Zebedæi, frater Joannis, qui post Ascen-  
sionem Domini ab Herode manifestatur occisus.

14. *Jacobus Alphæi* ob distinctionem prioris cogno-  
minatus qui dicitur filius Zebedæi, sicut iste filius Al-  
phæi: cognomentum igitur ambo a patre sumpserunt.

15. Iste est *Jacobus minor*, qui in Evangelio frater  
Domini nominatur, <sup>g</sup> quia Maria uxor Alphæi, soror  
fuit Matris Domini, quam Mariam Cleophæ Joannes  
evangelista cognominat, a patre, sive a gentilitate  
familix, aut quacunque alia causa ei nomen impo-  
nens. *Alphæus* autem Hebræo sermone in Latinum  
exprimitur, *millesimus, sive doctus*.

16. <sup>h</sup> *PHILIPPUS, os lampadarum vel os manuum*.

*THOMAS, abyssus, vel geminus*, unde Græco *Didy-  
mus* appellatur.

*BARTHOLOMÆUS, filius suspendentis aquas, vel filius  
suspendentis me*. Syrum est, non Hebræum.

17. *Mathæus, in Hebræo donatus* exprimitur. Item  
et appellatur *Levi* ex tribu a qua ortus fuit. In Lau-  
no autem ex opere *Publicanus* nomen accepit, quia ex  
D *Publicanis* fuit electus, et in apostolatam translatus.

18. <sup>i</sup> *Simon Cananæus*, ad distinctionem Simonis  
Petri, de vico Galilææ Cana; ubi aquas Domini  
mutavit in vinum: ipse est qui in alio evangelista  
scribitur *Zelotes*, Cana quippe *zelus* interpretatur.

19. *Judas Jacobi*, qui alibi appellatur *Lebbæus, et*

<sup>d</sup> *Sermone autem Græc.* In Nom. ex Act.

<sup>e</sup> *Jacobus.* In cap. Math. X.

<sup>f</sup> *Boanerges.* Ibid. Sed in Dan. I; *Filii Zebedæi  
appellati sunt filii tonitru, quod non (ut plerique pu-  
tant) BOANERGES, sed emendatius legitur BENERAHAN,*  
et in Is. LXII. Et in Nom. ex Joann.

<sup>g</sup> *Quia Maria uxor Alphæi.* Ex eodem advers. Evid.

<sup>h</sup> *PHILIPP. os lampadar.* In Nom. ex Act., *lampar-  
dar.* In Nom. ex Luc., *os LANPADIS, vel os MANUS.*

<sup>i</sup> *Simon Can... Judas ...* In Math. X.

gularum nomen **337** habet a corde, quod nos diminutive *corculum* possumus appellare: ipse in alio evangelista *Thaddæus* scribitur, \* quem ecclesiastica tradit historia missam Edessam ad Abagarum regem.

30. *Judas Iscariotes*, vel a vico, in quo ortus est, vel ex tribu Issachar vocabulum sumpsit, quodam prægio futuri in condemnationem sui. *Issachar* cum interpretatur *merces*, ut significaretur pretium proditoris, quo vendidit Dominum, sicut scriptum est: *Et acceperunt mercedem meam, triginta argenteos, pretium quo appetiatus sum ab eis* (*Matth. xxvii, 9*).

31. *Matthias*, qui inter apostolos sine cognomine solus habetur, interpretatur *donatus*, ut subaudiatur pro *Juda*; isto enim in locum ejus electus est ab apostolis, cum pro duobus sors mitteretur.

32. <sup>b</sup> *MARCUS excelsus mandato*, utique propter **B** Evangelium Altissimi, quod prædicavit.

33. *LUCAS, ipse consurgens sive ipse elevans*, eo quod elevaverit prædicationem Evangelii post alios.

34. *BARNABAS, filius Prophetæ, vel filius consolationis*.

#### CAPUT X.

*De reliquis in Evangelio nominibus.*

1. *MARIA*, \* *illuminatrix*, sive *stella maris*; genuit enim Lumen mundi. Sermone autem Syro *MARIA DOMINA* nuncupatur, et pulchre, quia Dominum genuit.

2. *ELISABETH, Dei mei saturitas, vel Dei mei juramentum*.

3. *MAGDALENA, turris. MARTHA, irritans, aut provocans*; sermone autem Syro interpretatur *dominans*.

**338** 4. *NATHANAEL, donum Dei*, quia dolus, id est, simulatio, dono Dei, in eo non fuit.

5. *ZEBEDÆUS, donatus, sive fluens iste*.

*ZACCHEUS, justus, sive justificatus, sive justificandus*: Syrum est nomen, non Hebræum.

6. *LAZARUS, adjunctus*, eo quod sit a morte resuscitatus.

*HERODES, pelliceus, gloriosus*, clara etymologia.

7. *CAIPHAS, investigator, aut sagax, aut vomens ore*; in quo enim ore suo justum condemnavit, quamvis hoc mysterio prophetali annuntiasset.

8. <sup>4</sup> *POSTIUS, declinans consilium*, utique Judæorum; accepta enim aqua lavit manus suas, dicens: *Innocens ego sum a sanguine hujus Justi* (*Matth. xvii, 24*).

9. *FILATCS, os malleatoris*, quia dum Christum **D**

\* *Quem ecclesiast.* Ibid. Est autem historia Euseb., lib. 2, cap. ultim.

<sup>b</sup> *MARCUS excels. mand.* Sæpe hoc repetit Hieronymus. Sed in Nom. Epist. ad Colos.: *MARCUS, sublimis mandato, sive ANARUS, vel certe ATTRITUS, atque LEVATUS*.

**CAP. X.** — \* *MARIA, illumin.* In Nom. ex Matth.: *MARTHA, utique æstimant interpretari ILLUMINANT ME* et *ILLUMINATRIX, vel SHERNA MARIS. Sed mihi non videtur: Melius est autem, ut dicamus solummodo STELLAM MARIS, sive ANARUM MARIS. Sciendum quoque quod MARIA sermone Syro DOMINA nuncupatur.*

<sup>4</sup> *Postius declinans consilium.* Ita Goth. Cod., et apud Hieronymum: *Concilium, impressi.* Reliqua hujus cap. in eodem Hieron.

ore suo, et justificat, et condemnat, more malleatoris utraque ferit.

10. *BARRABA, filius magistri*, corum absque dubio Judæorum magistri, qui est diabolus, homicidiorum auctor, qui usque hodie regnat in eis.

#### CAPUT XI.

*De martyribus.*

1. *Martyres* Græca lingua Latine *testes* dicuntur, unde, et *testimonia* Græce *martyria* nuncupantur. *Testes* autem ideo vocati sunt, quia propter testimonium Christi passiones sustinuerunt, et usque ad mortem pro veritate certaverunt.

2. Quod vero non *testes* (quod Latine utique possemus), sed Græce *martyres* appellamus, familiarius Ecclesiæ auribus hoc Græcum verbum sonat, sicut multa Græca nomina, quæ pro Latinis utimur.

3. Martyrum primus in Novo Testamento *Stephanus* fuit qui sermone Hebræo interpretatur *norma*, quod prior fuerit in martyrio **339** ad imitationem fidelium: idem autem ex Græco sermone in Latinum vertitur *coronatus*, et hoc prophetice, ut quod sequeretur in re, vaticinio quodam futuri prius in vocabulo resonaret; passus est enim, et quod vocabatur accepit. *Stephanus* enim *corona* dicitur, humiliter lapidatus, sed sublimiter coronatus.

4. \* Duo autem sunt martyrii genera, unum in aperta passione, alterum in occulta animi virtute. Nam multi hostis insidias tolerantes, et cunctis carnalibus desideriis resistentes, per hoc quod se Omnipotenti Deo in corde mactaverunt, etiam pacis tempore martyres facti sunt, qui etiam, si persecutionis tempore existerent, martyres esse potuerunt.

#### CAPUT XII.

*De clericis.*

1. Cleros <sup>1</sup> et clericos hinc appellatos (credimus) quia *Matthias* sorte electus est, quem primam per apostolos legimus ordinatum, κληρος enim Græce, *sors*, vel *hæreditas* dicitur.

2. Propterea ergo dicti *clerici*, quod de sorte sunt Domini, <sup>2</sup> vel quia Dominum partem habent. Generaliter autem *clerici* nuncupantur omnes qui in Ecclesia Christi deserviunt, quorum gradus et nomina hæc sunt:

3. *Ostarius*, <sup>b</sup> *psalmista, lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus, presbyter et episcopus*.

**340** 4. <sup>i</sup> Ordo episcoporum quadripartitus est, id

**CAP. XI.** — \* *Duo sunt autem martyrii gen.* Ex Greg. iii Dialog., cap. 26.

**CAP. XII.** — <sup>1</sup> *Cleros et cleric.* Ex Augustin., in ps. Lxvii.

<sup>2</sup> *Vel quia Dominum partem.* Al., *Domini partem.* Utrumque retulit in lib. Off.

<sup>b</sup> *Psalmist, lect. Psalmista, sive lector,* Rab., lib. 1, cap. 4. Non est autem *psalmista* ordinis aut gradus proprium nomen. Sed ordinis nomine aliquando censerit fatetur D. Th. in Addit., q. 37, art. 2.

<sup>i</sup> *Ordo episcop. quadripart.* Sic Rab., Grat. et veteres libri, sed idem Rab., lib. 1, cap. 5: *Tripartitus est, id est, in PATRIARCHIS, ARCHIEPISCOPIS, qui et metropolitani sunt, et in EPISCOPIS.*

est, in patriarchis, archiepiscopis, metropolitans atque **A** regendo, ita sacerdos, **342** <sup>1</sup> a sanctificando vocatus est; consecrat enim, et sanctificat.

5. Patriarcha Græca lingua summus Patrum interpretatur, <sup>a</sup> quia primum, id est, apostolicum retinet locum, et ideo quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus et Alexandrinus.

6. Archiepiscopus Græco vocabulo, quod sit summus episcoporum, tenet enim vicem apostolicam, et præsidet, tam metropolitans quam episcopis cæteris. (<sup>b</sup> Metropolitanis autem a mensura civitatum vocati.)

7. Singulis enim provinciis præminent, quorum auctoritati et doctrinæ cæteri sacerdotes subjecti sunt, sine quibus nihil reliquos episcopos agere licet, sollicitudo enim totius provinciæ ipsis commissa est.

8. Omnes autem superius designati ordines uno eodemque vocabulo *episcopi* nominantur, sed ideo privato nomine quidam utuntur propter distinctionem potestatis, quam singulariter acceperunt.

9. PATRIARCHA, patrum princeps; *Ἀρχος* enim princeps.

10. ARCHIEPISCOPUS, princeps episcoporum, sicut metropolitanus a mensura civitatum.

**341** 11. <sup>c</sup> *Episcopatus* autem vocabulum inde ductum, quod ille qui superest dicitur *superintendat*, curam scilicet subditorum gerens, *ἐπινοῦν* enim Græce, Latine intendere dicitur.

12. *Episcopi* autem Græce, Latine *speculatores* interpretantur; nam speculator est præpositus in Ecclesia, dictus, eo quod *speculetur*, atque prospiciat; populorum infra se positorum mores et vitam.

13. PONTIFEX, princeps sacerdotum est, quasi via sequentium, ipse et summus sacerdos, ipse et pontifex maximus nuncupatur; ipse enim, efficit sacerdotes atque levitas, ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit, ipse quid unusquisque facere debeat ostendit.

14. Antea autem pontifices et reges erant; <sup>d</sup> nam majorum hæc erat consuetudo, ut rex esset etiam sacerdos et pontifex. Unde et romani imperatores pontifices dicebantur.

15. <sup>e</sup> *Vates* a vi mentis appellatus, cujus significatio multiplex est; nam modo sacerdotem, modo prophetam significat, modo poetam.

16. ANTISTES sacerdos dictus, ab eo quod *ante stat*, primus est enim in ordine Ecclesiæ, et supra se nullum habet.

17. Sacerdos autem nomen habet compositum ex Græco et Latino, quasi *sacrum dans*, sicut enim *rex* a

18. Sacerdotes autem gentilium *flamines* dicebantur. Hi in capite habebant pileum, in quo erat brevis virga desuper, habens lanæ aliquid. Quod cum per æstum ferre non possent, filo tantum capita religare cœperunt.

19. Nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas erat: unde a *filo*, quo utebantur, <sup>e</sup> *flamines* dicitur sunt, quasi *flamines*. Verum festis diebus filo deposito, pileum imponebant pro sacerdotii eminentia.

20. Presbyter Græce, Latine *senior* interpretatur non modo pro ætate, vel decrepita senectute, sed propter honorem et dignitatem, quam acceperunt, *presbyteri* nominantur: <sup>h</sup> unde et apud veteres idem *episcopi* et *presbyteri* fuerunt, quia illud nomen dignitatis est, hoc ætatis.

21. Ideo autem et PRESBYTERI sacerdotes vocantur quia *sacrum dant*, sicut et *episcopi*; <sup>i</sup> qui licet sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent, quia nec chrismate frontem signant, nec Paracletum Spiritum dant, quod solis deberi episcopis lectio Actuum apostolorum demonstrat.

22. Levitæ ex nomine auctoris vocati; de Levi enim Levitæ exorti sunt, a quibus in templo Dei mystici sacramenti ministeria explebantur: hi Græce *diaconi*, Latine *ministri* dicantur, quia <sup>l</sup> sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono mysterii dispensatio habetur.

23. Hypodiaconi Græce, quos nos *subdiaconos* dicimus, qui ideo sic appellantur, quia subjacent præceptis et officiis levitarum. **343** Oblationes enim in templo Dei a fidelibus ipsi suscipiunt, et levitis superponendas altaribus deferunt: hi <sup>k</sup> apud Hebræos *Nathanaei* vocantur.

24. Lectores a legendo; PSALMISTÆ, a *psalmis* canendis vocati; illi enim prædicant populis quid sequantur; isti canunt ut excitent ad compunctionem animos audientium, licet et quidam lectores ita miseranter pronuntiant, ut quosdam ad lectum lamentationemque compellant.

25. Idem etiam *pronuntiatores* vocantur, quod porro *annuntiant*; tanta enim, et tam clara erit eorum vox, ut quamvis longe positorum aures adimpleant.

26. Cantor autem vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Hujus <sup>l</sup> duo genera dicuntur in arte musica, sicut ea docti homines Latine dicere potuerunt, *præcentor*, et *succentor*.

27. Præcentor, qui vocem præmittit in cantu.

Anius.

<sup>a</sup> VATES, a vi mentis. — A viendis versibus, Varr. lib. vi

<sup>b</sup> Sanctificando. Eodem modo, lib. ix, cap. 3.

<sup>c</sup> Flaminis. E Serv., Æn. viii. Vid. Fest. et Varr.

<sup>d</sup> Unde et apud vel. idem episcopi. Ex Hier., epist. 83, ad Ocean.

<sup>e</sup> Qui licet sint sacerdot. Ex Innoc. I, epist. 1, cap. 3.

<sup>f</sup> Sicut in sacerdote censet. Ex epist. ad Rustic.

Narb., de sept. gradibus Eccles. que cum Hieronymi operibus circumfertur.

<sup>g</sup> Hi apud Heb. נַתְנָחָי. Al., Nathanaei. Vid. u Off. Eccl., cap. 10, et Raban.

<sup>h</sup> Duo genera... respondit. Ex Aug. in ps. lxxvii.

<sup>a</sup> Quia primum, id est, apostol. Sic Rab. et vetus Gratiani lib. cum Gothicis libris.

<sup>b</sup> Metropolitanis autem. Hæc parenthesi inclusimus, vel quia aliena fortasse sunt, ut censebat Chacon, cum veriore interpretationem Rabanus retineat, qui omnia hæc ex Isidoro sumpsit, vel ut quæ sequuntur: Singulis e. provinciis, etc., archiepiscopis aptentur ex sententia Antonii Augustini. Cui duo veteres libri favent, in quibus post hæc omnia metropolitanis etymon hoc quæcunque est collocatum. Sic etiam erit episcoporum tripartitus ordo.

<sup>c</sup> Episcop. vocab. Ex Aug., xix de Civit., cap. 19.

<sup>d</sup> Nam majorum. E Serv., Æn. iii, ad vers. Rex



*Succentor* autem, qui *subsequenter canendo res- A* appetentes. Nam *eremum* dicitur quasi *remotum*.

28. *Concentor* autem dicitur, quia *consonat*; qui autem non *consonat*, nec *conciuit*, nec *concentor* erit.

29. *Acolythi* Græce, Latine *cerosferarii* dicuntur, a *deportandis cereis* \* quando legendum Evangelium est, aut sacrificium offerendum.

30. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis, et deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol eodem tempore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandum, ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur de qua in Evangelio legitur: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*.

31. *Exorcistæ* ex Græco in Latinum *adjurantes*, sive *increpantes* vocantur. Invocant enim super <sup>b</sup> *energumenos*, vel super eos qui habent spiritum immundum, nomen Domini Jesu, *adjurantes* per eum ut egrediat ab eis.

34. 32. *Ostiarii*, iidem et *janitores*, qui in veteri Testamento electi sunt ad custodiam templi, ut non ingrederetur illud immundus in omni re: dicti autem *ostiarii*, quod præsent *ostii* templi. \* Ipsi enim tenentes clavem, omnia intus extraque custodiunt, atque inter bonos et malos habentes iudicium, fideles recipiunt, respuunt infideles.

### CAPUT XIII.

#### De monachis.

1. *Monachus* Græca etymologia vocatus, eo quod sit *singularis*; *μοναχ* enim Græce *singularitas* dicitur. Ergo si *solitarius* interpretatur vocabulum *monachi*, <sup>C</sup> quid facit in turba qui solus est? <sup>d</sup> Plura sunt autem genera monachorum.

2. *Cœnobitæ*, quos nos *in commune viventes* possumus appellare. \* *Cœnobium* enim plurimorum est.

3. *Anachoritæ* sunt qui post cœnobialem vitam deserta petunt, et soli habitant per deserta; et ab eo quod procul ab hominibus recesserunt, tali nomine nuncupantur; sed anachoritæ Eliam et Joannem, cœnobitæ apostolos imitantur.

4. *Eremitæ* ii sunt qui et *anachoritæ*, ab hominum conspectu remoti, eremum et desertas solitudines

\* *Quando Evang.* Ex Hieron., epist. advers. Vigilant.

<sup>b</sup> *Super energ.* Vid. u Off. Eccl., c. 13, et d. 23, cap. 27.

<sup>c</sup> *Ipsi enim tenent cl.* Ex d. epist. ad Rust. Narb. Cap. XIII. — <sup>d</sup> *Plura autem sunt gen. Monach.* Ex Hieron. ep. ad Eustoch. 22.

\* *Cœnob. enim.* Ex Casian., collat. 18, cap. 10, et

appetentes. Nam *eremum* dicitur quasi *remotum*.

5. *Abba* autem Syrum nomen, significat in Latinum *pater*, quod Paulus Romanis scribens exposuit, dicens: *In quo clamamus: Abba, pater*, in uno nomine duabus usus linguis. Dicit enim *abba* Syro nomine *patrem*, et rursus Latine nominat itidem *patrem*.

### 345 CAPUT XIV.

#### De cæteris fidelibus.

1. *Christianus*, quantum interpretatio ostendit, de *unctione* deducitur, sive de nomine Auctoris et Creatoris. A *Christo* enim *Christiani* sunt cognominati, sicut a *Juda Judæi*. De Magistri quippe nomine cognomen sectatoribus datum est.

2. *Christiani* autem olim a *Judæis*, quasi opprobrio, *Nazaræi* vocabantur, pro eo quod Dominus noster atque Salvator a vico quodam Galiliæ *Nazaræus*: sit appellatus.

3. Non se autem gloriatur *Christianum*, qui nomen habet, et facta non habet. Ubi autem nomen secutum fuerit opus, certissime ille est *Christianus*, quia se factis ostendit *Christianum*, ambulans sicut et ille ambulavit, a quo et nomen traxit.

4. *Catholicus universalis*, sive *generalis* interpretatur; nam Græci *universals καθολικόν* vocant.

5. *Orthodoxus* est *recte credens*, et *ut credit vivens*; *ὀρθῶς* enim Græce *recte* dicitur <sup>f</sup> *δόξα gloria*: hoc est, *vir rectæ gloriæ*. Quo nomine non potest vocari qui aliter vivit quam credit.

6. *Neophytus* Græce, Latine *novellus*, et *rudis*, *fidelis*, vel *nuper renatus* interpretari potest.

7. *Catechumenus* dicitur pro eo quod adhuc doctrinam fidei audit, nec dum tamen baptismum percepit, nam *κατηχούμενος* Græce *auditor* dicitur.

8. <sup>g</sup> *Competens* vocatur qui post instructionem fidei *competit* <sup>346</sup> gratiam Christi, inde et a petendo *competentes* vocati.

9. *Laicus*, *popularis*; *λαός* enim Græce *populus* dicitur.

10. *Proselytus*, id est, *advena*, et *circumcisus*, qui miscebatur populo Dei, Græcum est.

cap. 4 et seq.

CAP. XIV. — <sup>f</sup> *DOXA, gloria*. Opinio potius, ut reliqua conveniant.

<sup>g</sup> *Competens vocatur*. Ex Aug., serm. ad competentes. Hieronymus, ad Pammach., epist. 61: *An non tu potius scindis Ecclesiam, qui præcepisti Bethleem presbyteris, ne competentibus nostris in Pascha baptismum traderent?*

## LIBER OCTAVUS.

### DE ECCLESIA ET SECTIS DIVERSIS.

#### CAPUT PRIMUM.

##### De Ecclesia et Synagoga.

1. *Ecclesia* Græcum est, quod in Latinum vertitur *convocatio*, propter quod omnes ad se *voce*t. *CATHOLICA, universalis* *ἐκ τοῦ καθ' ὅλον*, id est, *secundum*

*totum*; non enim, sicut conventicula hæreticorum, in aliquibus regionum partibus coarctatur, sed per totum orbem terrarum dilatata diffunditur.

2. Quod etiam Apostolus approbat ad Romanum dicens: *Gratias ago Deo meo pro omnibus vobis, quia fides*

*vestra annuntiat in universo mundo (Epist. ad Rom. 1, 8) : hinc, et universitas ab uno cognominata est, propter quod in unitatem colligitur. Unde Dominus in Evangelio : Qui mecum non colligit, spargit (Luc., xi, 25).*

3. Cur autem Ecclesia, cum una sit, a Joanne septem scribuntur, nisi ut una catholica septiformi plena Spiritu designetur? Sicut et de Domino novimus dixisse Salomonem : *Sapientia edificavit sibi domum, et excidit columnas septem (Prov. ix, 1)*, quæ tamen septem una esse non ambigitur, dicente Apostolo : *Ecclesia Dei vivi, quæ est columna et firmamentum veritatis (1 Tim. iii, 15).*

3474. Inchoavit autem Ecclesia a loco, ubi venit de cælo Spiritus sanctus, et implevit uno loco sedentes.

5. Pro peregrinatione autem præsentis Ecclesia B *Sion* dicitur, eo quod ab hujus peregrinationis longitudine promissionem rerum cælestium speculatur; et idcirco *Sion*, id est, *speculatio* nomen accepit.

6. Pro futura vero patriæ pace *Jerusalem* vocatur, nam *Jerusalem visio pacis* interpretatur. Ibi enim absorpta omni adversitate, pacem, quæ est Christus, præsentis possidebit obtutu.

7. <sup>a</sup> *Synagoga* Græce *congregatio* dicitur, quod proprium nomen Judæorum populus tenuit. Ipsorum enim proprie *Synagoga* dici solet, quamvis et *Ecclesia* dicta sit.

8. Nostram vero apostoli nunquam *Synagoga* dixerunt, sed semper *Ecclesiam* : sive discernendi causa, sive quod inter *congregationem*, unde, *Synagoga*, et *convocationem*, unde *Ecclesia* nomen accepit, distet aliquid, quod, scilicet, congregari et pecora solent, quorum et *greges* proprie dicimus : convocari autem magis est utentium ratione, sicut sunt homines.

## CAPUT II.

### De religione et fide.

1. *Dogma* <sup>b</sup> a *putando* philosophi nominaverunt, id est, *hoc puto esse bonum, hoc puto esse verum.*

2. <sup>c</sup> *Religio* appellata, quod per eam uni Deo *religamus* animas nostras 348 ad cultum divinum vinculo serviendi. Quod verbum compositum est a *religendo*; id est, *eligendo*, ut ita Latinum videatur *religo*, sicut *eligo*.

3. Tria sunt autem quæ in religionis cultu ad co-

CAP. I. — <sup>a</sup> *Synagoga*. Ex Aug. in ps. lxxxi.

CAP. II. — <sup>b</sup> *Dogma* a *putando*. Nempè ἀπό τοῦ δοῦν.

<sup>c</sup> *Religio*. Aug., lib. i Retract., cap. 13 : *Ad unum Deum tendentes, et ei uni religentes animas nostras, unde RELIGIO dicta creditur. In his verbis meis ratio, quæ reddita est, unde sit dicta religio, plus mihi placuit. Nam non me fugit aliam hujus nominis originem exposuisse Latini sermonis auctores, quod inde sit appellata RELIGIO, quod RELIGATUR, quod verbum compositum est a LEGENDO, id est ELIGENDO, ut ita Latinum videatur RELIGO, sicut ELIGO. Sed postrema Augustini verba rejicienda putamus, ut male coherentia, et adæcta ab aliquo qui integrum locum descripserit, non quimadvertens id etymon secretum fuisse Isidorum quod maxime probaretur Aug. et Lactantio l. iv, c. 28, qui etiam adversus Cic. notationem pluribus verbis disputat, quamvis hoc altero etiam utatur Aug., lib. x de Civ., c. 4 : Ipse namque fons nostræ beatitudinis, ipse omnis appetitionis est fons, hunc eligentes, vel potius religentes (amiseramus namque negligentem); hunc*

A *endum Deum in hominibus perquiruntur, id est, fides, spes, charitas. In fide quid credendum, in spe quid sperandum, in charitate quid sit amandum.*

4. *Fides* est, qua veraciter credimus id quod nequaquam videre valemus. Nam credere jam non possumus quod videmus. Proprie autem nomen *fidei* inde est dictum, <sup>d</sup> si omnino fiat quod dictum est aut promissum. Et inde *fides* vocata ab eo quod sit illud quod inter utrosque placitum est, quasi inter Deum et hominem, hinc et *foedus*.

5. *Spes* vocata, <sup>e</sup> quod sit *pes* progrediendi, quasi est *pes*. Unde e contrario DESPERATIO, *leest* enim ibi *pes*, nullaque progrediendi facultas est, quia dum quisque peccatum amat, futuram gloriam non sperat.

6. *Charitas* Græce, Latine *dilectio* interpretatur, B quod duos in se *illiget*. Nam dilectio a duobus incipit, quod est amor Dei et proximi, de qua Apostolus : *Plenitudo, inquit, legis, dilectio (Ad Rom. xii, 10).*

7. Major est autem hæc omnibus, quia qui diligit, et credit, et sperat. Qui autem non diligit, quamvis multa bona faciat, frustra laborat. <sup>f</sup> Omnis autem dilectio carnalis, non dilectio, sed magis amor dici solet. Dilectionis autem nomen tantum in melioribus rebus accipi solet.

## 349 CAPUT III.

### De hæresi et schismate.

1. *Hæresis* <sup>g</sup> Græce ab *electione* vocatur, quod, scilicet, unusquisque id sibi eligat quod melius sibi esse videtur, ut philosophi Peripatetici, Academici, Epicurei, et Stoici, vel sicut alii, qui, perversam dogma cogitantes, arbitrio suo de Ecclesia recesserunt.

2. <sup>h</sup> Inde ergo *hæresis* dicta Græca voce, ex interpretatione *electionis*, qua quisque arbitrio suo ad instituenda, sive ad suscipienda quælibet ipse sibi eligit. Nobis vero nihil nostro ex arbitrio inducere licet, sed nec eligere quod aliquis de arbitrio suo induxerit.

3. Apostolos Dei habemus auctores, qui nec ipsi quidquam ex suo arbitrio, quod inducerent elegerunt, sed acceptam a Christo disciplinam fideliter nationibus assignaverunt. Itaque etiam si angelus de cælis aliter evangelizaverit, anathema vocabitur.

4. *Secta* a *sequendo*, et *tenendo* nominata. Nam sectas dicimus habitus animorum ac instituta circa

*ergo religentes, unde RELIGIO dicta perhibetur, ad eum dilectione tendamus. Restat tertia notatio ex Cic., u, de Nat. Deor. : Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinent diligenter partracarent, et tanquam relegent, sunt dicti RELIGIOSI, ex RELEGENDO, ut ELEGANTES ex ELIGENDO. Ut religio sit, vel a religando, vel religendo, vel relegendo.*

<sup>i</sup> Si omnino fiat, quod dic. Ex Cic., i de Offic.

<sup>g</sup> Quod sit *pes*. Recte de spe, quæ virtus sit. Nam spem subdolum qui respexere, *SPES*, quasi *sine pede* interpretantur, unde in nummis veteribus non *fixa*, sed in altitudinem erectis pedibus fingitur. Aliis *spes* ἄπτεσσι est.

<sup>h</sup> Omnis autem dilect. Aug., xiv de Civitat., cap. 7.

CAP. III. — <sup>g</sup> *Hæresis* Græc. Ex Hieron., ad Gal. v, et ad Tit. iii.

<sup>h</sup> Inde ergo *hæresis*... vocabitur. Ex Tertull., in Præscript., apud quem præ insulcere, inducere, ex hoc loco reponi licet. Nam ea voce paulo post, alibi quo sæpius utitur.

disciplinam, vel propositum, quod tenendo sequuntur, longe alia in religionis cultu opinantes quam ceteri.

5. *Scisma* a *scissura* animorum vocatum. Eodem enim cultu, eodemque ritu credit, ut ceteri, solo congregationis delectatur dissidio. Fit autem schisma, cum dicunt homines: *Nos justi sumus, nos sanctificamus immundos, et cetera similia.*

6. *Superstitio* dicta, eo quod sit *superflua*, aut *superintuita* observatio. Alii dicunt a *senibus*, quia multis annis *superstitites* per aetatem delirant, et errant *superstitione* quadam, nescientes quae vetera colant, aut quae veterum ignari asciscant.

350 7. Lucretius autem *superstitionem* dicit *superstantium* rerum, id est, caelestium et divinarum, quae *super nos stant*, sed male dicit. Haereticorum autem dogmata, ut facile possint agnosci, causas eorum vel nomina demonstrare oportuit.

CAPUT IV.

De haeresibus Judaeorum.

1. *Judaei* confessores interpretantur. Multos enim ex iis sequitur *confessio*, quos antea perfidia possidebat.

2. *Hebraei transitores* dicuntur, quo nomine admoventur ut de peioribus ad meliora transeant, et pristinos errores relinquunt.

3. *Pharisaei*, et *Sadducei* inter se contrarii sunt; nam *Pharisaei* ex Hebraeo in Latinum interpretantur *divisi*, eo quod traditionum et observationum, quas illi *δευτερώσεις* vocant, justitiam praeferrunt. Unde et *divisi* vocantur a populo, quasi per justitiam.

4. *Sadducei* interpretantur *justi*; vendicant enim sibi quod non sunt, corporis resurrectionem negant, et animam interire cum corpore praedicant. Hi quinque tantum libros legis recipiunt, prophetarum veterumque respiciunt.

351 5. *Esseni* dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos omnem abstinentiam.

6. *Masbothaei* dicunt ipsum esse Christum qui docuit illos in omni re sabbatizare.

7. *Genitaei* dicti, eo quod de genere Abraham esse se gloriantur; nam cum in Babyloniam venisset populus Dei, plerique, relinquentes uxores suas,

*Superstit.* Verba Servii, Aen. viii, ad vers. *Vana superstitio*, etc.; est vero Lucretii locus ad quem respicit, lib. i:

Hannam ante oculos foede cum vita jaceret,  
In terris oppressa gravi sub religione,  
Quae caput a caeli regionibus ostendebat,  
Horribili saepe aspectu mortalibus instans.

Mellus Barbas apud Cic., ii de Nat. Deor.

Cap. IV. — *Judaei*. Euseb., lib. iv Hist. Eccl., cap. 31, ex Hegeippo septem fuisse refert Hebraeorum sectas, quarum nomina haec sunt: *Essaei, Galilaei, Hemerobaptistae, Masbothaei, Samaritae, Sadducei, Pharisaei*. Justin., contra Triph.: "ὡσπερ οὗδε ἰουδαίους ἄν τις ὁρῶς ἐξέτασθ, ὁμολογήσειεν εἶναι τοὺς ἰουδαίους, ἢ τὰς ἑμοίας αἰρέσεις γενιστῶν, καὶ μαρτυρῶν καὶ γαλιλαίων, ἰλλυνιακῶν, καὶ φαρισαίων, βαρταρίων, etc."

*Pharisaei... Sadducei*. Ex Hieronym., Matth. xxiii, et *ibid.*, xlii.

*Esseni*. Vel *Essaei*, ex Euseb. Convenit autem quod Hieronymus, lib. ii advers. Jovin. ex Josepho

A *Babylonicis* mulieribus adhaerent; quidam autem *Israëliticis* tantum conjugii contenti, vel ex eis geniti, dum reversi essent de Babylonia, dividerunt se ab omni populo, et assumpserunt sibi hoc nomen jactantiae.

8. *Meristae* appellati, eo quod separant scripturas, non credentes omnibus prophetis, dicentes aliis et aliis spiritibus illos prophetasse; *μέρος* enim Graece, Latine *pars* dicitur.

9. *Samaritae* dicti, quod legem solam custodiunt, nam prophetas non recipiunt.

10. *Hemerobaptistae*, eo quod quotidie vestimenta sua et corpora lavant.

CAPUT V.

De haeresibus Christianorum.

B 1. Quidam etiam haeretici de Ecclesia recesserunt, et ex nomine auctorum suorum nunciantur; quidam vero ex causis quas eligentes instituerunt.

352 2. *Simoniani* dicti a *Simone* magiae disciplinae perito, cui Petrus in Actibus apostolorum maledixit, pro eo quod ab apostolis Spiritus sancti gratiam pecunia emere voluisset: hi dicunt creaturam non a Deo, sed a virtute quadam superna creatam.

3. *Menandriani* a *Menandro* mago discipulo Simonis nuncupati, qui mundum non a Deo, sed ab angelis factum esse asseruit.

4. *Basilidiani* a *Basilide* appellati, qui, inter reliquas blasphemias, passum Jesum abnegavit.

5. *Nicolaitae* dicti a *Nicolao* diacono Ecclesiae Hierosolymorum, qui cum Stephano et ceteris constitutus est a Petro; qui propter pulchritudinem relinquens uxorem, ut qui vellet ea uteretur, versa est in stuprum talis consuetudo, ut invicem conjugia commutarentur: quos Joannes in Apocalypsi improbat, dicens: *Sed hoc habes, quia odisti factum Nicolaitarum.*

6. *Gnostici* propter excellentiam scientiae se ita appellare voluerunt. Animam naturam Dei esse dicunt, bonum et malum Deum suis dogmatibus fingunt.

7. *Carpocratiani* a *Carpocrate* quodam vocantur, qui dixit Christum hominem fuisse tantum, et de utroque sexu progenitum.

de his refert, quod ab uxoribus, vino et carnibus abstinerent, et quotidianum jejunium verterent in naturam.

D *Masbothaei*. Hoc eorum proprium fuisse nomen, praeter Eusebii verba quae indicavimus, haec res ipsa Sabbatizandi, iis praesertim qui Hebraeas litteras attingerunt, satis ostendit.

*Meristae*. *Meristae*. Cod. Rom. De Essenis Epiph. in prolog. Ἐχρῶντο γραφαῖς ἑτέροις μετὰ τὸν νόμον, τοὺς δὲ πλείους τῶν μετέπειτα προφητῶν ἀπιβάλλοντο.

*Hemerobaptistae*. Epiph., lib. ii, cap. 17. Retinent hunc morem interiorum vestium identidem lavandarum Fessani Mauri.

CAP. V. — *Quidam*. Ex Aug., de Haere., ad Quindvnt., et Gennadii catalogo pleraquo. Vid. 24, q. 5.

*Nicolaitae*. Aug. Qui cum de zelo pulcherrimam conjugis culparetur, velut purgandi se causa, permisisse fertur ut qui vellet ea uteretur, quod ejus factum in sectam turpissima n versum est, qua placet usus in differens seminar.

8. *Cerinthiani* a *Cerintho* quodam nuncupati. Ili inter cætera circumcisionem observant, mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant: unde et Græce *Chiliastæ*, Latine *Millenarii* sunt appellati.

9. *Nazaræus* dicti, qui dum Christum, qui a vico *Nazaræus* est appellatus, Filium Dei confiteantur, omnia tamen veteris Legis custodiunt.

353 10. <sup>a</sup> *Ophitæ* a *colubro* nominati sunt. *Coluber* enim Græce *ὄφις* dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradysum induxisse virtutis cognitionem.

11. <sup>b</sup> *Valentiniani* a *Valentino* quodam Platonicæ sectatore vocati, qui *αἰῶνας*, id est, sæcula quædam in originem Dei Creatoris induxit: Christum quoque de Virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam quasi per fistulam transisse asseruit.

12. <sup>c</sup> *Apellitæ*, quorum *Apelles* princeps fuit, qui creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris Dei faciens Deum legis et Israelis, illum igneum affirmans, dixit Christum non Deum in veritate, <sup>d</sup> sed hominem in phantasia apparuisse.

13. <sup>e</sup> *Archontiaci* a *principibus* appellantur, qui universitatem quam Deus condidit opera esse archangelorum defendunt.

14. *Adamiani* vocati, quod *Adæ* imitentur nuditatem; unde et nudi orant, et nudi inter se mares feminæque conveniunt.

15. <sup>f</sup> *Cainani* proinde sic appellati, quoniam *Cain* adorant.

16. *Sethiani* nomen acceperunt a filio Adam, qui vocatus est *Seth*, dicentes eundem esse Christum.

17. *Melchisedechiani* vocati pro eo quod *Melchisedech* sacerdotem Dei, non hominem fuisse, sed virtutem Dei esse arbitrantur.

18. <sup>g</sup> *Angelici* vocati, quia *angelos* colunt.

354 19. *Apostolici* hoc sibi nomen ideo præsumpserunt, quod nihil possidentes proprium, nequaquam recipiant eos qui aliquid in hoc mundo utuntur.

20. *Cerdoniani* a *Cerdone* quodam nominati, qui duo contraria principia asseruit.

<sup>a</sup> *Ophitæ*. Ex Tertull. Præscript., a quo nonnihil discrepat Isidorus, quod ille serpentem ait fuisse virtutem quæ generi humano scientiam bonorum et malorum contribuit; quare vocem *virtutis* rejiciebat Chacon. Vid. Epiph., Philastr., August.

<sup>b</sup> *Valentiniani*... *Platonicæ* sectatore. Ita Cod. Neap., recte. Tertull.: *Ubi nunc Marcion Stoicæ studiosus? Ubi Valentinus Platonicæ sectator?*

<sup>c</sup> *Apellitæ*. Ex eodem. Vid. Epiph. et Irenæ.

<sup>d</sup> *Sed hominem in phantasia apparuisse*. At Tertull. ita de Apelle: *Christum neque in phantasmate dicit fuisse, sicut Marcion, neque in substantia veri corporis ut Evangelium docet*. Et in lib. de Carne Christi, et in lib. de Resurr. separatim profitetur se disputare adversus Marcionem, qui veritatem carnis Christo tollebat, vanitatem phantasmatum inducens; et contra Apellem, qui solidum corpus et carnem recipiebat, non tamen natam, sed de sideribus et substantiis superioribus tractam. Itaque negabat hunc locum integrum esse Chacon, cui assentimur.

<sup>e</sup> *Archontiaci*... *opera archangelorum*. — *Archontes* legebat Chacon. Nam et Augustinus *principis* interpretatur.

<sup>f</sup> *Cainani*. Vid. not. in Grat.

<sup>g</sup> *Angelici*. Vid. Epiph., August. et Theod., ad Coloss. 11, et concil. Laodic., cap. 35.

21. <sup>h</sup> *Marcionistæ* a *Marcione* stoico philosopho appellati, qui, Cerdonis dogma secutus, alterum bonum, alterum justum Deum asseruit, tanquam duo principia creationis et bonitatis.

22. *Artotyritæ* ab oblatione vocati. Panem enim et caseum offerunt, dicentes primis hominibus oblationem a fructibus terræ et a fructibus ovium fuisse celebratam.

23. *Aquarii* appellati, eo quod *aquam* solum offerunt in calice sacramenti.

24. *Severiani* a *Severo* exorti, vinum non bibunt. Vetus Testamentum et resurrectionem non recipiunt.

25. <sup>i</sup> *Tatiani* a *Tatiano* quodam vocati, qui et *Encratitæ* dicti, quia carnes abominantur.

26. *Alogii* vocantur tanquam *sine Verbo*; ὄψις enim Græce *Verbum* dicitur. Dum enim Verbum non credunt, respuentes Joannis Evangelium et Apocalypsim.

27. *Cataphrygiis* nomen provincia *Phrygia* dedit, quia ibi existerunt auctores eorum *Montanus*, *Prisca* et *Maximilla*: hi adventum Spiritus sancti non in apostolis, sed in se traditum asserunt.

28. <sup>j</sup> *Cathari* propter munditiam ita se nominaverunt. Gloriantur enim de suis meritis, negant penitentibus veniam peccatorum: viduas si nupserint, tanquam adulteras damnant; mundiores se cæteri prædicant. Qui nomen suum si cognoscere vellent, mundanos se potius quam mundos vocarent.

29. *Pauliani* a *Paulo Samosateno* exorti sunt, qui dicit non semper fuisse Christum, sed a *Maria* sumpsisse initium.

355 30. <sup>k</sup> *Hermogeniani* ab *Hermogene* quodam vocati, qui materiam non natam introducens, Deus non nato eam comparavit, matremque elementorum et deam asseruit; quos Apostolus improbat, elementis servientes.

31. <sup>l</sup> *Manichæi* a quodam Persa existerunt, qui vocatus est *Manes*. Hic duas naturas et substantias introduxit, id est, bonam et malam, et animas ex Deo, quasi ex aliquo fonte manare asseruit. Testamentum Vetus respuunt, Novum ex parte recipiunt.

<sup>e</sup> *Archontiaci*... *opera archangelorum*. — *Archontes* legebat Chacon. Nam et Augustinus *principis* interpretatur.

<sup>f</sup> *Cainani*. Vid. not. in Grat.

<sup>g</sup> *Angelici*. Vid. Epiph., August. et Theod., ad Coloss. 11, et concil. Laodic., cap. 35.

<sup>h</sup> *Marcionistæ*... a quo duo princip. Augustinum sequitur. Nam Epiphanius tria principia ab his inducta refert.

<sup>i</sup> *Tatiani*.... qui et *Encratitæ*. Ita legend. ex Aug., Epiph. et veteribus lib., non *Encratitæ*. Nam quamvis Isid. carnium tantum meminisset, constat eos vino, carne et nuptiis abstinuisse.

<sup>j</sup> *Cathari*... *viduas si nup*. Verba Aug., in lib. de Agon. Chr., cap. 31.

<sup>k</sup> *Hermog...* quos *Apost. improb*. Ex Tertull. Præscript.

<sup>l</sup> *Manich...* qui vocatus est *MANES*. Al., *Manis*; apud Aug., *Manin*.

32. \* *Anthropomorphitæ* dicti pro eo quod, simplicitate rustica, Deum habere humana membra quæ in divinis libris scripta sunt, arbitrantur. \* *Ἀνθρωπος* enim Græce, Latine *homo* interpretatur, ignorantes vocem Domini, qui ait : *Spiritus est Deus*; incorporatus est enim, nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur.

33. † *Hierachitæ* ab *Hieracha* auctore exorti : monachos tantum recipiunt, conjugia respiciunt, regna cælorum parvulos habere non credunt.

34. \* *Novatiani* a *Novatiano* Romæ urbis presbytero exorti, qui adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere, hæresim instituit, nolens apostatas suscipere, et rebaptizans baptizatos.

35. *Montani* hæretici dicti, quod tempore persecutionis in *montibus* latuerunt, qua occasione se a catholice Ecclesie corpore diviserunt.

36. † *Ebionitæ* ab *Ebione* dicti, sive a *paupertate*; Christum enim, 356 per profectum solum, virum justum putant effectum. Unde competenter *Ebionitæ* pro *paupertate* intelligentiæ compellati sunt. \* *Hi semijudei* sunt, † et ita tenent Evangelium, ut Legem carnaliter servant, † adversus quos Apostolus ad Galatas scribens invehitur.

37. † *Photiniani* a *Photino* Gallogræciæ Sirmie episcopo nuncupati, qui Ebionitarum hæresim suscitans, asseruit Christum a Maria per Joseph nuptiali coitu fuisse conceptum.

38. *Aeriani* ab *Aerio*, quodam nuncupati sunt : hi cferre sacrificium pro defunctis spernunt.

39. † *Ætiani* ab *Ætio* sunt vocati, iidemque *Eunomiani*, ab *Eunomio* quodam dialectico *Ætii* discipulo, ex cujus nomine magis innotuerunt, dissimilem Patri asserentes Filium, et Filio Spiritum sanctum. Dicunt etiam nullum imputari peccatum in fide manentium.

40. † *Origeniani* ab *Origene* auctore exorti sunt, dicentes quod non possit Filius videre Patrem, nec Spiritus sanctus Filium. Animas quoque in mundi principio dicunt peccasse, et, pro diversitate peccatorum, a cælis usque ad terras diversa corpora, quasi vincula, meruisse, eaque causa factum fuisse mundum.

41. *Noetiani* a quodam *Noeto* vocati, qui dicebat

\* *Anthropomorph.* Ex Hier., advers. errores Joann. Hierosolymitan.

† *Hierachitæ.* Etiam Hilarius Hieracham auctorem appellat lib. vi de Trin.

\* *Novatiani* a *NOVATIANO.* Ita legendum ex Hier. catalogo, non *Novato*, quamvis hic primus auctor sectæ fuerit. Hos cum Catharis (de quibus paulo ante) non est necesse eosdem fuisse. Sed aliquid commune habuisse.

† *Ebionitæ.* Eusebius, lib. iii Hist., cap. 27, Rufinus interprete : *Ebionæi solum esse hominem putant, et per profectum vitæ ac virtutis virum justum effectum. Ex paulo post : Unde competenter EBIONITÆ pro PAUPERTE INTELLIGENTIÆ APPELLATI SUNT.* Horum mediavit saepe Hieronym., et Tertull. in Præscript.

\* *Hi semijudei.* Ita appellat Ebionem ad Gal. iii Hieronym.

† *Et ita tenent Evang.* Ex eodem, in Is. i.

† *Adversus quos ad Gal.* Ex Tertull. Præscript. ita paucissima verba trib. ex locis contexta.

Christum eundem esse, et Patrem, et Spiritum sanctum; ipsamque Trinitatem in officiorum nominibus non in personis accipiunt. Unde et *Patripassiani* vocantur, quia Patrem passum dicunt.

42. *Sabelliani* ab eodem Noeto pullulasse dicuntur, cujus discipulum perhibent fuisse *Sabellium*, ex cujus nomine maxime innotuerunt; unde, et *Sabelliani* vocati sunt. Hi unam personam Patris, et Filii, et Spiritus sancti astruunt.

43. *Ariani* ab *Ario* Alexandrino presbytero orti sunt, qui coæternum 357 Patri Filium non agnoscentes, diversas in Trinitate substantias asseruit, contra illud quod ait Dominus : *Ego et Pater unum sumus.*

44. *Macedoniani* a *Macedonio* Constantinopolitano episcopo dicti sunt, negantes Deum esse Spiritum sanctum.

45. *Apollinaristæ* ab *Apollinare* vocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima suscepisse.

46. † *Antidicomaritæ* appellati sunt, pro eo quod *Marie* virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commistam.

47. *Metangismonitæ*, ileo tale nomen acceperunt, quia *ἄγγος* Græce vas dicitur. Asserunt enim sic esse in Patre Filium, tanquam vas minus, intra vas majus.

48. *Patritiani* a quodam *Patritio* nuncupati sunt, qui substantiam humanæ carnis a diabolo conditam dicunt.

49. *Coluthiani* a quodam *Colutho* nominati, qui dicunt Deum non facere mala, contra illud quod scriptum est : *Ego Dominus creans mala.*

50. *Floriani* a *Florino*, qui e contrario dicunt Deum creasse mala, contra id quod scriptum est : *Fecit Deus omnia bona.*

51. † *Donatistæ* a *Donato* quodam Afro nuncupati, qui de Numidia veniens totam pene Africam sua persuasione decepit, asserens minorem Patre Filium, et minorem Filio Spiritum sanctum, et rebaptizans Catholicos.

52. † *Bonosiaci* a *Bonoso* quodam episcopo exorti produntur, qui Christum 358 Filium Dei adoptivum, non proprium asserunt.

53. † *Circumcelliones* dicti, eo quod *aprestes* sunt, quos *Colopitas* vocant, supradictæ hæresis habentes

† *Photiniani.* Hieron., de Vir. Illust., et Niceph., lib. ix, cap. 31; mendose apud Damascenum *Smirrensis* pro *Sirmien.* legitur.

† *Ætiani.... dicunt nullum imputari peccatum in fide manentium.* Quorum errorem revocavit Lutherus.

† *Origeniani... usque ad filium.* Ex Hieronymi Apolog. Reliqua ex Aug., xi de Civit., cap. 25.

† *Antidicomaritæ.* Qui et *Antidicomarianitæ* ab Epiphonio et Augustino dicuntur.

† *Donatistæ... decepit.* Verba Hier. in Catalogo.

† *Bonosiaci.* Hi apud Aug. non sunt, et fortassis ab aliquo huc inducti; cujus rei magnum argumentum, quod ante Circumcelliones leguntur, eusque a Donatistis, contra Isidori verba mentenque, separant. Nam Circumcelliones Donatistas esse, non Bonosiacos, manifestum est. Bonosiacos vero Photinianos adnumerat Innoc. I, in epist. ad Laurent. Senen.

† *Circumcelliones.* Hi (ut ait Aug. in ps. lxxxiii Agonistrios se nominabant, quod pro Christo cur

doctrinam. Hi amore martyrii semetipsos perimunt, A rum arbitrium divinæ gratiæ anteponunt, dicentes et violenter de hac vita discedentes martyres nominentur.

54. *Priscillianistæ* a *Prisciliano* vocati, qui in Hispania ex errore Gnosticorum et Manichæorum permixtum dogma composuit.

55. \* *Luciferiani* a *Lucifero* Sardinia episcopo orti, qui episcopos catholicos qui, Constantii persecutione, perfidia Ariariorum consentientes erant, et postea correcti redire in catholicam delegerunt, damnantes sive quod crediderant, sive quod se credidi se simulaverant, quos Ecclesia catholica materno recepit sinu, tanquam Petrum post detum negationis, hanc illi Matris charitatem superbe accipientes, eosque recipere nolentes, ab Ecclesiæ communionem recesserunt, et cum ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebatur, B cadere meruerunt.

56. *Jovinianistæ* a *Joviniano*, quodam monacho dicti, asserentes 359 nullam nuptiarum et virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes et simplices epulantes esse discrimen.

57. *Elvidiani* ab *Elvidio* nominati, qui dicunt post natum Christum, alios Mariam filios de viro Joseph peperisse.

58. *Paterniani* a *Paterno* quodam exorti; inferiores corporis partes a diabolo factas opinantur.

59. *Arabici* nuncupati, eo quod in *Arabia* exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in novissimo utrumque, resurgere.

60. *Tertullianistæ* dicti a *Tertulliano* presbytero Africanæ provinciæ, civitatis Carthaginensis, animam immortalē esse, sed corpoream prædicantes, et animas hominum peccatorum post mortem in dæmones verti putantes.

61. *Tessares Cædecatitæ* dicti, quod, quarta decima luna, Pascha cum Judæis observandum contendunt; nam *τρεσκαπς* quatuor, *δέκα* decem significat.

62. <sup>b</sup> *Nyctages* a *somnio* nuncupati, quod vigiliis noctis habent, superstitionem esse dicentes jura temerari divina, qui noctem ad requiem tribuit.

63. *Pelagiani* a *Pelagio* monacho exorti: hi libe-

dæmonio certarent. Et vere *circumcelliones* dicti, qui circum cellas vagarentur, nulloque in loco consistentes sedes quotidie mutarent. In *Uvet.*, *Goth.*, *Tarrac.* et *Rom.*, *Circiliones*. Eisdem *Aug. Montenses*, *Philasti circuitores* appellat. Sed *pro Cotopitæ, Coropitæ, Catropitæ, Catolopisci* (Tot namque aut pluribus modis hoc nomen in libris vet. legitur), *Catopitæ* A. *Aug.* probabatur. Illorum enim fuit, non tantum se ipsos vario genere mortis interimere, sed aliis quoque in desertis locis insidiari, ut quos possent in eundem furorē incitari, sibi, ut moriē afferrent. Id ni effectissent, ipsi in illos sæviebant, necatosque pro martyribus colebant. *Biohanati* dicuntur a *Philastro*.

\* *Luciferiani*. Prima verba *Aug.* sunt in lib. de *Hæresibus*, reliqua ex lib. de *Agon. Chr.*, cap. 30. Sed voces illæ auctore suo, quæ *Aug.* non sunt, rejici poterant. Fuit autem *Lucifer* *Caralltan. episc.*, *Caralis* vero *Sardinia* urbs nobilis. Hujus stat adhuc liber. Vid. *Hieron.*, lib. de *Vir. Illust.*, et *Niceph.*, lib. x, cap. 17.

<sup>b</sup> *Nyctages*. Sive *Nystages*, vel *Nystazontes* a dormiando. Vid. lib. de *Off.*, c. de noctur. *Vig.*

\* *Aceph...* *Hi trium Chalcedon. capitulorum.* Cur

rum arbitrium divinæ gratiæ anteponunt, dicentes sufficere voluntatem ad implenda jussa divina.

64. *Nestorini* a *Nestorio* Constantinopolitano episcopo nuncupati, qui beatam virginem Mariam, non Dei, sed hominis tantummodo asseruit Genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis; neque unum Christum in verbo Dei, et carne credda, sed separatim, atque se junctum alterum Filium Dei, alterum hominis prædicavit.

65. *Eutychiani* dicti ab *Eutychē* Constantinopolitano abbate, qui Christum post humanam assumptionem negavit existere de duobus naturis, sed solam in eo divinam asseruit esse naturam.

360 66. \* *Acephali* dicti, id est, *sine capite*; nullus enim eorum reperitur auctor, a quo exorti sint. *Hi trium Chalcedonen. capitulorum impugatores*, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, et unam in ejus persona naturam prædicant.

67. <sup>a</sup> *Theodosiani* et *Gaianitæ* appellati, a *Theodosio* et *Gaiano*, qui, temporibus Justiniani principis, in *Alexandria* populi perversi electione uno die sunt ordinati episcopi. *Hi*, errores *Eutychetis* et *Dioscori* sequentes, *Chalcedonen. concilium* respuunt, ex duobus unam in Christo naturam asserunt, quam *Theodosiani* corruptam, *Gaianitæ* incorruptam contendunt.

68. \* *Agnoitæ* et *Trithetæ* a *Theodosianis* exorti sunt, ex quibus *Agnoitæ* ab *ignocantia* dicti, quia perversitati a qua exorti sunt, id adjiciunt, quod Christi divinitas ignoret futura quæ sunt scripta de die et hora novissima, non recordantes Christi personam C in *Isaia* loquentis: *Deus judicis in corde meo*. *TRITHETÆ* vero vocati, quod sicut tres personas in *Trinitate*, ita quoque tres astruunt *deos* esse, contra illud, quod scriptum est: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est*.

69. Sunt et aliæ hæreses sine auctore et sine nominibus: ex quibus aliæ triformem putant Deum esse, <sup>f</sup> aliæ Christi divinitatem passibilem dicunt, aliæ Christi de *Patre* natiuitati initium temporis dant, 361 aliæ <sup>e</sup> liberationem omnium apud *Inferos* factam Christi descensione credunt, aliæ animam imaginem

hæc tria capitula Chalcedonensia appellet, cum sint in quinta synodo tractata; cur item eorundem capitulorum D. *Isidorus*, aut debeat, aut non debeat defensor videri, vide *Annot. Segobricen. antistitis*, ad cap. 4 lib. de *Vir. Illustrib.*

<sup>a</sup> *Theodosiani* et *Gaianitæ*. *Hi corrupticolæ*, hi *phantasiastæ* dicuntur in *Breviario Liberti*, quarum appellationum rationes explicat *D. Thom.* quodlib. 4. Vid. notat. in *Gratian.*, et *Evagr.*, et *Anasthasium Bibliothecarium*, quorum dicta sumpta sunt ex *Petri Theophrasti* libro qui in *Vatican.* asservatur.

\* *Agnoitæ* et *Trithetæ*. *Greg.*, lib. *Regist.* viii, epist. 35 et 42, et *Niceph.*, lib. xviii, cap. 49, qui *Agnoitarum* *Themistium* sub *Valente*, *Trithetarum* *Joann. Philopponum* sub *Phoca*, nobiles *Peripateticos* doctores existitisse refert.

<sup>f</sup> *Aliæ Christi divinitatem*. Quos *Græci θεοπασις* vocant.

<sup>e</sup> *Aliæ liberationem omnium*. Ita omnino legendum ex tribus *Codicibus Tolet.*, *Salun.* et *Rom.*, et ex *Aug.* indice præfixo ad lib. de *Hæresib.* et opere ipso. Sic enim in indic. : *Liberationem omnium apud Inferos factam Christi descensione credentes*. In opere

Alii negant, aliæ animas converti in dæmones et in A quæcumque animalia existimant, aliæ de mundi statu dissentiunt, aliæ innumerabiles mundos opinantur, aliæ aquam Deo coæternam faciunt, aliæ a nudis pedibus ambulant, aliæ cum hominibus non manducant.

70. Hæ sunt hæreses adversus catholicam fidem exortæ, et ab apostolis et sanctis Patribus, vel conciliis prædamnatæ: quæ dum in se, multis erroribus diviæ, invicem sibi dissentiunt, communi tamen nomine adversus Ecclesiam Dei conspirant. Sed et quicumque aliter Scripturam sanctam intelligit, quam sensus Spiritus sancti flagitat, a quo conscripta est, licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest.

#### CAPUT VI.

##### De philosophis gentium.

1. *Philosophi* Græcæ appellatione vocantur, qui Latine *amatores sapientiæ* interpretantur. Est enim philosophus qui divinarum et humanarum rerum scientiam habet, et omnem bene vivendi tramitem tenet.

2. <sup>b</sup> Nomen philosophorum primum a Pythagora fertur exortum. Nam dum antea Græci veteres *sophistas*, id est, *sapientes*, aut *doctores sapientiæ* semetipos jactantius nominarent, iste interrogatus, quid profiteretur? veracundo nomine *philosophum*, id est, *amatorem sapientiæ* se esse respondit, quoniam sapientem profiteri arrogantissimum videbatur.

3. Ita deinceps posteris placuit ut quantalibet de rebus ad sapientiam pertinentibus doctrina quisque, vel sibi, vel aliis videretur excellere, non nisi *philosophus* vocaretur. <sup>c</sup> Eadem autem philosophi triplice genere dividuntur: nam aut *physici* sunt, aut *ethici*, aut *logici*.

4. *Physici* dicti, quia de naturis tractant. *Natura* quippe φύσις Græcæ vocatur.

362 5. *Ethici*, quia de moribus disputant. *Mores* enim ἠθικὸς apud Græcos appellatur.

6. *Logici* autem quia in naturis et moribus rationem adiungunt. *Ratio* enim Græcæ λόγος dicitur. Divisi sunt autem et hi in hæresibus suis, <sup>d</sup> habentes quidam nomina ex auctoribus, ut *Platonici*, *Epicurei*, *Pythagorici*; alii a locis conventiculorum, et stationum suarum, ut *Peripathetici*, *Stoici*, *Academici*.

vero: *Alii, descendente a inferos Christo, credidisse incredulos, et omnes inde existimant liberatos.*

<sup>a</sup> *Aliæ nudis pedibus.* Non quod id nefas sit, sed quia ipsi nefas aliter ambulare putent.

Cap. VI.—<sup>b</sup> *Nomen philosophi.* Ex Aug., viii de Civit., cap. 2; et Cic., Tuscul. v.

<sup>c</sup> *Idem autem phil. tripl.* Aug., ibid.

<sup>d</sup> *Habentes quidam nomina....* ACADEMICI. Verba Tertull. in Apologet.

<sup>e</sup> *Quam Pœcilenstiam.* Ita veteres libri; *Pisianactiam*, impressi. Et quidem utroque modo constat eam porticum appellatam. Laert. in Zenon.: Ἀνακρίπτων δὲ ἵσθησιν ποικίλῃ στοᾷ, τῇ καὶ πεισιανακτικῇ καλούμενῃ, καὶ ἢ τῆς γραφῆς τῆς Πολυγόττου ποικίλῃ, etc. Nisi κλισιακατικῇ, ex Plot., in Cimone, mavis, cujus verba sunt: καὶ δὲ τὸ τὸ ποικίλῃ ἐν κλισιακατικῇ τῇ ποικίλῃ, ποικίλῃ δὲ ἢ στοᾷ, etc.

<sup>f</sup> *Arcesilaus Cyrenaicus.* Vel quod voluptati dedi-

7. *Platonici* a Platone philosopho dicti. Hi animarum creatorem esse Deum, corporum angelos asserunt, post multos annorum circulos in diversa corpora redire animas dicunt.

8. *Stoici* a loco dicti. Porticus enim fuit Athenis, <sup>e</sup> quam *Pisianactiam* et *Pœcilenstiam* appellabant, in qua picta erant gesta sapientium atque virorum fortium historiarum. In hac porticu sapientes philosophabantur, ex qua et *Stoici* dicti sunt. Græcæ enim *porticus στοᾷ* dicitur. Hanc sectam primus Zeno instituit.

9. Hi negant sine virtute effici quemquam beatum. Omne peccatum uniforme esse asserunt, dicentes: *Sic ille nocens erit qui paleas furatus fuerit, quam qui aurum; qui mergum occiderit quam qui equum; non enim animal crimen, sed animus facit.*

B 10. Hi etiam animam cum corpore perire dicunt. Amant quoque virtutem continentiam, affectant gloriam æternam, cum se fateantur non esse æternos.

11. *Academici* appellati a villa Platoni *Academia* Athenarum, ubi idem Plato docebat. Hi omnia incerta et occulta esse quæ voluit Deus excedere intelligentiam hominis, sic tamen plurima esse quæ possint et sensibus capi, et ratione comprehendere.

12. Hanc sectam <sup>f</sup> Arcesilaus Cyrenaicus philosophus reperit; 363 <sup>g</sup> cujus sectator fuit Democritus, qui dixit tanquam in puteo alto, ita ut fundus nullus sit, ita in occulto jacere veritatem.

C 13. *Peripathetici* a deambulatione dicti, eo quod Aristoteles auctor eorum deambulans disputare solitus esset. Hi dicunt quamdam particulam animæ esse æternam, de reliquo magna ex parte mortalem.

14. <sup>h</sup> *Cynici* ab immunditia impudentiæ nuncupati. Contra humanam enim verecundiam in propatulo coire cum conjugibus eis mos erat: censentes licitum honestumque esse palam cum uxore concumbere, quia conjugium justum est, publice id prædicantes agendum, ut canes in vicis, vel plateis. Unde et a *canibus*, quorum vitam imitabantur, etiam vocabulum nomenque traxerunt.

15. *Epicurei* dicti ab *Epicuro*, quodam philosopho amatore vanitatis, non sapientiæ, quem etiam ipsi philosophi *porcum* nominaverunt, <sup>i</sup> quia se volutans in cæno carnali, voluptatem corporis summum bo-

D tus, vel quod Cyrenem navigarit, ibique Demetrium adolescentem perditè adamarit. Nam constat Prytanem fuisse. Vid. Laert.

<sup>g</sup> *Cujus sectator fuit Democritus.* Non Arcesilai, quem constat Democrito longe posteriorem fuisse, sed sectæ, vel opinionis. Ergo τὸ *fuit, fuerat* interpretare.

<sup>h</sup> *Cynici ab immunditia impudentiæ. Impudenti,* Anton. Augustinus.

<sup>i</sup> *Quia se volutans.* Aug. in Ps. LXXIII. In excusis Venetiis, anno 1493: *Et forte qui dicit: cum mortuus fuero, nihil ero, et litteras didicit, et ab Epicuro didicit, hoc nescio quo deliro philosopho, vel potius amatore vanitatis, non sapientiæ, quem ipsi etiam philosophi porcum nominaverunt, quia voluptatem corporis summum bonum dicit.* Horatius:

Cum ridere volens Epicuri de grege porcum.

num asseruit, qui etiam dixit nulla providentia divina instructum esse aut regi mundum.

16. Sed originem rerum atomis, id est, insecabilibus ac solidis corporibus assignavit, quorum fortuitis concursionibus universa nascantur et nata sint. Asseruit autem Deum nihil agere, omnia constare corporibus, animam nihil aliud esse quam corpus. Unde et dixit: *Non ero postea quam mortuus fuero.*

17. *Gymnosophistæ* nudi per opacas Indiæ solitudines perhibentur philosophari, adhibentes tantum genitalibus tegmina; \* *gymnasium* enim eo dictum est, quod juvenes nudi exercebantur in campo, ubi pudenda sola tantum operiunt, hi et a generando se cohibent.

18. *Theologi* autem idem sunt, qui et *Physici*: dicti autem *Theologi*, quoniam in scriptis suis de Deo dixerunt; quorum varia constat opinio, quid Deus esset, dum quærerent. Quidam enim corporeo sensu hunc mundum visibilem ex quatuor elementis Deum esse dixerunt, 364 ut Dionysius Stoicus. Alii vero spiritualiter intellexerunt mentem esse Deum, ut Thales Milesius.

19. Quidam animum in omnibus commeantem, et lucidum, ut Pythagoras. Quidam Deum sine tempore incommutabilem, ut Plato. Quidam mentem solutam, ut Cicero. Quidam, et spiritum, et mentem ut Maro. \* Inventum enim solummodo Deum non, ut invenerunt, exposuerunt, quia evanuerunt in cogitationibus suis; dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.

20. Platonici quidem Deum curatorem, et arbitrum, et judicem asserunt. Epicurei otiosum et inexercitatum. De mundo autem Platonici affirmant incorporealem, Stoici corporalem, Epicurus ex atomis, Pythagoras ex numeris, Heraclitus ex igne.

21. Unde et Varro ignem mundi animum dicit, proinde quod in mundo ignis omnia gubernet, sicut animus in nobis. Quam vanissime: *Qui cum est, inquit, in nobis, ipsi sumus; cum exit, emorimur.* Ergo, et \* ignis cum de mundo per fulgura proficiscitur, mundus emoritur.

22. Illi philosophorum errores etiam apud Ecclesiam induxerunt hæreses. Inde *αἰῶνες*, et formæ, nescio quæ, inde apud Arium Trinitas nominis, et apud Valentinum \* Platonici furor.

365 23. Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate, a Stoicis enim venerat; et ut anima interire dica-

\* *Gymnasium*. Idem, inf., lib. xviii, cap. 17.

† *Commeantem et lucidum*. Cic., 1 de Nat. deor. .

Nam Pythagoras, qui censuit Deum animum esse per naturam rerum omnem intentum et commeantem. Et Minutius in Octavio: *Pythagoræ Deus est animus per universam naturam rerum commeans et intentus*. Lucium fortasse appellavit, quia apud Ciceronem non intentum, sed nitentem legerat.

\* *Inventum enim solummodo*. Tertull., in Apolog. : *Inventum enim solummodo Deum, non ut invenerunt, disputaverunt*. Isid., *exposuerunt*. Vulg., *glorificaverunt*, δόξα enim et gloria est et opinio.

† *Et inexercitatum*. Tertull., *inexercitum*.

\* *Ignis cum de mundo*. Id est, *calo*, ut sup. lib. iii, cap. 63.

† *Illi philosophorum errores*. Omnia, usque ad finem,

tur, Epicurus observatur; et ut carnis restitutio negetur, de una omnium philosophorum schola sumitur; et ubi materia cum Deo æquatur, Zenonis disciplina est; et ubi quid de igneo Deo legitur, Heraclitus intervenit. Eadem materia apud hæreticos et philosophos voluatur, iidem retractatus implicantur.

## CAPUT VII.

### De poetis.

1. Poetæ undesint dicti, sic ait Tranquillus: «Cum primum homines, exuta feritate, rationem vitæ habere cœpissent, sequæ ac Deos suos nosse, cultum modicum ac sermonem necessarium commenti sibi utriusque magnificentiam ad religionem deorum suorum excogitaverunt.

2. Igitur, ut templa illis domibus pulchriora, et simulacra corporibus ampliora faciebant, ita eloquio, etiam quasi augustiore honorandos putaverunt, laudesque eorum, et verbis illustrioribus, et jucundioribus numeris extulerunt. Id genus, quia forma quadam efficitur, quæ *poesis* dicitur, *poema* vocatum est, ejusque fictores *poetæ*.

366 3. *Vates a vi mentis* appellatos, Varro auctor est; vel a *viendis carminibus*, id est, *flectendis*, hoc est, *modulandis*; et proinde *poetæ* Latine *vates* olim, et scripta eorum *vaticinia* dicebantur, quod vi quadam et quasi vesania in scribendo commoverentur, vel quod modis verba connecterent; *viere* enim antiquis *vincere* ponebant. Etiam per furorem divini eodem erant nomine, quia et ipsi quoque pleraque verbis efferebant.

4. *Lyrici poetæ ἀπὸ τοῦ λυρεῖν*, id est a *varietate carminum*. Unde, et *lyra* dicta.

5. *Tragici* dicti, quod initio canentibus præmium erat *hircus*, quem Græci *τράγον* vocant. Unde et Horatius:

- Carmine, qui tragico vilem certavit ob hircum.

Jam dehinc sequentes tragici multum honorem adepti sunt, excellentes in argumentis fabularum ad veritatis imaginem fictis.

6. *Comici* appellati, sive a loco, quia circum pagos agebant, quos Græci *κόμας* vocant, sive a commensatione. Solebant enim post cibum homines ad eos audiendos venire. Sed comici privatorum hominum prædicant acta, Tragici vero res publicas, et regum historias; item tragicorum argumenta ex rebus luctuosis sunt, comicorum ex rebus lætis.

ex Tertull. Præscript. ex quo aliqua correximus, non repugnantibus libris Ms.

† *Platonici furor*. Non discessimus a veteribus lib. quorum magnus hoc loco consensus. Chæcon ita ex Tertull.: *Inde Æon. e. j. n. q. et trinitas hominis apud Valentinum, Platonici fuerat*. Nos vero nominis retinimus. Nam quamvis utrumque in Valentinum cadat, quia tria hominum genera induxit, πνευματικόν, ψυχικόν, καὶ σαρκοτικόν, ut est in lib. contra Valentinianos, tamen si Arium cum Valentino copulavit Isidorus, Æonem primum trinomium fuisse suspicemur. Ita namque eod. in libro Præscript.: *Sed et cum genealogias indeterminatas nominat, Valentinus agnoscitur, apud quem Æon ille nescio quomodo et non unius nominis, generat e sua charitate seminum et veritatem, etc.*



7. <sup>a</sup> Duo sunt autem genera comicorum, id est, **A** veteres et novi. **367** *Veteres*, qui et joco ridiculares existerent, ut Plautus, Actius, Terentius. *Novi*, qui et *Satyrici* a quibus generaliter vitia carpuntur, ut Flaccus, Persius, Juvenalis, et alii; hi enim universorum delicta corripunt; nec vetabatur eis pessimum quemque describere, nec cujuslibet peccata moresque reprehendere. Unde et nudi pinguntur, eo quod per eos vitia singula denudentur.

8. <sup>b</sup> *Satyrici* autem dicti, sive quod pleni sint omni facundia, sive a *saturitate*, et *copia*, de pluribus enim simul rebus loquuntur; seu ab illa lance quæ referta diversis frugum vel pomorum generibus ad templa gentilium solebat deferri, aut a *Satyris* nomen tractum, qui insulta habent ea quæ per vinolentiam dicuntur.

9. <sup>c</sup> Quidam autem poetæ *theologi* dicti sunt, quoniam de diis carmina faciebant.

10. <sup>d</sup> Officium autem poetæ in eo est, ut ea quæ vere gesta sunt in alias species obliquis figurationibus cum d'core aliquo conversa transducatur. <sup>e</sup> Unde et Lucanus ideo in numero poetarum non ponitur, quia videtur historiam composuisse, non poema.

11. <sup>f</sup> Apud poetas autem tres characteres sunt dicendi: unus in quo tantum poeta loquitur, ut est in libris Virgilio Georgicorum. Alius dramaticus, in quo nusquam poeta loquitur, ut est in comædiis et tragædiis. Tertius mixtus, ut est in *Æneide*. Nam poeta illic et introductæ personæ loquuntur.

#### CAPUT VIII.

##### De sibyllis.

1. *Sibyllæ* generaliter dicuntur omnes feminae veteris lingua Græcæ. Nam <sup>g</sup> *Σιῶς* *Æolico* sermone *Deus*, *βουβῶν* Græci *mentem* nuncupant, **368** quasi *Dei mentem*. Proinde igitur, quia divinam voluntatem hominibus interpretari solebant, *Sibyllæ* nominatae sunt.

2. Sicut enim omnis vir prophetans, vel *vates* dicitur, vel *propheta* ita omnis femina prophetans *Sibylla* vocatur. Quod nomen ex officio, non ex proprietate vocabuli est.

CAP. VII. — <sup>a</sup> Duo sunt autem genera comicorum. Successisse poetas satyricos in locum veteris comædiæ, cujus licentia lege compressa sit, notum ex Horatio; sed ut hos novos comicos, aut Plantum et Terentium veteres dictos, aut Attium, vel Actium comicum fuisse, quis credat? Neque mihi dubium quin aut hæc aliena, aut valde depravata sint.

<sup>b</sup> *Satyrici* autem dicti. Vid. quæ : up., lib. v, de Leg. Satyr.

<sup>c</sup> Quidam autem poetæ. Aug., lib. xviii de Civit., cap. 14.

<sup>d</sup> Officium autem poetæ. Verba Lact., lib. 1, cap. 11.

<sup>e</sup> Unde et Lucan. E Serv., *Æn.* v, ad vers. *Matre dea monstr. viam.*

<sup>f</sup> Apud poetas. Ex eodem, *Ecl.* 10.

CAP. VIII. — <sup>g</sup> *Σιῶς*. Ex Lact., lib. 1, cap. 6, et Serv., *Æn.* 111.

<sup>h</sup> Quæ ante Troj. E Solin., cap. 8.

<sup>i</sup> *Herophyla*. Vel *Heriphile*. Sed magna omnino in Sibyllar. nominibus confusio. Nam Demophilam, Amaltheam, Cumanamque easdem cum *Herophyla* facit, ex Varrone, Lactantius. Vid. Suid. et Viu. ad lib. de Civit.

3. Decem autem *Sibyllæ* a doctissimis auctoribus traduntur fuisse. Quarum prima de Persis fuit. Secunda *Lybissa*. Tertia *Delphica* in templo Delphici Apollinis genita, <sup>h</sup> quæ ante Trojana bella vaticinata est, cujus plurimos versus operi suo Homerus inseruit.

4. Quarta *Cimmeria* in Italia; Quinta *Erythræa* nomine <sup>i</sup> *Herophyla* in Babylone orta, quæ Græcis Ilium petentibus vaticinata est perituram esse Trojam, et Homerum mendacia scriptorum. Dicta autem *Erythræa*, quia in eadem Insula ejus inventa sunt carmina. <sup>j</sup> Sexta *Samia*, quæ *Phemonoe* dicta est a Samo Insula, unde fuit cognominata.

5. Septima *Cumana* nomine *Amalthæa*, quæ novem libros attulit Tarquinio Prisco, <sup>k</sup> in quibus erant decreta Romana conscripta. Ipsa est et *Cumæa*, de qua *Virgilius* :

Ultima *Cumæi* venit jam carminis ætas.

**369** Dicta autem *Cumana* a civitate *Cumis*, quæ est in Campania, cujus sepulcrum in Sicilia adhuc manet.

6. Octava *Hellespontia* in agro Trojano nata, qua scribitur *Solonis*, et *Cyri* fuisse temporibus. Nona *græa*, quæ vaticinata est *Ancyræ*. Decima *Tyburnina* Phynomine *Albunea*.

7. Quarum omnium carmina efferuntur, in quibus de Deo et de Christo, et gentibus multa scripsisse manifestissime comprobantur, celebrior autem inter cæteras ac nobilior *Erythræa* perhibetur.

#### CAPUT IX.

##### De magia.

1. *Magorum* <sup>l</sup> primus *Zoroastes* rex *Bactrianorum*, quem *Ninus* rex *Assyriorum* prælio interfecit, de<sup>m</sup> quo *Aristoteles* scribit quod vicies centum millia versuum ab ipso condita indicibus voluminum ejus declarantur.

2. Hanc artem multa post sæcula *Democritus* ampliavit, quando et *Hippocrates* medicinæ disciplina effloruit. Apud *Assyrios* autem magicæ artes copiosæ sunt, testante *Lucano* :

... quis noscere fibra  
Fata queat, quis prodas aves, quis fulgura coeli  
Servet et Assyria scrutetur sidera cura.

3. Itaque hæc vanitas magicarum artium <sup>n</sup> ex tradi-

<sup>l</sup> *Samia* quæ *Phemonoe*. *Samia* a *Suida*, ex *Eratosthene*, *Phyto* vocatur. *Phemonoe* vero *Delphica* fuisse videtur. *Pausan.*, in *Phocæic.*, de *Delphico* oraculo : *Μεγίστη δὲ παρὰ πλείστων εἰς Φημονόην δόξα ἔστι ὡς πρόμαντις γίνετο ἡ Φημονόη τοῦ θεοῦ. πρῶτη τὸ εἰάμετρον ἦσε.* Et *Strab.* lib. ix : *πρῶτη δὲ Φημονόην φασι γινέσθαι πυθιάων.* *Lucanus* quoque *Phemonoe* *Delphis* facit *Appio* responsa dantem.

<sup>k</sup> In quibus erant decreta. E *Serv.* *Æn.* vi, ad vers. *Hic ego namquetuas sortes. Sed remedia, non decreta, apud Serv. Secreta volebat Chacon.*

CAP. IX. — <sup>l</sup> *Magor. primus.* August. 1 de Civit., cap. 14.

<sup>m</sup> De quo *Arist.* Ex *Plin.*, lib. xxx, cap. 1. Sed *Plinius* *Hermippum*, non *Aristotelem*, citare videtur. Lapsus in eo quod *Plinii* verba de *Aristotele* non præcedentibus (ut debuit), sed subsequentibus, atexit *Isidorus*.

<sup>n</sup> Ex traditione angelorum malorum. Ex *Lact.*, lib. 11, cap. 16. Et *Tertullianus*, in *Apolog.* : *Eadem officia dependunt, et qui as rogos, et auspices, et augures, et magos de Cæsorum capite consultant, quas artes, ut ab angelis desertoribus proditas, et a Deo interdictas, ne causis quidem suis adhibent Christiani.*

done angelorum malorum in toto terrarum orbe <sup>A</sup> b etiam sanguine utuntur, et victimis, et sarpe con-  
plurimis sæculis valuit, per quamdam scientiam futu-  
rorum, et inferorum evocationes. Eorum inventa  
sunt aruspicia, augurationes, et ipsa quæ dicuntur  
oracula, et necromantia.

4. Nec mirum de magorum præstigiis, quorum in  
tantum prodire maleficiorum artes, ut etiam Moysi  
simillimis signis resisterent, vertentes virgas in dra-  
cones, aquas in sanguinem.

370 5. <sup>a</sup> Fertur et quedam maga famosissima  
Circe, quæ socius Ulyssis mutavit in bestias. Legitur  
et de sacrificio, quod Arcades deo suo Lycæo immo-  
labant, ex quo quicumque emerent, in bestiarum  
formas convertebantur.

6. Hinc apparet, non esse in totum dubium quod  
<sup>b</sup> nobilis ille poeta scripsit de quadam femina quæ  
magicis artibus excellebat :

Hæc se carminibus promittit solvere mentes,  
Quas velit, ast aliis duras immittere curas ;  
Sistere aquam fluvii, et vertere sidera retro ;  
Nocturnoque ciet manes, mugire videbis  
Sub pedibus terrani, et descendere montibus ornos.

7. Quid plura, si <sup>c</sup> credere fas est, de Pythonissa, ut  
prophetæ Samuelis animam de inferni abditis evo-  
caret, et vivorum præsentaret conspectibus, si tamen  
animam prophetæ fuisse credamus, et non aliquam  
phantasmaticam illusionem Satanae fallacia factam ?

8. <sup>d</sup> Prudentius quoque de Mercurio sic ait :  
Traditur exinctas, sumptæ moderamine virgæ,  
In lucem revocasse animas....  
Ast alias damnasse ueni....

Et post paululum adjecit :

Murmure nam magico tenues excire figuras,  
Atque sepulcra es scire incantare favillas.  
Vita iidem spoliare alios ars noxia novit.

9. <sup>e</sup> Magi sunt qui vulgo malefici ob facinorum  
magnitudinem nuncupantur. Hi et elementa concu-  
tunt, turbant mentes hominum, ac sine ullo veneni  
haustu violentia tantum carminis interimunt.

10. Unde et Lucanus :  
Mens hausti nulla sanie polluta veneni  
<sup>f</sup> Incantata perit.

Dæmonibus enim accitis, <sup>g</sup> audent ventilare, ut  
quisque suos perimat malis artibus inimicos. Hi

<sup>a</sup> Fertur et qued.... converteb. Ex Augustin., xviii  
de Civit., cap. 17.

<sup>b</sup> Nobilis ille poeta. Eiusdem.

<sup>c</sup> Si credere fas est. Problema a nostris theologis  
multum vexatum. Vid. Hieron., Is. vii; Cyrill.,  
lib. vi de Adorat.; Aug., ad Simplician. et D. Thom.,  
non uno in loco.

<sup>d</sup> Prudentius quoque. Lib. contra Symmach.

<sup>e</sup> Magi sunt, qui vulgo malef. Verba Hieronymi,  
Daniel ii. Eadem Augus. iii., xxi de Civit., cap. 9, et  
Lact., lib. ii, cap. 17.

<sup>f</sup> Incantata perit. -- Excantata apud Lucan. Hora-  
tius quoque :

Quæ sidera excantata voce Thessala, Lunamque  
Cælo deripit.

<sup>g</sup> Audent ventilare. Etiam Quintilianus præstigia-  
tores ventilatores vocat.

<sup>h</sup> Hi etiam sang.... mortuorum. Ex Hieron., Dan. ii.

<sup>i</sup> Ad quos suscitand. E Serv., Æn. vi, ad vers.  
Præterea jacet exan.

<sup>j</sup> Est enim hydrom. Ex Aug. vii de Civit., cap. ultim.

<sup>k</sup> Etiam inferos perhib. sciscit. Ex eodem.

lingunt, corpora mortuorum.

371 11. Necromantii sunt, quorum præcantationi-  
bus videntur resuscitati mortui divinare, et ad interro-  
gata respondere. Νεκρὸς enim Græce mortuus, μαντεία  
divinatio nuncupatur, <sup>l</sup> ad quos sciscitandos cadaveri  
sanguis adjicitur; nam aniare dæmones sanguinem  
dicunt; ideoque, quoties necromantia fit, cruor aqua  
miscetur, ut colore sanguinis facilius provocentur.

12. Hydromantii ab aqua dicti. <sup>l</sup> Est enim hydro-  
mantia in aquæ inspectione umbras dæmonum evo-  
care, et imagines vel ludificationes eorum videre,  
ibique ab eis aliqua audire, ubi adhibito sanguine  
<sup>k</sup> etiam inferos perhibentur sciscitari.

13. Quod genus divinationis <sup>l</sup> Persis dicitur al-  
latum. Varro dicit divinationis quatuor esse genera,  
terram, aquam, aerem, ignem. Hinc geomantiam,  
hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam.

14. Divini dicti, quasi Deo plent; divinitate enim se  
plenus assimilant, et astutia quadam fraudulenta  
hominibus futura conjectant.

Duo sunt autem genera divinationis, ars et furor.

15. <sup>m</sup> Incantatores dicti sunt qui artem verbis per-  
agunt.

16. Arioli vocati, propter quod circa aras idolorum  
nefas preces emittunt, <sup>n</sup> 372 et funesta sacrificia  
offerunt, iisque celebratibus dæmonum responsa ac-  
cipiunt.

17. <sup>n</sup> Aruspices nuncupati, quasi horarum inspec-  
tores (dies enim, et horas in ægeudis negotiis operi-  
busque custodiunt, et quid per singula tempora ob-  
servare debeat homo intendunt). Hi etiam ex  
pecudum inspicunt, et ex eis futura prædicunt.

18. Augures sunt qui volatus avium et voces in-  
tendunt, aliaque signa rerum vel observationes im-  
provisas hominibus occurrentes; iidem et auspices.  
<sup>o</sup> Nam auspicia sunt, quæ iter facientes observant.

19. Dicta sunt autem auspicia, quasi avium aspacia;  
et auguria, quasi avium garría, hoc est, avium voces  
et linguæ, item <sup>p</sup> augurium, quasi arigerium, quod  
aves gerunt.

20. Duo sunt autem genera auspicioꝝ : unum

<sup>l</sup> A Persis allatum. Varro dicit divinationis, etc.  
Secuti sumus Augustinum, non veteres libros, quo-  
rum hæc scriptura : A Persis fertur allatum. Varro  
dicit divinationis, etc. Illud enim ex Augustino con-  
stat, hoc de Varrone non audemus affirmare. Forma  
autem per infinita verba loquendi frequens Isidoro,  
ut antea annotavimus.

<sup>m</sup> Incantatores. Ex Hieron., Dan. ii.

<sup>n</sup> Aruspices. Donat. in Phorm. : Aruspices haru-  
garum inspectores, id est, hostiar. Ergo verba illa,  
Dies enim et horas intendunt, e margine ascita credi-  
mus. Cum Isidorus scripsisset : Aruspices harugarum  
(vel harugarum, ex Festo) inspectores. Hi exis  
inspic., etc.

<sup>o</sup> Nam auspicia sunt, quæ iter facientes obser-  
Horat. :

.... cui si vitiosa libido  
Fererit auspicium, cras farramenta Theonum  
Tolletis fabri....

Sed exemplor. plena sunt omnia.

<sup>p</sup> AUGURIUM q. AVIGERIUM. Serv., Æn. v.

ad oculos, alterum ad aures pertinet. Ad oculos, A scilicet, volatus; ad aures, vox avium.

21. <sup>a</sup> *Pythones* a *Pythio* Apolline dicti, quod is auctor fuerit divinandi.

22. *Astrologi* dicti, eo quod in astris augurantur.

23. <sup>b</sup> *Genethliaci* appellati propter natalium considerationes dierum. Geneses enim hominum per duodecim cœli signa describunt, siderumque cursu nascentium mores, actus et ventus prædicere conantur, id est, quis quali signo fuerit natus, aut quem effectum habeat vitæ, qui nascitur.

24. Hi sunt qui vulgo *mathematici* vocantur; cuius superstitionis genus **373** *constellationes* Latini vocant, id est, notationes siderum, quomodo se habeant cum quisque nascitur.

25. Primum autem <sup>c</sup> iidem stellarum interpretes magi nuncupabantur, sicut de his legitur qui in Evangelio natam Christum annuntiaverunt; postea hoc nomine soli *mathematici*.

26. <sup>d</sup> Cujus artis scientia usque ad Evangelium fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde nativitatem alicujus de cœlo interpretaretur.

27. *Horoscopi* dicti, quod horas nativitalis hominum speculantur dissimili, et diverso fato.

28. *Sortilegi* sunt qui sub nomine fictæ religionis per quasdam, quas sanctorum sortes vocant, divinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt.

29. <sup>e</sup> *Salisatores* vocati sunt, quia dum eis membrorum quæcunque partes salierint, aliquid sibi exiende prosperum seu triste significare prædicunt.

30. <sup>f</sup> Ad hæc omnia pertinent et ligaturæ execrabilium remedium quæ ars medicorum condemnat, <sup>g</sup> sive in præcantationibus, sive in characteribus, vel in quibuscunque rebus suspendendis atque ligandis.

**374** 31. In quibus omnibus ars dæmonum est ex quadam pestifera societate hominum, et angelorum malorum exorta. Unde cuncta vitanda sunt a Christiano, et omni penitus execratione repudianda atque damnanda.

32. *Auguria* autem avium Phryges primi invenerunt.

33. *Præstigiū* vero Mercurius primus dicitur invenisse. Dictum autem *præstigiū*, quod *præstingatiō* oculorum.

34. *Aruspiciæ* artem prius Etruscis tradidisse dicitur <sup>h</sup> quidam Tages. Hic ex <sup>i</sup> oris aruspiciam didicit, et postea non apparuit.

35. Nam dicitur fabulose, arante quodam rustico, subito hunc ex glebis exsiluisse, et aruspiciam didicisse.

<sup>a</sup> *Pythones*. Al., *Pythionise*.

<sup>b</sup> *Genethliaci*. Aug. II de Doctr. Chr., cap. 24, et Hier., Dan. II.

<sup>c</sup> *Iidem stellar. intep.* Ex Tertull., de Idololat.]

<sup>d</sup> *Cujus artis scient.* Ex eodem.

<sup>e</sup> *Salisatores*. Al., *Salitores*. Gloss., *Salisatio*, *μαλακία*. Erunt libellus Melanmodis Ægyptii *περι πλάτωνος*. Vid. Justin. Martyr., in Respons. ad Orthodox., interrog. 49. Male Cælius et Vives *Salisatores* vocant.

<sup>f</sup> *Ad hæc omnia pertinent.* Ex Augustin., II de Doctr. Christ., cap. 20.

<sup>g</sup> *Sive in præcant.*, sive in char. Vid. D. Thom., II cap. Gen., cap. 105.

<sup>h</sup> *Quidam Tages*. Ex Cic., II de Divin. Columel.:

A classe, qua die et mortuus est. Quos libros Romani ex Etrusca lingua in propriam mutaverunt.

## CAPUT X.

### De paganis.

1. *Pagani* <sup>l</sup> ex *pagis* Atheniensium dicti ubi exorti sunt. Ibi enim in locis ægrestibus **375** et *pagis* gentiles lucos idolaque statuerunt, et a tali initio vocabulum *pagani* sortiti sunt.

2. *Gentiles* sunt qui sine lege sunt, et nondum crediderunt. Dicti autem *gentiles*, quia ita sunt ut fuerunt *genti*, id est, sicut in carne descenderunt sub peccato, scilicet, idolis servientes, et nondum regenerati.

3. Proinde *gentiles* primitus nuncupantur: ipsi dicuntur Græce *ethnici*; *εθνικὸι* enim ex Græco in Latinum interpretantur *gentiles*, *ἔθνος* enim Græce *gens* dicitur.

4. Post fidem autem non debent vocari *gentes*, sive *gentiles*, hi qui ex gentibus credunt; sicut post fidem dici jam non potest *Judæus*, testante Paulo apostolo, et dicente jam Christianus: *Quoniam cum gentes essetis*, hoc est, infideles.

5. *Apostata* dicuntur qui, post baptismum Christi susceptum ad idolorum, cultum et sacrificiorum contaminationes revertuntur. Est autem nomen Græcum.

## CAPUT XI.

### De diis gentium.

1. Quos pagani deos asserunt, homines olim fuisse produntur, et pro uniuscujusque vita vel meritis, coli apud suos post mortem cœperunt, **376** ut <sup>k</sup> apud Ægyptum Isis, apud Cretam Jovis, <sup>l</sup> apud Mauros Juba, apud Latinos Faunus, apud Romanos Quirinus.

2. Eodem quoque modo, apud Athenas Minerva, apud Samum Juno, apud Paphos Venus, apud Lemnos Vulcanus, apud Naxos Liber, apud Delphos Apollo; in quorum etiam laudibus accesserunt poete, et, compositis carminibus, in cælum eos sustulerunt.

3. <sup>m</sup> am quarumdam adinventiones artium cultum peperisse dicuntur, ut Æsculapio medicina, Vulcano fabrica. <sup>n</sup> Ab actibus autem vocantur, ut *Mercurius*, quod *mercibus* præest; *Liber* a *libertate*.

4. Fuerunt etiam et quidam viri fortes, aut urbium conditores, quibus mortuis, homines qui eos dilexerunt <sup>o</sup> simulacra slexerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium, sed paulatim hunc errorem, persuadentibus dæmonibus, ita in posteris constat irrepsisse, ut quos illi pro sola nominis memoria honoraverunt successores deos existimarent, atque colerent.

Hinc caput Arcadii nudum cute fertur asclii Tyrrenus fixisse Tages in limite ruris.

<sup>i</sup> *Ex oris*. Forte, *ex arans*, vel *ex arvis*.

CAP. X. — <sup>l</sup> *Pagani dicti*. Athenas in pagos divisas ostendunt pagorum ipsorum nomina, Areopagus, Cronopagus et alia. Sed melius Festus: *PAGANI dicti a PAGIS, pagi dicti a fontibus, quod eadem aqua uterentur, nam παγῆι lingua Dorica FONTES.*

CAP. XI. — <sup>k</sup> *Apud Ægypt.* Is. Ex Lact., I, cap. 45.

<sup>l</sup> *Apud Mauros Juba*. Qui in captivitate ex Harbato doctissimus factus scripsit historiam. Minutius Fel. in Octav., Appian. et Plutarch.

<sup>m</sup> *Ab actibus*. Serv. Æn. IV, ad v. s. *Sacra Jovi Stig.*

<sup>n</sup> *Simulacra flux.* Ex Lact.

5. Simulacrorum usus exortus est cum ex desiderio mortuorum constituerentur imagines, vel effigies, tanquam in cœlum receptis, pro quibus se in terris dæmones colendos supposuerunt, et sibi sacrificari a decreptis, et perditis persuaserunt.

6. Simulacra autem a *similitudine* nuncupata, eo quod manu artificis ex lapide aliave materia eorum vultus imitantur in quorum honorem finguntur. Ergo simulacra, vel pro eo, quod sunt *similia*, vel pro eo, quod *simulata*, atque conficta, unde et falsa sunt.

7. **377** Et notandum quod <sup>a</sup> Latinus sermo sit in Hebræis. Apud eos enim *idolum*, sive *simulacrum selem* dicitur. Judæi dicunt, quod Ismael primus simulacrum luto fecerit.

8. Gentiles autem primum <sup>b</sup> Prometheum simulacra hominum de luto finxisse perhibent, ab eoque natam esse artem simulacra et statuas fingendi. Unde, et poetæ ab eo homines primum factos esse conserunt figurate propter effigies.

9. Apud Græcos autem <sup>c</sup> Cecrops sub quo primum in arce oliva orta est, et Atheniensium urbs <sup>d</sup> ex Minervæ appellatione nomen sortita est.

10. Hic primus omnium Jovem appellavit, simulacra reperit, aras statuit, victimas immolavit, nequam istius modi rebus in Græcia unquam visis.

11. *IDOLOLATRIA idolorum servitus*, sive *cultura* interpretatur. Nam *λατρεία* Græce, Latine *servitus* dicitur, <sup>e</sup> quæ quantum ad veram religionem attinet, non nisi uni et soli Deo debetur.

12. Hanc sicut impia superbia, sive hominum, sive dæmonum, sibi exhiberi, vel jubet, vel cupit, ita pia <sup>c</sup> humilitas, vel hominum, vel angelorum sanctorum, sibi oblatam recusat, et cui debetur ostendit.

13. *Idolum* autem est simulacrum quod humana effigie factum **378** et consecratum est, juxta vocabuli interpretationem, <sup>f</sup> εἶδος enim Græce *formam* sonat, ab eo per diminutionem *idolum* deductum, æque apud nos *formulam* facit.

14. Igitur omnis forma vel formula *idolum* sedici exposcit. Inde idololatria omnis circa *idolum* famulatus et servitus. Quidam vero Latini ignorantes Græce imperite dicunt *idolum* ex *dolo* sumpsisse nomen, quod diabolus-creaturæ cultum divini nominis invexit.

15. <sup>g</sup> *Dæmonas* a Græcis dictos aiunt, quasi δαίμονος, id est, *peritos*, ac *rerum scios*. Præsciunt enim futura multa, unde et solent responsa dare.

16. <sup>h</sup> Inest enim illis cognitio rerum plusquam infirmitati humanæ, partim subtilioris sensus acumine, partim experientia longissimæ vitæ, partim per Dei jus-

<sup>a</sup> Latinus sermo sit in Heb. Est *זלם* *zelem*, imago, vel simulacrum.

<sup>b</sup> *Prometheus simul*. Ex Lact., lib. II, cap. 10.

<sup>c</sup> *Cecrops sub quo*. Integer locus ex Euseb. Chron.

<sup>d</sup> *Ex Minervæ appell.* Nam Minerva, *Αθήνη*.

<sup>e</sup> *Quæ quantum ad relig.* Alioquin in *λατρεία* et *λατρείων* latior serviendi significatio.

<sup>f</sup> *Εἶδος* enim Græc. Ex Tertull., de Idol.

<sup>g</sup> *Dæmones*. Ex Lact., II, cap. 14, et Serv., *Æn.* III.

<sup>h</sup> *Inest enim illis cognit.* Ex August., II de Gen. ad litt., cap. 17.

<sup>i</sup> *Ante transg.* Ex eodem lib. III, cap. 10.

<sup>A</sup> sum, angelica revelatione, hi corporum æreorum natura vigent.

17. <sup>i</sup> Ante transgressionem quidem cœlestia corpora gerebant. Lapsi vero in æream qualitatem conversi sunt, nec aeris illius puriora spatia, sed ista caliginosa tenere permisi sunt, qui eis quasi carcer est, usque ad tempus iudicii. Hi sunt prævaricatores angeli, quorum princeps diabolus est.

18. <sup>i</sup> *Diabolus* Hebraice dicitur *deorsum fluens*, quia quietus in cœli culmine stare contempsit, sed superbiæ pondere deorsum corruens cecidit. Græce vero *diabolus criminator* vocatur, vel quod crimina in quæ ipse inlicit ad Deum referat, vel quia electorum innocentiam criminibus fictis accuset; unde et in Apocalypsi voce angelica dicitur: *Projectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos in conspectu Dei nostri die, ac nocte.*

19. *SATANAS* in Latinum sonat *adversarius*, sive *transgressor*; **379** ipse enim est adversarius, qui est veritatis inimicus, et semper sanctorum virtutibus contraire nititur; ipse et *transgressor*, quia prævaricator effectus in veritate qua conditus est non stetit; idem, et tentator, quia tentandam justorum innocentiam postulat, sicut in Job scribitur.

20. *Antichristus* appellatur, quia *contra Christum* venturus est. Non quomodo quidam simplices intelligunt, *Antichristum* ideo dictum, quod *ante Christum* venturus sit, id est, post eum veniat Christus; non sic, sed *Antichristus* Græce dicitur, quod est Latine *contrarius Christo*; *ἀντι* enim Græce in Latium *contra* significat.

21. Christum enim se mentietur, dum venerit, et contra eum dimicabit, et adversabitur sacramentis Christi, ut veritatis ejus Evangelium solvat.

22. Nam et templum Hierosolymis reparare, et omnes veteris legis cæremonias restaurare tentabit; <sup>k</sup> sed et ille *Antichristus* est qui negat esse Deum Christum, contrarius enim Christo est; omnes enim qui exeunt de Ecclesia, et ab unitate fidei præciduntur, et ipsi *Antichristi* sunt.

23. *Bel*, *idolum* Babylonium est, quod interpretatur *vetus*; fuit enim hic Belus pater Nini primus rex Assyriorum, quem quidam *Saturnum* appellant; <sup>l</sup> quod nomen et apud Assyrios, et apud Afros postea cultum est, <sup>m</sup> unde et lingua Punica *Bal* deus dicitur.

**D 380** Apud Assyrios autem *Bel* vocatur, quadam sacrorum suorum ratione, et *Saturnus*, et *Sol*.

24. *Beelphegor* interpretatur simulacrum igno miniar; *idolum* <sup>n</sup> enim fuit Moab, cognomento *Baal*, super

<sup>i</sup> *Diabol.* Hebrai. *κατάρπιων*. Ex Hieronym., ad Ephes. VI.

<sup>k</sup> *Sed et ille Antichrist.* Ex Tertull. Præscript.

<sup>l</sup> *Quod nomen apud Assy.* E Serv., *Æn.* I, ad vers. *Qua Belus, et omnes a Belo.*

<sup>m</sup> *Unde et ling. Pun.* Ex Hieronym., in Ezech. XIII: *Idolum BAAL, sive BEL, et ut apertius dicam BELIS: Assyriorum religio est consecrata a Nino, Belis filio, in honorem patris, quem cum Saturno eundem facit.* Is. XLVI.

<sup>n</sup> *Idolum fuit Moabitar.* Ex eodem lib. de locis Hebr., in voce *Fogor*. et Os. IX; et Serv., Georg. IV, ad vers. *Illespontiaci serv. tut. P.*

montem Phegor, quem Latini Priapum vocant, deum A hortorum.

25. Fuit enim de Lampsaco civitate Hellesponti, de qua pulsus est, et propter virilis membri magnitudinem in numerum deorum suorum eum Græci transtulerunt, et in numen sacraverunt hortorum, unde et dicitur præesse hortis propter eorum fecunditatem.

26. <sup>a</sup> *Beelzebub* idolum fuit Accaron, quod interpretatur *sir muscarum*; *ZEBUS* enim *musca* vocatur. Spurcissimum igitur idolum ideo vir muscarum vocatur, propter sordes idololatriæ, sive propter immunditiam.

*Belial*....

27. <sup>b</sup> *Behemoth* ex Hebræa voce in Latinam linguam animal sonat, propter quod de excelsis ad terrena cecidit, et pro merito suo ut animal brutum effectus sit. Ipse est et *Leviathan*, id est, serpens de aquis, quia in hujus sæculi mari volubili versatur astutia.

28. <sup>c</sup> *Leviathan* autem interpretatur *additamentum eorum*, quorum, scilicet, nisi hominum, quibus in paradiso semel culpam prævaricationis intulit, et hanc usque ad æternam mortem quotidie persuadendo adjicit, vel extendit.

29. <sup>d</sup> Quædam autem nomina deorum suorum gentiles per vanas fabulas ad rationes physicas conantur traducere, eaque in causis elementorum composita esse interpretantur, sed hoc a poetis totum fictum est, ut deos suos ornarent aliquibus figuris, quos perditos ac decoris infamia plenos fuisse historici confitentur; omnino enim fingendi locus vacat, ubi veritas cessat.

30. *Saturnus* origo deorum, et totius posteritatis a peganis designatur, <sup>e</sup> hunc Latini a *satio* appellatum ferunt, quasi ad ipsam *satio* omnium pertineat rerum, vel a temporis longitudine, quod *saturatur* annis.

31. <sup>f</sup> Unde eum Græci *χρόνος*; nomen habere dicunt, quasi *χρόνος*, id est, *tempus*, quod filios suos fertur devorasse, hoc est, annos quos tempus produxerit in se revolvit, <sup>g</sup> vel eo quod semina unde oriuntur iterum redeant.

32. Hunc Cœli patris abscondisse genitalia dicunt quia nihil in cœlo de seminibus nascitur. Falcem tenet, inquit, propter agriculturam significandam, vel propter annos et tempora quod in se redeant, vel propter sapientiam quod intus acuta sit.

33. In aliquibus autem civitatibus Saturno liberos suos gentiles immolabant, quod Saturnum poetæ liberos suos devorasse solitum tradiderunt

<sup>a</sup> *Beelzebub*. Hieron., *Eccles.* x, et *Matth.* x. Idem Græcis *ἀβύσσος*, id est, *muscarum depulsor*, quod muscas ab Olympo abegerit trans Alphæum, sive in Juppiter, ut Pausanias velle videtur, sive Hercules fuerit.

<sup>b</sup> *Behemoth*. Verba Greg., xxxii Mor., cap. 10.

<sup>c</sup> *Leviath.* Ex Greg., xxxiii, cap. 13.

<sup>d</sup> *Quædam autem nomina deor.* Cic., de *Natura deor.*

<sup>e</sup> *Hunc Latini a Satur.* Ex Aug., vii de *Civit.*, cap. 19,

<sup>f</sup> *Unde et eum Græc.* E Serv., *Æn.* iii.

<sup>g</sup> *Vel eo quod semen.* Ex Aug., vii de *Civit.*, cap. 19.

<sup>h</sup> *Modo Danaes per imb.* Ex eod., xviii, cap. 15.

<sup>i</sup> *Janum dicunt.* Ex vii de *Civit.*, cap. 8.

<sup>j</sup> *Neptun.* E cap. 13.

<sup>k</sup> *Et dicit. Vult.* E Serv., *Æn.* viii, ad vers. *Haud*

34. *Jovis fertur a juvando* dictus, et *Jupiter* quasi *juvens pater*, hoc est, omnibus præstans. Hunc et privato titulo *Jovem optimum* dixerant, dum fuisset incestus in suis, impudicus in extraneis.

35. Quem modo taurum fingunt propter Europæ raptum, fuit enim in navi cujus insigne erat taurus; modo Danaes per imbrem aureum appetiisse concubitum, ubi intelligitur pudicitiam mulieris ab auro fuisse corruptam; modo in similitudinem aquilæ, propter quod puerum ad stuprum rapuerit; modo serpentem, quia reptaverit, et cygnum, quia cantaverit.

36. Et ideo non figuræ istæ sunt, sed plane de veritate scelera, unde turpe erat tales deos credi, quales homines esse non debeant.

37. <sup>l</sup> *Janum* dicunt, quasi mundi, vel cœli, vel mensium *januam*: duas Jani facies faciunt, propter Orientem et Occidentem. Cum vero faciunt eum quadrifrontem, et Janum geminum appellant, ad quatuor mundi partes hoc referunt, vel ad quatuor elementa, sive tempora. Sed dum hoc fingunt, monstrum non deum faciunt.

38. <sup>m</sup> *Neptunum* aquas mundi prædicant, et dictus ab eis *Neptunus*, quasi *nube tonans*.

39. *Vulcanum* volunt ignem, et <sup>n</sup> dictus *Vulcanus*, quasi *volans candor*, vel quasi *vulcanus*, quod per aerem volet, ignis enim de nubibus nascitur.

40. <sup>o</sup> Unde etiam Homerus dicit eum præcipitatum de aere in terras, quod omne fulmen de aere cadit. <sup>p</sup> Idcirco autem *Vulcanus* de femore Junonis fingitur natus, quod fulmina de-imo aere nascuntur.

41. *Claudus* autem dicitur *Vulcanus*, quia per naturam nunquam est rectus ignis, <sup>q</sup> sed quasi *claudus* ejusmodi speciem motumque habet. Ideo autem in fabrorum fornace eundem *Vulcanum* auctorem dicunt, quia sine igne nullum metalli genus fundi extendique potest.

42. <sup>r</sup> *Pluton* Græce, Latine *Diespiter*, vel *Ditis pater*, <sup>s</sup> quem alii *Orcum* vocant, quasi receptorem mortium. Unde et *orca* nuncupatur vas quod recipit aquas. Ipse et Græco *Charon*.

43. <sup>t</sup> *Liberum* a *liberamento* appellatum volunt, quod quasi mares in coeundo per ejus beneficium emisissent, liberentur. Quod item *Liber* muliebri et delicato corpore pingitur; dicunt enim mulieres ei attributas, et vinum propter excitandam libidinem.

44. Unde et frons ejus pampino cingitur; sed ideo coronam viteam et cornu habet, quia cum grate et moderate vinum bibitor, lætitiâ præstat; cum ultra *secus igni potens*.

<sup>l</sup> Unde etiam Homer. l. 1, a, et ibi Eustach.

<sup>m</sup> Idcirco autem. Ex eodem Servii loco.

<sup>n</sup> Sed quasi claudus. Aug., xx contra Faust.

<sup>o</sup> PLUTON Latine DIESPITER. E Lact., i, cap. 14.

<sup>p</sup> Sive DITIS PATER. — Ditis recto casu etiam alii usi. Petron. :

Has inter sedes Ditis pater extulit ora.

<sup>q</sup> Quem alii ORCUM, quasi receptorem mort. Aug., vii de *Civit.*, cap. 3. *Quid de veritate? Quid de felicitate? Quas cum deas haberent, nullum eis locum inter selectos deos dare voluerunt, ubi dederunt Marti, et Orco, uni effectori mortium, alteri receptori.*

<sup>r</sup> LIBERUM a LIBERAMENTO. Ibid., cap. 2.

modum, excitat lites, id est, quasi cornua dat. Idem autem et *Lyxus* ἀπὸ τοῦ λύξιν, quod multo vino membra solvantur. Iste et Græce δώνυσος a monte Indiæ Nysa, ubi dicitur esse nutritus. Cæterum est Nysa civitas, in qua colitur idem Liber, unde et Nysæus dictus est.

**384** 45. MERCURIUM sermonem interpretantur. Nam ideo *Mercurius*, quasi *medius currens* dicitur appellatus, quod sermo currat inter homines medius. Ideo et ἑρμῆς Græce, quod *sermo*, vel *interpretatio*, quæ ad sermonem utique pertinet, ἑρμηνεία dicitur.

46. Ideo et mercibus præesse, quia inter vendentes et ementes sermo sit medius. Qui ideo fingitur habere pennas, quia citius verba discurrunt. Unde et velox et errans inducitur; alas enim ejus in capite, et in pedibus, significare voluerem fieri per aera sermonem.

47. *Nuntium* dictum, quoniam per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Ideo autem hunc furti magistrum dicunt, quia sermo animos audientium fallit. Virgam tenet, qua serpentes dividit, id est, venena.

48. Nam bellantes ac dissidentes in interpretum oratione sedantur; unde et secundum Livium legati pacis *caduceatores* dicuntur. Sicut enim per faciales bella indicebantur, ita pax per *caduceatores* fiebat.

49. *Hermes* autem Græce dicitur ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, Latine *interpres*, **385** qui ob virtutem multarumque artium scientiam *Trismegistus*, id est, *ter maximus* nominatus est. Cum autem eum capite canino fingunt, hæc ratio dicitur, quod inter omnia animalia canis sagacissimum genus et perspicax habeatur.

50. *Martem* deum belli esse dicunt, et *Martem* appellatum, quia per viros pugnatur, ut sit *Mars*, *maris ars*, licet et tria sint genera consuetudinum, sicut Scytharum ubi et feminæ et viri in pugnam eunt; Amazonum, ubi solæ feminæ; Romanorum aliarumque gentium, ubi soli mares.

51. Item *Martem* dicunt, quasi effectorem *mortium*. Nam a *MARTE* mors nuncupatur. Hunc, et *adulterum* dicunt, quia belligerantibus incertus est.

52. Quod vero nudo pectore stat, ut bello se quisque sine formidine cordis objiciat. *Mars* autem apud Thracas *Gradius* dicitur, eo quod in bello *gradum* inferant qui pugnant, aut quod impigre *gradiantur*.

53. *Apollinem* quamvis divinatorem et medicum vellent, ipsum tamen **386** etiam *Solem* dixerunt, quasi

<sup>a</sup> A monte Indiæ Nysa. E Serv., *Æn.* vi, ad vers. D Liber agens celso Nysæ d. v. l.

<sup>b</sup> Nam ideo MERCURIUS. Ex eodem lib. Aug., cap. 14.

<sup>c</sup> Unde et velox. E Serv., *Æn.* iv, et Aug.

<sup>d</sup> *Trismeg.* Ex Lact., lib. de Ira, cap. 11, et lib. 1, cap. 6.

<sup>e</sup> Ut sit *MARS*, *maris ars*. Ut sit *MARS* *mas*, Cod. omnes, sed non fuit difficilis conjectura.

<sup>f</sup> Item *MARTEM* dicunt effect. *MORT.* Ex August.

<sup>g</sup> Hunc et *adul.*, etc. Aug., xx contra Faust., cap. 9: *Venerem Vulcani uxorem, et Martis adulterum, quia belligerantibus incongruus est.*

<sup>h</sup> *Mars autem apud Thracas GRADIUS.* Non quod apud Thracas *Gradius* nomen sit, sed quia idem sit illis θούριος ἄρνης qui Romanis *Gradius*. Fuerunt enim (ut ait Serv., *Æn.* i et iii) Romæ duo Martis templa, alterum intra Urbem Quirini, quasi custodis et tranquillii; alterum extra Urbem via Appia prope por-

*A solum*; ipsum *Titan*, quasi unum ex *Titanis* qui adversum Jovem non fecit.

54. Ipsum *Phæbum*, quasi *Ephæbum*, hoc est, *adolecentem*; unde, et Sol puer pingitur, eo quod quotidie oriatur, et nova luce nascatur. *Pythius* quoque eandem Apollinem vocari aiunt, a *Pythone* iumentæ molis serpente, cujus non magis venena quam magnitudo terreat.

55. Hunc Apollo sagittarum ictibus sternens, nominis quoque spolia reportavit, ut *Pythius* vocetur; unde et ob insigne victoriæ *Pythia* sacra celebranda constituit.

56. <sup>k</sup> *Dianam* quoque germanam ejus similiter *Lunam*, et viarum præsidem aiunt. Unde et virginem volunt, quod via nihil pariat. Et ideo ambo sagittas habere finguntur, quod ipsa duo sidera de cælo radios usque ad terras emittant, *Dianam* autem vocatam, quasi *Duanam*, quod luna die ac nocte appareat.

57. Ipsam et *Lucinam* asseverant, eo quod luceat. Eandem et *Triviam*, quod tribus fingatur figuris. De qua Virgilius: .... *Tria virginis ora Dianæ*, quia eadem *Luna*, eadem *Diana*, eadem *Proserpina* vocatur.

58. Sed cum *Luna* fingitur:

<sup>m</sup> .... *Sublustris splendet amicta.*

Cum succincta jacit calamos, *Latonia* virgo est: Cum subnuxa sedet solio, *Plutonia* conjux.

*Latonia* autem *Diana*, eo quod *Latonia* fuerit filia.

**387** 59. <sup>n</sup> *Cererem*, id est, *terram*, a creanda frugibus asserunt dictam, appellantes eam nominibus plurimis. Dicunt etiam eam et opem, quod opere *melior* fiat terra.

60. *Proserpinam*, quod ex eo *proserpant* fruges.

61. <sup>o</sup> *Vestam*, quod herbis, vel varilis *vestita* sit rebus, vel a vi sua stando. Eandem et *Tellurem*, et *Matrem magnam* fingunt turritam, cum tympano, et gallis, et strepitu cymbalorum. *Matrem* vocatam, quod plurima pariat; *magnam*, quod cibum gignat; *almam*, quia universa animalia fructibus suis alit. Est enim alimentorum nutrix terra.

62. <sup>p</sup> Quod simulacrum ejus cum clavi fingitur, quia tellus hieme clauditur, vere aperitur, ut fruges nascantur. <sup>q</sup> Quod tympanum habet, significari volunt orbem terræ.

63. <sup>r</sup> Quod curru vehi dicitur, quia ipsa est terra, tam, quasi bellatoris et *Gradii*.

<sup>i</sup> *Apollinem* quamvis. Aug., cap. 16.

<sup>j</sup> *Qui adversus Jovem non fecit.* Hispanismus, *hæcer por alguno, ò contra alguno*, neque fuit eor *bellum* adderent impressi libri, quod in Ms. non est.

<sup>k</sup> *Dianam* quoque. Ex Aug., cap. 16.

<sup>l</sup> *Quia eadem Luna.* E Serv., *Æn.* iii, ad vers. *Sacra mari colit.* Apud quem mendose *Juno* pro *Luna* legitur.

<sup>m</sup> *Sublustris splendet amict.* Carmen Prudentii, i contra Symmach.

<sup>n</sup> *Cererem.* Ex Aug., cap. 24.

<sup>o</sup> *Vestam, quod herb.* E Serv., *Æn.* i ad vers. *Cana fides et Vesta.*

<sup>p</sup> *Quod simulacrum ejus cum clav.* Ex eodem, *Æn.* x ad vers. *Alma parens Idæa.*

<sup>q</sup> *Quod tympana.* Ex Aug.

<sup>r</sup> *Quod curru vehitur.* E Serv. *Æn.* iii, ad vers. *Et juncti currum dominæ sub. l.*

quæ pendet in aere. Quod sustinetur rotis, quia mundus rotatur, et volubilis est. Quod leones illi subjiciunt manus, ut ostendant nullum genus esse terræ tam lerem quod non subigi possit aut superari ab ea.

61. Quod in capite turritam gestat coronam, ostendit superpositas terræ civitates, quas insignitas turribus constat. Quod sedes finguntur circa eam, quia cum omnia moveantur, ipsam non moveri.

62. Quod eorybantes ejus ministri cum strictis gladiis esse finguntur, ut significetur omnes pro terra sua debere pugnare. Quod gallos, huic dare ut servirent fecerunt, significant qui semine indigeant terram sequi oportere, in ea quippe omnia reperiri.

63. Quod se apud eam jactant, præcipitur, inquit, ut qui terram **388** colunt ne sedeant, semper enim esse quod agant. Cymbalorum autem æreorum sonitus, framentorum crepitus in colendis agris; et ideo ære, quod terram antiqui colebant ære, prius quam ferrum esset inventum.

64. Eandem Vestam et ignem esse perhibent, quia terram ignem habere non dubium est et ut ex *Ætina* Vulcanoque datur intelligi. Et ideo virginem putant, quia ignis inviolabile sit elementum, nihilque nasci possit ex eo, quippe qui omnia quæ arripuerit absumat.

65. Ovidius in Fastis :

Nec tu aliud vestam, quam vitam intellige flammam;  
Nataque de flammæ corpora nulla vides;

propterea, et virginem ei servire dicuntur, eo quod sicut de virginæ, ita nihil ex igne nascatur.

66. *Janonem* dicunt, quasi *janonem*, id est, *januam* pro purgationibus seminarum, et quod quasi portas matrum natis, et naturas pandat nubentium maritis. Sed hoc philosophi. Poetæ autem *Junonem* Jovis asserunt sortem et conjugem; ignem enim et aerem Jovem, aquam et terram *Junonem* interpretantur, quorum duorum permixtione universa gignuntur.

67. Et sororem dicunt, quod mundi pars est; conjugem, quod commista concordat, unde et Virg.

Tum pater omnipotens fecundis imbribus æther

**389** Confugis in gremium lætæ descendit...

68. *Minerva* apud Græcos *ἄθην* dicitur, id est, *feriam*. Apud Latinos autem *Minervam* vocatam, quasi Deam et munus artium variarum. Hanc enim inventricem multorum ingeniorum perhibent, et

Et ideo ære, quod terram antiq. Lucret. , lib. v :

Et prior æris erat, quam ferri cognitus usus,  
Quo feritis magis est natura, et copia major.  
Ære solam terram tractabant, æreque belli  
Miscebant fluctus, et vulnera vasta serabant.

Eandem Vestam et ignem, August., iv de Civit. et Serv. *Æn.* 1.

Ex *Ætina* Vulcanoq. Ita apud Serv.; alioquin *Vulcanis* legerem, cum *Isyl.*, lib. xiv de *Æoliis* insulis, eandem et *Vulcaniam* vocantur, quod et ipsæ sicut *Ætina* ardeant.

Et ideo virginem. Lact. 1, cap. 12.

Pro purgationibus seminarum. Ex vii de Civit., cap. 3 et 5.

Ignem enim gignuntur. Verba Servii, Georg. 11.

*Minerva*... id est, *fermia*. An potius sine *fermia*. Orta nempe a Jovis cerebro, unde et *ἄμυρρον*. Ergo *ἄθην*, quasi *ἄμυρρον*, vel certe *ἄθην*.

Inventricem multorum ingeniorum. Aug., xviii

A inde eam *artem* et *rationem* interpretantur, quia sine ratione nihil potest contineri.

72. Quæ *ratio*, quia ex solo animo nascitur, animumque putant esse in capite et cerebro, ideo eam dicunt de capite Jovis esse natam, quia sensus sapientis, qui invenit omnia in capite est.

73. In ejus pectore ideo caput *Gorgonis* fingitur, quod illic est omnis prudentia, quæ confundit alios, et imperiosæ sæxæse comprobatur, quod et in antiquis imperatorum statuis cernimus in medio pectore lorice, propter insinuandam sapientiam et virtutem.

74. Hæc *Minerva*, et *Tritonia* dicitur. Triton enim *Africæ* palus est, circa quam fertur virginali apparuisse ætate, propter quod *Tritonia* nuncupata est. Unde et tanto proclivius dea creditur, quanto minus origo ejus innotuit.

75. *Pallas* autem dicta, vel ab insula *Pallene* in *Thracia*, in qua nutrita est; vel ἀπὸ τοῦ πάλαν τὸ δόρυ, id est, ab *hastæ* concussionem, vel, quod *Pallantem* gigantem occiderit.

**390** 76. *Venerem* exinde dicunt nuncupatam, quod sine vi femina virgo esse non desinat. Hanc Græci ἀρροδίτην vocant, propter spumam sanguinis generantem, ἄρρος enim Græce spuma vocatur.

77. Quod autem fingunt *Saturnum* Cælo patri genitalia abscidisse, et sanguinem fluxisse in mare, et quod ex spuma maris concreta *Venus* nata est, illud, aiunt, quod per coitum salis humoris substantia est; et inde ἀρροδίτην *Venerem* dici, quia coitu spuma est sanguinis, quæ ex succo viscerum liquido saloque constat.

78. Ideo autem *Venerem* *Vulcani* dicunt uxorem, quia *Venerem* officium non nisi calore consistitur, unde est: *Frigidus in Venerem senior*.

79. Nam, quod *Saturnus* dicitur patri Cælo virilia amputasse, quæ in mare cadentia *Venerem* creaverunt, ideo fingitur, quia nisi humor de Cælo in terram descenderit, nihil creatur.

80. *Cupidinem* vocatum ferunt propter amorem: est enim dæmon fornicationis. Qui ideo alatus pingitur, quia nihil animantibus levius, nihil mutabilius invenitur. Puer pingitur, quia stultus est et irrationabilis amor. Sagittam et facem tenere fingitur; sagittam, quia amor cor vulnerat; facem, quia inflammat.

de Civit., cap. 8: *Minerva* multorum sane operum inventrix.

In ejus pect. E. Serv., *Æn.* viii ad vers. Connexoque angues.

Hæc *Minerva*... innotuit. Verba Aug., ibid.

Vel ἀπὸ τοῦ πάλαν... occiderit. Verba Servii, *Æn.* 1.

*Venerem* exinde dic. Ex Aug., vi de Civit., cap. 9.

Ἀρροδίτην. Serv., *Æn.* v, ad vers. Unde genus Ducis.

Ideo autem *Venerem*. Ex eod., *Æn.* viii, ad vers. Accepit solitam flammam.

Nam quod *Satur*... creatur. Verba ejusdem, Georg. 11, ad vers. Rusticus, et curvo Sat.

*Cupidinem*. Ex eodem, *Æn.* 1, ad vers. Ergo his aligerum. Vid. Propert. eleg.

Quicumque ille fuit pærum qui pinxit Amorem.

Sagittam Ex Aug., xx contra Faust., cap. 9.

81. *Pan* a dicunt Græci, Latini *Silvanum* : deum rusticorum, quem in naturæ similitudinem formaverant; unde et *Pan* dictus est, id est, *omne*. Fingunt enim eum ex universali elementorum specie.

82. Habet enim cornua in similitudinem radiatorum Solis et Lunæ. Distinctam maculis habet pellem, propter cæli sidera. Rubet ejus facies ad similitudinem ætheris. Fistulam septem calamorum gestat, propter harmoniam cæli, in qua septem sunt soni, et septem discrimina vocum.

83. <sup>b</sup> Villosus est, quia tellus est convestita, et agitata ventis. **391** Pars ejus inferior scæta est, propter arbores, et feras, et pecudes. Caprinas ungulas habet, ut soliditatem terræ ostendat, quem volunt rerum et totius naturæ Deum; unde *Pan*, quasi *omnia* dicunt.

84. <sup>c</sup> *Isis* lingua Ægyptiorum terra appellatur, quam Isim volunt esse. Fuit autem Isis regina Ægyptiorum, Inachi regis filia, quæ de Græcia veniens Ægyptios litteras docuit, et terras coere instituit, propter quod et terram ejus nomine appellaverunt.

85. <sup>d</sup> *Serapis* omnium maximus Ægyptiorum deus. Ipse est *Apis* rex Argivorum, qui navibus transvectus in Ægyptum, cum ibidem mortuus fuisset, *Serapis* appellatus est; propterea, quia arca in qua mortuus ponitur, quam sarcophagum vocant, *σέρπεις* dicitur Græce, et ibi eum venerari sepultum cæperunt, priusquam templum ejus esset instructum; velut *σέρπεις Apis*: *SORAPIS* primo, deinde, et littera commutata, *Serapis* dictus est.

86. *Apis* fuit apud Ægyptios taurus Serapi consecratus, et ab eo ita cognominatus, quem Ægyptus instar numinis colebat, eo quod de futuris daret quædam manifesta signa; apparebat enim in Memphis. <sup>e</sup> Quem centum antistes prosequantur, et repente velut lymphatici præcinebant: hujus capitis imaginem <sup>f</sup> sibi in eremo Judæi fecerunt.

87. *Fauni* a *fando*, velut <sup>g</sup> ἀπό τῆς φωνῆς dicti, quod voce non signis ostendere viderentur futura; in lucis enim consulebantur a paganis, et responsa illis non signis, sed vocibus dabant.

88. <sup>h</sup> *Genium* autem dicunt, quod quasi vim habeat omnium rerum gignendarum, seu a gignendis liberis; unde et *geniales* lecti dicebantur a gentibus, qui novo marito sternebantur.

89. Hæc et alia sunt gentium fabulosa signa, quæ interpretata sic habent, ut ea non intellecta damnabiliter tamen adorentur.

90. *Fatum* autem dicunt esse quiddam dii fantur;

<sup>a</sup> *PAN* dicunt. E Serv., Eclog. 2.

<sup>b</sup> Villosus est, quia tellus convestita est, et agitata ventis. Horum nihil apud Servium (e quo sunt reliqua), et varie leguntur in Ms.; quare suspecta et habebat Chacon.

<sup>c</sup> Isis, ling. Ægypt. E Serv., Æn. viii, ad vers. Regina in mediis p. v. a. s.

<sup>d</sup> Serap. Verba Aug., xviii de Civit., cap. 5.

<sup>e</sup> Quem centum antist. E Solin., 35.

<sup>f</sup> Sibi in eremo Jud. Lact., lib. iv, cap. 10.

<sup>g</sup> Velut ἀπό τῆς φωνῆς. E Serv., Æn. viii.

<sup>h</sup> Genium. Ex Aug., vii de Civit., cap. 15.

<sup>i</sup> A *fando* igitur fat. Ex eod., v de Civit., cap. 9,

quiddam Jupiter fatur: **392** <sup>i</sup> a *fando* igitur fatum dicunt, id est, a loquendo. Quod nisi hoc nomen jam in alia re soleret intelligi, quo corda hominum nolimus inclinare, rationabiliter possemus a *fando* fatum appellare.

91. Non enim abnuere possumus esse scriptum in litteris sanctis: *Semel locutus est Deus, duo hæc audi, etc.* Quod enim dictum est, *semel locutus est*, intelligitur *immobilitate*, hoc est, *incommutabiliter et locutus*, sicut novit *incommutabiliter omnia*, quæ futura sunt, et quæ ipse facturus est.

92. <sup>k</sup> Tria autem fata stugunt in colo, et sua, digitisque fila ex lana torquentibus, propter tria tempora: præteritum, quod in fuso jam velum atque involutum est; præsens, quod inter digitos <sup>l</sup> neentis trajicitur; futurum, in lana, quæ colo implicata est, et quod adhuc per digitos neentis ad fenum, tanquam præsens ad præteritum trajiciendum est.

93. <sup>m</sup> *Parcas* dicunt *παρ' ἀνρίπασσιν* appellatas, quod minime parcant. Quas tres esse voluerunt, unam, quæ vitam hominis ordiatur: alteram, quæ contexit; tertiam, quæ rumpat. Incipimus enim cum nascimur; sumus, cum vivimus; desuimus, cum interimus.

94. *Fortunam* a *fortuitis* nomen habere dicunt, <sup>n</sup> quasi deam quamdam res humanas variis casibus et fortuitis illudentem, <sup>o</sup> unde et *cæcæ* appellant, eo quod passim in quolibet incurrens sine ullo examine meritum, et ad bonos, et ad malos venit. *Fatum* autem a *Fortuna* separant, et *Fortunam*, quasi sit in his quæ fortuito veniant, nulla palam causa; *Fatum* vero appositum singulis et statutum aiunt.

95. Aiunt et tres Furias feminas erinitas serpentibus, propter tres affectus, **393** qui in animis hominum multas perturbationes gignunt, et interdum cogunt ita delinquere, ut nec famæ, nec periculi sui respectum habere permittant. Ira, quæ vindictam cupit; cupiditas, quæ desiderat opes; libido, quæ appetit voluptates. Quæ ideo Furie appellantur, quod stimulis suis mentem feriant, quietam esse non sinant.

96. *Nymphas* deas aquarum putant dictas a *nubibus*; nam ex nubibus aquæ, unde derivatum est: *nymphas* aquarum deas, quasi numina lympharum. <sup>p</sup> Ipsas autem dicunt et *Musas*, quas et *nymphas*, nec immerito, nam aquæ motus musicem efficit

et Serv., Eclog. 4.

<sup>i</sup> Quod nisi hoc nomen. Ex eodem Aug.

<sup>k</sup> Tria autem fat. Ex xx, contra Faust., cap. 9.

<sup>l</sup> Neentis. Ita constanter Gothici libri hic; et paulo post, servata analogia, non *neentis*, sive secundæ sit conjugationis, sive tertie, ut apud Tibull.:

Stamina, quæ docunt, quæque futura novet.

<sup>m</sup> *Parcas*. E Serv., Eclog. 4.

<sup>n</sup> Quasi deam quam. Ex Lact., lib. iii, cap. 27.

<sup>o</sup> Unde et *cæcæ*. Ex iv de Civit., cap. 18.

<sup>p</sup> Ipsas autem dicunt. Mus. E Serv., Eclog. 8.



97. Nympharum a; ud gentiles varia sunt vocabula, A  
 • *Nymphas* quippe montium *Oreades* dicunt, silva-  
 rum *Dryades*, <sup>b</sup> camporum *Hamadryades*, fontium  
*Naiades*, maris *Nereides*.

98. <sup>c</sup> *Heroas* dicunt a Junone traxisse nomen,  
 Græce enim *Juno Ἥρα* appellatur, et ideo nescio quis  
 filius ejus, secundum Græcorum fabulam, Ἥρας fuit  
 nuncupatus? Hoc videlicet, velut mysticum signifi-  
 cante fabula, quod ær Junoni deputetur, ubi volunt  
 Heroas habitare. Quo nomine appellant alicujus me-  
 riti animas defunctorum, quasi ἀρῶνας, id est, viros  
 aërios, et cælo dignos propter sapientiam et fortitu-  
 dinem.

99. <sup>d</sup> *Penates* gentiles dicebant omnes deos quos  
 domi colebant. • Et *penates* dicti, quod essent in  
*penatralibus*, id est, in secretis. Illi dii qui vocabantur, B  
 vel quæ nomina habuerint, ignoratur.

100. <sup>f</sup> *Manes* dicunt deos mortuorum, quorum pote-  
 statem inter lunam 394 et terram asserunt : a quibus  
 et *manæ* dictum existimant, quos putant ab aere, qui  
*mannus*, id est *rarus* est, *Manes* dictos, sive quia late  
 manant per auras; sive quia mites sunt immanibus,

<sup>a</sup> *Nymphas quippe mont.* Ex eodem. *Æn.* 1,  
 ad vers. *Hinc, atque hinc glomerantur Oreades*, et  
*Eclog.* 10.

<sup>b</sup> *campor. HAMADRYAD.* Serv. : *Quæ cum silvis  
 nascuntur Hamadryades.*

<sup>c</sup> *Heroas defunctor.* Ex Aug., x de Civit.,  
 cap. 21.

<sup>d</sup> *Penates... colebant.* E Serv., *Æn.* 11.

<sup>e</sup> *Penates dicti.* Arnob., lib. 111 : *Varro qui sunt  
 introrsus atque in intimis penatralibus deos (Penates)  
 esse censet.*

<sup>f</sup> *Manes.* E Serv., *Æn.* 111, ad vers. *Stant manibus  
 atæ.*

<sup>g</sup> *Apuleius autem ait.* Non est integer locus. Nam  
 cum cætera ex Apuleio sint (qui etiam ab Augustino  
 citatur, ix de Civit., cap. 9, in lib. de Deo Socrat.),  
 tamen hoc ex Servio est potius, ut *Manes* κατ'  
 ἀρχαίως dictos scribat.

<sup>h</sup> *Quarum natura.* Ex Hier., in præf. Heb. Quæst.

contrario nomine hoc appellantur. • *Apuleius* au-  
 tem ait eos κατ' ἀρχαίως dici *Manes* (hoc est, *mites*,  
 ac *modestos*, cum sicut terribiles, et immanes), ut  
*Parcas* et *Eumenides*.

101. *Larvas* ex hominibus factos demones aiunt,  
 qui meriti mali fuerint. <sup>b</sup> Quarum natura esse  
 dicitur terrere parvulos, et in angulis garrere tene-  
 brosis.

102. *Lamias*, quas fabulæ tradunt infantes corripere,  
 ac laniare solitas, a *laniando* specialiter dictas.

103. <sup>i</sup> *Pilosi*, qui Græce *Panitæ*, Latine *Incubi*  
 appellantur; sive <sup>1</sup> *Invi* ab ineundo passim cum  
 animalibus; unde, et *Incubi* dicuntur ab *incumbendo*,  
 395 hoc est, *stuprando*. <sup>2</sup> Sæpe enim improbi existunt,  
 etiam mulieribus, et earum peragunt concubitiua,  
 quos demones Galli *Dusios* nuncupant, qui assidue  
 hanc peragunt immunditiam.

104. Quem autem vulgo *Incubonem* vocant, <sup>1</sup> hunc  
 Romani *Faunum Ficarium* dicunt, ad quem *Horatius*  
 dicit :

Faune Nympharum fugientum amator,  
 Per meos fines, et aprica rura  
 Lenis incedas.

<sup>1</sup> *Pilosi qui Græce PANITÆ.* Gregor., vii Moral.,  
 cap. 15 : *Quinam alii PILOSI appellati one figurantur,*  
*nisi hi quos Græci PANIS. Latini INCUBOS vocant? Ita*  
*enim emendati-ores Gregorii libri, non Faunos, cum*  
*tamen utrumque sit verum, et Panas et Faunos dic-*  
*tos. Sed Panisci hoc loco putamus legendum, non*  
*Povitæ.*

<sup>2</sup> *INVI ab INEUNDO.* E Serv., *Æn.* vi, ad vers.  
*Pometium Castrumque Invi.*

<sup>3</sup> *Sæpe enim improbi.* Verba Augustini., xv de  
 Civit., cap. 23.

<sup>4</sup> *Hunc Romani FAUNUM FICARIUM.* Hieron., l.  
 xiii : *Pilosi, vel Incubones, vel Satyros, Sylvestres,*  
*quosdam homines, quos nonnulli Faunos Ficariorum vo-*  
*cant. Item Eutrop., lib. xii : Sylvestres homines, quos*  
*nonnulli Faunos Ficariorum vocant. Idem Faunus Fica-*  
*rius videtur cum Fauno Ficario, quantum e Servii*  
*loco citato conjicere licet.*

## LIBER NONUS.

DE LINGUIS, GENTIBUS, REGNIS, MILITIA, CIVIBUS, AFFINITATIBUS.

### CAPUT PRIMUM.

*De linguis gentium.*

1. Linguarum diversitas exorta est in ædificatione  
 turris post diluvium; 396 nam prius quam superbia  
 turris illius in diversos signorum sonos humanam divi-  
 deret societatem, • una omnium nationum lingua  
 fuit, quæ *Hebræa* vocatur, qua patriarchæ et prophæ-  
 tæ u-i sunt, non solum in sermonibus suis, verum  
 etiam in litteris sacris : initio autem quot gentes,  
 tot linguæ fuerunt, deinde plures gentes quam lin-  
 guæ, quia ex una lingua multæ gentes sunt exortæ.

2. Linguæ autem dictæ in hoc loco pro verbis quæ  
 per linguam fiunt, genere locutionis illo quo is qui  
 efficit per id quod efficitur nominatur : sicut os dici  
 solet pro verbis, sicut manus pro litteris.

Cap. I. — • *Una omnium nation... in litteris sacris.*  
 Ex Aug., xvi de Civit., cap. 11.

3. Tres autem sunt linguæ sacræ : *Hebræa*, *Græca*,  
*Latina*, quæ toto orbe maxime excellunt. His nam-  
 que tribus linguis super crucem Domini a Pilato fuit  
 causa ejus scripta. Unde et propter obscuritatem  
 sanctarum Scripturarum harum trium linguarum cog-  
 nitio necessaria est, ut ad alteram recurratur, si  
 quam dubitationem nominis, vel interpretationis  
 sermo unius linguæ attulerit.

4. *Græca* autem lingua inter cæteras gentium cla-  
 rior habetur. Est enim et Latinis et omnibus linguis  
 sonantior, cujus varietas in quinque partibus discer-  
 nitur : quarum prima dicitur κοινή, id est, mista,  
 sive communis, qua omnes utuntur.

5. Secunda *Attica*, videlicet, *Atheniensis*, <sup>b</sup> quas:

<sup>b</sup> *Qua usi sunt omnes Græciæ auctores.* Vel certis  
 elegantiores, vel Græciam pro Hellade accepit, ite

usi sunt omnes Græciæ auctores. **397** Tertia <sup>a</sup> Dorica, quam habent Ægyptii, et <sup>b</sup> Siculi. Quarta Ionica. Quinta Æolica, qua sunt Æoles locuti, et sunt in observatione Græcæ linguæ ejusmodi certa discrimina; sermo enim eorum ita est dispersitus.

6. <sup>c</sup> Latinas autem linguas quatuor esse quidam dixerunt, id est, Priscam, Latinam, Romanam, Mistam. Prisca est, qua vetustissimi Italiæ sub Jano et Saturno sunt usi, incondita ut se habent carmina Saliorum. Latina, quam sub Latino et regibus Tusciæ cæteri in Latio sunt locuti, <sup>d</sup> ex qua fuerunt duodecim tabulæ scriptæ.

7. Romana, quæ post reges exactos a populo Romano cœpta est, <sup>e</sup> qua Nævius, Plautus, Ennius, Virgilius poetæ; ex oratoribus, Gracchus et Cato, et Cicero, vel cæteri, sua scripta effuderunt. Mista, quæ post imperium latius promotam simul cum moribus et hominibus in Romanam civitatem irrupit, integritatem verbi per solæcismos et barbarismos corrumpens.

8. Omnes autem Orientis gentes in gutture linguam et verba collidunt, **398** sicut Hebræi et Syri. Omnes mediterraneæ gentes in palato sermones feriunt, sicut Græci et Asiani. Omnes Occidentis gentes verba in dentibus frangunt, sicut Itali et Hispani.

9. <sup>f</sup> Syrus et Chaldæus vicinus Hebræo est in sermone, consonans in plerisque, et litterarum sono. <sup>g</sup> Quidam autem arbitrantur linguam Hebræam ipsam esse chaldæam, quia Abraham de Chaldeis fuit; quod si hoc recipitur, quomodo in Daniele Hebræi pueri linguam quam noverant doceri jubentur?

10. Omnem autem linguam unusquisque hominum, sive Græcam, sive Latinam, sive cæterarum gentium, aut audiendo potest tenere, aut legendo ex præceptore accipere. Cum autem omnium linguarum scientia difficilis cuiquam sit, nemo tamen tam desidiosus est, ut in sua gente positus suæ gentis linguam nesciat. Nam quid aliud putandus est nisi <sup>h</sup> animalibus brutis deterior? Illa enim propriæ vocis clamorem exprimunt, iste deterior, qui propriæ linguæ caret notitia.

11. Cujusmodi autem lingua locutus est Deus in principio mundi cum diceret *Fiat lux* invenire difficile est; nondum enim erant linguæ. Item qua lingua in omni postea exterioribus hominum auribus,

cujus terminis vid. Eustach. *Ἰ., π., ad vers. Χαλδαῖος φιλὸν υἱὸν θεῶν Ἑλλὰδι οἰκίᾳ ναίων.* Hieronymus quoque in Quæst. Heb., Iones, qui Atticis sunt affines, olimque iidem fuerunt Græcos ἀπλῶς appellat: *De Ionibus* (inqu<sup>i</sup>), *id est, de Græcis nascuntur Elisæi, qui vocantur Æoles.*

<sup>a</sup> Dorica, quam habent Ægyptii. Alexandrini.

<sup>b</sup> Et Siculi. Mendose Syri in omnibus libris.

<sup>c</sup> Latinas autem linguas quatuor esse. In quo si quid vitii est, id Isidorus præstare non debuit, auctor magis querendus.

<sup>d</sup> Ex qua fuerunt *xii* tab. Non quod sub regibus scriptæ, sed quod illorum fortasse lingua, quo plus auctoritatis haberent antiquiora verba; quod se quoque fecisse proficitur, Cicero, *ii* de Legibus: *Sunt cetera verba legum, Quinte, neque ita prisca, ut in veteribus his sacratisque legibus, etc.*

A maxime ad primum hominem loquens, vel ad prophetas, vel dum corporaliter sonuit vox dicentis Dei: *Tu es Filius meus dilectus*, ubi a quibusdam creditur illa lingua una et sola, quæ fuit antequam esset linguarum diversitas; in diversis autem gentibus creditur quod eadem illis lingua Deus loquatur qua ipsi homines utuntur, ut ab eis intelligatur.

12. Loquitur autem Deus hominibus non per substantiam invisibilem, sed **399** per creaturam corporalem, per quam, et hominibus apparere voluit quando locutus est. Dicit etiam Apostolus: *Si linguis hominum loquar et angelorum.* Ubi quæritur: Qua lingua angeli loquantur, non quod angelorum aliquæ sint linguæ, sed hoc per exaggerationem dicitur.

13. Item quæritur qua lingua in futurum homines loquantur, nusquam reperitur. Nam dicit Apostolus: *Sive linguæ cessabunt.*

14. Ideo autem prius de linguis, ac deinde de gentibus posuimus, quia ex linguis gentes, non ex gentibus linguæ exortæ sunt.

## CAPUT II.

### De gentium vocabulis.

1. Gens est multitudo ab uno principio orta, sive ab alia natione secundum propriam collectionem distincta, ut Græciæ, Asiæ; hinc et gentilitas dicitur. Gens autem appellata propter generationes familiarum, id est, a *gignendo*, sicut natio a *nascendo*.

2. <sup>i</sup> Gentes autem a quibus divisa est terra **LXXIII**. Quindecim de Japhet, **400** triginta et una de Cham, viginti septem de Sem, quæ sunt septuaginta tres, vel potius, ut ratio declarat, septuaginta duæ, totidemque linguæ per terras esse cœperunt; quæ crescendo provincias et insulas impleverunt.

3. Filii Sem quinque singulariter gentes singulas pro Quorum primus *Elam*, a quo *Elamitæ* principes Persidis; secundus *Assur*, a quo *Assyriorum* pollulavit imperium; tertius *Arphaxat*, a quo *Chaldæorum* gens exorta est; quartus *Ludi*, a quo *Lydii*; quintus *Aram*, a quo *Syri*, quorum metropolis fuit *Damascus*.

4. Filii Aram, nepotes Sem, quatuor: *Hus*, et *Ul*, et *Gether*, et *Mes*. <sup>j</sup> *Hus* Traconitidis conditor, qui inter Palæstinam et Cœlesyriam tenuit principatum, unde fuit *Job* secundum quod scriptum est: *Vir erat in terra Hus nomine Job*; secundus *Ul*, a quo *Armenii*; tertius *Gether*, a quo <sup>k</sup> *Acarnanii*,

<sup>o</sup> *Qua... Enn... effuderunt.* Ex Cod. N., sed cum scripta sua absit ab omnibus nostris, non displicet lectio a Vulcan. indicata ex vet. Cod., *effulserunt.*

<sup>f</sup> *Syrus, et Chaldæi.* vicini. Ex Ambros., <sup>i</sup> *Hexam.* cap. 8, et Basil., homil. 1.

<sup>g</sup> *Quidam autem arb.* Verba Hieronymi. ad Daniel. 1.

<sup>h</sup> *Animalibus brutis deterior?* Ex duabus *Torr. e* Rab.

CAP. II. — <sup>i</sup> *Gentes autem a quibus.* Aug., *xvi* de Civitate, cap. 6: *Ex illis igitur tribus hominibus, Nos filii, septuaginta tres, vel potius, ut ratio declarat est, etc.* Nempse cap. 3 declararat.

<sup>j</sup> *Hus Traconitid.* Ex Hier., in Quæst. Heb., e quo sunt pleraque hujus cap.

<sup>k</sup> *Acarnanii, sive Curæ.* Mendose apud Hieronymum *Curæ*, pro *Curæ*. Stephanus: *Ἀκαρνανία γένος*

beo Caræ; quartus Mes, a quo sunt ii qui vocantur **Aba** per **C**, a quo appellantur **Sabæi**, interpretatur autem nunc **Sana Arabia**.

19. **Dadai**, a quo gens est **Æthiopicæ** in occidentali plaga.

**402** <sup>c</sup> Filii **Mesraim** **Lubaim**, a quo **Libyes**, quos quondam **Phuthri** vocabantur.

20. **Castoim**, a quo **Philistiim**, quos veteres **Ἀλλοφύλοι**; nos modo corrupte **Palæstinos** vocamus.

21. Cæteræ sex gentes ignotæ sunt, quia bello **Æthiopico** subvertæ, usque ad oblivionem præteritorum nominum pervenerunt.

22. Filii **Chanaam** undecim, ex quo **Chanaanæorum** decem gentes, quorum terram, iis expulsis, **Judei** possederunt. Quorum primogenitas **Sidon**, a quo **Sidones**; unde et urbs eorum in Phœnicæ **Sidon** vocatur.

23. Secundus **Cheth**, a quo **Chetæi**. Tertius **Jebus**, a quo **Jebusæi**, quorum fuit **Jerusalem**. Quartus **Amorrhæus**, a quo **Anorrhæi**. Quintus **Gergesæus**, a quo **Gergesæi**; Sextus **Hevæus**, a quo **Hevæi**; ipsi sunt **Gabaonitæ** a civitate eorum **Gabaon**, qui supplices venerunt ad **Jesum**.

24. Septimus **Aracæus**, qui arcas condidit oppidum contra **Tripolim** in radicibus **Libani** situm. Octavus **Sinæus**, a quo **Sinæi**. Nonus **Aradius**, a quo **Aradii**, qui **Aradum** insulam possederunt angusto freta a **Phœnicæ** littore separatam.

25. Decimus **Samaræus**, a quo **Edessa** **Syriæ** nobilis civitas, quæ vocatur **Cæles**. Undecimus **Amathæus**. Hæ sunt gentes de stirpe **Cham**, quæ a **Sidone** usque ad **Gaditanum** fretum omnem meridianam partem tenent.

26. Filii **Japhet** septem nominantur: **Gomer**, ex quo **Galatæ**, id est, **Galli**.

27. <sup>e</sup> **Magog**, a quo quidam arbitrantur **Scythiæ** et **Gothos** traxisse originem.

**403** 28. **Madai**, a quo **Meas** existere putant. **Javan**, a quo **Iones**, qui et **Græci**, unde et mare **Ionium**.

29. **Thubal**, a quo **Iberi**, qui et **Hispani**, licet quidam ex eo et **Italos** suspicentur.

30. **Mosoch**, ex quo **Cappadoces** sunt; unde et urbs apud eos usque hodie **Mazaca** dicitur.

κίχρησμένη τῶν κούριτων πρὸς ἀχιλῶν. διὸ καλεῦνται οἱ μὲν κίχρησται κούριτες, οἱ δὲ ἀκούρευτοι ἀκαρναῖες. Quod autem Hieronymus, et Isidorus Curetas cum **Acarnanibus** confundunt, idem ab aliis quoque factum narrat **Strabo**.

<sup>a</sup> Qui ab **Euphrate**. Idem, inf., lib. xiv, cap. 13. Vid. Hieron., quæst. in xxv Gen.

<sup>b</sup> **Edom filius Esau**. Quod Gen. xxxvi legitur: *Hæ sunt generationes Esau patris Edom, Idumæorum intellige*. Ipse enim **Esau** est **Edom**, ut eo loco dicitur, *filium ejus nominis nulum habuit, nisi Idumæos, quos semper Edom, nunquam Idumææ nomine nisi in Græca translatione nuncupari, ait Hieronymus ad Ezech. xxv*. Et quidem in antiquissimis biblioth. Vaticanæ Bibliis: *Ἀδάμ δὲ γενέσθαι Ἐσαὺ κίχρησ τῶν ἰδουμαίων*, hodie legi affirmabat **Chacon**.

**Edomus** quoque in **Chronic**. (Unde sumpta hæc videntur): *Primus (inquit) Esau, qui et Edom, a quo gens Idumæorum*. Ut legi hoc loco sine fraude possit **Edom**, qui et **Esau**, vel potius, **Edom id est**,

31. *Thiras*, a quo *Thracæ*, quorum non satis im-  
mutatum vocabulum est quasi *Tiraces*.

32. Filii Gomer nepotes Japhet. <sup>a</sup> *Aschanaz*, a quo  
*Sarmatæ*, quos Græci *Reginos* vocant.

35. *Riphath*, a quo sunt *Paphlagonæ*.

*Thogorma*, a quo sunt *Phrygæ*.

34. <sup>b</sup> Filii Javan *Elisa*, a quibus Græci *Elisæi*,  
qui vocantur *Æolides*, unde et lingua quinta Græciæ  
*Æolis* appellatur.

35. *Tharsis*, a quo *Clices*, ut Josephus arbitratur;  
unde metropolis civitas eorum *Tharsus* dicitur.

36. *Cethim*, a quo *Citii*, id est, *Cyprii*, a quibus  
hodieque urbs *Citium* nominatur.

*Dodanim*, a quo *Rhodii*.

37. Hæ sunt gentes de stirpe Japhet, quæ a Tau-  
ro monte ad Aquilonem mediam partem Asiæ et  
omnem Europam, <sup>c</sup> usque ad Oceanum Britanni-  
cum possident, nomina et locis et gentibus relinquen-  
tes, de quibus postea immutata sunt plurima, ca-  
tera permanent ut fuerunt.

38. <sup>d</sup> Nam multarum gentium vocabula partim man-  
serunt, ita ut hodieque appareat unde fuerant deriva-  
ta, sicut ex *Assur Assyrii*, ex *Heber Hebræi*; **404** par-  
tium vero temporis vetustate ita mutata sunt, ut vix  
homines doctissimi antiquissimas historias perscruta-  
ntes, nec omnium, sed aliquarum ex istis origines  
gentium potuerint reperire.

39. Nam quod ex filio Cham, qui vocabatur *Mesraim*,  
*Ægyptii* sunt exorti, nulla hæc resonat origo vocabu-  
li, sicut nec *Æthiopum*, qui dicuntur ad eum filium  
Cham pertinere qui *Chus* appellatus est. Et si omnia  
considerentur, plura tamen gentium mutata quam  
inveniantur vocabula apparent: quibus postea nomina  
diversa, diversa dedit ratio. Namque *Indi* ab *Indo* flu-  
mine dicti sunt, qui ab Occidentali parte eos includit.

40. *Seres* a proprio oppido nomen sortiti sunt,  
gens ad Orientem sita, apud quos de arboribus lana  
contexitur, de quibus est illud:

Ignoti facie, sed non et vellere Seres.

41. <sup>e</sup> *Gangaridæ* populi sunt inter *Assyrios*, *Indos*-  
que inhabitantes circa *Gangem* fluvium; unde etiam  
*Gangaridæ* nuncupati sunt.

42. *Hyrçani* dicti sunt a silva *Hyrçana*, ubi sunt  
plurimæ tigres.

43. *Bactriani* *Scythæ* fuerunt, qui suorum factione

<sup>a</sup> *Aschanaz*, a quo *Sarmatæ*. Supplendæ videntur  
apud Hieronym. voces, a quo *Sarmatæ*, et legendum  
ex Joseph.: *A Chanaxas Aschanaz*, quos Græci *Rhe-  
ginos* vocant.

<sup>b</sup> Filii Javan. Hier. quæst. in cap. 10: *De Ionib.*,  
id est, de Græcis nascuntur *Elisæi*, qui nominantur  
*Æolides*.

<sup>c</sup> Usque ad Oceanum Britan. Quod Hieron. usque ad  
*Gadira* dixit.

<sup>d</sup> Nam multarum gene... appareat. Verba Aug., xvi  
de Civit., cap. 11.

<sup>e</sup> *Gangaridæ*... *Hyrçani*. E Serv., Georg. III, et  
Æn. VII.

<sup>f</sup> Fuerunt enim eor. exsul... obtinuerunt. Justini  
verba, lib. XLI.

<sup>g</sup> *Assyr.* ab *Assur*. Ex Hier., Is. XIX.

<sup>h</sup> Namque Jason. Ex Just., lib. XLII.

<sup>i</sup> Cujus fuit privign. Ex cod.

a sedibus suis pulsi juxta *Bactron* Orientis fluvium  
concederunt, ex cujus vocabulo et nomen sortiti sunt.  
Hujus gentis rex fuit *Zoroastes* inventor magicæ artis.

44. *Parthi* quoque, et ipsi a *Scythiis* originem tra-  
hant. <sup>f</sup> Fuerunt enim eorum exsules, quod etiam eo-  
rum vocabulo manifestatur; nam *Scythico* sermone  
exsules *Parthi* dicuntur. Hi similiter, ut *Bactriani*,  
domesticis seditionibus, *Scythia* pulsi, solitudines  
juxta *Hyrcaniam* primum fortium occupaverunt, dein-  
de pleaque finium, etiam virtute obtinuerunt.

45. <sup>g</sup> *Assyrii* ab *Assur* filio Sem vocati, gens po-  
tentissima, quæ ab *Euphrate* usque ad *Indorum*  
fines omnem in medio tenuit regionem.

**405** <sup>h</sup> *Medi* a rege suo cognominati putantur:  
namque <sup>i</sup> *Jason*, *Peliaci* regis frater, a *Peliæ* filii *Tues-  
salia* pulsus est, cum *Medea* uxore sua, <sup>j</sup> cujus fuit  
privignus *Medus* rex *Atheniensium*: qui post mor-  
tem *Jasonis* Orientis plagam perdomuit, <sup>k</sup> ibique  
*Mediam* urbem condidit, gentemque *Medorum* nomi-  
ne suo appellavit. <sup>l</sup> Sed invenimus in *Genesi* quod  
*Madaï* auctor gentis *Medorum* fuit, a quo et cogno-  
minati, ut superius dictum est.

47. <sup>l</sup> *Persæ* a *Perseo* rege sunt vocati, qui, e *Græ-  
cia* in *Asiam* transiens, ibi barbaras gentes gravi  
diuturnoque bello perdomuit: novissime victor no-  
men subjectæ genti dedit. *Persæ* autem ante *Cyrum*  
ignobiles fuerunt, et nullius inter gentes loci habebantur.  
*Medi* semper potentissimi fuerunt.

48. *Chasdim*, qui nunc *Chaldæi* vocantur, a *Chasæ*  
filio *Nachor* fratris *Abrahæ* cognominati sunt.

49. <sup>m</sup> *Sabæi* dicti <sup>n</sup> ἀπὸ τοῦ εἰδὸς Sabæi, quod est sup-  
plicare, et venerari, quia divinitatem per ipsorum  
thura veneramur: ipsi sunt et *Arabes*, qui in monti-  
bus *Arabie* sunt, qui vocantur *Libanus* et *Antiliba-  
nus*, ubi thura colliguntur.

50. *Syri* ab *Assurim* vocati perhibentur, qui fuit  
nepos *Abrahæ* ex *Cethurâ*, <sup>o</sup> quos autem veteres  
*Assyrios*, nunc nos vocamus *Syros*, a parte totam  
appellantes.

51. <sup>o</sup> *Hebræi* vocati sunt ab *Heber*, qui pronepos  
fuit Sem.

**406** 52. *Israelitæ* vero ab *Israel* filio *Isaac*. <sup>p</sup> Nam  
patriarcham *Hebræorum* constat fuisse *Israel*, a quo  
duodecimo tribus *Judæorum* *Israelis* vocabulum sort-  
itæ sunt. <sup>q</sup> *Judæis* autem scissura decem tribuum

<sup>r</sup> *Ibique* *Mediam*. *Justinus*, *Medeam*, lib. XLII; sic  
namque: *Postmodum Jasonis Medus æmulus virtutis  
ejus in honorem matris Medeam urbem condidit.*

<sup>s</sup> *Sed invenimus in Gen.* Minime quidem in *Genesi*,  
sed apud *Hieronym.*, in *Gen.*, ut pro *invenimus* *HIERO-  
NYMUS* cum *Chacone* legendum credamus.

<sup>t</sup> *Persæ* autem. Ex *Hieronym.*, ad Is. XXI.

<sup>u</sup> *Sabæi* dicti. E *Serv.*, *Æn.* I, ad verba: *Centum-  
que Sabæo thure.* At supra, a *Saba*, filio *Chus*, *Sa-  
bæos* deduxerat.

<sup>v</sup> Quos autem veteres *Assyr.* E *Hier.* in Is. XIX.

<sup>w</sup> *Hebræi* vocati ab *Heber*. Ita *Hier.*, *Gen.* X. Ab  
*Abrahæ* deducit *enixe* contendit ad cap. 5 *Epist.*  
ad *Philip.* *Ambrsius*.

<sup>x</sup> Nam patriarch. *Heb.* Ex *Euseb. Chronic.*

<sup>y</sup> *Judæis* autem sciss. *Hieron.*, *Jon.* I, et aliis  
locis.

nomen imposuit. Nam antea Hebræi, sive Israelitæ a nuncupabantur.

53. Ex quo autem in duo regna Dei populus divisus est, tunc duæ tribus, quæ de stirpe *Juda* reges habebant, *Judaeorum* nomen sortitæ sunt. Reliqua pars decem tribuum, quæ in Samaria sibi regem constituit, ob populi magnitudinem, pristinum nomen retinuit *Israel*.

54. \* *Samaritanorum* gens sumpsit exordium ab Assiriis, qui transmigrati habitaverunt in *Samaria*, qui Latine interpretantur *custodes*, eo quod, captivato *Israel*, isti in terra regionis eorum ad custodiam collocati sunt.

55. *Phœnix*, Cadmi frater, de Thebis Ægyptiorum in Syriam profectus, apud Sidonem regnavit, eosque populos ex suo nomine *Phœnices*, eamque Provinciam *Phœniciam* nuncupavit.

56. *Sidonem* autem a civitate quæ vocatur *Sidon* traxisse vocabulum perhibentur.

57. *Saraceni* dicti, vel quia ex *Sara* genitos se prædicent; vel, sicut gentiles aiunt, quod ex origine *Syrorum* sint, quasi *Syrigenæ*. Ili <sup>b</sup> per amplam habitant solitudinem. Ipsi sunt et *Ismaelitæ*, ut liber *Geneseos* docet, quod sint ex *Ismaele*. Ipsi *Cedar* a filio *Ismaelis*. Ipsi *Agaræni* ab *Agar*, qui, ut diximus, perverso nomine *Saraceni* vocantur, quia ex *Sara* se genitos gloriantur.

58. \* *Philistæi* ipsi sunt *Palæstini*, quia *p* litteram sermo *Hebræus* non habet; sed pro *o* <sup>e</sup> *q* *Græco* utuntur. Inde *Philistini* pro *Palæstinis* dicuntur a civitate utique sua. Iidem et *Allophyli*, id est, *alienigenæ*, ob hoc, quia semper fuerunt inimici *Israel*, et longe ab eorum genere et societate separati.

407 59. *Chananei* appellati de *Chanaan* filio *Cham*, quorum terram *Judæi* possederunt. Ex cujus origine fuit *Emor* pater *Sichem*, a quo *Amorrhæi* sunt nuncupati.

60. \* *Ægyptii* ab *Ægypto* quodam suo rege vocati sunt. Nam apte *Ærii* dicebantur. Interpretantur autem lingua *Hebræica* *Ægyptu affigentes*, eo quod afflixerint Dei populum, priusquam divino auxilio liberaretur.

61. \* *Armenius* ex *Thessalia* unus de numero ducum *Jasonis* qui ad *Colechos* profecti sunt: recollecta multitudine, quæ amisso rege *Jasone* passim vagabatur, *Armeniam* condidit, gentique ex suo vocabulo nomen dedit.

62. † *Limes* est *Persicus* qui *Scythas* ab eis divi-

dit, *Scythæ* cognominatus, a quo limite *Scythæ* a quibusdam perhibentur vocati, & gens antiquissima semper habita. Ili *Parthos* *Bactrianosque*, femina autem eorum *Amazonum* regna condiderunt.

63. *Massagetæ* ex *Scytharum* origine sunt. Et dicti *Massagetæ*, quasi *graves*, id est, *fortes* *Getæ*. <sup>b</sup> Nam sic *Livius* argentum grave dicit, id est, *massas*. Ili sunt qui inter *Scythas* atque *Albanos* septentrionalibus jugis inhabitant.

64. *Amazones* dictæ sunt, seu quod simul viverent sine viris, quasi *ἀμα ζῶσαι*, sive quod adustus dexterioribus mammis essent, ne sagittarum jactus impeditur, quasi *ἀνευ μασῶν*. Nudabant enim quam adasserent mammam. <sup>†</sup> Has *Titianus* *animumas* dicit. Nam hoc est *Amazon*, quasi *ἀνευ μασῶν*, id est, *sin-*  
B *mamma*. Has jam non esse constat, quod earum partim ab *Hercule*, partim ab *Achille*, vel ab *Alexandro* usque ad interuiccionem deletæ sunt.

65. † In parte *Asiaticæ* *Scythicæ* gentes quæ posteros se *Jasonis* credunt albo crine nascuntur ab assiduis nivibus, et ipsius capilli color genti nomen dedit, et inde dicuntur *Albani*. Horum glauca oculis, **408** id est, picea inest pupilla, adeo ut nocte plusquam die cernant. *Albani* autem vicinæ *Amazonibus* fuerunt.

66. *Ugnos* antea *Humnos* vocatos, postremo a rege suo *Abares* appellatos dicunt, qui prius in ultima *Mæotide* inter glaciale *Tanaim* et *Massagetarum* immanes populos habitaverunt. <sup>†</sup> Deinde pernicibus equis *Caucasi* rupibus, ubi feras gentes *Alexandri* claustra cohærent, eruperunt, et *Orientem* viginti annis tenuerunt captivum, et ab *Ægyptiis* atque *Æthiopicibus* annum vectigal exegerunt.

67. *Trojanorum* gens antea *Dardana*, a *Dardano* nominata. Nam *Dardanus* et *Jasius* fratres e *Græcia* profecti: ex iis *Jasius* ad *Thraciam*, <sup>†</sup> *Dardanus* ad *Phrygiam* pervenit, ibique primus regnavit. Post quem filius ejus *Eriethomius*, deinde nepos ejus *Tros*, a quo *Trojani* nuncupati sunt.

68. *GALATÆ* *Galli* esse noscuntur, qui, in auxilium a rege *Bithynicæ* evocati, regnum cum eo <sup>m</sup> *parta* victoria diviserunt; sique deinde *Græcis* admisti, primum *Gallogræci*, nunc ex antiquo *Gallorum* nomine *Galatæ* nuncupantur.

69. *Græci* ante *Thessali* a *Thessalo*, postea a *Græco* rege *Græci* sunt nuncupati. <sup>m</sup> Nam *Græci* proprie *D. Thessali* sunt.

† In parte *Asiaticæ*. Verba illa ab assiduis nivibus, itemque, id est, plecta, aliena ducebat *Chacon*, neque enim sunt apud *Solin.*, e quo sunt reliqua.

<sup>†</sup> Deinde pernicibus eq. Verba sunt *Hieron.*, *epist.* 30.

<sup>†</sup> *Dardanus* et *Jasius*. *Serv.*, *Æn.* v, ad vers. *Dardanus Idæus*. Et *Euseb.*, in *Chron.*

<sup>m</sup> *Parta* victoria. *Al.*, *peracta*. Ex *Justin.*, lib. xxv, et *Hieron.*, in *Epist.* ad *Gal.*, quæ repetuntur lib. xv, cap. 3.

<sup>m</sup> Nam *Græci* proprie *Thessali*. E *Serv.*, *Æn.* ii, ad vers. *Eruerint Danai*. *Plin.*, lib. vii, cap. iv. *Hellas eadem Thessalia*, et *Dryopis* semper a regibus cognominata. Ibi genitus rex nomine *Græcus*; a quo *Græcia*; ibi *Hellen*, a quo *Hellenes*, ibi (fortasse) *Thessalus*; a quo *Thessalia*, ne *Isidori* fidei derogemus.

\* *Samaritanorum* gens... Item *Phœnix* *Cadm*. Ex *Euseb.* *Chron.*

<sup>b</sup> *Hi* per amplam hab. *Hieron.*, ad *Isa.* xxi.

\* *Philistæi* ipsi sunt. Ex *Hieron.*, ad *Ezech.* xxv, apud quem a gente sua, quod hic a civitate sua.

\* *Ægyptii* ab *Ægypto*. Ex *Euseb.* *Chron.*

\* *Armenius* ex *Thessal.* *Justin.*, lib. xlii.

† *Limes* est *Pers.* *Plin.* et *Solin.*, cap. 52.

\* *Gens* antiquis. Ex *Justin.*, lib. ii, in princip.

<sup>m</sup> Nam sic *Livius* arg. *Serv.*, *Æn.* vi, ad vers. *Egregium* forma juvenem: Pro quo ære gravi donatus est, id est, munito. Nam sic et *Livius* argentum grave dicit, id est, *massas*.

† Has *Titianus*... deletæ sunt. E *Serv.*, *Æn.* i, ad vers. *Ducit Amazonidum*, etc. et *Æn.* xi, ad vers. *At medias inter*.

70. *Lapithas* autem gentem Thessaliæ fuisse aiunt A circa Peacum amnem olim inhabitantem, a *Lapitha*, Apollinis filia, nuncupatos.

71. *Sicyonii* Græci sunt nuncupati, a *Sicyono* rege. Hi primum *Ægialei* vocabantur, a rege *Ægialeo*, qui primus Sicyoniis imperavit, a quo, et *Ægialæa* nuncupata est, quæ nunc *Peloponnesus* a *Pelopo* rege suo vocatur. Ipsi sunt et *Arcades* ab *Arcade* rege, Jovis et *Calystonis* filio, dicti.

72. *Danaï* a *Danao* rege vocati. Idem et *Argiri* ab *Argo* conditore cognominati. Postquam autem Græcorum rex *Apis* mortuus est, huic filius *Argus* successit in regnum, et ex eo *Argiis* appellati sunt, qui etiam ab eis post obitum ut deus haberi coepit, templo et sacrificio honoratus.

73. *Achæi*, qui et *Achivi* ab *Achæo*, Jovis filio, B dicti.

74. *Pelasgi* nominati quia cum velis passis verno tempore advenisse Italiam b visi sunt, ut aves. c Primos enim eos *Varro* Italiam appulisse commemorat. Græci vero *Pelasgos* a *Pelaso*, Jovis et *Larissæ* filio, perhibent dictos.

75. d *Myrmidones* fuerunt *Achillis* socii; *Dolopes* *Pyrri*, dicti autem *Myrmidones* propter astutiam, quasi *μύρμιξες*, id est, *formicæ*. *Eratosthenes* autem dicit dictos *Myrmidones* a *Myrmidone* duce, Jovis et *Eurimedusæ*, filio

76. *Cecropi* Atheniensium regi e successit *Cranæus*, cujus filia *Athhis* nomen et regioni et genti dedit. Et ex ea *Attici* cognominati, qui sunt *Athenienses*.

77. f *Ion*, vir fortis, ex suo nomine eosdem Athenienses vocavit *Iones*.

78. *Macedones* a nomine *Emathionis* regis antea *Emathii* nuncupati sunt; postea *Macedones* dicti a *Macedone* rege, *Deucalionis* materno nepote.

79. g *Epirotæ* a *Pyrro* *Achillis* filio prius *Pyrriidæ*, postea vero a *Pyrro* rege ad Italiam transire præsumperunt.

80. *Dorus* *Neptuni* et h *Ellepis* filius fuit, unde *Dori* et originem et nomen ducunt. Sunt autem pars Græciæ gentis, ex quibus 410 etiam cognominata est tertia lingua Græcorum, quæ *Dorica* appellatur.

81. *Lacedæmones* a *Lac. dæmone*, *Semelæ* filio, dicti. i Hi diu perseverantes in bello contra Mes-

a A Rege *Ægialeo*. Euseb., in Chron.

b Visi sunt, ut aves. Ergo *Pelasgi*, quasi *πελαγρι*, id est, *ciconie*.

c Primos enim eos *Varro*. Serv., *Æn.* viii: *Hi primi Italiam tenuisse perhibentur.*

d *Myrmidones* fuer. E Serv., *Æn.* ii, ad vers. *Myrmidonum, Dolopumque.*

e Successit *Cranæus*. Ex Euseb. Chron.

f *Ion* vir fortis. Ex eod.

g *Epirotæ* a *Pyrro*. Justin., lib. xvii et xviii.

h Et *Ellepis* filius, Serv., *Æn.* ii, ad illud: *Dorica castra: Sane Dorus Neptuni filius fuit, unde Dori originem duxerunt, neque Ellipes aut Ellopiis meminit.*

i Hi diu perseverantes in bello. Refert hoc ex *Ephoro* *Sirabo*, lib. vi, cujus etiam meminit *Lactantius*, lib. i, cap. 20: *Sic juvenes ante dimissi, cum virgibus, ex quibus sunt Parthenii nati.* Eusebius, in *Chronico*, *Parthenitas*. *Ephorus*, *Parthenias*. Serv., *Æn.* iii, et *Georg.* iv, *Partheniatis* vocat. Male ergo

senios, veriti ne diurnitate prælii spem prois amitterent, præceperunt ut virgines eorum cum juvenibus domi relictis concumberent, sicque ex promiscuo virginum et maritorum concubitu juvenes de incertis parentibus nati sunt, et ex nota matris pudoris *Parthenii* vocati sunt. Nam ipsos esse *Spartanos* quos et *Lacedæmones*. i *Spartanos* vero propter repentinos adversus *Cadmum* quasi de terra contractus, et ex omnia parte conflictus, ita vocatos.

82. *Thracæ* ex filio *Japhet*, qui vocatus est *Thiras*, et orti et cognominati, ut superius dictum est, perhibentur, licet gentiles eos ex moribus ita dictos existiment, quod sint *traces*. Sævissimi enim omnium gentium fuerunt; unde et multa de eis fabulosa memorantur: quod captivos diis suis litarent, et humanum sanguinem in ossibus capitum essent siliti potare. De quibus *Virgilius*:

Heu fuge crudeles terras, fuge litus avaram,  
quasi crudelium et avarorum

83. k *Istorum* gens originem a *Colchis* dedit, qui missi ad *Argonautas* persequendos; ut a *Ponto* intraverunt *Istrum* fluvium, a vocabulo amnis, quo a mari concesserant, appellati sunt.

84. l *Romani* a *Romuli* nomine nuncupati, qui urbem *Romam* condidit, gentique et civitati nomen dedit. Hi ante a *Saturno SATURNI*, a *Latino* LATINI vocati sunt. Nam *Latinus* Italiæ rex fuit, qui ex suo nomine *Latinos* appellavit, qui postea *Romani* nuncupati sunt. Hi et *Quirites* dicti, quia *Quirinus* dictus est *Romulus*, quod semper hasta utebatur, quæ *Sabinorum* lingua *Quiris* dicitur.

85. *Italus* quoque, et *Sabinus*, et *Sicanus* fratres fuerunt, et quibus nomina populis imposita et regionibus sunt. Nam ab *Italo* ITALI, a *Sabino* SABINI, a *Sicano* SICANI, qui et *Siculi* cognominati sunt, idem et *Sicilienses*.

86. *Thuaci* Italiæ gens est a frequentia sacrorum et thuris vocata, id est, ἀπό τοῦ θύου.

87. m *Umbri* Italiæ gens est, sed Gallorum veterum propago, qui *Apenninum* montem incolunt. De quibus historiæ perhibent quod tempore a quosæ cladis imbris superfuerint, et ob hoc ὑμβριους Græce nominatos.

88. *Marsi*, gens Italiæ dicta a comite *Liberi*

D in plerisque Codicibus *Sparthini*. Propius a vera scriptura Goth. Ovet. colleg., *Sparthenii*.

i *Sparthanos* vero. Euseb., in Chron.: *Ea quæ de Sparthia memorantur, quos Palephatus scribit, cum proximaram essent regionum, adversum Cadmum constituisse, et, propter repentinos quasi de terra contractus, ex omni parte confluentes, Sparthos vocatos.* Vid. *Agell.*, lib. xvii, cap. 3, et *Isid.*, infra, de *Phalanto Parthenior. duce.*

k *Istros*... qui missi. Ab *Aretha* rege. Justin., lib. xxxii.

l *Romani*... *Quirites*... *Thuaci*. E *Servii* diversis locis.

m *Umbri*... tempore aquosæ clad. *Solin.*, cap. 8; *Plin.*, lib. iii, cap. 14.

n Dicta a comite *Liberi* a *Marsya*. *Silius*, lib. vii.

Sed populus nomen possit metaentior hospes.  
Cum fugeret Phrygios trans æquora, *Marsya* *Croon*,

*Marsya*, qui usum illis vitium ostendit, et ob hoc illi A statuam fecerunt, quam postea Romani victis Marsis tulerunt. \* Marsos autem Græci *Uscos* vocant, quasi *ὄφρυος*, quod multos serpentes habeant, et *εψ*; *serpens* dicatur; illæros autem esse carminum maleficiis; inhabitant autem plagam Apennini montis simul cum Umbris.

412 89. *Gothi* a *Magog* filio Japhet nominati putantur, de similitudine ultimæ syllabæ, quos veteres magis *Getas* quam *Gothos* vocaverunt, gens fortis et potentissima, corporum mole ardua, armorum genere terribilis, de quibus Lucanus :

Hinc *Dacus* premat, inde *Getes* occurrat. Iberis.

90. <sup>b</sup> *Daci* autem *Getarum* suboles fuerunt, et dictos putant *Dacos*, quasi *Dagos*, quia de Gothorum stirpe creati sunt. De quibus ille: *Ibis Arctos procul, B usque Dacos.*

91. *Bessi* barbari fuerunt, qui a multitudine *bovm* sic vocati creduntur. De e quibus quidam: *Qui colit terræ medio, vel ille divitiis multo bove pileatus arcola ripæ.*

92. *Gipedes* pedestri prælio magis, quam equestri sunt usi, et ex hac causa ita vocati.

93. *Sarmatæ* patentibus campis armati inequitabant, priusquam eos *Lentulus* *Dauubio* prohiberet, atque inde ob stadium armorum *Sarmatæ* nuncupati existimantur.

94. *Lanus* fluvius fertur ultra *Danubium*, a quo *Alani* dicti sunt, <sup>d</sup> sicut et *populi* inhabitantes juxta *Lemannum* fluvium *Alemani* vocantur. De quibus *Lucanus* :

Deserere cavo tentoria fixa Lemanno.

95. *Lengobardos* vulgo ferunt, nominatos a proluxa barba et nunquam tonsa.

96. *Vindilicus* amnis ab extremis *Galliæ* erumpens, juxta quem fluvium habitasse et ex eo traxisse nomen *Vandali* perhibetur.

413 97. *Germaniæ* gentes dictæ, quod sint immania corpora, immanesque nationes sævissimis durate frigidibus, qui mores ex ipso cœli rigore traxerunt, feris animi et semper indomiti, raptu venatuque viventes. Horum plurimæ gentes variæ armis, discolores habitu, linguis dissonæ, et origine vocabulorum licetæ; <sup>e</sup> ut *Tolosates*, *Angrivari*, *Quadi*, *Tungri*, <sup>D</sup>

*Plinius* tamen, lib. vii, cap. 2, a *Marsa* *Circæ* flua.

\* *Marsos* autem Græci. *Serv.*, *Æn.* vii, ad vers. *Oscorumque manus*, ita scribit: *Capuenses dicit qui antea Oscini appellati sunt, quod illic pluvium abundaverunt serpentes.* Sed, cur hos cum Umbris postea habitare dicat *Isid.*, cum a *Capuensibus* longissime distent, querendum.

<sup>b</sup> *Daci* autem *Goth.* Verba sunt *Justini*, lib. xxxiii. *Carmen* vero sancti *Paulini*.

<sup>c</sup> De quibus quidam. Idem *Paulin.*

<sup>d</sup> Sicut et *populi* hab. j. *Lem.* *Serv.*, *Georg.* iv, ad verba, *Prose flavina Belle.*

<sup>e</sup> Ut *Tolosates*. Mira varietas in *Iberis*, dum singula nomina multimodis scribuntur, ut *Tolerates*, *Tolates*, *Dolerates*, *Olarates*, *Colonates*. Item *Amsivari*, *Samsi*, *Vari*, *Amisi*, *Vari* *Conismant*. Item *Quadi*, *Quadivi*. Item *Tungri*, *Turingii*, *Ungari*, *Mungri*. Item *Bruteri*, *Bruteo*, *Brutel*, *Bructeri*. Item *Caunasi*, *Clau-*

*Marcomani*, *Bructeri*, *Chamavi*, *Wangiones*, *Tubantes*, quorum immanitas barbariæ etiam in ipsis vocabulis horrorem quemdam significat.

98. *Suevi* pars *Germanorum* fuerunt in sine *Septentrionis*, de quibus *Lucanus* :

Fundit ab extremo fluvos *Aquilone* *Suevos*

Quorum fuisse centum pagos et *populos* multi prodiderunt. Dicti autem *Suevi* putantur a monte *Suevo*, qui ab ortu initium *Germaniæ* facit, cujus loca incoluerunt.

99. *Burgundiones* quondam, a Romanis subacta interiore *Germania*, per castrorum limites positi à *Tiberio* *Cæsare*, in magnam coaluerunt gentem, 414 atque ita nomen ex locis sumpserunt: quia crebra per limites habitacula constituta *Burqos* vulgo vocant. Ili postea rebelles Romanis effecti, priusquam octoginta millia armatorum ripe *Rheni* fluminis insederunt, et nomen gentis obtinuerunt.

100. *Saxonum* gens in *Oceani* littoribus et paludibus inuisita, virtute atque agilitate habilis. Unde et appellata, quod sit durum et validissimum genus hominum, et præstans cæteris piratis.

101. *Franci* a quodam proprio duce vocati putantur. Alii eos a feritate morum nuncupatos existimant. Sunt enim in illis mores inconditi, naturalis ferocitatis animorum.

102. *Britones* quidam Latine nominatos suspicantur, eo quod *bruti* sint, gens inter *Oceanum*, interfluso mari, quasi extra orbem posita. De quibus *Virgilius*: *Toto divisos orbe Briannos.*

103. *Scoti* propria lingua nomen habent a picto corpore, eo quod aculeis ferreis cum atramento variarum figurarum sigmate annotentur.

104. *Galli* a candore corporis nuncupati sunt, *γλα* enim Græce *lac* dicitur. Unde et *Virgilius* sic eos appellat, cum ait de iis: *Tum lactea colla Auro innectuntur.*

105. Secundum diversitatem enim cœli et facies hominum, et colores, et ærum quantitates, et animorum diversitates existunt. 415 Inde Romanos graves, Græcos leves, Afros versipelles, & Gallos natura feroces atque acrioris ingenio pervidemus, quod natura climatum facit.

106. *Galli* autem *Senones* antiquitus *Aenones* dicebantur, quod *Liberum* hospitio recepissent, postea a *m* s litteram commutata est.

*Massi*, *Chasæsi*, *Chamavi*, *Pem* *Blangiani*, *Blanciani*. Item *Tubantes*, *Abantes*, *Nobis* *Tolosates*, cum *Rheni*, lib. i *German.* rer. placent. Itemque *Angrivari*, *Quadi*, *Tungri*, *Marcomani*, *Bructeri*, *Chamavi*, *Wangiones*, *Tubantes*, ex *Tacito*. Quamvis pro *Chamavis* *Clanosi*, in panegyrico *Nazarii* ad *Constantinum*, *Aug.* mendo e (ut credo) legantur. Eodem *Antonio* *Aug.* probantur, nisi quod pro *Tolosatibus* *Teneteos*, longius a seriquæ descendens, ex *Tacito* substituta hat.

<sup>f</sup> *Galli* a candore. *Pier.*, in prægem. lib. ii, in epi. ad *Gal.*, ex *Enchirid.* e cujus verbis *Sibylla* pro *Virgilio* nomine in quodam nostris Codicibus inserta.

<sup>g</sup> *Gallos* natura feroces atque acrioris. *E. Serv.*, *Æn.* vi, ad vers. *Principio cælum ac terras*, quo tamen loco non acrioris, sed pigrioris ingenii legitur. Et *Julius Firmic.*, lib. i, cap. 1, et *Hier.* (ut refert *Bezet* citato *Hieronymus*) *Gallos stolidos* vocant.

107. <sup>a</sup> *Vacca* oppidum fuit juxta Pyrenæum, a quo sunt cognominati *Vaccæi*, de quibus creditur dixisse poeta: *Lateque vagantes Vaccæi*. Illi Pyrenæi jugis per amplam montis habitant solitudinem. Idem et Vascones, quasi *Vaccones*, e in s litteram demutata.

108. <sup>b</sup> Quos Cn. Pompeius, edomita Hispania, et ad triumphum redire festinans, de Pyrenæi jugis deposuit, et in unum oppidum congregavit. Unde et *Conrenarum* urbs nomen accepit.

109. *Hispani* ab *Ibero* amne primum *Iberi*, postea ab *Hispalo* *HISPANI* cognominati sunt.

110. <sup>d</sup> *Galleci* a candore dicti, unde et *Galli*. Reliquis enim **416** Hispaniæ populis candidiores existunt. Illi Græcam sibi originem asserunt. Unde et naturali ingenio callent.

111. Siquidem post finem Trojani belli, Teucrum morte Ajacis fratris invisum patri Telamoni, cum non reciperetur in Regnum, Cyprum concessisse, ibique urbem nomine antiquæ patriæ Salaminam condidisse (ferunt), e inde ad Galliciam profectum, et positis sedibus ex loco genti nomen dedisse.

112. *Austures*, gens Hispaniæ, vocati eo quod circa *Asturam* flumen septi montibus silvisque crebris inhabitent.

113. <sup>f</sup> *Cantabri*, gens Hispaniæ, a vocabulo urbis et *Iberi* amnis cui insidunt appellati. Horum nimis pertinax, et magis ad latrocinandum et ad bellandum, vel ad perpetiendum verbera semper parati.

114. *Celtiberi* ex Gallis Celticis fuerunt, quorum ex nomine appellata est regio *Celtiberia*. Nam ex flumine Hispaniæ *Iberu*, ubi consederant, et ex Gallis, qui *Celtici* dicebantur, misto utroque vocabulo *Celtiberi* nuncupati sunt.

115. <sup>e</sup> *Asri* appellati ab uno ex posteris Abrahamæ, qui vocabatur *Afer*: qui dicitur duxisse adversus Libyam exercitum, et ibi victis hostibus consedissee, **417** ejusque posteros ex nomine Atavi et *Afros* et *Africanam* nuncupasse.

116. <sup>b</sup> *Pæni* autem Carthaginenses sunt a *Phœnicibus* nuncupati, qui cum D. Jone profecti sunt.

117. *Tyrri* vero a *Tyria* urbe Phœnicum nominati, de qua profecti sunt, et in Africæ littus venerunt.

118. *GETULI* *Getæ* dicuntur fuisse, qui ingenti agmine a locis suis navibus descendentes, loca Syrtium

<sup>a</sup> *Vacca oppidum juxta Pyren.* A. Augustinus *Jacca* legendum existimabat. Nam et Strabo, lib. III, de Gentibus inter Pyreneum et Idubetam montes Jaccetanor agens, Jaccetanam nobilissimam predicat, ubi nunc *Jacca* urbs. Itaque debebat idem quæ sequuntur verba, ut aliena, abesse namque a duobus C. d. Carmen vero e Virgillii *Æneid.*, lib. IV, *Lateque vagantes Vaccæi*, mendosum, sed eodem modo legitur apud Hier. in epist. ad Dardan.

<sup>b</sup> Quos Cn. Pompeius... nomen accep. Ex Hieron., advers. Vigilant.; hodieque Comange dicitur.

<sup>c</sup> Ab *Hispalo* *Hispani*. Ab *Hispano* *Hispani*, Justin., lib. XLIV, et C. Neap.

<sup>d</sup> *Galleci*. Ex eodem Justin. Sed illa apud eum non sunt: Unde et na uruli ingenio callent.

<sup>e</sup> Inde *Galliciam profectus*. Multa omnia sunt non ab Isidoro, ut Chacon quidem censebat, sed a libra-

A in Libya occupaverunt; et quia ex *Getis* venerant, derivato nomine *Getuli* cognominati sunt. Unde et opinio est apud Gothos, ab antiqua cognatione Maurorum consanguinitate propinquos sibi vocare.

119. <sup>i</sup> Africam autem initio habuere Libyæ, deinde *Atri*, post hæc *Getuli*, postremum *Mauri* et *Numidæ*.

120. *Mauri* et *Numidæ*, ut *Asri* putant, sic sumpserunt exordium et vocabulum. Nam postquam in Hispania Hercules interit, et exercitus ejus compositus ex variis gentibus, amisso duce, passim sibi sedes quærebant, ex eo numero Medi, et Persæ, et Armeni navibus in Africam transvecti proxima maris loca occupavere.

121. Sed Persæ, dum materiam in agris pro construendis domiciliis non invenirent, et ignara lingua commercium prohiberet, per patentes agros, et diversas solitudines vagabantur, et a pabulationibus vagabundis semetipsos propria lingua *Numidas* appellaverunt, id est, sine oppido vagos et errantes.

122. Medi autem cum Libyis se miscuerunt, qui proxime Hispaniam inhabitabant, quorum nomen paulatim *Libyæ* corruerunt, barbara lingua *Neuros* pro *Medis* appellantes, licet *Mauri* ob colorem a Græcis vocentur. Græci enim *nigrum μαυρον* vocant, æstifero quippe calore afflati atrii coloris speciem ducunt.

123. <sup>i</sup> *Massylla* civitas Africæ est, non longe ab Atlante, et hortis Hesperidum; a qua civitate *Massylli* vocati sunt, quos nos corrupte *Massulos* vocamus, de quibus Virgilius:

Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos.

**418** 124. *Gaulalum* gentes sunt a meridie usque Oceanum Hesperium pervagantes. <sup>k</sup> His nomen *Gauloe* insula dedit, quæ est juxta *Æthiopiæ*, ubi nec serpens nascitur, nec vivit.

125. *Garamantes* populi Africæ prope Cyrenas inhabitantes a *Garamante* rege, Apollinis filio, nominati, qui ibi ex suo nomine *Garama* oppidum condidit. Sunt autem proximi gentibus *Æthiopum*, de quibus Virgilius *extremi Garamantes*. <sup>l</sup> *Extremi* autem, quia sævi, et a consortio humanitatis remoti.

126. *Hesperii* vero sunt qui circa Hispaniam commorantur. Nam *Hispania* *HESPERIA*.

127. *Æthiopes* dicti a filio Cham, qui vocatus est *Chus*, a quo originem trahunt. <sup>m</sup> *Chus* enim Hebraica *Æthiops* interpretatur.

128. Illi <sup>n</sup> quondam, ab Indo flumine consurgentes, rio, quæ petes e Justino.

<sup>o</sup> *Cantabri*... a vocabulo urbis. Cujus et annales nostri sæpe meminere, et ruinae hodie visuntur.

<sup>p</sup> *Asri appellati*. Omnia e Hieron. quæst. in Gen. xxv.

<sup>q</sup> *Pæni*... a *Phœnicibus*. Serv., *Æn.* I: *Pæni ἀφ' ἑσπερίων* est, quasi *Phœni*.

<sup>r</sup> *Africanam*... habuere *Libyæ*. Ex Sallust., in Jugurth.

<sup>s</sup> *Massylla*. Vii. Serv., ibidem.

<sup>t</sup> His nomen *Gauloe*. E Solin. Sed cur *Æthiopia* proxima? An quia Solinus statim de *Æthiopia*?

<sup>u</sup> *Extremi, quia sævi*. E Serv., ad eclog. 8, quasi sævi.

<sup>v</sup> *Chus enim ling. Heb.* Ex Hieron., in lib. de Nominib. Heb.

<sup>w</sup> *Hi quondam, etc.* Verba Hier., in lib. de Loc. Hebraic.



justa *Ægyptum*, inter Nilum et Oceanum, in meridie, **A** sub ipsa solis vicinitate insederunt, quorum tres sunt populi: *Hesperii Garamantes* et *Indi*: *Hesperii* sunt Occidentis, *Garamantes Tripolis*, *Indi Orientis*.

129. <sup>a</sup> *Troglodytæ* gens *Æthiopum*; ideo nuncupati, quod tanta celeritate pollent, ut feras cursu pedum assequantur.

130. <sup>b</sup> *Pamphagi*, et hi in *Æthiopia* sunt: quibus esca est quidquid mandi potest, et omnia fortuita gignentia, unde et appellati.

131. <sup>c</sup> *Ichthyophagi*, quod venando in mari valiant, et piscibus tantum alantur. **419** Hi post *Indos* montanas regiones tenent, quos subactos *Alexander Magnus* piscibus vesci prohibuit.

132. <sup>d</sup> *Anthropophagi* gens asperrima sub regione *Serum* sita. Qui quia humanis carnibus vescuntur, ideo *Anthropophagi* nominantur. Itaque sicut hiis, ita et cæteris gentibus per sæcula, aut a regibus, aut a locis, aut a moribus, aut ex quibuslibet aliis causis immutata vocabula sunt, ita ut prima origo nominis eorum temporum vetustate non pateat.

133. Jam vero hi qui <sup>e</sup> *Antipodes* dicuntur, eo quod contrarii esse vestigiis nostris putantur, ut quasi sub terris positi adversa pedibus nostris calcant vestigia, nulla ratione credendum est, quia nec soliditas patitur, nec centrum terræ; sed neque hoc ulla historiae cognitione firmatur, sed hoc poetæ, quasi ratiocinando, conjectant.

134. <sup>f</sup> *Titanas* autem quosdam in *Græcia* ferunt fuisse robustos et excellentes viribus populos, quos ferunt fabulæ ab irata contra deos tera ad ejus ultionem creatos.

135. Unde et *Titanas* dicti sunt ἀπὸ τῆς τίσιως, id est, ab *ultione*, quod quasi ulciscendæ matris terræ causa in deos armati exstiterint; quos fabulæ a *Jove bello* fuisse superatos atque extinctos fingunt, propter quod e cælo jactis fulminibus interierunt.

### CAPUT III.

De regnis et militiæ vocabulis.

1. *Regnum* a *regibus* dictum, nam sicut *reges* a *regendo* vocati, ita *regnum* a *regibus*.

<sup>a</sup> *Troglodytæ* gens. Ἀπὸ τῆς τρώγλης, id est, caverna, quod in speluncis habitent. **Solin.**, cap. 34. **D** Sed *Isidori* notatio magis *Trogoditis* respondet, id est, viz voratoribus. **Plinius** quoque lib. vi, cap. 29: *Gentes Trogloditarum idem Juba tradit Therothoas a venatu dictos miræ velocitatis*. Neque tamen propterea *Trogoditas* ab *Isid.* nominatos putarim, cum præsertim *Troglodytæ* in omnibus *Cod.* legatur; sed luisse in voce, ut solet, liberius.

<sup>b</sup> *Pamphag.* Verba *Solin.*, cap. 33.

<sup>c</sup> *Ichthyophag.* Ex eod. cap. 57.

<sup>d</sup> *Anthropophag.* Ex eod. cap. 53.

<sup>e</sup> *Antipodes.* Ex *Aug.* xvi de *Civit.*, cap. 9, qui *Lactantium* secutus est, quædam etiam verba e *Servio*, *Æn.* vi ad illud: *Noctes atque dies p. a. i. D.* Hos omnes ætas nostra coarguit ad *Antipodas* ipsos penetrans. Sed *Servius* non de *Antipodibus*, sed de inferis ac terræ centro loquitur.

<sup>f</sup> *Titanas.* Ex *Lactantium*, lib. v, cap. 6.

<sup>g</sup> *Quos ferunt fabul.* E *Servio*, *Æn.* vi: *Hic genus antiquum Trojæ.*

2. *Regnum* universæ nationes suis quæque temporibus habuere, ut *Assyrii*, *Medi*, *Persæ*, *Ægyptii*, *Græci*, quorum vices sors temporum ita volutavit ut alterum ab altero solveretur. Inter omnia autem regna terrarum duo regna cæteris gloriosiora traduntur, *Assyriorum* primo, **420** deinde *Romanorum*, ut temporibus et locis inter se ordinata atque distincta

3. Nam sicut illud prius, et hoc posterius, ita illud in Occidente exortum est; <sup>h</sup> denique in illius sine hujus initium confestim fuit. Regna cætera cæterique reges velut appendices istorum habentur.

4. <sup>i</sup> *Reges* a *regendo* vocati, sicut enim *sacerdos* a *sanctificando*, ita et *rex* a *regendo*; non autem regit, qui non corrigit. Recte igitur faciendo regis nomen tenetur, peccando amittitur. Unde et apud veteres tale erat proverbium. <sup>k</sup> *Rex eris si recte facies, si non facias, non eris.*

5. *Regiæ* virtutes præcipuæ duæ, *justitia* et *pietas*; plus autem in regibus laudatur *pietas*; nam *justitia* per se severa est.

6. *Consules* appellati a *consulendo*, sicut *reges* a *regendo*, et sicut *leges* a *legendo*; <sup>l</sup> nam cum *Romani* regum superbam dominationem non ferrent, annua imperia binosque *consules* sibi fecerunt; nam *fastus* regis non benevolentia consulentis, sed *superbia* dominantis erat: hinc igitur *consules* appellati, vel a *consulendo* civibus, vel a *regendo* cuncta *consilio*.

7. Quos tamen ideo mutandos per annos singulos instituerunt, ut nec insolens diu maneret, et moderatior cito succurreret. Inde autem duo pares, quia unus rem civilem, alter rem militarem administrabat. <sup>m</sup> **Regnaverunt autem annis cccclxxiii**

**421** 8. *Proconsules* subjecti erant *consulibus*, et dicti *proconsules*, eo quod vicem *consulis* fungerentur, <sup>n</sup> sicut *procurator curatoris*, id est, actoris.

9. *Exconsules* autem dicti, quod jam a *consulatu* exierint, sive discesserint, peracto vicis suæ anno.

10. <sup>o</sup> *Dictatores* nono anno post *reges* expulsos *Romani* sibi creaverunt, dum gener *Tarquinius*, ad injuriam soceri vindicandam, ingentem adversus *Romanum* collegisset exercitum.

**CAP. III.** — <sup>h</sup> Denique in illius fine hujus initium fuit. Nam quo tempore *Sardanapalus* ultimus *Assyriorum* rex ab *Arbace Medo* victus igni se tradidit, *Romulus* et *Remus* nati sunt, quantum ex *Eusebio* colligere licet.

<sup>i</sup> *Reges* a *regendo*. Ex *Aug.*, ad ps. **xliv**.

<sup>j</sup> Sicut enim *sacerdos* a *sanctificando*. Ex eodem, ut etiam sup., lib. vii, cap. 12.

<sup>k</sup> *Rex eris, si recte facies*. *Horatius*.

<sup>l</sup> Nam cum *Romani* regum superbam dominationem. Ex *Aug.*, xv de *Civit.*, cap. 12. Qui hæc ex *Sallustio* *Catilin.*, apud quem etiam *superbiam dominationem* (non ut vulgo in *superbiam dominationemque*) in antiquis libro legi aiebat *Chaon*.

<sup>m</sup> *Regnaverunt autem annis cccclxxiv*. Totidem numerat *Hieronymus* in præf. ad *Aggæum*, et *Euseb.* in *Chron.* Mendose libri nostri **cccclxxvii**, facili librarium lapsu.

<sup>n</sup> Sicut *procurator curatoris*. Vid. cap. seq.

<sup>o</sup> *Dictatores nono anno*. *Euseb.* (sive *Hieronymus* potius), in *Chron.*: *Nono* (inquit) *anno post exacto*

11. <sup>a</sup> Hi quinquenni temporis imperio utebantur; **A** illi a populo ut vocaretur et *Dominus*, statim manu plus enim erant honore, quam consules, quia annuas potestates tenebant. <sup>b</sup> Et dicti *dictatores*, quasi *principes*, et *præceptores*; unde et *magistri populi* nominabantur. Unde et *dicta* dicuntur.

12. <sup>a</sup> *Cæsarum* nomen a Julio cœpit, qui bello civili omnino primus Romanorum singularem obtinuit principatum. *Cæsar* autem dictus, <sup>a</sup> quod *cæso* mortuæ matris utero prolatus eductusque fuerit; vel quod cum *cæsariæ* natus sit, a quo et imperatores sequentes **422** *Cæsares* dicti (eo quod comati essent). <sup>c</sup> Qui enim ex secto utero eximebantur, *Cæsones* et *Cæsares* appellabantur.

13. *Julius* autem dictus, quia ab Iulo *Æneæ* filio, originem duxit, et confirmat *Virgilius* :

*Julus a nazaro deamissum nomen Iulo.*

14. *Imperatorum* utem nomen apud Romanos eorum tantum fuit prius apud quos summa rei militaris consisteret, et ideo *imperatores* dicti ab *imperando* exercitui; sed dum diu duces titulis imperatoriis sumgerentur, senatus censuit ut *Augusti Cæsaris* hoc tantum nomen esset, eo quod is distingueretur a cæteris gentium regibus, quod et sequentes *Cæsares* hactenus usurpaverunt.

15. <sup>f</sup> Solet enim fieri ut primi regis nomen etiam reliqui possideant, sicut apud Albanos, ex *Silvii* nomine, omnes reges Albanorum *Silvii* appellati sunt; sicut et apud *Persas* *Arsacidae*; apud *Ægyptios* *Ptolomari*; apud *Athenienses* *Ce ropidae*.

16. <sup>g</sup> *Augustus* ideo apud Romanos nomen imperii est, eo quod *clara augere* rempublicam amplificando. Quod nomen primo senatus Octaviano Cæsari tradidit, ut quia *augeret* terras, ipso nomine et titulo consecraretur.

17. Dum autem idem Octavianus iam *Cæsar* et imperator appellaretur, vel *Augustus*, <sup>h</sup> postea vero dum ludos spectaret, et pronuntiatum esset

*reges voca dignior est evecta. Dictatura, scilicet. In quo Livium secutus videtur Cassiodorus octavo anno post exactos reges, de qua dicitur in Fasti inspicendi; Ant. Augusti non nisi duodecimo. Nostri omnes libri magno consensu quædam verba retinent, error tamen natus ex nota in eis.*

<sup>i</sup> *Hi quinquenni temporis imperio utebantur.* <sup>j</sup> *Hi censoribus aptanda videntur, de quibus cap. sup. Nam dictatura semestris fuit.*

<sup>k</sup> *Et dicti dicta. Varr., lib. v: Hinc in manipulis est ensibus dicti ducibus. Hinc datata in Iudo. Hinc dictator magister populi. Cic., in de Legibus: Ast quando duellum gravius discordie civium poscunt, dictat esto, ne amplius ser menses; si senatus creverit, idemque juris, quod duo consules ten to. Isque ari sinistra dictus populi magister esto. Dictus vero dictatur, quod a consule diceretur.*

<sup>l</sup> *Cæsatum autem. Imperatorum, alioqui ante Cæsarem dictatorum Cæsar Juliorum cognomen fuit. Euseb., in Chron.: C. Julius Cæsar Primus apud Romanos singulare obtinuit imperium, a quo Cæsares Romani principes appellati.*

<sup>m</sup> *Quod cæso matris. E. Serv., Æn. 1, vers. Nasce-tur p. t. o. Cæsar. Quam verum (cum vixer t Aurelia Cæsaris mater diu vivo Cæsare), Servius viderit.*

<sup>n</sup> *Qui enim ex secto. Plin., lib. vii. Auspicatus ex secto parente gignuntur, sicut Scipio Africanus prior natus, p. inique Cæsorum a cæso matris utero dictus, qui*

illius a populo ut vocaretur et *Dominus*, statim manu vultuque averso, indeco as adulationes repressit, et *Domini* appellationem, ut omen, <sup>1</sup> declinavit, atque insequenti die omnem populum gravissimo edicto corripuit, *Dominumque* se post hæc appellari, ne a liberis quidem suis permisit. Fuit enim filius *Atticæ*, quæ nata est de sorore *Julii Cæsaris*.

**423** 18. *Reges* autem ob hæc causam apud Græcos *Βασιδεις* vocantur, quod tanquam *bases* populum sustinent; unde et *bases* coronas habent. Quanto enim quisque magis præponitur, tanto amplius pondere laborum gravatur

19. *Tyranni* Græce dicuntur, idem Latine et *reges*; <sup>i</sup> nam apud veteres inter regem et tyrannum nulla discretio erat, ut :

**B** Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Fortes enim reges tyranni vocabantur; nam *trio fortis*, de quibus *Dominus* loquitur: *Per me reges regnant, et tyranni per me tenent terram.*

20. Jam postea in usum accidit tyrannos vocari pessimos atque improbos reges, luxuriôsæ dominationis cupiditatem, et crudelissimam dominationem in populis exercentes.

21. <sup>k</sup> *Princeps* et dignitatis modo significatur, et ordinis, sicut est illud *Virgilianum* :

Princeps ardentem coniecit lampada Turnus, pro primus.

<sup>l</sup> *Dictus autem princeps a capiendi significatione, quod primum capiat, sicut municeps ab eo quod munia capiat.*

**C** <sup>m</sup> *Dux* dictus, eo quod sit *ductor exercitus*; sed non statim quicumque principes, vel duces sunt, etiam reges dici possunt. In bello autem melius ducem nominari quam regem; nam hoc nomen exprimit in prælio ducentem; unde *Virg. : Ducis Exandri*, *Sallust. : Quo cupidius in ore Ducis sese quidque barum.* Non dixit in ore *Consulis*.

*de causa cæsones appellati. Vid. Fest. Verbi vero, eo quod comati essent, aliena cum Chacone ducimus.*

<sup>n</sup> *Solet enim fieri. E. Serv., Æn. xii, ad vers. Murrenum hic atavos.*

<sup>o</sup> *Augustus...eo quod auferent. Suetonius ab aucto, vel ab avium gestu, gustave. Ovidius utrumque indicavit Fast. iii :*

Hujus et augurium dependet origine verbi; Et quodcumque sua Jupiter auget ope.

<sup>p</sup> *Postea vero dum lud. spect. Sueton., cap. 53.*

<sup>q</sup> *Ut omen declinavit. Verisime restituit hunc locum A. Covarruvias cum in libris, ut homo legeretur. Neque Isidoriano Codice, a quo hæ voces ab-sunt, tantum credo, quantum huic emendationi. Sueton. : Domini appellationem, ut maledictum et opprobrium semper corripuit. Quod autem sequitur, quæ nata est de sorore Julii Cæsaris, verba sunt Servii, initio *Æneid.**

<sup>r</sup> *Nam apud veteres. E. Serv., Æn. iv et vii, et August., v de Civit., cap. 19 : Sed ne tyranni non pessimi atque improbi reges, sed veteri nomine fortes dicti existimentur. Unde a t Virgil. :*

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

<sup>s</sup> *Princeps et dignitatis mod. Serv., Æn. v, adversum principem medioque Gyas, etc.*

<sup>t</sup> *Dictus autem p. in eps. Ex Aug., lib. de Grammat.*

<sup>u</sup> *Dux dictus. Ex xviii de Civit., cap. 45.*

23. *Monarchæ* sunt qui singularem possident principatum, qualis fuit Alexander apud Græcos, et Julius apud Romanos. Hinc et *monarchia* dicitur, *Μοναρχία* quippe *singularitas* Græco nomine, ἀρχή principatus est.

24. *Tetrarchæ* sunt quartam partem regni tenentes. Nam *τετραρχα* quatuor sunt, qualis fuit apud Judæam Philippus.

424 25. <sup>a</sup> *Patricii* inde vocati sunt, pro eo quod sicut *patres* filiis, ita provideant reipublicæ.

26. <sup>b</sup> *Præfecti* dicti, quod prætoris potestate præsent.

27. <sup>c</sup> *Prætores* iidem qui et præfecti, quasi *præpositores*.

28. <sup>d</sup> *Præsides* vero dicti, quia alicujus loci tutelam præsidialiter tenent.

29. *Tribuni* vocati, quod militibus, sive plebibus jura tribuunt.

30. <sup>e</sup> *Chiliarchæ* sunt qui mille præsent, quos nos *millenarios* nuncupamus, et est nomen Græcum.

31. *Centuriones* dicti, eo quod *centum* præsent militibus, sicut *quingagenarii*, qui in cæpite sunt *quingaginta* militum, sicut *decani* ab eo quod militibus *decem* præferuntur.

32. <sup>f</sup> *Miles* dicitur, quia *mille* erant ante in numero uno, vel quia unus est ex *mille* electus. Romulus autem <sup>g</sup> primus ex populo milites sumpsit, et appellavit. Liber vero primus militiæ ordinem docuit.

33. *Miles*, aut ordinarius dicitur, aut extraordinarius. Ordinarius est 425 qui per ordinem militat, nec adhuc aliquem consecutus est gradum honoris; est enim gregarius, id est, humilis militiæ. Extraordinarius vero, qui ob virtutem promovetur ex ordine.

34. *Emeriti* dicuntur veterani solutique militiæ, qui jam in usu prælii non sunt, quia *mereri militare* dicitur, a stipendiis, scilicet, que merentur. Idem et *veterani* dicuntur quia jam in usu prælii non sunt, sed post multos militiæ labores quietis suffragium consequuntur.

35. *Equestres* milites dicti, eo quod *equo* sedeant. Item militat ille in equestri ordine.

36. *Tirones* dicuntur fortes pueri, qui ad militiam deliguntur, atque armis gerendis habiles existunt. Hi enim non ex sola professione nativitate, sed ex aspectu et validitate corporis existimantur. Unde et *tirones* dicti, qui antequam sacramento rogati sint, milites non sunt.

<sup>a</sup> *Patricii inde vocati*. De novo patriciorum genere, quod erat Justiniani tempore, A. Augustinus.

<sup>b</sup> *Præfecti*. De præfectis prætorio.

<sup>c</sup> *Prætores iidem qui et præfecti*. Veteres prætores intelligi, hoc est magistratus, qui ratione prætores *comites* dicebantur, et prætorium, et porta prætoris. Quod vero quasi *præpositores*, melius cum Varro, quasi *prætores* dixisset.

<sup>d</sup> *Præsides*. Glossæ, *præsides, ὑπετάς*.

<sup>e</sup> *Chiliarchæ*. Ex Hieronymo, Isa. II.

<sup>f</sup> *Miles*.... quia mille erat ante in numero uno. Cohortes numeros appellari solitas a Latinis tradit Scaevola, tripart. Hist. lib. I, cap. 7. Varro tamen, ib. IV. *Milites*, quod trium millium legio primo fiebat, se *singulas tribus* Tat. Ramn. Lucer. millia singula *mittunt*.

37. <sup>b</sup> Romanæ autem militiæ mos fuit pueros primo exerceri armis. Nam decimo sexto anno tirones militabant, quo etiam solo sub custodibus agebant, de quibus Virgilius : *Et primo flore juventus*.

38. <sup>1</sup> Servos sane nunquam militasse constat, nisi servitute deposita, excepto Annibalis tempore, cum post Cannense prælium in tanta necessitate fuissent Romani, ut ne liberandorum quidem servorum daretur facultas.

39. <sup>1</sup> *Desertores* vocati, eo quod, *desertis* militibus officiis, evagantur. Hi in alios numeros militiæ nomen dare prohibentur, sed si non magni temporis culpam contraxerint, cæsi numeris suis restituntur. Sed et qui deserunt exercitum ad hostes transeunt, et ipsi *desertores* vocantur.

B 426 40. *Conscripti* milites dicuntur, quia in tabulis conferuntur ab eo qui eos ducturus est; sicut *transcripti* vocantur, cum de alia in aliam legionem transeunt, et inde *transcripti*, quia nomina dant ut *transcribantur*.

41. <sup>1</sup> *Optiones* dicti, quod sint electi. Nam *optare eligere* est, sicut est illud : *Optavitque locum regno, id est elegit*.

42. *Excubitores* dicuntur, pro eo quod *excubiis* semper agunt. Sunt enim ex numero militum, et in portibus *excubant* propter regalem custodiam. <sup>1</sup> *Excubiæ* autem diurnæ sunt vigiliæ nocturnæ, unde et *vigiles*.

43. *Velites* erant apud Romanos genus militiæ, a *volando* vocati. Lecti enim agilitate juvenes, cum armis suis post terga equitum considebant, et mox cum ad hostes ventum esset, equis desiliebat, et continuo pedites ipsi ex alia parte, equibus per quos advecti fuerant dimicantibus, hostem perturbabant. Ab his ergo *velitibus* elephantum quondam Annibalis retro acti, cum regi jam a suis non possent, fabrilis scalpulo inter aures adacto, necabantur.

44. *Castra* sunt ubi miles steterit; <sup>1</sup> *castra* autem *castra*, quasi *casta*, eo quod illic castraretur libido. Nam nunquam iis intererat mulier.

45. *Militia* autem a *milibus* dicta, aut a *multis*, quasi *multitia*, quasi negotium multorum, aut a *mole* <sup>1</sup> rerum, quasi *moletia*.

46. *Legio sex* millium armatorum est a *delectu* D vocata, quasi *lecti*, 427 id est, *armis electi*. Proprie

<sup>g</sup> Ex populo. Ex plebe.

<sup>b</sup> *Romanæ autem militiæ*. E Serv., Æn. VII, ad vers. *Ante Urbem pueri*, etc.

<sup>1</sup> *Servos sane nunquam militasse*. Ex eodem, Æn. IX, vers. *Velitisque ad Trojam miserat armis*.

<sup>1</sup> *Desertores*. Vid. I. *Desertorium*, § 3, d. de Ro milit... et Quintil., lib. VII, cap. 7.

<sup>k</sup> *Optiones*.... nam optare cliq. E Serv. Fest. *Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur agere sus, is adjutor dabatur centurioni a tribus militibus, ut quem vellet eligeret, unde et nomen sortibus est*.

<sup>1</sup> *Excubiæ autem diurnæ*. Ex eodem, Æn. IX.

<sup>1</sup> *Dicta autem castra*. Ex eodem, Æn. III, ad vers. : *Nos castra moveamus*.

<sup>1</sup> *Quasi moletia*. At, *moletia*, quibus faret Cannæ. venaculus, *in molibus* et *fabanis*. Festus,

autem Macedonum <sup>a</sup> *phalanx*, <sup>b</sup> Gallorum *caterva*, A qua formas et nomina ab ipsis rebus de quibus translata sunt mutuatur.

47. <sup>c</sup> Legio habet sexaginta centurias, manipulos triginta, cohortes duodecim, turmas ducentas.

48. *Centuria* est pars exercitus in centenos milites divisa. Unde et qui iis præsumt *centuriones* dicunt.

49. *Succenturiati* sunt; non qui in prima, sed qui in secunda centuria sunt, quasi *sub* prima centuria, tamen stricti etiam ipsi, et in speculis positi in bello sunt, ut si prima defecerit, isti, quos sub se diximus, laborantibus primis subveniant. Unde et ad insidiandum ponitur succenturiatus, quasi armis dolois instructus.

50. *Manipulus* ducentorum est militum; *manipuli* autem dicti sunt milites, sive quia bellum primo manu incipiebant, sive quod antequam signa essent, *manipulos* sibi, id est, *fasciculos* stipulæ, vel herbæ alicujus, pro signis faciebant, a quo signo *manipulares* milites cognominati sunt. De quibus Lucanus:

Convocat armatos exemplo ad signa maniplos.

51. <sup>d</sup> *Turma* triginta equites sunt. Romani enim equites in una turma trecenti fuerunt. De singulis enim centuriis decem dabantur, et fiebat turma.

*Cohors* quingentos milites habet

423 52. Tria sunt militiæ genera, sacramentum, evocatio, conjuratio.

53. *Sacramentum*, in quo post electionem jurat unusquisque miles se non recedere a militia, nisi post completa stipendia, id est, militiæ tempora, et hi sunt qui habent plenam militiam. Nam viginti quinque annis tenentur.

54. *Evocatio*, dum ad subitum bellum non solum milites, sed et cæteri evocantur. Unde etiam consulsolebat dicere: *Qui rempublicam salvam esse vult, me sequatur.*

55. *Conjuratio*, quæ sit tumultu, quando viciniam urbis periculum singulos jurare non patitur, sed repente colligitur multitudo, et tumultuosa in ira conflatur. Hæc et *tumultuatio* dicitur.

56. In acie autem istæ fere forinæ sunt: Exercitus, classis, nodus, cuneus, alæ, cornua, agmen,

quoque: *Militem Aelius a mollitia per antiphrasin dictum putat, eo quod nihil molle, sed asperum quid reddat.*

<sup>a</sup> Macedonum *phalanx*. E Serv., *Æn.* II. Et jam Argiva *phalanx*.

<sup>b</sup> Gallorum *caterva*. Veget., lib. II, cap. 2.

<sup>c</sup> Legio autem habet LX. Serv., *Æn.* XI, ad vers. *Volscor. edice manipulis. Signiferi*, inquit, quia secundum antiquum morem in legione erant triginta. Legio autem habebat septem cohortes, sexaginta centurias. Putamus autem apud Serv. vitiose VII pro XII scriptum. Nam apud Isidor. omnia constant, qui paulo post cohortem quingentis militibus constare dicit. Licet (ut ait ibidem Servius) in his rebus accessu temporis ducum varietas semper mutaverit militiæ disciplinam. Agell., lib. XVI, cap. 4: *In legione sunt centuriæ LX, manipuli XXX, cohortes X.* Vegetius quoque, lib. II, cap. 6: *Sciendum est autem in una legione decem cohortes esse debere. Sed prima cohors reliquas et numero militum et dignitati præcedit.*

<sup>d</sup> *Turma* . . . et fiebat *turma*. Concinnasse videtur hæc (quæ nunc integra non esse nemo non videt) e Servio et Varrone, ita ut utriusque aliquid restet. Ergo scripturam quæ in libris omnibus erat relinquentea, amborum verba proponemus: Serv., *Æn.* IX: *Tre. centum scutati omnes. Romani*, inquit, equites

quæ formas et nomina ab ipsis rebus de quibus translata sunt mutuatur.

57. *Acies* dicta, quod ferro armata sit, et acumine gladiatorum.

58. *Exercitus*, multitudo ex uno genere, ab *exercitatione* belli vocata.

59. *Classes* dictæ propter divisionem exercitus, qui postea manipuli dicti sunt. Unde et Virgilius:

Classibus hic locus, hic acies certare solebant.

Jam postea et *classis navium* dicta.

60. <sup>e</sup> *Nodus* proprie est densa peditum multitudo, sicut *turma* equitum. *Nodus* autem dictus, pro difficultate, quod vix possit resolvi.

61. *Cuneus* est collecta in unum militum multitudo. Unde propter quod in unum coit, <sup>f</sup> ipsa coitio B in unum *cuneus* nominatus est, quasi *cuneus*, eo quod in unum omnes coguntur.

429 62. *Alæ* in exercitu triginta equites esse dicuntur; <sup>g</sup> *Alæ* autem equites ob hoc dicti, quia tegunt pedites *alarum* vice.

63. *Cornua* vocantur extremas exercitus, quod intorta sit.

64. <sup>h</sup> *Agmen* dicitur cum exercitus iter facit, ab *agendo* vocatum, id est, *cundo*. Plautus: *Quo te agis ipse?* Est enim exercitus ambulans. Nam *agmen* dicitur quod in longitudine directum est, quale solet esse cum exercitus portis procedit; quidquid fuerit aliud, abusive dicitur.

#### CAPUT IV.

##### De civibus.

C 1. De imperiis militiæque vocabulis ex parte dictum est, deinceps civium nomina summam subjungimus.

2. *Cives* vocati, quod in unum *coeuntes* vivant, ut vita communis et ornatio fiat et tutior.

3. *Domus* unius familiæ habitaculum est, sicut urbs unius populi, sicut orbis domicilium totius generis humani. Est autem domus genus, familia, sive conjunctio viri et uxoris. Incipit autem a duobus, et est nomen Græcum. Nam *δοματα* Græci *lecta* vocant,

primo trecenti fuerunt, de singulis enim curiis demum dabantur, quas triginta fuisse diximus. Varro, lib. IV: *Turma, terma, e in u abiit, quod terdeni equites ex tribus tribubus Tatiensium, Ramnens, et Lucer. fiebant; itaque primi singularum decuriarum decuriones dicti.* Chacon, reliquis rejecit, hæc tantum ex Servio retineri volebat: *Romani equites primo trecenti fuerunt, de singulis enim curiis decem dabantur. Cohors, etc.*

<sup>i</sup> *Nodus* proprie est densa, E Serv., *Æn.* I, ad illud:

. . . ahantem

Oppositum interimit pugne nodumque moramque.

Quod autem sequitur, *Nodus* autem dictus pro difficultate, alia verbi apud Servium notio est, non ratio prioris, ut videtur existimasse Isidorus, qui Servii commentaria sine Virgillii carminibus fortasse inspicebat.

<sup>f</sup> *Et ipsa coitio in unum.* Verba Aug. in lib. de Ordin., cap. 18.

<sup>g</sup> *Alæ* autem equites. Veget., lib. II, cap. 1, et Agell., XVI, cap. 4.

<sup>h</sup> *Agmen*. Serv., *Æn.* I; et IX: *Agmen* proprie est exercitus ambulans, quidquid fuerit aliud, abusive dicitur.

*Familia* est liberi ex liberis legibus suscepti, a *femora*. A

6. *Genus* autem a *gignendo* et *progenerando* dictum, aut a definitione certorum prognatorum, ut nationes, quæ propriis cognationibus terminatæ, gentes appellantur.

5. *Populus* est cœtus humanæ multitudinis, juris consensu et concordia communione sociatus. *Populus* autem eò distat a *plebibus*, quod *populus* 430 universi cives sunt, connumeratis senioribus civitatis; *plebs* autem reliquum vulgus sine senioribus civitatis.

6. *Populus* ergo tota civitas; vulgus vero *plebs* est. *Plebs* autem dicta a *pluralitate*; major est enim numerus minorum quam seniorum. *Populus* vero *συχὸς δᾶμος* dicitur, id est, κοινὸς πολὺς. Unde et *populus* dicitur e-t. *Græce* autem *populus* dicitur *λαός* a *λαϊδibus*. *Vulgus* est passim inhabitans multo, quasi quisque quo vult.

7. *Tribus* dicuntur tanquam curiæ et congregationes distinctæ populorum, et vocatæ *tribus* ab eo quod in principio, Romani *trifarie* fuerunt a Romulo dispersiti, *in* senatoribus, militibus et plebibus. *Quæ* tamen *tribus* nunc multiplicatæ nomen pristinum retinent.

8. *Senatus* nomen ætas dedit, quod *seniores* essent. *Alii* a *sinendo* dictos accipiunt *senatores*; ipsi enim agendi facultatem dabant.

9. *Senatusconsultus* a *consulendo*, et tractando est dictus, quod sic fit, ut *consulat*, et nocere non possit.

10. *Patres* autem, ut dicit Sallustius, a curiæ similitudine vocati sunt. Nam sicut patres filios suos, ita illi *republicam* habebant.

11. *Patres conscripti*, quia dum Romulus decem *curias* senatorum elegisset 431 nomina eorum, præsentem populo, in tabulas aureas contulit, atque inde *Patres conscripti* vocati.

12. *Primi ordines* senatorum dicuntur *illustres*, *secundi spectabiles*, *terti clarissimi*. Jam inferius quartum aliquod genus non est. Quamvis autem *senatoria* quisque origine esset, usque ad legitiimos annos equos Romanus erat, deinde accipiebat honorem senatoriæ dignitatis

CAP. IV. — *Populus est cœtus*. Aberat a libris *vox cœtus*, quam restituimus ex Augusti., xix de Civit., cap. 21 et 24, qui hæc verba e libris Cic. de Rep. citat.

*Populus vero*. Quot hic monstra e Græcis characteribus? Sed proxime accedit ad lectionem quam posuimus, *ὄνοι*, colleg. Goth. Vide nunquid ad hæc *ὄνοι* e *ὄνοις* *συμμετῆς*; Hieronymi, Nahum iii, ad illud: *Bruchis espannus* est.

*Græce autem populus*. E Serv., Georg. i, ad vers.: *Unde homines nati durum gen.*

*In senatoribus mil. et plebib.* Aliena hæc ducimus.

*Quæ tamen tribus nunc multip.* Varr., lib. iv. *Centuriæ primo* a centum iugeribus dicta, post duplicata retinuit nomen, ut *tribus multiplicatæ idem tenent nomen*. Ead. ex eod. Varrone refert Columella, lib. v, cap. 1, a quo verius fortasse sit *Isidorum sumpsiere*. Nam Varronis libros de Ling. Latin. non putabat ab *Isidoro* lectos Chacon.

*Alii a sinendo*. Verba sunt Servii, Æn. v, ad vers. *Et patribus dat jura vocatis*. Sed quis hæc, *obscuro*, in *Isidoro*, non risit? At in Servio, *suspiciunt illam*.

*Patres autem*. Serv., ibid.

13. *Censores* apud veteres Romanos erant. Est enim nomen *ensoris* dignitas judicialis. *Censere* enim *judicare* est. Item *ensores* sunt patrimoniorum iudices, a *censu* æris appellati.

14. *Judices* dicti, quasi *jus dicentes* populo, sive quod *jure* disceptent. *Jure* autem *disceptare* est *juste* judicare. Non est autem *judex*, si non in eo est *justitia*.

15. *Præsides* rectores sunt provinciæ, dicti eo quod *præsunt*.

16. *Prætores* autem, quasi *præceptores* civitatis, et principes. *Iidem*, et *quæstores*, quasi *quæsitores*, eo quod *quæstionibus* præsumt, consilium enim et causa apud eos est.

17. *Proceres* sunt principes civitatis, quasi *procedes*, quod ante omnes honore præcedant. Unde et *capita* *trabium*, quæ eminent extra parietes, *proceres* dicuntur, eo quod primo *procedant*. Hinc autem ad primores facta translatio, quod a cætera multitudine præeminent.

18. *Tribuni* dicti, quod plebi jura, vel opem *tribuant*. *Consilium* sunt autem 432 decimo sexto anno post reges exactos. Dum enim *plebs* a *senatu* et *consulibus* premeretur, tunc ipsa sibi *tribunos*, quasi proprios *judices* et *defensores* creavit, qui eorum *libertatem* tuerentur, et eos adversus *injuriam* *nobilitatis* defenderent, unde et *defensores* dicti, eo quod sibi *plebem* commissam contra *insolentiam* *improborum* *defendant*. At contra nunc quidam *eversores*, non *defensores* existunt.

19. *Numerarii* vocati sunt qui *publicum* *nummum* *ærarii* inferunt.

20. *Functi*, ab eo quod *fungantur* honore et officio aliquo dicti. Hinc et *defunctos* *mortuos* dicimus, qui compleverunt *vite* officia, nihil enim jam faciunt.

21. *Municipes* sunt in eodem *municipio* nati, ab officio *munerum* dicti, eo quod *publica* *munia* accipiunt. *Munia* enim officia sunt; unde et *immunes* dicuntur, qui nullam gerunt officium.

22. *Municipales* originales cives, et in locum officium gerentes.

*Repp. habebant*. Ita Goth. Gud.; alii, *alabant*.

*Patres conscripti*. Hæc unde sint, querendum. *Dionys.*: *Οἱ δὲ μετέχοντες πατέρας ἔγραφοι προσήγορεύσαν, καὶ μέχρις ἐποῦ ταύτης ἐτύχωνον τῆς προσήγορίας, ἑλληνικὸν δὲ τοῦτο ἔδος ἦν*. Neque tamen sic satis placere possunt, neque si ex aureis a reas tabulas facias, adducemur, ut hæc non aduerbia sint.

*Primi ordinis*. E *Placidi glossis*, e quo *senatorum* *vocem* delebat *Chicon*.

*Judices dicti*. *Infra*, lib. xviii, cap. 15, et *Grat.*, 23, q. 2, cap. 1, et *Greg.*, cap. 10 de verb. *Signif.*

*Proceres*... unde, et *capit. trab.* E *Serv.*, Æn. i, ad vers. *Post alii proceres*.

*Tribuni*... *decimo sexto*. *Mendose* omnes libri. *sesto*. *Ascon.*, in *Comeliana*: *Tanta in illis virtus fuit, ut anno 16 post reges exactos, propter nimiam dominationem potentium secederent, leges sacratas ipsi restituerent, duos tribunos crearent*. Et *Pompon.*, cap. 2 de *Origin. Jur.*: *Anno fere 17 post reges exactos pop. Rom. tribunos sibi in monte Sacro creavit*.

At contra nunc quidam. Oportet hæc *alicujus* *antiqui Scriptoris* verba fuisse, nam *Isidori* *ætate* *tribuni* non erant.

*Numerarii*. *Exstat* *edictum* *Egicæ* *regis* in *concil. Tolet.* xvi, ubi *numerarii* *muneris* *mentio* fit.

23. *Deuriones* dicti, quod sint *de ordine curiæ*. Officiam enim curiæ administrant. Unde non est decurio, qui summam non intulit, vel curiam non participavit.

24. *Curiales* autem iidem et *deuriones*. Et dicti *curiales*, quia civilia munera procurant et exsequuntur.

433 25. *Principales magistratus et duumvirales curiam officiorum ordinis sunt. Principales* dicti quod *primi* sint magistratibus.

26. *Magistratus* vero, quod maiores sint reliquis officiis.

<sup>b</sup> *Duumvirales* . . .

27. *Tabelio* vocatus, eo quod sit portitor *tabellarum*. Idem *exceptor*, idem et *scriba publicus*, quia ea tantum quæ gestis publicantur scribit.

28. *Burgarii a burgis* dicti, quia crebra per limites habitacula constituta *burgos* vulgo vocant. Unde et *Burgundionum* genti nomen inhaesit, quos quondam, subacta Germania, Romani per castra disposuerunt, atque ita ex locis nomen sumpserunt.

29. <sup>c</sup> *Collegiati* dicuntur, quod ex eorum collegio custodiisque deputentur 434 qui facinus aliquod commiserunt. Est enim sordidissimum genus hominum patre incerto progenitum.

30. *Privati* sunt extranei ab officiis publicis. Est enim nomen magistratum habenti contrarium; et dicti *privati*, quod sint ab officiis curiæ absoluti.

31. *Mercenarii* sunt qui serviunt accepta *mercede*: iidem et *barones* Græco nomine, quod sint fortes in laboribus; βαρὺς enim dicitur *gravis*, quod sit *fortis*. Cui contrarius est *levis*, id est, *infirmus*.

32. *Publicani* appellantur conductores vectigalium fisci, vel rerum *publicarum*, sive qui vectigalia *publica* exigunt, vel qui per negotia sæculi lucra sectantur. Unde et cognominati sunt.

33. <sup>d</sup> *Villicus* proprie *villæ* gubernator est. Unde et a *villæ* *villicus* nomen accepit. Interdum autem *villius* non gubernationem villæ, sed dispensationem universæ domus, Tullio interpretante, significat, quod est universarum possessionem et villarum dispensatorem.

34. <sup>e</sup> *Actores* iidem et *curatores* ab *agendo*, et *curando* vocati.

<sup>a</sup> *Qui summam non intulit, vel curiam non participavit.* Qua de re ita Chæmon: *Qui decurio se habet, is pro integritate præstitutionem summam inferbat, neque, antequam eam inferat curialis erit; ubi vero de more nihil inferebatur, non antea curialis dicebatur, quam cum aliis curiam impressos de rebus publicis consultaret.* Vid. Plin., lib. x., epist. 355. Ant. Augustinus: *Dicitur, aiebat, deurionum genus ostendi: aliterum heripiariorum, qui pœnia dote honorem assequuntur, sed munere abstinere; alterum ordinariarum, qui decurionum munus exeunt, id enim esse curiam participare.*

<sup>b</sup> *Duumvirales.* August., in lib. de Gram.: *Duumvirales, quasi auctorum hominum vir.* Male vero expient quidam libri lucram quæ est in Gothicis omnibus.

<sup>c</sup> *Collegiati.* De collegiis dicuntur ab eo in titulo de Jure Innon., lib. i. Digest., sed quæ ad hunc locum illustrandum non sint satis.

<sup>d</sup> *Villicus.* . . . significat. Hieronymi verba, in q. 6. ad Algas. Unde pro œconomio villicum et dispensatorem reddidisse videtur Cicero in *Œconomia*. Ne-

35. *Procuratores* vero, eo quod vicem curatoris fungantur, <sup>f</sup> quasi propter *curatores*, sicut *proconsul pro consule*.

435 36. *Coloni* sunt cultores *advenæ* dicti a cultura agri. Sunt enim aliunde venientes, atque alienum agrum locatum colentes, ac debentes conditione genitrali solo propter agriculturam sub dominio possessoris, pro eo quod iis locatum est fundus. Coloni autem quatuor modis dicuntur. Nam coloni, aut Romani sunt, aut coloni Latini, aut coloni auxiliares, aut coloni ruris privati.

37. *Inquilini* vocati, quasi *incolentes aliena*, non enim habent propriam sedem, sed in terra aliena inhabitant.

38. Differt autem inter *inquilinum*, et *advenam*. *Inquilini* enim sunt, qui emigrant, et non perpetuo permanent. *Advenæ* autem, vel incolæ adventitii perhibentur, sed permanentes; et inde *incolæ*, quia jam habitatores sunt, ab *incolendo*.

39. *Indigenæ* sunt *inde geniti*, et in eodem loco nati, ubi inhabitant.

40. *Incola* autem non *indigenam*, sed *advenam* indicat.

41. *Peregrini* dicti, eo quod dignantur eorum parentes, quibus orti existunt; sunt enim de longinqua regione.

42. *Urbani* vocabantur, qui Romæ habitabant, qui vero in cæteris locis *oppidani*. <sup>g</sup> Nam sola *urbs* Roma, cætera *oppida*.

43. *Fanuli* sunt ex propria servorum *familia* orti. <sup>h</sup> *Servi* autem 436 vocabulum inde traxerunt, quod hi qui jure belli possent occidi a victoribus, conservabantur, et servi fiebant, a *servando*, scilicet *servi* appellati.

44. *Ancillæ* a sustentaculo vocatæ, ἀγκύων enim Græce *cubitus* dicitur, unde, et *anconem* dicimus.

45. *Mancipium* est quiddam *manu capi*, subdiale potest, ut homo, equus, ovis. Hæc enim animalia statim, ut nata sunt, *mancipium* esse putantur; nam et ea quæ in bestiarum numero sunt, tunc videntur *mancipium* esse, quando capi, sive domari cœperint.

46. *Ingenui* dicti, qui in genere habent libertatem, non in facto, sicut *liberti*. Unde et eos Græci *ελευθεροί* vocant, quod sint *boni generis*.

47. *Libertus* autem vocatus, quasi *liberatus*. Erat enim prius jugo servitutis addictus. <sup>i</sup> *Libertorum*

<sup>d</sup> *noph.* Nam et in Hortens. (ut refert Non.) dispensationis voce est usus: *Quid tu, inquam, soles cum rationem a dispensatore accipis, si tæra singula probasti, summam quæ ex his confecta sit non probare?*

<sup>e</sup> *Actores . . . procuratores.* Jurisconsulti actorem presentem esse dicunt, procuratorem absentis, tutorem procuratorem constituere non posse, actorem posse.

<sup>f</sup> *Quasi propter curatores.* Hæc aliena existimamus.

<sup>g</sup> *Nam sola urbs Roma, cætera oppid.* Si quando vero Romani historici oppidi mentionem faciunt, nihil præterea addentes, oppidum Patinum intelligunt, ubi primum fuit Roma condita, quam Ennius quadratam vocavit:

Et quibus exstitera Romæ regnare quadratæ.

<sup>h</sup> *Servi.* . . . quod hi qui. Verba Augustin., xix de Civit., cap. 13.

<sup>i</sup> *Libertorum filii apud antiq.* Suet., in Claud., cap. 24. *Appium Cæcicum censorem generis sui proventum libertorum filios in senatum allegisse docuit, quibus temporibus Appii, et deinceps aliquandiu liber-*

eum filii apud antiquos *libertini* appellabantur, A quasi de *libertis nati*, nunc vero *libertinus*, aut a *liberto factus*, aut *possessus*.

48. *Manumissus* dicitur, quasi *manu emisus*. Apud veteres enim 437 quoties manu mittebant, a *alapa percussos circumgebant*, et *liberos confirmabant*; unde et *manumissi* dicti, eo quod manu emitterentur.

49. *Dediti* primum a *deditione* sunt nuncupati. *Deditio* enim dicitur quando se *vincti* aut *vincendi* hostes *vicioribus tradunt*, quibus *hæc origo nominis* fuit. Dum quondam *adversus populum Romanum servi armis sumptis dimicassent*, *vincti se dederunt*, *comprehensaque varia turpitudine affecti* sunt.

50. b *Ex his quidam postea a dominis manumissi propter suppliciorum notas, quas manifeste perpassi sunt, ad dignitatem civium Romanorum non pervenerunt.*

51. c *Latini liberti* (ante Romam conditam apud Latinos fiebant) nunquam per testamentum, sed per *epistolam libertatem sumentes*. 438 *Inde quia per testamentum non fiebant, nec ex testamento aliquid capere, nec suos hæredes facere poterant, cives Romani postea sub consulibus per testamenta in urbe Romana effecti sunt.*

52. *Dicti autem cives Romani, quia testamento liberi effecti in numerum Romanorum civium rediguntur. His primum aditus erat in urbe Roma commorari, d cæteris autem libertis prohibebatur, ne vel in urbe Roma, vel intra septimum ab urbe miliarium commorarentur.*

#### CAPUT V.

##### De affinitatibus et gradibus.

1. *Hæredis nomen imposuit census æris, e solvit enim tributum auctoris. In hoc enim vocabulo prima successio est hæreditatis et generis, ut sunt filii et nepotes.*

2. *Prohæres est qui loco hæredis fungitur, quasi pro hærede; est enim, aut institutus, aut substitutus.*

*tinus dictus, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenios ex his procreatos.*

a *Alapa percussos circumgebant.* Nam *vindicta servi caput percutere, faciemque palma, tergumve festuca verberare mos fuit. Verberantur quoque et circumgebantur a dominis. Hinc Persius:*

...Heu st. rites veri, quibus una Quiritem  
Verigo lacit.

b *Ex his quidam postea a dominis manumissi.* Aug., in *Epist. ad Gal.*: *Stigmata dicuntur notæ quedam penarum scelerum, ut si quis, verbi gratia, servus in compedibus fuerit propter noxiam, id est, propter culpam, vel hujusmodi aliquid passus fuerit, stigmata habere dicatur, et ideo in jure manumissionis inferioris est ordinis.*

c *Latini liberti (ante Rom. cond. De Latinis libertis ex lege Julia Norbana, ex Ulpiani Titulis, Cælique et Justiniani institutionibus satis constat. Cum quibus hæc nequaquam congruunt. Itaque negligebat ista A. Augustinus, et aversabatur. Nam quid illud: Ante Rom. cond. apud Latinos fiebant? Quid postremum: His primum aditus erat in urbe Rom. commorari? etc. Sed quia veri aliquid interjiciunt, ut quod per epistolam fierent, quod testamenti factionem non haberent, suspicari se dicebat Chacon Latinos libertos ab Isidoro dictos qui eo jure essent quo liberti facti quondam a Latinis populis ante Rom. conditam. Quod quidem ad Latinorum libertorum etymum aliquid conferre nemo negarit. Sed quomodo tam longe Isidorus respexit? Ergo amplius querendum.*

3. *Pater est a quo nascitur initium generis; itaque is paterfamilias vocatur.* 439 *Pater autem dictus, eo quod patratiōe peracta, filium procreet. Patratiō enim est rei veneræ con-umnatio. s Lucret.: Et bene parta patrant.*

4. *Genitores autem a gignendo, et parentes, quasi parientes.*

5. *Iidem et creatores.* b *Crementum enim est semen masculi, unde animalium et hominum corpora concipiuntur. Hinc creatores parentes dicuntur.*

6. *Mater dicitur, quod exinde efficiatur aliquid; mater enim quasi materia, nam causa pater est.*

7. *Paterfamilias autem dictus, quod omnibus in familia sua positus servis, tanquam pater filiis, patria dilectione consulit, servorumque conditionem a filiorum affectu non discernit, sed quasi unum membrum amplectitur; hinc enim exortum est nomen Patrisfamilias. Qui autem inique dominantur in servis, hoc se nomine nequaquam reputant appellari.*

8. i *Materfamilias inde vocatur, quia per quamdam juris solemnitatem in familiam transit mariti. Tabulæ enim matrimoniales instrumenta emptionis suæ sunt 440 Alias sicut b matrona est mater primi pueri, id est quasi mater nati; ita materfamilias illa est quæ plures enixa est. Nam familia ex duobus esse incipit.*

9. *Avus patris pater est, ab avo dictus, id est, ab antiquitate. Proavus avi pater est, quasi prope avum. Abavus proavi pater, jam longe ab avo. Atavus abavi pater.*

10. *Tritavus atavi pater, quasi tetravus, id est, quartus supra avum. Sed tritavus ultimum cognationis nomen est. Familia enim oritur a patre, terminatur in tritavo.*

11. 1 *Filius et filia a familia dicti, ipsi enim primi in ordine nascentium existunt; unde et Cornelia familia stirps ipsa omnis a Cornelio orta.*

d *Cæteris autem libertis prohib. Hoc (inquit) August. nemo unquam dixit. Expellebantur tamen urbe nonnunquam Latini cives, si comitia impedirent.*

CAP. V. — e *Solvit enim tributum auctoris.* Id est, ejus qui illum hæredem instituit.

f *Patratiō enim rei ven. consumm. Patrare obsecrum verbum fuisse ostendit. Quintil., lib. viii, cap. 5: Ductare (inquit) exercitum, et patrare bellum, apud Sallustium dicta sancte et antique, videntur a nobis. Et Gloss., patrati., πατράτου καταργήσις; ὡς ἐστὶν ἀισχυρῶς; atque hoc tritum antiquis Scriptorib. Calullo, Persio et aliis.*

g *Lucretius, et bene parta patrant.* Optime restituit Lucretio simul et Isidoro sua verba ex paululum deformata scriptura nostrorum Codicum Antonii Covarruvias.

h *Crementum sem.* Item repetit lib. xi, cap. 1. *Placid. glos.: Excrementum, quod exprimus, vel excrementum habetur. Item semen virile, unde animalium et hominum corpora concipiuntur. Hinc creatores parentes dicuntur.*

i *Mater enim quasi materia.* Non vocis, quam Græcam esse non ignorabat, sed *συνανομήσις* notatio.

j *Materfam. inde voc.* E Serv., *Æn.* xi, ad vers. *Tyrrhena per oppida matres.* Vid. Boeth., ad Topic. Cic.

k *Matrona... mater nati.* Vel nascetur, etiam ex Agellio, et ex ipso Isidoro, qui infra, cap. 7: *Quasi mater nati, vel quia jam mater fieri potest.*

l *Filia... Filia. Quasi familiaris, ne hæc quidem rejicienda.*

12. *Familia* autem a *femore*. \* Femore enim genus A et stirps ostenditur. Nam familia pro servis abusive, non proprie dicitur.

13. *Stirps* ex longa generis significatione vocatur. *Gnatus* dictus, quia generatus. Unde et per *g* scribitur. \* *Suboles*, eo quod substitutio sit generis.

14. Quadripertitus est autem ordo filiorum, ita: *Unigenitus*, *primogenitus*, *medius*, *novissimus*. *Unigenitus* post quem nullus. *Primogenitus* ante quem nullus. *Medius*, inter omnes. *Novissimus*, post omnes. \* *Idem* et *minimus*, a *monade*. *Novissimus* autem propter quod *novus*, quia ceteri procedendo antiquiores existunt.

15. <sup>d</sup> Quatuor etiam modis filii appellantur, *natura*, *imitatione*, *adoptione*, *doctrina* 441 *Natura*, veluti cum dicuntur filii Abrahamæ Judæi. *Imitatione*, ut ipsius Abrahamæ fidem imitantes ex gentibus, dicente Evangelio: *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahamæ*, vel sicut eosdem Judæos Dominus filios esse dicit diaboli, a quo non nati, sed quem fuerant imitati.

16. *Adoptione* quoque, quod humana consuetudine nulli licet nescire, vel sicut nos Deo non natura, sed adoptione dicimus; *Pater noster*, qui es in *Caelis*. *Doctrina*, sicut Apostolus filios suos appellat eos quibus Evangelium prædicavit.

17. Filii autem ideo in legibus *liberi* appellantur, ut isto vocabulo decernantur a servis, quia sicut servus in potestate est domini, sic filius in potestate est patris. Unde etiam filio fit emancipatio, ut sit liber a patre, sicut fit servo manumissio, ut sit liberatus a domino.

18. Item *liberi* dicti, quia ex libero sunt matrimonio orti. Nam filii ex libero et ancilla servilis conditionis sunt. Semper enim qui nascitur deteriores parentis status sumit.

19. *Naturales* autem dicuntur ingenuarum concubinarum filii, quos sola natura genuit, non honestas eo jugii. *Idem* et *pueri*, a *pube*.

20. *Adoptivus* filius est, qui aut a patre justo, aut avo, aut proavo, in cuius potestate est, per emancipationem est traditus in alienam potestatem, qui utriusque fert nomen, \* ut *Fabius Æmilius*, vel *Scipio Paulus*.

21. *Gemini* sunt, non duo tantum simul nati, sed

\* *Femore enim genus*. Silan. Goth., *femor enim*, haud dubium quin e cum alterum sequeretur, omissum sit a librario. Legendum ergo *femore*, vel *femore*, quando utroque modo constat veteres locutos.

<sup>b</sup> *Suboles*, eo quod sit substitit. Ergo *suboles*, non *soboles*, ex hac quoque notatione scribendum apparet.

\* *Idem et minimus, a monade*. Vid. lib. seq., litt. M.

<sup>d</sup> *Quatuor modis*. Ex Aug., lib. contra Adimant., cap. 5, et 1 Retract., cap. 22.

\* *Ut Fabius Æmilius, vel Scipio Paulus*. Vel *Fabius Æmilianus*, *Scipio Paulinus*.

<sup>f</sup> *Posthumus, eo quod post humot*. E Serv., Æn. vi, ad vers. *Tua posthuma proles*; sed A. August. et Jacob. Cujacius *posthumus* scribi voluit, ut sit sola productio verbi *post.*, ut in *postrenus*, quorum sententiam adjuvant antiqui nummi.

<sup>g</sup> *Nothus*. Serv., Æn. vii, ad vers. *Supposita de matre nothus*. *Nothus*, inquit, *materno ignobiles genere*. Est autem nomen Græcum, nam Latine quomodo dicitur non est.

\* *Quia muliebrem naturam veteres σπόρον* Plutarch. in *Problem.*; Ασπίον δὲ καὶ τὸν ἔσπον λόγον ἰστί δὲ ἀσπίοντες, τὸς γὰρ Σαίρωνος φασὶ τὸ γυναικὸς αἰθεῖον

etiam plures. De geminis autem, uno abortu, aliter qui legitime natus fuerit *topicus* nominatur.

22. <sup>f</sup> *Posthumus* vocatur, eo quod *post humationem* patris nascitur, id est, post obitum. Iste et *defuncti* nomen accipit; sic enim lex voluit ut qui de defuncto nascitur defuncti nomine appelletur.

442 23. <sup>g</sup> *Nothus* dicitur qui de patre nobili et matre ignobili gignitur, sicut ex concubina. Est autem hoc nomen Græcum, et in Latinitate deficit.

24. Huic contrarius est *spurius*, qui de matre nobili, et patre ignobili nascitur. Item *spurius* patre incerto, matre vidua genitus, velut tantum *sparii filius*, <sup>h</sup> quia muliebrem naturam veteres σπόρον vocabant, velut ἀπὸ τοῦ σπόρον, hoc est, *seminis*, non patris nomine.

25. <sup>i</sup> Eosdem et *favonios* appellabant, quia quædam animalia, favonio spiritu hausto, concipere existimantur. Unde et ii qui non sunt de legitimo matrimonio, matrem potius quam patrem sequuntur. Latine autem *spurii*, quasi extra puritatem, id est, quasi immundi.

26. *Nepos* est, qui ex filio natus est. Dicitur autem nepos, quasi *natus post*. Primum enim filius nascitur, deinde nepos. Gradus enim substitutionis est. Hinc et posteritas, quasi *postera ætas*. <sup>i</sup> Nepos autem utriusque sexus est. Nam, ut *neptis* dicimus in iure est propter discretionem successionis admissum.

27. *Pronepos* est qui ex nepote conceptus natusque est. Et dicitur *pronepos*, quasi *natus porro post*. Ex hoc quoque gradu incipit vocari et *progenies*, quasi *porro post geniti*. Nam filii et nepotes 443 non sunt *progenies*, quia non est in eis longa posteritas.

28. Sicut autem inferius longe editi *progenies* dicuntur, ita superius proavi, starique *progenitores* appellantur, quasi *porro generantes*. *Pronepos* dicitur, quasi *prope nepotem*.

29. *Adnepos*, quia se jungitur a nepote. Est enim inter illum et nepotem *pronepos*. *Adnepos*, *adnepotis* filius.

30. *Trinepos*, *adnepotis* filius, quia post nepotem quartus in ordine est, quasi *tetranepos*.

31. <sup>h</sup> *Minores* autem non dicimus, nisi quoties graduum deficit nomen, ut puta filius, nepos, *pronepos*, *adnepos*, *adnepos*, *trinepos*. Ubi isti gradus defec-

σπυλάτων σπόρον.

<sup>i</sup> *Eosdem et Favonios*. Varr., ii de Re rust. : *In fetura res incredibilis est in Hispania; sed e t vera. Quod in Lusitania ad Oceanum, in ea regione ubi est oppidum Olyssippo, in montis Tagro, quoddam e vento concipiunt certo tempore equæ, ut hic gallinas quoque solent, quorum ova σπυρίμα appellant. Ut igitur ova σπυρίμα, ita equos favonios, nam favonio flante concipiebant equæ, ut ait Plin., lib. iv, cap. 22.*

<sup>j</sup> *Nepos autem utriusque sex...* admissum. E Serv., Æn. xii ad vers. *Pauperque domus*.

<sup>k</sup> *Minores autem... vocabatur*. Ex eod., Æn. vii. Hoc loco adjectus erat in quibusdam libris titulus integer de gradibus cognat. ex Institut. Justiniani. Sed quoniam in antiquioribus libris non erat, et alia Isidori nomine eadem de re a Burchardo referuntur, lib. vii, cap. 28, et ab Ivone, lib. vii, tit. 12, *Pauperum*, et parte ix, cap. 64, *Decret.*, et a Gratiano, 25, q. 5, cap. 6, quæ etiam leguntur in *Legib. Gothor.*, et apud Jul. Paul., lib. iv *Sent.*, tit. 11, de *Gradib.*, nec His Justiniani admissimus, et hæc (s. quidem isti habuimus dori sunt) quibus ex locis peti possint, indicare se habuimus.



rini, merito jam dicimus *minores*, sicut et *maiores* A tuos, et pastores meos, quia omnes fratres nos sumus (Gen. xiii, 8). Et certe Loth non erat frater Abrabæ, sed filius fratris ejus Aram.

## CAPUT VI.

## De agnatis et cognatis.

1. *Agnati* dicti, eo quod accedant pro natis, dum desunt filii. Qui ideo prius in gente agnoscuntur quia veniunt per virilis sexus personas, veluti frater eodem patre natus, vel fratris filius, neposve ex eo, item patruus.

2. *Cognati* dicti, quia sunt et ipsi propinquitate cognationis conjuncti. Qui inde post agnatos habentur, quia per feminini sexus personas veniunt, nec sunt agnati, sed alias naturali jure cognati.

3. *Proximus* propter proximitatem sanguinis appellatus.

4. *Consanguinei* vocati, eo quod ex uno sanguine, id est, ex uno patris semine nati sunt; nam semen viri spuma est sanguinis, ad instar aquæ in scopulos collisæ, quæ spumam candidam facit, vel sicut vinum nigrum, quod in calice agitata spumam albam reddit.

5. *Frater* dicti, eo quod sunt ex eodem fructu, id est, ex eodem semine nati.

6. *Germani* vero de eadem genitrice manantes; non, ut multi dicunt, de eodem germine, qui tantum fratres vocantur. Ergo fratres ex eodem fructu, germani ex eadem genitrice manantes.

7. *Uterini* vocati, eo quod sint ex diversis patribus, et uno utero editi; <sup>c</sup> nam uterus tantum mulieris est.

8. <sup>a</sup> Quatuor autem modis fratres dicuntur in divinis Scripturis: *natura, gente, cognatione, affectu*. *Natura*, ut Esau et Jacob. Andreas et Petrus, Jacobus et Joannes. *Gente*, ut omnes Judæi fratres inter se vocantur, ut in Deuteronomio: *Si autem emeris fratrem, qui est Hebræus (Deut. xv, 12)*. Et Apollolus: *Optabam, inquit, ego anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem qui sunt israelitæ (Rom. ix, 3)*.

9. Porro *cognatione* fratres vocantur qui sunt de una familia, id est, patria, quas Latini paternitates interpretantur, cum ex una radice multa <sup>445</sup> generis turba diffunditur, ut in Genesi dixit Abraham ad Loth: *Non sit rixa inter me, et te, et inter pastores*

CAP. VI. — <sup>a</sup> *Frater* dicti. Fest.: *Frater a Græco dictus est φάτωρ, vel quod sit fere alter.*

<sup>b</sup> *Germani* d. e. g. m. non. u. m. d., de eod. germine. Vides a vocis veriloquio significationem deerrare: ut aliud fuerit τοῦ συγγενεῖν ἔργον comminisci necesse. Saltem, ut res magis patefceret, fraterque a germano distingueretur. Sunt autem Servii verba, *Æn. v, ad vers. Hæc germanus Eryx. Germanus est secundum Varronem, in libris de Gradibus, de eadem genitrice manans, non (ut multi dicunt) de eodem germine, quos ille tantum fratres vocat, secundum quem bene nunc Erycen Bulæ et Veneris filium Æneæ dicit fuisse germanum*. At Corn. Fronto: *Frater aut ex alia matre, aut ex alio patre potest esse; germanus ex iisd. parentibus sit necesse est. Justinianus vero, lib. iii Instit., cap. 2: Itaque eodem patre nati fratres agnati sibi sunt qui et consanguinei vocantur; nec requiritur an etiam eundem matrem habuerint. Sed hos quoque germanos vocari advertit Cujac.*

<sup>c</sup> *Nam uterus tantum mulieris*. E Serv. *Æn. ii, ad vers. Uterumque a. m. c.*

tuos, et pastores meos, quia omnes fratres nos sumus (Gen. xiii, 8). Et certe Loth non erat frater Abrabæ, sed filius fratris ejus Aram.

10. Quarto modo *affectu* fratres dicti, qui in duo scinduntur; spiritale et commune. Spiritale, quo omnes Christiani fratres vocantur, ut: *Ecce quam bonum, et quam jucundum habitare fratres in unum (Psal. cxxxii, 1)*. Commune, cum omnes homines ex uno patre nati pari inter nos germanitate conjungimur, Scriptura loquente: *Dicite iis qui oderunt vos. Fratres nostri vos estis*

11. *Germana* ita intelligitur, ut germanus, eadem genitrice manans.

12. <sup>a</sup> *Soror* autem, ut frater; nam soror est ex eodem semine dicta, quod sola cum fratribus in sorte agnationis habeatur.

13. *Fratres patruales* dicti, eo quod patres eorum germani fratres inter se fuerunt.

14. <sup>f</sup> *Consobrini* vero vocati, qui, aut ex sorore, et fratre, aut ex duabus sororibus sunt nati, quasi *consororini*

15. *Fratruales* autem materteræ filii sunt. *Subrini* consubrinorum filii. <sup>g</sup> *Thius* Græcum nomen est.

<sup>446</sup> 16. *Patruus* frater patris est, quasi pater alius; unde, et decedente patre, pupillum prior patruus suscipit, et quasi filium lege tenetur.

17. *Avunculus* est matris frater, cujus nomen formam diminutivi habere videtur, quia ab avo venire monstratur.

18. *Amita* est soror patris, quasi alia mater. *Matertera* est soror matris, quasi altera mater. *Socer* est, qui filiam dedit.

19. <sup>b</sup> *Gener* est qui filiam duxit; gener autem dictus, quod asciscatur ad augendum genus. *Socer* autem et *socrus*, quod generum vel nurum sibi associavit

20. *Vitricus* autem qui uxorem ex alio viro filium aut filiam habentem duxit; et dictus *vitricus*, quasi *novitricus*, quod a matre superducatur novus.

21. <sup>i</sup> *Privignus* est qui ex alio patre natus est, et *privignus* dici putatur, quasi *privigenus*, vel quasi *prius genitus*; unde et vulgo *antenatus*.

22. Vocabula autem a gente hæc videntur declinata: genitor, genitrix; agnati, agnatæ; cognati, cognatæ;

<sup>d</sup> *Quatuor autem modis fratres*. Ex Hier. advers. Elvid. <sup>e</sup> *Soror, quod sola, cum frat.* Antistius Laheo apud Agellium: *Soror, quod quasi seorsim nascitur, separaturque ab ea domo in qua nata est, et in aliam familiam transgreditur.*

<sup>f</sup> *Consobrini*. Et subrini et consubrini per <sup>a</sup> perpetuo leguntur in antiquissimis libris.

<sup>g</sup> *Thius*. Gloss.: *Θείος πρὸς πατέρα patruus, θεός πρὸς μητέρα avunculus*. Cujus nominis non inel gantem rationem reddidit Simplic. in Epictet. quod cum liberis parentes, quasi *θεοί*, id est, dii sint, eosque deos nominare numinis metu vereamur, ejus tamen honoris et pietatis signum ali quod in thiiis remanserit. Vid. Stob., cap. 42 et 77.

<sup>h</sup> *Gener... ad augendum genus*. E Serv., *Æn. xi, ad vers. Generumque asciverit Urbi.*

<sup>i</sup> *Privignus*. Duæ notationes, vel quod *privo*, hæc est, proprio patre, vel quod *prius genitus*, de posteriore Paulus apud Festum: *Privignus dictus, quod antequam mater secundo nuberet est progenitus, ut enim antiqui pro PRÆ dixerunt. Vulgo antenado.*

progenitores, progenitricis; germani, germanæ.

*Item de prædictis affinitatibus.*

23. Auctor mei generis pater mihi est, ego illi filius, aut filia. Patris mei pater mihi avus est, ego illi nepos, aut neptis. Patris mei avus mihi proavus est, ego illi pronepos, aut proneptis. Patris mei proavus mihi abavus est, ego illi abnepos, aut abneptis. Patris mei abavus mihi atavus est, ego ille adnepos, aut adneptis. Patris mei atavus mihi tritavus est, ego illi trinepos, aut trineptis.

**447** *De patruis.*

24. Patris mei frater mihi patruus est, ego illi fratris filius, aut filia. Patruis mei pater mihi pater magnus est, ego illi filii fratris filius, aut filia. Patruis mei avus mihi propatruus est, ego illi filii, aut filia: nepos, aut neptis. Patruis mei proavus, mihi adpatruus est, ego illi nepotis, aut neptis filius, aut filia.

*De amitis.*

25. Patris mei soror mihi amita est, ego illi fratris filius, aut filia. Amitæ meæ mater mihi amita magna est, ego illi filia: fratris filius, aut filia. Amitæ meæ

Stemmata dicuntur. — *L. Stemmata. D. de gradibus.* Sunt autem in antiquissimis quibusque libris duo

A avia mihi proamita est, ego illi neptis filius, aut filia. Amitæ meæ proavia mihi ab amita est, ego illi nepotis, aut neptis filius, aut filia.

*De avunculis.*


26. Matris meæ frater mihi avunculus est, ego illi sororis filius, aut filia. Avunculi mei pater mihi avunculus magnus est, ego illi filii sororis filius, aut filia. Avunculi mei avus mihi proavunculus est, ego illi filii nepos, aut neptis. Avunculi mei proavus mihi abavunculus est, ego illi neptis filius, aut filia.

*De materteris.*

27. Matris meæ soror mihi matertera est, ego illi sororis filius, aut filia. Materteræ meæ soror mihi matertera magna est, ego illi sororis nepos, aut neptis. Avia meæ soror mihi abmatertera est, ego illi pronepos sororis, aut proneptis. Proavia meæ soror mihi promatertera est, ego illi neptis filius, aut filia.

449 28. Stemmata dicuntur ramusculi, quos advocati faciunt in genere, cum gradus cognationum partiantur, ut pater: ille filius, ille pater, ille avus, ille agnatus, et cognatus, et ceteri, quorum figuræ hæc sunt. hæc tantum stemmata descripta.

ARBOR JURIS.







7. <sup>a</sup> *Proci*, nuptiarum petitores, a *procando*, id est, *petendo* dicti.

8. <sup>b</sup> *Pronuba* dicta, eo quod nubentibus praest, quaeque nubentem viro conjungit : ipso est et *paranympha*, nam *nympha* sponsa in nuptiis, et *nympha* pro lavationis officio, quod ad nomen nubentis alludit.

9. <sup>c</sup> *Conjuges* appellati propter jugum quod imponitur matrimonio 453 conjungendis. Jugo enim nubentes subijci solent, propter futuram concordiam, ne separentur. Conjuges autem verius appellantur a prima deponsationis fide, quamvis adhuc inter eos ignoretur conjugalis concubitus, sicut *Maria Joseph conjug* vocatur, inter quos nec fuerat, nec futura erat carnis ulla commistio.

10. <sup>d</sup> *Nuptae* dictae, quod vultus suos velent : translatum nomen a nubibus quibus tegitur caelum. Unde, et *nuptae* dicantur, quod ibi primum nubentium capita velantur. Obnubere enim cooperire est.

11. Cui contraria *Innuba*, hoc est, indupta, quae adhuc vultum suum non velat.

12. <sup>e</sup> *Uxores* vocatae, quasi *unxores*. Moris enim erat antiquitus ut nubentes puellae simul venirent ad limen mariti, et postes antequam ingrederentur ornerent laneis vitis, et oleo ungerent. Et inde *uxores* dictae, quasi *unxores*, <sup>f</sup> quae ideo vetabantur limina calcare, quod illic januae et coeant et separentur.

13. <sup>g</sup> *Matrona* est quae jam nupsit, et dicta *matrona*, quasi *maternati*, 454 vel quia jam mater fieri potest, unde et *matrimonium* dictum. Distinguitur autem inter matronam matrem, et matremfamilias. Nam *matrona*, quia jam in matrimonium conveniunt; *matres*, quia genuerunt; *matresfamiliae*, quia jam per quamdam juris solemnitatem in familiam mariti transierunt.

14. *Monogamus* dictus, quia uni tantum nupsit. *Μόνος* enim apud Graecos unus dicitur, γάμος nuptiae interpretantur.

15. *Bigamus* autem, *trigamus* a numero uxorum vocatus, quasi *duabus*, vel *tribus* maritus.

<sup>a</sup> *Proci* a *procando*. E Serv.

<sup>b</sup> *Pronuba* dicta, quod nubentibus praest. E Serv., ad vers. *Pronuba Juno*, *Æn.* iv. Festus : *Pronuba* adhibentur nuptis, quae semel nupservunt matrimonii perpetuitatem auspicientes.

<sup>c</sup> *Conjuges*, etc. Omnia est Aug., lib. i de Nupt. et concup., cap. 11.

<sup>d</sup> *Nuptae*. Edd., lib. ii de Off., cap. 19.

<sup>e</sup> *Uxores*, quasi *unxores*. Moris enim erat. E Serv., *Æn.* iv, ad vers. *Conjugis*, antiq. m. q. h. c.

<sup>f</sup> Quae ideo vetabantur limina calcare. Elegans ratio. Servius vero ex Varrone : Ideo ait nuptas limen non tangere, ne a sacrilegio inchoarent, si depositurae virginitatem calcant rem Vestae consecratam, ad *Elog.* 8.

<sup>g</sup> *Matrona*. Sup., cap. 5.

<sup>h</sup> *Vidua* vocata, quod cum viro duo fuerint. Quasi dicat, nunc una sit; ita enim videtur retineri posse veterum librorum scriptura. Quidam ex Rabano ita legebat : quod cum a viro divisa fuerit, circa consortium alterius viri non adhaerit.

<sup>i</sup> Item *vidua* dicta quod sola sit. Quasi sine duitate ut enim *Labeo* ait : *Vidua* sic dicta quasi *vecors*, *vecanus*, qui sine corde, aut sanitate est. Aut verius fortasse quasi *valde divisa* : nam ve augere solet, ut in *vehemens*, *vecus*, *idua* autem *dividere*, aut *findere*;

16. <sup>h</sup> *Vidua* vocata, quod cum viro duo fuerint, nec circa consortium alterius viri post mortem primi conjugis, adhaerit. Nam quae alteri post mortem prioris viri nupservint, viduae non dicuntur. <sup>i</sup> Item *vidua* dicta, quod sola sit, nec circa consortium viri conjugalia jura custodiat.

17. <sup>j</sup> *Fratris uxor fratris* vocatur. Mariti frater <sup>k</sup> *levir* dicitur. Duorum inter se fratrum uxores *janitric* vocantur, quasi eandem januam terentes, 455 vel per eandem januam iter habentes. Viri soror *glos* appellatur.

18. Sororis vir speciale nomen non habet, nec uxoris frater.

19. <sup>l</sup> *Matrimonium* est nobilium justa conventio et conditio.

20. *Conjugium* est legitimarum personarum inter se coeundi et copulandi nuptiae. *Conjugium* dicitur, quia *conjuncti* sunt, vel a *jugo*, quo in nuptiis copulantur, nec resolvi, aut separari possunt.

21. *Connubium* autem non a *nupta*, sed a *nubendo* formatum. Dicitur autem *connubium*, cum aequales in nuptias coeunt, ut puta cives Romani, pari utriusque dignitate. *Connubium* autem non est, cum civis Romanus cum Latina jungitur. Quoties autem *connubium* non est, filii patrem non sequuntur.

22. *Hymenaeus* dicitur a quodam *Hymenaeo*, qui primus prospere usus est nuptiis, <sup>m</sup> vel ἀπὸ τοῦ ὑμνωσ, quod membranae virginitatis est claustrum.

23. *Contubernium* est ad tempus coeundi conventio; unde et *tabernaculum*, quod modo huc, modo illuc praefigitur.

24. *Repudium* est quod sub testimonio testium, vel praesenti, vel absentis mittitur.

25. *Divortium* est quoties, dissoluto matrimonio, alter eorum alteras nuptias sequitur.

<sup>n</sup> *Divortium* autem dictum a flexu viarum, hoc est, viae in *diversa tendentes*.

26. <sup>o</sup> *Frivolum* est cum eo animo separantur, ut rursum ad se invicem revertantur. Nam *frivolum* est quod videtur respexisse Horatius :

... Idus tibi sunt agenda.

Qui dies mensem Veneris maritum

Findit Aprilem.

<sup>l</sup> *Fratris uxor fratris*. Festus : *Fratria* uxor fratris. Non : *Fratriae* appellatur fratrum inter se uxores. <sup>k</sup> *Levir*... *glos*... *Janitric*. Modestini., in l. *Non facile*, D. de Gradibus : *Vir* frater *levir*. Is apud Graecos δαίρη appellatur. *Vir* soror *glos* dicitur, apud Graecos γάμος. Duorum fratrum uxores *janitric* dicuntur, apud Graecos στατίρας. *Gloss.*, *Janitric* δύο ἀδελφῶν γυναίκες.

<sup>l</sup> *Matrimonium* est nobilium. A. August. Cur nobilium? An quia civium tantum erat Romanorum? Vel quia auspiciato fiebat, et plebeiorum nulla erant antiqua suspicia, ut est apud Livium?

<sup>m</sup> Vel ἀπὸ τοῦ ὑμνωσ. Donat. in *Adelph.* ad vers. *Missa haec face*, *Hymenaeum*, etc. *Alii* quod ὑμνωσ dicitur membrana quaedam, qua est munita Virginitas.

<sup>n</sup> *Divortium*... a flex. viar. Serv., *Æn.* ix, ad vers. Obijciunt equites sese ad divortia nota.

*Divortia*, inquit, *diverticula viae militaris*.

<sup>o</sup> *Frivolum* est. Ulpian., in l. *Cum hic Statius*, § *Divortium*, D. de Don. inter vir. et ux. : *Quod si divortium*, inquit, *non intercesserit, sed frivolum, profecto valebit donatio, si frivolum quietum*.

velut quassæ mentis, **456** et effluxæ, nec stabilis. A

• Proprie autem *frivola* vocantur fictilia vasa inutilia.

27. Tres autem ob causas ducitur uxor : prima est causa prolis, de qua legitur in Genesi : *Et benedixit eis, dicens : Crescite, et multiplicamini (Gen. 1, 28)*; secunda causa adjutorii, de qua ibi in Genesi dicitur : *Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adjutorium simile (Id. 11, 18)*; tertia causa incontinentiæ; unde dicit Apostolus ut qui se non continet, nubat.

28. <sup>b</sup> In eligendo marito quatuor spectari solent : virtus, genus, pulchritudo, sapientia. Ex his sapientia potentior est ad amoris affectum. Refert hæc quatuor Virgilius de *Ænea*, quod his Dido impulsæ est in amorem ejus. Pulchritudine : *Quem sese ore ferens Virtute : Quam fortis pectore, et armis.* Oratione :

• Proprie enim *frivola*. Fest. : *Frivola sunt proprie vasa fictilia quassa, unde dicta sunt verba frivola, quæ minus sunt fide subnixa.*

<sup>b</sup> In eligendo marito. Ead. lib. 11 de Offic., cap. 6. Nisi quod pro sapientia orationem illic posuit, ut hic quoque in enumeratione.

<sup>c</sup> Item in eligenda uxore quatuor. In Officiis vero :

Jaclatus fatis, quæ bella exhausta canebat !  
Genere :

Credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum.

29. • Item in eligenda uxore, quatuor res impellunt hominem ad amorem : pulchritudo, genus, divitiæ, mores. Melius tamen est, si in ea mores quærantur quam pulchritudo. Nunc autem illæ quærantur, quas, aut divitiæ, aut forma, non quas probitas morum commendat.

**457** 30. Ideo autem feminae sub viri potestate consistunt, quia levitate animi plerumque decipiuntur. Unde et æquum erat eas viri auctoritate repriniri. Proinde et veteres voluerunt feminas innuptas, quamvis perfectæ ætatis essent, propter ipsam animi levitatem in tutela consistere.

<sup>B</sup> In feminis tria spectabantur, si generosa, si bene morata esset, si pulchra. Et Donat., in Phorm., actor. 1, scen. 2 : *Quatuor sunt quæ in sponsis quærantur : forma, probitas, dos, nobilitas.* Sed quid in officiis secutus sit, cum dotem sive divitias omisit (si modo omisit), non est obscurum.

## LIBER DECIMUS.

### VOCUM CERTARUM ALPHABETUM.

1. Licet <sup>a</sup> origo nominum unde veniat a philosophis, eam teneat rationem, ut homo ab *humanitate*, sapiens a *sapientia* nominetur, quia prius sapientia, deinde sapiens, tamen claret alia specialis in origine quorundam nominum causa, sicut homo ab *humo*, unde proprie homo est appellatus. Ex quibus exempli gratia quædam in hoc opere posuimus.

A

2. *Æros*, vir fortis et sapiens.

*Auctor* ab *augendo* dictus.

<sup>b</sup> Auctorem autem feminino genere dici non posse existimant. Nam quædam **458** sunt quæ in feminino flecti non possunt, ut *cursor*.

*Actor*, ab *agendo*.

3. • *Alumnus*, ab *alendo* vocatus : licet et qui alit et qui alitur, alumnus dici potest, id est, et qui nutrit, et qui nutritur, sed melius tamen qui nutrit.

4. *Amicus* per derivationem quasi *animi custos*; dicitur autem proprie amicus ab *hamo*, id est, catena charitatis; unde et *hami*, quod teneant.

5. *Amator* turpitudinis, quia amore torquentur li-

bidinis. *Amabilis* autem, quod sit amore dignus.

<sup>d</sup> *Amasius*, eo quod sit pronus ad amorem.

6. *Astutus* ab *astu* vocatus, quod est callidi et cauti hominis, qui possit sine periculo fortiter aliquid facere. *Argutus*, quia argumentum cito invenit in loquendo. *Acer*, in unamquamque formam vegetus ac nimis. *Alacer*, a *velocitate*, et cursu, quasi diceret *aliger*. *Arniger*, quod arma gerat.

*Alacris*, lætus, alacriter gestiens, **459** et nullius rei novitate turbatus.

*Agilis*, ab *agendo* aliquid celeriter, sicut *docilis*.

7. • *Æmulus*, ejusdem rei studiosus, quasi imitator et amabilis; alias inimicus invenitur.

*Æquus*, est secundum naturam justus dicitur, ab *æqualitate*, hoc est ab eo quod sit æqualis; unde et *æquitas* appellata ab *æqualitate* quadam scilicet.

*Æquævus*, ab eo quod sit alteri *æqualis ævo*, id est, coætaneus. *Arrogans*, eo quod multum rogetur, et ille fastidiosus sit. *Audax*, proprie pro arrogante ponitur. *Animosus*, quod sit animis et viribus plenus. *Animatus*, quasi *animo auctus*, et quasi *animo firmatus*.

<sup>c</sup> *Alumnus*... sed melius tamen, qui nutrit. Ita veteres libri. Et ita fortasse visum Nonio consuetudine repugnante; sic namque ille : *Alumnus, quos alas vel educes, vel eos, qui aluntur consuetudo dici vult.* Quasi alius ratio exposceret.

<sup>d</sup> *Amas, eo quod sit pronus ad amorem.* Julianus Rhetor, apud Agellium, lib. ix, cap. 9 : *Audite, ac discite, nostros quoque antiquiores, quos nominastis poetas, amasios ac Venerios fuisse.*

• *Æmulus.* E Serv. *Æn.* v, 6. Quod autem *et amabilis* additur ab Isid., idem dixerat Hesiodus : *ὄχι ἀρα μόνον ἐνν ἑπίδων γένος, ἀλλὰ ἐν γαίῳ—Ἐνὶ δὴν τῆν μὲν χῆν ἑταρῆος τοφῆος.*

<sup>f</sup> *Æquitas ab æqualitate.* Ex August., de Quant. anim., cap. 9.

<sup>a</sup> Licet origo. Ante hæc verba in omnibus libris editis leguntur ista : *Origo quorundam nominum, id est, unde veniant, non pene omnibus patet; proinde quædam noscendi gratia operi interjecimus; quæ in manuscriptis quibusdam non sunt; in aliis (ut in Salm. et Silien. Goth.) tum diverso characterè, tum etiam interjecto hoc titulo (De quibusdam vocabulis hominum) ab hoc initio separantur.*

<sup>b</sup> Auctorem feminino genere dici non posse. Charisius : *Auctor siquidem propterea dicitur, quod auget, et generaret; et auctricem dicemus, quod pariter auget possit, cum vero ad auctoritatem referatur, pro consueta accipiendum.* Eadem Serv. *Æn.* xxxix ad vers. *Auctor ego audendi.* Sed hic locus non est integer. Nam in *curso* alia ratio est.

8. *Elatas*, pro eo quod seipsum super mensuram A suam elevet, dum magnus sibi videtur de his quæ agit.

*Attollens*, quod se elevet et erigat.

*Ambitiosus*, quod honores ambiat.

9. *Avidus* dicitur ab *avendo*, *avere* enim *cupere* est. Hinc et *avarus*. Nam quid est *avarum* esse? progredi ultra quam sufficit. <sup>a</sup> *Avarus* ex eo dicitur, quod sit *avidus auri*, et nunquam opibus expleatur, et quantum plus habuerit, tantum plus cupiat, Flacci super hoc concordante sententia, qui ait: *Semper avarus eget...*, et Sallustii: *Quod avaritia neque copia, neque inopia minuitur*.

10. *Amarus*, a sapore translatum nomen habet. Est enim insuavis, nec novit quemquam ad consortium suum aliquo invitare dulcedine.

*Adulter*, violator maritalis pudoris, eo quod *alterius* thorum polluat.

11. <sup>b</sup> *Anceps*, huc illucque fluctuans, ac dubius, istud an illud capiat, et in quam partem declinet anxius. *Arrox*, quod sit tetris moribus. *Abstemiis*, a *temeto*, id est, *vino*, quasi *abstinens a vino*. *Ablactatus*, quod sit a *lacte ablatu*.

12. *Eger*, quod *agatur* infirmitate, vel tristitia ad tempus. *Egrotus*, quod sit *æger* frequentius, sicut *iratus* et *iracundus*. 460 *Ærumnosus* a *rumine* dicitur, quod per inopiam miser factus, esurit et sitiit.

13. *Auspeç*, eo quod *avium auspicia* intendat, sicut *anceps*, quod *aves capiat*.

<sup>c</sup> *Astrosus*, ab *astro* dicitur, quasi malo sidere natus.

14. *Enormis*, eo quod normam et mensuram excedat.

*Abactor*, est fur jumentorum et pecorum, quem vulgo *abigenam* vocant, ab *abigendo* scilicet.

15. <sup>d</sup> *Atratus*, et *albatu*: ille a veste nigra, iste ab alba. <sup>e</sup> *Advena*, eo quod aliunde adveniat. *Alienigena*, qui ex *alia gente genitus* est, et non ex ea ubi est. Item *alienigena* quod *alienæ regionis* sit, et non ejus ubi est.

16. *Accola*, eo quod adveniens terram colat.

*Agricola*, a *colendo agro*, sicut *silvicola*.

*Assacla*, eo quod *sequatur* aliquem lucri causa.

17. <sup>f</sup> *Assiduus* dicebatur apud antiquos, qui *assibus* ad ærarii expensam conferendis erat, et in negotiis quoque publicis frequens; unde, et per s, non per d scribendus est.

<sup>g</sup> *Avarus*. Hieronymi verba, Eccles. v.

<sup>h</sup> *Anceps*. Aug., lib. de Gramm.

<sup>i</sup> *Astrosus*. Retinet vulgaris lingua eamdem vocem.

<sup>j</sup> *Atratus*. — *Atamus*, vet. Cod.

<sup>k</sup> *Advena*. Ambros., in psalm. xxxviii: *Advena, qui aliunde venit; accola, qui ad tempus colit*.

<sup>l</sup> *Assiduus*. Charis. *Assiduus quidam per scribunt, quasi sit a sedendo figuratum, sed errant. Nam cum o Servo. Tullio populus esset in quinque classes divisus, ut tributum prout quisque possideret inferret, ditiores qui asses dabant, assidui dicti sunt. Et quoniam soli negotiis publicis frequentes aderant, eos qui frequenter adsunt assiduos ab assibus dixerunt. Hinc Agellius assiduus, in xii tab., et pro locuplete et facile munus faciente, dictum ait ab assibus. Caper. ab assidendo deducitur. Legimus autem ad ærarii expensam ex Cod. Rom. Nam reliqui ad ærarium expensam nullo sensu, nisi ærarii expensam mavis.*

<sup>m</sup> *Attonitus*, Serv. Æn. iii: *Attonitus, stupefactus. Nam proprie attonitus dicitur cui casus vicini fulmi-*

18. *Apparitor* nominatus, quod *appareat*, et videatur, et præsto sit ad obsequium.

*Attentus*, ut aliquid audiens *teneat*.

19. <sup>n</sup> *Attonitus*, veluti furore quodam instinctus, atque stupefactus; dicitur 461 autem *attonitus a tonitru* strepitu, quasi *tonitruo stupefactus*, et vicino fulguri, aut tactu proximus.

20. *Allectus*, quod sit palam electus. <sup>o</sup> *Abactus*, quod sit *ab actu remotus*. *Abortivus*, eo quod non oriatur, sed *aboriatur*, et excidat. *Adoptivus*, quia est palam *optatus* in filium.

21. *Ambo* ab eo quod est ἀμφω, nomen de Græco Latinum factum, littera tertia demutata. <sup>p</sup> *Alius* de multis dicitur, *alter* vero de duobus. *Equimanus* appellatus qui utraque manu gladio incunctanter utitur.

## B

22. *Beatus* i dicitur, quasi *bene auctus*, scilicet ab habendo quod velit, et nihil patiendo quod nolit. Ille autem vere beatus est, qui et habet omnia quæ vult bona, <sup>q</sup> et nihil vult male. Ex his enim duobus beatus homo efficitur.

23. *Bonus* a venustate corporis creditur dicitur, postea et ad animum translatum nomen. Eum autem dicimus bonum, cui non prævalet malum; <sup>r</sup> eumque optimum, qui peccat minimum.

24. *Benignus* est vir sponte ad beneficiendum paratus, et dulcis alloquio; non autem multum distat benignus a bono, quia, et ipse ad beneficiendum videtur expositus. Sed in eo differt, quia potest bonus esse, et tristior, et bene quidem facere, et præstare quod poscitur, non tamen suavis esse novit consortio. *Benignus* autem sua cunctos novit invitare dulcedine.

25. *Beneficus* a *beneficiendo* alteri dicitur; unde et *beneficentia* vocatur, quæ proximo prodest.

462 26. *Benevolus*, quia *bene vult*. Non tamen dicitur *benevolus*, sicut nec *malevolus*. Sæpe enim ex duabus partibus compositum nomen, aut priorem, aut sequentem litteram corrumpit; <sup>s</sup> nam *benevolentia* absurdum sonat.

27. *Blandus*, dulcis et invitans ad familiaritatem sui.

28. *Brutus*, quasi *obrutus*, quia sensu caret. Est enim sine ratione, sine prudentia. Unde et ille Junius Brutus ex sorore Tarquinii superbi genitus, cum

*nis et sonitus dant stuporem*.

<sup>t</sup> *Abactus* q. s. a. a. r. Festus: *Abacti magistratus dicebantur qui coacti deposuerunt imperium*.

<sup>u</sup> *Alius* de mult. E Serv., Æn. xi.

<sup>v</sup> *Beatus* quasi *bene auctus*. Cassiod. in Psalm. i: *Beatus, sicut nobis majorum tradidit auctoritas, dicitur quasi bene aptus, cui omnia desiderata succedunt*.

<sup>w</sup> *Et nihil vult male*. Ita Goth. libri, et August., xiii de Trinit., non male.

<sup>x</sup> *Eumque optimum, qui peccat minimum*. Hor. :

Nam vitis nemo sine nascitur, optimus ille est  
Qui malis urgetur.

<sup>y</sup> *Nam benevolentia absurdum sonat*. Et quis minus coalescunt partes altera manente integra, et *volentia* per se absurda vox Latinis auribus, et quia minor vox i, quam e, ut ait Hallicarnasseus, cui rei in componendis dictionibus studemus, ut minus gravis sit plurium dictionum conjunctio. At ætas hæc *benevolentiam* usurpavit.

eumdem casum timeret quem frater inciderat, qui a ob divitias et prudentiam ab avunculo fuerat occisus, utilem temporis simulavit stultitiam. Unde etiam Brutus est cognominatus, dum vocaretur Junius.

29. *Balbus*, a *balando* potius quam loquendo dictus; verba enim non explicat. Inde et *blesus*, quia verba frangit.

30. <sup>a</sup> *Bucco*, garrulus, quod ceteros oris loquacitate, non sensu, exsuperet.

*Bil'osus*, quod semper sit tristis, ab humore nigro, qui *lilis* vocatur.

31. <sup>b</sup> *Baburrus*, stultus, ineptus.

<sup>c</sup> *Biothanatus*, quod est vi mortuus; *θάνατος* enim Græco sermone mors dicitur.

## C

32. *Clarus* a *cælo*, quod splendeat; unde et *clara dies*, pro splendore cæli. *Cælus* a *cælo* dictus, quod sit sublimis, et altus, quasi *caelestis*.

463 33. *Castus*, primum a castratione nuncupatus; postea placuit veritibus etiam eos sic nominari qui perpetuam libidinis abstinentiam pollicebantur.

34. <sup>d</sup> *Cæles* dictus, quia iter sibi facit ad cælum.

<sup>e</sup> *Cælebs*, connubii expers, <sup>f</sup> qualia sunt numina in cælo, quæ absque conjugis sunt. Et *cælebs* dicitur, <sup>g</sup> quasi *cælo beatus*.

*Calicola*, eo quod *cælum colat*, est enim angelus.

35. *Continens*, non solum in castitate dicitur, sed et in cibo et potu; in ira quoque, et vexatione mentis, et detrahendi libidine. Et *continens*, quod se a multis malis absteineat.

36. *Clemens*, misericors ab eo quod *cluat*, id est, <sup>h</sup> protegit, et tueatur, sicut solet patronus clientem.

37. *Concors* a conjunctione cordis appellatus; nam sicut *consors* dicitur qui sortem jungit, ita ille *concors* dicitur qui corde jungitur.

38. *Concionator*, multitudinis allocutor.

*Consolator*, unius allocutor; et inde dictus *consolator*, quod soli se applicat cui loquitur, et solitudinem levat alloquio suo: hinc et *solatium*.

39. <sup>b</sup> *Consultus* est qui *consultitur*, cui contrarius est *inconsultus*, qui non accipit consilium.

40. *Constans* dictus, quod undique stat, nec in aliquam partem declinari potest.

<sup>a</sup> *Bucco* Gloss.: *Buccones*, *παράστρα, βουκκίονες*. Apulei., Apolog. 2: *Macie prorsus ut buccones videntur*.

<sup>b</sup> *Baburrus*. Gloss., *Baburra ἄβρων, ἀβόντος, μάτατος*.

<sup>c</sup> *Biothanat*. Serv., *Æn.* iv, ad vers. *Omnibus umbra locis adero: Dicunt physici biothanatorum animas non recipi in originem suam. Vox frequens Julio Firmico, Cassiano, Tertull.*

<sup>d</sup> *Cæles*. Aug., lib. de Gramm.: *Præses, dives, hæres, cæles, cælies, qui iter sibi faciunt ad cælum. — Cælitæ quoque in singulari usus Ovid., lib. v, de Ponto:*

Quod tamen potui de cælitæ, Brute, recenti,  
Vestra procul positus carmen in ora dedi.

<sup>e</sup> *Cælebs*. Quintil., lib. 1, cap. 5. *Ingeniosa Caius visus est dicere cælibes, veluti cælitæ, quod onere gravissimo carent. Et Hieronym., ii contra Jovin.: Cælibes quod cælo digni sunt, iditum nomen.*

<sup>f</sup> *Qualia sunt numina in cælo. Verba Aug., loco cit.*

<sup>g</sup> *Quasi cælo beatus. Al., cælo aptus.*

<sup>h</sup> *Consultus. E Serv., Æn.* iii, ad vers. *Inconsulti*

*Confidens*, quod sit in cunctis fiducia plenus. Unde et *Cæcilius: Si confidentiam habes, confide omnia.*

41. *Cautus* a *cavendo* dictus.

*Callidus*, fraudulentus, quia celare movit, et male peritus. <sup>1</sup> *Callidum* autem veteres non pro astuto tantum, ~~464~~ sed etiam pro astute docto ponebant. Hunc, et *versutum*, ab eo quod animum cito vertat.

42. *Cupidus* a *capiendo* multum, id est, accipiendo vocatus. *Clamosus*, quasi *calamosus* a *calamo*, scilicet, quod sonet. <sup>1</sup> *Calumniator*, falsi criminis accusator: a *caluendo*, id est, frustrando et decipiendo, dictus.

43. *Calculator*, a *calculus*, id est, lapillis minutis, quos antiqui in manu tenentes numeros componebant.

44. <sup>2</sup> *Compiler*, qui aliena dicta suis permiscet, sicut solent pigmentarii in pila diversa mista contundere. Hoc scelere quondam accusabatur Mantuanus ille vates, cum quosdam versus Homeri transfrens suis permiscuisset, et cum compiler veterum ab æmulis diceretur, ille respondit: *Magnarum esse virium clavam Herculi extorquere de manu.*

45. *Contumax*, ab eo quod *contemnat*.

*Chromaticus*, quia non confunditur, nec colorem mutat; Græce enim *χρῶμα* color vocatur.

46. *Contumeliosus*, quia velox est et tumet in verbis injuriæ.

*Contentiosus*, ab *intentione* vocatus, qui non ratione aliquid, sed sola pertinacia vindicat.

47. *Contemptibilis*, vel quia *contemptui habilis*, vel quia *contemptus*, et *viliis*, id est, sine honore.

48. *Crudelis*, hoc est, *crudus*, quem Græci *δύρα* appellant per translationem, quasi non coctus, nec esui habilis; est enim asper et durus.

49. <sup>1</sup> *Carnifex*, quod carnem efficiat.

<sup>m</sup> *Cruciaris*, eo quod sit cruce dignus.

*Collega*, a *colligatione* societatis et amicitiae complexu dictus. *Coetaneus*, quasi compar ætatis.

465 50. *Complex*, qui uno peccato, vel crimine alteri est applicatus ad malum; ad bonum vero nunquam dicimus complicem.

51. *Consors*, eo quod ad eum pars pertinet bonorum; nam *sortem* veteres pro parte ponebant. *Consors* ergo, quod sit communis sorte, <sup>n</sup> sicut *dissors* dissimilis sortis.

abeunt.

<sup>1</sup> *Callidum.... pro astute docto. Hor.:*

*Callidus hanc signo ponebam millia centum.*

<sup>1</sup> *Calumniator... a caluendo. Caius cap. 233. de Verb. sign.: Si caluitur, et moretur, et frustretur. Inde et calumniatores appellati, quia per fraudem et vexationem alios vexarent litibus. Inde et cavillatio dicta est.*

<sup>2</sup> *Compiler. Fest.: Compiler est cogere in unum, et condere [s. contundere]. Idem tamen: Pilare et compilare sunt, qui Græca originis... Græci namque fures *πυράτας*.*

<sup>1</sup> *Carnifex. Donat in Hecyr.: Caro proprie dicitur mortuorum, unde carnifices dicti, quod carnes ex homine faciant.*

<sup>m</sup> *Cruciaris. Petronius: Itaque cruciarii illius parentes, ut viderunt custodiam laxatam, detrazere nocte pendentem.*

<sup>n</sup> *Sicut dissors. Aug., lib. de Gramm.: Dissors dicitur, dissimilis sortis.*



52. *Celer* appellatus a *celeritate*, quia quod usus A  
exigit velocius facit.

*Confinalis*, ab eo quod sit genere vel loco affinis.

*Colonus* a *colonia*, vel ab agro colendo dictus.

53. *Curator*, quod curam ferat pueris, qui ad huc  
ejus ætatis sunt ut negotia sua satis administrare non  
possint.

*Cognitor*, a *cognoscendo* causam dictus.

• *Clients*, prius *colentes* dicebantur, a *colendis* pa-  
tronis.

54. *Captus*....

*Captivus* dicitur quasi *capite diminutus*, ingenu-  
tatis enim fortuna ab eo excidit, unde, et a ju-  
risperitis *capite diminutus* dicitur.

55. <sup>b</sup> *Colomis*, a *columna* vocatus, eo quod erectus  
et firmissimus sit.

56. *Comptus*, a *coma* dictus, quod sit formosus ca-  
pillis, vel quia comam nutrit.

57. *Calamistratus* a *calamistro*, id est, acu ferreo in  
calami similitudine facto, in quo crines obtorquentur,  
ut crispi sint, quem in cinere calefacere solent qui  
capillos crispant, ut calamistrati sint.

58. *Corpulentus*, quod sit corpore validus, et lentis  
carnibus.

*Crassus*, a *sagina corporis*, a *creando* carnes.

*Comessor*, a *comedendo satis*. 466 Est enim gula  
ac ventri immoderate deditus.

• *Caupo* pessimus, de vino aquam faciens.]

59. *Candidus*: *canus* dicitur a *candere*, et *candidus*  
quasi *candor datus*; studio enim accedit candor. Nam  
*album* vocari, natura est.

60. <sup>d</sup> *Clodus*.... *Currus*... *Crispus*....

*Cæcus* appellatus, quod careat visu. Est enim lumi-  
nibus amissis. *Cæcus* est, qui utroque oculo non videt.

61. *Caducus* a *cadendo* dictus, idem *lunaticus*, eo  
quod certo lunæ tempore patiat. *Confusus*, a *con-  
fusione* sceleris appellatus, inde et *confusio*.

62. *Convulsus* dicitur, cui sua, vi aliqua adimuntur.  
Unde et *convulsa navis*, cujus eminentia vi tempesta-  
tis adimuntur; unde et Virgilius: *Vix septem con-  
vulsæ undis*, quasi *mutitata*.

63. *Consumptus*, totus sumptus, et devoratus.

*Conciliatrix*, ob societatem flagitiosæ consensionis  
dicta, eo quod intercurrat, alienumque nundinet  
corpus. Hanc etiam et *lanam* vocant.

64. *Circumforanus*, qui advocationum causa *circum* D  
*fora* et conventus vagatur. • *Collegiatus*.... *Carpen-  
tarius*....

• *Clients*. E. Serv., *Æn.* vi, ad vers. *Pulsatusve  
parens*, a. f. i. *clients*.

<sup>b</sup> *Colomis*. Unde *incolumis*, a *columna*, vel *colu-  
mine*. Donat. in Phorm.: *Columen, culmen, an colu-  
men columna?* VITRUV., lib. iv, cap. 20: *Columen in  
summo fastigio culminis, unde et columnæ dicuntur.*

• *Caupo pessimus*, Hieron., ls. 1: *Hæretici quoque  
evangelicam veritatem corrumpunt prava intelligentia,  
et sunt caupones pessimi facientes de vino aquam.*

<sup>d</sup> *Clodus*... *Currus*... *Crispus*. Aliqui libri recen-  
tiores has lacunas explant. Sed ita, ut referre non  
sit operæ pretium.

• *Collegiatus*. De *collegiatis* titulus est lib. xi Cod.

<sup>t</sup> *Dives ab ære*. Aliqui Goth., *ab habere*.

## D

65. *Dominus* per derivationem dictus, quod *domus*  
presit.

*Disertus*, doctus, a *dissorendo* dictus, dispositis  
enim disserit.

66. *Doctus* a *docendo*, inde et *doctus*.

*Docilis*, non quod sit doctus, sed quia doceri  
potest; est enim ingeniosus, et ad discendum aptus.

*Discipulus* a *disciplina* dictus, *disciplina* autem  
a *discendo* vocata.

67. *Dispensator* vocatur, cui creditur administratio  
pecuniarum. 467 Et ideo *dispensator*, quia prius qui  
dabant pecuniam, non numerabant eam, sed *appen-  
debant*.

68. <sup>t</sup> *Dives* ab *ære* vocatus. • *Decorus*, perfectus,  
B a *decem*. *Dulcis*.... *Decens*, compositus, a numero  
*decem* dictus. Hinc et *decorus*, et *decibilis*.

69. *Directus*, eo quod in rectum vadit.

*Dilectus* a *diligentia*. Hæc sunt enim signa diligendi.

70. <sup>b</sup> *Delibutus*, de oleo unctus, ut athletæ solent,  
vel in ceromate pueri. Hinc, et *delibutum gaudio*, id  
est, perfusum, vel plenum.

*Delicatus*, quod sit *delicitiis pastus*, vivens in  
epulis, et nitore corporis.

71. *Defessus*, semper infirmus, quasi *diu fessus*.

*Debilis*, quod per bilem facius sit fragilis. Bilis  
enim humor est afficiens corpus.

*Decolor*, quod desit illi color.

72. *Desperatus*, vulgo vocatur malus, ac perditus,  
C nec jam ullius prosperæ spei. Dicitur autem per simi-  
litudinem ægrorum, qui affecti et sine spe deponun-  
tur. Consuetudo autem erat apud veteres ut <sup>d</sup> *despe-  
rati* ante januas suas collocarentur, vel ut extremum  
spiritum redderent terræ, vel ut possent a transeun-  
tibus forte curari, qui aliquando simili laboraverant  
morbo.

73. *Degener*, aut ignobilis, aut quod sit impari ge-  
nere, aut si dum sit optimo genere natus, inhonesto  
tamen vivit.

74. *Decrepitus*, quod morti sit propior, et quasi ad  
mortis tenebras vertat, sicut *crepusculum* tempus  
noctis. Alii dicunt *decrepitum*, non qui 468 senec-  
tute avulsus est, sed qui jam *crepare* desierit, id  
est, loqui cessaverit.

75. <sup>i</sup> *Depretiatus*, ab eo quod sit vilis, nec aliquo  
pretio dignus.

<sup>k</sup> *Dirus*, præparatus, et teter, quasi *divina ira* in

• *Decorus*... a *decem*. Seg., a *decendo*.

<sup>b</sup> *Delibutus*. Ex Don. in Phorm., ad illud: *Si te de-  
libutum gaudio reddo*.

<sup>i</sup> *Desperati*... *consuetudo autem erat*. Servii sunt  
hæc, non *Desperati*, sed *Depositi* vocem interpretan-  
tis. *Æn.* 12., ad vers. *Ille, ut depositi p. f. p.* Quæ si  
non satis apta sunt, minus mirum, cum Isidorus  
Servii commentariis sine Virgilio carminibus usus sit,  
ut Chacon optime coniecit, et ex aliis hujus operis  
locis manifeste apparet.

<sup>i</sup> *Depretiatus*. Utuntur hac voce antiquus Biblio-  
rum interpres, Tertull. et alii ecclesiastici scrip-  
tores.

<sup>k</sup> *Dirus præparatus, et teter*. Haud absurde; oppo-

id actus. Nam *dirum* dicitur quod divina inferitur A ira. Alias *dirus*, *magnus*.

76. <sup>a</sup> *Dehiscens*, valde hiscens. Hic enim *de* au- gentis est, ut *deamare*, *desidere*.

*Despiciens*, eo quod *deorsum* aspiciat, vel con- temptui habeat.

*Dolosus*, insidiosus, vel malignus, ab eo quod *deludat*. Ut enim decipiat, occultam malitiam blaudis sermonibus ornat.

77. *Dubius*, incertus, quasi *duarum viarum*.

*Delator*, dictus, eo quod *detegat* quod *latebat*.

*Dilator*, quia differt ad proferendum.

*Desidiosus*, tardus, piger, a *desidendo* vocatus, id est, valde sedendo (idem et *reses*, a *residendo*); *de* enim hic augmentis est.

78. <sup>b</sup> *Delirus* mente defectus per aetatem, ἀπὸ τοῦ λῆξις, vel quod a recto ordine et quasi a lira aberret. Lira enim est arationis genus cum agricolæ facta se- mente dirigunt sulcos, in quos omnis seges decurrit.

79. *Demens*, idem qui *amens*, id est, sine mente, vel quod diminutionem habeat mentis. *Desipiens*, eo quod minus sapere incipit quam solebat.

80. *Damnatus*, et *damnabilis*, quorum prior jam addictus est, sequens potest addici.

<sup>c</sup> *Degulator*, quod gulæ sit deditus.

#### 469 E.

81. *Elatus* pro eo quod seipsum supra mensuram suam eleveit, dum magnus sibi videtur de his quæ agit.

<sup>d</sup> *Enormis*, eo quod normam, et mensuram excedat.

82. *Eloquens*, profusus eloquio.

*Exertus*, in loquendo expeditus. *Exerere* enim pro- ferre vel expedire est.

<sup>e</sup> *Eruditus*, quia non rudis, sed jam doctus.

83. *Expertus*, multum peritus; *ex* enim hic pro *valde* ponitur.

*Expers* vero, qui est extra peritiam et intellectum.

*Exornatus*, valde ornatus; *ex* enim pro *valde* ponitur, sicut *excelsus*, quasi *valde celsus*.

84. *Eximius*, quasi *valde minens*.

*Efficax* dictus, quia nullam difficultatem habet in qualibet re faciendâ; hinc, et *efficiens* a *faciendo* dictus.

*Expes*, quod sine spe.

*Expers*, quia extra partem, caruit enim parte.

*Exsors*, quia extra sortem est.

nitur enim *duo comis*. Cicero, in *Caton*. Mai: *Quanta in uno comitas, in altero diritas?* Reliqua e *Serv.*, *Æn.* II, VI.

<sup>a</sup> *Dehiscens*. Ex eodem, *Æn.* I, ad illud: *his unda dehiscens*.

<sup>b</sup> *Delirus*... dirigunt sulcos in quos omnis seges decurrit. — Sulcos pro porcis posuit, vel liris; nam in sulcos non seges decurrit, sed aqua ex liris. Vid. *Varron.* et *Columell.*

<sup>c</sup> *Degulator*. *Apulei.*, *apolog.* 2: *Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator studiose in ventrem condidit*, etc. Idem *degulo* dicitur ab *Aug.*, in *lib. de Gramm.*

<sup>d</sup> *Enormis*. — *Anormis* quibusdam placuerat, quod in *Gotb. ænormis*; in aliquo etiam *anormis*; sed non convenit interpretatio. *Anormis* namque, qui sine norm. *Ilor.* :

*Rusticus anormis sapiens, crassaque Minerva.*

*Enormis*, extra normam. Illud absurdus, quod supra in *A: Euormis*, et *Helatus*, et *Heros*, quia in *libris*

85. <sup>f</sup> *Exsul*, quia extra solum suum est, quasi trans solum missus, aut extra solum vagus. <sup>g</sup> Nam *exsulare* dicuntur qui extra solum eunt.

86. <sup>h</sup> *Extorris*, quia extra terram suam est, quasi *ex terris*. Sed proprie *extorris*, cum vi expulsus, et cum terrore solo patrio ejectus; et *extorris*, ex terra sua pulsus.

87. *Extorris*, extra terram: aut extra terminos suos, quia *exterretur*.

88. <sup>i</sup> *Exterminator*, non ille, qui vulgo dicitur ἀπαρῆς εἶναι, sed qui dejicit 470 et expellit a terminis civitatis.

*Exterminatus*, ab eo quod sit extra terminos suos ejectus; sic et *externus*, eo quod sit alienæ terræ.

89. *Egens*, et *egenus*, siue gente, et sine genere, indigens.

*Exiguus*, multum egens. *Ex* enim pro *valde* ponitur.

<sup>j</sup> *Exitus*, tenuis, quod possit quamvis per angustum exire (sive sine illis).

90. *Exesus*, quasi *percomesus*. Est enim aridus, tenuis et exilis.

*Exhaustus*, quia consumptus est, et inanis effectus.

*Exsanguis*, quod sit extra sanguinem.

91. <sup>k</sup> *Exanimis*, est mortuus. *Exanimis* autem et *exanimus* dicimus, sicut *unanimus*, et *unanimis*, *inermis*, *inermis*, et hoc nostro arbitrio subjacet.

92. *Exustus* dicitur, de quo nihil superest, quasi *valde ustus*. *Ex* enim pro *valde* ponitur.

*Exosus* ab odio dictus; <sup>l</sup> nam antiqui, et *odi* dicebant, et *osus sum*; hinc est *exosus*, quo utimur, licet jam *osus* non dicamus.

93. *Effractor*, quod sit expugnator claustrorum.

*Exitiosus*, eo quod multis exitio sit.

*Exsecutor*, ab *exsequendo*; idem et *exactor*.

*Effertus*, mente ferina effectus, et ultra humanum modum excedens.

*Effrenatus*, ab eo quod sit præceps, et pronus, et sine freno rationis.

94. *Eunuchus*, Græcum nomen est, quod est *spado*. Horum quidam coeunt, sed tamen virtus in semine nulla est. Liquorem enim habent, et emittunt, sed ad gignendum lanem atque invalidum.

95. <sup>m</sup> *Effeta* ab eo quod sic frequenti fetu exhausta; partus enim eam assiduus debilem reddidit.

*Aeros*. *Enormis*. *Elatus*.

<sup>n</sup> *Eruditus*. Vid. *Cassiod.*, in *ps.* II.

<sup>f</sup> *Exsul*. E *Serv.* *Æn.* III.

<sup>g</sup> *Nam exsulare dicitur*. Ex eod., *Æn.* XI.

<sup>h</sup> *Extorris*. Ex eodem, *Æn.* IV, ad vers. *Fimibus extorris*.

<sup>i</sup> *Exterminator*. Non una hic species Græcorum characterum; sed ἔξοπιστος Manuscripti nihil habent, ἀπαρῆστος aliquid omnes. Ergo quod præfero libri videbantur, ἀπαρῆς εἶναι scripsimus: neque ἀπαρῆστος, quod A. Augustino probabatur, rejicimus. <sup>j</sup> *Exitus*... sive sine illis. Vid. *Fest.*, vel *Servium* potius.

<sup>k</sup> *Exanimis*. E *Serv.*, *Æn.* I, ad vers. *Exanimumque auro*.

<sup>l</sup> *Nam antiqui diceb.* Ex eodem, *Æn.* V, ad vers. *Si nondum exosus ad unum*.

<sup>m</sup> *Effeta*. Ex eodem, *Æn.* V, ad vers. *Frigentque effeta in corp. viret*.

## 471 F.

96. *Pacundus* dictus, quia facile fari possit.

*Facetus*, qui jocos et lusus gestis et factis commendat, a *faciendo* dictus.

*Fragalis*, a *fruge* nominatus, id est, a fructu, ve parcimonia, sive, ut alii volunt, a modestia et temperantia.

97. <sup>a</sup> *Fenerator*, qui pecuniam deponit apud debitorem, quasi *senoris actor*; nam *senus* pecunia est. *Fenerator* autem Latine dicitur et qui dat mutuum, et qui accipit.

*Flamines*, pontifices idolorum.

98. <sup>b</sup> *Felix* dicitur qui felicitatem dat; felix qui accipit; et felix, per quem datur felicitas, ut *felix tempus*, *felix locus*.

99. *Fidelis*, pro eo quod sit ab eo id quod dicit, vel B quod promittit bonum.

*Facilis*, a *faciendo*, nec tardus.

*Firmus*, unde et *formosus*.

*Fortis*, quia fert adversa, vel quæcunque acciderit; sive a ferro, quod sit durus, nec molliatur.

100. <sup>c</sup> *Formosus* a *formo* dictus. *Formum* enim veteres *calidum* et *serveus* dixerunt. Fervor enim sanguinem movet, sanguis pulchritudinem.

101. <sup>d</sup> *Fædus* nomen habet ab hirco, et *hædo*, *f* littera addita. <sup>e</sup> Hunc veteres in gravi significatione ponebant, ut :

Sanguine sudantem, quos ipse sacraverat ignes. 472 *Fragilis* dictus, eo quod facile frangi possit.

102. *Fessus*, quasi *fiusus*, nec jam integer salute : est autem generale. Dicimus enim *fessus* animo, ut C *ter fessus valle resedit*; et *fessus* corpore, quod magis est proprium; et *fessus* rerum a casu venientium.

*Fatigatus*, quasi *fatis agitur*.

103. *Formidolosus* a *formo*, id est, sanguine dictus, cum se a cute ad præcordia fugiens contrahit sanguis; nam timor sanguinem gelat, qui coactus gignit formidinem, unde est illud : *Gelidusque coit formidine sanguis*.

<sup>f</sup> *Formidolosus* autem cum sit *timidus*, et *timendum* significat.

104. <sup>g</sup> *Fatuus* ideo existimatur dictus, quia neque quod satur ipse, neque quod alii dicunt, intelligit. *Fatuus* originem ducere quidam putant a miratoribus *Fatua* Fauni uxoris fatidicæ, eosque primum *fatuos*

A appellatos, quod præter modum obstupefacti sunt vaticiniis illius, usque ad amentiam.

105. *Fautor*, ab eo quod *faveat* et *consentiat*.

<sup>h</sup> *Fictor*, appellatus a *fungendo*, et componendo aliquid, sicut qui capillos mulierum lenit et pertractat, ungit et nitidat.

*Fallax*, quod *fando*, id est, loquendo decipiat.

473 106. *Fervidus*, iracundus, ira enim inflammat. *Frendens*, quod minando *frangat dentes*, et comprimat.

*Fremens*....

*Ferox*, ab eo quod feritatem exerceat, ut bestia.

107. <sup>i</sup> *Fur* a *furvo* dictus est, id est, a fusco; nam noctis utitur tempore,

<sup>j</sup> *Factiosus*, inter opprobria, cum *seditiosum* accipi volumus; cum vero *gratosum*, ac *potentem*, quasi *magnæ factionis*.

108. *Facinorosus*, a *facti* commisso nominatus; *facit* enim quod alteri noceat.

<sup>k</sup> *Femellarius*, *feminis* deditus, quem antiqui *mulierarium* appellabant.

*Flagitiosus*, eo quod frequentius flagitet atque appetat libidinem.

109. <sup>l</sup> *Furcifer* dicebatur olim, qui ob leve delictum cogebatur a dominis, ignominia magis, quam supplicii causa, furcam circa viam ferre, prædicans peccatum suum, et monere cæteros, ne quid simile peccarent.

110. *Futilis*, vanus, superfluous, loquax, et est metaphora a vasis siccilibus, quæ quassa et rimosa non tenent quæ injeceris.

111. *Fornicarius*....

*Fornicatrix* est cujus corpus publicum et vulgare est. Hæ sub arcuatis prostabant, quæ loca fornices dicuntur; unde et *fornicariæ*. Virgilius : *Atque adverso fornice*.

112 *Fecunda*, a *fetu* dicta, quasi *fetu abundans* : est enim partu frequens.

*Feta*....

*Flens*, quasi lacrymis *fluens*.

*Fugitivus* nemo recte dicitur, nisi qui dominum fugit; nam si parvulus puer a nutrice, vel a schola discesserit, *fugitivus* non est.

## G

113. *Gloriosus* a frequentia claritatis dictus, g pro o

## D

<sup>a</sup> *Fenerator* autem Latine. Ex Aug., in ps. xxxvi.

<sup>b</sup> *Felix*. Serv., *Æn.* i : *Felix* dicitur, et qui habet felicitatem, et *facit esse felicem*.

<sup>c</sup> *Formosus*.... *Formum* enim veteres *calidum*. Ita legendum inf., lib. xix, cap. 7, in *Forcipes*, et apud Serv. (cujus hæc sunt verba, *Æn.* viii), non *formum*, et apud Non., in *Fauno*. Vid. Fest., in *Forcipes*... *Forma*... et *Formucalis*, et Donat., in *Phorin.*, act. i, sc. 2, ad verba *Hæc formam exstinguerent*.

<sup>d</sup> *Fædus*. Fest. : *Fædum* antiqui dicebant pro *hoste*, *folus pro holere*, *postem pro hoste*, *postiam pro hostia*.

<sup>e</sup> Hunc veteres in gravi signif. Serv., *Æn.* ii : *Fædum* tam apud Virgilium, quam apud Sallustium non turpe significat, sed crudele.

<sup>f</sup> *Formidolosus*, cum sit *timid.* E Serv., *Æn.* iv.

<sup>g</sup> *Fatuus*. Ex eod., *Æn.* vii, ad vers. *Hanc Fauno,*

et *nymph.* At Justin., lib. xliii : *Fauno* fuit uxor nomine *Fatua*, quæ, assiduo divino spiritu impleta, velut per suorem *fatua* præmonerat. Unde adhuc qui inspi-rari solent *fatui* dicuntur. Ipse quoque Faunus, ut supra e Servio retulimus, *Fatuus Fatuelis* dicebatur.

<sup>h</sup> *Fictor*... lenit. Al., *lenit*.

<sup>i</sup> *Fur*. Vid. Agell., lib. i, cap. 8.

<sup>j</sup> *Factiosus*... cum vero *gratosum*, ac *pot.* Gloss., *factio*, τὰγμα. Sueton., in Nerone : *Quinque millia juvenum elegit, qui divisi in factiones plausuum genera condiscerent.* Et Plaut., in *Aulul.* : *Itas magnas factiones, dotes dapsiles nihil moror.* Inde *factiosi*, potentes et *gratiosi* in *factionibus*.

<sup>k</sup> *Femellarius*. Aberat hæc vox a plerisque Goth. Erat in Ovet.

<sup>l</sup> *Furcifer*. Ex Donat. Vid. Gloss., in *Furcifer*, σταυρομήριστος, etc.

littera commutata. Gloriosus a laurea dictus, quæ A verso, ut fallant populum, dum in ludis agunt. datur victoribus.

*Gnarus*, sciens, cui contrarius; *ignarus*, nesciens.

*Gravis*, venerabilis; unde 474 et contemptibiles *le-* res dicimus. Gravis pro consilio et constantia dictus, quia non levi motu dissilit, sed fixa constantiæ gravitate consistit.

114. *Grandis*.... *Gracilis*.... *Grandævus*, quod sit *grandis ævo*. *Gratus*, gratiam servans; sed *gratus* tantum animo, gratissimus et animo et corpore dicitur.

*Gratificus*, ab eo quod gratis faciat bonum. \* *Gratiosus*, qui plus unicuique quam meretur tribuit.

115. *Garrulus* proprie dicitur, qui vulgo verbosus appellatus, accedente lætitia, nec valens, nec volens tacere. Sumptum nomen a *graculis* avibus, qui importuna loquacitate semper strepunt, nec unquam quiescunt.

<sup>b</sup> *Ganeo*, luxuriosus, et tanquam in occultis locis, et subterraneis, quæ *ganea* Græci vocant.

\* *Glutto*, a gula, id est, gulosus.

## H

116. *Heros* <sup>d</sup> vir sapiens, et fortis.

*Humilis*, \* quasi humo acclinis.

*Honorabilis*, quasi *honori habilis*, hoc est, aptus.

117. <sup>f</sup> *Honestus*, quod nihil habeat turpitudinis; nam quid honestas, nisi honor perpetuus, id est, quasi *honoris status*?

*Humanus*, quod habeat circa homines amorem et miserationis affectum; unde et *humanitas*, qua nos invicem tuemur.

475 118. *Habilis*, quod sit ad habendum commodus, aique aptus. *Honorosus*, plus est quam *honoratus*, sicut *scelerosus*, quam *sceleratus*.

*Hirsutus*, ab eo quod sit hirtus, et pilis horridus.

119. \* *Hypocrita*, e Græco sermone in Latinum simulator interpretatur. Qui dum intus malus sit, bonum se palam ostendit; *ἵπρὸ* enim *falsum*, *χρῖσις* iudicium interpretatur.

120. Nomen autem hypocritæ tractum est a specie eorum qui in spectaculis contacta facie incedunt, distinguentes vultum ceruleo minioque colore, et cæteris pigmentis, habentes simulacra oris lineæ gypsata, et vario colore distincta, nonnunquam, et colla, et manus creta perungentes, ut ad personæ colorem pervenirent, et populum, dum in ludis agerent, fallerent, modo in specie viri, modo in feminæ, modo tonsi, modo criniti, anili, et virginali, cæteraque specie, ætate, sexuque di-

\* *Gratiosus*. Agell., lib. ix, cap. 12: *Gratiosus, et qui adhibet gratiam, et qui admittit.*

<sup>b</sup> *Ganeo*... tanquam in occultis et subterr. Fest.: *Ganeum locum abditum ac velut sub terra dixerunt. Donat., in Adelph.: Veteres ganeum meretricum tabernam dixerunt, ἵπρὸ τῆς γᾶς, τοῦτὸ λέγει τῆς γᾶς, quod ipsa sit in terra, non ut cænacula superius, unde, et taberna, quasi trabena a validioribus dicta trabibus, quibus superiora suspensa sunt.*

\* *Glutto*. Aug., in lib. de Gramm.: *Heluo, qui et glutto. Fest.: Ingluvies a gula dicta; hinc et ingluviosus, et glutto, et gulo.*

<sup>d</sup> *Heros*. Idem sup., l. i, cap. 39: *Heroes appellantur viri, quasi acrei, et celo digni, propter sapientiam et*

121. Quæ species argumenti translata est in iis qui falso vultu incedunt, et simulant quod non sunt; nam hypocritæ dici non possunt ex quo foras exierint.

122. *Humatus*, quod sit humo tectus, id est, sepultus.

*Hilaris*, Græcum est nomen.

## I

123. *Ingeniosus*, quod intus vim habeat gignendi quamlibet artem.

*Inventor* dictus quod in ea quæ quaerit venit; unde et ipsa quæ appellatur *inventio*, si verbi originem retractemus, quid aliud resonat, nisi quia *invenire* est in id venire quod quaeritur?

124. <sup>h</sup> *Interpres*, quod *inter partes* medius sit duarum linguarum 476 dum transfert. Sed et qui inter Deum, quem interpretatur, et homines, quibus divina indicat mysteria, *interpres* vocatur.

125. *Iuridicus*, quia legum jura dicit.

*Indoles*, proprie est imago quamdam futuræ virtutis.

*Iustus* dictus, quia jura custodit, et secundum legem vivit.

126. <sup>i</sup> *Innox*, quod non nocent.

*Innocuus*, cui nocitum non sit, sed apud veteres utrumque indifferens est.

*Jocundus*, eo quod si semper jocis aptus, et hilaritati, a frequentia, sicut *iracundus*.

*Jocosus*, *jocis usus*.

127. *Inclutus*, Græcum nomen est. Nam *αλῶτις* Græci gloriosum vocant.

C *Illustris*, nomen notitiæ est, quod clareat multis, splendore generis, vel sapientiæ, vel virtutis, cui contrarius est *obscure natus*. *Idoneus*. . . .

128. *Incolamis*, a *columna* nomen habet, quasi erectus, fortis et stabilis.

*Immarcescibilis*, incorruptus, et sempiternus, quod sit sine marcore et languore.

*Intemeratus*, incorruptus, et nulla temeritate violatus.

129. *Infirmus*, quia sine formo, id est, sine calore.

*Imbecillis*, quasi *sine baculo*, fragilis, et inconstans.

*Inanis*, levis.

130. *Inconstans*, quia non est stabilis, sed quod placet ei rursus displicet.

D *Jactans*, vel arrogans est, qui majorum institutis non acquiescit, sed propriam quamdam viam justitiæ et sanctitatis inquiri.

<sup>i</sup> *Iracundus* dictus, qui accenso sanguine in foreos fortitudinem. Vid. Serv., *Æn.* i, et Aug., 10 de Civit., cap. 21, a quibus longe diversus est Socrates, in Cratyllo. *Æros* in libris vet. in A scribitur.

\* *Humilis*... humo acclinis. Ita Gothici omnes.

<sup>f</sup> *Honestus* q.... *honoris status*. Al., q. *honor. stana*.

\* *Hypocrita*. Ex Aug., serm. 1 in fer. 6 post Quinquag.

<sup>h</sup> *Interpres*. Serv., *Æn.* x, ad vers. *Tertius ille h. divinusque interp.* — *Interpres, medium est, nam et Deorum interpretator, et hominum, qui divinas indicat mentes interpret vocatur.*

<sup>i</sup> *Innox*. Glossa. *Innox, ἀβλαβής.*

<sup>j</sup> *Iracundus*... *Ut enim flamma. Saepe hoc repetit. Hebraice תרף לז.*

compellitur, ut enim flamma dicitur, et ira inflammat. A  
131. *Incentor*, ab eo quod incendat, atque inflammet.

<sup>a</sup> *Incentor*, quia prava suggestione ad vitia eorum aliorum succendit, et persuadendo inflammat.

132. *Inexpiabilis*, quod nunquam expietur, nunquam purgetur.

477<sup>b</sup> *Inlaudabilis*, non quia laudatus non sit, sed quia laudari non meruerit.

*Iratius*, ira actus.

133. *Impius*, quia sine pietate religionis est.

*Iniquus* proprie dicitur, quia non est æquus, sed inæqualis. <sup>c</sup> Inter impium autem et iniquum hoc distare nonnunquam solet, quia omnis impius iniquus, non tamen omnis iniquus est impius. Impius namque pro infideli ponitur; et dicitur impius, quod sit a pietate religionis alienus. Iniquus vero dicitur, pro eo quod non est æquus, sed pravis operibus maculatur, vel si Christianitatis nomine censeatur.

134. *Inimicus*, quia non amicus, sed adversarius. Dux autem res inimicos faciunt: fraus et terror. Terror, quod timent: fraus, mali quod passi sunt.

135. *Invidus*, dicitur ab intuendo felicitatem alterius.

<sup>d</sup> *Invidiosus* est, quia ab alio patitur invidiam.

*Invisus*, odiosus, ab invidia et zelo dicitur.

136. *Intestabilis*, cuius testimonium non valet, et quod dixerit irritum improbatumque sit.

*Infamis*, non bonæ famæ.

*Improbis* dicitur, quod instat etiam prohibenti.

137. *Importunus*, inquietus, quia non habet portum, id est, quietem. Unde et importuni, quia in naufragium cito feruntur.

*Infrenis* est qui frenis non regitur, ut *Numidæ infreni*.

138. *Infrendens*, proprie est inter se comprimens dentes. <sup>e</sup> Nam et *frendere* significat *dentibus frangere*; unde *nefrendes* infantes, qui necdum dentes habent.

*Inglutiosus*, a gula et voracitate dicitur.

139. <sup>f</sup> *Inglorius*, quod sit sine gloria, id est sine triumphis. Item inglorius, immemor gloriæ.

*Informis*, ingens, non quod non habeat formam, sed quod ultra formam magni udinem habeat.

478<sup>g</sup> 140. <sup>h</sup> *Inveterator*, eo quod sit multi veterisque usus in malitiâ.

<sup>i</sup> *Immanis*, quia non bonus, sed crudelis, et terribilis. *Manum enim bonum* dicitur. Unde *κατ' ἀντίρροπον* dii manes, minime boni.

<sup>a</sup> *Incentor*, quia prava. — *Succentor*, quia prava, etc., Neap. Cod., cui scripturæ magis convenit interpretatio *suggerendi*, et *succedendi*.

<sup>b</sup> *Inlaudabilis*. E Serv., Georg. III. Sed hæc interpretatio non *illaudabilem*, sed *illaudatum* respicit. Id unde tam sæpe nascatur, antea admonuimus.

<sup>c</sup> *Inter impium autem et iniquum*. Hieron., contra Pelag.: *Omnis impius iniquus est, et peccator, nec reciprocatur, etc.*

<sup>d</sup> *Invidiosus est q. a. p. f.* Agell., lib. IX, cap. 12.

<sup>e</sup> *Nam, et frendere*. Fest.

<sup>f</sup> *Inglorius*. Serv., Æn. X: *Inglorius sine triumphis, immemor gloriæ.*

<sup>g</sup> *Inveterator*. Ita vet. omnes. Danielis tamen XIII, *Iniquitate dierum malorum.*

141. <sup>i</sup> *Immunis*, minime munificus, ut est in proverbio veteri: *Immunem civis odere sui*. Item immunis, qui non facit munia, id est officio non fungitur, est enim omni privilegio vacuus.

142. *Indemnis*, eo quod sine damno vivat, et sine ulla culpa, atque periculo.

*Iners*, sine arte, et ob hoc ne operi quidem ulli aptus.

*Inermis*, vel sine armis, vel sine viribus. Nam semper arma pro viribus.

143. *Ignavus*, ignarus viæ, id est rationis et vitæ.

*Ignarus*, non gnarus, id est, inscius, vel sine narius. <sup>j</sup> *Offecisse enim veteres, acisse* dicebant.

<sup>k</sup> *Ignarus* autem duo significat, vel qui ignorat vel qui ignoratur.

144. *Immemor*, qui oblitus est, perdidit enim memoriam.

*Inscius*, quia sine scientia est.

*Idiota*, imperitus. Græcum est.

*Imperitus*, sine peritiâ.

145. <sup>l</sup> *Inconsultus*, ab eo quod non accipiat consilium. Item *inconsultus*, quia est sine consilio, et inscius rerum, atque ignarus.

*Ineptus*, apto contrarius est quasi *inaptus*.

146. <sup>m</sup> *Inops*, qui sine terra est; *opem* enim terram intelligimus, quia *opem* fert fructificando. Alii *inopem* intelligunt, non sepultum, inbumatum, cui nec inanis absentis surrexit tumultus.

147. *Ignobilis*, eo quod sit ignotus, et vilis, et obsecuri generis, 479 cuius ne nomen quidem acitur.

*Ircosus*, quia sudore corporis fetido putet.

*Ignatus*, ignobilis, vel ex improvise veniens.

148. *Improvise* dicitur, eo quod subito sit, et non porro ante visus.

*Index*, proditor, ab *indicando*.

<sup>n</sup> *Indigena*, vocatus, quod inde genitus sit, id est in eodem loco natus.

149. *Impudens*, eo quod ab eo pudor, et pudicitia procul abest.

*Impudicus*, a *pædore* vocatus. Pædorem enim fetorem dicunt.

*Incestus*, propter illicitam commisionem vocatus, quasi *incastus*, sicut qui virginem sacram vel affinitati suæ proximam stupraverit.

150. <sup>o</sup> *Internicida* est qui falsum testamentum fecit et ob id hominem occidit.

<sup>p</sup> *Immanis*. Fest., *IMMANIS, FERUS sive MAGNUS*. Gloss., *Immanis, μέγιστος, ἄγριος*. Vid. Serv. et Non.

<sup>q</sup> *Immunis*. Gloss., *Immunes, ἀτιμίαι, ἀνίκατοι, ἀλειτουργοί*.

<sup>r</sup> *Offecisse enim veteres*. Idem inf., lib. XI, cap. 1 Terent.: *An non sex totis mensibus prius offecissem, quam ille quidquam cæperet?*

<sup>s</sup> *Ignarus autem duo*. E Serv., Æn. I, VI.

<sup>t</sup> *Inconsultus*. Vid., sup., *consultus*.

<sup>u</sup> *Inops*. E Serv., Æn. VI, ad vers. *Inops, inbumataque turba est*.

<sup>v</sup> *Indigena*. Ex eod., Æn. VII.

<sup>w</sup> *Internicida*. Fest. in *Internicivum testamentum, et internectio*. Vid. Cujac. observ.

*Infiator*, negator, quia non fatetur, sed contra A veritatem mendacio innititur.

*Impostor*.....

151. *Interceptus*, proprie dicitur, qui inter duos de medio tollitur.

152. *Insidiosus*, quod insideat; nam proprie *insidere* est dolose aliquem expectare. Unde et *insidia* nominatæ sunt.

<sup>a</sup> *Incineta*, id est, sine elinctu, quia præcingi fortiter uterus non permittit.

153. <sup>b</sup> *Investis*, id est, sine veste, nondum enim habet stolam, quod est signum maritalis dignitatis.

*Iscurra* vocatur, quia causa escæ quemlibet consectatur.

### 480 K

154. *Katholicus*, universalis, Græcum est.

*Karus*, Græcum nomen est; sicut, et *karitas*; unde et *karistia*, *karismata* gratiæ.

### L

155. *Luculentus* ab eo quod sit lingua clarus, et sermone splendidus.

*Lector*, dicitur a *legendo*, id est, percurrendo. Unde et navis dicitur legere quidquid transit. Nam legit, transit, præterit, ut: ..... *Crebris legimus freta concita terris*. Item *lector*, a *colligendo* animo quæ legit, quasi *collector*, sicut illud: *Qui legitis flores*.

156. *Loquax*, non est eloquens.

<sup>a</sup> *Lætus*, a *latitudine*.

<sup>d</sup> *Locuples*, quasi *locis plenus*, et possessionum plurimarum possessor, quemadmodum docet Tullius in libro II, de Republica: « Multaque ditioe ovium et boum, quod tunc res erat in pecore, et in locorum possessionibus; ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur. »

157. *Liberalis* dicitur ab eo quod *libenter* donet, nec murmuret.

*Largus*....

*Longus* a *linea* dicitur, propter quod sit porrectus.

*Longævus*, quasi *longi ævi* et *longi temporis*.

158. *Longanimis*, sive *magnanimus*, eo quod nullis passionibus perturbatur, sed ad universa sustinenda patiens est. Cui contrarius 481 est <sup>e</sup> *pusillanimis*, angustus, et in nulla tribulatione subsistens, de quo scribitur: *Pusillanimis vehementer insipiens*.

159. *Levis*, ob inconstantiam vagationis appellatur, quia levi motu mentia nunc ista, nunc illa desiderat.

*Lubricus*, ab eo quod labitur.

<sup>a</sup> *Incineta*. Eandem vocem nostri usurpant.

<sup>b</sup> *Investis*, id est, sine veste. Hactenus recte, hoc est, sine *pube*: auctoribus Serv., Macrob., Non. Quod sequitur non admodum cohæret, *nondum enim habet stolam, quod est signum maritalis dignitatis*. Itaque hoc additum, ejusque qui illud *sine veste* non intellexerat, auxeratque damno interpretationem, accersens hæc verba e lib. xix, cap. 29.

<sup>c</sup> *Lætus* a *latitudine*. Varr., lib. v: *lætari ab eo quod lætus gaudium propter magni boni opinionem diffusum*.

<sup>d</sup> *Locuples*. Vid. Non. in *Pecuniosus*.

<sup>e</sup> *Pusillanimis vehementer insip.* Ex LXX, editione, pro quo Vulg.: *Qui autem impatiens exultat stultitiam suam*. Prov. xiv.

<sup>f</sup> *Labens*, interdum *velox*, ut: *Labere nympha polo, et labere pennis*. Cursu enim lapsus celerior est.

160. <sup>g</sup> *Latro*, insector est viarum, a *Latendo* dicitur. *Ælius* autem: *Latro est, inquit, latere, ab latere, insidiator viæ*.

*Laniata*, gladiator, id est, *carnifex* Tusca lingua appellatus, a *laniando*, scilicet corpora.

161. *Lacessor*, per translationem dicitur a canibus, vel a feris, quæ solent *lacerando* provocare.

*Leno*, conciliator stupri, eo quod mentes miserorum blandiat, et *deliniendo* seducat.

*Libidinosus*, ab eo quod *facit quodlibet*.

*Libidinosus*, a *Libero*, qui puellari corpore pingitur.

*Luxoriosus*, quasi solutus in voluptates; unde et membra loco mota *luxa* dicuntur.

B *Lascivus*, quod sit *laxus*, id est, solutus et vanus.

162. *Lymphaticus*, quod aquam timeat, quem Græci ὑδροφόρον vocant. *Lymphaticus* proprie dicitur qui vitium ex aqua contrahit, cujus vitium est huc atque illuc currere, a fluore aquæ sumpto vitio. Sed poetæ jam hoc genus nominis pro furiosis usurpant.

163. *Languidus*....

<sup>b</sup> *Luridus*, quod sit pallidus a *lore* dicitur, quod hujusmodi habeat cutem.

*Leprosus*, a *pruritu* nimio ipsius scabiei dicitur; unde per *p* scribi debet.

164. *Luscus* quod *lucem* ex parte sciat; sicut <sup>1</sup> *luscitiosus*, qui vespere 482 nihil videt. *Luscus coclites* dixerunt antiqui; unde et *Cyclopa coclites* legimus dictos, qui unum oculum habuisse perhibentur.

C *Lotus*, lavatus, id est, mundus.

*Lupa*, meretrix, a rapacitate vocata, quod ad se rapiat miseros, et apprehendat.

### M.

165. *Misericors* <sup>k</sup>, a compatiendo alienæ miseriæ vocabulum sortitus est; et hinc appellata *misericordia*, quod *miserum* cor faciat dolentis alienam miseriam. Non autem occurrit ubique hæc etymologia; nam est in Deo misericordia sine ulla cordis miseria.

166. <sup>l</sup> *Mactus*, magis auctus gloria, et est nomen tractum a sacris. Quoties enim thus aut vinum super victimam fundebatur, dicebant: *Mactus est taurus vimo*, vel *thure*, hoc est, cumlata est hostia, et magis aucta.

D <sup>m</sup> 167. *Munificus* dicitur, vel quia alicui munera multa dat, vel quia munus suum, id est, officium quod debet adimplet; sic et *munifex*, quia munera fert.

<sup>f</sup> *Labens*, interdum *velox*. E Serv., *Æn.* II ad vers. Tot jam lab. ann.

<sup>g</sup> *Latro*. Vid Varr., lib. vi.

<sup>b</sup> *Luridus*, a *loro*. Recte Varr.: *Lorica a loris, quod de loro crudo pe toralia faciebant. Luridi autem hujusmodi coloris sunt*. Festus: *Luridi supra modum pallidi*.

<sup>1</sup> *Luscitiosus*, qui vesp. nihil vid. At Festus contra: *Luscitio vitium oculorum, quod clarius vesperi quam mane cernit*. Vid. Fulg. Plac.

<sup>l</sup> *Luscus coclites*. E Serv., *Æn.* VIII.

<sup>k</sup> *Misericors*. Ex Gregor., *Moral.* lib. XI, cap. 23, al. 24.

<sup>l</sup> *Mactus majis auct.* E Serv., *Æn.* IX.

168. *Magnus*....  
*Magnanimus*, ab eo quod sit *magni animi*, et magnæ virtutis. Cui contrarius pusillanimis.

*Magnificus*, a *magna faciendo* vocabulum traxit.

169. <sup>a</sup> *Mansuetus*, mitis, vel domitus, quasi *manu* assuetus.

<sup>b</sup> *Modestus*, a *modo* dictus, et temperie, nec plus quidquam, nec minus agens.

*Mitis*, lenis, et mansuetus, et cedens improbitatibus, et ad sustinendam injuriam tacens, quasi *mutus*.

170. <sup>c</sup> *Mutus*, quia vox ejus non est sermo, nisi *magitus*; vocalem **483** enim spiritum per nares quasi *magiens* emittit.

*Memor*, vel qui memoriam tenet, vel qui memoria tenetur.

171. <sup>d</sup> *Magister*, *major in statione*, nam *στέρπων* Græce *statio* dicitur.

*Minister*, *minor in statione*, sive quia officium debitum *manibus* exsequitur.

172. *Major*....

*Minor*....

*Minimus*, a numero monadis, quod post eum non sit alter.

*Mazimus*, aut meritis, aut ætate, aut honore, aut *facundia*, aut virtute, aut omnibus magis *eximius*.

175. *Modicus*, parvus, sed abusive, cæterum *rationabilis*.

*Moderatus*, a *modo*, scilicet, et temperamento.

*Mediocris*, quod *modicum* illi sufficiat.

174. <sup>e</sup> *Miser* proprie, eo quod omnem felicitatem *amiserit*. Secundum autem Ciceronem, proprie *mortuus*, qui in *Tusculanis miseros* mortuos vocat, propter quod jam *amiserunt vitam*.

*Miserabilis*, quod sit *miseriæ habilis*.

175. <sup>f</sup> *Mæstus*, naturaliter *tristis*, non casu. Est enim a natura mentis et animi; <sup>g</sup> unde, et *mæstus*.

176. *Mendicus* dictus, quia minus habet unde vitam degat, sive quia mos erat apud antiquos os claudere egenum, et manum extendere, quasi *manu dicere*.

*Mendax*, quod mentem alterius fallat.

177. *Malignus*, quia *malitiæ* votum, vel opus peragit.

*Malus*, appellatus a nigro felle, quod Græci

**A** *μᾶλον* dicunt, uode, et *melancholici* appellantur homines, qui et conversationem humanam refugiunt, <sup>h</sup> et amicorum charorum suspecti sunt.

*Malitiosus*, deterior malo, **484** quia frequenter malus. <sup>i</sup> A malo autem pejor dicitur, a bono deterior.

178. *Melior* dictus, quia *mollior*, non durus, aut ferreus, nam *melius*, quasi *mollius*.

*Minax*, a facie oculorum, <sup>j</sup> quando furiose ardescunt, ut amplius videns pertimescat.

*Minator* est monitor, sed monitor dicitur cum prænuntiat bona, minator cum prænuntiat adversa.

179. <sup>k</sup> *Mulcator*, eo quod blandis verbis *mulcet* ad declinandum animum: translatio a *mulso*, id est, **B** quod acceptum lenire solet fauces dolentis, aut opлетum sordibus stomachum.

180. *Metatores* appellantur, qui castra designant, a *metiando*, scilicet *Lucanus*:

Hesperios audax veniat metatur in agros.

*Mollis*, quod vigorem sexus enervato corpore dedecoret, et quasi mulier emolliatur.

181. *Macer* a *Macie*; et *macies* a *mæchia*, eo quod immoderata libido *macros* faciat, sive a *maceratione*.

<sup>l</sup> *Mancus*, *manu ancus*.

182. <sup>m</sup> *Moribundus*, morienti similis, sicut *vitabundus*, vitanti similis. Quando enim dicimus, *moriturus est*, vere moriturus est; moribundus autem non vere, sed verisimilis morientis est.

**C** 183. *Meretrix* dicta, eo quod pretium libilinis *mercatur*. Inde et *meritoria tabernæ*; nam et milites cum stipendia accipiunt, *mereri* dicuntur.

184. *Morio*, a *morte* vocatus, eo quod non vigeat intellectu.

*Mulio*, dictus a *mulis*, eo quod præsit eisdem vehiculis.

*Manifestum* dicitur, quod in *manu* est promptum.

**485 N.**

185. *Nobilis*, non vilis, cujus, et nomen, et genus scitur.

*Nubilis*, ad nubendum *habilis*.

<sup>n</sup> *Nemo* ab homine tractum est, id est, *ne homo*, quod est pro nullo.

**D** *Nullus* autem, quasi *ne ullus*.

<sup>a</sup> *Mansuetus*. Vid. Cassiod., in ps. xxiv.

<sup>b</sup> *Modestus*. Ex Ambros., lib. 1 Off., cap. 48.

<sup>c</sup> *Mutus*.... *vocalem enim sp.* Ex Lact., lib. de Opif., cap. 11.

<sup>d</sup> *Magister*.... *nam. στέρπων Græc. statio.* Gloss., *στέρπων, robustus, gravis, stabilis. Στάσις ἢ καταμονή, statio.* Vid. Fest. in *Magisterare* et *Magisteria*.

<sup>e</sup> *Miser*.... *secundum Cic. E. Serv., Æn. iv, ad vers. Miseri post fata Sichæi.*

<sup>f</sup> *Mæstus naturaliter tristis.* E. Serv., ad vers. *Mæstum misit Onyten: Æn. xii, Mæstum, naturaliter tristis, severum, quem Græci ἀγδυστον dicunt.*

<sup>g</sup> *Unde et mæstus. f. mæstus.* Vid. Serv., Æn. 1, ad *Mæstumque timorem.*

<sup>h</sup> *Amicor. charor. suspecti sunt.* Ita libri omnes. Gothiclenus.

<sup>i</sup> *A malo autem pejor, a bono det.* E. Serv., Georg. iv, ad vers. *Deterior quis visus.*

<sup>j</sup> *Quando furiose.* Al., *furor.*

<sup>k</sup> *Mulcator.* Donat., in Hecy., sc. 1: *Nam proprii Mulciber dictus est, quod omnia mulceat, id est, molliat, et in Adolph., scen. 2: Ipsum dominum atque omnem familiam mulcavit.* Ita enim legi in veteribus libris admonuit Gab. Faernus. Quæ autem de mulso, Plinii videntur, lib. 11, cap. 94.

<sup>l</sup> *Mancus... manu ancus.* Festus: *Ancus appellatur, qui aduncum brachium habet ut porrigi non possit.* Gloss., *Ancus, mancus, κυλλός, πηρος.*

<sup>m</sup> *Moribundus... morienti similis.* E. Serv., Æn. 3. *Nemo, id est, ne homo.* Vel *nec homo*, Serv. et Fest.

186. <sup>a</sup> *Nihili*, compositum est ex *ne* et *hilo*. Hilum autem Varro ait significare medullam ejus ferulæ quam Græci asphodelon vocant; et sic dici apud nos *nihilum*; quomodo apud Græcos οὐδὲ γρῦ.

187. <sup>b</sup> *Nequam* a malo plerique distinguunt, alium perniciosum, alium nugam existimantes, <sup>c</sup> ut ait Monatius: *Hic adolescens nequam, non malus*, id est, nugas, non perniciosus. Alii confundunt, quasi utrumque unum idemque significet.

188. *Nequaquam*, eo quod *nec quidquam* sit, id est, ex eo quod nihil sit, veteres esse dictum voluerunt.

*Neuter*, neque iste, neque ille, quasi dicat, *nec uerque*.

189. <sup>d</sup> *Nefarius*, non dignus *farre*, quo primo cibi genere vita hominum sustinebatur. Alias *nefarius*.

*Nefandus*, id est, ne nominandus quidem.

*Nutritor*, quasi *nutu eraditor*.

190. <sup>e</sup> *Nuntius* est qui nuntiat, et quod nuntiat, id est, ἀγγελος καὶ ἀγγελία; **486** sed nuntius ipse homo genere masculino; id vero, quod nuntiat genere neutro, ut *hoc nuntium*, et *hæc nuntia*.

191. *Nasaræus*, id est, *sanctus Dei*. Nazaræus olim dicebatur qui sanctam comam nutriebat, et nihil contaminatum accipiebat, abstinens se a vino, omnique sicera, quæ mentem ab integra sanitate pervertit.

192. <sup>f</sup> *Nugas* autem Hebræum nomen est. Ita enim in prophetis est expositum, ubi dicit Sophonias: *Nugas qui a lege recesserunt*, ut nosse possimus linguam Hebraicam omnium linguarum esse matrem.

193. *Nugigerulus*, appellatus ab eo quod sit turpis **C** nuntius. Negligens, quasi *nec legens*.

194. <sup>g</sup> *Nepos*, dictus a genere quodam scorpionum, qui natos suos consumit, excepto eo qui dorso ejus insederit; nam rursus ipse qui servatus fuerit consumit patrem; unde homines qui bona parentum per luxuriam consumunt *nepotes* dicuntur. Hinc quoque *nepotatio* pro luxuria ponitur, qua certe quæque res consumuntur.

195. *Niger*, quasi *nubiger*, quia non serenus, sed

<sup>a</sup> *Nihili*. Festus: *Hilum putant esse quod grano fabæ adheret, ex quo nihil et nihilum*.

<sup>b</sup> *Nequam*... *Al. nequitiam*. Vid. Varr. in extremo libro nono, et Agell., lib. vii, cap. 11.

<sup>c</sup> *Ut ait Monatius*. Forte *Munatius*, vel *Malius* potius, cujus Mimosiambi laudantur a Terentiano. *Nunatius* in Cod. Tarracou.

<sup>d</sup> *Nefarius*, non dignus *farre*. Non.: *Nefarii proprietatem*, lib. i de Vita pop. Rom., Varro patefecit, a *farre*, quod adorem est, quo scelerati uti non debeant. Ascon.: *Nefarium quod sacra polluit farre pio solita celebrari; ergo nefarius, sacrilegi*.

<sup>e</sup> *Nuntius*. Serv., *Æn. vi*, ad vers. *Verus mihi nuntius ergo*: — *Sane qui nuntiat genere tantum dicitur masculino; quod autem nuntiat, licet neutro dicatur, tamen invenitur etiam masculino*.

<sup>f</sup> *Nugas* autem *Heb.* Ex Hieron., Sophon. iii. Est autem vox Hebræa נוגה. Charis., lib. i: *Nugas licet indeclinabile sit, tamen commune trium generum, hic, et hæc, et hoc nugas, et paulo post: Neutralia indeclinabilia sunt, ut nugas, quod est commune trium generum*.

<sup>g</sup> *Nepos* a genere quodam scorp. Gloss.: *Nepa, σκόρπος*. Non.: *Nam vere nepa scorpium dicitur. Alitet*

fusco opertus est. Unde et *anubilum* diem tetrum dicimus.

O.

196. *Orthodoxus*, rectæ gloriæ.

*Orator*, <sup>h</sup> ab *ore* vocatus, a *perorando* nominatus, id est, dicendo; nam *orare* dicere est.

197. *Obaudiens*, ab *aure*, eo quod audiat imperantem.

<sup>i</sup> *Ospes*, quod inferat ostio pedem.

*Ospes*, facilis, apertus, et ostio patens; unde et *ospitalis* homo dicitur.

**487** 198. *Osor*, inimicus, ab *odio* dictus; sicut amator ab amore, et est generis communis.

*Odibilis*, odio habilis.

<sup>B</sup> *Obaitus*, obsessus, id est, undique *insidiis* convallatus.

199. <sup>i</sup> *Obscenus*, impuræ libidinis, a vitio obscuro dictus. <sup>k</sup> *Obtunus*, hebetior, et obclusior, quasi ex omni parte tunsus.

*Obnixus*, contra nisus, et conabundus.

*Obnoxius*, quia obligatus est nexibus culpæ.

200. <sup>l</sup> *Oblectator*, quasi cum lacte, et fraude, ut Terentius: *Nisi me lactasses amantem*; unde et *oblectare* dictum est.

<sup>m</sup> *Obtreclator*, malignus, et qui obstringillando obficiendoque non sinat quempiam progredi et augescere.

201. *Orbus*, quod liberos non habeat, quasi oculis amissis.

*Opifex*, quod opus faciat aliquod.

*Opilio*, ovium pastor, *ovilio*.

P.

202. *Prudens*, quasi *porro videns*; perspicax enim est, et incertorum prævidet casus.

<sup>n</sup> *Patiens*, dictus a *pariendo*, *parire* enim *ferre* est; percutitur enim, et tolerat.

203. <sup>o</sup> *Perfectus*, cui jam nihil adjici potest. Hæc nomini apud grammaticos comparatio non adjicitur, quasi dixeris: *Ille perfectior est*, iste perfectus non erit.

204. *Pulcher* a specie cutis dictus, quod est (rubens)

Festus de *nepotis* etymo, et Isidorus ipse, lib. ix.

<sup>h</sup> *Orator*. At Festus: *Oratores ex Græco, quasi ἀπαρτῆς dicti, quod missi ad reges nationesque, deos solerent ἀπαρτῆσαι ἀπαρτῆς, id est, testari*.

<sup>i</sup> *Ospes*. Hospes. Recte abest a quatuor Tarr. cod. hæc vox.

<sup>j</sup> *Obscenus*. Varr., lib. vi: *Obscenum, turpe, quod nisi in scena palam dici non debet*.

<sup>k</sup> *Obtunus*. L. *Obtusus*... *obtusior*. Al., *obdurior*. Utrouque enim modo legi admittunt characteres Gothici.

<sup>l</sup> *Oblectator*. Fest., in verbo *Lacit*.

<sup>m</sup> *Obtreclator*... *obstringillando*. Vel *obstrigillando* potius, ut apud Varr., de *Re Rust.*, cap. 20.

<sup>n</sup> *Patiens* dictus a *pariendo*. Festus: *Obpariat, verberat, a pariendo, id est, feriendo. Unde pueri, quod puniendo coercentur, unde et pavimenta*. Nimirum, quod Græcis παύειν ferire et pulsare. Nam et *pavimenta* pro *pavimenta* legi in antiqua inscriptione affirmat vir eruditissimus.

<sup>o</sup> *Perfectus*. Servius, *Æn. xi*, ad vers. *O fama ingens ingentior arm.* — *Alia illa nomina sunt, in quibus est dubitatio, utrum comparentur, ut est perfectus; quod si velis comparare, incipit perfectus non esse perfectus*.



pellis; **488** postea transiit hoc nomen in genus. **A** Incedendum, quod nomen per usum transiit et ad animum. Nam pulchritudo hominis, aut in vultu est, ut: *Os, humerosque Deo similis*; aut in capillis, ut: *Namque ipse decoram caesariem*; aut in oculis, ut: *Latos oculis afflavit honores*; aut in candore, ut: *Quale manus addunt ebore decus*; aut in lineamentis, ut: *Te multo plus figura et lineamenta hospitiis delectabant*; aut in proceritate, ut Turnus:

Vertitur in mediis, et toto vertice supra est.

205. *Pellax* a *pelliciendo*.

*Perspicax*, splendidus, eo quod perlucet.

*Perpetuus*....

*Perennis*, ab eo quod sit *perpetuus annis*.

206. <sup>a</sup> *Præsul* vocatus, quia *præest sollicitudine*.

*Præpositus* appellatus, eo quod sit subjectorum ac famulantium ordinator, vel rector.

*Patroni* a *patribus* dicti sunt, quod hujusmodi affectum clientibus exhibeant, ut quasi patres illos regant.

207. <sup>b</sup> *Pædagogus* est qui parvulis assignatur. Græcum nomen est, et est compositum ab eo quod pueros agat, id est, ducet, et lascivientem refrenet ætatem.

208. *Præsens* dictus, quod sit *præ sensibus*, id est, coram oculis, qui sensus sunt corporis.

*Prior*, quod primus sit ordine; et primus, quasi præeminens.

*Primus*....

*Postremus*....

209. *Potens*, rebus late *patens*; unde et *potestas*, quod *patet* illi quæqua velit, et nemo intercludat, nullus obistere valeat.

*Præpinus*, præ cæteris opibus copiosus.

210. <sup>c</sup> *Pecuniosos* Tullius primum eos dictos refert, qui plurimam habuissent pecuniam, id est, pecora. Ita enim antiqui eos appellabant. Paulatim autem per abusivam nomen in aliud devolutum est.

211. <sup>d</sup> *Pervicax* proprie dicitur qui in proposito suo ad victoriam perseverat. **489** <sup>e</sup> Antiqui enim *viciam* dicebant, quam nos *victoriam*; credo quod inde dicatur herba *vicia*, id est, *victoralis*.

212. <sup>f</sup> *Pernix* a *perniendo* tractum est, id est, in conatibus perseverando. <sup>g</sup> Alii *pernicem* velocem intelligunt pedibus; <sup>h</sup> nam *pernicitas* pedum est, ut: *Pernicibus ignea plantis*; sicut celeritas pennarum est, ut: *Celerique fuga sub sidera lapsa*.

213. *Piger*, quasi *pedibus æger*. Est enim tardus ad

<sup>a</sup> *Præsul*... quia *præest sollicitud.* Paul., ad Rom. xii: *Qui præest in sollicitudine*. Dicitur autem *præsul* a *præsiliendo* (ut ait Phocas), sic enim inter Sallios primus appellabatur, quod tripodium auspicaretur, inde Lucilius:

*Præsal*, ut antruat, lode, et volgus redantruat olli.

Hic est præsulor, quem Glossarium vetus τὸν ἐν τοῖς ἱερῶς προσηγορούμενον interpretatur.

<sup>b</sup> *Pædagog.* qui parvulis assign. Ex Hieron., ad Gal. iii.

<sup>c</sup> *Pecuniosos*. Ex eod., Eccles. v.

<sup>d</sup> *Pervicax*. Donat., in Hocyr.: *Pervicax, perseverans cum quadam vi, et paul. post: Pervicax, per vim agens*.

<sup>e</sup> *Antiqui enim viciam*. Ovet., *viciam*. Vitioæ, opinor.

<sup>f</sup> *Pernix a perniendo*. E. Serv., Georg. iii.

*Pernox*, pervigilans nocte. *Perseverans*....

<sup>i</sup> *Pertinax*, impudenter tenens, quasi *pertinens*.

214. *Petulans*, nunc quidem pro audace et improbo ponitur; olim autem acerbi flagitatores, et proprie argentariorum coactorum pueri, quod pretia rerum crebrius et asperius exigebant, a *petendo* *PETULANRES* vocati.

215. <sup>j</sup> *Procax*, proprie idem quod *petax*. Nam *procare* est *petere*; unde et nuptiarum petitores *proci* dicuntur.

216. *Prodigus*, sumptuosus, atque consumptor, qui omnia porro agit, et quasi *projicit*.

*Profugus* proprie dicitur qui procul a sodibus **B** suis vagatur, quasi *porro fugatus*.

*Peregrinus* longe a patria positus, sicut alienigena.

217. *Projectus*, quasi longe et *procul jactatus*, sicut et *produxit*, quasi *porro illum duxit*, et *provocavit*, quasi *porro illum vocavit*.

*Projectus*, quasi *porro ejectus*, ac *pro jactatus*; unde: *Projectaque saxa Pachyni*, id est, *porro jactata*.

218. *Proscriptus*, cujus bona palam et aperte scribuntur.

<sup>k</sup> *Præscriptus*, **490** ordinem significat, sicut et præscriptiones apud juriconsultos.

219. <sup>l</sup> *Procinctus*, expeditus et armatus; unde: *Et in procinctu*, id est, cum belli causa arma sumebant.

<sup>m</sup> *Præcinctus*, eo quod autem se ponat aliquid, quo præcingitur. Unde et de Domino dictum est:

**C** *Præcinctus linteo, laevi pedes discipulorum suorum*.

220. <sup>n</sup> *Prædo* est qui populando alienam invadit provinciam. *Prædo* ab abigendo prædas dictus, et *prædo* qui prædam habet.

*Prædator* est cui de præda debetur aliquid.

221. *Plagiator*, ἀπὸ τοῦ κλαγιέν, id est, obliquum, quod non certa via gradiatur, sed pelliciendo dolis.

<sup>o</sup> *Pirata*, sunt prædones maritimi ab incendio navium transeuntium quas capiebant dicti. Nam πῦρ ignis est.

222. *Pugillator*, qui de manu in manum nummorum aliquid subtrahit.

*Peculator*, pro eo quod sit pecunie publicæ defraudator.

*Proditor*, pro eo quod detegit. Item *proditor*, **D** *perditor*, ut: *Unius ob iram prodimus*.

<sup>g</sup> *Alii pernicem velocem*. Ex eod., Æn. xi.

<sup>h</sup> *Nam pernicitas ped.* Ex eod., Æn. iv.

<sup>i</sup> *Pertinax, q. pertinens. Quasi pertendens*, Varro, lib. iv.

<sup>j</sup> *Procax*. E. Serv., Æn. i.

<sup>k</sup> *Præscript. ordinem signific.* Præscriptiones appellantur juriconsulti exceptiones, illas præsertim quas longi temporis objectione actiones excludunt. Cujus nominis origo fortasse, quod earum formula præscripta esset, aut in edictis prætorum, aut in actionum formulis. Sic etiam *præscriptis verbis actio*.

<sup>l</sup> *Procinctus*. Vid. Fest.

<sup>m</sup> *Præcinctus*. Ex August., in ps. xcii.

<sup>n</sup> *Prædo*. E. Serv., Æn. x.

<sup>o</sup> *Pirata ab incendio*. At Græcis πειρατής, non πυρατής Hesich.: πειρατής, κλοπυργός.

223. *Perfidus*, quia fraudulentus est, et sine fide, & quasi *perdens fidem*.

<sup>a</sup> *Perjurus*, quia *perpere jurat*, id est, male jurat. *Perjurus* autem in verbo *r* non habet. Nam *pejero* et *dejero* dicimus.

224. <sup>b</sup> *Prævaricator*, malæ fidei advocatus, et qui, vel in accusando nocitura, vel in defendendo profutura prætereat, aut inutiliter **491** dubieque ponat, mercedis gratia, scilicet corruptus. Cicero: *Quid enim tam prævarum?* id est, valde varum.

225. *Pellax*, dolosus, et fallax, a *pelle*, id est, vultu. Foris enim ut fallat arridet, sed nequitiam intus gerit.

*Profanus*, quasi *porro a sano*. Sacris enim illi non licet interesse.

226. <sup>c</sup> *Parracida*, proprie dicitur interfector parentis, quamvis quidam veteres hunc *parenticidam* dixerint, quoniam parricidium et homicidium in quocunque intelligi possit, cum sint homines hominibus pares. **B**

227. *Persecutor* non semper pro malo intelligitur, unde, *persecutus*, perfecte secutus.

<sup>d</sup> *Publicanus* est qui vectigalia publica exigit, vel qui per publica negotia sæculi lucra sectatur; unde, et cognominatus est.

228. *Peccator*, a *pellice*, id est, meretrice vocatus, quasi *Pellicatr*, quod nomen apud antiquos tantum flagitiosum significabat, postea transit hoc vocabulum in appellationem omnium iniquorum.

229. *Prostitutæ meretrices*, a *prosedendo* in meritoriis, vel in fornicibus.

<sup>e</sup> *Pellex*, apud Græcos, proprie dicitur a Latinis *concupa*. Dicta autem a fallacia; id est, versutia, **C** sub dolositate vel mendacio.

230. *Procurvus*, quasi, *per longum curvus*.

<sup>f</sup> *Paridus* est quem vexat trepidatio mentis (habet enim cordis pulsationem, cordis motum); nam *PAVOR* ferre est, unde et *pavimentum*.

231. *Petræ* autem et *rupes* a duritia saxorum nominantur.

**492** *Pusillanimis*, pusillo animo.

<sup>g</sup> *Petulcus*, dictus ab *appetendo*, unde etiam et meretrices *petulcas* vocamus.

*Pisinus* a *pusione*.

*Productus*, quasi *porro ductus*.

### Q

232. *Quæstor*, a *querendo* dictus, quasi *quæstor*.

<sup>a</sup> *Perjurus* in verb. *r*. non habet. Imo et nomen ipsum in vetustiss. Cod. Salm., *pejurus*, bis sine *r* scribitur. Sunt autem hæc Serv., *Æn.* II.

<sup>b</sup> *Prævaricator*. Plin., lib. VIII, cap. 49: *Arator nisi incurvus prævaricator. Inde translatum hoc crimen in forum. Ibi itaque caveatur ubi inventum est. Quod autem a vario deduxisse Cicero videtur in Partitionibus, cum dicit: Prævaricationis nomen significat, eum qui in contrariis causis, quasi varie esse positus videatur, non prorsus diversa notatio est; nam, et varium a vero fortasse descendit. Quanquam id exigere iniquum est, cum præsertim Quid anim tam prævarium in quibusdam libris legatur.*

<sup>c</sup> *Parracida*. Ita Gothici libr., non *Parricida*.

<sup>d</sup> *Publicanus*. Caius, cap. 16 de verb. Sign.: *Eum qui vectigal pop. Rom. conductum habet publicanum appellamus.*

*Quæstuosus*, querimoniosus.

235. *Querulus*, quia querelam infert. *Quietus*, quod sit ipse sibi animo securus, neminem tangens.

### R

234. *Religiosus*, <sup>h</sup> ait Cicero, a *relegendo* appellatur, qui retractat, et tanquam relegit ea quæ ad cultum divinum pertineant. Hi sunt dicti *religiosi* ex *relegendo*, tanquam ex *ELIGENDO eligentes*, ex *DILIGENDO diligentes* ex *INTELLIGENDO intelligentes*.

235. <sup>i</sup> *Rationator* dictus, i vir magnus, quia de omnibus rebus quas esse mirabiles constat posait reddere rationem.

*Retractor*, *repetitor*, <sup>k</sup> nam *retractare*, est *repetere* quod omiseras.

236. *Resipiciens*, eo quod mentem quasi post insaniam recipit, aut quia resipit qui sapere desiderat. Castigat enim seipsum dementiæ, et confirmat animum suum ad rectius vivendum, cavens ne iterum corruat.

237. *Repentinus*, a *repente*. <sup>l</sup> *Repens* autem et adverbium et nomen potest esse.

*Robustus*, fortis, validus, a fortitudine roborosæ arboris appellatus.

*Rapidus*, velox pedibus.

*Raptor*, eo quod *corruptor*. Inde et *raptæ*, eo quod *corrupta* est.

238. <sup>m</sup> *Reus*, a *re* de qua obnoxius est, et *reatus* a *reo* est nuncupatus.

**493** *Reus majestatis*, primum dictus qui adversus rempublicam aliquid egisset, aut quicumque hostibus consensisset. Dictus autem *reus majestatis*, quia *majus* est lædere patriam quam civem unum. Postea autem et hi *rei majestatis* dicti sunt qui adversus majestatem principis egisse viderentur, vel qui leges inutiles reipublicæ detulerant, vel utiles abrogaverant.

239. *Rixosus*, a *rixtu* canino dictus. Semper enim ad contradicendum paratus est, et jurgio delectatur. et provocat contententem.

*Rusticus*, dictus quod rus operetur, id est, terram.

### S

240. *Sapiens*, dictus a *sapore*, quia sicut gustus aptus est ad discretionem saporis ciborum, sic sapiens ad dinoscentiam rerum atque causarum, quod unum quodque dignoscat, atque sensu veritatem discernat.

### D

<sup>a</sup> *Pellex* apud Græc. Vid. Fest. Agell., et Paul., cap. 144, d. de verb. Sign.

<sup>f</sup> *Pavidus*... habet enim cordis puls. Respexione videtur ad Virgillii verba: *Corda pavor pulsans*.

<sup>g</sup> *Petulcus*. E serv., Georg. IV, ad vers. *Hædique petulci*.

<sup>h</sup> *Religiosus* ait Cic. II de Nat. deor.

<sup>i</sup> *Rationator*. Sic in Goth. omnibus, eaque scriptura Chaconi placebat. Nam *ratiocinator* alius est.

<sup>l</sup> *Vir magnus*. Magus volebat A. Augustinus.

<sup>k</sup> Nam *retractare*. E serv., *Æn.* VII, ad vers. *Mos erat Hesperio in Latio*.

<sup>l</sup> *Repens* autem. Ex eod., *Æn.* XII.

<sup>m</sup> *Reus*, a *re* de qua obnoxius. Cic., II de Orat.: *Reos autem appello non eos modo qui arguantur, sed omnes quorum de re disceptatur*.

Cui contrarius est *insipiens*, quod sit *sine sapore*, nec alicujus discretionis, vel sensus.

241. *Studiosus*, quasi *studii curiosus*.

<sup>a</sup> *Sanctus*, veteri consuetudine appellatus, eo quod hi qui purificari volebant sanguine hostiæ tangebantur, et ex hoc *sancti* nomen acceperunt.

242. <sup>b</sup> *Sincerus*, quasi *sine corruptione*, cui contrarius est *insincerus*, vitiat, corruptus.

*Supremus*, summus, ab eo quod *supereminet*. Unde et *supreme Pater* dicimus.

*Sublimis*, ab altitudine vocatus honoris; nam proprie sublime dicitur quod in alto est, ut: *Sublimemque ferens ad sidera cœli*.

243. <sup>c</sup> *Speciosus*, a *specie*, vel aspectu, sicut formosus a *forma*.

<sup>d</sup> *Solers*, quod sit *sollicitus in arte*, et utilis. *Solers* enim apud antiquos dicebatur, qui erat omni bona arte instructus. Terentius: *Adolescentem solertem dabo*.

244. <sup>e</sup> *Superstitiosus* ait Cicero appellatos qui totos dies precrabant, **494** et immolabant, ut sibi sui liberi *superstities* essent.

*Sollicitus*, quia *solers*, et *citus*, atque irrequietus. *Sedulus*, familiare verbum Terentii, hoc est *sine dolo*, alias assiduus.

245. <sup>f</sup> *Sodales* dicuntur, qui ad symbolum convenire consueverunt, quasi *sua edentes*, alias quas; *sedales*, quod simul sedeant. <sup>g</sup> *Socii* dicuntur propter periculi et operis societatem, quasi in unam caligam et uno vestigio manentes.

246. *Stultus*, hebetior corde, sicut quidam ait: *Ego me esse stultum existimo, fatuum esse non opinor*, id est, obtusis quidem sensibus, non tamen nullis. <sup>h</sup> *Stultus* est qui per stuporem non movetur injuria: sevitiâ enim perfert, nec ultus est, nec ullo ignominie commovetur dolor.

247. <sup>i</sup> *Segnis*, id est, *sine igne*, ingenio carens (se autem *sine* significat, ut *sedulus*, *sine dolo*, *securus*, quasi *sine cura*), id est, frigidus, per quod inutiles accipimus.

248. *Stupidus*, sæpius stupens.

*Superbus* dicitur, quia *super* vult videri quam est; qui enim vult supergredi quod est, *superbus* est.

<sup>a</sup> *Sanctus*. Vid. Serv., *Æn.* xii, ad vers. *Qui sedera fulmine sancit*, aut ad verba Pauli potius respexit: *Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur, et sine sanguinis effusione non fit remissio*.

<sup>b</sup> *Sincerus*. E Serv., *Georg.* iv.

<sup>c</sup> *Speciosus*. E Serv., *Æn.* i. Quamvis alias formosum non a *forma*, sed a *formo* ducat Isidorus.

<sup>d</sup> *Solers*. Donat., in *Eunuch.*

<sup>e</sup> *Superstitiosus* ait Cic. *Lib.* i de *Nat. deor.*

<sup>f</sup> *Sodales*. Tres *etymologiæ* indicantur a Festo, ut *sodales* sint, vel *ex suo edentes*, vel *una sedentes*, quasi *sedales*; vel *suadentes*, quarum duas priores possuit Isidorus.

<sup>g</sup> *Socii*. Quasi in eod. *socco* insistentes.

<sup>h</sup> *Stultus* est, qui per *stupor*. E Serv., *Æn.* xi, ad vers. *Quis metus?*

<sup>i</sup> *Segnis*, id est, *sine igne*. E Serv. *Æn.* i. Hanc

249. *Susurro*, de sono locutionis appellatus, quia non in facie alicujus, sed in aure loquitur de altero detrahendo.

250. *Seditiosus*, qui dissensionem animorum facit, et discordias gignit: quam Græci *διάρτησις* dicunt.

*Severus* quasi *sævus verus*, tenet enim sine pietate justitiam.

251. *Simulator*, dicitur a *simulacro*. Gestat enim similitudinem ejus **495** quod non est ipse.

<sup>j</sup> *Suasor*, decipiens, id est, in suam sortem trahens.

*Studiosus*...

252. <sup>k</sup> *Scrupulosus*, animi minuti, et asperi. *Scrupus* enim est arena durior.

<sup>l</sup> *Sacrilegus*, dicitur ab eo quod *sacra legit*, id est, furatur.

*Sicarius* vocatur, qui ad perpetrandum scelus telis armatus est. *Sica* enim gladius est a *secundo* vocatus.

253. <sup>m</sup> *Scævus*, sinister atque perversus, ἀπὸ τοῦ σκαίου. Est enim pessimi et crudelis animi. *Scenicus*, qui in theatro agit. Theatrum enim scena est.

<sup>n</sup> *Scorta*, quæ a Græcis quoque *σκόρτα* vocabantur, quo defricantur pelles, quibus corruptela fit.

254. *Spurcus*, quod sit impurus.

<sup>o</sup> *Scelerosus*, sceleribus plenus, ut lapidosus locus, et arenosus. Plus est autem scelerosus quam sceleratus.

255. *Sator*, seminator, vel pater, a *semine*.

<sup>p</sup> *Scurra*, qui sectari solet quempiam tibi gratia. A *sequendo* igitur, inde *scurra* appellatus. Ideam *assecta*, a *sequendo*.

*Satelles*, quod adhæreat alteri, sive a lateris custodia.

256. *Suffectus*, in loco alterius suppositus, quasi *suffactus*. Unde et *consulem suffectum* dicimus eum qui pro alio substituitur.

257. *Secundus*, quia *secus pedes*, et tractus est sermo a sequentibus servis pedisequis. Unde et *secunda fortuna* dicitur, quod secundum nos est, id est, prope nos. Inde et *res secundæ*, id est, prosperæ. *Secundæ* autem a *sequendo* sunt dictæ.

258. <sup>q</sup> *Stipulator*, promissor. *Stipulare* enim pro-

D locum disputatione sola restituimus.

<sup>j</sup> *Suasor* d. i. i. s. s. *trahens*. Al. : *Suasor*, a *suadendo* quem vult decipere. Utraque scriptura Gothicorum librorum.

<sup>k</sup> *Scrupulosus*. E Serv., *Æn.* vi.

<sup>l</sup> *Sacrilegus*. Ex eod., *Ecl.* 8.

<sup>m</sup> *Scævus*. Ex eod., *Æn.* iii, ad vers. *Scævæque amplector limina portæ*. Gloss. *σκαίος*, scævus, et *Scævæ*, ἀπιστία χείρ; et Non. in *Obscævit*.

<sup>n</sup> *Scorta*. Vid. Fest. et Epitom.

<sup>o</sup> *Scelerosus*... Plus est autem scelerosus. Donat. in *Eunuch.* : *SCELEROSUS* proprie auctor est *scelerum*. *SCELERATUS* in quo scelus sit constitutum, vel commissum.

<sup>p</sup> *Scurra*. Vid. Fest. et Scalg.

<sup>q</sup> *Stipulator*... *stipulari* enim promittere. Recte, Gothicis omnes Gloss. ἐπιπροσέει, promitto, sperdet, stipulator. Item ἐπιπροσέει, consilio, ἀποτίθη, stipulo, seu

*mittere* est, ex verbis 496 jurisperitorum, qui etiam A stipulum firmum appellaverunt.

259. *Sanus*, a sanguine, quia sine pallore est.

*Sospes*...

<sup>a</sup> *Salus*, a *sale* nomen accepisse putatur.

*Subtilis*, ab extenuatione dictus.

260. <sup>b</sup> *Sequester* dicitur, qui certantibus mediis intervenit, qui apud Græcos *ὁ μέσος* dicitur, apud quem pignora deponi solent. Quod vocabulum a *sequendo* factum est, quod ejus qui electus sit utraque pars fidem sequatur.

261. *Sessilis*, quod non videtur stare, sed *sedere*.

*Surdus*, a *sordibus* humoris aure conceptis; et quamvis multis casibus accidat, nomen tamen æger ex prædicto vitio retinet.

262. *Siccus*, quod sit exsuccatus, sive, per anti- B phrasin, quod sit sine *succo*.

<sup>c</sup> *Sepultus* dictus, eo quod sit sine palpatione, vel sine *pulsu*, id est, sine motu.

263. <sup>d</sup> *Sajo*, ab exigendo dictus.

*Sutor*, a *suendis* pellibus nominatur.

*Subulcus*, porcorum pastor, sicut *bubulcus* a cura boum.

### T. 497

264. *Tutor*, qui pupillum *tuetur*, hoc est, intuetur, de quo in consuetudine vulgari dicitur: *Quid me mones? Et tutorem, et pædagogum olim obrui*.

265. <sup>e</sup> *Testes* dicti, quod *testamento* adhiberi solent, sicut *signatores*, quod *testamentum signent*.

266. <sup>f</sup> *Tetricus*, mons in Sabinis asperrimus. Unde et tristes homines *tetricos* dicimus.

*Taciturnus*, in *tacendo diuturnus*.

267. *Trutindtor*, examinador, ex iudicii libra pendens; recta translatione a *trutina*, quæ est gemina ponderum lanx.

268. *Tristis*...

*Tenax*, nummi cupidior, quod teneat. <sup>g</sup> Interdum, et *pertinax*. *Truculentus*...

mavis *stipulorum*. Nam stipularum commune, ut ait Priscianus, lib. v, citans ad id Suetonium, lib. viii Prætorum. Festus, in *Stipe*: *Stipem esse nummum signatum, testimonio est et id quod datur stipendium militi; et cum spondetur pecunia, quod stipulari dicitur; vel (ut edidit Ful. Ursinus): Stipem dicebant pecuniam signatam, quod stiparetur; ideo stipulari dicitur is qui interrogatus spondet. Ergo cum stipulari commune sit, interrogationemque et sponsonem contineat, recte quoque ead. Gloss.: *Ἐπιπέρας, interrogatio, stipulatio; et Stipulatio, ἱκανδορία; itemque: ἱκανδορία, satisfactio. Satis-datio autem et ἱκανδορία promittentis sunt, non interrogantis. Hæc properea pluribus, quia A. August. stipulari rogare esse volebat, non promittere, et stipulatorem eum qui rogaret, nullo modo qui promitteret.**

<sup>a</sup> *Salus*, a *sale*. Quod corruptionem prohibeat.

<sup>b</sup> *Sequester*. Serv., *Æn.* xi, ad vers. *Pace sequestra: Media* (inquit), nam *sequester est medius inter duos altercantes apud quem aliquid ad tempus reponitur. Gloss., sequester, μετρεός, ἱερπεός, συνδρομολαός. Vid. Agell., lib. xx, cap. 10, et jurisconsultor. libros.*

<sup>c</sup> *Sepultus*. E Serv., *Æn.* vi, ad vers. *Custode sepulto*.

<sup>d</sup> *Sajo*. Gothorum vox, quam et nos retinemus, et sæpe legitur in Gothicis legibus et membranis, ut apud Cassiodorum. In concilio vero Emeritensi,

269. <sup>h</sup> *Torvus*, terribilis, eo quod sit *torto vultu*, et turbulento aspectu, ut: *Torva læna*; et:

Cornimus astantes nequidquam lumine torvo.

270. <sup>i</sup> *Turbidus*...

*Terribilis*...

*Teter*, ab obscura tenebrosaque vita. *Teterri-mus* pro sero nimiam. Tetrum enim veteres pro Fero dixerunt, ut Ennius: *Tetrosque elephantos*.

*Terribilis*, quia timorem habet, et timetur.

271. *Tergiversator*, quod animum quasi *tergum veritat* huc et illuc, nec facile qualis sit intelligitur.

*Temulentus*, a *temeto*, id est, vino, dictus.

272. <sup>l</sup> *Timidus*, quod *timeat diu*, id est, a sanguine, nam timor sanguinem gelat, qui coactus gignit timorem.

273. *Turpis*, quod sit informis, et *torpeat*.

### V 498

274. *Vir*, <sup>k</sup> a *virtute*.

*Utilis*, ab *utendo* bene sua, vel quod bene quid uti possit, sicut, *docilis* quod *doceri* possit.

275. *Verus*, a *veritate*, hinc et *verax*. Major est veritas quam verus, quia non veritas a vero, sed verus a veritate descendit.

*Veridicus*, quia *verum dicit*, et veritatis assertor est.

*Verecundus*, quia *verum factum erubescit*.

276. <sup>l</sup> *Viridis*, vi et succo plenus, quasi *vi rudis*.

*Venustus*, pulcher, a *venis*, id est, sanguine.

*Vivens*....

*Vivus*....

277. *Verius*, quasi non unius viæ, sed incertæ mixtæque sententiæ.

*Versutus*, eo quod ejus mens in quolibet actu ad quamlibet fraudem facile *vertitur*, unde et *versutia* dicitur contorta sententia. Plautus: *Versutior quam rota figuraris*.

c. 8, mendose *Salomonem*, pro *Sajonem* habent aliqui Codices. Illud adnotandum, i consonans eo modo prolatum a Gothicis, quò a nobis *gi* et *ge*. Idque non modo scriptura ipsa *sagio*, quæ in quibusdam libris est, et Germanus *sager* eadem significatione, sed notatio quoque Isidori satis demonstrat.

<sup>e</sup> *Testes*. Sup. lib. v., cap. 21.

<sup>f</sup> *Tetricus*. E Serv., *Æn.* v. i, ad vers. *Qui Tetricæ horr. cautes*.

<sup>g</sup> *Interdum, et pertinax*. Eleganter utrumque conjunxit Plautus: *Quid ais, tenaxne ejus pater? Pn. imo cedepol pertinax*.

<sup>h</sup> *Torvus, terribilis*. E Serv., *Æn.* x, ad vers. *Urae torvus Abas*. Eisdem nos *rostruertos* dicimus.

<sup>i</sup> *Turbidus*. E Serv., *Æn.* iv.

<sup>l</sup> *Timidus... id est a sanguine*. Hoc est: *Fit propter sanguinem; nam timor sanguis, etc. Quæ sunt Servii verba, Æn. iii.*

<sup>k</sup> *Vir a virtute*. *Physica*, non *grammatica*, hoc est, non vocis, sed rei ipsius origo, qua de re in præfatione hujus libri. Nam *virtus* potius a *virtu*, *vir* a *vi*, quod major in eo vis quam in femina, nominatus, ut ait Lactantius in lib. de *Opif.* cap. 12. Eandem rationem sequitur paulo post in *vero et veritate*.

<sup>l</sup> *Viridis, vi, et succ. pl. q. vi rudis*. Varro, *Viridis a vi quadam humoris, quæ si exaruit, moritur*.

278. <sup>a</sup> *Villis a villa*, nullius enim urbanitatis est. **A** <sup>c</sup> *Versipellis*, eo quod in diversa vultum et mentem vertat. Inde, et *versutus*, et *callidus*.

*Violentus*, quia vim infert.

279. <sup>b</sup> *Vecors*, mali cordis, et malæ conscientiæ. *Vagus*, quia sine via.

*Vanus*, a *Venere* etymologiam trahit. Item *vanus* inanis, falsus, eo quod sine memoria evanescat.

280. *Vesanus*, non probe sanus.

*Violentus*, qui et satis bibit, et difficile inebriatur.

<sup>a</sup> *Villis a villa*, e'e. Illic non leguntur in vetustioribus libris.

<sup>b</sup> *Vecors*. Festus: *Vecors, turbati ac mali cordis*. At *Labeo*: *Vecors sine corde*; *Vesanus sine sanitate*.

<sup>c</sup> *Vexatus*. E Serv., *Eclog.* 6.

<sup>d</sup> *Vector*. Ex eod., *Æn.* iv, ad vers. *Nescius illa fuga*, etc.

<sup>e</sup> *Quatuor sunt venatorum officia*. Vestigatorum manus vox ipsa ostendit satis. Alia duo expressit *Virgilius* uno versu:

<sup>c</sup> *Vexatus*, id est, *portatus*, ab eo quod est *velo*, *vezo*, *vecto*, ut *vexasse* sit *portasse*.

281. *Veneficus*, eo quod venenum mortis causa paravit, aut præstitit, aut vendidit.

<sup>d</sup> *Vector*, quasi *vehitor*. Est autem vector et qui vehit, et qui vehitur.

282. *Venator*, quasi *venabulator*, a *venabulo*, scilicet, quo bestias premit. <sup>e</sup> Quatuor autem sunt venatorum officia: vestigatores, indagatores, alatores, pressores.

Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt.

Pressorum officium ex eleganti verbi premeudi significatione constabit. Significat enim interdum fugientem insequi, atque ita urgere, ut prope prenda; nos *ir al alcance* dicimus:

**B** Hanc fugerent Graji, premeret Trojana juvenus.

*Æn.* i. Et 2:

... Illum ardens infesto vulnere Pyrrhus  
Insequitur, jamjamque manu tenet, et premit hasta.

## Hic incipit Editionis Arevali tomus IV.

### LIBER UNDECIMUS.

#### DE HOMINE ET PORTENTIS.

##### I CAPUT PRIMUM.

*De homine et partibus ejus.*

1. *Natura* <sup>a</sup> dicta ab eo quod nasci aliquid faciat. Gignendi enim et faciendi potens est. <sup>b</sup> Hanc quidam Deum esse dixerunt, a quo omnia creata sunt et existunt.

2. *Genus* a *gignendo* dictum, cui derivatum nomen a terra, ex qua omnia gignuntur, γῆ enim Græce terra dicitur.

3. *Vita* dicta propter *vigorem*, vel quod *vim teneat* nascendi, atque crescendi. Unde et arbores vitam habere dicuntur, quia gignantur et crescunt.

4. *Homo* dictus, quia ex *humo* factus est, sicut dicitur in *Genesis*: *Et creavit Deus* <sup>c</sup> *hominem de humo terræ*. Abusive autem pronuntiat ex utraque substantia totus homo, id est, ex societate animæ et corporis.

5. <sup>d</sup> Nam proprie *homo* ab *humo*. <sup>e</sup> Græci autem hominem ἀνθρωπον appellaverunt, <sup>2</sup> eo quod sursum spectet, sublevatus ab humo ad contemplationem artificis sui. Quod *Ovidius* poeta designat, cum dicit:

Pronaque cum spectent animalia cætera terram,  
Os homini sublime dedit, cælumque videre  
Jussit, et erectos ad sid. ra tollere vultus.

Qui ideò erectos cælum aspici, ut Deum querat, non ut terram intendat, <sup>f</sup> veluti pecora, quæ natura

<sup>a</sup> *Natura dicta est*. Verba sunt *Servii*, *Georg.* ii, **D** ad verba: *Quippe solo natura subest*.

<sup>b</sup> *Hanc quidem*. Ex *Lact.*, lib. ii, cap. 1.

<sup>c</sup> *Hominem de humo terræ*. Ita vetustissimi quique libri, sæcuntusque est (ut solet) LXX interp.

<sup>d</sup> *Nam proprie homo ab humo*. Hieron., *Joel.* ii.

<sup>e</sup> *Græci autem ἀνθρωπον*. Ex eod. *Lact.* loco.

<sup>f</sup> *Veluti pecora*. E *Sallustio* in *Catilin.*

<sup>g</sup> *Duplex est autem homo*. Ex *Hieron.*, *Ezech.* xiv.

<sup>h</sup> *Anima autem gentilibus*. Ita *Goth.* *Cod.* *Vid.* *Lact.*, de *Opif.*, cap. 17.

<sup>i</sup> *Evangelista pronuntiat*. *Joann.* x.

prona et ventri obedientia finxit.

6. <sup>g</sup> Duplex est autem homo, interior et exterior. Interior homo, anima; exterior homo, corpus.

7. <sup>h</sup> *Anima* autem gentilibus nomen accepit, eo quod ventus sit. Unde et *ventus* Græce ἀνεμος dicitur, quod ore trahentes aerem vivere videamur. Sed apertissime falsum est, quia multo prius gignitur anima quam concipi ore aer possit, quia jam in genitricis utero vivit

8. Non est igitur aer anima, quod quidam putaverunt, qui non potuerunt incorpoream ejus cogitare naturam.

9. *Spiritum* idem esse quod animam <sup>i</sup> evangelista pronuntiat dicens: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et rursus potestatem habeo, sumendi eam*. De hac quoque ipsa Domini anima passionis tempore memoratus evangelista ita protulit, dicens: *Et inclinato capite* <sup>l</sup> *emisit spiritum*.

10. Quid est enim emittere spiritum, nisi animam ponere? Sed anima dicta propter quod vivit; spiritus autem, vel pro spiritali natura, <sup>k</sup> vel pro eo quod inspiret in corpore.

11. Item <sup>l</sup> *animum* idem esse quod animam. <sup>m</sup> Sed anima vitæ est, animus consilii. Unde dicunt philo-

<sup>i</sup> *Emisit sp.* *Joan.* xvii, *tradidit sp.*; *Matthæus*, *emisit*. Sed eod. modo auctor libri de *Sp. et Anim.*

<sup>k</sup> *Vel pro eo quod spiret*. Ead. in lib. de *Spiritu et Anim.*, c., 34. Quod opus non esse Hugonis de *Sancto Vict.* hæc atque alia in *Codicibus* nostris Hugonis antiquioribus satis ostendunt.

<sup>l</sup> *Animum idem esse quod animam*. Ex *Lact.*; de *Opif.*, cap. 18.

<sup>m</sup> *Sed anima vitæ, animus consilii*. E *Serv.*, *Æn.* x, ad vers. *Sanguisque animusque seq.* Suntque in eod. lib. de *Spir. et Anim.*

sophi etiam sine animo vitam manere, et sine mente animam durare; unde et *amentes*; nam *mentem* vocari, ut sciat; *animam*, ut v. lit.

12. *Mens* autem vocata, quod *emineat* in anima, vel quod *meminit*, unde et immemores *amentes*. Quapropter non anima, sed quod excellit in anima *mens* vocatur, tanquam caput ejus, vel oculus. Unde et ipse homo secundum mentem imago Dei dicitur. Ita autem hæc omnia adjuncta sunt animæ, ut una res sit. Pro efficientiis enim causarum diversa nomina sortita est anima.

13. Nam et memoria mens est, unde et immemores *amentes*; <sup>a</sup> dum ergo vivificat corpus, *anima* est; dum vult, *animus* est; dum scit, *mens* est; dum recollit, *memoria* est; dum rectum judicat, *ratio* est; dum spirat, *spiritus* est; dum aliquid sentit, *sensus* est. Nam inde animus *sensus* dicitur pro iis quæ sentit, unde et *sententia* nomen accepit.

14. *Corpus* dictum, eo quod corruptum perit. Solubile enim atque mortale est, et aliquando solvendum.

*Caro* autem a *creando* est appellata.

15. <sup>b</sup> *Crementum* enim semen est masculi, unde animalium et hominum corpora concipiuntur. Hinc, et parentes *creatores* vocantur.

16. <sup>c</sup> *Caro* autem ex quatuor elementis compacta est. <sup>d</sup> Nam *terra* in carne est, *aer* in halitu, *humor* in sanguine, *ignis* in calore vitali. Habent enim in nobis elementa suam quæque partem, quibus quid debetur compage resoluta.

17. <sup>e</sup> *Caro* autem et *corpus* diversa significant. In carne semper corpus est, non semper in corpore caro; nam caro est quæ vivit, idem et corpus. Corpus, quod non vivit, idem non caro. <sup>f</sup> Nam corpus dicitur, aut quod post vitam mortuum est, aut sine vita est conditum. Interdum et cum vita corpus, et non caro, ut herba et lignum.

18. *Sensus* corporis quinque sunt: visus, auditus, odoratus, gustus et tactus. Ex quibus duo aperiuntur, et clauduntur, duo semper patentes sunt.

19. <sup>g</sup> *Sensus* dicti quia per eos anima subtilissime totum corpus agitat vigore sentiendi.

<sup>a</sup> Dum ergo vivif... accep. In eod. lib. de Sp., cap. 34.

<sup>b</sup> Crementum. E Placidi glossis, ut sup., lib. ix cap. 5.

<sup>c</sup> Caro autem ex quatuor elem. Ita Cod. omnes. Corpus scribebat Chacon, ex Lact. et Hieron., non recte, nisi corpora nostra, ex Lact., vel corpora humana, ex Hier., scribas, siquidem carnis nomine statim dicturus est vitam contineri, corporis non item. Neque obstat quod carnem et totum et partem videtur facere, dum subdit, nam terra in carne est; id enim ita dicitur, ut quasi manifestum et evidens ponatur, quo cæteris elementis minus aliquanto notas sedes assignare pergat.

<sup>d</sup> Nam terra in carn. Lact., lib. ii, cap. 42.

<sup>e</sup> Caro autem, et corp. Ex Hieron., epist. ad Pamach. advers. error. Joann. Hierosolymitan.

<sup>f</sup> Sensus dicti. Eod. lib. de Spirit.

<sup>g</sup> Unde et præsent. Sup., lib. x., litt. P.

<sup>h</sup> Visum autem feri quid. Prioris opinionis auctor Aristoteles; alterius Empedocles et Plato, quos Ga-

<sup>s</sup> Unde et *præsentia* nuncupantur, quod sint præ sensibus, sicut præ oculis, quæ præsto sunt oculis.

20. *Visus* est qui a philosophis humor vitreus appellatur. <sup>h</sup> Visum autem fieri quidam asseverant, aut externa ætherea luce, aut interno spiritu lucido per tenues vias a cerebro venientes, atque penetratis tunicis in aerem exeuntes, et tunc commissione similis materiæ visum dantes.

21. <sup>i</sup> Visus dictus quod vivacior sit cæteris sensibus, ac præstantior, sive velocior, ampliusque vigeat, quantum memoria inter cætera mentis officia. Vicinior est enim cerebro, unde omnia manant, ex quo fit ut ea quæ ad alios pertinent sensus videre dicamus, veluti cum dicimus: *Vide quomodo sonat, vide quomodo sapit*, sic et cætera.

22. *Auditus* appellatus, <sup>k</sup> quod voces hauriat, hoc est aere verberato suscipiat sonos.

*Odoratus*, quasi aeris odore tactus. Tacto enim aere sentitur, sic et *olfactus*, quod odoribus afficiatur.

*Gustus*, a *guttur* dicitur.

23. *Tactus*, eo quod pertractet, et tangat, et per omnia membra vigorem a usus aspergat. <sup>l</sup> Nam tactu probamus quidquid cæteris sensibus judicare non possumus. Duo autem tactus genera sunt: nam aut extrinsecus venit, quod feriat, aut intus in ipso corpore oritur.

24. Unicuique autem sensui propria natura data est. Nam quod videndum est oculis capitur, quod audiendum auribus, mollia et dura tactu æstimantur, sapor gustu, odor naribus ducitur.

25. <sup>m</sup> Prima pars corporis *caput*, datumque illi hoc nomen, eo quod sensus omnes et nervi inde initium capiant, <sup>n</sup> atque ex eo omnis vigendi causa oriatur. Ibi enim omnes sensus apparent. Unde ipsius animæ, quæ consulit corpori, quodammodo personam gerit.

26. *Vertex* est ea pars qua capilli capitis colliguntur, et in qua casaries vertitur, unde et nuncupatur.

D lenus secutus est.

<sup>l</sup> Per tenues vias. Al., venas.

<sup>i</sup> Visus dictus, quod vivacior. Itaque Græci, cum aliorum sensuum verbis gignendi casum tribuant, videndi verbo, quod efficientiæ plus habeat, ac usativum dedere, quo Platonis opinio adjuvari putatur.

<sup>k</sup> Quod voces hauriat. Ex Lact., cap. 8 lib. de Opif.

<sup>l</sup> Nam tactu probamus. Ambros., vi Hexam., cap. 9: Plerumque enim tactu probamus quæ oculis probare non possumus.

<sup>m</sup> Prima pars corp. cap. datumque illi hoc nomen. Lact., de Opif., cap. 5: In summo vero caput collocavit, datumque illi hoc nomen, ut quidem Varro ad Ciceronem scribit, quod hinc capiant initium sensus ac nervi.

<sup>n</sup> Atque ex eo omnis vigendi causa oriatur. Ambros., ibid.: Viciniores oculi sunt cerebro, unde omnis manat usus vigendi.

27. *Calvaria*, ab ossibus calvis dicta, <sup>a</sup> per defectum <sup>b</sup> et neutraliter pronuntiatur.

*Occipitium*, capitis pars posterior, quasi contra capitium, vel quod sit capiti retrorsum.

28. <sup>c</sup> *Capilli* vocati, quasi *capitis pili*, facti ut et decorem præstent, et cerebrum adversus frigus muniant, atque a sole defendant.

*Pili* autem dicti a *pelle*, e qua prodeunt, <sup>d</sup> sicut et *pilum* dicitur a *pila*, ubi pigmentum continetur.

29. <sup>e</sup> *Cæsaries*, a *cædendo* vocata, ideoque tantum virorum est. <sup>f</sup> Virum enim tonsum decet, mulierem non decet.

30. <sup>g</sup> *Comæ* sunt proprie non cæsi capilli, et est Græcus sermo. <sup>h</sup> Nam *comas* Græci *caimos* a *secundo* nominant, unde, et *χαίρειν* tondere dicunt. Unde et *cirri* <sup>i</sup> vocantur, quod etiam iidem <sup>j</sup> Græci *μαλλόν* vocant.

31. *Crines*, proprie mulierum sunt. Dicti autem crines, eo quod vittis discernantur. Unde et *discriminabilia* dicuntur, quibus divisi religantur.

32. *Tempora* sunt quæ calvariæ dextra lævaque subjacent. Quæ ideo sic nuncupantur, quia moventur, ipsaque mobilitate, quasi tempora, quibusdam intervallis mutantur.

33. <sup>k</sup> *Facies* dicta ab *effigie*. Ibi est enim tota figura hominis, et uniuscujusque personæ cognitio.

34. *Vultus* vero dictus, eo quod per eum animi voluntas ostenditur; secundum voluntatem enim in varios motus mutatur. Unde et differunt sibi utraque; nam *facies* simpliciter accipitur de uniuscujusque naturali aspectu, *vultus* autem animorum qualitates significat.

35. <sup>l</sup> *Frons*, ab oculorum *foraminibus* nominata est. Hæc imago quædam animi, mentis motum specie sua exprimit, dum, vel læta, vel tristis est.

36. <sup>m</sup> *Oculi* vocati, sive quia eos ciliorum tegmina *occulant*, ne qua incidentis injuriæ offensioe lædantur, sive quia occultum lumen habent, id est, secretum, vel intus positum. Hi inter omnes sensus viciniores animæ existunt; in oculis enim omne mentis indicium est, unde et animi perturbatio vel hilaritas in oculis apparet. <sup>n</sup> *Oculi* autem iidem et *lumina*. Et dicta

<sup>a</sup> *Per defectionem*. Nempe a *calvendo*, ut calumnia et cavillatio, teste Cælio, cap. 233, de Verb. signif. Gloss., *Calvor* ἑκαπατώ.

<sup>b</sup> *Et neutraliter pronuntiatur*. Id est, non tantum feminini genere. Gloss., *Calvarium*, κράνιον. Item *calvaria*, κράνιον.

<sup>c</sup> *Capilli q. capitis pili*. Ang., Dialect., cap. 6.

<sup>d</sup> *Sicut et pilum d. a. pila*. Varro a *pinsendo*, *Servius* a *pilumno* dicit.

<sup>e</sup> *Cæsaries... virorum est*. Verba Servii, Æn. viii, ad vers. *Namque ipsam decoram cæsariem*.

<sup>f</sup> *Virum enim tonsum*. Ambros., de Cæsarie: *Alium sexum crinita, alium tonsa decet*.

<sup>g</sup> *Comæ*. Verba sunt Servii, Æn. v, ad vers. *Tonsa coma pressa corona*.

<sup>h</sup> *Nam comas Græci caimos*. Ita plerique omnes Gothici libri. Nam *culmos* Salmaticensis eodem referri potest ex characterum affinitate. Aliorum librorum monstra, qualia fere occurrunt quoties e sermone Græco aliquid petitur, non est operæ pretium proferre.

*lumina* quod ex eis *lumen* manat, vel quod initio sui clausam teneant lucem, aut extrinsecus acceptam visui proponendam refundant.

37. *Pupilla* est medius punctus oculi, in quo vis est videndi, ubi, quia parvæ imagines nobis videntur, propterea pupillæ appellantur. Nam parvuli *pupilli* dicuntur. Hanc plerique *pupulam* vocant; vocatur autem *pupilla*, quod sit pura, atque impolluta, ut sunt puellæ. <sup>m</sup> Physici dicunt easdem pupillas, quas videmus in oculis, morituros ante triduum non habere, quibus non visis certa est desperatio.

38. Circulus vero quo a pupilla partes albæ oculi separantur discreta nigredine, *corona* dicitur, quod rotunditate sui ornent ambitum pupillæ.

<sup>n</sup> *Volvos* autem quidam appellant ipsos vertices oculorum ex similitudine bolborum.

39. <sup>o</sup> *Palpebræ* sunt sinus oculorum, a *palpitatione* dictæ, quia semper moventur. Concurrent enim invicem, ut assiduo motu reflectant obtutum. <sup>p</sup> *Munitæ* sunt autem vallo capillorum, ut et apertis oculis si quid inciderit repellatur, et somno conniventibus tanquam involuti quiescant latentes.

40. In summitate autem palpebrarum, locis quibus se utraq; clausæ contingunt, exstant adnati ordine servato pili, tutelam oculis ministrantes, ne irridentes facile injurias excipiant, et ex eo noceantur, ut pulveris, vel cujuscunque crassioris materiæ arceat contactum, aut ipsum quoque aerem concidendo mitiffent, quo tenuem atque serenum faciunt visum.

41. *Lacrymas*, quidam a laceratione mentis putant dictas, alii existimant ideo quod Græci *δάκρυα* vocant.

42. *Cilia*, sunt tegmina quibus cooperiuntur oculi, et dicta *cilia*, <sup>q</sup> quod *celent* oculos, tegantque tuta custodia.

<sup>r</sup> *Supercilia* dicta, quia superposita sunt ciliis, quæ idcirco pilis vestita sunt, ut oculis munimenta prætendant, <sup>s</sup> et sudorem a capite defluentem depellant.

*Intercilium* vero est medium illud inter supercilia, quod sine pilis est.

43. *Genæ* sunt inferiores oculorum pars, unde

<sup>i</sup> Græci, *μαλλόν*. Gloss.: *μαλλόν, cirra, villus*.

<sup>j</sup> *Facies*, etc. Ambros.; ibid.: *Quid sine capite est homo? Cum totus in capite sit, cum caput videris, hominem agnoscis*.

<sup>k</sup> *Frons*. Ex Lact., cap. 8, et Ambros., loco cit.

<sup>l</sup> *Oculi voc.* Ex eod. Lact.

<sup>m</sup> *Physici dicunt*. Verba Servii, Æn. iv, ad vers. *Dat somnos adimitque*, etc.

<sup>n</sup> *Volvos autem quidam*. Lib. xvii, cap. 10: *Volvi appellati, quod sint volubiles, et rotundi, ab aliis βολβοί, et bulbi; ab Isidoro perpetuo volvi, consentientibus omnibus libris. Al., a similitudine valvar. Ad dit. Tarr. Cod. Valvuli, folliculi sabæ.*

<sup>o</sup> *Palpebræ*. E Serv., Æn. iv, ad vers. *Sinum lacrymis impl. obortis*. Et Lact., cap. 10 de Opif.

<sup>p</sup> *Munitæ sunt autem*. Ex Cic., ii de Natur. deor., vel ex Ambros., loco cit.

<sup>q</sup> *Supercilia*. Ambros.: *Frontem geminæ rupes superciliorum sequuntur, quæ oculis munimenta prætendant*.

<sup>r</sup> *Et sudorem a c. d. depell.* Cicronis sunt verba.

barbæ inchoant; nam Græcæ γίνωτος barbæ. Hinc et A genæ, quod inde incipiunt gigni barbæ.

44. *Malæ* sunt eminentes sub oculis partes ad protectionem eorum suppositæ. Vocatæ autem malæ, sive quod infra oculos prominent in rotunditatem, quæ Græci μάλα appellant, sive quod sint super maxillas.

45. *Maxillæ*, per diminutionem a malis, sicut paxillus a palo, taxillus a talo.

*Mandibulæ* sunt maxillarum partes, ex quo et nomen factum.

*Barbam* veteres vocaverunt, quod virorum sit, non mulierum.

46. *Aurium* inditum nomen a vocibus hauriendis, unde et Virg.: *Vocemque his auribus hauri*. Aut quia vocem ipsam Græci αὐδῆν vocant, ab auditu. Per immutationem enim literæ *aures*, quasi *audes*, nuncupatæ sunt. <sup>a</sup> Vox enim repercussa per anfractus earum sonum facit, quo sensum excipiant audiendi. <sup>b</sup> *Pinnula*, summa pars auris, ab acumine dicta. <sup>c</sup> *Pinnum* enim antiqui *acutum* dicebant; unde et *bivennis* et *pinna*.

47. <sup>d</sup> *Nares* idcirco nominantur, quia per eas, vel odor, vel spiritus *nare* non desinit; sive <sup>e</sup> quia nos odore admonent, ut *norimus* aliquid, **9** et sciamus; unde e contra inscii ac rudes ignari dicuntur. *Olfecisse* enim, veteres *scisse* dicebant. Terentius: *Ac non totis sex mensibus prius olfecissem, quam ille quidquam cæperet*.

48. *Narium* recta pars, propter quod æqualiter sit in longitudine et rotunditate porrecta, *columna* vocatur; extremitas ejus <sup>f</sup> *pirula*, a formula pomi pyri. Quæ vero dextra lævaque sunt, *pinnulæ*, ab alarum similitudine, medium autem, *interfinium*.

49. *Os* dictum, quod per ipsum, quasi per ostium, et cibos intus mittimus, et sputum foras projicimus; <sup>g</sup> vel quia inde ingrediuntur cibi, inde egrediuntur sermones.

50. *Labia* a *lumbendo* nominata. Quod autem superius est, *labium* dicimus, quod inferius, eo quod grossius sit, *labrum*. <sup>h</sup> Alii virorum *labra*, mulierum *labia* dicunt.

<sup>a</sup> Vox enim repercussa. Ambros., ibid.

<sup>b</sup> *Pinnula* summa pars. Gloss., *Summa auricula*, D πτερόγιον.

<sup>c</sup> *Pinnum* enim. Sic lib. xvii, cap. 7, et lib. xix, cap. 49.

<sup>d</sup> *Nares*... *nare* non desinit. Ita Cod. R., et Lact., cap. 11. Nostri, *mendose*, *manare*.

<sup>e</sup> *Quia* nos odore admon. Ex Don., in Adolph.

<sup>f</sup> *Pirula*. Hanc σπείριον Græci, *pinnulas* πτερυγία, *interfinium* ἰσθμὸν appellant. Hoc idem interfinium imbricem vocabit Arnobius. Septum voluisse videtur Lactantius, cum dixit: *Velut pariete per medium ducto intersepsit, atque divisit*. Theophil., lib. vi. Περὶ τῆς γαστρός. Παρὰ τοῖς ἰατροῖς δὲ ἄφραγμα, παρὰ δὲ τοῖς ποιηταῖς ἰσθμὸς καὶ στήλην.

<sup>g</sup> *Vel* quia inde *ingred*. Sic in Evang.: *quia inde erat transiturus*. Sed *illuc*, vel *illac* ex libris Tarr. legere etiam licet.

<sup>h</sup> Alii virorum *labra*. Quos reprehendit Serv. in Corydone.

<sup>i</sup> *A ligando* cib. put. Varro. Lact.: *Itaque Varro*

51. *Linguae* a <sup>i</sup> *ligando* cibum putat Varro nomen impositum. Alii quod per articulos sonos verba ligat. <sup>j</sup> Sicut enim plectrum cordis, ita lingua illiditur dentibus, et vocalem efficit sonum.

52. *Dentes* Græci ἰδόντες vocant, et inde Latini nomen trahere videntur. Horum primi *Præcisores* dicuntur, quia omne quod accipitur ipsi prius incidunt. Sequentes *canini* vocantur, quorum duo in dextra maxilla, et duo in sinistra sunt. Et dicti *canini*, quia ad similitudinem caninorum existunt, et canis ex ipsis ossa frangit, **10** sicut et homo, et quod non possunt priores præcidere, illis tradunt, ut confringant. Hos vulgus, pro longitudine et rotunditate, <sup>k</sup> *colomellos* vocant. Ultimi sunt *molares*, qui concisa a prioribus atque contracta subigunt et **B** lunt, atque immassant, unde et molares vocati sunt.

53. <sup>l</sup> Denarium autem numerum discernit qualitas sexus. Nam in viris plures, in feminis pauciores existunt.

54. <sup>m</sup> *Gingivæ* a *gignendis* dentibus nominatæ. Factæ autem sunt, etiam ad decorem dentium, ne nudi horriri potius quam ornamento existerent.

55. <sup>n</sup> *Palatum* nostrum, sicut cælum, est positum, et inde *palatum* a *polo* per derivationem. Sed et Græci similiter palatum οὐρανὸν appellant, eo quod pro sui concavitate cæli similitudinem habeat.

56. *Fauces*, a *fundendis* vocibus nominatæ, vel quod per eas *sanur* voces.

<sup>o</sup> *Arteriæ* vocatæ, sive quod per eas a pulmone aer, hoc est, spiritus *fertur*; seu quod arctis et angustis meatibus spiritum vitalem retineant, unde vocis sonos emittunt, qui soni uno modo sonarent, nisi linguæ motus distantias vocis efficeret.

57. <sup>p</sup> *Tolles*. Gallica lingua dicuntur, quas vulgo per diminutionem *tusillas* vocant, quæ in faucibus turgescere solent.

*Mentum* dictum, quod inde mandibulæ oriuntur, vel quod ibi jungantur.

58. <sup>q</sup> *Gurgulio*, a gutture nomen trahit, cujus meatus ad os et nares pertendit, habens viam, qua vox ad linguam transmittitur, **11** ut possit verba collidere, unde et *garrire* dicimus.

*a ligando cibo putat linguæ nomen impositum.*

<sup>j</sup> Sicut enim plectrum. Ex Hieron. mo, in epitaph. Paulæ.

<sup>k</sup> *Colomel'os*. Ex Varr., de Re Rust., *columellares* appellari dicit.

<sup>l</sup> *Dentium* autem num. Solini verba, cap. 4.

<sup>m</sup> *Gingivæ*. Lact., cap. 10.

<sup>n</sup> *Palatum nostrum sicut cælum*. Cic., de Epicuro: *Sed dum palato quid sit optimum judicat, cæli palatium, ut ait Ennius, non suspexit.*

<sup>o</sup> *Arteriæ*. Confundit asperam arteriam cum reliquis, quæ per corpus diffusæ vitæ spiritum continent, atque Græcæ voci Lat. nam notationem jure suo.

<sup>p</sup> *Tolles Gallica ling.* Idem scribit Festus. Gloss., *tolr*, *tolia*, *καριόθμια*, et *tusillæ* *καριόθμια*; *tosillas*, non *tonsillas* legi in Corn. Ceteri manuscriptorum libris, lib. vi, cap. 40, aiebat Chacon, et *tonsilla* Festo palus dolatus est.

<sup>q</sup> *Gurgulio a gutture*. Vid. Lact. et Serv. Georg. 1.



59. <sup>a</sup> *Rumen*, proximum gurgulioni, quo cibus A er potio devoratur. Hinc bestiam quæ cibum revocant ac reinandunt, *ruminare* dicuntur.

<sup>b</sup> *Sublinguim*, operculum gurgulionis, quasi parva lingua, quæ foramen linguæ recludit operative.

60. *Collum* dictum, quod sit <sup>c</sup> rigidum et teres, ut *columna* bajulans caput, et sustentans, <sup>d</sup> quasi capitolum, cujus anterior pars *gula* vocatur, posterior *cervix*.

61. *Cervix* autem vocata, quod per eam partem cerebrum ad medullam spinæ dirigitur, quasi *cerebri ris*. Veteres autem plurali tantum numero *cervices* dicebant; <sup>e</sup> primus Hortensius cervicem singulariter dixit. *Cervix* autem numero singulari membrum ipsum significat ( <sup>f</sup> nam pluraliter contumaciam sæpe demonstrat). Cic. in Verr. : *Prætores tu accusas, frange cervicem*.

62. *Humeri* dicti, quasi *armis* ad distinctionem nominis a pecudibus mutis, ut hi *humeros*, illi *armos* habere ciantur, nam proprie *armis* quadrupedum sunt.

<sup>g</sup> *Ola*, summi humeri pars posterior.

63. *Brachia* a fortitudine nominata, *βραχίον* enim Græce *grave* et *forte* significat. <sup>h</sup> In brachiis enim tori lacertorum sunt, et insigne musculorum robur existit. Illi sunt tori, id est, musculi, <sup>i</sup> et dicti *tori*, quod illic viscera *torta* videantur.

64. *Cubitus* dictus, quo ad cibos sumendus in ipso cubamus.

12 <sup>k</sup> *Ulna*, secundum quosdam utriusque manus C extensio est, secundum alios cubitus, quod magis verum est, quia Græco *ὤληνα* cubitus dicitur.

65. <sup>l</sup> *Alæ* subbrachia sunt appellatæ, eo quod ex eis in modum alarum motus brachiorum inchoet, quas quidam *ascillas* vocant, quod ex his brachia *cillantur*, id est, moventur, unde, et <sup>m</sup> *oscilla* dicta ab eo quod *cillantur*, id est, moveantur, *ora*. Nam

<sup>a</sup> *Rumen*. Et Fest.

<sup>b</sup> *Sublinguim*. Gloss., sublingua, ὑπὸ γλῶσσοῦ.

<sup>c</sup> *Rigidum et teres*. Lactantii verba.

<sup>d</sup> *Quasi capitolum*. F. capitulum, vel (ut Isidorus loquitur) *capitellum*. Idem namque collo caput quod columnæ capitulum.

<sup>e</sup> *Primus Hortensius*. Ex Quintil., lib. viii, cap. 3. Quamvis et Varro idem referat, lib. vii et ix. Quo alludit Cic., act. 5 in Verr. : *Tamenne putamus patrum tantum in hoc crimine cerviculam jacturum?*

<sup>f</sup> *Nam pluraliter contum*. Interpunctione sola factum est, ne sibi ipse adversaretur hoc loco Isidorus.

<sup>g</sup> *Ola*. Al., *aula*.

<sup>h</sup> *In brachiis enim tori lacert.* Fx fact. Ambrosius quoque : *Succedunt brachia, et validi lacertor. tori*.

<sup>i</sup> *Et dicti tori*. Quia torum Servius a tortis herbis dictum scribit, Isidorus brachiorum torus a tortis visceribus dictos voluit.

<sup>j</sup> *Cubitus*. Horat. :

Languidus in cubitum sese conviva reponat.

<sup>k</sup> *Ulna*. E Serv., Georg. iii.

<sup>l</sup> *Alæ, subbrachia*. Nos quoque *sobacos* dicimus.

<sup>m</sup> *Oscilla... movere*. E Serv., Georg. ii. Vid. Fest., Macrob., Hygin., Arati interp., Ovid. in Fast.

<sup>n</sup> *Manus*. Ex Aurbros., loco cit.

*A cillere est movere*. Has quidam *subhircos* vocant, propter quod in plerisque hominibus hircorum fetorem reddant.

66. <sup>a</sup> *Manus* dicta, quod sit totius corporis manus. Ipsa enim cibum ori ministrat, ipsa operatur omnia, atque dispensat, per eam accipimus et damus. Abusive autem *manus* etiam ars, vel artifex, <sup>e</sup> unde et *manupretium* dicimus.

67. *Dextra* vocatur a *dando*, ipsa enim pignus pacis datur, ipsa <sup>f</sup> fidelis testis atque salutis adhibetur, et hoc est illud apud Tullium *Fidem publicam jussu senatus dedi*, id est, dextram. Unde et Apostolus : *Dextras dederunt, mihi et Barnabæ, societatis*.

68. *Lava*, quod aptior sit ad levandum. Sinistra autem vocata, quasi *sine dextra*, <sup>g</sup> sive quod rem fieri sinat. A *sinendo* enim *sinistra* est nuncupata.

69. *Palma* est manus expansis digitis, sicut contractis, *pugnus*.

*Pugnis* autem a *pugillo* dictus, sicut *palma* ab expansis *palmarum* ramis.

70. <sup>h</sup> *Digitis* nuncupati, vel quod decem sunt, vel quia decenter juncti existunt. Nam habent in se et numerum perfectum, et ordinem decentissimum. Primus *pollex* vocatus, eo quod inter cæteros polleat virtute et potestate. <sup>i</sup> Secundus *salutaris*, seu *de monstratorius*, **13** quia eo fere salutamus, atque ostendimus.

71. Tertius *impulsivus*, quod plerumque per eum probari insectatio exprimitur. Quartus *annularis*, eo quod in ipso annulus geritur; <sup>k</sup> idem et *medicinalis*, quod eo trita collyria a medicis colliguntur. Quintus *auricularis*, pro eo quod eo aurem scalpimus.

72. *Ungula* ex Græco vocamus; illi enim has *ὄνυχας* dicunt.

*Truncus*, media pars corporis a collo ad inguina.

<sup>l</sup> De quo Nigidius : *Caput collo vehitur, truncus sustentatur, coxis, et genibus, cruribusque*.

73. *Thorax*, a Græcis dicitur anterior pars trunci

<sup>e</sup> *Unde manupretium*. Al. *manuspretium*. Ut apud Ulp., cap. 13, de verb. Signif.

<sup>f</sup> *Fidelis testis*. Serv. Æn. iii, ad vers. *Dixerat, et genua amplexus. Physici dicunt esse consecratas numinibus singulas partes corporis, aurem Memoriae, frontem Genio, dexteram Fidei*.

<sup>g</sup> *Sive quod fieri sinat*. E Serv., Æn. ii. Vid. Fest., in *Sinistræ aves, et Sinistrum*.

<sup>h</sup> *Digitis*. Ex Lact.

<sup>i</sup> *Secundus salutaris*. Ita vocatur a Suetonio, in Aug., hodieque Romæ, cum se matronæ salutant, indicem ori admovent. Idemque faciunt in publicis precibus viri, cum Christum salutant.

<sup>k</sup> *Idem et medicinalis*. Macrobius et Agellus, quod ab eo sinistræ manus digito nervus quidam tenuissimus ad cor usque pertineat; ergo is erit potius medicinalis, quam dexter.

<sup>l</sup> De quo Nigidius : *caput collo vehitur, etc.* Non in *Coxendibus, Coxendicas coxas*. Lucilius, *caput collo sustentatur, truncus sustentatur a coxendicibus*. Quare totum hoc *coxis, et genibusque, cruribusque*, ex una voce *coxendicibus* non intellecta factum uspicamur. Septenarius autem sive Lucii, sive Nigidii sic sustentari posset : *Caput a collo sustentatur, truncus a coxendicibus, si in coxendice penultimam producas*. Aut, ut senarius ex Isidoro fiat : *Caput collo vehitur, truncus coxendicis, vel coxendicibus*.

collo, usque ad stomachum, quam nos dicimus *arcam*, eo quod ibi arcanum sit, id est, secretum, quo ceteri arcentur. Unde, et *arca*, et *ara* dicta, quasi *res secreta*, ejus eminentes pulpæ *mamillæ*. Inter quas pars illa ossea *pectus* dicitur, dextra autem *lavaque costæ*.

74. *Pectus* vocatum, quod sit *pexum* inter eminentes manillarum partes, unde et *pectinem* dicimus, quod *pexos* capillos faciat.

*Mamillæ* vocatæ, quia rotundæ sunt, quasi *ma'tæ*, per diminutionem scilicet.

75. *Papillæ* capita manillarum sunt, quas sugentes comprehendunt. Et dicitur *papillæ*, quod eas infantes quasi *pappant*, dum lac sugunt. Proinde *mamilla* est omnis eminentia uberis, *papilla* vero breve illud unde lac trahi ur.

76. *Ubera* dicta, vel quia lacte uberta, vel quia uvida, humore scilicet lactis in morem uvarum plena.

77. *Lac* vim nominis a colore trahit, quod sit albus liquor, *λευκός* enim Græce *album* dicunt, ejus natura ex sanguine commutatur; nam post partum si quid sanguinis nondum fuerit uteri nutrimento consumptum, naturali meatu fluit in *mammæ*, et earum virtute albescens lactis accipit qualitatem.

78. *Cutis* est quæ in corpore prima est appellata, quod ipsa corpori superposita incisionem prima patitur, *κόρη* enim Græce incisio dicitur. Eadem et *pellis*, quod externas injurias corporis tegendo *pellat*, pluviasque et ventos solisque ardores perferat.

79. *Pellis* autem mox detracta, subacta jam *corium* dicitur.

*Corium* autem per derivationem *caro* appellavit, quod eo tegatur; sed hoc in brutis animalibus proprium est.

80. *Pori* corporis Græco nomine appellantur, qui Latine proprie *spiramenta* dicuntur, eo quod per eos vivificus spiritus exterius ministretur.

81. *Arvina* est pinguedo cuti adhærens.

*Pulpa* est caro sine pinguedine, dicta quod palpitet, resilit enim sæpe. Hanc plerique et *viscum* vocant, propter quod glutinosa sit.

<sup>a</sup> Proinde *mamilla* est. E Serv., *Æn.* xi. Et Fest., in voce *Papillæ*.

<sup>b</sup> Quia lacte uberta. Eadem voce usus Agell., lib. viii, cap. 14.

<sup>c</sup> Lac vim nom. a col. Idem repetit lib. xi, cap. 2.

<sup>d</sup> Κορη enim Græce. Ita A. Aug., cum in omnibus libris *cutis* enim Græce nullo sensu legeretur. At Festo *cutis* est ἀπὸ τοῦ κόρητος, quomodo libenter hoc loco legeremus, nisi incisionem interpretaretur huius loci.

<sup>e</sup> Arvina. Serv., *Æn.* vii : *Secundum Suetonium arvina est durum pingue, quod est inter cutem et viscum.*

<sup>f</sup> *Compago*. Ita plerique Goth. Al., *compagia*.

<sup>g</sup> *Vertibula... cartilaginee*. Lact., cap. 5, de Ossibus : *Summas eorum partes crassioribus nodis conglobavit, ut et subringi nervis facilius, et verii possent, unde sunt vertibula nominata; eos nodos firmiter solidatos levi quodam operculo texit, quod dicitur cartilago, scilicet, ut sine attritu, et sensu doloris aliquo plecterentur.*

82. *Membra* sunt partes corporis.

*Artus*, quibus colligantur membra, ab *arctando* dicti.

83. *Nervi*, Græca derivatione appellati, quos illi *νεῦρα* vocant. Alii Latine vocatos *nervos* putant, eo quod artuum conjunctiones invicem his inhaereant; id est, ab *inherendo*. Maximam autem virium substantiam *nervos* facere certissimum est: nam quanto fuerint densiores, tanto propensius augescere firmitatem.

84. *Artus* dicti, quod colligati invicem *nervis* arcentur, id est, stringantur, quorum diminutiva sunt *articuli*. Nam *artus* dicimus membra majora, ut brachia; *articuli* minor membra, ut digitos.

85. *Compago*, capita sunt ossium, dicta, eo quod sibi compacta *nervis*, velut glutino quodam adhaereant.

86. *Ossa* sunt corporis solidamenta. In his enim positio omnis roburque subsistit. *Ossa* autem ab *usto* dicta, propter quod cremarentur ab antiquis, sive, ut alii putant, ab *ore*, quod ibi pateant, nam ubique cute visceribusque oblecta celantur.

87. *Medullæ* appellatæ, quod in defaciant *ossa*, irrigant enim, et confortant.

*Vertibula* sunt summæ ossium partes nodis crassioribus conglobatæ; dicta ita, eo quod ad inflexionem membrorum illa vertantur.

88. *Cartilaginee*, ossa mollia, et sine medulla, quod genus auriculæ, et narium discrimen, et costarum extremitates habent, sive opercula ossium, quæ moventur. Et dicitur *cartilaginee*, quod leni attritu carent dolore, dum flectuntur.

89. *Costas* appellari quidam putant, quod ab ipsis interiora custodiantur, ut tota mollities ventris valata salvetur.

90. *Latus* quia jacentibus nobis *latet*. Est enim *læva* pars corporis, dextro autem lateri habilior motus est, *lævo* fortior, et oneri ferendo accommodatior. Unde et *læva* nuncupata, quod aptior sit ad levandum aliquid, et portandum. Ipsa enim gestat *clypeum*, *ensem*, *pharetram*, et reliqua onera, ut expedita sit *dextera* ad agendum.

<sup>b</sup> Est enim *læva* pars corp. Hinc interior sinistra a Servio dicitur. Is namque *Æn.* v, ad vers. *Dum pro-ram ad saxa suburget Interior*: « INTERIOR, id est, SINISTERIOR, » interpretatur. Item, *Æn.* v, ad vers. *Urbeni designat aratro*: « *Quem Cato, in Originibus, morem dicit fuisse. Condituri enim civitates laurum in dextra, vaccam intrinsecus jungebant.* » Atque ita interpretatur etiam Asconius jocum apud Ciceronem de *Aspindio* citharista omnia intus canente. Unde illustratur etiam Catulli locus:

Marrucine, Asini manu sinistra  
Non helle uteris in joco atque via,  
Tollis liateo negligentiorum.

Ergo, et *latus* tegere *sinistrum* ire significat, ejusque est, qui *lævum* possit *latus* fodere, quod de nomenclatore dixit Horatius. Scimus quid tota de re viro eruditissimo placeat, de quo illud dicam: Servio cur hac de re tantopere sæviret, non fuisse, cum Catoni et Asconio eadem opera succensere posset.

<sup>i</sup> *Dextro lateri habilis... accommodatior*. Verba Solini extremo cap. 5.

91. <sup>a</sup> *Dorsum* est a cervico usque ad renes; A his procreatur et gignitur. Hæc et *puḡenda* pro verecundia, sive a *pube*, unde et indumento operiuntur. Dicuntur autem ista et *inhonesta*, quia non habent eam speciem decoris, sicut membra, quæ in promptu locata sunt.

92. <sup>b</sup> *Terga*, quia in ea supini jacemus interra: quod solus homo potest, nam multa animalia tantum, aut in ventre, aut in latere jacent; unde in animalibus terga abusive dicuntur.

93. *Scapula*....

<sup>c</sup> *Interscapilium*, spatium quod inter scapulas est, unde et nominatum.

94. *Palæ*, sunt dorsi dextra lævæque eminentia membra, dicta quod in luctando eas premimus, quod Græci *παλαίαι* dicunt.

95. *Spina*, junctura dorsi, dicta eo quod habeat radiolos acutos, cujus juncturae *spondilia* appellantur, B propter partem cerebri, quæ fertur per eos longo tractu ad cæteras corporis partes.

96. <sup>d</sup> *Sacra spina* est ima perpetua spinæ, quam Græci *ἱερὴ ὀστέον* vocant, quoniam primum infante concepto nascitur. <sup>e</sup> Ideoque ex hostia id primum a gentilibus diis suis dabatur, unde et *sacra spina* dicitur.

97. <sup>f</sup> *Renes*, ait Varro, dictos, quod rivi ab his cæceni humoris nascantur. Nam venæ et medullæ tenuem liquorem desudant in renibus, qui liquor rursus a renibus calore venereo resolutus decurrit.

98. <sup>g</sup> *Lumbi*, ob libidinis lasciviam dicti, quia in viris causa corporeæ voluptatis in ipsis est, sicut in umbilico feminis, unde, et ad Job 17 in exordio sermonis dictum est: *Accinge sicut vir lumbos tuos*, ut C in iis esset resistendi præparatio, in quibus libidinis est usitata dominandi occasio.

99. *Umbilicus* est medius locus corporis, dictus quod sit *umbo iliorum*; unde et *umbo* appellatur locus in medio clypei, a quo pendet. <sup>h</sup> Ex eo enim infans in utero pendet, ex eo etiam et nutritur.

100. *Ilium* Græco sermone appellatum, quod ibi nos obvolvamus; Græco enim *εἰλύειν obvolvere* dicitur.

101. *Claves* vocatæ, quod sint juxta colum, <sup>i</sup> quod est longao.

<sup>j</sup> *Nates*, quod in ipsis innitimur dum sedemus; unde et conglobata est in eis caro, ne prementis corporis mole ossa dolerent.

102. *Genitalia* corporis partes (ut nomen ipsum D docet), gignendæ sobolis acceperunt vocabulum, quod

<sup>a</sup> *Dorsum*. Nempe quasi *durum sursum*. At Fest.: *Dorsum dictum, quod ea pars corporis deversa sit deorsum*.

<sup>b</sup> *Terga*. Ex Lact., cap. 10.

<sup>c</sup> *Interscapilium*. Al., *interscapulum*, aut *interscapilium*. *Interscapilium* apud Cælium, lib. III, cap. 2, atque ita reponendum in gloss., ubi legitur *interscapulum, μετάρσπον*.

<sup>d</sup> *Sacra spina*. Hieron. in Eccles. XII: *Florem amygdali, quem nos pro canis posuimus, quidam sacram spinam interpretantur, quod decrescentibus natium carnibus, spina crescat et floreat*. Cal. 4. tard. cap. 3: *Spina sacra dicitur os sacram, quod Græci quoque vocant ἱερὴ ὀστέον*.

<sup>e</sup> Ideoque ex hostia. Menander: *Οἱ δὲ τῆς ὀσφύς*

his procreatur et gignitur. Hæc et *puḡenda* pro verecundia, sive a *pube*, unde et indumento operiuntur. Dicuntur autem ista et *inhonesta*, quia non habent eam speciem decoris, sicut membra, quæ in promptu locata sunt.

103. Idem et *veretrum*, quia *virt* est tantum, sive, quod ex eo virus emittitur; nam *virus* proprie dicitur humor fluens à natura viri.

104. *Testiculi*, per diminutionem a *testibus* dicti, quorum numerus incipit a duobus. Hi semen calamo ministrant quod a spinæ medulla et renibus et lumbis suscipiunt ad gratiam procreandi.

<sup>h</sup> *Viscus* est pellis in qua testiculi sunt.

105. *Posteriora* vero vocata, quod retro sunt et a vultu aversa, ne dum alvum purgamus, inquin. remus aspectum.

*Meatus*, inde appellatus, quia per eum meant, id est, egeruntur stercorea.

106. *Femora* dicta sunt, quod ea parte a femina sexus viri discrepet; 18 sunt autem ab inguinibus usque ad genua.

*Femina* autem, per derivationem femorum, partes sunt, quibus in equitando tergis equorum adhæremus; unde et præliatores olim *sub feminibus equos admississe* dicebantur.

107. *Coxæ*, quasi, conjunctæ axes; in ipsis enim femora moventur, quorum concava *vertebra* vocantur, quia in eis capita femorum vertuntur.

*Suffragines*, quia subtile franguntur, id est, flectuntur, non supra, sicut in brachiis.

108. *Genua*, sunt commissiones femorum et crurum; et dicta *genua*, eo quod in utero sint genis opposita. Cohærent enim ibi sibi, et cognata sunt oculis lacrymarum indicibus et misericordiae: <sup>l</sup> nam a genis *genua* dicuntur.

109. Denique complicatum gigni formarique hominem (dicunt) ita ut genua sursum sint, quibus oculi formantur, ut cavi, ac reconditi fiant. Ennius: *Atque genua comprimit artagena*. Inde est quod homines, dum ad genua se prosternunt, statim lacrymantur. Voluit enim eos natura uterum maternum rememorari, ubi quasi in tenebris considerant, antequam venirent ad lucem.

110. *Crura* dicta, quia iis currimus, et grassum facimus. Sunt autem sub genibus usque ad suras.

*Tibiæ* vocatæ, quasi *tubæ*; sunt enim et longitudine et specie similes.

*ἄκραν θύσαντες*.

<sup>i</sup> *Renes*. Ex Lact., cap. 14.

<sup>j</sup> *Lumbi*. Ex Greg. verbis, homil. 13, notationem qualemcunque conferit.

<sup>h</sup> *Ex eo enim inf.* Ex Lact., cap. 10.

<sup>i</sup> *Quod est longao*. Gloss.: *Longao, κωλύτροπον*. Apud Cælium tum *longao*, tum *longano*; apud Arnobii et Varr. manuscriptos libros, *longano*; apud Veget., lib. 1, cap. 42, de Veterinaria, *longanon intestinum*.

<sup>j</sup> *Nates*. Ex Lact., cap. 15.

<sup>h</sup> *Viscus est pellis*. Goth. *Fiscus*, per Digammon.

<sup>l</sup> *Nam a genis genua*. Ead. repetit in libro Differ. et in Cantic. expositione.

111. *Talus* dictus a *tolo*; nam totus est enimens A rotunditas, unde et fastigium templi rotundi *tolus* vocatur. *Talus* autem sub *ciure* est, sub *talo calcanei*.

112. *Pedes*, ex Græca etymologia nomen sortiti sunt; hos enim Græci *πόδας* dicunt, <sup>a</sup> qui alternis in *tribus* solo *fixi* incedunt.

113. <sup>b</sup> *Plantæ*, a *planitie* nuncupatæ, quia non rotundæ, ut in quadrupedibus, ne stare non possit bipes homo, sed planæ atque longiores formatæ sunt, ut stabile corpus efficerent. Sunt autem plantæ anteriores partes, quæ etiam ex multis ossibus constant.

114. <sup>c</sup> *Calcis*, prima pars plantæ; a *callo* illi nomen impositum, quo terram calcamus: hinc, et *calcanæus*.

115. <sup>d</sup> *Solum*, inferior pars pedis, dictum quia eo terræ vestigia imprimimus, sed et *solum* dicitur omne quod aliquid sustinet, quasi *solidum*, unde et terra *solum*, quod cuncta sustineat, et *solum* pedis, quod totam corporis molem portat.

116. <sup>e</sup> *Viscera*, non tantum intestina dicimus, sed quidquid sub corio est, <sup>f</sup> a visco, quod est inter cutem, et carnem. Item *viscera*, vitalia, id est, circumfusa cordis loca, quasi *viscora*, eo quod ibi vita, id est, anima continueatur.

117. Item *viscera*, capita nervorum ex sanguine et nervis copulata. Eadem *lacerti*, sive *mures*, quia sic in singulis membris cordis loco sunt, ut sit in media parte totius corporis cor; appellanturque a nomine similitum animalium sub terra delitescantium. Nam inde *musculi* a murium similitudine. Item etiam, et *tori*, quod illic viscera torta videantur.

118. *Cor*, a Græca appellatione derivatum, quod illi *καρδιαν* dicunt, sive a *cura*. In eo enim omnis sollicitudo et scientiæ causa manet.

<sup>g</sup> Quod ideo pulmōni vicinum est, ut cum ira ascendit, pulmōnis humore temperetur. Hujus duæ arteriæ sunt, e quibus <sup>h</sup> sinistra plus sanguinem habet, dextra plus spiritum; unde et in dextro brachio pulsum inspicimus.

119. <sup>i</sup> *Præcordia* vero sunt loca cordi vicina, i quibus sensus percipitur; et dicta *præcordia*, eo quod ibi sit principium cordis et cogitationis.

<sup>a</sup> Qui alternis motib. Lactantii verba nonnihil detorta.

<sup>b</sup> *Plantæ*. Lact., ibid.

<sup>c</sup> *Calcis* prima p *plantæ*. *Calcis* rectus, ut *lancis*, lib. xx, cap. 4; sed utrumque *librationum* putamus erratum.

<sup>d</sup> *Solum* dicitur. Serv. verba, *Æn.* vii, ad vers. *Et Certale solum*.

<sup>e</sup> *Viscera*. Ex eod., *Æn.* i.

<sup>f</sup> *A visco* quod est inter cut. et carnem. Serv., *Æn.* vi, ubi inter ossa et carnem.

<sup>g</sup> Quod ideo pulm. Ex Ambros., vi, cap. 9.

<sup>h</sup> *Sinistra plus sanguinem*. Ita optimi quique libri, recte opinor, quamvis paulo insolentior constructio videri possit.

<sup>i</sup> *Præcordia*. E Serv. *Æn.* vii, ad vers. *Huic dea cæruleum*.

<sup>j</sup> Quibus sensus percipitur. Ex Aristotelis sententia. Nam cerebrum id tribuunt medici.

<sup>k</sup> Atque ribi. Ex Lact., cap. 7.

<sup>l</sup> *Sanguis*. Sup. lib. iv. cap. 3.

<sup>m</sup> *Sanguis non est integer*. E Serv. *Æn.* ii, ad

20 120. *Pulsus* vocatus, quod palpitet, ejus indicio, aut infirmitatem intelligimus, aut salutem. Hujus duplex est motus. Simplex est, qui ex uno saltu constat. Compositus est, qui ex pluribus motibus inordinatus et inæqualis existit. Qui motus certa habent spatia: dactylicum percussum, quandiu sine vite sunt; si quando vero citatiores sunt, ut *δρακονίδας*, aut leniores, ut *μυρμιζοντες*, mortis signa sunt.

121. *Venæ* dictæ, eo quod viæ sint natantis sanguinis, <sup>k</sup> atque rivi per corpus omne divisi, quibus universa membra irrigantur.

122. <sup>l</sup> *Sanguis*, ex Græca etymologia nomen duxit, quod vegetetur, et sustentetur, et vivat. Sanguis autem est, dum in corpore est, effusus vero *crux* dicitur. Nam *crux* vocatus, eo quod effusus decurrat, vel ab eo quod currendo corruiat. Alii autem *cruxem* interpretantur *sanguinem corruptum*, qui emittitur. Alii aiunt vocatum *sanguinem*, quod suavis sit.

123. <sup>m</sup> *Sanguis* autem non est integer, nisi in juvenibus. Nam dicunt physici minui sanguinem per ætatem, unde in senibus tremor est. Proprie autem sanguis animæ possessio est; <sup>n</sup> inde genas laceras in luctu mulieres solent, unde et purpureæ vestes, et flores purpurei mortuis præbentur.

124. *Pulmo*, ex Græco præbatur nomen. Græci enim *pulmonem* *πλύμων* vocant, eo quod <sup>p</sup> cordis *labellum* sit, in quo *πνέμα*, id est, spiritus inest, per quod, et agitantur, et moventur, unde et *pulmones* vocati sunt. Nam Græce *πνέμα* spiritus dicitur, qui flando et agitando aerem admittit et rejicit, a quo moventur pulmones, et palpitant, et aperiendo se, ut flatum capiant, et stringendo, ut ejiciant. Est enim organum corporis.

125. <sup>q</sup> *Jecur*, nomen habet eo quod ignis ibi habet sedem, <sup>r</sup> qui in cerebro subvolat. Inde ad oculos cæterosque sensus et membra diffunditur, et calore suo ad se succum ex cibo tractum vertit in sanguinem, quem ad usum pascendi nutriendique singulis membris præbet. In jecore autem consistit voluptas, et concupiscentia, juxta eos qui de physicis disputant.

126. <sup>r</sup> *Fibræ*, jecoris sunt extremitates <sup>s</sup> sicut extremæ partes foliorum in intybis, sive quasi li-

vers. *Vos o quibus integer ævi sanguis.*

<sup>a</sup> *Inde genas laceras*. Pleniora hæc apud Serv. *Æn.* xii, ad vers. *Roseas lanata genas*, et *Æn.* vi, ad vers. *Purpureas sup. vest.* et ad vers. *Purpureos spargam flores*. Cautum tamen lege xii tab. *Mulier faciem ne carpito*.

<sup>b</sup> Græci enim *pulmonem* *πλύμων* vocant. *Πλύμων* est Atticis, aliis *πνέμων*. Alcæus, apud Plutarch., *Τίττι πλύμωνας* οὖον.

<sup>c</sup> *Cordis flabellum*. Ventilabrum cordis dixit auctor lib. de Spir. et anim. cap. 33.

<sup>d</sup> *Jecur... eo quod ignis*. Ut sit, quasi *jacens* ut, nam ut Isidorus ignis non uno in loco.

<sup>e</sup> *Fibræ jecoris sunt*. E Serv., *Æn.* x, ad vers. *Cui pædum fibræ*.

<sup>f</sup> *Sicut extrema partes foliorum in intybis*. Serv. Georg. i, ad vers. *Amaris intyba fibris*. — *Fibris* autem abusive quod radices intyborum hæc atque illæ decurrunt ut fibræ per jecur, id est, *venas quædam*, et nervi. Unde hæc male affecta sunt. *Filorum*, legebat Chæcon. Sed quid simile cum linguis eminentibus?

guzæ eminentes. Dictæ autem fibræ, quod apud gentiles in sacris ad Phœbi aras ferebantur ab ariolis, quibus oblati atque succensis, responsa acciperent.

127. *Splēn* dictus a supplemento ex contraria parte jecoris, ne vacua existeret, quem quidam etiam risus causa factum existimant; <sup>a</sup> nam splene ridemus, felle irascimur, corde sapimus, jecore amamus. Quibus quatuor elementis constantibus, integrum est animal.

128. *Fel* appellatum quod sit folliculus gestans humorem, qui vocatur *bilis*.

*Stomachus*, Græcæ *os* vocatur, eo quod ostium ventris sit, et cibum excipiat, atque in intestina transmittat.

129. *Intestina* dicuntur, eo quod corporis interiore parte cobibentur, quæ idcirco longis nexibus in circulatorum ordinata sunt modum, ut susceptas escas paulatim egerant, et superadditis cibis non impediuntur.

130. <sup>b</sup> *Omentum*, membrum quod continet intestinorum majorem partem, quod *ἐπιπλουν* Græci vocant.

*Disseptum* intestinum, quod discernit ventrem, et cætera intestina a pulmonibus et a corde.

131. *Cæcum* intestinum, quod sit sine foramine, et exitu, quod Græci, <sup>c</sup> *τυφλὸν ἔντερον* dicunt.

*Jejunum*, tenue intestinum, unde et *jejunum* dicitur.

22 132. <sup>d</sup> *Venter* autem, et *alvus*, et *uterus* inter se differunt. Venter est, qui acceptos cibos digerit, et apparet extrinsecus, pertinetque a pectore ad inguina. Et dictus *venter*, quod per totum corpus vitæ alimenta transmittat.

133. *Alvus* est, quæ cibum recipit, et purgari solet. Sallustius: *S mulans si i alvum purgari*. Et vocatur *alvus*, quod abluatur, id est, purgetur. Ex ipsa enim sordes stercoreum desluunt.

134. *Uterum* solæ mulieres habent, in quo concipiunt, ad similitudinem caliculi. Tamen auctores uterum pro utriuslibet sexus ventre plerumque ponunt, nec poetæ tantummodo, sed et cæteri.

135. Vocatus autem *uterus*, quod duplex sit, et ab utraque in duas se dividat partes, quæ in diversum diffusæ ac rep'ere circumplicantur in modum cornuum arietis, vel quod interius impleatur fetu. Ille et *uter*, quod aliquid intrinsecus habuerit, ut membra et viscera.

136. <sup>e</sup> *Aqualculus* autem proprie porci est, hinc *D* ad ventrem translatus.

*Matrix* dicitur, quod fetus in ea generetur, <sup>f</sup> semen enim receptum confortet, confortum corporat, corporatum in membra distinguit.

<sup>a</sup> Nam splene ridemus. Ex eod. *Plin.* VIII, ad vers. *Exarserat atro felle dolor*.

<sup>b</sup> *Omentum membranum*. Gloss.: *Omentum, ἐπιπλουν membrum, ὄντιν*.

<sup>c</sup> *Τυφλὸν ἔντερον*. *Fundulum* vocat Varro, et *jejunum hilum*.

<sup>d</sup> *Venter*. E *Serv.*, *Æn.* II, ad vers. *Uterumque a. m. c.*

<sup>e</sup> *Ab utraque in duas*. Ex *Lact.* 12.

<sup>f</sup> *Aqualculus autem proprie porci est, h. a. v. transl.* Referuntur eadem hæc verba a veteri Persii

A 157. *Vulva* vocata, quasi *valva*, id est, janua ventris, vel quod semen recipiat, vel quod ex ea fetus procedat.

*Vesica* dicta, quia sicut vas aqua, ita de renibus urina collecta completur, et humore distenditur, cujus usus in volucris non habetur.

138. *Urina* autem dicta, sive quod urat, sive quod ex renibus egeritur; cujus indicio, et salus, et ægrotudo futura monstratur. Qui humor vulgo *lotium* dicitur, quod eo lota, id est, munda vestimenta efficiantur.

23 139. *Semen* est quod jactum sumitur, aut a terra, aut ab utero ad gignendum, vel fructus, vel fetus. Est enim liquor ex cibi et corporis decoctione factus, ac diffusus per venas atque medullas, qui inde desudatus in modum sentinæ concrevit in renibus, *B* ejectioneque per coitum, et in utero mulieris susceptus, calore quodammodo viscerum et menstrualis sanguinis irrigatione formatur in corpus.

140. *Menstrua*, supervacuum mulierum sanguis. Dicta autem *menstrua* a circuitu lunaris luminis, quo solet hoc venire profusivum. Luna enim Græcæ *μήνη* dicitur, hæc et *muliebria* nuncupantur; nam mulier solum animal menstruale est.

141. Cujus cruoris contactu fruges non germinant, accescunt musta moriuntur herbæ, amittunt arbores fetus, <sup>h</sup> ferrum rubigo corripit, nigrescunt æra. Si qui canes inde ederint in rabiem efferantur. Glutinum aspha'ti, quod nec ferro, nec aquis dissolvitur, cruore ipso pollutum sponte dispergitur.

142. Post plurimos autem dies menstruos deo semen non est <sup>i</sup> germinabile, quia jam non est menstrualis sanguis a quo perfusum irrigetur. Tenue semen locis muliebris non adhæret, labitur enim, nec habet vim adhærendi. Similiter et crasium vim non habet gignendi, quia muliebri sanguini miscere se non potest propter nimiam sui spissitudinem. Hinc et steriles mares et feminas (dicunt) fieri, vel per nimiam seminis, vel sanguinis crassitudinem, vel propter nimiam raritatem.

143. <sup>i</sup> Primum autem aiunt cor hominis fingi, quod in eo sit, et vita hominis, et sapientia; deinde quadragesimo die totum opus expleri, quod ex abortionibus, ut fertur, collectum est. <sup>k</sup> Alii fetus a capite sumere dicunt exordium; unde et in avium feilibus primum oculos fingi in ovis videmus.

144. *Fetus* autem nominatus, quod adhuc in utero soveatur. Cujus *secunda* dicuntur folliculus qui simul cum infante nascitur, continetque eum; dictus ita, quia eum, cum editur, sequitur.

145. <sup>l</sup> Nasci autem patribus similes aiunt, si interprete.

<sup>m</sup> *Semen receptum*, etc. Verba sunt Hieronymi in epist. ad Pammach. cont. errores Joan. Hierosolymitan.

<sup>n</sup> *Ferrum rubigo*. E *Solin.*, cap. 4. *Plin.*, lib. VII, cap. 15.

<sup>o</sup> *Germinabile*. *Generabile* Goth. omnes et Rab.

<sup>p</sup> *Primum autem aiunt cor*. Ex *Lact.*, cap. 12.

<sup>q</sup> *Alii fetus*. Ex eod., cap. 11.

<sup>r</sup> *Nasci autem*, cap. 12.

paternum semen validius sit; **24** matribus, si matris; **A** hæc ratione similes exprimi vultus. Qui autem utriusque parentis figuram reddunt, æqualiter misto paterno maternoque semine concipiuntur; avorum proavorumque similes fieri, quia sicut in terra multa semina occulta, sic et in nobis semina celantur, figuras parentum redditura. Ex paterno autem semine puellas nasci, et ex materno pueros, quia omnis partus constat duplici semine, cujus pars major cum invaluit, occupat similitudinem sexus.

**146.** In corpore nostro quædam tantum utilitatis causa facta sunt, ut viscera; quædam, et utilitatis, et decoris, ut sensus in facie, et in corpore manus, ac pedes, quorum membrorum et utilitas magna est, et species decentissima.

**147.** <sup>a</sup> Quædam tantum decoris, ut mamillæ in **B** viris; et in utroque sexu umbilicus. Quædam discretionis, ut in viris genitalia, barba promissa, pectus amplum; in mulieribus leves genæ, et angustum pectus, ad concipiendos autem et portandos fetus renes, et latera dilatata. Quod ad hominem, et ad partes attinet corporis, ex parte dictum est, nunc ætates ejus subjunga u.

## CAPUT II.

### De ætatibus hominis.

**1.** Gradus <sup>b</sup> ætatis sex sunt, infantia, pueritia, adolescentia, juvenus, gravitas, atque senectus.

**2.** Prima ætas, *infantia*, est pueri nascentis ad lucem, quæ porrigitur in septem annis.

**3.** Secunda ætas, *pueritia*, id est, *pura*, et necdum ad generandum apta, tendens usque ad decimum **C** quartum annum.

**4.** Tertia, *adolescentia*, <sup>c</sup> ad gignendum adulta, quæ porrigitur usque ad vigesimum octavum annum.

**25 5.** Quarta, *juvenus*, firmissima ætatum omnium, finiens in quinquagesimo anno.

**6.** <sup>d</sup> Quinta ætas, senioris, id est, *graritas*, quæ est declinatio a juventute in senectutem, nondum senectus, sed jam non juvenus, quia senioris ætas est quam Græci *πρεσβύτης* vocant. Nam senex apud Græcos non *presbyter*, sed *γῆρας* dicitur. Quæ ætas quinquagesimo anno incipiens, septuagesimo terminatur.

<sup>a</sup> Quædam decoris, cap. 10.

CAP. II. — <sup>b</sup> Gradus a tot. Vid. Serv., Æn. v.; Ambrus., epist. 49. Ph. lon., de mundi Opific.

<sup>c</sup> Ad gignendum adulta. Non sunt hæc in quibusdam Codicibus.

<sup>d</sup> Quinta ætas, senioris, nondum senectus. Serv., Æn. v., ad vers. Tum senior tales: — Secundum Varronem, junior et senior comparativi sunt per diminutionem, etc. Item Æn. vi, ad vers. Jam senior: — Aut pro positivo posuit, aut senior est virgens senex, ut junior intra juvenem est, quam rem a Varrone tractatam confirmat etiam Plinius. Ita vero distinguit seniores a senibus Varro apud Censorinum de die natali, ut seniores vocari dicat a 45 usque ad 60 annum, quod tum primum senescere incipiat corpus, post sexagesimum vero senio jam laboret.

<sup>e</sup> Quam Græci *πρεσβύτης*. Ex Aug., de Gen., contra Manich., lib. 1, c. p. 23.

<sup>f</sup> Puer a puritate. Varro apud Censorin.: Pueri, quod sint puri, id est, impuberes.

**7.** Sexta ætas, est *senectus*, quæ nullo annorum tempore finitur, sed post quinque illas ætates quantumcumque vitæ est, senectuti deputatur.

**8.** *Senium* autem pars est ultima senectutis, dicta quod sit terminus sextæ ætatis. In his igitur sex spatiis philosophi vitam descripserunt humanam, quibus mutatur, et currit, et ad mortis terminum pervenit. Pergamus ergo breviter per prædictos gradus ætatum etymologias earum in homine demonstrantes.

**9.** *Infans* dicitur homo primæ ætatis; dictus autem *infans* quia adhuc fari nescit, id est, loqui non potest; nondum enim bene ordinatis dentibus, minor est sermonis expressio.

**10.** <sup>f</sup> *Puer*, a *puritate* vocatus, quia purus est, et necdum lanuginem floremque genarum habens. <sup>g</sup> Ili sunt epheli, id est, a Phœbo dicti, necdum viri, <sup>h</sup> sed adolescentuli leves.

**11.** *Puer* autem tribus modis dicitur, pro nativitate, ut Esaias: *Puer natus est nobis*. Pro ætate, ut octennis, decennis. Unde est illud:

**26** Jam puerile jugum tenera cervice gerebat.

Pro obsequio et fidei puritate, ut Dominus ad prophetam: *Puer meus es tu, noli timere*, dum jam Jeremias longe pueritiæ excessisset annos.

**12.** <sup>i</sup> *Puella* est parvula, quasi *pulla*; unde et *pupillos*, non pro conditione, sed pro ætate puerili vocamus. *Pupilli* autem dicti, quasi, sine oculis, hoc est, a parentibus orbi. <sup>j</sup> Ili autem vere pupilli dicuntur quorum patres ante discesserunt quam ab eis nomen acciperent. Cæteri orbi vocantur *orphani*, iidem qui et pupilli; illud enim nomen Græcum est, hoc Latinum. Nam et in psalmo ubi legitur *Pupilla tu eris adjutor*, Græcus habet *ὀρφάνω*.

**13.** *Puberes* a *pube*, id est, a pudendis corporis nuncupati, quod hæc loca tunc primum lanuginem ducunt. Quidam autem ex annis pubertatem existimant, id est, eum puberem esse qui quatuordecim annos expleverit, quamvis tardissime pubescat. Certissimum autem puberem esse, qui et ex habitu corporis pubertatem ostendat, et generare jam possit.

**14.** *Puerperæ* sunt quæ annis puerilibus pariunt. Unde et Horat.:

Laudantur simili prole puerperæ.

**D** <sup>k</sup> Ili sunt epheli, id est, a Phæbo. Imo ab Hebe.

<sup>l</sup> Adolescentuli leves. Al., lenes.

<sup>m</sup> Puella est parvula, q. pulla. Fest.: Pullus Jovis dicebatur Q. Fabius, cui cognomen Eburno fuit, propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat. Antiqui autem puerum quem amabant, pullum ejus dicebant.

<sup>n</sup> Ili autem vere pupilli... quam ab eis nomen acciperent. Prænomen (intellige) quod ante pubertatem non accipiebatur. Nam gentis vel familiæ nomen lustrico die accipiebatur, auctoribus Fest., Macrob. et Plutarch., in Problem. Et Julius Paris (sæc. Probus), in Epitom. lib. x Val. Max.: Pueris, non priusquam togam virilem sumerent, puellis, non antequam nubere, prænomina imponi, Q. Scævola ætate est. Et postea: Publii, qui prius pupilli facti erant, quam prænomina haberent. Alii nominis causa ex pube. Vid. A. August., in not. 1 Collect. decretal., cap. 7, de Despons. impub., et cap. 3, eo tit., Greg. ix.

• Et dicitur *puerpera*, vel quod primo partu gravatur, vel quod primum pueros parit.

15. *Adolescens* dicitur, eo quod sit ad gignendum adultus, sive a crescere et augeri.

16. *Juvenis* vocatur, quod *jurare* posse incipiat, ut in *babus* juveni, 27 cum a vitulis discesserint. Est enim juvenis in ipso ætatis incremento positus, et ad auxilium præparatus. Nam *juvare* hominis est opus aliquod conferentis. Sicut autem triginta perfectæ ætatis est annus in hominibus, ita in pecuilibus ac *junæatis* tertius robustissimus.

17. <sup>b</sup> *Vir* nuncupatus, quod major in eo vis est, quam in femina. Unde et virtus nomen accepit, sive quod vi agat feminam.

18. *Mulier* vero, a *mollitie*, tanquam *mollis*, detracta littera, vel mutata, appellata est *mulier*.

19. Utrique enim fortitudine et imbecillitate corporum separantur. Sed ideo virtus maxima viri, mulieris minor, ut patiens viro esset, scilicet, ne, feminis repugnantibus, libido cogeret viros aliud appetere, aut in alium sexum prouere.

20. Dicitur igitur *mulier* secundum femineum sexum, hoc ex non secundum corruptionem integritatis, ex lingua sacræ Scripturæ. Nam Eva statim facta de latere viri sui, nondum contacta a viro, mulier appellata est, dicente Scriptura: *Et formavit eam in mulierem*.

21. <sup>c</sup> *Virgo* a viridioræ ætate dicta est, sicut *virga* et *vitula*. Alias ab incorruptione, quasi *virago*, quod ignoret femineam passionem.

22. <sup>d</sup> *Virago* vocata, quia virum agit, hoc est, opera virilia facit, et masculini vigoris est. Antiqui enim fortes feminas ita vocabant. *Virgo* autem non recte *virago* dicitur, si non viri officio fungatur. *Mulier* vero si virilia opera facit, recte *virago* dicitur, ut *Amazon*.

23. Quæ vero nunc femina, antiquitus *vira* vocabatur, sicut a servo *serva*, sicut a famulo *famula*, ita a viro *vira*. Hinc et virginis nomen quidam putant.

24. *Femina* vero a partibus femorum dicta, ubi sexus species a viro distinguitur. 28 Alii <sup>e</sup> Græca etymologia *feminam* ab ignea vi dictam putant, quia vehementer concupiscit. Libidinosiores enim viri feminæ sunt, tam in mulieribus quam in animalibus. Unde nimis amor apud antiquos *femineus* vocabatur.

25. *Senior* est adhuc viridior. \* Ovidius in vi lib. :

• Et dicitur *puerpera*. Hieronym., in Jerem. iv : *D* *Puerpera* interpretatur, quæ primos parit fetus. At Donatus in And. : *Omnis quæ peperit, puerpera ; quæ primum, πρῶτοτόκος*. Paulus, cap. 163, de verb. Sign. : *Puerperas appellant recentes ex partu*.

<sup>b</sup> *Vir*. Ex Lact., cap. 12.

<sup>c</sup> *Virgo* a viridioræ æt. E Serv. eclog. 3, ad vers. *Bis venit ad mulctram*.

<sup>d</sup> *Virago*. Ex eod., Æn. xii, ad vers. *Juturna virago*.

<sup>e</sup> *Alii Græca etymologia*. An quasi *ἐπιμαίνω*?

<sup>f</sup> *Minus significat a positivo*. Verba sunt Donati in Prolog. Hecyr.

<sup>g</sup> *Nam physici dicunt*. E Serv., Georg. ii, ad vers. *Frigidus obstiteris circum præc.*

<sup>h</sup> *Nam si commune esset nomen, cur Terentius diceret senem mulierem?* Assentior Chaconi, qui hæc pu-

*A Senior, .... inter juvenemque, senemque. Ter. : Quo jure sum usus adolescentior.*

26. *Adolescentior* non utique magis adolescens, sed minus; ut senior minus senex; ubi comparativus gradus <sup>f</sup> minus significat a positivo. Ergo senior non satis senex, sicut junior intra juvenem, sicut pauperior intra pauperem.

27. *Senes* autem dictos quidam putant a sensus diminutione, eo quod jam præ vetustate desipiant. <sup>g</sup> Nam physici dicunt homines stultos esse frigidioris sanguinis, prudentes calidi. Unde et senes in quibus jam friget, et pueri in quibus necrum caleo, minus sapiunt; inde est quod convenit sibi infantum ætas et senum.

28. Senes enim per nimiam ætatem delirant, patri B per lasciviam et infantiam ignorant quid agant. Senex autem tantum masculini generis est, sicut anus femini; nam anus dicitur sola mulier. *Anus* autem appellata a multis annis, quasi *annosa*. <sup>h</sup> Nam si commune esset nomen, cur diceret Terentius senem mulierem? Hinc et *vetula*, quia vetusta. Sicut autem a senes senectus, ita ab annu anilitas nominata est.

29. *Canities* autem vocata a candore, quasi *canities*. Unde est illud :

Florida juvenis, lactea canities,  
prout diceret, candida.

30. <sup>i</sup> *Senectus* autem multa secum et bona affert et mala. Bona, quia nos ab impotentissimis dominis liberat, voluptatibus imponit modum, libidinis frangit impetus, auget sapientiam, dat maturiora consilia. Mala autem, quia senium misererrimum est, debilitate et odio. Subeunt enim morbi, tristisque senectus. <sup>j</sup> Nam duo sunt, quibus minuuntur corporis vires : senectus et morbus.

31. *Mors* dicta, quod sit amara, vel a Marte, qui est effector mortium.

32. Tria sunt autem genera mortis : acerba, immitura, naturalis. 30 Acerba infantum, immitura juvenum, matura, id est, naturalis senum.

33. *Mortuus* autem ex qua parte orationis declinetur incertum est. Nam, sicut ait Cæsar, ab eo quod est *morior* in participio præteriti temporis in *tus* exire debuit, per unum, scilicet, *u*, non per duo. Nam ubi geminata est littera, nomen est, non participium, ut *fatuus*, *arduus*. Convenienter itaque factum ut

tabat aliena, ejusque cui Isidori sententia displiceret, itaque objiceret : *Nisi commune esset nomen*, etc. Sed frustra laborat Donatus (quem Isidorus sequitur) ut *senem* neget nomen esse commune. Papinius, sive Pomponius, apud Varrohem, lib. vi :

Ridiculum est, cum te cascam tua dicit amica,  
Fili Potoni, sesquisenex puerum.  
Dic tu illam pusam, sic flet Mutua nuli :  
Nam vere pusus tu, tua amica senex.

Et Tibullus :

Hanc animo gaudente vident juvenesque, senesque.  
Commemorant merito tot mala ferre senem.

<sup>i</sup> *Senectus autem*. Ex Hieron., præf. ad lib. ii in Anos.

<sup>j</sup> *Nam duo sunt*. E Serv., Georg. ii, ad vers. *Sæbeunt morbi tristisque senectus*.

quemadmodum id quod significat non potest agendo, ita et ipsum nomen non possit loquendo declinari. Dimis autem mortuus, aut funus est, aut cadaver.

34. <sup>a</sup> *Funus est, si sepeliatur. Et dictum funus a funibus accensis, quos ante feretrum papyris cera circumdati ferebant.*

35. <sup>b</sup> *Cadaver autem est, si insepultum jacet. Nam cadaver nominatum a cadendo, quia jam stare non potest. Quod dum portatur, exsequias dicimus; crematum, reliquias; conditum jam, sepultum. Corpus autem consuetudine dicitur, ut illud: Tunc corpora luce carentum.*

36. *Defunctus vocatus, quia complevit vitæ officium. Nam dicimus defunctus officio, qui officia debita compleverunt, unde et honoribus functos. Hinc ergo defunctus, quod ab officio sit vitæ depositus, sive quod sit diem functus.*

37. <sup>d</sup> *Sepultus autem dictus, eo quod jam sine pulsus, et palpitatione est, id est, sine motu. Sepelire autem est condere corpus. Nam humare obruere dicimus, hoc est humum injicere.*

### 31 CAPUT III.

#### De portentis.

1. *Portenta esse ait Varro, quæ contra naturam nata videntur; sed non sunt contra naturam, quia divina voluntate fiunt, cum voluntas Creatoris cuiusque conditæ rei natura sit. Unde et ipsi gentiles Deum modo Naturam, modo Deum appellant.*

2. *Portentum ergo sit non contra naturam, sed contra quam est nota natura. Portenta autem, et ostenta, monstra, atque prodigia, ideo nuncupantur, quod portendere, atque ostendere, monstrare, atque prædicere aliqua futura videntur.*

3. <sup>c</sup> *Nam portenta dicta perhibentur a portendo, id est, præostendendo. Ostenta autem quod ostendere quiddam futurum videantur. Prodigia quod porro dicant, id est, futura prædicant. Monstra vero a monitu dicta, quod aliquid significandum demonstrant, sive quod statim monstrant quid appareat, et hoc proprietatis est; abusione tamen scriptorum plerumque corrumpitur.*

4. *Quædam autem portentorum creationes in significationibus futuris constitutæ videntur. Vult enim Deus interdum ventura significare per aliqua nascentium noxia, sicut et per somnos, et per oracula, quibus præmoneat et significet quibusdam vel gentibus, vel hominibus futuram cladem, quod plurimis etiam experimentis probatum est.*

5. <sup>e</sup> *Xerxi quippe lepus ex equa creata dissolvi re-*

<sup>a</sup> *Funus. Ex eod., Æn. 1, ad vers. Noctem flammis funalia. Vide ead. lib. xx, cap. 10.*

<sup>b</sup> *Cadaver. Ex eod., Æn. vi, ad vers. Belloque caduci.*

<sup>c</sup> *Quod dum portatur. Ex eod., Æn. ii, ad vers. Patris sædasti s. v.*

<sup>d</sup> *Sepultus. Ex eod., Æn. iii, ad vers. Parce sepulto. Cap. III. — Portenta. Ex Aug., xxi de Civ., cap. 8.*

<sup>e</sup> *Nam portenta. Cic., ii de Divin.: Quia enim ostendunt, portendant, monstrant, prædicunt; ostenta, monstra, prodigia dicuntur.*

<sup>f</sup> *Xerxi quippe lepus. Lepus scripsimus ex Herodoto in Polyhymnia, et Valer. Max., de Prodigiis, cum vul-*

gnum portendit. Alexandro ex muliere monstrum creatum est, quod superiores corporis partes hominis, sed mortuas habuerit, inferiores diversarum bestiarum, sed viventes, significasse repentinam regis interfectionem: supervixerant enim deteriora melioribus. Sed hæc monstra, **32** quæ in significationibus dantur, non diu vivunt, sed continuo, ut nota fuerint, occidunt.

6. *Inter portentum et portentosum differt. Nam portenta sunt quæ transfigurantur, sicut fertur in Umbria mulierem peperisse serpentem. Unde Lucretius: Matremque suis conterruit insans. Portentosa vero levem sumunt mutationem.*

7. *Exempli causa, cum ex digitis nati. Portenta igitur, vel portentosa, existunt, alia magnitudine totius corporis ultra communem hominum modum, <sup>b</sup> quantum fuit Tityon in novem jugeribus jacens. <sup>1</sup> Homero testante; alia, parvitate totius corporis, ut nani, vel quos Græci pygmæos vocant, eo quod sint statura cubitales; alii magnitudine partium, veluti capite infirmi, aut superfluis membrorum partibus, ut bicipites, et trimani, i vel cynodontes, quibus gemini procedunt dentes.*

8. *Alii a defectu partium, in quibus altera pars plurimum deficit ab altera, ut manus a manu, vel pes a pede. Alii a discissione, ut sine manu aut capite generata, quos Græci steresios vocant. <sup>2</sup> Alia priviveria, quando solum caput, aut crus nascitur. Alia quæ in parte transfigurantur, sicut qui leonis habent vultum vel canis, vel taurinum caput, aut corpus, ut ex **C** Pasiphæ memorant genitum Minotaurum, quod Græci ἐτερόμορπον vocant.*

9. *Alia, quæ ex omni parte transfigurantur in alienæ creationis portentum, ut ex muliere vitulum dicit historia generatum. Alia, quæ sine transfiguratione mutationem habent locorum, ut oculos in pectore, vel in fronte, aures supra tempora, vel sicut Aristoteles tradidit, quemdam in sinistra parte jecur, in dextera splenem habuisse.*

10. *Alia secundum connaturationem, ut in alia manu digiti plures connaturati et coherentes reperiuntur, in alia minus, sive in pedibus. Alia secundum immaturam et intemperatam creationem, sicut ii qui dentati nascuntur, sive barbati, vel cani. Alia complexu **33** plurimarum differentiarum, sicut illud quod prædiximus in Alexandro multi ornis portentum.*

11. *Alia commistione generis: ut ἀνδρογυνοὶ qui, et ἑρμαφροδίται vocantur. <sup>1</sup> Hermaphroditæ autem*

*pes inversis litteris in omnibus Cod. legeretur.*

<sup>2</sup> *Quantus fuit Tityon. Cui tota novem per jugera corpus Porrigitur. Æn. vi.*

<sup>1</sup> *Homero testante. Ὀδύσσει.*

<sup>2</sup> *Vel cynodontes. E. Sulton., iv.*

<sup>3</sup> *Alia priviveria. Ita Rabanus, neque compositio Latine vocis suspecta esse debet, quando neque epitogium respuit Quintilianus. Hos μονομειρεῖς vocat Agell., lib. ix, cap. 4.*

<sup>4</sup> *Hermaphroditæ. Mirum Hermaphroditæ, non Hermaphroditii in omnibus libris legi, cum dicat Aug., xvi de Civit., cap. 8, Consuetudinem loquendi prævaluisse, ut a meliore, hoc est, a masculino sexu ap-*



nuncupati, eo quod eis uterque sexus appareat. A Ἐπειά: quippe apud Græcos Mercurius est; ἀπόδορα Venus nuncupatur: \* hi dextram mamillam virilem, sinistram muliebrem habentes vicissim coeundo, et gignant, et pariunt.

12. Sicut autem in singulis gentibus quædam monstra sunt hominum, ita in universo genere humano quædam monstra sunt gentium, ut Gigantes, Cynocephali, Cyclopes, etc.

13. <sup>b</sup> Gigantes dicti juxta Græci sermonis etymologiam, qui eos γιγάντες existimant, id est, terrigenas, eo quod eos fabulose parens terra immensa mole et similes sibi genuerit; γῆ enim terra appellatur; γίγας genus, licet et terræ filios vulgus vocet, quorum genus incertum est.

14. <sup>c</sup> Falso autem opinantur quidam imperiti de Scripturis sanctis, prævaricatores angelos cum siliabus hominum ante diluuiam concubuisse, et exinde uatos Gigantes, id est, nimium grandes et fortis viros, de quibus terra completa est.

15. <sup>d</sup> Cynocephali appellantur eo quod canina capita habeant, quæque ipse latratus magis bestias quam homines confitetur: hi in India nascuntur.

16. Cyclopes quoque eadem India <sup>e</sup> γίγαντες et dicti Cyclopes, eo quod unum oculum in fronte medio habere perhibentur. <sup>f</sup> Hi et ἀγριοφάγους dicuntur, propter quod solas ferarum carnes edunt.

17. <sup>g</sup> Blemmyas in Libya credunt truncos sine pis nasci, et os et oculos habere in pectore. <sup>h</sup> Alios sine cervicibus gigni, oculos habentes in humeris.

18. <sup>i</sup> In ultimo autem Orientis monstruosæ gentium facies scribuntur. Aliæ sine naribus, æquali totius oris plantis, informes habentes vultus. Aliæ labro subteriori adeo prominenti, ut in solis ardoribus totam ex eo faciem contegant dormientes. Aliis concreta ora esse, modico tantum foramine calamis avenarum pastus haurientes. Nonnulli sine linguis esse dicuntur, in vicem sermonis utentes natu, sive motu.

pellarent. Nam nemo (inquit) unquam aut Androgy-nas, aut Hermaphroditas nuncupavit. Equas tamen Hermaphroditas dixit Plin., xi, cap. 49.

<sup>a</sup> Hi dextram mamillam. E Plin., viii, cap. 2.

<sup>b</sup> Gigantes... qui eos terrigenas. Sic Callimach., in lavacro Pallad. Et Gloss.: Terrigenæ, γιγάντες.

<sup>c</sup> Falso autem opinantur. Sumpta sunt hæc ex iii de Civit., cap. 4. Fuit vero opinio, quæ hic exploditur, gravissimorum auctororum, Clementis Alexandrini, Justinii Martyris, Cypriani, Ambrosii, Lactantii. Augustinus questionem proposuit, quid ipse sentiret non pronuntiavit.

<sup>d</sup> Cynocephali. Augustini verba sunt, xvi de Civit., cap. 8. Vid. Elian. et Plin.

<sup>e</sup> Hi et agriophagi. Plin., vi, cap. 36. Solinus agriophagos vocat.

<sup>f</sup> Blemmyas. Plin. v, cap. 8. Solin., cap. 34.

<sup>g</sup> Alios sine cervicibus. Ex Plin., vii, cap. 2. Vid. Aug., xvi de Civit., cap. 8., et Agell., lib. ix, cap. 4.

<sup>h</sup> In ultim. orient. Ex Solin., cap. 39.

<sup>i</sup> Artabatitas. Ita in Plinii emendatoribus libris; apud Solinum, Artabastitas.

<sup>j</sup> Satyri. Ex Hieronym. In Vita Pauli Eremitæ.

19. Panotios apud Scythiam esse ferunt, tam diffusa aurium magnitudine, ut omne corpus ex eis contegant; πᾶν enim Græco sermone omne, ἄρα aures dicuntur.

20. <sup>k</sup> Artabatitæ in Æthiopia, proni, ut pecora, ambulare dicuntur. Quadragesimum ævi annum nullus supergreditur.

21. <sup>l</sup> Satyri, homunciones sunt aduncis naribus, corna in frontibus (habent), et caprarum pedibus similes, qualem in solitudine Antonius sanctus vidit. Qui etiam interrogatus, Dei servus respondisse fertur, dicens: Mortalis ego sum unus ex accolis eremi, quos vario delusa errore gentilitas Faunos Satyrosque colit.

22. <sup>m</sup> Dicuntur quidam et silvestres homines, quos nonnulli <sup>n</sup> Faunos ficiarios vocant.

23. Sciopodum gens fertur esse in Æthiopia, singulis cruribus, et celeritate mirabili; <sup>o</sup> quos inde σκίοποδας Græci vocant, eo quod per æstum in terra resupini jacentes, pedum suorum magnitudine adumbrentur.

24. <sup>p</sup> Antipodes, in Libya plantas versas habent post crura, et octenos digitos in plantis.

25. Hippopodes in Scythia sunt, humanam formam et equinos pedes habentes.

26. In India ferunt esse gentem, <sup>q</sup> quæ Μαρόδοις nuncupantur, octo pedum staturam habentes. Est et gens ibi statura cubitalis, <sup>r</sup> quos Græci a cubito Pygmaeos vocant, de qua supra diximus. Hi montana India tenent, quibus est vicinus Oceanus.

27. Perhibent et in eadem India esse gentem seminaram, quæ quinquennes concipiunt, et octavum vitæ annum non excedunt.

28. Dicuntur autem et alia hominum fabulosa portenta, quæ non sunt, sed ficta; et in causis rerum interpretantur, ut Geryonem Hispaniæ regem <sup>s</sup> triplici forma proditum. Fuerant enim tres fratre tantæ concordiæ, ut in tribus corporibus quasi una anima esset.

29. <sup>t</sup> Gorgones quoque meretrices erinitas serpentibus ferunt, quæ aspicientes convertebant in lapides, habentes unum oculum quo invicem utebantur.

<sup>k</sup> Dicuntur, et quidam silvestres. Vid. lib. viii, cap. ultim.

<sup>l</sup> Faunos ficiarios. Faunos ficiarios Col. card. Sirleti, et complur. Goth. Et Jerem. i, Hieronymus, cum satuis ficiariis.

<sup>m</sup> Quos inde Sciopodas. Plin., lib. vii, cap. 2. Aug., xvi de Civit., cap. 8. Agell., ix, cap. 4.

<sup>n</sup> Antipodes in lib.—Androphagi in Scythia legebat Chacon, ex Plin. vii, cap. 2.

<sup>o</sup> Quæ macrobii nuncupantur octo ped. Optime restituit hunc locum Chacon, cum xii legatur in omnibus libris, deprehendit librarium fuisse erratum, qui xii pro iix scripsissent. Nam horum corpora cubitorum quinquorum, et binorum palmorum facit Plinius, ex Onesiorio. Porro quinos cubitos, qui singuli se-quipedibus consistunt, et binos palmos, qui senipedem confliciant, octo esse pedes, non duodecim.

<sup>p</sup> Quos pygmaeos. Ex xvi de Civit., cap. 8.

<sup>q</sup> Triplici forma proditum. Al., præditum. Sed proditum retinimus ex Justino, lib. xlii: Porro Geryonem ipsum non triplicis naturæ, ut fabulis proicitur fuisse.

<sup>r</sup> Gorgones quoque. E Serv., Æn. vi.

Fuerunt autem tres sorores unius pulchritudinis, A quasi unius oculi, quæ ita spectatores suos stupescere faciebant, ut vertere eos putarentur in lapides.

30. <sup>a</sup> *Sirenas* tres fingunt fuisse ex parte virgines, ex parte volucres, habentes alas, et ungulas; quarum una voce, altera tibiis, tertia lyra canebat. Quæ illectos navigantes suo cantu in naufragia trahebant.

31. Secundum veritatem autem meretrices fuerunt, quæ transeuntes quoniam ad egestatem deducebant, i s sictæ sunt inferre naufragia. <sup>b</sup> Alas autem habuisse, et ungulas, quia amor et volat et vulnerat. Quæ inde in fluctibus commorasse dicuntur, quia fluctus Venerem creaverunt.

32. <sup>b</sup> *Scyllam* quoque ferunt feminam capitibus succinctam caninis, cum latratibus magnis, propter B fretum Siculi maris, in quo navigantes verticibus in se concurrentium undarum exterriti, latrare existimant undas, quas sorbentis æstus vorago collidit.

33. Fingunt et monstra quædam irrationalium animantium, ut *Cerberum* inferorum canem tria capita habentem, significantes pereum tres ætates per quas mors hominem devorat, id est, infantiam, juvenutem, et senectutem. <sup>c</sup> Quem quidam ideo dictum *Cerberum* putant, quasi sit *πρωτόβορος*, id est, *carnem vorans*.

34. Dicunt et *Hydræ* serpentem, cum novem capitibus, <sup>d</sup> quæ Latine *Excetra* dicitur, quod uno cæso, tria capita excrescebant. Sed constat *Hydræ* locum fuisse evomentem aquas, vastantem vicinam civitatem, in quo uno clauso meato, multi erumpabant. Quod Hercules videns, loca ipsa exussit, et sic C aquæ clausit meatus.

35. Nam *hydra* ab aqua dicta est. <sup>e</sup> Hujus mentionem facit Ambrosius in similitudinem hæresium, dicens: *Hæresis enim, velut quædam hydra fabularum, vulneribus suis crevit; et dum sæpe reciditur, pullulat, igni debita, incendioque peritura.*

36. <sup>f</sup> Fingunt et *Chimærum* triformem bestiam: ore leonem, postremis partibus draconem, media

<sup>a</sup> *Sirenas*. Ex eod., *Æn.* v.

<sup>b</sup> *Scyllam* quoque. Locus adumbratus ex Justini lib. 1v.

<sup>c</sup> Quem quidam ideo dictum *Cerberum*. E Serv., *Æn.* vi, ad vers. *Custodem in v. p.*

<sup>d</sup> Quæ Latine *excetra*. Ex eod. *Æn.* vi, ad v., *Bellua Lernæ.*

<sup>e</sup> Hujus mentionem facit Ambrosius. Lib. 1 de Fid., D

capream. Quam quidam physiologi non animal, sed *Lyciæ* montem esse aiunt, quibusdam locis leones et capreas nutrientem, quibusdam ardentem, quibusdam plenum serpentibus. Hunc *Bellerophontes* habitabilem fecit, unde *Chimæram* dicitur occidisse.

37. *Centauris* autem, id est, hominibus equo mistis, species vocabulum dedit, quos quidam fuisse equites *Thessalorum* dicunt; <sup>37</sup> sed quod discurrentes in bello, velut unum corpus equorum et hominum videntur, inde *Centaurus* fictos asseruerunt.

38. Porro *Minotaurum* nomen sumpsisse ex tauro et homine, qualem bestiam dicunt fabulose in *Labyrintho* inclusam fuisse. De qua *Ovidius*:

Semibovemque virum, semivirumque bovem.

39. <sup>e</sup> *Onocentaurus* autem vocatur, eo quod media hominis species, media asini esse dicatur, sicut et *Hippocentauri*, quod equorum hominumque in eis natura conjuncta fuisse putatur.

#### CAPUT IV.

##### De transformatione.

1. Scribuntur autem et quædam monstræ hominum transformationes et commutationes in bestias, sicut de illa maga famosissima *Circe*, quæ socios quoque *Ulyssis* mutasse fertur in bestias, et de *Arcadibus*, qui, sorte ducti, transatabant quoddam stagnum, atque ibi convertebantur in lupos.

2. Nam et *Diomedis* socios in volucres fuisse conversos, non fabuloso mendacio, sed historica affirmatione confirmant. Sed et quidam asserunt strigas ex hominibus fieri. Ad multa enim atrocina figuræ sceleratorum mutantur, <sup>h</sup> et sive magicis cantibus, sive herbarum beneficio, totis corporibus in feras transeunt.

3. Siquidem et per naturam pleraque mutationem recipiunt, et corrupta in diversas species transformantur, sicut de vitalorum caribus putridis apes, sicut de equis scaraboli, de mulis locustæ, de cancri scorpiones. *Ovidius*:

Concava littorei si demas brachia cancri,  
Scorpius exibat, caudaque mirabitur usca.

cap. 4.

<sup>f</sup> *Fingunt, et Chim.* Ex eod. Servii loco.

<sup>g</sup> *Onocentaur.* Hier., Is. xiv: Porro *Centauri* [*Legend. onocentauri*] nomen ex asinis centaurique compositum. Ad *Isidorus* hominis pro *Centauri* videtur scripsisse.

Cap. IV. — <sup>h</sup> Et sive magicis artibus. Omnia fere ex Aug., xviii de Civitate, cap. 16 et sequentibus.

## LIBER DUODECIMUS.

### DE ANIMALIBUS.

#### 38 CAPUT PRIMUM.

De pecoribus et jumentis.

1. Omnibus <sup>a</sup> animantibus Adam primum vocabula indidit, appellans unicuique nomen ex præsentis institutione, juxta conditionem naturæ cui serviret.

CAP. I. — <sup>a</sup> Omnibus animantibus Adam. Ex Ter tull., lib. de Virg. veland.

2. Gentes autem unicuique animalium ex propriis lingua dederunt vocabula. Non autem secundum Latinam linguam, atque Græcam, aut quarumlibet gentium barbararum nomina illa imposuit Adam, <sup>b</sup> sed illa lingua quæ ante diluvium omnium una fuit, quæ *Hebræa* nuncupatur.

<sup>b</sup> Sed illa lingua quæ ante diluv. Sup., lib 1x, cap. 1.

3. Latine autem *animalia*, si e *animantia* dicta, a ovibus sit fortior, vel quod sit *vir*, id est, masculus, vel quod *vermem* in capite habeant; quorum excitationi pruritu, invicem se concutiunt, et pugnantibus cum magno impetu feriunt.

4. <sup>a</sup> *Quadrupedia* vocata, quia quatuor pedibus gradiuntur, quæ dum sint similia pecoribus, tamen sub cura humana non sunt, ut cervi, damæ, onagri, etc. Sed neque bestię sunt, ut leones; neque jumenta, ut usus hominum juvare possint.

5. <sup>b</sup> *Pecus* dicimus omne, quod humana lingua et effigie caret. <sup>c</sup> Proprie autem *pecorum* nomen iis animalibus accommodari solet quæ sunt, aut ad vescendum apta, ut oves, et aves, aut in usu hominum commoda, ut equi et boves.

6. Differt autem inter pecora et pecudes; nam veteres communiter in significatione omnium animalium *pecora* dixerunt; *pecudes* autem tantum illa animalia, quæ eduntur, quasi *pecudes*. Generaliter autem **39 B** omne animal *pecus* a *pascendo* vocatur.

7. *Jumenta* nomina inde traxerunt, quod nostrum laborem, vel onus suo adiutorio subvectando, vel arando, juvent. <sup>d</sup> Nam bos carpenta trahit, et durissimas terræ glebas vomere vertit. Equus et asinus portant onera, et hominem in gradiendo laborem temperant. Unde et *jumenta* appellantur ab eo quod *juvent* homines, sunt enim magnarum virium animalia.

8. Eadem quoque *armenta*, vel <sup>e</sup> quod sint *apta armis*, id est, bello, vel quod his in armis utimur. <sup>f</sup> Alii *armenta* tantum boves intelligunt, ab *arando*, quasi *armenta*, vel quod sint cornibus *armata*. Discretio est autem inter *armenta* et greges; nam *armenta* equorum et boum sunt, *greges* vero caprarum et ovium. **C**

9. <sup>g</sup> *Ovis*, molle pecus lanis, corpore inerme, animo placidum, ab *oblacione* dictum, eo quod apud veteres in initio non tauri, sed oves in sacrificio mactarentur. <sup>h</sup> Ex iis quasdam *bidentes* vocant, eo quod inter octo dentes duos aliores habent, quas maxime gentiles in sacrificium offerebant.

10. <sup>i</sup> *Vervex*, vel a *viribus* dictus, quod cæteris

<sup>a</sup> *Quadrupedia* vocata. Ex Aug., iii de Gen. ad lit. cap. 11.

<sup>b</sup> *Pecus*. E Serv., ad vers. *Ignavum fucos pecus*. *Æn.* 1.

<sup>c</sup> *Proprie autem pecorum*, etc. Ex August., iii de Gen. ad lit.

<sup>d</sup> *Nam bos carpenta*. Ex Hieronym., in Is. 1.

<sup>e</sup> *Quod sint apta armis*. E Serv., ad vers. *Bellum hæc arm. min.* *Æn.* iii. Itemque Georg. iii. . . *Seu quis Olympiacæ*. **D**

<sup>f</sup> *Alii armenta tantum*. E Serv., loco proxime cit. <sup>g</sup> *Ovis ab oblacione*. Cur non ab *ōs*? Sæpe gaudet ad rerum vel naturas, vel usus, magis quam ad voces respicere, quod non semel monuimus.

<sup>h</sup> *Ex iis quasdam bidentes*. Vid. Serv. ad vers. *Mactant lectas de more bidentes*. *Æn.* iv. Et Agel., lib. xvi, et Fest., in *bidental*.

<sup>i</sup> *Vervex, vel a viribus*. A *natura versa*, Varro. .

<sup>1</sup> *Aries, vel ἀρὸ τοῦ ἄρειος, id est, a Marte*. Varro: *Aries, quod eum dicebant ares veteres, nostri arviga*.

<sup>2</sup> *Agn. ἀγὸ τοῦ ἄγρου, quasi pium*.—*Pium* fortasse, ex Festo. Glossar.: *Agnus, ἄγρευός, sive ἄγρευός, et: ἄγρος, καθαρός, et castus*. Varro tamen, quod pecori ovili agnatus sit, Latina origine *agnus* dictum vult.

<sup>3</sup> *Uti si in magno grege erraver*. Ex Ambros., *Hexam.* vi, cap. 4.

<sup>4</sup> *Hædi ab edendo*.—*Fædum* pro *hædo* dixisse anti-

quibus sit fortior, vel quod sit *vir*, id est, masculus, vel quod *vermem* in capite habeant; quorum excitationi pruritu, invicem se concutiunt, et pugnantibus cum magno impetu feriunt.

11. <sup>1</sup> *Aries*, vel ἀρὸ τοῦ ἄρειος, id est, a *Marte* vocatus, unde apud nos in gregibus masculi *mares* dicuntur, sive quod hoc pecus a gentilibus primum aris est immolatum. *Aries*, quod *aris* imponeretur. Unde est illud: *Aries mactatur ad aram*.

40 12. <sup>2</sup> *Agnus*, quanquam et Græci vocent ἀγὸ τοῦ ἄγρου, quasi *pium*, Latini tamen ideo hoc nomen habere putant, eo quod præ cæteris animalibus matrem *agnoscat*; adeo <sup>3</sup> ut etiamsi in magno grege erraverit, statim balatu recognoscat vocem parentis.

13. <sup>m</sup> *Hædi* ab *edendo* vocati, parvi enim pinguis-simi sunt, et saporis jucundi; unde et *edere*, inde et *edulium* vocatur.

14. *Hircus*, lascivum animal, et petuleum, et feruens semper ad coitum, cujus oculi ob libidinem in transversum aspiciunt, unde et nomen traxit. <sup>n</sup> Nam *hirqui* sunt oculorum anguli secundum Suetonium, cujus natura adeo calidissima est, ut adamantem lapidem, quem nec ignis, nec ferri domare valet materia, solus hujus cruor dissolvat. <sup>o</sup> *Majores* hirci *Ciniphii* dicuntur a fluvio *Ciniphe* in Libya, ubi grandes nascuntur.

15. *Capros*, et *capras* a *carpendis* virgultis quidam dixerunt. **41** Alii, quod capient aspera. Nonnulli a *crepitu* crurum, quod eas *crepas* vocitatas, quæ sunt capræ a, restes, <sup>q</sup> quas Græci, pro eo quod acutissime videant, ἀρὸ τοῦ ὀξῦ ἀκρῖσθαι *dorcadas* appellaverunt.

16. *Morantur* enim in excelsis montibus, et quamvis de longinquo, vident tamen omnes qui veniunt. Eadem autem et *capræ*; eadem *Ibices*, quasi *avices*, eo quod ad instar avium ardua et excelsa teneant, et in sublimi inhabitent, ita ut de sublimitate vix humanis obtutibus pateant.

quos, tradit Festus; atqui digammon pro r, et contra Gothos consuevisse scribere ex Isidori Codicibus satis constat. Nam et paulo post *Cynpi* pro *Cynphii*, et *Tragelavi* pro *Tragelaphi* scribitur in omnibus nostris. Erit ergo *hædus*, vel *hædus*, quasi *vedus* vel *vescus* (licet enim nobis his de rebus cum gravissimis auctoribus interdum argutari), idque secutum fuisse Isidorum, rat o quam subjicit satis videtur ostendere; ea est: *parvi enim pinguissimi sunt, et saporis jucundi*. Voces quoque illas, unde et *edere*, quas alii expungendas censuerant, nos (cum in omnibus libris legantur) libenter retinemus, scribimusque, unde et *edere*. Festus namque *hederam*, vel quod *hærent*, vel quod *edat*, vel quod *ed. ta* petat, dietam existimat.

<sup>n</sup> *Nam hirqui sunt oculorum anguli*. E Serv., ad Eclog. 3. *Hirquos* autem, an *hircos* pro eodem scribas, nihil refert, ut recte monet Pierius Valerianus. <sup>o</sup> *Majores... a fluvio Ciniphe in Libya*. Unde Theophr., id. l. 3: Τὸν λεβυπὸν κακῶν καὶ γλάσσειο με τὸ κορυφῶν.

<sup>p</sup> *Unde eas crepas*. Festus: *Capræ dictæ, vel quod omne virgultum carpant, sive a crepitu crurum, unde et crepas eas prisci dixerunt*.

<sup>q</sup> *Quas Græci pro eo, quod acutissime videant*. Origen., homil. 2 in Cant., interprete Hieronymo. *Caprea* (inquit), id est, *dorcæ, acutissime videt*.

17. <sup>a</sup> Unde et meridiana pars *Ibices* aves vocat, quæ a villi fluentis inhabitant. Hæc itaque animalia, ut dixerunt, in petris altissimis conmorantur, et si quando erarum vel hominum adversitatem persenserint, de altissimis saxorum cacuminibus sese præcipitantes in suis se cornibus illæsa suscipiunt.

18. <sup>b</sup> *Cervi* dicti ἀπὸ τῶν κέρατων, id est, a cornibus. κέρατα enim Græce cornua dicuntur. <sup>c</sup> Hi serpentium inimici, cum se gravatos in infirmitate persenserint, spiritu narium eos extrahunt de cavernis, et, superacta perniciæ veneni, eorum pabulo reparantur. <sup>d</sup> Dictamnum herbam ipsi prodiderunt. Nam ea pasti excutiunt acceptas sagittas.

19. Mirantur autem sibilum fistularum. Erectis auribus acute audiunt, submissis nihil. <sup>e</sup> Si quando immensa flumina, vel maria transnatant, capita clunibus præcedentium superponunt, sibi que invicem succedentes nullum laborem ponderis sentiunt.

20. <sup>f</sup> *Tragelaphi* a Græcis nominati, qui dum eadem specie sint, ut cervi, villosos tamen habent armos, ut hirci, et menta promissis hirta barbis, qui non alibi sunt quam circa Phasidem.

21. <sup>g</sup> *Innulli* filii sunt cervorum, ab innuere dicti, quia ad nutum matris absconduntur.

42. 22. *Damula* vocata, quod de manu effugiat: timidum animal et imbelles; de quo Martialis:

Dente timetur aper, defendunt cornua cervum.  
Imbelles damæ, quid nisi præda sumus?

23. <sup>h</sup> *Lepus*, quasi *levipes*, quia velociter currit. <sup>i</sup> Unde et Græce pro cursu λαγώς dicitur; velox est enim animal, et satis timidum.

24. <sup>j</sup> *Cuniculi*, genus agrestium animalium, dicti, quasi *caniculi*, eo quod canum indagine capiantur, vel excludantur a speluncis.

<sup>a</sup> Unde et meridiana pars. Ex Gregor., xxx Moral., cap. 9, al. 16.

<sup>b</sup> *Cervi* dicti. E Serv., ad vers. *Tres littore cerros*. Æn. 1.

<sup>c</sup> *Hi serpentium inimici*. Ex Orig., homil. 2 in Cant. et Serv., ad eclog. 8, et Plin., lib. viii, cap. 32.

<sup>d</sup> *Dictamnium*. Sive *dictamnum* (utraque enim scriptura suos auctores habet), e Solin., cap. 22.

<sup>e</sup> *Si quando immensa flumina*. E Gregor., xxx Moral. 10, al. 9.

<sup>f</sup> *Tragelaphi*. Solin., cap. 22, et Plin., lib. viii, cap. 55.

<sup>g</sup> *Innulli*. Ita scriptum in Gothicis, et in Codicibus Horatianis, lib. 1, od. 23: *Vitas inuleo me similis Chloæ*. Quos secuti sunt Canterus, Lambin., et Hartung. Ergo aliter fortasse scribendus *Innullus νεβρός*, quam *Innullus* ὁ ἔξ ἰσπου, καὶ ὄνου.

<sup>h</sup> *Lepus* quasi *levip*. Varr. iii de Re rust., cap. 12: *Lucius Ælius* putabat dictum leporem a celeritudine, quod *LEVIPES* esset; ego arbitror a Græco vocabulo antiquo, quod eum *Æoles* Bæthii λαγορὴν appellabant. Vid. Agell., et Quintil., lib. 1, cap. 6.

<sup>i</sup> *Unde et Græci pro cursu λαγώς*. Ut si ἀπὸ τοῦ λα γυν; etenim λα intensiois particula. Alii ἀπὸ τοῦ λαγν, id est, *cernendo*, quod patentibus oculis dormiat.

<sup>j</sup> *Cuniculi... quasi caniculi*. Græcis id magis in promptu fuit ἀπὸ τῶν κυνῶν τοὺς κυνίκλους ducere; ita enim Polyb., lib. xii, et Ælian., de Hist. Animal. lib. xiii, cap. 13, eos appellat, nisi quod uterque, Hispanam vocem esse dicit. At Varro, lib. iii de Re rust., cap. 12: *Tertii* (inquit) *generis est, quod*

25. <sup>k</sup> *Sus* dicta, quod pascua *subigat*, id est, ter. a subacta, escas inquirat.

43 *Verres*, quod grandes habeat vires.

<sup>l</sup> *Porcus*, quasi *spurcus*. Ingurgitat enim se cæno, luto immergit, limo illinit. Horatius: *Et amica luto sus*; hinc etiam *spurcitia*, vel *spurcus*, nuncupatur.

26. Porcorum pilos *sectas* vocamus, et *setas* a sue dictas, a quibus et *sutores* vocantur, quod ex setis suant, id est, consuunt pelles.

27. <sup>m</sup> *Aper*, a *feritate* vocatus, ablata f littera, et subrogata p. Unde, et apud Græcos σὺργος, id est, *ferus* dicitur. Omne enim quod ferum est et immite, abusive *agreate* vocamus.

28. <sup>n</sup> *Juvenus* dictus, eo quod *juvare* incipiat hominum usus in excolenda terra, <sup>o</sup> vel quia apud gentiles *Jovi* semper ubique *juvenus* immolabatur, nunquam *taurus*. Nam in victimis etiam ætas considerabatur.

29. *Taurus*, Græcum nomen est, sicut et *bos*. <sup>p</sup> *Indicis* tauris color fulvus est, volucris pernicitas, pilis in contrarium versis, caput circumflectunt flexibilitate, qua volunt, tergi duritia omne telum respuunt immiti feritate.

30. *Bovem* Græci βούν dicunt. <sup>q</sup> Hunc Latini *trionem* vocant, eo quod *terram terat*, quasi *terionem* Nævius: *Trionum hic moderator rusticus*. Cujus latitudo pellium a mento ad crura, *palearia* dicuntur, a pelle ipsa, quasi *pellearia*, quod est generositatis in bove signum. <sup>r</sup> *Boum* in sociis eximia pietas. Nam alter alterum inquit cum quo ducere collo aratra consuevit, et frequentii mugitu plium testatur affectum, si forte defecerit.

44 31. <sup>s</sup> *Vacca* dicta, quasi *boacca*. Est enim ex

in Hispania nascitur, simile nostro lepori, sed humile, quem *cuniculum* appellant. *Cuniculi* dicti ab eo quod sub terra *cuniculos* ipsi *facere* soleant, ubi lateant in agris. Varronem sequitur Plin., lib. viii, cap. 55. Videre licet in Adriani numismate Hispaniam ramum illic manum tenentem, ad cuius pedes *cuniculus*.

<sup>k</sup> *Sus... quod pascua subig*. Non ineleganter, si rem spectes, sed Græca est vox, ὄς.

<sup>l</sup> *Porcus, q. spurcus*. Nisi Græcum esse mavis cum Varrone.

<sup>m</sup> *Aper a feritate*. Varro: *Apri a locis asperis, nisi a Græcis, quod his κάρπος*.

<sup>n</sup> *Juvenus*. Ex Varr., lib. iv.

<sup>o</sup> *Vel qua apud gentiles*. E Serv., ad vers. *Cælicolum regi mactabam*. Æn. iii; et Æn. ix, ad vers. *Statuam ante aras*. Vid. Macrob., de Virgilii versu: *Taurum Neptuno*.

<sup>p</sup> *Indicis tauris*. Plin., viii, cap. 21, et Solin.

<sup>q</sup> *Hunc Latini trionem*. Varro, lib. vi, et Agell., lib. ii, cap. 21.

<sup>r</sup> *Boum in sociis eximia pietas*. Ambrosii verba sunt in Orat. de morte Syri fratris: *Bos bovem requirit, seque non totum putat, et frequentii mugitu plium testatur affectum, si forte defecerit cum quo ducere collo aratra consueverat*. Basil., in Orat. in martyr. Julit.: *καὶ ποτε αἶδον ἐγὼ βούν ἐπὶ πάτης διακρύοντα τοῦ συννόμου, καὶ ὁμοζύγου τέλειψαντος*. Virg.:

... it trisis arator  
Mœrentem abjungens fraterna morte juvecanum.

<sup>s</sup> *Vacca... es qualitate mobilis*. nom. Donatus, in

qualitate mobilium nominum, sicut leo leæna, draco A magnos et indomitos, et I in deserto vagantes. Singuli autem seminarum gregibus præ-unt. <sup>k</sup> Nascentibus masculis zelant, et testiculos eorum morsu detrun-

32. <sup>a</sup> Vitulus, et vitula, a viriditate vocata sunt, id est, ætate viridî, sicut virgo. Vitula ergo parva est nondum enixa. Nam enixa, juvenca est, aut vacca.

33. <sup>b</sup> Bubali vocati per derivationem, quod sint similes boum; adeo indomiti, ut præ feritate jugum cervicibus non recipiant. Hos Africa procreat.

34. Uri, agrestes boves sunt in Germania, habentes cornua in tantum protensa, ut regis mensis insigni capacitate <sup>c</sup> ex eis gerulæ fiant, dicti uri από των ορών.

35. Camelis causa nomen dedit, sive quod quando onerantur, ut breviores, et humiles fiant, arcubant, quia <sup>d</sup> Græci χαμαι humile, et breve dicunt; sive quia curvus est dorso. <sup>e</sup> Camur enim verbum Græcum **B** curvum significat. Hos lit et et aliæ regiones mittant, sed Arabia plurimos. Differunt autem sibi. <sup>f</sup> Nam Arabici bina tubera in dorso habent, reliquarum regionum singula.

36. <sup>g</sup> Dromeda, genus est camelorum, minoris quidem staturæ, **45** sed velocioris. Unde et nomen habet. Nam δρόμος Græce cursus velocitas appellatur. <sup>h</sup> Centum enim et amplius millia uno die pergere solet. Quod animal, sicut bos, et ovis, et camelus ruminat.

37. <sup>i</sup> Ruminatio autem dicta est a ruma, emimente gutturis parte, per quam dimissus cibus a certis animalibus revocatur.

38. Asinus et asellus a sedendo dictus, quasi asedus; sed hoc nomen, quod magis equis conveniebat, **C** ideo hoc animal sumpsit, quia priusquam equos caperent homines, huic præsidere cœperunt. Animal quippe tardum, et nulla ratione renitens, statim ut voluit sibi homo substravit.

39. Onager interpretatur asinus ferus, ὄνον quippe Græci asinum vocant, ἔγριον serum. Hos Africa habet

Arte secund. : Sunt (inquit) genera nominum fixa, sunt mobilia : fixa sunt quæ in alterum genus flecti non possunt, ut pater, mater, soror. Mobilia autem aut propria sunt, et duo genera ex se faciunt, ut : Caius, Caiæ, Marcus, Marcia; aut appellativa, et tria genera faciunt, ut bonus, bona, bonum, etc.

<sup>a</sup> Vitulus. E Serv., Eclog. III.

<sup>b</sup> Bubali adeo indomiti. Ex Hieron., ad Am. VI, et Solin., cap. 23.

<sup>c</sup> Ex eis gerulæ fiant. E Solin., 23. Vid. Cæsar., VI de Bell. Gall.; Plin. lib. VIII, cap. 15; et Serv., ad vers. Silvestres uri assid. Georg. II.

<sup>d</sup> Græci χαμαι. Etymologicum Græcum : κάμηλος τὸ ζῷον, ὅτι χαμαι καθήμενη αἶρει τὸ φορτίον. ὡσεὶ κάμηλος. ἔτυμολογείται δὲ παρὰ τὸ κάμπτειν τοὺς μηρούς ἐν τῷ καθίσθαι κάμηρος τις οὖσα. Sed melius Varrus, lib. IV : Camelus cum suo nomine Syriaco in Latium venit. Est namque Syris gemal Hebræis gamal.

<sup>e</sup> Camur enim. E Serv., Georg. III, camuris, curvis; at Fest. : Camera, et camuri boves a Græco κάμη.

<sup>f</sup> Nam Arabici. E Solin., cap. 52. Sed Bactrianis hoc tribuit Plin., lib. VIII, cap. 18.

<sup>g</sup> Dromeda. Vel dromedarii. Nam dromeda... præcisè credo scriptam in Gothicis, pro dromedarii.

<sup>h</sup> Centum enim et amplius mill. Ex Hier., in Isidor., cap. 21.

<sup>i</sup> Ruminatio dicta est a ruma. E Serv., ad Eclog. VI, VI a rumine, ut legunt Editi : Rumina est pars colli

magnos et indomitos, et I in deserto vagantes. Singuli autem seminarum gregibus præ-unt. <sup>k</sup> Nascentibus masculis zelant, et testiculos eorum morsu detrun-

40. Asini Arcadici dicti, quod ab Arcadia primum vecti sint magni et alti. <sup>l</sup> Minor autem asellus agro plus necessarius est, quia et laborem tolerat, et negligentiam propemodum non recusat.

41. Equi dicti, eo quod quando quadrigis jungebantur, *æquabantur*, paresque forma et similes cursu **e** pulabantur.

42. <sup>m</sup> Caballus a cavando dictus, propter quod gradiens ungula impressa terram concavet, quod reliqua animalia non habent; inde et *sonipes* quod pedibus **s** nat.

**46** 43. Vivacitas equorum multa; exsultant enim in campis, odorantur bellum, excitantur sono tubæ ad prælium, <sup>n</sup> voce accensi ad cursum provocantur, dolent cum victi fuerint, exsultant cum vicerint. Quidam hostes in bello sentiunt, adeo ut adversarios morsu petant. <sup>o</sup> Aliqui etiam proprios dominos recognoscunt, oblitum mansuetudinis, si mutentur; aliqui præter dominum nullum dorso recipiunt. <sup>p</sup> Interfectis, vel morientibus dominis multi lacrymas effundunt. Solius equi est propter hominem lacrymari, et doloris affectum sentire. Unde et in centauris, equorum et hominum natura permista est.

44. <sup>q</sup> Solent etiam ex equorum mœstitia, vel alacritate eventum futurum dimicaturi colligere. Ætas longæva equis Persicis, Hunnicis, Epiroticis, ac Siculis, in annis ultra quinquaginta; brevior autem Hispanis, ac Numidis, et Gallicis, frequens opinio est.

45. <sup>r</sup> In generosis equis, ut aiunt veteres, quatuor spectantur : forma, pulchritudo, meritum, atque color. Forma, ut sit validum corpus, et solidum,

qua esca devoratur. Varroni, Nonio et Glossar., Rumina est mamma.

<sup>i</sup> In deserto vagantes. Solin., et Plin., lib. VIII, cap. 3.

<sup>k</sup> Nascentibus masculis zelant. Eodem modo loquitur Orosius, in Hist. Præfat. : Non eos quos insectantur oderunt, sed his quos amant zelant.

<sup>l</sup> Minor autem asellus agro. Pessime in Editis quibusdam, *onagro*. Sunt enim Palladii verba, lib. IV, cap. 14. Idem Columell., lib. VII, cap. 1.

<sup>m</sup> Caballus. Respexit ad Virgilium :

At duplex agitur per lumbos spina cavatque Tellurem, et solido graviter sonat ungula cornu.

<sup>n</sup> Voce accensi ad cursum provocantur. Verior hæc lectio, quam quæ apud Solinum est : Nonnulli etiam accensis facibus ad cursum provocantur.

<sup>o</sup> Aliqui etiam proprios. Solin. : Aliqui inventi sunt, qui non nisi primos dominos recognoscerent, oblitum mansuetudinis, si quando muta sent consueta servitia.

<sup>p</sup> Interfectis, vel morientibus dominis. Nota sunt Homeri et Virgilii de Acbillis et Pallantis equis carmina.

<sup>q</sup> Solent etiam event. Plin., lib. VIII, cap. 42.

<sup>r</sup> In generos. eq. quatuor. Pallad., lib. IV, cap. 13. In admisso quatuor spectantur : forma, color, meritum, pulchritudo.

rbori conveniens altitudo, latitudo, latus longum, A  
 venter substrictus, maximæ et rotundæ clunes,  
 pectus late patens, corpus omne muscularum densi-  
 tate nodosum, pes siccus, et cornu concavo solidatus.

46. Pulchritudo, ut sit exiguum caput, et siccum,  
 pelle prope ossibus adhærente, aures breves, et argutz,  
 oculi magni, nares patulæ, erecta cervix, conia densa,  
 et cauda, \* angularum soliditate fixa rotunditas.

47. Meritum, ut sit animo audax, pedibus alac-  
 cer, trementibus membris, quod est fortitudinis indi-  
 cium, quique ex summa quiete facile concitetur, vel  
 ex citata festinatione non difficile teneatur. <sup>d</sup> Motus  
 autem equi in auribus intelligitur, virtus in membris  
 trementibus.

48. \* Color hic præcipue spectandus: badius, au-  
 reus, roseus, myrteus, cervinus, gilvus, glaucus, scu-  
 tulatus, canus, candidus, albus, guttatus, niger. Se-  
 quenti autem ordine, varius ex nigro, badioque dis-  
 tinctus; reliquos varius color, vel cinereus deterrimus.

49. Badium autem antiqui *বাদيام* dicebant, quod  
 inter cætera animalia fortius vadat. <sup>f</sup> Ipse est et  
*spadix*, quem *phœnicatam* vocant, et dictus *spadix* a  
 colore palmæ, quam Siculi *spadicam* vocant.

50. \* *Glaucus* vero est, veluti pictos oculos habens,  
 et quodam splendore perfusus; <sup>h</sup> nam *glaucum* vete-  
 res dicebant *album*.

<sup>i</sup> *Gilvus* autem, mellinus color est subalbidus.

*Guttatus*, aibus nigris intervenientibus punctis.

51. *Candidus* autem, et *albus* invicem sibi differunt.

\* *Venter substrictus*. Vox *venter* nulla erat in libris,  
 sed cum constanter *substrictus*, non *substrictum* in  
 Gothicis omnibus legeretur, non dubitavimus quin  
 hæc esset vera scriptura, quam indicavit Chacon, ex  
 Columell., lib. vi, cap. 29. Palladii vero locum men-  
 dosum cum eod. Chacone credimus, et ex Isidoro  
 supplendum.

<sup>b</sup> *Nares patulæ*. Quæ si angustæ sint, discindi so-  
 lent ne longo cursu incalentes suffocentur, ut ait  
 Theophil., lib. iv, de Homin. fabric.

<sup>c</sup> *Angular. soliditate fixa rot.* Pallad.: *Ungularum  
 solida et fixa rotunditas.*

<sup>d</sup> *Motus autem equi in auribus intellig.* Solin. cap.  
 30: *Motus equi in auribus intelligitur, animos leonum  
 frons, et cauda indicat.*

\* *Color hic præcipue spect.* Ex Pallad., lib. iv.  
 Varro, apud Non.: *Equi colore dispares, ita nati; hic  
 badius, iste gilvus, ille murinus.* Vid. Agell., lib. ii,  
 cap. 26, et lib. iii, cap. 9, et Alciat., lib. ii Parerg.,  
 cap. 1.

<sup>f</sup> *Ipse est spadix.* E Serv. Georg. iii. Quos Bayos  
 et datilodos Hispani dicimus.

\* *Glaucus est veluti pictos ocul.* Serv.: *Glauco feli-  
 neis oculis, id est, splendore perfusus.*

<sup>h</sup> *Nam veteres glaucum alb.* Nam glaucum albu  
 cæruleum diluit. Unde et Virg. *Populus et glauca  
 canentia fronde salicti.* Sed idem de glauco paulo alie-  
 ter, lib. xix, cap. 28. Est tamen in tribus Gothicis  
 lacuna: *Nam glaucum.... veteres dicunt.*

<sup>i</sup> *Gilvus mellinus color.* E Serv.

<sup>j</sup> *Canus dictus, qui ex candido et nigro.* Tilesius, in  
 lib. de Coloribus: *Nascitur equus nonnunquam canus,  
 atque albineus, non idem qui et candidus, aut albus,  
 sed hujus non cæpera, hos nostri tordillos dicunt.*

\* *Petili appellatur.* Festus: *Petiliam suram angu-  
 lam equi albam dici ait Scævola.* In glossario quoque,  
 ubi *perfitis μαρροσαλῆς* legitur, *petilis μαρροσαλῆς*  
 puto legendum; citat ex Plauto Nonius hunc versum,

Nam *albus* cum quodam pallore est, *candidus* vero,  
 niveus, et pura luce perfusus.

<sup>l</sup> *Canus* dictus, quia ex candido colore et nigro ex.  
*Scutulatus* vocatus propter orbes, quos habet  
 candidos inter purpuras.

48. 52. *Varius*, quod vias habeat colorum imp-  
 rium. Qui autem albos tantum pedes habeant, <sup>h</sup> *petili*  
 appellantur; <sup>l</sup> qui frontem albam, *callidi*.

53. *Cervinus* est, quem vulgo = *gauranem* dicunt.  
*Aranem* idem vulgus vocat, quod in modum er-  
 sit coloris.

\* *Myrteus* autem est pressus in purpura.  
 54. \* *Dossinus* autem dictus, quod sit color equi  
 de asino, idem, et *cinereus*. Sunt autem hi de  
 B de ad urbanam dignitatem transire non possunt.

55. *Mauros* niger est. *Nigrum* enim Græci *μαύρον*  
 vocant.

*Mannus* vero, equus brevior est, \* quem vulg-  
*Buricum* vocant.

\* *Veredos* antiqui dixerunt, quod veherent rhe-  
 das, id est, ducerent, vel 49 quod vias publicas car-  
 rant, per quas et rhedas ire solitum erat.

56. Equorum tria sunt genera, unum generosum,  
 \* præliis, et oneribus aptum; alterum vulgare, atque  
 gregarium ad vehendum, non ad equitandum aptum; tertium  
 ex permistione diversi generis ortum, quod etiam  
*bigenerum* dicitur, quia ex diversis nascitur, ut mullim.

57. \* *Mulus* autem a Græco tractum vocabulum

C in *Petilis*, et in *Fronte*: *Nam coloratam frontem habet  
 petilis.* Atque ipse *tenuem* et *exilem* ex sua libidine,  
 ut solet, interpretatur.

<sup>l</sup> *Qui frontem albam callidi.* Gloss.: *Callidus, λε-  
 κομίτροπος.* Habent tamen plerique libri *callidi*. Sed  
*callidus* probabat A. August.

\* *Gauranem dicunt.* Retinent eandem vocem Itali,  
 una littera mutata, nam *sauro* dicunt.

\* *Myrteus est pressus in purpura.* Pressum quoque  
 in coloribus equorum numerat Palladius, sed quid  
 apud eum *pressus*, apud Serv. *professus murteum*, hoc  
 loco *pressus in purpura* valeat, nondum satis consti-  
 tui. Opinor tamen *pressi* voce significari densorem  
 (ut ita dixerim) colorem, ducta similitudine ab *vis*,  
 quæ quo magis pedibus vel prelo premuntur, mihi  
 liquida, et vel ex albis ratula, vel ex rubris subsepe  
 vina reddant.

\* *Dossinus.* An quia Varro *dossuarius* vocat asinus  
 oneribus ferendis aptos? et Gloss. *dorsuaria*, *μαρροσαλῆς*.  
 Hunc colorem murinum dicunt Pallad. et Columella.

\* *Quem vulgo buricum.* Hieronym., in Eccles. i &  
*Dignitate prælati vias publicas mannis terunt, qui  
 vulgo buricos vocant;* et ad Pammachium: *Ferunt  
 buricos mannos.* Paulin., ad Senec.: *Macro et ubi  
 asellis burico sedentem.* Et Gloss.: *Mannis, βουρικός.*  
 At Porphyrio: *Manni, aut, equi dicuntur puniti, qui  
 vulgo burdos vocant;* et Acro: *Mannus, burdo; id  
 minores equos, nos hodie exiguos asellos buricos  
 dicimus.*

\* *Veredos.* Verba sunt Festi, in quo ex Isidoro re-  
 stituenda vox *veredos*. Procop., lib. ii de Bello Per-  
 sic.: *Ὅ δὲ ἴστος τοῖς δημοσίου ὀχέουσαν, εἰς δι-  
 ρίδου καλεῖν νεομικροσιν.* Julian. Autecessor., in Epit-  
 tomon. Novell. Justiniani, novell. 130, quod Græce  
 τῶν δημοσίων ἵππων ἄριστον, *veredorum cursum* sub-  
 didit.

\* *Præliis et onerib.* — *Homeribus* quidam libri.  
 \* *Mulus, μύλον, pistriam;* et *μύλα, mola;* equi

habet, quod iugo pistorum subactus, tardas molendo A  
ducat in gyrum molas. \* Judæi asserunt quod Ana  
baepos Esau equarum greges ab asinis in deserto  
ipse fecerit primus ascendi, ut mularum inde nova  
contra naturam animalia nascerentur. Onagros quo-  
que admissos esse ob hoc ad asinas; et ipsum istius-  
modi reperisse concubitus, ut velocissimi ex his asini  
nascerentur.

58. Industria quippe humana diversum animal in  
coitum coegit; sicque adulterina commistio ne genus  
aliud reperit; sicut, et Jacob contra naturam colorum  
similitudines procuravit. <sup>b</sup> Nam tales fetus oves illius  
concupiebant, quales umbras arietum desuper ascen-  
dentium in aquarum speculo contemplabantur.

59. Denique et hoc ipsum in equarum gregibus  
feri fertur, ut generosos objiciant equos visibus con- B  
cipientium, quo eorum similes concipere et creare  
possint. Nam et columbarum dilectores depictas pon-  
nunt pulcherrimas columbas eisdem locis quibus illas  
versantur, quo, rapiente visu, similes generent.

60. Inde est quod quidam gravidas mulieres ju-  
beat nullos intueri turpissimos animalium vultus, ut  
cynocephalos, et similes, ne visibus occurrentes similes  
fetus pariant. <sup>c</sup> Hanc enim feminarum esse naturam,  
ut quales prospexerint, sive mente conceperint in ex-  
tremo voluptatis æstu dum concipiunt, talem et sobo-  
lem procreent. Etenim animæ in usu Venerio formas  
extrinsecus intus transmittit, eorumque satiata typis,  
rapit species eorum in propriam qualitatem.

61. In animalibus *bigenera* dicuntur, quæ ex di- C  
versis nascuntur, ut mulus ex equa et asino; <sup>d</sup> burdo  
ex equo et asina, <sup>e</sup> hybridæ ex apris et porcis,  
<sup>f</sup> tityrus ex ove et hirco, <sup>g</sup> musmo ex capra et ariete;  
est autem dux gregis.

## CAPUT II.

### De bestiis.

1. *Bestiarum* <sup>h</sup> vocabulum proprie convenit leoni-  
bus, pardis, tigribus, lupis, et vulpibus, canibusque  
et similibus, ac cæteris, quæ vel ore, **51** vel unguibus

Editorum scripturam retinimus; nam mendose Go-  
thici omnes: *Mulus a. a. G. t. v. h. Græcum enim  
hoc, vel quod iugo*, etc. Nisi Isidorus *mulum* vocem  
esse Græcam putavit, *molam* tantum Latinam. Sed  
querendus auctor non inelegantis senarii, quem ne-  
mo offecit: *Tardas molendo ducat in gyrum molas.*

\* *Judæi asserunt, quod Ana abnep.* Ex Hieron.,  
Quæst. in Gen., cap. 36. Id Paphlagonibus tribuit  
Homerus, *Il.*, 6.

<sup>b</sup> *Nam tales fetus.* Ex eod. lib., in cap. xxx Gen. D  
<sup>c</sup> *Hanc enim feminarum dicunt esse naturam.* Verba  
Hieronymi, *ibid.*

<sup>d</sup> *Burdo ex eq. et as.* Varro, *ii de Re rust.*, cap. 8:  
*Ex equa et asino fit mulus; contra, ex equo et asina,  
hinnus.* Glossar.: *ἤμιονος ἔξ ἵππου θηλείας καὶ ὄνου  
mulus. Burdo ἤμιονος; ἔξ ἵππου καὶ ὄνου θηλείας.*

<sup>e</sup> *Hybridæ ex apris et porcis.* Plin., *lib. viii*, cap.  
55. *Acron tamen. ad Satyr. 7 lib. 1: Tractum (in-  
quit) ab aquila, quæ ex aquila et vulture nascitur, sive  
a canibus, qui nascuntur ex venatico et gregario.*

<sup>f</sup> *Tityrus.* Serv. *Ecl. 4: Laconum lingua, tityrus  
dicitur aries major, qui gregem anteire consuevit.*

<sup>g</sup> *Musmo.* Ex Gothicis; et *musmones* dicuntur a  
Strabone, *lib. v. Musomones* et Serv., *Georg. iii*,  
ad vers. *Udisque aries in gurgite vill.* Nonius: *Mu-  
simones asini, muli, aut equi breves.*

A sæviant, exceptis serpentibus. *Bestiæ* autem dicti a vi  
qua sæviant.

2. <sup>i</sup> *Feræ* appellatæ, eo quod naturali utantur  
libertate, et pro desiderio suo *ferantur*. Sunt enim  
liberæ earum voluntates, et huc atque illuc vagantur  
et quo animus duxerit, eo feruntur.

3. *Leonis* vocabulum ex Græca origine inflexum  
est in Latinum. Græce enim λέων vocatur, et est  
nomen nothum, quia ex parte corruptum. <sup>l</sup> *Leæna*  
vero totum Græcum est, sicut, et *dracæna*. <sup>k</sup> Ut au-  
tem *leæna* *lea* dicatur usurpatum est a poetis. <sup>l</sup> *Leo*  
autem Græce, Latine *rex* interpretatur, eo quod  
princeps sit omnium bestiarum.

4. Cujus genus trifarium dicitur. E quibus bre-  
ves, et juba crispa, imbelles sunt; longi, et coma  
simplici, acres. <sup>m</sup> Animos eorum frons et cauda  
indicat. Virtus eorum in pectore, firmitas in ca-  
pite. Septi a venatoribus terram contuentur, quo  
minus conspectis venabulis terreantur. Rotarum ti-  
ment strepitus, sed ignes magis.

5. Cum dormierint, vigilant oculi; cum ambulant,  
cauda sua cooperiunt vestigia sua, ne eos venator  
inveniat. <sup>n</sup> Cum genuerint catulum, tribus diebus  
et tribus noctibus catulus dormire fertur; tunc  
deinde patris fremitu, vel rugitu veluti tremefactus  
cubilis locus, suscitare dicitur catulum dormientem.

6. <sup>o</sup> Circa hominem leonum natura est benigna, ut  
nisi læsi nequeant irasci. Patet enim eorum miseri-  
cordia exemplis assiduis. Prostratis enim parant;  
<sup>p</sup> captivos obvios repatriare permittunt; hominem **52**  
non nisi in magna fame interinunt. De quibus Lu-  
cretius: *Scymnique leonum, etc.*

7. <sup>q</sup> *Tigris* vocata propter volucrem fugam. Ita  
enim nominant Persæ et Medi sagittam. Est enim  
bestia variis distincta maculis, virtute et velocitate  
mirabilis, ex cujus nomine flumen *Tigris* appellatur,  
quod is rapidissimus sit omnium fluviorum. Has  
cretius: magis Hyrcania gignit.

Cap. II. — <sup>h</sup> *Bestiar... serpentibus.* Ex Aug., *iii de  
Gen. ad lit.*, cap. 11.

<sup>i</sup> *Feræ appellatæ.* E Serv., ad vers. *Pinguisque fo-  
rina.* *Æn.* 1.

<sup>l</sup> *Leæna.* Ex eod., ad vers. *Catulo. oblit: leæna.*  
Georg. *iii*.

<sup>k</sup> *Ut autem leæna dicatur.* Ex eod., *Æn.* *xiii.* Lu-  
cretius:

Irritata lææ jaciebant corpora saltu.

<sup>l</sup> *Leo autem Græce, Latine rex.* De hoc loco Ant.  
August.: *In veteri (inquit) libro Græco post Orionis  
etymologicum est: λέων, διὰ τὸ λαίανον, ἦγονος νεκρῶν.*

<sup>m</sup> *Animos eorum frons, et cauda.* Solin., cap. 50.  
<sup>n</sup> *Cum genuerint.* Verba sunt Origenis, *homil. 17  
in Gen.*

<sup>o</sup> *Circa hominem leonum naturam.* Serv., ad vers.  
*Tum deprimi movet arma leo.* *Æn.* *xii: Hæc enim  
leonum natura est, ut nisi lacessiti, irasci nequeant.*

<sup>p</sup> *Captivos obvios repatriare.* Solin.: *Cum multi  
captivorum aliquot leonibus obvius intacti repatriave-  
rint.*

<sup>q</sup> *Tigris.* Ex Plin., *lib. viii*, cap. 18, et Solin.  
Litan apud Armenios tigrim sagittam significare ait  
Varro.

8. *Panther* dictus, <sup>a</sup> sive quod omnium animalium **A** amicus sit, excepto dracone; sive quia et sui generis societate gaudet, et ad eandem similitudinem quidquid accipit reddit. <sup>b</sup> Πᾶς enim Græce omne dicitur. Bestia <sup>c</sup> minutis orbiculis superpicta, ita ut oculatis ex fulvo circulis, nigra, vel alba distinguatur varietate.

9. Hæc semel omnino parturit, cujus causæ ratio manifesta est. Nam cum in utero matris coaluere catuli, maturi-que ad nascendum viribus pollent, odiunt temporum moras. Itaque oneratam fetibus vulvam tanquam obstantem partui unguibus lacerant, effundit illa partum, seu potius dimittit, dolore cogente. Ita postea corruptis et cicatricosis sedibus genitale semen infusum non hæret acceptum, sed irritum resilit. <sup>d</sup> Nam Plinius dicit animalia cum acutis unguibus frequenter parere non posse. **B** Videntur enim intrinsecus se moventibus catulis.

10. <sup>e</sup> *Pardus*, secundus post pantherem est, generis varium, et velocissimum, et præceps ad sanguinem. Salto enim ad mortem ruit.

11. *Leopardus* ex adulterio lænæ, et pardi nascitur, et tertiam originem efficit, sicut et Plinius in naturali historia dicit leonem eum parda, aut pardum cum læna concumbere, et ex utroque coitu degeneres partus creari, <sup>d</sup> ut mulus et burdo.

**53** 12. *Rhinoceros* a Græcis vocatus, Latine interpretatur *in nare cornu*. <sup>e</sup> Idem et *monoceros*, id est, *unicornis*, eo quod unum cornu in media fronte habeat <sup>b</sup> pedum quatuor, ita acutum, et validum, ut quidquid impetierit, aut ventilet, aut perforet. Nam et cum elephante sæpe certamen habet, et in ventre vulneratum prosternit.

13. Tanta autem est fortitudinis, ut nulla venantium virtute capiatur; sed, sicut asserunt qui naturas animalium scripserunt, virgo puella pro-

<sup>a</sup> Sive quod omnium animalium amicus. Huic etymo favent, quæ Plin. l. b. viii, cap. 17; et Ælian., vi de Hist. animal., referunt. Vulgo *panthera*, quod tota fera sit, dicta putatur.

<sup>b</sup> Πᾶς enim omne dicitur. Aut aliquid deest (quod visum est A. Aug.), aut hoc potius superfluum inepti alicujus, qui id solum nosset, interpretis glossema.

<sup>c</sup> *Minutis orbiculis*. Solin., cap. 21: *Minutis orbiculis superpictæ, ita ut oculatis ex fulvo circulis, vel cæruleis, vel alba distinguatur tergi supellex.*

<sup>d</sup> Nam Plin. dicit. E. Serv., Georg. ii, ad vers. *Sæva leonum semina*. Locus vero Plin., lib. viii, cap. 16.

<sup>e</sup> *Pardus secundum post pantheram*. E. Solin., ibid.

<sup>f</sup> *Ut mulus et burdo*. Ex tribus Codicibus A. August.

<sup>g</sup> *Idem et monoceros*. Ex Greg., lib. xxxi Moral., cap. 10, al. 15. Plinius alium a monocerote rhinocerotem esse vult, lib. viii, cap. 20 et 21. Hunc Romæ sæpe visum, illum negat vivum posse capi. Idem refert Solinus. Virus, inquit, non venit in hominum potestatem, et in Balarico Codice, additur hoc loco: *Fertur tantam habere ferocitatem, ut captus statim moriatur.*

<sup>h</sup> *Pellum quatuor*. Sic etiam Solin.; sed Plin., *cubitum duorum*; *cubiti unius*, Ctesias in Indicis apud Photium; *sesquicubiti*, Ælian., lib. iv, cap. 52, De asiis Indicis. Est etiam in ejus cornu coloris magna varietas apud eosdem. Videtur autem Plinius eundem monocerotem existimasse cum asino Indico, negat enim lib. xi, cap. 46, aliud esse animal uni-

ponitur, quæ venienti sinum aperit, in quo ille, omni ferocitate deposita, caput ponit, sicque seorsus, velut inermis capitur.

14. *Elephantem* Græci a magnitudine corporis vectum putant, **54** quod formam montis præferat. Græce enim *mons λόφος* dicitur. Apud Indos autem a voce *barrus* vocatur. Unde, et vox ejus *barrillus* dicitur, et dentes *ebur*. <sup>i</sup> Rostrum autem *promuscis* dicitur, quo ille pabulum ori admovet, et est <sup>k</sup> angui similis, vallo munitus eburno.

15. <sup>l</sup> Hos *boves lucas* dictos ab antiquis Romanis: *boves*, quia nullum animal grandius videbant; *lucas*, quia in Lucania illos primus Pyrrhus in prælio objectis Romanis. Nam hæc genus animantis in rebus bellicis aptum est. In eis enim Persæ, et Indi, lignis terribus collocatis, tanquam de muro jaculis dimicant. Intellectu autem, et memoria multa vigent.

16. <sup>m</sup> Gregatim incedunt. <sup>n</sup> motu quo valent saltant, murem fugiunt, aversi coeunt, quando autem parturiunt, in aquis, vel insulis dimittunt fetus propter dracones, quia inimici sunt, et ab eis implicati necantur. Biennio autem portant fetus, nec amplius, quam semel gignunt, nec plures, sed tantum unum.

**55** <sup>o</sup> Vivunt annos trecentos. Apud solam Africam et Indiam elephantum prius nascebantur; nunc sola eos India gignit.

17. <sup>p</sup> *Gryphes* vocantur, quod sit animal pennatum, et quadrupes. Hoc genus ferarum in Hyperboreis montibus nascitur. Omni parte corporis leones sunt; alis et facie Aquilis similes, et equis vehementer infesti. Nam et homines visos discernunt.

18. <sup>q</sup> *Cameleon* non habet unum colorem, sed diversa varietate conspersus, ut pardus. Dicitur autem ita (eo quod cameli similitudinem habet et leonis)

corne præter asinum Indicum et orygem. Sumpsitque id ex Arist., lib. ii, cap. 1, de Hist. animal. De certamine rhinocerotis cum elephante, vid. Plin., Solin., Ælian., Diodor., Strab., Agatharchid., in lib. de Mari Rubro.

<sup>i</sup> Græcis enim *mons λόφος*. In Gothicis, *elepho*, nulla sententia, ut fere in Græcis vocibus accidit. A. Aug. secuti sumus conjecturam non admodum debitam. Alias ex aliis originibus aut notationibus elephantis afferre nihil attinet.

<sup>j</sup> *Rostrum autem promuscis*. Ex Ambros., ix, Hex., cap. 5.

<sup>k</sup> *Et est angui similis*. Lucretius:

... Angulmanos elephantos India, quorum  
Millibus e multis vallo munitur eburno.

<sup>l</sup> *Hos boves Lucas*. Varr., lib. vi, et Plin., viii, cap. 6. Lucret., lib. v:

Inde boves lucas turrito corpore tetros...  
Angulmanos belli docuerunt vulnera Pœni  
Suisferre....

<sup>m</sup> *Gregatim incedunt*. Ex Plin., viii, cap. 5. Solin.: *Oberrant agminatim.*

<sup>n</sup> *Motu quo valent saltant*. Solin.: *Solis esortu motib., quibus possunt, saltant.*

<sup>o</sup> *Vivunt ann. ccc.* — Est in Græco etymologie et de re hemistichium.

<sup>p</sup> *Gryphes vocatur quod sit*. Non etymon reddit, ut neque Servius, et quo sunt hæc, in Eclog. 3.

<sup>q</sup> *Cameleon... dicitur autem*. Post hæc verba *lucas* est in Gothicis.



suius cameleonis corpusculum ad colores quos videt scilicet conversione variatur, quod aliorum animalium non est ita ad conversionem facilis corpulentia.

19. <sup>a</sup> *Camelopardus* dictus, quod dum sit, ut pardus, albis maculis superasperus, collo equo similis, pedibus bubulis, capite tamen camelo est similis. Illic *Æthiopia* gignit.

20. <sup>b</sup> *Lynx* dictus, quia in luporum genere numeratur: bestia maculis terga distincta, ut pardus, sed similis lupo. Unde et ille *λύκος*, iste *lynx*. Hujus urinam converti in duritiam pretiosi lapidis dicunt, qui <sup>c</sup> *fiacurius* appellatur, quod et ipsos lynces sentire hoc documento probatur; nam egestum liquorem areis, in quantum poterint, contegunt, invidia quadam naturæ, ne talis egestio **36** transeat in usum humanam. <sup>d</sup> Lynces dicit Plinius secundus extra unum non admittere.

21. <sup>e</sup> *Castores a castrando* dicti sunt. Nam testiculi eorum apti sunt medicaminibus, propter quod cum præciserint venatorem, ipsi se castrant, et morsibus vires suas amputant. De quibus Cicero in Scæuriana: *Redimunt se ea parte corporis propter quam maxime expetuntur*. Juvenalis:

..... qui se  
Eunucho ipse facit cupiens evadere damno  
Testiculi.

Ipsi sunt et *fibri*, qui etiam *pontici canes* vocantur.

22. <sup>f</sup> *Ursus* fertur dictus, quod ore suo formet fetus, quasi *orsus*. Nam aiunt eos informes generare partus, et carnem quamdam nasci, quam mater lambendo in membra componit. <sup>g</sup> Unde est illud:

Sic format lingua fetum, cum protulit ursa.

Sed hoc immaturitas partus facit; denique tricesimo die generat. Unde evenit ut præcipitata secunditas informes procreet. Ursorum caput invalidum; vis maxima in brachiis, et in lumbis; unde interdum erecti insistent.

23. *Lupus* Græca derivatione in linguam nostram transfertur. Lupos enim illi *λύκους* dicunt, <sup>h</sup> *λύκος* autem Græce a morsibus appellatur, quod rabie ra-

<sup>a</sup> *Camelopardus*. — *Camelopardalis* dicitur a Plinio et Solin. Vid. Varr., lib. iv.

<sup>b</sup> *Lynx* dictus. Goth. *lyncis*, ut supra, lib. xi, *Calcis pro calz*.

<sup>c</sup> *Λυγρόριον*. Dioscorid., Plin., Solin., *Ælianus*.

<sup>d</sup> *Lynces dicit Plin.* E Serv., ad vers. *Degere more jera*. *Æn.* iv.

<sup>e</sup> *Castores a castrand.* E Serv., ad vers. *Virosaque Ponti Castorea*. Georg. i.

<sup>f</sup> *Ursus, q. orsus*. Varr. *Ursi Lucana origo*.

<sup>g</sup> *Unde est illud: Sic format ling.* Caruven Draconitii, de quo paulo post.

<sup>h</sup> *λύκος Græce*. Est enim *λύσσα*, *rabies* et *λυσσαῖν*, *rabie ferere*. Vetus Orionis liber: *λύκος διὰ τὸ κακῶς λύνε τὴν ποιμῆν*.

<sup>i</sup> *De quo rusticis*. Idem supra, lib. i, cap. 36. Vid. Plin., viii, cap. 28; Solin. in cap. de Ital.; Ambros., vi *Hexam.*, cap. 4.

<sup>j</sup> *Lupi... diebus xii coeunt*. E Solin., cap. 8, aut Plin., lib. viii, cap. 22. Arist. non coire, sed parere omnes diebus anni duodecim refert, quod ipse fabulosum putat, lib. vi, cap. 35, de Hist. animal. Duodecim dies parturire *Ælianus* ait, lib. iv, cap. 4, de Animalibus, his verbis: *Ὁ ῥαδίως οἱ λύκοι τὴν ὥδινα ἀπολύουσιν, ἀλλὰ ἐν ἡμέραις ὀδύδινα, καὶ τοῦ τσσαύταις*.

*pacitatis* quæque invenerit trucidet. Alii lupos vocatos aiunt, quasi *lepos*, quod quasi leoni, ita sit illi virtus in pedibus, unde quidquid pede presserit, non vivit.

24. Rapax autem bestia, et cruoris appetens, de quo rustici aiunt **57** vocem hominem perdere, si eum prior lupo viderit. Unde et subito tacenti dicitur: *Lupus est in fabula*. Certe si se prævisum senserit, deponit feritatis audaciam. I Lupi toto anno non amplius quam dies duodecim coeunt, famem diu portant, et post longa jejunia multum devorant. <sup>k</sup> Lupos *Æthiopia* mittit cervicæ jubatos, et tantum varios, ut nullum colorem illis dicant abesse.

25. *Canis* nomen Latinum Græcam etymologiam videtur habere. Græce enim *κύων* dicitur; licet eum <sup>l</sup> quidam a *canore* latratus appellatum æstiment, eo quod insonet, unde et *canere*. Nihil autem sagacius canibus, plus enim sensus cæteris animalibus habent.

26. Namque <sup>m</sup> soli sua nomina recognoscunt, dominos suos diligunt; diminorum lecta defendunt; pro dominis suis se morti obijciunt; voluntarie cum domino suo ad prædam currunt; corpus domini sui etiam mortuum non relinquunt. Quorum postremo natura est, extra homines esse non posse. In canibus duo sunt (spectanda) aut fortitudo, aut velocitas.

27. <sup>n</sup> *Catuli* abusive dicuntur quarumlibet bestiarum filii; nam catuli proprie canum sunt, per diminutionem dicti.

28. <sup>o</sup> *Lyciaci* autem dicuntur, ut ait Plinius, canes nati ex lupis et canibus, cum inter se forte miscentur. <sup>p</sup> Solent et Indæ feminæ canes noctu in silvis alligatæ admitti ad bestias tigres, a quibus insidiri, et nasci ex eodem fetu canes adeo acerrimos, **58** et fortes, ut in complexu leones prosternant.

29. <sup>q</sup> *Vulpes* dicta, quasi *volupes*. Est enim volubilis pedibus, et <sup>r</sup> nunquam rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus currit, fraudulentum animal, insidiisque decipiens. Nam dum non habuerit escam, fingit mortem, sicque descendentes, quasi ad cadaver, aves rapit, et devorat.

<sup>s</sup> *Ἐπι τοσοῦτω τὴν Ἀπὸ τὴν Δῆλον ἐξ Ἰππεροῦ ἀδελφὸν φασιν*. Theodori Gazæ interpretatio confirmatur verbis Antigonis, mirabilium Narrationum cap. 61: *φασὶν γὰρ αὐτοὺς ἀπαντας ἐν ἰσὶ τοῦ ἐναυτοῦ τίντειν*. Sed est qui putet xii dies tantum in uero ferre, cui opinioni occasionem præbuit vetus quædam Aristotelis κατὰ πρόδα interpretatio. Lege Pier. Valerian., lib. xi Hieroglyph., in Lupo et Properantia.

<sup>t</sup> *Lupos Æthiop.* Sol. Cod. de *Æthiopia*: *Æthiopia mittit Lycaonem: lupus est cervicæ jubatos, et tot modis varius, ut nullum illi colorem dicant abesse*.

<sup>u</sup> *Quidam a canore latratus*. Varr., lib. iv: *Catulus a sagaci sensu, et acuto. Hinc canis, nisi quod tuba et cornu signum cum dant, canel dicitur, quod hic item et nocticulus in custodia, et venandi signum voce dat, canis dictus. Ubi pro nocticulus, neictaculus quidam legunt*.

<sup>v</sup> *Soli nomina sua recognosc.* Ex Plin. et Solin.

<sup>w</sup> *Catuli abusive*. E Serv., Georg. iii.

<sup>x</sup> *Lyciaci*. E Serv., Eclog. 5.

<sup>y</sup> *Solent et Indæ*. Ex Plin., viii, cap. 4, et Solin.

<sup>z</sup> *Vulpes dicta*. Varr. *VOLPES, ut Ælius dicebat, quod volat pedibus*.

<sup>aa</sup> *Et nunquam rectis itineribus*. Ex Gregor., xix Moral., cap. i.

30. \* *Simiæ* Græcum est nomen, id est, pressis naribus. Unde et *Simias* dicimus, quod suppressis naribus sint, et facie sæda, <sup>b</sup> rugis turpiter follicantibus, licet et capellarum sit pressum habere narium. Alii simias Latino arbitrantur sermone vocatas, <sup>c</sup> eo quod multa in eis similitudo rationis humane sentitur, sed falsum est.

31. Hæc elementrum sagaces, <sup>d</sup> nova Luna exsultant, mediâ et cava tristantur. Fetus quos amant ante se gestant, neglecti circa matrem herent. Harum genera quinque sunt, ex quibus *cercopitheci* caudas habent. Simia enim comicauda est <sup>e</sup> quam quidam *ὀπίπης* vocant.

32. <sup>f</sup> *Sphinxes*, villosæ sunt comis, mammis prominentibus, dociles ad feritatis oblivionem.

*Cynocephali*, et ipsi similes simiis, sed facie ad modum canis, unde et nuncupati.

33. *Satyræ*, facie admodum grata, et gesticulatis motibus inquieti.

*Callitriches*, toto pene aspectu a cæteris distant; sunt enim in facie producta barba, et lata cauda.

59 34. *Leontophonos*, bestia modica, et ex eo ita vocata, quia capta exurit; ejusque cinere aspersæ carnes, et positæ per compita semitarum leones necant, si quantulumcunque ex illis sumpserint.

35. <sup>g</sup> *Histrice*, animal in Africa crinacii simile, vocatum a stridore spinarum, quas tergo laxatas emittit, ut canes vulneret insequentes.

36. <sup>h</sup> *Enhydros* bestiola ex eo nuncupata, quod in aquis versetur, et maxime in Nilo. Quæ si invenerit dormientem Crocodilum, volutat se in lutum primum, et intrat per os ejus in ventrem, et carpens omnia interanea ejus, <sup>i</sup> exit viva de visceribus crocodili, ipso mortuo.

37. <sup>j</sup> *Ichneumon* Græcè vocatus, eo quod odore suo

<sup>a</sup> *Simiæ*. E Serv., Eclog. 40.

<sup>b</sup> *Rugis turpiter follicantibus*. Usus est eadem voce Apulei., lib. ix: *Quales illi muli senis, vel caniharii debiles circa præsepium capita demersi, contruncabant moles palarum cervicæ cariosa, vulnerum putredine follicantes nares languidulas*. Et Hieron., in epist. ad Eustoch., de Custod. Virgin.: *Si pes laxa pelle non folleat, et paulo post, laxæ manicæ, caligæ follicantes*.

<sup>c</sup> *Quod multa in eis similitud.* Eun.:

Simia quam similis turpissima bestia nobis

<sup>d</sup> *Nova luna*. E Solin. vid. Arist. et Plin.

<sup>e</sup> *Quam quidam ὀπίπης*. Chaconis conjectura, ut ad *caudam*, non ad *simiam*, referatur. Ad lectiones Vulcanii addas licet ex nostris alias non minus ineptas, *clavam, crum, diuram, curam*.

<sup>f</sup> *Sphinxes... callitriches... leontophonos*. Ex Solin. <sup>g</sup> *Histrice animal in Africa*. Ita Plin. viii, cap. 55; at Solin., in *Æthiopia*, cap. 55.

<sup>h</sup> *Enhydros*. Solin., Plin., Amm. Marcellin., lib. xii Hist., Dioscor. Sicul., et Plutarch., in lib. *Utrum terrestria aëquatilib. prudentiora*.

<sup>i</sup> *Exit viva de visceribus crocodili, ipso mortuo*. Pro his verbis in veteribus libris sola hæc leguntur, *et sic moritur*. Vid. Plin. et Solin.

<sup>j</sup> *Ichneumon. quod odore ἰχθυεῖν, hoc est, restigatorem, sive indagatorem interpretantur* Herodot., Næander et Hesychius.

<sup>k</sup> *De quo Dracontius... prædicit. Al. prædicit. Dracontius opus sex dierum carmine composuit, Athabagildo regnante, quod poema Eugenius III, Tolemt. antistes, sub Cindasintho et Reccensintho, et*

et salubria **60** ciborum et venenosa prodantur. <sup>l</sup> Ite quo Dracontius ait: *Prædicit suillus rim cujuscuque veneni*. Suillus autem a ætis est nuncupatus. Hic etiam serpentes insequitur, qui cum <sup>m</sup> adversus aspidem pugnat, caudam erigit, quam aspis maxime incipit observare, quasi minantem, ad quam cum vim suam transfert, decepta corripitur.

38. *Musio* appellatus, quod muribus infestus sit. Hunc vulgus *catum* a *captura* vocant. <sup>n</sup> Alii dicunt quod *catat*, id est videt. Nam tanto acute ceruit, ut fulgore luminis noctis tenebras superet. <sup>o</sup> Unde et a Græco venit *catus*, id est, ingeniosus, ἀπὸ τοῦ καίεσθαι.

39. <sup>p</sup> *Furo* a *furro* dictus, unde et *fur*. Tenebrosos enim et occultos cuniculos effodit, et ejicit prædam quam invenerit.

**B** 40. <sup>p</sup> *Melo*, quod sit rotundissimo membro, vel quod favos petat, et assidue *mella* capiet.

### CAPUT III.

#### *De minutis animantibus.*

1. *Mus* pusillum animal, Græcum illi nomen est; <sup>q</sup> quidquid vero **61** ex eo trahitur Latinum sit. Alii dicunt *mures*, quod ex humore terræ nascuntur. <sup>r</sup> Nam *mure* terra, unde et *humus*. <sup>s</sup> Illis in plenilunio jecur crescit, sicut quædam maritima augentur, quæ rursus minuente luna deficiunt.

2. *Sorex*, Latinum est, eo quod rodât, et in modum *seræ* præcidat. <sup>t</sup> Antiqui autem *soricem sauricem* dicebant, sicut et *CLO. UM claudum*.

3. <sup>u</sup> *Mustella* dicta, quasi *mus longus*; nam *telum* a longitudine dictum. Hæc ingenio subdola, in domibus, ubi nutrit catulos suos, transfert mutatque sedem. Serpentes etiam et mures persequitur: duo autem sunt genera mustellarum. Alterum enim silvestre, est distans magnitudine, quod Græci *ἰέρης*;

emendavit, et septimi diei versibus auxit. Hunc librum Gothicis characteribus scriptum bibliotheca Martini Roderici Azagræ nunc servat.

<sup>l</sup> *Adversus aspidem pugnat*. Plin., viii, cap. 24.

<sup>m</sup> *Alii dicunt quod catat, id est, acute videt*. Varro, lib. vi: *Cata, acuta; hoc enim verbo Sabini dicunt: quare Catus Ælius Scætus non, ut aiunt, sapiens, sed acutus; simul CATA DICTA, accipienda ACUTE DICTA*.

<sup>n</sup> *Unde, et a Græcis venit catus*. E Serv., ad ver. *Instant ardentes Tyrii*. Æn. i.

<sup>o</sup> *Furo a furro*. Hodie a nobis *huron*, idem cum Plinii (ut opinor *viverra*).

<sup>p</sup> *Melo*. Quem Georg. Agricola, in lib. de Subterr. animalibus, et (nisi fallor, Plin., lib. viii, cap. 58) *melem* appellant. Sive, ut scriptum est in Varro, edito a P. Victorio, *melem*. Georg. Alexand., in Priscar. vocum enarratione, quæ in libris veterum de Re rustica sunt: *Meles* (inquit), *animalibus inimicum, puto esse id quod vulgus fovinum et matulem appellant, alii taxum dicunt*.

CAP. III.—<sup>q</sup> *Quidquid vero ex eo trahitur*. Voces quæ a *mure* ducuntur.

<sup>r</sup> *Nam mure terra*. Idem repetit lib. xx, cap. 3.

<sup>s</sup> *Illis in plenilunio*. Cic., in lib. de Divinat.: *Musculorum jecuscula bruma dicuntur augeri*. Item Plin., lib. xi cap. 57: *Murium jecusculis fibræ ad numerum lunæ in mense congruere dicuntur*.

<sup>t</sup> *Antiqui soricem*. E Serv., Georg. ii, iii.

<sup>u</sup> *Mustella dicta*. E Serv., in illud: *At non hoc telum*. Æn. ix. Vide Fest., in *Arma et Tela*. Et Call., cap. 2: 3 de verb. Signific.

vocant; <sup>a</sup> alterum in domibus oberrans. Falso **A** autem opinantur qui dicunt mustellana <sup>b</sup> ore concipere, aure effundere partum.

4. <sup>c</sup> *Musaraneus*....

*Aranea*....

<sup>d</sup> Est in Sardinia animal perexiguum, araneæ forma, quæ *solifuga* dicitur, quod diem fugiat. In metallis argentariis plurima est, occulto reptans, et per imprudentibus supersedentibus pestem facit.

**62** 5. <sup>e</sup> *Talpa* dicta, quod sit damnata cæcitate perpetua, et tenebris. Est etenim absque oculis, semper terram fodit, et humum egerit, atque radices subter frugibus comedit, quam Græci ἀσφάλαξ vocant.

6. *Glires* dicti sunt, quia pingues eos efficit somnus. <sup>f</sup> Nam *glicere* dicimus *crecere*. Hieme enim tota dormiunt, et immobiles, quasi mortui jacent, **B** tempore æstivo <sup>g</sup> reviviscunt.

7. <sup>h</sup> *Hericius* animal spinis coopertum, quod exinde dicitur nominatum, eo quod subrigit se, quando spinis suis clauditur, quibus undique protectus est contra insidias. Nam statim ut aliquid præsenferit, primum se subrigit atque in globum conversus in sua se arma recolligit. Hujus prudentia quædam est. Nam dum absiderit uvam de vite, supinus sese volutat super eam, et sic eam exhibet natis suis.

8. *Grillus* nomen a sono vocis habet. <sup>i</sup> Hic retro ambulat, terram terebrat, stridet noctibus; venatur eum formica circumligata capillo in cavernam ejus conjeta, afflato prius pulvere, ne se abscondat, ita formicæ complexibus trahitur.

9. <sup>j</sup> *Formica* dicta, eo quod *ferat micas* farris, **C** rufas solertia multa. Providet enim in futurum, et præparat æstate quod hieme comedit. In messe autem elegit triticum, hordeum non tangit. **63** <sup>k</sup> Dum pluit ei super frumentum, totum ejicit. <sup>l</sup> Dicuntur in *Æthiopia* esse formicæ ad canis formam, quæ arenas aureas pedibus erant, quas custodiunt ne quis auferat, captantesque ad necem persequuntur.

10. <sup>m</sup> *Formicoleon*, ob hoc vocatus, quia est, vel

<sup>a</sup> *Alterum in domib. oberrans.* Quam Græci ἀπλῶς γαλῆν, illam *εγριαν γαλῆν* dicunt.

<sup>b</sup> *Ore concipere. aure effund.* Contra, duo Cod. *Tar. ræ. Aure concipere, ore effundere*, quod magis probat *A. August.*

<sup>c</sup> *Musaraneus.* Dux hic lacunæ in Gothicis, uno *Ovetensi* excepto, in quo: *Musaraneus cujus m. a. p.*; in aliis, vel *interimitur*, vel *moritur*, ut suspecta prorsus mihi sit interpretatio. *Μυρογαλῆ* dicitur a *Dioscoride*. *Glossar. : Μυρογαλῆ, musaraneus. Salm. Cod., Musaraneus, vel musaranea.*

<sup>d</sup> Est in Sardin. *E Solin., 10.*

<sup>e</sup> *Talpa... quam Græci.* Ex *Hier., in Is. II. Glossar. : Talpa, ἀσφάλῆξ.* Gothici ἀσφάλαξ (non ἀσπάλαξ, ut *Hieronymus*) habent.

<sup>f</sup> *Glires crescere.* Verba *Serv., Æn. XII, in princip.* <sup>g</sup> *Reviviscunt.* Post hæc verba ascriptum est in *Balearico : De quo quidam :*

Tota mihi dormitur hiems, et pinguior illo  
Tempore sum, quo me nil nisi somnus a'it.

<sup>h</sup> *Hericius.* Ex *Ambros., Hexam. VI.*

<sup>i</sup> *Hic retro ambulat.* *Plin., Verb. lib. XIX, cap. ULT.*

<sup>j</sup> *Formica dicta.* *E Serv., Æn. IV: Sane (inquit)*

*Formica dicta est ab eo, quod ore ferat micas. Vox*

formicarum leo, vel certe *formica* pariter, et leo. Est enim animal parvum, formicis satis infestum, quod se in pulvere abscondit, et formicas frumenta portantes interficit. Proinde autem leo et *formica* vocatur, quia aliis animalibus ut *formica* est, formicis autem ut leo est.

CAPUT IV.

*De serpentibus.*

1. *Anguis* vocabulum omnium serpentium genus, quod plicari et contorqueri potest. Et inde *anguis*, quod *angulosus* sit, et nunquam rectus. Angues autem apud gentiles <sup>a</sup> pro genitis locorum erant habiti semper, unde et *Persius*:

Pinge duos angues, pueri, sacer est locus...

2. *Coluber*, ab eo dictus, quod colat umbras, **B** vel quod in *lubricos* tractus flexibus sinuosis labatur. Nam *lubricum* dicitur quidquid labitur dum tenetur, ut piscis, et serpens.

3. *Serpens* autem nomen accepit, quia occultis accessibus *serpit*; non enim apertis passibus, sed squammarum minutissimis nisibus reptit. Illa autem quæ quatuor pedibus nituntur, sicut lacerti, et stelliones, non serpentes, sed *reptilia* nominantur. Serpentes autem *reptilia* sunt, quia ventre, et pectore reptant; quorum tot <sup>p</sup> venena, quot genera; tot perniciæ, quot species; tot dolores, quot colores habentur.

**64** 4. *Draco* major cunctorum serpentium, sive omnium animantium super terram. Hunc Græci δράκοντα vocant. Unde et derivatum est in Latinum ut diceretur *Draco*; <sup>q</sup> qui sæpe a speluncis abstractus fertur in aerem, concitaturque propter eum aer. Est autem cristatus, ore parvo, et arcis fistulis, per quas trahit spiritum, <sup>r</sup> et linguam exerit. Vinum autem non in dentibus, sed in cauda habet, et verbere potius quam rictu nocet.

5. Innoxius autem est a venenis, sed ideo huic ad mortem faciendam venena non esse necessaria, quia si quem ligaverit, occidit. <sup>s</sup> A quo nec *elephas tutus*

*farris* nihil ad etymon, sed hallucinatus est *Isidorus*, qui commentaria *Servii* sine versibus poetæ habuerit. Vid. *Serv.*

<sup>t</sup> *Dum pluit ei.* *Al., Dum pluit super ejus frumentum... totum ejicit, hoc est, exponit soli.*

<sup>l</sup> *Dicuntur in Æthiopia.* Ex *Sol., cap. 43.*

<sup>m</sup> *Formicoleon.* *E Greg. v Moral., cap. 16, nisi quod apud eum myrmicoleon.*

CAP. IV. — <sup>n</sup> *Pro Geniis locorum.* *E Serv., Æn. V.*

<sup>o</sup> *Vel quod in lubricis t. s.* Ex *Lact., cap. 8 de Opif.*

<sup>p</sup> *Tot venena quot genera.* Verba *Tertull., in lib. Advers. Gnostic., nisi quod illic, ingenia, hic genera.*

<sup>q</sup> *Qui sæpe ab speluncis.* Ex *Aug., in ps. cXLVIII.*

<sup>r</sup> *Ore parvo... et linguam exerit.* Vid. *Solin., cap. 33, de Æthiop.* Dicitur autem *draco* ἀπὸ τοῦ δράειν, id est, *videndo*. Cernit namque acutissime. *Macrob., t Saturn; et Fest., in Dracones.*

<sup>s</sup> *Nec elephas tutus est.* *Lucan., lib. IV: Nec tutus spatio est elephas. Sunt namque dracones quoque ipsi ingentes.* *Diodor., lib. IV: Tradunt quidam in desertis, ac feris locis, serpentes, qui cum elephantis propter aquas pugnant, magnitudine numeroque admirabiles esse, etc.* Et *Plin., VIII, cap. 44.*

est sui corporis magnitudine. Nam circa semitas delitescens, per quas elephanti solito gradiuntur, crura eorum nodis illigat, ac suffocatos perimit. Gignitur autem in Æthiopia, et India in ipso incendio jugis æstus.

6. <sup>a</sup> *Basiliscus* Græce, Latine interpretatur *regulus*, ea quod rex serpentinum sit, adeo ut eum videntes fugiant, quia olfactu suo eos necat, nam et hominem, vel si aspiciat, interimit. Si quidem ad ejus aspectum nulla avis volans illæsa transit, sed quamvis procul sit, ejus ore combusta devoratur.

657. A mustellis tamen vincitur, quas illic homines inferunt cavernis in quibus delitescit. Itaque ea visa fugit, quem illa persequitur, et occidit. Nihil enim parens ille rerum sine remedio constituit. Est autem longitudine semipedalis, albis maculis lineatus.

8. <sup>b</sup> *Reguli* autem, sicut scorpiones, arenia quæque sectantur, et postquam ad aquas venerint, ὑδροφόβους et lymphaticos faciunt.

9. <sup>c</sup> *Sibilus* idem est qui et *Regulus*. Sibilo enim occidit, antequam mordeat, vel exurat.

10. <sup>d</sup> *Vipera* dicta, quod *vi pariat*. Nam cum venter ejus ad partum ingemuerit, catuli non expectantes naturæ maturam solutionem, corrosis ejus lateribus, vi erumpunt cum matris interitu. Lucanus: Viperei coeant abrupto corpore nodi.

11. <sup>e</sup> Fertur autem quod masculus, ore inserto viperae, semen exspuat. Illa autem, ex voluptate libidinis, in rabiem versa, caput maris ore receptum præcidat; ita sit ut parens uterque pereat, masculus dum coit, femina dum parit. Ex vipera autem *pastilli* fiunt, qui θηριακοὶ vocantur a Græcis.

12. *Aspis* vocata, quod morsu venena immittat et spargat; ἰός enim Græci *venenum* dicunt, et inde *aspis*, quod morsu venenato interimat. Hujus diversa genera, et species, et dispares effectus ad nocendum: fertur autem *aspis*, cum cæperit pati incantatorem, qui eam quibusdam carminibus propriis evocat, ut eam de caverna 66 educat, illa cum exire noluerit, unam aurem ad terram premit, alteram cauda obturat et operit; atque ita voces illas magicas non audiens, non exit ad incantantem.

<sup>a</sup> *Basiliscus*. Ex Hieron., in Is. xiv, et epist. 83, ad Ocean. Quædam tamen ex Plin., viii, et Solin.

<sup>b</sup> *Reguli*. *hydrophobos faciunt*. Verba sunt Hieron., epist. cit. ad Ocean.

<sup>c</sup> *Sibilus idem qui et regul*. Idem esse animal situlum, regulum et basiliscum suspicor. De regulo aperte in Glossario, Βασιλίσκος ὁ ὄφις, *regulus*..., et postea: Βασιλίσκος, *regulus*. De sibilo basilisci Plinius, Solinus et Lucanus.

<sup>d</sup> *Vipera*. E Serv... *aut mala tactum vipera delituit*. Georg., iii. Idem Græg., xv Moral., cap. ix. Sed quam commode citetur a Servio Lucani carmen, Isidorus non examinavit. Dicta est tamen *vipera*, quasi *vivipara*, quod non ova, sed animal vivum pariat. Vid. Arist., lib. i de Hist. animal.

<sup>e</sup> *Ingemuerit*. Ita habent Gothici, non *intumuerit*.  
<sup>f</sup> *Fertur autem quod masculus*. Herodot., Nicand., Plin.

<sup>g</sup> *Fertur autem aspis*. Ex Aug., in ps. LVII.

<sup>h</sup> *Dipsas quæ Latine situla*.—*Sitacula* malim. Glossar.: *Sitacula*, δειψάς. De dipsade Solin., cap. 30; et Acton., lib. vi, c. 30.

<sup>i</sup> *Hypnalis*. Vide Solin.

13. <sup>b</sup> *Dipsas*, genus aspidis, quæ Latine *situla* dicitur, quia, quem momorderit, siti perit.

14. <sup>i</sup> *Hypnalis*, genus aspidis dicta; quod somno necat: hanc sibi Cleopatra apposuit, et ita morte quasi somno soluta est.

15. <sup>i</sup> *Hæmorrhoids*, *aspis* nuncupatur, quod sanguinem sudet, qui ab eo morsus fuerit, ita ut, dissolutis venis, quidquid vitæ est per sanguinem evocet. Græce enim *sanguis αἷμα* dicitur.

16. *Præster*, *aspis* semper ore potenti et vaporante currit. Cujus poeta sic meminit:

Oraque distendens avidus fumantia præstet.

Illic quem percusserit distenditur, enormique corpulentia necatur; <sup>k</sup> extuberatum enim putredo sequitur.

17. <sup>l</sup> *Seps*, tabificus *aspis*, qui dum momorderit hominem, statim eum consumit, ita ut liqueat totus in ore serpentis.

18. <sup>m</sup> *Cerastes* serpens dictus, eo quod in capite cornua habeat 67 similia arietum, κέρατα enim Græci *cornua* vocant: sunt autem illi quadrigemina cornicula, quorum ostentatione, veluti esca illice, sollicitata animalia perimit. Totum enim corpus arena tegit, nec ullum indicium sui præbet, nisi ex ea parte, qua invitatas aves vel animalia capit. Est autem flexuosus, plus quam alii serpentes, ita ut spinam non habere videatur.

19. <sup>n</sup> *Scytale* serpens vocatus, eo quod tanta præfulget tergi varietate, ut notarum gratia aspicientes retardet, et quia reptando pigrior est, quos assequi non valet, miraculo sui stupentes capit. Tanti autem fervoris est, ut etiam hiemis tempore exuvias corporis ferventis exponat. De quo Lucanus:

Et scytale sparsis etiam nunc sola prains  
Exuvias positura suas.

20. *Amphisbena* dicta, eo quod duo capita habet, unum in loco suo, alterum in cauda, currens ex utroque capite, tractu corporis circulato. Hæc sola serpentium frigori se committit, prima omnium procedens. De qua idem Lucanus <sup>d</sup>:

• Et gravi in geminum vergens caput Amphisbena.  
Cujus oculi lucent veluti lucernæ.

<sup>i</sup> *Hæmorrhoids*. Lucan., lib. ix:

Dentibus impressit Hæmorrhoids aspera Tullio  
Magnanimo juveni, miratorique Catonis.  
Ut que solet pariter tollas effundere signis  
Corycii pressura croci, sic omnia membra  
Emisere simul rutilum pro sanguine virus.

Vide Solin., et Dioscor.

<sup>k</sup> *Extuberatum*. E Solin., 30. Ex quo loco (quoniam neque ipse est integer) nihil hic mutamus.

<sup>l</sup> *Seps tabificus*. Respexit ad Lucani carmen, lib. ix:

Ossaque dissolvens cum corpore tabificus seps.

Vid. Nicand., Schol., et Dioscorid., lib. II, cap. 70.

<sup>m</sup> *Cerastes*. E Solin., 30. E quo sollicitata animalia AVES intelligas oportet.

<sup>n</sup> *Scytale*. Ex eod. c. Videtur autem Isidorus ἐπι τοῦ σκῆπτρου ducere, cum alii ἐπὶ τῆς σκυτάλης, hoc est, *tereti virga*. Nota fuit scytale Laconica, qua Spartæ utebatur re-p., ne interceptæ litteræ intelligerentur. Dioscorid., lib. vii, *Amphisbenam scytalem* vocat, interpretes *Cæciliam*.

• Et gravi in geminum vergens. Etiam legitur

21. <sup>a</sup> *Enhydri*, coluber in aqua vivens. Græci enim *A* *Ἐνυδρὸν ἀκράν* vocant.

22. <sup>b</sup> *Hydros*, aquatilis serpens, a quo icti obturgescunt, cujus quidam morbum *Boam* dicunt, eo quod simo *bovis* remediatur.

23. *Hydra*, draco multorum capitum, qualis fuit in <sup>d</sup> *Lerna palude* provincie Arcadie; hæc Latine *εχάκτρα* dicitur, quod uno casu, *ἑστρία* capita excrecebant, sed hoc fabulosum est. Nam constat *hydram* locum fuisse evomentem aquas vastantes viciniam civitatem, in quo, uno meatu clauso, multi erumpabant. Quod Hercules videns, loca ipsa exussit, et sic aquæ clausit meatus. Nam *hydra* ab *aqua* dicta est.

24. <sup>c</sup> *Chelydros* serpens, qui et *chersydros* dicitur, quia et in aquis et in terris moratur. Nam *χίρσον* dicunt Græci *terram*, *ὑδρὸν ἀκράν*. Hic per quam labitur terram fumare facit, quem sic *Macer* describit:

Seu terga exspirant spumantis virus;  
Seu terræ fumant, qua tener labitur anguis.

Et Lucanus:

Tractique via fumante chelydri.

25. <sup>f</sup> *Natrix*, serpens aquam veneno inficiens. In quocunque enim fonte fuerit, eum veneno immiscet, de quo Lucanus: *Et Natrix violator aquæ.*

26. <sup>e</sup> *Cenchris*, serpens inflexuosus, qui semper iter rectum efficit. De quo Lucanus:

Et semper recto lapsurus limite cenchris.

Semper enim directus ambulat. Nam si se torserit dum currit, statim *crepat*.

27. <sup>h</sup> *Parias*, serpens, qui semper in cauda ambulat, et sulcum facere videtur. De quo idem Lucanus:

Et contentus iter cauda solcare parias.

28. <sup>i</sup> *Boas*, anguis Italiae immensa mole: persequitur greges armentorum, et bubulos; et plurimo lacte irriguis uberibus se innectit, et sugens interimit, atque inde a *bovm* depopulatione *boas* nomen accepit.

*surgens* apud Lucan., quomodo legisse videtur Solinus, qui *consergere in geminum caput* dixit. Vid. Nicand., in *Theriac.*

<sup>a</sup> *Enhydri*. Ex Plin., xxxi, cap. 7.

<sup>b</sup> *Hydros aquatilis*. Verba Festi, ex *Boa*.

<sup>c</sup> *Boas* sanat simum bubulum, unde et nomen traxere.

<sup>d</sup> In *Lerna palude*. E Servio, ad vers. *Bellua Lerna*. *Æn.* vi.

<sup>e</sup> *Chelydros*. Verba sunt Servii, ad vers. *Galbanoeque agiture*. Georg. 3. Quæ autem in omnibus libris sequebantur post hæc Lucani verba: *Semper namque directus*, etc., cenchri ut aptaremus, auctor nobis fuit A. Aug. Id, quin rectum sit, dubitatorum credo neminem.

<sup>f</sup> *Natrix*. Male in omnibus libris *rinatrix*, etiam in Lucani versu. Illic, quod anguillæ simillimus sit, edentibus exitio sæpe suis se ferunt.

<sup>g</sup> *Cenchris*. Ita dicitur, quod ejus maculæ milio, quod Græci *πύχρον* dicunt, similes sint.

<sup>h</sup> *Parias*. *Παρά τὸ περισσώμινας ἔχει τὰς παρῆτας* (ait Græcus etymologist.), hoc est, ab inflatis maxillis. Hunc *Æsculapii* anguem vult esse *Ælian.*, lib. iii, cap. 11.

<sup>i</sup> *Boas*. E Solin., cap. 8.

<sup>j</sup> *Jaculus*. Ex eod., cap. 30.

<sup>k</sup> *Sirena*. Plin., lib. x, cap. 49.

29. <sup>j</sup> *Jaculus* serpens volans, de quo Lucanus: *Jaculique volucres*. Exsiliunt enim in arboribus, et dum aliquod animal obvium fuerit, *ἑστρία* *ἑστρία* se super illud, et perimunt; unde et *jaculi* dicti sunt. In Arabia autem serpentes sunt cum alis, quæ <sup>k</sup> *sirena* vocantur, quæ plus currunt ab equis, sed etiam et volare dicuntur, quorum tantum virus est, ut morsum ante mors insequatur quam dolor.

30. <sup>l</sup> *Ammodytes* dicta, quod colorem arenæ habeat. De qua poeta:

Quam parvis plectis maculis Thebanus Ophites  
Concolor exustis, atque iudicretus arenis  
Ammodytes.

31. <sup>m</sup> *Seps*, exigua serpens, quæ non solum corpus, sed, et ossa veneno consumit. Cujus poeta sic meminit:

Ossaque dissolvens cum corpore tabificus seps.

32. *Dipsas*, serpens tantæ exiguitatis fertur, ut cum calcatur non videatur. Cujus venenum ante extinguit, quam sentiat, ut facies præventa morte, nec tristitiam induat morituræ. De quo poeta:

Signiferum juvenem Tyrrheni sanguinis Aulam  
Torta caput retro Dipsas calcata momordit.  
Vix dolor, aut sensus dentis fuit.

33. <sup>n</sup> *Solpunga*, serpens est quæ non videtur.

<sup>o</sup> *Cæcula*, dicta, eo quod parva sit, et non habeat oculos.

*Centupeda*, a multitudine pedum dicta.

34. *Lacertus*, reptilis genus est, vocatus ita, quod brachia habeat. **70** Genera lacertorum plura, ut *botrax*, *salamandra*, *saura*, *stellio*.

35. *Botrax* dicta, quod ranæ habeat faciem; nam Græci *ranam βότραχον* vocant.

36. <sup>p</sup> *Salamandra* vocata, quod contra incendia valeat; cujus inter omnia venena vis maxima est. Cætera enim singulos feriunt: hæc plurimos pariter interimit; nam si arbori irrepserit, omnia poma inficit veneno, et eos qui ederint occidit, quin etiam

<sup>l</sup> *Ammodytes*. Ita procul dubio legendum, dictusque *ammodytes* ἀπὸ τοῦ δύνει τὸν ἄμυρον. Ut autem hic *ophites* pro *ammodyte* subiret, carmen Lucani fecit, in quo vox utraque corrupta erat, sed *ammodytes* magis, nam in *admotus* mutatus, serpentis speciem prorsus exuerat. Gloss.: *Harenarius, ammodytes*.

<sup>m</sup> *Seps* exigua. Hæc cur repetenda fuerint, non D video.

<sup>n</sup> *Solpunga*. Mira varietas in hac voce tum in Codicibus Isidori, tum apud alios etiam auctores. Nam est *salpiga*, *salpuga*, *solipuga*, *salpinga*, *scalpiga*, *scalpia*, apud Solin. *solifuga*, in Gloss. *solipuga*, ἡλιωσεντρίας μυίας ἰδός. Plin., lib. xxxix: *Est et genus fornicarum venenatum, non fere in Italia; solipugas Cicero appellat, salpugas Bætica*. Ut non mirum sit *salpygæ* nomen retinuisse plerosq. libros Gothicos. Festus: *Solipunga genus bestiolæ maleficæ, quod acrius, concitatusque fit ferre solis, unde etiam nomen traxit*. Lucanus vero:

Quis calcare tuas metuat, salpuga, tenebras?

<sup>o</sup> *Cæcula*. Glossarium, *Cæca*. Columella, lib. vi, cap. 17, *Cæcilia*.

<sup>p</sup> *Salamandra vocata, quod contra incendia*. — *Id* (Plinius) inquit si verum esset, jam esset experta Roma. Sed nunquam ego credam de etymologia cogitasse Isidorum in his verbis.

si vel in puteum cadat, vis veneni ejus potantes interficit. Ista contra incedia repugnans, ignes sola animalium exstinguit. Vivit enim in mediis flammis sine dolore et consumptione, et non solum, quia non uritur, sed exstinguit incendium.

37. *Saura*, lacertus, qui quando senescit, cæcatur oculi ejus, et intrat in foramen parietis aspicientis contra Orientem, et orto sole intendit, et illuminatur.

38. *Stellio*, de colore inditum nomen habet. Est enim tergore pictus lucentibus guttis in modum stellarum. De quo Ovidius :

... aptumque color  
Nomen habet, variis stellatus corpora guttis.

• Hic autem scorpionibus adeo contrarius traditur, ut viso eo pavorem iis afferat, et torporem.

31. <sup>b</sup> Sunt, et alia serpentium genera, ut *ammodytæ*, *elphantiæ*, *chamædracontes*. Postremo quantus nominum, tantus mortium numerus. Omnes autem serpentes natura sua frigidæ sunt, nec percutiunt, nisi quando calescunt; nam quando sunt frigidæ, nullum tangunt.

71 40. Unde et venena eorum plus die quam nocte nocent. Torpent enim noctis algore, et merito, quia frididi sunt nocturno rore. In se enim adducunt vaporem gelidæ pestes et natura frigidæ. Unde et hieme in nodos torpent, æstate solvuntur.

41. Inde est quod dum quicumque serpentium veneno percutitur, primum obstupescit; et postea ubi in illo calefactum ipsum virus exarserit, statim et hominem exstinguit. • Venenum autem dictum, eo quod per venas vadit. Infusa enim pestis ejus per venas vegetatione corporis aucta discurrit, et <sup>d</sup> animam exigit.

42. Unde non potest venenum nocere, nisi hominis tetigerit sanguinem. Lucanus :

Noxia serpentum est admisto sanguine pestis.

Omne autem venenum frigidum est, et ideo anima, quæ ignea est, fugit venenum frigidum. In naturalibus bonis, quæ nobis et irrationabilibus animantibus videmus esse communia, vivacitate quadam sensus serpens excellit.

43. Unde et legitur in Genesi : *Serpens autem erat sapientior omnibus pecoribus terræ*. • Dicit autem Plinius (si creditur) quod serpentis caput, etiam si cum duobus evaserit digitis, nihilominus vivit. <sup>f</sup> Unde et totum corpus objicit pro capite ferientibus.

44. <sup>g</sup> Anguibus universis hebes visus est. Raro in adversum contuentur, nec frustra, cum oculos non in fronte habeant, sed in temporibus, adeo ut citius audiant quam aspiciant. <sup>h</sup> Nullum autem animal in

<sup>a</sup> Hic autem scorpionib. E Plin. xxix, cap. 4.

<sup>b</sup> Sunt et alia genera. E Solino. Sed ammodytæ prætermitti potuit, nam de eo jam dixerat. At hæc in adversariis ferri possunt.

<sup>c</sup> Venenum aut. m. E Serv. Æn. 1, ad vers. Fal-lug. veneno.

<sup>d</sup> Animam exigit. Col. 4 Tarracon. et Rahan.

<sup>e</sup> Dicit autem Plin. Ex eod., ad vers. Tumidum caput abdidit alle. Georg. iii.

<sup>f</sup> Unde et totum corpus. Ex Aug., in ps. lvii.

<sup>g</sup> Anguib. universis. E Solin., 30.

<sup>h</sup> Nullum autem anim. E Serv., ad vers. Linguis vibrantib. Æn. ii.

A tanta celeritate linguam movet ut serpens, adeo ut triplicem linguam habere videatur, cum una sit.

45. <sup>1</sup> Serpentium uda sunt corpora, adeo, ut quæcumque eunt, viam humore designent. Vestigia serpentium talia sunt, ut cum pedibus carere videantur, costis tamen, et squammarum nisibus repant, quas a summo gutture, usque ad imam alvum parili modo dispositas habent. Squammis enim, quasi unguibus, costis, quasi cruribus innituntur.

72 46. Unde si in qualibet corporis parte, ab alvo usque ad caput, ictu caput aliquo collidatur, debilis reddita cursum habere non possit, quia ubicunque ictus ille incidit, spinam solvit, per quam costarum pedes et motus corporis agebantur. Serpentes autem diu vivere dicuntur, adeo ut, B deposita veteri tunica, senectutem deponere atque in juventam redire perhibeantur.

47. Tunicæ serpentum *exuviæ* nuncupantur, eo quod iis quando senescunt, sese exuunt, quibus exuti in juventam redeunt. Dicuntur autem *exuviæ* et *induvæ*, quia *exuuntur* et *induuntur*.

48. Pythagoras dicit de medulla hominis mortui, quæ in spina est, serpentem creari, quod etiam Ovidius in Metamorphosis libris commemorat, dicens :

Sunt qui cum clauso potrefacta est spina sepulcro,  
Mutari credant humanas angue medullas.

Quod si creditur, merito evenit ut sicut per serpentem mors hominis, ita per hominis mortem serpens. <sup>2</sup> Fertur autem quod serpens hominem nudum non sit ausus contingere.

#### CAPUT V.

##### De vermibus.

1. *Vermis* <sup>1</sup> est animal, quod plerumque de carne, vel de ligno, vel de quacunque re terrena sine ullo concubitu gignitur, licet, nonnunquam et de ovis nascantur, ut scorpio. Sunt autem vermes, aut terræ, aut aquæ, aut aeris, aut carni, aut frondium, aut lignorum, aut vestimentorum.

2. *Aranea*, vermis aeris, ab aeris nutrimento cognominata. <sup>3</sup> quæ exiguo corpore longa fila deducit, et telæ semper intenta nunquam desinit laborare, perpetuum sustinens <sup>m</sup> in sua arte suspendium.

3. *Sanguisuga*, vermis aquatilis, dicta, quia sanguinem sugit. Potantibus enim insidiatur, cumque illabitur faucibus, vel ibi uspiam adherescit, sanguinem haurit; et cum nimio cruore maduerit, id evomit quod hausit, ut recentiore denuo sugat.

4. <sup>n</sup> *Scorpio*, vermis terrenus, qui potius vermibus ascribitur, non serpentibus : animal armatum acu-

<sup>1</sup> Serpentum uda. E Serv., ad vers. Udo sublapsu veneno. Æn. vii.

<sup>2</sup> Pythagoras dicit. Ex eod., Æn. v, ad vers. Geniumne loci, famulumne p. Æn. v. Vid. Plin., x, cap. 66; Plutarch., in Clement.; et ÆHam., lib. 1, cap. 55; et Ovid., xv Metam.

<sup>3</sup> Fertur autem quod serpens homin. nud. Ex epist. ad Præsidium, de Cereis paschali, apud Hieron., tom. IX.

CAP. V. — <sup>1</sup> Vermis est anim. Aug., in ps. xxi: Vermis de carne sine concubitu nascitur.

<sup>m</sup> In sua arte. Ita Gothici. Al., in suo labore.

<sup>n</sup> Scorpio... vermib. non serpentib. E Solin., 30.

ico, et ex eo Græce vocatum, quod cauda ligat, et **A** arcuato vulnere venena diffundat. <sup>b</sup> Proprium autem est scorpionis, quod manus palmam non feriat.

5. *Cantharis*, vermis terrenus, qui humano corpori statim ut fuerit applicatus, sui adustione vesicas efficit plenas humore.

6. <sup>c</sup> *Multipes*, vermis terrenus, ex multitudine pedum vocatus, qui contactus, in globulum complicatur. Nascitur sub petris ex humore et terra.

7. *Limez*, vermis limi dictus, quod in limo, vel de limo nascatur, unde et sordidus semper et immundus habetur.

8. *Bombyx*, frondium vermis, ex cuius textura bombycinum conficitur. Appellatur autem hoc nomine, ab eo quod evacuetur, dum fila generat, et aer solus in eo remaneat.

9. *Eraca*, frondium vermis, in oleribus, vel pampino involuta, ab *erodendo* dicta, de qua meministi <sup>d</sup> Plautus: *Imitatus nequam bestiam et maleficam involutam in pampino*. Implicat se eadem, <sup>e</sup> nec advolat, ut locusta, ut huc illucque discurrens, semipasta dimittat; sed permanet perituris frugibus, et tardo lapsu pigrisq[ue] morsibus universa consumit.

7 & 10. *Teredonas* Græci vocant lignorum vermes, quod *terendo* edant. <sup>f</sup> Hos nos *termites* dicimus. Ita enim apud Latinos ligni vermes vocantur, quos tempore importuno cæcæ arbores gignunt.

11. *Tinea*, vestimentorum vermis, dicta, quod *tenent*, et eoque insediat, quoad erodat. Inde pertinax eo quod in eadem rem identidem urgeat.

12. *Vermes caræum*, hemisphericus, lumbricus, **C** ascaridæ, costi, pediculi, pulices, lentes, tarmus, ricinus, usia, cimex.

13. <sup>g</sup> *Hemicranis*, vermis capitis vocatur.

*Lumbricus*, vermis intestinorum, dictus, quasi *lubricus*, quia labitur, vel quod in lambis sit.

<sup>h</sup> *Ascaridæ*....

<sup>i</sup> *Costi*....

14. *Pediculi*, vermes cutis, a *pedibus* dicti. Unde et *pediculos* dicuntur, quibus pediculi in corpore effervescent.

<sup>a</sup> *Arcuato vulnere*. Hieron., advers. Vigilant.: *Scriptis Tertullianus scorpiacum rectissimo nomine, quia arcuato vulnere in Ecclesia corpus venena diffudit*. Itemque in prolug. Josue.

<sup>b</sup> *Proprium autem*. Plin., xxix, cap. 4.

<sup>c</sup> *Multipes*. *Ovioxo* vocatur a Græcis. Vid. Galen., lib. xi de Simp. medicam. facult.

<sup>d</sup> *Plautus*. In *Cistellar*.: *Imitatur nequam bestiam et damnicam. Phi. Quannam, amabo? La... Involutam, quæ in pampini folio intorta implicat se.*

<sup>e</sup> *Nec advolat*, ut locusta. E Hieron., ad Am. iv.

<sup>f</sup> *Hos nos termites dicimus*. Serv. ad illud.: *Aut tempestivo silvis: — Nam tempore importuno cæcæ arbores termites faciunt, ita enim signi vermes vocantur.*

<sup>g</sup> *Hemicranis*. Chacon.: *Cum Marcellus (inquit), lib. ii de Medicam., ita scribat: e Hemicranium statim creant vermes terreni, post numero sinistra lacti, voreor ne Isidorus hemicranium vermem inde eduxerit, quomodo eod. nomine mordum et medicinam vocari nihil prohibet.*

<sup>h</sup> *Ascaridæ*.—*Tipulas* reddit pro *asca* idis Gaza. Hesychius: *Ἀσκαρίδης ἴδιος σκωλίκων*. De his medicor.

15. *Palices* vero vocati sunt, quod ex *pulvere* magis nutriantur.

*Lentes*....

<sup>1</sup> *Tarmus*, vermis est lardi.

<sup>2</sup> *Ricinus*, vermis canis, vocatus eo quod hæret in auribus canum, *κῶλον* enim Græce *canis* est.

16. <sup>1</sup> *Usia*, vermis est porci, appellata quia *urit*. Nam ubi momorderit, adeo locus ardet, ut statim ibi vesicæ fiant.

17. <sup>2</sup> *Cimex*, de similitudine cujusdam herbæ vocatus, cujus fetorem habet.

18. Proprie autem vermis in carne putri nascitur, tinea in vestimentis, **75** eruca in olere, teredo in ligno, tarmus in lardo.

19. *Vermis*, non, ut serpens, apertis passibus, vel **B** squamarum nisibus reptit, quia non est illi spinæ rigor, ut colubro, sed in directum corpusculi sui partes gradatim porrigendo contractas, contrahendo porrectas motum explicat, sicque agitatus perlabitur.

CAPUT VI.

De piscibus.

1. *Pisces* dicti, unde et *pe-us*, a *pascendo*, scilicet.

2. <sup>2</sup> *Reptilia* ideo dicuntur hæc quæ natant, eo quod reptandi habeant speciem et naturam; quamvis se in profundum immergant, tamen in natando repunt. Unde et ait David: *Hoc mare magnum et spatiosum; illic reptilia, quorum non est numerus.*

3. *Amphibia* sunt quedam genera piscium, dicta eo quod ambulandi in terris usum et natandi in aquis officium habeant. <sup>3</sup> *Ἀμφί* etiam Græce *utrumque* dicitur, id est, quia in aquis, et in terris vivunt, ut phocæ, crocoditi, hippopotami, hoc est, equi fluviales.

4. Pecoribus autem et bestiis, et volatilibus ante homines nomina imposuerunt, quam piscibus, quia prius visa sunt et cognita. <sup>4</sup> *Piscium* vero postea paulatim, cognitis generibus, nomina instituta sunt, aut ex similitudine terrestrium animalium, aut ex specie propria, sive moribus, seu colore, vel figura, aut sexu.

5. Ex similitudine terrestrium, ut ranæ, leones,

libri consulendi.

<sup>1</sup> *Costi*. Vid. Fest. et Plin., de Cossis.

<sup>2</sup> *Tarmus*. Fest.: *Tarmes genus vermiculi carnem exedens*. Sed pro *termine* quoque accipi ostendunt exempla quæ ad hunc Festi locum offerit Scalig.

<sup>3</sup> *Ricinus*. Glossar.: *Riginus*, *κρότων*, et postea *κρότων ῥότις*, *ricinus*. Utitur hac voce Columella in *Morbis canum*, lib. vii, cap. 13.

<sup>4</sup> *Usia*. Quoniam e ab r vix distinguitur in Gothicis characterib., ariam quam *usiam* magis probabat A. Aug.

<sup>5</sup> *Cimex* de similitudine cujusdam herbæ. An hyperici, quando nomen *κρότις* commune utriusque?

CAP. VI.—<sup>1</sup> *Reptilia*. Ex Ambros., Hexam. v, cap. 1.

<sup>2</sup> *Et spatiosum*. Vox *manib.*, quæ est in editis, abest a Gothicis, ut etiam a LXX, quos Isidorus sequitur, ut dubium non sit quin ex Hieronymo natarit in editionem Vulgatam. Nos vocem Hebræam exprimus, cum *bruzos* de *nar* dicimus. LXX satis habuerunt *σπῦρχωρον* dicere.

<sup>3</sup> *Piscium vero postea*. Ambros., v Hexam., cap. 3

et vitelli, et <sup>a</sup> nigri merulae, et pavi diverso colore, et collo et dorso picti, et <sup>b</sup> turdi **76** alborarii, et caetera quae sibi iuxta species terrestrium animalium nomina vindicantur. Ex moribus terrestrium, ut canes in mari a terrenis canibus nuncupati, quod mordeant. Et lupi, quod improba voracitate alios persequantur.

**6.** <sup>a</sup> A colore, ut umbræ, quia colore umbræ sunt; et <sup>d</sup> auratæ, quia in capite auri colorem habent; et varii a varietate, quos vulgo tructas vocat. <sup>a</sup> A figura, ut orbis, quia rotundus est, totusque in capite constat, ut solea, quod sit instar calciamentorum solis. A sexu, ut <sup>f</sup> musculus, quod sit balenæ masculus, ejus enim coitu concipere hæc bellus perhibetur. <sup>c</sup> Hinc, et musculi cochlearum, quorum lacte concipiunt ostreae.

**7.** Balenæ autem sunt immensæ magnitudinis bestiae, ab emittendo, et fundendo aquas vocatæ. Caeteris enim bestiis maris altius jaciunt undas; βάλαντι enim Græce emittere dicitur.

**8.** <sup>b</sup> Cete dicta, τὸ κῆτος, καὶ τὰ κῆτρα, hoc est, ob immanitatem. **77** Sunt enim ingentia genera belluarum, et æqualia montium corpora, qualis cetus excepit Jonam, cujus alvus tantæ magnitudinis fuit, ut instar obtineret inferni, dicente propheta: *Exaudivit me de ventre inferni.*

**9.** Equi marini, quod prima parte equi sunt, postrema solvuntur in piscem.

<sup>d</sup> Phocas, dicunt esse boves marinos, quasi bovacas.

**10.** Cærulei a colore appellati; nam cæruleum est viride cum nigro, ut est mare.

**11.** <sup>j</sup> Delphines certum habent vocabulum, quod voces hominum sequantur, vel quod ad symphoniam gregatim convenient; nihil in mari velocius

<sup>a</sup> Nigri meruli. Negat Varro merulum dici, sed ter legitur in Glossar.

<sup>b</sup> Et turdi alborarii. Alborarii quoque legitur in aliquibus Isidori et Ambrosii libris. De turdorum coloribus. Aristoteles, Athenæus, et Massarius in iis quæ de Piscibus, ad Plin.

<sup>c</sup> A colore, ut umbræ. Hujus piscis Varro meminit lib. iv, et Græci οὐριανὸν vocant. Plin., xxxii, cap. 11, et Ivid. in Halientico. Glossar., σκῆτος ἰχθύς.

<sup>d</sup> Et auratæ. — Chrysopterys, Ovidio.

<sup>e</sup> A Figura, ut orbis. — Orchis, apud Plin., xxxii, cap. 2, cujus hæc sunt: utrum verius, alii judicent.

<sup>f</sup> Musculus, quod sit balenæ masculus. Rei potius quam vocis etymon, magnum namque amicitiae exemplum balena, et musculus. Aut Plin., lib. ix, cap. ult.

<sup>g</sup> Hinc, et musculi cochlearum. Plin., ix, cap. 35.

<sup>h</sup> Cete dicta. Τὸ κῆτος, καὶ τὰ κῆτρα. E Serv., Æn. v, sed usum Isidorum Servii commentariis sine Virgilii verbis hic quoque locus indicat. Nam quod sequitur, hoc est, ob immanitatem, e Serv. se putavit describere, quasi ille ceteræ immania interpretatus esset, cum immania cete verba sint Virgilii. Neque in hac ceti etymologia defendenda laborandum censeo, quamvis alias quoque res, ut naves, propter magnitudinem cete dici non ignoro. Reliqua sunt ex Amb., v hexam., cap. 9.

<sup>i</sup> Phocas. Quod bocas Manuscripti quidam habent, c digamma fluxit.

<sup>j</sup> Delphines. Non delphin, sed simon, vel (ut in aliis libris) sinomon, ex Solin., cap. 18.

<sup>k</sup> Est et Delphin. gen. in Nilo. Solin., cap. 35, de Ægypto: Hi Delphines crocodilos studio alliciunt ad natandum, demersisque astu fraudulentæ tenera ven-

A istis, nam plerumque salientes naves transvolant. Quando autem præladunt in fluctibus, et undarum semolibus saltu præcipiti feriunt, tempestates significare videntur: hi proprie *Simones* nominantur. <sup>k</sup> Est et Delphinum genus in Nilo dorso serrato, qui crocodilos, tenera ventrium secantes, interimunt.

**12.** <sup>l</sup> Porci marini, qui vulgo vocantur *swilli*, qui dum escam quærunt, more suis terram sub aquis fodiunt. Circa guttur enim habent oris officium, et nisi rostrum arenis immergant, pastum non colligunt.

**13.** Corvi, a cordis voce dicti, quia grunniunt pectore, suaque voce proditi capiuntur.

**7814.** = *Thynni* nomen Græcum habent. Hi ingrediuntur veris tempore: intrant dextro latere, lævo exeunt. Hoc inde creduntur facere, quod <sup>n</sup> dextris oculis acutius videant, quam sinistris.

**15.** <sup>o</sup> Gladius dicitur, eo quod rostro mucronato sit, et ob hoc naves perfossas mergit.

**16.** Serra nuncupata, quia serratam cristam habet, et subternatans navem secat.

**17.** Scorpio dicitur, quia lædit, dum manu tollitur. <sup>p</sup> Tradunt decem cancris cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi sunt scorpiones ad eum locum congregari.

**18.** <sup>q</sup> Aranea, genus piscis, dictus quod aure feriat, habet enim stimulos, quibus percussit.

**19.** <sup>r</sup> Crocodilus, a croceo colore dictus, gignitur in Nilo, <sup>s</sup> animal quadrupes in terra, et in aquis valens, <sup>t</sup> longitudine plerumque viginti cubitorum, dentium et unguum immanitate armatum, tantaque cutis duritia, <sup>u</sup> ut quamvis fortium ictus lapidum tergo percussus non sentiat.

*trium subternatantes secant, et interimunt.*

<sup>l</sup> Porci marini, qui vulgo vocantur *swilli*. Et nos sollos vulgo dicimus. Lubenterque assentimur iis qui siluros eosdem esse existimant.

<sup>m</sup> *Thynni... hi ingrediuntur.* Pontum intellige, e Solin., cap. 18, apud quem *ingrediuntur* legitur in Manusc., non *illabuntur*. Vid. Arist., viii de Hist. anim., cap. 15, et Plin., ix, cap. 15.

<sup>n</sup> Quod dextris oculis acutius. Ita Aristot., Plinius, et Solinus. Contra Plutarch., in libro *Utra prudentiora animal. terrest. an aqualil.*, acutius thynnos oculo sinistro cernere existimat.

<sup>o</sup> Gladius, E Plin. xxxii, cap. 2.

<sup>p</sup> Tradunt decem cancris. Ex eod. cap. 5.

<sup>q</sup> Aranea. Plin., lib. ix, cap. 48: *Pestiferum* (inquit) in aquis animal araneus, spinæ in dorso aculeo noxius; etymologia e re utcumque voci aptata, nam de feriendo (quod ad vocem attinet) ne cogitasse quidem Isidorum credimus.

<sup>r</sup> Crocodilus a croceo colore. Recte, si verum est, quod P. Martyr, in lib. iii de Legatione ad Sultanum narrat, comperisse se e nautis flavos esse crocodilos. Sed Eustach. et etymologic. Græcum, quod *crocum* fugiat; unde in apiariis crocum spargitur; sed hoc de terrestri: de marino, quod τὰς σπινὰς, hoc est littora tinea.

<sup>s</sup> Animal quadrupes. E Solin., cap. 35.

<sup>t</sup> Longitudine plerumque xx cubitor. xviii, Plin. et Herodot.

<sup>u</sup> Ut quamvis fortium ictus lap. Solin.: *Ut ictus quovis tormento adactos tergere repercutiat.* Vid. Arist., Herod., Plin.



20. Nocte in aquis, die bumi quiescit; ova in terra **A** ovet; masculus et femina vices servant. Hunc, pisces quidam serratam **79** habentes, cristam tenera ventrium desecantes, interimunt. Solus ex animalibus superiorem maxillam movere dicitur.

21. <sup>a</sup> *Hippopotamus* vocatus, quod sit equo similis dorso, juba et hinnitu, rostro resupinato, apri- nis dentibus, cauda tortuosa (ungulis bilidis). Die in aquis commoratur; nocte segetes depascitur, et hunc Nilus gignit.

22. <sup>b</sup> *Pagrum*, quem Græci *φάγρον* ideo nuncupant, quod duros dentes habeat, ita ut ostreis in mari alatur.

23. <sup>c</sup> *Dentix*, pro multitudine, et granditate den- tium dicitur.

<sup>d</sup> *Lepus*, a similitudine capitis nuncupatus.

24. *Lupum*, ut dictum est, aviditas appellavit, piscem in captura ingeniosum; <sup>e</sup> denique reti cir- cumdatus fertur arenas arare cauda, atque ita con- ditus transire rete.

25. <sup>f</sup> *Mullus* vocatus, quod *mollis* sit, atque tener- imus, cujus cibo tradunt <sup>g</sup> libidinem inhiberi, <sup>h</sup> oculo- rum autem aciem hebetari; homines vero, a quibus sæpe pastus est, <sup>i</sup> piscem olent. <sup>j</sup> *Mullus* in vino **80** necatus iis qui inde biberint lædium vini affert.

26. *Mugilis* nomen habet, quod sit *multum agilis*; nam ubi dispositas senserit piscatorum insidias, con- festim retrorsum rediens ita transilit rete, ut volare piscem videas.

27. *Melanurus*, eo quod nigram caudam habeat, et nigras pennas, et in corpore lineas nigras; *μύλαν* **C** enim Græci *nigrum* vocant.

28. *Glaucus* a colore dicitur, eo quod albus sit <sup>k</sup> Græci enim *album* *λευκόν* dicunt. Hic æstate raro apparet, nisi tantum in nubilo.

<sup>a</sup> *Hippopotam.* E Solin., ibid.

<sup>b</sup> *Pagrum.* Strabo, lib. xvii: *φάγρονος ὄν καὶ φάγρον καλοῦσι.* Gloss.: *φάγρον, ἰχθύς dentatus.*

<sup>c</sup> *Dentix.* Sive *dentes.* *Venices pisces.*, Colum., viii, cap. 18.

<sup>d</sup> *Lepus a similitudine cap.* *Ælian.*, lib. xvi, cap. 19. Magni maris leporem omni parte ad terreni similitudi- nem accedere præter pilos, ait. At Plin., ix, cap. 48: *Lepus in nostro mari ossa informis, colore tantum le- poris similis.* Quare a similitudine coloris legebat Cha- con.

<sup>e</sup> *Deniq. reti circumdatus.* Ex Plin.

<sup>f</sup> *Mullus quod mollis.* An quod Plin. ait mullum, si lepore vescatur, tenerescere, et ingratiorem villio- remque fieri? Non defendo, si quidem hæc Isidori sunt; de etymolog. vide Plin., ix, cap. 17, et inf., xix, **D** cap. ultim.

<sup>g</sup> *Libidinem inhibeat.* Quod echineidi tribuit Plin., lib. xxxii, cap. 40.

<sup>h</sup> *Oculor. autem aciem hebetari.* Sic Plin., eod. lib., cap. 7.

<sup>i</sup> *Piscem olent.* Compl. Goth., *horrent*; hoc si at- tentius inspicias, lepori, non mullo, tribuit Plinius, lib. xxxii, cap. 1, sed aliter: *Homines* (inquit) *quib. impactus est, piscem olent.*

<sup>j</sup> *Mullus in vino... affert.* Ex eod. lib. cap. 40.

<sup>k</sup> *Græci enim album λευκόν.* Secuti sumus Vulcan. et Ant. Aug., quævis *λευκόν* pro *λευκόν*, quod in Go- thicis est, non rejiciamus. Virg.:

. . . populus, et glauca canentia fronde salicta

29. <sup>l</sup> *Thymallus* ex flore nomen accepit. *Thymus* quippe flos appellatur, nam dum sit specie gratus, et sapore jucundus, tamen sicut flos fragrat, et cor- pore odores aspirat.

30. <sup>m</sup> *Scarus* dicitur, eo quod solus escam rumi- nare perhibetur, denique alii pisces non ruminant. Tradunt autem hunc ingeniosum esse. Namque in- clusum nassis, non fronte erumpere, nec infestis vi- minibus caput inserere, <sup>n</sup> sed aversum caudæ ictibus crebris laxare fores, atque ita retrorsum redire; quem luctatum ejus si forte alius scarus extrinsecus videat, apprehensa mordicus cauda, adjuvare nisus erumpentis.

31. *Sparus* a lancea missili traxit nomen, quod ejusdem figuræ sit. Terrestria enim prius inventa **B** sunt quam marina; <sup>o</sup> nam *sparus* est telum rustica- num missile, a *spargendo* dictum.

32. <sup>p</sup> *Australis piscis*, sive quia aquarum undam suo ore suscipit, sive quia tunc hic piscis oritur, quo tempore tendere in occasum pleiades cœpe- rint.

**81** 33. <sup>q</sup> *Hamio*, saxatilis, dextra sinistraque late- ribus virgis puniceis perpetuis, aliisque discoloribus, designatur: dicitur *hamio*, quia non capitur nisi *hamo*.

34. <sup>r</sup> *Echeneis*, *parvus* et semipedalis piscioulus nomen sumpsit, quod navem adhaerendo retineat. Ruant licet venti, et saviant procellæ, navis tamen, quasi radicata in mari stare videtur, nec moveri, non retinendo, sed tantummodo adhaerendo. Hunc Latini *remoram* appellaverunt, eo quod cogat stare navigia.

35. <sup>s</sup> *Uranoscopus* vocatur ab oculo quem in ca- pite habet, a quo semper supra intendit.

36. <sup>t</sup> *Milvago* nominatus, quia evolat super

<sup>l</sup> *Thymallus.* Amb., v Hæx., cap. 2, elegantissi- mus locus.

<sup>m</sup> *Scarus.* Ex eodem: neque necesse est *escarum* scripsisse Isidorum, ut etynon conveniat; illud multo durius quod ait Plinius, adeo littoribus Italiæ ignotum, ut nec nomen Latinum habeat; raris certe satis indicat Horatii versus:

Non me Lucrina juverint conchylis,  
Magisve rumbus, aut scaris,  
Si quos eois intonata fluctibus  
Hiems ad hoc vertat mare.

<sup>n</sup> *Sed aver um cauda ictib.* Plin., xxxii, cap. 2.

<sup>o</sup> *Nam sparus telum.* E Serv. ad vers. *Agrestis ar- mat sparus.* *Æn.* xi.

<sup>p</sup> *Australis piscis.* Sæpe monuimus non contulisse Isidorum Servii commentaria cum Virgilio verbis, ideoque declinasse interdum a Servii mente. Hoc igitur loco, cum pisces marinos captaret, cælestes in- scius in eodem rete conclusit. Ergo deleri hæc jube- bat Chacon. Locus Servii ad carmen *Aut eadem si- dus fugiens*, Georg. iv.

<sup>q</sup> *Hamia.* Ita scribendum ex Plutarch., lib. Utra prudentior animal., qui ab *ἀμα* dici vult, id est, si- mul, quod gregatim hi pisces incedant.

<sup>r</sup> *Echeneis.* Plin., xxxii, cap. 1.

<sup>s</sup> *Uranoscopus.* Qui anthias, callynyomasque a quibusdam putatur. Plin., xxxii, cap. 7.

<sup>t</sup> *Milvago... tempestates mutari.* Plin., ibid., *tem- pestates mutari*, cap. 7. Trebius Niger auctor est. Est autem in libris veterib. *milago*, non *milvago*.

quam; quoties autem cernitur extra aquam volitans, tempestates mutari (designat).

37. <sup>a</sup> *Squat* dictus, quod sit *squamis* acutis; unde et ejus cute lignum politur.

38. <sup>b</sup> Civitas Syriae, quae nunc Tyrus dicitur, olim *Sarra* vocabatur a pisce quodam, qui illic abundat, quem lingua sua *sar* appellant; ex quo derivatum est hujus similitudinis pisciculos <sup>c</sup> *sardas sardinasque* vocari.

39. *Halec*, pisciculus ad liquorem salsamentorum idoneus, unde et nuncupatus.

40. <sup>d</sup> *Aphorus*, pisciculus, qui propter exiguitatem hamo capi non potest.

82 41. *Anguilla* similitudo anguis dedit nomen, origo ejus ex limo. Unde et quando capitur adeo lenis est, ut quanto fortius presseris, tanto citius elaboratur. <sup>e</sup> Ferunt autem Orientis fluvium Gangem anguillas tricenis pedibus gignere. <sup>f</sup> Anguilla vino necata, qui ex eo bibent, tedium vini habent.

42. <sup>g</sup> *Draco marinus* aculeos in branchiis habet ad caudam spectantes, qui dum percusserit, quaqua ferit venenum fundit, unde et vocatus.

43. <sup>h</sup> *Murenam* Graeci *μύρανας* vocant, eo quod complicit se in circulos. <sup>i</sup> Hanc feminini tantum sexus esse tradunt, et concipere a serpente, ob id a piscatoribus tanquam a serpente sibilo evocatur et capitur. Ictu autem fustis difficulter interimitur, feru' a protinus; animam in cauda habere certum est. Nam capite percusso vix eam interimi, cauda statim exanimari.

44. *Congrus*....

*Polypos*, id est, multipes; plurimos enim nexus habet. Iste ingeniosus hamum appetens brachiis complectitur, non morsu; nec prius dimittit quam escam circumroserit.

45. *Torpedo* vocata, eo quod corpus *torpescere*

<sup>a</sup> *Squat*us. Plin., xxxii, cap. 11; et cap. ultim.: *Rhina*, quem *squat*um vocamus, licet l. b. ix eund. *squat*inam vocet. Glossar., *squat*us, *βίνα εἶδος ἰχθύος*. Angli quoque hodie *scate* appellant.

<sup>b</sup> *Civitas Syriae*, quae nunc Tyr. E Serv., ad vers. *Sarrano dormiat ostro*. Georg. ii. Fest.: *Sarra* Tyrus insula, quae nunc *Epiros*, id est, continens.

<sup>c</sup> *Sardas*, *sardinas*. Veteres Cod. *sarras*, fortasse non male; solet namque ex duplici r alterum in d non raro mutari; sed *sardae* hodie nomen etiam in vulgari lingua retinent.

<sup>d</sup> *Aphorus*. Ita scripsisse Isidorum etymologia indicat, sed *aphros* rectum erat, ex Arist., lib. iv de Hist., cap. 15. *Atthoneus* quoque, lib. vii: τὸν θαλάττιον γένος, ὃν ἠρατὶ μὲν ἀρύν, ἄλλοι δὲ ἀρρύνον οὐμαῖον, οἱ δὲ ἀρρον.

<sup>e</sup> Ferunt autem. E Plin., ix, cap. 3.

<sup>f</sup> *Anguilla vin*. Ex eod., lib. xxxii, cap. 10.

<sup>g</sup> *Draco marinus*. Eundem hunc videtur cum scorpione facere. Vid. Plin., lib. ii, cap. ultim.

<sup>h</sup> *Murena* eo quod complicit se in circulos. Num ad murzenas aureas, quae sunt in Salomonis canticis respexit, quas priores pisce *murena* esse voluit, eadem ratione, qua *sparum* telum pisce quoque *spato* priorem antea dixerat? Porro *μύρανα*, sive *σύρανα* (nam utroque modo effertur) a verbo *μύρω*, id est, *fero*, dicta est, ut Eustachius putat.

<sup>i</sup> Hanc feminino genere. E Plin., xxxii, cap. 2. *Narrat* Plin., ex *Indico* mari. Lib. xxxii, cap. 1,

faciat, si eam quisquam viventem tangat. *Narrat* Plinius Secundus, et ex *Indico* mari torpedo etiam procul, et e longinquo, vel si hasta virgaque attingatur, quamvis praevalidos lacertos torpescere, quamlibet ad cursum veloces pedes alligari. Tanta enim vis ejus est, ut etiam aura corporis sui afficiat membra.

83 46. *Sepia* dicitur, quia <sup>b</sup> sepibus interclusa facilius capitur. In coeundo obscenum genus, ore enim concipit, sicut vipera. Cujus atramenti tanta vis est, ut lucernae addito <sup>c</sup> *Aethiopes* videri, ablato priori lumine, quidam tradant.

47. <sup>d</sup> *Lulligo*, tradunt in Oceano Mauritaniae non procul a *Lixo* flumine tantam multitudinem *lullig*inum evolare ex aqua, ut etiam naves demergere possint.

48. <sup>e</sup> *Concha*, et *cochlea* hac ex causa vocatae, quia deficiente luna cavantur, id est, evacuantur. <sup>f</sup> Omnium enim clausorum maris animalium atque concharum incremento lunae membra turgescent, defectu evacuantur. Luna enim cum in augmento fuerit, augeat humorem; cum vero in defectum venerit, humores minuuntur; hoc enim physici dicunt. *Concha* autem primae positionis nomen, *cochlea* vero per diminutionem, quasi *conchula*.

49. *Concharum* multa genera sunt, inter quas, et *margaritifera*, quae *Celos* dicuntur, in quarum carne pretiosus calculus solidatur. De quibus tradunt ii qui de animantium scripsere naturis, quod nocturno tempore littora appetunt, et ex caelestis <sup>g</sup> *84* *margaritum* concipiunt, unde et *Celos* nominantur.

50. <sup>h</sup> *Murex*, cochlea est maris, dicta ab acumine et asperitate, quae alio nomine *conchylium* nominatur, propter quod circumcisa ferro lachrymas coloris purpurei emittat, ex quibus purpora

sed *Antico*, sive *Antiaco* pro *Indico* legendum credo; nam de eo loquitur illic Plinius. Nisi deleri haec MAVIS, de Ant. August. sententia.

<sup>b</sup> *Sepibus interclusa... concipit*. Verba Plin., lib. ix, cap. 54.

<sup>c</sup> *Aethiopes videri*. Ex Plin., xxxiii, cap. 10.

<sup>d</sup> *Lulligo... evolare ex aqua*. Varro: *Loligo*, quod *subvolat*, littera, commutata, primo, *voligo*.

<sup>e</sup> *Concha* et *conchlea*. Al., *cochlea*.

<sup>f</sup> Omnium enim clausorum maris animal. Verba Paladui, lib. ult., cap. 6.

<sup>g</sup> Inter quas *margaritifera*. Plin., xxxii, cap. ultim.

<sup>h</sup> Quae *celos*... et inf. unde, et *celos*. Etiam *ocelot*, *occeloe*, *ocoele*, et *cochlea* legitur. *Ocelli*, vel *ocellati* placebat A. Aug. (sed *eynyon casti* non convenit). Varro in *Marpior*. apud Nonium: *Allera* exorat patrem *libram ocellatorum*, altera *virum semodium margaritarum*. Suet. in Aug.: *Ocellatis* nucibusque *ludis*. Etymon autem *ocellatorum* ex oculorum similitudine. Nam et *Atbenaeus*, lib. lxxxiii, cap. 8, *margaritas* bis oculis piscium magnis comparat.

<sup>i</sup> In quar. carne pretiosus calculus solidatur. *Atthros*, v. *Hæx*, cap. 11: *Unde etiam ostris pretiosissimam margaritam natura infærit, quomodo eam maris aqua in tam molli carne solidaverit*.

<sup>g</sup> *Murex*. E Serv., ad vers. *Concussæ cantas*. *Æn*. v.

<sup>h</sup> *Conchyl*. E Vitruv., lib. vii, cap. 13. *Ead. repe* tuntur lib. xix, cap. 28.

tingitur, et inde *ostrum* appellatum, quod hæc A tinctura ex testæ humore elicitur.

51. *Cæcri* vocantur, quia conchæ sunt crura habentes, a inimica ostreis animalia; eorum enim caribibus vivunt miro ingenio. Nam quia valida testa ejus aperiri non potest, explorat quando ostrea claustra testarum aperiat; tunc cancer latenter lapillum injicit, atque impedita conclusione ostreae carnes erodit. Tradunt quidam decem cæcriis cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi sunt scorpioes ad eum locum coituros. Duo autem sunt genera cancerorum, fluviales et marini.

52. *Ostrea*, dicta est a *testa*, quibus mollities interior carnis munitur. Græci enim *testam* ὄστρακα vocant. b Ostrea autem neutro, carnes ejus feminino dicuntur genere.

53. *Musculi* sunt, ut prædiximus, cochleæ, a c quorum lacte concipiunt ostreae, et dicti *musculi*, quasi *masculi*.

54. *Pelorides*, a *Peloro* promontorio Siciliae, ubi abundant, cognominatæ sunt. (Unde Virgilius dicit :) Ecce autem Boreas angusta ab sede Pelori.

55. a *Ungues*, a similitudine humanorum unguum dicti.

56. o *Testudo* dictus, eo quod tegmine testæ sit adoperatus in cameræ modum. 85 Sunt autem quatuor genera, terrestres, maritimæ, lutariæ, id est, in cæno et paludibus viventes. Quartum genus fluviales, quæ in dulci aqua vivunt. Tradunt quidam, quod incredibile est, tardius ire navigia testudinis pedem dextrum ventantia.

57. t *Echinus*, a terrestri echino nomen traxit, quem vulgus *hericium* vocat. Illius testula duplex, spini aculeata in modum castanearum, quando ad hoc operatæ de arboribus cadunt. Caro ejus mollis, et minio similis. Et is tribus modis dicitur, ut *testudo*,

a *Inimica ostreis*. Plutarch., dicto jam lib., et Ambros., v Hex., cap. 8. De polyo hæc eadem Plin., ix, cap. 30.

b *Ostrea autem neutro*. Vide Serv., ad vers. *Ostiferi fauces tentantur Abydi*, Georg. i, et Non. Sed ex his locis, quos citant contra potius existimare liceat promiscue utroque genere usurpasse Latinos.

c *Quorum lacte concipiunt ostreae*. Ita Goth. omnes. *Ostrea* tamen, si sibi constare, aut Servium sequi vellet, dixisse debuit. Plin., ix, cap. 51: *Nuper compertum est in ostreariis humorem in iis felificum modo lactis effluere.*

d *Ungues*. E Plin. *Testudo*..... Sunt autem quatuor gen. Item e Plin.

f *Echinus*. Ambros., vi Hex., cap. 4: *Echinus iste terrenus, quem vulgo hericium vocant*. Gloss., *Ericius, tixius, eriancius*.

g *Circa genitales*. Ex Ambros., v Hex., cap. 10. *Ex sono voci importun.* Ex Origen., hom. 4 in Ezech.

h *Quædam Rubetæ*. Plin., xxxi, cap. 5.

i *Alia calamitæ*. Idem, cap. 40.

k *Alia a voce*. Plin., xxxi, cap. 8.

l *Agridula*. Ex Goth. sibi, *agridula*.

m *Sfungia a fingere*. Sfungia quævis spongia scripturæ antiquæ indicia Charisius. Sfungia (inquam) sine h spongia vel spongia. Quævis idos dicitur spongia. Sfungia cibus spongia, vel spongia vel spongia, vel spongia.

Paraph. [XII]

ac *peloris* et *conclea*; nam et quod edimus, et ubi caro inest, utrumque dicitur peloris.

58. *Ranæ*, a garrulitate vocatæ, eo quod a circa genitales strepunt paludes, b et sonos vocis importunis clamoribus reddunt. Ex iis quædam aquaticæ dicuntur, quædam palustres, c quædam rubetæ, ob id, quia in vepribus vivunt grandiores cunctarum. d Aliæ calamitæ vocantur, quoniam inter arundines, fruticesque vivunt, minimæ omnium, et viridissimæ, e mutæ, et sine voce sunt.

59. i *Agredulæ*, ranæ parvæ in siccis vel agris morantes, unde et nuncupatæ. Negant quidam canes latrare, quibus in ossa rana viva fuerit data.

60. m *Sfungia*, a *fingere*, id est, nitidare et extergere dicta. Afranius: 86 *Accedo ad te, ut tibi cervicem B fungam linteo*, id est, extergam. Cicero: *Effingebatur fungiis sanguis*, id est, extergebatur. n Animal autem esse docetur cruore inhærente petris. Unde, et dum abscinditur, sanguinem remittit.

61 Nam alia sunt viventia in aquis, et discurrent, ut pisces, o alia stant fixa, ut ostreae, echini, sfungia. Ex his aliis mares dici, eo quod tenui sunt fistula, spissioresque; alias feminas, quæ majoribus fistulis sunt, ac perpetuis; alias duriores, quas Græci appellant τράγους, et nos hircosas dicere possumus ob asperitatem sui.

62. p Mollissimum genus earum *pennicilli* vocantur, eo quod aptæ sint ad oculorum tumores, et ad extergendas lippitudines utiles. Candidæ sfungia cura hunt; per ætatem enim ad solem sternuntur, et, C sicut cera l'unica, candorem bibunt.

63. q Animalium omnium in aquis viventium nomina cXLIV, Plinius ait, divisa in generibus belluarum, serpentium communium terræ, et aquæ, cancerorum, concharum, locustarum, peloridum, polyptorum, solearum, lacertorum, et loliginum, et his

σπίγγες κατὰ τὰς ἐπιπέσεις, hoc est, vel ab attrahendo vel exprimendo humore deducunt. Notum illud Suet. in Vespas., procuratoribus illum suis pro spongiis uti, quod quasi siccos madefaceret et exprimeret humentes. Ut autem ab *effingendo* traheret Isidorus, Servius fecit, qui *fingere tergere* interpretatur. En. viii, addu. to ad id Ciceronis loco e Sextian. Quæ de generib. spongiarum referuntur, ex Arist. sumpta videntur, lib. v de Hist., cap. 16, et Plin. ix, cap. 45.

D n Animal autem esse docetur. Plin., xxxi, cap. ultimum.

o Alia, quæ stant fixa. Arist., lib. iv de Histor., cap. 6.

p Mollissimum genus earum *pennicilli*. Verba sunt Plinii. Sed in Codice vetustissimo Plinii Eccles. Tole. tanquam non *pennicilli*, sed *pennicillis* legitur hoc modo: *Mollissimum genus earum pennicillis oculorum tumores lenat*. Ita fortasse nullam spongiarum genus *pennicillus* a Plinio dictum fuerit; acio tamen Festum ita scribere: *Pennicilli spongiae longæ, propter similitudinem candorem appellatæ*.

q Animalium omnium in aquis viventium nomina cXLIV, Plinius ait, divisa in generibus belluarum, serpentium communium terræ, et aquæ, cancerorum, concharum, locustarum, peloridum, polyptorum, solearum, lacertorum, et loliginum, et his

similia, ex quibus multa, quodam naturæ intellectu, A quod *polluti* sunt; unde, et vestis nigra *pulla* dicta est.

temporum suorum ordinem agnoscunt, **87** quædam vero in suis locis sine mutatione vagantur.

64. In piscibus autem feminis, aliæ commistione masculi concipiunt, et pariunt catulos; aliæ ponunt ova sine <sup>a</sup> masculi commistione suscepta, <sup>b</sup> quæ idem insequens sui seminis factu perfundit; et quæ hoc munere fuerint afflata, sunt generabilia; quæ vero perfusa non fuerint, sterilia perseverant, aut putrescunt.

### CAPUT VII.

#### De avibus.

1. Unum <sup>c</sup> nomen avium, sed genus diversum. Nam sicut specie sibi differunt, ita et naturæ diversitate; nam aliæ simplices sunt, ut columbæ; aliæ astutæ, ut perdix; aliæ ad manum se subjiciunt, ut accipiter; aliæ reformidant, <sup>d</sup> ut garamantes; aliæ hominum conversatione delectantur, ut hirundo; aliæ in desertis secretam vitam diligunt, ut turtur; aliæ solo semine reperto pascuntur, ut anser; aliæ carnes edunt, et rapinis intendunt, ut milvus; <sup>e</sup> aliæ enchoriæ, quæ manent in locis semper, ut struthio; aliæ adventitiæ, quæ propriis temporibus revertuntur, ut ciconiæ, et hirundines; aliæ congregæ, id est, gregatim volantes, ut sturni, et coturnices; aliæ solivagæ, id est, solitariæ propter insidias deprædandi, ut aquila, accipiter, et quæcunque ita sunt; aliæ vocibus strepunt, ut hirundo; aliæ cæntus edunt dulcissimos, ut cygnus, et merula, aliæ verba et voces hominum imitantur, ut psittacus et pica.

**88** 2. Sed et alia, sicut genere, ita et moribus innumerabilia. Nam volucrum quot genera sint, invenire quisquam non potest. <sup>f</sup> Neque enim omnis Indiæ, et Æthiopiæ, aut Scythiæ, deserta quis penetrare potuit, qui earum genus vel differentias nosset.

3. *Ares* dictæ, eo quod vias certas non habeant, sed per *avia* quæque discurrant.

*Alites*, quod alis alta intendant, et ad sublimia remigio alarum conscendant.

4. *Volucres* a *volando*; <sup>g</sup> nam unde volare, inde et ambulare dicimus. *Vola* enim dicitur media pars pedis, sive manus, et in avibus *vola* pars media alarum, quarum motu pennæ agitantur, inde et volucres.

5. *Pulli*, dicuntur omnium avium nati, sed, et animalium quadrupedum nati *pulli* dicuntur, et <sup>h</sup> homo parvus *pullus*. Recentes igitur nati *pulli* dicuntur, eo

<sup>a</sup> Masculi commistione suscepta. Al., susceptione concepta.

<sup>b</sup> Quæ idem insequens. Arist. vi de Hist. anim., cap. 13. de Ovis piscium, Gaza interprete: *Nec vero hæc omnia secunda sunt, sed ea quibus edita, mas semen aspersione genitali. Sub partu enim mas insequens semen ovis aspergit, et quæ eo afflantur, usque pisciculi entascuntur.*

CAP. VII. — <sup>c</sup> Unum nomen avium, psittacus. Omnia ex Ambros., v. Hex., cap. 14. Eræter exempla quæ ab Isidoro quoque bullæ putabat Chacon.

<sup>d</sup> Et Garamantes. De quibus Nicephorus, lib. ix. <sup>e</sup> Alite enchoriæ. Ex voce encoria, aut encoria, incota libravit, non omnino absurde fecerunt. Basilus, a quo Ambrosius *tyxipia*.

<sup>f</sup> Neque enim omnis Indiæ. E Plin., xxxiii. cap. 11.

6. *Alæ* sunt, in quibus pennæ per ordinem fixæ volandi exhibent usum. Vocatæ autem *alæ*, quod iis aves complexos *alant* et foveant pullos.

7. *Penna* a *pendendo*, id est, a volando, dicta, unde, et *pendere*; volucres enim pennarum auxilio moventur, quando se aeri mandant.

8. *Pluma*, quasi *piluma*; nam sicut pili in quadrupedum corpore, ita *pluma* in avibus.

9. Avium nomina multa a sono vocis constat esse composita, ut grus, corvus, cygnus, pavo, milvus, ulula, cuculus, græculus, etc.; varietas enim vocis eorum docuit homines quid nominarentur.

10. *Aquila*, ab acumine oculorum vocata. <sup>i</sup> Tanti enim contuitus esse dicitur, ut cum super maria immobili penna feratur, nec humanis pateat obtutibus, de tanta sublimitate pisciculis natare videat, **89** ac tormenti instar descendens raptam prædam pennis ad litus pertrahat.

11. <sup>j</sup> Nam et contra radii solis fertur obtutum non flectere, unde et pullos suos ungue suspensos radiis solis objicit, et quos viderit immobilem tenere aciem, ut dignos genere conservat, si quos vero inflectere obtutum, quasi degeneres abjicit.

12. *Vultur*, a volatu tardo nominata pulatur. Magnitudine quippe corporis præpetes volatus non habet: <sup>k</sup> harum quasdam dicunt concubitu non misceri, et sine copula concipere, et generare, matrisque earum pene usque ad centum annos procedere. <sup>l</sup> Vultures autem, sicut et aquilæ, etiam ultra maria cadavera sentiunt; altius quippe volantes multa quæ montium obscuritate celantur ex alto illæ conspiciunt.

13. <sup>m</sup> *Bradypus* apud Græcos vocatur, *avis* apud nos *tarda*, eo quod gravi volatu detenta, nequaquam, ut cæteræ volucres, attollitur velocitate pennarum.

14. *Grues* vero nomen de propria voce sumpserunt, tali enim sono susurrant. Hæc autem dum properant, unam sequuntur <sup>n</sup> ordine litterato. De quibus Lucanus:

Et turbata perit dispersis littera pennis.

Excelsa autem petunt, quo facilius videant quas petant terras.

15. Castigat autem voce quæ cogit ægmen. At ubi raucescit, succedit alia; nocte autem excubias dividunt, et ordinem vigiliarum per vices faciunt, tenentes lapillos suspensis digitis, quibus somnos ar-

<sup>g</sup> Nam unde volare, inde et ambulare. E Serv., ad vers. *Pascentes illæ tantum. Æn. vi.*

<sup>h</sup> Et homo parvus, pullus. Ut supra ex Festo ostendimus.

<sup>i</sup> Tanti enim contuitus. Ex Hier., in Abd. 1.

<sup>j</sup> Nam et contra radios. Ex Ambros., v. Hex., cap. 18, et in ps. cxxviii.

<sup>k</sup> Harum quasdam dicunt. Ambros., cap. 20.

<sup>l</sup> Vultures autem. Idem, in oratione de Obiit Theodos.

<sup>m</sup> *Bradypus* apud Græcos. Facilis tui lapsus ex voce, in *gradipus*, quæ in plerisque Cod. legitur. Plin. x. cap. 22. *Proxima sunt quæ Hispania tardas appellat, Græcia otidas.*

<sup>n</sup> Ordine litterato. E Serv., Æn. 4, ad vers. *Cæta cinere potum. Reliquæ e Solin. Sed. 10. Thracia.*

quant, quod cavendum erit clamor indicat. Ætatem A in illis color prodit, nam senectute nigrescunt.

16. *Ciconiæ* vocatæ a sono quo crepitant, quasi *ciconiæ*, \* quem sonum oris potius esse (constat) quam vocis, quia eum quatiente 90 rostro faciunt. Hæc veris nuntiiæ, <sup>b</sup> societatis comites, serpentium hostes, maria transvolant, in Asiam collecto agmine pergunt. Cornices duces eas præcedunt, et ipsæ, quasi exercitus, prosequuntur.

17. Eximia illis circa filios pietas; nam adeo nidos impensius fovit, ut assiduo incubitu plumas exuant. Quantum autem tempus impenderint in fetibus educandis, tantum et ipsæ invicem a pullis suis aluntur.

18. *Olor*, avis est quam Græci *κύων* appellant. \* *Olor* autem dictus, quod sit totus plumis albus; nullus enim meminit cygnum nigrum; *ὄλον* enim Græce B *totum* dicitur.

<sup>d</sup> *Cygnus* autem a canendo est appellatus, eo quod carminis dulcedinem modulatis vocibus fundit. Ideo autem suaviter eum canere (dicunt), quia colulum longum et inflexum habet, et necesse est eluculentantem vocem per longum et flexuosum iter varias reddere modulationes.

19. Ferunt in Hyperboreis partibus, præcinentibus cytharædis, olores plurimos advolare, apteque admodum concinere. \* Olores autem Latinum nomen est; nam Græce *cygni* dicuntur. <sup>f</sup> Nautæ vero sibi hunc bonam prognosin facere dicunt, sicut ait <sup>g</sup> *Æmilius* :

*Cygnus in auspiciis semper lætissimus ales.*

Hunc optant nautæ, quia se non mergit in undas.

91 20. <sup>a</sup> *Struthio* Græco nomine dicitur, quod animal in similitudine avis pennas habere videtur, tamen de terra altius non elevatur. Ova sua fovere negligit, sed projecta tantummodo, totu pulveris animantur.

21. *Ardea* vocata, quasi *ardua*, id est, propter altos volatus. Lucanus : *Quodque ausa volare Ardea.* <sup>i</sup> Formidat enim imbres, et super nubes evolat, ut procellas nubium sentire non possit; cum autem altius volaverit, significat tempestatem. Hanc multi <sup>k</sup> *tantalum* nominant.

<sup>a</sup> *Quem sonum oris potius.* E Solin., 35, et Ambros., v. Hex., cap. 16.

<sup>b</sup> *Societatis comites.* Sic paulo post columbam castitatis comitem dicit.

<sup>c</sup> *Olor autem dictus.* Olorem Latinam vocem statim faciet, sed e Græca duci, nihil vetat, nisi aliena hæc esse cum Chacone mavis.

<sup>d</sup> *Cygnus.* Aliquanto durior notatio.

<sup>e</sup> *Olores autem Latine.* E Serv., ad vers. *Strigomamque gruem.* Æn. xi.

<sup>f</sup> *Nautæ bonam prognosin.* E Serv., Æn. i, ad vers. *Aspicibus senos læt.*

<sup>g</sup> *Sicut Æmilius ait.* Æmilius Macer, in Ornithogonia; et ita legendum censebat Chacon, apud Nonium, in *Proæctis*, non *Læcinius*. Nam quamvis utriusque *Pitias* meminerit; tamen com de avibus agit, Æmilius citat, qui citatur etiam a Nod. in *Luculentis*. Ita Serv. Æn. i, ad vers. *Ignotum fueris pecus.*

<sup>h</sup> *Struthio.* Ex Gregor., xxxi. *Metaph.*, ad Job. xxxi.

<sup>i</sup> *Quodque ausa volare ardea.* E Lucan. v. *Locus vero* e Serv., Georg. i, et Æn. vii.

<sup>j</sup> *Formidat.* Ex Ambros., Hexam. v, cap. 43.

<sup>k</sup> *Tantalum vocant.* Videndum num potius *Taurum*;

22. <sup>l</sup> *Phœnix*, Arabiæ avis, dicta, quod colorem Phœniceum habeat, vel quod sit toto orbe singularis, et unica. Nam Arabes singularem, et unicam *Phœnicem* vocant. Hæc quingentis et ultra annis vivens, dum se viderit senuisse, collectis aromatum virgulis, rogam sibi instruit, et conversa ad radium solis alarum plausu voluntarium sibi incendium nutrit, sicque iterum de cineribus suis resurgit.

23. <sup>m</sup> *Cinnamolgus*, et ipsa Arabiæ avis, proinde ita vocata, quod in excelsis nemoribus textit nidos ex fruticibus cinnami, et quoniam non possunt illi homines conscendere propter ramorum altitudinem et fragilitatem, eosdem nidos plumbatis appetunt jaculis, ac sic cinnama illa deponunt, et pretiis amplioribus vendunt, eo quod cinnamum illud magis quam alia mercatores probent.

92 24. <sup>n</sup> *Psittacus*, in Indiæ littoribus gignitur, colore viridi, torque puniceo, grandi lingua, et cæteris avibus latiore. Unde, et articulata verba exprimit ita ut si eam non videris, hominem loqui putes. Ex natura autem salutat dicens, *ave*, vel *Χαίρει*, cætera nomina institutione discit. Hinc est illud :

*Psittacus a vobis aliorum nomina discam;*

Hoc didici per me dicere : *Cæsar ave.*

25. <sup>o</sup> *Halcyon*, pelagi volucris dicta, quasi *alecyanea*, eo quod hieme in stagnis Oceani nidos facit, pullosque educit. Qua excubante fertur extensa æquore pelagus silentibus ventis continua septem dierum tranquillitate mitescere, et ejus fetibus educandis obsequium ipsam rerum naturam præbere.

26. <sup>p</sup> *Pellicanus*, avis Ægyptia, habitans in solitudine Nili fluminis, unde et nomen sumpsit; <sup>q</sup> nam *Canopus* Ægyptus dicitur. Fertur, si verum est, eam occidere natos suos, eosque per triduum lugere, deinde seipsam vulnerare, et aspersione sanguinis vivificare filios.

27. <sup>r</sup> *Stymphalidæ*, aves a *Stymphadibus* insulæ appellatæ, ubi plurimum abundant, 93 adversus quas Hercules sagittis est usus; sunt enim pelagi volucres in insulis habitantes.

nam ardeam stellarem ita appellat Aristoteles : quod vix mugitum voce imitetur, cujus meminit etiam Plin., lib. x, cap. 42.

<sup>l</sup> *Phœnix avis dicta.* Plin., lib. xiii, cap. 4, a *phœnice*, id est, *palma*.

<sup>m</sup> *Cinnamulgus.* Plin., x, cap. 33, et Sol., cap. 46.

D Idem est cum cinnamomo. Sed *cinnamomum* unico n scribunt Græci, atque ita scribi præcipit apud Latinos Nestor antiquus gramm.

<sup>n</sup> *Psittacus.* E Solin., cap. 55.

<sup>o</sup> *Halcyon... quasi avis Oceanea.* Gothici, *Cyanea*.

<sup>p</sup> *Pellicanus... fluminis.* Verba Aug. in ps. ci.

<sup>q</sup> *Nam Canopus Ægyptus dicitur.* — Nam *Pellæus Canopus* mallem, ut magis etymon responderet. Virgil. Georg. iv :

Nam qua Pellæi gens fortunata *Canopi*.

Et tamen, lib. xiv, cap. 5, *Nam Canopæa Ægyptus* est.

<sup>r</sup> *Stymphalidæ aves a Stymphadibus insulæ.* Cod. Goth. : *Stromphalidæ aves ab Stromphadibus insulis.* Vitiosum utrumque. Nam, neque *Stymphades* insulæ ullæ (ut opinor) dicuntur; neque *stromphalidæ* aves. Est autem *Stymphalus* Arcadiæ palus, itaque in Epicæ

28. <sup>a</sup> *Diomedas* aves à sociis *Diomedis* appellatas, quos serunt fabulæ in easdem volucres fuisse conversos, forma fulcæ similes, magnitudine cygnorum, colore candido, duris et grandibus rostris. Sunt autem circa Apuliam in insula Diomedeæ inter scopulos littorum, et saxa volitantes, iudicant inter suos et advenas.

29. Nam si Græcus est proprius accedunt, et blandiuntur; si alienigena, u. orsu impugnant, et vulnerant, lacrymosis quasi vocibus dolentes, vel suam mutationem, vel regis interitum. Nam Diomedes ab Illyris interemptus est. Hæc aves *diomedæ* vocantur, Græci eas *ἀποδιούς* dicunt.

30. <sup>b</sup> *Memnonides*, aves Ægyptiæ, appellatur a loco, ubi *Memnon* periit. Nam catervatim advolare dicuntur ex Ægypto ad Ilium juxta *Memnonias* sepulcrum, et proinde eas Ilienses *Memnonias* vocant. Quinto autem anno ad Ilium veniunt, et cum biduo circumvolaverint, tertia die ineuntes pugnam vicissim se unguibus, rostrisque dilacerant.

31. <sup>c</sup> *Hercyniæ* aves dictæ ab *Hercynio* saltu Germaniæ ubi nascuntur, quarum pennæ adeo per obscurum emicant, ut <sup>d</sup> quamvis nox obtenta densis tenebris sit, ad præsidium itineris dirigendi præfectæ interluceant, cursusque viæ pateat indicio plumarum fulgentium.

32. <sup>e</sup> *Onocrotalon* Græci vocant rostro longo. Quorum duo genera sunt: aliud aquatile, aliud solitudinis.

33. <sup>f</sup> *Ibis*, avis Nili fluminis, quæ semetipsam purgat, rostro in anum aqua fundens. <sup>g</sup> Hæc serpentium ovis vescitur, ex eis escam gratissimam nidis suis deportans.

34. <sup>h</sup> *Meropes*, eosdem, et *Gaulos*, qui parentes suos recondere atque alere dicuntur.

*Coredulus*, genus volatile, quasi *cor edens*.

35. *Monedula*, quasi *monetula*, quæ cum aurum

*Strophades* insulæ, et utrobique aves, quarum illas confixisse sagittis Hercules, has abegisse Zethus et Calais Boreæ filii memorantur; de illis Lucret., v:

Unguibus Arcadiæ volucres Styphala colentes.

De his Virg., iii. *Æn.*:

...Strophades Graio stant nomine dictæ  
Insulæ Ionio in magno, quas dira Celeno,  
Harpæque....

<sup>a</sup> *Diomedas* aves. Locus pluribus ex auctoribus concinnatus, e Serv., ad vers. Nunc etiam horribili *Æn.* xi; Aug., xviii de Civit., cap. 16; Solin., cap. 9, Plin. et Ovidio.

<sup>b</sup> *Memnonides*. Plin., x, cap. 26; Solin., cap. 43; Albert. Mag., xxiii de Animal. Ovid., xiii *Metam.*:

Terque rogam iustrot, et consocius exit in auras  
Ter plangor.

<sup>c</sup> *Hercyniæ* aves. E Solin., xxiii.

<sup>d</sup> *Quamvis* nox obtenta densis tenebris. Virg., *Georg.* i:

Semper, et obtenta densatur nocte tenebræ.

<sup>e</sup> *Onocrotalon*... quorum duo genera. Ex Hieron., in *Isph.* 8. Est avis hæc voracissima, propterea Mar-

Turpe Reverentia guttur Onocrotali.

Vid. Nictus, in lib. de L. Loci.

A invenit, suscipit et occultat. Cic., pro Valer. Flac.:  
*Non plus aurum tibi, quam monedula, committendam.*

36. <sup>i</sup> *Vespertilio*, pro tempore nomen accepit; eo quod, lucem fugiens, crepusculo vespertino circumvolat, præcipiti motu acta, et tenuissimis brachiotum membranis suspensa: <sup>k</sup> animal murium simile, non tam voce resonans, quam stridore; specie quoque volatilis, simul et quadrupes, quod in aliis avibus reperiri non solet.

37. <sup>l</sup> *Luscinia* avis inde nomen sumpsit, quod cantu suo significare solet dici surgentis e. ortum, quasi *lucina*. Eadem et *acredula*, de qua Cicer., in *Prognosticis*:

= Et matutinos exercet *acredula* cantus.

38. <sup>m</sup> *Ulula* avis, ἀὼ τοῦ ἀλαύζου, id est, a *plandum* et *luctu* nominata; <sup>n</sup> cum enim clamat, aut fletu mimitatur, aut gemitum; unde et apud augures, si lamentatur, tristitiam; tacens, ostendere fertur prosperitatem.

39. *Bubo*, a sono vocis compositum nomen habet, avis feralis, onusta quidem plumis, sed gravi semper detenta pigritie; in sepulcris die noctuque versatur, et semper commorans in cavernis; de qua Ovidius:

Fodaque fit volucris venturi nuntia luctus,  
Iguavis bubo dirum mor. alibus omen.

Denique apud augures malum portendere fertur; nam cum in urbe visa fuerit, solitudinem significari dicunt.

40. *Noctua* dicitur, pro eo quod nocte circumvolat, et per diem non possit videre. <sup>p</sup> Nam exorto splendore solis visus illius hebetatur. Hanc autem <sup>q</sup> insula Cretensis non habet, et si veniat aliunde statim moritur. <sup>r</sup> Noctua autem non est bubo, nam bubo major est.

41. <sup>s</sup> *Nycticorax*, ipsa est noctua, <sup>t</sup> quia noctem

<sup>u</sup> *Ibis* avis Nili. Plin., viii, cap. 27; *Ælian.*, ii, cap. 33.

<sup>v</sup> *Hæc serpentium ovis*. E Solin., cap. 45.

<sup>w</sup> *Meropis... eos et gaulos*. Sic vocant Itali, nos *æe jarucos*.

<sup>x</sup> *Quam monedula committend.*— *Committentibus* legitur apud Cicer. Vid. Plin., lib. x, cap. 29.

<sup>y</sup> *Vespertilio*. Ex Ambros., Hexam. v, cap. 21.

<sup>z</sup> *Animal murium simile*. Verba Hieronym., in *ls.* ii.

<sup>aa</sup> *Luscinia*. Ex Ambros., Hexam. v, cap. 11. Diversa tamen origo placuit Varroni. *Lusciola*, aut *luscina* (inquit), quod luctuose canere existimatur, atque esse ex *Attica* *Progne* in luctu facta avis.

<sup>ab</sup> *Et mat. e. a. c.*

Et matutinis *acredula* vocibus instat,  
Vocibus instat, et assiduus jacit ora querens.

De Divinatione, ex iisd. *Prægnost. Quintus fratres*.

<sup>ac</sup> *Ulula* avis. E Serv., *Eclg.* 8.

<sup>ad</sup> *Cum enim clamat*. Servius hæc de *subone*, non de *ulula*. *Æn.* iv.

<sup>ae</sup> *Nam exorto splendore*. Ambros., v *Hex.*, cap. 21.

<sup>af</sup> *Hanc autem insula Cretensis*. E Solin., cap. 43.

<sup>ag</sup> *Noctua autem non est bubo*. E Serv., *Æn.* vi.

<sup>ah</sup> *Nycticorax ipsa est noctua*. Hieronym., epist. 43, ad *Savianum*.

<sup>ai</sup> *Quia noctem hinc*. Aug., in ps. cl.

amat; <sup>a</sup> est enim avis lucifuga, <sup>b</sup> et solem videre **A** tum excidat ubi ea incederit. Iste est *picus Martius*, nam alia est *pica*.

42. <sup>c</sup> *Strix*, nocturna avis habens nomen de sono vocis: quando enim clamat, stridet; de quo *Luca-*  
*nus*:

Quod trepidus bubo, quod *Strix* nocturna queruntur.

**96** Hæc avis vulgo *amma* dicitur, ab *amando* parvulus, unde, et lac præbere fertur nascentibus.

43. <sup>d</sup> *Corvus*, sive *corax* nomen a sono gutturis habet, quod voce coracinet. Fertur hæc avis, quod editis pullis escam plene non præbeat, priusquam in eis per pennarum nigredinem similitudinem proprii coloris agnoscat. Postquam vero eos tetros plumis aspexerit, in toto agnitos abundantius pascit. Hic prior in cadaveribus <sup>e</sup> oculum petit.

44. *Cornix*, annosa avis, apud Latinos Græco nomine appellatur, quam aiunt augures hominum curas <sup>f</sup> significationibus augere, insidiarum vias monstrare, futura prædicere. Magnum nefas hæc credere, ut Deus consilia sua cornicibus mandet. Huic inter multa auspicia tribuunt etiam pluvias portendere vocibus, unde est illud:

Tunc cornix plena pluviam vocat improba voce.

45. *Graculus*, a garrulitate nuncupatus, non, ut quidam voluit, pro eo quod gregatim volent, cum sit manifestum ex voce eum nuncupari. Est enim loquacissimum genus et vocibus importunum.

46. <sup>g</sup> *Picæ*, quasi *poetricæ*, quod verba in discrimine vocis expriment, ut homo. **97** Per ramos enim arborum pendulæ importuna garrulitate sonantes, etsi linguas in sermone nequeunt explicare, sonum tamen humanæ vocis imitantur, de qua congrue quidam ait:

<sup>h</sup> *Pica loquax certa dominum te voce saluto.  
Si me non videas, esse negabis avem.*

47. *Picus*, a *Pico* Saturni filio nomen sumpit, eo quod ea in auspiciis utebatur. Nam ferunt banc avem quiddam habere divinum, illo indicio, quod in <sup>i</sup> quacunque arbore nidificaverit, clavus, vel quidquid aliud fixum fuerit, diu hæere non possit, quin sta-

48. <sup>k</sup> *Pavo*, nomen de sono vocis habet, cujus carum tam dura est, ut putredinem vix sentiat, nec facile coquatur; <sup>l</sup> de quo quidam sic ait:

Miraris quoties gemmantis explicat alas,  
Et potes hunc sævo trudere, dure, coco.

49. *Phasianus*, a <sup>m</sup> *Phaside* insula Græciæ, unde primum asportatus est, appellatur. Testatur id vetus distichon illud:

Argiva primo sum transportata carina.  
Autem mihi notum, nil nisi Phasis erat.

50. *Gallus* a castratione vocatus. Inter cæteras enim aves huic solitesticuli adimuntur. Veteres enim *absciso* gallos vocabant; sicut autem a leone *leæna*, et a dracone *dracæna*, ita a gallo gallina. Cujus membra, ferunt quidam, si auro liquescenti misceantur, <sup>n</sup> consumi.

51. *Anas*, ab assiduitate natandi aptum nomen accepit. Ex quo genere quædam *germanæ* dicuntur, quod plus cæteris nutriant.

**98** 52. *Anseri* nomen *anas* dedit per derivationem, vel a similitudine, vel quod et ipse natandi frequentiam habeat. <sup>o</sup> Iste vigilias noctis assiduitate clangoris testatur. <sup>p</sup> Nullum autem animal ita odorem hominis sentit, ut *anser*, unde et clangore ejus Gallorum ascensus in Capitolio deprehensus est.

53. <sup>q</sup> *Fulica* dicta, quod caro ejus leporinam sapiat. *Lagos* enim *lepus* dicitur, unde et apud Græcos *lagois* dicitur. <sup>r</sup> Est enim avis stagnensis, habens nidum in medio aquæ, vel in petris, quas aquæ circumdant, <sup>s</sup> maritimoque semper delectatur profundo. Quæ dum tempestatem persenserit, fugiens in vado ludit.

54. <sup>t</sup> *Mergis* ab assiduitate mergendi nomen hoc hæsit. Sæpe autem demisso in profundum capite aurarum signa sub fluctibus colligunt, et prævidentes æquoris tempestatem cum clamore ad littora tendunt. Nam in pelago jam gravissimam esse tempestatem (constat), cum ad littora mergi confugerint.

55. *Accipiter*, avis animo plus armata, quam unquam, virtutem majorem in minore corpore gestaus. Hic

<sup>1</sup> *In quacunque arbore nidificaver.* Ex *Plin.* x, cap. 18.

<sup>1</sup> *Iste est picus Martius.* E *Serv.*, ad vers. *Aurea percussiva.* *Æn.* vii.

<sup>2</sup> *Pavo... ut putredinem vix sentiat.* Ex *Aug.*, xxi de *Civit.*, cap. 4.

<sup>1</sup> *De quo quidam.* *Martialis.*

<sup>m</sup> *A Phaside insula Græciæ.* *Fluvio* potius, aut urbe.

<sup>n</sup> *Consumi.* *Aurum* scilicet. *Plin.*, xxi, cap. 4: *Si auro liquescenti gallinar. membra misceantur, consumunt id in se, ita hoc venenum auri est.*

<sup>o</sup> *Iste vigilias noctis.* Ex *Ambros.*, *Hexam.* v, cap. 13.

<sup>p</sup> *Nullum animal.* E *Serv.*, *Æn.* viii.

<sup>q</sup> *Fulica dicta, eo quod caro ejus leporum sapiat. Fuliginem, credo, aut uliginem sapit; sed quorsum illud: lagos enim lepus dicitur?* mirum, ni glossæwa est.

<sup>r</sup> *Est enim avis stagnens.* Ex *August.*, in ps. ciii.

<sup>s</sup> *Maritimoq. s. d. p.* Ex *Ambros.*, cap. 13.

<sup>t</sup> *Mergis ab assid.* Ita est in *Goth.* et apud *Ambros.* Reliqua ex *Virg.*, *Georg.* i.

<sup>a</sup> *Est enim avis lucifuga.* E *Serv.*, *Georg.* i, ad vers. *Nequidquam seros exercet nocti.*

<sup>b</sup> *Et solem videre non pat.* De *vespertilione* dixit *Hieronym.*, ls. ii.

<sup>c</sup> *Strix.* *Vid. Fest.* Sed quod vulgo *ammas* dici refert, hinc quidam nutrices *amas* a nostris vocari putant. Alii vero non *Latinam* vocem, sed a *Germania* a *Gothis* advectam existimant. Sed, qui *Hebræam* dixerit, minus, credo, vallet.

<sup>d</sup> *Corvus... fertur hæc avis.* E *Greg.*, xxx *Moral.*, cap. 9, al. 15.

<sup>e</sup> *Oculum petit.* *Catull.*, de *Cominio*:

Non equidem dubito, quin primum inimica bonorum  
Lingua execta avido sit data vulturio,  
Ectosus oculos voret airo gutture corvus,  
Intestina canes, cætera membra lupi.

<sup>f</sup> *Significationibus augere.* Ita solus *Vulcan.*; reliqui *agere*.

<sup>g</sup> *Picæ, q. Poetricæ.* Vel ad *Persium* respexit... *Corvus poetas et poetricas picas...* aut ad *f. bulam* de *Pieridibus* in *picas* mutatis.

<sup>h</sup> *Pica loquax.* *Carmen* *Martialis.*

ab accipiendo, id est, a capiendo nomen sumpsit. Est enim avis rapiendis aliis avibus avida, ideoque vocatur accipiter, hoc est, raptor; unde et Paulus Apostolus: *Sustinetis enim si quis a vos accipit*, ut enim diceret *si quis rapit*, dixit *si quis accipit*.

99. <sup>b</sup> Fertur autem accipitres circa pullos suos nupius esse. Nam dum viderint eos posse tentare volatus, nullas eis præbent escas, sed verberant pennis, et a nido præcipitant, atque a tenero compellunt ad prædam, ne forte adulti pigrescant.

57. <sup>c</sup> *Capy*s Italia lingua dicitur a capiendo. Hunc nostri *falconem* vocant; eo quod incurvis digitis sit.

58. *Milvus*, mollis viribus et volatu, quasi *mollis avis*, unde et nuncupatur, <sup>d</sup> rapacissimus tamen, et semper domesticis avibus insidiatur.

59. *Ossifragus* vulgo appellatur avis quæ ossa ab alto dimittit, et frangit. Unde et a *frangendo ossa* nomen accepit.

60. <sup>e</sup> *Turtur* de voce vocatur, avis pudica, et semper in montium jugis, et in desertis solitudinibus commorans. Tecta enim hominum, et conversationem fugit, et commoratur in silvis. Quæ etiam hieme deplumata in truncis arborum concavis habitare perhibetur. Cujus e contrario columba hospitia humana diligit semper domorum blanda habitatrix.

61. *Columbæ* dictæ, quod earum collæ ad singulas conversiones colores mutant, aves mansuetæ, et in hominum multitudine conversantes, ac <sup>f</sup> sine felle, quas antiqui *venenas* nuncupabant, eo quod nidos frequentent, et osculo amorem concipiunt.

62. *Palumbæ*, eo quod sint fartæ a pabulo, <sup>g</sup> quas vulgus *titos* vocant, **100** avis casta ex moribus appellatur, quod comes sit castitatis. Nam dicitur quod amisso corporali consortio solitaria incedat, nec carnalem copulam ultra requirat.

63. <sup>h</sup> *Perdix*, de voce nomen habet, avis dolosa atque immunda. Nam masculus in masculum insurgit, et obliviscitur sexum libido præceps. <sup>i</sup> Adeo autem fraudulenta, ut alteri ova diripiens foveat, sed fraus fructum non habet; denique dum pulli propriæ vocem genitricis audierint, naturali quodam instinctu hanc quæ fovit relinquunt, et ad eandem quæ genuit revertuntur.

<sup>a</sup> *Si quis vos accipit*. Ex Greg., xxxiii Moral., cap. 41, al. 16.

<sup>b</sup> *Fertur autem accipiter*. Ex Ambros., cap. 8.

<sup>c</sup> *Capy*s. Serv., ad carmen. *Et capys hinc nomen. Constat (inquit) Capuam a Tuscis conditam, viso falconis augurio, qui Tusca lingua capys dicitur. Et Fest., in Capuam.*

<sup>d</sup> *Rapacissimus*, etc. Verba Hieronymi, ad Zachar. cap. v.

<sup>e</sup> *Turtur avis pudica*. Hieron., i contra Jovinian.: *Turtur avis pudicissima*. Et Orig., hom. 2 in Cant., Hier. interprete: *Turtur semper in montium jugis et arborum verticibus commoratur*.

<sup>f</sup> *Ac sine felle*. Quod minimum tellis habeat, ut diximus supra. Vid. Arist., ii de Hist. anim., cap. 15.

<sup>g</sup> *Quas vulgo Titos*. Serv., Eclog. 1: *Columbæ, quas vulgus titos vocat*.

<sup>h</sup> *Perdix de voce nomen habet*. Est enim *πέρδιξις* flagitium (ut ait Plautus) crepando facere honeste.

64. *Coturnices*, a sono vocis dictæ, quas Græci *ὄρνυγας* vocant, eo quod primum visæ fuerint in Ortygia insula. Hæ adveniendi habent tempora. Nam æstate depulsa, maria transmeant.

65. <sup>1</sup> *Ortygonetra* dicitur, quæ gregem ducit, eam terræ propinquante accipiter videns rapit, ac propterea cura est universis ducem sollicitare externi generis, per quam caveant prima discrimina. Cibos gratissimos habent semina venenorum, quam ob causam iis veteres vesci interdixerunt. Solum enim hoc animal, sicut et homo, caducum patitur morbum.

66. <sup>2</sup> *Upupam* Græci appellant, eo quod stercore humana consideret, et fetenti pascatur limo, avis spurcissima, cristis exstantibus galeata, semper in sepulcris et humano stercore commorans. Cujus sanguine quisquis se inunxerit, dormitum *pergens* demones suffocantes se videbit.

67. <sup>3</sup> *Tucos*, quos Hispani *cuculos* vocant, a propria voce constat nominatos. Hi veniendi tempus habent, milvorum scapulis suscepti, **101** propter breves et parvos volatus, ne per longa aeris spatia fatigati deficiant. Horum salivæ cicadas gignunt, ova passeris nido reperta comedit et sua objicit quæ ille suscepta et fovet et nutrit.

68. *Passeres* vero sunt minuta volatilia, a parvitate vocata, unde, et puilli et parvi.

69. <sup>m</sup> *Merula* antiquitus *medula* vocabatur, eo quod moduletur. Alii *merulam* vocatam aiunt, quia sola volat, quasi *mera volans*. <sup>n</sup> Hæc cum in omnibus locis nigra sit, in Achaia candida est.

70. *Hirundo* dicta, quod cibos non sumat residens, sed in aere capiat escas, et edat, garrula avis, et per tortuosos orbes et flexuosos circuitus pervolans, et in nidis construendis educandisque feibus solertissima, habens etiam quiddam præscium, quod lapsura deserat nec appetat culmina, <sup>o</sup> a diris quoque avibus non impetitur, nec unquam præda est, maria transvolat, ibique hieme commoratur.

71. *Turdi* a tarditate dicti, <sup>p</sup> hiemis enim confusio se referunt.

*Turdela*, quasi major turdus, cujus stercore viscum generari putatur. Unde, et proverbium apud antiquos erat: *Malum sibi avem cacare*.

D Statius:

Quique refert jungens iterata vocabula perdix.

Hieron. tamen (oratorie credo, ut causæ serviret) a perdendo perdicem nominatam dixit. Epist. 48.

<sup>1</sup> *Adeo autem fraudulenta*. Ex Ambros., vi, cap. 3, et Hieronym., ad Jerem. xvii, et epist. 48.

<sup>i</sup> *Ortygonetra*. E Solin.

<sup>2</sup> *Upupa*. Ex Hier., in Zach. xxv, usque ad commorans.

<sup>3</sup> *Tucos, quos Hispani cuculos*. Inverso ordine in libris omnibus legerim cum Chacone: *Cuculos, quos Hispani cucos*.

<sup>m</sup> *Merula... q. mera volans*. Sic Varro et Festus, sed improbat Quintilian., lib. 1, cap. 5.

<sup>n</sup> *Hæc cum in omnibus locis nig.* E Solin.

<sup>o</sup> *A diris quoque avibus*. Ita est in Gothicis recte. Solin.: *Minime certe a diris avibus impetuntur, neque unquam prædæ sunt, ut sacræ*.

<sup>p</sup> *Hiemis enim confusio*. Ambros., v Hex., cap. 14.



72. <sup>a</sup> *Furfurio* vocatus, quod prius farre in farinam A redactio pasceretur.

102 73. *Ficedula* dicta, quod ficos magis edant. Quod panditur versiculo veteri illo :

Cum me ficos alat, cum pascat dulcibus nvis :  
Cur potius nomen non dedit uva mihi ?

74. <sup>b</sup> *Carduelis*, quod spinis, et carduis pa-citur, unde etiam apud Græcos ἀκάρθις dicta est ab ἀκάρθαις, id est, spinis quibus alitur.

75. *Augures* autem dicunt, et in gestu, et in motu, et in volatu, et in voce avium signa esse constituta.

76. <sup>c</sup> *Oscines*, aves vocant, quæ ore cantuque auspiciam faciunt, ut corvus, cornix, picus.

77. *Alite*, quæ volatu ostendere futura videntur :  
<sup>d</sup> quæ si adversæ sunt, *inebræ* dicuntur, quod inhibeant, id est, verent ; si prosperæ, <sup>e</sup> *præpetes* ; et ideo *præpetes*, quia omnes aves priora petunt volantes.

78. Tertiam faciunt speciem auguriorum inavibus, quam *communem* vocant, ex utroque permistam, id est, cum aves ex ore et volatu <sup>f</sup> auguriantur, <sup>g</sup> sed fidem non habet.

79. <sup>h</sup> Omnium autem genera volucrum bis nascuntur. Primum enim ova gignuntur, inde calore materni corporis formantur et animantur.

80. *Ova* autem dicta, ab eo, quod sint *ovida*. <sup>i</sup> Unde et *uva* eo quod intrinsecus humore sit plena. Nam humidum est quod exterius humorem habet, uvidum quod interius. Quidam autem putant I 03 ovum Græcam habere originem nominis. Isti autem dicunt ὄα, <sup>v</sup> littera ablata.

81. *Ova* autem quædam inani vento concipiuntur, sed non sunt generabilia, nisi quæ fuerint concubitu masculino concepta, et seminali spiritu penetrata, <sup>j</sup> *Ovorum* vini tantam dicunt, ut lignum perfusum ovo non ardeat, ac ne vestis quidem contacta aduratur. Admista quoque calce glutinare fertur vitri fragmenta.

#### CAPUT VIII.

##### De minutis volatilibus.

1. *Apes* <sup>k</sup> dictæ, vel quod se pedibus invicem alli-

<sup>a</sup> *Furfurio*. Sive *farfario*, u'ramque enim lectionem admittunt et Gothici characteres et ipsa notatio Varr. in de Re rust. : *Diebus xx antequam quis tollere vult turdos, largius dat cibum, quod plus ponit, et farre subtiliore incipit alere.*

<sup>b</sup> *Carduelis*. E Serv., Georg. III, ad vers. *Littora- que Halcyonem resonant.*

<sup>c</sup> *Oscines*. Ex Festo.

<sup>d</sup> *Quæ si adversæ sunt inebræ*. Fest. : *Inebræ aves quæ in auguriis aliquid fieri prohibent, et prorsus omnia inebræ appellantur quæ tardant vel morantur agentem.* Gloss., *inebra, ἐναιρία; inebræ, ὄρνιθες μαρτυροῦντες; ember picus, ὄρνις πορνῆ; enibrum, πρῶματος ἐπιβ αἰς.*  
<sup>e</sup> *Præpetes*. Vid. Serv., ad vers. *Præpetis omnia pennæ.* Æn. III, Agell., lib. VI, cap. 6, et Fest.

<sup>f</sup> *Auguriantur*. Ita Varr., cap. 1, auguria faciunt.  
<sup>g</sup> *Sed fidem non habet*. Hoc est, ea auguria certa et rata non sunt; mendose omnes libri, sed *fides hoc, vel hæc non habet*; Rabanus, sed *fides Christi hoc non habet*, quasi minus superiora fides Christi damnet.

<sup>h</sup> *Omnium autem genera volucr.* Ex Lact., de Opif., cap. 3.

<sup>i</sup> *Unde et uva*. E Serv., Eclog. 40.

<sup>j</sup> *Ovorum vim*. Ex Plin., XXX, cap. 3.

CAP. VIII. — <sup>k</sup> *Apes dictæ*. E Serv., Georg. IV, ad

gent, vel pro eo quod sine pedibus nascantur. <sup>l</sup> Nam postea, et pedes, et pennas accipiunt. Hæ solertes in <sup>m</sup> generandi mellis officio, assignatas incolunt sedes, domicilia inenarrabili arte componunt, ex variis floribus favum condunt, textisque ceris innumera prole castra replent, exercitum, et reges habent, prælia movent, fumum fugiunt, tumultu exasperantur.

2. Has plerique experti sunt nasci de boum cada-veribus. <sup>n</sup> Nam pro his creandis, vitulorum occisorum carnes verberantur, ut ex putrefacto cruore vermes creentur, qui postea efficiuntur apes. <sup>o</sup> Proprie autem apes vocantur ortæ de bobus, sicut crabrones de equis, fuci de mulis, vespæ de asinis.

3. <sup>p</sup> *Costros* Græci appellant, qui in extremis partibus favorum majores creantur, quos aliqui reges B putant (dicti quod castra ducant). 104

<sup>q</sup> *Fucus* est major ape, crabrone minor. Dicitur autem fucus, quod alienos labores edat, quasi fagus. Depascitur enim quod non laboravit; de quo Virgilius :

*Ignavum fucus pecus a præsepibus arcent.*

4. *Vespæ*....

*Crabrones* vocati a *cabo*, id est, *caballo*, quod ex his creentur, sicut autem crabrones nascuntur de equorum carnibus putridis, ita ex eis iterum sæpe nascuntur scarabæi, unde et cognominati sunt.

5. <sup>r</sup> *Tauri* vocantur scarabæi terrestres ricino similes.

<sup>s</sup> *Buprestis*, animal est in Italia parvum, simillimum scarabæo, longipedi. Fallit inter herbas bovem maxime, unde et nomen habet, devoratumque tacto felle ita inflammat, ut rumpat

6. *Cicendela*, scarabæorum genus est, eo quod gradiens, vel volans, lucet.

7. *Blattæ*, a colore nuncupatæ, siquidem et comprehensæ manum tingunt, unde et *blateum* colorum dicunt. Hoc autem animal lucem videre non patitur, contrarium muscæ; nam musca lucipeta, et blatta lucifuga est, per noctem enim tantum ambulat.

carmen Aut illæ pedibus connexæ.

<sup>l</sup> Nam postea et ped. Ex eod., ad vers. *Trunca pedum primo.*

<sup>m</sup> *Generandi mellis officium*. Ex Lact., lib. III, cap. 10.

<sup>n</sup> Nam pro his creandis. Serv., ad vers. *Cæsique juvenis.*

<sup>o</sup> *Proprie tamen apes*. Ex eodem, ad vers. *Ignavum fucus.* Æn. I.

<sup>p</sup> *Costros Græci appellant*. *Castros* impressi libri; Chacon *æstros* legebat, cum *costros* in libris omnibus sit, alienasque [putabat] esse illas voces *dicti*, quod castra ducant. Cur enim Græcæ voci Latium etymon aptaret, quod perversissimum esse Servius et Charisius dicunt. Sumpta enim esse hæc e Palladio, lib. VI, cap. 10 : *Hoc mense incipiunt augeri examina, et in extremis favorum partibus majores creantur apiculae, quas aliqui reges putant, sed Græci ὄστροπος appellant, et necari jubent*. Eadem prope Columella, lib. VI, cap. 10. Sed cum rursus paulo post de æstris sermo sit, *costros* hoc loco movere religio fuit.

<sup>q</sup> *Fucus ape maj., crabr. min.* Verba Æmiliii Macri apud Serv., loco cit.

<sup>r</sup> *Tauri vocantur scarab.* Ex Plin., XXX, cap. 5.

<sup>s</sup> *Buprestis*. Ex eod. lib., cap. 4.

8. *Papiliones*, aviculæ sunt, quæ maxime abundant florentibus malvis, quique vermiculos stercore suo faciunt nasci.

9. *Locusta*, quod pedibus sit longis, veluti hasta, unde et eam Græci, **105** tam maritimam, quam terrestrem, *astacon* appellant.

10. *Cicada*, ex cuculorum nascuntur sputo, <sup>a</sup> hæ in Italia apud Rhëginos multæ sunt, nec usquam alibi.

11. *Musca* ex Græco venit, sicut et mus : hæ, sicut et apes, necate in aqua, aliquoties post unius horæ spatium reviviscunt.

12. *Cynomyia* Græce vocatur, id est, *musca canina*. Nam *κύων* Græce *canis* vocatur.

13. <sup>b</sup> *Culex* ab aculeo dictus, quod sanguinem su-

<sup>a</sup> Hæ in Italia apud Rhëgin. E Solin., cap. 8.

<sup>b</sup> *Culex* ab aculeo. Non dubito quin ex Aug., in ps. cxviii : *Quis dedit aculeum culici, ut sanguinem sugat? Quam tenuis fistula est, qua sorbet!*

<sup>c</sup> *Cyniphes*. Aug. iii de Trinit., cap. 7 : *Cyniphes musculæ sunt brevissimæ, qua tertia plaga superbus populus Ægyptiorum cædebatur. A Græcis κύνιψες,*

gat; habet enim in ore fistulam: in modum stimuli, qua carnera terebrat, ut sanguinem bibat.

14. <sup>e</sup> *Cyniphes*, muscæ minutissimæ sunt, sed aculeis permolestæ; qua tertia plaga superbus populus Ægyptiorum cæsus est.

15. <sup>d</sup> *Œstrus*, animal armentis aculeis permolestum. Œstrum autem Græcum est, quod Latine *asilus*, vulgo *tabanus* vocatur.

16. <sup>e</sup> *Bibiones* sunt qui in vino nascuntur, quos vulgo *mustiones* a *musto* appellant, unde et Afranius : *Ad me cum spectas, fabularique incipis, ex ore in oculos tuos bibiones involant.*

17. <sup>f</sup> *Gurgulio* dicitur, quia pene nihil aliud est, nisi guttur.

<sup>B</sup> *κύνιψες*, et *κύνιψες* ab Aetio dicuntur.

<sup>d</sup> *Œstrum* autem Græcum. Verba Servii, Georg.

iii, ad vers. *Œstrum Graii vertere vocantes.*

<sup>e</sup> *Bibiones*. Al., *bibones*. Afranii senarius nihil elegantius.

<sup>f</sup> *Gurgul.* E Serv. Georg. i.

## LIBER DECIMUS TERTIUS.

### DE MUNDO ET PARTIBUS

#### 106 Præfatio.

In hoc libello, quasi in quadam brevi tabella, quasdam cœli causas, situsque terrarum, et maris spatia annotavimus, ut in modico lector ea percurrat, et compendiosa brevitate etymologias eorum causasque cognoscat.

#### CAPUT PRIMUM.

##### De mundo.

1. *Mundus* <sup>a</sup> est cœlum, terra, mare, et quæ in eis opera Dei, de quo dicitur : *Et mundus per eum factus est. Mundus* Latine a philosophis dicitur, <sup>b</sup> quod in sempiterno motu sit, ut cœlum, sol, luna, aer, maria. Nulla enim requies ejus elementis concessa est, ideoque semper in motu est.

2. Unde et animalia Varroni videntur elementa, quoniam per semetipsa, inquit, moventur. Græci vero nomen mundo de ornamento accommodaverunt propter diversitatem elementorum, et pulchritudinem siderum. Appellatur enim apud eos *κόσμος*, quod significat *ornamentum*. <sup>c</sup> Nihil enim mundo pulchrius oculis carnis aspiciamus.

**107** 3. <sup>d</sup> Quatuor autem esse (constat) climata D mundi, id est, plagas : Orientem, Occidentem, Septentrionem et Meridiem.

CAP. I. — <sup>a</sup> *Mundus est cœlum et terra.* Ex Aug., tract. ii in J. ann.

<sup>b</sup> *Quod in sempiterno motu.* Idem etymon secutus videtur Festus cum dixit : *Mundus appellatur cœlum, et terra, mare, et aer. Mundus etiam dicitur ornatus muliebris, quia non est alius quam quod moveri potest.* Varro vero et Plinius ab absoluta perfectaque elegantia mundum ex Græcor. imitatione dictum volunt, et Cicer., de Univ. : *Ut hunc varietate distinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominavimus.*

<sup>c</sup> *Nihil enim mundo pulchrius o. c. a.* Verba Hier., in Jon. i.

C 4. *Oriens*, ab exortu solis est nuncupatus. *Occidens*, quod diem faciat occidere, atque interire. Abscondit enim lumen mundo, et tenebras superinducit.

5. *Septentrio* autem a septem stellis axis vocatur, quæ in ipso revolutæ rotantur. Hic proprie et *vertex* dicitur, eo quod *vertitur*, sicut poeta ait : *Vertitur interea cœlum.*

6. <sup>e</sup> *Meridies*, vel quia ibi sol faciat medium diem, quasi *medidies*, vel quia tunc purius micat æther. *Merum* enim *purum* dicitur.

7. *Januæ cœli* duæ sunt, *Oriens* et *Occasus*; nam una porta sol procedit, alia se recipit.

8. <sup>f</sup> *Cardines* autem mundi duo, *Septentrio* et *Meridies*, in ipsis enim volvitur cœlum.

#### CAPUT II.

##### De atomis,

1. *Atomus* <sup>g</sup> philosophi vocant quasdam in mundo corporum partes tam minutissimas, ut nec visui pa-

<sup>d</sup> *Quatuor autem esse constat clim.* Eod. modo loquitur Hieronymus, in Nom. Heb., ex Exod., et in Quæst. in Genes., cap. 13 : *Quatuor (inquit) climata mundi posuit, Orientem, et Occidentem, Septentrionem, et Meridiem.* Vid. Serv., Georg. i, ad vers. *Mundus, ut ad Scythiam.*

<sup>e</sup> *Meridies.* Eodem modo supra, lib. iii, cap. 41 et lib. v, cap. 31.

<sup>f</sup> *Cardines mundi.* Supra, lib. iii, cap. 37.

CAP. II. — <sup>g</sup> *Atomus philosophi.* Vid. Plutarch., de Placit. philos., cap. 3, et Stob., Eclog. 1, Phys. cap. 17, et Serv., in Sileno.

tant, nec τρηπὴν, id est, sectionem recipiant, unde et ἄτρομοι dicti sunt. Hi per inane totius mundi irrequietis motibus volitare, et huc atque illuc ferri dicuntur, sicut tenuissimi pulveres, qui infusus per fenestras radiis solis videntur, ex iis arbores, et herbas, et fruges omnes oriri, et ex iis ignem, et aquam, et universa gignit, atque constare quidam philosophi gentium putaverunt.

2. Sunt autem atomi, aut in corpore, aut in tempore, aut in numero (aut in littera). In corpore, ut lapis. Dividit eum in partes, et partes ipsas dividit in grana, veluti sunt arenæ, rursusque ipsa arenæ 108 grana divide in minutissimum pulverem, donec, si possis, pervenias ad aliquam minutiam, quæ jam non sit, quæ dividi vel secari possit. Hæc est atomus in corporibus.

3. In tempore vero, sic intelligitur atomus : annum, verbi gratia, dividit in menses, menses in dies, dies in horas; adhuc partes horarum admittunt divisionem, quousque venias ad tantum temporis punctum, et quamdam momenti stillam, ut per nullam morulam produci possit, et ideo jam dividi non potest. Hæc est atomus temporis.

4. In numeris, ut puta octo dividuntur in quatuor, rursus quatuor in duo, deinde duo in unum. Unus autem atomus est, quia insecabilis est. <sup>a</sup> Sic et in littera; nam orationem dividit in verba, verba autem in syllabas, syllabam autem in litteras. Littera pars minima atomus est, nec dividi potest. Atomus ergo est, quod dividi non potest, ut punctus in Geometria. Nam τρηπὴ Græce sectio dicitur ἄτρομος indivisio.

### CAPUT III.

#### De elementis.

1. *Hylen* <sup>b</sup> Græci rerum quamdam primam materiam dicunt, nullo prorsus modo formatam, sed omnium corporalium formarum capacem, ex qua visibilia hæc elementa formata sunt; unde, et <sup>c</sup> ex ejus derivatione vocabulum acceperunt. <sup>d</sup> Hanc hylen Latini materiam appellaverunt, ideo quia omne informe, unde aliquid faciendum est, semper materia nuncupatur. Proinde et eam poetæ silvam nominaverunt. Nec incongrue, quia materiam silvarum sunt.

109 2. <sup>e</sup> Græci autem elementa στοιχεῖα nuncupant (eo quod sibi societatis concordia et communione quadam convenient, nam sic ea inter se naturali quadam ratione juncta dicuntur), modo originem ab igne repetentes usque ad terram, modo a terra usque ad ignem, ut ignis quidem in sera desinat, aer in aquam deuse-

tur, aqua in terram crassescat, rursusque terra diluatur in aquam, aqua rareseat in aerem, aer in ignem extenuetur.

3. Quapropter omnia elementa omnibus inesse, sed unumquodque eorum ex eo quod amplius habet accepisse vocabulum. Sunt autem divina Providentia propriis animantibus distributa, nam cælum angelis; aerem volucris, mare piscibus, terram hominibus, cæterisque animantibus Creator ipse implevit.

### CAPUT IV.

#### De cælo.

<sup>f</sup> Cælum <sup>g</sup> vocatum, eo quod tanquam cælum vas impressa lumina habeat stellarum veluti signa. Nam cælum dicitur vas quod signis eminentioribus refulget. Distinxit enim cælum Deus claris luminibus, et implevit, solis scilicet, et lunæ orbe fulgenti, et astrorum micantium splendentibus signis adornavit. <sup>h</sup> Alias autem a superiora celando.

2. <sup>i</sup> Hoc autem Græce οὐρανὸς ἀπὸ τοῦ ὀρασθαι, id est, a videndo, eo quod aer perspicuus sit, et ad speculandum purior. Cælum autem in Scripturis sanctis ideo firmamentum vocatur, quod sit cursu siderum, et ratis legibus, fixisque firmatum.

110 3. Interdum et cælum pro aere accipitur, ubi venti et nubes, procellæ et turbines fiunt. <sup>j</sup> Lucretius : Cælo, qui dicitur aer. Et psalmus volucra cæli appellat, cum manifestum sit aves in aere volare; i et nos in consuetudine hunc aerem cælum appellamus; nam cum de sereno vel nubilo quærimus, aliquando dicimus : Qualis est aer? Aliquando :

C Quale est cælum?

### CAPUT V.

#### De partibus cæli.

1. *Æther* <sup>k</sup> locus est in quo sidera sunt, et significat eum ignem qui a toto mundo in altum separatus est. <sup>l</sup> Sane æther est ipsum elementum; æthra vero splendor ætheris, et est sermo Græcus.

2. *Sphæra* cæli dicta, eo quod species ejus in rotundum formata est, sed et quidquid tale est, a volubilitate sphæra a Græcis dicitur, sicut et pitæ, quibus ludunt infantes. Nam philosophi dicunt cælum in sphæra figuram undique esse convexum, omnibus partibus æquale, concludens terram in media mundi mole libratam. Hoc moveri dicunt, et cum mora ejus sidera in eo fixa ab Oriente usque ad Occidentem circuire, Septentrionibus breviores gyros juxta cardinem peragentibus.

Cod. Rom.

<sup>m</sup> Hoc autem Græce οὐρανὸς. Ex Ambros., v Hex., cap. 22. Auctor vero libri de Mundo ad Alexand., quod super τὰ ὄρηα, id est, montes sit.

<sup>n</sup> Lucretius. Lib. iv : Sunt etiam, quæ sponte sua gignuntur, et ipsa constituuntur in hoc cælo, qui dicitur aer.

<sup>o</sup> Et nos in consuetudinem. Ex Aug., de Agone Christ., cap. 3.

CAP. V. — <sup>p</sup> *Æther*. Repetitur hoc caput ex lib. iii, cap. 32, 36, 38 et 45.

<sup>q</sup> Sane æther est. Verba Servii ad vers. : Lucide, æthru. *Æth.* ::

<sup>a</sup> Sic et in littera. E Serg. i in Art. Donat.

CAP. III. — <sup>b</sup> *Hylen*. Ex Aug., xx contra Faust., cap. 14.

<sup>c</sup> Ex ejus derivatione vocabulum accep. Nempe, ut elementa sint, quasi hylem.

<sup>d</sup> Hanc hylen Græci. Serv., *Æth.* viii, ad vers. Arvor. pecorisque Deo.

<sup>e</sup> Græci autem elem. στοιχεῖα. Ambros., Hex. iii, cap. 4; Unde, et Græce στοιχεῖα dicuntur, quæ sibi convenient, et concinant.

CAP. IV. — <sup>f</sup> Cælum vocatum. Ex Ambros., ii Hex., cap. 4. aliis cælum, quasi κοῖλον, id est, cavum.

<sup>g</sup> Alias autem a superiora celando. Absunt hæc a

3. *Axis* est Septentrionis linea recta, quæ per mediam pilam spheræ tendit, et dictus axis, quod in ea spheræ, ut ro'a volvitur, vel quia ibi plaustrum est.

4. *Cardines*, extremæ partes sunt axis, et dicti cardines, eo quod per eos vertitur cælum.

111 5. *Poli* sunt circuli qui currunt per axem. Horum alter est septentrionalis, qui nunquam occidit, appellaturque *Boreus*; alter australis, qui nunquam videtur, et *Austronotius* dicitur. Et dicti *poli*, quod sint axium cycli ex usu plaustrorum, a *poliando*, scilicet nominati, sed *polus Boreus* semper videtur, *Austronotius* nunquam, quia dextra cœli altiora sunt, pressa Austri.

6. *Convexa*, extrema cœli sunt, a *curvitate* dicta; nam convexum *curvum* est, et inclinatum, et in inodum circuli flexum.

7. *Lacteus circulus*, via est quæ in spherâ videtur, a candore dicta, quia alba est, quam aliqui dicunt viam esse qua circuit sol, et ex splendoris ipsius transitu ita lucere.

#### CAPUT VI.

##### De circulis cœli.

1. *Habitatio* ista cœli circulorum distincta zonis, quasdam partes temperie sua incolere permittit, quasdam negavit, enormitate frigoris, aut caloris. *Zonæ* autem ipsæ quinque sunt: quæ ideo *zonæ*, vel *circuli* appellantur, quod in circumductione spheræ existunt.

2. Quorum primus circulus ideo *Arcticus* appellatur, <sup>b</sup> eo quod intra eum *Arctorum* signa inclusa perspicuntur, quæ a nostris, in ursarum speciem ficta, Septentriones appellantur.

3. Secundus circulus ex eo *τροπικὸς θερινὸς* dicitur, quia in eo circulo sol Aquilonis finibus æstatem faciens, ultra eum circulum non transit, sed statim revertitur, et inde *Tropicus* appellatur.

4. Tertius circulus *ἰσημερινὸς*, qui a Latinis ideo *Æquinoctialis* appellatur, eo quod solem ad eum orbem pervenerit, *æquinoctium* facit, 112 *ἰσημερινὸς* enim Latine *dies* dicitur *æquinox*, quo circulo dimidia spheræ pars constituta perspicitur.

5. Quartus circulus *Antarcticus* vocatur, eo quod contrarius sit circulo quem *Arcticum* nominamus.

<sup>a</sup> *Horum alter est septentrionalis*. Ex commentariis Arati in fine.

CAP. VI. — <sup>b</sup> *Eo quod intra ipsum Arctorum signa*. Hæc quoque ex lib. III, cap. 43. *Arcturi*, quod est in Editis non displicet (quamvis *Arctorum* sit in Gothicis); sunt namque verba Hygini, lib. I Astronom., ut illic notavimus.

<sup>c</sup> *Zodiacus circulus est*. Lacuna est in Gothicis quibusdam post hæc verba, et hic, et in lib. III, quam impleri nolim, cum utrobique dissideant inter se Codices qui eam explent.

CAP. VII. — <sup>d</sup> *Quam cætera elementa*. Assentior Chaconi, cui adulterinæ videntur hæc voces.

<sup>e</sup> *Longum per inane secutus*. Non sunt hæc apud Maronem. Ergo legas licebit, vel ex Sileno: *Magnum per inane coacta*, vel ex XII Æn.: *Vacuum per inane volutus*.

<sup>f</sup> *Nam commotus ventos*, etc. Verba sunt Aug., in de Genes. ad lit., cap. 10.

<sup>g</sup> *Nubes dictæ*. E Serv., ad vers. *Arcturaeque comas et nubis amictu*.

6. Quintus circulus *χειμερινὸς τροπικὸς*, qui a Latinis *Hiemalis*, sive *Brumalis* appellatur, ideo quia sol, eum ad eum circulum pervenit, hiemem iis qui ad Aquilonem sunt facit, æstatem autem iis qui in Austri partibus commorantur.

7. <sup>e</sup> *Zodiacus* autem circulus est (qui duodecim continet signa, ἀπὸ τῶν ζώων, id est, *animalibus*, ita dictus).

#### CAPUT VII.

##### De aere et nube.

1. *Aer* est inanitas plurimum habens admistam raritatis, <sup>d</sup> quam cætera elementa. De quo Virgilius: <sup>e</sup> *Longum per inane secutus*. *Aer* dictus ἀπὸ τοῦ αἴθερος, ab eo quod ferat terram, vel ab eo quod feratur.

Hic autem partim ad cælestem, partim ad terrenam <sup>B</sup> materiam pertinet; nam ille subtilis, ubi ventosi ac procellosi motus non possunt existere, ad cælestem pertinet partem; iste vero turbulentior, qui exhalationibus humidis corporeoscit, terræ deputatur, quique ex se multas species reddit: <sup>f</sup> nam commotus ventos facit; vehementius concitatus, ignes et tonitrua; contractus, nubilus; conspissatus, pluviam; congelantibus nubilus, nivem; turbulentius congelantibus densioribus nubilus, grandinem; distentus, serenum efficit; 113 nam aerem densum nubem esse constat, nubem rarefactam et solutam aerem.

2. <sup>g</sup> *Nubes* dictæ, ab *obnubendo*, id est, operiendo cælum, unde, et *nuptæ*, quod vultus suos velent, <sup>h</sup> unde et *Neptunus*, quod nubat, id est, mare terram tegat. <sup>i</sup> *Nubes* autem aeris densitas facit. <sup>j</sup> *Venti* enim <sup>C</sup> aerem conglobant, nubemque faciunt, unde est illud: *Atque in nubem cogitur aer*.

#### CAPUT VIII.

##### De tonitruo.

1. *Tonitruum* dictum, quod *sonus* ejus *terreat*, <sup>k</sup> nam tonus, *sonus*. Qui ideo interdum tam graviter concutit omnia, ita <sup>l</sup> ut cælum discidisse videatur, quia cum procella vehementissimi venti nubibus se repente immiserit, turbine invalescente, exitumque quaerente, nubem quam excavavit impetu magno perscindit, ac sic cum horrendo fragore defertur ad aures.

<sup>b</sup> *Unde et Neptunus*. Arnob. in advers. Gent. *Quod aqua nubat terram*. Putabat Chacon Isidorum scripsisse: *Unde et Neptunus, quod nubat terram; et mare Neptunus tegat*; τοῦ nubat glossas fuisse alienas.

<sup>i</sup> *Nubes autem aeris densitas*. Ex eod., Æn. v: *Atque in nubem cogitur aer*.

CAP. VIII. — <sup>j</sup> *Nam tonus, sonus*. Tonitruum a Cæcina tonum dictum refert Seneca, lib. II Natural. Quest.; et a priscais quidem *tonitruum*, ætate sua non nisi *tonitrua* pluraliter efferri.

<sup>k</sup> *Ita, ut cælum discidisse*. — *Discidisse* quoque et *decidisse* legitur, quarum ego scripturarum, ut nullam prorsus rejicio, ita *discidisse* libentius amplector, ut se *discidisse* intelligas, ut sæpe alias; nam et *discindi* legit Romanus Codex, et *discisse* alii mendose, <sup>e</sup> *præscindit*, vel *perscindit* potius, quod sequitur, ter usurpavit eadem in re Lucretius, quem imitator hoc loco Isidorus, et exemplum de vesicula displorsa magis *discidisse* videtur postulare. Quod vero ad *discidisse* attinet, non semel in libris de Divinatione *discensus* cœli legitur.

2. Quod mirari quis non debet, cum vesicula, A quamvis parva, magnum tamen sonitum displosa emittat. Cum tonitruo autem simul et fulgura exprimit, sed illud celerius videtur, quia clarum est, hoc autem ad aures tardius pervenit. Lux autem quæ apparet ante tonitruum, <sup>b</sup> fulgetra vocatur. Quæ, ut diximus, ideo ante videtur, 114 quia clarum est lumen, tonitruum autem ad aures tardius pervenit.

## CAPUT IX.

## De fulminibus.

1. Fulgur, et fulmen, ictus cælestis jaculi, a feriendo dicti; <sup>a</sup> fulgers enim ferire est, ac percutere. <sup>b</sup> Fulmina autem collisa nubila faciunt; <sup>c</sup> nam omnium rerum collisio ignem creat, ut in lapidibus cernimus, vel attritu rotarum, vel in silvis arborum. Simili modo in nubibus ignis; unde et prius nubila sunt, deinde ignes.

2. Ex vento autem et igne fulmina (certum est) in nubibus fieri, et impulsu ventorum emitti; ideo autem fulminis ignem vim habere majorem ad penetrandum, <sup>f</sup> quia subtilioribus elementis factus est, quam noster, id est, qui nobis in usu est. Tria sunt autem ejus nomina, fulgur, fulgor, et fulmen. Fulgur, quia tangit; fulgor, quia incendit et urit; fulmen, quia findit; ideo et cum ternis radiis fluguntur.

## CAPUT X.

## De arcu et nubium effectibus.

1. Arcus cælestis dictus a similitudine curvati arcus. Iris huic proprium nomen est. Et dicitur Iris, <sup>a</sup> quasi aeris, id est, quod per aerem ad terras descendit. 115 Hic autem a sole resplendet, dum cavæ nubes <sup>b</sup> ex adverso radium solis accipiunt, et arcus speciem fingunt, cui varios colores illa dat res, quia aqua tenuis, aer lucidus, et nubes caligans irradiata, ista varios creant colores.

2. Pluviae dictæ, quod fluant, quasi fluviae. <sup>i</sup> Nascuntur enim de terræ et maris anhelitu, quæ cum altius elevata fuerint, aut solis calore resolutæ, aut vi ventorum compressæ stillantur in terris.

<sup>a</sup> Quod mirari quis non debet, cum vesicula. Lucret., lib. vi :

Nec mirum, cum plena animæ vesicula parva,  
Sæpe, ita dat pariter sonitum displosa repente.

<sup>b</sup> Fulgetra vocatur. Al., fulgetrum. Sed fulgetra omnino legendum ex Serv., Æn. viii, ad fulgores nunc terrificos. Vulcanius, fulgor edidit.

Cap. IX. — <sup>a</sup> Fulgere enim ferire. Fest.; Fulgere prisce pro ferire dicebant, unde fulgur dictum est.

<sup>b</sup> Fulmina autem. E Serv., ad vers. Jaculata e nubibus ignem. Æn. i.

<sup>c</sup> Nam omnium rerum col.... arborum. Verba Servii, Æn. i, ad illud: Unde imber et ignes.

<sup>f</sup> Quis subtilioribus elementis. Respexit ad Lucretii carmina, lib. ii :

Quare fulmineus multo penetratior ignis  
Quam noster fluat e lædis terrestribus ortus.  
Dicere enim potius cælestis fulminis ignem  
Subtilem magis e parvis consare figuris.

Cap. X. — <sup>a</sup> Dictus Iris q. aeris. Græci ab ἴρις, id est, dicere, quod sit door. nuntia. Servius Irin, quasi ἴρις interpretatur, quod ut Mercurius ad con-

3. Nimbus est densitas nubis intempesta, et obscura, et inde nimbus a nube. <sup>i</sup> Sunt autem nimbi repentinae et præcipientes pluviae; nam pluvias vocamus leutas, et juges, quasi fluvias, vel quasi fluentes.

4. Imbres autem, et ad nubes, et ad pluvias pertinent, <sup>k</sup> dicti a Græco vocabulo, quod terram inebriant ad germinandum. Ex his eni quæ cuncta creantur, <sup>l</sup> unde, et Lucretius :

Ex igni terra, atque anima nascuntur et imbri.

Est autem nomen Græcum.

5. Grando appellata, quod forma ejus granorum similitudinem habeat. Hæc autem ventorum rigore durantur in nube, ac solidantur in nivem, ruptoque aere solvuntur.

6. Nix, a nube unde venit.

Glacies, a gelu, et aqua, quasi gelaquies, id est, gelata aqua.

7. Gelu autem, quod eo stringatur tellus, <sup>m</sup> quippe terra dicitur. Tunc autem majori gelu stringitur terra, cum fuerit nox serena.

8. Pruina, est matutini temporis frigus; quod inde pruinae nomen accepit, 116 quia sicut ignis urit; <sup>n</sup> ἄρ enim ignis, <sup>o</sup> urere vero et ad solem et ad frigus pertinet. Nam uno sermone duo diversa significatur, pro eo quod unum effectum habent. Similis enim vis est caloris et frigoris, unde et utraque saxa rumpunt. Nam calor urit, ut est : Uritur infelix Dido. Item frigus urit, ut est : aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

9. Ros, Græcum est, quod illi ῥόσος, dicunt. Alii ros putant dictum, quia rarus est, non spissus, ut pluvia.

10. Nebula inde dicta unde et nubila, ab obnubendo scilicet, hoc est, operiendo terram, sive quod nubes volans faciat. Exhalant enim valles humidae nebulas, et sunt nubes, inde nubulum, inde nives. Nebulae autem ima petunt cum serenitas est, summa cum nubilom.

11. Caligo, umbra est de spissitudine aeris effecta. Et dicta caligo, quod maxime acris calore gignatur.

cordiam, ita Iris ad discordiam plerumque mittatur.

<sup>b</sup> Ex adverso radium solis accip. E Serv., ad vers. Mille trah. v. a. s. c. Æn. iv.

<sup>i</sup> Nascuntur enim de terræ et maris anhel. Verba sunt Servii, Æn. i, ad vers. Unde imber et ignes. Lucretii vero locus, qui a Servio citatur, ex lib. vi : Consimili ratione ex omnibus annibus humor, etc.

<sup>k</sup> Sunt autem nimbi. E Serv., ad vers. Nimbor in patriam. Æn. i.

<sup>l</sup> Dicti a Græco vocabulo, ὑμῆρος.

<sup>m</sup> Unde et Lucretius, Eod. modo legitur Lucretii versus apud Servium, e quo sunt hæc, paulo aliter in Lucretianis libris :

Et qui quæstus ex rebus posse omnia rentur,  
Ex igni terra, atque anima prorescere, et imbri.

<sup>n</sup> Urere vero et ad frigus. Vid. Serv., ad penetrabile frigus adurat. Georg. i. Recte advertit Chacon, Servium ab Isidoro sine Virgiliti carminibus lectum hoc loco, ut sæpe alias, illi fraudi fuisse. Nam uno sermone duo (inquit Servius) diversa conclusit, quia verbum adurat et ad potentiam solis, et ad frigus Maro retulit.

12. *Tenebræ* dicuntur, quod teneant umbras. <sup>a</sup> Nihil autem sunt tenebræ, sed ipse a lucis absentia *tenebræ* dicuntur; sicut silentium non aliqua res est, sed ubi sonus non est silentium dicitur; sic tenebræ non aliquid sunt, sed ubi lux non est *tenebræ* dicuntur.

13. *Umbra* est aer carens sole, dicta autem, quod fiat cum solis objicimur radiis. Est autem mobilis, et incerta, et ex solis circuitu, et <sup>b</sup> ex motu ventorum. Namque quoties movetur in sole, nobiscum moveri videtur, quia <sup>c</sup> ubi quoquo loco a radiis solis obstitimus, perinde illi lumen auferimus; sicque ingredi nobiscum umbra, et gestus nostros videtur imitari.

14. *Lux*, ipsa substantia; *lumen*, quod a luce manat, id est, candor lucis. Sed hoc confundunt auctores.

### 117 CAPUT XI.

#### De ventis.

1. *Ventus* <sup>d</sup> est aer commotus et agitato, et pro diversis partibus cœli nomina diversa sortitur; dicitur autem ventus quod sit vehemens, et violentus. Vis enim ejus tanta est, ut non solum saxa et arbores evellat, sed etiam cœlum terramque conturbet, maria commoveat.

2. Ventorum quatuor principales spiritus sunt. Quorum primus ab Oriente *Subsolanus*, a Meridie *Auster*, ab Occidente *Favonius*, a Septentrione ejusdem nominis ventus aspirat, habentes geminos hinc inde ventorum spiritus.

3. *Subsolanus* a latere dextro *Vulturnum* habet, a lævo *Eurum*; *Auster* a dextris *Euroaustum*, a sinistris *Austroafricum*; *Favonius* a parte dextra *Africum*, a læva *Corum*. Porro *Septentrio* a dextris *Circium*, a sinistris *Aquilonem*. Hi duodecim venti mundi globum flatibus circumagunt.

4. Quorum nomina propriis ex causis signata sunt. Nam *Subsolanus* vocatus, eo quod *sub ortu solis* nascatur. *Eurus*, eo quod ab *Foo* flat, id est, ab Oriente. Est enim conjunctus *Subsolano*.

5. *Vulturnus*, quod alte tonat; de quo *Lucretius*:  
Antionans Vulturnus, et *Auster* fulmine pollens.

6. *Auster*, ab *hauriendo* aquas vocatus, unde et crassum aerem facit, **118** et nubila nutrit. Hic Græce *φόρος* appellatur, propter quod <sup>e</sup> interdum corrumpat

<sup>a</sup> Nihil autem sunt tenebræ... dicuntur. Verba Augusti, in 1 de Genes. cont. Manich. cap. 4.

<sup>b</sup> Et ex motu ventorum. Serv., Eclog. v, ad vers. Sive sub incertis.

<sup>c</sup> Ubi quoquo loco. Ita Salm. vetustissimus; ubique quo loco, Complut.

CAP. XI. — <sup>d</sup> Ventus. De Ventorum nominibus. Agell., lib. II, cap. 22.

<sup>e</sup> Notus quod interdum corrumpat. Est enim voraciter corrumpere, unde *Horatius*, de illegitimis filiis:

Fecunda culpæ sæcula nuptas  
Primum inquinavere, et genus, et domos.

<sup>f</sup> Ipse est *Libonotus*. Seneca: A Meridiano axe *Euronotus* est, deinde *Notus*, Latine *Auster*, deinde *Libonotus*, qui apud nos sine nomine est.

<sup>g</sup> *Caurus*, quem plerique *Argesten*. Idem, III Natur. Quæst.: A solstitiali Occidente *Corus* venit, qui apud quosdam *Argestes* dicitur. Mihi non videtur, quia *Cori* violenta vis, et in unam partem rapax. *Argestes* vero

aerem. Nam pestilentiam quæ ex corrupto aere nascitur, *Auster* flans in reliquas regiones transmittit; sed sicut *Auster* pestilentiam gignit, sic *Aquilo* repellit. *Euroauster* dictus, quod ex una parte habeat *Eurum* ex altera *Austrum*.

7. *Austroafricus*, quod junctus sit hinc inde *Austro* et *Africo*. Ipse, et <sup>h</sup> *Libonotus*, quod sit ei *Libi* hinc, et inde *Notus*.

8. *Zephyrus*, Græco nomine appellatus, eo quod flores, et germina ejus flatu vivificentur. Hic Latine *Favonius* dicitur, propter quod *foveat* quæ nascuntur. *Austro* autem flores solvuntur, *Zephyro* fiunt.

9. *Africus*, a propria regione vocatus. In Africa enim initium standi sumit.

10. *Corus* est, qui ab Occidente æstivo flat, et vocatus **B** *Corus*, quod ipse ventorum circulum claudat, et quasi chorum faciat. Hic antea <sup>i</sup> *Caurus* dicitur, quem plerique *Argesten* dicunt, non ut imprudens vulgus *Agræstum*.

11. *Septentrio* dictus, eo quod a circulo *septem* stellarum consurgit, quæ vertente se mundo resupinato capite ferri videntur.

12. <sup>h</sup> *Circius* dictus, eo quod *Coro* sit junctus. Hunc Hispani *Gallecum* vocant, propter quod eis a parte *Galleciæ* flat.

**119** 13. *Aquilo* dictus, eo quod *aquas* stringat et nubes dissipet. Est enim gelidus ventus, et *siccus*. Idem et *Boreas*, quia ab Hyperboreis montibus flat. Inde enim origo ejusdem venti est, unde et *frigilus* est. *Natura* namque omnium septentrionalium ventorum frigida et sicca est, australium humida et calida.

14. Ex omnibus autem ventis duo cardinales sunt: **C** *Septentrio*, et *Auster*.

15. <sup>i</sup> *Etesia* autem, flabra *Aquilonis* sunt, quibus nomen inditum est, quod certo anni tempore flatum agere incipiunt, <sup>j</sup> *ἐταιρῆς* enim Græce, *annus* Latine dicitur. Hæ autem cursum rectum a *Borea* in *Ægyptum* ferunt, quibus *Auster* contrarius est.

16. Duo sunt autem extra hos ubique spiritus magis quam venti, *Aura* et *Altanus*.

17. *Aura* ab *aere* dicta, quasi *aerea*, quod lenis sit motus aeris. Agitatus enim aer auram facit, unde et <sup>k</sup> *Lucretius*: *Aereas auras*.

18. <sup>l</sup> *Altanus*, qui in pelago est per derivationem ab *mollis* est, et tam exultibus communis, quam *redeuibus*. **D** <sup>m</sup> *Circius*... hunc Hispani *Gallecum*. Al., *Galticum*, et a parte *Galliæ*, sed mendose, nam *Galleci* nomen nos hodie retinemus.

<sup>n</sup> *Etesia* autem flabra *Aquilonis*. *Lucret.*, lib. vi: *Etesia flabra Aquilonum... Nubila conjiciunt.*

<sup>o</sup> *Ἐταιρῆς*. Propius aberat *ἔταρ*, et *ἔταρῆς*, sed *Hyginus* secutus est, in cuius veteribus libris *ἔταιρῆς* legebatur, ut apparet ex *Joan. Baptista Pio* ad *Lucretii* verba, lib. v: *Inde loci sequitur calor aridus, nunc melius ἔταρ.*

<sup>p</sup> Unde et *Lucret.*: *aeris auras*. Lib. 1: *Et aeris auras, roremque liquorum*, et lib. iv:

Aeris quoniam vicinum tangitur auris

<sup>q</sup> *Altanus*. *Servius*, ad *Cum venti posuere. Flatus omnis* (inquit) *et qui ripæ est, et qui pelagi, qui Altanus vocatur*. Et *Plin.*, lib. II, cap. 43: *Namque e fluminibus, ac nivibus, et e mari videmus, et quidem tran-*

alto, id est mari, vocatus. Nam alter est flatus in ripis, quem diximus *Auram*. Nam *Aura* terræ est.

19. *Turbo* est volubilitas ventorum, et turbo dictus a terra quoties ventus consurgit, et terram in circuitum mittit.

20. *Tempestas* autem pro tempore dicitur, sicut ubique historiographi solent, dum dicunt ea tempestate; aut ab statu cœli, quia magnitudine sua multis diebus oritur. <sup>a</sup> Verno autem, et autumnali tempore, **120** quæ maximæ sunt tempestates, quando nec plena est ætas, nec plena hiems, unde medium et confine utriusque temporis ex conjunctione aerum contrariorum efficiunt tempestates.

21. <sup>c</sup> *Fragor*, a *fractarum* rerum nominatus est sonitus, quem sicca quæque et arida cum franguntur faciunt.

22. <sup>a</sup> *Procella*, ab eo quod *percellat*, id est, percussat, et evellat. Est enim vis ventorum cum pluvia. <sup>b</sup> *Procellæ* enim aut de fulminibus, aut de ventis fiunt. Nihil autem velocius ventis, unde et propter celeritatem, tam ventos quam fulmina alata fingunt poetæ, <sup>f</sup> ut: *alitis Austri*.

CAPUT XII

De aquis.

1. *Aqua* dicta, quod superficies ejus *æqualis* sit. Hinc, et *æquor* appellatum, quia *æqualiter* sursum est.

2. Duo autem (sunt) validissima vitæ humanæ elementa, ignis et aqua, unde graviter damnantur, quibus ignis et aqua interdicitur.

3. <sup>s</sup> *Aquarum* elementum cæteris omnibus imperat. *Aquæ* enim cœlum temperant, terram fecundant, ærem exhalationibus suis incorporant, scandunt in sublime, et cœlum sibi vendicant; quid enim mirabilius aquis in cœlo stantibus?

4. Parum sit in tantam pervenisse altitudinem, rapiant eo secum piscium examina; effusæ, omnium in terra nascentium causa fiunt. Fruges gignunt, arbo-

quillo, et alios quos vocant *Altanos* e terra consurgere, qui quidem cum e mari redeunt, *Tropæi* vocantur, si pergent, *Apogæi*.

<sup>a</sup> *Quia magnitudine sua multis oritur diebus*. Quomodo hæc verba, quæ sunt e *Sery.*, ad vers. *Nimbosus Orion*, *Æn.* 1, huic loco aptentur, amplius querendum.

<sup>b</sup> *Verno autem et autumnno*. Ex eod., ad 1 *Georg.*: *Quid tempestates autumnæ*.

<sup>c</sup> *Fragor a fractar*. Ex eod., ad *Aridus fragor*.

<sup>d</sup> *Procella*. Ex eod., *Æn.* 1, ad illud: *Creberque procellis*.

<sup>e</sup> *Procellæ, aut de fluminibus*. Ex eod., *Æn.* v, ad verba *Tres Erici vitæ*.

<sup>f</sup> *Alitis Austri*. *Virg.*, *Æneid.* viii: *stultus tres ignes, et alitis Austri*.

Cap. XII. — <sup>s</sup> *Aquarum* elementum. Ex *Plin.*, lxxi, cap. 4. Ex quo legendum videtur. Et ceu pennis t. 1. p. a. capientem cap.

<sup>a</sup> *Procella abluunt*. *Ambros.*, in *Herani.*, cap. 5. *Religio e Hinc.*, lib. i, cap. 22.

<sup>b</sup> *Alitis Austri*. *Virg.*, *Æneid.*, lxxi, cap. 2. *Et hinc sunt Cicer. lib.*

<sup>c</sup> *Verno autem et autumnno*. *Solin.*, cap. 45.

<sup>d</sup> *Fragor a fractar*. *Virg.*, *Æneid.*, viii, cap. 3. *Item de Orione, et quo Arcadie pro flumine hinc legendum.*

<sup>e</sup> *Procellæ, aut de fluminibus*. *Virg.*, *Æneid.*, v, cap. 2.

*res frutices, herbasque produunt, sordes detergunt, peccata abluunt, potum cunctis animantibus tribuunt.*  
**122** CAPUT XIII.  
*De diversitate aquarum.*

1. *Aquarum* naturæ multa est diversitas; aliæ enim salis, aliæ nitri, aliæ aluminis, aliæ sulphuris, aliæ bituminis, aliæ curam morborum adhibentes; nam juxta Romanum <sup>1</sup> *Albulæ* aquæ vulneribus medentur.

2. <sup>i</sup> In Italia fons *Ciceronis* oculorum vulnera curat. In *Æthiopia* lacus est quo perfusa corpora <sup>k</sup> velut oleo nitescunt. <sup>l</sup> *Zamæ* fons in *Africa* canoras voces facit. Ex *Clitorio* lacu *Italiæ*, qui biberint, vini tedium habent.

3. <sup>m</sup> In *Chio* insula fontem esse, (dicunt) quo behetes fiunt. In *Bœotia* duo fontes: alter memoriam, alter oblivionem affert. *Cyzici* fons amorem *Veneris* tollit.

4. *Bœotiæ* lacus furialis est, de quo qui biberit, ardore libidinis exardescit. In *Campania* sunt aquæ, quæ sterilitatem seminarum, et virorum insaniam abolere dicuntur. In *Æthiopiæ* fonte rubro, qui biberit, lymphaticus fit.

5. <sup>n</sup> *Linus*, fons *Arcadiæ* abortus fieri non patitur. <sup>o</sup> In *Sicilia* fontes sunt duo, quorum unus sterilem fecundat, alter secundam sterilem facit. <sup>p</sup> In *Thessalia* duo sunt flumina: ex uno bibentes oves **122** nigras fieri serunt; ex altero albas, ex utroque varias.

6. <sup>q</sup> *Clitumnus*, lacus in *Umbria*, maximos boves gignit. <sup>r</sup> *Rectinis* paludibus jumentorum ungulas indurari dicunt. <sup>s</sup> In *Asphaltide* lacu *Judææ* nihil mergi potest, quidquid animam habet.

7. <sup>t</sup> In *Indiis* *Siden* vocatur stagnum, in quo nihil iniatat, sed omnia merguntur. At contra in *Africæ* lacu <sup>u</sup> *Apuscidamo* omnia fluitant, nihil mergitur. *Marsidæ* fons in *Phrygia* saxa egerit. In *Achaia* aqua profluit e saxis, *Styx* appellata, quod illico potata interficit.

<sup>a</sup> *Linus fons Arcad.* — *Linus* scripsimus ex *Plin.* Nam Codices non uno modo, sed *lechnus*, *lecinus*, *lethinus*, *lethnus*. Etiam *Plinii* vetustus liber *Ecclesiæ* *Tolet.* *Levius* habet.

<sup>o</sup> *In Sicilia fontes duæ*. E *Solin.*, cap. 11.

<sup>p</sup> *In Thessalia*. — *In Bœotia*, *Solin.*, cap. 12. Ex *Varrone*. *Plin.*, in *Hestiotide*, quæ pars est *Thessaliæ*.

<sup>q</sup> *Clitumnus*... qui maximos boves. *Virg.*, *Georg.* 11:

Hinc albi Clitumæ greges, et maxima taurus  
Victima....

*Silius*, lib. viii:  
Et lavat ingentem perfundens flumine sacro  
Clitumnus tauram.

Ergo, et albas, et maximos *Clitumnus* tauras generat.

<sup>r</sup> *Rectinis paludibus*. Verba *Plinii*, lib. xxxi, cap. 2.

<sup>s</sup> *In Asphaltide*. *J. Scaliger*, de *Re Hebræa*, cap. 5; *Geograph.*, lib. 4, cap. 48; *Plin.*, *l.*, cap. 16; *Solin.*, cap. 48. *Nihil in eo mergi potest*, quod, et *Plin.* dixerat lib. xi, cap. 493.

<sup>t</sup> *In Indiis Siden*. — *Siderius* *Codrus* *Tolet.* De *Sitis* ad *prodidit*. *Strab.*, lib. xv: *Ἐν δὲ τῷ ἑσπερῷ οὐδὲν κερταρὸν τῶν τε ἐν τῷ ἰσθμῷ Ἰνδοῦ. Πυρρονσίου Ἰδίου Ἰσθμῷ ἐν Ἀσπιγῶντι κέντρον, ἐν Ἐπύλου Σιδωνία, τὸν Σίδην ἐν Ἰνδοῦ κέντρον, ἐν Πην. xxxi, cap. 2.*

<sup>u</sup> *Apuscidamo*... *Marsidæ* fons in *Achaia*. Ex eod. *Plin.*

8. <sup>a</sup> *Celonium stagnum* Siciliæ tetro odore abigit proximantes. <sup>b</sup> Fons est in Africa circa templam Ammonis, qui humoris nexibus humum stringit. Favillas etiam in cespitem solidat. Fons *Job* in Idumæa, quater in anno colorem mutare dicitur; id est pulverulentum, sanguineum, viridem, et limpidum, ternis mensibus in anno tenens ex his unum colorem.

9. <sup>c</sup> In Troglodytis lacus est, ter in die fit amarus, et deinde toties dulcis. Fons *Silva* ad radicem montis Sion, non jugibus aquis, sed in certis horis, diebusque ebullit. In Judæa quondam rivus Sabbatis omnibus siccabatur.

10. In Sardinia fontes calidi <sup>d</sup> oculis medentur, fures arguunt, nam cæcitate detegitur eorum facinus, <sup>e</sup> In Epiro esse (ferunt) fontem, in quo faces extinguuntur accensæ, et accenduntur extinctæ. **123** <sup>f</sup> Apud Garamantas fontem esse, (aiunt) ita argenteum die, ut non bibatur; ita ardentem nocte, ut non tangatur.

11. Jam vero in multis locis aquæ manant perpetim ferventes, tanta vi, ut balnea calefaciant. Quædam enim terræ sunt, quæ multum sulphoris et aluminis habent; itaque <sup>g</sup> cum per venas calentes aqua frigida venit, vicino sulphuris calore contacta exandescit; nec talis ab origine effluit, sed permutatur dum venit. Sulphur enim, alumenque secum ferunt aquæ, utramque materiam igne plenam, minimisque motibus incalescentem.

## CAPUT XIV.

## De mari.

1. Mare est aquarum generalis collectio. <sup>h</sup> Omnis enim congregatio aquarum, sive salis sint, sive dulces, abusive maria nuncupantur, juxta illud: *Et congregationes aquarum vocavit maria*. Proprie autem mare appellatum, eo quod aquæ ejus amarae sint.

2. *Æquor* autem vocatum, quia *æqualiter* sursum est, et quamvis aquæ fluctuant velut montes erigantur, sedatis rursus tempestatibus adæquantur. Altitudo enim maris diversa est, indiscreta tamen dorsi ejus *æqualitas*.

3. <sup>i</sup> Ideo autem mare incrementum non capere, cum omnia flumina, et omnes fontes recipiat, hæc causa est: partim, quod influentes undas ipsa magnitudo ejus non sentiat; deinde, quod amara aqua dulce fluentum consumat, vel quod ipsæ nubes multum aquarum ad se attrahant, <sup>j</sup> sive quod illam partim venti auferant, partim sol exsiccat, postremum, quod per

<sup>a</sup> *Celonium Stagnum*. E Solin., cap. 11.

<sup>b</sup> Fons est in Africa. E Solin., 40.

<sup>c</sup> In Troglod. Ex Plin.

<sup>d</sup> Oculis medentur. Ex Solin., 40.

<sup>e</sup> In Epiro. Plin., II, cap. 403, et Solin., cap. 12.

<sup>f</sup> Apud Garamant. Plin., ibid., et Solin., cap. 42.

<sup>g</sup> Cum per venas calentes. Vid. Vitrov., lib. VIII, cap. 3.

CAP. XIV. — <sup>h</sup> Omnis enim congregatio. Ex Aug. I, de Genes. contra Manichæ, cap. 62.

<sup>i</sup> Ideo autem mare incrementum non capere. Totus locus expressus e Lucet. 14.

Nunc ratio reddenda, augmen cur nesciat æquor.

occulta quædam terræ foramina percolatur, et ad caput amnium, fontesque revolutum recurrit.

4. <sup>k</sup> Maris autem certum non esse colorem, sed pro qualitate ventorum mutari; **124** nam modo flavum est, modo luculentum, modo atrum.

## CAPUT XV.

## De oceano.

1. *Oceanum*, et Græci, et Latini ideo nominant, quod in circuli modo ambiat orbem: <sup>l</sup> sive a celeritate, eo quod *ocius* currat; item quia, ut cælum, purpureo colore nitet. *Oceanus*, quasi *Ὠκεανός*: iste est qui eras terrarum amplectitur, alternisque æstibus accedit, atque recedit. Respirantibus enim in profundum ventis, aut removel maria, aut resorbet.

2. Quique a proximis regionibus diversa vocabula sumpsit; ut *Gallicus*, *Germanicus*, *Scythicus*, *Caspicus*, *Hyrceanus*, *Atlanticus*, *Gaditanus*. Nam *Gaditanum* fretum a *Gadibus* dictum, ubi primo ab Oceano maris Magni limen aperitur. Unde, et Hercules cum *Gadibus* pervenisset, columnas ibi posuit, sperans illic esse orbis terrarum finem.

## CAPUT XVI.

## De Mediterraneo mari.

1. Mare <sup>m</sup> Magnum est, quod ab Occasu ex Oceano fluit, et in Meridiem vergit, deinde ad Septentrionem tendit. Quod inde *Magnum* appellatur, quia cætera maria in comparatione ejus minora sunt. Istud est, et *Mediterraneum*; quia per *mediam terram* usque ad Orientem perfunditur, Europam, et Africam, Asiâque disterminans.

**125** 2. Cujus primæ partis sinus, <sup>n</sup> qui in Hispaniis perfunditur, *Ibericus*, et *Balearicus* appellatur. Deinde *Gallicus*, qui Narbonensem provinciam aluit. Mox *Ligusticus*, qui juxta Genuam urbem est proximus. Post hæc *Tyrrhenus*, qui Italiam attingit, quem Græci *Ionium*, Itali *Inferum* vocant. Inde *Siculus*, qui a *Sicilia* usque ad Cretam vadit. Deinde *Creticus*, qui in Pamphyliam et Ægyptum pertendit.

3. Inde *Hellespontus*, qui in Septentrionem retorquens, anfractibus magnis juxta Græcias, et Illyricam in angustias septem stadiorum stringitur, quo *Xerxes*, ponte navibus facto, in Græciam commeavit, ibi est *Abydos*. Inde diffusus æquore patente, rursus stringitur, et facit *Propontidem*, qui mox in quingentes passus coarctatur, fitque *Bosphorus Thracicus*, quo *Darius* copias transportavit.

4. Inde *Ponticus sinus* amplissimus a tergo *Mæ-*

<sup>o</sup> *Maris autem certum non esse colorem*. E Servio ad vers. *Fluctusque atros Aquilona secabat*. An. v. *Luculentum* vero ex Servio, et uno Rom. codice, quam *luculentum* e nostris Gothici malimus, et *luculentum* a luce sit. Vid. Agell., lib. II, cap. ultimum.

CAP. XV. — <sup>k</sup> Sive a celeritate. E Solin., cap. 23, de Hispan.

CAP. XVI. — <sup>l</sup> Mare Magnum. Non Oceanus; sed mare Mediterraneum; ut supra in sacris Libris, ut in Num., a cap. xxxv, et in lib. Josue.

<sup>m</sup> Qui in Hispaniis perfunditur. — *Hispaniis* perfundit. Solinus.



idis paludis, <sup>a</sup> quod mare ex multitudine fluminum dulcius quam cætera, <sup>b</sup> nebulosumque, et brevius est, <sup>c</sup> unde, et *Ponticum* vocatur, quod sit brevius, atque præter phocas, et thynnos, atque delphinos, <sup>d</sup> alias belluas majores non patitur.

5. <sup>e</sup> Sicut autem terra, dum una sit, pro diversis locis variis appellatur vocabulis, ita et pro regionibus hoc mare inagnum diversis nominibus nuncupatur: <sup>f</sup> nam *Ibericum* et *Asiaticum* a provinciis dictum: ab insulis, *Balearicum*, *Siculum*, *Creticum*, *Cyprium*, *Ægeum*, *Carpathium*: **126** <sup>g</sup> nam inter Tenedum, et Chium, saxum est in mari potius quam insula, quod visentibus procul capræ simile creditur, quam *αἴρυα* nuncupant, unde, et *Ægeum* mare est dictum, <sup>h</sup> sic et *Carpathium* mare inter *Ægyptum*, et *Rhodium* ab insula *Carpatho* illic posita.

6. A gentibus, *Gallicum*, *Ausonium*, *Dalmaticum*, *Ligusticum*. Ab oppidis, *Argolicum*, *Corinthium*, *Tyrium*, *Adriaticum*. Nam *Adria* quædam civitas Ilyrico mari proxima fuit, quæ *Adriatico* mari nomen dedit.

7. A positione cæli, ut *Superum*, et *Inferum*, quod sit Oriens superior, Occidens inferior, est autem *Thuscum*, et *Adriaticum*. A memoria regis, ut *Ionium*. <sup>i</sup> Ion quippe rex fuit Græciæ, unde Iones Athenienses. Hoc mare, et *Tyrrhenum* dictum; sive quod *Thusciam* alluit, id est *Tyrrheniam*, sive a *Tyrrhenis* nautis, qui se in hoc mare præcipitaverunt. <sup>j</sup> Et sciendum *Ionium* sinum esse immensum, ab *Ionia* usque ad *Siciliam*, et hujus partes esse *Adriaticum*, *Achaicum*, et *Epiroticum*. <sup>k</sup> A moribus accolarum *Euzinum*, *AXENOS* antea appellatum.

8. A casibus hominum qui ceciderunt in mare, ut *Hellesponticum*, *Icarium*, *Myrtoum*: <sup>l</sup> nam *Myrtoum* mare dictum a *Myrtili* lapsu, qui d illic ab *Ænoïno* præcipitatus sit. *Icarus* vero *Cretensis*, ut fabula ferunt, altiora petens, pennis solis calore solutis, mari, in quo cecidit, nomen imposuit. *Phrixus* quoque cum *Helle* sorore sua fugiens insidias novercales, conscendit navem signum arietis habentem, qua liberatus est. *Helles* autem soror ejus perpessa naufragium decedit in mari, et mortua *Hellesponto* mari dedit nomen.

<sup>a</sup> Quod mare ex multitudine flumin. Refert hoc a Sallustio, Serv., *Æn.* xi. Atque ita esse facile credet, qui apud Plinium legit Danubium 70 annibus, quorum dimidia pars sit navigabilis, receptis Ilyricum alluere, deinde in Pontum influere, adjunctis sex aliis vastis fluminibus, quamvis idem Plin., lib. vi, **D** cap. 17, *Caspio* mari id tribuat.

<sup>b</sup> Nebulosumque, et brevius. E. M. la, lib. i, cap. 19.

<sup>c</sup> Unde et *Ponticum*: Vel a *Pontono* brevi navigio, vel ἀπὸ τοῦ πόντου, id est, angusto aestu.

<sup>d</sup> Alias belluas majores non patitur. E. Solino.

<sup>e</sup> Sicut autem terra; dum una sit. Ex Ambrosio: III **Her.** cap. 3.

<sup>f</sup> Nam *Ibericum*, et *Asiaticum*. Solinus: Causas nominum non uniformis dedit ratio; tam *Ibericum*, et *Asiaticum*, etc.

<sup>g</sup> Nam inter *Tenedum* et *Chium*. Ex *Solino*, c. 4, 17, vel legendum ex Plinii emendationibus libris *Tenem*, et *Cium*, lib. ix, cap. 11, nam hæc in *Cycladibus* numerantur ab ipso et *Strabone*.

<sup>h</sup> Sic et *Carpathium*... posita. E. Serv., ad vers.

9. Ab ordine fluenti, *Propontis*: nam dicta *Propontis*, quia pontum prævenit. Item et a transitu, vel angustis meatibus bonum, *Bosphorus*. <sup>m</sup> *Ægyptium* autem pelagus Asiæ datur, *Gallicum* Europæ, **127** *Africanum* Libyæ; his, ut quæque proxima sunt, <sup>n</sup> venerunt in partes partium.

10. *Pelagus* autem est latitudo, mare sine littore, et portu. Græco nomine ἀπὸ τοῦ πλάγιου, hoc est a latitudine dictum, <sup>o</sup> unde et *πλαγία*, eo quod sint importuosa.

CAPUT XVII.

De sinibus maris.

1. Sinus dicuntur majores recessus maris, ut in mari Magno *Junius*, in Oceano, *Caspicus*, *Indicus*, *Persicus*, *Arabicus*, qui et mare Rubrum, <sup>r</sup> qui Oceano ascribitur.

2. <sup>s</sup> *Rubrum* autem mare vocatum, eo quod sit roseis undis infectum, non tamen talem naturam habet, qualem videtur ostendere, sed vicinis littoribus viatiur gurges, atque inficitur, quia omnis terra quæ <sup>t</sup> circumstat pelago, rubra est, et sanguineo colori proxima; ideoque inde <sup>u</sup> minimum acutissimum excernitur, et alii colores, quibus pictura variatur.

3. Ergo cum terra hanc habeat naturam, fluctibus subinde diluitur, et quidquid <sup>v</sup> adesum est, in colorem cadit; ob hoc etiam in iis littoribus gemmæ rubræveniuntur. Lapillus enim hujusmodi humo involutus, cum inter arenas attritus est, et terræ colorem habet et maris.

**128** 4. Hoc mare in duos scinditur sinus: ex iis, qui ab Oriente est, *Persicus* appellatur, quia oram illius *Persæ* inhabitant. Alter vero *Arabicus* dicitur, quod sit circa *Arabiam*.

CAPUT XVIII.

De æstibus, et fretis.

1. *Æstus* ad Oceanum pertinet, *Fretum* ad utrumque mare; nam *Æstus* est maris accessus, vel recessus, id est, inquietudo, unde et *æstuarium*, per quæ mare vicissim tam accedit quam recedit.

2. *Fretum* autem appellatum, quod ibi semper mare ferveat; nam fretum est angustum, et quasi fervens

*Carpathium*, *Libycumque* Serv. *Æn.* v.

<sup>i</sup> Ion quippe dux fuit. Euseb. in Chron.: Ion vir fortis ex suo nomine Athenienses Iones vocavit.

<sup>j</sup> Et sciendum *Ionium* sinum. E. Serv., ad... *Insulæ Ionio* in magno. *Æn.* iii.

<sup>k</sup> A moribus accolarum. E. Solin.

<sup>l</sup> Nam *Myrt.* mare. E. Serv., *Georg.* iii, in princip.

<sup>m</sup> *Ægyptium* autem pelagus Asiæ datur. Ita Solinus et *Mela*; at *Ptolomæus* de Asia: Ea (inquit) *Ægypti* pars, quæ ultra Nilum est, ad *Asiam* pertinere omnes affirmant.

<sup>n</sup> Venerunt in part. Sol., venerunt in partes partium.

<sup>o</sup> Unde et *plagia* quod sit importuosa. Servius ad *Statium* male... *Statius* (inquit) est quasi *plagam* dicunt, et nos *plagia* vocamus.

CAP. XVII. — P. Qui Oceano. Qui ad sinum referuntur, non ad mare.

<sup>r</sup> Rubrum autem mare vocatur. Vid. Solin.

<sup>s</sup> Circumstat pelago. Sic alius libri.

<sup>t</sup> Minimum acutissimum. Forte, acutissimum.

<sup>v</sup> Adesum est. Ita Gothi.; al., adesum est.



ciam vccigalia magna præstabat. <sup>a</sup> *Avernus* autem lacus vocatus, quia aves ibi supervolare non possent. Nam antea silvarum densitate sic ambiabatur, ut exhalantis inde per angustias aquæ sulphureæ fetor gravi-simus supervolantes aves halitu suo necaret. Quam rem Augustus Cæsar intelligens, dejectis silvis, ex pestilentibus amœna reddidit loca.

9. Lacus autem, idem et stagnum, ubi immensa aqua convenit; nam dictum est *stagnum* ab eo quod illic aqua *stat*, nec decurrat.

## CAPUT XX.

## De abyssu.

1. *Abyssus*, <sup>b</sup> profunditas aquarum impenetrabilis: sive speluncæ aquarum latentium, e quibus fontes et flumina procedunt; vel quæ occulte subter eunt, unde et *Abyssus* dictus. <sup>c</sup> Nam omnes aquæ, sive torrentes per occultas venas ad matricem abyssum revertuntur.

2. *Fluctus* dicti, quod flatibus flant. Ventorum enim impulsu agitata: **132** aquæ fluctuant.

*Aqua* est stativa, et sine motu æqualis.

3. *Unda* vero, eminens liquor, qui semper in motu est. Lucretius: <sup>d</sup> *Aeris undas*, id est, motus, et corpus illud quod reflectuat. Nam nec unda per se aqua est, sed aqua in motu quodam et agitatione, quasi ab eundo, et redeundo *unda* vocata.

4. <sup>e</sup> *Latex*, proprie liquor fontis est. Et dictus *latex*, quod in venis terræ lateat.

5. <sup>f</sup> *Gutta* est quæ stat, *stilla*, quæ cadit. <sup>g</sup> Hinc et *stillicidium*, quasi *stilla cadens*; *Siria* enim Græcum est, id est, *gutta*; inde ut diminutivum, ut dicamus *stilla*; dum autem stat, aut pendet de tectis, vel arboribus, quasi glutinosa, *gutta* est; dum ceciderit, *stilla* est.

6. *Sputina* dicta, eo quod *sputatur*, sordes enim sunt undarum; unde et mustum et ea quæ coquantur *sputina* purgantur. Hinc et *sputum*.

## CAPUT XXI.

## De fluminibus.

1. *Fluvius* est perennis aquarum decursus, a *fluen-*

<sup>a</sup> *Avernus autem lacus.* E Serv., ad... *Divinosque lacus.* Æn. III.

Cap. XX.—<sup>b</sup> *Abyssus, profund.* Ex Aug., in ps. XII.

<sup>c</sup> *Nam omnes aquæ... ad matricem abyssum.* Ex Hieronym., in Eccles. I. Hanc matricem abyssum *Tartarum* vocat Plato in Phædone.

<sup>d</sup> *Aeris undas, id est, motus.* Ne minimum quidem dubitandum de hac lectione; elegantissime undæ rationem explicat Isidorus. Virg.: *Qua plurimus undam semus agit.* Æn. VIII. Et alio loco:

Et juvat undantem buxo exspectare Cythoram.

<sup>e</sup> *Latex, proprie liquor.* E Serv., ad vers. *Laticemque Lyæum.* Æn. I. Sed vox fontis apud illum non est.

<sup>f</sup> *Gutta est quæ stat.* Hieron., in Chron., ann. Domini 50: *Palæmon* (inquit) *insignis grammaticus quondam interrogatus quid inter guttam et stillam intrinset: Gutta* (inquit) *stat, stilla cadit.*

<sup>g</sup> *Hinc et stillicidium.* E Serv., ad... *Stiriaque impenis ind. horr. b.* Sed *Stiria* Græcam esse vocem Servius non dicit. Quare sè Græcum est expungi jubebat Chacon. Glossarium: *Stiria*, ὁ τοῦ ὕδατος κρηένος κρηένος.

Cap. XXI.—<sup>h</sup> *Torrentis.* E Serv. ad... *Montano*

*do* perpetim dictus. Proprie autem *flumen* ipsa aqua, *fluvius* cursus aquæ. Prius autem *flumen* quam *fluvius*, id est, prior aqua quam decursus. Duo sunt fluminum genera: unum torrens, alterum vivum, de quo Virgilius: *Donec me flumine vivo, abluero.*

2. <sup>b</sup> *Torrentis* est aqua veniens cum impetu. Dicitur autem *torrentis*, **133** quia pluvia crescit, siccitate *torrescit* id est, arecit. <sup>i</sup> De quo Pacuvius: *Flammeo vapore torrens terræ setum exusserit.* (Cui Græci ab hieme nomen dederunt, nos ab æstate; illi a tempore quo successit, nos a tempore quo siccatur.)

3. *Amnis*, fluvius est nemore ac frondibus redimitus, et ex ipsa amœnitate *amnis* vocatur.

4. *Decursus*, proprie *finis cursus*, sive aquarum sit, seu quarumlibet rerum.

*Rivi* dicti, quod *deriventur* ad irrigandum, id est inducendum aquas in agros. Nam irrigare inducere est.

*Gurges*, proprie locus altus in flumine.

5. *Puteus* est locus defossus, ex quo hauritura qua, a *potatione* dictus.

*Fons*, caput aquæ est nascentis, quasi *fundens* aquas.

6. Quidam autem fluviorum propriis ex causis nomina acceperunt, ex quibus nonnulli notandi sunt, qui in historiis celebres memorantur.

7. *Geon*, fluvius de paradiso exiens, atque universam Æthiopiam cingens, vocatus hoc nomine, quod incremento suæ inundationis terram Ægypti irriget: γῆ enim Græce, Latine *terram* significat. **134** Ibc apud Ægyptios Nilus vocatur proprie limum quem trahit, qui efficit fecunditatem. <sup>j</sup> Unde et *Nilus* dictus est, quasi *νῆξ ὕδω* trahens. <sup>k</sup> Nam antea Nilus Latine *Melo* dicebatur. Apparet autem in *Nilide* lacu, <sup>l</sup> de quo in Meridiem versus excipitur Ægypto, ubi Aquilonis flatibus repercussus aquis retroductantibus intumescit, et inundationem Ægypti facit.

8. *Ganges* fluvius, quem <sup>m</sup> *Phison* Scriptura sacra cognominat, exiens de paradiso pergit ad Indiæ regiones. Dicitur autem *Phison*, id est, *caterva*, <sup>n</sup> quia

*flumine torrens.* Æn. II.

<sup>i</sup> *De quo Pacuvius.* Recte Chacon delet voces *de quo*; non enim de torrente Pacuvius, sed de sole; cuius versus ideo adducitur, ut ostendatur *torrens* esse idem, quod *arescere*. Integer Pacuvii versus legitur apud Festum in voce *Torrentis*: *flammeo vapore torrens terræ setum exusserit*, quod de sole dictum esse constat ex Varrone, e de Re rust. Sed sive Varro Pacuvii verba referre voluit, sive sensum tantum, placet nobis Chacon, cui adjectæ videntur in Varrone voces illæ, *aut nox, aut frigor.*

<sup>j</sup> *Unde et Nilus dicitur.* E Serv., ad vers. *Pingui flumine Nilus.* Æn. IX.

<sup>k</sup> *Nam antea Nilus Melo.* Ex eod. Æn. IV, ad vers. *Nubila, jamque volans apicem.*

<sup>l</sup> *De quo in Meridiem versus.* E Solin., cap. de Ægypto; ex quo pro Ægypto, ÆGYPTIO MARI, et pro retro luctantibus, IN ANCTO LUCTANTIBUS, videri possit in Isidoro reponendum.

<sup>m</sup> *Phison, id est, catervâ.* Ex Hieron., de Locis Heb.

<sup>n</sup> *Quia quindecim fluminibus.* Totidem numerantur ab Arian., lib. V, de Alexand., undeviginti vero a Plinio, lib. VI, cap. 13. Libri omnes, quia decem, sed plane repetitæ syllabæ similitudo librario deceptit.

quindecim fluminibus magnis sibi adjunctis impletur, **A** sibi ex eo pocula vendicariat. Ex hoc amne quidam et efficitur unus. *Ganges* autem vocatus a *Gange* <sup>a</sup> rege Indie. Fertur autem Nili modo <sup>b</sup> exaltari, et super Orientis terras erumpere.

9. *Tigris* fluvius Mesopotamiæ, de paradiso exurgens, et pergens contra Assyrios, et post multos circuitus in mare Mortuum influens. **135** Vocatur autem hoc nomine propter velocitatem, instar bestię nimia pernicitate currentis.

10. *Euphrates* fluvius Mesopotamiæ, de paradiso exortiens, copiosissimus geminis, qui per mediam Babyloniam influit; hic a *frugibus*, vel ab ubertate nomen accepit. <sup>c</sup> Nam Hebraice *EPHRATA fertilitas* interpretatur; Mesopotamiam enim in quibusdam locis ita irrigat, sicut Nilus Alexandriam. <sup>d</sup> Sallustius autem auctor certissimus asserit Tigrim et Euphratem uno fonte manare in Armenia, qui per diversa euntes longius dividuntur, spatio medio relicto multorum millium, quæ tamen terra, quæ ab ipsis ambitur, Mesopotamia dicitur. Ex quo Hieronymus animadvertit aliter de paradisi fluminibus intelligendum.

11. *Indus*, fluvius Orientis, qui Rubro mari accipitur.

12. *Hydaspes* fuit Medorum rex antiquissimus, ex quo amnis Orientis nomen accepit, qui nunc *Hydaspes* dicitur, de quo Lucanus:

Vastis ladus aquis mistum non sentit Hydaspem.

Et,

qua Medus Hydaspes

**136** Accedit Pelago, Phæbi surgentis ab Ægæ.

<sup>e</sup> Qui dum sit fluvius Persarum, dicitur tamen contra Orientem decurrere.

13. <sup>f</sup> *Araris* fluvius Germaniæ. De quo Virgilius: Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

14. *Bactrus* fluvius Orientis, a rege <sup>g</sup> *Bactro* vocatus fertur, a quo et *Bactriani*, et urbs eorum.

15. *Choaspis* Persarum fluvius, vocatus eorum lingua, quod miram aquæ dulcedinem habeat, <sup>h</sup> adeo ut Persici reges, quandiu inter ripas Persidis fluit,

<sup>a</sup> A rege *Gange*. Gangem quoque regem appellant Suidas et Plutarch., in lib. de Fluminibus. Male libri omnes, *Rege Gangaro*.

<sup>b</sup> *Exaltari*. Etiam in Manuscripto Solino *exaltari*, non *exundare*, ut in Excuso legitur.

<sup>c</sup> Nam Hebraice *Ephrata fertilitas*. Ita scribo ex Hier., non *Euphrata*, quæ vox apud Hebræos nulla est. Sed פּרַת *perath*, id est, Euphrates. פּרַי *peri*, hic est, fructu.

<sup>d</sup> Sallustius autem... certissimus. Hieronym., in lib. de Locis heb.: Porro Sallustius auctor certissimus asserit, tam *Tigris* quam *Euphratis*, in Armenia fontes demonstrari. Ergo aliter legit Isidorus eum Hieronymi locum. Vid. Vibi? Sequest. lib. um de Flum., et quidem diversos utriusque fontes prodidit Strabo.

<sup>e</sup> Qui dum sit fluvius Persarum, dicitur tamen contra Or. Hoc de *Gange*, non de *Hydaspes* cecinit Lucanus, lib. iii:

Movet et Eoos bellorum fama recessus,  
Qua colitur Ganges, qui toto solus in orbe,  
Ostia nascenti contraria solvere Phæbo  
Audet, et a versum fluctus impellit in Eurum.

Quæ leguntur in impressis libris Lucani carmina, in Gothicis nulla sunt.

<sup>f</sup> *Araris fluvius German.* E Serv., Eclog. 4. Quod autem in Editis, et quibusd. Manusc. est: *Currit nam-*

*Cydnus*. Ciliciæ fluvium derivari existimant.

16. *Araxis* amnis Armeniæ, qui ab uno monte cum Euphrate diversa specie oritur, dictus quod rapiditate cuncta prosternat. <sup>i</sup> Unde et cum Alexander eum transgredi vellet, ponte fabricato, tanta vi inundavit, ut pontem dirueret. <sup>j</sup> Hic brevibus intervallis ab Euphratis ortu caput tollit, ac deinde Caspium fertur in mare.

17. Fluvius Syriæ, <sup>k</sup> qui vocatur *Orontes*, juxta Antiochiæ muros decurrens, qui a solis ortu oriens non longe ab urbe mari conditur, quem de originis sue tractu *Orontem* veteres Latine appellaverunt, cujus fluentis ex ipso impetu frigidioribus, et Zephyris assidue **137** ibi spirantibus, tota civitas momentis prope omnibus refrigeratur.

18. <sup>l</sup> *Jordanis* Judææ fluvius, a duobus fontibus nominatus, quorum alter vocatur *Jor*, alter *Dan*. His igitur procul a se distantibus in unum alveum fœderatis, *Jordanis* deinceps appellatur. Nascitur autem sub Libano monte, et dividit Judæam et Arabiam, qui per multos circuitus juxta Jericho in mare Mortuum influit.

19. <sup>m</sup> *Phasis* Caucaseis montibus fusus, cum pluribus aliis in Euxinum se præcipitat mare. <sup>n</sup> Unde et nuncupatur.

20. <sup>o</sup> *Cydnus* amnis Ciliciæ, a Tauro monte progrediens, miram aquarum habens suavitatem, et quidquid candidum est *cydnium* gentili lingua Syri dicunt. Unde amni huic nomen datum, quia tumet æstate quando nives solvuntur; reliquis anni temporibus tenuis est, et quietus.

21. <sup>p</sup> *Hylas* fluvius Asiæ.

*Pactolus* fluvius Asiæ, arenas aureas trahens. De quo Virgilius: *Pactolusque irrigat auro*: quem pro aurato fluore alii *Chrysorhoam* vocant.

22. <sup>q</sup> *Hermus* fluvius Asiæ, qui Smyrneos secat

que per *Parthiam*, et *Assyriam*, expungi malivimus (deerrat enim in plerisque Manuscriptis), quam *Tigri* aptare, quod fecit Vulcanius.

<sup>r</sup> A Rege *Bactro*. Josephus non *Bactrum*, sed *Centrum*, filium *Aram*, *Bactrianorum* primum auctorem facit.

<sup>h</sup> Adeo ut reges. E Solin., cap. de Cilicia.

<sup>i</sup> Unde et cum Alexander. Meminit pontus Curtius, lib. v, inundationis non meminit. Idem tentatum a Xerxe refert Servius, ad: *Pontem indignatus Araxis*. ÆN. vii.

<sup>j</sup> Hic brevibus intervallis. .... mare. E Solin., cap. 25.

<sup>k</sup> Qui vocatur *Orontes*. Sic est in Gothicis Hege-sipp., lib. iii, cap. 5.

<sup>l</sup> *Jordanis Judææ fluv.* Hier., in lib. de Locis Heb.

<sup>m</sup> *Phasis*. Verba sunt Ambrosii, ii Hexam., cap. 3. Erat autem in omnibus libris *Euxis*, ni restituisset Chacon, indicato Ambrosii loco.

<sup>n</sup> Unde et nuncupatur. Delemus hæc cum Chacone.

<sup>o</sup> *Cydnus*. E Solin.

<sup>p</sup> *Hylas fluvius Asiæ*. Vid. Solin., cap. de Bithynia, et Plin., lib. v, cap. 32.

<sup>q</sup> *Hermus*. Plin., lib. v, cap. 29: A *Smyrna Hermus* amnis campos facit, et nomini suo adoptat. Sed hæc e Solino potius.

campos, et ipse fluctibus aureis et arenis plenus, **A** a quo Smyrna vocata est.

23. *Mæander* amnis Asiae flexuosus, qui, recurrentibus ripis **138** inter Cariam et Ioniam, præcipitatur in sinum qui Miletum dividit et Prienum. *Mæander* autem vocatus, quod sit flexuosus et nunquam currat rectus. De quo Ovidius :

Quique recurvatus ludit Mæander in undis.

24. *Tanus* fuit rex Scytharum primus, a quo *Tanaïs* fertur fluvius nuncupatus, qui ex Riphæis silvis veniens, dirimit Europam ab Asia, inter duas mundi partes medius currens, atque in Pontum fluens.

25. *Inachus* Achaëæ amnis, Argolicis irrigans campos, quem rex *Inachus* a se nominavit, qui exordi-um Argivæ genti primus dedit. Ibi est et *Erimanthus* ab *Erimantho* monte demissus.

26. *Padus* Italiae fluvius, a jugis Alpium fusus, ex tribus fontibus oritur, ex quibus uni vocabulum est *Padus*, qui diffusus in modum stagni, e amnem sinu dirigit, a quo et *Padus* est nuncupatus. Illic a Græcis *Eridanus* cognominatur, ab *Eridano* Solis filio, quem Phaëntem dicunt, qui fulmine percussus, in eodem fluvio dejectus est, et exstinctus. <sup>d</sup> Augetur autem exortu Canis, liquescentibus nivibus, et cum accessione triginta fluminum circa Ravennam in Adriaticum mare defertur.

27. *Tiberis* Italiae fluvius, a *Tiberino* rege Albanorum dicitur appellatus, qui in hunc fluvium cecidit, et de exitu suo nomen dedit. Nam antea *Albuka* antiquum nomen a colore habuit, e quod nivibus *albus* **C** Ipse est autem *Tibris*, qui et *Tiberis*, sed *Tiberis* in quotidiano sermone, *Tibris* in versu dicitur.

28. *Danubius* Germaniæ fluvius, vocari fertur a nivium copia, **139** quibus magis augetur. Iste est, qui in Europa plus omnibus habet famam. Idem et *Ister*, quia dum per innumeras vadit gentes, mutat et nomen, et majores sibi ambiendo colligit vires. Oritur a Germanicis jugis, et <sup>h</sup> occidentalibus partibus Barbarorum, pergens contra Orientem, sexaginta in se fluvios recipit, septem ostiis in Pontum influit.

29. *Rhodanus* Galliæ fluvius ab oppido *Rhodo* cognominatus, quem coloni Rhodiorum locaverunt,

<sup>a</sup> A quo *Smyrna* vocata est. An quia Plinius : *Et nimumi* (inquit) *suo adoptat*? At idem Plinius, ex Herodoto, a *Smyrna* Amazone *Smyrnam* urbem appellatam dicit.

<sup>b</sup> *Inachus*... dedit. Verba sunt Solinii, cap. de Græcia.

<sup>c</sup> Amnem sinu dirigit. *Digerit*. vet. Cod. Unus Rom. *Arimem sinum*.

<sup>d</sup> Augetur autem... defertur. E Solin. Cod. de Italia.

<sup>e</sup> Quod nivibus *albus* sit. Aliena videntur Chaconi.

<sup>f</sup> Ipse autem est *Tibris*. E Serv., ad vers. *Tuque, o Tibri*. *Æn.* viii.

<sup>g</sup> *Danubius* a nivium copia. De *Danubii* etymo vid. Steph. qui prius *ματιον*, hoc est, *κίτων*, felicem, deinde *δανουθεν* aut *δανουσων* ab adversa fortuna appellatum a Scythiis refert.

<sup>h</sup> Et occidentalibus partibus Barbar. Paulo aliter Ambros., n Hexam., cap. 3 : *Danubius de occidentalibus partibus Barbarorum, atque Romanos interscans*

<sup>i</sup> qui rapido concitus cursu, Tyrrhæni æquoris freta scindens, non modicum sæpe navigantium facit periculum, dum inter se maris fluctus et amnis fluentia decurrant.

30. *Rhenus* a *Rhodani* societate fertur vocatus, quoniam cum eodem ex una provincia oritur. Est autem Germaniæ fluvius, inter tres Europæ maximos fluvios computatus, i qui a jugo Alpium usque in Oceani profunda cursus suos dirigit.

31. *Iberus* amnis, qui quondam toti Hispaniæ nomen dedit.

32. *Minix* fluvius Galliciæ nomen a colore pigmenti sumpsit, qui in eo plurimus invenitur.

33. <sup>k</sup> *Durius* a Græcis, quasi *Doricus*.

<sup>l</sup> *Tugum* fluvium Carthago Hispaniæ nuncupavit, ex qua ortus procedit, fluvius arenis auriferis copiosus, et ob hoc cæteris fluvii Hispaniarum prælatus.

34. *Bætis* fluvius, qui et *Bætica* provinciæ nomen dedit, de quo Martialis : **140**

Bætis olivifera crinem redimite corona

Aurea, qui nitidis vellera tingis aquis.

= eo quod ibi lanæ pulchro colore tinguntur. *Bætis* autem dictus, eo quod *humili* solo decurrat. *βαβί* enim Græci *humile*, vel *mersum* vocant.

35. Quædam autem flumina in diluvio soluta, mole terrarum præclusa sunt; quædam vero, quæ nea erant, abyssi tunc ruptis meatibus eruperunt.

## CAPUT XXII.

### De diluviis.

1. *Diluvium* dictum, quod aquarum clade omnia quæ inundaverit deleat.

2. Primum diluvium exstitit sub Noe, quando hominum sceleribus offensus Omnipotens, e toto orbe conlecto, deletis cunctis, unum spatium cæli fuit, ac pelagi; cujus hactenus indicium videmus in lapidibus, quos, in remotis montibus, conchis et ostreis concretos, sæpe etiam cavatos aquis, visere solemus.

3. <sup>q</sup> Secundum diluvium fuit in Achaia, Jacob patriarchæ et Ogygi temporibus, qui Eleusinae conditor et rex fuit, nomenque loco et tempori dedit.

4. <sup>r</sup> Tertium diluvium in Thessalia, Moysi, vel Amphictyonis temporibus, qui tertius <sup>s</sup> post Cecropem

<sup>t</sup> *populos, donec Ponto ipse condatur.*

<sup>i</sup> Qui rapido concit. curs. Ex Ambros., nisi quod apud illum non mediocre fertur navigantium periculum.

<sup>l</sup> Qui a jugo Alpium. Ex eod.

<sup>k</sup> *Durius*. — *Dorius*, quidam libri.

<sup>l</sup> *Tugum*... Carthago *Hisp.* nuncup. Quod a *Tago* rege ex ficto Beroso dictus fertur, nihilo certius duco.

<sup>m</sup> *Eo quod ibi lanæ*. Plin., lib. viii, cap. 48.

<sup>n</sup> Græci enim *βαβί*. Vel *βυβίον* Gothic. *bytin*.

CAP. XXII. — <sup>o</sup> *Toto orbe conlecto*. Pleraque hujus capituli ex Orosii lib. i. Hæc ex cap. 3.

<sup>p</sup> *Concretos sæpe, et cav.* Oros. : *Scabros sæpe, et cavatos.*

<sup>q</sup> *Secundum diluv.* Oros., cap. 7.

<sup>r</sup> *Tertium*. Idem, cap. 9, qui ex Justin., lib. ii, desumpit.

<sup>s</sup> *Qui... post cecropem regnavit.* Athenis addit *Orus*.

regnavit. Cujus temporibus aquarum ingluvies majorem partem populorum Thessaliæ absumpsit, paucis per refugia montium liberatis, maxime in monte Parnaso, in cujus circuito Deucalion tunc regno potiebatur; qui tunc **141** ad se ratibus confugientes susceptos per gemina Parnasi juga fovit et aluit. A quo propterea genus humanum Græcorum fabulæ ex lapidibus reparatum ferunt, propter hominum insitam cordis duritiam.

5. Sed et flumina cum insolitis aucta imbribus ultra consuetudinem, vel diuturnitatem, vel magnitudinem redundant, multaque prosternunt, et ipsa diluvium dicuntur. Sciendum autem flumina, cum supra modum crescunt, non tantum ad præsens inferre damna, sed etiam et aliqua significare futura.

## LIBER DECIMUS QUARTUS,

### DE TERRA ET PARTIBUS

#### CAPUT PRIMUM.

##### De terra.

1. Terra <sup>a</sup> est in media mundi regione posita, omnibus partibus cæli in modum centri æquali intervallo consistens; <sup>b</sup> quæ singulari numero totum orbem significat; plurali vero singulas partes; cujus nomina diversa dat ratio: nam terra dicta a superiori parte, qua *teritur*; humus ab inferiore, velut *humida*, ut sub mari; *tellus* autem, quia fructus ejus *tollimus*: hæc, et *ops* dicta, eo quod *opem* fert frugibus. <sup>c</sup> Eadem et *arva*, ab *arando*, et colendo vocata.

2. <sup>d</sup> Proprie autem terra, ad distinctionem aquæ, *arida* nuncupatur, sicut **142** Scriptura ait quod vocaverit Deus terram *aridam*. Naturalis enim proprietas siccitas est terræ; nam ut humida sit, hoc aquarum affinitate sortitur. <sup>e</sup> Cujus motum alii dicunt ventum esse in concavis ejus, qui motus eam movet. Sallustius: *Venti per cava terræ præcipitati rupii aliquot montes tumulique sedere*.

3. Alii aquam dicunt genitalem in terris moveri, et <sup>f</sup> eas simul concutere, sicut vas, ut dicit Lucretius. Alii *επὶ γῆσιν* terram volunt, cujus plerumque latentes ruinae superposita cuncta concutiunt. <sup>g</sup> Terræ quoque hiatus, aut motu aquæ inferioris sit, aut crebris tonitruis, aut de concavis terræ erumpentibus ventis.

#### CAPUT II.

##### De orbe.

1. *Orbis a rotunditate circuli dictus*, quia sicut rota est; unde brevis etiam rotella *orbiculus* appellatur. Undique enim Oceanus circumfluens ejus in circulo ambit fines. Divisus est autem trifarie: ex quibus una pars Asia, altera Europa, tertia Africa nuncupatur.

2. Quas tres partes orbis veteres non æqualiter dividerunt; nam Asia a Meridie per Orientem usque ad Septentrionem pervenit. Europa vero a Septen-

trione usque ad Occidentem, atque inde Africa ab Occidente usque ad Meridiem.

3. Unde evidenter orbem dimidium duæ tenent Europa et Africa, **143** alium vero dimidium sola Asia. Sed ideo istæ duæ partes factæ sunt, <sup>h</sup> quia inter utramque ab Oceano mare Magnum ingreditur, quod eas intersecat. Quapropter, si in duas partes Orientis et Occidentis orbem divides, Asia erit in una, in altera vero Europa et Africa.

#### CAPUT III.

##### De Asia.

1. *Asia* ex nomine cujusdam mulieris est appellata, quæ apud antiquos imperium tenuit Orientis. Hæc in tertia orbis parte disposita, ab Oriente ortu solis, a Meridie Oceano, ab occiduo nostro mari finitur, a Septentrione Meotide lacu et Tanai fluvio terminatur. Habet autem provincias multas et regiones, quarum breviter nomina, et situs expediam, sumpto initio a Paradiso.

2. *Paradisus* est locus in Orientis partibus constitutus, cujus vocabulum ex Græco in Latinum vertitur *hortus*; porro Hebraice *Eden* dicitur, quod in nostra lingua *deliciae* interpretatur. Quod utrumque junctum facit *hortum deliciarum*; est enim omni genere ligni et pomiferarum arborum constitus, habens etiam lignum vitæ: non ibi frigus, non æstus, sed perpetua veris temperies.

3. E cujus medio fons prorumpens totum nemus irrigat, dividiturque in quatuor nascentia flumina, cujus loci post peccatum homini aditus interclusus est. <sup>d</sup> Septentus est enim undique romphæa flamma, id est, muro igneo accinctus, ita ut ejus cum cælo <sup>e</sup> pene jungatur incendium.

**144** Cherubin quoque, id est, angelorum præsidium arcendis spiritibus malis <sup>f</sup> romphææ flagrantiam ordinatum est, ut hominæ flammæ, angelos vero

tatur, mihi non sit verisimile hemistichium cum integro hexametro a Sallustio scriptum. Itaque Aæcior alius quærendus eorum verborum. Pro *genitalem* vero *generalem* habebant Isidoriani omnes libri.

<sup>g</sup> Et eas concutere sicut vas, ut dicit Lucretius, in VI:

Ut vas in terra non quit constare, nisi hamor,  
Destitit in dubio fluctu jactarier intus.

<sup>h</sup> Terræ quoque hiatus, usque ad fin. E Serv. *Æa*, VIII, ad vers. *Non secus, ac si qua penitus vi terra*.

CAP. II. — <sup>b</sup> Quia inter utramque ab Oceano Mare magnum ingreditur. Aperte hic *Mare magnum* Mediterraneanum dicitur.

CAP. III. — <sup>c</sup> Pene jungatur. — *Jungat*, Gothici.

CAP. I. — <sup>a</sup> Terra est in medio. Hyginus, lib. I de Astron., cap. ultim.: *Terra media mundi regione collocata, omnibus partibus æquali dissidens intervallo, centrum obtinet sphaeræ*.

<sup>b</sup> Quæ singulari numero totum orbem. E Serv., *Æn.* VI, ad vers. *Medioque ex hoste recepi*. Itemque ad vers. *Tot maria intravi*.

<sup>c</sup> Eadem et arva. Varr. lib. 4: *Arvum et arationes ob arando*.

<sup>d</sup> Proprie autem terra. Ex Ambros., lib. III Hexam., cap. 4, apud quem vox aquæ non legitur.

<sup>e</sup> Cujus motum alii dicunt, etc., usque ad concutiunt. E Serv., *Georg.* II, ad vers. *Qua vi maria alta umescent*. Sed quod Sallustius hic a Servio etiam ci-

malos angeli (boni) submoveant, ne cui carni, vel A spiritui transgressionis aditus Paradisi pateat.

5. *India* vocata ab *Indo* flumine, quo ex parte occidentali clauditur: a hæc a Meridiano mari porrecta usque ad ortum solis, et a Septentrione usque ad montem Caucasum pervenit, habens gentes multas, et oppida, insulam quoque *Taprobanam* elephantis repletam, *Charyæm* et *Argyram* auro, argentoque secundas, <sup>b</sup> *Tylen* quoque arborum foliis nunquam carentem.

6. c Habet et fluvios *Gangen*, et *Indum*, et *Hypasin* illustrantes Indos. Terra *Indiæ* Favonii spiritu saluberrima, in anno bis metit fruges; vice hiemis <sup>d</sup> *Eteasii* potitur. Gignit autem tincti coloris homines, elephantis ingentes, monoceron bestiam, psittacum avem, ebenum quoque lignum, et cinnamum, et piper, et calamum aromaticum.

7. Mittit et ebur, lapides quoque pretiosos, berillos, chrysoprasos, et adamantem, carbunculos, lychnites, margaritas, et uniones, quibus nobilium seminarum ardet ambitio. Ibi sunt et montes aurei, quos adire propter dracones, et gryphas, et immensorum hominum monstra impossibile est.

8. *Parthia* ab *Indiæ* finibus usque ad *Mesopotamiam* generaliter nominatur. 145 Propter invictam eorum virtutem Parthorum et *Assyria* et reliquæ proximæ regiones in ejus nomen transierunt. e Sunt enim in ea *Arachosia*, *Parthia*, *Assyria*, *Media* et *Persia*: quæ regiones invicem sibi conjunctæ initium ab *Indo* flumine sumunt, *Tigri* clauduntur, locis montuosis et asperioribus sitæ, habentes fluvios *Hydaspen*, et *Arbem*; sunt enim inter se fluidis suis discretæ, nomina a propriis auctoribus ita trahentes.

9. *Arachosia* ab oppido suo nuncupata.

*Parthiam* Parthi a *Scythia* venientes occupaverunt, eamque ex suo nomine vocaverunt. f Hujus a Meridie Rubrum mare est, a Septentrione Hyrcanum salum, ab occidua solis plaga *Media*. Regna in ea octodecim sunt, porrecta a Caspio littore usque ad terras *Scythiarum*.

10. *Assyria* vocata ab *Assar* filio *Sem*, qui eam regionem post diluvium primus incoluit: hæc ab Ortu *Indiam*, a Meridie *Mediam* tangit, ab Occiduo *Tigrim*, a Septentrione montem *Caucasum*, ubi portæ *Caspis* sunt. In hac regione primus inventus est usus purpuræ, inde primum crinium, et corporum unguenta venerunt, ac odores quibus Romanorum atque Græcorum effluxit luxuria.

a Hæc a Meridiano mari porrecta. Ex Solin., cap. 55.

b Tylen quoque. De qua inf., cap. 6. Vid. Theophrast., Plin., Solin.

c Habet et fluvios. Ex eod. Sol., e quo *Indum* pro *Nidum*, et *Hypasyn* pro *Hypasin* posuimus.

d Eteasii potitur. Solini verba.

e Sunt in ea *Arachos...* *Arbem*. Ex Orosii lib. 1, c. 2.

f A Septentrione *Hircan.* salum. Ex Solin., cap. 59, de *Parthia*. Ita namque legit *Camertes*; et ita est in Manuscriptis *Eccl.* *Toletan.*, nisi *Hircanii saltus maris*, cujus non semel meminist Solinus. *Hircaniæ* sylvæ meminist *Isid.*, sup., lib. 12, cap. 2.

g Ex quibus *Media*. Ex Solin., ibid.

h Qui ipsorum lingua *El* dic. E. Serv., *Æn.* 1, ad

11. *Media*, et *Persis*, a regibus *Medo* et *Perso* cognominatæ, qui easdem provincias bellando aggressi sunt. s Ex quibus *Media* ab Occasu transversa *Parthia* regna amplectitur; a septentrione *Armenia* circumdatur, ab Ortu *Caspis* videt, a Meridie *Persiam*. Hujus terra medicam arborem gignit, quam alia regio minime parturit. Sunt autem *Mediæ* duæ major et minor.

146 12. *Persis* tendens ab Ortu usque ad *Indos*; ab Occasu *Rubrum* mare habet, ab Aquilone vero *Mediam* tangit, ab Austro *Carmaniam*, quæ *Persidi* annectitur, quibus est *Susa* oppidum nobilissimum. In *Persia* primum orta est ars magica, ad quam *Nemroth*. Gigas post confusionem linguarum abiit, ibique *Persas* ignem colere docuit; nam omnes in illis partibus B Solem colunt, h qui ipsorum lingua *El* dicitur.

13. *Mesopotamia* Græcam etymologiam possidet, quod duobus fluvii ambiatur. Nam ab Oriente *Tigrim* habet, ab Occiduo *Euphratem*; i incipit autem a Septentrione inter montem *Taurum* et *Caucasum*, cujus a Meridie sequitur *Babylonia*, deinde *Chaldea*, novissime *Araba* *εὐδαίμων*.

14. *Babyloniæ* regionis caput *Babylon* urbs est, a qua nuncupata, tam nobilis, ut *Chaldea*, et *Assyria*, et *Mesopotamia* in ejus nomen aliquando transierint.

15. *Arabia* appellata, id est, sacra. i Hoc enim significare interpretatur, eo quod sit regio thurifera, odores creans. Hinc eam Græci *εὐδαίμων*, nostri *beatam* nominaverunt, in cujus saltibus et myrrha et cinnamum provenit; ibi nascitur avis phœnix; sardonix gemma, iris; malochites, et pæderotas ibi inveniuntur. h Ipsa est, et *Saba* appellata, a filio *Chus*, qui nuncupatus est *Saba*. i Hæc autem angusto terræ tractu ad Orientem versus *Persicum* sinum extenditur, cujus Septentrionalia (*Chaldea* claudit, Occasum sinus *Arabicus*).

147 16. *Syriam* *Syrus* quidam perhibetur indigena a suo vocabulo nuncupasse. m Hæc ab Oriente, fluvio *Euphrate*; ab Occasu, mari nostro et *Ægypto* terminatur: tangens a septentrione *Armeniam* et *Cappadociam*, a Meridie sinum *Arabicum*. Situsejus porrectus in immensam longitudinem, in lato angustior.

17. Habet autem in se provincias *Commagenam*, *Phœniciam*, et *Palæstinam*, cujus pars est *Judæa* absque *Sarracenis*, et *Nabathæis*. *Commagena* prima provincia *Syriæ* n a vocabulo *Commagenæ* urbis nuncupata, quæ quondam ibi metropolis habebatur.

vers. Per tot ducta viros, etc.

i Incipit a Septent. Ex Oros., lib. 1, cap. 2.

l Hoc e significare interp. Ex Solin., cap. 36.

h Ipsa est, et *Sabb*. Joseph., lib. 1, Antiq.

i Hæc autem angusto.... *Arubicus*. Ex Oros., lib. 1, cap. 2.

m Hæc ab Orient. *Nabathæis*. Ex eod. cap.

n A vocabulo *Commagenæ* urbis. Vetus Cod. Roman., a vocabulo, quo urbs nuncupata, quæ quondam, etc. Ergo *Commagena* ea urbs, non *Commage* vocabatur. In *Ethici* quoque cosmographia inter famosa (sic namque appellat ipse) *Orientalis* *Oceani* oppida *Commagena* numeratur.

Hujus est a Septentrione Armenia, ab ortu Mesopotamia, a Meridie Syria, ab Occasu mare Magnum.

18. <sup>b</sup> Phoenix Cadmi frater de Thebis Ægyptiorum in Syriam profectus, apud Sidonem regnavit, eamque provinciam ex nomine suo Phœniciam appellavit. Ipsa est ubi Tyrus est, ad quam Isaias loquitur. Habet autem ad Orientem Arabiam, a Meridie mare Rubrum.

19. *Palæstina* provincia Philistin urbem metropolim habuit, quæ nunc dicitur Ascalon, ex qua civitate omnis circa eam regio *Palæstina* est nuncupata. Hujus ab Oriente mare Rubrum occurrit, a Meridiano latere Judæa excipitur, a septentrionali plaga Tyriorum finibus clauditur, ab Occasu Ægyptio limite terminatur.

20. *Judæa* regio Palæstinae ex nomine Judæ appellata, ex cujus tribu reges habuit. Hæc prius *Chanaan* dicta, a filio Cham, sive a decem Chanaanorum gentibus, quibus expulsis, eandem terram Judæi possederunt. <sup>c</sup> Initium longitudinis ejus a vico Arfa usque ad vicum Juliadem porrigitur, in quo Judæorum pariter, et Tyriorum communis habitatio est. Latitudo autem ejus a monte Libani 148 usque ad Tiberiadis lacum extenditur.

21. In medio autem Judææ civitas Hierosolyma est, quasi umbilicus regionis totius. Terra variarum opum dives, frugibus fertilis, aquis illustris, opima balsamis. <sup>d</sup> Unde secundum elementorum gratiam existimaverunt Judæi eam promissam patribus, terram fluentem lacte et melle, cum line illis Deus resurrectionis prærogativam polliceretur.

22. <sup>e</sup> *Samaria* regio Palæstinae ab oppido quodam nomen accepit, quod vocabatur *Samaria*, civitas quondam regalis in Israel, quæ nunc ab Augusti nomine *Sebastia* nuncupatur. Hæc regio inter Judæam, et Galilæam media jacet, incipiens <sup>f</sup> a vico, cui nomen est *Eleas*, deficiens in terra *Agrabat*. Situs ejus natura consimili, nec ullo differens a Judæa.

23. <sup>g</sup> *Galilæa* regio Palæstinae vocata, quod gignat candidiores homines quam Palæstina. <sup>h</sup> Hæc autem duplex est, superior et inferior, sibi tamen connexæ, Syriæ et Phœniciaæ adhærentes. Terra earum opima, et ferax, et fructibus satis secunda.

24. *Pentapolis* regio in consinio Arabiae et Palæstinae sita. Dicta a quinque civitatibus imperiorum, quæ caelesti igne consumptæ sunt: terra amplius

A olim a Hierosolymis <sup>i</sup> uberrima, nunc autem *deserta* atque exusta. 149 Nam pro scelere incolarum de caelo descendit ignis, qui regionem illam in cineres æternos dissolvit.

25. Cujus umbra quædam, et species in favillis, et arboribus ipsis etiam adhuc videtur. Nascuntur enim ibi poma virentia sub tanta specie maturitatis, ut edendi desiderium gignant. Si carpas, fati-cunt, ac resolvuntur in cinerem, fumumque exhalant, quasi adhuc ardeant.

26. <sup>j</sup> *Nabathæa* regio, a Nabath filio Ismael nuncupata. Jacet autem inter Judæam et Arabiam, et surgens ab Euphrate in mare Rubrum porrigitur, et est pars Arabiae.

27. <sup>k</sup> *Ægyptus*, quæ prius *Æria* dicebatur, ab Ægypto Danaï fratre, postea ibi regnante, nomen accepit. <sup>l</sup> Hæc ab Oriente Syriæ, ac Rubro mari conjuncta, ab Occasu Libyam habet, a Septentrione mare Magnum, <sup>m</sup> a Meridie vero introrsus recedit, pertendens usque ad Æthiopes; regio cæli imbribus insueta, et pluviarum ignara.

28. Nilus solus eam circumfluens irrigat, et inundatione sua secundat, <sup>n</sup> unde et ferax frugibus, multam partem terrarum frumento alit, cæterorum quoque negotiorum adeo copiosa, ut impleat necessariis mercibus etiam orbem terrarum. Finis Ægypti *Canopæa* a *Canope* Menchai gubernatore sepulto in ea insula, quæ Libyæ principium et ostium Nili facit.

150 29. *Seres* oppidum Orientis, a quo, et genus *Sericum*, et regio nuncupata est. <sup>o</sup> Hæc a Scythico Oceano, et mari Caspio ad Oceanum Orientalem inflectitur; nobilibus fertilis frondibus, a quibus vellera decerpuntur, quæ cæterarum gentium commercia abnuentes Seres, ad usum vestium vendunt.

30. *Bactriae* regioni proprius amnis Bactrus vocabulum dedit. <sup>p</sup> Partes ejus quæ pone sunt, Paropamisi jugis ambiuntur; quæ adversæ sunt, Indi fluvii fontibus terminantur. Reliqua includit Oebus fluvius. Mittit Bactria fortissimos Camelos nunquam atterentes pedes.

31. *Scythia* sicut et *Gothia* a Magog filio Japhet fertur cognominata; cujus terra olim ingens fuit, nam ab Oriente India, a Septentrione per paludes Mæotides inter Danubium, et Oceanum, usque ad Germaniæ fines porrigebatur. Postea vero minor

<sup>a</sup> A Septentrione Armenia. Sic veteres lib., non Cappadocia, idque et Ptolomæus, tabul. 6, Asæ confirmat, et Juvenal. satyr. 6, Armenios et Commagenos aruspices conjungens.

<sup>b</sup> Phoenix Cadmi frater. Sup., lib. ix, cap. 2, ex Euseb. Chron.

<sup>c</sup> Initium longitudinis.... Regiones totius. Ex Hegesipp., lib. iii, cap. 6. Aquis illustris. Ex Solin., cap. 33.

<sup>d</sup> Unde secundum elem.... polliceretur. Hæc Hegesipp. dicto cap. 6, de Samaria.

<sup>e</sup> Samaria. Ex Hieron. in Os. cap. xiv.

<sup>f</sup> A vico cui nomen est Eleas. Hegesipp., ibid.

<sup>g</sup> Galilæa... quod gignunt candidiores. Etymon Græcum; cum vox sit Hebræa.

<sup>h</sup> Hæc autem dup... secundum. Ibid., Hegesipp.

<sup>i</sup> Uberrima nunc autem des. Ex Hegesipp., lib. iv, cap. 18; Solin., cap. 35, et August., lib. xxi de Civit., cap. 5.

<sup>j</sup> Nabathæa. Sup., lib. ix, cap. 2, et Hieron. in Quest. Heb. ad Genes., cap. 25.

<sup>k</sup> Ægyptus... accepit. Sup., lib. ix., cap. 2, et Euseb. in Chron.

<sup>l</sup> Hæc ab Oriente. Ex Oros., lib. i, cap. 2.

<sup>m</sup> A meridie. Solin., cap. 33.

<sup>n</sup> Unde et ferax... terrarum. Ex Heg., lib. iv, c. 27.

<sup>o</sup> Hæc a Scythico Oc. Totus locus ex Solin., cap. 53, e quo voces duas commercia abnuentes supplevinus, cum cæterarum gentium legatur in vet. Cod. non cæteris gentibus, ut quidam edidere.

<sup>p</sup> Partes ejus, quæ pone. Al., pronæ. Al., planæ. Vid. Solin. et Plin., lib. vi, cap. 16.



effecta, a dextra Orientis parte, qua oceanus Sericus tenditur usque ad mare Caspium, quod est ad Occasum; dehinc a Meridie usque ad Caucasi jugum deducta est; cui subjacet Hyrcania, ab Occasu habens pariter gentes multas propter terrarum infecunditatem late vagantes.

32. Ex quibus quaedam agros incolunt, quaedam portentosae ac truces carnibus humanis et eorum sanguine vivunt. b Scythiae plures terrae sunt locupletes; inhabitabiles tamen plures, nam dum in plerisque locis auro et gemmis affluunt, gryphorum immanitate accessus 151 hominum rarus est. Smaragdus autem optimis haecc patria est. Cyaneus quoque lapis et crystallus purissimus Scythiae est. Habet et flumina magna Moschorum, c Phasiden, atque Araxen.

33. d Hyrcania dicta a silva *Hirrana*, quae Scythiae subjacet, habens ab Oriente mare Caspium, a Meridie Armeniam, a Septentrione Albaniam, ab Occasu Iberiam. e Est autem silvis aspera, copiosa in manibus feris, tigribus, pantherisque, ac pardis; de qua Virgil.: *Hyrcanaeque admorunt ubera tigres*.

34. f Albania a colore populi nuncupata, eo quod albo crine nascantur: g haecc ab Oriente sub mare Caspium surgens, per oram oceani Septentrionalis h usque ad Maeotides paludes per deserta et inculta extenditur. Huic terrae canes ingentes sunt, tantaeque feritatis, i ut tauros premant, leones perimant.

35. j Armenia nuncupata ab Armeno, Jasonis Thesali comite, qui amisso rege Jasonem, collecta multitudine ejus, quae passim vagabatur, Armeniam condidit, et ex suo nomine nuncupavit. Sita est inter Taurum et Caucasum, a Cappadocia usque ad Caspium mare protensa, habens a Septentrione Ceraunios montes, ex cujus collibus 152 Tigris fluvius nascitur; et in cujus montibus arca post diluivium sedisse perhibetur. Dnplex est autem Armenia, superior et inferior, sicut duae Pannoniae.

36. Hiberia regio Asiae est, prope Pontum Armeniae juncta; in hac herbae tincturae utiles nascuntur.

a A dextra Orient... vagantes. Ex Oros. l. 1, c. 2.  
b Scythiae plures... rarus est. Ex Solin., cap. 20.  
c Moschorum, Phasiden Arax... Solin: Heniochorum montes Araxen, Moschorum, Phasiden fundunt. Isid. lib. omnes Orosorum.

d Hyrcania dicta a silv. Hyr. Idem, sup., lib. ix, cap. 2, ex Serv., Aen. vii.

e Est autem sylv. asp. Solin., cap. 21.  
f Albania a colore populi. Forte capilli.

g Haecc ab Oriente. Ex Oros., lib. 1, cap. 2.  
h Usque ad Maeotides paludes. Oros., Usque ad Taurum fluvium et Maeotides.

i Ut Taurus premant, leones per. Solin., cap. 25: Apud Albanos nati canes feris omnibus anteponuntur; frangunt tauros, leones perimunt; ex quo frangant malebat Chaeon.

j Armenia nuncupata. Supra, lib. ix, cap. 2; et Justinae, lib. xlii.

k Haecc in c. Syr... Cyprum. Ex Oros., lib. 1, cap. 2. Orosius ex Sallustio, quem citat Serv., Aen. xi, ad vers. Quales Threiciae.

l Terra ejus a. a. n. equor. Ex Solin., cap. 57.

m Asia minor... mare. Ex Oros., lib. 1, cap. 2, apud quem Cappadocia attingitur non cingitur ut in

37. Cappadocia urbs propria nominavit. n Haecc in capite Syriae sita: ab Oriente Armeniam tangit, ab Occasu Asiam minorem, ab Aquilone mare Cimmericum, et Themiscirios campos, quos habuere Amazones, a Meridie vero Taurum montem, cui subjacet Cilicia et Isauria usque ad Cilicum sinum, qui spectat contra insulam Cyprum. o Terra ejus ante alias nutritrix equorum. Halys amnis per eam fluit, qui quondam Lydiae regna disjunxit a Persis.

38. p Asia minor ab Oriente Cappadocia attingitur, ab aliis partibus, undique mari circumdatur. Nam a Septentrione Pontum Euxinum habet, ab Occasu Propontidem, a Meridie Aegyptium mare. Habet provincias Bithyniam, Phrygiam, Galatiam, Lydian, Cariam, Pamphiliam, Isauriam, Lyciam, atque B Ciliciam.

39. Prima Asiae minoris Bithynia in Ponti exordio ad solis orientis partem, adversa Thraciae jacet, multis antea nominibus appellata. q Nam prius Bebrycia dicta, deinde Mygdonia, mox a Bithyno rege Bithynia nuncupata, ipsa est et major Phrygia. r Nicomedia urbs in ea est, 153 ubi p Annibal fugiens veneri haustu animam expiravit.

40. s Galatia dicta a priscis Gallorum gentibus, a quibus exstitit occupata. t Nam Galli in auxilium a rege Bithyniae evocati, regnum cum eo, pacta victoria, dividerunt; sicque deinde Graecis admisti, primum Gallo-graeci, nunc ex antiquo Gallorum nomine Galatae dicuntur, et eorum regio Galatia nuncupatur.

41. u Phrygia dicta a Phrygia Aesopi filia. v Haecc Dardania a Dardano Jovis filio dicta. De u quo Homerus ait:

Quem primum genuit caelesti Jupiter arce.

w Hic enim profectus de Corito civitate primus venit in Phrygiam. Est autem regio x Troadi superjecta ab Aquilonis parte Galatae, a Meridiana vicina est Lycaoniae, ab Oriente Lydiae adhæret, ab Occidente Hellesponto mari terminatur. y Hujus regio Troja est, quam ex suo nomine appellavit Tros, Trojanorum rex, Ganymedis pater. Duae sunt autem Isidorianis lib.

n Nam prius Bebrycia. Solin., cap. 44.

o Ipsa est et major Phrygia. Ex Serv., Aen. v, ad vers. Bebrycia ven., apud quem Sallust.: Igitur introrsus prima Asiae Bithynia est, multis antea nominibus appellata, ipsa est, et major Phrygia.

p Annibal... animam expiravit.—Expulit, Sol., cap. 44; exhalavit, Margarit. Virgil., lib. xi.

q Galatia. E Solin., cap. 45, aut ex Hieron., in loc. Heb., ex Actib.

r Nam Galli. Ex Justin., lib. xxv, et lib. de Locis Heb., ex Act. apost., inter Hieron. Opera.

s Phrygia... Aesopi s. Sic veteres lib. et Messalla Corvin., in lib. de Progenie August.

t Haecc et Dardaniae. E Serv., Aen. ii.

u De quo Homerus ait, etc. Verba Eusebii, in Chronic.

v Hic enim profectus de Corito. E Serv., Aen. iii, ad versum 170: Coritum, terrasque req. Et Virg., Aen. vii, de Dardano: Hinc illum Coriti.

w Troadi superjecta. E Solin., cap. 45, de Asia minore.

y Hujus regio Troja. E Serv., Georg. iii, ad Trosque patens.

Phrygiæ, major et minor. Major Phrygia *Smyrnam* A partem orbis ex ejus nomine appellavit. Iste autem habet; <sup>a</sup> Minor vero *Ilium*.

42. *Lycaonia*,...

<sup>b</sup> *Cariam* *Hermus* fluvius discernit a Phrygia.

43. *Lydia* sedes antiqua regum, quam *Pactoli* unda extulit in divitias, torrentibus aureis: hæc antea *Mæronia* dicebatur, quæ dum pro brevitate duos fratres reges *Lydum* et *Tyrrhenum* ferre non posset, 154 ex sorte *Tyrrhenus* cum ingenti multitudine profectus, loca <sup>a</sup> *Italiæ* occupavit, et *Tyrrheniam* nuncupavit. *Lydia* autem a *Lydo* <sup>d</sup> regis fratre, qui in provincia remanserat, cognominata est. Conjungitur ab Occidente minori Phrygiæ, ab Ortu *Smyrnam* urbem habet, quam <sup>e</sup> *Meles* fluvius cingit, cujus campos *Pactolus* et *Hermus* circumfluunt, arenis aureis ditissimi.

44. *Pamphylia*,...

*Isauria* ex situ loci perhibetur cognominata, quod undique *aurarum* aperta flatibus pateat. Metropolitim urbem *Selæuciam* habet.

45. <sup>f</sup> *Cilicia* a *Cilice* quodam nomen traxit, quem ortum Phœnicæ dicunt, et antiquiorem Jove fuisse asserunt. Plurima jacet campis, recipiens ab Occiduo *Lyciam*, a Meridie mare *Issicum*, a tergo montis *Tauri* juga. Hanc *Cydnus* amnis intersecat, <sup>g</sup> matrem urbium habet *Tarsum*. In ea et *Corycus* oppidum est, unde crocum plurimum et optimum venit, spiramine fragrantius, et colore plus aureo.

46. *Lycia* nuncupata, quod ab Oriente adjuncta *Ciliciæ* sit. Nam habet ab Ortu *Ciliciam*, ab Occasu et Meridie mare, a Septentrione *Cariam*. <sup>h</sup> Ibi est mons *Chimæra*, qui nocturnis æstibus ignem exhalat, sicut <sup>i</sup> in Sicilia *Ætna*, et *Vesuvius* in Campania.

## 155 CAPUT IV.

### De Europa.

1. Post *Asiam* ad *Europam* stylum vertimus. *Europa* quippe *Agenoris* regis *Libyæ* filia fuit, <sup>j</sup> quam *Jovis* ab *Africa* raptam *Cretam* advexit, et tertiam

<sup>a</sup> *Minor vero Ilium*. Ex dicto lib. de Locis Heb., Act.

<sup>b</sup> *Cariam*. E Solin., cap. 43.

<sup>c</sup> *Loca Italiæ occup.* E Serv., et impres. veteres lib. omnes. *Galliæ*.

<sup>d</sup> A *Lydo* regis Fratre. Vocem regis debebat *Chacon*. Videntur autem hæc e *Servio* sumpta, *Æn.* viii, ad *Urbis Aegyptiæ sed. s.*

<sup>e</sup> *Meles* fluv. Sic vet. lib., de quo, superiori lib., D vid. *Plin.*, lib. v, cap. 29.

<sup>f</sup> *Ciliciam a Cilic.* E Solin., cap. de Cilic.

<sup>g</sup> *Matrem urb. h. Tarsum, hanc Cydn., etc.* Ex Solino. Nam inverso ordine hæc leguntur in Codicib. *Isid.*, et in dictis lib. de Locis Heb., ex Act. apost.

<sup>h</sup> Ibi est mons *Chimæra*. Ex Solin., cap. 42, de *Lycia*. Ex quo *Vesuvius* hic legendum fuit, non *Vesulus*, ut est in manuscr. p. t. Vid. *Serv.* *Æn.* xi, ad *Multos Vesulus quem*, et *Georg.* ii, ad vers. :

*Talem dives arat Capua, et vicina Vesevo.*

CAP. IV. — <sup>i</sup> *Jovis*. Ita omnes *Goth.* ut ante quoque annotavimus.

<sup>j</sup> *Iste autem est Agenor Libyæ fil.* *Apollodorus* de *Agenore*: *Ἀγένορος δὲ καὶ ποσειδῶνος γιγνόντων παῖδες* <sup>k</sup> *Ἀγένορος καὶ Βήλορος.*

<sup>k</sup> *ari Magno conjungitur.* — *Contingitur.* *Chac.*

<sup>l</sup> *Prima Europæ Reg.* Ex *Oros.*, lib. i, cap. 2.

<sup>m</sup> *Terra dives viror.* *Al.*, *Virium virorum.* *Solin.*,

est *Agenor Libyæ filius*, ex qua, et *Libya*, id est *Africa* fertur cognominata. Unde apparet prius *Libyam* accepisse vocabulum, postea *Europam*.

2. *Europa* autem in tertiam partem orbis divisa, incipit a flumine *Tanai*, descendens ad Occasum per Septentrionalem oceanum usque ad fines *Hispaniæ*, cujus pars *Orientalis* et *Meridiana* a *Ponto* consurgens, tota <sup>n</sup> *inari Magno* conjungitur, et in insula *Gadibus* finitur.

3. <sup>o</sup> *Prima Europæ regio Scythia inferior*, quæ a *Mæotidis* paludibus incipiens, inter *Danubium* et oceanum Septentrionalem usque ad *Germaniam* porrigitur; quæ terra generaliter propter barbaras gentes, quibus inhabitatur, *Barbaria* dicitur. Hujus pars prima *Alania* est, quæ ad *Mæotidas* paludes pertingit.

<sup>p</sup> Post hanc *Dacia*, ubi et *Gothia*; deinde *Germania*, ubi plurimam partem *Suevi* incoluerunt.

4. *Germania*, post *Scythiam Inferiorem* a *Danubio* inter *Rhenum* fluvium, *Oceanumque* conclusa, cingitur a Septentrione et Occasu *Oceano*, ab Ortu vero *Danubio*, a Meridie *Rheni* flumine dirimitur; <sup>q</sup> terrarum virorum ac populis numerosis, <sup>r</sup> et immanibus frequens.

156 Unde et propter fecunditatem gignendorum populorum *Germania* dicta est; <sup>s</sup> gignit aves *Hercyniæ* sylva quarum pennæ noctu perlucunt. <sup>t</sup> *Bisonates* quoque feras, et uros atque alces parturit. *Mitui* et gemmas, *crystallum* et *succinum*. <sup>u</sup> *Callaicum* quoque viridem, et *ceraunium* candidum. Duæ sunt autem *Germaniæ*, *Superior* juxta septentrionalem oceanum, inferior circa *Rhenum*.

5. <sup>v</sup> *Provinciarum* autem, quas *Danubius* a *Barbarico* ad *Mediterraneum* mare secluserit, <sup>w</sup> prima est *Mæsia*, a *messium* proventu vocata. Unde eam veteres *Cereris* horreum nuncupabant. <sup>x</sup> Hæc autem ab Oriente ostiis *Danubii* jungitur; ab Euro vero *Thraciæ*, a Meridie *Macedoniæ*, ab Occasu *Histriæ* copulatur. Post *Mæsiam* autem *Pannonia* est. Inde

cap. 23.

<sup>y</sup> *Et immanibus frequens.* — *Frequens* ex *Solin.* reposuimus.

<sup>z</sup> *Gignit aves.* Ex *Solin.*, ibid.

<sup>aa</sup> *Bizonates quoque feras, et uros, atque Alces.* *Solin.*, ibid., *Plin.*, lib. viii, cap. 15; *Cæsar*, lib. vi, de *Bell. Gall.*; *Serv. Georg.* ii.

<sup>ab</sup> *Callaicum quoque.* — *Callaim* *Plin.*, lib. xxxvii, D cap. 8.

<sup>ac</sup> *Provinciarum autem.* Ex *Oros.*, ibid.

<sup>ad</sup> *Prima est Mæsia.* — *Mæsia*, an *Mysia* verior scriptura sit, nondum ætis constituit. Nam *Isidori* et *Solini*, cujus hæc sunt, *Codices* variant; apud *Orosium* *Mæsia* perpetuo. *Serv. Georg.* i, ad *Nulla tantum se Mæsia cultu*: *Mæsia*, inquit, *Civitas Phrygiæ. Mysia* *Provincia* est. Verum rem ipsam si spectes, *Mysiam* minore periculo scripseris. Constat enim *Mysiam* a *geographis*, et in *Asia*, et in *Europa* collocari. Quin etiam apud *Virgilium* (si *Pierio* credimus), ut *Mæsia* legatur, invitis *manuscriptis* libris, *Servii* auctoritas fecit. Sed origo a *messibus* tracta *Mæsiam*, sive *Mæsiam* potius ab *Isidoro* dictam arguit, quod *Chaconi* quoque magis placebat. Nam quod *μῆσος*, aut *μῆσῶν* apud *Lydos*, auctoribus *Eustachio* ad *Dionys.* *Astrum*, et *Hesychio*, significat, nihil ad *Isidorum*.

<sup>ae</sup> Hæc autem ab Oriente ostiis *Danub.* Ex *Oros.*, lib. i, cap. 2.

*Noricus* ager frigidus, et parcius fructuosus. Post **A** buit Græcia clarius atque nobilius. In ea est et *Marathonius* campus opinionè quondam prælii cruentissimus.

6. *Thraciæ* Thiras Japhet filius veniens nomen dedisse perhibetur. Alii a sævitia incolarum Thraciam appellatam dixerunt. <sup>a</sup> Huic ab Oriente Propontis, et urbs Constantinopolis opposita est, a Septentrione vero later obtenditur, a Meridie vero *Ægæo* mari adhæret, ab Occasu Macedonia illi subjacet. Cujus regionem olim *Bessorum* populus, **157** *Massagetæ*, *Sarmatæ*, *Scythæ*, et aliæ plurimæ nationes incoluerunt. Ampla est enim, ideoque plurimas continuit gentes, Hebrum fluvium Thracia fundit, qui etiam gentes barbarorum plurimas tangit.

7. *Græcia* a Græco rege vocata, qui cunctam eam regionem regno incoluit. Sunt autem provinciæ Græciæ septem: quarum prima ab Occidente *Dalmatia*, inde *Epirus*, inde *Hellas*, inde *Thessalia*, inde *Macedonia*, inde *Achaicæ*, et duæ in mari, *Creta* et *Cyclades*. *Illyricum* autem generaliter omnis Græcia est.

8. *Dalmatiam* a *Delmi* maxima ejusdem provinciæ civitate, traxisse nomen existimatur. Adhæret <sup>b</sup> ab Oriente Macedonia, a Septentrione Mæsiæ, ab Occasu Isthria terminatur, a Meridie vero Adriatico sinu clauditur.

9. <sup>c</sup> *Epirus* a *Pyrrho* Achillis filio cognominata, cujus pars *Chaonia*, quæ ante *Molossia* dicta est, a *Molosso* filio Pyrrhi, quem de Andromacha habuit. Sed postquam occisus est Pyrrhus Orestis insidiis, Andromacham Helenus suscepit, tenuitque regnum privigni, **158** qui successerat patri, a quo *Molossia* dicta pars Epiri, quam Helenus postea a fratre *Chaone*, quem in venatu per ignorantiam dicitur occidisse, *Chaoniam* nominavit, quasi ad solatium fratris extincti.

10. <sup>d</sup> *Hellas* dicta a rege *Hellene*, Deucalionis et Pyrrhæ filio, a quo et prius Græci *Hellenes* nuncupati sunt. Ipsa est, et *Attica* terra, *Acte* prius dicta. <sup>e</sup> Nam *Cranæus* quidam Græciæ indigena fuit, ex cujus filia *Attis* nomine *Attica* terra vocata est. Hæc inter Macedoniam, et Achaiam media jacet, Arcadiæ à Septentrionali parte conjuncta. <sup>f</sup> Ipsa est et vera Græcia, ubi fuit *Athenæ* civitas <sup>g</sup> mater liberalium litterarum, et philosophorum nutrix, qua nihil ha-

<sup>a</sup> Huic ab Oriente Propontis. Ex Oros., ibid.

<sup>b</sup> Adhæret autem ab Oriente ... clauditur. Ex eod. Post hæc verba leguntur in quibusdam Gothicis ista: *Illyrica regio juxta Adriaticum mare, in qua Dardani sedes habent, ipsa est et Dardania a Dardano rege cognominata, homines est Trojana prosapia in mores barbaros efferrati; quæ fortasse rejicienda non sunt. Vido Plinium, lib. iv, cap. 1, et Solin., cap. 8.*

<sup>c</sup> *Epirus* a *Pyrrho*.... extincti. E. Serv. pleraque *Æn.* iii, ad vers. *Patrio Andromachen*; apud quem in lib. impressis a Rob. Step.: *Positam a fratre Chaone*, legitur. De qua lectione alii judicabant.

<sup>d</sup> *Hellas* dicta a Rege. Ex Eusebii Chron., et Serv., *Eclóg.* ii, ad *Acteo Aracyntho*.

<sup>e</sup> *Nam Cranæus indigena*, etc. Verba sunt Eusebii.

<sup>f</sup> *Ipsa est et vera Græcia*. Hæc omnia carptim sumpta e Solin., cap. de Græcia.

<sup>g</sup> *Mater liberal... nobiliss.* Ex Aug. xviii, de Civit.,

buit Græcia clarius atque nobilius. In ea est et *Marathonius* campus opinionè quondam prælii cruentissimus.

11. Helladæ autem duæ sunt provinciæ, *Bœotia* et *Peloponnesus*.

*Bœotia* autem dicta hæc ex causa. Dum Cadmus Agenoris filius **159** Europam sororem a Jove, rapiam ex præcepto genitoris quæreret, nec reperiret, patris iram formidans, confirmato animo, elegit exsilium. Nam bovis forte inspectæ secutus vestigia, amplexus est sedem ubi illa recubuerat, sicque locum de nomine bovis *Bœotiam* nominavit: ubi et *Thebas* urbem construxit, in qua olim civilia bella detonuerunt, et <sup>h</sup> ubi nati sunt Apollo et Hercules major ille Thebanus. Eadem est <sup>i</sup> *Aonia* vocata, a fonte quodam Apollini et Musis consecrato, qui in eadem Bœotia est.

*Peloponnesus* secunda pars Helladæ, a *Pelope* regnata atque vocata.

12. *Thessalia* a *Thessalo* rege cognominata, quæ a meridiana plaga Macedonia conjuncta est, <sup>j</sup> cujus a tergo Pieria est. Multa in Thessalia flumina, et oppida, inter quæ præcipue *Thessalonica*, et *Thebæ*. Ibi est mons *Parnassus* quondam Apollini consecratus. **160** Thessalia patria Achillis, et origo Lapitharum fuit, de quibus <sup>k</sup> fertur quod hi primo equos frenis domuerint; unde et *Centauri* dicti sunt. In Thessalia primum solidi aurei facti sunt, domandorum quoque equorum usus primum repertus est.

13. *Macedonia* in exordio ab *Emulo* rege *Emathia* nomen erat, sed <sup>l</sup> *Macedo* Deucalionis maternus nepos, postquam ibi accepit principatum, mutavit vocabulum, *Macedoniamque* a suo nomine dixit. <sup>m</sup> Est autem confinis ab Oriente *Ægæo* mari, a Meridie Achaicæ, ab Occasu Dalmatiæ, a Septentrione Mæsiæ. Patria Alexandri Magni, et <sup>n</sup> regio aureis venis argenteisque opima. Lapidem quem præntidem vocant ista gignit. Mons *Olympus* in ea est, <sup>o</sup> qui excellenti vertice tantus attollitur, ut in cacumine ejus, nec nubes, nec venti sentiantur.

14. <sup>p</sup> *Achaia* ab *Achæo* rege, et urbs et provincia appellata. Hæc pene insula est. Nam absque Septentrionali parte, qua Macedonia jungitur, undique septa est mari. Ab Oriente enim habet Myrteum

D cap. 9

<sup>h</sup> Ubi nati sunt *Apol.* et *Herc.* At Solin., cap. 13, de Thebis: *Urbs ista numinibus apud se ortis gloriatur, ut perhibent qui sacris carminibus Herculem et Liberum celebrant; e quo pro Apolline Liberum substituebat Chacon invitis omnibus lib.*

<sup>i</sup> Eadem est et *Aonia*. E Serv., *Eclóg.* 10, ad vers. *Aonia Aganipp.*

<sup>j</sup> Cujus a tergo Pieria est. Ita Solin., cap. de Thessalia, sed paulo aliter Plinius, lib. iv, cap. 8.

<sup>k</sup> De quibus fertur quod hi prim. Virg., *Georg.* ii: *Frena Peletronii Lapynthæ.* Et Serv.

<sup>l</sup> *Macedo deucal.* E Sol., cap. de Macedonia.

<sup>m</sup> Est autem confin. *Mysiæ.* Ex Oros., lib. i, cap. 2.

<sup>n</sup> Et regio. E Solin.

<sup>o</sup> Qui excellenti vertice tantus. Ex eod., cap. de Thessalia.

<sup>p</sup> *Achaia* ab *Ach.* Ex Chron. Eusebii.

mare, ab Euro Creticum, a Meridie Ionium: ab Africo et Occasu a Cephaloniam, et Cassiopam in-ulas, a sola Septentrionali parte Macedoniæ, vel Atticæ terræ adjungitur, hujus caput est urbs *Corinthus* Græciæ decus. *Inachus* est Achaia fluvius.

**161** 15. <sup>b</sup> *Arcadia* sinus Achaia est, ut platani folium, inter Ionium et Ægæum mare exposita, e quam *Arcas* Jovis et *Calistæ* filius, Pelasgis in ditinonem redactis, ex suo nomine *Arcadiam* nuncupavit. Ipsa est et *Sicyonia* a *Sicyone* rege, a quo et regnum *Sicyoniorum* est dictum. Habet autem *Arcadia* fluvium magnum *Erimanthum*; a-be-ton quoque lapidem, qui semel accensus nunquam extinguitur. Candidissime etiam merulæ ibi nascuntur.

#### 16. Lacedemonia.....

<sup>a</sup> *Pannonia* ab Alpibus *Pænnis* est nuncupata, quibus ab Italia secernitur: regio a viro fortis, et solo læta, duobus satis acribus fluvii *Dravo*, *Suboque* vallata. Conjungitur autem cum Norico et Rhetia, habens ab Oriente Mæsiam, <sup>f</sup> ab Euro Istriam, ab Africo vero Alpes Appenninas, ab Occasu Galliam Belgicam, a Septentrione Danubii fontem, v. l. limitem, qui Germaniam, Galliamque secernit.

17. *Istriam* Ister amnis voravit, qui ejus terram i fluit, ipse est *Danubius*. Habet autem *Istria* a Septentrione Pannoniam.

18. *Italia* olim a Græcis populis occupata, e magna Græcia appellata est; deinde a regis nomine *Saturnia*, mox et *Latium* dicta, eo quod, idem Saturnus, a Jove sedibus suis pulsus, ibi *latuerit*; postremo ab *Italo*, Siculorum rege, ibi regnante, *Italia* nuncupata est. <sup>b</sup> Cujus situs longitudine amplius quam lati odine i a Circio in Eurum extenditur, a Meridie Tyrrheno mari, ab Aquilone Adriatico clauditur, ab Occiduo Alpium jugis fiitit: terra in rebus omnibus pulcherrima, Soli fertilitate, pabuli ubertate gratissima.

19. Habet lacus *Beacum*, *Avernum*, aque *Lucrinum*; fluvios *Eridanum*, et *Tiberim*, et terent s fontibus *Baia*. Gignit grummas syrtitem, lycurium, et corallium; boam quoque serpentem, lycem feram, et *Diomedæas* aves. *Italia* autem et *Hispania* idecirco *Hesperia* dictæ, quod Græci *Hespero* stella navigent, et in Italia et in Hispania, i quæ hac ratione discernuntur; aut enim *Hesperiam* solam dicis,

<sup>a</sup> *Cassiopam Cephaloniam et insulas*. Oros., ib., cap. 2: *Ab Africo et Occasu Cephaloniam et Cassiopam Insulas, a Septentione sinum Corinthium, ab Aquilone angustum terræ dorsum, quo Macedoniæ conjungitur, vel potius Atticæ, qui locus Isthmos vocatur, ubi est Corinthus.*

<sup>b</sup> *Arcadia* sinus... ut platani folium. Confusa sunt hæc. *Arcadia* in sinu est *Peloponnesi*, id est, in medio ipsius. *Peloponnesus* vero, ut platani folium extenditur.

<sup>c</sup> *Quam Arcas Jovis*, etc. Ex Chron. Euseb.

<sup>d</sup> *Pannonia*. Ex Oros., ibid.

<sup>e</sup> *Viro fortis*. Ita veter. lib. et Solin., cap. de Gallo.

<sup>f</sup> *Ab Euro Istriam*. — A Meridie malleus.

<sup>g</sup> *Italia*. . . magna Græcia. Serv., Æn. 1, ad vers. *Securos Hesperiam magnam*, etc. *Μεγάλη Ἑλλάς*; ubi

et significas *Italiam*: aut addis *ultimam*, et significas *Hispaniam*, quia in Occidentis est fine.

20. *Tuscia* pars Italiae, <sup>b</sup> *Umbria* vero pars Tusciæ. *Tuscia* autem a frequentia sacrorum et *thuris* vocata, ἀπό τοῦ θύειν.

21. *Umbria* vero hi-torix narrant, eo quod tempore aquosæ cladis imbribus superfuerit, ob hoc *Umbriam* Græce cognominatam. Est enim in jugis Appennini montis sita, in parte Italiae juxta Meridiem.

22. <sup>1</sup> *Etruria* pars Italiae dicta, quod ejus fines tendebantur usque ad ripam Tiberis, quasi ἔτερος ὄρος. Nam ἔτερος, alter, ὄρος finis vocatur. **163** Romæ enim fines antea unam tantum Tiberis ripam tenebant. Alii *Etruriam* ab Etrusco principe putant. <sup>B</sup> Item et *Tyrrhenia* a *Tyrrheno* Lydii fratre, qui ex sorte cum populi parte de Mætonia venit ad Italiam. Hæc est et *Tuscia*, sed *Tuaciam* dicere non debemus, quia nusquam legimus. *Tuscia* autem, a frequentia sacrificii et *thuris*, dicta est ἀπό τοῦ θύειν: illic et aruspicinam dicunt esse repertam.

25. <sup>m</sup> *Apulia*, ubi *Brundisium* situm est, quam *Ætoli* secuti *Diomedem* ducem condiderunt.

24. *Campania* habet terras hyeme atque æstate vernantes. Sol ibi mitis, grata temperies, aer purus et blandus.

25. *Gallia* a candore populi nuncupata est, γάλα enim Græce lac dicitur. Montes enim et rigor cæli ab ea parte solis ardorem excludunt, quo sit ut calor corporum non coloretur. Hanc ab Oriente *Alpium* <sup>C</sup> juga tucntur, ab Occasu Oceanus includit, a Meridie prærupta *Pyrenæi*, a Septentrione Rheni fluenta, atque Germania, cujus initium Belgica, finis Aquitania est; regio gleba uberi, ac pabulosa ad usum animalium apta, fluminibus quoque, et fontibus irrigua, perfusâ duobus magnis Rheo, et Rhodano fluvii.

26. <sup>n</sup> *Belgis* autem civitas est Gallia, a qua *Belgica* provincia dicta est.

*Cisalpina*, quia citra Alpes.

*Transalpina*, id est trans Alpes, contra Septentrionem.

*Rhetia* vero, quod sint juxta Rhenum.

27. <sup>o</sup> *Aquitania* autem ab obliquis aquis *Lipari*

<sup>D</sup> pollata est, quia a *Tarento* usque ad *Cumas* omnes civitates Græci condiderunt. Vid. Justin., lib. xx.

<sup>b</sup> Cujus situs longitudine ampl. E Solin., cap. de Italia: *Proceritate amplior, quam latitudine.*

<sup>i</sup> A Circio in Eurum. . . finitur. Ex Oros.

<sup>j</sup> *Quæ hac ratione discernuntur*, etc. E Serv., Æn. 1, ad vers. *Est locus Hesperiam*. Et lib. iii: *Ab Hespero* (inquit) *Hispaniæ* rege, vel a stella, quam intuentur petentes Italiam.

<sup>k</sup> *Umbria* vero *peris* Tusciæ. Ex eod., Æn. xii. *Umbria* vero dicitur, ut hist. E Solin., cap. 8.

<sup>l</sup> *Etruria* pars Italiae. E Serv. Æn. xi. *Etruscique* duces; et ii: *Ad terram Hesp. venies.*

<sup>m</sup> *Apulia* ubi *Brundus*. . . . quam *Æoli*. Verba sunt Justin., lib. xii.

<sup>n</sup> *Belgis*. Belgium dicitur a Cæsare.

<sup>o</sup> *Aquitania*. Ex Oros.

fluminis appellata, quia ex plurima parte terminus ejus est, eamque pene in orbem cingit.

28. <sup>a</sup> *Hispania* prius ab *Ibero* anno *Iberia* nuncupata. Postea ab *Hispalo* *HISPANIA* cognominata est. <sup>b</sup> *Ipsa* est, et vere *Hesperia*, ab *Hespero* 164 stella Occidentali dicta. Sita est autem inter *Africam*, et *Galliam*, a Septentrione *Pyrenæis* montibus clausa, a reliquis partibus undique mari conclusa, salubritate cœli æqualis, omnium frugum generibus secunda, gemmarum, metallorumque copiis ditissima.

29. Interfluunt eam flumina magna, *Bætis*, *Minius*, *Iberus* et *Tagus* aurum trahens, ut *Pactolus*. Habet provincias sex : *Tarracensem*, *Carthaginensem*, *Lusitaniam*, *Galliciam*, *Bæticam*, et transfreta in regione *Africæ Tingitaniam*.

30. <sup>c</sup> *Dux* sunt autem *Hispaniæ*, *Citerior*, quæ <sup>B</sup> in Septentrionis plaga a *Pyrenæo* usque ad *Carthaginem* porrigitur : *Uterior*, quæ in Meridiem a *Celtiberis* usque ad *Gaditanum* fretum extenditur. *Citerior* autem et *Uterior* dicta, quasi *citra* et *ultra*; sed *citra*, quasi *circa* terras, et *ultra*, vel quod *ultima*, vel quod non sit post hanc ulla, hoc est, alia terra.

#### CAPUT V.

##### De *Lybia*.

1. *Lybia* dicta, <sup>d</sup> quod inde *Libs* stat, hoc est, *Africus*. <sup>e</sup> Alii aiunt *Epaphum* Jovis filium, qui *Mephim* in *Ægypto* condidit, ex *Cassiopa* uxore procreasse filiam *Lybiam*, quæ postea in *Africa* regnum possedit, cujus ex nomine terra *Lybia* est appellata.

2. *Africam* autem nominatam quidam inde existimant, quasi *apricam*, quod sit aperta cœlo, vel soli, et sine horrore frigoris. 165 <sup>f</sup> Alii dicunt *Africam* appellari ab uno ex posteris *Abrahæ* de *Cethura*, qui vocatus est *Afer*, <sup>g</sup> de quo supra meminimus.

3. Incipit autem a finibus *Ægypti*, pergens juxta Meridiem per *Æthiopiam* usque ad *Atlantem* montem. A Septentrionali vero parte, *Mediterraneo* mari conjuncta clauditur, et in *Gaditano* freto finitur, habens provincias *Libyam Cyrenensem*, *Pentapolim*, *Tripolim*,

<sup>h</sup> *Bizacium*, *Carthaginem*, *Numidiam*, <sup>i</sup> *Mauritaniam Sitifensem*, *Mauritaniam Tingitanam*, et circa solis ardorem *Æthiopiam*.

4. <sup>j</sup> *Lybia Cirenensis* in parte *Africæ* prima est, a *Cyrene* urbe metropoli, quæ est in ejus finibus, nuncupata. Huic ab Oriente *Ægyptus* est, ab Occasu *Syries* majores, et *Troglodytæ*, a Septentrione mare *Libyicum* : a Meridie *Æthiopia*, et barbarorum variarum nationes, et solitudines inaccessibiles, quæ etiam basiliscos serpentes creant.

5. *Pentapolis* Græca lingua a quinque urbibus nuncupata, id est, *Cyrene*, *Berenice*, <sup>k</sup> *Theuchira*, *Apollonia*, *Ptolemaide*. Ex quibus *Ptolemais* et *Berenice* a regibus nominatæ sunt. Est autem *Pentapolis Libyæ Cirenensi* adjuncta, et in ejus finibus deputata.

6. *Tripolitanam* quoque provinciam Græci lingua sua signant de numero trium magnarum urbium : <sup>l</sup> *Oea*, *Sabratæ*, *Leptis magnæ*; hæc habet ab Oriente *Syrtes* majores, et *Troglodytas*, a Septentrione 166 mare *Adriaticum*, ab Occasu *Bizantium*, a Meridie *Getulos* et *Garamantes* usque ad Oceanum *Æthiopicum* pertendentes.

7. *Byzacena* regio ex duobus nobilissimis oppidis nomen sortita est, ex quibus unum *Adrumetus* vocatur (alterum *Byzacium*). Hæc sub *Tripoli* est, <sup>m</sup> patens passuum ducenta, vel amplius millia, secunda oleis, et glebis ita præpinguis, ut facta ibi semina, incremento pene centesimo frugis renascantur.

8. <sup>n</sup> *Zeugis*, ubi *Carthago* magna, ipsa est et vera *Africa* inter *Byzacium*, et *Numidiam* sita, a Septentrione mari *Siculo* juncta, et a Meridie usque ad *Getulorum* regionem porrecta, cujus proxima quæquo frugifera sunt, ulteriora autem bestiis et serpentibus plena, atque onagris magnis in deserto vagantibus.

*Citulia* autem *Africæ* pars mediterranea est.

9. <sup>o</sup> *Numidia* ab incolis passim vagantibus sic vocata, quod nullam certam haberent sedem. Nam lingua eorum incertæ sedes et vagæ *Numidia* dicuntur. Incipit autem a flumine *Ampsaga*, in *Zeugitanum*

*gitanam* ex *Concil. Carthag. vii.* constat esse conjunctas, ut *Cæsariensis* alterutrius, quasi appendix sit; ita tamen ut pro *Tingitana* in *Conciliis* sæpe ponatur.

<sup>p</sup> *Lybia Cyren... pertendentes.* Ex *Oros.*, lib. 1, cap. 2.

<sup>q</sup> *Theuchira.* Mendose olim legebatur *Ceutria*. Vid. *Ptolemæi* tabul. 4.

<sup>r</sup> *Oea, Sabratæ, Leptis mag.* *Solin.*, cap. 30. *Achæi Tripolim* lingua sua signant de trium Urbium numero *Tuphræ*, *Abrotani*, *Leptis magnæ*. *Nostri* *Codices* partim *Ocetræ*, partim *Oea Tabrace*, partim *Oea Sabrete*. *Sil.*, lib. 111 :

*Sabrata*, tum *Tyrium* vulgus, *Sarranique* *Leptis* *Æaque* *Trinacrios* *Afr.*s permista colonos.

Ubi *Oeaque* ex *Isidoro* libentius legerim.

<sup>s</sup> *Patens passuum* *duc.* *E Solin.*, cap. 30.

<sup>t</sup> *Zeugis* ubi *Carthago magna.* Verba sunt *Oros.*

<sup>u</sup> *Numidia* ab incolis passim vag. *Sallust.* in *Jugurth* : *Et quia sæpe tentantes agros, alia, deinde alia loca petiverant, semet ipsi* *Numidas* appellaverunt. *Idem* *Plin.*, lib. v, cap. 3; paulo tamen aliter *Festus*.

<sup>a</sup> *Hispania.* Ex *Justin.*, lib. XLIV.

<sup>b</sup> *Ipsa est, et vera Hesperia.* *E Serv.*, *Æn.* 1. ad vers. *Est locus Hesp.*

<sup>c</sup> *Dux sunt Hispan.* Ex *Oros.*

*CAP. V.* — <sup>d</sup> *Lybia, quod inde Libs stat.* *E Serv.*, *D* *Æn.* 1. ad *Venturum* excid. *Libyæ.*

<sup>e</sup> *Alii aiunt Epaphum.* *Hyginus* in *Fabulis*, cap. 140, et *Placidius* ad *Thebaid.* 1v.

<sup>f</sup> *Alii dicunt Africam.* *Hieronym.*, in *Quæst.* in *Genes.*, ad cap. 25.

<sup>g</sup> *De quo supra.* *Lib.* 11, cap. 2.

<sup>h</sup> *Byzacium.* — *Byzacium* legitur in antiquissimis libris, et marmoribus, et apud *Stephanum*. Veram tamen scripturam *Byzantium* existimabat *Chacon* ex vetustis *Varronis* *Codicibus*, lib. 1, de *Re rust.*, cap. 44, et *Plin.*, lib. v, cap. 4, et lib. xvii, cap. 5, et lib. xviii, cap. 10, et *Aug.* in *Ps.* xxxvi, concione 2. Quam etiam vulgati *Isidori* libri, et plerique ex *Gothicis* retinent.

<sup>i</sup> *Mauritaniam Sitifensem Mauritan. Ting.* Quod *Cæsariensem* addunt quidam libri, tresque *Mauritanias* videntur ex *Orosio* facere, nihil est quod moremur, quando ex eodem et *Isidoro* paulopost *Cæsariensem* et *Sitifensem*, vel etiam *Sitifensem* et *Tin-*

limitem desinit, <sup>a</sup> habens ab Ortu Syrtis minores, a Septentrione mare quod intendit Sardiniam, ab Occasu Mauritaniam Sitifensem, a Meridie Æthiopum gentes, regio campis præpinguis. Ubi autem sylvestris est, feras educat; ubi jugis ardua, equos et onagros procreat; **167** eximio etiam marmore prædicatur, quod Numidicum dicitur. Habet autem urbes præcipuas <sup>b</sup> Hipponem, Rhegium, et Rusicadam.

10. Mauritania vocata a colore populorum. Græci enim nigrum *μῆρον* vocant. Sicut enim Gallia a candore populi, ita Mauritania a nigredine nomen sortita est. Cujus prima provincia Mauritania Sitifensis est, quæ Sitifi habet oppidum, a quo et vocabulum traxisse regio perhibetur.

11. Mauritania vero Cæsariensis Colonia, Cæsaria civitas fuit, et nomen provinciæ ex ea datum. <sup>c</sup> Utræque igitur sibi conjunctæ ab Oriente Numidiam habent, a septentrione mare Magnum, ab Occasu flumen Malvam, a Meridie montem Astrixim, <sup>d</sup> qui discernit inter secundam terram, et arenas jacentes usque ad Oceanum.

12. Mauritania Tingitana a Tingi metropolitana hujus provinciæ civitate vocata. <sup>e</sup> Hæc ultima Africa exurgit a montibus septem, habens ab Oriente flumen Malvam: <sup>f</sup> a Septentrione fretum Gaditanum, ab Occiduo oceanum Atlanticum, a <sup>g</sup> Meridie Gaulalum gentes usque ad oceanum Hesperium pererrantes. Regio gignens feras, simias, dracones, eustruthiones, olim etiam, et elephantis plena fuit, quos sola nunc India parturit.

**168** 13. <sup>h</sup> Garamantis regionis caput Garamma oppidum fuit. Est autem inter Cyrenensem et Æthiopiam, ubi est fons <sup>i</sup> qui riget calore diei, et calet frigore noctis.

14. Æthiopia dicta a colore populorum, quos solis vicinias torret. <sup>j</sup> Denique vim sideris prodiit hominum color, est enim ibi jugis æstus. <sup>k</sup> Nam quidquid ejus est, sub Meridiano cardine est. Circa Occiduum autem montuosa est, arena: a in medio, ad Orientalem vero plagam deserta; cujus situs ab Occiduo Atlantis montis ad Orientem usque in Ægyptii fines porrigitur; a Meridie Oceano, a Septentrione Nilo flumine clauditur, plurimas habens gentes, diverso vultu, et monstrosa specie horribiles.

15. Ferarum quoque, et serpentium refera est multitudine. Hic quippe Rhinoceros bestia, et camelopardalis, basiliscus, dracones ingentes, ex quorum cerebro gemmæ extrahuntur, hiacynthus quoque, et cry-

<sup>a</sup> Habens ab Ortu Syrt. min. Oros., ibid.

<sup>b</sup> Hipponem, Rheg. et Rusicem. Idem, Oros.

<sup>c</sup> Utræque igitur. Oros.

<sup>d</sup> Qui discernit inter secund. terram. Oros.: Qui dividit inter vivam terram, et jacentes arenas usque ad Oceanum.

<sup>e</sup> Hæc ultima Africa... pererrantes. Ex Orosio, illa tamen: Exurgit a montibus septem. Solini sunt cap. de Mauritania.

<sup>f</sup> A Septentrione fretum Gaditanum. Orosius: A septentrione mare nostrum, et fretum Gaditanum.

<sup>g</sup> A Meridie Gaulalum gentes. Orosius: A Meridie Autololum gentes, quas nunc Gaulales vocant.

<sup>h</sup> Garam. Itaq. E Solin.

A soprasus ibi reperiuntur. Cinnamomum ibi colligitur.

16. Duæ sunt autem Æthiopiæ, una circa solis Ortum, altera circa Occasum in Mauritania.

17. Extra tres autem partes orbis, quarta pars trans Oceanum interior est in Meridie, quæ solis ardore nobis incognita est, in cujus finibus <sup>l</sup> Antipodes fabulose inhabitare produntur. Proxima autem Hispaniæ Mauritania est, deinde Numidia, inde regio Carthaginensis, post quæ Getuliam accepimus, postea Æthiopiam; inde loca exusta solis ardoribus.

18. Sciendum sane, quod quædam provinciæ primum de nomine auctoris appellatæ sunt, postea a provincia gentis nomen est factum; nam ab *Italo* ITALIA, et rursus ab *Italia* ITALCS, et sic utinam ipso nomine gentis, quomodo fuit ipsum nomen auctoris, unde derivatum est nomen provinciæ. Ex quo accidit ex uno homine **169** nominari, et civitatem, et regionem, et gentem.

19. Provinciæ autem ex causa vocabulum acceperrunt. Principatus namque gentium, qui ad reges alios pertinebant, cum in jus suum Romani vincendo redigerent, procul positas regiones provincias appellaverunt. Patria autem vocata, quod communis sit omnium qui in ea nati sunt.

20. <sup>m</sup> Terram autem significare prædiximus elementum; terras vero singulas partes, ut *Africa*, *Italia*; eadem et loca. Nam loca, et terræ spatia in orbe terrarum, multas in se continent provincias, sicut in corpore locus est, pars una multa in se continens membra, sicut et domus multa in se habens cubacula; sic terre et loca dicuntur terrarum spatia, quorum partes sunt provinciæ; sicut in Asia, *Phrygia*, in Gallia *Rhœtia*, in Hispania, *Bætica*.

21. Nam Asia locus est, provincia Asiæ *Phrygia*, Troja regio *Phrygiæ*, Ilium civitas Trojæ. Item regiones partes sunt provinciarum quas vulgus conventus vocat; sicut in *Phrygia* Troja, sicut in Gallia *Cantabria*, *Asturia*. A rectoribus autem regio nuncupata est, cujus partes territoria sunt.

22. <sup>n</sup> Territorium autem vocatum, quasi *tauritorium*, tritum bobus, et aratro. Antiqui enim sulco ducto, et possessionum, et territoriorum limites designabant.

## 170 CAPUT VI.

### De insulis.

1. Insulæ dictæ, quod in solo sint, id est, in mari. Ex iis quoque notissimæ et maximæ, quas plurimi veterum solerti studio indagaverunt, notandæ sunt.

<sup>l</sup> Qui riget cal. Ita Gulhici, friget Solinus.

<sup>j</sup> Denique vim sideris prodiit hominum color. Verba sunt Solini. cap. de India.

<sup>k</sup> Nam quidquid ejus est sub Merid. card. E Solin., cap. de Æthiop.

<sup>l</sup> Antipodes fab. Sequitur Lactantium et Augustinum.

<sup>m</sup> Terram autem significare prædixim. Sup., cap. 1, ex Serv., Æn. vi.

<sup>n</sup> Territorium vocatum. Serv., Æn. v. ad Urbem designat aratro: Unde et territorium dictum, quam terribovium, tritum bobus, et aratro. Sed tauritorium retinimus ex Goth. lib., nisi territerium mavis ex Vulcani editione, aut tauritorium.

2. <sup>a</sup> *Britannia*, Oceani insula, interfuso mari toto orbe divisa, a vocabulo suæ gentis cognominata. <sup>b</sup> Hæc in aversa Galliarum parte ad prospectum Hispaniæ sita est; <sup>c</sup> circuitus ejus quadragies octies septuaginta quinque millia; multa et magna flumina in ea, fontes calidi, metallorum larga et varia copia. Gagaltes lapis ibi plurimus, et margaritæ.

5. <sup>d</sup> *Thanatos*, insula Oceani, freto Gallico et a Britannia æstuario tenui separata, frumentariis campis, et gleba uberi. Dicta autem *Thanatos* a morte serpentum, quos dum ipsa nesciat, asportata inde terra quoquo gentium vecta sit, angues illico perimit.

4. <sup>e</sup> *Thyle* ultima insula Oceani interseptentrionalem, et occidentalem plagam ultra Britanniam, a sole nomen habens, quia in ea æstivum 171 solstitium sol facit, et nullus ultra eam dies est; unde et pigrum, et concretum est ejus mare.

5. *Orchades*, insulæ Oceani, ultra Britanniam positæ numero triginta tres, et quarum viginti desertæ sunt, tredecim coluntur.

6. <sup>h</sup> *Scotia*, eadem et *Hibernia* proxima Britannici insula, spatio terrarum angustior, sed situ fecundior: hæc ab Africo in Boream porrigitur, cujus partes præores Iberiam, et Cantabricum oceanum intendunt. Unde et *Hibernia* dicta. *Scotia* autem, quod a *Scotorum* gentibus colitur, appellata. <sup>i</sup> Illic nullus anguis, avis rara, apis nulla; adeo ut advectos inde pulveres, seu lapillos, si quis alibi sparserit inter alvearia, examina favos deserant.

7. *Gades*, insula in fine Bæticæ provinciæ sita, quæ dirimit Europam ab Africa, <sup>j</sup> in qua Herculis columnæ visuntur, et unde Tyrrheni maris faucibus Oceani æstus immittitur. Est autem <sup>k</sup> a continenti terra centum viginti passibus divisa. Quam Tyrii a rubro profecti mare occupantes, <sup>l</sup> lingua sua *Gadir*, id est, *sepem*, nominaverunt, 172 pro eo quod circumseptæ

CAP. VI. — <sup>a</sup> *Britannia Oceani insula*, etc. Hege-sipp., lib. v, cap. 13: *Quid altæzam Britannias interfuso mari, toto orbe divisas? Et Oros., lib. 1, cap. 2: Britannia Oceani insula.*

<sup>b</sup> *Hæc in aversa Gall. Oros., ibid.: Et quoniam Oceanus habet insulas, quas Britanniam, et Hiberniam vocant, quæ in adversa Galliarum parte ad prospectum Hispaniæ sitæ sunt.*

<sup>c</sup> *Circuitus ejus... plurimus. Ex Solin., cap. de Britannia.*

<sup>d</sup> *Thanatos. Solin., Athanatis.*

<sup>e</sup> *A Britannia æstuario tenui sep. E Solin., ibid., et quo restitutus est hic locus, mendosus in omnibus libris.*

<sup>f</sup> *Thyle ultima insula Oceani. Locus e Serv., Georg. 1, ad vers. Tibi serviat ult. Thule, et e Solin., cap. de Britannia, sumptus. Horum verba apponemus, ex his, qui volet, medicinum faciet. Thule (ait Serv.) insula est Oceani inter septentrionalem et occidentalem plagam ultra Britanniam, et Hiberniam et Orchadas. Est autem insula in Oceano ultima, in qua, cum sol in Cancro est, perpetui dies sine noctibus esse dicuntur. Solinus: *Multæ, et aliæ circum Britanniam insulæ, e quibus Thule ultima, in qua æstivo solstitio, sole de Cancro sidere faciente transitum, nox pene nulla; brumali solstitio, perinde nullus dies, ut ortus junctus sit Oceani. Ultra Thulem acceptimus pigrum esse, et concretum mare. Chacon ita legebat: Inter sep. et occ.**

A sit mari. Nascitur in ea arbor similis palmæ, cujus gummi infectum vitrum Ceraunium gemmam reddit.

8. <sup>m</sup> *Fortunatæ* insulæ vocabulo suo significant omnia ferre bona, quasi felices, et beatæ fructuum ubertate. Suapte enim natura pretiosarum poma silvarum parturiunt. Fortuitis vitibus juga collium vestiuntur, ad herbarum vicem messis et olus vulgo est; unde gentilium error, et sæcularium carmina poetarum, propter soli fecunditatem, eandem esse Paradisum putaverunt. <sup>n</sup> Sitæ sunt autem in Oceano contra lævam Mauritanicæ, Occiduo proximæ, et inter se interjecto mari discretæ.

9. <sup>o</sup> *Gorgades*, insulæ Oceani, obversæ promontorio quod vocatur *Hesperuceras*, quas incoluerunt *Gorgones* femine aliti pernicitate, hirsuto et aspero corpore; ex iis insulæ cognominatæ; distant autem a continenti terra bidui navigatione.

10. *Hesperidum* insulæ vocatæ a civitate *Hesperide*, quæ fuit in fine Mauritanicæ; sunt enim ultra Gorgadas sitæ sub Atlanteum littus in intimis maris sinibus, in quarum hortis fingunt fabulæ draconem pervigilem aurea mala servantem. Fertur ibi esse maris æstuarium 173 adeo sinuosis lateribus tortuosum, ut visentibus procul lapsus angueos imitetur.

11. <sup>p</sup> *Chryse* et *Argyre* insulæ in Indico Oceano sitæ, adeo secundæ copia metallorum, ut plerique eas auream superficiem et argenteam habere prodiderint, unde et vocabula sortitæ sunt.

12. *Taprobana* insula Indiæ subjacens ad Eurum, ex qua oceanus Indicus incipit, patens in longitudine octingentis septuaginta quinque millibus passuum, in latitudine et sexcentis viginti quinque millibus. Scinditur amne interfluo, tota margaritis repleta et gemmis. Pars ejus bestiis et Elephantis repleta est, partem vero homines tenent. In hac insula dicunt in uno anno duas esse æstates, et duas hiemes, et his locum vernare floribus.

*plagam, in qua cum brumale solstitium sol facit, nullus dies est, unde pigrum et concretum est ultra mare. Sed a sole Thulen nomen habere dicit, non ut Thule (opinor), sed ut ultima, propter causam a Servio et Solino relata, dicatur.*

<sup>q</sup> *Quarum vig. des. Ex Oros., ibid.*

<sup>h</sup> *Scotia eadem, et Hibern. Ex eod., quamvis non prorsus eadem.*

<sup>i</sup> *Illic nullus anguis. Ex Solin. Vid. Bed., in Angl. Hist.*

<sup>j</sup> *In qua Hercules column... immittitur. Ex Oros.*

<sup>k</sup> *A Continenti terra cxx passus. cxl emendat Chacon, ex Solini manuscriptis libris, ubi septingentis pedibus legitur, non passibus, ut in Vulgatis. Sed vetant Codices, resque ipsa Isidoro Gadibus ipsis vicino, ut par fuit, satis explorata.*

<sup>l</sup> *In lingua sua Gadii. Est quoque גדר ghadar Hebræis sepire, ex Solin., cap. de Hispania.*

<sup>m</sup> *Fortunatæ... ead. esse Paradisum. Serv., Æn. v, ad Elysianque colo. Secundum philosophos Elysium est insulæ Fortunatæ.*

<sup>n</sup> *Sitæ sunt autem. E Solin., cap. ult.*

<sup>o</sup> *Gorgades. Ita vet. libri, et Plinii et Solini Manuscripti.*

<sup>p</sup> *Chryse et Argyr. Solin., Plin. et Mela.*

<sup>q</sup> *Sexcentis viginti quinque millibus. Vocem stadio rum ex Solino, Plinio et Chacone auctoribus expunximus.*

13. <sup>a</sup> *Tylos* insula est Indiae, ferens omni tempore A folia; hucusque insulae Oceani.

14. Item insulae, quae ab Hellesponto usque ad Gades in mari magno sunt constitutae.

*Cyprus* insula a civitate *Cypro*, quae in ea est, nomen accepit. Ipsa <sup>b</sup> est et *Paphos* Veneri consecrata in Carpathio mari, vicina Austro, famosa quondam divitiis, et maxime aëris; <sup>c</sup> ibi enim prima huius metalli inventio et utilitas fuit.

15. *Creta* Graeciae pars est ingens contra Peloponnesum; <sup>d</sup> haec primum a temperie caeli *Macaronesum* appellata est, deinde *Creta* dicta a *Crete* quodam indigena, quem aiunt unum Curetum fuisse, a 174 quibus Jupiter ibi absconditus est, et enutritus. Est autem insula Graeciae inter Ortum, et Occasum longissimo tractu porrecta, a Septentrione Graeciae aestibus, ab Austro Aegyptiis undis perfusa. Fuit autem quondam centum urbibus nobilis, unde et *Hecatompolis* dicta est.

16. <sup>e</sup> Prima etiam remis et sagittis claruit, prima litteris <sup>f</sup> jura fixit, equestres turmas prima docuit. Studium musicum ab Idæis dactylis in ea coeptum; capris copiosa, <sup>g</sup> cervis eget, lupos et vulpes, aliaque ferarum noxia, nusquam gignit, serpens ibi nullus, noctua nulla, et si invehatur, statim moritur. Larga est autem vitibus et arboribus. Dictamnus herba in Creta nascitur, et alimus, quae admorsa diurnam famem prohibet; <sup>h</sup> Phalangos autem venenatos gignit, et lapidem, qui *Idæus dactylus* dicitur.

17. <sup>i</sup> *Abydos* insula in Europa super Hellespontum posita, angusto et periculoso mari separata, et *ἄβυδος* Graecae dicta, quod sit introitus Hellesponti maris, in quo Xerxes pontem ex navibus fecit, et in Graeciam transiit.

18. <sup>j</sup> *Coos* insula adiacens provinciae Atticae, in qua *Hippocrates* medicus natus est, quae, ut Varro testis est, arte lanificii prima in ornamentum seminarum inclaruit.

<sup>a</sup> *Tylos*.... ferens omni tempore fol. Al., virans o. t. f. <sup>b</sup> Ipsa est et *Paphos*. Hoc non referri ad Cyprum insulam, sed ad urbem in ea, quae olim *Cypros* dicebatur, et *Paphos* sivebat Chacon.

<sup>c</sup> Ibi enim prima huius metalli. inv. Plin., lib. viii, cap. 56, et lib. xxxiv, cap. 2.

<sup>d</sup> Haec primum a temperie caeli. E Solin., cap. 17.

<sup>e</sup> Prima etiam rem. Ex eod.

<sup>f</sup> Jura fixit. Solinus, jura junxit. Vid. Platon. in Minoe.

<sup>g</sup> Cervis eget. Ex Solin., Plin., lib. viii, cap. lxxiii: Mirabilitus in ead. insula (*Creta*) cervos, praeterquam in *Cydoniatarum Regione*, non esse.

<sup>h</sup> Phalangos autem. Sic vero legit Solinus: Phalangium aranei genus est, si nism quaras, nulla vis est, si potestatem, ictum hominem veneno interficit.

<sup>i</sup> *Abydos* insula. *Abydos* neque insula, neque in Europa est, sed ut ait Solinus, de Hellesponto loquens: *Abydos Asiae est, et Sestos Europae*. Serv. ad vers. Fauces tentantur *Abydi*. Georg. 1. *Sestos* et *Abydos civitates sunt Hellesponti, quae angusto et periculoso mari segregantur*. Nos haec aliis concinnanda reliquimus.

<sup>j</sup> *Coos*. Solinus: *Multae quidem insulae objacent Atticae continenti, sed suburbanae ferme sunt Salamis, Sunium, Cos, Ceos, etc., quae ut Varro testis est, villosioris vestis amicula arte lanificae scientiae prima*

175 13. <sup>k</sup> *Cyclades* insulae antiquitus Graeciae fuerunt, quas inde *Cycladas* autumant dictas, quod licet spatiis longioribus a *Delo* projectae, in orbem tamen circa *Delum* sitae sint. Nam orbem *κύκλον* Graeci loquuntur. <sup>l</sup> Quidam vero non quod in orbem digestae, sed propter scopulos qui circa eandem sunt, dictas putant *Cyclades*.

20. Haec in Hellesponto inter Aegaeum, et Mæneum mare constitutae circumdantur etiam pelago Myrtum. <sup>m</sup> Sunt autem omnes numero quinquaginta tres, <sup>n</sup> tenentes a Septentrione in Meridiem millia quingenta: ab Oriente in Occasum millia ducenta: metropolis earum *Rhodus*.

21. *Delos* insula, in medio *Cycladum* sita. Et dicta *Delos* fertur, quod post diluvium quod Ogygii temporibus notatur, cum orbem multis mensibus continua nox inumbrasset, ante omnes terras radiis solis illuminata est, sortitaque ex eo nomen, quod prima manifestata fuisse visibus. <sup>o</sup> Nam *δῆλον* Graeci manifestum dicunt. <sup>p</sup> Ipsa est et *Ortygia*, eo quod primum ibi visae sunt *coturnices* aves, quas 176 Graeci *ὄρτυγας* vocant. <sup>q</sup> In hac insula *Latona* enixa est *Apollinem*, et *Dianam*. *Delos* autem, et civitas dicitur, et insula.

22. <sup>r</sup> *Rhodos* *Cycladum* prima ab Oriente, in qua <sup>s</sup> rosae capitulum dicitur esse inventum, dum ibi civitas conderetur, ex quo et urbs, et insula *Rhodos* est appellata. In hac urbe solis colossus fuit aereus septuaginta cubitorum altitudine. Fuerunt et alii centum numero in eadem insula colossi minores.

23. <sup>t</sup> *Tenedos* una ex *Cycladibus* ad Septentrionem sita, in qua olim civitas a *Tene* quodam condita est. Unde nomen urbis illius, vel potius insulae fuit. <sup>u</sup> Nam *Tenes* iste infamatus, quod cum noverca sui concubisset, fugiens hanc insulam vacuum cultoribus obtinuit; unde et *Tenedos* insula dicta est;

in ornatum seminarum dedit. In Solin. Ms. Ecclesiae Tolet. libro, *Ceos, Cos* legitur, et quidem jam pridem questus est *Hermolaus Barb.* harum vocum affinitate saepe peccatum a librariis in bonis auctoribus. Ita ut jam prope usurcapta sint a *Coos*, quae *Ceos* erant fortasse propria; sed lanificium fuerit, Plinio auctore, utrique commune. *Hippocrates* tamen communis esse non potuit, quem fuisse constat *Coom*. Sed *Coos* *Hippocratis* patria non objacet Atticae in mari Aegaeo, sed *Rhodo* in *Icario* pelago.

<sup>k</sup> *Cyclades*... quas inde *Cycl.* aut. E Solin. <sup>l</sup> Quidam vero non quod in orb. Vid. Serv., *Æn.* iii ad *Cycladas*, et *creb*...

<sup>m</sup> Sunt autem omnes num. Ex Oros.

<sup>n</sup> Tenentes. Ita Goth. omnes. *Tendentes* non displicet, ex Vule.

<sup>o</sup> Nam *δῆλον* Graeci. Verba sunt Serv., *Æn.* iii.

<sup>p</sup> Ipsa est et *Ortygia*. E Solin., cap. 17.

<sup>q</sup> In hac insula *Latona*. Verba Serv., *Æn.* iii, ad vers. *Sacra mari colitur*.

<sup>r</sup> *Rhodos* *Cycladum* prim. Ex Oros.

<sup>s</sup> Rosae capitulum. Al. capitulum, al. capulum, al. capulum, forte cohium, vel coivum. Glosa. *κύκλον ῥόδου μανικόνος*.

<sup>t</sup> *Tenedos*. Ex Oros.

<sup>u</sup> Nam *Tenes* iste... dicta est. E Serv., *Æn.* ii, ad vers. *Tenedos* notissima fama.



\* sic Cicero : *Tenen ipsum, cujus ex nomine Tene-* A  
*dos nominatur.*

24. <sup>b</sup> *Carpathos* una ex *Cycladibus* a Meridie posita  
c contra *Ægyptum*, a 177 qua *Carpathium* mare ap-  
pellatum est, vocata propter celerem fructuum maturi-  
ritatem. <sup>d</sup> Est enim inter *Ægyptum* et *Rhodom*. Ex  
hac insula dicuntur et *Carpasiæ* naves magnæ et  
spatiosæ.

25. \* *Cythera* insula una ex *Cycladibus* a parte Oc-  
cidua sita, cujus *Porphyris* antea nomen fuit. *Cy-  
thera* autem vocata, quod ibi *Venus* sit orta.

26. <sup>f</sup> *Icaria* insula una de *Cycladibus*, quæ *Icaro*  
mari nomen dedit. Hæc inter *Sanium*, et *Myconum*  
procurrentibus saxis inhospitalis est, et nullis sini-  
bus portuosa. Dicitur autem *Icarum* Cretensem ibi  
naufugio interiisse, et de exitu hominis impositum  
nomen loco.

27. <sup>e</sup> *Naxos* insula ante *Dionysias* dicta, quasi  
*Dionaios*, quod fertilitate vitium vincat cæteras; est  
autem a *Delo* xviii millia passuum separata, ex qua  
olim *Jovis* fertur adversus *Titanas* fuisse profectus.

28. <sup>h</sup> *Melos* ex numero *Cycladum*, una omnium  
insularum rotundissima, unde et nuncupata.

178 29. Historia dicit ex *Jasone* natum fuisse *Phi-  
lomelum* et *Plutum*; ex *Philomelo* *Paræantum* genitum,  
qui de suo nomine *Paron* insulam et oppidum appel-  
lavit, prius autem *Minoia*, deinde *Paros* dicta. <sup>i</sup> De  
qua *Virgilius*: *Niveamque Paron*. Gignit enim marmor  
candidissimum, quod *Parium* dicunt. Mitit et sard-  
dam lapidem, marmoribus quidem præstantiorem,  
sed inter gemmas vilissimum.

30. *Chios* insula *Syra* lingua appellatur, eo quod  
ibi mastix gignitur. <sup>j</sup> *Syri* enim *Masticem* *Chio* vocant.

31. *Samos* insula est mari *Ægæo*, ubi nata est  
*Juno*; ex qua fuit sibylla *Samia*, et *Pythagoras* *Sami-  
us*, a quo philosophiæ nomen inventum est. In  
hac insula reperta prius stictilia vasa traduntur. Unde  
et vasa *Samia* appellata sunt.

32. *Sicilia* a *Sicano* rege *Sicania* cognominata est,  
deinde a *Siculo* Itali fratre *Sicilia*. Prius autem *Tri-*

*nacria* dicta propter tria *ἄκρα*, id est, promontoria,  
*Pelorum*, *Pachynum*, et *Lilybæum*. <sup>k</sup> *Trinacria* enim  
Græcum est, quod Latine *triquetra* dicitur, quasi in  
tres quadras divisum. <sup>l</sup> Hæc ab Italia exiguo freto  
discreta, *Africum* mare prospertans, terris frugi-  
fera, auro abundans, cavernis tamen, et fistulis pe-  
netrabilis, ventisque, et sulphure plena. Unde et ibi  
*Ætnæ* montis exstant incendia: in cujus freto *Scylla*  
est, et *Charybdis*, quibus navigia aut absorbentur,  
aut colliduntur.

179 33. Fuit autem <sup>m</sup> quondam patria *Cyclo-  
pum*, et postea nutrix tyrannorum, frugum fertilis,  
ac primum terris omnibus commissis seminibus ara-  
tro proscissa. Principem urbium *Syracusas* habet:  
fontem *Aréthusam*, et *Alphæum* fluvium magnorum  
B generatorem eorum. In ea insula <sup>n</sup> primum est in-  
venta comædia.

34. *Achaten* lapidem ipsa primum ex *Achate* flu-  
mine dedit. Parturit et mare ejus coralium; <sup>o</sup> gignit  
et sales *Agrigentinos* in igne solubiles, crepitantes  
in aquis. Omnis ambitus ejus clauditur stadiorum  
tribus millibus. *Sallustius* autem dicit Italiæ con-  
iunctum fuisse *Siciliam*, sed medium spatium im-  
petu maris divisum, et <sup>p</sup> per angustiam scissum.

35. *Tapsus* insula stadiis decem a *Sicilia* remota  
jacens, et planior, unde et nuncupata. De qua *Vir-  
gilius*: <sup>q</sup> *Tapsumque jacentem*.

36. *Æoliæ* insula: *Siciliæ* appellatae ab <sup>r</sup> *Æolo*  
*Hippotæ* filio, quem poetæ fixerunt regem fuisse  
ventorum, sed, ut *Varro* dicit, rector fuit istarum  
C insularum, et quia ex earum nebulis et fumo futuros  
prædicebat status ventorum, ab imperitis visus est  
ventos sua potestate retinuisse. Eadem insulae et  
*Vulcaniæ* vocatur, quod et ipsa, sicut *Ætna* ardeant.

37. Sunt autem novem habentes propria nomina,  
quarum primam *Lyparus* quidam *Lyparen* vocavit,  
qui eam ante *Æolum* rexit. Altera <sup>s</sup> *Hiera* vocatur,  
quod sit collibus eminentissimis; reliquæ vero, id  
est, *Strongyle* *Didyme* *Ericusa*, <sup>t</sup> *Hephæstias*,  
*Phœnicusa*, *Evonimos*, *Ericodes*, *Phœnicodes*; quæ

<sup>a</sup> Sic Cicero. Varr. iii.

<sup>b</sup> *Carpathos*. Ex Oros.

<sup>c</sup> Contra *Ægyptum*, aqua *carpathium* mare. Acro in  
Hör.

<sup>d</sup> Est enim inter *Ægyptum*, et *Rhod*. E Serv., *Æn.* iii.

<sup>e</sup> *Cythera*. Ex Oros. et Solin., licebit etiam *Cy-  
theræam* appellare. *Stephanus*, λέγεται καὶ ἡ νῆσος,  
καὶ ἡ γῆνὴ κυθήρα. Serv., *Æn.* i, ad illud.: *At Cy-  
theræa* novas artes. *Cytheræa* ab insula, inquit, quæ  
plurali tantum numero dicitur, ut sunt alia *Cythera*.  
*Æn.* x.

<sup>f</sup> *Icaria* una de *Cycladibus*. *Solinus*: *De Sporadibus*  
est *Icaros*. Sed *Cycladas* quoque *Sporadas* lexisse vide-  
tur *Virgilius*, cum dixit: *Sparsasque peræquor Cycladas*.

<sup>g</sup> *Naxos* insula ante *Dionysias* dicta. *Solinus*. *Naxos*  
*Dionysias* prius, quam *Naxos* dicta; vel quod hos-  
pita libero Patri, vel quod fertilitate vitium vincat cæ-  
teras. Quare autem *Naxos* dicta sit, *Diod.* Sicul. lib.  
vi. Illud vero, quasi *Dionaxon*, adulterinum duco;

<sup>h</sup> *Melos*. E Solin.

<sup>i</sup> De qua *Virg.* *Niveamque Paron*. *Æn.* iii.

<sup>j</sup> *Syri* enim *Masticem*. Ead. leguntur in libell. de  
Locis Heb. ex Act. apost., inter Hieronymi Opera.

<sup>k</sup> *Trinacria*... quod Latine *triquetra*. *Plinius* et *So-  
lin.*, *triquetra*; sed *triquadram* scripsisse *Isidorum*  
verisimile est ex etymologia, et ex *Quintiliano* qui  
lib. i, cap. 5. *Etymologia* inquit nonnunquam *barbara*  
ab emendatis conatur discernere, ut cum *Tr. quetrum* dici  
*Siciliam*, an *triquadram* oporteat, etc.

<sup>l</sup> Hæc ab Italiæ exig. fret. Ex *Justin*, lib. iv, in  
princip.

<sup>m</sup> Fuit autem quondam Patria. Ex Oros., lib. ii, cap. 4.

<sup>n</sup> Primum est incerta Comædia. Ex Solin.

<sup>o</sup> Gignit et sales *Agreg*. Ex eod. Idem, inf., lib.  
xvi, cap. 2.

<sup>p</sup> Et per angustiam scissum. Id., sup., l. xiii, c. 18.

<sup>q</sup> *Virg.*: *Tapsumque jacentem*. Ubi Serv.: *Insula*  
non longe a *Syraculis* fluctibus pene par.

<sup>r</sup> *Æolo Hippotæ* fil. E Serv., *Æn.* i, ad vers. *Æo-  
liam* veni.

<sup>s</sup> *Hiera* quod sit collibus emin. Sive quod ἱερόν, hoc  
est, sacrum pro magno usurpant, ita uti nos Græci  
s.ve, ut ait *Solinus*, quod sit *Vulcano* præcipue sacra.

<sup>t</sup> *Hephæstias*. Hæc in Editione *Margarini* non est,  
et quidem sine ea numerus constat. *Solinus* et *Pli-  
nius* septem tantum esse dicunt.

quoniam nocte ardent *Æoliae*, **180** sive *Vulcaniæ* A dicuntur, ex iis quædam ab initio non fuerunt, postea mari editæ usque nunc permanent.

38. *Stachades* insulæ Massiliensium sexaginta millium spatio a Continenti in fronte a Narbonensis provinciæ, qua Rhodanus fluvius in mare exit. Dictæ autem Græcæ *Stachades*, quasi opere in ordinem sint positæ.

39. *Sardus*, Hercule procreatus, cum magna multitudine a Libya profectus *Sardiniam* occupavit, et ex suo vocabulo insulæ nomen dedit. Hæc in Africo mari facie vestigiū humani, b in Orientem quam in Occidentem latior prominat, ferme paribus lateribus, quæ in Meridiem et Septentrionem vertunt, ex quo ante commercium a navigantibus Græcorum *Ἰχθυος* appellata est.

40. Terra patet in longitudine millia cxx., latitudine xl. In ea neque serpens gignitur, neque lupos, sed c solifuga tantum animal exiguum hominibus perniciosum. Venenum quoque ibi non nascitur, d nisi herba per scriptores plurimos, et poetas memorata, apiastro similis, quæ hominibus rictus contrahit, et quasi ridentes interimit. e Fontes habet Sardinia calidos, infirmis medelam præbent-<sup>s</sup>, furibus cæcitatem, si sacramento dato oculos aquis tetigerint.

41. *Coraciæ* insulæ exordium incolæ Ligures dederunt, appellantes **181** eam ex nomine ducis. Nam quædam *Corsa* nomine f Ligur mulier, cum Taurum ex grege, quem prope littora regebat transnatare solitum, atque per intervalla corpore aucto remeare videret, cupiens scire incognita sibi pabula, taurum a cæteris digredientem usque ad insulam navigio prosecuta est. Cujus regressu insulæ fertilitatem cognoscentes Ligures, ratibus ibi profecti sunt, eamque nomine mulieris auctoris, et ducis appellaverunt.

42. Hæc autem insula Græcæ *κίρυν* dicitur, a Cyrno Herculis filio habitata. De qua Virgilius : *Cyrnos taxos*. g Dividitur autem a Sardinia xx mil-

lium freto, cincta Ligustici æquoris sinu ad prospectum Italiæ. Est autem multis promontoriis angulosa, gignens lætissima pabula, et lapidem quem *cathochites* Græci vocant.

43. h *Ebosus* insula Hispaniæ dicta, quod a *Zanio* non procul sit, quasi *ebosus*. Nam lxx stadiis ab ea distat, cujus terram serpentes fugiunt. Huic contraria est Colubraria, quæ referta est anguibus.

44. i *Baleares* insulæ Hispaniæ, duæ sunt, *Aphrosiade* et *Gymnasiæ*, et major et minor. Unde et eas vulgus *majoricam* et *minoricam* nuncupant. **182** In iis primum insulis inventa est funda, qua lapides emittuntur, unde et *Baleares* dictæ; j *βάλαν* enim Græcæ mittere dicitur; k unde et *ballista*, quasi *missa et fundibulum*. Virgilius : *Balearis verbere fundæ*.

B

## CAPUT VII.

## De promontoriis.

1. Commune est insulis, ut *promineant*; inde et loca earum *promontoria* dicuntur. Sic l Sallustius de Sardinia : *In Orientem latior prominat quam in Occidentem*.

2. m *Sigæum* promontorium Asiæ, ubi Hellespontus aperitus dilatatur. Dictum autem *Sigæum* propter Herculis taciturnitatem, quia prohibitus hospitio a Laomedonte Trojanorum rege, simulavit abcessum, et inde contra Trojam cum silentio venit, quod dicitur *σῆν*.

3. *Maleum* promontorium Græciæ, quod intrat mare, et per millia quinquaginta protenditur, abi unda ita sæva est, n ut persequi navigantes videatur. Hoc autem promontorium a *Maleo* rege Argivorum nomen accepit.

**183** l. o *Pelorum* promontorium Siciliæ respiciens ad Aquilonem, secundum Sallustium dictum a gubernatore Annibalis illic sepulto.

5. p *Pachynum* promontorium Siciliæ, Austrum spectans, ab aeris crassitudine dictum. Nam *παχύς* est pinguis, et crassus, Austro enim perflatur

nesias dictas ait, quod æstate nudi, quasi palestrite incedant.

i *βάλαν* enim Græc. Eod. mod., inf., lib. xviii, cap. 10.

k Unde *ballista*, quasi *missa et fundibulum*. In veteres lib., hic et lib. xviii, cap. 10, et apud Aug., in ps. lrv. Et Veget., lib. 1, cap. 16 : *Teretes lapides de funda, vel de fustibulo*; et lib. ii, cap. 15 : *Funditores, qui ad fundas, vel fustibulos*; et lib. iii, cap. 4 : *Fustibulus fustis est longus. Quare fundibulum minus legendum, non fundibulum*.

CAP. VII. — l Sic Sallustius de Sardinia. Qui citatur (ut superiori capite diximus) ab Agellio, et Non., ex lib. ii Hist.

m *Sigæum prom.... σῆν*. E Serv., *Æn.* ii, ad illud : *Sigæus igni freta late raluç*. Ubi codex Servii Vaticanus : q. d. *σῆν*.

n *Ut persequi navig.* Servius, *Æn.* 5, ad illud : *Malacæ quæquibus undis : sequaces, inquit, id est, persœntrices*.

o *Pelorum prom.* Ex eod., *Æn.* iii, ad illud : *Resercent claustra Pelori*. Illud tamen, respiciens Aquilonem, Oros. est, lib. 1, cap. 2.

p *Pachynum.* Item o Serv., *Æn.* iii, ad verba : *Profectaque saxa Pachini*, et voces pinguis et alienæ videbantur Cliaconi, neque immerito.

In fronte Narbon. Prov. Oros., lib. 1, cap. 2.

b In Orientem, quam in Occidentem latior. Locos est ex lib. ii Histor. Sallustii citatus ab Agell., lib. xii, cap. 28. Cui ex Isidoro addi hæc possunt : *Ferme puribus lateribus, quæ in Meridiem, et Septentrionem vertunt*. Corrigendus idem apud Non. in *Facies*. Voces autem ante commercium Cliaconi suspectæ erant.

c *Sed solifug.* Sup., lib. xii, cap. 3.

d *Nisi herba.* Ex Isidoro emendandus Servii locus, Eclog. 8 Unde sunt hæc.

e *Fontes habet.* Ex Solin.

f *Ligur mulier.* Citat hæc Priscian., lib. vi, ex Sallustii lib. ii Histor. : *Sed ipsi serunt, Taurum ex grege, quem prope littora regebat Corsa nomine Ligur mulier, ex quo intelligitur totum hunc locum esse Sallustii*.

g *Dividitur autem a Sardinia.* Oros., ibid.

h *Ebosus.* Oros., ibid. Cæterum de Etymol. Quod non procul a *Zanio*, amplius querendum, sive *Zanio*, sive *Diano* legas.

i *Baleares Insulæ duæ.* *Aphrosiades, et Gymnasiades.* Forte, *Aphrosiades*, sic dictæ quod (ut ait Arist. lib. sept. *θωπευτ. ἀνωματων*) apud hos majore in pretio lemmæ sint quam viri. De *Gymnasiis*, Plin., lib. iii, cap. 5 : *Baleares funda bellicosas Græci Gymnasias dicere.* Diodor. Siculus, lib. vi, cap. 1, Gym-

6. <sup>a</sup> *Lilybæum* promontorium Siciliæ, solis Oceanum intendens, vocatum ab ejusdem nominis civitate, quæ ibi est sita.

7. <sup>b</sup> *Borion* promontorium Numidiæ vocatum, eo quod Aquilonem intendat. Hoc *Hipponem Rhegium* postea dictum, pro eo quod sit æquore interruptum.

8. *Calpe* Hispaniæ promontorium.

### 184 CAPUT VIII.

*De montibus, cæterisque terræ vocabulis.*

1. Montes sunt tumores terrarum altissimi dicti, quod sint eminentes. Quidam autem propriis ex causis vocati sunt, ex quibus notandi sunt, qui opinione maximi celebrantur.

2. Mons *Caucasus* ab India usque ad Taurum porrectus, pro gentium ac linguarum varietate, quoquo-versum vadit, diversis nominibus nuncupatur. Ubi autem ad Orientem in excelsiorem consurgit sublimitatem, propter nivium candorem *Caucasus* nuncupatur. Nam Orientali lingua *Caucasum* significat candidum, id est t, nivibus densissimis candicantem. Unde et eum Scythæ, qui eidem monti junguntur,  *Croacasina* vocaverunt. *Casim* enim apud eos *candor*, sive *nix* dicitur.

3. Mons *Taurus* a plerisque idem vocatur qui et *Caucasus*.

4. <sup>d</sup> *Libanus* mons Phœnicum altissimus, cujus meminerunt prophætæ : dictus a *thure*, quia ibi colligitur; cujus ea pars, quæ est super eum ad Orientalem plagam respiciens, *Antilibanus* appellatur, id est, *contra Libanum*.

5. <sup>e</sup> *Ararath* mons Armeniæ, in quo arcam historiæ post diluvium resedisse testantur. Unde et usque hodie ibidem lignorum ejus videntur vestigia.

185 6. <sup>f</sup> *Acroceraunii* montes propter altitudinem, et fulminum jactus vocati sunt. Græcè enim fulmen *ξίπαινος* dicitur. Sunt autem inter Armeniam et Iberiam, incipientes a portis Caspiis usque ad fontem Tigrilis fluvii.

7. *Hyperborei* montes Scythiæ dicti, quod *supra*, id est, *ultra* eos fiat *Boreus*.

8. <sup>g</sup> *Riphræi* montes in capite Germaniæ sunt a perpetuo ventorum flatu nominati. Nam *ρίφρη* Græcè *impetus* et *ὄρη* dicitur, *ἀπὸ τοῦ πίπτειν*.

9. *Olympus* mons Macedoniæ nimium præcelsus, ita ut sub illo nubes esse dicantur (<sup>h</sup> De quo Virgilius :

<sup>a</sup> *Lilybæum*. Ex Oros., ibid.

<sup>b</sup> *Borion prom.* Solin., cap. 30 : *Borion promontorium, quod Aquilone cæditur, Græci advenæ sic vocaverunt.* Quæ vero sequuntur de Hipponem, Rhegio postea dicto, sunt quidem ex eod. Solino, sed non erant hujus loci, tantum abest, ut superioribus fuerint annexenda.

CAP. VIII. — <sup>c</sup> *Croacasina*. Al., *Graucasum*. Vid. Plin., lib. vi, cap. 18, et Solin., cap. 52.

<sup>d</sup> *Libanus...* dictus a *thure*. Est enim Hebræis לִבְנוֹן *libona*, *thure*.

<sup>e</sup> *Ararath*. Ex Hieron., de Locis Hebraic. Gen., cap. 8.

<sup>f</sup> *Acroceraunii*. E Serv., *Æn.* ii, ad vers. : *Vicina Ceraunia juxta*; et Georg. i, ad vers. : *Alta Ceraunia elo deficit.*

<sup>g</sup> *Riphræi montes*. E Serv. Georg. iii, ad illud : *Gens*

*Nubes excessit Olympus*). Dictus autem <sup>i</sup> *Olympus*, quasi *Ololampus* (id est, <sup>j</sup> quasi *cælum*). Hic mons Macedoniam dividit a Thracia.

10. <sup>k</sup> *Athos* mons Macedoniæ, et ipse altior nubilus, tantoque sublimis, ut in Lemnum umbra ejus pertendat, quæ ab eo lxxvi millibus separatur.

11. <sup>l</sup> *Parnassus* mons est Thessaliæ juxta Bœotiam, qui gemino vertice est erectus in cælum. Hic in duo finditur juga, *Cyrrham* 186 et *Nissam*, unde et nuncupatus, eo quod in singulis jugis colebantur Apollo, et Liber. Hæc juga a duobus fratribus *Cithæron*, et *Helicon* appellantur. Nam *Helicon* dictus ab *Helicone* fratre *Cithæronis*.

12. Item *Ceraunii* sunt montes Epiri, a crebris dicti fulminibus. Græcè enim fulmen *ξίπαινος* dicitur.

B 13. *Apenninus* mons appellatus, quasi *Alpes Pœniæ*, quia Hannibal veniens ad Italiam easdem Alpes aperuit, unde et Virgilius : *Alpes immittet apertas*. Hæc enim Hannibal <sup>m</sup> post bella Hispaniæ aceto rupit. Juvenalis : *Et montem rupit aceto*. Et inde loca ipsa quæ rupit *Pœniæ Alpes* vocantur.

14. Mons *Ætna* ex igne, et sulphure dictus; <sup>n</sup> unde et *Gehenna*. Constat autem hunc ab ea parte qua Euris, et Africus flat, habere speluncas plenas sulphuris, et usque ad mare deductas; quæ speluncæ recipientes in se fluctus ventum creant, qui agitated ignem gignit ex sulphure, unde fit quod videtur incendium.

15. *Pyrenæus* et ipse a crebris fulminum ignibus nuncupatus. Græcè enim ignis *πύρ* vocatur. Is e est, qui inter Galliam atque Hispaniam, quasi de industria, inunimentum interjacet.

16. <sup>o</sup> *Solorius* a singularitate dicitur, quod omnibus Hispaniæ montibus solus altior videatur, sive quod, oriente sole, ante radius ejus in eo quam ipse cernatur.

17. *Calpe* mons in ultimis finibus Oceani, qui dirimit Europam ab Africa, quem Atlantis finem esse dicunt. <sup>p</sup> De quo Lucanus :

Hesperiam Calpen, summumque implevit Atlantem.

Atlas Promethei 187 frater fuit, et rex Africae, a quo astrologiæ artem prius dicunt excogitam, ideoque dictus est sustinuisse cælum. Ob eruditionem igitur ejus disciplinæ et scientiam cœli, nomen ejus in montem Africae derivatum est, qui nunc *Atlas* cognomi-

D *effrena virum Riphræo*.

<sup>h</sup> De quo Virgilius : *Nubes excessit Olympus*. Apud Maronem hæc nusquam sunt.

<sup>i</sup> *Olympus, quasi Ololamp*. Ex eod., *Æn.* iv, ad illud : *Ipsæ Deum tibi*.

<sup>j</sup> *Quasi cælum*. Hoc Isidori profecto non est.

<sup>k</sup> *Athos...* qui ab eo lxxvi. mill. Ita Solin., cap. 21.

<sup>l</sup> *Parnassus*. Serv., *Æn.* x. *Parnassus mons est Thessaliæ juxta Bœotiam, qui in duo finditur juga, Cithæronem Liberi, et Heliconem Apollinis, et Musarum*. Itemque lib. vii; *Cyrra autem, et Nysa urbes sunt sub eisdem jugis sitæ*.

<sup>m</sup> *Post bella Hispaniæ*. E Serv., *Æn.* x, ad vers. : *Exitum magnæ*.

<sup>n</sup> *Unde et gehenna*. Hoc quam vim habeat nescio.

<sup>o</sup> *Solorius*. Vid. Plin., lib. iii, cap. 1.

<sup>p</sup> *De quo Lucanus*. Lib. i.

natur, qui propter altitudinem suam, quasi cœli machinam atque astra sustentare videtur.

18. *Alpes* autem proprie montes Galliæ sunt, de quibus Virgilius: *Aerias Alpes*. Et dicendo *aerias*; verbum expressit a verbo. Nam Gallorum lingua *Alpes montes alti* vocantur. Hæ sunt enim quæ Italiæ murorum exhibent vicem.

19. *Colles* sunt præminentiora juga montium, quasi colla.

20. *Juga* autem montium ex eo appellata sunt, quod propinquitate sui *jungantur*.

21. *Tumulus* est mons brevis, quasi *tumens tellus*. Item tumulus, terra congesta, ubi nulla memoria est.

22. *Valles* sunt humilia loca quasi *vulsa*. Hinc et *convalles*, depressa loca terrarum inter montes.

**188** 23. *Campus* est terrarum planities. Dicitur autem *campus*, quod brevis sit pedibus, nec erectus ut montes, sed patens, et spatia suo porrectus, et jacens; unde et Græce *παιδιον* dicitur. Sumpsit autem nomen ex Græca etymologia; *χαμαί* enim Græci *breve* dicunt.

24. *Solum* est omne, quod sustinet, a soliditate dictum scilicet, unde et de mari Virgilius ait: *Subtrahiturque solum*.

25. *Saltus* sunt vasta et silvestria loca, ubi arbores exsiliunt in altum.

26. *Fauces* sunt angustorum locorum aditus inter duos montes, loca angusta, et pervia, dicta a faucium similitudine, quasi *foces*.

27. *Confrages*, loca in quæ undique venti currunt, ac sese frangunt, ut Nævius ait: *In montes ubi venti frangebant locum*.

28. *Scabra* sunt loca situ aspera, unde et *scabies* dicitur, a corporis asperitate.

29. *Lustra* obscura latibula ferarum et luporum

<sup>a</sup> Nam Gallorum lingua *Alpes m. a.* E Serv., *Æn.* iv, ad illud: *Alpini Boreæ*. At Festus.... *Album quod nos dicimus, a Græco, quod est ἀλφίον, est appellatum... Sabini tamen Alpium dixerunt. Unde credi potest nomen Alpium a candore nivium vocatum.*

<sup>b</sup> Item tumulus terra congesta. Deesse videtur aliquid. Serv. *Æn.* iii, ad vers.: *Fortis fuit juxta tumulus, etc. Hoc sermone, (inquit) et collem, et sepulcrum fuisse significat.*

<sup>c</sup> *χαμαί en. m.* Vid. sup., lib. xii, in voce *Camel.*, inf. lib. xx, cap. 11, in *Cama*.

<sup>d</sup> *Solum est... quod sustinet.* E Serv., *Æn.* vii, ad vers. *Cæcæ solum*. Locus vero ab Isidoro citatus, *Æn.* v.

<sup>e</sup> *Fauces sunt.* E Serv. *Ut bivias armato obsidam.* *Æn.* xi.

<sup>f</sup> *Confrages.* Festus: *Confrages loca dicuntur in quæ undique constuunt venti. Nonius: Confruges loca, in quæ diversi constuunt rivi.*

<sup>g</sup> *Scabra sunt loca s. a.* E Serv. ad vers. *Scabra rubigine*, Georg. i. Sed vox *locum* apud eum non legitur.

<sup>h</sup> *Lustra.* Idem, *Æn.* i, ad vers. *Lustrabunt conveza.* — *Lustra, et ferarum cubilia, et lupanaria per contrarium dicimus, quia parum illustrantur.*

<sup>i</sup> *Lucus.* Idem, ad vers. *Lucus in Urbe fuit summ.* *Æn.* i: *Lucus autem dicitur, quod non luceat, non quod sint ibi lumina causa religionis.*

<sup>j</sup> *Aviaria.* Idem, Georg. ii: *Aviaria secreta nemora, quæ aves frequentant.*

<sup>k</sup> *Amæna loca* Varro. Illic Verrius et Varro alter

*cubilia* sunt, unde et *lupanaria lustra* dicuntur, per contrarium videlicet, quia parum illustrantur.

30. <sup>i</sup> *Lucus* est locus densis arboribus septus, solo lucem detrahens. Potest et a *collucendo* crebris luminibus dici, quæ ibi propter religionem gentilium cultumque fiebant.

**189** 31. *Deserta* vocata, quia non seruntur, et ideo quasi deseruntur, ut sunt loca silvarum et monium, contraria uberrimarum terrarum, quæ sunt uberrimæ glebæ.

32. *Devia* sunt loca secreta et abdita, quasi extraviam; ipsa sunt et *invia*. Inde et *Ariaria* secreta loca et a via remota, aut tantum adibilia avibus; unde est illud: *Incultæ rubent aviaria bacis*.

33. <sup>k</sup> *Amæna* loca Verrius Flaccus dicta ait, eo quod solum amorem præsentent, et ad se amanda alliciant. Varro, quod sine munere sunt, nec quodquam in his officii, quasi amonia, hoc est, sine fructu. unde et nullus fructus exsolvitur. Inde etiam nihil præstantes *immunes* vocantur.

34. <sup>l</sup> *Aprica* loca, quæ sole gaudent, quasi *ἀπρὸς ψοixns*, id est, *sine frigore*, sive quod sint aperto cælo.

35. *Opaca* vero loca, quasi operta cælo, aprico contraria.

36. <sup>m</sup> *Lubricum* dici (constat) locum, ab eo quod ibi quis labitur; et *lubricum* dicitur, non quod labitur, sed in quo labitur.

37. <sup>n</sup> *Æstiva* sunt loca umbrosa, in quibus per æstatem vitant pecora solis ardorem. Statius:

Et umbrosi patuere æstiva Lycæi.

38. <sup>o</sup> *Navalia* sunt loca ubi naves fabricantur. Hoc et *P textrinum* vocatur.

**190** 39. <sup>q</sup> *Statio* est ubi ad tempus stant naves.

alterius sedem occupaverat, ut constat ex Festo, et Serv., *Æn.* vi, ad vers. *Amæna vireta*, et *Æn.* v, ad *Tartara* habent.

<sup>l</sup> *Aprica loca.* E Serv. *Æn.* vi: *Trans pontum fugat.*

<sup>m</sup> *Et lubricum dicitur non quod labitur.* Quod quidem ad locum attingit; alioqui *lubricum* dicitur et quod labitur, et in quo labitur. Serv., *Æn.* ii: *Lubricum dicitur quod labitur, dum tenetur, ut piseis, et in quo labimur, ut:*

... Sese opposuit Salio per lubrica surgens.

Et Isidorus ipse, lib. x: *Lubricus, ab eo quod labitur.* Quare nihil hic opus ulla correctione, consentientibus præsertim libris omnibus, tantum qua de re sit sermo attendisse oportuit.

<sup>n</sup> *Æstiva* E Serv. Georg. 3.

<sup>o</sup> *Navalia.* Ex eodem, *Æn.* xi.

<sup>q</sup> *Hoc et textrinum.* Serv., *Æn.* ii, ad vers. *Ædificant, sectaque intex.* — *Translatio* (inquit) a *navibus*, ut Cicero: *Navem tibi ædificatam esse Messanæ. Item intexunt, ut:*

Bidenas Italo texamus robore naves.

Ad hanc videtur textrini notionem respexisse Cicero, lib. iv, act. 2. in Verrem dicens: *Insula, judices, Melita est satis lato a Sicilia mari periculoso et disjuncta. in qua est eodem nomine oppidum, quo iste nunquam accessit, quod tamen isti texturam per triennium ad muliebrem vestem conficiendam suil. Ludens, scilicet, in voce ambigua.*

<sup>q</sup> *Statio est.* E Serv., *Æn.* ii.

Portus ubi hiemant ; <sup>a</sup> importunum autem ubi nul- A lum refugium, quasi nullus portus.

40. <sup>b</sup> Portus autem locus est ab accessu vento- rum remotus, ubi hiberna opponere solent. Et portus dicitur a deportandis commerciis ; hunc veteres a <sup>c</sup> bajulandis mercibus baius vocabant, illa declinatione a *baia baias*, ut a familia familias.

41. <sup>d</sup> Littus est terra aquæ et mari vicina. Et dictum littus, <sup>e</sup> quia fluctu eliditur, <sup>f</sup> vel quod æqua alluitur. <sup>g</sup> Cicero in Top. : Littus est qua fluctus eludit.

42. Circumlucium, locus quem aqua circumluit. Alluvium consumptio riparum ex aquis.

Margo est pars cuius ibet loci, ut puta maris, unde et nomen accepit.

Maritima, quasi maris intima.

43. Ostia ab ingressu et exitu fluminis dicta in mari.

Continens, perpetua terra, nec ullo mari discreta, quam Græci ἄπειρον vocant.

191 CAPUT IX.

De inferioribus terræ

1. Spcus est fossa sub terra, <sup>b</sup> quæ perspicī potest ; <sup>c</sup> σπήλαιον Græce spelunca Latine.

2. Spiracula appellata omnia loca pestiferi spiritus, <sup>d</sup> quæ Græci χαρωνία appellant, vel Acherontea. Etiam Varro spiraculum dicit hujuscemodi locum, et spiracula ex eo dicuntur loca qua terra spiritum edit.

3. Hiatus præruptio terræ profunda, quasi itus ; C proprie autem hiatus est omnis oris apertio, translata a feris, quarum aviditas oris adapertione monstratur.

4. <sup>a</sup> Profundum proprie, quasi cuius porro sit fundus ; abusive autem profundum, vel sursum vel deorsum dicitur, ut :

1 . . . Maria ac terras, Cælumque profundum.

<sup>a</sup> Importunum est. Serv. , Æn xi : Importunum autem est, quod caret portu, id est, quiete, ubi nullus est portus.

<sup>b</sup> Portus autem locus ab acc. v. r. Hæc ex margine assumpta credo. Sunt autem Virgilii verb., Æn. iii :

Portus ab accessu ventarum immotus...

Nec minus illa quæ sequuntur, quæ sunt ex iii Georg. :

Et stabula a ventis hiberno opponere soli.

<sup>c</sup> A bajulandis mercibus Baias.— Baiarum vero quæ prope Cumas alia est ratio, dicta namque a Ba: O Ulyssis socio illic sepulto, ut ait Serv., Æn. iii, ad vers. Huc ubi delatus Cumæam. Silius :

Unde ferant nomen Baisæ, comitemque dedisse Dulichis puppis stagno sus nomina mensurat.

<sup>d</sup> Littus est terr. a. c. m. v. Et quidem Servius modo littus definit terram aquæ vicinam, modo terram mari vicinam, quod utrumque inclusit Isidorus.

<sup>e</sup> Quia fluctu eliditur. Al., eluditur.

<sup>f</sup> Vel quod aqua alluitur. Al., alliditur.

<sup>g</sup> Cic... qua fluctus eludit. Al., elidit, de quolib. ii, cap. 50. Non est autem Ciceronis definitio, sed Aquilii.

CAP. IX. — <sup>b</sup> Specus . . . quæ perspicī p. Nempe ab aspiciendo dicitur. De genere et declinatione hu-

5. <sup>m</sup> Barathrum nimis altitudinis nomen est, et dictum barathrum, quasi vorago atra, scilicet, a profunditate.

6. <sup>n</sup> Erebus, inferorum profunditas atque recessus.

<sup>o</sup> Styx ἀπό τοῦ στενωποῦ, id est, a tristitia dicta, eo quod tristes faciat, vel quod tristitiam gignat.

7. <sup>r</sup> Cocytus, locus inferi. Cocytus autem nomen accepit, Græca interpretatione, a luctu et gemitu.

8. <sup>q</sup> Tartarus, vel quia omnia illic turbata sunt, ἀπό τῆς ταραχῆς, vel, quod est verius, ἀπό τοῦ ταρατρίζειν, id est, a tremore frigoris, 192 quod est algere, et rigere, scilicet, quia luce, soleque caret. Nam neque illic vapores sunt, qui ex solis luce gignantur, neque flatus, qui ejusdem motibus incitantur, sed

B perpetuus stupor : ταρατρίζειν enim horrere, et tremere apud Græcos legitur. Hic enim stetus et stridor dentium.

9. <sup>r</sup> Gehenna est locus ignis, et sulphuris, quem appellari putant a valle idolis consecrata, quæ est juxta murum Hierusalem, repleta olim cadaveribus mortuorum. Ibi enim Hebræi filios suos immolabant dæmonibus, et appellabatur locus ipse Gehennon. Futuri ergo supplicii locus ubi peccatores cruciandi sunt, hujus loci vocabulo designatur. Duplicem autem esse gehennam, et ignis, et frigoris (in Job legitimus).

10. <sup>a</sup> Inferus appellatur, eo quod infra sit. Sicut autem, secundum corpus, si ponderis sui ordinem teneant, inferiora sunt omnia graviora, ita, secundum spiritum, inferiora sunt omnia tristiora. <sup>b</sup> Unde et in Græca lingua origo nominis, quo appellatur inferus, ex eo quod nihil suave habeat, resonare perhibetur.

11. <sup>a</sup> Sicut autem cor animalis in medio est, <sup>v</sup> ita et infernus in medio terræ esse perhibetur. Unde et in Evangelio legitur : In corde terræ. Philosophi autem dicunt quod inferi pro eo dicantur, quod animæ hinc ibi serantur.

jus nominis, vide Serv. ad verba Virg. Æn. vi : Hic specus horrendum, et Pri-cian., lib. vi.

<sup>c</sup> Σπήλαιον Græc. spelunc. lat. E Serv., Eclog. 10.

<sup>d</sup> Qua Græci χαρωνία Galenus : Πολλὰκις ἤ ἐκ τοῦ πνιύματος μόνον κατὰ τὴν εἰσπνοὴν ἡ βλαβὴ γίνεται, καθάπερ ἐν τοῖς χαρωνίοις ἀνομασμένοις χαριοῖς.

<sup>e</sup> Profundum proprie. E Serv., Æn. ii.

<sup>f</sup> Maria ac terras, cælumque profund. Verba Virg., Æn. i.

<sup>g</sup> Barathrum nim. a. n. E Serv., Æn. iii : Obsidet, atque imo Barathri, etc.

<sup>h</sup> Erebus. Ex eod., Æn. iv.

<sup>i</sup> Styx. ἀπό τοῦ στενωποῦ. Ex Serv., Æn. vi.

<sup>k</sup> Cocytus. Serv., Æn. vi. Cocytus fluvius inferorum dictus ἀπό τοῦ κοκκύειν, id est, lugere.

<sup>l</sup> Tartarus. Ex eodem Æn. vi, ad illud : Tum Tartarus ipse - Bis patet, etc.

<sup>m</sup> Gehenna. Ex Hieron. in Matth., cap. 10.

<sup>n</sup> Infernus... perhibetur. Ex Aug., lib. xii, de Genes. ad litt., cap. 34.

<sup>o</sup> Unde et in Græca ling... orig... quod nihil suave. Nempe ἄδης, quasi ἄδης.

<sup>p</sup> Sicut autem cor animal. Ex Hieron. in Jon., cap. 2. Qui locus restituendus ex hoc loco.

<sup>q</sup> Ita infernus in medio terræ. Serv. ad vers... Telluris petras subire. Æn. vi.

# LIBER DECIMUS QUINTUS.

DE ÆDIFICIIS ET AGRIS.

## 193 CAPUT PRIMUM.

*De civitatibus.*

1. De auctoribus conditarum urbium plerumque dissensio invenitur, adeo ut ne urbis quidem Romæ origo possit diligenter agnosci. Nam Sallustius dicit: *Urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere, atque habuere initio Trojani, et cum iis Aborigines.* Alii dicunt ab Evandro, secundum quod Virgilius:

Tunc rex Evandrus Romanæ conditor arcis.

Alii a Romulo, ut:

En hujus, nate, auspiciis illa inclyta Roma

2. Si igitur tantæ civitatis certa ratio non apparet, non mirum si in aliarum opinione dubitatur. Unde nec historicos, nec commentatores varia dicentes imperitiæ condemnare debemus, quia antiquitas ipsa creavit errorem. Sane quasdam, de quibus aut sanctæ Scripturæ, aut historiæ gentium certam originem referunt, paucis admodum verbis retexere oportet.

3. Primus ante diluvium Cain civitatem *Enoch* ex nomine filii sui in <sup>b</sup> Naid condidit; quam urbem sola multitudine suæ posteritatis implevit.

4. <sup>c</sup> Primus post diluvium Nemrod gigas *Babylonem* urbem Mesopotamiæ **194** fundavit. Hanc Semiramis regina Assyriorum ampliavit, murumque urbis bitumine, et cocto latere fecit. Vocabulum autem sumpsit a confusione, eo quod ibi confusæ sint atque permixtæ linguæ ædificantium turrim.

5. <sup>d</sup> Judæi asserunt Sem filium Noe, quem dicunt Melchisedech, primum, post diluvium, in Syria condidisse urbem *Salem*, in qua regnum fuit ejusdem Melchisedech. Hanc postea tenuerunt *Jebusæi*, ex quibus, et sortita est vocabulum *Jebus*, s'cque duobus nominibus copulatis, *Jebus* et *Salem*, vocata est *Hierusalem*, quæ postea a Salomone *Hierosolyma*, quasi *Hierosolomonia* dicta est. Hæc et corrupte a poetis *Solyma* nuncupata est, et postmodum ab Ælio Adriano *Ætia* vocitata est. Ipsa est *Sion*, quæ Hebraice *speculatio* interpretatur, eo quod in sublimi con-

CAP. I. — <sup>a</sup> De auctoribus... errorem. E Serv., Æn. vii, ad illud:

Nec prænestinæ fundator defuit urbis

<sup>b</sup> *In Naid condidit.* In omnibus libris, permutatis litteris, ex *Naid* India evaserat. LXX: Ἐξῆλθε καὶ καὶνὸν ἀπὸ τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ, καὶ ὠκνησεν ἐν γῆ Ναιδ κατασκευῆ τοῦ ἱεροῦ. Et Joseph. lib. i Antiq., cap. 4: Πολλὴν καὶ ἐπιθὼν γῆν ἰδρύεται μετὰ τῆς γυναίκος Κάιν Ναιδα τόπον οὗτος καλούμενον. Quod autem eo loco Hieronymus, non aliter interpretetur, nihil ad Isidorum, qui LXX, ut solet, secutus est. Adde quod idem Hieronymus in lib. de Locis Heb.: *Naid, terra* (inquit) *in qua habitavit Cain.* Nisi *Edem* pro *India* cum Chachone mavis.

<sup>c</sup> *Primus post dil.* Ex Oros., lib. ii, cap. 6.

<sup>d</sup> *Judæi Asser.* Ex Hieron., lib. de Locis Heb.

<sup>e</sup> *Quæ postea a Salomone Hierosolym.* Idem dixit Euseb., lib. ix, de Præp. Evang.

<sup>f</sup> *Quæ Heb. speculatio.* Sic omnes libri. *Speculum*, Hieronymus.

<sup>g</sup> *Dionys.... condidit.* Ex Eusebii Chron.

A structa sit, et de longe venientia contempletur. *Hierusalem* autem pacifica in nostro sermone transferatur.

*Oppida nobilia qui, vel quæ constituerunt.*

6. <sup>g</sup> Dionysius qui et Liber pater, cum Indiam victor perambulasset, *Nysam* urbem ex suo nomine juxta Indum fluvium condidit, et quinquaginta milibus hominum adimplevit.

7. <sup>h</sup> *Medus* autem *Ægæi* filius *Mediam* construxit, unde et regio ejus *Mediæ* nomen sortita est.

8. *Persepolim* urbem caput Persici regni <sup>i</sup> *Perseus* Danaes **195** filius condidit famosissimam, confertissimamque opibus, i a quo et *Persida* dicta est.

9. <sup>k</sup> *Ctesiphontem* quoque *Parthi* apud *Partikiam* condiderunt, in æmulationem Babyloniciæ urbis.

10. <sup>l</sup> *Susis* oppidum *Persidæ* aiunt *Memnonis* patrem constituisse. Dicitur autem *Susis*, quod imminet *Susæ* fluvio. Ibi est regia Cyri lapide candido et vario cum columnis aureis, et lacunaribus gemmisque distincta, continens etiam simulacrum cæli, stellis incantibus præsignatum, et cætera humanis mentibus incredibilia.

11. *Bactrum* oppidum *Bactriani* condiderunt, ex proprio amne eum cognominantes, qui *Bactrus* vocatur.

12. <sup>m</sup> *Carra* civitas Mesopotamiæ trans *Edessam* condita a *Parthis*, ubi quondam Romanus est caesus exercitus, et *Crassus* dux captus.

13. *Edessam* urbem Mesopotamiæ condidit *Nebroth*, filius *Chus*, **196** postquam de *Babylone* migravit, in qua, et regnavit, quæ ante *Arach* cognominata est. <sup>n</sup> Ipse construxit, et *Chalannen*, quæ postea verso nomine a *Seleuco* rege dicta est *Seleucia*. <sup>o</sup> *Philadelphiam* urbem Arabiæ condidit *Raphaim*, gens antiquissima, quam interfecerunt filii *Loth*.

14. *Seleucus* unus ex pueris *Alexandri*, post mortem ejusdem *Alexandri*, occupato regno Orientis, urbem in Syria condidit, eamque ex *Antiochi* patris sui nomine *Antiochiam* nuncupavit, et Syriæ caput instituit. <sup>p</sup> Ipse

<sup>h</sup> *Medus autem Ægæi filius.* — Et *Medæ*, ut ait *Diodor.*, lib. v.

<sup>i</sup> *Perseus Danaes.* Cum libri *Athei*, *Athe*, *Andie*, et *Andiæ*, haberent, cur ipse sibi *Isidorus* non auxiliaretur, qui paulo post *Tarsum* Ciliciæ a *Perseo* Danaes prole ædificatam dicit? Vid. *Hygin.*, *Fabul.* 275.

<sup>j</sup> *A quo et Persida.* Rufinus in translatione *Josephi* *Susan* *Persidæ* metropolim vocat.

<sup>k</sup> *Ctesiphontem.* *Plin.*, lib. vi, cap. 26.

<sup>l</sup> *Susis Oppidum.* Hæc urbs, et *Susis*, et *Susæ*, et *Susæ* a Hieronymo dicitur, *Daniel*, cap. viii et ix, de qua *Plin.* lib. vi, cap. 27. — *Memonis Patrem* habet *Gothici* quos vidimus, non *fratrem*, ut impressi.

<sup>m</sup> *Carra.* Ex *Hier.* de *Locis Heb.*

<sup>n</sup> *Ipse construxit et Chalannen.* Quam eandem esse, cum *Ctesiphonte* ait Hieronym. in *Quæst* in *Genes.*, et in *Am.*, cap. 6. Vidend. idem in *Locis Hebraicis.*

<sup>o</sup> *Philadelph.* Ex eod. lib.

<sup>p</sup> *Ipse quoque Laodiciam.* *Euseb.* in *Chron.*: *Seleucus Antiochiam, Seleuciam, Laodiciam, Apamiam, Edissam, Berceam, et Pellam* urbes condidit.

quoque *Laodiciam*, et *Selenciam*, ipse *Apamiam*, et *A* *Edesam* urbes construxit.

15. \* *Damascus* Syriæ, condita et nuncupata a *Damascio* dispensatoris Abrahamæ filio. Hæc antea in omni Syria tenuit principatum. Necdum enim florebat ibi Antiochia, Laodicia, et Apamia, quas urbes post Alexandrum constructas esse cognoscimus. Hic est *Damascus*, quem Abraham futurum sibi hæredem dixerat, antequam esset illi promissus Isaac.

16. † *Gazam* oppidum Palæstinæ condiderunt Hæveræi, in qua habitaverunt Cappadoces pristinis cultoribus interfectis. Vocata autem *Gaza*, eo quod ibi Cambyses rex Persarum thesauros suos posuit, cum bellum Ægyptiis intulisset. Persarum enim lingua thesaurus *Gaza* nominatur.

197 17. *Philistim* urbem condiderunt Allophyli; ipsa est *Ascalon*, de qua superius memoravimus, nuncupata ex nomine Cealoin, qui fuit nepos Cham, et filius Mesraim.

18. \* *Dor* urbs fuit quondam potentissima, et, versa vice, *Stratonis turris*, postea ab Herode rege Judææ in honorem *Cæsaris* Augusti *Cæsarea* nuncupata. In qua Cornelii domum Christi vidit Ecclesia, et Philippi ædificas, et cubiculum quatuor virginum prophetarum.

19. *Joppe* oppidum Palæstinæ maritimum, iidem Palæstini ædificaverunt, † ubi saxum ostenditur, quod vinculorum Andromedæ adhuc vestigia retinet, cujus belluæ forma eminentior elephantis fuit.

20. \* *Jericho* a Jebusæis condita traditur, a quibus *C* et nomen traxisse perhibetur; hanc subvertit Jesus. Pro qua extruxit aliam *Ozam* de Bethel ex tribu Ephraim. Sed et hæc eo tempore, quo Hierusalem oppugnabatur a Romanis, propter perfidiam civium cæpta atque destructa est, pro qua tertia ædificata est urbs, quæ hodie usque permanet.

21. *Sichem* Samariæ urbem, quæ Latine et Græce *Sichima* vocatur, ædificavit Emor, appellavitque eam nomine *Sichem* filii sui. † 198 Ipsa est nunc Neapolis, civitas Samaritanorum.

22. *Bethel* urbem Samariæ condiderunt Iebussæi, quæ prius vocabatur *Luz*; sed postquam dormiens ibi Jacob vidit scalam innitentem cælo, et dixit: *Vere hic domus Dei est, et porta cæli*; hac ex causâ nomen locus accepit † *Bethel*, id est, domus Dei. Quando autem ibi ab Jeroboam vituli aurei fabricati

sunt, vocata est *Bethaven*, id est, domus idoli, quæ antea vocabatur domus Dei.

23. † *Bethlehem* Juda, civitas David, quæ mundi genuit Salvatorem, a Jebusæis condita fertur, et vocata primum *Ephrata*. Quando autem Jacob ibi pecora sua pavit, eidem loco *Bethlehem* nomen, quodam vaticinio futuri, imposuit, quod *domus panis* interpretatur, propter eum panem qui ibi de cælo descendit.

24. † *Chebron* civitas Judææ, quæ quondam vocabatur *Arbe*, condita est a gigantibus ante septem annos quam ab eis *Tanis* urbs Ægypti conderetur. Ipsa est *Arbe* a numero ita vocata, quod ibi tres patriarchæ sepulti sunt, et quartus Adam. Ipsa est † et *Mambre* vocata ex uno amico Abrahamæ.

25. † *Samariam*, a qua omnis regio quæ circa eam *B* fuit nomen accepit, Sennacherib rex Assyriorum construxit, vocavitque 199 *Samariam*, id est, custodiam, quia quando Israel transtulit, Medos ibi custodes constituit. Hanc obsidione captam Antiochus solo coræquavit. Quam postea Herodes a fundamentis instaurans, in honorem Augusti, *Augustam*, id est, *Sebastiam* Græco sermone vocavit. Ibi siti sunt Elisæus et Abdias prophetæ, et quo major inter natos mulierum non fuit, Baptista Joannes.

26. *Tiberiadem* vero Herodes alius in Judæa, in nomine *Tiberii* Cæsaris condidit.

27. † *Tyrus* urbs Phœnicum condita a Phœnicibus fuit. Hæc est civitas ex qua aurum regi Salomoni deferebatur, in qua optima purpura tingitur. Unde et *Tyria* dicitur *nobilis purpura*.

28. † Phœnices a Rubro profecti mari, *Sidonem* urbem opulentissimam condiderunt; † quam, a piscium copia, *Sidon* appellaverunt. Nam piscem Phœnices *sidon* vocant. Ipsi etiam *Tyrum* in Syria; ipsi *Uticam* in Africa, *Hipponem*, *Leptim*, aliasque urbes in ora maritima condiderunt.

29. Ipsi *Thebas* in Bœotia, duce Cadmo; ipsi postremo in ultima orbis tendentes, urbem in Oceano construxerunt, eamque lingua sua *Gades* nominaverunt. Nam mos erat antiquus Phœnicum gentis, multos simul, mercandi causa, a domo proficisci, et cum incolarum animos, commercio rerum iis anteincognitarum, sibi conciliassent, loca, quæ condendis urbibus idonea videbantur, capere.

30. Ex iis profecta et Dido in littus Africæ urbem condidit, et † *Carthadam* nominavit, quod Phœnicia lingua exprimit *civitatem novam*; 200 mox sermone

*domus panis, in qua natus est ille panis, qui de cælo descendit.*

† *Chebron*. Quo modo etiam scribit Hieronym. [Al., *Hebron*.

† *Ipsa est et Mambre*. Ex Quæst. in Gen., cap. 35.

† *Samariam*, etc. Vid. Hieronym. in Isai., cap. 36.

† *Tyrus*. Idem, in cap. 33.

† *Phœnices*. Ex Justin., lib. xviii.

† *Quam a piscium copia*. Vidi ego nummos Gadibus, quæ Phœnicum colonia fuit, repertos, quorum una in parte Herculis Sidoniorum deus, in altera duo pisces inerant.

† *Carthadam nominavit*. E Solin., cap. 40. Et Carthaginem a *Cartha* dictam ait etiam Serv., Æn. 17, ad illud: *Carthago, aut antiqua Tyros*.

\* *Damascus*. Ex Hieron., in Quæst. in Genes.

† *Gazam*. Ex eodem in Locis Heb., et in Ezech., cap. 40.

† *Dor*. Ex Hieron. ym. in Epitaph. Paulæ. Sed locum Hieronymi in Palimpsesto relictum ab Isid. Braulio non expolivit.

† *Ubi saxum ostenditur*. Ex Solin., cap. 47. Ex quo restitutus est hic locus.

\* *Jericho*. Ex Hier. de Locis Heb.

† *Sichem, ipsa est nunc Neap*. Hier., ibid., et in Epitaph. Paulæ.

† *Beth*. Ex lib. de Locis Heb.

† *Bethlehem*, etc. Hier. in Prol. in Am.; *Sex milibus abest a sancta Bethlehem, quæ mundi genuit Salvatorem*. Et in Epitaph. Paulæ: *Salve, Bethlehem*,

verso *Carthago* est dicta: hanc Scipio deleuit. Quæ autem nunc est, postea a Romanis condita est. <sup>a</sup> *Carthago* autem antea *Byrsa*, post *Tyrus* dicta est, deinde *Carthago*.

31. <sup>b</sup> *Memphim* civitatem *Ægypti* ædificavit Epaphus Jovis filius, cum in secunda *Ægypto* regnaret. Hæc est urbs ubi charta nascitur, ubi etiam optimi mathematici fuerunt. <sup>c</sup> Nam hanc urbem magicis artibus deditam pristini usque ad præsens tempus vestigia erroris ostendunt.

32. <sup>d</sup> *Tanis* metropolis *Ægypti*, ubi Pharaon fuit, et Moyses cuncta signa fecit quæ in Exodo scribuntur. Hanc construxisse perhibentur *Ti'anes*, id est, Gigantes, et ex suo nomine nuncupaverunt.

33. <sup>e</sup> *Heliopolis* urbs *Ægypti*, quæ Latine interpretatur *solis civitas*, <sup>f</sup> sicut LXX interpretes arbitrantur. *Ædificata* est autem a filiis Israel; in qua <sup>g</sup> Petephres sacerdos fuit, cujus meminit Ezechiel.

34. <sup>h</sup> Urbem *Alexandriam* condidit Alexander Magnus, cujus et nomen detinet. Hanc enim idem in terminis *Africæ* et *Ægypti* constituit, et caput esse regionis *Ægypti* jussit. Interjacet autem 201 inter *Ægyptum* et mare, quasi claustrum, importuosa. <sup>i</sup> Hæc est urbs *Ægypti* *Noo*, postea versa in *Alexandriam*.

35. *Thebas* *Ægyptias* condidit Cadmus, <sup>j</sup> quæ inter *Ægyptias* urbes numero portarum nobiliores habentur, ad quas commercia Arabes undique subvehunt. Hinc regio *Ægypti* *Thebais* dicta est. *Thebæ* autem et *Bœotix* sunt et *Ægyptiæ*, uno tamen auctore conditæ.

36. *Ptolemæis*, et *Berenice* a regibus *Ægyptiis* nominatæ, a quibus et *ædificatæ* fuerunt.

37. <sup>k</sup> *Cæsaream* Cappadociæ....

*Tarsum* *Ciliciæ* Danaes proles Perseus ædificavit. De qua civitate fuit Paulus apostolus: *Natus*, inquit, *Tharso Ciliciæ*. <sup>l</sup> Quidam etiam locus *Indiæ* *Tharsis* vocatur.

<sup>a</sup> *Carthago* antem antea *Byrsa*. E Serv., *Ibid.* Virgilius, *Æn.* 1. *Meraticque solum*.

<sup>b</sup> *Memphim*.... regnaret. Verba sunt Eusebii, in *Chronico*.

<sup>c</sup> Nam hanc urbem. Ex Hieron., in *Isai.* xix.

<sup>d</sup> *Tanis*. Ex eod., in *Is.* iii.

<sup>e</sup> *Heliopolis*. Ex eod. in lib. de *Locis Heb.* in *On.*

<sup>f</sup> Sicut LXX Interpretes. Sic namque illi *Exod.* 1: και φηκοῦσαν (illi Israel) πόλις ὄχυράς τῷ φαραῶ, και τῆς Πειθῶ, και Ραμεσσή, και Ἄν, ἡ ἔστιν Ἡλιούπολις. Sed verba hæc και Ἄν, ἡ ἔστιν Ἡλιούπολις, neque in *Hebræis*, neque in *Latinis* libris leguntur.

<sup>g</sup> *P. tephres*. Sic etiam Hieronymus. *Vulgat.*, *Puthiphares*. Quam varietatem *Hebraica* scriptura vocabulis destituta sæpe creat.

<sup>h</sup> Urbem *Alexan.* Ex Hege-ipp., lib. iv, cap. 27. Vid. *Strab.*, lib. xvii.

<sup>i</sup> Hæc est urbs *Ægypti*, etc. Hieronym., in *Epitaph.* *Paulæ*: Et urbem *Noo*, quæ postea versa est in *Alexandriam*.

<sup>j</sup> Quæ inter *Ægyptias* urbes num. port. Ex *Solin.*, cap. de *Ægypt.*, 45.

<sup>k</sup> *Cæsaream* Cappadociæ. Post hæc verba lacuna est in melioribus lib. ineptissime a recentioribus expleta.

<sup>l</sup> Quidam locus *Indiæ* *Tharsis* vocatur. Ita procul dubio legendum, non *Torsus*. Hieron., *Is.* lxxvi: *Tharsis* lingua *Hebræa* mare appellatur, et ut aiunt,

38. *Seleuciam* *Isauriæ* condidit *Seleucus*, qui et *Antiochiam*.

*Ilus* autem Apollinis filius in *Phrygia* *Ilium* condidit.

<sup>m</sup> *Amazones* *Ephesum* in *Asia* construxerunt.

39. *Theseus* vero *Smyrnam* construxit, quæ *Homeri* poetæ patria existit, et <sup>n</sup> *Smyrna* vocata, quod ejus campos *Hermus* fluvius secat.

40. *Dioscoriam* *Colchorum* urbem <sup>o</sup> *Amphytus* et *Tilchius* aurigæ *Castoris* et *Pollucis* fabricaverunt, ex eorum nomine eam cognominantes. Nam *Castor* et *Pollux* Græce *δίδυμοι* appellantur.

41. <sup>p</sup> *Nicomedia*, a *Nicomede* rege *Bithyniæ* ædificata est.

202 <sup>q</sup> *Bithynia* condita a *Phœnice*, quæ primum *Mariandyna* vocabatur.

42. <sup>r</sup> *Constantinopolim* urbem *Thraciæ* *Constantinus* ex nomine suo instituit, solam *Romæ* meritis et potentia adæquatam. Hæc <sup>s</sup> condita primum a *Pausania* rege *Spartanorum*, et vocata *Bizantium*, <sup>t</sup> vel quod tantum pateat inter *Adriaticum* mare et *Propontidem*, vel <sup>u</sup> quod sit receptaculum terræ marisque copiis. Unde et eam *Constantinus* aptissimam condere judicavit, ut receptaculum sibi terra marique fieret. Unde et nunc *Romani* imperii sedes, et totius caput est *Orientis*, sicut *Roma* *Occidentis*.

43. *Epirus* *Thraciæ* condita est a *Pyrrho* et cognominata.

44. *Athenas* in *Hellade* *Cærops* condidit, et ex suo nomine *Cecropiam* nominavit. <sup>v</sup> Hanc *Amphyction*, qui in *Græcia* tertius post *Cecropem* regnavit, *Minervæ* sacravit, et nomen civitati *Athenas* dedit. Nam *Minerva* Græce *Ἀθηνά* dicitur; unde et *Minervam* Græci inventricem multarum artium asserunt, <sup>x</sup> quia et litteræ, et artes diversorum studiorum, et ipsa philosophia veluti templum *Athenas* habuerunt.

45. *Corinthum* in *Achaia* <sup>y</sup> condidit *Corinthus*

*Indiæ* regio est, licet *Josephus* littera commutata *Tarsum* putet nuncupari pro *Tharso*, urbem *Ciliciæ*, ad eam *Jonas* de *Joppe* fugiens ire cupiebat. Rursusque epist. 133, reprehendit *Josephum*, quod *Tarsum* et *Tharsin* eand. esse putet.

<sup>m</sup> *Amazones* *Ephesum*. E *Solin.*

<sup>n</sup> *Smyrna* vocata. Idem sup., lib. xii, cap. 21.

<sup>o</sup> *Amphytus* et *Tilchius*. *Plin.*, lib. vi, cap. 5. *Amnian.* lib. xxii; et *Solin.* *Circius* vero qui in plerisque libris est, ex *Tilchius*, quod etiam in *Codice* *Plinii* *Ecclesiæ* *Toletanæ* legitur, fluxit.

<sup>p</sup> *Nicomedia* a *Nicomede*. *Euseb.*, in *Chron.*: *Nicomedes* rex *Bithyniæ* *Asracum* urbem *ampliæ* *Nicomediæ* nuncupavit.

<sup>q</sup> *Bithynia* cond. Idem *Euseb.*: *Bithynia* condita a *Phœnice*, quæ prius *Mariandyna* vocabatur.

<sup>r</sup> *Constantinopolim*. Ex *Oros.*, lib. vii, cap. 28, totidem fere verbis.

<sup>s</sup> Condita primum a *Pausania*. Ex *Justin.*, lib. ix.

<sup>t</sup> Vel quod tantum pateat. Vid. *Plin.*, lib. iv, cap. 14; *Solin.* et *Cappel.* Neque tamen adhuc de etymologia liquebit.

<sup>u</sup> Vel quod sit receptaculum, etc. Ex *Justin.*, lib. ix.

<sup>v</sup> Hanc *Amphyction*.... dedit. Ex eod., lib. ix.

<sup>x</sup> Quia et litteræ.... habuerunt. Ex eod.

<sup>y</sup> Condidit *Corinthus* *Orestis* filius. *Strabo* conditam ait a *Sisypho*, et *Corcyram* primo vocatam, deinde



Orestis filius. Hanc Græci *Corintheam* vocant, hoc est, administrationem reipublicæ.

46. *Thebas* Bœotix Cadmus veniens a Phœnicibus condidit, Thebis Ægyptiis prius ab eo constructis.

203 47. *Mycenæ*....

*Lacedæmonia* condita a *Lacedæmons* Semeles filio.

*Sparta* a Sparto filio Phoronei vocata, qui fuit filius Inachi. \* Ipsam autem esse Spartam quam et *Lacedæmoniam* civitatem, atque inde *Lacedæmonius Spartanos* dici.

48. <sup>b</sup> *Achaia* ab *Achæo* constructa.

\* *Pelops*, qui apud Argos regnavit, *Peloponnesum* urbem condidit.

<sup>d</sup> *Cecrops* in insula *Rhodo* ruodum adificavit.

\* *Carpathus Coum*.

*Æos* Typhonis filius *Paphum*.

*Angæus* Lycurgi filius *Samum*.

<sup>f</sup> *Dardanus* autem condidit *Dardaniam*.

-<sup>g</sup> *Thessalonicam Thessalus*, Græci filius, ædificavit, in qua etiam regnavit.

49. <sup>b</sup> *Brundisium* construxerunt Græci. *Brundisium* autem dictum est Græce, quod *brunda* caput cervi dicatur : sic est enim, ut et cornua videantur, et caput, et lingua in positione ipsius civitatis.

50. <sup>i</sup> In Italia autem a *Jano Janiculum*, a *Saturno Saturnia*, atque *Latium* conditum, et quod ibi fugiens latuisset, cognominatum.

204 51. <sup>j</sup> Ab Hercule in Campania *Pompeia*, qui victor ex Hispania *pompam* boum duxerat.

52. *Æneas* autem post excidium Trojæ in eam in Italiam veniens, ab uxoris nomine *Lavinium* condidit.

55. *Ascanius* vero relicto *Lavinix* novercæ suæ regno, *Albam Longam* ædificavit. *Alba* autem vocata propter colorem suis : *Longa*, quia longum oppidum est juxta proximitatem collis in quo sita est. Ex hac etiam urbe reges *Albanorum* appellari cœperunt.

54. <sup>k</sup> *Capuam* Capus Sylvius rex Albanorum construxit, appellatam nomine conditoris, licet et sint

*Ephyren*, ab *Ephyre* Oceani filia, postremo eversam, et insauratam a Corintho Orestis filio.

\* *Ipsam autem esse Spartam*, etc. Ex Oros., lib. 1, cap. ultim.

<sup>b</sup> *Achaia* ab *Achæo*. Ex Euseb. Chronic.

<sup>c</sup> *Pelops* qui a. A. r. *Peloponnesum*. Euseb. : *Pelops* apud Argos regnavit anno 1311, a quo *Peloponnesus* vocata.

<sup>d</sup> *Cecrops*. Sic omnes libri. Sed *Cercapus* malim, cujus filii *Lindum*, *Talyson* et *Camiron* condidere. *Αἰνός* autem (ait Stephan.) πόλις ἐν ῥόδῳ παρακίτου τοῦ ἡλίου, καὶ κωδῆπτης τῆς ὀρχήσου θ' ἡγέρου. Vid. Strab., lib. xiv, et Diodor., lib. xi.

\* *Carpathus Coum*. Hæc integra non sunt, suppleri autem ex Diodoro et Stephano possent ita *Carpathum Joclus*, *Merops Coum*.

<sup>f</sup> *Dardanus* ... *Dardaniam*. Ex Euseb. Chron.

<sup>g</sup> *Thessalonicam Thessalus*. *Thessaliam* velim, nam *Thessalonicam* a *Cassandro* conditam ait Stephanus.

<sup>b</sup> *Brundisium*. βρονδίων, βραχόν, hoc est, cervum, significare auctor *Hesychius*. Et βρονδίων, ut ait *Stephanus*, sive βροντίων, ut est apud *Strabonem*, caput cervi a *Messapiis* dicebatur.

<sup>i</sup> In Italia autem a *Jano Janicul*. E Solin., cap. de Italia.

<sup>j</sup> Ab Hercule in Campania *Pompeia*. — *Pompeii* apud

qui dicant a *capacitate* eam *Capuam* dictam, quod ejus terra omnem vitæ fructum capiat; alii a locis campestribus in quibus sita est. Est autem caput urbium Campaniæ, inter tres maximas Romam, *Carthaginemque* numerata, ex qua et provincia Italiæ *Campania* dicta est.

55. *Romulus* cum interfecto apud *Albam Amulio*, avum *Numitorem* in regnum restitisset, in eum locum, ubi nunc *Roma* est, devenit, ibique sedes posuit, mœnia construxit, urbemque ex nomine suo *Romam* vocavit. Hanc autem ante *Evander* dicitur condidisse, unde est illud :

Tunc pater *Evandrus* Romanæ conditor arcis.

56. *Ancus Martius* ex filia *Nunxæ* *Pompilii* natus hic urbem in exitu *Tiberis* condidit, quæ et peregrinas merces exciperet, et hostem moraretur, quam ab ipso situ *Ostiam* appellavit.

57. <sup>l</sup> Galli quidam intestina discordia, et assiduis dissensionibus 205 suorum permoti, sedes novas quærentes Italiam profecti sunt, sedibusque propriis *Tuscis* expulsis, *Mediolanum*, atque alias urbes condiderunt. \* Vocatum autem *Mediolanum*, ab eo quod ibi sus medio lanæa perhibetur inventa.

58. Historiis placet a *Messappo* Græco *Messappia* datam originem versa postmodum in nomen *Calabriæ*, quam in exordio *Oenotri* frater *Peucecius* *Peuceciam* nominaverat.

59. <sup>m</sup> *Manto* *Tiresiæ* filia post interitum *Thebanorum* dicitur delata in Italiam *Mantuam* condidisse. Est autem in *Venetia*, quæ *Gallia Cisalpina* dicitur. \* Et *Mantua* dicta, quod inanes tuetur.

60. *Parthenopia* a *Parthenope* virgine quadam illic sepulta, *Parthenopea* appellata, quod oppidum postea *Augustus Neapolim* esse maluit.

61. Ad promontorium *Leucaten*, in quo *Actii* *Apollinis* templum fuit, bellum *Augustus* contra *Antonium* gessit. Quo victo, urbem in *Actiaco* sinu condidit, quam a victoria *Nicopolim* appellavit:

*Solin.*, ibid. *Pompeia* apud *Strabon.*, lib. v.

<sup>k</sup> *Capuam Capys*. *Servius*, Æn. x, ad illud :

Et *Capys*, hinc nomen Campanæ ducitur Urbis.

Iste quidem dicit a *Capy* dictam esse *Campaniam*, sed *Livius* vult a locis campestribus dictam, in quibus sita est.

<sup>l</sup> *Galli quidam intestina discordia*. Ex *Livii* lib. v. <sup>m</sup> Vocatum autem *Mediol...* ab eo quod ibi sus. *Claudianus* de *Nuptiis Honorii* :

Jam *Ligurum* terris spumanti pectore triton Appulerat, lassosque fretis extenderat orbes, Continuo sublimes volans ad mœnia Gallis Condita, lanigeræ suis ostentantia pellem Pervenit :

Visitur etiam nunc sus marmorea in *Mediolanensi* curia. Al., *media lanæa*.

<sup>n</sup> *Manto Tiresiæ filia*. E *Serv.*, Æn. x, ad illud : *Fatidicæ Mantus*.

\* Et *Mantua* dicta, quod inanes tuetur. Sic veteres lib. et recte fortasse. Nam lib. iv, *Maniam* morbum ab inanitate dictam dixit, quam Græci *μανία* vocant, et *mane*, quasi *μανόν*, id est, rarum, et vacuum. Id autem pulchre convenit cum historia de *Mantone* fatidica eo fugiente. *Mans* si quis malit, molesti non erimus.

62. <sup>a</sup> *Phalantus Partheniorum dux Parthenios constituit.*

*Taras Neptuni filius fuit, a quo Tarentum civitas, et condita et appellata est.*

206 63. <sup>b</sup> *Cum Cyrus maritimas urbes Græciæ occuparet, et Phocenses ab eo expugnati omnibus angustiis premerentur, juraverunt, ut profugerent quam longissime ab imperio Persarum, ubi ne nomen quidem eorum audirent, <sup>c</sup> atque ita in ultimos Galliæ sinus navibus profecti, armisque se adversus Gallicam feritatem tuentes, Massiliam condiderunt, et ex nomine ducis nuncupaverunt. Hos <sup>d</sup> Varro trilingues esse ait, quod et Græce loquantur, et Latine, et Gallice.*

64. *Narbonam, et Arelatum, et Pictavium coloni proprii condiderunt.*

*Burdegalim appellatam ferunt, quod Burgos Gallos primum colonos habuerit, quibus antea coloribus adimpleta est.*

65. *Tarraconam in Hispania Scipiones construxerunt; ideo caput est Tarraconensis provinciæ.*

66. <sup>a</sup> *Cæsaraugusta Tarraconensis Hispaniæ oppidum a Cæsare Augusto et situm et nominatum, loci amœnitate, et deliciis præstantius civitatibus Hispaniæ cunctis, atque illustrius, florens sanctorum martyrum sepulchris.*

67. *Afri sub Hannibale maritima Hispaniæ occupantes, Carthaginem 207 Spartariam construxerunt, quæ mox a Romanis capta, et colonia facta, nomen etiam provinciæ dedit. Nunc autem a Gothicis subversa, atque in desolationem redacta est.*

68. <sup>f</sup> *Saguntum Græci ex insula Zacyntho profecti in Hispaniam condiderunt, quam Afri postea bello impetitum deleverunt.*

69. <sup>g</sup> *Emeritam Cæsar Augustus ædificavit, postquam Lusitaniam, et quasdam Oceani insulas cepit, dans et nomen ab eo quod ibi milites veteranos constitueret. Nam emeriti dicunt veterani, solutique militia.*

70. *Olyssipona, ab Ulysse est condita, et nuncupata: <sup>h</sup> quo loco, sicut historiographi dicunt, cœlum a terra, et maria distinguuntur a terris.*

71. *Hispalim Cæsar Julius condidit, quam ex suo nomine, et Romæ urbis vocabulo Juliam Romulam nuncupavit. <sup>i</sup> Hispalis autem a situ cognominata*

<sup>a</sup> *Phalantus... Taras. Vid. Serv., Æn. III.*

*Hic genus Herculei si vera est fama Tarenti.*

<sup>b</sup> *Cum Cyrus. Eadem Ammian. Marcell. lib. XV.*

<sup>c</sup> *Atque in ultimos condid... Ex Justin. lib. XLIII.*

<sup>d</sup> *Hos Varro triling. e. a. Ex Hier. Prolog. lib. II. in Epist. ad Galat.*

<sup>e</sup> *Cæsaraugusta... sepulchris. Abest totum hoc a libro Card. Sirlleti, et uno ex Toletanis.*

<sup>f</sup> *Saguntum. Ex Hieronym. lib. II in Ep. ad Galat.*

<sup>g</sup> *Emeritam Cæsar August. Dion., lib. LIII.*

<sup>h</sup> *Quo loco sicut historiog. Plin., lib. IV, cap. 21: Excurrit deinde in altum vasto cornu promontorium, quod alii Arctabrum appellaverunt, alii Magnum, multi Olyssiponense, ab oppido terras, maria, cœlum determinans. Eadem prope Solinus, et Capella, qua nimis arctavit Isidorus.*

<sup>i</sup> *Hispalis... eo quod in solo palust. Nihil certiora proferunt alii.*

*A est, eo quod in solo palustri suffixis in profundo palis locata sit, ne lubrico atque instabili fundamento cederet.*

72. *Gades oppidum a Pœnis conditum, qui etiam Carthaginem Spartariam condiderunt.*

73. <sup>1</sup> *Septa oppidum a montibus septem, qui, a similitudine, Fratres vocati, Gaditano imminent freto.*

208 74. *Tingis civitatis <sup>2</sup> et Lixis Antheus auctor est, quem Hercules fertur luctæ certamine superatum interfecisse. Lix autem a Lixo flumine Mauritanie nuncupata, ubi Anthæi regia fuit, et Sala quod immineat Salæ flumini.*

75. *Cæsaream Mauritanie oppidum Juba rex Maurorum in honorem Cæsaris Augusti condidit, quam ex ejus nomine Cæsaream appellavit, sicut Herodes aliam Cæsaream in Palestina, quæ nunc urbs est clarissima.*

76. <sup>1</sup> *Icosium Cæsariensis Mauritanie oppidum, Hercule illic transeunte, viginti a comitatu ejus discedentes construxerunt, ac ne quis imposito a se nomine privatim gloriaretur, de condentium numero urbi Icosio nomen est datum.*

77. <sup>m</sup> *Cyrene regina fuit Libyæ, quæ ex suo nomine civitatem Cyrenem condidit, a qua et Libyam Cyrenensem vocavit.*

## CAPUT II.

### De ædificiis publicis.

1. *Civitas <sup>n</sup> est hominum multitudo societatis vinculo adunata, dicta a civibus, id est, ab ipsis incolis urbis, pro eo quod plurimorum consciscat, et contineat vitas. Nam urbs ipsa mœnia sunt, civitas autem non saxa, sed habitatores vocantur.*

2. *Tres autem sunt societales: familiarum, urbium, gentium.*

3. *Urbs vocata ab orbe, quod antiquitus civitates in orbem fiebant, <sup>o</sup> vel ab urbo parte aratri, quo muri designabantur, unde 209 est illud <sup>p</sup>:*

*Optavitque locum regno, et concludere sulco.*

*Locus enim futuræ civitatis sulco designabatur, id est, aratro. <sup>q</sup> Cato: Qui urbem, inquit, novam condet, tauris et vacca arat, ubi araverit, murum faciat, ubi portam vult esse, aratrum sustollat, et portet, et portam vocet.*

4. *Ideo autem urbs aratro circumdabatur dispari*

D <sup>1</sup> *Septa Oppid... Septem montium Fratrum meminere Plin., lib. V, cap. 2, et Capella... Ptolemæus quoque ἑπτάδορος eos vocat.*

<sup>2</sup> *Et Lixis. Hæc a Solino quoque Lix, a Plinio Lixos, ab aliis Liza dicitur.*

<sup>1</sup> *Icosium. E Solin., cap. de Mauritania*

<sup>m</sup> *Cyrene regina s. Lib. Serv., Æn. IV: Cyrene, et Barce reginæ fuerunt, quæ singulis dederunt civitatibus nomina.*

CAT. II. — <sup>n</sup> *Civitas est. Aug. XV de Civit., cap. 8: Civitas nihil aliud est, quam hominum multitudo aliquo societatis vinculo colligata.*

<sup>o</sup> *Vel ab urbo. Varr., lib. IV.*

<sup>p</sup> *Optavitque locum. Virg., Æn. I: Pars optare locum lecto. Idem, lib. III: Optavitque locum regno. Hæc conjunxit Isid.*

<sup>q</sup> *Cato, qui urbem. Hunc locum innuere videtur Servius, lib. V Æn. Ad illud: Urbem designat aratro Videtur. Varr., lib. IV de Ling. Lat.*

sexu juvenorum propter commisionem familiarum, et inagine marentis, fructumque reddentia. \* Urbs autem aratro conditur, aratro evertitur. Unde Horatius :

Imprimeretque muris hostile arstrum.

5. *Oppidam* quidam ab *oppositione* murorum dixerunt : alii ab *opibus* recondendis, eo quod sit munitum, alii quod sibi in eo conventus habitantium *opem* det mutnam contra hostem. Nam primum homines tanquam nudi et inermes, nec contra belluas praesidia habebant, nec receptacula frigoris et caloris, nec ipsi inter se homines ab hominibus satis erant tuti.

6. Tandem naturali solertia speluncis, silvestribusque tegumentis tuguria sibi et casas virgultis arundinibusque contexuerunt, quo esset vita tutior, ne iis qui nocere possent, aditus esset. Hæc est origo oppidorum, quæ quod *opem* darent, idcirco oppida nominata dixerunt. Oppidum autem magnitudine et mœnibus discrepat a vico, et castello, et pago.

7. Civitates autem, aut coloniae, aut municipia, aut vici, aut castella, aut pagi appellantur.

8. *Civitas* proprie dicitur quam non advenæ, sed eodem innati solo condiderunt. Ideoque urbes a propriis civibus conditæ *civitates*, non coloniae, nuncupantur.

9. *Colonia* vero est quæ defectu indigenarum novis cultoribus adimpletur. Unde et *colonia* a *cultu* agri est dicta.

210 10. *Municipium* est quod, manente statu civitatis, jus aliquod minoris aut majoris officii a principe impetrat. Dicitur autem *municipium* a *munitis*, id est, *officiis*, quod tantum *munita*, id est, *tributa debita*, vel *munera* reddant. Nam liberales et famosissimæ causæ, et quæ ex principe proficiuntur, ibi non aguntur. Hæc enim ad dignitatem civitatum pertinent.

11. *Vici*, et *castella*, et *pagi*, ii sunt quæ nulla dignitate civitatis ornantur, sed vulgari hominum conventu incolantur, et propter parvitatem sui majoribus civitatibus attribuantur.

12. <sup>b</sup> *Vicius* autem dicitur a *vicinis* tantum habitatoribus, vel quod *vias* habeat tantum sine muris. Est autem sine munitione murorum ; licet et *vici* dicantur ipsæ habitationes urbis. Dicitur autem *vicius*, eo quod sit *vice* civitatis, vel quod *vias* habeat tantum sine muris.

13. *Castrum* antiqui dicebant oppidum loco altissimo situm, quasi *casam altam*, cujus pluralis numerus *castra*, diminutivum *castellum* est, sive quod

\* *Urbs autem aratro cond. aratro evert.* Acron ad locum Hor. : *Condendis, atque evertendis civitatibus hæc consuetudo fuit, ut aratro fierent.* Et Caius, tit. de Usufruct. : *Carthagini eversa aratrum impressum ait.*

<sup>b</sup> *Vicius a vicinis t. h.* Ita Imp. *Ab ipsis tantum habitationibus.* Goth. Placuit editorum scriptura, quia paulo post, ipsas habitationes vicis dicit affirmat.

\* *Teres est aliquid rotund.* Serv., *Æn.* vi. *Teres est rotundum aliquid cum proceritate.* Et *Eclog.* viii. *Teres est oblongum, et rotundum, ut columna.*

<sup>d</sup> *Nam quamvis quadrata.* Locus ex *Lueret.* lib. iv :

A castrabatur licentia inibi habitantium, ne passim vaga hosti pateret.

14. *Pagi* sunt apta ædificiis loca, inter agros habitantibus. Hæc et *conciliabula* dicta a conventu et societate multorum in unum.

15. *Compita* sunt ubi usus est conventus fieri rusticorum, et dicta *compita*, quia multa loca in agris eodem *competunt*, et quod convenitur a rusticis.

16. *Suburbana* sunt circumjecta civitatis ædificia, quasi sub urbe.

17. *Mœnia* sunt muri civitatis, dicta ab eo quod *muniant* civitatem, quasi *munimenta* civitatis, id est, *tutamenta*.

18. *Munium* autem dictum, quasi *manu factum* ; sic et *muri* a *munitione* dicti, quasi *muniti*, quod *muniant* et tueantur interiora urbis. *Mœnia* autem duplicem habent significationem. Nam 211 interdum *mœnia* abusive dici (solent) omnia ædificia publica civitatis, ut :  
Dividimus muros, et mœnia pandimus urbis.  
Proprie autem mœnia sunt tantum muri.

19. *Murus* autem turribus, propugnaculisque ornatur.

*Turres* vocatæ, quod *teretes* sint, et longæ.

*Teres* enim est aliquid \* rotundum cum proceritate, ut *columna*. <sup>d</sup> Nam quamvis quadratæ, aut latæ construuntur, procul tamen videntibus rotundæ existimantur ; ideo quia omne cujusque anguli simulacrum per longum æris spatium evanescit, atque consumitur, et rotundum videtur.

20. *Propugnacula* pinnæ murorum sunt, dicta quia ex his *propugnantur*.

21. *Promuralæ* vero, eo quod sit pro munitione muri. Est enim muro proximum, id est, ante murum.

22. \* *Porta* dicitur, quia potest vel importari vel exportari aliquid. Proprie autem *porta*, aut urbis, aut castrorum vocatur, sicut superior dictum est. *Vicus*, ut prædictum est, ipsas habitationes urbis sunt, unde et *vicini* dicitur. *Via*, ipsa spatia angusta, quæ inter vicos sunt.

23. <sup>f</sup> *Plateæ*, perpetuæ ac latiores civitatum viæ sunt, juxta proprietatem linguæ Græcæ a latitudine nuncupatæ ; *πλάτος* enim Græci latum dicunt.

24. *Quintana* pars plateæ quinta est, qua carpentum progredi potest.

25. *Cloacæ* dictæ, quod iis percolantur aquæ. Has primum Romæ fecisse dicunt Tarquinius Priscum, ut quotiens pluviarum inundatio existeret, per eas aquæ extra civitatem omitterentur, ne maximæ, perpetuisque tempestatibus planitiem, vel fundamenta urbium strages aquarum subverteret.

112 26. \* *Imboli*, vel quia subvolamina sunt, vel

Quadratæque procul turres cum cernimus Urbis,  
Propterea sit uti videntur sæpe rotundæ  
Augulus obtusus, etc.

\* *Porta dicitur, qua potest, etc.* Serv., *Æn.* i. *Omnia exitus porta dicitur, quasi qua potest, vel importari vel exportari aliquid.*

<sup>f</sup> *Plateæ.* Aug. In Ps. ccxviii, serm. 10.

<sup>g</sup> *Imboli.* Sic *Vet. libri* ; puto legendum *emboli*, e subvolamina... significarique illa, quæ *Asconius* iudicinat, *provolutia tabulata* dixit. Notum quid *ἔμβολον* sit apud Græcos.

quia sub iis ambulat : sunt enim porticus hinc inde a diversas transitus innumeri per tenebras, et cætera ad errorem ingredientium facta, ita ut de tenebris ejus ad lucem venire impossibile videatur. Quatuor sunt autem labyrinthi : Primus Ægyptius, secundus Creticus, tertius in Lemno, quartus in Italia, omnes ita constructi, ut dissolvere eos nec sæcula quidem possint.

27. <sup>a</sup> *Forus* est exercendarum litium locus, a *fando* dictus, sive a *Phoroneo* reg<sup>a</sup>, qui primus Græcis leges dedit. Hæc loca, et <sup>b</sup> *prorostis* vocantur, ideo quod ex bello Punico, captis navibus Earthaginensium, rosira ablata sunt, et in foro Romano præfixa, ut esset hujus insigne victoriæ.

28. *Curia* dicitur, eo quod ibi *cura* per senatum de cuncti administratur.

29. *Prætorium*, eo quod ibi *prætor* <sup>c</sup> sedeat ad discutendum.

30. *Gymnasium* generalis est exercitiorum locus; tamen apud Athenas locus erat ubi discebatur philosophia, et sapientiæ exercebatur studium. Nam *γυμνάσιον* Græce vocatur, quod Latine exercitium dicitur, **213** hoc est meditatio. Sed et balnea, et loca cursorum, et athletarum gymnasia sunt, eo quod illic omnes in suæ artis studio exercentur.

31. *Capitolium* Romæ vocatum, eo quod fuerit Romanæ urbis, et religionis caput summum. Alii aiunt : cum Tarquinius Priscus Capitolii fundamenta Romæ aperiret, in loco fundamenti caput hominis litteris Tuscis notatum invenit, et proinde *Capitolium* appellavit.

32. *Arces* sunt partes urbis excelsæ, atque munitæ : <sup>d</sup> nam quæcunque tutissima urbium sunt, ab arcendo hostem *arces* vocantur; unde et arcus, et arca.

33. <sup>e</sup> *Circum* Romani dictum putant a *circuito* equorum, eo quod ibi circum metas equi currant.

34. <sup>f</sup> *Theatrum* autem a spectaculo nominatum, ἀπὸ τῆς θεωρίας, quod in eo populus stans desuper, atque spectans, ludos scenicos contempletur.

35. *Amphitheatrum* vero vocatum, quod ex duobus sit theatris compositum; nam *amphitheatrum* rotundum est, theatrum vero ex medio amphitheatri est, semicirculi figuram habens.

36. <sup>g</sup> *Labyrinthus* est perplexis parietibus ædificium, qualis est apud Cretam a Dædalo factus, ubi fuit minotaurus inclusus, in quo si quis introierit sine glomere lini, exitum invenire non valet; cujus ædificii talis est situs, ut aperientibus fores tonitruum intus terribile audiatur. Descenditur centenis ultra gradibus, intus simulacra et monstrificæ effigies, in partes

<sup>a</sup> *Forus est exercendarum litium locus.* Qui Isidorum de genere hujus nominis audacter accusarunt, ipsi se deridendos præbuerunt. Charisius lib. 1 : *Forum neutro genere dicitur cum locum rebus agendis destinatum, aut cum commercio significamus* : Lucil., cum illa fora utant. *Masculine autem tabulata navium, et semper pluraliter, quomvis Gellius fora navium neutraliter dixerit, et Lucilius negotiorum ferum masculinè extulerit* ; lib. III. Forus olim ornatus lucernis. Et Victorin., in lib. de Orithog. *Forus status, tam in foro, quam in navi, et torculari.* Quod vero ad etymol. attinet, quoniam semel toto hoc de genere diximus, tantum monebo, ne has quidem contemnendas videri; nam cur non *forum* a *fando*, sive ἀπὸ τοῦ φῶ, cum ἀγορὰ ἀπὸ τοῦ ἀγορεύειν? In *Phoronei* vero mentione diligens quædam negligentia est communis Isidoro cum aliis gravissimis auctoribus.

<sup>b</sup> *Rosira vocantur.* Ita etiam lib. XVIII, cap. 15.

<sup>c</sup> *Sedeat ad discutendum.* Al., *Ad disputandum.* forte ad discipendum. Ut lib. IX cap. 4, et lib. XVIII,

37. <sup>h</sup> *Pharus* turris est maxima, quam Græci, et Latini in commune **214** ex ipsius rei usu *pharum* appellaverunt, eo quod flammam indicio longe videatur a navigantibus, quem Ptolemæus juxta Alexandriam construxisse ostingentis talentis traditur. Usus ejus est nocturno navium cursui ignes ostendere, ad prænuntianda vada, portusque introitus, ne decepti tenebris navigantes in scopulos incidant; <sup>i</sup> nam Alexandria fallacibus vadis insidiosos accessus habet. Hinc igitur in portibus machinas ad præluceudi ministerium fabricatas, *pharos* dicunt; nam φῶς lux est, ὄρασις visio dicitur; unde et Lucifer Græce φῶσ-φῆρος appellatur.

38. *Cochleæ* sunt altæ, et rotundæ turres, et dictæ *cochleæ*, quasi *cycleæ*, quod in eis tanquam per circum orbemque cohæscendatur, qualis est <sup>j</sup> Romæ CLXXV ped.

39. *Thermæ* appellatæ, quod caleant, Græci enim θερμὸν calorem vocant.

40. <sup>k</sup> *Balneis* vero nomen inditum a levatione morboris: nam Græci βαλκνειον dixerunt, quod anxietatem animi tollat. Hæc et *gymnasia* dicuntur, quia ibi Athletæ uncto corpore, et perfricato manibus

exercitantur; nam γυμνάσιον Græce, Latine *exercitium* dicitur, γυμνός enim nudus.

41. *Apodyterium*, ubi lavantur vestimenta ponuntur, ab exuendo dictum; ἀποδύειν enim Græce *exuere* dicitur.

**215** 42. *Popina* Græcus sermo est, qui apud nos corrupte *propina* dicitur. Est autem locus juxta balnea publica, ubi post lavacrum a fame, et siti reficiuntur, unde et *propina*, et propinare dicitur; πείνα enim Græce famem significat, eo quod hic locus famem tollat.

43. *Tabernæ* olim vocabantur, ædiculæ plebeiorum parvæ, et simplices in vicis, <sup>l</sup> asseribus et tabulis

cap. 15; *Judex* dictus, quod jure disceptet. <sup>m</sup> Nam quæcunque tutissima. Varro lib. IV. *Arx* ab arcendo, quod is locus munitissimus urbis, a quo facillime posset hostis prohiberi.

<sup>n</sup> *Circum Romanum.* Repetuntur hæc lib. XVIII, cap. 28.

<sup>o</sup> *Theatrum,* ἀπὸ τῆς θεωρίας. E Serv. Æn. V. Ad illud: *Mediaque in valle theatri.*

<sup>p</sup> *Labyrinthus.* E Serv., Æn. V. Ad illud: *Ut quondam Creta fertur labyrinthus in alta.* Vid. Plin., lib. XXXVI, cap. 13.

<sup>q</sup> *Pharus.* Ex Hegesipp., lib. IV, cap. 27, et Plin. XXXVI, cap. 12, et Solin. cap. 45.

<sup>r</sup> *Nam Alexandria fall.* etc. E Solin. cap. 35, al. 33.

<sup>s</sup> *Romæ CLXXV.* Apparet hanc esse columnam Antonini, quam CLXXVI pedes altam affirmat Philander ad Vitruv., lib. IX, cap. 2.

<sup>t</sup> *Balneis.... tollat.* Ex August. lib. IX *Confess.*, cap. 12.

<sup>u</sup> *Asseribus, et tab.* Al., *Azibus.*

clausæ, unde et *tabernariæ*, quod ibi solebant considerare: dictæ autem tabernæ quod ex tabulis lignisque erant constructæ; quæ nunc, etsi non speciem, nomen tamen pristinum retinent.

44. *Macellum* dictum, quod ibi mactentur pecora, quæ mercantibus veniuntur.

45. *Mercatum* autem a commercio nominatum; ibi enim res vendere, vel emere solitum est, sicut et *Telonium* dicitur, <sup>a</sup> ubi merces navium, et nautarum emolumenta redduntur. Ibi enim vectigalis exactor sedet, pretium rebus impositurus, et voce a mercatoribus flagitans.

46. <sup>b</sup> *Carcer* est a quo prohibemur exire, et dicitur *carcer* a *coercendo*. Hinc Fronto: *Ut pergræcari potius amænis locis, quam coerceri carcere viderentur.*

## 216 CAPUT III.

### De habitaculis.

1. *Habitatio* <sup>a</sup> ab *habendo* vocata, ut habitare cass.

*Domus* ex Græca appellatione vocata, <sup>d</sup> nam δῶμα Græci *tecta* dicunt. Est autem domus unius familiæ habitatio, sicut urbs unius populi, sicut orbis domicilium totius generis homani.

2. Omne ædificium antiqui *ædem* appellaverunt. Alii *ædem* ab *edendo* quidem sumpsisse nomen existimant, dantes exemplum de Plauto:

Si vocassem vos in ædem ad prandium

Hinc et *ædificium*, eo quod fuerit prius ad edendum factum

3. <sup>e</sup> *Aula* domus est regia, sive spatiosum habitaculum porticibus quatuor conclusum.

4. <sup>f</sup> *Atrium* magna ædes est, sive amplior et spatiosa domus. Et dictum est *atrium*, <sup>g</sup> eo quod addantur ei tres porticus extrinsecus. <sup>h</sup> Alii atrium quasi ab igne et lychno *atrum* dixerunt, atrum enim sit ex fumo

<sup>a</sup> Ubi merces navium. Respexisse ad Ambrosii verba in Luc. v; ostendunt illa verba nautarum emolumenta.

<sup>b</sup> *Carcer* a quo prohibemur exire. Servius, *Æn.* 1: *Carcer est undecunque prohibemur exire, dictus quasi arcer ab arcendo.* Sed libro III *Georg.*, ad illud: *Rumicæ effusi carcere currus*, ubi in *Vulgatis* legitur, qui ab *arcendo* dicti sunt, vaticanus Codex habet, qui a *coercendo* d. s. Ut emendandus videatur Serv. ex Isid. Varro quoque, lib. IV: *Carcer a coercendo, quod exire prohibentur.*

CAP. III — <sup>e</sup> *Habitatio* ab *hab.* E Serv., *Eclog.* 2, nisi quod more suo aliquid mutavit.

<sup>d</sup> Nam δῶμα Græci *tecta* d. Verba sunt Hieronymi in cap. VI *Daniel.* Vid. et *epist.* ad Sun. et *Fret.*

<sup>e</sup> *Aula* domus regia. Aug., in *Quæst. sup. Exod.*, prope fin.: *Quam Græci vocant αὐλήν, nostri autem vocaverunt. Sed jam non atrium isto nomine, sed domus regia significatur in lingua Latina: et in Græca, ut ait Athenæus, lib. V, Menandrum, et Diphilum citans.*

<sup>f</sup> *Atrium* magna æd. sive amplior., et spatiosa dom. Aug., in ps. CXXXIII: *Atria, ampliora spatia domus intelliguntur.*

<sup>g</sup> *Atrium*... eo quod addantur ei tres porticus. Aug., in *Quæst.* in *Exod.*: *Ibi erat illa tanquam triporticus, quæ concludebat spatium atrii.* Et in ps. CXXXIII: *Habebat atrium decem columnas, non tamen recto ordine dispositas, sed sicut ostendimus, tanquam triporticum.*

217 5. *Palatium* a *Pallante* principe Arcadum dictum, in cuius honore Arcades *Pallantium* oppidum construxerunt, et regiam in ipsius nomine conditam *Palatium* vocaverunt.

6. *Thalamum* hac ex causa vocatum ferunt. <sup>1</sup> Cum enim raptæ fuissent a Romanis Sabinæ, ex quibus cum una ante alias specie nobilis cum magna omnium admiratione raperetur, *Talassioni* duci eam oraculo responsum est dari, et quoniam hæ nuptiæ feliciter cesserant, institutum est ut in omnibus nuptiis *thalassi* nomen iteretur. *Ægypti* quoque lingua sua loca in quibus nubentes succedunt et incubant *thalamum* nominant.

7. *Cænaculum* dictum a communione vescendi, unde et *cænobium* congregatio. Antiqui enim publice, et in commune vescabantur, nec ullius convivium singulare erat, ne in occulto deliciæ luxuriam gignerent.

8. <sup>i</sup> *Triclinium* est cænaculum a tribus lectulis discumbentium dictum; apud veteres enim in loco ubi convivii apparatus exponebatur, 218 tres lectuli strati erant, in quibus discumbentes epulabantur; κλινῆν enim Græce *lectus*, vel *accubitus* dicitur, ex quo confectum est ut *træclinium* diceretur.

9. <sup>k</sup> *Cella* dicta, quod nos occultet et *celet*.

*Cubiculum* vero, quod eo *cubemus*, ibique dormientes requiescamus.

*Cubile* autem cubandi locus est.

<sup>c</sup> *Secessus*, quod sit locus secretus, id est, sine accessu.

10. *Diversorium* dictum, eo quod ex diversis viis ibi conveniatur.

<sup>1</sup> *Hospitium* sermo Græcus est ubi quis ad tempus hospitali jure inhabitat, et iterum inde trans-

<sup>b</sup> Alii atrum quasi ab igne, etc. E Serv., *Æn.* 1, ad illud: *Vocemque per ampla volutant atria.* Lychno autem scripsimus ex *Cod. Rom. Al.*, ligno, al., lignis.

<sup>i</sup> Cum enim raptæ fuissent a Rom. Sab. Vid. Liv., lib. 1, et *Fest.*, in *Talassio*, sed cum *Talamoni* in nostris libris legeretur, *Talassioni* e Servio reposuimus, nam et *Talassium* et *Talassionem* illum vocat.

<sup>1</sup> *Triclinium* est cænaculum. Recte Isidorus. Non recte, *Æn.* 1, ad illud: *Aurea composuit sponda*, Servius, qui errare eos dicat qui *trclinium* vocant ipsum basilicam ant cænationem. Cicero, *11 de Orat.* Serv.: *Galba, cum iudici L. Scribonio Liboni tribuno pleb. ferret familiares suos, et dixisset Libo: Quando tandem, Galba, de triclinio tuo exibis? cum tu (inquit) de cubiculo alieno.* Et ad *Att.* lib. XIII, *epist.* 50: *Cum secundis Saturnalibus ad Philippum vesperi venisset, rilla ita completa militibus est, ut vix triclinium, ubi cænaturus ipse Cæsar esset, vacaret.* Et *Vitruvius*, lib. VI, cap. 5. *Tricliniorum quanta latitudo fuerit, bis tanta longitudine fieri debet.* Et *Sueton.*, in *Tiberio*: *Ac Miseni cinis e favilla, et carbonibus ad calefaciendum triclinium illatus.*

<sup>k</sup> *Cella* dicta q. n. o. Serv. *Æ.* 1, ad illud: *Distendunt nectare cellas: Vel a celando (inquit) unde cellas appellaverunt.*

<sup>1</sup> *Hospitium* sermo Græcus est. An quia σπιθί pro domo usurpant? Unde illud: *Καλή ἡμέρα εἰς καλοῦ κρητάρου σπιθί.* (Sic.)

ens migrat; <sup>a</sup> inde et *metatum*, quia *mutatur*. Unde et legitur, *et castra metati sunt*, pro *mutaverunt*. Non enim illic permanet exercitus, sed pertransit.

11. <sup>b</sup> Mænius collega Crassi in foro projecit materies, ut essent loca in quibus spectantes insisterent, quæ ex nomine ejus *Mæniana* appellata. Hæc et *solaria* quia patent *soli*: post hæc alii lapide, alii materia ædificare portibus Mæniana, et foribus et domibus adixerunt.

**219** 12. *Tabulata* olim lignæ domus fiebant, inde nomen permanet *Tabulatorum*.

*Hypogæum* est constructum sub terris ædificium, quod nos *antrum* vel *speluncam* dicimus.

*Solarium*, quod *soli*, et *auris* pateat, qualis fuit lo us in quo David Bethsabæe lavantem aspexit, et adamavit.

<sup>c</sup> 13. Cum Hierosolymam Antiochus obsideret, Hyrcanus princeps Judæorum, reserato David sepulcro, tria millia auri talenta inde abstraxit, ex quibus CCC Antiocho dedit, ut obsidionem relinqueret, atque ut facti invidiam demeret, fertur ex reliqua pecunia instituisse primus xenodochia, quibus adventum susciperet pauperum peregrinorum, unde et vocabulum sumpsit. Nam ex Græco in Latinum *ξενοδοχείον* peregrinorum susceptio nuncupatur. <sup>d</sup> Ubi autem ægrotantes de plateis colligantur, *νοσοκομείον* Græce dicitur, in quo consumpta languoribus, atque inedia miserorum membra foveantur.

#### CAPUT IV.

##### De ædificiis sacris.

1. *Sacra* sunt loca divinis cultibus instituta, utpote ea in quibus altaria litantibus de more pontificibus consecrantur.

*Sancta* juxta veteres exteriora templi sunt.

2. *Sancta* autem *sanctorum*, locus templi secretior, ad quem nulli erat accessus, nisi tantum sacerdoti. Dicta autem *Sancta sanctorum*, quia exteriori oraculo sanctiora sunt, vel <sup>e</sup> quia sanctorum comparatione sanctiora sunt, sicut *Cantica canticorum*, quia cantica universa præcellunt. Sanctum autem a

<sup>a</sup> *Inde et metatum*. Vegetius, lib. II, cap. 7, Metatores ait dictos qui diversorium et hospitiorum designant loca.

<sup>b</sup> *Mænius colleg. Crassi*. Festus: *Mæniana* ædificia a Mæno sunt appellata. Is enim primus ultra columnas extendit tigna, quo ampliarentur superiora. Et Asconius in *Divina de Columna Mænia*: *Mænius cum domum suam venderet Catoni et Flacco censoribus, ut ibi basilica ædificaretur, exceperat jus sibi unius columnæ, super quam tectum projiceret ex provolantibus tabulatis*. Ergo vocem *tabulata* hoc loco superioribus annectendam censebat Chacon.

<sup>c</sup> *Cum Hierosolymam... peregrinorum*. ex Hege-sipp., lib. I, cap. 6. Vid. Joseph., I de B. II. Jud., cap. 2, et lib. XIII Antiq., cap. 15.

<sup>d</sup> *Ubi autem ægrotantes*, etc. Hieron. in ep. ad Oceanum, de *Fabiola*. *Prima* (inquit) *omnium νοσοκομείον instituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, et consumpta languoribus et media misericord. membra foveret*.

CAP. IV. <sup>e</sup> — *Quia sanctor. compar... præcellunt*. Ex Hier., in Ep. ad Galat., cap. 1.

sanguine hostiæ nuncupatum; nihil enim sanctum apud veteres dicebatur, **220** nisi quod hostiæ sanguine esset consecratum, aut conspersum. Item sanctum, quod exstat esse sanctum. Sancire autem est confirmare, et irrogatione pœnæ ab injuria defendere, <sup>f</sup> sic et leges sanctæ, et muri sancti esse dicuntur.

3. *Propitiatorium*, quasi *propitiationis oratorium*; propitiatio enim placatio est.

*Oracula* dicta, eo quod inde responsa redduntur, et *oraculo* ab ore.

4. <sup>g</sup> *Penetralia* secreta sunt oraculorum, et *penetralia* dicta, ab eo quod est *penitus*, hoc est, *penitus*.

<sup>h</sup> *Oratorium* orationi tantum est consecratum, in quo nemo aliquid agere debet, nisi ad quod est factum, unde nomen accepit.

5. *Monasterium*, unius monachi habitatio. *Mons* namque apud Græcos solus, *sterium*, statio, id est solitarii habitatio.

6. *Cænobium* ex Græco, et Latino videtur esse compositum. Est enim habitaculum plurimorum in commune viventium; *καθὼν* enim Græce commune dicitur.

7. *Templi* nomen generale, pro locis enim quibuscunque magnis antiqui templa dicebant. Et *templa* dicta, quasi *tecta ampla*. <sup>i</sup> Sed et locus designatus ad Orientem a contemplatione *templum* dicebatur. Cujus partes quatuor erant, antica ad Ortum, postica ad Occasum, sinistra ad Septentrionem, dextra ad Meridiem spectans. <sup>j</sup> Unde et quando templum construebant, Orientem spectabant *Æquinoctialem*, **221** ita ut lineæ ab Ortu ad Occidentem missæ, fierent partes cœli dextra, atque sinistra æquales, ut qui consuleret, ac deprecaretur, rectum aspiceret Orientem.

8. *Fana* dicta a *Fanis*, quibus templa error gentilium construebant, unde consulentes dæmonum responsa audirent.

9. <sup>k</sup> *Delubra* veteres dicebant templa fontes habentia, quibus ante ingressum diluebantur, et appellantur *delubra* a *diluendo*. Ipsa nunc sunt ædes cum

<sup>f</sup> *Sic leges sanctæ et muri*. Sic Gothici libri, recte; cap. 1. D. de Rer. divisione: *Sanctæ quoque res veluti muri, et portæ, et in c. Sanctum eodem tit. In municipiis quoque muros esse sanctos, Sabinum recte respondisse Cassius refert*. Et Zonar. tom. II, *ἐκείνη γὰρ κατὰ Ποσειδίου τὰ τεῖχη*.

<sup>g</sup> *Penetralia*. Serv., *Æn.* VI; *Penetralia sacrae templorum*.

<sup>h</sup> *Oratorium... accepit*. Ex Aug., ep. 109, ad Monach.

<sup>i</sup> *Sed et locus designatus ad Orientem*. Sic omnes libri. *Designatus augurio*, vel ad augurium legebat Chacon. Festus: *Tecta loca augurio designata*. Varro, lib. VI: *In terris dictum templum locus augurii, aut auspicii causa quibusdam verbis finitus, etc.* Vid. Serv., *Eclog.* VIII, et Liv. I de Numæ Inauguratione.

<sup>j</sup> *Unde et quando Templum construeb.* Ex Vitruv. lib. IV, cap. 5.

<sup>k</sup> *Delubra veteres dic.* Serv., *Æn.* II: *Alii dicunt delubrum esse locum ante Templum, ubi aqua currit, a diluendo et lib. IV. Delubrum dictum, propter lacum, in quo manus abluuntur*.

sacris fontibus, in quibus fideles regenerati purificantur, et bene quodam præsigio delubra sunt appellata; sunt enim in abluitionem peccatorum.

10. <sup>a</sup> *Fons* autem in delubris locus regeneratorum est in quo septem gradus in Spiritu sancti mysterio formantur, tres in descensu, et tres in ascensu. Septimus vero is est, qui et <sup>b</sup> quartus, similis Filio hominis: extinguens fornacem ignis, stabilimentum pedum, fundamentum aquæ, in quo omnis plenitudo Divinitatis habitat corporaliter.

222 11. *Basilicæ* pius vocabantur regum habitacula, unde et nomen habent; nam βασιλεὺς rex, et basilicæ regis habitatio. Nunc autem ideo divini templa basilicæ nominantur, quia ibi Regi omnium Deo cultus, et sacrificia offeruntur.

12. *Martyrium* locus martyrum Græca derivatione, eo quod in memoriam martyris sit constructum, vel quod sepulcra sanctorum ibi sint martyrum.

13. *Aram* quidam vocatam dixerunt, quod ibi incensæ victimæ ardeant. <sup>c</sup> Alii *aras* dicunt a precationibus, id est, quas Græci ἀράς vocant, unde contra imprecatio κατὰρα dicitur. Alii volunt ab altitudine *aras*, sed male.

14. *Altare* autem ab altitudine constat esse nominatum, quasi *alta ara*.

15. *Pulpitum*, quod in eo lector, vel psalmista positus in publico conspici a populo possit, quo liberius audiatur.

16. *Tribunal*, eo quod inde a sacerdote tribuantur præcepta vivendi. Est enim locus in sublimi constitutus, unde universi exaudire possint. Alias *tribunal* a *tribus* denominatum, quod ad illum *tribus* convocentur.

223 17. <sup>d</sup> *Analogium* dictum, quod sermo inde prædicetur; nam λόγος Græce sermo dicitur, quod et *iosam* altius situm est.

#### CAPUT V.

##### De repositoriis.

1. *Sacrarium* <sup>e</sup> proprie est locus templi, in quo sacra reponuntur, sicut donarium est in quo collocantur oblatæ, sicut *lectisternia* dicuntur, ubi homines sedere consueverunt; ab inferendis igitur et deportandis sacris, *sacrarium* nuncupatur.

2. <sup>f</sup> *Donaria* vero, eo quod ibi dona reponantur, quæ in templis offerri consueverunt.

<sup>a</sup> *Fons autem in delub... corporaliter.* Omnia repositantur lib. Offic. II, cap. 24.

<sup>b</sup> *Quartus similis Filio hominis.* Tertull., lib. IV contra Martionem: *Hic eris visus Babylonio Regi in fornace cum martyribus suis quartus, tanquam Filius hominis.* Et rursus: *Prospice igitur, et tu cum Rege Babylonio fornacem ejus ardentem, et invenies illic tanquam Filium hominis: Ut suspicari liceat, totum locum e Tertull. libro aliquo, qui non exstet, deceptum.*

<sup>c</sup> *Alii aras dicunt a precat.* Servius, Æn. II, ad illud: *Nequidquam altaria circum.*

<sup>d</sup> *Analogium.* In regula sancti Benedicti, cap. 9: *Super analogium legantur tres lectiones.*

<sup>e</sup> *Cap. V. — Sacrarium... consueverunt.* Verba Servii, Æn. XII ad illud: *Et dñi sacraria dñis.*

<sup>f</sup> *Donaria.* Ex eod., Georg. III, ad illud: *Alta ad*

3. *Ærarium* vocatum, quia prius æs signatum ibi recondebatur. Hoc enim olium in usu erat auro argentoque nondum signato, ex quorum metallis, quamvis postea facta fuisset pecunia, nomen tamen *ærarii* permansit ab eo metallo unde pecunia initium sumpsit.

4. *Armarium* locus est ubi quarumcunque artium instrumenta ponuntur. *Armamentarium* vero ubi tantum tela armorum. Unde Juvenalis:

Quidquid habent telorum armamentaria cælli.

Dicta autem utraque ab armis, id est, brachiis quibus exercentur.

224 5. *Bibliotheca* est locus ubi reponuntur libri, βιβλος enim Græce *liber*, θήκη *repositorium* dicitur.

6. *Promptuarium* dictum, eo quod inde necessaria victui *promuntur*, id est proferuntur.

7. *Cellarium*, quod in eo colligantur ministeria mensarum, vel quæ necessaria victui supersunt.

<sup>g</sup> Inter promptuarium autem et cellarium hoc interest, quod cellarium est paucorum dierum, promptuarium vero temporis longi.

8. *Apotheca* autem, vel *horren*, a Græco, verbum ex verbo, repositoria vel reconditoria dici possunt, eo quod in iis homines elaboratas fruges reponunt. <sup>h</sup> Unde et *enthecum* Græco sermone repositam rei copiosam substantiam appellamus.

#### CAPUT VI.

##### De operariis.

1. *Ergasterium* <sup>i</sup> locus est, ubi opus aliquod fit. Græco enim sermone *erga* opera *sterion* statio, id est, *operaria statio*.

2. *Ergastula* quoque et ipsa Græco vocabulo nuncupantur, ubi deputantur noxii ad aliquid opus faciendum, ut solent gladiatores 225 et exsules, qui marmora secant, et tamen vinculorum custodiis alligati sunt.

3. *Gynæceum* Græce dictum, eo quod ibi conventus seminarum ad opus lanificii exercendum conveniat. *Mulier* enim Græce γυνή nuncupatur.

4. *Pistrinum*, quasi *pilo strinum*, quia *pilo* antea tundebant granum. <sup>j</sup> Unde et apud veteres non *molitores*, sed *pistores* dicti sunt, quasi *pinsores*, <sup>k</sup> a *pinsendis* granis frumenti, mole enim nondum usus erat, sed granum *pilo pinsebant*. Unde Virgilius:

Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo

*donaria currus.*

<sup>l</sup> *Inter promptuar... longe.* Ex eodem, Æn. I, ad... cura penum struere.

<sup>m</sup> *Unde enthecum.* Utuntur hac voce sæpe Scriptores ecclesiastici, Cassian., lib. de Institut. monach., cap. 4: *Cumque totam enthecum cænobii suam esse credit substantiam.* Gelas., XII quæst., 2 cap.: *Vobis enim si quis forte sub annua remanebit expensa, electo idoneo ab utraque parte custode credatur entheciis.*

CAP. VI.—<sup>n</sup> *Ergastula... ubi deputantur noxii.* Vid. Lips., Elect. cap. 15.

<sup>o</sup> *Unde et apud veteres... saxo.* E Serv., Æn. I, ad illud... *Et torrete.*

<sup>p</sup> *A pinsendis granis. A findendis granis.* Goth. omnes. Et mox *findebant* pro *pinsebant*, sed Servium et Editionem veteredi sumus secuti.

5. *Clivanus* a *clivo* dictus, ab eo quod in erectione ut collectus. <sup>a</sup> *Clivum* enim ascensum dicimus, sive *flexuosum*.

6. <sup>b</sup> *Furnus* per derivationem a *farre* dictus, quoniam panis ex eo factus ibi coquitur.

7. *Torcular* dictum, eo quod ibi uvæ calcantur, atque extortæ exprimantur.

8. <sup>c</sup> *Forus* est locus, ubi uva calcatur, dictus quod ibi feratur uva, vel propter quod ibi pedibus feriat. Unde et *calcatorium* dicitur, sed hoc nomen multa significat. Prima species fori locus est in civitate ad exercendas nundinas relictus; secunda, ubi magistratus iudicare solet; tertia, quam supra diximus, quam *calcatorium* 226 nominamus; quarta, spatia plana in navibus. De quibus Virgilius: *Laxatque foros. Lacus* dictus, quia ibi decurrit frugum liquor.

#### CAPUT VII.

##### De aditibus.

1. *Aditus* <sup>d</sup> ab *adeundo* dictus, per quem ingreditur et admittitur.

2. <sup>e</sup> *Vestibulum* est, vel aditus domus privatæ, vel spatium adiacens ædibus publicis. Et *vestibulum* dictum, eo quod *vestiuntur* fores, aut quod aditum tecto *vestiat*, aut a *stando*

3. *Porticus*, quod transitus sit magis quam ubi standum sit, quasi *porta*, et *porticus*, eo quod sit aperta.

4. <sup>f</sup> *Janua* a *Jano* quodam appellatur, cui gentiles omnem introitum, vel exitum sacraverunt. Unde <sup>g</sup> Lucanus:

Ferrea belligeri compescat limina Jani.

Est autem primus domus ingressus, <sup>h</sup> cætera intra januam *ostia* vocantur generaliter. <sup>i</sup> *Ostium* est, per quod ab aliquo arcemur ingressu, ab *obstando* dictum, sive *ostium*, quia *ostendit* aliquid intus. Alii aiunt *ostium* appellari quia *hostem* moratur. Ibi

<sup>a</sup> *Clivum* enim ascensum dicim. Festus: *Clivia* auspicia dicebant, quæ aliquid *se: i* prohibebant, omnia namque difficultia *clivia* vocabant, unde et *clivi* loca ardua.

<sup>b</sup> *Furnus* a *farre*. A *furno*, Porphy.

<sup>c</sup> *Forus* est locus, ubi uva. Victorinus in sine lib. de Orthograph.: *Forus* autem status, tam in foro, quam in navi, et *torculari*. Columell., lib. XII, cap. 18: *Tam lacus vinarii, et torcularia, et fora, omniaque vasa, si vicinum est mare, aqua marina, sin minus, dulci eluenda sunt.* De reliquis fori significationibus. Vid. Fest.

CAP. VII. <sup>d</sup> — *Aditus* ab *adeund*. Serv., *Æn.* VI, ad illud: *Quod lati dicunt aditus.* — *Cum* ab aliquo arcemur ingressu, id *ostium* dicitur ab *obstando*; cum ingredimur, *aditus* ab *adeundo*.

<sup>e</sup> *Vestibulum*. Serv., *Æn.* VI, ad: ... *Vestibulum ante ipsum. Vestibulum* (inquit), ut Varro dicit, etymologice non habet proprietatem, sed fit pro captu ingenii. Nam *vestibulum*, ut supra diximus, dictum ab eo, quod januam *vestiat*. Alii dicunt a *Vesta* dictum per imminutionem. Nam *Vestæ* limen est consecratum. Alii dicunt ab eo quod nullus illic stet. In limine enim solus est transitus, quomodo *vesanus* dicitur non sanus, sic *vestibulum*, quasi non *stabulum*.

<sup>f</sup> *A Jano* cui *Gentiles* omnem introit. Ipse, apud Ovid., lib. I *Fast.*:

Præsideo foribus cæli cum mitibus horis.  
Et redit officio Juppiter ipse meo.

A enim nos adversariis objicimus, tunc et *Ostia Tiberina*, 227 quia hostibus sunt opposita. *Fores* et *Valva* claustra sunt; <sup>l</sup> sed *fores* dicuntur quæ *foras*, valvæ quæ intus *revolvuntur*, et duplices complicabilesque sunt. Sed generaliter usus vocabula ista corrupti.

5. *Claustra*, ab eo quod *claudantur* dicta.

6. <sup>k</sup> *Fenestræ* sunt quibus pars exterior angusta, et interior diffusa est, quales in horreis videmus, dictæ, eo quod lucem *generent*. *Lux* enim Græce *φῶς* dicitur, vel quia per eas intus positus homo foras videt. Alii fenestram putant dictam eo quod domui lucem ministrat, compositum nomen ex Græco Latinoque sermone, *φῶς* enim Græce *lux* est.

7. <sup>l</sup> *Cardo* est locus in quo ostium vertitur et semper movetur, dictus *ἀπό τῆς καρδίας*, quod <sup>B</sup> quasi cor hominem totum, ita ille cuneus januam regat, ac moveat. Unde et proverbiale est: *In cardine rem esse.*

8. *Limina* ostiorum dicta, eo quod transversa sint, ut *limes*; et per ea sicut in agro, aut introeatur, aut foras eatur.

9. <sup>m</sup> *Postes*, et *Antæ*, quasi *post*, et *ante*. Et *Antæ*, quia *ante* stant, vel quia *antea* ad eas accedimus, priusquam domum ingrediamur. *Postes*, eo quod post ostium stent.

#### 228 CAPUT VIII.

##### De partibus ædificiorum.

1. *Fundamentum* dictum, quod *fundus* sit domui. Idem et <sup>n</sup> *cæmentum* a *cædendo* dictum, quod crasso lapide surgat.

<sup>C</sup> 2. *Parietis* nuncupatus, quia semper duo sunt pares, vel a fronte, vel a latere. Sive enim tetragonum, sive hexagonum sit, qui se conspiciunt, ex pari erunt. Aliter enim structura facta deformis est.

3. *Parietinas* dicimus, quasi *parietum* ruinas. Sant enim *parietes* stantes sine tecto, sine habitantibus.

<sup>g</sup> Unde Lucanus. Lib. I.

<sup>a</sup> *Cætera* intra januam. Serv., *Æn.* I, ad illud: *Foribus cardo stridebat ahenis. Janua* (Inquit) est primus domus ingressus, dicta, quia *Jano* consecratum est omne principium. *Cætera* intra januam *ostia* vocantur generaliter, sive *valvæ* sint, sive *fores*, quamvis usus ista corruerit. <sup>i</sup> *Ostum*... ab *obstando*. E Serv., *Æn.* VI, ad illud, *Quo lati ducunt adit.*

<sup>l</sup> Sed *fores* dicuntur. Serv., *Æn.* I loco citato. *Fores* (inquit) proprie dicuntur, quæ foras apringunt, sicut apud veteres fuit. *Valvæ* autem sunt, ut dicit Varro quæ *revolvuntur*, et *se velant*.

<sup>k</sup> *Fenestræ*. E Serv., *Georg.* IV, ad illud:

Quatuor a ventis obliqua luce fenestras.

Sed Servius non *fenestras* tantum, sed *obliqua luce fenestras*, interpretatus est, quod non advertebat Isidorus, qui commentaria Servii sine Virgilii versibus, ut sæpe diximus, legebat.

<sup>l</sup> *Cardo* Serv., *Æn.* I, loco cit. : *Cardo* dictus, quasi *cor januæ, quo movetur*... Et eodem lib., ad illud: ... *Haud tanto cessabit cardine. Ut sit*, inquit, de proverbio tractum: *Res in cardine est.*

<sup>m</sup> *Postes*, et *Antæ*. Festus: *Antes* sunt extremi ordinis vinearum, unde etiam nomen trahunt *antæ*, quæ sunt latera ostiorum. Vid. Serv., *Georg.* II: ad illud:

Jam canit extremos effectus vinitor antes.

<sup>n</sup> CAP. VIII. *Cæmentum*... quod crasso lap. Sic omnes libri *Quod cæso lap.* Malim.



4. *Angulus*, quod duos parietes in unum con-  
iungat.

<sup>a</sup> *Culina* dicta sunt quia apud antiquos tecta  
*culmo* tegebantur, ut nunc rustica. Hinc tecti summitas  
*culmum* dicitur.

5. *Cameræ* sunt volumina introrsum respicientia,  
appellatæ a curvo, *κάμπυλον* enim Græce curvum  
est.

6. <sup>b</sup> *Laquearia* sunt, quæ cameram subtegunt, et  
ornant, quæ et *lacuniaria* dicuntur. <sup>c</sup> Principaliter au-  
tem *lacus* dicitur, ut Lucilius: *resultant aedæque, la-  
cusque*. Cujus diminutio *lacunar* facit, ut Horatius:

Neque aureum  
Mea residet in domo lacunar.

Inde fit alia diminutio *lacunarium*, et per *ἀντιστοιχόν*  
*laquearium*.

7. *Absida* Græco sermone, Latine interpretatur *lu-  
cida*, eo quod **229** lumine accepto per arcum resplen-  
deat. Sed utrum *absidam*, an *absidem* dicere debeamus,  
hoc verbi genus ambiguum quidam doctorum  
existimant.

8. <sup>d</sup> *Testudo* est camera templi obliqua. Nam in  
modum *testudinis* veteres templorum tecta faciebant,  
quæ ideo sic fiebant, ut cœli imaginem redderet,  
quod constat esse convexum. Alii *testudinem* volunt  
esse locum in partem atrii adversum venientibus.

9. *Arcus* dicti, quod sint *arcta* conclusione cur-  
vati, <sup>e</sup> ipsi et fornices.

10. <sup>f</sup> *Parimenta* originem apud Græcos habent  
elaborata arte picturæ (lithostrota parvulis crustis,  
ac tessellis tinctis in varios **230** colores). <sup>g</sup> Vocata  
autem *parimenta*, eo quod paviantur, id est, cædantur.  
Unde et *pavor*, quia *cædit cor*.

11. *Ostracus* est pavimentum testaceum, eo quod  
fractis testis calce admista feriatur. *Testam* enim  
Græci *ὄστρακον* dicunt.

12. *Compluvium* dictum, quia aquæ partes, quæ  
circa sunt eo conveniant.

*Tessellæ* sunt, e quibus domicilia sternuntur,  
a *Tesseris* nominata, id est, quadratis lapillis per  
diminutionem.

13. *Bases* fulturæ sunt columnarum. quæ a funda-

<sup>a</sup> *Culina*. E Serv., Eclog. 1.

<sup>b</sup> *Laquearia* sunt. Repetitur totus hic locus; auctior  
etiam aliquanto quam hic, in optimis libris legitur, D  
infra lib. xix cap. 12.

<sup>c</sup> Principaliter autem .... *laquearium*. Verba sunt  
Servii ad vers. *Pendent lychni laquearibus aureis*.  
Æn. 1.

<sup>d</sup> *Testudo* est camera... convexum. E Serv., Æn. 1.  
ad vers. *Mediæque testudine Templi*.

<sup>e</sup> *Ipsi et fornices*. Item, Æn. vi, ad illud. *Atque ad-  
verso fornice portas*. *Fornice* (inquit) *arcu*. Cicero: *Vi-  
dit ad ipsum forniciem Fabianum*.

<sup>f</sup> *Parimenta* originem... colores. Plin., lib. xxxvi,  
cap. 25. *Pavimenta* originem apud Græcos habent elab-  
orata arte picturæ ratione, donec lithostrota expulere  
eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Sosus, qui Pergami  
stravit, quam vocant *Asarotonæcon*, quoniam purgamen-  
ta cæne in pavimnto, quæque evetri solent, veluti  
resicta jecerat parvis e testulis tinctis in varios colores.  
<sup>g</sup> Vocata autem pavim... quod paviantur, id est, cæd-  
videtur respicere ad Virgilii verba, *corda pavor pul-  
sant*. Æn. 7, Vid. sup., lib. x, in voce *Patiens*. Re-

mento consurgunt, et superpositæ fabricæ sustinent  
pondus. <sup>b</sup> *Bases* autem nomen petræ est fortissimæ  
Syro sermone.

14. <sup>i</sup> *Columnæ* pro longitudine, et rotunditate vo-  
catæ, in quibus totius fabricæ pondus erigitur. An-  
tiqua ratio columnarum erat altitudinis, i tertia  
pars latitudinis (delubri). Genera rotundarum qua-  
tuor: Doricæ, Ionicæ, Tuscanicæ, Corinthæ; men-  
sura crassitudinis, et altitudinis inter se disantes.  
Quintum genus est earum, quæ vocantur Atticæ,  
quaternis angulis, <sup>k</sup> aut amplius, paribus laterum  
intervallis.

15. <sup>l</sup> *Capitella* dicta, quod sint columnarum *capita*,  
sicut super *collum capit*.

*Epistylia* sunt, quæ super capitella columnarum  
ponuntur, et est Græcum, id est, *super mis-  
sa*.

*Tegulæ*, quod tegant ædes, et imbrices, quod ac-  
cipiant imbres.

16. *Lateres*, et *laterculi*, quod lati formentur, cir-  
cumactis undique quatuor tabulis.

*Canalis*, ab eo quod cava sit in nodum *canæ*.

**231** <sup>m</sup> Sane canalem melius genere feminino,  
quam masculino proferimus.

17. *Fistulæ* aquarum sunt dictæ, quod aquas fun-  
dant, et mittant. Nam *πέδαν* Græce mittere est.  
Formæ earum pro magnitudine aquæ et capacitatis  
modo fiunt.

## CAPUT IX.

### De munitionibus.

1. *Munitum*, vel *munimentum* dictum, quia manu est  
factum.

*Cors* vocata, vel quod coarctet cuncta, quæ in-  
terius sunt, id est, concludat: vel quod coerceat  
objectu suo extraneos, et adire prohibeat.

2. *Vallum* est, quod mole terræ erigitur, ut custo-  
dia prætendatur: dictum autem *vallum* a *vallis*.  
<sup>n</sup> Nam *valli* fustes sunt, quibus *vallum* munitur. Et  
*valli* dicti, quod ligantur et vellantur. Intervalla spa-  
tia sunt inter capita vallorum, id est, stipitium, quibus

petitur totus hic locus inf. lib. xix, cap. 10.

<sup>b</sup> *Bases* autem nomen petræ est f. Forte *Basalles*,  
aut *Basanites*. Nam Plin., lib. xxxvi, cap. 7. *Invenit*  
*eadem Ægyptus in Æthiopia, quem vocant Basaltem*  
*ferrei coloris, atque duritiæ*. Quem locum sumens  
Isidorus, lib. xvi, cap. 5. *Basanitem* scribit, non *Bas-  
saltem*. Plinius quoque eodem lib., cap. 22. *Medici*  
*(inquit) ad mortaria prætulere Basanitem, hic enim*  
*lapis nihil ex sese remittit*.

<sup>i</sup> *Columnæ*. Ead. inf., lib. xix, cap. 10.

<sup>j</sup> *Tertia pars altitudinis*. Adde *templi*, vel *delubri*  
ex Vitruv., lib. iv, cap. 7, et Plin., lib. xxxvi, cap.  
25.

<sup>k</sup> *Aut amplius*. Haud quidem Plinio auctore. Prop-  
terea deleri has voces volebat Chacon.

<sup>l</sup> *Capitella*. Utiur hac voce August., et alii.

<sup>m</sup> *Sane canalem melius genere femin.* Verba sunt  
Servii Georg. iii, quæ etiam repetuntur inf., lib. xix,  
cap. 10. Vid. Non. Marcell.

<sup>n</sup> CAP. IX. Nam *valli* f. s. q. v. m. Verba Servii  
sunt ad vers. *Ferro quis scindere vallum*. Æn., ix.

vallum sit, ut le et cætera quoque spatia dicuntur, a stipitibus scilicet.

5. <sup>a</sup> Agger est cujuslibet rei acervatio, unde fossæ, aut valles possunt repleri ab aggregando. <sup>b</sup> Agger proprie dicitur terra aggesta, quæ vallo facto proprius ponitur. Sed abusive et muros, et munimenta omnia aggerem dicimus.

4. <sup>a</sup> Maceriæ sunt parietes longi, <sup>c</sup> quibus vineæ aliisque clauduntur. Longum enim Græci μακρόν dicunt.

232 5. <sup>d</sup> *Formatum*, sive *formatium* in Africa, vel Hispania parietes de terra appellant, quoniam in forma circumdati duobus utrinque tabulis inferciuntur verius quam struuntur. Ævis durant incorrupti, ventis, ignibus, omni cæmento fortiores.

6. *Sæpes* munimenta sat rui sunt, unde et appellata.

<sup>e</sup> *Caulæ* munimenta ovium, vel sepimenta ovilium. Est autem Græcum nomen, <sup>e</sup> detracta. Nam Græci αἰλας vocant animalium receptacula.

#### CAPUT X.

##### De tentoriis.

1. *Tabernacula* tentoria sunt militum, quibus in itinere solis ardores tempestatesque imbrium, frigidisque injurias vitant. Dicta autem *tabernacula*, quod cortinæ distentæ funibus, tabulis interstantibus appenderentur, quæ tentoria sustinerent.

2. *Tentorium* vocatum quod *tendatur* funibus atque palis. Unde et hodie *prætendere* dicitur.

3. *Papiliones* vocantur a similitudine parvuli animalis volantis, quod maxime abundat florentibus malvis. Hæ sunt aviculæ quæ lumine accenso conveniunt, et circa volitantes ab igne proximo interire coguntur.

#### 233 CAPUT XI

##### De sepulcris.

1. *Sepulcrum* a *sepulto* dictum. <sup>f</sup> Prius autem quisque in domo sua sepeliebatur. <sup>g</sup> Postea vetitum est legibus, ne fetore ipso corpora viventium contacta sulcerentur, <sup>h</sup> *Monumentum* ideo nuncupatur, eo quod *mentem* moneat ad defuncti memoriam. Cum

<sup>a</sup> *Agger* est. Ejusdem ad vers. *Fossas aggere complent*. Æn. ix.

<sup>b</sup> *Agger* proprius... dicimus. Ejusdem, Æn. x. ad D vers. *Aggeribus murorum*.

<sup>c</sup> *Quibus vineæ aliisque clauduntur*. Idem, Georg. ii, ad vers. *Jam canit exiretinos effectus vinitor. Antea* (inquit) *alii extremitates vinearum ordines accipiunt, alii macerias, quibus vinea clauduntur*.

<sup>d</sup> *Formatum*, sive *formatium*. E lib. xxxv, cap. 14. Plinius, qui emendandus est ex hoc loco Isidori. Retinemus nos hodie idem nomen, nam *formatium* Hispani *Hormigon* dicimus.

<sup>e</sup> *Caulæ*, etc. E Servio, Æn. ix, ad illud vers. : *Cum fremit ad caulæ*.

<sup>f</sup> *CAP. XI — Prius quisque in domo s. s. Verba sunt Servii, ad vers. Sedibus hunc refert ante sus*. Æn. vi.

<sup>g</sup> *Postea vetitum est legibus*. Idem, Æn. xi, ad illud : *Urbique remittunt. Ante*, inquit, *homines in civitate sepeliebantur, quod postea, Duillio consule, senatus prohibuit, et lege cavuit ne quis in Urbe sepeliretur*.

<sup>h</sup> *Monumentum*. Ex eodem, in extremo lib. xii.

enim non videris monumentum, illud est quod scriptum est : *Excidit tanquam mortuus a corde*. Cum autem videris, monet mentem, et ad memoriam te reducit, ut mortuum recorderis. <sup>h</sup> *Monumenta* itaque et memoriam pro mentis admonitione dicuntur.

2. *Tumulus* dictus, quasi *tumens tellus*.

*Sarcophagus* Græcum nomen est, eo quod ibi corpora absuntantur, σάρξ enim Græce *caro*, φάγω *comedere* dicitur.

3. *Mausolæa* sunt sepulcra, seu monumenta regum, a *Mausolæo* rege Carie dicta. Nam eo defuncto <sup>i</sup> uxor ejus miræ magnitudinis et pulchritudinis sepulcrum extruxit, in tantum, ut usque hodie omnia monumenta pretiosa ex nomine ejus *Mausolæa* nuncupentur.

234 4. <sup>i</sup> *Pyramis* genus sepulcrorum quadratum, et fastigiatum ultra omnem excelsitatem quæ fieri manu possit, unde et mensuram umbrarum egressæ nullam habere umbram dicuntur. <sup>k</sup> Tali autem edificio surgunt, ut a lato incipiunt, et in angustum fianantur, sicut ignis. <sup>l</sup> *Uxor* enim dicitur *ignis*. Hæ *Ægyptus* habet. <sup>l</sup> Apud majores enim potentes, aut sub montibus, aut in domibus sepeliebantur. Inde tractum est, ut super cadavera, aut pyramides fierent, aut ingentes columnæ collocarentur.

#### CAPUT XII.

##### De edificiis rusticis.

1. *Casa* est agreste habitaculum palis atque virgultis arundinibusque contextum, <sup>m</sup> quibus possint homines tueri a vi frigoris, vel caloris injuria.

2. *Tugurium* casula est, quam faciunt sibi custodes vinearum ad tegimen sui, quasi *tegurium*, sive propter ardorem solis et radios declinandos, sive ut inde, vel homines, vel bestiolas, quæ insidiari solent natis frugibus, abigant, <sup>n</sup> Hanc rustici *capannam* vocant, quod unum tantum *capiat*.

235 3. <sup>o</sup> *Tesqua* quidam putant esse tuguria, <sup>p</sup> quidam loca prærupta et aspera.

4. <sup>q</sup> *Magalia* ædificia Numidarum agrestium oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinæ

<sup>i</sup> *Uxor* ejus, etc. Locus expressus ex Hieronymo, lib. i. advers. Jovin.

<sup>j</sup> *Pyramis*. E Solino, cap. 35, al., 45. Non ergo Isidoro obesse debent qua de umbris dicuntur.

<sup>k</sup> *Tali autem ædificiis*. Vid. Anm. Marcelli, lib. xxii.

<sup>l</sup> *Apud majores enim potentes*. S ruius, Æn. xi, ad illud : *Fuit ingens monte sub alto ; Apud majores* (inquit) *nobiles, aut sub montibus, aut in domibus sepeliebatur. Unde natum est ut super cadavera, aut pyramides fierent, aut ingentes locarentur columnæ*.

*CAP. XII. — Quibus possint homines tueri. — Tueri*, dixit passive, ut Vitruvius et alii.

<sup>n</sup> *Hanc rustici capannam*. Ita hodie Itali, et nostri *cabana*.

<sup>o</sup> *Tesqua* quidam putant esse tuguria. Sic omnes libri Sabini verbum ait esse Acron.

<sup>p</sup> *Quidam loca prærupta*, etc. Glossar., *tesqua*, sive *tesca*, κατάρπητοι και βραχια και ἴσχυροι τόποι.

<sup>q</sup> *Magalia ædificiis*. Num., etc. Verba sunt Sallustii in Jugurth. de mapalibus, quæ idem sunt, quod *magalia*, ut ait Servius.

sint, sive rotunda in modum furnorum. Et <sup>a</sup> *Magalia* dicta, quasi *magaria*, quia *Magar* Punici *novam illam* dicunt, una littera commutata l pro r, *magaria*, *tuguria*.

## CAPUT XIII.

## De agris.

1. <sup>b</sup> *Ager* Latine appellari dicitur, eo quod in eo *agatur* aliquid. Alii *agram* ex Græco nominari manifestius credunt. Unde et villa Græce *choragros* dicitur.

2. *Villa* a *vallo*, id est, aggere terræ nuncupata, quod pro limite constitui solet.

3. <sup>c</sup> *Possessiones* sunt agri late patentes publici, privatique, quos initio non mancipatione, sed quisque, ut potuit, occupavit, atque possedit, unde et *nuncupati*.

236 4. <sup>d</sup> *Fundus* dicitur, quod eo *fundatur*, vel *stabiliat* patrimonium. Fundus autem et urbanom ædificium et rusticum intelligendum est.

5. *Prædium*, quod ex omnibus patrifamilias maxime prævidetur, id est, apparet, quasi *prævidium*, vel quod antiqui agros, quos bello ceperant, ut prædæ nomine habebant.

6. <sup>e</sup> *Omnis* autem *ager*, ut Varro docet, quadrifariam dividitur. Aut enim *arvus* est *ager*, id est, rationalis; aut *consivus*, id est, aptus arboribus; aut *pascuus*, qui herbis tantum et animalibus vacat, aut *foreus*, in quo sunt horti apibus congruentes et floribus. Quod etiam Virgilius in IV lib. Georg. secutus est.

7. *Rura* veteres incultos agros dicebant, id est, sylvas et pascua, agrum vero qui colabatur. Nam *rus* est, quo mel, quo lac, quo pæcus haberi potest. Unde et rusticus nominatur: hæc agrestium prima et otiosa felicitas.

8. <sup>f</sup> *Seges* *ager* est in quo *seritur*, unde et Virgilius:

Ille seges demum votis respondet avari  
Agricolæ.

<sup>g</sup> *Et magalia dicta, q. magaria, etc.* E Serv., *Æn.* 1, ad illud: *Miratur... magalia quondam. Novam* addidit Lidorus, fortasse linguam Punicam magis sciens.

CAP. XIII. — <sup>b</sup> *Ager Latine, etc.* Ita Varro, lib. VI. Sed reprehenditur a Quintiliano.

<sup>c</sup> *Possessiones, etc.* Omnia e Fest. In *Possessiones*. <sup>d</sup> *Fundus dicitur.* Serv., Georg. II: *Fundus dicitur ab eo quod sit rerum omnium fundamentum.*

<sup>e</sup> *Omnis ager.* Serv., in princip. Georg., ex Varron. <sup>f</sup> *Seges est.* Seryius ibidem.

<sup>g</sup> *Arcifinius ager, etc.* Frontinus de agrorum qualitate. *Ager est arcifinius, qui nulla mensura continetur: finitur secundum antiquam observationem fluminibus, fossis, montibus, viis, arboribus, antemissis aquarum divertitiis, etc.* Ergo pro voce *unde, viarum* fortasse legendam hoc loco.

<sup>h</sup> *Novalis ager.* Verba sunt Servii, Georg. I.

<sup>i</sup> *Uliginosus.* Eiusdem ad illud: *Dulcique uligine lota.* Georg. I.

<sup>j</sup> *Inde et subsecivi... et item subseciva.* Vidend. Siculus Flacc. et Frontinus cap. de Qualitate agrorum; quod vero attinet ad *centuriæ* nomen, melius omnino Varro, qui a *centum jugeribus* dictam ait, quam Flaccus, qui a *centum hominibus*; utriusque verba apponens, sed Varronis ita uti suadenda sunt a Chacone:

9. *Compascuus ager* dicitur, qui a divi-oribus agrorum relictus est ad pascendum communiter vicinis.

10. *Alluvius ager* est, quem paulatim fluvius in agrum reddit.

11. <sup>k</sup> *Arcifinius ager* dicitur est, quia certis linearum mensuris non continetur, sed arcentur fines ejus objecta fluminum, montium, arborum, unde et in iis agris nihil subsecivorum intervenit.

12. <sup>l</sup> *Novalis ager* est, primum proscissus, sive qui alternis annis 237 vacat, *novandarum* sibi virium causa. *Novalia* enim semel cum fructu erant, et semel vacua.

13. *Squalidus ager*, quasi *excolidus*, eo quod jam a cultura exierit, sicut exconsul, quod a consulatu discesserit.

14. <sup>m</sup> *Uliginosus ager* est semper *avidus*. Nam humidus dicitur, qui aliquando siccat. *Uligo* enim humor terræ naturalis est, ab ea nunquam recedens.

15. *Subsecivi* sunt proprie, quæ de materia præcedens sutor, quasi supervacua abjicit. Inde et *subsecivi* agri, quos in pertica divisos recusant, quasi steriles, vel palustres. Item *subseciva* quæ in divisura agri non efficiunt centuriam, id est, jugera cc.

16. *Area* dicitur tabularum æqualitas. Dicta autem *area* a planitie, 238 atque æqualitate, unde et *ara*. Al *aream* vocatam dicunt, quod pro trituranis frugibus *eradatur*, vel quod non trituretur in ea, nisi *arida*.

17. <sup>n</sup> *Pratum* est cujus fœni copia armenta tumentur, cui veteres Romani nomen indiderunt ab eo quod protinus sit paratum, nec magnum laborem culturæ desideret. *Prata* autem sunt, quæ secari possunt.

18. <sup>o</sup> *Paludes* dictæ a *Pale* pastoralis dea, quod *paleam*, id est, pabula nutrit jumentorum.

## CAPUT XIV.

## De finibus agrorum.

1. *Fines* dicti, eo quod agri funiculis sunt divisi. *Mensurarum* enim linearum in terrarum partitione tenduntur, ut dimensionis æquitas teneantur.

*Sylvis igitur cum Romani* (Inquit) *agram ex hoste captum victori populo per bina jugera partiti sunt, centenis hominibus ducenta jugera dederunt, et ex hec facta centuria juste appellata.* Varr. I de Re Rust., cap. 10: *Jugeri pars minima dicitur scrupulum, id est, decem pedes in longitudinem, et latitudinem quadratum.* Ab hoc principio mensores nunquam dicunt, in subsecivum esse unciam agri, aut sextantem, aut quid aliud, cum ad jugerum pervenerunt, id habet scrupula cclxxviii quantum as antiquus noster ante bellum Punicum pendebat. Bina jugera, quæ a Romulo primum divisa dicebantur virium, quod hæredem sequerentur, hæredium appellarunt, hæc postea a centum centuria dicta. Ac ne quid in ratione vocis requiras. Item, lib. V, de Ling. Latin.: *Centuria primo a centum jugeribus dicta, post duplicata retinuit nomen, ut tribus multiplicatæ idem tenent nomen.* Festus quoque: *Centuria in agris ducenta jugera significat.* Vid. Not. ad Varr. a Fulv. Ursin. editas.

<sup>p</sup> *Pratum... ab eo quod sit protinus parat.* Ita Varro: *Prata dicta ab eo quod sine opere parata.*

<sup>q</sup> *Paludes dictæ a Pale.* Varr.: *Palus, paululum aquam in altitudinem, et palam latius diffusa.*

CAP. XIV. — <sup>r</sup> *Fines dicti eo q. a. funiculis.* Diximus sæpe de hoc genere notationum.

2. <sup>a</sup> *Limites* appellati antiquo verbo transversi. Nam transversa omnia antiqui *lima* dicebant, a quo et *limina* ostiorum per quæ foras, et intro iur: et *imites*, quod per eos foras in agros eatur. 239 Hinc et *limus* vocabulum accepit, cingulum, quo servi publici cingebantur obliqua purpura.

3. *Termini* dicti, quod terræ mensuras distinguunt, atque declarant. His enim testimonia finium intelliguntur, et <sup>b</sup> agrorum intentio, et certamen auferitur.

4. *Limites* maximi in agris sunt duo: cardo, et decumanus. Cardo <sup>c</sup> quia Septentrio directus a cardine cœli est, nam sine dubio cœlum vertitur in Septentrionali orbe. Decumanus est, qui ab Oriente in Occidentem per transversum dirigitur, qui pro eo quod formam X faciat, decumanus est appellatus. Ager enim bis divisus figuram denarii numeri efficit.

5. <sup>d</sup> *Arca* ab arcendo vocata. Fines enim agri custodit, eosque adire prohibet.

*Trifinium* dictum, eo quod trium possessionum fines astringit. Hinc et *Quadrifinium*, quod quatuor. Reliqui limites angustiorem, et inter se distant imparibus intervallis, et nominibus designatis.

## CAPUT XV.

### De mensuris agrorum.

1. *Mensura* <sup>e</sup> est quidquid pondere, capacitate, longitudine, altitudine, animoque finitur. Majores itaque <sup>f</sup> orbem in partes, partes in provincias, provincias in regiones, regiones in loca, loca in territoria, territoria in agros, agros in centurias, centurias in jugera, jugera in 240 climata, deinde climata in actus, perticas, passus, gradus, cubitos, pedes, palmos, uncias et digitos diviserunt: tanta enim fuit eorum solertia.

2. <sup>g</sup> *Digitus* est pars minima agrestium mensurarum. Inde <sup>h</sup> uncia habens digitum, et trientem. <sup>i</sup> *Palmas* autem quatuor habet digitos, pes sedecim, pas-

<sup>a</sup> *Limites appellati a. v. transversi.* Hyginus de Limitibus constituend. *Limites appellati a limo, id est, antiquo verbo transversi. Nam et limum dictum, eo quod purpuram transversam habet.* Item limina ostiorum, Serv., Æn. XII, ad illud: *Velati limo* (sicetiam legit eo loco Servius) *et verbera tempora vinciti: - Limus vestis est qua ab umbilico usque ad pedes teguntur pendenda poparum. Hæc autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, id est, flexuosam. Unde et nomen accepit. Nam limum, obliquum dicimus.*

<sup>b</sup> *Et agr. intentio.* Sic vers. cc. *Intentio, productio.*

<sup>c</sup> *Quia Septentrio.* Ita Salmant. vetustissimus.

<sup>d</sup> *Arca... Trifinium.* Vid. Hygin. de Limitibus agror. Et Sicul. Flacc. de Condit. agr. Glossar. *Arca, ἀρχα κτημάτων.*

CAP. XV. — <sup>e</sup> *Mensura... finitur.* Verba sunt Boethii in Geometricis cap. 4.

<sup>f</sup> *Orbem in partes.* Goth. cc. *In partibus, ut apud Boethium.*

<sup>g</sup> *Digitus est pars minima. agrest. mens.* Ex Frontino.

<sup>h</sup> *Inde uncia habens digitum, et trientem.* Ita emendavit Chacon optime, cum in omnibus libris esset, *uncia habens digitos tres.* Frontinus lib. 1, de Aquæ ductibus. *Est, inquit, digitus, ut convenit, sexta decima pars pedis, uncia duodecima, et paulo post: uncia ergo modulus habet diametri digitum unum, et trientem digiti.*

<sup>i</sup> *Palmas autem quatuor dig.* Non videtur hic locus

integer, nam proposuit omnes, quæ in hominis corpore reperiuntur, mensuras: palmos, pedes, cubitos, gradus, passus, neque tamen omnes explicat. Expleri hæc ita possent: *Palmas autem quatuor digitos habet, pes sedecim, cubitus sesquipedem, gradus duos pedes, et semipedem, passus pedes quinque.*

3. *Pertica* autem a portando dicta, quasi portica. Omnes enim præcedentes mensuræ in corpore sunt, ut palmus, pes, passus, et reliqua, sola pertica portatur. Est enim decem pedum, ad instar calami in Ezechiele templum mensurantis.

4. *Actus* minimus est, latitudine pedum quatuor, longitudine centum viginti.

*Climata* quoque undique versum habent pedes sexaginta.

*Actus* quadratus undique finitur pedibus centum viginti. <sup>k</sup> Hunc Bælici *Arapennem* dicunt, ab *arando* scilicet.

241 5. *Actus* duplicatus *jugerum* facit, ab eo quod est *junctum*, *jugeri* nomen accepit.

*Jugerum* autem constat longitudine pedum ducentorum quadraginta, latitudine centum viginti.

*Actum* provincie Bæticæ rustici <sup>l</sup> *Agnam* vocant.

6. *Porcam* iidem Bælici triginta pedum latitudine, centum octoginta longitudine definiunt. Sed porca est, quod in arando exstat. Quod defossus est lira. Galli *candetum* appellant in areis urbanis spatium centum pedum, quasi *centetum*. <sup>m</sup> In agrestibus autem pedum cl. quadratorum *candetum* vocant. Porro stadialis ager habet passus cixv, id est, pedes dcxv, cujus mensura octies computata *milliarium* facit, quod constat quinque millibus pedum.

7. *Centuria* autem ager est ducentorum jugerum, qui apud antiquos a centum jugeribus vocabatur; sed postea duplicata est, nomenque pristinum retinuit. In numero enim centuriæ multiplicatæ sunt, nomen mutare non potuerunt.

## CAPUT XVI.

### De itineribus.

1. *Mensuras viarum* <sup>n</sup> nos *milliaria* dicimus, Græci

integer, nam proposuit omnes, quæ in hominis corpore reperiuntur, mensuras: palmos, pedes, cubitos, gradus, passus, neque tamen omnes explicat. Expleri hæc ita possent: *Palmas autem quatuor digitos habet, pes sedecim, cubitus sesquipedem, gradus duos pedes, et semipedem, passus pedes quinque.*

<sup>i</sup> *Actus minimus, etc.* Quæ restant omnia, usque ad finem capituli, e *Columellæ* sunt lib. v. cap. 1.

<sup>k</sup> *Hunc Bælici Arapennem.* Sic fortasse legit Isidorus, qui ab arando nomen deducit: sed apud Columellam, etiam in manuscriptis libris, *Arapennem*; in legibus Gothicis, lib. viii, cap. 4, l. 25, et lib. vii, l. 1: *Si inter Arapennem.* Glossarium vero, *Arpendia, πλῆθρα. Arpendium, σχοῖνος γεωμετρικός.*

<sup>l</sup> *Agnam-vocant.* *Actuum* se reperisse in veteribus *Columellæ* et *Varronis* libris testatur *Victorius* ad *Varr.* lib. 1 de *Rust.*, cap. 10, et *Colum.*, lib. v. cap. 1. *Actum* utrobique etiam in vet. Cod. legit *Chacon*. *g* in *c ἀρχαῖος* mutato, quare *agnam* ex *Cod. Goth.* retinere visum est.

<sup>m</sup> *In agrestibus a. p. cl. quadratorum candetum vocant.* *Columella*: *In agrestibus autem pedum cl., quod aratores candetum nominant.* Sed *candetum* habent *Isidoriani* omnes *codices.*

CAP. XVI. — <sup>n</sup> *Nos milliaria, Galli leucas, etc.* *Hieron.*, in *Joel.* iii: *Nec mirum, si unaquæque gens certa viarum spatia suis appellat nominibus, cum et Latini mille passus vocent, et Galli leucas, et Persæ*

*media*, Galli *leucas*, 242 *Aegyptii schænos*, Persæ *A parasangas*. Sunt autem proprio quæque spatio.

2. *Milliarium* mille passibus terminatur, et dictum *milliarium*, quasi *mille adium*, habens pedum quinque millia.

3. *Leuca* finitur passibus mille quingentia.

*Stadium* octava pars milliarium est constans passibus cxxv. Hoc primum Herculem statuisse dicunt, eumque eo spatio determinasse, quod ipse sub uno spirita confecisset, ac proinde *stadium* appellasse, quod in fine respirasset, simulque *stetisset*.

4. *Via* est qua potest ire vehiculum, et *via* dicta a vehiculorum incurso. Nam duos actus capit propter euntium et venientium vehiculorum occursum.

5. Omnis autem *via*, aut publica est, aut privata. Publica est quæ in solo publico est, qua iter actus populo patet. Hæc aut ad mare, aut ad oppida pertinet. Privata est, quæ vicino municipio data est.

6. *Strata* dicta, quasi vulgi pedibus trita. Lucretius :

Strataque jam vulgi pedibus detrita viarum.

Ipsa est et delapidata, id est, lapidibus strata. Primi autem Pœni dicuntur lapidibus vias stravisse, 243 postea Romani eas per omnem pene orbem dispoſuerunt propter rectitudinem itinerum, et ne plebs esset otiosa.

7. *Agger* est *media stratae eminentia coaggeratis lapidibus strata*, ab *aggere*, id est, coacervatione dicta, eam quæ historici *viam militarem* dicunt, ut :

*parasangas, et restes universa Germania, atque in singulis nominibus diversa mensura sit.* Et paulo post : *Aegyptii σχοίνους.*

<sup>a</sup> *A vehiculorum incurso.* — Impulsu Complut. Goth.

<sup>b</sup> *Nam duos actus capit.* — Duo, ad vehicula referendum. Servius, *Æn.* iv, ad illud : *Convectant calle angusto* : — *Via est, actus dimidium, qua potest ire vehiculum.* Nam actus duo carpenta capit propter euntium et venientium vehiculorum occursum.

<sup>c</sup> *Omnis autem via, aut pub.* Ex Ulp., c. *Pætor. §. via, d. Nequid in loco publico.*

<sup>d</sup> *Agger est media.* E Serv., *Æn.* v, ad illud : *Qualis scæp. viæ.*

<sup>e</sup> *Quam historici viam militarem dicunt.* Ex eod., *Æn.* xii, ad illud : *Vidit ab adverso venientes.*

<sup>f</sup> *Iter est via.* Vid. cap. 1, d. de Servit. rustic. præd.

<sup>g</sup> *Semita itineris dimid.* Servius, *Æn.* iv, ad illud : *Convectant calle angusto* : *Semita est semis via, unde et semita dicta*; et Varro, lib. iv : *Qua ibant, ab itinere appellarunt*; *qua anguste semita, ut semi iter dictum.*

<sup>h</sup> *Callis.* Serv., ibid. : *Callis semita est tenuior callo*

Qualis sæpe *viæ* depressus in aggere serpens.

8. <sup>i</sup> *Iter, vel itus* est *via* qua iri ab homine quaqua versum potest.

*Iter* autem et *itiner* diversam significationem habent. *Iter* enim locus est transitu facilis, unde appellamus et *itum*. *Itiner* autem est *itus longæ viæ*, et ipse labor ambulandi, ut quo velis pervenias.

9. <sup>k</sup> *Semita* itineris dimidium est, a *semi ita* dicta. *Semita* autem hominum est, *callis* ferarum et pecudum.

10. <sup>l</sup> *Callis* est *iter* pecudum inter montes angustam et tritum, a *callo* pedum vocatum, sive *callo* pecudum præduratum.

*Tramites* sunt transversa in agris itinera, sive *recta via*, dicti quod *transmittant*.

11. *Divortia* sunt flexus viarum, hoc est, *viæ* in diversa tendentes. <sup>m</sup> *Eadem diverticula* sunt, hoc est, diversæ ac divisæ *viæ*, 244 sive *semitæ transversæ*, quæ sunt a latere *viæ*.

12. *Bivium*, quia duplex est *via*.

<sup>n</sup> *Compita*, quia plures in ea competunt *viæ*, quasi *triviæ*, *quatriviæ*.

<sup>o</sup> *Ambitus* inter vicinorum ædificia locus, duorum pedum et semipedis, ad circummeundi facultatem relictus, et ab *ambulando* dictus.

13. *Orbita* vestigium carri, ab *orbe* rotæ dicta.

Porro *actus* quo pecus agi solet.

*Clivosum*, iter flexuosum.

<sup>p</sup> *Vestigia* sunt pedum signa primis plantis expressa, vocata quod iis *viæ* præcurrentium *investigantur*, id est, cognoscantur.

*pecudum prædurata.*

<sup>q</sup> *Eadem diverticula. . . latere viæ.* Serv., *Æn.* ix, ad illud : *Objiciunt alii sese ad divortia* : *Diverticula sunt semitæ transversæ, quæ sunt a latere viæ militaris.* Male ergo libri omnes, *altera viæ.*

<sup>r</sup> *Compita.* Item, Georg. ii, ad : *Pagos et compita circum* : *Id est, per quadrivia, quæ compita appellantur ab eo quod multæ viæ in unam conflant.*

<sup>s</sup> *Ambitus i. v. æ. l.* Festi sunt verba. Varro, lib. iv : *Ambitus circumitus ab eoque xii tabularum interpretes ambitum parietis circumitum esse describunt.* Puto autem legem his verbis fuisse conceptam. *Ambitus parietis sestertius pes esto.* Volusius Metianus, lib. de Ponderibus : *Lex etiam (inquit) xii tabul. argumento est, in qua duo pedes, et semis sestertius pes vocatur.*

<sup>t</sup> *Vestigia.* Serv., *Æn.* xi, ad illud : *Vestigia plantis inst. terat* : *Signa pedum primis plantis expresserunt*; nam hæc sunt *vestigia, imagines pedum.* Illud autem primis non advertit Isidorus Virgilii esse, non Servii. Delevisset plane, nihil enim ad verbi interpretationem.

# LIBER DECIMUS SEXTUS.

DE LAPIDIBUS ET METALLIS.

## 245 CAPUT PRIMUM.

*De pulveribus, et glebis terræ.*

1. *Pulvis* <sup>a</sup> dictus, quod vi venti pellatur. Tollitur enim ejus flatu, nec resistit, nec stare novit, sicut ait Propheta: *Tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.*

2. <sup>b</sup> *Limus* vocatus, quod lenis sit.

*Cænium* est *vorago* luti.

*Zinis* ex incendio dicitur; ab eo enim fit.

*Favilla*, quod per ignem effecta sit. Nam *φῶς* ignis est.

3. *Gleba*, quod *glovus* sit. Pulveris enim collectione compingitur, et in uno glomere adunatur. Terra autem ligata, *gleba* est soluta, pulvis.

4. *Labina*, eo quod ambulanti bus lapsum inferat, dicta per derivationem a *labe*.

*Lutum* vocatum quidam per antiphrasin putant, quod non sit mundum, nam omne *lotum* mundum est.

5. *Volutabra* appellata, quod ibi apri *volutentur*.

<sup>c</sup> *Uligo* sordes 246 limi, vel aquæ sunt.

*Sabulum* levisimum terræ genus.

6. <sup>d</sup> *Argilla* ab *Argis* vocata, apud quos primum ex ea vasa confecta sunt.

*Creta* ab insula *Creta*, ubi melior est.

<sup>e</sup> *Creta cimolia* candida est, a *Cimæa* Italiæ insula dicta, quarum altera vestimentorum pretiosos colores emollit, et contristatos sulphure quodam nitore exhilarat, altera gommis nitorem præstat.

*Creta argentaria*, et ipsa candida appellata, eo quod nitorem argenteo reddat.

7. <sup>f</sup> *Terra Samia* a *Samo* insula dicta, candida, et levis, et linguis glutinosa, medicamentis et vasculis necessaria.

8. <sup>g</sup> *Pulvis Puteolanus* in *Puteolanis* Italiæ colligitur collibus, opponiturque ad sustinenda maria, fluctusque frangendos. Nam mersus aquis protinus lapis fit, undisque quotidie fortior effectus in saxum mutatur, <sup>h</sup> sicut argilla igne in lapidem vertitur.

CAP. I. — <sup>a</sup> *Pulvis... quod v. v. pellatur.* Al. *pulserit*. Sed videndum, quid voluerit Plinius, cum lib. xxxv, cap. 13, dixit: *Quis namque satis meretur pessimam (terræ) partem, ideoque pulverem appellatum.*

<sup>b</sup> *Limus vocatus, quod levis sit.* Mirum fugisse Isidorum verba Tertulliani in lib. de Anima: *Quid aliud limus, quam liquor optimus? Illud vero magis mirum, cum tam multa hujusmodi apud gravissimos auctores legantur, quosdam, qui sibi videntur cati, in solum Isidorum sævire.*

<sup>c</sup> *Uligo.* Vid. præced. lib., cap. 13.

<sup>d</sup> *Argilla ab Argis.* Hesyeh. et Suid., ἀργιλλον, γίνετον, καὶ καθάρων interpretantur.

<sup>e</sup> *Creta cimolia.* Ex Plin., lib. xxxv, cap. 17. Vid. Strab. lib. x.

<sup>f</sup> *Terra Samia.* Ex eodem lib., cap. 16, et cap. 22.

<sup>g</sup> *Pulvis Puteolanus.* Ex eod. cap. 13.

<sup>h</sup> *Sicut argilla igne in lap. vert.* Respexit ad Historiam de Dibutate Sicyoniæ apud Plin.

<sup>i</sup> *Ur enim ignis est.* Ita Hieronym. in Quæst. in Genes. cap. 11. *Ur Chædem, id est, in igne Chaldæorum.*

A 9. *Sulphur* vocatum, quia igne accenditur: <sup>1</sup> *Ur enim ignis est.* Nam vis ejus in aquis ferventibus sentitur, nec alia res facilius accenditur. Nasitur in insulis Æoliis inter Siciliam et Italiam, quas ardere dicunt. Invenitur et in aliis locis effossum. <sup>2</sup> Hujus 247 genera quatuor. Vivum quod foditur, translucetque et viret, quo solo ex omnibus generibus medici utuntur. Alterum quod appellant *glebam*, visibus tantum fulionum familiare. Tertium liquor est, usus ejus ad sanas suffiendas, quia candorem, mollitiemque præstat. Quartum ad elychnia conficienda maxime aptum. Sulphuris tanta vis est, ut morbos comitiales deprehendat nidore suo impositus ignibus. Anaxilæus calicem vini, prunaque subdita circumferens exardescens percussu pallorem dirum, velut defunctorum convivis offudit.

## CAPUT II.

*De glebis ex aqua.*

1. *Bitumen* <sup>1</sup> in Judææ lacu Asphaltite emergit, cujus glebas supernatantes nautæ scaphis appropinquantes colligunt. <sup>2</sup> In Syria autem limus est passim a terra exæstuans. Spissantur autem utraque, et densitate coeunt, et utraque <sup>3</sup> Græci πικασσφάλτων appellant. <sup>4</sup> Natura ejus ardens, et igni cognata, et <sup>5</sup> nequaquam ferro rumpitur, nisi solis muliebris inquinamentis, utilis ad compages navium.

2. *Alumen* vocatum a *lumine*, quod lumen coloribus præstat linguenda. Est autem <sup>6</sup> salugo terræ, efficiturque hyeme ex aqua, 248 et limo, et æstivis solibus maturatur. Hujus species duæ sunt, liquidum et <sup>7</sup> spissum.

3. *Sas* quidam dictum putant, quod in igne exsiliat. <sup>8</sup> Fugit enim ignem, dum sit igneus, sed naturam sequitur, quia ignis et aqua semper inter se inimica sunt. Alii *sas* a *salo*, et *sols* vocatum existimant, <sup>9</sup> nam ex aquis maris sponte gignitur, spuma in extremis littoribus, vel scopulis derelicta, et s. le decepta. Sunt et lacus, et flumina, et putei, e quibus haure-

<sup>1</sup> *Hujus genera quatuor.* E Plin., lib. xxiv, cap. 15. Ex quo quædam sunt a nobis restituta

<sup>2</sup> CAP. II. *Bitumen in Judæa.* Locus ex Hegesipp. lib. iv, cap. 18.

<sup>3</sup> *In Syria autem limus est.* Plinius: *Et bituminis vicina natura est, alibi limus, alibi terra; limus e Judæa lacu, ut diximus emergens, terra in Syria circa Sidonem oppidum maritimum. Spissantur utraque, et in densitate coeunt.*

<sup>4</sup> *Græci Pissaspalton, vel Asphaltopissam;* ut quidem legitur apud LXX, Exod. ii, in manus. Vau. .: καὶ κενέχρισαν αὐτὸν ἀσφαλτοπίσση.

<sup>5</sup> *Natura ejus ardens, e. i. c.* Hæc non de bitumine, sed de naphtha Plinius, et fortasse alie a sunt.

<sup>6</sup> *Et nequaquam ferro rump.* Hegesipp. *Hæreere sicut fertur bitumen, ut ferro haudquaquam, v l aliqua præacuta metalli specie incidatur, etc.*

<sup>7</sup> *Est autem salugo terræ.* Plin., xxiv, cap. 15.

<sup>8</sup> *Fugit in ignem.* Ex eod., lib. xxxi, cap. 9.

<sup>9</sup> *Num ex aq. mar.* Ex cap. 7.

tar. Dehinc in salinis ingestus sole siccatur, sed et a flumina, densantur in salem, amne reliquo sub gelu fluente. Alibi quoque detractis arenis colligitur, crescens cum luna nocibus: nam in Cyrenæa ammoniacus sub arenis invenitur. <sup>a</sup> Sunt et montes nativi salis, in quibus ferro cæditur, ut lapis reuasceat, tantæ alicubi duritiæ, ut muros domosque massis salis facient, sicut in Arabia.

4. In natura quoque salis differentiæ sunt. Nam alibi suavis, alibi salsissimus; commune sal in igne crepitat. Tragasæum nec crepitat igne nec exsilit. Agrigentium Siciliæ flammæ patiens in aqua exsilit, in igne fluit contra naturam.

5. Sent et colorum differentiæ. Memphiticus rufus est, in parte quadam Siciliæ <sup>b</sup> purpureus, ubi Ætna mons est. Item in eadem Sicilia in Pachyno adeo <sup>B</sup> splendidus et lucidus, ut imagines reddat. In Cappadocia crocinus effoditur.

6. Salis natura necessaria est ad omnem escam.

Pulmentis enim saporem dat, excitat aviditatem, et appetitum in omnibus cibis facit. Ex eo quippe omnis victus delectatio et summa hilaritas. Hinc et *salus* nomen accepisse putatur. <sup>c</sup> Nihil enim utilius sale et sole. Denique cornea videmus corpora nauticorum. Quin etiam pecudes, armenta et iumenta sale maxime provocantur ad pastum, <sup>d</sup> multo largiores lacte, multoque gratiores casei dote. Corpora etiam <sup>249</sup> sal astringit, siccatur et alligat. Defuncta etiam a putrescendi labe vindicat, ut durent.

7. <sup>e</sup> Nitrum a loco sumpsit vocabulum. Nascitur enim in oppido, vel regione Ægypti Nitria, ex quo <sup>C</sup> et medicinæ sunt, et sordes corporum vestiumque lavantur. Hujus natura non multum a sale distat. Habet enim virtutem salis, et similiter oritur canescentibus siccitate littoribus.

8. *Aphronitrum* Græce, Latine spuma nitri est, <sup>f</sup> de quo quidam ait:

Rusticus es, nescis quid Græco nomine dicar.  
Spuma vocor nitri Græcus es aphronitrum.

Colligitur autem in Asia, in speluncis distillans, dehinc

<sup>a</sup> Sunt et montes nativi. Ex eodem cap. Sustulimus hinc vocem *majus*, quæ sola ex integra Plinii sententia de vectigalibus, vel remanserat, vel irreperat.

<sup>b</sup> Purpureus. Solin., cap. de Sicil.: Purpureum salem Ætna mittit.

<sup>c</sup> Nihil e. utilius, etc. Ex cap. 9.

<sup>d</sup> Multo larg. l. multoque grat. Ex cap. 7, Virgil., Georg. III:

Hinc et amant fluvios, magis et magis ubera tendunt:  
Et salis occultum referunt in lacte saporem.

<sup>e</sup> Nitrum. E cap. 10 Sozomen., lib. vi Eccles. Hist. cap. 30, de Scythi regione Ægypti: *Istum locum appellant Nitriam, propterea quod est pagus finitimus, in quo nitrum colligunt.* Meminit quoque Nitriæ Cassian., collat. 6, cap. 1, et Hieron., Prov. xxv.

<sup>f</sup> De quo quidam. Martial., apud quem: *Dicor et aphr.*

<sup>g</sup> Olim in Hispania e put. Ex Plin., lib. xxxiv, cap. 12.

<sup>h</sup> In similitudinem vitrei acini. Ex eod.

<sup>i</sup> Tantam autem vim. Verba sunt Plinii, ibid.

CAP. III. — <sup>1</sup> Lapis mobilis est. Ita procul dubio

siccatur sole. Optimum putatur, si minime fuerit ponderosum, et maxime friabile, colore pene purpureo.

9. *Chalcantum* dictum, quia *Chalcitidis* est thymum, id est, flos, unde et apud Latinos *aris flos* appellatur. Fit autem nunc multis in regionibus; <sup>s</sup> olim in Hispaniæ puteis, vel stagnis id genus aquæ habentibus, quam decoquebant, et in piscinas ligueas fundebant, appendentes super eas restes, lapillis extentas, quibus limus in similitudinem <sup>h</sup> vitrei acini adhærebat, sicque ejectum siccabatur diebus xxx.

<sup>250</sup> 10. Fit autem nunc alibi in speluncis, quod liquide collectum, dehinc diffusum in quosdam botros solidatur: sit et in aerobibus cavatis, quarum de lateribus decedentes guttæ coalescunt; sit et salis modo ex flagrantissimo sole. Adco autem contractæ virtutis est, ut in leonum et ursorum ora sparsum <sup>i</sup> tantam vim habeat ad stringendum, ut non valeant mordere.

### CAPUT III.

#### De lapidibus vulgaribus.

1. *Lapis* a terra tanquam densior, etiam vulgo discernitur. *Lapis* autem dictus, quod lædat pedem.

<sup>1</sup> Lapis mobilis est, et sparsus.

*Saxa* hærent et a montibus exciduntur.

*Petra* Græcum est.

*Silix* est durus lapis, eo quod exsiliat ignis, ab eo dictus.

2. <sup>k</sup> *Scopulus* a saxo eminenti, quasi a *speculando* dictus, sive a tegumento navium ἀπὸ τοῦ σκῆπτου.

*Spelæa* Græce, <sup>l</sup> *spelunca* Latine. Est autem rupis cavata.

3. <sup>m</sup> *Crepidus* extremitas saxi abrupti, unde et *crepido* vocata, quod sit abrupti saxi altitudo.

*Cautes* aspera saxa in mari, dictæ a *cavendo*, quasi *caute*.

*Murices* petrae in littore, <sup>n</sup> similes muricibus vivis acutissimæ, et navibus perniciosæ.

<sup>251</sup> 4. <sup>o</sup> *Echo* saxum est quod humanæ vocis sonum captans, etiam verba loquentium imitatur. *Echo* <sup>p</sup> autem Græce, Latine *imago* vocatur, eo quod

legendum, repugnantibus omnibus libris, non *mollis*; sequitur enim *Saxa hærent*.

<sup>k</sup> *Scopulus a saxo enim*, etc. Verba sunt Servii, Æn. 1, ad illud: *Scopuloque infixit acuto*.

<sup>l</sup> *Spelunca Latine, est autem rupis cav.* Idem, ad illud: *Sub rupe cavata: Periphrasis est (inquit) spelunca.*

<sup>m</sup> *Crepidus... quod sit abrupti saxi altitudo.* Verba sunt Servii, Æn. x, ad illud: *Forte ratis celsi conjuncta crepidine.* Quæ præterea sequuntur in Editis, non Isidori sunt, sed ejus qui plura quam oporteret, e Servio descripsit.

<sup>n</sup> *Similis muricibus vivis.* Serv., Æn. v, ad vers.: *Acuto murice remi: Murex saxi acumen eminent per tranquillitatem.* Et Nonius.

<sup>o</sup> *Echo saxum est.* Fit quidem in saxis sæpius echo, sed saxum ipsam dictam nollem.

<sup>p</sup> *Echo autem Græce, Latine imago.* Non quod ἠχώ Græca vox, Latine sit imago, si verbum verbo reddas, sed quia Latini imaginem vocis appellavit, quam Græci vocant ἠχώ. Virg., Georg. III:

Aut ubi concava pulsæ  
Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.

ad vocem respondens alieni efficitur imago sermonis, licet hoc quidem, et locorum natura eveniat, ac plerumque convallium.

5. <sup>a</sup> *Calculus* est lapillus terræ admistus, rotundus, atque durissimus, et <sup>b</sup> omni puritate lenissimus. Dicitur autem *calculus*, quod sine molestia brevitate sui *calceatur*; <sup>c</sup> cui contrarius est *scrupus*, lapillus minutus, et asper, qui si inciderit in calciammentum, nocet, et molestia est animo; unde et animi molestiam dicimus *scrupulum*, hinc et *scruposa saxa*, id est, aspera.

6. <sup>d</sup> *Cos* nomen accepit, quod ferrum ad incidendum acuat; *cotis* enim Græco sermone *incisio* nominatur. Ex <sup>e</sup> his aliæ aquariæ sunt, aliæ oleo indigent in acuendo, sed oleum lenem, aquæ aciem acerrimam reddunt.

7. <sup>f</sup> *Pumex* vocatur, eo quod spumæ densitate concretus fiat, et est aridus, candore parvus, tantamque naturam refrigerandi habens, ut in vase missus, musta fervere desinant.

8. <sup>g</sup> *Rudos* artifices appellant, lapides contusos, et calci admistos, **252** quos in pavimentis faciendis superfundunt, unde et *rudera* dicuntur.

9. *Gypsum* cognatum calci est, et est Græcum nomen; plura ejus genera. <sup>h</sup> Omnium autem optimum lapis specularis. Est enim signis ædificiorum, et coronis gratissimus.

10. <sup>i</sup> *Calx viva* dicta, quia dum sit taetu frigida, utus occultum continet ignem. Unde et perfusa aqua statim latens ignis erumpit. Natura ejus mirum aliquid facit. Postquam enim arserit, aquis incenditur, quibus solet ignis extinguere; oleo extinguatur, quo

Horatius:

Redderet laudes tibi Vaticanæ montis imago.

Et alibi:

..... Cujus reclat jocosa nomen imago.

Ergo non recte quidam *ἀίμων* edidit.

<sup>a</sup> *Calculus* est. Serv., ad vers.: *Dumosis calculus arvis*, Georg. II: — *Calculus est lapis brevis terræ admistus*. Dicitur *calculus*, quod sine molestia sui brevitate *calceatur*.

<sup>b</sup> *Et omni puritate lenissimus*. F. *Et omni parte lenissimus*. Idem, inf., lib. XVIII, cap. 62: *Calculi vocati, quod leves sint, et rotundi*.

<sup>c</sup> *Cui contrarius scrupul.* Vid. Serv., ad: *Scrupula tuta lacu*, Æn. VI.

<sup>d</sup> *Cos*. Vid. sup.

<sup>e</sup> *Ex his aliæ aq.*, etc. Ex Plin., lib. XXXVI, cap. 2.

<sup>f</sup> *Pumex*. Ex eod., cap. 21.

<sup>g</sup> *Rudos*. Ead., lib. XIX, cap. 10. Vid. Vitruv., lib. VII, cap. 4, et Pallad., lib. I, cap. 6.

<sup>h</sup> *Omnium autem opt. lap. specul.* E Plin., lib. XXXIX, cap. 24.

<sup>i</sup> *Calx viva*. Hæc et quæ restant omnia repetuntur lib. IX, cap. 10.

<sup>j</sup> *Nam lapis lapidi non potest adherere conjunctus*. Ex Aug., lib. V, de Civit., cap. 27.

<sup>k</sup> *Calx e lapide albo*. Plin., lib. XXXVI, cap. 25; Pallad., lib. I, cap. 10; Vitruv., lib. II, cap. 5.

<sup>l</sup> *Arena ab arid.* Serv., Æn. I, ad vers.: *Potiuunt Troes arena*: — *Quæritur, inquit, habeatne hoc nomen aspirationem, et Varro sic definit: Si ab ariditate dicitur, non habet; si ab hærendo, ut in fabricis videmus, habet; melior tamen est superior etymologia*. Civit. a Tharisiis: *Harena dicitur, quod hæreat; et arena, quod areat, gratius tamen cum aspiratione sonat*.

<sup>m</sup> *solet ignis accendi*. U-us ejus structuris fabricæ necessarius. <sup>n</sup> Nam lapis lapidi non potest adherere fortius, nisi calce conjunctus. <sup>o</sup> *Calx e lapide albo*, et duro melior structuræ, ex molli, utilis tectoriis.

11. <sup>p</sup> *Arena* ab ariditate dicta, non ab *adherendo* in fabricis, ut volunt quidam. <sup>q</sup> Hujus probatio, si manu impressa stridat, aut si in vestem candidam sparsa, nihil sordis relinquat.

## 253 CAPUT IV.

*De lapidibus insignioribus.*

1. *Magnes* <sup>a</sup> lapis Indicus ab inventore vocatus. Fuit autem in India ita primum repertus: clavis crepidarum, baculique cuspidi hærens, cum armenta B idem *Magnes* pasceret, postea et passim inventus.

Est autem colore ferrugineus, sed probatur cum ferro adjunctus ejus fecerit raptum. <sup>c</sup> Nam adeo apprehendit ferrum, ut catenam faciat annulorum. Unde et cum vulgus ferrum vivum appellat. — 2. Liquorem quoque vitri, ut ferrum, trahere creditur, cujus tanta vis est (P ut refert beatissimus Augustinus) quod quidam eundem *magnetem* lapidem tenuerit sub vase argenteo, ferrumque super argentam posuerit, deinde subtermovente manu cum lapide ferrum cursim desuper movebatur. <sup>d</sup> Unde factum est, ut in quodam **254** templo simulacrum ex ferro pendere in aere videretur. <sup>e</sup> Est quippe alius in Æthiopia *magnes*, qui ferrum omne abigit, respuitque.

<sup>f</sup> *Omnis autem magnes tanto melior est, quanto magis cæruleus.*

3. <sup>g</sup> *Gagates* lapis primum inventus est in Cilicia, <sup>h</sup> Hujus probatio, si manu comp. E Pallad., lib. I, cap. 10.

CAP. IV. — <sup>a</sup> *Magnes lapis Indicus*. Plin., lib. XXXVI, cap. 16: *Magnes appellatus est ab inventore, ut auctor est Nicander, in Ida repertus*, etc. Quæ lectio si vera est, et vox *Indicus* expungenda erit, et *Ida*, non *India*, deinde scribere oportebit. Sed quoniam illa de *magnete* Nicanderi carmina non exstant, et varietas etiam in Plinii Codicibus est, ut Hermolaus advertit, nihil mutandum duximus: non quin *Ida* magis probenius (nam et fabulæ pastorali aptior est *Ida*), sed quia *India* legisse Isidorum apud Plinium credimus. Quod vero Serapion Arabe, et Marbodæus poeta Gallus Indicum lapidem *magnetem* vocent, haud magni refert. Lucretio etiam, quam Nicandro de Etymologia magis assentior ita scribenti:

*Magneta* vocant patrio de nomine Graii;  
*Magnetum*, quia sit patris in fluvibus ortus.

D <sup>i</sup> *Nam adeo apprehendit ferrum, ut catenam*. Ex Aug. XVI, de Civit., cap. 4, et Plin., lib. XXXIV, cap. 14. <sup>p</sup> *Ut refert beatiss.* Aug. Ibid.

<sup>q</sup> *Unde factum est, ut in templo q.* Idem, cap. 6, et Ruffin., Eccles. Hist. lib. XI, et Plin. ibid., et Said. in *Magnas*.

<sup>r</sup> *Est quippe alius in Æthiopia*. Ex Plin. XXXVI, cap. 16.

<sup>s</sup> *Omnis autem magnes*. Ex Dioscorid., lib. V, cap. 148.

<sup>t</sup> *Gagates... in Cilicia*. Diosc., lib. V, cap. 148: *Ἰνναῖται δὲ ἐν Κίλικίᾳ κατὰ τὴν ποταμοῦ εἰσροῆσιν εἰς θάλασσαν ἰχθυομένην. Ἔστι δὲ πλησίον τῆς λεγομένης Πισαγίου πόλεως. Καλεῖται δὲ ὁ τόπος, ἢ ὁ ποταμὸς Ἰάγας*. Plinius tamen lib. XXXVI, cap. 49. *Gagates* lapis nomen habet loci, et annis *Gagis Lycia*.



*Gagatus* fluminis fluore rejectus. Unde et nominatus, A rursus dulci vino exstinguitur, trivis vicibus, tingendis tantum vestibus utilis.

10. <sup>1</sup> *Syrius lapis* a *Syria*, ubi reperitur, appellatur; hic integer fluctuari traditur, comminutus n-ergi.

6. <sup>c</sup> *Asbestos* Arcadiæ lapis, ferrei coloris, ab igne nomen sortitus, eo quod accensus semel nunquam exstinguitur. De quo lapide mechanicum aliquid ars humana molita est, quod gentiles capti sacrilegio mirarentur. Denique in templo quodam fuisse Veneris fanum (dicunt), ibique candelabrum, et in eo lucernam sub dio sic ardentem, ut eam nulla tempestas, nullus imber exstingueret.

256 11. <sup>k</sup> *Arabicus* similis est ebori sine ulla macula. Illic defricatus ad cctem, succum dimittit croco similem.

5. <sup>d</sup> *Pyrites* Persicus lapis, fulvus, aeris simulans qualitatem, cujus plurimus ignis: siquidem facile scintillas emit it; hic tenentis manuum, 255 si vehementius prematur, adurit, propter quod ab igne nomen accepit. <sup>e</sup> Est alius *pyrites* vulgaris, quem vivum lapidem appellant, qui ferro, vel lapide percussus scintillas emittit, quæ excipiuntur sulphure, vel aridis fungis, vel foliis, et dicio celerius præbet ignem. Hunc vulgus *focarem petram* vocat.

12. <sup>l</sup> *Judaicus* lapis albus est, atque in schemate glan lis scripturis sub invicem modulatus, quas Græci *γραμμὰς* appellant.

13. <sup>m</sup> *Samius* a *Samo* insula, ubi reperitur, vocatus et est gravis, et candidus, poliendo utilis.

14. <sup>n</sup> *Memphitis* vocatus a loco Ægypti, et est gemmanis naturæ. Illic tritus, atque in iis, quæ B urenda, et secanda sunt ex aceto illitus, ita obstupescere facit corpus, ut non sentiat cruciatum.

6. <sup>r</sup> *Selenites* Latine *lunaris* interpretatur, eo quod interiorum ejus candorem cum luna crescere, atque deficere aiunt. Gignitur in Perside.

15. <sup>o</sup> *Sarcophagus* lapis dictus, eo quod corpora defunctorum condita in eo infra quadraginta dies absumuntur, *σάρξ* enim Græce *caro* dicitur, *φάγειν* *comederé*. <sup>p</sup> Nascitur autem in Troade, fissilique vena scinditur. Sunt et ejusdem generis in Oriente saxa, quæ etiam viventibus alligata erodunt corpora.

7. <sup>q</sup> *Dionysias* lapis fuscus, et rubentibus notis sparsus. Vocatur autem ita, quia si aquæ mistus conteratur, vinum flagrat, et quod in illo ardore mirum est, ebrietati resistit.

257 16. <sup>q</sup> *Hæmatites* appellatus, eo quod sole resolutus, in colorem veniat sanguinis. Est autem admodum lividus. Est et ferrugineus. Nascitur in Ægypto, Babylonia et Hispania.

8. <sup>k</sup> *Thracius* niger, et sonorus, nascitur in Ælmine, cujus nomen est Pontus in Equitia.

17. <sup>r</sup> *Androdamas* colore niger, pondere, et duritia insignis, unde et nomen traxit, præcipuus reperitur in Africa. Trahere autem in se argentum, vel æs dicitur, quique attritus, ut *Hæmatites* in colorem redigitur sanguinis.

9. <sup>i</sup> *Phrygius* lapis, ex loco traxit vocabulum. Nascitur enim in Phrygia, colore pallidus, mediocriter gravis. Est autem gleba pumicosa. Uritur antea vino perfusus, satusque follibus donec rubescat, ac

18. <sup>s</sup> *Schistos* invenitur in ultima Hispania, croco similis, cum levi fulgore, facile friabilis.

<sup>a</sup> *Niger planus*. *Πλακώδης* videtur legisse Plinius apud Dioscoridem, nunc *πλακώδης* (sic) legitur, id est, crustaceus.

19. <sup>t</sup> *Amiantos* appellatus a veteribus, eo quod <sup>u</sup> si ex ipso vestis fuerit contexta contra ignem resistat, et igni imposita non ardeat, sed splendore accepto

<sup>b</sup> *Fictilia*, etc. Ex Plin., ibid.

<sup>c</sup> *Asbestos*. Ex Aug. lib. xxi, cap. 5 et 6.

<sup>d</sup> *Pyrites*. Ex eod., cap. 5.

<sup>e</sup> *Est et alius pyrites vulgar.* Ex Plin. xxxvi, cap. 16.

<sup>f</sup> *Selenites*. Ex August., ibid.

<sup>g</sup> *Dionysias*. Eod. inf. cap. 11; ex Solm. cap. 50; et Plin. xxxvii, cap. 9.

<sup>h</sup> *Thracius... in Equitia*. Sic omnes libri, sed *Scythia* credo legendum: ita namque de eo Dioscorides, lib. v: *Γεννᾶται μὲν ἐν Σκυθία ἐν ποταμῷ λεγομένῳ Πόντῳ*. Nam quod Equitia *ἰκπόροτος* sit, de qua Strab., lib. xi, non satis placet.

<sup>i</sup> *Phrygius lapis*. Ex Plin., xxxvi, cap. 19.

<sup>j</sup> *Syrius lapis*. E Plin. xxxvi, cap. 17. Sed quod apud eum *e Scyro insula* vulgo legitur, advertendum, *Syro* quoque in manuscript. Plinianis Codicibus reperiri.

<sup>k</sup> *Arabicus similis est ebori sin. ull. mac.* E Dioscorid., lib. v, 149. Sed verba sumpta sunt e Plin., qui lib. xxxvi, cap. 21: *Arabus* (inquit) *lapis ebori similis*. Et cap. 20, de *Hæmatite*: *Tertium genus Arabici facit, si nili duritie vix reddentis succum ad cctem æquariam aliquando croco similem*. Et posterior hæc pars addita ex margine videbatur Chaconi, tam

hoc loco, quam sequenti capite.

<sup>l</sup> *Judaicus lapis*. Dioscorides, lib. v, cap. 155: *Ὁ δὲ ἰουδαϊκὸς λίθος γεννᾶται μὲν ἐν τῇ ἰουδαίᾳ τῷ σχήματι βαλεοντιδῆς, λευκός, εὐρυθμὸς ἰκανός, ἰσχυρὸν καὶ γραμμὰς παραλλήλων ὡς ἀπὸ τόρου*. Verba autem Isidori e veteri illius interprete sunt, apud quem pro *scripturis*, *scriptulis* legebat Chacon, sicut enim *γραμμὰς* interpretabantur antiqui, quod vero *modulatis* idem vertit ὡς ἀπὸ τόρου legisse videtur.

<sup>m</sup> *Samius*. Ex Plin. xxxvi, cap. 21, et Dioscorid. v, cap. 173.

<sup>n</sup> *Memphitis*. Ex Plin., lib. xxxvi, cap. 7, et Diosc. cap. 158.

<sup>o</sup> *Sarcophagus*. Plin., xxxvi, cap. 17.

<sup>p</sup> *Nascitur autem in Troade*. Ex Plin., ibid. Quæ autem post vocem *corpora* in plerisque omnibus libris sequuntur, *mitiores autem servandis corporibus, nes absumendis*, recte expunxit Vulcanius, sunt namque Plinii verba non jam de sarcophago, sed de chernite loquentis.

<sup>q</sup> *Hæmatites*. Ex eodem cap. 20, et Dioscorid. Videntur etiam Georg. Agricol., lib. v, de Natura fossilium.

<sup>r</sup> *Androdamas*. Ex Plin., xxxvi, cap. 20.

<sup>s</sup> *Schistos*. E Dioscorid., lib. v, cap. 145.

<sup>t</sup> *Amiantos*. Ex eod., cap. 156.

<sup>u</sup> *Si vestis ex eo fuerit contexta*. A *contasta*: sed *contexta* legendum ex Dioscorid., lib. v, cap. 15.

nitescat, et est sci si aluminis similis, veneficiis resistens omnibus, specialiter magorum.

20. <sup>a</sup> *Ostracites* similis est testæ laminosus scissibilis.

<sup>b</sup> *Gallactites* colore cinereus, gustu suavis, sed ideo sic vocatus, quod quidam de se lacteum attritus dimittat.

21. <sup>c</sup> *Obsidius* lapis niger, translucidus, et vitri habens similitudinem. Ponitur in speculis parietum propter imaginum umbras 258 reddendas. Gemmas multi ex eo faciunt, nascitur in India, et in Sannio Italiae.

<sup>d</sup> *Mitridax* lapis Euphratis, sole repercussus coloribus micat variis.

22. <sup>e</sup> *Aethites* lapides reperiuntur in nidis aquilarum; aiunt binos inveniri, marem et feminam, nec sine his parere aquilas. Horum masculus, durus, similis gallæ, subrutilus: femineus vero pusillus, ac mollis.

<sup>f</sup> Alligati partus celeritatem faciunt, etiam aliquid vulvæ excidunt, nisi cito parturientibus auferantur.

23. <sup>g</sup> *Phengites* Cappadociae lapis, duritia marmoris candidus, atque translucens, ex quo quondam templum constructum est a quodam rege foribus aureis, quibus clausis claritas intus diurna erat.

24. <sup>h</sup> *Cheruites* eboris similis, in quo Darium conditum fuerat, Parioque similis candore, et duritia, minus tamen ponderosus, qui porus vocatur.

25. <sup>i</sup> *Ostracites* vocatus, quod similitudinem testæ habeat usus ejus est pro pumice.

26. <sup>j</sup> *Meliites* lapis dictus, eo quod melleum, et dulcem succum emittat.

27. <sup>k</sup> *Smyris* lapis asper, et indomitus, et omnia atterens, ex quo gemmæ teruntur.

259 28. <sup>l</sup> *Chrysites* colore similis ochræ invenitur in Ægypto.

29. <sup>m</sup> *Hammites* similis nitro, sed durior, gignitur in Ægypto et Arabia.

<sup>a</sup> *Ostracites* s. e. t. l. s. Verba sunt Dioscorides, lib. v, cap. 1: 6: *Ὀστράκιτος ὁμοίος ἴστυν ὀστράκω, πλακῶδες, καὶ εὐσχιστός.* Quod autem paulo post de ostracite agit ex Plinio, mirum nō mendoso Dioscorides Codice usus *Batrachites* hoc loco legit; qui autem *Boutrachites* hic legi voluit, nugas agunt.

<sup>b</sup> *Gallactites*. E Dioscorid., cap. 50.

<sup>c</sup> *Obsidius*. E Plin. xxxvi, cap. 26.

<sup>d</sup> *Mitridax*. E Solin., cap. 50. Idem a Plinio *mitrax* dicitur lib. xxxvii, cap. 10. Collocatur autem ab Isidoro inf. cap. 10, inter gemmas.

<sup>e</sup> *Aethites*. Ex Plin., xxxvi, cap. 21.

<sup>f</sup> *Alligati partus celeritatem*. Plinii verba referemus, si quis hæc forte ex illo sarciat; ea sunt: *Aethite gravidæ odalligati mulieribus, vel quadrupedibus in pelliculis sacrificatorum animalium, continent partus; non nisi parturiant, removendi, alioqui vulvæ excidunt. Sed nisi parturientibus auferantur, omnino non pariunt.* Nos Goth. Codicum scripturam representavimus.

<sup>g</sup> *Phengites*. Ex eod., cap. 22.

<sup>h</sup> *Cheruites*. Ex eod., cap. 17. Vid. Theoph., lib. de Lapidibus.

<sup>i</sup> *Ostracites*. Ex eod., cap. 19.

<sup>j</sup> *Meliites*. Ex eod., cap. 19, et Diosc., cap. 151.

<sup>k</sup> *Smyris*.... *gemma* teruntur. *Tunduntur* Goth.

<sup>l</sup> *Chrysites colore similis ochræ*. Ita legendum etiam apud Plin., xxxvii, cap. 10. Porro ochræ Atticæ meminuit Dioscorides, lib. v, cap. 62.

30. <sup>n</sup> *Thyites* nascitur in Æthiopia veldt viridis, sed lacteus, cum resolvitur remordens vehementer.

31. <sup>o</sup> *Coranus* albus est, duriorque Pario.

32. <sup>p</sup> *Molotius* veluti viridis, et grandis invenitur in Ægypto.

33. <sup>q</sup> *Tusculanus* a loco Italiae dictus, dissillire igne traditur.

34. <sup>r</sup> *Sabinus* fuscus, addito oleo, etiam lucere fertur. <sup>s</sup> Est et quidam viridis lapis vehementer igni resistens.

35. <sup>t</sup> *Siphinius* mollis, et candidus, excalesfactus oleo nigrescit, atque durescit.

36. <sup>u</sup> Lapides, quoque medicinalium mortariorum et pigmentorum 260 usibus apti. *Ephesius* præcipuus, et iude *Chalazius*.

<sup>v</sup> *Thebaicus* quoque, et basanites lapides nihil ex sese remittentes.

37. *Specularis* lapis vocatus est, quod vitri more transluceat, repertus primum in Hispania citeriore, et circa Segobricam urbem. Invenitur enim sub terra, et effossus exciditur, atque finditur in quamlibet tenues crustas.

## CAPUT V.

### De marmoribus.

1. Post lapidum <sup>a</sup> genera veniamus ad marmora. Nam inter lapides et marmora differentia est. Nam marmora dicuntur eximii lapides, qui maculis et coloribus commendantur. Marmor sermo Græcus est a viriditate vocatus, et quamvis postea, et alii colores inveniantur nomen tamen pristinum a viriditate retinuerunt.

2. <sup>v</sup> Marmorum colores, et genera innumerabilia sunt. Non tamen omnia e rupibus exciduntur, sed multa sub terra sparsa sunt, et pretiosissimi generis: sicut Lacedæmonium viride, cunctis hilarius, repertum prius apud Lacedæmones, unde et vocabulum traxit.

<sup>m</sup> *Hammites*. Ex eod. Plin., lib. xxvii, cap. 10.

<sup>n</sup> *Thyites gignitur in Æthiop.* Præclare hunc locum restituit Chacon ex Diosc. lib. v, cap. 154; cujus verba apposuisse sufficet: *Αἶθος ὁ καλούμενος θύιτης γεννᾶται μὲν ἐν τῇ Αἰθιοπία: ἴστυ δὲ ἀπόχλωρος, ἰασκίλων, ἐν δὲ τῷ ἀνίσσθαι γαλακτώδης φανόμενος, ἀνεδακνῶν σφοδρῶς.* Gothicorum autem librorum scriptura hæc est: *Vi gignitur in Æth.*

<sup>o</sup> *Coranus albus est, duriorque Pario*. Plin., lib. xxxvi, cap. 18: *E diverso albo Coranos, durioresque Pario.* Ita namque legendum Plinii locum, et meliores Codices ostendant, et hæc Isidori verba satis confirmant.

<sup>p</sup> *Molotius*. Ita vet. Cod. Sed *Morochthius* puto scribendum ex Diosc.

<sup>q</sup> *Tusculanus*. E Plin. xxxvi, cap. 18.

<sup>r</sup> *Sabinus*. Ex Plin., ibid. Neque est cur corrector quisquam Gabinum hic pro Sabino e Tacito substituat, propter sequentia verba, quæ sumpta quoque sunt a Plinio, neque de Gabino, aut etiam Sabino lapide dicta.

<sup>s</sup> *Est et quidam virid. lap.* Ex eod. cap. 22.

<sup>t</sup> *Lapides quoque medicinalium mortariorum. Ephes. Chalazius.... Thebaicus.... Basanites.... Specularis.* Omnia ex eod. cap. captim sumpta.

CAP. V. — <sup>u</sup> *Post lapidum col.* Ex Plinii lib. xxxvi, a cap. 5 usque ad 8.

<sup>v</sup> *Marmorum colores, et gen.* Ex cap. 7.

3. *Ophites* serpentium maculis simile est, unde et **A** rietate diversorum colorum, Coriatho primum repertus: ex eo columnas ingentes, liminaque fiunt, ac trabes.

4. *Augustæum*, et *Tiberium* in *Ægypto Augusti*, et *Tiberii* primum principatu reperta sunt. Differentia eorum est ab ophite, cum illud, ut prædiximus, serpentium maculis sit simile. hæc maculas diverso modo colligunt; nam *Augustæum* undatim est crispum in vertices, *Tiberium* sparsa, non convoluta canitie.

261 5. *Porphyrites* ex *Ægypto* est, rubens candidis interuentibus punctis. Nominis ejus causa, quod rubeat, ut purpura.

6. <sup>a</sup> *Basaltes* ferrei coloris, sive duritiæ. Unde et nomen ei datum est, inventas in *Ægypto* et *Æthiopia*.

7. <sup>b</sup> *Alabastrites* lapis candidus, interstinctus variis coloribus, ex quo evangelici illius unguenti vasculum **B** fuit. Cavant enim hunc ad vasa unguentaria, quoniam optime servare incorrupta dicitur. Nascitur circa *Thebas* *Ægyptias* et *Damascum* *Syræ* cæteris candidior, probatissimus vero in *India*.

8. <sup>c</sup> *Parius* candoris eximii, *Lychnites* cognomento: hic apud *Paron* insulam nascitur, unde et *Parius* nuncupatus. <sup>d</sup> *Lygdinus* magnitudine quæ lances craterasque non excedat, unguentis et ipse aptus.

9. <sup>e</sup> *Coraliticus* in *Asia* repertus, mensura non ultra cubitos binos, candore proximo ebori quadam similitudine. E diverso niger *Alabandicus* terræ suæ nomine nuncupatus, purpuræ aspectu similis. Iste in *Oriente* igni liquatur, atque ad usum vitri funditur.

10. <sup>f</sup> *Thebaicus* interstinctus aureis guttis invenitur in parte *Africæ* 262 *Ægypto* ascripta, coticulis ad **C** terenda collyria quadam utilitate naturali conveniens.

11. *Syenites* circa *Syenum*, vel *Thebas* nascitur; trabes ex eo fecerunt reges.

12. *Marmora* autem, quæ in officinis sunt, rupibus gignuntur, et ex quibus *Thasius* diversis coloris maculis distinctus est, cujus primum usum insulæ *Cyclades* dederunt.

13. <sup>h</sup> *Lesbius* lividior est paulo hoc, sed et ipse diversi coloris maculas habens.

14. *Corinthæus*, *Ammoniacæ* guttæ similis cum va-

<sup>a</sup> *Basaltes*.—*Basantes* libri omnes; sed *Basaltes* apud **D** *Plin.*, cujus sunt hæc verba. De basauite superiori capite egit.

<sup>b</sup> *Alabastrites*. E cap. 8.

<sup>c</sup> *Parius c. e. Lychnites cognom.* E cap. 5.

<sup>d</sup> *Lygdinus*. E cap. 8. Nec mæ'e hunc locum a nobis resutatum putamus. Similitudo vocum *lychnit* et *lygdin* suspectam utramque reddiderat. Ita alterutra tantum in *Isidorianis* libris remanserat, cum ambæ sint necessariae.

<sup>e</sup> *Coraliticus*. Ex eod. cap.

<sup>f</sup> *Thebaicæ*. Ex eod. Vocem *Africæ* addimus prorsus necessariam.

<sup>g</sup> *Ex quibus Thasius*. Hanc lectionem veteres quoque libri confirmant, nam in plerisque *Itasius*, in aliis aperte legitur *Thasius*. Vid. *Plin.*, cap. 6, qui locus medicina quoque egit.

<sup>h</sup> *Lesbius livid.* *paull.* *Philostratus*, in lib. de *Vitis Sophist.*, de *Lesbio lapide*: *Καρυός* (inquit) ὁ λιθός, καὶ ἰδιότα.

<sup>i</sup> *Numidicum*... ad cotem succ. dimitt. croc. *Ex-pungebat* hæc *Claccon*, item ut capite superiori.

15. *Caryatium* viride, optimum nomen ab aspectu habens, ea quod gratum sit iis qui gemmas sculptant; ejus enim viriditas reficit oculos.

16. <sup>1</sup> *Numidicum* marmor *Numidia* mittit, ad cotem succum dimittit, 263 croco similem, unde et nomen accepit, non crustis, sed in massam et liminum usum aptum.

17. <sup>2</sup> *Lucullæum* marmor nascitur in *Chio* insula, cui *Lucullus* consul nomen dedit, qui delectatus illo primum *Romam* iavit, solumque pene hoc marmor ab amatore nomen accepit.

18. <sup>3</sup> Est et *Lunensis*....

*Tephria* appellatur a colore cineris, cujus lapide alligatio contra serpentes laudatur.

19. <sup>m</sup> *Ebur* a *barro*, id est, elephante dictum. *Horatius*:

Quid tibi vis, mulier, nigris dignissima borris?

#### CAPUT VI.

De gemmis.

1. Post marmorum genera gemmæ sequuntur, quæ multum auro decorem tribuunt venustate colorum. <sup>a</sup> Primordia earum a rupē *Caucasi*. *Fabula* ferunt *Prometheum* primum fragmentum saxi ejus inclusisse ferro, ac digito circumdedisse iisque cœpiasse anulum atque gemmas.

2. Genera gemmarum innumerabilia esse traduntur, e quibus 264 nos ea tantum quæ principalia sunt, sive notissima, annotabimus.

3. *Gemmæ* vocatae, quod instar gummi transluceant

4. Pretiosi lapides ideo dicti sunt, quia chare valent, sive ut a vilibus discerni possint, seu quod rari sint. <sup>o</sup> Omne enim quod rarum est, magnum et pretiosum vocatur, sicut et in *Samuelis* volumine legitur: *E sermo Domini pretiosus erat in Israel, hoc est, rarus*

#### CAPUT VII.

De viridioribus gemmis.

1. Omnium <sup>p</sup> gemmarum virentium *Smaragdus* principatum habet, <sup>q</sup> cui veteres tertiam post iuar-

<sup>1</sup> *Non crustis (tantum), sed in massam, et lim. usum apt.* *Vox tantam*, quæ desiderabatur ex *Plinio*, ineptam sententiam reddebat, *aptatum* etiam quam *aptum* malim.

<sup>2</sup> *Lucul... nascitur in Chio insula.*—*In Nili insula*, *Plinius*.

<sup>3</sup> *Est et Lunensis*... *Lacuna est in melioribus lib.* deinde *Thephria* diversum genus marmoris.

<sup>m</sup> *Ebur a barro*. E *Serv. Æn.* 1, vers. *Quale manus addunt ebori decus.*

**CAP. VI.**—<sup>n</sup> *Primord. ear. a rup. Caucas.* Ex præfatione *Plinii*, in lib. xxxvii.

<sup>o</sup> *Omne enim quod rar.*, etc. Ex *Hieronym.* in *Is.* xiiii. **CAP. VII.**—<sup>p</sup> *Omnium gemmar.* Pleraque ex *Plin.*, xxxvii.

<sup>q</sup> *Cui veteres tertiam tribuunt dignitatem.* *Quin verba illa*, quæ in omnib. libris leguntur post *margaritas et uniones* aliena sint, nemo dubitabit, qui quartum et quintum caput *Plinii* inspexerit, unde hæc sunt; quid autem illum quisquis fuit, in errorem impulerit, haud obacurum est. *Legerat* videlicet cap. 55 lib. ix, apud *Plinium*, hæc verba: *Principium calmenque omnium rerum preti margarita tenent.* In qu-

garitas et uniones tribuunt dignitatem. Smaragdus a nimia viridate vocatur. Omne enim <sup>a</sup> satis viride amarum dicitur. <sup>b</sup> Nullis enim gemmis, vel herbis major quam huic austeritas est. Nam herbas virentes frondesque exsuperat, inficiens circa se viriditate repercussum aerem. Scalpentibus quoque gemmas nulla gratior oculorum refectio est. Cujus corpus si extentum **265** fuerit, sicut speculum, ita imagines reddit. Quippe Nero Cæsar gladiatorum pugnas in smaragdo spectabat. Genera ejus duodecim, sed nobiliora septem, qui in Scythica gente reperiuntur. Secundum locum tenent *Bactriani*. <sup>c</sup> Colliguntur enim in commissuris saxorum flante Aquilone, tunc enim tellure deoperta intermicant, quia iis ventis arenæ maxime moventur. Tertium *Ægyptii* habent. Reliqui in metallis ærariis inveniuntur, sed vitiosi. Nam aut <sup>B</sup> ære, aut plumbo, aut capillamentis, vel salis similes notas habent.

2. Smaragdi autem mero et viridi proficiunt oleo, <sup>d</sup> quamvis natura imbuantur.

3. *Chalchosmaragdus* dicta, quod viridis sit, et turbida æris venis. Hæc in *Ægypto*, vel *Cypro* insula nascitur.

4. *Prasius* pro viridanti colore dicitur, sed vilis. Cujus alterum genus <sup>e</sup> sanguineis punctis obhorret. Tertium distinctum virgulis tribus caudidis.

5. *Beryllus* in India gignitur, gentis suæ lingua nomen habens, viriditate similis smaragdo, sed cum pallore. Politur autem ab Indis in sexangulas formas, ut hebetudo coloris repercussu angulorum excitetur. Aliiter politus non habet fulgorem. Genera <sup>C</sup> ejus novem.

6. *Chrysoberyllus* dictus, eo quod pallida ejus viriditas in aureum colorem resplendeat, et hunc India mittit.

7. <sup>f</sup> *Chrysoprasius* Indicus est, colore porri succum referens, aureis **266** intervenientibus guttis, unde et nomen accepit, <sup>g</sup> quem quidam beryllorum generi dicaverunt.

8. *Iaspis* de Græco in Latinum viridis gemma in-

his uniones numerantur, locum unde hæc Isidorus hausit, ille non considerat; ita enim Plinius, cap. 4: *Maximum in reb. humanis, non solum in: gemmas, pretium habet Adamas; et in sine: Proximum apud nos Indicus Arabicisque margaritis pretium est, et initio, cap. 5: Tertia auctoritas Smaragdus perhibetur.*

<sup>a</sup> Satis viride amarum. Ita Gothici libri; al., Smaragdum.

<sup>b</sup> Nullis enim gemmis, vel herbis major quam huic austeritas. Gemmis, vel herbis, abest ab omnibus Romanis libris. Porro sumi a coloribus et saporibus mutuo nomina satis constat, et Plin., lib. xxxiii, cap. 6, in floridos et austeros colores dividit, nos quoque nostrum amarillo ab amaro, non alia ratione, duximus.

<sup>c</sup> Colliguntur enim in commissuris saxorum. In commissuras legas oportet, si Plinium defensum vis, qui ex Theophrasti lib. de Lapidibus hæc vertit, *Δὲ καὶ εἰ: τὰ λεθοκόλλητα χρῶνται*. Quid autem *λεθοκόλλητα* sint, non est obscurum. Sed commissuris legit plane Solinus, qui: *Alii (inquit) minus nobiles in commissuris saxorum, vel in metallis ærariis apparent.*

<sup>d</sup> Quamvis natura imbuantur. Verba sunt Solin., cap. 25. Eadem apertius Plin.: *Qui non omnino vi-*

terpretatur. <sup>h</sup> *Ias* quippe viride, *pina* gemma dicitur. Est autem smaragdo subsimilis, sed crassi coloris: Species ejus xvii.

<sup>i</sup> Volunt autem quidam lapidem gemmam, et gratiæ, et tutelæ esse gestantibus, quod credere non fidei, sed superstitionis est.

9. *Topasion* ex virenti genere est, omnique colore resplendens, inventa primum in Arabiæ insula, in qua Troglodytæ prædones fame, et tempestate fessi, cum herbarum radices effugerent, cruerunt. Quæ insula post ea quæsitâ, nebulis cooperta, tandem a navigantibus inventa est. Sed ob hoc locus, et gemma nomen ex causa accepit. Nam *τοπάσιον* Troglodytarum lingua significationem habet quærendi. Est autem amplissima gemmarum, eadem sola nobilium linam sentit. Genera ejus duo.

10. <sup>j</sup> *Callaica* colore viridis, sed pallens, et nimis crassa, <sup>k</sup> nihil jucundius **267** aurum decet, <sup>l</sup> unde et appellata. Nascitur in India, vel <sup>m</sup> Germania, in rupibus gelidis, oculi modo extuberans.

11. <sup>n</sup> *Molochites* spissius virens, et crassius quam smaragdus, a colore malvæ nomen accepit, in reddendis laudata signis. Nascitur in Arabia.

12. <sup>o</sup> *Heliotropium* viridi colore et nubilo, stellis puniceis superspersa cum sanguineis venis. Ca sæ nominis de effectu lapidis est. Nam dejecta in labris æneis radios solis mutat sanguineo repercussa. Extra aquam autem speculi modo solem accipit, deprehenditque defectus ejus, subeuntem lunam ostendens. Magorum impudentiæ manifestissimum in hoc quoque exemplum est, quod admista herba Heliotropio quibusdam additis precationibus, gerentem conspici negent. Gignitur in Cypro et Africa, sed melior in Æthiopia.

13. <sup>p</sup> *Sagda* gemma prasini coloris apud Chaldaeos. Cujus tanta vis est, ut permeantes naves et profundo petat, et carinis ita tenaciter adhæreat, ut nisi abrasa parte ligni, vix separetur.

14. <sup>q</sup> *Myrrhites* dicta est, quod in eo myrrhæ color est. Compressus autem usque ad calorem, nardi

*rides nascuntur, vino et oleo meliores sunt.* Est itaque inubui infici Apud Hor.:

Quo semel est inubua recess servabit odorem  
Testa diu.

Et Virgilius:

Illiis aram  
Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agams.

<sup>e</sup> Sanguineis punctis obhorret. Ex Plin., cap. 8.

<sup>f</sup> *Chrysoprasius*. Ex eod., cap.

<sup>g</sup> *Quem quidam beryllor. g. d.* Ex cap. 5.

<sup>h</sup> *Ias* quippe viride, *pina* gemma dicitur. Hæc Vercianus non habuit; nobis retinuisse satis est. Scio *πίνιον* Græcis esse gemmam. De *Ias* quærendum.

<sup>i</sup> Volunt autem quidam. Vid. Plin., cap. 9.

<sup>j</sup> *Callaica*. *Callais*. Plin. et Solin.

<sup>k</sup> *Nihil jucundius aurum decet*. E Solin., 33.

<sup>l</sup> *Unde et appellata*. Quia *ζαῖδον* pulchrum.

<sup>m</sup> *Germania*. Ita Solin. *Carmania*, Plinius.

<sup>n</sup> *Molochites*. Ex Plin., cap. 8, et Solin., cap. 33.

<sup>o</sup> *Heliotrop*. Ex cap. 10.

<sup>p</sup> *Sagda*. Ex eod. cap., et Solin., 50.

<sup>q</sup> *Myrrhites*. Ex Solin., cap. 40, et Plin., *lib.*

spirat suavitatem. <sup>a</sup> Aromatites reperitur in Arabia, A latum, <sup>b</sup> quoniam sol vocitatus sicut *delector*, ut plurimi poetæ dixerunt. Constat autem eum non esse succum populi, sed pinæ arboris. Nam accensus tedæ uodore fragrat. — 7. Nascitur autem in insulis Oceani Septentrionalis, sicut gummi, densaturque ut crystallum <sup>1</sup> rigore, vel tepore. Ex ea sunt decoris gratia agrestium feminarum monilia, vocari autem a quibusdam *harpaga*, eo quod attritu digitorum, accepta caloris anima, folia, paleasque, et vestium simbriæ rapiat, sicut magnes ferrum. <sup>m</sup> Quocunque autem modo libeat, tinguitur. Nam anchusæ radice conchylioque inficitur.

**268** 15. <sup>b</sup> *Melichloros*, bicolor ex una parte viridis, ex altera mellis similis.

16. <sup>o</sup> *Choaspites* a flumine Persarum dicta est ex viridi fulgoris aurei.

#### CAPUT VIII.

##### De rubris gemmis.

1. *Corallium* <sup>d</sup> gignitur in mari, forma ramosum, colore viride, et maxime rubens; <sup>o</sup> venæ ejus candidæ sub aqua et molles, detractæ confestim durantur et rubescunt, tactuque protinus lapidescunt. Itaque occupari, evellique retibus solet, aut acri ferramento præcidi, qua de causa corallium vocitatur. Quantam autem apud nos margaritum Indicum pretiosum est, tantum apud Indos corallium. <sup>f</sup> Hunc magi fulminibus resistere affirmant, si creditur.

2. <sup>e</sup> *Sardius* dicta, eo quod primum reperta sit a Sardibus; hæc rubrum habet colorem marmoribus præstans, sed inter gemmas vilissima. Genera ejus quinque.

3. <sup>b</sup> *Onyx* appellata, quod habet in se permistum candorem in similitudinem unguis humani. Græci enim unguem *ὄνυχα* dicunt. Hæc India, vel Arabia gignit; distant autem invicem: nam Indica igniculos habet albis cingentibus zonis; Arabica autem nigra est cum candidis zonis: genera ejus quinque.

**269** 4. *Sardanyx* ex duorum nominum societate vocata est. Est enim ex *onychis* candore, et *Sardo*. Constat autem tribus coloribus, subterius nigro, medio candida, superius mineo. Hæc sola in signando nihil ceræ evellit. Reperitur autem apud Indos et Arabes, detecta torrentibus. Genera ejus quinque.

5. <sup>i</sup> *Hæmatites* rubore sanguineus, ac propterea *hæmatites* vocatur, *αἷμα* quippe sanguis est. Gignitur in Æthiopia quidem principalis, sed et in Arabia, et in Africa invenitur. De qua promittunt magi quiddam ad coarguendas barbarorum insidias.

6. <sup>i</sup> *Succinus*, quem appellant Græci *electrum*, fulvi cereique coloris, fertur arboris succus esse, et ob id *succinum* appellari. *Electrum* autem vocari fabulosa argumentatio dedit. Namque Phaetonte fulminis ictu interempto, sorores ejus luctu mutatas in arboreas populos, lacrymis *electrum* omnibus annis fundere juxta Eridanum amnem, et *electrum* appel-

latum, <sup>b</sup> quoniam sol vocitatus sicut *delector*, ut plurimi poetæ dixerunt. Constat autem eum non esse succum populi, sed pinæ arboris. Nam accensus tedæ uodore fragrat. — 7. Nascitur autem in insulis Oceani Septentrionalis, sicut gummi, densaturque ut crystallum <sup>1</sup> rigore, vel tepore. Ex ea sunt decoris gratia agrestium feminarum monilia, vocari autem a quibusdam *harpaga*, eo quod attritu digitorum, accepta caloris anima, folia, paleasque, et vestium simbriæ rapiat, sicut magnes ferrum. <sup>m</sup> Quocunque autem modo libeat, tinguitur. Nam anchusæ radice conchylioque inficitur.

**270** 8. <sup>n</sup> *Lyncurius* vocatus, quod fiat ex urina *lynxis* bestię tempore indurata. Est autem, sicut et succinum, fulva, attrahens spiritu folia propinquantia.

#### CAPUT IX.

##### De purpureis.

1. Inter purpureas gemmas principatum *Amethystus* Indicus tenet. <sup>o</sup> *Amethystus* purpureus est permixto violaceo colore, et quasi rosæ nitore, leniter quasdam flammulas fundens. Alterum ejus genus descendit ad *Hyacinthos*. Causam nominis ejus asserunt, quia sit quidam in purpura illius non ex toto igneum, sed vini colorem habens. Est autem sculpturis faciliis, genera ejus quinque.

2. *Saphirus* cæruleus est cum purpura, habens pulveres aureos sparsos, apud Medos optimus, nunquam tamen perlucidus.

3. <sup>p</sup> *Hyacinthus* ex nominis sui flore vocatur. Hic in Æthiopia invenitur, cæruleum colorem habens. Optimus qui nec rarus est, nec densitate obtusus, sed ex utroque temperamento luce purpuraque refulgens. Hic autem non rutilat æqualiter, sereno enim perspicuus est atque gratus, nubilo coram oculis evanescit atque marcescit, in os missus frigidus est, in sculpturis durissimus, nec tamen invictus: nam adamante scribitur, et signatur.

4. *Hyacinthison* Indicus est *Hyacinthum* prope referens. <sup>q</sup> Quidam autem eorum crystallis similes, capillamentis intercurrentibus obscurantur, ex quo etiam vitio nomen illorum est.

**271** 5. *Amethystison* appellatur, quia ejus extremus igniculus in *Amethysti* violam exit.

6. <sup>r</sup> *Chelidonia* ex hirundinum colore vocata, et duorum est generum, quarum una ex altera parte pur-

<sup>a</sup> *Aromatites* rep. Ex eod. Plin. cap.

<sup>b</sup> *Melichloros*. Ex cap. 11.

<sup>c</sup> *Choaspites*. Ex cap. 10.

CAP. VIII. — <sup>d</sup> *Corallium*... vocitatur. — *Curatium* perpetuo apud Plinium, ut etiam apud Theoph. Sunt autem hæc ex lib. xxxii. cap. 2.

<sup>o</sup> *Venæ ejus candidæ*. Sic veteres libri, al. *Baccæ*, ut Plin.

<sup>f</sup> *Hunc magi fulminibus*. Repetuntur hæc cap. 14; Plin., xxxviii, cap. 10. *Gorgonia nihil aliud est, quam curatium, nominis causa, quod in duritiam lapidis mutatur, emollit maria fulminibus, et Typhoni resistere affirmant.*

<sup>e</sup> *Sardius* dict. Ex xxxvii, cap. 7.

<sup>b</sup> *Onyx*. Ex cap. 6.

<sup>i</sup> *Hæmatites*. Ex cap. 10.

<sup>1</sup> *Succinus*. Ex cap. 2.

<sup>b</sup> *Quoniam sol vocitatus sicut Elector*. Homerus l. z.

<sup>o</sup> *Ὅς υἱὸς Πριάμοιο Πάρις κατὰ Περσέου ἀρχῆς τρυχεῖσι κρυφαίνων, ὡς ἄλλετωρ, ἰδιδύκει.*

<sup>1</sup> *Rigore, vel tepore*. Plinius, *teporis autumnali*. Eisdem modo legendum apud Solinum, non *tempore autumnali* contendit Hermolaus Barbarus.

<sup>m</sup> *Quocunque autem modo libeat, tinguitur*, etc. Ex cap. 3.

<sup>n</sup> *Lyncurius*. Ex cap. 2, et Solin., cap. 8.

CAP. IX. — <sup>o</sup> *Amethystus*. Ex Plin., xxxvii, cap. 4.

<sup>p</sup> *Hyacinthus* Solin., cap. 53.

<sup>q</sup> *Quidam autem eorum*. Ex cap. 53.

<sup>r</sup> *Chelidonia*. Ex Plin., cap. 10.

purea pura, et altera purpurea nigris intervenientibus maculis.

7. <sup>a</sup> *Cyanea* Scythiæ gemma, cæruleo coruscans nitore, pura interdum, et punctulis intermicantibus auratis pulvisculis varians.

8. *Rhodites* rosea est, et ex eo nomen accepit.

#### CAPUT X.

##### De candidis.

1. *Margarita*, <sup>b</sup> prima candidarum gemmarum, quam inde margaritam aiunt vocatam, quod in conchulis maris hoc genus lapidum invenitur. Inest enim in carne cochleæ calculus natus, sicut in cerebro piscis lapillus. Gignitur autem de cœlesti rore, quem certo anni tempore cochleæ hauriunt. Ex quibus margaritis quædam uniones vocantur: aptum nomen habentes, quod tantum unus, nunquam duo, vel plures simul reperiantur. Meliores autem candidæ margaritæ quam quæ flavescunt. Illas enim aut juvenutis aut matutini roris conceptio reddit candidas, has senectus, vel vespertinus aer gignit obscuras.

2. *Padros*, secunda post margaritam candidarum gemmarum, de qua quæritur in quo colore numerari debeat, toties jactati per alienas pulchritudines nominis, adeo ut decoris prærogativa vocabulo facta sit.

3. *Asterites* candida est, inclusam lucem continens, veluti stellam **272** intus ambulantem, redditque solis candicantis radios, unde et nomen invenit.

4. *Galactites* lactea est, quæ attrita reddit succum album ad lactis saporem, feminis nutrientibus illigata fecundat ubera. Infantium quoque collo suspensa salivam facere fertur, in ore autem liquescere, et memoriam adimere. Mittunt eam Nilus, et Achelous amnes. Sunt qui smaragdum albis venis circumligatum galactitem vocant.

5. *Chalazias* grandinis et candorem præfert et figuram, duritie quoque invicta, ut adamas; etiam in igne positæ manet suum frigus.

6. *Solis* gemma candida est, traxitque nomen, quod ad speciem solis in orbem fulgentes spargit radios.

7. *Selenites* translucet candido melleoque fulgore, continens lunæ imaginem, quam juxta cursum astri ipsius perhibent in dies singulos minui, atque augeri. <sup>c</sup> Nascitur in Perside.

8. *Cynædia* invenitur in cerebro piscis ejusdem nominis, candida et oblonga. Præsagire iis ferunt magi signa tranquillitatis vel tempestatis.

<sup>a</sup> *Cyanea*. Ex Solin., cap. 20, et Plin., cap. 9.

CAP. X. — <sup>b</sup> *Margarita*. Ex Plinio, lib. IX, cap. 35, et lib. XXXVII, cap. 9, 10, 11, et Solin., cap. 50.

<sup>c</sup> Nascitur in Perside. Plin. vero cap. 10. Nascique putatur in Arabia.

CAP. XI. — <sup>d</sup> *Achates*. Ex Plin., XXXVII, cap. 10, 11, et Solin., cap. 50.

<sup>e</sup> *Plurimis in locis*. Quam multa Isidoro accesserint ex posteris vel præposteris potius auctoribus hic locus satis ostendit. Cum enim ea quæ in omnibus libris post hæc verba sequuntur: *Est autem nigra, habens in medio circulos nigros, et albos, junctos, et variatos similis hæmatiti*, neque apud Plinium, neque apud Solinum reperimus, neque achati plane convenirent, incidit tandem Chacon in veteres quasdam glossas non admodum sane bellas, in quibus ita erat:

9. *Betioculus* albicans pupillam cingit nigram medio aureo fulgore lucentem. Hæc propter speciem Assyriorum regi *Belo* dicata, unde et appellata.

**273** 10. *Epimelas* dicitur, cum in candida gemma superne nigricat color, unde et nomen habet.

11. *Exhebenus* speciosa et candida, qua aurifices aurum poliunt.

#### CAPUT XI.

##### De nigris.

1. *Achates* <sup>d</sup> reperta primum in Sicilia juxta flumen ejusdem nominis, postea <sup>e</sup> plurimis in terris. Est autem nigra, habens in medio circulos nigros, et albos junctos, et variatos, similis hæmatiti. Magi sufflato earum, si creditur, tempestates avertunt, flumina sistunt.

**B** 2. *Apsyctos* nigra, et ponderosa, distincta venis rubentibus. Hæc excalefacta igni septem diebus calorem tenet.

3. <sup>f</sup> *Ægyptilla* nigra est radice, cærulea facie, ex Ægypto, ubi invenitur vocata.

**274** 4. *Medea* nigra est, a *Medea* illa fabulosa inventa. <sup>g</sup> Habet venas aerii coloris, sudorem reddit croci, saporem vini.

5. *Veientana* Italica gemma est a *Veis* reperta, nigra facie, albis intermicantibus notis.

*Barontis* nigra est cum sanguineis et albis notis.

6. *Mesomelas* nigra, vena quemlibet colorem secante per medium.

*Veneris crinis*, nigerrimi nitoris, continens in se speciem rufi crinis.

**C** 7. *Trichrus* ex Africa nigra est, sed tres succos reddit, a radice nigrum, medio sanguineum, <sup>h</sup> a summo ochræ.

8. <sup>i</sup> *Dionysias* nigra mistis rubentibus notis, ex aqua trita vinum flagrat, et odore suo ebrietati resistere putatur.

*Pyrites* nigra quidem, sed auritu digitos adurit.

#### CAPUT XII.

##### De variis.

1. *Panchrus* varius ex omnibus pene coloribus constans, unde et nominatur.

**D** 1) *Orca* barbari nominis ex fulvo et nigro, viridique et candido est.

*Achates*, dicit Isidorus etymolog. XVI, gemma est reperta primum in Sicilia juxta flumen ejusdem nominis, postea plurimis in terris. Et Pappias addit, quod habet in medio circulos nigros et albos junctos, et variatos. Et Hugutio dicit quod reddit homines gratiosos.

<sup>f</sup> *Ægyptilla* nig. rad. carul. fac. Plin.: *Ægyptillam* Iachus intelligit per album sarda nigraque vena transeunte, vulgus autem in nigra radice cæruleam facit. Considerandum uter ex altero restituendus.

<sup>g</sup> Habet venas aerii color. *Ærei* Goth. omnes; *auri* legitur apud Plin.

<sup>h</sup> E summo ochræ. Al., summo ceræum. Al., summo croccum.

<sup>i</sup> *Dionysias*. Ex Solin., 50.

CAP. XII. — 1) *Orca*-*Orca*, vel *Olea* Gothici libri

2. *Mitrydax*, sole percussa, coloribus micat variis. A Gignitur in Perside.

275 *Droselytus* varius, nominis causa, quia si ad ignem applicetur, velut sudorem mittit.

3. *Opalus* distinctus diversarum colorum gemmarum. Est enim in eo carbunculi tenuior ignis, amethysti fulgens purpura, smaragdi nitens viriditas, et cuncta pariter sub quadam varietate parientia. <sup>a</sup> Nomen habet ex patria. Solam enim eum parturit India.

4. *Ponticæ* a *Ponto* dicuntur, genere diverso <sup>b</sup> nunc auratis guttis micantes, alix habentes stellas, alix longis colorum ductibus lineatæ.

5. *Hexecontalithus* in parva magnitudine multicolor, unde et hoc nomen sibi adoptavit. Tam diversis enim notis sparsus est, ut sexaginta gemmarum colores in parvo ejus orbiculo deprehendantur. Nas-  
citur autem in Libya apud Troglodytas.

6. *Murrina* apud Peribos gignitur, sed præcipua in <sup>c</sup> Germania, humorem sub terra putant calere densatam <sup>d</sup> unde et nomen sumpsit. Varietas ejus in parparum candoremque et ignem cum quodam colorum repercussu, qualis in cœlesti arcu spectantur. Cujus contraria causa crystallum facit gelu vehementiore concreto.

## 276 CAPUT XIII.

### De crystallis.

1. *Crystallus* resplendens, et aquosus colore traditur, <sup>e</sup> quod nix sit glacie durata per annos. Unde et nomen ei Græci dederunt: Gignitur autem in Asia et Cypro, maxime in septentrionem Alpibus, ubi nec æstate sol ferventissimus invenitur. Ideo ipsa nudatur, et annosa duritia reddit hanc speciem quæ crystallus dicitur. Hic oppositus radiis solis adeo rapit flammam, ut aridis fungis, vel foliis ignem præbeat. Usus ejus etiam ad pocula destinatur. Nihil autem aliud quam frigidum pati potest.

2. *Adamas* Indicus lapis parvus, et indecorus, ferrugineum habens colorem, et splendorem crystalli. Nunquam autem ultra magnitudinem nuclei avellani repertus. Hic nulli cedit materiæ, ne ferro quidem, nec igni, nec unquam incalescit, unde et nomen interpretatione Græca indomita vis accepit. Sed dum sit invictus ferri, ignisque contempit, hircino rumpitur sanguine recenti et calido maceratus, sicque multis ictibus ferri perfringitur. Cujus fragmentis scalptores pro gemmis insiguiendis perforandisque utuntur.

<sup>a</sup> Nomen habet ex patria. Adjecta hæc putamus.

<sup>b</sup> Nunc auratis. — *Atris*, Plin.

<sup>c</sup> In Germania. — *Carmania*, Plin.

<sup>d</sup> Unde et nomen sumpsit. Hæc quoque aliena putabat Chacon.

CAP. XIII. — <sup>e</sup> Quod sit nix glacie durata. Ita Plin., cap. 2, et August., in ps. cxxvii. Solinus vero, c. p. 25: *Pulvis* (inquit) *glacem coire, et in crystallum corporari, sed frustra; nam si ita foret, neque Alabanda Asia, neque Cyprus insula hanc materiam procrearet, quibus regionibus incitatissimus calor est. Sed nostrum quoque est, has lites componere.*

<sup>f</sup> Hic autem dissidet cum magn. E Solin., cap. de Indis.

<sup>g</sup> Unum quod Germania mittit. Al., *Carmania*. Vid. Plin., lib. xxxvi, cap. 9. et Solin., cap. 33, de Scavi-

3. <sup>f</sup> Hic autem dissidet cum magnete lapide in tantum, ut juxta positus ferrum non patiatr abstrahi, magneti autem si admotus, magnes 277 comprehenderit, rapiat atque auferat. Fertur quoque in electri similitudine venena deprehendere, metus vanos expellere, maleficis resistere artibus. Genera ejus sex.

4. *Chalazias* grandinum, et candorem, et figuram adamantinæ duritiæ. Etiam in igne positæ manet suum frigus.

5. *Cerauniorum* duo genera sunt: <sup>e</sup> Unum quod Germania mittit crystalli similem, splendet tamen cæruleo; et si sub divo positus fuerit, fulgorem rapit siderum, <sup>b</sup> *Ceraunium* alterum Hispania, in Lusitanis littoribus gignit, cui color e pyropo rubenti, et qualitas ut ignis. Hæc adversus vim fulgurum opitulari fertur, si credimus. Dicta autem Ceraunia, quoniam alibi non inveniuntur quam in loco fulminis ictui proximo. Græce enim *fulmen xepavov* dicitur.

6. <sup>i</sup> *Iris* apud Arabiam in mari Rubro nascitur coloris crystallini, sexangulata, dicta ex argumento *Iris*. Nam sub tecto percussa sole species et colores arcus cœlestis in proximos parietes emittit.

7. *Astrios* ex India est, crystallo propinqua, in cujus centro stella lucet fulgore lunæ plenæ, sumpsit autem nomen quod, *astris* opposita, fulgorem rapit ac regerit.

8. <sup>k</sup> *Alectria*, quasi *alectoria*. In ventriculis enim gallinaceis invenitur, crystallina specie, magnitudine fabæ. Hac in certaminibus invictos fieri magi volunt, si credimus.

9. 278 *Enhydros* ab aqua vocata. Exsudat enim aquam, ita ut clausam in ea putei fontaneam scaturiginem.

## CAPUT XIV.

### De ignitis.

1. Omnium <sup>l</sup> ardentium gemmarum principatum *carbunculus* habet. *Carbunculus* autem dictus, quod sit ignitus, ut *carbo*, cujus fulgor nec nocte vincitur. Lucet enim in tenebris, adeo ut flammam ad oculos vibret. Genera ejus XII; sed præstantiores, qui videntur fulgere, et velut ignem effundere. *Carbunculus* autem Græce *ἀνθραξ* dicitur. Gignitur in Libya apud Troglodytas.

2. *Anthracites* vocatus, quod sit et ipse coloris ignei, ut *carbunculus*; sed candida vena præcinctus, cujus proprium est, quod, jactatus in ignem, velut

D dinavia. Utrum horum secutus sit Isidorus, non liquet.

<sup>b</sup> *Ceraunium alterum Hisp.* Solin., cap. de Hisp.: *Lusitanum litus pollet gemma ceraunio plurimum, quod etiam Indicis præferunt; hujus color est e pyropo, qualitas igni probatur, quem si sine detrimento sui perferat, adversus vim fulgurum creditur opitulari.* Ex quo loco quidam legent qualitas videtur igni, ut videri sit quod Solinus dixit, *probari.*

<sup>i</sup> *Iris.* Hæc partim e Solino, partim e Plin. Quod in Arabia et sexangulato, e Solino; reliqua ex Plinio.

<sup>k</sup> In proximos parietes immittit. Mendoso libri omnes immittatur. Plinius, *ejaculatur.*

<sup>l</sup> *Alectria.* Ex Plin., xxxvii, cap. 40.

CAP. XIV. — <sup>l</sup> Omnium. Ex Plinio, xxxvii, et Solin.

intermortuus exstinguitur, at contra aquis perfusus A exardescit.

3. *Sandasirus* nascitur in India loco ejusdem nominis. Species ejus, quod veluti in translucido igne intus fulgent aureæ guttæ. Constat autem inter omnes <sup>a</sup> quantum numero stillarum accedit, tantum et pretio accedere.

4. <sup>b</sup> *Lychnites* ex eodem genere ardentium est, appellata a lucernarum fragrantia. Gignitur in multis locis, sed probatissima apud Indos. Quidam eam remissionem carbunculorum esse dixerunt. Hujus duplex facies: una quæ purpura radiat; altera quæ cocci rubore. <sup>279</sup> A sole excalefacta, aut digitorum attritu paleas et chartarum fila ad se rapere dicitur. Sculptoris resistit, ac si quando sculpta fuerit, dum signa imprimit, quasi quodam animali morau partem ceree B retentat. Genera ejus quatuor.

5. *Carchedonia* hoc quod et *Lychnites* facere dicitur, quanquam multo vilior prædictis. Nascitur apud Nasamonas imbre, ut ferunt, divino. Invenitur ad repercussum lunæ plenæ. Omnia autem genera sculpturæ resistunt.

6. *Alabandina* dicta ab *Alabanda* Asiæ regione, cujus color ad carchedoniam vadit, sed rarus.

7. *Dracontites* ex cerebro draconis eruitur, quæ nisi viventi abscaisa fuerit, non <sup>a</sup> ingemmescit; unde et eam magi dormientibus draconibus amputant. Audaces enim viri explorant draconum specus, et spargunt ibi gramina med cata ad incitandum draconum soporem, atque ita somno sopitis capita desecant, et gemmas detrahunt. Sunt autem candore translucido. Usu earum Orientis reges præcipue gloriantur.

8. <sup>d</sup> *Chrysoprasus* Æthiopicus est, quem lapidem lux celat, prodit obscuritas. Nocte enim igneus est, die aureus.

9. <sup>e</sup> *Phlogites* ex Persida est, ostentans intra se quasi flammam astuantes, quæ non exeant.

<sup>280</sup> 10. <sup>f</sup> *Syrtilites* vocata, quoniam in litore *Syrtilium* inventa primum est in parte Lucaniæ. Color ejuscrocceus, intus stellas continens elongidas, sub nubilo reuidentibus.

11. *Hormesion* inter gratissimas aspicitur, et igneo colore radians auro portante secum in extremitatibus candidam lucem.

<sup>a</sup> Quantum numero stillarum. *Stellarum* apud Plin.

<sup>b</sup> *Lychnites*. E Solin., cap. 65.

<sup>c</sup> Non ingemmescit. Sic vet. Cod. Plinius, gemmescit.

<sup>d</sup> *Chrysoprasus*. In Solini manuscript. exemplar., cap. de Æthiop., sic legitur: *Ubi hyacinthus, ibi et chrysoprasus apparet, quem lapidem lux celat, produnt tenebræ; hæc enim in eo diversitas, ut nocte igneus sit, die pallidus*. Quæ omnia chrysolampi tribuunt Plin. et Isidorus, cap. seq., et Solini ed ta exemplaria. Ergo deleri hæc tuto poterant.

<sup>e</sup> *Phlogites*. Ita dicitur a Solino, a Plinio *phlogontia*.

<sup>f</sup> *Syrtilites*. Ex Plin., cap. 10, aut potius ex Solin., cap. 8.

CAP. XV. — *Chrysopsis*. Sic etiam dicitur ab aliis. *Chrysopsis* a Plinio.

<sup>g</sup> *Chrysolithus* cum marini coloris similitudine. Non

## CAPUT XV.

## De aureis.

1. Sunt quædam gemmarum genera ex specie metallorum, vel lapidum cognominata.

2. <sup>a</sup> *Chrysopsis* aurum tantum videtur esse.

<sup>b</sup> *Chrysoyithus* auro similis est cum marini coloris similitudine, hanc Æthiopia gignit.

3. *Chryselectrus* similis auro, sed in colorem electri vergens, matutino tantum aspectu jucundus, raptissimus ignium, et si juxta fuerit celerrime ardescens.

4. <sup>1</sup> *Chrysolampus* ex auro et igne vocata. Aurea est enim die, et noctu ignea: hanc Æthiopia gignit.

5. <sup>i</sup> *Ammochrysus* arenis auro intermixtis, nunc bractearum, nunc pulveris habet quadrulas. Gignitur B in Persida.

6. *Leucochrysus* colore aureo, interveniente candida vena.

<sup>281</sup> <sup>k</sup> *Melichrysus* dicta, quod veluti per aurum sincerum mel, sic hæc gemma transloceat.

7. *Chrysocolla* gignitur in India, ubi formicæ eruant aurum. Est autem auro similis, et habet naturam magnetis, <sup>1</sup> nisi quod augere aurum traditur, unde et nuncupatur.

<sup>m</sup> *Argyriles* similis argento, habens stigmata aurea.

8. *Andromas* argenti nitorem habet, et pene adamas, <sup>a</sup> quadrata semper tesseres. Magi putant nomen impositum ab eo quod animorum impetus vel iracundias domare et refrenare dicatur, si credimus. C Gignitur in mari Rubro.

9. *Chalcites* ærei coloris est.

*Chalcophonos* nigra est, sed lapidi illisa æris tinctum reddit.

10. *Balanite* duo sunt genera: subvirides et Corinthii æris similitudine, mediani secante flammea vena.

11. <sup>o</sup> *Sideritis* a contemplatione ferri nihil dissonat; verum maleficus, quoquo inferatur, discordias excitat.

12. *Idæus dactylus*, ex insula Creta, est ferrei coloris; causa nominis ejus, quia pollicem humanum exprimit.

13. *Æthiopicus* ferrei coloris est, qui dum teritur, nigrum succum emittit.

D dubito quin ad Hieronym. Isidorus respexerit; ille enim, Daniel. x: *Pro chrysolitho* (inquit), *qui unus est ex XII lapidibus qui ponuntur in logio pontificis, LXX Interpretes mare appellaverunt*.

<sup>1</sup> *Chrysolampus*. Al., *Chrysolampsia*.

<sup>i</sup> *Ammochrysus*. Ex Solino.

<sup>k</sup> *Melichrysis*. Plin., cap. 9: *Sunt et melichrysis, veluti per aurum sincero melle translucens*.

<sup>1</sup> *Nisi quod augere aurum traditur*. Agere aurum legebat A. Covarruvias, ut agere sit quod Plinius dixit trahere, vel jungere.

<sup>m</sup> *Argyriles habens stigmata*. Stemmata Gothici.

<sup>a</sup> *Quadrata semper tesseres*. Plin., *quadrata semper tessellis similis*.

<sup>o</sup> *Sideritis*. E Solin. Plinius quoque, cap. 10: *Sideritis ferro similis, litigio illata discordias facit*.



14. \* *Zmilaces* in Euphratis alveo legitur Proconeso marmori similis, medio **282** colore glauco, veluti oculi pupilla internitens.

*Arabica* ex patria dicta, aspectu eburnea est.

15. *Hephestistes* speculi naturam habet, in redendis imaginibus, quanquam rutillet: experimentum ejus, si ferventi aquæ addita statim refrigeret, aut si soli opposita aridam materiam accendat. Nascitur in *Coryco*.

16. *Ostracites* lapidosus, colore testaceo, durior. Altera achati similis, nisi quod achates politura pinguescit. Duriori tanta inest vis, ut aliæ gemmæ scalpantur fragmentis ejus.

17. <sup>b</sup> *Clossopetra* similis est linguæ humanæ, unde et nomen sumpsit. Fertur autem, deficiente luna, e cælo cadere, cui non modicam magi tribuunt potestatem. Nam ex eo lunares motus excitari putant.

18. Sunt et quædam gemmarum genera cognominata ab animalibus.

*Echites* vipereas maculas exprimit.

*Carcinias* marini cancri coloris est.

19. *Scorpitis* scorpionem et colore et effigie refert.

*Myrmicites* formicæ reptantis effigiem imitatur.

*Taos* pavoni est similis.

*Hieracites* accipitris coloris.

\* *Ætites* aquilæ.

*Ægophthalmos* caprino oculo similis.

20. <sup>d</sup> *Lycophthalmus* quatuor colorum, ex rutilo sanguinea, in medio nigrum candido cingit, ut luporum oculus.

*Mecanites* papaver exprimit.

21. Sunt et quædam gemmæ quibus gentiles in superstitionibus quibusdam utuntur.

22. *Liparia* sufflata omnes bestias evocari tradunt.

**283** \* *Ananchitide* in hydromantia dæmonum imagines evocari dicunt.

*Synocitide* umbras inferorum evocatas teneri aiunt.

23. <sup>f</sup> *Chelonites* oculus est Indicæ testudinis, varius, et purpureus. Per hunc magi impositum linguæ futura prænuntiari fingunt.

24. <sup>v</sup> *Brontia* a capite testudinum cum tonitruis cadere putatur, et restinguere fulminis ictus.

25. *Hyænia* lapis in oculis Hyænæ bestię invenitur, qui si sub lingua hominis subditus fuerit, futura eum præcinere dicunt.

\* *Zmilaces*. Ex Plinio et Solino.

<sup>b</sup> *Clossopet*. Diversa ab his tradit Plinius. Verum hæc e Solino sunt.

\* *Ætites* aquilæ. Plinius: *Ætites a colore aquilæ candicante cauda*.

<sup>d</sup> *Lycophthalmus*. Ex Plin., cap. 11.

\* *Ananchitide*. Plin.: *Ananchitide in hydromantia dicunt evocari imagines deorum*.

<sup>f</sup> *Chelonites*. De Chelonia hæc prodit Plinius.

<sup>v</sup> *Brontia*. Plinius, cap. 10: *Brontia capitibus testudinum similis, et cum tonitruis cadens, ut putant, fulmine ictu restinguit*. Idem voluit Isidorus.

<sup>b</sup> *Pontica... stellas aureas*. *Stellas aureas*, Solinus; *Stellas atras*, Plin.

<sup>l</sup> *Dicunt per eas interrogari d. c. et fug.* Hæc unde

Sed et *corallium* tempestati et grandini resistere fertur.

26. <sup>b</sup> *Pontica* est gemma quædam livore perlucida, habens stellas rubeas, interdum et aureas. <sup>l</sup> Dicunt per eam interrogari dæmones, et fugari.

27. <sup>j</sup> In quibusdam gemmarum generibus veras a falsis discernere magis difficultas est, quippe cum inventum sit ex vero genere alterius in alia falsa transducere, ut sardonices, <sup>l</sup> quæ ternis glutinantur gemmis, ita ut deprehendi non possint. Fingunt enim eas ex diverso genere, nigro, candido minioque colore. Nam et pro lapide pretiosissimo smaragdo quidam vitrum arte inficiunt, et fallit oculos subdole quædam falsa viriditas, quoadusque non est qui probet simulatum et arguat; sic et alia alio atque alio **B 284** modo. Neque est sine fraude ulla vita mortalium.

28. Omnes autem non translucidas gemmas *cæcas* appellant, eo quod densitate sua obscurentur.

#### CAPUT XVI.

##### De vitro.

1. Vitrum <sup>l</sup> dictum, quod visui perspicuitate transluceat. In aliis enim metallis quidquid intrinsecus continetur absconditur; in vitro vero quilibet liquor, vel species, qualis est interius, talis exterius declaratur, et quodammodo clausus patet. Cujus origo hæc fuit. In parte Syriæ, quæ Phœnice vocatur, finitima Judææ, circa radicem montis Carmeli, palus est ex qua nascitur Belus amnis, quinque millium passuum spatio in mare fluens juxta Ptolemaidem, <sup>m</sup> cujus arenæ de torrente fluctu sordibus eluuntur.

2. Illic fama est, appulsa nave merca torum nitri, cum sparsim per littus epulas pararent, nec essent pro attollendis vasis lapides, glebas nitri ex nave subdidisse, quibus accensis, permista arena littoris, translucentes <sup>n</sup> novi liquoris fluxisse rivos, et hanc fuisse originem vitri.

3. Mox, ut est ingeniosa solertia, non fuit contenta solo nitro, <sup>o</sup> sed et aliis misturis hanc artem studuit. Levibus enim aridisque lignis coquitur, adjecto cyprio ac nitro, continuisque fornacibus, ut æs liquatur, massæque fiunt. Postea ex massis rursus funditur in officinis, et aliud statu figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo cælatur. Tinguuntur etiam multis modis, ita ut hyacinthos, sapphirosque, et virides imitetur et onyches, vel aliarum gemmarum colores; neque est alia sint, non constat.

<sup>i</sup> In quibusdam gemmarum gener. veras a falsis disc. Ex Plin., cap. 12.

<sup>k</sup> Quæ ternis glutinantur gemmis. Ex Plin., ibid.

CAP. XVI. — <sup>l</sup> Vitrum. Vid. Plin., lib. xxxvi, cap. 23.

<sup>m</sup> Cujus arenæ de torrente fluctu sordibus eluuntur. Aperta sententia. Hoc est cujus arenas torrens fluctus sordibus eluit. Nec est cur in ea ingeniosi videamur, quamvis paulo aliter eadem enuntiaverit Plinius.

<sup>n</sup> Novi liquoris. Al., nobilis liquoris.

<sup>o</sup> Sed et aliis misturis hanc artem stud. Assentior Chaconi, qui adulterina ista censebat.

<sup>a</sup> speculis aptior materia, vel picturæ accommodator.

4. Maximus tamen honor in candido vitro, proximoque **285** in crystalli similitudine. Unde et ad potandum argenti metalla et auri pepulit vitrum. Olim fiebat et in Italia; et per Gallias et Hispaniam arenâ alba mollissima pila molaque terebatur. Dehinc miscebatur tribus partibus nitri pondere, vel mensura, ac liquata in alias fornaces transfundebatur, quæ massa vocabatur *ammonitrum*, atque hæc recocta fiebat vitrum purum et candidum.

5. In genere vitri et *obsidianus* lapis annumeratur. Est autem urens interdum, et niger aliquando, et translucidus crassiore visu, et speculis parietum pro imagine umbras reddente: gemmas ex eo multi faciunt. Hunc lapidem et India et in Italia, et ad Oceanum in Hispania nasci tradunt.

6. <sup>b</sup> Ferunt autem sub Tiberio Cæsare quemdam artificem excogitasse vitri temperamentum, ut flexibile esset, et ductile, qui dum admissus fuisset ad Cæsarem, porrexit phialam Cæsari, quam ille indignatus in pavimento projecit. Artifex autem eustulit phialam de pavimento, quæ complicaverat se tanquam vas æneum; <sup>c</sup> deinde marculum de sinu protulit, et phialam correxit. Hoc facto, Cæsar dixit artifice: Nunquid alius scit hanc condituram vitrorum? Postquam ille jurans negavit alterum hoc scire, jussit illum Cæsar decollari, ne dum hoc cognitum fieret, aurum pro luto haberetur, et omnium metallorum pretia abstraherentur. Et re vera, quia si vasa vitrea non frangerentur, meliora essent, quam aurum et argentum.

### CAPUT XVII.

#### De metallis.

1. Metallum dictum Græce *ἀπὸ τοῦ μεταλλῶν* quod natura ejus ea sit, ut ubi una vena apparuerit, ibi spes sit ærius inquirendi. Septem autem sunt genera metallorum: aurum, argentum, æs, electrum, stægneum, plumbum, et quod domat omnia, ferrum.

### 286 CAPUT XVIII.

#### De auro.

1. Aurum <sup>d</sup> ab *aura* dictum, id est, a splendore,

<sup>a</sup> Speculis aptior. Plinius, *sequacior*.

<sup>b</sup> Ferunt autem sub Tib. Vid. Plin. et Dio., lib. LVII.

<sup>c</sup> Deinde marculum. Al. martulum.

CAP. XVIII.—<sup>d</sup> Aurum ab *aura*. E Serv., Æn. VI ad illud: *Discolor unde auri. Inde tamen habent constantem Gothi.* in versu Maronis.

<sup>e</sup> Hinc et *aurarii* dicti, q. f. sp. r. Verba sunt Servii ibidem, nisi quod apud *Itinam* *aurari* et *favor* legitur, sed idem Servius, eodem lib., ad illud: *Gaudens popularibus auri*, *Auris* (inquit) *favoribus*, unde et *aurarii* dicuntur *favores*.

<sup>f</sup> *Obrizum* aurum dictum quod *obrad*. De hoc notationem fortasse sumpsit ex verbis Hieron. ad Jer. x: *Septem* (inquit) *nominiibus apud Hebræos appellatur aurum. Quorum unum ophaz dicitur, quod nos dicere possumus obrizum, ut splendeat in superficie idolorum.* Et in epist. ad Præcipiam: *Ophaz genus auri a loco India, vel a colore, nominatur indico.*

<sup>g</sup> Græci *ἀπὸ τοῦ*. Ut de hac scriptura minus dubitari

A quod repercusso aere plus fulgeat. Unde et Virgilius:

*Discolor inde auri per ramos aura refulsit,*

hoc est, splendor auri. Naturale enim est ut metallorum splendor plus fulgeat luce alia repercussus. <sup>e</sup> Hinc et *aurarii* dicti, quorum fulgor splendides reddit.

2. <sup>f</sup> *Obrizum* aurum dictum, quod *obradiet* splendore; est enim coloris optimi, quod Hebræi *ophaz*, s. Græci *ἀπὸ τοῦ* vocant.

3. <sup>h</sup> *Bractea* dicitur tenuissima lamina, *ἀπὸ τοῦ βράχων*, quod est *ἄχων*, id est, a *crepitando*.

4. *Pecunia* prius de *pecudibus* et proprietatem habebat et nomen. <sup>i</sup> De corio enim *pecudum* nummi incidebantur et signabantur. Postea a Saturno **287** æreus nummus inventus; ipse enim signari nummus B et inscribi constituit; propterea et *ærarium* Saturno a gentilibus consecratum est. Alii, ut superius *pecuniam* a *pecudibus* appellaverunt, sicut a *juvando* *juvenia* dicta sunt. <sup>j</sup> Omne enim patrimonium apud antiquos *peculium* dicebatur a *pecudibus*, in quibus eorum constabat universa substantia, unde et *pecunarius* vocabatur, qui erat dives, <sup>k</sup> modo vero *pecuniosus*.

5. Antiquissimi, nondum auro argenteoque inventa, ære utebantur. Nam prius *ærea* pecunia in usu fuit, post argentea, deinde aurea subsecuta, sed ab ea qua cepit nomen retinuit. Unde et *ærarium* dictum, quia prius *æ* tantum in usu fuit, et ipsum solum recedebatur, auro argenteoque nondum signato, ex quorum metallis, quamvis postea fuisset facta pecunia, nomen tamen *ærarii* pervenit ab eo metallo unde C initium sumpsit.

6. *Thesaurus* juxta Græcam proprietatem *ἀπὸ τῆς θήσας* a *positione*, hoc est, a *reposito*, nominatur. Nam *θήσις* *positio* dicitur, et est uomen ex Græco Latinoque sermone compositum. Nam *θη*; Græci *repositum* dicunt, Latini *aurum*, quod junctum sonat *repositum aurum*.

*Auraria* nomen habet ab auro.

7. <sup>l</sup> *Tributa* vero, eo quod antea per tribus singulas exigebantur, sicut nunc per singula territoria. <sup>d</sup> Sic autem in tres partes divisum fuisse Romanam populum constat, ut qui præerant in singulis

D possit. *Ciaron* Latinis litteris scriptum est in Goth. Ovet. colleg. et in Siliten. Est autem *κρίον*, *fulcrum*.

<sup>b</sup> *Bractea*.. *ἀπὸ τοῦ βράχων*, quæ est, *ὄνομα τοῦν* *crepitandi*; <sup>h</sup> *ἀπὸ τοῦ βράχων* quod est *ἄχων*. Ne de hac quidem lectione, quantumvis in Codicibus deformata dubitare licet.

<sup>i</sup> *De coria enim pecud. n. i. Cassiod.*, lib. VII *Varlar.*: *Pecunia enim a pecudis tergo nominata. Gallis auctoribus, sine aliquo adhuc signo, ad metalla transmissa est.* Vid. Suid., in *Ἀσάριον*.

<sup>j</sup> *Omne e patrimon. ap. antiq. E Serv., eclog. I.* ad illud: *Nec cura peculii.*

<sup>k</sup> *Modo vero pecuniosos.* Hieron., *Eccles. ast.*: *Porro Tullius pecuniosos primitus dictos refert, qui plura habuisse pecunia, id est, pecora designantur, non que antiquitas appellabant; pondatim autem per abusum nomen ad alud devolutum est.*

<sup>l</sup> *Tributa.* Ita Varro, lib. IV.

<sup>m</sup> *Sic autem... nominantur.* Verba Servii, Æn. V ad illud: *Tres equitum numero turmas, etc.*

partibus tribuzi dicereut. Unde etiam sumptus A  
quos dabant populi tributa nominaverunt.

8. Vectigilia sunt tributa, a *vehendo* dicta.

*Stipendium* a *stipe pendenda* nominatum. Antiqui enim appendere pecuniam soliti erant magis quam annumerare.

*Moneta* appellata est quia *monet*, ne qua fraus in metallo vel pondere fiat.

288 9. *Nomisma* est solidus aureus, vel argenteus, sive æreus, qui ideo *nomisma* dicitur <sup>a</sup> quia *nomibus* principum effigiisque signabatur. Primus nummus *ἄργυρος* nuncupabatur, quia quam plurimum ex argento percutiebatur.

10. <sup>b</sup> *Nummi* autem a *Numa* Romanorum rege vocati sunt, qui eos primum apud Latinos imaginibus notavit, et titulo nominis sui præscripsit.

11. *Folles* dicuntur a sacculo quo continentur, a continente id quod continetur appellatum.

12. In *nomismate* tria quærentur: metallum, figura et pondus. Si ex iis aliquid defuerit, *nomisma* non erit.

13. Tria autem sunt genera argenti, et auri, et æris: signatum, factum, infectum. Signatum est quod in nummis est; factum est, quod in vasis et signis; infectum, quod in massis, <sup>c</sup> quod et grave dicitur, id est, massa. In notitiam autem formarum metalla ita venerunt. <sup>d</sup> Dum enim quacunquē ex causa ardentes silvæ excoquerent terram, excalefactis venis fudit rivus <sup>e</sup> cujuscunquē stricturæ. 289 14. Sive igitur æs illud fuerat, sive aurum, cum in loca terræ depressiora decurreret, sumpsit figuram, in quam illud, C  
vel profluens rivus, vel excipiens lacuna formaverat. Quarum rerum splendore capti homines, cum ligatas attollerent massas, viderunt in eis terræ vestigia figurata, hincque excogitaverunt liquefactas ad omnem formam posse deduci.

## CAPUT XIX.

### De argento.

1. *Argentum* non longe a Græca appellatione distat. Hoc enim illi *ἄργυρον* vocant. <sup>f</sup> Cui mirum in modum illud inest, ut, dum candidum sit, impressum corpori lineas nigras reddat.

2. *Argentum vivum* dictum, quod excidat materias in quibus injicitur: hoc et liquidum, quia percurrit.

<sup>a</sup> Quia *nomibus* princip. Repetuntur hæc Inf., D  
cap. 24.

<sup>b</sup> *Nummi* autem a *Numa*. Ex Epiphani., lib. de Ponderibus, idem refert Suid. in voce *Ἀσσύρια*, ex Tranquillo.

<sup>c</sup> Quod et grave dicitur id est massa. Æn. vi, ad illud: *Egregium forma juvenem*, etc.

<sup>d</sup> Dum enim quacunquē ex causa ardent silvæ, etc., usque ad finem cap. Totus locus adumbratus ex *Lucretii* lib. v: *Quidquid, id est, quacunquē ex causa flammæ ardor horribili son.*, etc.

<sup>e</sup> Cujuscunquē stricturæ. Sic. Virg., Æn. vii, *Stricturas chalybum* dixit. Est autem strictura, ut ait eo loco *Servius*, terra ferri in massam coacta.

CAP. XIX. — <sup>f</sup> Cui mirum in modum illud inest. Hujus rei meminerat *Plinius* et *Augustinus*, lib. xxi de Civit., cap. 7.

<sup>g</sup> Sine hoc neque argentum, neque. *Vitruvius*, lib.

Invenitur specialiter in metallis, sive in argentariis fornacibus guttarum concretionē tectis inherens; sæpe etiam et in stercore vetustissimo cloacarum, vel puteorum limo. Fit etiam et ex minio imposito conchulæ ferreæ, palinea test a superposita; tum circumlito vasculo circumdantur carbonēs, sicque argentum vivum ex minio distillat: <sup>g</sup> sine hoc neque argentum, neque æs inaurari potest.

3. Tantæ autem virtutis est, ut si super sextarium argenti vivi centenarium saxum superponas, oneri statim resistat. Sin vero auri scrupulum, levitatem ejus raptim sinu recipit, ex quo intelligitur, non pondus, sed naturam esse cui cedit. Servatur autem melius in vitreis vasculis, nam cæteras materias perforat. <sup>h</sup> Potui autem datum, interlicet ponderis causa.

B 4. Argenti purgamenta *ἀθήματα*, quam nos spumam argenti appellamus. Fit enim ex argento et plumbo.

## 290 CAPUT XX.

### De ære.

1. *Æs* a splendore *aeris* vocatum, sicut aurum et argentum. <sup>i</sup> Apud antiquos autem prius æris quam ferri cognitus usus. *Ære* quippe prius proscindebant terram, ære certamina belli gerebant, eratque in pretio magis æs; aurum vero et argentum propter inutilitatem rejiciebantur. Nunc versa vice jacet æs, aurum in summum cessit honorem; sic volvenda ætas commutat tempora rerum. Et quod fuit in pretio, fit nullo denique honore. <sup>j</sup> Usus æris postea transit in simulacris, in vasis, in ædificiorum structuris, maxime et ad perpetuitatem monumentorum etiam publicæ in eis constitutiones scripte sunt.

2. <sup>k</sup> *Cyprium æs* in Cypro insula prius repertum, unde et vocatum: factum ex lapide eroso, quam *Cadmiam* vocant, et est ductile; huic si addatur plumbum, colore purpureo fit.

3. <sup>l</sup> *Aurichalcum* dictum, quod et splendorem auri et duritiam æris possideat. Est autem nomen compositum ex lingua Latina et Græca. *Æs* enim terminone Græcorum *χάλκος* vocatur. <sup>m</sup> Fit autem ex ære et igne multo, ac medicaminibus perducitur ad aureum colorem.

4. *Corinthium* est commistio omnium metallorum, quod casus prius mi-cuit *Corintho*, cum capereret incensa. <sup>n</sup> Nam dum hanc civitatem *Annibal* cepis-

vii, cap. 8.

<sup>h</sup> Potui autem datum interf. p. c. E Dioscorid.

CAP. XX. — <sup>i</sup> Apud antiquos autem prior æris. *Lucretius*, lib. v:

Et prior æris erat quam ferri cognitus usus.

Ex quo sunt omnia usque ad: *Nulla denique honore*. Reliqua hujus capituli e *Plinii* lib. iii.

<sup>j</sup> Usus æris. E *Plin.*, cap. 5 et seqq., usque ad 9, e quo extremo sunt pleraque hujus loci verba.

<sup>k</sup> *Cyprium æs*. Ex cap. 2, 4, 10.

<sup>l</sup> *Aurichalcum*, quod et splendorem aur. et dur. ær. poss. Verba sunt *Servii*, Æn. xii, ad illud: *Ipsè dehinc auro*. De etymolog. vid. *Fest.*

<sup>m</sup> Fit autem ex ære, etc. Quærendus hujus medicaminis auctor, neque enim hæc ex *Plin.*

<sup>n</sup> Nam dum hanc civitatem *Annibal*. *Μνημονικὸν ἀμύρτημα*. Non enim *Corinthum* *Annibal*, sed *C. Mummius* consul cepit, ann. ab Urb. cond. 618.

et, omnes statuas æreas, **291** et aurcas, et argenteas in unum rogam congeffit, et eas incendit. Ita ex hac commistione fabri sustulerunt, et fecerunt papposidea. Sic Corinthia nata sunt ex omnibus in unum, nec hoc, nec illud. Unde et usque in hodiernum diem, sive ex ipso, sive ex imitatione ejus, *æ Corinthium*, vel *Corinthia vasa* dicuntur. Hujus tria genera: unum candidum, ad argenti nitorem accedens; alterum, in quod ipsius auri fulva natura est; tertium, in quo æqualis cunctorum temperies.

5. <sup>a</sup> *Coronarium* ex ductili ære tenuatur in laminas, taurorumque selle tinctum speciem auri in *coronis* histrionum præbet, unde et appellatum.

6. *Pyropum* igneus color vocavit. Namque in singulas uncias æris, additis auri scrupulis senis, prætenui bractea ignescit, flammisque imitatur, unde et *pyropum* dicitur.

7. *Regulare æs* dicitur, quod ab aliis *ductile* appellatur, quale omne *Cyprium* est.

8. *Ductile* autem dicitur, eo quod *malleo-productatur*, sicut contra *fusile*, quod tantum funditur. Hoc et *caldarium*, quod tantum funditur. Nam malleis fragile est. Siquidem omne æs, diligentius purgatis igne vitis excoctisque, *regulare* efficitur.

9. *Campanum* quoque inter genera æris vocatur a *Campania* provincia, quæ est in Italiæ partibus, utensilibus et vasis omnibus probatissimum.

10. <sup>b</sup> *Æs* omne frigore magno funditur. <sup>c</sup> *Æs* rubiginem celerius trahit, nisi oleo perungatur; servari autem id optime in liquida pice tradunt.

**292** 11. Inter omnia metalla æs vocalissimum est, et maximæ potestatis; ideo et *ænea limina*, unde et Virgilius: *Foribus cardo stridebat ahenis*. Purgamenta æris *cadmia*, et *chalcitis*. *Cadmia* ærugo æris, *chalcitis* æris flos.

12. *Cadmia* gignitur in metallorum æris atque argenti fornacibus, insidente nidore. Namque ut ipse lapis ex quo fit *cadmia* vocatur, sic rursus in fornacibus existit, et nominis sui originem recipit.

13. *Æris flos* fit, seu gignitur, conflationibus, resolutis atque reliquato ære, superfusa frigida. Repentina enim densatione, tanquam de sputo, reparatur flos.

14. <sup>d</sup> *Æruginem* æs quoque creat. Nam laminæ æræ super vas aceti asperrimi sarmentis superpositæ, <sup>e</sup> atque ita distillantibus, quod ex eo cecidit in ipsum acetum, teritur et cribratur.

<sup>a</sup> *Coronarium Regulare... Pyropum... Campanum.* E cap. 8.

<sup>b</sup> *Æs omne frigore mel.* E cap. 9.

<sup>c</sup> *Æs rubiginem celerius trahit.* Plinius: *Æra externa rubiginem celerius trahunt quam neglecta, nisi oleo perungantur*, etc. Ergo deesse hic videtur aliquid.

<sup>d</sup> *Æruginem quoque creat. Nam laminæ æræ.* Hoc de cerussa Plin., cap. 18.

<sup>e</sup> *Atque ita distillantibus. Al., distillantes.*

CAP. XXI. — <sup>f</sup> *Unde et abusive*, etc. E Serv., Georg., 1, ad illud: *At chalybs nudi ferrum.*

<sup>g</sup> *Ferri æus post alia metalla.* rep. Lucretius:

Inde minutatim processit ferreus ensis,  
Versaque in opprobrium species est falcis ahenæ.

## CAPUT XXI.

## De ferro.

1. *Ferrum* dictum, quod *farra*, id est, semina frugum, terræ condit. Idem et *chalybs* a *Chalybe* flumine, ubi ferrum optima acie temperatur. <sup>f</sup> Unde et abusive dicitur *chalybs ipsa materies*, ut: *Vulturnusque chalybs*.

2. <sup>g</sup> Ferri usus post alia metalla repertus est. Cuius postea versa in opprobrium species. Nam unde prius tellus tractabatur, inde **293** modo cruor effunditur. Nullum autem corpus tam densis inter se coherentibus et implicitis elementis quam ferrum; unde inest illi duritia cum frigore. <sup>h</sup> Ferri autem metallum pene ubique reperitur, sed ex omnibus generibus palma Serico ferro datur. Seres enim hoc cum vestibus suis pellibusque mittunt. Secunda Partico, neque alia genera ferri ex mera acie temperantur. <sup>i</sup> Cæteris enim admiscetur mollior complexus.

3. Differentia ferri plurima juxta terræ genus. Nam aliud molle, plumboque vicinum, rotarum et clavorum usibus aptum; aliud fragile, et ærosam, <sup>j</sup> culturæ terræ conveniens; aliud brevitate sola placet, clavisque caligariis; aliud rubiginem celerius sentit. *Strictura* vocantur hæc omnes, quod non in aliis metallis, <sup>k</sup> *stringendo* apte vocabulo imposito. Aquarum vero summa differentia est quibus ferrum candens immergitur, quo utilius fiat, <sup>l</sup> sicut Bilbili in Hispania et Tirasone, Comi in Italia.

4. In acuendo ferro <sup>m</sup> oleo delectatior fit acies, unde et tenuiora ferramenta oleo restingui mos est, ne aqua in fragilitatem durentur. <sup>n</sup> A ferro sanguis humanus sese ulciscitur. Contactum namque celerius rubiginem trahit. Cum ferro magnes lapis concordiam habet. Sola enim hæc materia vim ab hoc lapide accipit, retinetque longo tempore. Ex eodem lapide architectus quidam Alexandriæ templum concameravit, ut in eo simulacrum ferro in ære pendere videretur. <sup>o</sup> Ferrum accensum igni, nisi duretur ictibus, corrumpitur. Rubens non est habile ad tundendum, neque antequam albescere incipiat. Aceto, vel alumine illitum ferrum fit æris simile.

5. **294** Purgamenta ferri rubigo et scoria.

*Rubigo* est vitium rodens ferrum ipsum, vel segetes, quasi *rodiyo* mutata una littera: hæc et *ærugo* ab *erodendo*. Nam *ærugo* vitium est ferri, ab *erodendo* dicta, non ab *æramento*.

<sup>h</sup> *Ferri autem metalli. p. ubique rep.* E Plin. xxxiv, cap. 14, a quo sunt fere quæ restant.

<sup>i</sup> *Cæteris enim admiscetur mollior complexus.* Sic etiam interpungendus locus Plinii.

<sup>j</sup> *Culturæ terræ conveniens.* Hæc utrum Plinio Isidorus, an Isidoro alius adjecerit, non dixerim.

<sup>k</sup> *Astringendo apte vocabulo imposito.* Sic omnes libri. *Abstringenda acie v. imp.*, Plinius. Uter ex altero restituendus, alii viderint. Mihi Isidorianorum Cod. lectio non displicet. Serv., *Æn.* viii: *Strictura est terra ferri in massam coacta.* Nihil de acie.

<sup>l</sup> *Sicut Bilb.* Aliquid deesse videtur. Vid. Plin.

<sup>m</sup> *Oleo delectatior.* Sic omnes libri. *Delectator apud Plin.*

<sup>n</sup> *A ferro sanguis hum. s. u.* Verba sunt Plinii.

<sup>o</sup> *Ferrum accensum.* Ex cap. 15.

6. <sup>a</sup> *Scoria* vero purgamenta et sordes sunt, quæ A eo temperantur. Cerussa quoque ex eo, sicut et ex igne excoquantur. Et dicta scoria, quia de ferro excutitur.

7. <sup>b</sup> Rubigine autem caret ferrum, si cerussa et gypso et liquida pice perungitur. Item rubigo ferramenta non vitiat, si eadem medulla cervina vel cerussa mista rosaceo ungtur.

## CAPUT XXII.

## De plumbo.

1. *Plumbum* dictum, quod ex eo primum pilis factis maris altitudo tentata est. <sup>c</sup> Hujus vero genera duo sunt, *nigrum* et *candidum*; sed melius candidum, quod prius in insulis Atlantici maris inventum est. Siquidem et in Lusitania, et in Gallecia gignitur summa terra arenosa, et coloris nigri, et ponderis gravis: interveniunt et minuti calculi, maxime torreatibus siccatis, lavant eas arenas, et quod subsidit, coquant in fornacibus. Inveniuntur et in aurariis metallis aqua missa calculi nigri et graves, et dum aurum colligitur cum eo remanent, postea separati coadantur, et in *plumbum album* resolvuntur. Inde et eadem gravitas plumbi quæ auri.

2. *Nigrum plumbum* circa Cantabriam abundat, cujus origo duplex est. Aut enim solum ex sua vena prodit, aut cum **295** argento nascitur, mistisque vena coadatur. Hujus primus in fornacibus liquor stannum est; secundus, argentum; quod remanet superaddita vena, rursusque coadata, fit nigrum plumbum.

3. <sup>d</sup> India neque plumbum neque æs habet, gemmis tantum et margaritis hæc permutat. Nigro plumbum ad fistulas laminasque utimur. Laboriosius in Hispania et Gallia eruitur plumbum. Nam in Britannia summo terræ corio.

## CAPUT XXIII.

## De stanno.

1. *Stanni* <sup>e</sup> etymologia, ἀποχωρίζων, id est, *separans*, et *secernens*. Mista enim et adulterata inter se per ignem metalla dissociat, et ab auro et argento æs plumbumque secernit; alia quoque metalla ab igne defendit, et cum sit natura æris ferrique durissima, si absque stanno fuerit, uritur et crematur.

2. <sup>f</sup> Stannum illitum æreis vasis saporem facit gratiorem, et compeccit virus æruginis. *Specula* etiam ex

<sup>a</sup> *Scoria*. Ex Hieronym., in Ezech. xii.

<sup>b</sup> *Rubigine autem caret*: s. Ex Plin., ibid.

Cap. XXII. — <sup>c</sup> *Hujus genera sunt nig.* E Plin. 34, cap. 16.

<sup>d</sup> *India neque plumbum*. E cap. 17.

Cap. XXIII. — <sup>e</sup> *Stanni etymologia... crematur*. Totus locus concinnatus ex verbis Hieronymi in Zachar. iv, ex quibus, quæ ad etymologiam atinet retulisse sufficiet. *Lapis* (inquit), id est, *massa*, qui apud Hebræos סַבְדִּיךְ scribitur, id est, *stanneus*, ἐτυμολογείται ἀποχωρίζων, id est, *separans* et *secernens*, ut quomodo *stannum* mista et adulterata, etc.

<sup>f</sup> *Stannum illitum... conficitur*. Ex Plin., xxxiv, cap. 17.

Cap. XXV. — <sup>g</sup> *Sol enim a poetis elector*. E Plinio, xxxvii, c. 2.

<sup>h</sup> *Defæctatus est enim hoc metall.* E Serv., Georg. iii, ad illud: *Purior electro*.

<sup>i</sup> *Hujus tria genera*. Ex eod., Æn. vii, ad carmen:

A eo temperantur. Cerussa quoque ex eo, sicut et ex plumbo, conficitur.

## CAPUT XXIV.

## De electro.

1. *Electrum* vocatum, quod ad radium solis clarius auro argenteoque **296** reluceat. <sup>g</sup> Sol enim a poetis *elector* vocatur. <sup>h</sup> Defæctatus est enim hoc metallum omnibus metallis. 2. <sup>i</sup> Hujus tria genera. Unum, quod ex pini arboribus fluit, quod *succinum* dicitur; alterum metallum, quod naturaliter invenitur, et in pretio habetur; tertium, quod fit de tribus partibus auri et argenti una. Quas partes, etiam si naturale solvas, invenies. Unde nihil interest natum sit, an factum; utrumque enim ejusdem naturæ est. 3. <sup>j</sup> *Electrum*, quod est naturale, ejusmodi naturæ est, ut in convivio, et ad lumina clarius cunctis metallis fulgeat, et venenum prodat. Nam si eo infusas venenum, stridorem edit, et colores varios in modum arcus cælestis emittit.

## CAPUT XXV.

## De ponderibus.

1. *Ponderum*, <sup>k</sup> ac mensurarum juvat cognoscere modum. Nam omnia corporalia, <sup>l</sup> sicut scriptum est, a summis usque ad ima, in mensura, et numero, et pondere disposita sunt, atque formata. <sup>m</sup> Cunctis enim corporeis rebus pondus natura dedit. Suum quoque regit omnia pondus.

**297** 2. Primus Moyses, qui omnes antecedit gentilium philosophos tempore, nobis et mensuras, et numeros, et pondus, diversis in Scripturæ suæ locis narravit. <sup>n</sup> Primus Phidon Argivus ponderum rationem in Græcia constituit, et licet alii antiquiores existerint, sed iste hæc arte experientior fuit.

3. *Pondus* dictum, eo quod in stateta libratum pendeat, hinc et *pensum*. Abusive autem pondus libra una est. Unde etiam *d'pondium* dictum, quasi *duo pondera*, quod nomen adhuc in usu retinetur.

4. *Trutina* est gemina ponderum lances æquali examine pendens, facta propter talenta <sup>o</sup> et centenaria appendenda, sicut *momentana* pro parva modicaque pecunia. Hæc et *moneta* vocata. Eadem et *statera* nomen ex numero habens, quod duabus lancibus et uno in medio stylo librata æqualiter stet.

D *Quod fieri*. Et Servii verba examinanda aliis relinquimus.

<sup>i</sup> *Electrum, quod est naturale*, etc. Ex Plin., xxxiii, cap. 4.

Cap. XXV. — <sup>k</sup> *Ponderum ac mensurarum juvat*. Rhemm. Palemon:

Pondera Pæoniis veterum memorata libellis Nosse juvat.

<sup>l</sup> *Sicut scriptum est*. Sapient. xi.

<sup>m</sup> *Cunctis corporeis rebus pond.* Palemon:

Pondus rebus natura locavit

Corporeis, elementa suum regit omnia pondus.

<sup>n</sup> *Primus Phidon*. Ex Euseb., Chron. Strabo quoque a Phidone signari ceptum argenteum ex Ephoro refert.

<sup>o</sup> *Et centenaria pondera*. Utuntur hæc voce Vitruv., lib. vii, cap. 8: *Si super id lapidia centenarii pondus imponatur*; et Plin., lib. vii, cap. 20: *Fusius Sallivius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus*

5. <sup>a</sup> *Examen* est filum medium, quo trutinæ statera regitur, et lances sequantur. Unde et in lanceis amentum dicitur.

6. <sup>b</sup> *Campana* a regione Italiæ nomen accepit, ubi primum ejus usus reperitus est. Hæc duas lances non habet; sed virga est signata libris et uncias, et vago pondere mensurata.

7. Unicuique autem ponderi certus est modus, nominibus propriis designatus.

8. <sup>c</sup> *Chalcus* minima pars ponderis, quarta pars oboli est, constans lentis geminis granis. Appellatur autem *chalcus*, quod sit parvulus, sicut et lapis calculus, qui adeo minimus est ut sine molestia sui calcetur.

9. *Siliqua* vigesima quarta pars solidi est, ab arboris semine vocabulum tenens.

10. *Ceratium* oboli pars media et tertia habens unam, et semis. Hunc latinis *semiobolus* vocat. *Ceratium* autem Græce, Latine *cornutum*, interpretatur.

11. *Obolus* siliquis tribus appenditur, habens ceratia duo, chalcos quatuor. Fiebat enim olim ex ære ad instar sagittæ. Unde et nomen a Græcis accepit, hoc est, *sagitta*.

12. <sup>d</sup> *Scrupulus* sex siliquarum pondere constat. Hic apud Græcos *gramma* vocatur. *Scrupulus* autem dictus per diminutionem a lapillo brevi, qui *scrupus* vocatur.

13. <sup>e</sup> *Drachma* octava pars unciæ est, et denarii, pondus argenti 299 tribus constans scrupulis, id est, XVIII siliquis. *Denarius* autem a *dando* dictus, quia pro decem nummis imputatur.

14. *Solidus* nuncupatur, quia nihil illi deesse videtur. *Solidum* enim veteres *integrum* dicebant et *totum*. Ipse quoque *nomisma* vocatur, pro eo quod nominibus principum effigiisque signetur. <sup>f</sup> Ab ini-

et *ducenaria* duo humeris contra scalas ferebat. Exstant Romæ centenarii hujusmodi lapides multi e durissima silice; nonnulli etiam antiquissimis litteris inscripti. Id centumpondium vocat de Re rust., cap. 13, his verbis: *Centumpondium incertum unum, et pondera certa, nisi incertum et creta cum Chacone mavis legere, ut incertum sit ex Festo indivisum.*

<sup>a</sup> *Examen* est filum. E Serv., *Æn.* XII: *Jupiter ipse duas æquato examine.*

<sup>b</sup> *Campana*. Eadem apud nos Romana dicitur.

<sup>c</sup> *Chalcus* minima pars ponderis. Octava pars oboli Polluci, lib. IX, et Cleopatra in fragmento quod existat; decima, Plinio, lib. XXI, cap. ultim. Diodoro apud Suidam sexta; Dioscoridi tertia; ut fuisse appareat diversi ponderis chalcos.

<sup>d</sup> *Scrupulus*. Sic meliores libri; *scriptulum*, *scriptulum*, et *scribulum* legitur in aliorum auctorum vetustissimis cod., ut a scribendo ducta vox videatur ad similitudinem Græci nominis *γραμμᾶ*.

<sup>e</sup> *Drachma* . . . tribus constans scrupulis. Fannius: In scrupulis tribus drachmam, quo pondere doctis Argenti facili signatur nummus Athenis.

<sup>f</sup> Ab initio vero formam. Ex Epiphau., lib. de Pond. et Mens.

*Sextula* . . . quod his sex u. e. Fannius:

*Sextula* quæ fertur, nam sex bis uncia constat.

<sup>b</sup> *Vulgus aureum solidum*. Non solum vulgus, sed Apuleius etiam, lib. X: *Centumque solidos aureos offerens pretium.*

<sup>i</sup> *Sextula* bis assumpta duellam. Fannius:

*Sextula* cum dupla est, veteres dixere duellam.

lio vero unum nomisma unus argenteus erat. Hæc enim ab Assyriis coepit. Dicunt enim Judæi quod Abraham in terram Chanaan primus hanc advexit formam. Solidus apud Latinos alio nomine <sup>a</sup> *Sextula* dicitur, quod iis sex uncia compleatur. Hunc, ut diximus, <sup>b</sup> vulgus aureum *solidum* vocat, cujus tertiam partem ideo dixerunt *tremissem*, eo quod solidum faciat *ter missus*.

15. <sup>i</sup> *Sextula* bis assumpta duellam facit, ter posita staterem reddit.

16. *Stater* autem medieta uncia est, appendens aureos tres, unde et vocatur *stater*, quod tribus solidis *stet*. Hic et *semiuncia*, quia *semis* habet de uncia. Hic et *semisis*, quia ponderis semis est, quasi *semis assis*.

17. *Quadrantem* Hebræi <sup>i</sup> similiter *codrantem* vocant, et <sup>b</sup> vocatur *quadrans*, quod unciæ quartam partem appendat.

18. <sup>i</sup> *Sicel*, qui Latino sermone *siclus* corrupte appellatur, Hebræum 300 nomen est, habens apud eos unciæ pondus. <sup>m</sup> Apud Latinos autem et Græcos quarta pars unciæ est, et stateris medieta, drachmas appendens duas. Unde cum in litteris divinis legitur *siclus*, uncia est; cum vero in gentiliis, quarta pars unciæ est.

19. *Uncia* dicta quod universitatem minorum ponderum sua unitate vinciat, id est, complectatur. <sup>n</sup> Constat autem drachmis viii, id est, scrupulis xxiv. Quod proinde legitimum pondus habetur, quia numerus scrupulorum ejus horas diei noctisque metitur, vel quia libram efficit duodecies computatus.

20. *Libra* XII unciis perficitur, et inde habetur perfecti ponderis genus, quia tot constat unciis quot mensibus annus. Dicta autem *libra*, quod sit li-

<sup>i</sup> *Quadrantem* similiter Hebræi *codrantem*. Ita quidem velle videtur Hieronymus in nominibus Hebræic., ex *Matth.*; sed Hieronymus sæpe, quod scit nescit in eo libro, ut etiam Isidorus in hoc. Nam Græcas et Latinas voces quasi Hebrææ essent interpretatus est.

<sup>k</sup> *Et vocata quadrans, quod unciæ quart. p.* Epiph., lib. de Pond. et Mens.: *Siclus, qui et quadrans dicitur, quarta pars est unciæ, dimidium stateris habens drachmas duas.* Sed deceptus est in Latina voce Græcus homo, Isidorumque ibidem labi fecit. Non enim quadrans unciæ, sed assis est quarta pars. Neque eo confugere potest Isidorus ut dicat asses unciales factos. Nam Plinio teste semunciales facti, deinceps in eo statu manserunt, ut etiam in iis qui nunc infinito numero exstant videmus.

<sup>l</sup> *Sicel* . . . unciæ pondus. Verba quidem sunt Hieronymi in *Quæst.* in *Genes.*, cap. 25. Verum præter Josephum (qui lib. III *Antiq.*, cap. 9, tradit siclum pendere quatuor drachmas Atticas, hoc est, semunciam) ipse Hieronymus, sui oblitus, in *Ezechiel.* IV: *Siclus* (inquit), *id est, stater, quatuor drachmas habet, drachmæ autem octo Latinam unciam faciunt.* Hoc Isidorum non vidisse mirum est.

<sup>m</sup> Apud Latinos autem et Græcos. Ex Epiphauio.

<sup>n</sup> Constat autem drachmis viii . . . mensibus annus. Fannius:

Uncia fit drachmis bis quatuor, unde potandum Grammata dicta, quod hæc viginti quattuor in sex uncia habet, tot enim formis vox nostra notatur, Horis quot mundus peragit noctemque diemque Unciæque in libra pars est, quæ mensis in anno.

bera, et cuncta intra se pondera prædicta concludat. A

21. *Mna* in ponderibus centum drachmis appenditur, et est nomen Græcum, <sup>a</sup> quæ sunt siliquæ ② 1000; remissis CCXXV, solidi LXXV, stateres XIV.

22. <sup>b</sup> *Talentum* autem summum esse pondus perhibetur in Græcis; 301 nam nihil est chalcus minus, nihil talento majus. <sup>c</sup> Cujus varium apud diversas gentes pondus habetur. Apud Romanos enim talentum est LXXII librarum, sicut Plautus ostendit, qui ait duo talenta esse CXLIV libras. Est autem triplex, id est, minus, medium, summum. Minus L, <sup>d</sup> medium LXXII libris, <sup>e</sup> summum CXX constat.

23. *Centenarium* numeri nomen est, eo quod centum librarum ponderis sit. Quod pondus propter perfectionem centenarii numeri Romani instituerunt.

### 302 CAPUT XXVI.

#### De mensuris.

1. *Mensura* est res aliqua modo suo, vel tempore circumscripta. Hæc aut corporis est, aut temporis. Corporis est, ut hominum, lignorum, et columnarum longitudo, et brevitatis. Sed et solem istum propriam sui orbis habere mensuram, quod geometrici pericrari audent. Temporis, ut horarum, dierum, et annorum. <sup>f</sup> Unde et metiri pedes horarum dicimus, hoc est, mensurare.

2. Proprie autem mensura vocata, quod ea fruges metiuntur, atque frumentum, id est, humida et sicca, ut modius, ortabo, urna et amphora.

3. Mensurarum pars minima *cochlear*, quod est dimidia pars drachmæ, appendens siliquas novem, quod triplicatum choncolam facit.

*Choncula* drachma una, et dimidia adimpletur.

4. *Cyathi* pondus decem drachmis appenditur, <sup>g</sup> qui etiam a quibusdam *cautus* dicitur.

<sup>a</sup> *Quod sint siliquæ, etc.* Ita plerique Goth., ut tamen a quibusdam absit hæc summa.

<sup>b</sup> *Talentum summum esse pond. perh.* Idem in *Talento*:

Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis;  
Nam nihil his obolove minus, majusve talento.

<sup>c</sup> *Cujus varium apud diversas gentes.* Servius, *Æn.* v ad illud: *Argenti, aurique talenta. Talentum* (inquit) *secundum varias gentes, varium pondus est, sed apud Romanos talentum est LXX libræ, sicut Plautus ostendit in Mostellaria, qui ait duo talenta esset XL libras. Sed re te meo judicio Chacon: « Si talentum, ait, sex millia drachmarum continet, ut Fannius affirmat, libra vero drachmas xcvi, efficitur profecto ut talentum libras Romanas LXXII tantum appendat, non LXX, ut apud Servium legitur, neque Plauti locus aliud sugdet. » Quare cum Isidori Codices LXXII libræ et CXLIV libræ constanter habeant, non dubito quin LXXII et CXXIV de doctissimi viri sententia hoc loco legendum sit, atque ita Servium scripsisse, cuius eodem existimamus, ut pro LX et XX, librarium vitio, LXX et XL irrepserint.*

<sup>d</sup> *Medium LXXII. Scribo LXXII.*

<sup>e</sup> *Summum CXX.* De quo Vitruvius loquitur, lib. x, cap. 24, cum ait: *Habentem pondus talentum quatuor millium quod fit quadringenta octoginta millia pondo.*

CAP. XXVI. — <sup>f</sup> *Unde et metiri pedes horar.* Vide Pallad., in fine singularum mensurum.

<sup>g</sup> *Qui etiam quibusdam cautus.* Al., *casatus*; al., *caulacus*; al., *causatus*. Cuiusmodi quidem Arabes hanc mensuram vocant. Sed non placet Chacon, qui cui-

*Oxybaphus* sit, si v drachmæ adduntur ad x.

5. <sup>h</sup> *Acetabulum* quarta pars heminae est, XII drachmas appendens.

303 <sup>i</sup> *Cotula* hemina est habens cyathos sex; quæ idcirco *cotula* vocatur, quia Græco sermone *co's incisio* dicitur, et i hemina sextarii in duo æqua inciditur, et cotulam facit.

*Hemina* autem appendit libram unam, quæ geminata sextarium facit.

6. *Sextarius* duarum librarum est, qui bis assumptus nominatur *bitibris*; assumptus quater, sit Græco nomine *choenix*; <sup>k</sup> quinque complicatus *quinarem*, sive *gomor* facit. Adjice sextum, *congiarium* reddit. 304 <sup>l</sup> Nam *congius* sex metitur sextariis, a <sup>m</sup> quo, et *sextario* nomen dederunt.

B 7. *Congius* autem a *congiendo*, id est, per augmentum crescendo vocatur. Unde postea pecunia beneficii gratia dari coepta *congiarium* appellatum est. Unusquisque enim sui temporis imperator favorem populi captans adjiciebat, ut largior videretur in donis.

8. <sup>n</sup> *Congiarium* autem specialiter mensura est liquidorum, cuius et rem simul et nomen a Romanis impositum invenimus.

9. *Metreta* est mensura liquidorum. Hæc a *mensura* accepit nomen, *μέτρον* enim *mensuram* dicunt Græci, et inde appellata *metreta*: licet et urna, et amphora, et reliqua hujusmodi nomina mensurarum sint, tamen ista hoc nomen a denarii numeri perfectione accepit.

*Metrum* ad omnem mensuram pertinet, *μέτρον* enim Græce, Latine *mensura* dicitur. Nam et *cyathus* mensura est, et amphora mensura est, et quidquid plus minusve capit, mensura est. Sed ideo hoc

tem probat, sed ex margine hæc ascita existimat; Rabanus nihil moror.

<sup>h</sup> *Acetabulum . . xv drachmas append.* Ita Plinius. Isidoriani libri: XII *drach. app.* Error ex similitudine notarum  $\psi$  et  $\pi$ . Rhemn., de cyato:

Bis quinque hunc faciunt drachmas, si appendere tentes, Oxybaphus fiet, si quinque addantur ad illas.

<sup>i</sup> *Cotyla . . habens cyathos sex.* Rhe. n.:

At cotyle cyathos bis ternos una recepat.

<sup>j</sup> *Et hemina sextarii. Idem.*

At cotylas, quas si placet, dixisse licebit

Heminas, recipit geminas sextarius unus:

Qui quater assumptus fit Græco nomine choenix.

Et Epiphaneus: *Cotyla dimidium sextarii est, appellata est Cotyla ab eo quod sextarius in duas partes secetur.*

<sup>k</sup> *Quinque complicatus quinarem, sive gomor facit.* Cum paulo post Gomor dicatur esse modiorum xv, modius vero sextarius xvi, aut secundum Isidorum, hoc capite, xxii contineat, quomodo sibi Isidorus constet non video. Sed abuisse his libris summam manum scimus, et aliena illis infinita prope accessisse, tertio quoque verbo cernimus.

<sup>l</sup> *Nam congius sex metitur sextariis.* Sic infr.: *eo quod quinque modis metiatur, passive dixit et Jurisconsult., cap. 35, § penult., d. de Contrah. empt., et cap. 36 d. locati.*

<sup>m</sup> *A quo et sextarii nomen ded.* Rhemn.:

A quo sextarii nomen fecisse priores

Credidorum.

<sup>n</sup> *Congiarium autem spec.* Ex Epiph., apud quem mendose legitur *apud Hebræos.*

nomen specialiter sibi assumpsit, quod sit mensura A eo quod quinque modiis metiatur, qui est dimidium perfecti numeri, id est, denarii.

10. <sup>a</sup> *Modius* dictus ab eo quod sit suo modo perfectus. Est autem mensura librarum XLIV, id est, sextariorum XII. Cujus numeri causa inde tracta est, eo quod in principio Deus XII opera fecerit. Nam prima die septem opera fecit, id est, materiam informem, angelos, lucem, celos superiores, terram, aquam atque aerem. 305 Secunda die firmamentum solum. Tertia die quatuor: maria, sémina, sationes, atque plantaria. Quarta die tria: solem, et lunam, et stellas: quinta die tria: pisces, et reptilia aquarum, et volatilia. Sexta die quatuor: bestias, pecudes, reptilia terræ, et hominem. Et facta sunt omnia XII genera in diebus sex. Et XII generationes sunt ab Adam usque ad Jacob, ex cujus semine nascitur B omnis gens Israel. Et XII libri Veteris Testamenti usque ad Esther. Et XII litterarum sunt elementa, quibus constat divinæ legis doctrina. His igitur exemplis modius XII sextariorum a Moyse, secundum sacræ legis mensuram effectus est. Et quamvis diversæ gentes huic mensuræ pondus, vel adjiciant ignoranter, vel detrahant, apud Hebræos constitutione divina tali ratione servatur. *Modius* enim a modo dictus. Hinc et modica, id est, moderata. *Modicis* enim *modius* nomen imposuit. Nam *modica* pro parvis abusive, non proprie, dicimus.

11. <sup>b</sup> *Satum* genus est mensuræ juxta morem provinciæ Palestinæ unum et dimidium modium capiens. <sup>c</sup> Cujus nomen ex Hebræo sermone tractum est. *Satum* enim apud eos nominatur *sumptio*, sive C *levatio*, eo quod qui metitur eandem mensuram sumat ac levat. Est et aliud *satum* mensura sextariorum XII capax, quasi modius.

12. *Bathus* vocatur Hebraica lingua ab olearia mola, quæ *bath* apud eos, vel *batha* nominatur, capiens quinquaginta sextarios, quæ mensura una molæ vice proteritur.

13. *Amphora* vocata, quod hinc et inde levatur. Hæc Græce 306 a figura sui dicta dicitur, quod ejus ansæ geminatæ videantur aures imitari. Recipit autem vini, vel aquæ pedem quadratum, frumenti vero modios italicos tres.

*Cadus* Græca amphora est continens urnas tres.

14. *Urna* mensura est, quam quidam *quartarium* D dicunt. Proprie autem urna vas est quod pro condendis defunctorum cineribus adhiberi solet, de quo poeta:

Cælo tegitur, qui non habet urnam.

15. *Medimna* est mensura quinque modiorum. *Medimna* autem Latina lingua vocatur, id est, *dimidia*,

<sup>a</sup> *Modius... servatur*. Omnia ex Epiphani.

<sup>b</sup> *Satum genus est mens... capiens*. Ex Hieronym., in Matth. XIII.

<sup>c</sup> *Cujus nomen ex Heb.*, etc. Hæc et quæ restant usque ad finem cap. ex Epiphanio sunt, in quibus sit quid vitii est, id nos non præstamus, sed Isidorum satis rectum tanto auctore ducimus.

Cap. XXVII. — <sup>d</sup> *Ponderis signa... ut a vererb.*

eo quod quinque modiis metiatur, qui est dimidium numerus a perfecto denario.

16. *Artaba* mensura est apud Ægyptios sextariorum LXXII: compositus numerus, propter LXXII gentes, vel linguas, quæ orbem impleverunt.

17. *Gomor* XV modiorum onus appendit.

*Corus* XXX modiis impletur. Hic ex Hebraico sermone descendit, qui vocatur *cora* a similitudine *collis*. *Cora* enim Hebraice *colles* appellantur. *Coarervati* enim modii XXX instar collis videntur, et onus cameli efficiunt.

### 307 CAPUT XXVII.

*De signis.*

1. Ponderis <sup>d</sup> signa plerisque ignota sunt, et inde B errorem legentibus faciunt. Quapropter formas eorum et characteres, ut a veteribus signata sunt, subjiciamus.

2. Z littera significat *dimidium obolum*.

— Virgula æqualiter iacens, et porrecta simpliciter, significat *obolum*.

— Geminata virgula, *duo oboli* sunt.

T Latinum significat *obolos tres*.

F Latinum significat *obolos quatuor*.

E Latinum demonstrat *obolos quinque*.

3. Oboli vero sex propterea characterem non habent, quod in una drachma sex veniant, quod est pondus denarii argentei.

H littera significat *siliquas VIII*, id est, *tremissem*.

N Latinum significat *nomisma* Græcum, id est, *solidum*.

IB. Iota adjuncta beta significat *dimidium solidum*.

4. < Virgulæ duæ ex uno angulo a læva in dextram se dividentes significant *drachmam*, quam etiam *holcen* appellant.

N Γ. N Latinum adjunctum gamma Græco significat *semunciam*.

Γ°. ∫ ° Gamma autem Græcæ litteræ o Latinum in fine adjunctum significat *unciam*.

Λ Lambda Græcum per medium sui, i Latino adjecio, significat *libram*.

5. K. Kappa Græcum circa finem cornuum adjuncto v Græco significat *cyathum*.

308 K°. Si o Latinum habuerit adjunctum *hemina* demonstrat, quam Græci *cotylen* vocant.

∫ e. X<sup>i</sup> Græcum si acceperit junctum e Latino significat *sextarium*.

6. † ∫ °. Si o Latinum adjunctum, indicat *acetabulum*, quod Græci *oxybaphon* vocant.

M Græcum, superposito n Latino, significat *mnam*.

Fannius:

Hæc de mensuris, quarum si signa requirís,  
Ex ipsis veterum poteris cognoscere chartis.

Vid. Galen. Dioscorid., Paul.

<sup>c</sup> *Gamma autem*. Non displicet nota Neapolitani Codicis.

<sup>d</sup> Si o Latinum. Paulus, non o, sed v, adjungit.



\* **T** Latinum in fine habens lambda Græcum A significat *talentum*.

<sup>b</sup> X<sup>o</sup> Græcum in dextro brachio superiori o littera conjuncta, *chænix* est.

\* **T** Latinum in fine *lambd. hab.* Hujus notæ figura et definitio facit ut uncix notam quæ est in Neapol. Cod. magis probemus.

<sup>b</sup> X<sup>o</sup> Græc. Seu potius Xv Græcum. Sic enim *chænix* notari solet.

## LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

### DE REBUS RUSTICIS.

#### CAPUT PRIMUM.

##### *De auctoribus rerum rusticarum.*

1. Rerum <sup>a</sup> rusticarum scribendi solertiam apud Græcos primus *Hesiodus Bæotius* humanis studiis contulit; deinde *Demoeritus*, <sup>b</sup> *Mago* quoque Carthaginensis in xxviii voluminibus studium agriculturæ conscripsit. Apud Romanos autem de agricultura primus *Cato* instituit, quam deinde *Marcus Terentius* expolivit, mox *Virgilius* laude carminum extulit. \* Nec minus studium habuerunt postmodum **B** *Cornelius Celsus*, et <sup>d</sup> *Julius Atticus*, <sup>e</sup> *Æmilianus*, <sup>f</sup> sive **309** *Columella* insignis orator, qui totum corpus ejusdem disciplinæ complexus est.

2. <sup>g</sup> Primum ad aratrum boves junxisse ferunt quendam privatum hominem et fulminatam, nomine *Homogirum* <sup>b</sup> Quidam autem *Osirim* dicunt esse artis hujus inventorem. Quidam *Triptoleum*. <sup>i</sup> Et hic quæstio est quomodo prima *Ceres* ferro in Græcia vertere terram instituit; sed ferro qualicunque, non specialiter vomere, aut aratro.

3. Stercorandi agri rationem primus induxit quidam nomine *Stercutius*, in Italia. <sup>k</sup> Cujus ara a Pico dedicata est. Hic plura instrumenta agriculturæ reperit, primusque agros firmavit. Eundem quidam *Saturnum* putaverunt, ut majorem illi nobilitatem facerent **C** hoc nomine, quo splendide sonaret, et dignitatem tituli compararet.

#### **310** CAPUT II.

##### *De cultura agrorum.*

1. *Cultura* est qua frumenta vel vina magno la-

CAP. I. <sup>a</sup> — *Rerum rusticarum... complexus est.* Hæc sere ex *Columell.*, lib. 1, cap. 1.

<sup>b</sup> *Mago quoque Carthaginensis.* in xxviii. Ita *Varr.*, lib. 1 de Re rust., cap. 4.

<sup>c</sup> *Nec minus studium habuer.* *Columell.* : *Nec minorem laudem meruerunt.*

<sup>d</sup> *Julius Atticus.* Qui de vitibus tantum scripsit. De quo *Plin.*, in *India*, lib. xv et xvii.

<sup>e</sup> *Æmilianus.* *Palladius Rutilius Taurus Æmilianus*, vir illustris.

<sup>f</sup> *Sive Columella.* Disjunctionem pro conjunctione **D** more suo posuit.

<sup>g</sup> *Primum ad aratrum b. junxisse fer.* Ex *August.*, xviii de Civit., cap. 6.

<sup>h</sup> *Quidam autem Osirim. q. Tript.* *E Serv.*, *Georg.* 1: *Uncixque puer monstrator aratri.*

<sup>i</sup> *Et hic quæstio est.* Ex eodem ad illud: *Prima Ceres ferr.*

<sup>j</sup> *Quidam nomine Stercutius.* Ex *Lact.*, lib. 1, cap. 20. *Idem Sterces*, et *Stercutus* vocatur apud *Aug.*, xviii de Civit. cap. 15. *Sterculies* apud *Macrob.* lib. 1. *Saturn.*

<sup>k</sup> *Cujus ara a Pico.* *Macrob.*, a *Jano*, *Pici* patre.

bore quæruntur, ab *incolendo* vocata. Divitiæ enim antiquorum in iis duobus erant, bene pascere et bene arare. <sup>1</sup> *Cultura* agri, cinis, aratio, intermissio, incensio stipularum, stercoratio, occatio, runcatio.

2. *Cinis* est incendium, <sup>m</sup> per quod ager inutilem humorem exsudat.

*Aratio* dicta, quia de *ære* prius terræ culturam exercebant, antequam ferri fuisset usus repertus. <sup>n</sup> Duplex est autem aratio: vernalis et autumnalis.

*Intermissio* est qua alternis annis vacuus ager vires recipit.

3. *Stercoratio* est lætaminis aspersio. *Stercus* autem vocatum vel quia *sternitur* in agris, vel quia extergi oporteat quidquid sordium in civitate redundat, sive, quod verius est, a *Sterce*, qui et *Stercutus* dictus. Idem et *fimus* est, qui per agros jacitur. <sup>o</sup> Et dictus *fimus* quod *fiat mus*, id est, *stercus*, quod vulgo *lætamen* vocatur, eo quod suo nutrimento *læta* faciat germina, reddatque pingua arva et secunda.

4. *Occatio* est cum rustici, satiatione facta, bubus dimissis, **311** <sup>p</sup> grandes glebas cædunt, ac ligonibus frangunt; et dicta *occatio*, quasi *obcæcatio*, quod operat. *Occare* igitur est *operire* terra semina, vites, vel arbores.

5. *Runcatio* est a terra herbas evellere. Nam *rus terra* est.

*Sulcus a sole* vocatus, quod proscissus *solem* capiat.

*Vervuactum* dicitur, quasi *vere actum*, id est, *verno aratum*.

CAP. II. — <sup>1</sup> *Cultura agri, cin., ar., interm. Serv., ad Georg.* initium: *Pingues autem efficit terras cinis, intermissio arandi, incensio stipularum, stercoratio, unde etiam lætas ait.* Nam *fimus* qui per agros jacitur vulgo *lætamen* vocatur.

<sup>m</sup> *Per quod ager inutile humum. exsud.* *Virg.*: *Atque exsudat inutilis humor.*

<sup>n</sup> *Duplex autem est aratio.* *E Serv., ad vers. Vere novo, Georg.* 1.

<sup>o</sup> *Et dictus fimus, quod f. mus, id est, stercus.* *Mus* terram interpretatus est supra, lib. 11, cap. 3. Sed hæc aliena putabit *Chacon*, et recte; nam et verba *Servii*, quæ retulimus, ab *Isidoro* fideliter descripta credo, et fini etymologiæ *Rabanus* non meminit, dicitur etiam hodie ab *Italibus* *stercus lætame*.

<sup>p</sup> *Grandes glebas.* *Festus*: *Occare et occatorem Verrius* putat dictum ab *occædendo*, quod cædat grandes globos terræ, cum *Cicero* venustissime dicat ab *occæcando fruges satas*. Ubi *glebas*, non *globos*, est hoc loco legendum, sed prior etymologia usus est *Varro*, lib. 1 de Re rust., cap. 31: *Vincas novellas fodere, aut arare, et postea occare, id est, comminuere, ne sit gleba.* *Gloss.*, *occut*, βλωλοποιεῖ.

*Proscissio est aratio prima, cum adhuc durus est* A  
ager.

6. *Satio dicta, quasi seminis actio, vel quasi satorum actio. Serere autem vocatum, quia hoc cælo sereno faciendum est, non per imbres. Hinc est et illud Virgilianum: Nudus ara, sere nudus. Messis a metendo, id est, recidendo, dicta.*

7. *Seges autem de semine dicta, quod jacimus, sive a sectione.*

### CAPUT III.

#### De frumentis.

1. *Prima Ceres cœpit uti frugibus in Græcia, et habere segetes, translatis aliunde seminibus. Hujus meminit Ovidius dicens:*

*Prima Ceres unco plebam dimovit aratro;  
Prima dedisti fruges, alimenta que mihi terris.*

2. *Frumenta sunt proprie quæ aristas habent; Fruges autem reliquæ. Frumenta autem, vel fruges, a frumendo, hoc est, 312 a vescendo, dictæ. Nam frumen dicitur summa pars gulæ.*

3. *Primitiæ proprie sunt quæ de frugibus præcipiuntur.*

4. *Triticum, vel a tritura dictum, quod purissimum horreo condatur, vel quia granum ejus commolitur et teritur.*

5. *Far dicitur, eo quod initio frangeretur.*

*Apud antiquos enim molarum usus nondum erat, sed frumentum in pila missum frangebant, et hoc erat genus molendi.*

6. *Adoreum tritici genus, quod idem vulgo semen dicitur. Ador quondam appellatum ab edendo, quia primo eo usi sunt homines, sive quia in sacrificio ipsius generis panis ad aras offerebatur. Unde adorea sacrificia dicuntur.*

7. *Siligo genus tritici a selecto dictum. Nam in pane species ejus præcipua est.*

8. *Trimestre triticum idem nuncupatum, quia satum post tres menses colligitur; nam ubi propter aquam, aliamve causam, matura satio omissa est, præsidium ab hoc petitur.*

CAP. III. — *a Prima Ceres cœpit uti frugibus in Græcia. Aug., xvii de Civit., cap. 6: Regnante autem Argo, suis uti cœpit frugibus Græcia, et habere segetes in agricultura delatis aliunde seminibus.*

*b Frumenta sunt prop. q. arist. hab. E Serv., Georg. i, ad vers. Siliqua quass. legumen.*

*c Fruges autem reliqua. At Serv., Æn. i, ad vers. Frugesque recept.—Errant (inquit) qui discernunt frumenta a frugibus.*

*d Nam frumen dicitur summa pars gulæ. Servius utrobique.*

*e Apud antiq... molendi. E Serv., Æn. ii, ad illud: Et torere.*

*f Adoreum tritici genus. Festus: Ador farris genus, edor quondam appellatum, ab edendo; vel quod aduratur, ut fiat tostum, unde in sacrificio mola salsa efficitur.*

*g Quod idem vulgo semen dicitur. Plinius, de Zea, lib. xviii, cap. 8: Est et hæc Italiæ in Campania maximeque semen appellatur.*

*h Nam ubi propter aquæ, aliamve caus. E Columell., lib. ii, cap. 6.*

*i Alica Græcum nomen est. Latinum putat Festus: Alica (inquit) dicitur, quod alit corpus. Charisius vero, lib. i: Alicam sine aspiratione dictam Verrius*

9. *Alica, Græcum nomen est.*

*1 Alicastrum simile est alicæ, pondere et bonitate præcipuum.*

10. **313** *Hordeum dictum, quod præ cæteris generibus frumenti aridum ante fiat, vel quo spica ejus ordines habeat. h Horum tria genera. Primum hexaticum vocatur, eo quod spica ejus sex ordines habeat, quod quidam cantherinum appellant, quoniam animalia melius quam triticum pascit, et homines salubrius quam malum triticum. Alterum distichon, eo quod duos ordines habet hoc plerique galaticum vocant. Tertium trimestre, quia dum cogit necessitas, verno seminatur, et celeriter colligitur.*

11. *Scandula, a divisione vocata. Duplex enim est, scanditurque, id est, dividitur.*

12. *Centenum appellatum, eo quod in plerisque locis jactus seminis ejus in incrementum frugis centesimum renascatur.*

*Hinc et millium a multitudine fructus vocatum.*

13. *Panicum dictum, quod multis in regionibus ex eo panis vice homines sustententur, quasi panificium.*

*Pistum a pasto.*

*Sesamum, Græcum nomen est.*

14. *Farrago dicta a farre. Est enim herba hordeacea adhuc viridis, necdum granis ad maturitatem turgentibus.*

15. *Spicam de maturis frugibus abusive dicimus. Nam proprie spica est cum per culmi folliculum, id est, extremum tumorem aristæ, adhuc tenues in modum spiculi eminent.*

16. *Arista appellata, quod prius ipsa arescat.*

*Culmus est ipse calamus spicæ, qui a radicibus nascitur. Et dicitur culmus, quasi calamus.*

17. *Folliculus est theca frumenti, in qua granum servatur interius. 314 h Hæc super spicam vallo instructa munimen præterdit, ne avium minorum morsibus spica suis fructibus exuatur, aut vestigiis proteratur.*

*tradit, et sic multi dixerunt; Lucilius, xv: Nemo est halicarius posterior te, cum aspiratione dixit. Ergo sub iudice lis est.*

*1 Alicastrum simile est alicæ. Columell., ibid.: Semen trimestre, quod dicitur alicastrum, idque pondere et bonitate est præcipuum.*

*h Horum tria gener. Ex eod., cap. 9, nisi quod ad duo genera species omnes hordei retulit.*

*1 Scandula. Al., scandalia. F., scandia. Sic enim apud nos appellatur.*

*2 Centenum. Quod a Plinio secale dicitur lib. xviii, cap. 16.*

*3 Spicam de mat... eminent. E Serv., Georg. ii, ad illud: Spicæ jam campis, etc.*

*4 Arista appel. Ex eod., Æn. vii, ad illud: Cursu læsisset aristas.*

*5 Culmus. Idem, Georg. i, ad vers. Culmumque lev. stipulasque: Culmus dicitur ipse calamus, stipulæ vero folia quæ ambiunt culmum.*

*6 Hæc super spicam, etc. Ambros., lib. Hexam. iii, cap. 8: Tum super ipsam spicam vallum struitur, ut quasi quadam in arce præterdat, ne avium minorum morsibus spica suis exuatur fructibus, aut vestigiis proteratur. Expressit autem Ambros. locum Ciceri, ex lib. de Senect.*

18. <sup>a</sup> *Stipulae* sunt folia, seu vaginæ, quibus culmus ambitur, atque fulcitur, ne pondere frugis curvetur, quæ ambiunt culmum. Et dicta *stipula*, quasi *usta*, et quasi *ustipula*. *Stipula* dicta ab *usto*; collecta enim messe uritur propter culturam agri. Item *stipula*, vel quia pars ejus uritur, pars interdum pro palea præciditur.

19. *Palea* a quibusdam vocari dicitur, quod *pala* ventiletur, ut frumenta purgentur. Gentiles autem *paleam* a quadam *Pale* frugum inventrice nominaverunt, quam *Cererem* esse volunt. De qua Virgilius:

To quoque, magna Pa'es, et te memorande, cœnemus.

Item alii a *pabulo* nuncupatam dicunt *paleam*, quod ea primum sola in pascendis animalibus præbeatur. <sup>b</sup> Cujus natura ex contrario tantum est frigida, ut obratas nives fluere non sinat; adeo calida, ut maturecere pomia compellat.

#### CAPUT IV.

##### De leguminibus.

1. *Legumina* a *legendo* dicta, quasi electa. Veteres enim meliora quæque legebant, <sup>d</sup> sive quod manu legantur, neque sectionem requirant.

2. Leguminum plurima genera, ex quibus faba, lenticula, pisum, faselus, cicer, lupinus gratiora in usum hominum videntur.

3. *Faba* Græci etymologia a *vescendo* vocabulum sumpsit, **315** quasi *faga*. *φῆγε* enim Græce comedere dicitur. <sup>e</sup> Primum enim homines hoc legumine usi sunt. Hujus species duæ, quarum altera communis, altera *Ægyptia*.

4. *Faba fresa* dicta, eo quod eam homines *frendant*, id est, *frangant*, et molendo comminuant.

5. *Lens* vocata, quod humida et *lenta* est, <sup>f</sup> vel quod adhæret humi.

<sup>a</sup> *Stipulae sunt folia*. E Serv. et Ambros., ibid.

<sup>b</sup> Cujus natura ex contrar. tantum est frigid., etc. Aug., lib. xxi de Civit., cap. 7: *De palea sic frigente, ut fluxere nivem non sinat; sic calente, ut maturescere pomia compellat.*

CAP. IV. <sup>o</sup> — *Legumina a legendo*. . . veteres enim meliora quæque leg. Serv., Georg. 1, ad illud: *Maxima quæque manu legeret*: Hinc, inquit, quidam volunt dictum legumen.

<sup>d</sup> Sive quod m. leg. n. s. r. Ex eod., ad vers. *Siliqua quassante legumen*. Varron, lib. 1, de Re rust., cap. 23, de cicero: *Hoc enim quoque legumen, ut cætera quæ videntur et terra, non subsecantur, quæ quod ita leguntur, legumina dicta.*

<sup>e</sup> Primum e. homin. hoc leg. usi sunt. Plin., lib. viii, cap. 12: *Sequitur natura leguminum, inter quæ maximus honor fabæ, quippe ex qua tentatus sit etiam panis.*

<sup>f</sup> Vel quod adhæret humi. Al., *Humida*. . . Alii lentem, quasi lenem dictam volunt, ex verbis Plinii: *Invenio apud auctores æquanimitatem fieri vescentibus ea.*

<sup>g</sup> Sed *faselus* et *cicer* Græc. Cur *cicer* Græcum nomen dixerit, querendum.

<sup>h</sup> Sed *faselus vile genus*. *Vilemque faselum* dixit Virg. Reliqua Serv., ibidem.

<sup>i</sup> *Lupinus, Græcum et ipsum*. Ἀπό τῆς λέξεως dictus lupinus, eoque etiam videtur respexisse Virgilius.

<sup>k</sup> Quo eam *Xerxes rex Pers.* Serv., Georg. 1, ad illud: *Tunc te quoque, medica, putres accipiunt culci*: *Hæc autem herba a Medis translata est in Græciam,*

6. <sup>g</sup> *Faselus* autem, et *cicer* Græca nomina sunt, <sup>h</sup> sed *faselus* vile genus leguminis, quia omne quod abundat vile est, hoc autem semen abundanter invenitur.

7. <sup>i</sup> *Lupinus* Græcum et ipsum nomen est. De quo Virgilius: *Tristisque lupini*, quia vultum gustantis amaritudine contristat; unde eos præ amaritudine, nec vermis, nec ullum animal comedit.

8. *Medica, vicia, ervum*, pabulorum optima sunt.

9. *Medica* dicta, quia *Medis* translata est in Græciam, tempore quo eam *Xerxes rex Persarum* invasit.

<sup>k</sup> Hæc semel seritur, et decem annis permanet, ita ut quater vel sexies possit per annum recidi.

10. <sup>l</sup> *Vicia* dicta, quod *vix* ad triplicem perveniat fructum, **316** cum alia legumina proventum habeant fertilem. Unde et Virgilius: *Aut tenues fetus viciae*.

11. *Pisa*, quod ea pensabatur aliquid auri minutum. <sup>m</sup> Nam *pis aurum* dicitur.

12. *Ervum* a Græco trahit vocabulum. Hoc enim illi *ερβος* dicunt, quod dum sit quibusdam pecoribus infestum, <sup>n</sup> tauros tamen pingues efficit.

#### CAPUT V.

##### De vitibus.

1. *Vitis* plantationem *Noe* primus instituit rudi adhuc sæculo. Apud Græcos autem inventorem *vitis Liberum* appellant. Unde et eum gentiles post mortem deum esse voluerunt.

2. <sup>o</sup> *Vitis* dicta, quod vim habeat citius radicandi.

Alii putant *vites* dictas, quod invicem se *vittis* innectant, vicinisque arboribus reptando religentur. <sup>p</sup> Est enim earum natura flexilis, quia, quasi brachiis quibusdam, quidquid comprehenderit stringunt.

3. <sup>q</sup> *Labrusca* est *vitis agrestis*, quæ in terræ

quo tempore eam invaserunt. Plin., lib. xviii, cap. 16: *A Melis advecta per bella Persarum, quæ Darius intulit*. Sed cur *Xerxem* pro *Dario* substituerit *Isidorus*, id anxie pervestigandum non putavimus.

<sup>k</sup> Hæc semel seritur... recidi. Ex Columell., lib. ii, cap. 11.

<sup>l</sup> *Vicia dicta* Servius, ad verba Virgilii ab *Isido*: o citata: *Mire TENENS ait. Nam vicia vix ad triplicem pervenit fructum, cum alii leg. p. h. felicissimum et fertilem*. Ex his verbis *Isidorus* notationem qualentuncunque confecit. Sed placet *Varronis* nobis etymologia, lib. 1, cap. 31: *Vicia dicta a vinciendo, quod item capreolos habet, ut vitis, quibuscum sarsum vorsum serpit ad scapum lupini, aliumve quem, ut hæreat, id solet vincire.*

<sup>m</sup> Nam *pis aurum* dicitur. F.: *Nam inde Pisaurum dicitur*. Serv., *Æn.* vi, ad illud. *Aspice Torq. et referentem*: — *Nam Pisaurum* (inquit) *dicitur quod illic aurum pensatum est*. Sed rejiciebat hæc *Chacon*, ut adulterina.

<sup>n</sup> *Taurus tamen pingues eff.* Virg., *eclog.* 3:

Elheu! quam pingui macer est mihi taurus in ervo!

CAP. V. — <sup>o</sup> *Vitis d. q. vim habeat citius radicandi*. A *vita* scilicet, vel vi.

<sup>p</sup> Est enim earum natura flex... string. *Ambros.*, *Hexam.* cap. 12, de *Vite*: *Dainde quia natura flexibilis* (sive, ut est in veteri libro, *fluxilis*) *et caduca est, quasi brachiis quibusdam, ita clavibus quidquid comprehenderit, stringit.*

<sup>q</sup> *Labrusca*. . . terræ. E Serv., *eclog.* 5.

marginibus nascitur. Unde et *labrusca* dicta a *labris* A et <sup>k</sup> sine lapsu periculorum fructus suos sustineant, ac sese vaga proceritate diffundant.

4. <sup>a</sup> *Codex* dictus, quasi *caudex*. Sic enim et veteres *clodum* pro *claudio* dicebant.

5. **317** *Sarmentum* a *serendo*, quasi *serimentum*.

<sup>b</sup> *Malleolus* est novellus palmes innatus prioris anni flagello, cognominatusque ob similitudinem rei: quod in ea parte quæ deciditur ex veteri sarmento prominens, utrinque mallei speciem præbet.

6. <sup>c</sup> *Spadones* sunt surculi fruge carentes, ex ipsa appellatione, quod sint inhabiles fructui, et sterilitate affecti.

7. <sup>d</sup> *Sagittam* rustici vocant novissimam partem surculi, sive quia longius recessit a matre, et quasi prosilit, seu quia acuminis tenuitate teli speciem præfert.

8. <sup>e</sup> Summitates vitium et fruticum *flagella* nuncupantur, eo quod *statu agitentur*.

9. <sup>f</sup> *Palmes* vitis materia mollis, qui per novella brachia emissus fructum affert. Nam ideo rustici partem vitis palmitem dicunt. *Palmes* enim derivativum nomen est, quod nomen paragogum dicitur, quod a *palma* derivetur. Palma enim habet nomen <sup>g</sup> prototypum, quod dicitur principale, ab eo quod ex se derivatum faciat.

10. <sup>h</sup> *Pampinus* est folium, cujus subsidio vitis a frigore, vel ardore defenditur, atque adversus omnem injuriam munitur. Qui ideo alicubi intercisus est, ut et solem ad maturitatem fructus admittat, et umbram faciat. Et dictus *pampinus*, quod de *palmite* pendat.

11. <sup>i</sup> *Capreoli* dicti, quod capiant arbores, sunt enim cincinni, **318** sive uncinoli, quibus se innectere vites et suspendere solent arboribus, quo adminiculo fracti palmites i ventos ac turbines contemnere queant,

<sup>a</sup> *Codex d. q. caudex*. S. rv., Georg. 2: *Quin et caudicibus sectis: CAUDICIBUS POSUIT PRO CODICIBUS, SICUT CAULEM PRO COLEM, SAURICEM PRO SORICE DICIMUS.*

<sup>b</sup> *Malleolus... præbeat*. E. Columell., lib. III, cap. 6.

<sup>c</sup> *Spadones*. Ex eodem lib., cap. 10.

<sup>d</sup> *Sagittam... præfert*. E. cap. 17.

<sup>e</sup> *Summitates vitium*. Iti. Serv., Georg. II, ad *Nere flagella summa pete*. Et Varro, lib. I, cap. 31.

<sup>f</sup> *Palmes, etc.* Quod nomen *παράγωγον* dicitur.

Clarissius, lib. I: *Sunt quædam verba, quæ παράγωγα appellantur, quæ a primitivi verbi declinatione et mutationem et adjectionem capiunt.*

<sup>g</sup> *Prototypum, quod dicitur principale*. Idem, lib. I, cap. de Analogia: *Nomina quædam sunt principalia, quæ Plinius secundus, eodem libro, FACIENDI appellat, ut AQUA; ex quibus possessiva nascuntur, quæ PATIENDI vocat, ut AQUALIS.*

<sup>h</sup> *Pampinus est folium, etc.* Ex Ambros., lib. III Hexam., cap. 12.

<sup>i</sup> *Capreoli quod capiant arbores*. Varr., lib. I, cap. 51: *Et altera parte caprea dicta, quod parit capreolum. Is est coliculus viteus, intortus, ut cincinnus; is enim vite ut teneat, serpit ad locum capiendum. Ex quo a capiendum capreolus dicitur. Verius tamen capreolum a nobis propter teneritudinem dictum, ita uti a Græcis πόρρον, id est, vituli, dicuntur rami novelli.*

<sup>j</sup> *Ventos ac turbines contemnere*. Ita omnino legendum ex veteribus lib. Respexitque ad Virgilii verba, Georg. II, ejusmodi de re:

Viribus enim quarum, et contemnere ventos  
Assuescant.

12. <sup>l</sup> *Corymbi* sunt annuli qui proxima quæque ligant, et comprehendunt, ne longius laxati palmites ventorum flatibus dissipentur.

13. *Uvæ* dictæ, quod intrinsecus humore sunt plenæ, <sup>m</sup> succique et pinguedinis. <sup>n</sup> Nam humidum est quod exterius humorem habet, uvidum quod interiorius.

14. *Acina...*

*Botrus...*

<sup>o</sup> *Racemus* est botrionis pars, et botrio Græcum est.

15. <sup>p</sup> *Suburbanæ uvæ* quædam dicuntur, quia fructus earum ad escam velut pomum in urbibus venditur. Commendat enim eas et species et saporis jucunditas, ex quibus sunt præcoquæ, duracinæ, purpureæ, dactylii, Rhodiæ, Lybicæ, cerauniæ, stephanitæ, tripodaniæ, unciaricæ, cidonitæ. Durabiles autem per totam hiemem Venuculæ et Numisianæ.

16. <sup>q</sup> *Præcoquæ* vocatæ, quod cito maturescant, et ante omnes sole coquantur. Has <sup>r</sup> *lageos* dicunt, quod currant ad maturitatem velociter, ut lepus.

**319** 17. Purpureæ, a colore dicuntur.

<sup>s</sup> *Dactyli*, a longitudine.

Rhodiæ, et Lybicæ, a regionibus nuncupatæ sunt.

Cerauniæ vero, quod rubeant, velut ignis.

<sup>t</sup> *Stephanitæ*, a rotunditate.

*Unciaricæ*, a magnitudine.

18. Genera autem uvarum quæ vino deserviunt plurima. Ex quibus <sup>u</sup> *aminea* dicta, quasi sine minio, id est, sine rubore. Album enim vinum reddit, quæ cum sit unius nominis, non unam speciem reddit. Amineæ duæ geminæ, ab eo dicitur quod duplices uvas mittant.

<sup>k</sup> *Et sine lapsu periculorum*.—*Lapsus periculorum* libb. omnes; *pediculorum* quidam reponunt, quod pediculi et fructuum et foliorum dicantur. Quibus Plinius repugnat lib. xv, cap. 28: *Dependunt (inquit) alia pediculis ut pira, alia racemis ut uvæ, et palma, alia et pediculis, et racemis ut ederæ, sambuci*. Quid si *lapsu periculorum*, dixit Isidorus (ut Catullus *casus alios periculorum*)? *S'ne lapsus periculo volebat Chacon*.

<sup>l</sup> *Corymbi sunt annuli*. Item inf., cap. 9: *Corymbis, quos annulos vocamus, nisi forte corynni legendum*. Hesych.: *κόρυμβος ὁστρος τις γυναικείος περιτραχίλης*. **D** Nam quod masculino genere enuntiavit Isidorus, laud magni referre arbitror.

<sup>m</sup> *Succique et pinguedinis*. Al., *succique pinguedine*.

<sup>n</sup> *Nam humidum est, quod extrinsecus*. E. Serv., eclog. 10.

<sup>o</sup> *Racemus est botrionis pars*. Ex eod., Georg. II, ad illud: *Et turpes avibus prædam fert uva racemos*.

<sup>p</sup> *Suburbanæ uvæ*. E. Columell., lib. III, cap. 2. Vid. etiam Plin., lib. XIV, cap. 3.

<sup>q</sup> *Præcoquæ*. Serv.: *Præciæ, quasi præcoquæ, quod ante alias sole coquantur*.

<sup>r</sup> *Lageos*. Serv., ad *Tenuisque lageos*: *Lageos et quæ Latine leporaria dicitur*.

<sup>s</sup> *Dactyli*. *Dactylides*.

<sup>t</sup> *Stephanitæ*. Idem: *Et coronatio naturæ lusu stephanites acinos foliis interscrasantibus*.

<sup>u</sup> *Aminea q. sine minio*. E. Serv., ad illud: *Sunt et Amineæ vit.*, Georg. II, ubi multa Pierius de voce et de vini genere.

\* *Aminea lanata*, quia plus omnibus lanescit la-  
vugine.

*Rubelliana* dicta, quia ejus materia *rubet*.

19. *Fæcinia* minuti acini et duræ cutis uvas habet,  
nobilitate amineam sequitur, fecunditate præcedit.  
Quam proinde *fæciniam* vocat, quod plus quam cæte-  
ræ *fæcis* afferat.

20. \* *Apianæ* vinum dulce faciunt, quas nisi cito  
legas, pluviis, et ventis, et maxime *apibus* infestantur,  
quarum deprædatione *Apianæ* cognominatæ sunt.

320 21. *Balanitæ* a magnitudine nomen sumpse-  
runt, *Βάλανος* enim Græci *glandem* vocant.

22. *Biturica* a regione nomen sortita est, turbines,  
et pluvias, et calores fortissime sustinens, nec in ma-  
era terra deficiens, hujus meriti et *basiliscæ* est.

23. <sup>d</sup> *Argitis* Græcula vitis, generis albi, fertilis. **B**  
*Visula* materiam et brevem, et latum folium mit-  
tens, cujus fructum nisi primo tempore colligas, aut  
ad terram decidet, aut humore putrescet.

24. \* *Inerticula* nigra est, quam Græci *amethyston*  
vocant, boni vini, et lenis, a quo etiam nomen traxit,  
quod *iners* in tentandis nervis habeatur, quamvis gu-  
stui non sit hebes.

25. <sup>f</sup> *Mareoticæ* a regione *Ægypti Mareotis* dictæ,  
unde prius venerunt; sunt enim et albæ et nigræ.

26. \* *Helvolæ*, quas quidam varias appellant, neque  
purpureæ, **321** neque nigræ; ab *helvo* colore ita  
dictæ, subalbi tamen musti. *Helvum* enim est nigrum  
candidumque colore. Nam *helvum*, nec album, nec  
nigrum est.

27. <sup>b</sup> Tertius locus vitium quæ sola fecunditate **C**  
commendantur, abundantia copiosa, multumque vini  
fluens.

28. <sup>i</sup> *Vitiscionia* uvas grandes magis quam multas  
habet; nomen autem inde hoc sumens, quod multum  
vini fluat.

<sup>j</sup> *Syriaca*, vel quia de *Syria* allata, vel quia nigra  
est.

29. Multa autem genera vitium sunt, quæ tamen  
mutatione loci et qualitatem et nomen amittunt.

\* *Aminea lanata*. Ita dicitur a Columella et Plinio.

<sup>b</sup> Nobilitate amineam sequitur. Hæc de momentanis  
Columella, quas tamen cum rubellianis et fæcenis  
ipse et Plin. conjungunt.

<sup>c</sup> *Apianæ*, etc. E. Columell.

<sup>d</sup> *Argitis*... *Visula materiam brevem*. E. Columella,  
e quo *visulam* solum in locum restitimus, quæ hic  
nulla erat. Ni si quis vulgatam lectionem secutus  
*vastum* pro *visula* malit legere, ut hæc omnia de ar-  
gite dicantur; sed accidisse hic credo quod in in-  
erticula, quæ statim sequitur, quod cum sive in Isido-  
ro, sive apud Columellam, vox *materis* in argite præ-  
cederet, in *visula materiam brevem* sequeretur, librarii  
sequentia verba describerent, quæ de argite interpo-  
nenda fuerant, cum nomine ipso *visulæ* omitterent.  
Itaque sic fortasse locus integer legendus: *Argitis*  
*Græcula vitis generis albi, fertilis vastis materiis et visis*  
*arboribus. Visulæ brevem materiam et latum folium, etc.*

\* *Inerticula*... *hebes*. Ex Columell., ibid., e quo  
*amethystæ* reposuimus *in vitis* omnibus libris. Nam  
vocem *amaracion*, quæ hic vulgo legitur, ex *helvinaceis*  
uvis, de quibus agit statim Columella, huc compul-  
sam, aiebat Chacon.

<sup>f</sup> *Mareoticæ*. E. Serv., ad vers. *Sunt et Mareotides*

30. Vitibus inter cætera magis ista conveniunt,  
oblaqueatio, putatio, propagatio, fossio.

31. <sup>k</sup> *Oblaqueare* est circa codicem terram ape-  
rire, et velut lacus efficere. Hoc aliqui *excodicare* ap-  
pellant.

32. *Putare* est virgam ex vite supervacuam rese-  
care, cujus flagellis luxuriat. *Putare* enim dicitur  
*purgare*, id est, *amputare*.

33. *TRADUCERE, transducere*. PROPAGINARE vero fla-  
gellum vitis terræ submersum sternere, et quasi porro  
*pangere*. Hic <sup>l</sup> *propagines* **322** a *propagare*, id est,  
*protendere*, dicuntur.

*Fodere* vero est foveam facere, quasi *fovere*

## CAPUT VI.

### De arboribus.

1. *Arborum* nomen, sive herbarum, ab *arvis* in-  
fluxum creditur, eo quod terris, fixis radicibus, ad-  
hærent. Utraque autem ideo sibi pene similia sunt,  
quia ex uno alterum gignitur. Nam dum sementem in  
terram jeceris, herba prius oritur, dehinc confota sur-  
git in arborem, et infra parvum tempus, quam her-  
bam videras, arbustum suspicis.

2. *Arbustum* arbor novella, et tenera, in qua in-  
sertio fieri potest, et dicta *arbusta*, quasi *arboris hasta*.  
Alii <sup>m</sup> *arbustum* locum, in quo arbores sunt, volunt  
accipere, sicut salictum. Sic et *virectum*, ubi virgu-  
læ, et virentes.

3. *Arbor* autem et fructifera, et sterilis; *arbos* au-  
tem non nisi fructifera. Genere autem feminino *ar-  
bores* dicimus, *poma* vero neutro.

4. *Frutex* brevis est appellatus, quod terram fronde  
tegat, cujus plurale nomen *fruteta*; arbor alta est.

5. *Silva* vero spissum nemus, et breve. <sup>n</sup> *Silva*  
dicta, quasi *xilva*, quod ibi ligna cadantur. Nam  
Græci ξύλον *lignum* dicunt. Multa enim Latina nomina  
Græcam plerumque etymologiam recipiunt.

6. *Nemus* a *numinibus* nuncupatum, quia pagani  
ibi idola constituebant. **323** Sunt enim nemora  
arbores majores, umbrosæ frondibus.

7. *Lucus* est densitas arborum solo lucem detra-  
*alba*, Georg. II.

\* *Helvolæ*. — *Helvenacas* vocat Plinius, nos vulgo  
*hebenes*.

<sup>k</sup> *Tertius locus... fluens*. Huic tertio loco locus hic  
nullus est. Itaque expungendum censeo.

**D** <sup>i</sup> *Vitiscionia*, etc. *Vitiscionia* nomen ignotum. De  
spionia Columella: *At spionia dapsilia musto et ampli-  
tudine magis uvarum quam numero fertilis*.

<sup>j</sup> *Syriaca*. Plin.: *Est et nigra amineæ, cui Syriacæ  
nomen imponunt*.

<sup>k</sup> *Oblaqueare... appellant*. Ex Pallad., lib. II, cap. 1.  
Video *oblaqueare* apud Auctores de Re rust. passim  
scribi. Sed cur Goth. libror. scriptura displiceat, in  
quibus omnibus *oblaqueare*, si *oblaqueare* est *lacus*  
*circum facere*?

<sup>l</sup> *Propagines a propagare, id est protendi*. Serv.,  
*Æn. IV*, ad illud: *Genus alto a sanguine Teucri*:  
— *Proderet, modo (inquit) protenderet, id est propa-  
garet*.

CAP. VI. — <sup>m</sup> *Arbustum locum... salictum*. Verba  
sunt Servii, eclog. 3.

<sup>n</sup> *Silva dicta, q. xilva*. F., *xyla*; dicta autem silva  
ἀπό τῆς ὄλης. s. pro aspiratione succedente.

rens, tropo antiphrasi, eo quod non luceat, sive a *lucere*, quod in eo lucebant funalia, vel cerei, propter nemorum tenebras.

8. *Saltus* est densitas arborum alta, vocata hoc nomine, eo quod exiliat in altum, et in sublime consurgat.

9. *Aviaria* secreta nemora dicta, quod ea aves frequentant.

10. *Recidiva* arborum sunt quæ, aliis sectis, repullulant. Alii recidiva a cadendo dicunt, quia post casum nascuntur. Alii a *recidendo*, et repullulando dixerunt; ergo recidivum, ubi mors, aut casus.

11. *Institutio* dicitur, cum fesso trunco surculus secundæ arboris sterili inseritur; aut *oculorum impositio*, cum, inciso cortice, libro alienæ arboris gerumen immittitur.

12. *Plantæ* sunt de arboribus; *Plantaria* vero quæ ex seminibus nata sunt cum radicibus, et a terra propria transferuntur.

13. *Cespites* frutices sunt, quasi *cuspidites*, vel quasi circa *pedes*.

*Frondes*, quod ferant virgulta, vel umbras, sunt autem causa umbrarum.

*Oculi nodi* sunt, ex quibus frondes exeunt.

14. *Rudix* appellatur, quod quasi *radiis* quibusdam fixa terris, in profunda dimergitur.

\* Nam physici dicunt parem esse altitudinem radicem et arborum. Alii *radicem* a similitudine *radiorum* dictam putant, vel quia si eradatur, non repullulat.

15. *Truncus* est statura arboris insistens radici.

*Corticem* veteres *corucem* vocabant. Dicitur autem *cortex*, quod *corio* lignum tegat.

324 16. *Liber* est corticis pars interior, dicitur a *liberato* cortice, id est, ablativo. Est enim medium quoddam inter lignum et corticem.

17. *Rami* sunt qui de trunco manant, sicut a *ramusculis* cætera.

*Surculi* a præcisione *serræ* nuncupati.

18. *Virgulum* est quod de radice pullulat; *ramus*, qui de ipso robore arboris; *virga*, quæ de ramis. Proprie autem *virgultum* appellatur, quod ad radicem arboris nascitur, et quasi inutile ab agricolis ampu-

<sup>a</sup> *Aviaria*. E Serv., Georg. 2, ad illud: *Rubent aviaria baccis*.

<sup>b</sup> *Recidiva*. E duob. Servii locis, Æn. iv, ad... *Recidiva manu*; et Æn. x, ad illud: *Dum Latium Teucris*.

<sup>c</sup> *Institutio d. cum fesso trunco... immittitur*. Ex eod., Georg. ii, ad illud: *Arbutus horrida*. Ubi *fisso*, non *infisso*, ex hoc loco et Manuscript. Servii lib., legendum est.

<sup>d</sup> *Plantæ... Plantaria... transfer*. Ex eod., ibid.

<sup>e</sup> *Nam physici dicunt, etc.* Ex eod., Æn. iv.

<sup>f</sup> *Corticem veteres corucem*. — *Corium* lubenter legerim ex vestigiis, quantumvis lubricis, Tarracoenis. Codicis: *Truncus est statura arboris insistens radice, v-teres quorum voce vocabatur*.

<sup>g</sup> *Liber*. E Serv., eclog. 10.

<sup>h</sup> *Virgultum, quia ex virga*. Al., *quia hæc virga*.

<sup>i</sup> *Et idcirco in ea hos sustinent illigatos*. Ut in Mercurii caduceo videmus.

Et hinc dictum *virgultum*, quia ex *virga* tollitur. *Virga*, vel a *virtute* dicitur, quod vim in se multam habeat, vel a *viriditate*, vel quia pacis indicium est, quod *vim* regat. Unde hac utuntur magi ad placandos inter se serpentes, <sup>1</sup> et idcirco in ea hos sustinent illigatos. Hac etiam philosophi, et <sup>2</sup> reges, et magistri, et nuntii, et legati utuntur.

19. <sup>1</sup> *Flagella* dicuntur, ut prædiximus, summæ arborum partes, ab eo quod crebros ventorum sustinent *flatus*.

20. <sup>1</sup> *Cymas* vocatas (dicunt) quasi *comas*.

*Folia* Græce *φύλλα* dicuntur, inde est ad nos hoc nomen per derivationem translatum.

21. *Flores* nominati, quod cito defluant de arboribus, quasi *fluores*, quod cito solvantur. In his duplex **B** gratia: coloris et odoris. Austro enim flores solvantur, Zephyro fiunt.

22. *Germen* dicimus surculum prænantem, a *gerendo*; unde et *germinatio*.

23. *Fructus* nomen accepit a *frumine*, id est, eminente gutturis parte, qua vescimur. Inde et *fruges*. Fructus autem proprie dicuntur agrorum, et arborum, quibus utique utimur. In animalibus vero abusive et translative vocamus fructum.

24. *Poma* dicta ab *opimo*, id est, a copiarum ubertate. *Matura* 325 dicuntur, quia apta sunt ad mandandum; sic et *immatura*, quia priusquam matura facta, dura sunt ad mandandum.

25. *Ligna* dicta, quia incensa convertuntur in *lumen*. Unde et *lychnum* dicitur, quod lumen det.

**C** 26. *Hastula* a tollendo nuncupata, quasi *obstacula*. *Fomes* est hastula quæ ab arboribus excutitur recisione, aut hastulæ ambustæ, aut ligna cavata, a fungis nomine accepto, quod ita capiat ignem. De quo Virgilius: *Rapuitque in fomite flammam*.

27. *Torris* lignum adustum, quem vulgus *iritionem* appellat, extractum ex loco, semiustum et extinctum.

28. *Quisquilæ*, stipulæ immistæ surculis et foliis aridis. Sunt autem purgamenta terrarum.

*Caries* putredo lignorum; dicta hoc nomine, quod eveniat lignis virtute carentibus.

<sup>1</sup> *Reges ac magistri*. Magistri vel poëtorum, vel magistratus; sic namque alibi Isidorus usurpat.

<sup>2</sup> *Flagella dicuntur*. E Serv., ubi sup., cap. 5.

<sup>1</sup> *Cymas... q. comas*. Item inf., cap. 10, *cyma*, quasi *coma*.

<sup>2</sup> *A frumine, i. eminent. g. p.* E Serv., Æn. i, ad vers. *Frugesque receptas*.

<sup>3</sup> *Unde et lucinum*. F. *lychnus*, vel *ellyphinium*.

<sup>4</sup> *Fomes est hastula*. Dicitur a nobis hodie vulgo *astilla*. Sed Festus: *Fomites sunt hastulæ ex arboribus dum cadunt excussæ*. *Opilium adustas jam vivo vocari existimat fomites*.

<sup>5</sup> *Torris lignum adustum*. Hieronym., in Zachar. iii: *Cur quasi torrem, quem vulgo iritionem vocant, Jesum conaris obruer, qui de Babylonica captivitate quasi semiustus evasit?*

<sup>6</sup> *Quisquilæ*. Festus: *Quisquilæ, putant dici, quidquid ex arboribus minutis surculorum cadit, vel quidquid cadit*.

## 326 CAPUT VII.

## De propriis nominibus arborum.

1. *Palma* dicta, quia manus victricis ornatus est, vel quod oppansis est ramis, in modum palmæ hominis. Est enim arbor insigne victoriæ, proceroque ac decoro virgulto, diuturnisque frondibus vestita, et folia sua sine ul a successione conservans. Hanc Græci *Phœnicem* dicunt, quod diu duret, <sup>b</sup> ex nomine avis illius Arabiæ, quæ multis annis vivere perhibetur. Quæ dum in multis locis nascatur, non in omnibus fructus perficit maturitatem. Frequenter autem in *Ægypto* et *Syria*. Fructus autem ejus *dactyli*, a digitorum similitudine nuncupati sunt, quorum etiam et nomina variantur. Nam alii appellantur *pal'mulæ* similes myrobelaui. Alii *Thebaici*, <sup>c</sup> qui et *Nicolai*. Alii <sup>d</sup> *nucæles*, quos Græci *caryotas* vocant.

2. *Laurus* a verbo *laudis* dicta. Hæc enim cum laudibus victorum capita coronabantur. Apud antiquos autem *laudea* nominabatur, postea *d* littera sublata, et subrogata *r*, dicta est *laurus*, ut in *auriculis*, quæ initio *andicalæ* dictæ sunt, et *medidies*, qui nunc *meridies* dicitur. <sup>e</sup> Hanc arborem Græci *δάφνη* vocant, **327** quod nunquam deponat viriditatem, inde illa potus victores coronantur. <sup>f</sup> Sola quoque arbor hæc vulgo salinari minime creditur.

3. <sup>g</sup> *Malum* a Græcis dictum, quod sit fructus ejus pomorum omnium rotundissimus. Unde et hæc sunt vera mala quæ vehementer rotunda sunt. <sup>h</sup> *Malum Matianum* a loco vocatum unde prius advectum est. Nam multæ arbores nomina ex provinciis et civitatibus de quibus allatæ sunt acceperunt. Virgilius amantibus quid ex malo quæri soleat ostendit.

4. *Mala Cydonia* nomen sumpserunt ex oppido, quod est in insula *Creta*, de qua dicere solent Græci urbium *Cretensium* matrem *Cydoniam*, ex cujus

A pomo <sup>i</sup> *cydonitum* conficitur. <sup>j</sup> Fit quoque ex ea et vinum, quo languentium desideria falluntur. Nam specie, et gustu, et odore cujuslibet vini veteris imaginem repræsentat.

5. <sup>k</sup> *Melimelum* a dulcedine appellatum, quod fructus ejus *mellis* saporem habeat, vel quod in melle servetur, <sup>l</sup> unde et quidam :

Si tibi Cecropio saturata Cydonia melle  
Ponentur dicas : hæc melimela placeant.

6. *Malum Punicum* dicitur, eo quod ex *Punica* regione sit genus ejus **328** translatum. <sup>m</sup> Idem et *malogranatum* eo <sup>n</sup> quod inter corticis rotunditatem granorum continet multitudinem. Arbor autem *malogranata* est generis feminini, pomum vero generis neutri. <sup>o</sup> Flores malorum a Græcis appellati sunt *χάτωσι*; <sup>p</sup> Latini *caducum* vocant. <sup>q</sup> Agrestium autem malorum flores Græci *βάλανστια* appellaverunt, quarum alii albi, alii purpurei, alii rosei reperiuntur, similes floribus mali *Punici*. <sup>r</sup> Negant medici mali *Punici* cibo corpora nostra nutriri; sed eo sic opinantur utendum, ut medicari potius, non alere, videatur.

7. *Malum Persicum*, cui brevis admodum vita concessa est, <sup>s</sup> trium generum esse fertur : *Duracinum*, *Armenicum*, et *Persicum*. *Duracinum* nuncupatur, eo quod pomum ejus in gustu *acorem* referat. *Armenicum* dicitur, quod primum genus ab *Armenia* sit advectum. *Persicum* vocatum, <sup>t</sup> quod eam arborem primus in *Ægypto* severit *Perseus*, a quo se oriundos *Ptolemæi* ferebant. Hæc in *Perside* fructum generat interfectorium, apud nos autem jucundum, ac suavem. <sup>u</sup> Horum aliud præcox, aliud vocatur æstivum.

8. <sup>v</sup> *Medi* a arbor cujus nomen etiam in carminibus *Mantuanis* inclaudit, asportata primum a *Medis*, unde et vocabulum sumpsit. <sup>x</sup> Hanc Græci *κιδρόμηλον*,

<sup>1</sup> Unde et quidam. Martial., lib. xii, epig. 24.

<sup>m</sup> Idem et *malogranatum*. Plin., xiii, cap. 19 : Aliqui granatum appellant.

<sup>n</sup> Quod intra corticis rotunditatem granorum continet multi. Ex Hieronym. Agg., ult.

<sup>o</sup> Flores malorum a Græc. app. *χάτωσι*. E Dioscorid., lib. i, cap. 153.

<sup>p</sup> Latini *caducum*. Aurelian., lib. v. Tard., cap. 2 : Mali *Punici* *caduco*, quod Latini *ampullacium* vocant.

D Sic namque legendum existimo apud Aurelianum a forma *ampullæ*. Nam idem, lib. iv, cap. 5, *ampullacium* vocari scribit. Ego utrobique *ampullacium* cum *Chacoem* malo. Mallem quoque dixisset *Isidorus* mali *Punici* *caducum* *ampullacium* a Latinis vocari.

<sup>q</sup> Agrestium autem malorum flores Græci *βάλανστιον*, etc. E Dio-corid., cap. 155, *περι βάλανστιον*. *Balaustii* meminit Plin. xvi, cap. 3, et Arnob., lib. vi *Advers. gent.*

<sup>r</sup> Negant Medici. Id uno verbo complexus est Dioscorides *ἀτροφον* dicens.

<sup>s</sup> Trium generum. Pallad., lib. ultim., cap. 6 : Genera eorum hæc : *Duracina*, *præcoxia*, *Persica*, *Armenica*.

<sup>t</sup> Quod eam arborem primus in *Ægypto*, etc. Vid. Plin., lib. xv, cap. 13.

<sup>u</sup> Horum aliud præcox. Quod a nobis *albercoque*, voce non prorsus immutata, dicitur.

<sup>v</sup> *Medica*, etc. Verba sunt Solin., cap. de *Mediæ*.  
<sup>x</sup> Hanc Græci *κιδρόμηλον*. Ita dicitur a Diosc.,

CAP. VII. — <sup>a</sup> *Palma* dicta, quia man. vict. Ambros., in Hexam., cap. 13 : *Laurus* et *palma* ad insigne victoriæ; *lauri* victorum capita coronantur, *palma* manus victricis ornatus est.

<sup>b</sup> Ex nomine avis illius. Contra Plinius, lib. xiii, cap. 3. Ex arbore nomen avi inditum putari ait.

<sup>c</sup> Qui et *Nicolai*. A *Nicolao* Peripatetico, cujus consuetudine delectabatur Augustus, sed causam non uno modo referunt Plinius, Plutarchus, Athenæus et Suidas.

<sup>d</sup> Alii *nucæles*, quos Græci *caryotas*. Sic Plin. *καρύωτιδας* vocat Diosc., lib. i, cap. 149.

<sup>e</sup> Hanc arborem *δάφνην* G. v. q. n. d. *viriditatem*. Respexisse quidam putabat ad Hege-sippum, qui lib. iii, cap. 5, prope *Antiochiam* lucem esse ait, qui, quod semper vireat, *Daphne* sit appellatus.

<sup>f</sup> Sola quoque hæc arbor *salm*. Plin., lib. xiv, cap. ultim. : *Fulmine sola non icitur*.

<sup>g</sup> *Malum* a Græcis dictum. Sic sup., lib. xii, cap. 1 : *Melo*, quod sit rotundissimo membro.

<sup>h</sup> *Malum Matianum* a loco. Aliter Plin., lib. xv, cap. 14. Sed idem Plinius *Matii* quoque oppidi meminit lib. vi, cap. 4.

<sup>i</sup> *Cydonitum* conficitur. Vid. Pallad., in Octob.

<sup>j</sup> Fit quoque ex ea vinum. De quo Diosc., lib. v, cap. 28.

<sup>k</sup> *Melimelum*. Plin., lib. xv, cap. 14 : *Mustea* a celeritate mitescendi, quæ nunc *melimela* dicuntur a sapore mellis.

Latini *citriam* vocant, quod pomum ejus ac folia *cedri* odorem referant. Malum ejus inimicum venenis, et **329** hoc est, quod idem poeta intelligi voluit cum tradat ex illa *foveri* animam. <sup>a</sup> Hæc arbor omni pene tempore plena est pomis, quæ in ea partim acerba, partim matura, partim adhuc in flore sunt posita, quod in cæteris arboribus rarum est.

9. <sup>a</sup> *Me la*, quam Græci *loton* appellant, <sup>b</sup> quæ vulgo propter formam et colorem *fabæ Syriacæ* dicitur. Arbor est enim magna, fructum ferens comestibilem, <sup>c</sup> majorem pipere, gustu suavem, unde et *mella* vocata est.

10. *Coccimela*, quam Latini ob colorem prunum vocant, alii <sup>d</sup> a multitudine *enizi* fructus *nizam* appellant. Cujus generis *Damascena* melior, a *Damasco* oppido, unde prius asportata est, dicta; ejus solum pomum stomacho mederi probatur, nam cætera noxia perhibentur. <sup>e</sup> Hæc sola arbor gummi glutinosum, et compactivum disillat, <sup>f</sup> quo et medici et scriptores utuntur.

11. <sup>a</sup> *Elæomeli* nascitur in Palmyra Syriæ civitate, ex eo ita appellata, **330** quod ex trunco oleum defluit in crassitudine mellis, saporis suavis.

12. <sup>b</sup> *Epimelis* sorbo similis, medioeris arbor, et flore candidulo, dicta, quod dulcedine sit ejus fructus, et acuto sapore commisius. Hæc arbor ætate durat exigua.

13. <sup>i</sup> *Melopus* arbor in Africa Punica lingua vocata, ex qua profluit lentus succus, quia a loco *Ammoniacus* nominatur.

14. <sup>j</sup> *Mespilus* arbor spinosa, fructu similis malorum, sed paulo brevior, unde et appellata, quod *pilulæ* formam habeant ejus poma.

15. <sup>k</sup> *Pyrus* vocata videtur, quod in ignis speciem deformata est, nam hoc genus pomii ab amplo incilib. 1, cap. 167. Quamvis scio suspectam quibusdam hanc vocem, qui *καριόμηλον* malunt. Illud vero sciendum a Nicandri interprete *εσπάντζιον* dici, quod a nobis *naranja*.

<sup>a</sup> Hæc arbor omni ser... posita. E Serv., Georg. II.

<sup>b</sup> Quæ vulgo... *fabæ Syriacæ*. E Serv. Sed *lotos* a Plinio *fabæ Græcæ*, ab Athenæo *fabæ Ægyptiacæ* vocatur. De *Mella* nihil comperit.

<sup>c</sup> Majorem pipere. Ita Dioscorides.

<sup>d</sup> Alii a multitudine *enizi* fruct. *nizam*. In margine Codic. Rom. sancti Petri hæc addita reperiisse se, sed eadem manu abbat Chacon: *Hanc arborem Romani vocant prunum, Hispani n zum, Vandali, et Gothi, et Sævi, et Celtiberi ceruleam. Retinent hodie vestigia hujus vocis Lusitani et Galleci, qui pruna omnia, amexas, sive ameixas, dicunt; et apud Aurelian., lib. IV Tærd., cap. 8: Pro devotione nizarum, aut glycirrhizæ. Nizarum ego legerim; quod autem myxa pro nixa legendum quidam contendunt, ex Paulo Agin., lib. VII: μήνα δένδρον καρπός ἴστι μικρότερος μὲν τῶν καριόμηλων, δυνάμει δὲ παραπλήσιος. Confirmat, quod de Galleciis diximus. Nam in locum n aut etiam contra in multis vocibus successisse, passim videmus.*

<sup>e</sup> Hæc arbor sola gummi. Ex Diosc., lib. I, cap. 175.

<sup>f</sup> Quo et medici, et scriptores. Plin., lib. XIII, cap. 11: *Utilissimum pictoribus et medicis, sed nihil muto.*

<sup>g</sup> *Elæomeli* suavis. Verba sunt Diosc., lib. I cap. 57. Sed de oleo, non de arbore. Plinius, lib. XVI, cap. 7: *Sponte nascitur in Syriæ maritimis, quod elæomeli vocant, manat ex arboribus pingue, crassius*

*pit, et in angustum fluit, sicut ignis. Pyrus autem arbor, fructus ejus pyrum est: cujus multæ species, ex quibus <sup>1</sup> Crustumia sunt pyra ex parte rubentia, ab oppido Crustumio nominata. <sup>m</sup> Poma pyri jumentis imposita, vel si pauca, vehementer onerosa dicuntur esse.*

16. <sup>n</sup> *Cerasus* a *Ceraso* urbe Ponti vocata. Nam Lucullus, cum *Cerasum* civitatem Ponti desisset, hoc genus pomii inde avexit, et a civitate *Cerasum* appellavit. Arbor autem *Cerasus*, pomum *cerasum* dicitur. Hoc etiam ante Lucullum erat in Italia, sed durum, unde et *Cornum* appellatum est. Est autem arbor apta hastilibus, unde et Virgilius: *Bona bello cornus.*

**331** 17. *Ficus* Latine a *secunditate* vocatur. Feracior enim est arboribus cæteris. Nam ter quæ erque per singulos annos generat fructum, atque altero maturascente, alter oboritur. <sup>o</sup> Hinc et *caricæ* a copia nominatæ. *Ficus Ægyptia* fecundior fertur, cujus lignum in aqua missum illico mergitur, et cum in limo aliquandiu jacuerit, deinde in superficiem sustolitur, versa vice naturæ, quando madefactum debuit humoris pondere residere. Antea athletæ ficis alebantur, <sup>p</sup> priusquam eos Pythagoras exercitator ad carnis usum, qui fortior cibus eat, transtulisset. A senibus in cibo sæpius sumptæ ficus, rugas eorum feruntur distendere. <sup>q</sup> Tauros quoque ferocissimos ad fici arborem colligatos repente mansuescere dicunt.

18. *Caprificus* appellata, eo quod parietes quibus innascitur *carpit*. Rumpit enim, et prodit ex lateribus quibus concepta est. Alii putant caprificum dictam quod ficus arbor ejus remedio secundetur.

19. *Morus* a Græcis vocata, quam Latini *rubum* appellant, eo quod <sup>r</sup> fructus ejus velut virgulti *rumelle*, *resina tenuius, sapore dulce*. Et lib. XIII, cap.

4: *Elæomeli, quod in Syria ex ipsis oleis manare diximus; et arbor fortasse eodem nomine appellata est.*

<sup>b</sup> *Epimelis*. Genus inespili, ut ait Diosc., lib. I, cap. 171. Vid. Macrob., lib. III, cap. 19.

<sup>i</sup> *Melosos*. Solin., cap. 40: *Et arbor est melops (Al., melopos) ex qua profluit lentus humor, quem ammoniacum nominamus. A Plinio metopium dicitur; a Diosc.; lib. V, cap. 58, agasyllis.*

<sup>j</sup> *Mespilæ... quod pilulæ*. Al., *pilulæ*.

<sup>k</sup> *Pyrus q. in ign. sp. deformata*. Sic Goth. Cod.; alii, *formata*.

<sup>l</sup> *Crustumia sunt pyrum... nominata*. E Serv., Georg. II.

<sup>m</sup> *Poma pyri jument*. Ex Plin., lib. XIII, cap. 7.

<sup>n</sup> *Cerasus... appellatum est*. E Serv., Georg. II.

<sup>o</sup> *Hinc et caricæ a copia nomen*. Est *Caria* sicum fertilissima, auctore Strabone; sed hæc adjecta credo ab aliquo cui *carica* sarcinam significaret, quod Hispani ex ea voce *carga*, Itali *carico* fecissent.

<sup>p</sup> *Priusquam eos Pythagoras exercit*. Ex Plin., lib. XIII, cap. 7. Sed hoc Dromio cuidam tribuit Pausanias in *Helicæ* posterioribus, cui Pythagoras Rheginus sictor statuum fecit, et quidem id a Laertio omnium, qui Pythagoræ pugilis meminit, valde miror, ut Plin. deceptus videri possit.

<sup>q</sup> *Tauros quoque ferocissimos*. Ita Plutarch., lib. XI, *συμφοσιαι*. Id non nisi de caprifico refert Plinius.

<sup>r</sup> *Fructus ejus velut virgulti*. Ex Cod. Rom., sed *arbuti*, quam virgulti malleimus.



*bent.* <sup>a</sup> Est enim morus silvestris fructus afferens, a tum homines primum ad victum sibi elegerunt, unde poeta :

Mortales primi ructabant gutture glandem.

<sup>b</sup> Hujus folia superjacta serpenti feruntur interimere eum.

Prius enim quam frumenti usus esset, antiqui homines glande vixerunt.

**332** 20. *Sycomoros*, sicut et morus Græca nomina sunt. Dicta autem sycomoros, quod sit foliis similis moro. Hanc Latini *celsam* appellant ab altitudine, quia non est brevis, ut morus.

<sup>27.</sup> <sup>k</sup> *Suberies* arbor, ex qua validissimus cortex natatorius extrahitur. Et ideo appellata *suberies*, eo quod fructus ejus *sues edunt*; porcorum enim sunt alimenta, non hominum, et dicta *suberies*, <sup>l</sup> quasi *subedies*.

<sup>21.</sup> *Nux* appellata, quod umbra vel stillicidium foliorum ejus proximis arboribus *noceat*. Hanc alio nomine Latini <sup>a</sup> *Juglandem* vocant, quasi *Jovis glandem*. Fuit enim hæc arbor consecrata Jovi, cujus pomum tantam vim habet, ut missa inter suspectos herbarum vel fungorum cibos, quidquid in eis virulentum est, exsudet, rapiat atque exstinguat.

<sup>28.</sup> *Fagus* et *æsculus* arbores glandiferæ ideo vocatæ creduntur, quod harum fructibus olim homines vixerint, cibumque sumpserint, escamque habuerint. Nam <sup>m</sup> *æsculus* ab *esca* dicta, <sup>n</sup> *fagus* vero a Græco vocabulum traxit; *φάγειν* enim Græce *comedere* dicitur.

<sup>22.</sup> <sup>d</sup> *Nuces* autem generaliter dicuntur omnia tecta corio duriori, ut pineæ, avellanæ, juglandes, castanæ, amygdalæ. Hinc et *nuclei* dicti, quod sint duro corio tecti. At contra poma, omnia mollia, *mala* dicta, sed cum adjectione terrarum in quibus antea nata sunt, ut Persica, Punica, Matiana, Cylonia, etc.

<sup>29.</sup> <sup>o</sup> *Xylyglycon*, quam Latini corrupte *siliquam* vocant, ideo a Græcis tale nomen accepit, eo quod ligni ejus fructus dulcis, *ξύλον* quippe dicunt *lignum γλυκὸν dulce*. <sup>p</sup> Hujus arboris pomum succus expressus *acatia* a Græcis dicitur.

<sup>23.</sup> *Amygdala* nomen Græcum est, <sup>q</sup> quæ Latine *nux longa* vocatur. <sup>t</sup> Hanc alii *nuciclam* vocant, quasi minorem nucem. De qua Virgilius: *Cum se nux plurima silvis induet in florem*. Cunctis enim arboribus prior se flore vestit, et ad ferenda poma arbuta sequentia prævehit.

<sup>30.</sup> <sup>q</sup> *Pistacia*, quod cortex pomi ejus nardi *pistici* odorem referat.

<sup>24.</sup> <sup>e</sup> *Avellanæ* ab Avellano Campaniæ oppido, ubi abundant, cognominatæ sunt. <sup>b</sup> Hæ a Græcis *Ponticæ* appellantur, eo quod circa *Ponticum* mare abundant.

**334** 31. *Pinus* arbor picea ab acumine foliorum vocata. <sup>r</sup> *Pinum* enim antiqui *acutum* nominabant. *Pinum* autem aliam *pitin*, aliam <sup>a</sup> Græci *πίπυνη* vocant, quam nos *piceam* dicimus, eo quod desudet picem. Nam et specie sibi differunt. In Germaniæ autem insulis hujus arboris lacryma electrum gignit. Gutta enim defluens rigore vel tepore in soliditatem durescit, et gemmam facit de qualitate sua nomen accipiens, id est, *succinum*, eo quod *succus* sit arboris. <sup>s</sup> *Pinus* creditur prodesse cunctis quæ sub ea seruntur, sicut *nux* nocere omnibus.

<sup>25.</sup> *Castaneam* Latini a Græco appellant vocabulo. Hanc enim Græci *καστανός* vocant, propter <sup>i</sup> quod fructus ejus gemini in modum testiculorum intra foliolum reconditi sunt, qui dum ejiciuntur, **333** quasi *castrantur*. Hæc arbor, <sup>j</sup> simul ut excisa fuerit, tanquam silvam ex sese expullulare consuevit.

<sup>32.</sup> *Abies* dicta, quod præ cæteris arboribus longo eat, et in excelsum promineat. <sup>u</sup> Cujus natura expers est terreni humoris, ac proinde habilis atque levis

<sup>26.</sup> *Ilex* ab *electo* vocata. Hujus enim arboris fruc-

<sup>a</sup> Est enim morus silvestris fructus afferens. Hieronym., Am. vii, ad illud: *Vellicans sycomoros*, etc.: *Nobis autem, quia solitudo in qua morabatur Amos nullam hujusmodi gignit arborem, magis videtur rubos dicere, qui afferunt mora, ac pastorum famem et penuriam consolantur.*

<sup>b</sup> Hujus folia superjacta scrip. Verba sunt Ambros., lib. v Hexam., cap. 8.

<sup>c</sup> *Juglandem* vocant, q. Jovis gland. E Serv., D eclog. 8.

<sup>d</sup> *Nuces* autem generaliter dicunt. E Serv., eclog. 2.

<sup>e</sup> Quæ Latine *nux long.* Serv., ad illud: *Cum se nux plurima: Plurima* (inquit), *id est, longa.*

<sup>f</sup> Hanc alii *nuciclam*. Al., *nucellum, nucedam, nuculam.*

<sup>g</sup> *Avellanæ*, ab *Avellano*, *Camp. opp.*... cognom. E Serv., Georg. ii, ad illud: *Plantis et duræ coryli*, etc.

<sup>h</sup> Hæ a Græcis *Ponticæ*. Sic Macrobi., lib. iii, cap. 48. Sed Athenæus, lib. ii: *Castaneam nucem Ponticam* vocat.

<sup>i</sup> Quod fructus ejus gemini, etc. Cum Græcam vocem dixisset, tutum putavit in etymologia ludere. Nisi hæc aliena esse mavis. Nam Castoris, id est, fibri meminisse (quod quidam credidit) ego minime putavi.

<sup>j</sup> *Simul ut excisa* (ser. l. s. e. s. exp. c. Verba sunt Ambrosii, Hexam. lib. iii, cap. 13.

<sup>k</sup> *Suberies*. Legitur hæc vox apud Fest. in *Stura*.

<sup>l</sup> Quasi *subedies*. F., *suedies*.

<sup>m</sup> *Æsculus* ab *esca*. Serv., ad... *Æsculus* imprimis, Georg. ii: *Æsculus arbor est glandifera, quæ licet ab esca dicta sit, tamen per æ scribitur. Sicut cælatum, licet a celo cælas habeat derivationem.*

<sup>n</sup> *Fagus*. Ex rod., eclog. 1.

<sup>o</sup> *Xylyglycon*. Eandem alii vel *ξύλον*, vel *ζυλόκερας*, vel *ζυρότιον* vocant.

<sup>p</sup> Hujus arboris pomum succ. exp. *acatia*. De *acatia*, Diosc., lib. i, cap. 124. Sed apud illum arbor est, sive spina potius instar arboris, e cujus siliquis succus exprimitur. Et apud Plinium q. huius commune siliquis cum *acatia*. Ergo deesse hic credo aliquid.

<sup>q</sup> *Pistacia*. Vid. Dioscorid., lib. i, cap. 178, et Plin., xxv, cap. 22.

<sup>r</sup> *Pinum* enim antiqui *acutum* nom. Idem., sup., lib. x, cap. 1, et lib. xix, cap. 19.

<sup>s</sup> *Græci* *πίπυνη*. Ex Ambros., Hexam. iii, cap. 3.

<sup>t</sup> *Pinus* creditur prodesse cunctis, etc. Ex Pallad. in Novemb. Vid. Theoph., lib. iii, de Caus. Plant., cap. 15, cum Plinius contra existimasse videatur lib. xvii, cap. 42.

<sup>u</sup> Cujus natura expers est terreni humoris. Vitruv., lib. ii, cap. 9: *Abies plurimum habens aeris, et ignis, minimumque humoris, et terrenis levioribus naturæ partibus comparata, non est ponderosa.*

habetur. De qua Virgilius : *Et casus abies visura ma-* A *crepundiis illigatur, ut infantem visu nigra non ter-*  
*rinus, quia ex ea naves sunt. Hanc quidam Gallicam*  
*vocant propter candorem. Est autem sine nodo.*  
resunt.

33. *Cedrus*, quam Græci *κίβρον* vocant: quasi  
\* *καυόμενος δρυός ύψρον*, id est, *arboris humor arden-*  
*tis, cujus folia ad cypressi similitudinem respondent.*  
*Lignum vero jucundi odoris est, et diu durans, nec*  
*a tineâ unquam exterminatur. De qua Persius : *Et ce-**  
*dro digna locutus.* Scilicet propter durabilem perpetu-  
tatem. <sup>b</sup> Unde et in Templis propter diuturnita-  
tem ex hoc ligno læconaria sunt. <sup>c</sup> Hujus ligni resina  
*cedrea* dicitur, quæ in conservandis libris adeo est utili-  
lis, **335** ut perlitit ex ea, nec tineas patiantur, nec  
tempore consenscant. Nascitur in Creta, Africa,  
atque Syria.

34. <sup>d</sup> *Cyparissus* Græce dicitur, quod caput ejus a  
rotunditate in acumen erigitur, unde et *καυοειδής* vo-  
catur, id est, *alta rotunditas*. Hinc et fructus ejus *con-*  
*nus*, quia rotunditas ejus talis est, ut *conum* imitetur.  
Unde et coniferæ cyparissi dicuntur. Hujus lignum  
cedro pene proximam habet virtutem. Templorum  
quoque trabibus aptum, impenetrabili soliditate  
nunquam oneri cedit, sed ea qua in principio fuerit  
firmitate perseverat. <sup>e</sup> Antiqui cypressi ramos prope  
rogum constituere solebant, ut odorem cadaverum,  
dum urentur, opprimerent jucunditate odoris sui.

35. <sup>f</sup> *Juniperus* Græce dicta, sive quod ab amplo  
in angustam finiat, ut ignis sive quod conceptum diu  
temeat ignem; <sup>g</sup> adeo ut si prunæ ex ejus cinere fue-  
rint oportet, usque ad annum perveniant; *πύρ* enim  
apud Græcos *ignis* dicitur. <sup>h</sup> *Jupiterus* autem alia  
parva, alia magna est.

36. <sup>i</sup> *Ebenus* in India et Æthiopia nascitur, quæ  
cæsa durescit in lapidem. Cujus lignum nigrum est,  
et cortex levis, ut lauri, sed <sup>j</sup> Indicum maculosum  
est in parvulis distinctionibus albis ac fulvis. Æthio-  
picum vero, quod præstantius accipitur, in nullo est  
**336** maculatum, sed est nigrum, leve et corneum. <sup>k</sup>  
Est autem Mareotica palus in India, unde *ebenus* venit.  
<sup>l</sup> *Lucanus* : *Ebenus Mareotica*, inquit. *Ebenus* autem

\* *Quasi καυόμενος δρυός ύψρον*, etc. E Serv., ad  
vers. *Procumbunt piceæ*, Æn. vi, ex quo hæc ce-  
driæ melius aptarentur, de qua statim.

<sup>b</sup> Unde in templis propter diut. Ex Ambros., in D  
Hexam., cap. 13, et in lin. ps. cxviii.

<sup>c</sup> Hujus ligni resina cedrea. Vid. Vitruv., lib. ii,  
cap. 9.

<sup>d</sup> *Cyparissus* Græce dicitur, quod cap. ejus. Serv.,  
Æn. iii, ad vers. *Aeris quercus* : — *Conus dicitur*  
*fructus cypressi, et ipsa καυοειδής est. Nam a rotundi-*  
*tate in acumen levatur.*

<sup>e</sup> Antiqui cypressi ramos. Ex eod., Æn. vi, ad vers.  
*Ferules ante cypressos.*

<sup>f</sup> *Juniperus* Græce. — *Janiperus* Latina est vox. Nam  
Græce *ἰκίπυρος* dicitur.

<sup>g</sup> Adeo ut si prunæ ejus, etc. Ex Hier., epist. ad  
Fabianam 126, mansione 16.

<sup>h</sup> *Juniperus* autem alia parva, etc. Ita Diosc., lib. i,  
cap. 104.

<sup>i</sup> *Ebenus in Ind. et Æthi p.* E Serv., ad vers. *Sola*  
*India nigrum fert ebenum*, Georg. ii.

<sup>j</sup> Sed *Indicum maculos... fulvis* E Dioscorid., lib. i,  
cap. 130.

37. *Platanus*, a latitudine foliorum dicta, vel quod  
ipsa arbor patula sit, et ampla. Nam *πλατός* Græci  
*latum* vocant. Expressit hujus arboris Scriptura et  
nomen, et formam, dicens : *Quasi platanus dilatata*  
*sunt juxta aquam in plateis.* Est autem tenerissima fo-  
liis, ac mollibus, et vitium similis.

38. *Quercus*, sive *querus* dicta, quod ea soliti erant  
dii gentium quærentibus præcinere; arbor multum  
anosa, <sup>m</sup> sicut legitur de quercu Mambre, sub qua  
habitavit Abraham, quæ fertur usque ad Constantis  
regis imperium per multa sæcula perdurasse. <sup>n</sup> Hu-  
jus fructus *galla* appellatur. E quibus una agrestis  
*ἰππαξίτης* dicta, parva forma, sed firmo corpore, a-  
que nodoso, quam medicaminibus et in caustis adhi-  
betur. Altera *βάλανος* levis, ac tenuis, ac nimium per-  
forata, <sup>o</sup> lucernarum tantum usibus necessaria.

39. *Fraxinus* vocari fertur, quod magis in asperis  
locis montanisque *fragis* nascatur. Hinc per deri-  
vationem *fraxinus*, sicut a *monte montanus*. De quo  
Ovidius : *Et fraxinus nullis hastis.*

40. <sup>p</sup> *Taxus* venenata arbor unde et toxica venena  
exprimuntur. Ex hac arcus Parthi et alix gentes  
faciunt. Unde et poeta : *Ityreos taxi torquentur in ar-*  
*cus.* <sup>q</sup> *Ityreos* autem dicit Parthicos.

**337** 41. *Acer*, coloribus impar.

<sup>r</sup> *Robur* autem generaliter dicitur ex omni ma-  
teria quidquid est firmissimum.

42. *Alnus* vocatur, quod *alatur amne*. Proxima  
enim aquæ nascitur, nec facile extra undas vitit.  
Hinc et tenera, et mollis, quia in humecto loco nu-  
tritur.

43. *Ulmus* nomen accepit, quod uliginosis locis  
et humidis melius proficit. Nam in montanis et  
asperis nimis læta est.

44. <sup>s</sup> *Larix*, cui hoc nomen a Castello *Laricino*  
inditum est, <sup>t</sup> ex qua tabulæ tegulis affixæ flammam  
repellunt, neque ex se carbonem ambustæ efficiunt.

45. *Populus* dicta, quod ex ejus calce multitudo  
nascatur. Cujus genus duplex est. Nam altera est

<sup>k</sup> Est autem Mareotica palus in India. Serv., ad  
vers. *Mareotid. alb.*, Georg. ii : *Ægyptiæ* (inquit) *Ma-*  
*reotis enim Ægypti pars est; et ad... Sola India nigram*  
*fert ebenum: Aiqui in Ægypto nascitur, sed Indiam*  
*omnem plagam Æthiopiæ accepimus.*

<sup>l</sup> *Lucanus*. Lib. x.

<sup>m</sup> Sicut legitur de querc. *Mamb. etc.* Hieron., in  
Loc. Hebraicæ. *Quercus Abraham, quæ est Mambre,*  
*usque ad Constantii (Al., Constantia) regis imperium*  
*monstrabatur, et mausoleum ejus in præsentiarum cer-  
nitur.*

<sup>n</sup> Hujus fructus *galla*. E Dioscorid., lib. i, cap. 127.  
<sup>o</sup> *Lucernarum tantum usibus necessaria.* Ex Plin.,  
lib. xvi, cap. 7.

<sup>p</sup> *Taxus venenata arb.* E Serv., eclog. 9.

<sup>q</sup> *Ityreos autem dicit Parthicos.* Verba sunt Servii  
eo loco.

<sup>r</sup> *Robur autem general.* Servius, Æn. xi, ad vers.  
*In medioque focos: — Robur, omne lignum, cum sit, et*  
*species.*

<sup>s</sup> *Larix cui hoc cognom.* Ex Vitruv., l. b. ii, cap. 9.

<sup>t</sup> *Ex qua tabulæ tegulis affixæ.* Ex Pallad., in No-  
vemb., tit. 15.

alba, altera nigra. Alba autem populus dicta, quia A folia ejus una parte sunt alba, altera viridia. Hæc igitur bicolor habens quasi noctis et diei notas, quæ tempora ortu solis occasuque constant. <sup>a</sup> Generat etiam resinam circa Eridanum fluvium, vel, ut alii memorant, in finibus Syriæ.

46. *Tiliam* dicunt vocatam, eo quod utilis sit ad usum *telorum* nitore et levitate jaculandi. Est enim genus materiæ levissimæ.

47. <sup>b</sup> *Salix* dicta, quod celeriter *saliat*, hoc est, velocius crescat, <sup>c</sup> arbor lenta, vitibus habilis vincendiis. Cujus seminis hanc dicunt esse naturam, <sup>d</sup> ut si quis illud in poculo hauserit, liberis careat, <sup>e</sup> sed et feminas infecundas efficit.

<sup>f</sup> *Populus* autem, et *salix*, et *tilia*, mollis materiæ sunt, et ad sculpturam aptæ.

48. <sup>g</sup> *Vimen* vocatur, eo quod *vim* habeat *multam* viroris. <sup>h</sup> Natura enim **338** ejus talis est, ut etiam si arefacta alluatur, virescat; deinde excisa, atque in humo fixa, radicibus sese ipsa demergat.

49. *Myricæ*, quam Latini *tanaricem* vocant, ex amaritudine nominata. Gustus enim ejus nimis amarus est. <sup>i</sup> Hæc arbor in solitudine et saxosa humo nascitur, ex qua etiam arbore maleficis artibus *μασθηρα*, id est, *odia* concitari dicuntur.

50. *Myrtus* a mari dicta, eo quod magis littorea arbor sit. Unde et Virgilius: *Littora myrtetis lætissima*; et: *Amantes littora myrtos*. Hinc est, quod a Græcis *μυρτινα* dicitur. <sup>j</sup> Medicorum autem libri hanc arborem aptam scribunt mulierum necessitatibus plurimis.

51. *Lentiscus*, quod cuspis ipsius lenta sit, et mollis. Nam lentum dicimus quidquid flexibile est, unde et lentum vimen, et vites, Virgilius: *Et lentæ vites, pro flexibiles*. <sup>k</sup> Hujus fructus oleum desudat, cortex resinam, quæ *mastix* appellatur, cujus plurima et melior in Chio insula gignitur.

52. <sup>l</sup> *Terebinthus* arbor Græcum nomen, generans resinam omnium resinarum præstantiorem.

53. *Burns* Græcum est nomen a Latinis ex parte corruptum, *κῦθος* enim appellatur apud eos, arbor semper virens, <sup>m</sup> et lævitate materiæ elementorum

<sup>a</sup> Generat etiam resinam. — *Electrum* vocat Dioscorid., lib. 1, cap. 114.

<sup>b</sup> *Salix* dicta. E Serv., eclog. 1.

<sup>c</sup> *Arbor* lent. vit. hab. v. Ex Ambros., lib. Hexam. III, cap. 15.

<sup>d</sup> *Ut si quis illud in poculo hauserit, lib. careat.* Ex Hieron., Isai. v. Vid. Plin., xvi, cap. 26.

<sup>e</sup> *Sed et femin. infec. facit.* Ex Diosc., lib. 1, cap. 437. At Plinius sterilitatis medicamen feminis esse ait.

<sup>f</sup> *Populus autem, salix et til.* Ex Vitruv., lib. II, cap. 9, et Pallad., in Novembri, tit. 45.

<sup>g</sup> *Vimen... quod vim habeat.* Imo quasi vincimen.

<sup>h</sup> *Natura enim ejus talis est... demergat.* Ex Hilario in ps. cxxxvi.

<sup>i</sup> *Hæc arbor... odia concitari.* Ex Hieronym., Is. xvii. Dicuntur autem hæc de silvestri myrica, non de sativa; nam duo sunt genera. Vid. Plin., Theoph., Ambros.

<sup>j</sup> *Medicorum autem libri, etc.* E Serv., Georg. II,

apicibus apta. Unde et Scriptura: *Scribe in buxo.*

54. <sup>n</sup> *Rhododendron*, quod corrupte vulgo *Lorandrum* vocatur, quod sit foliis *lauri* similibus, flore ut *rosa*. Arbor venenata, **339** interficit enim animalia, et medetur serpentium vexationes.

55. *Herbitum* vocaverunt pastores, eo quod vice herbæ præbeatur pecoribus, ubi desunt pascua.

56. <sup>o</sup> *Turbiscus*, quod de uno cespite ejus multa virgulta surgant, quasi *turba*.

*Stipa* vocata propter quod ex eo *stipentur* tecta. Hinc et stipula per diminutionem.

57. *Arundo* dicta, quod cito *arescat*. Hanc veteres *cannam* vocaverunt, *arundinem* vero postea Varro dixit. Sane sciendum, quod Latium *canna* de lingua Hebræa sumptum est. Apud eos enim calamus *canna* dicitur.

<sup>p</sup> *Cicuta* autem est, quod est inter cannarum nodos, <sup>q</sup> dicta, quod lateat.

58. In indicis stagnis nasci arundines calamique dicuntur, ex quorum radicibus expressum suavissimum succum bibunt, unde et Varro ait:

Indicæ non magnum in arbore crescit arundo.

Illius et lentis premium radicibus humar:

Dulcia cui nequeant succo coacta dera mella.

59. <sup>r</sup> *Sambucus* mollis et pervia arbor.

*Rhamnus* genus est rubi, **340** quam vulgo *senticem ursinam* appellant, asperum nimis, et spinosum.

60. <sup>s</sup> *Sentix* dicta a situ, quod est terra inculta, in qua sentices spinæque nascuntur. Majores autem nostri omnem arborem spinosam *vepre*m dicebant quod *vi* prendat.

61. *Oleaster* dictus, quod sit foliis olivæ similibus, sed latioribus: arbor inculta, atque silvestris, amara atque infructuosa, cui insertus olivæ ramus vim mutat radicis, et vertit eam in propriam qualitatem. <sup>t</sup> Lacryma oleastri arboris duplex est. Alia enim gummi simulat sine ullo qualitatis morsu, alia ammoniaci guttam ex stillatione collectam ac remordentem.

62. *Oliua* Græce *ἔλαιος* dicitur, ex quo in Latium tractum est, ut *oliva* dicatur. <sup>u</sup> *Olea* autem ipsa arbor est, fructus *oliva*, succus *oleum*. Est autem arbor pacis insigne, cujus fructus diversis nominibus appellatur.

ad vers. *Solido Paph. de robore myrtus.*

<sup>k</sup> *Hujus fructus... gignitur.* Ex Dioscorid., lib. 1, cap. 90 et 94.

<sup>l</sup> *Terebinthus.* Ex eod. cap. sequenti.

<sup>m</sup> *Et lævitate materiæ... Scribe in buxo.* Ex Ambros., I, Hexam. III, c. 3. Locus autem Scripturæ Isai., c. xxx.

<sup>n</sup> *Rhododendron.* Diosc., lib. IV, cap. 8: *Nerium aliqui rhododaphnem; alii rhododendron vocant.* Vid. Plin., lib. XVI, cap. 2. A nobis *Adelpha* dicitur.

<sup>o</sup> *Turbiscus.* Græci *Thymelea*.

<sup>p</sup> *Cicuta autem est... nodos.* E Serv., eclog. 2.

<sup>q</sup> *Dicta quod lateat.* Inf., cap. 9: *Cicuta propter quod in Thyrso geniculato nodos habeat occultos, ut canna, sicut dicitur fossa cæca, quæ occulta est.*

<sup>r</sup> *Sambucus.* Goth. libri, *sabucus*.

<sup>s</sup> *Sentix dicta a situ.* Lusit verbis Virgilio: *Per loca senta situ,* Æn. VI.

<sup>t</sup> *Lacryma oleastri.* Ex Dioscorid.

<sup>u</sup> *Olea autem ipsa arb. fruct. oliv., etc.* E Serv.; *Sed truncis oleæ melius,* Georg. II.

63. <sup>a</sup> *Orchades*, olivæ Græca etymologia a similitudine testiculorum vocatæ, quos Græci ὄρχις vocant.

64. <sup>b</sup> *Radiolæ*, pro eo quod oblongæ sunt in modum radiorum.

*Paphiæ* a *Papho* insula dictæ, unde prius allatæ sunt.

65. <sup>c</sup> *Lycinia*, eo quod optimum dent lumen. Nam λυχνος lumen est. Unde et *lychnum* nomen accepit, quia aptum est flammis et luminibus.

66. *Pausia*, quam corrupte rustici *pusiam* vocant, viridi oleo et suavi apta. <sup>d</sup> Et dicta *pausia*, quod *paviat*, id est, *tundatur*, unde et *pavimentum*.

341 67. *Syria* dicta, pro eo quod de *Syria* est allata, sive quia nigra est.

<sup>e</sup> *Crustumia* eadem et *volemis* dicta, eo quod *volam* compleat magnitudine, hoc est, mediam manuum, <sup>B</sup> unde et *involare* dicimus. Quidam autem *volemum* Gallica lingua *bonum* et *magnum* intelligunt.

<sup>f</sup> *Colymbades* appellatæ....

68. *Oleum* autem ab *olea* nominatur. Nam, ut diximus, <sup>B</sup> olea est arbor, unde derivatum sit *oleum*. <sup>b</sup> Sed quod ex albis fuerit olivis expressum vocatur *Hispanum*, a Græcis ἰσπανικόν appellatum. Quod autem ex fulvis et nondum mitibus fuerit expressum, *viride* appellatur. Quod vero ex niivium maturis, *commune* dicitur. Ex iis ad usum vitæ primum est *Hispanum*, secundum *viride*, tertium *commune*.

69. <sup>i</sup> *Amurca* olei pars aquosa, ab *emergendo* dicta, id est, quod ab oleo se emergat, et sæx ejus sit. Hanc Græci *amorgen* vocant ex Latina lingua trabentes vocabulum.

342 70. *Gumen* Græcum nomen est, hoc enim illi <sup>C</sup> κόμμι dicunt.

71. *Resinam* Græci ῥητίνην vocant, ῥέον enim Græce dicitur quidquid manat. Est enim lacryma sudore exhalata lignorum, ut cerasi, lentisci, balsami, vel reliquarum arborum, sive virgultorum, quæ sudare produuntur, sicut et odorata Orientis ligna, sicut gutta balsami, ac ferularum, vel succinorum, cujus lacryma durescit in gemmam. <sup>f</sup> Prima est resina *terebin-*

<sup>a</sup> *Orchades*. *Orchades* etiam legi in vetustis Virgilio libris, non ut vulgo, *orchites*, admonuit Pierius.

<sup>b</sup> *Radiolæ*. Virg. :

*Orchites et radii, et amara pausia bacca.*

*Radiolum* vocat Colum., lib. xii, cap. 47, ut distinguat (credo) a radio majore. De quo Cato, cap. 6 : *In agro crasso et caldo oleam conditivam, radium majorem salentinam, orchitem.*

<sup>c</sup> *Lycinia*. *Lycinia* meminit Plin., lib. xv, cap. 2.

<sup>d</sup> Et dicta *pausia*. E Serv.

<sup>e</sup> *Crustumia* item, et *volema*. Pyrorum genera hæc sunt propterea inter oleas posita, quod Isidorus (ut diximus) Servii commentariis sine Virgilio carminibus est usus, id illi fraudi sæpe fuit. Qui Servii locum inspexerit, id ita esse facile comperiet.

<sup>f</sup> *Colymbades* appellatæ. E Plin., Columell., Athen., lacunam facile expleas.

<sup>g</sup> *Olea* est arbor unde derivatio est *oleum*. Verba sunt Servii.

<sup>h</sup> Sed quod ex alb. f. o. e. v. *Hispanum* a Græcis ἰσπανικόν, etc. Plin., lib. xii, cap. 7 : *Omphacion ex olea adhuc alba expressa, deterius est drupa, ita vocatur priusquam cibo matura sit, jam tum colorem mutans ; differentia, quod hoc viride est, illud candidum.* Porro de Hispano Galenus, lib. vi de Simpl. Medi-

*thina* omnium præstantior. Afferitur autem ex Arabia Petraea, atque Judæa, et Syria, Cypro, et Africa, ex insulis quoque Cycladibus. Secunda est *lentiscina*, quæ *mastix* vocatur : hæc ex Chio insula deportatur. Tertia *pinalis*. Quarum alia *περὶνη*, alia *περικύνη*, alia liquida, alia arida, et afferuntur ex Tyrrhena Colophoniam. Unde etiam nomen *Colophoniam* resina sumpsit.

72. *Pice* Græcum nomen est, quam illi *πίσσα* vocant. Alii volunt ex pino *picem* vocari ; <sup>k</sup> hæc a Græcis appellatur *clonia* ; nos *ramalem* dicere possumus, cujus <sup>l</sup> probabilis splendens, lævis et munda.

73. <sup>m</sup> Creandarum arborum naturaliter tria sunt genera ; aut enim sua sponte nascuntur, aut ex seminibus fortuito jacentibus surgunt, aut ex radicibus pullulant. Nam cætera usus invenit, favente natura.

74. <sup>n</sup> Omnia poma Latine neutri generis esse dicuntur ; arbores autem feminini sunt generis, exceptis paucis, ut *hic oleaster*, *hoc siler*, ut Virgilius : *Molle siler*. Item *hoc buxum*, licet et hæc *buxus* dicatur. Nam superfluum quidam volunt facere discretionem, ut hæc *buxus* de arbore dicamus, *buxum* vero de ligno composito.

### 343 CAPUT VIII.

#### De arboribus aromaticis.

1. <sup>o</sup> *Aromata* sunt quæque fragrantis odoris, quæ India, vel Arabia mittit, sive aliæ regiones. Nomen autem *aromata* traxisse videntur, sive quod aris imposita divinis invocationibus apta videantur, seu quod sese aeri inserere ac miscere probantur. Nam quid est odor, nisi aer contactus ?

2. *Thus* arbor Arabiæ, immensa atque ramosa, leuissimi corticis, <sup>p</sup> ramis ad aceris qualitatem, amigdalæ modo succum aromaticum fundens album, et masticatione velut in pulverem resolutum, et <sup>q</sup> cum frangitur, intus pingue est, et igni appositum facile ardescens. <sup>r</sup> Et appellatur apud nos *masculum*, eo quod sit natura rotundum in modum testiculorum. Reliquum planum, et pene scabrosum, minus optimum. <sup>s</sup> Adulteratur autem admista resina, sive cam. : Si *oleum* (inquit) *gustatum stricti quidpiam præferat, frigidum censetur, quale est quod ab Iberia advehitur, quod Spanum, hoc est, Hispanicum, nominant.* Meminit quoque Hispani olei Aurelianus sæpe, ut lib. ii Tard., cap. 2.

<sup>i</sup> *Amurca*... ab *emergendo*. Serv. : *Amurca per e scribitur, et per g pronuntiat.*

<sup>j</sup> *Prima est resina terebinth.*, etc. E Dioscorid., lib. i, cap. 91, 92, et 95.

<sup>k</sup> *Hæc a Græcis appellatur clonia.* Mendose ergo apud Dioscoridem, cap. 95 : *Πίσσα ή μὲν ὑγρὰ, ήν ένιοι κώνον καλοῦσι, cum legendum sit κλώνον.*

<sup>l</sup> *Probabilis splendens, lenis, et munda.* Dioscorid. : *Ἔστι δε καλή ή στύθουσα, και λεία, και καθαρά.*

<sup>m</sup> *Creandarum arborum... natura.* E Serv., Georg. ii, ad vers. *Princip. arboribus.*

<sup>n</sup> *Omnia poma... ligno composito.* Ex eodem, *Æn.* ii, ad vers. *Foliis oleaster amaris.* In eo quædam emendanda ex Isid.

CAP. VIII.— *Aromata sunt quæque f. od. q. India.* — *Quæque, id est, quæcunque.*

<sup>p</sup> *Ramis ad aceris qualitatem,* etc. E Solin, cap. 46.

<sup>q</sup> *Cum frangitur, intus pingue.* E Diosc., lib. i, cap. 82.

<sup>r</sup> *Et appellatur apud nos mascul.* Ex Plin., lib. xii, cap. 14.

<sup>s</sup> *Adulteratur autem admist.* E Dioscorid., ibid.

gummi, sed dignoscitur sua proprietate. Nam thus a igni impositum ardescit, resina fumescit, gummi vero liquescit calefactum.

3. <sup>a</sup> Thus autem a *tundendo* dicitur, quia dum gummi guttæ ex arbore cadunt in glebis miscentur; dum vero glebæ in pulverem rediguntur, thus carpitur, et virgulis tunditur, et sic inde manibus tollitur. Hoc et *Libanum* vocatum a monte Arabiæ, ubi Sabæi sunt. Nam mons eorum *Libanus* dicitur, ubi thura colliguntur.

4. <sup>b</sup> *Myrrha* Arabiæ arbor altitudinis quinque cubitorum, <sup>c</sup> similis **344** spinæ quam *ἀκάρθου* dicunt, cujus gutta viridis atque amara, <sup>d</sup> unde et nomen accepit *myrrha*. <sup>e</sup> Gutta ejus sponte manans pretiosior est, elicit corticis vulnere vilior judicatur. Sarmenta ejus Arabes ignibus fovent, quorum fumio satis noxio, nisi ad odorem storacis occurrant, plerumque insanabiles morbos contrahunt. <sup>f</sup> *Myrrha* autem Trogloditica ab insula Arabiæ dicta, ubi melior colligitur, et purior.

5. <sup>g</sup> *Storax* arbor Arabiæ, <sup>h</sup> similis malo Cydonio, cujus virgulæ inter Caniculæ ortum cavernatim lacrymam fluunt. Disillatio ejus in terram cadens munda non est, sed cum proprii corticis serobe servatur. Illa autem quæ virgis et calamis inhæserit, munda est, et albida; dehinc fulva fit solis causa, et ipsa storax calamites pinguis, resinosa, odoris jucundi, humecta, et veluti mellosam liquorem emittens. *Storax* autem dicta, quod sit gutta arboris profluens, et congelata. Nam Græci *stiriam* guttam dicunt, Græcæ autem *στυράξ* Latine *storax* dicitur.

6. <sup>i</sup> *Bdellium* Indiæ et Arabiæ arbor, cujus lacryma melior Arabica. Est enim lucida, subalbida, levis, pinguis, <sup>j</sup> æqualiter cerea, **345** et quæ facili molliatur, neque ligno, vel terræ commista, amara, odoris boni. Nam ex India sordida est, et nigra, et majori gleba. Adulteratur autem admisto gummi, qui non ita amarificat gustum.

7. <sup>k</sup> *Mastix* arboris lentisci gutta est. Hæc *granomastix* dicta est, quia in modum *granorum* est. Melior autem in Chio insula gignitur, odoris boni, <sup>l</sup> candoris ceræ Punicæ. Unde et splendorem cutis pulchrificat. Adulteratur autem interdum resina, vel thure.

8. <sup>m</sup> *Piperis* arbor nascitur in India, et in latere

<sup>a</sup> Thus autem sine asp. E Serv., ad vers. *Molles sua thura Sab.* Georg. II.

<sup>b</sup> *Myrrha Arab.* arb. alt. q. c. E Solin.

<sup>c</sup> *Similis spinæ quam ἀκάρθου vocant.* Serv., Georg. II: *Acanthus arbor est in Ægypto semper frondens. Ἀκάρθου dicta, quia spinis plena est.*

<sup>d</sup> Unde et nomen accepit. Nam *myrrha* e voce Hebræa fluxit, ut item cinnamomum, iardus, crocus; agaltheus, sive aloë, auctore Hieronymo.

<sup>e</sup> Gutta ejus sponte man. E Solin.

<sup>f</sup> *Myrrha autem Trogloditica.* E Dioscorid. lib., cap. 180; sed sine fortasse legendum pro insula.

<sup>g</sup> *Storax arbor Arab.* Donatus, in Adolph., sc. 1: *Storax* (inquit) ab odore. Eadem vox legitur apud Solinum. *Styrax* apud Plin. et alios.

<sup>h</sup> *Similis malo Cydonio.* E Dioscorid., cap. 80; Plinius 12, cap. 23: *cotoneo malo similem.*

<sup>i</sup> *Bdellium.* Vid. Diosc., cap. 81.

A montis Caucasi, quod soli obversum est, foliis ad juniperi similitudinem. Cujus silvas serpentes castodiunt, sed incolæ regionis illius, cum maturæ fuerint, incendunt. Et serpentes igne fugantur, et inde ex flamma nigrum piper efficitur. Nam natura piperis alba est, <sup>a</sup> cujus quidem diversus est fructus. Nam quod immaturum est, *piper longum* vocatur; quod incorruptum ab igne, *piper album*; quod vero tute rugosa et horrida fuerit, ex calore ignis trahit et colorem et nomen. Piper si leve est, vetustum; si grave, novellum: vitanda est autem mercatorum fraus. Solent enim vetustissimo piperi humecto argenti spumam aspergere, aut plumbum, ut ponderosum fiat.

9. *Aloë* in India atque Arabia gignitur, arbor odoris suavissimi, ac summi. Denique lignum ipsius, vi e thymiamatum altaribus adoletur, <sup>e</sup> unde et nomen traxisse creditur.

10. *Cinnamomum* dictum, quod cortex ejus in modum cannæ sit rotundus, et gracilis. Gignitur autem in Indiæ et Æthiopiæ regionibus, frutice brevi duorum tantum cubitorum, colore subnigro, vel cinereo, tenuissimarum virgarum. Nam <sup>f</sup> quod in crassitudinem **346** extenditur, despectui est; quod vero gracilius provenerit, eximium. Quod cum frangitur, visibile spiramentum emittit ad imaginem nebulae, seu pulveris.

11. *Amomum* vocatum, quod veluti odorem cinnamomi referat. Nascitur in Syria et Armenia: <sup>g</sup> frutex ejus botrosus semen reddens sibi connexum, flore albo veluti violæ, foliis similibus brioniæ, odore etiam bono, somnos suavificat.

12. <sup>h</sup> *Casia* nascitur in Arabia, virga robusti corticis, et purpureis foliis, ut piperis. Est autem virtutis cinnamomi similis, sed potentia inferior; unde pro cinnamomi vice duplex ejus pondus in medicamentis admiscetur.

13. <sup>i</sup> *Calamus aromaticus* a similitudine calami usualis vocatur. Gignitur in India multis nodis geniculatus fulvus, fragrans spiritus suavitate. Qui cum frangitur, in multas fit partes scissilis, simulans gustu casiam cum levi acrimonia remordente.

14. <sup>j</sup> *Balsami* arbor in Judæa intra terminos tantum xx jugerum erat. Posteaquam eandem regionem

<sup>k</sup> *Æqualiter cerea.* Id est, undique cerea, Plinius: *Esse autem debet translucentum simile ceræ.*

<sup>l</sup> *Mastix.* E Dioscorid., cap. 91.

<sup>m</sup> *Candoris ceræ Punicæ.* — *Tyrrenhæ ceræ,* Diosc., Sed hoc fortasse e Plinio, qui ceram Punicam candidissimam fieri dicit.

<sup>n</sup> *Piperis... similitudinem.* E. Solin., cap. de India.

<sup>o</sup> *Cujus quidem diversus est fructus.* Ex eod.

<sup>p</sup> *Unde et nomen traxisse creditur.* An quia, cum Græcis *ἄρα* sit *area*, *ara* pro *area* in glossis legit sive Isidorus, sive, quod magis credo, qui hæc illi adjecit.

<sup>q</sup> *Nam quod in crass... eximium.* E Solin., cap. 43. Vid. Theophr., lib. IX de Hist. Plant., cap. 5.

<sup>r</sup> *Frutex ejus botrosus sem.* E Diosc., lib. I, cap. 14.

<sup>s</sup> *Casia.* Ex eod., cap. 12.

<sup>t</sup> *Calamus aromatic.* E cap. 17.

<sup>u</sup> *Balsami arbor.* E Solin., cap. 43.

Romani potiti sunt, etiam latissimis collibus propagata est, stirpe similis viti, **347** <sup>a</sup> foliis similis rutæ, sed albidioribus, semperque manentibus. <sup>b</sup> Arbor autem *balsamum*, lignum ejus *xylobalsamum* dicitur; fructus, sive semen, *carbopalsamum*; succus <sup>c</sup> *opobalsamum*. Quod ideo cum adjectione significatur, <sup>d</sup> eo quod percussus ferreis unguis cortex ligni per cavernas eximii odoris guttam distillat; *caverna* enim Græco sermone *ὄρη* dicitur. Cujus guttam adulterant admisto Cyprino oleo, vel melle. Sed sincera probatur a melle, si cum lacte coagulaverit; ab oleo, si instillata aqua, aut admista, facile fuerit resoluta, præterea si lanæ vestes ex ipsa pollutæ non inaculantur. Adulteratum quidem, neque lacte coagulat, et ut oleum in aqua supernat, et vestem maculat. <sup>e</sup> Balsama autem si pura fuerint, tantam viam habent ut, si sol exanderit, sustineri manu non possint.

### CAPUT IX.

*De herbis aromaticis, sive communibus.*

1. Exstant et quarundam herbarum nomina, quæ ex aliqua sui causa resonant, habentes nominum explanationem. Non tamen omnium herbarum etymologiam invenies: nam pro locis mutantur etiam nomina.

2. <sup>f</sup> *Folium* dictum, quod sine ulla radice innans in Indiæ littoribus colligitur. Quod lino perforatum, siccant Indi, atque reponunt. Fertur autem Paradisi esse herba gustu nardum referens.

**348** 3. <sup>g</sup> *Nardus* herba est spicosa, unde et a Græcis *ναρδοστράχον*: appellata, quarum alia Indica, alia Syriaca vocatur, non quod in Syria nascatur, sed quod mons in quo invenitur alio latere Indiam spectat, alio Syriam. Est autem Indica multiformis, sed melior Syriaca, levis, fulva, comosa, spica parva, odoratissima, cyperum simulans. Quod si multum in ore tardaverit, linguam siccet. *Nardus Celtica* a regione Galliæ nomen traxit. Nascitur enim sæpius in Liguriæ Alpihus, <sup>h</sup> et in Syria, frutice parvo, radicibus in manipulo collectis ligamentis. Flos ejus tantum propter odorem bonus. Thyrsi ejus atque radiculae utiles probantur usibus nostris.

<sup>a</sup> *Folius similis rutæ s. a. s. q. m.* E Dioscorid., cap. 18.

<sup>b</sup> *Arbor autem balsamum.* E Serv., Georg. II.

<sup>c</sup> *Opobalsamum. Quod ideo cum adjectione signif.,* etc. Ex Hegepp., lib. 4, cap. 17.

<sup>d</sup> *Eo quod percussus ferreis unguis.* Ita quidem Dioscorid. et Theophrastus. Melius Plinius: *Ferro lædi vitalia odit.* Et Tacit. v. Hist.: *Si vim ferri adhibeas, parent venæ.* Hegepp., lib. 1: *Virgultisque innascitur, quæ acutis lapidibus incidunt pueri agricolæ.*

<sup>e</sup> *Balsama autem, si para fuerint.* E Serv., Georg. II, ad illud: *Quid tibi odorato referam?*

CAP. IX. — <sup>f</sup> *Folium dictum,* etc. E Dioscorid., lib. 1, cap. 41.

<sup>g</sup> *Nardus.* Ex eod., cap. 6.

<sup>h</sup> *Et in Syria.* — *Istria legerim,* ex Dioscorid., cap. 7.

<sup>i</sup> *Costum.* Ex cap. 15.

<sup>j</sup> *Crocum dictum ab oppido.* E Serv., Georg. I, ad vers. *Croceos ut Tmolus odores.*

<sup>k</sup> *Optimum autem,* etc. E Dioscorid.

<sup>l</sup> *Et cum carpitur manus inficiens.* Dioscorid.: *ἀκρωτων ἐν κίσει τὰς χεῖρας,* hoc est, tingens humecta-

4. <sup>1</sup> *Costum* radix herbæ est nascentis in India, Arabia, et Syria, sed melius Arabicum; est enim album, et leve, suave, jucundi odoris; Indicum colore atro, et leve, ut ferula; Syriacum vero pondere grave, colore buxæ, odore acri, summum tamen album, leve, aridum, gustum incendens.

5. <sup>1</sup> *Crocum* dictum ab oppido Ciliciæ quod vocatur *Coricum*, quantum et alibi nascatur, sed non tantum, vel tale, quale in Cilicia. Unde et a potiore parte nomen accepit. Nam multæ res nomina sumpserunt a locis ubi plus provenit et melius aliquid. <sup>2</sup> Optimum est autem, quod fuerit recens, odoris boni, albedine parva, correctæ longitudinis, integrum, et neque in fragmenta comminutum, inspiratione bona, <sup>1</sup> et cum carpitur, manus inficiens, et leviter acre. Quod si ejusmodi non fuerit, aut vetustum, <sup>2</sup> aut infusum agnoscitur. Adulteratur autem admisto crocomagmate. Augendi quoque ponderis causa spuma argenti contrita adjicitur, et proditur, si pulverulentum reperit, <sup>2</sup> atque decoctum ab odore proprio fuerit lapsum.

**349** 6. <sup>1</sup> *Crocumagma*, expressis aromatibus crocini unguenti, atque informato sedimine in pannusulos fit, et ideo sic appellatur.

7. <sup>2</sup> *Asarum* nascitur in umbrosis montibus, <sup>3</sup> foliis casie similibus, inter quæ flos juxta radicem purpureus, in quo semen continetur uvarum simile, radicibus pluribus, atque tenuissimis, et bene redolentibus, et est virtute similis nardo.

<sup>4</sup> *Phu* nascitur in Ponto, foliis oleastro similibus.

8. *Cyperus* a Græcis vocatur, quod habeat virtutem ferventem. <sup>5</sup> Radix ejus est junci trianguli, foliis porri similibus, radicibus nigris, sive contiguis, in similitudinem olivarum odoratissimis, atque acerrimis. Nascitur in paludibus, <sup>1</sup> atque vacuis locis. Traditur etiam alia species cyperi quæ in India nascitur, et appellatur lingua eorum *gingiber*.

9. <sup>2</sup> *Iris Illyrica* a similitudine *Iris* cælestis nomen accepit. Unde et Latinis *arcumen* dicitur, quod flos ejus coloris varietate eundem arcum cælestem

tionem manens.

<sup>3</sup> *Aut infusum.* Dioscorid., *ἡσπερμαστος*, id est, dilutum.

<sup>4</sup> *Atque decoctum.* Id est, defrutum. Dioscorid.: *καὶ τὸ τῶν ὀσπῶν ὑψηματώδη τυγχάνει.* Qui decoctum hic substituiunt, quid decoquere sit non satis vident.

<sup>5</sup> *Crocumagma.* Dioscorid., cap. 26, et Plin., lib. XXI, cap. 20.

<sup>1</sup> *Asarum.* E Dioscorid., cap. 9.

<sup>2</sup> *Folii casie similibus.* Imo hederæ similibus. Dioscor. *ἡδὲρα ἔχων κισσῶ ὁμοία.* Et Plinius, lib. XII, cap. 15, *hederæ foliis.* Ergo *κισσῶ* pro *κισσῶ* legitur videtur vetus Dioscoridis interpretis, quo est usus Isidorus.

<sup>3</sup> *Phu.* E Dioscor., cap. 10. Plinius lib. XII, cap. 11.

<sup>4</sup> *Radix est junci trianguli.* Hoc cauli tribuit Dioscorid.: *καυλὸν γωνιώδη.*

<sup>5</sup> *Atque vacuis locis.* Contra Dioscorid.: *Ἐν κίσει ὑψηματώδης*, id est, cultis; error ergo interpretis, qui *ἀργαῖς* fortasse legit, aut *ἀργαῖσι*.

<sup>1</sup> *Iris Illyrica.* E Dioscor., cap. 4

imitetur. Illyrica autem dicitur, quia in Illyrico pluri- A  
ma, et violentissima est: species ejus foliis gladioli sim-  
ilibus, radice aromatica, odoris boni.

10. <sup>a</sup> *Acorum* foliis Iridis similibus, radicibus saporis <sup>b</sup> acerrimi, sed odoris jucundi, propter quod et aromatica est.

<sup>c</sup> *Mex....*

<sup>d</sup> *Cardamomum....*

350 11. <sup>e</sup> *Squinum*, melius quod in Euphrate nascitur quam quod in Arabia, sulvum, multiflorum, purpureum, tenue odoris rosei, cum manu fricatur, gustu multum incendit linguam, atque mordet. Hujus <sup>f</sup> flos *σχιμβρος* dicitur. <sup>g</sup> *ἄθος* enim Græce *flos* nuncupatur.

12. *Thymum* appellatum, quod flos ejus odorem refert. De quo Virgilius: *Redolentque thymo fragrantia mella.*

13. <sup>h</sup> *Epithymum* Græcum nomen, quod Latine dicitur *flos thymi*. Nam flos Græce *thymum* vocatur. Est autem flos tymbræ similis.

14. <sup>i</sup> *Sampsuchus* est, quem Latini *amaracum* vocant. Cujus nominis usum Virgilius etiam ad Venerem referens ait:

Ubi mollis amaracus illum  
Floribus, et dulci aspirans complectitur umbra.

Apta est autem hæc herba unguentis. <sup>k</sup> Unde et nomen traxit amaracus a puero cujusdam regis, qui casu lapsus dum ferret unguenta, novum et gratissimum ex confusione odorem creavit.

15. <sup>l</sup> *Hyacinthus* herba est habens florem purpureum. Traxit autem nomen a puero quodam nobili qui in saltibus inter purpureos flores repertus est interfectus, deditque nomen herbæ 351 puerilis funeris casus. <sup>m</sup> Est autem radice et flore bulbi similis, pueros a pubertate retinens.

<sup>a</sup> *Acorum*. Ex cap. 2.

<sup>b</sup> *Acerrimi saporis, sed odoris jucundi*. Vox saporis deest in omnibus libris, quam e Dioscor. reposuimus; ille enim: *Δρωμίας τῆ γύσσει, καὶ τῆ ὀσμῆ οὐκ ἐπιθύσκει*. Plinius quoque: *Gustu acres, odore non ingratis.*

<sup>c</sup> *Mex....* Vid. Dioscorid., cap. 3.

<sup>d</sup> *Cardamomum....* Idem, cap. 5, et lib. II, cap. 185.

<sup>e</sup> *Schœnus melior*. Vid. Dioscorid., cap. 6. Qui primam laudem Nabathæo Schœno, secundam Arabico tribuit, Libycum inutilem esse ait. Cætera conveniunt.

<sup>f</sup> *Flos schœnantos*. — *Squinantos*, apud Pallad., in Octob., tit. 14. Apud Aurelianum non semel, mendose, sed ita fortasse tunc et proferebant et scribebant.

<sup>g</sup> *Epithymum*. Dioscorid., lib. IV, cap. 179, *ἐπιθύμων ὀσμῆν ἰστίων ἄθος*. Vid. Plin., lib. XXV, cap. 8.

<sup>h</sup> *Sampsuchus*. Ita quoque ab Aureliano et Hesychio; ab aliis *sampsuchum* effertur.

<sup>i</sup> *Unde et nomen amaracus*. E Serv., *Æn.* I, *Ubi mollis amaracus illum*.

<sup>k</sup> *Hyacinth*. Serv., *eclog.* 3, et Ovid. lib. X.

<sup>l</sup> *Est autem radice, et flore bulbi*. Vid. Dioscorid., lib. IV, cap. 63.

<sup>m</sup> *Narcissus*. Ovid., lib. III.

<sup>n</sup> *In candore retinet foliorum*. — *Florum potius, nisi folia florum intelligas, ut mox de liliis, ex Ambros., cujus dum candor sit in foliis*. Diosc., *ἄθος λευκόν*.

<sup>o</sup> *Quasi licia*. Al., *quasi liglia*.

<sup>p</sup> *Cujus dum candor sit in fol... effulget*. Verba

16. <sup>1</sup> *Narcissus* herba fabulose impositum nomen habet, a quodam puero cujus membra in hunc florem transierunt, qui et nomen Narcissi in appellatione custodit, et decus pulchritudinis in candore retinet foliorum

17. *Rosa* a specie floris nuncupata, quod rutilante colore rubeat.

18. *Lilia lactei floris herba*, unde et nuncupata, <sup>2</sup> quasi *licia*, <sup>3</sup> cujus, dum candor sit in foliis, auri tamen species intus effulget.

19. <sup>4</sup> *Viola* propter vim odoris nomen accepit. <sup>5</sup> Hujus genera sunt tria, *purpureum, album, melinum*.

20. <sup>6</sup> *Acanthus* herba *Ægyptia* semper frondens, spinis plena, flexili virgulto.

B 21. In cujus imitatione arte vestis ornatur, quæ *acanthina* dicitur, et *acanthis* dicta.

22. <sup>7</sup> *Hedera* dicta, quod arboribus reptando adhæreat. De qua Virgilius:

Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

Alii hederam 352 aiunt vocatam, <sup>8</sup> quod *hædis* supra lactis abundantiam in escam a veteribus præbebatur.

23. <sup>9</sup> *Hederæ* frigidæ terræ indices sunt secundum phisicos. Nam antipharicum ebrietatis est, si qui potus hederæ coronetur.

24. *Elleborum* memorant in Græcia circa *Elleborum* quemdam fluvium plurimum signi, etque inde a Græcis appellari. Hoc Romani alio nomine *veratrum* dicunt, pro eo quod sumptum, motam mentem in sanitatem reducit. Duo sunt autem genera, <sup>10</sup> *album* et *nigrum*.

C 25. <sup>11</sup> *Acone portus* est Bithyniæ, qui proventu malorum graminum usque adeo celebris est, ut noxas herbas *aconita* illinc nominemus. <sup>12</sup> Nam *toxicæ*

sunt *Ambros.*, *Hexam.* III, cap. 8.

<sup>13</sup> *Viola propter vim odoris*. — *Doloris libri omnes, præter Rom., mendose, ut apparet, Ambros.: In quibus nescias, speciesne amplius florum, an vis odori delectet.*

<sup>14</sup> *Hujus genera sunt tria*. Quatuor retulit Dioscorid.: *λευκόν, μέλιον, κικανόν, πορφυρόν*. Tria Plinius: *Purpureæ, luteæ, albæ*.

<sup>15</sup> *Acanthus*. Locus conflatus ex tribus Servii locis, *Georg.*, II, *Æn.* I, et *eclog.* 4.

<sup>16</sup> *Hedera*. Festus: *Hedera dicta, quod hæret, sive quod edita petat, vel quia id cui adhæserit edat.*

<sup>17</sup> *Quod hædis supra lactis abund.*, etc. Columell., lib. VII, cap. 6, de *Hædis*: *Qui ubi editi sunt eodem modo, quo agni, educantur, nisi quod majis hædor. lasciviu compescenda, et arctius cohobenda est; tum super lactis abundantiam samera, vel cythides, aut hederæ præbenda.*

<sup>18</sup> *Hederæ frigidæ terræ indices*. E Servio, *Georg.* II: *Hederæ pandunt vestigia nigre.*

<sup>19</sup> *Album et nigrum*. Quæ post hæc leguntur in quibusdam Editis absunt ab omnibus Manusc. Sunt vero Ambrosii verba, lib. III *Hexam.*, cap. 9. Quæ propterea hic ascribemus: *« Hanc autem periti loquuntur escam esse et alimoniam coturnicum, eo quod naturali quodam temperamento sui corporis vim pabuli nocentis evitant... »* etc., usque ad salutem.

<sup>20</sup> *Acone portus est Bithyniæ, qui proventu malorum*. *gr.* E Solin., cap. 55.

<sup>21</sup> *Nam toxica venena ex eo dict.* Plin., lib. XVI, cap. 10: *Sunt et qui toxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus.*

venena ex eo dicta, quod ex arboribus *taxis* exprimentur, maxime apud Cantabriam.

26. <sup>a</sup> *Euphorbium* dictum, quod ejus succus oculorum acuat visum. Cujus vis tanta est, ut duris carnibus superadjecta citius coqui compellat. Nascitur in multis locis, sed plurima in Mauritania.

27. <sup>b</sup> *Laser* herba nascitur in monte Oscobagi, ubi et Ganges fluvius oritur, <sup>c</sup> cujus succus dictus primum *lacsir*, quoniam manat in modum lactis, deinde, usu derivante, *laser* nominatum est. Hoc **353** est, a quibusdam *opium Cyrenaicum* appellatum, quoniam et apud Cyrenas nascitur.

28. <sup>d</sup> *Aloe* herba amarissimi succi.

<sup>e</sup> *Panace* herba fragrantis odoris, thyrso ferulæ similis, ex qua profluit succus, qui *opopanace* dicitur, croceus et pinguis, odore gravi, et amarissimus.

*Galbanum* succus est ferulæ.

29. *Dycta* est mons Cretæ, ex quo *dyctamnium* herba nomen accepit, propter quam apud Virgilium cerva vulnerata saltus peragrat Dyctæos. Tantæ enim potentia est, ut ferrum a corpore expellat, sagittas excutiat; unde et ejus pabulo feræ percussæ sagittas a corpore inhærentes eijciunt. <sup>f</sup> Hanc quidam Latinorum *poleium Martis* dicunt propter belli tela excutienda.

30. <sup>g</sup> *Mandragora* dicta, quod habeat mala suavitentia, in magnitudinem mali Matiani. <sup>h</sup> Unde et eam Latini *malum terræ* vocant. <sup>i</sup> Hanc poetæ *ἄρωπόμερον* appellant, quod habeat radicem formam hominis simulantem. <sup>j</sup> Cujus cortex vino mistus **354** ad bibendum datur iis quorum corpus propter curam secundum est, ut soporati dolorem non sentiant. Hujus species duæ: femina, foliis lactucæ similibus, <sup>k</sup> mala generans in similitudinem prunorum. Masculus vero, foliis betæ similibus.

31. <sup>l</sup> *Papaver* herba somnifera. De qua Virgilius: *Lethæo persu a papavera somno*. Soporē enim languentibus facit. Ejus alia est usualis, alia agrestis, ex qua fluit <sup>m</sup> succus, quem *opium* appellant.

<sup>n</sup> *Euphorbium* dict. Etymologiæ, opinor, meminisse Isidorus noluit, et hic, ut sæpe alias, aliquid a Braultione, vel potius a posteris additum. Plinius ab Euphorbo, Juba regis medico, nomen duxisse putat.

<sup>b</sup> *Laser* herb. n. in. monte Oscobagi. Al., Osabagi. Quis vero hic mons, nos ad conjecturam evadere nunquam quivimus.

<sup>c</sup> Cujus succus dictus primum *lacsir*. Solin., cap. 40: *Dictamnium primum lac sirpium, quoniam manat in modum lacteum; deinde, usu derivante, laser nominatum.* Columella vero, lib. 6: *Radix, quam silphium Græci vocant, vulgus nostra consuetudine laserpitium appellant.* Et diversum fuisse laserpitium, a sirpe videtur. Plautus in Rudente:

Teque oro, et quæso, si speras

Tibi hoc anno multum futurum sirpe, et laserpitium. Vid. Plin., lib. xix, cap. 3.

<sup>d</sup> *Aloe* herb. a. s. Dioscor., lib. iii, cap. 27.

<sup>e</sup> *Panaces*. E Dioscor., lib. iii, cap. 55.

<sup>f</sup> Hanc quidam Latinorum *pulegium*. Plin., lib. xx, cap. 14.

<sup>g</sup> *Mandragora* dicta, quod. Ne hic quidem de veriginio cogitavit.

<sup>h</sup> Unde et eam Latini *malum terræ*. Dioscor.: *ἡ γὰρ αὐτὴ Μάλα κένινον, ὃ δὲ Μάλα τελέεισθαι.*

32. *Colocynthis* cucurbita agrestis, et vehementer amara, quæ similiter, ut cucurbita flagella per terram tendit. <sup>a</sup> Dicta autem *colocynthis*, quod sit fructu rotundo, atque foliis, ut cucumis usualis.

33. <sup>b</sup> *Centauream* Græci vocant, quoniam a Chirone *Centauro* fertur reperta. Eadem et *λεπίσκος*, quia locis humectis nascitur. Eadem et *fel terra* propter amaritudinem.

34. *Glycyrrhiza* Græce ex eo dicta, quod dulcem radicem habeat, *γλυκὴ* enim *dulce* Græci dicunt. Eadem *ἄδιφος*, quia sitientibus sitim sedat.

35. <sup>c</sup> *Dracontea* vocata, quod hasta ejus varia sit in modum colubri, similitudinemque draconis imitatur, vel quod eam herbam vipera timeat.

36. <sup>d</sup> *Chelidonia* ideo dicitur, vel quod adventu hirundinum **355** videtur erumpere, vel quod pullis hirundinum si oculi auferantur, matres eorum illis ex hac herba mederi dicuntur.

37. <sup>e</sup> *Heliotropium* nomen accepit primo, quod æstivo solstitio floreat, vel quod solis motibus folia circumacta convertat. Unde et a Latinis *solisequis* nuncupatur. Nam et sole oriente flores suos aperit; idem se recludit, cum sol occubuerit. Ipsa est quam Latini *intubum silvaticum* vocant. <sup>f</sup> Hæc et *verrucaria*, quod extinguat verrucas ex aqua pota, vel in cataplasmate posita abstergat.

38. <sup>g</sup> *Pentaphyllon* a numero foliorum dicta, unde eam Latini *quinque folium* vocant: herba admodum munda, ut purificationi et templis adhiberi a gentilibus solita esset

39. <sup>h</sup> *Hyssopus* herba purgandis pulmonibus apta. Unde et in Veteri Testamento per hyssopi fasciculum aspergebatur agni sanguine, qui mundari volebat. Nascitur in petris hærens saxo radicibus.

40. <sup>i</sup> *Reubarbarum*, sive *reuponticum*: illud, quod trans Danubium in solo barbarico; istud, quod circa Pontum colligitur, nominatum est. *Reu* autem *radis* dicitur. *Reubarbarum* ergo, quasi *radix barbara*. *Reuponticum*, quasi *radix pontica*.

<sup>j</sup> Hanc poetæ *anthropomorphon*. Quos imitatus est Columella:

Quamvis semihominis vesano gramine feta  
Mandragoræ pariat flores, mestamque cicotam.

<sup>k</sup> Cujus cortex vino mist. E Dioscor., lib. iv, cap. 76.

<sup>l</sup> Mala generans in similitudinem prunorum. Dioscor.: *Μάλα οὖσις ἔμφερη*, id est, *sorborum*.

<sup>m</sup> *Papaver*. Dioscor., lib. iv, cap. 65.

<sup>n</sup> Succus quem *opium* vocant. Sic Plinius, lib. xi, cap. 18. Dioscor., τὸν ὄπῳ.

<sup>o</sup> Dicta autem *collocynthis* quod s. f. r. Neque hic est, quod in etymologia moreris. Dioscor.: *Καρπὸς περιεσθῆς, ὄκλιος, σπείριος μίσση, πικρὸς ἰσχυρὸς*.

<sup>p</sup> *Centaureum*. E. Dioscor., iii, cap. 9, et Plin. 25, cap. 6.

<sup>q</sup> *Dracontea*. Ex eod., lib. ii, cap. 196.

<sup>r</sup> *Chelidonia*. Ex eod., lib. ii, cap. 211.

<sup>s</sup> *Heliotrop*. Vid. Dioscor., lib. iv, cap. 193, et Plin., lib. xxii, cap. 21.

<sup>t</sup> Hæc et *verrucaria*. Vid. Plin.

<sup>u</sup> *Pentaphyllon*. E Dioscor., lib. iv, cap. 42.

<sup>v</sup> *Hyssopus herba purgand. pulm.*, etc. Ex August., in ps. L.

<sup>w</sup> *Reubarbarum*. Vid. Dioscor., lib. iii, cap. 2.



41. *Hyoscyamos* a Græcis, a Latinis herba calicularis, quod calculi ejus in figuram cantharorum nascantur, ut est mali Punici, a quorum ora serata sunt, habentia intrinsecus semina papaveris 356 similia. Hæc herba et insana vocatur, quia ejus usus periculosus est. Denique si bibatur, vel edatur, insaniam facit, vel somni imaginem torpidam. Hanc vulgus *milimindrum* dicit, propter quod alienationem mentis inducit.

42. *Saxifraga* vocata, quod semen ejus petras in vesica frangat, atque comminuat.

*Gentiana* nomen sumpsit, ut medici memorant, ab inventore, radicibus aristolochiæ similibus. Nascitur sub Alpibus, atque Galatia Asiæ.

*Satureia* calida, et prope ignita. Unde illi et nomen inditum credunt, quod pronos facit in Venerem.

43. *Satyrion* dicta a Satyris, propter incendium libidinis, b quam vulgus *stingum* vocat, Venerem enim suscitatur. Eadem et *orchis*, quod radix ejus in modum testiculorum sit, quos Græci ὄρχεις vocant. Item et *leporina*, propter quod caulem mollem emittat.

44. *Urtica* vocata, quod tactus ejus corpus adurat. Est enim igneæ omnino naturæ, et tactu perurit, unde et pruriginem facit.

45. a *Artemisia* herba Dianæ a gentilibus consecrata est, unde et nuncupata. Græce enim *Diana ἀρtemis* dicitur.

46. d *Chamamelos* Græce dicta, quod mali Martiani odorem habeat, sitque brevis, terræque vicina.

47. *Chamædrys* a Græcis appellatur, quod sit brevis, et per terram strata, et minuta foliis parvisimilis.

48. e *Pæon* quidam medicus fuit, a quo *Pæonia* herba perhibetur inventa, ut Homerus dicit. Hanc quidam *glycysiden* vocant, quod dulcis saporis sit, vel *pentorobon* a numero granorum, vel, ut alii, *dactylosam* a digitorum similitudine. Nascitur in silvis.

49. *Buglossos* a Græcis dicta, eo quod folia asperrima ad modum 357 linguæ bovis habeat. f Quæ mirum in modum ob sapientiam nutriendam vino infundenda a veteribus memoratur. Convivii quoque hilaritatem præbere fertur. Pro olere etiam sumitur.

50. g *Arnoglossos*, id est, *agni lingua*, quæ a Romanis *plantago* dicitur, quod planta ejus cito adhæ-

reat terræ. Hac multi pro olere vescuntur.

51. h *Herpyllus*, quæ apud nos *serpillus* vocatur, pro eo quod radices ejus longe *serpant*. Eadem et *matrisanimula*, propter quod menstrua moveat.

52. i *Aristolochia* dicitur, quod mulieribus fetis optima sit. Nam supersessa post partum, matricem beneficio vaporis expurgat. Hujus herbæ genera sunt duo: quarum una *aristolochia rotunda* dicitur, propter quod rotundam radicem habeat; altera *aristolochia longa*, quia longam radicem habet, cum ramis et foliis longioribus, quam etiam et *dactylitem* vocant, quod sit radice robore digitali, et longa.

53. j *Erigeron* nomen a Græcis dicitur, quod vere primo senescat. Unde et eam Latini *senecionem* vocant. Nascitur per macerias.

54. k *Psyllios* dicta, quod semen pulicis simile habeat. Unde eam Latini *herbam pulicarem* vocant.

55. l *Hierobotane*, ideo a Græcis hoc nomen accepit, quod m remediis ac ligamentis hominum, et purificationibus sacerdotum, 358 a gentilibus probaretur apta. Unde et eam pontifices *sagmen* appellabant, quasi *sancimen*, hæc *verbena*, quia pura.

56. n *Paliurus* herba asperrima, et spinosa.

o *Struthios*, quam quidam herbam lanariam vocant, eo quod plerique lanam ex ea lavent. Nascitur in locis cultis.

*Splenos* dicta, quod *splenem* auferat.

57. *Cimicia* propter similitudinem cimicis. Unde et eam Græci *xopion* vocaverunt. Nascitur in locis asperis atque cultis.

58. *Marrubium*, quod Græci *prasium* dicunt, vocatum propter amaritudinem. Nascitur in campis.

59. r *Pulegium* apud Indos pipere pretiosius est. q Habet autem vim thermanticam, calefacit, et deducit, extenuat, et purgat, et digerit.

60. s *Absinthium* Græcum nomen, cujus probabilius est quod in Ponti regione nascitur, unde et *absinthium Ponticum* nominatur.

61. t *Symphyton* Græce dictum, eo quod tantam in radice virtutem habeat, ut frusta carnis aspersa in cacabo coagulet.

62. u *Polypodium*, herba cujus radix hirta, atque crinita, ut est *polypus*, ex quo derivatum, ut *polypodium* diceretur. u Nascitur in teneris petrarum terris, sive quercubus vicinis.

a Quorum ora serata. Dioscor. Vid. alii.  
b Quam vulgus stingum. F. scind cum. Vid. Dioscor., lib. III, cap. 135, et Plin., lib. XXVIII, cap. 28.  
c Artemisia. Plin., lib. XXV, cap. 7.  
d Chamamelos. Dioscor. III, cap. 154.  
e Pæon. Idem, cap. 157, et Plin., XXV, cap. 4.  
f Quæ mirum in modum ob sap., etc. Ob latitiam; ita enim reddidit Plinius (εὐπροσόντη) quæ est apud Dioscor.

g Arnoglossos. Dioscor., II, cap. 153.  
h Herpyllus. Vid. Serv., eclog. 2.  
i Aristoloch. Plin., XXV, cap. 8, et Dioscor. III, cap. 4 et 5.  
j Erigeron. E Diosc., IV, cap. 97.  
k Psyllios. Ex Diosc. et Plin.  
l Hierobotane. Vid. Plin., XXV, cap. 9, et XIII,

cap. 2, et Diosc.

m Remediis ac legationibus.—Ligamentis libri omnes male. Plin., lib. XXII, cap. 2: Quoniam non aliunde sagmina in remediis publicis fuere, et in sacris legationibus verbenæ.

n Paliurus. E Serv., eclog. 5.  
o Struthios. E Dioscorid. et Plin.  
p Pulegium apud Ind. p. pretiosius. Verba sunt Hieronymi, epist. 85, ad Evagrium.  
q Habet autem virtutem therm., etc. Ex Dioscor., lib. III, cap. 36. Sed absunt hæc a veteribus lib.

r Absinthium. E Dioscorid.  
s Symphyton. Ex eod.  
t Polypodium. Ex eod.  
u Nascitur in teneris petrarum terris. Id est, in muscosis petris. Si ita licet interpretari verba Diosc.

63. <sup>a</sup> *Polion* a Græcis, a Latinis *omnimortia*, quæ dicitur multis morbis subveniat. Nascitur in montibus et duris locis.

**359** 64. <sup>b</sup> *Scammonia*, quam Latini *acridium* vocant, herba succi plena, quæ colligitur sub cavata radice. Denique terram rotunda cavitate fodiunt; tum suppositis, aut cochleis, aut nucis foliis excipitur succus, atque siccatu aufertur. Venit autem sæpius probabilius ex Mysia Asiæ. Huic contrarius, atque falsus ex Syria, atque Judæa.

65. <sup>c</sup> *Daucus* foliis feniculi similis, thyrso bipalmis.

*Citocata* dicta, quod ventrem cito depurget, quam vulgus corrupte *citocotiam* vocat.

66. <sup>d</sup> *Lappa* dicta, quod habeat caulem ingentem per terram disposita. Hæc herba a Græcis *φιλάνθρωπος* vocatur, quod vestibus hominum inhæreat ob asperitatem sui. Nascitur juxta muros.

67. *Capillus Veneris* vocatus, sive quod delapsus post alopeciam capillos recreat, vel quod capillorum fluores coeret, vel quod sit virgulis nigris lenibus cum splendore, quasi capilli. Nascitur in aquis locis.

68. <sup>e</sup> *Rubia* dicta, quod radix ejus sit *rubra*, unde et colorare lanas perhibetur.

**360** 69. <sup>f</sup> *Anchusa*, cujus radix contrita digitis inficit. Est enim colore sanguineo, unde etiam pictoribus ad purpuram effingendam usui est.

70. *Chamaeleon*, quæ Latine *Viscarago* vocatur, eo quod *viscum* gignat, in quo hærent aves, quæ propria voluntate descendunt ad escam.

71. *Cicuta* propter quod in thyrso geniculato nodos habeat occultos, ut canna; sic dicitur *fossa cæca*, quæ occulta est. Hæc potui data interficit. Hanc in carcere Socrates bibit, et expiravit. Persius :

φάσαι ἐν πέτραις βρύα ἔχουσαι. Sed malim ego cum Clincone legere : *Nascitur in teneris petrar., sive in teris quercub. vicinis.*

<sup>a</sup> *Polion*. E Dioscor. Multa hic in Edütis, quæ absunt a Manuser. Gothicis.

<sup>b</sup> *Scammonia*. Ex eod.

<sup>c</sup> *Daucus* f. s. *thyrso bipalmis*. Dioscor., lib. III, cap. 70, τὸ δὲ μέγος σπιθαμῆς. Quod autem σπιθαμῶν *bipalmem* verterit vetus ejus interpret, mirari desinet, qui idem fecisse Plinium animadverterit, lib. XXVII, cap. 4. Nam quod Dioscorides de agerato dixit : *θάμνος ἐστὶ φρυγανῶδης, σπιθαμῶδης*, ipse reddidit : *Ageraton ferulacea est uorum palmorum altitudine*. Sero eandem Plinium *σπιθαμῶν* varie interpretari, aliquando *palmum*, ut lib. XII, cap. 19, et lib. XXII, cap. 21, et lib. XXVI, cap. 7 et 8, ex Dioscorid. et Theophrasto; nonnunquam etiam *semipedem*, ut lib. XXIV, cap. 4, ex Theophrasto, lib. de Hist. Plant. II, cap. 8, et lib. XX, cap. 8, et lib. XXVII, cap. ultim. Interdum vero *cubitum*, ut lib. XXII, cap. 8, et lib. XXVI, cap. 8, de hyperico oleraceo frutice, tenui, cubitali. Aliis autem locis recte vertit *didrantem*, ut lib. VII, cap. 2. Aut *duodecim digitos*, ut lib. VIII, cap. 21. Nisi forte hi omnes loci corrupti apud Plinium, notis haud multum distantibus, et pro *bipalmem* TRIPALMEM, pro IV digitos XII DIGITOS, pro tenui cubitali SEMICUBITALI, et pro *semipede* SEMICUBITUM, apud illum legas.

<sup>d</sup> *Lappa* dicta quod habeat caulem ingentem. Au τὸ τῶ καπύριον, quod est, insolenter se gerere? Vid.

Dicere, sorbitio tollit quem dira cicuta.

Hæc dum hominibus venenum sit, capellas efficit pingues.

72. <sup>e</sup> *Trifolium* est, quod Græci *τρίφυλλον* vocant, quod sit *foliis trinis* per singulas adnationes.

73. *Phlomos*, quam Latini *herbam lucernalem* vocant, ab eo quod ad lychnia proficiat. Eadem et *lucubros*, quod lucem præbeat umbris.

74. *Pyretron*, Græce dicta, quod habeat radicem incendiosam, atque coacervantem.

75. <sup>b</sup> *Althea*, malva agrestis, sive malvæ viscus, sed *althea*, quod in altum surgit, et viscus, quia glutinosa est.

76. <sup>i</sup> *Oryganum*, quod Latine *colena* interpretatur, propter quod infusum coloret vinum.

**361** 77. <sup>l</sup> *Tithymallum* vocabulum sumpsit, quod foliorum comam ad radium solis circumacta convertat. Nam Græci *solem τετάρνα* vocant, *μαλλόν* comam, ex quo confectum est, ut *Tithymallum* diceretur. Hujus species septem diversis locis nascentes.

78. <sup>k</sup> *Strychnos*, quæ Latine *herba salutaris* vocatur, propter quod dolorem capitis et stomachi incendium mitigat. Eadem et *uva lupina* propter semen ejus uvæ simile.

79. <sup>l</sup> *Polygonus*, quam Latini *herbam sanguinariam* vocant, quod missa in naribus sanguinem moveat.

80. *Ambrosia*, quam Latini *Apium sylvaticum* vocant. De qua Virgilius :

Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem  
Spiravere.....

<sup>C</sup> *Apiago*, quod flores ejus apes maxime appetunt  
*Portulaca*....

81. <sup>m</sup> *Ros marinus*, quam Latini ab effectu *herbam salutarem* vocant, cujus folia feniculi sunt similia, atque aspera, et rotatim terræ prostratæ

Plin., lib. XXVII, cap. 5.

<sup>e</sup> *Rubia*. *τροπιδανον*. Diosc., lib. III, cap. 160.

<sup>f</sup> *Anchusa*. *luem*, lib. IV, cap. 25.

<sup>g</sup> *Trifolium per singulas adnationes*. — *Adnata* vocat Plinius, lib. XXVII, cap. 11. Quas Dioscorid. *καρφάδας*. Al., *adnodationes*.

<sup>h</sup> *Althea*. Dioscorid., lib. III, cap. 163 : *ἄλθαϊα, ἔνιοι δὲ ἰβίσκον καλοῦσι, μαλάχης ἐστὶν ἀγρίας εἶδος*. Pallad., in Octob., tit. 14 : *Althea, hoc est, hibisci folia*. Dicitur hodie a nostris *malvaisco*.

<sup>i</sup> *Origanum quod Latine colina*. Al., *colerina*; al., *colena*, fortasse *conyla* (quæ, auctore Dioscoride, origani sylvestris est species) scribendum fuit; sed neque vox est Latina, neque etymologia colorandi convenit, sed mendis et additamentis scatent omnia.

<sup>j</sup> *Tithymallum*. Hoc quartum genus tithymali apud Plin., lib. XXVI, cap. 8. Quod *helioscopon* appellari ait. Etymologiam aptavit helioscopi significationi sua more Isidorus.

<sup>k</sup> *Strychnos* quæ Latine *herba salutaris*. Plin., lib. XXII, cap. 31 : *Et nihil esse corporis malorum, cui non salutare sit strychnos, Xenocrates prædicat*. Vid. Diosc., lib. IV, cap. 69.

<sup>l</sup> *Polygonus*. Diosc., lib. IV, cap. 4, Plin., XXVI, cap. ult. : *Polygonus pota menses ciet*. Alii vero sanguinem sistere tradidere.

<sup>m</sup> *Ros marinus*. E Dioscorid., lib. III, cap. 87. Sed quod aspera dixit folia *τραχύτερα* legisse videtur interpret, non *πρόχύτερα*, ut vulgo legitur.

*Colocasia*....

82. *Mentha agrestis*, a quam Græci καλαμίνην, nostri vulgo *nepetam*, vocaverunt, majoris virtutis, et vehemens in calore.

362 83. *Genicularis* herba substernitur ob scorpionum vin repellendam.

*Gladiolus*, quod sit foliis gladii similibus, thyrso cubitali, floribus purpureis.

84. *Verbascum*....

c *Agaricum* radix vitis albæ.

*Calamites*....

*Lappa*....

*Lapago*....

*Lapella*....

*Beneola*....

*Orcibeta*....

*Mirobalanum*....

85. d *Asphodelus*, quam Latini a colore *Albutium* vocant.

e *Scylla*, quod nocens sit, f de qua superstitio gentilium dicit, quod si integra ad limen suspendatur, omnia mala fugat.

86. *Chanæpitys* a Græcis dicta, quod terræ adhæreat, et odorem pini habeat. Hanc Latini *cucurbitularem* vocant, quod ex parte odorem *cucurbitæ* referat.

87. s *Staphysagria* nascitur in locis amœnis.

t *Asplenos* dicta, quod splenem auferat, sive *scolopendrios*, eo quod folia ipsius *scolopendro* animal sunt similia. i Nascitur in humidis petris.

88. j *Volvus* appellatus, quod radix ejus volubilis sit, et rotunda.

363 k *Stæchas* in insulis *Stæchadibus* nascitur, unde et nuncupatur.

89. *Cyclaminus* Græce dicta a quodam, qui κύκλος vocatus est, qui primus virtutem hujus herbæ invenit, sive quod habeat radicem rotundam. Græci enim κύκλον *rotundum* vocant. l Cujus radix, aut succus, si vino fuerit admistus, ebrios facit. Nascitur in silvosis locis, et agris.

m *Quam Græci calamintham*. Vid. Dioscorid., lib. iii, cap. 42 et 43.

n *Genicularis h. s. ob scorpion*. Id mentastro tribuit Plin., lib. xx, cap. 14, iisdem verbis, neque de polygonato (quod sciam) quisquam id prodidit. Ac neque Isidorus quidem, ni-i valde fallor.

o *Agaricum radiz*. Ita quidem Galenus atque alii existimavere, sed compertum est truncis adnasci fungi instar. Hic vasta lacuna in Gothicis.

p *Asphodelos albacum*. Al., *albutium*. Gloss., *albutium*. Dioscorid.: ἀσφῶδελον ἀσφῶδελον κατὰ τὴν ἰσμηρίαν ἐν ἑστῆ χερσὶ.

q *Scylla quod nocens sit*. Est namque ἀσπύλλου *vezare*, quo respexit fortasse Virgilius, cum de Scylla dixit eclog. 6: *Dulichias vezasse rates*.

r *De qua superstitio gentilium*. Ex Dioscor., lib. ii, et Plin., xxi, cap. 17.

s *Staphysagria... in locis amœnis*. Hæc tantum verba leguntur in Gothicis Col. Quæ præterea leguntur, in Editis addita sunt ab aliquo Æsculapii filio, ex Dioscorid., Avicenna, et Averroë.

t *Asplenos*. Vid. Dioscorid., iii, cap. 151, et Plin., xxvii, cap. 5.

u *Nascitur in humidis petris*. Quæ post hæc leguntur in Editis non sunt in Manusc; addita tamen

A 90. m *Ampelos leuce*, sive *bryonia*, quam Latini *vitem albam* vocant, vel a qualitate coloris, vel quod ejus radix contrita, et corpori infricata teneriorem et candidiorem cutem reddat. Nam et succus baccarum ejus lac uberibus siccis reddat.

91. n *Ampelos melæna*, id est, *vitis nigra*, eademque *labrusca*, habens folia hederæ similia, in omnibus major quam vitis alba, baccas similiter habens, quæ in maturitate nigrescunt, unde et vocabulum sumpsit.

92. *Viticella* herba a Latinis appellata, quod sicut *vitis* quidquid proximum habuerit, apprehendat corymbis, quos annulos appellamus.

93. o *Buphthalmos* florem habet croceum oculo similem. Unde a Græcis nomen accepit. Est autem B caule molle, p foliis coriandri similibus. Nascitur juxta muros civitatum.

94. q *Phlomos*, quam Latini *verbascum* vocant, quarum altera est masculus, albidioribus foliis, atque angustioribus; altera femina foliis latioribus, atque nigris.

95. r *Ferula* vocata a medulla. Nam illam Varro tradit esse ferulæ medullam, quam ἀπόδερον Græci vocant. Nonnulli a *feriendo* 364 ferulam dicunt. Hac enim pueri et puellæ vapulare solent: s hujus succus galbanum est.

96. t *Papyrus* dictus, quod igni et cereis est aptum, πῦρ enim Græci ignem dicunt.

*Juncus* dicitur, eo quod *junctis* radicibus hæreat.

C 97. u *Scirpus*, a quo tegetes texuntur sine nodo, de quo Ennius:

Quærent in scirpo solit quod dicere nodum.

Et in proverbio: *Qui inimicus est, etiam in scirpo nodum quærit*.

98. v *Fucus* genus herbæ est, de qua tingitur vestis: x dicta quia mentitur alienum colorem; unde et Virgilius: *Discet mentiri lana colores*.

sunt e Diosc. et Plin.

j *Volvus*. Apta scripturæ etymologia. Plinius et alii *bulbum*, Græci βάλβον dicunt.

k *Stæchas*. Ex Dioscorid., iii, cap. 31.

l *Cujus radiz, aut succus si vino*, etc. E Dioscorid., ii, cap. 191; Plin., xxv, cap. 9: *Narrant ebrietatem representari addita in vinum*.

m *Ampelos leuce, sive bryonia*. Ex eod., lib. iv, cap. 154.

n *Ampelos melæna*. Ex eod., cap. 185.

o *Buphthalmos*. Ex eod., lib. iii, cap. 156.

p *Follii coriandri*. *Feniculi*, Plinius et Dioscorides.

q *Phlomos*. De qua paulo ante. Vid. Diosc., iv, cap. 104.

r *Ferula vocata a medulla*. Nempe quasi *serena hilum*.

s *Hujus succus galbanum est*. Non cujuslibet, sed κάρθκος ἐν Συρία γινόμενον, ut ait Dioscorides, id est, *ferulæ cujusdam, quæ in Syria nascitur*.

t *Papyrus*. Vid. Plin. et Dioscor.

u *Scirpus a quo tegetes texuntur*. Plin., xxi, cap. 18, et Festus in *Scirpus*.

v *Fucus*. E Serv., Georg. iv.

x *Dicta, quia mentitur alienum colorem*. More luci illius qui apem simulat.

99. *Alga* nascitur in aquis stantibus. Ita denique A nomen sumpsit ab algore aquæ, vel quod alliget pedes, quia crassa est foliis aquam ex parte superantibus.

100. *Ulva*, et *typus* herbæ quæ circa fontes et paludes stagnaque nascuntur. Ex quibus *ulva*, id est, *alga mollis*, et quodammodo *fungus*, dicta ab *uligine*.

101. *Typhe* vero quæ se ab aqua inflat. Unde etiam ambitiosorum et sibi placentium hominum tumor *typhus* dicitur.

102. *Carex* virgula herba et durissima, sparto similis, de qua Virgilius: *Et carice pastus acuta*.

103. *Spartum*, frutex virgossus, sine foliis, ab asperitate vocatus. Volumina enim funium quæ ex eo fiunt aspera sunt.

104. *Gramen* a situ potius dictum, quod plorimorum agrorum sit. 365 <sup>e</sup> Unde illud Græci ἄγρωστυν vocaverunt; <sup>d</sup> licet omnis herba *gramen* vocetur, ab eo quod *gr̄minetur*; sicut robur omne lignum, licet sit et species, ab eo quod firmissima.

105. *Filix*, a singularitate folii dicta. Denique ex una virgula altitudine cubitali una scissa folia gignitur replicata, velut pinna.

*Avena...*

*Lolium...*

106. *Zizania*, quod poetæ semper *infelix lolium* dicunt, quod sit inutile, et infecundum.

*Fenum* dictum, quod eo flamma nutritur, *φῶς*; enim *flamma* est.

*Manipulum* dicimus fascem feni. Et dictus manipulus quod manum impleat.

## CAPUT X.

### De oleribus.

1. <sup>f</sup> *Hortus* nominatur, quod semper ibi aliquid *criatur*. <sup>g</sup> Nam cum alia terra semel in anno aliquid creet, hortus nunquam sine fructu est.

2. *Otus* ab *alendo* dictum, eo quod primum homines ab oleribus alerentur, antequam fruges et carnes ederent. Tantum enim ponis arborum et oleribus alebantur, sicut animalia herbis

<sup>a</sup> *Carex*. E Servio, *eclog.* 3.

<sup>b</sup> *Spartum...* ab asperitate. Etymologiam nihil moror.

<sup>c</sup> Unde illud Græci ἄγρωστυν. Ita interpretatur ἄγρωστυν Hieronymus, *epist.* 19.

<sup>d</sup> Licet omnia herba *gramen...* cum sit, et species. Verba Servii, *Æn.* xii.

<sup>e</sup> *Filix...* una scissa folia gignitur. Dioscorus, *lib.* iv, cap. 183, et Plinius, *xxvii*, cap. 9. Notandus vero Gothicimus, nam *folia* singulari numero non semel unitur. Sed hæc librariorum vitio magis putamus accidisse quam Isidori.

CAP. X. — <sup>f</sup> *Hortus* nom. *q. s. i. a. o.* Festus *Hortus* apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi qui arma capere possent, oriuntur. Vel Longus: *Hortus* quoque non desiderabat aspirationem, quod ibi herbæ oriuntur, id est, nascuntur, sed tamen a consuetudine accepit.

<sup>g</sup> Nam cum alia terra, etc. E Servio, *Georg.* iv, *adv.* rb. Hellespontiaci.

<sup>h</sup> Quoddam genus olerum *caulis*. — Brassica Palladius, *i.* Febr., tit. 24.

<sup>i</sup> *Cyma d. quas coma*. Imo quasi *κόμμη*, hæc est,

3. *Caulis* est generaliter herbarum vel olerum medius frutex, qui vulgo *thyrsus* dicitur, quod a terra sursum conscendat: ex quo derivatum est, ut specialiter <sup>h</sup> quoddam genus olerum *caulis* diceretur, quia *thyrsus* ipsius amplius cæteris oleribus coalescit, 366 id est, crescit. Est autem generale nomen. Omnis enim frutex *caulis*

4. <sup>i</sup> *Cyma* dicitur, quasi *coma*. Est enim summitas olerum, vel arborum, in qua vigena virtus naturalis est.

5. <sup>j</sup> *Malva* ex parte Græco vocabulo appellatur ἀπό τοῦ μαλάσσειν, eo quod molliendi alvum solvendique naturam habeat. <sup>k</sup> Cujus succo si quis se oleo misto perunxerit, ab apibus negatur feriri. Folia ejus ex oleo trita et imposita scorpionibus, <sup>l</sup> creduntur asferre torporem

B 6. *Pastinaca* vocata, quod radix ejus præcipuus *pastus* sit hominis. Est enim odoratu jucunda, cibo delectabilis.

7. <sup>m</sup> *Rapa* dicta a *rapiendo*, id est, comprehendendo. Est autem radice amplior napo, sapore dulcior, et folio tenui.

8. *Napus* a similitudine rapæ vocatus, nisi quod foliis latior, et radice gustu subacrior est. Nemini autem affinitas in utrisque inde pene communis, quia utrumque semen in alterum vicissim mutatur. <sup>n</sup> Nam rapa in alio solo, ut Æmilianus ait, per biennium mutatur in napum, alio vero napus transit in rapam.

9. *Napocaulis* ex duobus oleribus compositum nomen habet, quia dum sit sapore napo similis, non in radice, sed in thyrsu conscendit, ut *caulis*.

C *Sinapis* appellatur, quod folii sit similis napsi.

10. *Raphanum* Græci, nos *radicem* vocamus, <sup>o</sup> eo quod 367 deorsum totus nititur, dum reliqua olera in summa magis prosiliant; <sup>p</sup> cujus semine inacerato quisquis suas manus infecerit, serpentes inipune tractabit. <sup>q</sup> Siquidem ex ipsius radice etiam ebur albescit. In cibo quoque venenis obsistit. <sup>r</sup> Nam contra venena hujus radices, nuces, lupini, citrium, apium prosunt, sed contra futurum, non contra acceptum venenum. Unde et apud veteres ante alias epulas hæc solebant mensis apponi.

*setus*, auctoribus Theophr., *lib. vii* de Hist. Plant., et Galeno, *ii* de Facult. Elem., cap. 58. Utuntur hac voce Celsus, Columell., et Plinius.

<sup>i</sup> *Malva...* eo quod molliendi. Plinius, *lib. xi*, cap. 21.

<sup>k</sup> Cujus succo. Ex eodem, et Dioscorus, *lib. ii*.

<sup>l</sup> Scorpionibus creduntur asferre t. E Plinius, *lib. xi*, cap. 4.

<sup>m</sup> *Rapa d. a rapiendo*. Imo a Græca voce ῥάπυς, sive ῥάπυς, rapum neutro genere enuntiat Columella.

<sup>n</sup> Nam rapa in alio solo. Ut Palladius inquit *lib. viii*, cap. 2; et Columell., *lib. ii*, cap. 10.

<sup>o</sup> *Eo quod deorsum totus nititur*. Ex eodem Palladius, in *Januario*, tit. 14.

<sup>p</sup> Cujus semine macer., etc. Ex Plinius, *xx*, cap. 4.

<sup>q</sup> Siquidem ex ipsius radice etiam ebur albescit. Hæc si tollas, melius cohærebunt cætera, sed aliquid deesse credo. Plinius, *ix*, cap. 5, de Raphanis: *Utilissimi in cibis hierno tempore existimantur, iidemque dentibus semper inimici, quoniam atterant, ebora ceru poliunt.*

<sup>r</sup> Nam contra venena radices... apponi. E Servio, *Georg.* ii, ad illud: *Auxilium venit, ac membris...*

11. <sup>a</sup> *Lactuca* dicta est, quod abundantia lactis A exuberet, <sup>b</sup> seu quia lacte nutrientes feminas implet. <sup>c</sup> Hæc et in viris Veneris usum, coerceat.

*Lactuca agrestis* est <sup>d</sup> quam *sarraliam* nominamus, eo quod dorsum ejus in modum serræ est.

12. <sup>e</sup> *Intubus* Græcum nomen est. Et *intubus*, quod *intus* sit *tophus*.

*Cepa* vocatur, quia non aliud est, nisi tantum *caput*.

13. <sup>f</sup> *Ascalonia* nuncupata ex una urbium Palestinæ, quæ *Ascalon* dicitur, unde prius advecta est.

14. <sup>g</sup> *Allium* dictum quod *oleat*.

<sup>h</sup> *Ulpicum* appellatum, quod allii odorem habeat.

<sup>i</sup> *Phaselus* vocari aiunt, a *Phaselo* insula Græciæ, ubi non procul mons Olympus est.

15. *Porrus*, cujus duo genera sunt, capitatum et sectile. Capitatum majus, sectile parvulum.

**368** *Beta* apud nos oleris genus, apud Græcos *littera* est.

*Blitum* genus oleris, saporis evanidi, quasi vilis *beta*

16. *Cucumeres*, quod sint interdum amari, <sup>j</sup> qui dulces nasci perhibentur, si lacte mellito eorum semen infundatur.

17. *Cucurbita*.....

*Apopores*.....

*Pepo*.....

*Me'ipepo*.....

*Ocynum*.....

*Olus molle*.....

*Atriplex*.....

*Brassica*.....

*Olisatrum*.....

<sup>k</sup> *Nasturtium* sapor appellavit, quod acrimonia sui nasum torqueat.

18. *Fungi*, quod aridi ignem acceptum concipiant, <sup>l</sup> quæ enim ignis est, <sup>m</sup> unde et *esca* vulgo dicitur, quod sit fomes ignis et nutrimentum. Alii dicunt fungos vocatos, quod sint ex eorum genere quidam interemptorii, unde et *defuncti*.

<sup>a</sup> *Lactuca*... exuberet. Verba sunt Pallad., in Jan., tit. 14.

<sup>b</sup> *Seu quia lacte nutrient. fem.* Vid. Diosc., lib. II.

<sup>c</sup> *Hæc in viris Ven. us.* Ita quoddam lactucæ genus D enunchium dictum refert Plinius, lib. XIX, cap. 8.

<sup>d</sup> *Quam sarraliam.* Nos *cerraja* dicimus.

<sup>e</sup> *Intubus Græcum nomen est.* Romanum esse testatur Dioscorides et Galenus.

<sup>f</sup> *Ascalonia nuncup. ex una urb. Pal.* Ita Plin., XIX, cap. 6.

<sup>g</sup> *Allium dictum quod oleat.* Vel quod halet, ut alii volunt.

<sup>h</sup> *Ulpicum.* Vid. Colum., lib. XI, et Plin., XIX, cap. 6. De etymologia non liquet.

<sup>i</sup> *Phaselus.* Cicero, in Verr.: *Phasetis illa, quam cepit P. Servilius, non fuerat urbs antea Cithicum, atque prædonum. Lycii illam Græci homines incolerant.*

<sup>j</sup> *Qui dulces nasci perhibentur si lacte mellito.* — Si lacte et mulso, Pallad., lib. IV, cap. 9.

19. *Tubera* tumor terræ prodit, eaque causa nomen illi dedit.

*Bulbi* appellati, quod sint volubiles. et rotundi.

*Asparagus*, quod sit spinosus, et asper frutex ejus, ex quo gignitur.

20. *Capparis* a Græcis nomen sumpsisse videtur, quod habeat rotunda in summitatibus seminum *capitella*.

<sup>m</sup> *Armoracia*, hoc est, *lapsana*.

*Lapistus*.....

*Lapathum.* Hæc in cibo sumpta stomachum confortat, Venerem reprimat.

<sup>n</sup> *Carduus*.....

21. *Eruca*, quasi *uruca*, quod ignitæ sit virtutis, et in cibo **369** sæpe sumpta Veneris incendium movcat.

B Hujus species duæ: quarum altera usualis, altera agrestis acrioris virtutis, utraque tamen Veneris commovens usum.

## CAPUT XI.

### De odoratis oleribus.

1. *Apium* dictum, quod ex eo *apex*, id est, *caput* antiquorum triumphantium coronabatur. Hercules autem hanc herbam primus capiti circumtulit. Nam nunc populum capite præferebat, nunc oleastrum, nunc apium. <sup>o</sup> Cujus radices efficaciter pugnant contra insidias venenorum. Ejus generis sunt *petroselinon*, *hipposelinon*, et *oleoselinon*.

2. *Petroselinon* vocatum, quod sit simile apio, et nascatur in petris montibusque præruptis, quod nos *petrapium* dicere possumus, *σάλιον* enim Græce *apium* dicitur, sed est summum, ac probabile *Macedonicum*, gustu suave, et odore aromatico.

3. *Hipposelinon*, quod sit durum et austerum.

<sup>p</sup> *Oleoselinon*, quod mollius folio, et caule tenerum.

4. <sup>q</sup> *Feniculum* Latini vocant, quod ejus thyrsi seu radicis succus acuat visum, <sup>r</sup> cujus virtus traditur, ut serpentes annuam senectutem ejus gustu deponant. Hoc olus Græci *μάραθρον* vocant.

5. <sup>s</sup> *Ligusticum* a regione nomen accepit. Nascitur

<sup>k</sup> *Nasturtium sapor. app.*, etc. Plin. XIX, cap. 8: *Nasturtium nomen accepit a narium tormento.*

<sup>l</sup> *Unde et esca vulgo dicitur.* A nobis *yesca*.

<sup>m</sup> *Armoraca.* Pallad., lib. XI, cap. 11: *Armoracam serenus, nam hæc agrestis est raphanus.* Non est vero *armoracia* eodem cum *lapsana*; de illa Dioscorid., lib. II, cap. 158; de hac, cap. 142; foliis tamen similes esse ait.

<sup>n</sup> *Carduus, succus ejus alopecias curat.* Plin., XXI, cap. 25: *Antequam floreat contusus, atque expressus illito succo alopecias replet.*

CAP. XI. — <sup>o</sup> *Cujus radices.* E Dioscorid., lib. III.

<sup>p</sup> *Oleoselinon.* — *Oreoselinon* malim ex Plinio, aut etiam *helioselinon*, quod palustre est, aut certe *elæoselinon*.

<sup>q</sup> *Feniculum quod acuat vis.* Quasi *phenoculum* e Græca et Latina voce.

<sup>r</sup> *Cujus virtus trad.* E Plin., XI, cap. 23.

<sup>s</sup> *Ligusticum.* Ex eodem, lib. XIX, cap. 8, et Dioscor., lib. III.

enim plurimum in *Liguria*, odore aromatico, et gustu A acre.

6. *Aneson*, ut Grædicunt, sive, ut Latini, *anesum*, herba 370 omnibus cognita, acerrime fervens mic-  
tualis.

*Anethum*.....

*Cuminum*.....

7. *Coriandrum* ex Græco nomine sumptum, quod illi *κόριον* vocant, a cuius semen in dulci vino datum prouiores reddit in Venerem; si supra modum dede-  
ris, amentiam nutrit.

<sup>b</sup> Canos etiam ex coriandro infici traditum est.

<sup>a</sup> Cuius semen... nutrit. E Dioscor., lib. III, cap. 71.

<sup>b</sup> Canos etiam ex coriandro infici. Id non nisi de hyperico prodidit Plinius, lib. xxvi, cap. 15. Quod etiam *corion* (ut ipse ait) vocatur, sed Dioscorides id hyperici genus *κόριον* nominat.

<sup>c</sup> *Ruta dicta quod sit serv.* An a ruendo, an potius a sono, quem fervens humor reddere solet? Non B

*Abrotanum*.....

*Ceræfolium*.....

8. <sup>c</sup> *Ruta dicta*, quod sit ferventissima. Cujus altera agrestis, atque virtute acrior, sed utraque fer-  
ventissima comprobatur. <sup>d</sup> Hanc venenis repugnare mustelæ docent, quæ dum cum serpente dimicave-  
rint, cibo ejus armantur.

9. *Salvia*.....

<sup>e</sup> *Inula*, quam rustici *alam* vocant, radice aroma-  
tica, odoris summi cum levi acrimonia.

*Menta*. Hujus genera sex.

opinor, neque de etymologia cogitavit, sed ad Plinium et Dioscoridem respexit, quorum uterque ferventem rutæ naturam tribuit.

<sup>d</sup> *Hanc venenis repugnare mustellæ*. E Plin., xx, cap. 15.

<sup>e</sup> *Inula, quam rustici alam*. Quod nomen Hispani retinemus; de inula vid. Plin., lib. xix, cap. 5.

## LIBER DECIMUS OCTAVUS.

DE BELLO ET IUDIS.

### 371 CAPUT PRIMUM.

*De bellis.*

1. <sup>a</sup> *Primus bella* intulit Ninus Assyriorum rex. Ipse enim finibus suis nequaquam contentus, humanæ societatis sædus irrumpens, exercitus ducere, aliena vastare, liberos populos aut trucidare, aut subjicere cœpit, universamque Asiam usque ad Libyæ fines nova servitute perdomuit. Hinc jam studuit orbis in mutuo sanguine alterna grassari cæde.

2. Quatuor autem sunt genera bellorum, id est, justum, injustum, civile, et plusquam civile. Justum bellum est, quod ex prædicto geritur de rebus repetitis, aut propulsandorum hostium causa. Injustum bellum est, quod de furore, non de legitima ratione initur. De quo in Republica dicit Cicero: *Illa injusta bella sunt, quæ sunt sine causa suscepta.*

3. Nam extra ulciscendi, aut propulsandorum hostium causam, bellum justum geri nullum potest. Et hoc idem Tullius paucis interjectis subdidit: *Nallum bellum justum habetur, nisi denunciatum, nisi indictum, nisi de repetitis rebus.* Civile bellum est inter cives orta seditio, et concitatio tumultus, sicut inter Syllam et Marium, qui bellum civile invicem in una gente gesserunt.

4. Plusquam civile bellum est, ubi non solum cives certant, sed et cognati: quale actum est inter Cæsarem et Pompeium, quando gener et socer invicem dimicaverunt. Siquidem in hac pugna frater cum fratre dimicavit, et pater adversus filium arma portavit. 372 Lucanus: *In fratrem ceciderunt præmia fratris.* Item: *Cui cervix cæsa parentis cederet.*

5. *Bella* itaque dicuntur interna, externa, servilia,

CAP. I. — <sup>a</sup> *Primus bella* intulit Ninus. Ex Justino, aut fortas e etiam e Trogo, aliquanto enim hæc ampliora, quam apud Justinum, neque ejusmodi, ut ab Isidoro aucta videantur.

<sup>b</sup> *Non solum navium comæatus.... vastantibus.* Verba sunt Orosii, lib. vi, cap. 4.

<sup>c</sup> *Nam seditio.* Eadem, sup., lib. x, in S.

socialia, piratica. Nam piratica bella sunt sparsa la-  
tronum manus per maria myoparonibus levibus, et fugacibus, <sup>b</sup> non solum navium comæatus interci-  
pientibus, sed etiam insulas provinciasque vastanti-  
bus, quos primum Cnæus Pompeius post multam vas-  
tationem, quam terra marique egerant, mira celeritate compressit, ac superavit.

6. Sicut autem bellum vocatur, quod contra hostes agitur, ita *tumultus* qui civili seditione concitatur. <sup>c</sup> Nam *seditio* est dissensio civium, dicta quod *seorsam* alii ad alios *eant*. Alii æstimant dissensionem animo-  
rum *seditionem* vocari, quam Græci *διάστασιν* vocant.

7. Quo autem differat utrumque, <sup>d</sup> Cicero docet: *Pos-  
test enim, inquit, esse bellum, ut tumultus non sit.* <sup>e</sup> *Tu-  
multus autem esse sine bello non potest.* Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major timor oria-  
tur? Unde etiam dictus *tumultus*, quasi *timor multus*. Gravior autem est tumultus quam bellum. Nam in bello vacationes valent, in tumultu non valent.

8. Differat autem bellum, pugna et prælium. Nam bellum universum dicitur, ut Punicum. Hujus partes sunt pugnae, <sup>f</sup> ut Cannensis, Trebiensis. Rursum in una pugna sunt multa prælia. Aliud enim in cornibus, aliud in media, aliud in extrema acie geritur. Bellum igitur est totum, pugna unius diei, prælium pars pugnae est.

9. Bellum antea *duellum* vocatum, eo quod *duo* sint partes dimicantium, vel quod alterum faciat victorem, alterum victum. Postea, mutata et detracta littera, dictum est bellum. Alii <sup>g</sup> per antiphrasin pu-

<sup>d</sup> *Cicero docet.* Philippica 8.

<sup>e</sup> *Tumultus, quasi timor multus.* E Serv., *Æn.* II, ad vers. *Gemitu miseroque tumultu.*

<sup>f</sup> *Ut Cannensis, Trebiensis, Termensis,* Cod. omnes mendose.

<sup>g</sup> *Alii per antiphrasin.* E Serv., *ibid.*

tant dictum, **373** quod sit horridum, unde illud, *horrida bella*, cum bellum contra sit pessimum.

10. *Prælia* dicuntur a *premo*, hostis hostem. Unde et *prela* ligna quibus uva premitur.

*Pugna* vocata, eo quod initio usus fuisset in bello *pugnis* contendere, vel quia primo bellum *pugnis* incipiebant. Unde etiam *pugna* duorum est aliquando sine ferro.

11. Quatuor autem in bello geruntur: *pugna*, *fuga*, *victoria*, *pax*. *Pacis* vocabulum videtur a *pacto* sumptum. Posterius autem *pax* accipitur, *foedus* primum inicitur. *Foedus* est *pax*, quæ sit inter dimicantes, vel a *fide*, vel a *facialibus*, id est, sacerdotibus dictum. Per ipsos enim fiebant *foedera*, sicut per sæculares bella. <sup>b</sup> Alii *foedera* dicta putant a *porca* *foede* et crudeliter occisa, cuius mors optabatur ei qui a pace resiliisset. Virgilius: *Et cæsa iungebant foedera porca*. *Foederis* partes *induciæ*. Et dictæ *induciæ*, quasi in *diebus* *ocia*.

## CAPUT II.

### De triumphis.

1. Omne regnum sæculi huius bellis quaeritur, *victoriis* propagatur. *Victoria* dicta, quod *vi*, id est, virtute, adipiscatur. Hoc est enim jus gentium, *virtu* repellere. Nam turpis est dolo quaesita *victoria*. Certa autem *victoria* est, vel occisio hostis, vel *exspoliatio*, vel utrumque. <sup>c</sup> Non est autem *jucunda victoria*, **374** quæ per immensa detrimenta contingit. Est hoc est, quod laudat Sallustius duces *victoriam* in cruento exercitu reportasse.

2. *Pompa* dicta est Græca significatione, ἀπό τοῦ πομπῆων, hoc est, *publice ostentari*. <sup>d</sup> Præcedit autem *victoria* *pompam*, ideo quod *ituris* ad hoc certamen primum est *victoriæ* votum.

3. <sup>e</sup> *Trophæum* dictum ἀπό τῆς τροπῆς, id est, *conversione* hostium et *fuga*. Nam ab eo quod hostem quis *fogasset*, merebatur *trophæum*; qui occidisset, *triumphum*: qui dictus est ἀπό τῆς τριάμβης, id est, ab *exultatione*. Plenæ enim *victoriæ* *triumphus* debetur; *semiplenæ* *trophæum*, quia nondum plenam est *victoriam* consecutus. Non enim obtinuit, sed *fugavit* exercitum. Hæc tamen nomina Scriptores confundunt. Tranquillus autem *triumphum* Latine dicit potius appellatum, quod is qui *triumphans* urbem

A ingrederetur *tripertito* *judicio* honoraretur. Nam primum de *triumpho* duci concedendo exercitum *judicare* solitum erat; secundo *senatum*, tertio *populum*.

4. Erat autem apud Romanos mos ut *triumphantes* *quadrigis* *veherentur*, ex illo quod *scilicet* *sunt* *priores* *duces* hoc habitu *bella* *inire*. Quicumque autem in *conflictu* *vicisset*, *palma aurea* *coronabatur*, quia *palma* *stimulus* *habet*. Qui vero sine *conflictu* *fugientem* *prostrasset*, *laurea*, eo quod hæc *arbor* *sine spinis* *est*.

5. <sup>f</sup> Namque et *purpuream* et *palmatam* *togam* *triumphantes* *induebantur*, et *scipionem* *cum* *sceptro* *in* *manu* *gerebant* *ad* *imitationem* *victoriæ* *Scipionis*, licet et *scipio* *baculus* *sit*, quo *homines* *innituntur*. Unde et ille primus *Cornelius Scipio* appellatus est, quia in foro *pater* *ejus* *cæcus* *inmixt* *eo* *ambulabat*. **375** Super *scipionem* *autem* *aquila* *sedebat*, ob *indicium* quod per *victoriam* *quasi* *ad* *supernam* *magnitudinem* *accederent*

6. <sup>g</sup> Inde et *colore* *rufo* *perliniebantur*, quasi *imitarentur* *divini* *ignis* *effigiem*. <sup>h</sup> Quod vero a *carnifice* *contingebantur*, id erat *indicio*, ut ad tantum *fastigium* *evecti* *mediocritatis* *humanæ* *commonerentur*.

7. Duobus autem generibus *deletur* *exercitus*, aut *internecione*, aut *dispersione*. Sallustius: *Hostes*, *inquit*, *aut* *oppressi*, *aut* *dilapsi* *forent*. Sic et utrumque Virgilius: *internecione*, ut: *Submersasque obrue puppes*; *dispersione*, ut:

Aut age diversos, et disjice corpora ponto.

8. *Spolia* *hostium*: *præda*, *manubiæ*, *exuvia*, *partes*. *Præda* a *prædando* *vocata*. *Manubiæ*, eo quod *manibus* *detrahuntur*. Hæc et *exuvia* ab *exuendo* *dictæ*, quia *exuuntur*. Hæc et *partes* a *parsi* *divisione* (<sup>i</sup> pro *personarum* *qualitate*, et *laborum* *justa* *divisione*). <sup>j</sup> *Spolia* *autem* a *palliis*, quasi *ex* *palliis*, *victis* *enim* *detrahuntur*.

## 376 CAPUT III.

### De signis.

1. *Signa* *bellorum* *dicuntur*, quod ex *iis* *exercitus*, et *pugnandi*, et *victoriæ*, et *receptus* *accipit* *symbolum*. Nam aut per *vocem* *tubæ*, aut per *symbolon* *admonetur* *exercitus*. *Legionum* *principalia* *signa* *aquilæ*, *dracones*, et *pilæ*.

2. *Aquilæ* *ideo*, quod *eadem* *avis* *Jovis* *in* *armis*

<sup>a</sup> Unde et *prela*.... *premitur*. Ex eodem, Georg, II. D

<sup>b</sup> Alii *foedera*.... *porca*. Ex eod., Æn. IX.

CAP. II. — <sup>c</sup> Non est autem *jucunda victoria*.... *reportasse*. E Serv., Æn. XI, ad illud: *Sin et Trojanis cum multo gloria*, nisi quod apud illum *judicanda victoria* legitur.

<sup>d</sup> Præcedit autem *victoria*. Id est, *victoriæ* *statua* *curru* *invecta*.

<sup>e</sup> *Trophæum*. . . ab *exultatione*. E Serv., Æn. X: *Ipsam te, Lausa, trophæum*.

<sup>f</sup> Namque et *purpuream*, et *palmatam* *togam*. *Diversa* *purpurea* a *palmata*. Festus: *Picta, quæ nunc toga dicitur, purpurea antea vocitata est, eratque sine pictura*; et ibidem: *Tunica autem palmata a latitudine clatrum dicebatur, quæ nunc a genere picturæ appellatur*. Livius, lib. xxx: *Massinia toga picta, et palmata tunica donatus*; et lib. xxxi: *Massinia dona missa, resa aurea, toga purpurea*.

<sup>g</sup> Inde et *colore* *rufo* *perlin*. Serv., eclog. 10: *Pan facie tubea pingitur propter ætheris similitudinem. Æther autem est Jupiter, unde etiam triumphantes habent omnia Jovis insignia, sceptrum, palmatam togam, faciem quoque de rubrica illinunt instar coloris ætheri*.

<sup>h</sup> Quod vero a *carnifice* *contingebantur*. Non temere *carnificem* *dixit*, quem alii *servum publicum*. Nam eodem respexisse Plinium puto, lib. xxviii, cap. 4: *Similis medicina linguæ, ut sit æorata a tergo fortuna, gloriæ carnifex*. Ab eo servo *suggerebatur* *triumphanti* (ut ait Tertullianus in *Apologetico*, cap. 33): *Respice post te, hominem esse te memento*.

<sup>i</sup> Pro *personarum* *qualit*, etc. Sup., lib. v, cap. 7. Sed hoc loco ab antiquioribus Gothicis absunt hæc.

<sup>j</sup> *Spolia* *autem* a *palliis*. In quibusdam Gothicis perpetuo legitur *exspolia*, ita melius procedit notatio, in vetustioribus tamen *spolia*.

auspicio fuerit. <sup>a</sup> Nam dum idem Jovis adversus Titanas proficisceretur, aquilam ei in auspicio apparuisse ferunt, quam ille pro indicio victoriæ acceptam tutelæ suæ auspiciatus eam legioni signum dedit, quo factum est ut deinceps militum signa comitaretur. Cujus meminit Lucanus dicens :

Signa pares aquilas, et pila minantia pilis

3. *Draconem* signa ad Apolline morte Pythonis serpentis inchoata sunt. Delinç a Græcis et Romanis in bello gestari cœperunt.

4. *Pilam* in signo constituisse fertur Augustus, propter nationes sibi in cuncto orbe subjectas, ut melius figuram orbis ostenderet.

5. <sup>b</sup> *Vexillum*, et ipsum signum bellicum tractum nomen habens a **377** veli diminutione, quasi *velillum*. <sup>c</sup> Sub Romulo autem fasciculos feni, pro vexillis, milites habuerunt. Hinc et *manipuli* appellantur. *Manipulos* enim dicimus fasces feni, quod *manum* impleant. Cætera signa diversis prælata imaginibus secundum militarem consuetudinem existunt, per quæ se exercitus in permitione præliorum agnoscit.

#### CAPUT IV.

##### De buccinis.

1. *Buccina* est qua signum datur in hostem, dicta a *voca*, quasi *vocina*. Nam pagani agrestesque ad omnem usum buccina ad compita convocabantur. Proprie ergo hoc agrestibus signum fuit. De qua Propertius :

Buccina jam priscos cogeat ad arma Quirites.

<sup>d</sup> Hujus clangor buccinum dicitur.

2. <sup>e</sup> *Tubam* Tyrrheni primum invenerunt, unde Virgilius :

Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera clangor.

Hanc enim a Tyrrhenis prædonibus excogitatam (dicunt), cum dispersi circa maritimas oras non facile ad quaque prædæ occasionem voce aut buccina convocarentur, vento plerumque obstrepente.

3. Hinc postea bellicis certaminibus adhibita est ad denuncianda signa bellorum, ut ubi exaudiri præcō prætumultu non poterat, sonitus tubæ clangentis attingeret. <sup>f</sup> *Tuba* autem dicta, quasi *tofa*, id est, *cava*. Item *tuba*, quasi *tibia*.

<sup>g</sup> Inter tubam autem et buccinam veteres discernen-

CAP. III. — <sup>a</sup> Nam dum idem Jovis... comitaretur. E. Serv. Æn. IX, ad illud : *Pedibus Jovis arniger uncis*.

<sup>b</sup> *Vexillum*. . . diminutione. Ex eod., initio lib. VIII.

<sup>c</sup> Sub Romulo autem. Item, Æn. XI, ad v. *Dissectique, ... manipuli : Manipuli autem dicti sunt signiferi, quia sub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus hastis feni manipulos alligabant, et hos pro signis gerebant. Unde hoc nomen remansit.*

CAP. IV. — <sup>d</sup> Hujus clangor buccinum dicitur. Est fortasse hoc aliquid (sic). Plin. us, de Apil., lib. XI, cap. 10 : *Noctu quies in matutinum, donec una excit gemino, aut triplici bombo, ut buccino aliquo.* Hieronymus quoque *buccino oris sui*, eodem sensu dixisse videri possit. Quamvis buccinum pro buccina eti. in usurpatur.

<sup>e</sup> *Tubam Tyrrheni p. inven.* E. Serv., lib. VIII, ad locum ab Isid. citatum.

<sup>f</sup> *Tuba autem dicta q. tofa.* Al., *tova*. Iude nos genus quoddam lapidis *tovas*, et quod fungosum est *fofo* dicimus. Digamma namque frequens in Gothicis pro *b* et *v*.

bant. **378** Nam buccina insonans sollicitudinem ad bella denuntiabat. Virgilius : *Qua buccina signum Diva dedit.* Tuba autem prælium indicabat, ut :

At tuba terribilem sonitum dedit ære cauro

Cujus <sup>h</sup> sonitus varius est. Nam interdum canit, ut bella committantur ; interdum ut insequantur eos qui fugiunt, interdum receptui. <sup>i</sup> Nam receptus dicitur, quo se exercitus recipit, unde et signa receptui canere dicuntur.

5. <sup>j</sup> *Classica* sunt cornua, quæ convocandi causa erant facta, et a *culando* classica dicebantur. De quibus Virgilius : *Classica jamque sonant.* <sup>k</sup> Apud Amazonas autem non tuba sicut a regibus, sed a regina sistro vocabatur feminarum exercitus.

#### CAPUT V.

##### De armis.

1. <sup>l</sup> Arma generaliter omnium rerum instrumenta sunt, unde et ubi reponuntur *armaria* dicta sunt. Item arma et tela omnium generum, sed arma sunt quibus ipsi suemur tela quæ emittimus. Nam arma duplicia sunt, id est, vel quibus percutimus, vel quibus tegimur.

2. <sup>m</sup> *Arma* autem proprie dicta sunt eo quod *armos* tegunt. Nam *arma*, vel ab *arnis* dicuntur, id est, *humeris*, ut : *Latos huic hasta per armos acta tremuit ;* vel ἀπὸ τοῦ ἄρτος, id est, a *Marie*.

#### 379 CAPUT VI.

##### De gladiis.

1. *Gladius* generaliter dicitur ensis in prælio, sed ensis ferrum tantum, gladius vero totus. Proprie autem appellatus *gladius*, quod *glam* dividit, id est, cervicem secat. Ad hoc enim primum est factus ; nam cætera membra securibus magis cæduntur, colulum gladio tantum.

2. *Acies* autem gladii ab *acumine* dicta. *Capulus* vocatur, vel quia *caput* est gladii, vel quia ibi *capitur*, ut teneatur. Nam alias acies ferri non sinit. <sup>n</sup> *Micro* non tantum gladii est, sed et cujuslibet teli acumen ; dicitur a *longitudine*. Nam μακρον Græci *longum* dicunt, hinc et *machæra*.

<sup>o</sup> *Machæra* autem est gladius longus, ab una parte acutus.

3. *Frænea* vero gladius ex utraque parte acutus,

<sup>p</sup> Nam buccina insonans. . . sonitum. E. Serv., Æn. XI : *Bello dat sig. . . buccina.*

<sup>h</sup> Cujus sonitus varius... receptui. Ex eod. Æn. IX, ad vers. *Signa sequentum.*

<sup>i</sup> Nam receptus... dicuntur. Ex eod., Æn. XI, ad vers. *Planities... tunique receptus.*

<sup>j</sup> *Classica* sunt cornua. Idem, Æn. VII : *Classicum dicimus, et tubam ipsam, et sonum, et eod. libro, ad Hortinæ classes : Hortini equites, qui et classes dicuntur, unde et eorum tubas classica dicimus, etc.* Vid. Ascon. in Divinat.

<sup>k</sup> Apud Amazonas, etc. E. Serv., Æn. VIII, ad... *Reginu in sistro.*

CAP. V. — <sup>l</sup> Arma generalit., etc. Serv., Æn. I, ad vers. *Arma virum, tabulæque : Arma dicuntur cunctarum arium instrumenta.*

<sup>m</sup> Arma autem proprie dicta s. eo quod arm. Ex eod., Æn. IV : *Eriqi et arma viri, etc.*

CAP. VI. — <sup>n</sup> *Micro* non tantum gladii est. E. Serv., Æn. XI, ad vers. *Alto stat vulnere micro.*

<sup>o</sup> *Machæra... frænea... spatha.* Aug., in ps. CXLIX



uam vulgo *spatham* vocant. Ipsa est et *romphæa*. A *Contus* autem, quasi *conitus*. Est enim conus acuta rotunditas.

4. *Spatha* a *passione* dicitur verbo Græco, quoniam *πάσσειν* Græce **380** dicitur *pati*, unde et *patior*, et *patitur* dicimus. Alii *spatham* Latine autumant dictam quod *spatiosa* sit, id est, lata et ampla. Unde et *putala* in pectoribus.

5. *Semispathium* gladius est a *media* longitudine *spathæ* appellatus, non ut imprudens vulgus dicit, *sine spatio*, dum *sagitta* velocior sit.

6. *Pugio* a *pungendo* et transfigendo vocatur. Est enim gladius parvus, bis acutus, lateri adhaerens. Item et *clunabulum* dictum, quod religetur ad *clunem*.

7. *Chelidoniacus* gladius ferrum est latum, cuius duplex mucro, ac bifurcus in modum caudæ hirundinæ formatur, unde et *chelidoniacus* dicitur.

8. *Sica* a *secundo* dicta est. Est enim gladius brevis, quo maxime utuntur qui apud Italos latrocinia exercent, a quo et *sicarii* dicti sunt. *Tranquillus* autem dicit: *Dum cujusdam gladiatoris in ludum emissi gladius curvatus fuisset ex acie recta, procurrerit unus ad eum corrigendum, tumque a pugnaute responsum est: Sic hac pugnabo*. Inde *sicæ* nomen ductum.

9. *Secures* signa sunt quæ ante consules ferebantur, ne aut usum perderent belli, aut vacantes otio aspectum amitterent gladiatorum. **381** Quas et Hispani ab usu Francorum per derivationem *Franciscas* vocant.

## CAPUT VII.

### De hastis.

1. *Hasta* est *contus* cum ferro, cuius diminutivum facit *hastile*. Nomen autem *hasta* ab *astu* sumpsit, unde et *astutia*.

2. *Contus* ferrum non habet, sed tantum cuspide acuta est. *Virgilius*:

Ferrata-que <sup>b</sup> trudes, et acuta cuspide contos

*Framea* appellatur, quam vulgo *spatham* dicunt. Sunt enim gladii ex una parte acuti, ipsi sunt *macheræ*, ipsæ *frameæ* etiam *spathæ* appellantur. Sed legendum fortasse apud Augustinum ex utraque parte, non ex una.

Item et *clunabulum*. *Festus*: *Clunaculum cultrum unguinarium dictum, vel quia clunes hostiarum dividat, vel quia ad clunes dependeat*.

CAP. VII. — <sup>b</sup> *Virgil.* *ferratasque trudes*. Sic omnes libri. *Trudes* etiam legi in antiquis quibusdam Cod. apud *Virgilium* admonuit *Pierius*.

<sup>c</sup> *Venabula* dicta quasi... *excipiabilia*. *Serv.*, *Æn.* IV: *Reina... venabula*. Forsan *venabula* ob hoc dicta, quod sint apta venatui, quasi *excipiabula*. Puto tamen *Servium* i.a. scripsisse: *Venabula* ob hoc dicta quod sint apta venatui, vel quia venientem excipiunt, unde et *excipia* (vel *excipula*) quasi *excipiabilia*, aut *excipiabula*, aut *excipere habilia*. *Gloss.*, *excipulum*, *ἰσδοχίων*. Item *ἰσδοχίων* *exceptorium*. *Excipulum*, *ἰσδοχία*. *Κρατύρα*, *exemplum* (leg., *excipulum*), *arpago*.

<sup>d</sup> *Lancea*. Hispaniensis vox, auctore *Varrone*, apud *Agell.*, lib. xv, cap. 50.

*Contus* autem, quasi *conitus*. Est enim conus acuta rotunditas.

5. *Trudes* hastæ sunt cum lunato ferro, quæ Græcis *απλαστρια* dicuntur. *Trudes* autem dicuntur ab eo quod *trudunt*, et *detrudunt*. *Virgilius*: *Ferratasque trudes*.

4. <sup>e</sup> *Venabula* dicta, quasi *venatui habilia*; vel quia venientem excipiunt, quasi *excipiabilia*. Excipiunt enim apros, exspectantque leones, intuant ursos, sit tantum firma manus.

5. <sup>d</sup> *Lancea* est hasta amentum habens in medio; dicta autem **382** *lancea*, quia æqua lance, id est, æquali amento ponderata vibratur.

6. <sup>e</sup> *Amentum* vinculum est jaculorum hastilium, quod mediis hastis apratur. Et inde *amentum*, quo media hasta religatur et jacitur.

7. <sup>f</sup> *Clava* est, qualis fuit *Herculis* dicta, quod sit *clavis* ferreis invicem religata, et est cubito semis facta in longitudine. <sup>h</sup> Hæc et *cateja*, quam *Lucilius calam* dicit. Est enim genus Gallici teli ex materia quam maxime lenta, quæ jacta quidem non longe propter gravitatem evolat; sed quo pervenit, vi nimia perfringit: quod si ab artifice mittatur, rursus redit ad eum qui misit. Hujus meminit *Virgilius*, dicens:

Teutonico ritu soliti torquere catejas

Unde et eos <sup>i</sup> Hispani et Galli *Teutonos* vocant.

8. <sup>j</sup> *Phalarica* est telum ingens torno factum, habens ferrum **383** cubitale, et rotunditatem de plumbo in modum spheræ in ipsa summitate. Dicitur etiam et ignem habere affixum. Hoc autem telo pugnatur de turribus, quas *phalas* dici manifestum est. *Juvenalis*:

Consultit aut phalas, delphinorumque columnas.

A *phalis* igitur dicta est *phalarica*, sicut a muro *murialis*. Sane *phalaricam* *Lucanus* dicit nervis mitti tortilibus, et quadam machina, ut:

Hanc aut tortilibus vibrata phalarica nervis.

*Virgilius* vero ait *Turnum* manu *phalaricam* jaculari potuisse.

9. <sup>k</sup> *Pila* sunt arma jaculorum atque telorum, a torquendo, vel emittendo vocata. De quibus *Lucanus*

<sup>e</sup> *Amentum*. *E Serv.*, *Æn.* ix, ad vere. *Amentaque torquent*.

<sup>f</sup> *Clava* est qualis fuit *Herculis*. *Festus*: *Clava teli genus, quo Hercules utebatur*.

D <sup>g</sup> *Et est cubito semis facta in longitudine*. *Servius*, *Æn.* vii, ad vers. *Teretes sunt acclides illis tela*: — *Acclides* sunt tela quædam antiqua adeo ut neque usquam commemorentur in bello. Legitur tamen quod sint *clavæ* cubito semis factæ, eminentibus hinc, et hinc acuminibus, etc.

<sup>h</sup> *Hæc et cateja, quam Lucilius calam*. Pro *Lucilio* *Horatius* erat in omnibus libris, mendose. *Servius*, initio vi *Æneid.*: *Vallum autem dicebant calus*. — *Sic Lucilius*: *Scinde calam, ut caleas, id est: O puer, frange fustes, et fac focum*.

<sup>i</sup> *Hispani et Galli Teutonos*. li fortasse quos vulgo *chuzones* dicimus.

<sup>j</sup> *Phalarica telum ingens... jaculari potuisse*. *E Serv.*, *Æn.* ix, ad vers. *Contoria phalarica*.

<sup>k</sup> *Pila*. *Servius*, *Æn.* vii, ad vers. *Pila manuscript*. *Pilum proprie est hasta Romana, ut gessa Gallorum sarissæ Macedonum*.

Signa pares squilas, et pila minantia pilis.  
Cujus singulare pilum dicitur.

10. <sup>a</sup> *Telum* vocatur secundum Græcam etymologiam, ἀπό τοῦ τολόθεν, quiddam longe jacti potest, <sup>b</sup> quanquam abusive dicitur et gladius, ut est illud :

At non hoc telum mea quod vi dextera versat.

Proprie autem telum a longitudine dicitur. Unde et mustela dicitur, quod longior sit quam mus.

11. *Cuspis* hastile amentatum, a *cespide* dicta, quod est virgultum. Virgilius :

Et pastoraalem præfixa cuspidē myrtum.

• Proprie autem cuspis, posterior pars hastæ est.

### 384 CAPUT VIII.

#### De sagittis.

1. *Sagitta* a sagaci jactu, id est, veloci ictu vocata. Pennis enim fertur, quasi avis, ut celeriter mors percurrat ad hominē. His primum Cretenses usi sunt, quibus pennæ ideo, ut diximus, agglutinantur, ut leves sint et pervolent.

2. *Scaptos*...

3. *Spicula* sunt sagittæ, vel lanceæ breves, a *spicuum* specie nuncupatæ.

4. <sup>d</sup> *Scorpio* est sagitta venenata arcu, vel tormentis excussa. Quæ dum ad hominem venerit, <sup>e</sup> virus, qua figit, infundit; unde et *scorpio* nomen accipit.

### CAPUT IX.

#### De pharetris.

1. <sup>f</sup> *Pharetra* sagittarum thecæ, a *ferendo* jacula dicta, sicut et *feretrum*, **385** ubi funus defertur, quæ ideo etymologiam communem habent, quia pharetra mortem, feretrum mortuum portat.

2. *Coriti* proprie sunt arcuum thecæ sicut sagittarum pharetræ.

*Vagina* appellatur, eo quod in ea mucro, vel gladius bajuletur.

3. *Theca*, ab eo quod aliquid receptum tegat, littera pro *g* posita. Alii Græco nomine thecam vocari asserunt, quod ibi reponatur aliquid. Inde et *bibliotheca* librorum repositio dicitur.

4. <sup>g</sup> *Dolones* sunt vaginæ lignæ, intra quas latet

<sup>a</sup> *Telum*... potest. E Serv., Æn. viii, ad vers. Desuper Alcides telis premit.

<sup>b</sup> *Quanquam abusive dicitur et gladius*. Serv., Æn. ix : At non hoc telum : — Hoc loco telum gladium dixit a longitudine, unde et mustella dicitur, quasi mus longus. Vid. l. Si calatur, de Verb. Signif.

<sup>c</sup> *Proprie autem cuspis, posterior pars hastæ*. Servius, Æn. x, ad vers. Vibranti cuspis medium : Sane cuspidem abusive pro hastæ mucrone posuit.

CAP. VIII. — <sup>d</sup> *Scorpio* Vegetius, lib. iv, cap. 22 : *Scorpiones dicebantur, quas nunc manuballistas vocant, ideo sic nuncupati quod parvis subtilibusque spiculis inferant mortem.*

<sup>e</sup> *Virus, qua figit, infundit*. Tertull., advers. Gnostic. : Unde et bellicam machinam retractu tela vegetantem de scorpio nominant. Id spiculum et fistula est, patula tenuitate in vulnus, et virus qua figit effundit.

CAP. IX. — <sup>f</sup> *Pharetra sagittarum thecæ*. et *Coriti* proprie sunt arcuum thecæ, dicuntur etiam sagittarum, quas et pharetras vocamus.

<sup>g</sup> *Doiones*... præferant ligni. Ex eod., Æn. vii, ad vers. Servosque... dolones.

<sup>h</sup> *Acutus morbus dicitur*. Sic supra, lib. iv, cap. 6.

A pugio sub baculi specie. *Dolones* autem a *dolo* dici sunt, quod fallant, et decipiant ferro, cum speciem præferant ligni. Hos vulgus Græco nomine *oxos* vocat, id est, *acutos*. Unde et apud medicos <sup>h</sup> *acutus* morbus dicitur vocatur.

5. *Arcus* vocatur, eo quod *arceat* adversarium. Inde et arces dicuntur, a quibus arcentur hostes. Item arcus ob speciem, quod sint curvati arcus.

### CAPUT X.

#### De fundis.

1. *Funda* dicta, eo quod ex ea *fundantur* lapides, id est, <sup>l</sup> emittantur.

2. *Ballista* genus tormenti, ab *emittendo* jacula dicta. βάλλειν enim Græce *mittere* dicitur. Torquetur enim verbere nervorum, **386** et magna vi jactit, aut hastas, aut saxa. <sup>l</sup> Inde et *fundibulus*, qua *i fundens*, et emittens. <sup>h</sup> Contra ballistam testudo valet. Series enim sit armorum umbonibus inter se colligatis.

### CAPUT XI.

#### De ariete.

1. <sup>l</sup> *Arietis* nomen species dedit, eo quod cum impetu impingit murum in modum *arietum* pugnantium. Valide enim ac nodosæ arboris caput ferro vestitur, eaque suspensa funibus multorum manu ad murum impellitur; deinde retrorsum ducta majore impetu destinatur, sicque crebris ictibus concussum muri latus cedit, cavatumque irrupturis fenestram facit.

2. Contra impulsu arietis remedium est *saccus paleis* plenus, et in eum locum demissus quem aries percutit. Laxo enim saccorum sinu ictus arietis illius molitur. Duriora enim mollioribus facilius cedunt.

3. *Plutei* sunt crates corio crudo intectæ, quæ in opere faciendo hosti objiciuntur.

4. <sup>m</sup> *Musculus* cuniculo similis sit, quo murus per foditur, ex quo et appellatur, quasi *murusculus*.

### CAPUT XII.

#### De clypeis.

1. *Clypeus* <sup>n</sup> est scutum majus dictus ab eo quod *clepet*, id **387** est, celet corpus, periculisque subducat <sup>o</sup> ἀπό τοῦ κλέπτειν. Oppositus enim sua defensione ab

CAP. X. — <sup>l</sup> *Emittantur*. Quæ post hæc verba in Editis quibusdam leguntur, usque ad *ballistam*, in Manuscriptis nulla sunt; sunt tamen sup., lib. xiv, cap. 6. E. Serv., Georg. 1.

<sup>l</sup> *Inde et fundibulus*. Vid. cap. 6 lib. iv.

<sup>h</sup> *Contra ballistam testudo valet, series e. sit arm.* Serv., lib. ix, ad vers. *Accelerant acta... testudine* : — *Testudo est scutorum connexio curvata in testudinis modum.*

CAP. XI. — <sup>l</sup> *Arietis... facile cedunt*. Ex Hegepp., lib. iii, cap. 11.

<sup>m</sup> *Musculus... quasi murusculus*. Musculos a marinis belluis, quæ balenis auxilio sunt, dictos putat Vegetius, lib. iv, cap. 15.

CAP. XII. — <sup>n</sup> *Clypeus est scutum majus*. Serv., non semel.

<sup>o</sup> *Από τοῦ κλέπτειν*. Ex eod., Æn. vii, ad vers. *Nec clypei currusve sonant*. Sed verius ἀπό τοῦ γλύφειν, id est, a *sculpendo* dictum. Causam reddidit Plin., xxxv, cap 3 : *Scutis enim qualibus ad Trojam pugnatam sit, continebantur imagines. Unde et nomen habuere clypeorum, non ut perversa grammaticorum subtilitas ostendit a cliendo. Origo plena virtutis, faciem reddi in scuto, cujusque qui fuerit usus illo, etc.*

hastis et jaculis corpus munit. <sup>a</sup> Clypeus autem pediatum est, scutum equitum.

2. Scutum appellatum, eo quod a se exeat telorum ictum. Ut enim telis resistatur, clypeus antefertur.

Umbo scuti pars media est, quasi umbilicus.

3. <sup>b</sup> Ancile vocatur scutum breve et rotundum. De quo Virgilius: *Lavaque ancile gerebat*. Et Ancile dictum ab ancisione, quod sit ab omni parte veluti ancisam et rotundum. Ovidius:

Idque aneile vocant, quod ab omni parte recisum.  
Quaque otes oculis, angulus omnis abest.

4. <sup>c</sup> Pelta scutum brevissimum in modum lunæ medix. Cujus meminit liber Regum: *Fecit rex Sutorum ducenta scuta de auro puro, et trecentas peltas ex auro probato*.

5. <sup>d</sup> Cetra scutum loreum sine ligno, quo utuntur Afri, et Mauri, de quo poeta: *Lævas cetra tegit*.

6. <sup>e</sup> Parma, levia arma, quasi parva, non clypeus. Dicitur autem et testudo scutum. Nam in modum testudinis sit clypeus. 388 <sup>f</sup> Est et testudo scutorum connexio curvata in testudinis modum. Namque in armorum generibus, milites etiam ab animalibus nomina sumunt, ut aries. Et Sallustius: *In modum, in puit, hericii militaris*.

#### CAPUT XIII.

##### De loriciis.

1. Lorica <sup>g</sup> vocatur, eo quod loris careat, solis enim circulis ferreis contexta est.

2. <sup>h</sup> Squama est lorica ferrea ex laminis ferreis, aut æreis concatenata in modum squamæ piscis, et ex ipso splendore squamarum, et similitudine nuncupata est. <sup>i</sup> De ciliciis autem et poliuntur, et teguntur loriceæ.

#### CAPUT XIV.

##### De galeis.

1. Cassis de lamina est, galea de corio. Nam *galeus corium* dicitur. Cassidem autem a Thuscis nominatam (dicunt). Illi enim galeam *cassim* nominant, credo a *capite*.

389 2. <sup>j</sup> Apex est, quod in summa galea eminet, quo ligitur crista, quam Græci *κρόνον* vocant. Nam conus est curvatura quæ in galea prominet et supra quam cristæ sunt.

<sup>k</sup> Clypeus autem peditum. E Serv., ad vers. *Tercentum scutati omnes*. Æn. 12.

<sup>l</sup> Ancile... ab omni parte recisum. Ita etiam Varro: *Aut quasi ἀμφίκελον* (addit Serv., Æn. viii), *id est, undique tabrum habens*. Vid. Plutarch., in Num.

<sup>m</sup> Pelta. E Serv., Æn. 1, ad *Lunatis agmina peltis*.

<sup>n</sup> Cetra... Hispani. Ex eod., Æn. vii.

<sup>o</sup> Parma, leviu arma. Servius, Æn. x, ad illud: *Transiit et parmam mæcro*: *Parmam, id est, levia arma, non clypeum*.

<sup>p</sup> Est et testudo scutorum connex. Vid. sup., cap. 10. CAP. XIII. — <sup>q</sup> Lorica... quod loris careat, solis enim circulis ferreis. Non dubito quin Isidorus apud Servium legerit Æn. lib. x, *loricam esse proprie tegmen de loro factum, quo majores in bello uti consueverant*. Sed loriciis posterioribus notationem aptavit, quæ concerta sunt hamis, ut ait Virgilius. Varro lib. iv: *Lorica a loris, quod de corio crudo pectoralia faciebant postea succederunt Galli e ferro sub id voca-*

PATROL. LXXXII.

#### CAPUT XV.

##### De foro.

1. *Forus* <sup>k</sup> exercendarum litium locus, a *fando* dictus. Qui locus et *prærostra* vocatur, ideo quod ex bello Punico captis navibus Carthaginensium rostra ablata sunt, et in foro Romano præfixa, ut essent hujus insigne victoriæ. Constat autem Forus causa, lege, et iudice.

2. *Causa* vocatur a *casu*, quo evenit. Est enim materia et origo negotii, necdum discussionis examine patefacta, quæ dum præponitur *causa* est, dum discutitur *judicium* est, jam finitur *justitia*: vocatum autem *judicium*, quasi *jurisdictio*, et *justitia*, quasi *juris status*. *Judicium* autem prius *inquisitio* vocabatur. Unde et actores judiciorum, et præpositos, quæ B stores, vel *quæsitores* vocamus.

3. *Negotium* multa significat, modo actum rei alienius, cui contrarium est *otium*; modo actionem causæ, quod est *jurgium* litis. Et dictum *negotium*, quasi *nec otium*, id est, sine otio. *Negotium* autem in causis, *negotiatio* in commerciis dicitur; ubi aliquid datur, ut majora laudentur.

4. *Jurgium* dictum, quasi *juris garrum*, eo quod il qui causam dicunt 390 jure disceptent.

*Lis* a contentione limitis prius nomen sumpsit. De quo Virgilius:

Limes erat positus, item ut <sup>l</sup> discerneret agri.

5. *Causa* aut argumento, aut probatione constat. *Argumentum* nunquam testibus, nunquam tabulis dat probationem, sed sola investigatione invenit veritatem, unde et dictum *argumentum*, id est, *argutum inventum*.

*Probatio* autem testibus et fide tabularum constat.

6. In omni autem iudicio sex personæ quærentur iudex, accusator, reus, et tres testes.

<sup>m</sup> *Judex* dictus, quasi *jus dicens* populo, sive quod *jure disceptet*. Jure autem disceptare est jure judicare. Non est autem iudex, si non est in eo justitia.

7. *Accusator* vocatus, quasi *adcausator*, quia ad causam vocat eum quem appellat.

*Reus* a re quam petitur nuncupatus, quia quamvis

D *bulum ex annulis ferream tunicam*.

<sup>n</sup> *Squama est lorica ferrea*, etc. Serv., Æn. 12: *Nec duplici squama lorica*: *Squama sunt loricarum catenæ, in modum squamæ compositæ. Sane et squama splendorem significat, si a piscibus veniat, et sordes si a squalore*.

<sup>o</sup> De ciliciis autem poliuntur loriceæ. E Serv., Georg. III, ad illud:

Usum in castrorum et miseris velamina nautis.

CAP. XIV. — <sup>i</sup> Apex est q. in sum. gal., etc. Servius, Æn. xii, ad vers. *Apicem tamen*: *Galeæ eminentiam, quam Græci conum vocant, in qua eminent cristæ; et lib. x: Apex, conicalitudo*.

CAP. XV. — <sup>k</sup> Forus. Poterat duci cœna sine istis, sed Braulioni aliter visum. Vid., sup., lib. xv, cap. 2.

<sup>l</sup> Discerneret agri. — Arvis vulgo apud Virgil.

<sup>m</sup> Judex dictus. Ead. sup. lib. ix, cap. 4.

celeris conscius non sit, reus tamen dicitur, quandiu in iudicio pro re aliqua petitur.

8. <sup>a</sup> *Testes antiquitus superstites dicebantur*, eo quod super statum causæ proferebantur. Nunc, parte ablata nominis, *testes* vocantur.

9. Testis autem consideratur: conditione, natura et vita. Conditione, si liber, non servus. Nam sæpe servus metu dominantis testimonium supprimit veritatis. Natura, si vir, non femina. Nam varium et mutabile semper femina. Vita, si innocens, et integer actu. Nam si vita bona defuerit, fide carebit. Non enim potest iustitia cum scelerato habere societatem.

**391** 10. Duo sunt autem genera testium: aut dicendo id quod viderunt, aut proferendo id quod audierunt. Duobus autem modis delinquent, cum aut falsa promunt, aut vera silentio obtegunt.

#### CAPUT XVI.

##### De spectaculis.

1. *Spectacula*, ut opinor, generaliter nominantur voluptates, <sup>b</sup> quæ non per semetipsa inquinant, sed per ea quæ illic geruntur. Dicta autem *spectacula*, eo quod hominibus publica ibi præbeatur inspectio. Hæc et *ludicra* nuncupata, quod in ludis gerantur, aut in scenis.

2. Ludorum origo sic traditur: <sup>a</sup> Lydii ex Asia transvenæ in Etruria consederunt, duce Tyrrieno, qui fratri suo cesserat regni contentione. Igitur in Etruria inter cæteros ritus superstitionum suarum, *spectacula* quoque religionis nomine instituerunt. Inde Romani accersitos artifices mutuati sunt, et inde *ludi a Lydis* vocati sunt. Varro autem dicit *ludos a lusu* vocatos, quod juvenes per dies festos solebant ludi exultatione delectare populum. Unde et eum lulum juvenum, et diebus festis, et templis, et religionibus reputat.

3. Nihil jam de causa vocabuli, dum rei causa idololatria sit. Unde et promiscue ludi *Liberalia* vocabantur, ob honorem *Liberi* Patris. Ob hoc respicienda est <sup>d</sup> originis macula, ne bonum æstimes **392** quod initium a malo accepit. Ludus autem gymnicus est, aut circensis, aut gladiatorius, aut scenicus.

#### CAPUT XVII.

##### De ludo gymnico.

1. *Gymnicus* ludus est velocitatis ac virium gloria.

<sup>a</sup> *Testes antiquitus superstites dicebantur*. Melius omnino Isidorus quam Servius, qui, *Æn.* III, ad illud: *Superatne, et vescitur aura?* — *Superstes* (inquit) *præsentem significat*. Festus: *Superstes testes præsentem significat, cuius rei testimonium est, quod superstitibus præsentibus ii inter quos controversia est iudicias sumere jubentur*. Plautus in *Artemone*:

Nunc mihi licet quidvis loqui, nemo hic adest superstes. Quem locum ita legebat Chacon: *Superstes præsentem testes præsentem significat*. Quam lectionem, et Plauti verba, et hic Isidori locus satis confirmant; Ciceronis vero verba in *Muren.* ita emendabat: *Carmen compositum est, cum cæteris rebus absurdum, tum vero nullo usu utrisque superstitibus præsentibus (sumite iudicias) ite viam*. Et utrisque, *ACTORE ET REO* interpretabatur; sumite iudicias e Festo supplebat.

CAP. XVI. — <sup>b</sup> *Quæ non per semetipsa inquinant*.

A Cujus locus *gymnasium* dicitur, ubi exerceantur athletæ, et cursorum velocitas comprobatur. Hinc accedit ut omnium prope artium exercitia *gymnasia* dicantur.

2. Antea enim in jocis certantes cineti erant, se nudarentur: post, relaxato cingulo, repente prostratos et exanimatos e-<sup>t</sup> quidam cursor. Quare <sup>e</sup> ex consilii decreto tunc archon Hippomenes ut nudi deinceps omnes exercitarentur permisit. Ex illo *gymnasium* dictum, quod juvenes nudi exercentur in campo, ubi sola tantum verenda operiuntur.

#### CAPUT XVIII.

##### De generibus gymniorum.

1. Genera gymniorum quinque: saltus, cursus, jactus, virtus, atque luctatio. Unde ferunt quemdam regem tot filios adulescentes habentem, totidem generibus de regno jussisse contendere.

#### CAPUT XIX.

##### De saltu.

1. *Saltus* dictus, quasi exsilire in a-tum. Est enim saltus altius exsilire, vel longius.

#### 393 CAPUT XX.

##### De cursu.

1. *Cursus* a velocitate crurum vocatur. Est enim cursus celeritas pedum.

#### CAPUT XXI.

##### De jactu.

1. *Jactus* dictus a *jaciendo*. Unde et piscatorum rete *jaculum* dicitur. Huic arti usus est, <sup>f</sup> arrepto lapide procul ferire, hastas pondere librato jacere, sagittas arcu emittere.

#### CAPUT XXII.

##### De virtute.

1. *Virtus* est immensitas virium in labore et pondere corporis.

#### CAPUT XXIII.

##### De luctatione.

1. *Luctatio* a laterum complexu vocatur, quibus <sup>e</sup> cominus certantes innitent, qui Græca appellatione *athletæ* vocantur. Locus autem luctationis *palæstra* dicitur.

#### 394 CAPUT XXIV.

##### De palæstra.

1. *Palæstram* <sup>h</sup> autem, vel ἀπό τῆς πάλης, id est, a luctatione, vel ἀπό τοῦ πάλλειν, id est, a motu ruinae

D Tertullianus, lib. de Spectaculis, cap. ult.: *Retulimus supra de locorum conditione, quod non per semetipsa nos inquinant, sed per ea quæ illic geruntur*.

<sup>e</sup> *Lydii ex Asia transvenæ... Liberi patris*. E Tertull., ibid. cap. 2.

<sup>d</sup> *Originis macula... accepit*. Ex eod. loco.

CAP. XVII. — <sup>e</sup> *Ex consilii decreto tunc arceon Hippomenes. Auctor quærendus*.

CAP. XXI. — <sup>f</sup> *Arrepto lapide procul ferire. Al., ar reptos lapides procul ferre*.

CAP. XXIII. — <sup>e</sup> *Cominus certantes innitent*. Ita Vel. Cod. Goth. Unus Rom. *Innituntur*.

CAP. XXIV. — <sup>h</sup> *Palæstram autem... sortis*. Serv., ad vers. *Corporaque... prædura palæstra*, Georg. II: — *Palæstra autem dicta est, vel ἀπό τῆς πάλης, id est, a luctatione, vel ἀπό τοῦ πάλλειν, hoc est, a motu ruinae, nam ducti sorte luctabantur*. Illic locus pessime affectus erat in omnibus Isidorianis libris.

fortis nominatam dicunt, scilicet quod in luctando eum medios arripiant, fere quatiant, idque apud Græcos *πάλλειν* vocatur. Quidam opinantur artem luctandi ursorum contentione monstratam. Namque inter cæteras feras eos solos, et erigi congressos, et subsidere celeriter, ac reverti, et modo manibus tentare invicem, modo complexu abigere sese more luctantium.

### CAPUT XXV.

#### De agone.

1. Quæ Latini *certamina*, Græci *ἀγῶνας* vocant, a frequentia qua celebrabantur. Siquidem et omnem cœtum atque conventum *agona* dici; alii quod in circulis, et quasi *agonis*, id est, sine angulo locis, edentur, nuncupatos *agonas* putant.

### CAPUT XXVI.

#### De generibus agonum.

1. Agonum genera fuere, immensitas virium, cursus celeritas, sagittandi peritia, standi patientia; ad citharam quoque, vel tibus incedendi gestus; de moribus quoque, de forma, de cantandi modulatione, terrestris quoque belli, et navalis prælii, perpetendorumque suppliciorum certamina.

### 395 CAPUT XXVII.

#### De ludis circensibus.

1. Ludi *circenses* sacrorum causa, ac deorum gentilium celebrationibus instituti sunt. Unde et qui eos spectant dæmonum cultibus inservire videntur. Nam res equestris ante simplex agebatur, et utique communis usus reatus non erat, sed cum ad ludos coactus est naturalis usus, ad dæmoniorum cultum translatus est.

2. Itaque et Castori et Polluci deputantur hæc species, quibus equos a Mercurio distributos Stesichorus docet; sed et Neptunus equestris est, quem Græci Hippiion appellant; sed et Marti et Jovi in ludis equi sunt consecrati, et ipsi quadrigis præsumt.

3. *Circenses* autem ludi ideò dicti, vel a *circumeundo*, vel quod ubi nunc metæ sunt; olim gladii ponebantur, quos quadrigæ *circuibant*, et inde dicti *circenses*, ab ensibus circa quos currebant. Siquidem in littore circa ripas fluminum currus agentes, gladios in ordine in ripæ littore ponebant, et erat artis equum

CAP. XXVII. — <sup>a</sup> Nam res equestris... Hippiion vocant. E Tertull., cap. 6. de Circo.

<sup>b</sup> *Circenses autem ludi*, etc. E Serv., initio in Georg., et Æn. viii, ad vers. Magnis circensibus actis.

CAP. XXVIII. — <sup>c</sup> *Circus Soli... in aperto habent*. E Tertull., cap. v, de Loco.

<sup>d</sup> *Hunc Romani dictum put.* Sup., lib. xv, cap. 2.

<sup>e</sup> *Græci vero*, etc. E Tertull., ibidem.

CAP. XXIX. — <sup>f</sup> *Ova honori Castoris... erubescunt*. Tertull., ibidem.

<sup>g</sup> *Ad causas mundi referri*. Servius, ad vers. Centum quadrijugos... currus: — *Id est, unius (inquit) diei exhibebo circenses*. Quia, ut Varro dicit in libris de Gent. pop. Romani, olim xxv missus fiebant, quorum quatuor et viginti pro numero horarum erant, sed vigesimus quintus ærarius dicebatur, eo quod de collatione populi exhibebatur. Adde duodecim hostias, quæ xii cœli signa, et septem metas, quæ planetas vii reterebant. Fiebant autem circenses hoc

A circa pericula torqueæ. Inde et *circenses* dicti putantur, quasi *circum enses*.

### CAPUT XXVIII.

#### De circo.

1. *Circus* <sup>e</sup> Soli principaliter consecratus est a paganis, cujus ædes medio spatio et effigies de fastigio ædis emicat, quod non putaverint sub tecto consecrandum, quem in aperto habent. Est autem circus omne illud spatium quod circuire equo solent.

396 2. <sup>d</sup> Hunc Romani dictum putant a *circuito* equorum, eo quod ibi circum metas equi currant. Græci <sup>e</sup> vero a *Circe* Solis filia, quæ Patri suo hoc genus certaminis instituit, asserunt nuncupatum, et ab ea *circi* appellationem argumentantur. Fuit autem maga, et venefica, et sacerdos dæmonum, in cujus B loci habitu et opere magicæ artes, et cultus idololatriæ recognoscitur.

### CAPUT XXIX.

#### De ornamentis.

1. *Ornamenta* circi: ova, meta, obeliscus, carceres. <sup>f</sup> Ova, honori Castoris et Pollucis ascribunt, qui illos ovo editos credendo de cygno Jove non erubescunt.

2. Fingunt autem circensia Romani <sup>g</sup> ad causas mundi referri, ut sub hac specie superstitiones vanitatum suarum excusent.

### 397 CAPUT XXX.

#### De metis.

1. *Metarum* quippe appellatione proprie terminum ac finem mundi designari volunt, ab eo quod alicui emensus finis est, sive ad testimonium orientis occidentisque Solis.

### CAPUT XXXI.

#### De obelisco.

1. *Obeliscum* <sup>b</sup> Mespres rex Ægypti primus fecisse fertur tali ex causa. Cum quodam tempore Nilus violenta inundatione Ægypto noceisset, indignatus rex tanquam pœnas a flumine exigeret, sagittam in undas misit. Non multo post gravi valetudine correptus, lumen amisit, qui post cæcitatem visu recepto duos obeliscos Soli sacravit. Obeliscus enim sagitta dicitur, qui ideo in medio circo ponitur, quia per medium mundum sol currit.

2. Medio autem spatio ab utraque meta constituto

ordine: Quadrigæ, bigæ, aut trigæ, quatuor sorte ductæ e quatuor factionibus, prasina, rosea, alba et veneta, in carceribus constituebantur. Deinde mappa, a magistratu qui ludis præsidebat, missa, hoc est, signo dato, quadrigæ carceribus emissæ septem spatia, sive curricula circa metas consiciebant, victoreque coronato, missus unus peractus erat. Item in reliquis viginti quatuor missibus fiebat; cum autem in singulis quadrigæ quatuor currerent, recte Virgilius:

Centum quadrijugos agitato ad flumina currus.

Vid. Sueton., in Domit., Senec., lib. epist. iv, epist. xxx; Ovid., in Iliadicis; Arnob., vii contra gentes. Ageil., lib. iii, cap. 5.

CAP. XXXI. — <sup>b</sup> *Obeliscum Mespres*. Messeres et Messeres habent Manuscript. Plinii Manuscript. libri, *Mestres*, et *Mestires*. Excusi, *Mesphem*. Euseb., in Chronico, *Mephres*. Josephus, *Mephes*. De Pherone Sesostridis filio narrat hæc Herodotus, lib. ii.

tus obeliscus, fastigium summitatemque cœli signifi- A  
cat, cum sol ab utroque spatio medio horarum disci-  
mine transcendit. Summo obelisco superpositum est  
quoddam auratum in modum flammæ formatum,  
quoniam sol plurimum in se caloris atque ignis habet.

## CAPUT XXXII.

## De carceribus.

1. In <sup>a</sup> circo unde emittuntur equi *carceres* dixerunt  
ab ea re **398** qua et ille carcer qui est in civitate,  
quod ut ibi homines damnati, atque inclusi, ita hic  
equi coercentur, ne exeant, antequam signum mit-  
tatur.

## CAPUT XXXIII.

## De aurigis.

1. Ars circi auriga et currus, equites, sive pedi- B  
tes. *Auriga* proprie dictus, quod currum agat, et  
regat, sive quod feriat junctos equos. <sup>b</sup> Nam *haurit*,  
FERIT, ut: *Latus haurit apertum*.

2. Ipse est, et <sup>a</sup> *agitor*, id est, *verberator* ab *agendo*  
dictus. Aurigæ autem duobus coloribus sunt, quibus  
speciem idololatricæ vestiunt. <sup>d</sup> Nam prasinus terræ;  
venetus cœlo et mari a paganis dicatus est.

## CAPUT XXXIV.

## De quadrigis.

1. <sup>a</sup> Ericthonius autem, qui regnavit Athenis, pri-  
mus quatuor equos junxisse fertur, sicut Virgilius  
auctor est dicens:

Primus Ericthonius currus, et quatuor ausus  
Jungere equos, rapidi: que rotis insistere victor.

2. Fuit autem Minervæ et Vulcani filius de cadauca in C  
terram libidine, ut fabulæ ferunt, procreatus, por-  
tentum dæmonicum, imo diabolus, qui primo Ju-  
noni currum dedicavit. Tali auctore *quadrigæ* pro-  
ductæ sunt.

**399** CAPUT XXXV.

## De curru.

1. *Curru* a *cursum* dictus, vel quia rotas videtur  
habere, unde et <sup>f</sup> *carrum*, quasi *curvum*. Quadriga-  
rum vero *curru* duplici temone olim erant, perpe-  
tuoque, et qui omnibus equis injiceretur jugo.

2. <sup>a</sup> Primus Clythenes Sicyonius tantum medios  
jugavit, eosque singulos ex utraque parte simplici vi-  
nculo applicuit, quos Græci *σικραπόπους* <sup>b</sup> Latini *funarios*  
vocant, a genere vinculi quo prius alligabantur.

CAP. XXXII. — <sup>a</sup> In circo. E Serv., *Æn.* 1, ad  
vera, *Vinculis et carcere sonat*.

CAP. XXXIII. — <sup>b</sup> Nam *haurit*, *ferit*, ut *Lat. h. a.*  
*Verba sunt Serv.*, *Georg.* 11, ad vers. *Exsultantia-  
que haurit corda pavor pulsans*.

<sup>c</sup> *Agitor*. i. v. a. *agendo*. Ex eod., ad vers. *Tali  
costas agitor aselli*, *Georg.* 1.

<sup>d</sup> Nam prasinus terræ, etc. E Tertull., cap. 6 de  
Arte circi.

CAP. XXXIV. — <sup>a</sup> Ex eod. Tertull. loco.

CAP. XXXV. — <sup>f</sup> *Carrum*, quasi *curvum*; al., *q.*  
*cursum*, al., *q. curru*.

<sup>a</sup> *Primus Clythenes Sicyon.* Pausan., in Phœaciis.  
<sup>b</sup> *Latini funarios.* Funales vocat Suetonius in Ti-  
berio.

CAP. XXXVI. — <sup>1</sup> *Et Hespero.* Absunt hæc duæ  
voces ab antiquioribus Goth.

<sup>1</sup> *Inde patefecit r. r. c. c.* Citatur hic versus a

## CAPUT XXXVI.

## De equis quibus currunt.

1. *Quadrigæ* et *bigæ*, *trigæ* et *sejugæ* ab equorum  
numero **400** et jugo dictæ. Ex quibus *quadrigas* soli,  
*bigas* lunæ, et *trigas* inferis, *sejugas* Jovi, *desultores*  
*Lucifero*, <sup>1</sup> et *Hespero* sacraverunt. *Quadrigas* ideo  
soli jungunt, quia per quatuor tempora annus verti-  
tur, ver et æstatem, autumnum et hyemem.

2. *Bigas* lunæ, quoniam gemino cursu cum sole  
contendit, sive quia et nocte videtur, et die. Jungunt  
enim unum equum nigrum, alterum candidum. *Trigas*  
diis inferis, quia hi per tres ætates homines ad se ra-  
piunt, id est, per infantiam, juventutem, atque sen-  
ectam. *Sejuga* maximus curru currit Jovi, propter  
quod maximum deorum suorum esse eum credunt.

3. Ideo autem rotas *quadrigas* currere dicunt,  
sive quia mundus iste circuli sui celeritate transcur-  
rit, sive propter solem, quia volubili ambitu rotat,  
sicut ait Ennius:

<sup>1</sup> *Inde patefecit radiis rota candida cœlum*.

## CAPUT XXXVII.

## De septem spatiis.

1. *Septem spatia* *quadrigæ* currunt, referentes  
hoc ad cursum septem stellarum, quibus mundum  
regi dicunt, sive ad cursum septem dierum præsen-  
tium, quibus peractis vitæ terminus consummatur,  
<sup>1</sup> quorum finis est creta, id est, iudicium.

**401** CAPUT XXXVIII.

## De equitibus.

1. Porro *equites* singulares ideo currere dicunt,  
quia singulariter unusquisque cursum vitæ hujus  
peragit, atque transit, alius alio tempore sequens  
alium, per unam tamen viam mortalitatis usque ad  
propriam metam mortis.

## CAPUT XXXIX.

## De desultoribus.

1. *Desultores* <sup>1</sup> nominati, quod olim prout quis-  
que ad finem cursus venerat, *desiliebat*, sive quod  
de equo in equum transiliebat.

## CAPUT XL.

## De pedibus.

1. *Pedites* autem aiunt propterea pede currere,  
quia pedibus curritur mortalitati. Ob hoc a su-  
periore parte currunt ad inferiora, id est, ab Oriente  
ad Occidentem, quia mortales oriuntur, et occidunt.

quibusdam ex Sidonio.

CAP. XXXVII. — <sup>1</sup> *Quorum finis est creta.* Sic est  
in optimis libris Neap. et Gothicis quibusdam. Re-  
ciissime Seneca, lib. 19, epist. 109: *Deinde trans-  
ad ea quæ consuetudo sæculi mutavit, tanquam, quod  
ait Cicero, quoniam sumus ab ipsa calce ejus interpel-  
lione revocati; hanc, quam nunc in creta cretam ro-  
camus, calcem antiqui dicebant.* Gloss. *Creta, λυξά.*  
*Candida calcis* dixit Lucretius:

Tn mihi currenti præscripta ad candida calcis.

CAP. XXXIX. — <sup>1</sup> *Desultores.* Hygin., fabul. 80:  
*Unde et Romani servant institutum, cum desultorem  
mittunt, unus duos equos habet, pileum in capite  
eius in equum transit, quod ille sua et fratris vice  
fungatur.* Cassiod., lib. III Var.: *Equi desultatorii,  
per quos circensium ministri missus denuntiant exitu-  
ros, luciferi præcursoris velocitates imitantur.*

Nudi currunt, quia et homini in sæculo nullæ reiquizæ sunt. Recto spatio currunt, quia inter vitam et mortem nihil distat. Sed hæc propterea fingunt, ut vanitates suas et sacrilegia excusare conentur.

## CAPUT XLI.

*De coloribus equorum.*

1. Circa \* causas quoque elementorum iidem gentiles etiam colores equorum 402 junxerunt, roseos soli, id est, igni; albos aeri, prasinos terræ; venetos mari assimilantes. Item roseos ætati currere voluerunt, quod ignei coloris sint, et cuncta tunc flavescent. Albos hiemi, quod sit glacialis, et frigoribus universa canescant; veri prasinos viridi colore, quia tunc pampinus densatur.

2. Item rosos Marti sacraverunt, a quo Romani exoriuntur, et quia vexilla Romanorum cocco decorantur, sive quod Mars gaudet sanguine. Albos zephyris et serenis tempestatibus, prasinos flori et terræ, venetos aquis, vel aeri, quia ceruleo sunt colore; luteos, id est, croceos, igni et soli; purpureos Iri sacraverunt, quem arcum dicimus, quod Iri purissimos colores habeat.

3. Sicque dum hac spectatione deorum cultibus atque elementis mundialibus profanantur, eosdem deos atque eadem elementa procul dubio colere noscuntur. Unde animadvertere debes, Christiane, quot circum mundana immunda possideant. Quapropter alienus erit tibi locus, quem plurimi Satanæ spiritus occupaverunt. † Totum enim illum diabolus et angeli ejus repleverunt.

## CAPUT XLII.

*De theatro.*

1. *Theatrum* \* est quo scena includitur, semicirculi figuram habens, in quo stantes omnes inspicunt. Cujus forma primum rotunda erat, sicut et amphitheatri, postea ex medio amphitheatro theatrum factum est. *Theatrum* autem a *spectaculo* nominatum 403 † ἀπὸ τῆς θεωρίας, quod in eo populus stans desuper atque spectans ludos contemplaretur.

2. Idem vero *theatrum*, \* idem et *prostibulum*, eo quod post ludos exactos meretrices ibi prostarent. † Idem et *lupanar* vocatum, ab eisdem meretricibus, quæ \* propter vulgati corporis vilitatem lupa nuncupabantur. Nam lupæ meretrices sunt a rapacitate vocatæ, quæ ad se rapiant miseros, et apprehendant. *Lupanaria* enim a paganis constituta sunt ut pudor mulierum infeliciam ibi publicaretur, et ludi-

CAP. XLI. — \* *Circa caus.* Vid. Tertull., cap. 6 de Arte circi.

† *Totum enim ill. diab. et angeli ejus repleverunt.* Tertull., cap. de Loco: *Totum sæculum Satanæ et angeli ejus repleverunt.*

CAP. XLII. — \* *Theatrum.* De Theatro, sup., lib. xv, cap. 2.

† *Ἀπὸ τῆς θεωρίας.* E Serv., Æn. 1, ad vers. *Mediaque in valle theatri.*

\* *Idem et prostibulum.* Vid. Tertull., cap. de Theatro.

† *Idem et lupanar.* Ex Aug., xviii de Civit., cap. 21, et Lact.

\* *Propter vulgati corporis vilitatem.* Lact., lib. 1, cap. 20: *Fuit enim Faustuli uxor, et propter vulgati corporis vilitatem lupa inter pastores, id est, meretrix*

Abreio haberentur tam ii qui facerent quam quæ preterentur.

## CAPUT XLIII.

*De scena.*

1. *Scena* autem erat locus infra theatrum in modum domus instructa cum pulpito, † quod pulpitum *orchestra* vocabatur, ubi cantabant comici, tragici, atque saltabant histriones et mimi. † Dicta autem *scena* Græca appellatione, eo quod in speciem domus erat instructa. Unde et apud Hebræos, tabernaculorum dedicatio a similitudine domiciliorum *Scenopagia* appellabatur.

## 404 CAPUT XLIV.

*De orchestra.*

1. *Orchestra* autem pulpitum erat scenæ, ubi saltator agere posset, aut duo inter se disputare. Ibi enim poetæ comædi et tragædi ad certamen conscendebant, iisque canentibus, alii gestus edebant. Officia scenica: tragædi, comædi, thymelici, histriones mimi, et saltatores.

## CAPUT XLV.

*De tragædiis.*

1. *Tragædi* sunt qui antiqua gesta atque facinorosa sceleratorum regum luctuoso carmine, spectante populo, concinebant.

## CAPUT XLVI.

*De comædiis.*

1. *Comædi* sunt qui privatorum hominum actus detis atque gesta cantabant, atque supra virginum et amores meretricum in suis fabulis exprimebant.

## CAPUT XLVII.

*De thymelicis.*

1. *Thymelici* autem erant musici scenæ, qui in organis, et liris, et citharis, præcinebant. Et dicti *thymelici*, quod olim in orchestra stantes cantabant super pulpitum quod *thymela* vocabatur.

## 405 CAPUT XLVIII.

*De histrionibus.*

1. *Histriones* sunt qui muliebri indumento gestus impudicarum feminarum exprimebant: ii autem saltando etiam historias et res gestas demonstrabant. Dicti autem *histriones*, sive quod ab *Istria* id genus sit adductum, sive quod perplexas historiis fabulas exprimerent, quasi *historiones*.

nuncupata est, unæ etiam *lupanar* dicitur.

CAP. XLIII. — † *Quod pulpitum orchestra vocabatur.* Improprie. Nam aperte distinguit orchestram a pulpito Vitruvius, lib. v, cap. 6, et *scena* pulpito, pulpitum aliis erat orchestra; et apud Romanos senatoribus et honoratioribus viris loca erant in orchestra designata, in pulpito non item. Sed orchestra nomine pulpitum quoque continetur, non contra. Græci autem pulpitum *θυμῆλον* dicebant, de qua mox Isidorus.

† *Dicta autem scena.* Servilius, ad vers. *Sylris scena coruscis: Scena, inumbratio; dicta scena ἀπὸ τῆς σκῆας, id est, umbra. Nam apud antiquos theatralis scena parietem non habuit, sed de frondibus umbracula quærebant; postea tabulata componere ceperunt in modum parietis.*

## CAPUT XLIX.

*De mimis.*

1. *Mimi* sunt dicti Græca appellatione, quod rerum humanarum sint imitatores. <sup>a</sup> Nam habebant auctorem, qui antequam mimum agerent, fabulam pronuntiaret. Nam fabulæ ita componebantur a poetis, ut aptissimæ essent motui corporis.

## CAPUT L.

*De saltatoribus.*

1. *Saltatores* <sup>b</sup> autem nominatos Varro dicit ab Arcade Salio, quem Æneas in Italiam secum adduxit, quique primo docuit Romanos adolescentes nobiles saltare.

## 406 CAPUT LI.

*Quid quo patrono agatur.*

1. Est <sup>c</sup> plane in artibus scenicis Liberi et Veneris B patrocinium, quæ privata et propria sunt scenæ de gestu et corporis flexu. Nam mollitiem Libero et Veneri immolabant, illi per sexum, illi per flexum, dissolutis.

2. Quæ vero ibi vocibus, et modis, et organis, et lyris transiguntur, Apollines et Musas, et Minervas, et Mercurios patronos habent. Quod spectaculum odisse debes, Christiane, quorum odisti auctores.

## CAPUT LII.

*De amphitheatro.*

1. *Amphitheatrum* locus est spectacula ubi pugnant gladiatores. Et inde ludus gladiatorius dictus, quod in eo juvenes usum armorum diverso motu condiscant, et modo inter se aut gladiis aut pugnis certantes, modo contra bestias incedentes, ubi non odio, sed præmio illecti subeunt ferale certamen. C

2. *Amphitheatrum* dictum, quod ex duobus theatris sit factum. Nam amphitheatrum rotundum est, theatrum vero ex medio amphitheatro est, semicirculi figuram habens.

## 407 CAPUT LIII.

*De ludo equestri.*

1. Genera gladiatorum plura, quorum primum *ludus equestrium*. Duo enim equites, præcedentibus prius signis militaribus, unus a porta Orientis, alter ab Occidentis, procedebant in equis albis cum aureis galeis, minoribus et habilioribus armis, sicque atroci perseverantia pro virtute sua inibant pugnam, diimicantes, quousque alter in alterius mortem prosiliret, ut haberet qui caderet casum, gloriam qui periret. D Quæ armatura pugnabat Marti duelli causa.

## CAPUT LIV.

*De retiariis.*

1. *Retiarius* ab armaturæ genere, in gladiatorio

CAP. XLIX. — <sup>a</sup> Nam habebant suum auctorem. F. auctorem.

CAP. L. — <sup>b</sup> *Saltatores*. E Festo in *Salios*, nisi quod ille non Varronem, sed Polemonem citat auctorem.

CAP. LI. — <sup>c</sup> *Est plane*. Omnia e Tertull., cap. de Artibus scenicis; sed *lyris* retinimus ex nostris Codicibus, ubi apud Tertull. *litteris* legitur.

CAP. LIV. — <sup>d</sup> *Ferebat rete*, quod *jaculum* appellabatur. Et uno verbo *retejaculum*; sed de retiario, secutore et aliis gladiatorum generibus scripsit nuper

A ludo contra alterum pugnantem occulte <sup>d</sup> ferebat rete (quod *jaculum* appellatur), ut adversarium <sup>e</sup> cuspide insequente operiret, implicitumque viribus superaret. Quæ armatura pugnabat Neptuno tridentis causa.

## CAPUT LV.

*De secutoribus.*

1. *Secutor* ab *insequendo* retiarius dictus. Gestabat enim 408 cuspidem, et massam plumbeam, quæ adversarii *jaculum* impediret, ut antequam illo feriret reti, iste exsuperaret. Hæc armatura sacrata erat Vulcano. Ignis enim semper aquam insequitur, ideoque cum retiario componebatur, quia ignis et aqua semper inter se inimica sunt.

## CAPUT LVI.

*De laqueariis.*

1. *Laqueariorum* pugna erat fugientes in ludo homines injecto laqueo impeditos, consecutosque prosternere amictos umbone pelliceo.

## CAPUT LVII.

*De velitibus.*

1. *Velitum* pugna erat, ut ultro citroque tela objectarent. Erat autem eorum varia pugna, et spectantibus gratior quam reliqua. <sup>f</sup> *Velites* autem nuncupati, sive a *volitatione*, <sup>g</sup> sive a civitate Etruscorum, quæ *Veles* vocabatur.

## CAPUT LVIII.

*De ferali certamine.*

1. *Ferarum* pugna erat emissas bestias juvenes excipere, et pugnare adversus eas, ultroneo funere certare, non crimine, sed furore.

## 409 CAPUT LIX.

*De horum execratione.*

1. Hæc quippe spectacula crudelitatis, et inspectio vanitatum non solum hominum vitii, sed de dæmonum jussis instituta sunt. Proinde nihil esse debet Christiano cum circensi insaniam, cum impudicitia theatri, cum amphitheatri crudelitate, cum atrocitate arenæ, cum luxuria ludi. Deum enim negat, qui talia præsumit, hdei Christianæ prævaricator effectus, qui id denuo appetit quod in lavacro jam pridem renuntiavit, id est, diabolo, pompis et operibus ejus.

## CAPUT LX.

*De alea.*

1. *Alea*, id est, ludus tabulæ, inventa a Græcis in otio Trojani belli, a <sup>h</sup> quodam milite nomine *Alea*, a quo et ars nomen accepit. Tabula luditur pyrgo, calculis, tesserisque.

eruditissimus vir. Vid. Fest., in *Retiario*.

<sup>e</sup> *Cuspide insequente*. Ita Manusc. omnes, *insequentem* volebat Chacon, *insistentem* alii.

CAP. LVII. — <sup>f</sup> *Velites autem...* sive a *volitatione*. Fest., in *Advolitatio*: *Velites* dicuntur *expediti milites*, quasi *volites*, id est, *volantes*.

<sup>g</sup> *Sive a civitate Etruscorum. quæ Veles*. Sic. Goth. Cod., alii *Veletes*.

CAP. LX. — <sup>h</sup> *A quodam milite nomine Alea. Auctor quærendus*.



## CAPUT LXI.

De pyrgis.

1. *Pyrgus* a dictus, quod per eum tesseræ *pergent*, sive quod turris speciem habeat. Nam Græci *turrin* πύργον vocant.

## 410 CAPUT LXII.

De calculis.

1. *Calculi* vocati, quod leves sint et rotundi. Unde et *calculus* dicitur lapis brevis <sup>b</sup> qui sine molestia sui brevitate calcatur. Item calculi, quod per vias ordinales, quasi per calculas eant.

## CAPUT LXIII.

De tesseris.

1. *Tesseræ* vocatæ, quia quadræ sunt ex partibus omnibus. Has alii *lepusculos* vocant, eo quod exsiliendo discurrunt. Olim autem tesseræ *jacula* appellabantur a *jaciendo*.

## 411 CAPUT LXIV.

De figuris aleæ.

1. Quidam e autem aleatores sibi videntur physiologicè per allegoriam hanc artem exercere, et sub quadam rerum similitudine fingere. Nam tribus tesseris ludere perhibent propter tria sæculi tempora, præterita, præsentia et futura, quia non stant, sed decurrunt. Sed et ipsas vias senariis locis distinctas propter ætates hominum ternariis lineis propter tempora argumentantur. Inde et tabulam ternis descriptionem dicunt lineis.

## CAPUT LXV.

De vocabulis tesserarum.

1. Jactus quisque apud lusores veteres a numero vocabatur, ut *unio*, *binio*, *trio*, *quatio*, *quinio*, *senio*. Postea appellatio singulorum 412 mutata est, et *unionem canem*, <sup>d</sup> *trionem suppum*, <sup>e</sup> *quaternionem planum* vocabant.

CAP. LXI. — <sup>a</sup> *Pyrgus*. Vasculum in turriculæ figuram conformatum, ex quo tali in alveum conjiciebantur, ne quis dolus in jaciendis manu subesse posset. *Turriculam* vocat Martialis.

CAP. LXII. — <sup>b</sup> *Quia sine molestia sui brevitate calcatur*. Sup., lib. xvi, cap. 6, e Serv., Georg. II.

CAP. LXIV. — <sup>c</sup> *Quidam autem... physiologicè per allegor.* Vid. Eustach., Iliad. 2, ad illud : Προσσοίσι προπάροδοι θυράων θυμὸν ἔτερπον.

CAP. LXV. — <sup>d</sup> *Trionem suppum*. Græce ὑπιον. Vid. Fest.

<sup>e</sup> *Quaternionem planum*. Imo *pronom* opinor, qui et Aristoteli κρηνός. Supino enim pronus opponitur, non planus.

CAP. LXVI. — <sup>f</sup> *Ut puta senionem*. Qui et *Venus*, et *Ceus*, dicebatur, quoties ita quatuor tale cadebant,

## A

## CAPUT LXVI.

De jactu tesserarum.

1. Jactus tesserarum ita a peritis aleatoribus componitur, ut afferat quod voluerit, <sup>f</sup> ut puta senionem, qui eis jactu bonum affert. Vitant autem canem, quia damnosus est, unum enim significat.

## CAPUT LXVII.

De calculorum motu.

1. *Calculi* partim ordine inveniuntur, partim vage. Ideo alios *ordinarios*, alios *vagos* appellant. At vero <sup>B</sup> qui moveri omnino non possunt 413 *incitos* dicunt. <sup>g</sup> Unde et egentes homines *inciti* vocantur, quibus spes ultra procedendi nulla restat.

## CAPUT LXVIII.

De interdictione aleæ.

1. Ab hac arte fraus, et mendacium, atque perjurium, nunquam abest, postremo et odium, et damna rerum, unde et aliquando, propter hæc scelera, interdictione legibus fuit.

## CAPUT LXIX.

De pila.

1. *Pila* proprie dicitur quod sit *pilis* plena. Hæc et *sphæra* a *ferendo*, vel *feriendo* dicta, de quarum genere et pondere Dorcatus sic tradit :

Neu tu parce pilos vivacis condere cervi,  
Uncia donec erit geminis superaddita libra.

2. Inter species pilarum sunt *trigonaria* et *arenata*. <sup>h</sup> *Trigonaria* est, qua inter tres luditur. *Arenata*, qua in grege dum ex circulo astantium spectantiumque emissa, ultra justum spatium pilam excipere lusumque inire consueverunt. *Cubitalem* lusum appellant, cum duo cominus ex proximo, ac pene conjunctis cubitis, pilam feriant. <sup>i</sup> *Suram* dicitur dare, qui pilam, crure prolato, ferendam collisoribus <sup>D</sup> præbet.

nt nullus cum alio congrueret. Arist., lib. II, de Cael. : Ἔστι δὲ κατορθοῦν χαλεπὸν ἢ τὸ πολλὰ, ἢ τὸ πολλάκις, οἷον πολλοὺς ἀστραγάλους κώους βάλλιν ἀμάχανον, ἀλλὰ ἓνα, ἢ δύο, βῆον.

CAP. LXVII. — <sup>g</sup> *Unde et egentes homines inciti dicuntur*. Nonius : *Incitas egestas dicitur*.

CAP. LXIX. — <sup>h</sup> *Trigonaria*. Martialis, lib. XIV, epig. 46 : *Pila trigonalis* :

Si me nobilitas scis expulsare sinistris,  
Sum tua; si nescis, rustice redde pilam.

<sup>i</sup> *Suram dicitur dare*. Plutarch., in Cicerone, de Cornel. Lentulo, Catilinæ socio, cognomento Sura : Προσθλὸν ἀργύρωσ πάνου, καὶ καταρρονητικῶς, λόγον μὲν οὐκ ἔφη δίδοναι, παρέχειν δὲ τὴν κνήμην, ὡσπερ πάνου εἰώθεισαν οἱ παῖδες, ὅταν ἐν τῷ σφαιρίζειν ἀμάρτωσι.

## LIBER DECIMUS NONUS

DE NAVIBUS, ÆDIFICIIS ET VESTIBUS.

## 414 CAPUT PRIMUM.

De navibus.

1. Artium quarumdam vocabula, quibus aliquid

fabricatur, vel instrumenta artificum, vel quæ ministerium exhibent, atque aliquid hujusmodi, dein cept ex parte notanda studui.

2. <sup>a</sup> *Artifex* generaliter vocatus, quod *artem* faciat, **A** sicut *aurifex*, qui *aurum*. *Faro* enim antiqui pro *facio* dicebant.

3. <sup>b</sup> *Nauclerus*, dominus navis est appellatus, ita quod navis in sorte ejus sit, *κλῆρος* enim Græce *sors* dicitur. Cæteri autem in navi in <sup>c</sup> contributione sunt.

4. <sup>d</sup> *Gubernio*, qui et *gubernator*, quasi *cohibernator*, quod *cohibeat* **415** prudentia sua *hiberna*, id est, tempestates maris

5. *Nauta* a *nave* dictus per derivationem. <sup>e</sup> *Navita* autem pro *nauta* poetice dicitur, sicut *Mavors* pro *Mars*. Nam rectum est *nauta*.

6. *Remex* vocatur, quod *remum* gerit, sic autem *remex*, <sup>f</sup> quomodo *tubex* dicitur nominativo casu.

7. <sup>g</sup> *Epibata* Græco sermone appellatur qui Latine dicitur *superveniens*. Hic nihil habet negotii, sed **B** vult dato, in alias terras transire disponit.

8. *Navim* quidam perhibent dictam, eo <sup>h</sup> quod *gnavum* rectorem querat, id est, peritum, sapientem, strenuum, qui continere et gubernare novit propter maritima pericula, et casus, unde est illud Salomonis : *Intelligens gubernacula possidebit*. <sup>i</sup> Lydii autem primum navim fabricaverunt, pelagique incerta petentes pervium mare usibus humanis fecerunt.

9. <sup>j</sup> *Rates* primum et antiquissimum genus navigii, e rudibus lignis asseribusque consertum. Ad cujus similitudinem **416** fabricatae naves <sup>k</sup> *ratariae* dictæ. Nunc jam <sup>l</sup> *rates* abusive *naves*. Nam proprie *rates* sunt connexæ vicem trabes.

10. *Trieris* navis magna, quam Græci <sup>m</sup> *durconem* vocant, de qua in *Isaia* dicitur : *Non transivit per* **C** *eam trieris magna*.

CAP. I. — <sup>a</sup> *Artifex gener. nom.* Ut Græcis *τίκτων*.

<sup>b</sup> *Nauclerus*. Qui et *navicularius* et *magister navis* a *jureconsultis* dicitur, qui *navem* habet propriam, vel *conductam*, cujus obventiones et redditus omnes accipit. At *Isidoro*, *inf.*, cap. 49, *navicularius* navium est *fabricator*, sicut *carpentarius* *carpentis*.

<sup>c</sup> *In contributione sunt*. Contributionis vox apud *jureconsultos* frequens, ut *tit. de Leg. Rhod. de Jact.*

<sup>d</sup> *Gubernio, qui et gubernat*. *Gloss.*, *Guber.* (*mutila credo voce*), *κωβερνήτης*. *Gubernium* pro *gubernatore* dixisse *Laberium* in *Ana Peranna* ait *Agellius*, *lib. xxi*, cap. 7. Legitur quoque *archigubernius*, sive etiam *archigubernus*, *lib. xxxvi Dig.*, *tit. 1*, cap. 46. Item *guberna* pro *gubernaculis* dixit *Lucretius* :

*Disiectare solet magnum mare, transtra, guberna;*  
et *Lucilius*, apud *Non.* :

*Proras despoliata, et detundite guberna.*

<sup>e</sup> *Navita pro naut.* *E Serv.*, *Georg. 1*, et *Æn. vi*. Sic Græci *ναύτης* et *ναυάρης*.

<sup>f</sup> *Quomodo tubex.* *F.*, *quomodo et obex*, de cujus genere vid. *Serv.*

<sup>g</sup> *Epibata. Unde ἐπιβάται, naves vectoris.* Dicuntur e iam *epibatæ*, qui *tutelæ causa* assumuntur. Vid. *Poll.*

<sup>h</sup> *Eo quod gnayum rect.* Ita *libri Goth.*, recte. Assignat autem *navo* suam etiam *etymologiam* (ut *navus* sit qui *novit*) quam *probam*, nihil *moror*. Interpretatur quidem *Glossaria* eodem modo *navum* : *Navus, κείμων*; *navus, ἐμπρακτος, ἐστραφίς, ἐκίμητος*.

<sup>i</sup> *Lydii primum navem.* Sumptum videtur ex *Historia* Græco scriptore, quem *Latinum* ab *Hieronymo factum* quidam existimant.

<sup>j</sup> *Rates prim.* *Plin.*, *lib. vii*, cap. 56 : *Navi primus*

11. *Carpasia* navis a *Carpnitho* insula nominata, sicut a *Rhodo Rhodia*, sic et ab *Alexandria Alexandrina*.

12. <sup>n</sup> *Liburnæ* dictæ a *Libyis*; naves enim sunt negotiatorum. De quibus *Horatius* :

*Ibis liburnis inter alta navium.*

15. *Rostratæ* naves dictæ ab eo quod in fronte *rostra* ærea habeant <sup>o</sup> propter scopulos, ne feriantur et collidantur.

14. *Longæ* naves sunt quas *dromones* vocamus; dictæ eo quod longiores sint cæteris, quibus contrarius *musculus*, curtum *navigium*. *Dromo* autem a *decurrendo* dicitur. *Cursum* enim Græci *δρόμον* vocant.

15. <sup>p</sup> *Classis* dicta est a Græco vocabulo *ἀπὸ τῶν κλάων*, id est, *lignis*, **417** unde et *calones*, qui *ligna militibus* portant.

16. *Ancyromagus* dictus, pro eo quod *celeritate sui anchoris* et *instrumentis reliquis navium vehendis* sit *aptus*.

17. *Phasclus* est *navigium* quod nos corrupte *baselum* dicimus. De quo *Virgilius* : *Putisque phaselis*.

18. <sup>q</sup> *Scapha*, quæ *κατάσκοπος*, *navigium* quod Latine *speculatorium* dicitur, *σπονάτις* enim Latine *intendere* dicitur.

19. *Barca* est, quæ *cuncta navis commercia* ad *litus* portat. Hæc navis in *pelago* propter *nimias undas* suo suscipit *gremio*. Ubi autem *appropinquaverit portui*, reddidit *vicem barca navi* quam *accepit in pelago*.

20. <sup>r</sup> *Paro* *navigium piratarum* aptum, et ex *iis* ita *vocatum*, *Cicero* :

*Tunc se fluctigero tradit, mandatque paroni*

*Et alibi : Parunculis ad litus ludit celeribus.*

*in Græciam ex Egypto Danaus advenit, ante ratibus navigabatur inventis in mari Rubro.*

<sup>k</sup> *Rataria*. De quibus *Agell.* meminit, *lib. x*, cap. 25. Sed *Ratarias* appellari quidam malunt.

<sup>l</sup> *Rates abusive... invenit trab.* *E Serv.*, *Æn. 1*, ad illud : *Disiectique rat.*

<sup>m</sup> *Quam Græci durconem.* *Al.*, *durchonem*. Recte fortasse hæc absunt a *Segunt.* libro. Sed amplius querendum. Est namque *is Codex sæpe* alias *mutulus*.

<sup>n</sup> *Liburnæ.* Videntur hæc quoque ex *Historia*. Sed ut apud illum *Liburnia* pro *Libya*, ita hic *Liburniis* pro *Libyis* subtitulimus. Vid. *Appian.*, in *Bell. Illyr.*, *Lucian.*, *ἐν τοῖς ἑρωτοῖς*, et *Veget.*, *lib. iv*.

<sup>o</sup> *Propter scopulos ne feriantur.* *Histor.* : *Nam ipæ rostratæ in altum erectæ, quasi cacumen syrtum eminentiorem a puppi, in fronte rostra habent propter scopulos, ne forte, cum tantam vim discurrantium et properantium habeant, aut feriantur, aut collidantur.*

<sup>p</sup> *Classis dicta... portant.* *E Serv.*, *Æn. 6.* *Pallane* *decurere class.*

<sup>q</sup> *Scapha, quæ et catascop.* Vid. *Veget.*, *lib. iv*, cap. 37, et *Age 1.*, *lib. x*, cap. 25, apud quem *catascopium* forma diminutionis. *Catascopus* apud *Historium*, *lib. de Bell. Afric.*

<sup>r</sup> *Paro navigium piratarum aptum.* Id est, *instructum*, et quasi *paratum*, capiat enim hujusmodi *notationes*. Nisi *mavis aptum* Gothico compendio pro *apertum* scriptum fuisse. Id enim, et *fluctigeri ἐπιβάτων* in *Ciceronis* *versu* comprobatur : et *aperta*, quæ a Græcis *ἀπάρτα* dicuntur, *navigia* *tectis* opponuntur. *Livius*, *lib. xxxvi* : *C. Livius præfectus Romanæ classis cum quinquaginta navibus tectis profectus a Roma Neapolim, quo a sociis ejus oræ convenire jussisset, aperta naves, quæ ex sedere debebantur, etc.*

**418** 21. *Myoparo*, quasi *minimus Poro*. Est enim A scapha ex vimine facta, quæ contexta crudo corio genus navigii præbet, qualibus utuntur Germanorum piratæ in Oceani littoribus, vel paludibus, ob agilitatem. De quibus Historia : *Genæ*, inquit, *Saxonum myoparonibus, non viribus nituntur, sugæ potius, quam bello parati.*

22. *Celoces*, a quas Græci κελύπας vocant, id est, veloces biremes, vel triremes agiles, et ad ministerium classis aptæ. Ennius :

*Iabitur aucta carina per æquora cana celocis.*

23. *Biremes* autem naves sunt habentes remorum ordinem geminum.

*Triremes*, et *quatriremes*, trium et quatuor ordinum ; sic et *penteres* et *hexeres*, quinos vel senos ordines habentes.

24. <sup>b</sup> *Actuarie* naves sunt, quæ velis simul et remis aguntur.

<sup>c</sup> *Hippagogus*, in quo equos transvehere solitum est.

<sup>d</sup> *Pontonium*, navigium fluminale, tardum et grave, quod non nisi remigio progredi potest.

<sup>e</sup> Hinc et *trajectus*, id est, extensus. Est enim latus, unde et *transenna* dicitur extensus funis.

25. *Lembus* navicula brevis, quæ alia appellatione dicitur et *cymba*, **419** et <sup>f</sup> *Caupilus*, sicut et *linter*, id est, *carabus*, quo in Pado, paludibusque utuntur.

26. *Carabus*, parva scapha ex vimine facta, quæ contexta crudo corio genus navigii præbet.

<sup>g</sup> *Portemia*, navicula Syriaci generis, lata, et sine carina, a *portando* vocata. Utuntur iis in Pan-  
C uonia.

27. <sup>h</sup> *Trabariae*, amnicæ naves, quæ ex singulis trabibus cavantur, quæ alio nomine *littorarie* dicuntur. <sup>i</sup> Hæ et *caudicæ* ex uno ligno cavato factæ, et inde *caudicæ*, quia a quatuor usque ad decem homines capiunt.

<sup>a</sup> Quas Græci *celetes*. Suid. : κελύπας, ὁ μόνος ἵππος μετ' ὃ ἐπὶ τούτου φερόμενος : et p. ulo post, κελύπας εἶδος κλοιαρίου μικροῦ : et Thucydidis interpres, Μικρὸν κλοιαριον ἢ ἑνὸς ἑρετόμισον, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ κελύπας ἵππου, ὃ εἰς ἀνήρ ἐπιβάλλεται.

<sup>b</sup> *Actuarie* dictæ, quod cito agi possint, ait Nonius.

<sup>c</sup> *Hippagogus*. Hippaginem Latine appellari tradit Festus.

<sup>d</sup> *Pontonium*. Vox diminutionis. Nam pontones principaliter dicuntur.

<sup>e</sup> Hinc et *trajectus*. Serv., *Æn.* v. *Trajecto in fune columbam : Trajecto* (inquit) *extento, unde transenna dicitur extensus funis.* Quæ, quomodo huic loco apparere possint, non queo satis dispicere.

<sup>f</sup> Et *caupilus*. Al., *caupulus*. Agellio, lib. x, cap. 25, *capulica*.

<sup>g</sup> *Portemia*. Sic omnes libri et Ita Isidorum scripsisse arguit etymologia. Est tamen vox Græca, eademque Diodoro Siculo nunc πορμεία, nunc πορμεία dicuntur.

<sup>h</sup> *Trabariae*. Festus : *Trabica* navis, quod sit trabibus confixa.

<sup>i</sup> Hæ et *caudicæ*. Et *caudicarie*, vel *codicarie*. Non., Fest., Agell. Nam ut trabs proprie duo ligna compacta, teste Festo, ita caudex plurium tabularum contextus, ut ait Senec., lib. de Brevitat. vit.

Cap. II. — <sup>k</sup> *Cumba*. Vulgo *gomba*.

<sup>l</sup> *Fori*. Hæc utcumque contexta e Serv. nonnihil

CAPUT II

*De partibus navium, et ar. amentis.*

1. *Puppis* posterior pars navis est, quasi *post*. *Prora* anterior, quasi *priora*.

<sup>m</sup> *Cumba* locus inus navis, quod aquis incumbat.

*Carina* a *currendo* dicta, quasi *carrina*.

**420** 2. <sup>n</sup> *Fori* navium latera concava a *ferenda* onere dicta, sive tabulata navium, quæ sternuntur. Dicta, ab eo quod incessus *ferant*, vel *foris* emineant. De quibus Virgilius : *Laxatque foros*.

3. <sup>o</sup> *Columbaria*, in summis lateribus navium loca concava, per quæ eminent remi, dicta, credo, quod sint similia latibulis columbarum, in quibus nidificant

4. <sup>p</sup> *Agea*, viæ sunt, vel loca, in navi, per quæ ad B remiges horiator accedit. De qua Ennius :

*Multa foro ponet, et Agea longa repletur.*

5. *Transtra* sunt tabulæ ubi sedent remiges, quod in transverso sint, dicta, <sup>q</sup> quæ Virgilius *juga* appellat.

6. <sup>r</sup> *Tonsæ* remi a removendis et decutiendis fluctibus dicti, sicut *tonsores* a *tendendis* et decutiendis capillis.

7. <sup>s</sup> *Palma* a est extrema latitudo remi, a *palma* dicta, qua mare impellitur.

<sup>t</sup> *Antennæ* autem dictæ, quod *ante amnem* sint positæ. **421** Præterfluit enim eas amnis. <sup>u</sup> *Cornua* extremæ partes antennarum sunt, dicta per tropam.

8. <sup>v</sup> *Malus* est arbor navis, qua vela sustinentur. *Malus* autem dictus, quia habet instar *mali* in summitate, vel quia, quasi quibusdam *malleolis* ligneis C cingitur, quorum volubilitate vela facilius elevantur.

9. *Modius* est cui arbor insistit, ob similitudinem mensuralia vasis dictus.

*Carchesia* sunt in acumine arboris. <sup>w</sup> *Cinna* :

*Lucida confuigent alii carchesia mali.*

10. <sup>x</sup> *Trochleæ*, quasi  $\phi$  littera, per quas funes

etiam aucta. At *Charis*. *Fori* sunt in navibus, quibus nautæ sedentes remigant, ἰδῶλια.

<sup>l</sup> *Columbaria*. Vid. Philand., in Vitruv., lib. iv, cap. 2.

<sup>m</sup> *Agea viæ sunt*. Fest. : *Agea viæ in navi est, dicta quod in ea maxima quæque res apti soleat.*

<sup>n</sup> *Quæ Virgilius juga app.* *Æn.* vi :

Inde atias animas, quæ per juga longa sedebant. D Ubi Serv. : *Juga Græce dixit, ἰδῶλια enim dicunt quæ transtra nominamus.*

<sup>o</sup> *Tonsæ remi*. E Serv., *Æn.* vii :

... In lento luantur marmore tonsæ.

<sup>p</sup> *Palma*. Vid. Fest. et Serv., *Æn.* v. Eadem ratione Græci τασσόν, et palmam manus, et remorum latitudinem dixerunt, ut ait Aelius Dionysius, apud Eustach., Ὀδυσσ. i, ad illud : *Τασσέει μὲν τασσόν*, etc.

<sup>q</sup> *Antennæ autem dictæ*, etc. E Serv., *Æn.* vii. Idem prope Festus in voce *Amnænes*. Sed illi non de navium parte, sed de urbibus prope aianem sitis loquuntur.

<sup>r</sup> *Cornua*. Ex eod., *Æn.* iii, ad illud : *Γρυναελοταρῶν ὄβρι ἀντήν.*

<sup>s</sup> *Malus arb.* Ex eod., *Æn.* v, nisi quod *mális* apud illum, non *malleolis* legitur.

<sup>t</sup> *Cinna* : *Lucida*. Quod Catullo hic versus tribuitur ex Nonio potuit esse communis.

<sup>u</sup> *Trochleæ, quasi φ littera*. — *Quasi θ littera lesi*

trahuntur. Trochleæ autem vocatæ, quod rotulas habent, τροχός enim Græce rota dicitur.

11. *Parastatæ* stipites sunt pares stantes, quibus arbor sustinetur. Cato: *Malum deligatum, parastatæ rinctæ.*

12. <sup>a</sup> *Clavus* est quo regitur gubernaculum. De quo Ennius:

Ut clavum rectum teneam, navimque gubernem.

13. <sup>b</sup> *Porticulus* malleus in manu portatus, quo modus signumque datur remigantibus. De quo Plautus:

Ad loquendum, atque ad tacendum tute habebas porticulum.]

A portando igitur porticulus.

422 14. *Tonsilla* uncinus ferreus, vel ligneus, ad quem in littore defixum funes navium illigantur. De quo Ennius

Tonsillas rapiunt, configunt littus aduncas.

15. *Anchora*, dens ferreus, ex Græca etymologia nomen ducit, quod quasi hominis manus comprehendat, vel scopulos, vel arenas. Nam manus Græce χεῖρ dicitur. <sup>c</sup> Apud Græcos autem aspirationem non habet. Nam ἄγκυρα dicitur, unde et apud majores sine aspiratione proferebatur.

16. *Pulvini* sunt machinæ quibus naves deducuntur et subducuntur in portum.

<sup>d</sup> *Pons* scala navium.

### CAPUT III.

#### De velis.

1. *Vela* <sup>e</sup> Græci ἄμπενα dicunt, proinde quod aere moventur. Apud Latinos autem *vela* a volatu dicta. C

Unde est illud: *Velorum pandimus alas.*  
2. <sup>f</sup> Genera velorum *Acation*, *Epidromos*, *Dolon*, *Artemon*, *Siparum*, *Mendicum*. Ex quibus *Acation* velum maximum, et in media navi constitutum.

3. *Epidromos* secundæ amplitudinis, sed ad puppim.

*Dolon* minimum velum, et ad proram defixum.

Philander apud Vitruv. Trochleas etiam Athenæus in navium armamentis numeravit in Hieronis nave. Gloss., *trochleæ, ἐπιδρόμιδες.*

<sup>a</sup> *Clavus*. Clavum, iustem gubernaculi interpretatur Servius, *Æn.* v.

<sup>b</sup> *Porticulus*. Sic etiam Fest. et Non., nisi quod apud hos *portisculus* dicitur. Isidoro favent Gloss. in quibus: *Porticulus, κλειυστικός.*

<sup>c</sup> Apud Græcos aspirationem non habet. E Serv., *Æn.* i, ad illud.

... Unco non alligat anchora morsu.

<sup>d</sup> *Pons scal.* Ex eod., *Æn.* x: *Pontibus exponit.*

CAP. III. — <sup>e</sup> *Vela Græci ἄμπενα.* Homerum (ut ait Eustachius) secuti, nam vox ipsa multo est latior, ita ut instrumenta omnia, neque nautica solum, sed quævis alia complectatur dicta (ut ait Etymologistes) παρά τὸ ἄρω, τὸ ἀρμύζω, ἀραρημένον, καὶ κατὰ συγκοπήν, ἄρμενον.

<sup>f</sup> *Genera velor.* V. d., Poll., Hesych. Suid., qui tamen artemonis non meminere.

<sup>g</sup> *Artemon dirig. pot. naris.* Recte. Vid. Chrysostom., Act. xxvii.

<sup>h</sup> *Pes extremus angulus veli.* At Servius, *Æn.* v. ad illud: *Una omnes fecere pedem: — Podiam* (inquit)

<sup>i</sup> *Artemon* dirigendæ potius navis causa commentatum, quam celeritatis.

423 4. *Siparum* genus veli, unum pedem habens, quo juvari navigia solent in navigatione, quoties vis venti languescit. De quo Lucanus:

Summaque tendens  
Sipara, velorum perituras colligit auras,  
quod ex separatione existimant nominatum. <sup>k</sup> *Pes* extremus angulus veli, quem sic nautæ loquuntur.

### CAPUT IV.

#### De funibus.

1. *Funes* <sup>l</sup> dicti, quod antea in usum luminis fuerint circumdati cera, unde et *funalia*.

*Restes*, sive quod *rates* contineant, seu quod in iis *retes* tendantur.

<sup>m</sup> *Rudentes* sunt funes navium ex nimio stridore ita dicti.

2. *Spiræ* funes, quibus in tempestatibus utuntur, quas nautici suo more <sup>n</sup> *cucurbas* vocant. <sup>o</sup> *Spiræ* autem a *sparto* vocatæ.

424 3. [*Prope* funis quo pes veli alligatur, quasi *prope pedes*. De quo Turpilius: *Quasi cum ventus fert navim in mare secundus, si quis propedem misit, si veli* <sup>p</sup> *sinistrum*.

4. *Tormentum* funis in navibus longus, quo prora ad puppim extenditur, quo magis constringantur; tormenta autem a *tortu* dicta, *restes*, *funesque*.

5. *Saphon*, funis in prora positus. De quo Cæcilius:

Venerio cursu veni prolato pede usque ad saphonem.

6. *Opisphora*, funes, qui cornibus antennæ dextra sinistraque tenduntur, et retroverso.

*Prymnesium*, funis quo navis in littore religatur ad palum.

*Mitra* funis quo navis media vincitur.

7. *Anquina*, quod ad malum antenna constringitur. De qua Cinna:

Atque anquina regat stabilem fortissima cursum.

8. <sup>q</sup> *Remulcum*, funis quo deligata navis trahitur vice remi. De quo Valgius:

*id est, funem, quo tenditur velum.* Interpres quoque Apollonii, lib. ii, funes, quibus vela, aut vertuntur, aut laxantur πύλας vocat. Unde apud Lucan., lib. v: *Obliquat lævo pede carbasa*, id est, sinistro fune. Porro de mendico Festus: *Mendicum dici putant velum, quod in prora ponitur.*

CAP. IV. — <sup>i</sup> *Funes dicti q. a. in usum lum.* Ergo ἀπὸ τοῦ φαίνω ductum funem vult? Non opinor, sed locum Servii, unde hæc sunt, non satis animadvertunt.

<sup>j</sup> *Rudentes*. Serv., *Æn.* i: *stridorque rudentum. — Proprie* (inquit), nam stridor in funibus est.

<sup>k</sup> *Cucurbas*. Sic plerique Goth.; al., *curcubas*, Vid. Fest., in *Spira*.

<sup>l</sup> *Spiræ autem a sparto.* Mirum ni notationali causam præbuit Pacuvii versus:

Quid cessatis socii ejicere spiras spartæas, cum potius spira ab σπειράομαι, hoc est, in orbem convolvere, ducatur.

<sup>m</sup> *Si veli sinistrum.* — In veli sinistrum legit Lilius Girald.

<sup>n</sup> *Remulcum*. Vid. Fest. in *Remulco*, et *Remulco*.

Hic mea me longo succedens prora remulco,  
Lætantem gratis sistit in hospitium.

9. <sup>a</sup> *Struppi*, vincula lorò vel lino facta, quibus remi ad scalmos alligantur. De quibus Livius: *Tuncque remos jussit deligare struppi.*

10. <sup>b</sup> *Catapirates* linea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur. **425** Lucilius:

Hunc catapiratem puer eodem deferat unctum  
Plumbi paucillum rodus, huique mataram.

#### CAPUT V.

##### De retibus.

1. *Retes* <sup>c</sup> vocatæ, sive a *retinendis* piscibus, sive a *restibus* quibus tenduntur.

Minus autem rete *simplagium* dicitur a *plagis*.

<sup>d</sup> Nam plagas proprie dicimus funes illos quibus retia tenduntur circa imam et summam partem.

2. *Funda* genus est piscatoris retis, dicta ab eo quod in *fundum* mittatur. <sup>e</sup> Eadem etiam a jactando *jaculum* dicitur. Plautus:

Probus quidem antea jaculator eras.

3. <sup>f</sup> *Tragum* genus retis ab eo quod trahatur, nuncupatam, ipsum est et *Verriculum*. *Verrere* enim trahere est.

*Nassa*....

*Cassis* genus venatoris retis, quod *capiat*.

<sup>g</sup> Hinc est quod et *incassum* dicimus, id est, sine causa, quasi *sine cassibus*, sine quibus venatio inanis est.

4. *Conopeum*, retes qua culices excluduntur in modum tentorii, quo magis Alexandrini utuntur, quia ibi ex Nilo culices copiosi **426** nascuntur; unde et *conopeum* dicitur; nam *Canopea* Ægyptus est.

#### CAPUT VI.

##### De fabricarum fornacibus.

1. *Faber* <sup>h</sup> a *faciendo* ferro impositum nomen habet. Hinc derivatum est nomen ad alias artium materias *fabros* vel *fabricas* dicere, sed cum adjectione, ut *faber lignarius*, et reliqua <sup>i</sup> propter operis, silitet, firmitatem.

<sup>a</sup> *Struppi vincula... quibus remi ad scalmos alligantur*. Vitruv., lib. x: *Etiam remi circa scalmos straphis religati, ubi struppi legunt eruditiores; sed multo perversius stuppi pro struppi apud Agell., lib. x, 3, legitur. Vocabantur etiam struppi, teste Festo, in pulvinaribus fasciculi de verbenis facti, qui pro deorum capitibus ponebantur.*

<sup>b</sup> *Catapirates*. Sic lego ex Codicibus vetustissimis Rom., Compl., Salm. et On. Ita etiam postulante tentandi interpretatione. Alios, qui *catapiraten* volunt, magis audiendos, quam auscultandos censeo. Vid. Fest. in *Rodus*.

CAP. V. — <sup>c</sup> *Retes vocatæ*. Sic omn. manus. Charisius quoque retes vocat, et Glossar. *retes augurales*.

<sup>d</sup> *Nam proprie plagas... partem... E Serv., Æn. iv, ad illud: Retia rara plagæ.*

<sup>e</sup> *Eadem et jaculum, retejaculum*. Serv. Et ita hoc loco legit Turnebus, Adversar. lib. xviii, cap. 26. Sed nihil muto. Nam Isidorus, sup., lib. xviii, cap. 54: *Retiaris (inquit) ab armaturæ genere in gladiatorio ludo contra alterum pugnantem occulie ferebat rete, quod jaculum dicitur.*

<sup>f</sup> *Tragum*. Sic omnes libri. *Traham* malim, ut etymologia postulat, et *traha* plaustris genus est apud Virgil.

<sup>g</sup> *Hinc est, quod in cassum*. E Serv., Georg. iii.

A 2. <sup>j</sup> In fabricarum autem fornace gentiles Vulcanum auctorem dicunt siguraliter, per Vulcanum ignem significantes, sine quo nullum metalli genus fundi, extendique potest. Nihil est enim pene, quod igne non efficiatur. Alibi enim vitrum, alibi argentum, alibi plumbum, alibi minium, alibi pigmenta, alibi medicamenta efficit. Igne lapides in æra solvuntur, igne ferrum gignitur, ac domatur, igne aurum perficitur, igne cremato lapide cæmenta et parietes ligantur.

3. <sup>k</sup> Lapidis nigros ignis coquendo candificat, igna candida urendo offuscat, carbones ex pruna fulgida nigros facit; de lignis duris fragiles, de putrilibus imputribiles reddit, stricta solvit, soluta restringit, dura mollit, mollia dura reddit. Habet et medicaminis usum. <sup>l</sup> Nam sæpe uri prodest. Pestilentis quoque, quæ **427** obscuracione solis contrahitur, auxiliari certum est. In opere quoque aliud gignitur primis ignibus, aliud secundis, aliud tertiis.

4. <sup>m</sup> Habet quoque et aliam in se diversitatem ignis. Nam alius est ignis qui usui humano, alius qui iudicio pareat divino, sive qui de Cælo fulmen astringit, sive qui de terra per vertices montium eructat.

5. *Ignis* autem dictus, quod nihil gigni potest ex eo. Est enim inviolabile elementum, absumentis cuncta quæ rapit.

*Fabrica* duabus rebus constat: ventis, et flamma.

6. *Flamma* vero proprie fornacis est dicta, quod flatu folium excitetur.

C *Fornax* vero ab igne vocata: *φῶς* enim ignis est.

<sup>n</sup> *Caminus* est fornax, et est Græcum derivatum a *cauma*.

*Favilla* est deserta igne scintilla.

7. <sup>o</sup> *Pruna* est quandiu ardet; cum autem extincta fuerit, carbo nominatur. *Pruna* autem a *per-*

CAP. VI. — <sup>h</sup> *Faber a faciendo ferrum*. Hoc idem secutus in regula monachorum, fabrum ferrarium dixit fuisse Joseph, ad sensus fortasse Leandro fratri, in lib. de Instituit. Virgin., cap. 33. Nec mirum cum Hilarius et Beda idem existimarint. Ambrosius vero, et ferrarium, et lignarium fabrum illum fecisse videtur; sic enim scribit lib. iii in Luc.: *Pater Christi igne operatur, et spiritu, et tanquam bonus animæ faber vitia nostra circumdolat, cito securim admovens arboribus infecundis, etc. Rigida mentium spiritus igne mollire.*

<sup>i</sup> *Propter operis scilicet firmitatem*. Ferrarius fabri sibi generale nomen proprium lecit.

<sup>j</sup> *In fabricarum autem forni*. Eadem supra, lib. viii, cap. 41.

<sup>k</sup> *Lapides nig... candif*. Ex Aug., lib. de Civitat., cap. 7.

<sup>l</sup> *Sæpe uri prodest*. Ex Plin., lib. xxxvi, cap. ult.  
<sup>m</sup> *Habet quoque et aliam in se diversitatem ignis eructat*. Tertull., Apolog., cap. 48: *Noverunt et Philosophi diversitatem arcani, et publici ignis; ita longe alius est qui usui humano, alius qui iudicio Dei apparet, sive de cælo fulmina stringens, sive de terra per vertices montium eructans.*

<sup>n</sup> *Caminus est fornax*. E Serv., Æn. iii.

<sup>o</sup> *Pruna*. Ex eod., Æn. xi.

urendo dicta est, carbo vero, quod flamma caret. <sup>a</sup> Qui dum interire creditur, majoris sit virtutis. Nam iterum incensus fortiore luce calescit. Cujus tanta vis est etiam, et sine igne firmitas, ut nullo humore corrumpatur, nulla vetustate vincatur. Exinctus enim tantum incorruptibiliter durat, **428** ut ii qui limites figunt, eos infossos terra substernant, et lapides desuper figant, ad convincendum litigatorem, ut post quantalibet sæcula lixumque lapidem limitem esse cognoscant.

## CAPUT VII.

## De instrumentis fabrorum.

1. *Incus* est, in quo ferrum tunditur, a <sup>b</sup> *cadendo* dictus, eo quod illic aliquid eudamus, id est, feriendo producimus. *Cudere* enim *cadere* et *ferire* est. Veteres autem non *incudem* vocabant, sed *intudem*, eo quod in ea metallum *tundatur*, hoc est, *tendatur*, <sup>c</sup> unde et *tudes* malleus, a *tundendo*, id est, *tendendo* dictus.

2. *Malleus* vocatur, quia dum quid calet et molle est, caedit et producit.

*Marcus* malleus major, et dictus *marcus*, quod major sit ad cadendum, et fortior. <sup>d</sup> *Martellus*, medioeris *Marculus*, malleus pusillus. *Lucilius*: *Et velut in fabricam fervens cum marculus ferrum multorum magnis ictibus tundit.*

3. *Forcipes*, quasi *ferricipes*, eo quod ferrum candens capiant, teneantque, sive quod ab iis aliquid *forum* capimus, et tenemus, quasi *forvicapes*. <sup>e</sup> Nam *forum* est *calidum*, unde et *feridum*, unde et *formosus* dicimus quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat.

4. *Lima* dicta, eo quod lene faciat. Nam *limum lene* est.

**429** <sup>f</sup> *Cælum* est unde operantur argentarii, a quo et *cælata* vasa dicuntur.

## CAPUT VIII.

## De fabricis parietum.

1. In fabricis parietum atque tectorum Græci inventorem *Dædalum* asserunt. Iste enim primus didi-

<sup>a</sup> Qui dum interire cred. E Plin., lib. xxxvi, cap. ult., et lib. xxxiii, cap. 5.

<sup>b</sup> CAP. VII. — A *cadendo* dict. Sic Serv., *Æn.* vi, et Non. in *Stricturis*.

<sup>c</sup> Unde et *tudes*... dictus. Non sunt hæc in Rom. Cod.

<sup>d</sup> *Martellus*. Recentiores libri *Marcellus*. Vid. C. pr. *Grammat.*

<sup>e</sup> Nam *forum*... creat. E Serv., *Æn.* viii, ad illud, *Versantque tenaci forcipe massam*. Vid., supr., lib. x. in *formosus*.

<sup>f</sup> *Cælum*. Serv., *Æn.* i. *Cælataque in auro*... — *Cælata* (inquit) *insculpta*. Nam *Cælum* dicitur ferrum ipsum, unde operantur argentarii. Et Isidorus, inf., lib. xx, cap. 4: *Cælata vasa a cælo vocata, quod est genus ferramenti, quod vulgo cilionem appellant*. Ergo *cilum* ex *citione* vulgari voce in nostros Codices irrepsit. Item ferramentum cæte dicitur Job xix. Et in per vetusta et facti sima Sertii parasi, apud Salonem Dalmatiæ urbem inscriptione, quam non pigebit ascribere: *Jurat vobiscum loqui, ac ore meo pendulos detinere. Sarum hoc vos vocal. Quid inquam? Vivus assuevi prudens, imprudens, mortuus item vos fallo. Nam non vos vocal, quod vacat ore; verum is cuius cinis hic latet. Olym quum potuit, nunc huc vos vocari*

a *cisse* fabricam a *Minerva* dicitur. *Fabres* autem sive *artifices* Græci *τίκτωρες* vocant, id est, *structores*. *Architecti* autem *cæmentarii* sunt qui disponunt in fundamentis. Unde et Apostolus de semetipso: *Quid sapiens, inquit, architectus fundamentum posui.*

2. s *Machiones* dicti a *machinis*, in quibus insistent propter altitudinem parietum.

## 430 CAPUT IX.

## De dispositione.

1. *Ædificiorum partes* sunt tres: *dispositio*, *constructio*, *venustas*.

*Dispositio* est *aræ*, vel *soli* et *fundamentorum descriptio*.

## CAPUT X.

## De constructione.

1. *Constructio* est laterum et altitudinis *ædificatio*. *Constructio* autem, vel *structio* vocata, eo quod *istringat* et *coherere* faciat, ut lapides luto, et ligna et lapides invicem sibi. <sup>h</sup> Nam et *intinctio* ferri in aqua *structura* est. Nisi enim candens *tingatur*, *stringi* et *coherere* non potest ferrum. Item *constructio* a *multitudine* lapidum et lignorum dicta, unde et *strux*. Aliud est enim *ædificatio*, aliud *instauratio*. Nam *ædificatio* nova *constructio* est. *Instauratio* <sup>i</sup> vero quod reparatur ad instar prioris. Nam *instar* Veterum pro similitudine ponebant. Inde et *instaurare* dicebant.

2. Constat autem *constructio* *fundamento*, *lapidibus*, *calce*, *arena*, et *lignis*.

*Fundamentum* dicitur, quod *fundus* sit *ædificii*. Idem et *cæmentum*, a *cadendo* dictum, quod *caso* crasso lapide surgat.

3. <sup>l</sup> *Lapides* in *structuris apti*: *albus*, *tiburinus*, *columbinus*, *fluviatilis*, *sfangia*, *rubrus*, et *reliqui*.

4. *Albus lapis*, alius *durus*, alius *mollis*. *Mollis* dentata *serra* secatur. **431** *Tractabilis* in opere est, ita ut in eo, quasi in ligno, *litteræ* scribantur.

5. *Tiburinus*, a loco *Italæ* dictus, qui dum sit ad *fabricam* fortis, <sup>k</sup> *vapore* tamen *dissilit*.

*voluit, valuitque hoc. Hæc olim sua voluntas volentes vos legere hoc scriptum, Vah! Quid loquor? imò sculptum. Quam ægre veritas adhuc se mecum conciliat! Nam neque hic atamentum, vel pagrus, aut membrana nila adhuc, sed malleolo et cæte litteratus siles.*

CAP. VIII. — s *Machiones* a *machinis*. *Machinæ* dicuntur hoc loco *tabulata* quibus insistent qui opus <sup>o</sup> *faciunt*. Plin., lib. xxv, cap. x de *Amulio* *Pictore*: *Paucis horis pingebat, idque cum gravitate, quod semper togatus, quantum in machinis.*

CAP. X. — <sup>b</sup> Nam *intinctio* ferri in aqua *structura* est. *Mendose* vel. Cod., *instructura*. Nos enim frequenter *librarij*. *Gothicorum* in iis quæ ab s, incipiunt, vel addere, vel detrudere etiam i, ut *instoria* pro *historia*, *Spania* pro *Hispania*. Hæc vero eo pertinet omnia, ut *constructio* sit quasi *constructio*, et *instructio*, quasi *instructio*, seu potius *structura*, quasi *structura*, de qua supra, lib. xvi, cap. 21.

<sup>i</sup> *Instauratio* vero quod rep. E Serv., *Æa.* ii ad *vers. Instar mont. eq.*

<sup>l</sup> *Lapides* in *structuris apti*. E Pallad., lib. i, cap. x. Quo de genere lapidum Plin., lib. xxxvi, cap. 22. Sed videndum an Isidorum cum illo satis conveniat.

<sup>k</sup> *Vapore* *l. men* *dissilit*. Ex Plin. Plinius ex eod. *Vitruvius*, qui, lib. ii, cap. 7: *Tiburina* (inquit) *su-*

6. <sup>a</sup> *Tophus ædificiis inutilis* est (fundamenti ap-  
tus) mortalitate, et mollitie. Ex æstu enim et halitu  
maris <sup>b</sup> feritur, et verberatur imbris.

7. *Arenarius*, lapis concretus maris arenis, hic  
et *bibulus* dicitur. Servat enim humorem accep-  
tum. Idem et in Bætica *Gaditanus*, ab insula Oceani  
ubi plurimus exciditur.

8. <sup>c</sup> *Piperinus*, sabalbidus cum punctis nigris, du-  
rus, atque fortissimus.

*Conchleatus*, cochleis, lapillisque et arena con-  
cretus, asperimus, et interdum fistulosus.

9. *Columbinus* a colore avis nuncupatus, natura  
vicinus gypso, et mollitie similis.

10. <sup>d</sup> *Molaris*, in parietibus utilis, quia est quæ-  
dam natura ejus pinguior, duraque et aspera, ex quo  
etiam et molæ fiunt, unde et nomen traxit. Hujus  
quatuor genera: albus, niger, permixtus, ac fistulosus.

11. <sup>e</sup> *Sphungia* <sup>f</sup> lapis creatus ex aqua, levis, ac  
fistulosus, et cameris aptus.

432 12. *Silex*, durus lapis, ex cujus genere nigri  
silices optimi, quibusdam in locis et rubentes.

<sup>g</sup> *Albi silices* contra vetustatem incorrupti. Idem  
et in monumentis sculpti, et incorrupti permanent,  
quibus nec ignis quidem nocet. Nam <sup>h</sup> ex iis etiam  
forinæ fiunt, in quibus <sup>i</sup> æra funduntur.

*Viridis silex*, vehementer et ipse igni resistens, sed  
nusquam copiosus, et ubi invenitur, lapis, non saxum  
est.

*Pallidus* in cæmento raro utilis.

13. <sup>j</sup> *Globus* contra injurias fortis, et in structura  
inidus, nisi fuerit multa suffrenatione devinctus.

14. *Fluviatilis silex* semper veluti madens est.  
<sup>k</sup> Hunc æstate exhiberi oportet, nec ante biennium  
inserere in structuris domorum. <sup>l</sup> *Fictilium operum*  
ad parietes, et fundamenta coctilibus laterculis ad  
tectis imbricibus tegulisque aptantur.

15. *Tegulæ vocatæ*, quod *tegant* ædes, et *imbrices*.  
quod accipiant *imbres*. Tegulæ autem primæ positio-  
nis nomen, cujus diminutivum *tigillum*.

16. *Laterculi* vero vocati, quod *lati* formentur cir-  
cumæctis undique quatuor tabulis.

*nia sufferunt, sed ab igne non possunt esse tuta, simul-  
que sunt ab eo tacta dissiliant.*

<sup>m</sup> *Tophus ædificiis inutilis*. Hæc quoque descripsit  
Plinius ex eod. Vitruvii loco. Sed is locus in vulgatis  
Plinii libris valde depravatus est; in Ecclesie Tule-  
t. Codice sic legitur: *In reliqua multitudine lapidum  
tophus ædificiis inutilis est. Quod vero sequitur in eo,  
mortalitate, mollitie, malo, ex Isid., mortalitate et mol-  
litie. Postremo pro exercetur halitu maris, exestur ma-  
vult A. Covarr. Sed ex æstu ferri potest ex is doro.*

<sup>n</sup> *Feritur*. Plin., *fricatur vento et verberatur imbr.*  
Solom., On., Compl. vetustiss. *feritur*. Valentinus,  
*frictur consentitque cum Vitruvio.*

<sup>o</sup> *Piperinus... durus, atque fortissimus*. Haud ita  
durus Romæ. Sed durissimus, atque fortissimus To-  
leti, ubi multæ ex eo columnæ, atque arcus in arce  
et aliis ædificiis videntur.

<sup>p</sup> *Molaris parietibus utilis*. Plin., lib. xxxvi, cap.  
23, de Calce: *Utilior molari, quia est quædam pin-  
guior natura ejus.*

<sup>q</sup> *Sphungia*. De hac voce vid. sup., lib. 12, cap. 6.

<sup>r</sup> *Lapis creatus*. Al., *concretus*. Concrecit nunc

Lateres autem crudi sunt, qui et ipsi inde no-  
minati, quod *lati* ligueis formis efficiuntur.

17. Quorum *crates* dicuntur, in quibus lotum pro  
eisdem lateribus crudis portare solent. Sunt enim  
connexiones cannarum, dicti *ἀρέ τοῦ ἡρατῶν*, id est,  
quod se invicem teneant.

18. *Latam* autem vocatum quidam per antiphrasi-  
m putant, quod non sit mandum. Nam omne *lotum*  
mundum est.

433 19. <sup>a</sup> *Calx viva* dicta, quia dum sit tactu  
frigida, intus occultum continet ignem; unde perfusa  
aqua statim latens ignis erumpit. Natura ejus mirum  
aliquid facit. Postquam enim arserit, aquis incenditur,  
quibus solet ignis extinguui; oleo extinguitur, quo  
solet ignis accendi. Usus ejus in structuris fabricæ  
necessarius. Nam lapis lapidi non potest adharere  
fortius, nisi calce conjunctus.

20. <sup>b</sup> *Gypsum* cognatum calci est, et est Græcum  
nomen. Plura ejus genera. Optimum autem optimum  
e lapide speculari. <sup>c</sup> Est enim in signis ædificiorum  
et coronis gratissimus.

21. <sup>d</sup> *Arena* ab ariditate dicta, non ab adhærendo  
in fabricis, ut quidam volunt. <sup>e</sup> Hujus probatio si  
manu impressa stridet, aut si in vestem candidam  
sparsa, nihil sordis relinquat.

22. *Columnæ* pro longitudine et rotunditate vocatæ,  
in quitus totius fabricæ pondus erigitur. <sup>f</sup> Antiqua  
ratio erat columnarum altitudinis tertia pars latitu-  
dinum. Genera rotundarum quatuor: *Doricæ, Ionicæ,  
Tuscanicæ, Corinthiæ*, mensura crassitudinis et altitu-  
dinis inter se distantes. Quintum genus est eorum  
quæ vocantur *Atticæ*, quaternis angulis, aut amplius,  
paribus laterum intervallis.

23. <sup>g</sup> *Basæ*, fulturæ sunt columnarum, quæ a fun-  
damento consurgunt, et superpositæ fabricæ susti-  
nent pondus. *Basæ* autem nomen petræ est fortissi-  
mæ Syro sermone.

24. <sup>h</sup> *Capitella*, dicta quod sint columnarum *capita*,  
quasi super collum caput.

*Episyllia* sunt, quæ super capitella columnarum  
ponuntur, et est Græcum.

Tiburi ex Anienis aqua.

<sup>i</sup> *Albi contra vetust.* E Plin.

<sup>j</sup> *Ex iis formæ fiunt in quibus æ. f.* Ex Plin. et Vi-  
truv.

D <sup>k</sup> *Æra funduntur*. Ex Vitruv., lib. II, cap. 7. Men-  
dose Goth., *arena funduntur*.

<sup>l</sup> *Globus*. Globosus legerim ex Plin.

<sup>m</sup> *Hunc æstate exhiberi*. Sic libri nostri constanter  
legunt, *eximi* ex Plinio et Vitruvio malim.

<sup>n</sup> *Fictilium oper. pariet.* etc. Hæc adumbrata ea  
Plin., lib. xxxv, cap. 12. Sed quomodo in hunc lo-  
cum venerint alius coniecerit.

<sup>o</sup> *Calx viv.* Ead. sup., lib. xvi, cap. 3.

<sup>p</sup> *Gypsum cognatum calci*. E Plin., xxxvi, cap. 3.

<sup>q</sup> *Est enim insignis... gratissimus*. Ex eod., cap. 24.

<sup>r</sup> *Arena*. Vid. sup., lib. xvi, cap. 3.

<sup>s</sup> *Hujus probatio*. E Pallad., lib. I, cap. 10.

<sup>t</sup> *Antiqua ratio erat column.* Totus locus e Plin. et  
Vitruv.

<sup>u</sup> *Basæ*. Vid. sup. lib. xv, cap. 8.

<sup>v</sup> *Capitella*. — *Capitula*, Vitruvius. Utramque vocem  
usurpat Plinius.

25. *Pavimenta* originem operis a Græcia habent : **A**lis crustis, ac tessellis tinctis in varios colores. *Tesselli* autem a tesseri nominati, id est, quadratis lapillis per diminutionem.

26. <sup>a</sup> *Ostracus* est pavimentum testaceum, eo quod fractis testis calce admista feriat. Testam enim Græci *ὄστρακα* dicunt.

434 27. <sup>b</sup> *Rudos* artifices appellant lapides contusos, et calce admistos, quos in pavimentis faciendis superfundunt, unde et *rudera* dicuntur.

28. *Canalis*, ab eo quod cava sit in modum *cannæ*. <sup>c</sup> Sane canalem melius genere feminino quam masculino proferimus.

29. *Fistulæ* aquarum sunt dictæ, quod aquas fundant et mittant. Nam Græce *στῆλαι* mittere est. Formæ earum pro magnitudine aquæ et capacitate sunt, per quas aquæ per certos modulos dividuntur. **B** <sup>d</sup> E quibus est uncia, et quinaria, digitus quadratus, digitus rotundus, et <sup>e</sup> cæteri modi quique.

#### CAPUT XI.

##### De venustate.

1. Hucusque partes constructionis, sequitur de venustate ædificiorum. Venustas est quidquid illud ornamentum, et decoris causa ædificiis additur, ut tectorum atro distincta laquearia, et pretiosi marmoris crustæ, et colorum picturæ.

#### CAPUT XII.

##### De laqueariis.

1. *Laquearia* <sup>f</sup> sunt quæ cameram subtegunt et ornant, quæ et *lacunaria* dicuntur, quod *lacus* quosdam quadratos, vel rotundos, ligno, vel gypso, vel coloribus, habeant pictos, cum signis intermicantibus. Principaliter autem lacus dicitur, ut Lucilius : *Resultant ædesque, lacusque*. Cujus diminutio *lacunar* facit, ut Horatius :

Neque aureum  
Mea renidet in domo lacunar.

Inde fit alia diminutio *lacunarium*, et per antistichon *laquearium*.

#### 435 CAPUT XIII.

##### De crustis.

1. *Crustæ* sunt tabulæ marmoris. Unde et marmorati parietes *crustati* dicuntur. Quis <sup>g</sup> autem marmora secandi in crustas rationem excogitaverit, non constat. Fiunt autem arena, et ferro, serraque in prætenui linea premente arénas, tractuque ipso secante, sed crassior arena plus erodet marmoris. Nam tenuis fabricis et polituris accommodata est.

#### CAPUT XIV.

##### De lithostrotis.

1. *Lithostrota* sunt <sup>h</sup> elaborata arte picturæ parvu-

<sup>a</sup> *Ostracus*. Ostraceum malim ex Plin., cap. 25, et Vitruv., lib. vi, cap. 4.

<sup>b</sup> *Rudos*. Sup., lib. xvi, cap. 5.

<sup>c</sup> *Sane canalem*. Sup., lib. xv, cap. 8.

<sup>d</sup> *Quibus est uncia, et quinaria*. Vid. Plin., xxxi, cap. 6, et Vitruv. 8, cap. 6, et Frontin., de Aquæ ductibus.

<sup>e</sup> *Et cæteri modi quique*. Al., *cujusque*. Al., *et cæteri modi cuique causæ*. Chacon, *et cæteri quique moduli, vel et cæteri modi usque ad centum*. Persequitur enim Frontinus modulos a quinaria, usque ad centenariani.

#### CAPUT XV.

##### De plastis.

1. *Plastice* est parietum ex gypso effigies signaque exprimere, pingereque coloribus; *πλαττω* autem dictum Græce, quod Latine est pingere terra, vel gypso, similitudines. Nam impressa argilla formam aliquam facere plastæ est. Unde et *protoplastus* est dictus homo, qui ex limo primus est conditus.

#### 436 CAPUT XVI.

##### De pictura.

1. *Pictura* autem est imago exprimens speciem alicujus rei, quæ dum visa fuerit, ad recordationem mentem reducit. *Pictura* autem dicta, quasi *factura*. Est enim imago ficta, non veritas. Hinc et *fuscata*, id est, ficto quodam colore illita, nihil fidei et veritatis habentia. Unde et sunt quædam picturæ quæ corpora veritatis studio coloris excedunt, et fidem dum augere contendunt, ad mendacium provehunt, sicut qui Chimæram tricipitem pingunt, vel Seyllam hominem sursum, caninis autem capitibus cinctæ deorsum.

2. <sup>i</sup> Picturam autem Ægypti excogitaverunt primum umbra hominis lineis circumducta. Itaque initio talis, secunda singulis coloribus, postea diversis; sicque paulatim sese ars ipsa distinxit, et invenit lumen, atque umbras, differentiasque colorum, unde et nunc pictores prius umbras quasdam et lineas futuræ imaginis ducunt, deinde coloribus complent, tenentes ordinem inventæ artis.

#### CAPUT XVII.

##### De coloribus.

1. *Colores* <sup>j</sup> autem dicti sunt, quod *calore* ignis, vel sole perficiuntur, sive quod in initio *colabantur*, ut summæ subtilitatis existerent.

2. Colores autem, aut nascuntur, aut fiunt. Nascuntur, ut sinopis, rubrica, paretonium, melinum, eretria, auripigmentum. Cæteri finguntur, aut arte, aut permistione.

3. *Sinopia* inventa primum in Ponto est. Inde nomen a *Sinope* urbe accepit. Species ejus tres: rubra, et minus rubens, et inter has media.

4. *Rubrica* vocata, quod sit *rubra*, et sanguineo proxima. Hæc plurimis locis gignitur, sed optima Ponto, unde et *Pontica* dicitur.

437 5. *Syricum* rubri coloris pigmentum, ex quo et librorum capita scribuntur. Ipsum est et *Phæn-*

CAP. XII. — <sup>f</sup> *Laquearia*. Legitur integrum cap., sup., lib. li, cap. 8.

CAP. XIII. — <sup>g</sup> *Quis autem marmora secand.* E Plin., lib. xxxvi. At nunc serra non e ferro, sed et ære fit. Laudaturque in primis ad id opus Toletana arena.

CAP. XIV. — <sup>h</sup> *Elabora'a arte pict.* Ead. sup., lib. xv, cap. 8.

CAP. XVI. — <sup>i</sup> *Picturam autem Ægypti*. E Plin., xxxv, cap. 6.

CAP. XVII. — <sup>j</sup> *Colores aut nasc.* Ex eod.



zum, appellatum ita, eo quod in Syria colligatur in littoribus Rubri maris, ubi Phœnices inhabitant.

6. Aliud est autem Sericum, aliud Syricum. Nam Sericum lana est, quam Seres mittunt; Syricum vero pigmentum, quod Syri Phœnices in Rubri maris littoribus colligunt. Est autem et inter factitios. Nam sæpe fit, aut <sup>a</sup> sinopide, aut sandyce mistus.

7. <sup>b</sup> Minium primi Græci in Ephesiorum solo invenisse traduntur. <sup>c</sup> Cujus pigmenti Hispania cæteris regionibus plus abundat, unde etiam nomen proprio flumini dedit. <sup>d</sup> Hujus distillatio argentum liquidum gignit. Minium autem hoc quidam dicunt esse cinnabarinum.

8. <sup>e</sup> Cinnabaris a dracone et barro, id est, elephanto cognominatum. Aiunt enim draconum esse sanguinem, dum implicant elephantos. Ruunt enim bellæ, et dracones obruantur, quorum susus cruor terram inficit, sitque pigmentum quidquid solo tingerit. Est autem pulvis coloris rubri.

9. Prasina, id est, creta viridis, etsi in aliquibus terris promiscue generetur, <sup>f</sup> optima tamen in Libya Cyrenensi.

439 10. <sup>g</sup> Chrysocola colere prasino est, dicta, quod vena ejus aurum habere traditur. Hæc et in Armenia nascitur, sed ex Macedonia probabilis venit. Foditur autem ex metallis æris, cujus inventio argentum atque Indicum prodit. Nam venæ ejus cum iis habent naturæ societatem.

Cypria ðb insula Cypri, ubi plurima reperitur.

11. <sup>h</sup> Sandaracha in insula Rubri maris Topazo nascitur, colore cinnabari, odore sulphureo. Invenitur autem in aurariis et argentariis metallis, melior quo magis rufa, quoque magis virus redolet: Quanquam et cerussa, si torreatur in fornace, sandaracham facit, unde et color est flammeus. Quod si torreatur, æqua parte rubrica admista, sandycem reddit.

12. <sup>i</sup> Arsenicum, quod Latini ob colorem auri-

<sup>a</sup> Sinopide, aut sandyce. Disjunctio pro conjunctione. Vid. Plin.

<sup>b</sup> Minium primi. Plin., xxxiii, cap. 7, et Vitruv., vii, cap. 8.

<sup>c</sup> Cujus pigmenti Hispan. Just., lib. xliii: Galleciæ portio Amphiloehi dicuntur, regio cum æris et plumbi uberrima, tum minio, quod etiam vicino flumini nomen dedit.

<sup>d</sup> Hujus distillatio argent. liq. gign. E Plin., xxxiii, cap. 8.

<sup>e</sup> Cinnabaris a drac. et barr. Sup., lib. viii, cap. 11; Plin., xxxiii, cap. 7. Solin., cap. 38.

<sup>f</sup> Optima autem in Lib. Ciren. At Vitruv., vii, cap. 7: Creta viridis pluribus in locis nascitur, sed optima Smyrnæ. Ergo quærendum, unde hæc sint.

<sup>g</sup> Chrysocola. E Plin., lib. xxxiii, cap. 5; et Dioscorid., lib. v, cap. 4.

<sup>h</sup> Sandaracha. E Plin., xxxv, cap. 5.

<sup>i</sup> Arsenicum. Ex eod., xxxiii, cap. 4 et 8; et Dioscorid., lib. v, cap. 55.

<sup>j</sup> Ochra et ipsa. Omnia e Plin., xxxv, cap. 6.

<sup>k</sup> Fit quoque ex Ochra exusta rub. Sic legitur Plinii locus in Tolet. Cod.: Nascitur autem in ferrariis metallis Ochra; ex ea fit exusta rubrica. Quam lectionem confirmat hic Isidori locus, et Dioscorid., de Fabrilii Rubrica: γίνεται τῆς ὄχρας καιομένης. Et Theophr.,

A pigmentum vocant, colligitur in Ponto ex auraria materia, ubi etiam sandarachæ. Optimum est quod in auri colorem transit, purum, et lissile, gracili venarum discursu. Quod vero pallidius, aut sandarachæ simile est, deterius judicatur. Est et tertium genus squamosum, quo miscetur aureus color. Vis eorum, ut sandarachæ, sed acrior.

13. <sup>l</sup> Ochra et ipsa in insula maris Rubri Topazo gignitur, ubi et sandarachæ. <sup>k</sup> Fit quoque et ochra, exusta rubrica, in ollis novis luto circumlitis, quæ quanto magis in camino arserit, tanto melior fit. Venetum....

14. <sup>l</sup> Cærulcum temperare primum Alexandria reperit. <sup>m</sup> In Italia ex arenæ pulvere et nitri flore ideum faciunt. Sed si Cyprium in fornace adustum huic permitioni addes, <sup>n</sup> Vestoriani similitudo erit.

439 15. <sup>o</sup> Purpurissum ex creta argentaria cum purpuris pariter tingitur, bibitque eum colorem celerius lanis. Præcipuum est tamen quod p adhuc vase rudibus medicamentis inebriatur. Proximum est, egesto eo, addita creta in jus idem, et quoties id factum est, elevatur bonitas pretiosissimæ purpuræ. Causa est quod hysgino maxime inficitur rubeaque.

16. <sup>p</sup> Indicum in Indicis invenitur calamis, s. unna adhærente limo. Est autem coloris cyanei, misturam purpuræ, cærulique mirabilem reddens. Est alterum genus in purpurariis officinis, spuma in ære cortinis innatans, quam infectores detrahentes siccant.

17. Atramentum dictum, quod sit atrum, cujus species et picturæ, et quotidiano usui necessaria est, istud inter factitios est. Fit enim, et fuligine plurimis modis super ardentes tædas resina adjecta, <sup>r</sup> lacusculo ædificata, quæ fumum retineat. <sup>s</sup> Huic pictores cum aqua admiscent gluten, ut illustrius resplendeat.

18. Ad festinationem autem operis etiam sarmentorum veterum carbones cum glutino vitii in-

lib. de Lapidibus: γίνεται εκ τῆς ὄχρας, ἀλλὰ χεῖρων, apud quem mendose paulo post λευκὰς pro καινὰς, et πάλιν pro πῆλον legitur.

<sup>l</sup> Cæruleum temperare. In Cod. Seg. continenter legitur: Venetum cæruleo temperare, quod ferri poterat ex Vitruv., lib. vii, cap. 11. Sed meliores libri Venetum habent sine interpretatione.

<sup>m</sup> In Italia ex arena. Puteolis, ut Vitruv. et Plin. tradidere.

<sup>n</sup> Vestoriani. Sic Vitruv., lib. vii, cap. 11. Male vulgo apud Plin. Nestoriani. Nam et in Codice Plin. Toleitano Vestoriani diserte scriptum est.

<sup>o</sup> Purpurissum. Ex Plin., lib. xxxv, cap. 6, e quo, si quid deesse videatur, suppleendum est.

<sup>p</sup> Adhuc in vase. — Ahero in vase legebat A. Co-varruv., ex Plin.

<sup>q</sup> Indicum. Ex eod., lib. iii, cap. 6.

<sup>r</sup> Lacusculo ædificata. Plin.: Propter quod officinas etiam ædificavere. Vitruv., lib. vi, cap. 10: Ædificatur locus, ut Laconicum, et ejus præfurnium magna diligentia comprimitur, ne flamma extra dissipetur. Porro lacusculi voce etiam Columella est usus, lib. xii, cap. 50.

<sup>s</sup> Huic pictores. Ita Plinius. Tectores Vitruvius, lib. vii, cap. 10.

Jucundis parietibus atramenti speciem reddunt. <sup>a</sup> A  
Sunt et qui vini facem siccitatem excoquant, affir-  
mentque, si ex bono vino facta fuerit, indici speciem  
id atramentum præbere. Sed <sup>b</sup> et sarmentum uva  
nigræ, vino optimo tinctum, posteaquam siccitate  
bruerit, si exuras, et conteras, adjecto glutino, ni-  
torem indici reddet.

19. <sup>c</sup> *Usta*, quæ plurimum necessaria est, nullo ne-  
gotio provenit. <sup>d</sup> Nam si glebam silis boni igne exco-  
quas, et aceto acerrimo **440** superfusam exstinguas,  
madefacta sîngia colorem purpureum reddit. Eam  
ubi contriveris, usta erit. Omne autem atramentum  
sole perficitur.

20. Omnes colores calcis admistione corrumpuntur.

21. <sup>e</sup> *Melinum* dictum, quod ejus metalli ferax **B**  
sit una ex Cycladibus insula *Melos* nomine. Est enim  
candidum, nec utuntur eo pictores propter nimiam  
piuguedinam.

22. <sup>f</sup> *Annulare*, quod vocant candidum, est quo  
muliebres picturæ illuminantur. Fit et ipsum ex  
creta admistis vitreis gemmis.

23. <sup>g</sup> *Cerussa* fit hoc modo : In vase enim aceto  
acerrimo impleto sarmenta aminea in eodem va-  
sculo collocabis, ac super sarmenta tabulas plumbi  
tenuissimas pones, deinde vas diligentissime claudes,  
illinesque, ne aliquid inde spiraminis exeat.  
<sup>h</sup> Post dies autem xxx vas aperitur, et ex distillatione  
tabularum innata cerussa invenitur. Quod ablatum  
et arefactum teritur, atque iterum aceto admisto in  
pastillis dividitur, et in sole siccatur. <sup>i</sup> Hac obser-  
vantia, si laminas æreas sarmentis superponas, æru-  
ginem creant.

<sup>j</sup> *Chalcanthum*...

<sup>a</sup> *Sunt qui vini facem.* E Plin., xxxv, cap. 3.

<sup>b</sup> *Sed et sarmentum.* E Vitruv.

<sup>c</sup> *Usta.* E Plin., xxxv, cap. 6.

<sup>d</sup> *Nam et si glebam silis boni.* E Plin. mendose  
namque in libris omnibus *sillis boni* hoc loco legitur.

<sup>e</sup> *Melinum dictum.* E Vitruv., vii, cap. 7, et Plin.  
xxxv, cap. 6.

<sup>f</sup> *Annulare... Vitreis gemmis. Ex vulgi* (addit Plinius)  
*annulis, unde et annulare dictum.* Quæ verba nun-  
quam profecto Isidorus omisisset, etymologias tra-  
ctans, nisi huic operi summa abfuisse manus.

<sup>g</sup> *Cerussa.* Ex eod., xxxiv, cap. ultim., et Vitruv.,  
vii, cap. 12.

<sup>h</sup> *Post dies autem xxx. — Per dies. x,* Plinius.

<sup>i</sup> *Hæc observantia.* E Vitruv., vii, cap. 12. Vid.  
Plin., xxiv, cap. 11, et Dioscorid., v, cap. 47.

<sup>j</sup> *Chalcanthum.* Nulla est interpretatio in optimis  
notæ libris. In uno tantum Ovet. Colleg. Gothico  
leguntur eadem fere verba quæ in Editis, quæ (sicui  
tantum fuerint) *chalculus* pro *calcis*, sive, ut est in Gothico,  
*chalcius*, et *anthos* pro *thymum* legit; quamvis thy-  
mum fidem etiam interpretetur *lid.* sup. lib. xvii,  
cap. 9. Sed quid chalcantho cum thymo? Sed neque  
cum æruginè, nisi sola apud Græcos (ut ait Plin.)  
cognatio nominis.

Cap. XVIII. — <sup>k</sup> *Norma a Græco vocab. νόμος.*

<sup>l</sup> *Componitur autem... id erit norma.* Sumpta vi-  
dentur e Vitruv., lib. ix, cap. 2. At exemplum hic  
non perinde exactum, quamvis non longe distet. Nam  
si pedes duos, hoc est, latus unum in uncias redigas,

## 441 CAPUT XVIII.

*De instrumentis edificiorum.*

1. Instructuram autem parietum ad normam fieri,  
et ad perpendiculum respondere oportet.

<sup>m</sup> *Norma* dicta Græco vocabulo, extra quam  
nihil rectum fieri potest. Componitur <sup>n</sup> autem ex tri-  
bus regulis, ita ut dum sint binum pedum, tertia  
habeat pedes duos, uncias decem, quas æquali crassi-  
tudine politas extremis <sup>o</sup> acuminibus sibi jungit, ut  
schemata trigoni faciant. Id erit norma.

2. *Regula* dicta, quod ait recta, quasi *rectula*, et  
impedimentum non habeat.

<sup>p</sup> *Perpendiculum* est, quod semper appenditur.

<sup>q</sup> Denique in fabrica alicui omnia ad perpendiculum, et  
certam regulam fiant, necesse est, ut cuncta mendosa  
**B** instruantur, ut aliqua prava sint, aliqua cubantia,  
prona nonnulla, alia supina, et propter hoc universa  
ruunt constructa

3. *Linea* genere suo appellata, quia ex lino fit.

*Trullæ* nomen factum, eo quod *trudit*, id est, in-  
cludit calce vel luto lapides.

<sup>r</sup> *Martellus*...

*Machina*...

4. *Scalæ* a *scandendo* vocatæ, quæ hærent enim parie-  
tibus. *Scalæ* autem dicuntur, quæ aut unæ sunt, aut  
plures, <sup>s</sup> quia numeri tantum pluralis est nomen, ut  
litteræ, quæ epistolam significant.

## CAPUT XIX.

*De lignariis.*

1. *Lignarius* generaliter ligni opifex appellatur.

2. *Carpentarius* speciale nomen est. Carpentum  
enim solum facit, sicut *navicularius* quia tantum  
navium est fabricator et artifex.

3. <sup>t</sup> *Sarcitector* dictus, quod ex multis hinc inde  
conjunctis tabulis unum tecti sarciat corpus.

4. Idem et *ignarius*, quia tectoria lignis inducit.

easque quadres, efficiunt uncias dlxxvi. Rursusque  
altero simili addito, conficiunt ambo uncias qua-  
dratas mclvii. Quadratum vero tertii lateris, quod est  
duorum pedum, et dextansis, hoc est, unciarum xxxiv,  
continebit uncias quadratas mclvi. Superabit ergo  
duo quadrata reliquorum laterum uncis quatuor.

<sup>u</sup> *Acuminibus.* Ita Onien. Valent. cum Vitruvio.  
Reliqui *acuminibus*.

<sup>v</sup> *Perpendiculum. Perpendiculum* (ait Asc.) *linea la-  
terum æqualitatem a summo ad immum latitudine probans*

<sup>w</sup> *Denique in fab... ruunt const.* Totus locus expres-  
sus ex elegantissimis Lucretii versibus, lib. iv :

Denique ut in fabrica si prava est regula prima  
Normaque....

<sup>x</sup> *Martellus.* Sic Goth. omnes. Gloss. : *Martellus*,  
*σφύρα*; al. *marcellus*. Item Gloss., *marcellum*, *σφύρα*  
*αὐτῆς*; et *marculus*, *malleolus*, et *malleus*, *σφύρα*  
*αὐτῆς καὶ χεράων*.

<sup>y</sup> *Hærent namque parietibus scalæ.* Verba sunt Vir-  
giliæ, astruendæ etymologiæ non satis apta, sed im-  
migrare se puto e margine.

<sup>z</sup> *Quia numeri tant. plur.* E serv., *Æn.* ii. At juris-  
consultus singulari est usus, cap. *Sit prius*, d. de  
Furt., et Hieron. in *Quest.* in Genes.

Cap. XIX. — <sup>aa</sup> *Sarcitector.* Sic plerique omnes li-  
bri, et congruere videtur etymologia, neque eam vo-  
cem non probat vir gravissimus Jacobus Cujacius.  
Unus tantum Codex Salmantic., inprimis vetustus,  
*arcitector* habet, sed de *architecto* dixerat cap. 8

3. • *Lignum* vocatur Græca etymologia, quia in A  
censum in lumen convertitur, et in flammam. Unde  
et *lychnium* dicitur, quod lumen det.

4. *Materia* inde dicitur omne lignum, quod ex ea  
aliquid efficiatur; vel si ad januam referas, vel ad  
statuam, materia erit. Ad aliquid enim semper ma-  
teria accipienda est, sicut elementa materiam rerum  
esse dicimus, quia inde ea quæ sunt facta videmus,  
et *materia*, quasi *mater*, dicta.

5. *Trabes* vocatæ, quod in transverso positæ utros-  
que parietes contineant.

Aliud autem sunt tigna, aliud trabes. <sup>b</sup> Tigna enim  
443 juncta trabem faciunt. <sup>c</sup> Trabes autem sunt,  
cum sunt dolatæ.

6. <sup>d</sup> *Tholus* proprie est veluti scutum breve, quod  
in medio tecto est, in quo trabes coeunt.

• *Cuplæ* vocatæ, quod copulent in se luctantes.

*Luctantes* dicuntur, quod erecti invicem se teneant  
more luctantium.

<sup>f</sup> *Agrantes*...

7. • *Asseres*, ab *asse* dicti, quia soli ponuntur, ne-  
que conjuncti.

<sup>b</sup> *Scindulæ*, eo quod scindantur, id est, dividan-  
tur.

<sup>i</sup> *Epigri clavi* sunt, quibus lignum ligno ad-  
hæret.

*Clavi* autem dicti, quasi *chalybi*, quia ex chalybe  
sunt, id est, ferro. *Chalybs* enim *ferrum* est.

8. *Tabulæ* a veteribus *toquæ* vocabantur, a *te-*  
*gendo*, scilicet, unde et *teglæ*.

*Commisura* dicitur tabularum conjunctio.

• *Lignum* Græca etymolog. At Varro: Ab *LEGENDO*  
(inquit) ligna, quod ea caduca legebantur in agro, qui-  
bus in focum uterentur.

<sup>b</sup> *Tigna* namque juncta. Festus: *Trabs* proprie di-  
citur, duo tigna compacta.

• *Trabes* autem sunt cum sunt dolatæ. E Serv.,  
*Æn.* ix, ad vers.: *Has ego Dard.* :—Sane notandum  
*trabes*, nisi jam cædæ sint et compositæ, non dici.

<sup>d</sup> *Tholus*. Ex eod., *Æn.* item ix, *suspendive tholo*.  
Gloss., *tholus*, τρεπίπ.

• *Cuplæ*. Al., *coplæ*. Cupolam vocant hodie Itali  
dimidiam testudinis partem, Vitruvius hemisphæ-  
riam.

<sup>f</sup> *Agrantes*.... Al., *agentes*, Al., *conantes*; sed ita,  
ut hæc voces superiori sententiæ annectantur, *luctan-*  
*tium* more *agentes*, vel *conantes*. *Atlantes* esse legen-  
dum, deinde lacunam relinquendam, existimabat  
Chacon. Vitruvius enim, lib. vi, cap. 10: *Si qua*  
(inquit) *virili figura signa mutulos, aut coronas sussti-*  
*nent, nostri telamones appellant, cujus rationis, quid*  
*ita aut quare, ex historiis non inveniuntur, Græci vero*  
*eos Atlantes vocant. Atlas namque historice formator*  
*sustinent mundum.* Hæc ille, ejus vero rei rationem  
ita reddit Servius, *Æn.* i: *Ennius dicit Nilum Melo-*  
*nem vocari, Atlantem vero Telamonem.* Priscos enim  
illos Romanos, qui Græca verba emendate enuntiare  
non possent, pro *Atlas* mons proferre solitos *Tela-*  
*monem*. Nam in glossar. sic legitur, ἀγλαστό όρος, ubi  
forte scribendum ἄτλας; τὸ όρος.

• *Asseres* ab *asse* dicti.—Ab *asso* legerim, est nam-  
que *Nonio* *assa* vox sola vox humana, nullo præterea  
admisso sono. Festus aliter: *Asseres* quod *assident*  
*parietis, trabibusque.* Alii *asseres* quasi *axeres* dictos  
putant antiqua declinatione *axeris*, ut *pulver pul-*  
*veris*.

444 *Sectio* autem dicta a *sequendo* ea quæ cæpe-  
rit. Nam *secare*, *sectari* et *sequi* e-t.

9. *Serræ* autem nomen de sono factum est, id  
est, a stridore.

*Serræ*, *circinique* usum <sup>b</sup> *Perdices* quidam ado-  
lescens invenit, quem puerum *Dædalus* frater ma-  
tris suæ, studiis perdocendum acceperat. Cujus  
pueri tantum ingenium fertur, ut dum materiæ divi-  
dendæ compendium quæreret, spinam piscis imitatus  
de ferro laminam exasperans dentium mordacitate  
armaverit, quam *serram* artifices nuncupant. Pro  
cujus artis inventione *Dædalus* magister ejus, invidia  
livore permotus, præcipitem puerum ex arce dejecit.  
Dehinc <sup>1</sup> *exsulatus* *Cretam* abiit, ibique aliquandiu  
fuit, ut fabulæ ferunt. Ex *Creta* pennis volavit, et in

B *Ciliciam* venit.

10. <sup>m</sup> *Circinus* dictus, quod vergendo efficiat *cir-*  
*culum*. Hujus modus duplicata linea sit, quæ simplex  
per latitudinem extensa fuerat. Punctus autem in  
medio circini, centrum a Græcis dicitur, in cujus  
medium cuncta convergunt.

11. *Securis* vocatur, eo quod ea arbores succidan-  
tur, quasi *succuris*. <sup>n</sup> Item *securis*, quasi *semicuris*.  
Ex una enim parte acuta est, ex altera fossoria. Hæc  
et apud veteres *penna* vocabatur, utramque autem  
habens aciem, • *bipennis*. Nam *bipennis* dicitur, quod  
ex utraque parte habeat acutum aciem, quasi *duas*  
*pennas*. *Pennum* autem antiqui *acutum* dicebant.  
<sup>p</sup> Unde et *avium pennæ*, quia acutæ. <sup>q</sup> Et ecce nomen  
quod reservavit antiquitatem, quia veteres dicebant

C 445 *pennas*, non *pinnas*. Hæc et *dolabra*, quod ha-  
beat *duo labra*: nam *securis* simplex est.

<sup>b</sup> *Scindulæ*. Ita quoque apud *Rabanum*. Eadem  
apud alios auctores *scandulas* videmus nominari.  
Manserit fortasse incorrupta apud *Isidorum* vox.

<sup>i</sup> *Epigri clavi* sunt. *Epiri* dicuntur apud *August.*,  
lib. xv de *Civit.*, cap. 27. Unde hæc sumpta puto.  
*Nisi forte* (inquit), etc., *lignum vero ligno per subsu-*  
*dines, epiros, clavos, et gluten bituminis non potest ad-*  
*hærere, ut fabricaretur arca;* et fortasse vox *clavos*  
glossa est τὸν epiros, sive *epiros* malis legere.

<sup>1</sup> Nam *secare sectari et sequi*. Serv., *Æn.* x: *Quam*  
*quisque secat spem*:—*Secat* (inquit), *sequitur*.

<sup>b</sup> *Perdices* quidam. E Serv., *Georg.* i. Vid. *Ovid.*,  
*Metam.* viii.

<sup>1</sup> *Exsulatus* abiit. Eodem modo *Theodor.*, lib. ii de  
*Persec. Vandal.*: *Fratrem vero Theodoricum nudum,*  
*atque destitutum similiter exsulavit.*

<sup>m</sup> *Circinus* dictus. Elegantissime descripsit *Ovidius*  
*circinum*:

Primus et ex uno duo ferrea brachia nodo,  
Junxit, ut æquali spatio distantibus illis,  
Altera pars staret, pars altera duceret orbem.

<sup>n</sup> Item *securis* q. *semicuris*. E Serv., *Æn.* i, ad il-  
lud, *Remo cum f. Quir.*

• *Bipennis* dicitur, quod ex utraque part. Ita *Non.*,  
in *Bipenni*.

<sup>p</sup> Unde et *avium pennæ*, quia acut. *Quintil.*, lib. i,  
cap. 6: *Ne miretur cur ex scamno fiat scabellum, aut*  
*penna, quod est acutum securis, securis utrinque ha-*  
*bens aciem bipennis; illorum sequatur errorem, qui,*  
*quia a pennis (Al., pinnis) duabus hoc esse nomen*  
*existimant, pinnas (Al., pennas) avium dici volunt.*

<sup>q</sup> Et ecce nomen quod servavit antiq. Serv., *Æn.* ii  
*Corrupta dura bipenni*: *Hoc* (inquit) nomen *seccati*  
antiquitatem, quia veteres *PENNAS* dicebant, non *PINNAS*

<sup>a</sup> *Dextralis*, dexterae habilis.

12. *Ascia* ab *hastulis* dicta, quas a ligno eximit, cujus diminutivum nomen est *asciola*. Est autem manubrio brevi <sup>b</sup> ex aversa parte referens, vel simplicem malleum, aut cavatum, vel bicornae rastrum.

13. *Scalprus* dictum, quod *scalpturis* et foraminibus sit aptus, quasi *scalforus*. Cujus diminutivum *scalpellus*.

14. *Terebra* vocata a verme <sup>c</sup> ligni qui nuncupatur *terebrā*, quem Graeci *τερεβόνα* vocant. Hinc *terebrā* dicta, quod ut vermis *terendo* forat, quasi *terefora*, vel quasi *transforans*.

15. <sup>d</sup> *Taratrum*, quasi *teratrum*; *scofina* dicta, quod haerendo *scophen* faciat.

<sup>e</sup> *Cantherium*....

<sup>f</sup> *Galla*....

<sup>g</sup> *Guvia*....

#### 446 CAPUT XX.

*De inventione lanificii.*

1. Minervam <sup>a</sup> quamdam gentiles multis ingenus praedicant. <sup>i</sup> Hanc enim primam lanificii usum monstrasse, hanc etiam telam ordisse et colorasse lanas perhibent.

2. <sup>j</sup> Olivae quoque hanc dicunt inventricem, et fabricae, multarumque artium repertricem. Ideoque illi vulgo opifices supplicant. Sed et hoc poetice fingitur. <sup>k</sup> Non enim Minerva istarum artium princeps est, sed quia sapientia in capite esse dicitur hominis, et Minerva de capite Jovis nata fingitur, hoc est, ingenium, ideoque sensus sapientis, qui invenit omnia, in capite est. Ideo et dea artium Minerva dicitur, quia nihil excellentius est ingenio, quo reguntur universa.

#### CAPUT XXI.

*De veste sacerdotali in lege.*

1. Octo <sup>l</sup> sunt in lege genera sacerdotalium vestimentorum.

<sup>m</sup> *Poderis* est sacerdotalis linea, corpori astricta usque ad pedes descendens, unde et nuncupatur. Haec vulgo *camisia* vocatur.

2. *Abaneth* cingulum sacerdotalis rotundum polymita arte ex cocco, purpura, hyacinthoque contextum, ita ut flores, atque gemmae in eo viderentur esse distinctae.

<sup>n</sup> *Dextralis*. Utitur hac voce Victor., lib. 1 de Persec. Vandal. : *Ubi forte venerabilis aulae clausas repererant portas, certatim ictibus dextralium aditum reterabant.*

<sup>b</sup> *Ex aversa part.* Ex Pallad., lib. 1, cap. ultim.

<sup>c</sup> *A verme ligni, qui vocatur terebra.* Termitem vocavit supra lib. XII, cap. 5.

<sup>d</sup> *Taratrum.* Vulgo *taladro*.

<sup>e</sup> *Cantherium.* Gloss. *cantherius*, καβάλλης μυχα-νιός.

<sup>f</sup> *Galla*... A plerisque libris abest. Fuerit fortasse *terebrā* Gallica, quae *bibrequi* dicitur.

<sup>g</sup> *Guvia*.... Retinet idem nomen hodie apud nos.

CAP. XX. — <sup>b</sup> *Minervam* quondam Al., quidam. <sup>i</sup> *Hanc primam lanif.* Serv., Aen. VII : *Bellatrix non.... Minervae* : — *Et armorum (inquit) dea est, et lanificii.*

<sup>j</sup> *Olivae* quoque. Virg., Georg. 1 : *Oleaeque Minerva inventrix.*

A 447 5. <sup>a</sup> *Pileum* est ex bysso rotundum, quasi sphaera media, caput tegens sacerdotale, et in occipito vitta constrictum. Hoc Graeci, et nostri *tiam*, vel <sup>e</sup> *galeriam* vocant.

4. *Mahil*, quod est tunica talaris, tota hyacinthis, habens ad pedes LXXII tintinnabula, totidemque intermistis ac dependentiis punica mala.

5. *Ephod*, quod Latine interpretatur *P superindumentum*. Erat enim pallium superhumeralis, ex quatuor coloribus, et auro contextum, habens in utroque humero lapides duos smaragdinos, auro conclusos, in quibus sculpta erant nomina patriarcharum.

6. <sup>q</sup> *Logion*, quod Latine dicitur *rationale*, pannus duplex, auro, et quatuor textus coloribus, habens magnitudinem palmi per quadrum, cui intexti erant XII pretiosissimi lapides. Hic pannus superhumerali contra pectus pontificis annectebatur.

7. <sup>r</sup> *Petalum*, aurea lamina in fronte pontificis, quae nomen Dei Tetragrammaton Hebraicis litteris habebat scriptum.

8. <sup>s</sup> *Badim*, sive *feminalia*, id est, braeae lineae usque ad genua pertingentes, quibus verecunda sacerdotis velabantur.

#### CAPUT XXII.

*De nominibus vestium caeterarum.*

1. Diversitas vestimentorum, tegmen, tegumen, indumentum, vestimentum, et reliqua.

*Tegmen* dictum, eo quod tegat membra, sicut tegumen, tecta, quae tegunt corpora.

*Indumentum*, quod intus ad corpus induitur, quasi *intumentum*.

448 2. *Vestimentum* vero est, quod usque ad vestigium protenditur, quasi *vestigimentum*, ut est tunica talaris. Sed et haec consuetudo sermonis auctorum confundit.

*Amictus*....

3. Discernitur autem vestitus a cultu, quoniam lautior intelligitur cultus. Item cultus ab habitu. Nam habitus ad naturam pertinet, cultus ad homines.

4. Pleraque autem vestium, aut a tempore quo maxime in usu sunt appellantur, aut a locis ubi vel primum confectae, vel maxime venduntur, aut a genere coloris, aut a nomine repertorum.

5. Vestis antiquissima hominum fuit <sup>t</sup> *Perisoma*,

D <sup>k</sup> *Non enim Minerva istar..... universa.* E Serv., eclog. 2.

CAP. XXI. — <sup>l</sup> *Octo.* Totum hoc caput sumptum ex Hieronymi epist. ad Fabiolam 128, de Veste sacerdotali. Octo quidem vestimenta sacerdotalia numerantur bis in Exodo; at in Levit. septem (omittuntur namque femoralia), cujus rei causam reddit Hieronymus.

<sup>m</sup> *Poderis.* Hebraice כֶּתֶם *Chethoneth*.

<sup>n</sup> *Pileum.* Heb. כִּנְפֵיץ *Misnepheth*.

<sup>e</sup> *Galeriam* voc. Hieron., *galerum*.

<sup>p</sup> *Ephod*.... *superindumentum*, erat enim. Absent haec ab Ovet. colleg. Gothico.

<sup>q</sup> *Logion.* Heb. לֹגִיִן *chosen*.

<sup>r</sup> *Petalum.* Heb. צִיץ זָהָב *Ziz zaab*.

<sup>s</sup> *Badim.* Heb. בָּדִים et magis proprio nomine מִכְנֵסִי *michnesi*.

CAP. XXII. — <sup>t</sup> *Perisoma*, id est, *succinctorium*. Id quale fuerit vid. apud August., lib. v contra Iulianum

id est, succinetorium, quo tantum genitalia conteguntur. Hoc primum primi mortales e foliis arborum sibi fecerunt, quando post prævaricationem erubescientes pudenda velarunt. Cujus usum quædam barbaræ gentes, dum sint nudæ usque hodie tenent. <sup>a</sup> Hæc et campestria nuncupantur, pro eo quod eisdem juvenes qui nudi exercentur in campo, pudenda operiunt.

6. *Tunica* vestis antiquissima appellata, quia in motu incedentis sonum facit. *Tonus* enim *sonus* est. Primum autem fuere pelliceæ tunicæ, quibus post offensam et ejectionem de paradiso Adam et Eva induti sunt.

7. <sup>b</sup> *Talaris* tunica dicta, eo quod ad *talos* usque descendat, et ad pedes defluat, <sup>c</sup> sicut *pectoralis* quia apud antiquos brevis erat, ut tantum pectus operiret, licet nunc profusior sit.

8. <sup>d</sup> *Manicleata* tunica, id est, *manicata*, eo quod habeat manicas, <sup>e</sup> quam *χειρῶν* Græci vocant.

449 9. *Dalmatica* vestis primum in Dalmatia provincie Græciæ texta est, tunica <sup>f</sup> sacerdotalis candida cum clavis ex purpura.

10. <sup>g</sup> *Russata*, quam Græci *phæniceam* vocant, nos *coccineam*, <sup>h</sup> reperta a Lacedæmoniis ad celandum coloris similitudine sanguinem, quoties quis in acie vuleretur, ne contemplanti adversario animus auferretur. Hæc sub consulibus Romani usi sunt milites, unde etiam russati vocabantur. <sup>i</sup> Solebant etiam pridie quam dimicandum esset ante principia proponi, quasi admonitio et iudicium futuræ pugnæ.

11. *Laculata* est quæ lacus quadratos quosdam cum pictura habet intextos, aut additos acu.

<sup>j</sup> *Hyacinthina* vestis est, aërio colore resplendens.

12. <sup>k</sup> *Molochinia*, quæ malvarum stamine conficitur, quam alii *molochinam*, alii *malvellam* vocant.

13. *Bombycina* est a *bombice* vermiculo, qui lon-

<sup>a</sup> *Hæc et campestris... operiunt.* Verba sunt August., xiv de Civit., cap. 17. Horatius :

Penola solstitio, campestre nivalibus auris

<sup>b</sup> *Talaris tunica.* E Hieron., ad Eszech. ix.

<sup>c</sup> *Sicut pectoralis.* Græce *ἰσχυρῆς*, quod (ut ait Agell., lib. xii) substricta et brevis esset, ac citra humerum desineret.

<sup>d</sup> *Manicleata.* Sic omnes libri. Rabanus, *manuleata.* Ego *manuleata* lego, sic enim dicitur apud Plaut. in Pseud. et Sueton., in Caligul. *Manicatis tunicis* dixit Cicer. in ii Catilin. Gloss., *manulea*, *χειρῆς*.

<sup>e</sup> *Quam Chirodoton.* Ita Agell., lib. vii, cap. 12. Quod *χειρῶν*, hoc est, manicas longas habeat. Eandem macrochereas vestes a Lampridio in Alexandro appellari puto.

<sup>f</sup> *Dalmatica tunica.* Eam Romanis in usu fuisse constat ex Lamprid. in Heliogabalo, quem ait dalmaticatum in publico post cœnam sæpe visum; ut autem diaconorum inter sacrificandum vestis esset, instituit Sylvester.

<sup>g</sup> *Russata.* Russus si Thylesio credimus, Latina quidem vox, sed aratorum magis quam oratorum.

<sup>h</sup> *Repertam a Laced.* Ita Philostræt., in epistolis.

<sup>i</sup> *Solebant enim pridie.* Plutarch., in Fabio, Bruto et Pompeio.

<sup>j</sup> *Hyacinthina vest. aer. col.* Hieron., ad Fabiol. : *Hyacinthus aëri tribuitur propter coloris similitudinem.*

<sup>k</sup> *Molochinia, quæ malv. stamin.* Melius, credo,

A gissima ex se fila general, quorum textura *bombycinum* dicitur, conficiturque in insula Coo.

*Apocalama...*

450 14. *Serica* a *serico* dicta, vel quod eam *Seres* primi miserunt.

*Holoserica*, tota serica, *δλον* enim *totum*.

*Tramoserica* stamine lineo, trama ex serico.

<sup>1</sup> *Holoporphyra* tota ex purpura.

15. <sup>2</sup> *Byssina* candida confecta ex quodam genere lini grossioris. Sunt et quigenus quoddam lini byssina esse existiment.

16. *Fibrina* tramam de sibri lana habens.

*Aprina...*

*Masticina...*

<sup>3</sup> *Mena...*

*Linea*, quæ ex solo lino fit.

17. *Linostema* vestis est ex lana linoque contexta. Et dicta *linostema*, quia in stamine *linum*, in trama *lanam* habet.

18. <sup>4</sup> *Recta* dicitur vestis, quam sursum versum stantesque texunt.

<sup>5</sup> *Segmentata* zonis quibusdam et quasi præcisamentis ornata. Nam et particulas cuicumque materie abscissas *præsegmina* vocant.

19. <sup>6</sup> *Levidensis*, quod raro filo sit, leviterque densata.

*Pavitensis* contraria levidensi dicta, quod graviter pressa atque calcata sit.

451 20. <sup>7</sup> *Citrosa*, quasi concripsa ad similitudinem citri. <sup>8</sup> *Nævius* :

... Pulchramque ex auro, vestemque citrosam.

21. <sup>9</sup> *Velensis* tunica est quæ affertur ex insulis.

<sup>10</sup> *Exotica* vestis est peregrina de foris veniens, ut in Hispaniam a Græcis.

<sup>11</sup> *Polymina*, multi coloris. *Polymitus* enim textus multorum colorum est.

Nonius : *Molochinum* a Græco, color est flori similis *malvæ*.

<sup>12</sup> *Holoporphyra.* Primum trabæ genus ex tribus, de quibus Serv., *Æn. vii* : *Ipsi Quirinali trab.*

<sup>13</sup> *Byssina ex quodam genere lini.* Al., *ligni.* Male, quamvis non desit qui eam lectionem, veram esse contendat, ex verbis Philostrati, lib. ii de Vit. Apol. *Byssum autem ex arbore nasci ferunt, quæ altitudo populos æquet, foliis autem salici similis est*; nam idcirco verum est e ligno grossiori vestes confici? Rursus de bysso infra, cap. 27.

<sup>14</sup> *Mena... Masticina...* Vid. inf., cap. 28.

<sup>15</sup> *Recta.* Ex Festo, in *Recta*, et *Regillia*.

<sup>16</sup> *Segmentata.* Vid. Serv., *Æn. i*, ad vers. : *Colloq. monile.*

<sup>17</sup> *Levidensis.* Nihil moror varias aliorum apud Cicer., *epist. 12*, lib. ix, sive scripturas, sive conjecturas.

<sup>18</sup> *Citrosa.* Festus : *Citrosa vestis a similitudine citri.*

<sup>19</sup> *Nævius pulchramque ex a. v. q. c.* Vid. Macrob., *Saturn. iii*, cap. 19.

<sup>20</sup> *Velensis.* Al., *Velenensis.* Quid si *Melensis* a melo una ex Cycladibus? aut *Melitensis* cujus meminit Cicer. lib. ii in Verr. : *Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ plurimam vestem, Melitensem plurimam, stragulam, etc.*

<sup>21</sup> *Exotica.* Nonius : *Exoticum adventitium.* Plaut. *Mostell.* :

Non omnes possunt olere unguenta exotica.

<sup>22</sup> *Polymita multicol.* Plin. : *Plurimis vero licia texere quæ polumina appellant.* *Alexandria instituit*

22. *Acupicta* vestis, acu textilis, vel acu ornata. A *et brachæ*, quod sint breves, et verecunda corporis  
 • Eadem et *Phrygia*. Hujus enim artis periti Phrygii omnes dicuntur; sive quia in *Phrygia* inventa est. Unde et artifices, qui id faciunt, *Phrygiones* dicuntur. Virgilius: *Phrygiam Ascanio chlamydem*.

23. <sup>b</sup> *Trilicis* a *tribus liciis*, quia est simplex, ° et bilix.

<sup>a</sup> *Ralla*, quæ vulgo *rasilis* dicitur.

• *Interpola* vestis illa vocatur quæ dum sit vetus ad novam speciem recuratur.

24. <sup>c</sup> *Pannutia* nuncupata, quod sit diversis pannis obsita.

• *Colobium* dictum, quia longum est, et sine manicis. Antiqui enim magis hoc utebantur.

452 <sup>b</sup> *Lebitonarium* est colobium sine manicis, quali monachi *Ægyptii* utuntur.

25. <sup>i</sup> *Lumbare* vocatur, quod *lumbis* religetur, vel quod *lumbis* hæreat. Hoc in *Ægypto* et in *Syria* non tantum feminæ, sed et viri utuntur. Unde et *Jeremias* trans *Euphratem* tulit *lumbare* suum, ibique illud in foramine petræ abscondit, et postea scissum reperit. Hoc a quibusdam et *renale* dicitur, quia *renibus* alligatur.

26. <sup>i</sup> *Limus* est vestis quæ ab umbilico usque ad pedes producitur. Hæc autem vestis habet in extremo sui purpuram *limam*, id est, flexuosam. Unde et nomen accepit. Nam *limum obliquum* dicimus.

27. *Licinum* vocatum, quod textura ejus ligata sit in totum, quasi diceret *lignum*, c pro g littera commutata.

28. <sup>b</sup> *Armelausa* vulgo vocata, quod ante et retro divisa atque aperta est, in armos tantum clausa, quasi *armiclausa*, c littera ablata.

29. *Camisas* vocamus, quod in his dormimus in *ca-mis*, id est, in *stratis* nostris.

*Femoralia* appellata, eo quod *femora* tegant. Ipsa

• Eadem et *Phryg*. E Serv., *Æn.* III, vel Plin., lib. VIII, cap. 48.

<sup>b</sup> *Trilicis*. Sic omnes libri. *Trilex*, aut *Triliz* malim. Sed frequens in hoc opere hujusmodi obliquus pro recto, ut *calcis pro calz*.

• Et *bilix*. Virgil., *Æn.* XII: *Rumpitque infusa bilicem lorica*. Gloss., *bilix*, διττοῦτον διττον (sic).

<sup>a</sup> *Ralla*, quæ vulgo *rasil*. At Nonius: *Ralla vestis, dicta a raritate*. Plaut., *Epid.*: *Tunicam rallam, tunicam spissam*.

• *Interpola*. Martianus, cap. 45, d. de Contrah. empl.: *Labeo, libro Posteriorum scribit: si vestimenta interpola quis pro novis emerit, Trebatio placere, ita emptori præstandum quod interest, si ignorans interpola emerit*.

<sup>c</sup> *Pannutia*. Sic animum Baucidem Persius *pannutiam* dixit.

• *Colobium*... utebantur. E Serv., *Æn.* IX: *Et tunicæ manic*. Vid. Annot. in Cassian.

<sup>b</sup> *Lebitonarium*. Hieron., in præfat. ad Regul. sancti Pachomii: *Nihil habent monachi in cellulis, præter psaltherium, et duo lebitonaria, quod Ægyptiis monachis genus est vestimenti sine manicis*. Suid., λεβιτονόριον μοναχικόν.

<sup>i</sup> *Lumbare*. Vid. Hieron., ad Jerem. XIII, et in Proem., comm. in Ose.

<sup>i</sup> *Limus est vestis*. E Serv., *Æn.* XII: *Velati limo al., limo) et verb. t. c.*

<sup>b</sup> *Armelausa*. Utitur hac voce Paulinus.

iiis vententur.

30. <sup>1</sup> *Tubruco* vocatos (dicunt) quod *tubias brachasque* tegant.

• *Tubraci*, quod a *brachis* ad *tubias* usque perveniant.

### 453 CAPUT XXIII.

*De proprio quarundam gentium habitu.*

1. Quibusdam autem nationibus sua cuique propria vestis est, ° ut *Parthis sarabara*, ° *Gallis lenæ*, ° *Germanis rhenocæ*. *Hispanis stringes*. *Sardis mastrucæ*.

2. *Sarabara* sunt fluxa ac sinuosa vestimenta, de quibus legitur in *Daniele*: *Et sarabara eorum non sunt immutata*. Et *Publius*: *Ut quid ergo in ventre tuo Parthi sarabara suspenderunt?* Apud quosdam autem *sarabara* quedam capitum tegmina nuncupantur, qualia videmus in capite magorum picta.

3. *Lenæ*, saga quadra et mollia sunt. De quibus *Plautus*:

*Lena cooperta est textrina Gallia.*

4. *Rhenones* sunt velamina humerorum et pectoris usque 454 ad umbilicum, atque intortis villis adeo hispida, ut imbres respuant, quos vulgo *reptos* vocant, eo quod longitudo villorum, quasi *reptat*. De quibus *Sallustius*: *Germani intectum rhenonibus corpus tegunt*. Dicti autem ° *rhenones* a *Rheno* Germaniæ flumine, ubi iis frequenter utuntur

5. ° *Mastruca*, vestia *Sarda* ex pelliculis ferarum, de qua *Cicero* pro *Scuro*: *Quem purpura regalis non commovit, cum Sardonum mastruca mutavit*. *Mastruca* autem dicta, quasi monstruosa, eo quod qui ea induuntur, quasi in ferarum habitum transferuntur.

6. ° Dignoscuntur et gentes ita habitu sicut et lingua discordes. Persæ ° *brachia* et *crura* linamentis, caput *tlara* tegunt. Eminent apicibus fastigiatis

<sup>1</sup> *Tubruco*. Al., *tubricos*; al., *tubraicos*.

• *Tubraci*... perveniant. Absunt hæc a *Valent.* ° omitti sine fraude poterant.

CAP. XXIII. — ° *Ut Parthis sarabara*. Sic communis Editio *Græcorum* (quam sequi solet *Isid.*), *Dan.* III: *Kal τὰ σαπαράρα αὐτῶν οὐκ ἠλλοιώθη*. *Aquila* vero, *Theodos.* et *Hieron.*, *saraballa*, melius. *Syriaco* enim סרבל *sarbal*.

• *Gallis lenæ*. Ita *Strab.*, lib. IV, de *Helvetior.* et *D Arvernorum* vestita.

• *Germanis rhenones*. *Cæsar.*, lib. IV de *Bell. Gall.* ° *Rhenones* a *Rheno* G. f. Alii ἀπὸ τῶν ῥηνῶν, id est, ovibus. *Serv.*, *Georg.* III: *Ut Sallustius dicit in historiis, vestes de pellibus Rhenones vocantur*.

• *Mastruca, vestis Sarda*. Ita *Tarrac.*, *Simanc.*, *Hispal.*, *Mejorad*. Plures tamen et *Gothicis*: *Mastruga vestis Germanica*; quæ lectio (nisi obstaret locus e *Cicerone* citatus) ferri poterat. *Prudentius*:

*Tentavit Geticus nuper delere tyrannus Italiam patrio veniens juratus ab Istro, Hæc arces equare solo, tecta aurea flammis Solvere, mastrucis proceres vestire togatos.*

• *Dignoscuntur gentes ita habit. et ling.* Respeximus videtur ad *Virgillii* verba:

... Incedunt victæ longo ordine gentes.

Quam variis linguis, habitu tam vestis, et armis.

• *Brach. et crur. linament.* Al., *linamentis*. Usurpat eam vocem *Plinius*.

Alani; <sup>a</sup> horrent et male tecti cum Iatratoribus linguis Scoti; sagati sunt Alemanni; linteati Indi; gemmati Persæ; sericati Seres; pharetrati Armenii.

7. Nonnullæ etiam gentes non solum in vestibus, sed et in corpore <sup>b</sup> aliqua sibi propria quasi insignia viudicant, ut videmus **455** cirros Germanorum, granos et cinnabar Golborum, stigmata Britonum. Circumcidunt Judæi præputia; pertundunt Arabes aures; flavent capitibus intectis Getæ, nitent Albani albenibus crinibus. Mauros habet tetra nox corporum, Gallos candida cutis, sine equis inertes exstant Alani, nec abest genti Pictorum nomen a corpore, quod minutis opifex acus punctis, et expressus nativi graminis succus illudit, ut has ad sui specimen cicatrices ferat, pictis artibus maculosa nobilitas.

8. Habet et sexus institutam speciem habitus, ut <sup>a</sup> in viris tonsi capilli, in mulieribus redundantia crinium: quod maxime virginibus insigne est, quarum et ornatus ipse proprie sic est, ut concumulatus in verticem ipsam caotus sui arcem ambitus crinium contegat.

### CAPUT XXIV.

#### De palliis virorum.

1. *Pallium* est quo ministrantium scapulæ contegantur, ut dum ministrant expediti discurrant. Plautus:

Si quid facturus es, appende in humeris pallium,

Et pergat, quantum valet, tuorum pedum pernicitas.

Dictum autem *pallium* a *pellibus*, quia prius super indumenta *pellis* veteres utebantur, quasi *pellea*, sive a *palla* per derivationem.

**456** 2. *Chlamys* est quæ ex una parte induitur, neque consuitur, sed fibula infrenatur. Hinc et Græce nomen accepit.

3. *Toga* dicta, quod velamento sui corpus tegat, atque operiat. <sup>a</sup> Est autem pallium purum forma rotunda effusiore, et quasi inundante sinu, et sub dextro veniens supra humerum sinistrum ponitur,

<sup>a</sup> *Horrent et male tecti*.—*Heteromalis tecti* legit quidam, lib. 1 Rer. German., id est, vestimentis altera parte villosis; recte, opinor.

<sup>b</sup> *Aliqua sibi propria q. insig. vend.* Tertull., libro de Veland. Virg.: *Dobebant et ipsi aliqua sibi insignia defendere; aut pennas Garamantum, aut strobilos barbarorum, aut cicadas Atheniensium, aut cirros Germanorum, aut stigmata Britonum.*

<sup>c</sup> *In viris tonsi capilli*.—*Vir si comam nutriat ignominia est illi.* 1 Cor.

CAP. XXIV. — <sup>a</sup> *Est autem pallium purum.* Toga pura dicebatur, quæ sine purpura erat, *purum pallium* qui dixerit non video. Itaque *τὸ purum* debebat Chacon. Nam pura vestimenta alio sensu dicuntur a Festo, et a Serv. in Fragmentis.

<sup>b</sup> *Mensura tog. just. si sex uln.* Horat. in Epod.

Videsne sacram metente te viam

Com bis ter ulnarum toga,

Ut ora vertat huc et huc....

<sup>c</sup> *Toga autem palm.* Serv., eclog. 10: *Sanguineis ebullit hacc. : Palmata toga, qua utebantur illi qui palmam merebantur.*

<sup>d</sup> *Ipsa vocatur et toga picta.* Vid. Fest., in Picta.

<sup>e</sup> *Cinctus Gabin.* Vid. Serv., Æn. vii:

Ipsæ Quirinali trabea, cinctoque Gabino;

Quod autem *postsecus* dixit, sic in Gloss. *Postsecus, ἑπικαθῆν*, et *ἑμπροσθὶν antiæsecus.*

A cujus similitudinem in operimentis simulacrorum, vel picturarum aspiciamus, easque statuas togatas vocamus.

4. *Toga* autem Romani in pace utebantur, bellum autem tempore paludamentis. <sup>a</sup> *Mensura togæ justa, si sex ulnas habeat.*

5. <sup>c</sup> *Toga palmata* dicebatur quam merebantur ii qui reportabant de hostibus palmas. <sup>d</sup> *Ipsa vocabatur et toga picta*, eo quod victorias cum palmis intextas haberet.

6. *Toga candida*, eademque *cretata*, in qua candidati, id est, magistratum petentes ambiebant, addita creta, quo candidior, insigniorque esset. Cicero orationem, quam habuit contra competitores in *toga candida* inscripsit.

7. <sup>b</sup> *Cinctus Gabinus* est, cum ita imponitur toga, ut togæ lacinia, quæ postsecus rejicitur, strahitur ad pectus, ita ut ex utroque latere ex humeris picturæ pendeant, ut sacerdotes gentilium faciebant, <sup>e</sup> aut cingebantur prætores.

8. <sup>f</sup> *Trabea* erat togæ species ex purpura et cocco, qua operji **457** Romanorum reges initio procedebant. <sup>g</sup> *Hanc primum Romulus adinvenisse perhibetur, ad discretionem regii habitus.* Trabea autem dicta, quod in majori gloria hominem <sup>h</sup> transbearet, hoc est, ultra et in posterum ampliori dignitate honoris beatum faceret.

9. *Paludamentum* erat insigne pallium imperatorum cocco, purpuraque et auro distinctum. De quo Salustius: *Togam, inquit, paludamento mutavit.* Erat enim pallium bellicum, dictum, ut quibusdam videtur, quod eo indutus palam faceret imperator bellum futurum.

10. *Circumtextum* est quod Græce *κύκλας* dicitur, de quo Virgilius

<sup>i</sup> *Et circumtextum croceo velamen acantho.*

Circumtextum autem dictum, quia est rotundum pallium.

11. <sup>k</sup> *Diplois*, Græcum nomen, ab eo quod sit du-

<sup>l</sup> *Aut cingebantur prætores.* Consules voluit dicere.

<sup>m</sup> *Trabea erat tog. sp.*, etc. Serv., Æn. vii: *Trabea toga est augurum de cocco et purpura.*

<sup>n</sup> *Hanc primum Romul.* Plinius, lib. ix, cap. 39: *Purpuræ usum Romæ semper fuisse video, sed Romulo in trabea.*

<sup>o</sup> *Transbearat.* Ita Gotth. Cod.; alii, *transveheret.*

<sup>p</sup> *Et circumtextum.* Servius: *Velamen (circumtextum intellige) cycladem significat.* Non ut velamen appositio sit *τὸῦ circumtextum* (quod putavit quidam), sed ut velamen sit circumtextum croceo acantho. Nam *circumtextum* participium est nihilo minus quam *pictum*, cum idem versus paulo post apud Maronem nonnihil mutatus repetitur:

Pallamque et pictam croceo velamen acantho.

Quamvis etiam *circumtextum* substantive, vel vestis genus sit, vel potius vestimenti pars. Varro, lib. iv: *Amictus est dictum anjectum, id est, circumjectum, a quo etiam quod vestes se involvunt, circumjectum appellant, et quod amictui habent purpuram circum, vocant circumtextum.*

<sup>q</sup> *Diplois.* Serv., Æn. v: *Hæc fatus duplicem.... : Id est, abollam, quæ duplex est, sicut chlamys.* Hor.:

Contra quem duplici panno sapientia velat.

plex amictus. Horatius :

Contra quem duplici panno patientia velat.

12. <sup>a</sup> Est autem vestis militaris, cujus usus Gallicis primum expeditionibus coepit e præda hostili. De quo vox illa senatus : <sup>b</sup> *Togis depositis, Quirites, (ite) ad saga.*

458 13. *Sagum* autem Gallicum nomen est; dictum autem *sagum* quadrum, eo quod apud eos primum quadratus, vel quadruplex esset.

14. <sup>c</sup> *Pænula* est pallium cum fimbriis longis.

<sup>d</sup> *Lacerna* pallium fimbriatum, quo olim soli milites utebantur. Unde et in distinguenda castrensi urbanaque turba hos togatos, illos lacernatos vocabant. <sup>e</sup> Inde autem lacernæ, quasi amputatis capitibus fimbriarum, neque ita laxis, ut sunt pænularum.

15. <sup>f</sup> *Mantum* Hispani vocant, quod manus tegat tantum. Est enim breve amictum.

16. <sup>g</sup> *Prætexta* puerile pallium est, quo usque ad sedecim annos pueri nobiles sub disciplina cultu utebantur. Unde et prætextati pueri appellati sunt. Dicta autem *prætexta*, quia *prætexebatur* ei latior purpura.

7. *Casula* est ve tis cucullata, dicta per diminutionem a *casa*, quod totum hominem tegat, quasi *minor casa*. Unde et *cuculla*, quasi *minor cella*; sic et Græci <sup>h</sup> Planetas dictos volunt, quia oris 459 errantibus evagantur. Unde et stellæ *planetæ*, id est, vagæ, eo quod vago sui errore motuque discurrunt.

18. *Birrus* a Græco vocabulum trahit; illi enim birrum *birrum* dicunt.

19. *Melotes*, quæ etiam *pera* vocatur, pellis est caprina, a collo pendens, præcincta usque ad lumbos. Est autem habitus proprie necessarius ad operis exercitium. Fiebat autem prius, ut quidam æstimant, de <sup>i</sup> pelliculis *melonum*. Unde et *melotæ* vocatæ sunt.

<sup>a</sup> Est autem vestis militaris. Pei vorse hæc diploidi in omnibus libris tribui, quis non videat?

<sup>b</sup> *Togis depositis, Quirites, ad saga.* Additur in quibusdam *ierunt*; in aliis, *vel fuerunt, vel fugerunt, vel conversi fuerunt.* Nempe adulterina omnia. Ergo solemnia verba illa-fuere in tumultu: *Togis depositis, Quirites, ad saga.* Vel etiam *Togis depositis, Quirites, ite ad saga*, quod potius reor. Nam illud *ite* quod post *Quirites* sequebatur a librariis, eandem syllabam (ut fit) non repetentibus, omissum. Frequens apud Ciceronem *ire et redire ad saga.* Itemque *saga sumere, et togas deponere.* Vid. Philipp. 5, 6, 8, 14.

<sup>c</sup> *Pænula est pallium cum fimb. long.* Satis id confirmant Ciceron. verba in *Miloniana*: *Quid minus promptum ad pugnam, cum pænula irretitus, rheda impeditus, uxore pene constrictus esset? Quin et pænula quoque ipsa stricta, et angusta fuit, et grammaticorum et rhetorum. Tacit., de Causis corrupti. eloq.: Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attulisse pænulas istas, quibus astricti et veluti inclusi cum iudicibus fabulamur?*

<sup>d</sup> *Lacerna... quo olim soli milit. Propert. :*

Textitur hæc castris quarta lacerna tuis.

<sup>e</sup> *Inde autem lacernæ, quasi amput. cap. Fest., in Lacerare: Lacerna quod minor capitis sit.*

<sup>f</sup> *Mantum Hispan. Pollux: Μαντήν, ἱματίον τι τῷ κλουμένῳ φανόλη ὁμοιον.* Ergo fusioem agnovit hanc vestem Pollux, quam Isidorus, si notationem recipimus.

<sup>g</sup> *Prætexta puerile pall.* Recte, sed fuit etiam prætexta magistratum. Vid. Fest. et Bayf.

<sup>h</sup> *Planeta... birrus... Melotes.* Vid. Annot. in Cas-

A 20. *Fimbriæ* vocatæ....

*Oræ* vestimentorum, hoc est, *fines*, ex Græco vocabulum trabentes. Græci enim *terminum ὄρον* vocant.

## CAPUT XXV.

### De palliis feminarum

1. *Regillum* <sup>i</sup> est prælautum *reginarum* amicalum, unde et appellatum. 460 <sup>k</sup> *Peplum* matronale pallium ex purpura signatum, cujus fimbriæ aurei staminis summitate resplendent.

2. <sup>l</sup> *Palla* est quadrum pallium muliebris vestis deductum usque ad vestigia, affixis in ordinem gemmis. <sup>m</sup> Et *palla* dicta, ἀπὸ τοῦ πάλαν, id est a mobilitate quæ est circa finem hujusmodi indumentii, sive quod rugis vibrantibus sinuata crispetur.

B 3. *Stola*, matronale operimentum, quod cooperto capite et scapula a dextro latere in lævum humerum mittitur. *Stola* autem Græcæ vocatur, quod supermittitur.

4. <sup>n</sup> Eadem et *ricinium* Latino nomine apperatum, eo quod dimidia ejus pars retro ejicitur, quod vulgo *navortem* dicunt. Vocatum autem dicunt *navortem*, quasi *Martem*. Signum enim maritalis dignitatis et potestatis in eo est. Caput enim mulieris vir est. inde et super caput mulieris est.

5. *Amiculum* est meretricium pallium lineum. Hoc apud veteres 461 matronæ in adulterio deprehensam induebantur, ut in tali amiculo potius quam in stola polluerent pudicitiam. Erat enim <sup>o</sup> hoc apud veteres signum meretriciæ vestis, nunc in Hispania honestat. s.

6. <sup>p</sup> *Theristrum*, palliolum muliebre, dictum, quod ἐν θίπτει, id est, in æstu et caumate corpora mulierum C protegat, quo usque hodie Arabiæ et Mesopotamiæ

sian. Quod autem in omnibus libris legitur, *birrum birrum dicunt*, mendium puto. Nam βίρρον apud Suidam dicitur, et in Gloss. βίρρος, *birrus*.

<sup>i</sup> De pelliculis *melonum*. Iuno μῆλον, id est, ovium, quamvis melonis animalis supra meminisset, lib. xii, cap. 1.

CAP. XXV. — 1 *Regillum.* Vid. Fest. et Non

<sup>k</sup> *Peplum.* Serv., Æn. 1: *Peplum proprie est palla picta feminea Minervæ consecrata. Hodie tamen abuntur hoc nomine.*

<sup>l</sup> *Palla est quadrum pall.* Fortasse e Tertulliano, qui quadrangulum describit pallium. Nisi aliena hæc esse dicamus. Nam Servius e quo sunt reliqua, Æn. xi: *Palla (inquit) proprie est muliebris vestis deducta usque ad vestigia.* Tibull. :

Fusa sed ad teneros lutea palla pedes.

<sup>m</sup> Et *palla* dicta ἀπὸ τοῦ πάλαν. Idem, Æn. 1: *Ferre jubet pallam... Significat tunicæ pallium, quod secundum Varronem palla dicta est ab irrigatione, et mobilitate, quæ est circa finem hujusmodi vestium. At idem Varro in libris de Ling. Latin. : Palla (inquit) quod palam sit; quemadmodum intusium quod intus.*

<sup>n</sup> Eadem et *ricinium.* Serv., Æn. 1, ad illud: *Genetique tog. ; Ricinius dicitur ab eo quod post tergum rejicitur, quod vulgo Navorte dicitur.* De Navorte vid. Non. in Ricinio. Isidor., in Offic., et Annot. in Cassian.

<sup>o</sup> Hoc apud Veter. Apud Romanos toga meretricum et deprehensarum vestis fuit. Vid. Horat. interp., 1 sermon., satyr. 2. De Amiculo amplius quærendum. <sup>p</sup> *Theristrum.* Totus locus ex Hieronym., Is. iii. Qui mutilus est in Gothicis.



mulieres velantur, quibus in æstu tutissimo teguntur A umbraculo. De quo in Isaia.

7. <sup>a</sup> *Anaboladium* anictorium lineum feminarum, quo humeri operiuntur, quod Græci et Latini *sindonem* vocant.

### CAPUT XXVI.

*De stratu et reliquis quæ in usu habentur.*

1. *Stragulum* <sup>b</sup> vestis est discolor, quod manu artificis diversa varietate distinguitur. Dictum autem, quod in stratu et in amictu aptum sit. De quo Salomon: *Stragulatam vestem fecit sibi.*

2. <sup>c</sup> *Ludices* a ludis, id est, theatris, vocatas quidam existimant. 462 Cum enim egrediebantur de ludi prostibulo iuvenes horum velamento tegebant caput et faciem, quia solet erubescere qui lupanar intraverit.

<sup>d</sup> *Galnapes*....

3. <sup>e</sup> *Fulcra* sunt ornamenta lectorum, dicta quod in iis fulcitur, id est, sustinemur, vel quod toros fulciant, sive caput, quæ *reclinatoria* vulgus appellat.

4. *Cervicalia* autem, eo quod ponantur sub *cervice*, vel cubito.

*Pulvillus* dictus a pulvinari, qui est divitum lectus.

<sup>f</sup> *Calcitræ* vocatæ, quod calcantur, id est, farciuntur pluma, sive tomento, quo molliores caldiioresque sint.

5. *Tapeta* dicta, quod pedibus primum sternerentur, quasi *tapedia*.

<sup>g</sup> *Sipla*, tapeta ex una parte villosa, quasi *simpila*.

*Amphitapa*, ex utraque parte villosa tapeta. Luciius:

<sup>a</sup> *Anaboladium*. Ex eodem; Ambros. quoque libro de Bened. patriarch., cap. 4. Id quod, Gen. XLIX, apud LXX, est περιβολή, *anaboladium* legit: *Et sanguinem uræ anaboladium suum.*

CAP. XXVI. — <sup>b</sup> *Stragulam vest.* Sic Gothici omnes, non *stragulatam*.

<sup>c</sup> *Ludices*. — *Lodices* apud Martial., in Apophoret. Vid. sup., lib. xviii, cap. 42, de Prostibulis theatri.

<sup>d</sup> *Galnapis*.... Isidorus in Regul. cap. de Stratu monach. : *Monachi stratus erit storia, et stragulum, pelles delanatae, galnapis quoque, et facistergium, geminusque ad caput pulvillus.* Videndum etiam, num Varronis *gaunacuma*, sive (ut alii volunt) *gaunace*, huc pertineat. Nam γαυνάκιον in γαυνάκιον abiisse, non admodum mirer. Sunt autem γαυνάκια (ut ait Hesychius) *στρώματα, ἢ περιβολαῖα ἐπερόμαλλα.*

<sup>e</sup> *Fulcra* sunt: *Fulcra, spondæ lectorum, quibus sulcuntur*, ait Serv., Æn. vi.

<sup>f</sup> *Calcitræ*.... quod calcantur. Ita Varr., lib. iv.

<sup>g</sup> *Sipla tapeta*. Sic omnes libri; atque ut ita legamus, suadet notatio, quasi *simpila*: Sed *psila* malim, et quia amphitapis psila opponuntur, et quia apud Non. Lucilii versus ita legitur:

Psilæ, atque amphitapæ villis ingentibus molles.

Nisi si quis sibi persuadeat Lucilium quoque permittasse litteras, dum Romanis auribus tantisper servit quod nihil necesse est.

<sup>h</sup> *Mantelia*... olim *terg. man.* Serv., Georg. iv: *Mantelia* quibus manus terguntur. Varro: *Mantelium, quasi manuterium.* Festus: *Mantelia, quod manu tractantur.*

<sup>i</sup> *Mappæ* quasi *manuppæ*. Sic Gothici libri. Unus

*Siplæ, atque amphitapæ villis ingentibus molles.*

463 6. <sup>h</sup> *Mantelia* nunc pro operiendis mensis sunt, quæ, ut nomen ipsum indicat, olim tergendis manibus præbebantur.

<sup>i</sup> *Mappæ* convivii et epularum appositarum sunt, quasi *manuppæ*, atque ob id nominatæ. cuius diminutivum *mappella* est.

*Toralia* longæ perpetuæque *mappæ*, a *toro* dictæ.

7. <sup>j</sup> *Sabanum* Græcum est.

*Facistergium*, et *manistergium* a *tergendo factum*, vel *manus* vocatur.

*Vela* dicta, quod obiectu suo interiora domorum *velent*.

8. <sup>k</sup> *Aulæa*, vela picta, et grandia, quæ <sup>l</sup> ideo *aulæa* dicta sunt, quod primum in *aula* Attali regis Asiæ, cui successit populus Romanus, inventa sunt.

9. <sup>m</sup> *Cortinæ* sunt *aulæa*, id est, vela de pellibus, qualia 464 in Exodo leguntur, a quibus tabernaculum extrinsecus tegebatur. Dictæ autem *cortinæ* a *coriis*, eo quod prius ex pellibus fuissent factæ. Unde et in eodem tabernaculo legis iubetur *cortinas fieri ex pellibus arietum rubris*, et ex pellibus hyacinthinis.

10. <sup>n</sup> *Cilicia* Arabes nuncupant, velamenta pilis caprarum contexta, ex quibus sibi tentoria faciunt.

### CAPUT XXVII.

*De lanis.*

1. *Lana* a *laniendo*, id est, *vellendo* dicta. Hinc et *vellus* dictum, quod prius *lanæ vellerentur*, non *tonderentur*.

<sup>C</sup> *Linum* ex terra oritur, deflexumque nomen ejus a Græco. Nam *linum* <sup>o</sup> Græci λινάριον dicunt, sive quod sit molle, et lenè.

ex aliis, *manupisæ*. Rabanus, *manubiæ*. Quam scripturam doctissimi quidam viri ita amplectebantur, ut quovis pignore veram esse contenderent. Respexisse enim in notatione Isidorum ad Sanctæ manubiæ (sic enim ab eo appellari voluit), sordidas illas <sup>o</sup> convivii prædas, quas ridet faceto carmine Martialis:

Dulci placenta sordidam lingit mappam.

Illic et uvæ collocantur ollares...

Mihi quidem ob multa non sit verisimile. Atqui ipsis commentum placebat.

<sup>i</sup> *Sabanum*. Utitur hac voce sæpius Theodoros Priscianus medicus, et Victor., lib. iii: *Ea sabana bejulabat quibus eum dudum suscipiens de fonte texerat.*

<sup>k</sup> *Aulæa vela picta*. Serv., Æn. i: *Cum venit aulæis...* — *Aulæis* (inquit), *velis pictis*.

<sup>l</sup> *Ideo... aulæa... inventa sunt*. Ex eod., Georg. iii: *Purpurea... aulæa...*

<sup>m</sup> *Cortinæ sunt aulæa de pellibus*. Mirum discessisse a Servio, qui Æn. iii: *Cortina* (inquit) *locus unde oraculum exit, vel quia Apollinis tripus corio Pythonis textus est, vel quia ibi sunt certa responsa, quasi certina; vel quod est verius quia ibi cor vatis tenetur*. Additque lib. vi: *Aut certe secundum Græcam etymologiam ὅτι τὴν κορίν τεύεται*, etc. Sed illa ex alio genere.

<sup>n</sup> *Cilicia*. Solin., cap. 46: *Ipsa autem tentoria cilicia sunt: ita nuncupant velamenta de caprarum pilis texta.*

CAP. XXVII. — <sup>o</sup> Græci λινάριον. Imo λίνον potius λινάρια, retia in Pamphylia, Eustach., ed., 6.

2. *Stippa* vero cannabi est sive lini. <sup>a</sup> Hæc secundum antiquam orthographiam *stippa* dicitur, quod ex ea rimæ navium *stippentur*.

<sup>b</sup> Unde et *stippatores* dicuntur, <sup>c</sup> qui in navibus eam componunt.

3. <sup>d</sup> *Tomentum* appellatum quod aut in filo, aut in tela *tumeat*, nec subtilitatem habeat.

*Cannabum* a similitudine cannæ vocatum, sive a Græca etymologia. Nam illi cannabum *κάνναβιν* vocant.

4. <sup>e</sup> *Byssum*, genus est quoddam lini **506** nimium candidi et molli-simi, <sup>f</sup> quod Græci *papatem* vocant.

<sup>g</sup> *Fibrinum* lana est animalium, quæ fibros vocat, ipsos et castores existimant, quos dum venatores **465** sequuntur, ipsi sibi testiculos adimunt.

<sup>h</sup> *Aranea* vocata, eo quod aeris infusione in frondibus nutriatur.

5. <sup>i</sup> *Sericum* dictum, quia id *Seres* primi miserunt. Vermiculi enim ibi nasci perhibentur, a quibus hæc circum arbores fila ducuntur. Vermes autem ipsi Græce *βόμβυκες* nominantur.

<sup>j</sup> *Placium* est stupa, et quasi <sup>k</sup> crassedo serici, et est Græcum nomen.

#### CAPUT XXVIII

##### De coloribus vestium

1. *Tinctura* vocata, quia *tingitur*, et in aliam tucatam speciem nitoris gratia coloratur. <sup>l</sup> *κόκκον* Græci, nos *rubrum*, seu *vermiculum* dicimus. Est enim vermiculus ex silvestribus frondibus.

2. <sup>m</sup> *Conchylium* dictum eo quod ex *conchulis* marinis color ejus colligitur. Idem et *ostrum* vocatur.

3. *Ostrum*, quod pro colore purpuræ temperatur, plurimis quidem in locis, sed optimum in insula Cypri gignitur, sive in iis quos propius solis cursus illuminat.

4. *Conchylia* autem sunt maris, quæ circumcisa ferro lacrymas purpurei coloris emittunt. His collectis color purpureus temperatur; **466** et ostrum exinde

<sup>a</sup> Hæc secundum antiq. orthog. E Serv., *Æn.* v.

<sup>b</sup> Unde *stippatores*... componunt. Ex eod., *Æn.* iii: *Stippantque carinis*.

<sup>c</sup> Qui in navibus. Al., *vallibus*; F., *navalibus*.

<sup>d</sup> *Tomentum*. Al., *tumentum*.

<sup>e</sup> *Byssum*... *papatem* *vicant*. Absunt hæc a Gothico Toletan.

<sup>f</sup> Quod Græci *papatem*. Est namque *πάππος ἀκάθης* *θευκόν ἐξάνθημα*, ut ait Eustach. Festus quoque: *Pappi, carduorum flores*.

<sup>g</sup> *Fibrinum*. Sup., cap. 22.

<sup>h</sup> *Aranea*. Sup., lib. xii, cap. 3.

<sup>i</sup> *Sericum*. E Serv., *Georg.* ii, ad vers. *Velleraque ut foliis... Seres*.

<sup>j</sup> *Placium*. Vel *pluthium* potius, ut sit ἀπὸ τοῦ *πλάθω*, quod est impleo, et *stippo*.

<sup>k</sup> Et quasi *crassedo*. Vulgo, *seda cadarca*.

CAP. XXVIII. — <sup>l</sup> *Coccum* Græci. Frequentius apud LXX *κόκκινον* quam *κόκκος*, ubi Hieronymus *coccum vermiculum* reddit, nunc *coccum*, vel *coccinum* relinquit; *φονιχοῦν* vero *rubrum* interpretari solet.

<sup>m</sup> *Conchylium*... *elicitur*. Ex Vitruv., lib. vii, cap. 15.

<sup>n</sup> *Purpura*... a puritate luc. Respexit fortasse ad Virgilii verba, *Æn.* i: *Lumenque juventæ Purpureum*. Nam *purpura* *πορφύρα* quin sit, ne ipse quidem vi-

appellatum dicunt, quod ex testæ humore elicitor.

5. <sup>n</sup> *Purpura* apud Latinos a puritate lucis vocata. Apud Græcos autem *πορφύρα* dicitur cum aspiratione; apud nos *purpura* sine aspiratione.

6. <sup>o</sup> *Ferrugo* est color purpuræ subnigræ, quæ sit in Hispania, ut: *Ferrugine clarus Ibera*. Dicta autem *ferrugo*, quod omnis purpura prima tinctura hujusmodi coloris existat.

7. <sup>p</sup> *Glaucus* color est ferrugineus, subniger.

<sup>r</sup> *Elbidum* ab *elbo* colore vocatum. Elbum enim est medius color inter album et nigrum, et *elbum* ab *albo* derivatum.

8. <sup>r</sup> *Luteus* color rubicundus, quod est croceus; nam crocus lutei coloris est, ut: *Croceo mutabit vellera luto*.

B <sup>s</sup> *Menium*, quod sit colore nigro. Græci enim *μύλαν* *nigrum* dicunt.

*Masticinum*, quod colorem masticis habeat.

*Blateum*... *Blavum*... *Mesticium*...

9. *Osticium*, quia ex usto est. Fit enim ex dependenti fuligine tectorum egesta assiduis ignibus, unde et color ejusdem tincturæ flammeus est.

#### 467 CAPUT XXIX.

##### De instrumentis vestium.

1. *Tela* <sup>t</sup> pro longitudine staminum dicta, cujus derivativum est *telaria*.

<sup>v</sup> *Insubuli*, quia infra supra sunt, vel quia *insubulantur*.

*Radii* dicti, quia *radendo* fiunt.

C *Pectines*, quod *pexa* fila reddant, et imprimant.

2. *Colus*, quod sit in longitudine, et rotunditate, quasi *columna*.

*Fusus*, quod per ipsum fundatur quod netum est.

<sup>v</sup> *Alibrum*, quod in eo *librantur* fila, id est, *volvuntur*.

3. *Calathus*, leve gestamen ex ligno, vel canna, aut ex junco factum, in quo vel pensa ponuntur, vel detur ambigere.

<sup>o</sup> *Ferrugo est color... in Hispan.* Serv., *Georg.* i: *Cum caput... Ferrugine:—Ferrugo est purpura nigrior Hispana; alibi, i Et ferrugine clarus Ibera; i ubi Hispana gloss. fuit vocis Ibera. Ipse namque Servius in loco a se ex Æn. ix citato Hiberam ferrugineum, non Hispanam, sed Ponticam intelligi vult. Fuerunt ergo Isidori ætate quædam (ut nunc sunt omnia) Servii exemplaria corrupta.*

<sup>p</sup> *Glaucus est color ferrug.* Sup., in equor. coloribus, lib. xii, cap. 1.

<sup>q</sup> *Elbum*. Sup., lib. xii, cap. 5.

<sup>r</sup> *Luteus*. E Serv., *eclog.* 4.

<sup>s</sup> *Menium*. Al., *melum*. Al., *melium*; forte *melium*, de quo alibi.

CAP. XXIX. — <sup>t</sup> *Tela pro longitudine*, ἀπὸ τοῦ *τελῶθην*, scilicet.

<sup>v</sup> *Insula*. Gloss., *insubula ἀντι-v, και ἀντια*, et alibi *ἀντιον ἐθα ὑπαίνουσιν αι γυναικες*. Lucretius, lib. v:

Insilia, ac fusi, radii, scæpique sonantes, ubi *insubula* quidam legunt, nec syllabæ productionem curant. Hieronymus *littiatorum* vocat, *Paralip.* l.

<sup>v</sup> *Alibrum q. i. e. librantur*. Gothici *liberantur*, id est, *solvuntur*.

leguntur flores, \* *καλον* enim Græce lignum est, a quo derivatus est *calathus*. <sup>b</sup> Nam Latine *quasillum* dicitur. Cicero in Philippicis: *At vero hujus domi inter quasilla pendebatur aurum.*

4. *Pensum* mulierum, a *pendendo* dictum, unde *pensa* et *impensa*.

*Netum*....

5. *Fila* dicta, ve. quia ex pilis animalium sunt, vel quia lanificium filis tenuibus constat in modum pilorum, id est, quasi florum.

6. \* *Metaxa*, quasi *metaxa*, a circuitu, scilicet, filorum. Nam **468** *meta* circuitus dicitur, vel quod transferatur.

<sup>d</sup> *Gubellum*, corrupte a *globo* dictum per diminutionem, quasi *globellum*.

7. \* *Panulæ* (vel *panulæ*), quod ex eis *panni* **B** *textantur*. Ipsæ enim discurrunt per telam.

*Stamen* dictum, quia rectum stat.

*Trama*, quod via recta transmittatur per telam.

Est enim filum intra stamen currens.

*Licia* sunt quibus stamina ligantur, quasi *ligia*.

*Ordiri*....

*Texere*....

### CAPUT XXX.

#### De ornamentis.

1. Hactenus de veste, dehinc ad cæterum cultum veniamus.

*Ornamenta* dicta, quod eorum cultu ora vultusque decorentur. Primum ornamentum *corona* insigne victoriæ, sive regii honoris signum, quæ in **C** capite regum ponitur, ad significandum circumfusus in orbe populos, quibus accinctus, quasi caput suum coronatur. Hæc a Lucilio *corolla*, ab Homero *στέφανη* dicta est. <sup>f</sup> Hujus principium a Libero quodam Gentiles existimant, quod is in potando mota vino capita vincire fasciolas instituerit, idcirco

\* *Calon* enim Græci lign. Ita Serv., non semel. Vid. *Æn.* vi initium. Et Festus: *Calones calcei ex ligno facti.*

<sup>b</sup> Nam Latine *quasill...* aurum. Verba sunt Serv., eclog. 4.

\* *Metaxa*. Vulgo *madoxæ*. Gloss., *metaxa*, *στέφα*, et *metaxa* *τέφια*. Utitur ea voce Vitruvius, lib. vii, cap. 3, et Martianus, lib. xxxix, dd. de Pign. et Hypothec. Unde *metaxarii* apud Justin., lib. viii **C**, eod. tit.

<sup>d</sup> *Gubellum*. Al., *tubellum*. Al., *jubellum*. Al., *globellum*. Hispane *ovillo*, atque etiam apud quosdam *Jovillo*.

\* *Panulæ*, vel *panulæ*. Absunt a Gothicis duo posteriora verba. Vid. Eruditorum virorum notas ad Verronis verba lib. iv; *Pannus* Græcum, *pannulum* dictum a *panno*, et *volvendo* filo.

CAP. XXX. — <sup>f</sup> Hujus principium a Libero. Vid. *Athen.*, lib. xv, cap. 5.

\* Sicut erat in sacerdotibus. Ut in flaminibus. Nam flamines dicti quasi flamines, ut ait Festus. Et in legatis. Livius, lib. i: *Legatus, ubi ad fines eorum sensit unde res repetuntur, capite velato (filum lanæ velamen est): Audi, Jupiter, etc.* Quod autem lineas etiam coronas ait fuisse ex Virgilii versu, *Æn.* xii:

Velati lino et verbena tempora vincti,

in vitis id Servio, Cauro et Hyginio facit, qui *limo* legi

olim lineæ, et lanei generis corona fuit: sicut erat in sacerdotibus gentilium.

2. <sup>b</sup> Nomen coronæ hac ex causa vocatum, quod initio circum aras curretur, atque ad imaginem circuitus vel chori est formata, et nominata corona.

**469** 3. <sup>i</sup> Imperatores Romani et reges quidam gentium aureis coronis utuntur. Persæ tiaras gerunt, <sup>i</sup> sed reges rectas, satrapæ incurvas. Reperta autem tiara a Semiramide Assyriorum regina. Quod genus ornamentum exinde usque hodie gens ipsa retinet. <sup>b</sup> Athenienses autem cicadas aureas gerebant, partim in verticem, nonnulli in fronte. Non enim eadem sunt insignia omnium regnorum. Gentilium vates infula, apice, pileo, sive galero utebantur.

4. <sup>i</sup> *Infula* est fasciola sacerdotalis capitibus, alba, in modum diadematis, a qua vittæ ab utraque parte dependent, quæ infulam vinciunt. Unde et vittæ sunt, quod vinciant, infula autem plerumque tortilis de albo et cocco.

5. <sup>m</sup> *Apex* est pileum sutile, quo sacerdotes gentiles utebantur, appellatus ab *apiendo*, id est, a ligando, <sup>n</sup> Nam virgula quæ in pileo erat, connectebatur filo, quod fiebat ex lana hostiæ. \* *Galerum*, pileum ex pelle cæssæ hostiæ factum. *Pileum* autem dictum a *pelle* hostiæ, unde fiebant.

6. <sup>r</sup> *Cydaris* et ipsa sacerdotum erat, quæ a plerisque *mitra* vocatur.

### 470 CAPUT XXXI.

#### De ornamentis capitis feminarum.

1. Ornamenta capitis feminarum diadema, nimbus, capitalum et mitra.

<sup>q</sup> *Diadema* est ornamentum capitis matronarum ex auro et gemmis contextum, quod in se circumactis extremitatibus retro astringitur, et exinde dictum Græce, quod præligetur.

2. *Nimbus* est fasciola transversa ex auro assuta eo loco malunt.

<sup>b</sup> Nomen coronæ. Fest.: *Corona, cum videatur a choro dici, caret tamen aspiratione.*

<sup>i</sup> Imperatores Romani, et reg. Vid. Plin., Agell., et Tertull. de Coron. Millit.

<sup>i</sup> Sed reges rectas. Xenoph., lib. vii *Παιδ.*: *Ὁ Κύρος ἐπ' ἄρματος ὄρθην ἔχων τὴν τιάρην.* Et Hesych.: *Τιάρη ἢ λεγομένη κυρβάσις, ταύτη δὲ οἱ Πέρσαι βασιλεῖς μόνη ἔχρῶντο ὄρθην, οἱ δὲ στρατηγοὶ ὑποκεκλιμένη.*

<sup>b</sup> Athenienses cicadas. Dicitur propterea *τεττεροπόροι*.

<sup>i</sup> Infula. E Serv.: *Æn.* x. Vid. Fest.

<sup>m</sup> Apex. Ex Fest.

<sup>n</sup> Nam virgul. Serv., *Æn.* ii: *Fundere lumen apex.*

\* *Galerum*. Idem, *Æn.* vii: *Galerus genus est pilei, quod Fronto genere neutro dicit: hoc GALERUM. Al., galerium. Al., galearium. Fest.: Galearia a galearum similitudine dicta.*

<sup>r</sup> *Cydaris*. Ex Hieron., ad Zachar. iii, et Ezech. xii.

CAP. XXXI. — <sup>q</sup> *Diadema*. Citantur a Festo ex Catone hæc verba in Rusco: *Mulieres operatas auro, purpuraque ars\* inhaeret diadema, coronas aureas, etc.* Sed quia Hieronymus, ad Ezech. xii, et alii, diadema non matronarum, sed regii capitis insigne esse dicunt, *anadema* hic legebat vir doctissimus, ex Luceo, lib. v: *Fiunt anademata, mitræ; cuius poetæ perstudiosum fuisse Isidorum constat ex pluribus hujus operis locis.*

in linteo, quod est in fronte feminarum. Plautus : A<sup>1</sup> quibus pretiosa grana lapidum dependent. <sup>m</sup> Harum

Quo magis eam aspicio, tam magis nimbata est.

• Nam et lumen quod circa angelorum capita pingitur nimbus vocatur, licet et nimbus sit densitas nubis.

3. <sup>b</sup> *Capitulum* est quod vulgo *capitulare* dicunt. Idem et *cappa*, vel quod duos apices, ut *cappa* littera habeat, vel quia capitis ornamentum est.

**471** 4. <sup>c</sup> *Mitra* est pileum Phrygium caput protegens, quale est ornamentum capitis devotarum. <sup>d</sup> Sed pileum virorum est, mitræ autem feminarum.

5. *Redimicula* autem sunt quibus mitra alligatur. Pileum autem, ut prædiximus, a pelle erat. Nam mitra ex lana est.

• *Ricula* est mitra virginalis capitis.

6. *Vittæ* sunt quæ crinibus innectuntur, quibus fluentes religantur capilli, et *vittæ* dictæ, quod *vixiant*.

<sup>f</sup> *Tænia* autem est vittarum extremitas dependens diversorum colorum.

Item *vitta* est qua corona vincitur; *tænia* vero extrema pars *vittæ*, quæ dependet coronæ.

7. <sup>\*</sup> *Retiolum* est quod colligit comas, dictum ab eo quod retinet crines, ne effundantur.

**472** 8. <sup>b</sup> *Discriminalia* capitis mulierum sunt vocata, ex eo quod caput auro discernant. <sup>d</sup> Nam *discriminare dividere* dicitur.

<sup>i</sup> *Antiæ* sunt cincinni dependentes prope auriculas, Græco vocabulo ab auribus.

9. <sup>k</sup> *Acus* sunt quibus in feminis ornandorum crinum compago retinetur, ne laxius fluant, et sparsi dissipentur capilli.

10. *Inaures*, ab aurium foraminibus nuncupatæ,

• Nam et lumen quod circa angelorum capita. Servius, *Æn.* x : *Hæc ubi dicta... Misit agens hiemem nimbo succincta...*—*Nimbo succincta; nubibus* (inquit), quia præmisit agens hiemem, quod nisi esset, splendorem acciperemus qui est circa corpus deorum.

<sup>b</sup> *Capitulum*.—*Capitul* lego. Var. o, libro iv : *Item texta fasciola, qua capitulum in capite colligant; dictum capital a capite, quod sacerdotum etiam nunc in capite solent habere.* Et Festus : *Capital, linteum quoddam, quo in sacrificiis utebantur.*

<sup>c</sup> *Mitra* est pileum. Serv., *Æn.* iv : *Mitra incurvum pileum, de quo pendeat et baccharum tegmen*

<sup>d</sup> Sed pileum vir... fem. E Serv., *Æn.* ix.

<sup>e</sup> *Ricula* est mitra Virg. cap. Vid. Varr., Fest., Non.

<sup>f</sup> *Tænia vittarum extrem.* E Serv., *Æn.* vii : *Fit longa tænia vittæ.*

<sup>g</sup> *Retiolum... retineat crines.* Reticulum dicit Varro, lib. iv.

<sup>h</sup> *Discriminalia.* Discriminale dicit Hieronym., *Isai.* iii, quod Varroni et Nonio est *discerniculum*, id est, acus quæ capillos a media fronte (ut ait Nonius) dissepavit. Quod in glossariis *discrimen* dici existimo, est enim inter ornamenta : *discrimen, διακρισις.*

<sup>i</sup> Nam *discriminare dividere* est. Virgil., *Æn.* xi : *Et late discriminat agros.*

<sup>j</sup> *Antiæ sunt cincinni.* Festus : *Antiæ muliebres capilli demissi in frontem appellati ex Græco videntur, quod enim nos CONTRA, illi ἀντι dicunt. Cur ab auribus. Iocat Isidorus, non video. Utitur hac voce Tertull. in lib. de Pall.*

<sup>k</sup> *Acus dissipentur capilli.* Verba Hieronymi,

<sup>m</sup> *Harum usus in Græcia, puellæ utraque aure, <sup>n</sup> pueri tantum dextra gerebant.*

11. *Torques* sunt circuli aurei a collo ad pectus usque pendentes. *Torques* autem et *bullæ* a viris geruntur, a feminis vero *monilia* et *catellæ*. *Dictæ* autem *torques*, quod sint *tortæ*; et *bullæ*, quod sint *similes rotunditate bullis*, quæ in aqua vento inflantur.

**473** 12. <sup>o</sup> *Monile* ornamentum ex gemmis est, quod solet ex feminarum pendere collo, dictum a *manere*.

<sup>p</sup> Hoc etiam et *serpentum* dicitur, quia constat ex amphorulis quibusdam aureis, gemmisque variis in modum facturæ serpentis. <sup>q</sup> Nonnulli hoc et *segmentum* dicunt, ut *Juvenalis*: *Segmenta, et longos habitus*; licet et *segmentatis vestes* dicamus, ut ipse :

Et *segmentatis* dormisset parvula conis.

13. <sup>r</sup> Plerumque autem et per *monile* omnia ornamenta matronarum significantur, quidquid illis munere datur.

14. <sup>s</sup> *Muræna* vulgo vocatur, quod scilicet auri metallo in virgulas lentescente quædam ordinis flexuosi catena contextitur, in similitudinem *murænae* serpentis, quæ ad collum ornandum aptatur. <sup>t</sup> Hæc interdum auri atque argenti textitur virgulis. Unde et dicitur in Canticis canticorum : *Murænulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.*

15. *Catellæ* sunt catenulæ colli invicem se comprehendentes in modum catenæ, unde et appellatæ.

16. <sup>u</sup> *Dextras* communes esse virorum ac feminarum, **474** quia utriusque sexus *dextræ* sunt.

<sup>v</sup> *Armillæ* autem proprie virorum sunt, collatæ *victoriæ* causa militibus ob armorum virtutem.

Unde et quondam vulgo <sup>x</sup> *violæ* dicebantur. Ab *in* *Isai.* iii.

<sup>1</sup> *Quibus pretiosa grana lapidum dependent.* Sic Tertull., lib. de Cultu feminar. : *Ut ex illis ad ferum nati corporis grana nescio quæ penderent.*

<sup>m</sup> *Inaurium* usus in Græcia. Al., *Harum usus.* Utrumque (ut puto) e margine.

<sup>n</sup> *Pueri tantum dextra.* Tertull., in Palmo, de Achile : *Aurem quoque foratu effeminatus.*

<sup>o</sup> *Monile ornatum ex gemmis.* Ex Hieronymo, Ezech. xvi.

<sup>p</sup> *Hoc etiam serpentum.* Sic Goth. et Pollux, lib. vi, ὄφεις inter ornamenta feminarum numerat. Al.

<sup>q</sup> *Serpentum*; et Græci quoque ἰσπερών; et Festus. *Serpula serperit* (ait idem), *Messalla serpens irreperit.*

<sup>r</sup> *Nonnulli hoc et segmentum.* E Serv., *Æn.* i : *Colloque monile baccatum.*

<sup>s</sup> *Plerumque autem et per monile omn. ornam.* Ex Hieron., *Isai.* iii.

<sup>t</sup> *Muræna... contextitur.* Ex eod., epist. 15, ad Marcell., de Laud. Asellæ.

<sup>u</sup> *Hæc interd... virgulis.* Ex eod., *Isai.* iii.

<sup>v</sup> *Dextræ communes.* Lego *dextralia communia.* Quod enim LXX περιδείξα, Hieronymus *dextralia* vertit, quæ Ambrosius, nempe Jul. Capitolin. in Maximino, *dextrocheria* vocant.

<sup>w</sup> *Armillæ autem prop. viror. Vid.*

<sup>x</sup> *Violæ diceb.* Leguntur in Pandectis sæpe *violæ*; et in Gloss. *Violæ, ψέλλια.* Est autem *violæ* diminutivum a *viria*, qua voce utitur Ambrosius, lib. de Abraham. patriarch., cap. 9 : *Has* (inquit) *ir* *aures habebat, quæ non gravarent aures; has viriæ quæ manum non materiali auro ornarent, sed spirital*

tellectu autem circuli armilla non discrepat, quia ipsa quoque hoc ubi ponitur ambiendo constringit. Sed armilla latius extenditur, circulus rotandus fit.

47. \* *Fibulae* sunt quibus pectus feminarum ornatur, vel pallium tenetur a viris in humeris, seu cingulum in lumbis.

<sup>b</sup> *Lunulae* sunt ornamenta mulierum in similitudinem lunae ballulae aureae dependentes.

48. \* *Specula* dicuntur, in quibus feminae vultus suos intuentur. Dictum autem speculum, vel quod ex splendore reddatur, vel quod ibi feminae intuentes considerent speciem sui vultus, et quidquid ornamentis deesse viderint adjiciant.

49. *Periscelides* apud feminas, crurum ornata, quibus gressus earum ornantur.

*Olfactoriola* vascula sunt muliebria, quibus odora-  
menta gestantur.

#### 475 CAPUT XXXII.

##### De annulis.

1. Primus <sup>d</sup> Prometheus fertur circulum ferreum, incluso lapide, digito <sup>e</sup> circumdedisse.

<sup>f</sup> Qua consuetudine homines usi, annulos habere coeperunt. <sup>g</sup> *Annuli* autem per diminutionem dicuntur a circulis et *anis* qui sunt circa brachia, et circum crura. Unde et *signa* eorum per diminutionem *sigilla*. Nam signa majora sunt, sigilla vero quasi minora signa.

2. Annulos primum homines gestare coeperunt quarto a pollice digito, quod eo vena quaedam usque ad cor pertingat, quam notandam, ornandamque aliquo insigni veteres putaverunt.

3. <sup>b</sup> Apud Romanos annuli de publico dabantur, et non sine 476 discrimine. <sup>i</sup> Nam dignitate praecipuis viris gemmati dabantur, caeteris solidi. Annulum aureum neque servus, neque libertinus gestabat in publico, sed <sup>j</sup> annulo aureo liberi utebantur, liberactu levarent. Et Tertull., de Pall.: *Utique sicut vestigia caestuum viria occupavit.*

<sup>a</sup> *Fibulae*. De his inf., cap. 32.

<sup>b</sup> *Lunulae*. Ex Hieronym., Isai. III. Vox etiam Plauto nota.

<sup>c</sup> *Specula... Periscelides*. *ux eod.*

CAP. XXXII. — <sup>d</sup> *Primus Prometh.* Plin., in proemio lib. XXXVII. Sed idem, lib. XXXIII, cap. 1, fabulosa haec indicaverat.

<sup>e</sup> *Circumdedisse*. Vet. Cod., *circumdasse*.

<sup>f</sup> *Qua consuetudine homines*. Ex Hygin., lib. II, c. de Sagitt.

<sup>g</sup> *Annuli autem per dim.* Varr., lib. V: *Tempus a bruma ad brumam dum sol redit, vocatur annus, quod ut parvuli circuli annuli, sic magni circites dicebantur anni. Sunt autem circites (ut ait Festus) circuli ex aere facti.*

<sup>h</sup> *Apud Romanos annuli de publ.* Is tantum qui legati ad exteras gentes ituri essent, ait Plin., lib. XXXIII, cap. 1.

<sup>i</sup> *Nam dignitate praecip.* Haec unde sint, quaerendum.

<sup>j</sup> *Annulo aureo lib. uteb. arg. libert. servi ferreo.* Aureo tamen non (opinor) liberi omnes, nisi senatores, aut equites neque ferreo servi soli, sed etiam milites.

<sup>k</sup> *At nunc praer auro... laeve est membrum.* Verba sunt Tertull., in Apologetico.

<sup>l</sup> *Ungulus est gemmat.* Plin.: *Quantum et de no-*

*luni argenteo, servi ferreo, licet et multi honestissimi annulo ferreo utebantur.*

4. Apud veteres ultra unum annulum uti infame habitum viro. Gracchus in Maenium: *Considerate, Quirites, sinistram ejus, cujus auctoritatem sequimini, qui propter mulierum cupiditatem, ut mulier est ornatus.* Crassus, qui apud Parthos periit, in senectute duos habuit annulos, causam praefrens, quod pecunia ei immensa crevissset. Multi etiam Romanorum pro gravitate annulum gestare in digito abstinerunt. Feminae non usae annulis, nisi quos virgini sponsus miserat, neque amplius quam binos annulos aureos in digitis habere solebant. <sup>k</sup> At nunc praer auro nullum feminis leve est atque immune membrum.

B 5. Inter genera annulorum sunt: unguis, samothracius, thynnus.

<sup>l</sup> *Ungulus* est gemmatus, vocatusque hoc nomine, quia sicut ungula carni, ita gemma annuli auro accingitur.

<sup>m</sup> *Samothracius* aureus est quidem, sed capitulo ferreo, a loco ita vocatus.

6. *Thynnus* purus est, primum in Bithynia fabricatus, <sup>n</sup> quam 477 olim *Thynniam* vocabant. <sup>o</sup> Flaccus: *Lugente mea vita, nec smaragdos, berillosque mihi, Flacce, nec nitentes per candida margarita quaero. Nec quos Thynnica lima perpolivit annulos, neque jaspis lapillos.*

#### CAPUT XXXIII.

##### De cingulis.

C 1. *Cinctus* est lata zona, et minus lata semicinctium, et utrisque 478 minima *cingulum*. Nam a *cinctu* per diminutionem *cingulum* nominatur. Cinctu <sup>q</sup> autem juvenes in exercitatione campestri verecunda velabant, unde et *campestre* dicebatur.

2. <sup>r</sup> *Batteus* cingulum militare est, dictus, propter quod ex eo signa dependent, ad demonstrandam lenine ipso ambigi video, Graeci a digitis appellavere. Apud nos prisci unguis vocabantur.

<sup>m</sup> *Samothracius* aut. sed c. Ferr. Plinius: *Nec non et servitia jam ferrum auro cingunt, alia per sese mero auro decorant, cujus licentiae origo nomine ipso in Samothrace id institutum declarat.*

<sup>n</sup> *Quam olim Thynniam vocabant.* Ita Acron., od. 3, lib. III.

<sup>o</sup> *Flaccus lugente.* Versus Flacci, ut erant in Goth. libris, inemendatos reliquimus, quos licebit, vel ex Alciato ita legere: *Lucentes mea vita, nec smaragdos berillos mihi nec... nitentes, nec praecand., etc.* Vel integros potius minimo periculo, commodissimo sensu, Anl. Covarr. auctore, ita: *Lugenti, mea vita, nec smaragdos, berillos mihi mitte nec nitentes. Non mi candida, etc.* Nam post vocem *mihi*, omisisse librarios *mitte*, propter similitudinem, quae aliquanto etiam est major in Gothicis characteribus, *mihi* sane fit valde verisimile. Et *to Flacce* alienum esse quis non videat? Vetat autem sibi pretiosos lapides *lugenti* mitte, quod eorum (ut alter Flaccus ait) usus dolentem non queat delinire.

CAP. XXXIII. — <sup>p</sup> *Cinctus est lata zona.* Varro: *Cinctus et cingulum a cingendo, alterum viris, alteram mulieribus attributum.*

<sup>q</sup> *Cincto autem juvenes, etc.* Ead. sup., de Perizonate, cap. 22.

<sup>r</sup> *Batteus.* Varro: *Batteum, quod cingulum e cortis habebant bullatum batteum dictum.*

gionis militaris summam, id est, sex millium sexcentorum, ex quo numero et ipsi consistunt. <sup>a</sup> Unde et balteus dicitur non tantum quod cingitur, sed etiam a quo arma dependent.

3. *Zona* Græcum est, quam illi ζώνιον, nos *cingulam* nuncupamus.

*Strophium* est cingulum aureum cum gemmis, de <sup>b</sup> quo ait Cinna: *Strophio lactentes cincta papillas.*

<sup>d</sup> Et Prudentius: *Nomen hoc gemmæ strophio illigatum est.*

4. <sup>e</sup> *Limus* est cinctus quem publici habebant servi. Et dicitur limus, quia transversas habet purpuras, id est, limas.

<sup>f</sup> *Caltulum*, cinguli 479 genus a coacto loro dictum.

<sup>g</sup> *Fibula* Græcum est, quam illi φιβλήν dicunt, quod **B** ligat.

<sup>h</sup> *Suffibulum*, subligaculum.

5. <sup>i</sup> *Redimiculum* est quod *succinctorium*, sive *brachile* nuncupamus, quod descendens per cervicem, et a lateribus colli divisum, utrarumque alarum sinus ambit, atque hinc inde succingit, ut constringens latitudinem, vestes ad corpus contrahat, atque conjungendo componat. Hoc vulgo *brachiale*, quasi *brachiale* dicunt, <sup>j</sup> quamvis nunc non brachiorum, sed renum sit cingulum. *Succinctorium* autem vocatum, quod, ut dictum est, sub brachiis ductum alarum sinus ambit, atque hinc inde succingit.

6. <sup>k</sup> *Fascia* est qua tegitur pectus et papillæ comprimuntur, 480 atque crispante cingulo angustius pectus arctatur. Et dicta *fascia*, quod in modum **C** fasciculi corpus alligat. Hinc et *fasciola*, quibus vulnera colligantur.

<sup>a</sup> Unde et balteus... dependent. E Serv., Æn. v.

<sup>b</sup> De quo ait Cinna. Sic omnes libri. Id hemistichium apud Catullum legimus in Nuptiis Pelei, sed fuisse illi commune cum Cinna, ut sunt nonnulla Maroni cum Catullo et Lucretio, quid vetat? Itaque nihil vitio.

<sup>c</sup> Lactentes. Al., luctantes.

<sup>d</sup> Et Prudentius: *Nomen hoc gemmæ. Περὶ στροφίων* hymn. 4. Et Tertull. strophium pro capitis ornamento posuit in extremo lib. de Coron. milit.: *Quid caput strophio aut draconario damnas diademati destinatum.*

<sup>e</sup> Limus. Sap. cap. 22.

<sup>f</sup> Caltulum. Ita omnes Gothici, præter unum Salmanticens. in quo *catulum*. Neutrum rejicimus. Plautus in Epidie.:

Iudasiatam, patagiatam caltulam, aut crocotularam.

Quæ verba eadem citantur a Varr., lib. iv. At de catulo Festus: *Catulus genus quoddam vinculi, qui interdum canis appellatur.* Et Plautus: *Catulo ut acubus ferreo.*

<sup>g</sup> Fibula Græcum. Pro φιβλήν Æoles φιβίον dicebant.

<sup>h</sup> Suffibulum. Subligaculum. Hæc separatim sine interpretatione legi malim, ut in quibusdam libris ponuntur, quam ut alterum alterius sit glossa, quod fieri potuisse audent quidam suscipiari ex verbis Varronis, lib. v: *Eo prætor virgines vestales, et sacerdotem publicum, introcat nemo. Is cum eat, suffibulum haud habeat. Scriptum id dicitur, ut a suffiendo, subligaculum.* Vid. Fest.

<sup>i</sup> Redimiculum. Totus locus expressus est ex Joann. Cassian., lib. de Instit. monach., cap. 6.

7. *Vitta* dicta quod ea pectus vincitur instar vitis ligantis.

<sup>l</sup> *Limbus* est quem nos *ornaturam* dicimus.

8. *Fasciola* est quæ ambit extremitatem vestium, aut ex filis, aut ex auro contexta, assutaque extrinsecus in extrema parte vestimenti, vel chlamydis. De qua Virgilius:

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

## CAPUT XXXIV.

### De calceamentis.

1. *Sutores* nuncupati sunt, quod insertis filo porcorum setis suant, id est, consuunt, quasi *setores*.

2. *Caligarius* vero, non a callo pedum, sed a *calo*, id est, ligno, vocatus, sine quo consui calceamenta non possunt, <sup>m</sup> quas Græci καλόποδας dicunt. Fiebant autem prius ex salice tantum; hinc et *calceamenta* dicta, quod in *calo*, id est, in ligno. fiant, vel quod *calcentur*.

3. <sup>n</sup> *Crepidæ* Græci ante repertas usi sunt. Est autem genus singulari forma, et idem utriusque aptum pedi, vel dextro, vel sinistro. *Crepidæ* autem dictæ, quod cum sono stringantur, sive a pedum *crepitu* in ambulando.

4. <sup>o</sup> *Calceis* reges utebantur, et cæsares.

### Forma eorum.

481 *Patritios* calceos Romulus reperit quatuor corrigiarum, assutaque luna. Iis soli patritii utebantur. Luna autem in eis non sideris formam, sed notam centenarii numeri significabat, quod initio patritii senatores centum fuerint.

5. <sup>p</sup> *Ocreæ*, tibialia calceamenta sunt, dicta quod crura tegant.

<sup>q</sup> *Cothurni* sunt, quibus calcabantur tragœdi, qui

<sup>r</sup> *Quamvis nunc non brach. sed ren.* Gestant hodie has duplices resticulas laneas monachi, qui sancti Bernardi instituta sectantur.

<sup>s</sup> *Fascia est... arctatur.* Ex Hieron., epist. 47, de Vitand. susp. contub.

<sup>t</sup> *Limbus.* E Serv., Æn. iv.

CAP. XXXIV.—<sup>m</sup> *Quas Græci καλόποδας. Al., quas Græci calopodion. Utrumque recte. Latini formas. Horat. Si scalpra, et formas non sutor. Ubi Acron etiam formas Græco vocabulo καλόποδας interpretatur.*

<sup>n</sup> *Crepidæ Græci.* Et vox ipsa Græca. Agell., lib. xiii, cap. 21: *Omnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infime leguntur, cætera prope nuda, et teretibus habentis juncta sunt, soleas dixerunt, nonnunquam voce Græca e epidulas.*

<sup>o</sup> *Calceis reges utebantur.* Doest fortasse auratis, vel gemmatis. Nam hujusmodi calceis et Cothurnum reges, et imperatorum quosdam usos scimus. Pli-nius, lib. xxxvii, cap. 2, de Caligula: *Super omnia muliebria soccos inducat e margaritis.* Et Lampri-d., de Heliogab.: *Habuit in calceamentis gemmas, et quidem scalpas, quod risum omnibus movit, quasi possent sculpturæ nobilium artificum videri in gemmis quas pedibus adhærebant.*

<sup>p</sup> *Ocreæ quod crus.* Varro: *Ocreæ quod opponeretur ob crus.* Longe aliter Festus ex Ateio Philologo. Ocrim montem confragusum a veteribus dictum, inde ocreas dictas, quod sint inæqualiter laboratæ.

<sup>q</sup> *Cothurnus.* Est etiam cothurnus (et ait Serv., Æn. 1) calcei species venatorii, quo etiam sura vincitur, et aptus utriusque pedi, propterea singulari numero dixisse Maronem:

Purpureoque alte curas vincire cothurno.

in theatro dicturi erant, et alta, intonantique voce **A** carmina cantaturi. Est enim calceamentum in modum crepidarum, quo Heroes utebantur, sed tale est, ut dextro et lævo conveniat pedi.

6. <sup>a</sup> *Baxæ* calceamentum comædorum erat, sicut tragædorum cothurni. Quos quendam etiam *calones* appellat, eo quod ex salice fierent. Nam Græci, ut diximus, *lignum xālov* vocabant.

7. *Talares* calcei *socci* sunt, qui inde nominati videntur, quod ea figura sint, ut contingant *talum*, sicut <sup>b</sup> *subtolares*, quod *sub talo* sunt, quasi *subtalares*.

8. <sup>a</sup> *Obstrigilli* sunt qui per plantas consuti sunt, et ex superiore parte **482** corrigia trahitur, ut constringantur, unde et nominantur.

9. *Ossæ* puto ab *osse* primum factas, et quamvis nunc ex alio genere, tamen nomen pristinum retinent: **B**

10. <sup>a</sup> *Mullei* similes sunt cothurnorum solo alto; superiore autem parte cum osseis, vel æneis malleolis, ad quos lora deligebantur. <sup>a</sup> Dicti autem sunt a

<sup>a</sup> *Baxæ calciamenta comæd.* Tertull.: *Si philosophus in purpura, cur non et in baxea* (Al., *baxa*) *Tyria calciare, nisi aurum minime Græcitas decet.* Et Apuleius, lib. II de *Asio*: *Palmeis baxeis indutum.*

<sup>b</sup> *Sicut subtolares q. s. l. s.* Sic Onien., Ovet., Salm., Silien. Gothici. Al., *subtolares.*

<sup>c</sup> *Obstrigilli.* *Obstragula* vocat Plinius calceorum vincula, lib. IX, cap. 35, de Margaritis: *Quin et pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed et totis soculis addunt.*

<sup>d</sup> *Mullei.* Vid. Fest.

<sup>e</sup> *Dicti autem a colore rubro, qualis est mulli piscis.* Nisi potius pisces de calceis nominati. Plin., lib. IX, cap. 17: *Nomen his Fexestella a colore mulleorum calceamentorum datum putat.*

<sup>f</sup> *Soleæ.* Vid. Agellii verba dudum ad *Crepidæ* **C** citata.

<sup>g</sup> *Soleæ materiales.* — *Materiaris* dixisset Plinius, ut lib. VII, cap. 56.

colore rubro, qualis est *mulli* piscis.

11. <sup>f</sup> *Soleæ* sunt, quibus tantum pedum plantæ teguntur, dictæ a *solo* pedum. Item <sup>h</sup> *soleæ materiales* ex *materia* corio intacta.

12. *Socci*, cujus diminutivum *socelli*, appellati inde, quod *saccum* habeant, in quo pars plantæ injicitur.

*Caliculæ...*

<sup>h</sup> *Caligæ*, vel a *callo* pedum dictæ, vel quia *ligantur*. Nam *socci* non *ligantur*, sed tantum *intromittuntur*.

13. <sup>i</sup> *Cernui* *socci* sunt sine solo.

*Lingulati* quos nos *foliatis* vocamus.

*Clavati*, quasi *chalybati*, eo quod minutis clavibus, id est, acutis <sup>k</sup> sola caligis vinciantur.

<sup>l</sup> *Perones*, et <sup>m</sup> *sculponeæ* rustica calceamenta sunt.

*Baxæ*, calceamenta mulierum sunt

*Corrigiæ* a *coriis* vocantur, vel a *colligatione*, quasi *colligiæ*.

<sup>h</sup> *Caligulæ...* Al., *Galigulæ.*

<sup>i</sup> *Cernui.* Festus: *Cernuus calciamenti genus.* Et fortasse huc referri posset versus Lucilli a Nonio citatus:

Cernuus extemplo plantas convestit honestas

Quamquam et pro inclinato intelligi possit, ut vult Nonius.

<sup>j</sup> *Quos nos folleatos.* Hieronym. in epist. ad Eustach.: *Apud hos affectata sunt omnia. Laxæ manicæ, caligæ follicantes, vestis crassior.* Et paulo ante: *Omnis his cura de vestibus, si bene oleant, si pes laxa pelle non folleat.*

<sup>k</sup> *Sola caligis.* Sic Manuscr. o. Meminit clavorum caligarium. Plin., lib. IX, cap. 17.

<sup>l</sup> *Perones.* Serv., *Æn.* VII: *Perones rusticum calceamentum.* Vid. Fest., *Mulleos.*

<sup>m</sup> *Sculponeæ.* Cato de Re Rust.: *Sculponeas bonas alternis annis dare oportet.* Vid. etiam Non.

## LIBER VIGESIMUS.

### DE PENU ET INSTRUMENTIS DOMESTICIS ET RUSTICIS.

#### **483** CAPUT PRIMUM.

##### *De mensis.*

1. Primus Dædalus mensam et sellam fecit. <sup>a</sup> *Coquinæ* apparatus Apicius quidam primus composuit, qui in eo absumptis bonis morte voluntaria periit, et merito, quia is qui gulæ atque edacitati servit, et arimam et corpus interficit. Ab esu et comesu mensæ factum vocabulum. Nolle enim alium habet usum.

2. <sup>b</sup> *Torus* dicitur a *tortis* herbis, quæ accumbentiam bumeris supponuntur.

**484** <sup>c</sup> *Stibadium* a *stipitiibus* dictum, quasi *stipidium*; sic enim prius coeptum est. *Accubitum* a *cibi* vocatum, <sup>d</sup> quasi *ad cibatum* epularum.

3. <sup>e</sup> *Convivium* apud Græcos a *compositatione στυπώσων*. Apud nos vero a convivio rectius appellatur,

**CAP. I.** — <sup>a</sup> *Coquinæ apparatus Apicius.* De quo Senecæ ad Albinam matrem, cap. 10.

<sup>b</sup> *Torus a tortis herb.* E Serv., *Æn.* II.

<sup>c</sup> *Stibadium a stipitiibus dictum.* Quibus adclinati sedebant. *Stipibus* tamen habent libri de meliore

vel quia vitæ collocutionem habet. Item convivium a multitudine *convescentium*; nam privata mensa victus est, convivium non est. Convivii triplex est modus: discumbendi, edendi, et bibendi. Discumbendi, ut: *Toris jussi discumbere pictis.* Edendi et bibendi, ut:

Postquam prima quies epulis, mensæque remotæ,  
Crateras maguæ statuunt, et vina coronant.

#### CAPUT II.

##### *De escis.*

1. *Cibus* dictus, quia *capitur ore*; sicuti *esca*, quia eam *os capit*.

*Victus* proprie vocatur, quia *vitam retinet*, unde et ad cibum vocare, *imitare* dicitur.

2. *Alimonia* dicitur, eo quod ejus sumptu corpus nota.

<sup>d</sup> *Quasi ad cibitum.* Al., *ad cubitum.* Chacon, ad *cibatum*.

<sup>e</sup> *Convivium apud Græcos.* E Hieronym., in Isai. I

alatur. Hinc juvenes accipiunt ad incrementum, senes ad perseverantiam. Neque enim subsistere poterit caro, nisi confortetur alimentis. Alimentum enim est quo alimur, <sup>a</sup> *alimonium* alendi cura.

3. *Affluentia* nuncupata, quasi rei nimium exuberantis effusio, ultra quam satis est, modusque non est.

4. *Opulentia* ab *ope* dicta est, quam si discutias, iuvenies eam tenere modum. Nam quomodo opitulatur quod nimium est, cum incommodius sit sæpe quam parum?

5. *Epulæ* ab *opulentia* rerum dictæ. Epulæ autem simplices in duo necessaria dividuntur, panem et vinum, et in duo superflua, quæ terra et mari vescendi causa exquiruntur.

485 6. <sup>b</sup> *Dapes* autem regum sunt, *epulæ* privatorum.

*Deliciæ* nuncupatæ, quod iis delectentur homines, easque suaviter appetant.

7. *Pulmentum* vocatur a *pulte*, sive enim sola pultis, sive quid aliud ejus permixtione sumatur, pulmentum proprie dicitur.

8. *Satietas* autem et <sup>c</sup> *saturitas* sibi differunt. Nam *satietas* ex uno cibo dici potest, pro eo quod satis sit; *saturitas* autem a *satura* nomen accepit, quod est vario alimentorum apparatu compositum.

9. *Crapula* est immoderata voracitas, quasi *cruda epula*, cujus cruditate gravatur cor, et stomachus indigestus efficitur. Immoderata enim voracitas vitium est, sed tantum id salutis est, quantum sustentationi naturæque sufficiat.

10. <sup>d</sup> *Jantaculum* est primus cibus quo *jejunium* solvitur, unde et nuncupatum. Nigidius: *Nos ipsi jejunia jantaculis levibus polsumus.*

11. *Prandium* ab apparatu edendi dictum; proprie autem veteres prandium vocabant omnium militum cibum ante pugnam, <sup>e</sup> unde est illud ducis alloquium: *Prandeamus, tanquam ad inferos cœnaturi.*

12. <sup>f</sup> *Merenda* est cibus qui declinante die sumi-

CAP. II. — <sup>a</sup> *Alimonium alendi cura.* Varro, 1 de Re Rust., cap. 8: *Ubi natura humida ibi altius vitis attolenda quod in partu et alimonio vinum non ut in calice quærit aquam, sed solem.*

<sup>b</sup> *Dapes regum sunt.* E. Serv., *Æn.* 1, ad vers. *Qui dapibus.*

<sup>c</sup> *Saturitas a satura.* Vid. Fest. in *Satura.*

<sup>d</sup> *Jantaculum.* Ita meliores libri, et apud Festum in *Silatum.* Itemque in Abbreviatoris Pauli manuscripto libro, non ut in vulgatis *jentaculum.*

<sup>e</sup> *Unde est illud ducis.* Leonidæ Spartanorum ducis, apud Justin. et Cicer., *Tuscul.* 1.

<sup>f</sup> *Merenda cib. q. d. sum. Non: Merenda cibus qui post meridiem datur.* Gloss., *merenda*, ἀριστον δευτέρων. Calpurnius: *Seræ cum venerit hora merendæ.*

<sup>g</sup> *Item merendare, quasi meridie edere.* Ne hoc quidem auctore caret. Fest.: *Merendam antiqui dicebant pro prandio, quod, scilicet, medio die caperetur.* Tamen adhuc eadem de re aliter cap. sequent. Isidorus.

<sup>h</sup> *Annona tractum, etc.* Nihil melius Suid. in voce Νόμα: Δοκῶσι καὶ παρ' αὐτὰς γενέσθαι αἱ ἀννόμα, ὡς αἶον ἀπὸ τὰς νόμας διδομένηαι.

<sup>i</sup> *Apud Veteres enim solitum erat in propatulo.* Valer., lib. 11, cap. 1, et Macrobi., lib. 111, cap. 17.

<sup>j</sup> *Quam vespernam antiqui dicebant.* Fest.: *Cæna*

A tur, quasi post meridiem 486 edenda, et proxima cœnæ. Unde et *antecæna* a quibusdam vocatur. <sup>5</sup> *Item merendare, quasi meridie edere.*

13. <sup>h</sup> *Annona*, tractum est a tempore quo Romani veteres ad cibos advocabantur, sic Martialis:

Imperat excelso frangere nona toros, quod et usque hodie Persæ faciunt.

14. *Cæna* vocatur a communionione vescientium, <sup>κένωσις</sup> quippe Græci *commune* dicunt. Unde et *communiantes*, quod *communiter*, id est, pariter *conveniant*.

<sup>1</sup> Apud veteres enim solitum erat in propatulo vesci, et communiter epulari, ne singularitas luxuriam generet. Est autem cœna vespertinus cibus, quam <sup>i</sup> *vespernam* antiqui dicebant. <sup>2</sup> In usu enim non erant prandia.

B 15. *Panis* dictus, quod cum cibo apponatur, vel quod omne animal eum appetat: <sup>πᾶν</sup> enim Græce omne dicitur. *Cibarius* est qui ad cibum servis datur, nec delicatus. <sup>1</sup> *Fermentatus* fermentis confectus. *Azymus* non fermentatus. Nam <sup>ἄζυμος</sup> est sine fermento, sincerus. *Acrosymus*, leviter fermentatus, quasi *acroasymus*. — *Siligineus* panis a frumenti genere nuncupatur. *Siligo* enim genus est tritici; <sup>2</sup> *Rubidus*, recoctus, et rubefactus. *Subcineritius*, cinere coctus, 487 et reversatus. <sup>3</sup> *Ipse* est et *focatus*. *Clibanitiis* in testa coctus.

16. <sup>o</sup> *Spongia*, panis aqua diu malaxatus, simillam modicam accipit, et fermentum modicum, et habet humectationis plusquam omnis panis. Unde et *spongiæ* nomen accepit

17. *Placentæ* sunt quæ fiunt de farre, quas alii *libe* dicunt, eo quod *libeant*, et placeant. *Laganum* est latus et tenuis panis, qui primum in aqua, postea in oleo frigitur.

18. <sup>p</sup> *Dulcia* sunt genera pistorii operis, a sapore dicta. Melle enim asperso sumuntur.

<sup>q</sup> *Crusta* est superficies panis. Ipsa et *fragmenta*, quia dividitur, ut fracta.

*apud antiquos dicebantur, quod nunc est prandium; Vesperna, quam nunc cœnam appellamus.* Item in *Vesperna: Vesperna apud Plautum cœna intelligitur.*

<sup>2</sup> *In usu enim non erant prandia.* E. Serv., *Æn.* 11, ad vers.

Nunc eadem labente die convivia quærit.

D <sup>1</sup> *Fermentatus.* Ita plerique Goth., ut *clibanitiis*, et *focatus*.

<sup>2</sup> *Rubidus, recoctus, et rubefactus.* Festus: *Rubidus apud Plautum panis vocatur parum coctus, sed locus e Casina ab eo citatus Isidoro potius faveat.*

<sup>3</sup> *Ipse est et focatus.* Vulgo, *hogaza*.

<sup>o</sup> *Spongia panis aqua diutius malaxatus.* Ita meliores libri, et malaxandi vox citatur a Zanch. ex Varro.

<sup>p</sup> *Dulcia.* Al., *dulciamina*, haud male. Hieronymus, in Vita sancti Pachomii: *Qui ante fores convivii egredientibus fratribus erogat dulciamina, in tribuendo meditatur aliquid de Scripturis.* Hinc *dulciarii.* G. ossar. γλυκιστροπράκτας, *dulciarius.* Et *πλακωντάριος placentalarius, dulciarius.*

<sup>q</sup> *Crusta est superf. p.* De crusto et crusta, vid. Serv., Georg. 111, et *Æn.* 111, et Varro, lib. 11. Hoc autem loco tantum retinimus quæ in vetustioribus libris invenimus.



Simila...

19. *Amolium* flos tarinæ tenuissimum præ levitate de *mola* egestum, unde et appellatum, quasi a *mola*.

*Farina* et *surfures* a *farre* dictæ, cujus sunt purgamenta.

*Pollis*...

*Fermentum* a *fervere* nuncupatum, quod plus una hora non potest contineri. Crescendo enim excedit.

20. *Carnes* dictæ, quia *charæ* sunt, sive a *creando*, unde et 488 a Græcis *χρῆς* vocatur.

*Crudum*, quod sit *cruentum*, est enim cum sanguine.

21. *Coctum*, quasi *soactum*, id est ab igne et aqua violenti modo actum, usuique comestitionis aptum.

<sup>b</sup> Sed et multi temporis aliquid *coctum* vocatur.

22. <sup>o</sup> *Assum*, quod *ardeat*, quasi *arsum*.

<sup>d</sup> *Elizum*, eo quod in aqua sola decoquitur. *Liza* enim aqua dicitur, ab eo quod sit soluta, unde et solutio libidinis *luzus*, et membra loco mota *laza* dicuntur.

23. *Frixum* a sono dictum, quando in oleo ardet.

*Salsum*, quasi *sale* aspersum, demptis e medio syllabis tribus.

*Racidum*, ex vitio nuncupatum, quod *raucos* efficiat.

24. *Succidia*, carnes in usum repositæ, a *succidendo* dictæ.

<sup>c</sup> *Lardum*, eo quod in domo repositum conservatur. Nam antiqui domos *lares* dicebant.

<sup>f</sup> *Taxea* lardum est gallice dictum. Unde Afranius in Rosa :

Gallum sagatum, pingui pastum taxea.

25. *Azungia*, ab unctioe vocata.

*Sebum*, a *sue* dictum, quasi *suebum*, quod plus pinguedinis hoc animal habeat.

26. <sup>s</sup> *Offa* est proprie frustum dentium, cuius diminutivum *ofellam* facit. Unde et *offarii coci*, quia particulatim, id est, offatim excoquant. <sup>b</sup> Nunc

<sup>a</sup> *Crudum* quod sit *cruent*. Serv., *Æn.* x : *Crudum per costas exigit ense* : — *Crudelem, cruentum*.

<sup>b</sup> Sed et multi temporis *coctum*. E Serv., *Æn.* xi, ad vers. *Solitum nodis, et robore cocto*.

<sup>c</sup> *Assum, q. arsum*. Recte, quanvis Varroni, *Assum, quod ab igni assudescat*, dictum placeat.

<sup>d</sup> *Elizum*... *liza* enim aqua. Nonius : *Elizum quidquid ex aqua molliur, nam lizam aquam veteres dixerunt*.

<sup>e</sup> *Lardum, eo quod in dom. rep.* At Macrobi., lib. vii, cap. 8. *Lardum, quasi longe aridum, opinor, vocamus*.

<sup>f</sup> *Taxea*. Hinc fortasse apud nos *tocino*, atque etiam *issaio*.

<sup>s</sup> *Offa*... cujus diminutiv. *ofella*. Serv., *Æn.* vi :

Molle soporatum, et medicatis frugibus offam

Hinc est diminutio *ofella*, sed *f* non geminat, in diminutione enim multa mutantur.

<sup>b</sup> Nunc *offa* est *lutrantium*. In Placidi glossis : *Offa lutrantium est; diminutivum ofellam facit, quæ si in os canis jaciatur, satiatius illico comescitur, et silescit*.

<sup>i</sup> *Pulpa* dicta quia cum *pulte*. Nam *pulte* (ait Plinius, lib. xvii, cap. 8), non pane vizisse longo tempore, Romanos manifestum est, quoniam inde *pulmentaria* hodieque dicuntur.

<sup>i</sup> *Pulpa* est caro sine pinguedine... glutinosa. Ea-

A *offa lutrantium*, quia si in os canis jacitur, satiatius illico comescitur, et silescit.

489 27. *Frustum* vocatum, quod capiatur a *frumine*. Est enim *frumen* summa pars *gulæ*.

<sup>i</sup> *Pulpa* dicta, quod cum *pulte* olim mista vesceretur, unde et *pulmentum*, et *pulmentarium* dicitur. <sup>i</sup> *Pulpa* autem est caro sine pinguedine, dicta, quia *palpitet*, resilit enim sæpe. Hanc plerique *viscum* vocant, eo quod glutinosa sit.

28. *Lucanicæ* dictæ, quod prius in *Lucania* factæ sunt.

*Farcimen*, caro concisa, et minuta, quod eo intestinum farciatur, hoc est, impleatur, cum aliarum rerum commistione.

29. <sup>k</sup> *Minutal* vocatum, quod fiat de piscibus, et *Isiciis*, oleribusque minutatim concisis.

<sup>l</sup> *Afratum*, quod Latine *spumeum* vocatur, *ἄσπρος* enim Græce *spuma* dicitur.

<sup>m</sup> *Martisia* in mortario ex pisce fiunt, unde et nominata.

30. <sup>n</sup> *Isocen* piscem quemdam vocant, ex quo primum *isicia* facta sunt, et quamvis ex alio genere piscium fiant, initium tamen piscis vocabulum dedit.

31. *Galaticæ* a colore lacteo nominatæ. Græci enim *γάλα lac* dicunt.

490 *Sphæra* a rotunditate Græco vocabulo appellatur. Quidquid enim in rotundum formatur *σφαῖρα* a Græcis dicitur.

32. *Jus coquinæ* magistri a *jure* nuncupaverunt, quia ea lex condimenti ejus. Hoc Græci *ζωμόν* vocant.

33. *Caseus* vocatur, quod *careat sero*, quasi *careum*. Nam serum ei omne deducitur, <sup>o</sup> ut ponderibus arguatur.

<sup>p</sup> *Colostrum*, lac novum, quod neutri generis est.

34. *Lac* a Græco sermone derivatum est pro *candore*. Græci enim *album λευκόν* dicunt, lac vero et sanguis quod nutrit et quod nutritur. Nam lacte <sup>q</sup> nutrimur, vivimus sanguine.

dem, sup., lib. xi, cap. 1.

<sup>k</sup> *Minutal*. Juven., satyr. 14 :

Hesternum solitus medio servare minutal  
Septembri.

<sup>l</sup> *Afratum*. Al., *Afrotum*. *Africia* etiam apud Arnob., lib. vii. Genus libi esse videtur, aut certe pulvis.

<sup>m</sup> *Martisia*. Ex hoc loco, opinor, *Martisfrum* retulit in lexicon suum Alphonsus quidam Palentinus (cui quantum tribuendum sit, alii viderint). Illud constat, multa eum ex Isidoro descripsisse. Is ergo : *Martisfrum genus (inquit) condimenti ex piscibus*. Ut videri alicui posset *Martyphrium* Græca vox, est enim *ἄσπρον pisciculus*, de quo Athenæus, lib. vii.

<sup>n</sup> *Isocen*... *Isicia*. Arnob., lib. vii : *Quid sibi hæc volunt, apexabo, Isicia, silicernium, longano? Quæ sunt nomina, et farciminum genera, hircino ulia de sanguine, commistis alia inculcata pulmonibus*.

<sup>o</sup> *Ut ponderibus arguatur*. Seri nihil remanere.

<sup>p</sup> *Colostrum lac novum*. Serv., eclog. 2 : *Hoc vero laudabile est, quod quis habeat lac novum, id est, colostrum, quod neutri generis est*.

<sup>q</sup> *Lacte nutrimur, vivimus sang.* Idem, *Æn.* iii : *Animamque sepulcro condimus; Lacte corpus nutritur post animæ coniunctionem, et anima sine sanguine nunquam est*

35. *Quactum*, quasi *coactum*, et quasi *coagulat*. Accepta enim secum alia specie coagulat.

36. *Mel* Græcæ appellationis est, quod ab *apibus* nomen habere probatur. Nam *apis* Græcæ *μέλισσα* dicitur. <sup>a</sup> Antea autem mella de rore erant, inveniebanturque in arundinum foliis, unde Virgilius :

Protinus aërii mellis cœlestia dona.

<sup>b</sup> Siquidem hucusque **491** in India et Arabia colligatum reperitur, ramis inhærens in similitudinem salis. Onne autem mel dulce dicitur. <sup>c</sup> Sardum, amarum est absinthii causa, cujus copia ejus regionis apes nutriuntur.

37. *Favus* vocatur, quia comeditur magis quam bibitur : *φαγίον* enim Græci *comedere* appellant. <sup>d</sup> Aiunt autem medici, et qui de humanorum corporum scripsere naturis, præcipueque Galenus, in **B** libris quorum titulus est *περι ύγιαις*, puerorum et juvenum, ac perfectæ ætatis virorum mulierumque corpora insito calore fervere, et noxios esse iis ætatibus cibos qui calorem augeant, sanitatique conducere frigida quæque in esum sumere, sicut contrario senibus, qui pituita laborant et frigore, calidos cibos et vina vetera prodesse.

### CAPUT III.

#### De potu.

1. *Potio* a Græca derivatione vocatur. Hanc enim illi *πόσιον* dicunt.

<sup>e</sup> *Aqua* generaliter vocata, quod superficies ejus *æqualis* sit, hinc et *æquora*; quam inde recentem dicimus, quia non est utilis vetusta, ut vinum, sed statim sublata de flumine, fonte, vel puteo : fetescit enim vetusta. **C**

2. *Vinum* inde dictum, quod ejus potus *venas* sanguine cito repleat. Hoc alii, quod nos cura solvat, *Lyæum* appellant. Veteres vinum *venenum* vocabant. Sed postquam inventum est virus lethiferi succi, hoc *vinum* vocatum, illud *venenum*. Unde et Hieronymus in libro quem de Virginitate conservanda scripsit, adolescentulas dixit ita vinum debere fugere, ut venenum, ne pro ætatis calore ferventi **492** bibant, et pereant. Inde est, quod <sup>f</sup> apud veteres Romanos feminae non utebantur vino, nisi sacrorum causa certis diebus.

3. *Merum* dicimus, cum vinum *purum* significamus. Nam *merum* dicimus quidquid *purum* atque *sincerum* est, sicut et aquam meram, nulli utique **D**

<sup>a</sup> Antea mella de rore erant. Ex eod., initio Georg. iv.

<sup>b</sup> Siquidem hucusque in Ind. E Dioscor., lib. ii.

<sup>c</sup> Sardum autem amar. Ex eod.

<sup>d</sup> Aiunt Medici... prodesse. Ex Hieron., epist. x. Ad Furiam, de Viduitate servanda.

Cap. III. — <sup>e</sup> Aqua... quod superficies ejus æqualis. Ita Varro : Aqua, quod æqua summa.

<sup>f</sup> Apud Veteres Rom... diebus. E Serv., Æn. 1, ad vers.

Primaque, libato, summo tenuis attingit ore.

<sup>g</sup> Meridiem appellari... quod purum. Idem, sup., lib. iii, cap. 41, et v, cap. 50, et xiii, cap. 1.

<sup>h</sup> Nam mus terra est. Ita etiam lib. xii, cap. 5.

<sup>i</sup> Roseum. — Roseæ vocant nostri.

<sup>j</sup> Amineum... album est. E Serv., Georg. ii, ad vers. :

A rei mistam. Hinc et *merenda*, quod antiquitus id temporis pueris operariis cibus panis merus datur, aut quod meridient eodem tempore, id est, soli, ac separatim, non ut in prandio, aut in cœna ad unam mensam. Inde credimus etiam illud tempus, quod post medium diem est, <sup>k</sup> *meridiem* appellari, quod *purum* sit.

4. *Mustum* est vinum e lacu statim sublatum. Dictum autem creditur *mustum*, quod in se limum et terram habeat mistam. <sup>l</sup> Nam *mus* terra, unde et *humus*. Cujus tanta vis fervoris est, ut vasa, quamvis grandia, ex eo plena, absque spiramine relicta, illico disrumpat.

5. <sup>1</sup> *Roseum* vinum, id est, cum rubore. Rosa enim rubet.

<sup>2</sup> *Amineum* vero, quasi sine minio, id est, sine rubore, nam album est.

*Succinatium* succinæ gemmæ simile est, id est, fulvi coloris.

6. *Limpidum* vinum, id est, perspicuum, ab *aque* specie dictum, quasi *lymphidum*. *Lympha* enim *agua* est.

*Turbidum*, quasi *terbidum*, id est, terra commistum, quod est sæce.

*Falernum* vinum vocatum a *Falerna* regione Campaniæ, ubi optima vina nascuntur.

**493** 7. <sup>k</sup> *Colatum*, vas proprium nuncupant in quo deportatur.

<sup>1</sup> *Gazetum* vero a regione, unde defertur. *Cæs* enim oppidum est Palæstina.

<sup>m</sup> *Inferum* vinum dicitur, quod altario libatur, atque offertur.

<sup>n</sup> *Spurcum*, quod offerri non licet, aut cui aqua admista est, quasi *spurium*, hoc est, immundum

8. <sup>o</sup> *Honorarium* vinum, quod regibus et potentibus honoris gratia offertur. Cato, de innocentia sua : *Cum essem in provincia legatus, complures ad prætores et consules vinum honorarium dabant, nunquam accipere privatus quidem.*

9. <sup>p</sup> *Crucium* vinum est insuave, quod servi potant.

*Acetum*, vel quia *acutum*, vel quia *æquatum*. Vinum enim aqua mistum cito in hunc saporem redigitur. Unde et <sup>q</sup> *acidum*, quasi *aquidum*.

*Conditum* vocatum, quod non sit simplex, sed **Sunt et Amineæ vites**

<sup>k</sup> Colatum vas prop. Serv., Georg. ii, ad vers. : Tu spisso vineque qualos, Cola. prelor. : — Qualos per quos vinum defluit, qui et ipsi a colando dicti sunt.

<sup>1</sup> Gazetum. Sidon. Apollinar. : Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna.

<sup>m</sup> Inferum. Sic omnes libri. Sed inferium legebat vir doctissimus, cujus meminere Festus, et Arnob., lib. vii, et Cato, cap. 34. De fercto, vel ferto, vid. sup., lib. vi, cap. 19.

<sup>n</sup> Spurcum quod offerri non licet. E Fest.

<sup>o</sup> Honorarium. Frumenti quoque honorarii meminit Cicero in Pisoniana.

<sup>p</sup> Crucium vinum. Festus : Crucium, quod cruciat, unde Lucilius vinum insuave crucium dixit.

<sup>q</sup> Et acidum, q. aquidum. Quæ post hæc leguntur it

commissione pigmentorum compositum.

10. <sup>a</sup> *Lactatum*, est potio e lacte.

*Mulsum* ex melle mistum. Est enim potio ex aqua et melle, quod Græci *μυλίσκατος* vocant.

11. <sup>b</sup> *Œnomelum*, mustum melle admistum, vehementerque agitatam atque commotum.

*Hydromelum*, quod fiat ex aqua et melis **494** *Malianis*.

<sup>c</sup> *Saccatum*, liquor est aquæ fæci vini admistus, et sacco expressus.

<sup>d</sup> *Lorea*....

12. *Oxymeli* appellatum, quod aceti et mellis permista conficitur materia, unde et dulcedinem retinet et acorem.

*Rhomeli* dicitur, eo quod in succo rosæ mel admisceatur.

*Medicatum*, vinum melle mistum.

13. *Medus*, quasi *melus*, quia ex melle fit, sicut calamitas pro *cadamitas*.

<sup>e</sup> *Fæcula*, uva pinguis, decocta usque ad crassitudinem urillis, ac refrigerata utilis stomacho.

14. <sup>f</sup> *Passum*, quidquid ex uva passa compressum effluerit. Dicitur autem *passum* a *patiendo*. Nam percutitur uva siccior, et decoquitur, et inde fit passum.

<sup>g</sup> *Defrutum* dictum est, quod defraudetur, et quasi fraudem patiatur.

15. *Carenum*, eo quod servendo parte careat. Tertia enim **495** parte musti amissa, quod remanserit carenum est, cui contraria *sapa* est, quæ servendo ad tertiam redacta descenderit.

16. <sup>h</sup> *Sicera* est omnis potio quæ extra vinum inebriare potest. Cujus licet nomen Hebræum sit, tamen Latinum sonat pro eo quod ex succo frumenti vel pomorum conficiatur, aut palmarum fructus in liquorem exprimantur, coctisque fugibus <sup>i</sup> aqua pinguior, quasi succus colatur, et ipsa potio sicera nuncupatur.

17. <sup>i</sup> *Cervisia* a *Cerere*, id est, fruge vocata. Est enim potio ex seminibus frumenti vario modo confecta.

18. *Cælia*, a *calefaciendo* appellata. Est enim potio

Editis, interpretationem loreæ, quæ paulo post nuda relicta est, putabat Chacon, cui assensum sumus.

<sup>a</sup> *Lactatum est potio e lacte*. Plin., lib. xxxiii, cap. 2, *Murænas lactatu pinguescere dixit*.

<sup>b</sup> *Œnomelum*. Vid. Pallad., in Octob.

<sup>c</sup> *Saccatum liq. est aq. f. v. a. sacco expressus*. Non deest qui duo vini genera hoc loco confusa putet, itaque legat : *Saccatum sacco expressum. Fæcatum, liquor est aquæ, fæci vini admistus*. Nam saccato negant aquam admisceri, et fæcati meminere Cato et Plinius.

<sup>d</sup> *Lorea*. Est vilis potus servis aptus, quia aqua lavantur uvæ in torculari post expressum vinum. His enim verbis aliunde evocatis expleri hanc lacunam placebat Chaconi.

<sup>e</sup> *Fæcula... utilis stomacho*. Horat., lib. ii, satir. 8 :

Qualia lassum

Pervollunt stomachum, siser, halec, fæcula Coa...

<sup>f</sup> *Passum*. Ex Pallad., in Octob., cap. 19.

<sup>g</sup> *Defrutum, carenum, sapa*. Ex eodem, cap. 18. Apud quem a *defraudando*, non a *deservendo* legisse videtur Isidorus.

PATROL. LXXXII.

A ex succo tritici per artem confecta. Sascitur eum ignea illa vis germinis madefactæ frugis, ac deinde siccatur, et post in farinam redacta molli succo admiscetur, quo fermentato, sapor austeritatis et calor ebrietatis adjicitur. Quæ sit in iis partibus Hispaniæ, cujus *ferax* vini locus non est.

*Fæx* dicta, quod sese vasis emergendo affigat.

19. *Garum* est liquor piscium salsus, qui olim conficiebatur ex pisce quem Græci *γάρον* vocabant, et quamvis nunc ex infinito **496** genere piscium fiat, nomen tamen pristinum retinet, a quo initium sumpsit.

20. *Liquamen* dictum, eo quod soluti in salsamento pisciculi eundem humorem liquant, cujus liquor appellatur *salsugo*, vel *maria*.

B Proprie autem *maria* dicitur aqua sale commista, effectaque gustu in modum maris.

21. *Succi* dicti, quod *sacco* exprimuntur, ut *ptisanæ*.

*Pisanæ, zema, opozema*, Græca vocabula sunt.

#### CAPUT IV.

*De vasis escariis.*

1. *Vas* dictum a *vescendo*, quod in eo escæ apponantur. Cujus diminutivum *va-culum*, quasi *vesculum*.

2. *Fictilia* dicta, quod *fiant*, et *fungantur* ex terra. *Fingere* enim est *facere*, et *formare*, et *plasmare*; unde et *figuli* dicuntur. Et *vas fictile* dicitur, non fictum illud quod mendacium est, sed quod formatur ut sit, et habeat aliquam formam, unde et Apostolus dicit : *Nunquid dicit figmentum ei qui se fugit : Quare me sic fecisti ?*

3. <sup>k</sup> *Fictilia vasa in Samo insula* prius inventa, traduntur, facta ex creta, et indurata igne, unde et *Samia vasa*. <sup>l</sup> Postea inventum est rubricam addere, et ex rubra creta *ingere*. <sup>m</sup> Antiquiorem autem fuisse (dicunt) usum fictilium vasorum, quam fundendi æris, **497** aut argenti. <sup>n</sup> Apud Veteres enim, nec aurea, nec argentea, sed fictilia vasa habebantur, sicut ad vina doliis excogitatis, ad <sup>o</sup> aquas amphoris, hydriis ad

<sup>h</sup> *Sicera est omnis pot.* Ex Hieron., epist. 2, ad Nepotian. Itaque non inseite apud Tertullianum pro *שר* ebriationem legitur.

<sup>i</sup> *Aqua pinguior, quasi succus colatur*. Hieronym. : *Aqua pinguior coloratur*.

<sup>j</sup> *Cervisia... Cælia*. Hispaniensis vox. Plinius, lib. xiii, cap. ult. : *Ex iisdem fiunt et potus zethum in Ægypto, cælia, et ceria in Hispania, cervisia, et plura genera in Gallia*.

CAP. IV. — <sup>k</sup> *Fictilia vasa in Samo insula*. Ex Plin., lib. xxxv, cap. 12.

<sup>l</sup> *Postea inventum est rubricam addere*. Plinius : *Subutadis inventum est rubricam addere, aut ex rubrica cretam ingere*.

<sup>m</sup> *Antiquiorem autem fuisse*. Ex eod.

<sup>n</sup> *Apud Veteres... sicut ad vina*. Plin. : *Etiams fictilibus vasis ad vina excogitatis, et ad aquas*.

<sup>o</sup> *Ad aquas amphoris*. Ita Pollux, lib. x, cap. 5, et Hesych.; unde etiam interpres vulgat. Edit., *αράμειον*, amphoram aquæ reddidit. Amphoris vina quoque servari, nihil notius. Horat. :

Parcis deripere borreo

Cessante Tibuli consulis amphoram.

balnea, ac reliquis, quæ in usibus hominum aut iota A sunt, aut manu aptantur.

4. Argilla autem excocta *testæ* vocabulum suscipit, quia dum mollis esset, efficitur testa, nec communicat cum vocabulo pristini generis, quia quod fuit non est.

5. <sup>a</sup> *Aretina* vasa, ex *Aretio* municipio Italiæ dicuntur, ubi fiunt; sunt enim rubra. De quibus Sedulius;

Rubra quod appositum testa ministrat olus.

6. *Samia* vasa quidam putant ad oppido Samo Græciæ habere nomen. Alii dicunt cretam esse Italiæ, quæ non longe a Roma nascitur, <sup>b</sup> quæ *samia* appellatur.

7. *Cæolata* vasa argentea, vel aurea sunt, signis eminentioribus intus, extrave expressa: a *cælo* vocata, quod est genus ferramenti, quem vulgo <sup>c</sup> *cilionem* vocant.

8. <sup>d</sup> *Chrysendeta* vasa deaurata, Græcum est. <sup>e</sup> *Anaglypha*, quod superius sint sculpta, Græci enim *ἀνω sursum*, *γλυφῆν sculpturam* dicunt, id est, sursum sculpta.

9. *Discus*, antea *iscus* vocabatur a specie *scuti*; <sup>f</sup> unde et *scutella*. Postea *discus* vocatus, quod det escas, id est, apponat. A quo et *discumbentes* dicti, sive *ἀπό τοῦ δίσκου*, id est, quod jacent.

10. <sup>g</sup> *Messorium* vocatum a *mensa* per derivationem quasi *ensorium*.

498 *Parapsis*, quadrangulum, et quadrilaterum vas, id est, paribus absidis.

*Patina*, quod dispansis patentibusque oris sit <sup>C</sup> lancis.

11. <sup>h</sup> *Gabata*, quasi *cavata*, *g* pro *c* littera posita. Hinc et *concha*, sed illa cavata, ista concava; sic et Græci hæc nuncupant.

*Scutella*, a *scuto* per diminutionem: est enim ejusdem similis.

12. <sup>i</sup> *Apophoreta* a Græcis a ferendo pomæ, vel aliquid, nominata, est enim plana.

*Salinum*, vas aptum talibus. <sup>j</sup> Idem et *sulzica*, quasi *salsica*.

*Acetabulum*, quasi *acetaferum*, quod *acetum* ferat.

Et:

Amphoræ fumum bibere instituta,  
Consule Tullo.

<sup>a</sup> *Aretina* vasa. De quibus Martial., lib. XIV, epig. 98.

<sup>b</sup> Quæ *samia* appellatur. Quoniam de Samiis paulo ante dixerat, *Samnia* hic quidam reponebat. Samnites enim non longe a Roma.

<sup>c</sup> Quem vulgo *cilionem*. Al., *cilicionem*. — *Sinzel* a nobis dicitur.

<sup>d</sup> *Chrysendeta*. Vasa argentea aureis crustis illigata, ait Baylius.

<sup>e</sup> *Anaglypha*. Serv., *Æn.* V: *Atque aspera signis: — id est, sculpta* (inquit) *anaglypha*.

<sup>f</sup> Unde et *scutella*. Et *scutula* Martialis:

Et leves scutulas, cavaeque lances.

<sup>g</sup> *Messorium*. *Missorium*. Cod. Ovet. colleg.

<sup>h</sup> *Gabata*. Martial.

Transcurrant gabatæ, volantque lances.

<sup>i</sup> *Apophoreta*. Ut videantur non tantum munera, aut reliquiæ, quæ e convivii tollerentur, sed vasa

13. *Cochlear*, ab usu prius *cochlearum* dictum. Hinc est illud <sup>k</sup> veterum distichon:

Sum cochleis habilis, et nec minus utilis ovis.  
Nunquid scis, potius cur cochlare vocor?

14. <sup>l</sup> *Trisceles*, Græce, Latine *tripedes*. Qui autem quatuor pedibus insistent, abusive dicuntur.

15. In vasculis autem tria quæruntur quæ placeant, manus artificis, pondus argenti, splendor metalli.

#### 499 CAPUT V.

De vasis potioris.

1. *Poculum* a *potando* nominatum. Est enim omne vas in quo bibendi est consuetudo.

*Phyalæ* dictæ, quod ex vitro fiunt. Vitrum enim Græce *υαλον* dicitur.

2. *Pateræ*, *phyalæ* sunt dictæ, vel quod in ipsis potare solemus, vel quod patentes sunt dispansisque labris.

3. *Cratera*, calix est duas habens ansas, et est Græcum nomen; declinatur autem apud eos, *hic crater*. <sup>m</sup> Nam Latine hæc *cratera* dicitur. Unde Persius: *Si tibi crateras argenti...* Virgilius:

Crateras magnos statuunt, et vina coronant.

<sup>n</sup> Fiebant autem primum a connexionibus *virgultorum*, unde et dictæ *crateræ* *ἀπό τοῦ κρηττίου*, id est, quod invicem se teneant.

4. *Cyathi* quoque, et *scyphi*, <sup>o</sup> *cymbia* et ipsa poculorum sunt genera. Ex quibus *cymbia* pocula dicta sunt ex similitudine *cymbæ* navis.

<sup>p</sup> *Amystis* species poculi, qua ductum, id est, uno spiritu, bibitur.

<sup>q</sup> *Bacceæ* primum a *Baccho*, quod est vinum, nominata, postea in usibus aquariis transit.

5. <sup>r</sup> *Calices*, et *calathi*, et <sup>s</sup> *scalæ* poculorum genera antea ex ligno facta, inde et vocata. Græci enim omne lignum *κάλον* dicebant.

500 *Ampulla*, quasi *ampla bulla*; similis est enim rotunditate bullis, quæ ex spumis aquarum fiunt, atque ita inflantur vento.

#### CAPUT VI.

De vasis vinariis et aquariis.

1. *Œnophorus*, vas ferens vinum; *ὄνος* enim vinum est, de quo illud est:

<sup>t</sup> Vertitur œnophoris fundus, sententia nobis.

quoque apophoreta nominata

<sup>u</sup> *Idem et sulzica*. Cujus vocis vestigium alibi nullum vidimus.

<sup>k</sup> *Veterum distichon*. Mart., lib. III, epig. 121.

<sup>l</sup> *Trisceles*. *Τρισκελις*.

CAP. V. — <sup>m</sup> Nam Latine hæc *cratera... argenti*. E Serv.: *Æn.* I.

<sup>n</sup> Fiebant autem a primum connexionibus *virgultorum*. Quæ fortasse *crateræ* dicebantur, de quibus Nonnius.

<sup>o</sup> *Cymbia... navis*. E Serv., *Æn.* V.

<sup>p</sup> *Amystis*. Inde *ἀμυστί πίνειν* dicunt Græci uno haustu labris non clausis bibere. Horat.:

Neu multi Damalis meri  
Bassum Threicia vincat amystide.

<sup>q</sup> *Bacceæ*. Al., *Bacchia*. Vulgo *bazia*.

<sup>r</sup> *Calathi*. Virgil., *eclog.* V:

Vina novum fundam calatus Arvisia nectar.

<sup>s</sup> *Scalæ*. Quibus (credo) quasi per gradus aqua crepitans desilliret, qualia multa hodie fictilia, et vitrea vasa fiunt.

CAP. VI. — <sup>t</sup> *Vertitur œnophor. fund.* Diximus, lib.

2. <sup>a</sup> *Phiasca* a Græco vocabulo dictæ. Hæc pro-  
vehendis, ac recondendis phialis primum factæ  
sunt, unde et nuncupatæ sunt. Postea in usum vini  
transierunt, manente Græco vocabulo, unde et sum-  
pserunt initium.

3. *Lagena* et <sup>b</sup> *sicula*, Græca nomina sunt, inflexa  
ex parte, ut fierent Latina. Illi enim *λάγνος* nos  
*lagenam*, illi *sicile*, nos *siculam* dicimus.

*Cantharus*. . . .

4. *Hydria* vasis genus aquatilis per derivationem  
vocata, ὕδρα enim Græci *aquam* dicunt.

<sup>c</sup> *Situla*, quod *silentibus* apta sit ad bibendum,  
quod vas <sup>d</sup> Græci *cadum* vocant.

5. <sup>e</sup> *Catinum* vas ficille, quod melius neutro genere  
dicitur **501** quam masculino, sicut et *salinum* dicitur  
vas aptum *salibus*.

<sup>f</sup> *Orca* est amphoræ species, cujus minore voca-  
bulo *urceus*, diminutivo urceolus est.

<sup>g</sup> *Scyphus* in quo manus lavamus.

6. *Seriola* est orcarum ordo directus, vel vas  
ficille vini, apud Syriam primum excogitatum, sicut  
<sup>h</sup> *silicissæ* a *Cilicia* nuncupatæ, unde primum advectæ  
sunt.

*Dolium*. . . .

7. *Cupos*, et *cupas*, a *copiando*, id est, *accipiendo*  
aquis, vel vinum, vocatas voluit, unde et *caspones*.

*Utres* ab *utero*.

<sup>i</sup> *Mulgarium*, vas, in quod mulgentur pecora.  
Idem et *mulctrum*, quod in eo *mulgeatur* lac.

8. *Labrum* vocatum, eo quod in eo lavationem  
solutum est fieri infantum; cujus diminutivum *label-  
lum*. Idem et *alveum*, quod in eo ablutionem fieri  
solutum sit.

<sup>j</sup> *Pelvis* vocatæ, quod *pedes* ibi laventur.

9. *Siphon* vas appellatum, quod aquas sufflando  
fundat, utantur **502** enim hoc Orientales. Nam ubi  
sonserint domum ardere, currunt cum siphonibus ple-

ri, citari hunc versum a Nonio in *Sententia*, ex Lucil.  
lib. iii *Satir*.

<sup>a</sup> *Phiasca* a Græco vocab. An quasi *φιάλων ἄσχοι*,  
hoc est, *phialearum culci*. Nos vulgo *frascos* dicimus.

<sup>b</sup> *Sicula*. Mira hic in libris varietas, *sicula*, *scicula*,  
*singula*, *sigula*. Item paulo post, illi *sicile*, illi *scicile*.  
*Sicula* tamen et *sicile* in plerisque libris.

<sup>c</sup> *Situla*. Festus: *Nanum Græci vas aquarium  
dicunt humile, et concavum, quod vulgo vocant situlum* D  
*barbatum. Unde nani pumiliones appellantur, etc.*

<sup>d</sup> Græci *cadum*. Non enim *cadus* unius generis vas.  
<sup>e</sup> *Catinum* vas *ficille*. Vid. Varr., lib. iv et lib. i  
de Re Rust., cap. 45.

<sup>f</sup> *Orca* est *amphor*. Vocem esse Hispaniensem in-  
nuit Varro, i, de Re Rust., cap. 45: *Orca* in *Hispa-  
niæ fervore massi ruptæ, necnon et dolia in Italia*.

<sup>g</sup> *Scyphus* in quo manus lavamus. Plutarch., in  
Anton. βαδάρης δὲ εἰς ἀργυροῦν σκίφον ὕδωρ ἐμβάλλοντι  
ποπιάει, etc. Potorium quoque fuisse vas, nemo  
ignorat.

<sup>h</sup> *Sicula* *silicissæ*. Al. *silicissæ*, *silicenses*, *silises*,  
*cilicenses*.

<sup>i</sup> *Mulgarium* vas. Quod *mulctra*, et *mulctrale*, vel  
*mulctrare*. Sed Georg. iii:

More patrum nivea implebunt mulgaria vaccæ,  
in Codicibus antiquissimis legi admonuit Pierius, et  
idem voce usum ante Valgium:

nis aquis, et extinguunt incendia, sed <sup>k</sup> et camaras  
expressis ad superiora aquis emundant.

## CAPUT VII.

*De vasis oleariis.*

1. <sup>l</sup> *Hemicadium*, vas olearium.

<sup>m</sup> *Scortea*, vas olearium, eo quod sit ex *corio*,  
dictum.

2. *Alabastrum*, vas unguentarium a lapide sui  
generis cognominatum, quem *alabastritem* vocant,  
qui incorrupta unguenta conservat.

3. *Pyxides*, vascula unguentaria ex buxo facta  
Nam quod nos *buxam*, Græci *πόξον* vocant.

4. <sup>n</sup> *Lenticula* vasculum olearium ex ære aut  
argento factum a liniendo dictum. His enim reges et  
sacerdotes linebantur.

B

## CAPUT VIII.

*De vasis coquinariis.*

1. Omnia vasa coquendi causa parata <sup>o</sup> *coculi*  
dicuntur. Plautus:

*Æneis oculis mihi exrocta est omnis misericordia.*

2. *Olla* dicta, pro eo quod ebulliat in ea aqua, igne  
subjecto, **503** ut altius vapor emittatur. Unde et bullo  
dicitur, quæ in aqua venti intus spiritu sustentatur.

*Patella*, quasi *patula*. Est enim olla oris paten-  
tioribus.

3. *Cacabus*, et *Cucuma* a sono fervoris cognomi-  
nantur. Hæc in Græcis et Latinis communia nomina  
habent, sed utrum Latini a Græcis, an Græci a Lati-  
nis hæc vocabula mutuarint, incertum est.

4. <sup>p</sup> *Lebetes* ænei sunt Græco sermone vocati, sunt  
enim ollæ minores in usum coquendi paratæ.

5. *Sartago* a strepitu soni vocata, quando in ea  
ardet oleum.

*Tripedes* appellatæ, quod tribus pedibus constant,  
has Græci *tripodas* vocant.

6. <sup>q</sup> *Mola* a rotunditate sui vocata, ut *mala* pomor-  
um, sic et Græci.

Sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis.

<sup>i</sup> *Pelvis*. Varr. lib. iv: *Pelvis a pedum lavatione,  
ut pedelvis*.

<sup>k</sup> *Et camaras expressis ad superiora aquis emundant*.  
Erant enim cameræ signis albario opere aliquantum  
eminentibus ornatæ, aut lacunaribus distinctæ, ex  
cum sordidatæ erant, siphonibus emundabantur, quia  
propter altitudinem adiri alio pacto non poterant.

CAP. VII. — <sup>l</sup> *Hemicadium*. Pollux, lib. x, cap. 20.  
<sup>m</sup> *Scortea*. Festus, sive Paulus in voce *Scorta*.  
*Omnia namque ex pellibus facta scorta appellantur*.

<sup>n</sup> *Lenticula*. Hieron., Habacuc. iii: *Lenticula vas  
ficille sic vocatur, id est, φαξός*; et lenticulam a lentis  
forma dictam indicat Apuleius, lib. ii, Florid.: *Am-  
pullum oleariam, quam gestabat lenticulari forma,  
tereti ambitu, pressula rotunditate*. Aquarium quoque  
vas utrumque fuisse videtur. Nam Reg. i, cap. 26,  
ubi David et Saulis tabernaculo hastiam, et φαξίον  
ὕδατος antiqua translatio (quam citat Lucifer Cara-  
litanus, lib. i Pro Athanasio) *lentem aquæ reddit*.

CAP. VIII. — <sup>o</sup> *Cocula*. Fest.: *Cocula vasa ænea  
coctionibus apta. Alii dicunt ligna minuta, quibus facili  
decoquantur obsonia*.

<sup>p</sup> *Lebetes ærei* sunt. Serv., Æn. iii, ad. vers. *Dodo-  
næosque labetes: Ollas æreas dixit*.

<sup>q</sup> *Mola ut mala pomor*. Nempe *μᾶλον* et *μύλον* con-  
fundit.

**Cribrum**, quod ibi currat frumentem, quasi *cur-*  
*rifrum*.

<sup>a</sup> **Rotabulum** dictum a proruendo sterco, sive ignem, panis coquendi gratis.

#### CAPUT IX.

##### De vasis repositoriis.

1. **Gazophylacium** <sup>b</sup> arca est ubi colliguntur in templo ea quæ ad indigentiam pauperum mittuntur. Compositum est autem nomen ex lingua Persica et Græca.

<sup>c</sup> Gaza enim lingua Persarum *thesaurus*, γυλαχί Græce *custodia* interpretatur.

2. <sup>d</sup> **Arca** dicta, quod *arceat* visum, atque prohibeat. <sup>e</sup> Hinc et **504 arcivum**: hinc et *arcanum*, id est, *secretum*, unde et *cæteri arcentur*.

3. **Cibulum**, Græcum nomen est, quod nos *arcam* dicimus.

*Locus* ad aliquid ponendum in terra factus locus, seu ad vestes, vel pecuniam custodiendam, unde et per diminutionem dicitur.

4. **Mozicia**; quasi *modicia*; unde et *modicum*, *s* pro *d*, sicut solent Itali dicere *ozie* pro *hodie*.

*Scrinia*....

5. **Saccus** a *saggo* dictus, quod eo consuto efficiatur quasi *sagus*.

**Marsupium**, sacculus nummorum, quem Græci *μάρσπιον* appellant. Quædam enim Græca nomina in Latinum paulo inflectuntur propter Romanum eloquium.

6. <sup>f</sup> **Sitarciæ** nautarum sunt, ab eo quod *suta* sunt.

**Involucrum** dictum, quod aliquid in se teneat involutum.

7. <sup>g</sup> **Fiscus**, sacculus est publicus, unde et *ficellæ*, et *ficinæ* dicuntur: hunc habent *exactores*, et in eo

<sup>a</sup> **Rotabulum**. sic omnes libri. *Festus*: *Rutabulum* est, quo rustici in proruendo igne panis coquendi gratia utuntur. Sed quod ad etymologiam attinet, nihil refert *rotabulum*, an *rutabulum* scribas, cum inf., cap. 12, rotam a ruendo trahat. Gloss., *Rotabulum*, ῥοτάλιος (sic.)

CAP. IX. — <sup>b</sup> **Gazophylacium**... mittuntur. Verba August., in ps. LXXIII.

<sup>c</sup> **Gaza** enim lingua Pers. E Serv., *Æn.* 1 et v.

<sup>d</sup> **Arca** ab *arceat*. Varro: *Arca* quod *arceantur* fures ab ea clausa.

<sup>e</sup> Hinc et *arcivum*. Ἀρχίον vocant Græci, Vid. Suid.

<sup>f</sup> **Sitarciæ nautar. sunt.** Apuleius, lib. II de *Asin.*: *Hac enim sitarcia navigium Veneris indiget sola.* Sed extenditur ad alios, ut *Reg.* 1, cap. 9: *Panes defecerunt de sitarciis nostris.*

<sup>g</sup> **Fiscus sacculus...** dicuntur. Ex Augustin. in psalm. CXLVI.

<sup>h</sup> **Canistrum...** alii Græcum asserunt. Non male. Nam *κάνιστρον*, aut etiam *κάνιστρον*, auctore Polluce, dicitur.

<sup>i</sup> **Cophinus** vas ex virgulis. Al., *virgultis*.

<sup>j</sup> **Dictum autem cophinus, q. cœvus.** Notatio nata ex scriptura *Covinus* per digammon.

<sup>k</sup> **Corbes...** quia *curvatis* virg. Nisi ἀπό τοῦ κερμοῦ mavis, de quo Pollux lib. x, cap. 24.

<sup>l</sup> **Sporta, vel quod ex sparto.** Secunda interpretatio, quæ priorem reformat, abest a quibusdam veteribus libris. Alia vero, quæ in *Editis* leguntur de fructice sparto, allata huc sunt, e lib. XVII, cap. 9.

CAP. X. — <sup>m</sup> **Ab igni colendo culinam antiq. appell.**

mittunt debitum publicum, quod redditur regibus. **Fiacus** autem primæ positionis est, derivativum *facina*, diminutivum *facella*.

8. <sup>n</sup> **Canistrum** fscis canis contextitur, unde et nuncupatur, alii Græcum asserunt.

**Cistella**, a *castis* ex canna, vel ligoo, quibus contextitur, nominata.

9. <sup>o</sup> **Cophinus**, vas ex virgulis aptum mundare sterco, et terram portare. **505** De quo dicit Psalmista pro Israel: *Manus ejus in cophino servierunt.* <sup>p</sup> Dicitur autem *cophinus*, quasi *cœvus*, quasi *cævus*.

10. <sup>q</sup> **Corbes** dictæ, quia *curvatis* virgis contextantur.

<sup>r</sup> **Sporta**, vel quod ex sparto fieri solet, vel quod exportet aliquid. (*Sporta* a sparto dicta, non ab exportando sicut quidam volunt. Prius enim de sparto fiebant.)

#### CAPUT X.

##### De vasis luminariorum.

1. <sup>s</sup> **Ab igne colendo** culinam antiqui appellaverunt focum. **Focus**, quia φῶς Græce, Latine *ignis* est, unde juxta philosophos quosdam cuncta procreantur. Et revera sine calore nihil nascitur, adeo, ut de Septentrione poeta dicat <sup>t</sup> sterili non quidquam frigore gigni. **506** Varro <sup>u</sup> autem *focos* ait dictos, quod *foveant* ignes, nam *ignis* ipsa *flamma* est; quidquid autem ignem fovet, *focus* vocatur, seu *ara* sit, sive quid aliud, in quo *ignis* fovetur.

2. <sup>v</sup> **Lucerna** a *lychno* dicta est, unde et brevis est *lu*, ut *Juvenalis*:

*Dispositæ pinguem nebulam vomere lucernæ.*

<sup>w</sup> Si enim a *lince* diceretur, non staret versus. *Lychnus* autem, quasi *lucinius*. Est enim *cicendela* *lucernæ*.

*focum*. Mendose Codices omnes: *Ab igni colendo, et ligna*. Varro, apud Nonium, lib. I de *Vita pop. Rom.*: *Qua fine sit antica, et postica: in postica parte erat culina, dicta ab eo quod ibi colebant ignem.* Neque dubium quin Nonii verba hæc sint: *Colinam veteres coquendam dixerunt, non ut nunc vulgus putat, culinam, scilicet.* Nihil enim aliud propositum illi quam ut testimonii evincat *colinam* dixisse veteres, non *culinam*. Erat item *culigna* (ut ait *Festus*) *vas potorium*. Sed cur per *gn* *culigna* *vas potorium* potius quam *culina focus* scribitur, si Varronis etymologie credimus? Ego ita existimo *culinam* verum priscumque nomen exstitisse, dictamque *culinam* eandem domus partem (quis, ut ait Varro, *postica* esset) a posteriore parte animalis, sed mutasse priorem vocalem veteres honestati servientes; idque Varronem ipsum vidisse, serioque dissimulasse, texisse etiam eleganti notatione eam *foeditatem*, quæ *verecundiores aures* posset offendere, alioque mentes *abduxisse*, functum ea in re magis philosophi quam grammatici officio. Quod *Isidorus* quoque *persæpe* facit. Ita verum quoque reperitur, quod voluit *Noiius*, *colinam* dixisse veteres. Illud magis *reconditum* quod *culinam* vocari (ait *Festus*) locum, in quo *epulæ* in *funere* comburantur.

<sup>x</sup> *Sterili non quidquam frigore gigni.* E *Lucan.*, IV. <sup>y</sup> *Varro autem...* quod *foveant*. Et *Festus* et *Ovidius*, *Fast.* VI:

*At Focus a flammis, et quod fovet omnia, dictus.*

<sup>z</sup> *Lucerna a lychno...* non staret versus. E *Serv.*, *Æn.* I, ad vers. *Dependent lychni laq. aur.*

5. *Candelabrum* a *candelis* dictum, quasi *candelasferum*, quod *candelam* *ferat*.

*Cereus* per derivationem a *cera* nomen habet ex qua formatur, a de quo quidam :

Hic tibi nocturnos præstabo cereus ignes.  
Subducta luce altera lux tibi sum.

4. <sup>b</sup> *Candela* a *candendo* dicitur, eo quod *candendo* *deleatur*.

*Lacunaria* pendentia sunt lumina, quasi *lucanaria*, id est, in aere lucentia.

5. <sup>c</sup> *Funalia* sunt, quæ intra ceram sunt, dicuntur a *funicibus*, quos **507** ante usum papyri *cera* circumdatos habuere majores, unde et *funera* dicuntur. *Funalia* autem Græci *scolaces* dicunt, <sup>d</sup> quod sint *scoliacæ*, hoc est, intorti. Hos Romani *funes* et *funalia* nominabant. <sup>e</sup> *Funalia* candelabra apud veteres, quibus funiculi *cera* vel hujusmodi alimento luminis oblitati figebantur. Idem itaque et stimuli præacuti *funalia* dicebantur.

6. <sup>f</sup> *Lampas* flamma est in vertice lucens, dicta, quod *lambentis* motum ostendere videatur.

*Fax* dicta, quod *foccos* faciat, cujus diminutivum *facula*.

7. *Laterna* inde vocata, quod lucem interius habeat clausam. Fit enim ex vitro, intus recluso lumine, et venti flatus adire non possit, et ad præbendum lumen facile ubique circumferatur.

8. *Lucubrum* vocatum, quod luceat in umbra. Est enim modicus ignis, qui solet ex tenui stupa ceraque formari.

9. <sup>g</sup> *Pyra* est quæ in modum aræ ex lignis constructi solet, ut ardeat, *πῦρ* enim ignis dicitur. <sup>h</sup> Sed *pyra* est ipsa lignorum congeries, cum nondum ardet; *rogus* est cum ardere cœperit; *bustum* vero jam exustum vocatur.

10. <sup>i</sup> *Pharus* est turris maxima, quam Græci et Latini in commune ex ipsius rei usu *pharum* appellarunt, eo quod flammarum indicio longe videatur a navigantibus, sicut supra diximus, qualem Ptolemæus juxta Alexandriam construxisse octingentis

<sup>a</sup> De quo quidam. Martial., xiv, epig. 42 :

Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes :  
Subducta est puero namque lucerna tuo.

Neque tamen Isidorianorum Codicum consensus mutare nos quidquam sinit, cum hæc quoque ferri possint.

<sup>b</sup> *Candela*... *lacunaria*. Leguntur hæc in aliquibus Gothicis, sed absunt a melioribus.

<sup>c</sup> *Funalia*... *funera* dicuntur. E. Serv., ibid.

<sup>d</sup> Quod sint *σκολακίαι*, hoc est, intorti. Unde vulgo, *antorchas*.

<sup>e</sup> *Funalia* c. a. v. *Funnus* (ait Don. in And.) a *funicibus* dictum est, et *cuneis*, vel *cuneis candelaborum*, quibus delibuit *funes*, aut *cerei somites* insiguntur.

<sup>f</sup> *Lampas*... quod *lambentis* motum. Respexit (credo) ad Virgilii verba *lambere flamma comas*, cum aliqui vocem esse Græcam contulerent.

<sup>g</sup> *Pyra*... solet. E. Serv., Æn. vi : *Aramque sepulcri*.

<sup>h</sup> Sed *pyra* est ipsa lignorum cong... *exustum* vocant. Ex eod., Æn. xi, ad vers. *Constituere pyras*.

<sup>i</sup> *Pharus* est turris, etc. Ead., sup., lib. xv, cap. 2, et *Hegesipp.*, *Plin.* et *Solin.*

<sup>j</sup> *Ὀπὸς visio*. *Ὀπῶς* potius.

CAP. XI. — <sup>k</sup> *Lecticæ* a *lectis* herb. *Lectica* quod *lectunt*, unde eam *facere*nt *stramenta*, atque *herbas*, ait

*talentis* traditur. Usus ejus est, nocturno navium cursui ignes ostendere ad pronuntianda vada, portusque introitus, ne decepti tenebris navigantes in scopulos incidant; nam Alexandria fallacibus vadis insidiosos accessus habet. Hinc igitur in portibus machinas ad prælucendi **508** ministerium fabricatas *pharos* dicunt. Nam γῶς lux est ὄπὸς visio dicitur, unde et *Lucifer* Græce φωσφόρος appellatur.

## CAPUT XI.

### De lectis et sellis

1. <sup>k</sup> *Lecticæ* a *lectis* herbis vocatæ.

*Stratus* a *sternendo* dictus, quasi *storiatus*. In iis solis antiqui ad dormiendum accubabant, nondum laneis stramentis repertis.

*Storia*, quod sit terra *strata*.

2. *Cama* est brevis, et circa terram. <sup>l</sup> Græci enim *χαμαι* *breve* dicunt.

*Cubile* est cubandi locus.

<sup>m</sup> *Grabatum* Græcum est.

*Bajonola* est lectus, qui in itinere bajulatur a *bajulando*, id est, deportando.

3. *Pulvinar* lectus divitum est, inde et *pulvillus*.

<sup>n</sup> *Spingæ* sunt, in quibus sunt *spingatæ* effigies, quos nos *gryphos* dicimus.

<sup>o</sup> *Punicani* lecti, parvi et humiles, primum a Carthagine advecti, et inde nominati.

**509** 4. *Lecticæ*, sive *plutei*, lecti, de quibus Rutilius P. Rufus, de Vita Scipionis : *Primum*, inquit, *contra consuetudinem imperatorum ipse pro lectis lecticis utebantur*.

5. <sup>q</sup> *Sponda* autem exterior pars lecti, *pluteus* interior.

<sup>r</sup> *Geniales* lecti proprie sunt, qui sternuntur puellis nubentibus, dicti a generandis liberis.

6. <sup>s</sup> *Cunabula* sunt lectuli, in quibus infantes jacere consueverunt, dicta quod partui adhibeantur, quasi *cynabula*; nam *κύβη* est Græce *eniti*.

7. <sup>t</sup> *Pheretrum* dicitur, quod in eo mortui defe-

Varro. Festus : *Lectus* dictus, vel a *collectis foliis*. Ad cubitandum, etc.

<sup>l</sup> Græci enim *χαμαι* *breve* dicunt. Idem, lib. xii, c. 4 : *Camelis causa nomen dedit, seu quod quando onerantur, ut breviores, et humiliores fiant, accubant, quia Græci χαμαι humile et breve dicunt*.

<sup>m</sup> *Grabatum* Græcum. κρήβατον.

<sup>n</sup> *Spingæ* in quibus sunt *spingatæ*. — *Spingæ* *spingatæ* legobat Chacon. Videndum an a sphingis, de quibus lib. xii cap. 2 : *Spingæ villosæ sunt comæ*.

<sup>o</sup> *Punicani lecti*. De quibus Cic., pro Muræna, et Valer., lib. ix, cap. 3, et Senec., epist. 96.

<sup>p</sup> *Rutilius Rufus de Vita Scip.* Cujus Appianus meminit in lib. de Bell. Hisp. : Ὁ δὲ Ρουτίλιον Ρούρον συγγραφεὺ τῶνδε τῶν ἔργων ἴσῃ χλιαρχοῦντα. Cic., in Bruto : *Memoria teneo Smyrnæ ex P. Rutilio Rufo audivisse, cum diceret adole-centulo se accidisse, ut ex s. c. P. Scipio et D. Brutus (ut opinor) eos, de re atroci magnaue quærerent, etc.*

<sup>q</sup> *Sponda autem exterior pars lecti*. Recte. Nam quod Cæsar a Dolabella (ut ait Sueton. in Julio) interior sponda regie lecticæ dictus sit, maledictum vehementius facit.

<sup>r</sup> *Geniales lecti*. Ead. sup., lib. viii. c. p. ultim.

<sup>s</sup> *Cunabula*... *eniti*. E. Serv., eclog. 4.

<sup>t</sup> *Pheretrum*... *vicinus capite*. Ex eod., Æn. xi.

rantur, et est Græcum nomen. Nam *πίπετον* dicitur, ἀπὸ τοῦ πίπεσθαι, id est, a *ferendo*; nam Latine *capulus* dicitur, quod super *capita* hominum feratur, sic Plautus: *Capularis senex*, id est, vicinus capulo.

8. <sup>a</sup> *Scamna* sunt quæ altioribus lectis apponuntur, dicta a *scandendo*. 510 Hinc et *scabelli*, qui lectis parvis vel sellis ob ascensum apponuntur, *scabellum* autem et *suppedaneum* dicitur. Nam quod Græci dicunt ὑποπόδιον, dixerunt Latini *scabellum*, et alii dixerunt *suppedaneum*, quod *sub pedibus* sit.

<sup>b</sup> *Scansilia*, gradus sunt, ubi honorati in sedibus hærent.

9. *Sedes* dictæ, quod apud veteres Romanos non erat usus accubendi, unde et *considerere* dicebantur. Postea, ut Varro ait de Vita populi Romani: *Viri discumbere cœperunt, mulieres sedere, quia turpis visus est in muliere accubitus*. Sedes singulari numero proprie regni est, qui Græce *θρόνος* dicitur.

*Subsellia* vero cæterorum, <sup>d</sup> *cathedræ* doctorum.

10. <sup>e</sup> *Solium*, in quo rex sedet propter tutelam corporis sui, secundum quosdam a soliditate dictum, quasi *solidum*; secundum alios per antistichon, quasi *sodium*, a *sedendo*. Unde et *sella*, quasi *seca* dicta est, et *subsellia*, quasi *subsedia*.

11. *Sellæ curules* erant in quibus magistratus sedentes jura reddebant. Dictæ autem *curules*, quia apud veteres prætores et consules propter itineris longinquitatem curru ad forum provehebantur; sellæ autem quæ post eos vehabantur, quibus sedentes dicere jura solebant, a *curru curules* sellæ sunt nominatæ.

22. <sup>f</sup> *Tripodes*, scamnelli sunt, habentes tres pedes, sed et candelabra tripodæ sunt, quia similiter habent tres pedes.

## 511 CAPUT XII.

### De vehiculis.

1. *Carrum* a *cardine* rotarum dictum, unde et *currus* dicti, quod rotas habere videntur.

*Rota* autem dicta, quod *ruat*, et *rotundum* a *rota* vocatum.

Quare illud quod super capita hominum feratur, aliena ducebat Chacon, neque id mihi dubium, cum præsertim addat Servius: *Et dictus capulus, quod corpus capiat*. Festus quoque: *Capulum a capiendo*.

<sup>a</sup> *Scamna... scabell*. Varro, lib. iv: *Quo simplici scansione scandebant in lectum non altum, scabellum; in altiorum, scamnum*.

<sup>b</sup> *Scansilia... in sedibus hærent*. Al. in ædibus hærent.

<sup>c</sup> *Vir discumbere cœper... mulieres sedere*. Valer. Max., lib. ii, cap. 1: *Feminae cum viris cubantibus sedentes cœnitabant*.

<sup>d</sup> *Cathedræ doctorum*. Cassiod., in ps. 1: *Cathedra proprie doctoribus datur*.

<sup>e</sup> *Solium... dicta est*. E duob. Servii locis. Æn. i et vii.

<sup>f</sup> *Tripodes scamnelli*. Sic apud Vitruv., lib. iii, cap. 3, et lib. v, cap. 9. In vulgatis tamen exemplaribus *scamilli*, qui in aliis *scabelli*, et *scamuli*.

CAP. XII. — <sup>g</sup> *Carpentum... q. carrum pompatic*. Ovid.:

Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant.  
Hæc quoque ab Evandri dicta parente reor.

2. *Rheda*, genus vehiculi quatuor rotarum. Has antiqui *retas* dicebant propterea quod haberent rotas.

3. <sup>h</sup> *Carpentum*, pompaticum vehiculi genus, quasi *carrum pompaticum*.

<sup>i</sup> *Plaustrum*, vehiculum duarum rotarum, quibus onera deferuntur. Et dictum *plaustrum*, quia volvitur, quasi diceret *pilastrum*.

512 <sup>k</sup> *Caracutium*, vehiculum altissimarum rotarum, quasi *carrum acutum*,

<sup>l</sup> *Capsus*, carruca undique contexta, quasi *capsa*.

4. <sup>m</sup> *Pilentum*, vel *petoriturum*, contexta quatuor rotarum vehicula, quibus matronæ olim utebantur. Virgilius: *Pilentis matres in mollibus*. Horatius: *Plures calones atque caballi Pascendi, ducenda petorita*. Erant autem antea *pilenta* veneti coloris, non ut nunc sunt *russati*, quibus nisi castæ matronæ uti non poterant, sicut nec vitis.

5. <sup>n</sup> *Basterna*, vehiculum itineris, quasi *viæ sternax*, mollibus stramentis composita, a duobus animalibus deportata.

## CAPUT XIII.

### De reliquis quæ in usu habentur.

1. *Baculus*, a *Baccho* repertore vitis fertur inventus, quo homines moti vino inniterentur. Sicut autem a *Baccho baculus*, ita a *baculo bacillus* per diminutionem.

2. <sup>o</sup> *Fustes*, quod præfixi in terram *stent*, quos rustici *palos* vocant, quibus juvenes pro criminibus feriuntur.

C <sup>p</sup> *Vectes* dicti, quod manibus *vectentur*, unde ostia saxaque velluntur.

3. <sup>q</sup> *Forfices*, secundum etymologiam si a *filo* dicuntur *f* ponitur, ut 513 *forfices*, quæ sunt sartorum; si a *pilo* per *p*, ut *forpiceps*, quæ sunt tonsorum; si ab accipiendo, per *c*, ut *forcipes*, eo quod formum capiant, quæ sunt fabrorum. *Formum* enim dixerunt antiqui *calidum*; unde et *formosus*.

4. *Novacula*, eo quod *innovat* faciem.

*Pecten* dictus, eo quod *pezos* capillos faciat, atque compositos.

Ut sit *carpentum*, quasi *carmentum*, a *Carmenta* Evandri matre.

<sup>r</sup> *Plaustrum*, *q. pilastrum*. Varro: *Plaustrum quod ex omni parte palam est vel potius a palando, hoc est, extendendo*.

<sup>s</sup> *Caracutium*. Goth. Ov. colleg., *carrucium*, idem a nostris *carricoche* dicitur.

<sup>t</sup> *Capsus*. Utitur hac voce Festus in Plozemo. Gloss., *capsum, πλιδιον*.

<sup>u</sup> *Pilentum*. E Serv., Æn. viii.

<sup>v</sup> *Basterna*. Minit hujus etiam Hieronym., Is. lxxvi. CAP. XIII. — <sup>w</sup> *Fustes dicti, q. stent*. Sup., lib. v, cap. 27: *Fustes quod præfixi in fossis stent*.

<sup>x</sup> *Vestes*. Eadem lib. v, cap. 27.

<sup>y</sup> *Forfices secundum etymolog.* Vel. Longus, in libro de Orthograph.: *Sed quæstio est in loquendo, ut forcipes, et forpices; et arcesso, et acerso. His enim minimum erit dignoscere quomodo dicantur. Proinde ac dixerit, scribes mihi, quibus tamen adnotavimus veteres per transmutationem syllabæ forcipes dixisse. Nam et Virgilius: Versantque tenaci forcipe massam. Forfices dicimus ab eo quod formum capiant, id est solidum.*



• *Calamistrum* est acus quæ calefacta et adhibita A bus habeatur, nomen tamen ex caudice retinet. Hanc calefacit, et intorquet capillos. Unde et *calamistrati* appellantur qui comam torquent.

5. *Clavis* dicta quod *claudat*, et aperiat. <sup>b</sup> *Catenatum*, quod capiendo teneat.

*Horologium*, quod ibi *horas legamus*, id est, colligamus. Est enim in solaris positum, ubi a clavo per lineas currit umbra, ut quancunq; diei horam ostendat.

## CAPUT XIV.

## De instrumentis rusticis.

1. • *Vomer* dictus, quod vi humum eruat, seu ab evomendo terram. De quo Lucretius :

Uncus aratri  
Ferrens, occulto decrescit vomer in arvis.

<sup>d</sup> *Sumitque per detrimenta fulgorem*.

2. *Aratrum* ab *arando* terram vocatum, quasi *aratterium*.

**514** • *Buris* est curvamentum aratri, dictum quasi βοῦς, οὐρὰ, quod sit in similitudinem caudæ bovis.

<sup>f</sup> *Dentale* est aratri pars prima, in quo vomer inducitur, quasi *dens*.

3. *Cultelli*, a *cultura* dicti, eo quod ex ipsis putatione veteres in arbore utebantur, et vite, priusquam falces essent repertæ.

4. • *Falx* est qua arbores putantur et vites. Dictæ autem sunt *falces* <sup>h</sup> quod his primum milites herbam *flicem* solebant abscindere. <sup>i</sup> Unde est illud :

Pax me certa ducis placidos curvavit in usus.  
Agricolæ nunc sum, militis ante fui.

5. *Falcastrum*, a similitudine *falcis* vocatum. Est autem ferramentum curvum cum manubrio longo, ad densitatem veprium succidendam. <sup>j</sup> Hi et *runcones* dicti, quibus vepres secantur, a *runcando* dicti.

6. *Serrula* est prætennis lamina ferri, dentium mordacitate resecans arbores, seu ramos.

<sup>k</sup> *Rastra* quoque aut a *radendo* terram, aut a *raritate* dentium dicta.

*Ligones*, quod terram levant, quasi *levones*.

7. <sup>l</sup> *Scudicia* dicta, eo quod circa caudicem terram aperiat, et quamvis ejus usus in reliquis operi-

• *Calamistrum*. E Serv., *Æn.* XII, ad vers. *Crines vibratos calido ferro*.

<sup>b</sup> *Catenatum*. Quod nos *candado*.

CAP. XIV. — • *Vomer... seu ab evomendo terr.* Varro : *Aratrum, quod aravit terram, ejus ferrum vomer, quod vomit eo plus terram.*

<sup>d</sup> *Sumitque per detrimenta fulgorem*. Forte nitorem. Respexit fortasse ad Virgilii verba : *Et sulco attritus splendescere vomer*.

<sup>e</sup> *Buris... cauda bovis*. E Serv., *Georg.* 1.

<sup>f</sup> *Dentale*. Ex eod., nisi quod illic *inducitur*, non *includitur*.

<sup>h</sup> *Falx est*. Pallad., lib. 1, cap. ult. : *Falces putatorias quibus in arbore utuntur et vite*.

<sup>i</sup> *Quod hac primum milites*. Vocem *militis* rejiciebat Chacon tanquam e Martialis versu acceptam, cum Palladius, cujus hæc sunt, militum non meminerit. Ille namque : *Item (inquit) falciculas brevissimas, quibus flicem solemus abscindere*. *Falcis* vero vocem e Syriaca *Falca* fluxisse eruditissimus vir existimat.

<sup>j</sup> *Unde est illud : Pax me certa*. Martial., in apophor.

<sup>k</sup> *Hi et runcones*. Pallad., *ibid.* : *Runcones quibus veprea persequimur*.

bus habeatur, nomen tamen ex caudice retinet. Hanc alii generaliter *fossorium* vocant, quod foveam faciat, quasi *fovessorium*.

**515** 8. • *Sarculi* sunt, vel simplices vel bicornes.

• *Pastinum* vocant agricolæ ferramentum bifurcum, quo semina panguntur. Unde etiam *repastinari* dictæ sunt vineæ veteres, quæ refodiuntur.

9. • *Cylindrus*, lapis est teres in modum columnæ, qui a volubilitate nomen accepit, de quo Virgilius :

Area cum primis ingenti æquanda cylindro,  
Et vertenda manu.

10. • *Tribula*, genus vehiculi, unde teruntur frumenta, et ob hoc ita vocatur.

• *Pala*, quæ ventilabrum vulgo dicitur, a ventilandis *paleis* nominata.

11. • *Furcillæ* dictæ, eo quod iis frumenta cillantur id est, moventur. Unde et *oscilla* dicta ab eo quod *cillantur*, hoc est, moveantur *ora*. Nam *cillere* est *moveere*.

12. • *Tesseræ* sunt quibus frumentorum numerus designatur.

<sup>1</sup> *Trapetum*, mola olivaria.

<sup>2</sup> *Prelum*, trabes quo uva calcata premitur, a *pre-mendo* vocatum, quasi *pressorium*.

*Prelum*, quo premitur oleum.

*Lacus*, quo liquatum profluit, et quo ab uvis vel olivis torquendo oleum vinumque exigitur.

13. *Verennes* a *vchere*, id est, exportare nominatæ.

**516** • *Qualus*, per quem mustum fluit, a *colando* dictus.

<sup>x</sup> *Fiscium* quasi *fisculum*, a *colando* oleum dictum, vel quasi *fiscella* olei.

## CAPUT XV.

## De instrumentis hortorum.

1. *Rota* γ dicta, quod quasi *ruat*. Est enim machina de qua a flumine aqua extrahitur. Lucretius :

Ut fluvios versare rotas, atque haustra videmus.

<sup>2</sup> *Haustra* autem, id est, *rota*, ab *hauriendo* aquas dicta.

<sup>k</sup> *Rastra*. E Serv., *Georg.* 1.

<sup>l</sup> *Scudicia*. Quam nos fortasse *escoda* vocamus.

<sup>m</sup> *Sarculi vel simpl. vel bicorn.* Ex Pallad., *ibid.*

<sup>n</sup> *Pastinum... refodiuntur*. E Columell., lib. III, cap. 18.

<sup>o</sup> *Cylindrus lap.* E Serv.

<sup>p</sup> *Tribula*. Ex eodeni.

<sup>q</sup> *Pala*. Utuntur hac voce Tertull., *Cypr.*, Hieron. et August.

<sup>r</sup> *Furcillæ*. E Serv., *Georg.* 11.

<sup>s</sup> *Tesseræ sunt quibus frum. num. design.* Serv., *Georg.* 1 : *Aut numeros impressit acervis, id est, aut characteres facit, quibus pecora signantur, aut tesseræ quibus frumentorum numerus designatur. Nam numeros pro litteris posuit, quibus numeri continentur.*

<sup>t</sup> *Trapetum, mola olear.* Ex eod., *Georg.* 11.

<sup>u</sup> *Prelum*. Ex eod.

<sup>v</sup> *Qualus*. Ex eod.

<sup>x</sup> *Fiscium*. Aut hic *fiscellum*, aut apud Columell., lib. XII, cap. 38, *fiscum*, legas.

CAP. XV. — γ *Rota*. Vid. Vitruv., lib. X, cap. 11

<sup>2</sup> *Haustra*. Non. : *Haustra proprie rotarum dicuntur, sicuti Græce ἀντλάματα.*

2. *Girgillus*, quod in *gyrum* vertatur. Est enim lignum in <sup>a</sup> transversa pertica mobile, ex quo funis cum situla vel utre in puteum demittitur hauriendæ aquæ causa.

3. <sup>b</sup> *Telonem* hortulani vocant lignum longum, quo hauriunt aquas. Et dictus *telon* a *longitudine*, τῆλον enim Græce dicitur quiddam longum est. <sup>c</sup> Unde et *mustela* vocata, quasi *mus longus*. Hoc instrumentum Hispani *ciconiam* dicunt, quod imitetur ejusdem **517** nominis avem, levantem ac deponentem rostrum, dum clangit.

<sup>d</sup> Hama....

4. *Lupus* qui et *canicula*, ferreus harpax, quia si quid in puteum decidit, rapit et extrahit, unde et nomen accepit. *Harpax* enim dictus quia *arripit*, ἀρπάζειν enim Græce *rapere* est.

### CAPUT XVI.

De instrumentis equorum.

1. *Phaleræ*, <sup>a</sup> ornamenta equorum sunt, et est sermo Græcus.

*Frena* dicta, quod equos *fremere* cogant, vel quod hæc equi *frendant*, id est, imprimant dentibus, et obmordeant. Unde et *nefrendes* dicti, adhuc lactentes porculi, quod nondum aliquid frendant, id est, comminuant dentibus. <sup>c</sup> Hinc et faba *fresa* quæ molita est.

2. <sup>s</sup> *Lupata* sunt freni asperrimi. Dicti autem *lupati* a *lupinis* dentibus, qui inæquales sunt; unde etiam eorum morsus vehementer obest.

*Charms* ...

<sup>a</sup> In transversa pertica. Al., parte.

<sup>b</sup> *Telonem* hortulani vocant. Ita scripsisse Isidorum arguit etymologia, sed *Tollenonem* dixisse debuit. Festus: *Tolleno* genus machinæ, qua trahitur aqua, alteram partem prægravante pondere, dictus a *tollendo*. Utuntur hac voce Livius, Plin., Vegetius.

<sup>c</sup> Unde et *mustella*, q. *mus longus*. Verba sunt Serv.

<sup>d</sup> *Hama*.... Ferramentum avuncum ad coercenda incendia. Plin., epist. 250: *Et alioqui nullus usquam in publico sipo, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda*. Et Paul., cap. 3, d. de Off. præf. vig.: *Sciendum est autem præfectum vigiliam per totam noctem vigilare debere, et coerrare calciatum cum hamis et dolabris*. Et Ulp., cap. 12, d. de Fund. inst.

CAP. XVI. — <sup>a</sup> *Phaleræ*. Græcus serm. E Serv.,

3. *Habcnæ*, ab *habendo* dictæ, quod iis equos habeamus, hoc est, teneamus, unde et equi *habiles* dicti. <sup>b</sup> Hæc et *retinacula* a *retinendo*.

*Lora*....

4. *Capistrum*, a *capite* jumentorum dictum.

*Sella* a *sedendo*, **518** quasi *sedda*.

<sup>i</sup> *Antella*, quasi *ante sellam*, sicut et *postella*, quasi *post sellam*.

<sup>j</sup> *Cingulum* hominum generis neutri est, nam animalium genere feminino dicimus *has cingulas*.

5. *Sagma*, quæ corrupte vulgo dicitur *salma*, a stratu sagorum vocatur. Unde et <sup>k</sup> caballus *sagmarius*, mula *sagmaria*.

*Capulum*, funis, a *capiendo*, quod eo indomita jumenta comprehenduntur.

B 6. *Calcaria* dicta, quia in *calce* hominis ligantur, id est, in pedis posteriore parte, ad stimulandos equos, quibus aut pugnandum est, aut currendum, propter pigritiam animalium, aut timorem. Nam ex timore stimuli nuncupati, licet sint et libidinis stimuli.

7. *Strigiles* nuncupati a *tergendo*, quod iis equi tergantur.

*Character* est ferrum caloratum, quo notæ pecudibus inuruntur. χαράκτῆρ autem Græce, Latine *forma* dicitur.

8. *Cauterium* dictum, quasi *cauterium*, quod urat, et provida sit in eum severaque cautio, ut dum videtur cujus sit, avaritia refrenetur. Quod interdum pro signo, interdum pro cura adhibetur, ut vis morbi C ignis ardore sicceatur.

Æn. ix.

<sup>c</sup> Hinc et faba *fresa*. Fest.: *Frendere* est frangere, unde est faba *fresa*, unde et dentibus dicimus *frendere*. Gloss., *Faba fresa*.

<sup>s</sup> *Lupata*. E Serv., Georg. iii.

<sup>b</sup> Hæc et *retinacula*. Respexit ad Maronis verba: *Et frustra retinacula tendens*, Georg. i.

<sup>i</sup> *Antella*... *Postella*. Lego *antiellena*, et *postillena*, invitis libris omnibus. Nam vitium procul dubio natum ex notationibus. Gloss., *antillena*, ιστίριον (Sic). *Postillena* vero etiam legitur in Casina Plauti.

<sup>j</sup> *Cingulum* hom... *cingulis*. E Serv., Æn. ix.

<sup>k</sup> *Caballus sagmarius*... mula *sagmaria*. Eod. modo legendum apud Serv., Æn. i, ad illud: *Sertisque recentibus halant*, non *saginaris*. Vid. Suid., in Σάγμα.

# AD S. ISIDORI ETYMOLOGIARUM LIBROS APPENDICES.

## Pars prima,

AD DECEM PRIMOS LIBROS IN AREVALI VOLUMINE TERTIO CONTENTOS.

### 500 APPENDIX PRIMA.

Ad *Etymologiarum prologum.*

VERSUS PRÆMISSI ETYMOLOGIIS,  
In Codice Regio Vaticano 1953.

- Sancta Dei genitrix, post partum virgo perennis,  
Stella maris, nati imperio mundi dominatrix,  
Num totus si rite loquax sermonibus orbis  
Ederet innumeris sub conditionibus aptas
5. Natura potiore \* nitens humano more loquelas,  
Te, summis quam non penetrant in sedibus astra,  
Igneus et rapidis sudans sol ipse quadrigis  
Quam spectare nequit, submittens ora decora,  
Vel minimos digne poterit tibi ponere cultus,
10. Aut aliquo fari perceptas ordine palmas,  
Quas tulit omnipotens factor, mox Filius ipse,  
Dignam te matrem sublimans jure perenni,  
Teque vehens hodie cœlestes Patris ad arces.  
Angelicas inter decrevit scandere turmas :
15. Assurgit lætata polis, comitantur et astra,  
Reginamque sui divina tœuentur.  
O quæ porta manes, nostræ quoque causa salutis,  
Virgineum decus, et matrum castissima virtus,  
Plena omnis, quæ semper adest tibi gratia nati,
20. Jam nimium protende reis pia dona solutis,  
Et miserum benedicta dolentem compede vinctum.  
Ac fetens cura miserans de pectore vulnus,  
Liventes totum plagæ ne serpere corpus  
Commaculante queant tetro putredinis haustu.
25. Te dominam, dominam fateor; miseraris alumno:  
Quam magna es, fer opem potius, tandemque  
[remotis  
501 Roscida, te gradiente, sequi per gramina  
[vinculis  
Præcipe; longa nimis quanquam vestigia ducam.  
Splendida nempe velut surgens aurora tenebras
50. Effugat, immensum tua dat sic semita lumen.  
Hinc proprium nihil esse ferunt sol, luna nitorem;  
Mille per effusos vincis quos luminis orbes.

Vers. 4. Codicem Regio Vaticanum, in quo hi versiculi Etymologiis præponuntur, qui signatus est num. 1953, descripsi in Isidorianis, cap. 32, n. 101. Conjectura nonnulla est, hujusmodi carmen sancti Ildelfonsi esse.

5. Corruptus est hic versus, ut multi alii, et uno pede longior est.

9. Reposui poterit pro poteris, quod erat in Ms.

11. In Codice erat que pro quas, et dignatæ matri pro dignam te matrem.

15. Erat potius; fortasse legendum: Assurgunt lænolis, comitantur et astra.

17. In Ms.: O vitæ quæ porta manes, nostræ quoque causa salutis. Sunt septem pedes.

18. Fortasse, Castissima virgo.

19. Fortasse, Plena omni.

27. Erat Rosea pro Roscida.

APP. II, n. 1. Isidoro hoc opusculum tribuitur in

### A

### APPENDIX II.

Ad lib. 1 *Etymologiarum*, cap. 17.

INVENTICULA DE PEDIBUS.

1. Compositio est pedum, de quibus aliquam jam mentionem fecimus. Sunt igitur alii pedes disyllabi, alii trisyllabi, alii tetrasyllabi, quorum unde et nomina deducta sunt; docebimus, et quot habent schemata. Ex disyllabis geminatis pedes tetrasyllabi sunt, quorum et nomina et schemata subjungemus. Sunt ex disyllabis et trium syllabarum pedibus copulati pedes syllabarum quinque; suntque ex duplicatis trisyllabis pedes senarum syllabarum, de quibus nunc arbitror esse necessarium diligenter laborare.
2. Disyllabi ergo pedes sunt quatuor, trisyllabi octo, duplices sedecim, quoniam una syllaba duo schemata habet, aut longa est, aut brevis. Duæ syllabæ quatuor schemata habent; nam aut ambæ breves sunt, aut ambæ longæ, excepta una syllaba brevi, et una longa, aut una longa, et una brevi. Pedibus accidunt arsis, et thesis, id est, elevatio, et positio gravi sono syllabarum, ut *asserimus*, duæ longæ, duæ breves ponuntur. Tempus, quo producuntur et corripuntur. Resolutio a pede in syllabam, a syllaba in litteram. Littera enim atomos est, id est, indivisibilis, vel insectio. Secundum pedum canctorum mensuram docebimus.
3. Pyrrhichium dictum esse alii dicunt a Pyrrho, Achillis filio, quem primum aiunt in tumultu patris sui armatum honoris gratia saltavisse. 502 Aristoteles autem Achillem ait hujus ludi inventorem fuisse. Quibusdam placet ab ardore, id est, ab ipsa velocitate sui soni nomen accepisse hunc pedem, ἀπό τοῦ πυρός, id est, ab hac flammæ velocitate. Cognatio enim ardoris et velocitatis est; unde *Instant ardentem Tyrii*, id est, *festinantes*. Pyrrhichius a Pyrrhiche, ludi genere, nomen accepit, quia hoc sono milites usi sub armis præludunt. Ipsa tamen a pyrrhiacha dicta, id est, lusione, vel Pyrrhichia filia, vel a Pyrrhicho,

### C

Codice Regio Vaticano 112, quem in Isidorianis, cap. 99, n. 9, recensui. Initium indicat fragmentum esse ex uberiori aliquo opere excerptum.

2. In *asserimus* prima est longa, duæ sequentes breves, ultima longa, si vox sequens e consonanti incipiat, et brevis, si a vocali.

3. Erat in Ms. *Exstant ardentem*; rescripsi *Instant ardentem*, ex Virgilio, lib. 1 *Æn.*, v. 427. Et in Ms. quidem pro Tyrii potius videbatur Troes positum. De *pyrrhichio*, et *pyrrhicha*, ejusque origine, vide Quintilianum, lib. ix, cap. 4; Diomedem, lib. iii, p. 474 Putschii; Plinium, lib. vii, cap. 57; Solinum, cap. 11, al. 16; De Creta. In Codice erat *primus tetensium* pro *primus Cretensium*, aut, ut edidi, *primus Cretenses*. Spondeus in libationibus adhibebatur; inde *spondeus* dictus a Græco σπονδή, *libatio*. Confer Diomedem, lib. iii, pag. 472, Putschii.

qui primus Cretenses sub armis saltare in hujus pedis sonum constituit. Spondeus tamen nomen accepit a sacrificio, quia *spondeon* Græce sacrificium nuncupatur, quo sono hymnos, id est, laudes diis immortalibus decantabant; unde et Homerus ait: *Sponde tua Crete.*

4. Iambus a *lamba*, Celei filia, nuncupatus est, quæ cavillationes jocosas hujus pedis sono dicens, amorem sibi gratissimum commovebat, unde dicitur etiam (quod) hujus pedis metrum concedis, hoc est, rei lætissimæ commodaverit.

5. Trochæus dictus est a velocitate rotæ, quam suo sono imitatur. Alii *chorium* appellant, quia chorus aptam modulationis continet rationem; unde etiam pes, qui ex hoc trochæo et iambo constat, choriambus nominatur.

6. Tribrachys suarum syllabarum qualitate nuncupatur, quia tribus brevibus constat, quæ Græce *brachyæ* nuncupantur; nam in eo servavit disciplinam, et in tribus syllabis cœpit.

7. Molossus dictus, quia a Molossis oræ Cretensium repertus est; hunc quidam et *Creticum* dixerunt, inter quos et Aristophanes fuit. Anapæstus dictus est dactylo contrarius; ideo nomen accepit, quod ei rejiciatur, id est, repercutiatur, quod Græci *anapæstin* dicunt.

8. Dactylus dictus est a digito, cujus articulis figuratur, incipiens a longa, desinens in duas breves; *digitus* enim Græce *dactylus* nuncupatur. Amphibrachys dicitur, quia ex utraque parte breviter accipiat, quam Græci *brachyn* dicunt.

9. Amphimacrus dicitur, sicut antipastus; nomen accepit, quia ex utraque parte longam, quam Græci *macron* dicunt, accipiat. Dictus tamen est hic pes *Creticus*, quia in Cretica insula Corybantes, ut vagitum Jovis Saturno celarent, sic sonuerunt graviter, breviter, graviterque.

10. Bacchius dictus est, quia a Baccho, id est, Libero Patre accepta modulatio hujus pedis pro sono componebatur. Antibacchius, vel palimbacchius dicitur, quia bacchio contrarius est. Proceleumaticus est, quia **503** Corybantes choros concitantes, ut celerius saltationem celebrarent, inter se hortabantur, quia Græce hortatio *proceleosis* nuncupatur.

11. Dispondeus dictus est, quia ex duobus spondeis constat. Diambus dictus est, quia ex duobus iambis componitur. Ditrochæus, quia ex duobus trochæis figuratur. Antipastus dictus est, eo quod ex utraque parte relevetur, quod Græce *antesponi* dicitur, id est, *relevatio*.

12. Choriambus dicitur, quia ex chorio et iambo constat. Ionici dicti sunt duo, id est, major et minor, ab Ionio inventore, qui his pedibus metra lyrica ionica fecit.

4. Iambe, quæ *iambum* reperit, ab aliis dicitur Celei famula, ac diverso modo res ipsa narratur. Pro jocosas erat in Codice *liccasas*.

6. Obscurum est in eo.

7. Quod Græci *anapæstin*, rescribi poterit *ἀναπαίστιν*. Isidorus in Etymologiis diversas fere sequitur de pedibus explicationes, cum his conferendas.

10. De pede proceleumatico, seu proceleusmatico diversa originatio exponitur in Etymologiis et notis. *Procelosis*, et hujusmodi verba Græca, quæ proferri solent, omnino corrupta sunt. Quæ magis necessaria videri possunt, jam lib. 1 Etymologiarum explicata sunt.

APP. III, n. 1. De Codice bibliothecæ excellentissimæ Familiæ Albani dixi in Isidorianis, cap. 107, ubi, num. 27, de hoc additamento ad Etymologias verba feci. De insolitis quibusdam scribendi rationibus, quæ exponuntur, non valde laborandum est; eas autem præ oculis habere oportet, ut quænam fuerit medio ævo hæc in genere licentia, intelligatur, et

13. Pæones a Pæone poeta nomen insitum possederunt. Epiritli quatuor hoc nomine nuncupati sunt, quia ex tribus longis et una brevi parilibus vocibus continentur.

### APPENDIX III.

Ad lib. 1 Etymologiarum, cap. 27.

INCIPIT SECUNDA ORTHOGRAPHIA.

Ex Codice Albanio.

1. Ara per *a* solam scribitur, harena per *h*, et *a*. Aurit per *a* et *u*, id est, aquam levat; *hanrire* autem, quod est videre, per *h* scribitur. *Æscas* (forte *æstas*) per *a* et *e* scribitur. *Ærat*, *æquitas*, *ædes*, *Æneus*, *Æsculapius* per diphthongum. *Alite* per *a* solam. *Halitus* per *h*. *At*, quod verum significat, per *a*, et *t*; ad præpositio per *a* et *d*, ut *ad amicum vado*.

2. *Assidus*, *assecutus* per duo *ss*. *Accumulatus* per duo *cc*. *Aggeratus* (forte *aggeratus*) per duo *gg*. *Apparet* per duo *pp*; adponit vero per *d* scribitur; ad præpositio verbo conjuncta est. *Ammonitus* per duo *mm*. *Annuat*, *annuntiat* per duo *nn*. *Ademptus* per *m* et *p*.

**504** 3. *Apud* per *p* et *d*. *Austus* (forte *auctus*) per diphthongum, *austio* (*auctio*) vero, quod est venditio (forte deest aliquid). *Birtus*, *boluntas*, *bita*, vel his similia, quæ Afri scribendo vitiant, omnino rejicienda sunt, et non per *b*, sed per *v* scribenda.

4. *Cedo* per *c* scribitur, quod *v*-let (obscure) *consentio*; *cædes* vero per *a* et *e*, *cæsaries*, *cælum* (forte *cesaries*, *celum*), *centenarius*, *ceterum*, *cere*, quod *are* dicimus, *celeritas* per *e*. *Commentarius* per duo *mm*. *Comptit* (forte *d*-est aliquid). *Clangor* per *c*, non per *g*. *Cælebs* per *b* scribitur; inde *cælibem* dicimus. *Coire* sine *h* scribitur. *Cymbalum* per *y* scribitur. *Corax* per *c*, non per *g*.

5. *Commentatio* per *c*. *Cætus*, id est, multitudo per diphthongum *a* (forte *æ*). *Cete* vero, quod est marina bellua, per *e*. *Commercium*, quod est negotium, per duo *mm*. *Clanculum* per duo *cc*. *Cum* præpositio per *c*, si autem adverbium fuerit, per *q*; dicimus enim *quum lego*.

6. *Deus* per *e* solam. *Dæmon* per diphthongum. *Dilabitur*, *determinat*, per *i*. *Dogna* per *g*, non per *c*. *Delubra* per *e*, non per *i*. *Dicitatus* per *i*, non per *e*. *Ærus*, quod est dominus, per *e* solam. *Externa*, quod est extranea, per *e* et *x*; si de die loquatur, per *h*. *Effecta*, et *effigi* (forte *effingi*), *effudit*, *efficit*, *effluit* per duo *ff*. *Erebus* per *e*.

7. *Fabor* per *b*. *Flagra* duo (forte *quod*) sunt verbera, per *f* et *l*; nam *iragra*, quod est odor, per *f* et *r*. *Fero*, quod est *tolero*, per *e* solam. *Gerosus* (forte

D ad veram scripturam in membranæ antiquis dignoscendam facilius deveniri possit.

2. Nulla ratio est, ut *apparet* per duo *pp* scribatur. *adponit* vero per *d* et *p*. Utrumque utrolibet modo scribi potest. An autem parum sibi consent, qui modo *adparet* scribunt, modo *apparet*, in dubium revocari potest. Minime ego damnare ausim eos qui hanc libertatem sibi permittunt, ut verba, quæ a probatis auctoribus vario proferuntur, ut *seculum*, *sæculum*, *litera*, *littera*, aliquando per unam, aliquando per aliam scribendi rationem usurpant, non aliter ac quia utrolibet modo dici potest *amarunt*, et *amauerunt*, non peccat, si quis modo *amarunt* dicat, modo *amaerunt*.

3. Vitium scribendi *b* per *v*, uti etiam contra *v* per *b*, medio ævo apud multas nationes invaluit, et etiam num nonnullis Hispanis commune est, ut *promiscuo* *b* et *v* usurpent et proferant, quamvis in arte Hispanalata Antonii Nebriſensis discrimen adhibendum opportune præscribatur.

*generosus*) per *e*. *Geometres* per *a* et *e*. *Gnarus*, quod est *astens*, per *g* et *n*, *gnatus* similiter. *Grassator*, quod est *servus* (forte *sævus*) per *g*. *Glaber*, quod est *lenis facie*, per *b*.

8. *Hæc* pronomen per *h* et diphthongum *a*, et omnia pronomina per *h*, exceptis possessivis, subjunctivis, et relativis; nam quoties conjunctivam syllabam ponimus *ac*, per *a* scribitur, ut conjunctio a præpositione differre possit. *Hic* vero pronomen, ut adverbium loci, scribitur; sed ea re ab invicem distant, quod adverbium loci, producta (scribitur productum) syllaba pronuntiamus, pronomen correpta. *Hiat*, *honor* per *h*, *onus* per *o*. *Haud*, quod est *non*, per *h* et *d*, aut conjunctio per *t* mutam. *Hausit*, quod est *bibit*, per *h*. *Hisco*, quod est oris apertio, per *h*. *Heremus*, *hispidus*, *heros* (forte *heros*) per *h* scribuntur, et si qua similia sunt, quæ aspiratione indigent.

9. *Impedit*, *impius*, *immanitas*, *immemor*, *imperator* per duo *mm* (forte aliquid d'est); idem *inmaculatus*, *immortalis* per *i* et *n*, quia in præpositione ad illa, aut complet, aut vacuat. *Irritum* per duo *rr*. *Inquit* *i* in fine ponenda est, nam si *d* habuerit, interrogatio est, tanquam si dicas: *In quid mittit?* *Id* pronomen per *d* scribitur.

505 10. *Karitas*, *Kalendæ*, et si qua nomina similia *a* et *c* (sic) sequuntur, per *k* scribenda sunt. *Latus* per *æ* diphthongum; *lethalis* vero, quod mortalis dicitur, per *æ*. *Levare*, quod est adjuvare, per *e*. *Liza*, quod est vilis, vel luxuriosus, per *i* et *z* scribitur. *Mecum*, id est, ego et tu, per *e* solam, *mæchum* virum, quod est adukerum, et *mænia*, per *o* et *e*. *Mussitas* per duo *ss*. *Mos* et *mors* similiter scribenda sunt. *Mysterium* per *y* Græcum scribitur.

14. *Nexæ*, id est, *collatæ* (lege *colligatæ*) per *x* scribitur, quando vero dicimus *nec fecerit*, per *c* scribitur. *Nactus* per *n* et *c* in medio scribitur. *Nænia* per *a* et *e*. *Nomenclator*, quod est nominis vocator, per *e* et *u*. *Notus* per *t* solam, *nothus*, quod est *auster*, per *h* scribitur.

12. *Ostium*, quod aperitur et clauditur, per *o*, *ostia* vero per *h*. *Occipitium*, quod est capitis pars posterior, per duo *cc*. *Occulum* (forte *occulant*) quod est *occulum*, per *cc*. *Oppilat* per *b* et *p*. *Offendit*, *offalsit*, *officiat*, *officium* per duo *ff*. *Occursa* per *cc*. *Oppali*, *opperior* per duo *pp*. *Osore*, id est, odium exercentes, per *o*. *Olympum* per *y* Græcum.

15. *Pænis* per *æ* diphthongum, *pæna*, et *pænitudo* per *o* et *e*. *Peculatus*, quod est furum peculii, per *e* solam. *Penum*, quod est cellaria, per *e*. *Preceptor*, *presum*, quod est comes, prestant per *e*. *Præcipuus*, *prævius* per *a* et *e*. *Quum* per *q*, quia non præpo-

9. Non desunt qui adhuc probent hanc scribendi rationem, *inmaculatus*, *immortalis*, etc.

11. Etiam *notus*, quod est *auster*, sine *h* scribitur; *nothus* vero, id est, *spurius* per *h*.

13. *Nescio*, quid lateat in verbis *presum*, *prestant*. Confer num. 27.

14. Pro *studei* legendum *istud*. Vide num. 50. Alia passim occurrunt, quæ correctione indigent.

16. In *Isidorianis*, cap. 56, num. 21. de hoc opere disserui, ubi docui videri legendum *Agrocius* per *U*, et *E*, non per *Y*, ut quidam putant. Illa etiam mea conjectura erat num. 25, sermonem esse de *Agrotico* comœdia *Plantii*: ex quo vocabulo fortasse natum, quod *Agrocius*, sive *Agrocius* aliquis confictus fuerit auctor hujus operis.

17. *Non d* et *s*, sed, etc. Fortasse legendum *non o* et *s*, sed, etc. Codex est Vaticanus 6018, non *Regio-vaticanus*, ut in not., ad num. 29, cap. 27, *Etymol.*, editum fuerat. Pertinet ad sæculum x, circiter. Initio est glossarium, quod aliquis credidit *Isidorianum*; sed *Lucas Holstenius* notat esse plane diversum ab *Isidoriano*. Incipit: *Abstrusa*, *abscondita*,

*sitio* casus ablativi, sed adverbium. *Quæ* præpositiva, vel pronomen generis feminei per diphthongum scribitur; *quæ* vero conjunctiva, ut est, *secique*, per *e* solam. *Quærit* per *æ* diphthongum; *quæque* vero ex priori diphthongo, et novissima per *e* solam. *Quod* pronomen neutrum per *d* scribitur, nam si ad numerum, per *t*; dicimus enim, *quot panes*, vel *quot piscis*. *Quassat* per *ss*. *Revehit* per *h*.

14. *Reus* per *e* solam, *ræda* vero per *a* et *e* scribitur, *seminat* vero per *e* solam. Similia *y* carent. *Studei* per *i* et *s* scribitur. *Suppetit* per *pp*, sicuti *succedit* per *cc*. *Sosyma* (*sophysma*) per *y* Græcum. *Scapham* per *p* et *h*. *Scropulam* per *p*, non per *b*. *Suggerit* per duo *gg*. *Succumbit* per *cc*. *Syrtes* per *y*. *Suggestus* per duo *gg*, sicut *successus* per *cc*. *Severitas* per *e* solam. *Tædet* per *a* et *e* scribitur. *Thema*, quod est materia, per *t* et *h* scribitur. *Væ* monosyllabum per diphthongum scribitur, ut est *væ misero mihi*. Subjunctiva per *e* solam scribitur. *Vclumptas* per *m* et *p* scribitur.

15. *Xerras*, *Xenophontes*, *Xenium* per *x* scribenda sunt. *Ylion*, *Ydros*, *Ytirus*, etc., per *y* scribuntur (vel *scribenda*). *Z* littera propter peregrina nomina admissa est, per quam scribendum est, *Zelans*, *Zabulon*, *Zoticus*, *Zenon*, et reliqua.

### 506. GLOSSEMATA DE DISTANTIA VERBORUM.

Ex Codice Vaticano 6018.

16. *Acrocus* per *c* et *o*, non per *y*, ut quidam putant. *Ad illum vado*, *ad me veni*, per *d* scribendum est. *Assiduus*, *assectus* per duas *s* scripsit (forte scribitur), ne præpositione nomini jungatur (forte ne præpositio nomini jungatur). *Accommodus* per duas *c*. *Aggestus* per duas *g* scripsit. Sic et similia. *Ammonitus* per duas *m*. *Anruit* per duas *n*. *Aque* per *t*, non per *d*. *Ademtus* sine *p*, quia *m* litteram putant posse sufficere. Sic et reliqua. *Æquus*, si de æquitate, per *a*, *equus*, si de animalibus, sine *a* scripsit.

17. *Apostolus* si necesse est syllabam dividi, non *d* et *s*, sed *s* et *t* conjunctum esse debet. Sic et *constans*, et reliqua, quando ante *t* litteram venit (for *e* littera *s* venit). *Aras* per *d* scripsit. *Aras* per *a* scripsit. *Barena*, *hauri* de aqua levandum. (forte *levanda*) *halitus*, hæc omnia per *h*. *Aræ* de auditu sine *h*. *Aræm* (forte *æra*), *æscas* (forte *æstas*), *æquor*, *ætas*, *æsus* (forte *æstus*), *ædis*, *Æneas*, hæc omnia per *a* et *e* scripsit.

507 18. *At*, quod vero significat, per *a* et *t* scripsit. *Ad præpositio* casus accusativi, *ad amicum vado*. *Aliter* (forte *alitus*, vel *alitur*) per *a* solam. *Accumulatus* per duas *c*. *Apparet* per duas *p*. *Adpomo* vero (forte *adpono* vero) per *d*, quia *ad* præpositio verbo conjuncta est. *Ammonuit*, *ammonitus* per duas *m* scri-

etc. Sequitur aliud opus de re grammatica: *Audivimus multos*, etc. *A littera*, etc. *Tum De littera ex libro Domni Donati: Littera est elementorum vocis*, etc. Post alia glossaria et epactam cum figuris succedit opus quod nunc edo. In prima pagina pingitur crux magna, apposita hac inscriptione ex utroque latere: *In nomine Dei summi incipit liber glossemate* (sic pro *glossemate*) *sancti Isidori episcopi De distantia verborum. Hoc vexillum crucis in celo fulgit* (sic); *nunc autem nos salvat per stipitem erectum*. Incipit: *Acrocus* per *c*, etc. Sequitur aliud opusculum inscriptum: *Incipit distantia verborum synonyma Ciceronis: Tenebo, possidebo, obtinebo*, etc. Desinit: *Emissarius, prædo. Explicit synonyma Ciceronis, amen feliciter*. Et illico: *Incipit liber Chronicorum sancti Isidori episcopi: Brevem temporum*, etc. Ut ego puto, hæc quoque distantia verborum, quasi ex Ciceronis operibus collecta, a scriba Isidoro nostro tribuatur. In eodem Codice sunt alia fragmenta, et opuscula sanctorum *Damasi*, *Hieronymi* et *Augustini*.

psit. *Annuit, annuātrā* (sic) per duas *n* scripsit. *Ademptus* per *m* et *p* scripsit. *Auctio* vero, quod est venditio, *e* adhibendum est. *Aggestus* per duas *g*, quod est (forte deest aliquid) *avidus*.

19. *Cedo*, quod est concessio, *cementarius, ceterum, cere, celeritas, celebs* per *b* (forte per *e* scribuntur). *Cæsaries, calun, cætus*, id est, multitudo, ista per *a* et *e* scribuntur. *Cete* vero, quod est marina bellua, hæc omnia per *a* et *e* scribit. *Cepit* similiter de capiēdo per *e*, *cæpit* de incipiēdo per *o* (forte per *o* et *e*) scribitur. *Commentarium* per duas *m*. *Commessio* (forte *commercium*), quod negotium, per duas *m* scribuntur. *Clangor* per *c*. *Competens*, per *m*. *Coire* sine *h*. *Cymbalum, cymbala*, per *y* scribitur Græcum. *Commercium* et *caput* per *c* scripsit. *Clanculus* per duas *c*. *Cum* præpositio ablativi casus per *c* scripsit (vel scripserunt); si autem adverbium fuerit, per *q*; dicimus enim *Quum lego*, quod est negotium.

20. *Deus* per *e* solam scribitur, *dæmon* per *a* et *e* scribitur. *Dogma* per *g*, non per *c* scribitur. *Dilabatur, disterniat* per *i* scribitur. *Delubra* per *e* non per *i* scribitur. *Dixistis* per tres *i*. *Erus*, qui est dominus, per *e* solam scribitur. *Externa*, quod est, quæ est extranea, per *e* et *x*; si de die loquamur, *hesterna* per *h* (forte per *h* et *s*) scribitur. *Effectus* per duas *f*. *Exemptus* per *m* et *p* scribitur. *Essentia* per duas *s*. *Effossa, effecit, effodit, effugit, effluit*, per duas *f*.

21. *Fedus*, quod est deforme, per *e* solam, *fædus* vero, quod est pacis iudicium, per *o* et *e* scripsit. *Fabor* per *f* scripsit; unde et *faber* Deus. *Fabis* (s.c) per *v*, id est, poma. *Flagra*, quæ sunt verbera, per *f*, et *l*, *fragra*, quæ sunt odora, per *f* et *r* scripsit. *Fæo*, quod est tolero, per *f* solam.

22. *Gerulus* per *e* solam scripsit. *Gnarus*, quod est sciens, per *g* et *n* scripsit. *Gnatus*, quod est filius, per *g* et *n* scripsit. *Grassator*, quod est latro, per *g* scripsit. *Glaber*, quod est lenis facie, per *b*. *Gryphes*, non *gryphi*. Hæc prænomen per *h*, *a* et *e* scribitur, nam ad omnia prænomenina *h* scribitur, exceptis possessivis, subiunctivis, et relativis. Nam quoties conjunctivam syllabam ponimus, quod est *ac*, per *a* solam scribitur, ut conjunctio a præpositione (forte a prænominine) differre possit. *Hic* vero prænomen, ut adverbium loci scribitur; sed ea re ab invicem distant, quia adverbium loci, producta syllaba, pronuntiamus, prænomen correpita. *Hiat, honos* per *h*, *onus*, per *o*. *Huid*, quod est non, per *h* et *d*, muta novissime posita. *Hausit*, quod est bibit, per *h* scribitur. *Hisco*, quod est os aperio, per *h* scribitur. *Heremus* per *h*. *Hispidus* 508 per *h*. *Heroes* per *h* scribitur. Et si qua similia sunt, quæ aspiratione indigent. *Hactenus* per *h* et *e* scribitur.

23. *Impedit, impius, inmemor, imperator, impendit, implet, immanitas*, hæc omnia per *m* scripsit. *Inmaculatus, immortalis, innocens*, hæc per *n* scripsit. *Inquit* *i* in line ponenda est; nam si *d* habuerit, interrogatio est, tanquam si dicas, *In quid mitti? Id* prænomen est, per *d* scripsit. *It* verbum est, per *t* scripsit. *Ideo* (deest aliquid), *Irritus* per duas *r*. *Haritas, Kaput, Kalende*, et si qua nomina *a* et *c* (forte *a* post *c*) sequuntur (forte sequitur), per *k* scribuntur.

24. *Lætus, læsus, lætitia, læva*, quod est sinistra, hæc omnia per *a* et *e* scribuntur. *Lethalis* vero, quod est mortalis dicitur, per *e* solam scribitur. *Levare*, quod

19. Videtur alieno loco esse quod est negotium post quum lego; neque satis tamen clarum est an legendum sit quod est negotium.

25. In hoc opusculo et in præcedenti multa sunt communia, etiam ipsi errores, ut quod de noto et notho dicitur, de quo supra num. 11.

26. Scriptum erat in membranis de adversantium... de sacrificium.

27. Legi posset pressum pro presum: sed explicatio quod est comescum innuit presum esse pro presum,

**A** est adjuvare, per *e* solam; quod est vilis (deest nomen aliquod, nempe *lixæ*), vel luxuriosus, per *i* et *s* scribitur. *Mecum* per *e* et *c* scribitur. *Mæchum*, quod est adulterium (forte adulter) per *o* et *e* scribitur. *Mos* et *mors* simpliciter scribenda sunt. *Mysterium* per *y* Græcum.

25. *Næxæ*, id est, colligatæ per *x* scribitur. *Nauticus* per *n* et *c*. *Nænia* per *a* et *e* scribitur. *Nomenclator*, quod (deest aliquid). *Nubo, nubis*, per *b*. *Nupit* per *p*. *Noninis vocativus* per *c* et *v*. *Notus*, quod est cognitus, per *t* scribitur, *nothus* quod est auster, per *t* et *h*.

26. *Ostium* vero, quod aperitur et clauditur, per *o* solam scribitur; *ostium* de adversantibus per *h* et *o* scribitur, *hostia* vero de sacrificio, per *h* et *o* scribitur. *Occipitium*, quod capitis pars posterior, per duas *c*. *Olympus* per *y* Græcum. *Obpilat* per *b* et *p*. *Offendit, officium, offusit, officit* per duas *f* scribitur. *Occultum* per duas *c*. *Oppiet* per duas *p*. *Occurrat* per duas *c*. *Opperior* per duas *p*. *Osores*, id est, odium exercentes, per *o* puram scripsit.

27. *Pænes, pænitus* per *a* et *e* scribitur. *Pæna*, per *o* et *e*. *Peculatus*, quod est furtum peculii, per *e*. *Penum*, quod est cellarium, per *e* puram. *Præcipus, præcisus, præmium*, hæc omnia per *a* et *e* scribuntur. *Præcatur, presum*, quod est comesum, *præcat, presbyter*, et ista omnia sine *a* scribuntur.

28. *Qur* per *q* scripsit. *Quum* per *q* scripsit, quia non est præpositio casus ablativi, sed adverbium. *Quæ* præpositiva, vel prænomen generis feminini per diphthongum scribitur. *Quæque* vero per *a* et *e*, novissima sola *e* scribitur. *Quod* prænomen generis neutrius per *d* scripsit, nam si ad numerum neutrius generis (forte referatur), per *t* hæc syllaba per *e* solam (forte abundans hæc verba hæc syllaba per *e* et *o*) dicimus enim *Quod scriinium, quod nomen*, per *d* scripsit. *Quot petens*, 509 ut quod *pisces*. Ista enim ad numerum, illa ad genus pertinent neutrum, illa per *d*, ista per *t*. *Quassat* per duas *s*.

29. *Religio* dicitur eo quod *religit* (forte *religat*) animas ad cultum divinum. *Reus* per *e* solam scribitur. *Reda* (forte *rhæda*) vero per *a* et *e* scripsit.

30. *Sævit, sæpe, særies*, ista per *a* et *e* scribuntur. *Semel, semina, severitas*, hæc per *e* solam scribuntur. *Spissa, scena, stimulus*, et cætera similia *y* careant. *Istud* vero per *i* et *s* scribitur, et in fine *d*. *Suppetit* per duas *p*. *Succedit, succubuit, successus* per duas *c* scribitur. *Sophysma, Sophysa* per *y* Græcum scribitur. *Suggesti* per duas *g*. *Scapha* per *p* et *h*. *Stupulum* per *p*, non per *b*. *Syrtes* per *y* scripsit. *Suffectus* per duas *f*. *Successus* per duas *c*. *Severitas* (forte *serenitas*) per *e* solam. *Serites* per *a* et *e*.

31. *Tædet* per *a* et *e*. *Thema* quod est materia, per *t* et *h*. *Væ* de dolore, ut *Væ misero mihi*, per *a* et *e*. Subiunctivum per *e* solam, *Causve, deusve. Værum* scribe, non *fabrum* (forte *basum*). *Vultus* per duas *v*. *Volunt* per *v*, non per *u*. *Voluptas* per *m* et *p*.

32. *Xerxes, Xenophonis, Xenium* per *x* scribitur. *Z* propter obscura peregrina nomina (scribitur *perregimus nominibus*) admissa est, per quam scribendum est *zona, zelus*, et similia; est enim *z* Græca littera duplex.

velut per syncopen. Pro *prestat* juverit legere *prestat*, vel *prester*, vel *prestat*.

30. Pro *scena* fortasse auctor huius opusculi scripsit *scina*; nam *e* in *i* olim facile convertebatur. Non video tamen cur *istud* hoc loco referatur, cum initium vocis sit *i*, non *s*; nisi fortasse aliqui tunc scribebant *stud* pro *istud*. A *sophismate* et *sophista* sciendum *y* Græcum, quod in hoc opusculo, uti in præcedenti præscribitur. Pro *stupulum* in præcedenti opusculo est *scropulam*, ac fortasse legendum *scrapulum*.

*Ex Codice Albano fragmentum.*

33. *Somnio diorandum, non somnior, et somniasi, non somniasus sum. Illud acutum dicendum, nec ipsud, sed ipsum. Pauper vir, et mulier pauper, non paupera; baculum hoc, non hauc. Balnea, et Balneus, non balneum. Clunes hæc, non hi.*

34. *Ficidulae, non ficedulae, id est (forte inde) quod fœcus edant; sic et quæquedulae a quercu (forte a quærquero). Coturnices, non coturnices. Arbor omne lignum dicitur, arbor nisi fructifera.*

35. *Hora dierum est, ora finium. Pignera rerum sunt, pignora filiorum. Columbae, quæ mausetæ fieri possunt, et domibus assuescere; palumbes feræ, et saxis silvisque inhabitantes. Rubor coloris est, robor virtutis. 510 Veniunt, quasi vendunt, veneunt, quasi venduntur (obscure utrumque quasi, et pro veneunt exaratum est veniunt). Dilectum a diligendo, electum ab eligendo, delictum a peccando (fortasse a delinquendo, hoc est, peccando).*

36. *Pinnas murorum, pennas avium dicitur. Omne animal pccus, excepto homine (Sequuntur sex verba corrupta) modo dixerunt. Hic culleus, hic pluteus, latens (forte lacus), cuneus, laqueus, postis, margo, veper, vel vepri masculina sunt.*

37. *Hic carbo, hic axis, modius, sextarius, hic congius, hic orbis, hic gladius, hinc anguis, hinc aqualiculus, hic restis, hic flos, pons (Sequuntur quædam verba corrupta), hic radius, non hoc radium.*

APPENDIX IV.

*Ad lib. III, cap. 9, Etymologiarum, ex Codice Otoboniano 6.*

ITEM DE NUMERO ISIDORI.

1. *Cardinales sunt numeri, ut unus, duo, tres, quatuor, quinque, sex, septem, et cæteri in ordine. 2. Ordinales vero, ut primus, secundus, tertius, quartus. 3. Adverbiales, ut semel, bis, ter, quater, quinquies, sexies, 4. Dispartivi (obscure) ut singuli, bini, terni, quaterni, quini, seni, septeni. 5. Ponderales, ut simplex, duplum, triplum, quadruplum. 6. Denuntiativi, ut solus, alter, vel alius. 7. Item sunt numeri multiplicativi, ut simplex, duplex, triplex, etc.; sed hæc nomina trium generum esse noscuntur. 8. Sunt item adverbialia ex his nascentia, ut simpliciter, dupliciter, tripliciter.*

APPENDIX V.

*Ad lib. IV Etymolog., cap. 4.*

SPECIMEN INTERPOLATIONIS

*Ex Codice Chisiano.*

1. *Logici rationem prædicti et causas particulares adiungunt. Epistola de Asclepio. Asclepius, seu Esculapius puer factus Apollinis filius ex Corona, filia Phœbe, Ceroni Centauro traditus est ad medicinalem scientiam 511 comprehendendam, etc. Sequitur epistola de Hippocrate. Hippocratis genus ex Asclepio, ex patre autem natus Heraclide, etc.*

2. *Sequitur caput inscriptum: Quod non omnis*

33. *Hoc quoque fragmentum, quod in laudato Codice Albano reperitur, ad idem argumentum orthographicum referri potest, quamvis magna ex parte grammaticæ alias controversias comprehendat, in quibus tamen auctoris sententiam non temere sequi debemus.*

34. *Fortasse legendum ficedulae, non ficidulae, et mox coturnices, non coturnices. Et prima quidem in coturnicæ sapius corripitur. Querquedula gelido et hiberno tempore maxime apparet; idcirco a quærquero, hoc est, frigido, dictam nonnulli opinantur.*

37. *Quædam alia adduntur de discrimine inter hoc sol, hæc sales, hos sales, sed ita corrupta, ut ea omnino omittenda esse censuerim.*

APP. IV, n. 1. *Codice Otoboniano. 6, ex quo pauca hæc de numeris Isidoro tribuuntur, descripsi in Isidoriano, c. p. 105, num. 2 e 3. Nil præ-*

*A hominis natura ad percipiendam doctrinam sit apta. Item qualem oportebat esse discipulum medicinarum. Item de ingressu medici ad infirmum. Item qualiter medicus infirmum visitet. Item de nominibus philosophorum qui libros medicinales scripserunt.*

3. *Sequitur de libris medicinalibus, seu caput 10 ex Editis. Sequitur: Quare medicina non continentur inter artes liberales, seu caput 15.*

4. *Sequitur epistola Galieni de natura humani corporis. Epistola 2 Galieni de effectibus pigmentorum, et de esinamidiis eorumdem. Sequitur: Quod omnis qualitas et potentia elementorum quatuor modis probatur. Sequitur de odoribus et unguentis, seu caput 12, tum de ferramentis medicorum, seu caput 11. Sequitur: Unde dictus sit Criticus. Dicitur Criticus dies, etc. Sequitur caput 9.*

5. *Sequitur caput 5, sed plane immutatum, tum de quatuor temporibus anni, de quadrifaria divisione humani corporis, de ætatibus, de quatuor angulis capitis, et de opibus corporis humani, de componentibus oculum, de infirmitatibus oculorum, de cataractis, de sanitate et morbo, et ex quibus fluunt, nempe caput 5 ab illis verbis, sanitas, usque phlegmate, quibus hæc adduntur, et ex his reguntur sani, et ex ipsis redduntur infirmi; reguntur sani, si secundum cursum naturæ permanserint; dum amplius extra cursum naturæ evertitur, ægritudines faciunt.*

6. *Sequitur de quatuor humoribus et causis denominationum ipsorum, seu idem caput 5, ab illis verbis, sive autem quatuor, usque ad capitis finem. Sequitur caput 6, tum caput 7 et 8, sub uno titulo: De chronicis morbis. Sequitur epistola Vindiciani Pentadio nepoti suo de natura uniuscujusque corporis. Item epistola de ratione ventris et viscerum, liber Galieni de pulsibus; ejusdem liber de urinis. Liber signorum Hippocratis, et epistola Galieni de Phlebotomia.*

APPENDIX VI.

*Ad lib. V, cap. 36, Etymologiarum.*

DE INDICTIONE.

*Ex Codice Albano.*

1. *Indictio dicta est, quasi valdedictio. Octavianus enim Augustus, postquam 512 totum orbem terrarum subjugavit, divisit in partes tres, id est, Europam, Asiam et Africam. Tunc præcepit ut omnis homo per totum orbem terræ, et per tres plagas mundi redderet censum ad supplementum reipublicæ.*

2. *Hæc dictio prima facta est, ut omne caput exsolveret tributum Cæsari; ab infante VII annorum usque ad senem eam omne caput unumquemque Cæsari in honorem reipublicæ exsolvebat, quæ dictio prima in Europa quinque annis præcepta est, et quinque annis tributum ducebatur in Roma (forte Romam), et urbs Roma illustrabatur lampadibus.*

*D* *terea occurrit quod magnopere notandum videatur.*

APP. V, n. 1. *In specimen interpolationis Codicis Chisiani hæc quæ de medicina peculiari modo exponuntur indicare voluit. In eo Codice post ultima verba capitis 4 lib. IV Etymologiarum sequitur: Logici rationem, etc.*

4. *De esinamidiis. Mendosus locus hic videtur. Pro criticus reposui criticus.*

6. *Epistola Vindiciani ad Pentadium in aliis quoque veteribus Codicibus mss. occurrit.*

APP. VI, n. 1. *Quamvis in Codice Albano hoc fragmentum de indictione post cap. 34 lib. I inseratur, locus tamen proprius est ad lib. V, cap. 36. Hæc exarata sunt caractere ejusdem manus ac libri Etymologiarum, aut etiam paulo antiquiori. De indictione alii diverso modo sentiunt, qui tantam antiquitatem illi non tribuunt. Confer Ducangium, verb. Indictio*

3. Et ille annus *lustrum* dicebatur, de quo Isidorus A cum exercitu copioso properavit in Græciam, ut jas obtineret coronæ; tunc Constantinopolitanus Imperator timens eum, pactum cum eo movit, et fecit ut utrumque vocaretur frater, et communiter haberent imperium.

4. Undecimo anno ibat indictio in Asiam, et per quinque annorum spatia exigebatur census Cæsari, et completis quinque annis, iterum quindecimo anno effundebatur census in arca custodia Capitoli, et dicebatur illè annus indictio, quia per ter quinque annos ex tribus partibus mundi census exigebatur. Ob hanc causam super quindecim annis indictio non graditur, et completis quindecim annis, alia indictio incipit, de quo Macrobius dicit: *Indictio dicta est reipublicæ exactio*; id est, census totius orbis terrarum in urbe Roma complebatur, et tunc septenis diebus, completis quindecim annis, urbs Roma illustrabatur.

## APPENDIX VII.

Ad librum v *Etymologiarum*, cap. 39.CONTINUATIO CHRONICI ISIDORIANI,  
ex Codice Chisiano.

1. Theodosius, ann. iv. Theotonia gratiam baptismi suscepit. Leo, ann. xvi. 513 Istius tempore corona Græciæ cædit in Italia. Langobardi eam tenebant. Carolus Martellus Gallos expugnavit. Filius ejus Pipinus sedebat cum patre; qui ad petitionem papæ Stephani venit in Italiam, et liberando Ecclesiam, et Romanos a jugo Aistulphi regis Langobardorum, facta est patricius Romanorum.

2. Carolus Magnus, ann. xlvi. Hic ad petitionem papæ Adriani venit in Italiam, et expugnavit Langobardos, et cepit Desiderium regem eorum, et recepit coronam imperii super altare sancti Petri. Deinde

3. *Isidorus dicit*. Scilicet, cap. 6 libri De natura rerum, sed non iisdem verbis. « *Lustrum*, ait Isidorus, quinquennii tempus est apud Romanos. Dictum autem *lustrum*, quia census per quinquennium in republica agebatur. Deinde post peractum censum, sacrificio facto, *urbs Roma lustrabatur*. »

4. In Ms. erat per tot quinque annis; reposui per ter quinque annos. Nec semel in hoc fragmento usus ablativi pro accusativo observatur. Quo loco Macrobius de indictione verba quæ illi tribuuntur protulerit, mihi non occurrit. Antiquiores Latini, ut videtur, *indictionem* vocabant, cum quidpiam extra ordinem ac de novo solvendum publice indiciebatur.

APP. VII, n. 1. Chronicon Isidori, lib. vi *Etymologiarum* insertum, nonnunquam in mss. Codicibus reperitur continuatum post illius tempora, ut in specimine apparet quod ex Codice Chisiano profero: In Codice Ottoboniano interpolatum est Chronicon versus finem. *Eraclius xiv imperii sui anno subegit Judæam. Hispani Christiani efficiuntur, etc.* Plura adduntur de restitutione crucis tempore Eraclii. Continuatur et desinit: *Anastasius, qui et Arthemius, ann. ii. Theodosius anno uno. Residuum sextæ ætatis tempus soli Deo cognitum est. Explicat septimus (liber). Incipit octavus de Veteri et Novo Testamento.* Scilicet alius ordo librorum servatur, ab Editis diversus. In Codice Ottob. 477 interpolatum quoque est Chronicon, ut: *Diocletianus anno xx. Iste... facit; et primus gemmas vestibus misit. Hujus tempore legio Thebæa interempta est.... Christianos in toto orbe persequitur; omnia templa ecclesiarum ad solum destrui præcipit. Postea, Benedictus doctor monachorum claudit... Eraclius ann. xvii agit. Hujus (quinto) et quarto religiosissimi principis Sisebuti Judæi in Hispania Christiani efficiuntur, et Persæ a Romanis vincuntur. v. dccclxvi. Item Eraclius cum matre sua, etc.* Continuatur usque ad: *Leubrandus rex Lango-*

ardorum ossa sancti Augustini in Sardinia translata in Ticino, et cum magno honore condidit v. dcccxlvi. Residuum sextæ ætatis tempus Deo soli cognitum est. Chronicon Regiovari. 112 desinit: v. dccciv. Focas, ann. 7. Romani cæduntur a Persis. v. dcccxlvi. Eraclius, ann. xvii... Hujus quinto, et quarto religiosissimi principis Sisebuti Judæi in Hispania Christiani efficiuntur. Residuum sextæ ætatis tempus, etc. ad præsentem gloriosi Reccesvinti principis annum i, qui est æra dclxvi, (anni) v. dcccclvii. Codex Regiovari. 1953, in quo literis Romanis majusculis exaratum est Chronicon, ita habet: *Focas, vii. v. dcccvii. Romani cæduntur a Persis. Eraclius, vii. Decimum agit annum v. dcccxlvi. Judæi in Hispania, etc. Reccesvinti annus x, qui est æra dclxvi, anni v. dcccclvii. Cod. Vat. 624: v. dcccv. Focas, ann. viii. Romani cæduntur a Persis... Eraclius, ann. xvii. Hujus quinto, etc., in præsentem decimum annum gloriosi Reccesvinti principis, qui est æra dclxvi, anni v. dcccxlvi. Palatinus 281: Focas, ann. viii. Romani cæduntur a Persis v. dcccvi.... Eraclius, ann. xvii. Hujus quinto, etc. Nihil aliud habet peculiarare. Palat. 282: Eraclius, ann. xvii, etc., usque in annum decimum gloriosi Reccesvinti, qui est æra dclxvi, anni v. dcccclvii. Palat. 283, ut Reg. 112, sed æra dclxvi, anni simul v. dcccclviii. Urbinas 100: Focas, ann. vii. Romani cæduntur a Persis dccc (s.c). Gregorius Romanæ urbis pontifex, ejus sævæ fulgor totum terrarum orbem penetravit, etc. Multa intersterunt de Britannorum conversione. Desinit: *A paganæ pravitalis consortio dcccxlvi (sic). Eraclius, ann. xvii.... v dcccxlvi. Urbinas 474: Focas, anni viii.... v. dcccxlvi. Eraclius, ann. xvii agit. Judæi, etc., v. dcccxlvi.... in præsentem annum, qui est æra dclxvi, anni v. dcccclvii. Ita lego. In codice. Qui est æra annis 5657896.**

3. Ludovicus I, ann. xxvii. Hic multum honoravit Ecclesiam. Lotarius, ann. xv. Tunc Heroldus Danorum rex baptismum suscepit. Gallia sibi regem constituit. Ludovicus II, ann. xvii. Hic terram tenuit usque 514. Tharum. Carolus II, ann. ii. Carolus III, ann. iv. Carolus IV, ann. ii. Isti tres nihil memorie dignum gesserunt.

4. Anubous, ann. ii. Arnulphus regnavit ann. vi. Deinde Cenedebubus, filius Arnulphi, non legitime, regnavit ann. i; sed imperii coronam non tulit. Hic legitur percussisse præulem Agrippinam, seu Coloniensem, fuste. Ludovicus puer, ann. iii, frater de patre ipsius Cenedebuboi, et iste fuit ultimus de germine Carolorum.

B 5. Conradus I regnavit ann. xvi. Hic mare Illyricum et Italico subjugavit. Henricus I, ann. xvii. Hic voluit ferre coronam imperii. Otho I, ann. xlvi. Hic cum in die sanctæ Paschæ judicasset quendam militem debere interfici sine prævia ratione, miles condemnatus insiluit super eum, et prosternendo ad terram, suffocasset ipsum, nisi milites regem recollegissent, qui postea militi illi indulgit, et confessus est, quod quia justitiam ei negaverat, juste a Domino hujusmodi contumpectionem suscepit.

6. Otho II, ann. xxvi. Hic, dum Italici pacem, quam eis imposuerat, frangerent, et ad invicem bella moverent, reversus est in Italiam cum furor, et convocatis apud Romam magnatibus et comitibus Italie, capita eorum inter fercula sibi jussit exponi. Otho III, imperator, ann. xix. Henricus II, ann. xvii. Hic dicitur virgo mansisse, et quod mille construxit ecclesias.

7. Conradus II, ann. viii. Henricus III, ann. xvii.

C bardorum ossa sancti Augustini in Sardinia translata in Ticino, et cum magno honore condidit v. dcccxlvi. Residuum sextæ ætatis tempus Deo soli cognitum est. Chronicon Regiovari. 112 desinit: v. dccciv. Focas, ann. 7. Romani cæduntur a Persis. v. dcccxlvi. Eraclius, ann. xvii... Hujus quinto, et quarto religiosissimi principis Sisebuti Judæi in Hispania Christiani efficiuntur. Residuum sextæ ætatis tempus, etc. ad præsentem gloriosi Reccesvinti principis annum i, qui est æra dclxvi, (anni) v. dcccclvii. Codex Regiovari. 1953, in quo literis Romanis majusculis exaratum est Chronicon, ita habet: *Focas, vii. v. dcccvii. Romani cæduntur a Persis. Eraclius, vii. Decimum agit annum v. dcccxlvi. Judæi in Hispania, etc. Reccesvinti annus x, qui est æra dclxvi, anni v. dcccclvii. Cod. Vat. 624: v. dcccv. Focas, ann. viii. Romani cæduntur a Persis... Eraclius, ann. xvii. Hujus quinto, etc., in præsentem decimum annum gloriosi Reccesvinti principis, qui est æra dclxvi, anni v. dcccxlvi. Palatinus 281: Focas, ann. viii. Romani cæduntur a Persis v. dcccvi.... Eraclius, ann. xvii. Hujus quinto, etc. Nihil aliud habet peculiarare. Palat. 282: Eraclius, ann. xvii, etc., usque in annum decimum gloriosi Reccesvinti, qui est æra dclxvi, anni v. dcccclvii. Palat. 283, ut Reg. 112, sed æra dclxvi, anni simul v. dcccclviii. Urbinas 100: Focas, ann. vii. Romani cæduntur a Persis dccc (s.c). Gregorius Romanæ urbis pontifex, ejus sævæ fulgor totum terrarum orbem penetravit, etc. Multa intersterunt de Britannorum conversione. Desinit: *A paganæ pravitalis consortio dcccxlvi (sic). Eraclius, ann. xvii.... v dcccxlvi. Urbinas 474: Focas, anni viii.... v. dcccxlvi. Eraclius, ann. xvii agit. Judæi, etc., v. dcccxlvi.... in præsentem annum, qui est æra dclxvi, anni v. dcccclvii. Ita lego. In codice. Qui est æra annis 5657896.**



Henricus IV, ann. l. Natus in loco qui dicitur *Guebeliger*, et est cognomen omnium Henricorum. Hic, dum Italicos et Germanos nimia feritate urgerent, et ecclesias spoliarent, et venderent, a Gregorio papa VII anathematizatus est, contra quem expugnandus Rodolphus Saxonicus constitutus est imperator, corona imperii sibi transmissa, in qua hic versus fuit inscriptus :

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho,

qui in guerra quam movit occisus est, et sic victor dicitur Henricus excommunicatus remansit.

8. Henricus V, filius sup. dicti, ann. xviii. Hic, dum gestaret in Urbe coronam, Rubertus Viscardus, qui tempore turbationis factæ imperio contra Henricum patrem istius cum suis fratribus regnum Siciliæ occupaverat, ausus est incendere portam Laterani. Iste Henricus cepit Paschalem papam, qui postea refecit ecclesiam sanctorum quatuor a Ruberto Viscardo destructam.

9. Lotarius de gente Saxonum, qui non fuit de progenie Carolorum, imperat ann. xii. Tunc fuit schisma in Ecclesia et imperio; facti sunt duo papæ, Innocentius et Anacletus, et Conradus de semine imperatoris pugnavit contra Lotarium. Rex Rogerius tunc fuit coronatus. Conradus III, de semine Carolorum, patruus Federici imperatoris, ann. xii.

10. Federicus I, imperator, ann. xxxvi, qui destruxit Mediolanum, 515 et discordiam habuit cum Alexandro papa, et mortuus est ultra mare. Henricus VI, ann. xi, hic recuperavit regnum Siciliæ. Otto IV, ann. vii. Hic depositus fuit per Innocentium, et assumptus est, Fredericus II, qui nunc imperat.

#### APPENDIX VIII.

Ad lib. vi, cap. 17, *Eymol.*

##### SYNODUS CÆSARIENSIS DE PASCHATE.

1. Post Resurrectionem vel Ascensionem Domini Salvatoris apostoli, quomodo Pascha debeat observari, nihil ordinare potuerunt, quia dispersi per universum mundum fuerant occupati. Cum omnes apostoli ex hoc mundo transissent, per universum orbem diversa erant jejunia, et omnis Gallia unum diem anni, id est, viii Kal. Aprilis Pascha tenebant, dicentes : *Quid nobis est ad lunæ computum cum Judæis facere Pascha?*

2. Sed sicut Domini Natale quocunque die venerit, viii Kal. Januarii, ita et viii Kal. Aprilis, quando resurrectio traditur Christi, debemus Pascha tenere. Orientales vero, sicut historia Eusebii Cæsariensis narrat, quocunque die mensis Martii xiv luna venisset, Pascha celebrabant.

3. In Italia autem alii plenos xl dies jejunabant, alii xx (diversa scriptura marginis xix), alii dicebant vii diebus, in quibus mundus conditus dicitur,

10. Fredericus II electus fuit imperator anno 1212. Vide apud Petavium in Rational. tempor. varian fortunam successionis imperii occidentalis.

APP. VIII, n. 1. Ann. Christi 198, aut circiter, concilium Palæstinum, seu Cæsariense habitum fuit, quod auctoritate Victoris Romani pontificis Theophilus Cæsariensis metropolitanus coegit. Ejus fragmentum *vere aureum*, ut ait Labbeus, exstat apud Bedam de æquinoctio vernali, et inde apud Baronium, et laudatam Labbeum. tom. I Concilior., col. 596. Acta ejusdem concilii non parum diversa ab iis quæ Buda exhibet, conservata sunt in multis antiquissimis exemplaribus Eymologiarum, fortasse ab ipso Isidoro inserta, scilicet in Codice Albanio, in Malatestio recentiori, in Codice 1 archivii Vaticani, et in Otoboniano 122. Muratorius quoque, tom. III Anecdotor., opus de computo edidit, in quo eadem acta reperuntur. In Codice 1 archivii Vaticani omittitur prologus. Codex recentior Malatestius, cum Alb. incipit : *Post resurrectionem*, etc. Codex Otobonianus incipit a verbis : *Cum omnes apostoli*. In Alb.

A sibi sufficere jejunare. Alii, quia Dominus xl dies jejunasset, illi xl horas abstinere deberent.

4. Cum hæc tales observationes per singulas provincias tenerentur, id (obscure) Romæ mæror erat sacerdotibus, ut ubi erat una fides, 516 dissonarent jejunia. Tunc papa Victor Romanæ urbis episcopus direxit, ut daret auctoritatem, ad Theophilum Cæsariensem Palæstinæ episcopum, quia tunc in Jerusalem Cæsarea metropolis dicebatur, ut inde paschalis ordinatio proveniret, ubi Christus in corpore fuisse versatus.

5. Accepta itaque auctoritate Theophilus tantum sibi opus suis injunctum, quod in mundi observatione transmitteretur, non solum suæ patriæ, sed et de vicinis provinciis omnes episcopos et sapientes viros ad concilium evocavit. Cumque grandis illa multitudo sacerdotum vel sapientum virorum in omnibus Scripturis erudita, in unum fuisset collecta, tunc protulit Theophilus episcopus auctoritatem ad se directam papæ Victoris, et quid sibi operis esset injunctum patefecit.

6. Tunc pariter omnes dixerunt episcopi : *Primum nobis inquirendum est quomodo in principio mundus fuerit conditus, et cum hoc diligentius fuerit investigatum, tunc poterit ex eo paschalis ordinatio sulphuriter provenire*. Dixerunt ergo episcopi : *Quem diem primum credimus creatum in mundo?* Edicunt : *Dominicum*.

7. Theophilus episcopus dixit : *Quomodo potestis probare quod prius Dominicus dies fuerit factus?* Responderunt episcopi : *Secundum auctoritatem divinæ Scripturæ : ET FACTUM EST VESPERE, ET MANE DIES PRIMUS. Deinde secundus, deinde tertius, deinde quartus, quintus, sextus, septimus, in quo requievit Deus ab omnibus operibus suis, quem diem Sabbatum appellavit. Cum ergo novissimus sit Sabbatum, quis potest esse prior, nisi Dominicus?* Dicunt : *Sic est, et aliter non est*.

8. Theophilus episcopus dixit : *Ecce de die Dominico, quod primus sit, probastis. De tempore quid vobis videtur? Quatuor autem mundi tempora in anno accipiuntur. Ver, æstas, autumnus, et hiems. Quod ergo tempus credimus primum factum?* Episcopi responderunt : *Vernum*.

9. Theophilus episcopus dixit. *Probate quod dicitis*. Et illi responderunt : *Dicente Scriptura : GERMINET TERRA HERBAM FENI SECUNDUM GENUS SUUM, ET LIGNUM FRUCTIFERUM, FACIENS IN SE FRUCTUM. Hæc enim verno tempore videmus fieri*. Dixerunt : *Verum est*.

10. Theophilus episcopus dixit : *Cum tribus mensibus vernum tempus accipitur (forte accipitur), quo loco mundi caput esse creditur? in principio, an in medio loco, an in fine?* Episcopi responderunt : *In æquinoctio, id est, octavo Kal. Aprilis*. Theophilus dixit : *Probate quod dicitis*. Et illi responderunt :

erat quod bene esset. In Malat., quod bene est.

D 2. In Alb., sicut, omisso sed. Ottob. om. tit venisset post xiv luna.

3. In Alb. erat celebrabant pro jejunabant. In Ottob. concluditur pro conditus dicitur, quanquam hoc ipsum obscurum est in Alb. Cum Ottob. fere facit Maiat.

4. Ottob. : *Cum ergo talis et tam diversa esset observatio, mæror erat sacerdotum, ut ubi, etc. Mox jejunia. Hoc elegit tunc Victor Romanæ urbis episcopus, ut*

5. Ott. addit spiritualibus post Scripturas.

6. Ottob., responderunt, pro edicunt.

7. Pro Theophilus episcopus dixit Ottob. : *At illi dixerunt*.

8. Ottob. : *De temporibus quid dicitur? Et postea : Quod tempus creditis primum factum*.

9. Ottob. : *At illi responderunt : Scriptum est. Verba Scripturæ sic refert idem Ottob. : Germinet terra herbam pabuli secundum genus suum, et lignum fructiferum secundum genus serens fructum*.

10. Ottob. : *Scriptum est, pro : Dicente Scriptura Ita fere alibi*.

*Dicens Scriptura: ET FECIT DEUS LUCEM, ET LUCEM A VOCAVIT DIEM. ET FECIT DEUS TENEBRAS, 517 ET TENEBRAS VOCAVIT NOCTEM. ET DIVISIT DEUS INTER LUCEM, ET TENEBRAS AQUAS PARTES. Dicunt: Sic est verum.*

11. Theophilus episcopus dixit: *Ecce de die, vel tempore probatis. De luna quid vobis videtur? Quando dicimus fuisse creatam? Crescentem a principio, an plenam, an minuentem? Episcopi responderunt: Plenam.*

12. At ille dixit: *Probate quod dicitis. Episcopi responderunt: Scriptura divina dicente, ET FECIT DEUS DUO LUMINARIA MAGNA, ET POSUIT EA IN FIRMAMENTO CÆLI UT LUCEANT SUPER TERRAM. Ergo ab inchoatione noctis quæ tota nocte lucet super terram, non potuit fuisse aliter, nisi plena dicitur. Sic est verum.*

13. Ergo modo quomodo mundum creatum fuisse invenimus? Responderunt: *Die Dominico verno temporis æquinoctium, quod est octavo Kal. Aprilis, et plenam lunam. Dixerunt: Sicut in principio mundus creatus est, et elementa surgunt, ita per resurrectionem dominicam redemptus est a peccato. Surrexit itaque Dominus noster Jesus Christus d. e. Dominico verno tempore in æquinoctio, luna plena; per ipsum tantummodo tempus elementa consurgunt.*

14. Dixerunt: *Ecce investigavimus quomodo factus est mundus, vel a peccato redemptus est. Nunc et de observatione Paschæ agendum est. De die Dominico quid vobis videtur? Episcopi dicunt: Nunquid potest dies Dominicus præteriri, ut in eo Pascha minime celebretur, qui tot et talibus benedictionibus sit sanctificatus?*

15. Theophilus episcopus dixit: *Quibus aut quantis benedictionibus, apertius dicite, sanctificationibus ejus, asseritis, ut scire possimus. Episcopi dixerunt: Prima illi benedictio est quod in ipso tenebræ rematæ sunt, et lux apparuit.*

16. Secunda illi est benedictio, quod populus Israel ex Ægypto tenebrarum velut per baptismum fontis per mare Rubrum de duro servitio liberatus est. Tertia benedictio est illi, quia in eadem die e cælesti cibo manna hominibus datum est.

**518** 17. Quarta benedictio est, quia mandat Moyses ad populum, et dicit: *OBSERVATUS VOBIS SIT PRIMUS ET NOVISSIMUS DIES, hoc est, Dominicus, et Sabbatum.*

18. Quinta illi benedictio est quia CXVII psalmus de resurrectione cantatur, et de passione. Dicit enim: *CIRCUMDANTES CIRCUMDADERUNT ME, ET IN NOMINE*

11. Otlob.: *Utrum crescens, an plena, aut (forte an) imminuta fuisset creata? Episcopi dixerunt, Plena.*

12. Verba Scripturæ in Otlob. hæc sunt: *Fecit Deus luminare majus in illuminatione diei, luminare minus in inchoatione noctis. In Malat.: Et fecit Deus duo luminaria magna, et posuit ea in firmamento cæli, ut luceant super terram, luminare majus in inchoatione diei, et luminare minus in inchoatione noctis, ut luceant super terram.*

13. Ergo modo, etc. Pro his Otlob.: *Nunc ergo investigabimus quomodo in principio factus fuerit mundus, id est, die Dominico, verno tempore in æquinoctio, quod est octavo Kal. Aprilis, plena luna. Ergo nunc constat quomodo factum fuisse in principio mundum, sic per resurrectionem Domini a peccato redemptum.*

14. Dixerunt, etc. Otlob., brevius: *Theophilus dixit: Nunc agendum est de ordinatione, quomodo debeamus Pascha tenere. Episcopi dixerunt: Nunquid, etc.*

15. Otlob.: *Dixit: Dicite ergo quibus et qualibus benedictionibus eum fuisse sanctificatum, ut scire possimus. Et mox Prima illa, et ita deinceps pro illi.*

16. Otlob.: *Quod de terra Ægypti velut de tenebris peccatorum per fontem baptismatis per mare Rubrum fuerit populus liberatus. Tertia, etc.*

17. Otlob.: *Moyses mandavit ad populum: Sit vobis observatus dies primus, et novissimus.*

*DOMINI VINDICATOR IN EIS. CIRCUMDADERUNT ME, SICUT APES, ET EXASPERERUNT, SICUT IGNIS IN SPINIS. Et interjectis versibus: LAPIDEM QUEM REPROBAVERUNT AEDIFICANTES, HIC FACTUS EST IN CAPUT ANCOLL. Hæc de passione, de resurrectione vero dicit: HÆC EST DIES QUAM FECIT DOMINUS, EXSULTEMUS, ET JOCEMUR IN EA. Et interjectis versibus: CONSTITUTE DIEM FESTUM IN CONFREQUENTATIONE USQUE AD CORNU ALTARIS.*

19. *Scia illi benedictio est, quod in ipsa Dominus surrexit. Vides ergo, quia dies resurrectionis Dominicus singulariter in Pascha teneri præcipitur.*

20. Theophilus dixit: *Potest dies et tempus intelligi? Responderunt episcopi dicentes: Poterat de tempore intelligi, si non alibi de tempore divina Scriptura præfississet, dicente Moyse: HIC MENSIS VOBIS ERIT INITIUM MENSUM, PASCHA FACITE IN EO. Non dicit IN PRIMA DIE MENSIS, AUT DECIMA, AUT ALIA, sed totos XXX dies in pascha sanctificavit.*

21. Theophilus dicit: *Qui sunt hi xxx dies? Episcopi responderunt: Jam ante diximus, principium mundi esse æquinoctium VIII Kal. Aprilis. Ergo a VIII Kal. Aprilis usque ad VIII Kal. Maii hi sunt xxx dies in Pascha sanctificati.*

22. Theophilus episcopus dixit: *Et impium non est ut illi tres dies passionis dominicæ foras terminum excludantur? undecimo enim Kal. Aprilis, scilicet 5, quod Cænam Domini vocamus, dum cum discipulis suis discubuisset, quando et Judæ prædixit quod ab ipse esset traditurus (pro tradendus), quod etiam constat fuisse impletum. Quomodo ergo hi tres dies foras terminum excludantur? (Prius erat excludantur.)*

23. Episcopi dixerunt: *Nulla ratione fieri debet ut tantum sacramentum foras limitem passionis mittatur, sed introducantur hi tres dies in ordine 519 paschali, et de novissimo reducantur. Et ita statutum est in illo concilio, ut nec ante XI Kal. Aprilis, nec post VII Kal. Maii fieri debeat Pascha. De die, vel tempore statutum est.*

24. *De luna quid vobis videtur? Responderunt similiter: Et de luna præceptum divinum servetur, dicente Moyse: SIT VOBIS OBSERVATUM a XIV usque ad XXI. Hæc ergo septem lunas in Pascha fuisse consecratas.*

25. *Quando ergo intra illum terminum statutum dies Dominicus ex una luna, et his septem convenerit, Pascha nobis visum est celebrare ab XI Kal. Aprilis, usque ad VII Kal. Maii. In istos dies XXXIV sic debet sanctum*

18. Otlob.: *Psalmus totus de passione dicit: Circumdederunt me... sicut apes favum, etc. Alia etiam e sacris litteris addit Otlob.*

20. *Sed totos xxx Otlob.: Omnes ergo xxx dies a Domino in Pascha tenenda constat fuisse consecrati (consecratos). Responderunt episcopi: Jam superius dedimus responsum principium mundi, etc.*

21. *Ergo ab VIII. Otlob.: Inde usque VIII Kal. Maii omnes dies Paschæ legimus consecratos.*

22. Otlob.: *Ut passio dominica et tanti mysterium sacramento foras limitem excludatur? Passus enim est Dominus noster ab XI Kal. Aprilis, qua nocte a Judæ est traditus, et VIII surrexit. Quomodo ergo, etc.*

23. Otlob.: *Omnes episcopi... passionis excludantur; sed hi tres dies inducantur intra terminum, et de super, et de subter retrahantur. Constitutum ergo est in illa synodo, ut ab XI Kal. Aprilis usque in VII Kal. Maii Pascha deberet observari, et nec ante, nec postea cuicunque limitem transgrediendi sit facultas.*

24. *Fuisse consecratas. Supplendum constat, aut simile aliquid, ut in aliis antiquis monumentis passim accidit. In Malat. expressum est constat.*

25. Otlob.: *Intra illum limitem ab XI Kal. Aprilis usque VII Kal. Maii dies Dominicus, et una luna ex his VIII sanctificatis convenerit, Pascha nobis jussum est observare in Christo Jesu Domino nostro, qui vixit et regnat in sæcula sæculorum. AMEN. Hactenus Codex Otloboniensis exhibet.*

*Pascha requirere, et invenire a quarto Nonas Martii, A in quarto Nonas Aprilis.*

26. In istos dies XVIII luna nasci, in qua lunatione sanctum Pascha celebratur a XII luna usque XXI. De ista lunatione debet invenire (obscure), quod in sancto Pascha primo die computetur.

APPENDIX IX.

Ad lib. vi, cap. 19.

DE VARIIS VOCABULIS.

1. Alleluia in Latinum sonat laudate Dominum; Ia enim unum est de decem nominibus Dei, quæ apud Hebræos habentur. Amen, vere, sive fideliter. Diapsalma, semper, id est, quod illa quibus adnectitur sempiterna comprimet, adeo non commutationem metri significat, ut quidam existimant, vel spiritus prophetici refectionem. Sunt etiam qui diapsalma ideo inseri putant, ut ex hoc sive personarum, sive sensuum intelligatur esse conversio. Osanna, salvifica, sive saluum fac. Osia enim sacrificia interpretatur, anna interjectio est deprecantis; ergo integre dicitur osianna, sed dum corripitur, corruptum sonat. Osanna est sensus saluum fac, ut subaudiatur, vel populum Israel, vel totum mundum.

2. Rama, excelsa. In Evangelio: Vox in Rama audita est, id est, in 520 excelsis; est tamen et civitas quæ Rama appellatur. Racha vanus, aut inanis. Rabbi, magister meus, quod est, Abba Pater, et hoc Syrum est. Man, quid; manna, quid est hoc? Anathema, proditio. Maranatha, Dominus noster venit; Syrum est. Anathema maranatha, sicut quidam dicunt, proditio in adventum Domini. Mammona, divitiæ.

3. Theraphim, figuræ, vel imagines, melius quam incendia. Seraphim, vel Ceraphim, ardentes, vel incendentes, juxta illud: Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem. Ergo seraphim virtutes in caelis esse confirmant, quæ Dominum laudant, et in ministeria diversa mittuntur. Cherubim, scientiæ multitudo; cæterum, cherubim ipsum in sancta sanctorum duo tantum significantur animalia. Aliis vero locis, ubi hoc nomen legitur, aut picturam aliquam indicat, aut varietatem.

APPENDIX X.

Ad lib. viii, cap. 5

In hac Appendice continebatur Indiculus hæresum, cui sequentem Dei professionem subjunxit Arevalus. Huic Indiculo locum opportuniorum inter Isidoriana, cap. 86, num. 29 assignavimus, siquidem ibi Muccioli atque Hugonis Menardi præpositionibus atlexitur. Vide Patrologiæ tom. LXXXI, col. 636.

\* PROFESSIO FIDEI.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, et in unum Dominum 535 nostrum Jesum Christum, Filium Dei, et in Spiritum sanctum Deum. Non tres deos, sed Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum unum Deum colimus, et confitemur; non sic unum Deum, quasi solitarium, nec eundem qui ipse sibi Pater sit, ipse et Filius. Sed Patrem esse qui genuit, Filium esse qui genitus est, Spiritum vero sanctum non genitum, neque ingenitum, non creatum, neque factum, sed de Patre et Filio procedentem, Patri, et Filio

26. Post verba primo die computetur sequitur in Codicibus Etymologiarum: Pascha autem vocabulum, etc., ut in Excasis.

APP. IX, n. 1. Hoc fragmentum Bignæus initio suæ Editionis Isidorianæ ex Codice ms. bibliothecæ sancti Dionysii Francorum protulit, quod, ut ait, ad libros Etymologiarum Isidori videtur pertinere. Opportior autem locus illi assignari non potest, quam caput 19 libri vi. De acclamatione Hosanna exstat dissertatio Gallica in Trivultianorum Ephemeridibus, anno 1706, mense Februario.

A. X. — In professione fidei, quam catalogo hære-

PATROL. LXXXII.

coæternum, et coæqualem, et cooperatorem. Quia scriptum est: ET SPIRITU ORIS EJUS OMNIS VIRTUS EORUM. Et alibi: EMITTE SPIRITUM TUUM, ET CREABUNTUR, ET RENOVABIS FACIEM TERRÆ. Ideoque in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti unum confitemur Deum. Quia nomen est potestatis Deus, non proprietatis. Proprium nomen est Patri Pater, et proprium nomen est Filio Filius, et proprium nomen est Spiritui Spiritus sanctus. Et in hac Trinitate unum Deum credimus. Qui ex uno Patre, eo quod est unius cum Patre naturæ, est uniusque substantiæ, et unius potestatis. Pater genuit Filium, non voluntate, nec necessitate, sed natura. Filius ultimo tempore ad nos salvandos, et implendas Scripturas descendit a Patre. Et conceptus est de Spiritu sancto, et natus ex Maria virgine carne, anima, et sensu; hoc est, perfectum suscepit hominem. Non amisit quod erat, sed cepit esse quod non erat. Non Deum mutabilem, sed Deum permanentem, ita tamen ut perfectus in suis sit, et verus in hominis. Nam quod Deus erat, homo natus operatur ut Deus, ut homo moritur, ut Deus resurgit. Qui, devicto imperio diaboli, cum ea carne qua natus est, et passus, et mortuus fuerat, et resurrexit, ascendit ad Patrem, sedetque ad dexteram ejus in gloriam. Qui semper habuit quod habet. In cujus morte et sanguine credimus emundatos nos ab eo, resuscitandosque die novissima in hac carne qua nunc vivimus et habemus; consecuturos ab ipso aut vitam æternam, præmium boni meriti, aut pœnam pro peccatis æterni supplicii recepturos. Hæc lege, hæc retine, huic fidei animam subjuga, Christo Domino; et vitam consequeris, et præmium.

APPENDIX XI.

Ad lib. ix, cap. 5.

FRAGMENTUM EX VETERI EDITIONE.

1. Hoc loco necessarium est exponere quemadmodum gradus cognationis numerentur. Qua in re in primis admonendi sumus quæ cognationum aliæ supra numerantur, aliæ infra, aliæ ex transverso, quæ etiam a latere dicuntur. Superior cognationes parentum, inferior liberorum. Ex transverso fratrum, sororumve, eorumque qui ex his progenerantur, 536 et consequenter patrui, amitæ, avunculi, materteræ, et superior quidem, et inferior cognatio a primo gradu incipit, at ea quæ ex transverso numerantur, a secundo; primo gradu est supra pater; infra, filius, filia.

2. Secundo supra avus, avia; infra nepos, neptis; ex transverso frater et soror. Tertio supra proavus, proavia; infra, pronepos, proneptis; ex transverso fratris sororisque filius, filia; et consequenter patruus, amita, avunculus, matertera. Patruus est patris frater, quod Græce ἰατρός vocatur. Avunculus est matris frater, quod apud Græcos proprie μήτρως appellatur, et promiscue θείο; dicitur. Amita est patris soror, matertera vero est matris soror; utraque θεία, vel apud quosdam τηθίς appellatur.

3. Quarto gradu supra abavus, abavia; infra, abnepos, abneptis; et consequenter patruus magnus, amita magna, id est, avi frater et soror; item avunculus magnus, et matertera magna, id est, aviæ frater et soror. Consobrini, consobrini, id est, qui,

sum adjungo, nonnulla fortasse correctione indigent, ut, eo quod est unius cum Patre naturæ, est uniusque substantiæ; et infra: Ut perfectus in suis sit, et verus in hominis. Pro secuturos, quod Ms. exhibebat, repositi consecuturos. Post verba ultima et præmium in Ms. additur: Explicit liber viii. Incipiunt capitula libri ix.

APP. XI, n. 1. In veteri Editione, sine loco et anno, post verba, atavi, tritavique vocabulum, additur fragmentum, Hoc loco, etc., quod in plerisque aliis deest. Exstat etiam in Codice Ottobon. 536, ubi animadvertitur suppositum id esse ex libro Institutionum Justiniani.

2. Nympha Græca corrupta erant, quæ propterea ad

quæve ex fratribus aut sororibus progengerantur, sed quidam recte consobrinos eos proprie putant dici, qui ex duabus sororibus progengerantur, quasi *consororinos*. Eos vero qui ex duobus fratribus progengerantur, proprie *patrueles* vocari. Si autem ex duobus fratribus sorores nascantur, *sorores patrueles* vocantur. At eos qui ex fratre et sorore progengerantur, *amitinos* proprie dici. Amitæ tuæ filii consobrini te appellant, tu illos amitinos.

4. Quinto gradu supra atavus, atavis; infra, atnepos, atnepotis; ex transverso fratris sororisque pronepos, proneptis; et consequenter propatruus, proamita, id est, proavi frater et soror; proavunculus, promatertera, id est, proavix frater et soror; item fratris patrueles sororis patrueles, consobrini et consobrinx, amitini et amitinx filius, filia; propior sobrinus, sobrina. Hi sunt patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia.

5. Sexto gradu sunt supra tritavus, tritavia; infra, trinepos, trinepotis; ex transverso. fratris sororisque abnepos, abnepotis; et consequenter abpatruus, abamita, id est, abavi frater et soror; abavunculus, abmatertera, id est, abavix frater et soror. Item sobrinæque, id est, qui, quæve, ex fratribus, vel sororibus, patrueilibus, vel consobriniis, vel amitinis progengerantur.

6. Hactenus ostendisse sufficiat quemadmodum gradus cognationis numerantur; namque ex his palam est intelligere quemadmodum ulterius quosque gradus numerare debemus. Quippe semper narrata quæque persona gradum adjiciat, vel longe facilius sit respondere quoto quisque gradu sit, quam propria cognationis appellatione quemque denotare. Agnationis gradus eodem modo numerantur; sed cum magis veritas oculata fide quam per aures animis hominum inflatur, ideo necessarium duximus post narrationem graduum et eos in præsentibus libro

veram lectionem redegi. Ex *θεός* nonnulli Latine eferunt *Thios*; inde Hispani dicunt *Thio*.

6. In Editio etat *denotari*, et *numerentur*, et *infigitur*. App. XII, n. 1. De Codice Palatino 282, ex quo hi versiculi producti sunt, confer Isidoriana, cap. 102, num. 43 et 44. Variant exemplaria mss. Etymologiarum in cap. 6 libri IX referendo, et figuris, sive stemmatibus consanguinitatis collocandis. Codex Regiovalic. 112, cap. 6, omittit verba: *Hæc consanguinitas... gradibus terminaretur*. Mox profert: *Stemmata dicuntur ramusculi*, etc. Et post locum figuris destinatum (nam figuræ prætermisæ sunt), inserit verba: *Hæc consanguinitas... gradibus terminaretur*. Illico rubrica: *De conjugiiis*. Cod. Regiovat. 1953, post finem cap. 6, quod est 30 in hoc Codice, scilicet post verba *germani, germanæ*, est pagina vacua, his solum versiculis ascriptis:

Esse duum voces rerum sibi contrahit omnes,  
Ex quibus est primum substantia nomine scitum,  
Cujus morte suum mox occidit esse secundum.  
Quod si forte cadit, subjecti formula stabit.

Sequitur rubrica: *Item de prædictis affinitatibus: Auctor mei generis*, etc., cum figuris quadratis. Sequitur: *Stemmata dicuntur ramusculi*, etc., subjecta figuræ, cui succedunt verba: *Hæc consanguinitas... gradibus terminaretur. De conjugiiis*, etc.

In Cod. Vat. 624, post verba, *germani, germanæ*, continuatur: *Auctor mei generis... filius, aut filia. Stemmata dicuntur*, etc., *ille agnatus*, etc. Sequitur arbor consanguinitatis per circulos distincta, et aliud stemma magno circulo comprehensum. Deinde: *Hoc loco necessarium est exponere*, etc., ut in append. XI. Inde caput VII: *Vir sexum significat*, etc. In Cod. Pal. 281, post verba *germani, germanæ*, titulus: *Item de prædictis: Hæc consanguinitas... gradibus terminaretur*. Sed indicatur id delendum. Sequitur: *Auctor mei generis*, etc., *filius, aut filia. Stemmata dicuntur... agnatus*, et cætera. Subjungitur stemma in

A inscribi, quatenus possint 537 et ex auribus, et ex oculorum inspectione adolescentes perfectissimum graduum doctrinam adipisci.

## APPENDIX XII.

Ad lib. IX Etymologiarum, cap. 5.

VERSUS DE AFFINITATE XXI.

Ex Codice Palatino 282.

- Sunt fratres primo, sunt cognatique secundo.  
538 Tertius agnati gradus est, si jure colati.  
Natorum nati sunt in quarto reputati.  
Mater cognata, pater agnatus tibi monstrat.  
5. A patre sit proavus, sit avunculus a genitrice.  
Amita sit patris, soror est matertera matris.  
Hi consobrini sunt, quos genuere sorores.  
Hi sunt cognati, quos fratres progenuere.  
Ille sororius est, cuicumque soror mea nubit.  
10. Ille tibi gener est, cui filia nupsit, at ille,  
Cujus habet natam, socer est; fraterque mariti  
Levir; nam levir se notat esse virum.  
Sponsa, tuus genitor meus est socer, et tua mater  
Socrus, sum gener his, tuque mihi nurus es.  
15. Sum socer, ille gener, cujus mea filia conjux.  
Cuius habes filiam, tibi scito socrum esse vocatam.  
Cui sociatus erit frater tuus, hæc tua glos est  
Mater ait nato: Nurus est mihi nunc tua conjux.  
Sponsa viro dixit: Frater tuus est mihi levir.  
20. Est avus, est proavus, abavus, atavus, tritavusque.  
Et sic meus nepos PRO, AB, AT, TRI suscipit  
hæc vox.

ALII VERSUS.

Ex Codice Palatino 283, et Ottoniano 427

Qui frater patris est dictus, patruus tuus hic est.  
Qui matris frater, dicendus avunculus hic est.  
Quæ patris soror est, amitæ nomen liquet hæc est.  
Hic socer est, natam dixisti cujus habendam.

C formam crucis cum titulo: *Quorum figura hæc. Figuræ subjiciuntur verba: Hæc consanguinitas... gradibus terminaretur.*

In Cod. Palat. 282: *Germani, germanæ*, rubrica: *De prædictis affinitatibus. Auctor mei generis... aut filia*. Sequuntur 21 versiculi, quos in hac appendice profero, et subinde stemma in formam crucis, subjectis verbis: *Stemmata dicuntur... ille agnatus et cæteri, quorum figuræ hæc sunt*. Succedit aliud stemma alia forma, et verba: *Hæc consanguinitas, etc.* Cod. Palat. 283: *Germani, germanæ*, etc. Quædam diverso ordine collocat, et desinit: *Ego illi sororis trinepos, aut trinepotis*. Illico stemma, et pag. seq. verba: *Stemmata dicuntur... agnatus, et cæteri, quorum figuræ hæc sunt*. Adduntur in contextu versus iidem, atque in Otton. 427, in hac appendice producti; quibus succedunt verba: *Hæc consanguinitas, etc.*

In Urb. 100: *Germani, germanæ. Hæc consanguinitas... gradibus terminaretur. Auctor mei generis... aut filia. Stemmata dicuntur... Ille avus, ille atavus, et cætera, quorum figuræ hæc esse debent. Desunt figuræ. In Urb. 479: *Germani, germanæ. De prædictis affinitatibus: Auctor mei generis... aut filia. Arbor consanguinitatis. Aliud stemma, subjectis verbis: Hæc consanguinitas, etc. Sed notatur hæc verba pertinere ad tertium stemma, quod additur in formam circuli.**

2. Memum fortasse est colati.  
9. Deerat est.  
43. Addidi et, quod desiderabatur post socer.  
21. Ut ex avus sit abavus, proavus, etc., sic ex nepos sit pronepos, abnepos, etc. Sed quo pacto versus sit reformandus, non video.

ALII VERSUS. 1. De Codice Palatino 283, dixi in Isidorianis, cap. 102, n. 45, et de Ottoniano, cap. 105, num. 30.

2. In utroque Codice erat *est pro frater*, quod expuli, ut metro consulerem.

3. In Mss. erat. *Hic sacrum*.

8. Cujus habes natam, socrum tibi scito vocatam. A Sic gener huic, natam cui sponsam tradit habendam.

Mater ait nato : Nurus est mea, quæ tua conjux. Hic tuus est levir, tua cui dicit soror : Hens vir. Cui sociatus adest frater tuus, hæc tua glos est.

10. Est tibi fratruelis, peperit quem femina fratris. Quem vero genuit patruus tuus, est patruelis.

### 539 APPENDIX XIII.

Ad lib. IX, *Etymolog.*, cap. 6.

ISIDORUS DE VII GRADIBUS CONSANGUINITATIS.

Ex Cod. Ottoniano 1968.

1. Primo gradu superiori linea continentur pater, mater; inferiori filius, filia, quibus nullæ aliæ personæ junguntur.

2 Secundo gradu continentur superiori linea avus, avia; inferiori nepos, neptis; in transversa frater, soror; quæ personæ duplicantur. Avus enim, et avia tam ex patre quam ex matre accipiuntur; quæ personæ sequentibus quoque gradibus similiter pro substantia earum quæ in secundo gradu subsistunt ipso ordine duplicantur.

3. Istæ personæ in secundo gradu idem duplices appellantur, quia duo avi et paterni, et materni sunt. Item duo genera nepotum sunt, sive ex filio, sive ex filia procreati. Frater, soror ex transverso veniunt, id est, aut frater patris, aut frater matris, qui aut avunculus, aut patruus nominatur. Qui et ipsi hoc ordine duplicantur.

4. Tertio gradu veniunt supra proavus, proavia; infra, pronepos, proneptis. Ex obliquo fratris sororisque filius, vel filia, patruus, amita, id est, patris frater et soror. Avunculus, matertera, id est, matris frater et soror.

5. Quarto gradu veniunt supra avavus, avavia; infra, abnepos, abneptis; ex obliquo fratris et sororis nepos, neptis, frater patruelis, soror patruelis, id est, patris filius, vel filia.

6. Consobrini et consobrini, id est, avunculi et materteræ filius, aut filia. Amitinus, amitina, id est, amitæ filius, vel filia. Avunculus magnus, matertera magna, id est, avia tam paternæ, quam maternæ frater et soror. Itemque consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur, quibus accrescunt patruus magnus, amita magna, id est, avia tam paternæ quam maternæ.

7. Quinto gradu veniunt supra quidem atavus, atavia, infra adnepos, adneptis; ex obliquo fratris et sororis pronepos, proneptis, fratres patruelis, sorores patruelis, amitini, amitina, consobrini, consobrini filius 540 vel filia, proconsobrini, proconsobrini, id est, patris magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, vel filia, quibus accrescunt propatruus, proamita, proamitini (obscuræ) maternique frater et soror, proavunculus, promatertera: hi sunt proavia paternæ maternæque frater et soror. Hæc species nec aliis gradibus quam scripta est, nec aliis vocabulis declarari potest.

7. Verba hujus versus male collocata erant.

App. XIII, n. 1. Apud Gratianum, caus. 35, quæst. 5, can. 6, hæc relata sunt ex Isidoro. In notis observatur desumpta esse ex lib. IX, cap. 5, *Etymolog.*, ex sententiis Julii Pauli, lib. IV, tit. 11, de gradib.; ex Hugone de sancto Victore, p. 11, lib. II, cap. 14; ex Burchardo, lib. VII, c. 28; ex Ivone, p. 9, cap. 64; Pagnano, lib. VII, cap. 89; et ex Aniano interprete Pauli. Pleraque certe sunt apud Isidorum, loc. cit.

3. Apud Gratianum: *Quia duo avi sunt, paternus, et maternus. Item, etc.*

6. *Avunculus magnus, matertera, etc.* Transposita hæc sunt apud Gratianum.

7. In Decreto Gratiani *propior consobrini, propior consobrini, pro proconsobrini, proconsobrini.* Et mox: *propatruus, proamita. Hi sunt proavi paterni, frater et soror, etc.*

8. Sexto gradu veniunt supra tritavus, tritavia; infra, trinepos, trineptis; ex obliquo fratris et sororis abnepos, abneptis, fratris patruelis, et sororis patruelis (sic), amitini, amitina, consobrini, consobrini, patris magni, amitæ magnæ; avunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis, propioris consobrini filius, vel filia, qui consobrini filius, vel filia appellantur.

9. Quibus ex latere accrescunt propatruus, proamita, proavunculus, promatertera: hi sunt avi paterni frater et soror. Avunculus, abmatertera: hi sunt abavia paternæ maternæque frater et soror, abaviaque materni. Hi quoque explanari amplius non possunt quam ipse auctor de seruit.

10. Septimo gradu qui sunt cognati recta linea, supra infraque, propriis nominibus non appellantur; sed ex transversa linea continentur fratris sororis adnepos, adneptis, consobrini filii filiarumque. Successionis idcirco gradus VII constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri, nec vita succedentibus prorogari potest. In his VII gradibus omnia propinquitatum nomina continentur, ultra quos affinitas inveniri non potest, nec successio amplius propagari.

### APPENDIX XIV.

Fragmenta ex Codicibus gothicis Toletanis, et aliis.

PRIMUM FRAGMENTUM.

Ex Gothicis Toletanis Codicibus, et veteribus Editionibus, lib. II *Etymologiarum*, cap. 29 a nostra editione diversum.

1. Decima species ipsius definitionis est quam Græci κατ' ἄλλοις πλήρους ὁμοίου γίνους, Latini per indigentiam pleni ex eodem genere dicunt, ut si quærat: 541 *Quid sit thes's?* respondeatur: *Cui ris deest ut sit arsis.* Undecima species definitionis est, quam Græci κατ' ἀναλογίαν Latini juxta rationem [Al., proportionem] dicunt, ut si quærat: *Quid sit animal?* respondeatur: *ut homo.* Rem enim quæsitam prædictum declaravit exemplum. Hoc est autem proprium definitionis, quid sit illud quod quæritur declarare.

2. Duodecima species definitionis est quam Græci κατ' ἴκωνον vocant, id est, per laudem, ut Tullius pro Cluentio: *Lex est mens, et consilium, et animus, et sententia civitatis.* Et alter: *Pax est tranquilla libertas.* Fit et per vituperationem, quam Græci ἐπιφύρον vocant, ut *servitus est postremum omnium malorum, non modo bello, sed morte quoque repellenda.* Tertia decima species definitionis est, quam Græci κατὰ τὸ πρὸς τι, Latini ad aliquid vocant, ut est illud: *Pater est cui est filius. Dominus est cui est servus.* Quarta decima species definitionis est κατὰ τὸν ὄρον, Latine generalis. Cicero in Rhetoricis: *Genus est quod plures amplectitur partes. Item pars est quæ subest generi.*

3. Quinta decima species definitionis est quam Græci κατ' αἰτιολογίαν, Latini secundum rei rationem vocant: *Dies est sol supra terras, nox est sol sub terris.* Scire autem debemus prædictas species definitionum topicis merito esse sociatas, quoniam inter quædam argumenta sunt positæ, et nonnullis locis commemorantur in topicis. Nunc autem ad Topica

D 9. Ibid.: *Hæc quoque explanari amplius non potest, quam ut auctor (Anianus) ipse disseruit.*

10. Gratianus addidit: *De gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, quot sint, quomodo computandi, quibus etiam appellantur nominibus, auctoritate Isidori atque Gregorii, et Alexandri, sufficienter monstratum est.*

App. XIV, n. 1. Hæc decima quarta Appendix ex additionibus potissimum constat, quæ in Toletanis antiquis exemplaribus immixtæ, sive interpolatæ sunt; nisi credere malis ejusmodi quædam fragmenta ex Isidori manu esse, qui plurimos Etymologiarum titulos seorsum edidit, ac fortasse nonnulli diversos ab eis qui in plerisque Etymologiarum exemplaribus reperiuntur. Primum fragmentum exhibetur ut diversus ordo definitionum ab eo quem Grialius prætulit præ oculis haberi possit.

veniamus, quæ sunt argumentorum sedes, fontes A  
sensuum, et origines dictionum.

SECUNDUM FRAGMENTUM

Ex vetustissimo Codice Toletano, cap. 6 libri III  
Etymologiarum.

4. Omnis numerus primus, aut  $\delta$ , secundum se  
consideratur. Secundus aut ad aliquid 1. Iste dividi-  
tur sic 1. Alii sunt æquales, alii inæquales III. Sed divi-  
ditur sic. A quatuor quater, a quinque quinquies, et  
ab aliis... Et alium unum, qui quarta pars esse dicitur  
quaternarii numeri, et cæteri tales. Subsuperparticularis  
numerus est minor, qui continetur in forti-  
ori numero cum alia una parte sua, aut media, aut  
tertia, aut quarta, aut quinta, ut, verbi gratia, II ad  
III, III ad III, ad IIII, et cæteri. Superpartiens nume-  
rus.

5. Et alias partes ejus quatuor. Superpartiens  
numerus est, qui... Multiplex supersuperparticularis... ut,  
verbi gratia, quinque ad tres, dum comparati fuerint, continet  
in se bis b'ni quatuor, et unam partem  
ejus... bis quaterni octo, et unam partem ejus. Sub-  
multiplex subsuperparticularis numerus est, qui dum  
ad fortiorem sibi numerum comparatus fuerit, continet  
eum 542 multipliciter cum alia una parte sua,  
ut, verbi gratia, duo ad quinque dum comparati fue-  
rint, continentur ab eo bis cum una parte sui. Multi-  
plex superpartionalis numerus est... duabus partibus  
ejus, XIII ad XVI, dum comparati fuerint... se-  
decim ad quatuor, dum comparati fuerint, continentur  
eum bis cum alis duabus partibus ejus. XXII ad VII,  
dum comparati fuerint, intra se bis octo cum aliis  
tribus partibus.

6. Tribus partibus ejus submultiplex subsuperparticularis  
numerus est, qui dum ad fortiorem sibi com-  
paratus fuerit, continetur ab eo multipliciter cum  
aliquibus partibus suis; ut, verbi gratia, tres ad octo  
continentur bis cum duabus partibus suis, quatuor  
ad XI continentur bis cum tribus partibus suis.

TERTIUM FRAGMENTUM

Ex secundo Codice Gothico Toletano, cap. 7 lib. III  
Etymologiarum.

7. Superficialis numerus est qui non solum longi-  
tudine, sed et latitudine continetur, ut trigonus, qua-  
dratus, quinqueangularis, vel circulator numerus, et  
cæteri, qui semper in plano pede, id est, superficie  
continentur. Trigonus numerus ita. Quadratus nume-  
rus ita. Quinqueangularis ita. Circularis numerus  
est ita, qui dum simili multiplicatus fuerit a se in-  
choans, ad se convertitur, ut, verbi gratia, quinquies,  
quint, sexies, quinquies, et ita; et ita.

8. Solidus numerus est qui longitudine et altitu-  
dine continetur, ut sunt pyramides, qui in modum

4. Magna est varietas in divisione numeri repræ-  
sentanda, cum alia exemplaria alio modo referant.  
Specimen hujus discrepantiæ ex primo Codice Tole-  
tano, qui antiquissimus est, sisto; eidem ferme con-  
cinit alter Codex. Toletanus Gothicus etiam, quamvis  
non ita antiquus. Uterque Codex eodem modo habet,  
aut o secundum se, etc., quod non facile est assequi.  
Ubi autem Codices cum Editione Grialiana ac nostra  
consentiant, serlessermonis non continuatur. Neque  
in mendis, aut locis obscuris corrigendis immorari  
vacat.

7. Figuræ numerorum paulo aliter in Codice se-  
cundo Toletano explicatæ sunt, ac in nostra Editione.  
Figuræ ipsæ ex Codice in ære incisæ exhibentur ad  
pag. 130. Trigonus numerus est fig. 1. Quadratus  
fig. 2. Quinqueangularis fig. 3; sed non videtur recte  
in Ms. expressus. Circularis numeri figura præter-  
missa est in Ms.; sed in explicatione additur alia  
figura diversa notata num. 5. Solidus numerus fig. 5.  
Cubus, qui in Ms. dicitur cibus, fig. 6. Sphæra fig. 7.

flammæ consurgunt, ita. Cubus, ut sunt tesserae, ita  
Sphæra, quibus est æqualis undique rotunditas, ita.  
Sphæricus autem numerus est, qui, a circulo nu-  
mero multiplicatus, a se inchoat, et in se convertitur.  
Quinquies quini, bisquingies. Hic circulus, dum in se  
ipsum multiplicatus fuerit, facit sphæram, id est,  
quinquies XXV, CXXV.

9. Inter arithmeticam autem et geometricam, et  
musicam, hoc interest. Ut medium invenias in arith-  
meticam, primo sic quæris: conjungis extrema, et  
dividis, et facis medium, ut puta, fac extrema esse  
VI et XII; simul jungis, et faciunt X et VIII; partiris  
media, et facis IX, quod est analogicum arithmetice,  
ut medium quot monadibus superat primum, his su-  
peretur ab extremo. Superant enim novem sex tri-  
bus monadibus, his superatur a duodecim. Secundum  
geometriam vero ita quæris, extrema multiplicata  
tantum faciunt quantum et media duplicata, ut puta  
sex et duodecim multiplicata faciunt septuagies di-  
pontos, media VIII et IX multiplicata tantumdem faci-  
unt.

10. Secundum musicam ita: quot partes superat  
medium primum, eadem parte 543 superatur medium  
ab extremo, ut puta, VI et VIII duabus partibus su-  
perant, quæ duæ partes tertia media octus (sic) su-  
peratur ab ultima nona figuras solidas. Planæ figura  
sunt, quæ longitudine et latitudine continentur. Quæ  
sunt juxta Platonem numero quinquies. Numerabilis  
magnitudo est quæ numeris arithmetice dividi po-  
test. Magnitudines rationales sunt quorum mensuræ  
quantitas cognita non habetur.

De figuris.

11. Figuræ solidæ sunt quæ longitudine, latitu-  
dine et altitudine continentur, ut est cubus. Hujus  
species quinque in plano, quarum prima circulus est  
figura plana, quæ vocatur circumducta, cujus in me-  
dio punctus est, quo cuncta convergunt, quod cen-  
trum geometriæ vocatur. Latini circuli punctam nun-  
cupant.

12. Quadrilatera figura est in plano, quadrata fi-  
gura est in plano quadrata, quæ subter quatuor re-  
ctis lineis jacet plano pede. Danatheton gramnon fi-  
gura plana plano pede. Orthogonium, id est, rectan-  
guli figura plana, est enim triangulum rectum.

13. Isopleus figura plana recta, et subter con-  
stituta plano pede. Sphæra est figura in rotundum  
formata, partibus cunctis æqualis in solidum. Cubus  
est figura solida quæ longitudine et latitudine conti-  
netur in solidum.

14. Cylindrus est figura quadrata habens superius  
semicirculum. Conon figura quæ ab amplo in angu-  
stum finit, sicut orthogonium. Pyramis est figura  
quæ in modum ignis ab amplo in acumen surrit.  
Ignis enim apud Græcos pyr appellatur.

D 9. Hæc pertinent ad caput 8 ejusdem libri III Etym-  
ologiarum.

11. Hæc respondent capiti 12 libri III, quod est de  
figuris geometriæ. Circulus, ut in Codice pingitur,  
in tabula est num. 8, in cujus medio Codex notat,  
id est circulus, quod simili quoque modo tabula re-  
præsentat, ut in sequentibus figuris.

12. Quadrilatera figura num. 9. Danatheton gram-  
mon, sive, ut alii scribunt, Dianatheton num. 10.  
Orthogonium n. 11. In Ms. erat rectianguli figura  
plena.

13. Isopleus, sive, ut alii habent, Isopleus  
num. 12. Sphæra num. 13. Cubus num. 14. In Co-  
dice legitur, continetur in solidum in solidum; sed  
fortasse in solidum correctio est præcedentis in soli-  
dum. In Excusis in solidum tribuitur cylindro; de  
cujus definitione dubitabat Grialius. Confer notam.

14. Cylindrum n. 15. Conon. n. 16. Pyramis  
n. 17.

15. Sicut autem infra decem omnis est numerus, A ita et intra hunc circulum omnium figurarum concluditur ambitus.

16. Prima autem figura hujus artis punctus est, cujus pars nulla est. Secunda *linea* præter longitudinem longitudo. *Recta linea* est quæ per ex æquo in suis punctis jacet. *Superficies* vero quod longitudines et latitudines solas habet. Superficies vero fines lineæ sunt. Quorum formæ ideo in superioribus decem figuris positæ non sunt, quia inter eas inveniantur.

544 17. Numeros autem secundum geometriam ita quæris. Extrema quippe ejus multiplicata tantum faciunt quantum et media duplicata, ut puta vi et xii multiplicata septuagies faciunt dipondios; media octo et novem multiplicata tantumdem faciunt.

*Expositio figurarum. Ex duobus Codicibus Toletanis.*

18. Alia ratio in motu stellarum similiter octo figuris colligitur; aut quod diametra sint, aut quadrata, aut trigona, aut hexagona, aut asyndeta, aut simul, aut circumferens, id est, sufferens, aut circumferitur.

19. *Diametra* sunt quando quinque signa intersant. *Tetragona*, quando duo. *Hexagona*, quando unum. *Asyndeton*, quando nullum; *simul*, quando in eadem particula sunt. *Superferens*, quando supervenit, aut actum facit. *Superferitur*, quando antecedit. *Trigona*, quando tria media. Item secundum rationem aliam sunt octo differentiæ, id est, *signum*, *partes*, *fines*, *conventu*, *retrogradus*, *an recto itinere*, *latitudo et longitudo*.

*Ratio interioris formæ.*

20. Posset hujus loci talis quæstio nasci, cum in ordine numeri prius viii sint, hinc prius novem posuit, cum in ratione arithmeticæ, vel geometriæ, plus sunt viii quam ix; viii enim vicibus est, vel solidum, id est, corpus, quod (al. quo) plus invenire non potest. ix vero superficies sunt, id est, res que plena non est, sed indiget perfectione. Hic duo cubi, id est, duæ soliditates, hoc modo inveniantur.

21. Senarius primus perfectus est, dividitur enim paribus numeris sic. 545 Sexta per has in tertia per dipondios ter bini sex. In dimidium, id est, bis tertiis sex. Aliud quod ita divides per pares nume-

15. *Hunc circulum*, scilicet qui n. 18 exprimitur; sed verba, *ambitus omnium figurarum*, in figura Codicis non sunt.

16. Confer caput 13, cit. lib. iii. In Editis est in superioribus figuris; omissa decem. Superiores decem figuræ sunt circulus, et sequentes. Ambitus omnium figurarum comprehendit has decem, sed extra eorum numerum est.

17. Pro septuagies dipondios in Editis est lxxii.

18. Hæc omnino absunt ab Editis. Inscriptio in mss. est: *Expositio figurarum infrascripturarum*, vel mendose *infrascripturarum*. Fortasse legendum, id est, *aut super ferens*, *aut circumferitur*.

19. Pro particula alia lectio est *partiuicula*. In Codice ita collocatæ sunt figuræ, ut primo loco sit *tetragona*, secundo *hexagona*, tertio *asyndeton*, quarto *trigona*, quinto *diametra*. In tabula ærea hæc figuræ suis nominibus distinctæ sunt, ut in Cod. ms., scilicet n. 19, 20, 21, 22, 23. Sequuntur aliæ septem figuræ sine certis nominibus, quæ expressæ sunt in tabula num. 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30. Post figuram n. 27 hæc est nota: *Secundum Porphyrium et Platonem ita hæc formula exponitur*; et subjicitur figuræ, in nostra tabula num. 30 distinctæ. Post hanc figuram 30 alia subjungitur nota: *In plano pede sic medium, et extrema jungantur ad numerum xxvii*. Sed in figura expressus est numerus xxvi, ut in nostra tabula; sed verior videtur num. xxvii.

20. Post quinque figuras modo dietas, scilicet, 24, 25, 26, 27, 30 (nam hoc ordine sunt in Codice),

ros, non invenies, quod proposito conveniens in inter primum ordinem, id est, x. Quapropter situm perfectum numerum cum primo versus multiplicans sexies ix, lvi, ix, novies seni lvi. Facitque materia, tot partes habuisse cognoscitur, non immerito duobus, quibus habet unum in tali ordine: i, ii, iii; iv, ix, ix, viii, alius simul xxii.

QUARTUM FRAGMENTUM

*Ex Codice vetustiore Cæsenate ad lib. v Etymologiarum, cap. 6.*

22. Lib. xv Constitutionum, tit. 2, cap. 12. Imperatores Valens et Martianus Augusti Palladio P. P. privilegia, quæ gentilibus constitutionibus universis sacrosanctis ecclesiis orthodoxæ religionis, quæ Petro principes profitentur, firma et illibata in perpetuum decernimus custodiri. Dato pridie Idus novembris.

23. Lib. ii ejusdem constitutionis 43, cap. 12. Imperatores Honorius, et Theodosius Augusti, etc. Colonos nunquam fiscalium nomine debitorum ullius exactoris pulset intentio; quos ita glebis iuhære percipimus, ut ne puncto quidem temporis debeant amoveri.

*Ad caput 14 ejusdem libri.*

24. Omnes tam masculi, quam feminae decedentes, si unum habeant filium; tertiam partem ei relinquunt falcidiæ nomine. Eodem jure tenente, si duos, vel tres, vel quatuor habeant.

*Ad caput 24 ejusdem libri.*

25. Præjudicium possessioni invito vel inscio domino imponi non posse, et jure, et legum auctoritatibus decantatur. Si coloni, quos bona fide quique possederit, ad alios fugæ vitio transeuntes, necessitatem conditionis propriam declinare tentaverint, bonæ fidei possessori primum oportet celeri reformatione succurri; et tunc causa originis et proprietatis agitari; originarios colonos nullis privilegiis, nulla dignitate, nulla 546 census auctoritate excusari præcipimus, sed amputatis omnibus quæ aliquoties per gratiam sunt elicta, domino, vel fundo, esse reddendos.

sequitur titulus: *Ratio interioris formæ. Posset, etc.* Pro hinc prius, al. hic prius. Pro vicibus, al. cubus, forte bicubus.

21. In Ms., bis ternis sexis; forte, sexies. Ibid., non invenies; al. omitt. nov. Ibid., quod a proposito; prætermisi a. Pro factique conjectura Burrielii, seu Bayeri, est *fac itaque*. Ibid., duobus, etc. Al., duos, quibus unum ordine primum. Post verba, alius simul xxvii, sunt duæ figuræ, quas tabula nostra exhibet n. 28 et 29. Sequitur in Codice Toletano antiquiori I. C. figura, quæ paginam implet, et ad caput sequens 15 de musica pertinet. Initio paginæ leguntur hæc verba: *Secundum aliquos, qui hanc rationem per labdo idem exponunt*. Exhibuimus hanc figuram pag. 135. In Codice recentiori Toletano, qui cæteras figuras simili fere modo refert, prætermissa fuit hæc magna figura de re musica, sed locus vacuum pro ea relictus fuit; et nota hæc apponitur, ad idem argumentum spectans: *Per rationem musicam ita fit, ut aut septem mensuum nati, aut novem vivere possint, viii nunquam, quoniam in vii, vel ix, omnes inveniantur symphoniarum, quibus integris firmæ stabilitatis res sunt. Quinquies cum senario multiplicatus et septimanum facit, et novem mensuum. Ita quinquies seni xxx. Hoc septies ducens facis septimanum, et novies facis novem mensuum.*

Num. 23. Hæc adjuncta sunt vetustissimo Codice Cæsenate ad cit. loc. Etymologiarum. Sed multa aut legi in Codice non poterant, aut ab amanuensi intellecta non sunt.



## QUINTUM FRAGMENTUM

Ex Codice 1 Toletano. Additio ad cap. 18 lib. vi Etymologiarum. De Festis diebus.

In veteri lege isti sunt.

26. Beatissimus Hieronymus in commentariis Zachariæ ita sic dicit: Festi autem dies in veteri lege isti sunt: Dies Azymorum phase quarta: decima die mensis primi est, quando luna plenissima ab ejecto fermento agnus immolatur.

27. Dies Pentecosten est, in quo verticem montis Sinaelex data est Moysi, et in qua de frugibus primis panes offerebant propositionis.

28. Dies Sabbatorum est, in quo otium celebratur in lege, et in quo manna in deserto non licebat colligere.

29. Dies Neomeniarum celebratione novæ lunæ. Semper enim Judæi in mensium principio, hoc est, prima luna, diem festum agebant, sed idcirco in principio mensis hoc faciebant, quia, deficiente luna, tempus finitur, et iterum nascente incipitur.

30. Dies Tubarum, septimi mensis principium est, quando Judæi solemnitatem agentes, ad quam tuba canebant, et plurima offerebant sacrificia, quam per singulos menses.

Num. 26. Antiquissimus Codex Toletanus hæc addit libro vi, quæ a nobis omnino omitti non debuerunt.

A 31. Dies Scenopægia est mense septimo quintodecima die mensis, in quo tabernaculorum solemnitatem veteres celebrabant. Scenopægia enim tabernacula interpretantur.

32. Dies Jejuniorum quarto mense Julio est, septimo decimo ejusdem mensis die, quando Moyes, descendens de monte, tabulas legis confregit, et in eo etiam die et Nabuchodonosor urbis Jerusalem muros primus destruxit.

33. Dies Jejuniorum quinto in mense Augusto est, quando propter (sic) speculatoribus ad terram sanctam missis seditio in castris Hebræorum exorta est. Factum est ut per desertum quadraginta annis laboriose discurrerent, et in eremo omnes perirent. Siquidem et in eo mense a Nabuchodonosor, et multo post tempore a Cæsare Tito templum eversum est, atque succensum, et in opprobrium gentis perditæ exaratum.

34. Dies Jejuniorum septimi in mense octavo est, qui appellatur October, in quo occisus est Godolias, et reliqui, qui erant in Jerusalem interfecti sunt, juxta quod loquitur Jeremias. Dies Jejuniorum decimi est mense decimo, qui apud nos Januarius vocatur, quando cognoverunt cuncti in Babylone capti, in quinto mense templum fuisse eversum, et fecerunt planctum, atque jejunium. Hæc beatus Hieronymus in commentariis Zachariæ.

Num. 32. In Ms. quarti mense.

Num. 33. In Ms. jejunium quinti.

## Pars secunda

AD ETYMOLOGIARUM DECEM POSTERIORES LIBROS IN AREVALI VOLUMINE QUARTO CONTENTOS.

## 520 APPENDIX XV

Ad lib. xi Etymologiarum, cap. 4. Ex Codice Regio Vaticano 1850.

## CAPUT II

De situ et habitu corporis humani.

1. Stare, hoc in fide consistere significat, ut in Apostolo: *Stare in fide* (I Cor. xvi, 13). *Ambulare*, ad Dominum tendere, ut in Psalmis: *Et ambulabam in latitudine* (Psalm. cxviii, 45). *Sedere*, in Deo humiliter requiescere, ut in Evangelio: *Vos autem sedete in civitate* (Luc. xxiv, 49), et in (libris) Regum de Davide: *Seditque coram Domino* (II Reg. vii, 18). *Jacere* autem, vitiis ac tentationibus succumbere; unde legitur in Evangelio: *Et invenit eam jacentem in lecto* (Marc. vii, 30). *Currere*, in operibus bonis præparari; in Apostolo: *Sic currite, ut comprehendatis* (I Cor. ix, 24). Et in malam partem: *Pedes eorum ad malum currunt* (Proverb. i, 16).

2. *Ascensus*, profectus in Dominum; in Psalmis: *Ascensus in corde suo disposuit* (Psalm. lxxxiii, 6). Et in Exodo: *Ad mare ascenderunt filii Israel de Ægypto* (Exod. xiii, 18). Item in malam partem, *ascensus*, superbix præsumptio; in Evangelio: *Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est, et latro* (Joan. x, 1). *Descensus*, defectus a Deo: in Evangelio: *Homo quidam descendebat a Jerusalem in Jericho* (Luc. x, 30). Et in Isaia: *Vae qui ascendistis equos, ut descendatis in Ægyptum* (Isai. xxx, 2).

APP. xv, n. 1. De Codice Regio Vaticano 1850, conferri possunt quæ dixi in Isidorianis, cap. 101, num. 29. In specimen allegoricarum expositionum quæ sub titulo Etymologiarum sancti Isidori in eo codice continentur, hæc duo capita exhibeo, quæ post caput I libri xi, in eo Codice libri vi, collocantur. In Vulgata: *Invenit puellam juentem supra lectum.*

2. In Vulgata: *Filii Israel de terra Ægypti.*

## C

## CAPUT III.

Quomodo humana membra ascribuntur diabolo.

3. Sciendum vero est quod membra hominis et humani actus diabolo ascribuntur, non secundum historiam, sed secundum allegoriam accipientia sunt, quia in multis locis sacræ Scripturæ hujusmodi species inveniuntur. Nam caput omnium malorum diabolus est; unde legitur in Habacuc: *Percussisti caput de domo impij* (Habac. iii, 15). *Cor vero diaboli* reprobi homines; unde de Behemoth legitur in libro beati Job: *Cor ejus sicut scuta fusilia* (Job. xli, 6). *Dentes ejus* vel dentes hæretici, sicut pravi omnes doctores, 521 ut in prædicto libro scriptum est: *Oculi ejus, sicut palpebræ diluculi. Per gyrum dentium ejus formido* (Ibid., 5, 9).

4. *Nares diaboli*, inspirationes illius pravæ: *Et a naribus ejus fumus procedit* (Ibid., 41). *Os diaboli* sermones ejus, quibus corda hominum occultis cogitationibus alloquitur, ut est id Job: *De ore ejus flamma procedit* (Ibid., 10). *Lingua diaboli* sapientia hujus sæculi, vel hæreticorum dogma, ut est id Job: *Et fure ligabis linguam ejus* (Job. xl, 20).

5. *Ossa diaboli* potentes quique et fortes in malitia, sicut hæretici, ut est id Job: *Ossa ejus fistula ejus* (Ibid., 13). *Cartilago ejus* minus potentes quam hi qui ossa nominantur, ut est id in Job: *Cartilago ejus sicut lamina ferrea* (Ibid.). *Halitus diaboli* inspiratio ejus occulta per corda hominum, vel peccatorum amore carnali eandem faciat.

6. *Facies diaboli* Antichristi adventus, vel aperta

Et in Isaia: *Væ... qui ambulatis, ut descendatis in Ægyptum.*

3. Verba Vulgatæ sunt: *Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus. Et vox: De ore ejus lampades procedunt.*

5. Vulgata: *Ossa ejus velut fistulæ aris, cartilago illius, sicut laminæ ferræ. Obscurum est in Ms., et fortasse mendosum eandem faciat.*

6. [Linea 5.] In Vulgata: *coherentia sibi.*



ejus malitia, ut est id in Job : *Faciem ejus præcedit agestas* (Job. xli, 13). Carnes diaboli infirmi quique in corde ejus, et minus valentes peccatis, ut est id in Job : *Membra carniū ejus coherentia sunt* (Ibid., 14). Testiculi diaboli vel hæretici, vel pravæ cogitationes subtiliter vinculis peccatorum obligantes, ut est id in Job : *Nervi testicularum perplexi* (Job xl, 12). Cauda diaboli Antichristus est, vel consuetudo peccandi, ut est id : *Stringit caudam suam, quasi cedrum* (Ibid.). Dormire diaboli est in corde reproborum requiescere, ut est id in Job : *Sub umbra dormit in secreto calami* (Ibid., 16). Pascere diaboli est in peccatis impiorum delectari, ut est id in Job : *Illic montes herbas ferunt* (Ibid., 15).

APPENDIX XVI.

Additio Codicis vetustissimi Toletani ad cap. 2 lib. xii Etymologiarum, num. 3 et seqq.

1. Leo enim Græce, Latine vero rex dicitur. Tres naturas habet, id est, cum ambulat, et iter facit per arenam odor venantium, et cauda sua operit vestigia, ut non possint eum venatores sequi.

2. Ita et Salvator noster de tribu Juda, missus a Patre operit vestigia sua, id est, deitatem, ut appareret omnibus dum... cum Patre descendens in uterum Virginis, ut salvaret, quod perierat, et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Et hoc ignorantibus homines, dum descenderet de cælo, et ascenderet, dicebant : *Quis est iste rex gloriæ?*

3. Secunda natura; dum dormierit, oculi ejus vigilant, aperti enim sunt. In Cantica Canticorum de eo dicitur : *Ego dormio, et cor meum vigilat* (Cantic. v, 2). Non enim dormit, neque obdormitat, qui custodit Israel.

4. Tertia; cum genuerit catulum suum, mortuum eum generat, et læna filium custodit, donec veniat pater ejus tertia die, et insufflat in faciem ejus cum ingenti rugitu, et suscitavit eum.

5. Sic omnipotens Pater suscitavit tertia die Unigenitum suum; unde per Jacob dicitur Catulus Leonis Juda.

Additio ejusdem Codicis Toletani ad caput 7 libri xii Etymologiarum.

6. Charadrius natura sua totus albus nascitur, nullam habens nigredinem; et in Deuteronomio de eo scriptum est, et interiora ejus infirma curant, quorum oculi caligant.

7. In atris regum invenitur, et si quis infirmus est, ab eo cognoscitur si vivat aut moriatur. Si est ad mortem, avertit faciem suam, si ad vitam, aspiciat ad infirmum, et infirmus ad illum.

8. Et cum volat sursum contra radios solis, et comburit infirmitatem, et spargit, et infirmus salvabitur : personam Christi gerens, qui totus est niveus, et mundus, nullam habens nigredinem, desursum a Patre veniens, et sui eum non receperunt.

9. Et a Judæis avertit faciem suam, gentes autem :

APP. XVI, n. 1. Hæc additio, sive nota caractere quidem Gothico exarata est, sed non a prima manu. Verba *per arenam* obscura sunt in Ms., ac fortasse mendosa, quæ illico sequuntur, *odor venantium*.

2. Obscurum est in Ms. *noster*, ac fortasse præstiterit legere : *Ita et Salvator leo de tribu Juda*.

3. Melius esset in *Canticis Canticorum*; sed fortasse auctor additionis scripsit ut est in ms.; nam medio ævo procedente eo fere modo tituli librorum allegabantur.

6. Non indicatur in Codice, quem ad locum hæc additio in margine in diversum exarata pertineat, sed ab hoc capite, cui adjaacet, non est semovenda. In Deuteronomio de charadrio mentio fit cap. 14, v. 18. Quæ hic de ea ave uarrantur, aliquatenus comprobari possunt ex Ornithologia Aldrouandii, lib. xx, c. 27, ubi Albertus, et Elianus auctores laudantur. In Ms. Toletano scriptum est *Curadrius*, vel,

A sua deitate aspexit, tollens infirmitatem peccatorum, et languores nostros ipse portavit, ut exaltaretur super lignum : ascendens in altum, captivam duxit captivitatem.

10. Sed dicis : Charadrius immundus est ad escam. Quomodo potest portare figuram Christi? Et serpens immundus est. Audi Joannem evangelistam : *Sicut exaltavit Moyses serpentem in deserto, ita oportet exaltari Filium hominis* (Joan. iii, 14). Nam et filii Israel, quando aspiciebant æneum serpentem, sani efficiebantur.

523 APPENDIX XVII.

Ad lib. xii Etymologiarum, cap. 7, ex Cod. Palat. 281.

DE SONITU AVIUM.

Aquilas clangere. Accipitres plipiare. Vultures pulpare. Corvos croitare. Milvos lupire, vel lugere. Olores densare. Grues gruere. Ciconias protollare. Anseres gliccire, vel sclingire. Pavones paupolare. Gallos cucurrere, vel cantare. Anates tegunnitare. Turtures gemere. Palumbos paucitare. Leones fremere. Tigres rancare. Pardos fefire. Pantheras chau-rere. Ursos uncare, vel sevirere. Apros frendere. Lynces urcare. Lupos ululare. Serpentes sibilare. Elephantes barrere. Onagros mugilare. Cervos rugire. Tauros mugire. Equos hinnire. Perdices caccabare. Graculos frinculire. Noctuas cubire. Merulas frendere, vel zinziare. Turdos trucilare. Sturdos pardare. Hirundines minurrere. Passeres tiziare. Apes bovirere, vel bombilare. Cicadas fritinnire.

APPENDIX XVIII.

Ad lib. xvi, cap. 2, num. 7.

Fragmentum de nitro.

Ex Cod. ms. apud Vulcanium.

Nam sicut salem litore maris fervor conficit solis, durando in petram aquas marinas, quas major vis ventorum, vel ipsius maris fervor in littora ulteriora projecerit; ita in Nitria, ubi æstate pluvia prolixiores tellurem infundunt, adsoritur sideris ardor tantus, qui ipsas pluviales per latitudinem arena- rum concoquat in petram, sali quidem vel glaciei aspectu simillimam, sed nihil rigidi rigoris, nil salsi saporis habentem, quæ tamen juxta naturam salis in caumate durare, atque nubiloso aere fluere ac liquefieri solet. Hanc indigenæ sumentes servant, et ubi opus fuerit, pro lumento utuntur. Unde Judææ peccanti dicit propheta : *Si laveris te nitro, et multiplicaveris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua, dicit Dominus* (Jerem. ii, 22). Crepitat autem in aqua, quomodo calx viva, et ipsa quidem disperit, sed aquam lavationi aptam reddit.

ut ego magis puto, *Caradrius*. Fortasse legendum, *infirmos curant, quorum*, etc.

APP. XVII. De Codice Palatino 281, ex quo hæc excerpti, vide Isidoriana, cap. 102, num. 40 et seq. Post librum vigesimum et ultimum hæc de sonitu avium, imo animalium, addita fuerant : quæ potius ad caput 7 libri xii pertinent. Conferenda hæc sunt cum iis quæ de vario sonitu animalium Isidorus explicat in lib. i Different., lit. V, num. 607, et cum Becmano, verb. *Murmur*, præter notum carmen de Philomela. De tigribus alii dicunt *rancare*, aut *raucare*.

APP. XVIII. In Vulcanii Editione ad finem capituli ii lib. xvi notatur quod in Codice quodam ms., ante vocabulum *APHRONITRUM* habentur hæc : *Nam sicut salem*, etc. Quæ a nobis prætermittenda non fuerunt.

## 524 APPENDIX XIX.

Ad lib. XVI *Etymologiarum*, cap. 20, num. 9 ex Codice Vaticano 1343.

DE CAMPANIS ET NOLIS.

De vasis fusilibus, vel etiam perductilibus, quæ simpliciter *signa* vocantur, quia eorum sonoritate quibusdam pulsibus excitata significantur horæ, quibus in domo Dei statuta celebrantur officia, de his, inquam, hoc dicendum videtur, quod eorum usus non adeo apud antiquos habitus producit, quia nec tam multiplex apud eos conventuum assiduitas, ut modo est, habebatur. Apud alios etiam devotio sola cogebat ad statutas horas concurrere: alii pronuntiationibus publicis invitabantur, et in una solemnitate proxime futuras discabant. Apud quosdam tabulis, apud nonnullos cornibus horæ prodebantur. Vasorum autem de quibus sermo est usum primum apud Italos affirmant inventum. Unde et a Campania, quæ est Italiæ provincia, eadem vasa majora quidem *campanæ* dicuntur, minora vero, quæ a sono *tintinnabula* vocantur, *notas* appellant ab ejusdem Campaniæ civitate, ubi eadem vasa primo sunt commutata.

## APPENDIX XX.

Ad lib. XVI *Etymologiarum*, cap. 23, n. 11.

FRAGMENTUM SANCTI ISIDORI DE PONDERIBUS

Ex ms. Codice apud Bignæum.

Talentum est pondo LXIII, quod faciunt LXXX libræ Atticæ. Mina est libra una, et semiuncia. Talentum minas habet LX. Mina Græcæ, Latine *mina* dicitur. Drachma habet scrupula III, didrachma drach-

APP. XIX. Hæc, quæ de campanis in Codice Vaticano 1343 reperi, adjicienda hic censui, ut de ratione convocandi olim fideles ad ecclesiam nonnulla hinc notitia eruatur; quo in argumento explicando recentiores multi versati sunt.

APP. XX. Hoc fragmentum Bignæus protulit initio Editionis suæ ex ms. Codice monasterii sancti Dionysii, uti etiam fragmentum appendicis sequentis.

A *mæ duæ*; unde *mina*, quomodo in libro Hebraicarum quæstionum semuncia scribitur. Stater enim, ut quidam affirmant, unciam unam, id est, aureos sex, ut alii putant, tres. In Evangelio nomen duorum didrachmæ stater datur. Seceel, cum Latina lingua corrupte siclus dicitur, ut in Quæstionibus supra dictis indicatur, uncia pondus habet, ut alibi scriptum reperi, scrupula sex, quod et ipse arbitror: nam siclus ipse de secle de propinquitate ponderis, quasi siclicus sonat. Obolus enim scrupulum dimidium, quod facit siliquas tres. In Ezechiele siclus xx obolos habet.

## 525 APPENDIX XXI.

Ad lib. XVI *Etymologiarum*, cap. 26, num. 17.

FRAGMENTUM DE MENSURIS

Ex ms. Codice apud Bignæum.

Corus modii xxx. Batus amphora una, id est, modii tres. Cadus Græca amphora est. Ephî id mensuræ habet in aridis, quod in liquidis batus; metreta una, ut quidam dicunt, habet sextarios centum. Mensura Græca *metron* dicitur, unde et *metreta* appellatur. Notandum vero, quod mensura Hebræum nomen est. In Isaiâ Ægyptiorum mensuræ, quæ tres faciunt modios, x sata idem sunt quod ephî, id est, modii tres. Gomor mensura est Attica, habens, ut quidam opinantur, concios tres, id est, sextarios XII, XIII. Gomor dicunt paulo minus a sextariis v, quod etiam ipse sequor, eo quod sit decima pars ephî. Gomor quidam putant modios III in sextarios est liquide inspicî. Cotyla mina est in Ezechiele: *Desem*, inquit, *cotylæ sunt gomor*

quæ tamen Isidori esse, ut titulus indicat, non credo.

APP. XXI. Corrupta sunt hæc duo fragmenta, et omnino reformanda ex Isidori doctrina cit. lib. XVI, ut de mensuris et ponderibus vera sententia possit colligi. Bignæus ita ea produxit ut a nobis edita sunt.

## AD ETYMOLOGIAS VARIE LECTIONES

Ex multis veteribus exemplaribus mss. et editis selectæ, intermixtis brevioribus nonnullis fragmentis nondum editis.

Ingentem variantium lectionum silvam cum ex antiquissimis Codicibus mss. prope innumeris et veteribus primis editionibus collectam jam in promptu haberem, satis visum fuit; ne opus in immensum cresceret, eas tantum seligere quæ majori in pretio haberi possint, cæteris prætermissis, quæ aliquando fortasse utiles sint futuræ iis qui, earum exemplar nacti, Etymologias sancti Isidori seorsum a reliquis ejus operibus plenius illustrare voluerint. In iis vero variis lectionibus indicandis eum ordinem tenebo, ut textum meæ Editionis, quæ cum Grialana fere consentit, præmittam; tunc discrepantiam ex aliis, tacito plerumque nomine, annotabo. Inter exemplaria autem quæ collata sunt peculiarem locum obtinent Editio princeps Etymologiarum sine loco, et anno, Editio Veneta anni 1483, Editio Vulcanii, cui Editiones Bignæi, Breulii et Gothofredi concinunt, duo Codices mss. archivii Vaticani, Codex Excellentissimæ familiæ Albanæ, duo Codices Cæsenates Malatestii, Codex Lucanus, Codex Florentinus sancti Marci, Codex Mutinensis a libro tertio, duo Codices Gothici Toletani, plures alii Vaticani, ut Vat. 624, Palat. 284, 282, 283, Ottob. 336, 343, 345, 352, 404, 427, 477, Urb. 100, 479 Regiovat. 102, 1953, etc.

## LIBER I.

CAP. I. Num. 1, qui discit. al., quod discit; al.,

qui didicit. N. 2, consistat. Al., constat. N. 3, voluerunt. Al., dixerunt. Ibid., disciplinam vero esse. Al., disciplina vero est.

CAP. II. Num. 2, causas et divisiones. Al., casus et divisiones. Ibid., mensuras dimensionesque. Al., mensuras terræ dimensionesque. Atque ita legitur ex correctione veteri in Cod. Palat. 284.

CAP. III. N. 1, sequuntur; quorum. Al., secuti sunt; quarum. Ibid., verba... introducent. Alii omittunt hæc. Num. 2, contineri. Al., retineri. N. 3, quod in legendo. Al. om., in. N. 4, inde apud. Al., idem apud. N. 5, sacerdotes dicunt. Alii omittunt dicunt. N. 6, hinc est. Alii præmittunt, *Phanices dicti a rubro mari quod profuit in Syriam, qui Sidonem urbem ibi condiderunt. Hinc est. Ibid., capita scribuntur. Al., c. describuntur. N. 8, mortem significat. Al. om., mortem. Ibid., quidam sic ait. Al. om., sic ait. N. 9, angelo. Al., per angelum. Ibid., per mediam. Al. per medium. Ibid., in frontes. Al., in fronte, al. in frontibus. N. 10, apud eos. Al., apud Græcos. Ibid., scribunt. Al., scribitur. Ibid., vocantur. Al., vocatur.*

CAP. IV. N. 1, proprie. Al., proprio cognomine. N. 2, multi eis utuntur, etc. Al., multi eas in communi utuntur, ut est scribere, et legere. Ibid., rationem soverunt. Al., r. sciunt. Ita Cod. Taurin. in Catalogo Codd. mss., t. II, pag. 12. N. 3, varie. Al., vocis. N. 4, sonum. Mutæ. Al., sonum, ut f, l, m, et cætera

*Mutæ.* Ibid., sonabit. Vocales. Al., *sonabit*, ut b, c, A d, et *cætera*. Et *mutæ*, etc. Al., *et mutas a veteribus sonas, et semisonas, et insonas dictas*. Ita sæpe occurrit in Mss. Isidori infinitivus sine verbo a quo regatur. N. 5, autem apud. Al., *autem i, et v. apud*. N. 6, modo vocales. Al., *vocales sunt, modo*. Ibid., Juno, vanus. Al., *Juno, vates*; al., *Janus vates*. N. 7, quotiescunque inter. Al., *quotiescunque in metro inter*. N. 8, alicubi nec consonans est. Al., *alicubi nec vocalis, nec consonans est*. Ibid., digamma. Al., *digammon*. Ibid., duplex gamma. Al., *duplicem gammam*. N. 9, dicuntur quia. Al., *d, propterea quia*. N. 10, ut sunt semivocales. Al., *ut sunt consonantes*. Ibid., ut sunt mutæ. Al., *ut sunt consonantes*. Atii addunt, *ut sunt mutæ. Et sunt a b c d e f g i l m n o p r s t, et v*. N. 11, elatus cui. Al., *elevatus, cujus*. N. 13, resonant. Al., *sonant*. Ibid., supervacua. Al., *superflua*. Num. 14, tempus. Al., *tempora*. Ibid., vocatur. Al., *est vocata*. N. 15, v scribebant. Al., *i scribebant*. Al., h, et a scribebant. N. 16, nomen quomodo. Al., n. quo. Ibid., habetur. A quibusdam. Al., *habeatur*. Potestatem autem natura dedit, voluntas ordinem. A quibusdam. Ibid., ordo adjicitur. Al., *ordo dicitur*. Ibid., prima est litterarum. Al., *prior est littera*. N. 17, quarum uni. Al., q. unius. Ibid., tenuis virgula. Al., *tenuis figura*. Ibid., ordinem dedit. Al., *dedit ordinem, et apicem*. N. 18, pro eo quod. Al., *propter quod*. Ibid., figura... scribitur. Alii hæc omittunt.

CAP. V. Num. 1, loquendi. Al., *loquendi scribendique*. Ibid., litterarum. Al., *artium*. Ibid., inventa est. Al., *inventum primam est*. Ibid., didicerunt. Al., *didicerant*. N. 4, triginta dinumerantur. Al., *t. partes d.*; al., *xviii*; al., *viginti septem*; al., *xix. partes d*. Ibid., notæ. Al., om. Ibid., vitia. Al., *cætera vitia*.

CAP. VI. Num. 1, nomen. Al., *id est, nomen*. Ibid., revertuntur. Al., *referuntur*. N. 2, in complexum. Gothici et alii, in complexu.

CAP. VII. N. 1, dictum quasi. Al., *dictum est quasi*. Atque ita sæpe verbum substantivum in nonnullis exemplaribus omittitur, in aliis exprimitur. Ibid., qued. Al., *eo quod*. Hæc quoque varietas similiter passim occurrit. N. 2, quasi accedens. Al., *quasi accedens*. Ibid., superadjiciatur. Al., *superadditur*. N. 4, quia. Al., *quæ, et sic in seqq.* N. 6, species... homo. Al., omittunt hæc. N. 9, minuunt sensum. Al., *minuunt sensu*. Ibid., scholasticulus. Al., *addunt e scholastica*. N. 11, Callisto. Al., *Calypso*. N. 13, Menandros. Al., om. Ibid., apud nos; al., *apud Latinos*. N. 14, plurinomina. Al., *plurinomia*. N. 15, uninomina. Al., *uninomina*. Ibid., sit... significatio. Alii omittunt hæc; al., *sint significationes plurimæ*. N. 17, aequaliter. Al., *qualiter*; al., *aliter*; al., *æqualiter*. N. 20, Æneades. Al., *Æneius*. N. 21, a possessione. Al., *a possessione dicuntur*. N. 22, aditici. Al., *adjice*. N. 23, ab actu descendunt. Al., om. Ibid., dux, rex. Al., om. Ibid., gentis. Al., *gentilia*. N. 24, patria. Al., *patriæ*. Ibid., suburbanus. Cod. Albanus add. : *Temporis, quæ tempus ostendunt, ut dies, mensis, annus, diurnus, nocturnus*. N. 25, participalia. Al., *participialia*. Ibid., prudens. Al., om. N. 26, verbis similia. Al., *verbi similia*. Ibid., quia casum. Al., *quia comparationem*; al., *quia declinationem*. N. 27, alterum præfert. Al., *alterum alteri præfert*. Ibid., plus enim novit. Al., p. e. n. hic; Al., *plus enim doctior novit*. Et ita varia lectio, seu correctio in Palat. 281. Ibid., plus enim scit. Al., *plus enim novit*. N. 28, cætera non sunt. Al., *cætera nomina non sunt*. Ibid., communicat. Al., *significat*. N. 29, cui. Al., *cujus*. Ibid., incerti sexus. Al., *incerti generis*; al., *incertus sexus*. Ibid., sensus tantum. Al., *sensus tamen*. Ibid., et omni. Al., om. N. 30, singularia vel pluralia. Al., *singula, vel plura*. N. 31, quia per eum genus. Al., *quia per genus eum*. Ibid., vel quod rem. Al., *vel quæ rem*. N. 32, dare demonstramus. Al., d. alicui d. N. 33, quia per. Al., *eo quod per*. Ibid., diptota. Al., *bipleta*.

CAP. VIII. Num. 1, sic varietas. Al., *sicque veritas*;

al., *sicque varietas*. Ibid., ornatum. Al., *ornatum sermonem*. Ibid., indocit. Al., *producit*. N. 2, aut infinita. Al., *aut minus, quam finita*. N. 3, demonstrantis. Al., *demonstrationis*. N. 4, arctantur. Al., *coarctantur*. Ibid., jungitur. Al., *conjungitur*. N. 5, primigenia. Al., *primigenia*.

CAP. IX. N. 1, nam scribo, etc. Al., *nam scribo personæ factum est. Item scribo personæ factum indicat sed ejus a quo patitur*. N. 2, præteritum, præsens. Al., *præteritum instans*. Ibid., et genera. Al., et *tempora*. N. 3, agamus. Alii addunt : *Perfecta forma dicitur a perficiendo, ut lego; tunc enim dicendum est, quando in præsentem tempore legimus*. Ibid., volo. Al., *cogito*. Ibid., inchoantis indicio. Al., *i. judicio*. N. 4, significationem indicantis. Al., *s. indicandi*. Ibid., imperantis. Al., *imperandi*. N. 5, in Gothicis, *indigeo, et ego cum accusativo eget personam, etc.* N. 7, parit activum. Al., *paritur activum*. Ibid., non sonant Latine. Al., n. s. *Latina*. In nonnullis adjiciuntur quidam tituli. *De generibus. Genera verborum, etc. De communibus. Communia, etc. De deponentibus. Deponentia, etc.*

CAP. XI. N. 1, capiat partes. Al., *c. partem*. Ibid., ab utroque. Al., *ab utriusque*.

CAP. XII. N. 1, copulatione sermonum. Al., *copulatione verborum*. N. 2, que homini. Alii addunt *que Deo*. N. 3, saltem illud. Antiquissimus gothicus Toletanus, *vel il'ud*; quod fortasse verum est. Ibid., ponuntur. Al., *præponuntur*. Ibid., et subjunguntur. Alii omittunt. N. 4, causa est. Alii omittunt. Ibid., an ferro? Al., *aut ferro; itaque veneno occidam*.

CAP. XIV. N. 1, ab exultante. Al., *ab exultatione*. Ibid., vah. Al., *eya*; al., *va*. Ibid., hom. Al., *he*. Post hoc cap. in Gothicis est aliud. *De litteris apud grammaticos. Quod sint articulatae vocis. Et dicta littera... iteretur*. Ut supra, cap. 3, n. 3, nisi quod ibi sermo est in plurali de litteris, et dicitur *præstant pro præbeant, aut præbeat*.

CAP. XVI. N. 1, complexio. Al., *comprehensio*. Ibid., dicimus. Al., *dici*. N. 2, quia nunquam. Al., *quia semper producuntur, et nunquam*. Ibid., binæ vocales. Al., *binæ voces*. N. 3, esse scimus. In Gothicis deest verbum *scimus*, ut sæpe alias. Ibid., aptissimas. Al., *apertissimas*.

CAP. XVII. N. 1, insistant. Al., *consistant*. Ibid., reliquæ. Al., *reliqui*. N. 2, frequentabatur. Alii addunt : *Sive ab igne appellatur, qui Græce πῦρ dicitur, quia veluti ignis celeriter labitur*. Ibid., tibiis cænebant. Al., *tibis*. Gothici, *tibias cænebant*. N. 4, inventiones. Al., *intentiones*. Ibid., aut livoris. Al., *aliquo modo languoris*. N. 7, pes dicatus. Al., *pes magis dicatus*. Alii pro verbis *anapæstus... dicatus est*, sic referunt : *Anapæstus Græce dicitur repercusus. Græci enim anapæstin repercusivum dicunt; qui ideo dicitur repercusus, eo quod repercutiatur a dactylo. Est enim illi contrarius. Al., anapæstus dicitur a repercusione, a contrarietate appellatus, quia renūstonibus, etc.* N. 10, habent. Al., *habeant*. N. 11, Bacchica. Al., *Bacchia*, quod fortasse melius est, atque ita Julianus Toletanus exscripsit. Ibid., celebrabantur. Al., *celebrabant*. N. 12, quia contrarius, vel iteratus. Al., om., *contrarius vel*; al., om., *vel iteratus*; al., *tractus pro iteratus*. N. 14, diambus dictus. Multi, d. dicit. N. 17, correptas. Al., *breves*. N. 18, ab inventore. Al., *a Pæne poeta suo*. Ibid., constant... constituta. Alii hæc omittunt. N. 19, alii addunt : *Quatuor ex divisione sua nomina acceperunt, et ideo epitritii*. N. 20, pedes. Et dictæ. Al., *pedes*; dicti. Ibid., quædam declinationes. Al., *quædam conjugationes*. N. 21, positio. Al., *depositio*. Ibid., ponantur. Al., *deponantur*. Ibid., colliguntur. Alii addunt : *Ut duo a duo*. Ibid., cæduntur. Alii addunt : *Ut quatuor a quatuor*. N. 22, ex his anus. Al., *ex his unum*. Ibid., superat. Al., *d. Dimidiat ita numeri, ut tria ad duo*. Ibid., unum minus. Al., *unus minus*. Ibid., *sescum*. Al., *sescriptum*. Ibid., dimi dium dicitur. Al., *dupli dicitur*. Ibid., et ejus. Al.

om., *ét. Ibid.*, vel *epitritum*. Al., *vel per epitritum*; A  
al. add.: *Vel epitritum longa est syllaba temporum*  
*non minus decem. Brevis non minus uno longa tota sic*  
*est brevis*. N. 23, in *æqua*. Al., in *æquales*. Ibid.,  
*æstas*. Nonnulli addunt *æqua*; et sic post *fuga*, et  
*deinceps*; et infra post *meta dupla*, etc. In aliis pro  
exemplis sunt figuræ brevium, et longarum; figura  
longæ est aut i jacens, aut i rectum. N. 25, unus...  
a-est. Lucanus Codex id omittit. N. 27, triplus unus.  
Alii addunt: *Unus vero tantum est, quia tripla parti-*  
*tionem dividitur*. Ibid., *epitriti quatuor*. Gothici add.  
*quatuor. Unus vero tantum est, qui tripla partitione*  
*dividitur, quæ est maxima, atque ideo minimis (forte*  
*minime) metris adest*. Cæsenas Codex antiquissimus:  
*Epitriti iii. Fiant xxviii*. N. 28, protenditur... pro-  
cedit. Al., *protenduntur*... *procedunt*. Ibid., *breves*  
ut. Al., *b. ponuntur*, ut. Ibid., *synaloepham*. Al.,  
*episyualoepham*. N. 29, *geminum jacens*. Al., *gemi-*  
*natum j.*; al., *geminam jacentem*.

CAP. xviii. N. 1, ex Græco nomen accepit. Al., B  
omittunt hæc. N. 4, ut ars. In Pat. 281 varia lectio,  
u: *res*. Ibid., ut *Romanus*. Al., ut *Metellus*. Ibid., et  
ultimam brevem. Al., *et obliquam brevem*. N. 5,  
trissyllaborum retinetur. Al., *trissyllabarum retinetur*.  
Ibid., est, ut *armpotens*, *omnipotens*. Al., *est, ut*  
*malesanus*; al., *est, ut malesanus, ut armpotens*. N. 6,  
*producta me*. Al., *producta*. Ibid., *conjunctio est*. Al.,  
*conjunctionem significat*; Al., *in conjunctionem transit*.

CAP. xix. N. 2, a summo sinistrae in dexteram. Al., B  
a summo dexteræ in sinistram. N. 6, *connectit*. Al.,  
*conjungit*. Ibid., *versui*. Al., *verui*; al., *verbi*. N. 7,  
*versui*. Al., *verui*. N. 8, *ultima vocalis*. Al., *ultima*  
*vocales*. N. 11 *si jungas has, facis*. Al., *si jungas*  
*has, fecisti*.

CAP. xx. N. 2, prima positura. Al., *prima positu-*  
*ris*. N. 3, enim in initio. Al., *enim initio*. Ibid., *pars*  
*sensus est*, Al., *pars sensui est*. Ibid., *respirare*  
oportet. Al., *respiramus*. Ibid., *ad imam*. Al., *ad*  
*nam*. N. 4, *puncto notamus*. Al., *punctum n.*; al.,  
*punctum*. Ibid., *fit colon*. Al., *fit cola*. N. 5, *sepa-*  
*ravit*. Al., *separat*. N. 6, *quia... facta est*. Al. om.

CAP. xxi. N. 1, scripturarum notæ. Al., *sententia-*  
*rum notæ*. Ibid., *ad demonstrandum*. Al., *ad demon-*  
*strandum*. N. 2, *omissa sunt*. Al., *amissa sunt*. Ibid.  
*asteriscus est*. Al., *asteriscus (stellula) est*. N. 4,  
*appunctus*. Al., *punctus*; al., *punctatus*; al., *appun-*  
*ciatus*. Ibid. *neque*. Al., *neque apponi*. Toletanus an-  
tiquissimus: *Neque apponi falsitate notatum est*. N.  
5, *sed diversis*. Al., *et diversis*. N. 7, *hæc proprie*.  
Gothici *hanc, vel hunc, ut alibi utor cum accusativo*.  
N. 9, *sicut ille*. Al., *sicut illa*. N. 10, *quæstio*  
*dura*. Al., *quæstio dubia*. Ibid., *solvi non potest*. Al.,  
*solvi non potuit*; al., *solvi non poterit*; al., *solvi po-*  
*tuit*. N. 14, *sic et in*. Al., *sicut et in*. N. 14, *appo-*  
*suit*. Al., *posuit*. N. 15, *aut permittaverat*. Al. om.  
N. 17, *aversa quoties*. Al., *versa obelismene quoties*.  
N. 18, *aversa cum obelo*. Al., *aversa cum obelo*. N.  
20, *quoque esse*. Al. om. N. 23, *Phi et Rho, id est,*  
*φωρτις*. Al., *Phiero, id est fortis, vel frontes*. N. 24,  
*omnino est*. Al., *omnino non est*. N. 26, *nota*. Al.  
om. N. 27, *nota ad*. Al., *Nota, quæ ad*. N. 28, *fiunt*  
*et aliæ librorum notæ*. Al., *fuertunt et a. l. notæ*.

CAP. xxii. N. 1, pro concione. Al., *pro contentio-*  
*ne*. Al., *per contentionem*. Al. om., *pro concione*. Ibid.,  
*in iudiciis*. Al., *apud iudices*. N. 2, *Vipsianus*. Al.,  
*Vipranus*; al., *Tertius Persianus*. Ibid., *Philargius*.  
Al., *Philargyrus*. Ibid. *Mæcenatis, alius alias*. Al.,  
*Mæcenatis alias, omisso alius*.

CAP. xxiii. N. 1, *celeris, breviorque*. Al., *celeris,*  
*brevisque*; al., *celebris brevior*. Ibid., *per b et f*. Al.,  
*per b et per f*, et ita infra. Ibid., *per supinam in*  
*litteram*. Perique *per supinam in litteram*. Alter e  
duobus Gothicis Toletanis, *per supinam e litteram*.  
Ottob. 427, *me litteram*, sed supra, eadem manu,  
*ut litteram*, satis clare. Ibid., *verso capite*. Al.,  
*averso capite*. N. 2, *plurimæ... inveniuntur*. Al., *plu-*  
*rimas... invenimus*. Per has. Al., *per hæc*. Ibid., in

legibus litteras. Al., *in apicibus litterarum*. Ibid., *de-*  
*monstrent*. Al., *demonstrentur*.

CAP. xxiv. N. 1, *bello cecidissent*. Al., *in bello oc-*  
*cisi sunt, aut essent*. Ibid. t nota. Al., *una nota*. Ibid.,  
*in capite versiculi*. Al., *incipiente versiculo*. Ibid.,  
*posita*. Al. om. Ibid., *θ vero*. Al., *theta vero*. N. 2,  
*impuritiã*. Al., *in pueritiã*; al., *impueritiã*; al.,  
*pueritiã*; al., *peritiã*; al., *imperitiã*. Ibid., *lam-*  
*bd*; littera. Al. om., *littera*.

CAP. xxv. N. 1, *Scriptura*. Al., *in scripturis*. Ibid.,  
*mutuo*. Al., *mutue*. Ibid., *usus iis litteris*. Al., *in*  
*his litteris, omisso usus*. N. 2, *incidunt*. Al., *acci-*  
*dunt*. Ibid., *scribi ad alterutrum oportet*. Al., *scribi*  
*alterutrum oportet*. Ibid., *ergo*. Al., om. Ibid., *scri-*  
*babant*. Al., *scribunt*.

CAP. xxvi. N. 1, *consentiat*. Multi optimi, *consen-*  
*tit*. N. 2, *quasi in choro, etc. Fere omnes Codd. in*  
*his versibus referendis dissentiunt*. Adverbium *dati-*  
*tim* in multis reperitur, in nonnullis ex correctione.  
Ibid., *quasi*. Al. *quæ*. Ibid., *alii adnotat*. Al. *alii*  
*nutat*. Al., *alium admittit*; al., *alii innuit*; al. *alii*  
*annuit*; al., *alii adnotat*; al., *alii adnctat*. Ibid.,  
*alibi manus*. Al., *alibi manibus, seu manu*. Ibid.,  
*annulum spectandum*. Al., *annulum expectandum*;  
al., *aspectandum*. Ibid., *et a labris*. Al. om. et. Ibid.,  
*Salomon*. Al. *Salomon ait*.

CAP. xxvii. N. 1, *est conjunctio*. Al., *est conjun-*  
*ctiva*. N. 2, *aspiratur in capite*. Al., *aspirationem ha-*  
*bet in capite*. N. 3, *sicut*. ad. Al. om. Ibid., *apud pro*  
*ad*. Al., *ad pro apud*. N. 4, *pro Pirrho dicimus Bir-*  
*rhum*. Ita legitur in nonnullis exemplaribus Grialii;  
in aliis: *Pro Birro dicimus Pirrum*: Scribendum vi-  
detur: *Pro Pyrrho dicimus Birrhum*, vel, ut edi-  
di, *pro pirrho dicimus birrhum*. Vide Facciola-  
tum, v. *Burrus, Byrrhus et Burrus*, quod est a Græco  
*πυρρός*. Alii corrigunt: *Pro burro dicimus pyrram*.  
Ibid. porro inter *c*, et *q*. Al. om., *inter*. N. 5, *per e*.  
Al., *per e solam*. Ibid. est scribendum. Al. om. N. 6,  
quia non... est factum. Al., *quia ab aqua est nomen*  
*factum*. Quod mendosum videtur. N. 9, *quia a for-*  
*ma vocatur*. Ita Grialius in nonnullis exemplaribus  
cum Vulcano. In aliis, *quia a formo, id est, calido;*  
*calor enim sanguinis efficit pulchritudinem*. Mss. va-  
riant: Al., *quod a forma vocatur*; al., *quia forma*  
*vocatur, sive etiam a formo, id est, calido; coler*  
*enim, etc.* Ibid. *facit generatus*. Al., *facit agnatus*.  
Num. 10, *no'a*. Al. *littera*. Ibid., *humus*. Al. add.  
*humus, humitas*. N. 11, *Troia, maiã*. In nonnullis  
Mss. scribitur unum tantum *I majus, ut Troia, Mala*.  
Ibid. pro *dupla*. Al., *pro duplici*. N. 13, *omnia...*  
*sunt scribenda*. Al. om. N. 14, *cui contraria*. Goth.,  
*cujus e contrario*. Ibid., *nomen assumpsit*. Al., *sumit*  
*nomen*. N. 15, *tradidit, Cæsarem*. Cod. Lucanus,  
*tradidit ad Cæsarem*; quod notandum. N. 16, *per*  
*unum*. Al., *per unam l.* Per duo ll. Al., *per duas ll.*  
N. 17, *aut ossum*. Al., *aut ossa*. N. 19, *per e*. Al.,  
*per e solam*. N. 20, *præponitur*. Al., *ponitur*. Ibid.,  
*sequitur*. Al., *subsequitur*. N. 21, *cum a*. Al. *per z*.  
Ibidem, *sine a*. Al., *per e*. N. 23, *communione*. Al.,  
*communem*. N. 24, *sedum*. Al., *sed sedum*. N. 25,  
*tantum*. In medio m. Al., *tantus...* in medio n. Sed  
repugnat subijuncta ratio. N. 26, *cum a*. Al., *per z*.  
Ibid., *sine a*. Al., *per e*. N. 28, *sicut milita*. Al.,  
*sic milita*. N. 29, *supra sicilicos*. Al., *supra sicil-*  
*icum*.

CAP. xxviii. N. 1, *ut incerta*. Gothici, quibus Lu-  
canus, ut alibi sæpe concinit, *et incerta*. N. 2, *si qui-*  
*dem*. Lucanus Cod., *si quid*, quod verum videtur.  
Ibid., *casu*. Al., *casus*. N. 4, *id esse*. Al., *idem esse*.  
*Pistrilla*. Al., *pistrilla*. Apud Grialium mendum erat  
*pristinum pro pistrinum*. Ibid., *ex positione...* col-  
*ligere*. Al., *Expositione, id est, primitiva declinatione;*  
*et ex diminutione genus colligere*; al.: *id est, primiti-*  
*vo declinationem, et, etc.*

CAP. xxiv. N. 1., exemplo proposito. Grialius  
ita in quibusdam exemplaribus edidit, in aliis omisi  
exemplo proposito. Al. habent *posito pro proposito*.

Ibid., quia fluendo crevit. Al., quod fuit, crevit. A. N. 3, reges a recte agendo. Hic quoque variant exemplaria Grialii; nam alia ita habent, alia addunt: Reges a regendo, id est, a recte agendo. Mss. nonnulli: Reges a regendo, et recte agendo; alii: Reges recte agendo. Ibid., a lavando lutum. Al., a lavando lotus. N. 4, graculus. Al., garrulus. Ibid., in Latinum. Al., in Latino. Ibid., Græce, Al., om. N. 5, ex diversarum. Al., de d. Ibid., nomina incognita. Al. n. et incognita.

CAP. XXX. N. 1, ad verbum. Al., adverbium. Ibid., de qua requiritur. Al., de cuius requiritur; al., de cuius re queritur; al., de cuius qualitate requiritur. N. 2, item: Latus. Al., item Virgilius Latus.

CAP. XXXI. N. 1, inter regem sit. Al., inter regem interit. Ibid., sit utrumque. Al., sit inter utrumque. Ibid., sic et cætera. Al. om.

CAP. XXXII. N. 1, vel sono. Al., vel numero. Ibid., facta Romanorum cum suis opibus. Al., facta Romanis subdita cum opibus suis. Nonnulli, cum suis operibus. N. 2, item quando. Al., iterum q. N. 3, aspirationibus. Al., adnotationibus. N. 4, in aliam syllabam. Al., in alia syllaba. N. 5, metacismos. Al., notacismos; al., miotacismos. N. 6, sed et hoc. Al., sed hoc. N. 7, duplicatur sonus, ut Troia, Maia. Al., duplicatur, ut Troia, Maia. N. 8, si . . . pronuntiantur. Al., quoties. . . pronuntiantur. Ibid., quod contra est. Al., quod contrarium est. N. 9, mater terra. Al., mater terra est; al. matertera.

CAP. XXXIII. N. 1, dare veniam. Al., date veniam. N. 2, a cilicibus. Al., a civibus cilicibus. Ibid., apud alios. Al., apud Italos. Ibid., inconsequenter. Al., inconvenienterque. N. 4, aut per partes. In Grialio mendum, aut per partes. Ibid., per accidentia. Al.: add. p. o, partium orationis. Ibid., orationis fit. Al. om., fit. Ibid., accidit. Gothici, acciduntur. Ibid., partibus ut. Al., p. orationis, ut, Ibid., figuras. Al., figuram. N. 5, Lucilius. Al. Lucius. Ibid., debet. . . studet. Al., debent. . . student.

CAP. XXXIV. N. 1, cacephaton. Al., cacephaton, pleonasmus. N. 2, ut si. . . in ignoscere. Al. om. hæc. N. 3, ut si. . . inter homines. Al., om. hæc. N. 5, Dorica castra. Al., Dorica castra videre. Virgil. Ibid., fit. Al., suit. Ibid., finierat. Al. add.: f. Sei et si alio modo quolibet inconposita dictio proferatur, cacephaton dicitur. N. 6, ut Hactenus. Al., ut in Virgilio: Hactenus. N. 7, dum non sit. Al., cum non sit. Sic alibi dum et quum in Mss. variant. Ibid., non mori. Alii addunt: « n. m. Et in Isaia, Aure audistis Et apud Joannem: Quod vidimus oculis nostris. Dum non aliter videmus, nisi oculis. Et Locutus sum lingua mea. » Num. 9, idem loquium. Al., idem eloquium iteratum. N. 10, erat. Lucanus addit: erat. His adjiciuntur hypallage, onesis, anacolaton, id est, incomparabilia, pathos, id est, passio, ephronesis prima exclamatio; energia, id est, exclamatio erat. Cod. Florent. sancti Marci om. pathos, id est, passio, et add. exclamatio SECUNDA erat. N. 11, humilitas, etc. Al., humilitas, rei magnæ enuntiatio vilis, ut. Ibid., vasto. Al. add. Virgilius. Ita etiam in aliis exemplis. N. 13, amphibologia. Al., amphibologia. Ibid., fit aut per casum. Al. om. ant. Ibid., in ipso. Al., in illo. N. 14, fit et per. Al., fit et amphibologia per. Ibid., distinctionem. Al., definitionem. N. 15, verbum. Deprecatur. Al., verbum, ut Deprecatur; al., verbum, ut si quis dicat, Criminatur. Ibid., calumniatur Cicero. Al., vadatur Cicero. Ibid., nec ostenditur. . . calumniati. Al.: « Nec addat quom, vel a quo. Cato enim philosophus aliorum crimina reprehendebat. Cicero defensor causarum erat; vades enim dicuntur, qui legaliter causas agunt. Sed in hac ambiguitate non ostendit quem criminetur Cato, pro quo agit Cicero. Vadat enim, id est, causam agit, et non dicit ejuis. » Alii nobiscum faciunt, sed paulo aliter: Utrum ipsi alios, an ipsi ab aliis deprecati sint, etc. N. 16, per homonymia, quando. Al., per homonyma, quo.

CAP. XXXV. N. 1, Latine. Al., Latina. Ibid., qui fit.

Al., quæ fit. N. 2, verbi. Al. add. v dictionis, litteræ, aut syllabæ. Ibid., et tetulit pro tulit. Al. om. Ibid., ut reliquias. . . imperator. Al. om.; al. add.: Et maneant in religione nepotes, pro religione. N. 3, ut magis pro mage. Al., ut admittit pro admitti. N. 4, productio. al., præjunctio. Ibid., ut. . . debeat. al. add. factio profugus. Virgilius. Et: Exerect Diana choros. Ibid., aquosus Orion. Al., ut cum dicimus Orion; al. om. aquosus Orion; al. add. urbemque Fidenam. Ibid., producte dici. Al., produci. Ibid., discissio unius. Al. om. unius. Ibid., Albai, longai. Alii exempla afferunt in pictai, aulai. N. 5, ut Phaeton, etc. In aliis exempl. sunt junva pro janua, genua pro genua, pariete pro pariete. Ibid., adjunctarum. Al. adjuncta; al., juncta. N. 6, apud Grialium mendum erat collisio vocalium. Ibid. et terris. Alii add. jactatus et alto. Ibid., contr. positio. Al., prima positio. Ibid., pro alia littera. Al. om. Sic etiam alii omittunt exempla Olli, Evandre, etc. N. 7, lexin. Al., figuras. Ibid., metaplasms est. Al., metaplasms esse; al. metaplasms esse dicunt. Ibid., ratione fit. Al. oratione fit. Ibid., phrasin. Al., schema. Ibid., ratione vitiosa. Al., oratione v.

CAP. XXXVI. N. 1, ornatum. Al., ornamentum. Ibid., dum multa sint. Al., cum m. sint; al., dum m. sunt. Alii: Sententiis per utriusque dictionis formas et fastidium auferunt, et eloquium ornant. Sunt autem apud grammaticos istæ species. N. 2, sequi debent. Al., sequi dicunt. Ibid., ornamento. Al., ornamento carminis. Ibid., et postea. Al., et post. Ib., inde. Al., et deinde. N. 3, ænophoris. Al., ænophori. N. 5, expleta. Al., expletur; al., finita. Ibid., Castanæ molles. Al., om. Ibid., supra. . . lactis. Al., om. N. 6, partibus. Al., partibus orationis. N. 13, quiddam ambitu. Al., om. Ibid., nebula. Al., nebula. N. 14, Sed hoc bene. Multi Mss., sed bene hoc; al., sed bene hæc. Ibid., nunc in medio. . . dumis. Multi hæc omittunt. N. 15, tollentemve manu. Al., tollentemque manus. Sic alii apud Virgilium legunt. N. 17, ad nihilum. Al., in nihilum. N. 18, illud. Al., illud: Desuper.

CAP. XXXVII. N. 1, Latine modi. Al., Latine vel mores, vel modi. Ibid., tradenda. Al., tradendo; al., tradendos. N. 2, sicut cum. Al. om. cum. Ibid., posita. Al. om. N. 3, petiverit. Al., petivit. N. 6, hæc eo a. Al., hæc et a. Ibid., largitur. Al., largitur aliud. Ibid., et: Nunc. Al., et: Centaurus. Nunc. Ibid., tantum. Gothici, tantumdem. N. 7, a præcedente indicans, quod sequitur. Inque. Al., a præcedente quod sequitur, ut: Inque. N. 8, proximitatem. Al., proximitate. N. 9, commistam, etc. Prima editio: Mistam Vulcanus committit ad astra favillam. N. 12, nomen: præponitur. Al., nomen positum: proponitur. Ibid., vel ostendimus. Al., vel offendimus; al. om. N. 13, sed species pars est, genus autem totum. Al., sed species est genus suum totum; al. om. N. 15, per membra soporem. Gothici omittunt. Ibid., evitat. Al., devitat. N. 16, ordine. Al. om. Ibid., synchysis. Ita Grialius et plerique. Al., synthesis; al., synchysis. Sed melius est synchysis, ut n. 20 reposui. N. 17, Hysteron proteron. Al., proteron, vel hystero-logia. N. 18, sententiam. Al., sententiam nostram. Ibid., est enim. . . Achatem. Al., om. N. 20, dii, quibus imperium hoc steterat. Unde. Al., dii. Unde, omissis aliis. N. 21, quibus indicatur. Al., quæ indicantur. N. 22, Punici, vel tria bella Punica significantur. Al., Punici significantur, vel tria bella Punica. N. 23, enuntiatur. Al., dicendum. N. 24, per niniam. Al., propter niniam. Ibid., et Manes, etc. Al., et Manes, id est, miles, cum sint immites; et modesti, cum sint terribiles et immanes. N. 25, significat. Al., vocat. N. 26, allegoriæ vis gemina est. Al., allegoria bis geminata est. Ibid., sub re alia. Al., sub res alias. Ibid., sensus obscurus. . . adumbratus. Al., sensu obscurum. . . adumbrat. Alii post adumbratus addunt: Ut: Quædam filia mater matris, et mater filiarum filia suæ. N. 27, uti cum interrogantibus respondetur. Al., veluti c. i nobis r. Ibid., fortuna. Al. om. N. 28, prior lupus

Al., *lupus prius*. Ibid., istud. Al., *illud*. N. 30, ut illud. Al., ut *id*. N. 31, rei per similitudinem ejus. Al., *rei similitudo ejus*. Ibid., panditur. Al., *ponitur*. N. 53, sub-edid. Gothici cum antiqui Editionibus *consedit*, nisi etiam leguntur in Arte sancti Juliani Toletani. Ibid., ex alieno genere similitudinem. Al., *ex alio genere comparationem*. N. 54, conveniens ei. Gothici, *conveniens ejus*.

CAP. XXXVIII. N. 4, significare. Al., *significari*. Ibid., *prodest*. Al., *prodeat*. N. 2, *præterea tam*. Al., *propterea sciendum tam*. Ibid., Syrius. Al., *Syrus*. Ibid., soluta oratione scripsit. Al., *solutam orationem scripsit*. Ibid., ex hinc et ceteri proæ eloquentia contenderunt. Al., *exhinc prosam orationem considerunt*.

CAP. XXXIX. N. 1, quia. Al., *quæ*. Ibid., constitutam. Al., *constituta*. N. 2, dispositis. Al., *dispositi*. Ibid., qui... nominantur. Al., *quos nominant*. Ibid., *possit*. Al., *possit*. Ibid., *revertentur*. Al., *revertetur*. Ibid., ipso, etc. Al., *ipsum versum vocatum, quod revertitur*, omisso dicunt. N. 3, sed tamen. Al., *sed tantum*. N. 4, existant, seu quod. Al., *existant, quod*. Ibid., pronuntiaretur. Al., *pronuntiatur*. Ibid., discernunt. Al., *discernunt*. N. 6, a numero vero. Al., *a numero ut*. Ibid., quia geminos ferunt. Al., *qui geminos ferunt*; al., *q. g. faciunt*. Ibid., autem Latinos primum. Al., *autem apud Latinos primus*. N. 7, appellata. Al., *vocata*. Ibid., Anacreon. Al., *Anacreon Teius*. Ibid., *Archilochia*... *Colophonis*. Al., *Archilochium*... *Colophonium*. N. 8, vocata sunt, quod es. Al., *vocata, quod ea*, scilicet utrorum cum accusativo, ut alibi. Ibid., idem frequentissime et. Al., om. N. 9, narrentur. Al., *narrantur*. N. 10, heroum res. Al., *eorum res*; al., *heroum res, hoc est, fortium*. Ibid., temperantius sit. Al., *temperatissima sit*; al., *temperatissime sit*; al., *temperantissime fuit*; al., *temperatissimus sit*. N. 11, prius est. Al., *prior est*. Ibid., Deuteronomii. Al., *Deuteronomium*. N. 12, Hecateus. Al., *Achatesius*; al., *Anacatesius*; al., *Acates*; al., *Archates*. Ibid., Milesius. Al., *Mileus*. Ibid., Syrius. Al., *Syrus*. Num. 13, volunt. Al., *voluit*; al., om. Ibid., eo quod. Al., *vel quod*. Ibid., sint edita. Al., *e. sunt*. Ibid., monte. Al., om. Ibid., in vindictam. Al., *in victoriam*. Ibid., sunt, ut ait. Al., *sunt dicentes, ut ait*. N. 14, elegiacum autem dictum. Al., *elegiacus a dictus*. N. 15, hoc... inventum... eo. Al., *hic... inventus... eum*. Ibid., lis grammaticorum pendet. Al., *grammaticorum lites pendet*. Ibid., relicta. Al., *relegata*; al., *relegata*. Num. 16, in Græciam. Al., *in Thraciam*. Ibid., de more. Al., *pro more*. Ibid., exerceret. Al., *exercere possent*. Ibid., auferent. Al., om. Ibid., chorumque. Al., *quorumcumque*. Ibid., præteriret. Al., *periret*. Ibid., eundem. Al., *idem*. Ibid., a bubus. Al., om. N. 17, prophetam. Plerique Mas., *propheta*. Ibid., Mnemia Timotheo. Al., *Emmia Timolo*, vel *Timothe*. N. 18, quæ decantantur. Al., *quæ cantantur*. Ibid., assumptum est. Al., *a. hæsit*. Ibid., vocatur. Al., *vocatum*. Ibid., decantetur. Al., *cantetur*. N. 19, versu. Al., om. Ibid., et populus Israel captivus. Al., *et populum, quando captivus*. Al., *et populus Israel subversus; et captivus*. Ibid., adhibebantur. Al., *adhibebantur*. Num. 20, supra. Al., *super*. Ibid., scribuntur. Al., *scribitur*. Ibid., et mores. Al., *et mors*. Ibid., eorum. Al., om. N. 22, in Latinum. Al., *Latina lingua*. Ibid., dicitur. Al., *nominatur*. N. 23, accinatur. Al., *assimilatur*. Al., *assimilat*; al., *adunatur*; al., *adjiciuntur*. Ibid., ita. Al., om. N. 25, sarcunt. Al., *sarcuntur*. Ibid., materis. Al., *magisteris*. N. 26, sic quoque. Al., *sic quasi*. Ibid., ex eodem poeta. Al., *ex eo demum poemate*. Ibid., et de *Æneide*. Al., *et Æneidos*.

CAP. XL. Num. 1, loquendo. Al., *fando*. Ibid., ut ficto. Al., *ut factorum*. Ibid., apud Phrygas. Al., *apud Phrygiam*. Ibid., polluit. Al., *pollebat*. N. 3, ad naturam. Al., *ad naturas*; al., *ex natura*. Ibid., fictæ. Al., om.; al., *fictas*. Ibid., ut ex. Al., *ut eas*. Ibid., quas vulgo. Al., *quales vulgo*. N. 4, fabulas fingunt. Al., *fabule finguntur*. Ibid., tum sit. Al., *tum sit*.

A N. 6, ad oleam. Al., *ad olivam*. Ibid., ficta quidem narratione. Al., *ficta quadam ratione*; al., *f. quidem ratione*. N. 7, et discederet. Al., *ut discederet*; quod plausibile est. Ibid., si canes. Al., *ut canes*; al., *ut a canes*. Ibid., formidine. Al., *fortitudine*. Ibid., quoque. Al., *hoc quoque*. Ibid., posset. Al., *possit*.

CAP. XLI. N. 1, In præterito. Al., *in præteritum*. Ibid., conscribebuda e-sent. Al., *scribenda erant*. N. 2, historis autem. Al., *historia autem*. Ibid., tribuant. Al., *tribuant*.

CAP. XLII. N. 2, historicus. Al., *historiographus*. Ibid., scripsit. Al., *conscriptit*.

CAP. XLIII. N. 1, legentes. Al., *legentibus*. Ibid., historiis. Al., *in historiis*. Ibid., indiderunt. Al., *tradiderunt*.

CAP. XLIV. N. 1, Latini diarium. Multi, *Latini diurnum*. N. 4, inter. Al., *item inter*. Ibid., interest. Al., *interesse, sine alio verbo*. Ibid., novit. Al., *ridi*. Ibid., historia constat. Al., *historiam condunt*. N. 5, interest. Al., *interesse*. Ibid., nec facta sunt. Al., *nec factæ sunt*.

## LIBER SECUNDUS.

CAPUT I. Num. 1, eloquentiæ copia. Al., omitt.; al., *eloquentia copia*. Ibid., et bona. Al., add. in rerum personarumque negotio, et causa, atque. N. 2, proferamus. Al., *proferemus*. Ita etiam Palat. 281, ad marg.

CAP. II. N. 1, et translata, etc. Al., *quin translata in Latinum a Tullio, videlicet, et Ticiano, et Quintiliano*. Ibid., ita varie, ut eam. Al., *ita varie vel pro scientia, vel pro loquacitate verborum, ut eam*. N. 2, adhaerescit. Al., *accessit*.

CAP. III. N. 1, moribus, artibus. Al., *u., vita, a*. N. 2, spectantur. Al., *expectantur*. Ibid., efficiat. Al., *efficiat*.

CAP. IV. N. 1, genera causarum tria. Al., *modi c. tres*. N. 2, reus. Al., om.; al., *reus sit*. Ibid., liberari que supplicio. Al., *liberariis supplicio debeat*. Al., *deliberariis supplicio*. N. 3, de expectando. Al., *de expectando*. Ibid., et fugiendo, de faciendo. Al., *et fugiendo, id est, de faciendo*. Al., *de fugiendo, et non faciendo*. N. 4, altera persona. Gothici, *alteram personam*. N. 7, post hominem. Al., add.: *Locus communis locus rhetoricus nullus est alius, nisi argumenti sedes. Hæc vero communis ad inquisitionem pertinet, ut: Nunquam manducavi commune, etiam immundum. Locus communis ad demonstrativum, etc.* Ibid., in certam. Al., *ad certam*; al., *ad incertam*. N. 8, crimine. Al., *crimen*. Ibid., tam... quam. Al., *tantam... quantum*... Ibid., in plurimis. Al., *in pluribus*, et its Pal. 281, ad marg.

CAP. V. Num. 2, causarum. Al., om. Ibid., judicialis. Al., *judicialis*; et ita mox. Ibid., comparatio. Al., *compensatio*. N. 3, cum id... contenditur. Al., *cum id obijcitur non hoc esse quod dicitur*. Ibid., et quis de. Al., *et quæ de*. N. 4, quod aut non. Al., *quod non aut*. Ibid., constitutio dicitur. Al., *c. est*. N. 5, foris a. a. d. assumit. Al., om. N. 6, reus non. Al., *reus omnis non*. Ibid., probavimus. Al., *probamus*. N. 7, quod alius. Al., *quod aliquis*. Ibid., lacesierit. Al., *laccessus sit, vel laccessus est*. N. 8, peccasse se. Al., om. *se*. Ibid., consulto. Al., *consulta*. N. 9, noscuntur. Al., *videntur*. N. 10, vis verbi. Al., om. *verbi*. Ibid., in quo. Al., *in qua*. N. 11, rhetoricos. Al., *rhetoricos libros*. Ibid., applicavit. Al., *applicavit*.

CAP. VI. Num. 1, conjuncta. Et, si conjuncta. Al., *juncta*. Et, *si juncta*. Ibid., indicamus. Al., *indicimus*. N. 2, conjuncta. Al., *juncta*. Ibid., ex comparatione, in qua per contentionem. Al., om. *in qua*; al., om. *in qua per contentionem*. Ibid., quam maxime. Al., om. *quam*. Ibid., copis sint. Al., *positis copis sint*.

CAP. VII. N. 4, sunt: Exordium. Al., *sunt, id est*: E. N. 2, benevolum. Al., *benivolium*. Ibid., peccado. Al., *prædicando*. Ibid., ita ut. Al., *ita quod*. Ibid., argumentandum ita. Al., *a. est ita*. Ibid., animus. Al., *animos*.

CAP. VIII. N. 1, quinque, honestum. Al., q., id est, A  
h. Ibid., a quo. Al., quo sine a. Ibid., est alienatus.  
Al., q. attentus fit. Ibid., ab audire. Al., ab au-  
ditoribus. Al. add.: Et non magnopere attendendum  
videtur. N. 2, ut et benevolentiam pariat, et offen-  
sionem. Al., ut benevolentia pariat offensionem. Pro  
offensionem alii habent offensam. Ibid., in quo aut.  
Al., aut in quo. Ibid., difficilius ad cognoscen-  
dum negotiis. Al., d. ad c. negotium; al., d. quæstio-  
nibus ad c. negotium.

CAP. IX. N. 1, argute mentis oratio. Al., argumen-  
ratio. N. 2, consentit. Al., consensit. Ibid., assuuit.  
Al., assumpsit. N. 3, syllogismis, gothici, syllogismos.  
N. 4, principalia. Al., principaliter. Ibid., propositio.  
Al., positio. N. 5, cui. Al., cum quo. Ibid., plurium.  
Al., plurimorum; al., unam inducis, aut plurimas.  
N. 6, conficiatur. Al., conficitur. N. 7, quem. Al.,  
quam. Ibid., quando eo quod. Al., quando id quo;  
al., quando in id quo; Al., quoniam idem quod. Ibid.,  
ad lidem. Al., ad finem. N. 8, in rhetoricis latior.  
Al., irretoricus et Latinus. N. 10, convincit. Al.,  
convincitur. Ibid., putaretis... nolletis. Al., putetis...  
volitis. N. 11, addicit. Al., adjicit.]

Num. 13, argumentata ita sunt. Al., quæ argumen-  
tati sunt; al., quæ argumenta ita sunt. Et ita Grialius  
habet in textu; sed in nota videtur præferre argumen-  
tata; dubium autem reliquit an voluerit argumentata  
ita, an solum argumentata. Hoc melius censeo, Ibid.,  
periculo. Al., piaculo. N. 14, præterea. Al., propter-  
ea. Ibid., et n. 15, sunt autem... et assumptione. Al.  
om. N. 16, rhetoricus syllogismus. Al., rhetoricis  
syllogismis. Ibid., tripertitus. Al., tripartitus; et sic  
infra. N. 17, quarta. Al. om. N. 18, tertia. Al. add.  
tertia ei. Ibid., alii. Al., alia. Ibid., pars non. Al.,  
pars esse non. Ibid., et cætera. Al., vel cætera. Ibid.,  
claudantur. Al., clauduntur.

CAP. X. N. 1, quod... edicit. Al., quid... edicunt.  
Ibid., quia scripta. Al., quæ scripta. N. 2, tracta  
tantumdem. Al., tractans tantum; al., tractans unde.  
Ibid., quando et. Al., quoniam et. N. 3, lex constat.  
Al., lex constat. N. 4, ut vir. Al., ut est illud: vir.  
N. 6, manifesta quoque. Al., manifesta que.

CAP. XI. N. 1, huic. Al., hinc. Ibid., fuerit. Al.,  
fuerat. Ibid., adjecta. Al. add. adjecta, id est, iudicium,  
christi erit. Et pro christa, al., crisi.

CAP. XII. N. 1, catasceve... propositæ... anasceve.  
Al., catascera... positæ... anasceva. N. 2, inter has.  
Al., inter hæc. Ibid., partem, tamen. Al., partem  
scilicet negandi, et confirmandi, tamen. Ibid., coarctatio.  
Al., cohortatio. Ibid., proponuntur. Al., pon-  
nuntur. N. 3, juventutem ad nequitiam et luxuriam  
cohortatum. Al., juventutem illam ad n. et l. coarctatum;  
al., juventutem illam et n. et l. coarctatum; al., ju-  
ventute illa ad n. et l. cohortatum. Al. add. esse co-  
hortatum. N. 4, adolescentem de Siculo littore, etc.  
Al., ad. qui de... ingredientibus Africam classes videret,  
aut viderit. N. 5, in contrarium reformata. Al. add.:  
In contrarium, ut Clodius insidias fecit Miloni, et  
occidit, confirmatio est reformata. Ibid., proderit. Duo  
Gothici Toletani addunt: Ut gradus omnes, etc., ut  
apud Grialium in nota. Ibid., ordinare. Al., ordinari.  
N. 6, ad id postremum. Al. om. id. Ibid., recurra-  
mus. Al., requiramus. Ibid., ut si. Al. om. si. Ibid., ra-  
pacerem. Al., severam.

CAP. XIII. N. 1, inanimalium. Al., animalium rer-  
um; al., inanimalium rerum. Ibid., fingitur. Cicero.  
Al., f. sicut Cicero. N. 2, et in tragediis. Al., et tra-  
gediis; al., et tragedis.

CAP. XIV. N. 1, adolescentis. Al., a. improvida.  
Ibid., et senis. Al., et senis debilis. Ibid., et militis.  
Al., et fortis. Ibid., et imperatoris. Al., et i. gravis.  
Ibid., et parasi. Al., et parasiitiasibilis. Ita et  
rustici inculta, et phi'osopii perornata. Ibid., diversa  
ratio dicenda est. Al., diversa oratio dicenda est; al.,  
diversa est ratio dicendi.

CAP. XV. N. 2, certam, nec inest ei aliqua. Al.,

tertiam, nec inest in aliqua. Ibid., unde quasi pars.  
Al., undique si pars.

CAP. XVI. N. 1, illa uti. Al., illud uti; al., illo uti.  
Ibid., religiosis. Al., religioni. N. 2, huc non sit.  
Al., hinc, etc. Ibid., quid dicat. Al., quod dicat.  
Ibid., tantum, nisi. Al., tantum dicere, nisi. Ibid.,  
quod dicat. Al., quod dicit. Ibid., et facete dicat. Al.,  
et facere sine dicat; al., et facere; al., et fecerit.

CAP. XVII. N. 1, parva. Al. add. parca utimus.  
N. 3, dicere debet. Al., docere debet. Ibid., laudat.  
Al., vel laudat. Ibid., ad conversionem. Al., ad con-  
versationem. Ibid., aversos animos provocat. Al.,  
adversos a. p.; al., animas p., omisso ut vsas.

CAP. XVIII. N. 1, instruitur. Al., instruitur. Ibid.,  
oratio commate. Al., o. verbis, commate. N. 2, esse  
non debet. Al. om. non.

CAP. XIX. N. 2, quæ structura. Al., quæ instructura;  
al., quæ istructura. Ibid., applicantur. Al., applicen-  
tur. Ibid., triumque. Al., trium quoque. Ibid., quæ in  
se. Al., quæ se, omisso in. Ibid., ut verum enim. Al.  
add.: Præterea carere debet oratio omnibus vitiis, quæ  
inter prima grammaticorum studia cognoscuntur. Vide  
cap. seq., n. 3.

CAP. XX. N. 1, ut non. Al., et non. Ibid., ut ali-  
quando, etc. ut non aliquando p. h. sordidis, aut  
spurcis vocabulis. Ibid., cognata. Al., cognita. N. 2,  
jactatione. Al., jactantia. Ibid., vocibus. Al., verbis.  
N. 3, vitium. Al., criminis vitium. Ibid., furari. Al.,  
furare. Ibid., quæ inter... cognoscuntur. Al. om.,  
al., verbis ita et in sententiis vitiis, quæ inter... co-  
gnoscuntur. Cod. 1 Vat. Arch.; ritandu pro vitia.  
N. 4, tum emphasis. Al., cum emphasi. Ibid., plus quid-  
dam. Al., plus quidem. Ibid., dixerit. Al., dixerat.  
Ibid., altitudinem. Plerique addunt, altitudinem ima-  
ginis. Cod. 1 Vat. Arch. di. it lapsi per funem imagi-  
nis suggerit.

CAP. XXI. N. 1, augetur. Al. add.: Sunt autem et  
quædam figuræ verborum in præceptis eloquentiæ, qui-  
bus augetur, et ornatur, etc. N. 2, libere. Al., libere  
C fiunt; al., libera fiunt. N. 3, ab eo verbo. Al. om.  
verbo. N. 4, propterea quod. Al., propterea quod. Ibid.,  
in contextione. Al., in contextu; al., in contextione.  
N. 5, ingratis. Al., gratis. N. 6, sententiæ pulchri-  
tudinem faciunt. Al. om. N. 7, hujusmodi locutio-  
nis. Al., hujusmodi certamine, ac prælio hujusmodi  
locutionis. Al., in hujusmodi certamine, etc.; al., in  
hoc certamine, ac publico hujusmodi locutionis.

Num. 8, synonymia. Al., synonyma. N. 12, cur  
mortem. Al., cum mortem. N. 15, est. Al., sit. N.  
18, ut si vinco. Al., ut est, si vinco. Similis varietas  
in exemplis passim occurrit. N. 20, quæ cum impul-  
sione. Al., quæ impulsionem. Ibid., quæ velant. Al.,  
quæ velent. N. 21, derogativæ. Al., negativæ. Ibid.,  
aliæ, quæ. Al., om. quæ. N. 26, mirativæ. Gothici,  
miserativæ. N. 28, amphidoxæ. Al., amphidoxæ. N.  
30, convenit... fuissetis. Al., convenerit... fueritis.  
N. 32, aliqua ipsis. Al., aliquid ipsis. N. 33, ratio-  
nem. Gothici, factionem. N. 35, statum, qui futurus  
esset, si. Gothici, statum, futurus est etiam si. N. 36,  
intercipimus. Al., add. i. ita. N. 44, immoramur. Al.,  
remoramur. N. 48, inanimalium et persona. Al. om.  
et. N. 49, ut. Al. om. Ibid., nos permittant. Al.,  
nos non p. Ibid., dicere. Al. add. dicere inter fi-  
guras sententiarum; quod nihil ad rem. Cod. Taurinensis  
addit; Sic quoque... pervenire non possunt,  
ut, cap. 20 libri. II contra Judæos, quod inde huc  
translatum auctores Catalogi Cod. mss. Taurin. non  
observarunt.

CAP. XXII. N. 1, ad discernendas. Al., ad disse-  
rendas; al., ad discernendum. Ibid., disserendi. Al.,  
discernendi. N. 2, primi. Al., primum. Ibid., habue-  
runt. Al., habuerint. Ibid., hujus. Al. om. Ibid.,  
perduxit. Al., produxit. Ibid., quod in ea. Al., quod  
eadem. Ibid., nam... dicitur. Al. om. Ibid., utriusque.  
Al., utraque.

CAP. XXIII. N. 1, in ix disciplinarum lib. Al., in  
notem disciplinarum libris. Ibid., illa verba... dis-



tendens. Al. om. N. 2, siquidem. Al., quidem. Ibid., A  
 secutior. Al., argutior. Ibid., docenda. Al., docendo.  
 N. 3, philosophi. Al., philosophici.

CAP. XXIV. N. 4, bene vivendi. Al., om. N. 2, firma. Al., firmata. Ibid., quave. Al., qua. Ibid., constat. Al., constet. N. 3, nomen Latine. Al., n. philosophæ. L. Ibid., sapientiæ. Al., scientiæ. Ibid., amorein. Al., amicium. Ibid., in rerum causis. Al., in naturalibus causis. N. 4, illis. Al. om. Ibid., rerum. Al. om. Ibid., contemplata ratione. Al., contemplatione. Ibid., id est. Al., scilicet. N. 5, animæ. Al. om. N. 6, rerum. Al. om. Ibid., cuique distribuuntur. Al., quisque distribuit. N. 7, morumque. Al., morumque omnium. N. 8, theoreticam. Al., theologiam; al., theologiam. N. 9, Nonnulli hoc loco caput aliud distinguunt sub titulo: *Quid sit philosophia.* N. 10, Alii definiunt. In aliis præmittitur: *Philosophia dividitur in duas partes, prima inspectiva, secunda actualis.* Alii definiunt. Al., partes, in inspectivam, et actualem; al., partes: prima in inspectivam, secunda in actualem. Ibid., quarum prior. Al., quarum prima. Ibid., secunda. Al., altera. Ibid., inspectiva. Al., inspectiva; et sic alibi. Ibid., dividitur in. etc. Al., *Dividitur in tribus modis, id est, prima in naturalem, secunda in doctrinalem, tertia in divinalem (al., in divinam).* *Doctrinalis dividitur in quatuor, id est prima in, etc. Ita secunda, tertia, quarta.*

Num. 11, in moralem. Al., in tres partes; al., in tribus, prima in moralem, etc.; secunda, tertia, ut supra, ibid. Ibid., visibilia. Al., vitia. N. 12, contra naturam. Al. om.; al., sine causa. Ibid., generator. Al., agitur. Ibid., in vita. Al. add. in vita confusum. Ibid., aliquid miraculorum. Al., aliquid miraculorum. Ibid., monstratur. Al., monstratur. N. 14, vel al a hujusemodi. Al., vel ob hujusemodi. Ibid., quatuor. Al., add. scilicet. N. 15, immobilis et formarum. Al., immobilisque formarum; al., immobiliumque formarum. Ibid., siderumque. Al., siderum, latque. N. 16, explicat. Al., explicare contenditur; forte, contendit. Ibid., utilitas. Al., cura utiliter.

CAP. XXV. Num. 2, positio. Al., præposito. Ibid., communionibus. Al., communibus. Ibid., ejus. Al., om. Ibid., risus. Al., risusque. N. 3, genus animal cum dictum est. Al., om. cum; al., genus quod dictum animal; al. genus cum dictum est animal. Ibid., humidum. Al., add. est, al., suspicabatur. Ibid., egent. Al., egent. Ibid., angelus non est. Al., om. est; al., non angelus est; N. 4, discretis. Al., add. omnibus. Ibid., seclusis. Al., disclusis; al., exclusis. Ibid., communionibus. Al., om. Ibid., postrema. Al., add. risus copæ. Ibid., omni. Al., omnis. Ibid., existimarunt. Al., existimaverunt. N. 6, est enim, etc. Al., est enim animal commune, et generale omnium. N. 7, mutis. Al., et mutis. Ibid., cum mortale. Al., cum dicitur mortale. N. 8, accidunt. Al., accedunt. Ibid., plena sententiæ. Al., plena sententia. Ibid., et differentias. Al., et doctrinas. Ibid., quæ hoc idem. Al., quæ communia. N. 9, commentumque. Al., commentaque.

CAP. XXVI. N. 2, id est. Al., scilicet. N. 3, plurimum. Al., plurimarum. Ibid., dat. Al., dant. N. 4, denominativa. Al., add. id est, derivativa; Al., et derivativa. N. 5, id est. Al., scilicet. N. 6, principaliter. Al., add. substatere. Ibid., speciebus. Al. om. N. 7, aut. aut. Al., an. an. Ibid., nec servus. Al., add. prior. Ibid., alterum. Al., alter. N. 8, porro... jaceat. Hæc om. Ibid., in foro. Al., ut in foro. Ibid., duo habent. Al., add.: *Duo habent, situm, et tempus. Situm, ut longe, et prope. Tempus, ut hodie, et heri. Porro situs, etc., jaceat, ut initio numeri hujus. Al., porro situs a positione dictus, ut quid agit iste? Aut sedet, aut jacet.*

Num. 9, aliquid. Al., aliunde. N. 10, quoniam... quoniam. Al., cum... cum. N. 11, orator. Al., prædicator. Ibid., disputando. Al., prædicando. Ibid., usiæ... cæteris. Al., usia autem substantia est, id est proprium, quod cæteris; al., id est, substantiæ proprium, q. c. N. 13, tria. Al. om. Ibid., sunt, quanti-

tas. Al., sunt, scilicet, q. N. 14, ex subjectis. Al., ex substantiis. Ibid., homini. Al.; nomine. N. 15, intento legendum est, quoniam. Al., intelligendum est, quando, vel sic quando. Ibid., decem. Al., decem ista. Ibid., applicantur. Al., apponuntur.

CAP. XXVII. N. 4, iterationesque cautissimus. Al., rationesque acutissimas. Ibid., scriptabat. Al., scriptavit. Ibid., tangebatur. Al., tenebat. Ibid., præfacto perihermeniarum. Al. om. N. 2, uno significatur. Al., uno significat. Ibid., interpretantur totum. Al., interpretantur, his enim utitur, to:um. Ibid., mentis interpres. Al., mente interpretata. N. 3, et faciendis sermonibus. Al. om. Ibid., hermeniam... appellamus. Al., sacundissimo sermone monstravit. Al., perihermeniam pro hermeniam. Ibid., prolatis. Al., probatis. Ibid., cataphrasin, et apophrasin. Al., cataphrasin, et apophrasin. N. 5, eorum, quæ... cogitat. Al., eorum aliquid, quæ de altero dicuntur notata, ut cogitat. Al., dicuntur, ut notat, cogitat. Ibid., significativa. Al. add. ad placitum. N. 7: Hæc omnia... exp'analio reperitur. Al. om. Ibid., utilitas perihermeniarum hæc est. Al., perihermeniarum ratio hæc est; al., intentio pro ratio.

CAP. XXVIII. N. 1, ejus artis. Al., dialecticæ artis. Ibid., plurimum. Al., primum. Ibid., absit ille. Al., absit illi. N. 2, id est. Al. om. Ita alibi alii addunt, alii omittunt id est. N. 3, directum. Al., directum, et ita infra. N. 4, dedicativis. Al., dedicativo, et abdicativo. Ibid., nullum igitur. Al., ergo nullum; similis infra varietas. N. 6, dedicativa, et universalis abdicativa abdicativum. Al., dedicativo, et universali abdicativo dedicativum. Infra etiam dedicativa pro dedicativo, aut contra. N. 9, dedicativis. Al., dedicativo. Et similiter alibi. N. 12, formulæ secundæ modi. Al., f. secundæ m. N. 15, abdicativum. Al., dedicativum. N. 16, formulæ tertiæ. Al., formulæ tertiæ. N. 19, ex universalibus. Al., ex universali. N. 22, plene posse. Al., plane nosse. Ibid., et quæ subtilius sunt tractata. Cognosceat. Al., subtiliusque tractata cognosceat. N. 26, ut possint, etc. Al. Ut possint indiciorum aperte manifestationes, et quædam indicia dictionum ostendere; al., judiciorum pro indiciorum.

CAP. XXIX. N. 1, non qualis. Al., om. non. Ibid., rei naturam. Al. om. rei. Ibid., in partes quindecim. Al., in partes xiv. N. 2, risus. Al., sensus. N. 3, conceptione, et. Al. om. et. Ibid., non hic dixit. Al., non enim dixit. Ibid., dicendo. Al. om. Ibid., devocat. Al., devotato. Ibid., in isto enim, et in reliquis. Al., ista enim, et reliquis. Ibid., quia. Al., et quia; al., sed quia. Ibid., substantialis. Al. add. est. N. 4, qualitativa. Al., qualitas. Ibid., quod quale sit. Al., quid quale sit. Ibid., id quod sit. Al., id quod quæritur. Ibid., debeat. Al., debet. N. 5, nuncupatur. Al., nominatur. Ibid., quid quæque res sit. Al., rem quæ sit. Ibid., universa. Al., universi. Ibid., et onerosi. Al., et honoris. Ibid., in libidinem pronus. Al., in libidine pronus. Ibid., hæc, et alia. Al., hæc, et talia; al., hæc talia. Ibid., latitudines. Al., latitudinem. Ibid., simili modo. Al., similitudo. N. 6, ad verbum. Al., adverbium. Ibid., de cuius re. Al. om. re; al., de qua; al., de cuius ratione. Ibid., quaritur. Al., requiritur. Ibid., alio declarat. Al., aliud declarat. N. 8, est qua fluctus eludit. Al., est quia f. elidit. Ibid., ut moneat. Al., ut moneat. Ibid., ac vituperet. Al., aut v. Ibid., virtus. Al., virtutibus; al., virtutis. Ibid., majorum. Al., modorum. Ibid., caput est. Al., apex est. N. 11, Græci ὁς τὸπος, Latini exemplum, etc. Al., Græci κατ' ὕλην, etc., ut num. seq.; nam ea, quæ nobis undecima species, aliis est decima. N. 12, Latini per. Al., Latini juxta rationem dicunt, id est, per intelligentiam, etc. Ibid., cui bes deest. Cod. Alb., cui dodrans deest. N. 14, juxta rationem dicunt. Al., ad aliquid vocant. Ibid., sed hoc contingit, etc. Hæc alii collocant sequentem speciem ad aliquid, etc. Sic hæc omnia inter se confusa sunt. N. 16, sub terra. Al., sub terra.

CAP. XXX. N. 1, dicuntur affecta, quæ. Al., d. #



*fecta, quæ*. Al., om. *quæ*. N. 4, elicitur. Al., *eligitur*; al. *diritur*. Ibid., inquit. Al., *inquam*. N. 5, affecta. Al., *effecta*. Ibid., in aliam vocis declinationem. Al., in alia vocis declinatione. N. 7, suggere. Al., ut *suggere*. N. 8, ducitur. Al., *dicitur*. N. 9, aperire. Al., vel *aperire*. N. 11, a conjunctis. Al., a *conjugatis*. Ibid., cum probabiliter. Al., cum *contra p.* N. 13, imputatione. Al., *impugnations*. N. 14, Græci. Al., *Græce*. Ibid. testimonium omne . . . quinque modis. Al., *testimonium vero constat re, et dividitur quinque modis*. N. 15, ex tormentis. Persona. Al., add. : ex tormentis. Tertius ergo superior modus, qui est ex temporibus, in octo species derivatur : i, ingenio ; ii, opibus ; iii, ætate ; iv, fortuna ; v, arte ; vi, usu ; vii, necessitate ; viii, concursione (al. *concursione*) fortuitorum. Testimonium omne est quod ab aliqua externa re sumitur ad faciendam fidem. *Persona*, etc. Ita gothici, et veteres editiones. N. 16, maxime in virtute. Al., *maxima virtute*. Ibid., temporibus. Al., *testimonia*; al., *testimonia ex temporibus*. Ibid., afferunt. Al., *afferant*. N. 17, in tempore. Al., cum t. Ibid. pertinet. Al., *pertinent*. Ibid. attingere. Al., *pertinere*. N. 18, mobilitas. Al., *nobilitas*. Ibid., conclusum. Al., *conclussit*. Ibid., *cadat*. Al., ut *cadat*.

CAP. XXXI. N. 1, propterea quod. Al., *propter quod*. Ibid., quæ sibi. Al. om. *sibi*. Ibid., omnia contraria. Al., *omnia a contrario*. Ibid., adversum. Al., *diversum*; al., *diversim*. Ibid., tantum contrarie. Al., *tantum contraria*. N. 2, quædam ex eis. Al., *quædam ejus*; al., *quædam ejusmodi*; al. om. *quædam*; al. om. *ex eis*, aut *ejus*, aut *ejusmodi*. Ibid., utrumque. Al. add. *utrumque contrariorum*. Ibid. cret. Al., *credit*; al., *credat*; al., *tradat*; al., *careat*. Ibid., candidus, et niger. Al., *candidum*, et *nigrum*. Ibid., habent. Al., *habet*. N. 3, habent non felix. Secundum. Al., *habent, videlicet, neque a toto felix, neque in toto infelix*. Secundum. N. 4, hoc solum. Al., *horum solum*. Ibid., est majus. Al., *inest majus*. Ibid., referatur. Al., *referatur*. Ibid., ad duplum. Al. add. *aut ejus, cui opponitur*. Ibid., relativo. Al., *ipsi relativo*; al., *vel relativo*. Ibid., quod opponitur. Al., *quod opponitur, quocunque modo opponatur*. Ibid., aut ejus sit, cui opponitur. Al., om. N. 5, ut eorum non sint . . . Siquidem. Al., *ut eorum non sint, quæ opponuntur*. Siquidem; al. : *Iterum non sint, quibus opponuntur*. Siquidem. N. 6, quia ostendit. Al., *qua ostendit*. Ibid. visio. In loco. Al., *visio in oculis*. In loco. N. 7, ideo differant. Gothici, *id differunt*; pro quo malium *id differunt*; nam *id* pro in eo cum *differre* proprium est Isidoriani ævi. Ibid., singularim. Al., *singularim*. N. 8, tertium ejus. Al. om. *ejus*.

## LIBER TERTIUS.

PREFATIO. Separantes. Al., *separamus*. Ibid., geometria, musica. Gothici, et veteres Editiones, *musica, et geometria*; et mox prius musicam explicant, quam geometriam. Ibid., numerabilis. Al., *numeralis*. Ibid., magnitudinis formarum. Al., *magnitudinis, et formarum*. Ibid., indicabimus. Al., *indicamus*. Ibid., causæ . . . possint. Al., *causa . . . possit*. Ibid., ostendi. Al., *agnosci*.

CAP. I. Num. 1, quoniam ipsa, ut sit. Al., *quia ipsa, ut sic*; Al., *quo ipsa ut sit*.

CAP. II. N. 1, numeri. Al., *numeros, vel numeri*. Autamant. Al., *nuncupant*; al., *aucupant*. Ibid., dispositum. Al., *compositam*.

CAP. II. N. 1, non numerum. Al. add. *volunt. Unde numeri dicti? Numero numus, etc.* N. 3, in multis. Al., *multis*, omisso in. N. 5, inde et milia quæ. Al., *inde et milia, quasi milia*. Ibid., quæ Græci. Al., om. *quæ*. Ibid., littera *rupia*. Al., *littera, scilicet r pro l myriades vocant*. Nota ms. in veteri Editione Bignæna hæc est: *Verius fuerit χιλιας; nam rupiada, dena milia significare certum est*.

CAP. IV. N. 1, sanctarum. Al., *sacrarum*. N. 3, notu hujus artis scienter. Al., *hujus artis scientia*,

omisso *noti*; al., *scientiæ pro scienter*; al., *gnari pro noti*. Ibid., possunt. Al., *possumus*. Ibid., ex magna. Al., *ex aliqua*. Ibid., mensium curriculo supputamus. Al., *de mensium curriculo d'sputamus*. N. 4, rebus. Al., in *rebus*. Ibid., adime. Al., *adimis*. Ibid., seculo. Al., *computo*; al., *computum*; al., *calculi computum*. Ibid., qui calculi nescit. Al., *quæ calculi nesciunt*.

CAP. V. N. 1, par numerus . . . tertium medioerem. Al., *par, etc., pariter impar, et impartiter par*. *Impar numerus dividitur in his primum simplum, secundum compositum, tertium, etc.*; al., *mediocre pro medioerem*. Ibid., incompositus. Al., *compositus*. N. 2, et reliqui. Al., *et sic de aliis*. N. 3, medietatem. Al., *medium*. N. 4, indissecabiles. Al., *insecabiles*. Ibid., vi, x, xviii. Al. om. x; al. om. vi, x; alii alio modo. N. 5, in medietatem. Al., *in medietate*. N. 7, unitate metiuntur. Al., *unitatem metiuntur*; al., *unitatem sentiunt*. Ibid., alieno numero; al., *ab alio numero*. Ibid., et xxi, et c. Al., *et viginti et uno*. *Dicimus enim ter terni, et septies terni; ter quini, et quinquies quini*. *Mediocres, etc.* N. 8, modo secundi et. Al. om. *secundi et*. N. 9, alii diminuti. Al., *diminuti*. Ibid., quod duo. Al., *quod est duo*. Et similiter infra. N. 10, simul ductæ. Al., *simul junctæ*; al., *simul ducta*. Ibid., in partes redacti infra consistunt. Al., *minore in summa consistent*. N. 11, tertiam, et dimidi. m. Al., *tertiam dimidiam*. Ibid., tria simul. Al., *et tres simul*. Ibid. intra denarium. Al., *intra denarium*. Et sic infra inter pro intra.

CAP. VI. N. 1 et seqq., magna varietas scripturæ in hoc, et seqq. capp. occurrit, quæ observari poterit in fragmentis Collicum Gothicorum inter appendices. Sed in hoc primo numero id notandum, quod alii legunt, *aut ad aliquid refertur. Iste, qui est secundum se, dividitur sic. Iste, qui refertur ad aliquid, dividitur sic; alii sunt majores, etc.*

CAP. VII. N. 1, superficialis iii. Al., *superficiosi, ut tres. Solidi*. Ibid. solidus. Discretus. Al. interserunt *solidus. Ternarius enim primum latitudinem ponit: solidi, ut octo. Is enim est primum cubus. Discretus*. N. 2, si in. Al. om. *in*. Ibid., intelligatur, linea, aut spatio, aut solido. Al., *intelligitur, id est, linea (aut in linea), aut spatium, aut solidum*. Ibid., similiter. Al., *similiter ut*. N. 3, usque ad. Al. om. *usque*. Ibid., pro designatione. Al., *pro signatione*. Ibid., apud Græcos. Al. add. *apud Græcos; ista est figura linealis*. [AAA] N. 4, sed et. Al. om. *et*. Ibid., continentur. Al. ad. *Trigonus numerus est ita, etc., fere, ut in Codice Toletano T A, cujus fragmentum inter appendices relatum fuit*. N. 5, dum sibiinet. Al., *dum similiter*. Ibid., quinque. Solidus. Al., *quinquies. Ita, Solidus*. Ita indicatur addendam esse figuram, quam plerique omittunt.

CAP. VIII. N. 1, analogicum. Al., *analogium*. N. 2, et media multiplicata. Al., *et media duplicata*. Ibid., faciant LXXII. Al., *faciant septuagies dipandius*. N. 3, ita. Al. add. : *Partes superat medius. Primum eadem parte superatur medius ab extremo, ut puta, sex et viii, duabus partibus superant; quæ duæ pars sunt tertia*. Ibid., ut puta, etc. Al., *ut puta sex, octo, xii. Primum enim, id est, sex tertia sui parte, id est, ubi superatur a medio, id est, viii, quem medius xii extremi tertia sui parte, id est, quaternario vincunt*. Ibid., ab ultima. Al. add. *decima secunda; Arithmetica medietas vi, ix, xii. Musica medietas v, viii, xi. Geometrica medietas vi, viii, ix, xii.*

CAP. IX. N. 1, idem ipse non dico. Al., *id est, posse non dico*. Al., *id est, ipse non dico*. Ibid. quamlibet sit magnus. Al. om. Ibid., numerorum. Al., *numerus*.

CAP. X. N. 1, Geometriæ disciplina. Al., *geometria d.* Ibid., qua inundante. Al., *quod undante*. Ibid., et omnium possessionibus limo. Al., *et omnibus possessionibus ejus limo*. Ibid., sapientum propecta. Al., *sapientium propecta*; al., *s. producta*; al., *s. perfecta*. N. 2, studiosi. Al., *studio sic*. Ibid., distenderet. Al., *distenderit*. N. 3, nuncupata est. Al., *nuncupatur*.

CAP. XI. N. 1, in figuras planas. Al., in planum. A Ibid., numerabilem. Al., numerallem. Ibid., in magnitudinem rationalem. Al., om., al., in m. rationabilem. N. 2, sunt quæ. Al., sicut geometræ (al., geometrici) vocant, quæ. Ibid., continentur. Al., add.: Quæ sunt juxta Platonem numero quinque. Trigonus, tetragonus, pentagonus, hexagonus, heptagonus. Jam octonarius in cubum, id est, in solidam pergit figuram. Numerabilis. N. 4, figuræ... quinque. Al. om.

CAP. XII. N. 1, In plano, etc. Al., figuræ solidæ sunt, etc., ut in Codice Toletano, cui in hoc capite Albanus, et multi alii consentiunt, expressis etiam figuris.

CAP. XIII. N. 1, principia hujus artis. Al., prima autem figura hujus artis. Ibid., linea. Al., secunda est linea. Ibid., jacet. Al., jacet... N. 2, formæ. Al., formulæ. Ibid., figuris. Al., decem figuris.

CAP. XIV. N. 1, media multiplicata. Al., m. duplicata. Ibid. LXXII. Al., septuagies dipondius.

CAP. XV. N. 2, est. Al., est, et. Ibid., in præteritum tempus. Al., præterito tempore. Ibid., Memoriarum. Al., Minervæ; al., Junonis.

CAP. XVI. N. 1, Jubal. Al., Tubal. Ibid., extensione percussa. Al., extensarum percussura.

CAP. XVII. N. 1, revolvitur. Al., revolvi sine alio verbo, ut alibi. N. 2, solatur. Al., solidat. N. 3, excitos. Al., excitatos. Ibid., delphinas... musica provocat. Al., delphinos... musicâ provocavit. Ibid., commoveimur. Al., commovemus.

CAP. XVIII. partes Al. om. Ibid., discernit. Al., decernit.

CAP. XIX. N. 1, sonum. Al., musicæ sonum. Ibid., pulsus. Al., impulsus. N. 2, per tubam. Al., per tubula. Ibid., pulsus. Al., impulsus. Ibid., canorum. Al., sonorum.

CAP. XX. N. 1, harmonica. Al., harmonia. N. 2, spiritus. Al., per spiritum. Ibid., proprie, etc. Al., proprie autem voces hominum sunt rationabilitum, vel animalium. Ibid., sonitus vox vocatur. Al., sonum vocem vocari, sine alio verbo. Ibid., harmonia. Al., harmonica. Hoc loco Codices. mss. alios titulos addunt, ut De secunda divisione musicæ, quæ harmonica dicitur; aut, Vocis species multæ. N. 3, sensum auditus. Al., sensum auditoris. N. 6, vergendi de uno in alterum sonum. Al., vergentes de uno in altero sono. N. 7, ex quibus. Al., ex quibus primus. N. 8, sonus cantum. Al., s. canticum. N. 9, positio. Al., depositio. N. 10, continuum. Al., continuo. N. 12, quando. Al., cum. Ibid., emittit sonos. Al., e. sonum. Ibid., percussit. Al., percussit. N. 13, aspera vox est rauca. Gothici, a. v. e. pauca. Ibid., vinnola. Al., vinnolata. Ibid., vox est mollis. Al., vox est, vox levis, vox mollis. N. 14, impleat. Al., adimpleat. Ibid., animis... blandiatur. Al., animos... blandiat.

CAP. XXI. N. 1, rellante. Al., flante. Ibid., pandora. Al., pandoria. N. 2, est consuetudo. Al., est græcorum consuetudo. N. 3, laudes. Al., laudis. Ibid., insigni. Al., insignis. Ibid., initio. Al., in initio. N. 4, deinde per. Al., unde per. Ibid., cantor. Al., cantus est. N. 5, a calendo. Gothici, a canendo. Ibid., vocatus. Al., vocatum. N. 6, ab Idi. Al., ab Ide. Cod. Pal. 281, ad marg., ab uno. Ibid., phos vox. Al., phos, Latine vox. N. 8, Pandura, etc. Al., Pandorius... vocatus, de quo. Ibid., primus. Al., primus.

CAP. XXII. N. 1, et pulsus. Al., et pulsus. Ibid., percussa. Al., repercuta. Ibid., hujusmodi. Al., hujusmodi. N. 2, Jubal. Al., Tubal. Ibid., traditur. Al., creditur. Cod. Mutinensis addit: « Creditur. Sed et gentiliū Plato, Aristoteles, atque alii rerum veritate commoti concorditer sententia damnauerunt, dicentes, confusionem rerum potius de tali persuasione generari. Num sicut genus humanum ad varios actus nascendi necessitate promeretur, cum aut laudem mereantur boni aut mali legem percipiant utilitorem, et quamvis læsi non fuerint celesti sapientiæ dediti, veritatis tamen testimonio errores eorum merito perculerunt. » Quæ ab hoc loco aliena sunt. N. 3, barbati. Al., barbati; al., barbati;

Ibid., pectides. Al., pectines. N. 4, vel fidem. Al., vel fidicem. Ibid., conveniunt. Al., convenit. N. 5, sonum reddat. Al., vocem reddat. Ibid., vel quia. Al., quia; al., et quia. N. 6, nervos in sonum strinxit. Al., in nervos (vel in nervis) sonum instituit. N. 7, concavitatem. Al., e contra concavitatem. Ibid. Psalterio, etc. Al., Psalterium... decachordon usi sunt. Ibid., decalogum. Al., decalogi. N. 8, intra corium. Al., inter corium. N. 9, æstinatur. Al., existimatur. Ibid., allucisse. Al., applicuisse. N. 10, extentum. Al., extensum. N. 11, ita enim. Gothici, cum enim; nescio quid sibi velint. N. 12, mulier. Al., mulier existit. N. 14, extenta. Al., extensa.

CAP. XXIII. N. 1, quæris. Al., quæres. Ibid., et XII. Al., et decies dipondius. Al., et decas dipondius. Ibid., ducis. Al., ductis. Ibid., conjungis. Al., conjunges. Ibid. XXXVI. Al., tricies sexies. Ibid., efficitur. Al., efficit. Ibid., scilicet VI. Al., id est, sexies. Ita alibi sexies pro sex, et similia adverbia pro nominibus numeralibus. N. 2, non consistat. Al., non constet. Ibid., consistunt. Al., constant.

CAP. XXV. 1, auctor. Al. om. Ibid., asseverat. Al., edisserit. N. 2, animæ. Al., animi. Ibid., ratos. Al., rotatus. Ibid., quæ desiniendo. Al., et desiniendo.

CAP. XXVI. N. 1, Ptolemæus. Al. add. rex Alexandrie. Ibid., inveniantur. Al., inveniatur.

CAP. XXVII. N. 2, stellarum, certasque temporum. Al., stellarum certas, temporumque. Ibid., signa. Al., cæli signa. Ibid., prædicere. Al., prædicare.

CAP. XXVIII. N. 1, axis cœli. Al., axes cœli.

CAP. XXIX. N. 1, est is qui. Al., est qui. Ibid., et terra, et mari. Al., terra, mari; al., ex terra, ex mari. Ibid., idcirco. Al., ideo.

CAP. XXX. N. 1, formatio. Al., forma. Ibid., demonstratur. Al. monstratur.

CAP. XXXI. N. 1, volubile, atque ardens. Gothici volubilem, atque ardentem; et sic num. seq. eum pro id. Ibid., impressa habet signa. Al., impressas habeat figuras. N. 2, id. Al., ipsum; al., eum. Ibid., solis. C Al., sole. Ibid., hic autem. Al., hoc autem.

CAP. XXXII. N. 1, comprehenditur. Al., comprehenditur. N. 2, quorum orbibus. Al., q. ordinibus. Ibid., certis motibus. Al., cæteris motibus suis.

CAP. XXXIII. N. 1, boreus. Al., boreas; al., borealis. Ibid., austronotus. Al., anstronotus.

CAP. XXXIV. N. 1, in occidentem. Al., in occidente. Ibid., cursum suum. Al., om. suum. Ibid., sub terra. Al., sub terras.

CAP. XXXV. N. 1, currere. Al., rotui. Ibid., quæ eam. Al., quæ eum. Ibid., remorarentur. Al., remorarent. Ibid., facerent. Al., facerat.

CAP. XXXVI. N. 1, dictas ax's, quod in eo. Al., dicta axis, quod in ea.

CAP. XXXVII. N. 2, axium cycli. Al., a. cœli.

CAP. XXXVIII. N. 1, sicut cor. Al., sicut cardo.

CAP. XXXIX. N. 1, unde est. Al., ut est. Ibid., curvum est, seu inclinatam. Al., curvum est, quasi convexum, seu i. Ibid., circuli flexum. Al., circumflexum.

CAP. XLII. N. 2, vocatur. Al. vocatus. N. 3, vel quod. Al., vel quia. N. 4, Meroc, etc. De his, vide notas.

CAP. XLIII. N. 1, hemisphærium. Al., hemisphærium. Ibid., sub terra. Al., subtus terra.

CAP. XLIV. N. 2, arctorum signa. Al., arcturi signa. Ibid., perspicitur. Al., perspicitur. Ibid., ex eo. Al., qui est. Ibid., in eo circulo. Al., in eo circuiens. N. 3, æquinox. Al., atque nos. Ibid., perspicitur. Al., prospicitur. Ibid., vocatur. Al., vocatus. N. 4, qui a Latinis. Al., qui Latinis.

CAP. XLVI. Qua circuit. Al. quam circuit.

CAP. XLVII. N. 1, fortior est terra. Al., fortior est terra. Ibid., nobis. Al., a nobis.

CAP. XLVIII. N. 1, sol terra, etc. Al., sol terra, et terra fortior lunæ.

CAP. XLIX. N. 1, aqua nutrir. Al., aquam nutrire. Ibid., videmus. Al., dicimus.

CAP. L. Num. 1, verti dicunt. Gothici om. *dicunt*. Al. *sed* quoniam. Al., *sed cum*. Ibid., *viduus*. Al., *quidem*. Ibid., *mutationes*. Al. add.: *Oriens diem facit, occidens noctem inducit*. N. 2, nam vadens longius. Al., *nam valendo longe*. Ibid., *uitescant*. Al., *maturescant*; quæ videtur glossa.

CAP. LI. N. 1, sub terris. Al., *sub terra*; al. *sub terras*. N. 2, quando vero. Al., *cum v. ro.* Ibid.: Cui ideo Deus... hiberni frigoris derelinquit. Gothici om. Ibid., *eisdem*. Al., *in iisdem*. Ibid., *universa consumerentur*. Al., *terra consumeretur*; al., *consumeret omnia*. Ibid., *sicut*. Al., *sed ut*. Ibid., *accipit*. Al., *accipit*. Ibid., *quibus aeris*. Al., *cujus aeris*. Ibid., *dispensatur*. Al., *dispensetur*; al., *dispensator*. Ibid., *permutationumque servatur*. Al. p. *servetur*; al. *mutationum motus accipit*; al., *accipit*. Ibid., *summum cæli*. Al. om. *cæli*. Ibid., *descendens*. Al., *decidens*. Ibid., *autumno*. Al. om. Ibid., *redit*; mendoso in Grialii Editione, *reddit*. In libro de Natura rer., cap. 17, *est redierit*. Ibid., *hiberni frigoris*. Al., *hiemis, et frigoris*.

CAP. LII. N. 1, tinxerit. Al., *intinxerit*; al., *junxerint*.

CAP. LIII. N. 2, se interponat. Al., *interveniat*. Sol enim longe ipsa superior est. Hinc evenit ut quando sub illo est, parte superiore luceat, inferiore vero, quam habet ad terras, parte obscura sit.

CAP. LIV. N. 1, sextilis. Al., *sextilis*. Et ita rursus. N. 2, in suo orbe. Al., *in suo ordine*. Ibid., *prop rationales*. Al., *portionales*.

CAP. LV. N. 1, tricesima dies. Al., *trigesimus die*. Ibid., *qua luna*. Al., *quo l.* Ibid., *ideo tunc*. Al. om. *tunc*.

CAP. LVI. N. 1, mensura. Al. add. m. *in centro s.* Ibid., *quæ ideo obliquo, etc.* Al., *quæ ideo obliquo incedit, curam, et non recto, ut scilicet sol ne*. N. 2, spectat. Al., *respectat*.

CAP. LVII. N. 1, in diebus cccclxv. Gothici, *in diebus trecentis sexaginta*.

CAP. LVIII. N. 1, solem obscurat. Al. om. *solem*.

CAP. LIX. N. 1, sed a sole illu minari. Al. om. N. 2, eousque, quandiu. Al., *et quandiu*. Ibid., *umbram*. Al., *umbra*.

CAP. LXI. N. 1, sed solis. Al., *sed a solis*.

CAP. LXIII. N. 1, et cum cælo. Al. om. *cum*.

CAP. LXIV. N. 1, stellæ pro eo. Al., *stellæ d'cuntur pro eo*. Ibid., *orbis*. Al., *ordines*. Ibid., *serius*. Al., *tardius*.

CAP. LXVI. N. 1, cognosci dicitur. Al., *cognoscitur*. Ibid., *per latitudinem*. Al. add.: *latitudo cognoscitur per signiferum, longitudo per proprium excursum*.

CAP. LXVII. N. 1, retrogradæ dicuntur. Gothici, *retrogradantur*.

CAP. LXVIII. N. 1, præcedit. Al., *procedit*.

CAP. LXIX. N. 1, quando. Al., *in quo*. Ibid., *dum*. Al. om. Ibid., *agit*. Al., *agat*. Ibid., *vi. etur*. Al. add.: *Ista omnia in absidibus colliguntur*.

CAP. LXX. N. 1, quia. Al. om. Ibid., *movetur*. Al. *moeri videtur*.

CAP. LXXI. N. 3, de cælo. Al., *e cælo*. Ibid., *ut prædictum*. Al., *ut supradictum*. N. 4, dirigunt, etc. Al., *iter dirigunt ad cursus consilium*. Ibid., *alio*. Al., *alibi*. Ibid., *fulgoremque earum*. Al., *fulgoremque eorum*. N. 5, ad prævidendas. Al., *ad prævide dunt*. N. 6, quæ quia. Al., *quæ quod*. N. 7, quasi terriones. Al., *q. teriones*. Ibid., *in eo sunt*. Al., *in eo fixæ sunt*. N. 8, eundem. Al., *unde*. Ibid., *dixerunt*. Al., *dixerant*. N. 9, Arcturus est. Al. om. Ibid., *collocata*. Al., *socia collocata*. Num. 10, Orion. Al., *Urior*. Ibid., *astrum*. Al., *ad austrum*. Num. 11, ut gladio. Al., *ut gladius*. Ibid., *si effulgunt*. Al., *si hæc fulgeant*. Ibid., *his acies*. Al., *hujus acies*. N. 12, nam pluvia... dicitur. Al., *nam pluvia... dicuntur*. Ibid., *quia quando*. Al., *quia cum*. Ibid., *Hyadas*. Sæc. Al., *Hyadas, geminosque triones*. Sunt. N. 15, quia... appellant. Al. om. Ibid., *quod est ver, quando*. Al., *quod vere*; al., *quod est ver, cum*. N. 14, canicularis dicuntur. Al. om. *caniculares*. N. 15, afficiat:

A Sirias. Al., *afficiat, sive*; al., *a. aut.* N. 16, quando. Lucensis, sive Lucanus Codex fere semper *quam pro quando*; et in Mss. uetus litterarum *pro quum et quando* ambiguis esse solet. N. 17, comete. Al., *cometes*. Ibid., *Latine... quia*. Al., *Latini crinitos appellant, quod*. Hæc etiam varietas satis communis *quod pro quia*, aut contra. Num. 18, ferat: est. Al., *ferat*. Lucifer enim est. Ibid., *unus ex*. Al., *una ex*. Ibid., *hic proprie*. Ibid., *hoc proprie*. Ibid., *jubar lucis*. Al., *jubar lucis*. Ibid., *effundat*. Al., *ex se fundat*. Ibid., *in modum jubæ*. Gothici, *in modum jubæ*; al., *in modum jubarum*. Ibid., *extendatur*. Al., *extenduntur*. N. 19, Hesperus... Hespero. Al., *Vesperus... Vespero*. Ibid., *deperditur unus*. Al., *d'penditur humor*. N. 20, Quarum... Silbon. Al. om.; alii, *quorum pro quarum*. Ipsa Græca nomine derivata in plerisque exemplaribus inveniuntur. N. 21, hos romani. Al., *has R.* Ibid., *Jovis, etc.* Al., *Saturii, Lunæ, Jovis, Martis et Mercurii*. Ibid., *adulationem, qui sibi aliquid*. Al., *adulatione, qui in aliquid*. Ibid., *sæculi*. Al. om. Num. 22, confortantes. Al., *confirmantes*. N. 23, Jovem ideo. Al., *id est, Jovem*; al., *Jovis ideo*. Ibid., *in cujus capite*. Al., *quia in ejus capite*. Ibid., *figunt*. Al., *figunt*. N. 24, cursum agere. Al., *cursum suum peragere*. N. 27, flatus eclesias sacre. Al., *Flatus et ætus facit majores quam in toto reliquo anno*. N. 28, intra astra. Al., *inter astra*. Hæc quoque discrepantia passim occurrit *intra pro inter*. N. 31, ideo formaverunt. Al., *i. finxerunt*. Ibid., *ejusdem temporis*. Al., *ejusdem mensis*. N. 32, et pisces. Al., *et pisces*. Ibid., *in cælum*. Al. om. N. 33, inter cæli astra. Al., *in cæli astra*; al., *in astra*. Ibid., *quadrigas*. Al., *quadrigam*. Num. 35, regis. Al. om. Ibid., *versa*. Al., *conversa*. Ibid., *arctophylaca*. Al., *arctophylax*. N. 36, in cælum. Al., *in cælo*. Ibid., *nutrierit*. Al., *nutrierat*. N. 37, superstitiones hæc. Al., *superstitiones hæc, quod plausibile est*. N. 38, et fidei. Al., *quæ fidei*. N. 39, in lapsu. Ibid., *præscire posse*. Al. om. *posse*. Ibid., *rerum, veritate*. Al. om. *rerum*. Ibid., *persuasione*. Al., *suasione*. N. 40, ut dicunt. Al. om. Ibid., *premitur*. Al., *premeretur*. N. 41, abduceret. Al., *adduceret*. In Cod. Alb. et aliis sequitur liber *De legibus*.

B

#### LIBER QUARTUS.

CAP. I. N. 2, potus et tegumen. Al., *potus, tegimen et tegumen*; al., *potus, tegmen et tegumen*; al., *potus regimen et tegmen*; al., *potus tegmen et regimen*. Ibid., *qua corpus*. Al., *qua sanum corpus*. Ibid., *ictus*. Al., *ductus*.

CAP. II. N. 1, temperamento. Al., *temperamentis*. Ibid., *æstimatur*. Al., *existimatur*. Ibid., *mediocri*. Al., *mediocriter*. Ibid. omnis. Al. om.

CAP. III. N. 1, hanc. Al., *ac*. Ibid., *vel opere*. Al., *et opere*. N. 2, pene. Al. om.; al., *fere*. Ibid., *ad tempus*. Al., *ad tempora*; al., *ad annos*. Ibid., *in lucem*. Al., *ad lucem*.

CAP. IV. N. 1, Illi. Al. om. Ibid., *rationalis*. Al., *rationabilis*. N. 2, perscrutatus est. Empirici. Al., *perscrutatus est; infirmitatum per quam causas ratione adhibita perscrutetur, curam rationaliter perscrutatus est*. Empirici. Ibid., *Empirici enim*. Al., *E. ergo*. Ibid., *nec causas*. Al. om.

CAP. V. N. 2, ex eo. Al., *ex ea*. Ibid., *demonstrant*. Al., *demonstrant*. Ibid., *perducit*. Al., *producit*. N. 3, sicut autem quatuor elementa, sic et. Al., *s. a. q. sunt o., sic quatuor*. Alii præmittunt: *phlegmate. Ex ipsis enim reguntur sani, ex ipsis læduntur infirmi. Dum enim amplius extra cursum naturæ creverint, ægritudines faciunt. Sicut autem quatuor sunt elementa, etc.* N. 4, quod vegetet et sustentet. Al., *quod vegetetur et sustentetur*; al., *quod ex eo corpus vegetetur et sustentetur*. N. 6, vocatus. Al., *vocatur*. N. 7, sit frigidum. Al., *sit frigida*. Ibid., *rigorem*. Al., *frigus*; al. om., *Græci... appellant*. Ibid.: *Ex his quatuor... infirmi*. Al. om. Ibid., *ex his læduntur*. Al., *ex ipsis l.* Ibid., *extra cursum*. Al., *excursum*.

CAP. VI. N. 1, ut pleuritis. Al., ut pleurisis; al., ut pleureyis. Ibid., remoratur. Al., memoratur. Ibid., dicitur. Gothici et Lucensis insererunt: « Phlegmon est inquietum cum rubore, et dolore, et tensione, et duritia, et vastitate. Nam cum cœperit fieri phlegmone et inquietudo febris consequitur. Unde et dicta est phlegmone ἀπό τοῦ πλεγεῖν, id est, inflammare. Sic enim sentitur, et inde nomen accepit. Febris a fervore, etc. » Hi Codices omittunt *Quædam autem... acceperunt*. De phlegmone Editi infra, num. 7. Luc. pro est inquietum exhibet est morbus inquietus. N. 3, infrendant. Al., frendant; al., frendent. Ibid., perturbatio. Al. add. perturbatio mentis. N. 4, cardiace. Al., cardia. Grialius, in textu, cardiace; in not., cardiaca; quod quia mendum videtur, in cardiace mutavi. Ibid., afficitur. Al., efficitur. Num. 5, lethargia. Al., lethargus. N. 7, phlegmone. Al., phlegmon. Ibid., et dolore. Nam cum cœperit. Al. add.: *Et dolore: sive phlegmon est inquietudo cum rubore, et dolore, et extensione, et duritia, et vastitate; quæ cum cœperit. Al.: Atque dolore: qui cum cœperit fieri, febris consequitur.* N. 8, febre, etc. Alb. Cod., cum febre, et tusse, et sputo sanguinolento, et sanioso. De his vero signis si unum defuerit, pleuritica dici non potest. N. 9, unde et. Al., inde et. N. 11, vehementi. Al., nimio. N. 12, majorum. Al., major. N. 14, ab intestinorum tormento. Al., ob intestinorum tormenta. N. 15, unde et... vocant. Al. om. Ibid., ex ejus. Al., ex aeris. N. 17, hæc etsi, Al., hoc etsi. N. 18, quemque. Al., quem; al., quæcumque. N. 19, inguinaria. Al., inguinia, Ibid., quæ tanto. Al., quæ tantopere.

CAP. VII. N. 1, chronia. Al., chronica. Ibid., remoratur. Al., renovatur. Ibid., phthisis. Al., tussis, hic, et infra, pro phthisis. N. 2, ex causa. Al., ex capite. Ibid., Græci enim. Al., et Græci. N. 3, ab accidenti. Al., ab accidendo. Ibid., ingerat. Al., ingerit. Ibid., in circuitu movet. Al., in circuitu movet. N. 5, apprehendens. Al., appendens. Ibid., appellat. Al., vocant. Ibid., exuberaverit. Al., abundaverit. Ibid., conversus. Al., adversus. Ibid., spasmos. Al., spasmus; Al., spumas, quasi pro correctione. N. 6, pro lunæ cursu. Al., per hunc cursum. Ibid., comitetur eos insaniam. Al., comitetur eos insidie demonum; al., comitetur eos insaniam demonum. Idem et larvatio. Ibid., idem major, et divinus. Al., id est, major, et divinus. Ibid., cuius. Al., cui. N. 7, in Kal. Jan. Al., in Kalendis Januariis; Al., in Kalendis Januariis. Num. 8, ab inanitate. Al., ab iniquitate; al., ab antiquitate. Ibid., vocaverunt. Al., vocant; al. om., sive ab inanitate... vocaverunt. N. 10, febris. Al. add., quæ abusive, etc.; quæ a Grialio in nota allata sunt, et rejecta, tanquam nullo consilio huc adducta. Sed non ita facile ego asseram ab Isidoro ipso adducta non fuisse. In Codicibus certe antiquissimis ea ipsa verba exstant. Ibid., vel recessionum. Al. om. N. 11, quæ dum. Al., qui dum. N. 12, influxio. Al., infusio. Ibid., provocationem. Al., præfocationem; al., perfocationem. N. 13, a frigido. Al., cum frigido. Ibid., circa quod. Al., circa quem. Ibid., branchias. Al., branchia; al., brancias. N. 14, ab arteriarum injuria. Al. om.; al., ab a. injuriis. Ibid., præfocationem. Al., suffocationem. Num. 15, a pulmonibus. Al., a pulmone. N. 16, sumpsit. Al., accepit. N. 17, qui juvenibus. Al., qui in j. Ibid., venire. Al., venire. Ibid., consumptio. Al., consummatio. N. 18, ova distillat. Al., ova titillat. Retinendum est distillat. Martialis, lib. x epigr. 56:

Non secat et tollit sillantem Fannius uvam;

hoc est, unculam in fine palati, circa fauces pendentem, quæ, dum homo hiat, conspicitur. N. 19, apostemata. Al., apostemas. N. 20, sputis, et purulentis. Al., spumis, et purulentis. N. 22, vocant. Al., dicunt. N. 23, hydrops. Al., hydropis. Ibid., cum inflatione. Al., cum inflammatione. N. 23, nephritis. Al., nefresis. Ibid., a rennum. Al., a renium. N. 24,

paralysis, etc. Cod. Alb., *Paralysis dicta est a corporis morbi abundantia, facta, etc.* Num. 26, malo habitu. Al., injuria; al., malo habitu, vel injuria; al., injuria, vel a lambitu. Ibid., ex. Al. om. Ibid., mala medicantis. Al., mala medicaminis; al., mali medicaminis; al. om. mala. Ibid., resumptione. Al., resumptio. N. 28, sarcia. Al., sarcian; al., sarcina; al., sarcoma. Ibid., quo. Al., quod. N. 29, ischias. Al., ischiasis; al., sciasis. Ibid., vertebrorum. Al., vertibulorum. Ibid., quorum. Al., qua. Ibid., iliorum. Al., illorum. Ibid., sit autem de phlegmate. Al. om. de phlegmate; al., sit inde phlegma. Ibid., descendit. Al., descendit. N. 31, arthriticus. Al., arthritis. N. 52, petra est. Al., laps est. N. 53, stringat. Al., distringat. Ibid., difficultate. Al., difficultatem. Num. 34, a Satyris. Gothici addunt: « Alexander historiographus ait: Vulscos (Al., Vulscos) quidam appellatos aiunt a Vulseo Antiphatele Strigonis filio. Fabius quoque Sicolicis (Al., sic colieis) profectos corrupto nomine Vulscos ait dictos. Diarrhœa, etc. » Sermo videtur esse de vulsis, aut volhis, qui sunt convulsi ex morbo, de quibus Plinius, lib. xxi, cap. 19, et lib. xxiii, cap. 1. Num. 36, ἀδς enim divisio est. Al., ἀδς enim difficultatem significat. Ibid., quem. Al., quam. N. 57, pro lævia intestina. Al., per lenia intestini; al., per lineam intestini. Ibid., faciat. Al., facit. N. 39, ragades. Al., ragadia, aut rhagadinæ; al., ragadia, Ibid., fissuræ. Al., scissuræ. Ibid., hæc et hæmorrhoides. Al., hæc et hæmorrhoidæ.

CAP. VIII. N. 1, circumscriptis pilis. Al., circumseptis pilis sulvi. N. 2, parotides. Al., parotida. Ibid., duritiæ. Al., durities. Ibid., vel aliquo. Al., aut ex aliquo. Ibid., vicinitate. Al., vicinitates. Ibid., Græce auriculæ dicuntur. Al., Græci auriculum dicunt; al., Græce auricula dicitur. N. 4, rubore flammæo cutis rubescit. Al., rubor flammæus, cutes rubescunt. Ibid., moto rubore. Al., multo rubore. al., multo rubore. N. 7, ardenlo. Al., pruriendo pro correctione, vel glossa. N. 8, redhibetur. Al., redditur. N. 9, satyriasis. Al., phthiriasis. Ibid., singulatim. Al., singillatim. Ibid., una fortior. Al., alia fortior. Ibid., plures inveniuntur. Al., pruritus est squammatione. Num. 10, scabies, et lepra, etc. Al., sed scabies, et lepra tenent asperitas, et squammatio est. Ibid., quæ ita. Al., quæ d' volociter. Num. 11, lepidi similis. Al., alapidæ herbæ similis; al., alapidi herbæ similis; al., lepidæ herbæ similis. Ibid., in nigredinem. Al., in nigritudinem. Ibid., in alborem, nunc in ruborem. Al., in albore, nunc in rubore. Ibid., adulterini. Al., adulteri. N. 12, elephantis. Al., lephantis. Num. 13, fellis. Al., fellæ; al., fellæ, id est, nigri. Ibid., Latini. Al., Latine. Ibid., appellant. Al., dicunt. Ibid., ad similitudinem. Al., a similitudine. Ibid., facilius. Al., citius. Num. 14, sicut medicis. Al., sic medicis. Ibid., aut. Al. om. Ibid., aliquanto. Al., aliquantulum; al., aliquantum. Ibid., diutius. Al. om. N. 15, furnuculus, etc. Alii præmittunt *Hordeolus*, etc., ut num. seq. Ibid., ignitus. Al., ignes. N. 16, in capillis. Al., in pilis. Ibid., palpebrarum. Al., palpebribus. Pal. 281, pro var. lect. *palpebrum*. Ibid., granum similans. Al., grano similis. Num. 17, qua. Al., in qua. N. 19, vi. Et ulcus. Al., vi, ulcus. Et ulcus. Ibid., quod olet, quasi olcus. Al., quod dolet, quasi ulcus. Ibid., quasi ulcus. Al., add. unde et ulcera. N. 20, turjida. Al., turgens. N. 21, quasi pupula. Al., quasi pupilla. Ibid., sirimpio. Al., om. N. 23, obæcet. Al., obæcat.

CAP. IX. N. 2, generibus. Al. om. Ibid., quam Latini. Al., quæ Latini. Ibid., medicamina. Al., medicamen. Ibid., nuncupant. Al., vocant. Ibid., legis. Al., mortis pro correctione. N. 3, omnium curatorem. Al., omnis curationis; al., omni curationi. Ibid., acciduntur... medicinam. Al., excidunt, quod non tantum medicinam. N. 4, antiquior. Al., antiquioribus; al., antiquiorum. N. 6, oppositor. Al., oppositorum. N. 7, antidotum Græce, Latine. Al., antidotum Latine; al., antidotum, quod Latine. Ibid., quod. Al., quæ. Ibid., mortis

Al. om. Num. 8, hiera... divina. Al., *genera enim dicta, quasi diurna*. Ibid., *serpentinum*. Al., *serpentinum*. Ibid., *purgatoria dicuntur*. Al., *purgatoriam dicunt*. N. 10, *electarium*. Al., *electuarium*. Ibid., *colyria*, *perique scribunt collyria*. Al., *colaria*; al., *colliria*. N. 11, *peccaria*. Al., *pressaria*. N. 12, *chirurgus fuit*. Al., *chirurgicus fuit appellatus*. Al., *chirurgus fuisse dicitur; unde appellatus*; al., *chirurgus fuit, et idem sic appellatur, vel appellatus*. N. 13, *impositum est*. Al., *impositum esse*.

CAP. X. N. 3, *potestas*. Al., *potentia*. Ibid., *id est, vis*. Al., *et vis*. N. 4, *notentur*. Al., *notæ sint*.

CAP. XI. N. 2, *incisio* Græce. Al., *incisio* Latine, Græce. N. 3, simile. Al., *similiaria*; al., *similiaria*. Num. 4, *gava*. Al., *gavia*; al., *guna*. Ibid., *evocat*. Al., *vocat*. Ibid., *adlyster*. Cod. Alb., *ad marg.*; *Clyster est instrumentum, per quod enema injicitur*. N. 5, *Pila*, etc. Al., *Pisa a pinsedis seminibus, et terendis*; al., *hærendis proterendis*. Ibid., *pilamenta*. Al., *piligmenta*. Ibid., *feri*. Al., *feriri*; al. om. *Hinc et pigmenta usque ad concidi solent*. N. 6, *Pilumnus*. Al., *Pilumnus*. Ibid., *pinsendis præfuit arvis*. Lue. Cod., *pro correctione, pinsendi præbuit artem, quod exhibet etiam Florent. Cod. sancti Marci, cum Luciano sæpe consentiens*. Ibid., *pinsitur*. Al., *pinsetur*. Ibid., *appellata*. Al., *appellatur*. Ibid., *in pilam*. Al., *in pila*. N. 8, *co icula*. Al., *citacula*.

CAP. XII. N. 1, *vocatus*. Al., *vocatur*. N. 5, *quod est manare*. Al., *quod est optimum manare*. Al., *a græcis ΠΑΡΑ ΤΟ ΣΤΑΖΕΙΝ ΣΤΑΚΑΝ* (Al., ΣΤΑΚΗ), *id est, elutrum, Myrobalanum*. Ita Codices Gothici. N. 6, *oleum*... *adistum*. Al., *om. N. 7, telino*. Al., *telinio*, *ex quo male Vulcanius conjiciebat delinio*. Ibid., *unguimus*. Al., *ungimur*. Ibid., *Telo*. Al., *Belo*. Ibid., *est una*. Al., *om. una*. N. 9, *alia*. Al., *om. Ibid., cypri*; *unde et proprie*. Al., *Cypri, quæ proinde, et proprie*; al., *Cypri*; *unde et proprie*. N. 10, *unde et...* *adoratum*. Al., *om. Ibid., ducunt*. Al., *inducunt*. N. 11, *chalasticum, calcasticum*; al., *calasticum*. Ibid., *martiatum*. Al.; *marciacum*; al., *marciatum*.

CAP. XIII. N. 1, *liberales disciplinas*. Al., *artes liberales*. Ibid., *contineatur*. Al., *teneatur*. N. 2, *propter numerum horarum*. Al., *numerorum, omissis propter... horarum*. N. 3, *propter qualitates*. Al., *propter numerum qualitates*; al., *propter qualitatem*. Ibid., *quid quis*. Al., *quid quisque*; al., *quid quemque observare oportet*. Ibid., *in ægris*. Al., *in Græcis*. Ibid., *de David legitur*. Al., *habetur de David*. Ibid., *quia a. al., qui a. N. 4, mutationem*. Al., *mutationes*. Ibid., *nam sicut... ipsorum*. Al., *om.*

### LIBER QUINTUS.

CAP. I. Num. 1, *geni* Hebraice. Al., *gentis Hebraicæ*. Ibid., *sacris litteris*. Al., *sacras litteras*; al., *scriptis litteris*. N. 2, *jura*. Al., *jura legum*. N. 3, *in regnum*. Al., *in regno*. Ibid., *creavit*. Al., *decrevit*. Ibid., *Solouis*. In Gothicis mendum est *Sa'omonis*. Ibid., *exposuerunt*. Al., *ediderunt*. N. 4, *Appius*, etc. Al. om. *prænomena, et sexto loco referunt Sextium*, *qui nobis est in tertio loco*. N. 5, *instituere*. Al., *statuere*. N. 7, *novæ*. Al., *leges novæ*. Ibid., *erantque*. Al., *erant quippe*.

CAP. II. N. 1, *hæc*. Al., *hæc*. N. 2, *per alienum*. Al., *per agrum alienum*; al., *per aliena*.

CAP. III. N. 3, *tracta tantumdem*. Al., *tantummodo tracta*; al., *tracta tantum*. Isidorianum puto *tantumdem pro tantum*; similiter *tantumdem usurpant alii ejus æquales*. Ibid., *quando et legem*. Al., *quando vel etiam lege*. N. 4, *omne jam, quod, al., a. id, q.*

CAP. IV. N. 1, *habeatur*. Al., *habetur*. Ibid., *suscipio*. Al., *successio*.

CAP. V. N. 1, *vel civitas*. Al., *vel quæque civitas*.

CAP. VI. N. 1, *servitutes*. Al., *om. Ibid., fœdera*. Al., *om. Ibid., violendorum*. Al., *violentorum*.

CAP. VII. N. 1, *signo dato*. Al. om. Ibid., *egres-*

*sio*. Al., *congressio*. Ibid., *pugnæ*. Al. om. N. 2, *divisio*. Al., *divisio*. Ibid., *et lab ribus*. Al., *et laboris*. Ibid., *item*. Al., *ac*.

CAP. VIII. N. 1, *et sacerdotibus*. Al., *et in s.*  
CAP. IX. N. 1, *Quiritum*. Al., *Quiritum*. Ibid., *quo nulli tenentur*. Al., *quod nulli tenent*. Ibid., *tanquam de*. Al., *quod de*; al., *in quo agitur de*. Ibid., *de usucapionibus*. Al., *de usucapione*. Ibid., *in eodem solos*. Al., *eisdem solis*. N. 2, *senatusconsultis*. Al. om.

CAP. XI. N. 1, *scita*. Al., *plebscicia* constituunt; al., *constituere*. Ibid., *vocata scita*. Al., *vocata sunt ita*. Ibid., *sciscit*. Al., *sciscitatur*; al., *sciscitat*; al., *exciscitat*. Ibid., *uti rogata fuit*. Al., *et rogat, ut fiat*. Al., *et rogat ut fiant*; al., *et rogat, ut faciat*.

CAP. XII. Populi consulendo decernunt. Al., *populi consulendo dedicantur*.

CAP. XIII. N. 1, *edicti*. Al., *editi*.

CAP. XIV. N. 2, *æquitatis*. Al., *veritatis*. Civilis. Al., *civiles*. Ibid., *contentionesque*. Al. om. Ibid., *sopirent*. Al., *sopirentur*.

CAP. XV. Quædam etiam leges. Al., *quædam esse leges*. Ibid., *tulerunt*. Al., *contulerunt*. Ibid., *patrum*. Al., *primum*. N. 2, *plus testamento legaret*. Al., *plus in extraneis testamento legaret*; al., *plus extraneis in testamento legaret*. Ibid., *nuncupata est*. Al., *nuncupatur*. Ibid., *nuncupatur*. Al., *vocatur*. Ibid. Aquilius... *nuncupatur*. Al. om.

CAP. XVI. N. 1, *eloquitur*. Al., *loquitur*. Ibid., *a saturitate*. Al., *a satietate*. Ibid., *et satyram scribere*. Al., *et saturam s.* Ibid., *Persii Gothici et Cæsenas vetustior addunt Lex novella*.

CAP. XIX. Ejus enim. Editiones veteres, *aut enim, quod clariorem sensum reddit*; al., *ejus enim præmio et pœna*.

CAP. XX. Coerceatur. Al., *coerceretur*.

CAP. XXI. N. 1, *secundum patriæ consuetudinem*. Al., *per consuetudinem patriæ*. Ibid., *in captionem*. Al., *in captione*. Ibid., *contineat*. Al., *obteneat*.

CAP. XXII. N. 1, *pragmata*. Al., *pragmatica*. Ibid., *et actor*. Al., *et auctor*.

CAP. XXIII. N. 1, *Testes*. Al. *Hos*; al., *Testes sunt, a quibus veritas quaeritur in judicio*; *quos quisque*. Ibid., *aut dissimulare*. Al., *aut insimulare*. N. 2, *quod testamenta*. Al., *qui testamenta*; al., *quia testamentum*.

CAP. XXIV. N. 2, *nec confirmari*. Al., *nec firmari*. Ibid., *quod in eo*. Al., *quid in eo*. N. 3, *vocabant*. Al., *vocatur*. Ibid., *fecerunt*. Al., *disposuerunt*. Ibid., *legitur*. Al. om. Ibid., *adversum*. Al., *adversus*. N. 4, *ideo*. Al. *inde*. Ibid., *testamentum*. Al., *testamenta*. Ibid., *alloquia*. Al., *eloquia*. Ibid., *tabellarii*. Al., *tabularii*. Ibid., *vocantur*. Al., *vocabantur*. n. 5, *subscriptione*. Al., *signis subscriptione*; al., *signis signatum, subscriptione firmatum*. N. 6, *signatum*. Al., *firmatum*. Ibid., *quod scriptum est*. Al., *quia præscriptum est*. N. 7, *atque subscriptum*. Al. om. Al., *atque scriptum*. Num. 10, *neque exhereditato*. Al., *neque exhereditato*. Al., *neque ex hæreditate*. N. 11, *fraudem*. Al., *fraude*. N. 12, *cum*. Al., *quam*. Ibid., *ita do, ita lego*. Al., *ita videtur, ita dico, ita lego*. Ibid., *præbitote*. Al., *perhibete*. Ibid., *palam*. Al., *in palam*. N. 13, *lo o. Al., pro loco*. N. 14, *insituit*. Al., *constituit*. Ibid., *ut qui titulum scribit*. Al., *ita et. i. scribit*. Ibid., *Scripturæ*. Al. om. N. 15, *adit*. Al., *accipit*. Ibid., *excluditur*. Al., *secluditur*. Ibid., *capienda hæreditatis*. Al., *capienda hæreditates*. N. 16, *mibi*. Al. om. Ibid., *intra dies*. Al., *infra dies*. Ibid., *esset*. Al., *est*. Ibid., *addita*. Al., *adjecta*. Num. 17, *non directis*. Al., *non in directis*. N. 18, *pago*. Al., *pungo*; al., *paco*. Ibid., *pepigit*. Al., *add. pepigit sædus*. N. 19, *quod placet*. Al., *quod placeat*. Ibid., *factum esse*. Al., *factum esse*. Ibid., *quisque facit*. Al., *quis facit*. Ibid., *ad placitum*. Al. om. ad. Ibid., *etiam nolens*. Al., *quo quæquam nolens, omisso etiam*. N. 21, *ratum esse*. Al., *ratum me esse*. ib. non recte. Al., *non certe*. N. 22, *chirographum*... *cautio*... Al. add. *chirographum, cautio, vel scriptio*

*duasum instar chartarum. Græce enim manuscriptum Latine dicitur chartio. Pro scriptio; al. perscriptio, aut conscriptio. N. 24, veundatio. Al. veundatio. Num. 26, sequitur. Al., sequetur. N. 27, usufructuaria. Al., usufructifera; al., usus fructuaria. Ibid., donatum. Al., donatio. N. 29, proprio. Al. om. Ibid. conveniat. Al., convenit. N. 30, promissio. Al., quasi promissio. Ibid. sponsione suas. Al., sponsionem suam. Ibid., sive quod... appellaverunt. Al. om.*

CAP. XXV. N. 1, nec legata testamento, nec possessione retenta. Al., *vel legato, testamento, vel possessione retenta; al., redempta pro retenta. N. 3, quod juste; hoc juste, quod bene. Al., quod recte; hoc recte, quod bene. Al., quod recte, vel juste; hoc juste, vel recte, quod bene. Ibid. irretitur. Al., irritatur; al., retinetur. N. 4, ut non. Al., quia non. N. 5, pro suo. Al., pro suo iure. N. 6, certique titulo. Al., certoque tempore, et titulo. N. 7, adita. Al., edita. N. 8., dicuntur. Al., dicitur. Ibid. hæredes ceciderunt. Al., hæreditus ceciderit. Num. 9, familia heriscunda. Al., familiæ hærescundæ. N. 10, communi dividundo. Al., communis divisio; al., communi dividendo. Ibid., dividitur. Al., dividantur. N. 11, regundorum. Al., regondorum. Ibid., utrique. Al., utriusque. N. 14, obligationem. Al., obligatione. Ibid., ex tempore. Al., ex omni tempore. Ibid., quo. Al., quo res. Ibid., eam. Al., eas. Ibid. deberi. Al., defferri; al., differre. N. 16, ad alterum. Al., ad alios. Ibid., cum modo. Al., commodo. N. 17, ex eo. Al., ex ea. Ibid., commutata. Al., commodata. N. 20, est, quæ primum. Al., est primum, quod. Ibid., contractu. Al., contracta. N. 23, ceditur. Al., creditur. Num. 24, res. Al., res aliqua. Ibid., pignoris. al., pecuniæ, vel pignoris. Ibid., pactione. Al., pacto. N. 25, ut quam cito. Al., ut tam cito. Ibid., salvo negotio. Al., solo negotio. N. 26, ut culter. Al. om. N. 28, eo. Al., ex eo. N. 29, vocatus. Al., vocatur. Num. 30, adeptio. Al., adeptio. N. 31, qui mancipio. Al., qui mancipium. Ibid., quod ei. Al., quod de. N. 32, nam aliena. Al., nam si aliena. Ibid., alteri. Al., alicui. N. 33, est, quod. Al., est, quia. Ibid., sed pro formando. Pal. 281 pro var. lect., aut corr., sed proprio formando. N. 34, vocatum. Al. om. N. 35, coetus. Al., coitus; al., quo itus. Ibid. vel emere. Al., et emere.*

CAP. XXVI. N. 1, nominatur. Al., nomen habet; al., nomen accepit. N. 6, aut torserit. Al. om. N. 7, existimat. Al., æstimat. N. 10, hinc est apud comicos injurius, qui. Al., hinc est illud Virgilii: cum Turni injuria matrem-Admonuit. Injuria est, quæ. N. 11, eunt. Al., sæviunt. N. 12, in idolorum cultu. Al., idolorum cultui. N. 13, illusio. Al., abusio: forte, invasio. Ibid., alter. Al. om. N. 14, stuprum... Al., stuprum... lenocinium... raptus; Al., stuprum raptus proprie; al., stuprum, id est, raptus proprie. N. 15, Unde Virgilius, etc. Al., unde et qui rapto politur, stupro fruitur. Num. 17, parentis N. cædes. Al., parentis cædium; al., parentis cidium. N. 18, internecci. Al., internecciei; al., internelium. Ibid., testamentum. Al., testimonium. Ibid., bonorum. Al., bonorum operum. Ibid., enecatio: Al., necatio; al., innecatio. Ibid., ponebant. Al., proponebant. N. 19, contractatio. Al., contractio. N. 20, pervasio. Al., persuasio. Ibid., earum. Al., earundem. Ibid., immobiles. Al., immobilita. N. 22, qui largitione honorum. Al., qui largiorem honorem. N. 23, peculatus est dictus. Al., peculatum di. tum est iudicium. Al., peculatum est dictum. N. 25, vel propinquas. Al., sive in propinquas. N. 26, maiestatem læserunt. Al., potestatem deseruerunt. Ibid., proderunt. Al., perdidit. N. 27, quod. Al., pro eo quod.

CAP. XXVII. N. 1, appellatur. Al., appellatum est. Ibid., impendit. Al., impendit. Al., impetit, et impendet. N. 2, necessarium nostri Codd. nomen. Ibid., pœna mortis. Al., pœnam mortis. N. 3, dicitur. Al., dictum. lb., quo quis. Al. om. Quis. Ibid., sed cum. Al. om. cum. Al., sed qui. lb., in publico. Al., in publicum. lb., Deo. Al., Domino. Al., de eo. N. 4, scribit. Al., scripsit. Ibid.,

10, sint. Al., suus. N. 11, nervus... hois. Al. ad. N. 9, accipiendo teneant. Al., accipiendo tenent. N. ignominium. Al., ignominium. N. 7, dicitur. Al., dicitur. nervus est ferream vinculum, quo pedes, vel etiam cervices impediuntur. N. 12, jugum in bove. Al., jugum boum. N. 13, quod eo. Al., quo in eo. Ibid., quasi arcer. Al., quasi arcens. N. 14, per diminutionem. Al., per derivationem. Num. 16, præfixi. Al., infixi. Ibid. stent. Al., stant. N. 17, vectentur. Al., vectantur. Ibid., velluntur. Al., evelluntur. N. 18, virides sunt. Al., v. sint. Ibid., si certe nodosa. Al., si hæc nodosa. Ibid. nomine, quia. Al., nomine vocatur, quod. N. 21, extendat. Al., extendatur. N. 25, latomia. Al., lautumum; al., lautumum. N. 25, dictum. Al. om. N. 26, quia fando, id est, loquendo. Al., quæ fando, et loquendo. Ibid., quo non aliud. Al., qua non aliud. N. 27, certi. Al., certum. Ibid., probatur. Al., probat. Ibid., probaveris. Al., probabilis. Ibid., esse cessat. Al., esse fama cessat. N. 28, unde post liminium. Pterique nostri, etiam Gothici, unde postliminio. Ibid., ejecti injuria extra. Al., ejecti in injuria, id est, extra. N. 30, quasi porro scriptio. Gothici om. N. 31, ad erwendam veam. Al., ad erwendam menia. N. 32, servi vocabantur. Al. om. Num. 34, ex eo exanimat. Al., hæc exanimat. N. 35, torquente. Al., torquentes. Al., torquentis. Ibid., canibus et bestiis opponi. Al. om. Ibid., gladius. Al. hic add. canibus et bestiis opponi. Ibid., majori. Al., graviori. N. 36, culleus est. Al., culleum est. Ibid., cum simia. Al., cum simio. N. 37, advertere. Al., vertere. N. 38, aqua, et igni. Al., aquam, et ignem.

CAP. XXVIII. In nonnullis Codicibus hoc loco habetur liber de Medicina, quem consequitur liber vii. De temporibus, qui nobis est pars libri v.

CAP. XXIX. N. 1, tempus, a motu. Al., tempus, quod a motu. N. 2, cum aliquid. Al. cum sol aliquid: et ita Pal. 281 ad marg.

CAP. XXX. N. 4, id est, gallorum cantus. Al. om. C Ibi l., ostendit. Al., ostenditur, Ibid. mesonyctius afflatus sit. Al., mesonyctius, id est, medionictus afflatus sit. N. 5, dierum. Al. om. N. 6, Pyrois. Al., vesper. Ibid., quem quidam. Al., quam quidam. Ibid., Sullbonta dicunt. Al., candidam circumulum dicunt: sic etiam Gothici, et cod. 4, Vatic. Archivii. N. 7, quam Phaetonem. Al., quam quidam Phaetonem. Ibid., quæ inter. Al., quia inter. Ibid., septimo celo Al., sexto celo. N. 8, dederunt. Al., ediderunt. Ibid., per eadem. Al., per eosdem. Ibid., existimarent. Al., æstimarent. Ibid., finxerunt. Al., finxerant. N. 9, quæ, apud. Al., qui apud. Ibid., dicaverunt. Al., dedicaverunt. Ibid., a paganis. Al., apud paganos. Num. 10, feria est. Al., feria dicitur. Ibid., qui apud. Al., quæ ap. d. Ibid., dicaverunt. Al., dedicaverunt. Ibid., et Saturni nominaverunt. Al. om.; al. et Saturnum nominaverunt. N. 11, mortalia. Al., mortalia. Ibid., eminuerunt. Al., evanuerunt. Al., invenerunt. Ibid., sed prius. Al., sed primam. Ibid., appellati. Al., nuncupati. N. 12, festi dies, etc. Al., festos dies hominum causa institutos, feriatos divinorum sacrorum: ita Gothici, et Cod. Cæsenas 1. N. 13, diei. Al., dierum. Num. 14, mane a mano. Al., mane a manu. Ibid., dicebant. Al., dixerunt. Ibid., a manibus. Al., a diis Manibus. Al., a Manibus, id est, a diis. Ibid., raras est. Al., clarus est. N. 15, dictus. Al., dicta. Ibid., e medio. Al., in medio. Ibid., orboni. Al., terram. N. 22, per ante diem. Al., pro ante diem. Al., per ante die. Ibid., antecessum. Al., antecessum. Ibid., id est prius. Al., et prius. CAP. XXXI. Num. 1, ne indecora esset. Al., ne inde contra esset. Ibid., consolaretur. Al., consolaretur; al., solarentur; scilicet passive, quod ex Isidori manu esse facile crediderunt. Ibid., omnes. Al., homines. N. 2, temperaret. Al., temperet. N. 3, fieri. Al., fieri dicunt. Al., fieri dicimus. Ibid., pervenit. Al., pervenerit. Ibid., tabefactos. Al., tabefactos; al., tabefactus. Ibid., cogitur. Al., cogit. Ibid., super terras pertulit. Al., sub terras



*protulit*. N. 4, diluculum. Hic alii interserunt, *Crepusculum*... et *tenebras*, ut paulo post. N. 5, *vesper*... vocatur. Al., *vesperum*... *vocatum*. Ita codex Tolletanus vetustior, cum his notis characteribus Gothicis cursivo. « *Vesper* dictus, dum sol, aut luna ferruginibus quacunquē diei, aut noctis hora legitur, et hoc nomen facit *vesperis*. *Vespera* vero ab hora nona sole descensum inchoante; sed hoc nomen declinationem non habet. *Vesperus* est, dum sole occidente, dies deficit, et sic declinabitur, *vesperus*, *vesperi*, *vespero*, et reliqua. *Vespera* (in ms. *vespere*) est, cum lucis oriente aurora nox finitur, et sic declinabitur *vespera*, *vesperæ*, *vesperæ*. » Num. 6, *tenebras* autem dictæ. Al., *tenebras* autem dictas. N. 8, omnia. Al., omnia. N. 12, hoc tempore inchoante. Al., hoc tempus inchoante. Al., hoc tempus inchoantes. N. 13, hæc et aurora. Al., hæc est aurora. N. 14, quasi eorum. Al., quasi eorum; Al. quasi eorum, id est, parva lux. Ibid., et Eoasque. Al., et iterum, Eoasque. CAP. XXXI. N. 1, dicunt. Al., dicuntur. Ibid., idem primus. Al., id est, primus. Al. om. idem aut id est. Ibid., reditur. Al., redditur. CAP. XXXIII. N. 1, de lunæ nomine tractum. Al. om. Ibid., qui est. Al., quod est. N. 2, facilius. Al., facilis. N. 3, limes. Al., limes. N. 4, a Februo. Al. a Februa. Ibid., nominatus. Al., nominatur. N. 5, agantur. Al., aguntur. N. 6, viridantibus. Al., virescentibus; al., viridescantibus. N. 10, de honoribus. Al. de nominibus: ita etiam Pal. 281. ad marg. n. 11. præcedentes numeros. Al. om. præcedentes. Alii exhibent, præcedentem numerum. N. 12, conveniebatur. Al., conjungebantur. N. 13, dictas. Al., dictum. N. 14, nonæ a nudinitia vocatæ. Al., nonas autem a nudinitis vocatæ.

CAP. XXXIV. Num. 1, solis statio. Al., solis statium. Ibid., æquali. Al., æquales. N. 2, octavo Kalendarum Juliarum. Al., octavo Kalendas Julias: et sic infra. CAP. XXXV. N. 1, a communione. Al., a communi. N. 3, sic et autumnus novus, adultus, et præceps. Al. om. Ibid., est illud. Al. add. est illud Virgilii. Ibid., quod viret. Al., quod vireat. Ibid., ruunt. Al., prorumpunt; al., prorumpuntur. N. 4, calore. Al., a calore. Ibid., id est, exusta. Al. om. N. 5, vocatur. Al., vocatus. N. 6, solvitur. Al., solvitur. Ibid. brevis, vel. Al., brevis dies, vel. Ibid. imbrumari. Al., imbrumati. N. 8, pars ejus. Al., pars ejus aratis. Ibid., torpeat. Al., torpet. Ibid., habet. Al., habent. Ibid., tunc folia. Al., tunc omnia folia. Al., tunc omnia folia, et mox defluit pro defluunt, ut sit folia, foliæ. Ibid. inter se contrariorum aerum. Al., inter se contraria elementa; al., inter se elementorum genera. Al., post aerum add. hiems septentrioni torpeat: quod jam in aliis præcepsit. CAP. XXXVI. N. 3, genera. Al., tempora. N. 4, census exegit, ac Romanum. Al., census excogitato Romanum. CAP. XXXVII. N. 1, vacantibus. Al., vacantibus. N. 2, nondum crant. Al., nondum erat. Ibid., vocatur. Al., vocatum. N. 3, clangebatur tubis. Gothici, et Cas. 1, clangebatur tubæ: ita etiam Cod. 1 Arch. Vatic. CAP. XXXVIII. N. 1, quod sequantur. Al., quod se sequantur. Al., quod semper sequantur. N. 2, amans. Al., amat. Ibid., aure pertusa. Al., aure perforata. Ibid., subjugar. Al., subjugatus. N. 4, extremum. Al., extremitas. Al., suis extremis. Ibid., nascitur. Al., nascitur. N. 5, Judæ. Al., Juda. Ibid., Babytoniam. Al., Babytonem. Ibid., usque ad. Al., om. usque. Ibid., in carne. Al., a carne. Al., in carne. N. 6, et regna. Al., et regna ita inspicitur: et om. Primus ex nostris... sacculi cognoscatur. Ibid., Julius. Al., Julianus. Ibid., canonum. Al., canonem. N. 8, præteriti. Al., præterita. Ibid., cognoscatur. Al. add., Quarum decursus per generationes, et regna ita inspicitur. CAP. XXXIX. Num. 1, in lucis. Al. om. in. Num. 2, Adam anno. Al. om. anno. Al., annis: et ita deinde. Ibid., Seth... 205. Al. 202. Ibid., qui cæpit. Al., qui primus cæpit. Ibid., Domini 435. Al., Domini 452... Ibid., Malactæ... 715. Al. Malactæ... 815; al. 795. Isidorus se-

re sequitur LXX interpretes. Vulgata minorem numerum exhibet. N. 3, Iared... 172. Al. 162, al. 166. Num. 5, Sem... secundo anno. Al., anno 162. Ibid., Arphaxad... 153. Al., 223. Ibid., a quo Samaritæ, et Indi fuerunt. Al., a quo antiqui Samaritæ, et Indi, omisso fuerunt. N. 6, regnum inchoat Seytharum. Al., om. Ibid., turris. Al., tunc turris. Cod. Mutin. « Hoc tempore divisæ sunt lingue, et per orbem terrarum facta est dispersio in ædificatione turris. » Num. 7, Seruch... 79. Al., 89. Ibid., magicam. Al., magicam artem. Ibid., 5184. Al. 3183. Num. 3, Isaac. Nam prius et Ismael. Al., Isaac, et Ismael, a quo. Al., Isaac ex Sara libera. Nam prius et Ismael. Ibid., Jacob... 91. Al., 40. Ibid., Phoronens... 5435. Al., 3434. N. 9, Joseph... 110. Al., 105. Ibid., Ileræorum servitus in Ægypto. Al. om. in Ægypto. Ibid., inventi 3689. Al. 3758; al., hoc tempore inventa est astrologia. Ibid., rexit populum in eremo. Al. om. Ibid., cæperunt 3729. Al., 3728, et sic deinceps. Num. 10, in Græcia. Al., in Troja. Ibid., prius. Al., om. Ibid., medicinæ artem invenit. Al. om. Ibid., reperit. 5916. Al. 5923. Num. 11, lyram condidit. Al., lyram reperit, et Orpheo tradidit. Et pro 5956, al. 5906, al. 5935, al. 5955, et hoc fere ordine discrepantia est in annis. Num. 12, capta est. Al., add. et Æneas in Italiam venit: pro anno 4025. Al. 4024. Ibid. condidit. Al., condidit civitatem, a qua Albani. Ibid. Ileri sacerdotes. Al. om. sacerdotes. Ibid., Samuel. Al., Samuel, et Saul. Ibid., putatur. Al., reputatur: et pro anno 4125, al. 4128. Num. 13, Gad... prophetaverunt. Al. om. N. 14, Asa... Achias, Amos, Jehu, Jobel, et Azarias prophetaverunt. Al. Asa... Esaias, Amos, Naum, Johel prophetaverunt. Ibid., Elias, Abdias, Al., Elias, et Heliseus, Abdias. N. 15, Athalia, Al., Gotholias. Ibid., Jonadab sacerdos. Al., Jonadab filius Rechab sacerdos, Ibid., claruit. Al., claruit, et Joiada pontifex. Num. 16, Eliseus. Al., præmittunt: Zacharias propheta occiditur inter templum, et altare. Eliseus. Ibid., Carthago condita. Al., Carthaginem quidam hoc tempore asserunt conditam, alii non, ut supra. Ibid., insituitur. Al. add., Assyriorumque regnum in Medos transfertur. Ibid., Romulus nascitur. Al., Remus et Romulus nascuntur. Num. 17, Roma conditur. Al., Senatus Romæ fit. Ibid., census primum agitur IVMDLVI. Pro hoc anno alii habent 4555; al., 4552. N. 18, Siphon... claruit. Al. om. Num. 19, scribitur. Al., conscribitur. Ibid., solvitur. Al., resolvitur. Ibid., celebrantur. Al., celebrantur insignes. N. 20, renovat. Al., revocat. Ibid., qui et Nothus. Al. om. Ibid., Platonem, et Gorgiam primum rhetorem. Al. omittit, et Gorgiam primum rhetorem; alii exhibent, Platonem primum rhetorem; al., Platonem, et Gorgiam, omisso primum rhetorem. Ibid. expletur. Al., scribitur. Num. 22, Alexander Macedo. Al. om. Macedo; et pro anno 4874, al. 4873, al. 4884. In Cod. 1 Tolletano nota additur: Dehinc Alexandriæ reges incipiunt. Ibid., agnoscuntur. Al., habentur. N. 23, Machabæorum secundi libri historia componitur (Al., scribitur). Al. om. hæc verba, et eorum loco referunt, ab isto Judæi, prælio victi, xl millia corrue-runt armorum. Deinde verba illa, Machabæorum... componitur, referuntur ante Romani Græcos, etc. Ibid., vicit: Al., vincit. Num. 24, subegit. Al., subjecit. N. 25, capit. Al., cepit. Ibid. Cæsar... Al. om. Ibid., primus. Al., prior; et pro anno 5155, al. 5154, al. 5164, al. 5160. Num. 26, nascitur vmccxi. Alii annum exhibent 5210, al. 5220, al. 5245. Similis est de varietas. N. 28, in Trajano pro annis xix, al. xiv, al. xviii. Ibid., requiescit. Al., requievit. N. 29, Antoninus Pius ann. Al., Antoninus Verus Pius. Ibid., Antoninus. Al., Antoninus Pius. N. 30, Theodotium interpres. Al., Th. tertius i. Ibid., Synmachus interpres. Al., S. i. quartus. Num. 31, Caracalla. Al. om. Ibid., gestorum habet. Al., g. habetur. Al., habet historie. Ibid., Aurelius Antoninus. Al. om. Antoninus. Ibid., Sabellii hæresis. Al., Sabellius. N. 32, Ouge-

nes. Al., *Origenes Alexandriae*. N. 35, Gallus. Al., Galerius. Ibid., condit. Al., *condidit*. Num. 34, hujus brevitatis vitæ prænotatione caret. Al., *h. b. v. nihil habet historiae*; al., *nihil memorabile egit*; al. om. N. 35, orta est. Al., *exorta est*. Ibid., hujus... contulit. Al. om.; al., *nihil dignum historiae contulit*, omissis aliis. N. 37, Valentinianus ann. viii. Al., *ann. ix*; al., *ann. xix*. N. 58, hæresiarcha. Al., *hæresiarches*. N. 59, orta est. Al. add. *Corpus Barnabæ apostoli, et Evangelium Matthæi repertum est*. N. 49, extinguuntur. Al., *a Belisario extinguuntur*. Num. 41, effecti sunt. Al., *efficiuntur*. Ibid., a Persis. Codex Lucanus addit: *Gregorius Romanæ urbis pontifex, cujus famæ fulgor totum terrarum orbem penetravit, Anglorum gentem, id est, Saxonum, per duodenis (sic) a se missu ad Britanniam auris (sic) quam nunc ipsi Saxones Sectis (sic) de illa insula imo et verius dicam, de minore ad majorem orbem divi in Brittonibus pene cunctis sub sua potestate redactum redeunt ad Christi fidem a pagano divorit*. Cod. Octob. 345. Mauricius ann. xxi. Gregorius PP. existit. Angeli convertuntur ad fidem. Gothi catholici efficiuntur. Focas, etc. Num. 42, Eraclius xvii. Al. xxii; al., *de-imum*. Ibid., nunc agit, etc. Al., *hujus quinti, et quarto religiosissimi principis Sisebuti, in Hispania Judæi baptizantur, Christiani efficiuntur*. Ibid., residuum sextæ ætatis, etc. Al., residuum sextæ ætatis tempus Deo soli est cognitum. Vulcanius addit: *Colligitur omne tempus ab exordio mundi usque in præsentem annum decimum gloriosissimi principis, qui est Eraclius, v. m. ccc. lxxvii*. Sed, ut ex hoc annorum numero constat, sermo esse non potest de Eraclio; sed id intelligendum de Reccesuinto rege Hispaniæ, qui in multis antiquis Codicibus hoc loco nominatur. Additum id certe post Isidori obitum ab Ildefonso, ut puto, qui decimo anno Reccesuinti sedem Toletanum obtinebat. In Cod. Octob. 352, post *cognitum est* additur. Colligitur omne tempus ab exordio mundi in præsentem Reccesuinti principis ann. x, qui est æra 666 v. dccc. lxxvii. Ita Cod. Ovobon. 404, sed addit usque in præsentem generationem, et mox anni simul v. dccc. lxxvii. Cod. Oct. 336, æra 665 anni v. dccc. lxxvii. Cod. Octob. 343, æra 646, anni v. dccc. lxxviii.

## LIBER SEXTUS.

Cap. i. N. 1, omnia. Al. om. N. 3, Veteris Testamenti... viginti duos. Al., *Vetus Testamentum in viginti duos, aut in viginti duobus, aut viginti duobus, omisso in. N. 4, quod est Numeri, Al., quod est Numerus*. N. 5, lex appellatur. Al., *legem appellant*. N. 6, secundus est. Al., *secundus ordo est*. Ibid., quia sibi. Al., *quasi*. Al., *quia*, omisso *sibi*. Ibid., pro brevitate. Al., *pro brevitatibus*. Num. 7, Psalterium. Al. add. *quod quinque incisionibus dividitur*. Ibid., Paralipomenon, Octavus. Al., *Paralipomenon, quod est cristicon, qui in duos libros dividitur apud Græcos et Latinos*. Octavus. Id alii addunt post *Octavus Esdras*. Pro *quod est cristicon* alii habent *qui et chronicon*. Ibid., sunt xii. Al., *faciunt xii*. N. 8, conspectum Domini. Al., *conspectum Dei*. Num. 9, Hebraico. Al., *Hebræorum*. Ibid., quos licet. Al., *quos scilicet*. Ibid., Judæi. Al., *Hebræi*. Ibid., separent. Al., *separent*; Al., *repulant*. N. 11, vel hominibus. Al., *vel ab hominibus*; Al., *quid ab hominibus*. Ibid., prænuntiatum. Al., *nuntiatum*.

Cap. ii. N. 1, traditionem. Al., *traditiones*. N. 2, Pentateuchum. Al., *Pentateuchus*. N. 3, continetur. Al., *continetur*. N. 6, de Ægypto. Al., *ex Ægypto*. Ibid., duarum mansionum, etc. Al., *duas mansiones in eo descriptas continet*. N. 7, repetitio. Al., *reparatio*. Ibid., quæ priora. Al., *quæ propria*. N. 8, asseverant. Al., *asserunt*. Ibid., populo. Al., *victori populo*. N. 9, hunc librum... Samuel. Al. om. Al., *hunc librum edidisse creditur Samuel, omisso et Ruth*. N. 10, ad Samuel. Al. om. Ibid., in regnum. Al., *in regem*.

A Ibid., David in regem. Al. om. *in regem*. Num. 11, Melachim. Al., *Melachim liber*. Ibid., digerat. Al., *digerit*. Ibid., Latine regum. Al., *Latine regnum*. Ibid., per singulorum. Al., *per singulas*. N. 13, spiritalis pugnae. Grial, *specialis pugnae*; sed Cod. 1 Gothic. Tol., et Lucan., *clare, spiritualis*; alii Mas. et editi in compendio litterarum indicant etiam *spiritualis*. N. 34, prosa oratione contexta. Al., *prosaica o. texta*; Al., *contextit pro contexta sunt*. Ibid., in quo. Al. om. Num. 15, nebel. Al., *nablum*; Al., *nabla*; et ad marg. Codicis 1 Tolet., *Safartallim* (verius, *Sepher tekhillim*), *id est, liber laudum*. Al. om. *Hebraice nabel*. Ibid., vocatus Al., *vocatur*. Ibid., Psalmorum. Al., *liber psalmorum*. Ibid., canente ad. Al. om. *ad*. Ibid., responderet. Al., *responderit*. Ibid., Hebraicus. Al., *Hebraicis*. N. 16, sunt. Al. om. Ibid., ponuntur. Al., *proponuntur*. Ibid., in titulo. Al., *in titulo*. Ibid. Ezraithæ. Al. om. Ibid., reliquorum. Al., *reliqui*. Num. 17, omnes autem psalmos, etc. Gothici, et alii, *omnes autem psalmi constat esse compositi*. Ibid., in morem. Al. in more. Ibid., alcaico. Al., *elegiaco*. Ibid., personant. Al., *personant metro*. N. 18, rex Israel. Al., *regis Israelis*. Ibid., comparativa. Al., *comparative*. N. 19, reservavit. Al., *reservavit*. Ibid., dirigatur. Al., *dirigitur*. Ibid., cernimus. Al., *svat*. Num. 20, in Latinam linguam. Al., *in Latina lingua*. Ibid., canticum. Al., *cantica*. Ibid., canticorum, eo. Al., *cantici, eo*. N. 22, omnis textus eloquentia. Al. om. *textum eloquentiæ*; al., *omnem textum vel eloquentiæ*. Num. 23, cum threnis ejus. Al., *cum threnis suis*. Ibid., quadruplex. Al., *quadruplicem*. Ibid., concludit. Al., *concludant*. N. 24, scriptum. Al., *conscriptum*. Ibid., iisdem. Al., *id est*. Ibid., simile primo. Al., *simili modo*. N. 25, et fines. Al., *et finis*. Ibid., orbis. Al., *mundi*; Al., *orbisque*. N. 27, invicem. Al., *pariter*. Ibid., quorum nomina sunt. Al. om. N. 28, apocryphos. Al., *apocrypha*. Num. 29, Aman. Al., *hoste Aman*. Ibid., iniquitas. Al., *nequitia*. N. 30, sulus. Al., *titulus*. N. 31, de quo. Al., *cujus*. N. 32, hic et apud. Al., *hic liber apud*. N. 36, Domino, ut. Al., *Domini et reliqua, ut*. N. 37, inities. Al., *initians Evangelium*. Ibid., Judææ. Al., *Jude*. Ibid., quidam. Al. om. Ibid., Christum. Al., *Christum Jesum*. N. 41, propter animam. Al., *p. animam*. Ibid., prædicatur. Al., *per eos prædicatur*. Ibid., pervident, quæ dicta. Al., *prævidentur ea evangelia, quæ dicta*. Ibid., promissa erant impleri. Al., *promiserant in priori tempore*; Al., *promiserant in p. t.*; Al., *præmiserit in priori, omisso tempore*. Num. 42, revelata. Al., *relata*. Num. 43, eu bene. Al., *eu bonum*. Ibid., interpretatur. Al., *dicitur*. N. 44, suas. Al. om.; Al., *suas reliquas epistolas*. Al., *reliquas, omisso suas epistolas*. Ibid., septem. Al. om. N. 45, scriptam. Al., *conscriptam*. Ibid., suspicantur. Al., *testantur*. N. 46, catholica. Al., *canonica*; Al. om. *epistolas, quæ... scriptæ sunt* (quod additur mox post *scriperunt epistolas n. seq.*). N. 48, constat. Al. om.; al. novimus; al., *constabat*; al., *affirmant*. Ibid., retinetur. Al., *continetur*. N. 49, scripsit. Al., *conscriptit*. Ibid., traditur. Al., *creditur*. Ibid., Apocalypsis. Al., *Apocalypsin*.

Cap. iii. N. 1, a Græco. Al., *a Græco sermone*. Ibid., librorum. Al., *librum*. Ibid., repositio. Al., *repositionem*. N. 2, Hierusalem. Al., *Hierosolymam*. Ibid., fuerat. Al., *fuertit*. N. 3, deinceps. Al., *addunt deinceps Demosthenes, quod non coheret*. Ibid., avertit. Al., *evexit*. N. 5, gentium. Al. om. Ibid., septuaginta millia. Al., *septuaginta duo milia*.

Cap. iv. Num. 1, hic etiam. Al., *hinc etiam*. Ibid., Hebraica. Al., *Hebræa*. Ibid., transferre. Al., *referre*; al., *ferre*. Ibid., curavit. Al., *procuravit*. Ibid., in Alexandria. Al. in *Alexandria*. N. 2, singuli. Al., om. Ibid., separati. Al., *separatim*. Ibid., in ceteris. Al., *in veteris*. Ibid., discrepant. Cod. 1 Tolet. notat, vel addit: *Sanctissimus Hieronymus de LXX interpretibus dicit (forte disserit), et eos fuisse negoti divisos, et multa addidisse, vel admississe refert.*



N. 3, in Græcam. Al., in Græcum. Num. 4, reperit. Al., in urum reperit. Ibid., editionibus. Al. om. N. 5, peritus. Al., peritissimus. Ibid., a Christiano interprete. Al., Christiana interpretatio; al., a Christiano interpretatio; al. om. atque utpote... venter.

CAP. V. N. 1, Romam. Al., Romæ. Ita Gothici. Ibid., Lucillus. Al., Lucillus. Ibid., negotium quain maxime. Al., n. causa maxime; al., n. cum causa maxime, al., negotium etiam cum maxime. N. 2, Græcas simul. Al., hinc Græcas. Ibid., de nubibus. Al. add. id est, de donis.

CAP. VI. N. 2, persecuti sunt. Al., persecuti sunt. CAP. VII. N. 2, Chalcenterus. Al., Cassiterus. Ibid., ediderit. Al., edidit. Ibid., nostrum, etc. Al., nostrum aliena, et scribere: Pro aliena, al. nullatenus. N. 2, Den que. Al., deinde. Ibid. se. Al. om. se; alii omittunt Denique... fatetur. N. 3, occurrat. Al., possit.

CAP. VIII. N. 1, verba. Al., verbum. Ibid., quam Latini. Al., quem L. N. 3, sententiam contractando secum. Al., sentiendi contractando secum; al., sentiendo c. s. N. 5, commenta Evangelii. Al. add. Nam quidquid breviter componitur, commentarium dicitur; quod vero eleganter expositio nominatur. N. 6, accusantibus. Al., cassantibus. N. 7, laciniosum. Gothici, Cæs. 1 et vet. Ed., lasciviosum, quod non displiceret. N. 8, scribuntur. Al., scribebantur. Ibid., et ob id libri. Al., et Ovidii libri, quod non ita abhorret. Num. 9, ad instruendas. Al., ad instruendum. N. 10, Deum. Al., Dominum; al. Deum Dominum. N. 12, vates primus. Al. om. primus. N. 13, alius se. Al., acutus se. Ibid., per se. Al., præ se. Ibid., rerum. Al., per rerum. Ibid., comparantur. Al., comparant. N. 15, quæsitio. Al. om. N. 16, quasi argutum, vel quasi inventum. Al., quasi argutum inventum. N. 17, missa. Gothici et alii add. stola enim, sive stoli. missa, vel missi: N. 18, dedolatis. Al., dolatis. Ibid., alloquia. Al., eloquia; al., colloquia.

CAP. IX. N. 2, ut ceram ossibus. Al., ut in cera ossibus. Ibid., scriptura est. Al., s. dicitur.

CAP. X. N. 1, Memphis cam. Al., Memphiacam. Ibid., dixit. Al., dixerunt. N. 2, Octavii. Al., Octavian. N. 4, Saltica... Sai. Al., Saltica... Salo. N. 5, scripturis. Al., scriptori.

CAP. XI. Num. 1, charta indigerent. Al., chartulis i. Ibid., membrana primi. Al., membranas primi. Ibid., pergamenorum. Al., pergamenorum. Ibid., sibi. Al. om. N. 2, hebetet. Al., hebetas. N. 3, ut laborem... recroent. Al. om. N. 4, crocatur. Al., crocatur. Ibid., N. 5, litteras. Al., in litteris.

CAP. XII. N. 1, genera. Al., nomina. Ibid., in ommentis elephantinis; Editi veteres, in momentis elephantis; sed Vulcanius jam coniecerat, in ommentis, cum la omnibus exemplaribus reperisset momentis. N. 2, Arateis. Al., Arateis. Ibid., queis ignes. Al., que ignes; al., que signis. Ibid. Prusiaca. Al., Persica; Al., Praxaca. N. 3, increbuit. Al., increpuit; al., increbuit.

CAP. XIII. N. 1, a caudicibus. Al., a corticibus. N. 2, volumen legis. Al., volumina l. N. 3, coheret. Al. add. in qua antiqui scribebant. Ibid., membranorum. Al., membranarum.

CAP. XIV. Librarios. Al., scriptores librorum. Ibid., constat. Al. om. N. 3, scribæ. Al., sunt scribendi. Ibid., in duo; Codd. veteres indiade. Ibid., signaretur. Al., significaretur. N. 4, ponat. Al., deponat. Ibid. ponere. Al., deponere. N. 6, compingantur. Al., compingantur. N. 7, convertantur ad inferiora. Al., s. ad inferiorem; al., c. ad inferiorem. Ibid., verbus vocant. Al., vorus v.

CAP. XV. N. 1, episcopus primus. Al., primum, omnino episcopus. Ibid., possinus. Al., possemus. Num. 4, era. Al., arca; al., aera. N. 6, quot, et qui dixerunt. Al., qui, et quid dixerunt.

CAP. XVI. N. 1, quid corrigat. Al. om. quid. N. 5, sciens. Al. om. Ibid., quatuor evangelia. Al., quatuor evangelia. Num. 6, prima Nicæna. Al., prior N. Ibid., damnata. Al., condemnata. Ibid., Deum Fi-

lium. Al., Dei Filium. Ibid., eadem. Al., esse. N. 7, Constantinopoli. Cod. Alb., et i Vat. Arch., Constantinopoli; qui accusativus in nominibus urbium simili modo sibi occurrit. N. 8, episcoporum. Al., add. eodem conteniendo. Ibid., Domini. Al., Domini nostri. N. 9, quemdam. Al., quondam. Ibid., Christum Dominum. Al., Christum Deum. N. 10, principales. Al., principalem. Ibid., plenissime. Al., doctissime. Cod. Regiovat. 1824 omittit Quatuor... continentur. Sed in hoc Cod. multa alia desunt. Ibid., in hoc corpore. Al., in hoc opere. N. 11, Synodus, etc. Al., Synodum autem ex Græco interpretari comitatum vel cælum; ita antiquissima exemplaria, subintellecto constat, aut simili quoque verbo. N. 12, agebantur. Al., gerebantur. Ibid., quasi communicium. Al., om.; al. quasi concilium; al., quasi consilium. Ibid., considium consilium. Al., considium, id est, consilium. N. 13, sicut conventus. Al., sicut a conventu. Ibid., vel concilium. Al., ita et concilium.

B CAP. XVII. N. 1, Victorius. Al., Victorinus. Num. 2, calculans. Al., calculatis. N. 3, in orbem. Al., in orbe. Ibid., complectatur. Al., complectitur. Ibid., sine varietate. Al., in veritate. N. 4, hinc et laterculum dictum. Al., hinc et Latine cyclus dictum; al., hinc et Latine circulum dictum; al., hinc et late cyclus dictum. Ibid., ordinem. Al., ordine. Ibid., habeat. Al., habeant. Num. 5 seqq., in primo cyclo decemnovenali hæc est varietas inter nostram Editionem, et vetustissimum Codicem Toletanum. Editio, B. com. ann., ii Idus April., xx (Iunæ). Cod., Com., iii Id. Apr., L. xx. Ita inseritur L pro luna. Ed., C., vi Kal. April., xvi. Cod., B. com., vi Kal. Apr., xvi. Ed., BC., ix Kal. Apr., xv. Cod., B. com., x Kal. Apr., xvi. Ed., BC., v Id. Apr., xv. Cod., B. com., vi Id., etc. Ed., BC., v Kal. Apr., xvii. Cod., B. com., vi. Ed., E., xvi Kal. Maii, xviii. Cod., E., xiv Kal. Maii, xiii. Ed., C., ix Kal. Apr., xvii. Cod., E., ix Kal. Apr., xviii. Ed. BE., xi Id. Apr., xvii. Cod., B. com., ii Id. Apr. xii. Ed., C., Non. Apr., xx. Cod., com., ii Non. Apr., xx. Ed., E., viii Kal. Maii, xxi. Cod., E., viii Kal. Apr., xxi. Secundus cyclus lunæ. Omnia consentiunt, excepto quod in Editione est, E iv Id. Apr. xv. et in Codice C., iv, etc. Tertius cyclus lunæ. Editio, C. iv, Non. Apr., xx. Cod. C., iii Non., etc. Reliqua consentiunt.

Quartus cyclus lunæ. Editio C., iii Id. Apr. xiv. Cod. C., iv Id. Apr., etc. Nulla alia varietas neque in hoc, neque in sequenti cyclo. Similes alias discrepantias inter Editionem nostram, et alia exemplaria mss. aut edita annotare nihil juverit. Sed notandum, quod in Ottob. 345, primus cyclus incipit: Communis annus ii Id. Apr., luna xxi quem annum xxi præferendum aliqui putant; et consentiunt alii Codices, Palat. 283, Regiovat. 112, Urb. 479. Num. 10. Post ejus. Alii, præmittunt: A conditione mundi usque ad hunc novissimum cycli annum computantur anni mccccccxx. Al., a constitutione mundi; et cyclus pro cycli annum. Ibid., antiquitas Ecclesia. Al., antiquitas Ecclesie. Ibid., celebrabat. Al., celebrabatur. N. 11, Hebræum. Al., Hebraicum. Ibid., quia venit hora. Al., quod venit hora ejus. N. 12, pervigil ducitur. Al., pervigilia dicitur. Ibid., ac Dei. Al., ac Domini. Ibid., ejus. Al., om. Ibid., resurrexit. Al., resurrexerit. Num. 14, expurgantes. Al., expurgemus. Ibid., vitæ. Al., om. Ibid., primus mensis. Al. add. primus mensis novorum. N. 15, A quarta decima in. Al., a quinta decima usque in. Ibid., nunc tertium. Al., nunc in tertium. Ibid., aperuit. Al., apparuit. N. 16, manifestatum. Al., manifestum. Ibid., tria sæculi tempora. Al., tertio sæculi tempore. N. 17, hoc lit. Al. om. Ibid., qui. Al., quæ. Ibid., ad septem scribit Ecclesias. Al., septem scribit Ecclesiis; al., scripsit pro scribit. N. 19, in tertium Nonas. Al., in tertio Nonas. Ibid., quarta decima. Al., quinta decima. Ibid., provenerit. Al., incurrerit. Ibid., protrahunt. Al., pertrahunt. N. 20, quinta decima. Al., decima quarta. N. 21, lunas. Al.,

D

*lunation* s. Ibid., tantum. Al. om. Ibid., ita. Al. om. Ibid., semper. Al. om. N. 22, lunares. Al., om. Ibid. ccccxxxiv. Al., cccclxiv. Et ita i fra. Ibid., habitabant. Al., *habitant*. N. 24, sequentis. Al., *sequentem*. Ibid., embolismalis. Al., *embolismus*. N. 25, post annos. Al., *per annos*. Ibid., pars assis. Al. add. *id est, duodecim hora*. Ibid., quarto anno. Al., *quadriennio*. Ibid., bissextum unum, Al., *bissextilem annum*. N. 26, sextias. Al., om. al., *sex dies*. Ibid., in anno. Al., *in annum*. Ibid., Kal. Mart. Al., *Nonas Martias*, et ita infra. Ibid., computaveris. Al., *computabis*. Ibid., iteraveris. Al., *iterabis*; al. om. N. 27, Kal. Mart. Al., *Nonas Martias*. Ibid., pridie. Al., om. Ibid., in luna cursu. Al., *luna cursu*. Ibid., apponitur. Al., *apponetur*. N. 29, revoluntur. Al., *resoluntur*. Ibid., ut lunaris. Al., *quod lunaris*. Ibid., aequetur. Al., *aequat*. N. 30, lunarem. Al., *lunares*. N. 52, pervenerit. Al., *pervenient*. Ibid., circulus decemnovenalis. Al., *cyclus decimus nonus*. Ibid., viginti novem. Al., *viginti quatuor*. Ibid., ut decem. Al., *ut viginti novem*.

CAP. XVIII. N. 1, a sollo. Al., *a solido*; al., *a solato*; al., *absoluto*; al., *ab absolatio*. Ibid., nominata. Al. add. *vel ex eo quod solet fieri in anno*. Ita Goth. ci. N. 2, nominatur. Al., *rocat*. N. 4, erat. Al., *est*. Ibid., celebratur. Al., *celebatur*. N. 5, quæ tu c. Al., *qui tu c.* Ibid., per figuram. Al., *per futuram*; al., *profuturam* obscure. Ibid., præfiguratur. Al., *præfiguratur*. N. 6, sive manifestatio. Al., om. N. 8, natus Christus pastoribus. Al., *natus est Christus, et pastoribus*. Ibid., populis. Al., *populo*. Ibid., magis adoraturis. Al., *magos adorat ros*; al., *magis adoraturus*; quod a sequi tempore non abhorret, ut futurum in rus pro passivo in dus adhibetur. N. 9, celebratur. Al., *celebratur*, et ita paulo post. Ibid., Græc. Al. add. *Græce, Latine*. N. 11, in psalmo. Al., in *Psalterio*. Ibid., canite. Al., *cantate*. Ibid., initio. Al., in *initio*. Ibid., insigni. Al., *insignis*. N. 12, dedicatio. Al., *adificatio*; ita Gothici. Ibid., colebant. Al., *celebrabant*. N. 13, Hierusalem. Al., *Hierosolymam*. Ibid., asellum. Al., *asello*. N. 14, vocat. Al., *rocat*. Ibid., quia tunc moris est. Al., *quia in eo tunc mos est*; al., *quia in eo mos est*. Ibid., observatione. Al., *ob observationem*. Num. 15, competentibus. Al., *contentibus*. Ibid., confitentur. Al., *confitentur*. N. 16, quod et hodie. Al., *quod hodieque*; al., *quod et usque hodie*. Ibid., atque initium. . . declaratur. Al. om. Num. 17, Sabbatum. Al., *sanctumque Sabbatum*. N. 18, futuri. Al., *futuri temporis*. N. 19, nostri. Al., *nostri Jesu Christi*. Ibid., in resurrectionem. Al., in *resurrectione*. N. 20, quia erat. Al., *qui erat*. Ibid., nullus. Al., *illius*. Ibid., non. Al., *jam non*. N. 21, speraret in fine. Al., *speraret finem*.

CAP. XIX. N. 2, oriente. Al., *occurrente*. N. 5, collecta. Al., *collectis*; al., *collectus*. Ibid., circum aras. Al. circa aras, N. 6, siccium. Al., *siccium*; al., *succinum*. Ibid., classium. Al., *plausum*. N. 8, responsorios. Al., *responsoria*. Ibid., quod inde. Al., *quos inde*; al., *quod carmen*. N. 10, in lætitia. Al., in *lætitia*. N. 12, est, cum id. Al. om. cum. Ibid., quod organum. Al., *quod cum organum*. Ibid., cum quod. Al. om. rum. Ibid., a psalterio. Al. om. a. Ibid., nec mos. Al. om. nec. N. 13, primus. Al., *infimus*. Conjecturam Chaconis, de qua in not., confirmat Cod. Mutin., ubi legitur, *primus inventoris, secundus acceptoris*. N. 14, confirmat. Al., *confirmat*. N. 15, vocum. Al., *voctis*. Ibid., cantando. Al. om. Ibid., earum. Al., *eorum*. Ibid., disjunctæ continuationis. Al., *distincta continuationis*; al., *distincta continuatione*; al., *distinctæ continuationis*. N. 16, conjungendas. Al., *contingendas*. Ibid., interpositum. Al., *interposita*. Num. 17, laus. Al. om. Ibid., sunt cantus. Al. om. cantus. Ibid., si ergo et in laudem, et Dei, et cantatur, tunc. Al., *si ergo et in laudem Dei dicitur, et cantatur*. N. 19, durum. Al., *dum*. Ibid., et Hebræum. Al., *et verbum Hebræum*. N. 20, euanthia-

re. Al., *annuntiare*. N. 21, sacra. Al., *sacrata*. N. 25, vocabuli littera. Gothici et alii, *vo-ali littera*, quod præferendum censerem. N. 24, altari. Al., in *altari*; al., *altario*; al., *altari*. Ibid., nominatur. Al., *nominatum*. N. 26, divina. Al., *Dei*. Ibid., n. 27, numerum. Al., *mun-ria*. N. 30, dedicationem. Al. om. Ibid., significare. Al., *significari*; al., *consecrationem dedicatione significari*. N. 31, pani et calici. Al., *panis et calicis*; ita Gothici. N. 32, nunc pateras. Al., *nunc, inquit, pateras*. Num. 34, immolabant. Al., *immolabant*. N. 36, carerent. Al., *his carerent*. Lectio communis sustinetur, quia *carere* in Mss. reperitur cum accusativo. N. 37, abstinnerit. Al., *abstinerunt*. N. 58, dum sit. Al., *dum sit*. Ibid., sanctificatur. Al., *sacrificatur*. Ibid., operante. In Pal. 281, supra, est *cognominative*. N. 39, baptismus, et chrisma. Al., *baptisma, chrisma*; al., *baptisum, chrisma*. Cod. Vat. 623 interpolatus: *communio, baptismus, chrisma, corpus, et cætera, quæ ob id sacramenta dicuntur, etc.* Ibid., sanguis. Quæ. Al., *sanguis Christi*. Quæ. N. 40, sub tegumento. Al., *sub tegumento*. N. 41, eundem. Al., *eorundem*. N. 42, dispensetur. Al., *dispensetur*. Ibid., qui quondam. Al., *quæ quondam*. Ibid., visibilibus. Al., *visibiliter*. Ibid., dispositionem. Al., *dispensationem*. N. 43, in melius. Al. om. Ibid., longe aliud. Al., *longe aliter*. N. 44, tinctione. Al., *intinctione*. N. 45, cognominacione. Al., *cognatione*. N. 47, baptismus datur. Al., *baptisum datur*. Ibid., per congruens. . . contractabile, et visibile. . . super quod. Al., *per congruentem. . . contractabilem, et visibilem. . . super quem*; al., *contractabilem rem visibile*. Num. 48, sanctum. Al. om. Ibid., et animus. Al., *anima*, omisso et. N. 49, eas. Al., *eos*. Ibid., ut caro. Al., et caro. N. 51, in baptismo. Al., in *baptisum*. Ibid., per unctionem sanctificatio spiritus. Al., *per tinctionem, sanctificatio spiritualis*. Ibid., de pristina disciplina. Al., *ad pristinam disciplinam*. N. 52, spiritualiter. Al., *spiritualiter*. Ibid., in ipsa baptisum. Al., in *baptismo*. Ibid., actus est. Al. om. Ibid., mergitur. Al., *merguntur*. N. 55, scribuntur. Al., *describitur*. N. 54, super. Al., *per*. Ibid., recognoscens. Al., *se cognoscens*. Ibid., quiescit. Al., *requirit*. N. 55, mihi. Al., *michi Dominus*. N. 56, exorcismus. Al., in *exorcismum*. Ibid., cum peccato. Al., *sub p.*; al., *in p.* N. 57, Collatio. Al., *cognitio*. N. 58, Trinitatis, et unitatem Ecclesiæ. Al., *Trinitatis, et unitatis, et unitatem Ecclesiæ*. N. 59, in publico. Al., in *publicum*. Ibid., reputatur. Al., *computatur*. Ibid., qui in carcere. Al., *quæ in c.*; al., *cum in c.* Num. 60, sed hoc singularibus. Al., *sed in hoc s.*; al., *sed hoc in s.* N. 62, idem etiam. Al., *ita etiam*. Ibid., paralyticum. Al., *claudum*. Ibid., sanitati. Al., *sanitate*. N. 63, et utique ex Israelis disciplina. *Ut utique Israelis disciplina*. Ibid., ter die. Al., *ter in die*. Ibid., personarum. Al., om. Ibid., oratione. Al. add. *oratione debemus*. N. 65, parcomonia. Al., *parcomonia*. Ibid., jejunium. Al., *jejunium*. Ibid., existunt. Al., *existunt*. N. 66, sive tristitia. Al. om. Ibid., rescindat. Al., *rescindit*. N. 67, staturum. Al., *istorum*. Forte *staturum*. N. 69, decimi. Al., *decimi mensis*. N. 71, penitentia. Al., *penitentia*. Ibid., punit. Al., *punit*. Ibid., evadit. Al., *evadet*. Num. 72, in similitudinem. Al., *in similitudine*. Ibid., purgatio. Al. om. N. 74, nam sicut. . . regredimur. Al. om. N. 75, interpretatur. Al. om. N. 77, sibi. Al. om. N. 79, humiliandi. Al., *humiliandi*. Ibid., incubare. Al., *incubare*. Ibid., mæroribus. Al., *erroribus*. N. 80, exomologeses. . . peccat rum aguntur. Al., *exomologesis p. . . agitur*. Ibid., dicuntur. Al., *dicuntur*; Al., *inde dicantur*; al., *quæ indicuntur*. Ibid., Dominum. Al., *Deum*. N. 81, nunc jam utrumque. Al., *nunc jam distat vulgo utrumque*. Al., ita, omisso jam. Ibid., designatione. Al., *significatione*. Ibid., dicantur. Al., *indicantur*. Ibid., nunc. Al., om. N. 82, fiebant. Antiquissimus Codex Toletanus alia addit, quæ inter fragmenta in appendice exhibita sunt.

## LIBER SEPTIMUS

CAP. I. Num. 2, velint. Al., *velent*. N. 3, opprimitur. Al., *premitur*. Num. 5, in Latino. Al., om. Ibid., quasi *dioc*, timor. Al., *quasi pōdoc*, timor. Ibid., sit timori. Al., *sit timor*. N. 7, in p-almo. Al., in *psalmis*. N. 8, ordinatione. Al., *ordine*. N. 9, quintum. Al., *quintum nomen*. Ibid., supra caelos. Al., *sup a omnes caelos*. N. 10, qui est. Deu. Al., *qui est Deus*. Deu. Ibid., est, hoc est. Al., *est, et ob hoc est*. Ibid., essentiae nomen. Al., *essentiale nomen*. N. 11, mutabilia. Al., *commutabilia*. Al., *incommutabilia*. N. 13, in communi eloquio. Al., *in colloquio*, aut in *colloquio*. Ibid., essentia. Al., *essentia*. N. 14, ponitur, etc. Al., *ponitur Iod He, id est, duabus Ia, quæ duplicata pro qualitate ineffabile*, etc. Ibid., ideo. Al. om. Num. 18, item omnipotens... imperium. Al. om. N. 19, incommutabilis, æternus. Al., *inconsummabilis, æternus*. N. 19, mortalitas. Al., *mortalis*. N. 25, manifestationem. Al., *majestatem*. Ibid. Joannes in Epistola sua dicit. Al., *Dominus in Evangelio dicit*. Al., *Dominus in Evangelio*, et Joannes in Epistola sua dicit. N. 24, timor, mæror. Al., *dolor, mæror*. Al., *tamor, memoria*. N. 25, zelare. Al., *zelari*. Ibid., nostro usu. Al., *de nostro usu*. N. 27, esse potest. Al., *e. quis potest*. Ibid., sed quod habet. Al., *sed quæ habet*. Ibid., omnia unus est. Al., *omnia unum esse*. Num. 28, quidem bonum. Al., *quidam b.*, forte *quiddam*. Ibid., summum. Al., *summum bonum*. Num. 33, a Deo. Al., *ab eo*. Num. 33, pro efficientiis. Al., *pro efficiendis*. Ibid., causarum. Al., *causis*. Ibid., spectat. Al., *expectat*. N. 36, et obliuiscens. Al., *est obliuiscens*. N. 38, reperitur. Al., *reperitur*. Ibid., in futurum. Al., *in futuro*. N. 39, in Deu. Al., in *Deo*. Ibid., translate. Al., *translativæ*; al., *translata*. Ibid., amictus ejus. Al. om. *ejus*. Ibid., ad locum. Al. add. *ad locum manet*.

CAP. II. Num. 3, spiritalis. Al., *spiritalis*; et sic alibi. Ibid., sicut dicitur in Actibus apostolorum collecti. Al., *sicut in Actibus collecti*; al., *sicut in Actibus apostolorum ascribitur collecti*. N. 4, dum Jesus. Al., *dum dicitur Jesus*. N. 8, vocabis nomen ejus Jesum. Al., *vocabis n. e. Salvator*; al., *voçabitur n. e. Jesus, id est, Salvator*. Ibid., populum suum. Al. add., *a peccatis eorum*. N. 10, Deus Dominus. Al., *Dominus, et Deus*. N. 11, unicam. Al., *unitam*. N. 13, vocatur. Al., *vocatus*. Ibid., adoptionem gratiæ. Al., *per adoptionis gratiam*. N. 14, onusiosus. Al., *omousion*. Ibid., appellatur. Al., *appellatus*. N. 15, invenitur. Al., *invenitur*. Ibid., in assertione. Al., in *sermone*. N. 16, et imago ejus. Al., *et imago, sine ejus*. Num. 18, habemus. Al., *habebimus*. N. 19, verbum ejus. Al., *verbum Dei*. N. 20, Pater. Al. om. N. 21, promisit. Al., *promittit*. Ibid., imago dicitur. Al., *imago Dei, omisso dicitur*. N. 22, similitudine. Al., *similitudinem*. N. 25, revelet. Al., *revelat*. Ibid., Pater, et Spiritus. Al., *Pater, et Filius, et Spiritus*. Ibid., et lumen. Al. om. N. 26, splendor autem. Al., *splendor Deus*. Ibid., reserat. Al., *referat*. Ibid., illuminator. Oriens. Al., *illuminat omnes Oriens*. N. 27, lous. Al., *ortum fert*. Ibid., nos. Al. om. N. 28, rerum. Al., *rerum omnium*. Ibid., sitientes. Al., *sitientem*. Ibid., suscipiet. Al., *suscipit*. N. 30, sicut et de eo. Al., *sicut ipse quoque de eo*. Num. 32, idem. Al., *ideo*. N. 34, legitur. Al., *dicitur*. Ibid., magni consilii. Al. om. N. 36, obtulit. Al., *tulit*. N. 37, intelligitur. Al., *intelligit*. N. 38, ad Deum. Al., *ad Dominum*. Ibid., ingredimur. Al., *ingredimus*. N. 39, id est. Al. om. N. 42, ovis. Al., *et ovis*. Ita infra *et aries*, etc. N. 43, idem et. Al. om. N. 44, proprie quod. Al., *quod omisso proprie*. Ibid., resurrectionem. Al., *resurrectionem suam*. Ibid., nec mirum. Al., *nimirum*. Ibid., descendisse. Al., *descendere*. N. 45, cum sit. Al., *dum sit*. Ibid., hominis Filius. Al., *Filius Dei, hominis Filius*. N. 46, Scripturis. Al., *Scripturis sanctis*. Ibid., Deis. Al. om. Ibid., de seipso. Al. *de ipso*. Ibid., dixit. Al., *dicit*. N. 48, Dei

A Filio. Al. om. *Dei*. N. 49, hinc est, quod scribitur. Al., *hinc Scriptura*. Ibid., *nostræ*. Al., *nostra*.

CAP. III. N. 1, eorum. Al., *ejus*. N. 2, Spiritus. Al., *Spiritus sanctus*. Ibid., id. Al., om. Ibid., refertur, et spirans utique. Al., *refertur, spirans utique*; al., *refertur spirans, et spirans utique*; al., *refertur spiratus, et spirans utique*. Ibid., spiritus est. Al. om. Ibid., proprio. Al., *proprie*. Ibid., dicitur. Al. om. N. 3, non semper secundum id, quod. Al., *non secundum quod*. Ibid., refertur ad aliquid, sed secundum id, quod aliquam. Al., *refertur ad aliquid, sed secundum id, quod ad aliquam*. Ibid., significat. Al. add. *significat, intelligitur*. N. 7, Trinitatis. Al., *Divinitatis*. Ibid., indesinenter. Al., *indeficienter*. N. 9, quos. Al., *quod*. N. 10, Græce. Al. om. In Codice vetustissimo Toletano nota est ad hunc locum: *Non naturaliter apparuerunt, sed per subjecta n. creaturam figurate*. Num. 10, Græce. Al. om. N. 13, unita. Al., *unitatis*. Ibid., quique. Al., *recipientes quique*. N. 14, ideo. Al., in *Deo*. Ibid., intelligunt. Al., *ita agunt*. N. 16, sempiternæ. Al., *sempiternæ salutis*. N. 17, impertit. Al., *impartit*. N. 20, sapientia. Al., *sapientia*. N. 21, Evangelii. Al., *Evangeliorum*. Ibid., hoc idem ita. Al., *hoc identidem*. Ibid., Jesu Christi. Al., om. N. 22, declaratur, etc. Al., *declararetur*. Unde et Dominus: *Estote, inquit prudentes, sicut serpentes, et simplices*, etc. N. 25, ignibus mos est. Al., *ignis mos est*. N. 28, Spiritus. Al., *Spiritus sancti*. N. 30, ab eo. Al., *a Deo*. Ibid., et necesse non habetis. Al., *et non necesse habetis*.

CAP. IV. N. 1, appellata. Al., *appellatur*. N. 4, appellatur Iugentus, etc. Al., *appellatur Unigenitus Filius solus de Patre est natus. Spiritus sanctus de Patre*.

CAP. V. Num. 1, dicuntur. Al., om.; al., *dicitur*. Ibid., Melachim. Al., *Ma. aoth*. Ibid., nuntiant. Al., *nuntiant*. N. 3, significat. Al., *significet*. Ibid., sacra. Al., om. N. 4, interpretantur o exsequemur. Al., *interpretatione exsequimur*. N. 6, Latina. Al. om. Ibid., qui vero. Al. a. id., *qui vero annuntiant*. Ibid., princeps. Al., *principatus*. Ibid., interpretatur. Al., *nuncupatur*. N. 7, testatur. Al., *testatus est*. Ibid., et ecce. Al., om., *et*; al., om., *ecce*. Ibid., curre, et. Al., om., *et*. Ibid., habitatur. Al., *habitatur*. N. 8, homini diceret. Al., *homini dicerent*. N. 9, privatis. Al., *sub privatis*. Num. 10, Gabriel, etc. Alii primum exhibent, *Michael interpretatur*, etc. Ibid., manifestatur. Al., *manifestabitur*. N. 11, venit ad Mariam. Al., *mittitur ad Mariam*. N. 12, interpretatur. Al., *vertitur*. Ibid., valet facere, quod. Al., *valet, quod*. Ibid., prævalet. Al., *potest*. N. 14, visum restituit. Al., *visum ei r.*; Al., *v. ejus r.* N. 16, ordines. Al., *ordinationes*. Num. 17, angelica. Al., *angelicæ*. Ibid., per quæ. Al., *per quos*. N. 18, maligni. Al., *magni*. Ibid., mundo. Al., *modo*. N. 19, et decies millies. Al. om., *millies*. N. 21, disponit. Al., *decerit, vel d. sponit*. N. 22, et ipsi. Al., *et ipsæ*. Ibid., sublimiora. Al., *sublimiorum*. Ibid., hoc est. Al. om. N. 24, nulli. Al., *nulli alii*. Ibid., coram eo. Al., *coram Deo*.

D N. 25, quoniam Seraphim. Al., *q. Cherubim*. N. 25, ordine. Al., *ordines*. N. 28, quæ promeruisse eos. Al., *quia meruisse eos*. N. 29, præ int. Al., *præsumunt*. N. 30, in perseverantia. Al. om. in. Ibid., et post cæli creationem. Al. om. N. 31, ostendentes. Al., *ostendentes*. Ibid., in Dei amore. Al., *mundi amore*; forte, *mundo amore*. N. 32, quod vero faciem. Al., *faciem vero, omisso quod*. Ibid., pedes Dei. Al. om. Dei. Ibid., testimonio. Al., *testimonia*. N. 33, de fabrica. Al., *fabricam*. Ibid., facta sunt. Al., *facta est*. Ibid., clamant. Al., *clamat*. Ibid., Trinitatis in una divinitate demonstrant. Al., *Trinitas unum divinitatis monstrat*.

CAP. VI. N. 2, spirituali. Al., *speciali*. Ibid., persequemur. Al., *persequimur*. Ibid., ad ignimus. Al., *attingimus*. Ibid., posuimus. Al., *ponimus*. N. 3, commutentur. Al., *computentur*. N. 6, Exalt vitam, et calamitatem appellatam. Al., *Era cita, et calamitas*

*appelata*, al. om. *vitam*, et. N. 9, ex mortuis. Al., a mortuis. Ibid., suscitaret. Al., resuscitaret. N. 10, invocandi. Al., *vocandi*. Ibid., et similitudine. Al., et in similitudinem. N. 12, derivatum. Al., derivativam. N. 13, enim eum. Al., *enim cum*. Ibid., præterisse. Al., *pertransisse*. N. 16, quod. Al., *eo quod*. Ibid., et propheta. Al. om. Ibid., et populi. Al., et populi. Ibid., Christus. Al. add. *Christus secundum carnem*. Ibid., nomen. Al., *nomen ejus*. N. 17, calidus. Al., *callidus*. Ibid., et ipso. Al., *quia ipse*. N. 18, ex eo. Al., *ex ea*. N. 21, progeniti. Al., *propagati*. N. 25, ipse. Al. om. N. 28, nominis. Al., *nomen*. N. 29, immutata. Al., *immutati*. Ibid., Abraham. Al., *ad Abraham*. Ibid., *ex ea*. Al., *ex eo*. N. 30, *Ægyptia*. Al. om. Ibid., complexui... ad Saram. Al. om. N. 31, thymiana. Al., *thymiana interpretatur*. N. 33, *rufæ*. Al., *scilicet rufæ*. Ibid., quando enim. Al., *quoniam enim*. N. 34, atque ideo. Al., *atque idem*. N. 55, acceperit. Al., *accepit*. N. 58, os hians. Al., *oriens*. N. 59, et commutans. Al., *commota*. N. 40, secundarum, divisionis. Al., *secundarum, diversoris*; al., *secundarum, divisores, inde Phares*; al., *membranula secundarum, divisionis, id est, Phares*. N. 42, recte. Al., *recte dolens*. N. 43, nomen est. Al., *nomen est dignitatis, non hominis*. Ibid., sic enim. Al., *sicut enim*. Ibid., denudans. Al., *denegans*. N. 44, signum. Al., *signum ejus. Cessit enim, et defecit*. N. 45, pelliceum. Al., *pelliciorum*. Ibid., in capite. Al., *in capite denique*. N. 46, adoptavit. Al., *adoptavit filium*. N. 50, præfiguratum. Al., *vocatum*. N. 51, in figura. Al., *figuram*. N. 52, Othoniel. Al., *Gothoniel*. N. 54, quali præragio. Al., *quasi præragio*. Ibid., nominis. Al. om. N. 56, hostibus. Al., *hostibus earum*; al., *h. eorum*. N. 57, in consolationem suam. Al., *in consolatione sua*. N. 59, esset. Al., *essent*. Ibid., postremo, etc. Al., *postea gratia Dei secunda*, omissio est. N. 60, sacerdotii. Al., *sacerdotis*. N. 61, populo. Al., *testamento*. N. 62, mutum. Al., *mutuum*. Ibid., insulæ. Al., *in sole*. N. 63, accepit. Al., *accepit nomen*. N. 64, fortis manu utique quia. Al., *fortissimum utique quia*; al., *forti manu utique quia*; al., *manu fortis interpretatur utique quia*; al., om., *utique*. Ibid., de qua prædixerat. Al., *de quo dixerat*. N. 65, trinomius. Al., *tribus nominibus*. N. 67, placatus. Al., *placatum*. N. 73, Dei. Al., *Deum*; al., *Domini*. N. 74, onustus. Al., *honestus*. N. 76, iudicatio. Al., *iudicatio Domini*. N. 77, meum. Al., *mecum, vel hymnum*; al., *novum pro meum*. N. 78, sanguinem. Al., *sanguine*. Ibid., præcipitata. Al., *præcipitata*. N. 79, ipso vel est. Al., *ipse vero est*. Ibid., consolans. Al., *consulens*. N. 80, laguncula angustæ, sive. Al., *nabuncula angustæ, sive sanctæ, sive*. Ibid., per somnio. Al., *pro somnio*. Ibid., sessio. Al., *cessio*. Ibid., agnitione. Al., *cognitione*. N. 81, ro, magister. Al., *robur magister*.

CAP. VII. N. 1, quid. Al., *quomodo*. Ibid., ex causis propriis. Al., *ex causa propria*. Ibid., princeps. Al., *principatus*. N. 2, propter Israel. Al., *propter Israelitas*. N. 3, riserat. Al., *risit*. Ibid., admirans. Al., *admiratus*. N. 4, et Josias. Al., *et Ozias*. N. 5, deciperit. Al., *de cepit*. N. 6, Dominum. Al., *Dominum facie ad faciem*. N. 7, Filius. Al., *Filius, sive videns Filium*. N. 8, auditio. Al., *auditio Dei*. N. 9, dixit enim. Al., *sic enim dixit*. Ibid., ambigens. Al., *ambiens*. Ibid., vir meus. Al., *maritus meus*. N. 10, Judas. Al., *Juda*. N. 11, *Je quippe*... merces. Al., om. Ibid., mandragoris. Al., *mandragoras*. N. 12, habitavit. Al., *habitabit*. N. 13, de conversione. Al., *de conversatione*. N. 14, dum eum. Al., *cum eum*. Ibid., se. Al. om. N. 16, ex etymologia. Al. om. *ex*. N. 17, alium. Al., *alium filium*. Ibid., Phaanece. Al. om. Ibid., absconditorum reparatorum. Al., *absconditorum reparatorum*; al., *absconditum reparatorum*. N. 18, debet. Al., *debet*. Ibid., Phaanece. Al., om. Ibid., liberarit. Al., *liberaret*; al., *ipse liberaret*. N. 19, dextræ. Al., *dextræ*, et sic infra. Ibid., appellatur. Al., *interpretatur*.

CAP. VIII. N. 1, gentilitas vates appellat. Al., *gen-*

*tiles vates appellant*. Ibid., præspiciabant. Al., *præspiciabant*; al., *præciebant*. Ibid., mysterio. Al., *mysterio*. N. 2, super solum. Al., *super thronum*. N. 3, in futurum. Al., *in futuris*. N. 5, fortis Domini. Al., *fortis Dominus*. N. 6, accepit. Al., *suscipit*. N. 7, Salvatore enim. Al., *Salvator est enim*. Ibid., prædicat. Al., *prædicavit*; al., *prædicant*. N. 8, constitui. Al., *ecce constitui*. N. 9, visiones. Al., *Dei visiones*. Ibid., signa quædam. Al., *singula et quædam*. Al., *singula quædam*. Vera lectio videtur *sigla*, quæ erant notæ singulariæ et compendiarie, dictæ primum singula, inde *singla*, postremo *sigla*. Ibid., panem. Al., *panes*. N. 10, salvans, dum. Al., *salvans interpretatur, dum*. N. 11, resonat. Al., *resonatur*. N. 13, gemens. Al., *germen*. Ibid., evangelizantis, etc. Al., *evangelizantis pacem, et annuntiantis bona*. N. 14, Domini. Al., *Domino*. Ibid., *πολιτεια*. Al. om. N. 15, quo de. Al., *de quo*. Ibid., quis est... sententias? Al. om. N. 16, specula. Al., *speculum*. Ibid., ad prophetam. Al., *ad prophetas*; al., *ad profectum*. Ibid., domui Israel. Al., om. N. 17, famulus. Al., *servus*. Ibid., videt. Al., *videtur*. Ibid., ministerio. Al., *mysterio*. N. 19, ipse est et Amathi. Al., *ipsum puerum Amathi*; al., *ipsum Amathi*. Ibid., verbum Dei. Al., *verbum Domini*. Ibid., verum est. Al., *veritas est*; al., *veritatis est*. Ibid., ipsum puerum Amathi vocatum. Al., *ipsum Amathi vocatum*. N. 20, memoria. Al., *memor*. Ibid., populi sui. Al., *populum suum*; al., *populo suo*. N. 21, regressionis. Al., *regionis*. N. 23, futurorum. Al., *futuri*. Ibid., illi populo redeunt. Al., *illius populo redeunt*. Al., *illius populi redeuntis*. Ibid., ad patriam. Al., *ad patriam suam*. N. 24, gratia Dei. Al. add. *interpretatur*. N. 26, quæ palus Domini. Al., *qui populus Domini*. N. 27, frater ejus. Al., *frater meus*. Ibid., *Ethan*... ascensus. Al. om.; al., *accensus pro ascensus*. N. 29, eorum. Al., add. *Emam robustus*; al., *Ethan robustus*. Ibid., confitens. Al., *confidens*; al., *confitens Domino*. N. 50, memorari. Al., *memoriale*; al., *memorare*; al. omitt., *ob hoc... sui sancti*. N. 31, Baptista. Al. om. Ibid., per quod gratia ministratur. Al. om. N. 34, in cælo. Al., *in caelum*. N. 35, in puerum. Al., *supra puerum*. Ibid., Saulum. Al., *apud Saulum*. N. 33, Dominum, Al., *Deum*. N. 39, Deum. Al., *Dominum*. N. 40, neque illa. Al., *neque ulla*. Ibid., Daniel hoc prædixit. Al., *Daniel prædixit*. N. 41, invenimus. Al., *legimus*. Ibid., Spiritu. Al., *sancto Spiritu*. Ibid., prophetae cepit. Codex antiquissimus Toletanus addit: «Invenitur siquidem spiritus prophetiæ in Anna sacerdote pro Christo dixisse: *Expedi unum mori, quam ut tota gens pereat*. Et in uxore Pilati: *Multa passa sum hac nocte pro viro*. Licet in alia comparatur parte, id est, in diaboli astutiis, ut Christum subtraheret a mortis patibulo.»

CAP. IX. N. 2, petram, etc. Al. add. *petram edificabo Ecclesiam meam*. N. 4, Syra. Al., in Sgra. Ibid., Jona. Al., *Jona hebraica*. Ibid., dicitur. Al., dicitur *Barjona*. N. 5, filius Jannis. Al., *filio Jannis*. N. 6, constat. Al. om. Ibid., Simonem. Al., *Simon*. Ibid., obediens. Al., *audiens*. N. 7, Hebraico. Al., *Hebræo*. Ibid., istud. Al., *illud*. N. 9, et Saulum. Al., et Paulum. N. 10, Sanctorum. Al. add. *data est gratia*. Ibid., ipso. Al., *isti*. N. 11, gratiæ. Al., *gratia*. Ibid., Hebræam. Al., *Hebraicam*. N. 13, ascensionem. Al., *passionem*. N. 15, exprimitur. Al., *exponitur*. N. 16, lampadarum. Al., *lampadarum*. N. 17, ex publicanis. Al., *ex eis*. N. 18, Evangelista. Al., *Evangelio*. N. 19, appellatur. Al., *vocatur*. Ibid., Evangelista. Al., *Evangelio*. N. 20, in condemnationem. Al., *in condemnatione*. Ibid., pretium quo... ab eis. Al. om.; al., *pretium, quod*. N. 23, prædicationem Evangelii. Al., *per prædicationem Evangelium*; al. om., *eo quod... post aliquo*. N. 24, vel filius consolationis. Al., *vel consolationis*.

CAP. X. N. 2, Dei mei. Al., *Domini mei*; al., *Dei Domini mei*. N. 4, quia dolus... non fuit. Al. om. N. 5, doratus. Al., *dominatus*. N. 6, eo quod *est*

morte resuscitatus. Al. om. Ibid., pelliceus gloriosus. Al., *pelliceus, vel gloriosus*. Ibid., clara etymologia. Al. om. N. 7, investigator. Al., *investigatus*. Ibid., annuntiasset. Al., *annuntiare*. N. 8, consilium. Al., *consilium*. Ibid., justi. Al. add., *vos videritis*. N. 9, quia dum... ferit. Al. om. Ibid., malleatoris. Al., *malleatorio*. Ibid., utraque. Al., *utrinque*.

Cap. xi. N. 2, quod vero. Al., *quia vero*. Ibid., non testes. Al., *nos non testes*. Ibid., possemus. Al., *possumus dicere*. Ibid., quæ pro. Al., *quibus pro*. N. 4, tempore existerent. Al., *tempus existeret*. Ibid., potuerunt. Al., *potuissent*.

Cap. xii. N. 1, Cleros, et clericos hinc appellatos credimus. Al. om. *credimus*; alii exhibent, *Cleros (pro clerus) et clericus hinc appellatur*. Ibid., dicitur. Al., *Latine dicitur*. N. 2, Dominum partem. Al., *Domini partem*. N. 4, metropolitani. Al., *metropolitani*. N. 5, Græca lingua. Al., *Latina lingua*. Ibid., summus patrum. Al., *summus pater*. N. 6, Græco vocabulo, quod sit summus. Al., *Græce dicitur summus*. Ibid., vocati. Al., *vocantur*; Al., om., *metropolitani a mensura civitatum vocati*. Cod. Alb. *Metropolitanius... vocatur*. Num. 7, et doctrinæ. Al., *et doctrinæ, et potestati*. Ibid., totius provinciæ. Al., *in tota provinciæ*. Ibid., ipsis. Al., *ipsis episcopis*. N. 8, potestatis. Al., *potestatum*. N. 9, patrum princeps. Al., *princeps patrum*. N. 10, a mensura civitatum. Al., om. N. 11, ductum. Al., *dictum*. Ibid., Græce. Al. om. N. 14, sacerdos et pontifex. Al., *sacerdos, vel pontifex*. N. 15, vates... appellatus. Al., *vates... appellatus*. N. 17, a sanctificando. Al., *a sacrificando*. N. 18, per æstum. Al., *pro æstu*. N. 20, non modo pro ætate. Al., *non autem pro ætate*. Ibid., presbyteri. Al., *presbyteres*. Ibid., nominantur. Al., *vocantur*. Ibid., dignitatis est, hoc ætatis. Al., *dignitatis est, non ætatis*. Alii id asserunt num. seq. post *demonstrat*. Num. 24, quod solis. Al., *quod solum*. N. 22, mini-steria. Al., *mysteria*. Ibid., diaconi. Al., *diacones*; al., *hypodiacones*. Ibid., mysterii. Al., *ministerii*. N. 23, hypodisconi. Al., *hypodiacones*. Ibid., levitarum. Al. add. qui in *Esdra Nathinæi* (Al., *Nathanæi, aut Natanei*) appellatur, id est, in humilitate Domino servientes. Oblationes. N. 25, annuntiant. Al., *annuntiant*. Ibid., erit. Al., *erat*. N. 23, nec concantor. Al., *nec cantor, nec concantor*. N. 30, omnem... mundum. Al., om. Num. 31, Exorcistæ ex Græco. Cæsenas 1, *Exorcistæ, qui in Esdra auctores templi dicuntur servorum Salomonis filii, ex Græco*. Ibid., adjurantes. Al., *adjuratores*. Ibid., emergentes. Al., *catechumenes*. N. 32, janitores. Al. add. qui in *Esdra custodes templi dicuntur servorum Salomonis filii*. Sed notat Vulcanius hæc in ms. Codice non reperiri. N. 33, habentes. Al., *tenentes*.

Cap. xiii. N. 5, itidem. Al., *idem*.

Cap. xiv. N. 1, deducitur. Al., *dicitur*. N. 2, opprobrio. Al., *ob opprobrium*. N. 4, universale catholicorum vocat. Al., *universalem catholicam vocavit*. N. 5, vivens. Al., *recte vivens*. N. 7, percepit. Al., *recepit*. Ibid., dicitur. Al., *interpretatur*. N. 8, qui post. Al., *quis post*. Ibid., competentes vocati. Al., *competens vocatur*.

## LIBER OCTAVUS.

Cap. i. N. 4, vocet. Al., *convocet*. N. 2, mundo. Al. add.: *Sive quod in unitate cunctos conjungit credentes*. N. 3, catholica. Al., *in catholicam*. N. 5, longitudine. Al., *longitudine posita*. Num. 7, congregatio. Al., *latine congregatio*. Ibid., et Ecclesia. Al., *et de Ecclesia*.

Cap. ii. N. 4, a putando. Al., *a disputando*. N. 2, videtur. Al., *videbatur*. Ibid., religio, sicut eligo. Al., *religio, sicut eligio*. N. 4, valeamus. Al., *valemus*. Ibid., fiat, quod. Al., *fiat id quod*. Ibid., inde est ductum. Al., *inde est ductum*. Num. 5, e contrario. Al., *contrarium*. Ibid., futuram gloriam. Al., *fatutura gaudia*. Ibid., non sperat. Al., *non sperat*. N. 6, duo. Al., *duo*. Al., nos. Ibid., illiget. Al., *liget*; al., *ligant*.

Cap. iii. N. 1, melius sibi. Al., *melius illi*. N. 2, sive ad suscipienda. Al. om. Ibid., aliquis. Al., *aliqui*. Ibid., induxerit. Al., *induxerint*. N. 3, etiamsi. Al., *si etiam*. N. 4, a sequendo. Al., *a sectando*. Ibid., quod tenendo. Al., *quam tenendo*. N. 5, animorum vocatum. Al., *animorum vocati*; al., *animorum nomen accepit*. Ibid., dissidio. Al., *discidio*. N. 6, superinstituta. Al., *superstatuta*; al., *insuper instituta*. Ibid., asciscant. Al., *asciscunt*. N. 7, superstantium. Al., *superstantiam*. Ibid., oportuit. Al., *oportet*.

Cap. iv. N. 1 et 2, Judæi confessores... errores relinquunt. Alii hæc omittunt. N. 3, observationum. Al. add. *suarum*. num. 4, libros 1-gis. Al., *libros Moysi*. Hoc loco in multis Codicibus inseritur: *Indiculus Hieronymi de hæresibus Judæorum*. Prima: *Efnei dicunt, etc.*, et *supellectilem lavant*. Erplicit *indiculus Hieronymi*. Item unde supra *Isidori*. Num. 5, Esseui. Al., *Efnei*. Ita passim ejusmodi nomina alio, atque alio modo effertur, quod semel notasse sufficiat. N. 7, gloriantur. Al., *glorientur*. Ibid., conjugis. Al., *conjugibus*. N. 8, separant. Al., *separent*. Ibid., pars. Al., *separatio*. N. 9, custodiunt. Al., *custodiant*.

Cap. v. N. 2, voluisset. Lucanus Codex addit: *« Hic in tempore Neronis fuit, et in anno 23 post cruceam Christi mortuus est. »* Hi dicunt. Ibid., sed a virtute. Al., *sed sola virtute*; al.: *Hi creaturam non a Deo, sed ab angelis factam asserunt*. Ita Codex Episcopi Pi-toriensis, in quo exstat collectio canonum, et in fine catalogus hæreticorum ex Isidoro, a v. c. Zaccaria collatus. N. 3, mago. Al. om., al., *magno*. Ibid., esse. Al. om. Ibid., asseruit. Al., *asserunt*. N. 4, appellati. Al., *vocati*. Ibid., abnegavit. Al., *abnegant*. Num. 5, cum Stephano. Al., *cum sancto Stephano*. Ibid., a Petro. Al., *a Petro diacono*. Ibid., uxorem. Al. add. *dixerat*. Ibid., commutarentur. Al., *mutarentur*. Ibid., habes. Al., *habes bonum*. Ibid., quia odisti. Al., *quod odisti*. N. 6, appellare. Al., *appellari*. Ibid., voluerant. Al., *voluerunt*: qui. Ibid., Deum. Al., *Deum creasse*. N. 8, observant. Al., *observantes*. In voluptate carnis. Al., *carnis in voluptate*. Ibid., Miltenarii. Al., *Miliasti*; al., *Militæ*. Num. 14, Platonice. Al., *Platonis*; al., *Platonico*. Ibid., asseruit. Al., *asserunt*. Et sic alibi in plurali. N. 12, Apellitæ, quorum Apelles. Al., *Apellitæ, auctor Apelles*. Ibid., legis, et Israelis. Al., *legis Israel*. Ibid., affirmans dixit. Al., *affirmans auctor Apelles, qui dixit*. Ibid., sed hominem. Al., om. Num. 13, qui. Al. *quis*. N. 14, quod Adæ imitentur. Al., *quia Adæ imitantur*. Ibid., orant. Al., *erant*. N. 15, quoniam Cain. Al., *quis Cain*. N. 20, asseruit. Al., *asserunt*. N. 21, creationis. Al., *Creatoris*. N. 23, appellati. Al., *vocati*. N. 27, Maximilla. Al., add. *Maximilla fuerunt*. Ibid., adventum Spiritus. Al., *adventum Dei, et Spiritus*. N. 30, eam comparavit. Al., *eam comparavit*. Ibid., et deam. Pal. 284, pro *vamp* lect., *Ideam*. N. 31, Hic duas. Al., *hic Manes duas*. Ibid., manare. Al., *emanare*. Ibid., respuit. Al., *respuit*. Ibid., recipiunt. Al., *recepit*; al. *recipit*; al., add. *Anomiani, id est Latine sine lege dicuntur*. N. 33, Hiera-chta: ab Hiera-cha auctore. Al., *Heraclitæ Heraclio auctore*; al., *Heraclitæ Heraclio auctore*. Num. 34, a Novatiano. Al., *a Novato*. Ibid., sacerdotalem. Al., *pontificalem*. Ibid., suscipere. Al., *recipere*. N. 36, profectum. Al., *profectum*; Al., *prophetam*. Ibid., veram. Al., *verum*. Ibid., compellati. Al., *appellati*. Ibid., invenitur. Al., *invenitur*. N. 39, Spiritum sanctum. Al. om. *sanctum*. N. 40, ab Origene. Al., *Origene*, omisso *ab*. Ibid., ad terras diversa. Al., *ad terras divisa*; al., *ad terras lapsas divisa*. N. 41, Noetiani. Al., *Noetiani*. Ibid., Noeto, al. *Noetio*. Ibid., dicebat. Al., *dicebant*. Ibid., dicunt. Al., *aiunt*. N. 43, Dominus. Al., *Dominus dicens*. N. 46, contradicunt. Al., *contradicti sunt*. Ibid., fuisse. Al. om. N. 47, Græce. Al. om. Ibid., sic. Al. om. N. 49, male. Al., *malum*; al., *male*. N. 51, nuncupati. Al., *appellati*. Num. 53 sunt. Al., *sint*. N. 53, Sardinæ. Al., *Syrmiæ*; al., *Syrni-*

al., *Syrmis*. Ibid., orti. Al., *exorti*. Ibid., Constantii persecutione. Al., *Constantio sequente*. Ibid., correcti. Al., *correcti*. Ibid., delegerunt. Al., *elegerunt*. Ibid., recepit. Al., *recipit*. Ibid., post letum negationis. Al., *stentem post negationem*. Ibid., ab Ecclesie communiōne. Al. om. *Ecclesie*. Num. 56. Jovinianistæ a Joviniano. Al., *Jovinianistæ a Joviano*. Ibid., epulantes esse. Al. om. *esse*. N. 57, filios. Al. om. N. 58, exorti. Al., *exorti, qui*. Ibid., opinantur. Al., *arbitrantur*. N. 59, atque in novissimo. Al., *atque in novissimum*. Al. *atque in novissimo die*. N. 61, dicti quod. Al. om. *dicti*; al. om. *quod*. Ibid., observandum. Al., *celebrandum*. N. 64, se junctum. Al., *se junctum*. N. 65, negavit. Al., *negabat*. Ibid., existere. Al., *assistere*. N. 66, sine capite. Al. add. *sine capite, quem sequuntur hæretici*. Ibid., reperitur. Al., *invenitur*. N. 67, naturam asserunt. Al., *dicunt naturam*. N. 68, loquentis. Al., *loquentem*. Ibid., astruunt. Al., *asserunt*. N. 69, ex quibus aliæ. Al. *ex quibus alii*; et sic infra alii pro utræ. Ibid., Christi de Patre natiuitati initium. Al., *Christi diuinitati de Patre initium*. Ibid., liberationem omnium. Al., *l. hominum*. Ibid., descensione. Al., *descensionem*. Ibid., credunt. Al., *non credunt*. Ibid., aliæ animam imaginem Dei negant. Al. om. N. 70, conscripta. Al., *scripta*.

CAP. VI. N. 5, mos enim. Gothici, *mores enim*. N. 8, et l'œcilen Stoam. Al. om. Ibid., ex qua. Al., *quo, omisso ex*. N. 9, furatus fuerit. Gothici et alii *furaverit*. N. 10, amant quoque. Al., *animam quoque*. Al., *animum quoque*. Ibid., affectant. Al., *esse affectant*; al., *esse negant, affectant*. N. 11, academia. Al., *et academia*. Ibid., sic tamen. Al., *sic tam*. Ibid., et sensibus capi, et ratione comprehendi. Gothici *Toletani, et sensibus pie traditione comprehendi*; al., *et sensus penetratione comprehendi*. N. 15, esse... Mortalem. Al. om. *esse*. Num. 14, cum uxore. Al., *cum uxoribus*. Ibid., agendum. Al., *agendum esse*. Num. 15, quia se. Al., *quasi*. Ibid., volutas. Al., *voluntatem*. Ibid., asseruit. Al., *asserens*. N. 16, asseruit. Al., *asserunt*. N. 17, gymnasium enim. Al., *gymno enim*. Num. 18, in scripturis. Al., *in Scripturis*. Ibid., ut Dionysius Stoicus. Al. om. N. 19, commeantem. Al., *commenentem*. Ibid., ut Maro. Al., *ut Varro*. N. 20, iudicem asserunt. Al., *i. dixerunt*. Ibid., ex atomis. Al. om. *ex*. N. 21, gubernet. Al., *gubernat*. Ibid., qui cum est. Al., *quicunque est*. Ibid., cum exit, emorimur. Al., *cum exit, et moritur*. N. 22, trinitas hominis. Al., *trinitas nominis, id est, paradus, et terra, et infernus*; et apud Valentinum, etc. Vide notas ad hunc locum. N. 23, restituito. Al., *resurrectio*. Ibid., de una. Al., *de rana*. Ibid., idem retractatus implicatur. Al., *idem retractatus implicatur*. Alii mendosè hoc loco sunt.

CAP. VII. N. 4, unde sint dicti, sic ait. Al., *inde sunt dicti, sicut ait*. Ibid., commenti sibi utrisque. Al., *commentis sibi utrisque*. N. 3, connecterent. Al., *connecterentur*. Ibid., ponebant. Al., *ponentibus*. N. 3, tragici. Al., *tragædi*. N. 6, comici. Al., *comædi*. Ibid., historias. Al., *historiam*. N. 7, vetabatur. Al., *vitatur*. Ibid., nec cuiuslibet. Al., *nec cuiuslibet*. N. 8, referta. Al. om.; al., *plena pro referta*. Ibid., nomen tractum. Al., *nomen dictum*. Ibid., per violentiam. Al., *præ violentia*; al., *præ violentia*. Ibid., dicuntur. Al., *distribuire dicuntur*. N. 10, transducatur. Al., *transducatur*. Num. 11, sunt dicendi, unus, etc. Al., *esse dicendi, unum... alium dramaticum... tertium mistum*.

CAP. VIII. N. 4, Deus. Al., *Deum*; al., *dicitur*. N. 3, cuius. Al., *ejusque*. N. 3, conscripta. Al., *scripta*. Ibid., a civitate Cumis. Al., *a civitate Cumis*; vide not. N. 7, omnium. Al., *omnia*. Ibid., comprobantur. Al., *comprobatur*.

CAP. IX. N. 1, Zoroastes. Al., *Zoroastres*. Al., *existit Zoroastes*. Ibid., Bactrianorum. Al., *Bactrianorum existit*. N. 3, evocationis. Al., *invocationis*. N. 6, scripsit. Al., *scribit*. N. 7, de inferni abditis. Al., *de inferni adytis*. Ibid., presentaret. Al., *præ-*

staret. Ibid., phantasmaticam illusionem Satanae fallacia factam. Al., *phantasmatica illusionem Satanae fallaciam factam*. N. 9, violentia. Al., *violencia*. N. 11, necromantii. Al., *necromantici*. Ibid., præcantationibus. Al., *percantationibus*. Ibid., suscitandos. Al., *sciscitandos*. Ibid., amare dæmones sanguinem. Al., *animare dæmones sanguineum*. Ibid., dicunt. Al., *dicitur*. Ibid., aqua miscetur. Al., *aquæ miscetur*. N. 12, ibique ab eis aliqua audire. Al. om. N. 13, a Persis. Al., *a Persis dicitur*. Gothici, *a Persis fertur*. Vide not. ad hunc locum. Ibid., pyromantiam. Al., *add. dictam constat*. N. 14, assimilant. Al., *simulant*. N. 15, artem verbis. Al., *rem verbis*. Num. 17, horarum. Al., *orum*; al., *ararum*. Ibid., inspectores. Al., *inspectiores*. Ibid., prædicunt. Al., *prædicant*. N. 18, hominibus. Al., *hominibus*. Ibid., et auspices. Al., *et auspices*. N. 19, et linguæ. Al., *et linguas*. N. 21, dicti. Al., *dicæ*. N. 25, hominum. Al. om. Ibid., et evectus. Al., *et evecta*. Ibid., prædicere. Al., *prædicare*. N. 24, se habeant. Al., *se habeat*. N. 25, qui Evangelio. Al., *qui in Evangelio*. N. 26, Christo edito. Gothici, *Christo edita, fortasse artis scientia*. N. 27, diverso fato. Al., *diverso facto*; al., *diverso fato*. Al., *diverso factum*. N. 29, prædicunt. Al., *prædicant*. N. 30, condemnat, sive. Al., *condemnat, et refuta, sive*. Ibid., ligandis. Al., *alligandis*. N. 31, repudianda. Al., *respuenda*. N. 32, primi. Al., *primum*. N. 33, præstringat. Al., *præstringat*. N. 34, Tages. Al., *Sages*, aut alio modo, sed meudose. Ibid., ex oris. Al., *ex horis*; al., *exortus*; al., *ex aris*; al., *exoris*. Num. 35, Hetrusca. Al., *Tusca*.

CAP. XI. Num. 3, nuncupantur. Al., *nuncupabantur*. N. 4, non debent. Al., *non debere*. Ibid., hi. Al., *eos*. N. 5, contaminationes. Al., *contaminationem*.

CAP. XII. N. 2, apud Paphos. Al., *apud Paphum*. Ibid., apud Delphos. Gothici et alii, *apud Delos*. N. 3, quarundam aduventiones artium cultum. Al., *quorundam aduventiones artium cultu*. N. 4, persuadentibus dæmonibus. Al., *persuadentes hominibus*; al., *persuadentibus hominibus*. Ibid., constat. Al. om. N. 5, receptis. Al., *receptis*; al., *receptæ*. Ibid., colenios. Al., *colendi*; al., *colendis*, quod pro futuro in rus, culturis, ab Isidoro alienum non arbitror. Cod. 4 Tolet., *colendis* exhibet. Num. 6, honorem. Al., *honore*. N. 7, sermo sit in Hebræis. Al., *sermo sit et non Hebræus*; al., *est pro sit*. Ibid., Selem. Al., *Selem*; al., *Ismael*. N. 9, in arce. Gothici, *in arce*; al., *in arca*. N. 12, oblatam. Al., *oblatum*. N. 13, a que apud nos. Al., *quod apud nos*; al., *ea que apud nos*. N. 14, circa idolum. Al., *circa omne idolum*; al., *omnem pro omne*. Ibid., Latini. Al., *Latine*. N. 15, dæmonas. Al., *dæmones*. Ibid., scios. Al., *præcios*. N. 17, permitti sunt. Al., *perpessi sunt*; al., *persistunt*. Ibid., hi sunt... diabolus est. Al. om. N. 18, vel quod. Al., *quod vel*. Ibid., crimina, in que. Al. om. in; al. omittunt a verbis *quia quietus* usque ad *die, ac nocte*. N. 19, in Latini. Al., *Latine*. Ibid., contrarie litur. Al., *contrarie lititur*. Num. 21, d. m. canit. Gothici, *dimitabitur*. N. 22, Deum Christum. D Al., *Domnum Christum*. N. 23, primus rex. Al. om. *primus*. N. 24, fuit Moab cognomento Baal. Al., *fuit dictum a cognomento Baal, omisso Moab*. N. 25, in numen. Al., *in nomine*. N. 26, musca vocatur. Al. m. interpretatur. Ibid., Belial. Al. add. *Belial sine iugo, Belial Hebraice Bel dicitur, idolum Ninivitarum*. Lucanus codex, qui plura in hoc cap. omittit, alia addit, sic supplet: *Belial interpretatur cæca angustia, sive cæcum lumen, vel filius prævaricationis*. Ita etiam Cod. Alb. Num. 23, adjuet. Al., *adducit*. Num. 29, dedecoris. Grial, *dæcoris*; sed alii Editi *dedecoris*, et ita reperitur in Gothiciis.

Num. 30, a satu. Al., *a statu*. Ibid., satio. Al., *statio*. N. 31, revolvit, vel eo quod. Al., *re olvit, vel quod eo*. N. 32, dicunt. Al., *gentiles dicunt*. N. 33, in aliquibus. Al., *in aliquot*. Ibid., gentiles. Gothici, *apud gentiles*. N. 34, a iuvando dictus. Al., *a iuvando*; in *Cicela fuit insula, omisso dictus*. Ibid., Jupiter quasi-



Al., *Jupiter dicitur quasi*. Ibid., incestus. Al., *incestor*. N. 35, aquilæ propter quod puerum. Al., *aquila*, *Gangædem quod puerum*. Ibid., quia... qu'a... Al., *quod... quod...* N. 36, sed plane. Al., *sed plana...* N. 37, vel cæli, vel mensium. Al., *vel cæli mensium*. N. 38, aquas mundi prædicant. Al., *aquarum mundi prædicant Deum*. Num. 40, Homerus. Al., *poeta Homerus*. N. 41, sed quomodo... extendique potest. Lucanus Codex, his omissis, tantum habet: *ei apud Lemnos fuisse deus testatur*. N. 42, Pluton. Al., *Pluto*. Ibid., vel Ditis pater. Al., *vel Dis pater*. Ibid., receptorem mortuum. Al., *receptorem orceum*. N. 43, pingitur. Dicant. Al., *pingitur, et apud Nexso (sic) fuisse testatur*. Dicant. Num. 44, viteam. Al., *viteam*. Ibid., dat. Al., *dans*. Ibid., *λύειν*, quod. Al. add.: *id est, ab hac dissolutione*. N. 45, Mercurium sermonem interpretantur. Al., *Mercurius sermo interpretatur*. Cod. 1 Vat. Arch., *Mercurium sermonem interpretaverunt*. Ibid., quasi medius. Al., *quasi medicus*. Num. 47, hunc furti. Al. om. *hunc*. N. 48, indicentur. Al., *inducantur*. N. 49, Trismegistus, id est, ter maximus. Al., *Trimegistus, ter maximus*; al., *Trimegistus t. m.* Num. 50, ut sit Mars maris ars. Al., *ut sit Mars, quasi mas*; al., *ut sit Mars mas*. Ibid., sint. Al., *sint*. N. 51, hunc et adulterum. Al., *unde et adulterum*. N. 52, apud Thracas. Al., *apud Græcos*; sed male, et Vulcanius supervacua hæc verba putabat. N. 53, non fecit. Al., *bellum non fecit*. N. 54, oritur. Al., *oritur*. N. 54, nascatur. Pythium. Al., *nascitur*. Apollo autem apud Delos esse dicitur. Pythium. N. 55, ob insigne. Al., *ob hoc insigne*. N. 56, germanam. Al., *sororem*. Ibid., virginem volunt. Al., *virginem eam volunt*. Ibid., ambo sagittas habere finguntur. Al., *ambos sagittas habere fingunt*. Ibid., quod ipsa. Al. om. *ipsa*. Ibid., emittant. Al., *emittant*. Ibid., Dianam autem vocatam quasi Dianam. Al., *Diana autem vocata quasi Diana*. N. 57, asseverant. Al., *asserunt*. Ibid., Triviam quod tribus fingatur figuris. Al., *Triviam eo quod tribus fingatur figuris*. N. 58, Latoniæ fuerit. Al., *Latoniæ fuerit*; al., *Latoniæ fuerit*. N. 60, Proserpinam. Al., *Dicunt et Proserpinam*. N. 61, et Gallis. Al., *et Gallo*. Num. 62, vere aperitur. Al., *veruo aperitur*. Ibid., significari. Al., *significare*. N. 63, vehi dicitur. Al., *vehitur dicitur*. Ibid., in aere. Al., *in aera*. Ibid., volubilis. Al., *mobilis*. Ibid., esse terræ. Al., *om. terræ*. N. 64, ostendit. Al., *ostendunt*; al., *ostenditur*. Ibid., quas insignitas. Al., *quasi insignitas*. Ibid., constat. Al., *constare*. N. 65, in eo. Al., *in ea*. Ibid., reperiri. Al., *reperire*. N. 66, præcipitur. Al., *præcipiantur*. Ibid., in colendis agris. Al., *in colendo agros*. N. 67, assumat. Al., *assumat*. N. 68, nulla vides. Al., *nuda vides*. N. 69, et quod. Al., *eo quod*. Ibid., portas matrum natis, et naturas pandat nubentium maritis. Al., *portas matrum natorum pandat n. m.*; al., *p. matrum naturas p. n. m.*; al., *portas matronarum pandat, et naturas nubentium maritis*; al., *portas matrum natorum pandat, id est, nubentium maritis*. Isidorus fortasse scripsit: *Portas naturarum natis pandat, et nubentium maritis*. N. 70, quod commista concordat; unde Gothici, *cordat pro concordat*; al., *quod mista concordat*. Unde; al., *quod commista corda tundit*. Unde. Ibid., descendit. Al. add., *quæ apud Janum fuit*. Num. 71, Mineram vocatam, quasi deam. Al., *Mineram vocata, quasi dea*. N. 73, comprobatur. Al., *improbat*. N. 76, sine vi. Al., *sine viro*. N. 77, fingunt Saturnum. Al., *fingunt Jovem Saturno*. Ibid., Cælo. Al., *Cælio*. Ibid., in mare. Al., *in mari*. Ibid., et quod. Al., *atque*; al., *atque eo*. Ibid., ex spuma. Al., *ea spuma*. Ibid., maris. Al., *om. Ibid.*, quia coitus. Al., *quod coitus*. N. 79, nam quod. Al. om. *quod*. Ibid., creatur. Lucanus Cod. add., *hæc apud pavos (sic) fuisse dicitur*. N. 80, vocatum. Al., *vocatam*. N. 81, ex universali. Al., *ex universa*. N. 83, et agitata. Al., *et agitur*; uterque Codex Tolet. ita: *est agi ventibus*. N. 85, et littera. Al., *una littera*. N. 86, Ægyptus. Al., *Ægyptius*; al., *Ægypti*. Ibid., instar. Al., *ad instar*. Ibid., colebat.

Al., *colebant*. Ibid., in Memphi. Al., *in Memphis*. Ibid., hujus capitis. Al., *hujus Apidis*. Ibid., Judæi. Al., *videri*. Num. 87, voluit. Al., *vel*. Ibid., quod voce. Al., *quod a voce*. Ibid., dabant. Lucanus Cod. add.: *Hi apud Latinos fuisse dicuntur*. Apud Mauros Juba deus fuit, apud Romanos Quirinus adorabatur. N. 88, geniales lecti. Al., *genitales lecti*. Num. 89, gentium. Al., *gentium*. Ibid., sic habent. Al., *sic habentur*. Ibid., adorentur. Al., *adorent*. N. 90, nolimus. Al., *volumus*. Ibid., possemus. Al., *possumus*. N. 91, locutus est. Al., *locutus est Deus*. Ibid., hoc est... omnia. Al., *om.* Num. 92, neentis trajicitur. Al., *neentis trahitur*. Num. 93, dicitur. Al., *om.* N. 94, in quoslibet incurrens. Ita Gothici, et veteres Editi. Grialius ediderat, *in quolibet incurrens*. Ibid., separant. Al., *separatur*. Num. 95, affectus. Al., *effectus*. N. 96, numina. Al., *nomina*. Ibid., quas et Nymphas. Al., *quasi et Nymphas*. N. 97, camporum Hamadryades, fontium Naiades, maris Nereides. Al., *fontium Hamadryades, camporum Naiades, etc.* Gothici, *camporum Maides, maris Naides*. N. 98, quod aer Junoni deputetur. Al., *quod aerium deputetur*. Ibid., quasi *ἀερώς*; al., *quos heros*. Ibid., aërios. Al., *aereos*. N. 99, dicebant. Al., *dixerant*. Ibid., in penetrabilibus. Al., *in penetrabilibus*. Ibid., qui vocabantur. Al., *quomodo vocabantur*. Num. 100, appellatur. Al., *appellatus*. N. 105, sive Iovi. Al., *sive Iovi*. Ibid., ab incubendo. Al., *ab incubando*. Ibid., quos demones. Al., *quos demones*. N. 104, incedas. Nonnulli addunt: *Incus alii satyrum vocant*. In Cæsate 2: *Explicit liber x. Incipit liber xi.*

## LIBER NONUS.

CAP. I. Num. 1, exorta. Al., *orta*. Ibid., quæ Hebræa. Al., *quæ Hebraica*. Ibid., vocatur. Al., *vocabatur*. N. 2, quæ per linguam. Al., *quod per linguam*. N. 3, Hebræa. Al., *hebraica*. Ibid., si quam. Al., *dum si quam*. N. 5, Attica, videlicet Atheniensis, quæ usi sunt. Al., *Attica, qua videlicet Athenenses usi sunt*. Ibid., et Siculi. Al., *et Syri*; al., *et Siri*; al., *et Persæ*. Ibid., qua sunt Æolos locuti. Al., *qua se Æolius locutus dixerunt*; al., *qua se Æolos (vel Æolistas) locutus dixerunt*. N. 6, vetustissimi. Al., *vetusti*. Ibid., et regibus Tusæ cæteri in Latio. Al., *et regibus Tusci, et cæteri in Latio*. N. 7, cepta est. Al., *gesta est*. Ibid., et Cato. Al., *om. Ibid.*, cæteri sua scripta effuderunt. Al., *cæteri effuderunt*; al., *cæteri effuserunt*. Num. 8, in palatio. Al., *in palatium*. N. 9, Hebræam. Al., *om. Ibid.*, non moverant. Grialius cum nonnullis Mss. om. *non*; vide notam. Num. 10, legendo ex præceptore. Al., *legendo aut ex præceptore*. Ibid., animalibus brutis deterior. Al., *animalium brutorum deterior*, quod cum. Mss. Gothici et antiqui Editionibus tuto quis amplecti potest. N. 11, sonuit. Al., *insonuit*. Ibid., una. Al., *om. Ibid.*, qua ipsi homines utuntur. Al., *om.* N. 12, loquar. Al., *loquerer*. Ibid., aliquæ sint. Al., *aliquæ sunt*.

CAP. II. N. 1, propter generationes. Al., *propter generationem*. N. 2, terra, LXXIII, quindecim de. Al., *terra, quindecim sunt de*. Ibid., quindecim de Japhet, triginta, etc. Al., *quindecim sunt: de Japhet triginta et una, de Cham viginti et septem* (Al., *viginti sex*), *de Sem quinque, quæ sunt per septuaginta tres... Iudæique linguæ, quæ per terras... quæque crescentio*. N. 5, quinque. Al., *om. Ibid.*, procreaverunt. Al., *procreaverunt*. Ibid., pullulavit. Al., *appellavit*. N. 4, in terra Hus nomine Job. Al., *In terra Us et reliqua*; al., *in terra Us, omissis aliis*. N. 5, Heber nepos. Al., *Heber filius*. N. 6, nomine. Al., *sermone*. Num. 7, in mare Rubrum habitant. Al., *in mari Rubro inhabitant*. Num. 8, a quibus Gothici, *a quo*. N. 9, descendunt. Al., *descenderunt*. N. 13, filii Chus nepotes Cham sex. Filii Chus Saba Hevila... Regna Sabathaca. Al., *filii Chus Saba, et Evila... Regna Saba, Cuza*. N. 14, Sabæis Hevila. Al., *Sabæis. Hi sunt et arabes Hevila*. N. 15, eremo. Al., *om.* N. 16, As alari nominantur. Al., *Castaba i nunciantur*. N. 17 Sabatha-

ca. Al., *Saba et Cuza*. Ibid., pro veteribus, Al., a veteribus. N. 19, a quo Libyes. Al., a quibus Libyi. N. 21, vocantur. Al., appellamus. N. 21, cæteræ. Al., de Allophylis cæteræ. Ibid., quia bello. Al., quæ bello. N. 22, undecim. Al., decem. Num. 23, Gabonite. Grialius, *Gabonite*, fortasse errore typographico. N. 25, a quo Edessa Syriae... quæ vocatur Cæles. Al., a quo Syriae... quæ vocatur Cælis, omisso Edessa. N. 26, filii Japhet. Gothici et alii præmittunt: Item tribus filiorum Japhet. Filii igitur Japhet, etc. N. 27, quidam. Al. om. N. 29, Iberi, qui et Hispani. Al., Iberi et Hispani. Ibid., Italos. Al., Italicos. N. 30, sunt. Al. om. Ibid., Mazaca. Al., Maleca. N. 31, Græciæ. Al., Græce. N. 35, metropolis civitas eorum Tharsus. Al., metropolis eorum civitas Tarsis. Num. 36, Cithium. Al., Cithium; al., Scythia. N. 38, hodieque. Al., hodie. Ibid., nec omnium. Al., non omnium. Ibid., sed aliquarum. Al., sed nec aliquarum. Num. 39, nam quod ex filio. Al., nam et ex filio. Ibid., vocabatur. Al., vocatur. Ibid., sunt exorti. Al., sint exorti. Ibid., plura tamen. Al., plurima tamen. Ibid., diversa; diversa dedit ratio. Al., diversa, dedit ratio, omisso secundo diversa. N. 40, sed non et vellere. Ita Grialius edidit; Gothici et veteres Exensi, sed noti vellere. N. 41, nuncupati sunt. Al., dicuntur. Num. 42, Hyrcana. Al., Hyrcania. N. 43, Zoroastes. Al., Zoroaster; al. Zoroastres. N. 44; ut Bactriani. Al., ac Bactriani. Ibid., solitudines. Al., solitudinem. N. 47, in Asiam. Al. om. in. Ibid., perdomuit. Al., domuit. N. 48, fratris Abrahamæ. Al. om. Num. 52, constat. Al. om. Ibid., nomen. Al., nomina. Ibid., sive Israelitæ. Al., sive Israel. N. 53, habebant. Al., habuerunt. N. 57, vel sicut... solitudinem. Al. om. Ibid., ut liber... Ismaele. Al. om. Ibid., a filio Ismaelis. Al., a Cedar, filio Ismaelis. Ibid., gloriantur. Al. hic add.: *Gentiles aiunt quod ex origine Syrorum sint, quasi Syri genæ*. N. 58, Hebræus. Al., Hebraicus. Ibid., utuntur. Al., utitur. N. 60, suo. Al. om. Ibid., affixerint. Al., affixerunt. N. 62, Scythia cognominatus. Al., Scythia cognominata. Ibid., a quolimito. Al., a quodam limite. Ibid., a quibusdam. Al., a quo. Num. 64, constat. Al. om. Ibid., earum partim. Al., earum gentes partim. N. 65, Asiaticæ. Al. om. Ibid., posteros. Al., postera. Ibid., inest. Al. om. N. 66, vocatos. Al., vocamus. Ibid., dicunt. Al. om. Ibid., ubi. Al. om. Ibid., cohibent. Al., cohibentes; al., cohibentia; al., cohibente; fortasse, claustro cohibente, omisso ubi. Ibid., captivum. Al. om. N. 67, a Dardano. Al., a Dardano rege. Ibid., fratres. Al., fraier ejus. N. 68, parta. Al., peracta; al., pacta. N. 69, sunt. Al., dicti sunt. N. 71, Ægialæa. Al., Ægialæa civitas. Alii scribunt *Agialæa*, et regem vocant *Agialium*; aut *Ægialum*. Ibid., Peloponnesus. Al., Peloponnesis. N. 72, appellati sunt. Al., vocati sunt. N. 74, passis. Al., passis; al., sparsis; al., pelagi. Ibid., Italiam appulisse. Al., Italia expulsos esse. Ibid., a Pelasgo Jovis. Al., a Jovis, omisso Pelasgo. N. 78, a Macedone... materno nepote. Al. om. Num. 81, Semelæ filio. Al., Semelæ, ac Jovis filio. Ibid., amitterent. Al., perderent. Ibid., et maritum. Al. om. Ibid., Parthenii. Multi *Mes Spartani*. Ibid., contractus. Al., contractos. Ibid., confictus. Al., confictos; al. om. *Spartanos vero... ita, vocatos*. N. 82, et cognominati. Al., et cognominati sunt *Thracæ*, omisso seq., ut *superius... sint thraces*. Ibid., po are. Uterque Cod. Tolet., et alii, portare, sed recipiendum id non est. Ibid., et avarorum. Al., et barbarorum. N. 85, a Colchis. Al., a locis. Ibid., ut a Ponto. Al., ut ad Pontum. Ibid., quo a mari concesserant. Al., qua mari concesserant; al., quo a mari recesserant; al., quo a mari recesserant. N. 84, hi ante. Al., qui ante. N. 85, qui et Siculi. Al., om. Al., cognominati sunt; qui et Siculi, id est, Sicilinetes. Num. 87, gens est. Al., genus est. Ibid., qui Apeninum. Al., qua Apeninum. Ibid., perhibent quod. Al., perhibent eo quod. Num. 89, a Magog. Al., gens a Magog. N. 90, Cætarum soboles. Al., Gotho-

rum soboles. N. 95, Langobardus vulgo ferunt nominatos. Al., Langobardos, vel Languebardos vulgo fertur nominasse. Ibid., a proliza. Al., proliza, omisso a. N. 96, Vindilicus amnis. Al., Vandelicus, vel Vandalicus amnis. Ibid., habitasse. Al., inhabitasse. N. 97, Germanicæ gentes. Al., Germanicæ gentes. Ibid., duratæ. Al., durare. Ibid., feroces animi. Al., feroces animi. Ibid., horrorem. Al., errorem. N. 98, prodiderunt. Al., tradiderunt. N. 99, coaluerunt. Al., convoluerunt; al., creverunt; al., coluerunt. Ibid., burgos. Al., purgos. Num. 100, Oceani. Al., oceani maris. Ibid., inuisi aita. Al., inuisitata. Ibid., virtute. Al., a virtute. Ibid., cæteris piraticis. In margine Lucani Codicis characterè satis antio additur: «*Qui prius Sicambri dicti a civitate Sicambria, quæ in condiderunt juxta Meotides paludes; fuerunt enim de Troja exsules post excidium ejus.*» N. 102, Brittones. Al., Britannos. Ibid., inter Oceanum. Al., intra Oceanum. N. 104, Virgilius. Al., Sibylla. N. 106, Senones. Al., Zonones. Ibid., z in s litteram. Al., z in s littera. N. 107, solitudinem. Ad marginem Codicis. 1 Toletani notatur: *Vaccæos invictos, a nulla gente victos*. Ibid., litteram. Al., littera. N. 108, Quos Cneus Pompeius. Al., Quod genus Pompeius. Ibid., redire. Al., venire. N. 109, ab Hispano. Al., ab Hispano. Cod. 1 Vat. Arch., ab Spania, et ex correct. rec. ab Hispani. N. 110, Gallæci. Al., Gallæci; al., Gallæci. N. 111, ferunt. Al., tradunt; al. om. Ibid., ad Gallæciam. Al., ad Galliciam; al. om. ad. Ibid., profectum, et positus. Al., profectus expositus. Num. 112, gens. Al., gentes. Ibid., septi montibus. Al., septem montibus. N. 114, concederant. Al., considerant. Num. 117, Tyri... nominati. Al., Tyrios... nominatos, vel cognominatos, vel nuncupatos. N. 118, venerant. Al., veniant. Ibid., vocare. Al., vocari. N. 119, et Numidæ. Al., et Numides. N. 120, quærebant. Al., quærebat; al., quæretet. Ibid., proxima maris. Al., proxima mari. N. 121, prohiberet. Al., perhiberet. Ibid., semetipsum propria lingua Numidas appellaverunt. Al., vocabulum dedisset, et ipso propria lingua Medos appellaverunt. N. 122, se miscuerunt. Al., se miscuerant. Ibid., proxime Hispaniam inhabitabant. Al., proxima Hispaniæ habitabant. Ibid., quorum. Al., loca quorum. Ibid., corruerunt. Al., corruere. Ibid., pro Medio. Al., propter Medos. Ibid., vocentur. Al., vocantur; al., nominentur. Num. 123, vocati sunt. Al., exorti sunt. N. 124, Massilæ gentis. Al., Massiliæ gentis. Ibid., usque. Al., usque ad. Ibid., Gauloc. Al., Gantonem; al., Gaulotem; al., Gauloen; al., Gaulcon; Vulcanius rectius putat *Gaulo*. N. 125, condidit. Al., dedit. Ibid., proximi gentibus. Al., proximæ gentes. N. 126, Hesperia. Al. add. dicitur; al., Hesperia, et inde (al., Indi) *Hesperia occidentis Garamantes*. Num. 127, Hebraica lingua. Al., Hebraice. N. 128, insederunt. Al., consederunt. Ibid., et Indi... Garamantes. Al., om. Num. 129, gens. Al., gentes. Num. 131, tantam. Al. om. N. 132, Serum. Al., Syrtium; al., Sirticum. Ibid., aliis causis. Al., talibus causis. N. 133, antipodes. Al., antipodæ. N. 135, dicti. Al., a Græco dicti. Ibid., exstiterunt. Al., existerent. Ibid., interierunt. Al., interiere.

CAP. III. Num. 2, Græci, quorum. Al., Græci, vel Romani, quorum. Ibid., cæteris gloriosiora. Al., cæteris gloriosa; ita uterque Cod. Tolet. Ibid., distinctis. Al., distincta sunt. N. 3, denique... fuit. Al. om. N. 4, a regendo vocati. Al. om. vocati. Ibid., facies. Al., facia; al., facis. N. 5, severa. Al., severitas. N. 6, sicut leges. Al., sicut lex. N. 7, instituerunt. Al., elegerunt. Ibid., et moderator. Al., et moderatio. Ibid. annis CCCLXIV. Al., annis quadringentis sexaginta septem. N. 8, subjecti. Al., suffoci. Ibid., vicem. Al., vice. Num. 10, nono anno. Al., quinto anno. N. 11, honore. Al., in honore. Ibid., temebant. Al., habebant. Ibid., et dicta. Al., et edicta. N. 12, matris. Al., matris suæ. Ibid., exsecto. Al., execto. Num. 14, imperatorum. Al., imperator. Ibid., exercitum. Al.,



*exercitibus*. N. 15, etiam reliqui. Al., *etiam Cæsaris* A  
*reliqui*. Ibid., apud Persas *Arsacidæ*. Al., *apud Per-*  
*tas Artaxerxes*. N. 16, primo. Al., *primitus*. N. 17,  
*indecoras*. Al., *inde decoras*; in 1 Cod. Tolet., ad  
 marg., nota est: *factas blanditiones*. Ibid., ut onen.  
 Al., *ut homo*. Ibid., edicto. Al., *dicto*. Ibid., *scit autem*.  
 Ita Gothici et alii. Grialius edidit *fuit enim*. N.  
 18, tanquam bases; nota in 1 Codice Tolet. est:  
*bases futuræ sunt columnarum*. Ibid., *populum*. Al.,  
*populorum*. Ibid., coronas habent. Al., *coronabant*,  
 N. 19, de quibus Dominus loquitur. Per me. Al., *de*  
*qualibus Dominus loquitur dicens*: Per me. N. 20,  
*luxuriosæ, etc.* Al., *luxoriosos dominationem cupiditate*  
*crudelissima exercentes*. Num. 21, princeps et  
 dignitatis. Al., *princeps et dignitas*. Ibid., *dictus autem*.  
 Al., *aut dictus*. Ibid., quo primus. Al., *quod prius*.  
 N. 22, nominari. Al., *nominari convenit*. Ibid.,  
 in prælio. Al., *in prælium*. Ibid., sese. Al., *esse*. N.  
 28, quia alicujus. Al., *quasi alicujus*. N. 30, præsent.  
 Al., *præsent militibus*. Ibid., nuncupamus. Al., *ap-*  
*pellamus*. N. 35, dicti. Al., *dicuntur*. Ibid., *sedent*.  
 Al., *insideant*. Ibid., *militat ille*. Al., *militant illi*.  
 N. 36, de igitur. Al., *delegantur*; al., *deligantur*.  
 Ibid., *dicti qui*. Al., *dicti quique*. Ibid., *rogati sint*.  
 Al., *probatii sint, vel sunt, vel fuerint*. N. 39, con-  
 traxerint. Al., *construxerint*. N. 44, miles steterit.  
 Al., *milites steterint*. N. 45, a milibus. Al., *a militibus*.  
 Ibid., a moletia. Al., *a molectia*. N. 46, a delectu.  
 Al., *ab electo*. Ibid., Macedonum. Al., *lingua Mace-*  
*donum*. N. 49, strioti. Al., *structi*. Ibid., sub se. Al.,  
*sub secunda*. N. 31, triginta equites. Al., *ter centum*  
*equites*, Ibid., et *hebat*. Al., *hebant*. N. 55, sit tu-  
 multu. Al., *fit in tumultu*. Ibid., et tumultuosa in ira.  
 Al., *et tumultuosa milita*. N. 56, mutantur. Al., *imi-*  
*tantur*. N. 58, vocata. Al., *vocatur*. Hæc multi Mss.  
 veteres inserunt: *Cænes est collecta*, etc., ut num.  
 61, infra. N. 59, et *clasis*. Al., *et classica*. Num. 64,  
 in longitudine. Al., *in longitudinem*.  
 CAP. IV. Num. 2, vivanti. Al., *vivant*. N. 3; genus  
 familia. Al., *genus familiæ*, quod edidit Vulcanius,  
 sed in not. ad marg. advertit, magis sibi probari *genus*  
*familia*; nam *domus* et pro genere, et pro fami-  
 lia accipitur. Ibid., *virii*, et uxoris. Al., *virii et mulie-*  
*ris*. Ibid., nam *δῶματα* Græci lecta vocant. Al. om.;  
 al., *dicunt pro vocant*. N. 4, genus autem. Al., *genus*  
*aut*. Ibid., a definitione. Al., *a divinatione*. Ibid., cer-  
 torum. Al., *cæterorum*. Ibid., ut nationes. Al., *aut*  
*omnes*. N. 5, cælus. Al. om. Ibid., civitatis. Al.,  
 om. N. 6, populus vero, etc. Vulcanius ex con-  
 jectura: *populus vero a Græco dicitur πολῖον ἄστυρον,*  
*id est, civium cælus*. Num. 7, disperitii. Al., *dispar-*  
*titi*. N. 10, habebant. Al., *alebant*. N. 13, nomen  
 censoris dignitas judicialis. Al., *censor nomen digni-*  
*tatis judicialis*. N. 14, disceptare. Al., *disputare*. N.  
 17, principes civitatis. Al., *principes civium, vel civi-*  
*tatis*. Ibid., præcedant. Al., *procedant*. Ibid., parietes  
 proceres. Al., *parietes proces*. Ibid., a cætera multi-  
 tudine præminent. Al., *a cætera multitudine promi-*  
*nent*; al., *ad cæteram multitudinem præminent*. Num.  
 18, quod plebi jura. Al., *quod vel plebi jura*; al.,  
*quod plebi vel jura*. Ibid., tribuunt. Al., *tribuunt*. Ibid.,  
 tunc ipsa sibi tribunos. Al., *tunc ipsi tribunos*. N. 22,  
 et in locum. Al., *et in loca*. Num. 25, ordinis sunt.  
 Al., *ordines sunt*. Ibid., quod primi sint. Al., *quod*  
*præsent*. N. 26, magistratus. Al., *magistrat*. Ibid.,  
 dum virales... Al. add. *Duumvirales autam, qui su per*  
*duos viros habent potestatem*. N. 27, portitor. Al.,  
*portator*. Ibid., quia ea. Al., *quia ea*. N. 28, genti no-  
 men. Al., *gentis nomen*. N. 31, id est, infirmus. Al., *et*  
*infirmus*. N. 32, qui... qui. Al., *quia... quia*. N. 33, gu-  
 bernationem. Al., *gubernatorem*. Ibid., dispensationem.  
 Al., *dispensatorem*. Ibid., villarum dispensato-  
 rem. Al., *v. dispensator*; al., *v. dispensatorum*. N.  
 35, vicem. Al., *vice*. N. 36, colentes. Al., *tenentes*.  
 Ibid., debentes. Al., *dependentes*. Ibid., auxiliares.  
 Al., *auxiliatores*. Num. 38, emigrant. Al., *migrant*.  
 N. 40, indicat. Al., *indicant*. N. 42, vocabantur. Al.,

*vocabantur*. Ibid., sola urbs Roma. Al., *sola Roma urbs*.  
 Ibid., cætera oppida. Al., *cætera oppida*. N. 43, pos-  
 sent. Al., *possint*. N. 45, mancipium esse putantur.  
 Al., *mancipia esse dicuntur*. N. 46, qui in genere.  
 Al., *qui a genere*. N. 47, libertorum. Al., *liberorum*.  
 Num. 48, quoties manumitterent. Al., *quando ma-*  
*nu emitterentur*. Al., *de manu mitterentur*. Num.  
 49, dicitur. Al., *est*. Num. 52, quia testamento. Al.,  
*quia per testamentum*. Ibid., aditus erat. Al., *aditus*  
*erat*. Ibid., commorari. Al., *commorati*.

CAP. V. Num. 7, repitent. Al., *putent*. N. 8, ma-  
 terfamilias inde vocatur. Al., *matremfamilias inde*  
*vocari*. N. 10, supra avum. Al., *supra avacum*. N. 11,  
 dicti. Al., *dicti sunt*. N. 12, femore enim. Al., *femur*  
*enim*. Ibid., genus et stirps. Al., *genus esse stirpis*.  
 N. 13, dictus. Al., *dicitur*. Ibid., quia generatus. Al.,  
*quasi generatus*. N. 14, quadriperitius. Al., *quadri-*  
*partitus*. Ibid., unigenitus, post quem nullus. Al.  
 om.; al., *quod sit unicus, nec ante, nec post ullus*.  
 N. 15, cum dicuntur. Al. om. cum. Ibid., non nati.

B Al., *non nominati vel non nati*. N. 16, humana con-  
 suetudine. Al., *humanam consuetudinem*. Num. 17,  
 inde etiam fit. Al., *inter etiam filius*. N. 18, nam  
 filii. Al., *nam libertini*. Ibid., servilis conditionis  
 sunt. Al., *stervilis conditione sunt*. N. 20, cujus. Al.,  
*in cujus*. Ibid., per emancipationem. Al., *per man-*  
*cipationem*; al., *per mancipationes*. Ibid., utriusque.  
 Al., *quia utriusque*. Ibid., Fabius. Al., *Flavius*. Ibid.,  
 Paulus. Plerique Mss. antiqui, *Paulinus*. N. 21, uno  
 abortu. Al., *uno abortivo*. N. 22, accipit. Al., *accipit*.  
 Ibid., de deluncto. Al., *post æfunctum*. Ibid., appel-  
 letur. Al., *appellatur*; al., *appellaretur*. Num. 23,  
 sicut ex concubina. Al., *sive ex concubina*. Num. 24,  
 patre incerto. Al., *et de patre incesto*. N. 25, hausto.  
 Olim erat *austro*, aut *haustro*; Vulcanius reposuit  
*hausto*. Ibid., existimantur. Al., *existimabantur*. Ibid.,  
 Latine autem. Al., *Latini autem*. N. 26, ut neptis  
 dicamus. Al., *ut nepotis dicamus*. Ibid., admissum.  
 Al., *admissam*. N. 17, ex nepote. Al., *ex nepte*.  
 N. 28, atavique progenitores. Al., *atavi qui et progeni-*  
*tores*.

C CAP. VI. Num. 1, patruus. Cognati. Al., *patrus*  
*propinquitate cognationis*. Cognati. N. 4, ad instar.  
 Al., *atque instar*. N. 5, sunt. Al., *sint*. N. 6, manant.  
 Al., *nascendo manantes*. N. 7, et uno utero. Al.,  
*ex uno utero*. N. 8, fratrem. Al., *fratrem tuum*. N. 9,  
 quas Latini. Al., *quas Latine*. Ibid., inter pastores  
 tuos, et pastores meos. Al., *inter pastores meos, et*  
*pastores tuos*. Ibid., quia omnes fratres nos sumus.  
 Al., *quia fratres sumus, omisso omnes nos*. N. 10,  
 spiritale. Al., *speciale*, quod communi bis opponitur.  
 Ibid., vocantur. Al., *vocamur*. Ibid., commune, cum  
 omnes. Al., *in commune, quod et omnes*; al., *in com-*  
*mune, cum et omnes*; al., *item communis*, etc. Ibid.,  
 germanitate. Al., *congermanitate*. Num. 13, fratres  
 patruales dicti. Al., *fratrum filii patruales dicti*. N.  
 14, ex sorore et fratre. Al., *ex sorora aut fratre*. Num.  
 15, thius Græcum. Vulcanius scribit *thius*; et ad marg.  
 annotat: *θῆσις enim patrum significat*. N. 16, et de-  
 cendente patre. Al., *et descendente patre*; al., *et moriente*  
*patre*. N. 20, novitricus. Al., *novitricus*. In 1 Cod.  
 Tolet. hæc est nota: *Vitricus est filius proprii ux-*  
*oris, non alius*. N. 21, privigenus, vel quasi. Al., *pr-*  
*ivigenus quia*. Post hæc verba, aut paulo post in eod.  
 Tolet. Cod. est hæc annotatio, sive additio: *Oppie-*  
*teres, id est, hi qui, avo vivente, patre mortuo, nascun-*  
*tur*. N. 22, germani, germanæ. In nonnullis exem-  
 plaribus adjicitur: *Hæc consanguinitas... tot gradibus*  
*terminaretur, ut infra, n. 29 et 30*. Num. 23, patris  
 mei atavus... aut trineptis. Al. om. N. 23, hæc con-  
 sanguinitas, etc.; alii hæc verba afferunt post num.  
 22, huc fere modo: *hæc est consanguinitas; dum se,*  
*etc., dirimens, ad ultimum, etc.* Grialius, qui duas  
 tantum tabulas produxit, primam, quæ inscribitur  
*Arbor juris*, alteram *De gradibus generis humani*, in  
 hac secunda ad inferiorem crucis partem annexit  
 verba: *Hæc consanguinitas, etc.* I. Cod. Ottob. 336,

inseritur : Item de libro Institutionum Justiniani Tertii a capitulo sexto : De gradibus cognationis. Hoc loco necessarium est... graduum doctrinam adipisci : quod ex veteri Editione inter appendices relatum fuit.

CAP. VII. Num. 5, datur, quia conjugium. Al., datur et conjugium. N. 7, a procando, id est, petendo. Al., a precando et praticendendo; al. a precando et petendo; al. a procando et petendo. N. 8, quod ad nomen nubentis alludit. Al., quod et ad nomen nubentis alludit. N. 12, quasi uxores. Al., quasi uxiores; al., quasi juniores. Ibid., ungerent. Al., ungerentur. N. 13; quia jam. Al., om. jam. Ibid., transierunt. Al., transierunt. Jus unum dicitur. N. 14, uni duo Mss. Tolet., unius. N. 15, bigamus. Al., digamus. Ibid., duabus, vel tribus. Al., duarum, vel trium; al., a duabus, vel tribus mulieribus, omisso maritus. N. 16, cum viro duo fuerint. Al., cum viro duo non fuerint; al., cum viro uno fuerit; al., cum viro s. caudo non fuerit. Cod. Alb., cum viro dudum fuerit. Ibid., consortium viri. Al., consortium alterius viri. N. 20, quo in nuptiis. Al., quo nuptiis. N. 22, qui primus. Al., qui prius; al., quia primus. Ibid., quod membranae. Al., quae membrana. N. 25, quoties. Al., quotiescunque. Ibid., hoc est, via. Al., hoc est, vias; al., hoc est, via. N. 26, trivolum. Al., fribolum. Ibid., efflux. Al., flux. N. 27, b nedixit eis. Al., benedixit eos. Ibid., simile. Al., simile sibi; al., simile sui. N. 28, effectum. Al., effectum. N. 29, melius tamen est, etc. Al., melius tamen, si in ea mores quam pulchritudo queratur. N. 30, ideo autem... in tunc consistere. Nonnulli id omitunt.

#### LIBER DECIMUS.

A. Num. 1. Titulus in nonnullis exemplaribus est : Incipit de quibusdam nominibus per alphabetum distinctis. Multi Codices veteres praemittunt : Origo quorundam nominum; id est, unde veniant, non pene (Forte bene) omnibus patet; proinde quaedam noscendi gratia huic operi interjunctus. De quibusdam vocabulis nominum (Al., hominum). Licet origo, etc. Ibid., unde veniat. Al., unde veniant; al., unde veniant. Ibid., ut homo. Al., ut per denominationem homo. Ibid., proprie homo. Al., om. homo. N. 2, non posse existimant. Al., om. existimant; al., non potest, pro non posse existimant. Ibid., in feminino. Al., in feminino genere. Ibid., actor ab agendo. Al., om. N. 3, vocatus. Al., vocatur. Ibid., tamen qui nutrit. Al., tamen qui nutritur. N. 4, animi. Al., amicitia; al., animae. Ibid., proprie amicus ab hano, etc. Cod. 1, Tolet. ita dixerit : proprie amator turpitudinis, quia amore torquetur libidinis. Amicus ab hano, id est, a catena, etc. N. 5, amarius... ad amorem. Al., om. Ita in hoc libro quaedam nominum originationes a nonnullis Mss. absunt, aliae alio loco interseruntur. N. 6, quod est. Al., qui est. Ibid., hominis. Al., nominis. N. 7, aequalitate. Al., aequalitate. Ibid., fastidiosus. Al., multum fastidiosus. Ibid., animosus quod. Al., animosus, eo quod. N. 8, elatus. Nonnulli scribunt aelatus, ut ratione diphthongi hoc loco esse possit; Vulcanius ad marg. advertit potius referendum esse elatus ad litteram E. Ibid., seipsam super. Al., ipse se supra. Ibid., mensuram suam. Al., omittit suam. N. 9, ductus. Al., vocatus. Ibid., nam quid est avarum esse? Al., nam quidam avarum esse dixerunt. Ibid., avaritia neque copia. Al., neque avaritia copia; al., neque avaritia copia. Ibid., minuitur. Al., minuitur. N. 10, polluat. Al., odliuit. N. 11, huc illucque. Al., huc et illuc. Ibid., in quam partem. Al., in qua parte. N. 14, enormis. Al., aenormis, ut supra aelatus. N. 15, atratus et albatas. Al., atramus et albatas. Duo Tolet. Mss., atramiste albatas. Ibid., item alienigena... ubi est. Al., om.; al., item alienigena, quod alieni generis sit, et non ejus, ubi est; al., i. a. eo quod alienae regionis sit, et non ejus, ubi est. Num. 16, aliquem. Al., aliqua. N. 17, erat. Al., praerat; al., praerat. Ibid., scribendus est. Al., scribendum est.

N. 18, teneat. Al., teneatur. N. 19, stupractor. Al., obstupractor. Ibid., fulgori, aut tactu. Al., fulgere, et a tactu. Fortasse, fulgori, et tactu. N. 20, est palam optatus. Al., est palam adoptatus; al., est exortatus; al., est ortatus, sine palam; sed mendum utrobique in exortatus, et ortatus. N. 21, demutata. Al., immutata. Ibid., de duobus. Al., e duobus vocatur; al., a duobus vocatur. Ibid., appellatur. Al., appellatur. Ibid., utitur. Al., utatur.

B. N. 22, nihil vult male. Al., n. v. mali. N. 23, quem frater. Al., in quem frater. Ibid., Junius. Cod. 1 Tol. add. Burrus ruber, et niger.

C. Num. 34, nomina. Al., nomina. Ibid., conjugiis. Al., conjugibus. Ibid., dicitur. Al., dictus est. N. 35, et continens, quod. Al., et continens dicitur, quod. Ibid., malis abstineat. Al., male abstineat. N. 36, quod eluat. Al., quod eluat. N. 37, concors a conjunctione. Al., concors a conjugatione. Ibid., qui corde jungitur. Al., quia corde jungitur; al., qui cor jungit. N. 38, applicat. Al., applicat. N. 40, dicitur. B. Al., dicitur. Ibid., declinari. Al., declinaret. Ibid., habes. Al., adhibens. N. 44, permiscuisset. Al., permiscuit. Ibid., et cum compilator. Al., et compilator. N. 46, tumet in verbis. Al., tumet verbis. Ibid., aliquid. Al., aliqua. N. 47, vel quia. Al., vel qui. N. 49, efficiat. Al., efficiat. N. 50, qui uno. Al., quia uno. N. 51, soris. Al., sorte. N. 52, confinalis. Al., confinalis. N. 53, curator... cognitor, etc. In nonnullis Mss. haec, et quaedam alia transposita sunt. N. 54, ab eo excidit. Al., om. ab eo. Ibid., a juris peritis. Al., a viris peritis. N. 57, sint. Al., sunt. N. 58, a signa corporis. Al., a signato corporis. N. 59, candidus, etc. Al., candidus, bonus, candidus. Canus dicitur a candido, et candidus, quasi candidor. N. 60, clodus... Al., clodus, id est, cloyus. Cervus, id est, gibberosus. Ibid., crispus... Al., scripsus, aculamistratus capillos tortos habens. Ibid., applicat. Al., appellatur. N. 61, a confusione. Al., a confessione; quod ad rem videtur esse. N. 62, convulsa navis. Al., convulsa naves. Ibid., cujus eminentia. Al., cui eminentia. Ibid., adimuntur. Al., adimuntur. Ibid., unde et Virgilius. Al., ut Virgilius. N. 63, corpus. Al., om. Ibid., lenam. Al., lenonem. N. 64, collegiatus. Al., colligatus; al., conjungunt : Collegiatus, carpentarius.

D. Num. 65, praesit. Al., add., praesit, et cunctae familiae dominetur. N. 66, doctus a docendo, inde et doctor. Al., doctus a docendo dicitur, omisso inde et doctor; al., doctor a dicendo, inde et dicator. Ibid., a discendo vocata. Al., a discendo vocatur. N. 67, dispensator quia prius qui. Al., dispensator pecuniarum prius qui. N. 68, ab aere. Al., ab habere. Ibid., vocatus. Al., add., vocatus vel diu vescens. Ibid., a decem. Al., a decem dicitur. Ibid., dicitur. Al., dicitur. In Cod. 1 Tol. haec est in inferiori margine additio : Dapsilis vel munificus, nec non et egregius, aut generosus. N. 70, ceromato. Al., certamine. Ibid., perfusum. Al., superfusum. N. 73, degener, aut ignobilis. Al., degener autem, quod sit ignobilis. N. 74, quod morti. Al., quod mortis. Ibid., vertat. Al., crepat. N. 75, in id. Al., inductus in id. Num. 76, deliscens, valde hiscens. Duo Tolet. Mss., descens, valde sciens. Ibid., deamare, desiderare. Al., deamare, desiderare. N. 77, detegat. Al., detegat. Ibid., reses. Al., resides; al., residents. N. 78, in quos omnis seges decurrit. Al., in quos omni sulco seges decurrit; al., in quo sulco omnis s. d. N. 79, quam solebat. Al., quam quod solebat.

E. N. 81, 82, Elatus... Enormis. Al., om., quia dictum jam in littera A, scilicet in aelatus, aenormis. Num. 85, quasi trans solum. Al., quia trans solum. N. 86, expulsus, et cum terrore. Al., expulsus sit, et terrore. Ibid., ex terra sua pulsus. Al., ex terra sua expulsus; al., extra terram suam pulsus. N. 88, a terminis. Al., extra terminos. N. 89, indigenus. Al., indigenus, et egenus. N. 90, quasi percomesus. Al., quia percomesus. N. 95, reddidit. Al., reddidit.

F. Num. 96, a moderate et temperantia. Al., a modestie temperantia. N. 97, post Fenerator, etc.; in Cod. 1 Goth. Tolet. est hæc additio ad imam paginam: *Femellarius feminis deditus, quem antiqui mulierarium appellabant*. N. 98, qui felicitatem. Al., quæ felicitatem. N. 99, facilis. Al., *facibilis*. N. 100, a formo. Al., a forma. N. 101, frangi possit. Al., *frangi potest*. N. 102, resedit. Al., *recessit*. N. 103, ad præcordia. Al., vel a præcordio. Al., vel a præcordia, fortasse, a cute, vel a præcordiis. Num. 105, lenit. Al., *limit*. Num. 106, fremens. Al., *fremens, perstrepsens, irascens*; al., *fremens, id est, cum furore vociferans*. N. 107, fur a furvo. Al., *fur a furendo, vel furro*. Ibid., noctis. Al., nocturno. Ibid., factiosus. Al., *factiosum*. Ibid., cum seditiosum. Al., *cum seditioso*. Ibid., gratiosum, ac potentem, quasi. Al., *gratiosum, potentem, et quasi*. N. 109, a dominis, ignominie. Al., *ad nominis ignominiam*. N. 111, fornicarius... fornicatrix. Al., *fornicarius, et fornicatrix*. Ibid., hæc sub arcuatis prostabant. Al., *hæc sub arcuatis prostabantur*; al., *prosternebantur*. N. 112, quasi fetu abundans. Gothici et alii, quasi *setunda*. Et in 1 Tolet. Cod. hæc est nota ad marg.: *Feta aliquoties plena, aliquoties liberatrix*. Ibid., fetu... flens. Al., *feta, prægnans; flens*. Ibid., lacrymis. Al., *lacrymas*. Ibid., vel a schola. Al., *aut a scholis*. Ibid., discessit. Al., *discessit*. G. Num. 113, sed fixa. Al., *sed fida*. N. 114, gratialis... Al. om. Cod. 1 Tolet., *gracilis, fragilis, tenuis*; Al. omnino omittunt verba, *grandis, gracilis*. Ibid., quod sit. Al., *quasi dit*. Ibid., qui plus. Al., *quod plus*. N. 115, appellatus. Al., *appellatur*. Ibid., nec valens, nec volens. Al., *nec valentes, nec volentes*. Ibid., et tanquam. Al., *et tanquam*.

H. Num. 116, heros... fortis. Al. om. Ibid., acclens. Al., *accitius*. Ibid., honoris. Al., *honore*. N. 117, humanitas, qua. Al., *humanitas dicta, quæ*. N. 118, honorosus plus est quam honoratus. Gothici et alii *honorosus plus est quam honoratus*, scilicet pro *onerosus* et *oneratus*, addito *h*, ut illo ævo fieri solebat. N. 119, e Græco. Al., *Græco sine e*. N. 120, simulacra. Al., *simulacrum*. Ibid., oris. Al., *foris*. Ibid., et colla. Al., *et collam*. N. 121, argumenti. Al., *ab argumentis*.

I. Num. 123, ingeniosus. Al., *ingeniosus dictus*. N. 124, vocatur. Al. addunt *quia inter eam, quam transferat, iudicat*. N. 125, indoles. Al., *indolis*. N. 126, cui nocitum. Al., *cui nocivum*. N. 127, vocant. Al., *dicunt*. Ibid., illustris. Al., *illustrer*. Ibid., contrarius. Al., *contrarium*. Ibid., idoneus. Al. add. *idoneus, quasi duplum habens donum*. N. 128, sine marcore. Al., *sine maceratione*. N. 129, sine formo, id est, sine calore. Al., *sine forma, id est, sine colore*. N. 130, et ira. Al., *et in ira*. N. 131, fraus mali. Al., *fraudis malum*; al., *fraudis mali*. Num. 135, ab intendo. Al., *ab invadendo*. N. 136, sit. Al., *quærit*. N. 138, nefrones. Al., *frendes*. N. 139, ingloriosus. Al., *ingloriosus*. N. 140, inveterator. Al., *inveteratus*. N. 142, ne operi quidem ulli aptus. Al., *ne operis quidem ullius, omissio aptus*. Ibid., pro viribus. Al., *pro viribus accipiuntur*. N. 143, vel sine naribus. Al., *hoc est, sine naribus*. N. 144, perdidit. Al., *perdit*. N. 146, cui nec inanis absenti surrexit tumulus. Al., *cui nec animam habenti surrexit tumulus*; al., *cui nec absenti surrexit tumulus*. Vulcanius arbitratur legendum, *cui nec animam debenti surrexit tumulus*. N. 148, subito sit. Al., *subito fit*. Ibid., indigena vocatus. Al., *indigena vocatus*. N. 149, a pudore. Al., *a pudice*; al., *a putore*; al., *a podice*. Ibid., *padorem*. Al., *forem*; al., *putorem*; al., *putorem*. Ibid., dicunt. Al., *dicit*. N. 150, internegida. Al., *internegida*. Ibid., mendacio innititur. Al., *mendacium innititur*. Ibid., impostor... Al., *impostor, mendax, commentator*. N. 152, insideat. Al., *insidiator*. Ibid., insidere. Al., *insidire*. Ibid., non permittit. Al. om. non, sed male. N. 153, dignitatis. Al., *virginitatis*.

K. Num. 154, unde et karistia, karismata gratiæ. Al., *unde et Eucharistia, sacrificium, id est, bona gratia*. L. Num. 156, latus. Al., *locus*. Ibid., multaque editione. Al., *multaque editione*; al., *multa quæ editione*. N. 157, largus... Al., *largus, munificus, humanus*; al., *largus, abundans, affluens*. Ibid., et longi temporis. Al. om. longi. N. 158, magnanimus. Al., *magnanimis*. N. 160, *Albus* autem, *latro* est, inquit, *latero*. Al., *melius autem, latro est quasi latero*; al., *alii autem, etc.* Ibid., *insidiator*. Al., *insidiator*. Ibid., *laniendo*. Al., *laniendo*. Num. 151, conciliator. Al., *consiliator*. Ibid., *blandiat*. Al., *blandiatur*. Ibid., *facit*. Al., *facit*. Ibid., *puellari*. Al., *puellatum*. Ibid., *luxuriosus quasi*. Al. om. *quasi*. Ibid., *lascivus*, quod. Al., *lascivus dicitur, quod*. Ibid., *luxus*. Al., *luxus*. N. 162, *currete*. Al., *cursor*. Ibid., a fluore. Al., *aut a furore*. N. 163, *habeat*. Al., *habent*. Ibid., *debet*. Al., *dicitur*. N. 164, *lusciosus*. Al., *lusciosus*; al., *luscilosus*; al., *lusciosus*. Ibid., qui unum. Al., *quod unum*.

M. Num. 165, hinc appellata misericordia. Al., *hinc appellatam misericordiam*. N. 167, dicitur. Al., *dicitur*. N. 168, magnanimus. Al., *magnanimus*. N. 169, dicitur. Al. om. Ibid., et ad sustinendam. Al., *sed ad s.* N. 170, qui memoriam tenet. Al., *qui memoria tenet*; al., *quia memoria tenet*. N. 171, Græce statio. Al., *Græce, Latine statio*. N. 172, *magis eximius*. Al., *magis eximius*; al., *magis, et maximus*. N. 176, manu dicere. Al., *manum dure*. N. 177, conversationem. Al., *ad conversationem*. Ibid., a bono deterior. Al., *a bono melior*. N. 178, quia mollior. Al., *quasi mollior*. Ibid., est monitor. Al., *et monitor*. Ibid., bona. Al., *pænana*. Num. 179, mulcator. Al., *mulcator*. N. 180, Lucanus. Al., *ut Lucanus*. Ibid., *veniam*. Ibid., *enervato corpore dedecoret*. Al., *enervati corporis dedecore*. N. 181, a mucchia. Al., *a macia*. Ibid., sive a maceratione. Al. om. Ibid., *manu ancus*. Al., *manu ancus, vel manu cassus*. N. 182, vitabundus, vitanti similis. Al., *vitavundus, vitanti similis*. Ibid., *versimilis morientis*. Al., *vere similis morienti*. N. 184, morio. Al., *morior*; al., *morrio*; al., *murrio*. Ibid., *præsi*. Al., *præsidet*.

N. Num. 185, quasi ne ullus. Al., *quasi sine ullus*. N. 186, nihili. Al., *nihi*. Ibid., ex ne, et hilo. Al., *ex nil, et hilo*. N. 187, nugam. Al., *nugas*; al., *nugacem*. Ibid., id est, *nugas non perniciosus*. Al., *id est, nugas, perniciosus*; al., *id est, fugax, perniciosus*; al., *id est, fugax, non perniciosus*. N. 188, nequaquam. Al., *nequiam*; al., *nequidquam*; al., *nequam*. Ibid., quasi dicat. Al., *quasi diceret*. N. 189, alias nefarius... Al., *alias nefarius, nec dicens*. Ibid., ne nominandus quidem. Al. add. *ne dicendus*. Num. 190, qui nuntiat. Al., *et qui nuntiat*. Ibid., quod nuntiat. Al., *quod nuntiat*. N. 191, accipiebat. Al., *conspiciebat*. N. 192, recesserunt. Al., *recesserant*. N. 193, sit turpis. Al., *sit garrulus turpis*. Ibid., nec legens. Gothici, *nec eligens, deletus nec legens*. In 1 Cod. Tolet., u. 194, *consumit*. Al., *consumunt*. Ibid., excepto eo, Gothici, *excepto eum*. N. 195, opertus. Al., *coopertus*.

O. Num. 196, rectæ gloriæ. Al., *rectæ gloriæ Græcum est*. N. 197, ostio pedem. Al., *ostii pedes*. Ibid., apertus. Al., *aptus*. N. 198, habilis. Al., *habitus*. N. 199, dicitur. Al., *vicus*. Ibid., obtusus. Al., *obtusus*. Ibid., obclusior. Al., *obtusior*; al., *obscurior*. Ibid., conabundus. Al., *conabundus dicitur*. Ibid., obnoxius. Al., *obnoxius*. N. 200, oblectator. Al., *oblectator*. N. 201, quod liberos. Al., *qui liberos*. Ibid., habeat. Al., *habet*. Ibid., ovium pastor ovilio. Al., *ovium pastor, quasi ovilio*; al., *custos ovium, quasi ovilio*.

P. Num. 202, incertorum. Al., *incertos*. Ibid., a pavendo; pavire enim. Al., *a pavendo; pavere enim*. N. 207, qui parvulus assignatur. Al., *cui parvulus assignatur*. Ibid., ductet. Al., *doccat*. N. 208, primus... postrenus. Al., *primus... postrenus*.

*stremus*. N. 210, nomen in aliud. Al., *in nomen aliud*; al., *nomen ad aliud*; al., *nomen aliud, omisso in, et divalatum est pro devolutum est*. N. 213, *perseverans*... Al. add. *perseverans, ardens, strenuus, laboriosus*. Num. 215, nam *procare*. Al., nam *procar*. N. 217, et *procul jactatus*. Al., et *procul jactus*; al., *ac projectatus*; al., et *projectatus*. Num. 218, scribuntur. Al., *describuntur, bonisque fasci agglomerantur*. N. 219, *præcinctus linteo lavit*. Al., *præcinctus est linteo, et lavit*. N. 220, et *prædo*. Al., et *prædio*. N. 221, id est. Al., *hoc est*. *Ibid.*, *cupiebant*. Al., *cupiebant*. Num. 223, quasi *perdens*. Al., *quia perdens*. *Ibid.*, et *dejero*. Al. om. N. 224, *advocatus*. Al., *advocator*. *Ibid.*, *mercedis*. Al., *mercede*. *Ibid.*, *scilicet*. Al., *licet*. *Ibid.*, *valde*. Al., *valide*. N. 225, *fallat*. Al., *fallax*. *Ibid.*, *gerit*. Al., *tegit*. N. 226, *parricida*... *parricidium*. Al., *parricida*... *parricidium*; al., *parricidum, et homicidium*. *Ibid.*, *dixerint*, quoniam. Al., *dixerint, qui hominem occiderat, quoniam*. N. 227, *persecutus, perfecte secutus*. Al., *persecutor, perfecte secutor*; al. om. *persecutor non semper... perfecte secutus*. N. 228, *hoc vocabulum*. Al., *hoc nomen*. *Ibid.*, *omnium iniquorum*. Al., *hominum iniquorum*. *Ibid.*, *post iniquorum alii addunt: Peccator item a pectoris caterva (An caterna?) cognominatus pro eo quod inibi occulta delictorum conduntur*. N. 229, a *prosedendo*. Al., a *prosilendo*. *Ibid.*, *concuba*. Al., *concuba, vel concubina*. N. 230, nam *pavire*. Al. nam *pavere*. N. 231, *petra*. Al., *petra*. *Ibid.*, *pusillo*. Al., a *pusillo*. *Ibid.*, a *pusione*. Al. add. a *pusione dictus*. *Pelicanus, vir sanctus solitudini deditus*.

R. Num. 234, *religiosus*... appellatur. Al., *religiosus... appellatus*. Et mox *retractant... relegunt*. Al., *religiosus... appellatus*. *Ibid.*, ex *religendo*. Al., ex *relegendo*. N. 235, *rationator*. Al., *ratioicator*. N. 236, *reclpit*. Al., *recipiat*. *Ibid.*, *resipit*. Al., *resapit*; al., *recipit*. *Ibid.*, *desierat*. Al., *desiderat*. *Ibid.*, *animum suum*. Al.; *cor suum*. N. 237, *repens autem*. Al., *repente autem*. *Ibid.*, *roboreæ*. Al., *roboris*. N. 238, et *reatus a reo nuncupatus*. Al., et *reatum a reo nuncupatum*.

S. Num. 240, quod unumquodque. Al., *quo unumquodque*. *Ibid.*, *sensu veritatem*. Al., *sensu veritatis*; al., *sensu veritatis*. N. 241, quasi *in studiis*. *Ibid.*, *sanctus veteri*. Al., *sanctus a veteri*. *Ibid.*, *purificari*. Al., *purificare*. *Ibid.*, *tangei autur*. Al., *tingebantur*. *Ibid.*, *sancti nomen*. Al., *sanctionem*. N. 242, *supreme pater*. Al., *supremas partes*; al., *supremæ partes*. N. 243, sicut *formosus*. Al., *sic formosus*. *Ibid.*, *Terentius... dabo*. Al. om. N. 244, *superstitiosus*, etc. Al. *superstitiosus... appellatus... precabatur, et immolabat*. *Ibid.*, *superstities essent*. Al., *superstitiosus*. *Ibid.*, *quia solers*. Al., *quasi solers*. N. 245, *sua edentes*. Al., *suadentes*. *Ibid.*, *alias sedales, quod simul sedeant*. *Socii*. Al., *alias sodales*. *Socii*; al., *alias quasi sedales, ipsi et socii*; al. om. *alias... sedeant*. *Ibid.*, *periculi*. Al., *periculum*. *Ibid.*, in *unam caligam*. Al., *in una caliga*. Num. 246, *me esse*. Al., *me ipsum esse*. *Ibid.*, *nec ullo ignominie commovetur dolore*. Al., *nec ulla ignominia commovetur ad dolorem*. N. 247, *frigidus*. Al., *frigus*. *Ibid.*, *per quod*. Al., *per quos*. N. 248, *super vult videri*. Al., *vult supervideri*; al., *super vult videre*. N. 249, *detrahendo*. Gothici, *detrahendum*. N. 250, quasi *sævus*. Al., *quasi satia*. N. 251, quod non. Al., *quæ non*. *Ibid.*, *suasor... trahens*. Al., *suasor a suadendo, quem vult decipere*; al., *suasor decipiens, id est, in suam sortem trahens*. *Suasor a suadendo, quem vult decipere; forte, qui vult*. N. 252, *scrupus enim*. Al., *scrupus enim*. N. 253, *σκαίου*. Al., *add. id est, a nervositate*. *Ibid.*, *scorta quæ*. Al., *scorta quod*. Post *scorta*, etc., Cod. 1 Tolet. inseruit: *Scurra, qui sociari, etc.*; quod alii afferunt in *J scilicet iscurra, alii infra post sator*. Num. 255, *scurra appellatus*. Al., *scurras appellatus*; al., *scurras constat appellatus*. N. 258, *jurisperitorum*. Al. om. sequentia: *qui etiam. s. f. appellewe-*

*runt*. Num. 259, *sospes*... Al., *sospes, salutis, hospes*. N. 260, a *sequendo*. Al., *obsequendo*; al., *ab obsequendo*. N. 261, *accidat*. Al., *accedat*. N. 262, *exsuccatus*. Al., *exsuccatus*. *Ibid.*, *quod sit*. Al. om. *sit*, et post *pmsu add. est*. N. 263, *sain*. Al., *sagio*. *Ibid.*, a *suendis*. Al., *ab esuendis*; al., *ab struendis*.

T. Num. 264, *tuetur*. Al., *tuetur*. *Ibid.*, *mobes*. Al., *montes*. N. 266, *diurnus*. Al., *diurnus*. N. 267, *lanx*. Al., *lances*; al., *lancis*. N. 268, *truculentus*... Cod. 1 Tolet., *truculentus, crudelis, immanis, savus*. N. 269, *torto vultu*. Al., *torvo vultu*. N. 270, *timorem habet*. Al., *terrorem habet*. N. 272, *diu, id est*. Al. om. *id est*. *Ibid.*, *qui coactus*. Al., *quia evactus*.

V. Num. 274, *uti possit*. Gothici, *utere possit*. *Ibid.*, *quod doceri*. Al., *qui doceri*. N. 276, *viridis*... *vi rudis*. Al. om. N. 29, *quia sine via*. Al., *quasi sine via*. *Ibid.*, *sine memoria evanescat*. Al., *sine mora evanescat*; al., *memoria evanescat, omisso sine*. N. 280, *vesanus non probe sanus*. Al., *vesanus porro sanus*. N. 282, a *venabulo*. Al., a *venatione*. In Cod. Tolet. 2, post *pressores* subiungitur: *Explicit liber x partis primæ feliciter. Liber xi Etymologiae partis secundæ*. Simili modo Cod. 1 Tolet.: *Item pars secunda liber xi. Scilicet veteres, ut jam in Isidorianis, cap. 48, num. 16, adverti, Etymologias in duas partes distribuere, quarum prima priores decem libros, altera posteriores decem complectebatur. Secundam igitur Etymologiarum partem ad sequens volumen reservamus.*

## LIBER UNDECIMUS.

CAP. 1. Num. 1, *dicta ab eo*. Al., *dicta est ab eo*. *Ibid.*, *hanc quidam*. Al., *hanc quidem*. N. 2, *derivatum*. Al., *derivativum*. N. 4, *de humo terræ*. Al., *de limo terræ*. N. 7, *gentilibus*. Al., a *ventis*. N. 8, *quod quidam, etc.* Al., *quod putaverunt incorporaream, etc.*, al., *potuerunt pro potuerunt*. N. 10, *nisi animam*. Gothici et alii, *nisi quod animam*. *Ibid.*, *propter quod*. Al., *pro eo quod*. *Ibid.*, *inspiret*. Al., *spiret*. Num. 11, *vocari ut*. Al., *vocari volunt ut*. N. 12, *amentes*. Al., *amentes dicuntur*. *Ibid.*, *non anima*. Al., *non omnia*. N. 13, *dum vult, etc.* Al., *dum scit, mens est, dum vult, animus est*; al., *dum sit, mens est, etc.* *Ibid.*, *unde et sententia*. Al., *unde essentia*. N. 16, *quatuor elementis compacta est*. Al., *quatuor, id est, terra, ære, humore, igne; nam terra, etc.* *Ibid.*, *quibus quid debetur*. Al., *quibus cajus debetur*; al., *cujus quid debetur*. N. 17, *caro est, quæ vivit*. Al., *caro est semper, qui vivit*. *Ibid.*, *idem non caro*. Al., *id est, non caro*. *Ibid.*, *corpus dicitur*. Al., *corpus dici sine alio verbo*. Num. 18, *sunt, visus*. Al., *sunt, ut visus*. N. 20, *aut externa æthera luce*. Al., *ut externa æthera luce; al., aut externa, et æthera luce*. *Ibid.*, *per tenues vias*. Al., *per tenues venas*. N. 21, *quod vivacior*. Al., *quod viator*. *Ibid.*, *præstantior, sive velocior*. Al., *præstantior, velocior*. *Ibid.*, *sensus, videre dicamus*. Al., *sensui dedicamus*; al., *sensus unde dicamus*. N. 22, *odore*. Gothici, *odoris*. *Ibid.*, *attactus*. Al., *attractus*. Num. 23, et *per omnia... aspergat*. Al. omitt. *Ibid.*, *genera sunt*. Al., *genera esse, sine verbo*. *Ibid.*, *oritur*. Al. add. *oritur quod sentitur*.

Num. 24, *propria natura data est*. Al., *propria naturam datam esse*. *Ib.*, *audiendum*. Al., *audiendum est*. N. 25, *vigendi causa*. Al., *vivendi causa*. N. 26, *vertex est ea pars*. Al., *vertix est pars*. N. 27, *occipitium*. Al., *occipitium*. *Ibid.*, *capitii retrorsum*. Al., *capitis retrorsum*. N. 28, *pili autem dicti*. Al., *pilos autem dictos*. *Ibid.*, a *pelle, e qua*. Al., a *pelle, quæ*; al., a *pelle, de qua*. *Ibid.*, *pilum dicitur a pila*. Al., *pilo dicitur et pila*; al., *pilo dicitur a pila*. N. 29, *tonsum decet*. Al., *tonsum esse decet*. N. 30, *tondere*. Al., *tonderi*; al., *tondere*. N. 31, *quibus*. Al., a *quibus*. N. 33, *tota*. Al., *facta tota*. N. 34, *qualitates significat*. Al., *qualitatem significat*. Num. 35, *mentis motum*. Al., *mentisque motum*. N. 36, *occultant*. Al., *occultant*. *Ibid.*, *mentis indicium*. Al., *mentis*

*iudicium*. Ibid., initio. Al., *ex initio*. Ibid., acceptam. Al., *accepta*. Ibid., proponendo. Al., *præponendo*. N. 37, nobis. Al., *a nobis*. Ibid., plerique pupulam. Al., *plerique pupillam*. Al., *propterea papulam*. N. 38, ornent. Al., *ornet*. Ibid., volvos... holborum. Al., om.; al., *calvarum pro holborum*. N. 59, ut... reficiant. Al., *aut... ficiunt*. Ibid., conviventibus Al., *cohibentibus*. N. 40, utraque clausæ. Al., *utraque clausa*. Ibid., adnati. Al., *admoti*. Ibid., pili. Al., *capilli*. Ibid., ne irruentes. Al., *ne irruente sorde*. Ibid., facile. Al., *facie*. Ibid., cujuscunque. Al., *cujusquam*. Ibid., contactum. Al., *tactum*. Ibid., quo tenuem. Al., *quod tenuem*. Num. 42, tuta. Al. om. N. 44, prominent. Al., *promient*. Ibid., in rotunditatem. Al., *in rotunditate*. Ibid., quæ Græci. Al., *quam Græci*. N. 46, aurium. Al., *auribus*. Ibid., inditum nomen. Al., *inde nomen*. Ibid., pinnula. Al., *pennula*; et sic *inno pennum*, et *penna pro pinnum*, et *pinno*. N. 47, nare. Al., *manare*. Ibid., ut norimus. Al., ut *noverimus*; al., *ut odoremus*. Ibid., ac non totis. Al., *ac non notis*. Ibid., cooperit. Al., *cæperit*. N. 49, et sputum. Al., et *spiritum*. Ibid., foras. Al., foris. Ibid., projicimus. Al., *mittimus*. Ibid., quia inde. Al., *quia ibi*. Ibid., cibi inde. Al., *cibi et inde*; al., *cibi unde*. N. 51, a ligando. Al., *a ligendo*. N. 52, inde Latinum. Al., *inde in Latinum*. Ibid., colomelios vocant. Al., *colomellos recat*. Ibid., qui concisa. Al., *quia concisita*. Ibid., atque contracta. Al., *jam fracta*. Num. 54, a gignendis dentibus. Al., *a cingendis dentibus*. N. 55, cælum est. Al., *cælum sursum* est. N. 56, nisi linguæ motus. Al., *nisi linguæ distantias vocis efficerent*. N. 59, quæ cibum. Al., *quæ cibos*. Ibid., quæ foramen. Al., *quod foramen*. Ibid., operitve. Al., *operitque*. N. 60, et teres. Al., et *rotundum*. N. 61, primus. Al., *prius*. Ibid., tu accuses frange cervicem. Al., *tu accusas frangere cervices*. N. 62, quadrupedum. Al., *quadrupedi*. Ibid., ola. Al., *ala*. N. 63, nominata. Al., *nominata sunt*. Ibid., hi sunt. Al., *in his sunt*. Ibid., quod illic. Al., *quod illi*. N. 64, cubitus dictus. Al., *cubitum dictum*. N. 65, sunt appellatæ. Al., *sunt sic appellatæ*. Ibid., ascillas. Al., *ascellas*. Ibid., et oscilla dicta. Al., et *ascilla dicta*; al., et *scilla dicta*. Ibid., cillantur. Al., *cillentur*; al., *cilluntur*; al., *celluntur*; al., *scillantur*; al., *cilleantur*; al., *ascillantur*. Ibid., moveantur. Al., *moveatur*; al., *moventur*. Ibid., has quidam. Al., *hos quidam*. Ibid., hircorum. Al., *hircosum*. Num. 66, manupretium. Al., *manus pretium*; al., et *minus pretium damus*. N. 67, Apotolus: Dextras. Al., *Apostolus dicit: Jacobus et Joannes dextras*; al. om. *dicit*. N. 68, quod rem fieri. Al., *quod fieri*, omisso *rem*. N. 70, existant. Al., *existant*. Ibid., secundus salutaris. Al., *secundus index et salutaris*; al., *secundus salutarioris*. Ibid., atque ostendimus. Al., *vel aliquid demonstramus*. N. 71, probri. Al., *probra*. N. 72, ad inguina, de quo. Al., *ad inguinem, de qua*. Ibid., sustinetur. Al., *sustinetur*. N. 73, a collo usque ad. Al., *a collo ad*. Ibid., mamillæ inter. Al., *mamillæ dicuntur inter*. N. 74, dicimus. Al., *dici*. N. 75, quas sugentes. Al., *quas infantes sugentes*. Ibid., breve illud. Al., *præbet illud*. Num. 77, meatu. Al., *motu*. N. 79, appellavit. Al., *appellatur*. N. 81, sit. Al., *fit*. N. 83, quod artuum. Al., *quod per artuum*. Ibid., id est ab inhzendo. Al., om. N. 84, ut digitos. Al., *ut digiti*. N. 85, compago. Al., *compagia*. N. 87, medullæ appellatæ. Al., *medulla appellata*. Ibid., veritibula. Al., *veritibula*. Ibid., conglotatæ, dicta. Al., *conglotata, dictæ*. N. 88, attritus. Al., *tactu*. Ibid., flectuntur. Al., *plectuntur*. Ibid., salvetur. Al., *servetur*. N. 89, ut tota. Al., et *tota*. N. 90, dextro autem lateri. Al., *dextra autem lateris*. Ibid., laevo. Al., *lava*. N. 93, scapula... Al. add. *scapula a scavendo dicitur*. N. 96, sacra spina. Al., *spina sancta*. N. 98, feminis. Al., *mulieribus*. N. 99, sit umbo. Al., *sit ibi umbo*; al., *sit umbus*. N. 101, prementis. Al., *prementis*. Num. 102, partes. Al., *partes sunt*. Ibid., gignenda sobol. Al., *a gignenda sobole*. Ibid., *quod his*. Al., *quod in his*. N. 108, et

*crurum*. Al., et *crurium*. N. 109, dicunt. Al. om. Ibid., Ennius. Al., *Ennius ait*. Ibid., voluit. Al., *cogit*. Ibid., venirent. Al., *pervenirent*. N. 110, quia iis. Al., *quia in his*. N. 111, rotundi. Al., *rotundum*. N. 113, stabile. Al., *subtilius*. N. 116, sub corio est. Al. om. Ibid., circumfusa. Al., *circumflua*. Ibid., contineatur. Al., *continetur*. N. 117, eadem lacerti. Al., *item lacerti*; al., *id in lacerti*. Ibid., ut sit. Al., om. *sit*. N. 118, plus sanguinem. Al., *plus sanguinis*. Ibid., plus spiritum. Al., *plus spiritus*. N. 119, cordi vicina. Al., *cordis vicina*. N. 120, motus. Simplex. Al., *motus aut simplex, aut compositus*. Simplex. Ibid., saltu. Al., *motu*. Ibid., leniores. Al., *leviores*. A. 122, aiunt. Al., om. N. 123, unde et. Al., *inda et*. N. 124, agitando. Al., *exagitando*. Ibid., admittit et rejicit. Al., *emittit, et recipit*. Ibid., aperiendo. Al., *adaperiendo*. Num. 125, in cerebro subvolat. Al., *cerebrum subvolat*. Ibid., ex cibo tractum. Ci., et *cibos tractos*. Ibid., consistit. Al., *persistit*. N. 126, dictæ autem fibræ. Al., *dictas autem fibras*. Ibid., acciperent. Al., *acceperunt*. N. 127, dictus a supplemento. Al., *dictus supplementum*; al., *dictus duplementum*. N. 128, folliculus. Al., *folliculum*. Ibid., et cibum. Al., et *ipse cibum*. N. 129, egerant. Al., *digerant*. N. 130, membranum. Al., *membrana, quæ membranum*. Ibid., a pulmonibus et. Al., *a pulmone vel*. N. 131, jejuniu. Al., *jejuna*. N. 132, ad inguina. Al., *usque ad inguinem*. N. 133, ex ipsa. Al., *ex ipso*. Num. 134, calyculi. Al., *cauficuli*. Ibid., utriuslibet. Al., *utriusque*. N. 135, ab utraque. Al., *ab utroque*. Ibid., d. v. i. dat. Al., *atridit*. Ibid., replexæ. Al., *reflexæ*. Ibid., cornuum. Al., *cornu*. Ibid., intrinsecus. Al., *extrinsecus*. N. 136, generetur. Al., *generatur*. N. 137, valva, etc. Al., *valva ventris, id est, janua, vel*. Ibid., dicta quia. Al., *dicta quasi vas aquæ quia*. N. 138, egeritur. Al., *egreditur*. Ibid., futura. Al. om. Ibid., dicitur. Al., *vocatur*. N. 139, jaciunt. Al., *jacta*. Ibid., irrigatione. Al., *infusione*. Ibid., in corpus. Al., *in corpore*. N. 140, a circuitu. Al., *propter circuitum*. Ibid., venire. Al., *evenire*. Num. 141, fetus. Al., *fructus*. Ibid., corripit. Al., *corrumpit*. Ibid., aera. Al., *aeramenta*. Ibid., efferantur. Al., *efferantur*. Ibid., nec aquis. Al., *nec aliquo*. N. 142, non est. Al., *non esse*. Ibid., non adheret. Al., *non hæret*; al., *non potest adherere*. Ibid., miscere se. Al., *misceri*. Ibid., hinc et. Al., *hinc est*. N. 143, totum opus. Al., *totum corpus*. N. 144, folliculus... nascitur. Al., *folliculi... nascuntur*. Ibid., continetque. Al., *continentque*. Ibid., dictus ita quia. Al., *dictus autem folliculus quia*. Ibid., quia eum cum. Al., *quia et cum*. Ibid., editur. Al., *egreditur*. N. 145, sic et in nobis. Al., *sic et in hominibus*. Ibid., invaluit. Al., *invaluerit*. N. 147, promissa. Al., *prolixa*. Ibid., subjungam. Al., *subjungamus*.

CAP. II. Num. 2, annis. Al., *annos*. N. 4, adulta. Al., *apta*. Ibid., ad vigesimum octavum annum. Al., *ad viginti octo annos*. N. 6, declinatio. Al., *inclinatio*. Ibid., senioris. Al., *senilis*. N. 8, ætatum. Al., *ætatis*. N. 10, leves. Al., *lenes*. N. 11, gerebat. Al., *regebat*. N. 12, quasi pulla. Al., *quasi pupilla*. Ibid., sine oculis. Goth. ci in oculis. Ibid., patres. Al., *parentes*. Ibid., quam ab... acciperent. Al., om. Ibid., nomen. Al., om. N. 13, ostendat. Al., *ostendit*. N. 14, pariunt. Al., *pariant*. N. 16, incipiat. Al., *incipit*. Ibid., præparatus. Al., *paratus*. Ibid., *tricesimus*. Gothici et alii ita pro *triginta* apud Grialium. Ibid., pecudibus. Al., *pecoribus*. N. 17, vis. Al., *virtus*. Ibid., in femina. Al., *in femina*. N. 19, corporum. Al., *animorum, vel corporum*. Ibid., aliud. Al., *aliquid*. Ibid., aut in alium. Al., *aut animalium*. N. 20, corruptionem. Al., *correptionem*. Ibid., sacræ. Al., *sanctæ*. N. 22, virum agit. Al., *ut vir agit*. Ibid., fungatur. Al., *fungitur*. Ibid., virilia opera facit. Al., *virilia faciat*. Ibid., ut Amazon. Al., *ut Amazonas*. N. 24, sexus species. Al. om. *species*. Ibid., feminæ sunt. Al., *feminas esse*. N. 26, minus senex. Al., *minus est senex*. Ibid., sicut junior intra juvenem.

Al., *sicut juvenior inter juvenem et senem*. Ibid., intra pauperem. Al., *inter ditum et pauperem*. N. 27, præ vetustate. Al., *per vetustatem*. Ibid., calet minus. Al., *calet in minus*. N. 28, feminini. Al., *feminei*. Ibid., cur diceret. Al., *cur non diceret*. Ibid., senem mulierem. Al., *anxiam mulierem*. N. 30, impotenti-simis. Al., *potentissimis*. Ibid., liberal. Al., *liberet*. Num. 31, mortuum. Al., add.: « Sive mors a morsu primi hominis, qui velitis arboris pomum mordens mortem incurrit, quo ille esu pomi mortem meruit. » Duo Goth. Tol. om. *quo ille... meruit*. N. 35, Cæsar) al. add.: « Non potest mortuus aliquid facere post mortem suam, ita homo non potest scire ejus originem; id est, mortuus ab eo, quod, etc. » N. 35, nominatum. Al., *nominatur*. N. 36, vocatus. Al., *vocatur*. Ibid., defunctos. Al., *functos*; al., *defuncto*. Ibid., unde et honoribus functos. Al., *unde est et honoribus functus*. Ibid., diem functus. Al., *die functus*.

CAP. III. Num. 1, gentiles Deum modo naturam. Al., *gentiles qui dicuntur, modo naturam*. N. 2, prædicere. Al., *prædicare*. N. 3, perhibentur. Al., *perhibent*. Ibid., quidquam. Al., *quidquid*. Ibid., prædicant. Al., *prædicent*. Ibid., demonstrent. Al., *demonstrant*. N. 4, creationes. Al., *creatione*. Ibid., constitutæ. Al., *constituta*. Ibid., probatum est. Xerxi quippe. Al., *probatum est, ut in temporibus Xerxis regis*. Tunc quippe. N. 5, lepus ex equa. Al., *vulpes ex equa*. Ibid., dissolvi. Al., *solvi*. Ibid., hominis, sed mortuus. Al., *hominis emortuus*. Num. 6, portentosum. Al., *portentuosum*. Ibid., sumunt. Al., *consumunt*. N. 7, cynodontes. Vulcanius, ex conjectura, *συχιδόντες*. Ibid., procedunt. Al., *ordine procedunt*. N. 8, deficit. Al., *defecit*. Ibid., generata. Al., om. Ibid., steresios. Vulcanius, ex conjectura, *στερησιος*. N. 9, splenem. Al., *splen*. N. 10, reperuntur. Al., *reperiuntur*. N. 11, Mercurius. Al., *masculus*. Ibid., Venus. Al., *femina*. N. 13, dicti. Al., *dictos*. Ibid., parens. Al., *pariens*. Ibid., vocet. Al., *vocat*. N. 14, falso. Al., *falsa*. Ibid., sanctis. Al., *sacris*. N. 15, ipse. Al., om. N. 16, et dicti. Al., *et dictos*. Ibid., edunt. Al., *comedunt*. N. 18, monstrosæ. Al., *monstruosæ*. Ibid., subteriori. Al., *subteriore*. Ibid., avenarum pastus. Al., *venarum potum*. Ibid., in vicem sermonis. Al., *invicem pro sermone*. Num. 19, Panotios... ferunt. Al., *Panotiosi... feruntur*. N. 20, xvi. Al., *enim*. N. 21, Dei servo. Al., *a Dei servo*. Ibid., satyros. Al., *satyrosque incubos*. N. 22, Faunos. Al., *fatuos*. N. 23, fertur. Al., om. N. 26, octo pedum. Al., *duodecim pedum*. Ibid., statura. Al., *staturæ*. Ibid., India. Al., in die. N. 29, ferunt. Al., *fertur*; al., om. Ibid., aspicientes. Al., *aspicientes se*. Ibid., quo invicem utebantur. Luc. Cod., *quem*, et ita semper in verbo *utor* accusativum pro ablativo adhibet. Ibid., spectatores. Al., *inspectores*. Ibid., stupefacere faciebant. Al., *stupefaciebant*. N. 30, tibiis. Al., *tibia*, *ibid.*, suo cantu. Al., *sub cantu*. N. 31, naufragia. Al., *Naufragium*. Num. 32, vorticibus. Al., *verticibus*. Ibid., existimant. Al., *existiment*. N. 33, Irrationalium. Al., *Irrationabilium*. N. 34, serpentem. Al., *esse serpentem*. Ibid., cum novem. Al., *cum octo*, Cæsen. Cod. 1, *cum quinquaginta*. Ibid., evomentem. Al., *vomentem*. N. 35, in similitudinem hæresium. Al., in similitudine hæresium. Ibid., pullulat igni debita. Al., *pullulavit igni debito*. N. 36, leonem... draconem... capream. Al., *leo... draco... caprea*. Ibid., physiologi. Al., *philosophi*. N. 37, dedit. Al., *indidit*. Ibid., sed quod. Al., *sed pro eo quod*. N. 39, onocentaurus autem vocatur. Al., *onocentaurum autem vocari*.

CAP. IV. Num. 2, non fabulo-o mendacio, sed historica. Al., *non in fabuloso mendacio, s d in historica*. Ibid., figuræ sceleratorum. Al., *figuræ falsæ sceleratorum*. N. 3, Cæs. 1, post *unca* add.: *Expliciunt capitula libri undecimi*.

#### LIBER DUODECIMUS.

CAP. I. Num. 1, primum. Al., *primum*. Ibid., condi-

tionem. Al., *constitutionem*. Cæs. 1 om. *ju- ta conditionem*. Ibid., *serviret*. Al., *inserviret*. N. 4, gradiuntur. Al., *gradiantur*. N. 5, aut in usu. Al., *aut navi*. N. 6, significationem. Al., *significationem*. Ibid., animalium. Al., *animantium*. Ibid., vocatur. Al., *vocatum*. N. 7, nomina. Al., *nomen*. Ibid., nostrum laborem. Al., *nos in labore*. Ibid., subvertendo. Al., *subjectando*. Ibid., vomere. Al., *suo vomere*. Ibid., temperant. Al., *portant*. Num. 8, vel quod... arma. Al., om. N. 9, eo quod. Al., *eas quæ*. Ibid., habent. Al., *vocant*. Ibid., in sacrificio. Al., *sacrificio*. N. 10, vir. Al., *virilis*. Ibid., habeant. Al., *habeat*. N. 11, a Marte. Al., *a mare*. Ibid., aries quod. Al., *aut aries quod*. Ibid., imponeretur. Al., *poneretur*. N. 12, vocent. Al., *vocant*. Ibid., animalibus. Al., *animalibus*. N. 14, ob libidinem. Al., *ad libidinem*. N. 15, crepas. Al., *creas*; al., *crepas*. Ibid., dorcadæ. Al., *dorcas*. N. 16, eadem autem. Al., *idem autem*. Ibid., quod ad instar. Al., *quod instar*. Ibid., in sublimi inhabitent. Al., *in sublimibus inhabitent*. N. 17, fluentis. Al., *fluenta*. Ibid., et si. Al., *ut si*. Ibid., illæsa suscipiunt. Al., *illæsa, suscipiant*; quod eodem modo retineri potest, *accipiant*. Num. 18, in infirmitate. Al., *in firmitate*; al., *infirmitate*, omisa præpositione *in*. Ibid., persenserint. Al., *perserint*. Ibid., nam ea. Al., *nam eo*. N. 19, erectis. Al., *rectis*. N. 20, promissis. Al., *portentis*. N. 22, imbelle. Al., *imbecille*. N. 25, quasi purcus. Al., *quasi sporcus*. Ibid., hinc etiam, etc. Al., *hinc etiam purcitiam, vel purrios nuncupatos*. N. 28, in excolenda terra. Al., *in colendo terram*. N. 30, trionum. Al., *trionem*. N. 32, vocata. Al., *vocati*. Ibid., vitula ergo parva est nondum enixa. Nam. Al., *vitulam ergo parvam esse, et nondum enixam*. Nam. N. 33, quod sicut. Al., *quod sunt*. N. 34, gerulæ. Al., *regulæ*. Num. 35, humiles. Aliter *humiliores*. Ibid., accubant. Al., *accumbant*. Ibid., verbum græcum. Al., *verbo græco*. N. 36, velocioris. Al., *velocioris cursus*. Ibid., cursus velocitas. Al., *cursus et velocitas*. Ibid., millia. Al., *milliaria*. N. 37, a ruma. Al., *a rumine*. Ibid., eminentem. Al., *eminentiæ*. N. 38, dictus. Al., *dicitur*. Ibid., hoc sumpsit. Al., *hoc ab antiquis animal sumpsit*. Ibid., ceperunt. Al., *cep rant*. N. 39, magnos, et indomitos. Al., *magnos, id est, indomitos*. Ibid., zelant. Al., *celant*. Ibid., morsu. Al., *morsibus*. Ibid., quod tamen... occultant. Al., om. N. 40, asini, etc. Al., *asinos Arcadicos dictos, quod*. Ibid., agro. Al., *onagro*. N. 41, quando. Al., *cum*. N. 43, sono. Al., *sonitu*. Ibid., vel morientibus. Al., *vel mortuis*. Ibid., effundunt. Al., *fundunt*. Ibid., solius enim equi est propter. Al., *solum enim equum propter*. Quæ loquendi ratio sæpe in Mss. Isidori, nonnunquam etiam in impressis occurrit. Num. 45, spectantur. Al., *exspectantur*. Ibid., robri. Al., *robore*. Ibid., solidatus. Al., *consolidatus*. N. 46, et argutæ. Al., *et acutæ*. Ibid., soliditate. Al., *soliditatis*. N. 47, ex citata. Al., *excitata*. Ibid., in auribus. Al., *in naribus*. N. 48, spectandus. Al., *exspectandus*. Ibid., cinereus. Al., *cinerisus*. N. 51, purpuras. Al., *purpureos*; al., *puras*. N. 52, petili. Al., *petuli*; al., *petelli*. Ibid., callidi. Al., *callidi*; al., *cantidi*. N. 53, vulgo. Al., *vulgo*. Ibid., buricum. Al., *brunicum*. Cæs. 1, om. *Mannus... vocant*. N. 57, habet. Quod. Al., *habet eo scilicet quod*. Al., *habet, Græcæ est enim hoc velut quod*; al., *habet, Græcum est enim hoc vel quod*. N. 58, in coitum. Al., *in coitu*. N. 59, gregibus. Al., *grege*. N. 69, et simio. Al., *et simias*. Ibid., talem et sobolem. Al., *talem sobolem*. Ibid., etenim anima. Al., *etenim animal*. Ibid., extrinsecas. Al., *extrinsecas*. N. 61, ex apris. Al., *ex capris*.

CAP. II. Num. 1, dicti. Al., *dictæ*. Ibid., a vi qua. Al., *a vi qua*. N. 2, et pro vesiderio. Al., om. pro. Ibid., voluntates. Al., *voluptates*. N. 4, acres. Al., *acriores*. Ibid., sed ignis. Al., *sed ignis*. N. 6, benigna. Al., om. N. 7, volucrem. Al., *velocem*; al., *celerem et velocem*. N. 8, accipit. Al., *accepit*. Ibid., Græca. Al., om. N. 9, resilit. Al., *insilit*. N. 10, secundus. Al., *secundum*. N. 11, ut malus et. Al., *ut malus et*



*equu et asino*, et. N. 12, elephante. Al., *elephantis*. A N. 15, proponitur. Al., *præponitur*. N. 14, barrus. Al., *barro*. Ibid., quo ile. Al., *quoniam illo*. Ibid., eburno Al. *eburneo*. N. 15, Lucas. Al., *Lucanos*. Ibid., dictos ab antiquis Romanis. Al., *vocabant antiqui Romanis*. Num. 16, salutari. Al., *homines salutant*. Ibid., vel insulis. Al., *vel in insulis*. N. 17, aquilis. Al., *aquile*. Ibid., visos. Al., *vtros*. N. 18, chamæleonis. Al., *chamæleontis*. N. 20, lyux. Al., *lyncis*. Ibid., in duritiam. Al., *in duritiem*. Ibid., Plinius secundus extra unum non admittit. Al., *Plinius extra fetum unum non admittit e*; al., *Plinius secundus extra unum non admittit fetum*. N. 21, præsenferint. Al., *persenserint*. N. 22, informes procreet. Ursorum. Al., *informis procreetur ursorum*; Al., *informes procreet partus ursorum*. N. 23, derivatione. Al., *determinatione*. Ibid., a morsibus. Al., *a moribus*. Ibid., invenit. Al., *inveniret*. N. 24, lupus est. Al., *omni est*. Ibid., se prævisum. Al., *se prius visum*. Ibid., dies duodecim. Al., *diebus duodecim*. Ibid., longa jejunia. Al., *longa illa jejunia*. Ibid., tantum varios. B Al., *tanto varios*. N. 25, æstiment. Al., *existiment*. Ibid., sensus. Gothici, *sensu*. Num. 26, pro dominis suis. Al., *pro domino suo*. Ibid., spectanda. Al., *expectanda*. N. 27, dicti. Al., *distincti*. N. 29, aves. Al., *vulcres*. N. 31, harum. Al., *horum*. N. 35, ut canes vulneret. Al., *et canes vulnerat*. N. 36, carpens. Al., *corpit*. Ibid., interanea. Al., *interiora*. Ibid., exit... mortuo. Al., *omni*. N. 37, incipit observare. Al., *observat*. Ibid., corripitur. Al., *corrumpitur*. N. 38, captum. Al., *captum*, al., *caltum*. Ibid., vocant. Al., *vocat*. Ibid., catat. Al., *capiat*. Ibid., a Græco, Al., *a Græcis*.

CAP. III. Num. 1, trahitur. Al., *trahit*. Ibid., nascuntur. Al., *nascantur*. Ibid., minuunt. Al., *decrecentur*. N. 2, rodant. Al., *rodant*. Ibid., præcidat. Al., *præcidant*. N. 4, mus araneus... Al., *musaraneum*, *cujus forma aranea moritur*. Ibid., *aranea*... Al., *araneæ forma, quæ*; al., *araneæ forma, cuius mors præciduntur tecta, quæ*. Ibid., *araneæ forma*. Al., *araneæ forma*. Ibid., occulto. Al., *occulta*. N. 5, dicta. Al., *eo dicta*. Ibid., radices subter frugibus. Al., *radices frugum subter*. N. 7, protectus. Al., *prætectus*. N. 8, afflato. Al., *afflata*. Ibid., trahitur. Al., *trahit*. N. 9, super. Al., *super ejus*. Ibid., totum ejicit. Al., *totum foris ad siccandum ejiciunt*. N. 10, portantes. Al., *gestantes*.

CAP. IV. Num. 1, gentiles. Al., *antiquos*. N. 2, coluber ab eo dictus. Al., *colubrum ab eo dictum*. Ibid., labatur. Al., *labitur*. N. 3, lacerti. Al., *laceratæ*. N. 4, in Latinum. Al., *in Latino*. Ibid., exierit. Al., *exerat*. Ibid., vim. Al., *morsum*. Ibid., et verbero potius, quam rictu nocet. Al., *et verberat, et sinit, tractaque nocet*. N. 5, solitio. Al., *solitii*. N. 6, aspiciat. Al., *aspezerit*. Ibid., ad ejus. Al., *et ejus*. N. 7, delitescit. Al., *delitescunt*. N. 8, venerint. Al. add. *venerint, ibique aliquem momorderint*. N. 10, ingemuerit. Al., *intumuerit*. Ibid., corpori nodi. Al., *corpore nati*. N. 11, præcidat. Al., *præcidit*. Num. 12, vocata. Al., *vocatur*. Ibid., venena. Al., *venenum*. Ibid., spargat. Al., *aspergat*. Ibid., fertur autem a pis. Al., *fertur autem genus aspidis*. Ibid., educat. Al., *producat*. Ibid., ad terram. Al., *in terram*. Ibid., ad incantantem. Al., *incantatorem*. N. 13, genus aspidis. Al., *genus aspidum*. Ibid., quæ Latine. Al., *qui latine*. N. 15, nuncupatur. Al., *nuncupatus*. Ibid., sudet. Al., *sudat*. N. 16, patenti. Al., *patens*. Ibid., extuberatum. Al., *extrinseratum*. N. 18, esca illice. Al., *escam illicientis*; al., *escam illicientis*. Ibid., sollicitata. Al., *sollicita*. Ibid., totum enim corpus. Al., *totumque ejus corpus*. Ibid., non habere videatur. Al., *habere non videatur*. N. 19, vocatus. Al., *vocata*. Ibid., pigrior est. Al., *tardior* est. Ibid., capit. Al., *excæcat*. Ibid., exponat. Al., *deponat*. Num. 25, locum fuisset. Al., *locum fuisse*. Ibid., vastantes. Al., *vas autem*. N. 24, in tertis. Al., *in terra*. N. 26, inflexuosus qui. Al., *inflexuosa que*. Ibid., de quo. Al.,

*de qua*. N. 27, qui semper. Al., *quæ semper*. N. 28, irriguis. Al., *riguis* Ibid., depopulatione. Al., *populatione*. N. 29, quæ plus. Al., *quæ non solum plus*. N. 32, induat. Al., *inducat*. N. 33, eo quod. Al., *propter quod*. Ibid., pedum dicta. Al. add. *Bruchus est, cujus pene totum corpus in ventre colligitur*. N. 34, reptilis genus. Al., *reptile genus*. Num. 36, qui ederint. Al., *qui eos ederint*. Ibid., consumptione. Al., *consummatione*. N. 39, frigidæ. Al., *frigidi*. Et sic infra. N. 40, frigidi sunt. Al., *frigidæ sunt*; al., *frigidescunt*. Ibid., vaporen. Al., *vaporen corporis*. Ibid., natura frigidæ. Al., *naturæ frigidæ*. Ibid., torpent. Al., *torquentur*. N. 41, quisquam. Al., *quisquam*. Ibid., corporis. Al. om. Ibid., exigit. Al., *eximit*; al., *exinguit*. N. 42, non potest. Al., *non potest*. Ibid., serpentum. Al., *serpentium*. N. 43, uida. Al., *humida*; al., *uida*. Ibid., quæcumque. Al., *quæcumque*. N. 46, ad caput ictu aliquo collidatur. In Editione Grialiana et aliis, *ad caput ictu caput ali mo collidatur*. Delevi secundum caput. Ibid., juventam. Al., *juventutem*. N. 47, juventam. Al., *juventutem*. N. 48, per hominis mortem. Al., *in hominis morte*.

CAP. V. Num. 2, in sua arte. Al., *in suo labore*. N. 3, vel ibi uspiam adhaerescit. Al., *vel ubi uspiam adhaerescit*, quod fortasse melius est. N. 4, cauda ligat. Al., *caudam figat*. Ibid., scorpionis. Al., *scorpionis*. N. 5, qui humano corpori statim ut fuerit. Al., *qui dum humano corpori tactu fuerit*. N. 6, qui contactus. Al., *qui contra ictum contractus*. Ibid., in globulum. Al., *in globum*. N. 9, in oleribus. Al., *in ulis*. Ibid., vel pampino. Al., *vel pampinis*. Ibid., de qua. Al., *cujus*. N. 10, importuno. Al., *importuno*. N. 11, pertinax. Al., *perlinax d'icitur*. N. 13, costi. Al., *costæ*. N. 18, putii. Al., *p.trefaciæ*. N. 19, ut colubro. Al., *ut colubri*.

CAP. VI. Num. 2, spatiosum. Al., *spatiosum manibus*. N. 3, etiam. Al., *enim*, quod melius videtur. N. 4, prius visa sunt et cognita. Al., *prius et cognita sunt visa*. Ibid., paulatim. Al. om. N. 5, merula. Al., *meruli*. Ibid., albovarii. Al., *albo varii*. N. 6, ut umbræ. Al., *ut umbri*. Ibid., colore. Al., *coloratæ*. Ibid., ut musculus. Al., *ut musculus*. Ibid., et musculi. Al., *et masculi*. N. 7, dicitur. Al. om. N. 8, ob immanitatem. Al., *ob immanitate*. N. 9, esse. Al., *etiam*. N. 11, salientes. Al., *saliente*. Ibid., transvolant. Al., *transiliunt*. Ibid., molibus. Al., *molibus*. Ibid., feriunt. Al., *feruntur*; al., *ferunt*. Ibid., serrato. Al., *serratum*. Num. 15, mucronato sit. Al., *majori nata sit*. N. 18, quibus. Al., *de quibus*. N. 19, ictus lapidum. Al. add. *repercutiat tergore*. Ibid., repercutus. Al., *repercutus sit*. N. 20, humi. Al., *in humo*. Ibid., musculus. Al., *mascula*. N. 21, bidis. Al., *binis*. N. 25, dictus. Al., *dicitur*. Ibid., nuncupatus. Al., *nuncupatur*. N. 2, reti. Al., *rete*. N. 25, inhiberi. Al., *inimmi*. Ibid., a quibus sæpe pastus est. Al., *qui his sæpe pasti sunt*; al., *a quibus sæpe pasti sunt*. Ibid., affert. Al., *habent*. N. 29, thymus. Al., *thymum*. N. 50, ingentissum esse. Al., *ingentiosum etiam*. Ibid., nassis. Al., *rasis*. Ibid., viminibus. Al., *luminibus*. Ibid., aversum. Al., *aversum*. N. 31, traxit. Al., *accepit*. Num. 52, suo. Al. om. Num. 55, virgis. Al., *virgulis*. N. 34, echineis. Al., *echinus*. Ibid., ventiet. Al., *venti licet*. Ibid., remoram. Al., *moram*. N. 56, nominatus. Al., *nominatur*. N. 37, aquatus dictus. Al., *squamatus dictus*. N. 38, sardinasque. Al., *sardia que*. N. 41, elabatur. Al., *elabatur*. Ibid., anguilla uno necata, qui. Al., *anguilla uno necate qui*. Schæret nominativus pro ablativo absoluto. N. 44, congruus. Al. add. : *Congrus anguilla similis, sed grandis, moratur in cavernis petrarum sub aqua*. Ibid., brachis. Al., *branchis*. N. 45, alligari. Al., *alligare*. N. 46, atramenti. Al., *atramento* Ibid., addito. Al., *additum*. Ibid., Æthiops. Al., *Æthiopum*. Ibid., tradant. Al., *tradunt*. Num. 47, tradunt. Al., *tradunt quidam*. Ibid., evolare. Al., *evolari*. Ibid., demergere. Al., *dimergere*. N. 50, appellatum. Al., *appellatur*. Ibid., ex testæ. Al., *ex*

*u. sco.* N. 51, cancri vocantur. Al., *cancros vocari.* Ibid., fluviatiles. Al., *fluviales.* N. 53, a quorum. Al., *a quarum.* Ibid., concipiunt. Al., *conciuntur.* N. 55, humanorum. Al., *humanarum.* N. 56, dictus... adoperius. Al., *dicta... adoperia.* Ibid., fluviatiles. Al., *fluviales.* N. 57, testula. Al., *testa.* Ibid., ac peloris. Al., *ac pelorus.* Ita mox *pelorus.* Ibid., cochlea. Al., *conchilia.* N. 58, reddunt. Al., *reddant.* Ibid., d'entur. Al., *vocantur.* N. 60, cruore. Al., *crure.* Ibid., remittit. Al., *emittit.* N. 61, tenui sunt sis ula. Al., *tenues sunt fistulae.* N. 62, aptae. Al., *apertae.* N. 63, agnoscent. Al., *cognoscunt;* al., *agnoscant.* Ibid., sine. Al. om. N. 64, aliae commistione. Al., *aliae commistionem.* Ibid. masculi commistione suscepta. Al., *masculi susceptione concepta.* Ibid., idem insequens. Al., *item in consequens;* al., *idem in sequenti.* Ibid., perfundit. Al., *perfundunt;* al., *perfunduntur.*

CAP. VII. Num. 1, reformidant. Al., *formidant.* Ibid., enchorizae. Al., *incola;* al., *incursae.* Ibid., et merula. Al., *et merura.* N. 2, sicut genere. In Editione Grialii est *sicut genera*, quod fortasse mendum est. Ibid., quisquam non potest. Al., *quemquam non posse.* Ibid., potuit. Al., *potuisset.* Ibid., vel differentias. Al., *vel doctrinas.* N. 3, alta intendant. Al., *ad alta tendant.* N. 4, pars media alarum. Al., *pars mediae alarum;* quod in Grialii Editione erat, sed non placet. N. 5, et homo. Al., *ut homo.* Ibid., dicuntur eo quod. Al. om. *dicuntur.* N. 9, constat. Al., *constant.* Ibid., quid. Al., *quomodo.* N. 11, inflectere. Al., *stectere.* N. 12, corporis. Al. om. Ibid., ex alto illi. Al., *ex alto illi.* N. 15, cogit agmen. Al., *cogit ad agmen.* Ibid., arguant. Al., *arceant,* quod fortasse magis probandum. N. 16, constat. Al. om. N. 19, sibi hunc. Al., *sibi hos;* al., *sibi hanc;* al. om. *nautae vero... facere dicunt.* Num. 21, Tentatum. Al., *Tentatum.* N. 22, sit toto. Al., *sit in toto.* Ibid., virgulis. Al., *virgulis.* Ibid., voluntarium. Al., *voluntarie.* N. 23, ex fructibus. Al., *ex fructibus.* Ibid., cinnami. Al., *cinnamomi.* N. 25, ipsam rerum naturam. Al., *ipsa rerum natura.* N. 26, est. Al., *sit.* Ibid., filios. Al., *filios suos.* N. 27, Stymphadibus. Al., *strophadibus.* N. 28, Diomedes. Al., *Diomedas.* Et sic infra. N. 29, vocantur. Al., *dicuntur.* N. 30, advolare. Al., *convolare.* N. 31, Hercyniae. Al., *Hercynae.* Ibid., per obscurum. Al., *per obscura.* Ibid., prajectae. Al., *jaectae;* al., *projectae.* Ibid., interluceant. Al., *late interluceant.* N. 35, ovis. Al., *ova.* N. 34, Meropes, eosdem et Gaulos. Forte *Meropes idem et Gauli.* Vel suppendium dicunt. Ibid., genus volatile. Al., *genus volatilis est.* Num. 35, Monedula. Al., *Monedula avis.* Ibid., invenit. Al., *incenerit.* Num. 36, membranis. Al., *membris.* N. 37, av. s. Al., om. N. 38, lamentatur. Al., *lamentetur.* N. 39, gravi. Al., *gravis.* Pigrilla. Al., *pigrilla.* Ibid., versatur et semper commorans. Al., *versatur et semper commoratur;* al., *commoratur et semper versans.* Ibid., significari. Al., *significare.* N. 40, videre. Al., *videri.* N. 42, fertur. Al., *dicitur.* N. 43, oculum petit. Al., *oculorum petit loca.* N. 44, augere. Al., *agere.* Ibid., vias. Al., *vices.* Ibid., huic inter. Al., *hujus inter.* N. 45, Graculus a garrulitate nuncupatus. Al., *Graculus a garrulitate nuncupatus.* Ibid., voluit. Al., *voluit.* Ibid., volent. Al., *volet.* Ibid., eum. Al., *eos.* N. 46, quasi poetricae. Al., *quasi poetricae.* Num. 47, indicio. Al., *judicio.* Ibid., clavus. Al., *clavum.* Ibid., fuerit. Al. om. Ibid., habere. Al., *habere.* Ibid., possit. Al., *potest.* N. 50, ferunt. Al., *ut ferunt.* Ibid., consumi. Al., *consumit.* N. 52, anseri. Al., *anseris.* Ibid., ipse. Al., *ipsa.* N. 53, dicitur. Al., *vocatur.* Ibid., nidum. Al., *nidos.* Ibid., persenserit; fort., praesenserit. N. 54, Mergis... nomen hoc harsit. Al., *Mergus... nomen habet...* Al., *Mergis... nomen hoc est.* Ibid., constat. Al. om. N. 55, huc. Al., *haec;* al., *hinc.* Ibid., rapiendis. Al., *in rapiendis.* Ibid., Apostolus. Al., *add. dicit;* al., *ut.* N. 56, posse. Al., *post se posse.* N. 57, Capys. Al., *Capus.* N. 59, ossifragus. Al., *ossifragus.* N. 60,

*A* blanda habitatrix. Al., *semper blanda inhabitatrix.* N. 61, venerias. Al., *veneraeas.* N. 63, insurgit. Al., *consurgit;* al., *surgit.* Ibid., quae fovit. Al., *quae eos fovit.* Num. 64, dictae. Al., *dictas.* N. 65, dicitur. Al., *dicitur avis.* Ibid., semina venenorum. Al., *semina venenata.* Ibid., iis veteres. Al., *eas veteres.* N. 66, upupam. Al., *opopam.* Ibid., consideret. Al., *conside.* Ibid., qui quis se. Al., *si se quisquam.* N. 67, constat. Al. om. N. 69, merula. Al., *merura.* Ibid., moduletur. Al., *modulet.* N. 70, a diris. Al., *aliis.* N. 71, turdi a tarditate dicti. Al., *turdos a tarditate dictos.* Ibid., quasi major. Al., *quasi minor.* Num. 77, inebrae. Al., *inhibe.* N. 78, communem. Al., *communionem.* Ibid., permistam. Al., *commistam.* Ibid., anguriantur. Al., *anguria faciunt.* Ibid., sed fides. Al., *sed fides.* Goth. Mss. Tolet. *auguriat, sed fides inhabitat.* N. 81, ovo. Al., *ex eo;* al. *eo.* Ibid., contacta. Al., *contra.*

CAP. VIII. N. 1, nascuntur. Al., *nascuntur.* Ibid., et pennas accipiunt. Al., *et pennae nascuntur.* Ibid., solertes. Al., *solenter.* N. 2, verberantur. Al., *verberant.* Ibid., creentur. Al., *nascantur;* al., *nascuntur.* N. 3, castris. Al., *castris;* al., *costras.* N. 5, longipedi. Al., *longipedum.* N. 10, multae sunt. Al., *mutae sunt.* N. 13, quod sanguinem sugat. Al., *quo sanguinem sugit.* N. 14, qua. Al., *quibus.* N. 15, castrum autem. Al., *castrum autem.* Ibid., vocatur. Al., *vocatus.* N. 16, libiones. Al., *libones.* Ibid., mustiones. Al., *musciones.* Ibid., ad me cum spectas, fabularique incipis. Al., *eum ad me spectas, etc.;* al., *cum me exspectares fabulare incipis.* Ibid., in oculos tuos. Al., *in oculis tuis.* Ibid., bibiones involant. Al., *bibiones volant.*

#### LIBER DECIMUS TERTIUS.

PRÆFAT., in hoc libello. Al., *in hoc vero brevi libello.* Ibid., tabella. Al., *tabula.*

CAP. I. N. 1, dicitur. Al., *dictus.* N. 2, ornamentum. Al., *ornamenta.* N. 3, constat. Al. om. N. 5, dicitur. Al. om. N. 7, porta. Al., *parte;* al. om. *Nam una... se recipit.*

CAP. II. Num. 1, nec visui. Al., *nec vanti.* Ibid., irrequietis. Al., *inquietis.* N. 2, dividis. Al., *divides.* Sic infra. N. 3, menses in dies. Al., *menses in hebdomadas, hebdomadas in dies.* Ibid., venias. Al., *pervenias.* Ibid., hæc est atomus. Al., *hoc est atomus.* N. 4, atomus indivisio. Al., *atomus quod secari nequit.* I id. Græce sectio. Al., *Græce divisio.*

CAP. III. Num. 1, formata. Al. om. N. 2, in aequam. Al., *in aqua.* Ibid., in terram. Al., *in terra.* Ibid., in aerem. Al., *in aera.* N. 3, inesse. Al., *constat inesse.*

CAP. IV. Num. 1, cælum Deus. Al., *eum Deus.* Ibid., solis. Al., *sole.* Ibid., a superiora. Al., *a superiori.* Cæs. 1 om. *alias... celando.* N. 2, Hoc autem Græce οὐρανός. Al., *hic autem Græce οὐρανός dicitur.*

CAP. V. N. 1, æther locus. Al., *æthera locus.* Ibid., æthra. Al., *æthera.* N. 2, est. Al., *sit.* Ibid., æquale concludens. Al., *æqualem concludentem.* Ibid., hoc moveri. Al., *eum moveri.* Ibid., et cum motu. Al., *et motu.* N. 5, austronotus. Al., *astronotus.* Ibid., axium cycli. Al., *axium circuli.* N. 6, circuli flexum. Al., *circumflexum.* N. 7, ex splendoris ipsius transitu. Al., *ex splendore illius transitu.*

CAP. VI. Num. 2, intra eum. Al., *inter eum.* Ibid., arctorum. Al., *arcturi.* Ibid., perspicitur. Al., *conspiciuntur.* Ibid., a nostris. Al., *a nostris.* Ibid., speciem. Al., *specie.* N. 4, Latine dies. Al., *Græce Latine dies.* Ibid., perspicitur. Al., *prospicitur.* N. 5, articum. Al., *articon.*

CAP. VII. N. 1, ad caelestem pertinent partem. In Editione Grialiana sic erat, sed legendum *ad caelestem pertinet partem.* Ibid., nubilis. Al., *nub bus.*

CAP. VIII. Num. 4, discessisse. Al., *discessisse.* Ibid., excavavit. Al., *concaravit.* Ibid., perscindit. Al., *praescindit;* al., *proscindit.*

CAP. IX. Num. 1, fulminea autem. Al., *fulmen autem.* Ibid., deinde ignes. Al., *deinde ignis.* N. 2, cer-



tum est. Al. om. Ibid., fulgur, etc. Al., *fulgur*, *A* *fulgur*, *et fulmen*. *Fulgur*, *quia tangit*, *fulgur*, *quia incendit*, etc. Ibid., ternis. Al., *trinis*. Ibid., *tinguntur*. Al., *pinguntur*.

CAP. x. Num. 1, et dicitur Iris. Al., *et dicitur Iris*. Ibid., *per aerem*. Al., *per aera*. Ibid., *descendit*. Al., *descendat*. Ibid., *ex adverso*. Al., *ex diverso*. Ibid., *nubes caligans*. Al., *nubes caligantes*; al., *caliginantes*. N. 2, *anelitu*. Al., *halitu*. N. 3, *intempesta*. Al., *intempestate*. N. 4, a Græco. Al. om. N. 5, appellata quod. Al., *appellata, est autem nomen Græcum, quod*. N. 6, *gelaqu* es. Al., *gelacies*. N. 8, *quod iude*. Al., *et inde*. N. 10, scilicet. Al. om. N. 13, *dicta autem*. Al., *dictam autem*. Ibid., *et incerta*. Al., *et certa*. Ibid., *ventorum*. Al., *locorum*. Ibid., *ubi quoquo*. Al., *ubicunque*. Ibid., *obstitimus*. Al., *obsistimus*. N. 14, *sed hoc*. Al., *sed hæc*.

CAP. XI. N. 1, dicitur. Al., *dictus*. N. 2, *habentes*. Al., *habens*. N. 5, *quod alte*. Al., *quod ab alto*. N. 7, *quod junctus*. Al., *quod conjunctus*. N. 8, *nascuntur*. Al. add. *nascuntur unde est illud* :

.... et zephyro patris sæ gleba resolvit.

N. 12, *Gallæcum*. Al., *Gallicum*. Ibid. Gallæciæ. Al., *Gallitiæ*. Al., *Galliz*. N. 13, *quia ab*. Al., *qui ab*. N. 18, *alter est*. Al., *altus est*. Ibid., *aura terræ est*. Al., *auræ terra est*. N. 20, *efficiunt*. Al., *efficiuntur*. N. 21, *quem... faciunt*. Al., *quia sticca quæque, et arida facile frangit*. N. 22, *vis ventorum*. Al., *vis venti*.

CAP. XIII. Num. 5, *Linus*. Al., *Lethnus*; al., *Lethmus*. Ibid., *abortus*. Al., *aborsus*. Ibid., *serunt*. Al. om. N. 6, *Reatinis paludibus*. Al., *Reatinæ paludis equis*. Ibid., *dicunt*. Al. om. N. 7, *in Indiis*. Al., *in India*; al., *in Sidia*. Ibid., *vocatur*. Al., *vocari*. Ibid. *egerit*. Al., *generat*; al., *gerit*; al., *tenet*. Ibid., *quod ihero*. Al., *quæ illico*. N. 8, *circa templum*. Al., *juxta templum*. Ibid., *qui humoris nexibus humum*. Al., *qui humores noxios in humum*. Ibid., *stringit*. Al., *stringit, et jungit*. Ibid., *ternis*. Al., *trinis*. N. 10, *oculis*. Al., *oculos*. Ibid. *aiunt*. Al. om. N. 11, *excaudescit*. Al., *candescit*. Ibid., *sed permutatur, dum venit*. Al., *dum permutatur, venit*, *omisso sed*. Ibid., *minimisque*. Al., *mirisque*.

CAP. XIV. Num. 1, *nuncupantur*. Al., *nuncupatur*. Ibid., *vocavit*. Al., *appellavit*. N. 3, *percolatur*. Al., *percolatus*. Ibid., *ad caput amnium*. Al., *ad caput omnium*. N. 4, *certum non esse*. Al., *cæ tum esse*. Ibid., *luculentum*. Al., *lutulentum*.

CAP. XV. Num. 1, *purpureo*. Al., *purpureum*. N. 2, *primo*. Al., *primum*.

CAP. XVI. Num. 2, *alluit*. Al., *abluit*. Ibid., *Geniam*. Al., *Januam*. Ibid., *inde*. Al., *deinde*. N. 3, *septem stadiorum*. Al., *septem stadiis*. Ibid., *diffusus æquore*. Al., *diffusus ab æquore*. N. 4, *vocatur*. Al., *vocatum*. N. 5, *dura una*. Al., *cum una*. Ibid., *visentibus*. Al., *videntibus*. Ibid., *quam αἴα*. Al., *quam Græci αἴα*. N. 6, *Dalmaticum*. Al., *Dalmatium*. Ibid., *Ligusticum*. Al., *Lybisticum*. N. 7, *regis*. Al., *ducis*. Ibid., *Ion*. Al., *Iones*. Ibid., *dictum*. Al., *dicitur*. Ibid., *rex*. Al., *dux*. Ibid., *in hoc mare*. Al., *in hoc mari*. Ibid., *accolorum Euxinus*. Al., *accolorum alibi Euxinus*. N. 8, *eciderunt*. Al., *deciderunt*. Ibid., *in mare*. Al., *in mari*. N. 9, *fluenti Propontis*. Al., *fluente Propontidis*. Ibid., *dicta Propontis*. Al., *dictum Propontidem*; al., *dictum Propontium*. Ibid., *item et*. Al., *idem et*. Ibid., *vel angustis*. Al., *perangustis*. Ibid., *Ægyptium*... Gallicum... Africum. Al., *Ægyptius*... Gallicus... Africanus. Ibid., *ut quæque*. Al., *utque quæ*. Ibid., *partium*. Al. om. N. 10, *latitudo*, *mare*. Al., *latitudo maris*. Ibid., *dictum*, Al., *dictus*.

CAP. XVII. Num. 2, *excernitur*. Al., *excerptur*. N. 4, *hoc mare in*. Al., *hoc in*, *omisso mare*. Ibid., *oram*. Al., *ora*.

CAP. XVIII. Num. 2, *Varro*. Al., *ut Varro*. N. 3, *scribit*. Al., *scriptis*. Ibid., *humilitatem*. Al., *humiditatem*. Ibid., *abruptum*. Al., *obrupum*; al., *obrumum*.

Ibid., *quibus hinc*. Al., *cujus hinc*. N. 4, *monstram*. Al., *mons ruosam*. N. 5, *ubi lanata*. Al., *ibi lanata*. Ibid., *absorbet*. Al., *obsorbet*. Ibid., *ut rursus*. Al., *rursus m'*. N. 6, *trahant et appropinquant*. Al., *trahant appropinquantes*.

CAP. XIX. Num. 2, *stagna vocant*. Al., *stagnos vocant*. N. 3, *lacus Asphalti*. Al., *lacus asphaltites*. Ibid., *demersa*. Al., *dimersa*. N. 4, *quingentis octoginta*. Al., *septingentis octoginta*. Ibid., *ad vicina*. Al., *ad vicinia*. N. 7, *magnitudine sui*. Al., *magnitudinis vi*. N. 8, *supervolare non possunt*. Al., *supervolare non possunt*. Ibid., *setor*. Al., *odor*. Ibid., *amœna reddidit loca*. Al., *amœnum reddidit locum*.

CAP. XX. Num. 3, *aeris*. Al., *aereas*. N. 5, *ut dicamus*. Al., *ut dicimus*.

CAP. XXI. N. 2, *succrescit*. Al., *arescit*. N. 4, *in agros*. Al., *in agris*. Ibid., *locus altus*. Al., *lacus altus*. N. 6, *notandi*. Al., *nominandi*. N. 7, *inundationis*. Al., *exundationis*. N. 8, *Scriptura sacra*. Al., *sancta Scriptura*. Ibid., *cognominat*. Al., *nominat*. Ibid., *quia quindecim*. Al., *quia decem*. Ibid., *a Gange regem*.

Al., *a Gangaro regem*. N. 9, *exsurgens*. Al., *exoriens*. Ibid., *in mare Rubrum*. Al., *in mare Mortuum*. Ibid., *hoc nomine*. Al., *Tigris*. Ibid., *bestiæ*. Al., *bestiæ tigridis*. N. 10, *exo iens*. Al., *exurgens*. Ibid., *relicto*. Al., *derelicto*. Ibid., *millium*. Al., *milliarium*.

N. 12, *ab igne*. Qui. Al., *ab igne jam propior cum Persis eram*. Qui. N. 13, *Germaniæ*. Al., *Orientis*. Ibid., *Tigrim*. Al., *Tigrim*. *Carrit enim per Parthiam et Assyriam*. Num. 15, *luit*. Al., *fuertur*; al., *fuertur*.

N. 17, *Orontem*. Al., *Orientem*. Ibid., *appellaverunt*. Al., *appellavere*. N. 18, *nominatus*. Al., *nominabatur*. Ibid., *vocatur*. Al., *vocabatur*. N. 19, *Phasis*. Al., *Eusis*. N. 20, *et quidquid*. Al., *et quia*. Ibid., *quia tumet*, etc. Al., *quia autumno, et æstute, quando nives solvuntur, tumescit*. N. 21, *alii*. Al., *aliter*. N. 23, *inter Curiam et Ioniam*. Al., *inter Asiam et Ionium*.

N. 25, *Argivæ genti*. Al., *argivæ gentibus*; Al., *Argivæ gentis*. Ibid., *demissus*. Al., *dimissus*. N. 27, *dirigit*. Al., *digerit*. Ibid., *fluvio*. Al., *flumine*. N. 27, *albus sit*. Al., *albus sit*. N. 28, *ambiendo*. Al., *ambigendo*. Ibid., *Pontum induit*. Al., *in Pontum luit*.

N. 29, *locaverunt*. Al., *vocaverunt*. N. 31, *toti*. Al., *totius*. N. 33, *quasi Doricus*. Al., *quasi Doricus cognominatus*. Ibid., *fluvius*. Al., *fulvis*. Ibid., *aeriferis*. Al., *aureis*. N. 35, *rupis*. Al., *præruptis*.

CAP. XXII. Num. 2, *visere*. Al., *videre*. Num. 4, *humanum*. Al., *hominum*. Ibid., *serunt*. Al., *serunt ab eo*. Et sic duo Mss. Goth. Tolet.

#### LIBER DECIMUS QUARTUS.

CAP. I. Num. 1, *cujus nomina*. Al., *cui nomina*. Ibid., *velut humida ut*. Al., *vel humida terra ut*. N. 2, *nuncupatur*. Al., *nuncupata*. Ibid., *vocaverit*. Al., *vocavit*. Ibid., *siccitas*. Al., *siccitatis*. Ibid., *est terræ*. Al., *est terris*. Ibid., *venti per cava terræ*. Al., *venti per concava terræ*; al., *ventis per cava terræ citatis*. Ibid., *tumulique*. Al., *tumidique*. N. 3, *gentilem*. Al., *generalem*. Ibid., *volunt*. Al., *vocant*. Ibid., *plerumque*. Al., *pleræque*. Ibid., *erumpentibus ventis*. Al., *erumpentibus ventis*.

CAP. II. Num. 1, *Africa nuncupatur*. Al., *Africa, quæ et Libya nuncupatur*. N. 2, *non æqualiter*. Al., *nostri æqualiter*. N. 3, *isæ duæ*. Al., *sic duæ*.

CAP. III. Num. 2, *non æstus*. Al., *non æstus*. Ibid., *veris*. Al., *aeris*. N. 3, *hominis*. Al., *hominis*. Ibid., *flamma*. Al., *flamma*. N. 4, *flagrantiam*. Al., *flagrantia*. Ibid., *homines flammæ*. Al., *homines flamma*. N. 5, *elephantis*. Al., *gemmis et elephantis*. Ibid., *foliis*. Al., *folia*, *femin. gen.*, *ut alibi*. N. 6, *bis metit*. Al., *bis mittit*. Ibid., *vice hiemis Etesis patitur*. Al., *vice hiemis et æstatis Etesis patitur*. N. 7, *et adamantem*. Al., *et adamantem*. Ibid., *ibi sunt*. Al., *ubi sunt*; al., *ibique sunt*. N. 8, *et Assyria*. Al., *et Asia*. Ibid., *in ejus nomen transierunt*. Al., *ejus nomen transierunt*. Ibid., *sunt enim ea*. Al., *sunt enim in ea*. Num. 9, *Hircanum salum*. Al., *Hircanum saltum*. N. 11, *et*

Persis. Al., et *Persida*, et sic alibi *Persida* pro *Persis*. Ibid., easdem provincias. Al., *ens provincias*; al., *scilicet easdem*. Ibid., *Persiam*. Al., *Persidam*. N. 12, tendens. Al. *est tendens*. Ibid., *Mediam* tangit. Al., *Meidiam* tangit. Ibid., *Carmaniam*. Al., *Armeniam*. Num. 13, quod dicitur. Al., *et duobus*. Ibid., *ambiantur*. Al., *ambitor*. Ibid., *culus*. Al., *culi*. N. 14, a qua. Al., *a quo*. Ibid., *transierint*. Al., *transierunt*. N. 15, hinc eam. Al., *hanc enim*. Ibid., *et cinnamum*. Al., *et cinnamomum*. Ibid., *invenitur*. Al., *invenitur*. Ibid., *terra*. Al., *om.* N. 16, tangens. Al., *habens*. N. 17, absque *Sarracenis* et *Nabathæis*. Al., *aigue Sarracenos et Nabathæos*. Ibid., *Armenia*. Al., *Cappadocia*. Num. 18, *Philistin urbem*. Al., *Philistinam urbem*. Ibid., *quæ nunc dicitur*. Al., *om. nunc*. Ibid., *hujus*. Al., *huic*. N. 20, *gentibus*. Al., *regibus*. N. 21, *lacte et melle*. Al., *lac et mel*. Ibid., *cum hinc*. Al., *cum hic*. N. 23, *Phœnicæ*. Al., *Phœnici*. Ibid., *opima*. Al., *optima*. N. 25, *fatescunt*. Al., *fatescunt*. N. 27, *aeria*. Al., *aerea*. Ibid., *ad Æthiopes*. Al., *ad Æthiopian*. N. 28, *alut*. Al., *alut necessariis muneribus*. Ibid., *necessariis mercibus etiam orbem*. Al., *necessariis muneribus omnem etiam orbem*. Num. 29, *et genus*. Al., *et gens*. Ibid., *cæterorum gentium abnuentes commercia*. Al., *cæteris gentibus adnuentes commercia*. N. 30, *quæ pone sunt*, *Propansis jugis ambiuntur*. Al., *quæ plenæ sunt propansis ignis ambiuntur*. N. 31, *Sericus*. Al., *Syricus*; al., *Sirius*. Ibid., *habens*. Al., *habet*. N. 32, *portentuosæ*. Al., *portentuosæ*. Ibid., *sanguine vivunt*. Al., *sanguinem bibunt*. Ibid., *Moschorum*. Al., *Oschorum*. N. 33, *silva Hyrcana*. Al., *silva Hyrcania*. Ibid., *silvis*. Al., *silva*. N. 34, *nascantur*. Al., *nascuntur*. Ibid., *sub mare Caspium*. Al., *sub mari Caspio*. Ibid., *huic terræ*. Al., *hujus terræ*. Ibid., *ferocitas*. Al., *ferocita*. N. 35, *Armeno*. Al., *Armeo*. Ibid., *condidit*. Al., *cæpit*. Ibid., *Tigris fluvius*. Al., *om. fluvius*. Ibid., *sedisse*. Al., *resedisse*. N. 36, in hac herbæ. Al., *in hac Hiberia*. N. 37, *Armeniam* tangit. Al., *Armenia tangitur*. Ibid., *Asiam minorem*. Al., *Asia minore*. Ibid., *Cilicium*. Al., *Cilicianum*. N. 38, *attingitur*. Al., *cingitur*. Ibid., *Lydiam*. Al., *Lycaoniam*. N. 39, *antea*. Al., *ante*. Ibid., *Belrycia*. Al., *Beritia*; al., *Libricia*. Ibid., *expiravit*. Al., *exhalavit*. N. 40, *parata*. Al., *parata*. N. 41, *Æsopi*. Al., *Cecropis*; al., *Europis*. Ibid., *p. imum ge. uti*. Al., *primus genuit*. Ibid., *de Corito*. Al., *de Corintho*. Ibid., *Troadi*. Al., *Troadiis*. Ibid., *superjecta*. Al., *subjecta*. Ibid., *a meridiana*. Al., *a meridiano*. Num. 42, *Lycaonia*. Al., *Carium*. Al., *Lycaoniam*, *Carium*. N. 43, *antiqua regum*. Al., *antiqua regnorum*. Ibid., *posset ex*. Al., *posset hinc ex*. Ibid., *ex sorte*. Al., *exorta discordiæ*. Ibid., *loca Italicæ*. Al., *loca Gallicæ*; al., *loca Gallicæ*. Ibid., *nuncupavit*. Al., *nominavit*. Ibid., *Meles*. Al., *Melas*; al., *Hæles*. N. 45, *asserunt*. Al., *dicunt*. *Mare Issicum*. Al., *mare Persicum*. Ibid., *Cydnus*. Al., *Cygnus*. Ibid., *Corycus*. Al., *Coriscos*. Ibid., *fragrantius*. Al., *fragrantior*. Ibid., *plus*. Al., *pulchrius*; al., *pulchrior*. N. 46, *sit*. Al., *est*. Ibid., *Vesuvius*. Al., *Vesulus*.

CAP. IV. Num. 1, *stylum vertimus*. Al., *stylum vertendum est*. Ibid., *rapiam Creta advenit*. Al., *rapiam Cretam advenit*; al., *rapuit, Creta advenit*. N. 2, *flumine Tanai*. Al., *flumine Tanais*. Ibid., *ad occasum*. Al., *ab occasu*. Ibid., *insula Gadibus*. Al., *insulis Gadibus*; al., *insula Gades*. (Vide n. 10.) N. 3, *Barbaria*. Al., *Barbarica*. Ibid., *Mæotidis*. Al., *Mæotibus*. N. 4, *dives virorum*. Al., *dives virum*. Ibid., *et uros*. Al., *et ursos*. Ibid., *atque alices*. Al., *atque aliccs*. Ibid., *callaicum*. Al., *callainum*; al., *callacum*. Ibid., *ceranium*. Al., *ceranum*. Ibid., *circa Rhenum*. Al., *juxta Rhenum*. N. 5, *Provinciarum autem*. Al., *Provincias autem*. Ibid., *seclusit*. Al., *secludit*. Ibid., *Mæsia*. Al., *Mysia*. Ibid., *post quem*. Al., *post quem*; al., *post quam*. Num. 6, *obtenditur*. Al., *obtenit*. Ibid., *pluribus*. Al., *plures*. N. 7, *Illyricum*. Al., *Illyricus*. N. 8, *Dalmatiam*. Al., *Dalmatia*. Ibid., *exis-*

*timatur*. Al., *existimat*; al., *perhibetur*. N. 10, *Hellenæ*. Al., *Helline*; al., *Hellenæ*. Ibid., *Cranaus*. Al., *Granus*; al., *Graius*. Ibid., *septentrionalis*. Al., *Septentrionis*. Ibid., *Athenæ civitas*. Al., *Atheniensis civitas*; al., *Athenas civitas*. Ut *Athenas* sit indeclinabili modo positum. N. 11, *ubi illa recubnerat*. Al., *ubi recubaverat*; *omisso illa*. Ibid., *Aonia*. Al., *Ioni*. N. 12, *domuerint*. Al., *domuerunt*. Num. 13, *Macedoniæ*. Al., *Macedonia*. Ibid., *nomen erat*. Al., *nomina est*. Ibid., *et rego*. Al., *et regia*. Ibid., *argentis que*. Al., *argentique*; al., *argentoque*. Ibid., *tantus*. Al., *tantum*. N. 14, *Myrteum*. Al., *Myrtoum*. Ibid., *Creicum*. Al., *Græcum*. N. 16, *et solo læta*. Al., *et solida*. Ibid., *Alpes Apenninas*. Al., *Alpes Apenninos*. N. 18, *dicta*. Al., *dictam*. N. 19, *Lynurium*. Al., *Ligurium*. Ibid., *Diomedæas*. Al., *Diomedias*. N. 21, *Umbriam vero historice*. Al., *Umbria vero dicitur, ut historice*. Ibid., *Umbriam Græce cognominatam*. Al., *Umbria Græce cognominata*. Num. 22, *ἔταρος*. Al., *Alter*. Al., *ἔταρος*, *significat alter*. Ibid., *lines antea*. Al., *finis antea*. Ibid., *tenebant*. Al., *tenebant*. Ibid., *Etruriam*. Al., *Etruriam dictam*. Ibid., *item et*. Al., *eudem et*. Ibid., *illic et*. Al., *scilicet et*. Ibid., *haruspicinam dicunt esse repertam*. Al., *haruspicia dicuntur esse reperta*. N. 25, *Brundisium*. Al., *Brundisii m.* Nonnulli Mss. omittunt. Num. 25 et 24, *indicatis solum nominibus*, *Apulia*, *Campania*. N. 24, *hieme*. Al., *hieme anni*. N. 25, *ad usum*. Al., *et ad usum*. N. 26, *quia citra*. Al., *quæ citra*. N. 27, *in orbem*. Al., *in orbe*. N. 28, *Hispano*. Al., *Hispano*; al., *Hispanio*. Ibid., *ab Hespero*. Al., *ab Hesperia*. Ibid., *clausa a reliquis*. Al., *clausa reliquis*. Ibid., *conclusa*. Al., *clausa*. Ibid., *secunda*. Al., *opulenta*, *et secunda*. N. 21, *Gallæciam*. Al., *Galleciam*; al., *Gallitiam*; al., *Galleiam*. N. 50, *in Septentrionis*. Al., *in septentrionali*. Ibid., *circa terras*. Al., *circa terram*. Ibid., *quod ultima*. Al., *quod sit ultima*.

CAP. V. Num. 2, *aperta*. Al., *aperto*. Ibid., *vel soli*. Al., *vel sole*. Ibid., *figoris*. Luc. Cod. addit: *C* *Ali ab A ro uno de nepotibus Cham; alii dicunt, etc.* N. 3, *a septentrionali*. Al., *a Septentrionis*. Ibid., *Stifensem*. Al., *Cæsari-nensem*. N. 4, *in parte*. Al., *in partibus*. Ibid., *huic*. Al., *hinc*. N. 6, *signant*. Al., *designant*. N. 7, *ex duobus nobilissimis oppidis*. Al., *ex duobus nobilissimis urbibus*. Ibid., *oleis*. Al., *oleribus*. Ibid., *jacta ibi semina*. Al., *jacta ibi semina*. Ibid., *centesimo*. Al., *centesimæ*. Isidorus fortasse scripsit, *ut jacta ibi semina, i. p. centesimo fruges renascantur*; scilicet ut nominativus absolutus sit pro ablativo. N. 9, *Numidia dicuntur*. Al., *Numidiæ dicuntur*. Ibid., *desinit*. Al., *desinit*. N. 10, *habet oppidum*. Al., *habuit oppidum*. N. 11, *Cæsaria civitas*. Al., *Cæsariæ civitatis*. Ibid., *utræque igitur*. Al., *utræque igitur provincie*. Et sic Goth. Tolet. Mss. Num. 12, *ab occiduo*. Al., *occasum*. Ibid., *usque ad*. Al., *ad*. N. 13, *qui riget*. Al., *qui friget*. N. 14, *monstruosa*. Al., *monstruosa*. N. 15, *illic quippe*. Al., *ibi quippe*. Ibid., *extrahuntur*. Al., *trahuntur*. N. 17, *extra tres autem partes orbis*. Al., *ex tribus autem partibus orbis*. Ibid., *antipodes*. Al., *antipodas*. Ibid., *post quem*. Al., *post quam*. Ibid., *accepimus*. Al., *accipimus*. N. 18, *nomen est*. Al., *nomen sit*. Ibid., *homine*. Al., *nomine*. N. 20, *significare prædiximus*. Al., *significari, ut prædiximus*. Ibid., *habens*. Al., *continens*. N. 22, *tauritorium*. Al., *quasi tauriterium*.

CAP. VI. Num. 1, *ex iis quoque*. Al., *ex iis quoque*; *quæ fortasse genuina est lectio*. N. 2, *hæc in adversa*. Al., *hæc adversa*. Ibid., *quinque millia*. Al., *quinque nulliarum*. N. 4, *occidentalem*. Al., *occidentem*. Ibid., *nomen habens, quis*. Al., *nomen habens Salonichii*, *quia*. N. 5, *ultra Britanniam*. Al., *intra Britanniam*. Ibid., *triginta tres*. Al., *octoginta tres*. Ibid., *quarum viginti*. Al., *quarum duodecim*. N. 6, *gentibus*. Al., *gente*. Ibid., *avis rara*. Al., *avis raro*. N. 7, *a constituenti terra centum viginti*. Al., *a constituentibus terram gentibus centum viginti*. Ibid., *lingua sua Gadir*. Al.,

lingua sua Gades. Ibid., sepem. Al., septem. N. 8, Fortunat. Al., Fortunatarum. Ibid., ferre. Al., fere. Ibid., suapte enim. Al., sua enim apte. Ibid., secularium. Al., secularia. Num. 9, aliti. Al., alite. N. 10, in sine. Al., in finibus. Ibid., in intimis maris sinibus. Al., intimos maris sinus. Ibid., lapsus anguros. Al., lapsus onques. N. 12, ex qua. Al., ex quo. Ibid., sexcentis viginti quinque millibus scinditur. Al., sexcenta viginti quinque millia stadiorum scinditur; al., dc. millia stadiorum. N. 13, ferens. Al., bina ferens. N. 15, Creta. Al., Creta insula. Ibid., Macaronesum. Al., Macaroneseum, sive Peloponnesum. Ibid., Curetum fuisse. Al., Cretaram. N. 16, etiam remis. Al., etiam hæc insula remis. Ibid., fixit. Al., finxit. Ibid., prima. Al. om. Ibid., invehatur. Al., invenitur. Ibid., moritur. Al., enoritur. Ibid., et Alimus. Al., et Alimos. N. 17, angusto. Al., angustior. N. 18, in ornamentum. Al., in ornamento. N. 19, site sint. Al., site sunt. N. 20, Myrton. Al., Myrteo. Ibid., tenentes. Al., tendentes. Ibid., millia... millia. Al., miliaria... miliaria. Ibid., millia quingenta. Al., millia quingaginta. Ibid., eorum. Al., de eadem. Num. 21, fuisse visibus. Al., sit visibus humanis. N. 22, capitulum. Al., capitolum. N. 25, hanc. Al., in hanc. N. 25, Cylthera. Al., Cythera. N. 26, sinibus. Al., finibus. N. 27, ante Dionysias dicta. Al., a Dionysio dicta. Ibid., xviii millia passuum. Al., novendecim millia passuum. N. 29, et Sardiniam. Al., et Sardiniam. N. 30, insula Syra. Al., insula quæ Syra. Ibid., Chio vocant. Al., Chion vocant. N. 31, est mari. Al., est in mari. N. 32, triquetra. Al., triquadra. N. 34, dedit. Al., edidit. Ibid., tribus millibus. Al., trium millium. N. 37, Lyparus. Al., Lyparis. Ibid., quæ quoniam. Al., quæ quod. Ibid., fuerunt postea. Al., fuerunt quædam postea. Num. 38, millium spatio. Al., miliarium spatio. N. 39, Sardus Hercule. Al., Sardis Hercule. Ibid., in Orientem, quam in Occidentem. Al., in Oriente, quam in Occidente; al., Oriente, quam Occidente, omisso in. N. 40, millia cxi. Al., millia centum. Ibid., aquis. Al., aquis ejus. N. 41, Ligur mulier. Al., Ligus mulier. Ibid., per intervalla. Al., per intervallum. N. 42, millium. Al., miliarium. N. 44, mittere. Al., emittere. Ibid., fundibulum. Al., fundibulum. Ibid., verbera. Vulgati, verbere.

CAP. VII. Num. 1, in Orientem... in Occidentem. Al., in Oriente... in Occidente. Al. om. duo in. N. 3, millia. Al., miliaria. Et sic sibi. N. 4, respiciens d aequilonem. Al. om. ad. N. 7, eo quod. Al., ita quod. Ibid., Hipponem Rhægiam. Al., Hipponeregium. N. 8, Cal. e. Al., Culpis.

CAP. VIII. Num. 1, maxium. Al., mazima. N. 2, nivium. Al., nivium. Ibid., propter nivium candorem. Al., pro nivium candore. Ibid., candicantem. Al., candidantem. N. 5, historici. Al., historici. Ibid., resedisse. Al., sedisse. N. 6, propter altitudinem. Al., propter latitudinem. N. 10, pertendat. Al., pertendatur. Ibid., lxxvi millibus. Al., lxxxvi miliaribus. N. 13, pænnæ. Al., Pænica. N. 14, unde ut. Al., unde est. N. 16, in eo. Al., in eo sit. N. 17, Calpe. Al., Calpes. Ibid., prius. Al., primum. N. 18, aeris. Al., aereis. N. 23, erectus. Al., rectus. Ibid., Græci breve dicunt. Al., Græce breve dicunt; al., Græci hunc dicunt. N. 28, duos. Al., arduos. Ibid., et pervia. Al., et brevitas. Num. 27, ac sese frangunt. Al., ac sese frangunt. N. 30, solo. Al., soli. N. 31, non seruntur. Al., non serventur. N. 33, Verrius Flaccus dicta. Al., Varro dicta. Ibid., Varro, quod. Al., Verrius Flaccus, quod. Ibid., sunt. Al., sint. N. 36, constat. Al. om. N. 41, est qua. Al., est quod; al., est aqua qua. Ibid., eludit. Al., elidit; al., allidit.

CAP. IX. Num. 1, terra quæ. Grialius in nota ediderat qua, nescio an de industria. Ibid., perspicit. Al., prospici. N. 3, itus. Al., jactus. Ibid., omnis oris. Al., hominis oris. N. 6, recessus. Al., processus. N. 7, locus inferi. Al. add. De quo Job ita l queritur: Dulcis fuit glareis Cocytii. N. 8, tremore. Al., timore. Ibid., illic enim fletus. Al., illic erit fletus. N. 9, quem appellari

putant a valle. Al., quem putant ita nominatum a valle. Ibid., et frigidis. Al., et sulphuris. N. 10, inferus. Al., infernus. Ibid., teneant. Al., tenent. Ibid., appellatur. Al., appellabatur. Ibid., suave habeat. Al., suave ab eo. N. 11, in medio est. Al., in medio ejus est. Ibid., hinc ibi ferantur. Al., hinc ibi inferantur; al., hic ibi inferantur.

## LIBER DECIMUS QUINTUS.

CAP. I. Num. 1, habuere. Al., habitare. Ibid., initio. Al., in initio. N. 2, creavit. Al., creat. N. 3, Cain. Al., Cham. Ibid., in Naid. Al., in India. N. 4, æstificantium turrim. Al. add.: «Hujus turris altitudo quinque millium centum septuaginta quatuor passuum fuit.» N. 5, Solyma. Al., modo Solyma. Ibid., et postmodum. Al., et postea. Ibid., ipsa est. Al., in ipsa est. N. 6, quinquaginta millibus. Al., quingenta millia. Ibid., adimplevit. Al., implevit. N. 8, Danaes. Al., Andia; al., Adia. Ibid., Persida. Al., Persidia. N. 10, patient. Al., fratrem. N. 12, Edessam. Al., Edissam. Num. 13, ante Arach. Al., antea lare. Ibid., Chalaunem. Al., Calamie; al., Calanos. N. 14, nuncupavit. Al., nominavit. N. 15, Syriæ. Al., ubi Syriæ. Ibid., dixerat. Al., prædixerat. N. 18, Judææ. Al., Judæorum. Ibid., domum Christi vidit Ecclesia. Al., domus Christi est Ecclesia. Ibid., ædículas. Al., ædicolæ. N. 20, pro qua exstruxit. Al., postquam instruxit. Ibid., Hierusalem. Al., Hierosolyma. Ibid., pro qua tertia. Al., postquam tertia; al., propter tertiam. N. 22, vere hic. Al., vere hæc. Ibid., a Jeroboam. Al., a rege Jeroboam. Num. 23, Bethlehem Juda. Al., Bethlehem Judæ. Ibid., vocata. Al., vocabatur. N. 24, sepulti sunt. Al., sepulti sint. N. 25, siti sunt. Al., sepulti sunt. N. 28, mari. Al., mare. N. 29, mos erat antiquus. Al., mos erat antiquæ; al., moris erat antiquos. Ibid., multos simul. Al., cum multis simul. Ibid., capere. Al., cepere. N. 30, in littus. Al., in littore. Ibid., Phœnicia. Al., Phœnicæ; al., Phœnica. N. 31, ubi charta. Al., in qua charta. Ibid., ubi etiam. Al., ibi etiam. N. 34, Alexandriam. Al., Alexandrinum. Ibid., detinet; fort., retinet. Ibid., Africæ. Al., regonis Africæ. Ibid., quasi claustrum. Al., quasi claustra. Num. 35, Thebais. Al., Thebaica; al., Thebaida. N. 37, Cappadociæ. Al. add.: Philippus in honorem Cæsaris ædificavit Tarsum. Ibid., Tharsis. Al., Tarsus. N. 42, hæc condita primum. Al., hanc conditam primum. Ibid., et vocata. Al., et vocatam. N. 43, Thraciæ. Al., civitas Thraciæ. N. 44, dedit. Al., dixit. Num. 45, Corintheam. Al., Corinthiam. N. 47, Mycenæ... Cod. 1. Goth. Tolet., Mycenæ civitates Græciæ. Ibid., Sparta. Luc. Cod., Sparta avis. Nescio quid id esse possit. N. 49, Brundisium. Al., Brundisium. Ibid., cornua videantur. Al., cervæ videantur. Num. 50, et quod ibi. Al., eo quod ibi. N. 51, qui victor. Al., quia victor. N. 52, Lavinium. Al., Laviniam. N. 53, in quo sita est. Al., in quo positum est. N. 54, appellatum. Al., appellat. N. 55, resituisset. Al., constituisset. N. 57, promoti. Al., promoti. Ibid., Italiani. Al., in Italianam. Ibid., medio. Al., in medio; al., media. N. 59, tætur. Al., tæatur. N. 60, Parthenopea. Al., Parthenope; al., Parthenopia. N. 63, nunciaverunt. Al., nuncuparunt. Ibid., trilingues esse ait. Al., trilingues dicit. N. 64, adimpleta. Al., impleta. N. 66, Cæsaraugusta, etc. Cæs. 1 om. totum n. 66, ut nonnulli alii Codices. Num. 68, in Hispaniam. Al., in Hispania. Num. 70, distinguuntur. Al., disjunguntur. N. 71, caderet. Al., caderet. N. 73, septa oppidum. Al., septem oppida. N. 74, et Lixis. Al., et Lixis civitatis. N. 76, illic. Al., illic. Ibid., Icosio nomen. Al., Icosium nomen. N. 77, a qua. Al., ex qua.

CAP. II. Num. 1, incolis urbis... continet vitas. Cæs. 1 om. N. 3, in orbem. Al., in orbe. Ibid., condet. Al., condit. N. 4, evertitur. Al., vertitur. N. 5, quod sibi in eo conventus habitantium opem. Al., quod sit conventus in eo habitantium, et opem. Ibid., bellus præsidia. Al., bella hæc præsidia. N. 6, discrepat. Al., discrepare. N. 8, eodem iunati. Al., in eodem na i.

N. 10, quod manente statu. Al., *quo manente statu*. A  
Ibid., impetrat. Al., *impetrant*. N. 11, quæ nulla. Al.,  
*qui nulla*. N. 12, a vicinis. Al., *ab ipsis vicinis*. Ibid.,  
habitatoribus. Al., *habitationibus*. Num. 13, vaga hosti  
pateret. Al., *vagantes hosti paterent*. Cæs. 1 om. *sive*  
*quod... pateret*. N. 15, compita. Al., *competa*. Ibid.,  
conpretunt. Al., *competant*. N. 17, civitatis. Al., *urbis*.  
N. 19, murus... ornatur. Al., *muri... ornantur*. Ibid.,  
aliquid. Al., *aliud*. Ibid., omne. Al., *omnis*; al., *unius*.  
N. 20, propugnatur. Al., *propugnatur*. N. 21, muro  
proximum, id est, ante taurum. Al., *muro proximus*  
*ante murum*. N. 22, vocatur. Al., *vocatur*. N. 24,  
quintana. Al., *quinanæ*. N. 25, dicunt. Al. om. Ibid.,  
subverteret. Al., *subverterent*. N. 26, imboli. Al., *im-*  
*bulia*. Ibid., subvolamina. Al., *subvolamina*; al., *sub-*  
*velamina*. Ibid., sunt enim porticus. Al., *sunt enim*  
*portici*. N. 27, sive... dedit. Al. om. Ibid., pro ro-  
stris. Al., *prorostra*. Ibid., præfixa. Al., *affixa*. Num.  
29, sedeat. Al., *resident*. N. 30, illic omnes. Al., *ho-*  
*mines illic*. Ibid., studio. Al., *studia*. N. 35, circum  
metas. Al., *circametas*. N. 36, ubi fuit, Al., *ubi fuerit*.  
Ibi inclusus in quo. Al., *inclusus quo*. Ibid., si quis  
introierit. Al., *si qui introiret*. Ibid., monstificæ.  
Al., *monstrificæ*. Ibid., ad errorem. Al., *ad terrorem*.  
Ibid., videatur. Al., *esse videatur*. Ibid., nec sæcula  
quidem. Al., *ne ulla sæcula quidem*. N. 37, in commu-  
ne. Al., *communiter*. Ibid., ex ipsius. Al., *ab ipsius*.  
Ibid., appellaverunt. Al., *appellaverint*. Ibid., con-  
struxisse. Al., *construxit*. Ibid., navium cursui. Al.,  
*navigantium cursui*. Ibid., prænuuntianda. Al., *pronun-*  
*tanda*. Ibid., in portibus. Al., *in portubus*; al., *in*  
*porticibus*. Ibid., visio dicitur. Al., *videre*, omisso *dicitur*.  
Num. 39, Thermæ appellatæ. Al., *thermas appellatas*.  
N. 40, a levatione. Al., *a lavat one*. N. 43, asseribus.  
Al., *axibus*. Ibid., quod ibi solebant considerare. Al.,  
*quod soleant considerare*. Ibid., tabernæ. Al., *tabernariæ*.  
N. 45, telonium. Al., *teloneum*. N. 46, viderentur.  
Al., *videretur*. Cæs. 1 om. *Hinc Fronto... viderentur*.

CAP. III. Num. 1, ab habendo. Al., *ab habitando*.  
N. 4, et lychno. Al., *et ligno*. N. 6, Talassioni. Al.,  
*Thalamoni*. Ibid., Talassii nomen. Al., *Thalami nomen*;  
al., *Thalasio nomen*. Ibid., et incubant. Al., *et incum-*  
*bunt*. N. 8, Græce lectus. Al., *Græce lectulus*. N. 9,  
occultet et celet. Al., *oculati et celat*. Ibid., quod eo  
cubemus. Al., *quod in eo cubamus*. Ibid., requiesca-  
mus. Al., *requiescimus*. N. 11, Mænius. Al. præmit-  
tunt: *Mæniana dicta, quod maneamus*. *Mænius*, etc.  
Ibid., projecit. Al., *projicit*. Ibid., materies. Al.,  
*maerios*. N. 13, pauperum peregrinorum. Al., *pa-*  
*uperum et peregrinorum*. Ibid., atque inediis. Al., *atque*  
*inediis*.

CAP. IV. N. 1, instituta. Al., *instructa*. N. 2, sacer-  
doti. Al., *sacerdotibus*. Ibid., vel quia... sanciora sunt.  
Cæs. 1 om. Ibid., sanctum, quod exstat. Al., *san-*  
*ctum, quia exstat*. Ibid., muri sancti. Al., *mores sancti*.  
N. 3, propitiatorium quasi. Al., *propitiatorium oracu-*  
*lum inter duo cherubim, et dictum propitiatorium quasi*.  
Ibid., propitiatiois oratorium. Al., *propitiatiois*  
*stratorium*. N. 4, penetralia. Al., *dicta penetralia*. Ibid.,  
dicta ab eo. Al., *dicta sunt ab eo*. Ibid., aliquid agere.  
Al., *aliud agere*. N. 6, et Latino. Al., om. N. 9, appel-  
lantur. Al., *appellari*. Num. 10, mysterio. Al., *mini-*  
*sterio*. N. 12, martyrum. Al., *martyris*. N. 15, id est.  
Al., om. N. 15, conspicit. Al., *ut conspicit*. N. 16, uni-  
versi exaudire. Al., *universa exaudiri*. Ibid., convo-  
centur. Al., *convocetur*. N. 17, situm est. Al. add.:  
*Si um est, ut in eo psalmista positus conspicit a populo*  
*positus, quo liberius audiat*.

CAP. V. Num. 2, consueverunt. Al., *consueverant*.  
N. 4, quarumcumque. Al., *quarumque*. N. 7, cellarum  
quod. Al., *cellarium dictum quod*. Ibid., colligantur.  
Al., *colliguntur*. N. 8, a Græco verbum. Al., *Græcum*  
*verbum*; al., *a Græco per verbum*.

CAP. VI. Num. 1, operaria. Al., *operarii*. N. 2, Græ-  
co. Al., *a Græco*. N. 3, quasi pinsores. Al., *quasi pin-*  
*sores*; al., *quasi pinsores*. Ibid., pinseendis. Al., *finden-*  
*dis*. Ibid., pinsebant. Al., *tundebant*; al., *findebant*.

N. 5, Clibanus a clivo. Al., *clibanus fornax a clivo*.  
N. 8, feratur... feriat. Al., *feriatur... tundatur*.

CAP. VII. Num. 1, ab adeundo. Al., *ab eundo*. N. 2:  
eo quod vestiuntur. Al., *eo quod eo vestiuntur*. Ibid.,  
a stando. Al., *ab stando*. N. 3, porticus quod. Al.,  
*porticus dicta quod*. Ibid., quam ubi. Al., *quam ibi*.  
Ibid., standum sit. Al., *standum sita sit*. N. 4, est au-  
tem primus. Al., *est autem janua primus*. Ibid., intra  
januam. Al., *inter januam*. Ibid., corrupti. Al., *cor-*  
*rumpit*. N. 5, fenerent. Al., *severentur*. Ibid., mini-  
strat. Al., *ministret*. N. 7, foras. Al., *foris*. N. 8,  
postes, et antæ. Al., *postes, et antes*. Ibid., post et  
ante. Al., *post, et ante stantes*.

CAP. VIII. Num. 1, sit domui. Al., *sit domus*. Ibid.,  
crasso. Al., *grosso*. N. 6, dicuntur. Al. add.: *Quod*  
*lacus quosdam quadratos, vel rotundos ligno, vel*  
*gypso, vel coloribus habeant depictis cum signis in-*  
*termicantibus*. Ibid., laquearium. Al., *laquearium facit*.  
N. 8, in parte. Al., *in partem*. N. 9, arcus dicti.  
Al., *arcus ædificiorum dicti*. N. 10, testellis. Al., *tes-*  
*tellis*. N. 11, admista. Al., *admisto*. N. 12, conve-  
niant. Al., *conveniunt*. N. 13, superpositæ. Al., *sup-*  
*positæ*. N. 14, latitudinis. Al., *latitudinum*. Ibid.,  
Corinthiæ. Al., *Corinthæ*. Ibid., crassitudinis. Al.,  
*grossitudinis*; al., *magnitudinis*. N. 15, capitella. Al.,  
*capitola*. N. 16, canalus ab eo. Al., *canalis dicta ab*  
*eo*. N. 17, mittant. Al., *emittant*.

CAP. IX. Num. 1, cors. Al., *cohors*. Ibid., coarctet.  
Al., *coarctat*. N. 2, vellantur. Al., *evellantur*. N. 3,  
*propius*. Grialius, *proprius*, mendosus, ut puto. N. 4,  
Græci. Al., *Græce*. Ibid., dicunt. Al., *dicitur*. N. 5,  
inferciuntur verius quam struuntur. Al., *inferuntur*  
*magis quam instruuntur*. Ibid., ævis. Al., *ejusmodi*.

CAP. X. Num. 1, interstantibus. Al., *in terra stan-*  
*tibus*; al., *in terris stantibus*. N. 3, ab igne proximo.  
Al., *ab igne proximo*.

CAP. XI. Num. 1, monumentum illud est. Al., *monu-*  
*mentum, oblivisceris mortuum, hoc est*. N. 3, Cariz  
dicta. Al., *Egyptiorum dicta*. N. 4, pyramis genu-  
Al., *pyramides est genus*; al., *pyra est genus*. Ibid.,  
excelsitatem. Al., *celitudinem*. Ibid., tali autem ædi-  
ficio. Al., *talia autem ædificia*. Ibid., in angustum.  
Al., *in angusto*. Ibid., in domibus. Al., *in montibus*.

CAP. XIII. Num. 3, nuncupati. Al., *nuncupatio*.  
N. 5, prædium quod. Al., *prædium dictum quod*. Ibid.,  
prævidetur. Al., *providetur*. N. 6, florens in quo sunt.  
Al., *flores quod sunt*. N. 10, reddit. Al., *reddidit*.  
N. 11, fluminum. Al., *fluminis*. N. 12, erant. Al.,  
*erunt*. N. 14, humidus. Al., *avidus*. N. 15, abjecit.  
Al., *abjecit*. N. 18, quod paleam. Al., *quod paleas*.  
Ibid., id est, pabula. Al., *in pabula*.

CAP. XIV. Num. 1, sunt divisi. Al., *sint divisi*. Ibid.,  
æquitas. Al., *æqualitas*. N. 3, intentio. Al., *contentio*.  
N. 4, cardo quia. Al., *cardo qui*. Ibid., Septentrio.  
Al., *a Septentrione*. Ibid., appellatus. Al., *vocatus*.  
Ibid., efficit. Al., *efficiat*.

CAP. XV. Num. 1, longitudine, altitudine, animo-  
que. Al., *longitudine, altitudine, latitudine, animoque*.  
Ibid., in partes. Al., *in partibus*. Ibid., in provin-  
cias. Al., *in provinciis*. Et ita quæ sequuntur. Ibid.,  
passus gradus. Al., *passus gressus*. N. 2, digitum et  
trientem. Al., *digitos tres*. N. 3, pedum ad instar.  
Al., *pedum instar*. Ibid., mensurantis. Al., *mensuran-*  
*tis ita*. Et additur figura, ac simili modo in sequen-  
tibus. N. 4, longitudine centum viginti. Al., *longitu-*  
*dine centum quadraginta*. Al., *longitudine centum sexa-*  
*ginta*. N. 6, centum octoginta. Al., *et octoginta*, omisso  
*centum*. Ibid., candelum vocant. Al., *jatatum candelum*  
*vocant*. Ibid., miliarium. Al., *miliare*. Ibid., quinque  
millibus pedum. Al., *quinque millia pedum*. N. 7,  
duplicata est, nomenque pristinum. Al., *duplicata est*  
*mensura, nomenque pristinum*. Ibid., nomen mutare  
non potuerunt. Al., *nomen tamen non perdidit*.

CAP. XVI. N. 1, proprio quæque spatio. Al., *propria*  
*quæque spatia*. N. 5, patet. Al., *patent*. N. 6, delap-  
pidata. Al., *dilapidata*. Ibid., primi. Al., *primum*.  
N. 7, congeratis. Al., *coacervatis*. Ibid., *coacerva-*

ione. Al., *congregatione*. N. 8, locus est transitu. Al., *locus transitus*. Ibid., appellamus et itum. Al., et appellamus aditum. N. 10, pedum. Al., *pecudum*. Ibid., præduratum. Al., *perduratum*. N. 11, eadem diverticula. Al., *idem diverticula*. Ibid., a latere viæ. Al., *alteræ viæ*. N. 12, trivivæ, quatriviæ. Al., *trivivæ quadriviæ*. N. 13, carri. Al., *currus*. Ibid., investigentur. Al., *instigentur*. Ibid., cognoscantur. Al., *agnoscantur*.

## LIBER DECIMUS SEXTUS.

CAP. I. N. 1, vi venti pellatur. Al., *vi pulsetur venti*. N. 6, contristatos. Al., *confricato*; al., *contrito*. N. 7, candida et levis et linguæ glutinosa. Al., *glutinosa candida*, et linguæ lenis. N. 9, ferventibus. Al., *fluentibus*. N. 10, sufflendas. Al., *sufficiendas*; al., *suffundendas*. Cæs. 1 et Goth. 1 Tolet., *sulphurandas*. Ibid., nidore. Al., *nitore*. Ibid., impositus. Al., *impositus*. Ibid., exardescens repercusso. Al., *exardescens repercusso*. Ibid., convivis. Al. om.

CAP. II. Num. 1, spissintur. Al., *spissatura*. Ibid., et igni. Al., et ignium. Ibid., cognata. Al., *rognita*. Ibid., et nequaquam ferro. Al., et neque aqua, neque ferro. N. 3, in salem. Al., in *sale*. Ibid., cum luna locutibus. Al., *cum luna noctibus*. Ibid., renascens, tantæ. Al., *renascens majus tantæ*. N. 4, differentiæ s. n. Al., *differentia est*. Ibid., crepitat igne. Al., *crepitat in igne*. Ibid., flammæ patiens. Al., *flammis patiens*. N. 7, virtutem salis. Al., *virtutes salis*. N. 8, friabile. Al., *fricabile*. N. 9, in Hispania e puteis. Al., in Hispania de puteis. In textu Grialii erat in Hispania puteis; sed in nota in Hispania e puteis, quod ex P. ini textu præferendum. Ibid., vitrei acini. Al., *vitreis acinis*. Ibid., ejectum. Al., *electum*; al., *ejectus*.

CAP. III. Num. 1, mobilis. Al., *mollis*. N. 3, abrupti. Al., *abrupta*. Ibid., altitudo. Al. add.: *Sicut hæret pede pes densus, densusque, unde et vocatur*. Ita Goth. Tol., *sed omisso densusque*. Ibid., a cavendo. Al., a cavendo. Ibid., quasi cautæ. Al., *quasi cavatæ*. Ibid., muricibus. Al., *muricis*. N. 6, cotis enim. Al., *cos enim*. Ibid., lenem aquæ. Al., *lenem aquaræ*. N. 7, in vase. Al., in vas. Ibid., fervere. Al., *deservere*. N. 9, e lapide speculari. Al., *lapis specularis*. N. 10, calx viva. Al., *calcis viva*. Ibid., continet. Al., *gerat*. Ibid., calx e lapide. Al., *calcis e lapide*. Ibid., structuræ. Al., *stricturæ*. N. 11, ab adhaerendo. Al., ab hærendo. Ibid., stridat. Al., *stridet*.

CAP. IV. N. 2, super argento. Al., *super argento*. Ibid., ferrum omne abigit, respuitque. Al., *ferrum non ambit, sed respuit*; al., *qui ferrum non ambigit, respuitque*. N. 3, in Cilicia. Al., in Sicilia. Ibid., reiectus. Al., *relictus*. Ibid., lenis. Al., *levis*. Ibid., scripta. Al., *sculpta*. Ibid., prodit. Al., *perdit*. Ibid., mirum quia accenditur. Al., *mirum quomodo accenditur*; al., *verum cum accenditur*. N. 4, sub divo. Al., *sub dio*. N. 5, simulans qualitatem, cujus plurimus ignis. Al., *simulans qualitatem, ita est dictus, quoniam plurimus illi sit ignis*. Ibid., vel aridis. Al., *vel aliis*. N. 6, Latine. Al., *qui Latine*. N. 7, dionysias lapis. Al., *dionysius lapis*. Ibid., flagrat. Al., *fragrat*. Ibid., ardore. Al. om. N. 9, exstinguitur. Al., *inextinguitur*. Ibid., trinis. Al., *ternis*. N. 10, appellatur. Al., *appellatus*. Ibid., traditur. Al., *creditur*. N. 11, ad cotem. Al., *ad cutem*. N. 13, poliendo utilis. Al., *poliando aurum utilis*. N. 14, illitus. Al., *illinitus*. N. 15, erodunt corpora. Al. add.: *Mitiores autem servantis corporibus, nec absumendis*. N. 18, friabilis. Al., *fricabile*. N. 19, contexta. Al., *contracta*. N. 20, similis. Al., *lapis similis*. Ibid., luminosus. Al., *luminosæ*; al., *luminosæ*. Ibid., scissibilis. Al., *sed scissibilis*. Ibid., lactem. Al., *lacte*. N. 22, horum masculus. Al., *harum masculus*. Ibid., etiam aliquid. Al., *etiam aliquid*; al., *etiam a quibus*. N. 23, diurna. Al., *diuturna*. N. 24, eboris similis. Al., *lapis eboris similis*. Ibid., ferrum. Al., *ferrum*. Ibid., purus vocatur. N. 27, ex quo gemmar. Al., *ex quo lapide gemmar*; al., *ex quo lapides gemmar*. N. 34, fuscus.

Al., *lapis fuscus*. N. 35, candidus excalesfactus. Al., *candidus sed calefactus*. N. 36, remittentes. Al., *remittentes*. N. 37, in quamlibet. Al., *in quaslibet*.

CAP. V. Num. 1, veniamus. Al., *venimus*. N. 2, repertum prius. Al., *repertum primum*. Ibid., apud Lacedæmones. Al., *apud Lacedæmonios*. N. 4, in vertices. Al., *in vertice*. N. 5, porphyrites. Al., *purpurites*. N. 6, balsates. Al., *busanites*. N. 7, interstinctus. Al., *interstinctus*; al., *interdistinctus*; al., *interestinctus*. Num. 8, et parius nuncupatus Lygdinus magnitudine quæ. Al., et parius nuncupatus. *Magnitudo ejus quæ*. N. 9, cubitos binos. Al., *cubita bina*. Ibid., ebori quadam similitudine. Al., *eboris ad quamdam similitudinem*. Ibid., aspectu similis. Al., *aspectui similis*. Num. 10, interstinctus. Al., *interstinctus*. Ibid., in parte Africae Ægypto ascripta cotibus. Al., *in parte Ægypti scripta ascripta cotibus*; al., *in parte Ægypti scriptus concolis*. N. 11, fecere. Al., *fecisse*. Ibid., reges. Al., *reges perhibentur*. N. 13, marmora, etc. Al., *marmora autem in officinis sunt, rupibusque gignuntur*. N. 15, Carystium. Al., *charistum*. N. 16, ad cotem. Al., *ad cutem*; al. om. *ad cotem... similem*. N. 17, in Chio. Al., in Choo. N. 18, lunensis. Al., *limensis*; al., *luniensis*. Ibid., appellatur. Al., *appellatus*. Num. 19, elephante. Al., *elephanto*.

CAP. VI. Num. 1, auro decore. Al., *auro decore*. Ibid., fragmentum. Al., *fragmenta*. Ibid., saxi ejus. Al., *saxi ejusdem*. Ibid., circumdedisse. Al., *circumdasse*. Ibid., atque gemmæ. Al., *atque gemmam*.

CAP. VII. Num. 1, vocatur. Al., *dictur*. Ibid., major quam hinc. Al., *major hoc*. Ibid., scalpentibus. Al., *sculptentibus*. Ibid., extentum. Al., *extensum*. Ibid., speculum. Al., *specula*. N. 2, capillamentis. Al., *lapillamentis*. Post capillamentis videtur aliquid deesse. N. 3, æris venis. Al., *æreis venis*; al., *hærens venis*. N. 4, dictus. Al., *dictur*. Ibid., obhorret. Al., *abhorret*. N. 5, repercusso. Al., *repercussione*. N. 7, acceptit. Al., *habet*. Ibid., generi dicaverunt. Al., *generis judicaverunt*. N. 8, pina. Al., *pinasin*. Ibid., sed crasi. Al., et crasi. Num. 9, quærendi. Al., *quærentis*. N. 10, calliæ. Al., *calliæ*. Ibid., sed pallens. Al., et pallens. Ibid., decet. Al., *decens*. Ibid., Germania. Al., *Carmania*. N. 11, et crassius. Al., et crassior. N. 12, heliotropium. Al., *helotropia*. Ibid., accipit. Al., *excipit*. Ibid., præcationibus. Al., *præcationibus*. Ibid., negent. Al., *negant*. N. 14, ad calorem. Al., *ad odorem*. Ibid., habet. Al., *acceptit*. N. 16, ex viridi. Al., *ex viriditate*.

CAP. VIII. Num. 1, corallium. Al., *corallius*. Ibid., in mari forma. Al., *in mari Rubro formæ*. Ibid., ramosum colore viride. Al., *ramosum colore viridis*. Ibid., venæ ejus candidæ. Al., *baccæ ejus, vel viæ candidæ*; al., *baccæ ejus, vel uvæ candidæ*. N. 2, sardius dicta. Al., *sardus dictus*. Ibid., a Sardibus. Al., a Sardis. N. 3, candorem. Al., *colorem*. Ibid., unguis humani. Al., *unguis humanæ*. Ibid., invicem. Al., *ad invicem*. N. 4, ex duorum. Al., *ex duum*. Ibid., medio candida. Al., *media candido*. Ibid., mineo. Al., *minio*. Ibid., evellit. Al., *avellit*. N. 5, principalis sed et in Arabia. Al., *sed principalis in Arabia*. N. 6, Græci electrum. Al., *Græci electron*. Ibid., cereique. Al., *cerique*. Ibid., mutatas. Al., *commutatas*. Ibid., dix-runt. Al., *dixere*. N. 8, tempore. Al., *tepre*. Ibid., spiritu. Al., *atritu*.

CAP. IX. N. 1, nitore leniter. Al., *nitor et leniter*. Ibid., ad hyacinthos. Al., *ab hyacinthis*. Cæs. 1, ad lacum intrus. Ibid., afferunt. Al., *asserunt*; al., *causa nominis ejus afferunt*. Ibid., quia sit. Al., *quasi sit*. Ibid., sculpturis. Al., *sculpturis*. N. 3, obtusus. Al., *obtusus*. Ibid., luce. Al., *lucena*. Ibid., equaliter, sereno. Al., *æqualiter, sed cum facie cæli mutatur, sereno*. Ibid., sculpturis. Al., *sculpturis*. N. 6, et duorum. Al., et duum. Ibid., quarum una. Al., *quarum unum*. Ibid., altera purpurea. Al., *alia purpurea*. N. 7, pura. Al., *purpura*.

CAP. X. Num. 1, maris. Al., *marinis*. Ibid., na-

sicut. Al. add. : *Natus sicut in carne ostrea pretiosissima margarita reperiri dicitur, vel sicut in cerebro, etc.* Ibid., cochlear. Al., *conchulae*. Ibid., nunquam. Al., *nusquam*. N. 2, post margaritam. Al., *post margaritum*. Ibid., vocabulo. Al., *in vocabulo*. N. 3, candida. Al., *gemma candida*. Ibid., *candicantis*. Al., *candicantes*. Ibid., invenit. Al., *accepit*. N. 4, ad lacte. Al., *ad lacteum*. N. 5, duritie. Al., *duritia*. Ibid., positæ. Al., *posita*. N. 6, Perside. Al., *Persida*. N. 9, medio. Al., *e medio*. N. 10, superne nigricat. Al., *supernigricat*.

CAP. XI. Num. 4, aerei. Al., *aerii*. N. 5, Italica. Al., *Italiae*. Ibid., Veis. Al., *a Vcientibus*. N. 6, secante. Al., *scans*. N. 7, ochrea. Al., *croceum*. N. 8, nigra. Al., *nigris*; al., *nigro*. Ibid., flagrat. Al., *fragrat*. Ibid., sed attrita. Al., *sed attrita*.

CAP. XII. Num. 4, Panchrus. Al., *Pangrus*; al., *Sangrus*. Ibid., orca. Al., *olca*; al., *olea*. N. 2, nitrydax. Al., *mitrax*. Ibid., Perside. Al., *Persida*, ut alibi etiam *Persida* pro *Perside*. N. 6, in Germania. Al., in *Carmania*. Ibid., cum quodam colorum repercussu. Al., *cum quibusdam colorum repercussionibus*. Ibid., vehementiore concreto. Al., *vehementiori concretum*.

CAP. XIII. N. 2, avellani. Al., *avellanæ*. Ibid., sculptores. Al., *sculptores*. N. 3, abstrahi, magneti. Al., *abstrahere magnetem*. Ibid., autem si. Al., *aut si*. N. 4, positæ. Al., *positus*; al., *positi*. Ibid., manet suum frigus. Al., *manere suum frigus*; al., *manere frigus perhibetur*. N. 5, quod Germania. Al., *quem Carmania*. Ibid., crystalli. Al., *crystallo*; al., *crystallo ni*. Ibid., similo. Al., *similem*. Atque ita Grialius habet, sed rectius est simile, si præcelat quod. Ibid., sub divo. Al., *sub dio*. Ibid., siderum. Al., *sidereum*. Ibid., cui color e pyropo e rubenti. Grialius edidit, *cui colore pyropo rubenti*. Fortasse scribere voluit *cui color e pyropo rubenti*. N. 6, coloris. Al., *similis coloris*. Ibid., emittit. Al., *imitatur*; al., *ejaculat*. N. 7, astrion. Al., *astrion*. Ibid., regerit. Al., *egerit*; al., *regit*. N. 8, alectria, quasi alectoria. Al., *electria, quasi electriora*. N. 9, exulat. Al., *exundat*. Ibid., fontaneam scaturiginem. Al., *fontaneam scaturire*.

CAP. XIV. Num. 2, vocatus. Al., *vocatur*. Ibid., intermortuus. Al., *in'er mortuos*. N. 3, in India. Al., *in Indiis*. Ibid., in translucido igne. Al., *intra lucidum ignem*. Ibid., quanto numero stellarum. Al., *quantus numerus stellarum*. Ibid., tantum et pretio accedere. Al., *tanto et pretium accedere*. N. 4, sculpturis. Al., *sculpturis*; al., *sculpturæ*. Ibid., quando sculpta. Al., *quando sculpta*. Ibid., tentat. Al., *tentat*. Num. 5, genera sculpturæ. Al., *genera sua sculpturæ*. N. 6, Alabandina. Al., *Alabandica*. N. 7, draconites. Al., *dracoin-des*; al., *dracoinites*. Ibid., ingemmescit. Al., *ignescit*. N. 9, non exeant. Al., *non eant*. N. 11, gratissimas. Al., *gratissimas gemmas*. Ibid., et igneo colore. Al., *et ex igneo colore*. Ibid., portante. Al., *portans*.

CAP. XV. Num. 3, jucundus. Al., *jucundior*. Ibid., et si juxta fuerit. Al., *et si juxta se aliquid habuerit*. N. 4, et noctu. Al., *et nocte*. N. 5, quadrulas. Al., *quadrulas*. N. 6, mel. Al. om. *mel*; al. om. *sincerum mel*. N. 9, aerei. Al., *aerii*. N. 11, verum maleficus. Al., *in maleficis*. Ibid., quoquo inferatur. Al., *quoquo modo si inferatur*. Ibid., excitat. Al., *generat*. N. 13, nigrum. Al. om. N. 15, rutilet. Al., *rutilla*. Ibid., si ferventi aquæ. Al., *si ferventem aquam*. Num. 16, scalpantur. Al., *sculpantur*. N. 18, carcinias. Al., *carcinæ*; al., *carcinæ*. N. 20, sanguinea. Al., *sanguineum*; al., *sanguineo*. Ibid., candido. Al., *candidus*. Ibid., cingit. Al., *cingitur*. N. 22, evocari. Al., *evocare*. Ibid., in hydromantia. Al., *in necromantia*. Ibid., evocari dicunt. Al., *evocare*. Ibid., aiunt. Al., *pagani aiunt*. N. 25, per hunc ... prænuntiari. Al., *hunc prænuntiare*. N. 24, cum tonitruis. Al., *e tonitruis*. Ibid., cadere. Al., *cadi*. N. 26, stellæ. Al., *stillas*. Ibid., interrogari. Al., *interrogare*. Ibid., fugari. Al., *effugare*. N. 27, sit ex vero, etc.

Al., *sit ex veris gemmis in alterius generis falsas traducere*. Ibid., transducere. Al., *transducere*. Ibid., ternis. Al., *trinis*; al., *e tritis*. Ibid., subdole. Al., *sub dolo*. N. 28, appellant. Al., *appellari*.

CAP. XVI. N. 1, palus est. Al., *partem*. Ibid., de torrente fluctu. Al., *decurrente fluctu*; al., *decurrentis fluctu*; al., *decurrentes fluctus*. Ibid., eluuntur. Al., *effluuntur*. N. 2, appulsa. Al., *pulsa*. Ibid., subdidisse. Al., *subdiderunt*. N. 3, hanc artem studuit. Vulcanii conjectura est de-esse *perfectere*, aut aliquid hujusmodi; quod minime est nece-se. Ibid., coquitur. Al., *percoquitur*; al., *conquiritur*. Ibid., Cyprio. Al., *Capro*. Ibid., alia speculis. Al., *alia sequacior speculis*. N. 4, proximoque. Al., *proximo*; al., *quam proxima*. Ibid., pepulit. Al., *repulit*. Ibid., alba mollissima. Al., *alba, et mollissima*. Ibid., vel mensura. Al., *et mensura*. N. 5, obsidianus. Al., *obstianus*. Ibid., et speculis. Al., *et in speculis*. N. 6, ferunt. Al., *fertur*. Ibid., malleum. Al., *malleum*. Ibid., meliora. Al., *melius*.

CAP. XVII. Num. 1, apud Grialium erat stagnum pro stannum.

CAP. XVII. Num. 3, a crepitando pecania. Al., *a crepitando lamina pecunia*. N. 4, vocabatur. Al., *dicebatur*. N. 5, in usu fuit. Al., *in usu hominum fuit*. Ibid., post. Al., *postea*. Ibid., in usu fuit. Al., *usum fuit*. N. 7, nominaverunt. Al., *nominarunt*. N. 8, nominatum. Al., *nominatur*. Ibid., vel pondere. Al., *vel in pondere*. N. 9, nomisma. Al., *numisma*. Ibid., effligisque. Al., *effligibus*. Ibid., primus. Al., *prius*, N. 11, folles. Al., *solidi*. N. 13, quacunque ex causa. Al., *quocunque casu*. Ibid., ardentes. Al., *ardentis*. Ibid., excalectis. Al., *quæ exca efectis*. Ibid., stricturæ. Al., *structuræ*. N. 14, decurreret. Al., *decurreret*.

CAP. XIX. N. 1, cui mirum. Al., *cum mirum*. Ibid., illud inest ut dum. Al. om. Ibid., reddat. Al., *reddit*. N. 2, excidat. Al., *excindat*. Vulcanius conjicit *exdat*, quia Plinius ait *exeat, et perrumpit vasa*. Ibid., patina. Al., *patena*. Ibid., tum. Al. cum. Ibid., distillat. Al., *stillat*; Grialius, *destillat*, sed alibi *distillat*, quod perinde est. N. 3, scrupulum. Al., *scriptulum*. Ibid., vasculis. Al., *vasis*. N. 4, et plumbo. Al., *et plumbo mista*; Luc., *et plumbo ita*.

CAP. XX. N. 1, prius. Al., *primi*. Ibid., proscindebant. Al., *scindebant*. Ibid., rejiciebantur. Al., *rejiecebatur*. Ibid., in summum cessit honorem. Al., *summo cessit honore*; al., *summo cessit honori*. Ibid., monumentorum. Al., *monumentorum*. N. 2, quem. Al., *quem*. N. 4, Corinthium. Al., *Corinthum*. Et sic infra. N. 6, scrupulis. Al., *scriptulis*. N. 8, hoc et caldarium. Al., *nam et caldareum*. Ibid., nam malleis. Al., *quam malleis*. Num. 11, inter genera. Al., *inter omnia genera*. Ibid., Campania provincia. Al., *Campania scilicet provincia*. N. 10, optime in liquida. Al., *optime etiam in liquida*. N. 11, vocalissimum. Al., *villissimum*. N. 12, insidente. Al., *desinente*. Ibid., nidore. Al., *nitore*. N. 15, reliquato. Al., *liquo*. Ibid., frigidis. Al., *frigida aqua*. Ibid., densatione. Al., *densitate*. Ibid., de sputo. Al., *de succo*. N. 14, asperrimi. Al., *acerrimi*.

CAP. XXI. Num. 2, prius tellus. Al., *per idem telus*. Ibid., suis. Al. om. N. 3, omnes quod. Al., *omnes a stringenda acie quod*. Ibid., vocabulo impositum. Al., *vocabulum impositum*. N. 4, delectator. Al., *delectator*. Ibid., restringi. Al., *restringi*. Ibid., concameravit. Al., *concameraverat*. N. 7, perungitur. Al., *perungatur*. Ibid., ferramenta. Al., *ferramentum*. Ibid., ungtur. Al., *ungitur*.

CAP. XXII. Num. 4, Gallacia. Al., *Gallacia*; al., *Gallicia*. Ibid., summa terra. Al., *sumpta terra*. Ibid., nigri et ponderis gravis. Al., *nigra, et pondere gravis*. Ibid., torrentibus. Al., *de torrentibus*. Ibid., subsidit. Al., *subsidit*. Ibid., separati. Al., *separati*. N. 2, mistisque venis. Al., *mistisque venis*. N. 3, ad fistulas laminasque. Al., *fistulis laminisque*.

CAP. XXIII. Num. 1, separans. et. Al., *separans dicitur et*. N. 2, vasis. Al., *vasibus*.



CAP. XXIV. Num. 2, argenti unum. Al., *argenti et ærum*. Ibid., *naturale*. Al., *naturam*; al., *natura*. Ibid., *solvas*. Al., *resolvas*. N. 3, si eo. Al., *si ei*. Ibid., edit. Al., *reddit*.

CAP. XXV. Num. 2, primus Moyses... naviavit. Al., *primus Moyses in eremo filiis Israel pondera et mensuras dedit*. Ibid., *primus Phidon*. Al., *secundus Phidon*. N. 3, pendeat. Al., *pendet*. Ibid., et pensum. Al., et *appensum*. N. 5, unde... dicitur. Al., om. N. 8, chalcus. Al., *calculus*. Ibid., *parvulus*. Al., *parvus*. N. 9, ab arboris semine. Al., *ab arbore, cujus semen est*; al., *a semine arboris, cujus semen est*. N. 10, cornuum. Al., *cornum*; forte, *curvum*. Num. 11, ceratita duo. Al., *cerates duos*. N. 12, scrupulus. Al., *scripulus*. N. 13, constans. Al., *constat*. Ibid., a dando. Al., om. N. 14, solidus nuncupatur. Al., *solidum ærem nuncupatum*. Ibid., *nomisma*. Al., *numisma*. Ibid., effigiisque. Al., *effigibusque*. Ibid., advexit. Al., *advexerit*. Ibid., quod iis. Al., *quod de his*. N. 17, quadrans. Al., *quadra*. Ibid., appendat. Al., *appendant*. Num. 19, scrupulis. Al., *scripulis*, et sic alibi. Num. 20, infra se. Al., *inter se*. Num. 22, esse CXLIV. Al., *esse centum quadraginta*. Ibid., minus, medium, summum. Al., *minor, medius, summus*. Ibid., minus quinquaginta. Al., *minus quadraginta*.

CAP. XXVI. Num. 1, et brevitatis. Al., *vel brevitatis*. Ibid., ut horarum. Al., *ut mensura horarum*. N. 2, ut modius, artabo, urna, et amphora. Al., *ut modicus, artabones, urnas, et amphoras*. N. 3, quod triplicatum. Al., *qui triplicatus*. Ibid., adimpletur. Al., *facit*. Num. 4, cautus. Al., *causatus*; al., *caulæus*. Ibid., dicitur. Al., *nominatur*. N. 5, acetabulum. Al., *acitabulus*. Ibid., sextarium facit. Al., *sextarium reddit*. N. 6, sextarii nomen. Al., *sextarii nomen*. N. 7, congius autem. Al., *congius autem*. Ibid., a congiendo. Al., *a cogendo*. Num. 9, metreta est. Al., *metrum est*. Ibid., appellata. Al., *appellatur*. Ibid., hujusmodi. Al., *hujusmodi*. Ibid., et cyathum. Al., et *cyathum*. Ibid., plus minusve. Al., *minus plusve*. N. 10, dicitur. Al., *dicitur*. Ibid., septem opera. Al., *sex opera*. Ibid., id est, moderata. Al., *sunt moderata*. N. 11, satum. Al., *statum*. Et sic infra. Ibid., levatio. Al., *elevatio*. N. 12, quin-quaginta sextarios. Al., *quinquaginta sextaria*. N. 13, Italicos. Al., *italos*. N. 16, Ariaba. Al., *ariabo*. Ibid., compositus numerus. Al., *composita ex numero*. N. 17, xxx modis impletur. Al., *xxx modiorum mensura completur*. Ibid., ex Hebraico. Al., *ab Hebraico*.

CAP. XXVII. Num. 1, ut. Al., *ita ut*. N. 2, demonstrat. Al., *significat*. N. 3, nomisma. Al., *numisma*. Et sic alibi. N. 4, Latino adjecto. Al., *Latinum adjectum*. N. 5, adjuncto Græco. Al., *fit Latinum g*. N. 6, si o Latinum habuerit. Al., *si vero o Latinum habuerit adjunctum*. Ibid., chi Græcum. Al., *alpha Græcum*. Ibid., chœnix est. Al., *chœnix figura est*.

#### LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

CAP. I. N. 1, in xxviii. Al., *in xviii*, al., *in xvii*. Ibid., agricolationis. Al., *agricolationi*. Ibid., orator. Al., *arator*. N. 2, prima. Al., *primo*. N. 3, Stercutius. Al., *Stercutus*. Ibid., dedicata est. Al., *dedicata est Romæ*.

CAP. II. Num. 1, cultura. Al., *Agricultura*. N. 3, vel quod extergi. Al., *vel extergi*; al., *vel quia extergi*. N. 5, fiat mus. al., *fiat inus*. N. 4, bubus. Al., *bobus*; al., *bovidus*. Ibid., operiat. Al., *operiat semina*. Ibid., vel arbores. Al., *et arbores*. N. 5, evellere. Al., *vellere*. N. 6, seminis actio. Al., *seminatio*.

CAP. III. num. 8, trimestre. Al., *trimense*. Num. 9, præcipuum. Al., *præcipua*. N. 10, trimestre. Al., *trimense*. N. 11, scandua. Al., *scindula*; al., *scandela*. N. 12, jactus, etc. Al., *jactis seminibus ejus incrementum frugibus centesimum renascatur*. N. 13, quasi panificum. Al., *quasi panificum, quod verum videtur*. N. 15, per culmi. Al., *pro culmo*. N. 17, vestigiis. Al., *bestiis*. N. 18, curvetur. Al., *curventur*. N. 19, nominaverunt. Al., *vocaverunt*. Ibid., volunt.

A Al., *viunt*. Ibid., præbeatur. Al., *pastus præbeatur*. CAP. IV. Num. 2, lenticula. Al., *lers*. Ibid., lupinus. Al., *lupinum*. Ibid., in usum. Al., *in usu*. N. 5, hoc legumine. Al., *his leguminibus*. N. 4, et molendo. Al., *id est molendo*. N. 5, lens. Al., *lentis*. Ibid., adhæret. Al., *adhæreat*. N. 6, fascelus. Al., *fascelum*. Et sic alibi. Ibid., omne quod abundat. Al., *omne abundans*. Ibid., abundanter invenitur. Al., *abundans invenitur*. N. 7, contristat. Al., *contristant*. Ibid., unde eos. Al., *unde et illud*. Num. 8, hæc semel. Al., *hæc simul*. Ibid., seritur. Al., *inseritur*? N. 10, pisa quod ea. Al., *pisum quod eo*.

CAP. V. Num. 1, Liberum. Al., *Liberum patrem*. Ibid., appellat. Al., *appellari*. Ibid., esse. Al., om. N. 2, quia quasi. Al., *quæ quasi*. Ibid., stringunt. Al., *stringant*. N. 5, serimentum. Al., *seramentum*. Ibid., utrinque. Al., *utrumque*. Ibid., præbet. Al., *præbeat*. N. 6, fructui. Al., *fructu*. N. 7, et quasi. Al., *ex quo*. Ibid., prosilit. Al., *prosiliiit*; al., *prosilivit*. N. 9, dicunt. Al., *rocant*. Ibid., derivativum. Al., *derivatum*; al., *diminutivum*. Ibid., derivetur. Al., *delibetur*. Ibid., prototypum. Al., *proprium*. Ibid., derivatum. Al., *derivativum*. Num. 11, capreoli. Al., *caprioli*; al., *caprivoti*. Ibid., contemnere. Al., *contingere*. Ibid., periculumum. Al., *periculumum*. Ibid., sustinent. Al., *teneant*. N. 15, duracinæ. Al., *duraciæ*. Ibid., tripedaneæ... cydoniæ. Sic Columella. Grallus, *tripedaniæ... cydoniæ*. N. 16, has lageos. Al., *has Græci lageos*. Ibid., ut lepus. Al., add. hoc loco: *Durabiles*, etc., ut num. præc. N. 17, hic etiam variant Codd. in ordine generum uvarum. N. 19, fœcis afferat. Al., *fœces afferat*. N. 20, legas. Al., *colligas*. N. 21, Græci glandem vocant. Al., *Græce glandem significat*; al., *Græce glande* (forte, *glandis pro glans*) vocatur. N. 22, basilica. Al., *basilisca*. Num. 23, visula materiam brevem. Al., *vastum materiam et brevem*. Ibid., decidet. Al., *decidit*. Ibid., putrescet. Al., *putrescit*. N. 24, amethyston. Al., *amaracion*. Ibid., et lenis. Al., et *lervis*. Ibid., gustui. Al., *gustu*; al., *gustus*. N. 26, subalbi. Al., *subalbidum*, candidumque colore. Al., *candidumque colorem*. N. 23, grandes. Al., *magnas*. N. 29, mutatione. Al., *in mutatione*. N. 52, supervacua. Al., *superflua*. Ibid., luxuriat. Al., *luxuriant*. N. 35, traducere, transducere. Al., *traducere, transducere*; al., *reducere, transducere*. Ibid., hinc propagines a propagare. Al., *hic propagines ac propagare*. Fortasse, *hinc propagines, ac propagare*.

CAP. VI. Num. 1, arbustum. Al., *arbustam*. Et sic infra. N. 2, et dicta arbusta. Al., *et dictam arbustam*. Ibid., virectum. Al., *virecta*. Ibid., virgulæ. Al., *virgulæ novellæ*. Ibid., et virentes. Al., *et virentes sunt*. N. 7, antiphraisi. Al., *antiphrasin*; al., *per antiphrasin*. N. 9, quod ea. Al., *quod ibi*. N. 10, a cadendo. Al., *a cædendo*. N. 12, sunt de. Al., *sunt raptæ de*. Num. 18, virga vel a virtute. Al., *virga autem vel a vi, vel a virtute*. N. 25, vocamus fructum. Al., *vocari fructum*. N. 24, ad manducandum. Al., *ad manducandum*. Et sic postea. N. 25, unde elychnum. Al., *unde lucinum*; al., *unde lucinum*. N. 26, aut hastula. Al., *aut abstulæ*; al., *ut hastulæ*. Ibid., aut ligna. Al., *aut ligno*. N. 27, extractum ex focu. Al., *extractum focu*. N. 28, immistæ. Al., *immistæ*.

CAP. VII. Num. 1, appellantur palmulæ. Al., *appellant palmulas*. Ibid., nucleas. Al., *nucleas*. N. 2, qui nunc. Al., *quæ nunc*. N. 3, malum matianum. Al., *mala matiana*. Ibid., adjectum est. Al., *adjecta sunt*. N. 4, sumpserunt. Al., *sumpsit*. Ibid., ex oppido. Al., *ab oppido*. N. 5, ponentur. Al., *ponentur*. N. 6, ut medicari. Al., *et medicare*. N. 7, cui brevis. Al., *cujus brevis*. Ibid., duracenum. Al., *duracenum*. Ibid., Armeniacum. Al., *Armenicum*. Ibid., eo quod. Al., *pro eo quod*. Ibid., genus ab Armenia. Al., *genus ejus ab Armenia*. N. 8, in carminibus. Al., *carminibus*, omisso in. Ibid., referat. Al., *rejerat*. Quasi folia sit in singulari, ut alibi in mss. Ibid., ex illa. Al., *ex illo*. Num. 10, stowachy mederi. Al., *stowachum mederi*.

N. 11, saporis suavis. Al., *sapore suavi*. N. 12, candidulo. Al., *candido*. Ibid., quod dulcedine. Al., *quod dulcedo*, al., *quod dulcis*. N. 14, mespilus. Al., *mespila*. Ibid., similis. Al., *similitudine*. Ibid. formam. Al., *formulam*. N. 15, deformata est, nam. Al., *formata*, nam. Ibid., pyrum est. Al., *pyra est*. N. 17, in cibo. Al., *in alimentum*. N. 18, carpit. Al., *carpitur*. Ibid., dictam. Al., *dictum*. N. 19, quod fructus, etc. Al., *quod fructus, vel virgulta ejus rubent*. Ibid., superjecta. Al., *superjectata*; al., *superposita*. N. 21, exudet. Al., *excudat*. N. 22, omnia tecta. Al., *omnia poma tecta*. Ibid., ut pinex. Al., *ut pinex nuces*. Ibid., juglandes. Al., *glandes*. N. 23, quæ Latine. Al., *quod Latine*. Ibid., nuciclam. Al., *nucicam*. Ibid. induet. Al., *induit*. Ibid., vestit. Al., *convestit*. Ibid., ad ferenda. Al., *in ferenda*. Num. 24, avellana. Al., *avellana*. Ibid., hæc. Al., *hæc*. N. 25, sunt Al., *sint*. Ibid., simul ut. Al., *semel ut*. Ibid., consuevit. Al., *convenit*; al., *c. nvestit*. N. 28, vixerint. Al., *vixerunt*. Ibid., sumpserint. Al., *sumpserunt*. Ibid., habuerint. Al., *habuerunt*. N. 31, Germaniæ. Al., *Carmanicæ*. Ibid., seruntur. Al., *servantur*. Ibid., sicut nux. Al., *sicut ficus*. N. 32, Gallicam. Al., *gallicum*. N. 33, perliu. Al., *perlini*. Ibid., patiantur. Al., *patiebantur*. N. 34, opprimerent. Al., *comprimerent*. Num. 36, in parvulis. Al., *in parvis*. Ibid., distinctionibus. Al., *distinctionibus*. Ibid., leve. Al., *lene*. N. 37, juxta aquam. Al., *om. Ibid., tenerimis*. Al., *tenerimus*. N. 38, præcinere. Al., *responsa dare*; Al., *præcanere*; Al., *responsa præcinere*. Ibid., Constantis. Al., *Constantini*. Ibid., galla. Al., *glandula*. N. 42, proxima. Al., *proxime*. N. 44, ambustæ. Al., *combustæ*. N. 46, tiam dicunt vocatam. Al., *tilium dicunt vocatum*. Ibid., levitate. Al., *lenitate*. N. 47, et tilia. Al., *et tilium*. N. 48, vocatur. Al., *vocari*. Ibid., alluatur. Al., *abluatur*. N. 51, lenta. Al., *lentus*. N. 53, scribe in buxo. Al., *scribe buxo*. Num. 54, lorandrum. Al., *lorandem*. N. 56, surgant. Al., *surgunt*. Ibid., ex eo. Al., *ex ea*. N. 57, sumptum. Al., *sumpsit*. N. 58, e lentis. Al., *et lentis*. N. 59, arbor. Al., *arbor*. N. 61, simulat. Al., *simulatur*; al., *simulat*. N. 62, appellatur. Al., *appellatur*. N. 65, lychnum. Al., *lignu-n*. N. 66, pusiã. Al., *pausiã*. N. 67, eadem et. Al., *idem et*. N. 68, sit oleum. Al., *sit oleum*. Ibid., mitibus. Al., *maturis*. N. 69, amorgen. Al., *amurcen*. N. 71, ex Arabia Petræa. Al., *ex Arabiæ partibus*. N. 72, clonia. Al., *donia*. Vulc., ad marg., *colonia*, et ex conjectura, *cladonia*, aut *clodonia*. Ibid., cui probabilis. Al., *cujus natura probabilis*. Al., *cujus probatio*. Ibid., levis. Al., *l nis*. N. 74, feminini sunt. Al., *feminini fere sunt*.

CAP. VIII. Num. 2, aeris. Al., *aeris*. Ibid., in pulverem. Al., *in pulvere*. Ibid., masculum. Al., *masculus*. N. 3, tus autem a tendendo. Al., *tus autem sine aspiratione a tendendo*. Ibid., dicitur. Al., *dictum*, omiſſis seqq., *quiaſdum... tollitur*. N. 4, occurrant. Al., *accurrant*. N. 5, inter. Al., *intra*. N. 6, bdellium. Al., *bdellia*. N. 8, foliis ad juniperi. Al., *folia ejus ad juniperi*. Num. 9, creditur. Al., *videtur*. N. 10, cinnamomum. Al., *cinnamum*. Ibid., virgarum. Al., *virgularum*. Ibid., in crassitudine. Al., *in crassitudine*. N. 11, botrosom. Al., *botrosomum*. N. 12, purpuream. Al., *purpurei*. N. 13, simulans. Al., *similans*. N. 14, eandem regionem. Al., *eadem regione*. Ibid., viii. Al., *viſis*. Ibid., sincera, etc. Al., *sincerus... instillatus... admistus... resolutus*. Ibid., instillata aqua. Al., *instillata aquæ*. Ibid., manu. Al., *om. ; al., in manu*.

CAP. IX. Num. 1, ex al' qua sui causa. Al., *ex aliqua causa*; al., *ex aliis causis*. Ibid., nomina. Al., *nominiibus*. N. 2, colligitur. Al., *colligatur*. Ibid., lino. Al., *ligno*; al., *linum*. Ibid., esse herba. Al., *esse herbam*. N. 3, odoratissima. Al., *odoriſſima*. Ibid., simulans. Al., *similans*. Ibid., odorem bonum. Al., *odorem bonum*. Ibid., nostris. Al., *non suis*. N. 4, stro. Al., *nigro*. Ibid., acri. Al., *charo*. Ibid., incendens. Al., *add. : incendens, et est virtutis igneæ emic-*

*tuſis*. Num. 5, crocum dictum. Al., *crocus dictus*. Ibid., vocatur corycus. Al., *vocant corycium*. Ibid., sumpserunt. Al., *sumunt*. Ibid., provenit. Al., *proveniunt*. N. 6, sedimine. Al., *serimine*; al., *redimine*. Ibid., appellatur. Al., *applicatur*. N. 7, foliis casix. Al., *ſloribus casix*. N. 8, odoratissimis. Al., *odoriſſimis*. Ibid., vacuis locis. Al., *variis locis*. Ibid., ginger. Al., *zingiber*; al., *ziuziber*; al., *cingiber*. N. 9, et Latinis arcumen. Al., *et a Latinis argumen*. Ibid., quod flos. Al., *iris quod flos*. Ibid., in Illyr. co. Al., *in Illyria*. Ibid., gladioli. Al., *gladiolæ*. N. 10, iridis. Al., *viridibus*. Ibid., saporis. Al., *om. ; al., radicibus acerrimi odoris, sed jucundi*. Ibid., meu. Al., *add. : Meu foliis pastinacæ similibus*. Ibid., cardamomum. Al., *add. : Cardamomum herba, quam vulgus nastur-gum vocat*. Num. 11, fricatur. Al., *confricatur*. N. 15, bulbi. Al., *voltri*; al., *violæ*. N. 19, odoris. Al., *doloris*. N. 20, flexili. Al., *flexibili*. N. 22, lactis. Al., *lactantis*. N. 24, in Græcia. Al., *Græci*. Ibid., a Græcis. Al., *a Græcis nomen*. Ibid., hoc Romani. Al., *hunc Romani*. Ibid., sumptum motam mentem. Al., *sumptum totam mentem*; al., *sumpto potu mentem*. Ibid., et nigrum. Al., *add. : Hanc autem periti loquuntur escam esse, et alimoniam coturnicum, eo quod naturali quodam temperamento sui corporis vim pabuli nocentis evitant; etenim si... medicinæ plerumque ad salubritatem humani quoque corporis temperatur, cui videlicet est proprium, quanto magis proprietate naturæ ad cibum proficit, quod medicinali manu convertitur ad salutem* Num. 25, ut noxias herbas. Al., *ut noziam herbam*. Ibid., exprimentur. Al., *exprimitur*. N. 26, sed plurima. Al., *sed maxime*. N. 28, galbanum succus est ferulæ. Al., *add. : Galbanus est genus pigmenti albi crescens in monte Amouus Syriæ; alias succus est ferulæ.* N. 29, a corpore. Al., *corpore*. N. 30, simulantem. Al., *simulantem*; al., *add. : Simulantem; anthropos enim Græce Latine dicitur homo*. Ibid., foliis beæ similibus. Al., *folia betæ s milia habet*. N. 31, facit. Al., *præstat*. Ibid., appellant. Al., *vocant*. N. 33, propter amaritudinem. Al., *propter amaritudinem dicitur*. Num. 36, adventu. Al., *ad adventum*. N. 37, nuncupatur. Al., *nuncupantur*. Ibid., idem se recludit. Al., *item sero claudit*. Ibid., pota. Al., *potata*. N. 38, gentilibus. Al., *gentibus*. N. 39, aspergebatur. Al., *aspergebantur*. Ibid., volebat. Al., *volebant*. N. 40, Pontum. Al., *Ponticum*. Ibid., rheu autem radix dicitur, reubarbarum. Al., *reum autem dictum, quod sit patiz, reubarbarum*. Ibid., barbara. Al., *barbarica*. N. 41, calycularis quod. Al., *calycularis dicitur quod*. Ibid., in figuram. Al., *in figuram*. Ibid., papaveris. Al., *papaveri*. Num. 42, saxifragi. Al., *saxifragia*. Ibid., sub Alpiibus, atque Galatia Asiæ. Al., *sub Alpiibus Galatiæ atque Asiæ*. Quod fortasse verum est; nam Alpes pro quibusvis montibus arduis suis solet. N. 43, stinguum. Al., *stincum*. N. 44, facit. Al., *add. : Facit, et utilis valde ad sanguinem stagnandum*. N. 45, dicitur. Al., *add. : Dicitur, est autem apta medicis, et potu sumpta auferet dolorem cordis*. N. 47, appellatur. Al., *appellata*. Num. 50, quæ a Romanis. Al., *quæ Romanis*. N. 53, senecionem. Al., *herbam senecionem*. N. 54, pulicarem. Al., *pulicariam*. N. 55, ac legationibus. Al., *ac ligamentis*. Ibid., purificationibus. Al., *thurificationibus*. Ibid., gentilibus. Al., *gentibus*. Ibid., pura. Al., *add. : Proficit friscicis si bibatur*. N. 56, et spinosa. Al., *add. : Pungens, et retinens, vulneras appropinquantem sibi, et aduoco dente comprehensens.* N. 57, cimicis. Al., *cimicis dicta*. Ibid., atque cultis. Al., *atque incultis*. N. 59, habet autem... digerit. Al., *om. digerit*; al., *digeritur*. Num. 60, nominatur. Al., *add. : Est autem amarum gustu, suave odore, temperamentum corpori præstans, cujus contusa folia auferendis doloribus, vel contusioni corporum utilissima comprobantur.* N. 61, symphyton Græce dictum. Al., *symphitos Græce dicitur*; al., *symphytum more Latine, ut in altis eadem varietas occurrit*. N. 62, birta. Al.,



*Aspida*. Num. 63, polion. Al., *polios herba*. Ibid., locis. Al. add.: « De una radice multas et tenuis fibras mittit seminis plenas, in summitate habens quosdam corymbos canescentes odore gravi, et subduli. Succus ejus in aqua cocta a serpentibus percussos sanat; sparso in domo, vel incensa, omnes serpentes fugat. » N. 64, rotunda. Al., *rotundam*. Ibid., atque Judæa. Al., *vel Judæa*. Num. 65, daucus. Al., *dacus herba*. Ibid., bipalmi. Al., *bipalmis*. Ibid., citocatta dicta. Al., *citocattiam dictam*; al., *citocatt* a *rocata*. Ibid., vocant. Al., *vocat*. N. 67, capillus Veneris vocatus. Al., *capillum Veneris vocatum*. Ibid., delapsos. Al., *elapsos*. Ibid., coerceat. Al., *coerceat*. N. 68, rubra. Al., *rubra*. Ibid., perhibetur. Al. add.: « Est et utilis pulvis ex ejus radice factus, sive in cibum sumptus, sive potui datus ad eos qui rabiem patiuntur. » N. 69, efflendam. Al., *efflendam*. N. 70, descendunt. Al., *descenderunt*. Num. 71, gemulato. Al., *geniculatos*. Ibid., sic dicitur. Al., *sicut dicitur*. Ibid., hominibus. Al., *in omnibus*. N. 72, adnationes. Al., *adnotationes*; al., *adnduiones*. N. 73, lucernalem. Al., *lucernarem*. Ibid., ad lychnia. Al., *ad lucinium*. Ibid., proficiat. Al., *faciat*. N. 75, surgit. Al., *surgat*. N. 76, colena. Al., *colora*. Ibid., infusum. Al., *infusa*. Ibid., vinum. Al. add.: « Hæc autem herba calda est, deducit etiam phlegma, et mingitur. » N. 77, diversi locis. Al., *diversi in locis*. N. 78, eadem et. Al., *idem et*. N. 79, vocant quod. Al., *vocant propter quod*. Num. 80, spiravere. Al., *aspiravere*. Ibid., apiacon quod. Al., *apiago dicta quod*; al., *apiacum quod*. N. 81, colocasiam... Al., *colocasiam nomen herbae*. N. 82, nostri. Al. om. Ibid., majoris virtutis. Al., *major virtutis*. N. 83, gladii similibus. Al., *gladio similibus*. Ibid., thyrsu cubitali. Al., *cubitalis, omisso thyrsu*. N. 84, lappa... Al., *lappa genus herbae*. N. 87, staphysagria. Al. add.: « Staphysagria, hoc est, herba quinque digitorum: hujus semen commasticatum humorem nigium capitis deducit gus u amarum; nascitur, etc. » Ibid., in locis. Al., *locis, omisso in*. Ibid., sunt similia. Al., *sunt similia*. Ibid., peiris. Al. add.: « Nec caulem, nec florem, nec semen habet: folia ipsius in superficie viridia sunt, subter rufa, et daemosa, splenem curat. » Num. 89, quod habeat. Al., *quod talis herba habeat*. Ibid., ebrios. Al., *ebriosos*. Ibid., agris. Al., *agresitibus*. N. 91, quam vitis. Al., *quam ipsa vitis*. Ibid., quæ. Al., *quæ bæccæ*. N. 95, tradit. Al., *tradidit*. Ibid., galbanum est. Al., *galbanum vocant*. N. 96, papyrus dictus. Al., *papyrus dictum*. N. 97, texuntur. Al., *tegnuntur*. N. 99, stantibus. Al., *segetis similibus*. Ibid., crassa est. Al., *grossa est*. N. 100, stagnaque. Al., *stagnisque*. N. 101, ab aqua. Al., *ab aquis*. N. 104, robor omne lignum, licet sit et species. Al., *robor omnis ligni, cutis; et species*. N. 105, una scissa folia. Al., *unum scissum folium*. Ibid., replicata. Al., *res implicata*. Ibid., pinna. Al., *penna*. Ibid., avena. Al. add.: « Avena per v litteram herba est, per b verum lorum, quo equi retinentur. Avena herba seminalis segeti similitis. Virgilius:

Urit enim lini campum seges, urit avenæ.

Penit et pro calamo aliototies. » Ibid., lolium... Al., *lolium herba amarissimi seminis*. N. 106, flamma est. Al. add.: « Fenum, quod est palea, per e solam scribendum; scenum, quod est lucrum, per o et e scribitur. »

CAP. X. Num. 2, ab oleribus. Al., *oleribus*, omisso ab. N. 3, vel olerum. Al., *et olerum*. Ibid., frutex caulis. Al. add.: « Frutex caulis dicitur. Cautium autem sunt genera quinque, id est, Cumanum, Pompeianum, Arcinum, Sabellicum, Bruium. » N. 5, malva ex parte. Al., *malva genus herbae hortulanæ, quæ ex parte*. Ibid., auferre. Al., *auferre*. N. 7, tenui. Al., *tenuior*. N. 8, alio vero. Al., *in alio vero*. N. 9, in thyrsu. Al., *in thyrsu*. Ibid., naps. Al. add.: « Hæc, ut sutores aiunt, calidam virtutem habet: et egeritur, sed stringit urinam: crudum in cibo sumptum stomacho contrarium, semen autem ejus tritum

A cum aceto serpentium vulnera curat. » Num. 10, venenis. Al., *veneno*. Ibid., citrium. Al., *citria*; al., *citrum*. Ibid., apium prosumt. Al., *apium ruta prosumt*. Ibid., hæc solebant. Al., *hoc solebant*. Ibid., apponi. Al., *apponere*. N. 14, phaselum. Al., *phaselos*. N. 15, majus. Al., *melius*. Ibid., parvulum. Al., *parvum*. N. 17, ocyumum. Al. add.: *Græca nomina sunt, origo eorum incerta*. Ibid., brassica... Al. add.: *Brassica, id est, acanthi, id est, vitis alæ. Olisatrum genus herbulae Latine*. N. 18, et esca. Al., *et esca*. Ibid., vulgo dicitur. Al., *nominiatur, omisso vulgo*. N. 19, spinosus, et asper. Al., *spinosus et aspera*. N. 20, capitella. Al., *capitella*. Ibid., carduus. Al. add.: « Cardus genus herbae spinosæ. Hujus natura mordax, et subaustera, frigidus, et indigestus succus ejus. » N. 21, uruca. Al., *urica*. Ibid., sumptus. Al., *sumpto*.

CAP. XI. N. 1, quod ex eo. Al., *quod eo*. N. 3, hipposelinon quod. Al., *hipposelinon dictum quod*. N. 4, senectutem. Al., *senectam*. N. 5, acre. Al., *acri*. N. 6, Latini anisum. Al., *Latini avesum*. Ibid., anethum... B *anethum herba hortulana odorifera*. N. 8, sed utraque ferventissima comprobatur. Al., *sed utraque ferventissima comprobatur*. N. 9, levi. Al., *leni*. Ibid., menta, hujus. Al., *menta genus herbae odoriferae, hujus*.

## LIBER DECIMUS OCTAVUS.

CAP. I. Num. 1, Bella intulit. Al., *bellum intulit*. Ibid., hinc jam. Al., *hinc etiam*. Ibid., orbis. Al., *urbes*. N. 2, ex prædicto. Al., *ex edicto*; al., *ex publico edicto*. Ibid., non de legitima. Al., *non legitima*. N. 3, paucis. Al., *parvis*. Ibid., habetur. Al., *haberi videtur*. Ibid., indicium. Al., *dictum*. Ibid., concitatio. Al., *concitati*. N. 4, certant. Al., *concertant*. Ibid., portavit. Al., *postulavit*. N. 5, navium. Al., *navibus*. Ibid., egerant. Al., *diu egerant*. N. 6, æstimant. Al., *existimant*. N. 7, quid est enim tumultus. Al., *quid est enim aliud tumultus*. Ibid., gravior autem est tumultus. Al., *gravior autem esse tumultum*. Ibid., vacationes. Al., *vocationes*. Num. 9, bellum antea. Al., *bellum autem*. Ibid., sint. Al., *sunt*. Ibid., postea et. Al., *postea detracta littera d, et mutata v in b dictum est bellum*. N. 11, geruntur. Al., *aguntur*. Ibid., sæda. Al., *sæda*. Ibid., jungebant. Al., *fingerant*.

CAP. II. Num. 4, adipiscatur. Al., *adipiscitur*. Ibid., repellere. Al., *expellere*. Ibid., reportasse. Al., *deportasse*. N. 2, ostentari. Al., *ostentare*. N. 3, conversione. Al., *a conversione*. Ibid., obtinuit, sed fugavit exercitum. Al., *obtinuit exercitum, sed fugavit*. Ibid., tripartito judicio honoraretur. Al., *tripartito judicio oneraretur*. Ibid., nam primum. Al., *nam primo*. N. 4, apud Romanos mos. Al., *Romanorum mos*. Ibid., vicisset... coronabatur. Al., *vicissent... coronabantur*. N. 5, purpuream, et palmatam togam. Al., *purpurea, et palmata toga*. Ibid., sedebat. Al., *supersedebat*; al., *supersederat*. N. 6, rufo. Al., *rufo*. N. 8, et laborum justa divisione. Al., *et labore justa decisione*.

CAP. III. Num. 1, et receptus. Al., *et receptui*. N. 2, aquilam ei apparuisse ferunt. Al., *aquila ei apparuisse fertur*. Ibid., signa comitarentur. Al., *signis committeretur*. N. 3, inchoata. Al., *invocata*. N. 4, in cuncto. Al., *cuncto, omisso in*. Ibid., ut melius. Al., *ut magis*; al., *ut majus*. N. 5, imaginibus. Al., *agminibus*. Ibid., per quæ. Al., *per quas*. Ibid., agnoscit. Al., *agnoscere*.

CAP. IV. Num. 1, in hostem. Al., *in hoste*. Ibid., convocabantur. Al., *vocabantur*. Ibid., de qua. Al., *de quo*. Ibid., Propertius. Al., *Propertius*. N. 2, quamque. Al., *quamcunque*. N. 3, præ tumultu. Al., *præ copiam tumultu*; al., *pro tumultu*; al., *per tumultum*. Ibid., non poterat. Al., *non poterant*. Ibid., tuba autem dicta, etc. Al., *tubam... dictam... tofam... cavam*. N. 4, prælium. Al., *prælia*. Ibid., cujus sonitus. Al., *cujus sonus*. Ibid., canit. Al., *canitur*.

CAP. V. Num. 1, arma, et tela. Al., *arma sunt tela*. Ibid., percutimus. Al., *percut mur*.

CAP. VI. Num. 1, seccat. Al., *desecat*. N. 2, alias.

- Al., *alibi*. Ibid., dicunt. Al., *vocant*. Ibid., ab uno. A equo solent. Al., *equi solent*. N. 2, circum metas. Al., *circa metas*. Ibid., currant. Al., *curre ant*. Ibid., opere magicæ artis. Al., *opera magicæ artis*. Ibid., recognoscitur. Al., *recognoscuntur*.
- CAP. XXIX. N. 4, carceres. Al., *carcer*. Ibid., ascribunt. Al., *ascribuntur*.
- CAP. XXX. N. 1, designari. Al., *designare*. Ibid., quod aliqui. Al., *quod aliquis*.
- CAP. XXXI. Num. 1, violenta. Al., *violenti*. Ibid., Ægypto nocuisset. Al., *Ægyptum nocuisset*. Ibid., sacravit. Al., *consecravit*. N. 2, superpositum. Al., *supereminens*. Ibid., atque ignis. Al., *atque ignem*.
- CAP. XXXII. N. 4, coercentur. Al., *coercentur*. Ibid., mittitor. Al., *emittant*.
- CAP. XXXIII. N. 4, dictus. Al., *dicuntur*. Ibid., agat, et regat. Al., *agat, sive regat*. Ibid., ferit ut. Al., *ferit decimus ut*. N. 2, dicitur est. Al., *dicitus est*.
- CAP. XXXIV. N. 2, dæmonicum. Al., *dæmoniacum*. Ibid., primo Junoni. Al., *primum Junoni*.
- CAP. XXXV. N. 4, habere. Al., *habere multas*. N. 2, applicuit. Al., *applicavit*.
- CAP. XXXVI. Num. 4, sacraverunt. Al., *consecraverunt*. N. 2, senectam. Al., *senectutem*.
- CAP. XXXVII. N. 4, præsentium. Al., *potentium*. Ibid., est creta. Al., *est arctus*; al., *est actus*; al., *est certa meta*.
- CAP. XXXVIII. N. 4, dicunt. Al., *dicuntur*. Ibid., usque ad. Al., *videlicet ad*.
- CAP. XXXIX. N. 4, desiliebat sive. Al., *desiliebat, et currebat sive*. Ibid., transiliebat. Al., *iterum transiliebat*.
- CAP. XL. N. 4, curritur. Al., *curritur iter*. Ibid., parte currunt. Al., *parte curritur*. Ibid., et homini. Al., *et hominis*.
- CAP. XLI. N. 2, roseos Marti. Al., *roseos currite Marti*. Ibid., gaudet. Al., *gaudeat*. Ibid., tri sacraverunt. Al., *tri sacrificaverunt*. N. 3, spectatione. Al., *expectatione*. Ibid., nomina immunda. Al., *numina immunda*.
- CAP. XLII. N. 2, prostarent. Al., *prostrerent*; al., *prostrarentur*. Ibid., vilitatem. Al., *levitatem*. Ibid., rapiant. Al., *recipiant*.
- CAP. XLIII. N. 4, quod pulpitem. Al., *qui pulpitem*.
- CAP. XLIV. N. 4, comædi et tragedi. Al., *comici et tragici*.
- CAP. XLVI. N. 4, atque gestu. Al., *aut gestu*; al., *aut gestis*. Ibid., cantabant. Al., *canebant*.
- CAP. XLIX. N. 4, pronuntiaret. Al., *pronuntiabat*.
- CAP. L. N. 4, quique primo. Al., *quique primos*.
- CAP. LI. N. 4, corporis fluxu. Al., *fluxu corporis*; al., *luxu corporis*. Ibid., immolabant. Al., *immolauerunt*. Ibid., illi per flexum. Al., *isti per luxum*. Ibid., dissolutis. Al., *dissoluti*. N. 2, et modis. Al., *et modis*. Ibid., odisse. Al., *odire*. Ibid., quorum. Al., *quorum*.
- CAP. LII. N. 4, condiscant. Al., *addiscant*.
- CAP. LIII. N. 4, ab Occidentis. Al., *de Occidentis*. Ibid., habilibioribus. Al., *levioribus*. Ibid., inibant pugnam. Al., *inibant pugnas*. Ibid., alterius mortem. Al., *alterius morte*. Ibid., perimeret. Al., *perderet*.
- CAP. LIV. N. 4, insequenti. Al., *in istent*.
- CAP. LV. N. 4, feriret reti. Al., *feriret rete*. Ibid., exsuperaret. Al., *superaret*.
- CAP. LVI. N. 4, laqueatorum. Al., *laqueatorum*. Ibid., prosternere. Al., *prostrare*.
- CAP. LVII. N. 4, quam reliqua. Al., *quam reliqua*. Ibid., nuncupati. Al., *vocati sunt*.
- CAP. LVIII. N. 4, emissas. Al., *missas*.
- CAP. LIX. N. 4, sed de dæmonum. Al., *sed et dæmonum*. Quod elegantius est. Ibid., esse debet. Al., *esse habet*.
- CAP. LX. N. 4, in otio. Al., *initio*.
- CAP. LXII. N. 4, calcatur. Al., *calcetur*. Ibid., per calcibus. Al., *per calles*.
- CAP. LXIV. N. 4, ternariis. Al., *trinariis*.
- CAP. LXV. N. 4, trio. Al., *trinio*. Ibid., vocabant. Al., *vocant*.
- CAP. LXVI. N. 4, cis jectum. Al., *cis in actu*; al., *cis*
- Al., *alibi*. Ibid., dicunt. Al., *vocant*. Ibid., ab uno. Al., *ex una*. N. 4, dictam. Al., *dictum*. Ibid., pectoribus. Al., *pectoribus*. N. 6, vocatur. Al., *vocatus*. N. 8, Tranquillus. Al., *Tranquillius*. Ibid., procucurrit. Al., *præcurrit*. Ibid., ductum. Al., *datum est*. N. 9, ne aut... gladiatorum. Al., *om*. Ibid., *vocant*; al. *add*: *Vocant, et in signa portari, ne aut usum perderet belli, aut vacans aspectum amitteret gladiatorum*; al., *emitteret pro amitteret*.
- CAP. VII. Num. 4, hastile. Al., *hastilia*. Ibid., sumpsit. Al., *subsumpsit*. N. 2, acuta. Al., *acuto*. Ibid., est enim comus. Al., *est enim conius*; al., *est enim contus*. N. 3, hastæ sunt. Al., *anites sunt*. Ibid., lunato. Al., *limato*. Ibid., Græcis aplustria dicuntur. Al., *Græci abpustria dicunt*. Vulcanius conjicit ἀπολύστρια. N. 6, quo media hasta religatur. Al., *quo in medio hasta religatur*. Ibid., et jacitur. Al., *jaculetur*; al., *ut scilicet jaculetur*; al., *et jaculatur*. Num. 7, in longitudine. Al., *in longitudinem*. Ibid., quæ jacta quidem non longe. Al., *quæ jactu non quidem longe*. N. 8, jaculari potuisse. Al., *ja ulasse*, omisso potuisse. N. 10, mustela. Al., *mustelum*. N. 11, hastile amentatum. Al., *hastilis amentata*.
- CAP. VIII. Num. 4 et 2, pervolent. Scaptoz. Al., *prævolent hastas*. N. 3, qua figit. Al., *quo figi*; al., *quod figit*. Ibid., infundit. Al., *effundit*.
- CAP. IX. Num. 4, thecæ. Al., *theca*. N. 4, intra quas. Al., *inter quas*. Ibid., *vocat*. Al., *vorant*.
- CAP. X. Num. 4, emittantur. Al., *add*: *claram u us primum in insolis quæ Baleares dicuntur inventus est*. Virgilius : *Balearis verbera fundæ*. N. 2, colligatis. Al., *collectis*.
- CAP. XI. N. 1, manu. Al., *manibus*. Ibid., irruptaris fenestram. Al., *irrupit ac fenestram*. N. 2, demissus. Al., *dimissus*. Ibid., ictus. Al., *jactus*. N. 4, similis ft. Al., *similis sit*.
- CAP. XII. Num. 4, cujus. Al., *de quibus*. N. 6, quasi parva non clypeus. Al., *quasi parvus clypeus*; al., *quasi parva, hinc non clypeus*. Ibid., in testudinis modum. Al., *in testudinis modo*.
- CAP. XIII. Num. 4, vocatur. Al., *vocata*. N. 2, squamæ piscis. Al., *squamarum piscis*.
- CAP. XIV. Num. 4, dicunt. Al., *om*. N. 2, curvatura. Al., *curvata*.
- CAP. XV. Num. 4, forum. Al., *forum*. Ibid., dictus. Al. *add*: *Vel a Phoroneo rege, qui primus Græcis leges dedit*. Ibid., et prostrata. Al., *et rostra*. N. 2, vocatur. Al., *vocata*. Ibid., præponitur. Al., *proponeitur*. N. 4, de quo. Al., *de qua*. N. 6, quærentur. Al., *requiruntur*. N. 7, qua petitur. Al., *quam petitur*; al., *qua petitur*. N. 8, vocatur. Al., *vocarj*. N. 10, obtegent. Al., *opprimunt*.
- CAP. XVI. Num. 2, Lydi. Al., *Lydi*; al., *Lydios... transrenas... consediisse*. Ibid., transvenæ. Al., *trans-euntes*. Ibid., cesserat regni. Al., *cesserat regnum*; al., *successerat in regno*. Ibid., a Lydis. Al., *a Lydiis*. Ibid., reputat. Al., *reputant*; al., *deputant*; al., *deputabant*. N. 3, respicienda. Al., *despicienda*.
- CAP. XVII. Num. 2, in jocis. Al., *in locis*. Ibid., vèrenda. Al., *puðenda*; al., *verecunda*.
- CAP. XVIII. N. 4, quinque; salus. Al., *quinque, id est, saltus*.
- CAP. XXI. N. 4, jaculum. Al., *jaculatum*.
- CAP. XXIII. N. 4, vocatur. Al., *vocata*. Ibid., innuntur. Al., *innitent*; al., *invitent*.
- CAP. XXIV. N. 4, abigere. Al., *ambigere*. Ibid., luctantium. Al. *add*. *dicunt*.
- CAP. XXV. N. 4, celebrabantur. Al., *celebrantur*.
- CAP. XXVII. N. 4, gentilium. Al., *gentium*. Ibid., usus reatus. Al., *usus hujus reatus*. N. 2, deputantur. Al., *deputabantur*. Ibid., Stesichorus docet. Al., *historiæ docent*. Ibid., sed et Neptunus. Al., *sed et Neptuno*. Ibid., equestris est. Al., *equestris ludus est*; al., *equestris ludi est*. N. 3, circuibant. Al., *circumibant*. Ibid., currus agitates. Al., *cursum agitates*.
- CAP. XXVIII. N. 4, quod non putaverint. Al., *quod non putaverunt*; al., *quod nonnulli putaverint*. Ibid.,

*actum*; al., *eis in jactu*. Ibid., bonum. Al., *boni*.

CAP. LXVII. N. 1, *moventur*. Al., *morebuntur*.

CAP. LXVIII. N. 1, *legibus*. Al., *a legibus*.

CAP. LXIX. N. 1, *tradit*. Al., *tradidit*. Al., *vivacis*. Al., *vivaces*. Ibid., *gemiux superaddita libræ*. Al., *geminax superaddita libram*. N. 2, *arenata*. Al., *arenaria*. Ibid., in grege. Al., in Græcia. Ibid., *lusu-que inire*. Al., *luxa inire*. Ibid., *pilam feriunt*. Al., *palam feriunt*. Ibid., *qui pila*. Al., *qui pilam*.

### LIBER DECIMUS NONUS.

CAP. I. N. 1, *hujuscemodi*. Al., *hujusmodi*. N. 2, *generaliter vocatus*. Al., *generale nomen vocatur*. N. 3, *vocatur*. Al., *vocatus*. Ibid., *tubex*. Al., *rtbez*. N. 7, *Græco sermone*. Al., *Græco nomine*. N. 8, *navim*. Al., *navem*. Ibid., *gnavum*. Al., *gnarum*. N. 10, *durconem*. Al., *duconem*; al., *dulconem*. Ibid., *dicitur*. Al. om. Ibid., *transibit*. Al., *transivit*. N. 12, *Horatius*. Al., *Horatius ait*. N. 13, *dictæ ab eo*. Al., *vocatæ ab eo*. Ibid., *collidantur*. Al., *elidantur*. N. 14, *dromo*. Al., *dromon*; al., *droma*. Ibid., *decurrendo dicitur*. Al., *decurrendo dictus*. Ibid., *vocant Luc.*, *vocant, sive a drometis*. N. 15, *calones qui*. Al., *calones naviculæ quæ*. N. 20, *ex iis*. Al., *ab his*. N. 21, *contexta*. Al., *contexta*. Ibid., *de quibus*. Al., *de quibus*. Ibid., *gens*, *inquit*. Al., *genus*, *inquit*. N. 22, *celoces*. Al., *celones*. N. 23, *et penteres*, *et hexeres*. Al., *et pentiremes, et hexiremes*; al., *et penteremes, et hexiremes*. N. 24, *est enim latus*. Al., *est suum funis latus*. N. 25, *caupilus*. Al., *caupillus*; al., *caupulus*; al., *caupulus*. Ibid., *linter*. Al., *lintris*. Ibid., *quo in Pado*. Al., *qua in Pado*. N. 26, *contexta*. Al., *contexta*. N. 27, *avato*. Al., *avate*. Ibid., *capiant*. Al., *capiunt*.

CAP. II. Num. 1, *cumba*. Al., *cymba*. Ibid., *quod aquis*. Al., *quo aquis*. N. 4, *de qua*. Al., *de quibus*. N. 5, *remiges quod*. Al., *remiges, dicta quod, omisso dicta post sint*. N. 6, *et decutiendis*. Al., *et discutiendis*. N. 7, *per tropum*. Al., *per tropum ab animali ad animal*. N. 9, *arbor*. Al., *arbor navis*. N. 9, *Cinna*... mali. Alii hæc verba referunt num. seq. *post trabuntur*. Ibid., *habeant*. Al., *habent*. N. 11, *arbor*. Al., *arbor navis*. Ibid., *deligatum*. Al., *disligatum*. Ibid., *vincitæ*. Al., *junctæ*; al., *junctum est*. N. 13, *in manu*. Al., *in tave*. Ibid., *habeas*. Al., *habes*. N. 14, *aduncas*. Al., *ad uncas*. N. 15, *apud Græcos*. Al., *apud Hebræos*. N. 16, *subducuntur*. Al., *reducuntur*; al., *seducuntur*.

CAP. III. Num. 3, *commendatum*. Al., *commendatum*. N. 4, *supparum*. Al., *siparum*.

CAP. IV. Num. 1, *retes tendantur*. Al., *retia tendantur*. N. 3, *si veli*. Al., *si velis*. N. 4, *a tortu*. Al., *a tortura*. N. 6, *qui cornibus*. Al., *quo cornibus*; al., *quæ cornibus*. Ibid., *et retroverso*. Al., *retro et verso*. N. 7, *anquina quo*. Al., *anquina funis navis est quo*. N. 8, *quo deligata*. Al., *qua deligata*. Ibid., *de quo Valgius*. Al., *de quo Virgilius*. N. 9, *deligare*. Al., *religare*. N. 10, *catapirates*. Al., *cataporates*; al., *cataporate*. Ibid., *liuea*. Vulcanius censet legendum *lima*. Ibid., *tentatur*. Al., *probatum*. Ibid., *hunc catapiratem*. Al., *hunc cataporatem*. Ibid., *deserat*. Al., *desert*. Ibid., *rodus*. Al., *rudis*.

CAP. V. Num. 1, *retes vocatæ*. Al., *retia vocata*. Ibid., *dicimus fones*. Al., *dici funes*. N. 2, *piscatoriæ retis*. Al., *piscatorii retis*. N. 3, *nassa passis*. Al., *nassa ex viminibus tanquam rete contextum cassis*. N. 4, *conopeum retes, qua culices excluduntur in modum tentorii quo*. Al., *conopeum est rete in similitudinem tentorii contextum propter muscas, et culices excludendos, quo*. Ibid., *copiosi*. Al., *copiose*. Ibid., *conopeum dicitur*. Al., *conopea dicitur*. Ibid., *nam Canopea*. Al., *nam Canopea*.

CAP. VI. Num. 1, *faciendo ferro*. Al., *faciendo ferum*. N. 2, *auctorem*. Al., *ductorem*. Ibid., *cremato*. Al., *crematur*. N. 4, *judicio paret*. Al., *in judicio apparet*. N. 5, *et flamma*. Al., *et flammis*. N. 6, *Græcum*. Al., *Græcum nomen*. Ibid., *a cauma*. Al., *a caumate*, *id est, a calore*. N. 7, *ad convincendum litigatorem, ut post quantalibet sæcula fixumque lapidem limitem esse cognoscant*. Al., *ad convincendum liti-*

*gatorem, ut fixum lapidem post quantalibet sæcula limitem esse agnoscant*; al., *ad convincendum litigatorem post quantalibet sæcula, ut fixum lapidem limitem esse agnoscant*.

CAP. VII. Num. 1, *a cadendo*. Al., *a cædendo*. Ibid., *terdatur*. Al., *tundatur*. N. 2, *marcus malleus*. Al., *marculus malleus*. Ibid., *martellus mediocris*. Al., *marcellus mediocris*. N. 3, *formum*. Al., *formum*. N. 4, *cœlum*. Al., *cilium*.

CAP. VIII. N. 1, *quasi sapiens*. Al., *ut sapiens*. N. 2, *machio ves*. Al., *mationes*.

CAP. IX. N. 1, *descriptio*. Al., *discretio*.

CAP. X. N. 1, *vel structio*. Al., *vel instructio*. Ibid., *et cohære*. Al., *vel cohære*. Ibid., *et instinctio*. Al., *et instinctio*. Ibid., *in aqua*. Al., *in aquam*. Ibid., *structura*. Al., *instructura*; al., *instructa*. N. 3, *fluvialilis*. Al., *fluvialis*. N. 4, *in ligno*. Al., *in igno*. N. 6, *mortalitate*. Al., *mordacitate*. Ibid., *et mollitie*. Al., *et mollitia*. Ibid., *feritur*. Al., *fricatur*. N. 8, *cochleatus*. Al., *cochleatus*. N. 9, *a colore avis*. Al., *a colore avium*. N. 12, *in corrupti*. Al., *in corrupti permanent*. Ibid., *sculpti*. Al., *sculpti*. N. 15, *globus*. Al., *gilbus*. Ibid., *structura*. Al., *structuris*. N. 14, *huc æstate*. Al., *hic æstate*. Ibid., *domorum, fictilium*. Al., *domorum potest, fictilium*. Ibid., *coctibus*. Al., *coctis*. Ibid., *imbricibus*. Al., *imbricatus*. N. 19, *calx viva*. Al., *calcis viva*. N. 20, *cognatum*. Al., *agnatum*. Ibid., *e lapide speculari*. Al., *lapis est specularis*. N. 21, *adhærendo in fabricis*. Al., *adhærendo fabricis*. Ibid., *relinquat*. Al., *relinquitur*. N. 22, *ratio*. Al., *structio*. Ibid., *genera rotundaru*. Al., *genera columnarum*. Ibid., *Corinthiæ*. Al., *Corinthiæ*. Ibid., *crassitudinis*. Al., *grossitudinis*. N. 25, *tulturæ sunt columnarum*. Al., *fulturæ suarum columnarum*. Ibid., *quæ a fundamento consurgunt*. Al., *quibus a fundamentis surgunt*. N. 24, *est Græcum*. Al., *est Græcum, id est, supermissa*. N. 26, *calce admista*. Al., *calce admisto*. N. 27, *quos in pavementis*. Al., *quos pavementis*. N. 29, *mittere est*. Al., *mittere dicunt*. Ibid., *modi quique*. Al., *modi cuique causæ*. *Hucusque partes constructionis sunt*.

CAP. XI. Num. 1, *huc usque... venustate ædificiorum*. Al. om. Ibid., *illud*. Al. om. Ibid., *tectorum auro*. Al., *tectorum causq auro*. Ibid., *et colorum picturæ*. Al., *et colorum pictura*.

CAP. XII. Num. 1, *ut Lucilius*. Al., *ut Lucius*. Ibid., *laquearium*. Al., *laquearium facit*.

CAP. XIII. Num. 1, *quis autem... excogitaverit*. Al., *qui autem... excogitaverunt*. Ibid., *erodet*. Al., *erodit*. N. 1, *tesselli autem a tesseris nominati*. Al., *tessella autem a tesseris nominata*.

CAP. XV. Num. 1, *Latine est pingere*. Al., *Latine effingere*. Ibid., *plastæ est*. Al., *plastis est*.

CAP. XVI. Num. 1, *habentia*. Al., *per se habentia*. N. 2, *umbra hominis lineis circumducta*. Al., *umbram hominis lineis circumductam*. Ibid., *complant*. Al., *implent*.

CAP. XVII. Num. 1, *colores autem dicti sunt, quod*. Al., *colores autem dictos, quod*. Ibid., *quod in initio*. Al., *quod initio*. N. 7, *primi Græci*. Al., *primum Græci*. Ibid., *traduntur*. Al., *creduntur*. Ibid., *proprio*. Al., *proprium*. N. 8, *elephantos*. Al., *elephantes*. Ibid., *obruuntur*. Al., *obruunt*. N. 11, *in auraris*. Al., *in aureis*. N. 12, *in auri colore*. Al., *in aureum colorem*. N. 15, *in jus idem*. Al., *in vas idem*. N. 16, *cæruleque*. Al., *cæruleque*. Ibid., *mirabilem*. Al., *mirabile*. Ibid., *spuma*. Al., *spumæ*. N. 17, *plurimis*. Al., *pluribus*. Ibid., *ædificata*. Al., *ædificato*. Ibid., *quæ fumum*. Al., *quod fumum*. Ibid., *admiscent*. Al., *miscent*. Num. 19, *nam si*. Al., *nam si et*. Ibid., *silis boni*. Al., *silis bonæ*; al., *silicis bonæ*; al., *ilicis bene*. N. 22, *illuminantur*. Al., *luminantur*. N. 23, *inde spiraminis*. Al., *inspiraminis*. Ibid., *aceto admisto*. Al., *aceto admistum*.

CAP. XVIII. Num. 1, *instructuram*. Al., *instructura*. Ibid., *binum pedum*. Al., *binorum pedum*. Ibid., *acuminibus*. Al., *acumintibus*. N. 2, *ruunt*. Al., *sunt*. N. 3, *genere*. Al., *a genere*. Ibid., *trudit, id est, includit*. Al., *trudit, et detrudit, id est, includit*. Ibid.,

martellus... machina... Al.: « Martellus mediocis malleus dictus per diminutionem. Machines dicti a machinis, in quibus insistent propter altitudinem parietum » N. 4, a scandendo. Al., a scandendo, id est, ascendendo vocatæ. Ibid., significat. Al., significant.

CAP. XIX. Num. 4, sicut elementa. Al., sicut elementum. N. 6, coeunt. Al., conjunguntur, vel coeunt. N. 8, commissura dicitur. Al., commissuræ dicuntur. N. 9, Perdix quidam. Al., Perdices quidam. Ibid., de ferro. Al., e ferro. Ibid., armaverit. Al., armavit. Ibid., exsulatus. Al., exsulatum. Ibid., et in Ciliciam venit. Al., et inde Ciliciam remit. N. 10, hujas modus. Al., hujusmodi. Ibid., circini. Al., circuli. Ibid., in cujus medium. Al., in cujus medio. Num. 11, quasi succurris. Al., quasi sucumis. Ibid., pennum. Al., pinnum. N. 12, dicebant pennas, non pinnas. Al., pinnas dicebant, non pennas. N. 12, nomen. Al. om. Ibid., ex aversa. Al., ex adversa. N. 13, scalprus. Al., scalprum; al., scalptus. Ibid., sit aptus. Al., sit aptum. Ibid., diminotivum. Al., diminutivus. N. 15, scobina. Al., scofina. Ibid., terendo. Al., hærendo. Ibid., faciat. Al., facit. Ibid., galla. Al., Gallia; al., om. Ibid., guvia. Al., gulvia; al., gulbia.

CAP. XX. Num. 1, ordi-se. Al., ordinasse. N. 2, invenit omnia. Al., invenit hæc omnia.

CAP. XXI. Num. 1, est sacerdotalis linea. Al., est tunica sacerdotalis linea. Ibid., nuncupatur. Al. add.: Podas enim Græci pedes dicunt: hæc vulgo, etc.; al., et nuncupata, quam vulgo. Ibid., camisia vocatur. Al., camisiam vocant. N. 2, viderentur. Al., videantur. N. 3, est ex bisso. Al., est, quod Græci tiaram, Latini galeam vocant, ex bisso. Ibid., splæra media caput. Al., splæra medium caput. Ibid., galeriam. Al., galeam. N. 7, Dei tetragrammaton. Al., Dei illud ineffabile tetragrammaton. N. 8, feminalia. Al., femoralia. Ibid., velabantur. Al. add.: velabantur; badin enim Hebraice linum dicitur.

CAP. XXII. Num. 1, sicut tegumen. Al., quasi tegumenta. Ibid., quasi intumentum. Al., quasi intumentum amictus. N. 2, sed et hæc. Al., sed et hoc. Ibid., sermonis. Al., sermones. N. 3, lautior. Al., lautius. N. 4, venditatur. Al., vendicatur. N. 5, perizoma. Al., perizomatium. Ibid., e foliis. Al., de foliis. Ibid., velarunt. Al., velabant; al., velaverunt. N. 6, ejectionem. Al., dejectionem. N. 7, profusior sit. Al., profusior est. Num. 8, manuleata. Al., manicata. N. 9, clavis ex purpura. Al., clavis et purpura. N. 10, animus augesceret. Al., animos auget. Ibid., proponi. Al., poni. N. 11, laculata est. Al., lacuna est. Ibid., aërio. Al., aëreo. N. 12, quæ malvarum. Al., quæ e malvarum. Ibid., malvellam. Al., maloelam. N. 14, ex purpura. Al., ex purpura; holo enim totum dicitur, omissis supra similibus verbis. N. 15, byssum esse. Al., byssinum esse. Ibid., existiment. Al., existimant. N. 16, aprina. Al., caprina. Ibid., masticina... mena... Al., mena, quod sit colore nigro; Græci enim melum nigrum vocant. Masticina, quod colorem masticis habeat. Al., masticina... Mela e colore nigro; Græci enim μέλας nigrum vocant. Num. 18, segmentata. Al., segmenta. Ibid., abscissas. Al., abscissæ. Ibid., præsegmenta. Al., præsegmentas. N. 21, velenis. Al., velenensis. Ibid., ut in Hispaniam. Al., ut in Hispania. N. 25, et biles. Al., et biplex. N. 24, sine manicis. Al., lineum sine manicis. Ibid., utuntur. Al., utebantur. N. 25, remibus. Al., in renibus. N. 26, productor. Al., ducitur. Ibid., flexuosam. Al., fluxuosam. N. 29, camisas. Al., camisias. Ibid., vocamus. Al., vocari. N. 30, tubricos vocatos dicunt, quod. Al., tubralicos vocatos quod, omissio dicunt. Ibid., tubraci quod. Al., tubraci quod.

CAP. XXIII. Num. 1, sarabara. Al., sarabaræ. Ibid., lenæ. Al., linnæ. Ibid., stringes. Al., striges. Ibid., mastrucæ. Al., mastrucæ. N. 2, sarabara... immutata. Al., sarabara... iramutata. Ibid., sarabara suspenderunt. Al., sarabarum suspenderunt. Ibid., nuncupatur. Al., nuncupabantur. Ibid., in capite. Al., in capitibus. N. 3, saga quadra. Al., sagæ quadra. N. 5, vestis. Sarda. Al., vestis germanica. Ibid., in-

duuntur. Al., induuntur. Ibid., transformentur. Al., transformantur. N. 6, linamentis. Al., liniamentis. Ibid., et male tecti cum latratoribus. Al., et malis tecti cum latrantibus; al., et ma'e tecti cum latratribus. Ibid., sagati. Al., sacrati. Ibid., linteali. Al., lineati. N. 7, expressus. Al., expressos. Ibid., succos. Al., succos. Ibid., illudit. Al., includit. Ibid., specimen. Al., speciem. Ibid., ferat. Al., ferant. N. 8, ut concumulatus. Al., ut cumulatus. Ibid., ambitus. Al., ambitu.

CAP. XXIV. Num. 1, est quo. Al., est, in quo. Ibid., ministrantium. Al., administrantium. Ibid., expediti. Al., expeditus. Ibid., pellicia. Al., pellicea. Ibid., utebantur. Al., induebantur. N. 3, effusio. Al., et fusio. N. 5, intextas. Al., intextis. N. 6, orationem. Al., in oratione. Ibid., inscripsit. Al., scripsit. N. 7, imponitur toga. Al., imponitur togæ. N. 8, transbearet. Al., transvereret. N. 10, dicitur de quo. Al., videtur de quo. Num. 12, vox illa senatus. Al., vox illa senatus. Ibid., Quirites, ite ad saga. Al., Quirites ad saga conversi fuerunt; al., Quirites ad saga conversi fuerant; al., Quiri es ad saga sugerunt. N. 14, capitibus. Al., capitibus. N. 17, Græci. Al., Græce. Ibid., planetas dictos. Al., planetas dictas. Ibid., vago sui errore. Al., vagæ suo errore. N. 19, æstimant. Al., existimant; al., æstimat. Ibid., et melotæ. Al., et melotes. N. 20, oræ. Al., ora. Ibid., vocabulum trahentes. Al., vocabulum trahunt; al., vocabulo trahunt.

CAP. XXV. N. 1, prælautum. Al., prælatum. N. 2, mobilitate. Al., nobilitate. N. 3, cooperto. Al., operito. Ibid., vocatur. Al., vocata. Ibid., supermittatur. Al., superemittatur. N. 4, ejicitur. Al., rejicitur. Ibid., vulgo. Al., vulgus. N. 6; palliolum. Al., pallium. Ibid., in Isaiâ. Al., in Isaiâ legitur.

CAP. XXVI. Num. 1, stragulatam. Al., stragulam. Ibid., vestem fecit. Al., vestem sibi fecit. N. 2, quia solet. Al., qui solebant. Ibid., intraverit. Al., introissent; al., introierit. N. 3, fulciant, In Editione Grialii videbatur esse fulciat. N. 4, culcitæ. Al., culcitæ. N. 5, tapeta dicta... psila tapeta. Al., tapeta autem aut psila sunt, aut amphitapa. Psila tapeta, etc. N. 6, mantelia. Al., mantilia. Ibid., ipsum. Al., istud. Ibid., præbeantur. Mappæ. Al., præbeantur, sive mandelia a mandendo. Mappæ. Ibid., quasi unupæ. Al., quasi manupæ. N. 7, Græcum est. Al., Græcum nomen est. Ibid., maniertgium. Al., manuertgium. Ibid., vocatur. Al., vocata; al., dictum est. N. 9, leguntur. Al., dicuntur.

CAP. XXVII. Num. 1, vellendo. Al., a vellendo; al., a vellendo. Ibid., ex terra oritur. Al., ex terra spem nitenti oritur. Ibid., a Græco. Al., ex Græco. N. 2, dicitur. Al., dicta. Ibid., stipatores. Al., stupatores. Ibid., qui in navibus. Al., qui in vallibus. N. 3, in tela. Al., in telis. N. 4, quæ fibros. Al., quos fibros. Ibid., aranea vocata. Al., araneæ vocantur. Ibid., nutriatur. Al., nutriantur. N. 5, nominantur. Al., vocantur. Ibid., crassedo. Al., crassitudo.

CAP. XXVIII. N. 3, propius. Al., propior. Al., proprie. N. 4, enittunt. Al., immittunt; al., mittunt. Ibid., testæ. Al., testeo. N. 5, vocata. Al., vocatur. N. 6, hujusmodi coloris. Al., ejusmodi coloris. N. 8, est, ut. Al., est, poeta inquit, et.

CAP. XXIX. Num. 1, staminum. Al., staminis. Ibid., derivativum. Al., derivatum. Ibid., insubuli quia. Al., insubuli dicti quia. N. 2, colus quod. Al., colum quod. Ibid., susus quod. Al., fusum quod. Ibid., per ipsum. Al., per eum. N. 3, calathus. Al., calathum. Et sic iterum.

CAP. XXX. Num. 1, dicta quod. Al., dicta eo quod. Ibid., quæ in capite. Al., quæ ideo in capite. Ibid., ad significandum. Al., ad significandos. Ibid., corona fuit. Al., coronas suisse. N. 2, vocatum quod. Al., vocatum eo quod. Ibid., est formata, et nominata corona. Al., et formatam et nominatam coronam. N. 3, cicadas, plerique male cycladas. Ibid., infula, apice, etc. Al., infulas, apices, pileos, sive galeria. N. 4, vittæ sunt. Al., vittæ dictæ sunt. Ibid., plerumque tortilis. Al., plerumque lata erat, plerumque tortilis. Ibid., de albo. Al., ex albo. N. 5, sutile. Al., subtile. Ibid., appellatus; al., appellatur. Ibid., a ligando.

Al., *alligando*. Ibid., *connectebatur*. Al., *contexebatur*. Ibid., *galerum*. Al., *galerium*. Ibid., *liebant*. Al., *fiabat*. N. 6, *cidaris* et ipsa sacerdotum. Al., *cidaris insigne sacerdotum*; al., *cidarim et ipsum sacerdotum*. Ibid., *quæ a plerisque*. Al., *quod a plerisque*.

CAP. XXXI. Num. 1, *nimbus*. Al., *nimbus*. N. 5, *mitra alligatur*. Al., *mitræ alligatur*. Ibid., *ricula*. Al., *rigula*. N. 6, *quæ dependet*. A., *quæ dependet*. N. 7, *reticulum*. Al., *reticulum*. N. 8, *ab auribus*. Al., *ab auribus dictæ*. N. 9, *et sparsi dissipentur capilli*. Al., *et sparsi dissipentur capillos*. N. 10, *grana*. Al., *genera*. Ibid., *dependent*. Al., *dependuntur*; al., *derivantur*. Num. 11, *usque pendentes*. Al., *usque d'pendentes*. Ibid., *a viris geruntur*. Al., *ab universis viris geruntur*. Ibid., *catellæ*. Al., *catella*; al., *circellæ*. N. 12, *serpentum*. Al., *serpentium*. N. 14, *in virgulas*. Al., *in virgulis*. Ibid., *faciemus*. Al., *fecimus*. N. 16, *dexter communes esse*. Al., *dextræ communes sunt*. Ibid., *ac feminarum*. Al., *ac mulierum*. Ibid., *ob armorum virtutem*. Al., *ab armorum virtute*. Ibid., *virilitæ*. Al., *virilitæ*. Ibid., *armilla non discrepat*. Al., *armillæ nomen discrepat*. N. 17, *tenetur a viris*. Al., *tenetur viris*. Ibid., *in similitudinem*. Al., *in similitudine*. N. 18, *dicuntur*. Al., *sunt*. Ibid., *intuentur*. Al., *conspiciunt*. Ibid., *ex splendore*. Al., *ex se*. Ibid., *deesse viderint*, *adjiciant*. Al., *rei esse viderint*, *abjiciant*. N. 19, *apud feminas crurum ornamenta quibus*. Al., *sunt ornamenta crurum mulierum, sive armillæ pedum, a quibus*. Ibid., *quibus odoramenta*. Al., *in quibus ornamenta*.

CAP. XXXII. N. 1, *circa brachia*. Al., *circum brachia*. N. 4, *in Manium*. Al., *in Mævium*. Ibid., *gestare*. Al., *portare*. Ibid., *miserat*. Al., *mittebat*; al., *mittere præferbat*. N. 5, *annuli auro*. Al., *annulo auro*. N. 6, *Lucentes*, etc. Ita mendose in Mss. et Editis hi versus culi descripti sunt, ut longissimum foret usque utile varias omnes lectiones apponere.

CAP. XXXIII. N. 1, *nam a cincto*. Al., *num a cincto*. Ibid., *nominatur*. Al., *nominatum*. Ibid., *cincto autem*. Al., *cincto autem*. Ibid., *et campestre*. Al., *et campestris*. N. 3, *lactantes*. Al., *lactentes*. Ibid., *et Prudentius*. Al., *sed Prudentius*. Ibid., *illigatum*. Al., *illigatæ*. N. 4, *limas*. Al., *lanas*. Ibid., *publici habebant*. Al., *publice habent*. Ibid., *id est, limas*. Al., *id est, lunas*. Ibid., *calculum*. Al., *calculum*. Ibid., *quam illi*. Al., *quia illi*. N. 5, *nuncupamus*. Al., *nuncupatur*. Ibid., *descendens*. Al., *dividens*. Ibid., *alarum sinus*. Al., *alarum sinum*. Ibid., *vestes ad corpus contrahat*. Al., *vestiat corpus, contrahat*. Al., *vestium corpus contrahat*. Ibid., *dicunt*. Al., *vocant*. N. 6, *alligat*. Al., *alliget*. N. 7, *vincitur*. Al., *vincitur*. N. 8, *Virgilius*. Al., *Virgilius dicit*.

CAP. XXXIV. N. 1, *nuncupati sunt*. Al., *nuncupantur*; al., *nuncupatos*. Ibid., *insertis flo.* Al., *incertis filis*. N. 2, *caligarius vero non a callo*. Al., *caligarios viros non a calce*. Ibid., *vocatus*. Al., *vocatos*. Ibid., *quas Græci*. Al., *quod Græci*. Ibid., *calceamenta*. Al., *calciamenta*; et sic edidit Grialius. N. 3, *crepidæ autem dictæ*. Al., *crepidas autem dictas*. Ibid., *in ambulando*. Al., *in ambulandum*. N. 4, *iis soli*. Al., *quos soli*. Ibid., *centum fuerint*. Al., *centum fuerunt*. N. 5, *cantaturi*. Al., *canturi*. Ibid., *ut dextro*. Al., *ut in dextro*. Ibid., *pedi*. Al., *in pede*. N. 6, *baxæ*. Al., *baxæ*. Ibid., *fuerunt*. Al., *fuerunt*. Num. 7, *sicut subtulares*. Al., *sicut subtulares*. Ibid., *quasi subtulares*. Al., *quasi subca ares*. N. 8, *consuti*. Al., *contusi*. N. 9, *ossas puto ab osæ*. Al., *osus puto ab oso*. N. 10, *vel æneis*. Al., *vel æreis*. N. 12, *quod sæcum habeant*. Al., *quod succum habeant*. Ibid., *injicitur*. Al., *injiciatur*. Ibid., *ligantur*. Al., *ligentur*. N. 13, *lingulati*. Al., *linguati*. Ibid., *folleatos*. Al., *foliatos*. Al., *foleatos*. Ibid., *chalybati*. Al., *calviati*; al., *callivati*; al., *calviati*. Ibid., *sola caligis vinciantur*. Al., *solea caligis vinciantur*; al., *sola caligis vinciantur*; al., *sola caligis vinciantur*. Ibid., *sculponeæ*. Al., *culponei*; al., *culponiæ*. Ibid., *braxæ*. Al., *braxæ*.

#### LIBER VIGESIMUS.

CAP. I. Num. 1, *mensam et sellam fecit*. Al., *men-*

*sas et sellas fecit*. Ibid., *factum vocabulum*. Al., *factum dicitur vocabulum*. N. 2, *quasi ad cibatum*. Al., *quasi ad cubatum*. N. 3, *convivium a multitudine*. Al., *convivium dicitur a multitudine*. Ibid., *nam privata mensa victus est, convivium non est*. Al., *nam privata mensæ victus convivium non est*.

CAP. II. Num. 1, *vocatur*. Al., *vocatus*. N. 2, *subsistere*. Al., *substinere*. Ibid., *alimentis*. Al. om. N. 4, *parum*. Al., *parvum*. N. 8, *a satura*. Al., *a satyra*; al., *a saturo*. N. 9, *efficitur*. Al., *afficitur*. N. 10, *polluimus*. Al., *solvimus*. N. 12, *proxima*. Al., *proximo*. Ibid., *antecænia*. Al., *antecæna*. Ibid., *vocatur*. Al., *vocabatur*. Al., *vocabantur*. N. 13, *sic Martialis*. Al., *sicut Martialis*. Ibid., *quod et usque*. Al., *quod ad usque*. N. 14, *cœna vocatur*. Al., *cœnam vocari*. Ibid., *vesperam*. Al., *vesperinam*. Num. 15, *cum cibo*. Al., *cum omni cibo*. Ibid., *fermentatus*. Al., *fermentarius*. N. 16, *spongia*. Al., *sfungia*. Ibid., *diu malaxatus*. Al., *diutissime laxatus*. Al., *diutius malaxatus*; al., *diu laxatur*. Ibid., *humectat omis*. Al., *humectationes*. N. 17, *de farre*. Al., *ex farre*. N. 18, *asperso*. Al., *aspersa*. Ibid., *sumuntur*. Al., *add.*: « Crustula diminutivum est a crusta, panis oleo conspersus, in medio concavus, et tortus. » Ibid., *quia dividitur*. Al., *quia dividuntur*. Ibid., *simila*... Al., *simila subtilissima est farina*; al., *ad.*: *Est farina, a farre dictum, cujus sunt purgamenta*. N. 19, *tenuissimum*. Al., *tenuissimus*. Ibid., *egestum*. Al., *ejectum*. Ibid., *pollis*... Al., *pollen genus est farinæ candidissimæ*. Ibid., *una hora*. Al., *prima hora*; al., *plurima hora*. N. 20, *vocatur*. Al., *vocantur*. Num. 21, *violenti*. Al., *violento*. N. 25, *quando ardet in oleo*. Al., *cum ardeat in oleo*. N. 24, *lardum eo quod*. Al., *lardus dicitur eo quod*. Ibid., *repositum*. Al., *repositus*. Ibid., *unde Afranius*. Al., *unde dicit Afranius*. Ibid., *in Rosa*. Al., *in prosa*. Ibid., *sagatum*. Al., *sagatum*. N. 27, *mista*. Al., *commista*. Ibid., *pulpa autem*... glutinosa sit. Al. om. N. 28, *lucanicæ*. Al., *lucaniæ*. N. 29, *quod liat*. Al., *quod fit*. Ibid., *isiciis*. Al., *isiccatis*. Ibid., *concisis*. Al., *conscissis*. Ibid.; *afratum*. Al., *afrotum*. Ibid., *spumetum*. Al., *spumetum*. Ibid., *dicitur*. Al., *vocatur*. N. 30, *vocant*. Al., *dicunt*. Num. 31, *sphæra*... appellatur. Al., *sphæras*... appellatur. N. 32, *quia ea lex*. Al., *quæ est lex*. Ibid., *hæc Græci*. Al., *hanc Græci*. N. 35, *alia specie*. Al., *alias species*. Ibid., *coagulat*. Al., *coagulatum*. N. 36, *colligatum*. Al., *collectum*. Ibid., *in similitudinem*. Al., *in similitudine*. Ibid., *dicitur*. Al. om. N. 37, *savus vocatur*. Al., *savum vocari*. Ibid., *fervere*. Al., *fervescere*. Ibid., *sanitatieque*. Al., *sanitatieque*. Ibid., *sicut e contrario*. Al., *sicut contrario*.

CAP. III. Num. 1, *vocata*. Al., *vocatur*. Ibid., *quam inde recentem dicimus*, etc. Al., *hanc quidem recentem vocant, quia rejicitur nova a fonte, vel a flumine. Nam vetus putrescit, quia non est utilis vetusta, ut vinum, etc.* N. 2, *adulescentulas dixit*. Al., *adulescentulos, inquit*. N. 3, *pueris operariis*. Al., *pueris et operariis*. Ibid., *non ut in prandio*. Al., *non utique ut in prandio*. N. 4, *relicta*. Al., *repleta*. N. 5, *succinatium*. Al., *succinatium vinum*. N. 7, *nuncupant*. Al., *nuncupavit*. N. 8, *complures*. Al., *quamplures*. N. 9, *crucium vinum*. Al., *crudum vinum*. Ibid., *acetum*. Al., *acidum*. Ibid., *aquatum*. Al., *aqua mistum*. Ibid., *et acidum*. Al., *et acetum*. Ibid., *quasi aquidum*. Al., *add.*: « Quia aqua lavantur vasa in torculari post expressum vinum. Est vilis potus servis aptus. » N. 10, *ex melle mistum*. Al., *ex melle dictum*. N. 11, *loreæ*. Al., *loria*. N. 12, *conflicitor*. Al., *conficiatur*. N. 14, *defraudetur*. Al., *defraudetur*. N. 15, *descenderit*. Al., *descendit*. N. 18, *igneæ*. Al., *igne*. N. 20, *liquant*. Al., *linquant*. Ibid., *in modum maris*. Al., *in modum aquæ maris*. N. 21, *succi dicti*. Al., *succus dictus*. Ibid., *exprimuntur*. Al., *exprimantur*.

CAP. IV. Num. 1, *vas dictum*. Al., *vasa dicta*. Ibid., *apponantur*. Al., *ponantur*; al., *esca apponatur*. Ibid., *vasculum quasi vesculum*. Al., *vascula quasi vescula*. N. 2, *Apostolus dicit*. Al., *Apostolus ait*. Ibid., *lin-*

git. Al., *finxit*. N. 4; *excocta*. Al., *ex terra excocta*. Ibid., *suscipit*. Al., *suscepit*. Ibid., *efficitur testa*. Al., *efficitur tosta*. N. 7, quem vulgo cilionem. Al., *quod vulgo celionem*. N. 9, vocabatur. Al., *vocatur*. Ibid., et *scutella*. Postea. Al., et *scutella per diminutionem, est enim ejusdem similis*. Postea. N. 10, *messorium*. Al., *missorium*. N. 11, *gavata*. Al., *gravata*. Ibid., *scutella* . . . similis. Al. om.

CAP. v. Num. 2, *labris*. Al., *labiis*. N. 3, *virgultorum*. Al., *virgularum*. N. 4, in usibus aquariis. Al., in *usus aquarum*. N. 5, *scalæ*. Al., *scale*.

CAP. vi. Num. 3, et *sicula*. Al., et *situla*. Ibid., nos *siculam*. Al., nos *situlam*; al., nos *situlam*. Ibid., *cantharus* . . . Goth. 1 Tol. add.: *Cantharus vas aqua* . . . *Virgilius* . . .

Et gravis appendebat cantharus ansa.

N. 4, per diminutionem. Al., per *derivationem*. Ibid., *vocant*. Al., *dicunt*. N. 6, *cilicises*. Al., *cilices*; al., *cilicienses*. N. 7, *volunt*. Al. om. Ibid., in *quod*. Al., in *quo*. N. 8, *diminutivum*. Al., *diminutum*. Ibid., *ablutionem*. Al., *lavationem*; al., *albaionem*. Ibid., *solitum sit*. Al., *solitum est*. N. 9, *quod aquas*. Al., *quod aquis*. Ibid., *Orientales*. Al., in *Oriente*. Ibid., *sed et camaras*. Al., *sed et cum eis aras*.

CAP. vii. Num. 1, *olearium eo*. Al., *olerium dictum eo*. N. 4, *lenticula vasculum* . . . a *liniendo dictum*. Al. « *Lenticula modicum vas æneum, vel argenteum quadrangulum in latere apertum, quod et lichenitum. Est enim vas olei, quo reges, et sacerdotes ungebantur, a liniendo dictum.* »

CAP. viii. Num. 2, *vapor emittatur*. Al., *vaporem emittat*. Ibid., *patentioribus*. Al., *pätenibus*. N. 3, *mutuarint*. Al., *mutuassent*; al., *sumperint*. N. 4, *ænei*. Al., *æneæ*. Ibid., *vocati*. Al., *vocatæ*. N. 6, *cibrum quod*. Al., *cibrum dictum quod*. Ibid., *curri- frum*. Al., *currifrugum*.

CAP. ix. Num. 4, *serinia* . . . Al. add.: « *Serinia sunt vasa, in quibus servabantur libri, vel Theauri. Unde apud Romanos illi qui libros sacros servant serinarii nuncupantur.* » N. 5, *paulo*. Al., *paululum*. N. 6, *sitarciæ*. Al., *sitharthiæ*; al., *sitarchiæ*. Ibid., *autæ*. Al., *consutæ*. N. 7, *sacculus*. Al., *saccus*. N. 8, *fissis cannis contextitur*. Al., *fiscus qui contextitur*. In Editione Grialii erat *fissis canis pro fissis cannis*. N. 9, *virgulis*. Al., *virgulis*. Ibid., pro *Israel*. Al., *populo Israel*. Ibid., *quasi covus, quasi cavus*. Al., *quasi covus, vel cavus*. N. 10, *dictæ*. Al., *dicti*. Ibid., *sporta vel quod* . . . *siebant*. Al.: « *Sportula diminutivum a sporta: sporta autem dicta, quia exportet aliquid, vel quia ex sparto fit. Spartus vero est frutex virgosis sine foliis ab asperitate vocatus, similis carici herbæ, et funes de eo conficiuntur.* »

CAP. x. Num. 1, ab *igni colendo*. Al., a *colendo ignem*. Ibid., de *Septentrione poeta dicat*. Al., de *Septentrione dicatur*. N. 2, *cicindela*. Al., *cicendela*; al., *candela*. N. 3, a *cera nomen habet, ex qua*. Al., a *certo nomen habet, ex quo*. Ibid., *præstabo*. Al., *præstabat*. N. 5, *funalia sunt*. Al., *funalia dicuntur*. Ibid., *scolicæ*. Al., *scoliciæ*; al., *scolici*. Ibid., hoc est, *intortii*. Al., hoc est, *mortis*. Ibid., aut *uncos*. Al., *aduncos*; al., *aduncos*. Ibid., *tuiusmodi*. Al., *hujusmodi*; al., *cujuscemodi*. N. 6, *lambentis*. Al., *lambentis*. Ibid., *motum ostendere*. Al., *medium ostendere*. N. 7, *læterna inde vocata*. Al., *læterna dicta*; al., *lætterna inde vocata*. Ibid., *possit*. Al., *possint*. N. 9, *ignis dicitur*. Al., *ignis est*. Ibid., *cæperit*. Al., *cæpit*. Ibid., *vocatur*. Al., *vocant*. N. 10, *Pharus*. Al., *Pharum*. Ibid., *supra diximus*. Al., *prædiximus*. Ibid., *insidiosos*. Al., *graves*. Ibid., in *portibus*. Al., in *porticibus*. Ibid., *Pharos dicunt*. Al., *pharos dictas*; al., *pharos dicitur habuisse*.

CAP. xi. Num. 1, *dictus*. Al., *dicitur*. N. 2, *breve dicunt*. Vulcanius legendum ait *humi dicunt*. Ibid., *bajonola*. Al., *bajonula*; al., *batunula*. N. 3, *spingæ sunt, in quibus*. Al., *spingæ sunt lecticæ, in quibus*. N. 4, *Rutilius*. Al., *Satilius*; al., *Satrius*; al., *Stratilius*; al., *Sallustius*. Ibid., de *vita Scipionis*. Al., de *vita*

*sua*. N. 6, *conneverant*. Al., *solebant*. N. 7, a *ferendo*. Al., a *deferendo*. Ibid., *Plautus*. Al., *Plantus ait*. N. 8, a *scandendo*. Al., a *scandendo, id est, ascendendo*. Ibid., vel *sellis*. Al., vel *scalis*. Ibid., ob *ascensum*. Al., *ad ascensum*. Ibid., *scansilla*. Al., *scamnilla*. Ibid., in *sedibus*. Al., in *ædibus*. Ibid., *baerent*. Al., *sedent*. N. 9, *considere*. Al., *haerere*; al., *sedere*. Ibid., qui *Græce*. Al., *quod Græce*. Ibid., *dicitur*. Al., *dicitur*. Item *thronum Græce dicitur, nos autem solium*. N. 10, *rex sedet*. Al., *reges sedent*.

CAP. xii. Num. 3, *deferuntur*. Al., *ferantur*. Ibid., *diceres*. Al., *diceret*; al., *dicat*. Ibid., *contexta*. Al., *contexta*; al., *composita*. N. 4, *contexta* . . . *vehicula*. Al., *contextum* . . . *vehiculum*. Ibid., *russati*. Al., *rosati*. N. 5, *viæ sternax*. Al., *viæ sterna*. Ibid., *composita*. Al., *est posita*. Ibid., *deportata*. Al., *deportatur*.

CAP. xiii. Num. 1, *quo*. Al., in *quo*. N. 2, *sustes quod*. Al., *sustes dicti quod*. Ibid., in *terram*. Al., in *terra*. Ibid., quos *rustici palos vocant*. Al., quos *paolos rusticos vocant*. Ibid., *velluntur*. Al., *evalluntur*; al., *evoluntur*. N. 3, *dicuntur*. Al., *dicantur*. Ibid., ab *accipiendo*. Al., a *capiendo*. Ibid., *formum*. Al., *formam*. Ibid., et *formosus*. Al., et *formosum*. N. 4, *novacula eo quod innovat faciem*. Al.: « *Novacula est in quadam subtilitate tensum latius ferrum, radendis pilis acutissimum præparatum, quod licet barbæ segetem metat impressum corpori, tamen substantiam relinquit illæsam.* » Al.: « *Novacula ferrum subtile, satisque acutum; dicta autem novacula eo quod innovet faciem.* » Ibid., *pecten dictus*. Al., *pectines dicti*; al., *pectines dicti*. N. 5, *catenatum*. Al., *catena*. Ibid., *horologium*. Al., *horologia*. Ibid., per *lineas*. Al., per *lineam*. Ibid., *quæcumque diei horam*. Al., *quæcumque diei horas*.

CAP. xiv. Num. 1, *sumitque*. Al., *sumpsitque*. Ibid., *fulgorem*. Al., *nitorem*. N. 2, *vocatum*. Al., *vocatum dicimus*. Ibid., in *similitudinem*. Al., in *similitudine*. N. 4, *falx*. Al., *falsis*, scilicet in *nominandi casu*. Ibid., *putantur*. Al., *amputantur*. Ibid., *dictæ autem sunt falces*. Al., *dicta autem falx*. Ibid., *quod his*. Al., *quod hac*. Ibid., *abscindere*. Al., *abscindere*. N. 6, *resecans*. Al., *secans*. Ibid., *rastra quoque*. Al., *rastrum quoque*. N. 7, *codicem*. Al., *candicem*. Ibid., in *reliquis operibus habeatur*. Al., in *reliquis operiatur*. Ibid., *fossorium*. Al., *fossoriam*. N. 8, *sarculi sunt vel simplices, vel bicornes*. Al., *sarculum ferrum fossorium est habens duos dentes a sarriendo, id est, fodiendo dictum*. Ibid., *pastinum*. Al., *pastinatum*. Ibid., *panguntur*. Al., *sparguntur*; al., *punguntur*; al., *pungantur*. N. 11, *cillantur*. Al., *cillantur*; al., *celluntur*. Ibid., *moventur*. Al., *moventur*. N. 12, *profluit*. Al., *profluat*. N. 13, *exportare*. Al., *portare*. Ibid., *qualus per quem*. Al., *qualus corbes, colaque prætorum, per quem*; al., *quales, per quos*; al., *quales, corbesque prætorum, per quos*; al., *quulus, corbiculæ quoque prætorum per quos*.

CAP. xv. Num. 1, a *flumine*. Al., *ex flumine*. N. 2, *gyrgillus, quod*. Al., *gyrgillus dictus, quod*. Ibid., in *gyrum*. Al., in *gyro*. Ibid., *partica*. Al., *parte*. N. 3, *telonem*. Al., *tolonem*. Ibid., *Græce*. Al., *juxta Græcos*. Ibid., *dicunt*. Al., *vocant*. Ibid., *quod imitatur*. Al., *propter quod imitatur*. Ibid., *levantem, ac deponentem*. Al., *levantis ac deponentis*.

CAP. xvi. Num. 1, *vel quod hæc equi*. Al., *vel quod equi*. Ibid., *lactentes*. Al., *lactantes*. N. 2, *lupata sunt*. Al., *lupati sunt*. Pro *freni asperissimi me ius caset frena asperima*. Ibid., *chamus* . . . Al. add.: « *Chamus genus asperi freni est, quo caballi superbi coerceri solent, dictus a curvitate; chamus enim Græci curvum dicunt.* » N. 3, *habenæ ab habendo dictæ*. Al., *habenæ ab habendo dictas*. Ibid., a *retinendo lora*. Al., a *retinendo ora*. N. 4, *capistrum*. Al., *capistria*. Ibid., *dictum*. Al., *dictam*. Ibid., *quasi ante sellam*. Al., *quasi antesella*. Ibid., *quasi post sellam*. Al., *quasi postella*. Ibid., *cingulum*. Al., *cingula*. N. 7, *caloratum*. Al., *coloratum*. N. 8, *ar-* *du* . . . *siccuter*. Cod. Luc. add.: *Explicit liber Etymologiarum domni Isidori episcopi. Deo gratias. Amen.*



## SEMLERI NOTÆ AD ETYMOLOGIAS.

De quibus vide Isidoriana, cap. 52.

Index capitum omnium librorum, quem Gothofredus præmisit, non est in A et B; ejus loco ibi habentur vi epistolæ Isidori et Braulii, quæ ad historiam horum librorum pertinent. Capita numerantur, sed non omnino ut in Gothofredi Editione, nam quod in hoc est cap. 4, pertinet adhuc in A et B ad caput tertium, quod tamen non probem; nam cap. 2 inscribitur de litteris communibus; ergo etiam adfuit inscriptio de litteris Latinis; et inde cap. 4 numerandum.

CAP. I. Num. 2, *artis præceptis*, id est, *arctatis*, ubi alia aliis arctantur. Vide Festum in *Artus*. Servius in interpretatione in secundam Donati Editionem (quæ est in Editione 12 grammaticorum Ascensii, Parisiis 1516, in-folio, fol. 47 b), unde Isidorus hæc sumpsit, exponit, *brevibus, angustis*; similia habet Diomedes initio libri ii. Inde i-tis temporibus grammatici *artistæ, artigraphi* dicti sunt. *Artes Herodiani* appellat Priscianus, epist. ad Sullianum, sic *ars Phœnii, Donati*, pro grammatica *ἑξῶς*.

CAP. II. Num. 4, *loquendi peritia*. A *recte loq.* Ita fere etiam definit Asper in Arte.

CAP. III. Num. 4, *Varro litterationem*. Asper: *Terenius Varro primum, ut adhuc rudem appellatam esse dicit, litteraturam*; sic et Diomedes, *grammatica, litteratura*; atque hoc præplacet. Num. 3, *legiteræ*. Diomedes, lib. ii, *quasi legitera, quia legitur, vel quod legendibus iter ostendit, vel a litura, quam patitur, vel quod legendo iteratur*. Adde et Priscianum. Varro de Latina lingua lib. i, cap. 7, *legere, quod legantur ab oculis litteræ*. Num. 4, *idem apud Latinos*. B, *inde ita melius*. Ibid., *viginti duobus*. Ita omnes sancti Patres numerant; unde certum est locum Irenæi, lib. ii, depravatam esse, ubi decem Hebrææ litteræ dicuntur, quo decipi se passus est Schukfordius. Vide Acta societatis Latinæ lenensis, tom. I, p. 70. Ibid., *xiiii elementa habent*. xiiii numerat A, atque ita grammaticis aliis convenit, licet x et y Græcas quidam omittant, et xxi numerent; vide Diomedem, lib. ii, pag. 415, Edit. Putschii, Priscian., lib. i, alios. In Editione Gothofredi male excusum xxi. Num. 5, *a lege cæpisse*. Hæc verba sunt ex Augustini lib. iv de Civit. Dei, cap. 39, sed nescio qui factum sit ut hic alius sensus esse videatur, quasi inventæ tum sint litteræ, cum Augustinus hanc sententiam oppugnet, et tantum his verbis recitet eam, ac statim rellat. Putem hic signum allegationis fuisse, etc., aut simile quid, quod ad omnem istam Augustini orationem se referat; apparet enim ex sequentibus, Isidorum litteras ante Moysen inventas credidisse cum multis aliis. Ibid., *Isis... tradidit*. Augustinus, Civit. Dei lib. xviii, cap. 37: *Antequam Ægyptiis Isis... litteras traderet*. Isis vero Inachi filia fuisse proditur; hinc hæc sunt. De litteris Ægyptiorum variis videndus Diodorus Siculus, lib. iii; Porphyrius, de Vita Pythagoræ; adde istoriam Iluniversalium, a doctissimis in Anglia viris scriptam, versionis Germanicæ Halensis. Ibid., *sacerdotales*. Ita Rufinus in Historia ecclesiastica: *Jam vero Canopi quis enumerat superstitionis flagitia? ubi prætextu sacerdotatum litterarum magicæ artis pene publica schola*. Ibid., *Phœnices invenerunt*. Plinius, Hist. natur. lib. v, cap. 42: *Ipsa gens Phœnicum in gloria magna litterarum inventionis*. Athenæus, lib. i, etc. Num. 6, *capita describuntur*. A, B, *scribuntur*, atque id melius. *Describere* est multa scribere, sed capitum titulos paucarum litterarum aut vocum. Ibid., *Cadmus a Phœnice*. Ita et narrat Victorinus, Edit. Putschii, p. 1944. Arde Clementem Alexandrinum, Stomat. i, initio; Chisull., ad inscriptionem Sigeam.

De enumeratione inventarum trifariam litterarum non conveniunt antiqui scriptores. Eusebius, Chronicon paschale, xvi (non, ut hic, xvii) primum litteras usurpatas esse tradunt: ita et Irenæus, lib. i, cap. 12. Aristoteles antiquas x et viii numerat; inde necesse est, ut et variant in numero additarum a Palamede et Simonide. Isidorus certe in tanta varietate non potuit cum omnibus consentire. Ibid., *Palamedes*. Quatuor numerat Victorinus, v, ψ, φ, χ. Dominus Du Breuil mavult Servio ac edere, qui, in lib. ii Æneid., tradit ο, φ, χ, Palamedis esse; sed Aristoteles in eo cum Isidoro convenit o non Palamedis esse, sed Epicarmi; et ipse Servius innuit, certius esse litteram χ a Palamede esse, de aliis dubitari. Irenæus s'militer Isidorum adjuvat. Ergo Isidorus has tres litteras, non si e præcipua auctoritate, illi tribuit. Ibid., *Simonides miles, similiter tres*. in B deest miles; legendum *melius similiter*. Poetam sæpe excitant veteres grammatici, si de metris et eorum ratione sermo est. *Adjecit*; A, *addidit*. Num. 7, *Pythagoras*. Sunt ex Servio, in vi Æneid., nonnullis additis et mutatis. *Formavit* hic non ad primum pertinet, ut sit, *invenit*, sed ad exemplum vitæ humanæ; nam ea littera antiquior certe Servio ea sententia non est. Exstant hæc eadem in Petri Diaconi libro de actis ad Conradum imperatorem. Num. 8, *supplicio*. A, *morte et supplicio*. Num. 9, *figuram crucis*. Ita multi Patrum constanti traditione et pietate perhibent. Vide Montfauconii Palæographiam, et alios. Exstat in Henrici Bentzelii Syntagma dissertationum, tom. i, pag. 110, Edit. celeb. Kappii, schediasma philologicum de *thau*, sive notula piorum frontali, Ezech. ix, 4. Nititur vero hæc antiquorum sententia in eo, quod verba *signa thau* intellexerunt de littera, quam tamen possit nuda esse *signa signum*, ut occurrunt multa nomina in sacro Codice, que litterarum simul sunt in alphabeto, et rerum. Ibid., *et finis*. Ms., *ipse et finis*. Statim *alpha*, non a nuda. Ibid., *Concurrentibus in se*. A, *inter se*. Intelligenda hæc sunt de ratione scribendi, cum α et ω initio scribendi libri vel folii ponitur, et in medio extenduntur lineæ varia arte. Num. 11, *exceptis, quæ*. Unum Ms., *exceptis aliquibus, quæ numeros figura demonstrant, ut i pro uno, c pro centum... et x pro decem littera, quæ et in figura crucem*, etc. Abit ergo lectio paulum ab ea quæ est in notis ad Isidorum per Joannem Grialium collectis, ubi doctissimus Editor nodum in scrupo querit; nam ipse Isidorus negat Latinos ad litteras computare, exceptis quibusdam, quæ non computantur, sed significant, comonstrant. Ad *litteras computare* non est simplices litteras numerare, sed connumerare. Ergo speciem similitudinis Isidorus esse observat, non rationem eandem litteris computandi, sed computandi; id Græcis litteris faciebant; nec impedit quod de x, et de cruce repetit, nam unum alterum non tollere videbatur. *Chi* vero Græcum cum figura crucis convenisse, antiquissimi quidam stauerunt; unde et docti quidam viri in ratione ungenti reges Judæis usitata *chi* formatum esse, auctoribus Rabinis quibusdam, credunt, et imaginem crucis Christi in eo quærunt. Alii multi grammatici, ut Breviloquus, Catholicon, Salomon Constantiensis cum Isidoro conveniunt, et dicunt χ in figura crucis Christi scribi; atqui aliunde non habent, et fuerit adeo in vetustioribus Codicibus, qui varietatis causa truncati esse videntur. Exemplum ejus rei exstat in Salomone Constantiensi, voce *Litteræ*, ubi Isidorum exseribit, nonnullis mutatis, quorsum lectorem ablego.

CAP. IV. Num. 1, *Carmenia*. Servius habere videtur ex Hygino, qui scribit: *Evandrus profugus ex Arcadia, in Italiam transtulit (litteras), quas mater ejus Carmenta in Latinas commutavit*. De Evandro, et Carmenta etiam Livius, lib. 1, cap. 7. Num. 2, *aut communea, aut liberales*. In notis Joannis Griali hæc exponuntur. Constantiensis me fere in errorem duxerat, qui legit *litteræ libérales*. Similiter loquitur Augustinus de Civit. Dei, lib. xviii, cap. 52: *An ipse non est Ecclesium persecutus, qui Christianos liberales litteras docere ac discere vetuit?* Adde Catholicon, et n. 44. Cætera, quæ sequuntur conveniunt plerique cum vetustis grammaticis, et describuntur a Salomone etiam Num. 12, *Sallustius*. Salomone Constantiensis, et A, B, *Salvius*; in Petri Diaconi libro de notis litterarum ad Conradum imperatorem, in corpore Gothofredi, p. 1498, exstat, *Saulius magister*. Pro in sono male Constantiensis legit in s. *Saulium*, vel *Salustium* putem ignobilem fere grammaticum sæculi v vel vi fuisse, qui inter litteras hanc communerit, tanquam Latine et utilem. Ibid., *Karta, Kalendis*. Prior vox abest in A et B. In Salomone exstat *Karthago*, sed abest etiam in Petri libello. De usu litteræ k varia et incerta tradunt veteres grammatici, quos excitare nihil attinet. Num. 13, *quia per e cuncta veteres scripserunt*. Absunt ex A. Videtur et hic varie interpolatum fuisse. Num. 14, *usque ad Augusti tempus*, etc. In Salomone interpolatur post hæc: *Et digne hoc tempore Christi nomen innotuit*, etc. Quæ supra attuli, luculento exemplo, varie et hos libros mutatos fuisse, et ineptiora a peregrinis esse manibus. In Salomone etiam ordo cap. 3 et 4 turbatus est. Num. 15, *a græcia*. Addit A autem. Ibid., *hilarissat*. A addit pro HILARIZAT scribebant. Num. 16, *tria accidunt*. Adde Diomedem, lib. 11. Ibid., *potestas quæ A, qua... qua*; et id melius. Ibid., *uscensibus*. Ma'e Constantiensis *nesciensibus*. Num. 17, *postquam eas. Lego eos*, ut ad oris sonis se referat; eas sane ignoro quorsum pertineat, tamen nemo animalverit. Num. 18, *et apicem*. A, *apicum*, scilicet, figuram, quod malim. Apicis melius veriverbum dat Isidorus lib. xiv, cap. 50, ab *apiendo*; tamen istud ludent innumeris lexicographi. Scaurus: *Apices ibi poni debent, ubi eisdem litteris alia atque alia res designatur*; ita debent, sed opifices sine certa ratione in marmoribus cumulare solent. *Oppositorum* legunt B et Gothofredus, et pro in Salomone habet a, et apponatur legit A. Adde Breviloquum: *Apices, litteræ, quæ in frontispiciis murorum vel ecclesiarum scribuntur, et in principis librorum et titulis legunt*; alio sensu. Ibid., *est enim linea jacens*. Ex Salomone subolet interpolatum hic es-e... *ducta figura autem, qua tota littera scribitur*. Similiter A legit; ergo discrimen inter litteram, seu figuram, et apicem hic indicatur. Et supra pro *dixerunt* malim *distinxerunt*; atque aliter vix fuit oratio.

CAP. V. Num. 1, *Fundamentum liberalium artium*. A, *litterarum*. Salomone Constantiensis, *grammaticus... doctor liberalium litterarum*. Ibid., *hec autem*. In A et B abest autem. Ibid., *loquendi*. A addit *dictandique*. Num. 4, *divisiones grammaticæ*. Fateor, non inveni, numerum omnino xxx a quoquam grammaticorum vetustiorum prodi; tamen si suppletur ista quæ sequuntur, inde ille coit. *Vox articulata*. Priscianus, seu auctor de centibus, in editione Ascensii, folio 122: *Elementum pars minima, partium vocis articulatae*. Ibid. *Vitia*. Intellige *decem vitia* quæ enumerat Donatus, Edit. Ascensii, folio 46, Ibid., *metra*. Priscianus auctor de duodecim carminibus, fol. 114: *Metra generalia novem sunt*. Ibid., *fabulæ*. Priscianus, de præexercit. Rhetor., ex Hermogene translatis.

CAP. VI. Num. 1, *principalia referuntur*. B, *revertantur*. Num. 2, *Conjunctio vero et*. Absunt vero et in A.

CAP. VII. N. 1, *nomen dictum*, desumpta sunt ex Servii in secundam Donati Editionem interpretatione, sed abest ibi quasi *nomen*, quæ tamen in Cledonii Arte

apud Putschium, pag. 1871, ex Donato excitantur cum cæteris. In Editione Gothofredi male deest res. Num. 2, *Cognomen autem vulgo*. A et B addunt *dictum*. Ibid. *superadditur*, uterque, *superadjiciatur*. Num. 3, *appellativa nomina*. Vide Priscianum, libro 11, pag. 579, Putschii, et Asprum, pag. 1728. Num. 3, *et in multorum*. Addunt et in *similiter corporalia dicta sunt*. N. 6, *specialia*. Addunt sunt, id est, *dicta*. Num. 9, *minuuntur*. A, *minuunt sensum*. N. 11, *Calisto*. Addit B *Calypso*, et hoc verius videtur, illud varians lectio fuerit; utitur eodem exemplo Diomedes libro 1. Num. 13, *apud Latinos vero*. A legit nos pro *Latinos*. N. 14, *plurinomia*. A, B, *plurinomia*, falso. Num. 17, *ad aliquid aliter*. A, *qualiter*; ita et Diomedes, lib. 1, pag. 309, Putschii; legerim ergo: *Talia autem, scilicet, sunt, non illa*. N. 20, *patronymica*. Vide Diomedem, pag. 310: *A majoribus, ut Bellides; matribus, ut Latous Apollo, et plura*. Num. 21, *phetica possessiva*. Emendanda est lectio, quam miror toties impressam esse pro *etica* (jam emendata fuerat a Grialio). Illud A; B vero, male, *eretica*. Num. 22, *supposita*. Melius A, B, *superposita*; ita et Salomone Constantiensis; ita et Donatus, de Tropis, pag. 1776, Putschii. Ibid., *adjice*. A, B, *adjicia*; Constantiensis autem, *adjectis eisdem*, atque hoc fere præplacet. Num. 27, *comparatio dicta*. Semel tantum *comparatio*, A, B, atque id rectius. Num. 28, *cætera nomina non sunt genera*. A, B melius, *cætera non sunt et sed hæc pro hoc*. Ibid., *commune... nomen unum communicat*. A, B, *legitimum nomen*; tamen illud servat Constantiensis. Num. 29, *sensus tamen peritiam*. A, B, *tantum*; ita et Constantiensis legit, unde hoc præferrem. Ibid., *et communi*. A, B, *communi, et omni*. Num. 32, *hujus magistri*. A addit *lona*. Ista de casu sunt ex Diomede. Num. 33, *diptota, ut Jupiter*. Ex Diomede, lib. 1, pag. 288.

CAP. VIII. Num. 4, *s'c. A, B, sicque, pro varietas*, male in Gothofredi excusum *varietates*. Num. 2,  *finita*. A, B, *aut finita*. Ibid., *de absentibus dicitur*. A, B, *dicuntur*, melius. Num. 4, *coarctantur*. A, *arctantur*; B, *arctantur*, simplex certe præplacet.

CAP. IX. Num. 1, *verbum dictum*. Melius deducere a Græco *ἔπος*, *dico*, addito dupl'ci digamma æolico. Num. 2, *instans, præteritum*. A, B, *invertunt, præteritum instantes... fecit, faci*. Num. 5, *meditativa dicta*. B addit *sunt*. A est. Ibid., *legere meditor*. A, *legere volo*; ita et Cledonii Ars. Ibid., *inchoantis indicio*. Ita A, B. Indicium in quibusdam Excusis, quod non placet. Diomedes, *vim incipiendi*. Ibid., *formæ*. Aliis grammaticis dicuntur *species, qualitates*. Num. 4, *modi, quemadmodum*. A *quod ad modum*; nemo vetustorum ista explicat, et videntur non recte so habere; an quod *agendi modus sit in suis significationibus?* compendio scribendi facile errari potuit. Ibid., *imperandi*. A, *imperantis*. Num. 5, *legebo*. Olim tamen non infrequenter ex tertia in secundam conjugationem translata esse verba constat. Vide Nonium, cap. 10: *dicebo, vivebo, vel fidebo ut excuditur*. Num. 7, *communis*. Vide Nonium, cap. 7, de contrariis generibus verborum.

CAP. X. Num. 1, *accidit*. A, B, *accedat*, recte. Ibid., *inde dictum*.—*Dictum* abest ex A, B. Addit Salomone: *Quod verbo quasi marito suo adhæret*.

CAP. XI. Num. 1, *quasi participium*. A, B, *participium*, et ita legendum; aliter quasi sine sensu est. Adde Diomedem, edit. Ascensii, folio 41, et Servium, p. 1794, Putschii.

CAP. XII. Num. 2, *forum ipsum*. Ita male conjungitur in Gothofredo et aliis, sed B disjungit *ad forum, ipsum et sensum*; sic Servius, pag. 1796. *Ego, et hi eamus*; in hac elocutione et verba conjuncta sunt, et sensus. Ibid., *non dicimus..... regi*. Desunt in A et B, aut absunt potius. Num. 3, *ubivis præponuntur, et subjunguntur*. A tantum *ubivis ponuntur*. Num. 4, *causæ est*. Absunt ex A, B.

CAP. XIV. Num. 1, *est vocata*. In A est *exsultat*. Ibid., *exsultante cia*. A legit *vah*. Certe *cia* ab *Alcubio*



et Probo hortandi dicitur esse. Diomedes *vah* voluptatis dicit; arbitror *evax* legendum esse, non *cia*.

CAP. XVII. Num. 2, *quia varias vocum moras*. A et B per *varias*. Simpla legendum, non *simplicia*, ut in Gothofredo. Num. 3, *ei vero apud majores*. Ut, *utei*, *sibei*, et similia. Vide xii tabularum leges et antiqua marmora. Ibid., *singulas formas*. — *Singulares*, A.

CAP. XVII. Num. 1, *temporibus consistunt*. — *Insistunt*, A. B. Num. 2, *pyrrichius*. Vide Scaligeri libros de Re poetica; de saltatione hac, seu certamine antiquitatum interpretes, de ludo puerili videtur ex Servio in v *Æneid.*: *Trojaque nunc pueri*, etc. Ibid., *sive ab igne*. Ita fere Scaliger putat; hæc vero absunt ex B. Ibid., *spondaus*. Ita male scribere nondum desinunt pro *spondeus*, Græcè σπονδός, inde et Salomon *spondius* scribit. Ibid., *sacrificantium*. Tangit veram ori-

ginem vocis σπονδός. Ibid., *spondiales*. Usus est Turnebus hac auctoritate ad illustrandum Ciceronem, ii de Oratore, cap. 46, ubi pro *spondalia* ille legi vult *spondialia*. Sed mihi non fit verisimile *spondiales* unquam Latinis auditos esse. Marius Victorinus, pag. 1284, Putschii, habet: *Unde et spondulae appellantur, qui hujusmodi tibias (longas) infare assueverunt*. Non erit qui dubitet, addita littera una, legendum esse *spondaules*, ut *Onoraules*. Similiter in Diomede, pag. 472, Putschii, legimus inter corrupta et hiulca quædam: *Et æquissudi sono tibicem spondalium canere juberet, ut duabus longis melodius, quasi duplicibus et jujbus votis prospera deorum voluntas firmaretur; malim spondaulam*. Hinc hic malim *spondaules*. In Diomede possis etiam legere *spondaulium... jubere-tur*. Ita in Cicerone *spondaulia*.

## FR. ANT. ZACCARIÆ ANNOTATIONES

### Ad cap. IV, V et VI libri VIII Etymologiarum.

CAP. IV. Num. 4, *libros Moysi*. Cod. Luc., quam lectionem videtur Honorius Augustodunensis suis in Codicibus invenisse. Num. 5. Vetus Editio Rhabani; item Veneta Isidori Editio an. 1483, et Parisiensis Bignæi, quibus accedit Luc. Cod., *Efnei dicunt*. Num. 6, *Masboihæi*. Perperam *Marbonei* in Ven. et Paris. nuper citatis Editionibus, nec rectius *Marbonei* in vet. Edit. Rhab. et Luc. Cod. Num. 7, *Genistæ*. Ita vet. Edit. Rhab., et Ms. Cod. Antonii Vionis Herovallii, aliasque Mss. regiæ Parisiensis bibliothecæ exempla apud Cotelerium, tom. I Monum. Eccl. Gr., col. 761, *Genistæi* Parisiensis Editio Isidori, cui etiam Matritensis consentit. Num. 8, *Meristæ*. Cod. Rom. a Grialio indicatus, Luc. et Coteleriani, ad quos accedit vet. Edit. Rhab., ubi *Meristæi* habent Bignæana et Matritensis Isidori Editiones. Ibid. Totum hoc comma a Rhabano omittitur, *uipos enim*, etc. Ibid., *separatio*. Cod. Luc., pro *pars*. Num. 9, *Custodiant*. Edit. Ven. an. 1483.

CAP. V. Num. 1, *suorum auctorum*. Luc. et Pistor. Cod. Num. 2, *voluisset*. Addit Luc. Cod. *Hic in tempore Neronis fuit, et in anno 23 post crucem Christi mortuus est*; forte scribendum fuerat 33. Certe Simon an. 65 interiit. Num. 3, *mago*. — *Mugno* perperam in Bignæi Editione. Omittitur id nōminis in Cod. Pistor. Num. 4, *vocati*. Cod. Pistor., pro *appellati*. Ibid., *sunt qui*. Cod. Luc. Ibid., *abnegat*. Cod. Luc. et Pistor. Num. 5, *sancto Stephano*. Cod. Malatestius. Ibid., *a Petro Diaconus*. Cod. Luc. Ibid., *hubes bonum*. Cod. Pistor. Ibid., *quod odisti*. Codices Luc. et Pistor. Num. 6, *qui animam*. Cod. Luc. Ibid., *et bonum*. Cod. Pistor. Ibid., *Deum creasse*. Cod. Malatestius, qui aliam propterea omnino sententiam Basilidianorum dogmati tribuit. Ibid., *fungunt dogmatibus*. Cod. Luc. Num. 8. Ex Gratiano, *Millenarii* Editio Matrit. At *Milliastæ*, ut in Bignæana, scripsisse Isidorum cum Cotelerio tom. I Mon. Eccl. Gr., col. 765, nullus dubito. Nam et *Milliastæ* habet Rhabanus, lib. ii de Instit. cleric., et Codices plures errorem exhibent, qui nōnnulli *Milliastæ* exscripto nomine emendari possit. Sic *Milliasti*, Cod. Herovallianus ab eodem Cotelerio indicatus; *Militiasti*, Pistor.; *Miticiastæ*, Luc., Malatest. et Ven. Editio an. 1483. Num. 10, *virtutum cognitio*. Pistor. Cod. Num. 12. Ego assentiri viris doctissimis (Chaconi et Grialio) haud possum. Nam non solum quos ego consulti, Codices Malatest., Luc., Pistor., alique, sed etiam quos sub oculis habuere Rhabanus et Honorius Augustodunensis, non aliter hunc locum exhibent. Itaque de loci integritate non est cur dubitemus. Appellia potius mentem haud recte assecutum Isidorum dicamus. Num. 13, *archontem* legebat Chacon. Nil immutandum, repugnantibus Codicibus Rhabani, Honorii et nostri.

Num. 14, *qui*. Pistor. Co. 1., alii quod. Ibid., *imitantur*. Cod. Pistor., et Luc. Num. 15. *Cajani* dicuntur in Luc. Cod. Num. 21, *creationis*. Recte, ubi Ven. et Bign. Editio, et Codd. Luc., Pistor., et Malatestius, *creatoris*: hujus tamen margini antiqua manu genuina lectio, quam ex Matritensi Editione reddidimus, ascripta est. Num. 25. Una Bignæi Editio: *abominantur carnes*. Num. 27, *provincia Phrygia*. Ita præter Matritensem Editionem Codex Luc., Pistor., Herovallianus, et Regii tres a Cotelerio indicati, tom. I Mon. Eccl. Gr. p. 773, ubi *provincia Cataphrygiæ*, Ven. et Bign. Editio; Malatestius autem Cod., *provincia a Frigia*, unde et hoc facte ad germanam lectionem traduci possit. Ibid., *Priscilla*. Cod. Luc.; alii, *Prisca*. Ibid., *Dei, et Spiritus sancti*. Cod. Pistor.; *sancti Spiritus* Ven. Editio. Num. 31, *recipiunt*. Addit hic Bignæana Editio: *Anomiani, id est Latine sine lege dicuntur*, quod Honorius quoque Augustodunensis suis in Codicibus legit. Num. 33: *Heracitæ*, Ven. et Bign. Edit., Codd. Luc., Pistor., et Malatestius, qui etiam, pro *hierarcha*, *Heraclio* exhibent. Num. 34. Una Bignæi Editio, *cathedram pontificalem*, quemadmodum paulo post, *apostasias recipere*. Num. 35, *Christum enim*. Hæc usque *compellati sunt* omittuntur in Codice Pistoriensi. In Malatestio autem desunt ea, *pro paupertate intelligentiæ compellati sunt*. Num. 40, *e collis*. Cod. Pistor. Ibid., *mundum*. Ita Ven. et Matrit. Editio cum Cod. Luc. et Pistor.; Bignæus, *mundum factum fuisse*. Num. 53, *Cotopitas*, in Corbeiensi Codice Maurini legerunt, ut monent ad Augustini epistolam 53. *Campitas*, non *Cotopitas*, Fabricius, in Philastr., alique malunt. Vide etiam quæ ad Hieronymi indiculum diximus. Num. 61, *celebrandum*. Cod. Malatest.; alii, *observandum*. Num. 64, *a Nestorio*. In locum sancti Sisinni suffecto an. 428, quemadmodum statuit Cuperus, in Historia Chronologica Patriarch. Politanorum, quem vide. Auctores cum antiquos, tum recentiores, quid de Nestorio ejusque hæresis disseverunt, recenset Fabricius, Biblioth. Gr. tom. IX, pag. 256 seqq. Adde Doucini nostri Gallicam historiam Nestorianismi 1698; Joannis Sartorii dissertationes duas de Nestorio hæresiarcha; Pauli Ernesti Jablonski exercitationem historicotheologicam de Nestorianismo, et illa inprimis Nestorianorum phrasi, quæ humanam Christi naturam templum Divinitatis vocare solebant; et Josephi Sim. Assemani dissertationem de Syris Nestorianis, tom. III Biblioth. Orient., p. 2. Num. 65, *ab Eutyche*. De quo confer Liberati Diaconi Breviarium, auctoresque alios, a Fabricio indicatos t. VIII Bibl. Gr., p. 350. Num. 66. Cur huc capitula Chalcedocensis appellet, cum sint in quinta synodo tractata, cur item eorumdem capitulorum divum Isidorum aut debeat, aut non debeat defensor videri, vide annot. Segobriacæ antistitis

ad cap. 4 lib. de Viris Illustribus. Num. 67, *ordinati* A *episcopos*. Vide Sollerium in patriarch. Alexandr. Histor., n. 340 seqq. Ibid., *Dicunt naturam*, Cod. Pistor. Ibid., *Contendunt*. Hæc tamen hæresis pridem sub Timotheo III Alexandria: episcopo eruperat, Severo monacho, cui Timotheus ipse favebat, corruptibile, incorruptibile Christi corpus docente Juliano Halicarnasense. Vide Liberati Breviarium cap. 19; Sollerium, l. c., num. 357; et Petavium, de Incarnat., lib. 1, cap. 16, num. 30 seq. Num. 68. De Agnoitis adi Petavium.

CAP. VI. Num. 8, *Pisianactian*. Ita veteres libri. *Pisianactian* impressi; et quidem utroque modo constat eam periticum appellatam. Vide Laertium in Zenone, et Plutarchum in Cimone. Num. 10, *continentiæ, quam esse negant*. Hæc addidi in indiculo Hieronymi, et Cotolerio, tom. I Mon. Eccl. Gr., col.

719, nam et ipsa orationis series ea postulat; nam quemadmodum id in Stoicis omnino ridiculum, quod affectarent gloriam æternam, cum se faterentur non esse æternos, ita in illis hoc erat summopere absurdum, quod amare se virtutem continentis præ se ferrent, cum eam esse negarent. Num. 15. Non desunt qui Epicurum omnino tam infami criminatione absolvant, Guaseus vir doctus aliique. Num. 17, *Gymnasium*. Idem inf., lib. xviii, cap. 17. Num. 19, *ut Pythagoras*. Cicero. lib. de Natura deorum. Ibid., *ut Maro*. Ita Matrit. Editio, et Bignæana, quibus consentiunt Codices duo Malatestii et Luc.; Veneta tamen Editio an. 1483 aliique libri Varro habent. Num. 23. Hæc fuse diligenterque tractata habes a Massuetio, diss. 1 in Irenæi libros. Vide etiam abbatis Longuevree de origine hæresum disputationem.

## AREVALI NOTÆ

### AD S. ISIDORI HISPALENSIS ETYMOLOGIAS.

PRÆF. Nonnulli Mss. et Editi præmittunt epistolas Isidori ad Braulionem, et Braulionem ad Isidorum, quibus Etymologiarum mentio fit. Eas nos simul cum aliis Isidori epistolis edemus. De Etymologiis, earum Editionibus, et mss. exemplaribus, fuse actum fuit in Isidorianis, c. 49, et seq. Præfatio ad Braulionem, in quibusdam Codicibus *ad Sisebutum* directæ dicitur, in nonnullis vel ad Braulionem, vel ad Sisebutum, aut ad utrumque. Inter additamenta, sive appendices ad Etymologias, primum locum dabimus quibusdam versibus hexametris in laudem Deiparæ, qui in Codice Regio vaticano 1953 inter eas epistolas et indicem capitulum libri primi inseruntur. Semleri annotationes in prima capita libri primi post Etymologiarum appendices proferuntur, qui multa emendat quæ jam Grialius occupaverat, quia etsi hujus notas laudat, tamen eas, ut ego puto, apud Breulium legerat, non in Editione regia Matritens.

#### LIBER PRIMUS.

CAP. I. Num. 1. *Disciplina a disc*. Alii putant disciplinam syncope esse *discipline*, a *discipulo*; et exstat quidem vox *disciplina* in antiquis nummis.

N. 2. *Quod artis præcepti*. Etymon *artis* pluribus explicat Becmanus, de Origini. lat. ling., pag. 88, verbo *Pulcher*. Isidorus hæc ipsa repetit cap. 4, num. 2, et ante ipsum Cassiodorus in præfat. de grammatica: *Ars vero d. cta, quod novis (forte nos) regulis arctet atque constringat*. Alii dicunt a *græcis hoc tractum esse vocabulum ἀπό τῆς ἀριστείας*, id est, a virtute doctrinæ, quam disertis uniuscujusque bonæ rei scientiam vocant.

CAP. III. Num. 1. *Calculatores*. Adde Pignorium, de Servis, pag. 164, qui ex Augustino, lib. 1 Confess., cap. 15, profert hæc verba: *Illas primas, ubi legere, et scribere, et numerare discitur*. Semlerus mallet, *litteraturam pro litterationem*; sed *litterationem* habet non solum Augustinus, sed etiam Martianus Capella, lib. III, paulo post initium: *Hincque mihi Romulus litteraturæ nomen ascripsit, quamvis infantem me litterationem voluerit nuncupare*. Vide etiam notas ad Glossarium Isidorianum, verb. *Magister ludi, calculo*. Grialius edidit *introducunt*, melius quam alii *Excusi introducuntur*; sermo enim est de litteris, quæ verba per oculos introducunt.

N. 4. *Apud illos alph*. Grialius, *idem apud Latinos* A. Reposui cum aliis *inde*. Legi etiam posset *id est*; nam *idem* et *id est* in Mss. sæpe confusa sunt.

N. 5. *Hebræorum lit*. Versus de inventoribus litterarum, quos Crinitus refert, exstant inter carmina sancti Eugenii Toletani, part. 1, carm. 24, et in trac-

tatu 1 de grammatica sancti Juliani Toletani. Vide etiam Anthologiam latinam Burmanni, et tom. IV, Pisarens. Edition. Poetar. Latinor., ubi diverso ordine versus collocantur, sed ita ut cætera consentiant. De inventoribus litterarum multi agunt, quorum nonnullos recenset Fabricius in Bibliogr. Antiq., cap. 21, num. 11, ubi versus, quos dixi, Eugenii Toletani Ennodio Ticinensi attribuit; sed eos ego inter Ennodii carmina non reperio.

N. 6. *Phæniceo colore*. Rubro. Ovidius, lib. 1 Trist., eleg. 1, vers. 7:

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Vide Bochartum, Geogr. Sacr. Chan., 1, 20

N. 7. *Reposui deduxit pro deduxit* apud Grialium et alios. Nonnulli dicunt *v* non a Pythagora, sed a Palamede inventum. Plura de his videri possunt innot. Munckeri ad Hyginum, fol. 277.

N. 8. Similes locutiones per infinitivum passim occurrunt apud Isidorum, præsertim in Mss.: *Quinquæ autem esse*, etc., quia, ut ego puto, per litterarum compendia auctoris nomen, qui id tradidit, ascripsit, quod a librariis postmodum neglectum, vel non intellectum fuit.

N. 9. *T figuram demonstrans dominicæ crucis*. Verba Ezechielis in Vulgata sunt: *Et dixit Dominus ad eum: Transi per mediam civitatem in medio Jerusalem; et signa tau super frontes virorum gementium et dolentium*. De significatione litteræ tau plura congesti in Prudentianis, c. 20. Addere poteris alia ex Editione PP. Apostolicæ. Cotelerii, cum not., tom. 1, p. 29, Antuerpiæ, 16. 8. Scribendum est tau, non than, ut in Editione Grialii, et in nonnullis bibliis.

N. 11. *Sed sola verba componunt*. Apud Grialium desinit caput, *verba componunt*; sed non puto omnino omitienda esse ea quæ in vetustissimis Mss. etiam nostris reperiuntur. Confer, not. Semleri. De litteris, notandus Ausonii versus, idyll. 42, de litteris:

In Latio numerus denarius Argoliceam x.

CAP. IV. Num. 8. *Eadem et digamm*. Non est omitenda Vulcanii annotatio ad hunc locum: *Cur v digamma vocetur, ex pronuntiatione Germanica constat, qui (Forte, quæ) v ut f, pronuntiat, quod duplici gamma constat*. Atque hinc etiam intelligitur, cur in multis Mss. præsertim Gothicis sæpe *v* pro *f* reperitur, ut *veritas* pro *feritas*, etc.

N. 14. *X littera*. De antiquitate litteræ x conferendæ quoque Matthæus Ægyptius in explicatione senatus-consulti de Bacchanalibus ad verbum *Exdecendum*. Verba *Et digne*, etc., de quibus Grialius, exstant

etiam in duobus mss. Codicibus Toletanis optimæ notæ, quorum variæ lectiones ad me transmissæ sunt, ut in Isidorianis, cap. 107, num. 32 et seqq., monui.

N. 15. Tobias Gutherlethus, de Saliis, cap. 26, ex Velio Longo, refert s inveniri in carmine Saliari. Id si verum est, addit, falsus est Isidorus. Sed advertendum, Isidorum loqui de communi usu scribendi, cui contraria paucorum exempla non refragantur.

CAP. VII. Num. 27. *Secunda pars nom.* In nonnullis Mss. titulus est, *Secunda pars nominis comparatio.*

N. 53. *Diptota, ut Juppiter.* Grialius inficiatur Juppiter varietates duas habere. At Isidorus auctoritate Prisciani se tuetur, qui lib. 6, pag. 695, Edit. Putsch., ait Juppiter habere genitivum proprium Juppiteris, vel Juppitris; nam Jovis est ab antiquo nominativo Jovis. Hodie hic tantum genitivus Jovis in usu est.

CAP. IX. Num. 1. Quædam de perfecta forma leguntur in Impressis, ut ait Grialius (Vid. Grial. ibi, not.); sed infra, num. 5, post verba *quid agamus*, ut ex variis lectionibus animadvertes.

CAP. X. Num. 1. *Accedat.* Grialius cum aliis impressis edidit *accidat*; et in Mss. quidem sæpe *i pro e*, ut contra *e pro i* reperitur. Hoc loco malo cum Semlero *accedat*; nam verbo adverbium verius *accedit* quam *accillit*.

CAP. XIII. Num. 1. *Loquelares.* Loquelares etiam has præpositiones vocat Julianus Toletanus in opere quod nunc editur de Grammatica, ubi multa ex Isidoro sumit, sed et illustrat.

CAP. XIV. Num. 1. *Ab exultante vah.* De interjectione *vah* confer Semleri notas. Conjici potest Isidorum scripsisse *ab insultante, vah*, ex Hieronymo, epist. 20, ad Damas.: *In lingua Latina habemus interjectiones quasdam, ut in insultando dicimus VAB, et in admirando PAPÆ, et in dolendo HEI.* Sed lectioni Vulgatæ favet locus Augustini a Grialio prolatus, et exempla quædam, quæ afferri solent ex Terentio. Adde Augustinum, tract. 51 in Joannem, quem locum fortasse Grialius innuere voluit; nam verba eadem videntur.

CAP. XVII. Num. 2. *Pyrrichius.* Menrsius, de Saltat. veter., advertit Servium ludum *pyrrichiam* cum Iudo troja confudisse, quod ex Capella et ex hoc Isidoro loco colligit. Multi putant *pyrrichiam* dictam a Pyrricho Cretense, qui primus docuit Creteuses saltare sub armis ad *pyrrichii* pedis sonum.

N. 13. *Ad celeuma canentium.* Communior scribendi ratio est *proceleusmaticus*, ut *celeusma*; sed et *celeuma* in optimis veteribus libris reperitur, et Julianus Toletanus in opere de grammatica *proceleusmaticus* quoque dixit.

N. 26. *Insulæ... Achates.* Correxì Editionem Grialii depravatam commutatis litteris, *insulæes, Achut pro insulæ, Achates.*

N. 30. *Metra petib. accidunt.* In Cod. veteri Regioval. 212 est opusculum Isidoro tributum hac inscriptione: *Incipiunt inventicula de p. dibus nobis necessaria*, quod append. 2 ad Etymologias proferam. Fortasse enim editum hoc opusculum ab Isidoro fuit, antequam Etymologias conficeret, ex quo postea cupit 17 libri hujus Etymologiarum digessit.

CAP. XVIII. Num. 6. *Accentus autem reperti sunt.* De accentu fuse agit Ricciolius, in Prosodiæ parte octava, quæ est *De accentu in pronuntiando et scribendo*, ubi plures alios allegat.

*Ibid.* Grialius edidit *et non producta meta*; et ita fere Mss.; quibusdam placet Vulcanii lectio, *et non producta ME*, hoc est, prima syllaba in *meta*. Nonnulli *producte pro producta*.

CAP. XIX. Num. 6. *Versui.* In antiquissimo Tollet. Cod. est *verui* pro *versui* hic, et n. seq. Utroque figura alio modo exprimitur, ut simul cum notis Sententiarum ad cap. 21, in tabula, representabitur.

CAP. XX. Num. 1. Vetus fuit interpungendi consuetudo, sed non communis, neque ab omnibus observata. Cassiodorus, lib. 1 Instit. divin. lect.: *Sed ut his omnibus addere videaris ornatum, posituras,*

*A quas Græci θέσεις vocant, id est, puncta brevissima pariter et rotunda, et planis ima singulis quibusque pone cavittibus, præter translationem sancti Hieronymi, quæ colis et commatibus ornata consistit.* Vide etiam Dionemedem, lib. II, pag. 432, Putsch., et quæ annotavi ex Sergio, in Proleg. ad Sedulium, cap. 171. Sequiori ævo plures distinguendi, et interpungendi notas recensebat Peregrinus quidam librarius a me relatus in Isidorianis, cap. 108, n. 26.

N. 2. *Prima positura.* Cassiodorus, loc. cit., alio modo explicat: *Prima est media; secunda subdistinctio; tertia plena.* Sed Isidorus Diomedi consentit; quod videtur approbare Lipsius in epistola ad Hubertum Audeantium, de distinctioe et interpunctione, centur. 3, misc. ep. 39, ubi observat nos variasse isto ævo. Eruite de hoc argumento disseritur in Actis Academiæ Barcinon., tom. I, cap. 2, pag. 456 et seq. In Chronici Gottwicensis tom. I, prodr. lib. 1, cap. 1, pag. 20 et seqq., plura congeruntur de antiquissimo interpunctionum usu, ubi explicatio Isidori cæteris a'iorum facile præfertur, præsertim allegato Cassiodori testimonio.

CAP. XXI. Num. 1. In Chronici Gottwicensis cit., tomo I, p. 24 et seqq., proferuntur hoc et seqq. capita de notis ex Codice Gottwicensi sæculi XII; sed non exprimitur an sit Codex Etymologiarum. Pauca vero discrepant.

N. 2. *Asteriscus.* Augustinus, epist. 10, ad Hieronym.: *Asteriscis notati quæ in Hebræo sunt, et in Græco desunt; obeliscis autem quæ in Græco inveniuntur, et in Hebræo non sunt.* Ex quo patet scriptores veteres sententiarum notis pro libitu aliquando usos, non ad certam constantemque regulam. De forma notarum minime solliciti esse debemus, sive earum quæ in cit. Gottwicensi Chronico excuduntur, sive aliarum quæ ab aliis ex antiquis membranis ostentantur, siquidem in Mss. et Editis magna est discrepantia. Hoc curandum, ut definitioni ab Isidoro traditæ forma consentiat: aliæ varietates, quæ, servata illa definitione, aut descriptione, intercedere solent, librariis ascribendæ, ut apud nos easdem litteras Latinas, aut Græcas alio modo format. Confer tabulam æream a nobis additam. (*Hanc tabulam habes ad cæteram hujus tomi. Edit.*)

N. 22. *Χρῆσιμον.* Ven. Thomasius, in præfat. ad Psalterium, tom. II, Edit. Vezzosi, pag. 23, describit quinque notas quibus in Psalterio usus est, et inter eas *chrismon*, ut vocat,  $\rho$ , quæ ex voluntate scriptoris ad aliquid ponitur. Notum est, per hanc notam Christi nomen exprimi, quod idcirco *monogrammon* dicitur. Grialius aliud etymon sequitur. Videndus etiam Fortunius Licetus, de Lucern., lib. VI, cap. 47. Apud Ciampinum, tom. II veter. monument., pag. 172, tab. 19, quædam antiqua monumenta notam exhibent, quæ aliis *chresimon*, aliis *ceranium* videntur.

N. 23. *Phi et rho.* Grialius edidit  $\phi$  et  $\rho$ ; sed melius est expressum nomen harum litterarum *phi et rho*, ut conjecti Vulcanius, hac subjecta annotatione: *Emendo PHI et RHO. Nota enim ex his duabus litteris composita videtur. Cumque Isidorus ipse hanc notam dicat solere poni ob sollicitudinem, equidem crediderim per hanc notam significari φωνήτων, hoc est, obscurum esse locum, ideoque diligentius de eo cogitandum esse.* Librarii conjunxerunt *phierho*, ex quo processit in Mss., et Editis *phietro*. In Psalterio Gothico, quod Toleti adhuc asservatur, hæc ipsa nota apparet, sed aliquantulum diversa forma, ut observatur in perquam erudita præfatione ad novam Editionem Breviaris Isidoriani, sive Mozarabici, pag. 20.

CAP. XXII. Num. 1. *Vulgares notæ.* *Ennius primus.* De notis vulgaribus multi multa scripserunt: quædam ego proferam, quæ ab Isidoro illustrandum, defendendumque maxime pertinent. Lipsius, in epistola ad Leonardum Leisium, de notis, et notariis veterum, lib. I, epist. 27, advertit primum has notas ab Isidoro *vulgares* dici,

ut a iuridicis et militaribus distinguantur. Deinde putat Isidorum non scripsisse *Ennius primus*, sed *Persannius primus*; nam de Ennio nihil hujusmodi legitur. Sed fortasse de posteriori Ennio non cogitavit, de quo Grialius. Nomen autem *Persannii* Lipsius ex veteribus Editionibus sumpsit: sic enim legit: *Commentus est notas, sed tantum præpositionum. Post eum Tertius Persannius. Philargyrus et Aquila, etc.*, et corrigi: *Post eum Persannius, etc.*, abest enim a Mss. vox *Tertius*. Pro *astantes* idem Lipsius suspicatur legendum *audientes*; nam in quodam Ms. invenerat *addentes*; non tamen damnat *astantes*. Imo hoc solum ego verum puto; videtur enim proprium fuisse notariorum, ut colligi potest ex hymno Prudentii in honorem sancti Cassiani, quem pueri, qui stylis fodiebant, ita alloquebantur, Peristeph. hymn. 9, vers. 71:

Reddimus ecce tibi tam millia multa notarum,  
Quam stando, flendo, te doceate, excepiimus.

Nisi dicamus pueros, quia sub magistri disciplina erant, stantes excipere solitos notas. Samuel Pettus observat. lib. II, cap. 1, ita distinguendum censet: *Commentatus est notas. Sed præpositionum tantum post eum tertius Persannius, Philargyrus, et Aquila, etc.* Scilicet Tiro notas characterum invenit distinctas a vulgaribus Ennii per litteras. Tironem exceperunt Philargyrus et Aquila. Persannius tertius post Tironem notas præpositionum tantum adiecit. Notas, quas Tironi Grutherus ascripsit, supposititias esse censebat Peveratus, qui veras Tironis notas penes se esse assererat, ut dixi in comment. ad Prudent. hymn. 9 Perist. vers. 23. Fortasse Isidorus ita intellexit, ut Ennius primus (Junior, scilicet) 4,100 notas diversarum vocum invenerit; primus quoque Tiro notas præpositionum tantum, de quibus Ennius tacuerat, commentus fuerit. Post Tironem Vipsanius, seu Persannius, ut alii Editi, aut Saminius, vel Saninius, ut nonnulli Mss., Philargius, sive Philargyrus, et Aquila, alius alias addiderunt. Neque male esset alii alias addiderunt. Grialius unum, eundemque hominem facere videtur Vipsanium Philargium; sed melius distinguemus: Vipsanius, Philargius. Cæterum cum veteres ipsi multum inter se varient de inventoribus notarum, opinor Isidorum ex alicujus sententia primum Ennium auctorem fecisse, deinde ex alterius opinione Tironem. Facile autem fuit ut librarii nomina scriptorum ad marginem indicata præmitterent, ut jam in Isidorianis animadverti. Alia de notis videri possunt in Actis Academiae Barcinon., tom. I, pag. 427, tom. I, prodr. lib. I, ad Chronic. Goltwic., et apud Fabricium, in Bibliogr., cap. 16, num. 15, et in Bibl. vet. Lat., cap. 9 lib. II, num. 8, et lib. IV, cap. 6, qui diversas veterum notarum Editiones, explicationesque, necnon auctores, qui de eis agunt, recenset. Bibliotheca Vaticana Otoboniana, num. 2971, servat opus ms. præstantissimum, et quantivis pretii, scilicet Joannis Baptistæ Guazzeroni interpretationem in veteres notas Romanorum, etc. Notarum loca sunt 6,400, explicationes 10,720. In veteribus membranarum Vaticanis nonnulla occurrunt etiam Isidori nostri opuscula notis antiquis Romanorum exarata.

N. 2. Deinde Seneca. Lipsius, in epist. cit. ad Lesium, putat Senecam Patrem ab Isidoro intelligi, qui opus notarum effecerit in quinque millia. Verisimilem hanc suspicionem vocat Fabricius, in not. ad cap. 9 lib. II, n. 8, Biblioth. vet. Lat., quamvis Bernardus a Mallinkrot, cap. 24, de natura et usu litterarum, philosophum Senecam innui malit. Pignorius, de Servis, pag. 110, neutrum admittere velle videtur; nam ex verbis Senecæ de notis epist. 40: *Vilissimum mancipiorum ista commenta sunt*, colligit falsa Isidorum narrare. Sed cur non potuerit Seneca commentum, quod fuit vilissimum mancipiorum, dignum existimare, quod ipse, vel quisvis alius ingenus homo amplificaret? In textu Editionis Grialii

et in notis legitur: *Contractu omnium*; Varro qui talem contractu pro contractione, contractura usurpavit lib. I R. R., cap. penult. Sed melius cum aliis videtur *contracto*, scilicet collecto, digesto, et aucto numero, etc., ut in exemplo a Grialio producto ex Suetonio, et apud eundem Suetonium, in Augusto, cap. 31: *Duo millia librorum contracta undique cre-mavit*.

CAP. XXIV. Num. 1. In breviculis. In not. ad Pol-lucem, tom. II, lib. VIII, cap. 9, conjicitur hoc loco reponendum in *maticulis* pro *in breviculis*. Scaliger *ferale sonans* V ab Ausonio, idyll. 12, vocari alii, quia ab eo incipit verbum *utulari*; sic ille interpretatur. Exploratum quidem est in veteribus quæ exstant mon-umentis V poni pro *vivit*. Exempla præter alios con-gressit v. c. Marinus in Actis Arvalium, pag. 610 et seqq. Quid ergo? eritne reponendum in Isidoro V pro T? Repugnant mss. exemplaria: Et Rutgersius quidem, Var. lect. lib. V, cap. 17, defendit T pro su-perstite a Græco verbo τριπύω. Rutgersio adhaeret Barthius, lib. XLIV Advers., cap. 6, qui neque in lin-gua Latina rationes deesse ait, ut pro littera hæc crucis benedictæ indice pugnemus, ut quod littera illa, quam *ducem recti* Ennodius, epigramm. 17, vo-cat, hominem erectum, et brachiis bene utentem, adeoque sanum et vigentem denotat. Rutgersii ejus-dem conjectura Nic. Antonio, in Biblioth. vet. Hisp., lib. V, n. 97, non placuit; qui contra Lipsium, de recta Pronuntiatione linguæ Lat., cap. 14, V pro T substituere volentem, amplectitur potius Thomæ Reinesii ob-ervationem, qui lib. I Var. lect., cap. 7, T pro T in Isidoro legendum contendit; nam T li-ttera initialis est vocis *ὕψιας, sanitatis, incolumitatis*, quod Galerii insigni testimonio confirmat. Addi pos-est ex eodem Isidoro supra, cap. 3, n. 7, T ad exem-plem vitæ humanæ fuisse formatum, et num. 8: *Quinque autem esse apud Græcos mysticas litteras: prima T, quæ humanam vitam significat, de qua nunc diximus. Secunda θ, quæ mortem significat*. Ac facile quidem fuit T, demissis corniculis, inter exscriptorum manus in T transire. Vellem tamen in antiquis breviculis militum aliquod hujusmodi exemplum appareret. Fortasse hic usus cœpit, postquam imperium Roma-num ad Græcos imperatores devenit. Grialius et alii Editi ita interpungunt: *Habet per medium telum. Id est, mortis signum. Malo, telum, id est, mortis signum*, ut apud eundem Grialium supra cap. 3, n. 8. Alioquin *theta* quoque mortis signum dicitur, ut a Martiali, lib. VII, epigr. 36:

Nosti mortiferum questoris, Castrice, signum.  
Est operæ pretium discere theta novum.

In versu Persii erat *est*, pro quo restitui *es*. Montfau-conius, lib. 4, cap. 2, Palæogr. Græc. advertit anti-quos scripsisse θ cum lineola in medio, recentemque esse morem aliter scribendi, scilicet θ. Videndus Bot-tarius in inscriptione sepulcrali, quam illustrat tom. I Romæ subterr., pag. 74, in qua θ exaratum conspicitur.

N. 2. Cum autem *impuritiam*. Vide suo loco varias lectiones de *imperitia, impuritia, aut peritia*.

CAP. XXV. Num. 1. *Notas etiam litterarum*. Arts occulte scribendi, sive steganographiæ, artiisque oc-cultas scripturas solvendi et legendi præter Trithemium plures præcepta tradiderunt, recensitū a Fabri-cio in Bibliogr. Antiq., cap. 24, num. 11. Ciceronem quoque notis litterarum usum fuisse, colligit Emmas. Frider. Gregorius, in dissertat. de scribendi genere per signa, præcipue apud veteres Latinos, quæ legi-tur vol. II Actor. societ. Latini. Ionenis.

N. 2. *Pro x autem l red. ad dupl. aa*. Verba Cæsaris fortasse incipiunt a cum, atque ita legendam erit, *incident, non incidunt*, ut Grialius habet. Verba *Pro x autem, etc.*, Grialius censet ita legenda: *Pro x autem, etc.* At Suetonius, in Augusto, eodem modo loquitur cap. 88. *Pro x autem duplex aa*. Neque Isido-rus tradit, cap. 3 et 4, Augusti tempore extremam lue-ram fuisse x, sed y et z usque ad Augusti tempus apud

Romanos scriptas non fuisse, quod ipsum de littera  $\alpha$  docuit. Diverso modo Cæsarem litteras commutasse, cum ad alios scribebat, ex Suetonio, in Julio Cæsare, cap. 56, ostenditur; quartam enim elementorum litteram, id est,  $d$  pro  $a$ , et perinde reliquas commutabat. A. Gellius, lib. xvii, cap. 9, Noct. Attic., laudat Probi grammatici commentarium satis curiose factum de occulta litterarum significatione epistolarum C. Cæsaris scriptarum.

CAP. xxvi. Num. 1. *Gladiatorum motu*. De notis digitorum, et computo, sive loquela per gestum digitorum, sermonem instituit in Isidorianis, cap. 86, num. 15. Grialius in textu edidit *gladiatorum motu*; sed in notis videtur voluisse *gladiatorum nutu*, quod recens Editor Matritensis amplexus est. Imo etiam ipse Grialius inter Editionem procurandam; etsi enim in meo exemplari textus exhibet *motu*, in alio tamen exemplari quantumvis ejusdem Editionis, reperi *nutu*. Ita quandoque inter se ejusdem Editionis exemplaria variant. Non video causam cur contra plerumque veteres Codices mutem *motu* in *nutu*.

N. 2. *Ennius de quad. impud.* Cum ex Festo constet Nævii hos esse versus, tuto reposui Nævius pro *Ennius*, quamvis Grialius, aliique Editi et Mss. constanter legant *Ennius*. Facile enim fuit ut primi librarii pro Nævii nomine, fortasse per litterarum compendium indicato, *Ennius* subrogarent. Ita etiam *dotatim*, quod in Grialii aliorumque Editione erat, mutavi in *datatim*; nam favet princeps mihi editio si e anni nota, et nonnulli Mss. Plautus similiter, *Curcul.* ii, 3, 18: *Qui pila ludunt datatim*, hoc est, invicem dando. Qui pila datatim ludebant, vocabantur *pilierepi*, de quibus Seneca, epist. 56, et Lipsius, in not. De usu pilæ pulchri sunt Manilii versus, lib. 5, vers. 165 seqq. Versus in Mss. Codicibus mendose plerumque descripti sunt, ut ex var. lection. constabit. Vestigium etiam superest verbi quod Festus conservavit *adnicat*, neque debuit certe ab Isidoro omitti. In *Vulgata* apud Salomonem legitur, *Annuat oculis*, non *oculo*.

CAP. xxvii. Num. 5. *Exsultat*. Isidorus, ut in Isidorianis et in his notis jam monui, ac sæpe monebo, nomina auctorum ex quibus verba aut sententias sumebat margini per compendia litterarum mihi videtur appinxisse; quæ a librariis per negligentiam aut ignorantiam prætermissa deinde sunt (*Vid. Grial.*, ibi, *not.*). Hinc mirum videri non debet, si interdum duæ contrariæ sententiæ, ut hoc loco, proferantur.

N. 26. *Væ interjectio*. Neque verba, neque sententia, quam Grialius A. Gellio imputat (*Vid. Grial.*, ibi, *not.*) apud eum reperiuntur. Lib. v, et cap. 12 cit., ne nominavit quidem vocem *vetus*, in qua certe vè brevis est, non tamen in *vecors*. Sententia ergo Gellii, loc. cit., et cap. 5 l b. xvi, est vè particulam duplicem significatum, eundemque diversum habere; nam et augendæ rei valet, et minuendæ; augendæ, ut in *vehemens*, et in *vetus*; quod ab *ætatis* magnitudine dictum putat; minuendæ, ut in *vecors*.

N. 27. *Ita et Xrista*. Christi nomen in Mss. scribi solet  $\chi\rho\varsigma$  ex Græco idiomate, ex quo monogramma  $\text{X}$ . Alii etiam scribebant *Xps*, quia p Latinum simile est r Græco. Cum autem litteræ omnes exarabantur, retento  $\chi$ , ita efferebatu: *Xristus*; quæ scribendi ratio ad extrema usque tempora permanavit; ut in multis etiam libris editis observare licet, in quibus ea quæ ad Christum Christianosve spectant, indices ipsi ad litteram  $\chi$  rejiciunt. In alphabeticis carminibus Christianorum pro  $\chi$  passim *Xristi* nomen inseritur, ut adverti ad Sedulium in hymno abecedario, vers. 84, ubi restitui *Xristo-myron post Sabbatum*, pro *Xeromyrrham post Sabbatum*, uti antea contra metri rationem legebatur.

N. 29. *Sicilicum superponet*. Sicilicus apponebatur *erite* supra vocalem quæ ab antiquis geminabatur, ut ex veteribus inscriptionibus Marinii, in Actis Arvalium, pag. 39, ostendit; scilicet, in RYFA, SYRA,

A MŶSA, etc. Suspicitur autem Marinii Victorinum sicilicum confudisse cum lineola quæ in inscriptionibus adhuc conspicitur, tanquam signum duplicandi consonantes, ut COMISSVM, etc. At Victorinus libros appellat, non inscriptiones: *Sicut apparet*, inquit, *in multis adhuc veteribus ita scriptis libris*. Adeoque deceptum eum non ita facile suspicari debemus. Et in ipsis quidem inscriptionibus quas Marinii, pag. 37, indicat, lineola ad duplicandam sequentem consonantem imposita sicilico non valde dissimilis est, ut in VETIO pro *Vettio*. Potius credam sicilicum duplici modo formatum fuisse vel per modum apostrophes, ut in MŶSA, etc., vel per modum accentus gravis, ut in VETIO. Sed cum Victorinus dicat: *Supra litteram, quam geminari oportebat, sicilicum imponebant, et Isidorus: Sicilicum superponebant.... non duplicabant litteras, sed supra sicilicos apponebant*, non recte edidit Grialius *seta*, *ser'a*, *as'eres*: sed scribendum SEL'A, SER'A, AS'ERES, atque ita intelligitur quod ait Festus: *Sicilicum dictum, quod semunciam secat*. Secat enim litteram, quam duplicandam indicat. In lapidibus antiquis sæpe deest una e duabus consonantibus duplicandis. In appendice 3 ad Etymologias tria alia opuscula de orthographia exhibebo, quorum primum Etymologiis in Codice Albanio insertum est, alterum Isidori nomine inscriptum in veteri Codice Regio-vaticano 6048 invenitur, tertium ex Codice Etymologiarum Vat. Arch. 1 proferam.

CAP. xxviii. Num. 1. Reprehenditur a Grialio Isidorus (*Vid. Grial.*, ibi, *not.*) vel certe hoc ejus caput. Ecceur autem? Apud Quintilianum, inquit, similitum comparatio est analogiæ pars, apud Isidorum ipsum genus. At nihil prohibet, partem aliquam analogiæ peculiari nomine vocari comparationem, ut revera una ex octo analogiæ partibus ab Isidoro vocatur, scilicet comparatio positivorum, et nihilominus analogiam in genere dici similitum comparationem, sive proportionem. Melius, ait Grialius, *Sergius similitum rationem dixit*. Sed quid Ciceroni opponit, quem C secutus noster Isidorus est? *Id*, inquit, de *Univers.*, cap. 4, extr., *optime assequitur, quæ Græce ἀναλογία, Latine (audendum est enim, quoniam hæc primum a nobis novantur), comparatio, proportione dici potest. Vox comparationis videtur nova fuisse Ciceronis tempore, sicutem in sensu analogiæ; idcirco ait, audendum est, etc., neque usitatum rationis vocabulum adhibere voluit.*

N. 2. *Dissentiunt casu*. Hoc loco Isidorum a Grialio reprehendi non puto (*Vide Grial.*, *not.*): certe reprehendi non debet. Ut enim desit similitudo, satis est, quod *lepus*, et *lupus* dissentiant casu.

N. 4. *Pistrinum, pistrilla*. Observandum *pistrilla* esse potius a *pistrina*, *pistrinæ*, quam a *pistrinum*.

CAP. xxix. Num. 4. *Ut Silva*. Si etymologiam Græcam sequi velimus, potius *sylva* quam *silva* scribere debebimus; et nonnulli quidem *silva* scribunt, sed repugnant plerique auctores orthographiæ.

CAP. xxx. Num. 1. *Hanc philosophi ad verbum*. Scribendum per duo verba *ad verbum*, ut apud Græcos. Grialius voluisse videtur *adverbum*, vel *ad-verbum*. Descriptio glossæ ab Isidoro adhibita sensu magis proprio accipienda est, quamvis alioquin latiori sensu amplior quædam interpretatio *glossa* dici possit. Eodem modo Isidorus explicat cap. 29 lib. ii, n. 6, ex Mario Victorino, quintam speciem definitionis, quam Latine *ad verbum* dicimus. Ad hanc glossæ definitionem exactum videtur Glossarium Isidorianum, in quo fere semper unius verbi res uno verbo manifestatur.

CAP. xxxi. Num. 4. *Differentia est*. Huc pertinent duo libri Isidori, quorum alter *Differentiæ verborum* inscribitur, alter *Differentiæ rerum*, post Etymologias a nobis adducendi.

CAP. xxxii. Num. 8. *Labdacismus*. Simili modo, atque eisdem ferme verbis *labdacismus* definit S. Julianus Toletanus in opere de Grammatica, lib. 7, p. 115, qui multa ex hoc libro S. Isidori sumpsit.

Num. 9. *Ut mater terra.* Non dubitavi reponere *mater terra* pro *mater tera*, quod Grialius aliiqve vulgo editi habent. Collisionis descriptio duo verba exigit, et *mater terra* legitur in Editione mea veteri sine loci annive nota, et in alia Veneta anno 1483, faventque nonnulli Codices mss.

CAP. XXXIII. Num. 2. *Cilicibus.* Grialius in not., e *cilicibus*; in textu, a *cilicibus*, quod plerique alii exhibent.

CAP. XXXIV. Num. 5. *Cacephaton dictio obscena.* Vossius, lib. IV Instit. Orator., cap. 6, § 10, negat a re obscena videri ductum: *His animum arrecti dictis*, præsertim cum Maro a virginali pudore *Parthenias* fuerit dictus. Hæc vocabula grammatici passim explicant.

CAP. XXXVI. Num. 13. *Nubila, nix, grando.* Deesse conjunctionem puto *Nubila, nix et grando*, ut versus hexameter recto stet talo.

N. 15. *Tollentemve manu.* Ex Virgilio reposui *Tollentemve manu*, quod librarii commutarant in *Tollentemve manus*, ut exstat in Editis.

CAP. XXXVII. Num. 8. *Metonymia.* Ex Charisio.

N. 9. *Vulcanus mittit.* Grialius parentheses clausit verbum *mittit*, quod tamen exstat in plerisque Mss. et Editis, etiam apud Julianum Toletanum, n. 183. Poeta fortasse scripsit:

Commistam mittit Vulcanus ad astra favillam.

In Editione veteri legitur:

Mistam Vulcanus committit ad astra favilla.

Putabam:

Mistam Vulcanus cum mittit ad astra favillam.

N. 13. *Synecdoche.* Grialius non semel edidit *synecdoche*. Reposui *synecdoche*. Id enim postulat usus, et etymologiæ ratio ex verbis Græcis petita. Apud Julianum *synecdoche* est significatio pleni intellectus capax, etc.

N. 20. *Synchysis.* Nonnulli Mss. et Editi habent *synthesis*; Grialius cum aliis *synchysis*, ut legitur etiam apud Servium, in Editione Petri Danielis. Restitui *synchysis*. Videtis Alciatum, lib. X Parerg. jur., cap. 11, et Ger. Joan. Vossium, lib. IV Instit. Orator., cap. 1, § 14.

N. 28. *Paræmia.* *Paræmia contra stimulum calces* significat *rei contrariæ resistere*, ut ait Charisius, adeoque apud Isidorum fortasse legendum *adversis resisti*.

CAP. XXXIX. Num. 6. *Eosque longos.* Gellius, lib. XIII, cap. 15: *In longis versibus, qui hexametri vocantur.* Turnebus, in Ciceron., II de legibus, versus finem, observat ex Cicerone Isidorum, non omnino malum, ut ait, auctorem, sumpsisse quod Ennius *longos* vocaverit hexametros. Giralduus, de Poet., Livium Andronicum Ennio antiquiorem statuit; sed addit controversiam esse inter scriptores de ejus tempore, et annorum numero. Inter fragmenta Livii nonnulli versus hexametri occurrunt, ac proinde hic ante Ennium versus hexametros fecisse dicendus est. Confer A. Gellium, lib. XVII, cap. 21.

N. 9. *Nam heroes a. v. q. aerei.* Videtur Isidori ævo scribi vulgo consuevisse *æros* pro *heros*; nam vocabularium nominum per alphabetum incipit: *Æros vir fortis et sapiens*, quo spectant verba hujus num.: *heroes appellantur viri, quasi aerei*, etc., et similia lib. VIII, cap. 11, num. 96. Scriptura sane probari non potest, sed etymon non ita absurdum est. Sunt enim qui existunt *heroes* dictos ab *ἀἴρ*, *aer*, quia terrestria non sapiunt, sed supereminet instar aeris. Vide Beccmanum, de Orig. Lat. ling., pag. 525.

N. 16. *Chorumque agrstem Dianæ.* Grialius videtur ex conjectura voluisse *Agrstem Dianæ*, vel in dativo *Agrsti Dianæ*.

N. 17. *David prophetam... Mnemia.* In Editis et Mss. invenio *propheta*; sed legendum *prophetam*, ut lib. I de Eccles. offic., cap. 6: *Hymnos primum eundem prophetam condidisse ac cecinisse manifestum est, deinde et alios prophetas.* De Nympha Mnevia Ti-

motho discrepant inter se mss. Codices, neque certa lectio erui potest. In Isidorianis cap. 97, n. 19, ex Cod. Vatic. 4498, cujusdam Idvomeæ nymphæ Mæricæ memini, quæ fuit mater Rhythmonis, a qua rhythmus creditur dictus. Suspicabar, hanc esse Cymothoem, sive Timothoem, de qua Isidorus: *Coujetera etiam nonnulla esse potest de Phemonoc, de qua Fortunatianus in sua arte, cap. de dactylico, sic refert: Hunc (dactylicum) Ennius longum vocat. Græci deliacum, quia hoc genere Phemonoc Apollinis vates vaticinatio est.* Gottfridus Olearius dissertationem edidit Lipsiæ 1708, de poetiis Græcis, quam nonnum vidi.

N. 19. *Similiter et nunc.* Prohibitum tamen fuerat a concilio Toletano III, anno 583, can. 22: *Religiosorum omnium corpora, qui divina vocatione ab hac vita recedunt, cum psalmis tantummodo psallentium vocibus debere ad sepulcra deferri. Nam funebre carmen, quod vulgo defunctis cantari solet, vel pectoribus se proximis, aut familias cadere omnino prohibemus...*

Si enim potest hoc episcopus Christianorum omnium (Al., Christianos omnes) prohibere, agere non moretur. A religiosis tamen omnino aliter fieri non debere censemus. Fortasse episcopi otinere non potuerunt ut ejusmodi funebria carmina in funere omnium Christianorum cessarent. Qui autem interpretantur *Religiosorum omnium corpora*, hoc est, *fidelium omnium*, deceptos constat ex sequentibus verbis, quibus distinctio inter religiosos et Christianos adhibetur. Sententia ergo esse videtur, ut si episcopus in funere cujuslibet fidelis carmen funebre prohibere possit, id agere non moretur, sed omnino in religiosorum funebribus carmen funebre prohibendum esse statuitur.

N. 25. *Centones.* Locus Tertulliani est cap. 39. Grialius ediderat *facilitatis, hodie ex Virgilio fabula in totum.* Verba restitui, ut nunc in Editionibus correctis leguntur. Alii etiam exhibent *plenissime exarsit*, et mox *Homero centones etiam vocari solent, qui, etc.*

N. 26. *Proba uxor Adelphi.* De Probæ centone sermonem habui in append. 5, ad Sedulium, n. 52, Decreti Gelasii, ubi inter libros apocryphos recensetur cento de Christo Virgilianis compaginatus versibus. Leges centonis explicui ibid., append. 1, not. 88.

CAP. XLI. Num. 1. *Historia ἀπὸ τοῦ ἰστοροῦ.* Gellius, lib. V, cap. 18: *Historiam ab annalibus quidam differre eo putant, quod cum utrumque sit rerum gestarum narratio, earum tamen proprie rerum sit historia, quibus rebus gerendis interfuerit is qui narret; eamque esse opinionem quorundam Verrius Flaccus refert in libro de Significatu verborum quarto; ac se quidem dubitare super ea re dicit; posse autem videri putat nonnihil rationis in ea opinione, quod historia Græce significet rerum cognitionem præsentium.*

N. 2. *Series... a sertis florum.* *Seriem a sero* alii deducunt, ut *congeries a congero*. Et ita *series*, ut observat Beccmanus, pag. 965 de Origin. ling. Lat., proprie competit hortulanis et agricolis, qui serunt; et inde ad alia transfertur quæ certo ordine sunt.

CAP. LXIV. Num. 3. *In commentariis acta sunt.* Nescio an Grialius Isidori mentem assecutus fuerit. Isidorus non ait, ex actis commentarios compositos, sed docet *annales* ab anniversariis gestis nominata quæcumque acta digna memoris per annos in commentariis essent prescripta. Neque novum est dicere *commentarios actorum*, aut *acta in commentariis*.

N. 4. *Inter historiam autem et annal.* Gellius, loc. cit., ex multorum opinione, refert omnes *annales* esse *historiam*, non omnem *historiam annales*, nam *historia* est rerum gestarum vel expositio, vel demonstratio; *annales* sunt *historia servato cujusque anni ordine*. Peculiariora vero sunt, quæ in hoc genere ex Sempronio Asellione refert Gellius: *Vernum inter eos qui annales relinquere voluerunt, et eos, qui res gestas a Romanis præscribere conati essent, omnium rerum hoc interfuit. Annales libri tantummodo quæ factum quoque anno gestum sit, id demonstrabant, id*



est, eorum quasi qui diarium scribunt, quam Græci ἡμερησίᾳ vocant. Nobis non modo satis esse video, quod factum esset, id pronuntiare, sed etiam quo consilio, quaque ratione gesta essent demonstrare. Vide etiam Ciceronem, in Orat., cap. 20.

N. 5. *Inter historiam, argum. et fib.* Servius ad Æneid. 1, vers. 239, revocato a sanguine Teucri, in edit. Lugdunobatav. 1680, ita habet: *Et sciendum inter fabulam et argumentum, hoc est, historiam, hoc interesse, quod fabula est dicta res contra naturam, sive facta, sive non facta, ut de Pasiphae. Historia est argumentum quidquid secundum naturam dicitur, sive factum, sive non factum, ut de Phædra.* Fortasse legendum: *Historia et argumentum quidquid, etc.* In Codicibus mss. hic quoque est finis libri, cum epigraphæ *Explicit*, aut: *Finit liber primus*; sed ita ut in nonnullis ultima quatuor capita veluti separato titulo proferantur cum inscriptione *De Historia*. In Toletanis vetustissimis sub hoc titulo hi quatuor paragraphi indicantur: I. *De vocabulo Historiæ.* II. *De primis auctoribus Historiarum.* III. *De utilitatibus Historiæ.* IV. *De generibus Historiæ.* Sed non interseruntur inscriptiones capitum, ut in Editis.

## LIBER SECUNDUS.

CAP. II. Num. 2. *Nam membranis retentis q. adh.* Hunc Isidori locum imitatus videtur Hefelonus, dum ejusdem Isidori eloquentiam laudat, ut dixi in Isidorianis, cap. 5, n. 9.

CAP. VII. Num. 2. *Benivolus.* Recepta consuetudo scribendi *benevolus*, ut *beneficium*, *benedico*, etc., retineri potest, ut Cellarius aliique probant. Confer not. ad lib. x, verbo *Benevolus*.

CAP. IX. Num. 3. *Licet Apostolus.* Isidori ipsius puto esse *licet Apostolus*; hoc enim vult dicere, Apostolum quoque arte dialectica atque rhetorica usum aliquando fuisse, quod Hieronymi verbis astruit. In multis Mss. est *sylogismos... utuntur*.

N. 14. *Ex sola assumptione.* In plerisque Codicibus tantum legitur: *Ex sola assumptione, ut est illud: si inimicus est, etc.*

N. 15. *Ex sola conclusione.* Vossius, Instit. Orat., l. III, c. 5, § 5, observat, id ex Victorino sumptum, et addit hoc pacto argumentari oratores, cum antecessit conclusio.

N. 16. *Sequitur epichærem.. Latior et exsecutor rhetoricus syllogismus.* Vossius, ibid., § 4, vult scribi *epichirama*. Productionem sermonis explicat, quia orator adjungit majoris et minoris probationem. In multis Gothicis Codicibus legitur, *latior, et exsecutor rhetoricis syllogismus*.

CAP. X. Num. 2. *Ratio commendat.* Locus hic laudatur ab Attone, epist. 1, t. II, p. 298: *Cum beatus dicat Isidorus: Consuetudo est jus, etc., ubi corrigendum quod per legem, et legendum quod pro lege.*

CAP. XVI. Num. 2. *Nisi id quod dicat et facere dicat.* Cod. 1. Vat. Arch., nisi id quod dicat et facere, quod fortasse præferendum. Præmisit enim Isidorus, cap. 3, n. 1: *Orator est igitur vir bonus, dicendi peritus. Vir bonus consistit natura, moribus, artibus.* Cum Cod. 1 Vat. Arch. consentit Cod. 2 Tolet. Poterit etiam legi: *nisi id, quod deceat, facere, ut eadem sit sententia.*

CAP. XVII. Num. 2. *Sicque... fit periodus.* Huc pertinent ea quæ de positura, sive interpungendi ratione dixi lib. I, cap. 20. Periodum intelligit Barthius, lib. II Advers., cap. 17, esse versus illos quibus distingui olim opera solebant, ut etiamnum sacra biblia.

CAP. XX. Num. 4. *Altitudinem suggerit.* Nostri mss exhibent: *altitudinem imaginis*, et V. A. I, omissis aliis: *Demissum lapsi per suum, imaginis suggerit.* Fortasse legendum: *altitudinis imaginem suggerit.*

CAP. XXI. Num. 3. *Ut est illud Africani.* Africanus fortasse est ille Africanus homo disertus, causarum defensor assiduus, a Valente occisus, cujus his verbis

A Ammianus Marcellinus meminit lib. xxix, cap. 3. Alius fuit Africanus jurisconsultus.

N. 4. *Adolescentia senectuti dedecoramentum.* Verbum *dedecoramentum* in Lexico Latino Forcellini prætermisum est, ubi tamen reponitur *inhonestamentum*, laudato hoc Græci loco. Pro *inhonestamentum* frequentius est *dehonestamentum*, de quo vide Rosweydi Onomasticon post Vitas Patrum.

N. 5. *Vi atque ingratiis coactus.* Non assentior Grialio qui *coactus* interpretationem esse asserit. Recte enim Latine dicitur *vi coactus*, *necessitate coactus*, et Nepos, in Themistocli, cap. 4, ait: *Ut ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur.* Cur ergo rejicitur *vi atque ingratiis coactus*?

N. 6. *Hinc denique... Cum iniquitate, luxuria, ignavia.* In Editis Ciceronis deest *hinc ante denique*; et mox additur *cum*, scilicet *cum luxuria, cum ignavia*.

N. 7. *Bina et bina.* Vulgata nostra: *Contra malum bonum est, et contra mortem vita: sic et contra virum justum peccator.* Et sic intuire in omnia opera Altissimi. Duo, et duo, unum contra unum.

N. 27. *Flentis.... Admonentis.* Desunt exempla in *Flentis, Admonentis*, etc.; sed in nonnullis Mss. additur *ut*, scilicet *Flentis ut, admonentis, ut, etc.*

CAP. XXII. Num. 1. *Quæ logica dicitur.* Ger. Joan. Vossius, de Natura arithm., lib. III, cap. 4, ait veteres mathesin etiam ante logicam didicisse: ab hoc ordine postea recessum a nonnullis, ut ex his Isidori libris patet. Id secuti sunt barbari scriptores in trivio et quadrivio. Non probat Vossius. Rationes pro utraque parte plausibiles afferri possunt; et Isidoro Cassiodorus prævit.

CAP. XXIV. Num. 2. *Et immobile.* Alii minus bene apud Lactantium *et mobile*, aut *et immortale pro et immobile*; qua de re videndi Copernicus, Cardinalis de Cusa, etc., indicati in not. ad Lactantium, cura Joan. Baptistæ Le Brun, et Nicolai Lenglet.

N. 4. *Contemplata ratione.* *Contemplatus* passive pro *inspectus, consideratus*, usus quoque est Ammianus Marcellinus non semel; adeoque lectio Codicum *contemplata ratione* sollicitari non debet.

N. 8. *Pro qua nostri theoricam.* Eodem modo trium generum disciplinas Isid. rus explicat in præmiis tit. de libris Salomonis. Confer not. ad eum locum. Pro *theoricam* nonnulli Mss. habent *theologiam*.

N. 15. *Astronomia est disciplina, etc.* Repetitur hæc descriptio cap. 24 lib. III, desumpta ex Cassiodoro, lib. de Astronomia, ex quo legi posset *cursum caelestium siderum, et figuras contemplatur*.

CAP. XXV. Num. 9. *Boethius editus.* *Boethius* et *Boethius* vulgo scribi solet. V. C. Marinus, in Act. Arval., pag. 595, ostendit veram scribendi rationem esse *Boethus*, ut legitur in antiquissimis inscriptionibus. Sed, ut ipse fatetur, jam sæculo v et vi *Boethius*, et *Boethius* scribebatur.

CAP. XXVI. Num. 3. *Annotationes in Cassianum,* quas Grialius laudat (*Vid. Grial., ibi, not.*), sunt Petri Chacon, ex quo plurimas notas ad suam Isidori Editionem Grialius acceperat.

CAP. XXVIII. Num. 3. *Qui conducit.* In Mss. *et* et *ad* sæpe confunduntur, ut *Eradius* pro *Eractius*. Hinc suspicabar legendum hoc loco, et seqq. *concludit*, quod verbum proprium est artis syllogisticæ et a Cassiodoro, et aliis, ex quibus Isidorus profecit, adhibitum.

CAP. XXIX. Num. 6. *Quam Græci xat' ἀντιλέγον.* Ita explicatur *glossæ* vocabulum lib. I, cap. 30, n. 1.

N. 12. *Ut sit assis.* *Assis* in recto casu pro *as* usurpatur etiam a veteri Persi scholiaste, ad sat. 2, vers. 59, et Donato ad Terentii Phormion. I, 1, 9.

CAP. XXXI. Num. 1. *Quod juxta Ciceronem a versum vocatur.* Notum est sancti Juliani Toletani opus, quod Antikeimena inscripsit, quia agit de sacra Scripturæ locis, quæ in speciem positiva videntur et ab eodem explicatione opportune adhibita in concordiam revocantur.

N. 6. *Infantem non dicere sine dentibus.* Ait Isido-

rus infantem, cui ætas tenera dentes nondum concessit, non esse dicendum *edentulum*, vel *sine dentibus*, tanquam dentibus privatum, cum eos nunquam habuerit.

### LIBER TERTIUS.

CAP. I. Num. 1. *Græci enim*. In Editione Grialii est nota litteræ a ante verba, *græci enim*; sed nihil subnotatur; fortasse annotatio excidit inter excudendum. Existimo autem eo pertinuisse notam, ut admoneretur id sumptum ex Boetio, aut aliquo alio. Arithmetica cæteris disciplinis mathematicis priorem esse, late probat Boetius, de Arithmet., lib. 1, cap. 3.

CAP. II. Num. 1. *Numeri discipl.* Vossius, de natura artium, cap. 10, observat errasse Cassiodorum, de mathem. discipl. cap. de arithmet. quem Isidorus hoc loco exseribit, ubi ait, primum latinorum de arithmetica scripsisse L. Appuleium sive Apuleium Madaurensis; nam præcessit Terentius Varro.

CAP. III. Num. 1. *Non numerum*. Plerique numerum dictum existimant non a *numo*, sed a *νομή*, quod est distributio.

N. 2. *Quatuor a figura quadrata*. Alii volunt quatuor esse a *χάρτα* pro *χατ* *τέτρα*, quia Æoli dicebant *tria*, et pro quarto et alterum.

N. 3. *Octo vero per translationem*. Octo per translationem, quia iisdem litteris Græce est *ὄκτώ*.

N. 4. *Porro viginti... quod sint decem bis geniti*. Ex Isidoro Papias: *Viginti quasi decem bis geniti*. Quod Becmanus, pag. 1134, non improbat; sed *giinti*, aut *ginta* redolere græcum *κόρυθα* addit, quod in compositione numerum denarium denotat, ut in *triginta*, etc., *τριάκοντα*, etc.

N. 5. *Centum vero a cantho*. Alii centum dictum putant a græco *ἐκατόν*. Etymon verbi mille nonnulli ita explicant, mille dictum a græco *χίλιοι*, *χίλιος*, vel ab Hebræo מלך, quod est plenitudo, multitud.

A mille factum miles. De his iterum Isidorus, lib. ix, c. 3. Scribendi ratio plerisque placet mille cum duplici *li*, *milia* cum uno.

CAP. IV. Num. 1. *Ratio numeri*. Hac ratione permotus Isidorus scripsit librum de Numeris, sive eorum mysteris; de quo dixi cap. 63 Isidorianor.

N. 3. *Noti hujus artis*. Simili significato Isidorus cognitum usurpavit in epist. ad Braulionem: *Quia non valeo, etc. Postulavi te, ut mihi decadem sextam sancti Augustini transmitteres: posco ut quoquomodo me cognitum ei facias*. Forte cognitum ejus, scilicet, *decadis*. De his rursus in not. ad eam epistolam.

CAP. V. Num. 8. *Novem mensurat ter terni*. Fortasse legendum, *novem mensurant ter terni*. Sensus hic est: numerus ternarius ter ductus est mensura numeri noni, et numerus ternarius quinquies ductus est mensura numeri decimi quinti.

CAP. VI. Num. 1. *Alii inæquales. Iste*. Apud Grialium erat *inæquales. Iste dividitur sic*. Alii vulgari multum discrepant. Melius videretur *inæquales. Ille dividitur*, etc.

N. 14. *Varie atque inter se multum discrepantes lectiones hujus capituli seorsum in variis lectionibus legi possunt*.

CAP. VII. Num. 2. In Mss. et veteribus Editionibus descriptæ sunt figuræ numerorum, quas præterire non licet, etiamsi eas Grialius omiserit. Vide cap. 13. num. 2, et tabulam æream cum figuris numericis et geometricis apponendam ad cap. 12.

CAP. VIII. Num. 2. *Secund. geometr.* Fortasse Isidorus innuit duo media geometriæ esse ita inveniendâ, ut unum ex arithmetica sumatur, alterum ex musica, quod clarius explicat cap. 23. Probaturo vero esse media, si multiplicata tantundem faciunt atque ipsa extrema multiplicata.

CAP. IX. Num. 2. In Cod. Ottonob. 6 inenio fragmentum hoc titulo: *Item de numero Isidori*, quod aliquo modo ad hunc locum referri potest, et in append. 4. collocabitur; proprie autem magis ad grammaticam quam ad arithmetica pertinet.

CAP. X. Num. Cassiodorus, quem alioquin Isidorus sequi solet, primum de musica, tum de geometria disseruit.

CAP. XII. Num. 2. In Editione principe, sine loco et anno, et in vetustissimis membranis, expressæ sunt figuræ geometriæ, quas ex Isidori mente reponi debere ex cap. seq. n. 2 arguitur.

N. 4. *Cylindrus*. Cylindri figuram simul cum aliis numericis, geometricis et musicis æri incisâs ex veteribus mss. Codicibus exhibeo. Uteriores figurarum explicationes inter appendices proferentur.

CAP. XIII. In *superioribus figuris*. Grialius, qui figurâs cap. præced. omisit, non videtur animum ad hæc verba advertisse.

CAP. XV. Num. 1. *ἀπὸ τοῦ μῶσαι*. Gerbertus, in sylloge scriptorum veterum de musica, hæc Isidori capita protulit, ut in Isidorianis, cap. 53, n. 53, advertit. Ante Grialium Vulcanius jam ediderat *μῶσαι*. Gerbertus e suo Codice *apo tu muson*; sed in Cassiodoro, lib. de Artibus, cap. 5, legit *ἀπὸ τοῦ μωσαιων*, quod inusitatum est a *μῶσ*. Res eodem recidit.

CAP. XVI. Num. 3. *Et lamenta ad tibias canebantur*. Juvencus, ad loc. cit. Matth., non *tibias*, sed *tabus* memorat, et simili modo in veteri versione Vercellensi non *tibicines*, sed *tabicines*. Sedulius Vulgatæ nostræ lectionem retinuit. Vide not. ad lib. II, vers. 430. Juvenci, et ad l. III, vers. 134. Sedulii. Pro *conviviale* melius esset *convivale*, ut habet Gerbertus; sed cum *convivialis* apud Macrobius etiam legatur, dubia quamvis scriptura, retineri poterit *conviviale*. Quintilianus, sive Quintilianus, qui de musica scripsit, a Grialio laudatus, est Quintilianus Arietides, cujus opus exstat inter alia ejusdem argumenti, a Meibomio edita.

CAP. XVII. Num. 3. *Quidquid loquimur, etc.*, ex Cassiodoro, loc. cit.; num. 2. Gerbertus in suo Ms. videtur invenisse *venarum impulsu* pro *venarum impulsibus*.

CAP. XVIII. Num. 2. Auctores qui de musica ejusque partibus scripserunt, necnon de multis musicis instrumentis singillatim dissertationes ediderunt, plena manu more suo recenset Fabricius in Bibliograph., cap. 4, n. 15 et seqq., quod hic observatum volui, ut etiam in seqq. capitibus præ oculis habeatur, præsertim cum de instrumentis musicis agetur. Addere licet e recentioribus Martini, Eximenam, etc.

CAP. XX. Num. 2. *Vox tubæ infremuit*. Fortasse: *Vox tubæ ut infremuit*. Sequentia verba sunt Virgiliti, lib. III Æneid., vers. 556, et afferuntur pro alio exemplo *vocis abusivæ*.

N. 3. *Symphonia est modulationis temperamentum, etc.* Ita fere Cassiodorus, lib. de Musica. Figuram musicam ex vet. Cod. Tolet. repræsentat.

N. 13. *Vinnola*. Etymon vocis *vinnula* ex Isidoro multis placet. A *villo*, qui est quidam pilorum hoccus, est *vinnus*, vel, ut alii putant, a *vinnu* est *villus*. Neque desunt qui originem *vinnuli* repetunt non a *vinnu*, sed a *vino*. Scribitur *vinnolus*, *vinnulus*, *vinnulus*.

CAP. XXI. Num. 1. Multi sunt qui de musicis instrumentis in genere, et in specie opera conscripserunt, a Fabricio, ut dixi, recensiti. In his est Bouaninus, cujus recentior Editio hunc præfert titulum: *Descrizione dell' istrumenti armonici d'ogni gener, seconda Edizione riveduta, corretta, ed accresciuta dall' Abbate Giacinto Ceruti, ornata con cxx. rami, incisi da Arnoldo Wanxesterout. Roma, 1776, in-4°.*

N. 2. *Organum vocab. est general.* De organo observavi quædam ad Prudent. Apoth. vers. 148.

N. 4. *Hinc et tibicen*. Erant tibicines sacrorum, de quibus mentio fit in lapidibus antiquis apud Reinesium, Gudium, etc. Joannes Zach. Hilligerus dissertatione edita de tibicinibus in funere adhibitis. Vitteb., 1717. Quædam etiam ego annotavi ad Juvencum, lib. II, vers. 400, et ad Sedulium, lib. III,







vers. 154. Confer præterea Vulpinum, ad carm. 62 A Catulli, ubi de tibiaram materia agit.

N. 5. *Calamus n. est prop. arb.* Isidorus, sive quis alius etymologiæ auctor, fortasse *calamum* dictum voluit a *clamando*. Sed *calamus* Græcè quoque ita dicitur *χάλαμος*.

N. 6. *Fistula autem dicta.* Alii *fistulæ* nomen vel factitium a sono putant, vel tractum a Græco *φυσάω*, *inflō*.

N. 7. *Sambuca.* Sambucam organi genus Festus aliique esse dicunt. Illud ipsum instrumentum videtur fuisse quod nos *harpa* dicimus. Propterea Pignorius, de Servis, pag. 81, miratur cur Isidorus mentionem hic de tibiis ingerat. Existimo Isidorum ab instrumento musico sambuca ad arborem *sambucum* sermonem convertisse, quasi dicat: *Est autem sambuca genus ligni fragilis*, etc. Cæterum *sambucam* Syriacum nomen, et inventum esse, multi arbitrantur.

N. 8. *Pandura.* Lampridius, in Heliogab., cap. 32: *Ipsæ ad tibiis dixit, tuba cecinit, pandurizavit, organo modulatus est.* Casaubonus, ad Lampridium, pag. 112, vers. 34: *Pandura, inquit, quasi πανδουρις, quæ dicitur et Isidorus innuit.* Nonnulli tradunt instrumentum trichordium fuisse, alii multas tibiis cera junctas, quod ad Isidorum accedit. *Pandero* Hispanis species tympani est, quod nomen fortasse ex uno ad aliud instrumentum musicum transit. Nam hoc loco Isidoro sermo est de instrumentis organiceis, non de rhythmicis. Hoc ipsum puta de *bandurria*, quod Hispanis instrumentum rhythmicum est, et a nonnullis a *pandura* derivatur: quod solum intelligi potest, si vocabulum tractu temporis ex instrumento organico ad rhythmicum commigrarit. Bottarius, tom. II Romæ subterr., pag. 44, contra Isidorum et alios *panduram* lyram trihordeum fuisse contendit, atque ita vox ea ad *bandurriam* facilius trahi potest.

CAP. XIII. N. 3. *Ut psalter. barb.* Pollux, lib. iv. c. 9: *Testudo, psalterium, trigon, sambyce, pycitides* (Al., *παυκίτες*), *phorminges, phoenix, spadix*, etc. Hæc et alia a Polluce numerantur instrumenta quæ pulsantur. Stephanus, in Lexico, habet *παυκις*, ubi plura de hoc instrumento. Pro *indicæ* Delrius volebat *scindapsi*, Jungermannus, in not. ad Pollucem, *jambycæ*, Salmasius retinendum putat cum vetustissimis mss. *indicæ*, quod ab Indis fortean venissent, vel quod Indi plurimum illis uterentur. A Polluce quidem, loc. cit., recensentur *jambycæ, scindapsus*, etc.

N. 6. *Chordas autem dictas a corde.* Vera originitio *chordæ* est a *χάρδα*, quod est intestinum.

N. 7. *Superius habet*, etc. Hoc ipsum tradunt Eusebius præmio in Psalm, Basilium in psalm. 1, Ambrosius præfat. in psalm 1, et Augustinus enarrat in psalm. lvi.

N. 8. *Lyra dicta, ἀπὸ τοῦ λυρεῖν.* Beermanus *lyram* dictam putat ab asperiuscula illa soni exilitate *lyr*, *lyr*, et annuere Isidorum hoc loco ait. Certe *λυρεῖν* nihil aliud significat nisi si forte exprimit sonum *lyr, lyr*; ac conjici potest ita Isidorum scripsisse a *lyr*, aut a *lyr*. Iterum de lyra lib. viii, cap. 7, n. 4. Varia lyrarum genera recensent Blanchinius, de Musica veterum, et Bottarius tom. II Rom. subterr., pag. 42 et seq.

N. 11. *Cymbala et acitubula.* Grialius in textu exhibuit: *Cymbala acitubula quædam sunt*; sed in nota retinet cum Editis aliis: *Cymbala et acitubula quædam sunt.* Præfero lectionem textus, et pro *acitubula* substituo *acetabula*, mutat. i. u. e, ut in mss. sæpe accidit. *Acetabulum* proprie est vas acetii, et per catachresin de quocunque vase usurpatur. Ejus figura rotunda est, nulla marginis latitudine paulatim se undique contrahens calcis instar usque ad inum. Sonus tympanorum proprius *mugitus* dicebatur, ut contra cymbalorum *tinnitus* et *crepitus*; quod discrimen notavit Seneca, lib. II Natur. quæst., cap. 27. De balænatibus vide Ducangium verbo *bulare*, quod usus quoque fuit sanctus Augustinus pro *saltare*. Salmasius in ro:

ad Fl. Vopiscum, pag. 211, vers. 6, Isidorum more suo falli ait, quia *ballematia* sunt saltationes, et *ballematica cymbala*, non quia percutiantur sic dicta, sed quia ad eorum sonitum saltetur. Verum sæpe critici Isidorum decipi pronuntiant, quia ejus verba in alienum sensum detorquent. Isidorus *cymbala* dicta asserit, non quia percutiuntur, sed quia percutiuntur cum *ballematia*, hoc est, inter ballandum, aut saltandum. Neque ignorare Isidorus poterat quid sit *ballematia*, aut *ballematium*, cum titulus canonis 25 concilii in Toletani sit: *Quod ballematicæ et terpes cantici prohibendi sunt a sanctorum solenniis.* Alii scribunt *ballemathicæ*, aut *ballinanthicæ*. An autem etymon cymbali sit a *ballematia*, alia est questio, quam parum interest decidere.

N. 12. *Sistrum ab inventrice vocatum.* Alii *sistrum* dictum putant a *σίσιον*, hoc est, a concutiendo: sed multi Isidori etymon retinent. Hieronymus Bossius, de Sistro, refellendum Isidorum ait, quod dixerit mulieres sistrum percutere: quasi vero, addit, *femine, non homines, sistrum pulsa ent.* At non negat Isidorus sistrum a viris pulsari, sed innuit tantum hoc magis quam aliud feminarum instrumentum esse. Et, præter Amazonas, de Cleopatra Virgilius vii, 636: *Parvo vocat æquina sistro*: et Lucianus, x, 63:

Terruit illa suo, si fas, Capitolia sistro.

N. 14. *Symphonia.* *Symphonia*, ut *diaphoniæ* opponitur, ab Isidoro, cap. 20, n. 15, descripta fuit. Ut est peculiare instrumentum, tympanum plenum ab eo asseritur; nam paulo ante, n. 10, dixit tympanum esse partem mediam symphonice in similitudinem cribri. Concinit Apicius. Sanctus Hieronymus, loc. cit. a Grialio, non solum negat *symphoniam* esse genus organi, sed etiam affirmare videtur *symphoniam* nihil aliud esse nisi consonantiam, quæ est significatio verbi Græci. Eruditissimus Mæzochius, in Spicil. Bibl., tom. 1, part. II, dissertat. de musicorum org. origine, ostendit *symphoniam* apud Danielem non pro consonantia accipi, sed pro quodam genere instrumenti musici. Non assentitur iis qui dicunt *symphoniam* esse lyram. Exponit sententiam Isidori, et concedit *symphoniam* Isidori, nam, quæ vulgo ejus a vo ita diceretur, dici posse genus quoddam tympani. Sed multis exemplis veterum astruere conatur *symphoniam* pro tuba, et frequentius pro tibia, aut vero pro fistula poni. Addit *symphonice* vocabulum, ut est peculiare instrumentum musicum, esse chaldaicum origine, scilicet *siphonia*, quod more Græco ab interpretibus redditum fuit per *symphoniam*. Concludit *symphonice* vocem apud Latinos interdum non peculiare instrumentum significare, sed quævis præcentoria organa quibus præeuntibus rhythmus præcipiebatur, et forsitan aliquando tympanum, aut tubam, aut citharam; at plerumque tibiam curvam, aut fistulam.

CAP. XIII. Num. 2. Append. 5, post Etymologias, exhibebo excerptum de rhythmicachia, quod his Isidori capitibus de musica subjunctum reperitur in ms. Codice Vindobonensi, a Gerberto editum, ut dixi in Isidorianis, cap. 55, n. 35.

CAP. XXIV. Num. 1. Confer not. ad cit. lib. II, cap. 24, n. 15.

CAP. XXV. Num. 1. *Astronomia.* Vossius, Ricciolus, aliique de astronomia scriptores a Morholio, in Polyhistore, tom. II, lib. iv, cap. 1, n. 8, recensentur; sed de Ricciolio hæc notanda Morholius advertit: *Quod vero doctrinam attinet, præ cæteris omnibus laudandus Joan. Baptistæ Ricciolus, in Almagesto novo, quo quasi Pandectis quibusdam omnem doctrinam astronomicam ad sua usque tempora complexus, unus bibliothecæ instar esse potest. Omnia enim tam vetera quam nova recenset, et expendit. De variis mundi systematibus illic omnia videas, secundum auctiorum rariorum sententias collecta. Hæc ille. At nunc recentioribus quævis alia recentiora placeant.*

CAP. XXVII. Num. 1. *Astrologia vero.* Astrologia su-

perstitiosa, quæ genethliaca et judiciaria dicitur, A merito damnata est, quamvis ineptissimi quidam homines non solum eam sequi, sed et defendere audeant.

CAP. XXVIII et seqq. Plinius, lib. II, cap. 4: *Quem xorpov Græci nomine ornamenti appellaverunt, eum nos a perfecta absoluteque elegantia mundum.* Beamanus originationem Isidori novam dicit: *Imo vetus, addit, ex Varrone... Unde et animalia Varroni videntur elementa, quoniam per semetipsa moventur.* In eandem etymologiam Festus quoque conspirat. Priorem illam a munditia admittit quoque Varro, lib. IV de Ling. Lat., cap. 29, de mundo muliebri verba faciens, qui, ut ait, a munditia dicitur.

CAP. XXX. Num. 1. *In septentrionalem plagam.* Lucanus partem septentrionalem *imam* dixit, ut cap. 41 constat, ac rursus, de Nat. rer., cap. 9, ubi Isidorus *imam* exponit *ultimam, et extremam, non depressam*, cum potius mundus in septentrionalem plagam dicatur erigi. Et sæpe quidem *imus* pro extremo et ultimo hæcitur ab Horatio, Ovidio, Martiali, et aliis, quorum loca, quia in Lexicis patent, prætermitto.

CAP. XXXI. Num. 1. *Colum*, etc. Adisis Phurnutum, cap. 1 commentarii de Natura deorum.

CAP. XXXII. Num. 1. (*Dicunt*.) Quod dicunt, vel simile aliud verbum, sæpe in Mss. desideratur, arguit Isidorum per litterarum compendia interdum nomen auctorum indicasse quorum sententias referebat. Facile fuit, quod jam olim monui, ut ea sigla librariis non intellecta exciderint, ex quo accidit ut infinitivum frequenter sine verbo a quo regatur inveniamus. Editi supplent dicunt, constat, etc.

CAP. XXXVII. Num. 2. *A poliendo.* Verum etymon est a *πολέω, verto*; hinc Græcè *πόλος*, et Latine *p. lus*.

CAP. XXXVIII. Num. 1. *Et dicitur cardines.* Beamanus, verbo *Cor*, ex Servio, Isidoro et aliis, refert a Græcò *καρδία (cor)* Latine dici *cardo*, scilicet a forma cordis, vel quod sit quasi cor januæ, quo movetur, ut ait Servius.

CAP. XXXIX. Num. 1. *Convexum.* Proprie exterior pars circuli *convexa* dicitur, interior *concava*. *Concava cæli* substantivè poetæ usurpant, simpliciter etiam *convexa* pro cælo Claudianus non semel.

CAP. XLII. Num. 3. *Meridies... quod... medium diem.* *Etymon meridiei a medio die* Varronis, Ciceronis, et aliorum sententia comprobatur. Sed aliis non displicet, quod *meridies* a *mero*, hoc est, pleno, et sincero die, quod illo tempore nulla accessio ad lucem amplius fiat. Vide Joachimum Camerarium, Problem. etym. decur. 1, et infra, lib. V, cap. 28, n. 15.

Num. 4. *Tertius Catachoras.* Cassiodorus, cujus sunt fere omnia hujus numeri verba, ita habet: *Primus est Merobis* (in Mss., Meroe), *secundus Syene, tertius Catachoras, id est: Africa, quartus Rhodus*, etc. In optimis Cassiodori Editionibus ita hic locus exhibetur sine ulâ scripturæ discrepantia. In mss. Codicibus Toletanis Gothicis est *Merobis pro Meroe*, aut *Merobis*, ut in Cassiodoro legitur, *Soynis*, aut *Soynis pro Syene*, vel *Siene*, ut Grialus edidit, et *Brasthenus pro Boris/henes*. Alii quoque Codices pro *Boristhenes* exhibent *Brastenus*, aut *Brastenus*, ac simili modo variant, vel aberrant in his nominibus exprimentibus, quorum tamen varietas ad veram lectionem indagandam fortasse juverit.

CAP. XLIII. Num. 1. *Hemispherium*, etc. Ex Cassiodoro.

CAP. XLIV. Num. 4. *Quintus circulus.* De quinque his circulis eadem fere occurrunt lib. XIII, cap. 6, et in lib. de Nat. rer., cap. 10.

CAP. XLVI. Num. 1. *Lacteus circulus.* De lacteo circulo, qui a Cicerone *orbis lacteus* vocatur, videri potest Macrobius, lib. I comment. in Somn. Scipion., cap. 15, qui etiam de zodiaco, in quo tres lineas agnoscit, et de aliis circulis cælestibus disserit.

CAP. XLVII. Num. 1. *Fortior est terra.* Cassiodorus simili modo ait: *Sol fortior est terra, terra forti.*

*est luna per aliquam quantitatem.* Quod sol eodem momento quo oritur, et Orienti simul et Occidenti æqualiter appareat, explicatione indiget. Astronomi colligunt terram sole minorem esse, quia umbra terræ in mucrone desinit; nam, excepta luna, cæteri planetæ a terræ umbra non obscurantur. Isidorus ex Ambrosio hæc ipsa fassus refert in lib. de Natur. rer., cap. 16.

CAP. XLIX. Num. 1. *Cujus ignem dicunt... aqua nutrir.* De hac veterum opinione, quod ignis in cælo est qui aqua nutriatur, dixi ad Draconium, lib. I, vers. 24 et 25.

CAP. L. Num. 1. *Solem per seipsum.* Hyginus, lib. IV Poetic. Astron., cap. 13, aliis fere verbis utitur, ut: *Cum videamus esse dies inæquales, et solem alio loco hodie occurrere, et alio heri occidisse.* Isidorus eundem locum exripit in lib. de Natura rerum, cap. 17, ex Arato et Hygino.

CAP. LI. Num. 2, not. *Reliqua... absunt a Mss. Verba Cui ideo*, etc., usque ad finem capituli *derelinquit*, a Mss. abesse ait Grialus. Sed revera exstant in multis veteribus membranis, et in Codice Albanio, in 1 Cod. Vat. Arch., et aliis. Etsi autem eadem legitur in lib. de Nat. rer., tamen id non arguit ab alio potius quam ab Isidoro huc allata esse. Nam multa quæ in hoc libro de astronomia dicuntur, eadem in libro XIII, et in libro de Nat. rer. replicantur. Et hic erat Isidoro mos, ut tam ex suis quam ex aliorum operibus plura congereret, ac repeteret.

CAP. LIV. Num. 1. *Septima bicornis.* In antiquissimis Mss., et in nonnullis Editionibus legitur *bicornis est, ita*; et appingitur figura lunæ bicornis, et ita in sequentibus.

CAP. LIX. Num. 2. *Umbram obstantis terræ.* Sanctus Martinus Legionensis, tom. 3, pag. 98, serm. in Ascens. Domini, profert cap. 55 et seqq., usque ad hoc cap. 59, ubi quædam ex Isidoro corrigi possunt; sed non est contemnenda varia hæc Martini lectio: *Umbram obstantis terræ exeat, videatque solem, et videatur a sole.*

CAP. LX. Num. 1. *Stellæ et sidera.* Macrobius, lib. I comment. in Somn. Scip., cap. 14, inter stellæ et sidera distinguit, ut Isidorus; sed addit: *Sic et apud Græcos ἀστὴρ et ἀστρον diversa significant. Etenim ASTER stella una est, et ASTRON signum stellis coactum, quod nos sidus vocamus.*

CAP. LXI. Num. 1. *Stellæ non habens proprium lumen.* Stellæ quæ fixæ dicuntur proprio fulgere lumine plerique astruunt. Aliud est de planetis, ut luna. Isidorus in eadem sententia perstat, cap. 24 de Nat. rer. Confer not.

CAP. LXVI. Num. 2. *Pyrois.* Corrigendum Isidorum, lib. V, cap. 30, ait Grialus; sed cum locus non respondeat, crediderim ipsum loqui de libro de Natur. rer., cap. 23, ubi etiam Mss. habent *vesper* pro *Pyrois*.

CAP. LXVII. Num. 1. *Quædam stellæ ideo planetæ dicuntur.* De his etiam cap. 23 libri de Nat. rer.; sed ibi *planetæ* dicuntur errantes, non quod ipsi errent, sed quod nos errare faciant. Confer not. ad eum loc. Apud veteres Latinos vix invenietur qui verbum *planetæ* usurpaverit præter Julium Firmicum, lib. 2, cap. 2, et veter. inscript. apud Fabretum cap. 10, n. 307, ut observat Forcellinus; sed addere potuit Martianum Capellam, qui, lib. VIII, sæpe eo utitur.

CAP. LXVIII. Num. 1. *Antegradatio.* Vocabulo *antegradationis* etiam utitur Cassiodorus, quod facultatis hujus proprium est, neque debuit in optimis Latinitatis lexicis prætermitti. Ita *retrogradationem* Apuleii auctoritate Forcellinus admisit.

CAP. LXXI. Num. 1. *Sol appellatus.* Etymon solis ex Varrone et Cicerone desumptum est.

N. 3. *Stellæ dictæ a stando.* Capella, cap. de quinque parallelis, lib. VIII, *stellæ a stando, sidera a consistendo, a-tra ab astro, dicta fuisse commemorat.*

N. 4. *Sidera dicta.* De etymologia sideris vide not. præc. Alii sidus deducunt ab *σῖδος*, quod sit figura ia

cælo conspiciantur aut a  $\sigma\upsilon\nu$ , et  $\tau\acute{\iota}\delta\omicron\varsigma$ , quod simul plures A stellæ conspiciantur.

N. 7. *Quod terram terant*, etc. ex Varrone, lib. vi de Ling. Lat., ex quo reposui quasi *terrones*; nam Grialius habet quasi *teriones*.

N. 9. *Quasi  $\alpha\pi\tau\omicron\nu$   $\omicron\pi\alpha$* , hoc est, quasi *ursæ cauda*; id enim proprie verba Græca significant.

N. 10. *Et dictus Orion ab urina*. Græce *urina* dicitur  $\omicron\upsilon\rho\omicron\nu$ . Alii alia cogitant.

N. 11. *Hunc Latini jugulam vocant*. Correctæ Editiones Varronis, lib. vi de Ling. Lat., cap. 5, a med., habent *inter quas*, pro quo Grialius ediderat *inter quæ*. Non desunt qui cum Festo a *jugans* derivent *jugulam*, stellam Orionis, quod amplius sit cæteris quam nux juglandis. Hyginus, lib. ii Poet. Astron., cap. 21, fabulam de Orione narrat, quem primum *Orionem* ab *urina* vocatum ait, deinde inter sidera receptum.

N. 12. *Hyadas dictæ*. Gellius, lib. xiii, cap. 9, *hyades suckulas* dictas ait non a *subus*, ut Tullius Tiro in commentariis scripsit, sed quia veteres Latini primo *syades*, deinde *suckulus* appellarunt, ut quod Græci  $\upsilon\tau\iota\pi$ , nos *super* dicimus. Negat præterea stellas istas in capite Tauri esse, ut Tiro quoque docuit. Sed ex eis solis caput Tauri constare ostendit.

N. 23. *Propter Ammonem Jovem*. Ita distincti; nam in Excusis invenio *propter Ammonem, Jovem idcirco vocaverunt*. A t Isidorus primum signum propter Jovem Ammonem, in cuius capite cornua artifices simulacrorum figunt (*Al. fingunt*) aristem vocatum. Nota est fabula Jovis Ammonis cornigeri.

N. 25. *Castorem*. Varro, lib. ii de Re rust., cap. 1, docet Geminis in Zodiaco non esse Castorem et Pollucem, sed Apollinem, et Herculem, ut observat Vulpinus in erudita nota ad Catullum, pag. 25.

N. 27. *Annuos flatus Etesias*, hoc est, *Etesias*, qui venti sunt annui, sive anniversarii.

N. 35. *Jovis cum filio*. Jovis in recto casu exstat etiam apud Apuleium, in Cæcili et Accii fragmentis, in nummis veteribus, et apud Hyginum, fab. 51, et alias etiam apud Isidorum.

N. 38. *Cætera superstitiosa*, etc., ex Cassiodoro, in cuius nonnullis Editionibus legitur: *Ad cognitionem siderum conjungunt, id est, ad notitiam factorum*.

N. 39. *Quæ mathesis dicitur*. De astrologis judicariis Tacitus, lib. i Histor., c. 7: *Genus hominum potentibus (nonnulli reponunt potentibus) infidum, sperantibus fallax, quod in civitate nostra et ve abitur semper, et retinebitur. Hi mathematici vulgo vocabantur, et supputationes ipsæ noxiæ, quas Isidorus nominat mathesis*.

N. 41. *Septem sæcularium disciplinarum*: has adhuc Isidorus explicuit. Sequitur ævo grammatica, rhetorica, et dialectica vocabatur *trivium*; arithmetica, musica, geometria, et astronomia *quadrivium*. Exemplum hujus significationis abunde Ducangius profert in *Trivio*, et *Quadrivio*, aut *Quatrivio*, a Boetii quoque tempore repetita. Ordo non idem ab omnibus observabatur. Capella ita septem illas disciplinas disposuit, grammaticam, dialecticam, rhetoricam, geometriam, arithmeticam, astronomiam, musicam. Isidorus ordinem Cassiodori tenuit, nisi quod hic primum de musica egit, tum de geometria disseruit.

#### LIBER QUARTUS.

CAP. II. Num. 1. *A modo*. Hoc ipsum veriloquium, ut *medicina* sit a *medius*, et *medius* a *modo*, viri docti approbant, ut videri potest apud Becmanum, ve bo *Medium*. Id multo magis placere debet quam quod alii dicunt, *medeor* esse a Græco  $\mu\acute{\epsilon}\delta\omicron\varsigma$ , seu  $\mu\acute{\epsilon}\delta\omega$ , *impero*, quia medicorum est imperare.

CAP. III. Num. *Medicinæ autem artis*. Historia artis medicæ exponitur a Conringio in introductione in *Artem medicam*, et a Lindenio cum Mercklini additamentis. Sigebertus Havercampus, comment.

in Apologet. Tertull., c. 25, observat pro *Æsculapio* in Ms. Fuldensi Tertulliani casu *Æscopum*, et sic apud Isidorum, aliosque in Mss. semper inveniri, ut testatur Schoppius. In nonnullis veteribus membranis Isidori cum hoc loco, tum lib. viii, cap. 1, reperio *Scolapius*. Hippocratem quartum decimum ab *Æsculapio* alii tradunt. Vide not. Harduini ad Plinii lib. xxix, cap. 1. Apud Grialum, ad eum. seq., erat *lib. ix*, quod correxi.

CAP. IV. Num. 1. *Itaque tres viri*. Tres sectas medicorum hoc versu complexus fuit Marcellus in *carin. de Medicina*, vers. 6:

Quod logos, aut methodos, simplexque empirica pangit  
Hoc liber iste tenet.

Hoc carmen ab aliis Viudiciano, ab aliis Sereno Samonico tribuitur. Quod secta methodica sectetur carmina, vel ob Apollinem dictum, vel ob incantationes, quas nonnulli veteres medici præscribent, ut ait Serenus, tit. de Hemitritæo depellendo:

Inscribis chartæ, quod dicitur Abracadabra  
Sæpius, et subter repetis....

Noti sunt in Hispania homines illi, qui *Ensalnadores* dicuntur. Sed et Homerus curationis per carmina meminit, ac propterea de curatione Homerica integrum libellum Galenus scripsit. Confer Morhofium in *Polyhist.*, tom. II, lib. iii, cap. 1, n. 17; Plinius, lib. xxix, cap. 1, medicinæ historiam persequitur; et num. 4, ait: *Alia factio (ab experimentis cognominant empiricæ) cæpit in Sicilia*, etc. Ubinam medicinam *experimentosam* dixerit, non invenio, neque id vocabulum in copiosissima Harduini indice conspiciatur.

N. 2. Specimen interpositionis in Codice Chisiano, append. 5, post *Etymologias*, exhibebo, in quo multa huic libro Isidori de medicina adduntur.

CAP. V. Num. 1. *Sanitas*. Proprie est a *sanus*; et *sanus*, uti etiam *salus*, a Græco  $\sigma\acute{\alpha}\nu\omicron\varsigma$ , seu  $\sigma\acute{\alpha}\nu\omicron\varsigma$ .

N. 2. *Morbum... mortis vim*. Alii *morbum* dicunt esse *mortis vim*, alii deducunt a  $\mu\acute{\omicron}\rho\omicron\varsigma$   $\beta\iota\omicron\nu$ . Vide J. C. Scaligerum, in *Theoph.*, de *Plant.* Ac fortasse apud Isidorum reponendum erit *mortis vim*.

N. 4. *Sanguis ex Græc. etym.* *Sanguinis* etymon Græcum potest etiam esse a  $\sigma\acute{\alpha}\nu\iota\varsigma$   $\gamma\iota\alpha$ , quod servet, ac vegetet membra corporis. Minus recte alii putant Latinum esse, a *sancio*, quasi *sancius*. Rursus, num. 6, alia etymologia *sanguinis*. De cholera Cælius Aurelianus, lib. iii, cap. 19, ex Asclepiade, refert quod sit humoris fluor celer ac parvi temporis. Quo fortasse Isidori verba alludunt, *quod unius diei spatio terminetur*.

N. 8. *Quas Græci  $\chi\rho\nu\nu\alpha\varsigma$  dicunt*. Morbi chronici *causæ* Latine dicuntur, ut ostendi ad Prudent., *hymn. 1 Peristeph.* vers. 20:

Supplicum causas petitis quæ medelis irrigant.

Hispani dicimus *achagues*.

CAP. VI. Num. 1. *Pleuræsis, phrenæsis*. Edidit *pleuritis*; ita enim medici scribunt ex vocabulo Græco. Grialius in *textu pleuritis*, in not. indicat *pleuræsis*. Aliud est de *phrenæsi*; nam apud veteres reperitur *phrenæsis*,  $\phi\rho\acute{\epsilon}\nu\omicron\iota\varsigma$ ; et *phrenitis*,  $\phi\rho\acute{\epsilon}\nu\iota\tau\iota\varsigma$ .

N. 3. *Est autem perturbatio cum exag.* Retine veriloquium ex Græco nomine.

N. 4. *Cardiace*. Cælius, lib. ii, cap. 51, refert cardiacam passionem, ex Arterendo et Asclepiadis sectatoribus, esse *tumorem secundum cor*. Hinc fortasse præstiterit legere apud Isidorum *ex aliquo tumore*, quanquam Isidorus videtur voluisse *timore*; repetit enim *cum formidabili metu*, quod fortasse ex Cælio ipso sumpsit, qui inter multas ac varias causas cardiacæ passionis *mæstitudinem*, vel *timorem* refert.

N. 5. *Lethargia*. Lethargia ab oblivione potius quam a somno dicitur. Advertit Cælius jugem illum somnum quem in lethargicis plerique statuunt verum somnum non esse, sed oppressionem.

N. 6. *Synanche*. Grialius cum aliis Excusis edidit *σύνανχον*; sed Cælius in Editione Lugdun. 1566 habet: *Græci enim σύνανχον continere appellant, quod verum est.*

N. 7. *Phlegmone*. Medici recentiores *phlegmonem* statunt esse speciem inflammationis externæ profundioris.

N. 8. *Sputo sanguinolento*, quod tamen non semper adest.

N. 15. *Telum*. Rutilius quoque ad morbum *telum* videtur respexisse, cum dixit lib. 1, vers 451: *Tela dolorum*. In Editione qua notor Samonici, ad marg. notatur *telum* esse plenitudinem, sed subjungitur: *Alii punctiorem intelligunt.*

N. 17. *Pestilentia*. Pestilentiam plerumque per aereas potestates, non tamen sine arbitrio Dei fieri, allatis multis Patrum veterum testimoniis rationibusque, suadet a Theophilo Raynaudo, philolog., pag. 224 seqq., in opere inscripto: *Vitæ et mortis terminalia*, puncto 6.

N. 18. *Dicta autem pestilentia*. *Pestilentia* est a *peste* et *pestilens*. Neque de *pestis* etymologia satis constat.

N. 19. *Ipsa et inguinaris*. Inguinaria lues olim satis frequens erat, præsertim medio ævo; quo morbo plures absinthios etiam ex sepulcrorum titulis constat.

CAP. VII. Num. 4. *Unde et vertigo*. *Vertigo* est a *vertō*, quia homini eo morbo affecto omnia verti videntur. A *vertō* etiam est *vertex*, quia eo loco capilli in gyrum vertuntur.

N. 6. *Pro lunæ cursu*, etc. Hanc lectionem non solum genuinam, sed etiam ab Isidoro ex Juvenco desumptam puto, ut adverti ad hujus lib. 1, vers. 432.

Et lunæ cursum comitata insania mentis.

Accedit Samonicus de morbo comitali:

Ipsæ Deus memorat, dubiæ per tempora lunæ Conceptum, talis quem sæpe ruina profudit.

Cælius ait epilepsiam vocari *sacram passionem*, sive quod dirinitus putetur immissa, etc. Fortasse hinc Isidorus *morbum divinum* dixit, quem alii *sacrum* appellant.

N. 7. *Erat autem apud Rom. comitior*. Samonicus aperte *comitia* nominat, in quibus suffragia fiebant:

Est subiti species morbi, cui nomen ab illo est Quod fieri nobis suffragia justa recusant. Sæpe etenim membris atro languore caducis, Consilium populi labes horrenda diremit.

N. 10. *Typi sunt frigida febris*. Chaconis opinionem confirmat typus Constantis, scilicet edictum famigeratum, quo silentium indictum unius vel duarum voluntatum in Christo. In opere posthumo Vazquii, nescio cuius culpa *typus* tanquam hæreticus aliquis homo inter Monothelitas nominabatur. Quæ hallucinatio a Theophilo Raynaudo primum observata occasionem deinde aliis dedit Vazquii, nihil fortasse tale merentis, acerrime reprehendendi. Cæterum apud Isidorum retinendum est *status*, et ut arbitror, legendum: *typi sunt frigida febris*; nam apud medicos *typus* est forma, status, noia, ac character febrium recurrentium. Cælius, lib. 1 Acutar., cap. 14, ex Asclepiade, refert typum febri quibidianum majorum corpusculorum statione fieri, tertianum minorum, quartanum minutissimorum. Apuleius, de herb., cap. 102: *Ad frigura, et omnes febrium typus.*

N. 11. *Ex naribus*. Fortasse delendum est *ex naribus*. Certe Cælius lib. II Tardar., cap. 7, ita habet: *Fuit infusio, nunc ad nares, quæ appellatur coryza; nunc ad fauces, quæ appellatur branchos; nunc ad thoracem, vel pulmonem, quæ appellatur ptysis*. Pro *πύσσις* nonnulli habent *πύσσις*.

N. 12. *Coryza... quoties infusio*. *Coryza* Græcæ est gravedo, humor ex capite fluens, a *κάρφα* et *ζέω*, quia veluti ebullit et capite.

N. 13. *Branchos*. Legam libenter *βράγχος*; ita

enim appellant Græci guttur; ex quo fit *bronchus*, rauco.

N. 21. *Neph*. Nephritis est inflammatio renium cum febris continua.

N. 25. *Paralysis dicta a corp. imp.* Fortasse Isidorus scripsit a *corporis impediti solutione*. *Paralysis* ad verbum solutio est. In nonnullis Mss. est a *corporis impensione*.

N. 26. *Cachexia*. Cachexia Græcæ est malus habitus.

N. 30. *Podagram*. Podagra quasi *πόδος ἄγρα*, hoc est. *pedis captura*. Isidorus duplicem etymologiam ex Cælio retulit. Podagra a retentione pedum *nodosa* dicitur. Ovidius, lib. I de Ponto, ep. 1, vers. 255:

Tollere nodosam uestit medicina podagram.

N. 36. *Quem Græci*. Apud Grialium, et alios Excusos erat *quam Græci*; restitui *quem* ex Cælio, quem Isidorus transcribit.

N. 39. *Ragades*. Celsus, lib. VI, cap. 17, distinguit *rhagadia* (sic enim vocat) ab hemorrhoidibus: *Rhagadia sunt, cum in ano sæpe et quidem pluribus locis cutis exciditur (Al., scinditur); Hemorrhoides sunt ora venarum, tanquam ex capitulis quibusdam surgentia, quæ sæpe sanguinem fundunt. Rhagadia sive rhagades Celsus vocat scissuras recentes, atque adeo fortasse legendum erit scissuræ pro fissuræ. Græcum ῥαγάς est ruptura.*

CAP. VIII. Num. 1. *Aeris qualitatem habentibus*. Putarem legendum *arææ qualitatem habens*. Alopecia est *arææ* species. Celsus, lib. VI, cap. 4: *Aræarum quoque duo genera sunt. Commune utrique est, etc. Sed ea, quæ ἀλωπεκία nominatur, sub qualibet figura dilatatur: fit et in capillo et in barba. Alopecia dicitur non a similitudine vulpeculæ, sed quia vulpes eo morbo frequenter laborant, verior est sententia. De alio arææ genere pergit ibidem Celsus: Id vero, quod a serpentis similitudine ὀφθαλμῶν appellatur, incipit ab occipitio, etc.* Fortasse hinc aliquis, et ex eo Isidorus existimavit alopeciaem quoque a vulpis similitudine nuncupatam.

N. 4. *Erysipelas*. Varia est apud alios erysipelatis etymologia, vel ab *ἐρύσιω* traho, et *πέλας* prope, quia partes propinquas attrahit, vel ab *ἐρυθρός* ruber, et *πέλος* niger, lividus, etc.

N. 6. *Sarna appellat*. Ita etiamnum Hispani appellant, et videtur hoc proprium esse, et fuisse Hispanorum vocabulum. Papias ex Isidoro sumpsit: *Sarna, impetigo*. Semlerus, in not. ad Glossarium Isidorianum, verbo *Scaturrio*, magistrum putabat hoc loco *sarna*, et cum non intelligeret quid esset, conjiciebat *scarram*, quæ vox Germanica est. In auctario Ducangii, ex Papiæ M. Bituricensi, profertur: *Impetigo sicca scabies, prominens cum asperitate, et rotunditate formæ: hæc vulgo sarreuma dicitur*. Subjungitur suspicio, *sarna*, ut habetur in Editio, perperam ex *sarreuma* contracte scripto factum fuisse. At ex Isidoro et idiomate Hispano retinendum *sarna*.

N. 7. *Prurigo*. Proxime est a *prurio*, quod duci poterit a *prouro*.

N. 12. *Elephantiacus morbus*. Convenientiam morbi elephantiaci cum elephante exponit Aretæus, lib. II, cap. 15.

N. 13. *Arquatium*. Nonius, cap. 5, n. 14. *Arquati dicuntur quibus color et oculi videntur, quasi in arqui similitudinem*. Præmiserat quod *arcus* suspensus fornix appellatur, *arcus* non nisi qui in cælo appareat, quem *Irim* poetæ dixerunt. Nilominus multi scribunt *arcuatos*, et *arcuatum* morbum, et ita in textu Grialii legebatur. Idem Grialius in textu exhibet *ictoris*, in not. cancer.

N. 14. *Cancer*. Celsus *ulcus*, non *vulnus*, nominat, cum de cancro agit. Aliquando tamen *ulcus* et *vulnus* confunduntur. A verbis *Aut ergo*, etc., sensus imperfectus videtur, aut certe obscurus est.

N. 19. *Ulcus*. Est a Græco ἕλκος, ex quo nonnulli cum aspiratione scribunt *hulcus*.



N. 21. *Quasi pupula.* Festus : *Papillæ capitula A* *mammæ dictæ, quod papularum sunt similes.* Si legatur *quasi papilla*, potius dicendum erit *papulas* ita vocatas quod *papillarum* sint similes. Atque id magis placet; nam *papillæ* ita sunt dictæ quia eas infantes quasi *papant*, ut ait Isidorus, lib. xi, cap. 1.

CAP. IX. Num. 2. *Dicta observatio legis et vitæ.* De varia significatione vocis *diætæ* consuli possunt Janus Doussa in Præcid., cap. 10; Joannes Wouweren, ad Pet. onium; et Vossius, in Etymologico.

N. 6. *Quæ duo etiam,* etc. Refert se Isidorus ad ea quæ dixit, omnino curationem aut *ex contrariis* aut *ex similibus* adhiberi, quæ duo ipsis remediorum nominibus significari solent.

N. 11. *Pessaria.* *Pessum* vocat Apuleius, de Herbis, cap. 121, et *pessus* masculino genere Plinius Valerianus, lib. 1, cap. 1, ad fin. *Pessarium* dixit Theodorus Priscianus, lib. iii, cap. 5.

CAP. XI. Num. 4. *Gua.* *Gua* a Theod. Prisciano, lib. ii, part. ii, cap. 46, dicitur *cucurbita ventosa.* Sed Isidorus inuicit simpliciter *ventosam* appellari; et hoc nunc est proprium Hispanorum vocabulum *ventosam.*

N. 6. *Pinsendis præfuit arvis.* Non aridet quod *pinsentis arvis* idem sit ac *pinsendo frumento.* Si retineatur *arvis*, malim intelligi Pilum præfuisse terendis arvis; qui idem pilum et pilam invenerit, quibus far pinsitur. Suspicio mihi erat legendum esse *pinsendis præfuit gravis.*

N. 7. *Morarium.* Etymologici alii dictum volunt quasi *moretarium*, quod in eo fieret *moretum.*

N. 8. *Coicula.* Adde Plinium, lib. xxxvii, cap. 10: *Ex achate medici coiculas faciunt.* Quod sequitur apud Isidorum, *erit enim lenis*, fortasse mutandum in *levis*, vel, ut alii scribunt, *levis*, quanquam vocis *lenis* eadem significatio esse potest.

CAP. XII. Num. 1. *Odor.* A Græco ὄζειν, quod est *olerere*, originem trahit.

N. 3. *Incrusum.* Pro thure antiquius verbum est, quam nonnulli arbitrantur. Vide Prudentiana, not. a ad num. 151.

N. 4. *Tetraïdes.* Fortasse *tetraïdes*, vel *tetradés.* Desidero id vocabulum in Lexicis tam primæ quam medicæ Latinitatis.

N. 7. *Unguenta... a locis,* ut *telinum.* Quia nonnulla unguenta a locis dicuntur, Augustinus, Theophilactus et alii existimant unguentum *pistium*, cuius mentio sit in Evangelio Joannis, cap. xii, 3, a *Bista*, seu *Pista*, capite Caramanice, vel provinciæ Cabul apud Indos, vel ab alio quovis loco appellatum. Vide not. Petri Lazeri ad Brunonem Astensem in comment. ad Matth. *Telinum* vero non a loco vocatum, sed a fenno Græco, quod Græce τήλιος dicitur, alii existimant; nam fennum Græcum præcipuum eorum est, ex quibus *telinum* componitur. Quidam legunt *Corpus suavi* sine conjunctione *que*; et etiam sic stare potest *suavus* cum trisyllabo *suavi*.

## LIBER QUINTUS.

CAP. I. Num. 1. *Phoroneus... leges judiciorum constituit.* Hæc, et multa alia ex hoc libro inter Gratiani decreti canones relata sunt, quæ videre poteris collecta a Berardo in nostris Isidorianis, cap. 32. Sed cum Berardus Editione regia Matritensi usus non fuerit, nonnunquam decreti scripturam ex corruptis exemplaribus reformare voluit.

N. 2. *Lacedæmonis jura ex Apollinis.* Berardus, loc. cit., legendum ait, juxta vulgatos Isidori Codices: *Lacedæmonis jura legum ex Apollinis*, non *Lacedæmonis jura ex Apollinis*, ut apud Gratianum. Verum in Editione Griali hæc ipsa Gratiani lectio expressa est, nisi quod mendum in textu Græco erat *Apollinis*.

N. 4. *Ili decemvir.* Paulo aliter nomina decemvirum apud Gratianum referuntur.

N. 5. 6. *In libris exoleverunt.* Correctores Romani decreti pro varia lectione ascribunt in libris. Gratianus *exoleverunt* pro *exoleverunt*.

CAP. II. Num. 1. *Divinæ natura.* Id explicat Berardus, loc. cit., ut ex mente Isidori discernimen possit agnosci inter leges naturales et divinas. Suarius, lib. 1, de Legib., cap. 3, n. 9, ostendit legem naturalem posse quoque dici divinam, ex sancto Thoma, et sancto Augustino, lib. ii de serm. Domini in mont., cap. 9. *Quis enim scribit in cordibus hominum naturalem legem, nisi Deus? Expressiusque hanc legem divinam appellat Isidorus, lib. v Etymol., cap. 2.*

N. 2. *Fus lex divina.* Distinctionem inter *ius* et *jus* Suarius explicat. ibid., lib. 1, cap. 2, n. ii, productis in medium Isidori verbis, quem passim laudat.

CAP. III. Num. 1. *Jus autem dictum quia justum.* Hieronymus Magius, Miscell. lib. iv, cap. 1, *jus a jubendo* dictum affirmat, non a *justitia*, ut vult Ulpianus, neque a *justo*, ut vult Isid rus, quem auctores juris Pontificii sequuntur. Reprehendit etiam quod Isidorus *justitiam* dictam asseruerit, quod in ea *jus stet*. Neque Isidorum neque alios viros doctos facile reprehendendos esse ob simile etymologiarum genus, sæpe monui. Credo equidem a *jus esse justum*, a *justo justitiam*. Quod autem *jus sit a jubeo*, multi negant, qui potius *jubeo* a *jus* deducunt. Alii igitur juris originem a *juvando* repetunt, alii a *Jove*, quasi *Jous*, aut *Jovis os*, alii ab ejulatione *ioo*, ex qua *ejularo* nuntium. Vide Beemanum et alios etymologicos. Neque desunt qui *jus* pro æquo a jure coquinæ appellatum asserunt, quia scilicet jusculum æquis partibus distribui solebat. *Justitiæ* originatio, quam Magius damnat, fortasse ea est quæ reperitur lib. xviii, cap. 15. *Justitia quasi juris status.*

N. 2. *Lex a legendo.* Andreas Ciriacus, de urbe Roma, cap. 39, recipiendum esse negat hoc etymon quod *lex* dicta sit a *legendo* : quod si verum esset, inquit, non scripta lex non esset. Verum potuit optime origo nominis hujus inde peti, quod initio *lex* esset scripta, et publice *legeretur*, ut multi aiunt, quamvis postea idem nomen legi non scriptæ fuerit attributum. Ut autem hæc etymologia omni legi possit convenire, a theolog's nonnullis explicatur de *interiori lectione, et scripture*, ut lex naturalis a sancto Paulo, Rom. ii, dicitur *scripta in cordibus nostris*. Alii *legem* dictam putant a *legendo*, id est, *eligendo*, quia, ut ait Cicero, lib. i de Legibus, *nos delectus vim in lege ponimus*. Alii cum sancto Thoma a *ligando* etymon legis deducunt.

*Ib. Mos autem,* etc. Proferuntur hæc etiam ab Ivone epist. 79. Isidorus *tantumdem* pro *tantum* sæpe adhibet. AREV.

CAP. IV. Num. 1. *Libror. susceptio.* Berardus utramque lectionem *susceptio* et *successio* optimam putat, dummodo *successionis* nomine non hæreditaria intelligatur, sed personalis, qua scilicet filius patri uatura succedit vi generationis.

N. 2. *Vel commodatæ pecuniæ restitutio.* In Mss. Gothicis legitur *vel commodatæ pecuniæ restitutio*. Sed tuto potest omitti *pecuniæ*, cum jam præcedat rei. Præferendum quoque est cum Grialio *commodatæ*.

CAP. IX. Num. 1. *Jus Quiritium.* Utroque modo dicitur *Quiritium* et *Quiritum*. Hoc in nota retinet Grialus, et sic etiam exhibent Editiones veteres. Quod autem in his scribitur *decrecionibus*, mendum apertum est, et omnino distingui debet de *crecionibus* quæ creaciones postea clarius explicantur.

CAP. XI. Num. 1. *vel quod sciscit,* etc. Lectionem a Grialio in textum admissam, *quod et plebs sciat*, vel *quod sciscit, ita uti rogata fuit*, prisca plebiscitorum formulis magis congruere Berardus asserunt. Scriptura in aliis Editis, *vel quod sciscitatur et rogatur, ut fiat*, corrigenda esset et *rogatur*, ut vero sensu procederet. Non desunt qui *plebiscitum* dictum putant, quia *plebs ciebat*, seu *citabatur*, cum scilicet post rogationem legis in suffragium vocabatur. Sed verior videtur etymologia quæ a *scisco* repetitur.

CAP. XV. Num. 1. *Papia Poppæa.* In antiquis Excusis perperam legebatur *Pompæia* pro *Poppæa*; cui error in nonnullis etiam Suetonii Editionibus, et apud

alios reperitur, ut notavit Isæus in not. ad Lactantium, l. b. i, cap. 16.

CAP. XVI. Num. 1. *Unde et Satyram scribere.* Andr. Schottus, lib. i Observat. humanar., cap. 2, confir-  
mat nullam fuisse legem saturam; Festum, Diome-  
dem, et Isidorum ex corrupto aliquo Sallustii exem-  
plari deceptos ut legem saturam admitterent. Quæ  
adduntur, *Satyram scribere*, etc., non video cur aliena  
censeri debeant. Nam *satura*, *satira*, sive *satyra*, car-  
men multis ac variis rebus referunt dicebatur, ut  
sunt *satyræ* Horatii, etc. Casaubonus, lib. 2 de  
Satyr.: *Simillime igitur et poemata quibus brevier  
multi perstringebantur satyræ, vel, ut posterius ceptum  
pronuntiarî, satiræ dictæ sunt.* Scaliger tamen, lib. i  
Poet., cap. 12, *satyram* a *Satyris*, non a *satyra*, lege  
vel lance dictam contendit; quin has a *Satyris* etiam  
vocatas putat. Cum lancibus enim prodibant, et can-  
nistellis omni genere pomorum plenis, quibus nym-  
phas allicerent. At Casaubono favent non solum hæc  
Isidori verba, sed similia alia Porphyronis in Hora-  
tium. Vide infra, lib. viii, cap. 7, num. 8.

CAP. XVI. Num. 1. *Erit autem lex honesta*, etc.  
Egregie hæc exponit Svarius, cit. lib. i de Leg.,  
ubi caput 9 inscripsit: *Utrum sit de ratione legis ut  
sit justa et juste lata, ubi de aliis conditionibus legis ab  
Isidoro positus.* Quippe singulas conditiones legis ab  
Isidoro traditas, ex veterum Patrum sententia rationi-  
busque theologicis confirmat.

CAP. XXII. Num. 1. *Pragma. Pragmatici* in foro  
apud Græcos, et postea etiam apud Romanos, dice-  
bantur qui mercede actores causarum, ignaros juris  
et fori consuetudinis, monebant, dicenda suggerebant,  
et agendi rationem docebant, ab advocatis longe di-  
versis.

CAP. XXIII. Num. 1. *Dissimulare.* Gothici Mss., in-  
simulare cum glossa accusare.

N. 2. *Testes... quod testamentum.* Verior origo testamenti  
est a *testatum*, et *testamen*, quod a *testis* deducitur  
Etymologici volunt *testis* esse ab antiqua lingua Græca  
*τέστρον*.

CAP. XXIV. Num. 1. *Voluntate.* Forte, *voluntarie*, aut  
*voluptate*. Res eodem pertinet, dispositionem legalium  
instrumentorum *voluntatem* appellari, quia voluntate fit.

N. 2. *Testamentum vocatum.* Etymologiam testa-  
menti nuper attuli. Jurisconsulti plurimi dicunt testa-  
mentum esse quasi *testationem mentis*. Hæc etymologia,  
et ea quæ ab Isidoro adhibetur, explicant ali-  
quid quod proprium est testamenti, sed veram vocis  
originem non pandunt. Nam *mentum* neque a *mente*  
est, neque a *monumento*; sed est productio vocis, seu  
paragoge, ut in *cognomen*um, etc. Veram originatio-  
nem *testamenti* a *testibus*, vel *testor*. Isidorus ipse, lib.  
i de Offic. eccles., cap. 11, satis aperte indicat. Con-  
ferendus quoque est Gellius, lib. vi, cap. 12, ubi Ser-  
vium Sulpicium jureconsultum, virum ætatis suæ doc-  
tissimum, reprehendit quod *testamentum* verbum duple-  
plex esse scripserit, compositum a *mentis testatione*.  
Quid igitur, ait Gellius, *calceamentum*, quid *paluda-  
mentum*, quid *pavimentum*, quid *vestimentum*, quid  
alia mille per hujuscemodi formam producta?

N. 6. *Testamentum juris prætorii*, etc. Inter præsen-  
tiam testium, subscriptionem, signacula, et nume-  
rum ita distinguit Justinianus, tit. 49 Instit., § 3:  
*Ita ut hoc jus tripartitum, esse videatur, et testes qui-  
dem, et eorum presentia uno contextu testamenti cele-  
brandi gratia a jure civili descendant; subscriptiones  
autem testatoris et testium ex sacrarum constitutionum  
observatione adhibeantur; signacula autem, et testium  
numerus ex edicto prætoris.*

N. 11. *Codicillum ut veteres*, etc. Omitti poterit ut,  
vel suppletum *consta*; nam *codicillus* mascul. gen.  
nox occurrit, atque ita a cæteris usurpatur. Quid est  
autem quod ait Isidorus: *Sicut autem codicillus fit  
vice testamenti; ita epistola vice codicillorum?* Lipsius,  
cap. 2 de Instit. epistol., probat *epistolam* esse  
scriptum animi nuntium ad absentes, aut quasi  
absentes; sed proprie *codicillos* appellari, cum

A præsentis scripto conveniuntur. Ea mens Seneca  
videtur esse epist. 56: *Video te, mi Lucili, cum  
maxime audio, adeo tecum sum, ut dubitem an  
incipiam non epistolas, sed codicillos tibi scribere.*  
Fortase ergo vult Isidorus, cum ad absentes scri-  
bendum est, vice codicillorum epistolam adhiberi.  
Vel intelligit ante chartæ et membranarum usum, in  
codicillis colloquia epistolarum scribi consuevisse,  
ut ait l. vi, cap. 8, num. ult. Cæterum codicillos  
aliquando pro epistola universim poni, nonnulli  
observant De codicillis fuse disserit Brissonius, lib.  
vii de Fornuis.

N. 16. *Creio appellata e-ic Nic.* Antonius. Biblioth.  
vet. Hisp. lib. v, n. 95, inter alias etymologias quæ  
in Isidoro reprehenduntur, hanc ponit, quod *creio*  
dicatur a *decretionem*, sive *decernendo*. Sed cum Alciato  
observat, a juris ipsis auctoribus duo hæc nomina  
*cernere*, et *decernere*, promiscue sumi, ut in leg. *Is  
qui hæres*, § penult., et leg. *Pupillus*, de acquirend.  
læredit.

B N. 17. *Fideicommiss.* A Græco *πίστις* fidem dictam,  
multi volunt. Isidorus Ciceronis sententiam tenet  
lib. i Offic., cap. 7: *Ex quo, quantum hoc videbitur  
fortasse cupiam durius, tamen quædam imitari Stoi-  
cos, qui studiose exquirunt unde verba sint ducta; ere-  
dumusque, quod fiat, quod dictum est, appellatum  
fidem.* Huc facit sanctus Augustinus, epist. 109 et  
Isidorus iterum, lib. viii, cap. 2, num. 4.

N. 18. *A pago est pepigi*, ut docet Quincilianus  
lib. i, cap. 6, al. 10.

N. 19. *Placitum.* Latinis est sententia, opinio. Ut  
autem verbum forense est, ad sequiorem ætatem  
pertinet. Et aliquando quidem *placitum* sumelatur  
pro conventionem, aut pacto: cujus significationis  
exempla sunt apud Ducangium; aliquando vero pro  
termino legitimo, communi partium consensu, vel  
judicis sententia constituto, ex quo Hispani vocant  
*plazo*. Hæc est secunda significatio, quem Isidorus  
innuit. *Alii d.cunt*, etc.

C N. 20. *Manum dabit.* Fortasse *manu dabit*, vel in  
*manum dabit*. Ita enim etymologia verbi *mando* ex-  
poni consuevit.

N. 24. *Venditio quasi renundinatio.* A *venum* e-  
t *vendo*, a *vendo* est *venditio*.

N. 25. *Donatio.* Etymologiæ *donationis* et *dotis* ab  
Isidoro adhibite rei nonnullam proprietatem expli-  
cant, ut sæpe alibi, sed veram vocum originem non  
aperiunt. A Græco δῶ est *do*, a quo *dos*, *dono*, *donatio*.

N. 26. *Nam antiquus nuptiarum.* Albertus Dietericus  
Trekell, in not. ad lib. Brissonii de ritu nuptiarum,  
pag. 259, conjicit originem tabularum matrimonialium  
ex conventionem in manus per coemptionem esse  
a *cessendam*, et pag. 298, contra asserentes mutuum  
emptionem viri et uxoris, contendit solum maritum  
emisse mulierem, et hujus bona, quamvis utrique  
coemptionem fecerint. Isidorus hoc loc. his accedit  
qui mutuum coemptionem astrunt. L. ix, cap. 5,  
tabulas matrimoniales *instrumenta emptionis* vocat;  
quod Dietericus explicat de conventionem in manus  
per coemptionem sine mutua emptionem.

D N. 29. *Condiciones.* Communem scribendi rationem  
secutus sum *condiciones*, quamvis Grialius etiam in  
textu *condiciones* prætulit. In veteribus monumentis  
utroque modo reperitur.

N. 50. *Stipulatio a stipula.* Alii censent *stipulationem*  
dictam a *stipula*, quam in contractibus agrariis manu  
tenebant, ut agrum integrum repræsentaret. Varro  
sub fin. lib. iv de Ling. Lat., et Festus, in *Stipem*, a  
*stipe stipulationem* deducunt. Nonnemo a *stipulis*, ir-  
radi nodum contortis, quibus segetum manipuli  
astringebantur, et obligabantur. Qui *stipulam* apud  
veteres pro *firmitate* acceptum aiunt, id a *stipite* de-  
scendere suspicantur. Videndus Brissonius, lib. i  
de Formulis. Quod autem Chacon spuria censelat.  
*Veteres... agnoscebant*, nescio qua id ratione sibi per-  
suadere potuerit, cum antiquissima exemplaria con-  
stantia. Imo quod in Hispania a pueris ita celebrari



videmus, ut stipulam frangant, iterumque jungant, et in auras dispergant, quod vocant *pajitas a volar*, cur non ex veterum more derivasse crederemus? Dicunt etiam Hispani *hechar pajas* de lud., quo sortem stipulis quaerunt.

N. 31. *Sacramentum est pignus sponsonis*. Petrus Iithæus, lib. 1 Advers. cap. 48. Isidorus ait ex quopiam meliori auctore dociuisse sponsonis pignus legitimum esse sacramentum. Certe Isidorus, ex antiquioribus, et, si vis, melioribus auctoribus, fere ea omnia quæ profert, illa etiam quæ criticis inemperantioribus absurda videntur, collegit. Et apud veteres quidem *sacramentum* fuit pecunia, quam litigantes, sive de re aliqua contententes, in loco sacro, vel apud pontificem dponebant: pecunia victoris ad eundem redibat, victi in rebus sacris consumebatur. Vide Varronem, l. iv de Ling. Lat., et Festum, verbo *Sacramentum*. Isidorus autem post primam significationem ad alteram devenit, qua sacramentum accipitur pro jurejurando, quod maxime sacrum habebatur.

CAP. xxv. Num. 1. *Inde hæres*. Fortasse *inde herus*; nam ab *herus* hæredem dictum multi volunt; alii ab *heræo*. Vide lib. ix, cap. 5, num. 1. Sive autem *heres*, sive *hæres* scribatur, ad originationem perinde est.

N. 3. *Sua male utitur*. Pro *suus utitur*; nam utorum accusativo sæpe occurrit in antiquis Isidori exemplaribus, quod interdum in Excusis aiter habetur. Vulcanius, ut alii Editi, hoc num. ablativum posuit *suus male utitur*; sed num. seq. accusativum retinuit, *ea homines ad res bonas utantur*.

N. 5. *Pro suo tractare*. Hoc est, pro suo administrare. De hujus modi peculio multa jureconsulti, Dig. lib. xv, tit. 1, qui de *peculio* inscribitur.

N. 8. *Quia ejus hæredes*. Suspicio legendum *quia ab eis hæredes*. Ulpianus, in lib. regular., tit. 17, de *Codicis*: *Quod quis ibi testamento relictum ita ut jure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, quia veluti cecidit ab eo*. Apud Fabretum, cap. 10, num. 519, inscriptio vetus habet: *D. Laberius secundus procur. Caducorum*.

N. 9. *Familia herciscunda*. Clarius *familia herciscunda* est hereditas dividenda. Vide tit. 2 lib. x, Dig.

N. 10. *Communi dividendo*. Titulus 3 lib. x, Dig., *De communi dividendo*.

N. 11. *Finium regundorum*. Dig. tit. 1 lib. x, *Finium regundorum*.

N. 19. *Depositum*. Apertum est quod *depositum* est a *de* et *positum*. Sed Isidorus, vel aliquis alius, ex quo ille sumpsit, exprimere voluit *depositum* esse pignus commendatum *ad tempus*, quod adverbio *diu* notavit.

N. 24. *Arra sive arrha* (utroque enim modo scribitur) Hebraicam originem habet. Italicis *caparra*, et *arra*. Vide lib. ix, cap. 9, num. 6.

N. 52. *Contra veritatem*. An legendum *contra voluntatem alteri consentit*?

N. 53. *Interdictum*. Justinianus, lib. iv Institut., tit. 15, § 1, *interdicta* appellari ait, quia *inter duos* dicuntur. Magis arriedit etymologia Isidoriana, quæ rei substantiam attingit.

N. 54. *Prelium Aperitum* nonnulli inepte deducunt, alii a *proco*, *posco*, alii aliunde. Videndus Vossius in *Etymol.*, ut alios omittam.

CAP. xxvi. Num. 1. *Crimen u carendo*. *Crimen* melius derivatur a *xpiwo judico*, vel *xpiwa judicium*.

N. 3. *Flagitium*. *Flagitii* origo an aliis dicitur esse a *flagrum*, vel a *flagrare*, ut *flagitare* sit ardentem posulare. Ac fortasse Isidorus scripsit *Flagitium a flagrando corruptela libidinis*, etc. Sententia petita est ex Augustino, lib. iii de Doctr. Christ., cap. 10. *Quod agit indomita cupiditas ad corruptendum unum, et corpus suum, flagitium vocatur; quod autem agit ut alteri noceat, jacinus dicitur*. Etymolo-

giam *flagitii* innuere videtur Plautus Rud. iii, 4, 28:

... Etiam vini opprobras, flagitii flagrantia?

N. 7. *Dolus*. Græcum est δόλος. Aliæ etymologiæ adductæ in rei natura, sive proprietatibus explicandis versantur. Quisnam autem Petronius iste sit, cujus verba nobis Isidorus conservavit, incertum.

N. 9. *Falsitas*. Proprie est a *falsus*, et *fallo*, quod ex Græco idioma oritur ἀπάθειν ψάλλειν.

N. 10. *Apud comicos*. Malim *apud Comicum*, hoc est, Terentium, cujus id est Heeyr. 1, 1, 15:

Injurium autem est ulcisci adversarios.

N. 14. *Stuprum*. Nonnulli veteres Mss. ita conjungunt: *Stuprum raptus proprie est illiciti coitus a corrupendo dictum*. Unde et qui raptus potitur, stupro fruitur; alit., *raptu potitur*. Gratianus duobus in locis hanc sententiam retulit, can. 48, caus. 27, q. 2: *Raptus est illicitus coitus a corrupendo dictus*.

N. 18. *Internecivi*. Nonnulli scribunt *internicium*, alii *internecinum*; communior et verior scribendi ratio est *internecium*. Bernanus bellum *internecivum* exponit, quod utrumque bellatorem necat: alii melius, quod ad internecionem alterius partis suscipitur. *Inter* in compositione aliquando vim auget; et hoc verum est in *interbibo*, *interneco*, etc.

N. 19. *Ante pœnam quadrupli*. Ex Gellio, loc. cit., lege decemvirali permissum fuit, occidi furem, si aut cum faceret furtum nox es et, aut interdium telo se, cum prehenderetur, defendit. Postea a lege hac discessum fuit, et actio in quadruplum data, si quis super manifesto furto jure et ordine experiri vellet. Aliis deinde fortis, quæ nec manifesta appellantur, pœnam imposuerunt dupli.

N. 24. *Cepit*. Correx *cepit* pro *cæpit*, ut est non solum apud Grialium, sed et apud alios Excusos.

N. 27. *Commissa*, etc. Fortasse respexit ad Virgilium, lib. vi, vers. 568:

Quæ quis apud superos, furto lætatus inani,  
Dedit ad seram commissa piacula mortem.

Servius: *PIACULA COMMISSA, propter que expiatis debetur*.

CAP. xxvii. Num. 4. *Octo genera pœnar*. Talionis meminit Augustinus ex Cicerone, adeoque inter fragmenta Ciceronis non immerito id reperitur. De pœnis autem et supplicis, ac variis tormentorum generibus, quæ nam scripserint, Fabricius, cap. 15 Bibliogr. exponit.



N. 9. *Catenæ*. Ad secundam etymologiam fortasse pertinet quod nonnulli aiunt, *catenam* esse a Græco κατ' ἔνα, quod variis annulis necat, atque uniat. Alii derivant a καθίμα, *monile*.

N. 11. *Nervus*. In Excusis ita legitur: *Nervus est vinculum ferreum, quo pedes, vel crurices impediuntur*. Vid. var. lect.

N. 12. *Boia*. De boiis disserui in comment. ad Prudent. hymn. 1 Peristeph., vers. 46:

Carcer illigata duris colla boiis impedit,

ubi specimen boiæ veteris ex Museo Borgiano ær incisum exhibui, quod hoc quoque non alio loco revetere placet.



N. 13. *Numero tantum plurali.* Ex Varrone, lib. iv de Ling. Lat., cap. 52: *Arx ab arcendo... carcer a coercendo, quod exire prohibentur.* Atque id magis placet quam quod alii dicunt, *carcer esse a cancer, canceris*, qui nunc *cancelli* dicuntur. Præter Virgilium nonnulli alii numero singulari dicunt *carcerem*, unde emittuntur *quadrigæ*. Frequentius tamen est plurali numero *carceres* hoc sensu dicere. Vide lib. xv, esp. 2, num. 46.

N. 14. *Plaja.* Græcum est, uti *plecto*, a quo derivatur, *πλέκω, πλάγῃ*, et Dorice *πλαγῆ*. *Flugram a flagro*, quia flagris cæsus flagrat, sive uritur.

N. 15. *Anguilla.* Huc faciunt Hesychii verba: *Σκοῦταλι ὄρεόν ἐστὶ φλαγγίλια, ἰώροισ.*

N. 16. *Palos.* Pro sudibus optimi quique auctores dicunt, pro fistibus etiamnum Hispani.

N. 17. *Vectis.* Est baculus, quo aliquid suspensum vehitur: adeoque conjectura Ant. Augustini valde probabilis est.

N. 18. *Virgæ.* De virgis et scorpionibus dixi in comment. ad Prudentium, hymn. 1, vers. 44:

Illa virgas, et secures, et bisulcas unguas

Illi etiam et assis in locis de fiduculis, de quibus mox Isidorus.

N. 20. *Ungulæ.* Tabulam ex veris instrumentis quibus martyres cruciati sunt, expressam, picturis Gallonii de hoc eodem argumento adjuncti post comment. et indic. ad Prudentium. Explicationem adhibui in comment. ad hymn. 11 Peristeph. vers. 57. Eandem tabulam hic rursus exhibere non pigebit, brevi expositione addita. Num. 4 exprimitur chirotheca ferrea, quæ angularum species est, in cæmeterio Calpedonii reperta. Num. 2, uncus ferreus capti ejusdam martyris inlixus e cæmeterio sanctæ Agnetis. Num. 3, pecten ferreus, qui exstat inter sacras reliquias monasterii sanctimonialium ordinis Dominicani sanctæ Mariæ Magdalena in monte Quirinali. Num. 4 et 8, ex museo sacro vaticano duo instrumenta depropsi, quæ inter unguas videntur referenda. Num. 5, exhibentur ungulæ bisulcæ, quæ asservantur in basilica sancti Petri. Num. 6, plumbeæ ex museo sacro vaticano. Num. 7 et 9, duo hebetes, in sculpti in sepulcris sanctorum Victorinæ et Exuperantii. De quibus omnibus plura loc. cit. dixi.

N. 21. *Equuleus.* Sagittarius, de Cruciat. sanctorum Martyr., cap. 17, corrigebat hunc locum: *Equuleus autem dictus, quod ei tanquam equo reus impositus extendatur.* Vide meum comment. ad hymn. 5 Perist., vers. 109.

N. 22. *Tormenta.* A *torqueo* et *torlum*, et fortasse a *tormen*, seu *tormina*, est *tormentum* per productionem vocis, ut cap. 24, n. 2, in verbo *Testamentum* observatum est.

N. 23. *Latunia.* Grialius, in textu edidit *latomia*, et *latomias*; in not. *latunia*, et *latunias*. Festus scribebat *latumia*, ut ordolitterarum exitum ejus opere. Varro, lib. iv de Ling. Lat., *latomia*, et ait de Latonia translatum, quod hic quoque lapidicinæ fuerunt. Græcum est *λατομία*, quod lingua sicula significat locum ubi cæduntur lapides. Latinos autem *latomias* in *lautumias* mutasse, ex loco Senecæ, a Grialio allegato, satis manifestum est; qui tamen ita legitur in Editionibus correctioribus: *Cum reus rogaret ut in lautumias transferretur: Non est, inquit (Sabinus), quod quemquam vestrum decipiat nomen lautitiae; illa animo meo lauta res est.* Atque hanc scribendi rationem multi sequuntur. Antiqui fortasse alii alio modo.

24. Versus Juvenci, lib. 1, vers. 584 seq.:  
Pervulgata diu legis præcepta tenetis,  
Lædentem semper similis vindicta sequatur.

Unde Isidorus sumpserit *talionem* in bonam etiam partem sumi, non liquet. Apud Ducangium ex donatione abbatiæ sancti Egidii, anni 1038, hoc invenitur exemplum: *Pro talione nobis impendentur cælestia.* Plura congerit Ducangius, ut ostendat talionem accipi pro reciproca pœna; at pro hæc significatione minime opus erat ad scriptores mediæ ævi devenire.

N. 25. *Ignominium.* Huc recidit quod ait Nonius cap. 4, n. 93: *Ignominia est nominis nota.* Clarius Onomasticum: *Ignominies ἀνώνυμοι, anonymi, sine nomine.* *Ignominium* neutro genere dixit Commodianus instruct. 19: *Non ignominium est virtus seduci prudentem.*

N. 26. *Infamium.* Vel *infamia.* Pejus quiddam est quam *ignominia*; nam, ut ait Cornelius Fronto: *Ignominia imponitur ab eo qui potest animadversione notare, infamia ex multorum sermone nascitur.* Proviscæ tamen hæc duo poni solent. In versu Virgilii excusi referunt *malum quo, quod præferendum videtur*

quamvis Grialius aliter sentiat. Apud Tertullianum etiam, quem Isidorus præ oculis habuit, est quo.

N. 27. *Fama autem certi.* Ex Tertulliano fortasse hæc reformari debebunt, qui cit. cap. 8, al., 7, Apologetici, sic habet: *Tandiu vivit quandiu non probat. Siquidem ubi probavit, cessat esse, ... exinde res tenetur, res nominatur. ... Fama, nomen incerti, locum non habet, ubi certum est.*

N. 28. *Unde postliminium.* Titulus 15 lib. xlix Dig. est *De captivis, et de postliminio*, etc. Quo fortasse allusit Isidorus; cuius tamen verba non satis integra sunt.

N. 31. *Metallum... deputantur.* Sigebertus Havercampus, in comment. ad cap. 9 Apologetici Tertulliani pro *deputantur* conjiciebat legendum *deportantur*; quæ scriptura est Coll. Neapol.

N. 34. *Quasi ferens caput.* Verba hæc conveniunt *furcæ*, non *paibulo*. *A patior, sive pateo*, origo hujus vocabuli petitur. Adisis Lipsium. de cruce.

N. 35. *In ipso quoque genere necis.* Havercampus, comment. ad cap. 9 Apolog. Tertulliani, observat Isidorum hæc ex Tertulliano sumpsisse, *sed more suo, addit, auctoris, unde profecerit, nomine abscondito, et verbis paululum inversis.* Plura de hac ipsa sententia, diversum necis genus explicans, adjungit. Barthius, lib. xxiii Advers., cap. 8, capitis abscissi supplicium hodie fere honestius haberi cæteris ostendit; quod imitatione profundæ antiquitatis fieri ait, allegata Xenophontis et hac Isidori auctoritate. In comment. ad Prudentium hymn. 1 Peristeph., vers. 93, et hymn. 14, vers. 63, quæstionem agitavi cur martyres, superatis interdum aliis tormentis, gladio aut ferro semper, vel fere semper, cesserint. Pœnam gladii Hebræos turpissimam existimasse observat Fabricius, c. 15, num. 14, Bibliograph., ubi scriptores de suppliciorum capitalium generibus apud Hebræos usitatis recenset.

N. 36. *Culleus.* De culleo dixi in comment. ad Prudentium, hymn. 5 Perist., vers. 458.

CAP. XXIX. Num. 2. Præ hoc caput Grialius iterum sequens inscribit *caput xxviii*, et sic deinceps. Hinc ad cap. 66 lib. iii. n. 2, putavi non respondere cap. 30 citatum a Grialio.

CAP. xxx. Num. 3. *Unde et in usu est*, etc. Mazochius, tom. I Spicilegii biblicæ, ad cap. vii, 4, Genesis, plura exempla profert quibus scriptores, proprietatem nominum secuti, dies simul noctesque exprimerent, ut eorum tempus designarent, scilicet *quadraginta diebus et quadraginta noctibus, dies ipsos quinque, totidemque noctes, diebus, et noctibus quinque, per triduum et trinocium*, etc. De his rursus Isidorus in libro de Natura rerum, cap. 1.

N. 4. *Secundum Athenienses a sexta hora diei.* Fortasse Servius Atheniensibus affinxit quod Gellius ex Varrone de Umbris, sive quibusdam in Umbria reteri; eos scilicet hora sexta diem inchoare. Exstat hymnus Prudentii ad Gallicinium Cathemer., hymn. 1, ubi quædam annotavi. *Mesonyctium* pro mediæ noctis tempore legitur in Taurabolio Lugdunensi apud Muratorium, pag. 333. In Act. Inscript. Franc., tom. II, pag. 503 seq., ex eadem inscriptione explicatur vox *mesonyctium*, aut *mesonyctius*, quæ adjectiva a nonnullis Græcis adhibetur. In Isidori verbis aliquid fortasse deesse observatur.

N. 8. *Ridicula figmenta.* Sedulius, lib. 1, vers. 17:

Cum sua gentiles studeant figmenta poetæ...

N. 12. *A fando seriæ.* Alii *serias* derivant a *sesto*, alii a *serendis* victimis, alii a *serendis* epulis, quia in feriis epulationes fiebant.

N. 13. *Meridies*, etc. Hæc eadem iisdem fere verbis cap. 42 lib. iii. n. 3.

N. 22. *Perendie.* Non satis clare ab Isodoro exprimitur significatio vocis *perendie*, quæ significat diem proximum crastino, diem tertium, quasi *perempto die vel per unam diem transeundo*.

CAP. xxxi. Num. 1. *Nox dicta*, etc. Conferenda

A hæc sunt cum libro. de Natura rerum, cap. 2

N. 3. *Longo itinere lassatur sol.* De cursu solis vido cap. 17 lib. de Natura rerum cum not.

N. 4. *Noctis partes.* In lib. de Natura rerum, cap. 2, nonnihil diverso modo referuntur.

N. 6. *Tenebræ.* *Tenebrarum* etymon idem lib. xxi, cap. 10. Alii *tenebras* dici putant, quod homines iis teneantur, ne videant, aut libere agant.

N. 12. *Matutinum.* Exstat hymnus *matutinus* Prudentii Cathem. 2, qui fortasse idem erat atque hymnus ad pullorum cantum in officio gothico. Vide quam ad eum loc. animadverti.

N. 14. *Est autem aurora.* *Auroram* nonnulli ab *aurea hora* derivant.

CAP. xxxii. Num. 1. *Nam mane.* De significato vocis *mane* supra, cap. 30, num. 14.

CAP. xxxiii. Num. 1. *Menis nomen.* De mensibus, et de concordia mensium, sunt caput 4 et 5 libri de Natura rerum, ubi quædam alio modo exponuntur atque in hoc capite.

N. 12. *Kalendas.* A *καλεῖν*, quod Latine quoque dicitur *calare*, hoc est, *vocare*, appellatas, plerique existimant; nam Kalendis vocabatur populus, ut dies nonarum cujusque mensis indicerentur, qui etiam *calari* dicebantur. Vide Varronem, lib. 5 de Ling. Lat., cap. 4, et Macrobius, lib. 1, cap. 15. *Idus* vocatæ potius sunt ab *iduarè*, *dividere*, quam ab *edendo*; nam *Idus* fere dividunt mensem. Vide Macrobius, eod. lib. 1 Saturnal., cap. 15. *Nonas* Macrobius, ibid., ait d etas quasi *notæ* initium observationis, vel quod ab eo die semper ad *Idus novem* dies putentur. Ad d 1, cap. 16, ex Rutilio, Romanos instituisse nundinas, ut octo quidem diebus rustici in agris opus facerent, nono autem die, intermisso ruræ, ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent. Nundinæ ergo sunt quasi *novendinæ*, *novem dies*, quod idem fere est etymon *nonarum*. Cæterum originationes ab Isidoro indicatæ ex antiquiori auctore petitæ videntur, quamvis quisnam ille sit non liqueat.

CAP. xxxiv. Num. 2. *Duo autem sunt solstitia.* Scriptores veteres *solstitii* nomine æstivum plerumque intelligebant, hiemale *brumam* appellabant. Dies autem solstitii, et *brumæ*, uti etiam æquinoctiorum nobis ex Calendario Gregoriano diversi sunt ab antiquis, ut explicatur in not. ad lib. de Natura rerum, cap. 8, quod etiam agit de solstitio et æquinoctio.

CAP. xxxv. Num. 1. *Tempora a... temperamento.* *Temperamentum a tempore* potius ducendum quam *contra tempus a temperamento*.

N. 3. *Quod viret.* Ex Varrone, lib. v, cap. 2, qui aliam etymologiam ex Græco innuit. *Nisi quod*, ait, *Iones dicunt βῆρ*.

N. 7. *Quasi hiemevernus.* In not. Grialii erat: *Al., hibernus*: *Reposui*: *Al., hievernus*; nam *hibernus* non est diversa lectio, nisi intelligamus Grialium pro diversa scriptura hæc omnia verba apposuisse: *Al., hibernus. Ut sit præceptis hiems. Hibernus* pro parte quæ est inter hiemem et vernum tempus vix alibi reperitur. Neutro genere *hibernum*, et fortasse etiam masculino *hibernus*, a sancto Ambrosio et aliis posterioris ævi pro hieme simpliciter usurpatur; unde apud Hispanos *invierno*, apud Italos *inverno*.

CAP. xxxvi. Num. 1. *Annus est.* Hæc reformanda, vel explicanda ex Varrone, lib. v de Ling. Lat., cap. 2: *Tempus a bruma ad brumam dum sol redit, vocatur annus; quod ut parvuli circuli annuli, sic magni dicebantur circites anni; unde annus. Ita annus potius est ab annulo, quam annulus ab anno.*

N. 4. *Æra singularum annorum.* Etsi era fortasse originem habet ab *æs*, ut ait Isidorus, tamen apud Hispanos, qui ea voce frequentissime utebantur, in veteribus monumentis sine diphthongo passim scribitur. Hunc morem sequor, aliorum tamen scripturam *æra* non improbo. Hæc de era, et alia, quæ hoc cap. exposita sunt, lib. de Natura rerum, cap. 6, repetuntur. De origine vocis era multum inter se critici discrepant. Opinio Sepulvedæ, in libro quæ

de anni emendatione elidit, hæc fuit, olim scribi consuevisse, A. Er. A., hoc est, annus erat Augusti, sive ab Augusto; ex quo vitiose postea factum era. Hanc opinionem refellit Josephus Scaliger, lib. v de Emendatione temporis, ubi observat, in monumentis antiquis Hispanicæ nunquam *era*, sed *era* exaratum esse. Ipse Scaliger *eram* ab *as* deducit, et numerum significare ait; nam ita usurpat Faustus Reginensis, seu Retensis in libro De spiritu sancto (auctor nunc creditur Paschasius): *Trecenti in era, sive supputatione crucis*. Ita etiam Isidorus, lib. 6, cap. 15, non *secul* *eram* pro numero posuit. Bernmann ex veteri Breviario Codicis Theodosiani profert: *Imperator Theodosius, era 22*, hoc est, titulo 22, et ex Hildericio Gallo *eras dierum* pro numeris dierum. Antiquiores *era* in plurali numero pro numeris ponebant, quo pertinent exempla ex Nonio et Cicerone allegata a Grialio. Salmasius in Exercit. Plinian., pag. 686, probat a sequioris ævi scriptoribus *eram* acceptam fuisse pro numero dato, ut aiunt, in aliquo computo. In conciliis Hispaniæ pro numero, canone, seu capite, vox *era* adhibetur, ut apud Pueyum, pag. 683: *Resertatum est etiam concilium Ilerdensæ, in quo jubetur, etc. Era quippe septima ita: Qui sacramento se obligaverit, etc.* Et pag. 610: *Ex Chalcedonensi concilio era octava decima*. Significatio vero *eræ* pro certo et illustri termino (epocham vocant), ex quo anni numerentur, notior est apud Hispanos, et hoc sensu ab Isidoro exponitur. De era Hispaniæ exstat præclarum opus Marchionis Montejarensis, recensum Matriti anno 1795. *Era Española, origen de su nombre*, etc. In Codice Vaticano 20, post tabulam qua Romani pontifices recensentur, hi sunt versiculi:

Ut sapias eram, Domini præsentibus annis  
Appones annis tricenos, bisque quaternos.  
Et quot in fuerint, totam fore novris eram.

Erat id Cod. *fu* *runt* pro *fu* *erint*, et *usque* pro *bisque*; hæc enim est ratio ut anni xxxviii annis *eræ* vulgaris adiantur, ut annus *eræ* Hispaniæ colligi possit. In eodem Codice *era* explicatur de mensura terræ, quam Romani provinciis imperabant, de quo apud alios nihil inventio. Quo anno *eræ* vulgaris Christus natus fuerit, an etiam ante illam, mirus est chronologorum dissensus, quem, catalogo diversarum sententiarum per annos disposito, Fabricius, cap. 7 Bibliogr., exposuit. Quo in argumento egregie versatus est v. c. Henricus Sanchementius, abbas Camaldulensis, erudito opere paucis ante annis Romæ excuso in-fol. In Codice Albano, post medium capituli 34 libri 1 Etymologiarum quædam inserta sunt de censu, quem Augustus Cæsar a toto orbe terrarum jussit reddi; quæ, quamquam Isidori non sunt, tamen inter appendices, num. 6, locum habebunt.

CAP. xxxvii. Num. 2. *Adhuc enim consules, etc.* Ex his colligit Grialius Isidorum videri Maronis verba non considerasse. Rationem desidero. Isidorus enim potuit, verbis Servii adhibitis, notasse Romanos ante consules et *eram* lustris et olympiadicis computasse. Propter olympiadas fortasse mutandum erit in *per olympiadas*. Observandum lustrum sæpe accipi pro quinquennio jam peracto, ut notant Savaro ad Sidorium, carn. 13, et Christianus Gottlieb Schwarz, ad Mamertinum, in secundo panegyrico, ad Maximinum, cap. 1.

CAP. xxxviii. Num. 4. *Et dicta ætas quasi ævitas*. Ex Arnobio, lib. ii, *ævitas* contracte est *ætas*.

N. 5. *Ætas... mundi*. Sex mundi ætates ita distribuas ex Augustino, lib. et cap. ultimo de Civitate Dei Ido us sumpsit.

N. 6. *Quarum decursus*. Vulcanius et alii Editi in hoc caput concludunt: *Quarum decursus per generationes, et regna ita inspicitur*. In fine vero Chronici, cap. seq., additur: *Quarum decursus per generationes, et regna primus ex nostris Julianus, etc.... Summa præterita sæculi cognoscatur, cum nota Vulcanii:*

*A* *Sequentia habentur in quodam Codice excuso ante titulum. De discretionem temporum, in Mss. vero exemplaribus non leguntur.*

N. 8. *Ad Augusti Heraclii*. In exordio Chronici uberior legitur usque ad Augusti Heraclii, et Sisebuti Gothorum regis principatum; quod arguit prius editum Chronicon quam extrema manus Etymologiarum fuerit adhibita. Nam Sisebuto Recaredus II successit; Recaredo, qui tres tantum menses regnavit, Suintila. Correxerit præteriti sæculi pro præterita sæculi, ut apud Grialium et alios excusus hoc loco legatur, cum in exordio, quod dixi, Chronici melius legatur præteriti. Codex Casensis vetustior hoc loco inserit Chronicon ipsius uberioris Isidori, cujus compendium est hoc, quod in plerisque Mss. Etymologiarum reperitur.

CAP. xxxix. Num. 1. *Primæ ætas, etc.* Grialius sine ulla notatione hoc caput præterit, fortasse quod erudite Loaisæ notæ exstant in Chronicon uberior, et multi sunt qui argumentum hoc egregie illustrarunt, ut Scaliger, Petavius, etc. Quædam nihilominus peculiari observatione digna sunt. *Primo die in lucis nomine conditos fuisse angelos*, fortasse inuit eos simul cum mundo creatos fuisse, quæ est Augustini ac communis theologorum sententia. At non pauci Patres tenent angelos ante mundum conditos, nonnulli post mundum. Vide Pererium, Comment. in Genes. De principio et fine mundi plures opiniones videri possunt apud Cotelerium, tom. I Patr. Apostolic., pag. 44.

N. 6. *Heber, etc. m. dccc. lxxii*. Ita enim legendum, non m. dccc. lxxvii, ut Grialius in Chronico uberiori edidit, ubi locum emendabo.

N. 15. *Carthago*. Kursus, num. 16, sub Amasia: *Carthago condita*. Scilicet ex diversis scriptorum sententiis, quod clarus in Chronico expressit sub Amasia: *Carthaginem hoc tempore quidam asserunt conditam; alii vero, superius*. Nam sub Davide præmiserat: *Carthago a Didone edificatur*. Vide var. lect., ad n. 16.

N. 22. *Evergetes, ann. xvi*. Ita etiam legendum in Chronico, in cujus textu mendose legitur apud Grialium *ann. xxxvi*, ut ex nota ipsa colligitur, ubi indicatur annus 26.

N. 24. *Evergetes, ann. xxix*. Loaisa, in not. ad Chronicon, advertit in Editione Bignæana Etymologiarum perperam legi *ann. xxiv*. Idem error in Editione Vulcanii præcesserat.

N. 37. *Valentinianus, ann. viii*. Loaisa, in not. ad Chronicon uberior, observat, in Mss. Etymologiarum nunc 6, nunc 7, aliquoties etiam 8 et 9 annos indicari. Ipse in textu edidit *annis viii*, quod ex supputatione consulum præferendum existimat. Hoc secutus sum, quamvis Grialius ediderit *ann. vii*.

N. 42. *Soli Deo est cognitum*. Vulcanius et alii Excusi ita pergunt: *Deo soli est cognitum. Colligitur omne tempus ab exordio mundi usque in præsentem annum decimum gloriosissimi principis, qui est Heraclius, m. dccc. lxxvii*. Vulcanius addit hanc notam: *In aliis exemplaribus addita inventio post, Heraclius anno xxvii hæc verba: Illius quarto, et quinto religiosissimi principis Sisebuti in Hispania Judei baptizantur. Aliud vero exemplar pro Sisebuti habet SEPULTI*. Alia hoc loco addit, ut dixi ad n. 6, c. 38. In Codice Chisiano Etymologiarum continuatio est hujus Chronici, quæ inter appendices, num. 7, referetur. Inter varias lectiones quædam alia inducuntur de diversa ratione, qua Chronicon in multis Mss. concluditur, addita etiam mentione Recesuntii regis, qui multus post Isidorum annis vixit.

CAP. i. Num. 1. *Vetus Testamentum, etc.* Quæ hoc capite explicantur, magna ex parte libro Proemiorum concludunt.

N. 7. *Hoc est Paralip.* Confer de his notas ad Patres Apostolicos Cotelerii, pag. 7, col. 2. Verba, quæ in Excusis addi ait Grialius, hæc sunt: *Paralipome-*

*non, qui et Chronicon: qui in duos libros dividitur, A* Isidorus decretum Gelasii de libris recipiendis et non recipiendis.

N. 11. *Summa utriusque Testamenti trifarie dist.* Friples hic sensus sacre Scripturæ fusiis ab Isidoro declaratur lib. 1 Sentent., cap. 18: *Lex divina triplici sentienda est modo. Primo, ut historice; secundo, ut tropologic; tertio, ut mystice intelligatur, etc.*

CAP. II. Num. 1. *Vet. Testam., etc.* Hoc etiam caput traditis ab Isidoro in libro Proœmiorum, et in libro 1 Officiorum, cap. 12, respondet.

N. 25. *Quos non lamenta.* Non recte arguit Grialius lamentationes Jeremiæ olim in officiis defunctorum cani consuevisse; nam Isidorus loquitur de genere ipso carminis quod funeribus adhibebatur, et *threnus*, sive *lamentum* vocabatur, non de ipsis Jeremiæ Threnis. Vide lib. 1, cap. 39: *Threnus, etc. Adhibebantur autem funeribus, atque lamentis; similiter et nunc.* Et cap. 19 hujus libri vi: *Cui (hymno) contrarius est threnus, quod est lamenti carmen et funeris.* De metris vero Judæorum plures existunt eruditæ dissertationes, ut Xaverii Matthæi, et aliorum, quos recensui in dissertatione de hymnis ecclesiast., n. 17.

N. 26. *Hi sunt quatuor prophetæ, etc.* In prologo libri Proœmiorum Isidorus opinionem Græcorum et Latinorum sequi videtur, qui libros omnes prophetarum ab eisdem prophetis quorum præferuntur nomina compositos esse affirmant. Vide notam Marianæ ad verba prologi. *Ex quibus quatuor sunt, etc.*

N. 28. *Quia secundus, tertius et quartus, etc.* Mariana, in not. ad prologum libri Proœmiorum, manifeste corrupta esse censet hæc verba *quia secundus, tertius, et quartus, etc.* Nam si Esdræ et Nehemiæ sermones uno libro dicantur comprehendendi, quod forte Isidorus hoc loco sequitur, tunc non supersunt *tres libri*, qui inter apocryphos numerentur; sed solum duo, qui vocari solent tertius et quartus Esdræ ab iis scilicet qui sermones Esdræ et Nehemiæ in duos libros distinguunt. Natalis Alexander, tom. II Hisor. eccles. Vet. Testam., in sexta ætate, dissert. 7, art. 3, ait Isidorum tertium et quartum librum Esdræ nomine pariter conjungentem, duos duntaxat Esdræ libros distinctisse, unum canonicum, alterum apocryphum. Verum Isidorus, ut verba hujus numeri præferunt, clare distinguit quatuor libros Esdræ. Solum ergo assertio Isidori, ut nunc apparet, vera esse poterit, si primum et secundum Esdræ libros, quos nunc dicimus, libri primi nomine comprehenderit, eos vero quos nos tertium et quartum vocamus in tres diviserit, ac secundum, tertium et quartum appellaverit.

N. 30. *Philonis esse affirmant.* Hoc magis tenendum quam quod idem Isidorus in prologo libri Proœmiorum docuerat, Sapientiæ librum esse, vel dici a Jesu filio Sirach editum. Vide notam Marianæ. Intelligit autem Mariana, Philonem, cui Hieronymus quoque Sapientiæ librum ascribit, non Philonem Alexandrinum esse, sed Biblium, de quo frequens in Eusebio mentio. Alii temere utrumque Philonem, Alexandrinum et Biblium confundunt.

N. 45. *Ad Heb.* De Epistola ad Heb. vide quæ notavi ad Append. 5 Sedulii, pag. 405. Isidori verba fortasse ita sunt reformanda: *incerta esse dicitur.*

N. 46. *Petrus scripsit, etc.* Vide not. ad Patres Apostolicos, pag. 6, 7 et 12.

N. 49. *Apocalypsim.* Auctoritatem Apocalypsis, quam Abarizitius Genevensis Calvinista labefactare conatus fuit, tuetur Vincentius Fassinus ord. Prædicat.; cujus controversiæ quædam capita Bruno Bruuns, in præfat. ad tom. II Operum sancti Brunonis Astensis explicuit. Confer etiam meam notam ad decretum Gelasii, append. 5 Sedulii, pag. 405, n. pp. De varia apocryphorum notione disserui in not. ad decretum Gelasii, loc. cit., pag. 419. Vide etiam notam Marianæ ad prologum libri Proœmiorum, num. 1, et Coletrium, tom. I Patrum Apostolic., pag. 6, col. 2.

N. 55. *Auctoritate canonica, etc.* Innuït, ut puto,

Isidorus decretum Gelasii de libris recipiendis et non recipiendis.

CAP. III. Num. 2. *Bibliothecam.* De bibliothecæ vocabulo pro sacris bibliis dixi in Isidorianis, cap. 81, n. 8 et seqq. Bibliothecæ Alexandrinæ descriptionem omni gena eruditione exornat illustriss. præsul Simon de Magistris, dissert. 5, post Danielis Editionem secundum Septuaginta ex Tetrapolis Origenis. De numero librorum Gellius, loc. cit. a Grialio, ait: *Ingens postea numerus librorum in Ægypto a Ptolemæis regibus vel conquistis, vel confectus est ad millia ferme volumina septingenta.* Ea omnia bello priore Alexandrino incensa fuisse narrat. Livius et Seneca referunt *quadraginta millia librorum arsisse*; ex quo laudatus præsul de Magistris colligit, dissert. 1, n. 6, ignem evasisse volumina trecenta mille, in quibus sacra biblia. Lipsius, in syntagm. de biblioth., cap. 2, ex verbis Gellii, arguit apud Isidorum scribendum *septingenta pro septuaginta.*

B CAP. IV. Num. 2. *Siquidem sing.* Inter recentiores qui de historia versionis Septuaginta interpretum agunt, consulendus in primis is quem nuper commemoravi, illustrissimus de Magistris.

N. 5. *Vulgaris illa interpretatio.* Hæc est versio *Itala* quam vocant, ac fortasse legendum *vulgaris Itala interpretatio*, nisi contra hinc colligat aliquis apud Sanctum Augustinum, lib. II de Doctr. Christ., cap. 15, legendum *ita illa, non Itala*, ut nulla olim versio *Itala* vocata fuisse dicatur, quod nonnemo contendit. Nota est hæc controversia, in qua explicanda alii passim versantur.

CAP. V. Num. 1. *Deinde Lucull.* De Lucullo Plutarchus Isidoro consentit; et bibliotheca quidem Luculli quodammodo publica erat, et doctis omnibus patebat; sed ipse tamen jus mancipiumque sibi retinebat, ut notat Lipsius in syntagm. de bibl., cap. 5.

N. 2. *Primum autem Rom.* Apud Plinium legendum *prima in Urbe, non in orbe*, ut habet Grialius. Cœcinit Isidorus: *Primum autem Romæ, vel, ut Lipsius, loc. cit., exhibet: Primus.* De imaginibus in bibliothecis ejusdem Lipsii caput 10 est: *Imagines in iis doctorum laudabili more, cui origo ab Asinio.* Adsis nostra Isidoriana, cap. 81, num. 5. Excus male distinguunt *additis auctorum imaginibus in atrio*, perinde quasi *imagines non in bibliotheca, sed in atrio aliquo distincto collocatæ fuerint.* Asinius ergo bibliothecas publicavit in Atrio, scilicet libertatis, ut Suetonius in Augusto affirmat, quod de manubiis Dalmatarum a se victis instruxit. Quod verbum magis Lipsio, cap. 5, arripit, quam *extruxit*, quo Suetonius usus est. Nam Atrium Libertatis longe ante Augusti, et Pollionis ætatem extructum fuerat. De hoc Atrio Ovidius, in Trist., eleg. 1:

Nec me, quæ doctis patuerunt prima libellis,  
Atria Libertas tangere passa sua est.

D CAP. VI. Num. 2. *Hieronymus atque Gennadius.* Innuït Isidorus Hieronymum et Gennadium de iis scriptoribus in suis catalogis verba fecisse, quos in suis habere bibliothecis, quod quidem magna ex parte verum puto. Barthius, lib. XXI Adversar., cap. 18, observat studia ab Optatiano Porphyrio pro libris seu scriptis accipi, ut hoc loco ab Isidoro: *Prosecuti sunt, eorumque studia, etc.* Sic enim cum nonnullis Excusis legit, non *persecuti*, quod Grialius præcavit.

CAP. VII. Num. 1. *Tantos... quantos.* Pro *tot quot*: quæ phrasis sequiori ævo in usum invecta, ad vulgares linguas transit.

N. 3. *Augustinus... tanta scripsit, etc.* In versibus bibliothecæ Isidori de sancto Augustino eadem expressa est sententia:

Mentitur, qui te totum legisse fateatur;  
Aut quis cuncta tua lector habere potest?

ubi fortasse reponendum *An quis.*

CAP. VIII. Num. 2. *Honilia.* Proprie est colloquium, conversatio.

N. 3. *Serbarit.* Nonnulli apud Virgilium minus bene

egunt *serabant* pro *serabant*; nam alluditur ad etymon vocis *sermo*, a *sero*, vel, ut ait Varro, lib. 5 de Ling. Lat., cap. 7, a *serie*, quod ipsum est a *sero*. *Serino enim*, ait Varro, *non potest in uno homine esse solo, sed ubi oratio cum altero conjuncta*.

N. 4. *Tractatus*. Apud ecclesiasticos scriptores tractatus idem sonat atque homilia. Augustinus, epist. 4, ad Quodvultū, praefixa libro de Hæresibus: *Tractatus populares, quos Græce homilias vocant*. Hinc *tractatores, tractare*, etc., eodem sensu.

N. 8. *Fastorum libri*. *Fasti* proxime sunt a *fustis diebus*; origo autem *fastorum dierum* est a *fando*.

N. 12. *Martius vates*. De Martio, seu Marcio vate, agunt Ammianus Marcellinus, lib. 14, cap. 1. *Amphiraus et Martius, vates inelyti*; et Macrobius, lib. 1 Saturnal., cap. 17: *Ex vaticinio Martii vatis, etc. Fertur autem in carminibus Martii vatis, cujus duo volumina illata sunt in senatum, inventum esse ita scriptum*, etc.

N. 17. *Epistolam... Latin. missa*. *Epistolam* alii *missoriam* interpretantur.

N. 18. *Alloquia*. Apud Hieronymum: *Mutua epistolarum colloquia missitabant. Unde et portatores earum*, etc. Ita fere Lipsius verba Isidori recitat, cap. 1 Institut. epistol.: *Codicillis epistolarum colloquia scribebantur. Unde et portatores*, etc. Vox *portitor* Latinior est.

CAP. IX. N. 1. *Ipsæ dant ingen.*, etc. Distichon Dracontii existat in ejus elegia, quam integram edidi post ejus carmen de Deo ex veteribus membranis Vaticanis, ex quibus repositi *prosit littera pro præstet*. Vide Prologomena ad Dracontium, N. 8. Eleganter restitui possit locus, si liceat, ex conjectura Rivini ad Dracontium: *Ceræ litterarum matrices, purulorum nutrices*. Hoc fortasse inuit Hilarius Arelatensis, in Vita sancti Honorati Arelatensis: *Beatus Eucherius, cum ab eremo in tabulis, ut assolet, cera illitis... litteras ejus suscepisset: Mel, inquit, suum ceris reddidisti*. De tota scribendi ratione consulendus Hermannus Hugo, præcipue secunda ejus Editio cum notis Trotzii, præter alios indicatos a Fabricio in Bibliogr., cap. 21, n. 10.

N. 2. *Sicut indicat Atta*. Quinti Attæ solum hoc fragmentum inter veterum poetarum fragmenta refertur, et aliud ex Servio ad Virgilii eclog. 7, vers. 33: *Nempe ad mensam, ubi sermo de sinu solet sub riri*.

CAP. X. N. 1. *Chartarum usum*. Scriptores qui de charta et papyro veterum egerunt, curiose indagavit et indicavit Fabricius in Bibliograph. cap. 21, num. 10. Versus Lucani ita habet in editionibus correctis: *Conseritur bibula Memphitis cymba papyro*. Quamdiu tabulæ ceratæ in usu fuerint incertum est: quædam tamen de hoc argumento annotavi in Isidorianis, cap. xi, num. 10.

N. 2. *Charta autem dicta*. *Charta*, ut *character*, originem Græcam habet. Vulcanii notatio hæc est: *Plinius, lib. XIII, cap. 12, primum genus chartæ tribuit Augustæ, secundum Livie a conjuge Augusti, tertium amphitheatricæ, quartum Saiticæ, quantum Tæniticæ*. Ex hoc Plinii loco non difficilis fuit conjectura de charta Liviana, ut nunc dicam. De charta regia, quæ Græcis *μαρπόλαια* dicitur, videndus Cicero, lib. XIII, ad. Attic., epist. 25, et lib. XVI, epist. 3.

N. 3. *Liviana ob honorem Livie*. In multis Excursis, et in multis Mss. antiquis, ut in Codice 2 Vatican., legebatur *Libiana in honorem Libyæ provincie*, aut aliis verbis in eandem sententiam. Grialius, nulla notata discrepantia scripturæ, edidit: *Secunda Liviana ob honorem Livie*. Joseph Scaliger, Animadv. in Guilandinum, ad membrum 19, existimat quoque nomen *provincia delendum*, et *Livianam Augustam* ab Isidoro intelligi. *Quamquam*, addit, *non plane mutare ausim, quia hujusmodi nugis plurimis scætet Isidorus*. Sed cum nugæ plerumque librarii de penu sua ingesserint, æquitas postulat ut cum contextus patitur, errores qui irrepserunt ad

A veritatem et mentem eorum scriptorum, ex quibus Isidorus profecit, revocemus.

CAP. XI. Num. 1. *Pergamæni reges*, etc. Plinius, lib. XIII, cap. 11, ex Varrone, et sanctus Hieronymus, epist. 43, ad Chromat. Nomen adjective efferri solet *pergamæna charta*, etc. Hispani inde retinent vocem *pergamino*. Neque membranarum neutro genere apud antiquiores facile invenietur. Apuleius, lib. VI Metam., dixit *tenue membranulum*. Cæterum membranarum usum ad scribendum longe ante Eumenis et Ptolemæi tempora fuisse, arguit Lampius ad psalmum XLV, pag. 86. Isaacus Vossius, ad Catullum, pag. 59 seq. Codicum membranearum, sive librorum quadratorum, usum ab Attalo cæpi se contendit.

N. 2. *Coloris lutei*. De membrana lutea Tibullus, lib. III, eleg. 4, vers. 9.

Lutea sed niveum involvat membrana libellum

P. æcare marchio Maffei, tom. III Veronæ illustratæ, c. 4, laudata hæc Isidori sententia, adversus recentiores quosdam bibliothecarum ornatus, qui oculis nocent, invehitur. De Carysteo, seu Carystio marmore (utroque enim modo dicitur) rursus Isid., lib. XVI, cap. 5, ubi ait gratum esse iis qui gemmas sculpunt; *ejus enim viriditas reficit oculos*.

N. 4. *Crocatur*. Verbum *crocatur* insolens est: Plinius tamen dixit, lib. XVI, cap. 51, *crocaturum*. In Editionibus Persi legitur, et *bicolor positus*.

N. 5. *Purpurea vero*. Nonnulli addunt membranas rubeas; sed hæc Isidorus inter purpureas numerare voluisse videtur.

CAP. XII. Num. 1. *In omentis eleph.* Lipsius, in epist. De distinctione et interpunctione ex hoc Isidori loco conjicit certis modulis libros fuisse compositos, ut *facilius in unoquoque opere numerus versuum sive linearum cognosceretur*. Antiqui enim opera per versus numerabant, et ad quot milia versuum liber aliquis procederet, annotare solebant. Vide infra, cap. 14, num. 7. Sed, ut observat, potest etiam aliquis versus explicare membra minuta, et sectiones sic institutas, fore ut in nostris biblis. Librum ex ebore, vel ebore ornatum atque distinctum multi intelligunt esse illum de quo Vopiscus in Tacito, cap. 8: *Habet bibliotheca Ulpia in armario sexto librum elephantinum, in quo hoc senatusconsultum perscriptum est*. Alii ex Isidoro elephantinos libros dictos censent, quia ex omentis elephantorum erant confecti. Alii ex magnitudine et mole id nomen libris ingentibus datum arbitrantur. Ratio scribendi in foliis malvarum tribuitur Hebræis, in foliis palmarum Ægyptiis. Acta Hermannus Hugonem cum notis Trotzii, et Acta Academiz Barciocensis, pag. 309.

N. 2. *Novimus aërios*. Sermo est de carminibus Arati latine, ut puto, redditis. *Levis*, seu *lavis* malva est plana, non aspera. Sic apud Catonem, de Re rustica, cap. 157, *levis* brassica est folia habens externa, cui opponitur *crispa*. Navicula *Prusiaca* videtur esse e Bithinia, cujus rex fuit Prusias. Silhus, lib. III, sub. fin.: *Donec Prusiacas delatus segniter oras*. In vetustissimo Cod. Vat. 5764, de quo cap. 98 Prolegom., n. 15, legitur *quas ignes novimus aërios*, ut alludi videatur ad lucernas. Sed aliud sensus exigit. Vulcanius edidit *quæ ignes novimus aëres*, et *Persica veri*; sed subjicit hanc annotationem: « Vet. Codices habent: *Quis ignes novimus aëreos*; et paulo post pro *Persica* vet. Cod. habet *Prusiaca*; alii *Pruxaica*. »

N. 3. *Cui dono*, etc. Recentiores nunc legunt versus Catulli: *Quoi dono. . . . Arida modo pumice, etc.*, quod venustius putant. Vide notas Vulpii.

CAP. XIII. Num. 1, 2. *Codex, liber, volumen*. Sæpe inter se confusa sunt. Distinctio hæc adhiberi potest, si placet. *Codex* est id quod unum, vel plura opera, vel etiam partem aliquam operis magni complectitur. *Volumen* proprie erat scriptum, quod in membranâ involvebatur, sed promiscue usurpatum

reperitur aut pro Codice, aut pro parte aliqua operis, quod in plures libros divisum est, ut cum nunc dicimus in *Etymologis libro xx*, olim diceretur *volumine xx*. Liber interdum sonabat, ut nunc sonat, partem aliquam et multis in quas opus divisum est, interdum opus ipsum internum. Ut si dicamus in *opere Etymologiarum libro decimo*, aut in *libro Etymologiarum volumine decimo*. Exempla et veteribus in simile esset proferre, cum in lexicis patent. Vide Forcellinum, verbo *Volumen*.

N. 3. *De libris arborum volumina*. Montfauconius, *Antiquit. expl. cat.*, lib. v, cap. 5, tom. III, part. II, sibi non probari ait quod Isidorus hoc loco asserit, libros arborum membranis antiquiores esse; nam *membrarum antiquitas*, inquit, *tanta est, ut earum origo investigari nequeat*. Sed observare potuit ante Isidoro in hoc ipsum traditum ab Hieronymo, Plinio et Varrone. Vide not. 1 ad cap. 11 hujus libri.

CAP. XIV. Num. 1. *Idem et antiquarii*. In Excusis et Mss. occurrit *idem pro idem*, quod in aliorum quoque operibus animadverti. Et poetæ quidem contracte proferre solent *idem pro idem*. Sed prosæ orationi congruentius arbitror *idem*. De antiquaria arte consulti potest Hieronymus, epist. 6, ad Florent. In Codice Theodos., lib. 4, tit. 8, leg. 2: Imperatores Valentinianus, Valens et Gratianus ita præscribunt: *Antiquarios ad bibliothecæ Codices componendos, vel pro vetustate reparandos, quatuor Græcos, et tres Latinos scribendi peritos legi jubemus*. Aliquando tamen *antiquarius* sumitur pro quocunque librario, seu amanuense, ut ab Augustino, Sidonio, et aliis.

N. 3. *Calamus et penna*. In Auctario Ducangii *penna* pro calamo scriptorio, ex sententia Mabillonii in *Supplem. Diplom.*, pag. 51, ad principium Ludovici Pii (sæculo ix) revocatur, quasi eo tempore ejus usus in scribendo cœpisse videatur. Quod valde mirandum est, cum tam perspicua sint Isidori verba. Latinos quidem Isidoro antiquiores vocabulum *pennæ* eo sensu accepisse non constat; nam in quibusdam locis, quæ præferuntur, *penna* non pro instrumento scriptorio, sed pro alis adhibetur; et picturæ, quibus *penna* in manibus veterum auctorum collocatur, solum arguit pictorem et sui temporis more imaginem confinxisse. Clarius pro antiquitate *pennæ* scriptoriæ facit locus ex Clemente Alexandrino, *S. Romat.* lib. vi. *Deinde autem sacrorum scriba procedit, habens penas super capite, librum in manibus, vasculum, in quo atramentum scriptorium, et juncum, quo scribere solent*. *Pennæ* in capite fortasse sunt ex more, qui etiamnum viget, et exprimitur a Joanne in *Vita sancti Odonis*, lib. 1, num. 20: *Vidit velut more scriptoris super auriculam ejus hærentem pennam, et quasi doctoris magisterio productum acuminatam*, etc. Adhuc tamen hæreo an Clemens aliud intellexerit; nam præter pennas in capite commemorat *juncum, quo scribere solent*. Adis laudatum Hermannum Hugonem cum notis Troitzii, et *Acta Academiæ Barcinouensis*, pag. 372.

N. 4. *Calamæ*. Vox Græca est. *Calare* Latinis antiquioribus erat *vocare, nominare, invocare*; scriptoribus sequioris ævi *ponere, demittere, laxare, descendere*. Italica lingua *calare* pro *descendere*, et *demittere* adhibet.

N. 5. *Penna autem a pendendo*. *Pennas* alii deducunt ex voce Græca *πτερόν*, aut *πτερός*.

N. 6. *Folia librorum* apud antiquiores non ita facile reperies, nisi quod Harduinus, ex Mss., lib. xxv, cap. 7, Plinii restituit *chartarum folia ad serupere*, ubi antea legebatur *fila pro folia*. Apud Isidorum *folium* duas saltem sibi invicem compactas partes, quas paginas vocat, comprehendebat, atque huc fere aliorum de paginis testimonia revocari possunt.

N. 7. *Versus*. Hoc loco accipitur pro linea scripturæ. Alia est significatio *versus* pro membranis minutis orationis, ut in sacris bibliis; de quibus versi-

bus dixi cap. 12, num. 1. Exstat Petri Holmii dissertatio de scriptura, et variis rationibus sive ad dextram, sive ad sinistram, sive *desuper*, sive quocunque alio modo scribendi, edita Lund. Scand. 1670, in-8°, et recusa in *Analectis Philologicis*, Thomæ Grenii cura editis, in Belgio, 1699, in-8°. Consule etiam Roehartum, lib. 1 Chan., cap. 20.

N. 8. Quæ hæcenus ab Isidoro de scriptura et libris disputata sunt argumentum aliis de re tota latius disserendi, et non exigua opera conficiendi, præbuerunt. Ejusmodi scriptores accurate indicat Fabricius, in *Bibliograph.*, cap. 21, num. 8, eos scilicet qui agunt de scriptura veterum, de scribis veterum Romanorum, et notariorum, de chartulariis, de capitulis, de librariis, de antiquariis, de bibliophilis, de ratione voluminum, de libris veterum, de varia suppellectile rei librariæ, de ornamentis antiquorum Codicum, de diptychis, de bibliothecis, etc.

CAP. XV. Num. 1. *Canones*. Ven. card. Thomasius, tom. I operum Editionis Vezzianæ, pag. 315 et seqq., edidit canones Eusebii, interprete sancto Hieronymo, ex mss. Codicibus Romanis, subjectis variis lectionibus, et notis.

CAP. XVI. Num. 1, not. *A Braulione, qui hoc opus interpolavit*. Minime assentior Grialio, qui Braulionem hoc opus interpellasse existimat, ut dixi in *Isidorianis*, cap. 51, n. 12. Isidorus ergo ipse hoc caput concinnavit ex præfatione ad genuinam collectionem conciliorum Hispaniæ, sive ipse auctor hujus collectionis, aut saltem præfationis fuerit, sive secus. Quod autem num. 10 dicitur, conciliorum gesta *hoc opere condita* contineri, addidit quidem ad ipsam canonum collectionem; sed vel ab Isidoro amanuense, totum locum in exeribente, inconsiderate immissa sunt, vel Isidorus quoque ea non tolli et reliquo contextu voluit, quia, ut ego arbitror, indicavit locum unde verba depremebat; atque ita facile quisvis intelligere poterat acta conciliorum non in *Etymologiis*, sed in collectione canonum contineri. Eam autem indicationem librariorum negligentia omisissam censeo. Videtur Isidorus ana, cap. 51, num. 16. Quæ ex hoc capite Gratianus sumpsit, can. 1 et 2, dist. 3, et can. 1, dist. 13, Bernardus jam contulit, relatus in *Isidorianis*, cap. 32, n. 30. In decreto Gratiani pro *pravumque quid corrigat* subjicitur diversa lectio *pravum quicquid corrigat*.

N. 5. *Quatuor Evang.* Quatuor Evangelia Isidorus ipse quatuor paradisi Aluminibus comparavit in *Præemiis* tit. de quatuor Evangelis.

*1b. Ostendens manere*, etc. Ita correctores Romani in decreto Gratiani, cum in nonnullis Mss. exemplaribus legeretur *manere in Christo duas naturas, et unam Domini nostri Jesu Christi personam*.

N. 10. *Quorum gesta*, etc. Cur hæc verba ab hoc loco aliena censuerit Grialius, dixi ad num. 1. In hæc scriptura plerique Codices consentiunt. Paulo aliter *Codex Vaticanus 5764*, de quo in *Isidorianis*, cap. 98, num. 13. *Quorum gesta in hoc cepta corpore condita continentur*.

N. 12. *Tractabant. Unde et concilium*. Inter *tractabant* et *unde* Grialius asteriscum posuit, nescio qua permotus ratione. Correctores Romani decreti Gratiani, ad dist. 13, can. 1, notant locum hunc in *Etymologiis* mendose legi. Tunc producut verba præfationis ad Editionem Parisiensem conciliorum, quæ est præfatio interpolata Isidori Mercatoris. Denique advertunt in Gratiani Codicibus multas esse varietates et quibus ea lectio retenta fuit, quæ visa est melior, quamvis adhuc fortasse aliquid desideretur. Huc respexit Grialius in nota. Canon Gratiani ad textum nostrum collatus sic habet: *Concilii vero nomen... tractabant. Unde concilium a communi intentione dictum, quasi consilium; concilium quasi consilium, dicitur in litteram transeunte, vel concilium dictum est a communi intentione, eo quod in unum dirigunt omnes mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt; unde quis sibi non dissentiant, non agunt concilium, quia non con-*



sentiant in unum. Hinc etiam conventus est nuncupatus, eo quod ibi homines conveniant in unum, sicut a conventu cœtus dicitur, sic et concilium a societate multorum in unum. In præfatione ad genuinam canonum Hispaniæ collectionem in Codice Vaticano 1541, hæc brevius profertur: Concilii vero nomen tractum ex communi intentione eo quod in unum dirigunt omnes mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt. Unde et qui sibimet dissentiant, non agunt concilium, quia non sentiant unum. Cœtus vero, etc., ut in textu nostro usque ad nuncupatus, quod ibi omnes conveniunt, sicut conventus cœtus, vel concilium a societate multorum in unum. *Explicit præfatio.* In Codice Vaticano 5764, hæc est varia lectio: Unde et CONCILIUM CONSILIUM, c in s littera (pro litteram) transeunte; pro quo plerique: Ute et CONSILIUM CONSILIUM, d in l litteram tran eunte.

CAP. XVII. Num. 1. *Paschalem cyculum.* Doctrinæ de cyclo paschali Ecclesia Alexandrina quodammodo mater habita fuit, quoniam apud Ægyptios hujus supputationis antiquitas tradita esse videbatur peritia, ut ait sanctus Leo Magnus, in epist. 64, ad Martianum imperatorem, et multis confirmat amicus noster Raimundus Diodado in eximio suo opere adhuc ms. *Marcologia critica*, in dissertat. de schola catechetica Alexandrina. Isidori aliorumque diligentiam in paschali cyclo ordinando commendat Braulio, epist. 22, tom. XXX Hisp. sacr., ubi agit de festo paschali: Sic enim antiqui majores nostri præscripserunt, id est, ad Theodosium imperatorem Theophilus, sic successor ejus Cyrillus, sic Dionysius, sic ad papam Leonem Proterius, necnon et Paschasius (forte Paschasius), et reliqui, quorum longum est facere mentionem. Sed et nostri temporis vir insignis Hispanensis Isidorus; nec credo eos in negotio tam magno ac necessario, prætermittenda diligentia ac labore, potuisse delinquere. De Hippolyto episcopo ejusque cyclo multi multa scripserunt. Sed consulendus in primis illustris. præsul Simon de Magistris in opere: *Acta martyrum ad Ostia Tiberina sub Claudio Gothico* ex ms. Codice regie bibliothecæ Taurinensis, Romæ 1795. Quibus quindecim dissertationes præcedunt de sancto Hippolyto ejusque operibus. Dissertatio vero septima tota est de Hippolyti cyclo paschali. In dissertatione 13, cap. 5, episcopatus Portuensis ejusdem sancti Hippolyti astruitur. Vide etiam dissertationes duas Francisci Blanchini Veronensis de calendario et cyclo Cæsariæ, ac de paschali canone sancti Hippolyti martyris.

N. 3. *Cyculus.* Joannes Vander Haagen, tom. II, pag. 259, cyculum paschalem Isidori describit, et exponit ex Editione Vulcanii; observat hunc cyculum incipere anno 627, et desinere anno 721. Advertit notas anni bissexti, quæ sunt litteræ B, uno anno anticipari. Notat errorem esse anno primo cycli primi luna 20 pro luna 21, et anno primo cycli quarti in Idus April., pro IV Id. April. Et in Codice quidem vetustissimo Toletano hæc est varietas, scilicet IV Id. April., pro III Id. April., ut in Editis, etiam apud Grialium legitur. In nonnullis Mss. reperi anno primo cycli primi luna 21, pro luna 20. Nihilominus tabulam cycli, qualis a Gralio exhibetur, retineo, ut, collatis variis lectionibus mox afferendis, peritiores judicent.

N. 4. *Facta cyclica.* Bentleius quoque in versu Horatii legi vult scriptor *cyclius*, non *cyclicus*; quod scriptura Rabani, qui Isidorum transcribebat, comprobatur. Non desunt tamen qui apud Horatium *Cyclicus* nomen proprium poetæ fuisse existimant. Acron vetus scholiastes his verbis suam interpretationem exponit: *Cyclicus, qui ordinem variare nescit, vel qui carmina sua circumfert, quasi circumforaneus, circulator.* Aliorum expositio est *cyclicum* vocari qui integrum aliquod corpus, seu orbem fabularum, vel historice composuerit. Vide Casaubonum, in Athenæum, lib. VII, cap. 5. Isidori verba, *simplici formata facta*, eo spectant ut *cyclicus* poeta fuerit qui ordinem variare nescit, ut ait Acron. Salmasius,

pag. 850 Exercit. Plinian., contendit probare *cyclum epicum* vocatum fuisse syntagma mythologicum ex variis poematis, et poetis heroicis collectum, qui simplici forma et historico more mythologiam exposuerant; et inde *cyclicum* poetam vocari qui simile aliquod poemati conscripserit. Andr. Schottus, lib. II Observat. humanar., cap. 1, ostendit carmina *cyclica* dicta in quibus initium a quolibet versu ducere licet, fuisse autem *cyclum* certum quoddam poema sic vocatum, de quo Horatius:

Nec circa vilem patulamque moraberis orbem.

De laterculis festivitatis paschalis videri potest cap. 5 concilii IV Toletani. *Laterculum* hæc significatione neutrum esse, vix aliunde colligi poterit, quam ex Isidori verbis, quæ Græcis Cedreni, ubi *λατίρζουλον* scribitur, respondent.

N. 5. *Com...* Em. Explicatio communis anni et emboliani anni (hoc enim litteris C et E, aut Com. et Em. indicatur) num. 21, et 22 profertur.

N. 10, not. *Computantur anni m̄ccccxx.* In nota Grialii scriptum erat *computantur anni dxcii*, pro quo correxi anni *m̄ccccxx*; ita enim legitur in impressis. Post verba ultima hujus numeri *dies Dominicus non omittetur*, in Codice Albanio exstant Acta concilii Cæsariensis de æquinœctio, quæ Baronius et Labbeus ex Beda ediderunt, in re ipsa et sententiis cum jam Editis consentiunt, sed longe alia ratione explicata; quæ proinde appendice 8 exhibebimus, collata ad Codicem Ottobonianum 122, ad Cæsariensem recentiorem, et ad exemplar quod Muratorius in opere anonimo de cyclo paschali inter Anecdota vulgavit.

N. 11. *Paschæ autem vocab.* Becmanus, verbo *Pascha*: *Origo est*, inquit, *non Græca a πάσχα*, ut monachi cecinerunt, aut etiam alii ex allusione quadam commentii sunt, sed ab Hebræo, etc. Nihil est certe cur monachi originem Græcam paschatis commentii dicantur. Verba Evangelii in Vulgata: *Sciens Jesus quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem.*

N. 12. *Ideo pervigil ducitur.* In nota Grialii erat *dicitur*, quod mutavi in *ducitur*. De celeberrimo apud veteres pervigilio paschæ egi, cap. 12 Prudentianorum, ubi titulum hymni 5 Cathem., de novo lumine Sabbati paschalis explicui; sed in not. a ad num. 147 asserui locum Lactantii in notis ad hunc Etymologiarum locum non indicari, quod certe nunc falsum comperio. Fortasse, non describi volui significare. Verba Lactantii sunt: *Et hæc est nox quæ a nobis propter adventum regis ac Dei nostri pervigilio celebratur. Cujus noctis duplex ratio est, quod in ea et vitam tum receipt, cum passus est, et postea orbis terræ regnum recepturus est.*

N. 14. *Expurgantes vetus fermentum.* Verba Apostoli sunt: *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus.*

N. 22. *Embolismus.* Dicitur videtur ab ἐμβάλλω, *intessero, interjicio*, quia anno embolismo, seu embolismali, dies nonnulli interjiciuntur, seu intercalantur.

*Ibid.* Joan. Vander Haagen, loc. cit., ita Isidorum explicat, ut anni embolismei suppleant numerum dierum qui annis communibus desunt, in relatione ad annum solarem.

N. 28. *Calare.* De verbo *calare* pro *ponere* dictum cap. 14, num. 4.

CAP. XVIII. Num. 1. *A solito, id est, firmo.* Alii *solenne* ab *δλος totus*, et *σήμερος augustus*; alii *a solus*, et *annus*. In vetustis lapidibus, et apud optimos quosque auctores, scribitur *sollemnis, solannus* et *solennis*. Vide Norisium, Cenotaph. Pisam. dissert., et cap. ult. Festos dies Christianorum quinam illustraverint, Fabricius, in Bibliogr. cap. 10, refert.

N. 2. *Celebris a celesti.* Incertum etymon; sed fortasse non magis verum quod Scaliger alique critici



dicunt, *celebris esse quasi calabris a catarc, quod est A vocare, congregare, etc.*

N. 6. 7. *Epiphania.* Hæc tria in eodem Epiphaniæ die celebrat ecclesia, ut in officio perspicitur, scilicet Christum a magis adoratum, Dominici baptismatis sacramentum, et permutatæ in vinum aquæ miraculum. De his iisdem solemnibus festis fusius agit Isidorus, lib. 1 de Officiis, a cap. 10, *De Natali Domini*, etc., ubi observare licet (quod sæpe monui) Isidorum non solum ex aliorum, sed ex suis etiam operibus passim sententias et verba desumere.

N. 9. *Scenopegia.* Idem etymon *scenopegia* reperitur lib. xviii, cap. 43.

N. 10. *Neomen.* In Vulgata ita habet psalmus: *Buccinate in neomenia tuba in ins'gni die solemnitatis vestrae.*

N. 12. *Encaen.* Iisdem fere verbis lib. 1 Officior., c. 36, *encaenia* explicantur.

N. 14. *Capitilavium.* Brissonius, qui ad legem *Dominico de spectaculis* passim Isidori auctoritate utitur, pag. 269, ex sancto Ambrosio observat caput abaptiztorum ungi consuevisse; ex quo explicat morem, qui in Hispania invaluerat, lavandi capita infantium qui ungerendi erant. Ad idem lavacrum fortasse pertinent versus incerti auctoris de Behiani baptismo, tom. VI Collect. poetar. Pisaur., pag. 250:

Credidit oranti, et sitientem lumina vitæ  
Præcinctus puro perfudit episcopus amne.

Ex verbis sancti Augustini, in not. ad cap. 28 lib. 1 de Offic. referendis, constat eundem morem in Africa invaluisse, sed diverso die. In Ordine Romano Dominica palmarum, ut in Hispania, dicitur *capitilavium*. Confer etiam Alcuinum, de divin. Offic., Papiam, etc.

N. 15. *Hoc autem die symbol. compet.* In Ordine Romano, Dominica Palmarum vocatur etiam *Pascha petium, Dominica Competentium*.

N. 19. *Dominicus dies.* De Dominico die multa erudite congerit Brissonius, ad legem *Dominico de spectaculis* in Codice Theodosiano, ex Isidoro aliisque Patribus.

CAP. XIX. Num. 4. *Si quis catechumenus, etc.* Diaconorum has fuisse partes, ut ita populum alloquerentur, colligit Cotelerius, tom. I Patr. Apostol., pag. 259, ex auctore Vitæ sancti Martialis; et sancto Gregorio Magno, lib. II Dialog., cap. 25, *missa* videtur proprie dicta illa actio qua catechumeni foras mittebantur; atque ita accipio canonem I concilii Valentini anni 546: *Cum de ecclesiastica regula tractaremus, antiquos canones relegentes, inter cætera hæc (Al. hoc rase) censuimus observandum, ut sacrosancti Evangelia ante munerum illationem, vel missam catechumenorum, in ordine lectionum post Apostolorum legantur, quatenus salutaria præcepta Domini nostri Jesu Christi, vel sermonem sacerdotis non solum fideles, sed etiam catechumeni, ac poenitentes, et omnes qui ex diverso sunt, audire licitum habeant. Sic enim pontificum prædicatione audita, nonnullos ad fidem attractos evidenter scimus.* Florezius, tom. III Hisp. sacr., pag. 226, legendum ait cum vetustioribus Editionibus ante munerum illationem in missa catechumenorum, vel delendum catechumenorum, si cum Louisa legatur ante munerum illationem, vel missam, quia existimat Isidorum hoc loco missam intelligere de sacramentis altaris, quibus catechumeni interesse non possunt. Sed ex contextu liquet missionem catechumenorum missam dictam; ex quo postea missæ nomen reliquis subsequens partibus inhæsit, ac peculiariter primæ orationi, quæ est admonitio erga populum, ut excitetur ad rogandum Deum. Vide Lesleum in not. ad Missale Isidorianum, pag. 509.

N. 5. *Alii chorum a concord.* Non absurdum fortasse est etymon *chori a corona*; nam veteribus *κροναὶ χορῶν* vocabatur. Quanquam hoc magis probat coronam esse a *choro*, quam *chorum a corona*. Confer cap. 3 lib. 1 de eccles. Offic., et not.

N. 6. *Latine succinium.* Scribitur *succinium sicinnium*, et *sicinnium*. Etymon vocis ducitur a *sine et cano*, quia erat cantus sine tibis accinentibus. Alii deducunt a *se*, et *cano*. In glossario Arabico-latino *sicinnium* est quasi singularis *cavilene* vox, id est, cum unus canit, quod grecis *monodia* dicitur. In glossario Saxon. Ælfri: *Monodia, lattersicinnium, quasi sollicitinium*. Ex quo colligi possit, *sicinnium* esse quasi *solicinnium*.

N. 13. *Primus succentoris.* Lib. vii, cap. 42, hoc ordine collocantur *præcentor, succentor, concentor*, qui est *accentor*. *Præcentor* autem dem videtur esse atque *incentor*. Certe conjectura ex illo cap. 42, vehementer comprobatur.

N. 14. *Diapsalma* quidam Hebræum esse volunt. *Diapsalma* verbum quidem Græcum est: sed Isidorus fortasse, vel alius ante ipsum, hoc voluit, ut Græc. ex verbo Hebræo *sela* quod est *sæmp*, *diapsalma* corrupte fecerint. De varia significatione vocis *sela*, vel *selah*, plura Beermann pag. 532. Vide etiam Neovium du Montier in Etymol. sacr. Græco-Latin. verbo *Diapsalma*.

N. 17. *Canticum laudantium.* De hymnis ecclesiasticis dissertationem præmissi Hymnodicæ Hispanicæ.

N. 18. *Threnus.* De threnis lib. 1, cap. 39, num. 19.

N. 19. *Alleluia... laus Dei.* Initio editionis Bignævæ sunt quædam fragmenta S. Isidori, quæ ad ejus Etymologias videntur pertinere: quorum ultimum incipit. *Alleluia in Latinum sonat, etc.* Explicantur quædam voces Hebræicæ, ut *alleluia, amen, diapsalma hosanna, vel osanna, etc.* Eadem fragmenta repetuntur a Breulio post Etymologias. Fragmentum *Alleluia, etc.*, quod ad hoc caput spectat, num. 9, inter appendices reponetur.

N. 22. *Osianna.* In Vulgata scribitur *Hosanna*. *Diatriben de Hebræa voce hosanna* Thomas Malvenda confectis e dicitur in biblioth. Hisp. Nic. Antonii. De varia ejusdem vocis significatione agit Petrus Lazarus in not. ad comment. S. Brunonis Astensis in Matth. v. 85.

N. 26. *Dona proprie divina.* Hoc discrimen inter *donum* et *munus* obvium non est: certe promiscue utrumque adhibetur. Paulus Dig. lib. ult. tit. penult. leg. 194, et Martianus ibid. leg. 214, inter *donum* et *munus* ita distinguunt, ut inter genus et speciem: *munus* dicunt esse *donum* cum causa; *donum*, quod nulla necessitate, jure, vel officio, sed sponte præstat. Cæterum *donaria*, de quibus num. seq., spectant sumi solent pro donis quæ offeruntur in templis; et Isidorus sententiam Donati grammatici exprimere videtur, qui ad illud Terentii in Eunuch., *quodvis donum, et præmium a me optato*, sic habet: *Donum præmium est, et munus præmium: sed donum præmium diis datur, munus præmium hominibus.*

N. 30. *Quod ded-catur.* Ex Nonio Marcello, cap. 4, num. 121, *Dedicare est dicere*. Ex Cornelio Frontone col. 132, Auctor. latin., *Dedicatur Deo: consecratur, quasi sanctum constituitur. Hoc est, dedicatur Deo, quod illi debetur; consecratur, quod profanum est.* Alia discrimina exponit Forcellinus in Lexico verbo *Dedico*.

*Ibid.* Placet conjectura A. Augustini, nam a *mola* etymon Festus ducit: *Immolare est mola, id est, farre molito, et sale hostiam perspersam socrare.* Sed præstiterit ita reformare eo quod in *mo a altari posita*, etc.

N. 33. *Hostiæ apud vet.* Iluc refert Barthius quod Jonas Scotus *hostias* pro hostilibus copiis sive opibus mire dixerit: *Lautique supellectilem ex casorum hostiis reportaret.* Vide Adversaria lib. lvii, cap. 12, col. 2704. Etymon quod Isidorus adhibet petiitum est ex Servio ad I Æneid. v. 538, ut Grialius indicavit. Sed ipse etiam Servius ad II Æn. vers. 155, ab *hostire* hostiam deducit, quia *hostire* significat *placare*. Alii cum Festo ab *hostire*, quod est *ferire*. Porro Ovidius lib. 1 Fastor. vers. 335, ita distinguit:

Victima, quæ dextra cecidit victrix, vocatur.

Hostibus amotis [A.], a domitiis hostia nomen habet.

**Ib.** Tom. I. Patrum Apostolic. pag. 56, in epistola canonica S. Barnabæ ex Isaia cap. 1, v. xi. *Plenus sum holocaustomatibus arietum, et pinguinibus agnorum.* Confer nomen, auctarium Ducangii verb. *holocaustoma*; et Du Mortierum verb. *holocaustoma*: sic enim scribit.

**N. 36. Cerimonie.** Alii scribunt *cerimonias*, alii *ceremonias*, alii *cærimonias*. In nonnullis lapidibus exaratum est *cærimonia*. Prudentius sine diphthongo scripsit præfat. lib. 1, contra Symmach., v. 5. *Immansuetas suas ut ceremonias-Gens pagana Deo sperneret agnito.* Quod autem Forcellinus ait, Prudentium, *malum fere prosodie servatorem*, duas priores syllabas in *ceremonias* corripuisse, id ita accipiendum est, ut Prudentius consuetudini sui temporis, quæ in multis a veteri more discrepabat, inservierit. Et primam quidem in *ceremonia* corripere posse suadet etymon a *carendo*, quod comprobant Massurius Sabinus apud Gellium lib. IV, cap. 9, Servius Sulpicius apud Macrobius lib. III, Saturnal. cap. 3, et Augustinus lib. II Retractat. cap. 37. In eandem sententiam faciunt, qui a *Cerere* originem trahere *ceremonias* dicunt: nam et in *carendo* et in *Cerere* prima brevis est. Originationes ab aliis excogitatas persequi non vacat.

**N. 38. Sacrificium dictum quasi sacrum factum.** Hæretici inixerunt hunc Isidori locum corruptum esse, quasi omnia a catholicis fuerint quædam verba doctrinæ de eucharistia contraria. Eam calumniam dispuisti in Isidorianis cap. 50. Dogma catholicum de eucharistia documento nuper in lucem vulgato confirmatur in Fragmento Thebaico de præsentia reali corporis et sanguinis domini nostri Jesu Christi in eucharistico sacrificio ex insigni codice musei Borgiani de Vitis Patrum, quod exstat in opere de Miraculis sancti Coluthi, etc., studio v. c. P. Augustini Antonii Georgii, Romæ 1793, pag. 57.

**N. 39. Sacramentum est in aliqua celebrat.** Etiam his verbis hæretici abutuntur, ut duo tantum esse sacramenta concludant. Quibus respondi cit. c. 30 Prolegom.

**N. 40. Quæ ob id sacramenta dicuntur.** Varro lib. V de Ling. Lat. cap. 16. *Sacramentum a sacro.* Vide lib. V, cap. 24, n. ult., et not. Havercampii in Apologet. Tertulliani, cap. 2. Aliud etymon a *secretis virtutibus* indicavit Isidorus in titulo Expositionis veteris Testamenti, de qua Ildesonus in elogio Isidori: *Collegit etiam de diversis auctoribus, quod ipse cognominat SECRETORUM expositiones SACRAMENTORUM.*

**N. 42. Unde seu per bonos, seu per malos ministros.** Theologi ita distinguunt, ut validum sit sacramentum etiam a ministro indigno collatum, illicite vero minister illud conferat peccato mortali maculatus. Vide sanctum Thomam p. III, q. 64, art. 5, 6, et 9, et ibi Suarez sect. 4, ubi quaerit *utrum sanctitas, bonitas, vel fides ministri in sacramento efficiendo sint de necessitate sacramenti.*

**N. 50. Chrisma.** Vides aperte, sacramentum baptismi a sacramento confirmationis distingui, contra quam sentiunt hæretici, qui Isidori verbis in suam hæresin perverse trahunt. Neque tamen hoc loco omnia sacramenta distincte explicat. Etsi enim *chrismatis*, sive *unctionis* meminit, tamen *extremam unctionem* diserte non comprehendit. Atque id jam notarunt theologi, Patres eorum sacramentorum interdum explicationem omisisse, de quibus nulla tunc erat controversia. Deesse in monumentis quæ nobis restant Ecclesiæ Gothicæ, perspicuam *extremæ unctionis* mentionem, non nemo mirabatur. Sed mirum sane non est, quod, nulla excitata questione, nihil peculiare suis canonibus de hoc sacramento præscripserint, præsertim cum in collectione gentiana canonum Ecclesiæ Gothicæ epistola Innocentii I ad Decentium Eugubinum inserta esset, quæ doctrina catholica de sacramento extremæ unctionis eviden-

ter traditur: cuius etiam epistolæ nonnulla verba Isidorus refert lib. II de Offic. eccles. c. 27.

**N. 53. Et ea quæ non dicitur fuisse peccatrix.** Rabanus, ut ego puto, legit hæc Isidori verba, *quæ non dicitur fuisse peccatrix*, etc.; sed quoniam multi in ea sunt opinione, eandem fuisse Mariam Magdalenam ac Mariam peccatricem, in qua fortasse ipse quomæ Rabanus erat, ea verba omissa voluit. Nonnulli tres distinguunt Marias, quæ ab aliis pro una eadem femina habentur, scilicet Mariam sororem Marthæ, Mariam Magdalenam, et Mariam quæ in Evangelio peccatrix dicitur.

**N. 55. Conjuratio**, etc., et num. seq. *conjurare.* Alicubi fortasse legitur *adjurare* eodem sensu: nam Barthius Adversar. lib. XXXII, cap. 6, monet, Petrum Pithæum lib. II Advers., cap. 8, ex Isidoro notasse, sequiorem ætatem verbum *adjurare* exposuisse *exorcisare*, quod ex profundo antiquitatis usu ductum docet Barthius ex Gratii Cynegetico, ubi scribit: *Et magicis adjurant cantibus herbas.* Addit Barthius, hoc loco apud Isidorum in vulgatis libris legi *conjurare*, non *adjurare*, et consentiente quidem ms. libro suo una cum duabus antiquissimis editionibus, quas instar membranarum fideles in armariis suis possidebat. Pithæus fortasse indicare voluit lib. VII, cap. 12, n. 51. *Exorcistæ ex græco in Latinum ADJURANTES, sive increpantes vocantur.* In verbis Zachariæ Vulgata addit *Dominus: Et ostendit mihi Dominus Jesum*, etc.

**N. 59. Orare est petere.** Quo sensu a Christo prohibeamur orare in publico, exponit Suarius de Religion. tom. II, lib. III, cap. 7, ubi agit de circumstantiis servandis in oratione vocali, ut de loco, tempore, etc., etc.

**N. 62. Primum enim**, etc. De tribus horis quibus est orandum, tertia, sexta et nona, dixi in comment. ad Prudentium, hymn. 3 Cathem., vers. 86. *Te, Pater optime, mane novo*, etc., ubi ex v. c. Giovenazzii sententia monui hunc Isidori locum corrigendum videri, scilicet *communitatis omnis pro communicationis.* Isidorus enim describit Tertullianum lib. de Oratione, quem inter sua anecdota tom. III Muratorius edidit, cap. 25. Verba Tertulliani sunt: *De tempore vero non erit otiosa extrinsecus observatio etiam horarum quarundam: istarum, dico, communium, quæ diei interspatia signant, tertia, sexta, nona, quas solemniores in Scripturis invenire est. Primum (corrigo ex Isidoro Primum) Spiritus sanctus congregatis discipulis hora tertia infusus est. Petrus qua die visionem communitatis omnis (Isidori exemplaria cuius bene, communicationis) in illo vasculo expertus est, sexta hora ascenderat orandi gratia in superiora. Idem cum Joanne ad nonam in templum adibat, ubi paralyticum sanitati reformavit suæ. Fortasse Isidorus in Tertulliani exemplar incidit, in quo esset *communicationis pro communitatis omnis.* Sed hoc certe melius est.*

**N. 63. Ter, die adoremus.** Constit. apostol. 24. *Ter in die orate*: quod in honorem SS. Trinitatis factum, colligitur ex Theodoro, epist. 145 *Sed et cibum*, etc. Vide commentar. ad Prudentium hymn. 3 Cathem. *Ante cibum.*

**N. 65. Jejuniæ... jejunium.** Celsus lib. IV, cap. 1, de jejuno intestino sic ait: *Cui tale vocabulum est, quia nunquam quod accipit continet, sed protinus in inferiores partes transmittit.* Hinc jejuniæ non ab intestino jejuno dictum est, sed intestinum jejunum vocatur, quia vacuum quodammodo et inane est.

**N. 66. Jejuniæ autem et statio.** Ambrosius serm. 25: *Castra nobis sunt nostra jejunia, quæ nos a diabolica infestatione defendunt: denique stationes vocantur, quod stantes et commorantes in eis inimicos insidiantes rapellamus.*

**N. 67. Discernunt quidam inter jejuniæ et stationem.** Interdum promiscue usurpatur *jejuniæ et statio.* Discernit autem Tertullianus lib. II ad uxorem: *Ut si statio faciendæ est, maritus de die condicat ad balneas; si jejunia observanda sunt, maritus eadem die*

convina exerceat. Contra Psychicos idem Tertullianus cap. 14. *Cur stationibus quartam et sextam sabbati dicamus, et jejunii parasceven.* Auxilii presbyteri quaestiones theologicæ in bibliotheca Casinensi extare dicuntur, in quibus quaerit quid intersit inter stationem et jejunium. Stationes dicebantur etiam *semijejuna*. Jejunium quartæ feriæ et sextæ ex veteri lege præceptum fuisse, nescio unde Isidorus sumpsit. Pharisei quidem bis in sabbato, sive singulis hebdomadibus jejunabant, ut colligitur ex Luca: sed neque de certis diebus constat, neque lege illud jejunium præceptum erat. Vide Sigonium lib. iv de Republ. Hebræorum, cap. 18. Ratio cur veteres Christiani quartam et sextam feriam stationibus observarent, tradit Petrus Alexandrinus cap. 15: *Quartam quidem propter inquam a Judæis consilium de productione Domini: sextam autem, quod ipse pro nobis passus sit.* Cohæret sanctus Augustinus epist. 86 ad Casulanum. Vide Selvaggius Institut. antiq. Christian., lib. ii, part. ii, cap. 8, § 3.

N. 69. *Circa confinium dominicæ passionis:* ita alii præsertim Græci. Ab aliis in Quadragesima involvitur hebdomas Passionis. Vide Cotelierum, ad Patr. apostol., pag. 316.

N. 71. *Pœnitentia.* De pœnitentia fusius lib. ii Sentent. cap. 13.

N. 75. *Exomologesis.* Tom. I Patrum apostolic., pag. 93. Exomologesis a Coteliero in not. ad lib. ii Pastoris Herinæ, mandato 10, dividitur in confessionem peccatorum, et laudationis: et de hac secunda exponit verba Hermæ: *Et non ante facit exomologesim.*

N. 80. *Litanie autem,* etc. Hæc verba proferuntur a concilio Moguntino anni 813, can. 32, usque ad verba, *designacione habetur.* In canone legitur agantur et indicantur. Sanctus Martinus Legionensis, tom. III, pag. 3, hæc eadem describit usque ad finem capituli, nonnullis mutatis, ut, *Litanie vero propter rogandum Deum, et impetrandam in aliquo misericordiam ejus, agi præcipiuntur.* De institutione litaniarum, sive rogationum, agit idem Martinus ibid., pag. 37 et 40, ubi ait: *In quibusdam ecclesiis per illud triduum litaniarum draconis figura modo ante crucem, modo post crucem portatur, etc.* Qui fere mos in supplicationibus, quæ in festo die sanctissimi corporis Christi peraguntur, in illis anxiæ quibusdam Ecclesiis adhuc retinetur.

N. 82. *Nam feriæ aut legitimæ.* Id ita intelligas, ut supplicationes, sive, quod idem sonat, supplicia a supplex dicantur: sed quia, cum civis necaretur, bona ejus fiebant sacra, et rex sacrorum in forum prohibat supplicandi causa; supplicium inde ceptum vocari pœna capitalis, et quæcumque gravior animadversio, aut cruciatus.

## LIBER SEPTIMUS

CAP. I. Num. 1. *Hebræorum nominum interpr.* Hebræorum nominum interpretationes Hieronymianas, quas Isidorus decerpit, Martinæus et Vallarsus erudite illustrant. Eas aliquando, ut in etymologicis latinorum dictionum accidere solet, violentas esse fateri oportet, sed non ita ut aut Hieronymus, aut Isidorus, peculiari jure culpari possint, cum morem aliorum doctorum hominum secuti fuerint. De nominibus Dei consulendi ex antiquis Irenæus, Origenes, Epiphanius, Evagrius, Theodoretus, et Photius; ex recentioribus Petavius, Ludovicus Legionensis, et alii a Fabricio indicati cap. 8 Bibliographiæ, num. 8.

N. 9. *Quintum Elium. . . excelsus.* Ex in compositione aliquando augmentum et perfectionem significat, ut in exclamo, exaudio, sed non semper.

N. 10. *Hoc nomen... mors non habet.* Isidorus vere locum hunc sumpsit ex Hieronymo epist. 136. Dubitat Petavius t. I, lib. I Theol., cap. 6, num. 8, an satis solida sit ista proprii nominis ratio ex Exodo deducta. Nam Ambrosius non nomen Dei, sed rem nominis expressam putat.

N. 11. *Quærenti enim quod esset nomen ejus.* Verba

A Exodi: *Dixit Deus ad Moysen: Ego sum, qui sum. Ait: sic dices,* etc.

N. 18. *Immortalis, incorruptibilis, incommutabilis, æternus.* De his Dei attributis, in Theologi vocant, conferenda sunt prima capita libri primi Sententiarum cum notis.

N. 23. *Quam nemo vidit unquam.* Eadem verba exstant etiam in Joannis Evangelio, cap. 1, v. 18.

N. 35. *Sunt et quædam vocabula.* Hæc ipsa doctrina traditur lib. I Semei., cap. 1, cui uberiores Latinae notationes subjiciuntur.

N. 59. Psalm. ciii: *Abyssus, sicut vestimentum, amicus ejus:* ita Vulgata. Item psalm. cxxxviii, *Si ascendero in cælum, tu illic es.*

CAP. II. Num. 1 et 2. *Multis etiam modis Christus appellari.* Versus veteres de cognominis Salvatoris partim indicavi, partim descripsi in not. ad elegiam Sedulii, vers. 104. Versus Silvii, quos tum dixi existare in Manuali biblico Goldasti, reperiuntur ejusdem Silvii nomine inscripti in cod. Vatic. 555. Isidorus in libro Differentiarum rerum, sept. diff. drent: quædam etiam nomina explicat quæ Filio Dei attribuantur. In breviario Isidoriano pag. cx secunda editionis extat hymnus *In ordinatione regis*, ubi chrisimatis mentio:

Christe vero chrismate.  
Provehe regnum fidelis  
Principis ad gloriam  
Languine sacro intescat...

N. 3. *Collecti sunt enim.* In Vulgata: *Convenerunt enim vere in civitate ista adversus sanctum puerum tuum, quem unxisti.*

N. 8. *Vocabis.... quia ipse.* In Vulgata ipse enim pro quia ipse.

N. 9. *Quod verbum Latina lingua non habet.* Hæc eadem ex Isidoro S. Martinus Legionensis tom. II, pag. 3. De Salvatoris nomine videndus quoque Barinius in Martyrol. Rom., 7 Kal. Decembr., qui reprehendit eos qui pro Salvatoris vocabulū Servatorum dicere malunt. S. Aug. lib. xiii De Trinit., cap. 10, Isidoro præluxit: *Qui Hebraice Jesus, Græce σωτηρ, nostra autem locutione SALVATOR. Quod verbum Latina lingua antea non habebat: sed habere poterat, sicut potuit, quando voluit.* Ante Augustinum Salvatoris nomen adhibuerunt Tertullianus, Lactantius, Juvenius, et alii. Exstat eadem vox in inscriptione apud Græterum pag. 19, n. 3. *Josi Custod. Quirino Salvatori pro salute Cæsaris Nervæ Trajani, etc.*

C N. 14. *Homousios.* Græcum adverbium ὁμοῦς, sive ὁμοῦς, significat simul, una: et homousios, sive homousios, coessentialis, consubstantialis. Catholici tres personas in Trinitate homousias defendebant contra Arianos, qui Filium heterousios, sive diversæ substantiæ a Patre asserebant, et Macedonianos qui homousios respuebant, et homousiosion, hoc est similis substantiæ sensu hæretico admittabant; ac præsertim Spiritum sanctum creaturam esse affirmabant.

D N. 29. *Mediator.* Etiam hoc vocabulum Christianorum maxime proprium est. Uultamen eo tunc Apuleius lib. ix Metam.

N. 34. *Magni consilii angelus,* ex Isaia, ut putat, cap. ix, vers. 6, ubi in Vulgata habemus: *Et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis,* etc. In Missali vero Romano ad tertiam missam Nativitatis Domini ex Isaia cap. ix profertur: *Et vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus.*

N. 35. *Et veni in hunc mundum.* In Vulgata deest hunc ante mundum: *Ego exivi a Deo. Exivi a Patre, et veni in mundum.*

N. 40. *Quia veniens humilis.* Hujusmodi nominativi absoluti pro ablativis absolutis non infrequentes sunt apud scriptores mediæ ævi, etiam apud Isidorum, præsertim in membranis veteribus: nam in excusis plerumque contra fidem Codicum mss. correctio adhibita est.

N. 41. *Aquila.* Prætermittuntur ab Isidoro quæ

dam Christi nomina, quæ ab aliis commemorantur. A Vide quæ notavi ad vers. 104 Elegiæ Sedulii.

N. 46. *Quoniam Pater.* In Vulgata: *Quia Pater major me est.*

N. 48. *Sic autem Dei Filio.* In synodica concilii Francofordiensis anni 794, apud Labbeum, tom. VII, col. 1039: *Isidorus quoque in libro Etymologiarum: Sic autem, inquit, Dei Filio juncta est humana natura, etc.* In nostris exemplaribus est *conjuncta.*

N. 49. Hæc est *communicatio idiomatum*, quam vocant, et fuscè explicant theologi.

CAP. III. Num. 1. *Spiritus sanctus, etc.* Totum hoc caput a sancto Ildefonso insertum fuit in suum librum de Cognitione baptismi, et in plura divisum capita, a capite 57 ad caput 71. Ildefonsus quidem Isidorum nominatim non appellat, vel quia hic erat tunc excerpti mos, vel quia, ut conicere possumus, margini Isidori nomen appinxit, quod librarium incuria prætermisum fuit. Multa etiam ex hoc Isidori capite sumunt Theodulfus Aurelianensis in libro de Spiritu sancto, tom. II operum Sirmondi, col. 1011, et sanctus Martinus Legionensis, tom. III, pag. 544 seq., qui tamen Isidori nomen non tacent. Ildefonsus addit *Ipse est Pater, id est, Deus.* Vide etiam cap. 15 lib. I Sentent., qui est *De sancto Spiritu*, ubi plurima sunt, in hoc tertio capite repetita.

N. 2. *Ad aliquid refertur.* Martinus ita habet: *Ad aliquid refertur spirans, et utique, etc.* Ildefonsus: *Quod aliquid refertur spirans; et spirans utique spiritu spirans est, etc.*

N. 3. *Quod Spiritus.* Fortasse abundat quod.

N. 4. *Incorporea natura.* Anima incorporea hoc loco discrete traditur; de quo nonnulla quæstio excitatur lib. II de Offic. ecclæs., cap. 24, et lib. II Different., cap. 26.

N. 6. *Ne duo Patres, etc.* Hanc ipsam rationem exhibent Augustinus, et alii, quos Petavius, tom. II, lib. VI, Theol., cap. 14, num. 11, excitat. Alioquin si erroris periculum abesset, *ingeniti* vocabulum sive pro *increatedo*, sive pro *non genito*, in Spiritum sanctum posset convenire.

N. 7. *Multa adhuc habeo quæ.* Theodulfus legit: *Multa adhuc habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.* Martinus Legionensis cum Vulgata: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.* Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem; quod ad processionem Spiritus sancti comprobendam minus idoneum est.

N. 8. *Qui autem.* Vulgata: *Si quis autem, etc.* Clarissimum hoc testimonium Isidori pro processione Spiritus sancti ex Patre et Filio prætermisum non fuit in concilio Florentino, ut dixi in Isidorianis, cap. 31, num. 14.

N. 11. *Tunc iugebunt filii, etc.* Vulgata: *Nunquid possunt filii sponsi iugere, quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, et tunc jejunabunt.*

N. 13. *Septiformis.* Hæc sunt septem dona Spiritus sancti, quæ Isaias, XI, 2 et 3, commemorat: *Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis. Et replebit eum spiritus timoris Domini.* De quibus theologi cum sancto Thoma, 1—2, q. 68.

N. 14. *Deus spiritus est.* In Vulgata Verba Joannis: *Spiritus est Deus.* In psalmo L: *Miserere mei, Deus, etc.* Vers. 12: *Et spiritum rectum innova in visceribus meis.* Vers. 13: *Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.* Vers. 14: *Spiritu principali confirma me.* Hæc omnia de tertia Trinitatis persona multi intelligunt; ut idem dicatur Spiritus *rectus, sanctus, et principalis.* Patres, qui Trinitatem in Spiritu principali, in Spiritu recto, in Spiritu sancto intelligunt, recenset Lorinus, comment. in Psalmos, scilicet Cassiodorum, Haimonem, utrumque Brunonem, ac Bernardum, qui fortasse id didicerant ex Hieronymo, in cap. IV Epistolæ ad Galatas.

N. 17. *Donantur.* Pro *condonantur*; a probatis scriptoribus usitatum. Hinc in quasdam vulgares linguas *perdono.* Sanctificatio iusti in sacris literis et a sanctis Patribus Spiritui sancto tribuitur. An autem habitatio in iustis per charitatem, et præsentia propria sit personæ Spiritus sancti, a tribus personis conveniat, quærit Petavius, tom. II theolog. dogmat., lib. VII, cap. 6, num. 5, qui concludit proprie et singulari modo Spiritum sanctum cum iis quos sanctos facit conjungi, et iuræse ipsis.

lib. In Vulgata: *In Spiritu Dei eicio demones.*

N. 22. *Felle caret.* De hac vulgi opinione dixi ad lib. II Carminis Paschalis Sedulii, vers. 171. *Per volucrem, quæ felle caret.*

N. 24. *Fidelium eruditioni.* Apud Grialium et alios excusos erat *eruditione*; repositi *eruditioni*, quod sensus postulat: nam *e* et *i* in mss. sæpe commutantur.

N. 26. *Quantis... tantis pro quot, tot.* Mentio criminis hoc loco injecta sit, Grialius dubitabat; quia non attendit ad veterum Latinorum usum, præsertim portarum, qui crimes et comas igni etiam tribuebant. Val. Flaccus lib. I, v. 205:

Protulit ut cinem lentis luctatus in extis  
Igis, etc.

Aliorum exempla indicavi ad lib. III Carminis Dracontii de Deo, vers. 171,

Criuibus ignitis jejuna alimenta ministrat.

N. 27. *Spiritus S. nomine aquæ.* Vulgata: *Si quis sitit... Si quis credit in me, sicut Scriptura dicit, flumina de ventre eius fluent aquæ vitæ. Hoc autem dixit de Spiritu sancto, etc.*

N. 30. *Et necesse non habetis.* Vulgata: *et non necesse habetis... docet vos de omnibus.*

CAP. IV. Num. 2. *Idem, et tria.* Vide comment. ad I versum Apotheoseos Prudentii:

Est tria summa Deus, trium specimen, vigor unus.

N. 3. *Alius, non aliud.* Ita Orientius carm. de Trinitate, *Non idem, sed prorsus idem.* Confer not. ad Dracontium lib. II, vers. 105, et ad Sedulium lib. I, vers. 319.

N. 11. *Tres hypostases.* De vocabulo *hypostasis* magna olim fuit controversia an tres hypostases in Deo essent admittendæ; cum Latini nomine *hypostasis* nihil aliud nisi substantiam intelligerent; Græci vero *hypostasin* pro supposito etiam accipi scientes, tres hypostases sine ulla difficultate admittebant. Certe si *hypostasis* sumatur pro eo quod substata accidentibus, nullo modo *hypostasis* de Deo dici potest, ut neque *substantia* eodem sensu accepta. Atque aucto Augustinus lib. VII de Trinit., cap. 5, ducit, *Deum abusive dici substantiam.* Qui cap. 9 addit: *Quia nostra loquendi consuetudo jam obtinuit, ut hoc intelligitur, cum dicimus ESSENTIAM, quod intelligitur cum dicimus SUBSTANTIAM, non audemus dicere UNAM ESSENTIAM, TRES SUBSTANTIAS, sed UNAM ESSENTIAM, vel SUBSTANTIAM, TRES AUTEM PERSONAS.* Precedente tempore constitit, *hypostasis* vocabulum a Græcis catholicis non accipi pro *essentia*, aut *substantia*, sed pro *persona, subsistentia*, aut *supposito.* Adisip Petavius lib. 4 de Trinitate cap. 5, n. 10 et seqq.

CAP. V. Num. 1. *Angeli Græce vocantur.* Multa hic repetita de angelis ex cap. 10 libri I Sententiarum. Huc etiam faciunt Loaisæ notationes in caput illud 10.

N. 3. *Quibus ideo pictorum licentia.* De ventorum pennæ Vulpius ad Catullum carm. 65, et obviis cuique sunt poetarum versus, quibus pennæ ventis ascribuntur. In Vulgata nostra est, *Qui ambulat.*

N. 4. *Novem autem ordines.* Ordo hierarchiæ angelicæ non eodem modo ab omnibus exponitur, ut videri potest apud Petavius tom. III Theol., lib. II cap. 3.

N. 7. *Curre, et loquere.* In Vulgata, *Curre, loquere*

N. 15. Totum hoc, *Uriel.. præceptum est, omni*

titur in Codice Vaticano 5764, ut dixi in Isidorianis, cap. 98, num. 16. Sed cum in perlisque Codicibus, etiam antiquissimis, legatur, præstat credere, data opera prætermisum alicubi fuisse ab aliquo antiquario, qui *Urielis* nomen ex angelorum cœtu excludendum putaret. De Uriele inter angelos recipie do antiquissima fuit opinio, quam tamen nonnulli veteres evertere conabantur. Hunc controversiam, quantum satis est, explicui in not. ad num. 53 App. n. d. i. s. 5 ad Sedulium. Plura videri possunt in opere eruditissimo V. C. Cancellieri de Secretariis veterum Christian., pag. 1009 et seqq.

N. 24. *Throni sunt agmina*. Ita multi veteres laudati a Petavio loc. cit. num. 3.

N. 50. *Fiat firmamentum, et vocatum est*. Vulgata vers. 6, *Fiat firmamentum*; et vers. 8, *Vocavitque Deus firmamentum caelum*.

CAP. VI. Num. 1. Quædam huc faciunt ex iis, quæ in libris de Ortu, et obitu Patrum, et Allegoriarum exponuntur.

N. 5. *A cadendo nim nomen sumpsit calamitas*. *Calamitas* proprie est calamorum segetis comminutio, et clades a granine seu alta causa. A *calamis* ergo dicta *calamitas*.

N. 6. *Alii autem dicunt*. Sedulius in elegia, vers. 7 et 8, comparationem inter Evam et Deiparam ita instituit, ut originem mortis ab Eva, vitæ a Deipara repetat:

Sola fuit molier, patuit qua janua letho,  
Et qua vita rediit, sola fuit mulier.

N. 7. *Pater ejus ait; imo mater ejus*. Genesis verba sunt: *Adam vero cognovit uxorem suam Evam, quæ concepit, et peperit Cain, dicens: Possedi hominem per De. m.*

N. 10. *Tunc initium fuit invocandi nomen Domini*. Vulgata: *Iste cepit invocare nomen Domini*. Judæi, de quibus Isidorus, ita verba Genesis interpretantur: *Tunc ceptum est profanari nomen Domini*. His adhæret Seldenus de Diis Syris proleg. 3. Alorum explicationes vide in Dictionario Calmeti, et in notis ad versionem Gallicam biblicorum e diversis auctoribus Anglis.

N. 13. *Mathusalem interpretatur*. Braulio epist. 44, tom. 30 Hisp. sacr., hunc locum exscribit, præmissis Isidori elogio: *Nostris vero temporibus incomparabilis scientiæ vir Isidorus Hispalensis episcopus, dum hujus nominis vult originem absol. ere, ita fassus est: Mathusalem, etc.* Ita enim ibi scribitur. Et observandum, Grialium in textu, et alios excusos omittere eum post enim, quod ego reposui ex Braulione, et quia Grialius ipse in notis ita refert hæc verba, *Quidam enim eum cum paire*.

N. 15. *Iste requiescere*. In Vulgata: *Iste consolabitur nos ab operibus et laboribus manuum nostrarum*.

N. 22. *Impetatis edificare turrem*. Ita etiam Martinus Legionensis ex Isidoro. S. Augustinus lib. xvi de Civit. Dei, c. 4. de eodem Nemrod: *Erigebat cum suis populis turrem contra Dominum*. Hæc pariter est aliorum opinio. Confer dissertationem Calmeti de turre Babelica.

N. 29. *Sarai*. Vulgata: *Sarai uxorem tuam non vocabis SARAI, sed SARAM. Et benedicam ei, et ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, et reges populorum orientur ex ea*.

N. 32. *Ismael*. Vulgata vers. 11, *Vocabisque nomen ejus ISMAEL, eo quod audierit Dominus afflictionem tuam*. Et vers. 15, *Peperitque Agar Abræ filium; qui vocavit nomen ejus ISMAEL*. Nonnulli scribunt *Ismael*.

N. 36. *Plurimos enim d. lores*. Forte plures pro plurimos.

N. 45. *Mambres*. Calmetus in versione litterali nominum Hebræorum post Dictionar. biblic. *Mambres* interpretatur *mare cum paupertate*, ac vocem Ægyptiam, non Hebræam, esse asserit. Vallarsius inallet *mare pellucidum* apud Hieronymum; sed advertit Græcum etiam nomenclatorem vertere *mare pellicum*.

N. 60. *Ophni d' scalceatus*. Vulgata: *Et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis*.

N. 61. *Quam speciosi pedes*. Verba Isaie in Vulgata sunt: *Quam pulchri super montes pedes annuntiantium; et prædicantium pacem, annuntiantium bonum!* etc. Eadem sententia cap. 1 Nahum, vers. 15, *Ecce super montes pedes evangelizantium, et annuntiantium pacem*. Ex his Apostolus ad Romanos x, 15, *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!*

N. 65. *Trinomius*. Ita Grialius in textu: sed in notis ex aliis excusis sumpsit *tribus nominibus*.

N. 69. *Ochozias*. Alii, et Grial. in textu, *Achazias*.

N. 70. *Joas spirans*. Vallarsius tuetur *Joas sperans*. CAP. VII. Num. 2. *Abram*. Vulgata: *Nec ultra vocabitur nomen tuum ABRAH, sed appellaberis ABRAHAM; quia patrem multarum gentium constitui te*.

N. 5. *Ecce secundo*. Vulgata, *en altera vice pro e. ce secundo*.

N. 6. *Vidi Dominum*. In Vulgata: *Vidi Deum facie ad faciem, et salva, etc.*

N. 7. *Quia vidit Deus*. Vulgata: *Dicens: Vidi Dominum humilitatem meam*.

N. 8. *Quia exaudivit*. Vulgata: *Quoniam audivit me Dominus*.

N. 9. *Nunc mecum erit vir meus*. Vulgata: *Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quod pepererint et tres filios*.

N. 10. *Nunc super hoc*. Vulgata: *Modo confitebor Domino*.

N. 11. *Dedit Deus mercedem meam*. Vulgata: *Dedit Deus mercedem mihi*.

N. 12. *Habitavit mecum*. Vulgata in futuro: *Etiam hac vice mecum erit maritus meus*.

N. 13. *Habitavit me fecit*. Vulgata: *Comparavit me Deus cum sorore mea, et invaluit. Vocavitque eum NEPHTHALI*.

N. 14. *Judicavit me*. Vulgata: *Judicavit mihi Dominus, et exaudivit vocem meam, dans mihi filium*.

N. 15. *In fortuna*. In Vulgata, *feliciter pro in fortuna*. Etiam feliciter explicari potest de eventu et pro-cinctu.

N. 16. *Beata ego*. Vulgata: *Hoc pro beatitudine mea. Beati quippe me dicent mulieres: propterea appellavit eum ASER*.

CAP. VIII. Num. 2. *Eamus ad videntem*. Post verba, *eamus ad videntem*, additur: *Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns*.

N. 8. *Constitui te super*. Vulgata: *Constitui te hodie super gentes, et super regna*.

N. 9. *Signa quædam*. Ex v. viris lectionibus arguitur legi posse per sigla quædam.

N. 13. *Nahum gemens*. Verba Isaie paulo aliter referuntur cap. 6, num. 61, et in Vulgata, ut tunc dixi. Tom. 1 Patrum Apostolic., pag. 9, col. 2, pag. 12, col. 2, et pag. 40, col. 2, agitur de nomine *Nahum*, seu *Nahum*, quod *consolatore* significat, non *germen*. Hieronymus, in fine libri de nominibus Hebræicis, ad Barnabæ epistolam catholicam respiciens, *Nahum* exposuit *germen*; sed mendosus videtur locus, et legendum *Nave*, cujus Barnabas meminit, non *Nahum*. Vide etiam notam in Editione Vallarsiana Hieronymi.

N. 14. *Cur in rebus humanis*. Hæc est quæstio quam Claudianus vehementer oratione persecutus fuit initio libri 1 in Rufinum:

Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem,  
Curærent superi terras. ...

N. 16. *Ad prophetam*. Melius videretur *ad prophetas*; sequitur enim *ipsi sciunt*. Et in nonnullis quidem Excusis exstat *prophetas*. Sed repugnant mss. Codices. In Vulgata est *dedit te pro te posui*. Et apud Amos: *Quia non facit Dominus Deus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas*.

N. 19. *Nunc cognovi*. Vulgata: *Nunc in isto cognovi, etc., et verbum Domini, etc.*

N. 22. *Assumptio verbi*. Vulgata: *Onus verbi Domini ad Israel in manu Malachie.*

N. 27. *Sive ascensus*. Grialius in textu exhibet *ascensus*; sed in nota præferre videtur *ascensus*.

N. 32. *Posui te*. Vulgata: *dedit te pro posui te.*

N. 35. *Ne injicias*. Vulgata: *Non extendas manum tuam super puerum.*

N. 37. *Tria genera visionum*. De prophetia ejusque generibus multa congerit Benedictus XIV, lib. III, cap. 45, et seqq., de Beatific., post multos alios ibi indicatos.

N. 41. *Habere autem prophetiam... malus*. Hæc est theologorum sententia cum sancto Thoma 2-2, quæst. 179, art. 4, et ex sancto Augustino traditur in jure canonico, in can. *Multæ autem*, et can. *Prophetarum 1*, quæst. 1, allegato eodem exemplo: *Prophetarum et Saul malus rex.*

CAP. IX. Num. 2. *Tu es Petrus*, etc. Nota est illorum temeritas qui contra primam Petri cathedram garrunt, in hoc Matthæi textu interpretando. Communem sanctorum Patrum expositionem rejiciunt, unius et alterius interpretationem, quam hic quoque Isidorus indicat, unice tenent, in eaque mordicus hærent. Quodnam hac de re meum sit iudicium, aperui in comment. ad Prudentium, hymn. 1 Cathem., vers. 63. Nimirum cum idem Scripturæ textus duos seu-ut litterales habere possit, ut multi tradunt, nihil obest quominus probabilis censatur paucorum veterum expositio, quod verba *super hanc petram* Christum iudicent, dummodo tamen pro certa habeatur aliorum interpretatio, quam Ecclesia quodammodo auctoritate sua confirmavit in hymno sancti Ambrosii, quem canunt fideles omnes ad laudes Dominicæ:

Hæc ipsa petra Ecclesiæ  
Canente culpam diluit.

Cui concinit hymnus officii Gothici ad Cathedram sancti Petri:

O Petre, petra Ecclesiæ.

N. 3. *Cephas... quod in capite*. Perspicue hoc loco tradit Isidorus Petrum a Christo constitutum fuisse caput apostolorum.

N. 6. *Obediens*. Grialius in no a edidit *Simon... audiens*; sed cum in textu appareat *obediens*, in nota quoque hoc ipsum reposui.

N. 9. *Ad quod elegi*. Vulgata: *Ad quod assumpsi eos.*

N. 10. *Novissimus apostolorum*. Vel, ex loc. cit., pro *minimus apostolorum*, vel ex I Cor. IV, 9: *Nos apostolos novissimos ostendit*. Alter locus ex Epistola ad Ephesios in Vulgata est: *Mihi omnium sanctorum minimo.*

N. 20. *Et acceperunt mercedem*. Vulgata: *Et acceperunt triginta argenteos, pretium appetiati, quem appetiaverunt a filiis Israel*. Verba Zachariæ, quæ huic loco quodammodo respondent, sunt ex cap. XI, 13: *Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos*. Jeremias a Matthæo nominatur; sed apud Jeremiam verba non reperiuntur ita perspicua: atque apud Zachariam. De qua controversia dixi ad Juvenium, lib. IV, vers. 638.

CAP. X. N. 6. *Pelliceus gloriosus*. Distinguunt Editi *pelliceus, gloriosus*; sed etymologia ex Græco est *gloria pellicis*.

CAP. XI. Num. 2. *Testes*. Aliquando etiam Latinum nomen *testium* pro martyribus adhibetur, ut a Prudentio, hymn. 1 Peristeph. vers. 21 et 22:

Nil suis bonus negavit Christus unquam testibus,  
Testibus, quos pœc catenæ, dura nec mors terruit.

N. 4. *Duo sunt autem martyrii gen.* Martyrium quod non in aperta passione positum est, sed in occulta animi virtute, ut ait Isidorus, non est proprie martyrium, etiam si quis inter ministrandum pe-te contactis vitam amittat; nam ex communi Ecclesiæ sensu *martyres* illi soli dicuntur qui in pugna et certamine cum tyranno vitam non resistentes ponunt. Notum est Theophilii Raynaudii opus *De martyrio per pestem*; notæ controversiæ inde exortæ, de quibus videri

potest Benedictus XIV, lib. in de Beatif., cap. 11. Quoniam vero heroica sanctorum virtus martyrio comparatur, hinc duo martyrii genera distinguuntur, et quamvis initio soli veri martyres honore publico exciperentur, deinde viris aliis sanctis, quorum excimia probitas esset demonstrata, veneratio in Ecclesia impendi cœpit, ex quo etiam Martyrologio tam confessores quam martyres inscribuntur. Confer commentarium meum ad Prudentium, Proem., vers. 42.

CAP. XII. Num. 3. *Psalmist. lect.* Psalmistæ nunc ex usu Ecclesiarum Hispaniæ dicuntur concentores, sive accentores, de quibus infra, num. 28. Nam *precentor* Hispanice vocatur *chantré*, et aliquando *capiscol*, hoc est, caput scholæ cantorum, *succentor* *sochantre*, et illi qui concinnant, sive accinunt, *psalmistæ*.

N. 4. *Ordo episc. quadrip.* Non dissimilis divisio, atque hæc ipsa nomina *patriarcharum, metropolitano-rum et archiepiscoporum* leguntur in epistola 3 Anaclei, quæ cum duobus præcedentibus passim jam apocrypha censetur.

N. 13. *Pontifex. Summum sacerdotem et pontificem maximum* ex veterum more appellat Isidorus quemlibet episcopum. Eodem sensu olim episcopatus *summum sacerdotum* vocabatur, presbyteratus *secundum*, diaconatus *tertium*. Antiquorum, qui ita loquebantur, verba legere poteris apud Theophilum Raynaudum in Onomastico pontificio, verb. *Pontifex maximum*, et *Sacerdos summus*; qui utrobique concludit jam pridem appellationem *summi sacerdotis*, æque ac *summi pontificis*, restrictam esse ad omnium episcoporum supremum, sive Romanum.

N. 14. *Unde et Romani imp.* Romani imperatores etiam Christiani *ethnicismi pontifices maximi* esse voluerunt, ne quis abutens summa illa potestate turbas in imperio excitaret. Insignis enim erat apud Romanos pontificis maximi auctoritas, etiam supra consules, ut videre licet apud Gutherium de Jure pontificio Romanorum.

N. 15. *Vates a vi ment.* In Varronis verbis, *vates* esset dictos a versibus *viendis*, Scaliger suspicatur legendum *vagendis*. Alii *vates* dictos putant a *fari*, ut *vates* sit *vates*. In significatione sacerdotis *vates* usurpatur in versibus bibliothecæ Isidori: *Leander rates*. Rursus etymon *vatis* Isidorus exponit lib. VIII, cap. 7, num. 3.

N. 20. *Idem episcopi et presbyteri*. Episcopos jam a divino superiores esse presbyteris sententia catholica est, contra quam nonnulli hæretici auctoritate Hieronymi abutuntur. Theologi non omnes uno modo Hieronymi verba explicant, ut in veram sententiam revocent, ut videri potest apud Valentiam in libro de Discrimine sacerdotalis et episcopalis ordinis, cap. 3. De Isidori quidem mente dubitare non licet, cum conceptis verbis discrimen inter episcopos et presbyteros num. seq. astruat. Confer lib. II de Officiis eccles., cap. 7, cum not., et cap. 27.

N. 21. *Ideo autem*, etc. Hæc uberius expromuntur cit. cap. 27, lib. II, de Officiis eccles.

N. 26. *Duo genera... respondet*. Confer lib. VI, cap. 19, num. 13, cum not.

N. 30. *Tunc accenduntur luminar.* De luminum usu et copia in ecclesiis apud veteres multa dixi in Prudentianis, cap. 11.

N. 31. *Adjurantes*. Ita sanctus Augustinus, lib. de beat. Vit., cap. 12: *Exorcizare dicuntur, hoc est, per divina eum adjurando expellere*. Vide notata ad lib. VI, cap. 19, num. 55.

N. 32. *Ostiarum*. Apud Esdras, II, XII, 25, in templo erant *custodes portarum et vestibulorum ante portas*. Hinc quædam addita in nonnullis exemplaribus Isidori.

N. 33. De hujusmodi ordinibus ecclesiasticis egerat jam Isidorus lib. II de Offic. eccles., unde multa huc transtulit.

CAP. XIII. Num. 1. *Monachus*. De monachis eorumque diversis generibus plura cit. lib. II de Offic. eccles.

N. 4. *Eremum*. Vulcanius annotavit *ἐρημὸν desertum* dici. Hoc voluit Isidorus dicere, dum *eremum* voca-

quasi remotum, hoc est, ab hominum conspectu. A

CAP. XIV. Num. 2. A *Judæis*. etc. Etiam a gentilibus contumeliose Christiani *Nazaræi* et *Nazareni* vocabantur. Vide comment. ad vers. 25 hymn. 5 Peristeph. Prudentii, et ad vers. 45 hymn. 10. *Ni disciplinam Nazarenam r. spat.*

N. 5. *δόξα*. Vox Græca *δόξα* utrumque significat et *opinionem* et *gloriam*; et hoc innuere videtur Isidorus, *orthodoxum* esse dicendum, qui et *recte sentit*, et *glorioso vivit*, hoc est, ut credit, et ut virum rectæ gloriæ deest.

N. 7. *Catechumenus*. Proprie est qui in elementis alicujus scientiæ instruitur; et hoc sensu dicitur *auditor*, sive *discipulus*. Verum hæc omnia enucleatis exponuntur lib. II de Offic. ecclesiasticis.

#### LIBER OCTAVUS.

CAP. I. Num. 1. *Ecclesia*. Agit de Ecclesia Isidorus lib. I Sentent. , cap. 16, ubi Loaisa multa notis illustrat, quæ huc quoque pertinent. Vide etiam cap. 1 lib. I de Offic. ecclesiasticis. Rabanus Maurus, de Institut. cleric. , cap. 1 lib. 1, quædam ex hoc cap. 1 lib. VIII Etymol. suavit, ut plerisque alia ex libris de Offic. ecclesiasticis ejusdem Isidori, tacito hujus nomine.

2. *Vulgata addit: Deo meo per Jesum Christum pro omnibus*, etc. In Evangelio Lucæ eadem *Vulgata: Qui non colligit mecum, dispergit*. Et apud Matthæum XII, 30: *Qui non congregat mecum, spargit*.

N. 3. *Et excidit*. In *Vulgata* omittitur conjunctio et ante *excidit* in verbis *Proverbiorum*.

CAP. II. Num. 2. *Religio*. De etymo religionis alia videri possunt apud Gellium, lib. IV, cap. 9. Ejus vocabuli vim latius patere et pro quavis pietatis specie erga patriam, parentes, amicos, et alios adhiberi, ostendit Carolus Fridericus Walchius, in commentatione de religione M. Aurelii imperatoris, in nummis tom. I Actor. Soc. Lat. Jenensis, pag. 213.

N. 4. *Fit illud*. Apud Grialium et alios Editos erat ait *illud*; reponui *fit illud*. De etymo *fidei* vñle not. ad lib. V, cap. 24, num. 17. Variæ originationes *federis* C explicantur lib. XVIII, cap. 1.

N. 5. *Spes... quod sit spes*. Varro, lib. V de Ling. Lat. , cap. 7, *spem a ponte* declinari po-se putat.

N. 6. *Plenitudo legis*. Verba Pauli sunt: *Plenitudo ergo legis est dilectio*.

CAP. III. Num. 2. *Inde ergo hæresis... vocab.... inducere*. Sententia, ex Tertulliano, cit. lib. de Præscript. , cap. 6, desumpta, sed non iisdem omnino verbis. In Editionibus correctis Tertulliani nunc jam legitur *inducere*, quod pro *indulgere* subrogandum Grialius adverterat.

N. 6. *Superstitio*. Sententiam Ciceronis, lib. II de Nat. deor. , *superstitiosos* dictos, qui totos dies precabantur, et immolabant, ut liberi suis sibi *superstites* essent, acriter refellit Lactantius, lib. IV de vera Sapientia, cap. 28, qui concludit *superstitiosos* vocatos qui parentibus suis *superstites* imagines eorum celebrabant domi, tanquam deos penates. Quod ait Isidorus, *quæ veterum ignari asciscant*, alludit ad versum Virgilii:

Vana superstitio, veterumque ignara deorum;

nam qui deos veteres colebant superstitiosi non censebantur.

CAP. IV. Num. 1. *Judæi*. Sanctus Martinus Legionensis, tom. I, pag. 432 seqq., hoc Isidori caput adversus Judæos profert et amplificat. Notationes quas Zaccaria in hoc et duo seqq. capita paraverat, ut ea in collectionem eorum qui catalogos hæreseam conscripserunt insereret, seorsum exhibebimus post Etymologias.

N. 2. *Transitores*. Martinus Legionensis pro *transitores* habet *transuntes*.

N. 3 et 4, not. *Isaia* XIX. In nota Grialii erat *Isid.* XIX, pro quo reponui *Isaia* XIX.

N. 5. *Essent*. Nomina hujusmodi hæreticorum apud Martium Legionensem plerumque corrupta sunt.

N. 7. *Genistæ*. Grialius edidit *Genistæ*, et n. seq *Meristæ*.

CAP. V. Num. 1. *Quidam*. Hic index hæreticorum reperitur etiam seorsum ab Etymologiis in nonnullis Codicibus, ut in Vatic. 5791, nomine epistolæ Isidori, ut dixi cap. 75 prolegom. Codicem contuli cum Editione Breuliana. Varias lectiones ex decreto Gratiani collectas a Berardo habes ibid. , cap. 32. Indiculum, qui Hieronymi dicitur, de hæresibus Judæorum, et Christianorum, cujus memini in Isidorianis, cap. 86, num. 21 et seqq., simul cum quadam fidei professione, quæ illi subjungitur in Codice 2 archivi Vaticani, ut dixi in Isidorianis, cap. 107, n. 9, inter appendices loco decimo sistam. Zaccaria, cujus notationes, ut dixi, post Etymologias producam, usus est Codice episcopii Pistoriensis, in quo exstat collectio canonum. Diversam scripturam hujus Pistoriensis Codicis ad marginem Editionis Grialianæ, anno 1753, annotavit.

N. 4. *Basilidiani*. De Basilidianis, tom. I Patrum Apostolic. , pag. 60, erudita est Hugonis Menardi annotatio ad epistolam Barnabæ. *Et ad hoc*, ait Barnabas, *Dominus sustinuit pati pro anima nostra*, etc.

N. 8. *Millenarii*. Zaccaria edere voluerat *Millianæ* pro *Millenarii*.

N. 11, not. *Tertull.* Locus Tertulliani exstat lib. de Præscript. , cap. xxx: *Ubi tunc* (sic) *Marcion*, *Ponticus Nauclerus*, *Stoicæ studiosus*, etc.

N. 22. *Ariotyriæ*. In concilio Bracarensi III, al., IV, anni 675, notatur error quorundam qui in *sacrificiis Domini relati sunt lac pro vino, pro vino botrum offerre; Eucharistiam quoque vino madidam pro complemento communionis credunt populum porrigendam*.

N. 35. *Montani*. Tom. I Patrum Apostolic. , pag. 19. Montanistæ, a Montano sic dicti, a Cotelerio describuntur, qui verba indiculi de hæresibus Hieronymo tributi de Montanistis valde corrupta esse ait, ac nullo negotio sanabilia.

N. 36. *Ebionitæ*. Seu Ebionæi, Judaicæ superstitione secuti, Hierosolymam adorabant, quasi domum Dei, ut Judæi plus satis templo Hierosolymitano contidebant. Vide epistolam Barnabæ cum nota Cotelerii, tom. I cit. , pag. 48.

N. 37. *Photiniani*. Photinus e parva Galatia, seu Gallogræcia ortus, Sirmii ecclesiæ præfuit. Legendum ergo videtur Sirmii.

N. 38. *Hi offerre sacrif. spem*. Adeo constans semper fuit in Ecclesia sententia sacrificium pro defunctis esse offerendum.

N. 49. *Ego Dominus*. Verba Isaia hæc sunt: *Formans lucem, et creans tenebras: faciens pacem, et creans malum: Ego Dominus faciens omnia hæc*.

N. 50. *Fecit Deus*. Locus Genesis ita habet: *Viditque Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona*. Hæc duo quo pacto inter se cohæreant, docet sanctus Julianus Toletanus, lib. I Antikeimenon, ad interrogat. 7, al., 46.

N. 52. *Bonosiaci*. Non placet conjectura Grialii, ab aliquo fortasse huc inductos *Bonosiacos*. Exstant in omnibus antiquissimis membranis, et hujus hæresis in Hispania non ignotæ meminit quoque Isidorus, de Vir. illustr. cap. 33, ubi librum responsionum *Justiniani, de Hispania Ecclesiæ Valentiniæ episcopi*, describens ait: *Secunda (responsio) est contra Bonosianos, qui Christum adoptivum Filium, et non proprium dicunt*. An autem Bonosiacis, aut Bonosianis, præmittendi sint Circumcelliones non liquet; fortasse enim Bonosiani etiam erant de grege Donatistarum, uti Circumcelliones. Auctor vero hæresis Bonosus fuit episcopus Sardicensis: de quo vide Baronium ad ann. 389, num. 72, cum nota Pagii.

N. 53. *Quos Cotopitas*. In not. Grialii erat: *Sea cum cotopitæ*.

N. 55. *Luciferiani*. Contra Luciferianos dixerit sanctus Martinus Legionensis, tom. I, p. 576, eos Isidori verbis describens, ubi pro *Syrmiæ episcopi* recte ad marginem correctum est *Sardinia episcopo*



Sed ex Martino ipso Isidorus corrigi poterit; ita enim habet Martinus, in catholicam ecclesiam redire delegerunt. In Isidori impressis, et mss. omnino omis- sum fuerat ecclesiam. Luciferi Calaritari opera omnia prodierunt Venetiis 1778, curantibus Coletis.

N. 56. *Nuptiarum*. Malim *nuptiarum*; instituitur enim comparatio inter nuptas et *virgines*, sicut inter abstinentes et epulantes.

N. 62. *Jura divina, qui*. Phrasia a bonis auctoribus nonnunquam adhibita pro *jura Dei, qui*. Isidem fere verbis Isidorus *Nyctages* describit lib. 1 Offic., cap. 22, in fine.

K. 64. *Nestoriani*. Alvarus Cordubensis, in epist. ad Joannem Hispalensem, tom. XI Hisp. sacr., pag. 127, hæc verba excitat: *Nest riani, ut ait no- ster (s c) lumen Isidorus, a Nestorio*, etc. Legit hominis *ascruiti*, et *Christum Verbo*, et alterum *Dei*, omnis tantummodo, et in, et *fili m*.

N. 68. *Dies j dicitur*. Verba Vulgatæ: *Dies enim utio- nis in corde meo*.

CAP. VI. Num. 1. *Philosophi*. De philosophorum sectis videndus cum primis Jacobus Bruckerus in Historia critica philosophiæ a mundi incunabilis ad nostram usque ætatem deducta, Lipsiæ 1742.

N. 22. *Illos philosophorum errores*. Religio mihi sit non scripturam Tertulliani cum Chacone restituere: adeo clara sunt Tertulliani verba c. 7 libri de Præ- scriptione. *Inde æones, et formæ nescio quæ, et trinitas hominis apud Valentinum: Platonius fuerat. Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate: a Stoicis ve- verat. Et ut anima interire dicatur, ab Epicureis obser- vatur*, etc. Arii nomen ab aliquo imperito intrusum fuit apud Isidorum, quod trinitas hominis quid esset ignorat. In Isidori exemplaribus excusis et mss. ita legitur: *Inde alōves, et formæ nescio quæ: inde apud Arim trinitas nominis, et apud Valentinum, Platonius furor*. Quod mutare noluit Grialius, quantumvis a Chacone admonitus. De trinitate, quam Valentinus in- ceptabat, hominis materialis, animalis, et spiritualis consuli potest Irenæus lib. 1 adversus hæres. cap. 1.

N. 23. *Epicurus observatur*. Melius hæc quoque esset ex Tertulliano ab Epicureis observatur: et mox et ubi aliquid de igneo Deo allegatur: tum ædem materiæ... voluntantur. Verum tolerari utcumque possunt ea quæ in exemplaribus Isidori exstant. Restitutio carnis, a Tertulliano pro resurrectione carnis adhibetur.

CAP. VII. Num. 2. *Igitur ut templa*. Quod pœsis idololatriam auxerit, evincit etiam Prudentius lib. 11 contra Symmach., ver. 45 seqq.

Sic unum sectantur iter, et insania rerum  
Somnia concipiunt et Homerus, et acer Apelles,  
Et Numa, cognata: q e malum, pigmenta, comæne,  
Idola, convulvit fallendi trina potestas.

Confer comment. in Prudentium, et not. in Sedulium lib. 1 Carm. paschal., v. 280, et infra cap. 11 hujus libri, num. 2 et num. 29.

N. 3. *Vates*. De vatis originatione vide not. ad lib. VII, cap. 12, num. 15. Apud Grialium erat antiquis nullo sensu pro antiqui. In aliis Excusis antiquis pro vincire ponentibus. De divinis, Hispanice *adivinos*, iterum, c. p. 9.

N. 4. *Lyra*. Unde dicta, expositum lib. III, cap. 22, num. 8. Ob lyricam pœsim Prudentius in versibus bibliothecæ Isidori dicitur:

Carminibus variis notillis illo satia,

et in epigrammate ex Codice Vatic. Alexandr. 321, cap. 28, prolegom. ad Prudentium, num. 243, ejus liber Peristephanon sic describitur:

Finalis vario musa canore boal.

Ita nunc quidem videtur, quanvis in nota a asserue- rium tunc dittochæum finali musa, et vario canore indicari.

N. 6. *Comici... a comessatione*. Festus comessationem quoque, sive comissionem a vicis, quos Græci *κόμας* dicunt, derivat.

N. 7. *Duo sunt autem genera comic*. Joan. Gr. Vossius, lib. III, cap. 9 Institut. poetice. fatetur satyræ in maledicendo prævisse comœdiam veterem; sed non probat quod Isidorus duo genera comicorum, unum vetus, alterum satyricorum diviserit, et quod dixerit, Plantum, Attium sive Accium, et Terentium, veterem comœdiam scripsisse. Certe apud alios hæc distinctio non reperitur, neque satyrici inter comicos referuntur. Vetus comœdia fuit, quæ mordacibus dictis abundabat magna cum libertate: successit nova comœdia, quæ plus artis et elegantiae habebat; quo in genere Plautus et Terentius floruerunt; atque hoc sensu veterem comœdiam scripsisse non sunt dicendi. Accius tragœdiarum scriptor fuit.

N. 8. *Satyrici autem dicti*. De satyra, ejusque etymo et significatu, dixi ad lib. V cap. 16. Legendum videtur quæ per violentiam dicunt.

CAP. VIII. Num. 1. *Sibyllæ*, etc. Adisis not. ad Patres Apostolic., tom. 1, pag. 78.

N. 4. *Quarta Cimmerica*. Joseph Isæus, in not. ad Lactantium, lib. 1, cap. 6, observat Isidorum omnia hæc mutatum videri ex Lactantio, sed apud Lactantium in duodecim vaticanis, et in aliis omnibus Mss., et Editis legi *Quartam Cumæam in Italia*, quæ ab Isidoro dicitur *Cimmerica*. Lactantius, post Sibyl- lam Cumæam in Italia nominat aliam Cumanam, a Cuma Joniæ, ut Isæus opinatur. Cimmerici populi Italiæ inter Baias et Cumas collocantur. Potuit ergo hæc quoque Sibylla a Lactantio *Cumæa* dici, et di- versa esse: ab alia *Cumana*, a Cumis ita nominata. Isidorus quidem Sibyllam *Cimmericam*, et *Cumanam*, unam ab altera non longe in Italia statuit.

N. 5. *A civitate Cumis*. In nonnullis exemplaribus invento in civitate *Cumas*; nec displicet hæc lectio; nam nomina urbium aliquando indeclinabilia enun- tiabantur per quartum, aut sextum casum. Vide not. ad Prudentiana, cap. 24, num. 212, et Bochartum Chan. lib. 1, cap. 25.

CAP. IX. N. 5. *Lyceus*. Lycæus mons est in Arcadia, Jovi, et Pani, seu Fauno sacer. Inde *Lyceus deus* dictus et Jupiter, et Pan. Apud Val. Flaccum, lib. VI, vers. 255. *Lyceus deus* est Pan, vel Faunus.

N. 11. *Ad quos suscitand*. Grialius in textu *sciscitan- dos*, in not. *suscitandos*, quod, ut puo, vel præ- ferre, vel unice scribere voluit, quanquam num. seq. occurrit *adhibito sanguine inferos sciscitari*.

N. 13. *A Persis allatum Varro dicit divinationis*, etc. Grialius, ut ex nota liquet, edero voluit a *Persis allatum Va ro dicit*. *Divinationis quatuor esse genera, terrum*, etc., ut subaudiatur *constat*. Sed re vera lo- cum in textu reliquit, ut in aliis Excusis: *A Persis dicitur allatum. Varro dicit divinationis quatuor esse genera*, etc. Id certe lego in duobus exemplaribus Editionis regiæ matritensis, neque error correctus est in recenti Editione matritensi. In nota Grialii est *feritur pro dicitur*, ut in textu et aliis editis legitur. Verba Augustini sunt: *Quod genus divinationis Varro a Persis dixit illatum*; ex quo fortasse præstiterit apud Isidorum quoque reponere *illatum pro allatum*. Post *genera* addit *constat* parenthesi inclu- um, ut sensus legenti obvius sit; ita enim Grialius facere solet, cum Isidorus per infinita verba loquitur, in mss. saltem exemplaribus quæ ad nos pervene- runt.

N. 14. *Divini*. Cæro, de Fato, cap. 8: *Falli sperat Chaldaeos, cæterosque divinos*.

N. 16. *Arioli*. Multi scribunt *hariolus* cum aspira- tione, et ab antiquo *fariolus*, quod a *fari* est, dedu- cunt. Isidorus fortasse respexit ad Tertullianum, cap. 23 Apologet.: *Producatur at quis ex iis qui de Deo pari existimantur, qui aris inhalantes nomen de- nidore concipiunt*. Desiderius Heisdus, comment. in Tertullian., Isidorum cum Tertulliano componit.

N. 17. *Aruspices*. *Aruspex* dictus est, ut nonnulli volunt, ab *ara*, ut alii, ab *haruga*, quæ est hostia in hara servata. Hæc originatione opinionum illorum fave- lit cum aspiratione scribunt *haruspex*: eodem



expectat sive Isidorus, sive alius, qui ab horis derivat.

24. *Constellatio* proprie dicitur compositio siderum, et affectio quædam cœli inde ad res varias collecta.

N. 26. *Interpretaretur*. Tertullianus lib. cit. in not. Grialii cap. 9, habet *interpretetur*; sed fortasse Isidorus mutavit in *interpretetur*.

N. 28. *Sortilegi* nomen quodlibet sortium genus com; lectitur; sed Isidorus eos præcipue videtur notare voluisse qui inter Christianos superstitionibus sortium operam dabant. *Sortes sanctorum* crediderim esse librum inscriptum, *Sortes apostolorum*, qui apocryphus declaratur in Gelasiano decreto de libris recipiendis et non recipiendis, de quo Fabricius in Cod. Pseudepigr. ph.

N. 29. *Salisatores*. Marcellus Empiricus, cap. 21: *Cordis pulsus, sive salisatio*. Tobias Gutherlethus, de Saliis, cap. 2, ex hoc Isidori loco corrigendum ait apud Augustinum, de Natura dæmonum, *Salitors vocati sunt*, e.c., ac reponendum *Salisatores*. Becmanus, pag. 214, non improbat, ut videtur, *salitores a salitum, salio*; a quo etiam est *saliso*, aut *salisso*, et *salisator*, seu *salissator*. In auctario Ducangii mentio fit *salissatorum* ex Isidoro, ex Augustino, lib. II de Doctr. Chr. st., et ex Joanne Sarisberiensis, lib. II Policrat., c. 42.

N. 30. *Sive in characteribus*. Ad characteres refero phylacteria, de quibus dixi in append. 5 ad Sedulum, ad verba decreti Gelasiani, n. 53: *Phylacteria omnia*, etc.

N. 34. *Ex oris*. Pro *ex oris* legendum puto *ex oriens*. Ea quæ sequuntur conjecturam confirmant. De hac Tagetis fabula videndi Ovidius, lib. xv *Metam.*, vers. 553 seq.; Lucanus, lib. I, vers. 637; præter Ciceronem, de *Divinat.*, lib. II, cap. 23, et Columellam, lib. X, vers. 345. Martianus Capella, lib. II post med.: *Tages sulcis emicuit, et ritum statim gentis, sypnumque monstravit*. Confer notam Munckeri ad Fulgentium, *Expos. sermon. antiq.*, verbo *Manates lapides*, ubi acium agit, dum locum Isidori a Grialio jam emendatum restituere laborat, *artem pro autem*, et *Tages pro Stages*.

CAP. X. Num. 1. *Pagani dicti*. Notanda est Isonis glossa ad Prudentium, hymn. 40 Peristeph., vers. 296.

Non crubescis, stulte, pago dedite?

ait Iso: *PAGO, tico, vel paganismo. Pagi, ut Isidorus dicit* (lib. xv *Etymol.*, cap. 2), *sunt apta ædificis loca inter agros habitantibus. Unde PAGO DEBITE, sine urbium disciplina. Villa* (forte vel) *PAGE græce VILLA; inde VILLANUS PAGANUS, quasi a civitate Lei remotus, dicimus*. Consule commentarium meum ad eum locum, et Glossarium Isidori cum not., ad verb. *Pagæ, memoriæ sine idolis*. Joan. Franciscus Masdeu, eruditissimus historicus, in Defensione Actorum sancti Emigdii Ascoli, 1794, Isidoro nostro imputat quod etymon *paganorum* ita explicet, ut *paganos* dictos asserat, quia post pacem Ecclesie a Constantino redditam major in pagis quam in urbibus fuerit idololatrarum numerus. Ita quidem multi sentiunt; sed Isidorus ex *pagis* Atheniensibus vocem *paganorum* deducit; quæ originatim non ita apud alios obvia est. Eam a Sedulo adaptatam fuisse ostendi lib. I Carm. paschalis, vers. 280. Confer etiam not. ad vers. 42: *Athenæi pædorem linquite pagi*, ubi similes versus Isecani allegavi. Grialus etymologiam Festi præfert, quia non attendit Isidoro sermonem esse de paganis quatenus hæc vox pro idololatriis sumitur.

N. 2. *Gentiles. Gentes et gentiles* a Judæis dicebantur, qui eorum religionem non tenebant. Hunc morem secuti Christiani, *gentes* et *gentiles* eos vocarunt qui neque Judæi erant, neque fidem Christianam susceperant. Unde Arnobii et aliorum libri *adversus gentes*.

3. *Læce us*, in not. ad comment. Brunonis Asteu-

sis in Matth. v. 27, advertit longe accretitam et falsam originem nominis *ethnicorum* a Brunone afferti: *Ethnici*, ait Bruno, *sive dicantur ab ETRNA, sive, quod magis videtur, dicantur a valle ENNON, a qua dicitur GEUFENNA, hypocritas et peccatores significant*.

N. 2. *Accesserunt poetæ*. Poetas ad idolorum cultum amplificandum plurimum contulisse observavi ad cap. 7, num. 2, hujus libri. De idololatriæ origine plurimos scripsisse constat, Ger. Joannem Vossium, Banjerium, Pluchium, Poppartum, Eliam Amatium, Calmetum, etc. Adisis Fabricii Bibliographia II, cap. 8.

N. 5. *In cælum receptis*. Havercampus, comment. in Apologet. Tertulliani, cap. 25, in Editionibus antiquis Isidori legebat in *cælum receptæ; et se terris*; restituebat vero *receptorum, et se in terris*. Hoc postremum in plerisque Editionibus nunc exsistat. Pro *receptorum* bene est *receptis*, ut Grialius edidit: Munckerus, in not. ad lib. I, cap. 1, *Mytholog.*, Fulgentii, legebat *se demones colendi*, et emendabat *colendos*, quod Grialius quoque occupaverat. Plura ibi Munckerus de origine idolorum ex Minutio, Lactantio et aliis.

N. 9. *Cecrops*. Atto Vercellensis, comment. in Epist. I ad Cor., tom. I operum, pag. 180: *Apud Græcos Cecrops dicitur imaginem primum* (forte *primus*) *fecisse, aras ædificasse, victimamque obulisse, atque multa alia peregrisse quæ nunquam visa, nunquam audita erant in Græcia*. Sedulius, lib. I Carm. paschal., vers. 40:

Attica Cecropii serpsit doctrina veneni.

Lactantius vero, lib. I, cap. 22, asserit Melissam, qui rex fuit antiquissimus Cretensium, pater Melissæ et Amaltheæ, primum diis sacrificasse, ac ritus sacrorumque pompas invenisse. In not. ad Attonem Melissa rex Cretensium dicitur.

N. 11. *Idololatria*. Apud Grialium et alios Excusos reperio *idolatria*; quæ scribendi ratio communis est in membranis veteribus, etiam antiquis. Restituo *idololatria*; ita enim scripsisse Isidorum censeo.

N. 13. *Formulam facit*. Hoc est, *imagunculam*. Et, ut ego quidem puto, initio simulacra deorum vere *idola* erant, sive *imaguuncule* et *formule*. Etiam nunc pars maxima eorum quæ restant in minori forma expressa sunt. Becmanus autem contra hæc Isidori, seu Tertulliani potius, verba contendit, pag. 4136, *idolum* non esse vocem diminutivam, sed recta fluere ab *εἰδωμαι*.

N. 17. *Princeps diabolus est*. Plerique promiscuo dæmonem pro diabolo accipiunt; sed *diabolus* proprium cognomen est principis dæmonum. Vide interpretes sacræ Scripturæ, Maldonatium, et alios.

N. 18. *Diabol. Hebraic*. Ridicula est etymologia a quibusdam inventa, quod *diabolus* dicitur sit, quasi a *diobus botis*. In Vulgata legitur *ante conspectum Dei*.

N. 19. *Satanas*, etc. De his confer not. ad Patres Apost., tom. I, pag. 26, col. 1.

N. 20. *Antichristus*. De Antichristo curiosa quædam legere licet apud sanctum Martinum Legionensem, tom. IV, pag. 378 et seq., ex libro de Vita Antichristi, qui Adsonis monasterii Derbensis abbatis creditur, sed Augustini, Alcuini et Rabani nomine commemoratur.

N. 21. *Antichristus Christum se mentietur*, quia men Christi usurpabit. Lactantius, lib. VII, cap. 49: *Hic est autem qui appellatur Antichristus; et se ipse Christum mentietur, et contra verum dimicabit*. Vide Prudentium, hymn. 6 Cathem. vers. 110, cum comment.

N. 22. *Nam et templum*, etc. Hæc fuit Alambertii dementia (sic enim ipse eam in epistola 180 et 183 tom. XIV operum posthum. regis Borussiaum Federici II appellabat), ut templum hierosolymitanum Judæorum reparari maximo opere cuperet, et per Federicum Borussiae regem tentaret; ita Vaticinium

inter Christianos celeberrimum falsitatis convincere conabatur.

N. 23. *Bel*. De etymologia et significatione idoli hujus *Bel*, aut *Beli*, multa Becmannus pag. 284.

N. 24. *Idolum fuit Moab*. Grialius in nota edidit *idolum fuit Moabiturum*; repositus *Moab*; ita enim ille et alii in textu referunt. Historia Priapi aliter narratur a Prudentio, lib. 1 contra Symmach., vers. 402 seqq. Consulendus Calmetus, in dissertatione libro Numerorum præfixa, et in Diction. bibl., Seldenus, de Pis. Syris, interpretet in libr. Numerorum, etc.

N. 26. *Beelzebub*. Joannis Drusius, lib. 1 Præteritor., *Beelzebub* a Judæis scribi ait in opprobrium et ignominia idoli, quasi dominus stercoreus sit. Becmannus, pag. 708, verb. *Musca*, retinet *Beelzebub*, quod est dominus, aut princeps muscarum. Addit, ex Nazianzeno, Satanam in figura muscæ apparuisse. Sicut hodieque, pergit, eadem specie videri dicitur in vitris, aut crystallis. Sed et colebatur olim in gentilitate in hunc finem, ut muscas pelleret infestas. Cujus rei dedit specimen, quod in templo suo muscam nullam suppressisse fecerit. Sicut hodieque in Venetiano palatio nulla esse dicitur, et in Toletano unica. Quod si certa est ea fama, omnino statuimus idolum aliquod sub palatii limine fuisse conditum. Eam famam incertam omnino noque falsam puto. Plura de *Beelzebub* Sanctus, comment. in IV Reg., 1, 5, et Calmetus in Diction. bibl.

N. 28. *Leviath*. Necessaria puto interrogationis juncta, quæ in Excusis deerunt. *Leviathan* significare Hebraice societatem eorum ostendit Corderius, comment. in Job II, 8. Qui parati sunt suscitare *Leviathan*; pro quo Theodotius venit, *draconem*, alii *magnum cetum*. Secundum litteram pro diabolo eo loco *Leviathan* accipi existimat Corderius, qui de sensu tropologico ex Gregorio Magno aliisque Patribus plura addit.

N. 29. *Sed hoc a poetis*. De poetis, cultus deorum amplificatoribus, dictum supra, cap. 7 hujus libri, num. 2.

N. 30. *Hunc Latini a satu*. Macrobius, lib. 1 Saturnal., cap. 10: *Saturnumque a satu dictum*, etc. Cicero, lib. III de Natur. deor., cap. 24: *Saturnus est appellatus, quod satiretur annis*. Utraque notatio nominis quantitati primæ vocalis, quæ in *Saturnus* longa est, repugnat. Alii ad Hebræam, aut ad Græcæ confluunt, ut originem vocis quærant.

N. 32. *Fa'cem tenet*. De *fa'e* Saturni Macrobius, lib. 1 Saturnal., cap. 8.

N. 33. *In aliquibus civit.*, etc. Hercules in morem inexit ut pro humana hostia sacra de frugibus Saturno fierent, et triginta stutæ ad hominum similitudinem effectæ portarentur in Tiberim. Vide Ovidium, lib. v Fastor., vers. 621.

N. 34. *Jovis*. In nominativo, ut n. 1 et alibi apud Isidorum et alios. *Præstare* pro *juvare* ab Isidoro æqualibus sæpe usurpatur.

N. 37. *Ad quatuor mundi partes*. Quatuor mundi partes olim solum intelligebantur, *oriens*, *occidens*, *meridies*, *septentrio*.

N. 38. *Neptunum*. Cicero, lib. II, cap. 26, et lib. III, cap. 25, de Natura deorum, *Neptunum a nando deducit*; alii alio modo. Et apud Ciceronem quidem nonnulli legunt a *nubendo* pro a *nando*, ut consentiat Varro, qui lib. IV, de Ling. Lat., *Neptunum* vocatum ait quod *terras obnubat, a nuptu, id est, operatione*. Ex quo fortasse in Isidoro legendum quasi *nube tegens*.

N. 39. *Vulcanum*. Scribitur etiam *Volcanus*; quem Varro, lib. IV de Ling. Lat., cap. 10, ita dictum ait *ab ignis majore vi, ac violentia*. Vossius et alii derivant a *Tubalcain*, qui fuit malleator, etc. Ex Genes. IV, 22.

N. 41. *Claudus*, etc. Hinc Catullus *tardipedem deum* vocat *Vulcanum*, serm. 36.

N. 42. *Pluton Latine Diespiter*. Isæus, in not. ad Lactantium, lib. I, cap. 15, conjicit legendum apud Lactantium *Pluto Latine est Dis pater*, non *Diespiter*;

ac suam conjecturam ex hoc Isidori loco astruit. Oporteret igitur apud Isidorum restituere *Latine Diespiter, vel Ditis pater*. Certe *Diespiter* proprium Jovis nomen est. *Pluton* magis usitatum est quam *Pluto*.

N. 44. *A monte Indiæ*. Montem Indiæ in quo nutritus Liber dicitur alii vocant *Merum*. Proxima erat Nysa civitas. De his conferendi Mela, Plinius, Justinus, Curtius et alii.

N. 45. *Nam ideo Mercurius*. Apud Arnobium, lib. III, pag. 118, *Mercurius* dicitur est quasi *medicurrus*, ob eam rationem quam Isidorus inquit, quia sermo inter homines *medius currit*, et reciprocatur. Alii *Mercurium* a *mercibus* appellatum malunt.

N. 47. *Venena*. Putabam legendum *bella*, non *venena*, ex ratione quæ subjungitur, et ex ipsa fabula, quam Hyginus, lib. II Astron. cap. 7, sic refert: *Cum proficisceretur in Arcadiam, et vidisset duos dracones inter se conjuncto corporum alium appetere, ut qui dimicare inter se viderentur, virgulam inter utrumque subjecti, itaque discesserunt. Quo facto eam virgulam pacis causa dixit esse constitutam*. Vide Passerium, tom. II, Thes. gemmar. astrif., pag. 35, seq. Exstat in museo Borgiano Velitris caduceum ex ære in agro Tarentino, anno 1795, repertum, nuper æri incisum, in quo duo serpentes inter se impliciti capita arietina præferunt.

N. 48. *Pax per caduceatores fiebat*. Inde factum ut in nummis etiam numina omnia quæ pacem asserre putantur caduceum manu præferant, ut *felicitas, felicitas seculi, Sæculum frugiferum, Mars pacifer*, et alia, quæ Walchius, in commentatione de Religione M. Aurelii imperatoris, in nummis tom. I. Actor. Soc. Lat. lenens., recenset.

N. 49. *Trismeg*. Plures Mercurii olim distinguebantur, quorum unus ex Nilo dicitur natus, qui potentissimus rex est habitus, sapientissimus philosophus et summus sacerdos; unde et *Trismegistus* est nuncupatus. Omnia autem gesta Mercuriorum fere uni Mercurio filio Maia tribui solent. *Ægyptiisum Mercurium*, sive *Trismegistum Anubin* vocarunt, et capite canino finxerunt. *Anubis* enim sermone *Ægyptiaco canem* significat. Unde *latrator Anubis* apud Virgilium, et alios poetas. Cur autem *Ægyptii* canem coluerint non una ratio ab omnibus traditur. Videri possunt Walchius, loc. cit., et Octavius Rossius, Memor. Bresc. pag. 235, seq.

N. 50. *Ut sit Mars maris ars*. Alii *mas* a *Marte* factum putant, *Mars* vero a Græco *Ἄρως*.

N. 52. *Apud Thracas*. Vulcanus edidit apud Græcos pro apud Thracas, et ad marginem notavit ea verba, apud Græcos, supervacua videri.

N. 53. *Ipsum Titan*. Melius esset ipsum *Titanum*, aut *Titana*, vel *Titanem*. Uroque modo dicitur *Titan*, et *Titanus*. Ex Titanibus unum solem abstinuisse ab injuria deorum, et ob id cælum meruisse, docet Servius, ad vi Æneid., vers. 580. *Facere adversus aliquem Hispanismus* quidem est, ut notat Grialius, sed a sermone Latino descendens, ut apud Ciceronem pro Quint., cap. 1, apud Nepotem, in Eumen., cap. 8. Contrarium est *facere ab aliquo*, seu *cum aliquo pro favore, stare pro aliquo*.

N. 54. *Phæbum quasi ephebum*. Vulcanius, in not. ad margin., *Phæbum* dictum potius putat a *φαιβῶν*, id est, *purgare*. Huc facit quod alii dicunt *Phæbum* esse a *φαιβός*, *purus, splendidus*; ac proprie *phæbus* est adjectivum, et epitheton solis; unde apud Homerum et Virgilium *Phæbus Apollo*. Alia de nominibus solis vide apud Macrobium, lib. 1 Saturnal., cap. 17. Notum est Apollinem fingi inionsum, et imberbem. Gisbertus Cuperus, de Apoth. Homeri, cap. de Herpocratis imagine, solem ut puerum pingi confirmat, ex Albrico philosopho.

N. 56. *Dianam quoq.* Diana olim dicebatur *Jana*; hinc *dea Jana*, et *diva Jana*; tum *Dejana*, et *Disiana*; factum demum *Diana*. Varro, lib. IV de Ling. Lat., cap. 10, *Dianam* dictam putat, quia *diva*, hoc est, duplici via procedit.

N. 57. *Eamdem et Triviam*. Cur Diana Trivia dicatur, præter Varronem et alios, videndus Raderus, pag. 23, ad Martialem. Totum hunc Isidori locum pulchre illustrat Munckerus, ad Albricum, cap. 7, ex Augustino, scholiaste Germani, et aliis.

N. 58. *Latonia fuerit filia*. Grial. Vulcanius, *Latonia*. Munckerus, loc. cit. correxit, *Latona* r. Isidorus fortasse scripsit *Latonas* in genitivo, sicut *famias*; et apud Priscianum, lib. vi, pag. 679, *filius Latonas*.

N. 59. *Cererem*. Munckerus, loc. cit., conjecit a *gerendis frugibus*, cum Ceres dicatur quasi *geres*, ut et apud Ciceronem. Sed in Probo deinde reperit *Cererem a creando dictam*.

N. 61. *Vestam quod herb.* Ovidius, lib. vi *Fastor.*, vers. 299 :

Stat vi terra sua : vi stando VESTA vocatur.

Aliter Cicero, lib. ii de *Natur. deor.*, cap. 27, *VESTÆ nomen a Græcis. Eū est, quæ ab illis iercia dicitur*. Fortasse melius interpungetur : *Matrem magnam : fingunt turritam*, etc.

N. 64. *Non moveri*. Subauditur *constat*, aut simile aliquid.

N. 65. *Significant*. Fortasse *significant* pro *significat*.

N. 66. *Quod se apud eam jactant*. Id *jactare caput* dicunt Lampridius et Ulpianus, lib. i de *ædilitio edicto*, Varro *jactare comam*. Vide Casaubonum, in Lampridium, pag. 103, vers. 23. *Ære prius quam ferrum esset inventum*, antiquos terram coluisse inquit Isidorus. Consule Bochartum, lib. i *Chan.* cap. 19.

N. 68. *Nec tu aliud Vestam*. De *Vesta*, et *Terra*, matre deum, summa parente, matre deum salutari, etc., plura vide apud Macrobius, lib. i *Saturn.*, cap. 21, *Reinesium*, *Spanhemium*, etc.

N. 69. *Portas matrum natis*. *Havercampus*, comment. in *Apologet.* Tertulliani, cap. 24, ex veteribus Editionibus ita profert hunc locum : *Portas matrum natorum pandat, id est, nubentium maritis*. Corrigit autem : *naturæ pandat, vel natis pandat et nubentium maritis*. Nihil, opinor, tentasset, si Editionem Grialii vidisset, *Natura*, ut a Græcis *φύσις*, pro genetalibus a Cicerone, et aliis usurpatur. *Juonem* a *juvando* alii deducunt; alii a *Jove*. Cicero, lib. ii de *Nat. deor.*, per *Juonem* ærem intelligit, per *Jovem* æthera.

N. 71. *Minerva*. Videtur Isidorus originationem *Minervæ* astruere in *munere variarum artium*, quod non satis aptum etymon est. Sed non aptiora quæ alii profertur, sive quod *minuit*, aut *minatur*, cum Cicerone, sive a *meminerva*, quasi *memoria*, cum Arnobio. *Ingenium* pro re ingeniose excogitata adhibetur a Plinio Junio, Tacito et aliis.

N. 73. *In cujus pect.* Forte in medio pectore *loricam*. Servius, ad lib. viii *Æneid.*, vers. 435 : *Quod munitamentum si in pectore nuntius fuerit, AGIS vocatur ; si in pectore hominis, sicut in antiquis imperatorum statuis ridemus, LORICA dicitur*. Adisis Munckerum, ad Albricum, cap. 6.

N. 74. *Triton*. Fluvius est in Africa, qui excipitur a palude Tritonia, de qua Plinius, lib. v, cap. 4 : *Festus, vel potius Paulus ex Festo : Tritonia Minerva a ripa Tritonis fluminis, quod ibi primitus sit visa*. Alii ibi genitam esse dicunt, ut *Mela*, lib. i, cap. 7, et *Silius*, lib. i, vers. 322, etc.

N. 75. *Pallas*. Ut est apud Paulum ex Festo, *Minerva dicta est, quod Pallantem gigantem interfecerit, vel, sicut putant, quod in Pallante palude nata est*. Adeo incertæ sunt origines fabularum.

N. 76. *Venerem ezinde dic*. Non magis probandum *Veneris* etymon, quod Cicero, lib. iii de *Nat. deor.*, cap. 24 : *Venus, quia ad omnia venit*.

N. 90. *A fando igitur fat*. *Fati* vox an a Christianis adhiberi possit multi quærent. Affirmant Picus Mirandulanus, Lipsius, Bermanus, alii.

N. 95. *Furiz*. Dicuntur a *furo*, vel utrumque a Græco *φύρις*, vel *φύρις*, *cædes*, *homicidium*.

N. 97. *Nympha*. Græcum nomen est, et nuptam significat. Virgilius musas nymphas appellavit, ecl. 7, vers. 21 :

Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen, Quale meo Codro, concubite.

N. 98. *Heros...* *defunctor*. Etymon *herois* explicatum fuit lib. i, cap. 39, num. 9.

N. 99. *Penates dicti*. Dicebantur etiam *dii penetrales*, ut ex Seneca in *tragœd.* *Thebaid.*, vers. 560, observat Vulpinus, ad *carm.* 67 *Catulli*, vers. 102.

N. 100. *Apuleius autem ait*. Ita etiam tradit Apuleius, part. i *Apologiæ* : *At tibi, Æmiliane*, etc.

N. 101. *Larvas*, etc. Sanctus Augustinus, lib. ix de *Civit. Dei*, cap. 11, paulo aliter de Manibus ex Platone : *Dicit (Plato) animas hominum dæmones esse, et ex hominibus fieri Lares, si meriti boni sint; Lemures, sive Larvas, si mali; Manes autem cum incertum est bonorum eos seu malorum esse meritum*. Apuleius, de Deo Socratis, docet animum humanum exutum corpore *Lemurem* dictitatum. Inter *Lemures* distinguit *Lares, Larvas, et Manes*, eo fere modo quo Plato. Isidorus innuit *Manes* esse deos mortuorum, ut alii *dii* sunt vivorum, qui *genii* vocantur. Conferendus Andreas Cirinus de urbe *Roma*, cap. 37.

N. 102. *Laniæ*. Græcum nomen est *λάμαι* a *λαμῶς*, *ingluries*; vel a *λήμν*, quæ est sordes oculorum.

N. 103. *Pilos*, qui Græce *Panitzæ*. *Paniscos* vocavit Cicero non semel, quasi *minutulos Panes*, deos silvestres, ut a *satyrus* est *satyriscus*. Joan. Bodinus, lib. ii *Dæmon.*, cap. 7, neque *Inui*, neque *Inivi* legendum ait, sed *Innu*, quod tamen plerisque aliis displicet. Idem Bodinus pro *Dusios* reponi vult *Drusios*, quos silvestres diabolos interpretatur. Sed *Dusius* legitur etiam apud sanctum Augustinum, in vocabulario *Papizæ*, et in *Glossario Isidori* : *Dusius, dæmon*. Confer notas. Ita etiam *Hincmarus* de divortio *Lotarii*, pag. 654 : *Quædam etiam femina a Dusis in specie virorum, quorum amore ardebant, concubitum pertulisse inventa sunt. A Dusis Duendes Hispanice dictos crediderim*. Verba Augustini, quæ aliquatenus ab Isidorianis differunt, hæc sunt : *Quosdam dæmones, quos Dusios Galli nuncupant, hunc assidue immunditiam et tentare, et efficere, plures, talesque asseverant*, etc.

N. 104. *Hunc Romani Faunum*. Faunos, quos alii *incubos*, Servius, ad *Æn.* vi, vers. 776, *Incubones* appellavit. De *Faunis Ficiariis* eruditus commentariolus est *Mazochii*, tom. II *Spicil. bibl.*, pag. 275, ad cap. i *Jeremiæ*, 59 : *Habitabant dracones cum Faunis Ficiariis*. Corrigit in nonnullis Editionibus Isidori mendum *Sicarios*, quod etiam in quasdam recentes bibliorum Editiones irrepit. In *Histor. Misc. lib. xii* scribitur *Phicarios*. In glossis Isidori, *Ficiarius, Faunus*, quasi dua synonyma sint, non quasi *Fauni* cognomento dicantur *Ficiarii*. Cur *Fauni Ficiarii* vocentur, aliorum conjecturis rejectis, *Mazochius* censet, id cognomen inditum ob *Faunorum salaciam*, quod Isidori auctoritate confirmat. Quod autem *Grialius* indicat, *Faunum Ficiarium a Servio Fatuum Fatuelem* vocari, alii ita legunt apud Servium, ad vi *Æneid.*, vers. 776, et ad *Æneid.* vii, vers. 47, ut idem deus sit *Fatuellus*, qui *Fatuus*, et *Inuus*. Laudari video *Godofr. Schutzi* dissertationem de *sacrificiis Germanorum gentium averruncandi incubi causa litatis*.

## LIBER NONUS

CAP. I. Num. 1. *Ex una lingua multe gentes*. Sumitur hic *gens* non pro latiori significatione, qua accipitur pro populis universis alicujus regionis, ut *gens Germanorum, gens Indorum*, etc.; sed in magis propria significatione pro multitudine hominum, quæ ex pluribus familiis constat, aut pro universo populo alicujus urbis, aut alicujus provinciae.

N. 3. *Tres autem linguæ*, etc. De utilitate linguæ Græcæ et Hebraicæ multa exposita fuerunt ab iis præsertim qui sacras litteras ex fontibus ipsis aut ex-

plicandas, aut illustrandas esse contendunt. Neque magno opere dissentire debent qui Vulgatæ versioni plus quam satis esse tribuunt. In Clementina de magistris in publicis scholis, præcipitur non *professores modo linguæ Hebraicæ constituat, sed Chaldaicæ*, scilicet propter paraphrasim Chaldaicam, seu Thargum.

N. 4. *Græca autem lingua clarior.* De linguæ Græcæ præstantia præter plures alias aliorum commentationes Erasmi, Mich. Neandri, etc., existat oratio Matthæi Bre-seri, lib. iii, pag. 25, et dissertatio Cressolii in Mystagogo. Julianus Tolletanus in opere nuper edito de grammat., lib. i, n. 16, hæc Isidori verba transcribit: *Græca lingua inter cæteras gentium clarior habetur*, etc., usque ad num. 8, sed cum nonnulla varietate, ut in quinque partes discernitur... *Ægyptii, et Syri... quam Evius... et Cicero effuderunt, vel alii cæteri.* Nonnulli linguam mistam, seu communem dialectis aliis antiquis Græcis annumerant, quos Salmasius, part. ii comment. de Hellenistica redarguit. Contendit enim non esse proprie dialectum; nam apud Græcos aliquando demum lingua communis inuauit.

N. 6. *Latina quam*, etc. Cum varia ratione scriptores linguæ Latinæ originem, incrementa et diminutionem explicauerint, cur non licuerit Isidoro nostro ita varios linguæ Latinæ status exponere? Nescio quid vitii Grialius videtur suspicari. At Chr. Falstertus, in Quæst. Roman., lib. i, cap. 1, diuidendi rationem quam Isidorus tenuit commendat, atque erudite illustrat. Beckmannus quoque, in Manuduct. ad ling. Lat., cap. 6, diuisione Isidoriana in suam rem usus est. Alias diuisiones linguæ Latinæ, et auctores, qui de eis uberius scripserunt, refert Joan. Georgius Walchius in Historia Critica Lat. ling., cap. 1, quod est *De origine et fati Latinæ linguæ.* De duodecim generibus Latinitatis, quæ non ita vulgo erant cognita, ex antiquissimis membranis a me, ut puto, primum editis, sermonem habui in append. 5 ad Sedulum, pag. 426. De carminibus Saliorum ex Isidoro et aliis disserit Tobias Gutherletus, de Saliis, cap. 19. Vide etiam v. c. Marinum in opere de Artis Fratrum Arvalium, pag. 56 et seq., qui suspicatur *Saliorum* nomen *Arvalibus* fuisse promiscue attributum.

N. 8. *Omnes autem Orientis*, etc. De idiomatum origine et diversitate, aut congruentia, post alios, sed ita ut longe alios superet, scripsit v. c. Laurentius Hervas, tom. XVIII et seqq. Idem universi, quæ italicè prodit, et nunc auctior Matritensibus typis receditur. Idem nunc collectioni innumerabilium: Iphabitorum etiam exoticarum gentium ordinandæ et illustrandæ strenue allaborat.

N. 11. *Cujus modi autem lingua*, etc. Lingua, quæ communis erat hominibus ante linguarum diuersitatem et confusionem, censetur fuisse lingua quæ nunc Hebræa dicitur, a quæ id nomen sortita est ex *Hebr.* Lingua ergo illa, postea communis et demum Hebræa dicta, multi censent facta fuisse verba quæcumque vel a Deo, vel ab Adamo, vel ab Eva, vel a serpente dicta esse legitimis tribus primis capitibus libri Genesis. Vide Perezium, ad cap. ii Genesis, 20.

N. 12. *Non quod angelorum*, etc. Hæc est solutio questionis. Et multi quidem hyperbole usum fuisse Apostolum asserunt; ex quo Theodorus Bera in commentar. ad eum Apostoli verbis colligit esse quandam inter angelos collocationem, quam Apostolus linguam appellat. Ita Chrysostomus ad rit. Apostoli locum: *Linguam angelorum hic appellat, non corpus angelis attribuens, sed ejusmodi est, quod ait: Quamvis ita loquar, ut angeli inter se colloquantur.* De modo autem locutionis angelicæ quid Patres et theologen sen erint, vide Pe avium, lib. i de Angelis, c. p. 12

A N. 13. *Nusquam reperitur.* Respondet quæstioni, et addit ex Apostolo linguas cessaturas. Non desunt tamen qui beatos post resurrectionem in celo lingua Hebræa usuros putant.

N. 14. Gentes ex linguis exortas ait Isidorus, quia diuisione gentium, quæ quidem jam existebant, et diuisione linguarum originem habuit.

CAP. II. Num. 2. *Gentes autem... LXXIII.* Cur Isidorus et Augustinus aiunt potius LXXII fuisse linguas, cum summa in LXXIII linguas recidat? Scilicet quia, ut ait sanctus Augustinus, *Heber at Phaleg, qui in hoc numero distinde ponuntur, nec duas diuersas gentes fecerunt, nec duas diuersas linguas habuerunt, propterea numerus illarum gentium et linguarum recte dicitur fuisse septuaginta duo.* Sed observanda est sententia Pererii in Genesis, lib. xvi disp. 10 qui ait duo esse distinguenda, alterum, quod Patres ex historia Mosi ebientes, ut certum, dixerunt: *Quot erant tunc gentes, et familiæ hominum, tot fuisse eis tributas linguas*; alterum, quod, ut celebratum ab Hebræis, et vulgo etiam jactatum inter Christianos, non tanquam certum, sed tanquam perulgatum prodiderunt, *fuisse septuaginta duas gentes, totidemque respondentes eis linguas.* Id valde dubium esse et incertum contendit. Ne acium agamus, lectorem ad Fabricium ultro remittimus, qui singulari illa sua eruditione in Biblioth. antiq. auctores indicat, qui singularum gentium origines illustrant.

N. 3. *Ludi, a quo Lydii.* Lydia est regio Asiæ Minoris, *Mæonia* ante appellata. Sed cum Tusci a Lydiis oriundi fuerint, *Tuscia* quoque, sive *Etruria*, Lydia dicta est. A Lydiis *Ludii*, et *Ludiones* appellati. Adisib Bochartum, Phal. lib. ii, cap. 12, præter alios recentiores geographos.

N. 11. *Dicitur Phut. A Phut, vel Phuth* regionem esse *Phtemphu, Phtemphuti*, sive *Phembuti*, cujus metropolis Thara in Ægypto inferiori Libyam versus, Calmetus in Diction. bibl. opinatur: qui addit *Phuth* saltem fuisse patrem incolarum *Phienotes*, cujus metropolis *Buthus*. Laudatus Bochartus de his consulendus, Phal. lib. iv, cap. 33.

N. 19. *Phuthæi.* De *Phuthæis* confer num. 11.  
N. 20. *Philistim.* De *Philistæis*, u. 58, et lib. xv, cap. 1, n. 17.

N. 25. *A quo Edessa.* Non Edessa, sed Syria ipsa vocatur *Cæle*, seu, ut alii scribunt, *Cæle*. Hinc *Cælesyria* pars ejusdem Syriæ. Vide Plinium, lib. v, cap. 12 et 20; Livium, lib. xlii, cap. 29, et lib. xlv, cap. 11; Bochartum, Phaleg. iv, 56, et alios. Legi posset: *Syriæ Cæle nobilis ciuitas, omisso quæ vocatur*; vel intelligendum, quæ referri ad *Syriæ*, non ad civitatem. In Mss. desideratur vox *Edessa*, pro qua nonnulli reponi volunt *Emessa*.

N. 26. Galatia eadem est, ac *Gallogræcia*, provincia Asiæ Minoris. Multi ita vocatam existimant a Gallis, qui in ea loca commigrarunt. Galli a Græcis *Galatæi*, *Galatæ* a lacteo gentis colore appellantur. Alii aliam notationem nominis querunt. Rursus de *Galatis*, n. 68, et lib. xiv, cap. 3, n. 39.

N. 27. *Magog.* Isidorus, infra, n. 89, et in prologo Historia Gothorum hanc ipsam quorundam opinionem exprimit, quod Gothorum originem de *Magog* suspicantur educi. Nonnulli a *Gut*, seu *Gott*, quem deum olim Gothi venerabantur, ita eos vocatos existimant.

N. 31. *Thiras.* Quod *Thiras Thracum* pater fuerit, interpretes consentiunt. Vide Bochartum, Phal., lib. iii, cap. 2.

N. 32. *Nepotes.* Joannes Schefferus, de Militia navali, lib. vii, cap. 2, in nonnullis Excursus legebat *nepotis*, pro quo corrigebat *nepotes*, uti re vera apud Grialium legitur.

N. 33. *Phryges.* Alia origo *Phrygum* exponitur, lib. xiv, cap. 3, n. 39.

N. 36. Schefferus, loc. cit., legendum putat *Phu Cypri Citiu*, ut apud Hieronymum, sive alium auctorem Quæstion. in Genes.

N. 39. *Plura tamen gentium mutata . . . nomina.* Ad eadem sententia de nominum mutatione occurrit lib. XIV, cap. 1, initio. In textu Grialii error erat et includit.

N. 40. *Ignoti facie.* Non occurrit nunc quisnam sit ancior versus, *Ignoti facie*, etc.

N. 42. *Hyrcani . . . a silva Hyrcana.* De *Hyrcani* silva dicam ad lib. XIV, cap. 2, n. 35.

N. 45. *Zo-oastes.* Apud Grialium et alios Editos hoc loco erat *Zoroaster*.

N. 46. *Pelici.* Munckerus, ad Hyginum, fab. 191, legendum putat *Jolciaci*, vel *Pelice Jolci* pro *Peliciaci*: advertit autem, *Peliam* non fratrem, sed patrum fuisse *Jasonis*. Vox *invenimus* in exemplaribus nonnullis ita per litterarum compendium scribitur, ut etiam *Hieronymus* legi possit. Tunc supplendum esset *ait*, aut quid simile. Sed cum Isidorus se referat ad num. 28 hujus capituli, *Madai*, a quo *Medos* existere putant, hoc loco verba *invenimus in Genesi* ita intelligenda sunt, ut in *Genesi* ea opinio indicetur, non ut clare exprimat. Simili modo de *Saracenis* loquitur Isidorus, infra, n. 57. De origine *Medorum*, uti plurimum etiam populorum, quos Isidorus recenset, videri potest Calmeus in *Diction.*

N. 47. *Sabæi.* De *Sabæis* Raderus pag. 32 cum Isidoro conferendus.

N. 57. *Vel quia.* Fortasse, *vel quod*, ut infra; aut *prædicant pro prædicent*. Aliquando tamen *quia* cum subjunctivo reperitur pro *quod*. *Saracenorum* nomen expressum non est in sacris litteris, *Arabes*, *Agarenii*, *Ismaelitæ* in unam cum *Saracenis* gentem coalescunt. Vide supra num. 46, ubi de *Medis* Isidorus loquitur.

N. 71. *Et Calistonis*: alii *Excusi et Calystæ*. Munckerus, in not. ad Lactantium Placidum, fab. 10, lib. II, corrigit et *Callistus*. Scribitur *Callisto*, et *Calisto*; in casu gignendi *Calistonis*, vel *Calistus*. Grialius ediderat cum y *Calystonis*.

N. 74. *Pelagii.* More ciconiarum vagabantur. Vide Strabonem, lib. 9. *Pelagum* Jovis, et *Lari-sæ* filium fuisse docet Servius, ad lib. I *Æn.* vers. 628; sed ad lib. II, vers. 83, filium terræ dicit. Alii filium Jovis ex Niobe, filia Phoronei, tradunt fuisse.

N. 80. *Dori.* Cicero, et alii *Dores* vocant, non *Doros*. Sed est et *dorus* adjectivum. Hellenis et Opticæ ophthalmæ filium Vitruvius, lib. IV, cap. 1, *Dorum* dicit. Grialius in textu *Ellepis* edidit, in nota *Ellepis*; alii *Ellopis*.

N. 81. *Ex nota materni pudoris Parthenii.* Juvenis, lib. III, cap. 4. Ex his nati ob notam materni pudoris *parthenii* sunt vocati. Ubi *pudor* videtur poni pro dedecore ex illicito concubitu. Tarentini Lacedæmonæ profecti seipsum, ut multi putant, *Parthenias* vocaverunt, quasi de virginibus natos ut infamiam natalium celarent. Apud Isidorum olim legebatur *Spartani vocati sunt*. Isæus in not. ad lib. I Lactantii, cap. 20, Isidorum errore captum putavit. Sed error hic librorum est, quem Grialius in sua Editione jam pridem correxit, et substituit: *Parthenii vocati sunt*.

N. 83. *Histor...* qui *missi*. De Istris, sive, ut alii scribunt, *Histris* Livius, lib. XLII, cap. 11, et Plinius, lib. III, cap. 19. Sunt populi extremi Italiæ, Liburni sicuti.

N. 85. *A Sicano Sicani.* Alii dicunt *Sicanos* fuisse Hispaniæ populos, a *Sicano* rege sic appellatos, qui ante Trojanum bellum, Sicano duce, in Siciliam commigraverunt, et insulæ Sicania nomen dederunt. Vide Servium, ad vers. 203 lib. V *Æneid*:

Undique conveniunt Teucri, mistique Sicani,

et aliis locis; Silium, lib. XIV, vers. 54, et Bochartum, Phal. lib. I, cap. 50.

N. 86. *Tusci.* Græca notatio nominis *Thusci* scribendum arguit, ut Grialius scripsit: sed usus communior est.

N. 87. *Umbri.* Similia de *Umbria* habet Servius ad lib. XII *Æn.* vers. 753.

N. 88. *Dicta a comite Liberi Marsya.* Versus Sili ad apud Grialium sic corruptus erat:

Cum fugeret phrygios terras, æquor Marsya Crenos.

Alii apud Plinium, loc. cit. a Grialio, non *Marsam*, Circes filiam, legunt, sed *Marsum*, ejusdem filium, uti etiam apud Solinum, c. 2, ad 8.

N. 89. *Goth.* De *Gothis* supra, num. 27. Originem Gothorum ex *Magog* clarius Isidorus affirmat in recapitulatione in Gothorum laudem, quam Labbeus edidit.

N. 91. not. *Carmen vero sancti Paulini.* Versus Paulini, poem. 17, sunt:

Et Getæ currant, et uterque Dacus,  
Qui colit terræ melio, vel ille  
Divitis multo bove pileatus  
Accola ripæ.

*Bessærum* antea meminera Paulinus:

Et sua Bessi nivè duriores.

*Dacos pileatos* vocavit Aurelianus Victor, cap. 13, de Cæsariibus. *Parthos pileatos* Martialis, lib. X, epigr. 72: *Ad Parthos procul ire pileatos*.

N. 93. Martialis, de Spectac., epigram. 3:

Venit et epoto Sarmata pastus equo.

Raderus, pag. 30, Martialis locum nota sua illustrat. Crediderim legendum *inquietabant*, ex Floro, lib. IV, cap. 12, Editionis Gryphii: *Sarmatæ potentibus campis inquietant, et hos per eundem Lentulum prohibere Danubio satis fuit*.

N. 94. *Alemani.* Plerique etymologiam *Alemanorum* ex *Lemanno*, a Servio assertam, rejiciunt; de cujus vocis originatione plura Germani ipsi, sive *Alemani*, ut videri potest apud Becmanum, pag. 250, verbo *Ascenas*.

N. 95. *Langobardos.* Paulus Diaconus, de Gestis Langobardorum, lib. I, num. 9: *Certum tamen est Langobardos ab intactæ ferro barbæ longitudine, cum primitus vinili dicti fuerint, ita postmodum appellatos. Nam juxta illorum linguam LANG LONGAM, BART BARBAM, significat*.

N. 97. *Germaniæ gentes.* De Germanorum origine et etymologia fuse disserit Becmanus, in *Manuduct.* ad ling. Lat., cap. 5, et in cit. opere de Origin. ling. Lat., verbo *Ascenas*.

N. 98. *Suevi... Fundat.* Ex Lucani textu substitui *Fundat* pro *Fundit*. Cæsar, lib. IV de Bello Gallico, cap. 1, de Suevis: *li centum pagos habere dicuntur*, etc. Vide etiam Tacitum, de Germ., cap. 38, et Cellarium, lib. II Geogr., cap. 5. Bollandiani ad diem 18 Julii, post Vitam sancti Arnulphi, auctore, ut putant, Umnone, afferunt duo fragmenta ex Codice ms. veteri Langobardico cancellariæ Vicensis, in quo ea Vita præcedit. Ibi ut legitur: *Videtur historiarum non ignaris SUEVOS esse cognatos a SABÆIS, et hoc nituntur astruere vicinitate (forte deest nominis), quod testatur Isidorus in libris Etymologiarum*. Annotant Bollandiani id in libris Etymologiarum a se minime repertum fuisse. Ille quidem locus maxime proprius esset, ut ea etymologia exprimeretur, vel num.

14, ubi de *Sabæis* sermo est. Sed cum neque his in locis, neque alibi sententia illa Isidoro affecta reperitur, oportet credere auctorem fragmenti in aliquod exemplar Etymologiarum interpolatum incidisse.

N. 99. *Burgundiones*, etc. Ex Orosio, lib. VII, cap. 52, *Burgus* vox cadentis Latinitatis est, incertæ originis. Ad Hispanos quoque transit; et inde fortasse *briga* pro oppido in *Flaviobriga*, *Juliobriga*, in auctario tamen Ducaugii *briga* Celtica vox dicitur, et pontem, vel montem, significare. Confer idem dictionarium verbo *Burgus*, et infra, cap. 4, n. 28.

N. 101. *Franci.* Barthius, lib. XLVI *Advers.*, cap. 1, *feritatem* Francorum ab Isidoro notari hoc loco ait. Nescio autem an per errorem, an data opera ediderit a *veritate morum nuncupatos*. In antiquis

Mss. sæpe v pro foccurrit ob affinitatem; et hæc ratione Jurctus, ut dixi in not. ad Sedulii prosam, lib. 1, post vers. 195, in oratione Eumenii pro scho'is, cap. 19, substituit *feritate Francorum pro veritate Francorum*. Verba Isidori a *feritate morum* præter fidem exemplarium, quæ in hanc scripturam consentiunt, contextus ipse satis tuetur. Gallicæ etiam feritatis Isidorus meminit lib. xv, cap. 1: *Armisque se adversus Gallicam feritatem tuentes, Massiliam cōdiderunt*. Vide etiam infra, num. 106.

N. 102. *Britones*. Britannos dici etiam *Britones* aperte Isidorus tradit, et comprobatur ex Ausonii epigrammate 110:

Silvius hic bonus est. Quis Silvius? iste Britannus.  
Aut Brito hic non est Silvius, aut malus est.

Ausonius nonnulli explicant de *Britonibus Gallicæ*; ita enim plerumque vocantur populi ad Oceanum Britannicum siti, quorum regio *Britannia minor* dicitur. Sed nulla nos ratio cogit, ut hanc explicationem accipiamus.

N. 103. *Scoti*. Scotia fortasse a *oxoria* dicitur: quæ Græca vox *umbram* aut *tenebras* significat.

N. 105. *Gallos natura feroces*. E varia climatum natura diversitatem quandam in hominum corporibus, moribus et animis, oriri exploratum videtur, atque fere omnes ita sentiunt. In Palæographia Hispana Stephani de Terreros, sive potius Andræe Buriellii, existat quoddam fragmentum Didaci de Campos, cancellarii Castellæ, e prologo operis, quod *Planeta* u inscripsit, et archiepiscopo Toletano D. Roderico dicavit, ubi sic Rodericum celebrat: *Emendat, vel commendat Gallæcos in loquela, Legionenses in eloquentia, Campesinos in mensa, Castellanos in pugna, Sarranos in duritia, Aragonenses in constantia, Catalanos in lætitia, Navarros in leloa, Narbonenses in inritatura*. *Emendat, vel commendat Brictones in instrumentis, Provinciales in rhythmis, Turonenses in meiris, Francos in strenuitate, Anglicos in calliditate*, etc. Auctor scribebat anno 1218. Fatendum tamen ex variis causis interdum accidere ut hominum et diversarum provinciarum ingenia ex aliis in alios mores transeant.

N. 107. *Vacca*. Nomen Quivii fuit in Lusitania, de quo Plinius, lib. iv, cap. 21, et oppidi in Africa, de quo Sallustius in Jug., cap. 51, et Hirtius, de bello Africano, cap. 74, cujus cives *Vaccenses* vocat Silius, ibid., cap. 70 et 72. De his aliquo pacto intelligi posset Virgilianus versus, ut ab Isidoro et Hieronymo profertur: *Lateque vagantes Vaccæi*. Exemplaria Virgii exhibent: *Lateque furentes Burcæi*. Florus, lib. iv, cap. 12, *Vaccæos* Canabris proximos memorat. Sed Virgilius de Afris loquitur.

N. 110. *Gallæci*. Scribitur *Gallæcia*, *Gallæcia*, *Gallæcia*, *Gallæcia*, et quod ad posteriora tempora magis spectare videtur, *Gallicia*. Eodem modo variat vox *Gallæci*. Græca origo a γάλα magis exigit ut cum g quam ut cum c aut k scribatur. Florezius, tom. XV Hisp. sacr., originem græcam a lacte rejicit, tum quia *Gallæcos* reliquis Hispaniæ populis candidiores esse negat, tum quia Græci, cum *Gallæcos* nominant, *Kallaicos* cum k scribunt, non *Gallaicos*.

N. 111. *Concessisse (frunt)*. Grialius omisit *serunt post concessisse*, quod in antiquis exemplaribus desit. Sed cum hoc, vel simile aliquid verbum ad sensum explendum necessarium sit, illud sumpsi ex Editis atque uentis inclusi.

N. 112. *Astures*. Florus, lib. iv, cap. 12: *Astures*, etc., apud *Asturam flumen*, etc.

N. 113. *Cantabri*. Florezius, tom. XXIV, pag. 126, observat antiquiores non meminisse urbis *Cantæ*, quam Isidorus indicat, a *vocabulo urbis et Ileri*, etc. Braulio, cap. 26 Vitæ sancti Æmiliani *Cantabriam* urbem nominavit. Nonnulli putant, *Cantabriam* dictam quæi *xarà Iberum*; alii alia conjiciunt. *Cantabria* urbs existuisse creditur prope Lucronium, quo loco tunc hæret nomen, *Cerro de Cantabria*.

N. 114. *Celiberi*. Lucanus, lib. iv, vers. 9:

Profugique a gente vetusta  
Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.

N. 115. *Afri*. De Africa, vide lib. xiv, cap. 5, num. 4, et seqq.

N. 118. *Gætuli*. Scribitur etiam sine diphthongo *Getuli*, sed ita ut prima semper producat, cum in *Geta* corripitur. Hæc tamen mutatio quantitatis non obstat quo minus *Gætulus* a *Geta* possit derivari.

N. 123. *Massylia*. Apud Grialium et alios Editos scribitur cum i *Massilia*; sed cum sermo est de Africæ populis, orthographia exigit y, *Massyli*, etc.

N. 124. *Gaulæ*. Insula ita a Solino vocatur, a Plinio *Gaulos*. Incertus auctor de geographia: *Gaulæ insula in australi Oceano occidentali Æthiopiæ*. Quid velit, nescio, ait Salmasius, pag. 384 Exercitat. Plinian.

N. 125. *Garamantes*. De *Garamantibus* Plinius, lib. v, cap. 5, et Solinus, cap. 42, apud quem in mea Editione urbs *Garamantica* regionis caput dicitur *Garamana*. *Garamantes extremos* apud Virgilium alii interpretantur *remotissimos a nobis*. Scilicet *extremi* erant, quia Romani ultra sua arva nondum protulerant.

N. 130. *Gignentia*. Id est, quæ *gignuntur*; quæ eadem est ratio in *vertentibus annis*, et similibus.

CAP. III. Num. 4. *Tate erat proverbium*. Proverbium quod Isidorus ait e puerorum ludo petuum, colligitur ex Horatio, cujus hæc verba sunt lib. 1, epi. 1:

At pueri ludentes, Rex eris, aiant,  
Si recte facies.

Deinde vocat puerorum *næmiam*, quæ regnum recte *facientibus offert*.

N. 6. *Benevolentia*. Scribo *benevolentia*, non *benivolentia*, ut Grialius; etsi enim aliquando Isidorus cum i scribendum dixerit, scilicet lib. x, verbo *Benivolus*, tamen contraria scribendi ratio per e communior est, et Isidorus sæpe non tam ex sua quam ex aliorum opinione loquitur, et sententiam mutat.

N. 8. *Vicem fungerentur*. Ita cum accusativo Isidorus, et ejus æquales usurpare amant *utor*, *fungor*, etc.

N. 11. *Magistri populi*. Putant aliqui dictatorem sic appellatum ab officio in scholis *dictantis litteras* discipulis; ex quo Julius Cæsar apud Suetonium, cap. 77, dicebat per jocum *Syllam nescisse litteras, qui dictaturam deposuerit*. Quo fortasse spectat Juvenalis, sat. 2, vers. 28:

In tabulam Syllæ si dicant discipuli tres.

In aliis Editis non male est *Unde et edicta*. Malim tamen *Unde et dictata*; nam ita dicuntur ea quæ magistri in scholis addiscenda pueris dictant. Vide Varronis verba in nota Grialii.

N. 12. *Cæsar autem dictus*. Intellego de primo qui Cæsar dictus fuit, non de Julio Cæsare.

N. 19. *Per me reges*, etc. Indicavi ad marginem locum Proverbiorum; quo, ut puto, Isidorus respexit. Verba Vulgatæ hæc sunt: *Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt. Per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam*. De varia significatione vocis *tyranni* dixi in Isidorianis cap. 79, num. 25. De etymo *tyronis*, sive, ut alii scribunt, *tyronis*, infra, num. 36.

N. 27. *Prætores a præuendo dictos* astruit Cicero, de Leg., lib. 3, cap. 3.

N. 29. *Tribuni*. Jacobus Gutherius, de Offic. dom. August., lib. III cap. 9, non a *tribuendo jura*, sed a *tribubus tribunos dictos* ex Dionysio et Varrone affirmat. Tribuni apud Romanos primo tribubus præerant, tum alia tribunorum genera addita. Pomponius, Dig. lib. 1, tit. 2, leg. 2, ante med.: *Dicitur tribuni, quod olim in tres partes populus divinus erat, et ex singulis singuli creabantur; vel quia tribuum suffragio creabantur*.

N. 32. *Liber vero primus militiæ.* Militiæ notatio a mille et a multitudine exposita fuit lib. in, cap. 3. nom. ult., et redit iterum hoc cap. num. 45. Quod *Liber* primus militiæ ordinem docuerit, fortasse ideo traditur, quia Bacchus pro Bœotiæ libertate pugnavit, Indos perdomuit ac de eis triumphum egit; vel quia idem deus, ac Mars, a nonnullis creditur, ut ostendit Macrobius, lib. 1 Saturnal., cap. 19.

N. 36. *Tirones dicuntur fortes,* etc. Innuit notationem nominis, quam num. 19 expresserat, nam *tiro fortis*, ubi fortasse scribendi rationem, quam nonnulli tenent, et Grialius eo in numero adoptavit, secutus est, *tyro*, ut inde *tyrannum duceret*. Sed communis scriptura est *tiro*: quam vocem quidam etymologici deducunt a *τῆρῶν*, ut *tiro* sit rudis, tener, etc. Claudius Taurinensis in fine Quæstion. super libros Regum etymologiam *tironis*, et quædam alia verba ex hoc loco Isidori exscripsit; cui hæc nota subjecta est: *Ety nologiam hanc expendat, obsecro lector.*

N. 42. *In porticibus.* Malim *in portis*, nam excubiæ ante ipsas portas, vel in portis fieri solebant. *Vigiliæ* erant tantum nocturnæ, *excubiæ* et *stationes* nocturnæ et diurnæ. *Stationes* ex integris turnis aut cohortibus constabant, *excubiæ* et *vigiliæ* e quatuor viris. Vide Lipsium, lib. v de Milit. Roman.

N. 43. *Ab his ergo Velutibus elephantii quondam... necab.* De velutibus pugna Isidorus, lib. xviii, cap. 57, ubi rursus de originatione vocis.

N. 45. *Militia.* De etymo militiæ supra, n. 32.

N. 49. *Succenturiati.* Festus: *Succenturiare* (Al., *succenturire*) est *explendæ centuriæ gratia supplere, subjicere.* Quod a Idh Isidorus, *Unde et ad insidiandum, petitum videtur ex metaphora Terentii, Phorm., act. 1, sc. 4, in fin. :*

Nunc prior adito tu; ego in insidiis hic ero  
Succenturiatus, si quid deticies.

N. 55. *In quo.* Havercampus, comment. in Apologet. Tertulliani, cap. 2, legi jubet *in quod, non in quo.* Nihil tamen ausim mutare.

N. 59. *Classes.* Paulus ex Festo: *Procineta classis dicebatur, cum exercitus cinctus erat gabino cinctu, confestim pugnaturus. Velustus enim fuit multitudinem hominum quam navium CLASSEM appellari.*

N. 60. *Nodus.* Vix apud alios quam apud Servium et Isidorum significatio *nodi* pro densa peditum multitudine legitur. Vide commentarium meum in Prudentium, Hamartig. vers. 210: *Pugnæ nodumque, moramque.*

N. 64. *Agmen.* Beamanus, pag. 204, verb. *Ago*, contendit *agmen* vocem latam esse, et inepte a Servio restringi: *Cui, inquit, nemo facile credit, nisi scerrus forte alienæ opinionis.* Sed multa sunt quibus suaderi posset proprietatem vocis bene a Servio expressam, etsi de quavis multitudine, sive incedente, sive secus, usurpari solet. Livius, lib. xxxiii, cap. 9, eandem proprietatem innuit: *Phalinx, quæ venerat, agmen magis quam acies, aptiorque itineri quam pugna, vixdum in jugum evaserat.*

N. 12. *Primi ordinis,* etc. Hæc distinctio posterioris ætatis est; nam apud Plinium Juniorem et alios æquales senatores quivis, et consules honoris causa *clarissimi* dicebantur. Unde apud Vopiseum, in Aureliano, cap. 18, *clarissimus ordo* est ordo senatorius. Fuit etiam *clarissimus* vocabulum dignitatis. Vide Botarium, tom. I Rom. subterr., pag. 35 et seq., ubi inscriptionem veterem illustrat, qua Junius Bassus v. c. dicitur, et Prudentiana mea, pag. 33 et seq.

N. 16. *Prætores.* De *prætoribus urbanis* hic sermo est. Originatione vero vocis in not. ad num. 27, cap. 3, exhibitâ fuit.

N. 18. *Tribuni.* De etymo vocis *tribuni* vide not. ad cap. 3, num. 23. Verba Isidori: *At contra nunc quidam eversores,* etc., fortasse ab eo dicta sunt, quia, etsi tunc *tribuni* non erant, notare tamen voluit ca-

lamitatem temporum, quibus pro defensoribus plebis eversores subrogati erant.

N. 19. *Numerarii.* De numerariis est titulus 50, lib. xii Cod. Justin. Vide etiam tit. 1, lib. viii Cod. Theodos. Forcellinus, in Lexico, verb. *Numerarius*, apud Isidorum legendum ait *qui publicum numerum æranis inferunt*: quod mihi non arridet.

N. 23. *Decuriones.* Ex aliorum sententia dicuntur a *decem*, vel a *decuria*, quod ipsum est a *decem*. Ex hoc numero prima origo *decuriarum* et *decurionum*.

N. 25. *Primi sint magist.* Plerique Editi præcint magistratibus. Grialius *primi sint magistratibus.* Malim *primi sint magistratus.*

N. 27. *Tabellio.* Proprietas verborum ita distinguenda est: *tabellarius* est portitor tabellarum; *tabellio*, qui publica instrumenta, seu tabulas publicas conscribit; *exceptor* scriba, qui dictata excipit, et *notarius* dicebatur, quia ea *notis* plerumque exarabat; *scriba*, qui nomine principis, aut magistratum leges, acta, rationes, vel quidvis aliud percribit. Privatorem hominum librarii *scribarum* nomine non gaudebant.

N. 28. *Burgarii a burgis.* De *Burgis*, et *Burgundionibus* supra, cap. 2, num. 99. Titulus 14 Cod. Theodos., lib. vii, est de *Burgariis*, qui videtur illi fuisse qui in burgis, seu castellis provinciæ custodiendæ causa collocabantur.

N. 29. *Collegiati.* Difficilis sane locus. *Collegiati* enim, ut ex nonnullis inscriptionibus patet, dicebantur illi qui in aliquo collegio erant. Sed Isidorus aliud intelligit, scilicet homines incerto patre genitos, et ex eorum collegio deputatos, qui facinus aliquod commiserant. Ducangius observat, in edicto Theodorici regis, cap. 69, *collegiatis* inter servos et eos qui curiæ addicti erant poni: *Quisquis curialem, aut collegiatum, aut servum, per L annos possederit,* etc. Addit non alios videri *collegiatis* in Cod. Theodos., tit. de *Collegiatis*, ubi ita appellatur qui publico manuariam aliquam artem, operam et ministerium præbebant: quorum conditionem filii sequebantur, proindeque non modo serviis conditionis, sed etiam ut plurimum servi natiuitate erant; de quibus videndus Jacobus Gothofredus ad hunc titulum. Nondum tamen ex his plena lux Isidoro nostro accedit, neque ex eo quod apud Papiam *collegiatus* quoque dicitur *carpentarius*. Quærendum enim est genus hominum sordidissimum. Eos ergo puto *collegiatis* ab Isidoro vocari, qui lib. xi Cod. Justin., tit. 17, leg. unic. *decani*, vel *collegiati* dicuntur; et tit. 8 lib. ii, leg. 4, numerus *decanorum* ecclesiæ constantinopolitanæ statuitur. Hi autem *decani*, et *collegiati* erant vespillones, quibus scilicet cura incumberebat sepeliendi corpora defunctorum, *copiata* quoque appellati. Et etiamnum quidem hoc genus hominum sordidissimum est, fuisse autem olim et alicubi ad hoc triste ministerium deputatos ex custodiis eorum qui facinus aliquod commiserant, et ignoti generis erant, ex Isidoro discimus. *Collegiati* vero fortasse dicti sunt, quia ipsi etiam *collegium vespillonum*, seu *decanorum* constitutebant.

N. 31. Lilius Gyraldus, lib. ii, dialogismo 12, vocem *barones* explicat his verbis Isidori, *pontificis*, inquit, *sanctitate ac doctrina præclari*, quæ confert cum aliis locis Ciceronis et Cæsaris, sive Hirtii potius, apud quem alii legunt *berones*, seu *verones*. Etiam apud Ciceronem variant exemplaria. Olim vox contumelia erat pro stipite, fatuo, etc. Cornutus ad Persii sat. 5, vers. 159, ait Gallorum lingua *barones*, seu *verones* dici *servos militum, qui utique stultissimi sunt, servi videlicet stultorum*. Inde *barones* nomen his quoque hæsit, qui obsequio, et servitio principum addicti erant, quæ prima videtur origo dignitatis baronum. De vocis etymo videndus Vossius in Etymolog., et Ducangius cum auctario.

N. 53. *Quod est,* etc., *dispensatorem.* Non rectè procedit sensus, vel supplendum esse. Nonnulli Editi *dispensator* pro *dispensatorem*: malum id est pro quod



est; ita enim bene cohæret oratio: *significat, id est, A vapum nomen dicitur; qua de re juris interpretes multa disputant.*

N. 35. *Procuratores.* Discrimen, quod inter procuratorem et cognitorum causa intercecit, egregie explicatur, lib. 1 Different., num. 123. Et in nonnullis Edictis bene est vice fungantur, tamen Isidorianum videtur ricem, ut aliis in locis notatum.

N. 38. *Diff. inter inquilin. et adven.* Differentia inter inquilinum, incolam, etc., exponitur etiam lib. 1 Different., n. 323.

N. 41. *Peregrini.* Ab agro videtur factum peregre, peregrinus. etc. Et huc spectant verba extrema de longinqua regione.

N. 42. *Nam sola urbs Roma.* Roma per excellentiam urbs dicitur, ut a Græcis Athene ἄρτυ. Quintilianus, lib. vi, c. 5: *Urbs appellationem, etiam nomen proprium non adideretur, Romam tamen accipi est receptum.* Hoc vult Isidorus, hoc alii, qui simi modo loquuntur. Forcellius, in Lexico: *Falsum est, inquit, solam Romam Latine urbem dici, cæterus oppida; h c enim quidam ex Quintiliano, eajus verba nondum vidimus, affirmarunt.* Certum quidem est, etiam quia oppida urbes dici; certum pariter Romanam quoque oppidum vocari. Sed hoc non tollit quominus per excellentiam, ut dixi, Roma *Urbs* appelletur, et ex communi usu Romani alias urbes oppida nuncuparent, præsertim ut ab Urbe, seu Roma distinguere. Itæ autem distinctio maxime locum habet inter *urbanos*, et *oppidanos*; nam *urbani* erant Romani, *oppidani* alii non Romani.

N. 44. *Ancillæ.* Alii *ancillas* dici volunt ab antiquo *anculare*, hoc est, *ministrare*; quod ipsum fortasse aliqui a *ancone* deducunt. Dubium autem mihi est, an Isidorus de urbe *Ancone*, seu *Ancona* intelligendus sit, cum ait: *Unde et Anconem dicimus*; an de *ancone*, sive *ancoubus*; quæ vox est Vitruvio et aliis architectis familiaris pro partibus normæ, quæ simul junctæ angulum rectum faciunt, aut alia significatione. Magis puto Isidorum de urbe *Ancone* loqui, quæ etiam a llectentis se oræ cubito dicta est. Nam cubiti speciem locus, in quo exstat, adfert.

N. 47. *Nunc autem libertinus,* etc. Discrimen inter *libertum* et *libertinum* aliquanto post Appii Cæci tempora huc erat, ut *libertus* et *libertinus* idem quidem significarent, sed *libertus* referretur ad patrum, *libertinus* designaret stitum sine respectu ad eum cujus servus fuerat; sic recte dicitur Tiro *libertinus homo*, et idem *libertus Ciceronis*.

N. 48. *Circumagebani,* etc. Ita etiam Seneca, lib. 1, epist. 8, ad Lucium: *Philosophie servitio oportet, ut tibi contingat vera libertas. Non differtur in diem qui se illi subjecit et trahit. Statim circumagitur.* Ad alapæ ictum alludit Sedulius, cum de colaphis quibus Salvator percussus fuit, dixit lib. v, vers. 103:

His alapis nobis libertas maxima plausit.

Isidorus rem descripsit ex Cornuto, scholiaste Persii, ad sat. 5, vers. 75. Fabricius, cap. 15 Bibliograph., num. 47, hæc annotat: *Manumissionis cervorum non unus ritus fuit: manus utebantur enim vel ad prænam libertatem, atque ita ut cives Romani fierent, vindicta, sive virga prætoris, alapæque fictione, et actione in circulum, vel censu, aut testamento... vel ita ut impetrarent libertatem non justam, ferentque Latini juris, non quiritium; per epistolam; vel inter amicos, et consivii adhibitione.* Plura manumissionis genera præcipue inter Christianos recenset Ducangus, verb. *Manumissio*.

N. 49. *Dedititii.* Omnes dicebantur qui victori in bello se dedebant. Alio dedititionis genere *dedititii* dicebantur libertini, qui post admissa crimina publice cæsi ita fuerant, ut in facie, vel corpore indicia impressa remanerent. Hi ita manumissi *dedititii* appellabantur; de quibus videri potest Gaius in epist. Instit., tit. 1. In Cod. Justim., lib. vii, titulus 5 est *De dedititia libertate tollenda*, ubi *libertas dedititii*

N. 51. *Latini ante Rom. cond. apud lat. fiebant.* Intelligitur *liberti*, vel legendum: *Latini liberti ante*, etc., ut Grialius in not. exprimit; nam in textu omisit *liberti*, ut alii Excusi et Codices etiam mis. Etsi Latini liberti, de quibus ex lege Norbana, etc., nobis constat, differunt a Latinis libertis, quales Isidorus describit, tamen potuit Isidorus primam originem Latinorum libertorum repetere ex aliquo veteri auctore, qui nunc non existet. In Cod. Justin., lib. vi, tit. 6, assertit Justinianus *Latinos libertos ad similitudinem antique Latinitatis, quæ in colonis missa est, videri esse introductos.* *Sæpe abscondum est, ad ut, ipsa origine rei sublata, ejus imaginem derelinqui.* Cum igitur multis modis, et pene innumerabilibus Latinorum introducta est conditio, et leges a persæ, et senatus consulta introducta sunt, etc. Recte igitur omnia congruent, si distinguantur tempora.

N. 52. *His primum aditus erat,* etc. Loquitur Isidorus de primis temporibus. At nemo unquam hoc dixit, ait Ant. Augustinus. Unde id Ant. Augustinus rursus? neque enim ad nos pervenerunt scriptores illi omnes, qui de Romanis antiquitatibus scripserunt. De posterioribus autem temporibus ad præora minime argumentum ducere licet.

CAP. V. NUM. 1. *Hæredis nomen.* De hæredis etymo, lib. v, cap. 25, num. 1.

N. 2. *Est enim.* Sæpe ita occurrit enim apud Isidorum sensu non satis commodo, fortasse a librariis intrusum pro *item*, aut etiam ex aliquo litterarum nexu.

N. 3. *Et bene parta patrant.* Apud Lucretium plerique legunt:

Et bene parta patrum sunt anademata mitræ.

Ex Isidori sententia *patrant* præfert etiam Andr. Schotius, lib. v Observat. human., cap. 9: *Hinc patrantes oculi, patrans voluptas,* etc.

N. 5. *Crementum.* Fortasse *crementum* est a *creo*, quasi *creamentum*. Alioquin *crementum* est incrementum: exemplum profert Barthol., Adversar.

N. 6. *Mater enim quasi materia.* *Materia* a *matre* dicta creditur, non *matræ* a *matéria*.

N. 8. *Instrumenta empionis.* Vide notata ad lib. v, cap. 24, num. 2. Non omitienda sunt hæc de re verba Gellii, lib. xviii, cap. 6, qui ex Melisso grammatico hæc profert: *Matrona ut quæ semel peperit; quæ sæpius, materfamilias, sicuti sus, quæ a mel peperit; porceira, quæ sæpius.* Pergit Gellius: *Utrum autem hoc de matrona ac de materfamilias Melissus excogitaverit ipse, et conjectaverit, an scriptum ab aliquo legerit, hæreticis profecto est opus; nam de porceira habet sane auctorem Pomponium... Illud impendit probabilius est, quod idonei vocum antiquarum enarratores tradiderunt, matronam dictum esse proprie, quæ in matrimonium cum viro convenisset, quod in eo matrimonio maneret, etiam si liberi nondum nascerent; dictamque esse ita a MATRIS nomine non adeptam, sed cum spe et omine mæx adipiscendi; unde ipsum quoque matrimonium dicitur. Matrem autem familias esse eam solam quæ in mariti manu mancipioque, aut in ejus in cujus maritus manu mancipioque esset, quoniam non in matrimonium... tantum, sed in familiam quoque mariti, et in sui hæredis locum tenisset. Quod Isidorus ait, matronam esse quasi matrem nari, alii melius explicant, una in matrona esse productionem, ut a patre sit patronus. De varia significatione vocis *Materfamilias* accurate agit Manutius in not. ad lib. v Ciceronis Fam., epist. 10. Vide etiam infra, cap. 7, num. 13.*

N. 9. *Avus.* Alii *avum* ab *abba* deducunt, quæ vox ex Syro sermone originem trahit.

N. 13. *Soboles.* Scribo *soboles*, ut plerique solent. Nam sive sit a *sobole*, sive a *substitutione*, perusio tatio litterarum satis frequens est, præsertim euphoniæ gratia.



N. 11. *Idem et minimus a monade. Minimus est a minor*; et hoc fortasse a *minno*.

N. 19. *Idem et pueri a pube*. Hæc fortasse ad alium locum pertinet: sive *puer* sit a *pube*, sive a *puvus*, sive a *παῖς*, et dorice *παῖρ*.

N. 21. *Vopiscus*, etc. Ex Plinio, lib. vii, c. 40, et Solino, cap. 4, al., 4.

N. 23. *Nothus*. Hæc de pro genie unde hauserit Isidorus, non liquet. Cæterum communi usu loquendi *progenies* etiam de filiis dicitur. Cicero, i Tuscul., cap. 35: *Priamum tanta progenie orbatum hostilis manus interemit*. Vox quidem *progenitor* eum indicat qui ante patrem seu genitorem est.

N. 26. *Nepos autem utriusque rex*. Invenitur quidem alicubi *nepos* pro *nepte* semineo genere; sed Cicero, et alii passim, *neptis* usurpant.

N. 27. *Progenis*. Hæc de pro genie unde hauserit Isidorus, non liquet. Cæterum communi usu loquendi *progenies* etiam de filiis dicitur. Cicero, i Tuscul., cap. 35: *Priamum tanta progenie orbatum hostilis manus interemit*. Vox quidem *progenitor* eum indicat qui ante patrem seu genitorem est.

N. 31. Ea quæ ex Isidoro a Gratiano profertur Berardus illustrat, ut videri potest in Isidorianis, cap. 32, num. 35 et 50. Editio vetus post verba; *tritacique vocabulum*, titulum de gradibus cognat. addit ad explicat onem stemmatis consanguinitatis, quod illico subjicit, opportunum. Eum in appendice 11 producam. Editio eadem vetus nunc tantum exhibet stemma, quod in nostra Editione inscribitur: *De gradibus generis humani*.

Cap. vi. Num. 5. *Frater dicti*. Ut intelligatur duos esse fratres ex eodem patre eademque matre, exprimendum est *frater germanus*; quod Hispani et Itali vulgo significant per *fratrem carnalem*.

N. 8. *Si autem emeris*. *Vulgata: Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus*, etc. In Apostoli verbis: *Optabam enim ego ipse anathema*, etc.

N. 9. *Non sit rixa*. *Vulgata: Ne quæso, sit jurgium inter me et te, et inter pastores meos et pastores tuos; fratres enim sumus*.

N. 10. *Affectu fratres dicti*. De veteri more, quo se omnes Christiani fratres appellabant, dixi ad vers. 73 hymni 2 Perist. sancti Laurentii: *Tum summa cura est fratribus*. Isidorus a genere masculino ad neutrum transit, et a singulari in pluralem: *Affectu fratres dicti, qui in duo scinduntur, spirit le, et commune*. *Spiritale*, etc. Sed fortasse hæc librariorum culpa est: *Affectu fratres dicti, qui in duo scinduntur, spiritalem et communem*. *Spiritalis*, etc. In accusativo plurali *duo* pro *duos* nonnunquam occurrit; et hæc potuit esse errandi causa amanuensis; post *duo* putarunt necessario sequi *spiritali* et *commune*. Verba Scripturæ non invenio, nisi forte Isidorus respexit ad Isaia: cap. LXVI, 5. *Dixerunt fratres vestri, odientes vos*, etc.

N. 14. *Consobrini*. Grialius secutus fuit scripturam *consobrini*, *sobrini*. Usus retinet *o*, *consobrini*, *sobrini*. Neque ob stare debent mss. veteres, in quibus sæpius *o* in *u* mutatur.

N. 15. *Thius*. Hispanis patruus et avunculus *tio* dicitur, Italici *sio*. Glossæ Arabicolatinae: *Thius, avunculus*. Sic etiam *thia* pro *amita* in concilio Bracarenensi ii anni 565, c. 15. Ad hæc Cerda non advertit animum, cum scripsit in glossario Isidoriano *tius* pro *avunculo* ab aliquo inscio additamentum esse. Vide Isidoriana, cap. 57, num. 5.

N. 20. *Vitricus*. Alii dicunt *vitricum* esse ex *patrico*. Glossæ Isidori: *Vitricus, patricus*.

N. 21. *Quasi pririgenus*. Fortasse *pririgenitus*, hoc est, *prive*, separatim, et seorsum genitus, antequam mater nupta esset vitrico.

N. 27. Post hunc num. 27 in Editione Grialii sunt duo tantum stemmata, scilicet primum et secundum. In aliis Editis et Mss. sunt tria, fere qualia a nobis in tribus sequentibus figuris exhibentur. Quam-

vis autem Grialius tertium stemma omiserit, quia in antiquissimis libris, ut ait, duo sunt tantum, tamen auctoritate aliorum exemplarium permotus reponendum censui. Nota vero, quæ respondent numeris 28 et 29, in stemmate primo et ultimo expressæ, hoc loco præmittuntur.

N. 29. *Hæc consanguinitatis ... fugientem*. Concilium Duzienense ii, anno 874, in epistola synodica ad episcopos Aquitanie, tom. IX Labbei, col. 261, hæc Isidori verba sic allegit: *Isidorus itaque de consanguinitate sic loquitur: Cujus serice sentem gradibus dirimitur hoc modo: filius, et filia; nepos, et neptis; pronepos, et proneptis; abnepos, et abneptis; adnepos, et adneptis; trinepos, et trineptis; trinepos filius, et trineptis filia. Hæc consanguinitatis (sic) dum se paulatim... gradum sese subtraxerit, etc.*, usque ad *fugientem*.

*Ibid. Ideo autem usque ad sext.* De consanguinitate usque ad sextum gradum Regino, pag. 288, et alii disserunt. Berardus, in Isidorianis, cap. 32, num. 35, displicere a t viris eruditiss hanc restrictionem usque ad sextum gradum. Versus nonnulli de consanguinitatis gradibus, qui in quibusdam veteribus membranis Etymologiarum reperuntur, et fragmentum quoddam De vii gradibus consanguinitatis Isidori nomine in Codice Otoboniano 1968 insertum, pro appendice 12 et 13 exhibebuntur.

Cap. vii. Num. 5. *De arra* lib. v, cap. 23, n. 21. *Ex arrabo* græce ἀρραβών factum est *arra* per apocope. Isidorus ex *arra* deduxit *arrabo*, ut sententiæ serviat.

N. 8. Venantius Fortunatus lib. viii, carm. 5, vers. 303:

Angelus inde tuos repetens paranymphus honores.

Paranymphorum meminit etiam concilium Carthaginense iv, cap. 13, apud Regionem lib. ii, cap. 153. Vide Ducangum.

N. 9. *Conjuges, etc.* De conjugatis fusius Isidorus, lib. ii de Ecclesiast. offic., cap. 20. Brissonius, De ritu nupt., pag. 313, admittere non aulet quod Servius, ad *Æneid.*, lib. iv, vers. 16, et post eum Isidorus hoc loco de iugo matrimonii tradunt. Albertus Dietericus, qui notas adiecit, advertit a Grialio laudari Augustinum, De nupt., cap. 11, apud quem nihil reperit. Ipse producit in eandem sententiam Festum, Ulpiamum, Statium, quorum tamen verba, ut ait, aliam admittunt interpretationem. Non tamen censet improbabilem eum ritum quem nonnulli de velo instar jugi intelligunt. Ipse suspicatur hoc trahi posse quæ Servius, lib. iv *Æneid.*, vers. 374, tradit, nimirum de duabus sellis iugatis, quæ fortasse iugum representabant, vel in iugi modum junctæ erant. De tota hæc Isidori sententia plura disserit Ivo Carnotensis, epist. 175. Explicatio de matrimonii iugo, quod attinet quidem ad Christianos ex ipso Isidoro, loc. cit., desumenda est: *Quod autem nubentes post benedictionem a levita uno vinculo copulantur, videlicet ne compagem conjugalis unitatis disruptant. At vero quod eadem vitta candido purpureoque colore permisceatur, candor quippe ad munditiam vitæ, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur, etc.*

N. 10. *Vultus suos velent*. Velamen hoc tene erat, et lutei coloris: flammæum vocat Catullus, carm. 60, quem ad locum Vulpius, ex Genes. xx, 16, colligit, morem flammæ adhibendi ab Hebræis usque derivatum videri.

N. 12. *Oleo ungerent*. Plinius, lib. xxviii, c. 9, *adipe unctionem fieri consuevisse* tradit. Arnobius, lib. iii adversus gentes, *adipali unguine*, ubi deam unguam irridet his unctionibus prepositam. Alias causâs, cur novæ nuptæ limen calcare vetarentur, exponit Brissonius, de Rit. nupt., pag. 327 et seq.

N. 16. *Vidua*. De viduis, lib. ii Oficio, c. 49, ubi clarius explicatur vere viduitatis nomen illam carere, quæ pluribus nexa fuit maritis. Apud Grialium scriptum erat *idure* pro *idure*: hoc posui ex Macrobio et aliis. Macrobius, lib. i Saturnal., cap.

15, viduam dictam ait; quasi *valde divisam*, aut a **A** viro *divisam*.

N. 17. *Fratris uxor fratris*. Legi etiam poterit apud Isidorum, ut apud alios, *fratria*, non *fratris*. Forcellinus ait *janitricis* duorum fratrum uxores dictas, non quod eandem *januam* pulsarent, sed quod pariter adversum lectum *januæ* sibi sternerent, in eoque languam custodiæ causa cubare solerent. Nam apud Romanos ea consuetudo fuit, ut quæ uxor primum in manum viri convenisset, ea sibi in atrio domus ante ipsam *januam* lectum sterneret. Quo respicit Propertius, lib. iv, eleg. ult., vers. 81:

Seu tamen adversum mitarit *janua* lectum:  
Sederit et nostro *cauta* uovera *toro*.

Nonnulli putant, *janitricis* corrupte ita dici e græco *ἀναγίτης*; *inateres*, quod est, *fratriæ*.

N. 20. *Conjugium*. De iugo conjugum supra, num. 9.

N. 21. *Connubium*. Ulpianus, Regular. tit. 6: *Connubium habent cives Romani cum civibus Romanis; cum Latinis autem et peregrinis ita, si concessum sit; cum servis nullum est connubium*.

N. 22. *Hymenæus*. *Hymen*, vel *Hymenæus* deus erat nuptiarum, de quo multa fabulatores.

N. 23. *Contubernium*, quoque dicebatur maritalis conjunctio servorum, inter quos olim verum matrimonium non erat.

N. 24. *Repudium*. Discrimen inter *repudium* et *divortium* explicatur a Modestino, Dig. lib. l, tit. penult., leg. 101: *Divortium inter virum et uxorem fieri dicitur; repudium vero sponsæ remitti videtur, quod et in uxoris personam non absurde cadit*. Usurpatur passim *repudium* pro *divortio*.

N. 26. *Frivolum est*. Grialius et alii Editi habent *Fribolum est*, etc., sed paulo post Grialius: *Nam frivolum est*. In Pandectis quidem legitur *fribusculum*, sed hoc inde oritur, quod s. p. e. b pro v adhibebatur; ac *fribusculum* etiam apud Ulpianum legendum multi putant. Quod enim alii reponere tentant *frigusculum*, non placet. Isidorus certe vel *frivolum*, vel *fribusculum* videtur legisse.

N. 27. *Et benedixit*. *Vulgata*: *Benedixitque illis Deus, et ait: Crescite*, etc.

N. 29. *Item in eligenda uxore quatuor*. In Cod. Vat. palat. 282 hæc est nota ad hunc locum: *Chrysothomus supra Matth. 1: Qui divitias eligunt, et non mores, pulchritudinem, et non fidem, quod in meretricibus solet quæri, hoc in conjugibus optat. Propterea non generant filios subditos vel sibi, vel Deo, ut filii eorum non sint fructus justæ conjunctionis, sed pœna condigna irreligiositatis*.

Vocum certarum Alphabetum. In veteribus membranis diversi tituli hujus libri apparent, ut: *Liber x, per alphabetum conscriptus. Capitulum libri x, id est, de quibusdam nominibus per alphabetum distinctis. De quibusdam vocabulis nominum per denominationem. De reliquis nominibus juxta ordinem elementorum. Liber x, per denominationem*, etc. Codex urbinas 100, in quo Etymologiae in xxii libros distribuuntur, hujusmodi titulos hac rubrica complectitur: *Liber duodecimus Isidori de quibusdam nominibus per alphabetum distinctis, de reliquis nominibus juxta ordinem elementorum, vel litterarum, de quibusdam vocabulis nominum (Al., nominum) per denominationem incipit*.

#### LIBER DECIMUS.

Num. 2. *Æros*. Infra, in *H*, suo loco est *Heros*. Cur autem in *A æros* collocetur, et scribatur, ratio inde peti potest, quod ex Græco *heros* dicitur, quasi *aerius celestis*. Vide infra, num. 116, et lib. viii, cap. ult., num. 96. Barthius, lib. xxvi Adversar., cap. 5: *Heros*, inquit, quomodo litteræ *A*, cujus debet esse vocis principium, conveniat, nemo conjectaverit. Nec tam *barbus* Isidorus, ut *Il Græcum cum A conjundisse putandum sit*. In suo veteri libro pro *æros* invenit *æros*, et conjecit *Amos*, quod significat *virum fortem et sapientem*, ex Sancto Pagnino. Sic Papias:

*Amos interpretatur potens, fortis, verecundus*. Suspicionem Barthii confirmare possum scriptura Codicis Vaticani 623, ut indicavi in Isidorianis, cap. 93, n. 29. Nam in eo Codice clare legitur *Amos pro æros*. Non tamen ausim scripturam vulgatam et communem mutare, quæ, ut dixi, aliqua ratione defendi potest. Et Isidorus quidem verbum *Amos* interpretatur lib. vii, cap. 8, num. 12: *Populus avulsus, quod a viro fortis et sapiente longe dissidet*. De hac voce *heros*, ut *sanctis* aliquando apponitur, dixi in commentar. ad Prudentium hymn. 6 Cathem., vers. 114, ubi observavi Avitum, lib. v, nove dixisse de Pharaone: *heros impius*. *Bembus* contra reprehenditur a Scaligero, lib. vi Poetic., cap. 4: *Bembus, cum Dominum Jesum heros vocat, valde me commovet; sane vox impia, et utroque indigna, ne arguetur quispiam heroem e senisse Deum, ex altero senisse hominem*. Quod hoc eod. num. additur: *Auctorem autem... non posse existimant*, Barthius, loc. cit., advenit deesse in suo libro mss. *autem*, vel, ut alii habent, *etiam*, et *existimant*. Negat Grialius hunc locum integrum esse, quia in *cursor* diversa ratio est atque in *auctor*. Sed, ut puto, Isidori mens est *auctorem*, cum ad auctoritatem refertur, pro communi accipiendum, quamvis in femininum genus flecti possit *auctrix* in alia significatione. Ac simul advertit esse quædam nomina quæ nullo modo in femininum genus flectuntur, ut *cursor*.

N. 4. *Amicus est ab amore; amor autem commode ab ἀμα simul, una, deductur*.

N. 7. *Æmuli* originatio fortasse est ab ἀμύλος, ἀμύλος, *lepidus, blandus*.

N. 8. *Ætatus*, etc. Hæc ipsa verba occurrunt infra in *E*, num. 84, neque hoc loco inseri debent, nisi scribatur *ætatus*. quod orthographice repugnat.

N. 12. *Ærumnosus a rumine*. Fortasse hæc pertinet quod ait Arnobius, lib. vii: *Ærumnæ sunt prima in gurgulionibus capita, qua dejicere cibos et referre natura est ruminatoribus sæculis*. Plautus, apud Festum, *ærumnulas* vocat forcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant. *Ruma, rumus*, aut *rumen* olim erat mamma; *rumen* etiam est pars colli, aut quasi ventriculus ejusdem, quo refertur postea verba Isidori *per inopiam*, etc. Alii alias notationes nominis proferunt.

N. 13. *Astrosus*. In Glossario Isidori dicitur etiam *lunaticus*. Significatio in vulgari lingua Hispana est *desafortunado*, hoc est, *infelix*.

N. 14. *Enormis*. Ad hunc locum non pertinet, nisi per æ scribatur, quod contra regulam est. Posset substitui *abnormis*; sed hoc accipitur pro *sine norma*, aut *lege*. Vide infra, not. ad num. 81, ubi in *E* recte collocatur *enormis*. De *abactoribus* Paulus, lib. v Sentent., cap. 18. De *abgeis* Ulpianus, lib. xvii, Dig., tit. 14, leg. 1.

N. 17. *Ærarii expensam*. Grialius in textu edidit *ærarium expensum*, quod in nota damnat.

N. 22. *Beatus*. Clarum est *beatum* esse a *beo*, quod a βίω, *vivo*, nonnulli deducunt.

N. 26. *Benivolus*. Recepta consuetudo scribendi *benevolus*, et *benevolentia*, similibus aliis exemplis comprobatur, ut *beneficus, benedico*, etc. Lipsius, Vossius, Dausquius, præter antiquiores Eutychem, Bedam, etc., probant *benivolus*.

N. 28. *Brutus*. Ab aliis dicitur *brutum* quasi βρωτόν, quod comedi potest, edule.

N. 30. *Bucco*. Barthius, lib. vi. Advers. cap. 14: *Quod vero Isidorus Origin. lib. x, et Magister alius glossarum ex variis concinnator, buccones ideo fatuos dicit, quod multa soleant magna que fari, sane etiam ex veterum disciplina est*. Profert illud Dionysii Catonis, lib. ii, cap. 21: *Exigua tibi tribuenda fides qui multa loquuntur*, et alibi: *Multa multa loquuntur, ubi multi sunt stolidi, cum contra sapientes pauci sint*.

N. 31. *Biathanatus*. Ex Græco *biothanatus est* seu *violente mortuus*, ut sunt illi qui sibi manus inferunt. In nonnullis Excusis legebatur *bis mortuus*.

quod aliqui ita exponerent, animas *biothanatorum* non recipi in originem suam, nisi *vogantes legitimum fati tempus impleverint*, ut ait Servius, quod poetæ referunt ad sepulturam. Sed Grialii lectio retinenda est *vi mortuus*. Ab ethnicis martyres nostri *biothanati* vocabantur, quia sponte pro Christi nomine mortem oppetebant. Exempla Ducangius profert.

N. 53. *Libidinis abstinentiam*. Notandum verbum *abstinentia libidinis* pro temperantia.

N. 56. *Clientem*. Non satis intelligitur etymon *clientis*; nam *clere* proprie est *audire*, metaleptice *nominari*, atque inde *esse, existere*. Accipitur etiam pro *purgare*. Donato *clermens* est, qui *colit mentem*; alii quasi *clinimens*, a *clino* et *mentis*.

N. 44. *Mantuanus vates*, etc. Fortasse ex Hieronymo, in Præfat. Hebraicæ Quæstion. in Genesim.

N. 47. *Contemptibilis*. In *contemptibilis*, ut in *laudabilis, risibilis*, etc., productio verbi est *bilis*, quin opus sit recurrere pro etymo ad *habilis*, aut *vilis*.

N. 52. *Confinatis* etiam est ad *confine pertinens*, ut *lineæ confinale* apud Var. Auctor., de Limitib., pag. 310.

N. 55. *Colomis*. Scribo *columis* cum aliis Editis, quamvis Grialius præferat *colomis*. *Columis* accipitur etiam pro *incolunt*.

N. 57. *Calamistratus a calamistro*. Pignoriis, de Servis, pag. 195, ex Ovidio, Festo et Juvenale, confirmat quod ait Isidorus, *calamistrum* acum ferream esse. A Nonio, cap. 45, num. 27, *fiatula* appellatur, quia intus cava est instar calami arundinis. Librarium fortasse error est apud Isidorum *acu ferreo* pro *acu ferreo*, etc. Nam veteres *acum* feminine dicunt.

N. 58. *A creando carnes*. Scilicet ex Græco *κρέας, caro*; ac fortasse pro *creando* verbum Græcum Isidorus adhibuit.

N. 62. *Convulsæ undis*, etc. Alii interpretantur *convulsæ, et disjectæ*.

N. 64. *Circumforaneus... Collegiatus*. Latini *circumforaneus* dicunt. *Collegiati* fortasse hoc loco sunt *vespillones*, de quibus dictum lib. ix, cap. 4, num. 29.

N. 65. *A disserendo*. Ex Festo et Varrone, quamvis i breve in *disertus* aliud innuere videatur.

N. 66. *Discipulus a disciplina*. *Disciplina* est a *discipulus*, ut in not, ad lib. i, cap. 1, n. 1, dictum.

N. 67. *Apprudebant*. Hinc *pendere* pro *sovere*. Vide Varronem in fine libri iv de Ling. Lat.

N. 71. *Debilis quod per bilem*. *debilis* deductur a *de* et *habilis*.

N. 72. *Desperatus*. De voce *Desperatus* Georgius, in dissert. de monogramm., cap. 10, pag. 64, cum Isidoro conferendus.

N. 74. *Decrepitus*. Festus: *DECREPITUS est desperatus CAPERA jam vita; sive quia propter senectutem nec movere se, nec ullum facere potest CREPITUM*. Thomas Gatakerus, Adversar. miscell., lib. ii, cap. 14, aubigi posse ait quem *crepitem* Festus voluerit: notat interpretationem Isidori, quod *crepare, id est, loqui desierint*; e-ss- ex Donato ad Terentium. *Recremanus decrepitem* exponit ab incesu tardiori, qui *crepitem*, sive sonitum *crepantem* excitat. Joseph Scalger a lucerna, vel candela, quæ, ultimum expirans, *crepitem* edere solet.

N. 75. *Depretiatus*. Inde Ilis ani *despreciado*; ac simili fere modo Itali. Etymon diri explicat Festus: *Dirus, Dei ira natus*. Pro *magnus* accipit Servius *dirus* ad Virgilio, lib. i Georg., vers. 37, *Dira cupido*. Sic *atra religio*, etc.

N. 77. *Delator*. *Delator* est a *deferendo*. Raderus, pag. 34, ad Martialem de voce et officio delatoris agit.

N. 78. *Lira*. Festus et Nonius *liras* sulcos dicunt: Isidorus etiam lib. xv, cap. 15, *liram a porca* distinguit, quod *lira* sit sulcus, sive quod in aratione defossus est, *porca* id quod in aratione exstat; ex quo aqua in *liram* seu sulcum decurrit. Utrumque facile confunditur, quia inter arandum simul utrumque fit.

Confer notam ad lib. alphabeticum Differentiarum verborum, num. 140.

N. 85. *Exsul*. Lib. i, cap. 27, Isidorus præfert scripturam *exsul* pro *exul*. Grialii Editio variat. V. de not. ad eum loc.

N. 96. *Facetus*. Ex aliorum sententia est a *fundo*.

N. 97. *Fænerator*, sive *fenerator*, est a *fænerare feneratorum*. Proprie autem est qui pecuniam dat lætiori. Sed cum *fænero* et *fæneror* sit etiam *pecuniam sub fænero reddere et acclpere*, *fænerator* quoque poterit sumi pro eo qui mutuo pecuniam accipit.

N. 99. *Fidelis... Firmus... Formosus*. *Fidei* etymon. simili modo exponitur lib. v, cap. 24, num. 17, et lib. viii, cap. 2, num. 3. *Formosus* melius num. seq. a *formo* deducitur; vel legendum: *Firmus a formo, unde et formosus*. Alii *firmum* derivant ab *εἶμα, sulcrum, firmamentum*.

N. 100. Græci *formam* dicunt *μορφή*, ex quo per metastesin fit *forma*.

N. 102. *Fessus... Fatigatus*. Sunt qui creant *fessus* esse participium a *fatiscor*. *Fatigatus* certe est a *fatigo*; hoc autem fortasse a *fatim ago*; nam *fatim* est *assatim*, plurimum, valde.

N. 103. Quædam nomina tum active tum passive significantia Gellius, lib. ix, cap. 12, enumerat.

N. 104. *Fatus*. Apud Justinum, loc. a Grialio citato, lib. xiiii, cap. 1, plerique legunt *fatuari* dicuntur. Olim *vates fatui* vocabantur, et ipsum nomen *vates* est a *πάρας*. Quidam existimant *fatuos* dictos qui multa et inutilia loquuntur, ut in Isidori glossario *effatus* sunt vaniloqui sine effectu.

N. 105. *Fictores*. Erant inter famulorum officia. Legitur etiam *factoris* nomen inter officia divina, ut observat Petrus Scriverius, in not. ad inscription. Volaterrani, de Sacerdotiis Romanor., ubi locum Isidori legit *limit*, et *pertractat*, et conjicit legendum *teniter pertractat*. *Fictores pontificum*, quorum in veteribus inscriptionibus fit mentio, videntur fuisse illi qui pontificibus insecruebant deorum signis ornandis, aut faciendis. Dicebantur etiam *fictores*, qui liba in sacris faciebant.

N. 111. *Hæc sub arcuatis*. Brissonius, de Jure conub., pag. 354, ita refert hunc locum: *Hæc in arcuatis prostituebantur*.

N. 115. *Glutto*. Hinc Hispani dicunt *gloton*.

N. 116. *Il-ros*. De voce *heros* supra, num. 2. Pro *acclinis* alii habent *acclivis*. Sed bene est *acclinis*, ut *reclinis* non semel apud Prudentium. In *honorabilis* productio verbi est *bilis*, ut in similibus alius jam dixi.

N. 118. *Honorosus*. Vix certum exemplum invenies vocis *Honorosus*; sed restat nihilominus in idiomate Hispano *honroso*. Dubitari potest an legi debeat *Honorosus plus est quam honoratus*, ex vitio veteri scribendi *honus* pro *onus*. De phrasi *pilis horridus* e similitudine plorum in teris multa Barthius lib. xxi Adversar., cap. 11.

N. 124. *Interpres et interpretator* alii ducunt a *pretium*, alii a *paro*, alii a *prator* exoleto, alii cum Isidoro a *para*, alii aliunde.

N. 126. *Innoz*. Pro *innozius* in veteribus Christianis inscriptionibus apud Revesium reperitur. Barthius, apud Cyprianum, de Discipl. virgin., cap. 16, corrigebat, *quarum innoz lavatio est pro quam in vos pudica lavatio est*; putat enim *pudica* glossam esse vocis *innaz*, pro qua successit mendum *in vos*. In Editione Oxoniensi e theatro Scheldemiano legitur *quarum pudica lavatio est, omisso in vos*.

N. 129. *Infirmus*. Repetit etymon *ex formis*, quod num. 99 in *firmus* secutus fui.

N. 133. *Impius... pro infideli*, etc. Hinc Sancti Patres inter *pia* et *impia* statuebant medios alios scilicet Christianos peccatores.

136. *Improbis*. Est *non probus*: apud Festum autem *probi sunt prohibi*, qui se a delinquendo prohibent. Inde *labor improbus* est, qui non inhibetur.

157. *Festus*: *Importunum, in quo nullum est auxilium, velut esse solet portus navigantibus.*

N. 140. *Inveterator*. Plerique *Excusi inveteratus*. Sed ut *veterator* dicitur, ita etiam *inveterator* poterit videri.

*Ib.* *Immunis* pro non *munifico*, nescio an boni auctoris exemplo confirmari possit. Proverbium, *Immunem cives*, etc., optime quadrat in eum qui non facit munia, etc.

N. 143. *Ignarus*. Alii *gnarus* derivant ab *γροῖζω*. *Ignarus* passive quoque, et pro *ignoto* accipi, notavit Gellius, lib. ix, cap. 12. Exempli veterum non pauci sunt. *Offecisse, scisse*, etc. Iti fere Hispani *offecisse* usurpant pro *investigare*. Vide lib xi, cap. 2, num. 47.

N. 149. *Impudicus*. Est non *pudivus*; hoc autem ipsum *pudivus* deduci poterit a *pædore*, ut ex aliorum sententia deducitur a *putore*, quia sensus a *putidus* avertitur. In nonnullis Editis *Impudicus* a *pudivo*: fortasse a *pælice*; nam *o et v* in Mss. sæpe confunduntur, ut multi jam notarunt.

N. 150. *Internicida*. Scribo *internecida* et *internecivum*. In Editione Grialii *internicida*, et *internecivum*. Sæpe in Mss. i pro e occurrit.

N. 152. *Incincta*. Vocem *incincta* de femi a prægnante usurpant etiam Itali, qui dicunt *incincta*, ut Hispani *emincta*, quod alii dividunt in *cincta*.

N. 153. *Iscarra* positum hic est pro *scarra*, quod suo loco infra recurrit, et clarius explicatur.

N. 154. *Katholicus*, etc. Hæc nomina nunc per *c*, non per *k* scribuntur.

155. Apud Virgilium nonnulli Editi sic habent *concita*; sed alii melius *consita*; sermo enim est de crebris insulis, seu cycladibus, quæ mari quodammodo disseminate sunt.

*Ib.* Apud Grialium erat, *multaque dictione*; reposui ex Nonio, cuius verba Isidorus transcribit, *multaque ditione*. Iso, in gloss. ad Prudent., hymn., 3 Cathem., vers. 471: *Locuples, locorum plene*.

157. *Liberalis* est a *libero*, quod a *libet* duci nonnullis placet, quia *liberi* homines faciunt quicquid ipsi *libet*. Solum ob stare posset quantitas primæ syllabæ, quæ in *libet* est *brevis*, in *liber* longa; sed hæc ratio non semper tenet.

N. 157. *Longus* multi dictum putant a Græco *λόγος*, lancea, hasta, vel *ὄγκος* amplitudo. Fortasse præsterit legere *Longus* a *lancea ductus*.

N. 162. *Lymphaticus*. *Lymphæ* dictæ sunt a *nymphis*, ut ait Festus, qui addit memoriæ traditum eos qui *nymphæ* effigiem in fonte viderent, sine in furendi non fecisse; unde *lymphati* dicti.

N. 163. *Luridus*. *Lura* est uter coriaceus, vel, ut ait Festus, os culei, vel etiam utris. Hinc *luridus* et *loro*. Alii *luridum* derivant non a colore *luræ*, vel *lori*, sed a percussione *lori*, quasi *lividum*.

N. 164. *Luscitiosus*. *Lusciosus* et *luscitiosus* idem significant. Pro Isidori interpretatiōne faciunt Varro et Nonius, quibus adhæret Ulpianus, in Dig., lib. xxi, tit. 1, l. 10, ex Torrentini Editione, et, ut videtur, Plinius, lib. xxvii, cap. 11. Fes'o præter Fulgentium Placciadem sumpsit: *Mactus, magis auctus gloria*. Neque facile alibi exemplum reperietur, ubi *auctus* cum casu gignendi conjungatur.

N. 165. *Mactus*. Ludovicus Carrion, lib. ii Emen-dat., cap. 3, existimat ex Isidoro corrigendum *Servium* ad versum *Macte nova virtute*, scilicet *Macte est magis aucte affectata gloria pro affectata gloria*, nam ex Servio Isidorus sumpsit: *Mactus, magis auctus gloria*. Neque facile alibi exemplum reperietur, ubi *auctus* cum casu gignendi conjungatur.

167. *Munifex*. Est a *munere* et *facio*. In glossario Isidori legitur, *Munifer, qui munera fert*.

N. 170. *Memoriam tenet*. Fortasse *memoria tenet* pro *memoricum tenet*.

N. 173. *Cæterum rationabilis*. Videlicet quia *modicus* proprie est, qui *modum* servat, moderatus, temperatus. Ac fortasse conjungendum, *cæterum ratio-*

*nabilis, moderatus, a modo*, etc., ut intelligatur *modicum* esse a *modo*.

N. 176. *Mendax*. Apud Cotelerium, t. I Patrum Apostolic., pag. 257, col. 2, hujus vocis explicatio videnda.

N. 178. *Ab acie oculorum*. Grialius, et alii Editi exhibent a *facie oculorum*. Reposui ab *acie oculorum* ex Cod. veteri Palat. 281, qui in textu quidem cum aliis facit, sed in marg. præfert *ab acie*, quod verius, vel unice verum puto.

N. 179. *Mulcator*. *Mulcare* apud veteres est percutere, cedere, verberare. Pro *mulcere* ut urpavit Althelmus, de septem vitis capitalibus.

Denique si potuit colli *mulcare* *catervas*. Inde *mulcator* significatione ab Isodoro exposita, nomen se quioris ævi.

B. 180. *Hesperios andax*. Lucani versus ita nunc habet in Editis:

*Andax Hesperios veniam metator in agros.*

184. *Morio*. Græcæ originis est a *μωρῆς*, *stultus*.

N. 187. *Nugas*. Veteres grammatici docent *nugas* indeclinabiliter usurpari posse, ut *nequam, fas, frugi*. Ac fortasse legendum *alium nugas existimantes*, ut paulo post *id est, nugas*. Vide infra, n. 192.

N. 189. *Alias nefarius*, etc. In aliis Excusis deest *alias nefarius*. Grialius, etsi puncta inter *nefarius* et *nefundus* non collocaat, tamen hoc voluisse videtur ex distinctione adhibita non ut dicatur *alias nefarius nefandus*. A *nutrio* et *nutritum* est *nutritor*. Illud quasi *nutu eruditor* est veluti rei descriptio ex lusu quodam verborum, ut sæpe *alias*, non *eymon*.

N. 190. *Nuntius*. *Nuntium* neutro genere contra Laurentium Vallam, Jos. Scaligerum et alios, Vulpus cum Isaaco Vossio defendit, ad *carm.* 62 *Cautili: Nova nuntia referens*, additque Lucretium, et Varronem.

N. 192. *Nugas autem*. Heb. *Ex Hieron., Sophon.*

N. 196. *Rectæ gloriæ*. Vota Vulcanii ad marginem est: *Imo rectæ sententiæ. Urumque doxa significat, gloriæ et sententiæ, seu opinionem.*

N. 201. *Orbus*. *Orbum* simpliciter pro *caeco* dixit Sedulius, lib. iii, vers. 195. Vocem et significationem hanc Italicus sermo retinet.

N. 203. *Perfectus, cui nihil adjici potest*. Nihilominus in usu est *perfectior*. Cicero, vi in Verrem, cap. 56: *Valvas perfectiores*, etc.

N. 204. *Te multo plus*. Ciceronis verba sunt: *Quod eum multo magis figura et lineamenta hospitia delectabant.*

N. 205. *Pellax*. Iterum *pellax*, num. 225, et *pellex*, num. 229.

N. 207. *Quod pueros agat*. Vulcanius legit *pueris agat, id est, docent*, et notat ad marginem, immo *ἀπό τῆς ἀγορῆς, id est, institutione.*

N. 211. *Antiqui enim viciam*. A *vicia* dicta *Vicepota* Victoria apud Senecam in Ludo de morte Claudii, *Diespiter, Vicepotæ filius*, ut Lipsius notat lib. ii Epistolic. Quæst., epist. 11. Jos. Scaliger, apud Senecam, legi voluerat *Nicephoræ filius*. Herba *vicia* est leguminis genus jumentorum pabulo utile.

N. 214. *Petulantæ*. A *petendo* dici, ex Festo etiam et Nonio constat. Sed Isidorus, alia usus auctore nobis ignoto, alia addit.

N. 219. *Præcinctus*. In Vulgata: *Cæpit lavare pedes discipulorum suorum, et extergere tinteo, quo erat præcinctus.*

N. 221. *Pirata*. *Pirata* est a Græco *πειράω, conor, tento.*

N. 222. *Pugillator* et *pugillones* vix alibi quam in glossariis reperientur. Antiquiores his verbis usus non constat.

N. 224. *Varum*. *Varus* pro valde obliquo usurpatur etiam ab Apuleio. Plinii locus a Grialio citatur lib. vii, ab aliis 18.

N. 225. *Pellax*. Est a *pellicio*, et *pellax*. Vide n. A 205 et 229.

N. 226. *Parracida*. Crialius edidit etiam in textu *parracida*, quod non placet, neque facile apud alios inveniatur. Usus communis habet *parricida*, aliquando *paricida* et *patricida*. A *parenicida* videtur deductum per syncopem *parricida*.

N. 227. *Persecutor*. Significat etiam eum qui *jus eum persequitur*, aut qui alium comitatur, nisi forte corrigentium sit *prosecutor* pro *persecutor*.

N. 228. *Peccator*. Alii *peccare* derivant a *pecus*, quasi *pecuare*, hoc est, more *pecudum* operari. Alii inepte a *pedem capere*.

N. 229. *Prosedendo*. Laudatur a Barthio, lib. LX Adv., c. 7, scriptura quam in suo Codice invenit, *Prosidæ meretricis a prosidendo*. Plautus vocat *prosedas* Poen. 1, 2, 53.

... An te ibi vis inter istas versarier?  
Prosedas pistorum amicas.

Grialius divisit *sub dolositate*, nisi id typographo ascribendum.

N. 231. *Pisinnus*. Apud Grialium erat *pisinus*. Alii plerique scribunt *pisinnus*, quod verbum Labeonis est, et fortasse etiam Martialis.

N. 232. *Quæstuosus*. A *quætu* usitatum est; non ita *questuosus*, et *querimoniosus* a *queror*, et *querimonia*.

N. 234. *Religiosus*. Notatio nominis *religiosi* et *religionis* exhibita etiam est lib. VIII, cap. 2, num. 2.

N. 244. *Superstitiosus* ait. De *superstitutionis* etymo, lib. VIII, cap. 3, num. 6 et 7. De *sidulo*, Nonius, cap. 1, num. 171: *sidulo significat sine dolo*. Profert exempla Lucilii et Ciceronis. Sunt etiam Plauti, Terentii et aliorum; et eandem etymologiam tradit Doustus. Nihil tamen minus Perottus, Forcellinus et alii repugnant.

N. 245. *Socii*. Quidam *socium* dictum putant a *sequor*, *secia*; alii a *seco*, hoc est, *divido*.

N. 246. *Ego me esse*, etc. Afranii hæc verba esse nonnulli putant.

N. 247. *Sine cura id est*. Fortasse reponendum *eine cura*. *Idem est frigidus*; nam in Mss. passim *idem et id* est confunduntur. Ita sine parenthesi scriptura procedere poterit.

N. 248. *Superbus*. Alii *superbire* derivant a *superire*, aut *superbus* a solo *super*.

N. 249. *Susurro*. Fortasse ex hoc Isidori loco Aulo Vercellensis, comment. in Epist. ad Roman., cap. 1, pag. 15, tom. I: *Susurro est qui non in facie, sed in aure detrahit; unde et a sono aurium nomen accepit, eo quod sub aure sonet*.

N. 251. *Simulator*... a *simulacro*. Potius *simulacrum* et *simulator* sunt a *simulo*, quod deducitur a *similis*.

N. 257. *Secundus*. Ex aliorum opinione est a *secando*, quia in *secundo* incipit *sectio*, et *divisio*.

N. 258. *Stipulator*. De etymo *stipulationis*, lib. 5, cap. 24, num. 30.

N. 259. *Sanus* et *salus*. Græcam originem habent a *σῶς*; vel *σῶος*.

N. 262. *Sepultus*. Isidorus cum Servio descriptionem *sepulii* per litterarum allusionem exponit; nam notatio nominis certa est a *sepelio*, cujus vocis vera origo ignoratur.

N. 263. *Saio*. In Auctario Glossarii Cangiani, rejecta etymologia *saionis*, vel *sagionis* ab *exigendo*, et alia, quam excogitavit Hiccius, pag. 153 Dissertat., ab Scanogothico verbo *sakan* probabilius dicitur, a *sago*, veste eorum propria, *Saiones*, seu *Sagiones* nuncupantur.

N. 276. *Venustus*. Proprie est a *Venere*. Cicero, Macrobius et alii, *Venerem* dictam volunt, quia ad omnia venit, vel inde omnia veniunt.

N. 279. *Vanus* a *Venere*. Non arridet etymologia *vani* a *Venere*; sed non fortasse melior quam alii roferunt, a *ve inanis*.

In nonnullis mss. Etymologiæ in duas partes di-

viduntur, et hoc loco post librum decimum desinit prima pars, ut in variis lectionibus uberius patebit. Sed ante varias lectiones præmittendæ sunt nonnullæ appendices ad Etymologiarum libros, quos hactenus recensuimus, spectantibus, depromptæ scilicet ex antiquis Etymologiarum exemplaribus, præsertim ex mss. Vaticanis, et Toletanis, quæ vulgaris auctiora sunt.

### LIBER UNDECIMUS.

*Liber undecimus*. Etsi Etymologiæ, ut in fine libri præcedentis annotavi, in duas partes in nonnullis mss. dividuntur, tamen libri eodem numero:um ordine procedunt, ut nempe libri hic, qui primus est secundæ partis, liber undecimus dicatur.

CAP. 1. Num. 3. *Vita*. Vocis *vitæ* origo rectius dicitur a Græco βίος.

N. 4. *Et creavit*, etc. Vulgata, Genes. 2, 7: *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ*. Isidorus in eandem sententiam disserit lib. 1 Sentent., cap. 12, quem ad locum pulchra est Loaisæ annotatio.

N. 15. *Nam et memoria*, etc. Quædam ex his repetit Isidorus in libro Differentiarum rerum, dum explicat quænam sit differentia inter animam et animum, inter animam et spiritum.

N. 14. *Corpus... quod corruptum*. Non melior fortasse opinio est illorum qui *corpus* dictum putant quasi *carnis opus*, aut a *corde* deducunt. *Caro* ab alio dicitur, quod *careat vita*: malim a Græco *κρέας*.

N. 17. *Caro autem et corp*. Qui *carnem* inde vocant, quod *careat vita*, existimant carnem proprie dici de mortuo. *Caro* certe est quæ vivit, sicut vixit.

N. 19. *Unde et præsentia*. A *præs* et *sum* antiqui dixerunt *præsesse*, ex quo remanet *præsentia*. Verum alioquin est quod *præsentia* nuncupantur ea quæ sunt præ sensibus.

N. 21. *Visus... quod vivacior*. Similis est hæc etymologia, quæ tantum proprietatem rei explicat, neque enim proprie *visus* dicitur, quod *vivacior* sit cæteris sensibus. Vera origo nominis est ab *ιδῆν*, ut notat Gatakerus, in dissert. de stylo Novi Instrumenti, cap. 38, ubi de re ipsa recte pronuntiasset Isidorum censet, quamvis nominis notationem *ἴδω* eo allatam rejiciat. Plura ibi Gatakerus de *visu* pro intellecto, et quovis sensu.

N. 27. *Capitium*. Est tegumentum pectoris muliebri: Nonius minus bene interpretatur *tegmentum capitium*.

*Comæ... Unde et cirri*. Adrianus Junius in comment. de coma, cap. 1, ait *cirros* capitis pilos attonsos a Græco *κίρρω* manifesto errore interpretari Isidorum et Merulam. Ipse *cirrum* exponit quasi *in circum tortum*. Editi habent a Græco *κίρρω*. Pro *μαλλόν* Vulcanius edidit *mallonem*, et suspicabatur *μαλλός*.

N. 31. *Discriminalia*. Verbum Vulgatæ Isaïæ cap. III, 20. Confer Ducangium et not. ad lib. XI, c. 31, n. 8 et 9.

N. 42. *Cilia*. Originatio *ciliorum*, quod *celent*, Barthio, lib. XLIX, cap. 9, non arridet; sed nihil melius profert. *Intercitium* apud veteres Latinos non reperitur; inde Hispani dicunt *entrecejo*.

N. 44. *Malæ*. Græci *malæ* appellant *μάλα*; hinc etiam ob similem rotunditatem *malas* seu genas *μάλα* dicunt. Vide infra, num. 74.

N. 45. *Barbam*. *Barbæ* alias etymologias alii proferunt, sed quarum nulla idonea sit.

N. 47. *Nares... nare non desinit*. Isæus quoque, in not. ad Lactantium, de Opific. Dei, cap. 11, observavit male apud Isidorum legi *manare pro nare*; eadem enim sunt verba apud Lactantium. Etymon *ignari* a *naribus* expositum fuit lib. X, num. 143. In Terentii quibusdam editis lego *At non, et cæperit*. At Priscianus, lib. X, pag. 879, Putsch., cum Isidoro habet *cæperet* ab antiquo *cævio*. Communior scriptura est cum *æ*.

N. 50. *Labia... labra*. Alii contra dicunt quod superius est, *labrum* dici; quod inferius, *labium*. In prosa oratione frequentius *labrum* quam *labium* usurpatur. In vetustissimo Codice Toletano margini nota hæc est adjecta: *Græcon capillum super labia*.

N. 51. *A ligando cibo*. Isæus, in not. ad Laetantium, lib. x de Opif. Dei, Isidoro tribuit quod ex Varrone referat a *lingendo cibo*, quia scilicet Editionem Grialii non viderat, sed alias, in quibus est a *lingendo cibum*. Lingua plectrò comparatur ab Avito lib. 1, vers. 83. Vide not. ad Dracontium, lib. iii, vers. 653.

N. 52. *Colomellos*. Hispani nunc vocant *colmillos*. Ugutio, Papias et alii ex Isidoro explanationem et nomen sumpserunt; sed alii scribunt *columellos*, alii *colummellos*.

N. 53. *Dentium autem*. Hunc locum fuse illustrat Salmasius, in Exercit. Plinian., pag. 53.

N. 55. *Palatum... sicut cælum*. Iso, in gloss. ad Prudent. hymn. 10 Perist., vers. 933. *Sub testudine ideo dicitur, quia URANON Græce Latine PALATUM dicitur, eo quod curvum est in similitudine cæli, qui et URANON dicitur*. Hispani *palatum* vocant et *cielo de la boca*.

N. 57. *Toles*. In textu Grialii erat *tolles*, in nota *toles*, quæ communior est scriptura etiam apud alios. Nonnulli præferunt *tolæ*, *tolarum*.

N. 59. *Rumen*. De ruminæ et ruminatone cursus lib. xii, cap. 1.

N. 61. *Cervix*. Ante Hortensium Pacuvius et Ennius *cervicem* singulari numero dixerant. Discrimen, quod ex Servio ad lib. ii Æn., vers. 507, affert Isidorus, *cervicem* in singulari numero significare *collum*, seu membrum ipsum, in plurali vero *superbiam*, alijs non placet. Ciceronem *cervicem* in singulari numero nunquam dixisse multi negant.

N. 65. *Subhiræ*. Guiberius hb. iii de Vita sui, cap. 22: *Et ucellarum, quæ subhircos nominant*.

N. 66. *Unde manupretium*. Brissonus, lib. iv, cap. 23, Selectar. Antiq., apud Isidorum et alios legendum sit *manupretium*, non *manuspretium*. Annotatur Trebelli us utrumque probat ex mss. exemplaribus.

N. 74. *Quasi mala*. Fortasse *quasi mala*. Quia a mala rotunda sunt, nomen inde ob rotunditatem *malæ*, et *mamillæ* trahunt. De *matarum* origine, supra, num. 44.

N. 78. *Incisio*. Vulcanii nota ad verbum *incisio* hæc est: *Alludit fortasse ad etymologiam διατομοσ. Nam διατομα dicitur ἀπὸ τοῦ διπλοσ, quod significat scindere, vel cæno*. Legit Vulcanius: *Cutis enim Græce incisio dicitur*. Grialius substituit *κορτῆ enim*, etc. Gothici duo Toletani postponunt numeros 78 et 79, et præmittunt numerum 80.

N. 79. *Corium*. Jul. Cæs. Scaliger exercitatione 427, de Subtilitate contra Cardanum, disputat eos qui, ut ait, *Latina puritate delectantur*, nunquam *corium pro tergo* ponere. Scaligerum Vulpium, ad Catullum, carm. 62, merito refellit, non solum quia *corium pro tergo* Catullus, Ovidius, alique idem auctores adhibuerunt, sed etiam quia ipse Scaliger a verbo *paritatis* non abstinuit, quod nemo bonorum Latinitatis auctorum usurpavit.

N. 82. *Ab artando*. Retineri posset, quod edidit Grialius, ab *artando*; sed communem scripturam placet exprimere.

N. 87. *Quod madefacient*, etc. Sic Dracontius, lib. ii, vers. 613:

Humor ut assumptas intraverit ante medullas.

Vide notam.

N. 90. *Lævus*. Melius ducitur a Græco λαός.

N. 94. *Palæ*. Vox hæc pro duobus ossibus latè scapularum existit apud Cœl. Aurelianus, lib. iii Acutor., cap. 3, et alibi apud eundem.

N. 99. *Umbo*. Est quicquid in plauo prominet in eam figuram, ex Græco ἄμβω.

N. 101. *Longæ*. Apud Varronem nonnulli habent *ong-bo*.

N. 103. *Virus*. Dicitur quidem de semine animalis, et de viri semine dici potest, sed proprie est *succus vitalis* cuiusque rei; et interdum pro noxiò accipitur.

N. 106. *Femora et femina*. Sunt a *femur*, quod in genitivo facit *femoris*, et frequentius *feminis*. Neque verum ulum discrimen iater *femora* et *femina* reperitur.

N. 107. *Suffragines*. Genus est flexura, seu curvatura supra facta, cui contraria est *suffrago*, subtilus fracta, ut accidit etiam in brachijs.

N. 108. *Genus a Græco γένω recte ducitur*.

N. 111. *Talus... tholus*. Scribo *tholus*, quamvis apud Grialium et alios sit *tolus*. In Gothicis Mss. est *talus dicitur a talo*.

N. 114. *Calcis prima*. Isidorus, ut pato, scripsit *calces*; ex quo librarii fecerunt *calcis*, mutato *e* in *i*, ut in Mss. sæpe accidit.

N. 115. *Solum dicitur*. De *soli* significatione vide commentar. ad Prudentium multis in locis ex indice.

N. 116. *Viscera*. Notat Barthius, lib. xlv Adversar., cap. 12, in homilijs quæ vulgo Eusebio Emiseno tribuebantur, linguam quoque inter viscera reponi.

N. 131. *Jejunum... intestinum, unde et jejunium*. Hoc idem *jejunii* etymon Isidorus protulit lib. vi, cap. 19, num. 65.

N. 135. *Hinc et uter*. Scilicet *uter, utris*, ut lib. xx, cap. 6, ubi etiam *utrem*, ab utero Isidorus derivat.

N. 138. *Lotium*. A *lotio* aut *lotum* dici, et *i* dispar est quantitas, consentiunt alii; sed nonnulli causa inde reposita, quod interiores partes corporis per quas *lotium* meat, hoc humore abluuntur. Usus quidem vel abusus *lotii* in vestimentis lavandis et mundandis certus est. Catullus quoque, carm. 56, ad Egnat., et Apuleius, in Apolog., iudicant consuvisse olim Hispanos *lotio* dentes fricare, quo candidiores essent.

N. 147. In Codice Regio Vaticano 1850 sunt Etymologiae cum allegorica expositione. Exempli loco, proferam inter appendices, n. 15, caput 2 hujus libri, qui in Ms. est liber vi inscriptum: *De situ et habitâ corporis humani*; et caput 3: *Quomodo humana membra ascribuntur diabolo*.

CAP. II. Num. 4. *Ad gignendum adulta*. Iterum, num. 15: *Adolescens... ad gignendum*. Sex hominis ætates Eugenius Toletanus recenset, sed cum aliquo discrimine, in recapitulatione ad Hexameron Dracontii. Vide mea prolegomena in Dracontium, pag. 18 et 21.

N. 11. *Puer natus est nobis*. In Vulgata: *Parvulus enim natus est nobis*. Et apud Jeroniam, loc. cit.: *Noli dicere: Puer sum... Ne timeas*, etc. Ad hunc enim locum respicere videtur Isidorus.

N. 12. *Pupilli autem dicti, quasi sine oculis*. Responsi decerunt ex Mss. Gothicis pro *discesserunt*.

N. 14. *Laudantur simili prole puerperæ*. In antiquis Editionibus, *Laudatur primo prole puerpera nato*; quod ab Isidoro per lapsum scriptum Munchesæ existimabat, ad Fulgent., Mythol., cap. 26, lib. 1, pag. 61. Grialius verba ipsa Horatii restituit.

N. 20. *Et formavit*. Vulgata: *Et edificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem*.

N. 25. *Vira*. Festus, verbo *Querquetulanæ viræ*: *Feminas antiqui, quas nunc dicimus, viras appellabant*; unde adhuc permanent *virgines* et *viragines*. Mariana, in Genes ii, 23, ex Hebræo idiomate illustrat usum illum verborum: *Hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est*.

N. 25. *Quo jure*. Cum verba Terentii sint ex prologo Hecyræ, ubi Donatus significationem *adolecentioris*, de qua num. seq. explicat, videntur collocanda infra post verba, *ut senior, minus senex*. Terentius: *Quo jure sum usus adolescentior*; ubi comparativus *gradus*, etc.

N. 28. *Quasi annoxa*. Nam si commune Sanctus Martinus Legionensis, lib. ii, pag. 434, serm. in Dominica secunda post Pascha, *totum hunc Isidor*

l'eum profert, scilicet num. 27, 28, 29. Legit autem A Sanctus Martinius quasi *annosa Hinc et vetula*, etc. omiſſis omnino verbis illis: *Nam si commune... senem mulierem?* quo Chaconis conjectura comprobatur. *Anilitatis* vocabulo *venus* e u s est Catullus, carm. 60:

Usque d'm tremulum movens  
Cana tempus anilitas  
Omnis omnibus annuit.

N. 30. *Senectus* autem. Horatius, in Arte poetica: *Multa senem circumveniunt incommoda.*

N. 31. *Mors dicta*. Sanctus Iulianus Toletanus, lib. I Prognost., cap. 4, ita legit hunc locum: *Mors dicta est (in Ms. nico veturi dicitur est) quod sit amara, vel a morsu primi hominis appellata. Nam cum primus humani generis parens lignum vitium per inobedientiam contigit, per morsum mortem incurrit. Unde et a morsu mors ipsa utique appellatur. Tria sunt genera mortis, etc.* Sequor Codicem meum vetustum; nam Editiones variant. Sed non omittenda nota doctissimi Editoris operum Patrum Toletanorum, tom. II, pag. 41: *Ex hoc loco confirmatur lectio aliquorum Codicum mss. Sancti Isidori, in quibus totidem verbis continetur hæc altera mortis etymologia a morsu ducta. Quam lectionem cum indicasset Editio Parisiensis Sancti Isidori (Bignæana ex Vulcanio) regio nostra Editione antiquior, quare in hac non solum rejecta est a textu, sed et omnino in margine præternissa, non videmus. Sæpe ita de Grialio quæri possemus, qui adeo laudem brevitate affectavit, ut varias lectiones non contemneret, quas in Editione Bignæana præ manibus habebat, omnino præteritas voluit, et hæc in re Editioni Bignæanæ magna ex parte concinunt duo vetustissimi Codices Gothici Toletani, ut in Var. lection. dicitur. Non ausim tamen scripturam Editionis Grialianæ, quæ in vetustissimis membranis exstat, rejicere. Sed advertam Julianum Toletanum, qui Isidori fere æqualis fuit, diversum aliquod exemplum Etymologiarum vidisse; nam, ut sæpe monui, antequam Isidorus ad Bracilonem totum opus misit, plures ejus partes sorsum editæ circumferebantur. Etymologiam mortis a *Morte* Isidorus, lib. VIII, cap. 11, num. 51, expressit. Caterum *mortem* a Græco *μόρος*, *fatum exitiale*, appellari, alii magis probant. Vide Vossium, Martinum, et Guil. Junium in dissertatione Lipsiæ edita 1745 *De cultura mortis Deæ alim exhibitæ*. Cæcilius Viudex unam e tribus *Parcis Mortam* nominatam fuisse tradidit, quod Gellius, lib. III, cap. 16, non videtur approbare.*

32. *Infantium acerbam mortem*, et *funus acerbum*, ex Apuleio et Virgilio commemorat Barthius, lib. XIV *Advers.*, cap. 5.

N. 35. *Cadaver*. Tertullianus, lib. De resurrect. carn., cap. 18: *Atque adeo caro est, quæ morte submittitur, at exinde a CADENDO CADAYER renuntietur.* Hoc est, quod inuit Isidorus, *quia jam stare non potest*; neque video cur Barthius, lib. XIV *Advers.*, cap. 26; in eptum id dicat; magis enim ineptum putat, quod ipse tradit, *cadaver dictum quia omnis illius forma, omnis species corruerit.*

CAP. III. Num. 3. *Monstraver* a monitu, etc. tom. I Patrum Apostolic., pag. 60, Edition. Cotel., plura exponuntur de signis et monstris.

N. 7. *Alii magnitudinis partium*, etc. De his Salmasius in Exercit. Plin., cap. 32.

N. 14. *Prævaricatores angelos*, etc. Vide not. *advers.* 255 Carminis in Genesis post Juvenem append. 1.

N. 21. *Satyri*. De Hieronymi loco, quem Isidorus exprimit, videndus Rosweyds in Onomastico post Vitas Patrum, verb. *Fimus, Satyrus, Incubus*, etc.

N. 24. *Oceanos*. Grial. edidit *octrinos*.

N. 51. *Quia fluxus Venerem creavit*. Portæ Venerem mari ortam fluxerunt, ex quo dicta *Aphrodite, Pontia, Marina, Pelagia*, etc.

N. 32. *Vorticibus*. Scribitur etiam *verticibus*.

N. 34. *Dicunt et hydram*. Eadem et hisdem fere verbis de *hydra*, cap. 4 lib. XII.

N. 37. *Centaurus* autem. Duo Gothici Codices Toletani ita id exhibent: *Centaurus autem species vocabulum indidit, id est, hominem equo mixtum, quos quidem.* etc.

N. 38. *Semiboremque*, etc. De eo Ovidii versu, quem ejus am ei tolli volebant, curiosa est narratio Senecæ in *Controvers. lib. II, contr. 10, versus An.*

## LIBER DUODECIMUS.

CAP. IV. N. 2. *Herbarum beneficium*. Grialii Editio *herbarum beneficium*.

N. 3. *Concava littorei*, etc. Ovidii versus ita habent

Concava littorei si demas brachia cancro,  
Cætera supponas terræ, de parte sepulta  
Scorpius exiliet, caudaque minabitur onca.

N. 6. *Animalia, quæ eduntur*. Ignota aliis hæc proprietas nominis. Sic etiam multi *pecus* a Græco *πόρος*, quod est *vellus*, deducunt, non a *pasendo*.

N. 9, not. *Mactant lectas*. Apud Grialium erat in nota *mactant lectis*, quod correxi, ex lib. IV *Æneid.*, vers. 57; mendium enim puto.

N. 10. *Verrex*. Iso, in gloss. ad Prudent. hymn. 10 *Peristeph.*, vers. 187: *VERREX vocatur a VERBE, quem habet in fronte, qui commovens incitat eum ad prælium.* Ex Glossario Isidoriano discimus hunc vermem *simulatum* vocari. Confer notas ad hoc verbum.

N. 13. *Erit ergo hædus*. Grialius ediderat *hædus*, et ita quidem nonnulli scribunt; sed etymon poscit *hædus*, quod probat Varro, lib. IV *Ling. Lat.*, cap. 19: *Hircus, quod Sabini fircus; et quod illi fædus, in Latio rure hædus, quod in urbe ut in multis, a addito, fædus.* Idem Grialius, ut ex nota liquet, in textu edidit *ederæ*, vel *hederæ*; sed remansit *edere*, quod ad Grialii mentem in *hederæ* converti. Vide præfationem Grialii in nostris Isidorianis, cap. 51, num. 9. Isidorus ut *hederam* ab *edo*, ita *hedum* vel *hædum* ab ipso *edo* duci posse existimavit.

N. 14. *In transversum*, etc. Vide Virgilius, ecl. 3, vers. 8: *Transversa tumentibus hircis*. Grialius in textu, *siniphii*.

N. 17. *Spiritu narium*, etc. Vide not. ad vers. 630, 640, lib. I *Carminis Dracontii de Deo*:

Frontibus arboreis emittant cornua cervi,  
Anguibus assum; tis sed mox palmata resurgunt.

N. 21. *Himulus*. Sive *innulus*, filius cervi, ex alio rum sententia ducitur ab *ἵμος*, *filius*.

N. 22. *Damula... dama*. Alii a *δαίμα*, *timor*, faciunt *dama*.

N. 25. *Lepus*. Gellius, lib. I, cap. 18, verba alia M. Varronis profert, ex lib. XIV *Humanarum*, ubi ait L. Ælium aliquoties errasse: *Nam aliquot verborum antiquorum Græcorum, perinde atque essent propria nostra, reddidit causas falsas... In quo non modo Ælii ingenium non reprehendo, sed industriam laudo; successum enim fortuna, experientiam laus æquitur.* Ostendit Gellius simili modo Varronem de *fure* errasse *vileri*; sed addit: *In hac re de viro tam excellentis doctrinæ non meum judicium est.* Ita viri docti, etiam cum in hujusmodi nominum originationibus ab aliis dissentiant, non insolenter tamen se gerunt. Tom. I Patrum Apostolic. Cotelerii, pag. 31 et seq., multa annotantur de lepore aliisque animalibus, quorum hic fit mentio.

N. 24. *Cuniculi*. Alii dicunt Hispaniæ nuncupatam a *cuniculis*, quia hi punice Spania vocantur: quam etymologiam rejicit amoenissimus scriptor Jos. Franciscus de Isla, in not. ad I part. *Compendii Historiæ Hispaniæ* a Duchesnio Gallice editi, et a se in sermone Hispanum conversi.

N. 25. *Sus... quod pasca subig*. Varro, lib. II de Re rust., cap. 4: *Sus Græce dicitur ὄσ, olim tuvsus dictus, ab illo verbo quod dicunt ὄσας, quod est immolare. A nullo enim genere pecoris immolandi initium primum sumptum videtur.* Ovidius, lib. XV *Met.*, vers. 111:



....Prima putatur  
Hostia sus meruisse mori, quia semina pando  
Bruerit rosaro.

Confer dissertationem Joan. Philippi Casellii de sue  
iu sacrificiis gentilium.

N. 50, not. Syri fratris. Lege apud Grialium Sa-  
tyri fratris.

N. 54. *Ex eisgerulæ*. Solinus adjective dixit *gerula*,  
scilicet *cornua potuum gerula*. Substantive *gerula* ex  
Hofmanno sunt vasa vini, aut eujuslibet humoris ca-  
pacita. *Gerula* hodie Burgundi vocant vasa ampla lac-  
tis aut aquæ gerula ex ligno facta. Vide Dictiona-  
rium Ducangii auctum, et Salmasium, pag. 250 Exer-  
ciat. Plinian.

N. 55. *Camur*. Vulcanius edidit *camor* pro *camur*,  
et conjicit legendum *καπρόλον*. De voce *camuro* pro  
curvo vide comment. ad Prudentium hymn. 12 Peri-  
stoph. vers. 53 :

Tum camoros hyalo insigni varle cocurrit arcus.

N. 56. *Dromeda*. Glossarium Camberonense ms.,  
apud Rosweydyum, in Onomastico, post Vi as Pa-  
trum : *Dromedus, et dromas, et dromedarius idem ani-  
mal est, minus camelo, sed velocius atque currentius ;  
unde et dromones vocantur longæ quædam naves velo-  
ces*. Vide alia ibi de *dromadibus*. Latini antiquiores  
dicebant *dromas, dromadis*; sanctus Hieronymus vo-  
cavit *dromedarios*. De navibus *dromonibus*, lib. xix,  
cap. 4.

N. 57. *Ruminatio*. De *rumine*, supra, lib. xi, cap. 4,  
n. 59.

N. 48. *Badius*. Vulcanii hæc est annotatio : *ἀπό  
των βῆλων, hoc est, ramis palmarum, qui colorem spadiceum  
referunt, et hodie Hispani hunc colorem BAYO  
vocant. Et UN BAYO equum spadicei coloris vocant.*

N. 50. *Nam veteres glaucum alb . . . Melinus*. Quod  
*glaucum* veteres dixerint album, rursus cap. 6 innuit  
ex Græca etymologia. *Melinus* est species coloris  
nativi candidi. Dicitur etiam *melinus* color luteus,  
vel flavus.

N. 55. *Myrteus est pressus in purpura*. Forcellinus,  
verb. *Myrteus*, verba Isidori interpretatur, *qui est  
pressus in purpura*, hoc est, subniger, aut fuscus sine  
plendore, Italice *baio scuro*. Verba Servii ad lib. III  
Georg., vers. 82 : *Quos phœniciautos vocant, pres os,  
myrteos : ipsi sunt badii*.

N. 54. *Dosinus... equiferos*. Salmasius, pag. 250  
Exercitation. Plinian. *dosino* equo applicat Virgillii  
verba : *color deterrimus albis, Et givo*, lib. III Georg.,  
vers. 82. Grialius in textu edidit *dosinus*, in not. *dos-  
inus*. Isidorus videtur voluisse *dosinus*, quia deducit  
ex *de asino*. Aliud etymon a *dorso*, quod veteres dice-  
bant *dossum*, exigeret *dossinus*, ut *dossuarius*.  
Mentio *equiferorum*, qui sunt equi feri, occurrit apud  
Plinium, lib. xxviii, cap. 10 et 15.

N. 57. *Judæi asserunt quod Ana abnep*. In vetustis-  
simo Gothico Ms. Toletano legitur : *Judæi asserunt  
quod Hanaan nepos Esau*, et in var. lection. Baye-  
rius, sive Burriellius annotavit : *Hanaan pro Chanaan*,  
quod Gothi *perptuum*, ut *amih* pro *amici*, *maicus*  
pro *magicus*, *loicus* pro *logicus*.

N. 60. *Hanc enim seminarum dieunt*. Apposui di-  
cunt, [quod abest a textu Grialii; sed adest in not.  
et in aliis Excusis. Sensus exigeret *earumque salata*,  
et species earum, nisi intelligas eorum vultuum.

N. 61. *Dux gregis*. Nonnulli antiquissimi Codices,  
ut Vat. 623, et Ottob. 477, addunt *dux gregis*. *Lycisca*  
ex *lupo*, et *catula*. Cap. seq., n. 28 : *Lycisci autem  
dicuntur, ut ait Plinius, ex lupis et canibus*. Hoc fa-  
ciunt versus Eugenii Toletani, lib. I, carm. 22 :

Hæc sunt ambigua, quæ nupti dispere constant.  
Burdonem sonipes generat commistas asellæ.  
Mulus ab arcadiciis et equina matre creator.  
Tityrus ex oibus oritur, hircocoeque parente.  
Musmonem capra verveno senine gignit.  
Apeis, atque sue setosus nascitur lybris.  
At lupus et catula formant coouando Lyciscam.

A Fortasse legendum *vervecis semine* pro *verveno*; pro-  
prie autem *vervex* pro *ariete* usurpari nequit.

CAP. II. Num. 6. *Scymnique leonum*. *Scymnus* pro-  
prie est catulus leonis; ac fortasse Isidorus totum lo-  
cum Lucretii expressit :

.... Scymnique leonum  
Unguibus, ac pedibus jam tum morsuque repugnant,  
Vix etiam cum sunt dentes unguesque creati.

Vide Append. 16.

N. 12. *Rhinoceros... monoceros*. Montfauconius,  
tom. III Supplem. Antiq., lib. I, cap. 9, ita verba Isi-  
dori accipit, ut *rhinoerolem* et *monocerotem* duo ani-  
malia diversa esse exquirit; scilicet, *idem et mono-  
ceros*, hoc significat, quod sicut *rhinoceros* sic appella-  
tur, quia in nare cornu habet; ita *monoceros* sic  
vocatur, quia in media fronte cornu unum præfert.  
Ac fortasse legere præstiterit *item et monoceros*; nam  
in Ms. *item et idem* passim confunduntur. Alia ta-  
men est explicatio Roberti de Sorbona in glossis ad  
librum Numeror., tom II Commentar. Menochii Ed-  
ition. Venet. 1743, pag. 473 : *Rhinoceron Græce, La-  
tine interpretatur in nare cornu. Eadem bestia Græce  
MONOCERON, Latine UNICORNIS vocatur, eo quod unum  
cornu habeat in media fronte, pedum quatuor*. Rade-  
rus, in comment. ad Martial., p. 57 seq., et 51 seq.,  
agit de rhinocerote, quem a monocerote distinguit.  
Breulius, ad marginem, indicat Pintum, ad cap. II  
Isidæ, et Pipinum, serm. 10, de secretis secretorum.

N. 15. *Virgo puella proponitur*. Montfauconius,  
loc. cit., exhibet imaginem ex gemma puellæ aperto  
sinu unicornem amplexentis.

N. 14. *Græcis enim mons λέπος*. Gisbertus Cuperus,  
exercit. I, cap. 1, de elephantis eorumque habitu  
agit; et ex Bochart reponendum ait apud Isidorum  
*mons ô λέπος* pro *mons Clifo*, ut mendose olim lege-  
batur. Ex Thoma Hyde advertit vulgatissimum ele-  
phanti nomen apud Indos esse *bari*, seu *br*. Scripto-  
res qui vocem *barrus* commemorant recenset Bo-  
chartus, part. I Hieroz., lib. II, cap. 23. *Ebur* quod  
sit *e barro* dictum, ut rursus asserit Isidorus, lib. xvi,  
cap. 5, consentiunt plerique. Arabes elephantum ap-  
pellant *fil*, dentem ejus *canafil*; ex quo, ut puto,  
Hispani ebur dixerunt *marfil*. Vide Beeman., de origi-  
nu. Ling. Lat., verb. *Ebur*, et Vossium, in Etymol.,  
qui minus recte etymon Isidorianum cinnabaris a  
dracone et barro rejicit, quia *barrus* vox Latina est,  
et cinnabaris vox jam a Græcis usurpata fuerat.  
*Barri* vocem orientalem esse Isidorus ipse innuit, ac  
multi alii confirmant. Rostrum *proboscis*, an *promus-  
cis*, ut Grialius edidit, dicitur, parum interest : Ms.  
codices variant apud Isidorum, et alios; sed commu-  
nior scriptura est *proboscis*, quam sequi placet.  
Etymon elephantis, quod *montis* formam præferat,  
comprobari inde potest, quod a multis aliis monti com-  
paratur, ut a Dracontio lib. I Carm. de Deo, vers. 286 :

Instar montis habens incedit bestia mole ;

D ubi fortasse legendum *molem* pro *mole*.  
N. 15. *Botes lucas*. Varro, lib. vi Ling. Lat. ele-  
phantos *botes lucas* dictos putat non tam a *Lucania*,  
vel a *Libya*, ut alii opinantur, quam a *luce*, quod longe  
retucebant propter inauratos regios clypeos quibus  
eorum ornatae erant turres.

N. 16. *Nunc sola India*. Non satis liquet cur Isi-  
dorus neget, vel unde hauserit, quod *mauc*, hoc est,  
suo tempore, sola India elephantos genuerit, ut ite-  
rum asserit lib. xiv, cap. 3, num. 12. Nam Africa  
etiamnum eos gignit. De elephantis, uti de aliis quo-  
que bestiis, quarum hoc cap. Isidorus meminit, ac-  
curata descriptio existat in Gallico dictionario Anima-  
lium, Parisiis ann. 1759.

N. 17. *Gryps vocatur*. Grialius in textu *Gryphes  
vocantur, quod sit*; in not., *Gryphs vocatur*. Alii  
Excusi *Gryphes vocatur*. Fortasse Isidorus scripsit  
*Gryphis*, ut infra in Ms. est *lyncis* pro *lynx*, vel  
*gryphus*, ut alii efferunt. Interea retinemus *Gryps*



quæ communior est scriptura. Animal creditur fabulatum.

N. 18. *Chamaeleon*. Est a *χαμαι*, humi, et *λεων*, leo, quasi *parvus leo*. Grialius, et alii Excusi scribunt *cameleon*, cui scripturæ favet etymologia ex *camelo* et *leone*, alioquin falsa, et quæ ne Isidori quidem fortasse est. Nam ea verba, eo quod *carmeli*, etc., desunt in Ms. A'banio, in ms. 1 archivi Vat., et in aliis; et sensus videtur esse: *dictus autem ita, huius chamaeleontis*. *Corpusculum*, etc. ut indicetur genitivus *chamaeleontis*.

N. 19. *Camelopardus*. Sive *camelopardalis*, ut ab Isidoro vocatur, lib. xiv. cap. 5, num. 15, a Capitolino et Vopisco dicitur *camelopardalus*.

N. 20. *Numeratur*. Ex Solino, cap. 9. *In hoc animalium genere numerantur et lynceæ*. Salmasius tamen, pag. 88 Exercit. Plinianar., prætulit cum libris miss. *nominantur et lynceæ*. Refellit etiam Solini sententiam, quia lynx hoc tantum simile habet lupo cervariæ, quod maculis similiter distinctus est.

N. 21. *Cicero in Scauriana*. Oratio Ciceronis Scauriana, sive pro M. Emilio Scuro, deperdita est. Exstant quedam ejus fragmenta ab Asconio Pediano in commentariis servata. Confer fragmenta Ciceronis cum not. Andree Patricii. Versus Juvenalis ita se habent:

... Imitatus castora, qui se  
Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno  
Testiculorum: ad o medicatum intelligit inguem.

Versus Virgilii, 1 Georg., vers. 58, a Grialio laudatus, ita legendus:

At chalybes nudi ferrum, virosa, ue Pontus  
Castorea,

Scilicet mittit. Hinc castores canes pontici dicti.

N. 22. *Sic format*. Versus *Sic format*, etc., non inventur in carmine Dracontii, quod ex ms. Codice Vaticano typis comissi, maxima ex parte non ante editum.

N. 28. *Lycisci*. De *lycisco*, seu *lycisca*; vide not. ad num. ult., cap. præced. Alii omittunt *indæ*, aut *India*. Pro verbis *insiliri et nasci* supplendum *aiunt*, aut aliquid simile.

N. 29. *Quasi volupes*. Aut *volipes*. Displicet hoc etymon nonnullis recentioribus, quamvis ab antiquissimis dæcis hominibus adoptatum, aliudque in Græco nomine querunt.

N. 37. *Ichneumon*. Isidorus in corruptum aliquem Dracontii Codicem incidit; nam Dracontius non de *ichneumone*, seu *suillo* loquitur, sed de *Psyllis* Africæ populis, lib. 1 carm. de Deo, vers. 515. Vide not. et prolegom. num. 7. Salmasius, pag. 446 Exercit. Plinian., versum in Dracontii carmine non invenerat, et male in Isidoro legi *suillus* pro *sullus* asseruit. At, pag. 1315, tradit *sullum* ab Hispanis vocari *Suillo* (fortasse *sollo* voluit dicere) et ex Isidoro observat porculum marinum huius ætate vulgo vocatum *sullam*. Sed præterquam quod Isidorus, ut dixi, depravatum Codicem Dracontii legerat, in quo erat *suillus* pro *Psyllus*, minime *sullum* vel *sullum* de porculo marino accepit, sed de *ichneumone*, qui vulgo *mus Indicus* dicitur; de quo Plinius, lib. vii, cap. 24 et 25. An autem Isidorus ex priore Editione Solini, quod ait Salmasius, pag. 446, enchyron *ichneumonem* vocaverit, dubitari potest; nam quod refert Plinius de *ichneumone*, quod luto convolutus, cum os er. codicis aperit, in eorum ventres insilit, etc., id de *enchydro* Isidorus commemorat. Verum ita etiam *enhydros* ab *ichneumone* distingui potest. Solinus, cap. 45 de *Egypto*: *Trochilos*, a 1, avis parvula est: ea dum reditus escarum affectat, os belluæ hujusce (erocodili) paulatim scalpit, et sensim scalpurgine blandente aditum sibi in usque fauces facit. Quod *enhydros* conspicatus, alterum *ichneumonum* genus, penetrat belluam, populatibus vitalibus, erosa exit atro. De *enchydro*, sive *enchydride*, Plinius, lib. xxx, cap. 3, et lib. xxxii, cap. 7: *Enhydri* vocatur a Græcis coluber in aquis vivens, etc.

N. 38. *Catum... catat*. In textu Grialii erat *cattum*, et *cattat*, cui scripturæ favet vox *captura*, et interpretatio Salmasii, pag. 1009 Exercit. Plinian., qui illam *cattat* ex *captat* factum putat. Frequentius *catus* scribitur: huc faciunt verba Varronis, et prima in *catus* brevis.

N. 40. *Melo*. Seu *melis* aliis, est ex genere felium silvestrium. Salmasius, loc. cit., rejicit interpretationem ex Capro desumptam, quod ita dicatur, quod *mella* captet, vel *rotundissimo sit membro*.

CAP. III. Num. 1. *Minuente* 177a. De hac phrasi ac de re ipsa vide not. ad lib. 1 Dracontii, vers. 735 et 736:

Et minuantur aquæ, lana minuente, liquores.

Vide etiam infra, cap. 6, n. 48, huius libri.

N. 3. *Mustela*. Scribitur etiam *mustella*, ut Grialius edidit; sed communior scriptura est *mustela*, cui favet etymon. Cotelerius, ad Patres Apost., tom. 1, pag. 35, auctores indicat qui tradunt *mustelam* per os concipere, per aurem parere, et addit frustra laborare viros doctos, quando vulgatum Isidori lectionem sollicitant. Alii contra asserunt *mustelam* concipere auro, parere ore.

N. 4. *Aranea*. De aranea quod hic dicitur, suppleri potest ex cap. 5 huius libri, et cap. 27 libri ix. Alii Excusi ita exhibent: *Musaraneum, cujus morsus aranea moritur*. Est in *Sardinia animal*, etc. Alioquin *mus araneus* apud Latinos est animal muris magnitudine, *mustelina* specie, quod in Britannia reperitur. Quæ de *solfuga* ait Isidorus, petit sunt ex Solino, cap. 4, al., 10, ubi legitur *occultum reptat*, etc. Sed viri docti notant Solinum in vitiosos Codices incidisse, aut perperam ipsum bestiolam descripsisse, et nominasse: quæ ab aliis *solipuga*, *solfuga*, *salpuga*, et *solpuga* solet nuncupari. Vide Festum et Plinium, lib. xxx, cap. 4, etc., et cap. seq. huius libri cum not. Grialii, num. 35.

N. 6. not. *Tota mihi*, etc. Martialis sunt versus *Tota mihi*, etc. Potuisset etiam Grialius ex antiquissimo Codice Gothico Toletano alium versum proferre; sic enim habet: *Reviscunt. Unde quidam: Dormiunt glires hiemem perennem*.

CAP. IV. Num. 1. *Pro Geniis locorum*. Mendose legitur in perisque Excusis *pro Geniis locorum*, et *sacer est lucus*. Pro *habiti* semper fortasse melius esset *habiti sæpe*. De Geniis veterum, qui singulis quibusque locis ascribebantur, vide Prudentium, lib. ii contra Symmac., vers. 444 et seq., cum commentario. De serpētibus videndi Begerus de Nummis serpēntiferis, et Spanhemius de Præstant. et usu numismat., pag. 216 et 219.

N. 4. *Omnium animalium*. Conjici potest *omnium reptantium super terram*.

N. 5. *Esse necessaria*. Supple *traditur*, vel quid simile. Pugna inter dracones et elephantes describit Solinus, cap. 38. Vossius, de Theolog. gent., lib. iv, cap. 52, duos Julii Cæsaris nummos profert: alterum, in quo pugna elephanti et draconis exprimitur, alterum in quo draco obruitur ab elephanto. Puto ex Solino sumptum, quod ait Isidorus: *Gignitur autem in Æthiopia et India in ipso incendio jugis æstus*; ac fortasse legendum et inter ipsa incendia *jugis æstus*. Solinus ait: *Æthiopia*, etc. *A meridiana parte mons editus mari imminet, ingenue igne per æternum servidus, et in quiete jugis flagrantibus: inter quæ incendia jugis æstus draconum magna copia est. Porro teris draconibus*, etc. Isidorus intellexit, inter incendia *jugis æstus* magnam draconum copiam esse: sed Solinus, absoluta montis perpetuo igne servidi descriptione, subiungit, in Æthiopia magnam copiam draconum esse, non ita ut inter ipsa incendia *jugis æstus* gignantur. Æthiopicæ autem nomine antiqui sæpe Mauros et omnes Africæ incolas includebant.

N. 10. *Vipera... Nam cum venter ejus*, etc. Hanc veterum opinionem de vipere partu et conceptione

fuse exposit Prudentius in Hamart'gènia, vers. 382 : A Sic vipera, ut aiunt, etc.

N. 11. *Pastilli*. De pastillis Plinius, lib. xxix, cap. 3 : *Fiant ex vipera pastilli, qui theriaci vocantur a Græcis, exemplis interaneis, etc.* Adde Sarisberiensem, lib. 7, c. 10.

N. 12. *Fertur autem aspis*. Sensus planius ita procederet, *Fertur autem, quod aspis, etc.* Sanctus Martinus Legonensis, tom. IV Oper., pag. 205, in expositione Epistolæ sancti Jacobi, totum hunc locum excipit, sed eodem modo legit atque in Editis. Editor notat exstare Calmeti dissertationem de exantatis serpentibus, quæ erudita sône est.

N. 13. *Læne situla*. Ita etiam Martinus, loc. cit. Rursus de dipsade num. 32.

N. 15. *Per sanguinem evocat*. Hoc verbo utitur Solinus, cap. 40, al., 27 : *evocat per cruorem, scilicet hæmorrhœis evocat.*

N. 13. *Præster*. Scribo *præster*; non, ut Grialius, et alii, *præster*. Locus Isidori et Solini mutatione non videntur indigere. Solinus ait cap. 40 : *Præster quem percusserit, distenditur, enormique corpulentia necatur extuberatus.*

N. 17. *Seps, etc.* Hæc fere eadem iterum num. 51 : *Seps exigua serpens.*

N. 18. not. E Solini. 40. Verba Solini ex cap. 40 proferenda sunt. Grialius, caput 50, excitat, atque ita sæpe ordinem capitum in Solino mutat, quem interdum ad notiores editiones redigi. Solinus ergo ait : *Cerustæ præferunt quadrigemina cornicula, quorum ostentatione, veluti esca illice, sollicitas aves perimunt. Nam reliqua corporis de industria arenis regunt, nec ullum indicium sui præbent, nisi ea parte, qua invitata dolo pastibus, necem præpetum aucupentur. Nonnulli legunt pastibus pro pastibus. Salmasius, pag. 339 Exercitat. Plinjan., conjicit Isidorum apud Solinum legisse invitatis dolo passeribus; ipse autem corrigi, nisi ex ea parte quæ invitantis dolo pastus (in genitivo pastus) necem præpetum aucupetur.*

N. 19. *Scytale*. Tergi varietatem quam in *Scytale* cum Solino Isidorus agnoscit, negat Salmasius in Exercit. Plinjan. pag. 339.

N. 20. *Amphisbæna*. Amphisbænam non a duobus capitibus dictam, sed quia ex utraque parte graditur, ante et retro, multi putant, qui etiam negant duo illi inesse capita, quamvis caudam a capite non ita facile sit discernere.

N. 23. *Hydra*. De hydra dictum lib. xi, cap. 3, num. 34.

N. 27. *Parias*. Scribitur etiam *pareas*.

N. 30. *Ammodytes*. Apud Lucanum ex Grotii emendatione lego : *Quam parvis tinctus maculis, etc., et mox ammodytes*. Plerique scribunt *ammodytes*, nonnulli *hammodytes*, alii *ammodites*.

N. 32. *Dipsas*. Confer supra, num. 13, de dipsade.

N. 35. *Solpunga*. Cap. præc., num. 4, dictum de *solifuga*, al., *solpunga*. De *cæcula* observandum ex nota Grialii, num. 19, *scytalem* ab interprete Dioscoridis *cæciliam* nominari. De *cæcilia* agit etiam Plinius lib. ix, cap. 51.

N. 35. *Βάτραχος*. In Excusis erat *βότραχος* pro *βάτραχος*, quæ verior est scribendi ratio. Ac fortasse legendum etiam erit *batraz* pro *botraz*. *Batraz* est genus piscis marini aculeati, de quo Plinius lib. xxii, cap. 11. De *botrace* nihil apud alios reperio, ne apud eos quidem qui de serpentibus agunt, aut apud lexicographos Græcos.

N. 33. *Stellio*. Festus ex Verrio tradit *stellionem* potius dictum quod virus stillat cibo, quam a *stellarum* similitudine. Non placet.

N. 39. *Frigidæ sunt*. In Cod. 4 arch. Vat. pro *frigida sunt*, et *sunt frigida*, bis occurrit verbum *frigidæ*, quod genuinum mihi videtur. De similibus verbis in *escere* non ita obviis vide Comment. ad Prudent., lib. ii c. nra Symmach., vers. 913.

N. 43. *Serpens uniem, etc.* Verba Vulgatæ sunt : *Sed et serpens erat callidior cunctis animalibus terræ.*

Cap. v. Num. 2 *Aranea*. De aranea rursus lib. xix, cap. 27. In Gothico Ms. Toletano vetustissimo post *suspendium* hæc adduntur : *Hæc enim cum tela pariter immutatur. Unde quidam :*

*Agrestes tinæ (res observata colonis)  
Ferali mutant cum papilionæ figuram.*

Fortasse legendum *immuat*.

N. 8. *Bombycinum*. *Bombycina* in plurali absolute vocantur vestes bombycinæ. Hoc fere sensu Isidorus *bombycinum* accipit pro tela bombycina.

N. 11. *Tinea*. Alii putant *tinæam* dictam a *φθίρα*, *corrumpo*.

N. 13. *Hemicranium*. . . *Costi*. Utroque modo scribitur *hemicranium*, et *hemicranum*, et melius *Cossi*, quam *Coati*.

Cap. vi. Num. 2. In Vulgata est *et spatiosum manibus; illic, etc.* De piscibus Romanis exstat libellus Paulii Jovii.

N. 5. *Nigri merula*. Ex nota Grialii apparet eum in textu edere voluisse *meruli*; sed revera legitur *merula*. Atque ita dici debere ostendunt non solum grammatici, sed etiam exempla ex Plinio, Ovidio, et aliis. *Merula* etiam est avis genus, sive mas, sive femina. Nihilominus auctor carminis de plimela, vers. 15, ait :

*Et merulus modulans tam pulchris conceit odis.*

*Ibid. Albovarii et albovarii* fortasse rem eandem significant; nam in Mss. b sæpe eum v confunditur. *Albovarius* est coloris albi, et *varii*, ut *albobulus*, etc., sed ita ut *albus* color emineat; *Albovarius* poterit accipi pro vario colore in alvo. Sed illud prius magis rei congruit; et fortasse turdus marinus albovarius ille est, qui a *Itayo* inter alios turdos marinos nominatur *turdus major varius*. Inter pisces, qui a similitudine nomen habent, turdum recenset Quintilianus, lib. viii, cap. 2, et Varro, lib. iv de Ling. Latin., cap. 12, et alii allegati in Dictionario Gallico Animalium, verb. *Tourd*.

N. 6. *Orbis*. . . *Calceamentorum soleis*. Apud Plinium, loc. cit. a Grialio, in correctis Editionibus, legitur *orbis*, non *orchis*. Scripsi ex communiori usu *calceamentorum soleis*; pro quo Grialius habet *calciamentorum solis*; Mallem etiam *instar calceamentorum solæ*; nam *instar* poscit genitivum.

N. 8. *Exaudivi me, etc.* Verba Jonæ in Vulgata sunt, *Et exaudivit me; de ventre inferi clamavi.*

N. 11. *Delphines certum habent vocabulum*. Verba Solini sunt cap. 12, al., 22, apud Grialium cap. 18 : *Certum habent vocabulum, quo accepto vocantes sequuntur; nam proprie simones vocantur*. Solinus hæc accepit ex Plinio, lib. ix, cap. 8 : *Vocantur autem delphines simones, quia simum rostrum habent*. Quod de crocodilis hic narratur, iterum num. 19, reperitur.

*Ib. Salmasius, Exercitat. Plinjan. pag. 336, verba hujus numeri excipit, et addit : Non poterat melius recribi. Corripit autem Salmasius nulli pro nulli, permotus versu Dracontii, ubi olim legebatur : Præcidit nullus; et ipse, ut meiri ratio constet, emendat : Præcidit nullus. Verum jam cap. 2 hujus libri, num. 37, ostendi legendum apud Dracontium :*

*Prædicat Psyllus vim ejuisque veneni.*

N. 17. *Tradunt, etc.* Hæc eadem infra, num. 51.

N. 18. *Aure feriat*. Non satis assequor, quid sibi velit Isidorus. In not. Grialii erat *de ferendo*; reposui de *feriendo*; nam videtur Isidori verba *aure feriat* respicere.

N. 20. *Pisces quidam*. Hos delphinæ esse dixit num. 14. Sed fortasse sunt etiam alii. Hic dicuntur hi pisces *cristam* habere *serratam*; ibi delphinæ Nili dorsum *serratam*.

N. 23. *A similitudine capitis*. Rondeletus, lib. xv, cap. 9 et seq. describit quamdam speciem leporis marini, qui lepori terrestri in rostro similis est. Sed hic lepus marinus videtur diversus ab eo de quo Plinius aliique veteres agunt.

N. 24. *Denique reti*. Alii habent *rete* in ablativo,

quod ex usu quorumdam veterum retineri potest. A *fingi sanguinem*, ut multi legunt cum Servio ad lib. viii Æneid., vers. 634. Vulgo legitur *effundi pro effingi*. Vide not. ad Sedulium, lib. II, vers. 62 :

Mansit, et angusto deus in præsepe qulevit.

N. 25. *Mullus in vino...* affert. Multa exemplaria vetera ita exhibent: *Mullus in vino necatus, hi qui inde biberint, lædium vini habent*. Quod crediderim ex ævi Isidoriani consuetudine procedere; nam sæpe nominativus pro ablativo absoluto adhibebatur.

N. 28. *Glaucus*. Cap. I hujus libri, num. 50: *Glaucum veteres dicebant album*.

N. 30. *Scarus*. Hispani litteræ s præponere solent e; qui usus jam Isidori tempore videtur viguisse; nam ab *esca* deducit *scarum*, quasi scribitur *escarus*.

N. 33. *Hamia*. Grialius edidit *hamio*, sed in not. ait scribendum *hamia*, quod propterea substitui.

N. 36. *Ostendit*. Apud Grialium erat *designat* parenthesi inclusum, quod indicat deesse id, aut simile verbum in Mss. In Gothico primo Toletano est *ostendit*, quod restituo.

N. 41. *Anguilla vino*. Hic rursus in vetustis exemplaribus occurrit nominativus absolutus pro ablativo: *Anguilla vino necatæ, qui ex eo biberint, lædium vini habent*.

N. 43. *Muræna*. De *muræna*, tom. I Patrum Apostolic., pag. 31, in notis, disseritur, quam coire cum vipera nonnulli negant, alii asserunt, alii dubitant.

N. 44. *Polypus*. Tom. I Patrum Apostolic., p. 32, de *polypo*, ex Athenæo et aliis multa annotantur.

N. 45. *Torpedo*. De torpedine exstat pulchrum Claudiani carmen.

N. 46. *Sepia*. Non *sæpia*, ut Grialius edidit, Græce dicitur *σπία*. Tom. I Patrum Apostolic., pag. 32, notatur, *sepiam*, persequente piscatore, atramentum ex alvo emittere, ut eum eludat.

N. 48. *Incremento lunæ*: Confer cap. 3 hujus libri, n. 1, de corporum quorundam mutatione in defectu et incremento lunæ.

N. 49. *Cæla*. Salmasius, pag. 1127 Exercitat. Plinian., legendum hoc loco ait *cæla*, non *cæla*; sed neque eam vocem *cæla* recte a *cælo* vel *cælo* deduci, ut Isidorus innuit. Nam *cæla* Græce est *καλα*, scilicet *cava*.

N. 51. *Tradunt quidam*, etc. Repetuntur hæc ex num. 17.

N. 52. *Ostrea dicta est a testa*. Licebit reponere: *Ostrea dicta a testa sine est, vel dicta sunt a testa, vel potius a testæ, qua*. Nam relativum quibus non est cui possit congruere.

N. 53. *Angusta ab sede*. Editiones Virgilii *angusta a sede*; sed Isidorus fortasse invenit *ab sede*.

N. 56. not. *Item e Plin.* Plinium ex hoc Isidori loco emendari observat Salmasius p. 1122 Exercit. Plinian.

N. 58. *Grandiores cunctarum*. Phrasid sequiori ævo usitata pro *grandiores cunctis*.

N. 59. *Acredulæ*. Salmasius, pag. 1318 Exercitat. Plinian., legit *acredulæ*, et observat Isidorum *acredulæ* hic exponere ranas parvulas, alibi (cap. seq., n. 37) *lusciniam*, sed nusquam verum teligisse; nam *acredula* est ulula, dicta ab *acri* et acuta voce. Verum de ave *acredula* plures sunt opiniones; nam alii putant ululam esse, alii lusciniam, alii alaudam, alii ravinum. Neque tamen apud omnes exploratum est non esse genus quoddam ranæ *acredulæ*, sive *agredulæ* nuncupatæ; non enim desunt qui Ciceronis versum Latinum ex Græco Arati, lib. I de Divinat., cap. 8:

Et matutinis *acredula* vocibus instat,

de rana accipiant, siquidem vox Græca Arati *ἰδολογῶν ranam* etiam significat. Hæc quidem interpretatio læpia multis videtur; sed antiquam eam esse ex Isidoro colligitur.

N. 60. *Spongia*. Grialius *sfungia*, et mox *fungiis*. Restitui communem ubique scripturam *spongia*, quæ Græca vox est. Neque obstat etymon a *fungere*, quod potius usum rei indicat quam originationem vocis. Verba Ciceronis, loc. cit., sunt: *Et foro spongiis ef-*

*fingi sanguinem*, ut multi legunt cum Servio ad lib. viii Æneid., vers. 634. Vulgo legitur *effundi pro effingi*.

Ib. Grialius scripserat *penicilli*.

N. 63. *Loliginum*. Grialius hic edidit *lutiginum*, supra, num. 47, *lulligo*. Scriptura communior est *lorigo*, aut *lolligo*.

CAP. VII Num. 1. *Alia enchoria*. *Encorius* pro indigena et regionali usurpatur etiam a Philargyrio, ad iv Georg., vers. 298. Salmasius, pag. 170 Exercit. Plinian., legit *alia enchoria*; et ex Frontino citat *enchores lapides*, et ex Vitis Patrum, unus *enchoris*. Sanctus Hieronymus, epist. 104, dixit *enchoria avium genera*. Nonnulli scribunt *incores*, aut *encores* pro *enchores*, et melius *enchorii*. Vide Ducangium.

N. 5. *Pulli* originatio ex Græco *πῶλοι*. *Alia*, quæ Isidorus passim affert, ad proprietatem rei aliquam ex alliteratione explicandam, non ad verum etymon pertinent.

N. 13. *Avis... tarda*, nunc Hispanis *avutarda*, sive *abwarda*. Nonnulli dicunt hanc esse avem quam Itali vocant *gallo di montagna*, gallum montanum; alii *starda* Italice vocant, Gallice *otarde* sive *otarde*. Vide Dictionarium Gallicum jam laudatum de Animalibus.

N. 18. *Cygnus*. Cum num. seq. dicat Isidorus *cygnus* esse nomen Græcum, quod nunc ait esse a *canendo*, tantum vult ex allusione litterarum proprietatem avis in memoriam revocari, non veram originationem agnoscere: quod identidem repetendum, ne etymologia tanquam ineptæ irrideantur.

N. 19. *Cygnus in auspiciis*. Sanctus Martinus Legionensis, tom. I, serm. 2, de Natali Domini, pag. 444, totum hunc locum de cygno exscribit, et legit, *quia se commergit in undas*. Servius, ad lib. I Æneid., vers. 397, ita hos duos versus refert:

Cygnus in angustis nautis gratissimus ales.

Hunc optant semper, quia nunquam mergitur undis.

Scriptura quæ ex sancto Martino exposita est minus vera videtur; nam cygni ideo nautis prospera portantur, quia, cum multum natent, nunquam tamen merguntur, ut hos ex Isidoro versus exponit Aldrovandus. Ornithol. tom. III, pag. 26.

N. 20. *Srutio*. Inde Hispanice *avestrus*.

N. 23. *Cinnamolgus*. In nota Grialii legitur vel intelligendum: *Cinnamum idem est cum cinnamomo*; nam *cinnamolgus* est avis, ut Isidorus explicat; de qua vide not. ad Dracontii lib. I carn. de Dico, vers. 326, ubi adverti similes vidos iis quos Isidorus refert, nunc magno pretio coemi, ex insulis Philippinis exportatos ut delicatiorum hominum mensis apponantur.

N. 24. *Psittacus*. Psittacorum præsertim post reportam Indianam occidentalem multa enumerantur genera. De psittaco antiquorum præter Solinum vident Aristoteles, Plinius, Apuleius et alii. Quid autem sit quod olim psittaci sine magistro scierint proferre vocem *ave*, vel *χαίρε*, explicant interpretes Martialis ad loc. cit., et Persii ad hujus prologum, vers. 8: *Quis expectavit psittaco suum chaipa?*

N. 25. *Cyaneus*. Est caeruleum colorem referens; ac proinde rectius videretur *ales oceanæ*, nam verba quæ sequuntur ad Oceanum, non ad colorem caeruleum referuntur. Et Grialius quidem in not. indicat a se scriptum *oceanæ*, sed in textu apparet *ales cyaneæ*. Pinius quidem, lib. x, c. 32, scribit halcyones esse colorem cyaneum ex parte majore. Sed alii tradunt, pro diversa ad lucem aut ad solem conversione halcyones colorem variare.

Ib. De Pelicano videndi etiam Eusebius, et pseudo-Hieronymus in psalmum 101. Grialius scribebat *pellicanus*; sed recta scriptura est *pelicanus*, aut, quod alii malunt, *pelecanus*, a *πελεκάν*, quia rostrum latum habet. Multi putant pelicanum esse onocrotalum, de quo Plinius, lib. x, cap. 47, atque ita sanctus Hieronymus Levit. xi, vertit *onocrotalum* ex Græco *pelicanus*. Alii aliam aves pelicani voce intelligi volunt, et explicat Calmetus in Diction. biblic., ubi advertit

veteris philosophiæ tantum præiudicio credi, quæ de illis pelicani cruore illius in vitam revocatis commemorantur. De onocrotalo, n. 32.

N. 27. *Stymphalidæ*. *Stymphalus* est lacus, et mons eodem nomine altissimus Peloponnesi in Arcadia. De avibus stymphalidibus Hyginus, fab. 20 et 30, et Servius, ad Æn. lib. viii, vers. 300. Munckerus, ad Hyginum, fab. 30, defendit scripturam *Stymphalidæ* pro *Stymphalides*, ut *heroidæ* pro *heroides*, etc. Quod autem ait Breullii temere correxisse *Stymphalides*, falsum est; nam in prima Breullii editione legitur *Stymphalidæ aves a Stymphadibus insulia*.

N. 32. *Onocrotalon*. Vide not. ad num. 26. De *onocrotalo* agit etiam Plinius, lib. x, c. 47.

N. 34. *Coredulæ*. Cum *coreduli* nomen apud alios non inveniam, dubitabam num aliquis ex carduele, de quo num. 74, *coredulæ* fecisset. Nonnulli putant Isidorum pro *corydalo*, quæ est alauda, *coredulæ* scripsisse.

N. 36. *Brachiorum membris* legebatur in Excusis antiquis; sed Grialius recte reposuit *membranis*, quamvis non desint, qui *membris pro membranis* retineri posse putent; et in Gothicis Toletanis *membranis* legitur, in quorum antiquissimo hæc est ad marginem additio: *Na sicut et mures, iste pullos ex proprio fetu generat*.

N. 37. *Acredula*. De *acredula* conferenda sunt quæ divi ad cap. præc. n. 59.

N. 39. *Bubo*. De malo augurio bubonis Plinius, lib. x, cap. 12 et 15.

N. 41. *Nycticorax*. Ab aliis creditur esse bubo: vox proprie significat corvum nocturnum. Bochartus, de Animal. sacr. Script., part. II, lib. II, cap. 20, existimat vocem Hebraicam *cos*, quam Vulgata et septuaginta Interpretes *nycticoracem* interpretantur, esse onocrotalum.

N. 43. *Stridet*. Ita etiam Ovidius, lib. vi Fastor., vers. 123:

Eat illis strigibus nomen; sed nominis hujus  
Causa, quod horrendum s' ridere nocte solent.

Alii legunt *horrenda*, alii *horrenda s'ridere voce*. Plinius, lib. xi, cap. 39, in fin.: *Fabulosum arbitror de strigibus ubera ees infantium labris immulgere*. Serenus Sammonicus, cap. 59, vers. 1044:

Præterea si forte premit strix atra puellos,  
Virosa immulgere exsertis ubera labris.

Ovidius, loc. cit., vers. 123:

Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes,  
Et vitiant cunis corpora rupta suis.  
Carpere dicuntur lactentia viscera rostris:  
Et plenum potu sanguine guttur habent.

Ait Isidorus: *Lac præbere fertur infantibus*, quia, ut ferebat vulgi opinio, ita eos alliciebat, ut eorum sanguinem exurgeret. Virgilius, lib. xii, vers. 862, strigem describere videtur:

Alitis in parvæ subito collecta figuram....

Alii intelligunt nocturnam.

N. 44. *Cornix*. Græce *κορνίξ*. Horatius, lib. III, od. 17, vers. 16:

Angur aquæ annosa cornix.

N. 45. *Quidam voluit*. Hic fuit Varro, cujus nomen pepercit Isidorus, non Quintilianus, cujus verba exprimit ex lib. I, cap. 6, al. 10: *Cui non post Varronem sit venia? qui agrum, quod in eo agatur aliquid, et graculos, quia gregatim volent, dictos, Ciceroni persuadere voluit? cum alterum ex Græco sit manifestum duci, alterum ex vocibus avium*. Plinius, lib. xi, cap. 37, sect. 79, et cap. 47, docet *graculos* dici a sono vocis *gra*, *gra*. Festus vel a sono oris, vel a gerendo semina, seu baccas, quasi *geraculos* nuncupatos *graculos* censet.

N. 46. *Picæ... postricæ*. Apud Persium, in prologo, plerique legunt *postricus picas*.

N. 47. *Diu hæret*. Plinius, lib. x, cap. 18, ita id explicat: *Sunt et parvæ aves uncorum unguum, ut vici Martio cognomine insignes, et in auspiciu ma-*

*gni, etc. Pullos in cavis (arborum) educant soli. Adactos cavernis rorum a pastore cuneos, admota quadam ab his herba, elabi creditur vulgo.*

N. 49. *Argivi primo*. In Martialis versu nonnulli habent *Argiva primum*.

N. 50. *Abscisi*, seu *castrati* orant sacerdotes Cybeles; sed Galli dicebantur a Gallo fluvio, non quia *castrati* erant.

N. 51. *Anas*. Varro, lib. iv de Ling. Lat., cap. 15: *Anas a nando*.

N. 52. Plinius, lib. x, cap. 22: *Et anseri vigil cura. Capitolio testata defenso, per id tempus canum silentio proditis rebus*. Adisis Livium, lib. v, cap. 47. In Editione Breullii nota hujus in textum Isidori a typographo per errorem immissa est: ita enim legitur: *Deprehensus est. Ut refert Livius lib. v, Plutarchus in Camillo, Florus lib. I, cap. 13. Quæ desunt in Editione Bignæana, quam Breullius sequabatur.*

N. 53. *Leporinam sapiat*. Grialius in textu edidit cum Editionibus antiquis *leporinam sapit*, hoc est, *carnem leporinam*; in nota *leporem sapit*.

N. 54. *Ab assiduitate mergendi*. Vide Varronem, lib. iv de Lingua Lat., cap. 13.

N. 55. *Accipiter*. De accipitre, tom. I Patrum Apostolic., pag. 30, Cotelerius ad verba Barnabæ quædam curiosa notavit. In versibus Apostoli Mss. Gothici Tolet. habent: *Si quis accipit. Verba Apostoli: Sustinetis enim, si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, etc.* In glossario Isidori accipiter dicitur etiam *acceptor*; videlicet, *pipiunculus, accipiter, acceptor*. Lucilius usus fuit vocis *acceptor* pro *accipiter* apud Charisium, lib. I, pag. 76, Putschii.

N. 59. *Ossifragum*. Hispani eadem significatione vocant *Quebrantahuesos*.

N. 62. *Titos* vocant. Varro, lib. iv de Lingua Lat., cap. 15: *Sodales Titii dicti ab titiis avibus, quas in auguriis certis observare solent*. Palumbem avem non castam, sed salacem alii dicunt. Quod ait *amisso corporali consortio*, aliorum morem sequitur, qui *consortium* pro *consorte, conjugium* pro *conjugæ*, usurpant. Vide not. ad Juvencum, lib. iv, vers. 16.

N. 63. *Perdix*. Ita quoque Græce dicitur. De ejus natura conferendus cum Isidoro Plinius, lib. x, cap. 33.

N. 66. *Cujus sanguine*, etc. Hæc fabulosa sunt.

N. 67. *Cuculos*. Pro *cuculos* duo Mss. Toletani sæpius laudati exhibent *ciculos*, ac fortasse ita olim vocabant.

N. 69. *Merula*. In Achaia candida est. Plinius sic ait, lib. x, cap. 30: *Merula circa Cyllenem Arcadiæ, nec usquam alibi, candida nascuntur*. Et Solinus, cap. 12, de Arcadia loquens: *Cum aliis locis merula fulva sit, circa Cyllenem candidissima est*. Arcadia est pars Achaïæ, in medietate Peloponnesi.

N. 70. *In aere capiat escas*. Non satis apparet etymologia, quod in aere capiat *escas*, et *edat*; sed neque alia idonea nominis notatio occurrit. Quod enim *hirundinem* ex Græco *χελιδών* nonnulli derivare tentant, non placet. De *hirundine* multa Plinius, lib. 10, cap. 24 et 53.

N. 71. *Turdela*. Quod *turdela* sit major turdas apud alios non invenio. *Turdelix* et *turdillus* pro parvo turdo a nonnullis indicantur.

N. 72. *Furfurio*. Hoc etiam nomen, uti alia plura Isidori, in lexicis desideratur.

N. 74. In Editis erat *ἀκανθίδος*. In Virgilio versa melius alii legunt et *acanthida*.

N. 78. *Auguriantur*. Pro *auguriantur* reponi posset *augurantur*, quod magis Latinum est. In verbis *fidem non habet intelligendum erit, tertia species fidem non habet*, hoc est, apud veteres ipsos, qui priora illa duo *auguria* certa et rata credebant.

N. 81. *Uorum vim*. Salmasius, ad Ælium Spartianum, pag. 243, lin. 26, ex Juvenalis interprete, observat sulfure quoque solere vitrum solidari. De vitro ducilli et flexibili confer lib. xvi, cap. 16, n. 6. Cap. viii. Num. 1. *Quod sine pedibus*. Hæc etymo-

lingua satis apud veteres probata fuit; repugnat nihilominus Jul. Cæs. Scaliger.

N. 3. *Costros*. Sermonem hic esse de œstris, cum Chacone credo; sed nihil propterea muto. Nam ejusmodi errores inde exortos censeo, quod Isidorus, si ve antiquior alius, in Codices corruptos incidit, ex quibus deceptus fuerit, et interdum unam eandemque rem in duas ob diversa duo nomina divisit. Plinius, de œstris, lib. xi, cap. 16: *Nascuntur in extremis favis apes grandiores, quæ cæteras fugant: œstrus vocatur hoc malum.*

N. 4. *Crabro*, ut alii putant, dicitur ab ingrato ejus stridore, vel a *cræco*, quod est gracilem esse. *Scrabrus* Græcurum nomen est, quin necessarium sit a *crabrone* derivari.

N. 6. *Cicindela*. Festus: *Cicinaela genus muscarum, quod noctu lucet, videlicet a candore.* Grialius scripsit *cicindela*; Vuleanius et alii *cicindula*.

N. 9. *Pedibus sit longis, velut hasta*. Hoc etymon a Becmano, et aliis irridetur. Recte, si quis veram vocis originem tantum quærat; at veteres non sine aliqua utilitate proprietatem rei ex nomine ipso exprimere tentabant, ut ex *locustæ* vocabulo, quod pedibus longis, ut *hasta*, *locusta* sit prædita. Neque a ratione defendi potest originatione, quam Becmanus exhibet verbo uro: quod *locustæ* dicuntur, quia *locæ* omnia, quæ insident, veluti *ustulant*, et omnia frugum genera depascunt.

N. 10. *Cicadæ*. De *cicadis* plura Plinius, lib. xi, cap. 26 et 27. Intellige, *ne usquam alibi tot.*

N. 13. *Culex*. Isidorianum etymon Becmanus probat: *Culex*, inquit, quasi *aculex*. Observat culicis tubam et lanceam Tertullianum tribuere.

N. 15. *Æstrus*. Utroque modo dicitur masculino et neutro genere, *æstrus*, et *æstrum*; sed frequentius *æstrus*. Confer num. 3. *Tabanus* etiam a Varione pro asilo usurpatur lib. ii de Re rustica, cap. 5. Plinius, lib. xi, cap. 28: *Reliquorum quibusdam aculeus in ore, ut asilo, sive TABANUM dici placet, item culicibus, et quibusdam muscis.*

N. 16. *Bibiones*. Salmasius, in not. ad Spartianum, in Adriano, cap. 16, legit *bibones*, et interpretatur *culices*. Sed *culex* genus est, cujus species est *bibio* ex vino natus. Neque est cur *bibonem* potius dicamus. Ex vulgari veteri vocabulo *muitiones* ad Hispanos transit nomen *mosquitos*.

N. 17. *Gurgulio*. Proprium vermiculi nomen est *carculio*, qui ita dicitur, ut ex Varrone vult Servius ad i Georg., vers. 185, ex *gurgulione*, hoc est, guttore. Cæterum ob litterarum similitudinem apud antiquos vermiculus etiam vocatur *gurgulio*. In Codice veteri Vaticanopalatino 281 Etymologiarum invenio fragmentum quoddam de sonitu avium aliorumque animalium, quod in eruditorum gratiam, et ad hujus libri illustrationem, inter appendices Etymologiarum, loc. 47, reponam.

### LIBER DECIMUS TERTIUS.

CAP. I. NUM. 1. *Et mundus per eum*. In Vulgata: *Et mundus per ipsum factus est.*

CAP. II. NUM. 2. *Ad aliquam minutiam*. Lactantius, de ira Dei, cap. 10: *Pulveris minutias videmus in sole, cum per fenestram radios immiserit.* Utitur autem Isidorus voce *atomus* in mascul. et femin. genere, quia utroque modo a urpari potest; sed frequentius adhibetur in femin. genere; quod proinde recentiores plerique retinent.

CAP. III. NUM. 1. *Hyle, materia, silva* et am ad apparatus litterarum transferuntur. Atteius philologus apud Suetonium, de Grammaticis, cap. 10: *Hyle nostram alius meminit commensurare: quam omnis generis coegimus, ut scis, occingentes in libros.*

N. 3. *Omnibus inesse*. Supple *Græci dicunt*, aut quid simile.

CAP. IV. NUM. 2. *Hoc autem Græce*. Grialius in nota cum aliis Excusis edidit *Hoc autem Græce*; in textu vero *Hic autem Græce*; nescio an de industria

A ita variaverit. Sanctus Martinus Legionensis, qui tom. II, serm. 2, in Septuag., pag. 17 et 18, totum hoc caput descripsit, exhibet: *Hoc autem Græce*, etc. in aliis verbis nonnihil discrepat, ut, n. 1, *luminaria et luminaribus pro lumina et luminibus.*

N. 3. *Volucres cæli*. Sanctus Martinus, loc. cit., refert: *Dominus etiam in Evangelio volucres cæli appellat.* Ubi eruditus Editor hæc notam apposuit: *Isidorus legit: Et psalmus volucres cæli appellat. Sed tam in Psalmis quam in Evangelio volucres cæli sæpe memorantur, ut videre est in Psalmis VIII et CIII, et in cap. VIII et XIII Matth., IV Marci, VIII, IX et XIII Lucæ.*

CAP. V. NUM. 1. *Æther*. Sanctus Martinus Legionensis, loc. cit., pag. 30 et seq., hoc caput 5 et 6 describit: *Unde Isidorus doctor eximius ait: Æthera locus est*, etc. Recte monuit editor legendum *Æther locus est*.

N. 2. *Et cum motu ejus*. Apud Grialium erat et cum mora ejus, quod ex Mss. et aliis Editis mutavi in *et cum motu ejus*.

N. 5. *Polis*, etc. Hæc fere repetuntur in lib. de Naturæ, cap. 12, uti plura alia hujus libri in eodem opere enarrantur, ubi uberioribus notis qui veit invenire poterat. *Polus* autem ex vero etymo non a *poliendo* derivari debet, sed a Græco *πόλις*, ex quo est *πόλις*, cardo, *polus*.

CAP. VI. NUM. 2. *Arctorum*. Sanctus Martinus Legionensis, loc. cit., refert etiam *arctorum*, sive, ut ibi editum fuit, *artorum*; quæ proinde lectio vetus est.

N. 7. *Zodiacus*, etc. Hæc omnino prætermissa sunt a sancto Martino Legionensi, qui substituit in verbis *austri paribus commorantur*; ac videtur nihil aliud in suo Codice sancti Isidori legisse, subdit enim illico: *His de sphaera cæli ac de quinque zonis a beato Isidoro breviter dictis*, etc.

CAP. VII. NUM. 1. *De quo Virgilius*, Virg., loc. cit.:

Ante levi jaculo longum per inane secutus;  
quod Grialium fugit. Nihil ergo mutes.

CAP. VIII. NUM. 2. *Simul et fulgura exprimit*. Mallm *simul et fulgur emicat*; hoc certe clarius est. *Fulguram* pro *fulgetro* usurpavit etiam Plinius Senior.

CAP. IX. NUM. 2. *Ex vento*, etc. Ex antiquis fulminis effectus præter alios recensent Seneca, lib. II Quæst. natur., cap. 31, et Plinius, lib. II, cap. 51.

CAP. X. NUM. 4. *Et ad nubres*. Crediderim legendum *et ad nimbos, ad pluvias pertinent*. Vide Servium, ad Æneid., vers. 747: *Unde imber et ignes*, et ad Æn., l. III, vers. 194, et l. V, vers. 10:

. . . . Cæruleus supra caput astitit imber.

N. 13. *Aer carens sole*. Ita passim alii umbram describunt; sed Becmanus, verbo *Umbra*, advertit umbram aerem non esse; nam proprie *umbra* est in aere ἀνοσία φωτός, absentia luminis. Et hoc est quod Isidorus mox innuit, *illi lumen auferimus*.

CAP. XI. NUM. 3. *Vulturum*. Salmasius, pag. 1245 Exercitat. Plinian., negat *Vulturum* esse a latere dextro Subsolanii; nam plerisque idem est *Vulturum* atque *Eurus*, qui a latere sinistro Subsolanii collocatur. Alii vero medium Eorum statuunt in cardine Orientis æquinoctiali, ut Favorinus apud Gellium. Verum, ut Gellius ipse ait, apud veteres vulg. neque de appellationibus ventorum, neque de finibus, neque de numero conveniebat. Contra Favorinum facit Plinius, qui lib. II, cap. 47, ait: *Ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturum*. Ita etiam Seneca, lib. V natur. Quæstion., cap. 16. Isidorus quidem, nescio quem secutus, *Vulturum* diversum ventum ad Euro, et Euronoto statuit, eundemque esse putat qui *Cæcias* vocatur, ut liquet ex libro de Natura rerum, cap. 37: *Vulturum ipse, qui et Cæcias vocatur, dexterior Subsolanii*. Et respondent versus de ventis post cit. caput in nonnullis Mss. et Editis descripti.

N. 6. *Corrumpat aerem*. Aliter Gellius, lib. II, cap. 22: *Is latine Anster, græce Νότος nominatur, quoniam*

est nebulosus atque humectus : voris enim Græce humor nominatur. Ita Gellius ex Favorini sententia.

8. In primo Ms. Toletano miræ antiquitatis hæc adduntur : *Faronius nuxcupatus eo quod fovent fruges et flores. Hinc Græce Zephyrus, quia plerumque vere flat, unde est illud :*

... Et zephyro patris se gleba resolvit

*Zephyrus Græco nomine... Zephyro sunt.*

N. 10. *Corus.* Scribitur *Caurus*, et *Corus*, et inserta aspiratione *Chaurus* et *Chorus*; sed non propterea vera nominis ratio est, quol quasi *Chorum* faciat. Id enim more suo Isidorus adjicit, ut ex litterarum alisione intelligamus *Corum* in ventorum enumeratione extremum esse, ac veluti *Chorum* claudere; nam in libro de Natura rerum a Septentrione incipit, et desinit in *Cauro*, seu *Coro*.

N. 12. *Circius.* Fortasse est is ventus qui Hispanice dicitur *Cierzo*; qui scilicet ex Septentrione parte fiat. Gellius, loc. cit. advertit ventum *Circium*, qui ex parte Gallie flaret, a Varrone, cum de Hispanis scriberet, appellari *Cercium*. Plinius, Seneca, Favoninus, et alii *Circium* ventum peculiarem Gallie Narbonensis esse existimare videntur; quod confirmare potest scripturam *Gallicum*, et ex parte *Gallæ*. Confer tamen Salmasium, pag. 1258 Exe. cit. Plinian., et Vossium, ad Pomponium Melam, lib. II, cap. 5, inter se contrarios.

CAP. XII. Num. 2. *Aqua.* Hæc veterum fuit communior opinio, aquas in celo stare : quæ perspicuis sacrae Scripturae testimoniis comprobatur. Vide not. ad Dracontium, lib. I, vers. 25 et 137. Isidorus fortasse scripsit *quibus igitur, et aqua interdicitur*.

N. 4. *Rapiunt eo secum.* Non male esset quod habent Mss. Goth. Tolet. *rapiunt et secum*.

CAP. XIII. Num. 2. *Ex Clitorio lacu.* De *Clitorio* lacu, seu fonte, qui abstemios facit, consentiunt Plinius, lib. 4, cap. 6, Livius, lib. xxxiv, cap. 35, et Ovidius, III Metam., vers. 322. *Clitor*, seu *Clitorium*, est urbs Arcadiae, juxta quam lacus *Clitorius* collocatur : ac certum videtur sermonem Isidoro esse de *Arcadiae* lacu, non *Italiae*. Totum hoc caput illustrari poterit dissertatione Joani Henrici Schmidii Lipsiae edita, 1738, de Fontibus ex arte medica claris.

N. 5. *In Chio insula.* Vulcanius notat aliter apud Plinium legi *In Cea insula*. *Cea*, quæ etiam *Ceos* et *Cia* dicitur, est una Cycladum prope Insulam Melaniam, aquarum copia celebris, de qua Plinius, lib. IV, cap. 12, et lib. XI, cap. 22, ad quem locum videndus Hardinus in notis et emendationibus.

N. 7. *Marsya.* Grialius, in textu, cum aliis Editis *Marside*, in not. *Marsya*. Vulcanius observat aliter apud Plinium legi, in *Arcadia*; ac revera *Styx* exstat in *Arcadia*, quæ pars est *Achaiae*.

CAP. XIV. Num. 1. *Et congregationes.* Vulgata : *Congregat-onesque aquarum appellavit maria.*

N. 4. *Non esse colorem.* Supple *conlat*, ut alibi, ait *Servius* ait, aut quid simile.

CAP. XV. Num. 1. *Revomit.* In Impressis et Mss. plerisque legitur *removet pro revomit*, quod restitio ex antiquissimo Ms. Toletano, ubi est *revomet*, quia sæpe in Mss. i mutatur in e.

N. 2. *Maris magni.* Hoc est, Mediterranei, ut Grialius, cap. seq., n. 1, exponit. Latini Oceanum vocabant mare exterius, Mediterraneum mare magnum, ut ab aliis maribus, excepto Oceano, et sinibus intra Mediterraneum, distinctionem adhiberent. Quod lexicographi observare negaverunt.

N. 3. *Juxta Græcias et Illyricum.* Pro his verbis, conjectura cujusdam erat *juxta Xestum et Abydum*.

N. 5. *Egeum.* Etymon *Egei* maris non uno modo explicatur ab antiquis scriptoribus, Strabone, Varrone, Paulo, ex Festo, Suida, Ptolemæo, etc. Solinus et Isidorus ad Plinium respiciunt, et ex eo reformandi sunt. Plinius, lib. IV, cap. 11, vocatum a scopulo inter *Tenum*, et *Chium*, quem nantæ *æya*

appellant, quoniam procul visentibus capræ similis creditur.

N. 10. *Plagia.* *Plagiam* eodem sensu quo *Servius* usurparunt Gregorius Magnus, Isidorus Pacensis, et alii, quorum verba legere poteris in Ducangi dictionario. Itali quoque inde *spiaggia* vocant.

CAP. XVII. Num. 1. *Persicus, Arabicus.* Mare *Erythraeum*, seu *Rubrum*, in duos dividitur sinus, *Persicum* et *Arabicum*. *Arabicus* Oceano ascribitur. Vide Plinium, lib. VI, cap. 23, et Melam, lib. III, cap. 16 et seq.

N. 2. *Rubrum autem mare vocatur.* Curtius, lib. VIII, cap. 9 : *Ab Erythra rege indit nomen, propter quod ignari rubere aquas credunt.* Illum regem *Erythram* Esau, qui rufo pilo erat, nonnulli voluisse.

CAP. XVIII. Num. 3. *Rhegium.* Eandem *Rhegium* freti originem pandunt Justinus, Plinius, Festus et alii.

N. 4. *Quasi formam, etc.* Melius videretur quod exhibet primus Cod. Tolet. : *Quasi formam hominis habeat capibus succincta caninis.*

N. 5. *Et inde ubi.* Grialius in textu edidit *inde ibi*, ut habent alii Excusi. In not. indicit, *ubi pro ibi*, et sensus quidem exigit *ubi* : scilicet *inde emergunt, vel se emergunt naves, naufragium passæ, ubi, vel postquam laniatæ sunt.*

CAP. XIX. Num. 1. *Mari magno.* Hoc est, mediterraneo, ut jam dixi.

N. 2. *Labuntur in fluviis.* Forte, *labuntur in fluvios*.

N. 3. *Illustratur.* Sanctus Martinus Legionensis, qui locum hunc exseribit tom. II, serm. in capite jejunii, pag. 100, legit etiam *illustratur*. Grialius conjicit ex *incrustatur*; sed Justino et Eusebio, quos allegat, rectius conjicere potuisset *illatur*.

N. 4. *Quingentis octoginta.* Sanctus Martinus, loc. cit., etiam exhibet *septingentis octoginta*; sed emendatio Grialii vide ut retinenda; nam facile numerorum mutatio in Mss. incidit. In nota Grialii erat *Salinarum*. Vere lib. Reposui *Hieron.* pro *Vere*; nisi malis *Beda*.

N. 5. *Salubrior, etc.* Fortasse hac de causa in nummis Tiberiadis urbis, imperante Trajano curis, conspicitur dea Sanitas anguis spiris cincta, ac monti assidens ex quo dives aquarum vena decurrit. Quo emblemate balnea etiam salubria intelligi possunt. Lacus Tiberiadis, qui, ut ex nota Grialii, num. seq., colligitur, plura nomina habuit, et *Genareth*, vel *Kannereth*, *Genesareth*, vel *Genesar* dicitur, centum stadia in longitudine, quadraginta vero in latitudine occupabat, ut auctor est Josephus, de Beilo Jud., lib. III, cap. 18.

N. 6. *Centum quadraginta.* Corrige potest *centum*, ut modo dicebam, omisso *quadraginta*. Confer Calmetum in Dict. bibl.

N. 7. *Benacus.* Nunc *lago di Garda* Italia dicitur. Vide Plinium, lib. II, cap. 103.

N. 9. *Stagnum.* Alii cum Varrone et Festo *stagnum* dictum putant a Græco *στεγρός*, quia aquam continet, ne qua manare possit.

CAP. XX. Num. 1. *Unde et abyssus dictus.* Forcellinus ex hoc Isidori loco colligit dictam *abyssum* a Græco intensivo *a*, et *βυσσός* indice pro *βυβός* *profunditas*. Sed cum *βυβός* sit etiam *fundum*, ne ius in *abyssu* a accipietur pro *sine*, hoc est, *sine fundo*. Et hoc innuit Isidorus, *profunditas aquarum insperabilis*. Isidorus *abyssum* masculini generis facit, plerumque feminei.

N. 3. *Unda.* *Undam* ab *udus* et a Græco *ὕδωρ* vocari multi putant.

CAP. XXI. Num. 2. *De quo.* Retineri id potest, sed i a ut intelligatur, ab quo *vocabulo terrenis, etc.*

N. 5. *Annis.* De aliis deditur ex Græcis verbis *ἀννι* et *ννι*, quia circumvallit.

N. 7. *Geon fluvius de paradiso, etc.* De quatuor paradisi fluminibus conferendi sunt commentatores

in Gensin, et Calmetus in Dictionario biblico. Nos pauca delibabimus, quæ Isidori verbis explicandis magis sint necessaria. Recentiores *Gehon* paradisi fluvium diversum a Nilo esse statuunt; nam cum Tigris et Euphrates duo sint certi fluvii et quatuor paradisi, Nilus, cujus fons a fontibus Tigris et Euphratis longissime distat, non potest inter paradisi flumina computari. Veterum opinioni favere posset, quod Nilus ab incolis regni Gojan nostra adhuc ætate *Gihon* appellatur. A Græcis Nilus *Melas* dicitur, hoc est, *niger, turbidus*; quo spectat Virgilius, lib. iv Georg., vers. 491 :

Et viridem Ægyptum nigra lecondat arena.

Et Servius ad hunc locum, *Nam antea Nilus Melo dicebatur*. Quanquam *Melo* Hebraice plenum significat, quod Nilo propter inundationes congruere potest. De *Nitide* lacu Solinus, cap. 45 : *Ingitur protinus lacum efficit, quem Nitidem dicunt*. Non assentior Grælio, qui ex Solino reponere vellet de quo in meridie versus excipitur Ægyptio mari; nam Solinus hæc dixit de Nilo, dum mare ingreditur. Isidorus alios præter Solinum legit. Siquidem ex probatis historicis Nilus in amplissimum lacum *Zaire* egerit, quem *Nitidem*, ut puto, Solinus et Isidorus vocant; et inde egrediens longo circuitu ad meridiem fertur, et plures regiones alienas in Ægyptum effunditur. An autem melior sit Isidori scriptura, *aquis retra lactantibus*, quam Solini *aquis in arcto lactantibus*, dubitari potest. Mihi certe Isidoriana lectio minime displicet. Raderus, in not. ad Martialem, pag. 28 et seq., multa offert de Nilo, et sanctos Patres indicat, apud quos *Geon* fluvius paradisi idem est ac Nilus, dissentientem tamen Pererio.

N. 8. *Phison*. Paradisi fluvius. A multis creditur esse *Phasis* Chalcidici amnis celeberrimus, non *Ganges*, qui longe distat ab Euphrate, et Tigri, quos et paradisi loco fluere testimonio Moysis constat.

N. 9. *Tigris*. Ge. esis, cap. 11, 14 : *Nomen vero fluminis tertium Tigris; ipse vadit contra Assyrios. Fluvius autem quartus ipse est Euphrates*. In Hebræo apud Moysen est *Chidkel* pro *Tigris*; quæ vox *Tigris* Medorum lingua *sagittam* significat, ut velocitas fluminis denotetur. Legebatur apud Grælios et alios in *mare Mortuum influens*; correxi nihil basitans in *mare Rubrum*. Isidorus Hieronymum describit ex Onomastico locor. sacror. Hieronymi verba sunt : *Tigris fluvius de paradiso exiens juxta Scripturæ fidem, pergensque contra Assyrios, et post multos circuitus, ut vult Josephus, in mare Rubrum influens. Vocatur autem hoc nomine propter velocitatem instar bestiarum nimis permittente currentis*. Itæ vera *Tigris* Euphrati mistus in sinum Persicum influit; et quamvis ex more sacræ Scripturæ sinus Persicus non dicatur *mare Rubrum*, idque nomen solum a vijs Arabico tribuatur, tamen historici alii et geographi tam sinum Arabicum quam Persicum *mare Rubrum* appellant, ut Bonfrerius in not. ad Onomasticum Hieronymi confirmat.

N. 10. *Tigris et Euphratem uno fonte, etc.* Communes Euphrati et Tigri fontes assignant veteres, Lucanus, Boetius, et alii; sed eos falli compertum modo esse asserit Calmetus in Dictionario biblico, et fusiis probat Pererius, ad Genes. 11, 10. Clericus, in not. ad Onomasticum Hieronymi, ex his Isidori verbis arguit locum Hieronymi esse nunc decurtatum. Fortasse ita est; sed potuit etiam Isidorus simul ex Hieronymo et Sallustio, aut alio qui Sallustium expressisset, sententiam suam excerptare.

N. 12. *Vastis Indus, etc.* Lucani versus, lib. viii, vers. 227, sunt :

Qua rapidus Ganges, et qua Nysæus Hydaspes  
Accedunt pelago, Phœbi surgentes ab igne  
Jam propior, quam Persis, eram.

Illic corrigi poterit apud Isidorum *Nysæus* pro *Medus*, *Hydaspes* dicitur *Nysæus* a *Nysa* urbe, quam

A alluit. Sed cum Isidorus præmiserit *Hydaspem* fuisse regem Medorum, fortasse ipse apud Lucanum, vel alium ex Lucano legit *Medus Hydaspes*. Virgilius certe, lib. iv Georg., vers. 210, dixit :

Lydiæ, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes.

Putant nonnulli diversum esse fluvium *Hydaspem* *Agæum*, de quo Lucanus, in regno Pori, ab *Hydaspæ Medo*; de quo Virgilius, et fortasse hæc de causa *fabulosum* *Hydaspem* ab Horatio dictum, lib. 1, od. 22, vers. 27, quia nihil certi de eo apud veteres geographos constaret. Alii existimant antiquos similitudine nominis deceptos, *Hydaspem* nominasse pro *Choaस्पe*, de quo infra, n. 15.

N. 14. *Bactriani*. Plinius, lib. vi, cap. 16 : *Bactri, quorum oppidum Zariaspæ, quod postea Bactrum a flumine appellatum est*. Vide Curtium, lib. vii, cap. 4. *Bactri* dicuntur etiam *Bactriani*, et urbs *Bactra, bactorum*.

N. 15. *Choaस्पis*. Tibullus, lib. iv, carm. 1, vers. 140 :

Nec qua vel Nilus, vel, regia lympha, Choaस्पes  
Profluit.

Plinius, lib. xxxi, cap. 3, refert Parthorum reges ex *Choaस्पis* et *Eulaei* fluvii aquis tantum bibere solitos, quæ quamvis in longinqua illos comitabantur.

N. 17. *Qui vocatur Orontes*. Baluzius, cap. 5 libri Lactantii de Mort. persecut., edidit in *Oriente præcipitata est*; quem excusandum ait in nota Joannes Columbus ex Cupero; nam *Orontem* dictum etiam *Oriente* clare docent Hegeippus, lib. iii, cap. 5, Excidii, et Isidorus hoc loco. In Editionibus antiquis Isidori legitur, *qui vocatur Orontes... Oriente veteres Latine appellaverunt*. Grælius utrobique *Orentem* legit, quasi ab *Oriente* dictus fuerit *Oronces*. Neque Isidori consuetudo ab hujusmodi etymologiis aliena est.

N. 19. *Unde et nuncupatur*. Hæc appositæ fuerunt ab aliquo, qui pro *Phasis* scriptum reperit *Easis*, aut *Euxis*, unde *Exaxim* mare dictum existimavit. Sed quid, si Isidorus ipse apud sanctum Ambrosium, aut alium, pro *Phasis* legit *Euxis*? Compertum mihi est eum in corruptos Codices sæpe inciisse, neque mirandum si ad excerpendum tantum, non ad judicandum intentus, errorum veteris Codicis adoperaverit. De *Phaside* Plinius, lib. vi, cap. 4. Eum unum esse et quatuor paradisi fluminibus, quod *Phison* dicitur, nonnulli arbitrantur, ut num. 8 indicavi.

N. 22. *Hermus*. Virgilius, ii Georg., 137 :

Nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus.

N. 23. *De quo Ovid*. In Excursu Ovidii legitur :

Quique recurvatis ludit Mæandros in undis.

De *Mæandri* ambagibus passim mentionem injiciunt poætæ.

N. 24. *Tanais*. Proprie in paludem *Mæotin* fluit, quæ Ponto *Euxino* unitur. Vide Plinium et Melam.

N. 25. *Exordium Argivæ*. Solinus ait, *æzordium argivæ nobilitati primus dedit*.

N. 26. *Circa Ravennam*. Apud Solinum desunt hæc verba. Accuratus *Padus* describitur a Plinio, lib. iii, cap. 16.

N. 27. *Tiberis*. Retinui communem scripturam, quæ in vetustis quoque lapidibus apparet, *Tiberis* cum i primo Latino. Grælius ediderat *Tyberis*; a ii vellent *Thyberis*. Etymon *Albulæ* ab *albo* colore ab Isidori genio non abhorret; idque etiam alii tenent.

N. 32. *Quod in eo plurimum*. Fortasse quod in eo plurimum; nisi intelligatur *qui color*. Florez us, tom. xv Hispan. sacr., pag. 37 et seq., diligenter de flumine *Minio* agit, et multos probat *Minium* non esse fluvium, qui nunc *Mino* dicitur, sed alium, qui *Sil* nuncupatur, quique a *Minio* nunc sic appellato recipitur. Quod autem ait, *minium* vocem esse Latinam, alii, contra, sentiunt esse Hispanam; quo fortasse alludit Vitruvius, lib. vii, cap. 9 : *Minium et Indicum nominibus ipsis indicant, quibus in locis procreantur*. Mi-



nim amnem, a minio pigmento dictum, tradit rursus Isidorus, lib. XIX, c. 17, et Justinus, lib. XLIV, cap. 3.

N. 33. *Durius*. Florezius, tom. XIII, pag. 49 et seq., censet *Durium* potius ita appellatum a *Doriensibus Phœnicis*, sive incolis urbis *Dor*, aut *Dori*, quam a *Doriensibus Græcis*. De Durio alisque Hispaniæ fluminibus conferendus Cellarius, Geograph. ant. lib. II, cap. 1. sect. 4.

N. 34. *Lana pulchro colore tinguntur*. Intelligendum id de colore nativo, non de tinctura quæ arte fieret. Vide Plinium, et alios veteres, qui de lanis bracteis agunt.

CAP. XIII. Num. 2. *In remotis montibus conchis et ostreis*, etc. Argumentum sane validum ad diluvii veritatem confirmandam, cujus vim nonnulli recentiores critici infirmare conantur.

N. 4. *Tertium*. Tria etiam diluvia enumerat Nonnus, lib. III Dionys. Confer Lactantium, lib. II Instit., cap. 11.

**LIBER DECIMUS QUARTUS.**

CAP. I. Num. 2. *Sallustius*. Verba Sallustii diverso modo in veteribus Exemplaribus leguntur: mihi placeret: *Ventis per cava terræ præcipitatis, rupti aliquot montes tumulique sedere*. Eadem repetit Isidorus, lib. de Natura rerum, cap. 45. Quod autem ait Grialius, hemistichum in his verbis cum integro hexametro contineri, id admitti nequit, nisi *sedere* sit infinitum. Cæterum nihil mirandum esset si Sallustio nec optinanti hemistichum cum integro hexametro excidisset. Similia exempla Lartius, Bagomarsinus alique curiose collegerunt.

CAP. I. Num. 1. *Rotella*. Magis ex usu Latinorum est *rotula* quam *rotella*. Nunc invento novo orbe, quatuor terræ partes constituuntur, addita America prioribus tribus.

N. 5. *Mare magnum*. Sæpe Isidorus simpliciter *mare magnum* pro Mediterraneo usurpat: quod dicitur explicavit lib. XIII, cap. 18, num. 1. In Isidorianis, cap. 82, sermonem habui de Itinerario sub Antonini nomine falso vulgato, sive potius veteri notitia provinciarum, quæ perperam Antonino tribuitur, quo longe posterior est. Eadem Isidoro nostro a nonnullis ascribitur, quia sumpta est ex collectione canonum Pseudo Isidori; adeoque confundenda non est cum iis quæ Isidorus hoc libro de orbe ejusque partibus ac regionibus edisserit. Vide Pithæum, lib. II Advers., subsec. cap. 4. Inter hoc caput secundum et caput tertium subsequens duo Codices Gothici Tolotani exhibent spheram mundi, quæ in Codice veteriori intus verbis Arabicis exarata est.

CAP. III. Num. 1. *Asiam*. Alii dictam volunt ab Asia nymphea, alii ab Asia, Manei Lydi filio.

N. 3. *Romphæa flamma*. Grialius edidit cum aliis Excusis *romphæa flamma*. Restituo *romphæa flamma*. Genes., cap. 3, vers. 24: *Et collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, et flammeum gladium, atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ*. Flammeus gladius atque versatilis ab Isidoro dicitur *romphæa*, seu *romphæa flamma*; qui paulo post *romphæa flagrantiam* commemorat. Ejus vero interpretatio de muro igneo, quo undique septus fuerit paradisus, non omnibus placet. Verum valde inter se discrepant interpretum opiniones de gladio illo flammeo atque versatili. Vide Pererium ad eum Genes. locum.

N. 4. *Cherubim, id est, angelorum præsidium*, etc. Laudatus Pererius ostendit, hoc loco vocabulo *cherubim* significari multos angelos; etsi enim id nomen octavo angelorum ordini proprie tribuitur, tamen ad omnes angelorum ordines extenditur.

N. 5. *India... Tylon*. De India conferendus quoque Mela. Grialius in textu edidit *Tylen*, in not. *Tylov*. Solivius: *Tylos Indiæ insula est... quæcunque in ea arbor nascitur, nunquam caret folio*. Cæterum qui ea quæ Isidorus his capitulis edisserit plenius cognoscere voluerit, adeat necesse est scriptores qui veterem geographiam ac chorographiam illustrarunt. Eos longo ordine recenset Fabricius, cap. 5 Bibliograph. antiquar.

N. 6. *Monoceron bestiam*. Forte, *monocerotem bestiam*. Latini dicunt *monoceros, monocerotis*.

N. 9. *Arachosia*. Erat oppidum et flumen ejusdem nominis. Confer Plinium, lib. VI, cap. 23. Nunc regio est magni Mogolis. Parthia, de qua num. præc., in sensu latiori sumpta comprehendit Parthiam propriam, quæ nunc describitur.

N. 10. *Ab Assur filio Sem*. Ita docet sanctus Augustinus, lib. XVI de Civit. Dei, cap. 3. Reliqua de *Assyria* vide apud Plinium, Melam et Solinum. De *unguentis* Solinus: *Unde primum Romana luxuria fecit ingressum ad odores peregrinos*.

N. 11. *Medica*. De *Medica*, Plinius, lib. VI, cap. 26. De *Medica arbore* integrum est Solini caput 59. Virgilius, II Georg., vers., 126:

**B** Media fert tristes succos, tardumque saporem Felicis mali.

Grialius, et alii Editi habebant *Perso* pro *Perseo*, quod reposui, quia is a quo Persæ originem habuerunt, *Perseus* aut *Perses* dicitur.

N. 12. *Persis* et *Persia* dicitur; sed usitatius est *Persis, Persidis*. Quod *Nemrod*, seu, ut alii habent, *Nemroth* aut *Nembrod* Persas ignem colere docuerit, fortasse petium est ex Eutychio patriarcha alexandrino. Adis Dictionar. biblic. Calmeti.

N. 13. *Εὐδαίμων*. Infra num. 15 exponitur Græca vox *εὐδαίμων*, scilicet *Arabia Beata*, seu *Felix*.

N. 15. *Interpretatur*. Passiva significatione. Malim tamen ex Solino reponere: *Arabia appellata est, id est, sacra; hoc enim significari interpretantur*. Quod *Arabia Felix Saba* appellata fuerit, sanctus Hieronymus, Bochartus alique censent. Josephus, quem pro hac sententia Grialius allegat, si conferantur cap. 7 lib. I et cap. 5 lib. II, potius tenet *Sabam*, quam filius *Chus Saba* frequentavit, fuisse insulam, Meroes nomine celebrem. Hinc etiam controversia agitur an Regina Sabæ in Æthiopia regnaverit, an in Arabia Felice.

N. 17. *Commagena*. Grialius in textu semper *Commagena* cum duplici *m*; in not. semper *Comagena* cum unico *m*. Dausiquio magis aridet *Commagene*, aut *Commagena*.

N. 19. *Ascalon* urbs fuit in regione Philisthorum inter Azotum et Gazan; sed quod *Philistia* vocata fuerit, mihi non constat. Philisthæi dicebantur etiam *Philisthim*, et *Philsthini*. A *Philisthæis* Palæstiani nuncupatam communis est opinio. Grialius scribit *Palestina*.

N. 21. De his in primis consulendus Bochartus in erudito opere cui titulum fecit *Chanaan. Jerusalem* plura sunt nominia, quæ hoc disticho comprehendantur:

Solyma, Luca, Bethel, Hierosolyma, Tebus, Hella, Urbs sacra, Hierusalem dicitur atque Salem.

Exstat in Ephemer. Georgii Gemnicensis, apud Pezium, tom. II, col. 575. Fortasse *Helia* ponitur pro *Elia*. De *Jerusalem* ejusque nominibus rursus Isidorus, lib. XV, cap. 4, num. 4. De fertilitate terræ promissionis quidam recentiores non eas laudes agnoscunt, quas veteres etiam ethnici protulerunt. Certum quidem est adhuc manere plura veteris fertilitatis vestigia, quamvis arva quædam nunc sterilitate horreant, quia incolarum negligentia non excoluntur.

N. 22. *Sebastia*. Sen, quod magis in usu est, *Sebaste, Augustam* significat. Herodes id nomen imposuit. Vide Josephum, lib. 15 Antiquit., cap. 11.

N. 23. *Galilæa*. *Galilæa* originio est a *Galgala* urbe, quod Hebraicum nomen *rotæ revolutionem* significat. Isidorus etymon Græcum accommodat a *tacte*, at in *Galatis, Gallis*, etc.

N. 24. *Nabath*. In Excusis etiam apud Grialium erat *Nabath*. Restitui *Nabath*; ita enim vocabatur



filius primogenitus Ismaelis. Nabath fuit pater Jero-boami, primi regis Israel : alius eodem nomine consobrinus Tobiz senioris.

N. 27. *Ægyptus*. Verba Solini sunt : *Ægyptus a meridie introversa recedit quoad præterdant Æthiopes*. Grialius allegaverat cap. 33 Solini ; correxit in fin. cap. 53. In mea Editione est caput 45. Alibi est cap. 52.

N. 28. *Canopæa*. Fortasse legendum *Canopus*, vel *Canopæa regio*. Solinus, cap. 44 : *Quod ab Atlante ad usque Canopitanum ostium panditur, ubi Libyæ finis est, et Ægyptium limes, dictum a Canopo Menelai gubernatore ibi sepulto. In ea insula, quæ ostium Nili facit, etc.* Huc facit Ammianus, lib. xxii, cap. 41. Clarius Tacitus, lib. ii Annal., ad ann. Urbis 773, cap. 6, *Canopum* vocat rectorem navis qua Menelaus vehebatur. Urbs Canopus a Menelao condita creditur. Plinius, lib. v, cap. 31, hæc tantum habet : *Insularum ante Asiam prima est in Canopico ostio Nili, a Canopo Menelai gubernatore, ut serunt, dicta.*

N. 29. *Genus sericum*. Fortasse superfluum est *genus* ; nam *sericum* simpliciter dicitur de serico vellere, aut serica veste. Solinus, cap. 63, de Sericis : *Hoc illud est sericum in usum publicum damno severitatis admissum, etc.*

N. 30. *Bactriæ regioni*. De Bactris supra, cap. 21, lib. xiii. Verba Solini, cap. 62, sunt : *Bactris præterea est proprius amnis Bactros, unde et oppidum, quod incolunt, Bactrum. Gentes hujusce, quæ pone sunt, Paropamisii jugis ambiuntur ; quæ adversa, Indi fontibus terminantur, reliqua includit Oxus flumen.* Curtius, l. vii, c. 4, montem vocat *Paramisium*. Grialius, *Paropanisum*.

N. 31. *Magog*. Filium Japhet, Scytharum sive Tartarorum patrem fuisse, Josephus, Hieronymus, Theodoretus, Eustathius, et multi alii opinantur. Et sane inter Getas, Gothos, Massagetas, etc., multa sunt nomina quæ originem ex Gog et Magog indicant. *Scytharum* autem vocabulum aliunde petendum est. A *Scytha*, Herculis filio, nonnulli *Scythas* appellatos existimant.

N. 32. *Moschorum Phasidem*. Verba Solini ita refert Grialius, ut interpolationem apponat inter *Moschorum* et *Phasidem*, atque hoc sensu videtur Isidorus ea accepisse. In mea Solini Editione ita lego : *Henichorum montes Araxem, Moschorum Phasidem fundunt, ut duo sint fluvii, quorum Araxes ex Henichorum, vel potius Henichorum montibus, Phasis ex Moschorum funditur. Ac re vera Phasis in M schis mittitur. Vide Plinium, lib. vi, cap. 4.*

N. 33. *Hyrcania dicta a silva*. Rationi magis consentaneum est credere *Hyrcaniam* silvam dictam ita esse ab *Hyrcania*, quam contra. *Hyrcaniæ* silvæ celebres sunt. Lucanus, lib. iii, vers. 263 : *Vastisque Hyrcania silvis*. Valerius Flaccus, lib. vi, vers 114 : *Hyrcani luci*. Servius citatum Virgillii versum, *Hyrcanæque adinorunt ubera tigris*, perperam interpretatur de Arabia, ubi *Hyrcaniam*, silvam nempe sic vocatam, existere asserit.

N. 34. *A coloris populi*. Ut cap. seq. : *Galli a candore populi, et cap. 5 : Mauri a coloris populorum*. Non ergo placet *capilli pro populi*.

N. 35. *Armenia*. Strabo scribit Armeniam ad Armeno, seu Armenio Thessalo, Jasonis comite, nuncupatam ; Stephanus, ex Antipatri sententia, ab Armeno Rhodio. Armenia ab aliis dividitur in majorem et minorem : major ultra Euphratem, nunc *Turcomania*, et *Cardiantes*, minor inter Cappadociam et Euphratem, nunc *Anadolu*. Vide Plinium, lib. vi, cap. 9.

N. 36. *Iberia*. Nunc *Georgia*, aut Italice *Giorgia* dicitur. Scribitur et *Iberia* ; quod ita scriptum nomen Hispania etiam propria est ; hinc nonnunquam in veteribus scriptoribus explicandis quædam ambiguitas suborta est.

N. 37. *Cappadociam*. Cappadociæ nomen desumptum fuit ex parvo fluvio *Cappadoce*, de quo Plinius lib. vi, cap. 3. Alii a *Cappadoce*, Nini filio, originem

nominis deducunt. Duplex a Forcellino distinguitur amnis *Halys* apud veteres, hoc nomine dictus, alter iugen-, qui Paphlagoniam a Cappadocia dirimit, de quo Plinius, lib. vi, cap. 2 et 3 ; alter in Lydia, de quo Lucanus, lib. iii, vers. 272 : *Qua Cræso fatalis Halys*. Sed re vera unus idemque amnis est *Halys* Paphlagoniæ amnis Lydiam terminans. Vide Cellarium, lib. iii, cap. 8, num. 57.

N. 40. *Galatæ*. De Galatarum origine hæc eadem lib. ix, cap. 2, num. 68.

N. 41. *Phrygia*. De Phrygibus confer dicta lib. ix, cap. 2, num. 53. *Phrygiæ* nomen ex aliorum sententia deducitur ex *Phryge* fluvio, vel ex *Phrygio* oppido Macedoniæ, unde colonia ducta creditur in Phrygiam, vel ex Phrygia, flia Cecropis. Ex *Dardani* vero, seu *Dardani* oppidi vocabulo appellatio nunc manet *Dardanelorum*, ut vulgo vocant.

N. 43. *A Lydo regis fraire*. Fortasse a *Lydo* rege fraire ; nam præcessit, *duos fratres reges*, etc.

N. 45. *A Cilice quodam*. Agenoris filio, ut nonnulli putant. Vide Servium, ad iii. *Æneid*, vers. 88. Raderus, pag. 33, ad Martialis versum :

Et ellices nimbis hic maduere suis,

Auctores indicat qui referunt. Ciliciam dictam a Cilice, Agenoris Phœnicis filio. Isidorus Solinum exscribit.

N. 46. *Lycia*. Nuncupata creditur vel a *Lyco* rege, Pandionis filio, vel a *Lyce* nymphe. Isidorus ex nomine ipso *Lyciæ* in memoriam revocari vult quod *Ciliciæ* ab Oriente adjuncta sit.

CAP. IV. Num. 2. *Tertiam partem*, etc. Ovidius, *Fastor*. lib. v :

Taurus inquit cælum, te, Sidoni, Jupiter implet,  
Parsque tuum terræ tertia nomen habet.

Eleganter hunc rapulum descripsit Theocritus, idyll. 20. De Europa fuse Plinius, Strabo, etc.

1b. *Prima Europæ regio*, etc. Ita etiam Mela lib. i. Est alia Scythia Asiæ.

N. 4. *Propter secunditatem*, etc. Discrepantes alias origines vocis *Germania* investigat Becinanus, lib. de Orig. Lat. Ling., verb. *Ascenas*, pag. 249 seq. *Callaicum* genitum Solinus vocat *callaicam*, Plinius *callaidem*, sive *callain*. Vide Silvasium, *Exercit. Plinian.*, pag. 256 seq.

N. 5. *Mæsia a messium proventu*, etc. Hoc nihil aliud sonat, nisi quod ex vocabulo *Mæsia* in memoriam revocare possumus *messium* proventum, etc. De *Mæsia* Plinius, lib. iii, cap. ult. Nunc *Bulgaria* et *Servia* ibi sunt. De *Mysia* duplici, majori et minori idem Plinius, lib. v, cap. 32. *Mæsia* Pannoniæ adiacens dicebatur etiam *Mysia*, sed Latini sæpius *Mæsiæ* efferebant, ut a *Mysia* Asiæ distinguerent.

N. 6. *Asævitia incolarum*. Græce *τραχός*, *immitis*, *asper*. Alii a *Thrace*, Martis filio, cognominatam *Thraciam* volunt.

N. 7. *A Græco rege*, scilicet Thessaliæ. Vide Plinium, lib. iv, cap. 7 : *Et duæ in mari*, etc., scilicet duæ provinciæ ; sed ita sunt octo. Corrigit posset *inde Hellas, id est, Thessalia*. Confer Plinium, loc. cit. Obstat quod paulo post *Hellas a Thessalia* clare discernitur : *Illyricum*, seu *Illyria*, nunc *Esclavonia* Hispanis, *Schiavonia* Italis, Liburniam et Dalmatiam complectitur. Alii ampliciores terminos Illyrico assignant. Plinius, lib. iii, cap. 20 et 21, in tres conventus juridicos Illyricum dividit, Augustus in duas provincias, superiorem et inferiorem.

N. 8. *A Delmi*. Tuto legere possumus a *Delminio*. Nam Isidorus id desumpsit a Velio Longo, vel a Cassiodorio potius, qui in libello de Orthographia, ex Velio Longo, sic refert : *Placet etiam DELMATIAM, non DALMATIAM scribamus, quoniam a DELMINIO maxima ejusdem provinciæ civitate tractum nomen existimatur*. Quæ scribendi ratio ex veteribus inscriptionibus et nummis comprobatur. Sed usus obtinuit ut *Dalmatia* nunc ubique retineatur. In altero ex Mss. Goth. Tolet. post *clauditur* hæc adduntur : *Illyria regio juxta Adriaticum mare, in qua Dardani scæda*

*habent. Ipsa est et Dardania, e. c.*, ut indicat Grialius in not. ad hunc num. Pro *efferrati* in Ms. est *efferruta*.

N. 9. *Epirus a Pyrrho*. Alii putant *Epirum* a *Corcyra* dictam proximam terram continentem, quia Græce *Ἐπίρως* terram continentem significat. Inde nomen hoc ipsum alii usurparunt.

N. 10. *Ab Hellene, etc.*, scilicet rege Thessaliæ, quo a *Thessalia* proprie *Hellas* cognominata fuit; sed tribuitur etiam id *Helladis* nomen Græciæ toti, et præcipue illi parti quæ spatiosior est, et a mari recedit, Peloponnesus exclusa. Vide Plinium. lib. iv, cap. 7; Melam, lib. 2, et Solinum, Exercit. Plinian., pag. 142, qui advertit recentiores Peloponnesum quoque *Helladis* nomine comprehendisse, ut ex Isidoro constat. Cellarius de *Hellade* agit lib. ii, cap. 13, ad cuius sectionem S Schwartzius in not. advertit originem opinionis de Hellenibus tanquam communi stirpe et cognatis rep. tendam esse ex Apollodori lib. i, cap. 7. ubi docetur Hellen filio Xutho Peloponnesum, Doro terras ultra Peloponnesum, Æolo finitimas Thessaliæ, et fortasse Achæo Achaïam divisisse. De etymo *Atticæ* regionis, alii putant ab *ἄττι, τιττωρε, Atticam* dictam, quia maxima pars littoralis est, et *Acte* etiam appellatur. Vide Plinium, lib. iv, cap. 7. In Cod. 1. Vat. arch., et aliis veteribus exemplaribus, pro *ubi fuit Athenæ civitas*, invenio *ubi fuit Athenas civitas*; quæ scriptura non est contemnenda, ut *Athenas* sit velut indeclinabile. Sic alia nomina similia, ut *Centumcellas* appidum in nominativo, *Veios colonia*, etc. Celebrem pugnam Marathoniam inter Athenas et oram littoream præter alios describit Nepos in *Miltiade*, cap. 4 et 5.

N. 11. *Et Peloponnesus*. Ex quorundam scilicet opinione; nam, ut dixi, alii Peloponnesum ab *Hellade* excludebant. Fabulam de Thebis Bœotii a Cadmo conditis narrat Ovidius initio lib. iii *Metam*. Alii *Bœotiam* dictam putam ex *Bœoto*, filio Neptuni, ut tradit Hyginus fab. 186. Thebas patriam Liberi et Herculis fuisse ante Solinum docuit Plinius, l. iv, cap. 7. Et Apollinem quidem in insula Delo natum communis fert opinio. Sed fortasse Isidorus ex Aristotelis aliorumque sententia locutus est, qui tradunt Apollinem et Liberum unum eundemque esse deum, ut multis probat Macrobius, lib. i, cap. 18, et Servius, ad eclog. 5, vers. 66, et ad *Æneid.* vi, vers. 78. Verba Isidori, in qua olim civilia bella detonerunt, non pertinent ad Thebas, aut Bœotiam, sed ad Pharsalicos campos in Thessalia, de quibus Solinus, cap. 13: *Thessaliæ sunt Pharsalici campi; in quibus civilium bellorum detonerunt procelæ*. Grialius in not. habet: *Eadem est et Aonia*, sed in textu omittit et, ut alii etiam omittunt. Gellius, lib. xiv, cap. 6, inter doctrinas quæ neque delectant, neque utiles sunt, reponit cognitionem de vocabulis urbium regionumque immutatis, quod *Bœotia* ante appellata fuerit *Aonia*, quod *Agyptus Aeria*, etc. Sed prodest certe aliquando id novisse; neque utiliora sunt multa alia quæ ipse in Nocte. suas congestit. Verum Isidorus ita explicandus est, ut ab *Aoniibus* montibus *Aganippe* fons *Aonius* dictus sit, a fonte *Aonio*, vel potius ab ipsis montibus Bœotia *Aonia* vocata fuerit. *Peloponnesus* est veluti *Pelopis vāros*, hoc est, insula: est autem peninsula, et latiori sensu insula; nunc *la Morea* dicitur. Pelops, ejus rex, fuit filius fantali Phrygum regis. Conradus Samuel Schurzflerschius in *Disputat. histor. civil.* disp. 48, num. 2, in nota asserit, Isidorum trecentia sexaginta tribus mil. passibus ambitum hujus peninsulae delineare, cum quingentorum quinquaginta milia passuum circuitu pateat. Non invenio ubinam Isidorus istam opinionem expresserit. Verba illa hujus notæ. In quam olim... ille Thebanus in Mss. Goth. Tolet. rejiciuntur ad num. seq. post verba *Thessalonica, et Thebæ*.

N. 12. *Thessalia*. A Solino urbes in Thessalia memorantur *Thessalia* et *Thebæ*; atque ita fortasse le-

gendum est apud Isidorum, non *Thessalonica*, quæ urbs est Macedonia, ita appellata, quasi *victoria de Thessalis*, *Ἐσσεαδὼν νικη*, quia Philippus rex Macedoniae in eo agro Thessalos bello prostravit. Sed nec de *Thessalia* urbe celebri in Thessalia provincia aliunde mihi constat. Quod autem *Thebas* Solinus et Isidorus in Thessalia collocant, intelligendum de *Thebis Phthiis*; nam *Thebæ* aliæ celebriores in Bœotia ab Isidoro num. præc. recte collocatæ fuerunt. Parnassum quoque non in Thessalia, ut Isidorus rursus, cap. 8, num. 11, ex Servio affirmat, fortasse cum Pindo Parnassum confundens, sed in Phocide, regione Achaiæ, existere geographi consentiunt.

N. 13. *Ab Emathio rege*. Solinus *Emathium* regem ignotum hominem, ac veluti terræ filium, statuit. Alii hunc vocant *Emathionem*, filium Auroræ, fratrem Memnonis. *Emathias* proprie pars erat Macedonia; sed accipi solet præsertim a poetis pro tota Macedonia, imo et pro Pharsalia et Thessalia. Unde Lucanus:

Bella per Emathios plusquam civilia campos, etc.

N. 14. *Achaia*. *Achæos* ab *Achæo*, Jovis et Pithiæ filio, cognominatos, tradit Servius, ad I *Æn.*, vers. 442. Alia ab *Achæo*, Zuthi filio, qui homicidii reus in Laconiam profugit. *Achaia* sumi solet pro tota Græcia, sed proprie est regio Peloponnesi, cujus caput est Corinthus.

N. 15. *Et Calistæ*. Isidorus fortasse scripsit *Calistæ*, vel *Calistonis*, ut Servius, ad I *Georg.*, vers. 67, quod librarii non intelligentes in *Calistæ* commutarunt. Peloponnesus, in cujus medietate est Arcadia, a *Mela*, lib. ii, dicitur *Platani folio simillima*. Quod Arcadia dicta fuerit *Sicyonia*, et regnum *Sicyoniorum* a *Sicyone* rege, mihi non liquet; nam apud veteres geographos solum invenio *Sicyonem* urbem fuisse Peloponnesi in Achaia, cujus incolæ *Sicyonii* appellabantur.

N. 16. *Pannonia*. De Pannonia Plinius, lib. iii, cap. 25. Cum Isidorus dicat *Pannoniam* esse nuncupatam ab *Alpibus Panninis*, vix dubium superest quin infra legendum sit *ab africo vero Alpes Panninas*, non *Alpes Apenninas*, aut, ut Grialius edidit, *Appenninas*. *Alpes Panninæ*, sive, ut alii scribunt, *Penninæ*, sunt in confinio Galliæ Narbonensis et Italiæ qua Annibalem transisse creditur, cum bellum Romanis intulit. *Alpes* vero de multis montibus dici solet, ut *Alpes Rhæicae, Noricæ, Bastarnicæ, Grajæ*, etc. Livius, lib. xxi, cap. 38, *Alpes Penninas* vocat, non *Panninas*, quia a *Pennino* deo nomine habuerunt, non a transitu Pænorum. Confer Cellarium, lib. ii, cap. 9.

N. 20. *Tuscia*. Plinius, lib. iii, cap. 5: *Lidy a quorum rege Tyrrenti, mox, a sacrificio ritu lingua Græcorum Tusci sunt cognominati*. Adde Servium ad II *Æneid.*, vers. 781. Hæc originatio argueret scribendum *Thusciam*, ut Grialius cum aliis scribebat. Sed communior scriptura est sine a-piratione, ut in *Ius*. Servius, ad VI *Æneid.*, vers. 4: *Taus et Oncaus veteres dicebant, quibus sequens ætas detraxit aspirationem*. Innumera sunt alia hujusmodi. Num. 22, redit iterum sermo de Tusci.

N. 21. *Græce cognominatam*. Solinus omittit *Græce*; sic enim habet: *Marcus Antonius usseverat hos eosdem quod tempore aqueos clivis nubibus superferunt umbros esse nominatos*. Isidorus *Græce* addidit, quia *imber* est ex *Græco ἰμβρῶς*.

N. 22. *Lydi fratre*. *Lydium* hoc loco Grialius vocabat, quem cap. 3, num. 43, non solum *Lydium* dixit. Negat Isidorus dici debere *Tusciam*, fortasse quia apud antiquos non facile invenitur *Tuscia*, sed *Tuscorum regio*, aut aliquid aliud simile.

N. 23. *Apulia*. Scribitur *Apulia* et *Appulia*; necnon *Brundisium* et *Brundisiam*, sed in veteribus monumentis frequentius *Brundium*.

N. 25. *A candore populi*. Confer cap. 3, num. 34, cum nota. Alias etymologia Gallorum expendit *Beamanus*, pag. 422.

N. 26. *Brigis autem civitas est*. Quæquam fuerit ei

vitas Belgis dicta, ex aliis non liquet; neque Cæsar *Belgium* civitatem dicit, sed provinciam, seu regionem, quæ pars erat Belgicæ, et proprie natale solum Belgarum.

N. 30. *Dux sunt... Hispan.* Isidorus non explicat quid sit Hispania citerior et ulterior, sed vocum *citra* et *ultra* etymon tentat investigare, aut aliquam rationem reddere. Vera autem originatio est a *cis* et *uls*: quæ in usu erant apud veteres pro *citra* et *ultra*, ut tradit Gellius, lib. xii, cap. 15.

Cap. v. Num. 1. *Libya.* Hyginus, fab. 160, Lybyam non Epaphi, sed Palamedis filium dicit, nisi apud Hyginum rescribendum sit Epaphi pro Palamedis, quod Munckerus suspicabatur. Alii putant *Libyam* ita nominatam a *Libye*, filio Herculis. Vide Martianum Capellam, lib. vi.

N. 2. *Africam.* Afer, vel Apherus a Josepho, lib. i Antiq., cap. 12 et 23, dicitur nepos Abraham ex Madian filio, a Solino, cap. 37, Libys Hercules filius. Nonnulli existimant cognominatam Africam ex Græca privativa *a* et *φρα*, quasi sine horrore frigoris. Bochartus, Chan. i, 25, videndus de Africa, præter Cellarium, lib. iv, in præfat., ubi diversa Africæ nomina explicat.

N. 4. *Syrtes majores.* In primo Ms. Goth. Tolet., supra, *Syrtes majores* est glossa vetus, *montes, vel rupes.*

N. 5. *Teuchira.* Grialius in textu edidit *Teuchira*, in not. *Teuchira*. Vera scriptura est *Teuchira*, aut *Tauchira*, quæ a reginæ nomine Arsinoe quoque vocata fuit.

N. 6. *Bizacium.* Grialius hoc loco edidit *Bizantium*, paulo post *Byzantium*. Sed num. 3, quamvis in textu posuerit *Bizacium*, in not. recte prætulit cum Chacone *Byzacium*. Bochartus, Chan., l. i, c. 24, legit, *urbium Cææ, Sabratæ*. Veteres Editiones valde in his vocabulis errant.

N. 7. *Byzacena regio.* De Byzacena regione Bochartus, Chan. i, 24 et 25, et Cellarius, lib. iv, cap. 4. Metropolis Byzacenæ provinciæ *Adrumetum* erat, sive *Hadrumetum*.

N. 8. *Zeugis, ubi Carthago*, etc. Consonat Isidoro Victor Vitensis; conjicitque Salmasius, pag. 318 Exercit. Plinian., non aliter exponendum Plinium, quem fortasse male accepit Solinus, qui Zeugitanam provinciam inter Numidiam et Africam collocat. Harduinus, et cum eo Cellarius, ex Isidoro et aliis, verba Plinii sic accipiunt: *Zeugitana regio, et quæ proprie vocatur Africa*, hoc est, *Zeugitana regio, eademque proprie Africa vocitata.*

N. 9. *Hippomem regium et Rusicadam.* Cavendum a scriptura vulgata, etiam Grialii, *Hippomem, Rhegium*, etc., quasi duæ sint urbes, *Hippo*, et *Rhegium* vel *Regium*; nam Grialius in textu habet *Rhegium*, in not. *Regium*, sed cum interpunctione inter *Hippomem* et *Regium*. *Hippo regius*, sancti Augustini episcopatu celeberrimus, ita vocabatur, ut ab aliis cognominibus urbibus discerneretur. De eo Silius, lib. iii, vers. 259:

Tum Vaga et antiquis dilectus regibus Hippo.

Græci Numidas vocant *Nomades* a *νομήν*, *pabulum*, quia sæpe permutant pabulum, vel quia pecoribus negotiantur, vel quia herbis, ut pecora, aluntur. Vulcanius notat *Ampsagam* flumen a Plinio in Tingitania statui, sed locum non indicat; et Plinius, lib. v, cap. 2, *Ampsagam* in Cæsariensi Mauritania censet ultimam, et cap. 3 ait: *Ab Ampsaga Numidia est, Masirissæ clara nomine.*

N. 10. *Gallia a candore populi.* Ita cap. 3, num. 54. *Albania a candore populi.* Vide infra, num. 14.

N. 12. *Quos sola nunc India parturit.* Elephantos etiamnum non in sola India gigni, sed alibi in Africa quoque, dixi ad lib. xii, cap. 2, num. 16.

N. 13. *Garamantis regionis.* Solinus, in mea Editione veteri: *Garamanicæ regionis caput est Garamana.* Sed nomen urbis ab aliis dicitur *Garama*. Isi-

dorus fortasse scripsit *Garamantidis regionis*, quantum etiam in usu est *Garamas, garaman*.

N. 14. *A colore papulorum.* Ut num. 10.

N. 15. *Camelopardalis.* Lib. xii, cap. 2, num. 19. *Camelopardus* dicitur, qui hoc loco *Camelopardalis* nominatur. Confer notam.

N. 21. *Gallæcia.* Olim, ut provincia, Cantabros et Astures comprehendebat. Orosius, lib. vi, cap. 21: *Cantabri et Astures Gallæciæ provinciæ partes sunt.* Idem colligitur ex Itinerario Antonini, et ex Plinio, lib. xix, cap. 1. Vide Florezium, tom. xv Hispan. sacr. pag. 12.

N. 22. *Territorium.* Alii putant *territorium* dictum a *terrendo* inde hostes. Plura de his Vossius in Etymolog. Servius, in mea Editione, ad lib. v *Æn.*, vers. 785, habet: *Unde et TERRITORIUM dictum est quasi TRITORIUM, tritum bubus et aratro.* Crellius, in dissert. de cæremonia qua urbes condebantur, sententiam Isidori probat, quod antiqui non solum urbium, sed etiam territoriorum limites finesque civitatis aratro designant.

Cap. vi. Num. 1. *Quod in salo sint.* Videtur id ex Festo petitum, verb. *Insulæ: Suntque in salo positæ.*

N. 3. *Thanatos*, non *Athanatis* legitur in correctis Editionibus Solini, etiam Grialio antiquioribus. Corruptum Isidori locum, a *Britania est varia, tennis separata*, Salmasius, pag. 217 Exercit. Plinian., ex Solino correxit, sed eum jam Grialius prævenerat.

N. 4. *Thule.* Verba Solini in mea Editione hæc sunt: *Multæ, etc., brumali solstitio dies adeo conductus, ut ortus junctus sint et occasus.* Grialius scribebat *Thyle*; retineo *Thule*, quæ communior est scriptura. De eadem insula consulendi Plinius, Mela et alii. Recentiores geographi inter se non consentiunt, de qua insula veteres scriptores loquuntur. Cellarius, lib. ii Geogr. antiq., cap. 4, n. 87, putat *Thulem* esse eam quæ nunc dicitur *Schellandia, Schelland*, sive *Hiland*, aut insulam *Fero*. Plerique *Thulem Islandam* esse affirmant.

N. 5. *Orchades.* Pomponius Mela, lib. iii, ait, *Orchades* numero esse triginta, Ptolemæus circiter triginta, Plinius quadraginta. Multi scribunt *Orcades*.

N. 6. *Scotia.* Scotia nunc est pars septentrionalis Britannicæ majoris. Olim Scotiæ nomen Hibernicæ tribuebatur. Dixi de hac veterum consuetudine in prolegom. ad Sedulium, cap. 1, num. 11.

N. 7. *A Rubro profecti mare.* Solinus: *A Rubro profecti mari*; et facile quidem est ut librarii *ex mari* fecerint *mare*, cum passim in Mss. *e* et *i* confundantur. Sed poterit etiam retineri *mare* in ablativo, ut *præsepe*, etc. De Gadibus Bochartus, Ch. lib. 1, cap. 54, ubi legit, *lingua sua Gadir*, corrigens *Gades*, prout jam Grialius correxerat.

N. 8. *Fortunate.* Nunc *Canariæ* dicuntur, quia una earum a canibus ingentis magnitudinis ibi reperitis *Canaria* vocabatur; de qua Plinius, lib. vi, cap. 22, et Solinus prope finem sui operis, qui concludit *non penitus ad nuncupationem suam* (Fortunatarum) *congruere insularum qualitatem*, Conferendus Harduinus ad Plinium.

N. 9. *Gorgades.* Alii Editi apud Melam, Solinum, Plinium, etc., habent *Gorgones insulas*, non *Gorgadas*, ut Grialius edidit. Pro *Hesperuceras* meus Solinus refert, *quod vocamus Hesperionceras*. Ac fortasse apud Isidorum legere etiam præstabit *quod vocamus*, non *quod vocatur*. Vulcanius notavit pro *Hesperuceras* aliter apud Plinium legi *Hesperionceras*. Plinius utroque modo dixit *Hesperionceras*, et *Hesperu ceras*; ita enim Latinis litteris scripsit Græcum *Ἑσπέριον κέρα*, *Hesperu cornu*. Promontorium quod nunc *Viride* vocatur creditur esse *Hesperu ceras*.

N. 10. *Hesperidum insulæ.* De *Hesperidum* insulis Plinius, lib. vi, cap. 31. De explicatione fabulæ *Draconis* idem Plinius lib. v, cap. 1, et Solinus, cap. 24, al. 36. *Insulæ* et horti *Hesperidum* a tribus filiabus *Hesperu*, fratris *Atlantis*, nomen habuerunt. Isidorus etymon deducit ab *Hesperide* urbe, quæ He-

sperde primum dicta fuit, et postea Berenice, sita in Cyrenaica provincia.

N. 12. *Taprobana*. Alii ess-runt *Taprobane*. Eanunc a nonnullis *Sumatra*, a plerisque rectius *Zeilan* esse creditur; de qua multa geographi tum veteres, tum recentiores.

N. 13. *Tylos*... *ferens omni tempore foli*. Fortasse vera est lectio veterum Cudicum, *virtens omni tempore folia*; quam etiam exhibent duo Goth. Tolet. sæpius laudati; nam sequitur ætas dicebat *folia, folia*, ex quo in vulgaribus linguas Italicam et Hispanam permanant *foglia, hoja*. Nisi mavis *folio* cum Solino, cap. 65. *Tylos india insula est... quæcumque in ea arbor nascitur, nunquam caret folio*.

N. 14. *In Mari magno*. Hoc est, in Mediterraneo, ut sæpe adverti. *Paphos* civitas erat; an autem eadem vocata fuerit *Cyprus*, non liquet aliunde. De aere cyprio rursus Isidorus, lib. xvi, cap. 20. Videndus Meursius, in libro de Cypro, Amstelodami edito 1675.

N. 15. *Macaronesum*... *Creta a Crete*. *Macaronesum*, melius *Macaronesios*, hoc est, *insula beata*. Solinus, c. 16: *Dosiades eam a Crete nymphæ, Hesperides filia, Anaximander a Crete rege Curetum CRETAM, AERIAM prius dictam, mox CURETUM; nonnulli etiam a temperie celi μακρονόμος appellatam prodiderunt*.

N. 16. *Jura fixit*. Fortasse Isidorus verbum sumpsit ex Virgilio, vi *Æneid.*, vers. 622: *Fixit leges pretio, atque refixit*. Apud Plinium et Celsum occurrit *Phalangium* in recto casu, apud Vegetum vero, de Re veter., lib. iii, cap. 81, *Sphalangios*; ita enim scribit. Apud Isidorum legi poterit *phalangios*.

N. 17. *Abydos et Sestos* nunc *Dardanelli* vocantur. Isidorus insulam *Abydon* perperam facit. Alia fuit urbs *Abydos* in *Ægypto*, et in ea Memnonis regia mirifice structa, et celebre *Osiris* templum.

N. 18. *Coos*. In mea Solini Editione legitur *Coos*, *Coos*; sed Isidorus videtur legisse *Coos*, *Coos*, ut advertit Salmasius, Exercit. Plinian., pag. 143, qui apud Solinum cum invenisset *Coos*, *Coos*, correxit *Coos*, *Coos*; et observavit errorem Isidoro cum Solino communem esse, quod *Coos* dicitur obiacere *Atticæ*. *Coos* scribitur etiam *Cos*, et *Coos*, *Cea*. De confusione harum vocum et insularum consulendus Harduinus, in not. et emendat. ad lib. xi Plinii, cap. 22, num. 42, et Cellarius, lib. iii, cap. 2, num. 26.

N. 19. *Circa eandem*. Scilicet *Delum*. Malim tamen *circa eandem*. Sententia certe hæc est, dictas *Cycladas*, quia eas circule longo ordine navigando necesse est, ex Servio, loc. cit. a Grialio. Plinius, lib. iv, cap. 12: *A promontorio Geresto circa Delum in orbem sitæ (unde et nomen traxere) Cyclades*.

N. 20. *Quinquaginta tres*. Solinus novem tantum numerat fab. 276. Strabo, lib. x: *Iniis duodecim numerabantur (Cyclades); accesserunt autem plures*. Vide etiam Yelleium, lib. i, cap. 4, et Munckerum, in not. ad Hyginum.

N. 21. *Quod post diturum*, etc., ex Solino, cap. 17.

N. 22. *Rosæ capitulum*. Gisbertus Cuperus, in *Apotheos*. Homeri, § *Serapidem*, pro *rosæ capitulum*, aut *capitolium*, ut alicubi legitur, corrigit *rosæ capitulum dicitur*, etc. Isidorus calicem rosæ videtur *caput* vocare: proprie autem *caput rosæ* est globulus inferior laugine refertus. De colosso a Rhodiis soli dicato Turnebus, lib. viii *Adversar.*, cap. 24. De aliis colossis Paulus Voetius ad Herodianum, pag. 186 seq., et Raderus, ad Martialem, pag. 23. De Rhodo Bochartus, Ph. iii, 6. Diodorus, lib. v Grammat., a Rhodo puella nomen Rhodi deducit, alii a rosis potius, quæ magna copia succrevisse dicuntur.

N. 23. *Tenedos* legitur apud Isidorum, et *Tenedos* inter *Cycladas* recensetur etiam ab Ampelio, cap. 6. Dissentit Munckerus, ad Hyginum, fab. 276, apud quem corrigit *Tenos* pro *Tenedos*. Et *Tenos* etiam vocant *Artemidorus*, Strabo, Ovidius, Stephanus et Plinius. Alia est *Tenedos* urbs et insula Trojano agro opposita, de qua Virgilius, lib. ii *Æn.*, vers. 21. Isidorus Teuo tribuit quod de Tenedo a plerisque nar-

ratur, et utramque insulam confundit. De *Tene*, Cyeni filio, *Tenedi* conditore, alii alia narrant, cum scilicet statuisse ut qui in adulterio deprehenderetur, a deprehendente statim occidi posset. *Tenedia securis* in proverbium abiit, de quo Erasmus in *Adag.* *Tenes* apud *Tenedios* sanctissimus deus habebatur, ut ait Cicero, iii in *Verrem*, cap. 19, et lib. iii de *Nat. deor.*: *Jam vero in Græcia multos habent ex hominibus deos, Alabandum Alabandi, Tenedii Tenedum, etc.*

N. 24. *Carpethos*. Propter celorem fructuum maturitatem: quia *καρπός* Græce est fructus. Bochartus Chan. 1. 7, id tam futile esse dicit, quam quod sequitur, ex hac insula dici *Carpasias* naves magnas et spatiosas. Ipse *Carpethum* dictam putat a *carpath*, quia est ad oram *Cariae*.

N. 25. *Cythera, Cytheræ* pro insula occurrit apud Tacitum, iii *Annual.*, cap. 69. *Ut Cytheram potius concederet*. Sed alii hanc lectionem sollicitant. Esse autem *Cytheram* insulam oppido *Boia*, et promontorio *Malex* oppositam cum oppido ejusdem nominis, et portu, idoneis testimoniis Cellarius confirmat lib. ii, cap. 14, et lib. iii, cap. 7.

N. 26. *Icaria insula*. *Icaros* dicitur a Solino et Plinio, lib. iv, cap. 12, qui eam etiam inter *Sporades* enumerat. *Icaria* vocatur a *Mela*, lib. ii, qui pariter eam inter *Sporades* recenset. *Icarium* quoque dicunt Strabo et Ptolemæus.

N. 27. *Naxos*. De *Naxo* Plinius, lib. iv, cap. 12, et Bochartus, Chan. i, 30. In mox Solino scribitur *Dyonisia*, non *Dyonisias*. A Plinio *Dyonisias* vocatur. Exstant nummi inscripti *ΝΑΞΙΩΝ*, qui ad hanc insulam videntur pertinere.

N. 28. *Melos*. Inter *Sporadas* a *Mela* collocatur lib. ii. *Incolæ Melii* dicuntur; inde *Diagoras Melius*, de quo *Minutus Felix*, cap. 8.

N. 29. *Sardam lapidem* ex Solino, c. 20.

N. 30. *Chios*. Traditur solum *Chium* inter insulas *masticem* gignere. Vide Plinium, lib. v, cap. 31. *Etymologia* ex Græco ab aliis petitur ob *nivis copiam*, vel a *Chione* nymphæ, aut filia *Dædalionis*. Bochartus, Ch. i, 9, *Chii* nomen Syram esse docet, sed deducit a *Chivia*, serpente, quia historici *Chiorum* referunt sub monte ejus insulæ *Polinæo* quondam latuisse draconem portentosæ magnitudinis, qui sibilis suis insulares aliquandiu terraverit. Negat vero quod *Syri masticem chiou* vocaverint.

N. 31. *Insula est mari*. Forte, *est in mari*.

N. 32. *Trinacria*... *Latine Triquetra*. In Editionibus correctis *Quintilliani*, lib. i, cap. 6, al. 10, non *Triquadra* legitur, sed *Triquetra*; desumit enim etymon hujus vocis a *tribus sedibus*, seu locis; nam *ἰδρα sedes* est. Ac fortasse apud Isidorum legendum, *Latine triquadra dicitur, quasi in tres hedras divisa*. Bochartus, Chan. i, 30, de primis seu prius *Siciliæ* incolis late disserit, et veterum fabulas apud *Thucydidem*, et alios rejicit: *Siciliæ* nomen ex *Hebræa* origine repeti.

N. 37. *Hephæstias*. Solinus, cap. 11. *In freto, inquit, siculo Hephæstias insula*, etc. Fortasse hinc *Hephæstias* apud Isidorum immisum est, ac legi posset, *Ericusa Hephæstica*, ut una tantum sit insula. A Græcis hæc insulæ dicuntur *Hephæstias*. *Hephæstias*, vel *Hephæstias* est etiam urbs metropolis insulæ *Lemni*. Vide Plinium, lib. iii, cap. 8 et 9, ubi docet *Lipuram* dictam a *Liparo*, Ausonis filio, qui successit *Æolo*. Alii dicunt *Æolum* *Liparo* successisse. Adis Cellarium lib. ii, cap. 12.

N. 38. *Stæchades insulæ*. Nunc *de Hyeres* nuncupatæ, tres numero sunt, de quibus vide Plinium, lib. iii, cap. 5. Sed tribus nobilioribus aliæ parvæ, minusve notæ accensentur.

N. 39. *Sardus ab Hercule procreatus*. Ita Solinus, cap. 10, Strabo, Silius et alii. A Græcis antea vocabatur *Ἰχθυόσσα*, ab effigie soleæ, sive imæ pedis humani partis. Bochartus, Chan. i, 34, quod de *Sardo*, *Herculis Macerdis filio*, ab Isidoro et aliis antiquioribus dicitur, tam suspectum esse arbitratum quam

quod a Cyrno, Herculis itidem filio, Corsicæ Græcum A nomen Cyrno ab Isidoro etiam, et Servio deducitur. ipse Hebræam originem nominis *Sardinia* excogitat.

N. 40. *Sed solifug... nisi herba.* De solifuga et herba Sardonica, aut Sardoæ, quæ homines quasi ridentes interimit, Solinus loc. cit.

N. 41. *Corsicæ insulæ.* De Corsica agit Bochartus, Chan. 1, 31, 32, qui asserit *Corsicæ* nomen esse Punicum, quo *silvostus locus* indicatur, quia ex omnibus insulis nulla est alia silvosiore. Isidoro favent Eustathius ad Dionysii versum 458, et Byzantius chorographus in *κοποις*. Verius Seneca censet de hujus insulæ diversis habitatoribus, cap. 8, ad Helviam.

N. 42. *Græce κύρνα.* Melius κύρνος. *Cyrnos* etiam scribitur a Plinio, lib. III, cap. 6, et in epigrammatis, quæ Senecæ tribuantur, contra Corsicam. Servius autem, ad loc. cit. Virgilii, *Cyrnem* vocat. Vide not. ad n. 39.

N. 43. *Ebosus.* Vel *Ebusus*, vel *Ebosia*, vel *Ebusia*, nunc *Iviza*. Bochartus, Chan. 1, 35, ex Hebraica lingua originatorem accersit a *Jebuso*. *essiccata*, id est, B sicus siccata, quibus Ebusus celebrabatur.

N. 44. *Baleares.* Isidorus ita Baleares describit, ut Majorica *Aphrosiade* videatur dicta, Minorica *Gymnasie*. Grialius in not. ambas nuncupari indicat *Aphrosiades*, aut *Aprosiades*, et ex conjectura *Aphrosiadas*, ambas etiam *Gymnasides*. Plinius, lib. III, cap. 5, testatur has insulas a Græcis vocari *Gymnasias*, quia incolæ nudi æstate sese fundæ jactu exercebant. Bochartus, Chan. 1, 55, non a lingua Græca, sed a Punica, aut Phœnicia etymon *Balearium*, hoc est, *peritorum jaculandi*, deducit. Eustathius, ad Dionysium, vers. 457: *Ideo BALEARES dicuntur, hoc est, FUNDITORES, secundum ipsorum vernaculam linguam.*

CAP. VII. NUM. 1. *Et loca earum.* Fortasse et colla earum. Cap. seq., n. 19: *Colles sunt præminentiora juga montium, quasi colla.*

N. 2. *Sigeum.* Grialius scribebat cum diphthongo *Sigæum*; quod probari nequit. Græce, Σίγιος *Sigeus* aut *Sigeus*.

N. 3. *Maleum.* *Malea* est nomen promontorii: *maleum* est adjectivum. *Maleam* describit Statius Theb., lib. II, vers. 32 et seq., ut alios omittam.

N. 4. *Pelorum.* Apud Orosium, lib. I, cap. 2, etiam legitur *Pelorum* neutrum, scilicet promontorium. Plerumque dicitur *Pelorus*, nempe mons, aliquando muliebri forma *Peloris*, et *Pelorias*. *Pelorum* dictum a *Peloro*, qui Hannibalis classem gubernavit, confirmant Mela, lib. II, et Val. Maximus, lib. IX, cap. 8, ubi historiam *Pelori* interfecti, et in hoc promontorio sepulti narrat.

N. 5. *Pachynum.* Hoc promontorium et *Pachynum*, et *Pachynus*, aut *Pachynon* dicitur.

N. 6. *Lilybæum.* Civitas nunc *Marsala* est; de ea Cicero, Divin. in Verr., cap. 17.

N. 7. *Borion.* Grialius in textu cum aliis Excusis edidit *Borto*; in not. *Borion*. Verba Solini sunt: *Externos in ea (Africa) plurimos convenisse, argumento de locis et urbibus dabimus. Borion promontorium, quod Aquilone cæditur, Græci advenæ sic vocaverunt. Hipponem Regium postea dicitur, item Hipponem alteram, de interfluente freto DIARRYTHON nuncupatum, nobilissima oppida, equites Græci condiderunt. Scilicet ut Græci a Boreæ, seu Aquilone, promontorium Borianum aut Borion appellarunt, ita ab equis duos Hippones, quorum alter verbo Latino addito Hippo. Regius postea dictus fuit. Isidorus, sive alius, ex quo ipse sumpsit, ex perversa interpunctione Solini, quæ in nonnullis Editis adhuc exstat, intellexit Borion postea appellatum fuisse Hipponem Rhegium, et interpretationem adjecti verbi Græci Rhegium, ut de Rhegio in Calabria dicitur, quod inde olim Sicilia vi fluctuum terræ fractione avulsa fuerit. De Hipponem Regio vidè cap. 5, num. 9, hujus libri.*

CAP. VIII. NUM. 2. *Caucasus.* De Caucasus confer Salmasium in Exercit. Plinian. Raderus, in com-

ment. ad Martial., pag. 36 et 584, auctores etiam indicat qui de Caucasus monte bicipiti scriperunt.

N. 3. *Taurus.* Caucasus ipse est pars Tauri montis.

N. 4. *Libanus.* Calmetus, in Diction. bibl., existimat Libanum dictum ex Hebræo *leban*, sive *laban*, quod album significat. Perpetuis enim nivibus candescit, de quibus Jeremias, Tacitus, etc.

N. 5. *Ararath.* Joannes Struis in suis itineribus narrat se verticem montis Ararath conscendisse, ac de reliquiis arcæ Noemi, quæ adhuc permanent, certum reddidit. Tournesfortius, qui locum invidit, nihil simile ibi reperiri testatus fuit, consentiuntque viri alii docti verticem montis ejus perpetuis nivibus obsideri. Adsis Calmet., in Diction. biblic., et Bochart., Phal. lib. I, cap. 3, qui observat Arabes et Hebræos scriptores affirmare arcæ reliquias asservatas fuisse in Gordiæorum montibus Ararath.

N. 6. *Acroceraunii.* Est nomen adjectivum; nomen substantivum *Acroceraunia*, vel *Ceraunia*. Pro fulminum jactus malim *fulminum ictus*. Servius etiam habet *jactus* in mea Editione, ad III Æneid., vers. 506. *Ceraunia montes Epiri a crebris fulminibus propter altitudinem nominati. Unde Horatius expressius dicit ACROCERAUNIA, propter altitudinem et fulminum jactus.*

N. 7. *Hyperborei* populi a Plinio locantur, lib. IV, cap. 12, jone Riphæos montes, ultraque boream, sive aquilonem. An autem aliqui sint montes proprie *Hyperborei* nuncupati mihi incertum est, nisi quod Ptolemæus montes Hyperboreos a Riphæis distinguit, cui contra alios Cellarius favet, lib. II Geograph. ant., cap. 6, num. 27.

N. 8. *Impetus* et ὄρμη. Ἴρις et ὄρμη impetum significant.

N. 10. *Athos... Lemnum.* Solinus, cap. 21, in mea Editione: *Cum Athos a Lemno sex et octoginta millibus passuum separetur.* Plinius, lib. II, cap. 7: *Ab ea (Imbro) Lemnos XXII m., quæ ab Atho LXXXVII m. p. Circum patet cxx m. p.*

N. 11. *Parnassus.* Parnassum non esse montem Thessaliæ dixi ad cap. 4, num. 12. Non longe a Delphis in Phocidæ est Parnassus, de cujus duplici vertice plura Cellarius, lib. II, cap. 13, sect. 9.

N. 12. *Ceraunii... montes.* Sunt ipsa *Acroceraunia*, sive *Ceraunia*, de quibus n. 6.

N. 13. *Apenninus.* Nonnulli volunt scribi *Apenninus*, ut origines a *Pæno* Hannibale indicitur. Repugnat communis usus. De Alpibus *Pænnis* dictum jam ad cap. 4, num. 16.

N. 14. *Gehenna.* Vocem Hebraicam esse non ignorabat Isidorus, qui cap. 9, n. 9, rem ipsam ex sancto Hieronymo explicat. Voluit tamen ex allitteratione *Ætnæ*, et *gehennæ* in memoriam hominum revocari ignem inferorum.

N. 16. *Solorius.* In Hispania mons altissimus a Plinio, lib. III, cap. 1, commemoratur, sed hoc quidem nomine a Mariana inter celebriores Hispaniæ montes non exprimitur.

N. 17. *Implevit Atlantem.* Lucanus, in mea Editione, *implevit Atlantem*. Calpe Hispanice nunc est Gibraltar.

N. 18. *Aerias Alpes.* Ovidius, II Metam., 226: *Aerique Alpes.* Pro quovis monte excelso *Alpes* et *Alpen* in singulari multi usurpant, Silius, Prudentius, Sidonius, Ausonius, Fortunatus, et alii, plena manu congesti a Ducangio in suo Dictionario. Bochartus, Chan. lib. I, cap. 42, n. 7, advertit plerisque visum *Alpes* dici ab albedine nivium, non tamen de nihilo alios Alpen montem excelsum explicare, cum et *Alcesum* Gallicæ souerit, et *pen* collem, aut verticem montis.

N. 19. *Colles.* Alii censent a *colendo* nuncupari. Etymologiam Isidori confirmat Statius, qui per similitudinem, IX Theb., vers. 643, vocavit *frondea colla Parnassi* juga vertici subjecta. Vide not. ad cap. præc. num. 1. Pro *præminentiora*, aut *præminentiore*

(utroque enim modo scribitur), malim *prominentiora*; et ita scribitur lib. 1, n. 376, Differentiar.

N. 20. *Juga*. Montium præcipue dicuntur de continuo montis cacumine. Cæsar, lib. 1 Bell. civil., cap. 70: *Ut mutata itinere, jugis Octogesam perueniret.*

N. 21. *Tumulus*. Quia sæpe pro sepulchro ponitur, Isidorus advertit *tumulum* etiam esse terram congestam, ubi nulla memoria est. Vide lib. xv, cap. 11, num. 2, et notam Vulpii ad Tibullum lib. iv, carm. 1, vers. 204:

Quia etiam mea cum tumulus contexerit ossa.

N. 22. *Quasi vulva*. Quia vallis reducitur, et quasi dissecatur a monte; hinc *vallis reducta* apud Virgilium, Horatium et alios.

N. 23. *Campus*. Alias etymologias *campi* Becmanus suæ explicat.

N. 25. *Arbores exsiliunt in altum*. Alii, ex Varrone, lib. iv de Ling. Lat., cap. 4, colligunt *saltum* dici, quod in eo pecora *saliunt*. Alii nomen derivant ex Græco *ἀλωος*.

N. 27. *Ubi venti frangebant*. Fortasse, *ubi venti frangebantur*: Apud Festum nonnulli legunt *constant pro confluenti*. Aliud sunt *confluges*, de quibus Nonnius, cap. 1, num. 311, et Livius apud eundem: *Confluges, ubi conventam campum totum inhumigant*. Al., *ubi conventus*.

N. 30. *Lucus*. Videri potest Joannis Rhodii *Descriptio luci antiquissimi sacrificiis destinati*.

N. 33. *Quod sine munere*, quia olim *mœnia* et *mœnera* pro *munia* et *munera* scribebantur.

N. 35. Non mala est originati aliorum, quod *opacum* sit ab *Ops*, *Opis*, quæ terra est, filia Cæli et Vestæ, ut in fabulis narratur.

N. 36. *Et lubricum dicitur, non quod*. Isidorus fortasse scripsit *lubricum dicitur non solum quod labitur, sed, etc.* Grialius tamen vulgatum lectionem tuetur.

N. 38. *Navalia*. *Na*: ale metaphorice dicitur *testrimum*, quia ibi veluti texuntur naves. Servius ad *Æn.* xi, vers. 326, citat versum Ennii in hanc sententiam.

N. 39. *Statio*. Qualicumque loca etiam inculta, *navibus* ad quiescendum apta, *stationes* vocabantur. Vide Schefferum, de Milit. naval., pag. 210.

N. 40. *Baia* *baias*. Non invenio apud lexicographos *baia*, *baias*. Atqui Isidorus id ex antiquiore aliquo sumpsit. In auctario Ducangii est *baia*, *sinus*, ex instrumento sæculi xiii.

N. 42. *Margo est pars*. Fortasse deest *extrema*, scilicet *Margo est pars extrema cujuslibet rei, etc.*

CAP. IX. Num. 5. *Barathrum*. Græca vox est, a Latinis deinde adoptata.

N. 11. *Hinc ibi*. Nonnulli Editi *hinc illic*. Genium videtur *hinc ibi*, quamvis minus Latinum sit *ibi* pro *illuc*, aut *illic*, aut *eo*. Antiquus Codex Vat. 623, *pro eo dicuntur, quod animæ hinc ibi feruntur*. Isidori sententiam de inferorum sede in medio terræ probat Petavius, tom. III Theol., lib. iii, cap. 5, num. 6.

#### LIBER DECIMUS QUINTUS.

Cap. 1. Num. 1. (*Sallustius*). Loc, cit., ait: *Urbem Romanam... Trojani, qui, Ænea duce, profugi sedibus in artibus vagabantur, cumque his Aborigenes.*

N. 2. *Nec historicos, etc.* Eadem sententia, lib. ix, cap. 1, num. 38, Isidorus ex Servio non solum hanc sententiam, sed etiam ea quæ num. 1 præcedunt, sumpsit.

N. 4. *Babylonem*. Scriptores profani aliam originem Babyloni tribuunt, ut videri potest apud Cymetum, in Dict. bibl. Raderus, in comment. ad Martialem, pag. 49, varias auctorum sententias colligit, ac confert, de conditore, seu conditoribus Babylonis.

N. 5. *Salem*. De nominibus *Jerusalem* vide not. ad cap. 3, lib. 14, num. 21. De vera ejus etymologia multa viri eruditi, quæ persequi non vacat. Vide

A Exercitationem Georgii Gasparis Kirchmajeri Viitebergæ editam anno 1676, lib. v, cujus priora capita aliquot sunt de rebus moribusque Judæorum.

N. 6. *Dionysius, qui et Liber*. Justinus, l. xii, cap. 7, *Bacchum Nysam conditorem* vocat. Alii *Bacchum* in ea urbe genitum, atque inde etiam *Dionysium* vocatum asserunt.

N. 7. *Mediam*. *Media* est regio, de qua lib. xiv, cap. 3, num. 41. De *Media* urbe Bochartus, Phal. lib. iii, cap. 14, videodum, qui observat fuisse urbem provinciæ cognominis, dictam etiam *Medenam*, et *Hammedena*, hodie *Hamadan*.

N. 8. *Persepolis* urbs, sive *Persæpolis*, Persidiæ propriæ caput fuit. *Persidæ* vocabulum apud antiquiores geographos non invenio.

N. 10. *Susis*. Latine dici solet *Susa*, *Susorum*, cujus urbis novum conditorem fuisse Darium Hytaspis filium tradit Plinius, lib. vi, cap. 27. Quod ait Isidorus *Susis oppidum*, accipi potest eo sensu, quo nomina urbium sequiori ævo velut indeclinabilia interdum enuntiabantur per sextum casum, aut per quartum, ut *oppidum Centumcellis*. Vide Prudentiana mea, pag. 185, num. 212, in not. Grialius in not. ediderat ex Mss. Gothicis *Menonis patrem*; sed *Menonis* fortasse error typographicus est; ideo restitui *Memnois*. Nunc *Susorum* nomen est *Tousther*, vel *Schouther*, metropolis *Kusiston*.

N. 11. *Bactrum*. De Bactro, lib. xiv, cap. 3, num. 30.

N. 12. *Carræ*. Nomen magis usitatum in plurali est *Carræ*, *Carrarum*. De Carris, urbe Mesopotamiæ, Lincanus, lib. i, vers. 407. *Carras* urbem Arabiæ dixit Plinius, lib. v, cap. 24: *Arabia, supra dicta, habet oppida Edessam... Carras cæde Crassi nobiles*. Intelligit partem Mesopotamiæ, quam Arabes incolebant, cui asserit *ungi præfecturam Mesopotamiæ*, hoc est, Mesopotamiæ proprie dictam. In sacra Scriptura scribitur *Charan*, *Charran*, et in Vulgata *Haran*. Sed multi tamen negant *Haran* esse Carras Mesopotamiæ. Varias hinc inde sententias ad examen revocat Cellarius, lib. iii, cap. 15.

N. 12. *Edessam... Philadelphiam*. Edessam a Seleuco Magno, Syriæ rege, conditam Hieronymus in Chronologico testatur. *Arach* urbs a Nembroth condita ex Genes. x, 10, a nonnullis creditur esse *Aracca* in Susiana ad Tigrim. *Chalannen* nonnulli eruditi fuisse putant *Callinicum*. *Philadelphia* aliquando Arabiæ, aliquando Cœle-Syriæ tribuitur: metropolis fuit Ammonitarum. *Raphaim* seu *Rephaim* erant gigantes, in quos Abrahami ætate Chodorlabomor exercitum movit, ex Genes. xiv. Cur autem dicit Isidorus gentem hanc *Raphaim* a filiis Loth Interfectam, non video.

N. 15. *Damascus*. De conditore Damasci incerta est fama. Justinus, lib. xxxvi, hanc urbem a *Damasco* conditam narrat, cui in regni administratione Abrahamus secundus successit. Alii conditorem Abrahamum dicunt, qui nomen fecerit ex *Damasco* filio sui dispensatoris, sive æconomi; de quo Genes. xv, vers. 2. *Dixitque Abram... Filius procuratoris domus deus iste Damascus Eliezer*. Alii alia conjiciunt, ut videre poteris in Exercitatione supra laudata Kirchmajeri. Scribitur etiam *Laodicea*, *Apamea*.

N. 16. *Gaza*. Nomen est Hebræum *Aza*, seu *Haza*, ex quo factum *Gaza*.

N. 17. *De qua superior*. Ubinam? Fortasse Isidorus hæc verba sumpsit ex aliquo, cujus nomen intercedit, ut sæpe ab ipso factum suspicor. *Philistim*, aut *Philistinum*, non urbis nomen est, sed ita vocatur *Philistæi*, a septuaginta Interpretibus *allophill* nuncupati. *Asalon* urbs fuit in regione Philistæorum. Apud Grialium erat *Cestoin*: reposui *Chastuin*, secutus Vulgatum, Genes. x, 14: *Et Phetrusim, et Chastuin, de quibus egressi sunt Philistim et Caphthorim*. Vide lib. ix, cap. 2, n. 20 et 58.

N. 18. *Dor*. Urbs ab Hieronymo in epitaph. Paula commemoratur: *Mirata ruinas Dor, urbis quondam potentissimæ*.



N. 19. *Joppa*. Nonnulli conditam putant a Cephæo, A qui nomen ex uxore sua *Jope* imposuit. Hieronymus, in cap. 1 *Jonæ*, et in Epitaph. Paulæ testatur etiam de vestigijs vinculorum Andromedæ, quod Josephus, Mela, Plinius et alii simili modo confirmant, sed ita ut rem fabulosam esse agnoscant.

N. 20. *Ozam de Bethel*. Bonfrerius in not. ad Hieronymum advertit non recte *Ozam de Bethel* appellari, qui fuit *Hiel de Bethel*, ex III Reg., xvi, 34.

N. 21. *Sichima*. In Evangelio corrupta voce *Sicher* dicitur. Emor alibi scribitur *Emmorj*, et in Vulgata *Hemor*, Gen. xxxiv, 2. Hieronymus, in Onomast., indicat Neapolim a veteri *Sichem* aliquantulum loco disjunctam fuisse, cui recentiores nonnulli consentiunt.

N. 22. *Vere hic domus*. Vulgata: *Non est hic aliud, nisi domus Dei et porta caeli*. Bonfrerius in not. ad libr. Hieronym., de Loc. Hebr., sive Onomast., censet fuisse duo loca vicina: *Bethel*, quæ prius *Lusa* dicebatur, fortasse in tribu Ephraim, et *Bethel* in tribu Benjamin, ubi Jacob visionem scalæ habuit.

N. 23. *Bethlehem nomen*, etc. Bonfrerius, in not. ad Onomastic. Hieron., conjicit nomen hoc inditum fuisse a *Bethlehem*, filio viri Ephratæ, cujus sit mentio I Paralip. II et IV.

N. 24. *Ipsa est et Mambre*. Non ipsa civitas *Chetron*, sive *Hebron*, sed vallis subjecta *Mambre* dicebatur, ut Bonfrerius alique censent. Vide interpretes ad cap. xxxv, 27 Genes.: *Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre, civitatem Arbee; hæc est Hebron*. Civitas *Arbes* appellabatur *Chariatharbe*, quod idem sonat, scilicet *civitas Arbee*, aut *civitas trium*.

N. 25. *Sennacherib rex*, etc. Hæc reformanda sunt; nam *Samaritam* urbem condidit Amni rex Israel, empto monte a *Semer*, montis domino, a quo et nomen urbi imposuit, ut constat ex III Reg., xvi, 24, et Josepho, lib. vii Antiq. Judaic., cap. 18. Pro *Sebastiani* reponi poterit *Sebastem*; nam *Sebaste* nomen est Græcum pro *Augusta* impositum. Vide Calmetum, in Dict. bibl., et Bonfrerium, in not. ad Onomast. Hieron.

N. 26. *Tiberiadem*. Ab Herode Antipa condita fuit. Vide Josephum Antiq. Jud. lib. xviii, cap. 3.

N. 27. *Tyrus*. Condita fuit post Sidonem, de qua num. seq., ab ipsis Sidoniis Phœnicibus.

N. 28. *Sidon*. Plinius lib. v, cap. 19: *Sidon, artifex vitri, Thebarumque Bœotiarum parvus*.

N. 30. *Carthadam*. Servii verba ad IV *Æn.*, vers. 670, sunt: *Carthago ante BYSSA, post Tyros dicta est, post Carthago a Cartha oppido*. Solinus aliud innuit, scilicet ab *Elissa Carthadam*, seu *civitatem novam* vocatam, cum primum condita fuit. *Mox*, ait, *sermone vero in verbum Panicum, et hæc ELISSA, et illa Carthago dicta est*.

N. 31. *Vestigia erris*. Fortasse intelligit pyramides Memphis. Raderus, ad Martialem, pag. 18 et seq., ex Belonio et aliis, plurima de pyramidum forma et causis affert.

N. 32. *Tanis*. De prodigijs Moysis in campo *Taneos palm*. Lxxvii, 42 et 43. Bonfrerius, in not. ad Onomast. Hieron., asserit *Tanis* eandem esse urbem ac *Taphnis*, de qua Jeremias XLIII, 9. Calmetus in Dict. bibl., duas diversas urbes statuit.

N. 33. *Solis civitas*. Quia templum Solis habebat, ut ait Strabo lib. xvii. De ea Ptolemæus, Stephanus de urbibus, Plinius, et alii præter scriptores sacros.

N. 35, not. *Ex Solin. c. 35*. Grialius Solini locum allegavit ex cap. 45, in erratis corrigendis notavit legendam 35, uti in ejus nota edo. Sed in mea Editione est caput ipsum 45, quod Grialius mutari jussit. De *Cadmo*, Thebarum conditore, supra num. 29, et infra, num. 46.

N. 39. *Homero poete patria*. Ita plerique poetas sentiant, Locanus, Silius, Claudianus, Sidonius et alii. Et *Smyrnci* quidem delubrum Homeri in oppido suo dedicaverunt. Sed multi sibi Græciam populi Homerum civem suum sibi vindicant, et adhuc sub judice lis est. Exstat Leonis Allatii liber de patria Homeri.

N. 42. *Ut receptaculum sibi*, etc. Hæc verba Orosius, lib. III, cap. 13, de Philippo, rege Macedonum, refert: *Ut illi emolumento necessarii maritimam urbem ratus Byzantium, nobilem civitatem, apertissimam judicavit ut receptaculum sibi terra marique fieret, eamque obsistentem illico obsidione cinxit*. Orosius, loc. cit. a Grialio, pauca alia habet de Constantinopoli. De *Byzantii* nomine vide Eustathium in Dionysium, vers. 804. *Byzas* dux Megarenium Byzantii conditor creditur; et in nonnullis veteribus Byzantium nummis apparet nomen *BYZAC* cum senili capite galeato.

N. 47. *Sparta*. Nomen urbis est etiam *Lacedæmon*; inde *civitas Lacedæmonia*. Apud Orosium præcedunt hæc verba: *Sciendum tamen est maxime ipsam esse Spartam*, etc.

N. 48. *Pelops*. A *Pelope* quidem *Peloponnesus* est dicta; an autem aliqua urbs ab eo condita fuerit *Peloponnesi* vocata, non liquet, neque apud veteres geographos vocabulum urbis *Peloponnesi* mihi reperire contigit. Rhodam urbem circa *Peloponnesiam* bellum ab eodem architecto a quo conditus fuit *Piræus*, Strabo, lib. xiv, conditam refert, in quam cives *Ialysi*, *Camiri*, et *Lindi* fere omnes coiverunt. De *Thessalonica*, lib. xiv, c. 4, n. 12. *Thessalia* urbs a *Thessalo* condita nulla mihi occurrit; ac solum notandum discrimen, quod *Thessalia* aliquando universam regionem significat, aliquando partem ejus, quæ proprie *Thessalia* et *Thessalotis* dicitur.

N. 49. *Brundisium*. De *Brundisio*, seu *Brundisio*, lib. xiv, cap. 4, num. 23.

N. 51. *Qui victor*. Præstitit legere cum Solino, cap. 8, *quia victor*, etc. Nam Solinus *Pompeios* oppidum dictum ait ex *pompa bonum*; quod, imperatore Nerone, terræ motu desedit, imperatore Tito, *Vesuvii* cineribus prorsus obrutum fuit.

N. 55. *Tunc pater Evandri*. Virgilius ait: *tunc rex Evandrus*; atque ita etiam *Ialidorus* num. 4 hujus cap.

N. 56. *Hostem moraretur*. Fortasse quia a nonnullis scribitur *Hostia*. Sed verior se lectura est *Ostia*; et initio quidem, ut videtur, *Ostia*, *Ostiorum* tantum dicebatur; deinde etiam feminio genere *Ostia*, *Ostia*.

N. 58. *Vera postmodum*. Fortasse *veræ* postmodum, etc. Servius, ad *Æn.*, vers. 9, tradit *Apollinæ* partem, quam *Diomedes* tenuit, *Messapiam* et *Peuceciam* a duobus fratribus dictam. Plinius, lib. III, cap. 11, innuit *Calabrum* vocatam *Peuceciam* a *Peucetio* *Oenotri* fratre.

N. 59. *Manto... Mantum*. Affi dicunt *Ocnium*, filium *Mantis*, *Mantum* condidisse. Vide Virgilium, lib. x, vers. 199, et Servium, ibid. *Ocnus* *Bianor* quoque dictus fuit. Virgilius, eocl. 9, vers. 59.

... Namque sepulcrum incipit apparere *Bianoris*...

In mss. Codicibus facile *m* et *n* inter se commutantur, et confunduntur: hinc *manes* pro *inanēs*, et contra. Hoc tamen loco *Mantus*, vel *Mantua* etymologia, exit *manes* potius quam *inanēs*, quod exstat in Editis.

N. 60. Urbis usitatum nomen erat *Parthenope*, quæ ab una *Sirenium* *Parthenope* ita vocata fuit. *Neapolis* vocabulum urbi accessit nova colonis auctæ, cui respondet *Palæopolis*, pars, ut videtur, vetustæ *Parthenopes*, de qua Livius, lib. viii, cap. 22.

N. 62. *Phalantus*. Ex Servio, ad lib. III *Æn.*, vers. 551, hæc ita reformanda, aut explicanda sunt: *Phalantus, octavus ab Hercule, Parthenios, seu Parthenias duxit in oppidum, quod Taras Neptuni filius fabricaverat, Tarantum inde appellatum*. De *Parthenis* vide lib. ix, cap. 2, num. 81.

N. 63. *Phocæenses*. In libris editis erat *Phocenses*; restitui *Phocæenses*. Etsi enim Lucanus non semel *Phocæenses* seu *Phocæos* confundit cum *Phocensibus*, et *Massiliæ* originem *Phocensibus* tribuit, tamen plerique veteres clare *Phocæenses*, hoc est, civibus *Phocææ* urbis *Asiæ* in *Ioniam* hanc laudem ascribunt. Vide Valesium, ad *Ammianum*, lib. xv, cap. 9, *Celularium*, etc. De *Massiliensibus* trilinguis commen-

tatio Christiani Guil. Franc. Walchii edita fuit tom. A III Actor. Soc. Lat. lenensis. Ab Isidoro hoc loco Gallica seu Gallorum *feritas* notatur. Lib. ix, cap. 2, num. 101, *Francorum feritas*; et num. 105, *Galli natura feroces* dicuntur.

N. 65. *Tarracnem*, etc., ex Solino, c. 36.

N. 66. *Cæsaraugusta*. In nonnullis etiam ex nostris Mss. deest hoc *Cæsaraugustæ* elogium; ac probabile mihi est a Braulione ad sui exemplaris marginem adjectum; quod alii deinde in textum coniecerint. Codices quidem duo Toletani cum Editione Grialii consentiunt, uti etiam Palatinus 281, antiquissimus, Palat. 282 et 283, Urbinas 100, et alii. Desideratur elogium *Cæsaraugustæ* in Regiovat. 212 et 1953, in Urbin. 479, in Ottob. 343 et 404. Quod dicitur *Cæsaraugusta florens sanctorum martyrum sepulturis*, petiit id videtur ex Prudentio, Peristeph. hymn. 4, ubi xviii martyres *Cæsaraugustani* concelebrantur.

N. 67. *Sub Hannibale*. Florezius corrigebat *sub Hasdrubale*, ut dixi in Isidorianis, cap. 47, num. 23, ubi totum hunc locum explicui. Mss. constanter *sub Hannibale*.

N. 69. *Dicuntur*. Correxerunt *dicuntur* pro *dicunt*, quod per errorem, ut puto, Grialius edidit.

N. 70. *Olyssipona ab Ulysse*. In veteribus inscriptionibus apud Gruterum scribitur *Ulisipo*. Alii præferunt *Ulyssipo*, quia ab *Ulysse* cum Solino tenent eundem. *Olyssipona*, aut *Ulyssipona*, ad sequiora tempora pertinet.

N. 71. *Hispalis*. Ex *palis* videtur Isidorus nomen *Hispalis* deducere. Florezius, tom. 9 Hisp. sacr., pag. 8, cum Aria Montano, et Bocharto præfert etymologiam *Hispalis* ex voce Phœnicia *sephela*, vel *spelu*, planitie. Olim scribebatur *Spalis* pro *Hispalis*, uti *Spania* pro *Hispania*.

N. 72. *Gades*. Bochartus, lib. iii Phal., cap. 7, advertit *Gadira* septem, vel septem, explicare Plinium, Solinum, Avienum, et Hesychium.

N. 74. *Sala*. Solinus, cap. 37: *Sala oppidum imminet Salæ flumini*.

N. 77. *Cyrene*. Cyrenes conditor creditur fuisse Battus, ex Strabone, Pausania, Justino, Silio Italico, etc. Vide Cellarium. Dicitur etiam *Cyrenæ*, *Cyrenarum*.

CAP. II. Num. 3. *Ab orbe*, etc. Ex Servio, ad I Æn., vers. 16.

N. 4. *Ideo autem*, etc. Exstat Crollii dissertatio super publica cæremonia qua urbes condebantur, edita Lipsiæ 1745, qui Isidorum, argumentumque hoc illustrat.

N. 5. *Ab oppositionis murorum*. Ex Servio, ad ix Æn., vers. 608.

N. 6. *Oppidum autem magnitudine*, etc., ex Servio loc. cit. Idem docent Varro, Tullius et alii. Quod autem *oppidum* sit ab *ope*, Varro quoque et Pomponius Iureconsultus comprobant.

N. 10. *Municipium*. In municipio definiendo non satis inter se consentiunt veteres, Festus, Gellius et alii.

N. 12. *Vicus*. Recentiores vici originem Hebraicam aut Græcæam investigant: Varro a *via* derivat.

N. 13. *Casam altam*. Non magis placet, quod alii dicunt, *castrum* esse a *casum*, ut domicilium non stabile notet.

N. 16. *Suburbana*. Malim *Suburbia*, et *civitati*.

N. 18. *Mænia*. Servius, ad xi Æn. vers. 567: *Sciendum autem mænia abusive dici omnia*, etc.

N. 19. *Turres*. Græcum quoque est.

N. 22. *Porta dicitur*, etc. Confer Catonis verba, num. 3.

N. 26. *Subvolamina*. Grialius in textu quoque edidit *subvolamina*, quod ex conjectura in not. restituendum putat. Excusi veteres habent *subvolamina*, al., *subvelamina*. Papias: *Vel quia sub volumine sunt*. Ducangius *imbolum* vel *embolum* ait esse urbis angiportum: qua voce Byzantini porticus, quæ in

urbe sparsim erant, appellabant ut plurimum; mox vox ipsa regionibus, in quibus eæ porticus erant attributa fuit.

N. 27. *Forus... a Phoroneo lege... Pro rostris*. Bignæus hanc fori definitionem tuetur, ut ex ejus verbis patet, productis in Isidorianis, cap. 35, num. 8. Hæc fere ipsa repetita sunt lib. xviii, cap. 15, ubi mentio *Phoronei* regis omittitur, et scribitur *Pro-rostra*. Grialius, in not., exhibet *Rostra vocantur*, cum in textu ediderit *Pro-rostra*. Nomen est *Rostra*: sed aliquando additur præpositio *pro*, quæ seorsum scribenda est, ut *sedens pro Rostris*, etc. Sic in *Rostra*, e *Rostris*, de *Rostris*, etc. Schwartzius in dissertatione de rostris fori Romani ex hoc Isidori loco aliisque aliorum disputat contra eos qui putant non idem esse *dicere pro rostris*, ac *dicere in rostris*, seu *super rostra*, qui etiam rostrorum, siye loci qui *rostra* dicebatur, formam ex veteri nummo illustrat.

N. 34. *Theatrum*. De theatro, lib. cit. 18, cap. 42.

N. 37. *Pharus*, etc. Hæc eadem repetuntur lib. xx, cap. 10. Montauconium, tom. III Supplem. Antiquit. explic., lib. iv, cap. 3, contra etymologias *Phari* ab Isidoro, Liceto et Isacco Vossio productas, contendit turrim *Pharon* ita vocatam ab insula *Pharo*, sic nomine *Ægyptio* appellata antequam turris vel ignis æcenus in illa conspiceretur. Homerus meminuit *Phari* insulæ. Nic. Antonius, lib. v Bibl. veter. Hisp., num. 95, Isidorianum *Phari* etymon, quod Joannes Schefferus, lib. iii de Re navali in Addendis, pag. 537, reprehendit, non spernendum esse, ex Martini opinione, in Lexico ostendit.

N. 38. *Cochleæ... qualis est Romæ*. Romæ celebrior est columna Trajani, de qua Eutropius, ubi de Trajano loquitur: *Ossa collata in urnam auream in foro, quod ædificavit, sub columna sua sunt, cujus altitudo cxi pedes habet*. Isidorus loqui videtur de columna Antonini, cui plerique scriptores antiqui, et recentiores, ipsos clxxv pedes assignant, ut notat Eschinardus in descriptione Romæ, part. ii, cap. 1. *Cochleæ* vero dicuntur, quia Græcæ *κοχλίας* est limax.

N. 40. *Balneis*. Joachimus Kubnius, in dissertat. de lotionibus et balneis Græcorum, rejicit etymologiam *balnei* ab Augustino et Isidoro prolatam; nam, ut existimat, Græci dicere debuissent *βαλάναι*, non *βαλάνιαι*. Confer Suidam.

N. 42. *Popina*. Alii *popinam* dictam a *Popa*, qui erat sacrificulus, victimarum venditor. Certe *propino* est Græcum *προπινω*, *præbibito*, *præ-gusto leviter vinum, alterius offero*. De veteram *popinis* exstat commentatio tom. III. Act. Soc. Lat. lenensis, pag. 268.

N. 45. *Telonium*. Apud Tertullianum, de Idol., cap. 12, et de Baptism., cap. 12, occurrit etiam vox *telonium*; sed nonnulli legunt *teloneum*, uti apud Nonium, c. 1, num. 65, *telonearius*, pro quo alii habent *telonarius*.

N. 46. *Carcer*. Servius suam *carceris* etymologiam ab *arcendo* repetit, ad lib. v, vers. 145: *Carceres... ostia, quibus equi arcentur, unde et carceres, quasi arcenes, secundum Varronem*. Utramque notationem Isidorus conjunxit lib. v, cap. 27, n. 13.

CAP. III. Num. 2. *Edem*. Beckmanus: *Edes*, ait, *Servio ab EDENDO, Varroni, lib. iv ab ADITU, Festo ab EDITO, aliis, quod inibi xvum agatur*. Hæc, aliæque rejicit, neque meliora ipse exprimit ex Hebræa et Græca lingua.

N. 4. *Atrium*. Florezius, tom. XIII Hisp. sacr., tract. 41, cap. 9, num. 9 et seqq., observat atrium episcopi a Paulo Diacono sæpe adhiberi pro *adibus* episcopalibus; et hanc significationem a Ducangio prætermittam ex hoc Isidori loco comprobat. Per synecdochen ab Ovidio quoque atrium de totis *adibus* accipitur, ep. 16 Heroid., vers. 184:

Nec capient Phrygiæ atria nostra surus.



*Atrium* quidem proprie erat locus intra spaciosas aut nobiles ædes porticibus cinctus, et aream habens sub dio patentem. Servius docet, ad 1 *Æn.*, vers. 750, in atrii fuisse culinam : *Ibi et culina erat, unde et atrium dictum est, quod atrum erat ex fumo.* Isidorus addidit et *lychno*, fortasse quia Servius paulo post explicat hanc vocem ; interpretatur eam versum illum :

Atria dependent lychni laquearibus altis.

Ego præterea existimo atria fuisse atra ex igne, quem hiemis tempore servi accendebant, ut se calefacerent ; quod colligitur ex Evangelio Marci xiv, 54 : *Petrus autem a longe secutus est cum usque intro in atrium summi sacerdotis, et sedebat cum ministris ad ignem, et calefaciebat se.* Raderus, ad Martial., pag. 25, docet, ex quorundam sententia, atrium dictum quod atrum esset ex fumo propter locum et culinam, quæ apud Romanos in atrio erant.

N. 5. *Palatium.* Proprie erat mons Palatinus, de cuius originatione plura Varro, Servius, Scaliger et alii. *Ædes* in eo sumptuosiores similibus domibus nomen *palatii* dederunt.

N. 6. *Thalassus.* Vox Græca est. De *Talasso*, seu *Talassione*, mira est dissensio inter veteres. Nuptiarum deum præsidem fuisse nonnulli opinantur. Cum aspiratione quidam scribunt *Thalassum*.

N. 8, not. *Ipsam basilicam.* In verbis Servii reposui ipsam basilicam ex mea Editione. Grialius edidit ipsum.

N. 9. *Cella dicta.* Apud Grialium erat *cellas appellaverunt* ; in mea Servii Editione *cellam*. *Cubile* aliquando dicitur de cubiculo, in quo cubamus et dormimus ; *cubiculum* vero interdum sumitur etiam pro conclavi, in quo per diem manemus.

N. 10. *Hospitium.* In altero ex duobus meis exemplaribus Editionis Grialianæ est *hospitum*, uti etiam in exemplari quocum collati sunt Mss. Gothici Tolletani. Verum in altero meo exemplari recte est *hospitium* ; ex quo comprobatur diversitas exemplarium Editionis Grialianæ in nonnullis quam antea indicavi. Etymologia verbi *metor*, *metaris*, rectius petitur a *metior* ; nam *metator* agmen prægressus, locum ponendis castris *metitur*.

N. 11. *Magniana.* Hæc fere sunt quæ nunc Romani vocant *mignani*. Isidorus *materies*, seu *materias*, et mox *materia* accipit de lignis, ut clarum est ; nam distinguit a lapide. Hispani vocant *madera*. Hanc *materies* significationem apud Plinium, Columellam et alios reperire licet.

N. 12. *Lavantem.* hoc est, *se lavantem*. Nam *lavo* activa voce pro passiva sæpe usurpatur, quod exemplis veterum constat.

N. 13. *Languoribus atque inedia.* Apud Grialium Hieronymi verba ita exhibebantur : *Languoribus et media misericor. membra soveret.*

CAP. IV. Num. 5. *Monasterium.* Discrimen inter *monasterium* et *conobium* ab Isidoro ex Cassiano traditur lib. II, cap. 76. Consentiant sanctus Hieronymus, sanctus Anastasius, sanctus Nilus, a Ducangio indicati.

N. 7. *Templi* etymologiam Græcam alii querunt ; alii a *tuoendo* deducunt. Nam *contemplatio* potius a *templo* originem trahit. Destructa idololatris, *templi* nomen ecclesiis Christianorum accommodatum fuit. Forma templi Christianorum eadem esse solebat atque illa quæ a Vitruvio describitur. Cardinalis Bona, *Rec. liturg.* lib. I, cap. 20 : *Usus frequentior et rationi victior habebat in Orientem orantes converti.* Huc pertinet cap. 57, lib. II constit. Apostolicæ. Qui antiquitates Christianas exponunt, exemplis adjectis probant non omnes veterum Christianorum ecclesias in eam formam constructas fuisse.

N. 8. *A Fanis.* Fortasse hac de causa Christiani *fanis* vocabulum suis ecclesiis imponere noluerunt. Quanquam Varro et Festus *fanum* a *fando* deducunt,

A quod pontifex in dedicatione templi certa verba *præfari* solebat.

N. 9. *Delubra.* In *delubri* etymo explicando Varro, Festus, Cornelius Fronto, Asconius, et alii, in varias abeunt sententias. Christiani certe a *delubri* nomine in suis appellandis ecclesiis fere semper abstinuerunt. Schurzfleischius, *Disput. histor. civil.* 53, num. 1, apud Isidorum, uti apud Asconium Pedianum et Servium, legendum ait a *deluendo*, non a *diluendo*, ut alii Codices habent. Præpositiones *de* et *di* in compositis passim confunduntur ; neque sæpe unam potius quam alteram asserere licet. Usus autem statuendi fontes ante ingressum templorum mansit etiam apud Christianos, ut Deum adoraturi manus ante abluerent. His fontibus successit aqua lustralis, seu benedicta.

N. 10. In *delubris.* Occasione *delubri* agit de fonte baptismatis, seu baptisterio, quod a nonnullis *delubrum* vocabatur, ut ex Ducangii dictionario apparet. Loc. cit. apud Grialium, lib. II *Officior.*, c. 25 (male erat apud Grialium cap. 24), deest verbum in *delubris*. Reliqua sententia, ut ex not. ad eum locum liquet, desumpta est ex epist. ad Rusticum Narbonen. de septem gradibus Ecclesiæ sancti Hieronymi, tom. IX, ut necesse non sit ad Tertullianum provocare. De baptisteriis Christianorum quædam indicavi in commentar. ad hymn. 8 Peristeph., ut aliis in locis ad Prudentium. Isidorus, ex Hieronymo, astruit tres gradus in descensu ad baptisterium fuisse.

N. 11. *Basilicæ.* Nonnulli putant *basilicæ* nomen ecclesiis adhæsisse, quia Constantinus multas basilicas in ecclesiarium usum concessit.

N. 12. *Martyrium* Græco. *Memoria* Latine erat ecclesia super alicujus vel aliquorum martyrum sepulcrum constructa. Sed proprie locus ipse sub altari principe, in quo corpora sanctorum martyrum requiescunt, *martyrium*, seu *confessio*, appellatur. Hinc *confessio* sanctorum apostolorum in templo Vaticano, *confessio* sancti Laurentii, etc. Vide comment. ad hymn. 2 Peristeph. Prudentii, vers. 527, 528.

N. 13. *Aram... Imprecatio xaxapa.* Legebatur olim *imprecatio Saturna* dicitur. Locum Grialius restituit uti apud Servium exstat ; neque erat cur nostro demum tempore Arntzenius, cap. 6 *Miscellan.*, cum Josepho Wase, ad Sallustii fragm. histor., pag. 224, in veteribus Isidori Editionibus emendandis laboraret. Sed plerique, Editionis Grialianæ ignari, inane operam interdum sumunt, ut actum agant. *Aram* autem pro altitudine et eminentia loci aliquando accipi, Bocmanus, ex Tertulliano, probat cum Josepho Scaligero, ad Auson., lib. II, cap. 23. Confer cap. 13, num. 16, hujus libri.

16. A *Tribuno* sedes ejus dicta fuit *tribunal*. Inde *tribunal* sacerdotis, sive episcopi in ecclesiis, de quo hic Isidorus, et Prudentius hymn. 11 Peristeph., vers. 225 :

Fronte sub adversa gradibus sublime tribunal  
Tollitur, antistes prædicat unde Deum.

Vide meum comment. ad hunc loc.

CAP. V. Num. 1. *Lectisternia.* Servius, ad lib. XII *Æn.*, vers. 199 : *Ubi homines in templo sedere, etc.* Proprie autem *lectisternium* erat sacrificium quo diis pulvinaria seu lecti sternerbantur, epulumque apponebatur. Neque Servii opinionem graviori aliquo teste comprobata video. Confer Ezechielem Spanhemium de usu numismatum, pag. 493, tom. II, et Philippum a Turre, veter. Antii pag. 318.

N. 2. *Donaria.* Dicebantur etiam dona, præsertim templis oblata.

N. 4. *Armarium.* Hinc vox Hispanica et Italica *armario* eadem fere significatione. *Armentarium* præcipue de loco dicitur ubi arma navalia, seu instrumenta navalia reponuntur. In verbis, quibus exercetur, supplendum, aut intelligendum *arma*. Servius,

a-1 Æn. iv, vers. 455: *Proprie enim arma sunt, quæ armos legunt.*

N. 6. *Promptuarium.* Scribitur etiam *promptuarium*; sed neutro modo apud antiquiores bonæ Latinitatis auctores reperitur, nisi adjective. Apuleius, Ansonius et alii æquales, substantive usurpant.

N. 7. *Ministeria mensarum.* Ita vasa escaria et potoria, quibus in mensa ministratur, vocat Lampri- dius, cap. 34, in Alex. Sev., et Paulus, Sentent. lib. iii, cap. 7. Servius, ad lib. i Æneid., vers. 708, non inter *promptuarium* et *cellarium*, sed inter *pe- quum* et *cellarium* discrimen assignat.

N. 8. *Entheca.* Non solum pro reposita rei sub- stantia sumitur, sed etiam pro ipso loco ubi reponitur. Sanctus Augustinus, serm. 42 de divers.: *Enthecā nobis habere non licet. Non enim est episcopi serbare curam.* Ubi *entheca* videtur accipi pro pecu- niæ repositorio.

CAP. VI. Num. 1. *Ergasterium.* In Cod. Theodos. est officina artificum operantium.

N. 2. *Ergastula.* Non omittenda sunt Lipsii verba, loc. cit. a Grialio, quibus Isidori sententia corrigitur et explicatur: *Primum non solum noxii, sed etiam empti servi innoxii ad ergastulum deputati. Deinde gladiatores nunquam. Sed nec de exsulibus assentior. Denique præcipuus ergastuli finis agricultio; sed et lapidum, et pistrini; et fortasse aquæ hauriendæ labor.* Eorum quidem qui ergastulo detinebantur proprium erat ut essent vincti. Apuleius in Apolog.: *Quindecim liberi homines populus est; totidem servi familia; totidem vinculi ergastulum.*

N. 3. *Cynæceum.* Erat pars secretior domus, in qua mulieres a viris secretæ debebant. Isidorus pec- ciliarem aliam significationem indicat.

N. 4. *Clibanus.* Verbum Græcum est. Species quedam furni mobilis ex aere, ferro, aut testa, *clibanus* dicebatur. Isidorus ex figura notationem nominis ostendit; erat enim *clibanus* in parte inferiori latior, in superiori angustior; adeoque in *erectione* *colligebatur*, *clivique* formam referebat.

N. 6. Ex aliorum sententia *furnus* est a *formo*; nam antiqui *formum* calidum dicebant.

N. 8. *Lacus.* Est a *λάχος* fossa. Translate accipitur pro vase amplo, in quo mustum expressum, aut in olei confectione amurca recipitur.

CAP. VII. Num. 2. *Vestibulum.* De *vestibuli* signifi- catione et etymologia fuse Gellius, lib. xvi, cap. 5. Ad rem nostram ait: *Vestibula appellata sunt spatia, sicut diximus, grandia ante fores ædium relicta, in quibus starent, qui venissent, priusquam in domum introuissent.* Præmiserat Gellius, quod re particula tum intentionem, ut *vetus, vehemens*, significat, tum minutionem. Servius contrario modo *vestibulum* explicuit per minutionem.

N. 5. *Fenestræ.* Servius, ad hæc Virgiliti verba iv Georg., vers. 298: *Obliqua luce fenestras tantum habet: Quæ ex obliquo lumen infundunt, ut in horreis cernimus.* Isidorus fortasse putavit fenestras proprie esse illas quæ lumen ex obliquo infundunt; nam post descriptionem addit, *eo quod lucem fenerent.*

N. 7. *Limen* verbum Græcum est, a quo *limitem* nonnulli deducunt. Confer infra, cap. 14, n. 2.

N. 8. *Postes et antæ.* Grialius in textu edidit *Postes et antæ*, in not. *Postes et antes.* Sed distingui debent *antæ* ab *antibus*. *Antæ* sunt pilæ lapideæ, aut columnæ structurales quadratæ ad latera ostiorum in frontibus ædium.

CAP. VIII. Num. 1. *Idem et cæmentum.* Ita usurpant Hispani *cimiento* pro fundamento. At *cæmentum* Latinis proprie non erat fundamentum, sed lapis cæcus in lapidicinis, aut fragmenta, ex maioribus saxis excisa, ad muros extruendos aut farciendos. Nonius, cap. 2, num. 179: *Cæmentia lapides non magni modi, quibus ædificia consurgunt.*

N. 2. *Paries.* Ex quorundam sententia est a *paro*, ex aliorum a *pareo*. Nonnulli ex Græco originem repetunt.

N. 5. *Camera.* Seu *Cimara.* Græcum verbum est, et utroque modo Latine scribitur.

N. 7. *Latine interpretatur LUCIDA.* Negat id Sa'ma- sius, Exercit. Plinian., pag. 1219, quamvis fateatur verum esse quod abis ecclesiarius, hoc est, *sacra- rium*, lumen per arcum acceperit. Certum Græce *ἀψίς* significat connexionem, et inde curvaturam rotæ, seu circulum illum ligneum quo radii infinguntur. Sed Isidorus fortasse deduxit ab *ἄπρω*, quod est *accendo*. Interpretationem Isidori ac fere verba exprimunt Walafridus Strabo de reb. ecclesiast. cap. 6, et Glossarium Camberonense ms. apud Rosweydim, in Onomastico, post Vitæ Patrum, qui fuse de hoc verbo. *Abis* disserit, et quatuor ejus significationes exponit, *curvaturam rotæ, arcum*, cui aliqua sit inscri- ptio, *locum editorem*, ubi sedet episcopus, et *cameram*, in qua reliquæ sanctorum conduntur. *Abis*, an *absida* dicatur, dubitabat Paulinus, epist. 12, ad Severum, quem fortasse Isidorus respexit: *In qua reque absidem factam indicavit. Sed de hoc ABSIDAM, aut ABSIDEM magis dicere debuerim, tu videris. Ego nescire me fateor, quia hoc verbi genus nec legisse reminiscor.* Utrumque fuit in usu apud scriptores ecclesiasticos; sed præferendum videtur *abis*.

N. 8. *Alii testudinem*, etc. Etiam id ex Servio sumptum, qui Ciceronis in Bruto verba refert, et addit: *Quidam TESTUDINEM locum in parte atrii volunt adversam venientibus.* Editi apud Isidorum, etiam Grialius, habent in *partem* pro *in parte*. Ser- vius in nica Editione locum Ciceronis imperfectum reliquit. Cicero in Bruto: *Commentatum in* \*; et additur: *Quidam*, etc., perinde quasi hæc etiam sint Ciceronis. Cicero in Bruto, cap. 22: *Omnibus exclusis commentatum in quadam testudina cum servis litte- ratis fuisse.* Arntzenius, ad lib. iv Sedulii, vers. 233:

Dumque sui media residens testudine templi.

Isidorum reprehendit, quasi suo nomine venditet, quæ Servio debet. Non igitur Arntzenius legerat Isidori præ- fationem, sive epistolam dedicatarium Etymologia- rum. Notandum vero quod Sedulius in prosa medianam testudinem templi exponit *manis templi*.

N. 9. *Arcus.* Ut alii malunt, ab *arceo*, quia propellit.

N. 11. *Ostraci.* Pro pavimento testaceo exem- plum non invenio. Apud Ducangium *Ostracarii* sunt qui testas et figulina terra conficiant, legendis loc- tis idoneas.

N. 13. *Bases.* Etymologia e Græco sermone peti solet.

N. 15. *Epistylia.* Non sunt *super missa*, sed *super columnas*, ab *ἐπί* *super*, *στυλή* *columna*. Est autem *epistylum* trabs quæ super columnarum capitula transversa imponitur, et alias lecti trabs sustinet, et in lapideis architecturis lapis qui eam trabsm re- fert.

*Ibid. Capitella.* Varro, lib. vii de Ling. Lat., sub fin., negat hanc vocem *capitellum* in consuetudine Latina esse. Usi ea deinde fuerunt Apuleius et Plinius senior, apud quem tamen pro *capitella* nonnulli legunt *capitula*.

CAP. IX. Num. 1. *Munitum.* A *munio*, olim *manio*, quod est a *manibus*, nisi hoc sit a *manio*. *Cors* vel *cohors* deduci etiam potest a *coercendo*. Alii ex Græco sermone derivant.

N. 2. *Vallum... a vallis.* Hoc melius et clarius quam quod Varro, lib. iv de Ling. Lat., cap. 31, ait: *Vallum a volatu, quod, cum id jactant, volans inde levat.*

N. 4. *Maceriæ.* Ab aliis deducitur ex *μάκλα*, sepla et maceris.

N. 5. *Parietes de terra.* Si de sola terra fiant, Hispani vocant *lapia*; si ex minutis lapidibus calce commistis *hormigon*, quasi *formigon* ex Latino *forma- tio*. In quodam exemplari Etymologiarum notatum ad marginem reperio, in agro Senensi rusticus ha- jusmodi parietibus de terra uti.

N. 6. *Sæpes*. Et *sepes*. Scribitur, uti *scæpio*, et *scæpio*. Utraque scriptura suos patronos habet.

*Ibid.* C. *destracta*. Servius, ad *Æn.* lib. ix, vers. 6, in mea editione habet, c. *destracto*.

CAP. X. Num. 2. *Tentorium*. Lipsius plenissimo agit de tentoriis lib. v de Milit. Rom., dial. 5.

N. 3. *Papilionis*. Tentoria militaria vocant Vegetius, Plinius, Lampridius, Trebellius Pollio, Tertullianus et nonnulli alii. Eadem vox nonnihil corrupta in linguis vulgares transiit.

CAP. XI. Num. 1. *Quod mentem moneat*. Servius, ad III *Æn.*, vers. 486: *Monumenta autem a mentis admonitione sunt dicta*. De consuetudine sepeliendi intra aut extra Urbem, vide commentar. ad Prudent., lib. 1 contra Symm., vers. 490. Plebs, quæ agris, fundisque carebat, in loco communi, sepulturæ destinata, sepeliebatur, et hoc dicebatur sepulcrum commune. Alio sensu loci communes dicebantur sepulcra quæ omni familiæ posteriorisque fieri solebant; nam sepulcra quæ privatis hominibus aut conjugibus destituebantur, potius *requietoria*, aut simpliciter *loci*, vocari consueverunt. Vide Taubmannum, ad Plautum, Cas., pag. 365 seq., Kirchmannum, etc.

N. 2. *Tumulus*. De *tumulo* lib. xiv, cap. 8, num. 21. Barthius, lib. iv *Advers.*, cap. 3, etymologiam comprobat, ex Fulgentio, ad Chalcidicum: *Qua locus tumesceret, unde tumulus*. Ita ex suo Codice correxit, cum antea corrupte legeretur *unde Rutilius*. *Sarcophagus* nomen est lapidis et quo sepulcra fieri consueverunt. Vide lib. xvi, cap. 4.

N. 3. *Mausoleo*... a *Mausoleo*. Forte, a *Mausolo*; nam *Mausolus* rex iste vocari solet, uxor ejus *Artemisia*. De *mausoleo* Plinius, lib. xxxv, cap. 5; Gellius, lib. x, cap. 18; Raderus, ad Martialem, pag. 22 et 374, ubi de *mausoleo* quoque Augusti edisserit.

N. 4. *Pyramis*. Pyramidum et columnarum in sepulcris ratio erat atollii super cæteros mortales, ut docet Plinius, lib. xxxiv, cap. 6, Raderus, ad Martialem, pag. 16 et seq. Plinii errorem duplicem in dimensione pyramidis deprehendit. De pyramidum forma et magnitudine, tum de eo quod umbram, licet altissimæ, non præberent, Fabricius, cap. 23 *Bibliograph.*, allegat Jean. Gravius, Nordenium, Kircherum, Petrum Bellonium, et alios. Nonckerus cum Schæffero, ad Hyginum, fab. 223: *Pyramides in Ægypto, quarum umbra non videtur, id accidisse interpretatur solstitii tempore, et die medio*.

CAP. XII. Num. 1. *Tueri*. Passivo ex Varrone etiam et iureconsultis veteribus.

N. 2. *Capannam* vocant. Ita fere ex Isidoro Papias, et Joannes de Janua. Antiquorum exempla non inveniunt, recentiorum profert Ducangius, qui ex Græco *καπνά capannam* dictam cum nonnullis suspicatur.

N. 3. *Tequa*. Varro, lib. vi de Ling. Lat., cap. 2, *teca* dicit esse loca agrestia, quæ alicujus dei sunt, a *tuendo*. Festus *teca* docet esse loca augurio designata. Alii *tece*, vel *tequa* intelligunt loca aspera, umbrosa, difficilia adita.

N. 4. *Magalia*. *Magaria* apud Plautum, in prolog. *Pœn.*, vers. 86, est nomen proprium loci in urbe Carthagine. Bochartus, *Ghan.*, lib. x, cap. 24, docet *magalia*, corrupte dici pro *magaria*, et esse, portu et arce Carthagine *templâ*, reliquum urbis civium habitationi destinatum. Originem vocis deducit ex Hebræo *magur*, habitatio. Codex Alb., et nonnulli alii pro *villam* dicunt exhibent *cellam* dicunt.

CAP. XIII. N. 1. *Ager*. Verbum Græcum est. Etiam sic ab *ago* deduci potest; sed Varro, lib. iv de Ling. Lat., cap. 4, alio modo ait: *Ager dicitur est, in quam terram quid agebant, et unde quid agebant fructus causa, id Græci dicunt ἀγρον*.

N. 3. *Possessiones*. Festus ait: *Quia non mancipatione, sed non tenebantur, et ut quisque occupaverat, collidebat*. Confer *Brunsonium*, lib. iv *Select. Antiq.*, c. 1.

N. 5. *Prædium*. Melius deducitur a *præs*, *prædis*, quod a *præstante* Varro vult dictum.

N. 7. *Rurs veteres*, etc. Ex Servio ad II *Georg.*, vers. 412, qui *Catonem* auctorem laudat.

N. 9. *Compascuus ager*, etc. Ex Festo.

N. 10. *Alluvius ager*, etc. Ex Var. auctor. de *Limit. agror.* pag. 293, Gæs.

N. 11. *Arcifanius*. De *arcifanio*, seu *arcifnali* agro, videndi Siculus Flaccus, de *Condition. agror.*, pag. 3, et Aggeus Urbicus, pag. 45, Gæs. Edition. De *subsecivis* paulo post redit sermo.

N. 12. *Novalis ager*. Non est idem ager primum *proscissus*, et qui *alternis annis vacat*. Ager primum *proscissus* est cui primum immisum est aratrum, cum antea esset silva, aut terra inculta; et hæc est propria significatio *novalis*, quam explicat Servius, lib. I *Georg.*, vers. 71: *Proprie novales sunt primum arva proscissa, et primum segetem ferentia*. Sed accipitur etiam *novale*, et *novalis* pro agro qui alternis cessat, et renovatur, ut tradit Varro, lib. iv de Ling. Lat., cap. 4. Post verba *aemel vacua* in primo Ms. Gothico est hæc nota ad marginem, vel additio: *Unde Virgilius*:

Implus hæc tam culta novalia miles habebit?

N. 13. *Squalidus*. *Squaloris* et *squalidi* notatio a Festo et aliis desumitur ex similitudine *squamæ*.

N. 14. *Uvidus*. Servius, ad II *Georg.*, vers. 484, in mea Editione: *Semper uvidus: Uvidus est qui aliquando siccatur*. Alii legunt: *semper humidus: uvidus est qui aliquando siccatur*. Inter *uvidum* et *humidum* discrimen nullum observari solet.

N. 15. *Subseciva*, etc. Hæc verba referuntur a Forcellino, tanquam ex veteri auctore de *Limitib. agror.*, apud Rigalt., pag. 299, sed fortasse alius diversus auctor non est ab Isidoro nostro. De *subsecivis*, seu *subsecivis*, in re agraria passim veterescriptores, qui de hoc argumento agent in Gæs. collection.

N. 16. *Arca*. Varro, lib. iv de Ling. Lat.: *Ubi frumenta secta terantur, et arecant, arca*. Propter horum (forte, harum) similitudinem loca in urbe pura *ΑΡΧΑ*, a quo potest etiam *ΑΡΧΑ* dem esse, quod pura, Nisi potius ab *ΑΡΧΟΡΕ*, ad quem ut sit, fit *ΑΡΧΑ*, a quo ipsa *ΑΡΧΑ* non abest; quod qui arefacit, arder est solis. De *aræ* etymologia supra, cap. 5, num. 43.

N. 18. *Paludes*. *Becmannus*, in Hebræam et Græcam *paludis* originationem inquiris, quod nihil ad nos.

CAP. XIV. Num. 1. *Fines*. Non desunt qui *finem* a *funis* deducunt. Vide *Becmannus*. Alii a *fo*.

N. 2. *Limites*. Hæc breviter dicta cap. 7, n. 7, hujus libri. De *limitis* significatione adde *Festum*. De *limo*, *cingule servorum*, infra, lib. xix, cap. 22 et 33. Servius apud me aliquantulum discrepat a *Græcili* scriptura: *Ab umbilico usque ad pedes prope tegebantur*. Hæc autem *vestis*, etc. Vide *Peirum* *Pithæum*, lib. I *Subs.*, cap. 2, et *Pignarium*, de *Servis*, pag. 29, qui ex Græca inscriptione servos aliquos *limocinctos* vocatos arguit.

N. 3. *Termini*. Erant lapides, aut scipites, de quibus Ovidius, II *Fastor.*, vers. 641, et Tibullus, lib. I, eleg. 1, vers. 17, ubi videnda *Vulpii* nota.

N. 4. *Nam sine dubio*, etc. Fortasse perstringit Servium, qui contrario modo utrumque limitem explicuerat, ad lib. I *Georg.*, vers. 426. Argumentum hoc late persequitur *Salmasius*, *Exercitat. Pliniam*, pag. 676.

N. 5. *Arca*. Apud scriptores veteres rei agrariae est *limes quadratus*, in *arcæ* forma constructus. *Arca* autem ab *arcendo* dictam, Varro alique plures consentiunt.

CAP. IV. Num. 3. *Pertica*. *Perticam* a *pertingendo* quasi *perdigam* nonnulli vocari putant. Hispani *perdigam* dicimus. *Calamus* *Ezechielis*, seu *Kanna* erat pedum decem, et trium pollicum, ut *Calmetus*, in *Dict. bibl.* computat. Isidorus causam ait ad *instar calami*; ne, que est cur *Georgius Agricola*, de *Mensuris*, pag. 227, Isidorum hoc loco errare dicat. Confer *Mariaum* de *Ponder. et Mensur. Burrielium*, in opere: *Informe*

de Toledo sobre igualacion de pesos, num. 89, pag. 227, adverteit *peritica* esse *estadad Toledano antiguo*; qua mensura pro agris dimetiendis veteres usos inuit Isidorus, c. 43 hujus libri: *Subciivi agri, quos in peritica divisos, etc.*

N. 4. *Arapennem*. Isidorus sententiam eorum qua sequuntur ex Columella sumpsit, non verba ipsa expressit, quaedam etiam mutavit. Columella *arapennem* vocem Gallicam, non *baeticam* innuit esse, et utrolibet modo minus commode origo ejus Latina ab *arando* deducitur, quamvis fortasse exteri ex verbo Latino novum nomen sibi formaverint. Apud scriptores sequioris ævi reperitur scriptum *arpennum*, *arpentum*, *agripennus*. Vide Vossium, in *Etymol. De jugeribus Raderus*, ad Martialem, pag. 47 seq., eruditè disserit, et ducentos pedes jugero assignandos ostendit.

N. 6. *Porca... lira*. Quod *defossum est, lira*. Isidorus Festum et Nonium, lib. 1, cap. 62, sequitur; sed præferendus videtur Columella, qui, lib. 11, cap. 4, ait: *Liras rustici vocant easdem porcas, cum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat*. Ita non semel explicat Columella. Quod igitur in arando exstat, *porca* et *lira* dicitur; quod *defossum est, sulcus*.

Num. 7. *Centuria*. De centuria vide Grialii not. ad cap. 13, num. 15, hujus libri.

CAP. XVI. Num. 1. *Galli leucas*. Inde Hispani *legua* vocant.

N. 5. *Mille quingentis*. Mendam est in nonnullis Editis *quingentis*. Vide Bochartum, Chan. lib. 1, cap. 16, qui hunc errorem a Grialio jam correctum emendabat, et Vossium, de Vit. serm., lib. 111, cap. 19, qui originem vocis *leuca* ab Anglis repetit. Nunc *leuca* longior est mille quingentis passibus, et variaz mensuræ pro variis regionibus. De Hercule quod hic narrat Isidorus, Gellius, lib. 1, cap. 1, ita refert: *Nam cum fere constaret curriculum stadii quod est Pisæ ad Jovis Olympii Herculem pedibus suis metatum, idque fecisse longum pedes sexcentos, etc.*

N. 4. *Via*. Alii derivant ab eo, alii *a veho*. Isidorus utrumque complexus fuit, *ire vehiculum*. Grialius in textu edidit *nam duos actus*; sed ex nota arguitur eum præferre *duo*. Alii Editi habent *duos*, quod probò, scilicet *via duos actus capit*. Vide infra, num. 15.

N. 6. *Strata*. A *sterno*, ut perspicuum est. Antiqui Latinitatis auctores dicebant *via strata*, aut *strata stratorum*, et poetice *strata viarum*. Sequiori ævo ab Eutropio et aliis usurpari ceptum *strata, stratae*. Inde Itali *strada*. Vide notas meas ad Juvencum, lib. 1, vers. 325. Verbum *delapidata* ex Festo petiitum est: *Delapidata, lapide strata*.

N. 7. *Agger*. Servius ait: *Agger est media viæ eminentia, couggeratis lapidibus strata*.

N. 8. *Iter*. Varro, lib. 1v de Ling. Lat., cap. 3: *Qua ibant, ab itu iter appellarunt*. Discrimen inter *iter* et *itiner* nullum ab antiquioribus dignoscitur; sed *itiner* est integrè casus, *iter* per *syycopen* dicitur; et utrumque significat tum actum eundi, tum viam, et proprie angustiozem, qua quis pedes tantum ire potest. Plinius, in præfat. *Histor. natur*: *Præterea iter est non trita auctoribus via*. Pro *appellamus et itum* fortasse legendum *appellamus exitum*.

N. 9. *Semita*. Phædrus, præfat. lib. 111, vers. 38:

Ego porro illius semitam feci viam;

quia Æsopus paucas fabulas fecerat, Phædrus plures excogitavit. Ita passim alii distinguunt inter *semita* et viam. Cicero, Verr. 11, cap. 23: *Jam intelligetis hanc pecuniam, qua via modo visa est exire ab isto, eadem semita revertisse*. Mallius legero, *qua via modo visa est exire ab isto, eodem semita revertisse*; hoc est, *que palam est ablata, occultis est reddita*. Hæc sane vult Cicero, etiamsi vulgata lectio retineatur.

N. 13. *Actus, quo pecus agi solet*. Supra, num. 4,

A ex Servio, Grialius dixit quod *actus duo vehicula capit*. Sed Isidorus, graviore suctores secutus, viam astruit esse quæ duo vehicula capit, actum dimidium viæ qui scilicet unum tantum vehiculum capit, sive duo jumenta. Varro, lib. 1v de Ling. Lat., cap. 4: *Ut quo agebant, actus, sic quo vehabant, viæ dicta*. Aperta est Pomponii sententia, lib. viii Dig., tit. 1, leg. 13: *Si tam angusti loci demonstratione facta, via concessa fuerit, ut neque vehiculum, neque jumentum ea inire possit, iter magis quam via, aut actus acquisitus videbitur. Sed si jumentum ea duci poterit, non etiam vehiculum, actus videbitur acquisitus*. Alios inreconsultos, qui diverso modo locuti sunt, non verbi nativam vim, sed popularem consuetudinem spectasse probat Forcellinus, verb. *Via*. Grialius distinguit *clivosum, iter flexuosum*, quasi *clivosum* sit substantivum, quod non placet. In primo Ms. Tolet. Gothico hæc est nota, vel additio post verbum *cognoscatur collocata*: *Boscionium, boscionium locus inter duos parietes*. Mendose scriptum est *inter duobus parietibus*.

## LIBER DECIMUS SEXTUS.

CAP. I. Num. 1. *Pulvis*. Plinius, lib. xxxv, c. 13, pessimam terræ partem pulverem esse ait, ideoque pulverem appellari, ubi etiam de Puteano pulvere agit.

N. 2. *Linus*. Alii *lini* originem Græcam astruunt, et contra *favillam* dictam putant, quod *foveat ignem*. Verum quid alii dixerint, in re præsertim adeo incerta, nostri instituti non est latius persequi.

N. 3. *Gleba quod globus sit*. Non *inscite*, ait Bo-manus.

N. 4. *A labe*. Mellius *a labi*, hoc est, *a labor, laboris*. Utiur hac voce sanctus Hieronymus; utantur alii, quos Ducangius excitat, verb. *Lavina*; nam ita nonnulli scribunt, ut deducatur a *lavo, lavas*. Latum est aliorum sententia sic vocatur, quia terra *lota* est, aut aquis soluta, a Græco *λύω*.

N. 5. *Volubra*. In *volubrum* vocis productio est *abrum*, quin necesse sit ad *apros* referre. Sed Isidorus Servium expressit, ad Georg. 3, vers. 411: *Volubra loca sunt in quibus se apri volvant*. At *volvant* se etiam sues.

*Ibid. Sabulum*, etc. Hæc ipsa verba profert Rosweyds, in Onomast., ex Ms. Glossario Camberoniensi, qui alia scriptorum loca allegat. Itali *sabulum* vocant *sabbis*. Vide Varronem, de Re rust., lib. 1, cap. 9, ubi *sabulonem* usurpat pro *sabulo*.

N. 6. *Argilla*. Græce est *ἄργιλλος*, quod vel ab sterilitate, vel a colore albo, originem trahere potest. Ab insula Creta dictam fuisse *cretam* confirmari potest Horatii versu lib. 1, od. 36:

Cressa ne caret pelchra dteâ nota;

ubi plura Bentleius. *Creta Cimolia* dicitur ex *Cimolo*, insula maris Cretici. Ovidius, lib. vii Metam., vers. 463: *Cretosaque rura Cimoli*. Plinius, lib. 1v, cap. 12, de eadem Creta agit. Verba ejusdem, ex lib. xxxv, cap. 17, Vulcanius in not. expresserat, quæ ita se habent: *Veros autem, et pretiosos colores emollit Cimolia, et quodum nitore exhilarat contristatos sulphure*. Antea enim dixerat Plinius suffiri sulphure, et deaquamari cimolis.

N. 7. *Terra samia*. De terra *Samia* iterum Plinius, lib. xxviii, cap. 12 et 19, et lib. xxxi, c. 10.

N. 8. *Pulvis Puteolanus*. Italice *Pozzolana*. Similiter laudatur a Vitruvio, Seneca et Sidonio. E Romano agro etiamnum in longinquas regiones devehitur.

N. 9. *Vivum quod foditur*. Legebatur olim in Excusis unum, quod *foditur*. Vulcanius, ex Plinio, advertit, sulphur vivum vocari, quod *foditur, etc.*

N. 10. *Quartum ad ellychnia*. Etiam ad correctionem hujus loci Vulcanius, in not., Plinii verba protulit, lib. xxxv, cap. 15, scilicet: *Quartæ autem ad ellychnia maxime conficienda. Cæteræ tanta vis est,*

ut merbos comitiales deprehendat nidore, impositum A igni. Lusit et Anaxilaus eo, candens in calice novo, prunaque subdita circumferens, exardescens repercusus pallorem dirum velut defunctorum offendente convisit.

CAP. II. Num. 1. Bitumen... utilis ad compages navium. Bochartus, Phal. lib. 1, cap. 11, observat Isidorum ex Josepho sumpsisse quod natura bituminis utilis sit ad compages navium, ac plura alia de bitumine congerit.

N. 2. Alumen. Melius ex Græco ἀλς, sal.

N. 3. Sal. A Græco, quod dixi, ἄς, per metathesin. Inde salum, non contra salum a sal.

N. 7. Nitrum. De nitro multa Plinius, lib. xxxi, cap. 10, qui tradit colligi apud Medos, canescentibus siccitate convallibus. De Nitria agit etiam lib. II Vitium Patrum, cap. 21, apud Rosweydam, ex Palladio, ubi Nitriæ vocabulum ex Nitro deducitur, non contra: Venimus autem et ad Nitriæ famosissimum in omnibus Ægypti monasteriis locum, qui quadraginta fere millibus abest ab Alexandria, ex nomine vici adjacentis, in quo NITRUM colligitur, NITRIÆ vocabulum trahens, prospiciente hoc, credo, tunc jam divina Providentia, quod in illis locis peccata hominum, tanquam sordes, abluenda essent et abolenda. Vulcanius, ex Codice quodam ms. protulit quoddam fragmentum de nitro, quod in aliis exemplaribus deest, et ad appendices, num. 48, a nobis rejecit.

N. 8. Aphronitrum. Isidorus veram Martialis scripturam expressit, quam retinuit etiam Josephus Juveneyus, Soc. Jesu, in sua Martialis Editione, lib. cit. xiv, sed epigr. 54 apud eum. Alii Editi habent, ut Grialius notat, dicit et Aphronitrum. Omisit etiam Grialius interrogationis notam post Rusticus es, et post Græcus es, quæ ad sententiæ explicationem necessaria est.

N. 9. Aëris flos. Ex Dioscoride id sumptum notat Salmasius, Exercit. Plin. pag. 1078.

N. 10. Fit in lateribus cavatis, etc. Salmasius, loc. cit., pag. 1459, observat multo melius id ab Isidoro explicari quam a Plinio.

CAP. III. Num. 1. Lapis... saxa. Cornelius Fronto, inter saxum et lapidem sic distinguit: SAXUM naturale. LAPIS, qui e saxo cæsus est.

N. 2. Sive a tegumento. Animadvertit JG. Scaliger, in lib. de Plant., primam significationem verbi σάπιον esse tegere. Grialius ediderit rupis. Sed communior scriptura est rupes, quamvis in Mss. e in i sæpe commutetur. In hoc differt spelunca a caverna, quod spelunca est rupes excavata, caverna cavum terræ vacuum, et obscurum.

N. 5. Scrupus. Grialius in textu edidit cui contrarius est scrupus; in not. scrupulus; sed retinendum scrupus, ex Servio.

N. 6. Cotis græco sermone. Vulcanius conjicit κότυμα. Alii dederunt ab ἀξί, acies ferri. Grialius, in not., superiorem locum nescio quem indicat. De oleo ir aciendo ferro vide infra, cap. 20.

N. 7. Ut in vase missus. Hoc etiam in loco, ut in aliis, nominativus pro ablativo absoluto ponitur, scilicet missus pro misso pumice.

N. 8. Rudos. Malim rudus quam rudos; nam in Mss. facile in o commutatur, et rudi aut rudos apud alios non invenitur. Neque ob stare debet quod inde rudera dici Isidorus asserat; nam fortasse plurale a singulari tantum distinguit. Barthius, lib. xxiv Advers., cap. 25, observat melius ab Isidoro explicari quid sit rudus quam a Nonio, qui, cap. 1, num. t5, ait: Rudus, stercus quod jacitur.

N. 9. E lapide speculari. Apud Grialium et alios optimum lapis specularis. Restitui e lapide speculari, quod Grialius in not. indicat. Plinius, loc. cit. a Grialio: Cognata calci res gypsum est. Plura ejus genera; nam e lapide coquitur, etc. Usus gypsi in albaris sigillis ædificiorum et coronis gratissimus. Fortasse apud Isidorum reponendum sigillis pro signis.

CAP. IV. Num. 1. Lapis Indicus. Salmasius, Exer-

cit. Plinian., pag. 1103, legi jubet lapis Indicus, et in Ida ita primum, aut Lydicus, et in Lydia, cum certum sit, ait, a Magnesia patria nomen lapidi inditum, non ab inventore. Sed Isidorus, præter Plinium, ad Augustinum quoque respexit, qui, lib. xxi de Civit. Del., cap. 4, postquam de adamante et magnete egerat, ait: India mittit hos lapides. Plinius, lib. xxxvi, c. 16, in optimis exemplaribus repertum in Ida lapidem asserit, et ab inventore vocatum. Lucretius, lib. vi, vers. 909, 1044 et 1062, a Magnesia urbe Lydiæ nomen magnetis repetit.

N. 2. Liquorem quoque viri, etc. De his magnetis prodigiis ex antiquis videri possunt Prosper, part. III, cap. 58, de promiss. et prædestin. Dei, et Beda, de Natura rer. Gisbertus Cuperus de Harpocr. Imagine in hanc rem commemorat Mahometis arcam in templo Mecchæ suspensam; quod tamen, addit, fabulis accensent Tevenotius et Tabernerius, uti etiam priora Athanasius Kircherius. Vide cap. 21 hujus libri, n. 4.

N. 3. Fictilia. Apud Plinium, lib. xxxvi, cap. 19: Fictilia ex eo inscripta non delentur. Fabulosa sunt multa quæ de gagale narratur.

N. 4. Asbestos. Ex asbestos lapide fit linum asbestinum, quod vivum vocant. Id accensum exstingui quidem potest, sed non consumitur dum ardet. Charta ex hoc lino nostra ætate excogitata est, et jam nonnulli libri ex ea typis excusi sunt, quibus nimirum ignis nocere nequit. Vide Acta Acad. Barcinon., pag. 364, et Biblioth. German. 14, pag. 190. De amianto simili lapide vide infra, num. 19. Lucernæ in favo Veneris perpetuo ardentis meminuit Ampelius, cap. 8: Argyro est sanum Veneris super mare: ibi est lucerna super candelabrum posita, lucens ad mare, sub divo caelo, quam neque ventus aspergit, nec pluvia exstinguit. Ubi Munkerus, ad Lactantium Placidum, lib. xiv, fab. 4, cancellandum putat caelo post divo, et legendum dispergit pro aspergit.

N. 5. Pyrites. Salmasius, Exercit. Plinian., pag. 718, confundere ait Isidorum lapidem cum gemma, de qua Plinius et Solinus; patriam Persiam nominat. Corrigit ex nonnullis Mss. in Solino furvus pro fulvus. Et Plinius quoque ait Pyritis nigra quidem. Isidorus Augustinum expressit aliqua ex parte, loc. cit. a Grialio: Pyritem lapidem Persicum tenentis manum, si vehementius prematur, adurere, propter quod ab igne nomen accepit. Solinus etiam de pyrite aliisque insignioribus lapidibus dicitur, cap. 50, præmittit: In Perside lapidum tanta copia est, tantæque diversitas, ut longum pene sit ipsis vocabulis immorari. Isidorus infra num. 14, memphitidem inter lapides relatum ait esse gemmantis nature. Hac de causa nonnullos lapides insigniores inter gemmas quoque collocat. Est quidem pyrites lapis molaris, de quo Plinius, lib. xxxvi, cap. 19. Alius lapis pyrites similitudine æris, de quo ibidem Plinius. Alius pyrites, de quo ibidem Plinius, focaris petra vulgo, Italice pietra-focaria dicitur. Gemmæ autem pyritis proprium videtur esse ut tenentis manum, si vehementius prematur, adurat.

N. 6. Selenites. De selinitide Plinius, lib. xxxvii, c. 10.

N. 7. Et quod in illo ardore. Solinus, mihi cap. cit. 50: et quod in illo ordine mirificum est, etc., quod non videtur absurdum. Vide rursus inter gemmas, cap. 11.

N. 10. Syrius lapis a Syria. Plinius, lib. xxxvi, cap. 17: E Scyro insula, et correctius e Syro insula, quæ scilicet una est ex Cycladibus prope Delum. Melius etiam legetur apud Isidorum Syrius lapis a Syro. Hoc sensu Pherecides Syrius dicitur, et prima in Syrius producitur. Vide Ovidium, Metamorph. lib. xiii, vers. 175.

N. 15. Sarcophagus. De sarcophago supra, lib. xv, c. 11, num. 2. Multi Cod. addunt post corpora: « Mitiores autem servandis corporibus, neque assumendis. » In Cod. Alb. videtur fuisse assumendis.

- Fortasse Isidorus scripsit : *Mitior est autem Chernites A* rio Plinius, lib. xxxvii, cap. 7. Marmor *angustum* vocat, non *angustum*, aut, ut minus bene scribit Grialius, *angustum*.
- N. 6. *Basaltis*. *Basal* Æthiopie ferrum significat. De *basaltis* origine existat epistola Commendatoris Dolonieu ad Baronem de Salis-Masklin, in Diario physico Gallico, mense Septembris anni 1790.
- N. 7. *Alabastrites*. *Ongx*, sive *onychites*, marmor est, ex quo *alabastra*, hoc est, vasa unguentaria fieri solebant; ac propterea vocatur etiam *alabastrites*. Est etiam gemma *alabastrites* dicta, quia circa *Alabastron*, Ægypti urbem, nascitur, quæ candorem habet intermixtum variis coloribus, ut refert Plinius, lib. xxxvii, cap. 10.
- N. 8. *Parius*., *lychnites*... *lygdinus*. Lapis parius *lychnites* dicebatur qui ad lucernas in cuniculis cedebatur, ut Plinius ex Varrone docet, lib. xxxvi, cap. 4. De lapide *lygdino* Plinius, *ibid.*, cap. 8, apud quem plerique legunt in *Tauro pro in Paro*, ut ex Isidoro legendum arguitur. Martialis, lib. vi, epigr. 15 et 45, marmor candidum *lygdon* commemorat, quod a lapide *lygdino* non est distinguendum. Candor eximius parii marmoris in poetarum carminibus celeberrimus est.
- N. 9. *Coraliticus*... *alabandicus*. Plinius, lib. xxxvi, cap. 8, agit de coralitico lapide, quod genus candidi marmoris est a Coralio fluvio Phrygiæ ita dictum. Alabanda urbs Cariz est. Inde lapis *alabandicus*, et gemma *alabandina*, de qua cap. 14 hujus libri.
- N. 10. *Thebaicus*. De lapide *Thebaico* cap. super., num. 56.
- N. 11. *Syenites*. De *Syenite* Plinius, lib. xxxvi, cap. 8.
- N. 12. *Thasius*. Seneca, epist. 86, ante med. : *Thasius lapis, quondam rarum in aliquo spectaculum templo, piscinas nostras circumdedit. Thasos insula est Thraciz in mari Egeo.*
- N. 13. *Lesbius*. Marmor inter maculosa hoc recenset etiam Plinius, lib. xxxvi, cap. 6.
- N. 14. *Corinthæus*. Magis ex usu est *Corinthius* quam *Corinthæus*, et *Corinthi* quam *Corintho* repertus. Columnæ Corinthiæ sunt quæ ratione Corinthiæ, sive ordine, ut dicunt, Corinthi sunt. An autem marmor Corinthium celebre fuerit, incertum; non ita certe vulgo laudatur, ac *Corinthium aes*, et *Corinthia vasa*, quæ absolute *Corinthia* dicebantur.
- N. 15. *Carystius*. De *Carystio* marmore Plinius, lib. xxxvi, cap. 7. Quia color viridis reficit oculos, periti architecti olim neque aurea lacunaria ponant in bibliothecis, neque alia pavimenta, quam e *Carysteo*, seu *Carystio* marmore, ut nos docuit Isidorus, lib. vi, cap. 11. Legesit not. ad cap. 7, num. 4, hujus libri. Salmastius, in Jul. Capitolin., pag. 164, observat olim nonnullos scripsisse *charistum* pro *Carystium*, aut *Carystum*; adeoque Isidorum, vitiosa scriptura deceptum, existimasse marmor *charistum* dici, quod *gratum* sit *his*, etc. Isidorus quidem similibus alliterationibus solet aludere; sed minime potest eum ignorasse marmor *Carystum* vocari ex *Carysto* oppido Euboeæ insulæ.
- N. 16. *Unde et nomen accepit*. Fortasse hæc colligenda sunt post *Numidia mittit*. De marmore *Numidico* Plinius, lib. v, cap. 3, et lib. xxxvi, cap. 6. Grialius in textu omisit *tantum*; quam tamen vocem inserendam jubet in nota. Seneca quoque, epist. 86, laudat *Numidicas crustas*.
- N. 17. *Luculleum*. *Luculleum* edidit Grialius; alii *Lucullum*. Plinius, lib. xxxvi, cap. 2 et 6, hujus marmoris meminit in Nili insula reperti.
- N. 18. *Lunensis*... *tephria*. *Lunensis* marmor in agro *Lunæ* urbis effossum laudatur a Plinio, lib. xxxvi, cap. 6 et 18. *Tephria*, vel *tephria* est a *teppa*, cinis. Vide Plinium, lib. xxxvi, cap. 7.
- N. 19. *Ebur*. Inter marmora locum habere non debet, quod dens est elephantis, de quo lib. xii, cap. 2.
- CAP. VI. Num. 2. *Genera gemmarum*. Aseruat
- Mitior est autem Chernites A* rio Plinius, lib. xxxvii, cap. 7. Marmor *angustum* vocat, non *angustum*, aut, ut minus bene scribit Grialius, *angustum*.
- N. 17. *Unde et nomen traxit*. Quia duritia sua domat viros, ab *ἀνδρας δαμνῆται*. Diversus hic lapis est ab *androdomante* gemma, de qua cap. 15, num. 41.
- N. 18. *Schistos*. *Schistum* Psellus in libello de lapidum virtutibus inter eos numerat quorum sola tenentur nomina. In nonnullis Editis legitur *ischistos*, aut *ischistos* ex vitiosa pronuntiatione. Vide Munckerum, in not. ad Fulgentium, Exposit. sermon. antiq., verb. *Sculponeas*.
- N. 19. *Amiantos*. De amianto Bochartus, Phal. lib. 1, cap. 6, consulendus.
- N. 21. *Obsidius*. *Obsidianus lapis* vocatur a Plinio, quod ab *Osidio* quodam in Æthiopia inventus fuerit. Nascitur etiam ad Oceanum in Hispania et in Ægypto, ut videri potest in opere quod Veliuris edidit, anno 1794, Gregorius Wad : *Fossilia Ægyptia Musci Borgiani*, ubi plures lapides quos Isidorus commemorat erudite describuntur et illustrantur. Apud Isidorum legere possumus *Obsidianus lapis, niger*, etc. Vide cap. 16 hujus libri, num. 5.
- N. 21. *Mitridax*: Corruptum videtur *mitridax*, aut *mitridax* pro *mitrax*; ita enim legendum apud Plinium. *Mithras*, seu *Mithra*, est nomen solis apud Persas.
- N. 22. *Ætilæ*. Solinus, cap. 50, de artite : *Subnexum spem uteri defendit a fluxibus abortivis*. Isidori sententia Solino et Plinio contraria videtur. Plinius, lib. xxx, cap. 14, ait : *Lapis ætilæ, in aquilæ repertus nido, custodit partus contra omnes abortuum insidias*. Et hæc est causa earum gravidarum alligaturæ. Sed non poterat auferri, nisi cum jam parturirent, alioquin vulvæ excidebant, ut veterum quidem erat opinio, nam modo hæc et similia vulgo irridentur.
- N. 24. *Chernites*. Salmastius, Exercit. Plinian., pag. 1205, tradit Codices Plinianos *chermitem* hunc lapidem vocare, non *chernitem*. Verum optimi libri veteres recentisque præferunt *chernitem*.
- N. 27. *Smyris*. De *smyri* lapide Dioscorides et Hesyclus.
- N. 28. *Carysites*. Est lapis aurei coloris, de quo Plinius, lib. xxxvi, cap. 22, et gemma ochræ Atticæ similis, de qua idem Plinius, lib. xxxvii, cap. 10. Hæc *phalaginos* etiam appellatur, et invenitur in Ægypto.
- N. 29. *Hammites*. Apud Plinium, lib. xxxvii, cap. 10, est gomme mixta, piscium ovis similis, et a Græco *ἄμμος ἄβυλον* dicta.
- N. 32. *Molochites*. Vide non sermo sit de *molochite* gemma, de qua Plinius, lib. xxxvii, cap. 8, et Isidorus, cap. 7, num. 12, hujus libri. Plinius *molochitem* spissius et crassius virentem dicit, et nasci in Arabia.
- N. 35. *Siphnius*. Ex Plinio, lib. xxxvi, cap. 22, apud quem legitur *siphnius*, non *siphinius*, ut Grialius edidit. Alii Exeusi *siphnius*.
- N. 36. *Thebaicus*. Gregorius Wad, in descriptione fossilium Ægyptiacorum musei Borgiani, pag. 27, ad *talcum ollare proprium obacere-virescenti-nigrum* pertinere putat lapidem *Thebaicum* veterum, qui integras partes montium constituebat, et adhibebatur ad mortaria conficienda, utpote naturali quadam bonitate conveniens ad terenda collyria; de quo Plinius, lib. xxxvi, cap. 8. Cum *Thebaicus lapis* ex eodem Plinio, lib. xxxvi, cap. 22, molliis sit, aliorum lectio fortasse præferenda erit, *ex sese remittentis*. Vid. cap. seq., n. 10.
- CAP. V. Num. 1. *Marmor*. *Lapis* est genus, marmor species. Græce marmor est *μαρμαρος* a verbo *μαρμαρος*, quod resplendere significat.
- N. 3. *Ophites*. Lucanus, lib. 12, vers. 744 :  
Quam parvis tinctus maculis Thebanus ophites.  
Intelligit Thebas Ægyptias.
- N. 4. *Augusteum*. De marmore augusteo et tibe-

nonnulli gemmas proprie dici de oculis in arboribus, et vite, quod turgent, a Græco *γῆμα*, *plenus sum*. Alii, ex Quintilliani et Ciceronis sententiâ, existimant propriam significationem vocis *gemma* esse de lapidibus pretiosis, præsertim pellucidis, atque ita etymologia ab Isidoro allata non erit contemnenda. De gemmis peculiariter agunt Theophrastus, Joannes de Laet, Ans. Boet de Boot, Gimma, Calmetus, in Dict. bibl., et alii.

CAP. VII. Num. 1. *Smaragdus*. Color amarus sive amsterus est color obscurus, nigricans, ininis saturus, tristis. Vide Salmasium, Exercit. Plinian., pag. 201. *Smaragdinum* dicitur a colore smaragdi. Apicius, lib. III, cap. 1: *Omne olus smaragdinum fiet, si cum nitro coquatur*. Vide Barthium, lib. XI. Advers., cap. 2, qui observat colorem *smaragdinum* judicatum fuisse oculis valde salubrem, ex Marcello Rhapsodo, cap. 8: *Scarabeus smaragdini coloris tantum beneficii præstare oculis dicitur, ut visionem ei acutissimam reddat, qui eum contemplatus fuerit assidue*. Confer c. 5, num. 15, hujus libri.

N. 3. *Chalcosmaragdus*. De *chalcosmaragdo* Plinius, lib. XXXVII, cap. 5, ex quo legi poterit *arcis venis*, præsertim cum apud Isidorum variant Mss.

N. 4. *Præsius*. Ita dicitur a porraceo colore.

N. 5. *Beryllus*. De *beryllo* ejusque generibus Plinius, lib. XXXVII, cap. 5.

N. 6. *Chrysoberyllus*. De *Chrysoberyllo* rectius Isidorus Plinii mentem cepit quam Solinus, ut monuit Salmasius, Exercit. Plinian., pag. 1105. Verba Plinii sunt: *Et sunt paulo viridiores, sed in aureum colorem exeunte fulgore*. Solinus vero ait: *Languidius micantes nube aurea circumfunduntur*.

N. 7. *Chrysoprasus*. Grialius in textu edidit *chrysoprasus*, in nota *chrysoprasius*. Salmasius, pag. 406 Exercit. Plinian., advertit ab Isidoro *chrysoprasium*, vel *chrysoprasum*, sumi pro *chrysoposito* Solini, et *chrysolampide* Plinii, cum *chrysoprasus* alia gemma sit. Addit Solinum putavisse eundem esse lapidem *chrysopastum*, et *chrysolampium*. *Chrysolampus* ad *chrysolithorum* genera reletur, ejusque meminit Isidorus, cap. 15, num. 4, uti etiam rursus *chryso-prasi* cap. 14, inter gemmas ignitas, num. 8, quem fortasse locum Salmasius respexit.

N. 8. *Jaspis*. . . *pina*. Ex Hebræo *jaspis gemmam viridem* Beamanus, pag. 545, interpretatur. *Pina*, seu *pina* est concha marina. Salmasius, pag. 1125 Exercit. Plinian., observat ab Isidoro *pinnam* vocari, in qua margaritum per Arabiam et Indiam invenitur; sed Plinium diversas agnoscere conchas, in quibus margaritum gignitur; in Acarnania *pinnam* vocari, non cæteris in locis.

N. 9. *Topazion*. Forte *topasios*; nam *topasion* neutri generis est. Inventa fuit *topazio* in *Topazio insula maris Rubri*. Adisit Plinius, lib. XXXVII, cap. 8.

N. 10. *Callaica*. . . *Germania*. Duplex *callais* a Plinio distinguitur, altera lib. XXXVII, cap. 8, *topazio* similis, et viridi pallens; altera, ibid., cap. 10, colore sapphiri, sed candidiore. Idem, eod. cap. 10, docet, *callainas* gemmas dici quæ colorem turbidum callaidis habent. Solinus, cap. 30, al., 33, *callaicam* vocat callaidem *topazio* similem. De colore *callaino* aliter sentit Vossius, in Etymol. Salmasius, Exercit. Plinian., pag. 237, contendit gemmam non *callaicam*, ut legit Isidorus, sed *callainam* a colore *callaino* esse dicendam; reprehendit Isidorum, quod *callaicam* ab auro deducat. Sed jam Grialius observat non ab auro, sed a Græco *καλλὰν* *callaicam* ab Isidoro derivari. Mendum vero in *Germania* pro in *Carmania* simile esse apud Solinum ait Salmasius ex Codicibus mendosis Plinii. Sed fortasse errarunt amanuenses, qui Solinum, aut Isidorum exerpserunt, quippe facile est ab ignavis *Carmaniam* in *Germaniam* commutari.

N. 12. *Radios solis mutat*. Vulcanius, in not., ex vet. Cod., refert *radios solis imitatur sanguineo percussus*; et ex Plinio: *Dejecta in vas aquæ, fulgorem*

*A solis accedentem percussus sanguineo mutat*. Ex Plinio, lib. XXXVII, c. 10, colligitur quod hæc gemma aquæ immissa auget solis fulgorem sanguineo percussu. extra aquam vero radios, sive fulgorem avortit, ac velut in speculo solem exhibet, proindeque deprehendit defectum, subeuntem lunam ostendens. Ad hanc explicationem verba Isidori exigenda.

N. 14. *Myrrhites*. Vel *myrrhitis*. Apud Solinum est masculini generis. In Editione qua utor, cap. 50, legitur: *Si penitus explores et incites ad colorem, sperat nardi suavitate*. Melius ad colorem cum Isidoro, qui primum ait *dicta est*, intelligens *myrrhites gemma*, deinde *compressus* masc. gen.

CAP. VII. Num. 4. *Corallium*. Scribitur *corallium*, *corallium*; *corallum*, et *curallium*, et similis est varietas apud Græcos. *Corallium* vero vocatur *κόραλλος* ἢ *κόραλλος* ἐν ἕλλ, quod in mari præcidatur, seu tondeatur. Alii aliam originem ex Græco asserunt.

N. 2. *A Sardibus*. Videtur legendum a *Sardianis*, aut a *Sardis*, hoc est, incolis Sardium. Marbodæus, in dactyliotheica: *Sardius a Sardis est, a quibus ante reperta*. Plinius, lib. XXXVII, cap. 7, *Sardam* gemmam recenset primum Sardibus (urbe metropoli Lydia) repertam, quæ diversa non videtur a *Sardio lapide*, de quo Tertullianus, lib. II adversus Marcionem, c. 40. Apud Isidorum præstiterit legere *primum reperta sit Sardibus*, non a *Sardibus*, aut a *Sardis*, ut alii habent cum Marbodæo.

N. 3. *India, vel Arabia*. Scilicet, vel pro et.

N. 4. *Et sardu*. Melius *et Sardio*, vel *Sarda*.

N. 6. *Succinus quem*. Rectius esset *succinum* quod. Poterit intelligi *succinus lapis* adjective. Scribitur etiam *sucinus*, sed minus bene. De *electro* agitur cap. 24 hujus libri, ubi repetitur solem a poetis *electorem* dici. Confer etiam lib. XVII, cap. 7, n. 31, de pina. Græce *ἡλέκτρον* est sol. *Succinus* est succus arborum pinei generis, ut ait Plinius. Nonnulli existimant succum terræ aut saxorum esse. Vide Libanium, qui librum de succino edidit, et Hyginum, lib. 152. Apud Grialium lege *δ. ζ... Πράκμοιο... ἀρκης*.

N. 7. *Rigore, vel tepore*. Plinius, lib. XXXVII, cap. 7. *In Syria feminas verticillos inde facere, et vocare HARPAGA, quia folia et paleas vestiumque simbrias rapiat*. Verticillus est instrumentum quod fuso adhibetur, ut facilius vertatur.

N. 8. *Lyncurium*. Prodiit, anno 1795, *Memoria sui lincurio del cavaliere Carlo Antonio Napione*. Presso Antonio Fulgoni, Romæ in-4°. Refellit Napionius eos qui *lyncurium* ad gemmam hyacinthum revocant. Censet speciem quædam esse electri, quod *ligurium* a *Liguria* dicebatur, inde corrupte *lyncurium*, et ex hac corrupta voce fabulosa etymologia de *lyncis* *urina*, quam Plinius aliquando admittit, aliquando rejicit.

CAP. IX. Num. 2. *Sapphirus*, etc. Salmasius ex hoc loco correxit Plinium, lib. XXXVII, cap. 9, qui in veteribus Editionibus depravatus erat. Isidorus masculino genere *sapphirum* effert, alii feminino. Grialius edidit *saphirus*.

N. 3. *Hyacinthus*. De *hyacintho* Plinius etiam lib. XXXVII, cap. 9.

N. 4. *Hyacinthizon*. De *hyacinthizone* Plinius, lib. XXXVII, cap. 6.

N. 5. *Anethystizon*, etc. Vide Plinium, lib. XXXVII, cap. 7.

N. 8. *Rhodites*, etc. Ex Plinio, lib. XXXVII, c. 11. Scribitur etiam *Rhoditis*.

CAP. X. Num. 1. *Pæderos*, etc. Vide Plinium, lib. XXXVII, cap. 9.

N. 3. *Asterius*. A Martiano Capella, lib. 1, vocatur *astrites*, a Plinio, lib. XXXVII, cap. 9, *asteria*. Salmasius, Exercit. Plinian., pag. 756, errasse Plinium putat, quod nomen *asteriæ* a solo deduxerit, cum *aster* nunquam de sole dicatur. *Asteria* ab *ἀστὴρ*, *stella*, vel *scintillans radius* appellatur, quia contraria



soli regerit candicantes radios. Id quoque innuit Plinius.

N. 4. *Album ad lactis saporem*. Ex Plinio, lib. xxxvii, cap. 10, reponi poterit *album, ac lactis saporem*. Sed Isidorus Solinum excipit, cujus scripturam, ait Salmasius, Exercit. Plinian., pag. 157, continuax aliquis defendere possit. Salmasius emendat *album, ac lactis sapore*.

N. 5. *Chalazias*. Ex Solino, cap. 50, et Plinio, lib. xxxvii, cap. 11. Vide infra, cap. 13.

N. 6. *Speciem solia*. Melius Isidorus quam Solinus, qui *sideris pro sole* habet. Vide Salmasium, pag. 756 Exercit. Plinian.

N. 7. *In dies singulos*. Ex Solino, cap. 50, apud quem *degitur diebus singulis vel minui, vel augeri*.

N. 8. *Cinædia*. De *cinædia* Plinius, lib. xxxvii, cap. 10. *Cinædus* est piscis coloris lutei, in cujus cerebro reperitur *cinædias*, vel *cinædia*. Non scribitur *cinædia* cum Grialio et aliis.

N. 9. *Beli oculus*. Grialius conjungit *Belioculus*. Vulgo *felis oculus* dicitur, et ex Plinio, lib. xxxvii, cap. 10, est gemma albicanti colore pupillam cingens nigram, et e medio aureo fulgore lucentem. Ex quo apud Isidorum correxi *pupillam cingit nigram, medio aureo fulgore lucentem*, cum apud alios legeretur *pupillam cingit, nigra medio aureo fulgore lucentem*. Grialii exemplaria variant; alia inendose cum Editis, alia, ut correxi.

N. 10. *Epinielas*. Plinius, lib. xxxvii, cap. 10, de vocabulo *epimelas* agit, quod tribui potest cuivis gemmæ candidæ, cui superne nigricat color.

N. 11. *Exhebenus*. De *exhebeno*, aut *exhebeno*, Plinius, lib. xxxvii, cap. 10.

CAP. XI. Num. 1. *Est autem nigra*, etc. Hæc Isidoro accessisse Grialius censet. Sed ratione ab eo alata parum moveor. Nam auctor ille glossarum, qui post Hugutionem demum scripsit, hoc est, non ante sæculum xiii, non potuit certe distinguere quid Isidorus primum docuerit, quid Papias et Hugutio adjoceant. Nam exstant exemplaria Isidori et Hugutione, et Papiæ, qui sæculo xi floruit, antiquiora, in quibus hæc eadem verba reperiuntur, ut in Cod. Alban., Cod. 1 Vat. Arch., et aliis. Etsi autem neque apud Solinum neque apud Plinium, ea quæ Isidorus tradit de *achate* inveniantur, potuit aliunde ea petere Isidorus. Bochartus, Ch. lib. 1, c. 29, de *achate* quædam hæc pertinentia disserit.

N. 2. *Excalesfactus*. Ex Plinio, lib. xxxvii, cap. 10, ubi legitur *excalesfacta*, quo verbo non semel hæc forma utitur Plinius; neque apud alios *excalesfactus* aut *excalesfactio* invenio, neque fortasse ita usus est Isidorus, qui Plinium sequitur.

N. 3. *Egyptilla*. Plinius, *ibid.*, *egyptillam* frequentem in *Egypto* reperiri ait.

N. 5. *Veis*. Apud Plinium, *ibid.*; *Veis reperta*, non a *Veis*, nam *Veis* oppidum est Etruriæ, cujus cives *Veientes* dicebantur. Apud Isidorum Grialius legit a *Vellis*, alii a *Vegenis*; sed legendum *Veis*, ut apud Plinium, aut a *Veientibus*, ut in margine Editionis Breulianæ. *Baroptis* alio nomine dicitur *baroptenus*, alio *barippe*. Vide Plinium, *ibid.*, apud quem *baroptenus* et *baroptis* legitur.

N. 6. *Mesomelas*. Grialius distinguit *Mesomelas nigra, vena quemlibet*, etc. Melius cum Editione Plinii, *ibid.* *Mesomelas, nigra vena quemlibet*, etc., ubi etiam legitur, *per mediam, non per medium*.

N. 7. *A radice nigrum*. Harduinus e Mss. Ita apud Plinium, *ibid.*, legit: *A radice nitrum, medio sanguinem, summo ochram*. *Ochra* est terra lutei coloris.

N. 8. *Dionysias*. Grialius in textu edidit *Dionysia*, in not. *Dionysias*, ut cap. 4, num. 7. *ibid.*, num. 5, de *pyrite* actum.

CAP. XII. Num. 1. *Orca*. Ex Plinio, lib. xxxvii, cap. 10. Harduinus, e Mss., legit *olca*; alii *orca*.

N. 2. *Mitridax*, etc. Vide cap. 4, n. 21. Grialius hoc loco ediderat *mitrydax*. Breulius ad marginem notat *mitrax*, ex Plinio.

N. 3. *Opais*. De opalis Plinius plura, lib. xxxvii, cap. 6. *India*, inquit, *sola et horum est mater*.

N. 4. *Aureis guttis*. Salmasius, pag. 187. Exercit. Plinian., corrigit in Plinio *aureis guttis*; nam Solinus etiam *aureas stellas*, seu *stillas* vocat. Ex Isidoro autem Solinum corrigit, non *guttis aspersæ sunt, sed longis colorum ductibus liniuntur*, hoc est, *lineantur*. Prius erat *liniuntur*. Apud Isidorum legebat *aliæ habentes stillas pro stellis*. Rursus de pontica gemma, cap. 15: *Habens stellas rubeas, al. stillas*.

N. 5. *Hexacontalithus*. De *hexacontalitho* Plinius, lib. xxxvii, c. 10, et Solinus cap. 31, al. 34. Nonnulli scribunt *hexacontalithus*; sed Græcum *ἑξήκοντα* sexaginta magis exigi *hexacontalithus*.

N. 6. *Murrhina*. *Murrha est lapis*, de quo lic agitur. *Murrhina* dicebantur vasa, aut alia ex *murrha* facta. Verba, *varietus ejus*, etc., obscure ex Plinio contracta sunt, qui, lib. xxxvii, cap. 2, sic habet; *sed in pretio varietas colorum, subinde circumcingentibus se maculis in purpuram, candoremque, et tertium ex utraque ignoscentem, veluti per transitum coloris in purpura, aut rubescente lacteo*. Sunt qui maxime in his laudent extremitates, et quosdam colorum repercutus, quales in cælesti arcu spectantur. De *murrha*, et *murrhinis* plura Harduinus ad præem. lib. xxxiii.

CAP. XIII. Num. 1. *Traditur quod nix*. Sanctus Martinus Legionensis, qui hunc locum exseribit, legit: *Dicitur quod nix sit glacie durata per annos plurimos*. Vide ejus sermonem in Ascensione Domini, tom. III, pag. 147. Marbodius, in libro Evacis de gemmis Isidorum expressit cap. 41:

Crystallus glacies multos durata per annos.

Isidorus autem fortasse hemistichium ex Dracontio sumpsit, ut conjiciebam ad lib. 1 Carminis de Deo, vers. 712 et 713, ubi plura de *crystalli* origine.

N. 2. *Adamas*, etc. Salmasius, pag. 205 Exercit. Plinian., observat non omnem *adamas* ad *ammasim* similem esse crystallo, sed præcipue *Indicum* et *Arabicum*. Quod autem veteres putabant, *adamas* ne ferro quidem cedere, id falsum esse recentiores ostendunt. Vide Vossium in *Etymol.*

N. 3. *Magnetis autem*, etc. Hæc ex Solini verbis, cap. 65, intelligitur: *Vel si admotus magnes ferum traxerit, quasi prædam quamdam, quidquid magnetis hæserit, adamas rapiat, atque auferat*.

Num. 4. *Chalazias*. De *chalasia* supra, cap. 10, n. 5: In antiquis exemplaribus scriptum est: *Etiam in igne positus, manet suum frigus*, ut sæpe apud Isidorum et æquales nominativus absolutus adhibetur pro ablativo absoluto. Et *chalazias* quidem mascul. gener. est, quamvis cap. cit. 10 genere femineo efferratur, quia intelligitur *gemma*, nisi forte etiam eo loco correctione suam scriptura reformetur.

N. 5. *Quod Germania mittit*. Isidorus præ oculis habuit Solinum, ut conferenti patebit; sed cum apud Solinum Salmasius, pag. 240 Exercit. Plinian., legendum contendat *Carmanica*, non *Germanica*, ut Vulgati præferunt, apud Isidorum quoque reponi poterit *quod Carmania mittit*.

N. 7. *In casjus centiella*. Plinius, lib. xxxvii, cap. 9: *Intus a centro ceu stella*. Atque ita apud Isidorum restituere possumus.

N. 9. *Exudat enim aquam*. Veteres Editi: *Exundat enim, quod in exudat aut exsudat* methodum ex Solino Salmasius, pag. 770 Exercit. Plinian., docebat. Sed jam Grialius noster locum correxerat. At, ut puto, id ex Plinii sententia non est, qui lib. xxxvii, cap. 11 ait: *Enhydros gemma rotunditatis absolutæ, ir candore lævis, sed ad motum fluctuat intus in ea, velut in ovis, liquor*.

CAP. XIV. Num. 1. *Omnium*, etc. Perperam in nonnullis editis hoc caput cum præcedenti continuatur.

N. 2. *Anthracites*. De *anthracite* Plinius, lib. xxxvi, cap. 21, et lib. xxxvii, cap. 7 et 11; sed diversos fortasse lapides Plinius his locis commemorat. An-



*stracius* vocatur a Solino gemma quæ a Plinio *anthracitis*.

N. 3. *Sandacirus*. Plinii exemplaria variant, sed verior lectio est *Sandaresus*, quod nomen est loci in quo hæc gemma nascitur. Breulius in Plinio legit *Sandactros* et in *translucido stellantes*, pro quo Isidorus in *translucido igne*. Grialius, in textu *stellarum*.

N. 4. *Partem ceræ retentat*. Vulcanius, ex vet. Cod., annotat *partem carpere tentat*, ex Plinio, *partemque ceræ in signo tenent*. Ipse edidit *partem ceræ temptat*.

N. 5. *Carchedonia*, intellige gemma; nam *carchedonus* Græce est Carthaginiensis. Hæc carbunculo-rum genere abundabat Carthago. Vide Plinium, lib. xxvii, cap. 7.

N. 6. Plinius, loc. cit., vocat carbunculos *alabandicos* eos qui in Orthosia caute nati, Alabandæ perliciebantur. De iisdem loquitur Isidorus.

N. 8. *Chrysoprasus*. Apud Grialium, in textu, *Chrysoprasius*, in not. *Chrysoprasus*, recte. De *chrysopraso*, vel *chrysoprasio* confer cap. 7, num. 7, hujus libri.

N. 9. *Phlogites*. Plinius, lib. xxxvii, cap. 11, nominat in nonnullis exemplaribus etiam *phlogitidem*. Inter hæc et similia nomina hoc est discrimen, quod *phlogites phlogitæ* est mascul. gen., nisi ubi subauditur *gemma*, *phlogitis phlogitidis* est femin. gener. Verba Solini, cap. 37. al., 50 : *Phlogites ostentat inter se quasi fammas evitantes*. Pro *ex Persida* oportebit legere *ex Perside*, vel *ex Persia*.

N. 10. *Primum est in parte*. Isidorus verba Solini et Plinii miscuit, ut sæpe alias. Legi posset *primum est, deinde et in Lucania*.

N. 11. *Hormesion*. Plinius, lib. xxxvii, cap. 10, similibus verbis *hormesion* describit.

CAP. xv. Num. 2. *Chrysopsis* etiam legit Harduinus apud Plinium, ex Mss. *Chrysolithis* a Plinio gen. fem. effertur, fortasse quia intelligit *gemma*.

N. 3. *Chryselectrum* neutr. gen. a Plinio dicitur, lib. xxxvii, cap. 3.

N. 4. *Chrysolampis*. De *chrysolampide* confer dicta cap. 7, num. 7.

N. 6. *Leucochrysus*, etc. Ex Plinio, lib. xxxvii, cap. 9. Alius est *leucochrysus* in morem crystalli, de quo idem Plinius, *ibid.*, cap. 10. *Quod sincerum mel per aurum translucet*, innuit morem veterum apponendi in convivis mel in vasis aureis, de quo dixi ad *Sedulium*, lib. 1, vers. 14, in præfatione :

Collucetque suis aerea vasa favis.

N. 7. *Nisi quod augere*. Sententia clarior erit, si legatur : *Nisi quod agglutinare aurum traditur*. Græce *κόλλα* est *gluten*, De *argyrivide* Plinius, lib. xxxiii, cap. 6.

N. 8. *Pene adamas*. Plinius, lib. xxxvii, cap. 10, ut *adamas*. Suspicatur Salmasius, pag. 565 Exercit. Plinian., apud Plinium legendum *vi adamas*, non ut *adamas*. Attoquin putat errasse Plinium, et cum eo Sollinum et Isidorum; nam *androdamas* nihil habet *adamantis* simile. De marmore *androdumante* supra, c. 4, n. 17.

N. 9. *Chalcites, chalcitæ et chalcitis, chalcitidis* est etiam lapis, ex quo cocto *as* fit. De *chalcivide* gemma Plinius, lib. xxxvii, cap. 11. Idem, cap. 10, de *chalcophona*.

N. 10. *Mediam secans*. Ex Plinio, lib. xxxvii, cap. 10, ubi legitur *medias secante flammea vena*.

N. 13. *Æthiopicus*. De carbunculis Æthiopicis Plinius, lib. xxxvii, cap. 7.

N. 14. *Zmitampis*. Sic legit Harduinus, apud Plinium, e Mss. suis omnibus. Salmasius, Exercit. Plinian., pag. 703, reponendum censet *zenilanthis*, e Mss. Isidori. Apud Sollinum, in nonnullis Editionibus *zmitanthis*, in aliis *zmitaces*, ut Grialius edidit.

N. 16. *Ostracites*. *Ostracias*, sive *ostracites*, gemma, de qua hic Isidorus, describitur a Plinio, lib.

A xxxvii, cap. 10, ubi legitur *scalpantur*, non *sculpan-tur*, ut nonnulli apud Isidorum legunt, quod etiam sustineri potest. *Ostracites* lapis commemoratur ab eodem Plinio, lib. xxxvi, cap. 19.

N. 18. *Echites... Carcinias*. De *echite* Plinius, lib. xxxvii, cap. 2. De *carcinia*, *ibid.*, cap. 11.

N. 19. *Scorpiotis... Myrmicites... Taos... Hieracites... Ælites... Ægophthalmos*. Plin., lib. xxxvii, cap. 11, de *scorpilæ*, de *myrmicite*, de *tao*, de *hieracite*-de *ælite* et *ægophthalmo*.

N. 20. *Ex rutilo sanguinea... Meconites*. Ex Plinio, lib. xxxvii, cap. 11, legendum videtur *ex rutilo, et sanguineo, in medio nigrum candido cingente*. Idem, lib. xxxvii, cap. 10, meconitem simili modo exponit.

N. 22. *Lipera suffita*, etc. Ita Plinius, lib. xxxvii, cap. 10. Grialius et alii, apud Isidorum, legunt *liparia*. Pro *hydromantia* nonnulli Editi exhibent *necromantia*; sed Grialius restituit *hydromantia*, quod Harduinus quoque ex Mss., in Editione Plinii tnetur. Ex Plinio etiam lego *synochitide*, non *synocitide*, ut Grialius. Omitti etiam potest *aiunt* post *teneri*, quod apud Plinium regitur a *dicunt*, quod præcedit.

N. 23. *Chelonites*. Plinius, lib. xxxvii, cap. 10, distinguit *chelonitides*, quæ sunt gemmæ testudinum similes, a *chelonis*, quæ est oculus Indicæ testudinis.

N. 24. *Brontia*. Plinius, lib. xxxvii, cap. 10, distinguit *brontiam* et *brontem*: hæc e capitibus testudinum tonitribus cadit, illa imbribus et fulminibus cadere dicitur.

N. 25. *Hyania*. De *hyania* tom. I Patrum Apostolicæ, pag. 33 seq., Edit. Cotelærii, agitur; de qua etiam Plinius, lib. xxvii, cap. 10.

N. 26. *Stellas*. Grialius in textu edidit *stellas*; in not. sumit *stillas*, fortasse ex aliis Editionibus.

CAP. xvi. Num. 3. *Adjecto Cyprio*; alii *Cupro*. Plinius, *ære Cyprio*. Idem, *vitrum, ut æs, liquatur*.

N. 5. *Obadianus*. De lapide *obsidiano*. seu *obsidio* dicitur cap. 4 hujus libri, n. 21.

N. 6. *Vitrum sulfure solidari*, nonnemo dixit. Vide not. ad lib. xii, cap. 7, n. 81.

CAP. xvii. Num. 1. *Inquirendi*. Scilicet, metalli. *Et quod domat omnia ferrum*, fortasse ex aliquo poeta sumptum. De re metallica exstant opera G. Agricola, I Gotsch. V. Illerii, Bomarii, Cellertii et aliorum.

CAP. xviii. Num. 1. *Hinc et aurarii*. Vide comment. ad hymn. 1 Carhem. Prudentii, vers. 22, et ibi glossam veterem : *Aurora dicitur a splendore; hinc aurarii dicuntur favitores*.

N. 2. *Obryzum aurum*. Isidori æquales et eo etiam antiquiores usurpare solebant *d* pro *s*, ut *trapedia* pro *trapesia*. Hæc spectat etymon *obryzi*, quod *obradiet*. Vide Salmasius in Capitolinum, pag. 20, vers. 32. Alii originationem vocis *obryzum* ex Græco petunt, alii ex *Ophir* insula.

N. 3. *A crepitando*. Virgilius, lib. vi, vers. 209 :

..... Sic leni crepitabat bractea vento.

N. 4. *A Saturno*, etc. Cassiodorius, lib. vii, epist. 32, de moneta ait : *Quam Servius rex in ære primum impressisse perhibetur*.

N. 6. *Thesaurus*. Vox tota Græca est a *reponendo* in *crastinum*. Inde *aurum* a Latinis dictum volunt. *Auraria* absolute lib. xii Cod. Theodos., tit. 6, leg. 29, ponitur pro aurario canone, sive auraria pensatione. Sed Isidorus *aurariam* accipere videtur pro aurifodina, ut accipit etiam Tacitus, lib. vi Annal., cap. 19.

N. 7. *Ut qui præerant*. Apud Servium, v. Æn., vers. 563, legitur : *Ut etiam qui præerant ungulis partibus, etc., nominarunt*.

N. 9. *Nomisma*. De *nomismatis* etymo vide comment. ad Prudentium, hymn. 2 Peristeph., vers. 50. Isidorus idem reperit infra, cap. 25, n. 14. Scribitur etiam *numisma*. Lucretius dixit *effigies* in plur.

N. 10. *Nummi autem a Numa*. Gisbertus Cuperus, in epistola ad Ottonem Sperlingium, quæ incipit *In-*

ter febris, negat æs a Numa fuisse signatum; putat A Suetonium et Isidorum, qui id traiecit, deceptos falsa etymologia nummi. Contra Harduinum contendit Plinium, lib. xiv, cap. 1, id non docuisse. Varro, lib. iv de Ling. Lat., cap. 33, innuit nummum esse vocem Siculam. Festus, a Græco νόμισμα originem repetit. Plura Vossius in Etymol.

N. 11. *Folles*. Pro marsupio, quod ex corio vel pelle fieri solet. Vegetius, lib. ii de Re milit., cap. 20, Juvenalis, sat. 14, vers. 281, et alii, *follem* pro sacculo pecuniae accipiunt.

N. 12. *In nomismate tria*. Lib. iii Sentent., cap. 36: *Sicut in numismate metallum, figura et pondus inquiritur, ita in omni doctore, etc.* Confer notam.

N. 13. *Formarum*. Verbum artis statuariorum est *forma*; nam *forma* nummi est signum in eo impressum. Lampridius, in Alexandr. Sever., cap. 39: *Formas binarias*, hoc est, nummos binis aureis valentes. Vide Casaubonum et Salmasium, ad hunc loc.

CAP. XIX. Num. 3. *Centenarium saxum*. De pondere centenario infra, cap. 25, num. ult. Hic et alibi Grialius scribere solet *scrupulum* pro *scrupulum*.

CAP. XX. Num. 3. *Aurichalcum*. De etymologia *aurichalci*, sive *orichalci*, Vossius, in Etymol. Commentarium de orichalco veterum Gallicæ edidit Annayus, Bruxellis, 1780.

N. 4. *Sic Corinthia nata sunt*. De rebus ex ære Corinthio factis absolute *Corinthia* dicebant. Cicero, lib. iii Tuscul., cap. 14: *Si quid de Corinthiis tuis amiseris*. De origine *æris Corinthii* Isidorus Plinio et Floro concinit; conferendus tamen est Muretus, lib. iii Variar. lect., cap. 5.

N. 6. *Flammasque imitante*. Ovidius, ii Metam., vers. 2: *Flammasque imitante pyropo*. Fortasse Isidorus scripsit *Pyropus dicitur*, aut intelligit *æs pyropum*.

N. 9. *Campanum*, etc. Hinc nomen *campanarum*, de quo nonnulla Becmanus, plura Ducangius. In veteri Codice Vaticano 1343, in quo quædam sunt fragmenta ex opere sancti Isidori, de Offic. eccles., caput invenio de campanis fortasse nondum editum, ac propterea non indignum quod inter appendices, loc. 49, collocetur.

N. 11. *Æris flos*. Ex Dioscoride. Vide Salmasium, Exercit. Plinean., pag. 1678.

N. 14. *Atque ita distillantibus*. Genuinum videtur, atque ita distillantibus; nam præcedit *superpositæ*, et nominativus pro ablativo absoluto apud Isidorum eoque æquales in mss. membranæ sæpe occurrunt.

CAP. XXI. Num. 1. *A Chalybe flumine*. Nunc *Cabe* in Galæcia, cujus Justinus et Silius Italicus meminere. Sed advertit Florezius, tom. xv Hisp. sacr., pag. 51, *chalybem* a populo Asiæ, qui *chalybes* dicuntur, sic appellari, ac fortasse a *chalybe* flumine Gallicæ. æ *Chalybem* vocatum fuisse.

N. 5. *A stringendo apte vocabulo imposito*. Salmasius hanc lectionem probat pag. 1083 Exercit. Plinean. Nihilominus alii retinent apud Pliniam a *stringenda acie vocabulo*, etc. De strictura ferri vide infra, lib. xix, cap. 10, n. 1.

N. 4. *Delectatior... contactum namque*. Existimo, *delectatior* irreptisse pro *delicatior*, quod fortasse scriptum erat *delectatior*, nam i et e in Mss. sæpe confunduntur. *Contactum namque*, scilicet sanguine. De simulacro, quod vi magnetis in ære pendere videbatur, dictum jam cap. 4 hujus libri, n. 2.

N. 5. *Rubigo*. Alii *rubiginem* a *rubeo* deducunt, neque probant quod a *rodendo* deducatur. Isidori sententia videtur esse quod *rubigo* dicatur etiam *ærugo*; sed revera *ærugo* vitium est æris, quasi *æris rubigo*.

N. 6. *Scoria*. A Græco σκωρία.

CAP. XXII. Num. 4. *Plumbum*. Nonnulli putant dictum *plumbum* quasi *pelumbum* a πηλον, lutum, quod lutæ ac terræ sit nature. Pro aurifodiis Plinius quoque usurpat *auraria metalla*, ut Isidorus in *aurarius metallis*.

N. 3. *Terræ corio*. Hoc est, e summa crusta et superficie terræ eruitur.

CAP. XXIII. Num. 1. *Stanni*. Semlerus, in not. ad Glossarium Isidororum, verbo *Stagnare*, seu *Stannare*, hunc locum allegat, et legendum contendit ἀροιστήτων, hoc est, quasi stagnum facit. Retinendum ἐπιχωρίων, id est, separans, sed divinis dictionibus, non, ut in Editis, conjunctis, ἀροιστήτων.

CAP. XXIV. Num. 1. *Electrum*. De *electro gemma* actum cap. 8, num. 6; nunc de *electro metallo*. *Electrum gemma succinum* quoque vocatur, ut num. seq. patet. Vid. not. Munckeri ad fab. 152 Hygini.

N. 2. *Hujus tria genera*. Servius, ad vers. 402 lib. viii Æn., tria electri genera ex Plinio distinguit. Servius, in Editione qua utor, ait: *quas partes, etiam si naturam resolves, etc.* Plinius, lib. xxvii, cap. 2, ad fin., et cap. 3 et l. ix, c. 40, cap. 2, de his tribus electri generibus fuse disputat: electri metalli naturam esse ait ad lucernarum lumina, clarius argento splendere, et quod est nativum, venena etiam deprehendere.

CAP. XXV. Num. 1. *Ponderum ac mensurarum*. Erudita veterum recentiorumque de ponderibus et mensuris opera Grævius in suo Thesaurio Antiq. Rom. collegit.

N. 3. *Quod... pendeat*. Ita multi; sed alii contra *pendere* deducunt a *pondere*.

N. 4. *Lanceis*. Rectum esset *lansæ*; sed Isidorus similes nominativos solet usurpare. De vocibus *momentana* et *moneta* in trutinæ significatione altam apud lexicographos Latinitatis silentium, *Statera* sumitur quidem interdum pro trutina duarum bilancium; sed proprie est campana, de qua paulo post. *Trutina* vero genus est varias speciei sub se continens, ut *stateram, libram, etc.*

N. 5. *Unde et in lanceis, etc.* Hæc apud Servium non sunt, et in multis Mss. Isidori desunt.

N. 6. *Campanæ* vocabulum apud veteres hoc significato non invenio. Eo utitur Anastasius Bibliothecarius. Vide Ducangium. Papias hunc Isidori numerum cum seq. commiscet. De *campana statera* plura erudite congerit Rosweyda, in Onomastico, post Vit. Patrum.

N. 8. *Chalcus*. Græcum verbum est, et apud Græcos etiam nomen ponderis. Confer Harduinum, ad Plin., lib. xxi, cap. ult.

N. 9. *Ab arboris semine*. Scilicet a semine siliquæ Græcæ.

N. 10. *Ceratium*. Num. seq. in plurali *ceratia*. Alii *cerates* hic et infra. Ego malim *ceratium* et *ceratia*. Ac notandum quod *litiqua* Græcæ dicitur *μαρμαίον, ceratium*, quia inflexum corniculum refert. Fortasse huc respexit Jos. Scaliger, qui, pag. 55 de Re nummar., affirmat *siliquas* ab Isidoro *cornus* vocari, ab Arabibus *Al charub*, unde Hispani dicunt *algarrobas*. Recentiores Græci corrupte dicunt *χαροσβαί*, Itali *caruba*, et *caroba*.

N. 11. *Obolus*. De *obolo* et aliis ponderibus fragmentum quoddam est initio Editionis Bignæux, quod appendicem 2) constituit.

N. 12. *Gramma*. Marsilius Cognatus, lib. iv Observat., cap. 6, recte emendavit *gramma* pro *drachma*, quod in nonnullis exemplaribus repererat. Isidorus *scrupulum* a *scrupo* cum multis deducit, non ab *scribendo*.

N. 13. *Drachma*. Grialius odiderat, et interponerat: *Drachma, octava pars unciae est, et denarii, partus argenti tribus constans eripulis*. Plinius, lib. xxi, cap. ult.: *Drachma Attica denarii argentei habet pondus; eademque sex obolos efficit*. Ex quo Isidori locum restitui. Pro a dando dictus melius esset a *decem*, aut a *demo*, vel *denis*.

N. 14. *Solidus... nomisma*. Hæc, quæ de *nomismate* dicuntur, repetita sunt ex cap. 18 hujus libri, num. 9, ubi eodem modo legitur *effigiesque*; etsi enim frequenter usurpatur *effigies*, *effigiei*, Plautus tamen dicit *effigia*, *effigie*, et Lucretius in plurali *effigie*. De *solidis*

agit Barthius, lib. xi Adversar., cap. 20, qui *sol-datorum* nomen inde deducit.

N. 18. *Uncia pondus*. Nonnulli apud Hieronymum mallent legere *semuncia pondus*. An autem *siclus sanctuarii* duplo pluris quam *communis* valuerit, inter sacre Scripturæ interpretes non constat. Nonnulli enim putant *siclus sanctuarii* eundem fuisse ac *communem*; vocatum vero *sanctuarii*, ut pondus justum et exactum indicaretur.

N. 19. *Uncia*. Sicula vox est *οὔνκια*.

N. 20. *Libra*. Ducitur etiam a voce Sicula *λίτρα*. De perfectione libræ vide notam ad lib. iv Scdulii v. 154. *Aurea libra fuit*.

N. 21. *Mna*. Plinius, lib. xxi, cap. 34. *Mna, quam nostri MINAS vocant, pendet drachmas atticas centum*.

N. 22. *Talentum*. Servius idem pondus LXX librarum talento tribuit lib. ix *Æneid.*, ad vers. 265: *Auri duo magna talenta*. Marsilius Cognatus, lib. iv *Observat.*, cap. 6, reprehendit in Isidoro quod dixerit *apud Romanos*, cum Romani vocabulo *talenti* uti non consueverint, et Plautus sermonem habeat de Græcis. Isidorus verba Servii sumpit. Addit Cognatus errorem librarii videri LXX pro LX, et CLX pro CXX, sed auctoris errorem non dubium esse quod in talento posuerit *minas duas supra sexaginta*; nam in Plauto *quatuor minæ supra 120* debebantur ratione feneris. Jos. Scaliger, de Re nummar., pag. 30, grammaticorum commentum esse pronuntiat *magnum talentum, parvum talentum*, et apud Isidorum *minus, medium, summum*, quæ sunt, ut ait, ineptissima. Ad Pauli vero verba, in Rudente, respondet se hæere. Sed negare nequit Scaliger rem non satis exploratam apud antiquos reperiri, nequæ parum laborare recentiores qui *talenti* valorem explicare conantur, ut Salmasius, de pecun. veter., Vossius, in *Etymol.*, et alii. Ad Isidorum quod attinet, advertendum nonnullos apud Servium, a quo Isidorus sua mutuatur, *pro libris* repone re velle *minas*; nam Fannius ait:

Cecropium superest post hæc docuisse talentum,  
Sexaginta minas, seu vis, sex millia drachmas.

Libra continet drachmas 96, adeoque sexaginta libræ solum efficerent drachmas 5952. Libræ sexaginta duæ, quod apud Servium et Isidorum retineri Chacon volebat, efficerent drachmas 6072. Et de *minis* quidem Plautus loquitur. Diversa talentorum genera Festus enumerat: *Talentorum non unum genus. Atticum est sex millium denarium. Rhodium et Cistophorum quatuor millium quingentorum denarium. Alexandrinum duodecim millium denarium. Neapolitanum sex denarium. Syracusanum trium denarium. Reginum victoriatii*. Erat etiam talentum atticum majus, quod 83 minas et 4 uncias continebat, de quo Livius, lib. xxxviii, cap. 38.

N. 23. *Numeri nomen*, recte, inquit Scaliger, loc. cit., pag. 64, ut distinguatur a ponderali, quod Arabes corrupto nomine *Kintar*, Hispani et Aquitani *quintal* dicunt. Medio ævo nomina *quintale*, et *quintallus* in usu erant, de quibus plura Ducangiu-. Hispani *quintal* vocant pondus centum librarum; de quo confer Marianum de Ponder. et meqs., cap. 9, ubi ex Isidori verbis colligit Latinos posteriori tempore cœpisse *centenarij* nomine talentum significare, eo pondere aliqua ex parte mutato.

CAP. XXVI. Num. 3. *Cochlear*. Vehementer dissident inter se scriptores in mensuris, itidem ut in ponderibus explicandis. Nam veteres plerumque obscure locuti sunt; et aliquando Græcas mensuras eodem nomine intelligunt, aliquando Latinas. Forcellinus, cum aliis, ait *cochlear* esse quartam partem cyathi; sed ex Isidoro colligitur, esse partem vigesimam cyathi, ex Fanno autem esse partem vigesimam quartam cyathi. Nam *chomes* est pars duodecima, *cochlear* est dimidia pars *chomes*. Verba Fanni sunt:

At mystrium cyathi quarta est, ac tertia mystri,  
Quam vocitant chemen, capit hæc cochlearia bina.

PATROL. LXXXII.

Mariana, de mensuris Græcorum loquens ait: *Conc. i semicyathus. Mystrum cyathi quadrans. Cheme cyathi quinta. Cochlear parvum cyathi pars decima*. Cum vero de mensuris Romanorum agit, ita disserit: *Cochlear, sive ligula cyathi quadrans, sextarii pars 28, cum in Græcis mensuris cochlear sit pars cyathi decima. Ligula in aqua aut vino pondus est drachmarum trium, scriptuli unius*.

N. 5. *Cotyla*. Grialius in textu edidit *cotula*, in not. *cotyla*. Utroque modo scribitur, *cotula* more Latino, *cotyla* Græco. De hoc Isidori loco audiendus Guillelmus Budæus, lib. v de Asse, quamvis minus æquum Isidori iudicem se ostendat: *Post hæc antiquitatis monumenta cum mensurarum modos deprehendere magnopere cuperem, ad pondus examinare nec institi: quo facto cum nec ex carminibus illis, nec ex Plinio responderent, nihil potius tandem inveni, quam quod apud Isidorum, non optimum ipsam auctorem, ne harum quidem rerum, legitur: Hemina appendit, etc.* Celebris est controversia de hemina vini in regula sancti Benedicti, in qua explicanda Menardus in Concordia regularum, Martenius in Comment. ad regulam sancti Benedicti, Joannes Pelletier, in Dissert. Gallic. de libra panis, et de vini hemina in regula sancti Benedicti, Dominus Lancelot, in Dissert. de vini hemina, aliique versati sunt. Varia fortasse fuit pro variis temporibus et locis mensura. Vide Ducangium cum auctario.

N. 6. *Quinarem*. Videtur verbum Hispanorum proprium; nam Ducangius asserit *quinalis* mensuram liquidorum esse Hispanis, exemplaque profert ex monumentis Hispanicis. Ac fortasse apud Isidorum legendum *quinalis*, sive *gomor facit*. Difficultas a Grialio proposita contra hunc Isidori locum facila dissolvitur, si duplex mensura distinguatur, altera *gomor*, sive *ghomer*, de qua hic Isidorus, altera *chomer*, seu *chorus*, aut *corus*, de qua infra, n. 17. *Gouior*, sive *ghomer decima pars est ephii*, ex Ex d. cap. xvi, 56. Mariana, de Pond. et mensur., colligit *gomor* efficere sex Toletanos sextarios præcisè, Romanos quo quatuor, et quatuor quintas eju dem sextarii; et adducit verba Isidori nostri, quibus probatur ex quinque sextariis Romanis *quinarem*, seu *gomor* constare. An autem inter *chomer* et *corum* distinctio alia adhibenda sit, postmodum videbimus.

N. 7. *Congius*. Minus bene in nonnullis Editionibus *congium* neutro pro *congius*, quod idem vitium in veter. glossar. occurrit. Figuram congii expressit Fabrettus, c. 7, pag. 526. Verbum *congiendo* apud alios non reperio. Medio ævo dicebatur *congiare*, seu *congeare*, licentiam abundi concedere, quod Itali dicunt *congedare*.

N. 9. *Denarii numeri*. Confirmatur hinc, legendum apud Dioscoridem, lib. v, c. 82, *metretam esse mensuram decem congiorum*; alii legunt *octo*, alii *duodecim*. *Metreta*, cujus sit mentio in sacris literis, *batho* Hebræorum respondere dicitur.

N. 10. *Sextariorum*. Fortasse Epiphanius et Isidorus de sextariis Hebræicis loquuntur, qui Romanis tertia parte sunt minores; sed, ut advertit Mariana, dici tunc deberet modium continere sextarios viginti quatuor. Sed præ oculis semper habendum mensuras et pondera pro locorum varietate mutari; et fortasse Epiphanius mensuras Samaritanorum, unde ipso genus ducebat, plerumque intelligit. Isidorus autem Epiphanius auctoritate se tuetur.

N. 11. *Satum*. In glossis in Velus Testamentum, quas ex Codice I archivii Vaticani edere inter appendices, ubi locus opportunior videbitur, cogito, ad cap. xvi Genesis *satum* dicitur habere modium, et semis.

N. 12. *Bathus*. Grialius edidit *Batus*; communis scriptura est *bathus*; sed vocatur etiam *batus*. De mensura hæc fere Mariana loc. cit., bathus capit sextarios Romanos XLVIII, Hebræo LXXII. Vel certe bathus duplex erat, minor æqualis ephii, major proportionem sexquialtera cum minore comparatus.

N. 13. *Hinc et inde levetur*. Quia per syncopen dicitur *amphora* ab ἀμφωφόρος. Amphora Romana quadrantal dicebatur, quia ex pede Romano in quadrum facta constabat. Volusius Metianus, de *Asse*: *Quadrantal, quod nunc plerique AMPHORAM vocant, habet urnas duas, modios tres, etc.* Amphora græca, seu Attica tres urnas continebat. Fannius:

Attica præterea dicenda est amphora nobis,  
Seu carias; hanc facies, nostræ si adjecit urnam.

N. 15. *Medimna, medimnus*, sive *medimnum* mensura est sex modiorum, ut ex Cornelio Nepote, Fannio et aliis, apud Rosweydam, in Onomastico, colligitur. Ausonius in glypho ternarii dixit *Sicana medimna*, sed in plurali: Quod autem Isidorus ait, *medimnam* quinque modii constare, redit eadem responsio, incerta fere omnia esse quæ de veterum mensuris proferruntur; varias fuisse etiam sub eodem nomine mensuras pro varietate locorum, et temporum.

N. 16. *Artaba*. Rosweyduus, loc. cit., post plura veterum testimonia de *artaba*, non satis sibi consentientia, concludit: *Sed omnino varia mensura fuit artaba*. Mariana cum præmississet *artabæ* ex quorundam sententia respondere LXXX sextarios, ex Epiphanius LXXII, ex Fannii LIII, cum triente, addidit has varias opiniones conciliari non posse, nisi forte ex varietate sextarii, ut Fannius locutus sit de Romanis, Epiphanius de Atticæ, alii de Hebraicis.

N. 17. *Chomer*. Cum supra, num. 6, dictum fuerit *gemor* sextariis quinque constare, nunc saltem distinctionis gratia scribendum est *chomer*, non *gomor*, ut Grialius alii, que ediderunt. Profecto hoc loco de mensura magna sermo esse debet; et solum dubitatio inde oriri potest, quod *chomer*, sive *homer*, et *corus*, sive *chorus* pro eadem mensura poni solent. Neque occurrit, quid possit responderi, nisi fortasse, quod dimidium *cori* alicui nomen *chomer* obtinuerit. Mensuræ certe Hebræorum ex communi sententia hunc servant ordinem. *Corus*, seu *chomer*, maxima quinium est, continens x, ephi, totidem bathos, xxx sata, c gomor, cLXXX cados. Quædam appendicula de mensuris Hebraicis, num. 21, a nobis proferretur ex fragmentis, initio Editionis Bignæpæ productis.

CAP. XXVII. Num. 1. *Ponderis signa*. Fortasse ex hujusmodi signis ponderum, et mensurarum, quæ in libris mss. olim apparebant, orta est illa confusio, quæ in ponderibus et mensuris veterum explicandis observatur.

N. 4. *Gamma*. Grialius in nota ediderat *gamma*; repositi *gamma*, quod in textu exhibetur, ut sit indeclinabile.

## LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

CAPUT PRIMUM. Num. 1. *Rerum rusticarum*. Scriptorum rei rusticæ optima Editio est cura Gesneri Lipsiæ 1735. Videri etiam possunt Geoponici veteres, recente Joan. Nic. Niclas. Lipsiæ 1781. Recentium scriptorum ingens est numerus. Inter Hispanos celebris est Herrera, quem Italice redditum Venetiis jam ab anno 1608 video.

N. 2. *Sed ferro quæcunque*, etc. Vix hæc intelligi possunt, nisi verba Servii legantur ad lib. 1 Georg., vers. 147: *Prima Ceres omne agriculturæ genus hominibus indicavit; superfluum enim questionem movent commentarii, dicentes Osirim, vel Triptoleum aratrum invenisse. Nam aliud est unam rem invenire, et aliud omnem agriculturam docere, quod fecit Ceres.* Nam ferrum dicendo, cuncta generaliter rusticorum arma complectitur. Pro *summatam* conjectura in collationibus Gothicor. Codicum Tolet. erat *Fulmi natum*.

N. 3. *Stercutius*. Grialius in textu edidit *Stercutius*, in not. indicat *Sterculius*. Apud Plinium, lib. xvii, cap. 9, nonnulli legunt *Stercutium*, Harduinus ex Mss. *Stercutam*. Prudentius, hymn. 2 Peristeph., vers. 449:

Janum bifrontem, et Sterculum  
Colit senatus;

A et eodem modo *Sterculum* quidam legunt apud Tertullianum in Apologet., cap. 25. Infra, cap. seq., num. 3, rursus de *Sterculio*, sive *Sterculo*.

CAP. II. Num. 1. *De ære*. Hoc est, instrumentis ex ære. Hanc enim vim particula de habet. Cæterum æro verbum Græcum est, non ex ære deductum.

N. 3. *A sterce, qui et Stercutus*. Ex Augustino, ut Grialius supra observavit. Sed apud Augustinum nonnulli ita legunt: *Hunc Stercen alii Stercutium appellarunt*.

N. 5. *Runcatio*. Vere est a Græco ῥύζος, rostrum. Hinc runcio, runconis, et runcare, runcare, ex quo Hispani dicunt *arrancar*. Ita etiam *sulcus* a Græco ἀλάς est deducendum. A *veruactum* vero Hispani dicunt *varuecho*.

N. 6. *Satio*. Est a satum, ut *actio* ab actum, etc. Verbi *æro* originem Hebraicam Becmanus, pag. 966, astruit. Isidorus fortasse *Servium* respexit, qui ad Virgilium, loc. cit., ait, *id est, adeo sereno celo, ut vestimentis non egeas*.

B CAP. III. Num. 2. *Fruges autem reliqua*. Non negat Isidorus frumenta etiam esse fruges, sed assertit, fruges non solum de frumentis, sed etiam de aliis dici; adeoque contrarius non est *Servio*, qui ex Cicerone concludit etiam *frumenta fruges vocari*. Discernuntur ergo frumenta a frugibus, tanquam species a genere, non tanquam species a specie. Verbo *frumendo*, aut *frumere* pro *vesci* an apud alios reperiat, prorsus ignoro. Vide l. xx, c. 2, n. 27.

N. 5. *Primitiæ*. Sunt primæ res in quocunque genere; sed ex communi scriptorum usu colligi posse videtur, proprie de frugibus dici, quæ numini offeruntur, translate de aliis rebns.

N. 4. *Triticum*. Varro de Ling. Lat., cap. 22: *Triticum, quod trium est specieis*.

N. 6. *Ador*. De *adore*, sive *adorea* quædam est glossa vetus inter eas quas edidi ad Prudentium, hymn. 10 Cathem, vers. ult., in qua etymologia hujus vocis indicatur ex *adoro*, cui favet Priscianus, lib. iv, pag. 628, Putsch. Quod *adorea* sacrificia dicerentur, apud alios expressum non reperio. *Adorea* autem fem. gen. pro gloria, et laude accipi solet.

N. 7. *Sitigo*. Græce simili modo dicitur ὀδύρης. N. 8. *Trimestra triticum*. De tritico quadrimestri nonnulli exponunt quod Salvator discipulis dixit: *Nonne vos dici is quod adhuc quatuor menses sunt, et messis venit?* Videtis nos ad Juvenecum, lib. II, vers. 313.

N. 12. *Centenum*. Manet apud Hispanos vocabulum *centeno*: quod apud alios antiquos hoc significata non invenio. De millo Festus: *Milium quidam putant capisse nomen maxime a nummorum summa, quæ est mille*.

N. 13. *Panicum*. *Panicum* vocant Plinius et Cæsar. Sed Isidorus videtur scripsisse *panicium*. De *piate* frumento nihil certi habeo, nisi sit adjectivum frumentum *piatum* a *piensendo*. Vide Festum. De *sesamo* frumento æstivo Plinius lib. xviii, capp. 7 et 10.

N. 14. *Farrago*. De farragine Varro, Columella, Plinius et alii.

D CAP. IV. N. 4. *Faba fresa*. *Fressus* et *fressus* est participium verbi *frendeo*, seu *frendo*, quod pro *frangere* etiam accipitur. *Fabam fressam* nominat Celsus lib. v, cap. 18, n. 21.

N. 6. *Faselus... cicer*. Ciceris etymologiam ex lingua Hebraica nonnulli repetunt. De *faselo* Virgilius Georg. vers. 327:

...Viciamque seres, viliemque faselum.

N. 7. *Tristis pro lupini*. *Triste* pro *amaro* sumi solet. Vide meum comment. ad vers. 50 Dittochæi Prudentii.

CAP. V. Num. 1. *Rudi adhuc sæculo*. Recentis pro diluvium mundo. *Rudis* pro novo usitatum est. Prudentius lib. v adversus Symmach. vers. 277:

Si quid, quid rudibus mundi nascentis in annis  
Mos habuit, etc.

Confer indicem Prudentii.

N. 3. *Extremitatibus terræ*. Servius ad vers. 7 ecl. A  
B : *extremitatibus agrorum*.

N. 5. *Sarmentum a serendo*. Festus sarmentum a  
sarpe deduci; nam antiqui *sarpes* pro *purgare* dice-  
bant.

N. 9. *A palma derivetur*. Paulus ex Festo: *Palmites*  
*vitiuum sarmenta appellantur, quod in modum palmarum*  
*humanarum unguis, quasi digitos, edunt*.

N. 11. *Capreolos a capiendo* etiam deducit Festus.  
Alii ex eo quod *capreolorum cornus* referant.

N. 15. *Humidum est, etc.* Servius ad vers. 20 Ecl.  
10: *Humidum est quod extrinsecus habet humoris ali-*  
*quid, viduum vero quod intrinsecus: undevvæ dicuntur*.  
Grialius in textu edidit, *humidum est quod exterius*; in  
not. indicat, *extrinsecus*.

N. 16. *Præcoque vocatæ... Hæc lagoes dicunt*. Plini-  
us lib. xiv, cap. 3, asserit *lageam vitem* (sic enim  
appellat) peregrinam esse. Non ergo constat quod  
omnes uvas *præcoques*, sive, ut alii scribunt, *præco-*  
*ques* aut *præcoques*, veteres dixerint *lagoes*. Et Virgi-  
lius clare distinguit lib. ii Georg., vers. 93 :

Et passo psyllia utillor, tenuisque lagoes,  
Tentatura pedes olim, vincaturaque linguam  
Purpureas præciæque...

Ubi Servius in mea editione : *PRÆCIÆQUE; hæc cito ma-*  
*turescunt; unde et PRÆCIÆ DICITÆ SUNT PRÆCOQUE, quod*  
*ante alias coquantur: omissa sole*. In Cod. 2 archivii  
Vaticani hæc alio ordine referuntur : *Hæc Græci lagoes*  
*dicunt... ut lapus. Purpureæ a colore dicuntur, unciaræ*  
*a magnitudine, dactyli a longitudine, stephanitæ a ro-*  
*tunditate, Rhodiæ, et Libycæ a regionibus nuncupatæ*  
*sunt: ceraunijæ vero, quod rubeant, velut ignis. Genera*  
*autem avarum, etc.*

N. 18. *Ammineæ*. Servius, ubi Georg., vers. 96,  
scribit, *sunt etiam aminineæ vites*; quam scripturam  
critici plerique præferunt. Grialius ediderat in textu  
*amineæ*, ut scribit in not. Nonnisi originatio melius  
petitur cum Macrabbio lib. ii Saturn., cap. 11 et aliis  
ex *Aminineæ* regione, ubi Falerorum, vel, ut alii legunt,  
Salernum, aut Salentum.

N. 19. *Fæcinia*. Apud Grialium erat *fæciniam vocat*,  
per errorem, ut puto: nam alia exemplaria exhibent  
*vocant*.

N. 22. *Basilica*. Apud Grialium, et alios editos erat  
*basilica*: restitui *basilica*, ut apud Plinium et Colum-  
nellam legitur.

N. 23. *Visula materiem*. Apud Grialium erat *Visula*,  
*materiam, et brevem, et latum folium*: quod fortasse  
contra ejus mentem irrepsit. Apud alios editos, *ma-*  
*teriam, et breve, et latum folium*. Qui de re tota velit  
judicare, præ oculis habere debet Columellæ verba :  
*Visulæ deinde ab his, et minor argitis, terræ medio-*  
*critate lætiantur; nam in pingui nimis viribus luxuriant,*  
*in macra tenues, et vacuæ fructu veniunt: amiciores*  
*jugoquam arboribus, sed argitis etiam in sublimibus*  
*fertilis vastis materiis, et uvis exuberat, humillimis ta-*  
*bulatis aprior. Visula brevem materiam, et latum folium*  
*exigit, cujus amplitudine fructus suos optime adversus*  
*grandinem tuetur; qui tamen nisi primo quoque tempore*  
*maturi legantur, ad terram decidunt: humoribus etiam*  
*prius quam defuant putrescunt*.

N. 25. *Mareoticæ*. Verba Servii ad vers. 91, lib. ii  
Georg. sunt : *MAREOTIDES ALBÆ. Egyptiæ: Mareotis*  
*enim pars est Egypti. Et dicendo ALBÆ, ostendit etiam*  
*esse purpureas, vel alterius coloris*. At Columella lib.  
iii, cap. 2, inter græculas vites recenset *Mareoticam*;  
quod nonnulli accipiunt de parte Epiri quæ *Mareotis*  
dicitur, et in qua optimum vinum nascitur.

N. 26. *Helvolæ, etc.* Ex Columella loc. cit., ubi  
ait, *ab helvo, nisi fallor, colore vocatæ*. A Plinio  
quoque vocantur *helvolæ*, et *varianæ* lib. xiv, cap. 2.  
Nam *helvenacæ*, quas ex Plinio Grialius commemorat,  
scilicet ex eod. lib. cap. 12, ad aliam speciem perti-  
nent. *Helvenaciæ* hæc Columella appellat, tresque  
earum species distinguit.

N. 27. *Tertius locus, etc.* Hoc etiam ex Columella;

A quod non est cur rejiciatur ut superfluum. Tertius  
gradum, ait Columella, *facit earum Celsus, quæ fecun-*  
*ditate sola commendantur: ut tres helvenaciæ etc.*  
At *spionæ, etc.*

N. 28. *Vitis Spionia*. *Vitiscionia* erat apud Grialium  
et alios. Ex Columella reponi tuto *Vitis Spionia* :

N. 31. *Oblaqueare*. Etiam apud scriptores de re rus-  
tica, Catonem et Columellam, in veteribus editio-  
nibus et mas. reperitur *oblaqueare*, non *ablaqueare*.  
Utrumque verbum in hac significatione est a *lacu*,  
non a *laqueo*.

N. 33. *Hinc propagines*. Apud Grialium erat : *Hic*  
*propagines*.

CAP. VI. Num. 2. *Quasi arboris nata*. Id ex Servio  
non est, neque ad verum etymon pertinet.

N. 3. *Arbor autem, etc.* Ex Agrætio est, *Arbor*  
*omne lignum dicitur, arbor non nisi fructifera*. Sed non  
aliud discrimen agnosci solent, nisi quod *arbor* pue-  
ticum est.

N. 4. *Frutex brevis est appellatus*. Neque etymon  
B *fruticis*, neque quod *fruteta* sit plurale ejus, neque  
quod *fruteta* sit arbor alta, idonea auctoritate confir-  
mari potest. A *frutice* est *fruticetum, frutectum, et*  
*frutetum*, locus fructibus abundans.

N. 5. *Silva*. Grialius cum nonnullis scripsit *sylva*,  
quia id etymon Græcum postulat. Aliud præferunt  
lapides, et libri veteres; ac sapienter Latini i pro y ad-  
hibuerunt in vocabulis quæ ex Græco traxerunt.

N. 6. *Nemus verbum Græcum est*. Quod nemora  
sint arbores majores, etc., solum per synecdochem  
intelligi potest. De consuetudine constituendi idola  
in nemoribus apud paganos res certa est. Ipsæ e iam  
arbores cultu gentiles prosequebantur.

N. 7. *Lucus*. In loco lucebant etiam funalia, quia  
sacra ibi nocturno tempore celebrari mos erat. Alii  
*tropo per antiaphrasin*.

N. 9. *Aviaria etiam erant ea in quibus aves atiles*  
custodiebantur et alebantur. Legendum forte, *fre-*  
*quentem*.

N. 10. *Recidiva*. De *recidivis* vide not. ad lib. i  
C Dracontii, vers. 558.

N. 14. *Demergitur*. Grialius, *dimergitur*.

N. 19. *Ut prædicimus*. Scilicet cap. super., num. 8.

N. 20. *Cymas*. Verbum Græcum, quod in vulgares  
quoque linguas defluxit. Nonnulli scribunt etiam La-  
tine *cimas, et cumas*.

N. 23. *A frumine*. Vide supra cap. 3, num. 2.

N. 25. *Unde ellychnium*. Grialius in textu edidit  
*lychnum*; sed in not. exhibet *lychnus, vel ellych-*  
*num*, quamvis solum ex conjectura id proferat pro  
*lucinium*, quod in aliis Editis exstat. Nescio an huc  
pertineat quod infra cap. 7, num. 65, commemo-  
rantur olive *lycinia, sive licinia*, quæ opium  
dant lumen. Vide notam, et lib. xix, cap. 19, num.  
3, ex quo præferendum videtur *ellychnium*.

N. 26. *Fomes est astula*. Inter opera variorum de  
Dedicatione sub ascia cum notis Mazochii illustratur  
hic Isidori locus, sed ita ut menda editionum vete-  
rum corrigantur, jam a Grialio emendata. Servius  
ad loc. cit. Virgilio: *Sane fomites sunt assulæ quæ*  
*ab arboribus cadunt, quando inciduntur, quod foveat*  
*ignem. Clodius scribit... Item alio loco: Assulæ am-*  
*bustæ, ligna excavata, a fungis nomine accepto*. Vide-  
licet ex *fungis* optimus sit *fomes*. Utrouque modo dici-  
tur, *assula, et hastula*: et hinc Hispanice *astilla, seu*  
*hustilla*. Nota hæc est Vulcanii: *Ita hodie Hispani*  
*BASTILLAS vocant, quæ Græci ξάπρον*. In mas. Plinii  
apud Harduinum legitur etiam *astula*, ubi alii ha-  
bent *astula*.

N. 27. *Titionem*. Verbo *titionis* Varro, Celsus,  
Apuleius, et alii utuntur: e vulgi tamen consue-  
tudine id sumptum arguit etiam Lactantius lib. iv, cap.  
14: *Titionem vulgus appellat extractum foco torrem*  
*semistatum*. Vulgare lingue idem nomen retinet.

CAP. VII. N. 1. *Palmla* ab aliis de quovis fructu  
*palmarum dicitur. Caryota est species palmlæ, ut apud*  
Celsum Aurelianum lib. ii Acut., cap. 37: *Palmlæ*

*nurales, quas CARYOTAS vocant.* Myrobalanum proprie est glans Ægyptiæ cuiusdam arboris, ex qua fit unguentum *myrobalanum* pariter appellatum.

N. 2. A verbo *laudis*: ex Servio ad Eclog. 8, vers. 13: *Cur tamen triumphantes lauro coronentur, hæc ratio est, quoniam apud veteres a LAUDE habuit nomen; nam LAUREUM dicebant.* Græce *laurum daphnen* dictam volunt, quia resonat dum uritur: ac fortasse apud Isidorum iuvenit ita interpungere, *vocant: quod nunquam deponat viriditatem, inde illa potius virores coronantur.* Laurus veteribus plena erat boni genii, ac plurimis de causis, quas referunt Bodæus ad Theophr. pag. 185 seqq., et Meursius tom. IV Arbo- reti sacri, pag. 9. Confer Georg. Augustum Langguth in libello quem Lipsiæ edidit 1738 et inscripsit, *Antiquitates plantarum feralium apud Græcos, et Romanos*, pag. 17.

N. 3. *Virgilius amantibus*, etc. Fortasse respicit vers. 64, Eclog. 3:

Malo me Galatea petit lasciva puella;

de quo plura interpretes.

N. 5. *Mellis sapore*, etc. Scribitur nihilominus cum uno *melimelum*, quia ex vocabulo græco *μῆλι* deducitur. In Martialis epigrammate alii legunt, *dicas hæc melimela, licet.*

N. 6. *Malogranatum.* Dubitant nonnulli an *malogranatum* recte dici possit. Veteres quidem *malum granatum* tantum dixisse videntur. Mala punica a Plinio absolute *granata* dicuntur; et hoc nomen Hispani adoptarunt *granadas*.

N. 7. *Duracinum.* Hinc Hispani *durasno* dicunt, quod ex Latino *durus* oritur. Brissonius lib. II de Regno Persarum, num. 236, cum Plinio lib. xv, cap. 45, refellit errorem Columellæ, vers. 403 seqq., et Isidori hoc loc., qui *Persica mala* in Perside venenata fuisse crediderunt. Alia est arbor *Persea*, quæ in Perside venenata dicitur a multis, in Ægypto vero innoxia. De hac Plinius lib. XIII, cap. 9, et lib. xv, cap. 13. Grialius primo loco scribit *Armenicum*, dein- de *Armeniacum*.

N. 8. *Inclavuit.* Quia huic uni tantum arbori incubuit Virgilius, ut Servius notat. Pro *ex illa foveri animam*, Cod. I Vat. arch. habet *ex illa tueri animam*, ut tueri passive accipiatur, quod fortasse Isidorianum est.

N. 9. *Faba Syriaca.* Isidorus cum Servio, ad vers. 84 l. II. Georg.: *Vulgare loti vocabulum in faba Syriaca exprimit.* De loto, Ægyptiaca herba, fabæ simili, Plinius, lib. XIII, cap. 17. De loto arbore plura Salmasius, pag. 1039 Exercitat. Plinian.

N. 10. *Nixim.* Salmasius, pag. 1324 Exercit. Plinian., observat *myxa* pruna Sebestena esse apud aliquos, et ab Isidoro cum *Dama-cenis* confundi. Ipse existimat *myxa* veterum Græcorum esse *musa*, ficis proxima, quæ Hispani vocant *higuera banana*, hoc est, sicut *bananus* ferentem. Rosweyda, in Onomastico, verb. *Nixæ sicca*, plura veterum producti loca de *nixis*, aut *myxis*, quæ etiam *myzaria* dicebantur.

N. 11. *Elæomeli.* Est neutrum indeclinabile, ut a Plinio usurpatur. Isidorus, ut arborem faciat, fortasse scripsit *Elæomelia*.

N. 13. *Melopus.* Grialius, in not., indicat *melosus*, sed in textu edidit *melopus*. Salmasius, pag. 354 Exercit. Plinian., *metopon* a Plinio recte vocari ait. Apud Plinium, lib. XII, cap. 23, plerique legunt *metopium*.

N. 14. *Mespilus.* Grialius, in not., scribit *mespila*, in textu *vespilus*, quod rectum est. *Mespilum* est fructus arboris mespili.

N. 16. *Apta hastilibus.* Ex Servio, loc. cit. Virgili.

N. 17. *Hinc et Caricæ.* Incertum me Grialius relinquunt, an spuria censeat hæc omnia verba, *Hinc et Caricæ a copia nominatæ.* Ego omnia pro genulnis accipio. Isidorus ait ficus *Caricæ* nominatæ a copia scilicet, qua Caria abundabat. Cicero, lib. I de

Divinat., cap. 40: *Quidam in portu Caricæ Canno adrectas vendens, CAUNEAS clumitabat.* Alii scriptores *Caricæ* pro quocunque ficorum genere ponebant. Ovidius, lib. VIII Metam., vers. 674: *Hic nax, hic mista est rugosis caricæ palmis.* Ita etiam Plinius.

N. 18. *Caprificus.* Martialis, veluti per lusum, etymologiam *caprifici* deducit ex *capro*, et *ficu*, lib. IV, epigr. 52. Videri possunt Becmanus, Vossius et alii etymologi. De remedio vero, seu caprificatione, qua arbor ficus fecundatur, Plinius, Columella, Palladius.

N. 20. *Sit foliis similis.* In nonnullis veteribus exemplaribus legitur *sit folia similis*, ut *sit feminifolia*. Medio ævo ita videtur dictum, ex quo vulgare nomen defluxit. Isidorus fortasse inuit (mori suo inhærens) quod *sycomorus* dicta sit, quasi *sicut morus*. Sed revera componitur ex *σῦκῆ*, *ficus*, et *morus*. Fructus enim *sycomori* forma et magnitudine ad ficum accedit.

N. 25. *Castaneum.* Alii *castaneam* dictam putant a *Castana*, seu *Castanea*, Thessaliæ urbe, ubi *castaneæ* abundant.

N. 26. *Ilex ab electo.* Scilicet, quasi *ilex* ab eligendo, quod aliis quoque etymologiis placet.

N. 28. *Æsculus.* Grialius in textu edidit *ericulus*, in nota *æsculus*.

N. 29. *Siliquam.* Salmasius, pag. 461 Exercit. Plinian., animadvertit contra Isidorum, *siliquam* dici, quod in *siliqua* esset; non fructum, sed ligneum corticem esse dulcem; *acaciam* exprimi ex semine, vel fructu spinæ Ægyptiæ, qui fructus etiam in siliquis exstat: solum Ægypti, ex qua gummi, *acariam* quoque vocari. Hæc fere Salmasius. *Acacia* quidem ex fructe spinosæ, *acacia* periter nuncupato, exprimitur; de qua vide Plinium, l. XIII, cap. 12, et Celsum, lib. VI, cap. 6.

N. 30. *Nardi pistici.* Ex *nardo pistico*, cuius meminit evangelista Joannes, etymologiam *pistaciæ* Isidorus deducit. Sunt tamen qui putant amanuenses pro *nardo spicato*, ut Marcus, XIV, 3, vocat, transcripsisse *pistici*.

N. 31. *Pitin.* Alii putant *picæam* non esse *πύκνῶν*, sed *pytin*. Vido Matthiolium, ad Dioscoridem et Langguthium, loc. cit., pag. 28 et 39. De electro, seu succino, fusius lib. XVI, cap. 8, num. 6.

N. 32. *Longe eat.* Hoc est, longe in altum abeat, quam etymologiam aliis quoque recentioribus placere video. Quod abies *gallica* vocatur propter candorem, ex eo intelligitur, quod *Gallia* a candore dicitur, ut expositum iam fuit lib. XI, cap. 4, num. 25. In abiete autem est pars inferior, quæ enodis est, superior, quæ nodosa.

N. 33. *Cedria.* De *cedria*, qua perlitæ libri conservantur, Plinius, lib. XIII, cap. 3.

N. 34. *Cyparissus.* Aliam causam cur *cypressus*, aut *cypressus*, aut *cyparissus*, ad domos et circa pyram pro funebri signo poni solita fuerit, assignat Festus: quia scilicet excisa non renascitur. Quem ad locum videndus Scaliger.

N. 36. *Distinctionibus albis, ac fulvis.* Salmasius, pag. 1033 Exercit. Plinian., advertit verbum Dioscoridis *διαφόροις* exponendum esse, non per *maculas*, ut Isidorus interpretari videtur, sed per *lineas venarum in longum discurrentes*. Idem Salmasius, ibid., pag. 1030, Isidorum reprehendit, quod paludem Meroetida in India collocet; sed Isidorus Servii expositioni adhæret, cuius verba Grialius protulit. Placet vero correctio Salmasii, qui in Lucani versus emendat *ebanus Meroetica* a *Meroe* urbe principali Æthiopiæ. Nam idem Lucanus, lib. X, vers. 303, ait:

Ambitur nigra Meroe secunda colonis  
Lata comis ebeni...

In primo Cod. Goth. Tolet. nota hæc est: *Ebanus arbor, quam non comburit ardor.*

N. 37. *Quasi platanus dilatata.* In Vulgata: *Quasi platanus exaltata sum.* Forte *πλάτος* Græci.

N. 38. *Incaustus.* De incaustis ex veterum more

rite restituendis Petrus Garzia de la Huerta post A Requenum, Hispanum itidem, doctissimum commentarium typis regis Matritensibus edidit.

N. 40. *Torquentur*. Apud Virgilium legitur *curvantur pro torquentur*. Plinius, lib. v, cap. 23, docet *Iuracam*, sive *Ityracam* provinciam Cœles Syriæ esse. De *toxicis*, quæ ex Plinii aliorumque sententia *tasica* prius dicerentur, vide Joannis Gorrei medici commentaria in *Alexipharmaca* Nicændri.

N. 47. *Quod celeriter saliat*; ita etiam Cincius. *Ridiculum* tamen id Festo et recentioribus videtur.

N. 48. *Vimen*. Ita dictum alii putant, quia facile *vietur*, hoc est, *fractitur*, *Viere* est *vi* flectere.

N. 50. *Myrris*. E vocabulo Græco trahit originem, *μύρρον*, *μύρρινα*, quod nonnulli derivant a *myrrha* ob odoris similitudinem. Grialius, cum aliis Editis, scribit *μύρρινα*, sed vox usitata est *μύρρινα*, aut Attice *μύρρινον*.

N. 52. *Præstantiorem*. Pro *præstantissimam*; quæ phrasis æqualibus Isidori et antiquioribus etiam familiaris est.

N. 53. *Scribe in buxo*. Vulgata: *Scribe ei super burum*.

N. 54. *Medeor* cum ærusativo reperitur apud quosdam veteres, sed sub varia, et dubia lectione.

N. 56. *Stipa*. De *stipa* vide Festum, verbo *Stipatores*.

N. 57. *Canna*. Proprie est arundo minor, et gracilior. Columella, lib. vii, cap. 9: *Degener arundo, quam vulgus CANNAM vocat*. Scriptores plerumque utrumque confundunt. Agrostius: *Arundo canna est ab ariditate dicta*. *Cicuta* etymologiam Isidorus deducit, quasi dicatur *cæcuta*, ut ex loco ejus a Grialio citato colligitur. De re ipsa Servius, Ecl. 2, vers. 36. *Cicuta est spatium, quod est inter cannarum nodos*.

N. 58. *Indica non magna*. Apud Grialium et alios Editos erat:

Indica oca magnum in arbore crescit arundo.  
Illius et leutis....

In not. ad Dracontium, lib. 1, vers. 199, observavi veram hanc esse lectionem, quam ascripsi, et multi critici adoptant. Salmasius, pag. 1018 Exercit. Plinian., dubitabat num reponere oporteret: *Indica nam magna nimis arbore*, etc., siquidem Strabo affirmat magnas illas esse arundines. Sed nihil mutandum censuit. Certe arundines possunt esse in suo genere magnæ, quin propterea *magna arbor* dici debeant. Annadvertisi idem Salmasius cannas illas indicas, quarum radices expressæ humorem melleum reddebant, easdem plane esse, atque illas cannas quæ nostrum saccharum generant; nam antiquorum aliud saccharum fuit. Iterum, pag. 1021, de saccharo nativo veteri, et factio novo disserit, et nostrum saccharum e cœmis indicis inventioni Arabum tribui posse conjicit. Videndum, num in tertio versu legere præstiterit, ut in nonnullis editis, *succo concedere mellis*.

N. 59. *Rhamnus*. De rhamnno, tom. I Patrum Apostolicæ, pag. 23, col. 2, cum notis Cotelerii agitur. Plura Langguthius, Antiq. plantar. feral. pag. 13.

N. 63. *Orchades*. *Orchites* rectius esse existimat Beccmanus, pag. 102. Isidorus hæc ex Servio sumit, ad II Georg. vers. 86.

N. 65. *Lycinia*. Grialius in textu *lycinia*, in not. *licinia*. Alii editi *lychnia*. Neque displicet lectio multorum *Unde et lignum nomen accepit*, quamvis Isidorus, cap. 6, num. 25, contrarium docuerit, quod a ligno est *lychnus*.

N. 66. *Pusia*. Cap. 49 prolegom., num. 13, observavi Burriellum ex *pusia* deducere voluisse Hispanum nomen *bujia*, quasi de *lampade* loquatur Isidorus, cum sermo sit de *oliva*.

N. 67. *Crustumia... volemis*. Ex ijsis Servii commentariis s. t. s. colligitur sermonem ipsi esse de *pyris*. Virgili versus 88, lib. II Georg. est:

Crustumia, Syriis que pyris, gravibusque volemis.

Verba Servii: *Crustumia pyra sunt ex parte rubentia,*

*ab oppido Crustumio nominata. GRAVIBUSQUE VOLEMIS, id est, magnis. Nam et VOLEMA ab eo quod volam impleat, dicta sunt. Unde et INVOLARE dicimus. Fortasse Isidorus alium secutus fuit, qui olivas eorumdem nominum explicaret. Forcellinus, qui accuratus attingit, est, et magno mihi usui esse solet, asserit Servium ad hunc locum addere *volena pyra lingua Gallica bona et grandia dici. Quod si est*, subjungit Forcellinus, *non e Latio vox est accessenda, sed e Gallica lingua, quæ eadem olim ac Germanica. In mea Editione non invenio hæc Servii verba; uæque Ducangus in *volemum* alium auctorem pro etymo Gallico citat, nisi Papiam ex nostro Isidoro. Quod *involare* dicatur a *vola*, tradit etiam Iso, in gloss. ad Prudentium, vers. 860 Apoth.: *VOLA mediæ palmarum; inde involare dicimus, quia quidquid involamus, in palma recondimus.***

N. 69. *Amurca*. Hoc vocabulum Latini potius e Græco traxerunt, quam contra.

N. 70. *Gumen*. Dicitur *gummi* indeclinabile, et *B gummis, gummis*. Palladius usurpavit *gumen*, ut hoc loco Isidorus.

N. 71. *Resinam*. De resina Bochartus, Ch. lib. 1, cap. 8, quedam afferit huc spectantia. Plura etiam Plinius, lib. xvi, cap. 11, et lib. xxiv, cap. 6, qui varios resinæ in medicina usus recenset.

N. 72. *Levis*. Grialius in textu edidit *lævis*, in not. *lenis*. Verbum Græcum Dioscoridis utroque modo verti potest, aut *lenis*, aut *lævis*, et eodem significato *levis*. Alii, cui probatio.

N. 74. *Et hæc buxus*. Apud Servium legitur, ut *hæc buxus de arbore dicamus, buxum vero de ligno aliquid compositum*; quod fortasse Grialio displicuit, sed non est certe contemnendum. Nam *aliquid, e buxo compositum*, ut *tibia*, etc., *buxum*, et *buxus* dici potest.

CAP. VIII. Num. 1. *Quisque*, pro *quicunque, quisque*, occurrit apud Plautum, Ausonium, Prudentium, et alios, ut sæpe in Commentar. ad Prudentium adverti. *Aroma* verbum Græcum est, quin opus sit ad Latinam originationem recurrere, aut ad *aras*, aut ad *aerem*.

N. 2. *Tus*. Grialius in textu scribit cum aspiratione *thus*; in not. ad n. 3, sine aspiratione *tus*; quæ communior est scribendi ratio, quamvis *tus* derivetur a Græco *θύσιν*, ut multi putant. Alii in textu n. seq. *tus sine aspiratione a tundendo*.

N. 3. *Tus a tundendo*. Deducit etiam Charisius. *Tus Libanum* adjective dicitur, ut apud Sedulium, lib. iv, vers. 55, *Libana cedrus*. Confer Bochartum, Phal. II, 18.

N. 4. *Myrrha*. Salmasius, pag. 1268 Exerc. Plinian., corrigit: *Myrrha autem Troglitis ab insula Arabia*, etc. Sed buid non est quin Isidoro sermo sit de *myrrha troglodytica*, quæ ita vocatur a Plinio, lib. xii, cap. 16. Ab eodem Plinio, lib. vi, cap. 21, et Scribonio Largo, compos. 90, dicitur *troglodytis myrrha*. Videndus de *myrrha* Langguthius, Antiq. plantar. feral. pag. 22, qui de virtute agit qua *myrrha cadavera a putredine prohibet*.

N. 5. *Storax*. Salmasius, pag. 1026 Exercit. Plinian., observat *lyparum styracem*, et *calamitem styracem*, sive *storacem* ab Actio et aliis distingui, ab Isidoro vero notas utriusque confundi. Adjectivum *mellosum* pro *melleo* usurpatur a Cæls. Aureliano. Hispani dicunt *melo*. Isidorus feminei generis videtur facere *storax*, *Storax autem dicta*, nisi intelligit arborem. Re vera masculini generis est. *Stiria* pro gutta non Grace, sed Latine dicitur, quamvis *stiria* Græcæ originis sit.

N. 7. Grialius in textu edidit *mastix*, in not. *mas-yz*. Usitatum apud bonos auctores nomen est *mastiche*, aut *masticæ*.

N. 9. *Aloe*. Scripsi *aloe*, ut veteres scriptores hoc nomen exhibent, quamvis Grialius cum aliis Editis habeat *aloe*. Confer cap. seq., n. 28.

N. 11. *Anonum*. Est ab a privativa, et *ἄνωτος*, quasi purum, et sine macula. Langguthius, loc. cit.,



pag. 23, ambigi ait non tantum quid sit *amomum*, sed etiam an omnino nunc sit? Salmasius, pag. 400 Exercit. Plinian., Plinius et Isidorum reprehendit, quod *amomum* uvam esse crediderint ex Dioscoride male intellecto, qui non *semen botrosorum* dicit, sed *fruticem botrosorum*, sive instar uvæ in se invicem convolutum et invicem implexum. Grialius Dioscoridem quoque de botroso semine interpretari videtur. Plinius de fructu uvæ simili, seu botroso loquitur, quem vide lib. xii, cap. 13, et lib. xvi, cap. 22.

N. 12. *Casia*. Langguth us, loc. cit., pag. 23, *casiam* vel cinnamomo, de quo supra, maxime affluem dicit, vel eandem prorsus plantam.

N. 13. *Calamus aromaticus*. *κάρπιν* esse vult Dioscorides calamum aromaticum, ut observat Salmasius, pag. 1033 Exercit. Plinian. Isidorus reddidit *fulvus*. Plinius: *Reliqua prohibito, ut ne niger sit*.

N. 14. *Eandem regionem Romani potiti sunt*. Solinus ablativo usus fuit: *At cum Judæa potiti sumus*, etc. Sed cum accusativo multi etiam boni auctores interdum *potiti* usurpant. *Opobalsamum* vi originis lacrymam, sive succum arboris denotat; sed Langguthus, loc. cit., pag. 24, observat scriptores nonnunquam *balsamum* pro lacryma, *opobalsamum* pro arbore posuisse.

Cap. ix. Num. 2. *Folium*. De folio odorifero vide Commentar. ad Prudentium hym. 5 Cathemer., vers. 119:

Spirant et folium, fonte quod abdito  
Prælabens fluvius portat in exitum.

Quo loco glossam etiam veterem apposui: *Folium est herba pretiosissima, quæ dicitur venire de paradiso*. Salmasius, p. 1054, malabathrum, sive folium herbarum paradisi vocari ait, ut ejus præstantia denotetur. Sic *aloe* arbor paradisi dicitur ab excellenti odore; *aves paradisi*, quæ ex longinquis locis veniunt, et hodie *poma paradisi*, etc. Iterum, pag. 1071, observat malabathrum non facile in remotis a mari locis nasci; adsitis arboribus sese applicare, ac circumvolvere. Iude fabula, quod aquis innatæ sine ulla radice. De malabathro, seu malobathro agit etiam Plinius, lib. xii, cap. 26, ubi docet in paludibus Indiarum nasci.

N. 3. *Nardus*. De nardo *spicoso*, seu *spicato*, vide supra, not. ad cap. 7, n. 50. In duobus Mss. Goth. Tolet. legitur: *Est autem Indicum multifforme, sed melius Syriacum, leve, fulvum, comosum, spica parvum, odorissimum... nardum Celticum*. Nonnulli Editi etiam habent, hic et infra, n. 8, *Odorissima, et odorissimis*.

N. 5. *Quod vocatur Corycus*. Ita legendum, non, ut in plerisque Editis, *Coricium*, aut *Corycium*. *Corycius* adjectivum est a *Coryco*; unde *corycium crocum* sæpe occurrit apud poetas. Salmasius, pag. 773, ex Dio-coride correcto verit: *Qui manus ungit, dum atteritur, dum premitur, pro quibus verbis Isidorus habet et cum carpitur, manus inficiens*.

N. 8. *Junci trianguli*. Celsus, lib. iii, c. 21, et lib. iv, cap. 20, cyperum *juncum quadratum* appellat.

N. 11. *Squinum melius*. Grialius in textu *sqinum melius, et flos σχινός*; in not. *Schænos melior, et flos schænanthos*. Verba Græca sunt *σχινός άνθος, junci flos*, et, si recte scribatur, *schænanthos*. Apud Vegetium, lib. i de Re veter., cap. 59, hoc verbum corruptum pariter est *scinoanthos*.

N. 13. *Epithimum*. Salmasius, pag. 1296 Exercit. Plinian., distinguit diversa *epithyma*, quæ, ut ait, auctores confundunt. Scilicet aliud est *epithimum* Dioscoridis, quod est flos thymi spicati, aliud Orisbasii, quod est flos thymi capitati, aliud *epithimum cuscuta*, quod thymo spicato innascitur, et circumvolvitur.

N. 14. *Sampsuchus*. Grialius in textu edidit *samsucus*, in not. *sampsuchus*, quæ recta est scribendi ratio ex verbo Græco.

N. 15. *Bulbi similis*. Ita recte Grialius in textu, quamvis in not. scripserit *volui*, quod in nonnullis exemplaribus exstat, sed reprobari debet.

N. 20. *Acanthus... Egyptia*. Salmasius, pag. 557 Exercit. Plinian., ad verit Isidorum post Servium *herbam topiariam* confundere cum *acantho Egyptia*, quæ herba est; et vestem achantinam putare dictam ab illa *Egyptia acantho*, cum vocata sit ab *acantho spinæ*, sive cardui genere. Addit, non unum *spinæ* genus fuisse in *Egypto*. Distingui etiam debet *acanthium* ab *acantho*: ex araneosa lanugine, qua folia *acanthii* obducebantur, flebant vestes, de quibus Plinius, lib. xxiv, cap. 12. *Acanthion* est frutex *spinæ albæ* similis. *Acanthos herba*, cujus sterum genus est silvestre carduo simile, alterum sativum, cujus forma in columnarum capitulis ordinis Corinthii, in cælestis vasis, et in vestibus laboratis exprimi solebat. *Acanthus* etiam dicebatur arbor quædam *spinosa Egypti*, quæ a nonnullis *spina Egyptia* esse creditur, cujus succus *acacia* vocatur.

N. 24. *Album et nigrum*. Grialius, qui verba, in nonnullis Editionibus addita exscribere aggressus fuit, ea imperfecta reliquit, quæ, in variis lectionibus ex veteri prima Editione Etymologiarum proferebantur.

N. 26. *Euphorbium*. Dicitur *euphorbium, euphorbia*, et *euphorbia, euphorbia*. Isidorus utroque genere utitur, *dictum*, et *plurima*, ubi intelligi potest *herba hæc*. Cæterum de etymologia Isidoriana nihil est cur laboremus.

N. 27. *Laser*. Proprie est succus sirpis, sed aliquando sumitur pro ipso sirpi. Apud Isidorum fortasse legendum *lac sirpis pro lacis*, ut in textu Grialius edidit; qui tamen in not. indicat *lac sirpicum*. Profecto Isidorus Solinum exscribit. Sed observandum Solinum confundere *lac sirpicum*, seu *laserpitium* cum *ladano*, seu pingui roscido ladan, quæ herba in Cypro est ex cisti generibus. De *ladano* Plinius, lib. xxvi, cap. 8. Inter *sirpe* et *laserpitium* est hoc discrimen, quod *sirpe* est ipsa herba, *laserpitium* succus ex ea expressus, quamvis etiam pro eadem herba sumatur. *Laserpitium* summo in honore erat apud antiquos, et a medicis valde commendabatur, ut observat Vulpinus in not. ad carm. 7 Catulli: *Laserpitifera jacet Cyrenis*.

N. 28. *Aloe*. Hoc loco Grialius recte scribit *aloe*, pro quo, cap. 8, num. 9, edidit *aloe*; ubi *aloe* inter arbores aromatas recensetur; sed ea referuntur quæ herbas *aloe* conveniunt. Vide Plinium, l. xxvii, cap. 4. Edidit, etiam Grialius in textu, *panace pro panaces*, ut Grialius in nota indicat. Dicit potest *panacea panaceæ, panax panacis, et panaces panacis*. Pro *galbanum* minus usitatum est *galbanus*, quod in nostra Vulgata legitur.

N. 29. *Dicta... Dictamnium... Pulegium Martis*. Pro *Dicta* melius esset *Dictis*, aut *Dicte*. Grialius male per y scribit *Dicta, dictamnium dycænos*. Pro *dictamnium* dici etiam potest mascul. gen. *dictamnus*. *Dictamnium* herba est pulegio similis; ex quo eam nonnulli *pulegium Martis* dicunt, ut Grialius in not. indicat, quamvis in textu cum aliis ediderit *peleium*.

N. 30. *Mandragora*. Plinius et alii veteres masculino genere efferunt *mandragoras, mandragore*. Isidorus fortasse intelligit *herba mandragora*, etc. De mandragoris sit mentio c. xxx Genesis, ubi plura interpretes afferunt. In glossis mss. in Vet. Test. inter appendices edendis quædam peculiaris de *mandragoris* animadvertuntur.

N. 31. *Succus, quem opium appellant*. Ita edidit Grialius, quamvis in not. referat *quem opion vocant*. Et Plinius quidem descriptionem succi papaveris absolvit, *opion vocant*; sed Isidorus interdum verba mutat.

N. 33. *Centauream*. Sæpe Grialius alio modo in textu, alio in not. scribit, ut hoc loc. in textu *centauriam*, in not. *centaurium*. Apud bonos auctores reperitur



*centaurum, centaurei, centaurion, centaurii, et centaurea, centaureæ.*

N. 34. *Glycyrrhiza.* De *glycyrrhiza* Plinius, lib. xxii, cap. 9.

N. 38. *Purificationi et templis.* Fortasse respicit morem qui etiam inter gentiles viguit, spargendi flores, et frondes in templis. Vide mea Prudentiana, cap. 14, num. 158, pag. 155.

N. 40. *Rheo.* Grialius edidit *rex*; sed scribendum est *rheo*, aut *rheo*, aut *rha*. Nomen *rha* desumptum est ex flumine Sarmatiæ ita vocato, in cujus ripis nascitur radix quæ *rha ponticum* dicitur, et a Celso, lib. v, cap. 23, *radix pontica*; et olim simpliciter *rha* interdum appellabatur. Deinde cognita fuit alia diversa radix *rheo*, quæ, ut a *rha pontico* distingueretur, vocata fuit *rheo barbaricum*, quæ est nostrum *rhenubarum*. Isidorus, et alii auctores, ut Salmasius, pag. 797 Exercitat. Plinian., observat, non satis hæc distinxerunt.

N. 41. *Ora serrata.* In Editione Grialii erat *ora serata*; alii Editi habent *ora serrata*. Apuleus, cap. 4, de herbis, agit de *herba calyculari*; ita enim potius scribendum, quam *caliculari* cum Grialio et aliis. *Calyz*, et *calyculus* florum et herbarum est globulus in medio foliorum semen continens.

N. 42. *Ab inventore.* Hoc est, a rege Illyriorum Gentio. Vide Plinium, lib. xxv, cap. 7. Quod *satureia* pronos faciat ad venerem, non certa res est; nam Plinius, et Columella hanc vim illi non tribuunt, et Ovidius et Martialis fortasse non de *satureia*, sed de *satyrio*, aut *satyreo* loquuntur.

N. 43. *Stingum.* Fortasse *stigum*. Apud Joannem de Janua *stiga* est *aculus stimulus*, etc. Inde *instigare*.

N. 46. *Chamæmelos.* Melius *chamæmelon*, quasi parva melos.

N. 47. *Chamædryis.* Quasi parva quercus; Latine *trixago* dicitur. De his Plinius, et alii.

N. 51. *Serpillus.* Neutro genere *serpillum* a Latinis dicitur. A serpo Varro, Plinius et alii deducunt, ut *herpillum*. a Græco *ἔρπω, serpo*.

N. 54. *Psyllion.* Grialius in textu *psyllios*, in not. *psyllion*, quod rectius est. Intelligitur *psyllion herba dicta*, etc. Hæc dicitur etiam *cynomygia*, de qua Plinius, lib. xxv, cap. 11.

N. 55. *Legationibus.* Grialius in textu edidit *ligamentis*, quod in not. reprobatur. Remedia publica quæ ait Plinius, erant lustrationes et expiationes. De usu verbenæ in *legationibus* consentiunt alii, Martianus in Digestis, Livius, Festus. Hujus verba sunt: *Sagmina vocantur verbenæ, id est, herbæ puræ, quia ex loco sancto arcebantur (forte arcescebantur) a consule, prætoribus, legalis proficiendibus ad fœdus faciendum, bellumque indicendum; vel a sanciendo, id est, confirmando.*

N. 56. *Struthius.* Rectius esset *struthion*. Hanc herbam Plinius vocat etiam *radiculam*, quod Salmasio, pag. 1162 Exercit. Plinian., minus placet. Verum non solum Plinius, sed etiam Columella et Celsus *radiculam* et *radicem* appellant quassdam herbas edules, quarum vis, et usus in radice et bulbo præcipue est. Pro splenis Plinius usurpat *splenion*, lib. xxv, cap. 5: *Medetur lienibus, constatque sic inventam cum exta super eam projecta essent, adhæsisse lieni, eumque exinanisse. Ob id a quibusdam splenion vocatur.* Eadem creditur herba atque *asplenium*, de qua Plinius, lib. xxvii, c. 4.

N. 58. *Marrubium.* De *marrubio* Plinius et Columella.

N. 63. *Polion.* *Polios* erat in textu Grialii, qui in not. exhibet *polion*, ut Plinius loquitur. Sed notandum *polion* dici, quia folia ejus sunt canis hominum similia; nam *κάλως canum* significat. Isidorus aliud innuit, dum reddit *omnimorbiam*, quod Hispani dicunt *sano todo*. Alia, quæ in Editis hic adduntur ad varias lectiones relegamus.

N. 64. *Scammonia.* Grialius in textu *scammonia*, in not. *scammones*. Utroque modo dicitur.

N. 65. *Thyrso bipalmi.* Hoc, opinor, Grialius voluit, ut ex nota liquet, quamvis in textu cum aliis Excusis ediderit *thyrso bipalmis*.

N. 68. *Rubia.* De *rubia* vide etiam Plinium et Vitruvium.

N. 69. *Anchusa.* De *anchusa*, vel *ancusa*, Plinius quoque.

N. 70. *Chamæleon.* *Izia* etiam vocatur. Vide Plinium, lib. xxii, cap. 18.

N. 71. *Sic dicitur*, etc. Ratio quæ adhibetur: *Sic dicitur fossa cæca, quæ occulta est, innuit ab Isidoro scriptum cecuta, aut cæcuta.* Certe Isidorus ex *cæco cicutam* deducit, ut explicet in ea esse nodos occultos.

N. 72. *Trifolium.* Fortasse est herba quæ nunc *trititatis* dicitur.

N. 73. *Phlomos.* Latine vocatur *verbascum*, ex Plinio, lib. xxv, cap. 10.

N. 74. *Pyæthron.* Plinius *pyretrum*, seu *pyrethron* describit, lib. xxviii, cap. 9.

N. 75. *Althæa.* Græcum verbum est ab *ἀλθαίεντι, curare, mederi*, quia multos habet in medicina usus; et ideo Plinius, lib. xx, cap. 21, *althæam* dictam ait ab excellentia effectus. Scribitur autem *althæa* cum diphthongo, quamvis Grialius cum aliis Excusis habeat *althea* sine diphthongo.

N. 76. *Origanum, quod Latine colina.* Plinius, lib. xx, cap. 17, *Origanum, quod in sapore culinam amulatur.* Vulcanius nota hæc est: *Plinius nunciam herbam origano similem facit. Pro colena, quod Grialius in textu exhibet, Vulcanius ad marg. indicat pro varia lectione colora.*

N. 77. *Tithymallum.* Scribi solet *tithymulus*, aut *tithymallus*.

N. 79. *Polygonus, seu polygonos, seu polygonium* describitur a Plinio lib. xxvii, cap. 12, et memoratur ab Scribonio Largo compos. 103.

N. 83. *Ambrosia.* Ambrosiæ nomen commune est multis herbis. Pro *apiago*, quod Grialius edidit, legendum *apiacon*. Cato de Re rustica, cap. 157, *Alteru brassica est crispia: APIACON vocatur.* A Plinio vocatur *apiaca brassica*, scilicet ab *apio*, quod ipsum ab *apibus* dictum. Vulcanius exhibet *apicum*.

N. 81. *Rosmarinus.* Ex Apuleio, de Herbis, cap. 79, *Folia habens sæniculi similia, sed aspera, et terræ prostrata.*

N. 82. *Nepeam* inter herbas mali succi recenset Celsus lib. ii, cap. 21, *Calamintha* est utilis mentia. Scribitur etiam *mentia* sine aspiratione. Verbum Græcum apud Grialium, et alios Editos scriptum erat *καλαμίνθη*, quod emendari debuit.

N. 84. *Verbascum.* De quibusdam herbis hoc loco iudicatis alibi Isidorus agit. *Verbascum* est *phlomos*, de quo num. 73 et 94. Pro *calaminthes* legendum puto *calaminthes*, de qua num. 82. De *lappa* num. 66.

N. 85. *Albucum.* Ita videtur voluisse Grialius, in cujus textu nihilominus apparet *albutium*. Apuleius de Herbis c. 32: *A Græcis dicitur ASPHODELOS., Latinis BASTULA REGIA, aliquibus ALBUCUS.* Plinius tamen lib. xxi, cap. 17, *albucum* ab *asphodelo* quodammodo ditinguit. *Scilla*, nomen herbæ, scribitur cum i Latino. Grialius tamen in not. quam in textu protulit *scylla*, fortasse ut etymologiam ab Isidoro indicatam exponeret. De superstitione Gentilium suspendendi herbas ad limina fortasse intelligendum caput 73 Collectionis canonum S. Martini Bracarenensis: *Non liceat iniquas observationes agere Kalendiarum... neque luuro, aut viriditate arborum cingere domos. Omnis hæc observatio paganismi est.*

N. 86. *Chamæpitys.* Quasi *pinus pumila*. Plinius, lib. xxiv, cap. 6.

N. 87. De *aspleno* dictum n. 56.

N. 88. *Bulbus.* Grialius *volcus* edidit, ut etymologia adhereret. Vid. n. 19, cap. seq.

N. 95. *Ferula.* Inter arbores ab aliis reponitur Glossæ veteres de *ferula* vide in mea Prudentii Editione ad proœmium vers. 8.

N. 96. *Papyrus* dic us. Rectum esset *Papyrus* di-

cta... *apta*, vel *Papyrus dictum*.... *apton*. Præclarum opus est, nec facile obvium, Guilandini *Papyrus*, sive Commentarium in tria Plinii capita de papyro, Venetiis 1572.

N. 97. Reposui ex Festo quod dicere pro quid dicere apud Grialium, vel prædicere apud alios.

N. 101. *Typhus* ab Arnobio, Augustino, et aliis sæpe pro superbia et ventis elatione sumitur, quia scilicet *typhus* Græce fumum significat. Alia ratio ab Isidoro indicatur, quia superbi tument et inflantur, ut *typh* herba. Familiare autem est ecclesiasticis scriptoribus superbiam explicare per *tumorem*.

N. 103. *Spartus*. De sparto Bochartus lib. v Chan., cap. 35. Neutro genere *spartum* dici solet. Harduinus ad Plinium lib. xix, cap. 2, advertit, *spartum* esse a *σπῆρ*, *consero*, *innecto*, quia nectendis funibus maxime inservit.

N. 104. Grialio in not. fortasse excidit *cum sit* pro *licet sit*, ut in textu cum aliis editis.

N. 105. *Folia*. In antiquis Isidori exemplaribus non sæmel reperi *folia* fem. gen. pro *folium*: ac fortasse jam Isidori tempore hæc corruptela cœperat.

N. 106. *Zizania*... *infelix*. Juvencus, lib. iii, vers. 7, *At lolium infelix*.

CAP. x. N. 3. *Thyrso*. Ex *thyrs*o nomen Hispanicum est *troncho*, et italicum *torso*.

N. 4. De *cyma* supra cap. 6, num. 20.

N. 7. *Rapa* fem. gen. utitur Scribonius Largus, et aliquando Columella. Usitatius est *rapum*.

N. 9. *Non in radice, sed in thyrs*o. Forte, *non in radice, sed in*, etc. Alii habent, *non in radice, sed in thyrs*o. Recenset Plinius lib. x, cap. 8, genus *sinapia*, foliis rapi simile. Sed vocabulum Græcum est *σινάπι*.

N. 11. *Lactuca*. Plinius lib. xix, cap. 8, docet *lactucæ* nomen tractum fuisse ex genere quodam *lactucæ*, olim in Italia solum noto, quod copia lactis soporiferi, instar papaveris, abundabat, et *micunis* vocabatur. Græce *μακρον papaver* significat.

N. 12. *Intubus*. Esi *intubus* mascul. gen., et *intubus* neut. Scribitur etiam per *y*: nam Græci dicunt *ἰντροβον*. *Cæpa* frequentius reperitur cum diphthongo, quam sine diphthongo. Est autem duplex genus, aliud *condimentarium* fere sine capite, aliud *capitatum*, quod scilicet in caput extuberat. De etymologia confer Beamanum, Vossium et alios.

N. 15. *A beta*, quia mollem caulem habet. Augustus verbo *betisæ*, aut *betis*o pro *langere* usurpare solius erat, ut narrat Suetonius in ejus Vita, cap. 87. *Blium* ita quoque Græci vocant. Quod autem genus pro *specie* hic et alibi sumit Isidorus, ex usu communis est. Distinctius alii explicant *classes*, *genera*, *species*, *familias* herbarum, etc.

N. 18. *Esca*. Notat Vulcanius: *Hodie etiam Hispani fomitem igni accendendo aptum* *tesca* vocant. Itali ipsum nomen *esca* retinent. Opportunior *fungi* originatione ab aliis indicatur, quod sit a Græco *σπόγγος*, seu *σπόγγος*, *spongia*.

N. 19. *Bulbi*. Ita hoc loco Grialius, qui tamen cap. præc., num. 88, ratione etymologiæ prætulit *volvus*. Esi autem *v* et *b* facile olim commutabantur, potuit tamen Isidorus scribere *bulbus*, et nihilominus originem vocis repetere *ex volubili*.

N. 20. *Armoracia*. Ita vocatur a Plinio, pro quo Columella habet *armoracium*. Apud Palladium alii legunt *armoraceam*, non *armoracam*. De Carduo nihil exstat in textu Grialii, qui tamen explicationem adhibet in nota quorundam verborum quæ in aliis editionibus reperiuntur. Confer varias lectiones.

N. 4. *Eruca* est ab *uro*, vel ab *evodo*: nam linguam rodit acrimonia sua. Nonnulli scribunt *eruca*. Columella lib. x, vers. 110:

Excitet ut veneri taros eruca maritos

Similia habent Martialis et Ovidius, quos Langguenus excitat in Antiquit. plantar. feral., page 4.

CAP. xi. N. 4. *Apium*. Ab *apibus* dictum, quibus

A est graüssimum. Vide num. 80 cap. 9 hujus libri. Etymon ab Isidoro hic indicatum auctorem habet Marcellum Empiricum, qui cap. de Apio docet hujusmodi herbam

Apium dictam, quod apex ferre solebat  
Victoria veterum feret dum more triumphus.

Ibidem refert, primum Herculem hujusmodi coronæ donatum.

N. 6. *Ut Latini, anisum*. Ita lego. In Grialio erat *ut Latini, anesum*. Alii editi, *Anisum*, *ut Græci dicunt, sive, ut Latini, anneson*.

N. 7. *Coriandrum*. Græci etiam vocant *χοριανδρον* fortasse a *χορι*: *cimes*, quia cimicem olet. *Corion* eadem herba est, ac *chamæpitys*, sive *hypericon*. Isidorus utramque confundit. Pro *abrotanum* plerique scribunt *abrotanum*. Pro *ceresolium*, sive, ut in Grialii textu erat, *ceræfolium*, communior scriptura est *cæresolium*, corrupta voce ex Græco *χαίριφυλλον*, *chærephyllum*. Herbarum nomina quæ in rusticorum ore versabantur, facile corruptioni subjacebant.

N. 9. De *mentha*, seu *menta*, dictum cap. præced., num. 82.

## LIBER DECIMUS OCTAVUS

CAPUT PRIMUM. N. 2. *Ex prædicto*. Quia bellum denuntiari et indici debet. Alii volunt *ex edicto*. Vide var. lect.

N. 4. *Plusquam civile*. Vide quæ notavi ad lib. ii Carminis Dracontii de Deo vers. 294:

Nec solum civile sat est.

Belli plusquam civilis ratio petenda est ex ducibus contrariis, qui alioquin sibi affines cognatique sunt.

N. 7. *Ut major timor oriatur*. In Ciceronis verbis nonnulli legunt *major tumor oriatur*. Addit Cicero: *Unde etiam nomen ductum est tumultus... Gravius autem esse tumultum quam bellum, hinc intelligi licet quod bello vacationes valent, tumultu non valent*.

N. 9. *Bellum*. In veteri Editione sic legitur: *Postea detracta littera D et mutata V in B, dictum est bellum*; quod pro primo etymo dictum.

N. 10. *Prælia*. Notatio nominis prælii varia ab aliis traditur; neque de ratione scribendi satis constat. Plerique scribunt *prælium*, alii *prælium*, nonnulli *prelium*, quod tamen minus probatur iis qui orthographiam tradunt.

N. 11. *Fœdus est pax*, etc. *Fœdus*: *Fœdus appellatum ab eo quod in paciscendo fœdere hostia necaretur*. Virgilius:

...Et cæsa jungebant fœdera porca.

Vel quia in fœdere interponatur fides. Servius ad Æn., vers. 66: *Fœdus autem dictum vel a facialibus, qui olim fœdales dicebantur, id est, sacerdotes, per quos fiunt fœdera, vel a porca fœde, hoc est, lapidibus cæsa*. De etymo *induciarum*, aut, ut alii scribunt, *indutiarum*, non consentiunt etymologi. Alii deducunt ab *in*, vel *indu*, et *otium*, alii ab *induco*, vel *inducæ*, quod inter arma quies indicatur, alii aliunde. V. de Gellium lib. i, cap. 25. Mihi Isidoriana etymologia præ cæteris placet. Pro *resiliisset* fortasse legendum *resiliisset*, aut *resiliisset*.

CAP. ii. N. 1. *Victoria*. Etymon *victoriæ*, a *ei* multis non placet. Grialius in textu edidit *reportasse*, in not. *deportasse*. Verba Servii ad vers. 421, lib. xi, sunt: *Et hoc est unde laudat Sallustius duces, quia victoriam incremento exercitû reportaverunt*.

N. 3. *Tranquillus*... *triumphum*. *Triumphum* etymologiam a Græca voce cum multis aliis tuetur Joannes Nicolaus in opere, *Romanorum triumphus*, etc., cap. 4.

N. 5. Pro *accederent* melius fortasse erit *ascenderent*.

N. 6. *Ruso*. Grialius scribit *ruffo*, quod viris criticis displicet. Havercampus comment. in Apologet. Tertulliani, cap. 33, servum publicum ab Isidoro nimis comice carnificem appellari ait. Fabricius, cap.

17 Bibliograph., num. 10, ex loco Plinii male intellecto Isidorum *carnificem* pro servo publico posuisse observat. Vide Ferrarium, lib. 1 Elector., cap. 11, et Casaubonum ad Suetonium, pag. 231.

N. 7. *Internecione*. Ita scribo, quamvis Grialius cum nonnullis ediderit *internecione*. In editionibus Virgillii legitur, *Aut age diversas, scilicet puppes*. Sed Isidorus suo Servio adhæret: *Aut age diversos: hoc est, liquit Servius, disperse illos per diversa, ne ad Italiam veniant: duobus enim generibus deletur exercitus, aut internecione, aut dispersione.*

N. 8. *Spolis hostium*. De spoliis militarium videndus Lipsius lib. v de Milit. Rom., cap. 17; quo in opere plura affert quibus hic Isidori liber illustrari possit, ut innumeros alios præteream.

CAP. III. N. 2. *Jovis* in nominativo sæpe ab Isidoro adhibetur.

N. 3. *Dracorum signa*. Ut aquilæ legionum signa erant, ita dracones cohortium. Vide meum comment. ad Prudent. hymn. v Cathem., vers. 35, seq.:

...Signaque bellica  
Præstant, tumidis clara draconibus.

et Michaelis Angeli Caussei, sive de la Chausse, opus de Signis militariibus.

N. 4. *Pila* est globus quo luditur, sed sumitur pro quovis globo, aut sphaera, quæ, quia rotunda est, orbem aliquando indicat. Nummos veteres, quibus pila in signis constituta conspicitur, exhibet Zeilichius in Observation. ex nummis Vitembergæ 1745, pag. 10 seqq. Confer etiam nummos Probi et Maximiliani apud Andr. Morell. Spec. rei numar., tab. 22, num. 10.

N. 5. *Vexillum*. Gisbertus Cuperus epist. 44 ad Sperlingium advertit, auctores, cum *vexillum* a signis distinguunt, intelligere velum, de quo Isidorus hoc loc., et lib. x, cap. 22. Erat autem vexillum hujusmodi tunica punctea, dum respublica fuit libera. *Vexillum* diminutivum veli dicunt etiam Festus et Priscianus. Contra Cicero in Orat. cap. 45 a *vexillum* factum esse velum docet.

CAP. IV. Num. 1. *Bucina*. Scribitur etiam *bucina*, ab iis præsertim qui a *bucca* deducunt. Etymon ab Isidoro allatum præferri solet.

N. 3. *Tubam* nonnulli derivant a *tubus*, et inde etiam *tibiam*. Vide Lipsium lib. iv de Milit. Rom., dial. 10. *Tofus*, sive *tophus* est lapis cavernosus.

N. 4. *At tuba*, etc. Virgillii versus ex ix Æn. ita habet:

At tuba terribilica sonitum præcal ære canorc  
Iacropul...

N. 5. *Classica*. Cur *classicum* signum pugnae ineunda esset, Inculceter explicat Cæsar lib. iii de Bello civili, cap. 92: *Est quædam animi incitatio*, etc. Vide Vulpilii not. ad Tibullum lib. 1, eleg. 1, vers. 4:

Marta est somnos classica pulsa fugent.

De *sistris* vinda a me notata in comment. ad lib. II contra Symmach., vers. 327.

CAP. V. Num. 1. *Tuemur* passive, ut alibi etiam Isidorus utitur.

N. 2. *Ab armis*. Ita etiam Festus.

CAP. VI. N. 1. *Gladius... ensis*. Alii inter *ensem* et *gladium* ita distinguunt, ut *ensis* tere de militari dicitur, *gladius* de urbano. Verum hæc discrimina aut nulla sunt, aut non observantur. Forcellinus *ensem* dicit esse *gladium* militarem: sed postmodum verb. *gladius* asserit nihil dicere eos qui hoc discrimen afferunt. Illud certius, *ensis* vocem esse poeticam. *Gladium* a clade Varro deducit lib. iv de Ling. Lat., cap. 24. Arma veterum insigniora multi observationibus suis illustrarunt; nec paucos Fabricius sæpe laudatus in Bibliographia, cap. 18, commemorat.

N. 2. *Machæra* melius fortasse deducetur a μάχουαι, pugno.

N. 3. *Framea*. Augustini tempore apud Afros *framea* pro gladio usurpabatur ut colligitur ex epist.

A 120, cap. 16. Antiquiores Latini *hastam* voce germanica *frameam* dixerunt. Tacitus, cap. 6 de German. *Hastas, vel ipsorum vocabulo frameas gerunt, angusto et brevi ferro, sed ita acri et ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus, vel eminus pugnent*. Confer Becmanum, qui de *romphæa* etiam agit pag. 920.

N. 4. *Spatha*, Græce σπάθα, proprie est instrumentum latum et oblongum, quo pharasa et alia miscentur: a cuius similitudine gladius latior *spatha* vocatur: defluxitque nomen in vulgares linguas. *Spatula* in pectoribus, et rectius *spathula* est costa latior, ut apud Apicium lib. iv, cap. 3, *spathula porcina*. Hinc Hispanicum *espalda*. Adisis Bochartum Chan. lib. 1, cap. 42.

N. 5. *Semispathium*. Vegetius utitur verbo *semispatha*. Isidorus *semispathium* missile telum innuit esse.

N. 6. *Idem et clunabulum*. Grialius cum aliis editis item; sed in not. *idem*, quod retinendum. In veteribus exemplaribus hæc duo item et *idem* passim confunduntur. Pro *clunabulum* malim *clunaculum*: nam Cellius lib. x, cap. 25, inter gladiatorum nomina recenset *nachæras, spathas, pugiones, lingulas, clunaculas*. Alii exhibent *clunacula* neutro genere. In Glossario Isidoriano est, *Sica, cluniculus, machæra*. Confer notas.

N. 8. *Sica a secundo*. Ita etiam lib. x, verb. *sicarius*; differunt quod quantitate *sica* et *seco*, sed non propterea etymologia falsa censenda est. In Tranquilli verbis, *Sic hac pugnabo*, mendum veteres editiones admiserant, *Sica pugnabo*, quod ex mss. Codicibus emendavit Brissotius Select. Antiq. lib. II, cap. 11. *Sica* figuram inquit Barthius Advers. p. 2634, et Lipsius lib. III, cap. 3, de Militia Romana, ubi etiam de *pugione* agit.

N. 9. *Secures*. De *securi* rursus Isidorus lib. XIII, cap. 19. In virgarum fascibus, qui magistratibus præferebantur, erant quoque *secures* ad sumendum de reis supplicium, cum opus esset. Nomen *franciscarum securibus* ab Hispanis datum, ab ipsis Francis videtur etiam adoptatum, ut ex auctoribus a Ducangio allegatis colligitur: ubi ex Papia refertur ab Hispanis vocatos *franciscos*, non *franciscas*, ut in exemplaribus Isidori legitur.

CAP. VII. Num. 1. *Hasta* olim scribebatur *asta*. Varro aliam exhibet etymologiam lib. IV de Ling. Lat., cap. 24, *Hasta, quod stans (al. astens) ferre solet*.

N. 2. *Conus acuta rotunditas*. Varro loc. cit. *Conum, quod cogitur in cacumen verum*. Fortasse legendum *Conus*.

N. 3. *Trudes*. Scripturam Isidori *trudes* apud Virgilium confirmat Tacitus III Annal., cap. 46: *Quidam trudibus, aut furcis inertem malam prosternere*. Postest autem, ut in multis aliis, *trudis* prima brevi a *trudo*, cuius u longum est, derivari. Sic *lucerna a luceo*, etc. Quod *trudes aplustria* dictæ fuerint, non satis liquet: nam *aplustre* proprie erat navis ornamentum in summa puppis parte ex tabulis confectum, cuius figura in columna Trajana conspicitur, et a Schieffero produciuntur lib. II de Mil. naval. cap. 6.

N. 4. *Excipiunt enim apros*, etc. Ex Martiali lib. XIV, epigr. 30, tit. *Venabula*:

Excipiunt apros, expectabantque reoves,  
Iutrabunt ursos, sicut modo firmas manus.

Servius in meo exemplari habet, *apta venatui, quasi excipiabula*.

N. 5. *Lancea*. Sisenna apud Nonium, cap. 18, num. 26, ita refert: *Gallia materibus, Sævi lanceis configunt*. Festus: *Lancea a Græco dicta, quam illi λόγχη vocant*. Isidorus notationem latinam invenire voluit.

N. 7. *Horatius claiam dicit*. Grialius ex conjectura edidit *Lucilius calam dicit*: quod etsi auctoritate Servii comprobatur, tamen omnium exemplarium scriptura retinenda videtur *Horatius caiam*. Non

enim constat Isidorum locum Servii, quo is de Lucilio et cala loquitur, respexisse. Quidquid autem sit de auctore vocis *cala*, eam retinendam censet Salmastius pag. 207, vers. 22, in Trebell. Pollion. Contra virum doctissimum (Grialium, ut puto) qui correxit *calam*: nam a *cala*, *baculus*, *clava*, factum est *enio*; *enias*, et *caiatio*. Fulgentius in Contin. Virgil. *Apud antiquos CAIATIO dicebatur puerilis cædes. Unde et Plautus in Cistellaria (fortasse Clitellaria) comædia ait*:

Quid tu amicam times, ne te manuleo calet?

Papias, *GATEIA lingua Persarum hasta, vel telum. Gateia, quam Horatius CAIAA dicit. Est enim genus Gallici teli; quod si ab artifice mittatur, rursus ad eum redit qui misit. Id ita explicat Servius ad vers. cit. Virgilii, Teutonico ritu, etc. Quam in hostem jaculantes, lineis, quibus eam adnexerant, RECIPROCAM se irbant. Hic est, ut puto, arcus dolosus, de quo cap. vii Osee vers. 16. Vide notam Marianæ ad lib. i Isidori contra Judæos cap. 19, [ubi ex veteri editione profertur sagitta reciproca, quam nonnulli male explicant de sagitta quæ repercutit ipsum qui arcum tetendit.*

N. 8. *Phalarica est telum ingens. Scribitur phalarica et salarica. Erat phalarica major, quæ catapultæ jaciebatur, et minor, quæ manu.*

N. 9. *Pila sunt arma jaculorum. Varro de Ling. Lat. lib. iv, cap. 24, Similiter ab omine pilum, quod hostis feriret, ut periculum. Alii deducunt ex Græco πῖλος. Vide Lipsium lib. iii de Mil. Rom., dial. 4.*

N. 11. *Proprie cuspis posterior pars hastæ est. Quod cuspis proprie non sit acies hastæ, sed pars posterior, non facile antiquorum auctoritate poterit comprobari, quamvis per synecdochem pro hasta vel baculo nonnunquam adhibeatur. Proprie autem mucro est gladii, cuspis hastæ, vel conti, etc. Quod autem Becmanus ait, *cuspidem* originem trahere ab *aspide*, ineptum videtur.*

CAP. VIII. Num. 1. *Sagitta et spiculum aliquando confunduntur: sed discrimen ab Isidoro adhibitum probandum est, quod sagitta arcu mittitur, spiculum vero lancea brevis est, pilum quoque dictum.*

N. 3. *Scorpio. Machina bellica scorpio dicta duplex erat, major et minor, ut ex Livio lib. xxvi, cap. 47 et 49. Etiam pro temporum varietate varia fuit ejus forma. Scorpionis sui temporis fuse describit Ammianus lib. xxii, cap. 4, al. 8. Rigaltius in not. ad Scorpiæon Tertulliani in princ. Isidorum coarguit, quod scorpionem sagittam dixerit, cum potius sit machina sagittas projiciens. Isidorum defendit Nicol. Antonius lib. v Biblioth. veter., num. 95, auctoritate Stewechii in comment. ad Vegetum de Re mil. lib. iv, cap. 22, qui Isidoro favet. Pro sagitta quæ scorpionis jacitur, usurpatur etiam scorpio ab Ilirio de Bello Afric., cap. 29, *Scorpione accuratus misso, atque eorum decurione occiso.**

CAP. IX. Num. 1. *Feretrum, ubi junus dejeritur. Eadem feretri etymologia repetitur lib. xi, cap. 11. Phætra Græca vox est: sed etiam sic a *φῆρα*, *fero*, ex nonnullorum sententia derivatur.*

N. 2. *Vagina appellatur eo quod in ea... gladius bajuletur. Alii vaginam dictam putant a *vaco*, quasi *vacina*, quod vacua sit, et apta ad recipiendum gladium, vel telum.*

N. 4. *Ozos. Ducangius nescio quid de *ozis* notare voluerat: nam verbum *Oza* ait, *Vide Dolo*. Desideratur autem hæc vox *Dolo*: ubi fortasse Isidori nostri verba de dolonibus scribere constituerat.*

N. 5. *Arcus proprie dicitur de instrumento quo sagittæ jaciuntur, quia *arcet*, id est, projellit. Inde arcus in architectura nomen invenit.*

CAP. X. Num. 1. *Fundibulus. Lib. xiv, cap. 6, n. ult., dicitur fundibulum neut. Aliud instrumentum est *fusibulus*, de quo Vegetius, ut ex nota Grialii ad eum locum constat.*

CAP. XI. Num. 4. *Musculus. Musculi majoris de-*

A scriptionem habes apud Casarem de Bell. civil. lib. ii, cap. 10.

CAP. XII. Num. 1. *Clypeus est scutum. Discrimen inter clypeum, et scutum hoc assignari solet, quod clypeus æreus erat et rotundus, scutum ligneum, et figura quadrata oblonga. Parma vero, de qua num. 6, ferus et corio, sui loro erat, sed rotunda. Facile tamen hæc ab scriptoribus confunduntur, et promiscue usurpantur.*

N. 2. *Scutum alii deducunt a *cutis*, mutata syllabæ quantitate, quod corio sæpe contegeretur. Facilius a Græco *αὐρός, pellicis, corium*. Similiter *umbo* est a Græca voce *ἄμδω*: inde *umbilicus*.*

N. 3. *Ancile ab *am*, circum, et *cæsus*, quasi *amcissum*. Vide Bochartum Chan. lib. ii, cap. 11. Nonnulli cum Nonio cap. 18, n. 11, scribunt *ancyle*. Figura ancillis conservatur in quibusdam veteribus nummis.*

N. 4. *Vulgata: scuta de auro purissimo.*

N. 5. *Afri et Mauri. Ita vetera exemplaria; ita etiam Grialius in textu, sed in not. indicat Hispani pro Mauri. Profecto Servius ait, Afri, et Hispani. Tacitus in Vita Agric., cap. 26, tradit etiam Britannis breves cetras in usu fuisse. Bochartus Chan. lib. i, cap. 42, ad illustrandum hunc Isidori locum consuli poterit.*

N. 6. *Parma, ut Varro de Ling. Lat., cap. 24, putat, dicitur, quod e medio in omnes partes par. Bochartus videndus loc. cit., cap. eod. 42.*

CAP. XIV. Num. 1. *Galea de corio. Veram hanc originem esse Becmanus pag. 489 et seqq. confirmat, scilicet a *γαλῆν, felis, mustela*: nam veteres tegmina aut galeas fere e corio, seu pellibus animalium conficiebant: quod Becmanus pluribus demonstrat. *Cassis* et *galea* a Tacito aperte distinguuntur: passim tamen promiscue ab aliis usurpantur.*

CAP. XV. Num. 1. *Forus. De fori etymo vide lib. xv, cap. 2, num. 27, ubi legitur, *Hæc loca et rno rostris* vocantur, quod melius est quam *prorostra*. Sed fortasse in eodem ævo nomen hoc obtinuit *prorostra*. Minime vero Grialio assentior, qui hæc Braulioni ascribit. Cur enim Isidorus, qui passim sua repetit, non potuit occasione data bis de foro sermonem ingerere?*

N. 2. *Justitia est a justo, ut lætitia a læto, etc. De Jure et legibus lib. v agit Isidorus.*

N. 4. *Jurgium est a jurgo, quod Varro lib. v de Ling. Lat., cap. 6, a jure et ago dedecit.*

N. 7. *Reus a re qua petitur nuncupatus. Grialius edidit, a re quam petitur, fortasse quia variant exemplaria, et *peto* cum duobus accusativis aliquando reperitur. Sed præterquam quod dubiæ lectionis sunt loca similia quæ afferri solent, Isidorus eodem sensu prolo post ait *pro re aliqua petitur*. Ad Grialii sensum posset corrigi a *re, quas petitur*, scilicet ab eo.*

N. 10. In Cod. Vatic. 625, quem c. 93 Prolegom., num. 19 et seqq. descripsi, post hoc caput quod desinit *silentio tegunt*, indicatur aliquos hinc librum xx inchoare, ut latius ibid. num. 32 exposui.

CAP. XVI. Num. 1. *Voluptates. Spectacula gentiliū peculiari significatione voluptatium fuisse dicta ostendi in comment. ad Prudentium lib. ii in Symmach., vers. 1125, et hymn. vi Peristeph., vers. 66. Plurima opera de spectaculis diversisque ludorum veterum generibus legi possunt in Thesaurο Gronoviano Antiquit. Græcar. tom. VII et VIII, et in Thesaurο Græviano Antiquit. Romanar. tom. IX.*

N. 2. *Inde Romani accersios, etc. Vide Livium lib. vii, cap. 2. Inde ludii et ludiones dicti, quasi *lydii* et *lydiones*, qui ludos faciebant.*

N. 3. *Idololatria. Ita rescribo, nam idololatria, que vox passim in mss. antiquis reperitur, et a Grialio retinetur, amanuensibus tribui potest.*

CAP. XVIII. Num. 1. *Virtus. Observandum, virtutem, hoc loco pro pugilatu poni.*

CAP. XIX. Num. 1. *Saltus. A salio est saltum, et inde saltus. Alia ad explicationem saltus spectant.*

CAP. XX. *Cursus. Est a carro. Verbi carro Hebraicam etymologiam nonnulli investigant.*

CAP. XIII. Num. 1. *Innitantur*. In Grialii textu **A** *innitent*, quod nihil est. Fortasse Isidorus scripsit *innitent* active, vel legendum *imminent*.

CAP. XIV. Num. 1. *Agona dici*. Splendendum *constat*, aut simile aliquid. Originem *agonatis* sacri Ovidius inquirat lib. 1. *Fastor.*, vers. 317, et seqq. *Proprietatis* vocis Græcæ indicat circum, sive locum sine angulis.

CAP. XVII. Num. 1. *Dæmonum culibus inservire videntur*. Egregie totum hoc argumentum Mariana illustrat in tract. de spectaculis, cap. 12, prolatis testimonio Tertulliani, Cypriani, Salviani, Joannis Chrysostomi, et nostri Isidori.

N. 3. *Circenses*. A *circo* dictos nemo negaverit. Alia, quæ ex Servio Isidorus et alii afferunt, ad eruditionem pertineant, non ad veram nominis notationem. Cogit per Vossium in *Etymol.*

CAP. XIX. Num. 1. *Ova honori Castoris*. Codex, 1 Goth. *Tolci*. nonnulla hic addit, sed non satis ordinata: *Ova honori Pollucis et Castoris: dicitur, quod Ledam matrem Castoris et Pollucis Jovis (pro Jupiter) in cygni similitudinem stuprasset, ideo ovo editos putant, ad avis similitudinem ascribunt, qui illos ovo editos, etc.*

CAP. XXI. Num. 1. *Obeliscum*. In veteribus exemplaribus est varia lectio non contemnenda *violenti inundatione Ægyptum nocuisset*; quamvis magis Latinum sit *Ægypto*. Narrationem de obelisci soli consecrati translatione ex Hieropolitana civitate in circum maximum Romæ contextu Ammianus Marcellinus, lib. XVII. Alium *maximæ obeliscum* nostro tempore erectum ante curiam Innocentianam dixi in comment. ad Prudentium, lib. 1. contra Symmach., vers. 309.

CAP. XXIII. Num. 1. *Haurit apertum*. Servius, ad hæc verba: *HAURIT modo FRUIT significat*. Aspiratio olim facile negligebatur, et *aurit* pro *haurit* scribebatur. Cæterum *aurigæ* etymon melius ex Festo exponitur *AUREAX*, *auriga*: *AUREAS enim dicebatur (forte dicebant) frenum, quod ad aures equorum reigabatur, URJAS, quo ora coercerentur.*

N. 2. *Aurigæ.... coloribus*. Salmasius ex hoc loco corrigit verba Tertulliani, *aurigis coloribus idololatricum vestierunt*, pro quibus reponit, *aurigæ coloribus, id est, idololatricum vestierunt*.

CAP. XXIV. Num. 1. *Erichthonius*. Fabulam de Erichthonio commemorat Servius, ad loc. cit. Virg. lib. 1, et Hyginus, fab. 166.

CAP. XXV. Num. 1. *Currus*. Nonnulli Editi, vel quia rotas videtur habere multas. Ad currum, inquit Schefferus de re vehiculari, lib. II, cap. 15, duas tantum rotas habebant, ut necesse sit lapsum esse Isidorum. Non ergo Schefferus editionem Grialianam viderat, in qua omittitur *multas*. Vide lib. XI, cap. 12, num. 1. Salmasius, pag. 897 Exercit. Plinian., legendum censet *et quod omnibus injiceretur, jugo Primus*, etc. Contra Schefferus pugnat, lib. II de re vehiculari, cap. 10, et ipse legit: *et qui omnibus injiceretur. Jugo primus*, etc. Rem ita explicat: temo olim erat duplex, perpetuusque, hoc est, alter alteri unitus. Clysthenes secundum temonem sustulit, et equis jugatis duos alios equos simplici vinculo alligatos adjunxit, qui omnes quatuor æqua fronte procederent. Prius in trigis erat equus funalis, seu funarius, sed non æqua fronte cum duobus jugatis procedebat, sed præcedebat. Hæc omnia optime coherant cum Grialii scriptura, quam retineo, temo enim ille duplex, perpetuusque quatuor equis injiciebatur jugo. Non enim placet quod ait Schefferus, injiceretur. *Jugo Primus... jugavit*. Verba illa *et qui*, etc., recte procedunt, et cum in omnibus Mss. reperiantur, ut Schefferus confirmat, non sunt mutanda in *et quod*, etc., ut Salmasius volebat.

N. 2. *Eosque singulos*. Salmasius, loc. cit., corrigebat *eisque singulos*, quod satis est probabile. Pro equo funario, seu funali, Ausonius in epicedio Phosphori poetice usurpavit *funem*, ut poetæ solent *hubenas* pro equis.

CAP. XXVI. Num. 1. *Desultores*. Mysterium bigarum, trigarum, etc., apud gentiles ex Isidoro, aliisque monumentis antiquis exponit Nicolaus Calliachus, in dissert. de circens. lud. Pro *desultores* malim *desultores*, scilicet equos. Nam *desultor* est, qui de equo in equum desilit, ut infra, cap. 39, explicatur. A Cassiodoro, lib. III Var., epist. 51, vocantur equi *desultatorii*; pro quo nonnulli legunt *desulorii*.

N. 3. *Volubili ambitu*. Prudentius, in proœmio carminum: *Annus cardo rotat, dum fruimur sole volubili. In patefcit secunda producit, quod factum etiam a Lucretio, lib. 1, vers. 345, sed nescio an ab alio poeta antiquo.*

CAP. XXVII. Num. 1. *Creta... judicium*. Salmasius, pag. 1073 Exercit. Plinian., Isidorum reprehendit, quod inepte *cretam judicium* exposuerit, quia Græce *κρηνη*; est *judex*. Verum hæc consuetudo fuit non Isidori tantum, sed aliorum etiam doctissimorum hominum, ut similes allegorias quavis levi occasione componerent. Meta in circis creta signabatur, ut facile conspiceretur, inde ipsa meta *creta* vocata est. De ea Plinius, lib. VIII, cap. 42: *Peracto legitimo cursu ad cretam sterere.*

CAP. XXVIII. Num. 1. *Equites singulares*. De equitibus singularibus et desultoribus plura laudatus Calliachus in Dissert. de circens. Lud.

CAP. XXX. Num. 1. *Desultores*. Hyginus loc. cit. a Grialio: *Unde etiam Romani... in capite, equo in equum*, etc., omisso de per eclipsin. Vide notas Munckeri ad eum locum.

CAP. XLI. Num. 1. *Roseos soli... roseos ætati*. Legendum puto *rosæos*, aut *rusæos*, ut nonnulli legunt apud Cassiodorum lib. III Var., ep. 51, ubi eadem mysteria colorum explicat. Vide Salmasium pag. 98 in Lampridium, et meum commentarium ad Prudent. hymn. XI Peristeph., vers. 150,

Luserat e minio rusæolam sanie.

**C** Adde Tertullian. de Spectac. cap. 9., et Sirmond. in not. ad Sidon. carm. 23. Post *densatur* aliquid deest, ut videtur, de *venetis* et *autumno*.

N. 2. *Cocco decorantur*. Reipublicæ tempore vexillum erat tunica purpurea, seu punicea, ut dixi ad cap. 3 hujus libri, num. 5. *ALBOS ZEPHYRIS*. Horatius lib. III, od. 7 *favonios* vocat *candidos*. Virgilius lib. III Æneid., vers. 120:

Pecudum zephyris felicibus albam.

CAP. XLII. Num. 2. *Ibi prostarent*. In veteribus exemplaribus legitur *ibi prosternerentur*. Sic Vulgata Jerem. II, 20: *Tu prosternerbaris meretrix*. Atque ita quoque legit Lipsius lib. I Eccl., cap. 11, qui affirmat, eleganter Isidorum agere de ritu in scenam producendi scorta. Plura ipse in eadem rem addit ex Plauto, Livio, Statio et Tertulliano. Facile alia congeri possent, si vacaret. Observandum, apud probatos auctores *prostibulum* non accipi pro lupanari, sed pro meretrice, quæ ante stabulum quæstus diurni et nocturni causa sedebat, seu prostabat; inde *prostibulum* et *prostibula* vocata.

CAP. XLIII. Num. 1. *Quod pulpitum orchestra vocabatur*. Jul. Cæs. Bulengerus, qui eruditum opus de theatro scripsit, discrimen inter *orchestram*, *pulpitum* et *scenam* ex Polluce confirmat lib. X, c. 15.

CAP. XLVII. Num. 1. *Musici scenici*. Quia scenicis ethymele seu pulpito inserviebant. Nam proprie *thymelici* ab *scenicis* differrebant: *scenici* in scena fabulam agebant, *thymelici* in orchestra seu pulpito musicis instrumentis præcinebant.

CAP. XLVIII. Num. 1. *Histriones*. Festus: *Histriones dicit, quod primum ex Histria venerint*. Livius, Valerius Maximus et alii rectius putant, et nomen, et artem *histrionum* a Tusci origine repetere, apud quos vox *hister* significabat saltatorem.

CAP. L. Num. 1. *Adolescentes nobiles*. Rectius Festus *juvenes italos*: nam tempore Ænææ Romani adolescentes nulli erant, ut communis fert opinio. Varro

*Salios a saltando dictos docet lib. iv de Ling. Lat., A fuse ludum calculorum describit, ait vers. 191 : cap. 45.*

CAP. LI. Num. 2. *Quorum odisti auctores.* In veteribus exemplaribus *odire debes*, quod retineri posset. Notanda etiam est phrasis *quorum*, neque facile mutaverim in *cujus*, quamvis id in nonnullis Codicibus reperitur. Apud Tertullianum cap. 10 libri de Spectaculis ex editione Pamelii legitur, *corporis fluxum... per fluxum... et lyris... Mercurios mancipēs habent. Oderis, Christiane quorum auctores non potes non odisse.* Ex Isidoro quædam in hoc libro Tertulliani correctæ esse præmonemur, Posset ex Tertulliano apud Isidorum legi *fluxum* et *fluxum* quod mollitiem significat.

CAP. LII. Num. 1. *Amphitheatrum.* Raderus in proleptico ad Martialem, cap. 5, de amphitheatro quædam affert quæ ad hunc Isidori locum explanandum faciunt.

N. 2. Nonnulli hic inchoabant librum xxxii, ante caput de ludo equestri. Vide cap. 93 Prolegomen., num. 32, ubi aliæ similes librorum seu titularum divisiones indicantur.

CAP. LIV. Num. 1. *Retiarius.* Nomen eruditissimi viri qui de retiario, etc., scripsit, cur Grialius tacuerit, causam non video. Non paucos qui de ludo gladiatorio scripserunt, recenset Fabricius in Bibliograph., cap. 18, num. 12, Petrum Fabrum, Hieronymum Mercurialem, Octavium Ferrarium, Nicolaum Calliachium, Lipsium, Maffeiū, etc. Nonnulla etiam a me notata sunt in comment. ad lib. ii Prudentii contra Symmach. Vix dubium mihi est, quin Chaconis conjecturâ vera sit, *adversarium cuspidē insequentiem*, ut ex cap. seq. magis liquet.

CAP. LV. Num. 1. *Ferret reti.* Vetera exemplaria exhibent *rete*, quod retineri posset, ut in *mare, præsepe*, etc., de quo jam alibi dixi.

CAP. LVI. Num. 1. *Consecutos*, passive, exemplo Varronis apud Priscianum lib. viii.

CAP. LVII. Num. 1. *Velites.* De *velitibus* plura supra lib. ix, cap. 3, num. 43.

CAP. LVIII. Num. 1. *Ferarum pugna.* Raderus in proleptico ad Martialem, cap. 7 et pag. 37, agit de ferarum pugna, totumque ferale certamen ex Martiali aliisque scriptoribus explicat.

CAP. LIX. Num. 1. *Hæc quippe Spectacula.* Hæc, ut multa alia hujus argumenti, desumpta sunt ex Tertulliano de Spectaculo, et in Apologet. cap. 38., ubi ait : *Nihil est nobis dictu, visu, auditu cum insania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ, cum zisti vanitate.* Prudentius Hamartig., vers. 361 : *Vesania feruida circi.*

CAP. LX. Num. 1. *Alea, id est ludus tabulæ.* *Tabula et alea pro eodem accipiuntur.* Concil. Eliberit., can. 19, *Si quis fidelis alea, id est tabula, luserit*, etc. Vide Savaronem in not. ad Sidonium pag. 17. Becmanus, pag. 523, *aleæ* originem Græcam quærebat, cui adherent Vossius in Etymol., et Senflebius de Alea veter. cap. 2, qui cap. 3 affirmat Isidori opinionem de Alea milite omnes sequioris sæculi scriptores secutos. Idem cap. 11, n. 1, Isidorum coarguit, quod dixerit, *tabula luditur pyrgo* : nam *pyrgo* non ludebatur, sed *per pyrgum* : quam litem grammaticis decidendam reliquimus, cum de re constet. Nam quod *per pyrgum* tesserae pergerent, cap. seq. refert Isidorus.

CAP. LXII. Num. 1. *Per calculas.* Videtur derivativum a *calces*. Reperitur etiam *calces* pro calculo apud Priscianum lib. vi. Isidorus *ordinis vias* videtur intelligere de calculis o dinariis, aut qui ordine moventur, de quibus rursus infra cap. 67. Itaque non alis assequor, quid sit *quasi per calculas*. Illud internum occurrit, legendum *quasi per casulas*. Varias *cellulas tabulæ* lusoriae *mandras* vocat Martialis lib. vii, epigr. 74,

Mandris et vitreo latrone clausus;

et auctor Paenegyrici ad Pisonem Lucano affecti, qui

Ut citus, et fracta perrumpat in agmina manda.

Idem autem significant *mandra* et *caula*.

CAP. LXIII. Num. 1. *Tesserae.* Andreas Senflebius de Alea veterum, cap. 5, n. 1, affirmat Isidorum memoria lapsum, sæpe ea quæ scribit confundere, ut *tesseras cum talis*, et hos cum illis. Differabant quidem *talis* et *tesserae*, nam *tesserae* erant quadratæ ex omni latere : *talis*, etsi habebant sex latera, quatuor tantum lateribus insistere poterant, quia duo reliqua incurva erant. Sed cum jactus similis esset et pyrgo in alveolum in utroque ludo, scriptores interdum unum pro altero ponunt. Neque vero perspicuum est, *tesseras* ab Isidoro cum *talis* confundi : de *tesseri* enim semper loquitur, nunquam *talos* memorat. Differentia *talorum* et *tesserarum* explicatur a J. A. Ernesto in Clavi Ciceroniana, verbo *Talus*. Diversus etiam erat numerus *talorum* et *tesserarum* ; nam *talis* quatuor ludebatur, *tesseri* plerumque *duabus* ad summum *tribus*.

CAP. LXIV. Num. 1. *Aleatores.* Senflebius, loc. cit., cap. 5, describit integrum hoc caput, et addit : *Ride, quidquid est ineptiarum Hispanensium. Quis aleatorum de hoc potius quam de lucro captando sollicitus fuit?* Ridendum vero ipse Senflebius. Quis enim eum docuit eos omnes qui alea ludebant de lucro captando cogitasse? aut eos etiam qui de lucro captando cogitabant, allegoriam quamdam in ipso ludo non admisisse? Confer quæ Isidorus ex Cassiodoro et aliis cap. 36 et seqq. de equis, equitibus, peditibus et equorum coloribus explicuit, a gentilibus inventa, ut vanitates suas excusarent. Salmasius, pag. 243, vers. 36, in Flavium Vopiscum observat, figuras aleæ ab Isidoro vocari *vias*, quod Græci *ὁδοὶ* appellant, et vetus epigramma scriptorum *tramitem*, scilicet lineas per quas calculi currebant.

CAP. LXV. Num. 1. *De vocabulis tesserarum.* Senflebius, loc. cit., cap. 5, Isidorum reprehendit, quod *quinionem* in *talis* contra Julium Pollucem collocet. Sed nulla hic *talorum* expressa mentio, et capituli titulus *tesseras* aperte nominat. Nomina vero jactum, quæ Isidorus explicat, *tesseri* et *talis* accommodari possunt : imo, ut ipse observat, appellatio pro varietate temporum varia fuit. Senflebius, loc. cit., cap. 4, num. 10, advertit quod latera *talorum*, quæ ab aliis *supina* et *plana* vocantur, ab Isidoro *suppi* et *plani* dicuntur. Festus, *suppinum*, ait, *antiqui dicebant, quem nunc supinum dicimus*. Ad quæ verba Scaliger notat, partem *tali* lusorii, *ὄπιον* dictam, hoc est *supinam*, cum *talus* ita caderet, ut esset illa superior *suppinum* vocatum *termine*. Quod Isidorus *trionem* et *quationem* dicit, alii *trionem* et *quaternionem* vocant. Octavium Ferrarium lib. i Elect., cap. 16; docet, *venerem* dictum fuisse jactum, quia quatuor *talis* diversa facie singuli cadebant, *senionem*, quæ omnes *talis* in *latas* concavum cadebant, vel duo in convexum, duo in concavum, *caniculam*, quæ omnes quatuor *talis* recto gradu stabant.

CAP. LXVI. Num. 1. *Componitur*, etc. Martialis lib. xiv, epigr. 16,

Quærit compositos manus improba mittere talos

Pro voluerit, fortasse voluerint.

CAP. LXVII. Num. 1. *Calculi partim*, etc. Senflebius, qui Isidorum oburgare quodammodo sibi proposuerat, loc. cit., cap. 11, n. 11, *Recte tandem*, ait, *aliquando Isidorus*, et doctrinam hoc cap. contentam explicat. Salmasius, pag. 246, vers. 19, in Fl. Vopiscum tradit, ea omnia quæ de *ordinariis calculis*, et *vagis*, et *incitis* scribit Isidorus, ad *latrunculos esse* referenda ; quæ viri doctissimi male referunt ad duodecim scriptorum ludum, quævis Hispani *Damas* dicunt. *Calculi inciti* sunt *scacco matto*. Isidorus in glossis : *Mattum humectum*, etc. Cicero, epist. 12, lib. xvi, ad Atticum, *Et via matta*. Sic constanter *Msa.*, ut Salmasius testatur. Editi, *via inepta*. E calculis *inciti*

natum est proverbium *ad incitas redigi*, hoc est, ad lineas, quibus calculi omnino moveri non possent. Etsi autem Charisius lib. 1 docet, unius tantum casum *incitas* esse, ut *inicias*, *suppetias*, etc., tamen reperitur etiam *ad incita* redigi, hoc est loca: et termini, qui amplius promoveri non poterant, *inciti* dicebantur. *Incitus* igitur, ut similia alia, duas contrarias significationes habet: sumitur enim pro *conciatio*; et ab in privativa pro *immobili*. Confer Glossarium Isidorianum verb. *Incitæ* cum notis.

CAP. LXVIII. Num. 1. *Interdicta legibus*. Non solum canonicis, sed etiam civilibus. Vide præter alios Ferdinandum Mendozam ad concil. Eliberitan. apud Labbeum tom. 1, pag. 1561 et seq.

CAP. LXIX. Num. 1. *Pila*. De lusu pilæ videndi Hieronymus Mercurialis, Petrus Faber, Octavius Ferrarius, Vossius, et alii recensiti a Fabricio, cap. 22 Bibliograph., num. 6. *Sphæra* vox Græca est, in cuius origine Hebraica indaganda Becmannus versatur. Isidorus, ut multa alia, ita etiam et nomen et duos versiculos Dorcatii nobis conservavit: quem sibi aliunde ignotum Fabricius in Biblioth. med. ævi fateatur, ubi versus describit mendose ex aliqua veteri editione.

N. 2. Plinius, lib. vii, cap. 56, quatuor pilarum genera distinguit, *trigonalem*, *paganicam*, *sollem*, *harpastum*. Pila arenata fortasse ea est quæ *harpastum* dicitur. Martialis lib. iv, epigr. 19,

Sea lentum ceromæ teris, tepidumque trigona.  
Sive harpasta manu pulverulenta rapis.

In harpasti ludo victoria ejus partis erat quæ harpastum extra limites adversariæ partis eiciebat. Pro qui *pila* alii habent *qui pilam*: malim, *qui illam*. Scilicet qui in pilæ ludo peccabant, suram ferendam præbebant.

## LIBER DECIMUS NONUS.

CAPUT PRIMUM. Num. 1. *De navibus*. Scriptores de re navali veterum in thesauris Gronoviano, et C. Græviano videri possum.

N. 2. *Faro pro fecero, fecerim*, ut *faxim* pro *faciam*, reperitur in multis probatis scriptoribus.

N. 3. *Nauclerus*. Etymologia *naucleri* fortasse proprietatem rei indicat, non veram vocis originem: *nauclerus* enim esse potest a *navicularius*, ut *navata* a *navis*. Non desunt tamen qui Isidorianam etymologiam genuinum esse tradant. Vide Becmannum, pag. 728, et Savaronem in Sidon. lib. vi, epist. 8. Atque illi persuadet, quod Græce eodem modo dicitur *ναυκλῆρος*.

N. 4. *Quasi cohibernator*. Hoc certe etymon a criticis nostris nequaquam admittetur, nisi quatenus explicat partem aliquam muneris gubernatoris navis. Apud Laberium *gubernium* non pro gubernatore, sed pro gubernatione accipiendum multi putant. In Digestis, pro *archigubernius* alii præferunt *archizubernus*. Verbum ab Isidoro prolatum *gubernio* repetitur a Papia, et in Glossariis antiquis, non aliunde, ut puto, desumptum, nisi ex ipso Isidoro.

N. 5. *Navita*. Servio et Isidoro contrarius est Festus, ex cuius sententia, a Fulvio Ursino suppleta, colligitur: *NAVITAS secundum incorruptam consuetudinem dictos, quos nunc NAUTAS dicimus*.

N. 8. *Gnavum*. Grialius in textu reliquit *gnavum*, quamvis in nota præferre videatur *navum*. Multi quidem *navum* pro *gnavum* scribunt; sed retineri nihilominus poterit *gnavus*, admissa etiam etymologia Isidoriana, sive cum Festo dicamus, *navum* dici a *navium* celeritate. Apud Isidorum malim *noverit* pro *novit*.

N. 9. *Rates primum*, etc. Quintilianus, lib. 1, cap. 2: *Si nemo plus effecisset eo quem sequebatur, adhuc rati- bus navigaremus*. Servius, i. Æneid., vers. 47: *Rates: abusive naves... Hinc naviculæ cum remis rati- nis dicuntur*.

N. 10. *Non transibit*. Vulgata verba sunt: *Neque*

*trieris magna transgredietur eum*. Vox *trieris* Græca est, pro qua Latini dicunt *triremis*. Repetitur *trieris* in multis veteribus inscriptionibus, sed non in probatis Latinitatis scriptoribus, nisi uno vel alio loco, in quo varia est lectio *trieris*, seu *triremis*.

N. 12. *Liburnæ*. Isaacus Vossius dissertatione de *triremium* et *Liburnicarum* constructione edidit.

N. 13. *Rostratæ* *Rostratarum* navium mentio passim occurrit apud veteres scriptores. *Rostra* plerumque erant trifida, ex quo *æra tridentia* a poetis vocari solent. Imaginem rostri tridentis exhibet Fabrettus, cap. 4 de columna Trajani, pag. 115. Plura de hoc argumento Schwarzii in dissertatione de *rostris fori Romani*.

N. 14. De *dromonibus* quædam est vetus glossa, allata in not. ad lib. xii, cap. 1, num. 36, ubi minus bene etymon *dromonis* repetitur a *dromedaris*. Nomen *musculi* pro navi in Lexicis desideratur. E glossariis antiquis Ducangius hanc vocem deprompsit, qui advertit, in notis Tironis inter alia navigatorum vocabula occurrere.

N. 15. *Unde et calones*. Apud Vulcanium, et alia vetera exemplaria legitur: *Unde et calones naviculæ, quæ ligna militibus portant*. Pignorius, pag. 120 et seq., de Servis, ubi de *calonibus* et *caculis* agit, ita Isidorum deformem vitio, ut ait, non suo emendabat. *Unde et calones et caculæ, qui ligna*, etc. Quæ satis prudens conjectura est. Advertit ea ligna fuisse iustes et clavæ. Juvencus, lib. iv, vers. 514:

Pars strictis gladiis, pars fidens pondere clavæ.

Confer cap. 34 hujus libri, num. 2 et 6.

N. 16. *Ancyromagi*. Vox ex Isidoro, ut puto, reperitur in antiquis glossariis, sed non uno modo scripta, aut corrupta; scilicet *anchyromagus*, *iquiromagus*, *anguiromagus*, *angromagus*. Confer Ducangium.

N. 17. *Corrupte baselum*. Inde Hispani vocant *bazel*. Fortasse Isidorus scripsit *pietis phas lis*; nam Virgilius versus est:

Et circum pietis vehitur sua rura phaselis.

Achilles Stadius contendit scribendum *phaselius* cum duplici *ll*, cui alii repugnant, ut docet Vulpius ad Catullum, pag. 18.

N. 18. *Scapha*, quæ *κατασκονος*. Joan. Schefferus, lib. ii de Militia navali, cap. 2, ex glossis V. T., quarum meminit Heinsius, Exercit. Sacrar., hæc refert: *Scapha, sive catascopus est navicula levis et rimine facta, crudoque corio contexta*.

N. 19. *Barca*. Sanctus Paulinus Dolan., carm. 21, al. 13, ad Cyther., vers. 95:

Ut mox salubri barca præsidio foret  
Puppi superstes obrute.

Alios antiquiores, qui de *barca* loquantur, non facile reperies. Nomen ipsum *barca* in vulgares linguas transiit.

N. 20. *Paro*. Conservavit nobis Isidorus hos versiculos Ciceronis, non alibi exstantes. *Parones* ab insula *Paro* dictos nonnulli existimant.

N. 21. *Myoparo*. *Myoparones* a *Phaselis* diversos forma non fuisse, quorundam sententia est. Historia quam hoc loco Isidorus allegat quænam fuerit non invenio. Repono *contexta crudo*, etc., pro *contexta*. Vide n. 26.

N. 22. *Celoces*. In versu Ennii nonnulli male legunt *celonis*, pro *celocis*. Schefferus, de Milit. naval., lib. ii, cap. 2, *biremes*, vel *trirentes*, exponit, non de *duobus* aut *tribus* remorum ordinibus, sed de *duobus* aut *tribus* remis. Alii dicunt *celocem* navem illam fuisse quæ ut uno remo regeretur, vel a pluribus quidem, sed ita ut singuli homines singulos remos tractarent.

N. 24. *Hippagogus*. In Grialii textu erat *hippagogus*; in not. re- te *hippagogus*. Hujus modi naves dicebantur aut *hippagogi*, aut *hippagi*, aut *hippagines*. De pontonio Schefferus, lib. iv, de Milit. naval., cap. 1, existimat legendum: *Non nisi remulco progredi potest*.



Firmabatur enim navis in fune, cujus capita in utramque ripam pertinentia, alligabatur palis, ut attracto fune sequeretur navis, uti et hodie fieri videmus. Proinde de hæc ratione accipienda sunt verba subjecta Isidori: *Hinc et trajectus*, etc., quamvis Servius, a quo ea Isidorus accepit, in aliam rem ea protulerit.

N. 25. *Lembus... capulus*. In nonnullis exemplaribus Isidori scribitur *limbus*, vel quia est a Græco *λίαν*, ut ait Schefferus, loc. cit., lib. II, cap. 2, vel potius quia in *Mss.* passim *e* et *i* confunduntur. Idem Schefferus censet legendum *capulus* ex glossis Arabico-latinis Vulcanii, *Lembus*, etc. Apud Gellium alii legunt *caupuli*, alii *capuli*, alii *capulici*. Et hoc ultimam fortasse Grialius in not. voluit scribere.

N. 26. *Carabus... portemia*. Verba Isidori de *carabo* cum Forcellinus retulisset addidit: *Sed nullum in hanc rem affert Latini idonei scriptoris exemplum*. Sed quod perierunt veterum opera, quibus Isidorus usus est, etiam ubi auctorem nullum nominat? De *carabo* vide supra, num. 18, Onomasticum Rosweydi, et Ducangium. Ante Isidorum usum eadem voce fuit sanctus Gregorius Magnus. Nonnulli Editi exhibent apud Isidorum *contexta crudo corio*, uti etiam num. 21, de myoparone. Grialius hoc loc. *contexta*, num. 21, *contexta*, sed utrobique legendum *contexta*. Pro *portemia* Martinius scribendum censebat *portinium* ex Hesych'o. Papias retinuit *portemia* cum Isidoro. In Ducangii auctario legitur eadem notione *portenna*, ex Nicolao Speciale. Semlerus conjiciebat *Scythici*, aut *Sarmatici generis*, quia in Editis inveniebatur *Syriatici generis*. Vide ejus notas ad Glossarium Isidorianum.

N. 27. *Caudicæ*. Fortasse rectius erit *caudicæ*, ut nonnulli legunt apud Gellium, lib. X, cap. 25.

CAP. II. Num. 1. *Cumba*. Rosweydu, in Onomastico, verbo *Cuba*, ex Glossario Camberonensi *ms.*, profert: *Cuba extrema pars navis dicta, eo quod incubet aquis*. *Cumba* vero dicitur *lectica a cubando*. Latini frequentius scribunt *cymba* a Græco *κύμας*, *cavus recessus*.

N. 3. *Columbaria*. Festus verbo *Navalis scriba*. *Sive quod columbaria in nave appellantur ea, quibus remigant*, etc.

N. 4. *Agea*. Schefferus, de Milit. naval, lib. I, cap. 6, emendari jubet Isidorum hoc modo: *Agearia sunt loca in navi, per quæ ad remiges hortator accedit*, ex glossario Latino-germanico *ms.*: *Agearia loca quædam in navibus, quæ per remos hortator accedit*, quod ex Isidoro, ut alia plura, desumptum videtur. At Festus scripturæ nostræ favet. Versum Ennii vel ex *Mss.* Isidori, vel ex conjecturis alii alio modo legunt:

Multi foro ponens, ageaque longa repletur;

aut:

Multi foro ponit, et agea longa repletur.

Scaliger ad Festum:

Multi forum, postes et, ageaque longa repletur.

Cerda in *Advers. sacr.*, cap. 173, num. 6, ex veteri glossario, ad hanc rem profert: *Egeator hortator navis*.

N. 6. *Tonsæ*. Verba Servii ad VII, *Æneid.*, vers. 28, hæc sunt: *Tonsæ: Remi dicti a decutiendis fluctibus, sicut tonsores a tondendis et decutiendis capillis*. Schefferus, loc. cit., lib. II, cap. 5, ita Isidori verba emendabat, vel supplebat: *REMI a renovendis, et TONSÆ, a tondendis et decutiendis fluctibus, sicut tonsores, etc.*

N. 7. *Palmula*. Quid proprie sit *palmula*, explicat Pollux, in *Onomast.*, lib. I, cap. 9. Frequentius scribitur *antenna*, quam *antemna*, quidquid sit de clymo.

N. 8. *Maleolis*. Grialius cum aliis edidit *malleolis*; sed scribendum videtur cum Scheffero, loc. cit., lib. II, cap. 5, *maleolis*, ex *matorum* seu pomorum similitudine. Nam *malus* quo facilius cum velis antenna elevaretur, ligna quædam orbicularia instar pomorum

A circumdata habebat. Huc facit Servius, cujus verba Isidorus descripsit, nisi quod, ut advertit Grialius, *maleolis* pro *malis* posuit.

N. 9. *Cinna: Lucida*. Nonius, cap. 15, num. 28, sic refert versum Catulli Veronensis, ut ait: *Lucida qua splendet summi carchesia mali*.

N. 10. *Trochleæ*. Pollux, in *Onomast.*, tom. II, pag. 1117, de trurocheis veterum agit. Earum exemplum in puteis nonnullis Italiæ cernitur ad sublevantiam aquam. *Trochleam rechamam* dictam docet Vitruvius, lib. X, cap. 2.

N. 13. *Porticulus*. Beermanus, pag. 866, cum Porroto et aliis *porticulus* aut *porticulus* deducit a *porta*. Communis scribendi ratio est *porticulus*, et hanc teneo, quamvis Grialius exhibeat *porticulus*.

N. 14. *Tonsilla*. In versu Ennii crediderim legendum *configunt litore aduncas*. Festus: *Tonsilla palus delatus in acumen, et cuspide præferratus, qui navis religandæ causa in litore figitur*. Exempla profert Actii et Pacuvii. Pro *delatus* legendum videtur *dolatus*.

N. 15. *Ancora*. Ætate Servii et Isidori fortasse consuetudo obtinuit ut scriberetur *anchora* cum aspiratione; nunc certe *ancora* scribi solet, quod rectius est, et retinendum.

CAP. III. Num. 3. *Artemon*. Bayflus, de Re navali, pag. 121, existimat, *artemonem* esse velum navis majus. Schefferus contra cum Isidoro contendit esse velum parvum, quod recte Labeonis testimonio, *Digest. lib. I, tit. 16, leg. 242*, confirmat. In recto casu *artemon* dicitur a *Labeone*, et ab Isidoro etiam num. super., sed hoc loco exemplaria habebant *artemo*, quod mutatum volui in *artemon*, ut Græce etiam dicitur.

Num. 4. In plerisque exemplaribus est *siparum*; atque quidem ita nonnulli scribunt a Græco *σίπαρος*: sed communis scriptura est *supparum*, aut *supparus*. Nonnulli cum Festo *supparum* confundunt cum *dolone*, de quo num. 3. Non desunt qui cum Isidoro existimant *pedem veli* esse extremum angulum veli; ac fortasse id nomen primum angulo extremo veli tributum fuit, deinde funi, quo tenditur velum, et extremo angulo alligatur. Funis, quo veli pes alligatur, cap. seq., num. 3, ab Isidoro *propes* vocatur.

Cap. 4. Num. 1. Servii verba, ad I, *Æneid.*, vers. 731, sunt: *FUNALIA, quæ sunt intra ceram; dicta a funibus, quos ante usum papyri cera circumdatos habuere majores. Unde et funera dicuntur*.

N. 2. *Cucurbas*. Papias, Ugutio, et Joannes de Janna *curculias* vocant. In glossario Arabico-latinato est *curcuba, lorum*. Eadem videtur esse vox apud Vegetium lib. II, rei veterin. cap. 33, et imperat. Leonem, lib. et tit. XI, Cod. Justin., ubi legi solet *carcuma*, aut *curcumia* pro freno et capistro.

N. 3. *Si veli*. In Turpili versu alii habent *si velis, sinistrum*.

N. 5. *Saphon*. Fabricius, in historia suæ bibliothecæ part. 3, tradit ex Crenio, apud Isidorum, hoc loco esse *Saphonem* pro *Safonem*, seu *Savonem*, qui Campaniæ fluvius est inter Sinuessam urbem, et Vulturum flumen, et nunc *Savns* dicitur. At Isidorus certe *saphonem* pro fune accepit, neque in Cæcilii versu quidquam est quod persuadeat, sermonem esse de fluvio.

N. 6. *Prymnesium*. Pro *prymnesium* perperam in antiquis exemplaribus legebatur *promesium*, ut jam olim advertit Paulus Leopardus lib. I, Emend., cap. 18.

N. 7. *Anquina*. Nonius, cap. 13, num. 16, ex Lucilio:

Funis enim præcisus cito, atque anquina solata.

Quidam putant legendum *anguina*, aut *angina*. Apud Ponium in nonnullis Editionibus est *ancora solata*.

N. 8. *Valgius*. Poeta celeberrimus sæculi Augustei, de quo præter alios multa Vulpus, in not. ad lib. IV Tibulli, carm. 1, ver.: 180.

Valgius, æterno propit pro alter Homero.



N. 10. *Catapiratem*. Vulcanius ita annotat: In A  
veteri Codice ita est:

Hanc catapiratem pueri ded. deforet unctam  
Plumbi paxillum lodis, linique metaxam.

In alio vet. Cod.:

Hanc catapiratem puer eodem defore ..  
Cum plumbi paxillum rudis, linique metaxam.

In alio exemplari:

Hanc catapiratem puer eodem deforet: unctam  
Plumbi paxillum.....

Alii legunt:

Hanc catapiratem puer eodem deferat, unctam  
Plumbi paxillum rodus, linique metaxam.

Rodus idem est, ac *raudus*, vel *rudus*. Festus in ro-  
dus: *Vulgus quidem in usu habuit (vocem rodus)*  
*non modo pro aere imperfecto, ut Lucilius, cum ait:*  
*Plumbi paxillum rodus, linique metaxam.*

Pro *metaxam* nonnulli scribunt *metaxam*, atque ita  
edidit Grialius, et Itali vocant *matassa* filum glome-  
ratum, et convolutum, de quo infra Isidorus. cap. 2).  
In Lucilii versu aliqui *metaxam* accipiunt pro funi-  
culo, aut filo.

N. 4. *Retes...* *Conopseum*. Melius esset *retis* in no-  
minativo casu, qui a Prisciano agnoscitur. *Conopseum*  
dicitur, quia Græci culices vocant *κωνοπας* non a  
*Canopo* urbe *Aegypti*, quod Isidorus innuit.

CAP. VI. Num. 1. *Propter operis scilicet firmitatem*:  
id Grialius interpretatur de fabro ferrario. Sed revera  
id pertinere videtur ad explicationem vocis *fabri*;  
nam *faber* dicitur omnis artifex, qui facit aliquid e  
quavis duriore et firmiore materia, ut *faber aurarius*,  
*signarius*, etc. Neque apud antiquiores *fabri* nomen  
magis proprium erat ferrarii, quam aliorum. Illi vero,  
qui ex cera, gypso aut simili materia aliquid facie-  
bant, *plastes* vocabantur.

N. 5. *Habet et medicaminis usum*. Hemistichium  
casu fortasse formatum.

N. 5. *Fabrica*. Proprie est fabri cujusvis officina.  
Isidorus pro officina fabri ferrarii usurpat, ut supra  
*fabrum* pro fabro ferrario.

N. 6. *Favilla*. Barthius, lib. XLII Advers., cap. 17,  
observat Prudentium, hymn. 10 Cathem., *favillam*  
usurpasse pro quovis minuto pulvere, ac nequaquam  
tantum poetam elligari grammaticorum decisionibus,  
qui *favillas desertas igne scintillas desiniunt*, ut Ser-  
vius, præcipue ad lib. III *Aeneid*. De nostro Isidoro  
hæc addit: *Servii quidem ipsa illa verba transcripsit*  
*Isidorus, lib. XIX, cap. 6, Origin., nisi tamen ex hujus*  
*commentario Virgilianis glossis quispiam illevisit, ut Isi-*  
*dorum solent posterioris ævi scholiastæ ad verbum ex-*  
*scribere; qua in re a doctissimis etiam viris ipsi injuria*  
*manifesta sit plagii accusantibus eum, qui ipse concipi-*  
*tur mirificis modis. Scilicet ut multi putant, ex anti-*  
*quioribus Isidorum auctum, ita Barthius suspicatur,*  
*ex Isidori commentariis plurima in antiquiorum li-*  
*bro irrepsisse. Hoc certum, Isidorum plagii non*  
*esse accusandum, etiam cum constat eum ex anti-*  
*quiorum commentariis profecisse. Id enim in præfa-*  
*tione ipse testatur.*

N. 7. *Carbo vero, quod flamma caret*. Hoc jam non  
est Servii ad cit. lib. XI, vers. 788. Alii volunt *car-*  
*bonem* esse a Græco *καρπος*. Observandum ligni iru-  
stum, igne perustum, etiam *carbonem* vocari.

CAP. VII. Num. 1. *Tudes*. Grialius in textu *tudis*,  
in not. *tudes*, quod præferendum; nam *tudes, tuditis*  
dicitur. Festus: *Tudites molles a tundendo dicitur.*

N. 2. *Multorum magnis*. Barthius lib. XXVII Adver-  
sar., cap. 2, existimat versum secundum Lucilii posse  
esse anapaestum, qui hexametrum sequitur; nam  
Lucilii satyræ non solo hexametro scriptæ erant;  
et in quodam veteri libro ita inventi exarantur:

Multa magnis lectibus tundit.

Nonnulli referunt

Magnis multorum lectibus tundit.

Alii tentant supplere hexametrum aliquo addimento.

N. 4. *Limus lens est*. *Limus* adjective est *obliquus*,  
*transversus*, *limus* substantive est cœnum illud mol-

lius quod ab aquis deferri solet. De hoc fortasse Isi-  
dorus loquitur. Inscriptionem sepulcralem *Sergii*,  
aut *Servii Polensis*, sive, ut Grialius scribit, *Sertii*,  
apocrypham esse, et sæculo demum XV confectam,  
ostendi in comment. ad Prudent. hymn. 9 Peristeph.,  
vers. 51.

CAP. VIII. Num. 1. *Structores*. Inter Opera varior.,  
de Dedicacione sub ascia, pag. 270, et not. 328, corri-  
gentium dicitur apud Isidorum *structores* pro *instructo-*  
*res*; sed multo ante Grialius jam ediderat *structores*.

N. 2. *Machiones*. Barthius, lib. XI Adversar.,  
cap. 27, asserit se in veteribus Codicibus Isidori in-  
venisse *mationes* pro *machiones*, ut vulgati exhibent.  
Ipse autem censet legendum *machinones*, et inter-  
pretatur de iis qui *machinas* scandelant quaslibet.  
Bermanus, pag. 637, ait Isidorum intelligere Gallo-  
rum *massones*, sive fabros cæmentarios, qui olim a  
*machina machinones*, postea *machiones* pronuntiatu  
illo Hispanico et Gallico, quo *ch pingue a valet*.

CAP. X. Num. 1. *Instaurare*. Ab *instar* derivant  
etiam Varro et Festus.

N. 5. *Albus, tiburtinus, columbinus, fluvialis*,  
*spongia, rubrus*. Grialius ita distinguit, *albus, tibur-*  
*tinus columbinus, fluvialis*: ita alii Editi, nisi quod  
*fluvialis* habent pro *fluvialitis*. Melius videretur *albus*,  
*tiburtinus, columbinus, fluvialis*, aut *fluvialis* ex Pal-  
ladio, lib. I, tit. 40: *Calcem quoque ex albo saxo duro*,  
*vel tiburtino, aut columbino fluviali coquemus, aut*  
*rubro, aut spongia, etc.* Verum Isidorus, ut ex se-  
quentibus patet, non solum *tiburtinum a columbino*,  
sed utrumque a *fluviali* distinguit.

N. 5. *Vapore*. Id est, igni; i a enim Prudentius alii-  
que multi *vaporem* pro igne usurpant.

N. 6. *Mortalitate et mollitie*. Plinius, lib. XXXVI,  
cap. 22, in recentioribus correctis Editionibus exhibet  
*mortalitate materia*. Sed Isidorus aliud videtur legisse.

N. 7. *Arenatus*. Fortasse *arenaceus*; hoc enim ad-  
jectivo Plinius utitur.

N. 8. *Piperinus cochleatus*. Ab aliis, quod sciam  
non recensentur. Pro *cochleatus* fortasse legendum  
*cochleatus*; sed alibi etiam in Mss. Isidori pro *cochlea*  
reperitur *conchlea*.

N. 11. *Spongia*. Grialius in textu scripsit *sfungia*,  
in not. *sphungia*. Rescripsi *spongia*, ut lib. XII, cap. 6,  
num. 60.

N. 14. *Domorum, fictilium operum*. Hæc ita in non-  
nullis exemplaribus representantur: *Domorum, fic-*  
*tilium operum, ad parietes, et fundamenta, quæ coctis*  
*laterculis ad tecta imbriculis tegulisque aptantur*. In  
aliis ita distinguitur, *Domorum, Fictilium operum*  
*ad parietes et ad fundamenta, coctis laterculis ad tecta*  
*imbriculis tegulisque aptantur*.

N. 20. *Gratissimum*. Id est, lapis. Vel lege *gratissimum*.

CAP. XIV. Num. 1. *Lithostrota sunt elaborata arte pictu-*  
*ræ*. Salmasius, Exercit. Plinian., pag. 1215, affirmat  
Isidorum confundere cameras veterum, in quibus erant  
coruæ ex gypso, cum cameris recentiorum, seu veris  
laquearibus, in quibus nullum gypsum. Sed non ex-  
plicat cur in *veris laquearibus* gypso lacus formari non  
potuerint. De veterum pictura, sculptura, plasticæ,  
castrura, etc., curiosas dissertationes collectas sunt  
in Thesaurò Gronoviano Antiquit. Græcar. et in Græ-  
viano Antiquit. Romanar., ut scriptores quos Fabri-  
cius in Bibliograph. commemorat, præteream.

CAP. XVII. Num. 3. *Sinopsis*, etc. Ex Plinio, I. XXXV,  
c. 6.

N. 4. *Pontica*. Ipsa *sinopsis* rubrica pontica dicebatur.

N. 5. *Syricum*. Salmasius, pag. 1457 Exercit. Plinian.,  
Isidorum perperam bariorari ait, quod  
*Syricum* ita appellatum sit a *Syria Phanicibus*; ipse  
autem censet dictum *Syricum* a *Syro* insula, ut ab  
eodem Pherecides *Syrius* nuncupatur. Plinius, lib.  
XXXIII, cap. 7, a med., et lib. XXXV, cap. 6, a med.,  
de Syrico colore agit. Harduinus eos reprehendit qui  
contra Mss. apud Plinium legunt *Syricum*. Notandum  
est quod Isidorus ait *Syrico* librorum capita scribit. De  
qua veteri consuetudine conferendi sunt, qui de rc

diplomatica, et arte cognoscendi Codices scripserunt.

N. 6. *Serpe fit aut sinopide*. Clarius esset *serpe fit sinopide*, et *sandycæ mistia*.

N. 7. *Mithum*. De Minio flumine vide lib. xiii, cap. 21, num. 32.

N. 8. *A dracone*. Fortasse quia *Ægyptii* draconem vocarunt *Kæch*. Alii originem Hebræam investigant. *Cinnabaris* plures sunt species: alia est fossilis, alia factitia ex sulphure et argento vivo. Vide Matthiolum ad Dioscorid. lib. v, cap. 59. Alia *cinnabaris* species ex arboribus in India instar gummi, inciso prius cortice, emanat. Species *cinnabaris* ex dracone et barro fabulosa a multis creditur. De origine vocis *cinnabaris* exstat erudita dissertatio Joan. Philippi Caselli, qui hunc Isidori locum mirifice illustrat.

N. 13. *Exusta rubrica*. Fortasse legendum, *Fit quoque et ochra ex usta rubrica*. Grialius contrarium vult.

N. 14. *Vestorioni*. Harduinus quoque apud Plinium *vestorionum* legendum contendit.

N. 15. *Rubeaque*. Apud Grialium et alios Editos et Mss. legitur *rubeaque*: reposui *rubiaque*; ita enim scribitur, quamvis interdum in Mss. i in e commutetur.

N. 19. *Usta*. De usta idem fere Vitruvius, lib. vii, cap. 11.

N. 21. *Est enim*. Sæpe Isidorus usurpat enim pro autem, quod apud alios etiam reperitur.

N. 22. *Annulare*. Grialius sic distinxerat: *Annulare, quod vocant candidum, est, quo*.

N. 23. *Chalcanthum*. In veteri Editione sine anno ita legitur: *Chalcanthum dictum, quod calcis est thymum, id est, flos, unde et apud Latinos aeris flos appellatur*. Quæ varia lectio notata etiam fuit a Vulcanio. In Cod. Vat. 623, de quo in Prolegomen., cap. 95, num. 34, eadem explicatio pro voce *chalcanthum* adhibetur.

CAP. XVIII. Num. 2. *Prava*. *Pravus* proprie est *directus*, non *rectus*; hinc pro vitiosus et improbo sumitur.

N. 3. *Martellus machina*. De *martello* vide cap. 7, num. 2, de *machina*, cap. 8, num. 2, hujus libri. In mea veteri Editione ita hæc coniunguntur: *Martellus mediocrius malleus dicitur per diminutionem. Machinas dicti a machinis, quibus insistantur propter altitudinem parietum*.

CAP. XIX. Num. 2. Apud Papiam, ugitonem, Joannem de Janua, et vetera glossaria, quæ pleraque ex Isidoro sumunt, pro *sarcitector* legitur etiam *sartitector*, aut *sartitector*, quasi a *sarta facta*, aut, ut sequitur ævo dicebatur, *sartitectorum*.

N. 3. *Ellychnium*. Lib. xvii, cap. 6, n. 25, hoc ipsum refertur, ubi edidit etiam *ellyphonium* pro *lychnum*, ut habent alii, aut *lycniem*, ut hoc loco habet Grialius.

N. 4. *Materia*. Ex *materia* Hispani retinent vocabulum *madera* de Nguv, ut alibi, optior dixi.

N. 6. *Tholus... cuplas... luctantes*. Dicebatur etiam ædificium rotundum; de quo vide Rosweydam, in Onomastico. De *cuplis* idem fere repetunt Papias et Joannes de Janua. *Luctantes* Latine vocari solent *cantharii* aut *capreoli*.

N. 7. *Scindula... epigri*. Qui *scandula* scribunt, ab *scandendo* deducunt. Stewechio, ad Vegetium de Re militi., lib. ii, cap. 23, placet scriptura *scindula*, et etymon ab Isidoro prolatum. Apud Augustinum, Palladium et Senecam Philosophum alii legunt *epiuros*, alii *epigros*, alii *atier*. In Augustini verbis a Grialio citatis *epigri* a *clavis* distinguuntur, ut clavi lignei a clavis ferreis. Gatakerus, lib. ii Adversar. Miscellan., cap. 19, existimat utramque vocem *epigri*, et *epiuri*, probæ notæ esse. Bochartus, Char. lib. i, cap. 38, hujus rei explicationem adhibendus. Vide etiam Glossarium Isidori cum notis.

N. 9. *A stridore*. Lucretius, lib. ii, vers. 410. *Serra stridentis acerbus Horror*. Hyginus quoque, et alii sequioris ævi, utuntur verbo *exsulo* active.

N. 11. *Securis... dolabra... dextralis*. In operibus Variorum de dedicatione sub ascia, cum. not. Macrochii, pag. 183 et seq., plura leguntur de etymo

*securis*, et hoc loco Isidori, quæ huc refero. Quod Isidorus ait, securim ex altera parte *scutam* esse, ex altera *fossoriam*, fortasse describit securim sui ævi; vel potius excludenda sunt verba *ex altera fossoria*. Ita etiam Isidorus de suo ævo videtur loqui, cum *dolabram* et *securim* unum facit cum Heychio et glossariis. Ita autem hæc concinnari possent: *Quasi semicuris; ex una enim parte acuta est. Hæc et apud, etc. Hæc et dolabra, quod habeat duo labra: ex una enim parte acuta est, ex altera fossoria. Nam secus simplis est dextralis, (quia) dexteræ habitis. Dolabram vero non a labris, sed a dolo dici credendum est. Hæc fere ex loc. cit. Opportuna quidem conjectura est, quod librarii securi ascripserint verba *ex altera fossoria*, quod proprium est *dolabræ*. At quod continuandum sit *nam securis simplex est dextralis*, nihil non probatur. Barthius, lib. i. Advers., cap. 4. *Dextrales sunt securæ una manu habiles moveri, ut exponuntur ab Isidoro, et hodieque manet hæc vox apud Hispanos, quorum idioma retinentissimum est Latinitalis*. Grialius in textu edidit *reservavit* cum alius, in not. servavit.*

N. 12. *Ab hastulis*. Nonnulli corrigant *ab assutis*, sed bene *ab astutis*, aut *ab hastutis*. Vide lib. xvii, cap. 6, num. 26.

N. 15. *Scobina d. q. terrendo scoben f. Cantherium... Galla... Guvia...* In Editis, mendose. *Scophina dicta, quod hærendo scophem facit*. Locum correxit Salmastius, pag. 1077 Exercit. Plinian., et correctionem indicavit Marietus, ut dixi ad Prud. lib. i contra Sym., vers. 439, *Lima terens*. In Cod. Vatic. 623, de quo in prolegom., cap. 93, post *facit. Caeterum, Gubia*. Et illico: *Incipit lib. xvii, secundum aliquos*.

CAP. XX. Num. 1. *Ordise*. Fortasse Isidorus scripsit *ordiri*, hoc est, *monstrasse ordiri, et colorare*.

CAP. XXI. Num. 1. *Camista vocatur*. Migravit idem nomen in linguas vulgares. Vide Ferrarium, de Re vestiari., lib. iii, cap. 5, Ducangium, et c. seq., n. 29.

N. 3. *Pileum*. Et *pileus* dicitur. Pro *galeriam*, fortasse legendum *galerium*, vel *galeram*; nam *galeræ* pro *galeris* antiquitus usurpabatur. Vide cap. 30 hujus libri, num. 5.

CAP. XXII. Num. 1. *Tegmen*. Per syncopen dicitur a *teyumen*, vel *teyimen*; quæ scriptura magis criticis placet; *teyumen* antiquitatem redolent. *Indumentum* ab *induitur* quidem est; sed quod Isidorus adjungit *inuis*, peculiarem vocis proprietatem designat, non etymon. De re vestiaria veterum consulendi Lazarus Baylius, Octavius Ferrarius, Albertus Rubenius, et alii, qui etiam de peculiaribus vestium generibus scripserunt, ut Donius, Manuius, Theophilus Raynaudus, etc.

N. 2. *Vestimentum*. Quod de *indumento* modo dixi de *vestimento* pariter intelligendum est; nam *vestimentum* est a *vestitus*, non a *vestigium*.

N. 7. *Pectoralis*. Ammianus, lib. xiv, cap. 9, al., 30. *Tunicula pectoralis*.

N. 8. *Manuleata*. Grialius in textu edidit *manuleata*, sed in not. præfert *manuleata*, uti etiam emendat Brissonius, lib. i de regno Persarum, num. 64. Apud alios quoque vetres nonnulla varietas in hac voce occurrit, sed communior scriptura est *manuleata*, *manulea*. Confer Ducangium.

N. 9. *Clavis*. *Clavos*, quos vocat Isidorus, Alcimus appellat *virgulas*, Amalarius Bassus, Joannes Discanus *sonas*, Rabanus *tramites*, ut observat Montauconium, t. iii Antiq., part. i, lib. i, cap. 6, ubi agit de *lato clavo*, et, ex mss. glossis, in quibus auctor laudatur Placidus (fortasse Placidus Lullianus), producit, *Clavus, purpurata vestis*. Quod Isidorus ait *dalmaticam esse tunicam sacerdotalem*, inquit eam fuisse vestem propriam maxime episcoporum. Glossæ Arabicolatine: *Dalmata vestis sacerdotalis candida cum clavis purpureis*. Plura de *dalmatica* congerit Ducangius in glossario.

N. 13. *Bombycinum dicitur*. Vid. not. ad lib. xi cap. 5, num. 8.

N. 14. *Haloporphra*. Salmasius, in Trebellium A Pollionem, pag. 208, corrigit *olovera* pro *oloporphra*, aut *haloporphra*. Isidorus, inquit, non malus multis locis auctor, *olovera*, tota ex *purpura* interpretatur; vulgo editum *oloporphra*; Mss. quos vidimus *olophara*, *olofera*, *oloferia*. Non dubium quin *olofera* sint *olovera*; sic *fasculum* pro *vasculum* in glossis Isidori. De hac corruptela in scribendo, qua *f* pro *v* in Mss. sæpe occurrit, dixi in not. ad Sedulium, lib. 1, vers. 1967, ad prosam. *Olovera* autem exponit Salmasius dici a *vero colore*, ex Græco et Latino, ut *epitogium*, etc. Advertit male alios scribere *oloberrum* a *beris*.

N. 15. *Byssum*. Simondus, tom. I operum, pag. 977, de bysso agit. Plinius, lib. xix, cap. 1: *Lino, quod ignibus non absumatur, principatus in toto orbe. Proximum byssino mulierum maxime deliciis circa Elim in Achaia genito.*

N. 18. *Segmentata*. Salmasius, in Flavius Vopiscum, pag. 224, vers. 40, ita explicat: *Sursum versus texere; trama, vel fila infra erant, atque adeo in superioribus texebatur vestimentum, et sic trama semper pectine ad superiorem partem ducebatur, et trudebatur, atque id sursum versus texere et in altitudinem vocabant.* Mariana, in not. ad lib. 1, contra Judæos, cap. 38, censet *tunicam rectam* fuisse Christi *tunicam inconsutilem*, de qua in Evangelio Joannis, *desuper contexta per totum*. Fortasse *tunica recta* vel a superiori parte, id est, *desuper* inchoabatur, vel ab inferiori, hoc est, *sursum versus*. *Segmentata vestis* est tessellata, emblematis distincta. Symmachus, lib. iv, epist. 42: *Segmentata vestis*.

N. 20. *Citrosa*. Apud Nævium *citrosam vestem* alii exponunt *odore mali citrei fragrantem*. Vide Macrobius, lib. iii Saturnal., cap. 49. Pro *concrispa* apud Isidorum melius esset *concrispata*.

N. 22. *Acu textilis*. Gibertus Cuperus, Observat. lib. ii, cap. 12, emendat *acu textili*, hoc est, textorium, nam acus absolute, ut ait, ponitur pro acu, qua Phrygionis vestes ornabant. Non assentior. *Textilis* hoc loco idem sonat ac *textia*, ut apud alios auctores; et idem est *acu texta* atque *acu ornata*. Vestes non solum consuntur acu, sed et acu texuntur, aut ornantur, et hæc erat Phrygionum ars vestes acu texere, ornare, pingere.

N. 24. *Pannucia* scribitur, non, ut apud Grialium, *pannutia*, aut *panutia*. Nonnulli interpretantur Baucidem *pannuciam*, hoc est, *rugosam, vietam*. Sed Petronius in Satyric., cap. 14, de veste *pannucia* clare loquitur, hoc est, *pannis consuta*. Pro *colobium* in Cod. Theod. occurrit *colobus*. *Lebitonarium* dicitur etiam *lebiton*, *lebeton*, *levitico*. Vid. exempla in Onomastico Rosweydy.

N. 25. *Lumbare*. De *lumbari* et *renali* multa Canguis in Glossario.

N. 27. *Licinum*. Apud Vegetium, lib. ii, cap. 22 et 28, de re veterin., *licinium* est licium medicamine illitum plagis sanandis. De *licino* alia significatione nihil invento.

N. 28. *Armilaua*. De *armilauis* referam verba Conradi Samuelis Schurzleischii, disputat. philolog. philosoph. 85, num. 14 et 15: *« A rhenonibus diversæ erant circumcellionum vestes, quæ forma et similitudine referebant Hispanorum tunicas, quas armilauas dixerunt, de quibus scholiastes Juvenalis, Paulinus Nolanus, Isidorus, etc. In exemplaribus Isidori legi solet armelaua, sed cum plerique alii scribant armilaua, et in Mss. facile i in e mutetur, restitui armilaua, quo spectat ipse Isidorus, quasi armiclausa. Fortasse ex hac armilauæ voce originem ducit nomen Hispanum almilla. Plura de armilaua Ducangius.*

N. 29. *Camisas*. De *camisa*, seu *camisia*, cap. præced., num. 1. De *cama*, lib. xx, cap. 11. Hispani adhuc *cama* pro lecto dicimus.

N. 30. *Tubruci, quod a braci*. Salmasius, in Lampriidum, pag. 128, vers. 15, legit: *Tubruci, quod a*

*braci usque ad tibium perveniunt*; et interpretatur *bracas* ab Isidoro pro *pedulibus* poni, et ab interprete quoque Juvenalis, nimirum pro crurum vel pedum tegumentis.

CAP. xxiii. Num. 1. *Callis lenæ*. In Codice Vaticano 625, de quo prolegom., cap. 95, num. 54, varietas quædam est, *Calli linea*,... *Hispania stringens*. Nonnulli legunt *lunæ* pro *lenæ*. Vide Glossarium Isidorianum cum not., verb. *Luna*.

N. 2. *Et sarabara*. In Vulgata: *Et sarabala eorum: non fuissent immutata*. Alii scribunt *saraballa* pro *sarabara*. Tertullianus usus est femin. gener. De hac voce vide Indicem onomasticum Zaccaræ, et Polluceum, t. II, p. 1355. Quædam etiam ego observavi in comment. ad Prudent. Apoth., vers. 143, ex doctissimo præsule Simone de Magis'ris. Bottarius, tom. III Rom. subterr., pag. 58, existimat Danielis verbum *sarabara* intelligendum esse de capitum tegumentibus, qualia ait Isidorus videri in capite magorum picta, et qualia vetus pictura, quam illustrat, in capite trium illorum puerorum exhibet.

N. 5. *Lenæ saga*. In Glossario Isidori est *Luna saga quadrum*. Hinc Salmasius in Treb. Pollion., p. 190, vers. 15, ait apud Isidorum hoc loco non legendum *lenæ*, aut, ut alii habent, *linæ*, sed *lunæ*. Atque ita legit Salmasius apud Pollionem, et *lunum lumi*, aut *luna lunæ* deducit ex Græco *λίμνα*. Adisis Bochartum, lib. i Chan., cap. 42, et Dictionarium Ducangii.

N. 4. *Rhenones*. Alii *rhenones* derivant a *ῥηνός*, *pellis*. De verbo *reptos* conferenda est epistola 40. inter Bonifacianas: *Reverentiæ vestræ dixit devotio mea caucum argenteum intus deauratum, et duo reptæ*. Et e, istola 77: *Misimus vobis parva xenia, id est, reptem ruptilem unam*.

N. 5. *Vestis Sarda*. Quod in Vulcanio, et aliis legitur *ve. is Germanica*, error apertus est; nam supra ait *Sardis mastrucæ*. Prudentius Getis quoque *mastrucas* tribuit. Frequentior scriptura est *mastruca*; sed *mastruga* apud alios etiam occurrit.

N. 6. *Linamentis*. Brissonius, lib. 1 de Regno Persarum, n. 64, pro *lineamentis* aut *linamentis* corrigit *velamentis*, ex Justino, lib. 1, cap. 2, § 3. Annotator Brissonii conjicit *velamentis*. Aliud est *linamentum* a *lino*, aliud *lineamentum*, aut *liniamentum* a *lineis*.

N. 7. *Cirros*. Salmasius, Exercit. Plinian., pag. 762, asserit *cirros* non esse *crispos capillos*, ut quidam annotant, sed *cirrum* in Græcis esse *nodo collectum crinem* in vertice, in Germanis *crines* in *nodum tortos*. Latine, ut ait idem Salmasius, *cirrus* est *crinium nodus*. Plerique alii *cirros* dicunt esse *capillos natura crispos*, seu *contortos*. *Grani* erant *capilli effusi* et *sparsi*: quæ vox Gothica creditur. Concilium Bracarense 1, anno 561, cap. 11: *Item placuit ut lectoris in ecclesia in habitu seculari ornati non psallant, neque granos gentili ritu demittant*. Alii putant *granos* esse eam *barbæ partem* quæ infra *nates* est, seu *mystacem*. Confer Ducangium, verb. *Grani*. *Cinnabar* fortasse indicat *colorem rubrum vestium Gothicarum*, vel quod Gothi faciem rubrica notarent. Vide Simondum, tom. I, pag. 880. *Pictorum* gens quam sit quæri potest. Virgilius *Pictos* vocavit *Gelonos*, lib. ii Georg., vers. 415, quod interpretatur Servius *stigmata habentes*, ut *pictique Agathyrsi* apud eundem Virgilium, lib. iv Æneid., vers. 146. Isidorus septentrionales Britannos forte intelligit, de quibus Claudianus, de iii consul. Honor. vers. 54:

Ille leves Mauros, nec falso nomine Pictos.

N. 8. *In viris tonsi capilli, in mulieribus redundantia crin*. Mulieres a redundantia crinum poete maxime laudare solent, ut contra turpes sine crinibus feminas esse dicunt. Salmasius opus edidit de casarie virorum, et mulierum coma.

CAP. xxiv. Num. 3. *Cujus similitudinem*, etc. Hoc arguit Isidori ætate, saltem in Hispania, nullum fuisse

togæ usum. Statuas togatas plurimas etiamnum Romæ et alibi videre licet. *Toga* non valde dissimilis erat *stola*, ut hæc ab Isidoro, cap. seq., describitur. *Institia*, seu fascia satis longa *togæ subsecta stolam* videtur effecisse, aut ita produxisse, ut ad talos demitteretur. Antiquissimis temporibus *toga* communis erat utrique sexui. Postea vestis virorum propria facta est, sed ita ut meretrices ea uti cogerentur.

N. 6. *Toga candida*. Isidorus innuit colorem togæ album fuisse, qui, addita creta, candidior fiebat. Hoc ipsum confirmat Manutius Pauli filius, de Quæsitis per epistol., lib. III, cap. 4.

N. 8. *Trabea*. Gutherlethus, de Saliis, cap. 40, ex Isidoro et Servio, refellit Lipsium, qui, ad lib. III Annal. Taciti, docet *trabeam* fuisse propriam vestem equitum, non regum, ducum et augurum. Servius, ad VII Æneid., vers. 612, ex Suetonio, tria *trabeæ* genera fuisse tradit: *Unum diis sacratum, quod est tantum de purpura. Aliud regum, quod est purpureum, habet tamen abi aliquid. Tertium augurale, de purpura et cocco.*

N. 9. *Sallustius: Togam*. Sallustii verba alibi non exstant: innunt per metonymiam imperatorem pacem bello mutasse.

N. 13. *Sagum*. Bochartus, lib. I Chan., cap. 42, observat *sagum* esse a *sacco*, non contra *saccum* a *sago*; adeoque negare videtur *sagum* verbum Gallicum esse.

N. 15. *Mantum*. Vox *manto* adhuc apud Hispanos viget, sed pro fusiori veste accipitur. In Glossariis scribitur etiam *mandum* pro *mantum*. De *manto*, ejusque etymologia, fuse agit Ducangius, et qui ejus Glossarium auxerunt.

N. 17. *Casula*. Non solum pro veste cucullata sumebatur, sed etiam pro ipsa *cuculla*. Theodemarus abbas: *Cucullam nos esse dicimus quam alio nomine CASULAM vocamus*. Accipitur etiam pro *planeta*, seu veste sacerdotali. Rabanus, lib. de Ordine Antiphonarii, cap. 21, et ex eo Ugutio et Joannes de Janua: *Casula dicitur vulgo planeta presbyteri, quia instar parvæ casæ totum tegit, et signat charitatem*. Plura alia Ducangius laudat. Bonarrotius, in Vitra, pag. 470, *planetam* ex penula derivatam ostendit, neque ejus, ut vestis sacræ, mentionem ante concilium IV Toletanum anno 634, reperiri astruit; in quo tamen concilio a I patenam, non *planetam*, legunt. Nonnulli usum planetæ a diaconis adhibitæ jam tempore sancti Gregorii Magni invaluisse colligunt ex Joanne diacono, qui, lib. IV, cap. 85 Vitis sancti Gregorii, imaginem Gordiani diaconi jussu ejusdem sancti Gregorii effectam describit, cujus habitus castanei coloris planeta erat sub dalmatica. Vide Bottarium, tom. I Romæ subterr., pag. 206. Isidorus fortasse scripsit *Græci planetas dictas*.

N. 18. Fortasse legendum illi enim *birrum* *PIRRUM* dixerunt. Glossæ veteres: *Βύρρον, ξανθόν, καὶ πύρρον*. Glossæ Isidori: *Birrus, rufus*. *Birrus* pro quavis veste sumebatur, sed aliquando pro sumptuosa, ut in regula sancti Isidori, cap. 13: *Linteæ non oportet monachum indui, orarium, birros, planetas non est fas uti*. Nonnulli etiam *birrum* proprium fuisse episcoporum indumentum censent, quod *rochetum* vulgo vocant. De *birro* Rosweyda in Onomastico copiose agit, præter alios quos Ducangius excitat.

N. 19. *Pelliculus melonum*. Certum videtur ab Isidoro scriptum de *pelliculis melonum*. Nam præter Papiam et Ugutionem, qui Isidorum fere exscribunt, in eadem sunt sententia Joannes Hierosolymitanus, cap. 38, de Instit. monachor., et Theodemarus abbas in Epist. ad Carolum Magnum. *Quod tegumentum ideo sic appellatur est, quia solebant antiquitus de illius animalis pelle fieri, quod melos propter rotunditatem sui corporis appellatur*. Hoc tamen etymon parum visis criticis placet.

CAP. XXV. Num. 1. *Regillum est prælautum*. In Codice Vaticano 623, de quo in Isidorianis, cap. 93, num. 34, legitur cum Grialio: *Regillum est prælau-*

*tum*; alii *prælatum*. In *pepli* explicatione Isidorus consentit Græcis. Vide Joan. Nicolaum, cap. 12, de Triumpho Romanorum.

N. 5. *Stola*. Exemplar *stolæ* matronalis, ut hoc loco ab Isidoro describitur, cernere licet in nummo veteri Pietatis sic velatæ apud Matthæum Broverium de Niedeck, in opere de Adorationibus, cap. 13. Ferrarius tamen, lib. III de Re vestiaria, cap. 17, deceptum hoc loco Isidorum contendit; nam *stola* est potius tunica ad talos demissa. Huc certe faciunt plurimi veteres scriptores, qui de *stola* loquuntur. Sed potuit *stola* esse demissa ad talos, quinvis caput quoque cooperiret. Vid. cap. præced., num. 3.

*Ib.* Nonnulli scribunt *recinium*. Varro, lib. IV de Ling. Lat., cap. 30: *Antiquissimi amictus ricinium id, quod eo utebantur duplici ab eo quod dimidiam partem retrorsum jaciebant, a RECINCIENDO RECINIUM dicitur*. Pro *maiors* multi exhibent *maiors*, aut *maphors*. Confer Rosweyda in Onomastico, ut Ducangium præteream. Bottarium, tom. II Rom. subterr., pag. 165, suspicatur *legmen capitis*, quo quædam mulier tab. 165 operitur, esse *maiores*.

N. 5. *Hoc apud vet.*, etc. Ad hæc Isidori verba, Brissonius, Select. Antiquit. lib. I, cap. 4, ita censet: *Quod ut ego alius defectus testimoniis pro certo affirmare non ausim, ita exploratum habeo, adulterii damnatas vestem mutasse, depositaque stola, togam sumpsissæ*. Nescio an Isidori sententiam confirmet quod ait Cicero, lib. II de Divinat., cap. 69: *Amicæ amictus amiculo*. De Thamar legimus, cap. XXXVIII Genes., quod, *depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum, et, mutato habitu, sedit in divo itinere*, etc.

N. 6. *Theristrum*. Exponitur a Polluce lib. VII, cap. 13. Tertullianus, de Pallio, c. 4: *Qualis ille Hercules in theristro Omphales*. In glossis mss., quas inter appendices editurus sum, ad cap. XXXVIII Genes., *theristrum* dicitur *ligatura capitis*, vel *sindones*. Alia avert Ducangius in Glossario. In primo Toletano Codice exprimuntur verba Isaiæ: *De quo in Isaiæ: Sindones, et vittas, et theristra*.

N. 7. *Anaboladium*. De *anaboladio*, sive *anabolagio*, sive *anabolario*, idem Ducangius. In veteribus inscriptionibus *anabolium* aliquando occurrit pro pallio.

CAP. XXVI. Num. 1. *Stragulum*. Censent nonnulli critici *stragulum, vestem stragulam*, sive, ut ait Vulgata, *stragulatam* non pro amictu apud veteres scriptores, sed tantum pro lecti operimento sumi. Contrarius est Isidorus, et quædam veterum loca satis clare illi favent.

N. 2. *Lodices*. In Editis *ludices*, ut respondeat etymon a *ludis*. Et apud veteres quidem *o* et *u* facite inter se commutabantur. Sed cum vera scriptura sit *lodices*, hæc retinenda est, quamvis etymon genuinum esse credamus a *ludis*. Vox *galnaps*, seu *galnapes*, vario modo legitur apud scriptores mediæ ævi, et in glossariis *galnabis*, *galbanis*, *galnape*, *ganape*, etc. Originem nonnulli repetunt a *galbano*, alii probabilius a *gansape*, vel *gannape*, quod est *stragulum*.

N. 3. *Fulcra*. Proprie sunt fulcimenta, et dici solent de fulcimentis lectorum, quæ fortasse ornamenta ab Isidoro appellantur, quia plerumque ornata erant. Nisi mavis alia ornamenta lectorum, quibus etiam fulcimur, ab Isidoro *fulcra* vocari, uli etiam *reclinatoria capitis*. Papias: *Reclinatorium fulcrum capitis*. Servius *fulcra* dicit *spondas lectorum*. *Sponda* proprie est exterior lecti tabula, cui annectuntur *restes*, quibus culcita sustinetur; sed accipitur etiam pro alto rutro lecti latere, ac præcipue pro exteriori, quo ascenditur. Vide Vossium in Etymol.

N. 4. *Pulvillus*. Est diminutivum *Pulvini*. *lotes pulvinum* autem et *pulvinar* hoc discrimen assignari solet, quod *pulvini* privatorum est, *pulvinar* ducum, aut imperatorum, qui pro diis haberi volebant. Itaque suspicabar legendum a *pulvinari*, qui est *divorum*

lectus. Sed lib. xx, cap. 11, num. 3 reperitur *Pulvinar lectus divitum est*. Melius scribitur *culcita* quam *culcitra*, ut in Grialii textu erat.

N. 5. *Psila tapeta*. Pro *sipha* et *siphæ*, ut in Eclitio legitur, repositi *psila* et *psilæ*; non enim notatio uominis nos cogit ut Isidorum *sipha* scripsisse credamus.

N. 6. *Mantelia*. *Manteliis* olim manus in mensa tergebantur, ut ex Varrone colligitur: deinde adhibita fuit *mappa* ad tergendas in mensa manus, et tunc *mantelia* pro operiendis mensis tantum adhibebantur. Manet apud Hispanos vocabulum *mantelas*. Grialius in textu edidit quasi *manupæ*, in not. quasi *manuppæ*. Exemplaria vetera variant. Pro *mapella* alii habent *mappella*, alii habent *mappulla*. Malim *mappulla*; quo verbo usus est sanctus Hieronymus. *Toralia* circa torum apponuntur ornatus gratia, sed et *toralia* dicebantur stragula toro superposita. *Toralia* etiam erant pretiosiores *mappæ*; nam *tori* proprie vocabantur lecti pretiosæ strati principum hominum, sicut *pulvinnaria* lecti diis strati. Vide Heumannum, ad Ciceron., pr. Milon., cap. 17.

N. 7. *Sabanum Græcum est*. Hispanum vetus vocabulum nonnulli credunt; eo certe nunc Hispani utuntur ad linteæ lecti significanda. *Sabanum* pro linteo usurpant multi, Palladius, Apicius, Vegetius, Marcellus Empiricus, Gregorius Magnus, et alii videntur apud Ducangium. Inter poemata sancti Eugenii Toletani, lib. II, carm. 41, titulus est: *Ad sabana*.

Omnibus effectis, quæ poscit cura lavacri,  
Præterde membris linteæ clara suis.

N. 8. *In aula*, etc. Id etiam indicat Varro apud Nonium, cap. 14, num. 4. Alii vocem *aulæa*, *aulæia*, antiquiorem Attalo rege esse astruunt.

CAP. XXVII. Num. 1. *Lana a laniando*. In Eclitio erat *a laniando*, quod nihil est. Festus: *Dilaniare est discindere, et quasi lanam trahere, unde lacinia; et LANIUS dicitur, qui pecus discindit*.

N. 2. *Stupa*. Grialius *stupa*, et *stippa*, et *stippatores* cum duplici pp scribit; et in *stippa* quidem multis hæc scriptura placet, dissentientibus aliis; sed *stipo* semper cum p simplici effertur.

N. 4. *Aranæ vocata*. Apud Grialium erat *vocati* in nonnullis exemplaribus.

N. 5. *Et quasi crassedo*. Papias, ex Isidoro: *Placium est stupa, quasi grossitudo serici*. Serici usum a seribus ad Persas, inde ad Græcos et Romanos pervenisse, et Justiniani tempore ovis bombycum Constantinopolim delatis, per Europam vulgatum fuisse, multi tradunt. Vide Vossii Etymologicum, verb. *Sericum*, et Joan. Francisci Giorgetti commentationem de origine serici post ejus poema de Bombyce, Italice.

CAP. XXVIII. Num. 1. *Est enim vermiculus*. Coccum vermiculum esse vetus fuit scriptorum opinio: nonnulli rem in dubium revocant; recentiores, experimentis adhibitis, vermiculos in cocco repperunt.

N. 4. *Ostrum*. Succum conchylii ostrum proprie dici, neque unius coloris esse, sed pro variis cæli plagis atrum, lividum, violaceum, rubrum, tradit Vitruvius, lib. VII, Architect., cap. 15. De ostrum colore purpureo videndus Pollux, lib. I Onomast., cap. 4, et Seneca, lib. I, natur. Quæst., cap. 3.

N. 6. *Ferrugo*. An Virgilius de ferrugine Hispana, an de Pontica intelligendus sit, non plane liquet. Servius vel varius fuit, vel solum de ferrugine pontica Virgilius accepit. Alii *Iberam* ferruginem interpretantur Hispanam, aut Bæticam. Et Virgilius quidem, et alii plerique veteres poetæ, cum de Iberis loquuntur, Hispanos sane intelligunt.

N. 8. *Menium*. De melino cap. 17 hujus libri, n. 21.

N. 9. *Quia ex uto*. Legendum videtur *quæ ex usta est*. De *usta*, cap. 17 hujus libri, num. 49.

CAP. XXIX. Num. 1. *Insubuli*. Grialius in textu edidit *insubuli* cum aliis Excusis; quod igitur in nota

A indicat *insula*, mendum crediderim. Apud Lucretium nonnulli legunt *ensilia*. Apud Joannem de Janua et in nonnullis glossariis occurrit *insubulus*, *insubulare*, *insubulum*. Guilbertus, lib. I de Pignorih. sanctor., cap. 5, § 1, vocem *insubulus* adhibuit.

N. 2. *Alibrum*. In quibusdam lexicis legitur *alabrum* pro *alibrum*; sed cum ex Isidoro notitia hujus vocabuli ad auctores glossariorum venerit, ut primum est credere, retinendum est *alibrum*.

N. 5. *Ex pilis*. Probat hoc etymon Becmanus, pag. 562, ac rejicit alia aliorum.

N. 6. *Malaxa*. Scribitur et *mataxa*, et *metaxa*. Papias *globellum* instrumentum esse credidit.

N. 7. *Pannilæ*. Apud Varronem, lib. IV de Ling. Lat., cap. 25, vario modo legitur *pannelium*, *panucellium*, *pannuellium*, *pannelium*, etc. Apud Isidorum legi posset *panuelia*, vel *panuela*. *Panucellium* dicitur esse glomus lanæ carptæ, et ad mendum paratæ, vel fusus filis involutus, vel radius, quo stantes procurant telas.

B CAP. XXX. Num. 3. *Tiara*. *Tiaræ* formam curiose describit Brissonius, de Regno Persarum, lib. III, p. 24.

N. 4. *Tortillis*, hoc est, *torta*. Prudentius, lib. II contra Symmachum, vers. 1085:

Interea dum torta vagos ligat infula crines.

Vide commentarium ad eum locum, ubi de infula et vittis disserui. Argumentum de coronis innumeri scriptores explicuerunt, laudati a Fabricio, cap. 14 Bibliographiæ. In nummis et marmoribus antiquis cernere licet hostias infulatas cum vittis pendulis. Vide cap. seq., num. 6.

N. 5. *Ab apiendo*. Fortasse *ab apendo*; nam *apere* pro *aptus esse* veteres dicebant. De *galero* vide cap. 21, n. 3.

N. 6. *Cidaris*. *Tiara* potius erat quam *mitra*. Apud Raynaudum, de Pileo, pag. 191, *Cyrus* cum diademate circa *tiaram*, seu *cidarim*, conspicuus cernitur.

C CAP. XXXI. Num. 1. *Diadema*. In quibusdam antiquis Editionibus hoc caput 51 continuatur cum præcedenti 50, et ex duobus unum fit. *Diademate* usas etiam fuisse reginas, ex nummo Cleopatæ colligit Rupertus, in Oratore historico, pag. 793. In pontifice idem erat *infula* quod in rege *diadema*.

N. 2. *Nimbus*. Observanda est consuetudo, jam Isidori tempore vigens, depingendi angelos nimbo ornatos. De nimbo sanctorum agit Antonius Franciscus Gorius in commentario de Jesu Christi mitrato capite, præter Bened. XIV, et heterodoxos Joannem Behm et Joann. Beiskium. Bonartotius in *Vita veterum Christianorum*, pag. 66, putat nimbi usum in angelorum imaginibus cœpisse sæculo sexto, in aliorum sanctorum picturis sæculo septimo. Sed vetustior est sæculo sexto tabula 44, quam Bottarius illustrat tom. I Rom. subterr. pag. 199, in qua Christo, sancto Joanni Baptistæ et angelo nimbus apponitur. Modo apud Plautum legitur: *Quam magis aspecto*.

D N. 3. *Idem et cappa*. Salmasius, in Flavium Vopiscum, pag. 224, vers. 28, ad hæc verba sic annotat: *Hinc CAPPAS dictus palliola quibus mulieres caput tegunt, et CAPPELLAS et CAPPULAS nostros pileos*. Itali certe galeros vocant *cappello*, et cucullum Fratrum *cappuccio*.

N. 4. *Mitra, infula* et *vitta* non raro confunduntur discrepant tamen. Vide Theoph. Raynaudum, de Pileo. *Mitra* proprie est pileum: *infula* fascia; *vitta* ex infula dependebant. Alii nihilominus contra Isidorum et Servium putant infulas dependisse a vittis, non vitas ab infulis. Vide Gesnerum, in *Thes.*, verb. *Infula*. Dubitari potest quo pacto devotæ, seu femine Deo sacræ pro capitis ornamento mitram sumpserint, cum mitra ornamentum meretricum esse consueverit: quod et Servius testatur ad lib. IV Æneid., vers. 216 *Mitra, hoc est, incurvo pileo, de quo pendeat etiam baccharum regimen*. Sane quibus effematio crimini dabatur, etiam MITRA eis ascribenda

tar; multa enim lectio MITRAS proprie meretricum esse docet. Errasse Servium nonnulli putant. Vide Nicolaum Mercetum ad Dies geniales Alexandri ab Alexandro, lib. v, et Turnebum, lib. iv Adversar., cap. 14, et lib. xxix, cap. 25. Crederim devotas sibi mitram accommodasse, quia mitra propria etiam erat veterularum, ut observat Scaliger in Copiam Virgiliti. Ovidius, Pastor. lib. iv, vers. 517:

... Simularat acum, mitraque capillos  
Presserat.

Color modestus, ut arbitror, mitras devotarum a mitris meretricum distinguebat; nam mitræ meretricum versicolore et pictæ erant. Juvenalis, sat. 3, vers. 66:

Ite, quibus grata est plecta lupa barbara mitra.

Plinius, lib. xxxv, cap. 9. *Polygnotus primus mulieres lucida veste pinxit, capita earum mitris versicoloribus operuit.*

N. 5. *Ricula*. Diminutivum est a *rica*, quod erat tegumentum capitis flaminicarum, dum sacris operabantur. Quod *rigula* in nonnullis exemplaribus Editis et Mss. reperitur, librariorum vitium est, qui sæpe g pro c adhibebant.

N. 6. *Vittæ*. De *vittis* cap. præced., num. 4.

N. 8. *Discriminalia*... *cincinnati*. Alia erat acus comptoria, alia aurea discriminalis, de qua hoc loco Isidorus. Pro *ab auribus* fortasse Isidorus scripsit *ab anti*, nisi respexit ad Græcum *ἀντα*, *aures*. De *discriminulo*, sive acu criminali agunt Joannes Voveranus in not. ad Petronium, Salmasius ad Solinum, Donatus, Montfauconus, et alii. Grialius in textu scripserat *cincinnati*.

N. 9. *Acus*. Has quoque acus inter discriminalia recenset Isidorus, lib. xi, cap. 1, n. 31. Instrumenta mundi muliebris, e veteribus monumentis delineata, exhibet Pignorius, de Servis, pag. 200, aureas acus crinales, nonnulla gemmatis, viriolam e minutis smaragdus, inauram auream, squalamium, etc. Confer etiam Guascoi opus *Delle ornati*.

N. 10. *Quibus pretiosa*. Hieronymus, epist. 40: *Pretiosa ex illis (auribus) novarum segetum grana dependeant*. Plura de hoc ritu Salmasius, Exercit. Plinianar. pag. 402. Plinius, lib. xi, sub initium, *aurium vulnera* pro inauribus commemorat. Gaspar Bartholinus singularem librum de veterum inauribus edidit, cui mantissam adjecit Thomas Bartholinus.

N. 11. *Feminis vero monilia*. Quintilianus, lib. xi, cap. 1: *Monilibus, et margaritis, ac veste longa, quæ sunt ornamenta feminarum, deformantur viri.*

N. 12. *Monile*. A *moneo* dici alii volunt, quasi monumentum et pignus. De monili in modum serpentis intelligitur inscriptio apud Gruterum, pag. 70, num. 8, et Donium, class. 1. num. 41: *Deo Esculapio... torquem aureum ex dracunculis duobus*. Adisis Joannem Schefferum, de antiquor. Torquib., § 4, pag. 51 seq., et Bottarium, tom. I Romæ subterr., tab. 17 et 19.

N. 14. *Muræna vulgo vocatur*. Hieronymus, loco a Grialio citato, utitur diminutivo *murænula*: *Aurum colli sui, quod quidem MURÆNULAM vulgus vocat*, etc. Ac fortasse Isidorus quoque scripsit *murænula*.

N. 16. *Dexteras communes... viriolæ*. Grialius in textu cum aliis edidit *Dexteras communes esse*, etc. In not. aliud indicat. Casaubonus, in Capitolinum, pag. 140, vers. 20, Vulcanii scripturam adoptat: *Dexteras communes esse... dextræ sunt, ampla, et ante manican portantur, et possunt ibi jungi clavo uno*. Et exponit de *destrocheriis*, que ante manican, hoc est, manus cum brachio commissuram, portarentur, et clavo uno jungerentur. Salmasius, ad eundem Julii Capitolini locum, censet Isidorum corrigendum in hunc modum: *Dextrale est commune virorum et mulierum, quia utriusque sexus dextræ sunt*. Irridet rationem Isidori, et addit ea quæ apud Vulcanicum sequuntur, *ampla, etc.*, non esse Isidori, sed inepti et insulsi, ut ait, cujusdam monachi; nam veteres omnes libri

illa verba non agnoscunt, quamvis plures consuluerit, cum quibus libros Etymologiarum contulit. Verum Isidorus fortasse scripsit *Dexteras communes esse, etc.*, subintellecto *constat*, quod addidi; aut etiam *Dexteras communes esse, etc.* Etsi enim in Glossario Isidori legitur *dextralia, brachialia*, tamen Grialius reponendum censet *Dextræ*, ut hoc loco in Vulgatis. Pro *viriolæ* nonnulli legunt *virilæ*; sed probum est *viriolæ*. Tertullianus, cap. 4 de Pallio, utitur voce *viria*, vel, ut alii legunt, *viriola*, quo diminutivo utitur etiam Plinius.

N. 17. *Lunulæ*. Tertullianus, de Cultu feminarum, cap. 10: *Nullas lunulas reprobet*. Apud Plautum alii *lunulam*, alii *lunellam* legunt.

N. 19. *Periscelides*. Horatius, l. b. 1, epist. 17, vers. 56:

Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,  
Sæpe periscelidem raptam sibi fleas.

CAP. xxxii. Num. 1. *Annuli*. Olim *anus* pro *annus* scribebatur; hinc varia est scriptura, *annulus*, et *annulus*; neutra rejicienda.

N. 2. *Quod eo vena quædam, etc.* Vide Macrobius, lib. vii Saturnal., cap. 13, et Gellium, lib. x, cap. 10. De annulari digito et levibus circa eum persuasionibus scripserunt Joannes d'Espagne, et Christianus Falsterus, quos cum multis aliis, qui de annulis aut opuscula ediderunt, aut aliqua annotarunt, Fabricius recenset, Bibliogr. cap. 17, num. 8.

N. 3. *Annulo aureo lib*. Verba Isidori in discrimine fallere putat Lipsius, lib. ii Elector., cap. 8: *Liberis enim, ait, aureum anulum tribuunt, libertinis argentum; falso: inter liberos equiti et senatui soli jus aurei annuli. Equites etiam cum militabant, post secundum bellum Punicum ferreo annulo utebantur, præter tribunos*. Dietericus, in not. ad Brissonium, leg. Jul. de Adulterio, pag. 198, fatetur plerosque Isidori fidem in dubium revocare; se tamen nihil definire ait, cum jura pro diversis temporibus variare potuerint.

Certe Justinianus jus aurei annuli omnibus libertinis dedit, cum antea omnibus ingenuis jus ejusdem aurei annuli jam esset. De jure aureorum annulorum prodiit dissertatio Petri Burmanni, anno 1754 recusa 1740. Quod autem Isidorus distinguit inter annulos *gemmatis et solidos*, id idcirco astruit, quia annuli solidi erant ex solida materia sine gemma qua ornati erant unguli, sive annuli gemmati. Proprie autem annuli solidi ita dicebantur, ut discernentur a perviis, et cassis qui concavi erant intus, ut aliquid continere possent.

N. 4. *Leve*. Grialius scribit *leve est, atque immune membrum*. Non omitam verba ipsa Tertulliani, Apologet. cap. 6: *Cum aurum nulla (femina) norat præter uno digito, quem sponsus oppignorasset pronubo annulo... At nunc in feminis præ auro nullum leve est membrum, præ vino nullum liberum est osculum, etc.*

N. 5. *Ungulus*. Aut *ungulum*. Pro annulo Orcorum lingua creditur dictum. Verba Plinii de annulis Samothraciis Lipsius emendare conatus est. Sed refellitur a Salmasio, qui ad Ælium Spartianum, p. 5, vers. 35, relatis Isidori verbis, ait: *Nemo melius poterat aut brevius locum Plinii exponere*. Verba Plinii, lib. xxxiii, cap. 1, a med.: *Nec non et servitiis jam ferrum auro cingunt; alia per sese mero auro decorant; cujus licentiæ origo nomine ipso in Samothrace id institutum declarat*. Hi annuli a Lucretio dicuntur lib. vi, vers. 1042. *Samothracia ferrea*.

N. 6. *Thynnus vocabantur*. Dicendum potius *Thynniam* fuisse partem Bithyniæ. De versibus fere omnia mss. exemplaria inter se variant, et diversæ exstant criticorum conjecturæ. Ludovicus Dorleans, in novis cogitat. ad Annal. Taciti, pag. 534, pro certo ponit hos esse Mæcenatis versus in morte Horatii. Jocus certe Augusti fuit, quod Mæcenas in lapidibus pretiosis versus luderet. Legendum putat:

Lugens te, mea vita, nec smaragdus  
Berillosque, mi Flacce, nec nitente



Spiro, candida margarita quæro,  
Nec quos...

Hij duo ultimi versus facile ad veram lectionem re-  
vocantur, quamvis Grialius ultimum corrupte edi-  
derit :

Annulos, neque jasptos lapillos.

Tres primos ita Grialius in textu expressit:

Lugente mea vita, nec smaragdos,  
Berillosque mihi, Flacce, nec nitentes,  
Percandida margarita quæro.

Janus Guillelmus, lib. 1 Verisimil., cap. 5, in eam  
quoque sententiam propendit versus esse Mæcena-  
tis in Horatium, quos ita emaculatos exhibet :

Lugens te, mea vita, nec smaragdos,  
Berillos neque, Flacce, nec nitentes  
Semper candida quæro margaritas.

Explicat tangi morem Romanorum ponendi in luctu  
annulos venustissimos : et advertit *candida* esse pro  
*candide*, ut *crebra* pro *crebra*. Si astruamus versus  
esse Mæcenatis, titulus esse deberet, *Mæcenas ad*  
*Flaccum*, vel in obitu *Flacci*. Andreas Schottus, lib.  
11 Observat. human., cap. 6, Mæcenati quoque hos  
versiculos tribuit, et quatuor varias eorum lectiones  
exhibet ; prima est Andræ Alciati, ut ætate, sic et  
industriæ laude prioris :

Lucentes, mea vita, nec smaragdos,  
Berillos mihi, Flacce, nec nitentes,  
Nec præcandida margarita quæro.

Altera parum discrepans est Antonii Covarruvias,  
qui initio legit *Lugenti*, et in altero versiculo *michi*  
*mitte*, omisso *Flacce*. Tertia (Turneb) :

Lugent te, mea vita, te smaragdos,  
Berillos quoque, Flacce, nec nitentes  
Nunc per candida margarita quæro.

Postrema est Duze :

Lugens te, mea vita, nec smaragdos,  
Berillos mihi, Flacce, nec nitentes  
Inter candida margarita quæro.

Berillos enim inter candida margarita nitentes Plin-  
ius quoque prædicat. Omissa quæstione de auctore  
versuum, et an in obitu Flacci fuerint compositi,  
eos ita edidi, ut, collatis inter se mas. exemplaribus,  
restituendos esse censui. Vide etiam Scaligerum, l. 1  
Catalect., et Salmasium, ad Aurelianium Vopisci.

CAP. XXXIII. Num. 1. *Cinctus... campestre*. Grialius  
edidit in textu a *cinctus*, et *unde et campestre*, per  
errorem, ut arbitrator. In nonnullis Editis est *campe-*  
*stris*. Verum nomen est *campestre*, et in plurali *campe-*  
*stris*, ut cap. 22, num. 5. Arnizzenius, in Miscellan.,  
cap. 17, ubi multa Aratoris loca illustrat, ad vers.  
630, lib. 11, pro *et utrisque minima* censet, reponen-  
dum *et utriusque* ex Editione Parisiensi anni 1509.  
Melius fortasse esset *et utrisque minor*, sed in Isidoro  
tolerari potest *et utrisque minima*. Advertit vero  
Arnizzenius, ex Taubman, ad Plautum, Aulul. III, 6,  
92, *semicinctia* esse vestem, quæ partem hominis an-  
terioris a cingulo et lumbis ad pedes usque præcingit.

N. 2. *Batteus*. Utroque modo dicitur *batteus*, et  
*batteum*.

N. 3. *Lactantes*. Catulli versus illustrat Vulpus  
in not. ad carm. 63, ubi præfert lectionem *lactantes*  
vulgatæ *lactantes*, aut *lactentes*. Prudentii versus ita  
edidi cum Isidoro contra Heinsium, qui legerat :

Nomen hoc gemmæ strophio illigatæ est.

Confer commentarium meum ad eum locum.

N. 4. *Limus est cinctus*. Sperlingius nescio quid de  
Deo *limo* commentus fuerat ex depravata lectione,  
*limus est cinctus*. Eum refellit Gisb. Cuperus, epist. 94,  
ad eundem Sperlingium, advertens multos jam olim  
correxisse *limus est cinctus*. Confer lib. xv, cap. 14,  
num. 2.

N. 5. *Succinctorium*. Papias *succinctoria* interpreta-  
tur, quibus tantum genitalia teguntur. Alii eadem  
esse *succinctoria* ac *perizomata*, seu *campestris*, existi-  
munt. Mazochius, tom. III Spicil., dissertationem

A edidit de *semicinctio*, et observat, in not. 3, pag. 298,  
*succinctorium* simile fuisse puerorum braccis quæ in  
summo humero loris vinciuntur. Reprehendit vero  
Isidorum, quod cum dicat *brachile*, seu *brachiale*,  
nunc non brachiorum, sed renum esse cingulum,  
etymologiam deducat a *brachiis*, cum deducere de-  
buisset a *braccis*. Ita etiam colligit *succinctorium*  
vocatam, quia *renes succingebat*, non quod sub bra-  
chiis ductum, alarum sinum ambiat, atque hinc inde  
succingeret. At vero si olim *redimiculum*, sive *suc-*  
*cinctorium*, sive *brachile* alarum sinus ambebat, atque  
*succingebat*, ut Isidorus narrat, minime improbari  
debet Isidori etymon, quamvis, procedente tempore,  
*succinctorium* tantum fuerit renum cingulum. Sane  
Cassianus, lib. 1 de Institut. monachor., cap. 6,  
eodem modo *redimiculum*, *succinctorium*, vel proprie,  
ut ipse ait, *rebrachiatorium* exponit, ut a *brachiis* et  
alarum sinibus hinc inde succinctis vocabula *rebra-*  
*chiatorii* et *succinctorii* derivet. Ita etiam in Vita sancti  
Eligii, cap. 34 : *Ulnis exertis et rebrachiatatis*. Et in  
Actis sancti Ottonis, pag. 599, tom. 1 Junii : *Rebra-*  
*chiatatis manicis, succinctaque veste falcem dextra cor-*  
*ripuit*. Quidam autem sit *bracile*, sive *brachile*, in  
regula sancti Benedicti, cap. 55, non consentiunt  
Benedictini. Zonam esse nonnulli putant ; alii cingu-  
lum rentm. Videndus his de vocibus Dueangius,  
apud quem, voce *bracile*, pro *divisum* in verbis Isi-  
dori indicatur *demissum*, tanquam correctio ; sed Cas-  
sianus quoque eodem modo *divisa* dixit. Formam re-  
dimiculi de quo Isidorus cernere licet apud Bonarro-  
tium in puero nudo appicto in vitro, tab. 28. Confer  
etiam imaginem boni Pastoris apud Bottarium, tom. II  
Romæ subterr., tab. 101.

N. 7. *Vitta* apud veteres erat ligamentum capitis.  
In hac significatione, *quod ea pectus vinciatur*, ver-  
bum sequioris ætatis esse videtur, unde, opinor, Ita-  
lica vox *vita* defluxit, cum scilicet pro statura corporis  
accipitur.

CAP. XXXIV. Num. 1. A *calo*, etc. Vide not. ad  
cap. 1 hujus libri, num. 15, et infra, n. 6, hujus  
capitis.

N. 3. *Reptas usi sunt*. Utor cum accusativo apud  
Isidorum et alios non semel occurrit. De crepidis  
exstat dissertatio Othonis Sperlingii.

N. 4. *Calceis reges utebantur*. Vulcanius ita hæc  
conjungit et *Cæsares forma eorum*. Grialius et *Cæsa-*  
*res*. *Forma eorum*. Quæ duo verba, tanquam titulus  
aliquis, a cæteris distinguuntur. Fortasse post *eorum*  
aliquid deest. De forma calceorum Romanorum Be-  
nedictus Balduinus Ambianus in opere de Calceo  
antiquo, cap. 8, hæc peculiariter notat : *Ut igitur hæc*  
*quoque in parte antiqui calcei forma fiat notior, me-*  
*nini, me jam dudum, cum junior in patris sutrina con-*  
*ficiendis calceis operam darem (et hinc mihi nata de*  
*calceis scribendi occasio), vigisse singularem e decocto*  
*corio calceum, qui certe non calceando pedi, sed ca-*  
*piendo propinandoque vino acyphi ad instar serviebat.*  
*Illius forma talis erat, ut in arcuatum acumen desine-*  
*ret, similis linguæ exertæ, versusque nares reflexæ.*  
*Ejusmodi fuisse veterum Romanorum calceum ausim*  
*asserere.*

N. 8. *Obstrigilli*. In Plinii verbis a Grialio citatis  
nonnulli legunt *obstrigilli*, repugnante Harduino.

N. 10. *Mulleis*. Salmasius in Flavium Vopiscum,  
pag. 246, vers. 33, hanc Isidori de *mulleis* explica-  
tionem videtur approbare, et addit omnia cum Tusci  
calceamentis convenire, de quibus Servius. At in  
not. ad dedicat. statuæ Regillæ Herodis tradit *lunula*  
*calceorum fuisse eboreas, vel osseas, vel æneas* ; Isidoro  
imposuisse vocem *σφύριος*, quæ *malleolus*  
significat, adeoque *ἐπισφύρια* (*lunulas*) vertisse *mal-*  
*leolos*. Concludit, calceos *mulleos*, hoc est rubros,  
solum colore diversos fuisse a senatoriis, qui nigri  
erant. *Mulleis* patricii utebantur, qui curulem magi-  
stratum cepissent. Multa alia addit Cerda ad cap. 4  
Tertulliani de Pallio : *Impuro cruri purum, aut mul-*  
*leolum inducit calceum.*

N. 11. *Solo*. *Solum* pro *sotra* quoque accipi, ex A. Plauto et Lucretio probat Vulpinus, in not. ad Callunx Martialis, lib. ix, epigr. 75:

Et mordere luto putre, vetusque solum.

Adde Prudentium, in Apotheosi, vers. 666, cum meo commentario. *Ex materia*: hoc est, ex ligno.

N. 12. *Diminutivum socelli*. Forte, *diminutivum socculi*. De caligis videndus Negronius, qui eruditum opus de hoc argumento scripsit.

N. 13. *Sine solo*. Gatakerus, Miscel., lib. II, cap. 19, censet frustra esse Festum, qui *cernuum* calceamenti genus, et Isidorum, qui *soccum sine solo* esse ex Lucilii versu existimavit. Ita etiam iudicat Vossius in Etymolog. De folleatis variæ sunt sententiæ. Grialius in textu ediderat *foliatos*; in not. indicat *folleatos*. Hofmannus, in Lexico, ad verbum *Follati calcei* laxiores interpretatur calceos, qui cum pes premitur, et terræ insistit, inflantur, et tumescunt; cum levatur, detumescunt, quod proprie *foliare*, et *follicare* dicebatur. Salmasius in Trebellium Polliōnem, pag. 182, vers. 17, observat veteres dixisse etiam *xaligem* pro *caligam*, quod verbis Isidori confirmat, *sola caligis*, hoc est, *caligæ*. In glossario Isidori, *Caligæ*, *Gallicæ militum*; al., *Calces Gallicæ militum*. Grialius in textu edidit *sculponiæ*, in not. *ulponeæ*, quod alii quoque exhibent.

*Ibid.* Sub Tiberio Apicius iste vixisse dicitur, de quo vide Plinium, lib. x, c. 48. Alii duo Apicii studio gulæ dediti commemorantur, alter circa tempora Cæsaris, alter sub Traiano.

## LIBER VICESIMUS.

CAP. I. Num. 2. *Stibadium* est a Græco *στιβιάς*, quod est stratum. Ita vocabant Romani lectum semicircularem pro tribus lectis mensis rotundis accommodatum. Ea, quæ ad veterum convivium, cœnas, escas, potiones spectant, multorum operibus et dissertationibus explicata sunt in Thesaurō Gronoviano Antiquit. Græcar., tom. IX, et in Thesaurō Graviano Antiquit. Romanar., tom. XII.

*Ibid.* Ad *cibatum*. Ita in textu edidit Grialius, quamvis in not. exprimat primo loco ad *cibitum*.

CAP. II. Num. 2. *Alimonia*, *alimoniani* et *alimentum*. Promiscue pro eodem usurpari solent.

N. 5. *In quo necessaria*. . . *panem et vinum*. Hæc est opportuna ratio cur Jesus Christus ad Eucharistiæ sacramentum panem et vinum adhiberi voluerit.

N. 7. *Sola pulvis*. Rectius esset *sola-puls*; sed Isidorus sæpe huiusmodi nomina ita format, ut nominativum simile genitivo faciat.

N. 8. *Satura*. Grialius in textu *satyra*, in not. *satura*. Vide lib. v, cap. 16. Discrimen inter *satieta-tem* et *saturitatem* ab Isidoro expositum observari non solet.

N. 10. *Jentaculum*. Teneo scripturam ab omnibus receptam. Cur enim ab ea recessisse Isidorum credam? Hispani quidem dicunt *fantar*, sed mutato e in a.

N. 11. *Prandium*. Trebellius Pollio, in Salon. Gallien., cap. 2: *Plerique dicunt dictum esse prandium ab eo quod ad bellum milites parat*. Olim cibus qui mane sumebatur *prandium* vocabatur; cibus qui meridie, *cœna*; qui vespere, *vesperna*. Deinde, cum cœna ad vesperam differri cœpit, cibus circa meridiem *prandium* dicebatur, ante meridiem *jentaculum*, post meridiem *merenda*.

N. 15. *Annona*. Ab anno alii derivant *annonam*. Apud Martiūm Editi exhibent *extructos* pro *excel-sos*. Vide Rosweydam, in Onomast., verb. *Nona hora*, et Prudentium, hymn. 8 Cathemer., vers. 9, cum meo commentario, uti etiam hymn. 6 Perist., vers. 55, ubi agitur de hora solvendi jejunia et semi-jejunia.

N. 14. *Communicantes*. Papias: *Communio dicitur spiritalis esca, quia in communione ad vicificandas ani-*

*mas a cœne percipitur dignis*. Confer. Ducangium, verb. *Communio*.

N. 15. *Panis*. Tom. I Inscript. Acad. Frane., num. 531, multa de pane. Varias etymologias Vossius recenset. De Origine Seneca, epist. 9: *Tunc farinam aqua sparsit, et assidua tractatione perdomuit, finxitque panem, quam primo cinis calidus, et fervens testa percoxit; deinde furni paulatim reperti*. Apud Festum, loc. cit. a Grialio, pro *parum coctus* nonnulli legunt *iterum coctus*, quod ex Plauto et Isidoro comprobatur. Dicebatur etiam hic panis *dipyrus*, *biscoctus*, *sictus*, *paximas*, *paximatum*, de quo Rosweydam in Onomast., verb. *Paximates*. In glossario Isidori: *Paximatum panis subcinericius*. Grial. præfert *subcineritius*.

N. 16. *Spongia*. Grialius in textu edidit: *Spongia panis aqua diu maloxata*, in not. aliud innuit.

N. 17. *Laganum*. Exstat erudita Mazochii dissertatio tom. II Spicil. bibl., ad cap. xxix Exodi, 22, 23, de torta panis, crustulis, laganis. Verba Exodi sunt: *Tollis adipem de ariete. . . Tortamque panis unius, crusulam conspersam oleo, laganum de canistro azymorum, quod positum est in conspectu Domini*. Hæc Mazochius præmittit: *Nemo, quod sciam, historicæ Scripturæ vocabula curatius illustranda suscepit, nisi quod Isidorus ea raro in suis Originibus præterivit*. Verba hæc de *lagano*; qui primum in aqua, postea in oleo frigitur, alienæ manus suspitione laborare Mazochio videntur, quia, Vossio teste, in Etymol. a pluribus Mss. absunt, tametsi *laganum* prius in aqua coqui, postea in oleo frigi debere in profanis pluribus *lagani* descriptoribus annotatur. Non desunt qui alio modo *laganum* describunt.

N. 18. *Duleia*. Hoc fere sensu Prudentius usurpat, Psych. vers. 429:

Sint hæc tibi ferula tandem  
Tristia præteriti nimis pro dulcibus ævi.

C Post *aspero* sumuntur veteres editiones addunt: *Crustula diminutivum est a crusta: panis oleo conspersus, in medio concavus et tortus*. Hæc torta panis. Atque ita quoque Mazochius legebat, qui de torta fuse disserit loc. cit.

N. 19. *De mola egestum*. In nonnullis glossariis et Editionibus Papiæ *de mola gestum*, quod non probandum.

N. 21. *Coctum vocatur*. ex Servio, xi Æneid., vers. 555: *ET ROBORE COCTO*. Aut antiquam *hastam* significat; nam multi temporis aliquid *coctum* vocatur, etc.

N. 25. *Axungia* ab *ungendis azibus*, ex Plinio, lib. xxviii. *Enjundia* vocant Hispani.

N. 27. *Frumen*, etc. Idem, lib. xvii, cap. 3, n. 2. De etymo *pulpæ* consulendus Vossius in Etymol. Notationem ab Isidoro indicatam probat Becmanus cum Casaubono.

N. 28. *In Lucania*. Ex Varrone, lib. iv, de Ling. Lat., cap. 24. Vestigium nominis retinent Hispani, qui *lucanicam longanica* appellant.

N. 29. *Minutalis*. Varia specimina exponit Apicius, lib. iv, cap. 3. In Glossario Saxonico Ælfrici *martisia*, vel *baptitusa* exponitur de carne percussa, aut tusa.

N. 50. *Isicia*. Apud Apicium scribitur *hysitium*, *esitium*, *isicium*. Jacobus a Partibus, in glossis ad Alexandrum latrosophistam, lib. II, cap. 75: *Isicia sic fiunt: coquantur pisces, et postea ponuntur in aceto, vel vino, et superaspergitur pulvis aromaticarum specierum*. De nominis notatione sic Varro sentit lib. iv, Ling. Lat., cap. 22: *Isicia ab eo quod insecta caro*, etc. Hinc nonnulli scribunt *inacium*. Sed usus obtinuit ut *amittatur*. Macrobius, lib. vii, cap. 8: *Ab insectione isicium dictum, amissionis litteræ postea quod nunc habet nomen obtinuit*.

N. 31. *Galicæ*. Fortasse non differunt a *galatinis*, de qua Villielmus Brito, lib. x, Philipp.: *Dum servatis galatina vigorem*. Barthius, ad hunc locum in-



telligit jus crassum, quod infusum pro conditura piscibus, saporem et vigorem carnis eorum diutius servat. De *sphæra* nihil nunc occurrit, nisi forte sit *spira*, pistorii operis genus, de quo Festus et Cato, cap. 77, de Re rust.

N. 32. *Coquinæ magistri a jure*, etc. Hinc etiam artem coquinæ *codicem* vocabant. Vide notas meas ad Sedulium in præcæm. :

Ne quæras opus hic Codicis artificis.

Nonnulli putant a jure coquinæ usurpari coeptum vocabulum juris pro æquo quia portiones ciborum æquales convivis distribuebantur. Vide Suidam, verb. *δαρρι*, et *δαρριος*. Salmasius in Træb. Pollionem, pag. 207, vers. 17, legit : *Hoc Græci æmam vocant*, eosque refellit qui adversus librorum auctoritatem, ut ait, male restituit *ζωμων*; et ex gloss. mss. producit : *Zemæ, olle*. Sed non video quo sensu jus esculentum *olla* dici possit. Aliud est si *zæme* nomine intelligatur etiam *jus coquinæ*, sive pistorum, quod nonnullis testimoniis Ducangium ostendit. Vulcanius quidem in quodam veteri Codice reperit *æmam*; sed alia exemplaria variant fere, ut in omnibus vocabulis Græcis quæ in etymologiis occurrunt, neque satis a librariis intelligebantur, et ipse Vulcanius *ζωμων* restituendum censuit.

N. 34. *Lac*, etc. Tom. I Patrum Apostolicæ, p. 19, quædam huc attinentia notantur.

N. 35. *Quactum*. Apud alios vix reperies; *quajo* dicunt Hispani.

N. 36. *Mella de rore erant*. Salmasius, pag. 1018, Exercit. Plinian., de his verbis ait : *Isidorus, non malussæpe auctor, dum vetustiores sequitur, SACCHARUM pro MANNA nobis exhibet*. Addit Salmasius, *aerium mel esse mannam nostram*. In versu Virgiliti Grialius alique Editi et Mss. exhibent *hactenus*, pro quo reposul *protinus* ex Codice Lucensi, et ex textu Virgiliano.

N. 37. *Πηρι ύγρων*. In aliis exemplaribus Grialii est *πηρι ύγρων*. Et mox sicut contrario.

CAP. III. N. 2. *Vinum*. Gatakerus, cap. 5, Advers. Miscell. Posthum., cap. 5, advertit *vinum* Græcum nomen esse, et eodem fere modo apud alias gentes vocari. Irridet proinde non solum Isidorus, qui *vinum venenum* a veteribus vocatum ait, et etymon deducit, *quod venas repleat*, etc., sed etiam Varronem, qui *vinum a vi* derivat. De lege, qua feminæ apud Romanos vinum bibere prohibebatur, Plinius, lib. xiv, cap. 13, Gellius. Noct. Attic. lib. x, c. 23, et alii. In sacris Bonæ deæ, seu Faunæ Fatuæ, mulieres romanæ vino usas fuisse constat. Macrobius, lib. II Saturnal., cap. 11 ancillarum facipus insigne memorat, quæ viros plurimo vino provocaverunt, *diem festum apud se esse simulantes*, etc. Adhuc in multis regionibus turpe est feminas vinum bibere.

N. 3. *Merenda*. De *merenda* supra cap. 2. Apud Grialium erat *purum fit*, per errorem, ut arbitror.

N. 5. *Roseum... Amineum*. Itali vinum rubrum rosso vocant. *Amineum* vinum a regione potius dictum fuit quam a colore, ut etiam *amineæ* vites, de quibus dictum lib. xvii, cap. 5, num. 18. Curiosus est, sed admodum rarus liber Andréæ Bacci de naturali vinorum Historia, de vini Italiae, et de conviviis antiquorum, de viniis faciliis et cervisiis, Romæ apud Mutium, 1596.

N. 8. *Honorarium* vinum etiam nostro tempore Flandriæ populi imperatori ad ipsos accedenti veteri de more obtulerunt.

N. 9. *Unde et acidum*. Nonnulli legebant *unde et acinum*. Vide infra, n. 11.

N. 10. *Lactatum... mulsum*. Harduinus, in loco Plinii a Grialio citato, ex Mas. legit *jaclatu* pro *lactatu*. Potio ex aqua et melle est *hydromeli*, seu *mulsa* aqua. *Mulsum* absolute est vinum melle admixtum, *μελικρατον, ænomeli*.

N. 11. *Ænomeli... hydromeli*. Grialius cum aliis Editis in textu expressit *ænomelum, hydromelum*; in not. indicavit *ænomeli*; quæ melior est terminatio. *Hydromeli*, ut vuper dixi, est potio ex aqua, et

A melle; et inde ita vocatur. De *lorea* conferendus Rosweyodus, in Onomast. verbo *Posca*, ubi ex Mas. glossario Camberonensi hæc legimus : *Acini dicuntur projectæ uværum reliquæ*, etc. *Acinum vero neutraliter dicitur, quæ (sic) lavantur vix potus expressum vinum : acinum dictum, quasi aquidum, vocaturque vinum secundum, et est potus servorum*. In eodem glossario *posca*, seu *pusca*, est vinum secundum : sed verius *posca* est potio ex aquæ acellique mistura temperata : quæ simpliciter dicebatur etiam *acetum*, de quo fortasse intelligendus est Isidorus, num. 9, nisi quod *vinum aqua mistum* aperte exprimit.

N. 12, 13. *Melicratum... sæcula*. De *melicrato* dictum jam num. 10. *Fæcula* idem erat atque *halec*; sed ab Horatio *sæcula* Coa distinguitur ab *halec*. Non enim interpungendum est cum Grialio, *secula*, Coa. Horatius *sæculam* Coam vocat, ut a communi discernat, quæ *halec* etiam dicebatur. Nomen vero *sæcula* Coæ vel ex eo petitur est quod in insula Co optima fiebat, vel ex eo quod ex *sæce* vini Coi constabat.

N. 14. *Passum... defrutum*. Ulpianus, Digest. lib. xxxiii, tit. 6, leg. 9 : *Si quis vinum legaverit, ænomeli plene continebitur, et passum, defrutum non continebitur*. Etymologiam *defrutii* a *deferendo* Nonius confirmat. Isidorus Servium secutus fuit, ad lib. II Georg., vers. 93 : *Passum autem dicitur a patiendo. Nam decoquitur mustum, et inde fit passum. Hinc defrutum dictum est quod defraudatur, et quasi fraudem patitur*. Alij putant *passum* verius esse a *pando* quam a *patior*, nam *patior* verbum deponens est. Confer Vossium, in Etymol., et de *defruto* Plinium, lib. xiv, cap. 9.

N. 15. *Sapa*. Quid est explicant Varro, Nonius et Plinius, lib. eod. xiv, cap. 9.

N. 16. *Sicera*. Methodius, apud Posthium, cod. 237, *sicera* vocabulo intelligit omnem potionem quæ inebriare potest; sed Meibomius, lib. de *Cerevisia*, cap. 5, vinum ex uvæ expressum exceptum vult; et Andreas Schottus, Isidorum, Hesychemum, Zonaramque secutus, verba methodii vertit : *Sicera est quidquid extra vinum e vite expressum inebriat*. Vide Fabricium, Bibliograph. c. 19, num. 5.

N. 17. *Cervisia*. Hadrianus Junius, Animadv. lib. II, cap. 12 : *Constat autem hac ætate cervisiam fieri ex hordeo, quod prius mædescit, deinde torretur, resiccaturque, addita tritici farina; adjectis et lupi salictarii floribus cum sœce cervisæ, quæ fermenti vicem obtinet. Quem conficiendi modum videtur et Isidorus propemodum agnovisse*. Alia addit Junius de discrimine *cythi*, vel *zythi* veteris (Hispania *celia, cælia, ceria*) a recenti *cervisia*. De veteri Seytharum *celia, ælia* et *zytho* dissertationem edidit G. G. Kirchlmeierus; tractatum vero de *cervisiis et vino* Joan. Henricus Meibomius.

N. 18. *Celia*. Grialius scribit *celia*, usitatus est *celia*. Isidorus verba hæc de *celia* sumpsit ex Orosio, lib. v, cap. 7 : *Ultimo omnes (Numantini) duabus subito portis eruperunt, larga prius potione usi, non vini, cujus ferax is locus non est, sed succo tritici per artem confecto, quem succum a calefaciendo CELIAM vocant. Suscitatur enim illa ignea vis... adjicitur*. Sed apud Orosium quo *fermento*, quod melius videtur, quam quo *fermentato*.

N. 19. *Garum*. Laudatissimum fiebat ex scombro in Cartaginensis Spartariæ cetariis. Vide Plinium, lib. xxxi, cap. 7 et 8.

N. 20. *Muria*. Martialis, lib. xiii, epigr. 103, de *muria*, quæ *guro* longe inferior erat :

Antipolitani, fateor, sum filia thynni ;  
Essem si scomברי, non tibi missa forem

N. 21. Rosweyodus, in Onomast., *ptisanam* interpretatur de *posca*, de qua supra, num. 11; *zema* hoc loco erit jusculum, et *opozema* succus expressus. *Zemam* pro *olla* vulgare esse, non Latinum, dixit Servius ad lib. iv *Æneid*. Confer Ducangium

Cap. iv. Num. 2. *Quare me sic.* In Vulgata, quid me fecisti sic?

N. 5. *Fictilia vasa in Samo.* Huc respexit Plautus, Stichus, act. v, sc. 4, vers. 12.

At nos nostro Samiolo poterio tamen bibimus.

N. 6. *Cretam... que Samia appell.* Fortasse creta Samia appellabatur etiam ea quæ non longe a Roma nascebatur, quamvis nomen e Samo insula ortum duxerit. Nam vasa quoque Samia dicebantur alia quæ e creta insule Sami facta non fuerant.

N. 9. *Discus... quod det escas.* Montfauconius, Antiquit. Explicat. lib. iii, cap. 4, tom. II, part. 1, ubi agit de discis, etymologiam quod det escas, rejicit, et advertit, huiusmodi etymologiis testimonium veterum Isidori, Varronis, etc., parum auctoritatis indere. *Discus* certe Græcum est; neque aliunde constat quod antea *iscus* diceretur.

N. 10. *Parapsis.* Sirmondus, tom. I oper., col. 1889, in hoc vocabulo explicando versatur, de quo multi alii etiam egerunt. Scribitur *parapsis* a *παρά*, et *ὑψος*, obsonium, et *parapsis* a *παρά* et *ἄγης*, *curvatura*; unde et *abis* vas escarium est. De *patina* conferendum caput 8, num. 2.

N. 11. *Gavata... scutella.* Grialius ita distinguit: *palentibusque oris sit lancis. Gavata*, etc., quod minus placet. Sirmondus, tom. I oper., lib. II Ennodii, carm. 22, cuius est titulus: *De compositis habente septem gavatas*, adverteit *gavatam* ex Martiali et Fortunato esse lancis genus, allegatque Isidorum: *Lancis gavata, quasi cavata*, et glossas: *Paropsis gavata, vel catinus*; sic enim, ut ait, utrobique legendum. *Scutella* diminutivum est a *scutra*, quod vasis genus est, et fortasse ab *scuto* nomen habet. Sic a *capra* fit *capella*, a *mitra* *mitella*. Hispani *scutellam escudilla* vocant, Itali *scodella*.

N. 12. *Apophoreta.* Vas escarium apophoretis ferendis aptum Isidorus *apophoretam* vocat; quo auctore, nescio. Grialius ediderat *Salinum vas aptum talibus*.

N. 13. *Illud veterum.* Malim *illud Martialis*; nam in Alb. Cod. est *illud metrum distichon*, et fortasse ex *Martialis* compendio factum fuit *metrum*.

N. 14. *Trisceles.* Qui scribunt *trisceles*, auctoritate quorundam Mss. permoverunt; sed in antiquis membranis sæpissime e et i inter se permutantur.

Cap. v. Num. 3. *Cratera.* In versu Virgilii *crateras* est a *crater*, in versu Persii a *cratera*, *crateræ*, nisi dicamus ultimam productam ratione cæsurae, quod non est necesse.

N. 4. *Amysitis species poculi.* Ita Pollux, lib. III, cap. 16. Utitur hoc vocabulo Sidonius in prosa post carm. 22, ad Pontium Leontium. Apud Horatium nonnulli *amysidem* accipiunt, non pro poculo, sed pro ipsa potione more Thracum. Pro *bacca* in scriptoribus mediæ ævi, et glossariis occurrit etiam *barca*, *baccharium*, *bacchonica*, *bachouicha*, *bachia*, *bachioica*.

Cap. vi. Num. 4. Multi scribunt *flascæ*. Invenitur etiam *phlascula*, et *phlaco* in scriptoribus, et monumentis ævi mediæ.

N. 3. *Sicula* apud veteres Latinos est parva sica. Nonnulli scriptores sequioris ætatis *siculam* adhibuerunt pro *sicla*, *siclo*, *sigla*, quæ erat mensura liquorum.

N. 4. *Situla.* In textu Grialii erat *sicula*; in not., recte, *situla*.

N. 5. *Orca.* Hispaniensem esse vocem, ex Varrone, allegato a Grialio, non colligo. Nam erant *orca* et in aliis provinciis. Horatius, lib. II, sat. 4, vers. 65:

At pingui miscere mero, muriaque decelit  
Non alia, quam qua Byzantia putruit orca.

Plinius, lib. xv, cap. 19: *Ubi ficorum copia abundat, implentur orca in Asia, cadi autem in Ruspina Africa urbe.* Ex orca est Hispanum *orza*.

N. 6. *Seriola.* Est diminutivum a *seria*, quod Persius et Palladius usurparunt, scilicet vas fictile

oblongum et ventriosum. De orcarum ordine directo, quod ait Isidorus, aliorum testimonio non comprobatur. Etymon a Syria Joannes de Janua et alii auctoritate Isidori asseruerunt.

N. 7. *Cupas*, etc. Hinc etiam *copa*, mulier, quæ vinum vendit, et Hispanum verbum *copa* vas, quo aqua, aut vinum bibitur. *Mulctrum* dicitur etiam *mulcrale*, et fem. gen. *mulctra*, quamvis nonnulli aliquid discriminis inter *mulctram* et *mulcrale* fuisse affirmant. *Mulcrale* sæpe Christiani veteres effingebant in vitris, ut cernere licet apud Bonarrotium, et in sarcophagis, ut apud Bottarium, t. I Rom. subterr.

N. 8. *Labrum.* De quovis vase amplo dicitur, quod diductas in exteriorem partem habeat oras instar laborum repandas. Erat labrum balnearum, vinarium, aquarium, etc. Significat etiam apud sanctum Ambrosium et alios vas sepulchrale, condendo cadaveri aptum. Isidorus hoc loco accipit pro fonte, quo infantibus lavabantur; quo fortasse spectat quod Anastasius Bibliothecarius in sancto Silvestro *labrum* usurpat ad indicendam fontis baptismalis concham.

N. 9. *Siphon.* Mazochius, tom. I Spicil. bibl., ad cap. 13, vers. 10, Genes. *siphonis* etymologiam mere Hebraicam ostendit: *Nec mirum*, inquit, *cum eo usi fuerint Orientales, ut ait Isidorus.* Alia addit de *siphonum* usu in hortorum et satorum cultura.

Cap. vii. Num. 2. *Alabastritem.* De *alabastrite* dictum ad lib. xvi, cap. 5, num. 7. Ex *onyche* similiter fiebant vasa unguentaria, quibus maxime unguentum nardium asservari solitum erat, ut ex Catullo, Horatio, et Propertio constat.

N. 4. *Lenticula*, etc. Hæc est lectio veterum Codicum, ut ægnovit etiam Vulcauius, qui nihilominus aliam longe d. versam expressit.

Cap. viii. N. 2. *Patella.* De *patella* confer cap. 4, n. 10, hujus libri.

N. 6. *Mola... rotabulum.* Græce *μύλα* est *mola*, *μύλων* *pistrinum*. Grialius prætulit *rotabulum*; sed apud alios scriptores scribitur *rutabulum*, neque alio modo scripsisse Isidorum constat. In Mss. o et u passim inter se confundi notum est.

Cap. ix. Num. 2. *Hinc et arcivum.* Fortasse Isidorus non intelligit *archivum*, seu *archivum*, quod a Græco *ἀρχή* est, sed *arcivum*, de quo in veteri glossario: *Arcivus, arcens, vetans*, ut apud Festum Scaliger pro *arcula avis* legit *arciva avis*, quæ scilicet in auspiciis vetat aliquid fieri.

N. 3. *Cibutum... arcam.* Græce *κιβωτός* est *arca*, *capsa*. In glossariis veteribus post Isidorum repetitur *cibutum*.

N. 4. *Mozicia... modicum.* Papias, *Mozica quasi modica, unde mozus z pro d*, etc. Ex Isidoro Joannes de Janua: *Mozina a modus genus repositorii, quasi modina.* Glossarium Ælfrici: *Mozya, vel arcula.* Observandum apud antiquos facile mutari consuevisse di in z, ut *zabulus* pro *diabolus*, *Zanium* pro *Dianium*. Huc pertinet *hoxie pro hodie*.

N. 6. *Sitarciæ. Sitarciam*, vel *sitarciam*, Græcam originem habere probant Becmanus et alii. Proprie *sitarcia* est ammona quæ iter agendi gratia paratur, sed per metonymiam dicitur de pera qua ea annona continetur. Quod ait Isidorus, *sitarcias nautarum esse*, non solum Apuleii, sed aliorum quoque auctoritate comprobari posse videtur. Hieronymus, in præfat. commentar. in Matth., ad Eusebium: *Miror, cum Romam subito navigaturus, hanc tibi a me quasi sitarciam dari volueris, ut Matthæum breviter exponam.* Vetus scholiastes Juvenalis, ad sat. 12, vers. 61: *Inter sitarciam et securim necessariam putato ad navem vehendam.* Sed ad alia quoque extenditur.

N. 8. *Canistrum.* Varro, lib. iv de Ling. Lat., cap. 25: *Tryblia, et canistra, quæ putant esse Latina, sunt Græca.*

N. 10. *Sporta... ex sparto.* Nonius, cap. 2, num. 855: *Sportas aut ab sparto, quasi sparteas, aut ab asportando.* Alia addit Vulcauius, quæ, tametsi a Mss. absunt, tamen bona esse censet.

**CAP. X. Num. 1. Ab igni.** Ita rescribo ex nota Grialii, nam in textu erat *Ab igne*, quod perinde est. De hoc verbo *cutina* vide quæ erudite annotavit. v. cl. Clemens Biagius in Monum. Græc. Latin., pag. 495.

**N. 2. Lucerna...** ut *Persius... cicindela*. Reposui ut *Persius*. Grialius, ex Servio, sumpsit ut *Juvenalis*; sed versus est *Persil*, et *Persium* indicant *Vulcanius* alique Editi antiquiores. Ratio *Servii* ab *Isidoro* adoptata, quod si *lucerna* esset a *luce*, non staret versus, quia longa esset *lu*, nihil evincit; nam multa sunt derivata quæ quantitatem mutant, ut *arena*, *arista*, *acerbus*, etc. De re ipsa Varro, lib. iv de Ling. Lat., cap. 25 : *Lucerna post inventa, quæ dicta a luce, vel quod id vocant Græci λύχνον*. Pro *cicindela*, ut erat in Grialii textu, et aliis Excusis, scripsi *cicindela*, ita enim vocatur genus quoddam muscarum noctu lucentium.

**N. 5. Hic tibi**, etc. Fortasse versus *Hic tibi*, etc., non sunt *Martialis*, sed alterius antiquioris, ex quo *Martialis* profecerit.

**N. 4. Lacunaria.** De *lacunariis*, quæ pendentia sint lumina, sibi mentio non occurrit.

**N. 5. Funalia**, etc. Vide lib. xi, cap. 2, num. 34, *Plinium*, lib. xvi, cap. 38, et *Kirchmannum*, de Fun. Roman., cap. 3, lib. ii. Non omitam monere hoc loco, quod multis aliis potissem, quam negligens fuerit recens editor *Matritensis*, qui id ita commisit typis : *Funalia cand. labra apud veteres, quibus funiculi cera, vel hujusmodi alimento luminis, obliiti figebantur*. Omituntur verba *esstantes stimulos habuerunt, aut uncas*. Ita passim similia errata occurrunt; neque ulla omnino apparet errorum correctio. *Semlerus*, in not. ad *Glossarium Isidorianum*, verbo *Stolaces*, veteres corruptas Editiones hoc loco corrigit, *Grialianæ* immemor, aut inscius. Velle autem videtur *scotias*, non *scotias*, scilicet a masculino *σκόλιος*.

**N. 8. Lucubrum**, etc. Ita fere ex *Isidoro Papias*, et alii lexicographi, et glossographi. *Forcellinus lucubrum* inter *barbara rejectum* dicit esse *quidquid ex arida materia est ad concipiendum ignem*.

**N. 10. Ad prænuntianda**; *Grialius*, alique Editi, ad *prænuntianda*. Sed verum est *prænuntianda*, quod etiam legitur lib. xv, cap. 2, num. 37, ubi eadem verba occurrunt.

**Cap. xi. Num. 1. Lecticæ.** Plura de *lecticis* vide apud *Lipsium*, lib. i, *Elector.*, cap. 19. *Lecticas* *Bithynorum* inventum fuisse existimabant veteres, ut animadvertit *Vulpinus*, in not. ad *Catullum*, pag. 39. Communior scriptura apud *Cæsarem*, *Plinium* et alios est *storea* a *στέρεω*, *sterno*. *Grialius* edidit *storiatus*, *storia*.

**N. 2. Cama...** *Grabatum... Bajonola*. De *cama* vid. lib. xix, cap. 22, n. 29. *Grabatum* neutro genere apud antiquiores vix reperietur; Græce est *ῥαπάτος*, vel *ῥαπάτος*. *Ciceroni*, *Martiali* et aliis, masc. gen. *grabatus* pro lecto humili, in quo mendici cubabant, et meretrices diabolares. Fortasse apud *Isidorum* legendum *grabatus*. Pro *bajonola* *Ducangius* legendum censuit *bajulona*, ut apud *Ugutionem* : *Bajulona lectus qui in itinere bajulatur*. In aliis glossariis varia est hujus vocis scriptura, ut in *Mss.* quoque *Isidori*.

**N. 3. Paltinar lectus divitum... Spingæ... Punicani.** Ideo lib. xix, cap. 26, num. 4. Confer notam. *Spingæ* et *spingatas effigies* *Ducangius* *spingas* esse intelligit, et advertit *ejusmodi spingas* in sellis compicere licere in *æbata sanctæ Capellæ Parisiensis*, qui habetur, apud *Santamantium*. De *Punicanis* lectis agit etiam *Plinius*, lib. xxxiii, cap. 11. Erant simili de causa *fenestræ Punicanæ* appellatæ, *Punicana coagmenta*, etc. Nonnulli legunt *primum Carthagine advecti*, quod, omisso *a*, magis Latinum est.

**N. 4. Primum, inquit**, etc. In *Cod. Vat.* 93, ut in aliis veteribus exemplaribus, sic legitur : *De quo Satyrus de Vita sua : Primum, inquit, contra consuetudinem imperatorum pro lectis lecticis utebantur*.

**N. 5. Sponda...** *Pluteus*. Dux erant *sponda* lecti, altera exterior, quæ simpliciter *sponda lecti* diceba-

tur, altera interior, parieti admota, pluteo munita, ad quam uxores cubabant, quæ *pluteus* vocabatur. Vocabulum *sponda* ad Italos transit. In triclinariis lectis contrario modo *sponda* dicebatur pars interior mensæ admota, *pluteus* pars exterior. Vide *Gesnerum* in *Thes.*, verb. *Pluteus*.

**N. 7. Feretrum... Capulus.** De *feretro*, supra, lib. xviii, cap. 9, num. 1. Etymon *capuli*, quod super *capite*, etc., rejiciebat etiam *Kirchmannus*, de *Funer. Romanor.*, lib. ii, cap. 3. *Capularis senex* est *Cæcilius*, apud *Fulgentium*, de *prisco sermone*, num. 23. *Plautus*, *Mil. glor.*, act. iii, sc. 1, vers. 33 :

Itane tibi videor tam Acherunteus? tam capularis?

**N. 8. Hinc et scabelli.** Rectum esset *Hinc et scabella*, quæ, etc. *Lactantius*, lib. iv, cap. 12, ex *psalmo cix*, 2, dixit *suppedaneum pedum tuorum*; *Vulgata scabellum pedum tuorum*. *Quintilianus*, lib. i, cap. 4, al. 6 : *Discat puer quid in litteris proprium, quid commune, quæ cum quibus cognatio; nec miretur cur ex scanno fiat scabellum*. Apud *Plinium* reperitur *scansilis* adjectivum; sed *scansile* pro gradibus, etc., ad medium ævum rejicitur, de quo *Ducangius*, verb. *scandilo*, *scansile*, ex *Papia* et aliis.

**N. 9. Cathedræ doctorum.** *Joannes Andreas Schmidius* disquisitionem edidit de *cathedris doctorum veterum*, lenæ, anno 1685. Etiam postquam consuetudo invaluit discumbendi in conviviis, aliquando viri quoque sedentes epulabantur, præsertim in conviviis, funebribus, ut observatur in veteri pictura cometerii sanctorum *Petri* et *Marcellini*, apud *Bottarium*, tom. II. *Rom. subterr.*, tab. 127. Confer etiam tom. III, tab. 141. *Alodius Manutius*, *Pauli filius*, de *Quæsitis* per *epist.*, lib. i, cap. 4, accurate agit de accumbendi et comedendi ratione, et advertit turpem quidem visum fuisse in mulieribus accubitum, sed postea contagione morum depravatas accumbere cœpisse.

**N. 10. Sella.** Olim *sellas* fuisse communes utrique sexui, *cathedras* vero ad mulieres pertinuisse, sed ita ut viri molliores cathedris uti non abiverent, post *Lipsium* docet *Schefferus*, de *Re vehic.*, lib. ii, cap. 4.

**Cap. xii. Num. 1. Carrum.** *Schefferus*, de *Re vehiculari* lib. ii, cap. 27, existimat *carrum* vocabulum esse a barbaris desumptum, forte a *Gallis*. De *Isidoriana* etymologia ita censet : *Quid est CARDO ROTARUM? An id circa quod vertuntur? At hoc non est cardo in vehiculis. Sed nec quod rotas habere videntur, carros declarat*. Ipse, lib. ii, cap. 15, astruit *currum* dictum a *currendo*, ubi exponit *Isidorum* hoc voluisse *carrum* esse dictum, quod *currat*, tanquam qui rotas habeat multas. Confer not. ab *lib. xviii*, cap. 35, num. 1. Cæterum *cardo rotarum*, de quo *Isidorus*, videtur esse axis, sive tignum illud teres, circa quod rota vertitur. Alii putant *carrum* dictum a *quatuor rotis*, quasi *quadrum*, aut *quarrum*, ut est apud *Stephanum Tornacensem*, *epist.* 229

**N. 2. Rheda.** Vocem esse *Gallicam* tradit *Quintilianus*, lib. i, cap. 5, al. 9. Scribitur etiam *reda*; sed quod *retas* antiqui dixerint pro *rhedia*, aliunde non constat. *Retæ* erant arbores, quæ ex *ripiis* fluminum eminent, de quibus *Gellius*, lib. xi, cap. 17.

**N. 3. Carpentum... Caracutum.** *Schefferus*, de *Re vehic.*, ubi agit de *carpento*, quod a *Carmenta* dictum putat, existimat *Isidorum* describere voluisse simpliciter *pompaticum carpentum*, atque adeo observat, in Editione anni 1395, *pompaticum* referri ad *carpentum* non ad sequens *vehiculi genus*. Sed mihi dubium non est quin *Isidorus* solum verbum *carpentum* deducat ex *carro pompatico*, sive *pompæ*, ut interpretatur etiam *Vossius* in *Etymol.* *Becmanus*, cum *Scheffero* facit, et credit *carpentum pompaticum* ab *Isidoro* dici *vehiculi genus*; sed suspicatur pro *quasi carrum pompaticum* legendum quasi *carrum pendentem*. *Caracutum*, sive *carracutum*, apud antiquiores non reperitur; ex *Isidoro* sumpserunt *Papias*, glossarium *Arabico-Latinum* et *Saxonicum*. *Capsas* apud *Vitru-*

viuum, lib. x, cap. 14, est pars illa rhedæ in qua A sedent qui vertantur.

N. 4. *Pilentum*. Vulcanius et veteres Editiones exhibent : *Pilentum, vel petoriturum contextum quatuor rotarum vehiculum*; quod Schefferus, de Re vehic., lib. II, cap. 25, ita interpungendum putat : *Pilentum, vel petoriturum contextum, quatuor rotarum vehiculum*. Petoriturum quidem erat quatuor rotarum; sed *pilentum* duabus tantum rotis constitisse, plerique tradunt. Isidorus, ut ex Grialiana Editione colligitur, pilento et petorito quatuor rotas assignat. Adisis commentarium meum ad Prudentium, lib. II contra Symmach., vers. 1088, et Pithœum, Advers. subs. lib. I, cap. 5.

N. 5. *Basterna*. Vehiculum erat matronarum, de quo multa Ro-weydnus, in Onomast., verb. *Basterna*. Confer etiam epigramma vetus in collectione Pithœi :

Aurea met onas claudit basterna pudicas.

CAP. XIII. Num. 1. *Baculus*. *Baculi* originem Hebraicam Beemaius exponit.

N. 3. *Forpices*... *forpiceps*... *forpices*. Dubitat Vossius, in Etymol., de Latinitate vocis *forpiceps*, quæ tamen reperitur in Orthographia Cassiodorii, cap. 4, ex Vel. Dongo, et apud Sidonium, in Polentii epithal., carm. 15, vers. 185, ex optimis exemplaribus. Alios scriptores mediæ ævi, qui distinctionem hanc Isidorianam inter *forpex*, *forfex* et *forpices* amplexi sunt, et explicauerunt, recenset, et exscribit Ducangius, quem satis sit indicasse.

N. 5. *Catenatum*. Fortasse *catenatum*, seu *catenatum*, est pessulus quod Itali dicunt *catenaccio*, Hispani *cerrojo*. Vox Hispana *candado*, Italica *lucchetto*, significat quoddam instrumentum quod sine clavi clauditur, et clavi aperitur. In Vita sancti Fructuosi, cap. 19, al., n. 18 : *Habitaculi ostia... catenatis, et seris, diversisque duris obserantes claustris*. In argumento non ita obvio explicando versatis fuit Laur. Joan. Molin., qui dissertationem De clavibus veterum edidit.

CAP. XIV. Num. 1. *Occulto*. In editionibus Lucretii est *occulte pro occulto*. Apud Servium, ad I Georg., vers. 46 : *Et sulco attritus, etc.*, sic legitur : *Occulto decrescit vomer in arvo*.

N. 2. *Buris*. Dicitur etiam *burra*, *buræ*. Grialius in textu edidit in quo *vomer inducitur*, in not. innotuit apud Isidorum legi *includitur*. Apud Servium utrumque verbum reperitur ad lib. I Georg., vers. 172 : *Dentale est lignum, ad quod vomer includitur... Num fere hujusmodi sunt omnes vomeres in Italia. Dentale vero est lignum in quo vomer inducitur*.

N. 5. *Falcastrum*. E Gregorio Magno, lib. II Dialog., cap. 6 : *Et dare ferramentum jussit, quod ad falcis similitudinem falcastrum vocatur, ut de loco quodam vepres absunderet*. Occurrit apud alios posterioris ævi scriptores.

N. 6. *Rastrum*. Diversum est a *rutro*; nam hoc fodienda terræ inserviebat, illud radendæ et poliendæ. Vide Salsasiuum, pag. 365 Exercit. Plinian.

N. 7. *Quod circa codicem*. Papias : *Quod circa caudicem, etc.* Glossarium Anglosaxonicum Ælfrici : *Scudicia, vel fossorium spad*. Scribitur etiam *scuditia*.

N. 10. *Tribula*. Hispanice *trillo* dicitur. Hujus instrumenti figuram, uti et *postelli*, quod non multum a tribula differt, expressit Schœtgenius, in Antiquitate pag. 54 et 36. Voce *Pala* utitur etiam Juvenalis, lib. I, vers. 378. Vide, quæ notavi ad eum locum.

N. 11. *Frumenta cillantur*. Servius, ad lib. II Georg., vers. 389 : *Quibus frumenta cillantur a cilleo*. Isidorus utitur verbo *cillo*, *cillis*, quod perinde est.

N. 12. *Tesseræ frumentariæ* illæ erant quibus exhibitis unusquisque a præfecto annonæ certam frumenti summam accipiebat, quales Romæ olim pauperibus dabantur levandæ inopiæ causa. Vide Suetonium, in Augusto, cap. 40 et 41, et Nerone, cap. 11, Juvenalem, Martialem et alios.

N. 13. *Verennes, etc.* Papias addit esse instrumenta rusticorum. Qualia fuerint, alii non explicant. Columella, loc. cit. a Grialio, ait : *Baccas myrti fascellæ ligneo inclusas exprimito*. Ex quo *fascellus* a plerisque deducitur, non *fiscellum*, ut Grialius innuit. Usitatum nomen est *fiscella*. In Glossario Saxonico Ælfrici : *Fisculum Eteseoche*, ad verbum *oleum infirmorum*.

CAP. XV. N. 1. *Haustra*. Nonius, cap. I, num. 43, censet, *haustra* esse cados quibus aqua hauritur, machinæ rotæ additis; cui favet Vitruvius, lib. x, cap. 9. Verba Nonii hæc sunt : *Haustra proprie dicuntur rotarum cadi ab hauriendo, sicuti Græcæ ἄρσεν*.

N. 2. *Gyrgillus*. Itali dicunt *girella*, Hispani *poles*. Joannes de Janus aliam præterea significationem huic nomini tribuit : *Gyrgillus a gyrum instrumentum femininum, quod alio nomine dicitur volutorium, quia vertendo in gyrum inde fila devolvuntur*. Alii scribunt *girgillus*.

N. 3. *Telonem*. Pithœus, lib. II Advers., cap. 16, corrigebat vel *tellenonem*, vel *toltonem*. Et nonnulli quidem *toltonem* apud Plautum et Columellam legunt : sed plerique alii repugnant. *Tollenonis* meminit etiam Seneca philosophus. In quibusdam excusis unum verbum et duobus sit *Hamalupus*. Salsasius, in Trebell. Pollion., pag. 27, vers. 30, docet, *amam*, sive *hamam* e Græcis esse instrumentum quo foditur hortus, non instrumentum ad restinguendum ignem, ut alii volunt. Sed loca a Grialio adducta aliud suadent. Adde Juvenalem, sat. XIV, vers. 305 :

Dispositis prædices hamis vigilare cohortes  
Servorum noctu Licinius jubet.

N. 4. *Lupus*... *Canicula*... *Harpax*. *Lupi*, hac significatione Livius meminit; *canicula*, nescio an alii præter Isidorum. Pro *harpax* melius esse *harpago*.

CAP. XVI. Num. 1. *Fressa*. Scribitur *fressus* et *fressus*.

N. 2. *Lupata*. Montfauconius, Antiqu. Explic. lib. III, cap. I, tit. 4, part. I, agit de *lupatis frenis*, quæ ut ex Isidoro colligitur, lupinis dentibus instructa erant. Alii putant lupatorum extremas oras extra os equi capitibus luporum terminatas fuisse. Neutram interpretationem difficultate carere ait Montfauconius. Ovidius *lupata lupos* vocavit. Confer cap. præc., num. 4, et Var. Lect.

N. 4. *Antella*... *Cingulum*. Grialius in textu conservavit *antella*, neque mutandum censeo. Potuit enim utroque modo dici. In I Cod. Goth. Tolet., ad vocem *Antella*, est glossa *pectorata*. Ehardus Bethuniensis, in Græcismo, cap. 10 : *Est antella, quod est in pectore quadrupedantis... Dicitur postella, quod est a posteriori* Scriptum quoque reperies *antella, antilena, postelina, postela, etc.* Pro *cingula*, fem. gen., Hispani dicunt *cincha*, Itali *cigna*, *cinghia*. Utitur ea voce Ovidius.

N. 5. *Sagma*... *salma*. *Saga* coopertoria equorum sæpe nominantur, neque audiendi qui hanc vocem corrigunt, quamvis *sagma* Græcum sit, non a *sagis* deductum. Vide Casaubonum, in Capitolin., pag. 57, vers. 22. Vox *salma* in quasdam vulgares linguas transit. Inde Hispani vocant *ensalma, enjalma*. Fortasse ex *sagma* oritur vocabulum *soma* apud Italos. Schefferus, de Re vehic., lib. II, cap. 2, existimat *saginas* fuisse clitellas quibus onera imponebantur : *sellas, strata*, aut *saga* pertinuisse ad homines, qui illis sedebant; *saginas* ad clitellas ad onera recipienda. Pro *capulum funis*, ut *funus*, ut alicubi legitur, Gisbertus Cuperus, Observat. lib. II, cap. 9, corrigebat *capulus funis*, ut *capulus* sit adjectivum. Sed nullam idoneam rationem affert. Retineamus ergo *capulum*, aut cum Isidori glossario et Papiæ *capulum*. In quibusdam vulgaribus linguis *cable* est funis nauticus.

N. 6. *Stimuli*. Stimulus a Græco στίξω derivatur, quod est *pungo*.

N. 7. *Strigiles*... *Character*. Figuram *strigilis* expressit Mercurialis, lib. I, cap. 8, de Art. gymnast. *Character* proprie est nota instrumento ferreo, aut alio modo insculpta, inusta, aut inscripta. De ferro

candente, quo signabantur armenta et greges, disse- rit Georgius Longus, de Annul. signat., cap. 11., qui recte præferebat *ferrum coloratum* scripturæ quarundam Editionum *ferrum coloratum*. Modum has notas et signa animalibus imprimendi describit Calpurnius, ecl. 5, vers. 84 seqq. Exstat dissertatio philologica

A Sigismundi Friderici Dresigii, de Usu stigmatum apud veteres, ut omittam notam opus Theophili Raynaudi, de Stigmatismo sacro et profano.

N. 8. *Cautertum*, a καίω, uro. Notæ sæpe cauterio pro signo inurebantur, ne avari res alienas, præsertim armenta et greges usurparent.

NOTÆ SENTENTIARUM.

- |                                     |  |
|-------------------------------------|--|
| 1. Astericus * * ✕ ✕ ✕              | 16. Diple aversa < > 2                             |
| 2. Obelus — — — →                   | 17. Diple Aversa cum Obelo ↔ 2                     |
| 3. Obelus superne adpunctus ↖ — → — | 18. Diple superne obelata ↗ ↘ ↙ ↚                  |
| 4. Limniscus — ÷ —                  | 19. Diple recta, et aversa superne obelata > < ↗ ↘ |
| 5. Antigraphus cum puncto γ γ       | 20. Ceraunium ✕ ∇                                  |
| 6. Asteriscus cum Obelo * → ✕ → ✕ — | 21. Chresimon ✕                                    |
| 7. Paragraphus √ √                  | 22. Rhi et Rho Ϝ                                   |
| 8. Positura 7 9 >                   | 23. Anchora superior ϝ                             |
| 9. Cryphia ∪                        | 24. Anchora inferior Ϟ                             |
| 10. Antisigma ∪                     | 25. Coronis 3 √ √                                  |
| 11. Antisigma cum puncto ∪ ∪        | 26. Alogus   5   ? ∇ ∇ +                           |
| 12. Diple >    ∇                    | 27. Figura accentus Hyphen ~ √                     |
| 13. Diple πει σιχον > >             |  |
| 14. Diple περιτεγμένη > ∇ ∇ ∇       |  |
| 15. Diple ὀδελισμένη > > ∇          |  |

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

<i>Præfatio.</i>	9	CAP. II.—De septem liberalibus artibus.	74
<i>J. Grial Philippo III, catholico regi.</i>	11	CAP. III.—De litteris communibus.	<i>Ibid.</i>
<i>J. Grial ad lectorem.</i>	13	CAP. IV.—De litteris Latinis	77
VITA SANCTI ISIDORI.	19	CAP. V.—De grammatica.	81
Prologus.	<i>Ibid.</i>	CAP. VI.—De partibus orationis.	82
CAPUT PRIMUM.—Sancti Isidori prosapia illustris et sancta.—Instituto in litteris.	21	CAP. VII.—De nominibus.	<i>Ibid.</i>
CAP. II.—Nutritia cum sancto Gregorio Magno.—Liber Etymologiarum conscriptus.—Scientia sacra adversus hæreses, imprimis Arianam, exerta.	21	CAP. VIII.—De pronomine.	83
CAP. III.—Orthodoxa fides per sanctum Isidorum propagata.—Ejusdem cellula.—Clausi vita.	28	CAP. IX.—De verbo.	86
CAP. IV.—S. Leandri episcopi Hispalensis obitus, et libri scripti.—Successio S. Isidori.	31	CAP. X.—De adverbio.	87
CAP. V.—Cura in institutione clericorum, monachorum, laicorum.—Iter Romanum.—Pluvia impetrata.—Mortua resuscitata.	36	CAP. XI.—De participio.	88
CAP. VI.—Alphabetum Orationis ad tentamenta repellenda Adversarii et Dei gratiam promerendam.	42	CAP. XII.—De conjunctione.	<i>Ibid.</i>
CAP. VII.—Epistolæ ad varios.	<i>Ibid.</i>	CAP. XIII.—De præpositionibus.	<i>Ibid.</i>
CAP. VIII.—Synodus Hispalensis. Hæreticus conversus, cæcus illuminatus.—Epistolæ ad varios.	<i>Ibid.</i>	CAP. XIV.—De interjectione.	89
CAP. IX.—Synodus Toleti habita. Træclara in morbo præparatio ad felicem obitum.	43	CAP. XV.—De voce.	<i>Ibid.</i>
CAP. X.—Sancti Isidori obitus, sepultura, epitaphium; varia encomia.	48	CAP. XVI.—De syllaba.	<i>Ibid.</i>
CAP. XI.—Abbreviatio Braulii Cæsaraugustani episcopi de vita sancti Isidori, Hispaniarum doctoris.	53	CAP. XVII.—De pedibus.	90
<i>Notitia historica in sanctum Isidorum.</i>	57	CAP. XVIII.—De accentibus.	93
<i>Testimonia de sancto Isidoro Hispalensi.</i>	63	...AP. XIX.—De figuris accentuum.	94
<i>J. Grial ad Etymologiarum libros admonitio.</i>	69	CAP. XX.—De positura.	93
ETYMOLOGIARUM LIBRI XX.	73	CAP. XXI.—De notis sententiarum	96
Præfatio.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXII.—De notis vulgaribus.	98
LIBER PRIMUS.—DE GRAMMATICA.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXIII.—De notis juridicis.	99
CAPUT PRIMUM.—De disciplina et arte.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXIV.—De notis militaribus.	<i>Ibid.</i>
		CAP. XXV.—De notis litterarum.	100
		CAP. XXVI.—De notis digitorum.	<i>Ibid.</i>
		CAP. XXVII.—De orthographia.	101
		CAP. XXVIII.—De analogia.	104
		CAP. XXIX.—De etymologia.	103
		CAP. XXX.—De glossis.	106
		CAP. XXXI.—De differentiis.	<i>Ibid.</i>
		CAP. XXXII.—De barbarismo.	<i>Ibid.</i>
		CAP. XXXIII.—De solæcis i. o.	107
		CAP. XXXIV.—De vitis.	108
		CAP. XXXV.—De metaplasmis.	109
		CAP. XXXVI.—De schematibus.	110

CAP. XXXVII.—De tropis.	112.	CAP. XXXV.—De celeritate cœli.	171
CAP. XXXVIII.—De prosa.	117	CAP. XXXVI.—De axe cœli.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXXIX.—De metris.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXXVII.—De celestibus poliis.	173
CAP. XL.—De fabula.	121	CAP. XXXVIII.—De cardinibus cœli.	<i>Ibid.</i>
CAP. XLI.—De historia.	122	CAP. XXXIX.—De convexis cœli.	<i>Ibid.</i>
CAP. XLII.—De primis auctoribus historiarum.	<i>Ibid.</i>	CAP. XL.—De januis cœli.	<i>Ibid.</i>
CAP. XLIII.—De utilitate historiarum.	123	CAP. XLI.—De gemina facie cœli.	<i>Ibid.</i>
CAP. XLIV.—De generibus historiarum.	<i>Ibid.</i>	CAP. XLII.—De quatuor partibus cœli.	<i>Ibid.</i>
LIBER SECUNDUS.—DE RHETORICA ET DIALECTICA.	124	CAP. XLIII.—De hemisphæris.	175
CAPUT PRIMUM.—De rhetorica ejusque nomine.	<i>Ibid.</i>	CAP. XLIV.—De quinque circulis cœli.	<i>Ibid.</i>
CAP. II.—De inventoribus rhetoricæ artis.	<i>Ibid.</i>	CAP. XLV.—De circulo zodiaco.	174
CAP. III.—De nomine oratoris et partibus rhetoricæ.	125	CAP. XLVI.—De candido circulo.	<i>Ibid.</i>
CAP. IV.—De tribus generibus causarum.	<i>Ibid.</i>	CAP. XLVII.—De magnitudine solis.	<i>Ibid.</i>
CAP. V.—De gemino statu causarum.	126	CAP. XLVIII.—De magnitudine lunæ.	<i>Ibid.</i>
CAP. VI.—De tripartita controversia.	127	CAP. XLIX.—De natura solis.	<i>Ibid.</i>
CAP. VII.—De quatuor partibus orationis.	<i>Ibid.</i>	CAP. L.—De cursu solis.	175
CAP. VIII.—De quinque modis causarum.	128	CAP. LI.—De effectu solis.	<i>Ibid.</i>
CAP. IX.—De syllogismis.	<i>Ibid.</i>	CAP. LII.—De itinere solis.	<i>Ibid.</i>
CAP. X.—De jege.	130	CAP. LIII.—De lumine lunæ.	176
CAP. XI.—De sententia.	131	CAP. LIV.—De forme lunæ.	<i>Ibid.</i>
CAP. XII.—De cataseve et anaseve.	<i>Ibid.</i>	CAP. LV.—De intervallo lunæ.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIII.—De prosopopœia.	132	CAP. LVI.—De cursu lunæ.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIV.—De ethopœia.	<i>Ibid.</i>	CAP. LVII.—De vicinitate lunæ ad terras.	<i>Ibid.</i>
CAP. XV.—De generibus questionum.	<i>Ibid.</i>	CAP. LVIII.—De eclipsi solis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVI.—De elocutione.	133	CAP. LIX.—De eclipsi lunæ.	177
CAP. XVII.—De trinodo dicendi genere.	<i>Ibid.</i>	CAP. LX.—De differentia stellarum, siderum et astro-	
CAP. XVIII.—De colo, commate et periodo.	<i>Ibid.</i>	rum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIX.—De vitis litterarum, et verborum, et sententiarum cavendis.	134	CAP. LXI.—De lumine stellarum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XX.—De juncturis verborum.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXII.—De stellarum situ.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXI.—De figuris verborum et sententiarum.	135	CAP. LXIII.—De cursu stellarum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXII.—De dialectica.	140	CAP. LXIV.—De vario cursu stellarum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXIII.—De differentia dialecticæ et rhetoricæ artis.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXV.—De intervallis stellarum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXIV.—De definitione philosophiæ.	141	CAP. LXVI.—De numero circulari stellarum.	178
CAP. XXV.—De isagogis Porphyrii.	142	CAP. LXVII.—De stellis planetis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXVI.—De categoriis Aristotelis.	143	CAP. LXVIII.—De præcedentia et antegradatione stellarum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXVII.—De perihemenniis.	145	CAP. LXIX.—De remotione vel retrogradatione stellarum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXVIII.—De syllogismis dialecticis.	146	CAP. LXX.—De statu stellarum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXIX.—De divisione definitionum ex Martii Victorini libro abbreviata.	148	CAP. LXXI.—De nominibus stellarum, quibus ex causis nomina acceperunt.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXX.—De topicis.	151	LIBER QUARTUS.—DE MEDICINA.	185
CAP. XXXI.—De oppositis.	155	CAPUT PRIMUM.—De medicina.	<i>Ibid.</i>
LIBER TERTIUS.—DE QUATUOR DISCIPLINIS MATHEMATICIS.	<i>Ibid.</i>	CAP. II.—De nomine ejus.	<i>Ibid.</i>
Prefatio.	<i>Ibid.</i>	CAP. III.—De inventoribus medicinarum.	<i>Ibid.</i>
CAPUT PRIMUM.—De vocabulo arithmetice disciplinæ.	<i>Ibid.</i>	CAP. IV.—De tribus hæresibus medicorum.	<i>Ibid.</i>
CAP. II.—De auctoribus ejus.	155	CAP. V.—De quatuor humoibus corporis.	184
CAP. III.—Quid sit numerus.	<i>Ibid.</i>	CAP. VI.—De acutis morbis.	185
CAP. IV.—Quid præstent numeri.	<i>Ibid.</i>	CAP. VII.—De chronicis morbis.	187
CAP. V.—De prima divisione parium et imparium.	156	CAP. VIII.—De morbis qui in superficie corporis videntur.	191
CAP. VI.—De secunda divisione totius numeri.	158	CAP. IX.—De remediis et medicaminibus.	193
CAP. VII.—De tertia divisione totius numeri.	160	CAP. X.—De libris medicinis.	194
CAP. VIII.—De differentia arithmetice, geometricæ et musicæ.	<i>Ibid.</i>	CAP. XI.—De instrumentis medicorum.	<i>Ibid.</i>
CAP. IX.—Quod numeri infiniti existunt.	161	CAP. XII.—De odoribus et unguentis.	195
CAP. X.—De geometricis inventoribus, et vocabulo ejus.	<i>Ibid.</i>	CAP. XIII.—De initio medicinarum.	196
CAP. XI.—De quadripartita divisione geometricæ.	<i>Ibid.</i>	LIBER QUINTUS.—DE LEGIBUS ET TEMPORIBUS.	197
CAP. XII.—De figuris geometricæ.	162	CAPUT PRIMUM.—De auctoribus legum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIII.—De principis geometricæ.	<i>Ibid.</i>	CAP. II.—De legibus divinis et humanis.	198
CAP. XIV.—De numeris geometricæ.	165	CAP. III.—Quid differant inter se jus, leges, et mores.	199
CAP. XV.—De musica et ejus nomine.	<i>Ibid.</i>	CAP. IV.—Quid sit jus naturale.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVI.—De inventoribus ejus.	<i>Ibid.</i>	CAP. V.—Quid sit jus civile.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVII.—Quid possit musica.	<i>Ibid.</i>	CAP. VI.—Quid sit jus gentium.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVIII.—De tribus partibus musicæ.	164	CAP. VII.—Quid sit jus militare.	200
CAP. XIX.—De triformi musicæ divisione.	<i>Ibid.</i>	CAP. VIII.—Quid sit jus publicum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XX.—De prima divisione musicæ, quæ harmonica dicitur.	<i>Ibid.</i>	CAP. IX.—Quid sit jus Quiritium.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXI.—De secunda divisione, quæ organica dicitur.	166	CAP. X.—Quid lex.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXII.—De tertia divisione, quæ rhythmica nuncupatur.	167	CAP. XI.—Quid scita plebium.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXIII.—De musicis numeris.	169	CAP. XII.—Quid s-natusconsultum.	201
CAP. XXIV.—De astronomiæ nomine.	<i>Ibid.</i>	CAP. XIII.—Quid constitutio et edictum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXV.—De inventoribus ejus.	<i>Ibid.</i>	CAP. XIV.—Quid responsa prudentum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXVI.—De institutoribus ejus.	<i>Ibid.</i>	CAP. XV.—De legibus consularibus, et tribunitiis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXVII.—De differentia astronomiæ et astrologiæ.	170	CAP. XVI.—De lege satyra.	202
CAP. XXVIII.—De astronomiæ ratione.	<i>Ibid.</i>	CAP. XVII.—De legibus Rhodiis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXIX.—De mundo et ejus nomine.	<i>Ibid.</i>	CAP. XVIII.—De privilegiis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXX.—De forma mundi.	<i>Ibid.</i>	CAP. XIX.—Quid possit lex.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXXI.—De cœlo et ejus nomine.	<i>Ibid.</i>	CAP. XX.—Quare facta sit lex.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXXII.—De situ sphaeræ celestis.	171	CAP. XXI.—Qualis debeat fieri lex.	205
CAP. XXXIII.—De motu ejusdem.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXII.—De causis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXXIV.—De cursu ejusdem sphaeræ.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXIII.—De testibus.	<i>Ibid.</i>
		CAP. XXIV.—De instrumentis legalibus.	<i>Ibid.</i>
		CAP. XXV.—De rebus.	206
		CAP. XXVI.—De criminibus in lege conscriptis.	209
		CAP. XXVII.—De penis in legibus constitutis.	211
		CAP. XXVIII.—De chronice vocabulo.	214
		CAP. XXIX.—De momentis et horis.	<i>Ibid.</i>
		CAP. XXX.—De diebus.	215

CAP. XXXI. — De nocte.	217
CAP. XXXII. — De hebdomada.	218
CAP. XXXIII. — De mensibus.	219
CAP. XXXIV. — De solstitiis et æquinoctiis.	220
CAP. XXXV. — De temporibus anni.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXXVI. — De annis.	221
CAP. XXXVII. — De olympiadicis, et lustris, et jubileis.	222
CAP. XXXVIII. — De sæculis et sætibus.	223
CAP. XXXIX. — De discretione temporum.	224
<b>LIBER SEXTUS. — DE LIBRIS ET OFFICIIS ECCLESIASTICIS.</b>	229
CAPUT PRIMUM. — De Veteri et Novo Testamento.	<i>Ibid.</i>
CAP. II. — De scriptoribus et vocabulis sanctorum librorum.	230
CAP. III. — De bibliothecis.	235
CAP. IV. — De interpretibus.	236
CAP. V. — De eo qui primum Romam libros advexit.	<i>Ibid.</i>
CAP. VI. — Qui apud nos bibliothecas instituerunt.	237
CAP. VII. — Qui multa scripserunt.	<i>Ibid.</i>
CAP. VIII. — De generibus opusculorum.	<i>Ibid.</i>
CAP. IX. — De ceris.	239
CAP. X. — De chartis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XI. — De pergamenis.	240
CAP. XII. — De libris conficiendis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIII. — De librorum vocabulis.	241
CAP. XIV. — De libraris, et eorum instrumentis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XV. — De canonibus Evangeliorum.	242
CAP. XVI. — De canonibus conciliorum.	243
CAP. XVII. — De cyclo paschali.	243
CAP. XVIII. — De reliquis festivitibus.	250
CAP. XIX. — De officiis.	252
<b>LIBER SEPTIMUS. — DE DEO, ANGELIS, ET FIDELI M ORDINIBUS.</b>	259
CAPUT PRIMUM. — De Deo.	<i>Ibid.</i>
CAP. II. — De Filio Dei.	264
CAP. III. — De Spiritu sancto.	268
CAP. IV. — De eadem Trinitate.	271
CAP. V. — De angelis.	272
CAP. VI. — De hominibus qui quodam præ-sagio nomen acceperunt.	274
CAP. VII. — De patriarchis.	281
CAP. VIII. — De prophetis.	283
CAP. IX. — De apostolis.	287
CAP. X. — De reliquis in Evangelio nominibus.	289
CAP. XI. — De martyribus.	290
CAP. XII. — De clericis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIII. — De monachis.	293
CAP. XIV. — De cæteris fidelibus.	294
<b>LIBER OCTAVUS. — DE ECCLESIA ET SECTIS DIVERSIS</b>	<i>Ibid.</i>
CAPUT PRIMUM. — De Ecclesia et Synagoga.	<i>Ibid.</i>
CAP. II. — De religione et fide.	295
CAP. III. — De hæresi et schismate.	296
CAP. IV. — De hæresibus Judæorum.	297
CAP. V. — De hæresibus Christianorum.	298
CAP. VI. — De philosophis gentium.	305
CAP. VII. — De poetis.	308
CAP. VIII. — De sibyllis.	309
CAP. IX. — De magis.	310
CAP. X. — De paganis.	314
CAP. XI. — De diis gentium.	<i>Ibid.</i>
<b>LIBER NONUS. — DE LINGUIS, GENTIBUS, REGNIS, MILITIA, CIVIBUS, AFFINITATIBUS.</b>	325
CAPUT PRIMUM. — De linguis gentium.	<i>Ibid.</i>
CAP. II. — De gentium vocabula.	328
CAP. III. — De regnis et militiæ vocabulis.	341
CAP. IV. — De civibus.	348
CAP. V. — De affinitatibus et gradibus.	353
CAP. VI. — De agnatis et cognatis.	357
CAP. VII. — De conjugis.	363
<b>LIBER DECIMUS. — VOCUM CERTARUM ALPHABETUM.</b>	367
<b>LIBER UNDECIMUS. — DE HOMINE ET PORTENTIS.</b>	377
CAPUT PRIMUM. — De homine et partibus ejus	<i>Ibid.</i>
CAP. II. — De ætibus hominis.	415
CAP. III. — De portentis.	419
CAP. IV. — De transformatis.	421
<b>LIBER DUODECIMUS. — DE ANIMALIBUS.</b>	423
CAPUT PRIMUM. — De pecoribus et jumentis.	<i>Ibid.</i>
CAP. II. — De bestiis.	433
CAP. III. — De minutis animalibus	440
CAP. IV. — De serpentibus.	442
CAP. V. — De vermibus.	448
CAP. VI. — De piscibus.	450
CAP. VII. — De avibus.	459
CAP. VIII. — De minutis rotatilibus.	469

<b>LIBER DECIMUS TERTIUS. — DE MUNDO ET PARTIBUS.</b>	471
Prefatio.	<i>Ibid.</i>
CAPUT PRIMUM. — De mundo.	<i>Ibid.</i>
CAP. II. — De atomis.	472
CAP. III. — De elementis.	473
CAP. IV. — De cælo.	474
CAP. V. — De partibus cæli.	<i>Ibid.</i>
CAP. VI. — De circulis cæli.	478
CAP. VII. — De aere et nubæ.	478
CAP. VIII. — De tonitruo.	<i>Ibid.</i>
CAP. IX. — De fulminibus.	477
CAP. X. — De arcu et nubium effectibus.	<i>Ibid.</i>
CAP. XI. — De ventis.	479
CAP. XII. — De aquis.	481
CAP. XIII. — De diversitate aquarum.	482
CAP. XIV. — De mari.	483
CAP. XV. — De Oceano.	484
CAP. XVI. — De Mediterraneo mari.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVII. — De sinibus maris.	486
CAP. XVIII. — De sætibus, et fretis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIX. — De lacis et stagnis.	487
CAP. XX. — De abyso.	489
CAP. XXI. — De fluminibus.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXII. — De diluviis.	494
<b>LIBER DECIMUS QUARTUS. — DE TERRA ET PARTIBUS.</b>	495
CAPUT PRIMUM. — De terra.	<i>Ibid.</i>
CAP. II. — De orbe.	<i>Ibid.</i>
CAP. III. — De Asia.	496
CAP. IV. — De Europa.	503
CAP. V. — De Lybia.	509
CAP. VI. — De Insulis.	512
CAP. VII. — De promontoriis.	520
CAP. VIII. — De montibus, cæterisque terræ vocabulis.	521
CAP. IX. — De inferioribus terræ.	525
<b>LIBER DECIMUS QUINTUS. — DE EDIFICIIS ET AGRIS.</b>	527
CAPUT PRIMUM. — De civitatibus.	<i>Ibid.</i>
CAP. II. — De ædificiis publicis.	536
CAP. III. — De habitaculis.	541
CAP. IV. — De ædificiis sacris.	543
CAP. V. — De repositoriis.	543
CAP. VI. — De operariis.	548
CAP. VII. — De aditibus.	547
CAP. VIII. — De partibus ædificiorum.	548
CAP. IX. — Demunitionibus.	550
CAP. X. — De tentoriis.	551
CAP. XI. — De sepulcris.	<i>Ibid.</i>
CAP. XII. — De ædificiis rusticis.	552
CAP. XIII. — De agris.	553
CAP. XIV. — De sinitibus agrorum.	554
CAP. XV. — De mensuris agrorum	555
CAP. XVI. — De itineribus.	556
<b>LIBER DECIMUS SEXTUS. — DE LAPIDIBUS ET METALLIS.</b>	559
CAPUT PRIMUM. — De pulveribus, et glebis terræ.	<i>Ibid.</i>
CAP. II. — De glebis ex aqua.	560
CAP. III. — De lapidibus vulgaribus.	562
CAP. IV. — De lapidibus insignioribus.	564
CAP. V. — De marmoribus.	568
CAP. VI. — De gemmis.	570
CAP. VII. — De viridioribus gemmis.	<i>Ibid.</i>
CAP. VIII. — De rubris gemmis.	573
CAP. IX. — De purpureis.	574
CAP. X. — De candidis.	575
CAP. XI. — De nigris.	576
CAP. XII. — De variis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIII. — De crystallis.	577
CAP. XIV. — De ignitis.	578
CAP. XV. — De aureis.	580
CAP. XVI. — De vitro.	582
CAP. XVII. — De metallis.	583
CAP. XVIII. — De auro.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIX. — De argento.	585
CAP. XX. — De ære.	586
CAP. XXI. — De ferro.	588
CAP. XXII. — De plumbo.	589
CAP. XXIII. — De stanno.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXIV. — De electro.	590
CAP. XXV. — De ponderibus.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXVI. — De mensuris.	593
CAP. XXVII. — De signis.	596
<b>LIBER DECIMUS SEPTIMUS. — DE REBUS RUSTICIS.</b>	597
CAPUT PRIMUM. — De auctoribus rerum rusticarum.	<i>Ibid.</i>
CAP. II. — De cultura agrorum.	<i>Ibid.</i>
CAP. III. — De frumentis.	599



CAP. IV. — De legumibus.	601	CAP. LXXV. — De vocabulis tesseraum.	661
CAP. V. — De vitibus.	602	CAP. LXXVI. — De jactu tesseraum.	662
CAP. VI. — De arboribus.	606	CAP. LXXVII. — De calculorum motu.	Ibid.
CAP. VII. — De propriis nominibus arborum.	609	CAP. LXXVIII. — De interdictione aëæ.	Ibid.
CAP. VIII. — De arboribus aromaticis.	620	CAP. LXXIX. — De pila.	Ibid.
CAP. IX. — De herbis aromaticis, sive communibus.	623	<b>LIBER DECIMUS NONUS. — DE NAVIBUS, ÆDIFICIIS ET</b>	
CAP. X. — De oleribus.	635	<b>VESTIBUS.</b>	Ibid.
CAP. XI. — De odoratis oleribus.	638	<b>CAPUT PRIMUM. — De navibus.</b>	Ibid.
<b>LIBER DECIMUS OCTAVUS. — DE BELLO ET LUDIS.</b>	639	CAP. II. — De partibus navium, et ar. amicis.	666
<b>CAPUT PRIMUM. — De bellis.</b>	Ibid.	CAP. III. — De velis.	667
CAP. II. — De triumphis.	641	CAP. IV. — De funibus.	668
CAP. III. — De signis.	642	CAP. V. — De retibus.	6 9
CAP. IV. — De bucculis.	643	CAP. VI. — De fabricum fornacibus.	Ibid.
CAP. V. — De armis.	644	CAP. VII. — De instrumentis fabricorum.	671
CAP. VI. — De gladiis.	Ibid.	CAP. VIII. — De fabricis parietum.	Ibid.
CAP. VII. — De hastis.	645	CAP. IX. — De dispositione.	672
CAP. VIII. — De sagittis.	647	CAP. X. — De constructione.	Ibid.
CAP. IX. — De pharetris.	Ibid.	CAP. XI. — De venustate.	673
CAP. X. — De fundis.	6 8	CAP. XII. — De laqueariis.	Ibid.
CAP. XI. — De arietē.	Ibid.	CAP. XIII. — De crustis.	Ibid.
CAP. XII. — De clypeis.	Ibid.	CAP. XIV. — De lithostrotis.	Ibid.
CAP. XIII. — De loriceis.	619	CAP. XV. — De plastis.	676
CAP. XIV. — De galeis.	Ibid.	CAP. XVI. — De pictura.	Ibid.
CAP. XV. — De foro.	650	CAP. XVII. — De coloribus.	Ibid.
CAP. XVI. — De spectaculis.	651	CAP. XVIII. — De instrumentis ædificiorum.	6 0
CAP. XVII. — De ludo gymnicō.	Ibid.	CAP. XIX. — De lignariis.	Ibid.
CAP. XVIII. — De generibus gymnicozum.	652	CAP. XX. — De inventione lanificii.	655
CAP. XIX. — De saltu.	Ibid.	CAP. XXI. — De veste sacerdotali in lege.	Ibid.
CAP. XX. — De cursu.	Ibid.	CAP. XXII. — De nominibus vestium coloratarum.	684
CAP. XXI. — De jactu.	Ibid.	CAP. XXIII. — De proprio quarundam gentium habitu.	
CAP. XXII. — De virtute.	Ibid.	CAP. XXIV. — De palliis virorum.	689
CAP. XXIII. — De luctatione.	Ibid.	CAP. XXV. — De palliis feminarum.	692
CAP. XXIV. — De palaestra.	Ibid.	CAP. XXVI. — De stratu et reliquis quæ in usu habentur.	693
CAP. XXV. — De agone.	655	CAP. XXVII. — De lanis.	694
CAP. XXVI. — De generibus agonum.	Ibid.	CAP. XXVIII. — De coloribus vestium.	695
CAP. XXVII. — De ludis circensibus.	Ibid.	CAP. XXIX. — De instrumentis vestium.	696
CAP. XXVIII. — De circo.	656	CAP. XXX. — De ornamentis.	697
CAP. XXIX. — De ornamentis.	Ibid.	CAP. XXXI. — De ornamentis capitis feminarum.	698
CAP. XXX. — De metis.	Ibid.	CAP. XXXII. — De annulis.	701
CAP. XXXI. — De obelisco.	655	CAP. XXXIII. — De cingulis.	702
CAP. XXXII. — De carcereis.	Ibid.	CAP. XXXIV. — De calceamentis.	704
CAP. XXXIII. — De aurigis.	Ibid.	<b>LIBER VIGESIMUS. — DE PENO ET INSTRUMENTIS DOMESTICIS ET RUSTICIS.</b>	706
CAP. XXXIV. — De quadrigis.	Ibid.	<b>CAPUT PRIMUM. — De mensis.</b>	Ibid.
CAP. XXXV. — De corru.	Ibid.	CAP. II. — De escis.	Ibid.
CAP. XXXVI. — De equis quibus currunt.	656	CAP. III. — De pota.	711
CAP. XXXVII. — De septem spatiiis.	Ibid.	CAP. IV. — De vasis escariis.	714
CAP. XXXVIII. — De equitibus.	Ibid.	CAP. V. — De vasis potoriis.	716
CAP. XXXIX. — De de ulioribus.	Ibid.	CAP. VI. — De vasis vinariis et squariis.	Ibid.
CAP. XL. — De peditibus.	657	CAP. VII. — De vasis oleariis.	718
CAP. XLI. — De coloribus equorum.	Ibid.	CAP. VIII. — De vasis coquinaris.	Ibid.
CAP. XLII. — De theatro.	658	CAP. IX. — De vasis repositoriis.	719
CAP. XLIII. — De scena.	Ibid.	CAP. X. — De vasis luminariorum.	720
CAP. XLIV. — De orchestra.	Ibid.	CAP. XI. — De lectis et sellis.	722
CAP. XLV. — De tragædis.	Ibid.	CAP. XII. — De vehiculis.	725
CAP. XLVI. — De comædis.	Ibid.	CAP. XIII. — De reliquis quæ in usu habentur.	726
CAP. XLVII. — De thymelicis.	Ibid.	CAP. XIV. — De instrumentis rusticis.	728
CAP. XLVIII. — De histrionibus.	Ibid.	CAP. XV. — De instrumentis hortorum.	728
CAP. XLIX. — De mimis.	659	CAP. XVI. — De instrumentis equeorum.	727
CAP. L. — De saltatoribus.	Ibid.	<b>AD S. ISIDORI ETYMOLOGIARUM LIBROS APPENDICES.</b>	729
CAP. LI. — Quid quo patrono agatur.	Ibid.	<b>PARS PRIMA, ad decem primos libros in Arevali volumine tertio contentos.</b>	Ibid.
CAP. LII. — De amphitheatro.	Ibid.	<b>PARS SECUNDA, ad etymologiarum decem posteriores libros in Arevali volumine quarto contentos.</b>	753
CAP. LIII. — De ludu equestri.	Ibid.	<b>AD ETYMOLOGIAS VARIÆ LECTI NES.</b>	759
CAP. LIV. — De retiariis.	Ibid.	<b>SEMLERI NOTÆ AD ETYMOLOGIAS.</b>	819
CAP. LV. — De secutoribus.	660	<b>FR. ANT. ZACCARIÆ ANNOTATIONES.</b>	853
CAP. LVI. — De laqueariis.	Ibid.	<b>AREVALI NOTÆ IN S. ISIDORI HISPALENSIS ETYMOLOGIAS.</b>	855
CAP. LVII. — De veitibus.	Ibid.		
CAP. LVIII. — De ferali certamine.	Ibid.		
CAP. LIX. — De horum exsecratione.	Ibid.		
CAP. LX. — De alea.	Ibid.		
CAP. LXI. — De pyrgis.	661		
CAP. LXII. — De calculis.	Ibid.		
CAP. LXIII. — De tesseriis.	Ibid.		
CAP. LXIV. — De figuris aleæ.	Ibid.		







# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,  
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS  
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

### RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA  
ECCLESIE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGEN-  
TER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS  
OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS,  
AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TONOS, SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI  
SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGU-  
LARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTANQUE MATERIAM SIGNIFICAN-  
TIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN  
ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLI. ENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATI-  
STICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM DOGMATICUM, MORALE, LITUR-  
GICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ulla EXCEPTIONE; SED PRÆSENTIM  
DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID  
NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO,  
IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ  
SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS  
OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS A  
PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPTIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,  
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS  
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTAN-  
TITER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSENTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,  
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,  
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES  
ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

### SERIES LATINA PRIOR.

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE LATINÆ  
A TERTULLIANO AD INNOCENTIUM III.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR. ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA.  
LATINA, JAM PENSITIS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA  
STAT. MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA  
DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLI-  
CTITUR, ET AD NOVEN ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM  
TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. UTRAQVE VICESIMA QUARTA  
DIE DECENBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE NERE  
LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTRORIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EM-  
PTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272  
PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLI-  
TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRÆ ET SEORSIM  
COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EANDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEN VEL  
PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

### PATROLOGIÆ LATINÆ TOMUS LXXXIII.

SANCTI ISIDORI HISPALENSIS

TOMI QUINTUS, SEXTUS ET SEPTIMUS.

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER  
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENSIA.

1862



SÆCULUM VII. ANNUS 636.

# SANCTI ISIDORI,

HISPALENSIS EPISCOPI,

## OPERA OMNIA,

ROME ANNO DOMINI MDCCXCVII EXCUSA,

RECENSENTE FAUSTINO AREVALO,

QUI

ISIDORIANÀ PRÆMISIT; VARIORUM PRÆFATIONES, NOTAS, COLLATIONES, QUAE ANTEA  
EDITAE, QUAE TUNC PRIMUM EDENDAE, COLLEGIT; VETERES EDITIONES  
ET CODICES MSS. ROMANOS CONTULIT :

NOVA NUNC ET ACCURATIORI EDITIONE DONATA PRÆTIOSISSIMISQUE MONUMENTIS AUCTA :

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

TOMUS QUINTUS.

---

VENIUNT QUATUOR VOLUMINA 28 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDERETUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER  
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTRUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISIENSIA.

1862

## ELENCHUS RERUM

QUÆ IN SANCTI ISIDORI OPERUM TOMO QUINTO CONTINENTUR.

Differentiarum, sive de Proprietate Sermonum libri duo.	col. 9
Lib. I. — De Differentiis Verborum.	9
Lib. II. — De Differentiis Rerum.	69
Allegoriæ quædam sacræ Scripture.	97
De Ortu et Obitu Patrum qui in Scriptura laudibus efferuntur.	129
In libros Veteris ac Novi Testamenti Proœmia.	155
Liber numerorum qui in sanctis Scripturis occurrunt.	179
De Veteri et Novo Testamento Quæstiones XLI.	201
Mysticorum Expositiones Sacramentorum, seu Quæstiones in Vetus Testamentum.	207
In Genesim.	207
In Exodum.	287
In Leviticum.	321
In Numeros.	339
In Deuteronomium.	359
In Josue.	371
In Librum Judicum	379
In Libros Regum	391
In Esdram.	421
In Libros Machabæorum.	423
Varie Lectiones.	433
Index Rerum.	441

*(Elenchum Operum quæ in tomo VI continentur, vide, col. 447; quæ in tomo VII, col. 959 hujusmet voluminis.)*

# SANCTI ISIDORI.

HISPALENSIS EPISCOPI

## DIFFERENTIARUM,

SIVE

## DE PROPRIETATE SERMONUM, LIBRI DUO.

### Præfatio.

ISIDORUS LECTORI SALUTEM.

**I** Plerique veterum sermonum differentias distinguere studuerunt, subtilius inter verba et verba aliquid indagantes. Poetæ autem gentiles [Al. Gentilium] necessitate metrica confuderunt sermonum proprietates [Al. proprietatem]. Sicque ex his consuetudo obtinuit pleraque ab auctoribus [Al. auctoritatibus] indifferenter accipi, quæ quidem quamvis similia videantur, quadam tamen propria inter se origine distinguuntur. De his apud Latinos Cato primus scripsit, ad cuius exemplum, ipse paucissimas partim edidi, partim ex auctorum libris deprompsi, tibi que, lector, pro delectatione [legendium] subnotavi.

### LIBER PRIMUS.

DE DIFFERENTIIS VERBORUM.

#### 2 De littera A.

1. Inter *Aptum* et *utile*. *Aptum* ad tempus, utile ad perpetuum.

2. Inter *Amicum* et *socium*. *Amicus* constat affectu, socius re, quia consortio constat.

3. Inter *Arrogantem* et *abrogantem*. *Arrogans* superbus, *abrogans* humilis. *Arrogans* assumit sibi fiduciam, *abrogans* demit, id est, negans.

4. Inter *Avarum* et *cupidum*. *Avarus* est qui suo [Al. suo] non utitur, *cupidus* qui aliena desiderat.

5. Inter *Amorem* et *cupidinem*. *Aliud est*, inquit

\* DIFFERENTIARUM.—De libris Differentiarum verborum et rerum fuscè disputatum fuit in Isidorianis, cap. 56. Cum duo sint exempla libri de differentiis verborum, aliud ordine alphabetico, quod Grialius primo loco cum notis P. Pantini posuit, aliud sine eo ordine, quod idem Grialius ex Editione Bignæana sumpsit, primum exemplum a nobis tanquam genuinum profertur, alterum ad Appendices tanquam dubium rejicietur. Pantini notas ac varias lectiones sæpe obscure collocatas in meliorem ordinem, ut potui, redegi. Barthius, lib. xxxix Adversar., cap. 6, prælationem ex quodam suo ms. Codice protulit cum nonnulla scripturæ discrepantia, ut *Poetæ necessitate confuderunt... tibi que lecturo*. Alias conjecturas addit, quæ infra suis locis indicabuntur. In ms. Codice Vaticano 3521, quem identidem allegabo, hæc sunt variaz lectiones: *Plerumque veteres... origine distinguuntur... ipse paucissima... deprompsi, et pro delectatione legendium subnotavi*. AREV.

PRÆF.—Servius, ad ill. 1. Æn.: *Nemora inter frondea*.  
1. C. Fronto: *Aptum loco venit, et tempori; utile usus fecit*.

\* Omnes notæ quarum auctor nominatus non est, PANTINI sunt, cui etiam tribuendæ variantes lectiones quæ in textu inter uicinos leguntur. EDIT.

PATROL. LXXXIII.

A Cato, *Philippe*, *amor longe*, aliudque *cupido*. *Accessit illico alter ubi alter recessit: alter bonus, alter malus*. Alii verius amorem et bonu v dixerant et malum, cupidinem semper malum. Amoris [Al., Jam horum] quadripartita differentia est. Est enim justus amor, pius, crudelis, obscenus. Justus amor est uxorum, pius filiorum, crudelis contra naturam, ut Pasiphae, obscenus meretricum.

6. Inter *Auspicia* et *auguria*. *Auspicia* sunt quæ inchoantur et ultro veniunt, *auguria* quæ consuluntur et consequuntur.

*Ibid.* Vat. *et utile quid interest? Et ita in singulis differentiis addit quid interest*. AREV.

B 3. *Abrogans* pro humili fortasse apud alios non reperitur, sed non invenustum est, ait Barthius; pleraque enim Latina, quæ ad in adjectione, ea ab in detractione admittere, observari potest. AREV.

4. Etymolog. lib. x, *Littera A et C*.

*Ibid.* Vat. *omittit desiderat*. AREV.

5. Vid. Non. in voce *Cupido*.

*Ibid.* Vat. *omittit ubi post illico alter*. Idem M., *amor ex uxoribus*. Elegantiissima esse verba Catonis, ait Barthius; nam ubi cupido intrat, exit amor honestus et Socraticus. Legit vero *Philippi*, et suspicatur, denotari aliquam Catonis invectivam in Philippum, seu Philippicam. In Codice Barthii erat *obscenus in æternum*; et quamvis Barthius corrigebat *obscenus meretricum*, tamen dubitabat an legi posset *obscenus in tenerum*, quasi sermo sit de vere aversa, ut in differentia impuri et impudici. Melius esset *Pasiphaes*. AREV.

6. Mælim: *Quæ inchoanti quid ultro ven.*

*Ibid.* *Consoiantur. Al. consultantur. Al. consultantur*.

Inter *Argumentum* et *argumentationem*. Argumentum est quod in principio libri breviter causam pandit, argumentatio est quæ in disputatione fidem assertionibus [Al., assertionemque] facit.

3 8. Inter *Artem* et *artificium*. Ars est natura liberalis, artificium vero gestum manibus [Al., gestu et manib.] constat.

9. Inter *Abconditum* et *absconsum*. Absconsum est cujuslibet arte celatum, absconditum vero naturaliter abditum. Conditum est enim, non consum. Inde et consuere dicitur, quando rupta [Al., erupta] atque aperta quæque texantur [Al., trahuntur]. Porro occultum [Al., occultatum] ab occultendo, id est, claudendo, dictum. Arcanum vero ab arca vel ab arcendo, eo quod ab eo omnes arceantur, id est, prohibeantur. Inde et arces dicuntur, a quibus arceantur hostes. Inde et arca, eo quod arceat. furem. Inde et arcus, eo quod arceat adversarium.

10. Inter *Ante* et *antea*. Ante locum significat et personam, antea tantum tempus.

11. Inter *accubuit* et *recubuit*, hæc differentia est: accubuit in triclinio conviva, recubuit in cubiculo dominus, decubuit languidus. Accubare enim est corpore toto, accumbere cubito.

12. Inter *abscedit* et *discedit*. Abscedit quod a parte quilibet se subtrahit, quod vero a medio dividitur, discedit.

13. Inter *Adulterium* et *fornicationem*. Quod adulterium est alienam uxorem appetere, fornicatio vero non est adulteratio matrimonii foederis, sed cum aliis solutis inœchari.

14. Inter *Altum* et *excelsum*, *sublime* et *arduum*. Altum ex superiori parte et inferiori est, excelsum ex superiori tantum; sublime excelsum est cum aliqua dignitate; arduum, excelsum est & cum ali-

7. Vat. pandit: argumentatio, quæ in disputatione fidem assertionibus constat, et facit. AREV.

8. Vat. mensa liberalis, et mox manibus constans. AREV.

9. Arcanum. Serv., ad illud. Æneid. I: Arcana movebo. Ipse. Etymolog., lib. xx, cap. 9.

— Arces. Etymolog., lib. xv, cap. 2.

— Arca. Varro, iv de Ling. Lat., dict. Arca; et ipse, lib. Etymolog. xx, cap. 9.

— Arceat. Visum est in Etymolog.

— Arcus. Etymolog. lib. xviii, cap. 9.

Ibid. Cod. Vat., quæ exiuntur pro quæque texantur. AREV.

11. Vide Acron., ode 27, lib. iii Horatii.

Ibid. Al.: Inter accubuit, recubuit et decubuit. Barthius existimat vocem dominus ad decubuit retrahendam esse, quod non placet. De cubito vero ex more Romano excitat Horatium: Et cubito remanete presso. In Codice bibliothecæ veteris Vaticanæ 5984, in quo characterem semigothico describuntur regulæ vicecancellariæ per Joannem XXII, hi præmittuntur versiculi:

Sanus eo cubitum, sed læsus vado cubatum;  
Accumbens dormit, discumbens fercula sumit;  
Concumbit, violat; procumbit, nomen adorat;  
Occumbit, moritur; victus succumbere fertur;  
Qui cubat, ille jacet, vigil exubat, incubat ales. AREV.

13. Etymolog. lib. v, cap. 26.

Ibid. Vat. omittit hanc differentiam: Inter adulterium, etc. AREV.

A qua difficultate. Item altus puteus, murus excelsus. Summa videbis in excelso, ima in alto.

15. Inter *Adnissum*, *innixum*, *subnixum* et *obnixum*. Adnissum, conantem [Al., conari] ad aliquid, innixum innitentem in aliquid [Al., inniti ad], ut si quis baculo innitatur, aut columnæ. Subnixum vero instructum aliquo consilio, aut suffultum ex omni parte, obnixum autem obstinatum, vel perseverantem [Al., perseverans].

16. Inter *Alloqui*, *obloqui*, *eloqui*. Alloqui hortantis et jubentis, obloqui obtreptantis, eloqui oratoris.

17. Inter *Amare* et *Diligere* putat differre Cicero, sæpiusque sic utitur, ut distinguat, atque amare ponat pro ardentem amare, at diligere pro levius amare, sicut in epistolis ad Brutum: *Vale, inquit, et nos ama; vel, si id majus [Al., minus] est, dilige [Al., diliges]*. Et rursus: *Sic igitur facies; me aut amabis, aut quo contentus sum, diliges*. Item ad Dolabellam: *Quis erat qui putaret ad eum amorem quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilectissæ*. Alii dixerunt amare nobis naturaliter insitum, diligere vero electione.

18. Inter *Abjicere* et *projicere* distat. Quod enim in despectione est, et neglectum, abjicitur, quod vero foris est penitus a salute, et a beatitudine alienum, hoc projicitur. Projicere autem dictum, quasi porro abjicere.

19. Inter *Arguere* et *coarguere*. Coarguere est coercere et compescere, arguere modo accusare, modo aliquid ostendere, et patefacere est. Virgilius (*Æneid. iv*): *Degeneres animos timor arguit*. Unde et argumenta dicuntur quæ causam ostendunt.

20. Inter *Adlidere* et *elidere*. Adliditur quis proxime, eliditur longe.

14. Servii verba sunt, ad ill. ii Æn., *Torris factus, et alto*:—ALTUM tamen sciendum est, quod et superiorum, et inferiorem altitudinem significat.

— Sublime. Etymolog. lib. x, l. T. S.

— Arduum. Sic Serv. interpretatur illud Georg. ii *Ardna palma, aut alto, aut ad quam difficile pervenitur*.

15. Adnissum in uno ms. Servius tamen, quem Isidorus fere sequitur, alteram scripturam magis probat, ad illud i Æn.: *Triton adnissus acuto, etc.*

— Obnixum. Vetus glossarium, *επιτοχονα*. Nonius, contra adversarium colluctantem.

Ibid. Vat. conantem aliquid... et columnis. AREV.

16. Ex Agrætio.

Ibid. Vulpis, ad Catullum, carm. 38, observat alloqui aliquando usurpari pro consolari. AREV.

17. Vid. Non., dict. amare et diligere.

— Ad Dolab. Fam., lib. ix, epist. 24.

— Diligere vero, Etymolog. lib. x, littera D.

Ibid. Similia Ciceronis verba indicat Barthius, et lib. ix Famil. epist. 14, et addit diligere egregie amare non uno loco Suetonio valere. AREV.

18. Macrob., lib. Satur. vi, cap. 4.

19. Ex Agrætio, in quo male pro compescere compensare, desuntque illa, modo accusare, modo quid, sicut in Parisiensi Editione.

— Causam. Causam causæ est in Agræt.

Ibid. Vat. causas ostendunt. AREV.

20. Ms. Vat., quisque proxime. Et infra: Item circumspicit (forte circumspiciens) quærit cernere. Nam, etc. AREV.



21. Inter *Aspicere* et *respicere*, etc. *Aspicimus* A ante nos, *respicimus* retro; *suspiciamus* sursum, *despicimus* deorsum, *inspicimus* introrsum, *prospiciamus* [ *Al.*, *perspicimus* ] longe, *conspiciamus* circumquaque. Item *aspiciamus* præsentiæ, *respicimus* præterita, *prospiciamus* futura. Qui autem in dexteram lævamque se convertit, hæc aspectat, non aspicit. Notandum sane, quod si et *despicimus* dixerimus, nonnunquam diligenter inquirere significamus. Item *circuminspicere* [ *F.*, *circumspicere* ], quæ nec cernere possis [ *Al.*, quærit cerner. ]. Nam *circuminspicere* [ *F.*, *circumspicere* ] est quærere.

22. Inter *Attendere* et *intendere*. *Attendere* aspicere est, *intendere* vero criminari, aut ad eandem, aut ad injuriam. Perraro [ *Al.*, pro raro ] tamen in bono est.

23. Inter *Audire* et *exaudire*: quod tam boni quam mali audiuntur, exaudiuntur tantum boni.

24. Inter *Adolescere* et *inolescere*. *Adolescere* augmenti est, *inolescere* consuescere.

25. Inter *Annuntiatur*, *nuntiatur* [ *Al.*, *enuntiatur* ], et *denuntiatur* [ *Al.*, *denuntiatur* et *renuntiatur* ]. *Annuntiatur* de futuro, *nuntiatur* [ *Al.*, *enuntiatur* ] de longinquo; *denuntiatur* de [ *Al.*, in ] præsenti, *renuntiatur* de excusando et repudiando.

26. Inter *Advocatur*, *invocatur* et *evocatur*. *Advocatur* daturus patrocinium, *invocatur* præstiturus auxilium, *evocatur* præbiturus [ *Al.*, *præstiturus* ] obsequium.

27. Inter *Abducitur*, *perducitur* et *deducitur*. C *Abducitur* quis ad rem inhonestam, *perducitur* ad studia [ *Al.*, *studium* ] *deducitur* ad honorem.

28. Inter *Adficimur* et *afficimur*. *Adficimur* [ *Al.*, *afficimur* ] honore, *afficimur* [ *Al.*, *Adficimur* ] injuria.

29. Ex Agrætio, in quo male est *aspiciamus sursum*, qui hinc emendandus.

— Notandum. Ex Serv., ad illud i *Æn.*: *Despicens mare velicolum*.

— Quod si. *Al.*, quia si. Servius.

— Nonnunquam. Serv.

— Inquirere. Inquirens, Servius.

22. Interpretes Terent., act. iii, scen. 4, Eunuch.: *Proprie intendere est crimen in adversarium jacere*.

*Ibid.* Vat. in bonum est. AREV.

24. Ex Agrætio. Vid. etiam Non. in diet. *Adolere*.

— Forte legi possit ex Serv., ad illud vi *Æn.*, *Modis inolescere nitris, conrescere*. Propius tamen vero existimo, ut ex Agrætio legamus *inolescere coaugmentis*, addamque tertium membrum: *exolescere evanescenti*.

25. Ex Agrætio.

*Ibid.* Vat. in præsenti. AREV.

26. Ascon. Pedian, in Divinationem.

27. Ex Agrætio, in quo pro *abducitur*, est *adducitur*.

28. Agræt., *afficimus honore, afficimus injuria*, qui hinc forte emendandus.

*Ibid.* Cod. Vat. in honore... in injuria. AREV.

29. Ex Agrætio.

20. Ex Agræt. Vid. Serv., ad ill. iii *Æn.*: *Harum unam inventi*, et ipse Etymolog. lib. x, littera A.

31. Ex Agrætio, et Serv., ad ill. i *Æn.*: *Apparent cari nantes*. Vid. etiam Fest., dict. *Apparet*.

— Non reg... Hæc ab Agrætio absunt, et recte.

29. Inter *Adversam te* et *adversus te*. *Adversum te* adversarius, *adversus te* imitator.

30. Inter *Alterum* et *alium*. *Alter* de duobus dicitur, *alius* de multis. *Alter* enim sine uno esse non potest.

31. Inter *Apparet* et *paret* [ *Al.*, *adparet* et *apparet* ]. *Apparet* [ *Al.*, *adparet* ] qui videtur, *paret* [ *Al.*, *apparet* ] qui obsequitur non regulæ ratione, sed discernendi intellectus gratia.

32. Inter *Aditum* et *ostium*. *Aditum* quibus admittitur [ *Al.*, *admittitur* ], *ostium* quo excluditur [ *Al.*, *excluditur* ].

33. Inter *Arbitrum* et *judicem*. *Arbiter* ex voluntate fit, *judex* ex lege.

34. Inter *Advenam* et *convenam*. *Advenæ* de uno loco venientes, *convenæ* de diversis.

35. Inter *Album* et *candidum*. *Album* natura, *candidum* studio sive cura; *Albos* ergo capillos, *ceram candidam* dicimus. Item *candidum* est quædam nitenti [ *Al.*, ante ] luce perfusum, *album* vero quod auroræ constat esse vicinum.

36. Inter *Albentem* et *albescentem*. *Albentem* dicimus eum qui jam *albus* [ *Al.*, *albus* ], *albescentem* eum qui incipit.

37. Inter *Animum* et *animam* hoc interest, quod *animus* consilii est, *anima* vitæ. *Ista* semper eadem est, *ille* pro affectu mutatur. Item *mentem* antiqui ab *animo* separaverunt: *mentem*, ut sciat, *animum* vero, ut velit, aut possit discere. Præterea nonnunquam, et *animus* pro viribus ponitur.

38. Inter *Alvum* et *ventrem*, et *uterum*. *Alvus* interior receptaculum cibi est, quo sordes defluunt, ut Sallustius, *Simulacrum sibi alvum purgari*. *Venter* est aspectus ipsius partis extrinsecus, ut Juvenalis: *Montanæ quoque venter adest*. *Uterus* a tem proprie

*Ibid.* Ms. vat. sed discernendo. AREV.

32. Videtur differentiam concinasse ex pluribus verbis Servii, ad ill. vi *Æn.*, *Ostia jamque domus patere*. Habes hæc etiam lib. Etymolog. v, cap. 7.

*Ibid.* Vat., *ostia quibus excluduntur*. AREV.

35. Varro, iv de Ling. Lat.

31. Ex Serv., ad ill. viii *Æn.* *Tum manus Ausoniæ*. Ipse Etymolog. lib. x, littera A.

35. Ex C. Front. et ipse Etymolog. lib. x, littera C.

— Item... Ex Serv., ad ill. iii *Georg.*: *Color deterrimus albis*. Ex quo pro *auroræ* leg. *pallori*.

*Ibid.* Hispanis adhuc *alba* auroram notat, atque *Ita* ferè talis, quod animadvertit Barthius, ad verba: *Album vero quod auroræ constat esse vicinum*; et plura observaverat ad Apulianum, qui auroræ *album* lacertum laudat. AREV.

36. Vat., *qui albus est; albescentem qui jam incipit*. AREV.

37. Etymolog. lib. xi, cap. 1.

— Præterea... Etymolog. lib. x, littera A: *Animosus quod sit animis, et viribus plenus*.

*Ibid.* Ms. vat., *affectus immutatur*. In Ms. Barthii, *ista* semper in essendo; corrigit Barthius, *ista* semper in esse uno. Elegantem vocat hujus differentie observationem. AREV.

38. Ex Serv., ad ill. ii *Æn.*: *Uterumque armato milite complent*. Ipse Etymolog. lib. xi, cap. 1.

— Sallustius. Ex fragmentis incertorum lib.

prægnantis est. Sed et hoc a poetis metri necessitate A variatur.

39. Inter *Arma* et *tela*. Arma sunt quibus defendimur [Al., defendimus], tela quæ mittimus [Al., emitimus]. Item arma belli sunt, armamenta navium.

40. Inter *Alluvium* et *colluvium*. Alluvium consumptio est riparum ex aquis, colluvium autem congregatio sordium, quæ sit a fluxione multa.

41. Inter *Aquatam* et *aqueosum*. Aquatam potionem recte dicimus, aqueosum locum qui ex se aquam fundit. Ita et meracam potionem, meracum autem vinum appellamus.

42. Inter *Apricum* et *opacum*. Apricum contrarium est opaco, quasi apertum cælo, vel soli sine [Al., in] horrore frigoris. Et est apricum, quasi [Al., quia] sine statu et frigore. Hinc et Africam dici quidam existimant, quasi Apricam. At contra opacum condensum est, et umbrosum, sicut et amœnum. Amœna autem dicta eo quod amentur.

43. Inter *Acerbum* et *acervum*. Acervus per duas *vv* scribitur, et significat molem. Acerbus per *b* scriptus significat immaturum.

44. Inter *Arbos* et *arbor*. Arbor interdum et sine fructu, arbos vero nonnisi fructifera. Similiter *silva* et *nemus*. Silva interdum est fructuosa, nemus vero arbores umbrosæ et infructuosæ intelliguntur.

45. Inter *Acerbum* et *immaturum*. Acerbum est longe a maturitate positum, immaturum vero proximum maturitati.

46. Inter *Avenam* et *habenam*. Avena per *v* litteram herba est. Habena per *d* litteram lorum est. Habenas autem ab habendo dictas putant, quod his equos habemus, hoc est tenemus, unde et equi habiles dicti.

47. Inter *Avem* et *volucrem*. Aves dicimus quæ per aera levibus [Al., levius] volitant pinnis [Al., pennis], volucres autem non solum aves vocamus, sed quadrupes nimia pernicitate currentes, sed

39. Etymolog. lib. xviii, cap. 5. Aliud discrimen apud Fest. dict. Arma.

—Serv., ad ill. ix Æn.: *Telorum effundere contra omne genus.*

*Ibid.* Vat. post hanc differentiam inserit: *Inter aquam et undam*, etc., ut num. 65. AREV.

40. Etymolog. lib. xiv, cap. 9.

*Ibid.* Consumptio est riparum. Eleganter, ait Barthius; perduntur enim ut non videantur ripæ. Ita *mori flumina* exposuit idem apud Petronium Arbitrum. In Vat. Cod., *consummatio est*. AREV.

41. Ex Agrætio, in quo tamen pro *aquatam* est *aquatium*.

—Dicimus. F. Addendum ex Agrætio, *quæ aquam aliunde recepit, aquos*.

42. Al.: *Est opacum quasi opertum cælo.*

—*Sine statu*. Puto mendum subesse, scribendumque *ἀνω πρίκας*, id est, *sine frigore*, sic et in Serv. leg. ad ill. v Æn.: *Apricis statio gratissima mergis*, et vi Æn., ad ill. *Terris immitit apricis*. Vid. Fest. dict. *Apricum*. Ipse Etymolog. lib. iii, cap. 18.

—*Opacum condensum*. Sic Fest., dict. *Opacum*.

—*Amœnum*. Sic etiam vetus Glossar. *Amœnum* interpretatur *σύναιον τόπον*.

—*Amœna autem*. Ipse Etymolog. lib. xiv, cap. 8.

tamen cum adiectione, ut puta *volucrem equum, volucrem tigridem*. Ut est illud Pacuvii: *Volucris currit axe quadriga*. Nam [Al., sed] et sagittæ volucres dicuntur, quod his pinnæ [Al., pennæ] conglutinantur. Nam sine adiectione tantum alitem sonat.

48. Inter *Anguem*, *serpentem* et *draconem*. In mari angues, in terra serpentes, in templo dracones. Ut Virgilius: *Tranquilla per alta angues*; et paulo post: *Serpens amplexus uterque*. Item: *Delubra ad summa dracones*.

49. Inter *Aureum* et *auratum*. Aureum auro factum, auratum ex alia materia factum, et mistam auro operitur.

50. Inter *Animalia* et *animantia*. Animalia sunt quæ habent animam, animantia tantum ad animas B pertinent.

51. Inter *Austrum* et *ostrum*. Austrum ventum significat, ostrum vero purpuram.

52. Inter *Annuat* et *abnuat*. Annuat concessit, abnuat denegat.

53. Inter *Æs* et *es*. *Æs* metalli materia, *es* vero verbum est.

54. Inter *Animum* et *animam*. Anima sine differentia, animus vero varius est; quod animo sapiamus, anima qua vivimus.

55. Inter *Ad* et *at*. *Ad* præpositio est, *at* vero conjunctio.

56. Inter *Adjuro* et *abjuro*. Adjuro rogo, abjuro nego.

57. Inter *Apud* et *penes*. Quod apud te tunc dico, C cum aliquam partem omnem significo. Nam *penes* possessionem significat, apud autem quasi corpus et librum, non possessio [Al., possessionem]. Dicimus autem, *apud te habeo argentum meum*, non *penes te*; quæ ergo redduntur, apud te habeo; quæ possidentur, penes te habeo.

58. Inter *Amburere* et *comburare*, et *sepelire*. *Comburare* est igni dare, *amburare* ex utraque adurere; *urere* est igni adurere penitus, et ad medullam

Fest., dict. *Amœna*. Servius ad illud. v Æn., *amœna* *piorum*, et vi, *amœna vireta*.

43. Ex Agræti.; ipse Etymolog. lib. xviii, cap. 6.

—*Molem*. Al. *mobilem*. Agrætius male.

44. Ex Agræti., et ipse Etymolog. lib. xvii, cap. 6.

*Ibid.* Vat., et *fructuosæ*. AREV.

46. Ex Agræti. 46; ipse Etymolog. lib. xx, cap. 16.

47. *Volucris currit*. Al.: *Volucris erit ex quad.*

*Ibid.* Cod. vat. omittit, *nimia pernicitate... sonat*; et num. 49 et 50, et ita alios. Barthius in suo Codice legebat: *Volucris currit citata quadriga*; emendabat, *cita pro citata*, ut sit anapæstus. AREV.

48. Ex Servio, ad locum ii Æn. citatum ad verbum.

50. C. Frono: *Animantia animus facit, animalia animam habent*.

52. Vid. Non. dict. *Innuere*, et *Annuere*.

—Sic veteres membranae vocum in Terentio expliar. *Abnuo, nego, subtraho*.

54. Non. Marc., dict. *Animus*, et *Anima*.

*Ibid.* Vat. *anima spiritus, quo vivimus*. AREV.

55. Etymolog. lib. i, cap. 26.

57. Vid. Fest., dict. *Apud*.

58. F. Legend.: *Uri est penitus et ad medullam ignem sentire*. Nam dictiones *est igni adurere* ex illa superioribus, *est igni dare*, sic male irreperant.

ignem sentire. Sepelire est sepulcro cingere, vel A corpus humo tegere et ossa. Inde Virgilius (*Æneid.* 1): *Corpus humo patiare tegi*: Aut (*Æneid.* 1x):

Si qua id fortuna vestit,  
Absenti ferat inferias, decoretque sepulcro.

10 59. Inter *Audacem* et *temerarium*. Audax non timet, temerarius non aestimat periculum.

60. Inter *Ad forum ire* et *in forum ire*. Ad forum significatur aliquis locus in quem imus; in forum, in ipsum forum.

61. Inter *Afrum* et *Africum*, et *Africanum*. Afrum dicimus civem, Africum ventum, Africanum negotiatorem.

62. Inter *Agnoseere* et *cognoscere*. Agnoscimus notos, cognoscimus ignotos.

63. Inter *Auferre*, *adimere* et *eripere*. Auferimus B rem quam dedimus, adimimus jus, eripimus quod ab aliquo [Al., alio] rapimus.

64. Inter *Agere causam* et *dicere*. Quod agit patronus, dicit reus.

65. Inter *Aquam* et *undam*. Unda semper in motu est, aqua vero stativa. Porro imbres nubium sunt, latices fontium. Nam latex propriè liquor fontis est; et dictus, quod in venis terræ lateat.

66. Inter *Æquora* et *maria*. Æquora, non tantum aquæ, sed et campi propter æqualitatem dicti, mare autem tantum congregatio aquarum.

67. Inter *ævum* et *sæculum*. Ævum tantum tempus ostendit, sæculum vero perpetuitatem et tempus. Unde et *in sæcula sæculorum* dicimus.

68. Inter *Æquum* et *justum*. Justus quippe ex lege C est, quasi jus custodiens, æquus autem est qui secundum naturam justus. Etenim justus a jure vivendo, id est, juxta quod jus est faciendo, vocatur.

69. Inter *ægri* et *ægrotum*. Æger propriè animo mœstus, nam corpore ægrotus dicitur. Proinde æger est, et tristis, 11 et male valens, ægrotus autem, sive ægrotans tantummodo male valens.

70. Inter *Ægriudinem* et *ægrotationem*. Sicut

— *Sepelire*. Etymolog. lib. xi, cap. 22.

*Ibid.* Fortasse legendum *ex utraq; parte*, AREV.

59. Ex Agræti mente, *temeritas sine consilio, audacia post consilium*. C. Fronto hinc forte emendandus: *Audax non timet, temerarius non providet*; nam male aliqui, *audax non providet, temerarius non timet*.

62. Serv., ad illud viii Æn.: *Accipio, agnoscoque libens*.

63. C. Fronto: *Auferit qui dedit, adimit imperio coactus, eripit, qui plus volet*.

— *Jus. F., Jussi*, ut infra littera H.

66. Ex Serv., ad ill. i Æn.: *Quæ me æquora possunt*.

— Non., dict. *Æquor.*

67. Serv., ad ill. vi Æn.: *Quem tibi longævo*: — *Ævum* (inquit) *propriè æternitatis est*. Unde quis in Isidoro forte legendum censeat: *Ævum tantum perpetuitatem ostendit*.

68. Etymolog. lib. x, dict. *Æquus*, littera A.

69. Ex C. Fronton. et Agræti.

— Ex. Serv., ad ill. i Æn.: *Cur sique ingentibus æger*. Interpretes Terentii, Act. 1, scen. 2, Andr.

70. Al. ut Cicero, Tuscul. iii.

*Ibid.* Nota Pantini quid sibi velit, nescio. AREV.

74. Vat. et omnium. AREV.

72. Hoc sensu et Fronto: *Beatus, qui apud Græcos*

*ægrotatio in corpore, sive ægritudo in animo nomen habet non se junctum a dolore*. Dolor igitur ægritudo, id est, causa efficiens ægritudinem in animo, tanquam ægrotationem in corpore.

*De littera B.*

71. Inter *Benignitatem* et *bonitatem*. Stoici ita definiunt [Al., distinguunt]: quod benignitas sit virtus ad benefaciendum exposita, lenis, blanda, dulcis alloquio, ad omnium bonorum familiaritatem invitans, bonitas autem bene quidem facere et præstare quod poscitur parata est; non tamen novit suavis esse consortio, et sua cunctos invitare dulcedine.

72. Inter *Beatum* et *felicem*. Beatus sibi tantum est, felix, et aliis [Al., sequenter et aliis], ut est illud Virgilianum:

Sis felix nostramque leves quæcunque [Al., quemcunque] laborem.

Felix autem dicitur, per quem datur et accipitur felicitas, ut *felix tempus, felix locus, felix eventus*.

73. Inter *Beatus, honestus, fortunatus*. Beatus animo, honestus moribus, fortunatus substantia.

74. Inter *Bibere* et *potare*. Bibere naturæ est, potare luxuriæ.

75. Inter *Balineum* et *balneum*. In prosa quotidiano sermone balineum, in versu balneum dicimus.

76. Inter *Barbam* et *barbas*. Barbam hominum, barbas pecudum vel herbarum dicimus. Barbas et hominum, ut apud Virgilium: *Barbas incanaque menta regis Romani*.

12 77. Inter *Bucinam* et *bucinum*. Bucina est tuba qua signum datur in hostes [Al., hostem], Bucinus ipse clangor cænoris.

78. Inter *Bellum* et *prælium*. Bellum indicitur, prælium geritur. In bello enim non statim prælium; in prælio autem statim et bellum. Unde et apud antiquos tuba prælii signum erat, belli buccina. Item bellum totum est, id est, totus conflictus, ut Jugurthinum [Al., jurgium], civile, Punicum. Pugna unius diei, prælium pars pugnæ, licet et pugna duorum sit

*μαχάριος*.

— *Sis felix*. Ex Serv. videtur, ad ill. i Æn.: *Sis felix*, et illud eclog. 5: *Sis bonus, o felixque*.

*Ibid.* Cod. Vat., *felix sequenter et al. is... et adipiscitur felicitas*. AREV.

D 74. In Codice Regio Vaticano 1838, in quo Differentiæ aliquando copiosiores sunt, quam in Excusis, id ita refertur: *Inter bibere et potare: bibimus necessitate, potamus voluntate; alii dicunt: Bibere naturæ est, potare luxuriæ*. AREV.

76. Ex Serv., ad ill. iii Georg.: *Barbas, incanaque menta*. Porro locus quem Isidorus citat. est ex vi Æn., in quo, pro *crines, barbas* legisse constat.

77. Barthius putat *bucinus* esse adjectivum nomen, et describendum, *bucineus canor est ipse clangor*. Pro eo sonitu *bucinatus* exstat apud Papianum. Idem Barthius, alio loco, scilicet lib. xxxvi, cap. 13, observat *bucinum* de sono bucinæ dici, ut ex fragmento Fl. Capri, et ex hac Isidori differentia colligit. AREV.

78. Vide Serv., ad illud viii Æn.: *Qui sese in bella sequantur*.

— *In bello*. C. Fronto.

— *Tuba prælii*. Ex Serv., xi Æn., ad illud: *Bello dat signum*, et ipse Etymolog. lib. xviii, cap. 1 et 4.

— *Prælium pars*. Sic Non. dict. *Bellum*.

aliquando, et sine ferro, unde et a pugno dicta est.

79. Inter *Balsamum* et *opobalsamum*. Balsamum est arbor ipsa, opobalsamum succus collectus ex arbore. Nam opus dicitur succus. Probatio autem balsami, ut dicit Plinius, hæc est: quod si contra solem feratur, et corruptam non sit, manum ferentis exurit.

80. Inter *Bassos* et *bassus*. Bassos nomina propria sunt, Bassus [Al., Balsos] vero appellativa nomina sunt.

81. Inter *Barbarismum* et *solæcismum*. Barbarismus sit in una loquela, solæcismus in pluribus.

*De littera C.*

82. Inter *Cælum* et *æther* ita distinguitur. Quod non tantum ille astriferus [F., astrifer] locus, sed et iste aer cælum vocatur. *Æther* autem sublimior cæli pars est, in quos sidera constituta sunt. Sane et *æther* **13** aer igneus est superior, *æthera* vero lux et splendor est *ætheris*.

83. Inter *Cras* et *crastinum*. Cras ad tempus pertinet, crastinum ad opus ejusdem temporis.

84. Inter *castitatem* et *continentiam* hoc interest. Quod castitas est corporis incorruptio, continentia vero post corruptionem sexui renuntiatio. \* Primum ex his felicitatis est, non esse quod metuas; secundum virtutis est, prosternere hostem libidinis, a quo toties victus atque dejectus es. Quo primum cedere humilitatis est, secundum patientiæ. \* Harum prima felicitatis est, non nosse in totum a quo postea liberari optabis; secunda vero virtutis continere vitium quod optime noveris. Alii continentiam in conjugii [Al., conjugibus] specialibus, castitatem in virginibus intelligunt. Item quidam castitatem accipiunt in mente, virginitatem vero in corpore. Illa est autem vera castitas, quæ nec corpore, nec mente polluitur.

85. Inter *Clamorem* et *clangorem*. Clamor rationa-

*Ibid.* Val. omittit, *id est, lotus confictus*. Barthius memoria hæc digna esse ait, sive ea ex sua observatione Isidorus promat, sive mora suo aliunde describat. Quod autem Barthius sæpe lectionem sui Codicis conjectura emendare conatur, actum plerumque agit; nam jam ea fere omnia in Editione Grialiana correctæ erant, saltem cum Adversaria Barthii in lucem venerunt, quem aliquando Editionem Grialii vidisse constat. AREV.

79. Ex Serv., ad illud in Georg.: *Balsamaque et baccas*.

80. Vetus Glossar. Bassus *σῦλος*.

84. Etymolog. lib. 1, cap. 32. Vid. Agell., lib. v, cap. 20.

82. Utrumque ostendit Varro, lib. iv ling. Lat., diei. *Cælum*.

— Sane... Ex Servio, ad illud in *Æn.*: *Nec lucidus æthera sidera polus*.

84. Al.: *Sexus*. Primum ex his; et infra: *contemnere ea quæ optima noveris*.

*Ibid.* In Editione Grialii indicatur, deesse in aliquibus exemplis verba, *Primum... secundum patientiæ* Ac revera in vetustissimo Codice Vaticano 3521 ita continuatur oratio: *sexui renuntiatio. Horum prima felicitatis est, etc.* Mox idem Cod. in conjugii parentibus intelligunt, castitatem in virginibus. AREV.

86. Citat alterum versum Non., dict. *Gannire*, ex

A bilium, clangor irrationabilium, ut anserum, vel tubarum.

86. Inter *Criminatorem* et *criminantem* hoc interesse auctor Orbilius putat, quod criminator sit qui alteri crimen inferat, et id sæpius faciat, crimilians autem qui crimen inferat, et cum suspitione quoque id faciat quare quis magis noxius videatur. Ut Afranius; *Non sum*, inquit, *tam criminosa* [Al., *criminosus*], *quam tu* [Al., *quantum*], *vipera, gannire ad aurem nunquam didici dominicam* [Al., *domini*].

87. Inter *Callidum* et *versutum*. Callidus est in disputando subdolos, versutus autem cujus mens in negotiorum actu ad quamlibet fraudem facile vertitur. Ergo callidum non pro astuto tantum, **14** sed pro astute docto dicimus, versutum autem ab eo quod animum cito vertat. Unde et Plautus:

*Versutor es quam rota singularis* [Al. *ingularis*].

88. Inter *Curam* et *sollicitudinem*. Sollicitudo moderata est, atque temperabilis; cura vero sine moderatione est; unde et cura dicta est, eo quod cor urat.

89. Inter *Cognitionem* et *agnitionem* quidam sic distinguunt, quod cognitio eorum sit quæ ante non scivimus, et ea postea scire permittitur, agnitio vero eorum quæ prius scientes, deinceps scire devimus, eorumque postea recordamur.

90. Inter *Commentarium* et *commentum*, et *comicum* [F., *commaticum*]. *Commentarium* liber, *commentum*, vel *commentatum* volumen, id est, ex diversis libris comatum, scilicet, ex Veteri et Novo Testamento.

91. Inter *Coram* et *palam*. *Coram* ad personam refertur, dicimus enim *coram illo*, *palam* autem persona caret, quia id ipsum significat quod omnes sciunt. Ergo *coram* ad personam certam refertur, *palam* ad omnes.

prosa (Catii, Rosa) Afranii.

*Ibid.* Barthius suspicatur legendum cum *suspitione occulte id faciat*. In suo Ms. invenit: *tam criminosis, quam tu vituperas*. Alii habent, *tam criminosa, quantum vipera*. AREV.

87. Vid. Donat., in Terent., act. iii, scen. 3. Adolph. — Sic Fest., dict. *Versutus*, et ipse lib. i Etymolog., littera C, et littera R.

— Plautus. In Epidico, scena cujus princip. *Fecisti jam*.

88. Aliter distinguit Donat., act. ii, scen. 4, Phorm. — *Cura vero*. Ex Serv., ad illud in *Æn.*: *Curis que*

*Dingentibus æger*, et in *Æn.*: *Jam dudum saucia cura*.

*Ibid.* Val., *cura vero sine sollicitudine est*. AREV.

90. In uno Manuscripto hæc tantum: *Inter commentarios et commentaria. Commentarii libri, commentaria volumina*.

— *Comatum*. F., *concinatum*, aut *commatum*.

*Ibid.* In Ms. Vat. 3521 solum hoc est, *Commentarium liber, commentum volumen*. In Editis differentia non plene explicatur, cum prætoratur *explicatio* verbi *comicum*. Legendum ergo videtur: *Commentum volumen, id est, ex diversis libris commentatum, Comicum ex Veteri, et Novo Testamento. Comicus, Comicus, et Comes* liber ecclesiasticus erat, *Lectonarius* quoque dictus, de quo vide Ducangium, verbo *Commes*, primo loco. AREV.

92. Inter *Carum* et *cavatum*. Cavum naturaliter, A cavatum manu.

93. Inter *Circiter*, *circa* et *circum*. Circiter ad numerum referendum est, circa ad locum et tempus, circum vero undique. Ergo dicimus [Al., dicamus] circumnisse nos orbem, non circasse [Al., circasse].

94. Inter *Circumpedes* et *antepedes*. Circumpedes sunt obsequia servorum, antepedes amicorum.

95. Inter *Contingit*, *obtingit*, *evenit*, et *accidit*. Contingit eventu, obtingit sorte, accidit casu, evenit vel malo, vel bono.

96. Inter *Corripere*, *objurgare*, et *castigare*. Corripimus verberibus, objurgamus verbo, castigamus verbis, cardibus et verberibus.

97. Inter *Cupere* et *ambire*. Cupere est terrenâ lûera, vel quælibet mundi desideria inaniter quærere, ambire vero honorum gradus, vel ordines potestatum appetere.

98. Inter *Cantare* et *canere*. Cantare tantum vocibus vel clamore insonare est, canere autem interdum modulari interdum vaticinari est, id est, futura prædicere.

99. Inter *Conscribere*, *exscribere*, et reliqua. Placidus: *Conscribere*, inquit, est nulla simul scribere. *Exscribere*, quod alibi scriptum sit transferre, transcribere, cum jus nostrum in alium transit. *Inscribere* accusationis est, ascribere assignationis. *Describere* dictionis [F. ditionis], vel ordinis.

100. Inter *Construere* et *destruere*. Construere est edificare, destruere vero exterminare.

101. Inter *Commodare* et *accommodare*. Commodare est præstare aliquid, accommodare vero aptare.

102. Inter *Consuere* et *suere*, vel *assuere*. Consuere vestium, suere codicum, assuere coriorum.

103. Inter *Consequimur* et *assequimur*. Consequimur pedibus, assequimur studio.

104. Inter *Consuescimus*, *assuescimus*, *insuesci-*

95. Cod. Vat., non circa esse pro non circasse, vel circasse, quod melius videtur. AREV.

94. Ex Agræt. ad verbum.

95. Vide aliud discrimen apud Agrætium.

96. Al.: castigamus cum credimus.

98. Serv., in ill. i Æn.: *Arma virumque cano*; et VIII Æn.: *In limine adesce canebat*.

99. Ex Agræt. omnia.

— Accusationis. — Vel occisionis. Agræt.

— Assignationis. — Significationis. Agræt., male.

— Ordinis. — Ordinationis, ms. 1, et Agræt.

*Ibid.* In nota Pautinerat: *Forte*, ditionis; quod correxi ad ejus mentem, ut puto, *forte*, ditionis. Barthii Codex sic erat interpolatus: *Exscribere*, quod alibi scriptum est, quod verbum medicorum est, transcribere. Pro his, quod verbum medicorum est, Barthius subrogabat, quod verbum indecorum est; pertinet enim ad plagiarios. Observat idem dictionem esse de clamatorum exercitationem, quales dictiones Ennodii ad nos venerunt. AREV.

100. Leg. *destruere*, nisi malis, præeunte Agrætio, *destruere* vero in *excelsum* *struere*.

101. Agræt., dict. *Commodatum*.

— Non., dict. *Accommodat*.

mus. *Consuescimus* 16 bona, *insuescimus* mala, *assuescimus* utraque [Al., utrumque].

105. Inter *Capio* et *capesso*. *Capio* aliquando, *capesso* frequenter.

106. Inter *Cunctos* et *omnes*. *Cuncti* omnes sunt, si modo juncti sunt, et simul faciunt aliquid. *Aliter* omnes dicuntur, non *cuncti*.

107. Inter *Cæteros* et *alios*. Quod *cæteri* ex eodem numero sunt, alii ex alio.

108. Inter *Carulem* et *curiatem*. *Curiales* officiales publici, *curules* vero sætæ, in quibus magistratus sedentes jura reddunt.

109. Inter *Censorem* et *censualem*. *Censores* enim [Al., tantum] *judices* vocantur, *censuales* vero officiales qui censum provincialem exigunt. *Interim* [Al., interdum] et *ensorium* [Al., censorem] hominem pulchrum dicimus.

110. Inter *Cognatum* et *affinem*, et *propinquum*. *Cognatus* ejusdem generis, *affinis* nuptiis veniens, *propinquus* sanguine vel affinitate conjunctus.

111. Inter *Columem* et *incolumem*. *Incolumem* animo accipimus, *columem* corpore. *Columnem* autem sanitas, vel sustentaculum est, quod [Al., quia] a columna est factum, unde et *culmen*, unde et *culmus*.

112. Inter *Comptum* et *compositum*. *Comptum* cura, *compositum* natura.

113. Inter *Crassum* et *grassum*. *Crassum* corporis est pinguedinis [Al., pinguedo]. Nam *grassari* animi nimie crudelitatis.

114. Inter *Crassum* et *obesum*. *Crassus* pinguis est, *obesus* plus est quam pinguis.

115. Inter *Cæruleum* et *caruleum*. *Cæruleus* est color, *cæruleus* qui ex eó colore confectus est natura. Nam *cæruleum* ipsum colorem dicimus.

116. Inter *Corpus* et *carnem*. Quod in omni carne corpus est, non in omni corpore caro. *Caro* enim proprie ossa et sanguis est, quod tamen et corpus est. *Corpus* autem et lapis, et lignum est, quod tamen

103. Agræt.: *Consequimur* studio, *assequimur* poto.

104. Ex Agrætio.

106. Vid. Front., dict. *Omnes*. Festus eadem ferret cum Isidoro, dict. *Cuncti*, et *Ascon.* Ped an. in *Divinationem*.

— Apertior erit lectio: *Aliter omnes dicuntur, non cuncti*. Vid. Serv., ad illud i Æn.: *Tota armenta sequuntur*.

*Ibid.* Vat., *aliter omnes dicuntur cuncti*. AREV.

109. In Ms. Barthii: *Censorium* hominem vultum dicimus. Conjectabat Barthius *vultuosum*; nam *vultuosus* severum notat apud Sidonium et alios. De severitate censoria res nota est. Ego *malim*, *ensorium* hominem pulchrum dicimus. AREV.

111. Vetus glossar., *columnina*, *ἐπισημῶσα*, et *columnem*, *ἐπισημῶσα*, dict. *Columnina*. Ipse *Etymolog.* lib. x, littera C.

113. Ex Agræt., *Crassari*, *grassari*.

— Animi... Agræt.: *Aut animi, aut crudel.*

*Ibid.* *Nimie crudelitatis*. Vat. omittit, *nimie*. AREV.

115. Ex C. Frontone; dicitio *Natura* loco nota possessioni suæ restituenda, legendumque, *Cæruleus est color naturæ*.

116. Sic lib. *Etymolog.* xi, cap. 1.

caro non est. Dictum autem corpus a corruptione, et a caro a carento, vel a cadendo.

117. Inter *Capillos et capillamenta*. Capilli capitis sunt, capillamenta summitates arborum. [Al., arboris].

118. Inter *Collum et cervicem*. Collum [Al., Collus] semper cervicem, cervix [Al. collus] autem dum singulari numero dicitur, significat collum; dum plurali, superbiam, ut Cicero in Verrem (Lib. v): *Prætores tu accusas? Frange cervices*.

119. Inter *Concidit et concidit*. Concidit, eorrecta media syllaba, significat cecidisse, concidit, producta media, significat separasse.

120. Inter *Cassidem et galeam*. Cassis de lamina est, galea de corio [Al., corio fit].

121. Inter *Clypeum et clupeum*. Clypeum sentum, clupeum ornamentum [Al., ornamenta] dicimus. Inter *Clypeum et cluprum*: Clypeus masculino genere est quem scutum dicimus, clupeum neutro dicitur imago, ab eo quod clueat, id est, dicatur et nominetur, et clara sit. Sic et inclytus præclarus dicitur.

122. Inter *Consuetudinem et ritum*. Consuetudo est solitæ rei usus, ex consensu duorum, plurimorumque factus. Ritus vero ad justitiam pertinet, quasi [Al., pendet, quia] rectum, ex quo pium, æquum, sanctumque [Al. s. respicimus].

123. Inter *Cognitorem et procuratorem*. Cognitor non nisi præsens a præsentem præsentem datur, procurator autem et absens constituitur [Al., quem a. constituit] adversus absentem. Item cognitor adversus eum solummodo lite [Al., litem] contendit [Al., defendit] adversus quem ad agendum constitutus est, procurator vero apud omnes. Item cognitor liti tantum dari solet, id est [Al., item], iudicii expediendi gratia, procurator vero et res omnes administrat.

— *Carendo.-Creando* in Etymolog.

117. *Capillamenta seminum*, lib. v.

118. Ex Serv., ad ill. ii Æn. *Cervici imponere nostræ*. Etymolog. lib. xi, cap. 1.

— *Frangere*. In altero exemplari: *Frangere cervices, et superbiam inclinare*, quæ, ut glossematon, inducenda.

119. Sic Aeron., od. 3. lib. i Horatii, in illo versu: *Nequicquam Deus abscedit*, exponit *abscedit, separavit*.

*Ibid.* Barthii membranæ ita: *Inter cassidem et cassidam nihil interest. Galea vero cassis est, quæ de corio fiebat*. AREV.

121. *Clypeum*. Ex Carisio in C. Frontone, male. *Clypeum armorum, clypeum imaginis*.

— *Clypeus*. Locus mutilus, quem sic ex Carisio suppleri posse existimo: « Clypeus masculino genere est, quem scutum dicimus, ab eo quod est clepo, κλεπτος, id est, celo, cum clupeum imago dicatur, et nominetur a clueo, quod clara sit. » Sic et in Serv., ad ill. vii Æn.: *Nec clypei cursusque sonant*: — *Dicit ab eo quod celent corpus ἀπό τοῦ κλεπτος*.

122. Al., *Solito rei consensu usus d.*

*Ibid.* Vat. *ad justitiam pendet*. Et æquum semper præcipimus, pro æquum, sanctumque. AREV.

123. Fest., dict. Cognitor: *C. enim præsens a præsentem datur*.

— *Nisi... Al.: Jussu præsidis præsentem præsentem d.*

*Ibid.* Nemo veterum melius differentiam inter pro-

121. Inter *Cochlearium et cochleare*. Cochlearius qui vendit, cochleare vero species.

125. Inter *Cæstum et cæstum*. Cæstum multitudo cæstum belluam dicimus.

126. Inter *Commune et epicænum*. Commune generis [Al., gentis] est, epicænum vero animalium.

127. Inter *Capillatum et capillosum*. Capillatus capillo grandi, capillosus pilosus et hirsutus.

128. Inter *Cornua et corna*. Cornua animalium, vel antennarum, corna vero pomorum genus.

129. Inter *Capit et cepit*. Cepit de capiendo, cœpit de incipiendo.

130. Inter *Calvum et calvatum*. Calvus est natura, calvatus manu. Inde et decalvatus dicimus valide manu decalvator.

131. Inter *Circa, circum et circiter*. Quod circa est incerti loci de aliqua parte, circum certum undique, circiter numeri pene infiniti.

132. Inter *Causam et rationem*. Quod causa rem vel rationem antecedit, ratio in ipsa re est. Item causa est, propter quam fit aliquid, ratio per quam fit.

133. Inter *Civile et civicum*. Civile est quod ad civitatem pertinet, civicum, quod ipsi cives faciunt.

134. Inter *Cognoscimus et agnoscimus*. Cognoscimus ignoratos mores, agnoscimus quæ nobis exciderant.

*De littera D.*

135. Inter *Diurna, diutina et diuturna*. Diurna a die facta sunt, ut diurna merees, diutina dicta ab eo quod est, quod diu duraverit, diuturna vero a perpetuitate dicta, quasi æterna.

136. Inter *Disertum et discretum* [Al., disertum]. Disertus orator est, discretus est doctus, a discendo dictus.

137. Inter *Divitem et locupletem*. Dives est pecuniis, locuples [Al., locis plenus] autem fundis, quasi locorum divitiis plenus.

curatores et cognitores in sensu proprio expressit, ut advertitur in not. ad Brissonium, lib. iv, cap. 20. Select. Antiquit. In Ms. Vat., *præsens a præsentem datur*; et omittit *Item cognitor... omnes administrat*. AREV.

125. Vat., *belluam dicit*. AREV.

126. Sic lib. i Etymolog., cap. 6.

*Ibid.* Cod. Vat., *commune genus est hominum; epicænum*. Epicæna a communibus differunt, quia communia duos habent articulos, ut *hic et hæc sacerdos*, epicæna vero unum tantum, ut *passer, lepus*, etc. Vide Cledonium, in Arte, pag. 1862, Pustsch. AREV.

130. Decalvationis mentio Concil. Tolet. xvi, cap. 3; Emeritens. cap. 15, et alibi, passim vero in legibus Visegothorum eratque perpetuæ infamiae nota.

*Ibid.* De poena decalvationis plura Ducangius, verb. *Decalvare*, et *decalvatio*. Apud Isidorum verba *valida manu Decalvator* fortasse ex aliquo alio auctore petita sunt exempli loco. AREV.

131. In uno ms.: *Inter circa et circum, quod circa est de aliqua parte loci, circum undique*.

132. C. Fronto: *Causa docet factum, ratio solvit obscura*.

133. Aeron. et Porph. in od. lib. ii Horat. ita tantum distinguunt, quod *civicum* antiqua figura dicitur, civile non item.

135. Al., *adjecta*, nullo sensu pro a die.

136. Ex Agrælio.

— *Disertus est. Loge: Desertus, est derelictus, a*

438. Inter *Defensorem* et *ultorem*. Defensor curat, ne lat injuria, ultor id facit, ne impune sit facta injuria.

439. Inter *Deformem* et *turpem*. Deformis ad corpus vertinet. Turpis ad animum.

20 140. Inter *Dementem* et *dellrum*. Demens est cuiuscunque ætatis amens, et [F., id est] sine mente, delirus autem per ætatem mente defectus: dictus autem ita, eo quod recto ordine, quasi lira, aberrat. Lira enim est arationis genus, cum [Al., cum qua] agricolæ facta [Al., jacta] semente dirigunt sulcos.

141. Inter *Dirum* et *atrocem*. Dirus immisericors, quasi divina ira in id adactus. Atrox, crudelis, hoc est, crudus, neque suavis [Al., suavisibilis].

142. Inter *Dolum* et *dolorem*. Dolor est corporis incommoditas, sive molestia. Dolus vero occulta malitia, blandis sermonibus adornata.

143. Inter *Dolum*, *insidias*, et *fraudes*. Dolus animo fit, insidiæ loco, sive telo, fraus circa fidem mutuum [Al., injuria].

144. Inter *Dementiam* et *amentiam*. Dementia temporale vitium est, amentia perpetuum. Dementia autem dicta, quasi diminutio mentis.

145. Inter *Distinctionem* et *subdistinctionem*. Distinctio finem sensus facit, subdistinctio suspendit [Al., mentem susp.].

146. Inter *Dimidium* et *dimidiatum*. Dimidium est æqua pars divisa, dimidiatum utique pars, sed [Al., si] non æqualis.

147. Inter *Divertit* et *divortit*. Divortio [F., divor-

ti] est separatio, cum mulier a viro discedit, divertit vero, qui a via vel ratione deflectit.

21 148. Inter *Deluit* et *diluit*: Deluit purgat, diluit temperat. Livius, de morte Mitridatis: *Quod cum diluisset*.

149. Inter *Dilectam* et *delectum*. Dilectum a diligendo, delectum ab deligendo [Al., eligendo].

150. Inter *Directum* et *dorectum*. Dorectum per latum est, directum per longum.

151. Inter *Discernere* et *secernere*. Discernit qui in duas partes dividit, secernit, qui ex multis seorsum multa eligit.

152. Inter *Dicere* et *memorare*. Dicit enim, qui semel idem pronuntiat, memorat, non qui semel dicit, sed qui sæpius idem, memoriæ conservandæ causa, facit.

153. Inter *Derigere* et *dirigere*. Derigimus quæ curva sunt, dirigimus, cum aliquo tendimus.

154. Inter *Deportare*, *comportare* et *exportare*. Deportare est aliquid afferre, comportare in unum locum conferre, exportare tollere.

155. Inter *Discedere* et *abscedere*, et cætera. Discedere per divortium dicimus, abscedere per absentiam, secedere per singularitatem, decedere per mortem.

156. Inter *Deauco* et *diduco*. Deduco de amico producendo [Al., perducendo]. Diduco autem distraho, vel divido. Item quantum ad equos triumphales: 22 refertur, si equi, duxere triumphos; si boves,

— *Divertit*. Sunt enim diverticula, quæ ab hoc verbo, semita transversæ a latere, viæ militares, ait Serv., ad illud 1x Æn. Ad divortia nota.

*Ibid.* Ms. Vat., vel a ratione deflectit. AREV.

148. Ex Agrætio.

— *Purgat*, Al., *purgat vel lavat*, quod tamen abest ab Agrætio.

— *Livius*. Ex lib. cii, ut constat ex Flori epitome, erat locus.

*Ibid.* Barthius, lib. xxxix, cap. 14, potius Festo vel Paulo assentitur, qui *deluere* solvere exponit a *luendo*, non a *lavando*. AREV.

149. Ex eadem mente Agrætius: *diligi affectionis, deligi iudicii*.

150. Hinc legendum constat apud Agrætiuum unde sumptus quoad senum locus: *Directum in latera aptatum*. Sic et Etymolog. lib. x, lit. D: *Directus eo quod in rectum vadit*.

*Ibid.* Elegantem hanc differentiam Barthius vocat. AREV.

152. Fest., dict. *Memorare*.

*Ibid.* Vat., sæpius id. AREV.

153. Sic Paulus ex Festo: *Dirigere apud Plautum invenitur pro discedere, sed discindere legit vir eruditus; Et cum aliquo. Al., cum ad aliquem*.

154. Forte scribendum ex mente Agræti: *Deportare, ea deferre; male tamen ipse, deponere. Apportare est aliquid afferre; comp., etc.*

— *Tollere*. De loco tollere. Agræt.

156. Sic Serv., ad ill. 1 Æn.: *Despiciens mare reliolum: — Deduco, prosequor; diduco, divido*.

— *Vel divido. Al. seu pono, id est, f. seu dispono*.

— *Equos. Malim currus*.

— *Subducere*. Ex Serv., ad ill. 1 Æn. *Subducere classem*.

— *Deducunt. III Æn. Al., diducunt*.

*Ibid.* Vat., *deduco pro animo deducendo*. AREV.

*deserendo dictus*. Ex Agrælii mente neutra harum lectionum, quas ms. habent, tolerari potest. Al.: *Disserius est doctus a disserendo*, etc.

137. Rectius forte Fronto: *Dives. quia dividendi facultatem habet*. Varro a *divo* deducit.

— *Locorum*. Sic fere Fronto, ix Terent., Scæurus; et ipse Etymolog. lib. x, littera L.

*Ibid.* Vat., quasi loci plenus. AREV.

139. Sic et Fronto: *Ultio vindicat factum; vindicta, vel vindicatio, futura prohibet*.

139. Al., *Animam. Crimen*, al. ms.

140. Fest., dict. *Mente captum*. Ipse Etymolog. lib. x, littera D.

— Non., dict. *Delirus*, et ipse in Etymologiis.

— *Sulcos*. In Etymolog. additur: *In quos omnis seges decurrit*, quod cum minime verum sit, fortassis et illie ea verba tollenda, aut scribendum ex Non.: *In quos omnis uligo decurrit*.

*Ibid.* Vat., *sine mente defectus; delirus autem pro otate*. De verbis quæ in Etymologiis adduntur post *dirigunt sulcos*, dixi suo loco. AREV.

141. *Indignatus; f., natus*, ut Festus. Vide Serv., ad illud 11 Æn.: *Quæ mens tam dira*.

— Fest., dictione *Atroces*.

*Ibid.* Pantinus pro *in id adactus* indicat ex var. lect. *indignatus*, et ex conjectura *natus*. Barthius, lib. xxxviii Adversar., cap. 2, legit *neque suasibilis*, et exponit *consultus, ratione utens*, ut apud Apicium, et Phæbadium. AREV.

142. Sic Cic., Tusc. 11: *Dolor motus asper in corpore, n sensibus alienus*.

— Ipse Etymolog. lib. x, littera D dicit *dolosus*

*Ibid.* Vat. *adornat* pro *adornata*. AREV.

144. Lib. x Etymolog. littera D.

145. Etymolog. lib. 1, cap. 18.

— *Sensus. Al., Mentis, vel irasus*.

146. Agræt., et copiose Agell., lib. iii, cap. 14.

— Non., dict. *Divortium*.

deduxere [Al., duxere]. Item quantum ad naves, subducere in terram dicimus, deducere [Al., diducere] autem in mare. ut : *Deducunt socii naves.*

157. Inter *Duo* et *ambo* [Al., duos ambos]. Utique qui dicit duo [Al., duos ambos], numerat; qui ambo, jungit.

158. Inter *Disparem* et *imparem*. *Dispar* est inæqualis, vel dissimilis, *impar* vero, sine pari.

159. Inter *Duo* et *bina*. Cicero, in epistolis ad *filium*, duas epistolas, non binas; binas litteras, non duas. Quia numeri tantum pluralis est nomen litteræ quæ epistolam significant. Nam non dicimus bina, nisi ea quæ singularem numerum non admittunt, ut *bina castra*, *bina arma*. Ea autem dicimus duo quæ singularem numerum admittunt.

160. Inter *Domum* et *hospitium*. *Domus* ad proprios habitatores pertinet. Nam *hospitium* tunc vocatur, cum aut aliquem recipimus, aut cum ab aliquo ipsi recipimur; unde et qui venit, et ad quem venit, hospes dicitur. Sic Plautus:

*Hospes necavit hospitem captum manu.*

161. Inter *Decentem* et *speciosum* et *formosum*. *Decens* motu corporis probatur, *speciosus* specie, *formosus*, natura, sive forma.

162. Inter *Deformem* et *informem*. *Deformis* est cui deest forma, [Al., fæda form.] *informis* ultra formam.

163. Inter *Decus* et *decorem*. *Decus* ad animum refertur, *decor* ad corporis speciem.

164. Inter *Delatorem* et *dilatorem*. *Delator*, qui desert ad accusandum [Al., causandum]; **23** *dilatator*, qui differt ad proferendum.

165. Inter *Draconem* et *traconem* [Al., *truaconem*]. *Draco* est immanis bellua, *tracones* [Al., *truacones*] vero sunt hiatus terræ.

166. Inter *Divitem*, *potentem*, *fortunatum*, *locupletem* et *honestum*. *Dives* est potentia et virtute, *potens*, quasi Deo proximus, *locuples* fundis, quasi locis plenus, *fortunatus*, subito [F., substantia]

159. Ex Serv., ad illud viii *Æn.*: *Frenaque bina.* Vide eundem, ad illud i *Æn.*:

*Bina manu lato crispans hastilla ferro.*

Al., *Cic. epistolarum ad fil.*

*Ibid.* Barthius futilissimum esse ait, quod non dicamus *bina*, nisi quæ numerum singularem non admittunt. Isidorus Servium aliosque grammaticos sequitur, quamvis aliquando verum sit quod sæpe *bini* pro *duo* promiscue usurpatur. AREV.

160. Ex Serv., ad illud viii *Æn.*: *Ne vero hospes, ne quære.*

— Et *Mostellaria*, scen. cujus initium *Habeo, Neptune, mag. grat.*

161. C. Fronto: *Decens in gestu est, et motu corporis, speciosus; male legitur: formosus ab excellenti specie dicitur, forma naturæ bonum, unde etiam formosus dicitur.*

162. Lib. 10 Etymolog. littera I.

164. Ex Agretio.

*Ibid.* Val., ad offerendum. AREV.

165. Poeta anonymus, laudatus a Joanne de Janua: *Terrarum tracones, animalia dico dracones.* Vide *Ducangium*, verb. *Tracones*. AREV.

166. C. Fronto: *Cui forte aliquid contingit.*

*Ibid.* Val., et virtutibus. AREV.

167. C. Fronto: *Cedo sibi poscit, et est immobile;*

**A** factus beatus, honestus moribus et honore usus.

167. Inter *Do* et *cedo*. Qui dicit *do* significat quibus detur; qui dicit *cedo*, de se tantum dicit.

168. Inter *Deum* et *divum*. Quod *Deus* semper est, *divus* fit.

169. Inter *Dammum* et *jecturam*, et *detrimentum*. *Jacturam* scientes [Al., scienter] et ultro patimur, *dammum* subito, et non credentibus nobis, fit; *detrimentum*, leve *dammum* fit in parte.

170. Inter *Donum* et *munus*. *Donum* Deo offertur, *munus* hominibus.

171. Inter *Delicta* et *delecta*. *Delicta* peccata, *delecta* electa.

**B** 172. Inter *Delictum* et *injustitiam*. *Delictum* quidam leve putaverunt esse peccatum, quasi negligentis [F., negligentia] *derelictum*, *injustitiam* vero immane aliquod æquumque commissum.

173. Inter *Dolum* et *dolorem*. *Dolus* tergiversatio, *dolor* vero corporis inquietudo.

174. Inter *Dolosum* et *inimicum*. *Dolosus* est qui occulta machinatione grassatur, *inimicus* vero qui mala facit apertius.

175. Inter *Deduco* et *diduco*. *Deduco*, amicum, *diduco*, *distrabo*.

**24** 176. Inter *Directum* et *derectum*. *Directum* [Al., *derectum*] in rectum vadens; *derectum* [Al., *directum*] in latere rectum.

177. Inter *Disco* et *doceo*. *Discit* qui non novit, *doceat* vero qui novit.

#### De littera E.

178. Inter *Externum* et *hesternum*. *Hesternum* dicimus pridianum, *externum* autem extraneum, hoc est, alienum.

179. Inter *Eloquentem* et *loquacem*. *Sinceritas* facundie eloquentum est, *effusa* et *incondita* temeritas, *loquacium*. Unde est *Sallustius*: *Loquax magis quam facundus.* Et Cicero: *Hunc loquacem esse habitum, nunquam disertum.*

*dat qui non finire facit datum.*

168. Ex Serv., ad illud v *Æn.*: *Genus alto a sanguine divum.*

169. *Subito*, etc. Al.: *Insolito et nobis nescientibus fit.* — *Detrimentum*. Sic *Ascon. Pedian.*, 3 orat. contra *Verr.*: *Detrimentum vel unius partis dici potest.*

170. Serv., ad illud v *Æn.*: *Strueremque suis altaria donis*: — *Dona*, ait, *superorum, munera inferorum*; et clarius, C. Fronto: *Donum quod diis datur; munus, quod amicis vel clienti, vel libertus officii causa mittunt.* Ipse ead. libro *Etymolog.* vi, c. p. 19.

*Ibid.* Cod. Vat., *munus omnibus*. AREV.

175. Ms. Vat., *distribuo pro distrabo*. AREV.

178. Val., hic et alibi, quædam differentias diverso ordine collocat, et nonnullas hoc loco addit. Littera *E* ita incipit: *Inter æquora et maris, etc.*, ut num. 66; *inter ævum et sæculum, etc.*, ut num. 67; *inter externum, etc.*, ut hoc n. 178; *inter hæresim et schisma*, ut n. 282. Hæc varietas ex diverso scribendi modo oritur; nam medio ævo scribatur *equora, erum, eresis, etc.* AREV.

179. Varr., iv de *Ling. Latin.*: *Loquax, qui nimis loquitur; eloquens, qui copiose loquitur.* Ipse, *Etymolog.* lib. x, littera *C* et *L*.

— *Sallustius*. Citatur idem fragmentum ab *Agell.*, lib. 1, cap. 15. Incertum unde.



180. Inter *Expertem* et *expertum*. Si enim expertum rerum dixerimus, significamus peritum, si expertem, ignarum.

181. Inter *Exercitatum* et *exercitum*. Exercitus, laboribus fatigatus, exercitatus, vel arte, vel studio peritus.

182. Inter *Exosum* et *odiosum*. Exosus dicitur qui aliquem odit, odiosus, qui oditur.

183. Inter *Ebrietatem* et *ebriositatem*. Quod ebrietas aliquando est, ebriositas frequens temulentia vini est. De qua Apostolus ait (1 Cor. vi): *Neque ebriosi regnum Dei possidebunt*. Pulchre autem quidam non ignobilis orator, cum ebrium e [Al., a] somno describeret excitatum, ait: *Neque dormire excitatus, nec vigilare ebrius poterat*. Qua sententia **25** expressit quodammodo nec mortuum eum fuisse, nec vivum.

184. Inter *Eventum* et *eventa*. Eventus ipsa res est, Eventa autem dicuntur quæ ab eventu veniunt.

185. Inter *Egestatem* et *paupertatem*. Quod egestas pejor est quam paupertas, paupertas enim potest esse honesta, nam egestas semper turpis est.

186. Inter *Experientiam* et *scientiam*. Experientia in malo dici potest, ut poenas expertus, scientia autem in bono tantum.

187. Inter *Emittit* et *admittit*. Emittimus alios a nobis, admittimus alios ad nos. Sic quidam virgini cuidam ait: *Murum sexui tuo extruere, qui nec tuos emitat oculos, nec admittat alienos*.

188. Inter *Existimare* et *arbitrari*. Existimare apud animum nostrum est, arbitrari iudicium animi [Al., animi nostri est] proferre.

189. Inter *Emerere* et *redimere*. Id differt quia qui emit alienum emit, qui autem redimit, id emit proprie quod suum fuit, et suum esse desiit.

190. Inter *Exspectare* et *spectare*. Exspectatur venturus, spectatur qui videtur, vel approbatur.

191. Inter *Efferunt* et *eferunt*. Efferunt qui exportant [Al., asportant], per duo ff. Eferunt autem, qui

180. Ex Serv., ad illud in *Æn.*: *Exercite satis*. Ipse Etymolog. lib. 1, littera E, dictionibus *Expertus*, et *Expers*.

— *Ignarum*. De re vel causa quæ agitur. Ut glossa rejiciendum, nec Servius agnoscit.

181. Ex Servii loco citato: *Exercite*, inquit, *fatigate*. *Exercitatus peritus; exercitus laboribus; exercitatus studitis*.

*Ibid.* Vat., *labore fatigatus*. AREV.

183. Innuat idem discrimen Cicero. Tusc. Quæst. lib. iv.

*Ibid.* Non ignobilis orator. Cœlii verba annotari ait Barthius, qui totum locum ex Quintiliano petitum illustravit lib. xiv, cap. 18. Serino autem Cœlio erat de M. Antonio. AREV.

184. Non., dict. *Eventus*; ex libro 1 Lucretii: *Eventum dici poterit quodcumque erit actum*.

185. Epitheton Virgilianum, *turpis egestas*.

187. Al.: *A nobis ad alios*.

188. Non. dict. *Arbitrii*.

189. Vat.: *Inter emere et redimere quid interest. Qui emit, etc.* AREV.

190. Ex Servio, ad illud 1 Georg. *Multo exspectata labore; quin et exspectare pro probare ab eodem usurpatur* 2 Georg.: *Crassaque terga exspecta*.

191. Eadem Agrætius; nihil tamen de duplici ff: *Efferunt*, inquit, *qui portatur; et efferunt, qui laudando*

A laudandum [F., laudando] extollunt, per unum f. Cicero: *Nimum fortasse hæc illi eferunt*.

192. Inter *Exsequimur*, *persequimur* et *prosequimur*. Exsequimur mortem, in qua vindicta est, persequimur fugientem, prosequimur, cum fungimur officio.

193. Inter *Extemplo* et *illico*. Extemplo, repente, vel statim, vel subito, illico, mox vel continuo.

**26** 194. Inter *Exstinctum* et *restinctum*. Exstinctum dicimus lumen, ut Cicero: *Lumina civitatis exstincta sunt*, restinctum vero incendium, ut idem Cicero: *Subjectos prope jam ignes, circumdatosque restinximus*.

195. Inter *Equitem* [Al. equum], *equestrem* et *sequestrem*. Sequestris dicitur, qui certantibus medius intervenit, per quem utraque pars æquam fidem sequatur [Al., æqua fide sequatur]. Eques autem est qui equo sedet in armis. Equestris vero locus, vel ordo, ut si dicas: *Ille homo equestris est*. Item: *Militat* [Al., miles] *ille in equestri ordine*.

196. Inter *Exanimem* et *exanimatum*. Exanimis est mortuus, exanimatus vero timens. Ut est illud: *Exanimata sequens impingeret agmina muris*.

197. Inter *Eu* et *heus*. Eu interjectio dolentis est, heus adverbium vocantis.

198. Inter *Ensem* et *gladium*. Ensis est ferrum tantum, gladius vero totus. Mucro autem non tantum gladii, sed et cujuscunque telii acumen est. Item gladium generaliter dicimus, ensen in prælio, mucronem in opere.

**C** 199. Inter *Exuvias* et *spolia*. Exuviae dæmon sunt, spolia privatorum.

200. Inter eum qui in insulam relegatur, et eum qui deportatur, magna differentia est: primo, quod relegatum [Al., qui relegatum] bona sequuntur, nisi fuerint sententia adempta, deportatum non sequuntur, nisi palam ei fuerint concessa. Ita fit, ut relegato, mentionem honorum in sententia habere extollunt.

193. Varr., lib. vi de Ling. Latin.: *Extemplo est continuo*. Al.: *Extemplo, subito, illico, continuo*.

— Non.: *Illico significat statim, mox*.

195. Serv., ad illud 1 *Æn.*: *Et pace sequestra: — Sequester est medius inter duos altercantes, apud quem aliquid ad tempus seponitur*. Et sic fere Fest.

**D** — Duæ illæ voces, in armis, ab Isidoro, lib. ix Etymolog., cap. 3, ubi agit de militibus equestribus, omittuntur, et sane mihi suspectæ sunt. Fortassis adjecerat equitem etiam pro equo ipso sumi, ad lucio Virgillii loco, in Georg.: *Atque equitem docuere sub armis, insultare solo*. Non., dict. *Equitem*, et *Equites*.

— Ordine. Al.: *Sequester suspector penoris dicitur. F. susceptor pignoris*.

196. Ex Serv., ad illud 1 *Æn.*: *Exanimatumque auro corp.* Et interpretibus Terentii, actu. 1, scen. 4, *Audiam*, et alibi.

197. Ex Agrætio.

198. Lib. viii Etymolog., cap. 6.

199. Videtur ex Serv., ad illud 1 *Æn.*: *Ipsos ferre duces*.

200. Etymolog. lib. v, cap. 27.

— *Haberi non prosit. Legi non haberi possit*.

*Ibid.* Aliena videtur ab hoc loco hæc differentia inter relegatum et deportatum; et al est a veteri Co-

ri, non prosit, deportato noceat. Item distant 27 et in A loci qualitate. Quod cum relegato quidem humanius transigitur, deportatis vero solent insulæ assignari quæ sunt asperrimæ, quæque sunt paulo minus summo supplicio comparandæ.

201. Inter *Eremum* et *desertum*. Eremus est in via solitudo, ubi nunquam habitatum est, desertum ubi aliquando habitatum et derelictum est.

202. Inter *Exsecrationem* et *jurationem*. Exsecratio, ut puta: *Si malum non patior* [F., ut *malum non patiar*]; Juratio: *Si bonum mihi evenit*.

203. Inter *Expertum*, et *experrectum*. Expertum, aliquid agnitus, experrectum a somno.

204. Inter *En* et *em*. En, cum ostendis, em, cum increpa.

205. Inter *Ebrium* et *ebriosum*. Ebrius ad tempus B multum bibit, ebriosus semper multum bibit.

206. Inter *Æquum* et *equum*. Equus, quod est animal, per *e* et *u*. sola scribendum. Quod vero pro justo scribitur [F., accipitur] per *æ* diphthongon geminata *u* *u* est scribendum.

#### De littera F.

207. Inter *Fidelem* et *fidum*. Fidus amicus dicitur, fidelis famulus. Item infidelis est qui caret firmitate, infidus, qui fide.

208. Inter *Famosum* et *infamem*. Famosus est, de quo fama loquitur seu bene seu male, infamis vero tantum malæ famæ est.

209. Inter *Ferocem* et *ferum*. Ferox dicitur animus, ferus leo.

210. Inter *Fallacem* et *mendacem*. Omnis homo fallax id agit, 28 unde quisque fallatur; non autem omnis vult fallere qui mentitur. Sicut mimi et comædiæ, et multa poemata, ubi mendacium delectandi potius studio quam fallendi voluntate scribitur. Nam et omnes fere qui jocantur [Al., pene qui loquuntur], mentiuntur.

211. Inter *Furiatum* et *furiousum*. Furiosus est qui ferarum ritu fertur, et ab eo furor nunquam recedit, furiatus qui furit ex causa.

212. Inter *Furiosum*, *furientem* [Al., *furientem*] et *iratum*. Furiosus est corde, furens [Al., *furiens*] causa, iratus merito.

213. Inter *Ferocitatem* et *feritatem*. Ferocitas sæpe laudi habetur. Est enim ferocitas militum, et ferox juvenus dicitur. Feritas autem dirus animi habitus.

214. Inter *Formidinem*, *pavorem*, et *metum*, sive

dice Vaticano 3321. Barthius eam reperit in suo Codice, ubi erat *magna est differentia, ut ait Orenius primo* etc. Conjecit, ut ait *Heremius* scilicet *Modestinus JC.*; et mox, *ita in relegato si mentio non fit bonorum, homini prosit, deportato noceat.* AREV.

202. Videtur ex Serv., ad illud II *Æn.*: *Vos aræ, ensesque nefandi:— Exsecratio est adversorum deprecatio; jusjurandum vero optare prospera.* D

203. Ex C. Frontone: *Expertus est aliquid aut in bona parte, aut in mala; experrectus de somno.*

206. Invenitur vetus mos scribendi *ecus*, et deinde *equs* pro *equus*, ut *qis* pro *quis*, etc. AREV.

207. Ex interpretibus Terentii, act. I, scen. 2, Phorm.

*Ibid.* Vat., qui caret infirmitatem, *fidus*, qui *fidem*. Mendum est *infirmitatem* pro *firmitate*; sed accusati-

*timorem*. Formido obijctur, vel oculis, vel animo, sine adhibita ratione, et maxime parvulis, pavor autem cum timiditate animi subita est conturbans occasio, quæ tamen solvitur ratione, vel tempore, nec stat, item metus est motus interior animi subitus, sive cordis, factus ex aliqua tristi recordatione. Timor vero est accedens dolor mentis extrinsecus, ex aliqua accidenti occasione. Porro timiditas animi vitium sempiternum est. Nam timor, pro tempore est. Itaque in viro forti est aliquando timor, timiditas nunquam. Est autem et bonus timor et malus. Malus est, cum temporalia bona quisque sibi subtrahi perhorrescit [Al., abstrahi pertimescit]; bonus, cum quanto quis Deum ardentius diligit, tanto eum diligentius offendere pertimescit. Nam timere interdum prodest, et decet, pro qualitate temporum atque causarum.

215. Inter *Facinus* et *flagitium* ita videtur distinguere Augustinus. *Quidquid enim, inquit, agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum et corpus suum, flagitium vocatur, quiddam vero agit ut alteri noceat, dicitur facinus. Et hæc duo genera sunt omnium* [Al., *hominum*] *peccatorum. Sed flagitia priora sunt, quæ cum corruperint animum in facinora prosiliunt.*

216. Inter *Phantasiam* et *phantasma*, Phantasia est imago alicujus corporis visa, et cogitando postea in animo figurata, ut puta, avi vel patris species, quem aliquando vidimus, ac dum cogitando memoramus, phantasiam dicimus. Phantasma vero est ex imagine cognita, aliqua, quam vidimus, imago formata, ut puta, species avi quem nunquam vidisse meminimus; sed tamen ejus species non memoria, sed motu animi figuratur. De cognitis ergo speciebus memoria collecta, phantasia est; de incognitis species anime figurata, phantasma. Nam figurata phantasmata nili aliud sunt quam de specie corporis, corporeo sensu abstracta; figmentoque memoriæ, ut accepta sunt vel partiri, vel multiplicare, vel contrahere, vel distendere, vel ordinare, vel turbare, vel quilibet figurare cogitando facillimum est, sed, cum verum quæritur, cavere et vitare difficile. Item phantasiæ est incognitarum rerum ex cognitis conjectura, phantasma vero rerum incognitio cognitarum.

217. Inter *Fiduciam* et *confidentiam*. Fiducia in bonis rebus, confidentia in malis est.

vus pro ablativo, ut in *utor*, fortasse ferri posset AREV.

208. Vid. Non., dict. *Fama*.

209. Ex C. Frontone.

211. Ex Serv., ad illud II *Æn.*: *Furiata ment.* Chorebus.

*Ibid.* Qui fuerit ex causa, scilicet, quis, ut ait Barthius, furiatur cui stimuli ad iram subjiciuntur. AREV

212. *Iratus...* Ex interpretibus Terentii, act. I scen. 1, And., et act. III, scen. 1, Hecyræ.

216. Breviter hæc in Codice Vaticano 3321: *Inte phantasia et phantasma quid interest? Phantasia in cognitarum rerum ex cognitis conjectura; phantasm. rerum incognitio cognitarum.* AREV.

217. Ex Serv., ad illud I *Æn.*: *Generis fiducia vestri*

218. Inter *Famam* et *gloriam*. Gloria quippe virtutum est, fama vero virtorum. Ennius in Achille: *Summam tu tibi pro mala vita famam extolles, et pro bona paratam gloriam*. [Al., *parata gloria*]...; malevolentes [Fort., male viventes] enim famam tollunt, benevolentes [Fort., bene viventes] gloriam.

219. Inter *Fatum* et *fortunam* pagani ita separabant: quod enim fortuito venit, nulla palam causa, fortunam vocabant, fatum vero quidquid appositum singulis, et statutum erat, ut puta, fati esse dicebant quod nascimur, quod occidimus; fortunæ quidquid in vita varietatis accidit [Al., occiderit].

220. Inter *Falsitatem* et *mendacium*. Negare quod verum [Al., vere] est, falsitas est, fingere quod verum [Al., vere] non est, mendacium est. Unde 30 et Cato: *Tu, inquam, si verum suppressis* [Al., *vera nobis suppressis*], *falsarius agnosceris; si falsa confingis, viandæ esse videris* [Al., *judicaberis*].

221. Inter *Falsum* et *factum*. Falsum ad oratores pertinet, ubi veritas rape ita luditur, ut quæ facta sunt negentur; factum vero ad poetas, ubi quæ facta non sunt facti dicantur. Falsum est ergo quod verum non est; factum quod tantum verisimile est.

222. Inter *Fertilem* et *fructuosum*. Fertilis, est ager; fructuosum, quod cuique compendium e t.

223. Inter *Frondeum* et *frondosum*. Frondeum est totum factum de frondibus, ut torus, frondosus vero est locus [Al., lucus]. Licet enim abundet frondibus, non tamen est de frondibus totus. Sic et gramineum, et graminosum [Al., *germineum et germinosum*].

224. Inter *Flecti* et *deflecti*. Flecti est retro [Al., a recto] et in proximum, deflecti vero longius et in devium.

225. Inter *Frui* et *uti* hæc distinctio est. Quod fruimur quo nequaquam carere possumus; utimur quæ aliquando nec semper habemus. Ac per hoc uti temporale est, frui vero æternum.

226. Inter *Fremere* et *frendere*. Fremere est furorem mentis, usque ad vocis tumultum excitare, frendere vero proprie, dentes comprimere et concutere. Unde frena dicta, quod hæc equi frendant, id est, premant [Al., *imprimant*] dentibus, et mordeant. Hinc et frenetici dicti, eo quod dentes concutiant.

227. Inter *Flere* et *plorare*. Flere est ubertim la-

219. Ex Serv. mente, ad ill. iv Æn.: *Quem dederat* D *cursum fortuna peregi*.

*Ibid.* An vox *fatum* a Christianis adhiberi possit, nonnulli querunt, catholico sensu a plerisque eam adhiberi constat. AREV.

224. Ex interpretum Terentii mente, act. i Eunuch., scen. 2.

225. Ex Serv. ad ill. ii Æn.: *Nemora inter frondea;* unde locus antea multis, restitutus.

*Ibid.* Pantinus ex varia lectione notat *locus*, quod ipsum in textu Grialius edidit. Fortasse Pantinus in nota voluit *lucus* pro *locus*. AREV.

226. Lib. x Etymolog., littera F.

*Ibid.* Scribendum potius *phrenetici*, quod non est a *frendeo*, sed a Græco *phrenesis*. AREV.

227. Fest., dict. *Plorare*.

218. *crymas* fundere, quasi *fluere*, *plorare* est quasi cum voce *flere*, *plangere*, cum *lacrymis* pectus aut faciem tundere. *Lamentari*, est cum aliquibus dictis miserabilibus *flere*. *Mœrere*, cum silentio *dolere*. *Lugere* est cum habitus mutatione. *Lacrymas* autem a laceratione mentis dictas. *Lugentes* vero dicti, quasi luce egentes, unde et *luctus* [F., *lucus*] dicitur.

31 228. Inter *Fodere* et *effodere*. *Fodere* est tantum sollicitare terram, *effodere*, hoc ipsum faciendo eruere aliquid, vel invenire, cui contrarium est *infodere*.

229. Inter *Famulari* et *obsequi*. *Famulari* est debiti; *obsequi*, voluntatis proprie.

230. Inter *Flagitare* et *flagitiare*. Quod *flagitare* idem est quod acriter interpellare, *flagitiare* vero est impurare.

231. Inter *Fugiant* et *diffugiant*. *Fugiant* pariter, *diffugiant* divisi.

232. Inter *Fatemur* et *confitemur*. *Confiteri* proprii arbitrii est; nam *fateri*, coacti est animi, non voluntatis [Al., *profliteri*, id est...].

233. Inter *Fecisti?* et *numquid fecisti?* percentandi differentia est. Nam quo loco volumus nobis responderi factum esse, quod est imperatum, dicimus: *Fecisti?* Quo loco volumus negari, hoc modo dicimus: *Numquid fecisti?*

234. Inter *Fluit* et *defluit*. *Fluit* quod naturaliter decurrit, ut humor, *defluit* autem quod ætate, vel vetustate dissolvitur, ut ætas hominum, folium arboris. *Fluere* autem tribus modis dicimus: humore rerum, sanie vivorum, tabe mortuorum.

235. Inter *Funebre*, *funereum*, et *funestum*. *Funebre*, luctuosum; *funereum*, quod ex funere constat; *funestum* vero, quod funere [Al., in funere] inquinatum est. Itaque *funestus* famulus dicitur, qui aliquo funere pollutus est, quo minus sacra peragere potest.

236. Inter *Fragrat* et *flagrat*. *Fragrat* per r litteram ad odorem refertur; per l ad flammam et ignem. Nam quando incendium significat, quod flatu alitur, per l dicimus; et quando odorem, quia fracta [Al., qui a fracta] specie major est, per r enuntiat [Al., *pronuntiat*].

237. Inter *Fratram* et *germanum*. *Fratres* dicuntur, qui ex eodem patre nascuntur, et non ex eadem matre. Qui vero 32 ex eodem patre et matre [Al.,

— *Plangere*. Sic vetus glossar., *plangoribus*.

230. Vetus glossar., *flagitaverit* pro *acriter*.

— *Male imputare*. In mss. *impura res est* pro *imputare*.

232. Non., dict. *Confiteri*.

— Serv., ad illud iv Æn.: *Anna fatebor enim*.

234. Serv., ad ill. viii Æn.: *Sanie taboque fluentes*, contra sentit: *Sanies mortui est, tabum viventis, scilicet sanguinis*.

*Ibid.* Val., ut *ætas hominis*. AREV.

236. Ex Serv., ad ill. i Æn.: *Fragrantia mella*, in altero ms. erat: *Nam quando flammam et ignem, qui incendium significat*. Forte legendum: *Nam quando flammam et incendium significat*, præeunte Servio.

237. Sic lib. Etymolog. x, cap. 6.

— *Ex eodem*... Ex eod. lib. citato videtur legendum

eadem matre et patre], germani appellantur. Et est germanus ex eadem genitrice, vel ex eodem germine manans.

258. Inter *Firmum* et *valentem*. Firmus ex firmitate naturæ, valens vero ex præcipuis viribus, ut athleta.

259. Inter *Figuram* et *formam*. Figura est artis, forma naturæ [Al., hominis]

240. Inter *Fartum* et *partum*. Fartum dicimus qui non est editus, et intra ventrem jacet, partum qui editus est.

241. Inter *Fessum* et *fatigatum*, et *lassum*. Fessum animo et cura [Al., corpore], fatigatum, ex itineris longitudine, lassum, labore.

242. Inter *Fræneam* et *machæram*. Frænea appellatur gladius, ex utraque parte acutus, quam vulgo spatam dicunt [Al., vocant], machæra autem gladius est longus, ex una parte acutus.

243. Inter *Fœdus* et *pacem*. Fœdus namque pacem prævenit. Nam posterius pax accipitur, prius fœdus iuitur.

244. Inter *Flumen* et *fluvium*, *flumen*, *torrentem*, etc. Fluvius, perennis aquarum decursus generaliter, a fluendo dictus. Et proprie flumen ipsa aqua; fluvius, cujus aqua; torrens autem inde dictus, quia pluvia crescit, siccitate torrescit, id est, arefcit. Unde et Pacuvius: *Flammeo vapore torrens torret*. Porro rivus vocatur **33** qui subito ex pluvie fit, celeriterque decurrit ac deficit, fons autem est caput [Al., corpus] aquæ nascentis. Amnis autem fluvius est nemore et [Al., ex] frondibus redimitus, et ex ipsa amœnitate amnis vocatur.

245. Inter *Fulgura* et *fulmina*. Fulgur est splendor micantis nubis [Al., micantibus nubibus], flumen autem, mucro est fervidus, ventorum violentia e nubibus ad terras emissus. Tria sunt autem hæc, fulgor [Al., fulgus F. fulgos], Fulgur, et ful-

ex eadem matre, non patre, et infra: est enim germanus ex eadem genitrice, non ex eodem germine manans. Alioqui sibi contrarius Isidorus his duobus locis, et Serv., unde sumpsit, ad illud v. Æn.: *Hæc germanus Erix*.

Ibid. Vat., ex eodem matre et matre: AÆV.

258. Interpretes Terentii, actum, scen. 5. Hecyr.: *Validus, robustus, et habitior corpore*.

259. C. Fronto. *Figura artis opus, forma naturæ bonum*.

241. Vid. Serv. lib. vii Æn., ad ill.: *Ter fessus valle resedit*. Etymolog., lib. x, littera F. Aliter Verrius apud Diomedem lib. 1: *Quod fatigatus sit, cum quis per alium laborare compellitur; fessus vero, cum quis labore deficit, ut lassus*.

242. Sic lib. xviii Etymolog., cap. 6.

244. C. Fronto contra: *Flumen idem fluit, et manet; fluvius temporibus siccatur*. Est autem totus fere hic locus ex lib. xiii Etymolog., cap. 21. Ex quo verba fluvius cujus aqua in fluvius decursus aquæ, mutanda videntur.

— Pacuvius... Fest., dict. *Torrentis*, ex Antiope citat; porro dicto *torret*, et hic et in Etymolog. in terræ mutanda, legendumque: *flammeo vapore torrens terræ fetum exusserit*.

— Fons autem. Varr., lib. iv Ling. Lat., dict. *Fons*, et Festus a fundendo.

men. Fulgor [Al., fulgus], qui tangit; fulgur, quod incendit et urit; fulmeo, quod findit. Et ideo eum trinis radiis finguntur.

246. Inter *Florida* et *florulenta*. Florida sunt arbores et herba, florulenta campi, vel prata. Sic et alia intelliguntur similia.

247. Inter *Frumenta* et *fruges*. Frumenta sunt arida et sicca, fruges vero liquidæ. Frumenti autem nomen tractum est a frumine, id est, emiiente gutturis parte.

248. Inter *Feras* et *bestias*. Omnis bestia fera, non omnis fera bestia. Bestiæ namque sunt, quæ morsu, vel unguibus sæviunt, ut pardi, leones, tigrides, a vastando dictæ. Ferae autem etiam illæ sunt quæ etsi non [Al., a vi quæ] sæviunt, tamen silvestres sunt; dictæ autem feræ, quod et naturali utantur libertate, et desiderio suo ferantur.

249. Inter *Fastos* et *fastos* [Al., fastus] dies. Fasti universaliter comprehensi, tam boni, quam mali, dies fasti [Al., fastus], quibus sunt contrarii nefasti.

250. Inter *Fastos dies* et *nefastos dies*. Quod fasti dies sunt quibus judicia exercere et causam dicere vel agere licet, nefasti dies dicti, ab eo quod nefas sit quidquam his diebus agere, vel dicere, vel sacrum facere. Ergo festis diebus contrarii sunt nefasti.

251. Inter *Festos dies* et *solemnes*. Festi dies ex consuetudine dicuntur, solemnes vero qui ad omnes pertinent, ut parentalia. Ut **34** cum quis defuncti officia expleverit, dicitur solemnia præstitisse.

252. Inter *Fulmen*, *fulgorem* et *fulgur*. Fulmen, quod ferit, fulgor est, quod apparet, fulgur, quod conditur, si cadat de celo.

253. Inter *Fædus* et *fædus*. Fædus turpis, fædus placitum.

254. Inter *Fides* et *fidis*. Fides in fide, fidis de chorda.

255. Inter *Fenum* et *fenus*. Fenum pales, fenus lucrum est.

— Et ex ipsa... Varr. et Fest., melius, a circumcundo, aut circumnando.

Ibid. In Etymologiis legitur nunc fluvius cursus aquæ, non decursus, ut Pantinus exhibet; sed infra, n. 499, legitur decursus. AÆV.

245. Sic fere Non, dict. *Fulmen*.

Ibid. Vat. *terram emissus*. Et mox *ternis radiis*. AÆV.

241. A Serv. dissentit, qui, ad ill. i Æn.: *Frugetque receptas, frumenta et fruges confundit*, et lib. i Georg. *Siliqua quassante legumen*.

— Eminente... Ex Serv. lege: *Sub mento gutturis parte*, sunt hæc lib. vii Etymolog., cap. 3.

248. Etymolog. lib. xii, cap. 2.

— Naturali. Ex Serv., ad ill. i Æn.: *Pinguisquæ ferinæ*, et in Elym.

249. Festus, dict. *Fasti*, et Serv., ad illud in Æn.: *Stirpis Achilleæ fastus*.

Ibid. Vat., quibus est contrarius *nefastus*. AÆV.

250. Fest., dict. *Festis diebus*. Varr., lib. v de Ling. Lat., dict. *Fasti dies*.

Ibid. Ms. Vat., hic diebus agi. AÆV.

255. F.: *Inter fædum et fædus: fædum turpe, fædus placitum*.

254. Forte ex Agrætio legend.: *Fides de fidelitate, fidis de chorda*.

256. Inter *Fragrat* et *fragrat*. *Fragrat* redolet, *fragrat* verberat.

257. Inter *Favorem* et *favum*. *Favor* adjutorium est, *favum* vero mel.

258. Inter *Furatum* et *furtatum*. *Furatum* eum qui furtum facit; *furtatum*, quod furatur fur.

259. Inter *Fatum* et *fatuum*. *Fatum* *segnum*, *fatuum* vero fortunæ decretio est.

260. Inter *Fastos* et *fastus*. *Fastus* de superbia, *fastos* de libris.

261. Inter *Feminam* et *femina*. *Feminam* de homine, *femina* femora sunt.

262. Inter *Forfices* et *forcipes*. *Forfices*, id est, *tisorias*, *forcipes*, *tenaces*.

263. Inter *Fornicationem* et *adulterium*. *Adulterium* est conjugalis tori inquinamentum, *fornicatio* vero amor legitimo conjugio solutus, et vagus, explendæ libidinis consecrando licentiam. *Scripturæ* autem solent *fornicationem* vocare omnem illicitam corruptionem, sicut est idololatria, et avaritia, ex quibus sit transgressio legis, propter [Al., per] illicitam concupiscentiam. *Fornicatio* autem sumpsit nomen a quibusdam ædificiis arcuatis quos *fornice* antiqui vocabant, in quibus meretrices constitutæ prostitutæbantur. *Meretrices* autem dicuntur a *merendo*, id est, promerendo stipendia libidinis. Unde et *militēs*, cum stipendia accipiunt, *mereri* dicuntur.

#### De littera G.

264. Inter *Grates* et *gratias*. *Grates* Deo aguntur, *gratiæ* vero hominibus, quoniam referri possunt [Al., non possunt]. Idcirco optime Deo convenit, quod *relationem* significat ad *latrām* [Al., latam].

265. Inter *Gaudium* et *lætitiām*. *Stoici* sic distinguunt: *gaudium* quippe esse aiunt elationem animi [Al., animæ], in his quæ digna sunt exsultantis, *lætitiām* vero effrenatam animi [Al., animæ] elationem, quæ modum nesciat; et in his quoque quæ vitio sunt mista lætetur. Unde et *Scriptura*: *Non est gaudium* [Al., gaudere] *impis, dicit Dominus*.

266. Hinc *flagratores*, quod mercede flagris cædebantur. *Fest.*, dict. *Flagratores*.

260. Ex *Agratio*.

262. Melius *Serv.*, ad illud viii *Æn.*: *Versantque tenaci forcipe ferrum*:—*Forfices* sunt quibus incidimus. *Forcipes* quibus aliquid *forum* tenemus, nam *forum* est *calidum*. *Fest.*, dict. *Forcipes*

*Ibid.* *Tisorias*. *Hispanismus* hic est *tijeras*, ut mox *tenaces, tenaxæ*. Sed *tisoria* neque apud bonæ Latinitatis lexicographos, neque apud *Ducangium* reperitur, nisi quod in *auctario Ducangii* est *tissor* pro *textor*. In *Codice Vaticano 3521* legitur *forcipes* *incurrias*, fortasse *incisorias*. Hactenus ex *schædis v. c. Cajetani Marini* varias lectiones ejus *Codicis* excerptæ licuit; nam desunt alia. *ARV.*

263. *Etymolog. lib. v, cap. 26.*

—*Scripturæ*... *Ezechiel. xvi, multis locis; Osee ii, cap. 14, al.*

265. *Cic., Tusc. iv: Cum ratione animus movetur placide, atque constant, tum illud gaudium dicitur; cum autem inaniter et effusa animus exsultat, tum illa lætitiā gestiens, vel nimia dici potest, quam ita definiunt: sine ratione animi elationem.*

—*Scripturæ*... *Isaiæ xviii et lvii. Ubi in Vulgat.:*

266. Inter *Gravitatem* et *gravitudinem*. *Gravitas* ex pondere animi, et ex sententia constat, *gravitudo* autem corporis est. Inter *Grave* et *gravidum*. *Grave* de natura dicitur; *gravidum* de accidenti [Al., accidenti] secunditate, ut *arbor* *gravida* pomis.

267. Inter *Garrire* et *loqui*. *Loquitur* qui recte et temperanter dicit; *garrir* qui aut multa verba dicit, aut sordide loquitur.

268. Inter *Gerere* et *ferre*. *Gerimus* nostra, et veluti natura aliqua, quæ in nobis sunt, *ferimus* vero imposita nobis, veluti onus. Sed *Virgilius* permiste utitur (i *Æneid.*): *Fidus quæ tela gerebat Achates. Gerebat pro ferre posuit.*

36 269. Inter *Gravatur* et *ingravatur* [Al. *ponderatur*]. *Ingravatur* [Al., *ponderatur*] *pondere* alieno, *gravatur* suo.

270. Inter *Gentem* et *gentes*, et *genus*. *Gens* nationis est, ut *Græciæ*, *Assyriæ*. Hinc et *gentilitas* dicitur. *Gentes* autem *familix*, ut *Julix*, *Claudix*. *Genus* vero ad qualitatem refertur, ut *pecoris*, *pomi*.

271. Inter *Græcum*, *Græcanicum*, et *Græcense*. *Græcus* homo dicitur; *Græcanica* res; *Græcense*, quale in *Græcia* solet fieri.

272. Inter *Gallum* et *Gallicum*, et *Gallicanum*. *Gallum* in *Gallia* natum, *Gallicum* ex *Gallia* latum, *Gallicanum*, quod aliquid ex *Gallia* affert.

273. Inter *Germanam* et *sororem*. *Soror* enim ab eodem germine, non ab eodem utero; *germana* vero ex utriusque manans germine.

274. Inter *Genitorem* et *patrem*. *Genitor* naturæ vocabulum est, sive originis; nam *pater* dignitatis et honoris nomen est. Unde et *sanctos* *virus* ac *seniores* *patres* dicimus. *Genitores* vero *nostri* a quibus [Al., nonnisi a quibus] *nati* sumus.

275. Inter *Generat* et *parturit*. *Generare* masculos dicimus, *parturire* feminas. Ut puta: *Ille generavit, illa parturit.*

276. Inter *Gubernatorem* et *nautam*. Quod omnis *gubernator*, *nauta* esse potest, omnis *nauta* *gubernator* esse [Al., dici] non potest.

*Non est pax imp., dicit Dominus.*

266. *Non.*, dict. *Grave. Serv.*, ad ill., viii *Æn.*: *Nodisque gravatum.*

267. Ex *Varronis Sententia*, lib. v de *Ling. Latina*, qui *loqui* a *loq* derivat, quod suo quoque loco verba dicantur.

— *Garrir. Non.*, dict. *Garrire.*

*Ibid.* In *Grialii Editio* e textus et nota exhibent *temperanter*. *Pantinus* videtur voluisse *temperate* pro una lectione, et pro alia *temperanter*. In verbis *Varronis* apud *Grialium* erat *sua quoque*. *ARV.*

268. *Vid. Non.*, dictionibus, *Kerre*, et *Gerere*.

270. *Gens et nationis, et familia*, *Serv.*, ad ill. i *Æn.*: *Gens inimica mihi.*

271. *C. Frontio* fere eodem sensu: *Corinthium civem dicimus, Corinthiacum vas, Corinthiensem fontem.*

*Ibid.* *Hæc*, et similia discrimina, ut *Hispanus, Hispanicus, Hispaniensis*, observari non solent. *ARV.*

Sic *Fronto*: *Gallus natione, Gallicus ex Gallia.*

— *F. scrib.*: *Gallicanus qui aliquid.*

275. *Sibi ipsi* contrarius *Isidorus* supra.

274. *Servius* tamen, ad ill. i *Æn.*: *Prospiciens genitor: — Venerabilis, inquit, ut Tibi Pater; ergo nomen et ad verum pertinet, et ad honorem refertur.*

277. Inter *Grande* et *maximum*. Grande ad corpus pertinet, maximum ad animum.

**37 De littera II.**

278. Inter *Hodie* et *hoc die*. Hodie est quasi primum fiat, hoc die quasi aliquando factum referamus.

279. Inter *Hunc diem* et *hanc diem*. Dies masculini generis bonum tempus apud veteres indicabat; feminini malum, veluti in Job, *maledicta dies*.

280. Inter *Habeo* et *ab eo*. Habeo, retineo; ab eo, hoc est, ab ipso.

281. Inter *Hos* et *os*. Si hos cum *h* scribimus, significamus personam, sine *h* significat vultum.

282. Inter *Hæresim* et *schisma*. Schisma esse eadem opinantem, atque eodem ritu colentem quo cæteri, solo congregationis delectari discidio: hæresim autem esse longe alia opinantem quam cæteri, aliamque sibi ac longe dissimilem perversi dogmatis instituerunt culturam. Hæresis autem Græce ab electione dicitur, quod scilicet unusquisque id sibi eligat quod melius esse videtur. Secta autem a divisione dicta est, quasi sectio. Unde et sectæ philosophorum vel hæreticorum dicuntur.

283. Inter *Honos* et *onus*. Honos de honore, onus de onere.

284. Inter *Hora* et *ora*. Hora cum *h* littera, dierum, sine *h* regionum, vel finium, sive oris significatio, quo locutio exprimitur.

285. Inter *Honestus* et *oneratus* hoc interest, quod oneratus est qualicumque pressus pondere, honestus vero, cui ipsum onus honori est, ut si quis spolia hostium ferat. Sed oneratus aspirationem non habet, quia ab onere venit; honestus vero, quia ab honore descendit, retinet aspirationem.

286. Inter *Uspuritur* et *exhaustur*. Hauritur aqua, exhaustur puteus.

287. Inter *Herbidum* et *herbosum*. Herbidum dicimus locum, **33** in quo herbarum viriditas nunquam cessat, herbosum autem, qui facile herbam generat, et ad tempus arescit.

**De littera I.**

288. Inter *Inferum* et *infernum*. Pars superior inferni inferus est, ubi quieverunt ante adventum Christi animæ justorum. Pars vero inferior infernus, in quo trudentur [Al., traduntur] animæ impiorum qui plurimum peccaverunt. De quo Propheta animam suam liberatam esse gaudet [Al., congaudet], dicens:

277. C. Fronto: *Grande incremento, magnum amplitudine.*

285. Al.: *Honus regionum*, sed vox *regionum* irrepsit ex sequenti articulo.

284. Ex Agrælio.

285. Ex Serv., ad ill. 1 *Æn.*: *Spoliis orientis onustum.* — Vetus gloss., *Honus honor.* Τιμή θεῶν, τιμή ἀνθρώπων. Varro etiam, 4 de Ling. Lat.: *Dictum onus et honos qui sustinet temp.*

287. Fusius hæc differentia exponitur in libro sine ordine alphabetico, num. 134, ubi nonnihil annotabo ex Guldasto. AREV.

288. *Inferi infernum est* uterque Ms., mendose.

— *Dicens...* Psalm. LXXXV: *Et eruisti animam meam.*

291. Etymolog. lib. viii, cap. 9.

*Quia liberasti animam meam ab inferno inferiori.*

289. Inter *Initium* et *principium*. Initium est rerum a quo quid incipit, ut fundamenta domus, carina navis; principium autem verborum exordium est.

290. Inter *Judicium* et *justitiam*. Justitia est studium recte vivendi, iudicium vero æquitas recte iudicandi; quisquis ergo bene vivendo servit [Al., vivendi serviat], justitiam facit; quisquis recte iudicat in subditis, iudicium custodit. Profanatur autem iudicium astutiæ tempore, non dignitate. Nam primum oportet quemque esse justum, providere rectitudinem, et post hoc assequitur in iudiciis æquitatem. Horum primum virtutis est, alterum honoris. Neque enim quisquam potest pervenire ad honorem, nisi per virtutem. Differt enim justitia a iudicio. Solent enim dici iudicium pravum, quod injustum est; justitia vero nunquam [Al., iniqua] et injusta esse non potest.

291. Inter *Incantatorem*, *magum*, *aruspicem* et *maleficum*. Incantatores sunt qui rem verbis [Al., verbo] peragunt. Magi, qui de sideribus philosophantur. Malefici, qui sanguine utuntur et victimis, et sæpe contingunt corpora mortuorum. Aruspices, qui exta [Al., secta] pecudum inspiciunt, et ex eis futura prædicunt.

292. Inter *Indoctum* et *indocilem*. Indocilis est, qui penitus non **39** potest discere [Al., docere. F., doceri]. Indoctus, qui nondum discit, et tamen discere potest. Ad hanc formam [Al., ab hac forma] similia distinguit, ut puta, immotus, et immobilis, et C his similia.

293. Inter *Innoxium* et *innocuum*. Innoxius est cui non nocetur; innocuus, qui non novit nocere.

294. Inter *Impurum* et *impudicum*. Impudicus [Al., impurus], qui turpitudinem flagitii infest; impurus [Al., impudicus], qui patitur.

295. Inter *Inmemorem* et *ignarum*. Inmemor est, qui oblitus est; ignarus, qui inscius. Unde et aeres dictæ, quæ nos odore [Al., ad odorem] admonent et cognoscimus [Al., noscimus] aliquid et sciamus. Unde et olfecisse, sciisse [Al., olfari res] veteres dicebant.

296. Inter *Inertem* et *segnem*. Iners sine arte, et ob hoc neque operis quidem ullius [Al., operique utilis]. Segnis, quasi siue igne; quomodo securus, sine cura, D id est frigidus, per quod inutilem accipimus.

297. Inter *Insanum* et *insanientem*. Insanus est qui

*Ibid.* Barthius, lib. xl Adversar., c. 10, in suis membranis verba corrupta invenit et sæpe cogunt corpora, et ex conjectura repodebat, et qui surgere cogunt corpora, etc. AREV.

292. Ex Serv., *Æn.*: *Is genus indocile.* Al., *indocibilis*

— *Discit.* - *Didicit*, ex Serv.

293. Ex Serv., ad ill. x *Æn.*: *Omnes innocua.*

295. Ex Serv. ad ill. 1 *Æn.*: *Neque enim ignari sumus ante malorum.* Ipse Etymolog. lib. x, littera J.

296. Fest., dict. *Iners*, est autem ex Serv., ad ill. 1 *Æn.*: *Instant ardentes Tyrii*; ipse Etymolog. lib. x, littera J.

— Etymolog. lib. x, littera S.

perpetuo animi furore tenetur; insaniens subito incitatus indignatione, vel ira.

292. Inter *Impium* et *peccatorem* hoc distare solet, quod omnis impius peccator, non tamen omnis peccator impius habendus est. Impius qui ppe est quisquis a fidei pietate alienus efficitur, peccator vero qui prava actione scilatur.

293. Inter *Iniquitatem* et *peccatum* sic distare dicit Ambrosius, quod iniquitas ad mentis acerbitatem refertur, peccatum vero ad prolapsionem corporis. Præcedit igitur iniquitas, peccatum sequitur. Sed gravior est iniquitas, tanquam materia peccatorum, in cujus comparatione levius est peccatum. Item peccatum est quod admittitur; piaculum autem id quod admissum est, et id quod expiatur admissum. Iniquitatis autem tres sunt differentie: 40 suggestionis, delectationis, et consensus. Inter iniquitates et peccata sanctus Hieronymus hanc differentiam facit: iniquitates dicimus quæ ante susceptam fidem, sive per ignorantiam, sive per scientiam committuntur. Peccata vero, quæ post cognitionem fidei, vel gratiam baptismatis contrahuntur; totidemque et peccata, verbi, operis et consensionis.

300. Inter *Invidum* et *invidiosum*, quod invidus feliciori invidet, invidiosus autem is est [Al. idem est] qui ab alio patitur invidiam [Al. malum]. Nihil autem honestum, quod non invidiosum. Nemo quippe invidet misero; quis autem bonus et non invidiosus?

301. Inter *Iram* et *iracundiam*. Ira præsens est, et ex causa nascitur; iracundia autem vitium naturale et perpetuum est. Item iratus pro tempore concitatur; iracundus autem frequenter [Al. frequens] irascitur, et ad levem sermonis iram, quasi a vento folium, commovetur. De talibus dicit Scriptura: *Vir iracundus inhonestus est*. Et iterum: *Iracundus effodit peccata*.

302. Inter *Ignominiam* et *infamiam*. Ignominia ponitur potestate [Al., in potestate] alicujus, infamia

298. Ex Ambrosio.

*Ibid.* Hæc est ratio cur sanctissimi Patres docent impios in extremo iudicio non esse iudicandos, quia jam iudicati sum, sed eos qui mediis sunt inter pios et impios. Vide Prudentiana mea, n. 179. AREV.

299. In textu Pantinus fortasse legebat *totique*, aut *totidem et*, pro quo varia lectio assignatur *totidemque*. AREV.

300. Etymolog. lib. x. littera J.

*Ibid.* In Ms. Barthii: *Feliciori invidet, et sibi nocet. Invidiosus, qui ab aliquo patitur malum. Legit Barthius: qui ab aliquo patitur malo. Mox. ibid., bonis pro bonus, et Barthius interpretatur, bonis abundans, locuples*. AREV.

01. Terentii interpretes. act. iv. scen. 6, Heauton.: *Ira de causa est, iracundia de vitio multum irascentis*. Distinguit etiam Cicero, iv Tusc.; et Fronto: *Iratus ex offensa est, iracundus natura*.

*Ibid.* Verba Scripturæ fortasse sunt ex Proverb. xv, 18, ubi Vulgata: *Vir iracundus provocat rixas*; et cap. xxvi, 21: *Vir iracundus suscitabit rixas*. Barthius prope hunc locum indicat differentiam inter *jacturam* et *dammum*, quæ littera D jam exposita fuit. AREV.

302. Ex C. Fronto.: *Ignominia imponitur ab eo qui potest animadversione notare, infamia ex multorum nascitur*.

nia autem sit multorum consentiente sermone.

303. Inter *Incusare* et *accusare*. Incusamus potiores, accusamus pares. Item incusamus verbo, accusamus crimine et facto.

314. Inter *Jubere* et *imperare*. Jubere apud veteres non idem erat quod imperare; nam jubere ibi dicebatur, ubi voluntatis erat obsequium; imperare autem, ubi debito [Al., dubio] quisque imperio parebat.

41 305. Inter *Jactamur* et *fatigamur*, Jactamur in maris fluctibus, fatigamur in terris.

306. Inter *Jaceo* et *jacio*. Jaceo accubantem significat, jacio vero mitto demonstrat.

307. Inter *Ignem* et *focum*. Ignis ipsa flamma est, focus vero sones, ac nutrimentum ignis. Nam Varro: *Focus, ait (Al., autem), dicitur, quod forent B ignem. Focus ergo dicitur a f. uti*.

308. Inter *Januam* et *ostium*. Janua est aditus primus in domum, ostium in quemlibet locum domus. Similiter vero Janua, vel est clausa [Al., cum claustris], vel patens; fores autem et valvæ ipsæ clausæ [Al., ipsa claustra] sunt, sed fors quæ foras vertuntur, valvæ, quæ intus aperiuntur, et duplices, multiplices, complicabilesque sunt. Parte vero proprie murorum dicuntur; atque ideo [Al., inde] dicitur eo quod antiquitus portato aratro designabatur [Al., portatura rotæ designat], quando circumducebatur gyrus, atque urbs [Al., Urbo] signabatur.

309. Inter *Illius similis* et *illi similis*. Illius similis ad mores refertur, illi similis ad vitam.

310. Inter *Juventam* et *juventatem*. Juventus est juvenum multitudo; juvena [Al., juvenas] autem hominum est ætas. Juventas vero decus juventutis, sed auctores in plerisque locis aliter p. suerunt.

311. Inter *Insicere* et *officere*. Insicere est colorem mutare, officere est alicui nocere.

312. Inter *Invenire* et *reperire*. Invenimus inquisita, reperimus ultro occurrentia.

305. Ex Serv., ad ill. i Æn.: *Talibus incusat, qui tamen amplius quam noster*.

305. Ex Serv., ad ill. i Æn.: *Terris jectatus et alto*. *Ibid.* In nota Panini est *mare* pro varia lectione, sed fortasse Pantinus voluit *mare*. AREV.

307. Fest., dict. *Focus*, et Serv., ad ill., xi Æn.: *In medioque focus*.

308. Ex Serv., ad ill. i Æn.: *Foribus car. o stridat ahenis*.

D — *Portæ*, etc. Vid. Serv., ad ill. ii Æn.: *Jamque propinquabant portis*; et lib. v Æn., ad illud: *Urbem designat aratro*. Ipse, Etymolog., lib. xv, c. p. 2.

*Ibid.* Hanc differentiam elegantem, et pro multorum antiquitatis locorum meliore captu, præsertim comicorum, utilem esse ait Barthius, qui inanem operam ponit, ut veram lectionem restituat in Editione Grialiana jam constitutam. AREV.

310. Ex Serv., ad ill. i Æn.: *Lumenque juvenæ*.

— *Decus*. Leg. *juvenum*, ex Serv.

— *Hominum*. Leg. *Decus*, ex mente Serv. et Acron., in Od. 3 lib. i Horatii. Hæc est *ἄβη*, et sic fere Arctatius. Vid. et Non., dict. *Juventus*.

311. Ex C. Fronto.: *Inspector colorem mutat, offeror officio ubest*.

312. C. Fronto.: *Invenimus nostra, reperimus aliena*.

*Ibid.* In Editione Grialii, a num. 312, gradus fit ad n. 314. Propterea, ex n. 12, duos feci, ut numeri suo ordine procederent. AREV.





334. Inter *Lactari* et *gratulari*. *Lactamur* de nostris A bonis, *gratulamur* de amicorum [*Agræt.*, alienis].

335. Inter *Legere* et *lectitare*. *Legere* ad tempus refertur, *lectitare* ad frequentiam. Interdum et *legere* nauticum verbum est, quia et navis dicitur *legere* quidquid transit.

336. Inter *Labium* et *labrum*. *Labium* superius dicimus, *labrum* inferius. *Rostrum*, non nisi avium, quod incurvum est. Vanissime autem quidam nuntur [*Al.*, tentant] *facere discretionem*, ut virorum *labra*, mulierum *labia* dicantur [*Al.*, dicant].

337. Inter *Lactantem* et *lactentem*, quod *lactans* est quæ lac præbet, *lactens* cui præbetur.

338. Inter *Leges* et *jura*. *Jus* dicitur, *lex* scribitur. Unde et *Virgilius*: *Jura dabant legesque viris*. Item *leges* humanæ, *jura* divina sunt. Ideoque B et *juramentum* dicitur id est, *sacramentum* in Deo [*Al.*, *Domino*]. Hinc et *Virgilius*:

Fas mihi Gratorum sacra resolvere jura.

339. Inter *Leges* et *mores*. *Lex* est scriptis edita, *mores* autem *lex* quædam vivendi, nullo vinculo astricta [*Al.*, astrictus], sive *lex* non scripta, sed tantum cum usu retenta.

340. Inter *Latronem* et *furtum*. Qui alienum involat [*Al.*, aliquid subtrahit], *fur* est; qui *furtus* et occidit, *latro* est. *Proprie* autem *latro* a latitando insidiis [*Forte*, in insidiis] dicitur; *fur* autem a *furvo* vocatus, id est, nigro; nam noctis utitur tempore. Pulchre autem *Plautus* cuidam [*Al.*, de quodam] qui *farabatur* ait (*Plaut. Aulularia*): *Tu trium litterarum homo*, id est, *fur*.

341. Inter *Locum religiosum*, et *sacrum*, et *sanctum*, quod *sacrum* vocamus, quod ad deos superos pertinet; *religiosum*, quod ad deos inferos; *sanctum* vero, quod aliqua sanctitate *sanctum* est, ut sunt *tauri* apud *Homerum* (*Ὀδυσσ. μ*) soli *sancti*, *sacri*, *sacrosancti*.

342. Inter *Labat* et *lavat*. *Labat* nutat, *lavat* lotorem esse.

334. Ex *Agrætio*.

335. Ex *Serv.*, ad ill. i *Georg.*: *Primi lege littoris oram*; et ill. iii *Æn.*: *Littoraque Epiri legimus*; et ii *Æn.*: *Pars cætera pontum pone legit*.

336. Ex *Agrætio*.

— *Non est av. nisi quod incurvum est*, *Agræt.*

— *Vanissime*. Ex *Serv.*, ad ill. ii *Ecolog.*: *Caſamo trivisse labellum*.

337. Ex *Serv.*, ad ill. i *Georg.*: *Lactentia turgent*.

*Ibid.* In *Barthii* Codice, *lactens, qui ducit*; quod *verbum ducit* elegans est, ut ait *Barthius*, et *lactentia* maxime congruum. *Anzv.*

338. Ex *Serv.*, ad citata verba ab *Isidoro*, quæ sunt i et ii *Æn.*

— *Serv.*, ad locum citatum, qui est ii *Æn.*

339. Sic fere ipse, lib. ii *Etymolog.*, cap. 10, et lib. iv, cap. 3.

340. Sic ipse *Etymolog.* lib. x, littera *L*. *Varro*, quod circa latera ferrum habeat. *Fest.*, quod a latera adoratur, aut ἀπο λατρειῶν.

— *Serv.*, ad ill. iii *Georg.*: *Nocturnum stabulis furem*.

341. Vid. *Fest.*, dicti. *Religiosus*, et *Macrob.* lib. iii *Satur.*, cap. 3.

— *Soli*, etc. *F. Solisanti*, duæ sequentes dictiones

343. Inter *Lætum* et *lethum*. *Lætum* gaudentem, *lethum* mors dicitur.

344. Inter *Labium* et *labrum*. *Labium* oris; *labrum* vasis, a rostro, quod incurvum est.

345. Inter *Lympham* et *nympham*. *Lympham* aquam, *nympham* deam.

346. Inter *Litem* et *rixam*. *Lis* inter duos committitur, et mota finitur; *Rixa* inter multos et jurgio [*Al.*, *injuria*] constat.

347. Inter *Ligat* et *legat*. *Ligat* quis vinculo, *legat* testamento.

348. Inter *Limen* et *limitum*. *Limen* ædium est, *limes* regionum vel finium.

349. Inter *Libat* et *immolat*. *Veteres* *immolare* dicebant, quando victimas in mole [*Al.*, *mola*] altaris ponentes ignem sacrificiis [*Al.*, *sacrificium*] subjiciebant. *Libare* autem quando *pateras* mero plenas aris fundebant. Nam *libare* proprie *fundere* est. Unde et *Liber* vocatur qui [*Al.*, quia] *vini* usum in *Græcia* ostendisse fertur. Nos ergo juxta verborum distinctionem *immolamus panem*, *libamus calicem*.

De littera M.

350. Inter *Misericordiam* et *miserationem*. *Bene* *velle* *misericiordiæ* est; *bene* *ficere*, *miserationis*. *Dicitur* enim *miseratio*, quasi *misericiordiæ* actio. Nam *misericiordia* affectus tantum cordis est quo compellimur ut *miseris* subveniamus. Quapropter *misericiordia* *condolere* *miseri* novit, etsi non sit unde tribuatur; *miseratio* autem ex opere comprobatur.

351. Inter *Memorare* et *commemorare*. *Memorantur* C pauca, *commemorantur* multa.

352. Inter *Mansuetum* et *modestum*. *Mansuetus* est qui nulli *injuriam* irrogat, *modestus* qui nec læsus irascitur.

353. Inter *Miserum* et *misellum*. *Miserum* viventem adhuc dicimus, *misellum* mortuum.

354. Inter *Miserandum* et *miserabilem*. *Miserabilis* est cui *misereri* possumus, *miserandus* cui *misereri* debemus.

355. Inter *Memoriosum* et *memorem*. *Memoriosus*

forte glossema.

342. *Forte lotrem* aut *lavatorem*.

*Ibid.* *Pantinus* in not. conjicit *lotrem*, quod exstat etiam in textu. Fortasse in textu vel in nota legendum *lutorem*. *Vox tutor* et *lotor* apud quædam vetera monumenta reperitur: de vobis *lavator* minus idniquet. *AREV.*

345. Etiam *Fest.* distinguit dict. *Lympha*.

348. Ex *Agrætio*, qui forte ex *Isidoro* supplendus.

349. Eadem fere lib. *Etymolog.* vi, cap. 16.

*Ibid.* *Melius* est *mola* quam *mole*: nam vere *immolo* a *mola* deducitur. *AREV.*

350. *Quippe videtur* in altero ms.

*Ibid.* In nota *Pantini* fortasse legendum est, *al.*, *miseratio*, ut, scilicet, varia lectio discrepet a textu. *AREV.*

352. *Fest.*, dicti. *Mansuetus*. Non., dicti. *Mansuetum*:

— Non., dicti. *Modestus*. Ipse *Etymolog.* lib. x.

353. Ex lib. x *Etymolog.*, littera *M*. Potius legendum videtur: *Misellum viventem adhuc, miserum mortuum*.

354. *Etymolog.* lib. x, littera *M*.

355. Ex *C. Front.*, qui paulo copiosius: *Memoriosus* *habet ad dicta, factaque referenda memoriam; memor beneficii memoriam vel injuriæ rasert*. Unde in *Isidoro* *pro defensionis* malim *offensionis* reponi.

memoriam habet, memor vero beneficii vel defensionis memor est.

47 356. Inter *Moram et tarditatem*. Mora est quae impedit, tarditas quae impeditur. Mora in re, tarditas in homine.

357. Inter *Mendum et mendacium*. Mendum in libro proprie dicitur, unde et emendare dicimus. Nam mendaciam in ceteris rebus est.

358. Inter *Malitiam et malignitatem*. Cogitatio quippe prava mentis malitia dicitur, malitiæ votum vel opus malignitas appellatur.

359. Inter *multationem, pœnam, et supplicium*. Multatio potest esse, et sine sanguine, in damno pecuniæ. Supplicium cum sanguine; pœna vero dolor sine sanguine.

360. Inter *Munus et donum*. Munus est debitum, ut [Al., in] patrono; donum, honorarium est. Item donum dantis est, munus accipientis. Dicitur autem donum a dando, munus a muniendo, vel a monendo.

361. Inter *Meruit et promeruit*. Meruit commune est et ad pœnam et ad præmium, promeruit tantum ad præmium. Nam promeritus dicitur qui bene facit, sic immeritus qui male.

362. Inter *Magnum et grandem*. Magnum ad animum referimus [Al. refertur], grandem ad corpus.

363. Inter *Mutuum dare* [Al., mutuare] et *commodare*. Qui mutuum dat, aliud recepturus est; qui commodat, utique idem sibi reddi desiderat.

364. Inter *Monere et admonere*. Monet qui præcipit, Admonet 48 qui quod exciderat memoriae reducit.

365. Inter *Meretur et mœret*. Qui meretur dignus est aliquo beneficio; qui mœret, tristis est.

366. Inter *Miramur et admiramur*. Admiramur virtutes, miramur opera.

357. Carisius sic fere mendum et mendam discriminat: *Mendum in mendacii significatione distinguitur, menda in culpa operis, aut corporis.*

358. Sic Cicero, in de Natur. deor.: *Est enim multitia veruta et fallax nocendi ratio.*

359. Ex Varronis mente, v de Ling. Lat.: *Multa a pecunia, quæ a magistratu dicta, ut exigi possit ob peccatum.*

— Pœna. Varro., ibid.: *Pœna a puniendo, aut pœnitendo, quod post peccatum sequitur.*

360. Ex Front., et Etymolog. lib. vi, cap. 19. Vide supra.

— Item donum. Ex Agrætio, ad verbum.

— Monendo. Movenido, Agrætius, male opinor.

361. Interpretes Terent., act. ii, scen. 2: *Promeruit, adjuvit, profuit. Cui contrarium est commeruit; unde quis pro immeritus commeritus legendum suspicari possit. Vel ex illo loco Hecyr., act. iii, scen. 5: Quæ nunquam quidquam erga me ommerita est pater. Ubi iidem interpretes mereri bona dicimus, commereri mala. Vid. Serv., ad ill. iv Æn.: Nunquam Regina negabo-Promeritam.*

365. Ex Agrætio abbreviatum.

364. C. Front.: *Monet propter benevolentiam, admonet ut confirmet memoriam.*

366. Ex Agrætio.

367. Ex Serv. sensus expressus. ad ill. ii Æn.: *Miserescimus ultro.*

367. Inter *Miseremur et miserescimus*. Miseremur quantum necesse est, miserescimus amplius quam necesse est. Item miseremur rogati, miserescimus ultro.

368. Inter *Monemus, admonemus et commoneamus*. Monemus futura, admonemus præsentia, commoneamus præterita.

369. Inter *Multitudinem et numerum*. Multitudo numero sit, turba loco posita. Possunt enim pauci in angusto turbam facere.

370. Inter *Mihi et mi*. Mihi datus casus est, mi vocativus.

371. Inter *Municipem et municipalem*. Municipales sunt curialium majores, dicti eo quod fisci munera accipiant; municipales autem originales [Al., originis] cives sunt, et in locum [Forte, loco] officium gerentes.

372. Inter *Manillas et mammas, et ubera*. Manillæ virorum sunt, mammae mulierum, ubera pecorum [Al., pecudum]. Papillæ autem sunt nuclea summa mammarum, quæ sugentes comprehendunt.

375. Inter *Matronam et matrem familias*, Melissus grammaticus arbitratur hoc interesse, quod matrona dicatur mater primi pueri; mater familias, quæ plures peperit. Alii dixerunt matronam dici quæ in matrimonium cum viro convenit, et in eo [Al., idem] matrimonium 49 actum [Al., dicitur]; matrem vero familias eam esse quæ in mariti manu, mancipioque est, aut in cujus maritus manu mancipioque esset, quoniam in familias quoque mariti et sui hæredis venisset. Matronæ autem et virginis nobiles dicuntur, quæ matres jam fieri possunt. Quoniam per quamdam juris solemnitatem in familiam emigrant mariti.

374. Inter *Mortuum et emortuum*. Mortuum jam

369. Lege (inducta dictione) *numerum*, quæ male ex sequenti versu irrepererat *turbam*.

— Loco posita. F., loci positu. C. Fronto: *Turbam angustus locus facit.*

371. Etymolog. lib. ix, cap. 4.

Ibid. Error videtur irreperisse in nota Pantini, ac legendum originis post-originales, et loco post locum. AREV.

372. Ex Etymolog. lib. xi, cap. 1.

Ibid. In Editione Grialii erat *mamvillas*. AREV.

375. Leg. Helius Melissus ex Agell., lib. xviii, cap. 6. Ub. hæc ejus opinio recensetur. Vid. etiam lib. Etymolog. ix, cap. 18.

— In cujus. Al., in ejus. In cujus Agell., apertius.

— Venisset. Locum venisset, Agell.

— Matronæ, etc. Vid. Servium, ad illud ix Æneid.: *Multis e matribus ausa.*

— Locus non integer, et ex Servio, unde est ad illud, xi Æn.: *Tirrhena per oppida matres*, ita expendus: *Matres familias vero, quæ in matrimonium conveniunt per coemptionem, quoniam, etc.* Nam aliqui descriptio illa minime matronis convenit, sed matribus familias tantum. Vid. etiam Serv., ad ill. vii Æneid.: *Quæritur hæres*. Et forte etiam tertium membrum de matre desideratur; consule lib. ix, cap. 8, Etymolog. Vid. Fest., dicit. *Mater familias*, et Non., dicit. *Matronæ*, et *Matres familias*.

Ibid. In textu Grialii erat *Mesius*. De Melisso vide catalogum scriptorum ab Isidoro laudatorum, ex Bar-

exanimatum [Al., exanime] corpus, emortuum vero A viciuum morti.

375. Inter *Mare* et *maria*. Mare elementum est totum, maria vero partes maris. Sicut terræ sunt, terra vero tantum elementum.

376. Inter *Montes* et *colles*. Montes tamores terrarum, colles prominentiora juga montium, quasi colla.

377. Inter *Malogranatam* et *Malogranatum*. Malogranata, feminini generis, arbor est; malogranatum vero, generis neutri, ponum est. Sicut persicum et persicum: persicus, generis feminini, arbor; persicum, generis neutri, fructus est. Sicut buxus et buxum: nam buxum neutrum [Al., neutri], lignum est: buxus femininum [Al., feminini], arbor est.

378. Inter *Magis* et *potius*. Magis est alterum ex duobus præferre, utrum comparet; potius alterum B damnat.

379. Inter *Mala* et *malas*. Mala poma sunt, malas vero maxillæ.

380. Inter *Marem* et *mare*. Marem, masculinum; mare elementum est aquæ.

381. Inter *Mentitem* et *fallentem*. Considerandum est quod ille mentitur qui vult videri quod non est: qui [Forte quia] autem non volens aliud putat quam est, non mentitur, sed fallitur. Inest ergo 50 omni mentienti voluntas fallendi: res autem fallendi, voluntas non est mentiendi. Nam et lapis fallit, et multa corpora specie fallunt, ut remi fracti in unda, dum sint integri: sed et turres, quasi currentes, oculos navigantium fallunt. Et tamen hoc naturæ agunt specie non mentiendi voluntate.

382. Inter *Monile* et *munile*. Monile dicitur harpago a monendo, eo quod moneat mulierem esse sub potestate viri; munile vero dicitur vestimentum, a muniendo, vel munile dicitur ornamentum ex gemmis quod solet ex feminarum pendere collo: dictum a muniere.

#### De littera N.

383. Inter *Necessitatem* et *necessitudinem*. Necessitas aliquid fieri cogit, necessitudo autem affectus est vel vinculum propinquitatis.

384. Inter *Nihil* et *nihili*. Nihil adverbium est, nihili autem homo nullius momenti.

thio et Fabricio, in Isidorianis, cap. 53, num. 2. Melissii quoque sive ejusdem, sive alterius meminerunt Chalcidius, Plinius et Donatus. Correxerunt in mariti pro in matris. AREV.

375. Ex Serv., ad ill. vi Æn.: Tot maria intravi. D 3.6. Varro, a colendo, iv de Ling. Lat.

Ibid. Quasi colla. Ita etiam lib. xiv Etymolog., cap. 8, num. 19. AREV.

381. Res autem, etc. Al., res autem fallunt, quibus tamen sol.

— Specie, etc. F., species etiam fallunt ut.

— Naturæ, etc. F., Natura ag. species.

Ibid. Fortasse Pantinus in textu legebat quia autem. AREV.

383. Eodem sensu C. Fronto, et Scaurus de Orthographia.

384. Agrælius, et Carisius fere eadem.

385. Ex Serv. sensus expressus ad illud xii Æneid., Nudato capite.

387. Breviter Frontonem expressit: Nullus tam in re

385. Inter *Nudum* et *nudatum*. Ea enim nudata dicuntur quæ vestiri solent, ea nuda quæ non solent tegi. Item nudus illius rei aut illa re bene dicitur. Nudatus vero ab illo denuntiatur [Al., denuntiatus].

386. Inter *Negamus* et *abnegamus*. Negamus, si quid objicitur; abnegamus, si quid petitur.

387. Inter *Neminem* et *nullum*. Neminem ad hominem referimus, nullum ad omnia.

388. Inter *Nomen*, *prænomen*, *cognomen* et *agnomen*. Nomen [Al., prænomen] est vocabulum propriæ appellationis; prænomen, quod nominibus, ob dignitatem [Al., dignitate] generis præponitur: ut Publius Virgilius. Non enim possumus dicere [Al., dicimus] Virgilius Publius. Cognomen, quod ex familia generis venit, ut puta Scipio Cornelius, a Cornelia familia ortus. Agnomen, 51 quod ex virtute, vel vitio trahitur: ut Scipio Africanus, pro eo quod Africam vicerit: vel Lentulus Sura, pro eo quod majores habuerat suras. Proinde nomen a proprietate venit, prænomen a dignitate, cognomen ab origine, agnomen vero a specie vel actione.

389. Inter *Nascitur* et *enascitur*. Nascitur, quod ab utero decedit; enascitur, quod ex terra, aut aqua exsurgit.

390. Inter *Nautam* et *navitam*. Navita poeticum est. Nam dictus est a nauta, sed causa metri a poetis una littera addita est.

391. Inter *Num* et *nunc*. Num, nunquid; nunc, modo.

392. Inter *Ne* et *næ*. Næ, si præponitur, adverbium est et acuto accentu pronuntiatur, ne vero si subjungatur, conjunctio est, et presso accentu.

393. Inter *Nigro* et *migro*. Nigro nigrum facio, migro de mutatio [Al., de loco mutatio] est.

394. Inter *Neutrum* et *neutralem*. Neutrum nomen, aut pronomen, vel participium; neutrale vero verbum est.

395. Inter *Notus* et *notus* [Al., notu]. Notus, cognitus, notus judicio; Notus, Anster.

396. Inter *Nobilem* et *nobilem*. Nobiliis, generosus; nobilis, notus omnibus.

397. Inter *Nomina* et *Numina*. Nomina sunt vocabula, numina, potestas.

quam in persona: nemo in persona dicitur, ut nemo homo, F. ne homo.

388. Testibus Sosipatro, Donato, Diomedo, et aliis: Nomen est, quod originem gentis declarat, ut Cornelius. Prænomen, quod nomini gentilitio præponitur, ut Publius. Cognomen, quod nominibus Gentilitiis subjungitur, ut Scipio. Agnomen, quod extrinsecus addi solet, aliqua ratione, vel eventu quæsitum, ut Africanus. Hic vero in utroque Manuscripto cognomen et agnomen sedes permutarant; reduximus tamen utrumque in suum locum, non modo iis quos dixi auctoribus, sed ipso etiam Isidoro lib. i Etymolog., cap. de Namine.

389. Ex Agrætio

390. Fest., in dict. Navita.

396. Ex Non., dict. Nobile:

— Sic Titinius; male factis nobilitarent, quod notificent Non. exposit.

397. Ex Serv., ad illud Eclog. iv: Stabli salarum numine Parvæ.

## De littera O.

398. Inter *Osculum et pacem*. Pacem amicis [Al. add. amicis vel] filiis osculum dari dicimus: uxori-  
bus basium, scorto suavius [Al. savium]. Item os-  
culum charitatis est, basium blanditiæ [Al., blandi-  
tium], suavius voluptatis. Quod quidam etiam **52**  
versibus his distinxit:

Basia conjugibus, sed et oscula dantur amicis:  
Suavia lascivis miscentur grata labellis.

399. Inter *Occasionem et opportunitatem*. Conspicui-  
ter in litteris ponitur, occasio arrisit. Opportunitas  
se præbuit, vel secunda successit.

400. Inter *Observationem et observantiam*. Obser-  
vatio curæ, doctrinæ et artis est, observantia vero  
cultus et religionis est.

401. Inter *Opus et operationem*. Opus dicitur ip-  
sum quod fit, operatio autem ipsa rei actio est.

402. Inter *Omne et totum*. Omne ad multitudi-  
nem et ad numerum pertinet: [Al. add. ut omnis]  
ad numerum, ut omnes homines; ad multitudinem,  
ut omnis familia, omnis exercitus, omne pecus dici-  
mus. Totum vero ad magnitudinem pertinet, ut to-  
tum corpus, tota terra, totum cælum. Ergo totus  
homo, si ad corpus referamus; omnis homo, si de  
universis. Proinde omne in diversis partibus poni-  
tur, totum autem sine partibus debet esse.

403. Inter *Orare et exorare*. Orare est poscere;  
exorare, impetrare.

404. Inter *Obesse et officere*. Qui obest nocet, qui  
officit vult nocere.

405. Inter *Officere et inficere*. Officere est alicui  
velle nocere, inficere colorem mutare.

406. Inter *Olet et redolet*. Olet res [Al., olent],  
vel male, vel bene; redolet [Al. redolent] tantum  
bene.

407. Inter *Oracula et delubra*. Oracula tempa  
sunt ubi oratur, **53** unde et responsa redduntur. De-  
lubra autem templa fontes habentia ad purificandos  
et abluendos fideles. Et inde delubra a diluendo ap-  
pellata. Unde et prius hæc loca altaria non habe-  
bant, ut tantum delubra essent, non templa.

398. Interpretes Terentii scen. 2 act. III, Eunuch: **D**  
*Oscula officiorum sunt, basia pudicorum affectuum, suavia*  
*libidinum*. Servius ad illud I Æn.: *Oscula libavit nata:*  
— *Sciendum osculum religionis esse, suavius volu-*  
*ptatis.*

— *Basia*. Al. *basia conjugibus sedet oscula d.*

*Ibid.* in nonnullis Ms.: *Inter basium et suavius hoc*  
*interest, quod basium uxori datur, suavius scorto.*  
*Item basium blanditiarum esse, suavius voluptatis.*  
*Quidam etiam versibus hoc distinxit:*

Conjugis interea basium, oscula dantur amicis,  
Suavia lascivis miscentur grata labellis.

III versiculi de basio, osculo et suavio exstant apud  
alios quoque grammaticos. Quisnam eorum auctor,  
adhuc latet. Discrimen tamen non semper observa-  
tur. Vide Glossarium Isidorianum, verbo *Savium*.  
Variæ lectiones Pantini confusæ videntur. AREV.

400. Recte Ascon II in Verr.; *Observant modo spe. u-*  
*lantur, alias venerantur.*

402. Vid. Servium, in illud I Æn.: *Tota armenta*  
*sequuntur.*

**A** 408. Inter *Orbum et cæcum*. Orbus est qui filius  
amittit, cæcus est qui oculos perdit.

409. Inter *Occidit et occidit*. Occidit, correpta me-  
dia, eum qui mortuus est significat; occidit autem,  
producta media, eum qui interficit.

410. Inter *Oleam et olivam* auctores ita distinguunt,  
ut olea sit fructus, oliva arbor, quia multitudo di-  
citur olivatum, ut quercetum [Al., quercetum] et  
pometum [Al., vinetum]. Enimvero sine discrimine  
poetæ [Al., crimine poetarum] et oleam et olivam  
pro fructu sæpe posuerunt. Sed consuetudo obtinuit  
olivam fructum dicere. Nec [Al., dicere nec] velat  
quominus et arboris et fructus idem nomen sit [Al.,  
sumpat].

411. Inter *Odorum, odorabile et odoriferum*. Quod  
**B** enim per se odorem mittit odorum est, odorabile  
[*Serv.* odoratum] vero, quod aliunde [*Serv.* alicunde]  
accipit odorem; odoriferum, quod odorem sequitur.

412. Inter *Operam et opera*. Operam, quæ sit;  
opera vero, quod sit.

413. Inter *Ostium et hostiam*. Ostium quod aperit-  
tur, hostia sacrificium.

414. Inter *Ortus et hortos*. Ortus processus, hortos  
agros dicit [F., dicimus].

415. Inter *Oblitum et oblitum*. Oblitum, correpte,  
perfusum; oblitum, producto, immemorem.

416. Inter *Offerre et inferre*. Offerre est ultro præ-  
bere, inferre importare.

**54** De littera P.

417. Inter *Prudentiam et sapientiam*. Prudentia  
**C** in humanis rebus, sapientia in divinis distribuitur  
[Al., tribuitur].

418. Inter *Pudorem et pudicitiam*. Pudor corpo-  
ris est, pudicitia mentis.

419. Inter *Pietatem et affectionem*. Piety inter de-  
vinctos sanguine exhibetur, affectio inter extraneos.

420. Inter *Patientiam et tolerantiam*. Tolerantia  
animi [Al., animæ] est patientia corporis. Ut Sal-  
justinus [Al., Catilina] *Corpus patiens inediae, algoris.*

421. Inter *Peritum, prudentem, callidum et facundum*. Peritus usu doctus; prudens, veluti provi-  
dens, utilis rerum futurarum ordinator; callidus,

403. Ex *Serv.*, ad illud III Æn.: *Exorat pacem diuum.*

405. Supra, ex C. Frontone.

407. Etymolog. lib. xv, cap. 4.

— Vid. Servium, ad illud II Æn.: *Delubra ad sum-*  
*ma dracones; et ill. IV: Delubra adeunt.* Ascon. Ped.  
in *Divinationem* Cicero.

408. Vid. *Fest.*, dict. *Orba*.

410. Vide Servium, ad illud II Georg.: *Sed Trun-*  
*cis olea melius.*

411. Ex *Serv.*, ad ill. IV Æn.: *Odora carum vis,*  
ex quo pro *odoriferum, odorisequum* leg. videtur.

412. Vel potius: *Opera quæ facit, opus quod fit.*

417. Lib. II *Differentiarum*, 36.

418. Sic fere distinguit Non. inter castitatem et  
pudicitiam, dict. *Castitas*.

420. Intellige, in *Var. lect. Pantini, Sallustianus, de*  
*Bello Catilinario*. AREV.

421. Sic Cicero, VI de *Repub.*, *prudentiam aut*  
*nomen nactam a providendo.*

— *Callidus*. Interpretes Terentii, act. III, scen. 3,  
Adelph.: *Callidus dicitur, qui callum sibi uss artus*  
*induxerit.*

per exercitationem [Al., pro exercitatione] artis instructus; facundus, qui facile possit fari.

422. Inter *Pudentem* et *verecundum* hoc interest, quod pudens opinionem veram falsamque metuit: Verecundus autem non nisi veram [Al., vera] timet.

423. Inter *Profanum*, et *nesandum*, et *nesarium*. Nesarius, ut Varro existimat, non dignus farre. Quo primo cibi genere vita hominum sustentabatur [Al., sustinebatur]. Nefandus; id est, nec nominandus quidem. Profanus autem, cui sacris non licet interesse. De quo Sallustius: *Sacra polluet profanus*. Profanus ergo, porro, id est, longe a fano.

424. Inter *Peccatorem* et *immundum*, quod omnis peccator immundus est; non tamen omnis immundus peccator. Peccator enim est qui transgreditur præcepta Dei, et necesse est hunc et immundum esse quia transgreditur. Immundus autem est et qui cum uxore sua dormierit, aut mortuum tetigerit, non tamen ideo peccator est.

425. Inter *Ploratum*, *placatum*, et *stetum*. Ploratus tantum lacrymarum est, plactus tantum vocem, stetus ad utrumque pertinet.

426. Inter *Pigrissimam* et *torporem*. Torpor dormitantis est, pigrissima vigilantis.

427. Inter *Perseverantiam* et *pertinaciam*. Perseverantia in virtute est, pertinacia in vicio.

428. Inter *Præsidium*, *auxilium* et *subsidiū*. Præsidium est aliquo loco utili positum, auxilium quod ab exteris datur, subsidiū quod postea supervenit.

429. Inter *potentiam* et *potentatum*. Potentia est sui cuiusque solius, potentatus vero auctoritas [Al., auctoritatis] est judicialis.

430. Inter *Pestem* et *pestilentiam*. Pestis ipsum est nomen morbi [Al., verbi], pestilentia vero id quod ex se efficit. Pestilentiae autem tres modi sunt: aut ex terra, aut ex aqua, aut ex aere.

431. Inter *Passionem* et *propassionem* Hieronymus in Matthæum distinguit, dicens: quod passio reputatur in culpa; propassio, licet culpam habeat [Al., pro culpa habeatur], tamen non tenetur [Al., retine-

425. Ascon. Pedjan. III, in Verr. Non., dict. *Nesarius*; ipse Etymolog. lib. I, littera N.

Ibid. Fortasse *no nominandus quidem*. Ita certe mellos. AREV.

427. Varr., IV de Ling. Lat., initio. Non., dict. *Pervicacia*.

428. C. Front.: *Subsidiū quod subest deficientibus, præsidium imponitur, auxilium repentinum est, ita subsidiū ad secundos casus præparatur. Præsidium ad custodiam, auxilium, ut possit, ex insperato venit.* Vid. Fest.

429. Al. suæ 2 Mss. pro sui.

Ibid. Varia lectio efficit cum textu Grialii congruit. Legi poterit *facit*, aut aliquid simile pro *efficit*. AREV.

431. In Codice Regiovatcano 1838 differentiæ sunt alphabetico quidem ordine dispositæ, sed alibi contractiores, alibi copiosiores, et nonnullæ additæ, ut, exempli gratiæ: *Inter pati et perpeti: patii brevis est, perpeti longioris est temporis. Inter passum et experitum. Patimur voluntate, experimur necessitate.* Malim *Experimur voluntate, patimur necessitate*. AREV.

437. Ex interpretibus Terent. videtur sumpsisse

atque] in crimine. Ergo qui viderit mulierem, et anima ejus fuerit utilata, hic propassione percussus est: Si vero consenscrit, ut de cogitatione affectum fecerit (sicut scriptum est in David: *transierunt in affectum cordis*), de propassione transit ad passionem, et huic non voluntas docet, sed occasio.

432. Inter *Percunctationem* et *interrogationem* Augustinus hoc interesse existimat, dicens: quod ad percunctationem multa responderi soleant, veluti quid est hoc, aut illud? ut respondeantur diversa, vel varia. Ad interrogationem non multa respondentur, sed aut non, aut etiam pronuntiabitur. Veluti factum dictumve est? Verum aut falsum est? Respondetur: aut non, aut etiam.

433. Inter *Perfectum* et *consummatum* hoc distat quod perfectum est cui jam addi nihil aliud potest. Consummatum vero est quodlibet opus in finem deductum.

434. Inter *Patens* et *patulum*. Patulum dicimus quod naturaliter semper patet, ut nares, arbor. Patens vero quod aperitur et clauditur, ut ostium, oculi. Sic lucidum et lucibile: lucidum est quod aliunde illuminatur, lucibile quod per se lucet.

435. Inter *Penetrabile* et *penetrabile*. Quod penetrat penetrabile dicitur; quod autem penetratur, penetrabile. Penetrabilia autem sunt domorum secreta, et dicta ab eo quod est penitus.

436. Inter *Post* et *pone* hoc videtur interesse quod post semper chronicè ponimus, cum dicimus: Post tempus veniam; pone vero, post tergum.

437. Inter *precari*, et *imprecari*, et *deprecari*. Precari est rogare, imprecari est optare [Al. exoptare], deprecari est excutare, vel expurgare. Cicero (lib. II in Verr.). Quid, inquit, faciat Hortensius? Avaritiæ crimina frogalitati laudibus deprecetur?

438. Inter *Poscere* et *exposcere*. Poscere minus est quam exposcere. Nam poscunt qui simpliciter petunt, exposcunt qui desiderant.

439. Inter *Polliceri* et *promittere*. Polliceri dicimus quod sponte promissimus nec rogati, promittere

D. Augustinus, act. V, scen. 4, *Audite*:

— Aut etiam pron. Al., Sic pronuntiabitur, forte, etiam pron.

Ibid. Pantinus in textu legisse videtur aut et pronuntiabitur, pro quo conjicit aut etiam; quæ gentiana est lectio. AREV.

434. Ex Serv. ad ill. Eclog. I, *Tityre, tu patulæ*.

— Ex Serv. ad ill. VI Æn., *Lucentemque globum lunæ*, ex quo videtur legendum *lucens*, non *lucidum*. Fronto tamen ita etiam fere distinguit inter *lucidum* et *luminosum*.

435. Ex Serv. lib. X Æn. ad ill., *Nostrum penetrabile telum*.

— *Penetrabilia*. Ex Serv., ad ill. VII Æn.: *Penetrabilibus altis*, et ill. VI: *Regnis penetrabilia nostris*.

436. Fest., dict. *Pone*, et Serv. ad ill. II Æn., *Pone subito conjux*.

— *Tempus*. F. dictio *tempus* superat.

437. Ex Agræt. qui huic forte augendus.

438. Serv. ad ill. IX Æn.: *Si tibi, quæ posco*, aliter quam Isidorus.

439. Ex Serv. ad ill. I Æneid., *Diione tenerent, Pollicitus*.

quod petitur. Ergo promittimus rogati, pollicemur A  
ultra. Item pollicemur scriptura, promittimus  
verbo.

440. Inter *Properare* et *festinare*. Marcus Cato sic  
distinguit dicens: Qui unumquodque mature transi-  
git, is properat. Qui multa simul incipit, neque per-  
ficit, is festinat. Ego unumquodque quod adortus  
gram transigebam.

441. Inter *Primum* et *priorem*. Primum e multis,  
prior e duobus, primarius a dignitate.

442. Inter *Plures* et *plaris*. Pluris est quod ma-  
jori summa laxatur, plures vero de multitudine  
scribimus [Al., scribitur].

443. Inter *Petivit* et *expetivit*. Petivit pro parum  
[F. add. petivit] ponitur, expetivit pro satis petivit.  
Et inimicissime ac vehementer adnotus est. Ex enim B  
pro valde ponitur.

444. Inter *Pyram* et *rogum*: Pyra est constructio  
lignorum, antequam ignis adnotus est, Rogus est  
dum ardet. Bustum vero posteaquam arsit.

445. Inter *Plebem* et *populum*. Plebs a populo  
eo distat, quod populus est generalis universitas ci-  
vium cum senioribus, plebs autem pars humilis et  
subjecta.

446. Inter *Pauperiem* et *paupertatem*, Pauperies  
damnum est, paupertas ipsa conditio.

447. Inter *Proclivum* et *declivum*. Proclivus est  
ascensus; declivus, descensus facilis.

448. Inter *Puerperam* et *puellam*. Puellam inve-  
stem dici 58 et ætate parvulam, quasi pullam; puer-  
peram vero, quæ primum puerum enixa est, et in an-  
nis puerilibus parit. Unde et Horatius (Lib. iv,  
od. 4):

Laudentur simili prole puerperæ.

449. Inter *Pampineum* et *pampinosum*. Pampi-  
neum est totum de pampinis, pampinosum quod pamp-  
pinis plenum est.

450. Inter *Populum* et *populos*, cum enim populos  
numero plurali dicimus, urbes significamus; cum

— Scriptura. Al., Minus. F. minis.

*Ibid.* Hæc est prima differentia quæ in altero libro  
non alphabetico occurrit, brevior tamen quam hoc  
loco. AREV.

440. In oratione quam de suis virtutibus habuit.  
Agell. lib. vi, cap. 14. Non., dict. *festinare*. Fest.,  
dict. *propere*. C. Front. Qui *properat*, apparet non  
esse *desessus*, qui *festinat*, videtur esse *defatigatus*.

— Unumquodque. Al., Nunquam quidquam, quod  
adortus eram, transibam. Oritus Ms. Forte, orsus.

441. Ex Agrætio.

442. Ex Agrætio.

443. Inimicissime. Lego enirissime, aut intensissime.

444. E. Serv., ad ill. i Æn., Constitueret pyras.

— Fest., dict., bustum.

445. Sic 9 Terent. Scæurus de Orthograph.: *Popu-  
lus est in quo omnis pars civitatis, omnes ejus ordinis  
continentur*: plebs ea dicitur, in qua gentes civium  
paritæ non insunt.

446. Fest., dict. *Pauperies*; ex quo forte scriben-  
dum, *paupertas est damn. quod quadrupes facit*.

448. Lib. x Etymolog., littera P. *Puella est parvula,  
quasi pupilla*, et lib. xi, cap. 1. *Pupilla, quod pura  
sit et impolluta, ut sunt puellæ*. Et sic dictionem  
*pullam* in *pupillam* forte quis mutandam censeat,  
cum et Græcis ἡ κόρη utrumque et pupillam et puel-

populum, unius multitudinem civitatis intelligimus.

451. Inter *Pontificem* et *vatem*. Pontifex tan-  
tum summum sacerdotem significat, vates autem  
plura significat, aut sacerdotes, aut poetas, aut pro-  
phetas.

452. Inter *Profugum* et *exsulem*. Profugus volun-  
tate, exsul necessitate.

453. Inter *Patrium* et *paternum*. Paternum est quod  
patris fuit, ut fundus paternus. Patrius dicitur patri  
similis [Al. patri affectus], ut patrius animus [Al., amor.]

454. Inter *Proprius* et *propius* [Al., proprium].  
Proprius est nomen, propius verb juxta me.

455. Inter *Prægnantem* et *gravidam* hæc differentia  
est: prægnantem esse quæ concepit; gravidam, quam  
uteri grævedo proximam partui ostendit.

456. Inter *Pignera* et *pignora*. Pignera sunt re-  
rum, pignora filiorum et affectuum.

457. Inter *Portentum* et *monstrum*. Portentum  
est quod 59 ex formis diversis proponitur, monstrum,  
quod extra naturam nascitur, vel nimis gaude, vel  
nimis breve.

458. Inter *Portentum* et *portentosum*. Portentum  
dicitur quod ex omni parte naturæ mutationem su-  
mens aliquid portendere futurum videtur, sicut biceps  
caput in corpus unum, vel sicut in Xerxis regis ex  
equa vulpem ferunt creatam (Herodian.); per quod  
ejus solvi regnum ostensum est. Nam portentosa di-  
cuntur quæ ex parte corporis sumunt mutationem  
[Al., notationem]; ut, exempli causa, cum sex digitis  
nati, sive cum aliqua pravitate [F., parvitate] mem-  
brorum.

459. Inter *Portentum* et *ostentum*. Portentum na-  
scitur et in sua permanet qualitate; ostentum vero  
subita offertur oculis, et subducitur. Sic portentum  
dicitur a portendendo, id est porro ostendendo, sicut  
et prodigium, quod porro dicat, id est futura de lon-  
ge prædicat. Monstrum sane a monitu vel monstra-  
do dictum, quod aliquid significando demonstret et  
statim. Quinque sunt autem genera prodigiorum, et

lem significet. Vox tamen *pullam* non temere reji-  
cienda, quandoquidem et Non. *pullum*, inquit *ætatis  
novellæ, ab antiquo verbo pullare, quod vetus plossa-  
rium agnoscit, estque παραπάδας βάλαν, pulli πα-  
ραπάδας*. Ipse certe hanc eandem lectionem superiore  
libro habet.

— Etymolog. lib. ii, cap. 2.

449. Serv. ad ill. i Æn., *Nemora inter frondea*.

*Ibid.* *Pampinosum*. Adhibetur hæc vox a Columnella  
et Plinio. AREV.

451. Lib. Etymolog. vii, cap. 12.

452. Vid. Serv. ad ill. i Æn. *Profugus, Larinaque  
venit litorea*.

456. Ex Agrætio.

457. Fronto. Sic: *Portentum, quod porro, et diutius  
manet, futurumque postmodum aliquid significat*;  
*monstrum est contra naturam, ut est Minotaurus, et  
infra, in monstro rectus ordo naturæ vertitur: in por-  
tento differtur eventus*. Non., dict. *monstra*.

458. Etymolog. lib. ii, cap. 3.

*Ibid.* Pāntinus in textu legebat, ut pato, *parvitate*,  
pro quo conjiciebat *pravitate*. AREV.

459. C. Fronto eodem sensu *ostentum, quod præter  
consuetudinem offertur, et infra, in ostento raritas ad-  
ministrationem (Legi admirationem) facit*.

Varro dicit, id est : portentum, ostentum, prodigium, A publicata; Pompeiana, si ad aliam domum transit. miraculum et monstrum.

460. Inter *Pueritiam* et *pubertatem*. Pueritia est tenera et parva ætas, a puritate ita vocata; Pubertas autem ætas adulta est quæ jam gignere potest; dicta a pube, id est a pudendis corporis, quod hæc loca tunc primum lanuginem inducunt [L., induunt]. Pueritia autem a septimo anno, pubertas a quarto decimo incipit.

461. Inter *Percussum* et *perculsum*. Percussum corpore dicimus, perculsum animo. Cicero, de Signis: Tanquam ipsa illa face perculsus esset [Agræ., perculsus esse].

462. Inter *Parricidam* et *paricidam*. Parricidam dicimus qui occidit parentem; paricidam, qui socium atque patrem.

463. Inter *Procellam* et *tempestatem*. Procellas non tam terrarum 60 quam cæli esse, tempestates autem fluctuum sunt.

464. Inter *Plantas* et *plantaria*. Quod plantæ sunt rapæ de arboribus, plantaria vero, quæ ex seminibus nata sunt, et cum radicibus et terra propria transferuntur.

465. Inter *Pomarium* et *pometum*. Pomarium est ubi poma ponuntur [Al., transponuntur], pometum ubi poma nascuntur, pomerium ubi poma inveniuntur [Al., ipse locus arborum].

466. Inter *Pyram* et *pyrum*. Pyra est rogos [Al., robur] ardens, pyrum vero pomum.

467. Inter *Piscatorem* et *piscarium*. Piscator est qui capit, piscarius est qui vendit.

468. Inter *Pulveream* et *pulverulentam*. Pulveream, factam; pulverulentam est, pulvere plenum.

469. Inter *Pennas*, et *pinnas*, et *pennum*. Pinnæ sunt murorum, pennæ avium, a pendendo; pennum extremitas ferri acuti.

470. Inter *Prædam*, *lucrum* et *compendium*. Præda ex hoste, lucrum ex negotio, compendium proprie ex pondere.

471. Inter *Pompeii porticum*, *Pompiciam*, et *Pompeianam*. Pompeii, est ipsius Pompeii; Pompeia,

460. Hæc eadem fere Etymolog. lib. II, cap. 2, et D libro secundo differunt.

— Pubertas autem. Fest., dict. Pubes.

— Pueritia autem. Lib. II, Different.

461. Ex Agratio.

— De signis. 2 Ms., designat.

462. Lib. V, Etymolog., cap. 25.

Ibid. *Paricida* et *parricida* pro eodem accipi solent. Vide Festum. AREV.

463. Ex Serv. ad ill. I. Æn., Creberque procellis Africanus, et ipse Etymolog. lib. XIII, cap. 11.

464. Ex Serv. ad ill. II, Georg., Hic plantas tenero abscondens de corpore.

465. Ex Sosipatro Carisio.

— Pomerium, etc. Puto glossema proxime præcedentium verborum.

468. Lego ex pulvere factum.

470. C. Fronto., præda victos spoliat.

— Compendium. C. Fronto., Compendium utique ad pondus pertinet.

471. Ex C. Frontone.

publicata; Pompeiana, si ad aliam domum transit.

472. Inter *P. pulum* et *plebem*. Quod populus est univ ersus cum senatu et civibus Romanis, plebs tantum vilior numerus.

473. Inter *Partem* et *partim*. Partem nomen, partim adverbium est.

474. Inter *Postremum* et *posteriorem*. Postremus de multis, posterior de duobus.

475. Inter *Principium* et *initium*. Principium, prima pars; initium, uniuscujusque rei incipientis cœptum.

476. Inter *Pendent* et *pendunt*. Pendent suspensi, pendunt aliquid ponderantes.

61 477. Inter *Pene* et *pene*. Pene adverbium est, pene turpissima [Al., novissima] pars corporis.

De littera Q.

B 478. Inter *Quatenus* et *quatinus*. Quatenus adverbium est, quatinus conjunctio causalis, ut si dicas: *Quatinus hoc sine plaga non facis, en tibi plagas*. Adverbium est autem quatenus, aut temporis, aut loci; temporis cum dicimus: *Quatenus hoc modo res exercebis*.

479. Inter *Quoniam* et *quia*. Quoniam præponitur, et sic sequentem sensum alligat, ut: *quoniam dicis [Al., dicit], dico*. Quia postponitur, et superiorem sensum confirmat, ut: *Scias quia didici*.

480. Inter *Quamdudum* et *jamdudum*. Quamdudum interrogantis est, jamdudum respondentis.

481. Inter *Quæritur* et *quiritur*. Quiritur de implorando, queritur de inquirendo.

482. Inter *Questus* et *quæstus*. Quæstus lucri, questus lacrymarum.

C 483. Inter *Quæ* et *que*. Quæ pronomen est, que vero conjunctio est.

484. Inter *Quod* et *quot*. Si per *d* scribitur quod, pronomen personale est; si per *t* quot, numerus.

De littera R.

485. Inter *Recens* et *novum*. Recens nascitur; novum fit. Unde et Virgilius:

Lac mihi non æstate novum, non frigore defla.

62 486. Inter *Religionem* et *fidem*. Fides est credulitas qua Deum confitemur, religio est cultus quem illi credentes exhibemus. Dicta autem fides ab eo quod fit id quod inter utrosque placitum est. Quasi

— Pompeiana. 2 Ms. Pompeiana.

— Domum. Dominationem transit, Lego ex Frontone.

477. Fest., dict. Penem.

478. C. Fronto: *Quatenus, quatine, quatinus, quoniam*. Fest., dict. Quatenus.

Ibid. *Quatenus* et *quatinus* proprie non differunt, quidquid Festus alique dicant; sed quia apud veteres *e* et *i* inter se facile commutabantur, idcirco *quatenus* et *quatinus*, *protenus* et *protinus*, et similia occurrunt. AREV.

481. Ex Agræt., unde legendum constat: *Inter quæritur et queritur: queritur deplorando, quæritur de inquirendo, nisi malis quiritur in quiritatur mutandum*.

Ibid. Conjecturam Pantini, legendum *quirita:ur*, confirmat locus Varronis, I, v de Ling. lat., cap. 7: *Quiritare dicitur is qui Quiritium fidem clamans implorat*. AREV.

482. Ex Agratio, in quo male est *lucra*.

486. Cicero., Off.

inter Deum et hominem dicta quoque religio, eo quod ea homines religantur vinculo serviendi ad cultum divinitatis. Religio autem est in virtute, superstitione vero in cultu illicito.

487. Inter *Rationale* et *rationabile*. Rationale et [Al., ut] angelus et homo, rationabile quod ratione vel agitur vel dicitur.

488. Inter *Rusticum* et *rusticanum*. Rusticus operarius dici potest, rusticanus pater familias.

489. Inter *Rusticitatem* et *rusticationem*. Rusticitas morum est, rusticatione operis.

490. Inter *Rationem* et *ratiocinationem*. Ratio est mentis motus [Al., motum] in his quæ dicuntur [Al., dicuntur], discernere vel connectere valens; ratiocinatione autem rationabilis est subtilisque disputatio, atque a certis ad incertorum [Al., add. aut incertis ad certorum] indagationem nitens cogitatio.

491. Inter *Regium* et *regale*. Regium est ipsius regis, regale dignum rege. Sic et regia et regalis. Regia domus in qua est, regalis rege digna.

492. Inter *Rubor*, *robur*, *robor*. Rubor coloris est, robur virtutis, robor arboris.

493. Inter *Reptilia* et *repentia*, Reptilia aquarum sunt repentia terræ.

494. Inter *Rivum*, *fontem*, *torrentem*, et *flumen*. Rivus subito fit: fons est caput atque decursus in quem naturalis manat aqua, torrens pluvie fluctus præceps [Al., pluvia fluctus et præceps], fluvius aquæ decursus generaliter.

#### De littera S.

495. Inter *Sidera*, *astra*, *stellas*, et *signa*. Sidera illa dicuntur quibus navigantes considerant quod ad eorum dirigant consilium; 63 astra autem sunt stellæ fixæ, ut Orion; stellæ autem, multijuges, ut Hyades, Pleiades; signum vero quo animantis imago formata est, ut Taurus, Scorpio et hujusmodi.

496. Inter *Sempiternum* et *perpetuum* hoc distat [Al., discrepat], quod sempiternitas ad Deum pertinet, perpetuitas ad angelos, vel ad animas [Al., animam] hominum. Primum enim semper fuit, nec unquam esse desinit; alterum esse cœpit, sed esse perpetuum non desinit.

497. Inter *Sensum* et *intellectum*. Sensus ad naturam refertur, intellectus ad artem.

498. Inter *Sacrum*, *religiosum*, et *sanctum*. Sacrum vocamus quod ad Deum pertinet; religiosum quod ad homines justos; sanctum vero quo aliquid sanc-

tur, quoque violato, pena committitur. Sacrum vero et sanctum est, sanctum vero non continuo sacrum. Item sanctum in bonam partem ponitur; sacrum vero duo significat, et bonum, et malum: bonum, ut illud [Virg., Eclog. 4]: *Inter flumina nota, et fontes sacros*; malum, ut: *Auri sacra fames* [Æneid. lib. III]. Et: *Sacra panduntur portæ* [Æneid. lib. II]. Et: *Leno sacer* [Plaut.]; Et: *sacer hircus* [Ovid.]. Unde et ignis sacer dicitur hircus horribile. Alma autem ab alendo dicta. Unde et apud paganos alma Ceres dicta est alimentorum inventrix.

499. Inter *Sapientem* et *prudentem* ita discerni solet, ut sapiens vocetur is qui intellectum æternorum rimatur, prudens vero qui ea quæ sensibus corporis experiuntur.

500. Inter *Stultum*, *fatuum*, et *stupidum*. Quidam veterum fatuum existimant qui nec quod fatus ipse, nec quod alii dicunt, intelligat; stultum vero hebetiorem corde. Unde Afranius: *Ego, inquit, me stultum existimo, fatuum esse non opinor*. Id est, obtusis quidem sensibus, non tamen nullis. Stupidus vero dictus est quasi lapideus, quasi stolidus.

501. Inter *Sævum* et *crudelem*. Sævus in ira, crudelis in sanguine.

502. Inter *Stuprum*, *incestum*, et *adulterium*. Stuprum in virgine, 64 incestum in parente vel vidua, adulterium in nupta. Dictum autem incestum quasi incestum.

503. Inter *Satiatatem* et *saturitatem*. Satietas vario genere spectaculorum contingit, saturitas vero ciborum est.

504. Inter *Superbiam* et *arrogantiam*. Arrogantia est inanis gloria de eo quod quisque est. Superbia vero, supergrediens elatio mentis de eo quod non est. Superbiæ autem gemina est differentia: Una quæ spirituales ac summos viros per virtutum jactantiam dejicit, altera quæ carnales erga seniorum imperium inobedientes reddit. Dicta autem superbia, quia super vult quam quod est.

505. Inter *Scientem* et *sciolum*. Sciens est peritus scientiæ et rebus; sciolus, simulator scientiæ ac peritiæ, scienti contrarius est; et quidquid alius sciat, ipse videri vellet scire: aut qui se proficitur scire omnia, aut etiam futura prædicere.

506. Inter *Spurcum* et *spurium*. Spurcus non tantum impurus, sed et sævus; spurium autem patre incerto, matre vidua genitus, quasi tantum

— *Superstitio* vero. Non., dict. *Superstitiosis*.

491. Ex C. Front., dict. *Regium*.

492. Vetus Glossar., *robur, σίδος ἔθλον μελάθρως*.

493. Etymolog. lib. XII, cap. 6.

494. De hac differentia, vide n. 244. AREV.

495. Etymolog. lib. III, cap. 59 et 70.

*Ibid.* In aliis Mss. *quæ navigantes considerant*. AREV.

496. Lib. Sententiarum D. Isidor.

498. Serv., ad 1. 1. Æn.: *Templi indicit honorem*. Et illud in Æn.: *Auri sacra fames*.

500. Etymolog. lib. X, littera S. Interpretes Terentii act. V, scen. 9, Eun.

— *Stupidus*. Non., dict. *Stupidus*.

502. Cum viduis, Non., dict. *Stuprum*.

D — Etymolog. lib. X, littera I.

— Etymolog. lib. V, cap. 26, et lib. X, littera A.

503. Carisius: *Saturitas in cibo tantum dicitur, in cæteris vero satiætas*. C. Fronto brevius. *Saturitas ventris, satiætas animi*.

504. C. Fronto: *Superbia a superhabendo: arrogantia etiam in pauperem cadit*.

— *Super vult*, etc. Al. *Semper vult, quod non est*.

505. *Disimulare* est astute celare, et occultare, quod quis scit, quavis non dicat, se nescire. AREV.

506. Non., dict. *Spurcum*.

— *Spurium autem*. Etymolog. lib. IX, cap. 8.

*Ibid.* *Spurium vocabant*. In Etymologiis, loco chato, litteris Græcis σπύριον vocabant. AREV.



spurii filius. Quia muliebrem naturam antiqui [Al. A nem quam uoveris; nosse, referre tantummodo quod add. jurisconsulti] spurium vocabant. Eosdem et favonios quidam appellant, quia quaedam animalia favonii spiritu hausto concipere existimantur.

507. Inter *Sceleratum, scelestum, et scelerosum*. Grammatici dicunt sceleratum illum esse in quo sit [Al., sit] scelus; ut Cicerone: *O te [Al., tu] scelerate, qui subactus et prostitutus es*. Scelestum autem per quem fit. Ut Terentius: *scelestus, ovem lupo commisit*. Scelerosus, qui facit: ut idem: *Ego illum scelerosum misera nolens pertuli*. Sed hæc auctores non usquequaque custodiunt.

65 508. Inter *Salutem et salubritatem*. Salus est integritas corporis; salubritas, salutem conveniens causa, per quam sanitas, vel reservatur, vel restauratur.

509. Inter *Super et supra* hoc interest: Super est quod imminet [Agrætius eminet], supra quod substratum aliquid habet. Item super interdum, aut nimium, aut satis accipimus.

510. Inter *Subter et subter*. Subter est quod re aliqua superiore deprimitur, et præculcatur [Al., conculcatur]; subter quod demissum altius non contingitur.

511. Inter *supremi et supprimit*. Supremi et summi significat et imi; supprimit autem, occultari.

512. Inter *Sumere et accipere* [Al., præcipimus]. Sumimus ipsi, accipimus ab alio. Cum enim damus, dicendum est, Accipe; cum permitimus [Al., præcipimus] ipsi tollere, dicimus [Al., dicendum est], Sume. Item sumimus per nos, accipimus a volentibus, tollimus a non volentibus [Al., nolentibus]. Item auferimus [Leg. adimimus], jure quidquid dedimus assumimus jussu, eripimus vi.

513. Inter *Sperare et expectare*. Expectamus et bona et mala; speramus autem tantum bona. Miro autem modo Virgilius verbi hujus proprietatem a propria significatione secernit, dicens (*Æneid. iv*):

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem;  
dam omne quod exhorret animus rectius timere  
dicatur [Al. add. quam sperare]. Sed grammatici hoc exponunt, dicentes: Sperare dixit pro timere. Quod et Lucanus distinguens ait: *Liceat sperare timentis*.

514. Inter *Scire et nosse*. Scire est reddere ratio-

507. Sic interpretes Terentii act. iv, scen. 3, Eunuch.: *Scelerosus, est multorum: scelestus, vel unius: scelerosus, proprie auctor sceleris: sceleratus, in quo scelus sit commissum, vel constitutum*.

508. Al. *Eias, vel salvatur, vel reservatur*.

509. Ex Agræti.

— *Super interdum*. Serv. ad ill. iii, *Æn.*, *O mihi sola mei super Astyanactis imago*.

510. Ex Agræti.

511. Fest., dict. *Supremum*, Non., dict. *Supremum*.

512. Sic C. Fronto: *Sumimus quæ possident, accipimus quæ porriguntur*.

— *Assumimus, etc.* Ex Front. qui ita, *auferit, qui dedit, adimit* (legoin Isidoro adimimus) imperio coactus; eripit qui plus valet.

513. Ex interpretibus Terentii act. ii, scen. 6, *Andriæ*.

— *Miro*, Serv. ad versum citatum.

515. Ex Serv. ad ill. i *Æn.*, *Dissimulant, et nube*

nem quam uoveris; nosse, referre tantummodo quod audieris.

515. Inter *Simulare et dissimulare*. Dissimulamus nota: simulamus ignota. Qui enim fingit se scire quod nescit, simulat; 66 qui autem quod scit nescire se dicit, dissimulat. Unde et Sallustius: *Ille simulator incerti, ac certi dissimulator erat*.

516. Inter *Sistere, et consistere, et assistere*. Sistere est interdum resistere, vel prohibere, id est, qui aliquam rem in loco stare facit. Ut Virgilius: *Sistere aquam fluvis*. Assistere vero et ante unum, et coram multis; consistere in medio adesse.

517. Inter *Servire et inservire*. Servire tantum dominis; inservire cujusque præceptis.

518. Inter *Spirare et exspirare*. Spirare vivere est, exspirare mori.

519. Inter *Surgere et exurgere, et reliqua*. Surgitur a loco, exurgitur a somno, insurgitur ad vindictam, consurgitur ad auxilium.

520. Inter *Subjicitur et supponitur*. Subjicitur cito, supponitur lente.

521. Inter *Simul et semel*. Semel ad numerum pertinet, ut, semel bis; simul ad congregationem, ut, *Globati [Al., conglobati] simul feruntur in arma viri*.

522. Inter *Sepulcrum et monumentum*. Sepulcrum tantummodo tumulus defunctorum est, monumentum vero, nunc sepulcrum, nunc historia rerum gestarum: dictum eo quod mentem moneat, vel ad memoriam defuncti, vel ad recordationem rei scriptæ. Porro tumulus bisarie, nunc tumens tellus, nunc sepulcrum vocatur. Sepulcrum autem a sepulto dictum. Sepultus vero, eo quod sine palpitatione, vel pulsu sit, id est, sine motu. Cadaver autem a cadendo dictum.

523. Inter *Sacrificium et hostiam* hæc vetus erat discretio, quod sacrificium spontanea oblatio erat; hostia vero quæ devictis hostibus immolabatur. Hæc et victima vocabatur. Alii victimam 67 idè dictam putant, quia ictu percussa cadit, vel quia vincula ad aras perducitur.

524. Inter *Sedes et thronos*. Sedes non tantum unius, sed multorum est. Nam solium unius tantum est, et regum; sedes quibuscunque [Al., illud cujuscunque] proprium. Solium autem, vel a solius

*D* *cava speculantur amicti*. Al., *Dissimulamus notum, simulamus ignotum*.

— *Qui enim*. C. Fronto, *Qui simulat probare vult quod non est*.

— *Ille simulator*. Puto Isidorum scripsisse adducto loco ex bello Catilinario et exposito: *Cujuslibet rei simulator, ac dissimulator. Simulator incerti, ac certi dissimulator erat*. Nisi forte ab alio glossema adjectum.

516. Nescio an scripserit Isidorus: *assistere vero ante unum, consistere coram multis*. Et reliqua quæ alteri exemplari deerant, omittenda.

518. Ex Agræti, qui forte hunc emendandus.

522. Fest., dict. *Sepulcrum*. Etymolog. lib. xv, cap. 11.

*Ibid.* Dictum. Serv. ad ill. vi, *Æn.*, *illa hæc monumenta reliquit*.

— Etymolog. lib. xv, cap. 11.

— Etymolog. lib. xi, cap. 2.

sessione, vel a soliditate dictum. Solum Latini, A senex. Senecta autem est ipsa sors, sive [Al., atque conditio senectutis accedens.

Græci thronum dicunt. Sedes autem dictæ, quia apud veteres Romanos non erat usus accumbendi. Unde et consedere antiquo more dicitur. Nam veteres sedentes epulabantur. Postea, ut ait Varro, de Vita populi Romani, viri discumbere cœperunt, mulieres sedere. Quia turpe illis erat discumbere mulierem [Al., discumbere visum].

525. Inter *Servum* et *sumulum*. Servi sunt in bello capti, quasi servati; sicut mancipium ab hostibus, quasi manu captum. Famuli autem ex propriis familiis orti.

526. Inter *Servitutem* et *servitium*. Servitus est conditio serviendi, servitium numerus servientium [Al., servorum est].

527. Inter *Socerum* et *socrum*. Socerum virum dicimus, socrum feminam.

528. Inter *Similitudinem* et *figuram*. Similitudo est cum secundum aliquam speciem visam imago vel pingitur, vel formatur. Figura est cum impressione formæ alienius imago exprimitur, veluti si in cera ex annulo effigiem sumat, aut si figulus in argillam manuum vallumque aliquem imprimat, et fingendo figuram faciat.

529. Inter *Sanguinem* et *cruorem*. Sanguis est dum in corpore manet, effusus vero cruor fit. Cruor autem a cruditate vocatur, unde et crudelitas dicta, et crudus. Alii dicunt cruorem victimarum esse, sanguinem hominum. Ut Virgilius (*Æneid.* II) :

Sanguine placatis ventos, et virgine cæsa;  
id est, sanguine virginis occisæ.

530. Inter *Sinum* et *gremium*. Sinum dicimus sinuatæ vestis receptaculum, gremium interiori accuratæ [Al., accuratæ].

68 531. Inter *Senium* et *senectutem*. Senectus est gravior ætas post juventutem succedens, senium autem ultima ætas post gravitatem veniens. Sic senex et senior. Nam senior adhuc viridior. Ut illud Virgilianum :

Jam senior, sed cruda deo viridisque senectus.

Et Terentius : Quo jure sum usus adolescentior; non utiquam magis adolescens, sed minus. Ut senior, minus

525. Etymolog. lib. VI, cap. 19.

524. Etymolog. lib. XV, cap. 11.

— *Solium*. Serv., ad illud I *Æn.* : *Solioque alte* D  
*subnixa resedit.*

— *Sedes autem unius*. Isidori, proxime citato loco.

525. Etymolog. lib. VIII, cap. 4.

526. Ex Sosipatro Caris.

529. Etymolog. lib. XI, cap. 1.

— *Cruor*. Serv., ad illud VIII *Æn.* : *Tepidusque cruor fumabat ad aras.*

*Ibid.* In textu Grialii erat *cruor victimarum*, per errorem, ut puto, pro *cruorem*. ANEV.

531. Etymolog. lib. XI, cap. 2.

— *Sic senex*. Forte legendum, ex citato loco Isidori, *sed senè minus est senior.*

— *Jam senior*. VII. Serv., ibidem, *Æneid.* VI.

*Ibid.* De variis ætatis gradibus plura dixi in prolegomenis ad Dracontium, pag. 21. In textu Grialii erat : *Sic senes pro sic senex*. AREV.

534. Ex C. Fronto, qui tamen Palæmonem non nominat.

535. Ex Servio, ad ill. II *Æneid.* : *Statio male fida*

532. Inter *Sonum* et *sonitum*. Sonus [Al., sonitus] est quicquid auditur sensibile, sonitus [Al., sonus] vero confusio [Al., confusæ] vocis tubarum.

533. *Spolia* ad expoliantes, *exuvie* ad expoliatos.

534. Inter *Stillam* et *guttam* Palæmon grammaticus ita distinguit : *Gutta*, inquit, *stat*; *stilla* *cadit*.

535. Inter *Stationem* et *portum*. Statio est, ubi ad tempus stant naves, portus ubi hiemant. Nam portus locus ignotus est ab accessu ventorum, ubi hiberna opponere solent.

536. Inter *Serenum* et *tranquillum*. Serenum enim ad cælum referri potest, ad mare non potest. Serenum enim cælum dicimus, tranquillum mare.

537. Inter *Saxa* et *lapides*. Saxa tantum durissima, nam lapis et dura et mollis est petra.

538. Inter *Specum* et *antrum*. Specum Latini Græci antrum dicunt. Sunt autem loca ex quibus repercussæ voces imaginem referunt.

539. Inter *Semitam*, *callem* et *tramitem*. Semita hominum est, callis vero pecorum vel ferarum est. Callis etiam dicitur via stricta, a 69 calcando ita dicta. Tramites vero transversa sunt in agris itinera, proprie ergo callis semita tenuis, callo pecorum prædurata. Semita autem quasi semis via. Semita dicta qua potest ire unum vehiculum. Hujus [Al., cujus] duplex actus vocatur : propterea quod duo capit, ve propter euntium et venientium vehiculorum occursum

C 540. Succipere est, de superiori aliquid cadentem corporale, suscipere causam incorporaliter. Suspicere sursum aspicere, aut venerari.

541. Inter *Simulare* et *dissimulare*. Qui simulat vult videri facere quæ non facit, qui dissimulat non vult videri facere quæ facit.

542. Inter *Somnum* et *somnium*. Somnus qui dormimus, somnium quod dormientes videmus.

543. Inter *Sum* et *suum*. Sum verbum est, suum pronomen est.

544. Inter *Sævit* et *sevit*. Sævit, irascitur; sevit satorem dicit.

*carinis*; et ill. X :

Frangere, nec tali puppes statione recuso.

— Forte legend. *locus remotus*, ex Etymolog. lib. XIV, cap. 8.

536. Sic Virg., Georg. I : *Cælo properunda sereno*; et *Hiemes optate serenus*; et alibi : *Unde serenas Ventus agit nubes*; et sepe alias.

— *Tranquillum*. *Tranquilla per alta*. II *Æneid.*

538. Agnoscit etiam hanc vocem vetus glossarium. 539. Ex Serv., ad ill. IV *Æneid.* : *Conrectant calli augusto*; et ipse Etymolog. lib. XV, cap. 16.

— *Semis via*. Varr., IV de Ling. Lat. : *Quasi semiter*. Ipse Etymolog. lib. citato, a *semi ita*.

— *Semita dicta*. Legend. *Via dicta*, neque enim semita vehiculum, sed via capit.

— *Actus vocatur*. Paulus, ad Festum, dict. *Actus* Varr., IV de Ling. Lat., duobus locis. Ipse Etymolog., lib. XV, cap. 15.

542. Ex Serv., ad ill. V *Æn.* : *Tibi tristis somnia portans*, qui tamen : *Somnium, quod dormientes videmus*

545. Inter *sans* et *sax*. *Sans* pronomen est, *sus* animal est.
546. Inter *Syram* et *suram*. *Syra* gentis *sux* femina, *ura* pars pedis.
547. Inter *Sarturem* et *sarcinatorem*. *Sartorem*, agrum sarricentem; *sarcinatorem*, vestes sarricentem.
548. Inter *Similem* et *simulantem*. *Similem*, talem; *simulantem*, talem mentientem.
549. Inter *Strenuum* et *externum*. *Strenuum*, formem; *externum*, extraneum dicimus.
550. Inter *Statum* et *staturam*. *Statum*, quæstionem vel scenicam vestem; *staturam*, quantitatem cuiusque rei.
- 70** 551. Inter *Scripturam* et *lectionem*. *Lectio* in opere est, *scriptura* in affectu, vel *pictura*.
- De littera T.
552. Inter *Terram*, et *tellurem*, et *humum*. *Terra* squalida est et inculca, *tellus* fructifera; *humus* autem, inferior, et deorsum, et *humida* [ *Al.* add. *tellus* ]. Unde et *humati*, *sepulti*. Generaliter autem ubique terra est, non ubique *humus*. Et in parietibus terra est, hoc est in lateribus, et non est *humus*. *Humus* autem terra *humida* est, et ab *humore* vocata, sicut et terra, quod naturali siccitate torreat, sicut et *tellus*. quod fructus [ *Al.*, *fructum* ] ejus tollimus.
553. Inter *Temperantiam* et *temperacionem* sic discernitur, ut *temperantia* animorum sit, *temperatio* rerum.
554. Inter *Timentem* et *timidum*. *Timidus* est qui semper timet, *timens* vero qui ad tempus formidat ex causa. Tali intellectu distinguuntur *pavidus* et *pavens*, *providus* et *providens*, *superbus* et *superbiens*, *languidus* et *languens*, *furibundus* et *furens*, et cætera similia.
555. Inter *Tremulum* et *tremetem*. *Tremulus* est natura, *tremens* tempore.
556. Inter *Temeritatem* et *audaciam*. *Temeritas* sine consilio dicitur; *audacia*, post consilium.
557. Inter *Tum* et *tunc*. *Tum* temporis est futuri; *tunc*, præteriti.
558. Inter *Tribuere* et *attribuere*. *Tribuimus* cum aliquid donamus, *attribuimus*, dum ordines officiaque distribuimus.
545. Vide supra.
547. Ex Non. videtur dict. *Sartores*.  
—*Sarcinatorem*. C. Fronto, *Sarcinatrix*, quæ *sarcinas* seruat.
- Ibid.* *Sartor* non solum accipitur pro eo qui *sarrit* agrum, hoc est, qui *sarculo* herbas inutiles evelit, sed etiam pro eo qui *sarrit* vestes. AREV.
550. Interpretes Terentii act. III. scen. 5. *Eunuch*. *Statura corpori ascribitur, status ad habitum refertur*. Ergo status est *σχημα*, *statura* longitudo corporis: pro quæstionem autem, *malim quæstionis*, aut *quæstionum*. Porro dictiones *scenicam vestem* forte in *σχημα* contrahenda; legendusque locus: *statum quæstionis, vel schema*; aut, *statum quæstionis, vel schema, sive vestem*. Vid. Ascon. Prædian. in III Oratione, contra Verrem.
551. Quid si legamus, *Inter scripturam et scriptionem*: *Scriptio* in opere, *scriptura* in affectu, V. p.?
552. Etymolog. lib. IV, cap. 5. Varr. IV de Ling. Lat., dict. *Terra*.
553. Ex Agræt. qui addit *temperies ventorum*.
554. Ex Serv. ad ill. Eclog. 7, *Timidisque super-*
559. Inter *Tulit*, *Abstulit*, et *sustulit*. *Tulit* qui fert, *abstulit* qui ab alio tulit, *sustulit* qui sursum tulit.
560. Inter *Tumidum* et *turgidum*. *Tumet* corpus ægroti. *Turget* cadaver.
- 71** 561. Inter *Testor*, *contestor*, et *obtestor*. *Testor* sæpenumero ad iurandum pertinet, ut Virgilius, *per sidera testor*; *contestor* autem ad iudices, *obtestor* ad adversarios.
562. Inter *Terga* et *tergora*. *Terga* sunt hominis, quod singulariter *tergum* facit; *tergus* vero quadrupedum est. Unde pluraliter *tergora* coria dicuntur.
563. Inter *Tumultum* et *bellum*. *Bellum* est contra hostes exortum, *tumultus* vero domestica appellatione concitatus. *Hic* et *seditio* nuncupatur. Nam *seditio* est *discessio* [ *Al.*, *dissensio* ] civium. Quod enim *seorsum* alij ad alios eant, *seditio* dicitur. Alii putant propter *dissensioem* animorum *seditionem* vocari [ *Al.*, *vocatam* ], quam Græci *diastasi* nunc vocant.
564. Inter *Turbidum* et *turbulentum*. *Turbidum* de natura est, *turbulentum* fit.
565. Inter *Terrenum*, *terrestre*, et *terrosium*. *Terrenum* opus dicitur, *terrestre*, ut *maritimum*, *terrosium* vero *frumenti* genus *arenosum*.
566. Inter *Tus* et *tus*. *Tus* pronomen est, *tus* vero pigmentum.
- Inter *Tuum* et *tum*. *Tum* adverbium est, *tuum* pronomen.
567. Inter *Tempore* et *tempori*. *Tempore*, ablativo casu, *tempori* adverbium est.
568. Inter *Tristitiam* et *mæstitium*. *Mæstitia* cordis est, *tristitia* vultus. *Mæstitium* ergo vel *mærentem* animo dicitur, *tristem* aspectu. Item *mæstitia* temporis est, et fit aliquando ex aliquo accidenti dolore. *Tristitia* vero, *vitiæ* naturæ perpetuum est.
- De littera V.
569. Inter *Vetus* et *antiquum*. *Vetus* annis enumeratur, *antiquum* sæculis.
- 72** 570. Inter *Virtutem* et *fortitudinem*. *Virtus* in animi vigore et habitu est, cuius pars est *fortitudo* mentis. Quæ ex quatuor virtutibus una est, licet et corporis robur *fortitudo* vocetur.
571. Inter *Vecordem* et *vesanum*. *Vecors* mali cordis, sicut *vesanus* non probe [ *Al.* *proprie* ] sanus.
- D renit *Ægle*.  
576. Vide supra.
557. *Al.* *Tum temporis est præsentis, tunc temporis futuri est*.
561. Sic Serv. ad ill. II *Æn.*, *Testor numen ait*.  
*Ibid.* In nonnullis Mss. est: *Inter contestari et obtestari hoc interest, quod contestamur ad adversarios, obtestamur amicos*. AREV.
562. *Caris*. brevius: *Tergum hominis, tergus pecoris nominatur*. Vid. Serv. ad illud *Æn.*, *tergora diripiunt costis*. 593. *Tumultus propriam significationem* vide apud Serv. ad ill. I *Æn.*, *Ut belli signum, VIII, etc.* et illud, VII, *Ipse vocat pugnæ*.
- Ibid.* De *tumultu* fusiis in *Etymologiis*, lib. XVIII, cap. 4. AREV.
579. C. Fronto sic: *Antiquum est, quod excessit patrum memoriam. Vetus annorum multorum sentit utilitatem*.
571. Sic Fest. dict. *Vecors*.  
*Ibid.* De vocibus quæ ex *ve* componuntur, videndis Gellius, lib. V, cap. 12, et lib. XXVI, cap. 15. AREV.

572. Inter *Velocitatem* et *celeritatem*. *Velocitas* A *gratia* : *Uter vult, venias ad me*, id est, qui vult de duobus.
573. Inter *Vastitatem* et *vasitudinem*. *Vastitas* corporis est; *vasitudo*, *bollitudo*.
574. Inter *Voluptatem* et *voluntatem*. *Voluntas* est desiderium nondum adeptæ rei, *voluptas* vero rei adeptæ delectatio, vel bonæ, vel malæ.
575. Inter *Verbera* et *flagella*. *Verbera* quodlibet genus flagellorum est, nam *flagella* proprie virgarum sunt, et dicta ea quod statu agitentur et sonent.
576. Inter *Valerudinem* et *infirmiorem*. *Valetudo* prospera esse potest et adversa, *infirmis* semper infesta est.
577. Inter *Vulnus* et *ulcus*. *Vulnus* ad animum refertur, *ulcus* ad corporis injuriam. Item *vulnus* corporis recens plaga, *ulcus* vero inveteratum *vulnus*.
578. Inter *Verbum* et *Sermonem*. *Verbum* unius pars orationis est, juxta grammaticos. Nam sermo plurimorum verborum oratio est. Sermo autem a serendo dictus, quod nos cum præpositione dicimus a disserendo. Hinc et sermo sancti Hilarii et Augustini dicitur, id est dissertio Hilarii et Augustini.
579. Inter *Ultra* et *citra*. *Ultra* illuc vel amplius, *citra* huc ad nos, intra nos.
- 73 580. Inter *Ulcisci* et *vindicare*. *Ulciscimur* injuriam factam; *vindicamus*, ne fiat.
581. Inter *Videre*, *aspicere*, et *intueri*. *Videmus* natura, *aspicimus* voluntate, *intuemur* cura.
582. Inter *Veneunt* et *vendunt*. *Vendunt* qui venundant, *veneunt* qui venduntur.
583. Inter *Volo*, et *opto*, et *cupio*. *Volo* minus est quam *opto*, *Opto* minus est quam *cupio*.
584. Inter *Unum* et *unicam*. *Unus*, ex multis; *unicus*, solus est. *Solus* itaque unus numeratur, *unicus* intra numerum finitur.
585. Inter *Unum* et *solum*. *Unus* ad numerum pertinet, *solus* e multis intelligitur.
586. Inter *Uter* et *utrum*. Si enim dicimus: *Utrum vis*, eligere significat, aut hoc, aut illud. *Uter* autem accipitur pro personis, sicut, verbi
572. Ex Agræt. qui amplius, *Velocitas pedum et corporum, celeritas animorum atque factorum*.
574. Verbo brevis: *Voluntas facto gaudet, voluptas fieri cupit*, quem Isidor. velut explicavit.
575. Etymolog. lib. v, cap. ultimum.
- Et dicta. C. Ex Serv. ad ill. n. Georg.; *Nere flagella summa pete*. Etymolog. lib. xvii, cap. 5, 6.
577. Agrætius: *Ulcus est quod nascitur, vulnus quod ab alio insertur*. Et Serv. *Ulcus lecta et clausa est malignitas, vulnus hians, et patens*.
578. Etymolog. lib. v, cap. 8.
580. Ex Frontone, qui ita: *Ullio vindicat factum, vindicta vel vindictio futura prohibet*.
581. Ex Frontone, in quo tamen pro *aspicere* et *aspicimus*, rectius est *speare* et *spectamus*, nam *aspicere* ex improbitate, idem auctor docet.
586. Lego *eligo* pro *eligere*.
587. Ex Serv. ad ill. n. Æn.: *Festa velamus fronde per Urbem*. Vid. Non. dictionibus. *Inter Urbem, et Civitatem*. Al. *Ut urbe moenia civitatis significet, civitate incolat urbis*.
- *Urbem autem*. Serv. ad ill. i. En., *Urbs antiqua fuit*; et Donat. ad ill. v. *Urbem designat aratro*.
587. Inter *Urbem* et *civitatem* ita distinguit Cicero, ut *urbem* moenia civitatis significent, *civitas* incolas urbis. Nam ad Dolabellam sic scripsit: *Liberasti urbem a periculo, civitatem a metu*. *Urbem* autem ab urbo, quem *aratum* vel *sulcum* veteres dicebant, aut ab orbe dictam putant, Ænjus in se imaginem respública contiueret. Porro oppidum ad habitantes pertinet, *civitas* ad leges, *urbs* ad utrumque.
588. Inter *Virum* et *hominem*. *Vir* mas est, non femina; *Homo* mas est, et femina. *Femina* autem naturale nomen est, generale mulier, speciale virgo, vel nupta, vel quæ etiam ætatis nomina accedunt.
- 74 589. Inter *Vultum* et *faciem*. *Facies* est naturalis oris habitus immutabilis, *vultus* vero pro rerum ac temporum qualitate varius et mutabilis [Al., commutabilis], et secundum affectionem animi modo lætus, modo tristis. Unde et *vultuosi* dicuntur qui *vultum* sæpe commutant. Itaque Lucilius hæc quasi distinguens ait: *Quæ facies, qui vultus viro*. Dicimus autem et *vultum* cœli et *vultum* maris, quia et mare sæpe in varios motus ventorum statibus mutatur, et cœli *vultus* ex luce in tenebras, et ex sereno in nubilum commutatur, sicut et hominum cum mentibus *vultus*.
590. Inter *Virginem* et *viraginem*. *Virgo* est quæ virum nescit, *virago* autem quæ virum agit, hoc est opera virilia facit. Non autem solum virgines *viragines*, sed et corruptæ mulieres, quæ virilia faciunt, *viragines* recte dicuntur.
591. Inter *Vivum* et *viventem*. *Vivum* de victuro dicimus; *viventem*, de morituro.
592. Inter *Ve* et *que*. *Ve* distinguit, *que* conjungit.
593. Inter *Væ* et *ve*. *Ve* sine a conjunctio conjunctiva est. *Væ* cum a, interjectio dolentis est.
594. Inter *Vocem* et *Sonum*. *Vox* est hominis, *sonus* crepidinis.
595. Inter *Uvidum* et *humidum*. *Humidum* est,
- *Aratrum, vel*. Pars aratri non aratrum, neque sulcus, sed quod sulcus sit, melius distinctiusque ipse lib. Etymolog. xv, cap. 2.
- *Ab orbe*. Servius, loco citato, *ab orbe*, quod antiquæ civitates in orbem fiebant.
588. *Vir maris, non feminæ: homo, maris et feminæ*. Ms. mendose.
589. Ex veteribus Terentii interpretibus, in quibus tamen pro *facies, forma* est. Vid. Non. d. *facies*, et potissimum dict. *vultus*, et *facies*, et Serv. ad ill. i. Æn. *Tu faciem illius*.
- *Vultuosi*. Non., dict. *Vultuosus*.
- *Vultum maris*. Æneid. v:
- Mene salis placidi vultum fluctusque quietos  
Ignorare jubes?
- Et ibi Serv.
591. Ex Agrætio.
592. Cod. Vat. *Inter quæ et ve hoc interest, quod quæ conjunctio est, ve disjunctio*. AREV.
593. Ex Serv. ad ill. 10. Æcolg.
- Uvidus hiberna venit de glande Menalcas.

quod extrinsecus habet aliquid humoris, viduum A vero quod intrinsecus; unde et uræ dictæ.

596. Inter *Valles* et *convalles*. Valles sunt depressa loca [Al., colla] camporum, convalles, montium intervalla.

597. Inter *Undam* et *aquam*. Unda semper in motu est, aqua vero stativa. Porro imbres nubium sunt, latices fontium. Nam latex proprie liquor fontis, et dictus quod in venis terræ lateat.

598. Inter *Vicum*, et *Viam*, et *plateam*. Vici dicuntur ipsæ 75 habitationes in urbibus; viæ autem, spacia angusta quæ inter vicos sunt, quarum perpetuas et latiores plateas vocamus. Nam plata juxta proprietatem linguæ Græcæ a latitudine nomen accepit.

599. Inter *Viridia* et *vircentia*. Viridia sunt ligna; vircentia sunt campi, vel prata [Al., prati].

600. Inter *Visus* et *visos*. Visos, participia dicta; Visus, nomina appellativa.

601. Inter *Virum* et *virus*. Virum, hominem; virus, venenum dicit.

602. Inter *Vivit* et *bibit*. Vivit de vita, bibit de potione.

603. Inter *Vinctum* et *victum*. Vinctus, vinculus; victus, superatus.

604. Inter *Vis* et *bis*. Vis, quæ ad voluntatem pertinet; bis, duabus vicibus.

596. Etymolog. lib. xiv, cap. 8. Fest., dict. *Corwallis*.

597. Lib. xiii Etymolog., cap. 20.

— A lapsu. Fest., dict. *Latex*.

598. Etymolog. lib. xv, cap. 2, dict. *Vicus*, et dict. *Plateæ*.

607. *Ragit vel*, puto glossema. Vide carmen Ovidio attributum de variis animalium vocibus.

*Ibid.* De sonitu avium vide appendixem 17 ad Etymologias ex Codice Palatino 231. AREV.

605. Inter *Ullam* et *ollam*. Ullam, aliquam: ollam, vas.

606. Inter *Vallum* et *murum*. Non quod murus etiam vallum. Nam utique quod vallum murus est.

607. Inter *Vagire*, *mugire*, et cætera. Infans vagit, bos mugit, equus hinnit, asinus ragit vel rudit, leo rugit, elephas barrit, sus grunnit, ovis balat, serpens sibilat, rana coaxat, corvus crociat, grus arsat, milvus jugit, canis baubat, vel latrat, vulpes gannit.

608. Inter *Vesperescit* et *vesperascit*. Vesperescit, id est, sero fit; vesperascit, sol ad Occasum declinat.

609. Inter *Viperinum* et *vipereum*. Viperinus, pulvis; Vipereus, ad similitudinem serpentis.

#### De littera Z.

610. Inter *Zelum* et *invidiam*. Zelus interdum et in bonam partem accipi potest, cum quis nititur ea quæ meliora sunt æmulari; invidia vero, ut dictum est, aliena felicitate torquetur, et in duplicem scinditur passionem, cum aut quod ipse est aliud esse 76 non vult, aut alium videns esse meliorem, dolet se non esse consimilem. Pulchre autem quidam Græcum versum transferens elegiaco metro, de Invidia lusit dicens:

Justius invidia nihil est, quæ protinus ipsum  
Auctorem rodit, exerciatque animum.

Invidiæ autem nomen dictum est a nimis intuendo felicitatem [Cicer. fortunam] alterius, ut est illud: *Quisnam florem invidit meum?*

610. Cujus auctoris sit versus Græcus incertum.

— *Invidiæ autem*. Cic., Tusc. iii.

— *Illud*. Actii ex Menalippo, sed detruncatus versus, qui apud Ciceronem ita legitur:

Florem quisnam liberum invidit meum?

C Apud Non., dict. *Invidiæ*:

Unde aut quis mortalis florem liberum invidit meum?  
Trochaicis numeris.

## LIBER SECUNDUS

### DE DIFFERENTIIS RERUM.

#### DIFFERENTIA PRIMA.

77 1. Inter *Deum* et *Dominum* ita quidam definiunt, ut in Dei appellatione Patrem, in Domino Filium intelligerent. Scriptura autem sacra utrumque et Deum affirmat et Dominum.

2. Sed tamen invicem hæc vocabula discernuntur. D Primum enim naturæ nomen est pertinens ad auctorem; secundum potestatis, congruens ad timorem.

1. In *Domino Filium*. Unde hi occasionem suspicasse potuerint, indicat August., ii de Trinit., cap. 10.

*Ibid.* Naturæ differentiam aliquando rerum, aliquando spirituales vocantur, ut fusus expositum fuit in Isidorianis, c. 56. Notas in Editione Grialii Rolandus Wicelius apposuit, quas propterea Wicelii nomine describam. Varias lectiones ad finem voluminis rejicio. AREV.

3. *Tria quidem nomina*. Nihil hic periculi Sabellio. Jam enim dixerat in personis esse discretionem, et extrema verba hujus capituli sunt: *Trinitatem in personis non distinguere impium est*. Et capite sequenti cur tam laboratur in discretionem personarum, si cum Sabellio consentiret, nihil fuit. Sed hæc motto psum quam opus est in re minime dubia. Ita tamen veteres

Denique ex Dei vocabulo adverte quid diligas, et Domini appellatione cognosce quid metuas.

#### II.

3. Inter *Trinitatem* et *unitatem* hæc distinctio est, quod unitas propter inseparabilem deitatis substantiam, trinitas vero 78 propter personarum diversitatem vocatur. In personis enim discretio est, in Divinitate nulla distinctio. Est enim gignens, genitus et

Patres interdum locutus ostendunt D. Eucherii verba immerito ipsi ab hominibus minime malis adempta. Non enim tollenda, sed explicanda fuerunt, aut ex August., qui, serm. 112, ita ait: *Non enim nomina tantummodo, sed nominum etiam proprietates, id est, personas consistuntur*; et xi de Civil., cap. 10: *Neque vero sola est ista nominis Trinitas, sine substantia personarum, sicut Sabelliani hæretici putaverunt*; aut etiam ex Gregorio Theologo, qui, ne in id incidere, non personarum nomina, sed nominum personarum vere constare dixit: *Neque verbum (inquit) sine re vel sonum vocis accipimus, sed tria nomina, et tres personas unius essentiæ, unius majestatis, utque potentia credimus*.

*Ibid.* Tria quidem nomina. Observandum nomina

procedens. Tria quidem nomina, sed substantia una. A do ad se invicem relative tria sunt, et essentialiter unum sunt? Quis ista consideret? Quis ista comprehendat? Si enim humanæ nativitatis Christi secreta non capiamus, divinæ naturæ mysteria quomodo capiemus?

4. In relatione enim personarum trinitas est, in substantia vero naturæ unus Deus est: Pater scilicet, et Filius, et Spiritus sanctus. De Patre quia Deus est testatur Apostolus dicens, *Unus Deus Pater, ex quo omnia*; ita de Filio, quia Deus est, alibi ipse dicit: *Quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.*

5. De Spiritu autem sancto, quia Deus est, idem qui et supra sic dicit: *Divisiones donationum sunt, idem autem Spiritus; et divisiones operationum sunt, idem vero Deus.* Ecce Pater, et Filius, et Spiritus sanctus Deus, sed non triplex deorum numerus in hac Trinitate est credendus.

6. Scriptum est enim: *Ego sum Deus, et non est alius Deus præter me.* Et illud: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus unus est.* Tres ergo deos credere profanum est; trinitatem in personis non distinguere impium est.

III.

7. Inter personam *P. tris*, et *Filii*, et *Spiritus sancti*, ita secernitur. Quod pater, nec factus, nec natus est. Filius natus, non factus; Spiritus sanctus, nec factus, nec natus, sed ex Patre Filioque procedens est. Proinde Pater æternitatem habet sine nativitate, Filius nativitatem cum æternitate; Spiritus vero sanctus processionem sine nativitate, cum æternitate.

8. Pater ex nullo exordium ducit, Filius ex Patre originem **79** sumit, Spiritus vero sanctus ex Patre Filioque procedit. Hæc tamen a nobis ita dicuntur de Trinitate, ut potest humana natura capere. Nam quis considerare sufficiat ipsius Trinitatis interna mysteria? Quomodo Pater, Filius, et Spiritus sanctus tres personæ sunt, una natura?

9. Quomodo Pater ingenuus, Filius genitus, Spiritus sanctus nec ingenuus, nec genitus? Quomodo Filius de Patre natus est, Spiritus sanctus de Patre procedit et Filio? Quomodo Filius nascendo procedit, Spiritus autem sanctus procedendo non nascitur? Quomodo Pater nunquam sine Filio, et tamen sine Filio Pater genuit Filium?

10. Quomodo Filius nunquam sine Spiritu sancto, et tamen ait: *Nisi ego abiero, Paracletus non veniet ad vos?* Quomodo Filius non de se sed de Patre est, nec tamen ei est posterior de quo est? Quomodo Spiritus sanctus de Patre procedit et Filio, nec tamen ab eis præceditur a quibus procedit?

11. Quomodo tria unum sunt, et unum tria? Quomodo pro personis sæpe accipi. Vide not. a ad Hymnod. Hispan., die 4 Aprilis, pag. 274. AREV.

4. Apud Grialium *patres, ex quibus*: apud alios *patres, et ex quibus*, ut in Vulgata. AREV.

5. In Vulgata: *Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus. Et divisiones operationum sunt, idem vero Deus.* AREV.

7. Theodulfus Aurelianensis ad probandam processionem Spiritus sancti ex Patre Filioque utitur Isidori verbis, quæ paulo aliter legit, ut dixi in Isidorianis, cap. 33. AREV.

13. Quo sensu intelligendum sit Filium minorem

IV.

12. Inter *substantiam* et *essentiam* Dei hoc quidam delinierunt, quod substantia est hoc quod non est ab alio, sed semper ex sese est, hoc est propria intra se virtute subsistit; essentia vero in Deo idcirco est dicta, quia semper est, nec incipiens quando, nec desinens est, sed esse semper proprium ejus est.

V.

13. Inter hoc quod Filius nunc *aqualis*, nunc *minor* est Patre, ista est differentia. Primum æternæ substantiæ est, alterum **80** humanæ naturæ. In forma enim B servi, quia factus est ex muliere, Pater major illo est: in forma autem Dei, in qua erat ante carnis assumptionem, Patri cœqualis est. Propter illud dictum est, *Pater major me est*; propter hoc, *Ego, et Pater, unum sumus.* Aqualis ergo Patri in quantum Deus est, subjectus vero in quantum homo est.

VI.

14. Quid differt inter id quod Christus nunc *unigenitus*, nunc *primogenitus* esse prædicatur? Horum primum ad Patrem pertinet, alterum ad nos. Nam secundum divinitatis excellentiam Unigenitus est a Patre juxta Evangelium, quod dicit: *Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis.*

15. At vero, secundum fraternam societatem, primogenitus universæ creaturæ, juxta id quod Apostolus ait: *ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Est ergo unigenitus in substantia deitatis, primogenitus in susceptione humanitatis: primogenitus in gratia, unigenitus in natura; primogenitus, juxta Apostolum, in multis fratribus; unigenitus tantum ex Deo solus. Inde est quod Frater nuncupatur et Dominus: Frater, quia primogenitus; Dominus vero, quia unigenitus.

VII.

*De variorum nominum distinctione, quæ Filio Dei attribuantur.*

16. Jam vero differentie vel significationes nominum quæ in Dei Filio distinguuntur plurimæ sunt. Sed ex his quædam sunt naturalia ad divinitatis ejus excellentiam pertinentia, quædam vero accidentia. Naturalia sunt: Deus, Omnipotens, Perfectus, Filius Dei, Verbum, Principium, Virtus, Sapientia, Imago, Splendor sive Figura, Brachium.

**81** 17. Accidentia sunt ista: Agnus, Sacerdos, esse Patre, non una est veterum Patrum sententia; nam nonnulli docuerunt majorem Filio Patrum appellari, propterea quod Filius a Patre genitus est. Sed communior interpretatio fuit præsertim episcoporum Occidentis, majorem Filio Patrem ideo nominari quia Filius, homine suscepto, minoratus est, non a Deo solum, sed etiam ab angelis. Hanc interpretationem, quæ certe præferenda est, Isidorus tenet cum multis aliis, quos Petavius reseruet de Trinit. lib. II, cap. 2 AREV.

16. Jam vero. Pleraque ex Aug. serm. 2, de Trinit.

17. Filius Dei et hoc ipsum, quod Pater, non tamen ipse qui Pater. Hoc innuit eandem esse Filii et

**Petra, Lapis, Homo, Leo, Vitulus, Aquila, et his A** simili. Deus dicitur quia ex Deo genitus est, Omnipotens ab Omnipotente, Perfectus a Perfecto: Filius Dei est, quia dum hoc ipsum sit quod Pater, non tamen ipse est qui Pater.

18. Verbum est Filius Dei, quia proprie de divino ore processit, vel quia nihil in substantia naturæ suæ visibile vel corporeum est, vel pro eo quod Pater per eum omnia condidit sive iussit, vel quia per illum inuoluit. Pater principium ex eo quod rerum omnium origo et causa sit. Dextera, propter effectum totius creaturæ, quæ per ipsum formata est.

19. Brachium, quia ab ipso omnia continentur. Virtus pro eo quod omnem potestatem Patris in semetipsum habeat, et omnem cœli terræque creaturam gubernet, contineat atque regat. Sapientia est pro eo quod ipse revelet omnia mysteria scientiæ, et arcana sapientiæ. Imago est propter similitudinis veritatem.

20. Species enim Patris indifferens est, habens in se indiscretam naturam, sive essentiam. Splendor appellatur, quia dum sit ipse Pater lux, ita Filius ab eo inseparabiliter quasi splendor ex luce procedit. Figura est, quia, suscipiens formam servi, operum virtutumque similitudine Patris in se imaginem atque inmensam magnitudinem designavit.

21. Mediator est, quia inter hominem et Deum medius est, habens in se substantiam utriusque naturæ, id est, humanæ humilitatis formam, et divinitatis excellentiam. Porro, Agnus propter innocentiam, et passionem carnis appellatur. Sacerdos, quia semetipsum Patri hostiam pro nobis obtulit. **Petra, C** quod firmitas sit credentium, offensio et ruina incredulorum. Lapis angularis, quia Vetus et Novum Testamentum, veluti duo parietes ex adverso venientes, tanquam angulus, sibimet copulavit ac fidei unitate confluxit.

22. Homo, quia secundum carnem ex Virgine natus est passibilis atque mortalis. Leo, propter regnum et potentiam, per quam **82** in morte Zabulum vicit. Vitulus, quia propter salutem gentium immolatus est. Aquila, pro eo quod resurgens ad astra cœli remavit, et ad sedem paternam unde venerat iterum rediit.

## VIII.

23. Inter *nativitatem Christi et nostram* hoc interest, quod omnis homo ex delicti lege invenitur esse conceptus, ille autem non ex concupiscentia carnis, vel

Patris naturam, non eandem personam. Vide notas meas ad Sedulium, l. 1, vers. 319. De huiusmodi vero nominibus, quæ Filio Dei attribuuntur, agit etiam Isidorus l. vii Etymologiar., cap. 2. AREV.

24. *Ille vero ex tribus.* Apposite in concilio Toletano xv, præside sancto Juliano, propugnata fuit assertio quod tres in Christo sint substantiæ: *Tres in Christo substantiis diximus, quod et majores nostros docuisse monstravimus, honorantes videlicet et sequentes sententiam doctoris egregii, Hispanensis sedis episcopi, quem in libris suis de differentia naturæ Christi, vel nostræ disseruit, ubi ait, etc.* Patres concilii Francofordiensis, anno 794, bene loquendi rationem minus probabant, ut constat ex libello episcoporum Italiae contra Elipandum, ex concilii decreto nisi ad episcopos Hispaniæ, tom. vii Labb., col. 1028: *Sunt*

ex virili coitu, sed de Spiritu sancto natus est. Naturam quippe traxit originis, non culpam prævaricationis. Corpus ex Virgine sumpsit, virginitatem maternæ carnis non abstulit. Item, nos ex una generatione subsistimus; ille autem ex duabus, divinitatis et humanitatis.

24. Ex prima nativitatem sumpsit, ex altera creationem. Natus enim divina generatione, factus humana. Primum fuit sine tempore, secundum in plenitudine temporis. Nos ex duabus subsistimus substantiis, corporis, videlicet, atque animæ; ille vero ex tribus: verbi, corporis, et animæ. Inde est quod perfectus prædicatur Deus et homo, habens in se geminam substantiam, et divinitatis suæ, et humanitatis nostræ.

## IX.

25. Item hoc distat inter *mortem Christi et nostram*. Nos enim in mortem pro merito prævaricationis incurrimus. Ille autem **83** sponte mortem pro nostra salute suscepit secundum quod ipse testatur dicens: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et nemo enim tollit a me, sed ego pono eam.*

## X.

26. Inter *resurrectionem Christi et nostram* sic discrepat: quod nobis resurrectionis tempus usque in finem sæculi differtur, illius vero die tertio celebratur; ille nullius eguit ut resurgeret, nos illo miserante resurgimus.

## XI.

27. Inter *creationem mundi et formationem* hæc est differentia, quod originaliter secundum materiæ substantiam simul cuncta creata sunt, juxta illud quod dicitur: *Qui vivit in æternum creavit omnia simul,*

28. At vero secundum distinctionem specierum per sex dierum alternationem formata sunt. Totius enim creaturæ origo simul exstitit, species tamen et forma per temporum incrementa processerunt.

29. Nam primum materia facta cœli et terræ confusa atque informis, quam Græci chaos appellant. De qua postmodum singillatim per species varias formasque proprias prodierunt. De qua materia Scriptura loquitur: *Qui fecisti mundum de materia informi,* Quæ ob hoc informis, quia adhuc confusa erat atque obscura, et necdum per visibiles species, variasque formas discreta.

30. Sed materia facta est de nihilo. Mundi autem species de informi materia. Proinde duas res ante omnem diem et tempus condidit Deus omnipotens;

**D** etiam plerique qui astruunt ex tribus substantiis unam mediatoris personam Verbi, carnis et animæ, cum in causa fidei non videatur necessarium sophisticæ disputatione secularium litterarum calculus syllogistica spatgere manu. Verum jam olim sanctus Julianus Toletanus causam suam acriter defenderat, ac Romanus etiam Pontifex probaverat, quamvis nonnulli tres in Christo substantias in nullo seu u admitti posse asseruissent. Vide Florezium, *Hisp. sacr.* tom. V, pag. 297, et tom. II Patrum Toletan. AREV.

27. *Quod originatiter secundum materiæ substantiam,* Processerunt ex Gregor., xxii Moral., cap. 9.

*Ibid. Simul cuncta creata sunt.* Id quo pacto intelligi debeat, explicatur a Loaisa in n. t., ad lib. I Sentent., cap. 11. AREV.

angelicam, videlicet, creaturam, et informem materiam; quæ quidem dum sit ex nihilo facta, præcessit tamen res ex se factas non æternitate, sed sola origine, sicut sonus cantum.

31. Nam qui vivit in æternum, creavit omnia simul. Itaque non omnia ex nihilo condidit Deus, sed quædam ex aliquo, **34** quædam autem ex nihilo. De nihilo mundum, angelum et animas; ex aliquo hominæ et cæteras mundi creaturas.

## XII.

*De duplici paradiso.*

32. Unus est terrenus, ubi primorum hominum corporaliter vita existit, alter cælestis, ubi animas beatorum, statim ut a corpore exeunt, transferuntur, atque digna felicitate lætantes, expectant receptionem corporum suorum. De hoc paradiso Dominus ad latronem dixit: *Hodie mecum eris in paradiso*. Originaliter autem primi hominis culpa nos de paradiso expulit, et in hanc exsili pergrinationem dejecit.

33. Inde est quod prævaricationis suæ reatu astringimur. Unde et merito sententiæ debito poenam paternæ prævaricationis exsolvimus. Nam ita primus homo est conditus, ut per augmentum ætatum sine media morte de vita corporalis paradisi commutaretur ad vitam paradisi cælestis.

34. Sed quia hoc bono contentus esse noluit, protinus suæ conditionis merito caruit, mortemque geminam animæ et corporis invenit. Ignorantiam veri et vetustatem obtinuit, atque in omnem progeniem peccati sui prævaricationem transmisit, non tantum in hos qui proprio delinquunt arbitrio, sed etiam in illos qui non quæ implicari valent actuali peccato.

35. Inde est quod parvulis lavacri gratia conceditur. Quia etsi non est illis peccatum proprii operis, inest tamen originaliter noxa paternæ prævaricationis. Unde et propheta David ex semetipso humanum genus deplorans conqueritur dicens: *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis peperit me mater mea.*

## XIII.

*De rerum gradibus.*

36. Gradus vel differentiæ rerum sex sunt. Id est, non viventia, **35** viventia, irrationabilia, rationabilia, mortalia, immortalia; novissimus Deus, qui est super omnia benedictus in sæcula. Primus gradus est eorum quæ non crescunt, vita motuque carent, qualis est in lapidibus.

37. Secundus gradus, in his quæ crescunt, vitam motuque sine sensu habent, qualis est in herbis vel in arboribus, quibus si minime vita insensibilis,

38. *Peperit me mater mea*, ita apud Greg., lib. vii Reg., cap. 53, et lib. xii, cap. 40.

*Ibid.* Vulgata: *In peccatis concepit me mater mea.* AREV.

36. Sæson abbas Cordubensis, in Apologetico, lib. ii, cap. 23, quinque differentias creaturarum ex Augustino enumerat; tum addit: *Sed et egregius doctor Isidorus in libro Differentiarum dicit: Quot sunt gradus vel differentie rerum? Sex. Quæ? Non viventia, viventia, sentientia, rationabilia, immortalia; novissimum, quod est super omnia, Deus. Primus gradus, etc., cum levi quodam nonnullarum vocum dis-*

hilib, motusque insensibilis, nec germinare utique, neque crescere possent; atque ista quæ vitam sine sensu habent lapidibus præponuntur et terræ.

38. Tertius gradus est in his quæ non solum crescunt et vivunt, sed etiam sentiunt, at non intelligunt, qualis est in pecoribus. Quartus gradus est in his quæ crescunt, vivunt, sentiunt, et intelligunt, sed tamen mortalia, ut animalia sunt, qualis est in hominibus.

39. Quintus est in his quæ sentiunt, et intelligunt, et immortalia sunt, qualis est in angelis. Sextus; id quod immutabile et infinitum, et simplex est, a quo omnis hæc natura inspiratur, movetur, gubernatur, et regitur, quod est Deus.

40. Sed hæc quidem omnia, sicut gradibus crescunt, ita sibi qualitate naturæ præcellunt. Nam arbor præfertur lapidi, et pecus arbori, et homo pecori, angelus homini, et Deus præponitur angelis.

## XIV.

41. Inter angelos, dæmones, et homines hanc differentiam veteres scripserunt, quod angeli sint spiritualis substantia, ante omnem creaturam creati, natura mutabiles conditi, sed contemplatione Dei immutabiles facti, animo impassibiles, mente rationales, tempore æterni; beatitudine perpetui, felicitate securi, futuri præcii, jussi mundum regunt, missi corpora ex excellenti aere sumunt, in cælestibus commorantur.

**36** 42. Dæmones sunt impuri spiritus, subiles et vagi, animo passibiles, mente rationabiles, corpore aerei, tempore æterni, humanitatis inimici, nocendi cupidi, superbia tumidi, fallacia calidi, semper in fraude novi. Commoveant sensus, fingunt affectus, vitam turbant, somnos inquietant, morbos inferunt, mentes terrent, membra distorquent, sortes regunt, præstigiis oracula fingunt, cupidinem amoris illicunt, ardorem cupiditatis infundunt, in consecratis imaginibus delitescunt; invocati adsunt, veris similia metantur, mutantur in diversis figuris, interdum in angelorum imaginibus transformantur. Hi quondam a sede cælesti quod superbiæ lapsi, nunc in aere commorantur.

43. Homines sunt ratione capaces, intellectu sapientes, ore loquaces, natura magis quam doctrina valentes, statu rigidi, vultu erecti, signa universi similes, et inter se dissimiles singuli, animo immortales, sensu imbecilli, corpore fragiles, mente leves, diversi moribus, impares erroribus, ad studia inertes, proni ad voluptates, cassi labore, divitiis caduci, sollicitudine anxii, singillatim mortali crimine. AREV.

39. *Quæ sentiunt et intelligunt, et immortalia sunt.* Eodem modo Augustinus, viii de Civit., cap. 6: *Vel etiam, quæ nutritorio subsidio non indiget, sed tantum continet, sentit, intelligi que, qualis est in angelis.*

40. *Corpore aerei.* August., de Divinat. Dæmon., cap. 3: *Dæmonum ea est natura, ut aerei corporis sensu terrenum corporis sensum facile præcedant.*

43. *Denuo alii ad gloriam.* Hæc non sunt in manuscriptis libris.



los, prole mutabiles, vita queruli, tempore celeres, A tardi ad sapientiam, veloces ad mortem, de præteritis nudi, de præsentibus exigui, de futuris incerti; concipiuntur in iniquitate, in peccato nascuntur, in labore vivunt, in dolore moriuntur; denuo alii ad gloriam, alii ad poenam de favilla surgentes debitum solvunt.

## XV.

*Inter prævaricationem angelicam et humanam.*

44. Quæ sit discretio prævaricationis angelicæ et humanæ naturæ, cur ista redimitur, illa sine fine damnatur? Prævaricatores quippe angeli ideo veniam non habent, eo quod fragilitatis carnalis nulla graventur infirmitate. Homines autem post peccatum idcirco ad veniam reverti possunt, propterea quod pondus infirmitatis ex lutea traxerunt materia.

87 45. Probat Psalmista quod propter carnis conditionem reditus eis pateat ad salutem; sic enim dicit: *Ipse erit figmentum nostrum. Memento, Domine, quod terra sumus.* Et iterum: *Memorare quæ mea substantia.* At vero diabolus, vel maligni spiritus, nec possunt habere veniam, nec morerentur, sicut scriptum est de eodem apostata, cuius cor, quasi lapis, indurabitur, scilicet, ut poenitentiae compunctione non emolliatur.

## XVI.

46. Inter hominem et pecus ista est discretio. Homo est animal ex corpore animaque vivente compositum, atque spirituali compactione formatum, subsistens ratione, liberique arbitrii voluntate, vitiarum capax, atque virtutum; at contra pecus est animal C irrationale, mortale, motu carnis et sanguinis animatum; unde et anima eorum post mortem simul cum carne dissolvitur. (Adde et aliud, per quod ab eis distinguitur. Illa prona sunt, et ad terram vergentia; nobis naturaliter vultus in cœlum erectus est; illis otium et opulentia; nobis ratio et sermo concessus est, per quæ intelligere et Deum confiteri possimus.)

## XVII.

*Inter humani corporis membra.*

47. Rationem autem humani corporis singulorumque membrorum differentiam Lactantius, sive plerique auctorum, ita definiunt, dicentes: *Homo dictus est ab humo.* Hic ex diversis subsistit substantiis, ex mortali et immortalis. Corpus autem ejus ex ossibus et carnibus constat, dividiturque in quatuor elementa.

48. Habet enim in se aliquid ignis, aeris, aquæ et terræ. Ratio autem terræ in carne est: humoris in sanguine, aeris in spiritu, ignis in calore vitali. Si quidem quadripartita humani corporis 88 ratio quatuor elementorum designat speciem. Caput namque ad cœlum refertur, in quo sunt duo oculi, quasi duo luminaria solis et lunæ.

45. Eadem sententia apud Greg., iv Moral., cap. 9 et 21.

*Ibid.* Vulgata: *Quoniam ipse cognovit figmentum nostrum. Recordatus est quoniam pulvis sumus.* AREV.

46. *Adde et aliud... confiteri possimus.* Hæc in uno tantum libro leguntur.

47. Hæc eadem pleniora Etymol. g. lib. xi, cap. 1,

49. Pectus aeri conjungitur, quia sic inde emittitur spiraminis flatus, sicut ex aere ventorum spiritus. Venter autem mari assimilatur, propter collectionem omnium humorum, quasi congregationem aquarum. Vestigia postremo terræ comparantur, eo quod sunt ultima membrorum arida, sive sicca, sicut et terra. Jam vero in capitis arcu mens collocata est, tanquam in cœlo Deus, ut ab alto speculetur omnia, atque regat.

50. Factus est autem homo ad contemplationem cœli rigidus, et erectus, non sicut pecora in humum prona, atque vergentia; in cuius summitate caput est collocatum, datumque illi hoc nomen, quod hinc capiant initium sensus et nervi. Capilli autem capitis, vel ad speciem sunt decoris, vel ad arcendam B frigidis injuriam, sive caloris.

51. In capite autem, ut ait sanctus Augustinus, *Tres tanquam ventriculi cerebri constituti sunt: unus anterior ad faciem, a quo sensus omnis; alter posterior ad cervicem, a quo motus omnis; tertius inter utrumque, in quo memoria vigere demonstratur, ne cum sensum sequitur motus, non connectat homo quod faciendum est, si fuerit oblitus quod fecit.*

52. Facies dicta est, eo quod notitiam faciat hominibus. Inter faciem autem et vultum hæc est differentia, quod facies naturalis et certus oris habitus est; vultus vero varius et secundum affectionem animi modo lætus, modo tristis. Unde et vultuosi dicuntur qui vultum sæpe commutant.

53. Jam vero barbæ ratio quantum vultus confert decentiam? Barba est decoris signum, virilitatis indicium, quæ et juventutem significat, et sexus naturam distinguit. Oculi autem in facie concavis foraminibus inclusi sunt, a quo foratu frons nominata est. fidem quoque oculi gemmarum habentes similitudinem membranis perlucetibus conteguntur. Per quas membranas, quasi per vitrum, vel speculum refulgentes, mens ea quæ foris sunt transpicit.

89 54. In medio autem horum orbium scintillæ luminum conclusæ tenentur, quas pupillas vocamus, quibus cernendigratia continetur; et ut oculi munitiores essent ab injuria, eos Opifex summus tegminibus occultavit. Unde et oculos esse dictos, quasi occultatos (id est, undique munitos) quibus adhibita sunt palpebræ a palpitando dictæ. Quia concurrentes invicem oculorum obtutum reficiunt, pilis in ordine asstantibus ad munitionem eorum.

55. Supercilia quoque pilis brevibus adornata sunt, quasi quibusdam aggeribus oculis præbentes custodiam, ne quid superne incidat. Aurium inde dictum nomen est, a vocibus hauriendis. Per immutationem enim litteræ aures veluti audes, sunt nominatæ. Per has enim sonum vocemque, quasi

ubi indicati loci e quibus sumpta sunt; locus Augustini de cerebri ventriculis lib. vii de Genes. ad litter., cap. 18.

*Ibid.* Sive plerique pro et plerique. AREV.

52. Differentia inter faciem et vultum ipsam fere verbis expressa est in Differentiis verborum, num. 589, ubi quedam annotata sunt. AREV.

per cochleam descendere. Quod aer ictus in circum orbemque moveatur.

56. Genæ, a genibus dictæ. Quia complicatum in utero gigni formarique hominem aiunt, ita ut genua sursum sint, quibus oculi formentur, ut cavi ac reconditi fiant. Ideoque et qui alicujus lacrymas elicere capiunt, genua tangunt, ac per ea deprecantur, quod in utero formaverint oculos, atque enutrierint. Ipse genarum tumor instar collium leniter exsurgens ab omni parte contra imminentes ictus, oculos efficit lutos.

57. Nares dictæ, quod per eas aer, vel spiritus nare non desinit. In his enim tria sunt officia: unum ducendi spiritus, alterum capiendi odoris, tertium purgamenta cerebri defluendi. Os dictum est, quasi corporis ostium. Cujus species in duobus constat officijs: sumendi victum, et loquendi lingua.

58. Labia a lambendo nominata. Quod autem superius est labium dicimus; quod inferius, labrum. Linguae nomen a ligando cibo impositum. Hæc interpretis animæ vocem motibus suis in verba distinguit, vel illusionem palati, ac dentium, vel compressionem labiorum.

59. Dentes dicti, quasi cibos dividentes. Siquidem escam incidunt et comminunt, opportunius gutturi et stomacho tradunt. Horum priores, qui cibum præcidunt, adversi dentes dicuntur; molares intimi, qui cibos subigunt; canini, qui vigesimo ætatis anno existunt.

60. Gingivæ a gignendis dentibus nominatæ, quæ inagnam pulchritudinem ori conferunt, dum auditatem dentium tegunt. Fauces sunt angustæ fistulæ, quasi foces, per quas vocalis spiritus ab intimo pectore exiliens sonum vocis emittit.

61. Mandibulæ maxillarum partes sunt quibus mandimus. Dicta autem maxilla per diminutionem, sicut paxillus a palo. Collum ad instar columnæ vocatum. Est enim rigidum et rotundum. Duæ sunt in eo fistulæ: una ciborum, altera aeris. Harum superior rumen vocatur, qua cibos et potio devoratur; unde bestię quæ cibum revorant ac remanunt ruminare dicuntur; altera inferior vocatur gurgulio ex ossibus compacta, et cohærentibus et flexuosis; hæc a naribus ad pulmonem patens ob transmeantem spiritum. Cujus operculum sublingvium dicitur, quasi parva lingua, quæ foramen ejus recludit et aperit, ne per partes juncta fistula impetu veniens, violenter aer interna corrumpat.

62. Manus dictæ eo quod munus sint omni corpori, et quod ab ipsis mandimus. Palma manus est dispansis digitis, sicut et arbor dispansis ramis. Item, sicut contractis digitis, pugnus.

63. Digtorum quoque numerus perfectus est, et ordo decentissimus. Ex his primus rector omnium et moderator pollex vocatur, eo quod plurimum inter ceteros polleat, id est prævaleat. Secundus index et salutaris vocatur, quia eo fere ostendimus et salutamus. Tertius medius vel impudicus, quartus me-

57. Fortasse legendum *purgamenta cerebri dejectioni*. AREV.

53. A *ligando*, ita etiam in Etymologiis. Alii ali-

dicus, quod eo tritum collyrium a medicis colligitur. Quintus auricularis, quod eo aurem scalpimus.

64. Porro pectus hominis ab aspectu vocatum. In mutis enim animantibus ad terram oppressum est, atque ab aspectu remotum; hominis autem aspectui patens et erectum. Plenum enim ratione non decebat esse latens et humile.

65. Papillæ sunt mammarum capitula. Mammæ autem tumores pectoris leviter exsurgentes: hæc sunt feminis ad alendum fetum datæ, maribus ad solum decus, ne informe pectus esse videretur. Neque enim decebat in feminis alibi esse, quam ut animal intelligens ex corde alimoniam suveret.

66. Porro umbilicus est nota impressa quæ medium ventrem designat. Ad hoc factus, ut per eam foetus dum est in utero nutriatur. Splenis autem et jecoris viscera quasi ex conturbato sanguine videntur esse concreta. Juxta eos autem qui de physicis disputant, voluptatem veneræ concupiscentiæ consistere dicunt in jecore, affectum autem iracundiæ in felle, pavoris in corde, in splene lætitiæ. In pulmonibus vero aerem contineri, qui a corde per venas quas arterias vocat, diffunditur, ut paulatim inspirandi et respirandi tractu totum animet corpus.

67. In jecore ignis habet sedem, qui velut subvolare ostenditur in excelsum cerebri locum, tanquam in cælum corporis nostri. Unde et radii emicant oculorum, et de cujus medio, velut centro quodam, quædam non solum ad oculos, sed ceteros sensus tenues fistulæ deducuntur. Siquidem in eo volunt esse officium voluptatis, et decoctionis ciborum complexu, et calefactu suo in sanguinem mutandorum.

68. Intestinatorum autem ratio: idcirco longis anfractibus in circularum ordinata sunt modum, ut susceptos cibos paulatim egerant, et ex ipsis ea quæ intrinsecus sunt, humorem sensim suscipiant. Alvus dicta eo quod in eum, quasi in alveum, omnis humor cibo permistus defluat ac recurat, et incarrabili modo ciborum succo universum corpus, quasi a latere valles vicinas irrigando adimpleat.

69. Porro alvus venter, et uterus differunt. Venter enim est qui apparet extrinsecus, pertinetque a pectore ad inguen. Alvus est interior pars, qua cibos recipi et purgari solet. Uterum solæ mulieres habent in quo concipiunt. Confundunt tamen hæc auctores, et uterum pro utriusque sexus ventre ponunt.

70. Genitalia autem, sicut ipsum nomen docet, a gignendo dicta. Narium caro conglobata sedendi officio facta est, ne, premente corporis mole, ossibus cederet. Femina sunt femorum partes, quibus in equitando tergis equorum adhæremus. Unde et praeliatores feminibus equos admisisse dicuntur.

71. Genua a genis dicta, eo quod in utero cohæreant, et cognata sint oculis. Unde Ennius, *genus comprimat artem gena*. Tibiæ dictæ sunt quasi tubæ. Plantæ vero a planitie nuncupatæ, quia non rotundæ, ut in-

167. AREV.

75. Hæc differentia in uno tantum *Ms*, legitur.

quadrupedibus, ne stare non possit homo, sed planæ A  
et longiores formatæ sunt, ut stabile corpus efficerent.  
Calces autem a callo pedum sic nominatæ sunt.

72. Pedum digiti et decorem et usum ferunt. Nam  
currere 92 non possemus, nisi digitis in humum  
pressis soloque nitentibus impetum saltumque capiamus.  
Reliqua ossa corporis, velut columnæ quædam,  
quibus caro sustentatur, inserta sunt, et nervorum  
vinculis colligata, ut aptissimo motu flectantur. Hæc  
Lactantius cæterique de ratione corporis scripserunt.

## XVIII.

73. Inter virum et hominem quidam distinxerunt  
hoc interesse, quod vir, utraque scientia præditus  
eloquentiam cum sapientia retinet: Homo loquaci-  
tate tantum naturæ beatiæ præpollet. Virum autem  
dixerunt ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est a virtute. Virtus autem  
apud veteres scientia rerum omnium nuncupatur.  
Nos autem unum eundemque et virum, et hominem  
nuncupamus. Juxta quod et de Christo legitur, qui  
tam vir in sanctis Scripturis quam et etiam homo  
vocatur.

## XIX.

74. Inter infantiam et pueritiam, et reliquas ætates,  
sapientes ita definiunt. Prima hominis ætas infan-  
tia, secunda pueritia, tertia adolescentia, quarta ju-  
ventus, quinta senectus, sexta senium. Duæ primæ  
ætates singulis annorum terminantur hebdomadibus,  
propter simplicem vitam. Nam infantia septimo anno  
finitur, quartodecimo pueritia, dehinc sequens ado-  
lescentia duabus constat hebdomadibus propter in-  
tellectum et actionem. Quæ duæ nondum erant in  
pueris, et porrigitur hæc ætas a quinto decimo anno  
usque ad xxviii.

75. Post hæc succedens juvenus tribus hebdo-  
madibus permanet, propter tria illa, intellectum et  
actionem, corporisque virtutem. Ista ætas a xxviii  
anno exoritur, et quadragesimo nono consumma-  
tur, quando et in feminis pariter deficit.

76. Porro senectus quatuor hebdomadibus comple-  
tur propter accedentem illis tribus animi et corporis  
gravitatem. Incipit enim hæc ætas a quinquagesimo  
anno, et septuagesimo septimo terminatur. Ultima  
vero senium nullo certo annorum tempore definitur,  
sed sola naturæ fluxe concluditur.

## XX.

93 77. Inter senectutem et senium hoc differt, quod D  
senectus vergens ætas a juventute in senium, nondum  
tamen decrepita; senium vero est fessa atque extrema  
ætas, et vitam ultimam anhelans.

78. A puritate. Non., Pueritia, id est puritas. Varro  
Rerum divinarum lib. 1, Quæ pueritia est infrequens  
polluta.

Ibid. Quia nondum lanugo. Fest., Puer, impubes tan-  
tam dicitur.

79. Quasi pulla. Pullum est ætatis novellæ, ait Non.

Ibid. Puerilitate, ita Codex Hisp. Varro de Liber. edu-  
cand., Velim, me Hercle, ipse usu magno puerilitatis  
formulam audire. Al. puerili ætate.

Ibid. Notæ Wicelli in Grialii Editione perturbatæ  
sunt, et extra ordinem suum collocatæ. Notas, A  
puritate, etc., et quia nondum lanugo, facile fuit ad

## XX.

78. Inter infantem et puerum quidam ex sapientibus  
distinxerunt. Infans, inquit, dicitur, qui non-  
dum fieri potest. Puer autem a puritate vocatus  
quasi purus, sive quia nondum lanuginem florem-  
que genarum inducunt.

79. Puella autem a parvitate vocata, quasi pulla.  
Unde pupillos et pupillas non pro conditione, sed  
pro ætate puerili vocamus. Puer olim et masculus  
et femina appellabatur, sicut infans. Hinc consuetudo  
communis puerperam vocat. Proprie autem puerper-  
as dici quæ primum quæ sunt pueros, eo quod  
puellæ admodum pariant.

80. Egressi pueritiam masculi, Puberes appellantur,  
quia jam gignendi potestatem sumunt; feminae vero vir-  
gines vel viragines dicuntur. Dicitur autem virago, vel  
quod a viro sumpta sit, vel quod sit masculini vigoris.  
Simul pubertatem egressi, adolescentes appellantur.  
Adolescentes autem dicti ab adolescendo atque cro-  
scendo. Unde et quidam, de agricultura loquens, matu-  
rescentem fructum adolescentem vocavit.

81. Post adolescentiam quoque juvenes sunt. Juve-  
nes autem dicti, quod crescere posse incipiunt, ut bobas  
juvehus dicitur, cum a vitulo discedit.

82. Jam vera mediæ ætatis propria dicuntur vir  
et mulier. 94 Vir itaque nuncupatus, ut ait Lactan-  
tius, quia major in eo vis sit quam in feminis, et hinc  
virtus nomen accipit. Item mulier a mollitie dicta, im-  
mutata et detracta littera, quasi mollier.

83. Sed ideo viris plus roboris datum est, ut facilius  
C ad patientiam conjugalem feminae cogerentur. Mulier  
autem non pro corruptela integritatis, sed pro sola  
maturitate ætatis mulier nominatur; sicut et vir pro  
sola virilitate, etiamsi ab opere feminae admixtionis  
habeatur immunis.

84. Extremæ jam ætatis, senes et anus vo-  
cantur. Senes autem quidam dictos putant, eo  
quod se nesciunt, et per nimiam ætatem delirent  
atque desipiant. Unde et Plato: In pueris crescit sen-  
sus, in juvenibus viget, in senibus minuitur. Anus au-  
tem ex multis annis dicta est, quasi annosa.

## XXII.

85. Inter rationale et rationale hoc interesse sa-  
piens quidam dixit: Rationale est quod rationis uti-  
tur intellectu, ut homo; rationabile vero quod ratione  
dictum vel factum est.

## XXIII.

86. Inter mentem et rationem hoc differt. Mens est  
pars animæ præstantior, a qua procedit intelligentia.

suum locum revocare. Notæ puerilitate; ita Codex,  
etc., et al., puerili ætate, videntur positæ pro verbis  
pro ætate puerili. Anus.

81. In Editione Grialii mendum clarum erat juven-  
tus pro juvenens; in aliis desunt hæc verba, ut in bo-  
bus, etc. AREV.

82. Quasi mollier. Non male alii, quasi mollier.  
AREV.

83. Rationale est. Verba sunt August. II de Ordin.,  
cap. 11.

84. Intelligibile esse... sentiuntur, verba August. VIII  
de Civit., cap. 6.

Ratio vero est motus quidam animi visum inentis A  
acnens, veraque a falsis distinguens.

## XXIV.

87. Inter *memoriam*, *mentem*, et *cogitationem*, talis  
distinctio est, quod memoria præterita retinet, mens  
futura prævidet, cogitatio præsentia complectitur.

## XXV.

88. Inter *sensum* et *memoriam* hoc interest. Sensus,  
rei cuiusque adinventio; memoria, rei inventæ recor-  
datio: ille excogitat et reperit, hæc reperia custodit.

## XXVI.

89. Inter *intelligibilia* et *sensibilia* taliter ve-  
teres discreverunt: intelligibilia esse quæ mente ani-  
moque percipiuntur; sensibilia autem, quæ visu  
tactuque corporeo sentiuntur.

90. Sunt autem sensus corporei quinque: visus, B  
auditus, odoratus, gustus, tactus. Visui subjacet  
habitus, et color, seu magnitudo mensuræ. Auditui  
voces et sonus, odoratui odorum fragrantia, vel quæ  
aliter se habent, gustui sapor amarus seu dulcis,  
tactui calida vel frigida, aspera vel mollia, seu lenia.

91. Hi autem quinque sensus ex partibus elementor-  
um sunt, sed non ex omnibus elementis quatuor, sed  
ex aere terraque gignantur. Ex aere quidem visus,  
odoratus, auditus; ex terra tactus saporque nascitur.

## XXVII.

92. Inter *animam* et *corpus* ita discernitur: anima  
est substantia incorporea, intellectualis, rationalis,  
invisibilis, atque mobilis, et immortalis, habens  
ignotam originem, nihil tamen in natura sua mixtum  
concretum, vel terrenum, nihil humidum, nihil fla- C  
bile, vel igneum; at contra corpus est substantia vi-  
sibilis, atque mobilis, mortalis, habens semen ex vi-  
tio, et ex terrenâ fæce materiam. Sed anima, quia  
spiritualis creatura est, initium novit, finem habere  
non novit. Sicut enim angeli, ita et animæ sunt.  
Habent enim initium, finem nullum. Corpus autem,  
quia ex quatuor elementis constat, ignis, aeris, aquæ,  
et terræ, dum fuerit excedente anima resolutum,  
redit rursus unde fuerat ortum. Inde et partim mor-  
tales, partim immortales sumus. Animæ enim natu-  
ram communem habemus cum angelis, carnem vero  
cum pecoribus.

## XXVIII.

93. Inter *carnem* et *corpus* quidam sapiens dixit  
dicens: Caro est quæ proprie sanguine, nervis, ossi-  
busque distinguitur; corpus vero, quanquam et caro  
dicatur, interdum tamen et aereum 96 nominatur,  
quod tactui visuique non subiaceat, et plerumque est  
visibile atque tangibile. Parius corpus est, sed non  
caro; lapis corpus est, sed non caro. Sic et Apostolus  
corpora cœlestia appellat, et corpora terrestria.  
Cœleste corpus solis, lænæ et stellarum, terrestre  
ignis, aeris, aquæ, terræ, et reliquorum, quæ ab-  
sque anima iis censentur elementis.

94. Confer de his Etymol. lib. xi, cap. f, num.  
15. ARGV.

97. Multa, quæ de anima hic dicuntur, repetita  
sunt in libro quodam de Numeris, quem nondum  
editum puto, et inter appendices exhibebo, ut dixi

## XXIX.

94. Inter *animam* et *animam* Lactantius distinguere  
philosophos quosdam ita existimat: « Quidam, inquit,  
aiunt aliud esse animam qua vivimus; aliud animam  
quo sentimus et sapimus, quia, valente in corpore ani-  
ma, nonnunquam animus perit, sicut accidere demen-  
tibus solet.

95. Addunt quoque animam morte sopiri, animum  
sonno. Ob hoc inde putant esse divisum, eo quod  
actionis officio separentur. Qui vero utrumque indif-  
ferenter accipiunt, veracius argumentantur: Quod nec  
vivere sine sensu possumus, nec sentire sine vita.

96. Idcirco nequaquam posse esse divisum quod  
a se minime separatur. Sed idem unum, et vi-  
vendi habere vigorem, et sentiendi perfrui ratione;  
et dum sunt utraque unum, varia sumpsere voca-  
bula, pro diversitate effectuum. Sicut enim spiritus  
pars animæ est per quam imagines rerum corpora-  
lium imprimuntur, sic animus pars ejusdem animæ est,  
quo sentitur et sapitur; sicut et mens ejusdem portio  
est, per quam omnis ratio intelligentiæque percipitur.

97. Sicut voluntas, qua intellecta consentiuntur;  
sicut memoria, qua mediata rememorantur. Et  
hæc quidem dum multiplices constant appellationes,  
non tamen ita dividuntur in substantia sicut in no-  
mine, quia eadem una est anima. Quæ dum contem-  
platur, spiritus est; dum sentit, sensus est; dum  
scit, animus est, dum intelligit, mens est; dum  
discernit, ratio est; dum consentit, 97 voluntas est;  
dum recordatur, memoria est; et dum membra ve-  
getat, anima est et modo sapit, modo desipit, modo  
remotis paulisper curis, corporis sopore delinita  
quiescit, rursusque commota ad contemplanda re-  
rum imagines protinus excitata recurrit.

## XXX.

98. Inter *animam* et *spiritum* hoc differre doctores  
dixerunt, quod anima ipsa vita est hominis, præ-  
stans sensum motumque corporis: spiritus autem  
ipsius animæ est quedam vis et potentia rationalis,  
per quam lege naturæ præstare videtur cæteris pec-  
coribus. Proinde anima status vitæ est, animalem  
hominem faciens; spiritus autem, vis quæ carnales  
concupiscentias calcet, atque mortalem ad immutabi-  
litatem vitæ hominem provocat.

99. Certissime autem spiritum animam esse evan-  
gelista testatur, quia animam quam Christus in carne  
suscepit spiritum nominavit. Nam cum dixisset Do-  
minus, *Potestatem habeo ponendi animam meam*, hæc  
sine dubio tunc posuit, quando in cruce, inclinato ca-  
pite, spiritum tradidit. Omnis autem anima spiritus  
esse potest, non tamen omnis spiritus anima. Nam ipse  
Deus spiritus est, et tamen anima non est; angeli quo-  
que et venti spiritus sunt, et tamen animæ non sunt.

100. Ipsa autem anima, quid sit, qualis sit, ubi sit, quam  
formam habeat, vel quam vitam, nullo modo certissime

in Isidorianis, cap. 65, non. 10 seqq. ARGV.

100. De his agit Isidorus lib. i Sentent., cap. 12,  
quem ad locum videndæ sunt Loaisæ notæ, quæ  
huc quoque faciunt. ARGV.

sapientes hujus mundi definiunt. Alii namque ignem animam, alii sanguinem esse dixerunt, alii incorpoream, neque habere ullam figuram. Nonnulli quoque eandem divinæ naturæ esse partem impia temeritate crediderunt.

101. Nos autem eandem non ignem, vel sanguinem, sed incorpoream dicimus, passibilem, atque mutabilem, carentem pondere, figura, sive colore. Nec dicimus animam partem, sed creaturam esse Dei, nec de substantia Dei, vel de qualibet subjacenti elementorum materia, sed ex nihilo fuisse creatam.

102. Nam, ut ait quidam, si eam Deus ex semetipso fecisset, nequaquam vitiosa, vel mutabilis, vel misera esset. Item, si ex elementis **98** esset visibilibus facta, haberet utique vel ex terra soliditatem, aut ex aqua humorem, aut flatum ex aere, aut calorem ex igne; sed quia his omnibus caret, apparet eam inde non esse, quia cum illis nihil probatur habere commune.

103. Unde et prave a quibusdam creditur esse corporea, quæ propter id ad imaginem Dei facta est ut si non immutabilis ut Deus esset, tamen incorporea ut Deus existeret. Si enim corpoream credimus animam, ergo et Deum credimus habere corporis formam, quia eadem ad suam condidit imaginem.

104. Hujus autem animæ partes nonnulli veteres tres esse dixerunt: rationale, irascibile, et concupiscibile. Rationale, per quod invisibilia conspiciunt; irascibile, per quod impetus iræ suæ emendat et corrigit; concupiscibile, per quod concupiscentiam carnis spirituali virtute compescit. Cujus domicilium quidam in pectore esse voluerunt, quidam vero in capitis arce eam habitare dixerunt, tanquam in cælo rectorem, ut a summo omnia contempletur. Alii nullum ei certum locum definiunt, sed eam per omnes artus infusam discurrere dicunt.

105. De origine ejus variæ habentur opiniones: verum tamen, sine affirmandi præsumptione, quid inde Patrum disputatio senserit, referamus. Inter quos sanctissimus Fulgentius incertam de hac questione sic profert sententiam, cujus breviter verba ponenda sunt: «Utrum, inquit, sicut caro nascentium, sic omnes animæ ex Adam venire credantur, an novæ fiant, et ex parentibus minime propagentur? Quæ questio in definiendo difficilis est, quia contrariis objectionibus destruitur.

106. Nam illi qui novas animas contendunt singulis corporibus dari, cum illis opponi cœperit cur anima parvuli, quæ non propagatur, ut caro, cum carne originalis peccati teneatur consortio? Nunquid injustus est Deus, ut cum carne mittat animam in ignem æternum, quæ cum carne non habet commune peccatum? Hoc cum illis opponitur, omnino deficiunt. At contra illi qui asserunt animas cum ipsis corporibus propagari, possunt quidem in parvulis justum Dei judicium firmare, ut commune habeant peccatum originale, sicut communem vindi-

108. Ita etiam hæret Isidorus cum Augustino, lib. II Offic., cap. 24. Vide not., et lib. I Sent., cap. 12, ubi recte astruit animam creati quando et corpus

A cant utriusque esse propagationem. Sed in consideratione seminum quæ non concepta percunt, et ipsi peritus obmutescunt.

**99** 107. Animam quippe humanam certum est in ipso conditionis suæ munere percepisse. Quæ necesse est ut corpus in quo hic quantumcumque tempus vixerit, in resurrectione recipiat. Quis ergo dicat animata semina profluxisse, sive illa quæ non concipiuntur, sive illa quæ nocturna illusionem funduntur? Quod omnis sapiens videt quam sit absurdum et a ratione omnibus modis alienum. Illis ergo propositionibus de origine animæ partes se invicem vincunt, quia unaquæque earum alteram propositionem destruit, et ipsa non valet astruere quod proponit.

108. Ob hoc de hac questione cautius querendum est: maxime quod a sanctis viris nihil certum definitum est, nec sanctarum Scripturarum auctoritate quidquam manifestius pronuntiatur. Illud tamen tenendum est parvulorum animas nexu peccati originalis esse astrictas, quæ nisi percipiant baptismatæ sacramentum, regni cælestis participes esse non possunt; sed cum carne commune habebunt peccatum, et pari judicio damnabuntur in ignem æternum.

### XXXI.

109. Inter *concupiscentiam carnis* et *spiritus* hoc interest: concupiscentia carnis est motus animæ turpis in effectum sordidæ delectationis; concupiscentia vero spiritus, ardens intentio mentis in desideria sanctæ virtutis. Ista sibi consentientes mittit ad regnum, illa ad supplicium sempiternum. Illa lex peccati est, de primi hominis damnatione descendens, ista lex mentis est de matre Redemptoris nostri procedens. Hæ autem sibi invicem pro affectu virtutum ac vitiorum, quotidiana colluctatione lethaliter adversantur.

110. Concupiscentia namque carnis primum illecebras vitiorum in cogitationibus gignit, concupiscentia vero spiritus e contrario cogitationes sanctas indesinenter opponit. Illa fabulis vanis oblectatur et verbis, ista Scripturarum meditationibus atque præceptis; illa gaudet spectaculis rerum terrestrium; ista contemplatione **100** cælestium gaudiorum. Illa terrena gaudia querit, ista gemitus et suspiria trahit: illa torpore somni atque pigritia corpus relaxat, ista vigiliis et competentibus orationibus elaborat.

111. Illa per ingluviem illecebris ventris et desiderii gutturis æstuat, ista semetipsam jejuniis et abstinentiæ cruciatibus macerat. Illa luxuriæ subditi turpium perpetrationum affectus, quos intentione cogitationis agit, perfectione voluptatis explere contendit; ista castitatis et pudicitie pulchritudinem diligit. Illa avaritiæ flamma succensa appetit lucrum et fugit damna temporalium rerum; ista contentiuens mundum solum sibi vindicat Christum. Illa invidia nullum sibi superiorem vel æqualem esse permittit, sed interno livore vulneris de cunctorum profectu

creatur, cui admisceri videtur. AREV.

109. Vid. Cassian. lib. de Concupisc. carn. et spirit., cap. 11 et seq.

tabescit; ista de cunctorum virtutibus gaudet, et A  
minores sibi per charitatem præponit.

112. Illa, ira exastuans, nihil æquanimitè portat, sed perturbatam mentem usque ad vocis tumultum exultat; ista nulla exasperatione movetur, sed per tranquillitatem et mansuetudinem patienter omnia sustinet. Illa tristitia inficitur, dum quælibet adversa persenserit; ista nullo mœrore frangitur, sed etiam mala de proximis portans, ab interiore gaudio non movetur. Illa ambitione honorum, inficitur humanis laudibus, vel illerebris vanæ gloriæ delinitur; ista humilitatem amat, et soli Deo suo, qui inspector est mentis, placere delectat. Illa inflata superbiæ fastu cor miserum elevat; ista, ne a celsitudine sua corruat, usque ad illius seipsam humiliat.

113. Sed quid plura? Concupiscentia carnis in omnium vitiorum multitudinem consentientes sibi præcipitat; concupiscentia vero spiritus mentem lapsam ne deficiat, spe futuræ gloriæ corroborat. Proinde illa, quamvis superet, nullatenus desperandum est, quia, reparato certamine, possumus de ea etiam gloriosius triumphare. Ista quamvis vincat, de victoria non est segura, quia callidus hostis, etsi devictus interdum, tamen victores ultimo vincit. Et quos prima congressione non percutit, decipere in finem contendit.

114. Hinc est etiam quod ipsa concupiscentia carnis usque in hujus vitæ terminum dimittere non cessat. Sed si concupiscentia spiritus usque in finem superet, victoriæ pace segura in æternum 101 cum suis victoribus regnat. Quando, consummato concupiscentiæ aculeo, nec carni spiritus, neque caro spiritui adversabitur. Sed utraq; invicem æternæ pacis concordia copulatæ, Redemptori suo sine oppugnatione in perpetuum adhærebunt.

### XXXII.

115. Inter gratiæ divini infusionem et humani arbitrii voluntatem hoc interest: arbitrium est voluntas liberæ potestatis, quæ per se sponte, vel bona, vel mala appetere potest; gratia autem est divini misericordiæ donum gratuitum, per quod et bonæ voluntatis initium et operis promeremur effectum. Nullus autem liberi arbitrii quidquam potest prævalere virtute, nisi supernæ gratiæ sustentetur juvamine. Divina quippe gratia prævenit homo, ut bonus sit, nec humanum arbitrium Dei gratiam antecedit; sed ipsa gratia Dei volentem hominem prævenit ut etiam bene velit.

116. Nam pondere carnis homo sic agitur, ut ad peccandum sit facilis, et ad penitendum piger. Habet de se unde corruat, et non habet unde consurgat, nisi, gratia Conditoris, ut erigatur manum jacenti extendat. Denique homini per Dei gratiam liberum restauratur arbitrium, quod primus homo perdidit.

115. Honorius Augustodunensis, in opere. De libero arbitrio inter sententias Patrum hac etiam Isidori in rem suam utitur. AREV.

116. *Liberum arbitrium... quod primus homo perdidit.* Eodem modo Aug. in Enchirid. cap. 50: *Nam libero arbitrio male utens homo, et se perdidit et ipsum.* Quæ quomodo accipienda sicut, ex ipso Augu-

rat. Nam ille habuit inchoandi boni liberum arbitrium, quod tamen Dei adjutorio perficeretur. Nos vero, et inchoationem liberi arbitrii, et perfectionem de Dei sumimus gratia. Quia et incipere et perficere bonum de ipso habemus, a quo et gratiæ donum datum, et liberum arbitrium in nobis est restauratum.

117. Dei est ergo bonum quod agimus propter gratiam prævenientem, et subsequentem. Nostrum verò est, propter obsequentem liberi arbitrii voluntatem. Nam si Dei non esset, cur illi gratias agimus? Et si nostrum non est, quare retributionem bonorum operum 102 expectamus? Proinde ergo in eo quod gratia prævenitur, Dei est, in eo verò quod bene operando prævenientem gratiam sequimur, nostrum est. Nemo autem Deum meritis antecedit, ut tenere eum quasi debitorem possit. Sed viro modo æquus omnibus conditor alios prædestinando præeligit, alios in suis moribus pravis justo iudicio derelinquit. Unde verissimum est gratiæ munus non ex humana virtute vel ex merito arbitrii consequi, sed solius divini pietatis bonitate largiri.

118. Quidam enim gratissimæ misericordiæ eius prævenientis dono salvantur; effecti vasa misericordiæ; quidam vero reprobi habitii, ad ponant prædestinati, damnantur, effecti vasa iræ. Quod exemplum de Esau et Jacob nondum natis colligitur. Qui dum essent una concepti ne vel partu editi, pari que nexu peccati originalis astricti, alterum tamen eorum ad se misericordiæ divini prævenientis bonitas gratuita traxit, alterum quadam justitiæ severitate odio habitum in massa perditionis relictum damnavit. Sicut per prophetam idem Deus loquitur dicens: *Jacob dilexi, Esau autem odio habui.*

119. Unde consequens est nullis prævenientibus meritis conferri gratiam, sed sola vocatione divina. Neque quemquam salvari sive damnari, eligi vel reprobari, nisi ex proposito prædestinantis Dei, qui justus est in reprobatis, misericors in electis. Universæ enim viæ Domini misericordia et veritas.

120. Ante gratiæ enim donum liberum quidem est in homine arbitrium, sed non bonum, quia sine gratiæ adjutorio manet infirmum. Nam sicut oculus videre non valet, si caret officio luminis, ita humanæ voluntatis arbitrium nihil valet, si luminis gratia indigeat; illud utique quod illuminat omnem hominem prævenientem in hunc mundum. Liberum autem arbitrium ad omne malum promptum est per semetipsum, ad bonum vero nequaquam nisi per gratiæ donum: et eadem præstat homini et bona velle et facere, mala præterita flere, tamen a cogitatione quam ab opere delicta præsentia cavere, quod etiam Apostolus manifestius scribit dicens: *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra*

stino satis constat et ex Isidoro, qui paulo post ita subjicit: *Ante gratiæ donum liberum quidem est in homine arbitrium, sed non bonum, quia sine gratiæ adjutorio manet infirmum.*

120. In aliis Execu- is post verba *miseri cordiæ et caritas*, ommissis aliis, sequitur, *omnis autem donum gratiæ*, etc. ut num. 122. AREV.

ex Deo est. Itaque non in omne genus hominum gratiæ beneficium tenditur, sed in illis tantum qui per fidem illuminantur; nec enim in cunctis gentibus fidei pervenit auditus.

121. Unde et Apostolus: *Quomodo, inquit, invocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt?* Ipsius etiam gratiæ donum quibuscunque datur, non æqualiter conceditur, sed ad mensuram pro merito accipientium distribuitur, juxta quod scriptum: *qui reddet unicuique secundum opera sua.*

122. Omne autem donum gratiæ non omnibus ad integrum datur, sed singulis dona singula distribuuntur, ut scilicet, quasi membra corporis singula officia habeant, et alter indigeat altero quod non habet alter; proinde omnia sunt communia, dum sunt sibi membra invicem necessaria.

## XXXIII.

123. Inter *Legem* et *Evangelium* hoc interest, quod in *Lege* littera est, in *Evangelio* gratia: illa habuit umbram, ista imaginem; illa data est propter transgressionem, ista propter justificationem, illa ignorantia demonstret peccatum, ista agnitionem adjuvat, ut vitetur; illa flagitiis deditos increpat, ista peccantes bonitate propria liberat; illa talionem reddendum decrevit, ista etiam pro inimicis orare jussit; illa, conjugiorum indultis habentis, crescere et generare præcepit, ista continentiam suavit.

124. Illic prædicatur circumcisio sola carnis, hic lavacrum in ablutione cordis et corporis; illic Chanaanitis regnum et promissiones rerum temporalium continentur, hic vita æterna regnumque cælorum promittitur; illic sabbati otium et requies celebratur, hic ipsa sabbati requies in Christo habetur, qui dixit: *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos, et invenietis requiem animabus vestris.* Illic esus animalium immundorum prohibetur, hic in corpore Christi, id est in sanctis suis, non admittitur quidquid per illa animalia immunda in mores hominum figurabatur.

125. Illic, pecoribus immolatis, carnis et sanguinis hostiæ offerebantur, hic sacrificium carnis et sanguinis Christi offertur, quod 104 per illa animalia figurabatur; illic ex carne Agni Pascha celebratur, hic Pascha nostrum immo autus est Christus, qui est verus Agnus immaculatus. Illic Neomeniæ, id est novæ lunæ principia celebrantur, hic nova creatura in Christo accipitur, sicut Paulus apostolus ait: *Si qua in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt nova.*

126. Quid plura? In lege per figuram res gestæ in significationem futurorum annuntiabantur, in gratia vero, evangelicæ veritatis, quæ illic denuntiata fuerunt, explicantur. Item in lege mandata scripta erunt et promissa, sed mandata legem implere vel conservare jubebant, promissa vero, figuris oblecta

125. Vulg.: *Omnia nova.* Exprimuntur sacrificium sanguinis et corporis Christi. AREV.

128. Nam præcepta legalia, etc., e Greg. xxviii Moral., cap. 9.

A sacramentorum, futuram Evangelii gratiam prædicabant. In lege ergo mandata tenentur, promissa vero in Evangelii plenitudine consummantur. Legem enim Evangelia complent, et significationem præcepti plenitudo Testamentorum.

127. Item nihil aliud lex præstitit, nisi quod solum peccata monstravit, non abstulit, et sub suo terrore redactus omnes servos effectit, et inde spiritum servitutis habuisse priorum populum Apostolus docuit. Evangelium vero veniens crudelitatem legis amovit; peccata, quæ lex puniebat per spiritum servitutis, laxavit per spiritum adoptionis, filios ex servis reddidit, amorem implendæ legis omnibus condonavit, et, si deinceps punienda commiserunt, per eundem spiritum adoptionis indulget: formam bene agendi præbuit, et ut possint agi quæ docuit adiutorem Spiritum infudit.

128. Nam præcepta legalia quæ illi populo data sunt, comparatione meliorum, etiam non bona dicuntur, quia quæ præcipiunt non perficiunt; gratia vero Evangelii quod exterius imperat, interius ut perficiatur juvat. Ezechielis etiam testimonio dicitur: *Dedi eis præcepta non bona.* Utique quia in eis quædam inutilia inferioribus sensibus agenda permissa sunt, sicut illud, ubi Deus Israelitarum cupiditatem spoliis Ægyptiorum satiari permisit.

129. Nam pro eo quod carnalis populus modum egraderetur vindictæ, lex permittit carnalibus vicem rependere mali, quod Evangelia firmioribus vetant. Proinde ergo dicuntur non bona, quoniam Evangelio comparata, legis præcepta inferiora noscuntur. 105 Ante adventum enim Redemptoris nostri, gentilis populus ideo non obtemperavit legi, quia nondum intellegebatur sensu spirituali. Lex enim gravis atque dura secundum litteram jubebat, ideo contemnebatur. Venit autem gratia Evangelii, temperavit legis austeritatem, applicavitque sibi gentilem populum.

## XXXIV.

130. Inter *activam* et *contemplativam vitam*, hæc distinctio est: activa vita est quæ in operibus justitiæ et proximi utilitate versatur; contemplativa, quæ vacans ab omni negotio, in sola Dei dilectione deligitur. Harum una in opere bonæ conversationis, altera in contemplatione immutabilis veritatis est; una, quæ ex fide in hac peregrinatione vivit, altera quæ bene viventes usque ad regnum perducit.

131. Activæ enim vitæ magna sunt præmia, sed contemplativæ potiora. Activa vita ex bonis operibus incipit, contemplativa pervenit ad quod intendit. Activæ vitæ opera cum corpore finiuntur, contemplativæ autem gaudia in fine amplius crescunt. Illa autem, quamvis utilis et bona, tamen cum requies venerit, transitura; ista vero boni operis transituri merces est, et requies permansura.

132. Contemplativa vita per Rachel ostenditur, quæ erat pulchra et sterilis, quia per contempla-

130. Opusculum de differentia inter activam et contemplativam vitam Isidori nomine in Codice Regio Vaticano 281 a me reperitum, ad appendices rejicitur, de quo etiam dixi in Prolegom. cap. 85. AREV.

tionis otium minus operum filii generantur. Activam autem vitam monstrabat Lia sine oculis, sed fecunda. Quia actio laboriosa quidem est, minusque alta considerans. Sed in eo quod se erga proximi utilitatem plus exhibet, fecundior operibus, quasi in filiis crescit. Sic Martha et Maria, quarum una virtutibus mentem exercebat in opere, altera requiescebat defixa in contemplatione.

155. Si autem qui ad contemplationis otium venire contendunt, prius se in stadio activæ vitæ exercere debent, ut dum opera justitiæ sæces peccatorum exhauriunt, cor mundum exhibeant ad videndum Deum. Nam mens quæ adhuc temporalem gloriam **106** querit, aut carnalis concupiscentiæ tentationibus cedit, a contemplatione proculdubio prohibetur. Unde et populus dum legem acciperet a monte, id est a sublimi contemplatione, quasi carnalium curiositas removeatur. Et in Evangelio curatus a legione vult Dominum per contemplationem sequi; sed jubetur domum reverti, et in activæ vitæ operatione versari.

154. In ipso autem contemplationis et actionis usu interdum magna differentia animorum est. Nam quibusdam sola contemplatio proficit, quibusdam vero activa sola est consolatio. His media et de utrisque composita utilior est magis ad refovendam mentis angustias, quæ solet per unius intentionem nutriri, ut de utriusque partibus melius temperentur. Nam quod Salvator per diem signis et miraculis coruscabat in urbibus, activam nobis vitam commendabat. Quod vero in monte orationis studio pernoctabat, vitam contemplationis significabat.

153. Idcirco Dei servus juxta imitacionem Christi, nec activam vitam amittit, et contemplativam vitam agit. Alter enim incedens offendit. Sicut enim per contemplationem amandus est Deus, ita per activam vitam diligendus est proximus. Ac per hoc sic non possumus sine utraque esse vita, sicut et sine utraque in dilectione esse nequaquam possumus.

## XXXV.

156. Inter *Fidem* et *Opus* hoc distat: per fidem possibilitas boni operis inchoatur, ex opere ipsa fides perficitur. Opus enim fide prævenitur, fides ex operibus consummatur. Opera autem ante fidem nequaquam prodesse, quia nihil valet a malo declinare et agere quod pertinet ad salutem ei qui ipsum salutis vel negat vel nescit auctorem. Item fides sine operibus nequaquam prodest, quia non potest per fidem Deo placere qui Deum continuit in opere.

157. Ob hoc etiam fides sine operibus mortua est, juxta Jacobum; et opus extra fidem vacuum est, juxta Paulum. Horum enim alter fidei studium, alter opus laudat. Paulus prædicat ante fidem **107** nullo modo esse opus bonum, Jacobus narrat fidem nihil valere sine opere bono. Ac per hoc, juxta primum, opera fidem præcedentia nihil prosunt; juxta alterum, subsequencia multum prosunt.

158. Jacobus dicit: *Abraham pater noster ex ope-*

156. *Nequaquam prodesse, supplendum possunt, aut constat, ut sæpe accidit in operibus Isidori, præ-*

*ribus justificatus est. Paulus dicit: Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam. Quid ergo? Utrique se destruunt? Absit. Sed utrique nos instruunt. Nam secundum Paulum, Abraham ex fide justificari meruit, quando credidit Deo; secundum Jacobum. ex operibus placuit, quando tentatus immolandum filium non recusavit.*

## XXXVI.

159. Inter *fidem*, *spem* et *charitatem* hoc differt: fides est divinitatis confessio, et religionis solidum fundamentum; spes est honorum expectatio futurorum; charitas est perfecta dilectio in Deum et proximum. Harum prima credulitatem fovet præsentem, secunda promissa præstolatur futurorum, tertia amorem complectitur æternum. Quæ quidem tria in hujus vitæ tempore ita copulantur, ut altera sine altera stare non possit.

140. Denique veraciter credere non possumus, nisi ea quæ promissa sunt speremus; nec poterimus sustinere promissa, nisi sit fidei credulitas firma; nec aderit fructus spei, vel stabilitas fidei, nisi fuerit perfecta charitas Christi, quæ et fidem ut credat, adjuvet et spem expectationis corroboret. Cujus specialiter secundum Apostolum inter has virtutes traditur principatus, et cultus manet æternus.

141. Nam et fides cessabit, dum futura quæ creduntur advenerint; et spes finem habebit, dum beatitudinem quam quisque bonus præstolatur acceperit. Sola charitas in æternum perseverabit, ipsa sola utramque perducens ad Christum, ipsa sola gaudio perfruetur sempiterno.

## XXXVII.

142. Inter *amorem* et *dilectionem*, sive charitatem, hoc differt, quod amor et dilectio media sunt, et ad utrumque parata, modo in bonum, modo in malum vertuntur. Charitas autem non nisi in bonum; cujus etiam nomen eo usque extollitur, ut ipse Deus **108** Charitas appelletur. Illa est enim perfecta charitas, quæ inimicos et patienter sustinet, et benigne refovet. Qui vero hæc non agit, longe a charitate discedit. Hæc enim summa sola sunt bona. Nam a quibus habentur, utique veraciter habentur. Aliæ vero virtutes media bona sunt, et quæ ad utilitatem possunt ab aliquibus haberi, et ad perniciem, si de his arrogantibus tumuerint.

143. Quatuor autem sunt diligenda: Deus scilicet, atque proximus, caro nostra, atque anima. Prior est autem amor Dei, sequens vero est et proximi. Sed sicut per amorem Dei amor fit proximi, sic per amorem proximi amor ostenditur Dei. Dilectio in Deum origo est dilectionis in proximum; et dilectio in proximum cognitio est dilectionis in Deum. Porro dilectio Dei a timore inchoat, sed non sub timore perseverat. Nam dilectio ex timore servilis est, non libera, quia non constat ex amore Dei, sed ex timore supplicii.

144. In tribus autem his rebus dilectio Dei exprimitur in Etymologiis. AREV.



mitur, ut nihil remaneat in homine quod non divinæ dilectioni subdatur. Nam dum dicitur: *Diliges Deum ex toto corde tuo*, omnes cogitationes in Deum referendas præcipit; dum vero dicitur, *ex tota anima*, omnes affectiones animæ ad Deum referri jussit; dum vero adjecit, *ex tota mente*, indicat omnem rationem humanam, quæ intelligimus et discernimus, in rebus divinis esse occupandam.

145. Item duo sunt erga dilectionem proximi servanda: ut ipse præstet aliis quæ sibi præstari et ab aliis vult, et quæ sibi inferri pertimescit non inferat. Ex hac gemina dilectionis virtute in proximum omnes oriuntur virtutes, quibus aut utiliter ea quæ sunt appetenda cupimus, aut quæ vitanda sunt præcavimus.

146. Quod enim Dominus dicit: *Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis*, pertinet ad boni impensionem in proximum. Item quod in Veteri Testamento legitur: *Quod tibi non vis, alteri ne feceris*, pertinet ad cavendum ne quis malum inferat proximo. Ex his ergo duobus articulis congrue diligitur proximus, dum et benefici impensione fovetur, et nulla malitia læditur.

## XXXVIII.

109 147. Inter scientiam et sapientiam hoc interest: scientia ad agnitionem pertinet, sapientia ad contemplationem. Scientia temporalibus bene utitur, atque in vitandis malis, seu intelligendis vel appetendis bonis versatur: sapientia autem tantummodo æterna contemplatur. Item nonnulli viri inter sapientiam et prudentiam intelligi voluerunt, ut sapientiam in divinis, prudentiam autem vel scientiam in hominis negotiis ponerent. Perfecta autem est scientia multa agere bona, et de illis laudem terrenam non querere quæ Deus præcepit facere, et servum inutilem ante oculos Dei se existinare.

## XXXIX.

148. Inter sapientiam et eloquentiam ita distinguunt: quod eloquentia constat ex verbis. Sapientiam sine eloquentia prodesse non est dubium. Eloquentia sine sapientia valere non potest. Melior enim est indiscreta prudentia quam stulta loquacitas. Rerum enim studia prosunt, non ornamenta verborum. Eloquentia enim, ut diximus, scientia est verborum; sapientia autem, cognitio rerum et intellectus causarum.

149. Porro sapientiam veteres philosophiam vocaverunt, id est omnium rerum humanarum atque divinarum scientiam. Hujus philosophiæ partes tres esse dixerunt, id est, physicam, logicam, ethicam. Physica, naturalis est; Ethica, moralis; Logica, rationalis. Harum prima naturæ et contemplationi rerum deputatur, secunda in actione et cognitione recte vivendi versatur, tertia in discernendo verum a falso ponitur.

146. Verba Tobie in Vulgata hæc sunt: *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias*. Sententia eadem est. ARÆ.

150. Hoc trimodum philosophiæ genus, juxta sapientes mundi in partibus suis, ita distinguitur. Ad physicam pertinere aiunt disciplinas septem, quarum prima est arithmetica, secunda geometria, tertia musica, quarta astronomia, quinta astrologia, sexta mechanica, septima medicina. Ratio autem earumdem disciplinarum breviter, ista est.

110 151. Arithmetica namque est definitio per quam numerorum omnium ratio vel ordo consistit. Geometria est disciplina magnitudinis, et figurarum notis lineamentisque propriis distincta, vel formis. Dicta autem Geometria a dimensione terræ, per quam uniuscujusque termini delineari solent. Hanc primum Ægyptii invenerunt pro necessitate terminorum terræ, quos Nilus inundationis tempore confundeat. Musica est ars spectabilis voce vel gestu; habens in se numerorum ac soni certam dimensionem cum scientia perfectæ modulationis. Hæc constat ex tribus modis, id est sono, verbis et numeris.

152. Astronomia est lex astrorum. Astrologia est ratio quæ conversionem cœli et signorum desinit, potestatesque et ortus siderum, et occasus. Hanc mathematici sequuntur. Mechanica est quædam perita, vel doctrina, ad quam subtiliter fabricas omnium rerum concurrere dicunt. Medicina est scientia curationum, ad temperamentum corporis, vel salutem inventa. E quibus quidem omnibus quædam religioni conveniunt, quædam vero longe modis omnibus aliena sunt.

C 153. Digestis generibus, sive differentiis physicæ artis, nunc partes logice exsequamur. Constat autem ex dialectica et rhetorica. Dialectica est ratio sive regula disputandi, intellectum mentis acuens, veraque a falsis distinguens. Rhetorica est ratio dicendi, jurisperitorum scientia, quam oratores sequuntur. Hæc, ut quidam ait, *sicut ferrum veneno, sententia armatur eloquio*.

D 154. Post logicam sequitur ethica, quæ ad institutionem pertinet morum. Hæc enim bene vivendi magistra est, dividiturque in quatuor principales virtutes: prudentiam, scilicet, atque justitiam, fortitudinem, et temperantiam. Prudentia est agnitio veræ fidei, et scientia Scripturarum, in qua intueri oportet illud trimodum intelligentiæ genus. Quorum primum est per quod quædam accipiuntur historialiter sine ulla figura, ut sunt decem præcepta; secundum est per quod quædam in Scripturis permixto jure accipiuntur, tam secundum finem rerum gestarum, quam etiam juxta figurarum intellectum, sicut de Sara et Agar. Primum quod vere fuerint, dehinc quod tropice duo Testamenta figurentur.

155. Tertium genus est quod tantum spiritualiter accipitur, sicut de Canticis canticorum. Quæ si juxta sonum verborum III vel efficientiam operis sen-

150. De arithmetica, geometria, musica, etc., uberius Isidorus agit in libris Etymologiarum, ubi opportune notæ suis locis adhibentur. ARÆ.

tiantur; corporalis magis luxuria quam virtus sacramentorum accipitur.

156. Definitio prudentiæ genere, nunc partes iustitiæ subiiciamus, cujus primum est Deum timere, religionem venerari, honorem referre parentibus, patriam diligere, cunctis prodesse, nocere nulli, fraterna charitatis vincula amplecti, pericula aliena suscipere, opem ferre miseris, boni accepti vicissitudinem rependere, a quietate in iudiciis conservare.

157. Fortitudo est animi magnitudo, atque gloriæ bellicæ virtutis, contemptus honorum et divitiarum. Hæc adversis aut patienter cedit, aut fortiter resistit, nullis emolliitur illecebris, adversis non frangitur, non elevatur secundis, invicta est ad labores, fortis ad pericula, pecuniam negligit, avaritiam fugit, contra improbus animum ad pericula præparat, molestiis nullis cedit, gloriæ cavet appetitus.

158. Temperantia est modus vitæ in omni verbo vel opere. Hæc verecundiæ comes est, humilitatis regulam custodit, tranquillitatem animi servat, continentiam et castitatem amplectitur, foyet decus et honestatem, restringit ratione appetitum, iram comprimit, nec rependit contumeliam. Sed ex his prudentia agnitione veri delectatur, iustitia dilectionem Dei et proximi servat, fortitudo vim virtutis habet metumque mortis contemnit, temperantia affectiones carnis moderatur, et restinguit appetitum. Prima credit et intelligit, secunda diligit, tertia appetitum cohibet, quarta modum imponit.

#### XL.

##### *De distinctionibus quatuor vitiorum.*

159. Contra hæc tamen quatuor virtutum genera, totidem vitia philosophi opposita dicunt: metum, et gaudium, cupiditatem, et dolorem; nos autem hæc ipsa non perfecta vitia, sed media nuncupamus, eo quod propter diversitatem morum ad utrumque parata sunt, et modo ad bonum, modo ad malum, pro arbitrii voluntate, vertuntur. Sic enim nonnullæ male usæ virtutes ex se **112** vitia gignunt: veluti si ex mansuetudine interdum nascatur torpor, et ex pietate dissolutio disciplinæ, vel ex iustitia crudelitatis immoderata vindicta. Ita quatuor ista, si bene utantur, virtutes sunt; sin minus, ex virtutibus in vitia trans-eunt.

160. Hoc modo denique, cum quisque metuit peccare, vel cupit beatificari, dolet pro peccatis, gaudet in bonis operibus, jam tunc hi motus, qui ab amore studioque procedunt, pro virtutibus accipiuntur. At contra, dum quiaque metu carenti re aliqua terrena tenetur, vel dolore amissæ rei frangitur, dumque rerum temporalium cupiditate inflammatur, aut gaudio adeptæ rei extollitur, tunc non virtutes sed vere vitia nuncupantur. Ex his autem duo sunt futuri

159. Virgilius, l. b. vi *Æneid.* vers. 733: *Hinc metunt, cupiuntque, dolent, gaudentque.* Verbum *utantur* passiva significatione adhibetur. AREV.

161. De his vitiis principalibus fusius lib. ii *Sententiar.* cap. 38 seqq. ubi videri possunt crudelia

temporis, antequam quid eveniat, metus et cupiditas; alia duo præteriti, cum quid acciderit, gaudium et dolor.

161. Octo sunt autem perfecta, vel principalia vitia, quæ omne genus humanum inquietant, ex quibus vitiorum turba exoritur copiosa, id est: gulæ concupiscentia, fornicatio, avaritia, invidia, tristitia, ira, inanis gloria, novissima dux ipsa et harum radix superbia. Ex quibus omnibus duo sunt carnalia, fornicatio et ingluvies ventris; reliqua spiritualia.

162. Quæ quidem in membris suis taliter distinguuntur. Gulæ concupiscentia in quinque modis distinguitur: primo modo, si ante tempus cibos quis appetat, sicut Jonathan gustu mellis jejunium solvit. Secundo modo, si lautiores escas quærat, sicut populus, eremi manna contempto, carnes Ægyptias concupivit. Tertio modo, si diligentius quisquam communes cibos procuret, sicut filii Heli extra morem crudam ab offerentibus carnem tollebant, quam sibi accuratius præpararent. Quarto modo, si viles escas nimium quisque sumat. Unde et propheta Sodomam de panis saturitate accusat. Quinto modo, si quis ex desiderio quodcumque sumat, sicut Esau pro lentilulæ concupiscentia perdidit primogenita sua.

163. Fornicatio quoque trimodo genere discernitur. Primo quidem, dum per voluptatem luxuriæ consumitio carnis expletur; altero, dum sola attractione luxus carnis per immunditiam provocatur; **113** tertio, dum intentione turpis cogitationis nocturna quisque illusionem polluitur. Est et quartum genus fornicationis juxta Scripturam, omnis, scilicet, illicita corruptio mentis, sicut idololatria et avaritia, ex quibus fit prævaricatio legis propter illicitam concupiscentiam.

164. Porro avaritia in geminam distinguitur partem, id est in concupiscentiam augendæ rei, et in metum rei carendæ. Sicut etiam quidam ait: Non enim unquam expletur neque satiatur cupiditatis sitis. Neque solum ea quæ habent amore augendi excruciantur, sed etiam amittendi metu.

165. Ipsa quoque invidia duplici afficitur flamma, id est, cum aut meliori invidet in id quod ipse non est, aut dum quemlibet consimilem esse sibi æqualem dolet.

166. Sequitur tristitia, cujus tria sunt genera, quarum prima, ut ait Cassianus, temperata et rationabilis, de delictorum poenitudine veniens; altera perturbata, irrationabilis, de anxietate mentis seu desperatione peccatorum exoritur; tertia de iracundia, vel de illato damno, vel desiderio præpedito procedens.

167. Jam vero inanis gloria quadripartitam habet jactantiam. Nam sunt qui habent dona et donantem

et copiose nota Loaisæ. AREV.

167. *Per tumorem.* Pueris est hæc ecclesiasticorum scriptorum, ut superbiam tumorem appellant, quia superbi tument. AREV.

ignorant. Et sunt qui se dicant dona accepisse præcedentibus meritis, non pro gratia largientis. Item quidam sunt qui quod non habent se habere per tumorem existimant. Item quidam sunt qui, contemnendo alios, se aliquid habere singulariter putant. Perniciosior autem est elatio de singularitate jactantiæ veniens.

168. Ultima superbia, trimodam habet differentiam: primum namque genus superbiæ est eorum qui per transgressionem culpæ contemptui habent divina præcepta; secundum genus eorum qui ex observatione tolluntur mandatorum, et elatione virtutum; tertium genus est eorum qui per contumaciam mentis subdi dedignantur seniorum imperiis.

169. Quæ quidem vitia, divinitus divina adjuvante gratia, a contrario curantur virtutibus. Gulæ concu-

A piscentiam reprimunt vigiliæ et compunctio cordis; fornicationem exstinguit contritio cordis, et corporis afflictio, et oratio assidua, vel laboris exercitium, 114 metus gehennæ, et amor cælestis patriæ; invilliam superat amor dilectionis fraternæ. Et quia cælestis regnum non accipiunt nisi concordēs, abjicere invilliam convenit et diligere fratrem.

170. Iram temperat patientia, et ratio æquanimitatis. Avaritiam subjugat elemosyna, et spes æternæ retributionis. Tristitiam subjugant fraternalloquia, et consolatio Scripturarum. Arrogantiam calcant metus, ne vana gloria delinquitur animum a virtutibus cunctis excludat, et per jactantiam perdat semetipsum, et pereat. Jam superbiam deprimit exemplum humilitatis Christi, atque diabolicæ metus ruinæ. Qui dum vult esse quod non erat, et ipsum quod erat perdidit, et Tartari inferna promeruit.

170. Nonnulli omittunt verba, *qui dam vult... inferna promeruit, et post metus ruinæ libro subiungunt: Expliciu i Differentiæ spirituales beati Isidori.*

B Nam hoc etiam nomine vocantur Differentiæ rerum. AREV.

## 115 SANCTI ISIDORI

DISPALENSIS EPISCOPI

### ALLEGORIÆ QUÆDAM SACRÆ SCRIPTURÆ.

#### Praefatio.

DOMINO SANCTO AC REVERENDISSIMO FRATRI OROSIO ISIDORUS.

1. *Quaedam notissima nomina legis evangeliorumque, quæ sub allegoria imaginariæ obteguntur, et interpretatione aliqua egent, breviter deflorata contraxi celeriter, ut plana atque aperta lectoribus redderem. Quæ, quia inexplicata sunt, annotata brevis materiola dicendi coegit, et nec libelli modum permisit efficere, nec plenissime figurarum mysteria explicare. Erat quidem sensus ita, ut ex dictis quæ posita sunt et præcedentia et subsequentiâ intelligentur.*

2. *Hæc itaque cognitioni tuæ tractanda atque probanda offerimus, ut quod in ratione verborum ac sensuum in-erudite dependet, emendandum sollicitè cures. Ego enim, mihi charissime, in hujus operis reprehensione excusabilem meipsum æstimabo, quia hæc non meo conservavi arbitrio, sed tuo commisi corrigenda iudicio.*

1. De Allego-riarum opere disserui in Isidorianis, cap. 60. Allego-rias in sacram Scripturam inter veteres explicuit etiam Rabanus Maurus, inter recentiores Hieronymus Lauretus, edita Silva Allego-riarum sacre Scripturæ; de qua hoc exstat iudicium sancti

C Caroli Borromæi apud Possevinum, lib. II Biblioth. select., cap. 46: *Carolus autem Borromæus cardinalis vir sanctus, cum hujus Silvæ usum cuperet faciliorem, ac fructuosiore, statuerat rerum quæ vocibus allego-ricis designabantur, ac primo ponuntur, vocabula præ-*

## EX VETERI TESTAMENTO

**116** 3. Adam (*Genes. 1*) figuram Christi gestavit; A nam sicut ille sexta die formatus ad imaginem Dei, ita sexta mundi ætate Filius Dei carnis formam induit, hoc est, formam servi accepit, ut reformaret hominem ad similitudinem Dei.

4. Eva (*Ibid.*) designat Ecclesiam factam per mysterium lavacri, quæ **117** de latere in cruce morientis Christi fluxit, sicut Eva de costa hominis dormientis.

5. Abel, pastor ovium (*Genes. 1v*), Christi tenuit ty-

ponere: quem laborem fortasse pius aliquis et doctus suscipiet, Allegoriasque ipsas meliorem ordine disponet, ut republicæ litterariæ in proximorum salutem commodel. Notæ ad Allegorias sancti Isidori in Editione Grialiana auctorem habent Cyprianum Suarez, S. J., cuius nomine a me proferuntur. In eadem Matritensi Editione regia et aliis erat: *Nomina leguntur legis*; omisi cum Codice Veronensi leguntur, ut sensus planior præcederet; quod abest etiam a prima Allegoriarum Editione Haganœnsi. Cæterum in allegoriis deinde exponendis et illustrandis diligentia Cypriani Sua-rii annotatoris efficiet, ne uberiores annotationes nostræ de-iderentur. Paucas proinde inserere est animus. AREV.

3. Adam figuram gestavit Christi. Hæc allegoria est Apostoli I Cor. xv. Sic enim ait: *Factus est primus homo Adam in animam viventem; novissimus Adam in spiritum vivificantem.* Et quidem *Genes. 11* legimus factum esse primum hominem in animam viventem, hoc est, efficaciter operantem, cui membra corporis serviant, cuiusque voluntati ac efficaciam auscultent, ut exposit beatus Chrysostomus. Atque, ut scribit Theodoratus, non vocavit secundum Adam spiritum viventem, sed vivificantem. Omnibus enim vitam largitur. Talem autem Deus hominem creavit, quo per rationem ac intelligentiam omnibus esset animabilibus præstantior, quæ mentem huiusmodi non habent, ut loculenter scribit beatus Augustinus, xi de Civit., c. 23. SUAR.

*Ibid.* Ita sexta mundi ætate. Perfectio senario numero comprehenditur, propterea Deus sex diebus mundum perfecit, ut docet beatus Augustinus, lib. xi de Civit. Dei, c. 30. Causa autem cur extremo, id est, sexto die conditus fuerit homo, ut scribit eleganter Gregorius Nyss., lib. 1 de Homine, cap. 2, fuit: *Quoniam decebat, ut veluti quoddam regni domicilium futuro regi Deus efficeret, et deinde hominem animo quidem immortalis, corpore vero mortali præditum, in mundum introduceret, ut miraculorum mundi horum spectator, horum dominus esset, et Deo quidem fruere- tur per diviniores naturam; bonis vero, quæ in terra sunt, per sensum uteretur similem et terrenum.* Eadem fere scribit Damascenus, lib. 11, cap. 11. Secundum autem Adam, id est, Christum Dominum nostrum sexta ætate, quæ a beato Joanne Baptista ad mundi usque occasum et interitum pertinet, natum esse ait Encherius in c. 1 *Genes.* Deinde, ut inquit beatus Hieronymus, in Amos c. 5, omnes labores et molestias septimo numero conquiescent, sicuti requievit Deus die septimo ab omni opere, quod patrarat, Gen. 11. Quæ requies, et septimi diei sanctificatio, et benedictio post opera sua valde bona, ut notat Iulianus, designat quod et nos singuli post opera bona, quæ in nobis Deus operatur, ad requiem tendimus vite cælestis, quæ, quia sempiterna est, merito ideam dies septimum vesperam habuisse non traditur. SUAR.

3. Per mysterium lavacri. Hanc allegoriam docuit

etiam, et illustrem fecit Apostolus; nam cum, *Genes. 11*, scriptum sit: *Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam, cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea. Et edificavit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam, in mulierem, etc.: sacramentum hoc magnum esse in Christo et Ecclesia scriptum est Ephes. v. Nam, ut præclare ait Prosper in lib. de Promiseionibus et prædictionibus Dei: *Hoc est magnum sacramentum, quod promissum speravit Adam, et futurum prævidit formandum scilicet Ecclesiam ex latere Christi in cruce pendentis.* Unde Theophylactus enarrans verba illa beati Joannis, cap. xix: *Ad Jesum autem cum venissent, ut riderunt eum mortuum, non fregerunt ejus crura; sed unus militum lancea ejus latus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua, sic ait: Non simpliciter hæc sunt, sed quia Ecclesia per hæc duo et fit et consistit. Nam per aquam quidem generamur, per sanguinem autem et corpus paschimur. De quo uberius scribit beatus Augustinus xii cont. Faustum Manichæum. SUAR.**

6. Cain, frater ejus (*Ibid.*), ætate major, qui eundem Abel occidit in campo, priorem significat populum qui interfecit Christum in Calvarie loco.

7. Enoch, filius Cain (*Ibid.*), in cujus nomine præter condidit civitatem, significat impios in hac tantum vita esse fundatos.

etiam, et illustrem fecit Apostolus; nam cum, *Genes. 11*, scriptum sit: *Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam, cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea. Et edificavit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam, in mulierem, etc.: sacramentum hoc magnum esse in Christo et Ecclesia scriptum est Ephes. v. Nam, ut præclare ait Prosper in lib. de Promiseionibus et prædictionibus Dei: *Hoc est magnum sacramentum, quod promissum speravit Adam, et futurum prævidit formandum scilicet Ecclesiam ex latere Christi in cruce pendentis.* Unde Theophylactus enarrans verba illa beati Joannis, cap. xix: *Ad Jesum autem cum venissent, ut riderunt eum mortuum, non fregerunt ejus crura; sed unus militum lancea ejus latus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua, sic ait: Non simpliciter hæc sunt, sed quia Ecclesia per hæc duo et fit et consistit. Nam per aquam quidem generamur, per sanguinem autem et corpus paschimur. De quo uberius scribit beatus Augustinus xii cont. Faustum Manichæum. SUAR.**

5. Abel, pastor ovium. In hac allegoria plenior est lectio in ms. quam in impress. lib., nam citatur testimonium beati Joan., c. x, quod valde ad rem facit. Fuisse autem pastorem Abel declarat iv cap. *Gen.*, qui primus mortalium omnium fuit clarus virginitate, martyrio et sacerdotio, quibus ornamentis Dominum expressit, auctore beato Augu- tino in 1b. de Mirabilib. sacræ Script., qui *venurus rector fidelium populorum* propterea dicitur, quod tandem futurus pastor sit unius ovilis, id est, Judæorum, et gentium ad Rom. xi et Joan. x. SUAR.

6. Cain, frater ejus ætate major. Etsi Philo episcopus sine causa putat geminos fratres fuisse. Est autem inprimis pulchra hæc allegoria. Occiditur enim Abel pastor ovium a fratre majore, occiditur Christus pastor et caput populi minoris natu a Judæorum populo natu majore: Abel in campo, Christus in Calvarie loco; occiditur autem uterque post sacrificium, uterque, diabolo funestæ invidiæ scibus parricidarum animos incendente. Et quidem sanguis Abel Deum ad justam vindictam suo clamore provocavit, itaque Cain vagus et profugus erat in terra, vel *στῆνων καὶ ἐπιζῶν*, id est, gemens et tremens, ut verterunt LXX. Sed longe melius clamat sanguis Christi propter causas quas exposuit egregie beatus Augustinus cont. Faust. Manichæum, ubi ornatiore hanc explicat allegoriam, cuius meminit beatus Ambrosius, in l. 1 de Cain et Abel. SUAR.

7. Enoch, in quo legendum esse perspicuum est. Beatus autem Augustinus in lib. xv de Civitate Dei, vel non fuisse Enoch primogenitum Cain (nam et Judas fuit quartus filius Jacob, a quo tamen Judæa nominata est, et Judæi), vel longo post intervallo temporis, postquam natus est, conditam esse de illius nomine civitatem existimat, cum jam scilicet tam numerosum esset genus humanum, ut civitas pisset ædificari, quæ nihil aliud est quam hominum

**118** 8. Seth (*Ibid.*), qui resurrectio interpretatur, demonstrat Christum Jesum, in quo est vera resurrectio, et vita sœdium.

9. Enos, filius ejus (*Ibid.*), qui spe invocavit nomen Domini, declarat in spe viventem Ecclesiam, donec ad beatitudinem promissæ felicitatis perveniat.

**119** 10. Lamech sæculi hujus figuram tenuit, cujus peccatum Christus per sanguinis sui effusionem post LXXVII mundi generationes absolvit, juxta quod

multitudo aliquo societatis nomine colligata. Beatus autem Chrysostomus, cum, Genes. iv, scriptum sit ædificatam esse civitatem a Cain, qui vocavit nomen ejus ex nomine filii sui Enoch, non dissimiliter atque beatus Isidorus ait: *Vide quomodo paulatim deteriores sunt. Quippe hominibus factis mortalibus, studium fuit ut immortalem suam memoriam facerent, partim ex filiis, quos generabant, partim ex locis, quibus filiorum nomina imponebant.* Hæc omnia recte quis diceret peccatorum, et ruinæ primæ monumenta, quæ e pristina gloria exciderunt. SUAR.

*Ibid.* In Vulgata nostra scribitur *Enoch*. AREVAL. 8. Seth, qui resurrectio interpretatur. Divinæ litteræ, ut notavit etiam beatus Hieronymus in Quæst., nominis Sethi etymologiam tradunt iis verbis: *Vocavitque nomen ejus Seth, dicens: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.* Itaque Seth proprie *Sæcis*, id est, positio dicitur a verbo שָׁטַח Seth, id est, posuit, sed quia quodammodo suscitatus est Abel in fratre Seth, nam parentum luctum temperavit, et talis erat futurus (ut ait Eucherius) ut impleret Abel sanctitatem, ideo LXX sic converterunt: *Ἐξαιρέτηος γὰρ μοι ὁ Θεὸς σπέρμα ἔστω*, id est, suscitavit enim mihi Deus semen alterum, quo circa beatus Chrysostomus sic ait: *Vide verbi diligentiam, non dixit, Deit mihi Deus, sed Excitavit mihi Deus.* *Vide quomodo obscure nobis hoc verbo resurrectionis exordia hic ostendit.* Hoc secutus beatus Isidorus: *Seth, inquit, qui resurrectio interpretatur.* Neque enim tam respexit ad verbi Hebraici etymologiam, quam ad arcana ejus sensum, sicuti fecerunt LXX, quod postea Rupertus secutus est. Denique beatus Augustinus hanc ipsam allegoriam his verbis illustravit in lib. xv de Civit. Dei: *Ex duobus, inquit, illis hominibus, Abel, qui interpretatur luctus, et ejus fratre Seth, qui interpretatur resurrectio, mors Christi et vita ejus ex mortuis figuratur.* SUAR.

9. Enos, filius ejus. Libri miss. sic habent: *Enos, filius Enos, qui cepit invocare nomen Domini.* Quod convenit cum nostra ex Hebræo versione. At libri impressi habent hoc modo: *Enos, filius ejus, qui spe invocavit nomen Domini.* Quæ lectio congruit cum interpretatione LXX, qui hoc modo sunt interpretati, οὗτος ἤλπισεν ἐπικολούηαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ, id est: *Hic speravit invocare nomen Domini Dei.* Itaque Græci scriptores, et beatus Augustinus qui hac versione utebantur, hujus loci arcana sensum similiter atque beatus Isidorus proluderunt. Nam Greg. Nazianz. sic ait: *Præclara res est fides, spes, charitas, tria hæc. Et de fide testis nonium attulit Ab aliam, qui iustus est habitus propter fidem. De spe Enos, qui primus speravit invocare nomen Domini.* Et apertius beatus Augustinus, in lib. de Civit. Dei xv, inquit: *Quid sibi hoc vult, speravit invocare, nisi quia prophetia est exorturum populum qui secundum electionem gratiæ invocaret nomen Domini Dei?* Sic beatus Augustinus, qui hac causam esse putat ad huic proprie tribuatur quod piorum omnium fuerat commune. Sunt tamen qui potent ejus tempore instauratum fuisse Dei cultum, ritumque cœpisse Deum ceremoniis colendi, ut scribit Lipomanus. Quidam autem celebres Græci scriptores propter ignorantiam linguæ Hebræicæ existimant reddi etymologiam nominis Enos, cum dicitur, hic speravit, etc. Cum Enos,

A eas Lucas evangelista descripsit (*Luc. iii*).

11. Henoch (*Genes. v*), qui fuit septimus ab Adam, et translatus est, significat septimam requiem futuræ resurrectionis, quando transferentur sancti in vitam perpetuæ immortalitatis.

12. Noë, qui interpretatur requies, similitudinem præfert Domini, in cujus Ecclesia requiescunt quinque ab hujus sæculi excidio liberantur, sicut in arca.

quod notavit beatus Hieronymus, homo, vel vir dicitur, sicut Adam homo dicitur. SUAR.

*Ibid.* Quid significet Enos, dixit jam Isidorus in Etymologiæ, lib. vii, cap. 6, ubi disserit de hominibus qui quodam præscagio nomen acceperunt. Ex quo capite multa huc afferri possent. AREV.

**B** 10. Lamech sæculi hujus figuram tenuit. Multa concurrerunt in Lamech Caini nepotem (errant enim qui filium Mathusale accipiunt) et in ejus liberos, quæ vitam humanam depravarent, ut notat præclare beatus Hieronymus. Nam ipse sanguinarius et homicida primus unam carnem in duas divisit uxores, et ejus liberi ea repererunt quæ animos hominum vel ad voluptatem, vel ad crudelitatem inflammarent. Non est autem certum unumque, atque eum Cain, an duos occiderit. Illud certum est, dixisse ipsum duabus uxoribus suis, de se expetendam vindictam septuagies septies. Cujus loci arcana sensum sic Damaso scripsit beatus Hieronymus: *Quæritur quæ sint LXXVII vindictæ quæ in Lamech exsolvendæ sunt. Aiunt ab Adam usque ad Christum generationes LXXVII. Læge Lucam evangelistam, et invenies ita esse ut dicitur.* Et paulo post: *Lamech peccatum, id est, totius mundi, atque sanguinis, qui effusus est, Christi solvetur adventu, qui tulit peccata mundi.* Idem postea Nicolaus pontif. Lotario regi scripsit, et Alcuinus secutus est. SUAR.

**D** 11. Henoch, qui fuit septimus ab Adam. De Henoch scriptum est Gen. v: *Ambulavitque cum Deo, et non apparuit, quia tulit eum Deus.* Septuaginta postremam hanc partem sic verterunt, *ὅτι μεταβίβησεν αὐτὸν ὁ Θεός,* id est, *quia transtulit illum Deus.* Unde Apostolus, Heb. xi, hæc ipsa LXX verba citavit. Beatus Chrysostomus et Theodoretus putant curiosum esse inquirere quo Deus transtulerit Henoch, et num usque ad tempus præsens vivat. Sed utrumque docet Spiritus sanctus, Eccl. xlii, his verbis: *Henoch placuit Deo, et translatus est in paradysum, ut det gentibus penitentiam.* Notandum autem est Enoch quidem filium Cain, de cujus nomine prima civitas appellata est, improbus significare, qui (ut recte ait St. abus) in præsentî vita suæ spei radicem ligunt; Henoch vero hunc, qui fuit septimus ab Adam, qui tanquam sexta die, sexta ætate sæculi per Christi adventum ad sanctitatem formatur, eos significat qui septima ætate in vitam immortalem transferentur, ut alibi ait idem Isidorus. Exposuit etiam hanc eandem allegoriam beatus Augustinus in lib. xv de Civit. Dei, cap. 49. SUAR.

*Ibid.* De Henoch, qui septimus ab Adam septimam requiem significat, Isidorus in commentariis suis videlicet Quæst. in Genes. cap. vi. Illi etiam commentarii Isidori ad allegoriam hæc explicandas conferunt quod semel monuisse satis sit. AREV.

12. Noë, qui interpretatur requies. *Requies* interpretatur. B. Hieronymus: *Ab eo igitur, quod omnia operu retro quieverunt per diluivium, appellatus est requies.* Similiter beatus Chrysostomus sic appellatum puerum inquit, ut ex interpretatione vocabuli omnes discerent generalem interitum imminere, ut vel timore castigati arcerentur, et virtutem amplecterentur. Sed, ut recte scribit Cajetanus: *Si Lamech verba etymologiam nominis Noë exponens perpendatur, de agricultura labore videtur esse sermo; aut enim:*

**120** 13. Sem vero prophetarum et apostolorum A tenuit typum, qui ex ejus stirpe nascuntur.

14. Japheth figuravit populum gentium, qui versatur in ecclesiis israelitarum.

15. Cham Judæos significat, qui Christum incarnatum atque mortuum derident.

16. Chanaan, filius ejus, qui pro patris delicto maledictione damnatur (*Genes. ix*), posteritatem indicat Judæorum, qui in passione Domini damnationis sententiam exceperunt, clamantibus Judæis: *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros.*

17. Nemrod gigas diaboli typum expressit, qui superbo appetitu culmen divinæ celsitudinis appetivit, dicens: *Ascendam super altitudinem nubium, et ero similis Altissimo.*

18. Heber, in cujus domo propria loquela remanet, cæteris linguis **121** divisus, Redemptorem nostrum insinuat, in cujus Ecclesia unitas fidei sine schismate perseverat.

*Iste consolabitur nos ab operibus manuum nostrarum in terra cui maledixit Dominus.* In quibus tamen verbis sub-rai propheta de ecclesia et de Christo. Illud constat, a Spiritu sancto per beatum Petrum, Epist. I, c. III, hanc allegoriam insignem et illustrem esse factam. SUAR.

13. Sem vero. *Genes. ix*, ait Noc: *Benedictus Dominus Deus Sem.* Quibus verbis pater Noe Sem pietatem prædixit propter veri Dei cultum apud ejus posteros permansurum, ut præclare scribit Theodoretus. Liqueat igitur Noe vaticinatum fuisse; nam Abraham et patriarchæ, ac denique salus et decus generis humani, Christus Jesus ex Sem orti sunt. SUAR.

14. *Japheth figuravit populum gentium.* *Genes. ix*, dixit Noe: *Dilatet Deus Japheth, et habitet in tabernaculis Sem.* In quibus verbis recondita est egregia hæc allegoria. Nam, ut scribit beatus Hieronymus: *De Sem Hebræi, de Japheth populus gentium nascitur.* Quia igitur lata est multitudo credentium, a latitudine, quæ Japheth dicitur, nomen accepit. Quod autem ait: *Et habitet in tabernaculis Sem, de nobis prophetatur, qui in eruditione et scientia Scripturarum, ejecto Israel, versamur.* Et, ut recte inquit beatus Augustinus: *In ecclesiis Christi habitat gentium latitudo, et gentes fruuntur iis quæ Judæis parata erant, ut in ix Genes. scribit etiam beatus Chrysostomus.* SUAR.

15. *Cham Judæos.* Hujus loci allegoriam, id est, altiorem sensum, luculenter declarat beatus Augustinus contra Faustum Manich. lib. XII, et XII de Civit. Dei, c. 2. SUAR.

17. *Nemrod gigas.* De Nemrod legimus *Genes. ix*: *Chus genuit Nemrod. Ipse cepit esse potens in terra, et erat robustus venator coram Domino.* גִּבּוֹר גִּבּוֹר עַם verterunt גִּיגָס gigas. Noster vero interpretens potens vertit, et paulo post robustus. Venator suum ideo dicitur quod rapto viveret, et crudelis esset tyrannus. Cujus imperii initium fuit Babilon, quæ mundum, quæ totus in maligno positus est, significat, ideoque Apocalyp. XVII vocatur habitatio dæmoniorum. De Nemrod autem legendus est beatus Chrysostomus XI Gen., et beatus Augustinus, in XVI de Civit. Dei, c. 3. SUAR.

18. *Heber, in cujus familia.* In lib. ms. est *unitas fidei*, rectius quam in impressis, *fides unitatis.* Ab Heber autem magis quam ab Abraham Hebræos dictos esse, qui Hebræam linguam conservarunt, existimat beatus Augustinus, in loco supradicto. In quo populo civitas Dei in sanctis peregrinata est, et in omnibus sacramento adumbrata. Ideo autem non est

19. *Melchisedech* (*Genes. xiv*), qui de Irceibus terræ sacrificium Domino obtulit, regnum Christi, qui est verus rex justitiæ, et sacerdotium figuravit, cujus corporis et sanguinis sacramentum, id est, oblatio panis et vini in toto orbe terrarum offertur.

20. Abraham Dei patris gestavit typum, qui filium suum dilectum pro mundi salute tradidit immolandum.

21. Tres angeli ad eum venientes (*Genes. xviii*) divinam historiam insinuant Trinitatem.

22. Duas autem uxores, quas habuit Abraham (*Gen. xvi, xxi*), id est, liberam, **122** et ancillam, Apostolus duo esse Testamenta designat (*Galath. iv*).

23. Isaac et Ismael duos populos ex utroque Testamento procedentes significant.

24. Puer Abraham imaginem prisce legis designat, per quem prophetice Domino nostro Jesu Christo Ecclesia sponsa preparata est.

linguæ suæ amissione multatus, quod expers fuerit criminis turrim ædificantium, quæ ab eventu Babel appellata est, *Gen. xi. SUAR.*

19. *Melchisedech, qui de fructibus.* In lib. imp. e. t. vel *sacerdotium*; sed melius in ms. et *sacerdotium*, cum sacerdotium Christi et regnum significaverit Melchisedech, de quo scriptum est *Gen. xiv*: *At vero Melchisedech rex Salem proferens panem et vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi), benedixit ei, scilicet Abram.* Et quamvis Hebræi, et quidam alii putent aliter, inulto tamen rectius sentiunt qui affirmant Melchisedech sacrificium Deo pro Abraham nobilitati victoria obtulisse. מֶלְכִּי־צֶדֶק enim, hoc est, proferens, vel offerens, verbum est, quod usurpatur sæpe in sacrificando. Itaque noster interpres pulchre veritatem id, quod sequitur: *Et ipse sacerdos Dei altissimi.* *Erat enim sacerdos Dei altissimi.* Nam sæpe et sumitur pro enim. Refert autem beatus Hieronymus in longa et erudita epist. Quam scripsit Evagrius, constantem esse Hebræorum opinionem Melchisedech fuisse Sem filium Noe. Et addit illum pane et vino puro, simplicique sacrificio, Christi dedicasse sacramentum. Nobilitavit autem hanc allegoriam Apost., *Hebr. 7*, et illud psalm. 109: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* SUAR.

*Ibid.* Etsi retineretur vel sacerdotium pro et sacerdotium, adhuc idem esset sensus, quem Suarius tueretur: nam apud Isidorum et alios ejusdem temporis, atque etiam superioris, sæpe vel pro et occurrit. ARZV.

20. *Abraham Dei patris gestavit typum.* Similiter exposuit hanc allegoriam Origenes in XXI Gen., et beatus Augustinus, lib. XII contra Faustum, et serm. 71. SUAR.

21. *Tres Angeli.* Beatus Augustinus in serm. de tempore 63, sic ait: *In eo quod tres vidit Abraham, Trinitatis mysterium intellexit. Quod autem quasi annu adoravit, in tribus personis unum esse Deum cognovit.* Idem scribit beatus Hilarius in IV et V l. b. de Trin., beatus Gregorius, in hom. 18. SUAR.

*Ibid.* Tres angeli ab Abraham hospitio suscepti, an tres personas sanctissimæ Trinitatis exhibuerint, an Filium medium inter duos angelos, an solum tres angelicos spiritus, varia est interpretum sententia. Adis Pererium, et Calmetum; in comment. ADZV.

22. *Duas autem uxores.* Huic allegoriæ magnam auctoritatem dedit Apostolus, qui ubi rem gestam exposuisset, de duabus uxoribus Abram, Spiritu sancto affatus, adjecit illa esse per allegoriam dicta, id est, aliud esse gestum, aliud figuratum, ut ait beatus Ambrosius, qui una cum Ruperto perspicua tauri allegoriam exposuit. SUAR.

25. Esau, hispidus atque rufus (*Genes. xiv*), populus est Judæorum, in Christum et prophetas impia persecutione sanguineus, et indicio pilosæ cutis tegmine peccatorum horribilis.

26. Jacob autem (*Ibid.*) Christum demonstrat, sive populum gentium, qui Dei Patris benedictione prælati sunt priori populo Judæorum.

27. Laban legis et diaboli habuit typum, ex cujus corpore assumpsit sibi Christus duas conjuges, plebis scilicet circumcisionis et gentium.

28. Lia Synagogæ figuram habuit, quæ infirmis oculis cordis sacramenta Dei speculari non potuit.

29. Rachel vero clara aspectu Ecclesiæ typum tenuit, quæ contemplationis acie Christi mysteria cernit.

30. Vir, qui cum Jacob luctam iniit, Christi certamen cum populo Israel figuravit; nam sicut Jacob claudicavit in certamine, ita Judæi claudicaverunt fide in Domini passione.

31. Lot (*Genes. xix*) typum habuit sanctorum qui in fine sæculi ab impiorum incendio liberabuntur.

32. Uxor Lot (*Ibid.*) eorum tenuit typum qui, per gratiam Dei vocati, postmodum retro respiciunt.

33. Consequenter ipse Lot legis gestavit personam de qua infidelitatis opera pariunt qui ea carnali intellecta utuntur (*Vide var. lect.*)

25. Esau hispidus. Emendate scriptum est in lib. ms. *Impia persecutione sanguineus, vitiose autem in Impr.: Impia persecutiōne sanguinis.* Porro Esau, quod totus in morem pellis hispidus natus sit, *Gen. xv*, Scir est appellatus. Nam cur Edom vocatus sit, disertis verbis docent sacræ literæ, *Gen. c. eodem.* Dixit enim fratri Jacob: *Da mihi de coctione hac rufa, quia oppido lassus sum, quam ob causam vocatum est nomen ejus Edom.* Sed rufus etiam natus est, ad quod alludit allegoria. Itaque falluntur qui hinc nomen Edom sortitum esse putant. Eucherius autem et Rupertus similiter scribunt Esau Judæorum populum præsignasse, qui Dominum et prophetas occiderunt, I *Thes. II. SUAR.*

26. Jacob autem. Hanc allegoriam tractat etiam beatus Augustinus in lib. xviii de Civit. Dei, c. 37. *SUAR.*

30. Vir qui cum Jacob. Cum angelus in specie humana luctaretur cum Jacob, xxxii *Genes.*, *videretque quod eum superare non posset, tetigit nervum femoris ejus, et statim emarcuit. Et benedixit ei in eodem loco.* Quo circa præclare inquit beatus Augustinus, in lib. xvi de Civit. Dei, c. 39: *Erat unus atque idem benedictus Jacob, et claudus, benedictus in eis qui ex eodem populo in Christum crediderunt, atque in infidelibus claudus, de quibus prædictum est: Et claudicaverunt a semitis suis.* Causam autem hujus luctæ fuisse ait Theodoretus: *Ut timentis fratrem Esau fiduciam injiceret, qui etiam se superari ab illo passus est. Ac si diceret: Me vicisti, et hominem vinces.* *SUAR.*

31. Sarius constanter scripsit Lot, pro quo alii malunt Loti. In Vulgata est Lot. *AREV.*

32. Uxor Lot. Idem significatum esse arcano sensu, cum uxor Lot versa est in statuum salis, scribit Orig. in v c. . Imo Domianus, Luc. xvii, hoc testatus est, cum ait: *Memento uxoris Lot.* Quo loco Theophylactus: *Præclare (inquit) ad exemplum posteritatis, quasi columnæ incriptum fuisse malum, quod illa perperca est. Josephus quidem, qui tam multis sæculis fuit posterior, se hanc statuum vilisse affirmat. Satis autem propterea fuit, aut, quoniam prudentie symbolum sal est, et ciborum condimentum, mortalium*

34. Filiæ ejus duæ (*Genes. xix*) Samaritam significabant et Jerusalem, quæ fornicatorum in lego per adulterium illicitæ doctrinæ.

35. Ruben (*Genes. xxxi*) primogenitus interpretatur visionis filius; populum figuravit qui violavit cubile Dei Patris, quando carnem quam sibi Christus desponderat confixit in patibulo crucis.

36. Simeon scribas designat Judæorum, qui in furore suo occiderunt prophetas, et in dolore suo suffoderunt fixuris clavorum Christum, firmissimum murum, in quo credentes stabili robore communiuntur.

37. Levi et auctor et figura est principum sacerdotum qui Christum crucifixerunt.

38. Judas significat Christum, qui in cubili sepulcri, B quasi leo, securus, corporis somno victoque mortis imperio, post triduum resurrexit.

39. Issachar Ecclesiæ tenuit typum, quæ subiecit humerum suum ad crucis onus portandum.

40. Zabulon eandem significat Ecclesiam, quæ, secus fluctus hujus vitæ inhabitans, omnes tentationes et turbines sæculi portat.

41. Nephtholim exprimit omnes sanctos prædicatores, qui, instar cervi transilientes, ad superna se erigunt, cunctisque credentibus doctrinæ eloquia conferunt.

*hoc exemplo condirentur affectus, et mores ad prudentiam formarentur, quæ elucet in divinis præceptis custodiendis, quæ si servasset uxor Lot, non posset, sed profectus sui posteritati exemplum reliquisset.* *SUAR.*

33. Consequenter Lot. In lib. impr. vitiose scriptum est: *Qui etiam pro qui ea, quod est in ms. Hanc autem perobscuram allegoriam sic perspicue tradidit beatus Augustinus pro sua excellenti scientia: Lot (ait lib. xvii cont. Faust.) futuræ legis videtur gestasse personam, quam quidam, ex illo procreati, et sub lege positi, male intelligendo quodammodo inebriantes, atque non legitime utendo, infidelitatis opera pariunt.* De toto autem facto ejus et filiarum idem scribit eruditissime in eodem libro. *SUAR.*

35. Ruben primogenitus. Emendate est in lib. ms. *desponderat, vitiose autem in Impr. sponponderat.* Ideo autem Ruben, id est, visionis filius a matre Lia est appellatus, ut filii nomine admoneretur se Dei beneficio, qui ejus angorem viderat, illum genuisse, cum a viro despiceretur, unde nominis etymologiam interpretans, dixit: *Vidit Dominus humilitatem meam,* *Gen. xxx.* *SUAR.*

36. Simeon scribas designat. Jacob gravissimis verbis increpavit filios Simeon, et Levi, *Gen. xlix*, quod contra fœderis religionem in cæde Sichimitarum sint crudelissime bacchati ob stuprum Dinæ oblatum a Sichem. In quibus verbis Spiritus sancti instinctu pronuntiavit sanctus senex illustrem prophetiam contra scribas et sacerdotes, qui communi sententia Dominum occiderunt. Illi enim ex Simeon, hi ex Levi orti sunt, ut ait Cyrillus, et Origines in c. supradictum. Sunt autem aliquot verba ex ipso vaticinio replicata in hac allegoria. *SUAR.*

39. Issachar Ecclesiæ typum tenuit. Mendose sequitur in lib. imp. *qui subiecit,* emendate autem in Ms. *quæ subiecit.* *SUAR.*

40. Zabulon. Non minus gravis error est in hoc loco, *Quæ secus fluctus hujus vitæ inhabitantes.* Legendum enim est *inhabitans,* ut habent ms. exemplaria. Exponit hanc allegoriam præclare beatus Ambrosius de Benedict. patriarcharum, c. 5. *SUAR.*

41. Nephtholim. De Nephthali dixit pater Jacob,

42. Dan Antichristum significat, qui in via vitæ A hujus ungulas equi, id est, extrema sæculi supplantare nititur morsu pestiferæ prædicationis, ut ejiciat eos qui extolluntur in hujus mundi deliciis et divitiis.

43. Gad Christum demonstrat, qui in secundo adventu suo contra Antichristum accinctus virtute judicis præliatorum se nuntiat.

44. Aser eundem demonstrat Dominum Jesum Christum, cujus 125 pinguis est panis in ore fidelium.

45. Joseph (Genes. xxxvii), qui venditus est a fratribus, et in Ægypto sublinatus, Redemptorem nostrum significat a populo Judæorum in manus persecutorum traditum, et nunc in gentibus exaltatum.

46. Benjamin Pauli apostoli imaginem prætulit, quia et novissimus et minimus omnium apostolorum fuit electione, et de tribu ejus descendit: iste est lupus rapax, mane persecutor diripiens, vespere doctor pascens.

47. Manasses prioris populi figuram gestavit.

48. Ephraim autem gentium, qui per benedictionem patriarchæ præpositus est majori populo Judæorum.

49. Thamar (Genes. xxxviii) Ecclesiæ imaginem gestat, quæ a Christo per annulum fidei et virgam crucis conceptionem sanctæ meruit ubertatis.

Genes. xlix. *Nephtali cervus emissus dans eloquia pulchritudinis.* Ubi Eucherius, de apostolis et Evangelii prædicatoribus arcano sensu intelligi hoc ait, qui cum cervis, quod veloci cursu ad cœlestia contendant, et de latibulis animorum virulentos quodammodo extrahant, et necent, recti sine comparantur, Marc. xvi. SUAR.

42. *Dan Antichristum significat.* In lib. impr. est in hujus mundi deliciis, sed luculentus in ms. in hujus mundi deliciis et divitiis. Pulchre et copiose exposuit hanc ipsam allegoriam beatus Gregorius, xxi Mor., c. 18. Theodoretus etiam, quæst. 409 in Genes., ait Spiritum sanctum hæc de Antichristo prænuñtiasse, quæ a patriarcha Jacob de Dan dicta sunt. Idem etiam sentit beatus Ambrosius, in lib. de Benedict. patriarch. cap. 7, ubi Antichristum de tribu Dan futurum scribit. SUAR.

43. *Gad Christum demonstrat.* Tam in lib. impr. quam in ms. præliandum se nuntiat; forte fuit error librariorum pro præliatorum. Eucherius inquit Gad ante et retro accinctum ad præliandum Christi Domini personam exprimere, qui ante et retro contra Antichristum præliabitur gladio verbi Dei, de quo gladio mentio fit psal. xlv, et Matth. xx. Addit etiam beatus Ambrosius Moysen explicuisse Deut. xxxiii, hanc prophetiam evidenter esse de Christo. SUAR.

44. *Aser eundem demonstrat.* De Aser dixit pater Jacob: *Aser panis pinguis, et præbebit delicias regibus,* quod vaticinium similiter de sacrosancta Eucharistia intelligunt beatus Ambrosius, in lib. de Benedict. patriarch., c. 9, et Eucherius cum Ruperto in xlix c. Gen. SUAR.

46. *Benjamin Pauli apostoli.* In lib. impress. est qui et minimus apostolorum; sed plenius in Ms. quia et novissimus et minimus, etc. Et quidem minimum apostolorum se ipse appellat I Cor. xv, et novissimum. De Benjamin autem sic dicit pater Jacob, Gen. xlix: *Benjamin lupus rapax, mane comedet prædam, et vespere dividet spolia.* Quæ verba, quod ad mysticum sensum pertinet, de Paulo apostolo manifestissimam prophetiam esse scribit beatus Hieronymus,

50. Duo gemini in utero Thamar (*Ibid.*) duos populos figuraverunt, quorum posterior natus, qui manum prior ex utero misit, quia 126 gentium populus antea quidem est pro prophetas ostensus, sed postea revelatus, cujus idem obstetrix ligavit dexteram coeco, quia idem populus per sanguinem Christi crucis notatus est signo.

51. Dina, filia Jacob (*Genes. xxxiv*), Synagogam, vel animam, significat: quam in exterioribus sæculi curis repertam Sichem princeps terræ opprimit, id est, d. abolus vitio concupiscentiæ carnalis corrumpit.

52. Bala, concubina Jacob (*Genes. xxxv*), quam Ruben incesto crimine polluit, significat legem Veteris Testamenti, quam populus Israel prævaricando commaculavit.

53. Job in factis dictisque suis personam exprimit Redemptoris.

54. Uxor ejus (*Job. ii*), quæ eum ad maledicendum provocat, carnalium pravitatem designat.

55. Tres amici Job typum tenuerunt hæreticorum, qui sub specie consolandi studium seducendi gerunt.

56. Eliud vero doctorem superbum et arrogantem demonstrat, qui durius increpationem suam fidelibus intra sanctam Ecclesiam irrogat.

57. Pharaon figuram habuit diaboli, qui hujus sæ-

in Quæst. Hebr., quod in adolescentia sua persecutus Ecclesiam, in senectute prædicator Evangelii fuerit. Copiose autem imprimis et ornate de hoc ipso disserit beatus Ambrosius, de Benedict. patriarch., c. 12. Fuisse autem Paulum de tribu Benjamin constat ex c. iii Epist. ad Philipp. SUAR.

*Ibid.* In textu Grialii omissum fuerat et novissimus, contra mentem, ut videtur, Suarii. AREV.

47. *Manasses prioris populi.* Connexa est hæc allegoria cum sequenti, in qua mendum est in lib. impr. præpositus est major pro majori. Breviter autem beatus Cyrillus has allegorias complexus est his verbis: *Præferitur Ephraim Manasse, hoc est, gentes Judæis, qui adversus Servatorem impie egerunt, atque novissimi sunt primi, et primi novissimi.* Ducit etiam beatus Ambrosius ex etymologia nominum argumentum hoc modo, de Benedict. patriarch.: *Manasse ex oblivione Latina interpretatione significatur, eo quod populus Judæorum oblitus est Deum suum, qui fuit eius. Ephraim autem fecunditatem fidei interpretatione nominis pollicetur, quod proprium est populi junioris, qui corpus est Christi augens patrem, et Deum proprium non derelinquens.* SUAR.

49. *Thamar Ecclesiæ.* Sapienter docet beatus Augustinus, in lib. xxi cont. Faust., cur de quibusdam malis operibus hominum in Scripturis sanctis quædam non mala, sed bona futura significantur. Ibidem etiam docet typum gessisse Thamar. SUAR.

51. *Dina filia Jacob.* Eleganter enarrat hanc allegoriam beatus Gregorius, lib. de Cura past., p. iii, c. 30, de mente, quæ, sua studia negligens, actiones alienas curat. SUAR.

56. *Eliud vero.* Pulchre ponitur ante oculos arrogantia Eliud, c. xxxii Job, et quam inflatus atque ira percitus invectus sit in amicos suos, et in sanctum virum Job. SUAR.

*Ibid.* De allegoriis ad librum Job pertinentibus videndi Pineda, Corderius, etc., uti de aliis aliis interpretet, qui fuse sensum allegoricum sacræ Scripturæ persequuntur. AREV.

57. *Pharaon figuram.* Opera carnis, de quibus Apostolus agit, c. v ad Galat., comparat cum Iusto et ha-



cali captivitate populum Dei perdere et terrenis victoriarum operibus prægravare tentavit.

58. Filia Pharaonis (*Exod. ii*), quæ Moysen expositum ad ripam fluminis collegit, Ecclesia gentium est, quæ Christum ad flumen salutaris lavacri reperit.

59. Moyses (*Exod. xiii*) typum Christi gestavit, qui populum Dei a jugo diabolicæ servitutis eripuit, et ipsum diabolum in æterna pœna damnavit.

60. Aaron sacerdos, qui errore victimarum populum expiabat, 127 significat Christum, qui sacrificio sanguinis sui peccata diluit mundi.

61. Maria, soror Moysi (*Num. xii*), Synagogæ speciem prætulit, quæ leprosa propter detractionem et mormurationem contra Christum existit.

62. Uxor Moysi Æthiopissa (*Exod. ii*), figuravit Ecclesiam ex gentibus Christo conjunctam, cujus ob causam zeli Synagoga obtrectans adversus Christum, illico contagio lepræ perfunditur.

63. Amalech designat diaboli figuram, qui, obvis deli populo, per signum crucis evincitur.

64. Sehon quoque, rex Amorrhæorum, qui vertitur in Latinum *tentatio oculorum*, eundem diabolum significat, qui mendacio fallendi sese in angelum lucis transfiguratur. Ipse est Og, rex Basan, qui interpretatur *conclusio*, qui intercludere molitur difficultate viatorum viam fidei nostræ, ne pateat nobis transitus ad regnum promissum vitæ æternæ.

65. Viri septuaginta duo seniores, super quos ceci-

teribus, de quibus sit mentio *Exod. i*. Hanc autem allegoriam copiose persequitur beatus Augustinus in serm. 84 de temp., et 85, et beatus Cyrillus in supradict. c. *Exodi. SUAR.*

61. *Maria, soror Moysi.* Cur, cum Aaron socius fuerit peccati, sola Maria lepra affecta sit, causam exponit Theodoretus, in *Quæst. Num.*, q. 23. *SUAR.*

62. *Uxor Moysi Æthiopissa.* Beatus Augustinus, in *lib. Quæst. super Num.*, q. 20, recte sentit solam fuisse Moysi uxorem Sephoram Madianitidem filiam Jethro, cæterum eam vocari Æthiopissam quod Madianitæ aliquando appellentur Æthiopes in sacris litteris, ut II Paralip. xiv, cum Josaphat bellum gessit contra illos. Idem scribit Theodoretus, in q. 22 in eundem *lib. Num.* confutata opinione, vel potius fabula, Josephi et Apollinarij. Causa ergo convicii fuit quod alienigenam Moyses duxisset uxorem; Aaron autem Israelitidem. Hanc autem ipsam allegoriam præclare exponit beatus Augustinus in serm. 86 de temp., et Theodor., in q. 4 in *lib. Exodi. SUAR.*

63. *Amalech designat.* Res gesta narratur *Exod. xvii*. Est autem Amalechites regio in deserto ad meridiem Judææ trans urbem Petram, ut scribit beatus Hieronymus, de *Loc. Hebraicis*. Amalech porro, nepos Esau, nominis et generis auctor fuit huic genti, *Gen. xxxvi*. Tractat autem nobilem hanc allegoriam beatus Augustinus, in serm. 93 de tempore, ubi ait Moysen ipsa elevatione manuum mysterium crucis ostendisse. Et, ut erudite ait Theodoretus, in q. 34 in *Exod.*, quemadmodum, cum famulus Domini manus tenderet, cadebat Amalech, ita Domino manus tendente in cruce, diaboli castra jugulata sunt. *SUAR.*

64. *Sehon quoque.* Hic quoque correctiora sunt exemplaria ms. quæ sic habent: *Ipse est Og, rex Basan*. Nam in *lib. impr.* est *ipse est rex Basan*. Utraque autem hæc allegoria ex etymologia præcipue nominum Sehon et Og orta est. *SUAR.*

65. *Septuaginta duo viri seniores.* In ms. *lib.* sic

dit Spiritus Dei, septuaginta duas nationum linguas in hoc mundo diffusas 128 ostendunt, ex quibus multi credentes gratiam Spiritus sancti acceperunt.

66. Dathan et Abiron, et cæteri, qui, se a Moyse et Aaron segregantes, sacrificium uo urparo conati sunt (*Num. xvi*), hæreticorum pravitate designant, et perniciem eorum qui se a sacerdotibus Christi et a societate Ecclesiæ dividunt, et sacrificia profana assumunt.

67. Balaam, qui cadens apertos oculos habuit, (*Num. xxii*), typum eorum tenuit qui per fidem cognitionem Dei habent, sed obcurati malis operibus corruunt.

68. Phinices, qui Zambri et scortum in adulterio conversantes pariter interemit (*Num. xxv*), figuram tenuit sanctorum doctorum, qui Judæos et hæreticos spirituali mucrone in amplexu falsæ doctrinæ concurrentes feriunt.

69. Ille qui, in Sabbato ligna colligans, lapidari jubetur, significat eum quem Christus inveniet cum peccato in die judicii.

70. Duodecim exploratores scribarum et pharisæorum imaginem tenuerunt, qui Israeliticum populum averterunt ne confiderent divinæ re-promissionis gratiam adipisci posse per Christum.

71. Duo portitores, qui de terra promissionis botrum in ligno humeris gestaverunt (*Num. xiii*), duorum populorum significantiam expresserunt, quorum prior Judaicus gradiens aversus terga dat Chri-

scriptus est locus hic: *Septuaginta duo viri seniores, super quos cecidit Spiritus Dei, septuaginta duas nationum linguas*, cum in *lib. impr.* utrobique duo desiderentur. Et quidem fuisse septuaginta duos illos viros, quos divinus afflavit Spiritus, numeratis Eldad et Medad, perspicuum est legenti c. xi *lib. Num.* Totidem etiam fuisse gentes quæ ex tribus filiis Noe ortæ sunt, docet diligenter beatus Augustinus, in *lib. xvi de Civit. Dei*, c. 3, computatis gentibus quæ numerantur *Gen. x*; et sane hac de causa existimatur Dominus *Lxxii* discipulos elegisse *Luc. x*, quos significabant *Lxxii* palmæ repertæ in Elim, *Exod. xv*, ut notat Theophylactus, in dictum c. *Lucæ*.

*Ibid.* De hac allegoria vide Editionem Cotelerianam Patrum apostolicorum anni 1698, pag. 738, tom. J. *AREV.*

66. *Dathan et Abiron.* Principes seditionis contra Moysen et Aaron exstiterunt Core et Dathan, atque Abiron cum Hon, alique ducenti quinquaginta viri proceres Synagogæ, *Num. xvi*. Et quidem quod Core seditionem moverit, minus fortasse mirum; erat enim ex tribu Levitica; de cæteris vero tribus seditionis principibus eam rationem affert Theodoretus, in q. 33, in *Num.*, quod cum orti essent ex Ruben primogenito, illi sacerdotium adhuc competere existimabant. Notandum autem est in Theodoro perperam poni Eliab pro Hon filio ejus. *SUAR.*

67. *Balaam, qui cadens.* Hanc egregiam allegoriam noster Isidorus a beato Gregorio, cujus fuit studiosissimus, mutuatus est. Is enim, *lib. xxv*, c. 44, in *xxxiv c. Job* sic ait: Unde etiam de Balaam scriptum est, qui cadens apertos habet oculos, cadens quippe in opere, apertos tenuit oculos in contemplatione. Ita ergo hi etiam oculos aperientes in fide, et non videntes in opere, intra Ecclesiam positivi specie, extra Ecclesiam positivi sunt impia conversatione. *SUAR.*

sto. **129** posterior, Christianus, eum quem vult A inspicit et sequitur Christum.

72. Jesu Nave imaginem Salvatoris expressit, qui nos in terram repromissionis induxit, et in regnum cœlestis gloriæ collocavit.

73. Raab meretrix figuram tenuit Ecclesiæ, quæ per cœcum, id est, per passionis dominicæ signum, ab interitu mundi salvatur.

74. Duo exploratores missi a Jesu in Jericho, quos suscepit Raab (*Josue* II), duo intelliguntur Testamenta in mundum missa quæ suscepit Ecclesia ex gentibus congregata.

75. Acham, qui de Jericho anathemate concupit, significat nequam, et peccatorem, qui post eadem secularis mores, vel mundi illecebras appetit.

76. Gedeon, qui cum trecentis viris perrexit ad prælium (*Judic.* VII), typum Christi gestavit, qui in signo crucis de mundo victoriam reportavit. Trecentorum enim numerus in Tau littera continetur, per quam crucis species ostenditur.

77. Sisara typus diaboli fuit. Jabel autem, quæ tempora ejus clavo et malleo transfodit, Ecclesiæ typum expressit, quæ per vexillum crucis diaboli imperium interfecit.

**130** 78. Ipsa quoque Debhora, ejusdem Ecclesiæ typum portans, devicto in Sisara diabolo, canticum cœlestis gloriæ proclamat.

79. Jephtha, qui pro victoria obtenta filiam immolavit (*Judic.* XI), Redemptoris ostendebat figuram, qui, ex mundo triumphans, carnem propriam in sacrificium obtulit.

80. Samson Salvatoris nostri mortem et victoriam figuravit, sive quia de faucibus diaboli gentes,

73. *Jesu Nave*. Josue, filium Num, quem LXX *Jesum*, filium Nave, vocant, virum insigni animi fortitudine, Moyses et vivus habuit ministrum, et moriens imperii successorem. Ejus primum mentio fit *Exod.* XVII, cum nobilem pugnam inivit cum Amalech, in qua etiam victor fuit. Quocirca præclare ait Origenes in illum ipsum locum: *Usque ad hunc locum beati nominis Jesu nusquam facta est mentio; hic primum vocabuli hujus splendor effulsit.* Idem cum undecim sociis terram promissam exploravit, et Judæos fractos metu ac debilitatos confirmavit, *Num.* XIII. Quo loco Osee, id est, Servator appellatur, id quod notavit in q. 25 in *Num.* Postremo populo Dei post desictum unum et triginta reges in terram promissam introducto, illam divisit. Et cum nomine, tum rebus præclarissime gentis Christi Jesu Salvatoris nostri imaginem expressit. *SUAR.*

73. *Raab*. Nam Jericho, id est, luna, mundum significat, qui totus in maligno positus est, I *Joann.* cap. ult. A cujus exitio Christi sanguine liberamur. *SUAR.*

76. *Gedeon*. De littera T Græca sermo est. Hanc autem allegoriam egregie tractat beatus Augustinus his verbis in q. 37 in lib. *Jud.*: *Numerus, quia trecenti erant, signum insinuat crucis propter litteram T Græcam, qua isto numerus significatur, per quos etiam gentes magis in Crucifixum credituras præfiguratum est, quod littera Græca est. Unde Græcorum nomine Apostolus omnes gentes significat, cum dicit: JUDÆO PRIMUM, ET GRÆCO; quod in linguis gentium Græca ita excellat, ut per illam omnes decenter significantur.* *SUAR.*

*Ibid.* Hanc allegoriam expressit sacer poeta Prudentius, in præfat. ad *Psychomachiam*, vers. 56,

quasi favum ab ore reperti leonis, abstraxit, sive quia post mortem plures lucratus, plurimosque moriens quam vivens exstinxit.

81. Dalila, quæ Samson verticem decalavit (*Judic.* XVI), Synagogam significat, quæ Christum in loco Calvarie crucifixit.

82. Ruth alienigena, quæ Israëlito viro nupsit, Ecclesiam ex gentibus ad Christum venientem ostendit.

83. Booz autem Christum verum Ecclesiæ sponsum expressit.

84. Anna, quæ fuit sterilis, et postmodum fecunda facta est (*I Reg.* I) Ecclesiam Christi significat, quæ prius in gentibus erat sterilis, nunc largiter pollet per universam terram prole numerosæ fecunditatis.

85. Heli sacerdos reprobatus (*I Reg.* II) abjectionem sacerdotii Veteris Testamenti præfiguravit.

86. Samuel vero, qui reprohato Heli in ministerio sacerdotali successit (*Ibid.*), novi sacerdotii successionem, abjecto veteri sacerdotio, prænuñtiavit.

87. Duo filii Heli sacerdotes, qui capta a gentibus arca perempti sunt (*I Reg.* IV), significant posteritatem sacerdotii prioris fuisse extinctam, et legis Testamentum ad cultum gentium esse translatum.

**131** 88. Saul regni Judaici insinuat repromissionem, vel reprobationem, sive ejusdem populi emalationem, qui David, id est, Christum injusto odio invidiæ conatus est occidere.

89. David filii Dei et Salvatoris nostri expressit imaginem, sive quod insectatione Judæorum injustam C persecutionem sustinuit, sive quia Christus ex ejus stirpe carnem assumpsit.

90. Urias Hethæus typum habuit diaboli, cujus quem locum in Prudentianis, cap. 20, fuse explicui. *AREV.*

79. *Jephtha*. Beatus Hieronymus ait in votendo illum fuisse stultum, et in reddendo impium. In eadem sententia est beatus Thomas. Sed beatus Augustinus, q. 49, in lib. *Jud.*, questionem hanc magnam esse ait, et ad judicandum difficillimam, de qua ipse copiose in primis et erudite disserit. Utcunque sit, certum est de quibusdam malis operibus hominum in Scripturis sanctis quædam non mala, sed bona futura significari; id quod erudite probat idem beatus Augustinus, in lib. XII, cont. Faustum. *SUAR.*

80. *Fort., pluresque moriens.* *AREV.*

86. *Samuel vero*. Samuelem non fuisse sacerdotem, sed levitam, multi existimant; ortus enim est ex Abiathar filio Core, I *Paral.* VI, cum sacerdotes necesse fuerit originem ducere ex Aaron. Atque id videtur innuere *Psalm.* XXVIII, his verbis: *Moses et Aaron in sacerdotibus ejus;* de Samuele autem ait: *Et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus.* At beatus Augustinus hoc ipso loco affirmat sacerdotem, et quidem magnum, fuisse Samuelem. Et in lib. *Retr.*, c. 45, ait Samuelem patrem nobis fuisse quidem sacerdotem, reperiri tamen in filiis Aaron. *SUAR.*

90. Quod Uria his typum habuerit diaboli, et Bersebe typum Ecclesiæ, difficultatem aliquam præ se ferre videtur; sed quæ ipsa rei explanatione satis diluitur, ut in multis aliis similibus allegoriis accidit. Hanc de Uria Hethæo Isidorus sumpsit ex sancto Augustino, cujus verba late exscribit *Quæstion.* in *Reg.*, lib. II, cap. 2. Observandum interea quod neque figura in omnibus debet representare figuratam, neque in eo quod representat perfectionem figuratam

conjugio prius erat copulata Ecclesia, quam Christus concupivit lavantem a sordibus sæculi semetipsam, et per lavacri undam purificantem.

91. Salomon Christus prænuuntiat figuram qui ædificavit domum Deo in cœlesti Jerusalem, non de lignis et lapidibus, sed de sanctis omnibus.

92. Regina Austri, quæ venit ad audiendam sapientiam Salomonis (*III Reg. x; II Paral. ix*), Ecclesia intelligitur, quæ ad verbum Dei ab ultimis finibus terræ congregatur.

93. Roboam, filius Salomonis, et Jeroboam servus, quibus Israel in duas partes divisus est, significant divisionem illam in Domini adventu factam, in qua pars credentium ex Judæis regnat cum Christo, qui est ex David genere ortus; pars vero secuta Antichristum, cujus ad cultum nefandæ servitutis errore constricti sunt.

94. Goliath (*I Reg. xvii*) designat diabolum, cujus elevationis superbiam Christi prostravit humilitas.

95. Elias Christum demonstrat, quia sicut igneo curru ad superna sublatus est, ita Christus ministeriis angelorum assumptus est in cœlum.

96. Vidua, ad quam mittitur Elias pascendus (*III Reg. xvii*), Ecclesia est, ad quam per fidem venisse legitur Christus, cujus farina et oleo benedicitur, et non deficit, id est, gratis corporis Christi, et christianis unctio, **132** quæ toto mundo quotidie impenditur, et nunquam minuitur.

97. Elisæus eundem Redemptorem Dominum figuravit, qui de montis altitudine, id est, cœlorum descendens sublimitate, humiliavit seipsum a forma Dei usque ad formam hominis, ac mortuis membris sua membra composuit, et nostram mortalitatem sui corporis medicina sanavit.

98. Pueri qui, insultantes Elisæo, clamabant: *Ascende, calve, ascende, calve*, et invasi ab urso perierunt (*IV Reg. ii*), indicant populum Judæorum, qui puerili stultitia deriserunt Christum in loco Calvarie crucifixum, et capti a duobus ursis, id est, Tito et Vespasiano, interierunt.

99. Puer Elisæi cum baculo ad resuscitandum mulieris filium missus (*IV Reg. iv*), typum prisce legis ostendit, quæ generi humano transmissa nihil præstitit, nisi quod in virga solam auctoritatem severitatis monstravit.

100. Sunamitis filius mortuus (*Ibid.*) humani generis figuram tenet, super quod Christus septies vocitans

attingere. Vide append. 16 ad Etym. log., num. 10, tom. IV, pag. 522. AREV.

96. *Vidua, ad quam mittitur Elias.* Duas has allegorias de Elia et Christo tractat præclare beatus Augustinus in serm. 201 de tempore, qui sermo est 2 in Dom. 3 de Trinitate. SUAR.

98. *Pueri qui per stultitiam.* Rectius est in lib. 1. qui puerili stultitia, quam in Imp. qui per stultitiam. Id quod docent hæc verba beati Augustini, quæ ab illo mutuatus est non ter Isidorus; ait enim in lib. XII contra Faust. : *Elisæo pueros insultantes, et clamantes CALVE, CALVE, bestia comedunt; puerili stultitia deridentes Christum in loco Calvarie crucifixum, incasi a demonibus pereunt.* Superiorem autem de

A Spiritum septiformis gratiæ spiritualiter aspirat, per quem a morte peccati reviviscat.

101. Septem millia viri, de quibus dictum Elia, quod non curvaverunt genua ante Baal, significant numerum sanctorum, qui, Spiritu septiformis gratiæ adimpleti, diabolo renuntiaverunt.

102. Naaman Syrus significat populum ex gentibus, maculis delictorum pollutum, atque a Christo per sacramentum baptismi purificatum.

103. Ozias rex, qui, ob meritum scelerum suorum, in fronte contagio lepræ perfunditur (*II Paral. xxvi*), regnum indicat Judæorum, qui dedecus **133** et malum perfidiæ in fronte gerunt, ubi crucis signum portare debuerant.

104. Ezechias rex, cui pro bono opere quindecim anni ad vitam adjiciuntur (*IV Reg. xx; II Par. xxxii; Is. xxxix; Eccl. xlviii*), significat omnes sanctos, quibus ad acquirendam vitam æternam quinque libri legis cum decem verbis Decalogi dati sunt, ut per complementum legis et præceptorum regni cœlestis plenitudinem consequantur.

105. Josias rex, qui celebravit pascha, et de templo Domini idola multa depulit (*IV Reg. xxiii; II Par. xxxv*), significat Christum, qui pro nobis passionem suscepit, atque omnia exsecrabilia gentium de templis corporis nostri dejiciens, igne virtutis suæ exusta comminuit, atque in hujus sæculi torrentem projecit.

106. Sedecias, cujus oculos in Reblatha rex Babylonis evulsit (*IV Reg. xxv*), divites et peccatores hujus mundi significat; in Latinum enim vertitur *Reblatha multa hæc*, ideoque iste significat eos qui in hujus mundi multa actione et affectione involvuntur, atque, a diabolo capti, intelligentiæ oculos perdunt.

107. Isaias formam evangelistarum et apostolorum expressit, qui universa sacramenta Christi, non quasi futura, sed quasi præsentia prædicavit.

108. Jeremias autem in verbis et passionibus suis mortem et passionem figuravit Domini Salvatoris.

109. Ezechiel imaginem Christi gestavit, qui positus in terrena peregrinatione populum salutaribus præceptis instigat.

110. Daniel, qui vitam cællhem tenuit, similitudinem habuit continentia quæ eorum qui sunt in otio sancto, et terrenis copiis non abutantur.

111. Oseas Christi demonstrat figuram, qui ex

eodem Elisæo et Domino allegoriam exponit beatus Ambrosius in epist. ult. lib. IV. SUAR.

102. *Naaman Syrus.* Exponit hanc allegoriam beatus Augustinus in serm. 108 de tempore, ubi egregie ait : *Audivit Naaman puellam, et venit ad Elisæum, audivit populus gentium prophetiam, et venit ad Christum. Naaman veniens ad Elisæum sanatur a lepra, et populus gentium veniens ad Christum ab omni peccatorum lepra purgatur.* SUAR.

107. De Isaiâ aliisque prophetis multa Isidorus repetit in libro Præcursorum. AREV.

111. *Oseas.* Hanc allegoriam illustravit, et multis similibus exemplis locupletavit beatus Hieronymus in præf. ad Paimnach. in Oseam Prophet. SUAR.

fornicatione gentium assumpsit in corpore suo Ecclesiam.

112. Joel, qui interpretatur *incipiens*, indicat typice eos qui fidei ostium, et divinæ scientiæ incipiunt cognoscere sacramentum.

113. Amos, pastor et rusticus, Christi est typus, qui ab officio pastoralis pecorum, id est, ab Hebræorum regimine translatus, nunc alios greges pascit in gentibus.

134 114. Abdias, qui in Samaria centum pavit prophetas (*III Reg. xviii*), significat omnes fidei predicatorum, qui in hoc mundo alimentis sacrarum Scripturarum omnes credentes reficiunt.

115. Jonas (*Jon. ii*) Christi mortem figuravit, qui tribus diebus ac noctibus in corde terræ, quasi in ventre ceti, quievit.

116. Habacuc, luctator fortis, populus est fidelis, qui, super excelsa constitutus, in cruce Dominum contemplatur, dicens: *Cornua in manibus ejus, ibi confirmata est virtus gloriæ ejus.*

117. Sophonias, qui interpretatur *speculator*, vel *absconditum Domini*, significat eos qui per contemplationis arcum ad perfectum perveniunt meritum.

118. Aggæus et Zacharias figuram gestaverunt sanctorum, qui nobis in hujus peregrinationis vitam futurum tempus liberationis declarant.

119. Malachias, qui *angelus Domini* interpretatur, typum Salvatoris nostri tenuit, qui Angelus magni consilii dicitur.

120. Jesus, sacerdos magnus, figuram gerebat Christi, per quem ex peregrinatione sæculi hujus ad cœlestem Jerusalem nobis patet ingressus.

116. *Habacuc.* Ait beatus Hieronymus in proœm. in Joëlem, *περδαράζων*, id est, *amplexans*, sive *amplexatio*, sive *lucians*. Atque, ut idem ait in proœm. in Habacuc, vel ex eo quod amabilis Domini est, vocatur *amplexatio*, vel quod in certamen et luctam, et, ut ita dicam, amplexum cum Deo congruitur, *amplexantis*, id est, luctantis sortitus est nomen. Nullus enim tam audaci voce ausus est Deum ad disceptationem vocare justitiæ. Ibidem Græcos et Latinos notat, quod apud eos corrupte nomen *Ἀβακούμ*, id est, *Habacuc* legeretur, qui apud Hebræos dicitur *חבאקוק* *Habacuc*. SUAR.

*Ibid.* Verba Habacuc, in Vulgata, cap. iii, 4: *Cornua in manibus ejus. Ibi abscondita est fortitudo ejus.* ANEV.

117. *Sophonias.* Nomen Sophoniæ, inquit beatus Hieronymus, in 1 c. ejusdem prophætæ, *alii speculam*, *alii arcanum Domini transtulerunt.* SUAR.

118. *Aggæus et Zacharias.* Causam dedit huic allegorie, quod hi duo prophætæ, secundo anno Darii regis Persarum, filii Hystæspis, cum septuagesimus annus vastitatis templi, quem prædixerat Jeremias, esset completus, Judæos ad templi instaurationem

121. Zorobabel, sacerdos (*II Esdr. ii seqq.*), typus est Domini Salvatoris, qui reduxit de captivitate populum, et de vivis lapidibus construxit Domino templum.

122. Judith et Esther typum Ecclesiæ gestant, hostes fidei præstant, ac populum Dei ab interitu eruant.

123. Tobias præcæ legis imaginem tenuit, cujus oculos Judaicæ hircundines 135 obæcant, dum eos luminis sacramenta male intelligentes obæcant.

124. Tobias, filius ejus, Domini nostri Jesu Christi imaginem habuit, qui velut absconditam et obæcantam figuræ caligine legem claritate suæ virtutis illuminat.

125. Tres pueri (*Dan. iii*) prætulæ figuram sanctorum, qui corpus, suum in persecutionem pro Christi nomine obtulerunt.

126. Susanna (*Dan. xiii*) figuram Ecclesiæ habet, quam testes falsi Judæi, quasi adulteram legis, accusant.

127. Nabuchodonosor rex (*IV Reg. xv*) typus diaboli fuit, qui hæreticorum plebem, erroris captivitate devictam, de Jerusalem, id est, de Ecclesia in Babyloniæ, id est, in ignorantie confusionem abduxit.

128. Princeps coquorum, qui muros Jerusalem subvertit hoc significat, quod omnes qui ventris desiderio serviunt, virtutes animæ destruant.

129. Machabæi septem, qui sub Antiocho acerbissima perpersi tormenta, gloriosissime coronati sunt (*II Machab. vii*), significant Ecclesiam septiformem, quæ ab inimicis Christi multam martyrum stragem pertulit, et gloriæ cœlestis coronam accepit.

mirifice incitaverunt. SUAR.

128. *Princeps coquorum.* Hæc allegoria cum LXX versione congruit. Id enim quod Hebraice dictum est de Nabuzardan, *IV Reg. ult. רב טבחים* *rabbabakim*, noster interpreta vertit *princeps exercitus*: LXX vero, *ἀρχιμάγειρος*, id est, *princeps coquorum*. Causam hujus varietatis docte exponit Lippomanus, in caten., xxxvii Genes, Beatus quidem Hieronymus, in Quæst., Heb., sic ait: *In plerisque locis ARCHIMAGISTROS, id est, COQUORUM PRINCIPES pro MAGISTRIS EXERCITUS Scriptura commemorat, μαγειρεύων quippe Græce interpretatur OCCIDERE.* Beatus etiam Augustinus, in quæst. in Gen., sic scribit: *Nolunt quidam PRÆPOSITUM COQUORUM interpretari, qui Græce ἀρχιμάγειρος dicitur, sed PRÆPOSITUM MILITIÆ, cui esset potestas occidendi. Nam sic appellatus est ille quem Nabuchodonosor misit, penes quem potius invenitur primatus suisse militiæ.* SUAR.

129. Allegoria de Machabæis clarius exponitur in sine mysticæ Expositionis sacramentorum, sive Quæstion., cap. de Machabæis. Quo in opere plura quæ Isidorus in Allegoriis Veteri Testamenti breviter perstringit fusius explicantur, ut jam monui. ANEV.

## EX NOVO TESTAMENTO.

136 130. Quatuor evangelistæ Jesum Christum sub quatuor animalium vultibus figuratiter expringunt.

130. De quatuor insignibus evangelistarum varias sententias protuli in not. ad Juvencum, lib. 1, vers. 3. Isidorus communiorum opinionem sequitur in

vultibus animalium exprinendis qui singulis evangelistis ascribuntur. Eandem tenuit Sedulius in carnium, Paschall, lib. 1, vers. 355. ANEV.

131. Matthæus enim eundem Redemptorem nostrum natum et passum annuntians, in similitudinem hominis comparat.

132. Marcus a solitudine exorsus, leonis figuram induit, et Christi regnum invictum potentiamque proclamat.

133. Lucas quoque per vituli mysticum vultum Christum pro nobis prædicat immolatum.

134. Joannes autem per figuram aquilæ eundem Dominum post resurrectionem carnis demonstrat evolasse in cælum.

135. Petrus personam Ecclesiæ gestat, quæ habet potestatem dimittendi peccata, atque reducendi ab inferis homines ad cœlestia regna (*Matth. vi*).

136. Apostoli quoque omnes totius Ecclesiæ portant typum, quia et iidem in dimittendis peccatis similem acceperunt potestatem, habentes quidem et formam patriarcharum, qui per verbum prædicationis in toto orbe terrarum Deo populos spiritualiter genererunt.

137. Septuaginta duo discipuli significant illustrationem totius orbis per Evangelium Trinitatis. Viginti quatuor enim horis mundus omnis peragitur, qui numerus triplicatus propter eandem Trinitatem in lxxii deducitur. Idcirco autem mittuntur bini, propter prædicandum Dei amorem, et proximi, vel interiorum gemina Testamenta.

137 138. Joseph typice Christi gestavit speciem, qui ad custodiam sanctæ Ecclesiæ deputatus est, quæ non habet maculam, aut rugam.

139. Maria autem Ecclesiam significat, quæ cum sit desponsata Christo, virgo nos de Spiritu sancto concepit, virgo etiam parit (*Matth. i*).

140. Zacharias sacerdos, qui, angelo jubente, obmutuit (*Luc. i*), silentium legis et prophetarum, adveniente Christo, ostendit.

141. Joannes formam habuit legis, qui Christum annuntiavit, et remissionem peccatorum per lavari gratiam prædicavit.

142. Magi figuraverunt gentium populos, lucem sibi cognituros, indicantes sacramentorum muneribus Christum, per thur esse Deum, per myrrham hominem passum atque sepultum, per aurum regem omnium sæculorum (*Matth. ii*).

134. Joannes autem. Hæ primæ quinque allegoriæ sumptæ sunt ex i. c. Ezech.; quo loco beatus Hieronymus erudite disserit de hoc argumento, quod uberius tractat in præmio in commentariis super *Matth.* Congruunt autem cum vaticinio Ezechielis ea quæ de eisdem animalibus scribit beatus Joann., *Apoc. iv*. SUAR.

137. Septuaginta duo. Mundum peragi xxiv horis perinde est, ac si diceret, motu primi cœli ( empyreum excipio ) xxiv horis inferiores omnes cœlestes orbes circumagi. SUAR.

142. De Magis ac munerum oblatione, qua Jesum Christum Deum adoraverunt, commentatus sum ad Prudentium, hymn. 12 Cathem., vers. 69. Vide etiam notas ad Juvenum, lib. i, vers. 285, et ad Sedulium, lib. ii, vers. 96. AREV.

149. Ille vero. Beatus Chrysostomus, in cap. vii, *Matth.*, tractat hanc allegoriam, et tres causas

143. Herodes, qui infantibus necem intulit (*Matthæus ii*), diaboli formam expressit, vel gentium, qui, cupientes extinguere nomen Christi de mundo, in eade martyrum sævierunt.

144. Muti in Evangelio significant illos qui fidem Christi non continentur.

145. Cæci illos signant qui fidem quam credunt nequaquam intelligunt.

146. Surdi illos figurant qui non exhibent obedientiam præceptorum.

147. Claudi illos demonstrant qui implere præcepta salutaria negligunt.

148. Homo prudens, qui ædificavit domum suam supra petram, significat doctorem fidelem, qui in Christo doctrinæ suæ et vitæ suæ stabilitamentum constituit.

149. Ille vero, qui ædificavit domum suam super arenam, hæreticum designat, qui ædificat doctrinam falsam, ut ruinam faciat magnam.

138 150. Leprosus, quem Christus descendens de monte primum curavit (*Matth. viii*), humanum indicat genus delicti contagio maculosum.

151. Hoc Redemptor, dum de cœlorum altitudine quasi de monte descendit, a vario demonum cultu detraxit, atque in unitatem fidei reparavit.

152. Centurio (*Ibid.*) fidem gentium significat, quæ salutem filii sui infirmi ad mortem petens, humiliter dixit: *Domine, non sum digna ut intres sub tectum meum, quæ persecuta sum Ecclesiam tuam.*

153. Puer autem Centurionis, et filia Chananæ mulieris, quos Christus non veniens ad eos salvavit (*Matth. xv*), easdem gentes ostendunt, quas Dominus non corporali præsentia visitavit, sed per fidem verbi salvavit.

154. Ipsa quoque mulier Chananæ (*Ibid.*) Ecclesiæ ex gentibus gerit figuram, quæ tanquam cæcis quærebat triticum de mensa dominorum, id est, satiari doctrinis apostolorum et prophetarum.

155. Socrus Petri sebriens (*Matth. viii*) significat Synagogam, æstu carnalium desideriorum accensam, cujus filia est pars illa credentium quæ data est Petro regenda.

156. Scriba repudiatus, qui propter quæstum Dominum sequebatur (*Ibid.*), significat eos qui Christi

D reddit cur impil homines cum arena conferantur, quod steriles sint et infecundi, quod in varias opiniones distracti non coherant inter se, et quod sint innumerabiles, sicut arena, *Apoc. xx*. Beatus autem Hieronymus proprie putat hoc hæreticis convenire. SUAR.

150. Leprosus. Hanc allegoriam videtur a beato Isidoro Beda sumpsisse, qui fuit ejus imprimis studiosus, et centum annis posterior. SUAR.

152. Notat autem beatus Augustinus, centurionem, cum jam Judæa Romanorum præsidii teneretur, gentilem fuisse; quem ait beatus Hieronymus principem exstitisse gentium crediturarum. SUAR.

156. Scriba repudiatus. Beatus Hieronymus ait scribam repudiatum, quod signorum videns magnitudinem, sequi voluerit Salvatorem, ut lucra ex operum miraculis quæreret, hoc idem desiderasse quod et Simon Magus a Petro emere voluerat. SUAR.

fidem non propter Dominum, sed propter lucrum A  
seculi appetunt.

157. Dæmoniacus quem Dominus in regione Gerasenorum a dæmonum legione curavit (*Ibid.*), significat gentilem populum multorum cultibus dæmoniorum obnoxium.

158. Pastores porcorum fugientes, qui ea quæ gesta sunt nuntiant in civitatem (*Ibid.*), significant principes impiorum, qui dum fidem Christi fugiunt, virtutes tamen ejus stupentes mirantur et prædicant.

159. Paralyticus, jacens in lectulo (*Math.* ix), anima est vitii dissoluta in 139 corpore suo, quæ dum fuerit gratia Christi per peccatorum remissionem sanata, confestim, pristino robore recepto, resurgit, et lectum carnis, in quo debilis ante jacebat, ad domum virtutum reportat, ut se intra conscientiæ suæ secreta constringat, et nequaquam in exterioribus ultra voluptatibus dissoluta discurrat.

160. Archisynagogi filia, ad quam dum curandam pergeret Dominus, tamen priusquam ad eam veniret, tetigit eum a tergo mulier, quæ profluvio sanguinis laborabat (*Ibid.*), figuram habuit Ecclesiæ venientis ex gentibus, quæ dum post prædicationem, et post passionem, et post ascensionem Christi credidit, quasi a tergo Dominum tetigit, et ante accipere salutem quam Synagoga, promeruit.

161. Duo caeci, juxta viam sedentes (*Ibid.*), significant utrosque populos Judæorum, atque gentilium, per fidem Christo appropinquantes, qui dixit: *Ego sum via, veritas et vita.*

162. Dæmonium habens, cæcus et mutus, qui scribitur a Salvatore curatus (*Ibid.*), indicat eos qui ex idololatria gentium ad fidem dominicam convertun-

159. *Paralyticus.* Correctiores sunt lib. mss., qui habent *anima vitii dissoluta*, quam Impr., in quibus est *anima vitii desolata*; nam alludit ad etymologiam Græcæ vocis. Paralyticus enim dicitur est quod paralyti laboret, qui morbus sic est Græcis appellatus, quod nervos laxet et dissolvat, ἀπό τοῦ παραλύειν, quod est dissolvere. Itaque Tertullianus proprie et eleganter dixit in Apologia de Christo paralyticos restringere pro sanare. SUAR.

*Ibid.* In Etymologiis, lib. iv, cap. 7, num. 25, Paralysis dicitur a corporis impensations nominari. Sed in notis observatur aliter legendum, ut corporis solutio aut dissolutio intelligatur. AREV.

160. *Archisynagogi filia.* Recte autem scribit beatus Chrysostomus feminam non esse ausam coram ad Dominum accedere, quod ex legis præscripto inmundum esset. Nobilitatum autem est divinum illud miraculum plane divino miraculo, et lectu dignissimo, quod narrat Euseb., lib. vii Hist. Eccl., cap. 14. SUAR.

162. In textu Grialii, uti etiam in aliis impressis scribitur *idolatria pro idololatria*, quod restituendum. AREV.

167. *Mulier quæ fermentum abscondit.* Isychius, lib. i in Levit., cap. 2, sic ait: *Abscondit in farina sata tria, Ecclesiæ significans, quæ in Trinitatis verbo fermentat theologia mysteria.* Hanc allegoriam interpretans beatus Hieronymus, præmisit nunquam parabolas et dubiam ænigmatum intelligentiam ad auctoritatem dogmatum proficere. Sed fortas:e alius auctor recte reprehenditur, qui non ad animum pietate informandum, sed ad stabilendum sanctæ Trinitatis mysterium, hanc adhibuit allegoriam, contra

tur, quibus tamen, expulso a corde dæmonum cultu, dum primum lucem perceperint fidei, postea ad laudandum Deum eorum lingua resolvitur, ut confitentur eum quem antea negaverunt.

163. Homo manum habens aridam (*Math.* xii) significat Synagogam, vel animam misericordiæ operibus infructuosam, cui cum dicitur *Extende manum tuam*, adonet semper porrigendam eleemosynam pauperibus.

164. Homo de quo immundus spiritus exiens, rursus eum occupat (*Ibid.*), significat populum Judæorum, et hominem poenitentem, cui per subsecutam negligentiam acrius mentem occupat carnis 140 voluptas, adjunctis secum aliis septem spiritibus vitiorum, id est, iracundia, avaritia, invidia, atque ventris ingluvie, inanif gloria, fornicatione atque superbia.

165. Paterfamilias, proferens de thesauro suo nova et vetera (*Math.* xiii), Christus est, proferens de impenetrabili sapientia sua gemina Testamenta, scilicet Vetus, in quo felicitas terrena promittitur, et Novum, per quod regnum caelorum speratur.

166. Homo qui seminavit in agro suo granum sinapis (*Luc.* xiii) Christus est, qui seminavit fidem in mundo, in quo volucres caeli, id est, spirituales animæ requiescunt.

167. Mulier quæ fermentum abscondit in satis tribus (*Ibid.*) significat sapientiam spiritualis doctrinæ, ferventem in Trinitatis amore.

168. Homo, qui absconditum thesaurum in agro reperit (*Math.* xiii), ille est qui in isto mundo, venditis omnibus, Christum vitamque æternam acquirit.

169. Quinque millia viri qui quinque panibus et duobus piscibus 141 pasti sunt (*Joan.* vi), Ecclesiæ

quam docet beatus Augustinus, in epistola ad Vincent. Donat. Illud obiter notandum est *satum*, cui apud Hebr. respondet nomen סֶאֶח *Seach* (neque enim Hebraicum, aut Græcum, sed Syrum nomen est), genus fuisse mensuræ, quæ continebat tertiam partem ephi. Et quidem beatus Hieronymus aliquando *satum* vertit, ut Gen. cap. 18, ubi etiam fit mentio trium satorum. Sic enim Abraham ait Saræ: *Accelera, tria sata simile commisce*; nonnunquam vero modium, ut IV Reg. vii: *Cras modius simile statera uno, et duo modii hordei uno.* Hic enim habent Hebræa *seach*, id est, *satum*. Itaque fortasse quis miretur cur idem Hieronymus, enarrans hanc parabolam *Math.* xiii, scripserit: *Satum genus est mensuræ juxta morem provincie Palæstinæ, unum et dimidium modium capiens.* Quod proculdubio sumpsit ex Josepho, qui, lib. ix Antiq., cap. 4, ait: *Satum fert modium unum, et semis Italicum.* Sed nō viro summe docto nota inuratur, dicendum erit non eandem fuisse modium, sed ad unum atque alium pro regionum varietate. Probabiliter autem suspicatur Jansenius, cap. 57, præclari operis quod Concœrdiam evangelicam appellavit, ideo Dominum trium satorum farinæ in hæc parabola meminisse, quod mos fortasse fuerit in Judæa, ut tantumdem panis in usum familiæ semel conficeretur. Id quod congruit cum loco prædicto Gen. xvii, et aliquot aliis sacræ Scripturæ locis. Si quis autem rationem diligenter iniverit, inveniet ephi, sive sata tria, paulo plus capere quam capiunt in Hispania celestini x. SUAR.

*Ibid.* Ad questionem quam Suarius excitat de sato explicandam, conferenda est doctrina Isidori cam notis lib. xvi Etymol., cap. 26. AREV.

sunt populi, qui per quinque corporis sensus, alimento legis spiritualis a Christo reficiuntur, et duplici Testamento, quasi gemellis piscibus, saturantur.

170. Quatuor autem millia viri qui aliis septem panibus aluntur (*Marc. viii*), eadem gentium Ecclesia est, quæ in quatuor mundi partibus diffunditur, atque ubertate septiformis gratiæ recreatur.

171. Ille qui sæpe nunc in ignem, nunc in aquam cadebat (*Math. xvii*), mundum significat. Ignis autem inflammantem cupiditatem, aqua carnis voluptatem demonstrat, in quibus semper arreptus quotidiano lapsu præcipitatur.

172. Moyses et Elias, qui apparuerunt cum Domino in monte (*Ibid.*; *Luc. ix*; *Marc. ix*), lex et prophetia intelliguntur, quarum vocibus passio, et resurrectio, et gloria Domini declaratur.

173. Homo habens centum oves, qui, relicta illis, ovem perditam quærit, ac repertam humeris revehit (*Luc. xv*), figuram Christi expressit, qui, relicta millibus angelorum in cælo, ovem quæ perierat in Adam, ut bonus pastor, quæsitam in gentibus reperit, atque crucis suæ humeris ad paradysum reportavit.

174. Mulier, quæ perditam reperit drachmam, Ecclesia est, quæ animam diaboli laqueis abstractam et perditam, dum invenerit per penitentiam, et angelorum et hominum facit lætitiã.

175. Debitor decem millium talentorum (*Math. xviii*) significat homines qui Deo sunt obnoxii per transgressionem decem præceptorum, sed sicut nobis poscentibus a Domino peccati vincula relaxantur, ita unusquisque nostrum dimittit exemplo Domini, ne dum minima debita in nos peccantibus non concedimus, majora nostra exsolvere cum usuris poenarum cogamur.

176. Dives, qui camelo comparatur (*Math. xix*; *Marc. x*), personam indicat Judæorum, qui de legis potentia gloriantur, quanquam propter terrena, quæ colunt, non habent regnum cælorum, ubi facilius gentium populus criminibus tortuosus, et sarcinis peccatorum gravatus, ingreditur per foramen acus, quasi per angustias passionis, dolorum ac laborum.

177. Paterfamilias qui operarius ad vineam conducit, et denarium 142 promittit (*Math. xx*), Christus est, qui vocat omnes ad cultum fidei, promittens eis præmium perfectæ beatitudinis.

178. Operarii hora prima conducti hi sunt qui a rudimentis infantiliæ cultum fidei consecuti sunt.

175. Allegoria hæc de Christo, tanquam bono pastore, ovem quæ perierat humeris suis portante, primis Christi nis imprimis grata erat, ut in picturis veterum monumentorum quæ adhuc restant cernere licet. Anrv.

182. Notandus hoc loco est nominativus pro ablativo absoluto, in illis conservans Christus... in istis impendens pro in illis conservante Christo... in istis impendens. Hæc loquendi ratio in Mss. Isidori sæpius occurrit quam in Impressis, e quibus, ut arbitror, Editores eam sustulerunt; quod Isidori non esse sibi persuaderent. Sed aliter judicandum. Anrv.

179. Qui solum hora tertia, hi sunt qui ab adolescentia ad fidem accesserunt.

180. Qui vero hora sexta conducti sunt, hi sunt qui in juventutis ætate crediderunt.

181. Qui autem hora nona accesserunt, illi sunt qui, jam a juventute in senectutem declinantes, gratiam perceperunt.

182. Qui vero ultima hora iverunt (*Ibid.*), illi sunt qui jam decrepiti, et in extremo vitæ suæ tempore vocati, ad Christum venerunt. Qui tamen prioribus parem mercedem beatitudinis accipiunt, in illis conservans Christus justitiam, qui prima hora natiuitatis operati sunt; in istis impendens misericordiam, qui una vitæ hora laboraverunt.

183. Duo filii missi ad operandum vineam (*Math. xxi*) duorum populorum typum demonstrant. Primus enim missus vocatur gentium populus per naturæ intelligentiam ad operis divini culturam, qui prius tamen contumax exstitit, et sese iturum negavit. Adveniente autem Domino, priorem contumaciam sequente emundat obedientia. Secundus autem missus Judæorum per legis cognitionem respondit: *Omnia, quæcumque dixerit Dominus, faciemus*; sed ideo damnatur, quia non solum in professionem legis prævaricatus est, sed in ipsum Dominum vineæ parvicularis manus exercuit.

184. Homo qui vineam plantavit (*Math. xxi*; *Luc. xx*), Deus est, qui condidit Jerusalem, in qua ædificavit turrim, et torcular fodit, videlicet templum, et altare, et sæpe circumdedit, id est, angelorum munitione vallavit.

185. Coloni autem quibus vineam locat (*Ibid.*), populus est Israel, qui sub divino cultu possedit Jerusalem.

186. Servi autem qui tempore frugum missi intercepti sunt a 143 colonis (*Ibid.*), prophetæ intelliguntur, quorum sanguis effusus est a Judæis, dum ab eis quærerent justitiæ fructum et legis.

187. Filius autem novissime missus, quem ejectum coloni extra vineam occiderunt (*Ibid.*), Christus est, quem crucifixerunt Judæi, ejicientes eum extra portas Jerusalem.

188. Coloni quoque, quos Dominus vineæ perdit (*Ibid.*), populi Judæorum intelliguntur, qui olim, ut videntur, dispersi atque perempti sunt. Illi autem agricolæ ad quos vinea transferri præcipitur, significant apostolos, vel successores apostolorum.

189. Rex qui fecit nuptias filio suo (*Math. xxii*), Deus Pater intelligitur, qui copulavit ex virgine car-

188. Isidorus his verbis ut videntur fortasse innuit dispersionem Judæorum suo tempore, ut nostro etiam, perseverantem. Anrv.

189. Rex qui fecit. Tractat beatus Gregorius in homil. diserte, ut solet, hanc allegoriam, sed securius dici putat regem patrem regi filio nuptias fecisse, cum ei per incarnationis mysterium sanctam Ecclesiam sociavit in utero Virginis, sicut in thalamo. Et causa est quia ex duabus personis fieri solet nuptiarum conjunctio, nefarium est autem in Christo duas credere personas. Svav.

nam virginem Christo. Servi vero, qui missi sunt A vocare invitatos, apostoli sunt atque prophetæ, qui Judæos per legem et Evangelium vocaverunt; sed filii in mundo terrenis voluptatibus, modo carnis et legis onere pressi, solemnitate adventus Domini contempserunt, ex quo se indignos existimaverunt vita æterna, gentes autem introisse manifestantur.

190. Rex iratus, qui misit exercitus suos, et perdidit interfectores illos, et civitatem illorum incendit (*Ibid.*), Deus Pater est, qui suscitavit Vespasianum Cæsarem Romanorum, qui et populum gladio vastavit, et civitatem Jerusalem funditus cum suis universis evertit, ita ut ulterius belligerare non possit.

191. Homo autem non habens vestem nuptialem in accubitu, qui, loquente rege, obmutuit; quem jubet servis ablatum mitti in tenebras exteriores B (*Ibid.*), ille est qui in fide quidem cum cæteris requiescit; sed si inventus fuerit in die iudicii vestem carnis habere pollutam, confestim jubetur ab angelis tolli, et mergi in gehennam ignis æterni.

192. Duo debitores, ex quibus unus debebat fenaratori denarios quingentos, et alter quinquaginta (*Luc. vii*), significant utrumque populum, Judæorum, scilicet, et gentium, ex quibus ille qui quinquaginta denarios debuit Judæorum typum habuit; ille vero qui 144 quingentos, gentium figuram expressit, qui ab initio mundi debitor semper existens, chirographum peccati per poenitentiam non solvit. Adveniente itaque Christo, tandem credidit, atque uberiorem misericordiæ fructum accepit; unde quia plus illi concessum est a Christo, amplius diligit C (*Ibid.*), sicut scriptum est: *Cui plus dimittitur, plus diligit.*

193. Septem vero fratres qui uni mulieri nupsērunt, et sine filiis mortui sunt (*Marc. xii*), homines infideles intelliguntur, qui per septem mundi ætates, in hac terra totam vitam suam sine fructu justitiæ consumpserunt.

194. Duo in lecto (*Matth. xxiv*) illos figurant qui remoti a turbis in otio quodammodo vitæ vacare videntur.

195. Duæ molentes (*Ibid.*) illi intelliguntur qui negotiis temporalium rerum circumferuntur.

196. Duo in agro (*Ibid.*), illi sunt qui in ministerio Ecclesiæ, tanquam in agro dominico, operantur, ex quibus, adveniente nocte, id est, sæculi adversitate, quidam permanent in fide, et assumuntur ad vitam, quidam discedunt, et relinquuntur ad poenam.

197. Quinque virgines sapientes (*Matth. xxv*) omnes animæ sanctæ intelliguntur, quæ quoniam per quinque sensus corporis nullam admittunt cordis

200. In textu Grialii erat *ea quæ pro eaque*, ut in alijs quoque Editis recte apparet impressum, et apud Grialium mendum videtur irrepisse. AREV.

202. *Alii in primo servo.* Divum Gregorium significat, cujus fuit in primis studiosus; is enim ad hunc modum tractat præsentem allegoriam. SUAR.

204. *Homo qui descendebat.* Per paradisum cælestem, ut error vitetur, Jerusalem civitas pacis illa cælestis intelligenda est, a cujus beatitudine lapsus

corruptionem, idcirco quinario numero computatur.

198. Quinque autem virgines fatuæ, quæ non habent in vasis oleum (*Ibid.*), illæ animæ sunt quæ habent quidem integritatem corporum, sed non servant intra conscientiam boni operis testimonium, dum in facie gloriantur apud homines, et non corde apud Deum. Ideoque, quia in vasis pectorum suorum mentis splendorem non gerunt, adveniente Domino, a regni ejus gaudio excluduntur.

199. Homo peregre proficiens, qui tradidit bona sua servis suis (*Ibid.*), Christus est, qui post resurrectionem suam ad cælos regrediens, tradidit evangelicam gratiam evangelicis negotiatoribus fenerandam. Sed primus servus in quinque talentis sibi datis quinque libros legis accepit, quod doctrina et opere decem præceptorum amplificavit.

200. Alius duobus talentis duo Testamenta promeruit, eaque 145 morali ac mystico sensu ple dispensando duplicavit.

201. Tertius, sub figura unius talenti, gratiæ donum acceptum in terrenis voluptatibus obscuravit, ideoque projectus est in infernum, quia nullum inde operatus est fructum.

202. Alii in primo servo sensus cordis et corporis acceptos, in secundo intelligentiam et opus, in tertio rationem intellexerunt.

203. Juvenis filius viduæ quem Dominus mortuum, extra portas urbis suscitavit (*Luc. vii*), significat eum qui palam quodlibet mortiferum crimen admittit; qui quæ nonnunquam audito verbo Dei a morte peccati resurgit, et per poenitentiam Christi vivere incipit; redditurque viduæ matri suæ, id est, Ecclesiæ.

204. Homo qui descendebat a Jerusalem in Jericho, et incidit in latrones (*Luc. x*), ipse Adam figuratur in genere suo, qui dum descendit de paradiso cælesti in mundum, incidit in angelos tenebrarum.

205. Samaritanus descendens, qui vulnera ejus curavit (*Ibid.*), Christus est custos noster, qui de cælo descendit, et genus humanum a vulneribus peccatorum curavit.

206. Stabularius (*Ibid.*) apostoli sunt, vel successores eorum qui infirmitatem nostram prædicatione evangelica recreant.

207. Martha, quæ excepit Christum in domum suam, et in hac ministrabat (*Ibid.*), significat Ecclesiam, in hac vita Christum in corde excipientem, et in opere justitiæ laborantem.

208. Maria, soror ejus, quæ sedebat secus pedes

est Adam, miser factus per peccatum. Descendit autem in Jericho, id est, in mundum, in quo omnia orta occidunt, sicut luna, quam significat Jericho. Adam enim, qui divino præcepto obtemperans, divino etiam beneficio fuisset immortalis, illo violato, mortis miseriam et plurimas alias acerbitates merito perpepsit. Sic enim exponit hanc allegoriam beatus Augustinus in lib. de Quæst. evang. SUAR.



Christi, et audiebat verbum (*Ibid.*), demonstrat eandem Ecclesiam, in futuro sæculo ab omni opere cessantem, et in sola contemplatione sapientiæ Christi requiescentem.

209. Homo qui media nocte postulabat ab amico tres panes (*Luc. xi*), similitudinem exprimit cujusque in media tribulatione Dominum postulantis, ut det ei scientiam Trinitatis.

146 210. Dives, cujus uberes fructus ager attulit (*Luc. xii*), significat hominem luxuriis deditum, et abundantem peccatis, quem immoderate plus amplius peccare desiderantem arguit Dominus dicens: *Stulte, hac nocte auferunt animam tuam abs te; quæ parasti, cujus erunt?*

211. Quinque illi in domo una, id est, pater, mater, filius, filia, nurus, ex quibus duo in tres, et tres in duos dividuntur (*Ibid.*), significant humanum genus fide et religione invicem separatum, partim in discissione schismatis, quod duo significant, partim in numero trinitatis, quod tria demonstrant. Divisus est enim filius adversus patrem suum, id est, populus ex gentibus veniens adversus diabolum, cum quo antea fuerat sociatus. Divisa est et filia adversus matrem suam, id est, plebs ex Judæis credens adversus impiam Synagogam. Divisa est et nurus adversus socrum suam, Ecclesia videlicet ex gentibus adversus matrem sponsi sui Synagogam, de qua secundum carnem Christus fuerat procreatus. Qui homines separantur sibi invicem, alii terrenam, alii cælestem gloriam appetentes.

212. Galilæi xviii super quos cecidit turris in Siloe, et occidit eos (*Luc. xiii*), interitum plebis Judæorum insinuat. Decem et octo enim apud Græcos ex iota, ι, et eta, η, litteris exprimuntur, quibus figuris nomen Jesus scribitur, in quem illi credere nolentes pariter a Romanis cum sua urbe prostrati sunt.

213. Homo qui arborem fici in vinea sua plantavit, Christus est, qui Synagogam in Judaico populo condidit, quam cum Dominus, quasi inutilem, jusisset abscidi, sit illi a colonis apostolis fossa humilitatis, adhibetur stercus, id est, confessio peccatorum; sicque in novissimo credendo commutabitur in melius, dabitque fructus justitiæ copiosos.

210. In Evangelio sancti Lucæ, cap. XII, 20, sic nunc legitur: *Stulte, hac nocte animam tuam repetat a te; quæ autem parasti, cujus erunt?* AREV.

212. Duæ primæ litteræ Græcæ nominis Jesu ι et η, habitæ fuerunt a veteribus Christianis pro compendio nominis Jesu. Scriptores qui numerum decem et octo in his duabus litteris ad interpretationem aliquam mysticam seu allegoricam agnoverunt, recensui in Prudentianis, num. 194 et seqq. cum notis. Pro insinuat fortasse legendum insinuant. AREV.

213. Dives qui induebatur purpura et bysso significat. Theophylactus, eruditus in primis scriptor, non dubitavit affirmare divitis et Lazari non quidem historiam, sed sicut esse parabolam, quæ narratur a Domino; cui tamen nomen Lazari perspicue repugnat. Nam egregie ait beatus Chrysostomus, in hom. in Luc., de patre et duobus filiis: *In parabola non sunt dicenda nomina.* Parabolæ enim sunt illæ, in

214. Mulier quæ, decem et octo annos infirmitatem habens, a Domino curata est (*Luc. xiii*), Ecclesiæ typus est, quæ in sine temporum salutem fidei consecuta est. Sex enim ætatibus mundus iste completur 147 cujus tamen tempus habet tripartitam discretionem, unam ante legem, alteram in lege, tertiam sub gratia. Sexies ergo terni decem et octo efficiunt, quo numero tempus hęc nostræ salutis insinuat, quando, a Satana vinculis soluti, quibus curvati eramus, donum salutis et spem supernæ contemplationis accipimus.

215. Hydropticus quem Dominus curavit (*Luc. xiv*) demonstrat eos quos fluxus carnalium voluptatum exuberans aggravat.

216. Homo habens duos filios (*Luc. xv*) Deus est, habens duos populos, quorum major figuram tenuit Judæorum, qui permansit in Dei cultu; alter junior gentium, qui, conditore deserto, servus factus est idololorum, quem per egestatem fidei revertentem clementer suscepit Deus Pater, et pro conversione ejus sub vitoli typo immolat Filium unicum; tribuit etiam anulum fidei, et stola immortalitatis induit eum, quanquam Judæus frater livoris torqueatur invidia, propter salutem tamen ejus gaudium concinit angelorum symphonia.

217. Dispensator prodigus, quem dominus a villicatione removeri præcepit, et fraudem faciens domino suo, relaxavit debitoribus partem, ut haberet unde in posterum viveret (*Luc. xvi*), hæc comparatio ad exemplum nostrum proposita est; nam si ille a domino suo laudari promeruit, quia, fraudem ei faciens, in posterum sibi de alienis rebus providit, quanto magis Christo placere possumus, si ex propriis nostris misericordiam indigentibus faciamus, a quibus recipi in æterna tabernacula possimus?

218. Dives qui induebatur purpura et bysso (*Ibid.*) significat Judæorum superbiam, florentem quondam imperii claritate, vel honoris excellentia.

148 219. Mendicus ulcerosus (*Ibid.*) demonstrat gentilem populum, confessionibus peccatorum humiliatum.

220. Quinque fratres divitis illius qui apud inferos torquebatur (*Ibid.*) Judæi intelliguntur, qui sub quinque libris positi sunt.

D quibus exemplum ponitur, et tacentur nomina. Præclare etiam Origenes, cap. i Job, inquit: *Necessario nominis Job mentionem fecit Moyses, qui libri auctor est, ne, si hominem solum diceret, argumentum aliquod fingere existimaretur.* Eadem sententia est de divite et Lazaro, Ambrosii, Cyrilli, Damasceni, atque Euthymii, qui etiam ait divitis quidem nomen silentio fuisse præteritum ab Evangelista, tanquam odio digni; scriptum est enim, ps. xv: *Non accipiam nomina eorum per labia mea;* mendici vero nomen memoriæ proditum, tanquam amore digni. Atque etiam quidam ex traditione Hebræorum, quod per id tempus dives ille fuerit Nineus appellatus, et mendicus iste Lazarus. Hęc Euthymius. Quod si, ut in plerisque omnibus, sic etiam in hoc Theophylactus Chrysostomus, virum excellenti doctrina et sanctitate, esset imitatus, næ ille a communi sententia nunquam descivisset. SUAR.

221. Decem leprosi, qui mundantur a Domino (*Luc. xvii*), hæretici significantur, qui in varietate colorum diversitatem habent schismatum, quique ideo ad sacerdotes mittuntur, ut, deteresa omni varietate errorum, unitatis percipiant sacramentum.
222. Judex iniquus, qui Dominum non timebat, assidue tamen deprecantem viduam exaudivit (*Luc. xviii*), similitudo est qua demonstratur quantam spem habere debeat qui Dominum indesinenter exposcit, cum etiam apud aures iniqui iudicis valuerit frequens instantia viduæ deprecantis. Ipsa autem vidua significare potest Ecclesiam, perseverantia sua petentem ultionem de inimicis suis, diabolo, vel hæreticis.
223. Phariseus orans in templo (*Ibid.*) Judæorum est populus, qui ex justificationibus legis extollit merita sua.
224. Publicanus vero (*Ibid.*) gentilis est populus, qui longe a Deo positus confitetur peccata sua, quorum unus superbiendo recessit humiliatus, alter confitendo Deo appropinquare meruit exaltatus.
225. Cæcus sedens secus viam (*Ibid.*) populum demonstrat gentilem, qui per Christi gratiam fidei meruit claritatem.
226. Zachæus (*Luc. xix*) gentilis est populus, gratia meritorum pusillus, qui tamen, a terrenis actibus sublevatus, per lignum dominicæ crucis Christi mysterium contemplatur.
227. Homo nobilis qui in longinquam abijt regionem accipere sibi regnum (*Ibid.*), Redemptor noster est, qui usque ad fines terræ pervenit accipere regnum in populis gentium.
228. Givæ qui noluerunt eum regnare (*Ibid.*) Judæi intelliguntur, qui Christum regem spreverunt.
229. Servus qui unam unam accipiens, decem acquisivit (*Ibid.*), significat doctores qui, accepta gratia Evangelii, in decem verborum Decalogi prædicamentis bene usi sunt, et docendo multos in 149 fide acquisierunt, idcirco, adveniente Domino, laudabuntur, quia lucrati sunt.
230. Qui vero ex una quinque acquisivit (*Ibid.*), illos demonstrat qui mandatum Dei servantes consequuntur scientiam legis, in quinque libris Moysi scriptam, eamque docendo ad usum salutis necessarium fenerantur.
231. Qui vero unam ipsam in sudario conservavit (*Ibid.*), ostendit eum qui creditum sibi gratiæ donum delicate otioseque tractavit, unde et recte amittit collatam gratiam, quia per negligentiam prædicare contempsit, ut ei augetur quod laboravit.
232. Vidua quæ in gazophylacio duo jecit minuta (*Luc. xxi*), animam fidelem demonstrat ejus qui in thesauro cordis sui fructum dilectionis Dei et proximi servat.
233. Sponsus (*Joan. ii*) Christus est; cujus nuptiæ cum Ecclesia celebrantur, in cujus conjunctione aqua in vinum mutatur, quia credentes
240. Sæpe hic cæcus a nativitate, de quo sermo est in Evangelio, representatur in monumentis ve-
- A per lavacri gratiam transeunt ad passionis coronam.
234. Architrictinus (*Ibid.*), Moyses intelligitur, qui miratur meliorem et sanctiorem populum per Jesum in Evangelium congregatum, quam illum priorem ab Ægypto deductum; finitum enim visum ostendit sublatam esse gratiam Spiritus sancti a Judæis, et per apostolos in gentibus contributam.
235. Mulier Samaritana (*Joan. iv*) mystice intelligitur Synagoga quinque libris legis, quasi quinque viris, secundum sensum carnis, subjecta, quam misericorditer Dominus provocat haurire aquam vivam, lavacri scilicet percipere gratiam, vel secretam legis intelligentiam.
236. Mulier adultera, quæ offertur a Judæis Domino lapidanda (*Joan. viii*), est Ecclesia ex gentibus, quæ, prius relicto Deo, in idolis fuerat fornicata, hanc volebat Synagoga zelans interfici, et Christus eam salvat per remissionem delicti, nec sinit eam perire, qui novit veniam condonare peccantibus.
237. Simon leprosus (*Matth. xxvi*) gentilis est populus, qui est a Redemptore mundatus.
238. Mulier quæ unguento caput Domini unxit (*Ibid.*) Ecclesia est, quæ fructus sui operis fidelique odorem ad laudem Dei et Christi gloriam refert.
239. Angelus ille ad cujus descensum movebatur aqua, quinque porticibus cineta (*Joan. v*), Christus est, in cujus adventu turbatus est 150 Judæorum populus quinque libris conclusus: descendente enim angelo, commovebatur aqua, et sanabatur infirmus; descendente de caelis Christo, commotus est in passione ejus idem populus, et sanatus est mundus.
240. Cæcus a nativitate, quem Dominus, postquam unxit oculos, ad piscinam Siloe misit lavandum (*Joan. ix*), significat genus humanum a nativitate, id est, a primo homine errorum tenebris vitiatum, cujus oculos Dominus de spulo et luto linivit, quia verbum caro factum est. Et lavari oculos in piscina jussit, ut baptizatus in Christo, acciperet legem fidei, et crederet in eum qui humilis in mundo apparuit.
241. Lazarus, quem Dominus quatrduanum seculentem de monumento suscitavit (*Joan. xi*), significat mundum, quem gravissima peccati consuetudo corruerat, qui tamen quarta die mortis resuscitatur. Prima enim dies est mortis, tracta ex Adam propago mortis; altera dies mortis est transgressio legis naturalis; tertius est dies mortis prævaricatio datæ legis; quartus dies mortis est contemptus evangelicæ prædicationis, in quo die Dominus, seum opus respiciens, misericorditer resuscitare dignatus est.
242. Servus principis sacerdotum, cujus dextra amputatur auricula (*Matth. xxvi*), Israeliticus est populus, propter incredulitatem servus effectus. Hæ dexteram aurem amittit, dum ad sinistram per inter. Christian., ut videri potest apud Botarium, Rom. Subterr. tom. 1, pag. 179. ANEV.

collectum litteris transit, cui Dominus in his cui A credunt auditum restaurat fidei, et obedientem evangelicis facit mandati.

243. Princeps sacerdotum, qui scidit vestimentum suum in Domini passione (*Ibid.*), indicat Herodum populum nudatum sacerdotio, et evacuatam regno scisso.

244. Barabbas, qui Iudæis dimittitur (*Matth. xxvii*), significat Antichristum, quem illi errantes meruerunt suscipere pro Christo.

245. Herodes et Pilatus, qui, cum essent discordes, in passione Domini amicitia foederantur (*Luc. xxiii*), indicant primum divisos fuisse utrosque populos circumcisionis et gentium, qui tamen per passionem Domini in fide concordaverunt.

246. Simon Cyrenæus, cui gestandam crucem B imposuerunt (*Ibid.*), 151 gentium populus intelligitur, qui peregrinus in lege, obediens efficitur Evangelio, crucis ipse Christi vector, et fidei bajulus factus.

247. Duo latrones (*Ibid.*) populum expriment Judæorum et gentium: quorum unus incredulus blasphemavit Christum in cruce pendentem, alter fidelis Judæos increpat blasphemantes.

248. Quatuor milites, qui quatuor partes sibi de Jesu vestimentis fecerunt (*Psal. cxviii, 162*), præfiguraverunt quatuor partes mundi, qui diviserunt sibi eloquia Christi, sicut scriptum est: *Labor ego super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa.*

249. Mulieres quæ apostolis Domini resurrectionem annuntiant, lex et prophetia intelliguntur, quæ gloriam resurrectionis Christi, antequam revelaretur, quasi præcursores prædicaverunt.

250. Septem discipuli, cum quibus Dominus post resurrectionem suam convivisse describitur, septimam indicant post resurrectionis futuræ requiem, per quam omnes sancti per Christum æterna beatitudinis refectione saturabuntur, ad quam saturitatem nos perducat Christus. Amen.

250. In Isidorianis, cap. 91, num. 18, notavi quamdam varietatem lectionis in fine Allegoriarum ex Cu-

dice Vaticano 629, quem ibi descripsi. Anv.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

# DE ORTU ET OBITU PATRUM

QUI IN SCRIPTURA LAUDIBUS EFFERUNTUR.

### 152 Præfatio.

1. Quorundam sanctorum patrum nobilissimorumque virorum ortus vel gesta cum genealogiis suis in hoc libello indita sunt; dignitas quoque, et mors eorum, atque sepultura, sententia brevitate notata. Quæ, quamvis omnibus nota sint qui per amplitudinem percurrunt Scripturarum, facilius tamen ad memoriam redeunt dum brevi sermone leguntur.

### EX VETERI TESTAMENTO.

I.	Adam.	XVII.	Dan.	XXXIII.	David.
II.	Abel.	XVIII.	Gad.	XXXIV.	Salomon.
III.	Enoch.	XIX.	Aser.	XXXV.	Elias.
IV.	Noc.	XX.	Nephtalim.	XXXVI.	Elisens.
V.	Melchisedech.	XXI.	Benjamin.	XXXVII.	Isaias.
VI.	Abraham.	XXII.	Ephraim.	XXXVIII.	Jeremias.
VII.	Isaac.	XXIII.	153 Manasses.	XXXIX.	Ezechiel.
VIII.	Jacob.	XXIV.	Job.	XL.	Daniel.
IX.	Loth.	XXV.	Moyse.	XLI.	Osee.
X.	Joseph.	XXVI.	Aron.	XLII.	Joel.
XI.	Judas.	XXVII.	Josue.	XLIII.	Amos.
XII.	Ruben.	XXVIII.	Phinees.	XLIV.	Abdias.
XIII.	Simeon.	XXIX.	Gedeon.	XLV.	Jonas.
XIV.	Levi.	XXX.	Jephte.	XLVI.	Micheas.
XV.	Zabulon.	XXXI.	Samsón.	XLVII.	Nahum.
XVI.	Issachar.	XXXII.	Samuel.	XLVIII.	Habacuc.

CAP. I. 1. De his vid. Hieron. Epiphani. Dorothei. Syropeta, et Josephum. FONTIDONII.  
*Ibid.* Librum de ortu et obitu Patrum cum octo mss. libris Petrus Fontidonius conulit ac breves quasdam

notas adiecit, quas proinde Fontidonii nomine subscripto allegabo. Quid de hoc libro sentiendum, uberime expositum fuit in Isidorianis, cap. 64. AREV.

XLIX. Sophonias.  
L. Aggeus.  
LI. Zacharias.  
LII. Malaehias.  
LIII. Nathan.  
LIV. Achias.

LV. Adlo.  
LVI. Azarias.  
LVII. Zacharias.  
LVIII. Tobias.  
LIX. Tres pueri.

LX. Esdras.  
LXI. Zorobabel.  
LXII. Esther.  
LXIII. Judith.  
LXIV. Machabari.

## CAPUT PRIMUM.

2. Adam protoplastus, et colonus paradisi, princeps humani generis et delicti, ad imaginem Dei factus, universitati prelatas, qui creaturis nomina dedit atque in eis potestatem dominandi accepit.

3. Hic in deliciis florentis paradisi constitutus, inter redolentes aromatum sylvas ac vernantia floribus arva, ruris habitator, novæ vitæ gaudia peragebat: ubi tellus fecunda viret perpetuo vere, ubi fons decurrens quadrifluis labitur amne.

4. Sed postquam serpentis dolo, lingua etiam pollutus feminea, per tactum ligni, loci beatitudinem profanavit, paradiso projectus, terram sentibus squalentem operarius genens incoluit. Amissaque immortalitate, in pulverem, unde carnis sumpsit ortum, post cursum annorum nongentorum triginta rediit. Hinc jam 154 posteritas in crimine hujus parentis exsulem se paradiso factam; ac labori mortique subactam ingemit.

5. Sepultus est autem in loco Arbee, qui locus nomen a numero sumpsit, hoc est quatuor; nam tres patriarchæ ibidem sunt sepulti, et hic quartus Adam. Distat autem locus iste non procul ab Hebron, metropoli urbe Allophytorum, in qua fertur quondam fuisse habitatio gigantum, ubi etiam et David postea unctus est in regem. Est autem civitas sortis Judæ in sacerdotibus separata, distans ad australem plagam millibus xxii ab Hierusalem.

## CAPUT II.

6. Abel filius Adam et pastor ovium, in vita innocens, in morte patiens, post mortem non silens, in martyrio primus, in obedientia summus, in sacrificiis Deo placens, in meritis fratri displicens; quem Cain impius, et parricida novus, stimulante invidia innocuum ferro nondum sanguine maculato prostravit, cum adhuc innocens ferrum cruoris humani facinus non haberet.

## CAPUT III.

7. Enoch filius Jared, septimus ab Adam, placens Deo, malorum nescius, mortis ignarus, qui sceleratorum hominum non ferens angustias, a perniciosis contractibus [Al., contactibus] mundi substractus,

8. Recepta apud veteres post Origenem, et probata fuit opinio Adamum fuisse sepultum in monte Calvariarum, in quo etiam excitatum sacellum est, cultui et venerationi Adami consecratum. Vide Bolland., tom. IV Febr., pag. 449. Traditiones Rabbinicas, de Arbee sepulcro Adami, Abraham, Isaac et Jacob, refert sanctus Hieronymus, Quæst. Hebr. in Genesim. AREV.

9. Quo instrumento occisus fuerit Abel incertum. Pictores mandibula armatum Cainum contra fratrem plerumque exhibent, sed nullo prorsus fundamento. Prudentius sarcofo Abelem interfectum asserit in præfat. Hamartigeniæ, vers. 16, quem ad locum plura in hanc rem ex interpretibus sacræ Scripturæ indicavi. AREV.

Ameruit in eum locum transferri vivens unde fuerat protoplastus expulsus. Sublatus est autem annorum trecentorum sexaginta quinque. Manet autem hactenus in corpore; in consummatione mundi restituet [Al., sæculi restituens] cum Elia mortalem vitæ conditionem.

## 155 CAPUT IV.

8. Noe filius Lamech, decimus ab Adam, secundus pater orbis atque reparator, justitia insignis, longanimis in spe; sapiens in opere, solus in terris justus. Iste jussus arcam condidit, admonitus introivit, nec horruit turbulentos diluvii fluctus, nec fragores ventorum, vel murmura cœli expavit, gestaturque per procellas, nec inergitur, serpentibus sociatur et bestiis, nec terretur; cui feræ colla submitunt, alites famulantur.

9. Namque avem misit, redeuntem sustinuit, sed perflida fraude corvi decipitur, ministerio columbæ gestantis ore ramum paciferæ arboris edocetur. Reseratisque foribus arcæ bestias et cuncta animantia per septem dies abire permittens, ipse postmodum egressus cum liberis, Deum collaudat ac lætus victimas immolat. Cujus arcam veteres resedis testantur in Armenia super montes Ararath. Hic nongentesimo quinquagesimo anno mortuus est.

## CAPUT V.

10. Melchisedech rex Salem, sacerdos Dei altissimi primus, verique oblator sacrificii, cujus origo secreta. Hunc esse aiunt Hebræi Sem primogenitum Noe, tritavum Abraham. Ipse est enim pater patrum, prophetarum et apostolorum origo, ipse est qui paterne pietatis benedictione, dominus fratris esse promeruit. Quique versis incedens vestigiis patris genitalia testis, nec derisit ebrium, ut procax et reprobus filius, sed velavit, ut verecundus.

11. Unde accidit, in lege Judæorum parentes a filiis nunquam videri nudatos. Iste Abraham reverenti post victoriam benedixit, idem in typo veri sacrificii de frugibus terræ prior panem et 156 vinum Deo hostiam obtulit, quia sacerdotium et regnum vere primogenitis debebatur, antequam Aaron sacerdotio fungeretur.

12. Hic etiam prior omnium post diluvium urbem Salem condidit, in qua etiam et regnavit, quæ postea Jebus sive Soyma dicta est, et nunc derivato voca-

*Ibid.* Apud Grialium est substractus pro substractus. AREV.

9. Marthio Joannes de Serpos, qui pro Armenorum catholico causa eruditus nonnullos libros in vulgus edidit, sed edi curavit, in Compendio historico Armenia, lib. 1, num. 6, auctores refert qui reliquias arcæ Noe adhuc in monte Ararath asservari contendunt. AREV.

10. Hieron., epist. ad Evagrium. Isidorus, xv lib. Etymolog., cap. 1. FONT.

*Ibid.* Alegatur in Editione Grialii lib. xv Etym., c. 1, quo loco nulla de Melchisedecho mentio; de quo tamen agitur lib. vii, cap. 6, et lib. viii, cap. 5. AREV.

bulo Jerosolyma vocitatur; vixit annis sexcentis, et A perduravit usque ad septuagesimum ætatis Isaac annorum, mortuusque est ac sepultus in civitate sua Jerusalem.

## CAPUT VI.

13. Abraham pater gentium, filius Thare, de stirpe Sem, natione Chaldæus, fide primus, exulsus spontaneus, obediens in præceptis, credulus in promissis, pauper in patria, in peregrinatione locuples, in præliis victoriosus, in victoria non avarus. Reges quinque superavit, et spoliis exiit, captivumque parentem reduxit.

14. Eo summus ut Trinitatem in typo videret, et unitatem in mysterio veneraretur; eo fidelis, ut in promisso genere contra spem naturæ Deo cederet: adeo justus atque devotus, ut indulgentiam unici pignoris divinitati non præponeret; sed incunctanter B præcipienti parens ad immolandum filium religiosus parricida gladio dexteram armaret.

15. Qui dum distrinxit ferrum, unicum pignus in victimam oblaturus, nec natum perdidit, nec hostiam amisit. Filium enim in sacrificium obtulit, et arietem pro filio imanolavit. Vixit autem centum septuaginta quinque annos, sepultusque est in agro Ephron, in spelunca duplici in cuius interiori parte sepultum ferunt Adam, in exteriori vero Abraham. Distat autem hic locus, ut Josephus edocet, septimo ab urbe Hebron stadio, ibique asserit Abraham et filios ejus sepulcrum habere pulcherrimo instructum marmore.

16. Illic etiam, et terebinthum magnam arborem a constitutione 157 mundi fuisse asseverat. Hanc beatus Hieronymus usque ad Constantini imperium perdurasse scribit, ipsa est enim quercus Mambæ Amorrhæi, qui fuit amicus Abrahæ, quæ apud gentiles in tanta exstitit veneratione, ut eam muri ambitu circumseptam solemnem venerationem colerent.

## CAPUT VII.

17. Isaac filius Abrahæ ex promissione in terra Chanaan genitus, semen æternum vocatus, conjugalis vitæ C castimonia clarus, promptus ad gratiam, ad ignoscendum paratus, qui excludentes non armis expulit, sed patientia vicit; qui poenitentes cum bonitate recepit, qui per amorem Dei eo usque detulit honorem parenti, ut ad aram sponte sacrificandus accederet, atque in figuram Christi mortem non recusaret. Obit centum octoginta annorum, sepultusque est juxta patrem suum.

15. Parentem, id est cognatum, vel consanguineum, ut inf. cap. 9. FONT.

Ibid. Quod Isidorus ait, fide primus, Prudentius, in præfat. Psychomachiae, explicuit primo hoc versiculo: Abraham fidelis prima credendi via. Cod. Florent. nonnulli addit: Spontaneus, qui Trinitatem in typo vidit, et unitatem in mysterio veneratus est; hic fuit obediens, etc. AREV.

16. De sepulcro Abraham dictum num. 5. De quercu Mambre, quam alii terebinthum ex verbo Hebraico vertunt, præter sanctum Hieronymum agunt Eusebius, Josephus et alii, in Dictionario biblico Calmeti laudati. AREV.

17. Poenitentes Abimelech, et Ochozach, et Phicol. Genes. xvi. FONT.

Ibid. In Editione Græcæ erat sacrificandum, pro quo

## CAPUT VIII.

18. Jacob filius Isaac, natus in terra Chanaan, dilectus matris, supplantator fratris, humilis quoque, et simplex, et innocentem habitans domum. Illic autem, postquam primogeniti præripuit benedictionem, obedivit matri, et fraternæ iracundiæ patienter cessit, patriamque et parentes relinquens, exul effectus servitatem longam sustinuit, laborem famis pertulit et frigoris, servivit socero, ut pastor mercenarius pavit gregem, expectans non de divisione sed de gregis lucro mercedem; qui peregre profectus, dum consortio egeret hominum, comitatum meruit angelorum.

19. Hic Domino colluctatus prævaluit, hic facie ad faciem Deum vidit; hic famis inopia pulsus, cum præclara progenie ingressus est in Ægyptum. Eminentis centum quadraginta septem annis, naturæ reddidit debitum, sepultusque est cum patribus suis.

## 158 CAPUT IX.

20. Lot filius Aram consanguineus Abrahæ, pater Moab, et Amon, apud Chaldæos natus, homo justus, hospitalis, in Sodomis pleæ casteque inter nefariam gentem conversatus, qui propter solum hospitalitatis officium etiam susceptor effectus est angelorum. Sulphuremque exitium ac Sodomitarum evasit incendium, mansitque postmodum in urbe Segor, quæ est juxta mare Mortuum, ubi balsamum gignitur, et copiosa poma palmarum.

## CAPUT X.

21. Joseph princeps Ægypti, filius Jacob ex Rachel, ortus in terra Chanaan, benedictus in primogenitum Israel, et accipiens primatum Ruben, dilectus patri, et solus præ cæteris hæres paternæ possessionis.

22. Hic zelo sublatus a fratribus in lacum mittitur, ob invidiam venditur, factus humilis usque ad servitutem, patiens usque ad carcerem, pudicus usque ad passionem, si in interpretatione sapiens, in consilio futuri prudens, in regno particeps, in fecunditate ordinator providus, in fame dispensator justus, ad reddendam pro malo bonæ retributionis gratiam promptus, dum injuriam fratribus non rependit, sed fame depulsa necessitatis subsidia contulit.

23. Principatus est in Ægypto annis octoginta. Exactisque ætatis centum et decem annis, longæ quietis gratia diem ultimum clausit. Sepultusque est in Ægypto, D cujus ossa transtulerunt filii Israel in Sichem civitatem

fidenter posui sacrificandus, quod etiam apud Breulium aliosque exstat. AREV.

18. Al. Innocens habitans domi. Al. Innocenter. FONT.

20. Isidorus accedere videtur opinioni illorum qui urbem Segor in litore meridionali maris Mortui collocant, ut ad Arabian pertineat. Eandem urbem, statim ac Lot ex ea recessit, terra hi-cente absorptam, nonnulli tradunt, sed non satis firmis rationibus. Verum de his fusius interpretis. AREV.

23. Vulgata, cap. xlviij. Genes., xliij, sic habet: Do tibi partem unam extra fratres tuos. Pro quo septuaginta referunt: Do tibi Sicimam, præcipuam super fratres tuos. Alii legunt Sichimam, Hebræum verbum est Sechem, aut Sichem, quod a libi Vulgata retinet, et Isidorus hoc loca. ANTV.

tem patris sui Jacob, quam nunc tam Latinj quam Græci Sichimam vocant. Ipsa est autem quæ nunc vocatur Neapolis urbs Samaritanorum, ubi sepulcrum ejus usque in hodiernam diem cernitur.

### 150 CAPUT XI.

24. Judas regalis successione insignis prosapha, cui ducatus bellorum, et Israel traditur regnum, qui nomen genti ex suo nomine dedit, præpotens ut leo in regni virtute, et clarus splendore potentie. Cujus quidem imperii posteritas non cessavit, quousque Christus, quasi catulus leonis, ex germine ejus ortus ascenderet, atque spes gentium ex virginali procedens utero mirabiliter cerneretur.

### CAPUT XII.

25. Ruben primogenitus filius Israel, ætate fratribus major, sed posteritatis numero minor, paternum torum polluit, atque ordinem primogenitæ dignitatis amisit.

### CAPUT XIII.

26. Simeon princeps scribarum, et violatæ pudicitie vindex, non habens hæreditatem, sed manens in tribu Juda particeps in possessione.

### CAPUT XIV.

27. Levi sacerdotalis auctor originis, cum tribu Juda permixtione generis junctus, sed in Israel toto divinus, carens propriæ sortis funiculo, et habitans in universis sortibus fratrum.

### CAPUT XV.

28. Zabulon, possessor maris magni, et littorum, et domiuans in cunctis urbibus Phœnicum et Sidoniorum.

### 160 CAPUT XVI

29. Issachar studiosus in laboribus terræ, possidens Galilæam, et de benedictionis suæ fructibus dona porrigens regibus.

### CAPUT XVII.

30. Dan, cujus ex germine Samson, sceptrum tenet Israel, sortis Nazareus, et triumphator in hostibus, obsidens in morem serpentis Philistinorum semitas, et equitatum ejus, ut regulus; spiritu oris sui depopulans.

### CAPUT XVIII.

31. Gad, in procinctu prælii expeditus, pro fratribus trans Jordanem relictis adversus hostes gentesque dinicavit, et forti brachio victor triumphavit.

### CAPUT XIX.

32. Aser, divitiis insignis, replens deliciis principes.

### CAPUT XX.

33. Nephtholim in piuguedine terræ uberrimus, et in doctrina legis abundans.

### CAPUT XXI.

34. Benjamin inter fratres ortu posterior, impertio

24. Pro imperii posteritas malim imperii potestas. AREV.  
26. CAP. XIX, Josue, 1 et 2: Et egressa est eors secunda filiorum Simeon per cognationes suas; sedique hæreditas eorum in medio possessionis filiorum Juda. Quod satis Isidorus expressit. AREV.

28. Merique Editti exhibent Sifonum, quod videntur approbare Muncherus in not. ad Mythologicon

prior, cujus nativitatibus processus matri dedit occubitus. Ipse est lupus vorax et sanguinarius, qui super basem sortis suæ mane hostiæ sanguinem fudit, et ad vesperam escas principibus et sacerdotibus dividit.

### CAPUT XXII.

35. Ephraim semen Joseph, et adoptivus filius Israel, atque in numero 161 patriarcharum benedictioni testamento relictus; minor ætate fratre, sed majori prælatus gratia benedictionis, in cunctis tribubus fortior, et inter fratres dominator invictus. Hic partem tribus levitarum accepit.

### CAPUT XXIII.

36. Manasses dilatatus in millibus, una cum Joseph patre suo mystice passus tributum [Al. possedit tributum]. Hi sunt patres [Al. propagines] apostolorum et principes populi Judæorum, tribus Jacob, et præclara progenies Israel. Quibus pater moriens pro divitiarum copiis, sanctificationis gratiam dereliquit. Quique, regnante Joseph in Ægypto, regnaverunt, ibique etiam post longam vitæ quietem occubuerunt atque sepulti sunt.

### CAPUT XXIV.

37. Job filius Zaræ de Bosra, rex Idumæorum, quartus post Esau, successor Balach filii Beor, homo gentilis, fide clarus, humilitate summus, hospitalitate præcipuus, in disciplina mansuetus, in elemosynis largus, dives in censu, extemplo factus egenus, locuples in liberis, repente orbis: tentationi traditur, sed contra tentationem fidei lorica armatur [Al. fide religionis armatur], factus gloriosus in certamine, æquanimis in dolore, damna rerum pertulit, funera pignorum doluit, corporisque vulnera patienter accepit [Al. excepit], et inter supplicia semper Deum glorificavit, male suadentem insuper sapienter sustinuit conjugem; verba amicorum ratione superavit; unde, et pro tanta virtute patientiæ, duplici in fine remuneratione sublevatur, recipiens post ræum casum multiplicem claritatem honorum [Al. donorum].

38. Post noctem enim tristitiæ, diem genuit; post fetores ulcerum, casæ fragrantiam edidit, post abjectionem, cornu unctionem regni promeruit, et tibiam in accentu laudis assumpsit. Vixit autem post plagam centum quadraginta annis, et fuerunt omnes dies vitæ ejus ducenti quadraginta octo anni, et mortuus est 162 atque sepultus in regione sua. Hunc Hebræi asserunt non fuisse de genere Esau, sed de Nachor fratris Abraham descendisse stirpe, et fuisse eum temporibus patriarcharum. Nachor enim genuit Hus, de cujus stirpe creditur generatus, secundum quod in exordio voluminis ejus notatur: *Vir erat in terra Hus nomine Job.*

Fulgentii, pag. 29, quia scilicet Editionem Grialii non viderat. AREV.

37. Isidorus cum Ambrosio et August. putat eundem Job et Joab Genes xxxvi; aliter Hieronym., in Heb. Quæst. et quæst. 36 in Genes.

— Al. Sua damna insuper, patientem sustinuit conjugem.

## CAPUT XXV.

A

39. Moyses filius Amram ex tribu Levi, dux et propheta Israel, regis filix adoptivus, Dei amicus, Pharaonis dominus, in rubo flammante et non urente, vocibus angelicis evocatur, quem ut exemplo firmaret Deus, insinuatam ejus manum jussit emori, et rursus retractæ vigorem et motus reddidit, et caloris [Al., coloris]: cujus facies spe [Forte specie] futuræ gloriæ illuminatur, humilis, ut ait quidam sapiens, in recusando ministerio, subditus in suscipiendo, in conservando fidelis, in exquirendo pervigil, in regendo populo vigilans, in corrigendo vehementer, in puniendo ardens, in sustinendo patiens, qui pro subiectis se Deo interposuit consulenti, opposuit irascenti.

40. Hic pro populi libertate propriam objecit salutem, regis sævissimi non minas, non tela trepidavit. Quin etiam extulit contra dracones ejus virgam, ac per manum Dei oppugnatores Israel decem plagis ejus imperium verberavit. Primum in cruorem vertit fontes et flumina, dehinc ranarum multitudinem urbes, muscærum nubibus aera complexit, locustis vastavit cuncta virentia, mortem intulit jumentorum, percussit ulcere homines, vastavit grandine terras, obduxit tenebris cælum, eorumque primogenita valido terrore peremit.

41. Post hæc exspoliavit Ægyptios, eductisque populis eremi pandit iter flamma præcedente columna. Nec mora, mare transiens dividit, refrenatisque hinc inde aquarum cumulis, pergenti populo viam sicco vestigio præbuit. Hostes dehinc operuit fluctibus, atque amaras aquas per tactum ligni in suavitate convertit. Quo etiam inter hæc esurienti Israel cœleste præbuit pabulum, volucrumque escis replevit loca castrorum.

163 42. Percussit insuper petram, atque exemplo dura saxorum crepidine copiosa fluente manarunt. Ascendit quoque verticem montis Sinai, faciem Domini contemplaturus, ibi quadraginta dierum jejunia pertulit; descendens incendit vitulum, sacrilegos prostravit gladio, legem acceptam a Deo populo tradidit, ritumque religionis instituit.

43. Inter hæc quoque bella gessit, victoris claruit, virgam in manu tenens; hostes quos non contigit, superavit: lethiferos aspidum morsus ærei serpentis aspectu sanavit. Dathan et Abiron, terræ compagibus ruptis, viventes profundo hiatus dejecit. Ad extremum conscendit montem Nebo, terramque repromissionis, demonstrante Domino, aspexit. Mortuusque est, jubente Domino, in monte Abarim; sepultusque est a Domino in valle Moab, quæ est in Arabia.

44. Rexit autem populum Dei in oreo annis quadraginta, obiitque annorum centum viginti. Quidam autem eum vivere testantur, pro eo quod sepulcrum ejus non reperitur. Et quia apparuit Domino in monte Thabor cum Elia, mortuum autem illum esse, non raptum, certissime sacra Scriptura testatur.

39. Nomen esse Ægyptiacum Moyses aiunt Philo, Josephus et Aben Ezra.

40. Notata digna occurrit nonnulla Scripturæ discrepantia, quæ ipse varias lectiones videri potest.

PATROL. LXXXIII.

## CAPUT XXVI

45. Aaron frater Moysi, et insignis miraculorum socius, atque in Lege sacerdos Domini primus, cujus virga sorte electa, fronde et germine floruit. Quique thuribulum in dextra gestans, furenti se flammæ opposuit, atque stans inter vivos et mortuos, objectu sui corporis transire ignem ad agmen viventium non permisit. Hic per hostiam victimarum, et sacrificium sanguinis, futuram Christi passionem expressit: hic jus et principatum sacerdotii per ordinem generis et successionis suæ transmisit.

46. Anno quadragesimo egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, cum esset annorum centum viginti trium, mortuus est juxta præceptum Domini in monte Hor, qui est juxta Petram, insigne Arabia urbem. Ibi et sepulta jacet soror ejus Maria, ubi etiam et nunc usque ostenditur rupes, qua percussa, Moyses aquas sitienti populo præbuit. Est autem hic locus in extremis finibus Idumæorum.

## CAPUT XXVII.

164 47. Josue filius Nun, ex tribu Ephraim in Ægypto natus, Moysi discipulus, et potestatis successor, novique prælii triumphator. Qui, quousque expediret victoriam ut sol staret, cœlo imperavit. Jordanis etiam cursum transitu suo resistere [Al., stare] fecit. Jericho inexpugnabiles muros clangentium tubarum sono dejecit.

48. Chanaanæorum evertit regna, reges exstinxit, ac populum Dei solus in terram repromissionis induxit, eamque sorte distribuit. Viginti septem annis præfuit in Israel. Occubuitque centum et decem annorum atque sepultus est in Tamnathsare civitate sua, quæ sita est in latere montis Gaa, contra Aquilonem, ubi usque hodie insigne monumentum ejus ostenditur. Est autem in tribu Dan.

## CAPUT XXVIII.

49. Phinees sacerdos, filius Eleazari sacerdotis, filii Aaron, zelus Domini agens, Zambri coeuntem impudicum simul cum scorto Madianitide telo percussit, atque perpetuus sacerdotii infulas præmiumque victimarum in generationibus Israel meruit, pro eo quod zelo divini amoris accensus iram Domini feriendo placavit.

## CAPUT XXIX.

50. Gedeon filius Joas ex tribu Manasse, genitus in solitudine, liberator populi, et multorum pater exstitit filiorum, manu lortus, consilio strenuus, signis explorans futuræ documenta victoriæ, potentiamque Dei in vellere. Hic cum trecentis viris aquam lingua lambentibus, non tela in dextris, sed tubas, nec læva clypeum, sed hydrias præferentibus, hostem terrore percussit, ac victor de Amalech fortiter triumphavit. Judicavit Israel annos quadraginta, mortuusque est senex, et sepultus in sepulcro Joas patris in Ephra de familia Ezri.

Legendum videtur *Dei propugnatoris Israel*. ARKV.

50. De hoc Isidori capite conferendi sunt Bollandiani, ad diem 7 Septembris, pag. 85. ARKV.

## CAPUT XXX.

**165** 51. Jephthe Galaadites, felix in praeliis, fidelis in promissis, affectum pietatis exsuperans tolerantiam mentis. Hic enim vocerat Deo, ut si quid illi post victoriam revertenti primum occurreret, immolaret. Nam rediens ex hostibus, Ammonitarum triumphator, ne pollueretur labe perjurii, pollicitam sponsonem contempnit, ac filiam, quæ victori occurrerat, immolavit. Judicavit Israel sex annis, et mortuus est sepultusque in civitate Galaad, quæ est in dimidia tribu Manassæ.

## CAPUT XXXI.

52. Samson, filius promissionis, genitus patre Manue ex tribu Dan, Nazaræus vocatus, liberator Israel, et omnium fortissimus. Iste rugientem mactavit leonem, favumque ab ore mortui tulit, seras quoque portarum humeris tollens, in vertice montis imposuit. Vulpium caudis igne vinctis totam regionem Philistinorum succendit. Vinctus etiam rescissis funibus, maxilla asini mille viros peremit. Nervis intacta vincula, ut lanæ fila, dissipavit.

53. Post hæc avaritia illecebrosæ mulieris decepto detonsis crinibus, vim suæ virtutis amisit: nec mora, effossis oculis, columnas templi concutens, ruina oppressus pariter cum hostibus defecit. Judicavit Israel annis viginti et positus est in sepulcro patris sui in civitate Esthaol, quæ est in tribu Juda, decimo procul lapide ab Eleutheropoli, contra septentrionalem plagam, juxta viam quæ ducit Nicopolim.

## CAPUT XXXII.

54. Samuel propheta, filius Elcana, de Ramatha, ex tribu Ephraim, connumeratus Moysi in sacerdotibus Dei, ab ip-sis cunabulis Domino **166** consecratus, sedulus in ministerio, in gente princeps, in templo vates, cujus verbo obtinuerunt cœli, occurrerunt nubila, effusi sunt imbres.

55. Hic triumphator ex hostibus, Adjutorii lapidem posuit; hic primum principem in regno unxit. Sepultus est autem in vico suo Ramatha quæ est in Bethlehem; cujus ossa Arcadius Augustus de Judæa in Thraciam transtulit, et super tymulum ejus Christi aram erexit.

## CAPUT XXXIII.

56. David, rex idem atque propheta, ortus de genere Juda, filius Jesse, natus in Bethlehem, puer pastor ovium inter fratres ætate minor, virtute præstantior, a Domino in regnum vocatus, a propheta in regem unctus, belliger juvenis, in certamine singularis, in triumpho gloriosus, vincendo, veteranus, patiens in adversis, prudens in periculis, in peccato proprio dolens, in alieno funere lugens, pronus ad pœnitentiam, velox ad veniam, in convicio mitis, ad misericordiam facilis.

57. Qui inimicum regem, dum posset, innocuum non tantum reservavit traditum, sed et vindicavit occisum.

51. Laudat Isidorus, quod Jephthe fidelis in promissis filium immolaverit. Quæ sententia a nonnullis sanctis Patribus recentioribusque theologis probata, testimonio sancti Pauli, Hebr. xi, 32, 33, confirmari potest. Alii in alias abeunt sententias, quæ exponuntur a Calmet in erudita Dissertatione de Veto Jephthe. AREV.

55. Al., inter Sara, et Esthaol. Ind. xvi. FONT.

A Hic leonem et ursum sine gladio interfecit, citharæ suavitate immondum spiritum pepulit, gigantem expugnavit. Ig tur quadagesimo regui, et septagesimo ætatis annis, diem vitæ supremum consummavit, sepultusque est in civitate sua Bethlehem, quæ aîo vocabulo dicitur Ephrata, ubi etiam Dominus no ter Jesus Christus secundum carnem est natus.

58. Ibi quoque, et Rachel, cum Benjamin peperisset, occubuit. Ibi etiam sepulcrum Jesse patris David ostenditur. Est autem hic locus in tribu Juda sexto ab Jerusalem milliario positus contra modicum in itinere quo pèrgitur in Hebron.

## CAPUT XXXIV.

59. Salomon filius David editus ex Bethsabe in Jerusalem, antequam nasceretur, vocatus sapientissimus omnium, et dominici dedicator templi: felix imperio, paternis meritis impar, dilectus a Deo, sapiens in judicio, in sententia justus, pacificus in regno. Qui poposcit **167** sapientiam, et impetravit, ut sciret dispositionem orbis terrarum, et virtutes elementorum, naturas animalium, et cogitationes hominum.

60. Hic quoque mores composuit, rerum naturas reperit, sacramenta Christi et Ecclesiæ revelavit. Cujus principia bona fuerunt, novissima vero mala. Nam, post multarum virtutum gloriam, amore depravatus femineo, et acceptam sapientiam perdidit, et in profundum idololatriæ stensa ruina demorsus est. Quadraginta annis regnavit, quinquaginta et duobus ætatem peregit. Dehinc finem imperio et vitæ dedit, sepultusque est in civitate patris sui Bethlehem.

## CAPUT XXXV.

61. Elias Thesbites sacerdos magnus atque propheta, habitator solitudinis, fide plenus, devotione summus, in laboribus fortis, industria solers, excellenti in enio præditus, in exercitatione disciplinæ structus, in sancta meditatione assiduus, metuque mortis intrepidus, verberavit tyrannos, sacrilegos interfecit, multisque signis virtutum effulsit. Triennii namque siccitate clausit imbribus cœlum. Oravit rursus, et cœlum dedit pluvias, mortuumque mulieris filium suscitavit.

62. Cujus virtute hydria farinæ non defecit, vas olei perpetuo fonte manavit. Cujus verbo super sacrificium ignis de cœlo descendit. Hic duos quinquagenarios cum militibus cœlesti igne combussit. Jordanem transiens, tactu melotis abruptit. Post igneo curru in cœlum raptus ascendit, venturus juxta Malachiam prophetam in fine mundi, ac præcessurus Christum, nuntiaturus ultimum ejus adventum cum magnis virtutibus prodigiisque signorum: ita ut etiam in terra bellum gerat Antichristus adversus eum, vel qui cum eo venturus est, et occidet eos, cadavera quoque eorum in plateis insepulta jacebunt.

63. Dehinc suscitatus a Domino regnum Antichristi

60. Cantica Canticorum videtur innuere Isidorus, dum ait Salomonem sacramenta Christi et Ecclesiæ revelasse. AREV.

62. Adversus eum, vel qui cum eo: hoc est, adversus eum et qui cum eo; nam vel pro et ponitur. AREV.

65. Tertullianus, lib. de Anima, c. 33 et 50, de Elia et Henoch: Mortuori reservantur, ut Antichri-



plaga magna **168** percuciet. Post hæc veniet Dominus, et interficiet Antichristum gladio oris sui, et eos qui adoraverunt eum. Et regnabit Dominus cum omnibus sanctis suis in gloria sempiterna.

64. *Item.* Elias Thebites de terra Arabum, de tribu Aaron, cum esset in utero matris suæ Galaath, Sobac pater ejus somnium vidit, quod nascentem Eliam viri candidis vestibus salutabant, ignisque eum vestimentis [Al. institis] obvolvabant, atque pro cibo ignem ei ad nutriendum subministrabant. Hoc visam pater ejus prophetis in Jerosolymis indicavit, hocque ab eis accepit responsum: Ne timueris, inquit, erit enim natio ejus lumen, verbumque ejus fixis sententiis. Judicabit enim Israel in gladio et igne.

#### CAPUT XXXVI.

65. Elisæus Eliæ discipulus, ex Abel Meula oppido, ex tribu Ruben, in cujus ortu aurea vitula in Galgalis mugitum dedit, ejusque vox in Jerusalem personavit. Tunc quidam præsaus vates prædixit: Hodie in Israel natus est propheta, qui cuncta eorum destruet idola.

66. Illic gemino Eliæ glorificatus spiritu, plurimis atque magnis virtutum signis emicuit. Jordanem transitu suo divisum, refrenatis undis, retro convertit; aquas Jericho steriles, demerso vasculo, ad fecunditatem perduxit; pueros insultantes sibi verbo tradidit bestiis repente vorandos; sanguineas aquas in necem hostium decurrere fecit: inter hæc sterilem conceptionem verbo fecundavit, ejusque filium mortuum suscitavit; ciborum temperat, amaritudinem, **169** denique ex decem panibus plebe relecta reliquias collegit.

67. Et Naaman lepræ stigmatibus lavacro Jordanis purgavit; lepra quoque maledictum aspersit discipulum: ferrum securis in Jordane mersum, ligno in aquas misso, supernatare fecit. Hostes Syriæ cæcitate percussit, mortem incredulo prædixit, fragore quadrigarum fugavit hostem, obsidionem dispersit, famem repulit.

68. Postremo post mortem exanimis cadaveri vitam reddidit. Cujus sepulcrum usque hodie in Sebastia civitate ostenditur honore sua dignum, et digne habitum veneratque.

#### CAPUT XXXVII.

69. Isaias filius Amos, non Amos prophetae, sed al-

iam sanguine suo exstinguant. Quod dehinc suscitanti erant a Domino, ut regnum Antichristi magna plaga percuciant, fortasse non alio innititur fundamento, nisi his verbis Tertulliani. Certum tamen est, quod resurgent ad gloriæ immortalitatem. AREV.

64. Hæc addebantur in tribus exemplaribus Isidori, et habet Epiphanius, in Vita Eliæ.

65. *Abel Meula*, III Reg. xix. *Abel Muth*, in Epiphano. *Abel Buel*, in Dorotheo.

*Ibid.* in Vulgata scribitur *Abel mehula*. In Dorotheo Tyrio mendum est *terra Rubim* pro *ex tribu Ruben*. Opusculum inscribitur *De sanctis prophetis, apostolis et LXX Christi discipulis*, ac falso Dorotheo ascriptum creditur. Editum fuit ab Alberto Fabricio simul cum Isidori et aliorum de simili argumento libris, cui etiam aliud anonymum opusculum de XII apostolis in Bibliotheca ecclesiastica inseruit. Vaticinium præsagii vatis, quod Isidorus refert, in eo Dorothei opere similiter narratur. AREV.

68. *Sebastopolis Samariæ*, ait Epiphanius.

terius, qui simili nuncupatus est nomine: ille enim ex numero pastorum fuit de oppido Thebæ, hic autem genere nobilior ortus in Jerusalem; quem etiam aiunt Hebræi socerum fuisse Manasse. In quo tantæ fuit sanctitatis et vitæ excellentia, ut unam tantum dicatur habuisse tunicam, et hanc cilicicam, quaque etiam postmodum pro delicto populi subjecta, sacco membra cooperuit.

70. Sed, et hoc ad extremum depositio, juxta Domini imperium nudo corpore nudoque vestigio in conventu populorum versatus est, sicque fervorem æstivum hiemisque pruinas atque imbrium tempestates sustinuit, ut, et Dei præceptis obediret, et populi deploraret delicta.

71. Hic quindecim gradibus ascendentem umbram retrodescendere jussit. Hujus oraculo rex Ezechias mortis dilationem promeruit. Hunc autem Manasses extensum à vertice per medium secuit, atrocique supplicio excruciatum extinxit.

72. Tradunt autem Hebræi duabus ex causis interfectum fuisse **170** Isaiam: una, quod eos appellaverit principes Sodomorum et populum Gomorrhæ; altera, quod, testante Domino ad Moysem: *Non poteris videre faciem meam*, isto ausus est exclamare: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum; non animadvertentes cæcati mente Judæi, quod in sequentibus faciem et pedes Dei Seraphim texisse narraverat, ac media tantum ejus vidisse propheta ascribit. Jacet sub quercu Ragol, juxta decursus aquarum, quas Ezechias rex Juda mole constructa terræ exposuerat.*

#### CAPUT XXXVIII.

73. Jeremias ex tribu sacerdotali ortus, in vice Anathot, qui e tribus milibus ab Jerusalem, sacerdos in Judæa positus, propheta in gentibus consecratur, antequam plasmaretur agnitus, antequam procederet sanctificatus, et ut virgo permaneret, admonitus. Illic prædicare puer cepti, arguens populum ad delicta, et scriptis cohortans ad poenitentiam, sed plebis perfidæ sævientis crudelitate afficitur sæpe atque ligatur, in carcerem etiam mittitur, projicitur in lacum, catenis cingitur, ad altitum apud Taphnas in Ægypto a populo lapidatur.

69. Hebræi asserunt Amos patrem Isaiæ fuisse (patrem Amasie regis Juda, de quo IV Reg. xiv.

70. An nuditas Isaiæ ad litteram accipienda sit, dissident interpretes, ad cap. xx Isaiæ. 2. AREV.

71. Isaiam terra per medium sectum, constans traditio veterum est. Vide Calmetum in Dissertat. de suppliciis Hebræorum ad Deuteronomium, et in Prolegomenis ad Isaiam. AREV.

72. *Tradunt.* Origin. in Isaiam, et Hieronym. *Ibid.* *Exposuerat.* — *Obstruxerat*, ait Hieronym.

*Ibid.* Notandum etiam hoc loco, quod sæpe alibi notavi, Isidorum interdum nominativum pro ablativo absoluto adhibuisse, ut non animadvertentes Judæi pro non animadvertentibus Judæis, nisi referas ad tradunt, quod præcessit. De sepulcro Isaiæ Dorotheus sic refert: *Conditusque sub quercu est prope fontem Royal, juxta transitum aquarum, quas Ezechias rex pulvere obstruxerat.* Alii narrant translatum corpus prophetae fuisse Paneadem ad fontes Jordanis inde Constantinopolim. AREV.

74. Sepultus est in eo loco, ubi Pharaon rex Ægypti habitavit. Verumtamen, quia precibus suis serpentibus ab eo loco effugatis, Ægyptios a noxio aspidum morsu eripuit, insigni cum veneratione amplissimoque honore iidem Ægyptii colunt, sepulcrumque ejus insigni cultu hactenus venerantur.

## CAPUT XXXIX.

75. Ezechiel sacerdos, filius Buzi, genitus in terra Sarira, in typo Christi filius hominis nuncupatur. Hic captivum cum Joachim in Babyloniam ductus, ad concaptivos prophetavit, corripiens eorum 171 offensiones, et zelo Dei motus cuncta eorum crimina turpitudinesque arguens. Quem dux populi Israel interfecit, pro eo quod severitate et auctoritate pontificali corripere retur ab eo ob impietatem sacrilegii. Sepultus est a populo in agro Maurim, in sepulcro Sem et Arphaxat.

## CAPUT XL.

76. Daniel, de tribu Juda in Betheron superiore natus, genere nobilis, princeps omnium Chaldæorum, regumque prosapia et florens patriæ nobilitate. Hic sub Joachim rege Juda, post excidium Jerusalem, cum tribus pueris admodum puer in Babylonem translatus, et princeps Chaldæorum effectus est, vir gloriosus, et aspectu decorus, mente humilis, corpore castus, perfectus in fide, egregius in opere, in virtute summus, in prodigiis clarus, terribilis in signis, cognitor secretorum cælestium, præcius futurorum, visionum interpretis, vindex castimoniarum; qui continuatis jejuniis et orationis instantia futura prænoscere meruit sacramenta.

77. Hic inter cætera visionum mysteria, his virtutum gestis atque signis effulsit. Principio sceleratorum sanum mendacium reprehendens, castitatem feminæ revelavit; tribus hebdomadibus dierum exorans pro populo jejunavit; simulacrum Bel divinæ aspirationis argumentis elisit: draconem Babyloniarum numen ejusdem gentis, ossa pico, et adipe, et capillis confecta, divinæ mentis instinctu, incredibili admiratione disruptit; in lacum quoque missus, rabiem mitigavit ferarum, atque virtute animi fortis inter frementes senex epulatur leones.

78. Hunc Darius, postquam Babylonium subvertit imperium, honore maximo habitum, secum tulit et in Medos abduxit. Qui etiam fertur dedisse signa in montibus super Babyloniam, dicens: Dum montes a Borea sumaverint, finem instare Babyloniarum; dum visi fuerint incendiis conflagrare, finis erit totius mundi. Item dum ad partem Noti refluxerit Tigris, regressio erit populi ad Jerusalem. 172 Vixit autem usque ad tempus Darii regis Persarum, annis centum et de-

74. *Aspidum.* Hieronym., *rocodilorum* ait Epiphanius et Dorotheus.

*Ibid.* Jeremiam lapidibus a Judæis obrutum fuisse, sensit etiam Tertullianus, Scorpiac. cap. 8. AREV.

76. *De tribu Juda.* Vid. Epiph., Hieronym., Joseph.

*Ibid.* Pro prænoscere alii habent prænotescere, quod Isidorianum puto pro prædicere, notum prius reddere; nam supra jam est præcius futurorum. In Cod. Palat. est promeruit pro prænotescere, aut prænoscere. AREV.

77. Fortè, mendacium deprehendens. Consonat his Dorotheus. Vide etiam Josephum, De Antiq., cap.

cem, sepultusque est jam senex in spelunca regia, solus in captivitate cum gloria.

## CAPUT XLII.

79. Osee de tribu Issachar, ortus in Belemoth; hic prænuntiatus dedit signum: Veniet Dominus in terram suam, si quærens, quæ est in Silo, ex semetipsa in duodecim divisa fuerit partes, totidemque quærens effecerit. Hic in terra sua sepultus, placida quiete dormivit.

## CAPUT XLIII.

80. Joel, hic scit de tribu Ruben, natus in agro Betheron, ubi etiam in pace mortuus est atque sepultus.

## CAPUT XLIII.

81. Amos, pastor, et rusticus, et ruborum mora distringens, propheta non genere, sed gratiæ vocatione. Hic autem fuit ex oppido Thecue, quod distat ad australem plagam sex millibus contra Bethlehem. Ultra autem nulla est habitatio, sed sola eremi diffusa vastitas patens, usque ad mare Rubrum, atque Judæorum [Al., Indorum] fines, solis tantum pastoribus conscia, et late vagantium pecorum.

82. Ex hac itaque pastorali regione fuit Amos, unus de numero pastorum, quem Dominus ablatum indemisit ad populum Israel, præcipiens ei ut in Samaritaniam pergeret, et ibi quæ ventura erant prophetaret, quem Amasias rex frequenter plagis affecit; novissime Ozias filius ejus, vecte per tempora transfixo, crudeli morte vecavit. Post hæc semivivus, evectus in terram suam, post aliquot dies dolore nimio vulneris animam cunctanter [Al., cunctantem] efflavit, sepultusque est cum patribus suis.

## 173 CAPUT XLIV.

83. Abdias, de terra Sichem, ortus in agro Bethacaram. Iste est ille, qui sub Ochozia rege Samaritanie, centum pavit prophetas. Iste est tertius ille dux cui peperit Elias, qui postmodum, relicto Ochozia regis ministro, Eliæ factus discipulus prophetavit. Quique etiam morte propria obiit, sepultus cum patribus suis in Sebastia civitate, ubi et Elisæus propheta et Joannes Baptista venerabiliter requiescunt.

## CAPUT XLV.

84. Jonas, columba, et dolens, filius Amathi, qui fuit de Geth, quæ est in Opher, ad gentium præconia mittitur, missus contemnit, contemnens fugit, fugiens dormit: propter quem periclitabatur navis, sed magis er navis latentem reperit, cæcus abjectum devoravit, orantem revomuit; rejectus prædicavit subversionem.

85. Sed contritus in penitentia urbis, et salut. l. 10. AREV.

79. *Belemoth* etiam Epiphanius et Dorotheus.

— *Si quærens.* Al. *Quasi quærens, quæ est in Silo, cum ex semetipsa.*

80. *De tribu Ruben.* Hieronym., Epiphanius.

85. Quo tempore prophetaverit Abdias, inquit Mariana in not. ad librum Præmiorum, n. 67, qui etiam similes de aliis prophetis quæstiones explicat in notis ad eundem librum, a nobis sub loco describendis. AREV.

Ante gentium invidit; gaudet etiam sub hederae vi-  
rentis umbraculo, et dolet subito arescente. Tradunt  
Hebræi, hunc esse viduæ filium quem a mortuis susci-  
pavit Elias. Cujus sepulcrum in quodam urbium Geth  
viculo demonstratur, quod est in secundo milliario a  
Sæphorium in itinere quo pergitur Tiberiadem.

## CAPUT XLVI.

86. Michæas, de tribu Ephrem in Morasthi ortus est.  
Hic quoniam peccantem Achab sæpius arguebat, sub  
Joram filio ejus de præcipitio magno projectus occu-  
buit, Sepultus est in terra qua juxta Polyandrum,  
quod est prope Naim.

## 174 CAPUT XLVII.

87. Nahum, de tribu Simeon, in Helcesi trans Betha-  
rim natus, ibique mortuus, suo jacet in tumulo.

## CAPUT XLVIII.

88. Habacuc, de tribu Simeon, in agro Bethsachar  
ortus est; hic ante biennium regressionis filiorum Is-  
rael de captivitate, in agro Sabarith, qui est in Ceila,  
a vita decessit.

## CAPUT XLIX.

89. Sophonias, de tribu Simeon, filius Chusi, in agro  
Sarabath ortus, et gloriosa majorum suorum stirpe  
progenitus, prophetavit, mortuusque est atque sepul-  
tus in agro suo.

## CAPUT L.

90. Aggæus, natus in Babylonia, juvenulus Jerusalem  
venit, ædificationem templi ex parte asperit, ac juxta  
sacerdotum monumenta gloriose sepultus requiescit.

## CAPUT LI.

91. Zacharias de regione Chaldæorum valde senex  
in terram suam reversus est, in qua et mortuus est ac  
sepultus juxta Aggæum, quiescit in pace.

## CAPUT LI. B.

92. Malachias post egressionem populi, in Sophia est  
genitus; vir justus et aspectu decorus, quem Judæi  
Malachiam, id est angelum Domini ideo asserunt voc-  
citatum, quia quæcunque prædicebat, 175 confe-  
stim, angelo de caelis veniente confirmabantur. Illic  
autem admodum juvenis moritur, atque in agro pro-  
prio sepelitur.

## CAPUT LIII.

93. Nathan propheta, ex Gabaonitis, qui David re-  
gem legem Dei docuit, et peccatum quod esset in Beth-  
sabæe prævaricatus manifestavit. Illic etiam quod non  
ædificaret David Domino templum prædixit. Illic Sa-  
lomonem ungens, in principem consecravit. Obiit au-  
tem senex in terra sua, sepultusque est cum dignitate.

## CAPUT LIV.

94. Achias Silonites de civitate Heli sacerdotis, ubi  
primum tabernaculum et arca Dei erat, Salomoni regi  
prædixit, quod per mulieres gentium a mandatis Dei  
declinaret, et divisionem populi in prole non tacuit.

87. Dorotheus: *Et in terra sua sepultus. AREV.*

91. Hoc caput deest in aliis: Vide, infra, cap. 97.

95. Propheta a leone strangulatus, de quo in  
Reg. xiii, a Dorotheo vocatur Joath; in Constitutio-  
nibus Apostolicis, lib. iv, cap. 6, Adonias, quem ad  
locum videndus Cotelarius. Alii Semeam eum pro-

A Mortuus est ergo Achias, atque sepultus juxta quercum  
in Silo.

## CAPUT LV.

95. Addo in Samaria [*Al.*, Sama Samariæ] natus est.  
Illic est qui ad Jeroboam immolantem vitulum mis-  
sus, in sermone Domini venit, eumque arguit immolantem.  
Hunc ad propria revertentem propter inobedientiam  
leo in via strangulavit, sepultumque tenet Bethel et  
prophetam illum qui eum scellerat.

## CAPUT LVI.

96. Azarias in terra oritur Sabatha, mortuusque  
est ac sepultus in agello suo.

## CAPUT LVII.

97. Zacharias propheta atque sacerdos, filius Joiadas  
sacerdotis, 176 qui et Barachias cognominatus est,  
B quem congregatus in atrio domus Domini populus, juxta  
Joas regis imperium missis in eum lapidibus extin-  
xit. Hunc sublevatum continuo sacerdotes juxta pa-  
trem suum sepelierunt in Jerusalem.

## CAPUT LVIII.

98. Tobias filius Ananias, ex tribu Nephtholim de ci-  
vitate Cibel, quæ est in regione Galilææ. Illic captivus  
ductus est a Salmanasar rege Assyriorum in Ninive.  
Vir in timore Dei summus, in opere magnificus, in  
misericordia gloriosus, in exsequiarum curis devotus;  
qui dum mortuos sepeliret, et inopes paceret, cæci-  
tate lumine caruit, et post tenebras reseratis oculis,  
lumen claritatis promeruit. Jacet in Ninive civitate  
sepultus in pace.

## CAPUT LIX.

99. Tres pueri, ex stirpe regia c'ari, memoria glorio-  
si, scientia eruditi, fide pares, devotione stabiles, lu-  
corrupti corpore, sobrii mente, judices provinciarum,  
et regionum principes, paternarum quoque memores  
legum, et a cibus gentilium vel immolatis nequaquam  
polluti, leguminibus vitam degentes et oleribus.

100. Hi vigore virtutis contempserunt mortem, idolo-  
rum non adoraverunt ritum, regem sævissimum fidei  
virtute vicerunt, restinxerunt quoque camini flam-  
mantis incendia, et inter horrendas spissa caligine  
flamas hincum apertis vocibus cecinerunt. Jacent  
in Babylonia pariter sub uno specu positi, et cum  
magis veneratione sepulti.

## CAPUT LX.

101. Esdras sacerdos Dei, qui a plerisque Malachias,  
id est angelus Dei vocatur. Illic sacræ scriptor exstitit  
historiæ, atque alter lator legis post Moysem, nam-  
que post captivitatem legem incensam ex gentibus  
renovavit, Hebraicarumque litterarum elementa  
177 invenit. Illic reduxit Israel, et reædificare fecit  
Jerusalem. Mortuus est autem ac sepultus cum patri-  
bus suis humatus in Jerusalem.

phetam appellant, alii Joamum. Nonnulli Achiam  
fuisse suspicantur. Non facile est, nec refert, verum  
nomen investigare. AREV.

101. Nonnullos existimasse Malachiam fuisse Es-  
dras, legitur etiam in Proœmiis, ubi quædam Ma-  
riana annotavit. AREV.

CAPUT LXI

102. Zorobabel et Nehemias, ex tribu Juda, sub Dario rege te...plum Domini edificant, muros Jerusalem extruunt, atque Israel ad pristinum statum reducant, cultum quoque religionis jusque sacerdotum et Levitarum restituunt. Item et ipsi in Jerusalem sepulti quiescunt.

CAPUT LXII.

103. Esther regina, filia fratris Mardochei, de stirpe Benjamin, captiva de Jerusalem in urbem Susim translata est, atque aspectu formæ, et perspicua virginitatis excellentia regi Persarum connubiis copulata. Hæc, ut populum suum a periculo liberaret, morti se obtulit, amicamque regis adversus populum Dei nefaria persuadentem, cruci tradendum persuasit, gentemque liberam ab excidio eruit atque a servitute eripuit. Jacet sepulta in Susis, urbe Medorum, in qua etiam regnavit.

104. Fontidonius diversimodum in lectione indicat *Aapali* pro *Bethulia*. Sed quid sit *Aapali*, non intelligo. Græcus et Syrus ferunt Manas em sepultum fuisse in agro inter Dothaim et Belmon. Pro *Belmon* alii legunt *Belmain*, *Belma*, *Bilem*, *Baalmeon*. Putant nonnulli sermionem esse de *Abila*, *Abelina*, aut *Abilina*. Verum non satis hæc coherent cum Vulgata nostra, quæ præferenda est, *Judith*, viii, 3: *Mortuus est (Manasses) in Bethulia civitate sua, et sepultus est illic*

A

CAPUT LXIII.

104. Judith vidua, filia Merari, de tribu Simeon, magnanimis in gloria, viris præstantior. Hæc pro salute populi morti se obtulit, nec trepidavit furorẽm regium. Nam dormientem necavit principem, salvo pudore suis civibus triumphum victoriae reportavit. Vixit autem annis centum et quinque, sepultaque est in spelunca viri sui *Manasse* in *Bethulia* civitate, quæ est in tribu Juda inter *Dothaim* et *Balmon* [*Al.*, *Babylon.*]

178 CAPUT LXIV.

105. Machabæi septem fratres, in fide stabiles, in spe fortes, diviniæ legis constantissimi observatores, inter tormenta acerbissima patientes, ab Antiocho rege pro lege Dei cum matre eorum atrociter interempti, coronas martyrii meruerunt.

B

106. Machabæi quoque, quos triumphos gesserint adversus gentem Persarum, vel de circumfinitis aliis nationibus, et quomodo pro legis observantia plurimum sunt puniti, eorum plenissime narrat historia.

*cum patribus suis. Et cap. xvi, 28: Ac sepulta (Judith) cum viro suo in Bethulia. AREV.*

105. In Cod. Veron. ita de Machabæis legitur: *Machabæi septem fratres ab una matre nomine Machabæa geniti, custodientes legem, patria traditione non manducantes carnes porcinas. Ob hoc ab Antiocho rege sævissimo in Antiochia martyrii gloria coronati sunt cum matre sua, atque sepulti cum magna veneratione. AREV.* In sex exemplaribus hoc posterius tantum legitur.

EX NOVO TESTAMENTO.

- LXV. Zacharias.
- LXVI. Joannes.
- LXVII. Maria.
- LXVIII. Simon Petrus.
- LXIX. Paulus.
- LXX. Andreas.
- LXXI. Jacobus Zebedæi.
- LXXII. Joannes.

- LXXIII. Philippus.
- LXXIV. Thomas.
- LXXV. Bartholomæus.
- LXXVI. Matthæus.
- LXXVII. Jacobus Alphæi.
- LXXVIII. Judas Jacobi.
- LXXIX. Matthias.

- LXXX. Simon Zelotes.
- LXXXI. Duodecim Apostoli.
- LXXXII. Lucas Evangelista.
- LXXXIII. Marcus Evangelista.
- LXXXIV. Barnabas.
- LXXXV. Timotheus.
- LXXXVI. Titus.

CAPUT LXV.

107. Zacharias et Elisabeth ante Deum justi, steriles in juventute, secundum in senio, requiescunt in Jerusalem.

179 CAPUT LXVI.

108. Joannes Baptista filius Zachariæ, ex tribu Levi, in Jerusalem ortus, angelo denuntiante conceptus, prænuntius Christi, præco Judicis, propheta Altissimi, vox Verbi, amicus Sponsi, testis Domini, lucerna Luminis, terminus prophetarum, baptismatis initium; qui prænuntius parentis vocem abstulit, genitus officium linguæ resolvit; qui necdum editus Christum prophetavit, salutavit in utero, in columba agnovit, in deserto monstravit.

109. Cujus vestimentum lanugo fuit camelorum, habitatio eremus, victus mellis, et locustarum cibus. Hic, dum Herodi prohiberet fraternum violare connubium, carceralibus tenebris mancipatur. Cujus caput regis filia Iudi præmium a patre postulavit; at ille desectum male poscenti filiae æbrius inter pocula dedit.

112. *Quidam. Vid. Ambros.*

*Ibid.* Hic Isidori locus laudatur ejus nomine ab auctore sermonis de Assumptione Mariæ virginis, qui a nonnullis Ambrosius Aulpertus esse creditur; Cujus verba protuli in Isidorianis, cap. 61, num. 12.

C

110. Sepultus est in Sebastia oppido Palæstinae, quæ olim Samaria vocabatur; quam Herodes rex Judææ, Antipatri filius, ob honorem Cæsaris Augusti, Græco sermone Augustam vocavit.

CAPUT LXVII.

111. Maria (quæ interpretatur Domina, sive Illuminatrix), clara stirps David, Virga Jesse, Hortus conclusus, Fons signatus, Mater Domini, Templum Dei, Sacrarium Spiritus sancti, Virgo sancta, Virgo feta, virgo ante partum, virgo post partum, salutationem ab angelo accepit, et mysterium conceptionis agnovit; partus qualitatem inquiri, et contra legem naturæ obsequii fidem non renuit, quam Dominus ipse in cruce positus, per sanguinem Testamenti virginis commendavit discipulo, ut ipsum mater haberet vitæ: comitem quem filius noverat integritatis esse custodem.

D

112. Hanc quidam crudeli necis passione asserunt ab hac vita migrasse, pro eo quod justus Simeon completens brachiis 180 suis Christum, prophetaverit, matri Quod ait Isidorus, *nec obitus ejus uspiam legitur, Aulpertus, sive quis alius auctor, ita explicat: Nec invenitur apud Latinos aliqui tractatorum de ejus morte quidpiam aperte dixisse. Sanctus Epiphanius probabilis esse censebat Deum gratiam immortalitatis*

dicens : *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* A lem, tertio lapide ab Urbe, ad orientalem plagam.

Quod quidem incertum est, utrum pro materiali gladio dixerit an pro verbo Dei valido et acutiori omni gladio ancipiti. Specialiter tamen nulla docet historia, Mariam gladii animadversione peremptam, quia de obitu ejus usquam legitur. Dum tamen reperitur ejus sepulchrum, ut aliqui dicunt, in valle Josaphat.

#### CAPUT LXVIII.

113. Simon Petrus filius Joannis, frater Andreæ, ortus in vico Bethsaida provincie Galilæe, qui est juxta stagnum Genesareth, cujus prima vocatio nominis Bar-Jona, legis directæ generatio est. Petrus in Christo Ecclesie firmamentum est. Cephas corporis Christi principatus et caput est. Simon Joannis, virginitalis regeneratio incorrupta est.

114. Qui dum juxta Joannem habeatur tertius, juxta Matthæum eligitur primus : nec immerito, quia Apostolorum princeps est. Et confessor primus Filii Dei, et discipulus, et pastor humani gregis, Petra Ecclesie, clavicularius regni, amator Domini, atque negator : confitendo laudatus, præsumendo elatus, negando lapsus, lacrymando purificatus, confitendo probatus, patiendo coronatus, cui nomen ex opere datur, titulus ex merito potestatis imponitur.

115. Hic in Galatia, Ponto, Cappadocia, Bithynia, Asia, atque Italia Evangelium prædicavit, atque hanc virtutum signis effulsit. Pendulo gressu fervidum mare calcavit, præteriens umbra sua mortuos **181** animavit, laudis præstinum reiteravit officium, paralyticis fluida membra in proprium reparavit statum.

116. Inter hæc defunctam viduam suscitavit. Ananiam et Saphiram reus perfidie, mortis animadversione damnavit. Simonem etiam magicis artibus cœlum conscendentem ad terram elisit. Hic postquam Antiochenam Ecclesiam fundavit, sub Claudio Cæsare contra eundem Simonem Magum Romam pergit, ibique prædicans Evangelium vixit quinque annis, ejusdem urbis tenuit pontificatum.

117. Sexto autem et tricesimo anno post passionem Domini, a Nerone Cæsare in urbe Roma deorsum, ut ipse voluit, crucifixus est. Sicque post apostolicum meritum, etiam martyrio coronatur. Sepultus Romæ in Vaticano, secus viam Triumphalis Virgini concessisse, sed Ecclesie universæ sensus repugnat, et solum controversia est inter scriptores, utrum Ephesi an Hierosolymis obierit; quam fassè persequitur Tillemontius, tom. I, sex primor. Eccles. sæcul., in Vita Dyparæ, et in notis. AREV.

113. *Caput.* Quasi *caput*.

*Ibid.* Quod innuit Isidorus, *Cephas* esse ex Græco *κεφαλή*, *caput*, multi alii veteres crediderunt. Joannes XII, in Bulla contra Marsilium et Joannem : *Cephas autem Græce interpretatur Latine caput.* Verum nomen *Cephas* Syrum est, et petram significat, ut Isidorus quoque agnoscere videtur lib. vii Etymolog., c. 9. Quiniam auctores de apostolis et LXX discipulis generationem et de nonnullis apostolis singulatim, scripserint, recenset Zaccaria in Bibliotheca selecta Historie eccles. asiaticæ, part. II, cap. 8. Illud vero animadversione dignum, quod de sancto Jacobo Majori loquens ait : *Antonii Rojo historia de sancto Diego de Alcalá critica vix placere vix poterit.* Quid sancto Jacobo Majori apostolo cum sancto Didaco, sive Jacobo Complutensi ordinis Minorum de Observantia laico? AREV.

#### CAPUT LXIX.

118. Paulus, qui ante Saulus, apostolu gentium, ad vocatus Judæorum, a Christo de cœlo vocatus, in terram prostratus, qui scutulatus cecidit, cæcatus surrexit, ex persecutore effectus est vas electionis, ex lupo ovis, inter apostolos vocatione novissimus, prædicatione primus. In lege Gamalielis discipulus, in Evangelio Christi servus. Cujus patria Tharsus fuit, genus Benjamin.

119. Hic secundo post Ascensionem Domini anno baptizatus, dignitatem meruit apostolatus, atque plus omnibus laborans, multo latius inter ceteros verbi gratiam seminavit, atque doctrinam evangelicam sua prædicatione implevit.

**B** 120. Incipiens enim ab Jerosolymis usque ad Ilyricum, et Italianam Hispaniasque processit, ac nomen Christi multarum manifestavit gentium nationibus, quibus ante nondum fuerat declaratum, cujus miracula ista esse noscuntur.

**182** 121. Raptus sursum in tertium cœlum conscendit, demersus deorsum nocte et die in profundo maris fuit, seducentem Pythonis spiritum imperata dissectione damnavit, adulescenti mortuo vitalem redintegravit spiritum, cæcitate percussit magum, claudo proprium removit incessum; diri quoque serpenti nec sensit nec horruit morsum, sed igni dedit arsurum, patrem etiam Publii a febribus orando sanavit.

122. Hic ob amorem Christi multas passiones gravique corporis sustinuit tormenta. In primis Judaicas persecutiones, et gentium miseras, et laborem, famem, sitim, frigus, et nuditatem, naufragia, et mille pericula, rabiem ferarum, verbera, carcerales tenebras, et tormenta catenarum, squalores, et vincula.

**C** 123. Inter hæc ligatur a Judæis, traditur gentibus, lapidatur ad necem, in sporta per murum demittitur, virgis cæditur, pœnis arcetur, in carcere vinculus terrænotu facto resolvitur, ad ultimum a Nerone gladio cæditur eo die quo et Petrus crucifixus est. Sic enim oportuerat ut hi qui simul confessi sunt uno die coronarentur. Sepultus Romæ in via Ostiensi, anno post passionem Domini tricesimo sexto, tertio ab urbe milliario, contra occidentalem plagam.

117. De sepulchro sancti Petri in Vaticano superfluum est verba facere post eruditissimum opus eminentis. cardinalis Borgiæ de Confessione Vaticana. Vide etiam Bosium, Rom. Subterr. II, 2, et Botarium I, 27. Notandum quod miliaria a foro Romano incipiebant, et erant minora miliaribus Italicis. Non vero sat intellegitur quo sensu sepulchrum sancti Petri dicatur esse ad orientalem plagam. AREV.

120. Adventus sancti Pauli in Hispanias antiquissimis testimoniis comprobatur Hippolyti, Epiphani, Chrysostomi, aliorum; negant alii, et adhuc sub judice lis est. AREV.

123. Paulum gladio cæsum eodem anno eodemque die quo Petrus crucifixus est, communis est opinio. Prudentius tenuit eodem die, sed non eodem anno Petrum et Paulum martyrio coronatos fuisse. Vide comment. ad bynn. 12 Peristeph. vers 5. Paulus contra occidentalem plagam dicitur sepultus, quod non facile explicatur. Alii exhibent contra orientalem plagam. AREV.

## CAPUT LXX.

124. Andreas, qui interpretatur decorus, frater Petri, secundum Joannem primus, juxta Matthæum a primo secundus. Hic in sorte prædicationis Scythiam atque Achaïam accepit, in qua etiam civitate Patris cruce suspensus occubuit.

## CAPUT LXXI.

125. Jacobus filius Zebedæi, frater Joannis, quartus in ordine, **183** duodecim tribubus quæ sunt in dispersione gentium scripsit, atque Hispaniæ, et occidentaliū locorum gentibus Evangelium prædicavit, et in casu mundi lucem prædicationis infulsit. Hic ab Herode tetrarcha gladio cæsus occubuit. Sepultus in Marmarica.

## CAPUT LXXII.

126. Joannes, apostolus et evangelista, filius Zebedæi, frater Jacobi, virgo electus a Domino, atque inter cæteros magis dilectus, qui etiam super pectus Magistri recumbens, et Evangelii fluenta de ipso sacro dominici pectoris fonte potavit, et quasi unus de paradisi fluminibus, verbi Dei gratiam in toto terrarum orbe diffudit. Quique in locum Christi, Christo jubente, successit, dum suscipiens matrem Magistri discipulus, etiam ipse pro Christo alter quodammodo derelictus est filius.

127. Hic, dum Evangelium Christi in Asta prædicaret, a Domitiano Cæsare in Pathinos insulam metallo relegatur, ubi etiam positus Apocalypsim scripsit. Interfecto autem a senatu Domitiano, exsilio resolutus, recessit Ephesum, ibique ob hæreticorum refutandas versutias, efflagitatus ab Asiæ episcopis Evangelium novissimus edidit.

128. Cujus quidem inter alias virtutes, magnitudo signorum **184** hæc fuit. Mutavit in aurum sylvestres frondium virgas littoreaque saxa in gemmas. Item gemmarum fragmina in propria reformavit naturam, viduam quoque ad precem populi suscitavit, et redivivum juvenis corpus revocata anima reparavit. Bibens lethiferum haustum, non solum evasit periculum, sed eodem prostratos poculo in vitæ reparavit statum.

124. Vera fortasse est lectio nonnullorum Codicum, *civitate Patras*, quasi indeclinabile sit *Patras*; ut similia urbium nomina aliquando apud Isidorum et alios occurrunt. In Asia passum fuisse Andream nonnulli tradunt. **AREV.**

125. Assentimur iis qui verbum *scripsit* alienum censent. Reliqua x iis quæ Hieronymi Catalogo a Græcis adjecta sunt sumpta videntur.

*Ibid.* *Marmarica, Al., Carmarica, vel Archis Marmaricæ, vel Achimarmarica.*

*Ibid.* Quæ hoc loco de prædicatione sancti Jacobi Majoris in Hispania annotari possent, præoccupata a nobis sunt in Isidorianis, cap. 61. Aliis de hoc argumento scriptoribus addendus est elegans et eruditus Hispanus Joannes Joseph Tolra: *Justificación historico-crítica de la venida de Santiago el Mayor a España, y de su sepulcro en Compostella. Madrid, 1797, in-4°.* Pro ab Herode tetrarcha fortasse legendum ab *terre Agrippi*. His quæ dixi cit. cap. 61 adde Martyrologium Gellonense, sive sancti Guillelmi de Deserto, scriptum anno circiter 804, tom. III Dachevii, initio: *Jacobus, qui interpretatur supplantator, filius Zebedæi, frater Joannis. Hic Hispaniæ, et occidentaliū locis prædicavit, et sub Herode gladio cæsus*

**A** 129. Hic anno sexagesimo septimo post passionem Domini Salvatoris, sub Trajano principe longo jam vetustatis senio fessus, cum diem transmirationis suæ imminere sibi sentiret, jussisse fortur effodi sibi sepulcrum, atque inde vale dicens fratribus, facta oratione vivens tumulum introivit, deinde tanquam in lectulo in eo requievit.

130. Unde accidit ut quidam eum vivere asserant, nec mortuum in sepulcro, sed dormientem jacere contendant, maxime pro eo quod illic terra sensim ab imo scaturiens, ad superficiem sepulcri conscendat, et, quasi flatu quiescentis, deorsum ad superiora pulvis ebulliat. Quievit autem apud Ephesum sexto Kalendas Januarii.

## CAPUT LXXIII.

**B** 131. Philippus a Bethsaida civitate, unde et Petrus, Gallis prædicat Christum, barbarasque gentes, vicinasque tenebris, et, tumentis Oceano conjunctus, ad scientiæ lucem fideique portum deducit. Deinde in Hierapoli Phrygiæ provinciæ urbe crucifixus, lapidatusque obiit, rectoque sepultus cadavere, simul cum filiabus suis ibidem requiecit.

## CAPUT LXXIV.

132. Thomas apostolus Christi, Didymus nominatus, et juxta Latinam linguam Christi geminus, ac similis Salvatori, audiendo incredulus, videndo fidelis. Hic Evangelium prædicavit Parthis, et Medis, **185** et Persis, Hyrcanisque, ac Bactrianis, et Indis tenentibus Orientalem plagam, et intima gentium penetrans, ibique prædicationem suam usque ad titulum suæ passionis perducens; lauceis enim transfusus occubuit in Calamina civitate Indiæ, ubi et sepultus est in honore.

## CAPUT LXXV.

**C** 133. Bartholomæus apostolus, nomen ex Syra lingua suscipiens, Lycaoniam in sorte prædicationis accepit, atque Evangelium juxta Matthæum apud Indos in eorum linguam convertit. Ad ultimum in Albano [Al. Abano] Majoris Armeniæ urbe, vivens a crude-  
*occubuit, sepultusque est in Achaia Marmaricæ, viii Kal. Augustas. Et Hildebertum Cenomanensem, qui sæculo xi et xii floruit, col. 1359, in Editione Beaugendrii, de sancto Jacobo Majori:*

**D** Galliciæque solum se gaudet habere colonum.

In Codice Vaticano Regiæ 532, pag. 27, exstat narratio anonyma de Jacobi Majoris capite in monasterio Veneto sancti Felicis ad manes existente, in qua asseritur reliquum corpus Compostellæ existere. In Codice Ottoboniano 124, et in Codice Regiæ 1222, descriptus est hymnus in honorem sancti Jacobi, in quo adventus ejus in Hispaniam et sepulcrum Compostellæ astruitur. **AREV.**

130. An sanctus Joannes evangelista obiit, an post obitum resurrexerit, ut adversus Antichristum prædicet in fine mundi, a nonnullis quesitum est. Communis Ecclesiæ sententia est, vere eum, ut cæteros homines, obiisse, neque resurrexisse, aut resurrecturum, nisi d' extremi judicii. Vide Benedictum XIV, de Beatif. lib. 1, cap. 14, et Serarium, qui doctum opusculum edidit de xii Apostolis. **AREV.**

131. De sancto Philippo apostolo confer Patres apostolicos cum notis Coleleri, pag. 334 tom. I. **AREV.**

lissimis gentibus barbaris decoriatur, sicque terræ A conditur.

## CAPUT LXXXVI.

131. Matthæus apostolus et evangelista, qui etiam ex tribu sua Levi sumpsit cognomen, ex publicano a Christo electus, ex peccante translatus. Illic primum quidem in Judæa evangelizat, postmodum in Macedonia prædicat, requiescit in montibus Parthorum.

## CAPUT LXXXVII.

135. Jacobus Alphæi, episcopus Jerosolymorum primus, cognomento Justus, sororis matris Domini filius, unde et frater Domini vocatus, homo lucis et operarius veritatis, tantæque etiam sanctitatis, ut sumbriam vestimentum ejus certatim cuperent attingere populi.

136. Illic, dum in Jerusalem Christum Dei Filium prædicaret, de templo a Judæis præcipitatus, lapidibus opprimitur, ibique juxta templum humatur. Quem Josephus tantæ sanctitatis et venerationis in Judæa perhibet extitit se, ut propter ejus interfectionem Jerosolyma credatur esse diruta.

## 186 CAPUT LXXXVIII

137. Judas Jacobi frater in Mesopotamia, atque interioribus Ponti evangelizans, feras et indomitas gentes, quasi belluarum naturas suo dogmate mitigat, et fidei dominicæ subjugat, sepultus est autem Berytho Armeuicæ urbe.

## CAPUT LXXXIX.

138. Matthias, de septuaginta discipulis unus, et pro Juda Iscarioth duodecim inter apostolos subrogatus, electus est sorte, et solus sine cognomine. Huic datur Evangelii prædicatio in Judæa.

## CAPUT LXXX.

139. Simon Zelotes, qui prius dictus est Chananæus, zelo Domini fervens, par in cognomento Petri, et similis in honore, accepit Ægypti principatum, et post Jacobum Justum cathedram tenuit Jerosolymorum. Post annos autem centum viginti meruit sub Trajano per crucem sustinere martyrii passionem. Jacet in Bosphoro.

134. In Cod. Flor. sancti Marci ita exhibetur hoc caput: *Matthæus in Hebræo dñatus exprimitur. Idem appellatur Levi ex tribu, a qua ortus fuit; in Latino autem ex opere publicani nomen accepit, quia ex publicanis fuit electus, et in apostolum translatus, etc.* AREV.

137. *BeAtho.* Sic Dorotheus; alii, *Nerito.*

139. Ex adjectis Hieronymi Catalogo a Græcis, D quæ tamen non huic Simoni, sed Simeoni conveniunt. *Ibid.* Quod Simon Apostolus in Bosphoro jacuerit, incertum aliunde est. Eum in Ægypto prædicasse, et in Perside martyrio coronatum, certioribus documentis constat. AREV.

140. De septuaginta discipulis, aut septuaginta duobus scripsit Dorotheus Tyrius, qui singillatim eos recenset. David Blondellus notas adjecit, et crassiores Dorothei naves indicat. AREV.

144. Dorotheus perperam asservit Lucam Ephesi obvisse. Nonnulli apud Patras Achaicæ defunctum tradunt, alii Thebis Achaicis. Sed verior est sententia Isidori. Evangelium sancti Lucæ Græco sermone scriptum esse, uti Evangelia sancti Joannis et Marci, communis est opinio, quam Isidorus quoque tenet in Proemiorum libro, num. 91, ubi quædam annotata sunt in hanc sententiam. AREV.

*Ibid.* Ossa sancti Lucæ Constantinopolim, non

## CAPUT LXXXI.

140. Illic fuerunt Christi discipuli, prædicatores fidei, et doctores gentium, qui cum omnes unum sint, singuli tamen eorum propriis certisque locis in mundo ad prædicandum sortes proprias acceperunt.

141. Petrus namque Romam accepit, Andreas Achaicam, Jacobus Hispaniam, Joannes Asiam, Thomas Indiam, Matthæus Macedoniam, 187 Philippus Gallicam, Bartholomæus Lycæoniam, Simon Zelotes Ægyptum, Mathias Judæam, Jacobus frater Domini Jerosolymam, Judas frater Jacobi Mesopotamiam.

142. Paulo autem cum cæteris apostolis nulla sors propria traditur, quia omnibus gentibus magister et prædicator eligitur. Nam sicut Petro et reliquis circumcisionis est apostolatus datus, ita Paulo præputii in gentibus. Illic autem septem Ecclesiis et tribus evangelizat discipulis.

## CAPUT LXXXII.

145. Lucas Antiochenus, evangelista, et apostolicæ conscriptor historiae, nativus Syrus, arte medicus, Græco eloquio eruditus, quem plerique tradunt proselytum fuisse, et Hebræas litteras ignorasse. Illic tamen fuit Pauli discipulus et individuus comes peregrinationis ejus.

144. Quique ab ineunte pueritia castissimus fuit, et evangelicæ prædicationis opus exercuit. Obiit septuagesimo quarto vitæ suæ anno. Sepultus in Bithynia, cujus quidem ossa regnante Constantino Constantinopolim fuerunt translata.

## CAPUT LXXXIII.

145. Marcus evangelista, Petri discipulus, ejusque in baptismo 188 filius. Cujus quidem Evangelium nonnulli a Petro Romæ dictatum ferunt. Illic, ne ad sacerdotium promoveretur, abscondisse sibi pollicem fertur.

146. Primus autem Alexandriae cathedram tenuit, primusque Ecclesias Ægyptiorum fundavit, tantis doctrinæ et continentia virtutibus florens, ut omnes discipuli Christi ejus imitationem sequerentur. Mortuus est octavo Neronis anno in Alexandria, placida quiete sepultus.

Constantino, sed Constantio imperatore, translata fuisse, multorum est opinio. Quibus fundamentis utraque sententia innitatur, videri potest in Bibliotheca ecclesiastica Fabricii ad caput sancti Hieronymi de sancto Luca, apud quem plerique legunt *Constantio*, alii reponunt *Constantino*. In Editione hujus libri sancti Isidori, de ortu et obitu Patrum, quam Fabricius cum aliis ejusdem argumenti adornavit, notatur sanctum Hieronymum in præfat. super Lucam assignare quoque obitum sancti Lucæ anno 71, sed, in catalogo Scriptorum ecclesiasticorum, dicere eum annos vixisse LXXXIV sine uxore; credibile vero esse hæc verba addita fuisse, cum in antiquis Codicibus non habeantur; Glossam ordinariam vitio librariorum accidisse existimare. AREV.

145. In Editione laudata Fabricii hæc est nota ad verbum *abscondisse*, etc. « Dist. 55: Si quis abscondit, in glossa super verb. *Clericus*. Et habetur etiam in prologo Evangelii ipsius sancti Marci. Sed hoc ejusdem Marci anachoretæ factum falso tribui Marco evangelistæ docet Baronius, tom. I Annal., sub ann. Christi 45, num. marg. 46. » AREV.

146. De translatione corporis sancti Marci Venetias videndus, præter alios, Flaminius Gotzelius, tom. XIII Ecclesiar. Venetar. AREV.

## CAPUT LXXXIV.

147. Barnabas, qui et Joseph, natione Cypriæ-civitas, a Cyro rege Persarum conditæ, cum Paulo in gentibus apostolatam adeptus, deinde propter Joannem discipulum, qui etiam cognomento Marcus appellatur, s-junctus a Paulo, nihilominus evangelicæ prædicationis injunctum sibi opus exercuit.

## CAPUT LXXXV.

148. Timotheus Ephesiorum episcopus de civitate Listrensium, patre Græco, id est, ethnico, matre autem Judæa, ut refert Apostolus dicens: *Quia habitavit fides in avia tua Loide, et matre*

147. De sancto Barnaba Apostolo, ejusque epistola, vide Editionem Cotelerii Patrum apostolicæ, et Bibliothecam ecclesiasticam Gallandii, tom. I. AREV.

148. *Dicens*, etc. Cod. Alban.: *Dicens: Recordationem accipiens ejus fidei, quæ est in te non ficta; quæ et habita: il primum in avia tua*, etc. AREV.

149. Dorotheus Tyrius in epistola inter septuaginta Christi discipulos recenset, cum puer a sancto Paulo apostolo secum assumptus fuerit. AREV.

A tua Eunice, certum autem scio, quod in te quoque-

149. Illic autem fuit discipulus Pauli, ejusque spiritalis filius, quem puerum prope secum idem Paulus assumpsit. Qui pudicus et virgo permansit, qui que apud Ephesum in monte qui vocatur Phion, cum magno honore sepultus quiescit.

## 189 CAPUT LXXXVI.

150. Titus, Pauli discipulus, et in baptismo filius, natione Græcus, ex gentibus solus a Paulo apostolo post Evangelium circumciscus, quem ad instruendas Græcæ Ecclesiæ præfatus reliquit Apostolus. Ibi que in pace defunctus est, atque sepul us.

B 150. Neque Titus inter septuaginta Christi discipulos cum Dorotheo collocandus, qui fuit potius Pauli discipulus. Vide Pauli Epist. ad Titum, cap. 11. Codex Veron. post sepultus addit: *De nominibus duodecim apostolorum, qui ad universum orbem terrarum dimissi sunt ad prædicandum. Duodecim fuerunt Christi discipuli, etc. Tribus evangelizati discipulis*, ut supra, cap. 81. AREV.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## IN LIBROS VETERIS AC NOVI TESTAMENTI PROŒMIA.

## 190 Prologus.

1. Plenitudo Novi et Veteris Testamenti, quam in canone catholica recipit Ecclesia, juxta vetustam priorum traditionem ista est.

2. In principio videlicet, quinque libri Moysi, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium,

1. *Quam in canone.* Hoc libro castigando septem exemplaribus ut batur: tria Hispali adjecta erant, duo chartacea, tertium in membranæ. In duobus chartaceis legitur: *Quam in canone sacro.* Verum dictio sacro redundare visa est, et Hieronymus ubique in canone tantum ait, ut in prologo Galeato, his verbis: *Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur, et Jesu filii Sirach liber, et Judith, et Tobias, et Pastor, non sunt in canone.* Augustinus, lib. 11 de Doctrina Christianæ, c. 8: *Totus autem can n Scripturarum, in quo istam considerationem versandam dicimus, his libris continetur.* Erat enim moribus receptum, ut fere in conciliis canon ederet, omnes divinas Scripturas comprehendens. Ab eo canone libri canonici vocabantur. Quemadmodum e contrario apocryphi libri, id est, absconditi dicitur sunt, quoniam eorum lectione, cum prohibiti essent, occulte tantum, et in latebris utebantur, et in divinis libris absconditi vox aliquando in veitii significatone sumitur, ut in ps. xvi, vers. 14: *De absconditis tuis adimpletus est venter eorum, id est:* Quæ lege erant prohibita comederunt. Sic sane locum intelligit Apollinarius in Psalmorum Metaphrasi, his verbis:

Τῶν κρυφῶν ἐπλήσαν τῶν παλυχαρδία νηδὺν-Πλησθέντες σάλων. MARIANA.

Ibid. Eruditis notis hic liber in Editione Græcâ

C id est, recapitulatio legis et quasi secunda lex.

3. Illic succedunt libri Jesu Nave, Judicum, et libellus cujus 191 est titulus Ruth, qui non ad historiam Judicum, ut Hebræi asserunt, sed magis ad principium Regum pertinere videtur.

illustratus fuit, ut facile Marianam agnoscere possis, cujus nomine expresso aut indicato proferentur. Fusiùs de hoc opere disserui in Isidorianis, cap. 62, ubi præfationem quoque a Zaccaria in hos libros præparatam descripsi. In editione Haganoensi post ecclesia additur quæ Isidorus senior exposuit, quasi usque ad verba ista: est sit ti ulus operis. AREVALUS.

2. *Id est, Genesis, etc... Numeri, al., Numerus.* MAR.

3. *Qui non ad historiam Judicum, ut Hebræi asserunt, sed magis ad principium Regum pertinere videtur.* Hieronymus, in prologo Galeato Hebræorum, canonem referens, ait: *Deinde subtraxunt Sophetim, id est, Judicum librum, et in eundem compingunt Ruth, quia in diebus Judicum facta ejus narratur historia.* Nimirum Hebræi Abesan, qui post Jephthen Judæorum populo præfuit, Booz Ruth maritum fuisse, persuasum habent. Hanc Hebræorum opinionem Isidorus refellit, sequiturque Augustini sententiam, ut de Doctrina Christianæ, c. 8, ubi ait: *Totus autem canon Scripturarum, in quo istam considerationem versandam dicimus, his libris continetur: quinque Moyses, id est, Genesi, Exodo, Levitica, Numeris, Deuteronomio, et uno libro Jesu Nave, uno Judicum, uno libello qui appellatur Ruth, qui magis ad Regnorum principia videtur pertinere.* Quo locu suspicor Augustini lectio-



4. Hos sequuntur quatuor libri Regum. Quorum quidem Paralipomenon libri duo e latere annectuntur, quia earundem gestarum rerum continent causas quæ in libris Regum esse noscuntur,

5. Quanquam et alia sunt volumina quæ in consequentibus diversorum inter se temporum texunt historias, ut Job liber, et Tobie, et Esther, et Judith, et Esdræ, et Machabæorum libri duo.

192 6. Sed hi omnes, præter librum Job, Regum sequuntur historiam, deinceps Judæorum annales suis quibusque temporibus persequuntur, continentes tristitia, sive læta, quæ post excidium Jerusalem judaico populo acciderunt.

7. Ex quibus quidem Tobie, Judith, et Macha-

nem esse vitiatam, et castigandam ex hoc loco Isidori. A loqui comparatio magis inepte poni videretur. Favet opinioni Augustini Josephus, lib. v Antiquit. c. 11, cum Heli sacerdotis matre Ruth historiam accidisse ait. Isidorus ipse eam tantum dicti rationem inferens affert, quod in eo libello genus regis David referatur. MAR.

4. Quia earundem gestarum rerum continent causas. C usum nomen varis sumitur; inter alia argumentum significat. Unde rhetoribus triplex causarum genus. Hoc loco negotium, eventum, successumque significare mihi videtur; Hispanorum more, quibus causæ nomen, hoc est, *cosa*, latissime patet lingue vernacule usu et proprii tate, ac rem omnem significat, a qua significatione *aitia* vox non multum differt. Julianus certe imperator latissima ejus vocis significatione usus est, cum Progressum ad historiam scribendam hortatur, sequi, si id suscipiat, pollicetur de actionibus suis commentarios ad eum curaturum: *Τῆς αἰτίας ἐπὶ μὲν ἱστορίαν ἡρώδης ἀκριβοστάτα ἀπαγγέλλει σοί*. Utitur inferius eadem voce Isidorus in eadem significatione, cum dicit: *Deuteronomium autem repetitionem eorumdem librorum, et quasi quoddam legis meditatorium dicunt; ea duntaxat ratio: pro eo quod illi quatuor propriis rerum gestarum continent causas, iste vero omnium*. Locus ex Hieronymo desumptus est, nisi glossæ ordinaria auctor fallit initio Deuteronomii: *Sicut Iher, inquit, Deuteronomii repetitio est quatuor librorum legis; illi enim proprias continent in se causas, iste replicat universa*. Cassian., lib. iii de Inst. cænob., c. 5, et col. 21, c. 5, *causam* pro re, seu conditione posu. t. MAR.

5. Esdræ et Machabæorum libri duo. Mallem legeretur Esdræ duo, et Machabæorum libri duo, ut Aug., unde hæc desumpta sunt, dixit in de Doctr. Christ., c. 8, his verbis: *Job, et Tobias, et Esther, et Judith, et Machabæorum libri duo, et Esdræ duo*. Vox certe duo ad utrumque referatur necesse est, alioqui summa librorum quadraginta quinque Veteris Testamenti Isidoro non constabat. Neque movere debet quod in Etymologiis, lib. vi, cap. 2, hæc verba leguntur: *Nec quemquam moveat quod unus Esdræ dicitur liber, quia secundus, tertius et quartus non habentur apud Hebræos, sed inter apocryphos deputantur*. Quæ verba manifeste corrupta sunt. Nam quamvis Hebræi Esdræ et Nehemie sermones uno libro comprehendunt, quod forte Isidorus in Etymologiis secutus est, apocryphi tamen Esdræ non tres libri, sed duo tantum sunt. MAR.

*Ibid.* In nonnullis mss. deest duo post Machabæorum libri. De verbis Etymologiarum, quæ corrupta sunt Mariana, nonnihil suo loco annotavi ad lib. vi, cap. 2, num. 28. Cum eo capite Isidori ac notis initium hoc Proœmio conferri debet. De numero vero et auctoribus librorum sacræ Scripture passim interpretes. AUEV.

6. Sed hi omnes, præter librum Job, Regum sequuntur historiam. Augustinus, loco citato, sic ait: *Sicut*

librorum Hebræi non recipiunt. Ecclesia tamen eisdem inter canonicas scripturas enumerat.

8. Occurrunt deinceps Prophetæ, in quibus est Psalmorum liber unus, et Salomonis libri tres, Proverbiorum scilicet, Ecclesiastes, et Cantica canticorum. Duo quoque illi egregii, et sanctæ institutionis libelli, 193 Sapientiam dico, et alium qui vocatur Ecclesiasticus; qui dum dicantur a Jesu filio Sirach editi, tamen propter quamdam eloquii similitudinem Salomonis titulo sunt prænotati. Qui tamen in Ecclesia parum cum reliquis canonicis libris tenere noscuntur auctoritatem.

9. Supersunt libri sedecim prophetarum, ex quibus

B est Job, et Tobias, et Esther, et Judith, et Machabæorum libri duo, et Esdræ duo, qui magis subsequi videntur ordinatam illam historiarum usque ad Regnorum vel Paralipomenon terminatam. Quod Augustinus de Esdræ libris intellexit, adnecti Regum et Paralipomenon libris, Isidorus ad Tobiam, Esther, Judith, Esdræ, et Machabæorum libros extendit; unde locus subobscurus redditur, quod, ut alii libri omittuntur, de Tobia præsertim nescio quomodo possit intelligi, cum constet tempore Salmanasar et Sennacherib ejus filii, ante eversam Jerusalem, in Assyria vixisse. Nisi forte Isidorus Regum sequi historiam eos omnes libros credidit, quod post omnes, aut post aliquot reges, res in iis libris explicatæ contigerint. Porro Judæorum annales, Jo ephi historiam, aliosque Hebræorum de rebus suis libros intelligit, unde Sederholam, hoc est, Hebræorum Chronicon ante quadringentos amplius annos confectum est. — *Ibid.* Persequuntur. Al., *prosequuntur*. — *Acciderunt*. Al., *accesserunt*. MAR.

C 8. Qui dum dicantur a Jesu filio Sirach editi. Codex divi Laurentii pro dum dicantur legit, dum sint. Juxta utramque lectionem (quod frequens in Isidoro est) particula dum pro cum accipitur, quod veteribus etiam usitatum fuit, ut in illa verba Æneidos 1:

Cum venit, autæis jam se Regina superbis  
Aurea composuit spouda, mediamque locavit.

Servius ait: *Sane sciendum, cum, et dum malo errore a Romanis esse confusa*. Quod vero Sapientiam et Ecclesiasticum Jesu filio Sirach tribuit, et idem inferius repetit, ex Augustino desumpsit, et de Doctr. Christian., cap. 8, ubi ait: *Nam illi duo libri, unus, qui Sapientia, et alius, qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur. Nam Jesus filius Sirach eos se ipsisse constantissime perhibetur; unde et ex ejusdem August. verbis, lib. xvii de Civit. Dei, c. 20, intelligitur proximis verbis legendum, propter quamdam eloquii similitudinem, non autem propter grandem eloquii similitudinem, ut duo chartarum Illipalensis legebant. Verum non animadvertit Isidorus, Augustinum in Retract., c. 4, eam opinionem, quod spectat ad Sapientiam librum, retractasse. Sane et Hieronymus prælatione in libros Salomonis de Sapientia libro ait: *Nonnulli scriptorum veterum hunc esse Philonis affirmant, quod Isidorus ipse se ipso prudenter secutus est, vi Etymol., c. 2, Philonis, ut ego suspicor, non Alexandrinæ, sed Biblici, de quo frequens in Eusebio mentio, libris de Preparat. evang. MAR.**

9. Ex quibus quatuor sunt, qui majora volumina condiderunt. Sequitur hoc loco Græcorum et Latinorum opinionem, qui libros omnes prophetarum ad eisdem prophetas quorum nomina præferuntur, compositos esse credunt, cum, vi Etymolog., c. 2, Ezechielis et Danielis libros affirmet a quibusdam viris sapientibus scriptos esse, quæ est constans Hebræo-

bus quatuor sunt, qui majora volumina condiderunt, A Id est, Isaias, Jeremias, Ezechiel et Daniel.

10. Reliqui vero duodecim breves sunt, et contigui, et ob hoc uno volumine coarctati, quorum nomina hæc sunt: Osee, Joel, Abdias, Jonas, Michas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias et Malachias. Quidam autem Jeremiæ Lamenta segregantes, de volumine ejus resecurerunt, sicque quadraginta quinque libros Veteris Testamenti suscipiunt.

11. Hinc occurrit Testamentum Novum, cujus primum Evangeliorum libri sunt quatuor, scilicet, Matthæus, Marcus, Lucas et Joannes. Sequuntur deinde Epistolæ Pauli apostoli quatuordecim, id est, ad Romanos, ad Corinthios duæ, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessalonicenses duæ, ad Colossenses, ad Timotheum duæ, ad Titum vero, et ad Philemonem, et ad Hebræos singulæ.

12. Epistolæ quoque Joannis apostoli tres, Petri duæ, Judæ, et Jacobi singulæ.

## INCIPIUNT PROEMIA.

### De Genesi.

18. Genesis, juxta fidem historię, describit fabricam mundi, et hominis conditionem, cataclysmum, et divisionem terræ, confusionem quoque linguarum, gesta quoque omnium patriarcharum, usque ad ingressionem Israel in Ægyptum

### De Exodo.

19. Exodus continet Hebræorum servitutem, ac decem plagas 195 Ægypti, egressum populi, et nubem protegentem, transitum etiam Rubri maris, C mersumque cum curribus Pharaonem, et gloriæ decautionem, ingressum quoque eremi, cibum mannae, et quo aliti sunt, percussionem quoque rupis, et fluentia in dulcedinem versa, pugnam Amalec, mandata etiam Decalogi, et arcam Testamenti, dedicationemque tabernaculi et oblationem.

### De Levitico.

20. in Levitico autem lex sacrificiorum, hostia-

rum sententia. Rabbi Isaac Harama, præfatione in Cantica, et Rabbi Moyses Kimhi, lib. de Auctoribus sacrorum Librorum viros congregationis magnæ librum Ezechiel, duodecim prophetarum, Danielis, et Esther scripsisse aiunt. Quo magis miror ex hoc numero Danieli solum inter Chethubim, id est, hagiographa ab Hebræis pori. Hieronymus, prologo in Danieli, et præfatione comment. ad eundem prophetam, Porphyrium ait occasionem arripuisse calumniandi religionem nostram, quod negaret, Danielis prophetiam a propheta ipso editam fuisse, sed a quodam, qui in Judæa vixit tempore Antiochi Epiphanis, affirmaret scriptam. MAR.

10. A. Lamentationes, pro Lamenta; et secernunt, pro resecurerunt. MAR.

14. Matth. III, 52, Isai. vi, 3. Trishagios hymnum erumpunt. Sic legit Hispalensis in membranis. Septimancensis: Ter hagos hymnum erumpunt. Duo chartacei Hispalenses, et Tarracensis: Hagios, Hagios, Hagios dicentes hymnum erumpunt. Alludit autem ad illa verba, Isai. vi, 3, ubi de duobus Seraphinis ait: Clamabant alter ad alterum, et dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum. Porro hymnum erumpunt dixit pro in hymnum erumpunt, qua-

rumque diversitas, indumenta pontificum, et levitarum ministeria describuntur: ciborum etiam discretio, et diversæ peccatorum purgationes, vel hostiæ ordinantur.

21. In Numeris vero egressæ de Ægypto tribus enumerantur, profectiõesque eorum, perfectorum zelato virorum, qui egre ei sunt de Ægypto, computatio tenetur inserta, Prophetia Balaam, quadraginta quoque duarum per eremum mansionum sacramenta signantur.

22. In Deuteronomio autem, quæ est secunda lex, narrantur ea quæ inter Pharan, et Tophel, et Laban, et Naseroth, usque ad Cades Barne fuerunt populo dicta a Moysse: mandata, videlicet, atque promissa, maledictiones peccatorum, et promissiones beatitudinis. Ibi canit canticum Moyses. Ibi dat benedictionis forma Virgilius est usus, cum, in Æneid., ait:

Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem. MAR.

15. Hæc etiam duæ oliuæ. Hæc olivarum comparatio in uno tantum Laurentiano Codice erat, et in altero Hispalensi ad marginem, neque utriusque lectio consentiebat. Nos locum expungere omnino ausi non sumus, obelo notasse contenti argumento suspectæ lectionis. MAR.

16. Al., computandum, pro comparandum. MAR.

18. Conditio pro creatione, et cataclysmus pro diluvio verba sunt scriptorum ecclesiasticorum, cataclysmus etiam Varronis et Hygini. AREV.

19. Indicat Mariana deesse in nonnullis Mas. verba, quo aliti sunt, percussionem quoque rupis. AREV.

20. Al.: Et diversitas peccatorum, purgationesque. MAR.

21. Al., fortassis, earum pro eorum. MAR.

22. Populo dicta. Septimancensis et Tarracensis legunt populo data. Et alioqui dare dicere est, ut apud Virgilium, da Tityre nobis, et da, non indebita posco. Et contra accipere pro audire sumitur, Æneid. 1:

neum filiis Israel; ibique, terra repromissionis conspecta, moritur atque sepelitur.

25. Nonnulli autem Hebræorum quatuor tantum libros computant legis, id est, Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros. 196 Deuteronomium autem repetitionem eorundem librorum, et quasi quoddam legis meditatorium dicunt. Ea duntaxat ratione, pro eo quod illi quatuor proprias rerum gestarum continent causas, iste vero omnium.

*De Josue.*

24. In Jesu Nave libro filii Israel, duce Jesu, Jordanem transeant, ac secundo circumciduntur, subversisque dehinc Chananzæorum gentibus, divisione terræ eorum hæreditatis sortes suscipiunt.

*De libro Judicum.*

25. In libro Judicum continentur peccata et servitutes Israel. exclamationsque populi, et miserationes Dei. Describuntur prospera, atque adversa bellorum.

*De libro Ruth.*

26. Liber Ruth ejusdem Moabitidis textit historiam, de cujus stirpe familia David descendit. Hunc Hebræi libellum ad Judicum librum subjungunt, pro eo quod in diebus Judicum gesta esse commemorant quæ in eo scripta sunt; et contra Latini, pro eo quod genus regis David fetexat, ortum ex eadem Moabitudine Ruth, ad cœptis libri Regnorum veracius eum pertinere contendunt.

*De libro Regum.*

27. Regum liber, quanquam apud Latinos propter

Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem.

23. Nonnulli autem Hebræorum quatuor tantum libros computant legis. Fuisse qui negarent Deuteronomium a M. yse conscriptum esse, Nicolaus de Lyra, ad primum Deuteronomii cap., initio, docet, his argumentis: quod initio libri dicitur: *Hæc sunt verba quæ locutus est Moyses*, non scripsit; quod dicat quæ in eum est trans Jordanem quem fluvium nunquam Moyses transmisit; quod in fine Moysis describatur mors. Quæ argumenta refellere opus non est, et ea tamen opinionem ab antiquis Hebræis derivatam arbitror. Nam recentiores Judæi quinque libros legis, et omnes a Moysse conscriptos esse constanter affirmant. Nam Deuteron. xxxi, 9, dicitur: *Scriptis itaque Moyses legem hanc, et tradidit eam sacerdotibus filiis Levi*, et rursus vets. 24: *Postquam ergo scripsit Moyses verba legis hujus in volumine, atque complevit, præcepit Levitis*, etc. MAR.

24. Al., divisionem terræ eorum hæreditatis sorte. MAR.

25. Notantur tanquam dubia a Mariana verba describantur prospera atque adversa bellorum. AREV.

26. Al., commemorantur pro commemorant. MAR.

27. Al., partes, pro partibus. — Primus, etc., al., primum Samuel scripsit. — Heli quoque sacerdotium in Samuel mystice fuisse translatum. Hæc est Augustini sententia, lib. xvii de Civit. Dei, cap. 4, ubi ait: *Nam Heli sacerdote reprobato, substitutus est in Dei ministerium. Samuel, simul officio functus sacerdotis et judicis, et Saule abjecto, rex David funditus in regnum, hoc, quod dico, figuraverunt: nempe Veteris Testamenti in Novum commutationem, quod Isidorus illo adverbio mystice significare voluit. Hieronymus, contra Jovinian., ex illis verbis psal. xcvi, 6: *Moyse et Aaron in sacerdotibus ejus, et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus*, colligit Samuelum non*

prolixitatem sui 197 in quatuor partibus sit desectus, apud Hebræos tamen in duobus divisus est voluminibus. Quorum primus Samuel scribit, archam Domini a Judæis transisse ad gentes, Heli quoque sacerdotium in Samuel mystice fuisse translatum, et in David Saulis regi imperium.

28. Malachim vero reges Judææ, et Israeliticæ gentis, gesta quoque eorum per ordinem digerit temporum, ipsum quoque Israel ob errorem idololatæ narrat in Assyrios transmigratum; ad extremum edocet venisse Nabuchodonosor in Jerusalem, captivumque duxisse principem, ac populum, et subvertisse urbem et templum.

*De Paralipomenon.*

29. Paralipomenon apud Hebræos sub unius libri volumine continetur, appellaturque ab eis *Dibre-haiamin*, id est, *Verba dierum*, apud nos autem propter prolixitatem sui in duabus decisus est partibus. Hæc est autem historia ordinem generationum et temporum continens. In qua scilicet non parva sanctorum Scripturarum eruditio continetur.

30. Namque in historia Veteris Testamenti in locis suis aut omnino 198 omissa sunt, aut fortasse non plene digesta, in isto summatim ac breviter explicata sunt, cujus quidem series e latere legis, sive Regnorum adjuncta procedit, perveniens ad illud usque tempus quo et regnorum textus finitur. Namque ab exordio fabricæ mundi incipiens, protenditur per ordinem rerum gestarum usque ad ruinam Jerusalem in annis tribus mille septuaginta duobus per generationes septuaginta duas.

sacerdotem, sed Levitam tantum fuisse. Quæ sententia eruditus magis probatur. Qui enim esset sacerdos, præsertim summus, cum non esset de posteritate Aaronis? Idem, epist. ad Paulinum, quæ instar est generalis præfationis in sacros libros, sacerdotii mutationem non ab Heli in Samuelem, sed ab Abiatar in Sadoch factam esse, competenter ait, eaque re legis veteris in novam transitionem significari affirmat. MAR.

28. Al., ab errore, pro ob errorem.

29. Paralipomenon apud Hebræos sub unius libri volumine continetur. Hæc ex Hieronymo sumpta sunt præfatione altera in libros Paralipomenon. Illud de suo auctor addidit, *in duabus decisus est partibus*; casuum permutatione, ut sæpe consuevit. Paulo inferius, ubi nos legitimus *explicata sunt*, duo chartacei expleta sunt. Verum nostram lectionem veterem esse, tum ex plurium Codicum fide, tum ex ea Hieronymi præfatione intelligitur, tamen sententia non discrepat, utrovis modo legatur. MAR.

30. Namque ab exordio mundi incipiens, etc. Locum obelo confluximus, quomvis trium Codicum lectione subnixum, qui neque in annorum numero, neque in generationum conveniebant. Nos de annorum ratione non magnopere laboramus, cum in ea re, ut in qua maxime, scriptores varient. Eusebius, ab initio mundi usque ad Jerosolymæ excidium sub Nabuchodonosor annos numerat 4610. Hebræi in Seder-holam 3558. Nos, cum in ea re nonnihil operæ esset consumptum, annos inveniebamus 3590. Atque hæc de annorum ratione. Quod vero septuaginta duæ generationes, seu progenies ab exordio mundi usque ad excidium Jerosolymæ fuisse ait, suspicor lectionem esse vitiatam, et quinquaginta duas generationes poni debere, nempe quot in Luca, quot-

*De libro Job.*

31. Job liber continet ejusdem sancti viri damna, funera, vel flagella, et contumeliosa consolantium dicta, lamenta quoque ejus, in quibus totius mundi deplorat miseriam; consolationes etiam Dei ad eum per turbinem, ejusque duplicem honorum in sine remunerationem. Hic autem ex suis passionibus et verbis Christi expressit imaginem; conjux vero ejus carnalium typum designat, qui, intra Ecclesiam positi, vitam spiritualium moribus suis scandalizant.

32. Amici vero ejus speciem præbuerunt hæreticorum, figuramque dogmatum perversorum. Porro Eliu, qui adversus Job gravi exprobratione innititur, significat eos qui intra sanctam Ecclesiam arroganter prædicant, et per tumorem cordis ac scientiæ fastum, quidquid proferant superbiæ exemplis ostentant.

*De Psalterio.*

33. Liber Psalmorum, quanquam uno concludatur volumine, 199 non est tamen editus uno eodemque auctore. Decem enim prophetae sunt qui eos diverso tempore scripserunt, id est, Moyses, David, Salomon, Asaph, Eman, Ethan, Idithun, et filii Core, Asir, Elcana, Abiasaph, sive Eadras. Nonnulli etiam Aggæi et Zachariæ esse existimantur.

34. De his autem qui sine titulis sunt, traditio veterum talis est, ut cujus auctoris præscriptio præcesserit, ceteri, qui sine titulo sequuntur, ipsius esse credantur. Est autem hic liber allegoricis ac typicis sacramentis signatus; specialiter autem, quod natus, quod passus, quod resurrexit Christus, pene hoc omnium psalmorum resonat organum.

35. Sciendum autem quod apud Hebræos omnes

que ab Hebræis ex veteri Testamento ab Adamo ad illud tempus numerantur. MAR.

32. Al., prætulerunt, pro præbuerunt, et ostendunt, pro ostentant. MAR.

Ibid. Amicos Job speciem hæreticorum præbuisse, in Allegoricis quoque notatur, num. 55. In quo opere multa sunt cum Progeniis communia, quod semel monuisse satis sit. AREV.

33. Decem enim prophetae sunt, qui eos diverso tempore scripserunt. Sententia est Hieronymi, non omnes psalmos a Davide fuisse editos, epistola ad Cyprianum, et epistola ad Sophronium, et prima contra Rufinum. Cum Hieronymo omnes Hebræi conveniunt. Augustinus varius est initio commentar. in Psalmos, et xvii de Civitate Dei, cap. 14. Ceteri ferme Græci et Latini expositores, omnes psalmos a Davide fuisse editos teneant. De re hæc nihil in præsentia statuo. Nomina sane prophetarum, a quibus Isidorus psalmos esse compositos ait, in omnibus exemplaribus corruptissime posita erant. Nos veram lectionem restitimus, tum ex Codicum inter se collatione, tum ex prim. Paralip. vi, 22. In filiis Core denarius prophetarum numerus completur. Esdras, Agyæus et Zacharias sub dubio ab Isidoro inter auctores psalmorum numerantur, conjectura tum verborum, tum vi Etymologiarum, cap. 2, ubi cum de re eadem agatur, eorum nomina prætermittuntur. Rabbi Isane Harana, in Cantic. præfatione, decem quidem psalmorum auctores numerat, longe tamen aliter quam Isidorus: nempe, Adam, Melchisedech, Abraham, Moyses, Heman, et Idithun, et tres filii Core, quæ ad Judæorum fabulas ablegamus. Porro præcipua auctoritate et eruditione viri, Esdras non tantum, ut

A psalmi permisti fuerunt, et inordinati, quos tamen prius Esdras in unum volumen coegit, et in ordinem, numerumque disposuit, ac per occulto mysterii sacramento aliis alios prætulit ordine, dum posteriores videantur in tempore. Nam secundum historiarum tertius psalmus quinquagesimo posterior est, sed propter mysterium in 200 ordine prior est. Sic enim habentur et ceteri, quia Spiritus sanctus eos præordinavit, ut voluit.

*De libris Salomonis.*

36. Salomon tria volumina edidit: primus ex his Proverbiorum liber est; secundus, qui appellatur Ecclesiastes; tertius, cujus titulus est Cantica canticorum. In quibus quidem tribus libris trium generum disciplinas composuit, quibus ad rerum scientiam pervenitur. In primis namque ethicam, id est, moralem; post hæc physicam, quæ qualitatem naturæ comprehendit; ad ultimum theoreticam, id est, contemplativam. In Proverbiis enim moralia docens, per communem quemdam loquendi usum altiore intelligentiæ edidit, conservationemque mandatorum et doctrinæ cælestis institutionem succinctis versibus brevibusque sententiis coaptavit.

37. Sunt autem proverbia sub verbis aliis res alias explicantia, vel significantia, quæ aliter quam dicuntur intelliguntur, plus in virtute sententiarum quam in sono verborum, quæ Græci paræmia vocant. In Ecclesiaste vero rerum naturam discutens, cuncta in mundo educa et vana esse reprehendit [Forte, deprehendit]; rerumque omnium fragilitate perspecta, renuntiare mundo admonuit.

38. In Canticis autem canticorum supergressus visibilia, atque contemplans ea quæ sunt cælestia,

Hieronymus, epist. ad Sophronium, ait, psalmos omnes in unum volumen collegisse affirmant, sed etiam pro certo ponunt, ab eodem primus psalmum fuisse compositum, ut esset instar præfationis in universum opus, provocaretque lectorem ad divinæ legis lectionem. MAR.

34. De his autem qui sine titulis sunt. Sententia est cum Hebræorum, tum Hieronymi, epistola ad Cyprianum, eo argumento contententis, undecim omnino psalmos Moyse auctorem habere, a psalmo octuagesimo nono, ubi ejus nomen præfertur, cum decem psalmi sequentes sine titulo sint apud Hebræos. MAR.

35. Al., collegit, pro coegit. MAR.

Ibid. Coegit, etc. Alii: Collegit; deinde septuaginta seniores quodam spiritali intelligentiæ mysterio, dum eos ex Hebræo in Græcum transferunt, et in ordinem numerumque disponunt. AREV.

36. Trium generum disciplinas composuit. Sic sentit Hieronymus initio commentariorum in Ecclesiast. et epistola ad Paulam Urbicam, nisi quod pro theoreticam, quam ponit Isidorus, Hieronymus priori loca theologiam, posteriori logicam posuit. Utramque lectionem conjunctam videtur Isidorus hinc, in Etymolog. cap. 21, cum ait: In his quippe tribus generibus philosophia etiam eloquia divina consistunt. Nam aut de natura disputare solent, ut in Genesi et Ecclesiaste, aut de moribus, ut in Proverbiis, et in omnibus pusissimis libris, aut in logicis, pro qua nostri theologiam sibi vendicant, ut in Cantic. canticorum, et in Evangeliiis. — Ibid. Institutionem; al., institutionem. MAR.

38. Al., perveniendum pro præcedendum. — App

vel divina, sub specie sponsi et sponsæ, Christi Ec-  
clesiæ unitatem declarat, atque animam ad **201**  
amorem cœlestium exortans provehendam ad con-  
sortium Dei provocat. Illud etiam non est omittend-  
um, quod a doctoribus nostris traditur, apud He-  
bræos hanc fuisse observationem, ne cuiquam li-  
brum hunc legere permitterent, nisi viro jam per-  
fectæ scientiæ, et laboratæ fidei, ne forte per im-  
becillitatem infantia, et fidei imperitiam, non tam  
erudiret cognitio lubricas mentes, quam potius ad  
concupiscentias corporales converteret.

**39.** Omnes enim Scripturas a doctoribus eorum  
tradi pueris solitum est, etiam eas quas *deuteroseis*  
vocant. Quatuor tantum ista ad ultimum reservari,  
id est, principium Gene-*is* de mundi creatione, Eze-  
chielis quoque principia, in quibus de cherubim  
scripsit, et finem ejus, in quo templi descriptio con-  
tinetur, et Cantica Cantorum.

#### De libro Sapientiæ.

**40.** Liber Sapientiæ, qui vocatur *Panareton*. Christi  
adventum, qui est sapientia Dei Patris, passionem-  
que ejus aperta manifestatione denuntiat. Hunc  
edidit Jesus, filius Sirach, in quo etiam nonnulla  
vivendi præcepta composuit.

#### **202** De Ecclesiastico.

**41.** Ecclesiasticus vero morum pene omnium disci-  
plinam, et sanctæ religionis conversationem affa-  
tim copioseque conscripsit. Dictus est autem Ecce-  
siasticus, pro eo quod in medio cœtu populi, id est,  
coram ecclesia fuerit habitus. Hic enim propter  
nimiam sensus similitudinem et eloquii paritatem

*Hebræos hanc fuisse observationem.* Sic Hieronymus,  
ad Paulinum, de Genesi, et principio atque fine Eze-  
chielis, et Origenes, homil. 1 in Cantica, totidem  
sermo verbis, quos Isidorus in hunc modum: *Amant*  
*enim observari etiam apud Hebræos, quod nisi quis*  
*ad ætatem perfectam maturamque pervenerit, libellum*  
*hunc ne quidem in manibus tenere permittatur. Sed et*  
*illud ab eis acceptum custodiri, quandoquidem moris*  
*est apud eos omnes Scripturas a doctoribus et sapientibus*  
*tradi pueris, simul et eas quas dicitur *deuteroseis* appel-*  
*lant. Ad ultimum, quatuor ista reservari, id est, prin-*  
*cipium Genes. in quo mundi creatura describitur, et*  
*Ezechielis, etc.* Porro ætas perfecta xxx annorum  
erat, ut ait Hieronymus loco citato, et *deuteroseis*,  
ut ipse Hieronymus docet epistola ad Algasiam,  
q. 10 et in Ezech. cap. xxxvi, Judicæ traditiones, et  
cibule erant. Primo Institut. apost., c. 7, Clemens  
traditiones seniorum vocat *deuteroseis*. Eas Epiphanius  
hæres. 33, contra Ptolemaïtas, apud Hebræos  
quatuor libri comprehensisse ait. Nostra ætate  
Thalmod babylonicum in Misna, et Clemara distri-  
buitum est, auctore Elia in Thib. Misna autem et  
deuteroseis, quod vis utriusque nominis declarat,  
repetitionem significantis, idem sunt, ac proprie signi-  
ficant præcepta vel expositiones legis, quæ post  
Moysen ab Hebræis inventa sunt, qua ratione inter  
Moysen libros Deuteronomium hoc nomen habet,  
quod sit velut repetitio præcedentium librorum, et  
quasi secunda lex, ut ipsis Isidori verbis utamur. MAR.

*Ibid.* Animadvertendum etiam Hebræos existi-  
masse non oportere ut sacræ Scripturæ libri omnes  
promiscue omnibus legendi traderentur. Et illo  
quidem tempore quo librorum copia non ita facilis  
erat, quippe cum manu omnes scriberentur, fortasse  
non ita magnum periculum imminabat; at nostro  
tempore, quo typographiæ benefici innumera libro-

Salomonis titulo prænotatur. Constat autem et hunc  
librum a Jesu filio Sirach editum fuisse, et inter  
reliquos sacrarum Scripturarum libros pari habitum  
veneratione.

#### De Isai.

**42.** Isaias propheta, qui interpretatur *salus Domini*,  
hic, postquam de altari misus calculus labia ejus  
purgavit, dignus efficitur Spiritus sancti prophetia.  
Speculaturque duo seraphim in ænigmate quorum  
Testamentorum, cum duodecim alis, id est, apostolis,  
qui prædicatione sua totum mundum volucris cele-  
ritate discerunt, tegentes faciem et pedes sedentis  
in throno Dei, id est, occultantes ea, sive quæ auto  
sæculi fuerunt exordia, sive quæ post transactam  
hujus mundi figuram futura sunt.

**43.** Hic tamen post visionem Judæ et Jerusalem  
adværsus cæteras gentes, quæ in circuitu ejus sunt,  
prophetiæ convertit sermonem, et juxta qualitatem  
locorum, et vitæ diversitatem, quæ essent eis mala  
ventura denuntiat. Post captivitatem enim Jerusalem  
ruinam Babylonicæ comminatur.

**203 44.** Deinde necem Philistiim, vastitatem  
Moab, exterminium Damasci, et Ægypti commotionem,  
et solitudinem maris deserti, obsidionem quo-  
que Edom, Ingam et interitum Arabiæ, excidium  
vallis Sion, subversionem etiam Tyri, sive quadrum-  
pedum. Sed figuratiter in visione Judæ Synagoga  
projicitur, et Ecclesia Domino copulatur. In ruina  
Babylonicæ confusio totius mundi superbiæque argui-  
tur, et finis ejus monstratur. In vastitate Moab error  
scientiæ secularis in silentium luctumque mutatur.

rum exemplaria facillime in vulgus prædeunt, quis  
neget sanctissime ab Ecclesia constitutum fuisse ne  
vulgaris sacrarum librorum lectio civis sine delectu  
permitteretur? AREV.

**39.** Omnes, etc. Alii: Quandoquidem moris est  
apud eos, omnes Scripturas a doctoribus et sapientibus  
tradi pueris, simul et eas quas deuteroseis appellant,  
ad ultimum quatuor ista reservari. AREV.

**40.** Liber Sapientiæ, qui vocatur *Panareton*. Sic legit  
Tarracensis. In aliis Codicibus vox *Panareton* cor-  
rupta erat, nisi quod in omnes terminabant. Ea  
verba ex Hieronymo, prologo in Salomonis opera,  
errore quodam sumpta ab Isidoro sunt. Fertur, in-  
quit Hieronymus, et *Panaretos Jesu filii Sirach liber*,  
et *alius pseudepigraphus, qui Sapientia Solomonis in-*  
*scribitur.* Quod ergo Hieronymus de Ecclesiastico  
dixit, Isidorus ad Sapientiæ librum transtulit, non  
eadem prorsus voce. Nam *Panaretos*, qua voce Hi-  
eronymus est usus, eximium ac præcipuum significat,  
ab ἀρίστα, *Panareton* autem ἀπὸ τῆς ἀρίστης quasi  
virtutum omnium apothecam. Rabanus, prolog. in  
Ecclesiast., Isidori etymon secutus, non gignendi  
casu, ut ipse, sed nominandi, neque de Sapientiæ  
libro, sed Ecclesiastico, propter excellentiam, inquit,  
virtutum suarum *Panaretos*, id est, omnium virtutum  
capax appellatur. MAR.

*Ibid.* Verba *Hunc... composuit obelo a Mariana*  
tanquam duba notantur. AREV.

**42.** *To um mundum volucris celeritate* *discerunt.*  
Hispanismus est, pro *Per totum mundum*. MAR.

**44.** *Excidium vallis Sion.* Se constanter legebant  
omnia exemplari præter unum Laurentinum, cui,  
quod reverens esset descriptum, non multum fidei tri-  
buebamus, in quo *excidium vallis visionis* legebatur.  
Isai. xxii, 1. Hieronymus et Vulgata *Omnia vallis visionis*  
legunt. Septuaginta interpretes ἡμέρα τῆς φῶς, ἡμέρα

45. In eversione Ægypti totius mundi idololatriæ destruantur, templique Domini ædificatio prædicatur. In contritione Philisthiim luctus eorum monstratur, qui abijciunt jugum Christi, et elevat se contra scientiam Dei. Porro per Damascum, prædicatio gentium, et ruina ostenditur populi Judæorum. Per onus maris deserti hujus sæculi tentatio declaratur, et quæ illi ventura sunt ostenduntur.

46. Per Iduuam oritur sol justitiæ gentium, et tenebræ veniunt populo Judæorum. Per Arabiam prædicatur aqua baptismatis præbenda iis qui sugerunt gentium errores, vel eorum blasphemias. Per vallem Sion perditio prædicatur Jerusalem, et hæreticorum, qui de sublimitate Ecclesiæ ceciderunt. Per Tyrum gentibus prædicatur, ut, sæculi errore deposito, ad Christum Dominum convertantur.

47. Reliqua vero ejus vel de Christo, vel de Ecclesia gentium sunt, sive de consummatione mundi. Prophetavit autem annis ferme LXX, sub regibus quatuor Judæ, ordine atque genere sibimet 204 succedentibus, id est, Ozia, Joathan, Achaz, ad ultimum Ezechia: sub quo pars magna voluminis ejus usque ad calcem textitur prophetiæ.

#### De Jeremia

48. Jeremias propheta, qui interpretatur *excelsus Domini*, simplex in loquendo, et ad intelligendum facilis; qui in omnibus dictis et passionibus suis Redemptoris nostri imaginem prætulit. Hic, postquam in typo Christi regna destruxit diaboli, justitiæque vel fidei ædificavit imperium, jubetur prophetare super omnes gentes, Ægyptum videlicet et Palæstinós, Moab et Ammon, Edom et Damascum, et Cedar, et super regna Assur, necnon super Helan, et Babyloniam.

49. Inter hæc autem videt virgam vigilantem divinæ correctionis et potestatis. Ollam quoque succensam, id est, Judæicam plebem igne carnalium desideriorum ardentem. Aspicit et duos cophinos sctorum in præfiguratione duorum populorum.

50. Descendit et in domum figuli, et videt diminutionem vasis prioris, et novi instaurationem ad designandum defectum prioris populi, et successionem futuri. Sumit etiam calicem supplicii, atque universis gentibus porrigit. Accipit et lumbare sub exemplo populi Judæorum, atque putrefactum projicit illud in dispersionem trans flumina gentium. Ostendit et calicem aureum Babylonis, per quem

*Sion*, id est, *verbum vallis Sion*, quo loco suspicor, Hebræicam lectionem, ut in plerisque aliis locis, ab antiquo esse mutatam, et pro *גיא הירי* ut habent Codices Hebræici hoc tempore, et Hieronymus, Septuaginta legisse *גיא הירי* facili inter se litterarum permutatione, lectio commutari potuit; sententia non dissimilis est, cum Rabbi Salomo et Rabbi David Kimhi, commentariis ad eum locum, contendant vatem de valle Sion, atque Jerosolyma esse locutum. *Mar.*

45. Jam alibi monui in textu Grialii fere semper *idolatria* scribi pro *idolatriæ*. *AREV.*

47. *Prophetavit autem annis ferme LXX.* Quot annis singuli propheta vaticinati sint, haud promptum est explicare. In Eusebii Chronico, nisi locus est vitia-

inebratus est mundus lethifero idololatriæ haustu. 51. Jubetur et projicere in Euphratem volumen lapidi alligatum, ad demonstrandum interi um Babylonis, vel figuratiter totius mundi. Increpat etiam delinquentes, et ad conversionem provocat.

52. Ad ultimum plangit ruinam Jerusalem, templique excidium, et dispersionem gentis; quæque non tantum prænuntiavit, sed etiam præsentia vidit. Exorsus est autem duodecimo anno Josiæ regis Judæ eo tempore quo et Olda mulier prophetiæque ejus per quatuor reges extensa est, sub Josia, et Eliacim, et Joacin, et 205 Sedecia, sub quo eversa est Jerusalem. Annis LXXII et tribus mensibus prophetavit, excepto illo tempore quo post eversam Jerusalem in Ægypto cum populo fuit.

#### De Ezechiele.

53. Ezechiele, qui in Latinum vertitur *fortitudo Dei*, hic figurans typice Christum, sta: juxta fluvium sæculi, et præclara conspicietur mysteria.

54. Cernit similitudinem gloriæ Dei, et quatuor animalia in similitudinem evangeliorum, et rotas s: Invicem continentes in typo testamentorum. Videt et aurigam, id est, Christum, deorsum igne judicii, sursum electi, id est; divinitatis fulgore rutilantem. Comedit quoque librum divinæ legis, in quo scriptum est lamentum pœnitentium, et cœrmen justorum, et vœ eorum qui post peccatum pœnitentiam non egerunt.

55. Dehinc accipit laterem, in quo obsessa Jerusalem pictura describitur, vel in quo sub typo Christi ejusdem Jerusalem, id est, totius Ecclesiæ, quæ est e latere Christi formata, mysteria describuntur. Caput et hic propheta somnium sinistri lateris, in typo mortis peccatorum, qui ad lævam positi æterna supplicia sustinebunt: ac demum a sinistro in dextro latere dormire jubetur propter spem eorum qui per mutationem morum resurrectionis gloriæ obtinebunt. Aspicit iterea et duas virgas sibimet copulatas, in similitudinem circumcissionis, et gentium, sive aquilam sub Nabuchodonosor, velut Antichristi figura, magnis alis, et volucris celeritate totius mundi imperia occupantem.

56. Plangit præterea sub specie principis Tyri beatitudinem diaboli, quam amisit, et ruinam ejus magnam [*Forse*, magna] cum lamentatione deplorat. Ad ultimum, arundinem vel funiculum gestans motitur sub specie sanctorum mystice Jerusalem.

tus, ab initio vaticinii Isaiæ usque ad ejus interitum, centum ferme anni elabuntur. Neque minor est difficultas in Jeremia, quem Isidorus annis LXXII et tribus mensibus prophetasse ait, et suspicor vehementer locum esse corruptum. Nam Hieronymus, comment. ad I ejus prophetæ cap., uno et quadraginta annis vaticinium esse ait, præter illud tempus, quando ductus est in Ægyptum; ex Eusebii Chronico, ab initio Jeremiæ prophetiæ usque ad eversam Jerusalem, colliguntur anni XLV. *Mar.*

50. *Diminutionem vasis prioris.* Diminutionem per comminationem dixit, juxta illud Terentii: *Diminuat ego caput tuum hodie, nisi abis.* *Mar.*

55. *Al., typum mortis: et Antichristi figuram.* *Mar.*

57. Inter hæc mystica subjicit quædam m̄ralia, falsos criminatur prophetas, atque speculatoribus præcipit n̄ reticeant malitiam. Quatuor etiam ultionum pœnas peccatoribus prædicat, animasque redire ad corpora sua prophetat. Ostendit quoque unumquemque **206** pro se rationem Domino redditurum, nec in progeniem posse ultra diffundi lapem paterni delicti.

58. Objurgat inter hæc sub Ogla et Ooliba omnem turpitudinem Samariæ et Jerusalem: nativitateque objicit contumeliosam. Sæpe etiam ad penitentiam captivos provocat populos, et post prævaricationem adp̄net populum redire conversum. Hic autem ætatis suæ anno 35, et captivitatis quinto in Chaldæa exulans prophetavit: ibique vaticinium consummavit.

*De Daniele.*

59. Daniel, qui interpretatur judicium Dei, qui que etiam de Christo cunctorum manifestior prophetarum est. Denique iste non solum venturum prædicavit, ut cæteri, sed etiam et tempus incarnationis et passionis per ordinem regum et numerum designavit annorum, ita ut potius non videatur futurum prædicere, sed quasi transacta narrare. Hic autem quatuor regnorum cernit frequentius visiones, eorumque differentias sub diversis imaginibus intromittit.

60. De Antichristo quoque ostendit quod ipse sit cornu pusillum, id est, parvo tempore regnurus, et, decem regibus subjugatis, solus postremis temporibus regnurus. J. De consummatione Jerusalem vel mundi plura scribit, sive de die judicii, et regno sanctorum. In fine autem voluminis prophetiæ suæ Susannæ historiam et Belis draconisque fabulas ponit.

61. Hic autem liber apud Hebræos Hebraicis quidem litteris, **207** sed Chaldaica lingua scriptus est. Prophetavit autem in Babylone, quando et Ezechiel.

*De Osee.*

62. Osee propheta, qui intelligitur salvans, in duodecim prophetis primus, profundior reliquis in sen-

57. Al., *comminatur pro criminatur.* MAR.

58. Al., *vaticinium suum consummavit.* MAR.

60. Et Belis draconisque fabulas ponit. Plerique Codices pro fabulis *fabulam* legebant. Hieronymus tamen prologo in Daniele, unde hæc Isidorus est mutuatus, Susannæ historiam negat, hymnum trium puerorum, Belis et draconis fabulas in Hebræo esse. Eodem modo loquitur proœmio commentariorum ad eundem prophetam, neque vocis insolentia moveri quis debet, ut credat Hieronymi et Isidori testimonio Danielis vaticinium ea parte falsi accusari. Nam fabula, quæ a fando dicitur, ut ait Varro v de Lingua Latina, est res passim vulgata, sive vera, sive falsa sit. Itaque passim ea vox in utramque partem accepit. Origenes, homil. 5 in Genes.: *Hic jam (inquit) refertur famosissima illa fabula Loth.* Eusebius, in Hist. Ecclesiast., cap. 23: *Audi fabulam, et non fabulam, sed rem gestam de Joanne apostolo.* Hieronymus, ad Philipp. II: *Longum est, inquit, si vellem Samsonis fabulam ad Christi trahere sacramentum.* MAR.

*Ibid.* In nota Marianæ erat ut sit Varro, quod mu-

PATROL. LXXXIII.

tentiis, et operosior intellectum. Iste ad eas tribus quæ vocantur Ephraim et Samaria, domum Joseph et Israel, loquitur; sed per Ephraim hæreticos arguit, qui recedentes ab Ecclesiæ unitate, participes facti sunt idolorum.

63. Per Samariam autem eorundem hæreticorum demonstrat figuram, qui præceptorum Dei custodes esse mentiuntur, et sub prætextu veritatis mendacium colunt. Hic historialiter Judæus in Christo ultimo tempore credituros pronuntiavit: Tertium quoque resurrectionis dominicæ diem prædixit. Prophetavit autem in diebus Ozia regis Juda, sive Jeroboam regis Israel, quando et Isaias.

*De Joele.*

64. Joel propheta, qui interpretatur incipiens. Iste, ad Judam tantum et Jerusalem vaticinium proferens, in principio sui voluminis, post voluptuosa convivia ad luctum provocat Jerusalem, excidiumque ejus pronuntiat. Prædicat quoque vocationem gentium, et super congregatos credentes superventurum Spiritum sanctum. Prophetavit autem sub Joatham rege Juda, quando et Michæas.

*De Amos.*

65. Amos, qui interpretatur onus, vaticinavit in Samariam et Jerusalem, tria et quatuor scelera gentium sub totius mundi figura describens. Primum itaque scelus, quia omnes in Adam peccaverunt. Secundum, quia insitam naturæ legem immemores rationis **208** non intellexerunt. Tertium quoque eorum qui datæ legi non obedierunt. Quartum inexpiable eorum qui in Christo non crediderunt, pro quibus sceleribus intonat Dominus ignem, id est, sententiam æterni judicii illaturum.

66. Hic autem adventum Christi sub dominica voce ita prædicat: *Ego firmans tonitruum, et creans spiritum, et annuntians in hominibus Christum.* Reliqua autem, quæ de Amasia et Jeroboam, sive Israel loquitur, tropologice ad hæreticos sunt referenda. Prophetavit autem sub rege Ozia, eo tempore quo Osee et Isaias.

tavi in ut ait Varro, quia ita ab eo scriptum puto. AREV.

62. Al., *p. ritior pro operosior.* MAR.

63. Al., *eorum pro eorundem.* — *Ibid.*, *Præceptorum, al., præceptorum Dei legem custodisse se mentiuntur.* In Christo ultimo tempore credituros. Archaismus est, pro in Christum, ut Æneid. II, *Talis in hoste fuit Priamo.* Simi i libertate dicendi superius dixit, *transmigratum pro transmigrasse, invisit sunt pro inviderunt,* et alia, quorum inire rationem longum esset. MAR.

65. Al., *Samaria.* MAR.

66. Al., *formans pro firmans.* Annuntians in hominibus Christum. Sic quatuor Codices correctiores; tres alii legebant *annuntians in hominibus Christum suum,* ut est in ipso contextu Septuaginta interpretum, et ut legit Augustinus, xviii de Civ. Dei, cap. 28. Totus locus ex Amos IV, 13, desumptus est, ubi Vulgata Editio habet: *Quia ecce formans montes, et creans ventum, et annuntians homini etoquium suum,* nimirum, ut docet Hieronymus, comment. ad eum locum ubi ejus et nostro tempore Hebræi legunt

*De Abdia.*

67. Abdias, qui interpretatur *cervus Domini*, inter omnes prophetas brevior numero verborum, sed gratia mysteriorum æqualis. Iste contra Idumæam loquens increpat mytice superbiam Edom, prioris videlicet populi audaciam, quod Jacob fratrem suum, id est, Christum ex Hebræorum stirpe creatum occiderit. In monte autem 209. Sion, quæ est Jerusalem, futuram salutem et Sanctum, qui est Christus, annuntiat, atque in monte Sion, per quem figuratur ecclesia gentium, futurum intonat Domino regnum. Prophetavit sub Josia rege Juda, quando et Michæas.

*De Jona.*

68. Jonas, qui interpretatur *columba*, tam sermone quam naufragio suo passionem Christi mortemque, et resurrectionem, figurat, sive quod de navi in mare, tanquam de cruce in terram, projectus est, sive quod, in ventre ceti exceptus, tanquam in sepultura terræ tribus diebus ac noctibus reconditus est, vel quod in figura Ninive penitentiam mundo prædixerit. In sequentibus autem typum gerit Judæorum, qui salutem gentium, non tantum advenire moluerunt, sed dum venit, invisit [Al., invisi] sunt. Ninive quoque gentium significat speciem, Jonas vero in hoc loco Judæorum.

69. Nam quemadmodum Ninivitarum salus ad æmulationem provocavit Jonam, ita redemptio gentium scandalum existit Judæorum. Merito et contra Orientem civitatis sedisse legitur sub umbra herberæ, quia eadem plebs separans se a salute Ecclesiæ, dolore tabida, contra Christum, id est, Orientem Ecclesiæ, linguam suam movere nititur, sedens

שבעה ושלש Septuaginta legerunt בשבע, atque ea fuit variis interpretationis occasio. *MAN.*

*Ibid.* In altero ex meis exemplaribus Hebrææ voces notæ incipiunt אבד. *AREV.*

67. Al., *corum stirpe creatum. Prophetavit autem sub Josia.* Locus est implicatissimus. Hebræi, ut Hieronymus ait, initio in eundem prophetam, sentiunt hunc esse Abdiam illum qui Achab tempore prophetas pavit in specubus. Dorotheus in Synopsi eandem tertium ducem quinquagenarium ad Eliam missum sit. Utrumque Isidorus ipse sequitur, de Vita et morte sanctior. Hæc si vera sunt, non Ozia tempore vaticinatus est, sed Josaphat, ut habent Codices Septimancensis, Laurentianus, et Hispalensis in membranis. Hieronymo, in Osee 1, Oseas, Isaias, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas *εὐρηγοῦν* fuerunt. Cum hac opinione convenit lectio quæ est in duobus chartaceis Hispalensibus, nempe sub Ozia esse vaticinatum. Isidorus ipse Abdiam Michææ coætaneum, Michæam Sophoniæ facit. Sophonias sub Josia vaticinatus est, quo tempore Jeremias. Itaque Codices Tarraconensis et Parisiensis prophetam hunc sub Josia vaticinatum esse aiunt. Hanc nos lectionem secuti sumus, tametsi de Joela ait paulo superius : *Prophetavit autem sub Joatham rege Juda, quando et Michæas.* Nisi hoc etiam fortassis loco Joatham legendum sit Josia. *MAN.*

*Ibid.* Arbitror Marianam scripsisse Joatham legendum sit pro Josia, vel certe hoc voluisse. Vide var. lect. *AREV.*

68. Al., *indicat pro figurat.* *MAN.*

69. *Quia adveniente, etc.* II Cor. v. 17. *Prophetavit autem sub Ozia, IV Reg. iv, 15.* Jeroboam filii Joas regis Israel, qui fuit æqualis Ozia, ætate Jonam

A sub umbra legis, quæ umbra a verme arefacta est, quia, adveniente Christo, vetera transierunt, et ecce facta sunt omnia nova. Prophetavit autem sub Ozia rege Juda, quando et Osee, et Amos, et Isaias prophetaverunt.

*De Michæa.*

70. Michæas propheta interpretatur *quis iste?* Comminatur Samarizæ iram Domini ob causam simulacrorum, interitumque populo Israel 210 venturum denuntiat. Locum etiam in quo nasceretur Christus demonstrat. Prophetavit autem sub Josia, quando et Sophonias.

*De Nahum.*

71. Nahum, qui est *consolator*, simulacra gentium exterminanda pronuntiat, necnon urbem sanguinam B Jerusalem, post cuius interitum pedes annuntiantis pacem, id est, Salvatoris adventum proclamant.

*De Habacuc.*

73. Habacuc, *amplexans*, sive *luctator fortis*, in principio voluminis sui describit diabolum cum membris ac moribus suis; in fine vero prænuntiat adventum passionemque Salvatoris.

*De Sophonia.*

73. Sophonias, *speculator mysteriorum Domini*, et *abscondens*, cernit captivitatem urbis Jerusalem a Romanis futuram, per vocem clamoris a porta piscium, et per collium contritionem, id est, montis Sion, qui est collis Jerusalem; necnon et aliarum gentium eversionem prædicat, terroremque divini judicii intonat.

C 74. Loquitur etiam contra Moab et Ammon, sed per ipsos tanquam finitimi populo Dei, et proximi

vixisse constat. Falluntur enim qui Jonam eum puerum fuisse aiunt quem Elias ad vitam revocavit, IV Reg. iv. Tametsi Dorothei, Hieronymi magnorumque aliorum virorum auctoritate nitantur. *MAN.*

70. Al., *populi Israel. Prophetavit autem sub Josia, quando et Sophonias.* Alii Codices legunt sub Ozia. Neutrum placet, mallem sub Ezechia, propter locum Jerem. xvi, 18 : *Michæas de Morasthi fuit propheta in diebus Ezechie regis Juda.* Ipse initio *αὐτὴ* prophetizæ ait : *Verbum, quod factum est ad Michæam Morasthitem, in diebus Joatham, Ahas et Ezechie, regum Juda.* Fortassis ad Josiæ regnum perveit, quando Sophoniam vaticinatum esse constat, quem Isidorus Michææ æqualem facit, Michæam Joeli et Abdizæ. *MAN.*

71. *Nahum, qui est consolator.* Sic Septimancensis; at Tarraconensis et Hispalensis, in membranis, *consolatus*, quæ lectio haud contemnenda est. Porro in Seder-holam Hebræi asserunt Joel, Nahum et Habacuc vaticinatos esse Manassis tempore, et quoniam improbus erat, subituisse ejus nomen. Hieronymus prologo in duodecim prophetas : *In quibus autem, ait, tempus non præfertur in titulo, sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus et hi qui ante eos habent titulos prophetaverunt.* Quam opinionem unde desumpsit Hieronymus non invenio. Isidorus sane vaticinatus Nahum et Habacuc nulla tempora designavit. *MAN.*

*Ibid.* E duobus meis exemplariis Editionis Grialianæ in altero erat *jejunio*, in altero recte invenio in nota Marianæ; quod observatum a me alibi etiam est, ut constet, inter exemplaria ea ferè excudenda nonnullas correctiones additas fuisse. *AREV.*

72. Al., *pronuntiat adventum.* *MAN.*



catholicis sacramentis, **211** hæretici arguuntur. A Ille tertium diem resurrectionis Christi prophetat, atque in adventu Christi totum orbem sub uno iugo Domino servitutum annuntiat. Prophetavit autem sub Josia, quando et Jeremias.

*De Aggæo.*

75. Aggæus, qui interpretatur *solemnis*. Hic in vaticiniis sui textu templum Domini restaurandum præcepit, contritionem prædicat gentium, vel commotionem totius mundi prædicat, ac sub figura Zorobabel Christi vaticinatur adventum. Septuagesimo autem anno captivitatis populi prophetavit, duobus tantum mensibus Zachariam vaticinio suo præcedens.

*De Zacharia.*

76. Zacharias, qui nominatur *memoria Domini*, B postquam jam Domini patribus prophetavit, vidit virum sedentem super equum rufum, in signa corporis Christi, roseum sanguine passionis, sive myrteta, gentium populum significantia; aspicit et cornua quatuor, sive fabros in figura gentium, quæ Judam et Israel dispergentes, gravi pondere depresserunt.

77. Intuetur similiter et Jesum, sordibus carnis et mortalitate vestitum, quibus ablatis, indutum immortalitate et gloria. Cernit et lapidem, qui est Christus, septem habentem oculos, id est, septiformis spiritus plenitudinem. Inter hæc intuetur torrem et titionem extinctum, id est, diabolum. Candelabrum videt in figura Christi cum lucernis septem, quæ sunt Ecclesiæ; necnon et duas olivas, ad dexteram et ad sinistram candelabri positas, duorum C Testamentorum tyrum significantes.

78. Assumit quoque idem duas virgas funiculi et decoris in typo Judæorum et gentium. Aspicit deinde duas mulieres, id est, hæreticorum plebes, sive Judæorum, in alis suis levantes amphoram, id est, diabolicam doctrinam, massamque plumbi, quod est **212** pondus peccati gravissimum, sive volumen volans, in quo peccata hominum et supplicia describuntur.

79. Videt et quadrigas quatuor, uno prædicationis evangelicæ in quo currentes. Post hoc aspicit equos malos ad prædicationem mundi: primum rufum, passione martyrii. Secundum nigrum, squalore penitentiae. Tertium album, candore baptismatis. Quartum varium, expositione et doctrina fidei. Cernit D quoque et tubas, sanctorum gestantes figuram, per quas Dominus mundo canit, atque angulum, in quo duo ex adverso populi conjunguntur, sive paxillum, figuratiter Christum, infixum in cordibus populorum,

76. Al., in patribus. MAR.

77. Inter torrem et titionem nullam discrimen reperiri puto. AREV.

78. Al., Diabolum, massamque pro diabolicam doctrinam, massamque. MAR.

79. In textu Grialii erat *infixio pro infixum*, quod ex alia et sensu ipso correxi. AREV.

81. Al., Angelus Dei.—Finc. Al., finem annuntiat. Al., denuntiat. MAR.

82. Al., bonos, et sine crimine esse d.—Reddendas, etc. Al., reddenda a populis præcipit. MAR.

describit et pastorem, Antichristum, opus et intentionem in sinistro habentem.

80. Equum quoque in figura plebis hæreticorum, et ascensorem ejus diabolum. Prædicat etiam fontem in domo veri David, patentem in lavacro regenerationis. Alia quæcunque scribit, aut de adventu Domini, aut de ejus passione sunt, aut de sæculi fine, sive judicio. Prophetavit autem secundo anno Darii regis Medorum, iisdem temporibus quibus et Aggæus, anno septuagesimo desolationis templi et captivitatis populi.

*De Malachia.*

81. Malachias, qui interpretatur *angelus Domini*, in principio vaticinii sui demonstrat odium Judæorum in Esau, et dilectionem junioris populi in Jacob. In sequentibus autem veteres Judæorum victimas reprobat. Et sacrificium transferri ad gentes annuntiat. In fine vero adventum Domini, diem quoque judicii justorumque præmia, et impiorum pœnas. Joannem etiam prædicat ante primum adventum Domini visum, et Ellam ante secundum adventum annuntiat esse mittendum.

82. Inter hæc nonnulla moralia et disciplina congruentia explicat, in quibus corripit populum, sive sacerdotes despicientes nomen Domini, atque ejus sacramenta pollutis oblationibus et sacrificiis **213** violantes. Præmonet etiam episcopos doctos, et sine macula esse debere; et citra personarum acceptionem populos veritatem instruere; discordes quoque arguit, decimas et primitias reddendas in prædicatoribus a populis Ecclesiæ præcipit.

83. Objurgat et eos qui conjuges suas despiciunt, et aliarum amore nectuntur. Similiter et illos qui miseriam suam dolentes, felicitatem laudant eorum qui hujus mundi prosperis perfruuntur. Prophetavit autem novissimus in Babylone, quando Aggæus et Zacharias.

*De Esdra.*

84. Esdras scribit populum, expleto captivitatis tempore, imperante Cyro rege Persarum, in Jerusalem fuisse reversum; ac sub Zorobabel et Jesu filio Josedeck, sacerdote magno, sive Nehemia, muros Jerusalem templumque et altare renovatum, jus quoque sacerdotum restitutum, et sanctæ religionis cultum, multisque opibus gentium principumque Persarum muneribus perornatum.

*De Machabæis.*

85. Machabæorum libri, licet non habeantur in canone Hebræorum, tamen ab Ecclesia inter divinorum voluminum annumerantur historias. Præno-

83. Suas despiciunt, et aliarum amore nectuntur. Duo Hispanenses post hæc verba addunt: *Hæc autem Machabiam Hebræi Esdras intelligunt sacerdotem. Nam et compta quæ in hac prophetia scribuntur in ejus volumine continentur.* Quæ verba tametsi Hieronymi, præfat. in hunc prophetam, et Augustini xx de Civit., c. 25, auctoritate defendi poterant, tanquam male assumpta loco movimus, rejecimusque in hunc locum. MAR.

84. Al., scripsit, populum. MAR.

tant autem prælia inter Hebræorum duces gentesque Persarum, pugnam quoque Sabbatorum, et nobiles Machabæi triumphos, fœdus quoque amicitiarum cum Romanorum ducibus, actaque legationum.

*De quatuor Evangeliiis.*

86. Evangeliorum prædicatio, quamvis quadrifaria sit, una est tamen, **214** quia ex uno eodemque ore Divinitatis processit. Hæc sunt enim quatuor flumina, de uno paradisi fonte manantia, quæ quadrupli unione decurrunt, ac per totum mundum cœlestis prædicationis ministrant fluentia, gratiæ ac fidei virorem infundunt.

87. Hæc est illa in Zacharia quadriga Domini, in qua per omnem orbem evectus leni iugo colla sibi circumcinctarum gentium subjicit. Hi sunt etiam, et quos **B** sub quatuor animalium specie visio prophetalis descripsit, id est, hominis, leonis, bovis et aquilæ.

88. Namque primus, scilicet Matthæus, ut homo, ordinem humanæ nativitatæ designat; Secundus, scilicet Marcus, ad instar rugientis leonis statim in principio sui divinæ potestatis fortitudinem intonat. Tertius, scilicet Lucas, victimam sacerdotis præmittens, quasi vituli mortem insinuat. Quartus, scilicet Joannes, more aquilæ aspectans cœlum, terram avidus transvolat, atque nativitatæ verbi occultata mysterii intelligentia penetrat; sed ex his tria illa animalia, quæ in terra gradiuntur, actualem vitam sequentes, ea tantummodo persecuti sunt quæ homo Christus in terris temporaliter gessit. Quartum autem animal contemplationis acie cœlestia inspicit, et pauca operum, plurima divinitatis sacramenta digessit.

89. Matthæus itaque in principio regalem Christi sequens prosapiam, et moralem, tamen deinceps potius disciplinam secutus, pauca signorum et plura vivendi præcepta composuit. Item Marcus abbreviator Matthæi, ea quæ in itinere ad rationem vitæ regendæ docebat Petrus, veloci stylo retextit, gradiens pariter **215** inter Lucam atque Matthæum,

86. Al., *Quadrifariam sit. — Virorem. Al., vorem. Al., vigorem. MAR.*

*Ibid.* Nonnulli Editi titulum præmittunt: *Prefationes librorum Novi Testamenti. Comparisonem quatuor fluminum paradisi adhibuit Isidorus, lib. vi Etymol., cap. 16: Inter cætera autem concilia quatuor esse scimus venerabiles synodos, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quatuor Evangelia, vel totidem paradisi flumina. Vide etiam Sedulium, lib. iii, vers. 173. Pro virorem melius fortasse est vigorem. AREV.*

87. Al., *Subegit, vel subjugavit pro subjicit, et describit pro descripsit. MAR.*

88. Al., *Vitulum pro vituli mortem. MAR.*  
*Ibid.* Insignia evangelistarum eodem modo relatæ sunt in Ahegoriis, n. 130 et seqq. AREV.

89. *Matthæus itaque.* Hæc verba, usque ad illud: *Et in principio fuisse annuntiavit, in duobus Hispalensibus tantum erant, et suspectæ fidei esse visa sunt, quocirca obelo sunt jugulata, quemadmodum totus ille locus de Epistolis beati Petri, cui initium est: In prima autem Epistola, usque ad extremum. Præterea nonnulla alia verba toto opere obelo notata sunt, de quibus ut propria mentio fieret, et sin-*

plura tamen ex Matthæo commemorat, non tantum rerum, sed et verborum ordinem servans.

90. Lucas vero historiæ magis ordinem tenens, copiosius cæteris gestorum Christi virtutes enuntiat. Ad ultimum Joannes, naturalia explicans, transvolavit cœlos, et angelos, Verbumque Dei reperit, et in principio fuisse annuntiavit.

91. Ex his primus et ultimus ea prædicaverunt quæ ex ore Christi audierunt, vel quæ ab illo facta vel gesta audierunt. Reliqui medii duo ea tantummodo quæ ab apostolis cognoverunt: quorum quidem Matthæus Evangelium in Judæa primus scripsit, deinde Marcus in Italia, tertius Lucas in Achaia, ultimus Joannes in Asia. Ex quibus solum tantum Matthæus prædicationis suæ historiæ Hebræo perstrinxit stylo. Reliqui vero Græci sermonis eloquio ediderunt.

*De Epistolis Pauli.*

92. Paulus apostolus quatuordecim Epistolis prædicationis suæ perstrinxit stylium. Ex quibus aliquas propter typum septiformis Ecclesiæ septem scripsit Ecclesiis, conservans potius nec excedens numerum sacramenti propter septiformem sancti Spiritus efficaciam. Scripsit autem ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses, ad Hebræos, reliquas vero postmodum singularibus edidit personis, ut rursus ipsum illum septenarium numerum ad sacramentum unitatis converteret.

93. Argumenta autem earumdem Epistolarum hæc sunt: inprimis Romanæ plebis fidem collaudat; Corinthios gemina doctrina **216** castigat, apud Galatas per gratiam fidei excludit opera legis, Ephesios magnificat in fide, quam acceperunt; laudat Colossenses pro eo quod in fide perseverant; Philippenses Evangelium custodisse gratulatur; Thessalonicenses, in prima Epistola, fide crevisse et operibus, in secunda, persecutiones tolerasse fortiter gloriatur.

94. Instruit quoque per Timotheum et Titum Ecclesiæ. Philemonem de emendato servo Onesimo rogat.

gulorum ratio redderetur, non judicavimus fore necessarium. MAR.

*Ibid.* Mendum irrepsit in utroque meo exemplari Editionis Grialianæ verum pro rerum. AREV.

91. *Reliqui vero Græci sermonis eloquio ediderunt.* Hæc multo commodior opinio est, omnes evangelistas, præter Matthæum, Græce scripsisse, quam quæ nuper prodiit, Marcum Latine scripsisse, nullo satis idoneo argumento fundata. MAR.

*Ibid.* Marcum Latine scripsisse tenent nonnulli, qui putant autographum Evangelii sancti Marci asservari Venetiis. Verum somnium est quiddam de autographo hoc dicitur, de quo videri potest P. Blechhini Evangeliarum quadruplex, et Zaccaria Historia litteraria Italiae, tom. I, pag. 14 et seq. Non solum Marcum, sed alios quoque evangelistas Latine scripsisse magis absurda opinio est. AREV.

92. *Ad Thessalonicenses, ad Hebræos.* Hebræos non ponit in numero Ecclesiarum, quoniam ad eos scribit, ut paulo inferioris ait, qui a fide recesserunt. Reliquas. Al., *reliquas vero quatuor. MAR.*

93. Al., *Steterunt pro perseverant, et gratias pro gloriatur. MAR.*

Ad ultimum Hebræos, qui in Christo crediderunt, et A postmodum persecutionibus Judaicis territi a fide recesserunt, confortat, atque ad gratiam Evangelii revocat.

*De Epistolis beati Petri.*

95. Petrus apostolus scripsit duas Epistolas, quæ canonicæ nominantur. Scripsit autem iis qui, ex circumcissione credentes, in dispersione gentium erant, quæ quidem videntur quibusdam esse planiores; dum tam profundis repletæ sint sensibus, ut per eas qui possunt perscrutari divinæ scientiæ sensum, quasi per breve quoddam receptaculum, magnas sententias et magna sibi mysteria revelari contueantur.

96. In prima autem Epistola scribit regenerationis potentiam, et prophetas, qui prænuuntiaverunt futuram Ecclesiæ in passionibus tolerantiam. Admonet deinde pontifices in castitate vivere, et, ut parvulos, sine dolo manere. Demonstrat etiam sanctos lapides esse vivos, et populum acquisitionis, et regale sacerdotium. Inter hæc populæribus bene vivendi ordinem instituit; hortatur mulieres subditas esse, cultuque pretioso non incedere, viros quoque ad modicum uxoribus adhærere, orationem frequentare, et cum omnibus unanimiter vivere. Præterea scribit arcæ mysterium, sive baptismi sacramentum, per quod homo a mundi actibus liberatur.

97. Imperatque fidelibus solius divinæ voluntatis obedire præceptis, nec ultra carnis inservire desiderii. Docet etiam clerum ac populum sibi ministrare vicissim, passionesque Christi nullum pavescere; et de domo Dei inchoare iudicium, et coronari sanctos, 217 mansuetudinem quoque et humilitatem alternam invicem admonet observare, insidiasque diaboli omni sollicitudine præcavere, adjiciens omne opus bonum incipientis per Deum ad consummationem perduci.

98. In secunda autem Epistola alloquitur fideles, in hoc mundo quasi interfectos, atque exhortatur omnes de pejoribus ad meliora transire. Scribit etiam justorum memorias refoendas, memoratque pseudopphetas utriusque Testamenti, qui sunt magistri mendacii. Deinde infert diluvii exemplum ad signandum interitum impiorum, et eorum qui, voluptatibus peccatorum injecti, servi corruptionis effecti sunt.

99. Scribit etiam abundare novissimis temporibus derisores, et apud Deum mille annos unum diem haberi prædicat. Inter hæc resurrectionem elementorum, novitatemque cæli et terræ. Ad extremum de Epistolis Pauli loquitur, quas cum quidam indocti non intelligunt, pravo eas sensu evertunt.

96. De verbis quæ hoc numero et tribus seqq. continentur, paulo ante Mariana, ad num. 89. Quod dicitur, sanctos esse lapides vivos, etc., alluditur ad verba sancti Pauli: *Dilectis Dei, vocatis sanctis*. AREV.

98. Forte, *voluptatibus peccatorum illecti*. MAR.  
102. *Secunda quoque, quam Electæ dominæ scripsit*. Primam Joannis Epistolam ad Parthos scriptam esse, Hyginus in sua epistola decretali, et Augustinus, n

*De Epistola beati Jacobi.*

100. Jacobus frater Domini scripsit unam Epistolam, ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem, cujus sententiæ immensam scientiæ claritatem legentibus videntur infundere.

*De Epistolis beati Joannis.*

101. Joannes apostolus tres scripsit Epistolas, quarum prima, officium charitatis commendans, tota in amore Dei et fraterna dilectione versatur.

102. Secunda quoque, quam Electæ dominæ scripsit, dilectionis hortatur studium; denotat etiam seductores, et ab hæreticis admonet declinandum.

218 103. Tertiam autem Cain scribit, in qua colaudat eum in studio veritatis et opere misericordiæ; deinde denotat proterviam cujusdam Diotrepis, et Demetrio testimonium perhibet veritatis.

*De Epistola sancti Judæ apostoli.*

104. Judæ Epistola increpat blasphemantes in Christo, et quosdam impudicos sub exemplo impiorum, qui per superbiam et luxuriam sempiternis ardoribus traditi sunt, pro quibus admonet Ecclesiam ut eos arguat, et ad penitentiam cohortetur.

*De Actibus apostolorum.*

105. Apostolorum historia nascentis Ecclesiæ fidem opusque describit, cujus quidem scriptor Lucas evangelista monstratur. Continet autem ea quæ in Judæa vel gentibus per gratiam Spiritus sancti, tam a Petro quam ab aliis apostolis, et specialiter a Paulo, operata vel gesta sunt.

*De Apocalypsi.*

C 106. Joannes, postquam scribere septem jubetur Ecclesiis, aspicit filium hominis sedentem in throno, et viginti quatuor seniores, et quatuor animalia procedentia ante thronum, in dextera quoque sedentis librum septem sigillis signatum, in quo bellum, egestas, mors, clamor interfectorum, finis quoque mundi notatur et sæculi.

107. Describit deinde duodena millia servorum Dei, qui signantur in frontibus; ibi septem angeli tubis canunt sequenti grandine et igne cum sanguine in terra. Tertia quoque pars terræ ibi comburitur, et tertia pars maris sanguis efficitur; astraque ipsa rutilantia tertiam fulgoris partem amittunt; ibi de fumo putei locustæ producuntur dæmoniorum, accipientes potestatem lædendi qui non sunt agni cruore signati.

D 108. Præterea comedit Evangelista librum Testamenti oris prædicatione suavissimum, et operis difficultate amarum. Metiturque cœlestis templum, describitque verba viginti quatuor seniorum, 219 et arcam Testamenti, ac mulierem amictam sole, pugnamque in cœlis Michaelis cum dracone, ruinamque draconis.

Quæst. evang., q. 39, affirmant. Cassiodorus, lib. de Divin. lect., cap. 44, ait: *Epistola Petri ad gentes; Judæ, Jacobi et Joannis ad Parthos*. MAR.

*Ibid.* In Haganoensi Editione: *secunda quoque, quæ electis scribitur*. Sed inscriptio est: *Electæ dominæ et matris ejus*. De qua sancta femina Electa sermo altissimi sit in Actis martyrum. AREV.

106. Al., *procedentia pro procedentia*. MAR.

Conspicit præterea et Antichristi figuram, habentem A

luptatæ munda servaverunt. Exsequitur deinde interitum meretricis Babyloniz, et nuptias Agni, adventum judicii, interitumque Antichristi, et sempiternam punitionem diaboli. Ad ultimum memorat resurrectionem mortuorum, cœlique novitatem, et terræ, descriptionemque Jerusalem, fumen etiam baptismi mundum, lignumque vitæ Dominum Jesum Christum.

109. Al., *phialas*; alii, *citharus pro pateras*. MAR. *Ibid.* Nonnulli Editi addunt: *Jesum Christum, cui*

*est honor, gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.* Quæ verba in melioribus desunt. AREV.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

# LIBER NUMERORUM

QUI IN SANCTIS SCRIPTURIS OCCURRUNT.

### 220 CAPUT PRIMUM.

*Quid sit numerus.*

1. Non est superfluum numerorum causas in Scripturis sanctis attendere. Habent enim quædam scientiæ doctrinam, pluriusque mystica sacramenta. Proinde regulas quorundam numerorum, ut voluisti, placuit breviter intimare.

2. In principio autem, quid sit numerus definiendum est. Numerus est congregatio unitatis, vel ab uno progrediens multitudo, cujus quidem universitas infinita est, nec ulla potest multitudine terminari.

3. *Par* numerus est qui in duobus æquis partibus dividi potest; *impar* vero, qui dividi æquis duabus partibus nequit, uno medio vel deficiente, vel superante. Pariter *par* numerus est qui secundum parem numerum pariter dividitur, quousque ad indivisibilem perveniat unitatem, ut puta, *sexaginta quatuor*. Habet enim **221** medietatem *triginta duo*; hic autem *sedecim, sedecim vero octo, octonarius vero quatuor, quaternarius duo, binarius unum*, qui singularis indivisibilis est.

### CAPUT II.

*De unitate.*

4. *Unitas* est pars minima numerorum, quæ secari non potest. Idem autem unas semen numerorum, non numerus. Ex ipso enim cæteri manant, vel procreantur; eundemque solum esse (constat) mensu-

**B**ram, et incrementorum causam, statumque decrementorum. Nam omnium incrementa ab ipso incipiunt, rursusque usque ad ejus unitatem perveniunt.

5. Nam et post decem, nisi ab uno rursus incipitur, nequaquam deinceps numerorum incrementa consurgunt. Idem etiam insecabilis est, nec per ulla partes dividi potest, quia ubique pars est, ubique totus est, ad cujus exemplum unus est Deus, unus est mediator Dei et hominum Homo Christus Jesus. Paraclitus quoque Spiritus unus; una est Mater Ecclesia, fecunditatis successibus copiosa, pro cujus unitatis formula insinuanda angelus ille apud Ezechielem limen portæ Jerusalem calamo uno metitur.

6. Sed et arca Noe desuper collecta in unum cubitum coarctatur; in latere quoque arcæ sit ostium unum. Unum est etiam in Ecclesia baptismum; sedes eadem una est. Mundus idemque unus. Solis etiam, quem cernimus, lumen unum. Quam unitatem rite sapientes hujus mundi concordiam, vel pietatem, amicitiamque dixerunt, quod ita nectatur, ut non secetur in partes.

7. Itaque quia divisionem sui unitas non capit, deinde cum unum factum in quocumque defluerit, licet ejus linea insecabilis, ac sine una latitudinis significatione habeatur, tamen conjunctis binarium **D** reddet.

4. Quæ ad hunc librum præfationis loco illustrandum facere maxime possent, ea omnia sedulo a nobis in Isidorianis, cap. 63, exposita sunt, ubi etiam auctores indicantur qui de allegorica seu mystica numerorum interpretatione agunt, quique cum Isidoro nostro ab iis quibus id otium fuerit, conferri poterunt. Quod ait Isidorus, *ut voluisti*, indicat opus ad aliquem fuisse directum; sed quisnam is fuerit, incertum omnino est. Cum liber nunc primus edatur, et ex uno tantum ms. exemplari Taurinensi descriptus sit, neque enim aliud exemplar alibi exstare novi, nullas varias lectiones afferre licet, ac solum nonnullas conjecturas in locis obscurioribus apponam. In multis locis sacræ Scripturæ numeros mysterio aliquo gaudere tradit etiam Isidorus, Etymol.

lib. III, cap. 4. Sanctus Augustinus, quæst. 153 in Genes., lib. 1: *In numeris, quos in Scripturis esse sacratissimos et mysteriorum plenissimos, es quibusdam, quos inde nosse potuimus, dignissime credimus.*

3. *Par*, etc. Etymolog. lib. III, cap. 5.

4. Addidi *congat*, quod in Isidori operibus solet abesse, ut sæpe animadverti.

5. Sanctus Leander, Isidori frater, in homilia de conversione Gothorum in Actis concilii Toletani III: *Unus est enim Christus Dominus, cujus est una per totum mundum Ecclesia*, etc. De cujus fecunditate multa ibi Leander.

6. Posset legi *unus... baptismus*. Sed nihil muto.

7. Malim sine ulla... conjunctio binarium reddat.

## 222 CAPUT III.

## De binario numero.

8. *Binarius* numerus prima numerorum procreatio, primaque est forma, parilitatis corporatio, motusque primi, sociusque præcedentis, et frater, est etiam medietatis capax. Nam bona malaque participat quadam discordia, qua sibi invicem adversantur; utpote quæ prima poterit ab adhærente separari, ut bina illa et munda quæ figuratim introducuntur in arcam, quæ quidem, dum ex parilitate consistant, in se tamen mystice videntur esse divisa.

9. Ad hoc genus pertinent et illi duo in agro, qui invicem discernuntur, quia, adveniente sæculi tribulatione, ex ipsis quidam pertinent in fidem, et rursam vocantur, quidam vero tentationibus cedunt, atque relictis in profunda laxantur. Præterea concordant et in bonam partem utraque, juxta quod struit duo Testamenta legis et Evangeliorum; sunt et duæ tabulæ lapideæ, in quibus præcepta legis scripta sunt, solidemque tubæ argentæ legis et gratiæ erant, in quibus patres ad promovenda castra cauebant.

10. Duo etiam Seraphim scribuntur, qui ante thronum sedentes, jugiter hymnum decantantes erumpunt; duæ etiam oliivæ a dextra lævaque lampadis in Zacharia leguntur. Sunt et duo ubera Testamentorum sponsæ, id est, Ecclesiæ in Canticis canticorum; ibi etiam et duo hinnuli gemelli pascuntur inter lilia agri.

11. In Apocalypsi quoque duo testes prophetare jubentur, et in Jeremia duo de cognatione gentis assumuntur. In Evangelio quoque bini de septuaginta discipulis ante faciem Christi mittuntur, et duo pisces in eremo populo dividuntur. Duo sunt et charitatis præcepta, quibus lex tota pendet, atque prophetæ. Unde idem numerus societas est, quo vinculo animæ connectuntur, et quod minus quam inter duos charitas non habetur. Idem quoque numerus etiam justitiæ, quo æquis gaudeat pariter ponderatis.

12. Præterea duo sunt et quæ hominem ad beatam vitam 223 perducant, fides, scilicet, atque opus; sed fides constat ex divinitate, opus autem in rectitudine vitæ; quia etiam et duæ vitæ nobis in Ecclesia prædicantur, una temporalis, in qua ex fide vivimus, alia æterna, in qua Deum plena veritatis intelligentia contemplantur.

## CAPUT IV.

## De ternario numero.

13. *Ternarius* princeps est imparium numerus, perfectusque census; nam iste prior initium, mediumque finemque sortitur, et centro medietatis principiumque finemque æquali jure componit, qui

8. Multa huc ex Allegoriis Isidori, aliisque ejus operibus biblicis afferri possent; sed nihil est necesse passim in his immorari, cum constet eum sæpe sua repetere.

10. Relege Proœmia, n. 42.

13. *Quia tres unum sunt.* In Ms. erat qui tres, etc. Innuitur testimonium sancti Joannis Ep. 1, cap. v, 7: *Tres sunt, qui testimonium dant in celo. PATER, VERBUM, ET SPIRITUS SANCTUS, et hi tres unum sunt.* Quod authenticum esse ex hoc quoque loco probatur.

A dum vere constet ex tribus, secundum aliquid tamen unus est, quia tres unum sunt; unum utique in Divinitate, tres in personarum distinctione; in natura unum, tres in appellatione.

14. Jure ergo hic numerus Trinitatis speciem significat; eodem namque numero in toto orbe sacrosancta Trinitas atque Divinitas prædicatur, eodemque numero trisagionum hymnus ab angelis in celestibus canitur. Arca etiam diluvii tricamerata construitur, ex tribus filiis Noe cunctæ gentes post diluvium reparantur. Hic etiam numerus decies multiplicatus altitudinem arce mystica ratione concludit, centies computatus ejusdem longitudinem efficit; cujus quidem numeri exempla in sacris eloquiis copiosa sunt.

B 15. Tres namque angelos Abraham sub Trinitatis imagine vidit; tres Isaac puteos effodit; tres Jacob virgas in aquas ob aspectum pecorum misit; tria dies Jonam in corde celi gestavit; tribus diebus per poenitentiam Nipivitarum populus Dei iram mitigavit. In Evangelio autem tribus servis sumptum Dominus credidit. Lazari quoque mortem idem post triduum superavit. Dilectionis fermentum evangelica mulier in satis tribus abscondit.

16. Tertio Deus, ut calix passionis transiret, oravit. Tertio Petrus Christum negavit. Tertio idem confitendo amavit. Tribus diebus Dominus noster Redemptor in sepulcro quievit. Tertio 224 se discipulis cum a mortuis resurrexisset, ostendit. In tribus etiam tria sunt quæ commendat Apostolus, in quibus omnia prophetia constat, fides spes et charitas. Tres sunt evangelici fructus, primus, qui et centenus, martyrum; secundus, sexagenarius, virginum; tertius, tricenarius, conjugatorum.

17. Tria sunt etiam ei quæ [*Fortè, ea quæ*] in Deum non cadunt, mensura, locus et tempus. Tres sunt species animæ, sive motus, cupiditas, ira, vel ratio. Sacra legis lingua triplex est, Hebræa, Græca, et Latina. Triplex est etiam intelligentiæ sensus, historicus, moralis et mysticus. Unde et philosophi mundi tres sapientiæ partes esse dixerunt: physicam, quæ naturalis; logicam, quæ rationalis; ethicam, quæ moralis.

D 18. Tria sunt et apud musicos genera sonorum, vox, flatus et pulsus: vox in faucibus, flatus in tubis, pulsus vero in citharis. Porro genera rationalium creaturarum tria sunt, angelorum in celo, hominum in terra, spirituum immundorum. Tria sunt inter hæc tempora mundi, ante legem, in lege, sub gratia. Tres quoque partes habentur et orbis, Asia, et Europa, vel Libya. Ternis quoque mensibus

Verum de eo satis superque interpretes, alique viri docti, qui peculiaribus dissertationibus auctoritatem eorum verborum ex antiquissimis Codicibus sustinentur, ut Natalis Alexander, Calmetus, etc.

18. Librarius fortasse omisit in aere post spirituum immundorum. Sanctus Hieronymus, in Ephes. vi, 12: *Hæc omnium doctorum opinio est quod, aer... plenus sit contrariis potestatibus.* Ita alii teres passim. Quod dicitur vel Libya, Isidorus more vel pro et ponitur.

anni tempora distinguuntur, et coram tribus testibus A actio cuncta finitur.

## CAPUT V.

*De quaternario numero.*

19. Quid quatuor dicam, in quo numero soliditas certa perfectio est? Nam ex longitudine, et latitudine, et profunditate componitur decas, quæ plenim efficit; decem enim ex quatuor numeris gradatim surgentibus integratur. Unum enim, et duo, et tria, et quatuor decem faciunt. Similiter et centum ex **225** decade quaternario cumulatus, id est, decem, et viginti, et triginta, et quadraginta, qui sunt centum. Item ac quatuor numeri mille reddunt; id est c, cc, ccc, cccc. Sic decem millia, cæteraque eodem incremento complentur.

20. Numeris autem iste quadratus evangelistarum B quatuor deputatur, qui in quatuor partes, vel in angulos mundi fusi sunt. Quanquam et quatuor sunt paradisi flumina, quæ totum orbem circumfluunt. Arca quoque Noe quadratis lignis constructur. Testamenti denique arca quatuor aureis circulis vehitur.

21. Vestis etiam sacerdotalis in lege quatuor coloribus, id est, hyacintho, bysso, cocco, purpuraque ex auro contextitur. Præterea et quatuor venti terræ in Ezechiele aspirant; ut in signam futuræ resurrectionis arida ossa consurgant; totidemque venti cæli, id est, angelicæ potestates, apud Danielem pugnantes, irruunt in mare hujus sæculi magni. Idem quoque Daniel quatuor regna mundi sub diversis figuris exponit.

22. Similiter Zacharias quatuor cornua regnorum totidemque fabros describit, et quatuor quadrigas Evangelii, missas in quatuor cardines cæli. Item apud Joannem quatuor animalia vultus sibi differentis describuntur, qui in senis alis numerum viginti quatuor seniorum efficiunt. In creaturis autem rerum quatuor sunt terræ partes, quatuor cæli frontes, Oriens, Occidens, Septentrio, sive Meridies.

23. Quatuor etiam mundi elementa habentur, ex quibus universa subsistunt, ignis, æter, aqua, et terra. Annus quoque quatuor temporibus volvitur, ætatis, autumnus, hiemis atque veris. Ipsa denique hominis natura ex quatuor est elementis concreta, ex calido et frigido, humido atque sicco. Virtutes quoque animi quatuor scribuntur, justitia, prudentia, for-

19. In Ms. magis videbatur *plenam*, quam *plenam*. Fortasse Isidorus scripsit *plenam perfectionem*, et paulo ante *profunditate et sublimitate*. Denarii perfectionem sæpissime sanctus Augustinus commendat, quem in hac numerorum mystica expositione Isidorus libenter sequitur.

22. In Ms. erat *differentiæ*. Fortasse Isidorus scripsit *vultu sibi differentia*. De re ipsa vide Apocalypsin, cap. iv.

23. Fortasse, *quadricolori splendore*. Iriam, sive arcum cælestem colorum familiam omnem parere, nigro alioque coloribus exceptis, tradunt ii qui phænomeni hujus naturam accurate expresserunt; quare re, præter physices et optices scriptores, nonnulli

litudinem et temperantiam; totidemque e contrario vitia, cupiditas, metus, dolor et gaudium.

24. Mortalium quoque rerum quatuor vitæ sunt, initium, augmentum, status et declinatio. Quatuor etiam genera animalium in mundo habentur, id est, cælestia, pennigera, aquatilia, sive terre-ria. Iris et ipse cælestis quadricoloris splendore variatur. Quatuor quoque quadrantibus ratio bissexiti colligitur.

## CAPUT VI.

**226** *De quinario numero.*

25. Sequitur *Quinarius* numerus, qui, sive cum aliis imparibus, sive cum suo genere sociatur, se semper ostendit. Nam quinquæ per quinquies faciunt viginti quinque, et quinquies terni quindecim, et quinquies septem triginta quinque; et quinquies novem quadraginta quinque. Illic præterea numerus leges attributus; lex enim quinque libris completitur [*Fortè comprehenditur*]. Unde etiam et Apostolum in Ecclesia quinque verba loqui delectat.

26. Sed et quinque cubitis altare in lege per quadrum constructur; totidemque urbes in Isaia Chanana lingua loquuntur. Sunt et quinque virgines prudentes in Evangelio, sunt et alie quinque fatuæ. Panes quoque divisi populo quinque. Mnas præterea quinque et talenta quinque. Item secundum mundi philosophos zonæ terræ quinque, et apud Latinos vocales litteræ quinque.

27. Sensus quoque corporis quinque, visus, auditus, odoratus, gustus et tactus; totidemque habitatorum mundi genera, id est, homines, quadrupedes, vel reptantes, natantes, sive volantes. Præterea et quinquennio iustrum finitur, olympias quinquennio terminatur.

## CAPUT VII.

*De senario numero.*

28. *Senarius* numerus primus et perfectus, et partibus suis primus impletur. Nam sextam sui intra continet, quod unus; tertiam, **227** quod duo; et dimidium, quod tres; hæc enim summa in unum ducta, id est, unum, et duo, et tria sex faciunt. Nullus autem ante senarium invenitur qui suis partibus, dum dividitur, impletur, cujus perfectio etiam ipso opere mundi clarescit.

29. Sex enim diebus perfecit Deus opera sua. Primo die condidit lucem, secundo firmamentum, tertio speciem maris et terræ, quarto sidera, quinto et pisces, et volatilia, sexto hominem, atque animalia.

peculiares tractatus exstant. Isidorus fortasse innuit quatuor esse præcipuos colores, qui in iride apparent, qui tamen inter se variantur.

25. De quinario numero sanctus Augustinus enarrat. in psalm. cxlvii, v. 10, et alibi. Quod Apostolum in ecclesia quinque verba loqui delectat, nescio sane quo pertineat.

28. Infra etiam, dum. 48 : *Octonarius primus et perfectus est*. Non male hinc loco esset : *Senarius numerus primus est perfectus*. Præstaret etiam legere : *Nam sextam sui partem intra se continet*.

29. De sex ætatibus mundi alibi etiam Isidorus in Etymologis, in Chronico, etc. Sed hic locus fortasse integerrime non est, satis tamen intelligitur.

Sex etiam dies sunt, quibus ætatibus mundus perficitur, quarum prima est ab Adam usque ad Noe, secunda hinc usque ad Abraham, tertia usque ad David, quarta usque ad Transmigrationem, quinta usque ad adventum Christi, sexta, quæ nunc ætas est, usque in finem mundi.

30. Annus quoque ipse senario numero consummatur; sexagenarius enim numerus dierum sexta pars est, cuius summa per senarium primi versus multiplicata, id est, sexies exaginta, cccclx. Residui sunt quinque dies, quibus si adjiciuntur quadrante partes, totum senarium numerum faciunt. Siquidem et ipse quadrans ex his consistit.

31. Idem ipse Senarius numerus quadro et solido quaternario sociatus, horas diei noctisque metitur. Nam quater seni viginti quatuor efficiunt. Præterea hujus numeri perfectio et in ætatibus hominum, et in rerum gradibus invenitur. Sex enim ætatibus cursus mortalium consummatur, hoc est, infantia, pueritia, adolescentia, juventutis, senectute, senio. Sex sunt et gradus omnium rerum, id est, non viventia, ut lapides; viventia, ut arbores; sensibilia, ut pecudes; rationabilia, ut homines; immortalia, ut angeli. Novissimus et summus gradus est, qui est super omnia Deus.

32. Item naturalia officia, sine quibus esse nihil potest, sex sunt; id est, magnitudo, oculi, figura, intervalla, status et motus. 228 Item ipsius motus sex differentie sunt. Nam movemur ante, a tergo, dextra, lævaque, sursum, atque deorsum. Sunt quoque exempla multa hujus numeri in sacris eloquiis. Nam sexto die homo ad Dei formatur imaginem, et sexta ætate mundi Salvator venit in carnem, et sex diebus jussum est populo in deserto manna colligere.

33. Hinc et Ezechiel quoque in dextera viri calamam sex cubitorum vidisse se narravit. Ipse etiam templi frontes sex cubitis in altum scripsit. Idem sex agnos in holocaustis principem offerre mandavit. In Evangelio quoque sex hydrias plenas aquis Christus in vini saporem convertit. Sex etiam dies idem ante Passionem ingrediens in Jerusalem super asinum sedit. Sunt et alia plura, sed propter legendi fastidium emittuntur.

30. Quadrante partes quid sit, non intelligo. Legere quadrantis partes. Luinen afferet Plinius de anni diebus loquens: Ad cccclxv (dies) adjiciunt etiamnum intercalarios diei noctisque quadrantes. Ex quo apud Isidorum reponendum censeo. Siquidem et ipse quadrans sex horis consistit; nam quadrans diei sex horarum sunt, et ante correctionem Calendarii Gregoriani cccclxv diebus ad annum complendum sex integra hora adjiciebantur.

31. Deerat in ms. conjunctio et post ætatibus hominum.

33. Mutav' offerri, quod ms. exhibebat, in offerre. Vide Ezechielis verba, cap. xlvi, 4.

34. De numero septenario mira passim narrantur, nonnunquam etiam superstitiosa. Fluidius De microcosmi historia, tract. 1, sect. 1, lib. 1: Ego, inquit, hominem doctissimum novi, qui virtute hujus numeri septenarii, cujusdam quasi oraculi assistentia, qua-

## CAPUT VIII.

## De septenario numero.

34. Septenarius numerus a nullo nascitur, nec generatur, nec generatur. Nam omnes numeri intra decem positi aut gignunt alios, aut gignuntur ab aliis. Iste nec gignit, nec gignitur. Sex enim et octo generantur tantummodo. Quatuor autem, et duo et creant, et creantur. Septem nihil gignit, nec ab altero gignitur.

35. Hic autem numerus septenarius juxta legitimum est; sive cum testificatur, ut septuaginta, et septingenti, sive cum toties in sese septies centeni septem; quique etiam juxta sapientes mundi earatione perfectus habetur, eo quod ex primo pari, ac primo impari constat. Primus autem impar ternarius est, primus par quaternarius, 229 ex quibus duobus ipse septenarius consummatur; qui etiam partibus istis multiplicatus duodenarium reddit. Nam sive ter quaterni, sive quater terni duodecim faciunt. Sed per tres Trinitatis mysterium, per quatuor virtutum actio illustratur; ac per hoc in his partibus, ut per Trinitatis speciem actio virtutum perficitur; et per representationem virtutum usque ad Trinitatis nositiam pervenitur. Rursus autem cum ad duodenarium surgit, et duodecim apostolos septiformis gratiæ Spiritus perfectos ostendit, quorum prædicatio [Morte prædicatione] per quatuor virtutum genera Trinitatis fides in toto orbe crescit.

36. In Scripturis autem sanctis iste numerus interdum omne tempus sæculi hujus, interdum requiem significat, nonnunquam Ecclesiæ unitatem demonstrat. Pro universo ponitur, ut est illud: Septies in die laudem dixi tibi (Psalm. cxviii, 164), id est, omni tempore. Idem enim propheta hoc alibi significat pro toto tempore, dum dicit: Semper laus ejus in ore meo (Psalm. xxxiii, 1). Hinc alibi legitur: Septuplum accipiet in isto sæculo. Item æterna requies septenario numero significatur, cum dies septimus in requiem Domini sanctificatus vocatur, in quo jam fit vespere, quia nullis finibus temporum requies æternæ beatitudinis coarctabitur.

37. Inde etiam et in lege septimus dies feriatu esse præcipitur, ut requies in ea æterna significetur. Inde est, quod post resurrectionem suam Dominus

stiones dubias atque ancipites resolvere non dubitavit, atque etiam de oculis tam præseutibus quam futura quodammodo divinare pollicitus est.

35. Fortasse, septenarius jure legitimus est. Deest aliquid in verbis, sive cum toties, etc. Mox substitui per quatuor virtutum genera, cum in ms. esset, et quatuor virtutum genera, nullo sensu. De numero septenario confer sanctum Augustinum, serm. 51, cap. 23, et aliis etiam in locis.

36. Verba septuplum accipiet in hoc sæculo, non reperio quo in loco existant. Fortasse pertinent ad caput iv Genesis, 15: Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Sanctus Augustinus, serm. 114, hæc verba omisit, superiora protulit: Quid est ergo septies? semper, quotiescunque peccaverit, omque poenituerit. Hoc enim est: Septies in die laudabo te, quod est in alio psalmo: Semper laus ejus in ore meo.

cum septem discipulis convivisse describitur. Tertio igitur genere septenario numero sanctæ Ecclesiæ universitas figuratur, dum per speciem ad genus transitur.

38. Unde et Joannes in Apocalypsi septem scribit Ecclesiis, dum septem sint solæ quæ specialiter nominantur, sed una Ecclesia, quæ septiformis gratia Spiritus perfectæ in toto mundo diffunditur; scriptum est enim: *Una est columba mea, una perfecta mea* (*Cantic. vi, 8*); his enim tantis significationibus numerus iste in Scripturis eminentior est præ cæteris, utpote quem Dominus in requiem suam sanctificavit, et in quo futuræ resurrectionis requiem repromisit.

230 39. Convenienter itaque septenario numero significatur Spiritus sanctus; unde et sanctificatio in lege ad diem septimum pertinet. Nam nullum diem Deus sanctificavit operis sui, sed sanctificavit tantum septimum, in quo requievit ab operibus suis. Jure ergo septiformis Spiritus imaginem portat, qui per divinitatis plenitudinem in Christo inhabitat, Isaia testante propheta: *Et requiescet, inquit, Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiæ et pietatis, et replebit eum Spiritus timoris Domini* (*Isa. xi, 2*).

40. Unde et Zacharias sub imagine Christi lapidem habentem oculos septem scribit. Hujus ergo numeri exempla in divinis voluminibus copiosa sunt. Septimus enim ab Adam transfertur Enoch. Et septimus computatur Lamech, qui septem vindictas solvit Cain. Septimo die ingressione Noe diluvium fuit, et septimo mense residens arca quievit. Septena quoque animalia introierunt in arcam; et septem diebus in veteri lege celebrari præcipitur pascha. Candelabrum autem septem ramorum in tabernaculo testimonii Moyses legislator constituit.

41. Arca quoque Testamenti clangentibus tubis septies circumacta Jericho muros subvertit. Elisæus namque septies super mortuum puerum excitavit. Septem quoque mulieres in Isaia virum unum apprehenderunt; totidemque fratres apud Sadducæos mulieri nubunt, sibi met succedentes. Septem etiam panes populo in Evangelio dividuntur, et septem sorte superfuerunt.

42. Septem etiam Ecclesiis apostolus Paulus scribit, id est, Romanis, Corinthiis, Galatis, Ephesiis, Philippis, Colossis, Thessalonicis. Et Joannes in Apocalypsi vidit stantem Christum in medio septem candelabrorum, id est, Ecclesiarum Ephesiorum, Smyrnenis, Pergamorum Thyatirarum, Sardium, Philadelphiorum, et Laodiciorum.

43. Item apud eundem septem in dextera Dei stellæ leguntur, et septeni signacula libri Agni occisus resol-

39. In Vulgata: *Et requiescet super eum Spiritus*, etc.

41. Quod de Elisæo dicitur, depravatum videtur. Lib. IV Reg., cap. iv, 35 et seqq., cum Elisæus bis aut ter super puerum mortuum incubuisset, *oscitavit puer septies*, quod fortasse innuere voluit Isidorus.

43. *Per septem de uno quoque*, etc. Mendum certe ubest, quod ita emendari potest: *Per septem, uno*

vit, et septem angeli 231 tubis canunt, et septem accipiunt potestatem septem plagarum. Septemplici quoque muro Jerusalem cœlestis fundatur, et septem levitæ ab apostolis eliguntur. Hic numerus multiplicatus per septena, de uno quoque ter mysterio unitatis adjectio quinquagenarium efficit, in quo die post Ascensionem Domini promissus a Patre Spiritus sanctus super credentes descendit. Item per annorum curricula septies in sese multiplicatus, adjecta monade una, ad quinquagenarium pervenit, ac perpetuam requiem jubilæi ostendit; quæquam sit et in eo aliquid contrarium, ut legimus bestiam septem capita habentem. Sunt et septem dæmonum principalia vitia. Infinita quippe exempla hujus numeri in sacris eloquiis.

44. Sed iterum transeamus ad alia, quæ numerum assignant. Septem apud veteres annuerantur genera philosophiæ, prima arithmetica, secunda geometria, tertia musica, quarta astronomia, quinta astrologia, sexta mechanica, septima medicina. Idem quoque septenarius numerus formam lunæ complectitur; tot enim habet lunæ figuras: prima namque bicornis est, et secunda sectilis, quæ mediantia appellatur, tertia dimidia, quarta plena, quinta, id est, dimidia ex majore, sexta id est sectilis, septima vix, quod et prima, bicornis. Nam tres formas prædictas eadem figura definiens repetit. Hic etiam numerus et nomina lunæ significat. Nam unum, duo, tria, quatuor, quinque, et sex, et septem viginti octo faciunt.

45. Item tot sunt circuli, tot planetæ cœli, tot dies mundi, totque transfusiones elementorum. Nam ex igne aer, ex aere aqua, ex aqua terra, id est ascensio, ex terra aqua, ex aqua aer, et ex aere ignis. Porro septimana partus hominem absolutum perfectumque dimittunt. Septima quoque die ægri periclitantur. Vocales quoque Græcæ litteræ septem habentur.

46. Ipse autem homo septem meatus habet in capite sensibus præparatos, duos oculos, auresque, et nares totidem, et os unum. Pervulis etiam septimo mense dentes emergunt, septimo anno mutantur. Item secunda hebdomada, id est, quarto decimo anno infans pubescit, et possibilitatem gignendi accipit. Tertia vero lanuginem 232 et florem genarum producit. Quarta incrementa staturæ definiuntur; quinta juvenilis ætatis plena perfectio datur; sexta deluxio est, septima senectutis initium.

47. Item septem naturas abstrusas membra mortalium, id est, linguam, cor, pulmonem, lienem, jecur, et duos renes. Item septem corporis partes hominem perficiunt, id est, caput, collum, pectus, venter, duæ manus, totidem pedes, et in vertice axis cœlestis.

quoque propter mysterium unitatis adjecto, quinquagenarium efficit. Aut per septem monade una propter, etc.

44. Corrigendum puto *septima bis*, quod, etc.

45. *Septimana partus*, etc. Obscurum id et forte mendosum.

46. Melius videretur *sexta deflexio est*.



## CAPUT IX.

## De octonario numero.

48. *Octonarius* primus et perfectus est; nam ex primo motu, id est, ex duobus per duos quatuor generat, et bis facit octo ad unum perfectum. Illic autem numerus sanctus est, et in figura veræ circumcisionis ascriptus. Quin etiam et septenario numero primus est, et ex septem est, sicut in principio idem, qui fuit octavus in creatione mundi, et perfectio universalis est.

49. Sed sicut in septenario numero prærens vita volvitur, et designatur, ita per octonarium spes æternæ resurrectionis ostenditur. Hoc enim die Dominus a mortuis resurrexit, qui scilicet a passione Domini computatur tertius; in ordine creationis mundi, ut prædictum est, post septimum reperitur octavus ad demonstrandam utique futuræ resurrectionis beatitudinem; quod non immerito Scriptura sic ait: *Da partem septem, nec non et octo, quia ignoras quid mali futurum sit super terram; quasi diceret: Sic dispensa sollicite temporalia, ut studeas cogitare æterna: necesse est namque ut bene agendo præcogites, quia de futuris iudicii malis quid denuo tibi incurrat, incertus es (Eccle. xi, 2).* Convenit denique numerus iste et Domino, et ejus corpori, quasi uni, et septem.

50. Inde est, quod octo animæ cum Noe introierunt in arcam. Sed in illis septem septiformis Ecclesia designatur, in octavo Noe 233 Christus, qui est caput Ecclesiæ, figuratur. Ad hoc etiam pertinet quod in Michæa legitur, *septem pastores*, et octavus utique Christus cum septiformi corpore suo. In Evangelio quoque de hoc numero legitur, quod post dies octo coram tribus discipulis suis facies Domini in monte refusit.

51. Idem etiam Salvator post octo dies resurrectionis Didymo se non credenti manifestavit. In sese triplicatus iste numerus propter Trinitatem viginti quatuor seniores efficit qui coronas suas efferunt coram Agno. At contra octavus scribitur in Apocalypsi diabolus, qui inter septem reges Romanorum a Joanne visus est, quasi occisus, octavus utique, sed in proditione. Denique et octo principalia vitia describuntur, ex quibus multitudo omnium vitiorum exoritur, id est, invidia, iracundia, tristitia, avaritia, iniquitas, luxuria, inanis gloria, superbia.

48. Cum pro octava multi inscribantur psalms, nata hinc occasio est indagandi mysticas interpretationes hujus numeri, quas fere Isidorus complectitur ex Ambrosio, Augustino et aliis. Vide Onomasticum Buri et Hierolexicum Macri.

52. Quædam hic verba mutavi, ut sensum redderem; nam in Ms. erat *magis perfectio dicitur... secundum, illius... nam dum primi versus teneat... indigus est, quasi adjiciatur ad novam certam.*

53. Allegoria de numero novem leprosoꝝ explicatur latius a sancto Augustino, lib. ii. Quæstion. Evang., quæst. 41, n. 4. Pro *quævis in eis* in Ms. erat *quam in eos.*

54. Substitui *primi versus* pro *primus versus*, quod erat in Ms. Versus primus est veluti prima decas.

## CAPUT X.

## De novenario numero.

52. *Novennarius* secundum se perfectus numerus est, et inde magis perfectus dicitur, quoniam ex tribus perfectis per formam ejus multiplicatus completur. At vero secundum alios imperfectus est; nam ut primi versus finem teneat, uno tamen semper indigus est, qui si adjiciatur ad novem, certam perfectionis atque integritatis regulam complet, in quo novenario numero illi accipiuntur, qui imperfecti sunt, et ad decem præcepta legis nequaquam perveniunt.

53. Ex hoc numero sunt illi novem leprosi in Evangelio, qui ab unitatis consortio seclusi, mundatori suo per superbiam gratias non egerunt. Ex eodem numero accipiuntur a quibusdam et illi nonaginta novem, qui non indigent penitentia, dum inaniter semetipsos justificant; quamvis in eis quidam cœlestes figuras intelligant. Præterea [Forte, Propterea] Hebræi novem libros esse propheticos dicunt, et 234 gentiles novem musas finxerunt, quibus perfecta scientia consistit modulationum.

## CAPUT XI.

## De denario numero.

54. *Denarius* vero ultra omnes habendus est numerus, quia omnes numeros diversæ virtutis ac perfectionis intra se continet; qui licet primi versus finis sit, secundæ monadis complet auspiciam, et formulam unitatis adimplet; in quo tantus sit complexionis terminus, ut ultra numerus nequaquam procedat, sed denuo ad unitatem recurrat, sicque deinceps pro infinita numerorum multitudine habeatur.

55. Est autem in Scripturis sanctis legitimus, sicut et septimus, nunc perfectionem significans, nunc aperte totum demonstrans, sicut Daniel, qui omnem Ecclesiam, sive angelorum multitudinem infinitam denario numero complexus est, dicens: *Millia millium ministrabant ei (Dan., vii, 10).* Unde et psalmus: *Currus, inquit, Dei decem millibus multiplex millia lætantium (Ps. lxxii, 18).*

56. Denique hic numerus Decalogi legi ascribitur. Decem enim notissima præcepta legis. Ab Adam progenies usque ad Noe denario numero terminatur; in cujus numeri figura et David propheta in Psalterio decem chordarum cantavit, in cujus typum Salo-

Scripsi etiam *secundæ monadis* pro *secundi monadis*, quod, opinor, librarii error est. Quod autem denarius secundæ monadis auspiciam complet, denotat, ut arbitror, denarium complere unam decadem, quæ est unitas decadum, sicut primus numerus, sive origo numerorum est unitas numerorum.

55. Librarius, ut par est credere, omisit verba Danielis quæ sequuntur: *Et decies millies centena millium ministrabant ei.* Nam in hoc *decies* Isidori ratio versatur.

56. Quædam hic mutavi, ut commodum sensum redderem. Codex ms. sic habebat: *Decalogi legis ascribitur. Decem... Ab Adam pro genere est usque ad Noe denarius numerus terminatur.* Vide n. 62.

mon rex decem candelabra in domo Dei dextra læ-  
vaque constituit.

57. Denique in Zacharia decem sunt homines, sub specie omnium gentium sibi Christum tenentes. Decem sunt et in Evangelio virgines, quæ in sensibus carnis et spiritus, quinario numero geminato, **235** intelliguntur. Decem etiam leprosi mundantur a Domino, novem ex eis ab unitate seclusis. Decem sunt præterea urbes, quas si bene rexeris, cordis et corporis sensus duplicato numero accipies in futurum.

58. At contra in Exodo decem plagis percussa est Ægyptus, et in Apocalypsi decem cornua procedunt ex mari, et decem dies pressurarum Ecclesiæ scribuntur, in quibus status hujus vitæ, et tempus ostenditur. Apud Salomonem autem decem mensibus infans coagulat in sanguine. Sunt et alia sexcenta. Sed hæc hactenus de denario dixisse sufficiat.

59. Hæc est primi versus numerorum regula, hæc sacramenta, genera et species differentiarum perfectionis. Omnes autem primi versus numeros recapitulantes sub hac veritate tractemus. Unus numerus non est, sed origo numerorum omnium est. Binarius prima pars est, ternarius ordinis et virtute primus. Quaternarius duobus paribus constat. Quinarius sibi genitus est. Senarius in opere mundi perfectus est, et ab imparibus par est. Septenarius legitimus est, et interdum pro toto est.

60. Octonarius a paribus par est. Novenarius a perfectis imparibus impar est. Denarius perfectus atque finalis est. Termini autem numerorum, vel limites isti sunt: unus, decem, centum et mille. Hucusque ad regulam primi versus disputatum est. Nunc de secunda [Forte, nunc de secundo] tractemus.

#### CAPUT XII.

##### De undenario numero.

61. Undenarius numerus prima secundi versus monas est, qui imparibus suis non habet amplius, nisi solam undecimam, quod est, sicut quinarius solam quintam, et ternarius solam tertiam. In Scripturis autem undenario numero transgressio præcepti significatur, sive diminutio sanctitatis. Unde et undecimus psalmus sic inchoat, dicens: *Salvum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus.* **236** Sicut enim per denarium scribitur perfectio beatitudinis, ita per undenarium transgressio legis.

62. Hinc est quod Adam progenies per Cain usque ad diluvium undenario numero terminatur, ad significandum scilicet peccatum, quod per transgressum

57. In Ms. erat *accipiet pro accipies.*

58. In Ms., hic et alibi, in *Apocalypsin pro in Apocalypsi.*

59. Sibi genitus est. Id est, ut puto, quod num. 25, *se semper ostendit.*

61. Forte, qui in partibus suis... quod est unum, sicut.

*Ibid.* In Ms. *monades pro monas.*

*Ibid.* Ex sancto Augustino serm. 51, cap. 23 et alibi.

62. Progenies ab Adam usque ad Noe dicuntur decem supra, num. 56. Illic dicuntur undecim progenies usque ad filios Noe. Rationem explicat Isidorus, cap. 6 in Genesis, n. 29. Reposui undecimum

tionis superbiam sit. Nam et vela cilicina, quibus tabernaculum tegebatur, undecim fieri jubentur, ut et per numerum peccatum, et per cilicium, punctio- nes atque lamenta peccatorum significarentur. In Daniele quoque undecimum bestia cornu esse docetur, ad demonstrandum illum auctorem transgressionis diabolum, et filium ejus Antichristum, cujus regni virtus in peccati potentia exaltatur.

63. Nam et Petrus, cadente Juda, ne in undenario numero apostolorum summa permaneret, duodecimum Matthiam sorte electum constituit, metuens ne in numero transgressionis consisteret summa apostolicæ veritatis, licet et hic numerus in ratione temporum reperitur ascriptus. Undecimo namque Kalendas Aprilis factus fuisse legitur mundus. Undecim etiam perhibentur dierum epactæ, quæ per singulos annos ad cursum lunæ adjiciuntur.

#### CAPUT XIII.

##### De duodenario numero.

64. Duodenarius numerus inter alios numeros legitimus ex legitimis numeris est. Propterea septenarii partes altera pro altera multiplicatur. Nam quater terni, vel ter quaterni eundem numerum faciunt, hic autem partibus suis simul ductus non tam consummatur, sed excedit. Ampliorem quippe de se ipsum **237** numerus reddit; nam partes ejus usque ad sedecim perveniunt. Habet enim has quinque, duodecimam, quod est unum, sextam, quod duo, quartam, quod tres, tertiam, quod quatuor, dimidiam, quod sex.

65. Itaque unum, et duo, et tria, et quatuor, et sex, in summam ducta, sedecim sunt. Tali ergo ratione plusquam perfectus habetur. Hic autem duodenarius numerus, ut prædiximus, in Scripturis legitimus, sive cum pro toto ponitur, sive cum in se multiplicatur: pro toto ponitur, ut xii throni, et xii tribus, dum per xii thronos omnes judicantes, et per duodecim tribus omnes gentes significantur.

66. Pro se ipso autem, sicut duodecim per duodecim centum quadraginta quatuor efficiunt, quo numero omnis Ecclesia designatur. Idem autem frequentior est in Scripturis, et inter omnes numeros habetur insignior propter summam patriarcharum et apostolorum.

67. Duodenarius est numerus apostolorum, idem etiam et patriarcharum; sunt enim et totidem minores prophetæ. Lapidis etiam duodecim, quos sacerdotes gestabant in pectore. Duodecim præterea in bestia cornu pro undecim bestia cornu. Posset quoque legi undecim bestia cornu. Sed ex Daniel. vii, 20, præferendum videtur undecim bestia cornu.

63. Nonnulli veterum mundum autumno conditum asseruerunt; sed plerique Patres verno tempore creatum mundum tenent, Cyrillus Hierosolymitanus, Basiliius, Nazianzenus, Ambrosius, Theodoretus et alii. Confer concilium jussu Victoris papæ a Theophilo Alexandrino celebratum in append. 8, tom. III, pag. 515.

64. In Ms. erat nam quaterni pro quo lego nam quater terni. Pro excidit posui excedit. Fortasse legendum simul ductis, et non tantum consummatur.

lege apostolici fontes leguntur, juxta quos septuaginta creverunt palinæ; duodecim namque Israël tribus vocantur. Duodecim etiam exploratores ad terram sanctam mittuntur, quibus botrus in ligno sub typo Christi deferitur.

68. Denique et propter æternitatis testimonium de Jordanis amne lapides duodecim auferuntur, qui ponuntur in loco ubi secundo circumcisus est Israel. Porro Elias ex duodecim lapidibus ædificavit altare, et apud Matthæum XII fragmenta cophinorum superferunt in solitudine. Item in Apocalypsi de singulis patriarcharum tribubus duodecim millia signantur in frontibus. Super caput quoque Agni corona duodecim stellarum resplendet, et fundamenta etiam Jerusalem ex duodecim pretiosis lapidibus sunt, et ipsa civitas XII stadiis est undique versum, et ejusdem civitatis XII portarum ingressus habetur.

69. Hic duodenarius numerus sexies multiplicatus facit septuaginta duos discipulos, qui missi sunt ad prædicandum per totum mundum in septuaginta duabus linguis divisum. Item multiplicatus in sese efficit centum quadraginta quatuor, qui est mensura murorum Jerusalem.

**238** 70. Idem ipse quoque multiplicatus facit centum quadraginta quatuor millia signatorum, id est, universitatem sanctorum. Præterea et in temporibus et in partibus mundi convenit numerus iste. Duodecim enim mensibus explet sol iste visibilis annus; duodecim etiam flabra ventorum universum peragrunt mundum. Duodecim etiam horæ sunt diei, totidemque horæ sunt noctis.

#### CAPUT XIV.

##### *De denario ternario numero.*

71. Denarius ternarius numerus propter tria et decem designat legem, et legislatorem, Decalogum, videlicet, et Trinitatem. Competenter autem hic numerus apostolo Paulo ascribitur, qui ejusdem tenet numeri locum in ordine apostolorum.

72. Nam idem ante legis doctor, postea divina Trinitatis in gentibus existit evangelicus prædicator, quasi decem et tria tenens. Unde et ipse Benjamin, de cujus stirpe Paulus est ortus, in tribu tertia decima computatur, Ephraim et Manasse anumeratis pro Joseph in ordine patriarcharum.

#### CAPUT XV.

##### *De denario quaternario numero.*

73. Denarius quaternarius numerus, quia ex duobus septenariis constat, gemitum nobis insinuat, sive hunc temporalem, quem veteres in otio figuraliter utebantur, sive illum æternum, in quo a laboribus suis omnes sancti expectant requiem. Reperitur autem juxta Evangelium in generationibus temporum.

70. Duodecim horæ diei in Evangelio commemorantur. Nox quoque quatuor vigilis constabat, unaqueque vigilia tribus horis. Inæquales autem erant diei noctisque horæ pro temporum varietate.

73. *Quem utebantur.* Isidoriana phrasis est, ut ex ejus præsertim miss. operibus sæpe constat. Sed pro *gemitum* aliud videtur reponendum, quod requiem

A Ab Abraham namque usque ad David quatuordecim generationes annumerantur. Item a David usque ad transmigrationem totidem generationes reperiuntur; **239** rursusque usque ad Christum generationes quatuordecim computantur.

74. In lege quoque quarto decimo die mensis primi pascha celebrari jubetur de carne agni immaculati. In Ezechiele autem quatuordecim extenditur cubitis crepido cælestis altaris (*Ezech. XLIII, 17*). Quatuordecim præterea annis servivit Jacob Laban. Quatuordecim anni fuerunt ubertatis [*Fortè, sterilitatis et ubertatis*] in Ægypto sub Joseph.

75. Paulus quoque apostolus post annos quatuordecim ad evangelizandum ascendit in Jerusalem, Barnaba secum et Tito assumptis. Idem quatuordecim Epistolis prædicationis suæ sermonem conclusit. Porro Job pro tolerantia meritis quatuordecim millia ovium in fine recepit. Puer quoque in adolescentiam post annum quartum decimum transit, atque gignendi virtutem anno quarto decimo sumit.

#### CAPUT XVI.

##### *De quindenario numero.*

76. Quindenarius numerus juxta decisionem suam rationum, quia ex tribus partibus constat, imperfectus est. Habet enim primam, et tertiam, et quintam tantummodo. Sed prima ejus unum est, quinta ejus tria sunt, tertia vero quinque, qui efficiunt novem. Hic autem mystice in duobus decibus partibus et præsens tempus significat, et æternum demonstrat.

C 77. Constat enim ex septem et octo, qui faciunt quindecim, sed et septem ejus ad temporum cursum pertinent, quod duobus septenis peragitur, octo vero ad fidem rationis, ubi in æterna pace gaudebitur. Octavo enim die, qui est post Sabbatum prius, Dominus resurrexit, cujus figuræ mysterio æternitas futuræ resurrectionis manifestatur. Siquidem et septem ejus pro Sabbati cultu Testamentum Vetus insinuant. Octo vero ejus dominicam resurrectionem Novum Testamentum demonstrant.

78. Recte ergo hic numerus societatem significat Testamentorum. Hinc est quod apostolus Paulus quindecim diebus in Jerusalem cum **240** Petro se commorasse testatur, ut cum eo utrumque Testamentum conferret, et septenarium propter tempus vitæ presentis, et octonarium propter futuræ resurrectionis æternam beatitudinem, ut animadverteret qualiter et temporalia temperaret, et æterna inhiante appeteret.

79. Hic autem quindenarius numerus mystice dominico ascribitur templo. Quindecim gradus erant in circuitu templi, in quibus sacerdotes et Levitæ

denotet; fortasse *geminum*, ut subaudiatur *septenarium*.

76. *Fortè, suarum pro suavem.*

77. In Ms., *septem vero ad fidem.* Fortasse, *dominicam resurrectionem, et Novum Testamentum, vel potius pro dominica resurrectione Novum Testamentum.*

secundum ordinem meritorum astabant, ad quorum A ratio adjecta, ter senj decem et octo efficiunt, et etiam exemplum quindecim graduum cantica decantavit propheta, per quos a terrenis paulatim crescendo usque ad templum Jerusalem superne [Forte, supernæ] conacenditur. Quanquam si per denarium iste numerus completus consurgat, centum quinquaginta psalmos, quos cecinit Propheta, demonstrat.

80. Certe si paulatim ab uno usque ad se ipsum per incrementa consurgat, cxx fideles designat, super quos infusus est Spiritus sanctus, qui et per septenarium numerum septiformis spiritus gratiam acceperunt, et per octonarium numerum æternæ spei gloriam mundo prædicaverunt.

81. Sunt etiam pleraque in Scripturis numeri hujus exempla. Quinta decima enim die solemnitates B incipiunt Domini, et quinta decima die mensis festivitas Tabernaculorum est, in qua filii Israel azyma primum comederunt in eremo, fixeruntque tentoria. Siquidem et Ezechias moriens quindecim annos comestum vitæ recepit. Altitudo etiam diluvii excrecens totidem cubitis montium juga conscendit. Incrementum autem quinta decima luna tenet; quinto decimo anno indictio solaris finitur.

#### CAPUT XVII.

##### De denario senario numero.

82. Denarius senarius constat ex duobus perfectis, qui tamen his partibus continetur. Habet enim sextam decimam, quod est 241 unum; octavam, quod duo; quartam, quod quatuor; dimidiam, quod octo; qui faciunt edecim.

83. Hic tamen per mysterium prophetis creditur assignatus. Eorum enim libri sedecim esse probantur, id est, Isaias, Jeremias, Ezechiel, Daniel, Osee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuc, Malachias, Sophonias, Aggæus et Zacharias, quorum figuram sedecim bases illæ gestabant argenteæ, in quibus deauratæ tabulæ stabant contra occidentalem plagam.

84. Bases quidem prophetas intelligimus, super quorum splendidissimum vaticinii fundamentum consistit amplissima doctrina apostolorum.

#### CAPUT XVIII.

##### De duodevicesimo numero.

85. Duodevicesimus a senario per denarium [Forte, D per ternarium] adimpletur, qui sex ætates sunt mundi, cujus senaria series tripertita ratione temporum distribuitur, id est, ante legem, sub lege, sub gratia, in qua tertia ostenditur sacramentum fidei, quod ad salutem animarum suscipimus. Hujus numeri mysterium evangelica mulier illa, typum Ecclesiæ gerens, expressit, quæ a Domino post octo et decem a nos erecta atque sanata est.

86. Redemptor enim noster sexta ætate descendit ad salutem nostram, cujus senarii numeri formis illa

81. Ms. Codex sic habebat: *In elementum autem quinta decima luna terræ, quinto decimo anno indictio solaris finitur.*

82. *Sextam decimam.* Intellige partem. Mox legentem videtur qui faciunt quindecim.

ratio adjecta, ter senj decem et octo efficiunt, et explent mulieris ejusdem typum sacramentum.

#### CAPUT XIX.

##### De undevicesimo numero.

87. Undevicesimus numerus lunaris cycli enucleatus rationem perstringit; denique in ejus cursu paschales quartæ decimæ lunæ in omnium annorum revolutione siquæ ulla ambiguitate repetuntur, recurrense semper in sese ejusdem decem novenalis cycli cursu, qui dum usque ad finem circuitus sui peragitur, rursus eisdem lineis, quibus a principio cœpit, revolvitur.

#### 242 CAPUT XX.

##### De vicenario.

88. Vicesimus quoque numerus, secundi versus B finem faciens, partibus suis plusquam perfectus habetur. Hic autem ex duplici decalogo constans, designat geminam legis scientiam, quasi apertum et absconditum, simplex et mysticum. Pertinet autem ad tabernaculi dominici sacramentum.

89. Ibi namque ad australem et septentrionalem plagam bis denæ tabulæ super bases stabant argenteas; et in templo, quod Salomon ædificavit, alæ duorum cherubin xx cubitorum mensura diffundebantur. Datur etiam et hic numerus Israel atque Levi; viginti enim annorum ad prælia eliguntur, et xx annorum tabernaculo deservire mandantur.

#### CAPUT XXI.

##### De vicesimo quarto numero.

90. Vicesimi quarti summa multa in semetipso C Scripturarum continet sacramenta; unde et sacras commendatur hic numerus. Viginti enim quatuor sunt libri legis et prophetarum. Patres quoque viginti et quatuor sunt. Duodecim apostoli, et patriarchæ totidem. Viginti quatuor etiam classes sacerdotum fuerunt ab initio legis in populo Judæorum, quæ vicissim in templo hostias immolabant.

91. Singulæ classes singulos pontifices summos habebant, quorum nominibus classes nuncupabantur. Apud Joannem quoque sedilia viginti quatuor sunt, et viginti quatuor seniores tenentes citbaras et phialas, et adorantes Agnum, nempe et quatuor animalia xxiv alas habebant. Ipse autem viginti quatuor seniorum numerus, si ab uno incipiens paulatim addendo usque ad vicesimum quartum pervenias, trecenti efficiuntur, per quos longitudo arcæ, id est, fides Ecclesiæ significatur, in qua infinita sanctorum multitudo omnium continetur.

92. Præterea ex duobus duodenis numeris vicesimi quarti numeri 243 summa completur, per quos significatur Ecclesia et ex circumcissione et ex gentibus congregata. Itaque et si octavus numerus tripliciter computatur, in quo veræ et sanctæ circumcissionis figura est, vicesimum quartum numerum facit, in quo figuratim edocemur, inamputatione vitiorum credere

dum videtur qui faciunt quindecim.

87. In Ms. erat *cycli circuli cursu; delevi circuli*, quod videtur glossa.

nos debere in Patrem, et Filium, et Spiritum sanc-

93. Idem etiam numerus septuaginta duos discipulos ostendit, quo Dominus binos ante faciem suam præmisit, ternario numero in se multiplicato. Denique ter vices quaterni septuaginta duo faciunt. Nam et si sexies quartum numerum supputes, et quatuor præferre elementa mundi, in quibus cuncta subsistunt; et qui sunt in operibus mundi hujus, in quo ipsa elementa subsistunt.

#### CAPUT XXII.

*De tricenario numero.*

94. *Tricenarius* numerus ex denario triformiter posito consummatur. Habet enim denarium ter propter Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, et propter decem præcepta legis, quæ nobis dono ejusdem Trinitatis ad conservationem vitæ concessa sunt. Hinc est quod arcæ altitudo triginta cubitis erigitur, quia Ecclesia Decalogi mandato fide Trinitatis perficitur, cujus exempla in Scripturis talia reperiuntur.

95. In Zacharia enim Dominus triginta argenteos pretium suæ mortis accepit, et in Evangelio Christum Judas totidem argenteis venundavit. Ipse quoque Dominus et Salvator noster eadem ætate in Jordanem descendit, et mundo Evangelium prædicavit. Siquidem et tricesimus fructus conjugatorum datur propter carnis conflictum, ne libidine superentur.

96. Menses quoque tricenis diebus consistunt; horæque totidem **244** momentis efficiuntur, atque in omnium rerum personarumque repetitione tricennalis annorum objectio finem ponit.

#### CAPUT XXIII.

*De quadragenario numero.*

97. *Quadragenarius* numerus plenitudinem indicat temporum, tanquam eò sæcula consummantur, cujus numeri typo et lex, et prophetæ, et Evangelia monstrantur; quadragenis enim diebus Moyses, et Elias, et Dominus jejunaverunt, præbentes nobis significationem, ut quandiu in hoc sæculo consistimus, a cunctis illecebris carnalium vitiorum nosmetipsos abstinemus, manentes sub conservatione Decalogi præceptorum, qui per fidem in quatuor mundi partes diffunditur, ut decies quater ducta quadraginta dies impleantur.

98. Hoc significaverunt quadraginta dies diluvii, procellas scilicet, et turbines sæculi hujus, quæ patitur Ecclesia. Hoc etiam et quadraginta anni in eremo, quibus significatur laboriosum nos in sæculo habere cursum, dum ad promissum cælestis patriæ

95. *Supputes, et quatuor, etc.* Non satis percipitur sensus, et aliquid, ut opinor, deest.

95. Isidorus fortasse scripsit, *venumdedit*.

96. *Momentum* pro exiguo temporis spatio sumitur; sed quod horæ dividerentur in triginta partes, quæ *momenta* vocarentur, nescio an alibi scriptum reperiatur. Quod *tricennalis objectio* annorum finem in rerum repetitione ponat, exprimitur etiam in concilio Hispalensi II, cui sanctus Isidorus præfuit, c. 2, ubi usurpatur hoc ipsum verbum *tricennalis objectio*, ut videri potest in append. 4 ad tom. II, pag. 520.

A præteudimus regnum. Nam illud, quod quadraginta diebus Dominus tentatur in eremo, id declarat, quia quandiu in hoc corpore sumus, tentationes portamus. *Tentatio est enim*, ut ait Job, *vita humana super terram* (Job. vii, 1).

99. Hinc est quod Ezechiel quadraginta diebus solis peccata Judææ pronuntiavit, quia tantum in hoc mundo licitum est remissionis fructum consequi penitentiam. In futuro autem nihil præstat confessio, sed sola sanctorum et piorum futura est retributio.

#### CAPUT XXIV.

*De quadregesimo sexto numero.*

**245** 100. *Quadraginta*, scilicet, et *sex* numerorum ratio in Evangelio pro templo ædificatur; qui refertur ad fabricam dominici corporis, propter quam templi mentio facta est; in cujus figuram templum a Judæis destructum triduo citaturum se esse dicebat. Numerus enim ipse senarius multiplicatus conceptum Virginis et partum ostendit. Dixerunt enim ei: *Quadraginta et sex annis ædificatum est templum* (Joan. II, 20).

101. *Quadragies* sexies seni sunt ducenti septuaginta sex, qui numerus dierum complet octo menses [*Forte*, novem menses], et sex dies, quibus seminarum perfectum tempus pariendi comperitur, non quia partus hujus numeri termino compleatur, sed quia in conceptione dominici corporis usque ad partum idem numerus invenitur. Octavo enim Kalendas Aprilis prædicatur esse conceptus, et octavo Kalendas Januarii natus esse probatur.

C 102. Ab illo ergo die usque ad istum ducenti septuaginta et sex dies inveniuntur, quibus computatis per senarium numerum quadragies sexies adimpletur. Quo numero et ædificatio templi, et perfectio corporis declaratur, de quo specialiter dixerat, *Et in triduo suscitabo illud* (Joan. II, 20). Hoc autem dicebat de templo corporis sui, quod, mortis passione devicta, post triduum suscitaretur. Sicut per quadragenarium temporis hujus labor, vel terminus, ita per quinquagenarium æterna illa beatitudo significatur.

103. Denarius enim additus ad quadragenarium laborantibus in hoc sæculo fidelibus merces illa persolvitur, quam acceperunt primi et novissimi operantes in vinea, sicque quinquagenarius in illa requie ac lætitia sempiterna. Hinc est, quod in lege quinquagesimo anno jubilæi requies colebatur, ad significandum quia post laborem hujus mundi pervenit ad futuri requiem sæculi.

97. *Expositio mystica numeri quadragenarii* his et similibus rationibus apud sanctissimos Patres passim occurrit, quod hic numerus quadraginta dierum jejunio quodammodo a Christo consecratus fuerit. Legi poterit: *Tanquam eo sæculo consummentur*.

98. *Et quadraginta anni*. Scilicet, significaverunt. In Ms. erat *et quadraginta annos*. Verba Jobi in Vulgata sunt: *Militia est vita hominis super terram*.

99. In Ms. *soli pro solis*.

100. *Forte legendum, triduo suscitaturum*.

102. In Vulgata nostra: *Et in tribus diebus suscitabo illud*.

*De quinquagenario numero.*

**246** 104. Nunc autem numerus in sanctis Scripturis sacratu est propter Spiritum sanctum. Quinquagesimo enim die egressionis Israel ex Ægypto datae sunt tabulae legis in vertice montis Sina, et post passionem Christi quinquagesimo die descendit super cxx fideles Spiritus sanctus; ideoque et quinquagesimus psalmus indulgentiae et remissionis est.

105. Unde et in Evangelio quinquaginta etiam denarii debitoribus relaxantur. Nam quod in diluvio quinquaginta cubitis arcae altitudo diffusa est, eisdem sancti Spiritus dilatata in mundo gratiam designabat, sicut dicit Apostolus: *Gratia Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis* (Rom. v, 5).

## CAPUT XXVI.

*De sexagenario numero.*

106. Sexagenarius numerus, cujus summa a perfecto senario per denarium adimpletur, significat omnes sanctos, qui per observationem decem mandatorum perfectionem sanctitatis accipiunt. Hæc Salomon de Christo in Canticis canticorum eloquitur: *Sexaginta*, inquit ille, *reginæ* (Cant. vi, 7), sanctorum scilicet animarum, fidei vinculo Christi amore connexarum, qui dum Salvatori... (per) obedientiam copulantur, quasi sexagenario numero computantur.

107. Hi sunt quibus et ille in Evangelio sexagesimus fructus permittitur, qui divinis mandatis perfecti agonem adversus carnis concupiscentiam gerunt; sed idcirco sexagenarium percipiunt fructum, quia ad hanc usque ætatem congressio exultat [Forte, exultat] libidinum. Quandiu ergo certamen, tandiu corona. Hinc est quod et milites in **247** procinctu positi post sexagesimum annum certaminibus bellicis subrahuntur, et in otio consenesunt.

105. In Vulgata: *Charitas Dei diffusa est*, etc.

106. In Ms. erat illæ *reginæ*. In parva lacuna supplevi *per*, ut sensum redderem, et fortasse aliud non deest, nisi *per fidelem*.

108. Corruptum videtur *assei quadraginta, bis deni quadraginta*. Pro quibus verbis hæc tantum legere præstaret, *bis viceni quadraginta*.

109. Forte, *qui a Deo in vitam*, etc.

110. Verba psalmi in Vulgata hæc sunt initio: *In die qua eripuit eum Dominus de manu*, etc. Pro ca-

## CAPUT XXVII.

*Ratio de sancto Pentecoste.*

108. Quadragenarius numerus ex se etiam quinquagenarium gignit, additis partibus, per quas partes quinquaginta efficiuntur ita; assei quadraginta. Bis deni quadraginta. Quaterni quadraginta. Quinques octoni quadraginta. Octies quini quadraginta. Decies quaterni quadraginta. Vicies bini quadraginta, et additis x, efficiuntur quinquaginta.

109. Per hos numeros significatur in quadragenario numero præsens vita, in quinquagenario vero futura, qui numerus quinquagenarius triplicatus facit illum numerum perfectorum, qui ad eam in vitam æternam prædestinati sunt. Ter enim ductus facit cl, additis etiam tribus. Ipsi ostendunt illam sententiam Evangelii, in qua clm pisces ad litus educti sunt, qui erant pondere magni, id est, actibus et vita præclari. Septimus decimus vero numerus incipit ab uno, et pervenit usque ad x et vii, et facit eosdem clm. Tres autem qui adduntur, ipsi ante legem, sub lege et sub gratia.

110. Ideo in psalmo septimo decimo sic dicitur: *Cum eripiet eum de manu omnium inimicorum ejus*, et de manu Saulis, ut ostenderetur jam ab omnibus tentationibus præsentis vitæ caruisse, et in illo numero esse sanctorum, id est, in illis clm piscibus qui in littore separati sunt, id est, qui sunt in hac vita, omnibus tentationibus hujus mundi, qui quasi pelagus est, caruerunt, et jam in illa æterna beati sunt.

C 111. Numero autem qui dicitur computari ab uno usque **248** xvii multiplicato, sunt clm, id est, ad unum adde duo, et sunt tres. Adde tres, et sunt sex; adde iv, et sunt decem; adde v, et sunt xv, adde vi, et sunt xxi. Adde vii, et sunt xxviii; adde viii, et sunt xxxvi; adde ix, et sunt xlv; adde x, et sunt lv; adde xi, et sunt lxi; adde xii, et sunt lxxviii; adde xiii, et sunt nonaginta unum. Adde xiv, et sunt cv; adde xv, et sunt cxix; adde xvi, et sunt cxxxvi; adde xvii, et sunt clm.

ruisse legi poterit cavisse, quamvis iterum occurrat caruerunt.

111. Hæc sere totidem verbis ex sancto Augustino in psalm. XLIX: *Centum ergo quinquaginta tres pisces non tantum numerum sanctorum significat, etc. Decem autem, et septem, si numeres ab uno usque ad decem et septem, addendo numeros omnes gradatim, ut ad unum addas duo, addas tria, addas quatuor, ut fiant decem, addendo quinque, ut fiant quinque, etc., addendo decem et septem, efficiuntur centum quinquaginta tria.*

# SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## DE VETERI ET NOVO TESTAMENTO

### QUÆSTIONES.

#### QUÆSTIO PRIMA.

**249** 1. Die mihi, quid est inter Novum et Vetus Testamentum? Respondit: Vetus est peccatum Adæ; unde dicit Apostolus: *Regnavit mora ab Adam usque ad Moysen* (Rom. v, 14), et reliqua. Novum est Christus de Virgine natus.

2. Unde Propheta dicit: *Cantate Domino canticum novum*: quia homo novus venit; nova præcepta attulit, id est, Novum Testamentum.

#### QUÆSTIO II.

3. Die mihi, quanti libri intelliguntur in Novo Testamento? Respondit: xxvii, et in Veteri Testamento legis Moysi xlv libri sunt; juxta septuaginta duas linguas septuaginta duo libri intelliguntur.

4. Vetus est, quando res alienas tollit homo; Novum, quando propria largitur. Vetus est, quando malum pro malo redditur, unde dicitur: *Oculum pro oculo, dentem pro dente*, et cætera, quæ ad vindictam pertinent. Novum est inimicos diligere. Dominus dixit in Evangelio: *Diligite inimicos vestros; benefacite his qui oderunt vos* (Matth. v, 44).

**250** 5. Vetus est, peccatores in infernum descendere; Novum est, conversos in regnum Domini introire. Et Vetus erit omnes peccatores et impios ad diem iudicii in infernum descendere, ubi semper manebunt. Novum est omnes justos in regnum Domini introire; unde sanctus Petrus dicit: *Novus homo, et nova terra* (II Petr. iii, 13); et nova erunt in memoria priora.

6. Et Vetus erit in Igne purgatorio pro minutis peccatis purgari; Novum, quando purgatus exinde fuerit in regnum Domini.

#### QUÆSTIO III.

7. Die mihi, liber quibus modis dicitur. Respondit: Quatuor: libri dicuntur ad legendum, vel liberandum. *Codex* dicitur ad sciendum. *Volumen* dicitur ad volendum.

Num. 1. De hoc opere, et de rationibus quæ persuadent fetum esse genuinum sancti Isidori, quamvis adhuc publicam lucem non viderit, abunde disputavi in Isidorianis, cap. 64. In eo autem describendo ita librarii errores correxi, ut nonnunquam aperta vitia intacta reliquerim, ex quibus genius scribentis colligi possit. Pro respondit, quod est in Ms., reponi posset *respondet*, aut *respondetur*.

3. Ms., *lex Moysi*. Libros Veteris et Novi Testamenti eodem modo septuaginta duos Isidorus numerat in Proœmiis, initio.

5. Verba sancti Petri sunt: *Novos vero cælos et novam terram, secundum promissam ipsius, expectamus*.

6. In Ms. pro minuta peccata; sic passim occurrit

PATROL. LXXXIII.

A

8. Die mihi, prima littera *a* pro quo accepit nomen *a*? De *angelis*, de *ante sæcula*, de *Adam*, de *anima*.

#### QUÆSTIO IV.

#### QUÆSTIO V.

9. Die mihi, quibus nominibus dicitur *a*? Respondit: Tribus, id est, *aleph* in Hebræo, *alpha* in Græco, *a* in Latino.

#### QUÆSTIO VI.

10. Die mihi, *Evangelium* in cujus lingua dicitur? In Græca; et in Latina, id est, bona nuntiatio.

#### QUÆSTIO VII.

11. Die mihi, pro quo dixit Dominus ad Abraham: *Eri de 251 terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui* (Gen. xii, 1)? Abraham personam Christi gerebat. Sicut Abraham dimisit terram, et cognationem, et domum patris sui; venit in terram, quam ignorabat: ita et Christus dimisit gentem suam, hoc est, Judæorum.

12. Ita eximus de terra nostra nos, quando de divitiis hujus mundi, et de facultatibus contemnimus, et de cognatione nostra, hoc est, vitiis, et de domo patris nostri, hoc est, de memoria hujus mundi.

#### QUÆSTIO VIII.

15. Die mihi, nomen *apostolorum* cujus lingua dicitur? Respondit: In Græca; in Latina *missi* interpretantur.

#### QUÆSTIO IX.

14. Die mihi, *episcopus* in cujus lingua dicitur? Respondit: In Græca; in Latina *speculatores*. *Episcopus* autem nomen est operis, non honoris. Sciatis non esse episcopum, qui præesse desiderat, non prodesse.

#### QUÆSTIO X.

15. Die mihi, *clerus* in cujus lingua dicitur? Re-

nominativus pro ablativo: ac fortasse legendum erit *in regno Domini*, nisi aliquid verbum desit. Numeri 4, 5, 6, videntur collocari debere ante num. 3.

7. Forte *a legendo... a condendo*, etc.

8. Ms., *pro quid*; sic etiam num. 11. Forte *preter quid*.

11. In Vulgata: *Egredere de terra*, etc.

12. Pro *contemnimus* forte *recedimus*, vel *concedimus*, vel *contendimus* exire.

14. Sanctus Augustinus, de Civit. Dei, c. 19: *Intelligat, non se esse episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse*. Vide etiam Quæstionum dialogum sub Augustini nomine quæst. ultim.

spondit : In Græca ; in Latina sors Domini interpretatur. A fecit , baptismum vero ad incipiendum Novum.

## QUÆSTIO XXII.

27. Dic mihi , cur esurit Salvator ? Ut illuderet Satanam.

## QUÆSTIO XXIII.

28. Dic mihi , cur non amplius xl. diebus jejunavit Christus ? Respondit : Ut Moysi et Eliæ concorderet.

## QUÆSTIO XXIV.

29. Dic mihi , quomodo pater Judæorum mendax fuit ? Id est : Cain pater Judæorum vocatus est , qui dixit Domino : *Nescio ubi est frater meus* , quem occiderat . Et pater Cain , id est , *diabolus* , qui mentitus est Adæ : *Quod non morte morieris , si præceptum dominicum transgressus fueris* .

## QUÆSTIO XXV.

254 30. Dic mihi , cur dictum est : *Oculum pro oculo , dentem pro dente* , et reliqua quæ ad vindictam pertinent ? Respondit : Ut esset timor in populo , ne quidquam liceret quod sibi nolebat .

## QUÆSTIO XXVI.

31. Dic mihi , justitia quibus vel quantis modis dicitur ? Respondit : Quinque . justitia Veteris Testamenti , justitia Novi Testamenti , justitia ad judicandum , justitia ad misericordiam , justitia , quæ videtur ab hominibus esse .

## QUÆSTIO XXVII.

32. Dic mihi , quanta continet ignis in se ? *rv. id est* , urit , illuminat , calefacit et sanctificat . Sanctificatio autem proprie in sua natura non habet , licet figuram Spiritus sancti teneat , qui urit vitia , calefacit frigidam animam , sanctificat peccatorem , illuminat cor , unde tenebras ignorantie fugat .

## QUÆSTIO XXVIII.

33. Dic mihi , quid intelligitur in hoc quod dicitur : *Da partes vii. necnon et viii.* Respondit : Judæi non dederunt partes viii. , denegantes resurrectionem diei Dominicæ ; sed dederunt partes vii. , credentes Sabbato . Tu vero crede et honora utrumque , id est , nova et vetera legis , ut non sis Judæus , neque gentilis .

## QUÆSTIO XXIX.

34. Dic mihi , cur caput nominatur ? Respondit : Eo quod hinc capiunt initium sensus et nervi .

## QUÆSTIO XXX.

255 35. Dic mihi , *elemosyna* qua lingua dicitur , vel quid interpretatur ? Græce dicitur *elemosyna* , quod Latine dicitur *Dei mei munus* . *Misericordia* a *misero corde* dicta : unde Dominus misericors dicitur , et quod subvenit homini misero corde habenti .

## QUÆSTIO XI.

16. Dic mihi , *abba* qua lingua dicitur ? Hebraice , Græce *pater* , Latine *genitor* .

## QUÆSTIO XII.

17. Dic mihi , qui primus fuit clericus ? Respondit : Sanctus Petrus .

## QUÆSTIO XIII.

252 18. Dic mihi , quanta sunt quæ ex nihilo creavit omnipotens Deus ? Respondit : *iv. id est* , angelus , et anima , cælum , et terra . Reliquæ vero creaturæ ex ipsis procedunt .

## QUÆSTIO XIV.

49. Dic mihi , cælum quid intelligitur ? Respondit : Angelus , et terra , id est , sancta Ecclesia . Et cælum animæ justæ , et terra peccatores .

## QUÆSTIO XV.

20. Dic mihi , quibus modis creditur Deus ? Respondit : Tribus sive quatuor , id est , Deus bonus , perfectus , omnipotens , sempiternus debetur credi , quia sine his dici non potest Deus .

## QUÆSTIO XVI.

21. Dic mihi , quibus modis adoratur Deus ? Respondit : Tribus : qui adoratur , non adoratur ; qui creator est , et non creatura ; qui sine peccato est , et peccata dimittit .

## QUÆSTIO XVII.

22. Dic mihi , quibus modis facit Deus justitiam cum sanctis suis ? Respondit : Tribus : monstrat , ut sciant ; persuadet , ut diligant ; adjuvat , ut perficiant .

## QUÆSTIO XVIII.

23. Dic mihi , cur Adam accepit mandatum ? Respondit : Ne se Deum putaret , sed subditum .

## QUÆSTIO XIX.

253 24. Dic mihi , cur vultus Moysi terribilis erat in populo ? Respondit : Quia peccatoribus legem dabat .

## QUÆSTIO XX.

25. Dic mihi , in Apocalypsi pro quo dicit : *Accipe librum , et comede illum ; et erit in ore meo dulcis , quasi mel , et amarus in ventre ( Apoc. x. 9, 10 )* ? Respondit : Mellica est Scriptura in ore Ecclesiæ , qui sunt sapientes , et fideles ; amara est in hæreticis sævientibus .

## QUÆSTIO XXI.

26. Dic mihi , cur circumcisus est Dominus , et circumcidere non debent homines ? Respondit : Quia circumcisionem ad finiendum Vetus Testamentum

18. Legi potest *Dominus pro Deus* ; et mox *angelis* ; in Ms. est *angelos et reliquas ... creaturas* .

20. Cod. , *credetur ... Deum bonum , etc. , debetur credere* .

21. *Melius videretur quia adoratur , etc. Et iterum ac tertio , quia pro qui* .

25. Forte legendum *se Dominum* .

25. Verba Apocalypsis : *Accipe librum , et devora illum ... et erat in ore meo tanquam mel dulce , et cum dexterassem eum , amaricatus est venter meus* .

26. Forte *circumcidi non debent omnes ; prius fuit homines* .

30. Forte *licere pro liceret* .

32. In Ms. *licit* pro *licet* , et *tenit* pro *tenent* .

33. Ms. , *vetera legem* . Forte *novam et veterem legem* . Quid sibi velint hæc *partes septem et octo indicatum* fuit in libro de Numeris , ad cap. 9 .

34. Vet. Cod. , *capiantur initium sensu* .

35. Forte *eo quod subvenit homini misero cor* .



## QUÆSTIO XXXI.

36. Dic mihi, quantos, vel quales spiritus creavit omnipotens Deus? Respondit: Tres: unum, qui carnis non legitur, id est, angelorum; alium, qui carne legitur, et non cum carne morietur, id est, hominum; tertium, qui carne legitur, et cum carne morietur, id est, jumentorum et brutorum animalium. Homo itaque sicut in medio creatus est, ut esset inferior angelorum, superior jumentorum.

## QUÆSTIO XXXII.

37. Dic mihi, dilectio vel charitas in quot modis consistunt? In iv. Hoc est, primum in Dei timore, vel dilectione. Secundum, sicut nosmetipsos, sic Deum amemus. Tertium proximos. Quartum etiam in micos.

33. Deum ergo plus quam nos diligere debemus: proximum, sicut nos: inimicum, ut proximum. Et nisi Deum primum dilexerimus, nosmetipsos minime diligere poterimus.

## QUÆSTIO XXXIII.

39. Dic mihi, regnum Dei quibus modis intelligitur? Respondit: Quinque: id est, Christus, fides, Evangelium, Ecclesia præsens, vel ipsum regnum caelorum. Non fuit poenitentia prædicata ante Joannem, quia ipse dixit: *Poenitentiam agite; appropinquavit enim regnum caelorum* (Matth. iii, 2).

## QUÆSTIO XXXIV.

256 40. Dic mihi, pro quibus causis se voluit Dominus a Joanne baptizari? Respondit: Pro iv: prima ut quia homo natus est, ut omnem justitiam impleret et humilitatem. Secunda baptismum, ut suum baptismum Joannes confirmaret. Tertia, ut aquas Joannes sanctificaret. Quarta, ut nullus dedignetur a servo suo baptizari, dum ipse Dominus a servo suo baptizatus est.

## QUÆSTIO XXXV.

41. Dic mihi, quomodo, vel quando implevit Christus septem gradus? Respondit: Primus gradus lector, quando aperuit librum Isaïæ prophætæ, et dixit: *Spiritus Domini super me* (Luc. iv, 18).

42. Secundus gradus exorcista, quando ejecit vidermonia de Maria Magdalene.

43. Tertius gradus subdiaconus, quando fecit vinum de aqua in Chanan Galilææ.

37. Cod., *consident pro consistunt, et secunda, quarta, pro secundum, quartum.*

38. In Ms., *potemus pro poterimus.*

40. Præstabit legere, ut aquas Joannis sanctificaret; nam i facile veritur in e.

41. Septem gradus, sive ordines plerique theologi distinguunt, sed alio modo eos percensent.

42. Exorcistæ gradus inchoatus, et denotatus quoque fuit, cum Jesus Christus tetigit aures surdi et muti, dicens: *Ephpheta, quod est adapetire.*

43. Alij dicunt subdiaconatum institutum a Christo in ultima cœna.

44. Ex aliorum opinione Christus diaconatum instituit cum in ultima cœna corpus suum et sanguinem discipulis dispensavit.

45. Forte, *deditque discipulis suis.*

46. Censent alij ostiariatum ante passionem a

A. - 44. Quartus gradus diaconus, quando lavavit pedes discipulorum suorum.

45. Quintus gradus presbyter, quando benedixit panem, et fregit, dedit discipulis suis. Istos quinque gradus ante passionem implevit Christus.

46. Sextus gradus ostiarius, quando dixit: *Tolite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternales* (Psalm. xxiii, 7).

257 47. Septimus gradus episcopus, quando levavit manum suam super capita discipulorum suorum, et benedixit eos.

## QUÆSTIO XXXVI.

48. Dic mihi, quid est hoc quod dixit Dominus in Evangelio: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem in regnum Dei introire?*

B Respondit: Quid per camelum, nisi gentiles homines significat? quia antequam Christus veniret, tortuosi, et gembrosi erant, idola adorando, vel colendo.

49. Quid per illud foramen, nisi incarnatio Christi in utero sanctæ Mariæ describitur? Quid per illum divitem, nisi Judæi, qui de legis littera se divites sperabant?

50. Tria refugia Domini habebant, id est, in monte, in deserto, et in mare. Exemplum nobis ad aliorum justitiam ascendere tanquam in monte; contemplativa sectari, tanquam in deserto; fugere, tanquam in mare.

## QUÆSTIO XXXVII.

51. Dic mihi, quibus substantiis constat homo? Respondit: Tribus, id est, anima et corpore. Una est anima quæ, dum contemplatur, spiritus est; dum sentit, sensus est; dum sapit, anima est; dum intelligit, mens est; dum discernit, ratio est; dum consentit, voluntas est; dum recordatur, memoria est; dum membra vegetat, anima est.

## QUÆSTIO XXXVIII.

52. Septem sunt modi prædicationis, id est, docendo, persuadendo, increpando, arguendo, terrendo, mulcendo et promittendo: hoc est, docendo discipulos, persuadendo personis, increpando superbos, arguendo contrarios, terrendo trepidos, mulcendo iracundos, 258 promittendo pravis et bonis, pravis tormenta, bonis vitam æternam.

## QUÆSTIO XXXIX.

53. Dic mihi, qui primus prophetavit? Respondit:

D Christo institutum fuisse inchoative, et denotative, ut aiunt, cum venientes et vendentes ejecit de templo; complete, cum in ultima cœna primam sacerdotii potestatem discipulis suis contulit.

47. Episcopatum verum esse ordinem a presbyteratu distinctum, tenent jam cum canonistis plerique recentiores theologi.

48. Forte *et gibbosi erant.* Alii camelum de fune explicant.

50. Videtur id pertinere ad aliam quæstionem, cujus desit initium.

51. Reponendum censeo duabus pro tribus. Nulla in fine erat hæc quæstio sic, dum membra vegetat; supplevi ex Opere imperfecto de Numeris fortasse sancti Isidori in Ms. Vatic. Reginæ 199, in quo hæc ipsa sunt, et supra legitur *dum sapit, animus, etc.*

52. Desit initium hujus quæstionis.

Adam, quando dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea.*

QUÆSTIO XL.

54. Dic mihi, infans parvulus quantas virtutes habet? Respondit: *iv*: Non læsus meminit; non perseverat in ira; non delectatur pulebra femina; non aliud cogitat vel aliud loquitur.

QUÆSTIO XLI.

55. Dic mihi, quare fuit diluvium super terram? Respondit: Filii Dei acceperunt filias hominum ex omnibus quas sibi elegerant; natiq̄e sunt ex eis filii. Illi fuerunt gigantes, et multa mala fecerunt in terra, et non placuit Domino. Propterea delevit eos Dominus per aquas diluvii.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

### MYSTICORUM EXPOSITIONES SACRAMENTORUM

SEU

### QUÆSTIONES IN VETUS TESTAMENTUM.

#### IN GENESIN.

PRÆFATIO.

**259** 1. Historia sacræ legis non sine aliqua prænuntiatione futurorum gesta atque conscripta est. Nisi pertinere ad præfigurationis mysterium tam multiplex rerum umbra gestarum, nec docens Apostolus dicere: *Lex umbram habet futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.*

2. Proinde quædam, quæ in ea figuratim dicta vel facta sunt, et sunt plena mysticis sacramentis, adjuvante superna gratia, in hoc opusculo exsequentes intexuimus, veterumque ecclesiasticorum sententias congregantes, veluti ex diversis pratis flores lectos ad manum fecimus, et pauca de multis breviter perstringentes, pleraque etiam adjicientes, vel aliqua ex parte mutantes, offerimus non solum studiosis, **260** sed. etiam fastidiosis lectoribus, qui nimiam longitudinem sermonis abhorrent.

3. Brevi enim expositione succincta non faciunt de

*Mysticorum.* Arevalus hic scripserat *Secretorum*; sed in aliis hujus operis titulis, Grialii editionem seculus, repositit *Mysticorum*, et quamvis, ait, fortasse magis genuinum sit *Secretorum*. Retinimus secundam lectionem. Cæterum, hunc loco notam sequentem subjungit Arevalus: — « De secretorum, sive, ut Grialius edidit, mysticorum Expositionibus sacramentorum quid hoc loco monere expediret, peti potest ex prolegomenis, cap. 65, ubi de hoc opere multa verba feci. Satis nunc sit indicare Grialium auctorem esse earum notarum quibuscum nostras non ita multas interse-remus. Neque vero argumentum ejusmodi est ut longa explicatione opus sit; et ubi sensus commodus ex Isidori verbis eruitur, non est nimis anxie querendum, an omnino ea ipsa verba illius auctoris quem sequimur: expresserit, aut etiam exprimere voluerit. » EDIT.

2. Et sunt plena mysticis sacramentis. Ex his et sancti Hilefonsi verbis, quæ subjiciemus, titulum prorsus jam abotitum huic operi restituiimus. Ita enim Hilefonsus in Vita Isidori: *Collegit etiam de diversis auctoribus quod ipse cognominat secretorum expositio-*

**B** prolixitate fastidium. Prolixa enim et occulta tædet oratio; brevis et aperta delectat. Et quia jam pridem juxta litteram a nobis sermo totus contextus est, necesse est ut, præcedente historiz fundamento, allegoricus sensus sequatur. Nam figuratim quædam ex his intelliguntur, vere tanquam prophetica indicia præcedentia futurorum.

4. Sane non omnia quæ in lege et prophetis scripta sunt mysteriorum ænigmatibus obteguntur; sed pro his quæ aliquid significant, etiam quæ nihil significant connectuntur. Sicut enim in citharis, et hujusmodi organis musicis, non quidem omnia quæ tanguntur, canorum aliquid resonant, sed tantum chordæ, cætera tamen in totæ citharæ corpore ideo facta sunt, ut esset ubi connecterentur et quo tenderentur illa quæ ad cantilenæ suavitatem modulaturus est artifex: ita in his prophetis narrationibus quæque dicuntur aut aliquid sonant in significationem

*nes sacramentorum; quibus in unum congestis, idem liber dicitur Quæstionum.* Plura in præfat. ad Opera Isidori. GRIAL.

*Ibid.* Qui nimiam longitudinem sermonis abhorrent; ita Palent. et duo Oxonienses. Quibus nimia longitudo sermonis abhorret, Guadalup. Quorum nimia longitudo sermonis abhorret, Laurentian. et Complut. Idem Isidorus, in Regul. monach. : *Philargyria contagium, ut lethiferam pestem (monachus) abborreat.* GRIAL.

*Ibid.* Veterum ecclesiasticorum nomina, quorum sententias congregat, paulo post num. 5 recenset Isidorus. AREV.

3. Et quia jam pridem juxta litteram. Ita Sigebertus de eo: *Totum Vetus Testamentum simpliciter exponendo percurrit.* Hoc nobis deesse magis dividimur, nisi forte id Glossæ sunt quæ vocantur Ordinationes. GRIAL.

4. Sane non omnia, usque ad connectantur, verba sunt Augustini duobus ex locis aptata, ex xv de Civ. vii., c. 2, et xii contra Faust., c. 94. GRIAL.

futurorum, aut, si nihil sonant, ad hoc interponuntur, ut sit unde illa significantia tanquam sonantia connectantur.

5. Has autem rerum gestarum figuras de mysticis thesauris sapientium, ut prædiximus, deponentes, in unam formam compendio brevitatis contraximus; in quibus lector non nostra legat, sed veterum relegat. Quod enim ego loquor, illi dicunt; et vox mea ipsorum est lingua. Sumpta itaque sunt ab auctoribus Origene, Victorino, 261 Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Fulgentio, Cassiano, ac nostri temporis insigniter eloquenti Gregorio.

#### CAPUT I.

*Præmissio operis usque ad expulsionem hominis de Paradiso.*

1. Creatura cæli et terræ quomodo historialiter ab B orordio principii condita sit legimus; sed qualiter in Ecclesia spiritualiter a doctoribus accipitur, intelligamus.

2. *In principio fecit Deus cælum et terram.* Principium Christus est, sicut ipse in Evangelio Judæis interrogantibus respondit: *Ego principium, qui et loquor vobis* (Joan. viii, 25). In hoc igitur principio fecit Deus cælum, id est, spirituales, qui cælestia meditantur et quærent; in ipso fecit et carnales, qui necdum terrenum hominem deposuerunt. *Terra autem erat inanis et vacua.* Terra scilicet carnis nostræ inanis erat et vacua, priusquam doctrinæ acciperet formam. *Et tenebræ erant super faciem abyssi,* quia delictorum cæcitas et ignorantia profunda obscuritas corda nostra tegebat.

3. *Et spiritus Dei ferebatur super aquas.* Spiritus autem Dei super cor nostrum tenebrosum et fluidum, quasi super aquas, jam 262 superferebatur; in quo subsistentes requiesceremus, cujusque vivificaremur statu, et cujus unda ablueremur.

4. *Dixit quoque Deus: Fiat lux,* id est, illuminatio

*Ibid. Quæque dicuntur.* Ita Mss. o., hoc est, quæcunque dicuntur, quomodo non solum Isidorus, sed interdum etiam optimi Latinitatis auctores loquuntur. Hoc qui non viderunt, haud veriti sunt addere, quæ obrequuntur, ut quæque dicuntur adnecterent. GRIAL.

5. *Cassiano.* Aliqui libri *Cassiani* loco *Fulgentium* habent. In aliis uterque ponitur, et utriusque Isidorus perstudiosam fuisse constat. Sed in toto hoc opere *Fulgentii* (quod sciamus) verbum nullum; *Cassiani* existant aliquot a nobis indicati loci. GRIAL.

*Ibid.* *Fulgentii* nomen cur non sit omittendum, quamvis *Grialius* illud omiserit, dixi in prolegomenis, c. 65, n. 19 et 20. Certe auctoritas *Joannis Diaconi*, qui in *Vita sancti Gregorii* hæc *Isidori* verba protulit et *Fulgentium* post alios nominat, tanti ponderis esse debet ut ab ea non sit recedendum. AREV.

Cap. I. N. 1. *Creatura cæli et terræ.* Veterem interpretationem imitatus est; quod enim *Vulgatus: Istæ sunt generationes cæli et terræ,* ille reddens verba LXX interpretum: *Αὐτὴ ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς: Hæc est liber creaturæ cæli et terræ.* dixit. GRIAL.

2. *In principio fecit,* ex LXX. *Creavit* *Valent.* et *Comp.* ex *Vulg.* GRIAL.

*Ibid.* *Ego principium, qui et loquor.* Quod et loquor, August., cujus sunt hæc, lib. 1 de Gen. contra Manich., cap. 2, eodemque modo apud *Ambrosium* initio operis *Hexæem.* GRIAL.

A credulitatis appareat. Prima enim die lucem fideli dedit, quia prima est in conversione fides. Unde et istud primum in *Der præceptis* mandatum est: *Dominus Deus tuus Deus unus est.* Propter quam fidem ipse Dominus etiam visibiliter in mundo apparere voluit.

5. *Et divisit lucem a tenebris;* nam tunc Deus juxta præscientiæ suæ gratiam divisit justos, id est, filios Dei et lucis, a peccatoribus, tanquam a tenebris; justos vocans diem, et illos noctem; nam quod in Ecclesia lucis nomine justii appellantur, audi Apostolum: *Fuistis, inquit, aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino* (Ephes. v, 8).

6. Deinde secunda die disponit Deus firmamentum, id est, solidamentum sanctarum Scripturarum; firmamentum enim in Ecclesia Scripturæ divinæ intelliguntur, sicut scriptum est: *Cælum plicabitur, sicut liber* (Isai. xxxiv, 4). Discrevitque super hoc firmamentum aquas, id est, cælestes populos angelorum, qui non opus habent hoc suspicere firmamentum, ut legentes audiant verbum Dei.

7. Vident enim eum semper, et diligunt, sed superposuit ipsum firmamentum legis suæ super infirmitatem inferiorum populorum, ut ibi suspicientes cognoscant qualiter discernant inter carnalia et spiritualia, quasi inter aquas superiores et inferiores.

8. Post hæc die tertio collegit in unum aquas inferiores sabbas: hoc est, homines infideles, qui cupiditatum tempestate et tentationum carnalium fluctibus quatuntur, et in se ipsis, quasi amaritudo, includuntur. Segregavitque ab eis aridam, populum scilicet fontem fidei sitientem, fixitque debinc superbiorum limites, et coercuit eos, ne turbuletis iniquitatum suarum fluctibus aridam, id est, animam sitientem Deum, conturbent; liceatque ei germinare bonorum operum fructus secundum genus suum, diligendo proximum in subsidis necessitatum carna-

*Ibid. Spirituales... carnales.* Ex Augustino, xiii Confess., c. 12. GRIAL.

*Ibid. Terra autem erat inanis et vacua.* Ita quidem libri omnes manuscripti et excusi, etiam apud *Eucherium* et *Bedam;* sed explicatio, sive allegoria, non adhibetur his verbis, sed illis potius quæ sunt ex LXX: *Terra autem erat invisibilis et incomposita.* Augustinus loco proxime citato: *Quia et apud nos in Christo suo fecit Deus cælum et terram, spirituales et carnales Ecclesiæ suæ, et terra nostra, antequam acciperet formam doctrinæ, invisibilis erat et incomposita, et ignorantia tenebris tegebatur, etc.* GRIAL.

*Ibid.* *Sanctus Augustinus sæpe eodem modo ait: In principio fecit, etc.* Apud eundem *sanctum Augustinum* alii legunt *Principium, quia et loquor vobis.* AREV.

4. *Prima die, usque ad apparere voluit,* Augustinus 1 de Genes. contra *Manich.*, c. 25. GRIAL.

5. *Apostolus: Eratis enim aliquando, etc.* In *Grialii* textu mendum erat *filios Dei et lucis.* AREV.

6. *Deinde secunda die, usque ad superiores, inferiores,* carptim ex ejusd. xiii Confess., cap. 15, et ex 1 contra *Manich.*, c. cit. GRIAL.

*Ibid.* *Vulgata: Complicabuntur, sicut liber, cæli.* AREV.

8. *Post hæc die tertio, usque ad valido robore justæ judicii,* ex eud. lib. Confess. c. 17. GRIAL.

lium; habeatque in se semen **263** secundum similitudinem, ut ex sua infirmitate compatiatur ad subveniendum indigentibus.

9. Producat et lignum forte robore, et fructiferum, id est, beneficium ad eripiendum eum qui injuriam patitur de manu potentis, et præbendum protectionis umbraculum valido robore justi iudicii.

10. Deinde quarta die emicuerunt luminaria firmamento legis infixæ, id est, evangelistæ et doctores, Scripturæ sanctæ cohærentes disputando, et omnibus inferioribus lumen sapientiæ ministrantes. Protulit etiam et cæteram micantium siderum turbam, id est, diversarum virtutum in Ecclesia numerositatem, quæ in hujus vitæ obscurnitate, tanquam in nocte resurgentes, dividant in hoc firmamento Scripturæ sensibilia et intelligibilia, quasi inter lucem perfectorum et tenebras parvulorum, et sint in signis virtutum et miraculorum, sint etiam in tempora et annos, quasi prædicatores propriis temporibus vivunt et transiunt, verbum autem Domini manet in æternum.

11. Quare autem primo terra germinavit, deinde facta sunt luminaria? nisi quia post opera bona venit illuminatio lucis ad contemplandam speciem supernæ virtutis?

12. Inter hæc die quinta facta sunt in aquis reptilia animalium vivarum, homines, scilicet, renovati in vitam per baptismi sacramentum. Facta sunt et volatilia, id est, sanctæ animæ ad superna volantes.

13. Post hæc sexta die produxit terra animam vivam, quando caro nostra, abstinens ab operibus mortuis, viva virtutum gemina parurit, secundum genus scilicet suum, id est, vitam imitando sanctorum, sicut Apostolus ait: *Imitatores mei estote*. Secundum nostrum quippe genus vivimus, quando in opere Iono sanctos viros, **264** quasi proximos, imitamur. Deinde produxit terra bestias, homines in potentia rerum, sive ferocitate superbiæ. Similiter et pecora; fideles in simplicitate vitæ viventes; serpentes quoque innoxios, sanctos videlicet viros, astutiæ vivacitate bonum a malo discernentes, et, in quantum fas est, reptando scrutantes terrena, per quæ intelligant æternam, non illos venenosos qui se in hujus mundi cupiditatibus terrenis collocant.

14. Post hæc fecit Deus hominem ad imaginem

9. *Protectionis umbraculum*. Ita Augustinus, et sic est apud Bedam. GRIAL.

10. *Deinde quarta die*. Ex XIII Conf., cap. 18, et 1 de Gen. cont. Manich., c. 25, et Origene, hom. 1 in Gen. GRIAL.

*Ibid. Scripturæ sanctæ cohærentes*. Appareamus, sicut luminaria in mundo, cohærentes firmamento Scripturæ tuæ. Augustinus, XIII Conf., c. 18. Est autem apud Eucherium et Bedam demonstrantes, apud Augustinum tamen, ministrantes. GRIAL.

*Ibid. Tenebras parvulorum*. Verba sunt ejusdem Augustini, cap. 19. Pravorum tamen habent plerique Mss. GRIAL.

*Ibid. Quia prædicatores*. Idem, c. 16: *Transiunt prædicatores verbi tui ex hac vita in aliam vitam; scriptura vero tua usque in finem sæculi super populos extenditur*. GRIAL.

*Ibid.* In not. Gr. erat *quarto die*. AREV.

suam: perfectam scilicet virum, qui non quemlibet sanctorum virorum imitando, sed ipsam veritatem contemplabiliter intuendo, operatur justitiam, et ipsam intelligat, et sequatur, ad cujus imaginem factus est, veritatem. Iste etiam accepit potestatem piscium maris, et volatilium cæli, pecorumque, ferarum quoque, atque reptantium, quia spiritalis quoque effectus, et Deo similis factus, secundum Apostolum, judicat omnia, ipse autem a nemine judicatur (I Cor. II, 15).

15. Quod vero sequitur: *Masculum et feminam fecit eos*, spirituales in Ecclesia, et obediens ostendit, quia sicut viro subdita est mulier, sic spiritali et perfecto viro obediens est is qui minus perfectus est, ut Apostolus ait: *Rogamus vos, fratres, ut cognoscatis eos qui in vobis laborant, et præsent vobis in Domino* (I Thess. V, 12). Dicitur autem eis: *Creavit et multiplicavit*, sive in linguis, sive in spiritualibus intelligentiæ gradibus, ut dominantur per rationis intellectum omnium carnalium perturbationum, quasi insensibilium animantium.

16. Omnis autem herba seminalis, et omne lignum fructuosum, quod hominibus datum est in escam, fideles sunt de oblationibus sanctorum necessitatibus communicantes. Unde et Apostolus ait: *Nam si in spiritualibus participes facti sunt gentiles, debent et in carnalibus ministrare eis* (Rom. XV, 27). Hæc sunt fructifera ligna. In istis ergo **265** gradibus, tanquam in quibusdam diebus, vespera est ipsa perfectio singulorum operum, et mane inchoatio sequentium.

17. Post istorum itaque quasi sex dierum opera bona valde sperat homo quietem mentis, constituit in spiritali paradiso, quo significatur vita beata, ubi fons est sapientiæ, dignus in quatuor parte virtutum; ubi edat ligni vitæ gratiam, ubi utiles disciplinas morum, quasi fructus lignorum carpat. Est namque paradisi vita beatorum, quatuor flumina quatuor virtutes, ligna ejus omnes utiles disciplinæ, lignorum fructus mores piorum, lignum vitæ ipsa honorum omnium mater est sapientia, de qua scriptum est, Salomone dicente: *Lignum vitæ est his qui apprehendunt illam, et qui tenuerit eam, beatus* (Proverb. III, 18). Lignum scientiæ boni et mali transgressio est mandati.

14. *Pecorumque, ferarum quoque, et reptantium*. Ita Beda et Impress., ex veteri translatione, alii aliter ex Vulg. GRIAL.

*Ibid.* Multi versantur theologi ac sacri interpretes in hac sententia Genesis exponenda, quod homo factus sit ad imaginem et similitudinem Dei. Varias de hoc argumento opiniones collegit Pererius ad hunc locum. Vide etiam Editionem Patrum apostolicorum cum fidei Cotelerii, pag. 60. AREV.

15. In Vulgata nunc: *Ut noveritis eos qui laborant inter vos*. AREV.

16. Vulgata: *Nam si spiritualium eorum participes facti sunt, etc., ministrare illis*. AREV.

17. Post istorum, usque ad sperat homo quietem, verba sunt Augustini, 1 de Gen. contra Manich., c. 25. GRIAL.

*Ibid.* Quo significatur vita beata. Ejusdem, lib. II, c. 9. GRIAL.

## CAPUT II.

*De operibus sex dierum.*

1. Expleta hactenus sex dierum opera, qualiter in Ecclesia spiritualiter intelligantur, explicata sunt; deinde, quid in figuram sæculi significent, subjiciendum est. Sex diebus consummavit Deus omnia opera sua, et septimo requievit. Sex ætatibus humanum 266 genus in hoc sæculo per successiones temporum Dei opera insigniunt. Quarum prima est ab Adam usque ad Noe; secunda a Noe usque ad Abraham; tertia ab Abraham usque ad David; quarta a David usque ad transmigrationem in Babyloniam; quinta deinde usque ad humilem adventum Domini nostri Jesu Christi; sexta, quæ nunc agitur, usquequo mundus finiatur, donec Excelsus veniat ad iudicium.

2. Septima vero intelligitur in requie sanctorum, quæ scilicet non habet vesperam, quia eam jam nullus terminus claudet. Pergamus ergo breviter per eas omnes mundi ætates, replicantes ordinem temporum eorum, et mystice differentias distinguamus.

3. Primo enim sæculo factus est, tanquam lux, homo in paradiso. In qua ætate filios Dei in lucis nomine divisit Deus a filiis hominum, quasi a tenebris; sitque hujus diei vespera diluivium.

4. Secundum sæculum factum est, quasi firmamentum inter aquam et aquam; arca utique illa quæ natavit inter pluviam et maria; hujus vespera fuit confusio linguarum.

5. Tertium sæculum factum est quando separavit Deus populum suum a gentibus per Abraham, discernens eum, quasi aridam ab aquis, ut proferret germen herbarum atque lignorum, id est, fructus sanctorum Scripturarum. Hujus vespera fuit peccatum, et malitia pessimi regis Saul.

6. Inde quartum sæculum cœpit a David, quando constituit Deus luminaria in firmamento cœli, id est, splendorem regni, tanquam solis excellentiam, et in lunæ specie obtemperantem tanquam lunam Synagogam, et stellas principes ejus. Cujus ætatis sit

*Ibid.* *Diuisus in quatuor partes virt.* Eiusdem, c. 10. GRIAL.

*Ibid.* Breulius post quatuor virtutes hæc addit: *Virtus est animi habitus, naturæ decus, vitæ ratio, morum pietas, cultus Divinitatis, honor hominis, æternæ beatitudinis meritum. Cujus scilicet partes quatuor principales, quæ designantur per quatuor paradisi flumina, prudentia, fortitudo, justitia, temperantia. Prudentia est rerum divinarum humanarumque, prout homini datum est, scientia; per quam intelligitur quid cavendum sit et quid agendum. Et hoc est, quod in psalmo (cxviii) legitur: MIRABILIA TESTIMONIA TUA. Fortitudo est animi patientia, et longanimitas, et perseverantia in bonis operibus, et victoria contra vitiorum genera. Justitia est animi nobilitas, unicuique rei propriam tribuens dignitatem. In hac Divinitatis cultus, et humanitatis jura, vera iudicia, et æquitas totius vite conservatur. Temperantia est vitæ modus, ne quid nimis homo vel amet, vel odio habeat; sed omnes hujus vitæ varietates considerata temperet diligentia. Hæc sunt quatuor flumina. Ligna omnes utiles virtutes, etc. Hæc in quibusdam Mss. non exstare animadvertit Breulius. In verbis Salomo-*

A vespera in peccatis regum, quibus gens illa meruit captivari.

7. Porro quinto sæculo, id est, in transmigratione Babyloniarum, facta sunt quasi animalia in aquis, et volatilia cœli, quia tunc Judæi inter gentes, tanquam in mari, vivere cœperunt, nec habebant stabilem locum, tanquam volantes aves. Hujus diei quasi vespera est multiplicatio peccatorum in populo Judæorum, quando sic excæcati sunt, ut etiam Dominum Jesum non possint agnoscere.

267 8. Jam sextum sæculum sit in adventu Domini nostri Jesu Christi. Nam sicut in illa sexta die primus homo Adam de limo terræ ad imaginem Dei formatus est, sic in ista sexta ætate sæculi secundus Adam, id est, Christus, in carne de Maria virgine natus est: ille in animam viventem, hic in spiritum vivificantem. Et sicut in illa die sit anima viva, sic in isto sæculo vitam desiderantes æternam.

9. Et sicut in illa sexta die serpentium et ferarum genera terra produxit, ita et in hac sexta ætate sæculi gentes vitam appetentes æternam Ecclesia generavit. Quem etiam sensum vas Petro ostensum manifestavit (*Act. x*). Et quemadmodum die sexta creatur masculus et femina, sic in ista sæculi ætate manifestatur Christus et Ecclesia.

10. Et sicut præponitur homo in die illa pecoribus, serpentibus et cœli volatilibus, ita et Christus in hac ætate sæculi gentibus, populis et nationibus, ut ab eo regantur, vel carnali concupiscentiæ dedit, sicut pecora, vel terrena curiositate obscurati, quasi serpentes, vel elati superbia, quasi aves.

11. Et sicut in illa die pascitur homo, et animalia quæ cum illo sunt, herbis seminalibus, et lignis fructiferis, et herbis viridibus, sic et ista sæculi ætate spiritualis homo, qui bonus minister est Jesu Christi, cum ipso populo spiritualiter pascitur sanctorum Scripturarum alimentis, et lege divina ad concipiendam fecunditatem rationum, atque sermonum, tanquam herbis seminalibus, partim ad utilitatem morum conversationis humanæ, tanquam lignis fructiferis, partim ad vigorem fidei, spei et

nis Vulgata exhibet qui apprehenderint eam. AREV.

CAP. II. N. 1. Deinde quid in figuram sæculi, etc. Reliqua hujus capituli contexta sunt ex eisdem verbis lib. 1 de Genes. contra Manich., c. 23, ordine tantum immutato. GRIAL.

*Ibid.* Sex diebus, usque ad non habet vesperam, verba sunt Augustini, XII contra Faust., c. 8. GRIAL.

*Ibid.* De sex mundi ætatibus in Etymolog., lib. v, cap. 38, n. 5. AREV.

2. Sanctorum, quæ scilicet. Nonnulli addunt: Sanctorum, non in hac vita, sed in alia, ubi vidit requiem presentem dives ille, cum apud inferos torqueretur, quæ scilicet. AREV.

4. In Editione Grialii mendose inter pluviam maria. AREV.

10. Terrena curiositate. Tenebrosa curiositate, Augustinus. GRIAL.

11. Concupiscentiam, Eucherus et Manuscripti, mendose. GRIAL.

*Ibid.* Non prætermittenda varietas lectionis in Cod. Alborno., homo, cui minister est Christus, Quod pertinet ad Matth. xx, 28: Non veni ministrari, sed ministrare. AREV.

charitatis in vitam æternam, tanquam herbis viridibus, quæ nullo æstu tribulationum arescunt.

42. Sed spiritualis sic istis spiritualibus cibis alimentisque pascitur, ut multa intelligat. Carnalis autem, id est, parvulus in Christo, tanquam pecus Dei, ut multa credat, quæ necdum intelligere potest, tamen eosdem cibos omnes habent. Hujus autem ætatis quasi vespera utinam nos non inveniat! Illa est enim de qua Dominus dicit: *Putasne veniens Filius hominis inveniet fidem super terram* (Luc. xviii, 8)?

43. Post illam vesperam fiet mane, quando ipse Dominus in claritate venturus est. Tunc requiescent cum Christo ab omnibus operibus suis in quibus dictum est: *Estote perfecti, sicut Pater vester qui in caelis est* (Math. v, 48). Tales enim faciunt opera bona valde. Post talia enim opera speranda est requies in die septimo, qui vesperam non habet.

44. Sequitur: *Istæ generationes cæli et terræ, quando creatæ sunt, in die qua fecit Deus cælum et terram, et omne virgultum agri, omnemque herbam regionis, antequam esset super terram*. Superius septem dies numerati sunt; nunc unus dies dicitur, quæ fecit Deus cælum et terram, et omne virgultum agri, et omnem herbam regionis.

45. Hujus diei nomine secundum prophetiam omne tempus hujus vitæ significatur, in quo cælum et terra factum, id est, in quo creaturæ visibiles disponuntur. Sed quid sibi vult, quod nunc, nominato cælo et terra, adjecit *virgultum agri, et herbam regionis*, et tacuit cætera quæ sunt in cælo et terra, vel etiam in mari, nisi quia per virgultum agri invisibilem creaturam demonstrat intelligi, sicut est anima?

46. Dicta autem est virgultum, propter vigorem vitæ; herba, propter eandem vitam nunquam marcescentem. Deinde quod addidit, antequam esset super terram, intelligitur antequam anima peccaret. Terrenis enim cupiditatibus sordidata, tanquam super terram nata, vel super terram esse, recte dicitur.

47. Unde et adjecit: Nondum enim pluerat Dominus Deus super: terram, quasi aperte diceret: Antequam peccaret anima, nondum nubibus Scripturarum pluviam doctrinæ Dominus ad animam dirigendam concesserat; nondum propter hominem, qui est terra, Dominus noster nubem carnis nostræ

42. Sed spiritualis, usque ad potest, emendatus est hic locus ex Augustino et Beda. GRIAL.

Ibid. In Vulgata: *Filius hominis veniens, putas inveniet fidem super terram?* AREV.

43. In nostra Vulgata: *Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater caelestis perfectus est.* AREV.

44. Vulgata: *Istæ sunt generationes... creatæ sunt in die quo fecit Dominus Deus... virgultum agri, antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis, priusquam germinaret.* AREV.

45. Hujus diei nomine secundum prophetiam. Hæc duæ voces secundum prophetiam non sunt apud Augustinum, a quo sunt reliqua, lib. ii de Gen. cont.

A assumpserat, per quam imbrem sancti Evangelii largissimum infudit.

48. Quod vero subjungit: *Et homo non erat, qui operaretur terram*, quia nullus homo operatus est in virginem, unde natus est Christus. Ipse est enim lapis de monte abscissus sine manibus (Dan. ii), id est, absque coitu et humano semine de virginali utero, quasi de monte humanæ naturæ, et substantiæ carnis abscissus. *Sed fons ascendebat de terra, irrigans universam superficiem terræ*. Terra mater virgo Domini Maria rectissime accipitur, de qua scriptum est: *Aperietur terra, et germinet Salvatorem* (Isai. xlv, 8). Quam terram irrigavit Spiritus sanctus, qui fontis et aquæ nomine in Evangelio significatur.

### CAPUT III.

#### *De paradisi conditione, vel hominis.*

1. *Formavit igitur Deus hominem de limo terræ, id est, factus est Christus, juxta quod ait Apostolus, ex semine David secundum carnem* (Rom. i), tanquam de limo terræ. *Et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, utique infusionem sancti Spiritus, qui operatus est hominem Christum. Et factus est homo in animam viventem, scilicet, ut qui perfectus erat Deus, perfectus videretur et homo.*

2. *Plantaverat autem Dominus Deus paradisi voluptatis a principio*. Paradisus Ecclesia est; sic enim de illa legitur in Canticis canticorum: *Hortus conclusus soror mea* (Cant. iv, 12). A principio autem paradisi plantatur, quia Ecclesia catholica a Christo, qui est principium omnium, condita, esse cognoscitur. Fluvius de paradiso exiens imaginem portat Christi, de paterno fonte fluentis, qui irrigat Ecclesiam suam verbo prædicationis, et dono baptismi.

3. De quo bene per prophetiam dicitur: *Dominus Deus noster fluvius gloriosus exsilens in terram sitientem*. Quatuor autem paradisi flumina quatuor sunt Evangelia ad prædicationem cunctis gentibus missa.

4. Ligna fructifera, omnes sancti sunt; fructus eorum, opera eorum; lignum autem vitæ, Sanctus sanctorum, Christus, scilicet, ad quem quisque si porrexerit manum, vivet in æternum. Lignum autem scientiæ boni et mali, proprium est voluntatis arbitrium quod in medio nostri est positum ad discernendum bonum et malum. De quo qui relicta Dei gratia gustaverit morte morietur.

5. *Tulit igitur Deus hominem, et posuit eum in pa-*

Manich., c. 3; leguntur tamen in omnibus libris, et apud Eucherium et Bedam. GRIAL.

47. *Nubem carnis nostræ. Nubillum carnis nostræ, Augustinus: nebulam, apud Bedam. GRIAL.*

Ibid. Vulgata: *Non enim pluerat.* AREV.

48. *Homo non erat, usque ad significabatur, ex eod. lib. Augustini, cap. 24. GRIAL.*

CAP. III. N. 2. *Paradisus Ecclesia est, ex eod. lib., cap. 14. GRIAL.*

3. *Propheta fortasse est Isaias, cap. xlv, 8: Effundam enim aquas super sitientem, et fluentes super aridam. Quatuor Evangelia quatuor paradisi fluminibus alibi etiam comparat Isidorus. AREV.*

*radiso.* Assumpsit Deus carnem, et factus est caput Ecclesiæ, ut operaretur et custodiret illum, id est, voluntate Patris ex omnibus gentibus Ecclesiam impletet. Dixit quoque Deus: *Non est bonum esse hominem solum.* Arguuntur hæretici, qui Christum solum hominem putant, et non etiam Deum.

6. *Faciamus ei adjutorium simile suum*, quia in ipso homine suscepto Ecclesia Deo copulata est. *Appellavit autem Adam nominibus suis cuncta animantia, et volatilia cæli, et bestias terræ,* significans gentes, quæ salvæ serent in Ecclesia, et per Christum nomen Christianitatis erant accepturæ, quod prius non habuerant, sicut scriptum est: *Et vocabo servos meos nomine alio (Isai. lxxv, 15).*

7. *Adæ vero non inveniebatur adjutor similis ejus.* Utique quoniam quamvis fidelis aut justus sit quisque, Christo tamen æquari non potest. *Quis enim, inquit Moyses, similis tibi in diis, Domine (Psalm. lxxxv)?* nam et David ait: *Speciosus forma præ filiis hominum (Psalm. xlii).* Nemo enim poterat a morte genus humanum liberare, et ipsam mortem superare, nisi Christus, sicut et in Apocalypsi dicitur: *Nemo inventus est dignus, neque in cælo, neque in terra, neque infra terram, aperire librum, nisi leo de tribu Juda.*

8. *Inmisit ergo Dominus Deus saporem in Adam; cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, et ædificavit eam, quam tulerat 271 de Adam, in mulierem.* Dormit Adam, et fit illi mulier de latere. Patitur Christus in cruce, pungitur latus lancea, et profluent sacramenta sanguinis, ex quibus formetur Ecclesia. Hanc dormitionem cantat Propheta, dicens: *Ego dormivi, et quievi, et resurrexi, quoniam Dominus suscitavit me (Psalm. lxxvi, 6).*

9. Sequitur: *Et posuit carnem pro ea.* Sic Christus carnem suam moriendo posuit in patibulo crucis pro Ecclesia. *Dixit quoque Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea.* Quia sive sancti spirituales et fortissimi in tentationibus, sive minus perfecti, utriusque unum corpus Christi sunt, et una Ecclesia.

10. *Hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est.* Sic et Christus Ecclesiæ nomen dedit Christianus,

6. *Vulgata: simile sibi.* Et mox, *Appellavitque Adam... et universa volatilia cæli, et omnes bestias terræ.* Et apud Isaiam: *Et servos suos vocabit nomine alio.* AREV.

7. In psalmo lxxxv, qui a Brenlio indicatur et inscribitur, *Oratio ipsi David, vers. 8, dicitur: Non est similis tui in diis, Domine.* Apocalypsis sententia exprimitur verbis aliquatenus commutatis. AREV.

8. Verba psalmi in Vulgata: *Ego dormivi, et soporatus sum, et exurrexi, quia Dominus suscepit me.* AREV.

10. *Quæ erant in Ecclesia proditura. Profutura, apud Bedam.* GRIAL.

*Ibid. Quamobrem relinquet, usque ad corpus esse possemus, ex eod. Augustini lib., cap. 44, vel ex xii contr. Faust., cap. 8; utrobique enim eadem leguntur, atque utrumque locum sibi proposuisse videtur Isidorus. Legitur vero tam apud Augustinum quam apud Paulum propter hoc, non quamobrem.* GRIAL.

*Ibid. Grialius in nota possemus; sed in textu pu-*

num, quæ de ejus latere sumpta est. Hæc ergo omnia facta sunt in figura, quæ erant in Ecclesia proditura. *Quamobrem relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ; et erunt duo in carne una.* Hoc interpretans Apostolus ait: *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia (Ephes. v).*

11. Ergo quod per historiam completum est in Adam, per prophetiam significatur in Christo, qui reliquit Patrem, cum dicit: *Ego a Patre exivi, et veni in mundum (Joann. xvi).* Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo (Philipp. ii). Reliquit et matrem, id est, Synagogam Judæorum, Veteri Testamento carnaliter inhærentem, quæ illi erat mater ex semine David secundum carnem, et adhæsit uxori suæ, id est, sanctæ Ecclesiæ, ut pace Novi Testamenti essent duo in carne una, quia cum sit Deus apud Patrem, per quem facti sumus, factus est per carnem particeps noster, ut illius capitis corpus esse possimus.

#### CAPUT IV.

*De præceptis Dei, et consensione serpentis.*

272 1. Jam dehinc præceptum, quod accepit figuratier Adam, nos accepimus in Christo, quia unusquisque Christianus non incongrue gestat personam Christi, dicente ipso Domino: *Quod fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis (Math. xxv, 40).* Dicitur ergo illi: *Ex omni ligno paradisi comede. De ligno autem scientiæ boni et mali ne comedas.*

2. Præcipitur enim nobis ut fruamur omni ligno paradisi, quo significantur spirituales deliciae, de quibus ait Apostolus: *Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, longanimitas, bonitas, mansuetudo, continentia, castitas (Galat. v).* Sicut Apostolus dicit. Et non tangamus lignum in medio paradisi plantatum scientiæ boni et mali, id est, ne velimus superbire de natura arbitrii nostri, quæ media est, ut, decepti per scientiam, experiamur et malum. Serpens autem ille, sapientior omnium bestiarum, indicat diabolum, qui inde serpens dicitur quod volubili versetur astutia.

3. Sed quid est quod ipse per mulierem deceptus, et non per virum? Quia non potest ratio nostra sensus, quod alii retinent. AREV.

CAP. IV. N. 1. *Jam dehinc præceptum, usque ad mihi fecistis, ejusd. Augustini sunt verba, cap. 25 lib. ii cont. Manich. Quæ ante hæc leguntur in plerisque libris, Post hæc vocatur Heva, etc., non sunt hujus loci, sed capitis sexti (imo quinti) ubi eadem totidem verbis ponuntur.* GRIAL.

*Ibid. Omni ligno paradisi, usque ad experiamur et malum, ex eod. Augustini loco. Quid autem Augustinus dixerat, ne vellemus superbire de natura nostra, Isidorus interpretatus est de natura arbitrii nostri, quod et superius fecerat.* GRIAL.

*Ibid. In nostra Vulgata: Quamdiu fecistis uni et his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* AREV.

2. *Serpens autem, usque ad astutia, ex cap. 24 ejusdem lib. ii contra Manich.* GRIAL.

*Ibid. In verbis Apostoli Vulgata nonnihili variat. Quod additur, sicut Apostolus dicit, non puto ad ea quæ sequuntur referri, sed ad ea quæ præcedunt.* AREV.

3. *Sed quid est, quod per mulierem, usque ad t-*

duci ad peccandum, nisi præcedente delectatione A  
in carnalis infirmitatis affectu, qui obtemperare debet rationi, tanquam viro dominantî. Hoc enim in unoquoque homine geritur in occulto quodam secretoque conjugio.

4. Suggestionem quippe, serpentem accipimus; mulierem vero, 273 animalema corporis sensum; rationem autem, virum. Ergo quando occurrit mala suggestio, quasi serpens loquitur. Sed si sola cogitatio oblectetur illa suggestione, et, refrenante ratione, consensus explendi operis non succedat, sola mulier videtur comedisse illicitum.

5. Quod si ipsum peccatum etiam et mens perpetrandum decernat, jam vir deceptus est, jam mulier cibum dedisse viro videtur; illecebræ enim consentire de ligno prohibito manducare est. Tunc quippe jure a vita beata, tanquam a paradiso, expellitur homo, peccatumque ei imputatur, etiamsi non sequatur effectus: quia etiam non est in factis culpa, in consensu tamen rea tenetur conscientia. Hæc secundum anagogem.

6. Cæterum juxta metaphoram poterit callidus serpens iste hæreticorum versutiam designare. Nulli enim loquacius atque subtilius promittunt illicita curiositate secretorum adaptionem, atque scientiam boni et mali; et in ipso homine, tanquam in arbore quæ plantata est in medio paradisi, suam dignoscentiam nituntur demonstrare.

7. Contra hunc serpentem clamat Apostolus, cum dicit: *Metuo ne sicut serpens Hevæ seduxit astutia sua, sic sensus vestri corrumpantur (II Cor. xi, 3)*. Seducitur verbis hujus serpentis carnalis nostra concupiscentia, et per illam decipitur Christianus Adam, non Christus. Dicit ergo serpens ad mulierem: *Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis ex omni ligno paradisi? Sic hæreticorum curiosa cupiditas, ac pravi prædicatores, ad diligendam erroris fallaciam, auditorum carnalium corda succedunt, dicentes: Quare fugitis scientiam habere latentem? nova semper exquirite, boni malique scientiam perneirate.*

8. Unde apud Salomonem mulier illa, hæreticorum speciem tenens, dicit: *Aquæ furtivæ dulciores sunt, et panis absconditus suavior (Proverb. ix, 17)?* Subjecit deinde idem serpens: *Quacunque die comederitis, ex 274 eo statim aperientur oculi vestri, et eritis ut dii, scientes bonum et malum.*

natu conscientia, ex Augustino, cap. 14. GRIAL.

Ibid. Seduci ad peccandum. Deduci ad consensum peccati, Augustinus. GRIAL.

6. Cæterum juxta metaphoram, usque ad demonstrare, ex c. 2. GRIAL.

Ibid. Nulli enim loquacius, atque subtilius. Loquacius, atque jactantius, Augustinus. GRIAL.

Ibid. Suam dignoscentiam. Eam dignoscentiam, Augustinus. GRIAL.

7. Contra hunc serp., usque ad non Christus, ex cap. 26. GRIAL.

Ibid. Sic hæreticor. curiosa cupiditas. Calliditas, Valent. Superba et curiosa cupiditas, Augustinus, c. 28. GRIAL.

9. Sic et omnes hæretici divinitatis meritum profitentur, atque scientiæ pollicitatione decipiunt et reprehendant eos quos simpliciter credentes invenierint. Et quia omnino carnalia persuadent, quasi ad carnalium oculorum apertionem sonantur adducere, ut interior oculus obscureretur.

### CAPUT V.

*De peccato primorum hominum, sive supplicio.*

1. Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum, tulitque de fructu illius et comedit. Muller comedit antea, non vir; ideo, quia facilius carnales persuadentur ad peccatum, nec tam velociter spirituales decipiuntur, *Et dedit viro suo, et comedit*; utique quia post delectationem carnalis concupiscentiæ nostræ, etiam nostra ratio subjicitur ad peccandum. *Cumque cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus.* Foliis fici se contegnit, qui sæculum asperum amplectuntur, qui pruriginè voluptatis carnalis arantur, quique decepti hæretica pravitate, et gratia Dei nudati, tegumenta mendaciorum, tanquam ficus folia, colligunt, facientes sibi succinctoria pravitate, cum de Domino vel Ecclesia mentiuntur.

2. *Cumque audissent vocem Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem.* Deambulat Deus in illis, et non stat, qui stabiles in ejus præcepto non perseverant. Et bene ad auram post meridiem, quia jam ab eis aufertur lux illa ferventior veritatis, appropinquantibus errorum tenebris. *Absconderunt se a facie Dei in medio ligni paradisi.* In medio namque ligni se abscondit, qui adversus a præcepto Creatoris, in erroris atque arbitrii sui voluptatibus vivit.

3. *Vocavitque Deus Adam: Ubi es?* Hic ostendit quod si qui 275 a fide vel bonis operibus ad mendacia sua desideriaque labuntur, non despicit illos Deus, sed adhuc ut redeant ad pœnitentiam vocat, quia non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat (*Ezech. xxxiii, 11*). Ergo non est desperandum quibuslibet peccatoribus, dum et ipsi impij ad spem indulgentiæ provocantur.

4. Dicitur autem posthæc serpenti: *Maledictus eris inter omnia animantia. Super pectus tuum et ventrem gradieris.* Nomine pectoris significatur superbia mentis, nomine autem ventris significantur desideria carnis; his enim duabus rebus serpit diabolus adversus eos quos vult decipere, id est, aut

Ibid. In Vulgata: *Timeo autem ne.* AREV.

9. Sic et omnes hæretici, usque ad obscureretur, ex cap. 28. GRIAL.

CAP. V. N. 1. Foliis fici, usque ad mentiuntur, ex cap. 15. Est autem foliis fici apud Augustinum, foliis ficus apud Ambrosium. GRIAL.

2. Et bene ad auram post meridiem. Quis non videat magis congruere allegoriam, si ad vespem, ex LXX, legas cum Augustino, c. 15? GRIAL.

Ibid. Lux illa ferventior. Lux illa interior, Augustinus. GRIAL.

4. Nomine pectoris, usque ad vult decipere, ex cap. 17. GRIAL.



terrena cupiditate, et luxuria aut superbiam insana ruina.

5. *Et terram manducabis*, id est, ad te pertinebunt, quos terrena cupiditate deceperis. *Omnibus diebus vitæ tuæ*, id est, omni tempore quo agis hanc potestatem ante illam ultimam pœnam iudicii. *Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius*. Semen diaboli est perversa suggestio. Semen autem mulieris fructus est boni operis, quo perversæ suggestioni resistitur.

6. Ipsa caput illius conteret, si eum mens in ipso initio malæ suggestiopis excludit. Ille insidiatur calcaneo ejus, quia mentem, quam prima suggestione non decipit, decipere in finem tendit. Quilam autem, quod dictum est, *Inimicitias ponam inter te et mulierem*, de Virgine de qua Dominus natus est, intellexerunt, eo quod illo tempore ex ea Dominus nasciturus, ad inimicum devincendum, et mortem, cujus ille auctor erat, destruendam, promittebatur.

276 7. Nam et illud quod subjunctum est: *Ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus*, hoc de fructu ventris Mariæ, qui est Christus, intelligunt; id est: Tu eum supplantabis, ut moriatur. Ille autem, te victo, resurget, et caput tuum conteret, quod est mors. Sicut et David dixerat ex persona Patris ad Filium: *Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem* (*Psal. cx*).

8. Aspidem dicit mortem, basiliscum peccatum, leonem Antichristum, draconem diabolium. De pœna autem mulieris quid significat, quod ei dicitur: *In dolore paries filios*, nisi quia voluntas carnalis, cum aliquam malam consuetudinem vult vincere, patitur in exordio dolores, atque ita per meliorem consuetudinem parit bonum opus, quasi filios.

9. Quod vero adjectum: *Et conversio tua ad virum tuum, et ipse dominabitur tui*: hoc significat, quod illa carnalis voluntas, quæ cum dolore reluctaverat, ut faceret consuetudinem bonam, jam ipsis erudita

5. *Et terram manducabis*, usque ad pœnam iudicii, ex cap. 18. GRIAL.

*Ibid. Semen diaboli*, usque ad resistitur, ex eod. c. GRIAL.

*Ibid.* Cod. ms. Regiovat. 295, ad marg., et Florent. 4, post cupiditate deceperis addit: *Quando autem dictum est diabolo: Terram manducabis, dictum est et peccatori: Terra es, et in terram ibis. Datus est ergo in cibum diaboli peccator. Sicut enim quod manducavimus, in corpus nostrum convertitur, ut e bus ipse secundum corpus hoc efficiatur, quod nos sumus, sic per nequitiam et impietatem hoc efficitur quisque, quod diabolus, id est, similis ejus, et subjicitur ei, sicut subjectum est nobis corpus nostrum; et hoc est quod dicitur manducari a serpente. Quod autem adjecit, etc. AREV.*

6. *Ipsa caput*, usque ad decipere in finem tendit, Augustinus: *Et ideo observat ipse plantam mulieris, ut si quando in illicita labitur delectatio, tunc illam capiat. Et ita observat caput ejus, ut eum in initio malæ suasionis excludat.* GRIAL.

*Ibid.* Post promittebatur alii addunt, Sicut in David scriptum est, *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* (*Psal. cxxxii.*) AREV.

8. *De pœna autem mulieris*, usque ad viro jübenti,

A doloribus, cautiore sit, et ne corrumpat, obtemperat rationi, et libenter servit quasi viro jübenti.

10. Post hæc vocatur *Heva vita*, et mater vivorum, quæ de viri sui latere facta est, et dicit Dominus in Evangelio: *Si quis non manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam*, et omnia quæ illic intelliguntur, enucleate minutatimque tractata Christum et Ecclesiam præloquuntur, sive in bonis Christianis, sive in malis. Neque enim frustra dixit Apostolus: *Adam, qui est forma futuri* (*Rom. v, 14*), et illud: *Relinquet homo patrem*; et reliqua.

11. Vocaturque dehinc mater vivorum, id est, recte factorum, quibus contraria sunt peccata, quæ nomine mortuorum significantur. Jam vero per sententiam quæ in virum infertur, ratio nostra arguitur, quæ et super peccati concupiscentia seducta, et a paradiso 277 beatitudinis remota, habet maledictiones terrenæ operationis, habet et dolores temporalium curarum, quasi spinas et tribulos.

12. Sic tamen dimittitur de paradiso beatitudinis, ut operetur terram, id est, ut in corpore isto labore, et collocet sibi meritum redeundi ad vitam beatam, quæ paradisi nomine significatur, possitque aliquando manum porrigere ad arborem vitæ, et vivere in æternum. Manus autem porrectio bene significat crucem, vel cruciatum poenitentiae, per quem vita æterna recuperatur. Accipit etiam tunicam pelliceam divino iudicio, quo nomine corporis mortalitas significatur in historia.

13. In allegoria autem de carnalibus sensibus abstractæ voluptates, quæ carnaliter viventem divina lege consequuntur, et contegunt. Qui si aliquando ad Deum convertitur per flammæ frameam, id est, per temporales tribulationes, peccata sua agnoscendo et gemendo, et per cherubim, id est, per plenitudinem scientiæ, quod est charitas, perveniet ad arborem vitæ Christum, et vivet in æternum.

14. Cherubim namque plenitudo scientiæ interpretatur. c. 19. GRIAL.

9. *Et conversio*. Aliter Vulgata. AREV.

10. *Post hæc vocatur Heva*, usque ad *patrem et matrem*, ex XII contra Faust., c. 8. Atque hujus loci esse verba hæc, frustra quoque capite quarto in quibusdam Mss. legi, cum hic repetenda essent, et res ipsa indicat, et Augustinus, II de Gen. cont. Manich., c. 21, ita scribens: *Quem autem non moveat, quod post peccatum et sententiam iudicis vocat Adam mulierem suam vitam, quin vivorum ipsa sit mater, posteaquam meruit mortem?* etc. GRIAL.

11. *Vocatur dehinc mater vivor.*, usque ad significatur, eisdem sunt verba, II de Gen. cont. Manich., c. 21. GRIAL.

12. *Sic tamen dimittitur*, usque ad *recuperatur*, ex cap. 22. GRIAL.

13. *Abstractæ voluptates. Attracta phantasmata*, cap. 27 Augustini. GRIAL.

*Ibid. Quæ carnaliter viventem.* Ita c. 1.; quæ carnaliter mentientem, Augustinus ibid., quia tunicas pelliceas mentienti libidinem interpretatus fuerat: itaque nihil mutamus. GRIAL.

*Ibid. Qui si aliquando*, usque ad *charitas est*, totus locus concinnatus ex verbis, c. 25. GRIAL.

pretatur. Framca vero versatilis, posita ad custodiendam viam ligni vitæ, temporales pœnæ intelliguntur. Nemo enim potest pervenire ad arborem vitæ, nisi per has duas res, tolerantiam scilicet molestiarum et scientiæ plenitudinem, id est, per charitatem Dei et proximi. Plenitudo enim legis CHARITAS (Rom. xiii, 10).

## CAPUT VI.

*De Cain et Abel, eorumque progenie.*

1. Adam vero cognovit Ilevam uxorem suam, quæ concepit, et peperit Cain. Rursumque peperit fratrem ejus Abel. Nativitates 278 duorum filiorum Adam similitudinem habent duorum populorum, qui erant diversi temporibus ad fidem venturi, pari opere, et dissimili charitate ante Deum. Fuit autem Abel pastor ovium, et Cain agricola.

2. Sed sicut Cain sacrificium ex terræ fructibus reprobatur, Abel autem sacrificium ex ovibus et earum adipe suscipitur ita Novi Testamenti fides ex innocentia grata Deum laudans Veteris Testamenti terrenis operibus anteponitur. *Dixit Deus ad Cain, si recte offeras, recte autem non divides, peccasti.* Utique quia etsi Judæi antea recte illa fecerunt, in eo tamen infidelitatis rei sunt, quia, Christo veniente, jam tempus Novi Testamenti a tempore Veteris Testamenti non distinxerunt.

3. Quod si obtemperasset Deo Cain dicenti: *Quiesce, sub te erit appetitus tuus, et tu dominaberis illius,* ad se convertisset peccatum suum, sibi hoc tribuens, et confitens Deo; ac sic aditus indulgentiæ gratia ipse peccato suo dominaretur, non illo sibi dominante servus esset peccati, nec fratrem occidisset innocentem, sic et Judæi, in quorum hæc figura gerebantur, si quiescerent a sua perturbatione, et, tempus salutis per gratiam in remissionem 279 peccatorum cognoscentes, audirent Christum dicentem: *Non veni vocare justos, sed peccatores ad penitentiam,* tunc ad se converterent peccatum suum in confessione, sicut in Psalmo xl scriptum est, medico dicentes: *Ego dixi, Do-*

CAP. VI. N. 1. *Nativitates duorum filiorum,* usque ad plantatus paradisi, desumpta sunt omnia ex Augustini xii contra Faustum, cap. 9, et quatuor sequentibus, unde sunt quædam emendata. GRIAL.

3. *Ex innocentia grata.* Gratia Augustinus ex innocentia gratia, impress. GRIAL.

*Ibid.* Anteponitur. Post hæc verba interjiciuntur quædam in Codic. Val. et Compl., quæ aliena esse, locus Augustini interruptus, et alii libri mss. et impressi, a quibus absunt, satis ostendunt; et si quid in eis sani est, paulo post repetitur. Quæ tamen hic referri nihil obfuerit: *Iste autem filius Cain, qui vocatur Enoch, in cuius nomine condita est civitas, interpretatur dedicatio; impiorum enim dedicatio in hac vita fundata est. Enoch autem justus ab Adam septimus et ipse dedicatio item dicitur. Sed translatus ostendit justos (per quod, ipse est septimus) in fine, hoc est in septimo millesimo annorum ab hac dedicatione terrenæ civitatis abiturus.* De qua sententia paulo post, hoc eodem cap., et in expositionibus Exod. c. xxix, importune repetita, quid sentiamus, mox dicemus. GRIAL.

*Ibid.* In Vulgata: *Nonne si bene egeris, recipies; sin autem male, statim in foribus peccatum aderit? Sed sub te erit appetitus ejus, et tu dominaberis illius.* De versione quam sequitur Isidorus, vide commentar. ad Frudentium, pag. 435. Codex Florent. 4, post antepo-

*mine, miserere mei; sana animam meam, quia peccavi tibi* (Psal. xl, 5); eidemque peccato, quandiu in eorum corpore esset adhuc mortali, per spem gratiæ liberi dominarentur.

4. Nunc autem ignorantes Dei justitiam, et suam volentes constituere, elati de operibus legis, non humilitati de peccatis suis, non quieverunt; sed offenderunt in lapidem offensionis, et exarserunt iracundia adversus Christum, cujus opera videntes accepta Deo esse, doluerunt.

5. Itaque post hæc occiditur Abel minor natu a fratre Cain majore natu. Occiditur Christus caput populi minoris natu a populo Judæorum majore natu, ille in campo, iste in Calvariæ loco.

6. Interrogat Deus Cain, non tanquam ignarus eum a quo discat, sed tanquam iudex reum quem punit, et dicit: *Ubi sit frater ejus?* ille respondit nescire se, nec ejus se esse custodem. Usque nunc quid nobis respondent Judæi, cum eos sanctarum Scripturarum voce interrogamus de Christo? Illi nescire se Christum responderent. Fallax enim Cain ignoratio, Judæorum est falsa negatio.

7. Essent autem quodam modo Christi custodes, si Christianam fidem accipere ac custodire voluissent. *Dixit Deus ad Cain: Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Sic arguit in Scripturis sanctis vox divina Judæos. Habet enim magnam vocem Christi sanguis in terra; cum enim, sacramento accepto, ab omnibus gentibus responderetur Amen, hæc est vox clara, vox sanguinis, quam sanguis iste exprimit ex ore fidelium eodem sanguine redemptorum.

8. *Dixit Deus ad Cain: Et nunc maledictus eris a terra, quæ aperuit os suum, et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua.* Maledictus est enim populus Judæorum infidelis a terra, id est, ab Ecclesia, quæ aperuit os suum in confessione peccatorum accipere sanguinem Christi, qui effusus est in remissionem peccatorum omnium de manu persecutoris,

nitur hæc addit: *Queritur autem cur Deus sacrificium Abel suscepit, et a sacrificio Cain oculos suos avertit, nisi quia non fuit charitas in Cain, et nisi esset charitas in Abel, non acciperet Deus sacrificium ejus. Cum enim ambo obtulisset, ille de fructibus terræ, ille de fructibus ovium, nemo putet quia Deus fructus terræ neglexit, et fetus ovium elegit. Non intendit Deus ad munus, sed in corde vidit, et quem vidit cum charitate offerre, ipsius sacrificio oculos avertit. Alia, quæ hoc loco assertit Grialius ex Ms. Val. et Compl., in Flor. 4 exstant num. 22, tibi de Herock agitur. AREV.*

5. *Eidemque peccato.* Ei denique, Augustinus, facili lapsus. GRIAL.

*Ibid.* Post verbum dicentem, alii addunt: *Non est opus sanis medicus. Et iterum: Omnis qui facit peccatum, servus est peccati. Et iterum: Si vos Filius liberaverit, vere liberi eritis. Et iterum: Non veni. AREV.*

7. *Cum enim, sacramento accepto. Cum, eo accepto,* Augustinus. GRIAL.

*Ibid.* Respondetur Amen. Ita respondebatur in utriusque speciei communionem. Ambrosius de corpore, lib. iv de Sacram.; *Dicit tibi sacerdos: Corpus Christi, et tu dicis: Amen. Hoc est verum; quod consistetur lingua, tenet affectus.* GRIAL.

volentis esse sub gratia, sed sub lege, ut esset ab A Ecclesia maledictus, id est, ut ostenderet eum Ecclesia maledictum, testificante Apostolo: *Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto legis sunt.*

9. Deinde, cum dixisset: *Maledictus tu a terra, quæ aperuit os suum accipere sanguinem fratris tui de manu tua*, non dixit quoniam operaberis eam, sed ait, quoniam operaberis terram, et non adjicies virtutem suam dare tibi.

10. Unde non est necesse intelligere eandem terram operari Cain, quæ aperuit os accipere sanguinem fratris de manu ejus. Sed ideo maledictus intelligitur ab hac terra, quoniam operatur terram, quæ nondum adjiciet virtutem suam dare illi. Id est, ideo populum Judæorum maledictum agnoscit, et ostendit Ecclesia, quoniam, occiso Christo, adhuc operatur terrenam circumcisionem, terrenum Sabbatum, terrenum azymum, terrenum pascha, quia omnis terrena operatio habet occultam virtutem intelligendæ gratiæ Christi, quæ non datur Judæis in impietate et infidelitate perdurantibus, quia Novo Testamento revelata est.

11. *Cum operatus fueris terram, non dabit tibi fructus suos*; in ipsa enim terra quam Christus portavit, id est, in ejus carne, ipsi operati sunt salutem nostram, crucifigendo Christum, qui mortuus est propter delicta nostra. Nec tamen eis dedit eadem terræ virtutem suam, qui non justificati sunt in virtute resurrectionis ejus qui resurrexit propter justificationem nostram, quia etsi crucifixus est ex infirmitate carnis, sed vivit in virtute Dei.

12. Hæc est ergo virtus terræ illius, quam non ostendit impiis et incredulis. Unde nec resurgens eis a quibus erat crucifixus apparuit tanquam Cain operanti terram, ut granum illud seminaretur. *Vagus et profugus eris*; sive, ut in Septuaginta scriptum est, *genans et tremens eris super terram.*

281 13. Nunc ecce quis non videat, quis non agnoscat, in tota terra, quacunq̄ dispersus est ille populus, quomodo sit vagus in gentibus, et profugus a Jerusalem? quomodo gemat mœrore amissi regni, et tremat tremore sub innumerabilibus populis Christianis? ideoque respondit Cain dicens: *Major est iniquitas mea quam ut veniam merear. Ecce ejicis me hodie a facie terræ, et a facie tua abscondar, et ero vagus et profugus in terra. Igitur omnis qui invenerit me, occidet me.*

14. Vere inde vagus et profugus gemit et tremit,

9. Deinde cum dixisset, usque ad *revelata est*, male absunt a veteribus lib. Val. et Comp., cum sint Augustini et legantur in Excusis et reliquis Ms. GRIAL.

13. *Major est iniquitas mea q. u. v. m.* Mirum, non vidisse, quisquis vulgatam Editionem suffecit, non cohærere quæ sequuntur verba: *Hanc dicit majorem causam.* Legendum ergo: *Major est causa mea*, ex LXX et Augustino. Idem paulo post conjunxit utramque interpretationem, cum dicit: *Vere inde vagus et profugus gemit et tremit*, cum Augustinus tantum verba LXX interpretum retulerit: *Vere inde gemit et tremit, ne regno etiam terreno*, etc. GRIAL.

*Ibid.* In hac Judaici populi mirabili dispersione et cōservatjone gravissimum argumentum constituitur

ne etiam, regno terreno perditō, ista visibili morte occidatur. Hanc dicit majorem causam, quam illam quod terra nostra non dat virtutem suam, ne spiritualiter moriatur. Carnaliter enim sapit, et abscondit se a facie Dei, id est, iratum habere Deum grave non putat, sed hoc timet, ne inveniat et occidatur. Carnaliter enim sapit, tanquam operans terram, cujus virtutem non accipit.

15. Sapere autem secundum carnem mors est; quam non intelligens ille, amisso regno, gemit, et corporalem mortem tremit. Sed quid ei respondit Dominus? *Nequaquam ita fiet; sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur*; sive, ut Septuaginta transtulerunt, *septem vindictas exsolvet*; id est, non sic, quomodo dicis, non corporali morte interibit genus impium carnallium Judæorum.

16. Quicumque eos ita perdidit, septem vindictas exsolvet, id est, auferet ab eis septem vindictas, quibus alligati sunt propter reatum occisi Christi, ut hoc toto tempore, quod septenario dierum numero volvitur, magis quia non interit genus Judæorum, satis appareat fidelibus Christianis, sed solam dispersionem meruerint, 282 juxta quod ait Scriptura: *Ne occideris eos, nequando obliviscantur populi mei legis tuæ; disperge illos in virtute tua, et depone eos* (Psalm. LVII, 12).

17. *Posuit Dominus in Cain signum, ut non eum interficeret omnis qui invenisset eum.* Hoc revera mirabile est, quemadmodum omnes gentes quæ a Romanis subjugatæ sunt, in ritum Romanorum sacrorum transierint, eaque sacrilegia observanda, et celebranda susceperint; gens autem Judæorum sive sub paganis regibus, sive sub Christianis, non amisit signum legis, et circumcisionis suæ, quo a cæteris gentibus populisque distinguitur.

18. Sed et omnis imperator, vel rex, qui eos in suo regno invenit, cum ipso signo eos invenit, et non occidit; id est, non efficit ut non sint Judæi certo quodam et proprio suæ observationis signo a cæterarum gentium communiōe discreti, nisi quicumque eorum ad Christum transierit, ut jam non inveniat in Cain, neque exeat a facie Dei, neque habitet in terra Naid.

19. *Eziit ergo a facie Domini, et habitavit in terra Naid*, quod dicitur interpretatum commotio, sive instabilis, et fluctuans, et sedis incertæ. Contra quod malum Deus rogatur in psalmo: *Ne dederis in motum pedes meos* (Psalm. LXV); et: *Manus peccatorum*

ad veritatem religionis Christianæ asstruendam. AREV.

15. *Amisso regno, gemit et corporalem mortem tremit.* Oportuit mendacem memorem esse. Quorsum enim gemit et tremit? si hæc verba explicanda nequam sibi proposuit? Id tamen provisum apud Eucherium. GRIAL.

*Ibid.* Sive, ut LXX transtulerunt. Hoc recte; vidit enim non respondere reliqua verbis Vulg. Ed. Vid. Hieronymum, epist. 125, ad Damas., q. I. GRIAL.

16. In Vulgata: *Ne occidas eos.* AREV.

18. Breullius, ad marg., notat neque in Cod. ms., neque in impresso Coloniae 1550, haberi hæc verba, *ut jam non... habitet in terra Naid.* AREV.

non moveant me (Psalm. xxxv); et : Qui tribulatus est me, exultabunt, si motus fuero (Psalm. xii); et : Dominus a dextris est mihi, ne commovear (Psalm. xv). Nunc vero Judæi, et omnes qui diversis erroribus contumaces sunt, resistendo veritati, exeunt a facie Dei, id est, a misericordia dilectionis ejus vel a participatione Ineas ejus, et habitant profugi in terra commotionis; id est, in conturbatione carnali contra jucunditatem Dei; hoc est, contra Edem, quod interpretatur epulatio, ubi est plantatus paradisi.

20. Cognovit autem Cain uxorem suam, et concepit, et peperit Henoch, et edificavit Cain civitatem. Quid ergo sibi per figuram vult, quod impiorum progenies civitatem in ipsa mundi origine construxit? nisi quod noveris impios in hac vita esse fundatos, sanctos vero hospites esse et peregrinos. Unde et Abol tanquam peregrinus in terris, id est, populus Christianus non condidit civitatem. 283 Superna enim est sanctorum civitas, quamvis hic pariat cives, in quibus peregrinatur, donec regni ejus tempus adveniat.

21. Nam et Petrus propterea reprehenditur, quod tabernacula in monte fieri cogitavit, quia sancti in hoc mundo tabernaculum non ædificant. Ædificavit autem eam ex nomine filii sui Henoch. Iste filius, in cujus nomine condita est Henoch, id est, terrestri Jerusalem, quæ interpretatur dedicatio, significat istam civitatem et initium et finem habere terrenum, ubi nihil plus quam quod cernitur speratur.

22. Porro Henoch genuit Irad, et Irad genuit Maviabel, et Maviabel genuit Mathusael, et Mathusael genuit Lamech. Qui accepit duas uxores; nomen uni Ada, et nomen secundæ Sella. Notandum autem quod in progenie Seth, cum genuisse filios filiasque dicatur, nulla ibi genita femina nominatim exprimitur, sed tantum in progenie Cain femina commemoratur. Quo significatur terrenam civitatem usque in finem sui caruales habituram generationes, quæ marium ac feminarum conjunctione proveniunt.

23. Dixit quoque Lamech uxoris suis : Audite verba mea, et auscultate sermonem meum. Quoniam occidi virum in vulnus meum, et adolescentulum in livore meo, septies vindicabitur de Cain, de Lamech septuagies septies. Jam alibi secundum historiam di-

20. Et edificavit Cain civitatem, ex Augustino, xv de Civit., c. 17 et seq., et Gregorio, vi Moral., c. A, et lib. xvi, c. 5. GRIAL.

21. Iste filius, usque ad speratur, Augustini sunt verba. GRIAL.

Ibid. Cod. Regiovat. 203, ad marg., post speratur addit : Iste autem filius Cain, qui vocatur Henoch, interpretatur DEDICATIO. Impiorum enim dedicatio in hac civitate fundata est. Henoch autem justus ab Adam septimus et ipse DEDICATIO etiam dicitur. Sed translatus ostendit justos per id, quod ipse est septimus, in fine, hoc est, in septimo millesimo die ab hac dedicatione supernæ civitatis abituros. AREV.

22. Cum genuisse filios filiasque dicatur. Hæc verba deerant in omnibus libris, reposita sunt autem ex Augustino c. 17 et Eucherio. GRIAL.

Ibid. Quo significatur, usque ad proveniunt, verba sunt Augustini, ibid. GRIAL.

Ibid. Advertit Breulius digamiam quinta genera-

ctum est : eo quod ab Adam usque ad Christum septuaginta septem generationes inveniantur, in quibus peccatum Lamech, id est, totius mundi sanguinis Christi effusione solutum est.

24. Siquidem et in populo Judæorum propter interfectionem Christi septuaginta septem vindictæ sunt statutz, juxta illud evangelicum, 284 in quo dictum est Petro apostolo : Non solum septies, sed etiam septuagies septies, si pariterit, fratri remittendum (Matth. xviii); id est, Judæum revertentem post septuaginta septem vindictas statutas recipiendum ad indulgentiam Christi.

25. Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam, et peperit filium, vocavitque nomen ejus Seth. Sed Seth natus est filius, quem vocavit Enos. Seth quippe interpretatur resurrectio, qui est Christus, et Enos filius ejus interpretatur homo, qui cœpit invocare nomen Domini

26. Quid per hoc intelligitur, nisi quia in confessione vivit omnia homo, qui est filius resurrectionis, quandiu peregrinatur in terris? Item ex duobus illis hominibus, Abel, qui interpretatur factus, et ejus fratre Seth, quod interpretatur resurrectio, mors Christi et vita ejus ex mortuis figuratur.

27. Ergo, ut brevius dicam, Abel factus, Seth resurrectio, Enos homo, quia post luctum resurrectio, de resurrectione homo invocans Deum. Item Enos genuit Cainan, Cainan autem genuit Malalehel, Malalehel genuit Jared; Jared genuit Henoch. Hic autem Henoch septimus ab Adam, qui placuit Deo, et translatus est, septimam requiem significat, ad quam transfertur omnis qui tanquam sexta die, id est, sexta ætate sæculi, per Christi adventum formatur.

28. Transactis enim sex millibus annis, facto etiam iudicio, et renovatis cœlo et terra, transferentur sancti in vitam perpetuæ immortalitatis. Quod autem per Seth ab Adam usque ad Noe denarius numerus insinuatur, complementum mandatorum in Ecclesiæ operibus 285 figuratur, cui numero si adjiciantur tres filii Noe, medio reprobato, duodenarius consummatur, qui in patriarcharum apostolorumque numero lusignis habetur propter septenarii partes, altera per alteram multiplicatis. Nam ter quaterni, vel quater terni ipsum faciunt.

tione a Cain profectam fuisse. AREV.

23. Jam alibi secundum historiam, etc. Innuit Isidorus se etiam sensum litteralem Genesis exposuisse. Confer præfationem. AREV.

25. Enos filius ejus interpretatur homo. Enos autem sic interpretatur homo, ut hoc nomine non posse feminam nuncupari, periti linguæ illius asseverent, ait Augustinus, lib. xv de Civit., c. 17. GRIAL.

27. Hic autem Enoch sept., usque ad formatur, verba sunt ejusdem, xii cont. Faustum, c. 14. GRIAL.

Ibid. Post formatur Regiovat. addit : Sex millia enim anni in hujus sæculi ætatibus deputantur. AREV.

28. Transactis enim, usque ad perpetuæ immortalitatis. Hæc neque eadem sunt in omnibus libris, et in Val. et Compl. bis in hoc capite ponuntur. Ego vero Isidori hæc esse neutiquam puto. Nam neque Augustinus, de his ætatibus sæpius agens, eas annorum numero ullo, sextam præsertim, desinit; neque Gregorius aut etiam Origenes. Neque verisimile est

29. Quod vero progenies ex Adam per Cain undenarius numero finitur, transgressio mandatorum, sive peccatum ostenditur. Nam dum Lamech septimus ab Adam reperiatur scriptus, adduntur ei tres filii, et una filia, ut undenarius numerus compleatur, per quod demonstratur peccatum.

50. Nam et ipse numerus femina clauditur, a quo sexu initium peccati commissum est, per quod omnes morimur, scilicet ut voluptas carnis, quæ spiritui resisteret, sequeretur. Unde et ipsa filia Lamech Noema, id est, *voluptas* interpretatur. Nam quod de Mathusalem secundum Septuaginta ultra diluvium numerantur anni, hoc significat ut, quoniam solus est Christus, cujus vita nullam sensit ætatem, in majoribus quoque illis non sensit diluvium videretur.

### CAPUT VII.

#### *De arca Noe et diluvio mundi.*

1. Noe autem per omnia omnesque actus ejus Christum significat. Noe autem *requies* interpretatur, et Dominus dicit: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem 286 animabus vestris (Matth. xi, 29)*. Solus justus invenitur Noe in illa gente, qui septem homines donantur propter justitiam suam.

2. Solus Christus justus est atque perfectus, cui septem Ecclesiæ propter septemplex spiritum illuminantem in unam Ecclesiam condonantur. Noe per aquam et lignum liberatur; lignum quippe et aqua crucem designat et baptismum. Sicut enim ille cum suis per lignum et aquam salvatur, sic familia Christi per baptismum et crucis passionem sanatur. Arcam instruxit Noe de lignis non putrescentibus, Ecclesia construitur a Christo ex hominibus in sempiternum victuris.

3. Arca enim ista Ecclesiam demonstrabat, quæ natat in fluctibus mundi hujus. Quod autem eadem arca de lignis quadratis fieri jubetur, undique stabilem vitam sanctorum significat, ad omne opus be-

Isidorum longius progressum, cum lib. 1 Sent., c. 31, ita scribat: *Judicii diem novit Christus, sed in Evangelio dicere, et scire discipulos suos noluit. Itaque hæc annorum circumscriptionem importune hoc loco, et ad Exod. xxxix in 3 præcepto, et lib. II advers. Judæos, c. 15, repetitam, Isidori esse nunquam ego crederem. Illius rei magnum etiam indicium, quod apud Eucherium et in Codic. Oliv. nihil horum visitur. Ambrosius, ad Luc. ix, ita scribit: Sed Matthæus et Marcus post dies sex assumptos hos esse memorarunt. De quo possemus dicere post sex millia annorum. Mille enim anni in conspectu Dei tanquam dies una. Sed plures quam sex millia computantur annorum. Sed malumus sex dies per symbolum intelligere, quod sex diebus mundi opera sunt creata, ut per tempus opera, per opera mundum intelligamus. Eloquentissime vero divus Augustinus, xviii de Civit., c. 55: Omnium (inquit) de hac re calculantium digitos resolvit et quiescere jubet ille qui dicit: Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate, et lib. 1 de Genes. contra Manich., c. 24: Senectus vero, sicut in nobis, nullo statuto annorum tempore definit, sed post quinque illas ætates quantum quisque vixerit, senectuti deputatur; sic et in ista ætate sæculi non apparent generationes, ut etiam*

num paratam. Quocumque enim verteris, quadratum firmiter stat.

4. Quod bitumine conglutinatur arcæ ligna extrinsecus, et intrinsecus, ut in compage firmetur unitatis, significatur tolerantia caritatis, ne scandalis-Ecclesiæ tentantibus, sive ab his qui intus sunt, sive ab eis qui foris sunt, cedat fraterna junctura, et solvatur vinculum pacis; est enim bitumen ferventissimum et violentissimum gluten, significans dilectionis ardorem vi magnæ fortitudinis ad tenendam societatem spiritualem omnia tolerantem.

5. Quod arca trecentis cubitis longa est, ut sexies quinquaginta compleantur, sicut sex ætatibus omne hujus sæculi tempus extenditur, in quibus omnibus Christus nunquam destitit prædicari, in quinque per prophetiam prænuntiatus, in sexta per Evangelium diffamatus, potest quidem et in his trecentis cubitis signum ligni passionis ostendi. Ipsius enim litteræ T numerus crucis demonstrat signum, per quod socii Christi passionis effecti per baptismum longitudinem vitæ æternæ percipimus.

287 6. Quod vero cubitis quinquaginta latitudo ejus expanditur, sicut dixit Apostolus: *Cor nostrum dilatatum est (II Cor. vi, 11)*? unde, nisi charitate spirituali? propter quod ipse iterum dicit: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis (Rom. v, 5)*. Quinquagesimo enim die post resurrectionem suam Christus Spiritum sanctum misit, quo corda credentium dilatavit.

7. Quod autem ejus altitudo in triginta cubitos surgit, quem numerum decies habet in trecentis cubitis longitudo, quia Christus altitudo nostra, qui, triginta annorum gerens ætatem, doctrinam evangelicam consecravit, contestans legem non se venisse solvere, sed implere. Legis autem cor in decem præceptis agnoscitur. Unde decies tricenæ arcæ longitudo perficitur, unde et ipse Noe ab Adam decimus computatur.

*ocultus sit ultimus dies, quem utiliter Dominus latere oportere demonstravit. GRIAL.*

*Ibid. Quod autem per Seth, usque ad voluptas interp., ejusdem lib. xv de Civit. c. 20. GRIAL.*

*Ibid. Quæ de numeris passim in his commentariis attinguntur, ea ab Isidoro data opera exposita sunt in peculiari libro de Numeris, quem supra edidi. AREV.*

CAP. VII. N. 2. *Noe per aquam, usque ad per litteram (cap. seq.), hæc omnia, paucis, quæ notabimus, exceptis, sunt Augustini verba ex lib. XII contra Faust., a cap. 14 usque ad 24, e quo sunt nonnulla restituta. GRIAL.*

*Ibid. Grialius habet condonatur mendose, ut puto, pro condonantur, quod in aliis quoque impressis estat. AREV.*

4. *Vi magnæ fortitud... Vi magna, apud Augustinum. GRIAL.*

*Ibid. Ut in compage firmetur, etc. Sic restituo locum ex Bononiensi Albornoziano Codice. Grialius cum aliis Editis, ut in compage unitatis significetur tolerantia, etc. AREV.*

5. *In quinque per proph. Ita in plerisque Mss. et apud Eucher. In quinta apud August. et Bedam, et in Val. et Compl. GRIAL.*

8. Quod sexies longa ad latitudinem suam, et decies ad altitudinem suam, humani corporis instar ostendit, in quo Christus apparuit. Corporis enim longitudo, a vertice usque ad vestigia, sexies tantum habet quam latitudo, quæ est ab uno latere ad alterum latus; et decies tantum quantum altitudo, cujus altitudinis mensura est in latere a dorso ad ventrem.

9. Velut si jacentem hominem metiaris supinum, seu prorum, sexies tantum longus est a capite ad pedes, quam latus a dextera in sinistram, vel a sinistra in dexteram; et decies quam altus a terra. Unde facta est arca trecentorum cubitorum in longitudine, et quinquaginta in latitudine, et triginta in altitudine. Item quod eadem arca collecta ad unum cubitum desuper consummatur, sic Ecclesia corpus Christi in unitate collecta sublimatur et perficitur.

10. Unde dicitur in Evangelio: *Qui mecum non congregat, spargit* (Luc. xi, 23). Quod autem aditus sit ei a latere; nemo quippe intrat Ecclesiam, nisi per sacramentum remissionis peccatorum, quod de Christi latere aperto manavit. Quod inferiora arcæ bicamerata et tricamerata construuntur, sic ex omnibus gentibus vel bipertitam multitudinem congregat Ecclesia propter circumcisionem et præputium, **288** vel tripartitam propter tres filios Noe, quorum progenie repletus est orbis.

11. Et ideo arcæ inferiora dicta sunt, quia in hac terrena vita est diversitas gentium. In summo autem omnes in unum conuenerunt, et non est varietas, quia omnia et in omnibus est Christus, tanquam nos in uno cubito desuper cœlesti unitate consummans. Quod cuncta animalium genera includuntur in arca, significat quia ex omnibus gentibus et nationibus congregatio sit in Ecclesia.

12. Quod etiam Petro demonstratus ille discus (Act. x) significat quod munda et immunda ibi sint animalia, sic in Ecclesia et sacramentis boni et mali versantur. Quod septena sunt munda, et bina immunda, non quia pauciores sunt mali quam boni, sed quia boni servant unitatem spiritus in vinculo pacis. Sanctum autem Spiritum divina Scriptura in septiformi operatione commendat, sapientiæ et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiæ et pietatis, et timoris Dei.

13. Unde et ille numerus quinquaginta dierum ad adventum sancti Spiritus pertinens in septies septenis, qui sunt quadraginta novem, uno addito, consummatur. Propter quod dictum est: *Studentes servare unitatem spiritus in vinculo pacis*. Mali autem in

8. *Corporis enim longitudo, usque ad altus a terra. Hæc non sunt apud Augustinum. Sunt tamen in o. l., et apud Eucherium. GRIAL.*

9. *Item quod arca collecta ad unum cub. ex c. 16. GRIAL.*

10. *Verba Lucæ in Vulgata: Qui non colligit mecum, dispergit. AREV.*

11. *Consummantur. Consummanur, Aug. GRIAL.*

12. *Quod cuncta animalium genera, ex c. 15. GRIAL.*

13. *In Ecclesia et sacramentis. In Ecclesiæ sacra-*

binario numero ad schismata faciles, et quodammodo divisibiles ostenduntur (Ephes. iv, 3).

14. Quod ipse Noe cum suis octavus numeratur, quia in Christo spes nostræ resurrectionis apparuit, qui octava die, id est, post Sabbati septimum primo a mortuis resurrexit; qui dies a passione tertius, in numero autem dierum qui per omne tempus volvuntur et octavus et primus est.

15. Quod post septem dies, ex quo ingressus est Noe in arcem, factum est diluvium, quia in spem futuræ quietis, quæ septimo die significata est, baptizamus. Quod præter arcam omnis caro quam terra sustentabat diluvio consumpta est, quia præter **289** Ecclesiæ societatem, aqua baptismi, quamvis eadem sit, non solum non valet ad salutem, sed valet potius ad perniciem.

16. Quod quadraginta diebus et quadraginta noctibus pluit, quia omnis reatus peccatorum in decem præceptis legis admittitur per universum orbem terrarum, qui quatuor partibus continetur. Decem quippe quater ducta quadraginta sunt; sive ille reatus qui ad dies pertinet ex rerum prosperitate, sive qui ad noctes ex rerum adversitate contractus sit, sacramento baptismi cœlestis abluitur.

17. Quod Noe quingentorum erat annorum, cum ei locutus est Dominus, ut arcam sibi faceret, et sexcentos habebat annos, cum in eam est ingressus; unde intelligitur per centum annos arca fabricata; quid aliud hic videntur centum anni significare, nisi ætates sæculi singulas? Unde ista sexta ætas, quæ completis quingentis usque ad sexcentos significatur in manifestatione evangelica, Ecclesiam construit.

18. Et ideo qui sibi ad vitam consulit, sit velut quadratum lignum, paratus ad omne opus bonum, et intret in fabricam sanctam, quia et secundus mensis anni sexcentissimi, quo intrat Noe in arcam, eandem senariam ætatem significat; duo enim menses sexagenario numero concluduntur.

19. A senario autem numero et sexaginta commemorantur, et sexcenta, et sex millia, et sexaginta millia, et sexcenta millia, et sexcenties, et quidquid deinceps in majoribus summis per eundem articulum numeri in infinita incrementa consurgit.

20. Et quod vicesimus et septimus dies mensis commemoratur, ad ejusdem quadraturæ significationem pertinet, quæ jam in quadratis lignis exposita est; sed hic evidentius, quia nos ad omne opus bonum paratos, id est, quadratos, quodammodo trinitas perficit, in memoria, qua Deum recolimus, in

mentis, Aug. GRIAL.

15. *Quod post septem, ex c. 17. GRIAL.*

16. *Quia in spe futur. quiet. Ita Aug., Euch., Bed., Val. Al., in specie. GRIAL.*

17. *Ibid. Grial. in textu spem, in not. spe. AREV.*

18. *Apud Grialium erat pertinent. Alii Editi, quod ad dies pertinet sive quod ad noctes, etc. AREV.*

19. *Quod Noe quingentor., c. 18. GRIAL.*

20. *Et quod vicesimus et sept. Ex c. 19. GRIAL.*

17. *Ibid. Quadratos. Et conquadratos. Aug. GRIAL.*

intelligentia, qua cognoscimus, in voluntate, qua diligimus.

21. Tria enim ter, et hoc ter, sunt viginti et septem, qui est 290 humeri ternarii quadratus. Quod septimo mense arca sedit, hoc est, requievit, ad illam septimam requiem significatio recurrit, qua perfecti requiescunt. Ibi quoque illius quadraturæ numerus iteratur.

22. Nam vicesima et septima die mensis secundi commendatum est hoc sacramentum. Et rursus vicesima et septima die septimi mensis eadem commendatio confirmata est, cum arca requievit.

23. Quod enim promittitur in spe, hoc exhibetur in re. Porro quia ipsa septima requies cum octava resurrectione conjungitur; neque enim corpore reddito finitur requies, quæ post hanc vitam excipit sanctos, sed potius totum hominem, non adhuc in spe, sed jam in re ipsa omni ex parte et spiritus et corporis perfecta, immortalis salute renovatum, in æternæ vitæ munus assumit.

24. Quia igitur septima requies cum octava resurrectione conjungitur; et hoc in sacramento regenerationis nostræ, id est, in baptismo altum profundumque mysterium est. Quod quindecim cubitis supererexit aqua, excedens altitudinem montium. Octo itaque et septem quindecim faciunt. Sed octo significant resurrectionem, septem quietem.

25. Ille igitur sacramentum resurrectionis et quietis transcendit omnem sapientiam superbiorum, ita ut nulla gens possit indicare scientiæ suæ altitudine resurrectionis quietem. Et quia septuaginta a septem, et octoginta ab octo denominantur, conjuncto utroque numero, centum quinquaginta diebus exaltata est aqua, eandem commendans nobis atque confirmans altitudinem baptismi in sacramento novo homine ad tenendam quietis et resurrectionis fidem.

26. Quod post dies quadraginta emissus corvus non est reversus, aut aquis utique interceptus, aut aliquo supernatante cadavere illectus, significat homines in immunditia cupiditatis teterrimos, et ob hoc ad ea quæ foris sunt in hoc mundo nimis intentos, aut rebaptizari, aut ab his, quos præter arcam, id est, præter Ecclesiam baptismus occidit, seduci et teneri.

27. Quod columba emissa, non inventa requie, reversa est, ostendit per Novum Testamentum requiem sanctis in hoc mundo 291 non esse promissam. Post quadraginta enim dies emissa est; qui numerus vitæ quæ in hoc mundo agitur significat. Denique post septem dies dimissa, propter illam

21. Arca sedit. Ita Augustin. Resedit, Euchel., Val. Sedit, Ambros. GRIAL.

Ibid. Qua perfecti requiescunt. Ibi quoque, etc. Eod. modo legendus et interpungendus hic Augustini locus, qui mendosus circumfertur, ex emendatione Lovaniensi. GRIAL.

23. Alii, porro ipsa, omisso quia. AREV.

25. Ut nulla gens. L i nullatenus, apud Bed. et Pajent. GRIAL.

26. Quod post dies quadrag. Ex c. 20. GRIAL.

28. Consociatur Ecclesie. Ita August., Beil. et Cod.

A septenariam operationem spiritualem olivæ fructuosum surculum retulit.

28. Quo significare nonnullos etiam extra Ecclesiam baptizatos, si eis pinguedo non defuerit charitatis, posteriori tempore, quasi vespeis, in ore columbæ, tanquam in osculo pacis, ad unitatis societatem posse perducì. Quod post alios septem dies dimissa non est reversa, significat finem sæculi, quando erit sanctorum requies, non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore consociatur Ecclesia, quandiu bibitur quod de Christi latere manavit, sed jam in ipsa perfectione salutis æternæ, cum tradetur regnum Deo, et Patri, ut in illa perspicua contemplatione incommutabilis veritatis nullis ministeriis corporalibus egeamus.

B 29. Cur sexcentesimo primo anno vitæ Noë, id est, peractis sexcentis annis aperitur arcæ tectum? Finita quippe sexta ætate sæculi revelabitur absconditum sacramentum atque promissum.

30. Cur vicesimo septimo die secundi mensis dicitur siccasse terram, tanquam finita esset baptizandi necessitas in numero dierum quinquagesimo et septimo? Ipse enim est dies secundi mensis vicesimus septimus, qui numerus ex illa conjunctione spiritus et corporis septies octonos habet, uno addito, propter unitatis vinculum.

31. Cur de arca conjuncti exeunt, qui disjuncti intraverunt? Sic enim dictum erat quod intraverunt in arcam Noë, et filii ejus, uxor ejus, et uxores filiorum ejus. Cur seorsum viri, seorsum femine commemoratæ sunt? nisi quod in hoc tempore caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem? Postmodum autem exeunt Noë et uxor ejus, et uxores filiorum ejus.

32. Hoc est, commemorantur conjuncti masculi et femine, quia in fine sæculi, atque in resurrectione justorum, omnimoda et perfecta pace spiritui corpus adhærebit, nulla mortalitatis incigentia, 292 vel concupiscentia resistente. Cur animalia, quamvis munda et immunda in arca fuerint, tamen post egressum de arca non offeruntur Deo in sacrificio, nisi munda?

33. Quid deinde velit sibi, Deo loquente ad Noë, et tanquam rursus ab exordio? Quia multis modis eam significare oportebat figuram Ecclesiæ, commendante quod progenies ejus benedicatur ad implendam terram. Quod dantur eis in escam cuncta animalia, sicut in illo disco Petro dicitur: *Macta et manduca* (Act. x).

Satiatur, Val, mendose. GRIAL.

Ibid. Grialius in nota consociatur Ecclesie, in textu consociatur Ecclesie. AREV.

29. Cur sexcentesimo. E c. 21. GRIAL.

30. Siccasse terram. Ita August. et plerique lib. Siccata esse, Val. GRIAL.

32. Cur animalia, usque ad ad implendam terram, absunt a Val. et plerisque, sunt tamen apud August. GRIAL.

Ibid. Cur animalia, etc. Desunt hæc etiam in Editione Coloniensi 1530. AREV.

34. Quod ejecto sanguine jubentur manducare, A ne vita pristina, quasi suffocata in conscientia teneatur, sed habeat tanquam effusionem per confessio-nem. Quod vero testamentum Deus posuit inter se et homines, atque omnem animam vivam, ne perdat eam diluvio, arcum, qui apparet in nubibus, qui nunquam nisi de sole resplendet. Illi enim non per-eunt diluvio, qui in prophetis et in omnibus divinis Scripturis, tanquam in Dei nubibus, agnoscunt Chri-sti gloriam, et non quærunt suam.

#### CAPUT VIII.

*De Noe et benedictionibus ejus, maximo minimoque collatis filiis.*

1. Jam vero illud quod post diluvium de vinea quam plantavit, inebriatus est Noe, et nudatus in domo sua, cui non appareat Christi esse figuram? B qui inebriatus est, dum passus est; nudatus est, dum crucifixus est; in domo sua, id est, in gente sua, et in domesticis sanguinis sui, utique Judæis.

2. Tunc enim nudata est infirmitas carnis ejus, Judæis scandalum, gentibus autem stultitia, ipsis autem vocatis Judæis, et gentibus tanquam Sem et Japheth, Dei virtus, et Dei sapientia, quia 293 quod stultum est Dei, sapientius est quam homines, et quod infirmum est Dei, fortius est quam homines (1 Cor. 1, 13).

3. Proinde in duobus filiis, maximo et minimo, duo populi figurantur, scilicet circumcisio et præputium, unam vestem fidei a tergo portantes, sacramentum scilicet jam præteritæ dominicæ passionis, neque nuditatem patris intuentur, quia in Christi necem non consentiunt, et tamen honorant velamento, tanquam scientes unde sint nati.

4. Quam nuditatem, id est, passionem Christi, videns Cham derisit, et Judæi Christi mortem videntes subsannaverunt. Sem vero et Japheth, tanquam duo populi ex circumcissione et præputio credentes, cognita nuditate patris, qua significabatur passio Salvatoris, sumentes vestimentum posuerunt super dorsa sua, et intuentes aversi operuerunt nuditatem patris, nec viderunt quod verendo texerunt.

5. Quodam enim modo passionem Christi tegimus, id est, sacramento honoramus, ejusque mysterii rationem videntes, Judæorum detractorem operimus. Vestimentum enim significat sacramentum, dorsa memoriæ præteritorum, quia passionem Christi transactam celebrat Ecclesia, non adhuc prospectat futuram.

6. Medius autem frater Cham, id est, populus

34. Habeat tanquam effusionem. Ita August. Habeant lib. 6.; quod ferri potest, ut ad ipsos, non ad vitam, referatur. Quid si legas: Sed habeat tanquam effusione per confessionem? GRIAL.

CAP. VIII. N. 1. Jam vero illud. Ex c. 25. GRIAL.

2. Judæis scandalum, usque ad unde sint nati, ex Aug. describere malimus, astipulantibus impressis libris, quam ex veteribus aliquantum immutata ponere. GRIAL.

Ibid. Quia quod stultum est... unde sint nati. Hæc non habentur in cit. Editione Coloniensi. In Vulgata: Sapientius est hominibus... fortius est hominibus. AREV.

A impius Judæorum (ideo medius, quia nec primatum apostolorum tenuit, nec ultimus in gentibus crediti) vidit nuditatem patris, quia consensit in necem Domini Salvatoris. Post hæc nuntiavit foras fratribus. Per eum quippe manifestatum est, et quodammodo publicatum, quod erat in prophetia secretum. Ideoque sit servus fratrum suorum.

7. Quid est enim hodie aliud gens ipsa, nisi quædam scriniaria Christianorum, bajulans legem et prophetas ad testimonium assertionis Ecclesiæ, ut nos honoremus per sacramentum, quod nuntiat illa per litteram? Post hæc benedicuntur duo illi qui nuditatem patris honoraverunt. Benedictus, inquit, Dominus Deus Sem, quanquam ipsis etiam gentibus sit Dominus Deus Israel.

294 8. Et unde hoc factum est, nisi ex benedictione Japheth? in populo enim gentium, totam orbem terrarum occupavit Ecclesia. Hoc præannuntiabatur, cum diceretur: Dilatet Deus Japheth, et habitet in tabernaculis Sem.

9. Ecce quomodo dilatet Deus Japheth, et habitat in tabernaculis Sem, ut Paulus dicit: Non estis peregrini et hospites, sed estis cives sanctorum et domestici Dei, ædificati super fundamentum apostolorum et prophetarum (Ephes. 11, 19). Benedictus, inquit, Deus Sem; sit Chanaan puer illius. Dilatet Deus Japheth, et habitet in tabernaculis Sem. Hic Sem major nata ipse est, ex quo patriarchæ, prophetæ, et apostoli generati sunt.

10. Japheth autem gentium est pater, quia etiam latitudo interpretatur. Cum ingenti enim multitudine dilatatus est populus ex gentibus, qui cum prophetia et apostolis erat habitaturus. Siquidem et vidimus, juxta Noe patris propheticam benedictionem, in tabernaculo Sem transisse habitationem Japheth, hoc est, in domo legis et prophetarum Ecclesiam potius justificari, minorem quidem tempore, sed gratiæ lege majorem.

11. Cham porro, qui interpretatur calidus, medius filius, tanquam ab utroque discretus, nec in primitiis Israelitarum, nec in plenitudine gentium permanens, significat non solum Judæorum, sed etiam hæreticorum genus calidum, non spiritu sapientiæ, sed impatientiæ, quo solent hæreticorum fervere præcordia, et pacem perturbare sanctorum.

12. Sed et omnes qui Christiano vocabulo gloriantur, et perditæ vivunt, ipsius figuram gestare videntur. Passionem quippe Christi, quæ illius hominis nuditate significata est, et annuntiant bene

4. Sem vero et Japheth, usque ad prospectat futurum. Ex xvi de Civit., c. 2. GRIAL.

6. Medius autem frater, usque ad per litteram. Ex xii contr. Faust., c. 25. GRIAL.

7. Post hæc benedicuntur... prophetar. Ex cap. 24. Quod autem hæc a manuscriptis nostris omnibus absint, initium benedictionis repetitum fecerit liberos. GRIAL.

11. Cham porro... quam opus eorum? Ex xvi de Civit., c. 2. GRIAL.

Ibid. Hæreticorum fervere præcordia. Ita apud August. Primordia in libris nostris. GRIAL.



profitendo, et male agendo exhorant. De talibus A cernuntur; et quos armat adversus Deum elatae conspirationis perniciosa consensio, rursus, intercedente dogmatum discordia, dividit oborta repente confusio.

13. Item quod, Cham peccante, posteritas ejus damnatur, significat quod reprobi hic quidem delinquant, sed in posterum, 295 id est, in futurum, sententiam damnationis excipiunt. Sicut et plebs Judæa, quæ Dominum crucifixit, etiam in filiis poenam damnationis suæ transmisit. Dixerunt enim: *Sanguis ejus super nos et super filios nostros* (Matth. xvii, 25).

14. Benedictis igitur duobus filiis Noe, atque uno B eorum medio maledicto, deinceps generationes eorum texuntur, ex quibus septuaginta duæ gentes sunt ortæ, id est, quindecim de Japheth, triginta de Cham, viginti septem de Sem.

#### CAPUT IX.

##### *De Nemrod gigante et confusione linguarum.*

1. Primus post diluivium inter homines Nemrod filius Chus nova imperii cupiditate tyrannidem arripuit, regnavitque in Babylonia, quæ ab eo, quod ibi confusæ sunt linguæ, Babel appellata est, quod interpretatur *confusio*. Cujus ædificandæ turris idem Nemrod existit auctor; qui pro eo quod ultra naturam suam cæli alta penetrare contendit, non incongrue diabolo comparatur, qui, cogitatione cordis sui intumescens, super sidera exaltare se voluit, id est, super omnem potestatem angelorum, Deo se coæquare disponens, dum dicit: *Ascendam super altitudinem nubium, et ero similis Altissimo*.

2. Quod autem dicitur *venator*, quid significatur hoc nomine, nisi terrigenarum animarum deceptor, et captans homines ad mortem? Turris ejus superbia hujus mundi est, vel impia dogmata hæreticorum, qui postquam moti sunt ab Oriente, id est, a vero lumine recesserunt, et venerunt in campum Sennar, qui interpretatur *excussio dentium*, statim adversus Deum impietatis suæ ædificant turrim, ac dogmata superbiæ nefario ausu conflant, volentes curiositate non licita ipsius cæli alta penetrare.

3. Sed sicut illi per superbiam ab una lingua in D multas divisi sunt, ita et hæretici, ab unitate fidei confusione segregati, inter se, 296 diversitate erroris, quasi per dissonantiam linguæ, invicem te-

14. Benedictis, usque ad maledicto, verba sunt Aug., ibid. GRIAL.

Ibid. Ex quibus septuaginta duæ gentes. Vid. not. ad c. 2 lib. ix Etyim. GRIAL.

CAP. IX. N. 1. Primus post diluivium, usque ad confusio, Hieronym., trad. in Gen., c. 10. GRIAL.

2. Quod autem dicitur venator, usque ad superbia, verba sunt Aug., xvi de Civit., c. 4. GRIAL.

4. Eo ausum tempore, usque ad lingua remansit, ejusd. cap. 11. GRIAL.

Ibid. Grialius in solo, quod mendum clarum videtur. AREV.

#### CAPUT X.

##### *De egressu Abraham a Chaldeis.*

1. Restat deinde de actibus Abraham, vel de his quæ illi repromiserat Dominus, exponendum. Locutus est enim ei Dominus: *Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui*. Quis autem alius exiit in Abraham de terra, et de cognatione sua, ut apud exteros locupletaretur, et esset in gentem magnam, nisi Christus, qui, relicta terra, et cognatione Judæorum, præpollet nunc, ut videmus, in gentibus?

2. Sed et nobis ad exemplum Christi exeundum de terra nostra est, id est, de facultatibus hujus mundi, opibusque terrenis, et de cognatione nostra, id est, de conversatione, et moribus, viliisque prioribus, quæ, nobis a nostra sanguinitate cohærentia, vel ut affinitate quadam et consanguinitate conjuncta sunt; et de domo patris nostri, id est, de omni memoria mundi, ut ei renuntiantes possimus in populo Dei dilatari, et in terram promissionis cælestis, cum tempus advenerit, inroduci.

297 3. Duæ autem promissiones Abraham dantur: una, per quam terram Chanaan possessurum semen ejus promittitur, dum dicit Deus: *Vade in terram quam demonstrabo tibi, faciamque te in gentem magnam*. Alia vero longe præstantior est, non de carnali, sed de spiritali semine, per quod pater est non unius gentis Israeliticæ, sed omnium gentium quæ fidei ejus vestigia consequuntur, quod promitti cepit his verbis: *Et benedicentur in te universæ cognationes terræ*.

4. Egressus autem Abraham de Carra venit ad Sichem, acceptoque secundo oraculo de promissione terræ ipsius, ædificavit altare. Et profectus inde habitavit in eremo, atque inde, famis inopia expulsus.

CAP. X. N. 1. Quis autem alius, usque ad in gentibus, Augustini sunt verba, xii contr. Faust., c. 25. GRIAL.

2. Grialius, et alii impressi operibusque. Melius Cor. Alhornozian. opibusque. AREV.

3. Duæ au em promissiones, usque ad cognationes terræ, ejusd., xvi de Civit., c. 16. GRIAL.

4. Egressus Abraham, usque ad terræ ipsius, ejusd., xvi de Civ., c. 18. GRIAL.

Ibid. Ædificavit altare, usque ad sanguine, ejusd., c. 19. GRIAL.

descendit in Ægyptum, ubi uxorem suam dixit esse A matre genitus per divinitatem, ipse de matre sine sororem. Nec mentitus, quia propinqua erat sanguine.

5. Quam tamen Pharaon rex Ægypti volens accipere, gravissimis territus monstriis, multisque propter eam malis afflictus, ubi esse ejus divinitus uxorem didicit, confestim illasam cum honore restituit. Hoc itaque, cum de Abimelech dicere cœperimus, exponemus.

## CAPUT XI.

### *De victoria Abraham et Melchisedech.*

1. Reverso igitur Abraham ex Ægypto, unde venerat, tunc Lot fratris filius ab illo in terram Sodomorum salva charitate secessit, vitans discordiam, quia divites facti erant, et pastores eorum invicem rixabantur. Permansit autem Abraham in terra Chanaan, habitavitque juxta quercum Mambre.

2. Deinde a quinque regibus, qui Sodomis irruerant, captum Lot liberat, habens secum in prælio trecentos decem et octo vernulas. Sed quid hæc victoria Abraham de quinque regibus indicabat, quos ille fidelis pater mysterio superavit, nisi quod fides nostra, si confirmata est in spiritu principali, totidem corporis nostri sensus verbo Dei subigat [*Fortis, subigit*] ? Nam sicut ille de proximo in regibus victor, ita et fides nostra per animam victrix de exteriori homine triumphat.

3. Quod vero ille non multitudine, nec virtute legionum, sed tantum trecentis decem et octo comitantibus, adversarios principes debellavit, jam tunc in sacramento crucis, cujus figura per Tau litteram Græcam numero trecentorum exprimitur, imaginabatur, quod nos Christi passio liberaret a dominatu quinque carnalium sensuum, qui nos antea variis vitiis captivantes exsuperaverant.

4. Revertenti igitur a cæde hostium Abraham occurrit ei mox Melchisedech, rex Salem sacerdos Dei, inenarrabili parente progenitus; benedixitque Abraham, offerens panem et vinum in sacrificium Deo. Hunc Melchisedech apostolus Paulus sine patre et sine matre commemorans, figuratiter refert ad Christum (*Hebr.* vii). Ipse est enim solus de patre sine

5. Quam tamen Pharaon, usque ad restituit, ejusd., xxii cont. Faust., c. 33. GRIAL.

*Ibid.* Cod. Regiovalic. 293, post restituit ad marg. addit: *Hoc itaque... exponemus*; et addit: *In Shra enim Christi Ecclesiam figurabatur, quam violare infidelitatis error non poterat, quia sine macula est et ruga. Monstra autem quibus Pharaon territus est, virtus miraculorum est, quæ dum mundus aspiciit, confusus obstupuit.* Ita etiam Cod. Florent. 4. De Abimelech cap. 16. AREV.

CAP. XI. N. 4. *Reverso rixabantur.* Eju-d. c. 20. GRIAL.

*Ibid.* Permansit usque ad Mambre. Et mansit in alio ejusdem terræ loco, id est, juxta quercum Mambre. Aug. c. 22. GRIAL.

2. *Deinde a quinque regibus, usque ad vernaculos.* Aug., *ibid.* GRIAL.

*Ibid.* Grialius in textu vernulas, in not. vernaculos. Sic etiam mox per Tau, et per T. AREV.

matre genitus per divinitatem, ipse de matre sine patre per humanitatem.

5. Ipse quoque sacerdos æternus, ad quem dicitur: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* (*Psal.* cix). Utique propter mysterium sacramenti, quod Christianis celebrare præcepit, ut non secundum Aaron pecudum victimas, sed oblationem panis et vini, id est, corporis et sanguinis ejus sacramentum, in sacrificium offeramus.

6. Quod vero patriarcha magnus decimas omnia substantiæ suæ Melchisedech sacerdoti post benedictionem dedit, sciens spiritualiter melius sacerdotium futurum in populo gentium quam Leviticum, quod de ipso in Israel erat nasciturum, futurumque, ut sacerdotium Ecclesiæ habens præputium benediceret in Abraham 299 circumcisio sacerdotium Synagogæ. Qui enim benedicit, major est quam qui benedicetur.

7. Unde et sacerdotes ex semine Abraham nati fratres suos benedicebant, id est, populum Israel, quibus illi decimas dabant secundum mandatum, verum ut majoribus et eminentioribus suis. Nomen autem ipsum Melchisedech *rex pacis, vel rex justitiæ* interpretatur, quod bene refertur ad Christum.

8. Ipse est enim rex pacis, quia per ipsum reconciliamur Deo. Ipse est rex justitiæ, quia ipse venit, ut discernat sanctos ab impiis. Idem quoque unus sacerdos, et rex, quia ad redemptionem omnium hostiam Deo Patri se ipsum obtulit, et ut verus rex in præsentem sæculo populum suum regit, et in futuro judicabit.

## CAPUT XII.

### *De sacrificio Abraham et promissione Dei.*

1. Post hanc victoriam factum est verbum Domini ad Abraham in visu, dum esset de posteritate sollicitus, et sibi videret non nasci filium, et tamen semini suo factam promissionem teneret, statim fit illi in figura duplex promissio seminis ejus, id est, in similitudinem arenæ maris, vel in multitudinem stellarum cæli futura.

2. Eficiens ergo Abraham Deus foras, ostendit illi stellas cæli, dicens: *Sic faciam semen tuum, id est, christianam gentem, cujus tu pater in fide subsistis, sic faciam lumine resurrectionis coruscare.* Deinde

3. *Cujus figura per T litteram.* Id repetit aliquoties D Aug. et Greg. Vid. inf., Jud. v. GRIAL.

*Ibid.* Hanc allegoriam eleganter Prudentius persecutus fuit. Vide mea Prudentiana, pag. 166. AREV.

6. *Habentis præputium,* aliquot Mss., et Impr., haud male. GRIAL.

7. *Nomen autem ipsum Melchisedech rex pacis, vel rex justitiæ.* Vox Melchisedech regem tantum justitiæ significat. Sed quia idem rex erat Salem, Salem autem pacem significat, non absurde utrumque conjunxit. GRIAL.

CAP. XII. N. 2. Inter Epistolas Pauli Alvari Cordubensis ad Auderium Flavianum Joannem, episcopum Hispalensem, sæculo ix, quas edidit Florezius, tom. XI Hisp. sacr., epist. 4, pag. 114, allegatur hic Isidori locus cum aliquo verborum discrimine: *Andi, ait Alvarus, tuum Isidorum inquam: Multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli, id est, Christianam gentem... et dixit: Sic multiplicabo semen tuum, hoc est, etc.* AREV.

monstravit illi arenam maris, et dixit: Sic erit in A *Evangelio: Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio (Math. xxiv, 21).*

5. Post hæc cum repromitteret ei Deus quod esset possessor repromissionis terræ futurus, signum petiit, per quod agnosceret, **300** non quasi dubitans an feret, sed quomodo futurum esset exquirens.

4. Cui Dominus hanc similitudinem proposuit: *Sume, inquit, mihi vaccam triennem, et capram triennem, et arietem annorum trium, turturem quoque et columbam.* Tollens ergo Abraham universa hæc, divisit ea per medium, et utrasque partes contra se altriusque posuit, aves autem non divisit.

5. Descenderuntque volucres super cadavera, et abigebat eas Abraham. Cumque occubuisset sol, pavor irruit super Abraham, et horror magnus, et tenebrosus invasit eum; apparuitque clibanus fumans, et ignis transiens inter media illa quæ divisa erant. Diciturque est ei: *Cognoscendo scies quia peregrinum eris semen tuum in terra non sua, et serviet, et affligetur,* etc. Iste est itaque modus promissi seminis Abraham, et ista est figura.

6. Per vaccam enim significata est plebs posita sub iugo legis. Per capram eadem plebs peccatrix futura. Per arietem eadem plebs regnatura. Animalia ideo tria dicuntur, quia per articulos temporum ab Adam usque ad Noe, et inde usque ad Abraham, ac inde usque ad David, tanquam tertiam ætatem generis ille populus adolevit.

7. Per turturem et columbam spirituales in eo C *populo figurati sunt, individui filii promissionis, et hæredes regni futuri, quorum ætas temporalis ideo tacetur, quia æterna meditantibus transgressi sunt desideria temporalia. Sed quid est quod animalia illa tria dividuntur adversus se invicem partibus constitutis, nisi quod carnales et in populo veteri, et nunc inter se dividuntur?*

8. Porro aves idcirco non dividuntur, quia spirituales individui sunt. Schisma non cogitant, non seducuntur ab hæreticis, sed pax est semper in ipsis. Sive a turbis se removeant, ut turtur, sive inter illas conversentur, sicut columba, utraque tamen avis est simplex et innoxia. Volucres autem descendentes super corpora, quæ divisa erant, spiritus immundi significauerunt, pastum quemdam suum de carnalium divisione querentes.

9. Quod autem illis considens abigebat illas Abraham, significat **301** multos carnales merito sanctorum in fine mundi ab angustiis liberandos. Quod autem circa solis occasum pavor irruit in Abraham, et horror magnus, et tenebrosus, significabat circa hujus sæculi finem magnam perturbationem ab Antichristo in sanctis futuram. De qua dicit Dominus in

6. *Per vaccam, usque ad Abraham promittuntur, Aug., ljh. xvi de Civit., c. 24. GRIAL.*

9. *Significat multos.* Ita Manuscripti omnes recte. August.: *Quod autem illis concedit Abraham, significat etiam inter illas carnalium divisiones veros usque in finem sæculi perseveraturos fideles.* Mendose ergo in Excusis nullo. GRIAL.

A *Evangelio: Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio (Math. xxiv, 21).*

10. Quod vero adjungitur: *Cum occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, et apparuit clibanus fumans, et lampas ignis transiens inter media illa, quæ divisa erant,* significat post finem sæculi futurum diem iudicii, quo per ignem segregabuntur sanctorum populi et iniquorum. Quod vero dictum est ad Abraham: *Sciendo scies quia peregrinum eris semen tuum in terra non propria, et in servitutem redigent, et affligent eos quadringentis annis,* hoc de populo Israel, qui erat in Ægypto serviturus, apertissime prophetautum est.

11. Non quod sub Ægyptiis quadringentis annis servierunt, sed quoniam iste numerus in eadem B *afflictione completus est, qui computatur ab illo tempore quo ista Abraham promittuntur.*

### CAPUT XIII.

#### *De Agar et circumcissione Abraham.*

1. Jam tunc propter peregrinationem futuram, ne commisceretur semen ejus inter gentes, datur ei circumcisio in signum his verbis: *Circumcidetur in vobis omne masculum. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, tam vernaculus quam emptitius. Masculus autem, cujus præputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit.*

2. *Sed et Sarai non vocabitur Sarai, sed Sara, et dabo tibi ex ea filium, et benedicam illum, et erit in nationes, et reges gentium ex eo erunt.* Illic jam declaratur promissio de vocatione gentium in Isaac filio promissionis, quo significatur gratia, non natura, quia de sene patre et sterili matre.

**302** 3. *Et quia hoc non per generationem, quæ est in Ismaele; sed per regenerationem futurum erat, ideo imperata est circumcisio, quod de Sara promittitur filius in typo Ecclesiæ, non quando Ismael, qui typum gerit Judæorum. Quid enim aliud circumcisio significat, nisi renovatam naturam per baptismum post expoliationem veteris hominis? Et quod est octavus dies, nisi Christus, qui hebdomata completa, hoc est, post Sabbatum resurrexit?*

4. Quod vero non solum filios, sed et servos, et vernaculos, et emptitios, circumcidi præcepit, ad omnes gratiam redemptionis pertinere testatur. D *Parentum mutantur nomina, ut omnia resonent novitatem. Nam Abram, quod antea vocabatur, interpretatur pater excelsus. Abraham autem pater multarum gentium, quo nomine prænuntiabatur quod multæ gentes fidei ejus vestigia sequerentur.*

5. Illud autem quid sit, quod dictum est: *Masculus qui non circumcidetur octava die, peribit anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit? Cur enim pereat anima parvuli incircumcisi, dum ipsa*

CAP. XIII. N. 1. De hac ratione, cur circumcisio instituta fuerit, confer Patres apostolicos, tom. I, pag. 27 seq. cum notis Cotelerii. AREV.

2. *Hic jam declaratur, usque ad resonent novitatem, e c. 26. GRIAL.*

5. *Masculus, qui non circumcid., usque ad ipse peccavit, e c. 27. GRIAL.*

factum Dei irritum non fecit, sed qui eum circum-  
cidere neglexerunt? nisi ut significaret quod parvuli  
non secundum opus, sed secundum originem in  
primo homine pactum Dei dissipaverunt, in quo  
omnes peccaverunt.

6. Nascitur enim omnis non proprie, sed origi-  
naliter peccator (*Vide par. lect.*). Quem nisi regenera-  
tio liberet, peribit anima ejus de populo suo, quia  
pactum Dei irritum fecit, quando in Adam origina-  
liter etiam ipse peccavit.

#### CAPUT XIV.

*De tribus viris qui venerunt ad illucem Mambre.*

1. Deinde apparuit Dominus Abraham in convalle  
Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui; cumque  
levasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes juxta  
eum. Quos cum vidisset, adoravit, et ait: *Domine, B*  
*si inveni gratiam in oculis tuis, laventur pedes vestri, et*  
*requiescite sub arbore.*

2. Et abiit Abraham ad Saram, et jussit eam ex  
tribus salsis facere subcineritios panes, quos apposuit  
illis cum vitulo, quem 303 paraverat, similiter et  
læc et butyrum. Ipse vero stabat juxta eos sub arbore.  
Cumque comedisset, dixerunt ad eam: *Ubi est*  
*Sara uxor tua? At ille: Ecce, inquit, in tabernaculo*  
*est; cui dicit: Revertens veniam ad te tempore isto,*  
*et habebit filium Sara uxor tua.*

3. Quo audito, Sara risit. Notandum quippe quod  
Abraham triplicem habeat figuram in semetipso.  
Primam Salvatoris, quando, relicta cognatione sua,  
venit in hunc mundum; alteram Patris, quando  
immolavit unicum filium; tertiam vero, quæ in hoc  
loco est, figuram gestavit sanctorum qui adventum  
Christi cum gaudio susceperunt.

4. Tabernaculum autem illud Abraham typum  
terrenæ Jerusalem habuit, ubi primo tempore  
prophetæ et apostoli habitaverunt; ubi et primum  
Dominus adveniens a credentibus exceptus, ab  
incredulis est in ligno suspensus.

5. In tribus autem viris qui venerunt ad illum,  
Domini Jesu Christi prænantabatur adventus, cum  
quo duo angeli comitabantur, quos plerique Moysen  
et Eliam accipiunt, unum prisce legis latorem, qui  
per eandem legem adventum Domini indicavit;  
alium, qui in fine mundi venturus est, denuntiaturus  
secundum Christi adventum, atque ejus Evangelium  
Judæis prædicaturus; unde et in monte Dominus  
cum fuisset transfiguratus, hi duo, Moyses et Elias,  
cum eo ab apostolis visi sunt (*Matth. xvii*).

6. Quod vero Abraham tres videns, unum adoravit,  
Dominum scilicet Salvatorem ostendens, cujus etiam  
adventum est prætolatus, juxta quod etiam Dominus  
in Evangelio ait: *Abraham quæsiit diem meum videre,*  
*vidit, et gavisus est (Joan. viii, 56)*. Tunc enim futuri  
aspexit mysterium sacramenti.

CAP. XIV. N. 14. *Languore*, Complut. et apud  
Eucher. GRIMAL.

*Ibid.* Retinendum *vapore* pro calore, ardore, igni.  
Aldis Prudentium, pag. 917 et 1055. AALV.

13. *Risus autem Saræ non est dubitatio.* At Ambros.,

7. Unde et pedes eorum lavit, ut in extremo  
mundi lavacri vivificationem demonstraret futuram.  
Pedes enim novissima significant. Siquidem et  
convivium præparat, vitulum scilicet saginatum. Iste  
autem vitulus tener saginatus Domini Jesu Christi  
est corpus. Hic est vitulus Domini, qui propter  
salutem credentium ad arborem crucis est immolatus.  
Hic est vitulus dominici corporis, qui in Evangelio  
pro peccatore occiditur filio (*Luc. xv*).

8. Sed et butyrum et lac cum carne vituli apposuit.  
Lac quippe prisce legis habuisse figuram Apostolus  
nos admonet, dicens: *Lac vobis potum dedi, non*  
*escam; nondum enim poteratis, sed 304 nec adhuc*  
*quidem poteratis (I Cor. iiii)*. Tradiderat enim illis  
legis mandatum, quasi lac de uberibus duarum  
tabularum expressum, hoc est, Testamentum fidei.

9. Necdum enim poterant propter infantiam sensus  
sui Evangelicæ doctrinæ solidam et robustam escam  
accipere. Butyrum autem uberrimum et pinguis-  
simum Evangeliorum est testimonium, quod veluti  
oleum fidelibus in signum datur. Sed præinde vitulum  
cum lacte, et butyrum Abraham edendum apposuit,  
quia nec corpus Domini, quod est vitulus, sine  
lacte legis, nec lac legis sine butyro, hoc est, sine  
Evangelii testimonio esse potest.

10. Tria autem sata, unde Sara panes subcineri-  
cios fecit, trium filiorum Noe imaginem indicave-  
runt, ex quibus omne genus humanum natum est,  
qui, divinæ Trinitati credentes, ex aqua baptismatis  
per Ecclesiam, cujus imago Sara erat, conspergendis  
essent, et in uno pane Christi corporis redigendi.

11. Hæc sunt illa tria sata quæ mulier in Evangelio  
cognoscitur fermentasse (*Matth. xiii; Luc. xiii*).  
Azymi autem panes, eo quod sine fermento mali-  
tiæ, et sine angore nequitiæ, sine fervore perversæ  
doctrinæ oportebat esse credentium unitatem.  
Subcineritios autem ideo, ut per poenitentiam præto-  
ratorum delictorum Spiritus sancti vapore decocti,  
velut esca beneplacita Deo, acceptabiles efficiantur.

12. Sub arbore autem eos sedisse, passionis  
dominicæ erat signum, cujus ipsi sunt prædicatores.  
Quod autem promittit Deus Saræ sterili filium,  
dicens: *Circa hoc tempus veniam, non de temporibus*  
*significat, sed de qualitate adventus sui, quando per*  
*filium repromissum fidelis erat populus nasciturus.*  
Ista est enim Sara sterilis, cui per Prophetam  
Dominus dicit: *Lætare, sterilis, quæ non paris;*  
*erumpe et clama, quæ non parturis, quoniam plures*  
*filii desertæ magis quam ejus quæ habet virum.*

13. Risus autem Saræ non est dubitatio, sed pro-  
phetia. Qui risus duplicem habet significantiam.  
Sive quod risus esset futurus 305 incredulis  
Christus, sive quod omnes inimicos in judicio suo  
esset risurus. Unde et ipse qui natus est de Sara,

epist. 50 lib. iv: *Sara (inquit) quia risit, in-reduti-*  
*tatis coarguta est.* Et Aug., xvi de Civit., c. 51:  
*Quod risus ille etiam si gaudii fuit, tamen plenas fidei*  
*non fuit.* GRIMAL.

rius nomen accepit. Isaac enim ex Hebræa lingua A  
la Latinum sermonem risus interpretatur.

14. Deinde rursum idem Isaac promittitur filius  
futurus in gentem magnam: *Et benedicentur in eo omnes  
gentes terræ.* Quibus verbis duo historialiter illi  
promissa sunt, gens Judæorum secundum carnem, et  
omnes gentes secundum fidem.

#### CAPUT XV.

##### *De Sodomis, et Lot, et filiabus ejus.*

1. Post hanc promissionem vertitur in cinerem  
Sodoma, liberato Lot cum filiabus suis. Sed quid si-  
gnificat quod a quinquaginta justis usque in decem,  
si invenirentur in Sodomis, dixit Dominus urbem  
esse salvandam? Numerum quippe quinquagenarium  
propter prænitentiæ posuit signum; si forte conver-  
terentur et salvarentur.

2. Quinquagenarius enim numerus semper ad pœ-  
nitentiam refertur. Unde et David in eodem numero  
psalmum scripsit pœnitentiæ. Proinde quando aspi-  
cit Deus delinquentium vitam nequaquam velle re-  
verti ad pœnitentiam, quam quinquagenarius nume-  
rus præfiguratur, confestim ardorem immoderate  
luxuriæ compescit igne gehennæ.

3. Usque ad decem autem justos non perire Sodo-  
mam dixit, quasi in quolibet per decem præceptorum  
custodiam Christi nomen inveniat, iste non perit.  
Denarii enim numeri figura crucem Christi demon-  
strat. Nam et quod quinque civitates sunt, quæ im-  
bris igneis conflagrate sunt, illud (nisi fallor) si-  
gnificat quod omnes qui quinque sensus corporis  
sui tractaverunt libidinose, in illo futuro incendio  
concremandi sunt.

4. Ipse autem Lot frater Abraham justus et hospi-  
talis in Sodomis, qui ex illo incendio, quod erat  
similitudo futuri iudicii, 306 meruit salvus evadere,  
typum gerebat corporis Christi, quod in omnibus  
sanctis, et nunc inter iniquos atque impios gemit,  
quorum factis non consentit, et a quorum permisione  
in sæculi fine liberabitur, illis damnatis supplicio  
ignis æterni.

5. Uxor autem ejus eorum, scilicet, genus figura-  
vit, qui, per gratiam Dei vocati, retro respiciunt, et  
ad ea quæ reliquerant redire contendunt. De quibus  
Dominus: *Nemo, inquit, ponens manum suam super  
aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei.* Unde  
et illi prohibetur retro respicere, ut per id ostenderet,  
non esse redeundum ad veterem vitam, qui per gra-

CAP. XV. N. 3. Alii, fortasse melius, quia si in quo-  
libet. In Ms. Florent. 1 est concrematurus, pro concre-  
mandi, quæ loquendi ratio simili modo nonnunquam  
occurrit in mss. Codicibus Etymologiarum, et alicubi  
etiam in Impressis. AREV.

6. Illud vero not. quod Lot, usque ad salutis aliena,  
verba sunt Greg. Pastoral. III p., c. 28. GRIAL.

9. In Ms. 2 Florent. bis utor cum accusativo eam,  
ut in aliis quoque Isidori operibus non raro accidit.  
In Cod. Flor. 2, post legitime utatur hoc fragmentum  
additur: *Possumus super filias Lot intelligere super-  
biam et vanam gloriam, quæ duæ filiæ sequuntur illos  
qui carnis incentiva reliquerunt, et bonis adhæserunt  
operibus, quia plerumque de bono opere superbimus,*

tiam regenerati ultimum cupiunt evadere iudicium.

6. Quod vero eadem respiciens remansit, et in sa-  
lem conversa est, exemplum præstat ad condimentum  
fidelium, unde alii saliantur. Nam et ipse non ta-  
cuit Christus dicens: *Mementote uxoris Lot,* scilicet,  
ut nos tanquam sale condiret, ut non tanquam fani  
negligeremus, sed prudentes caveremus. Hoc enim  
et illa admonuit, cum in statuam salis conversa est.  
Illud vero notandum est, quod Lot, ardentem Sodo-  
mam fugiens, Segor venit, et nequaquam ad moun-  
tana conscendit.

7. Ardentem quippe Sodomam fugere est illicita  
carnis incendia, vel mundi desideria declinare. Al-  
titudo vero montium speculatio est perfectorum; sed  
quia multi sunt justi, qui mundi quidem illecebras  
fugiunt, sed tamen in actione positi, contemplationis  
apicem subire nequeunt. hoc est, quod exiit qui-  
dem Lot de Sodomis, sed tamen ad montana non  
pervenit, quia licet jam damnabilis vita relinquatur,  
sed adhuc celsitudo speculationis subtiliter non tenetur.

8. Inde idem Lot ad angelum dicit: *Est civitas  
hæc juxta, ad quam possum fugere, parva, et salva-  
bor in ea. Numquid non modica est, et vivet anima  
mea in ea?* Juxta igitur dicitur, et tamen ad salutem  
tuta esse perhibetur, quia actualis vita nec a mundi  
curis ex toto discreta est, nec tamen a gaudio æter-  
næ salutis aliena.

9. In ipso autem actu Lot, quando filia concu-  
buerunt cum eo, 307 non illud, quod cum a So-  
domis liberatus est, sed aliud figuratum est. Tunc  
enim ipse Lot futuræ legis videbatur gestare perso-  
nam, quam quidam ex illa procreati, et sub lege  
positi, male intelligendo, quodammodo se in-  
ebriant, eaque non legitime utendo, infidelitatis opera  
pariunt. *Bona est enim lex,* inquit Apostolus, *si quis ea  
legitime utatur (I Tim. 1, 8).*

#### CAPUT XVI.

##### *De Abimelech et Sara.*

1. Sequitur dehinc historia de Abimelech, quando  
Abraham tacuit Saram uxorem suam esse, et dixit  
sororem, ne, se occiso, ab alienigenis captiva possi-  
deretur; certus de Deo, quod eam violari non per-  
mitteret, sicut nec primum a Pharaone. Unde et  
Abimelech, somno commotus, non commaculavit  
eam concubitu, sed intactam restituit marito.

2. Verumtamen quis tunc in illo figurabatur viro,

et laudes hominum querere satagimus; quas filias  
neceste est fugiamus. Quia non fecimus (forte, si non  
fugiamus) inebriabunt nos, et facient procreare filios,  
id est, mala opera. AREV.

CAP. XVI. N. 1. Totum caput e lib. XXII contra  
Faust. GRIAL.

Ibid. Tacuit Saram, usque ad marito, e cap. 33.  
GRIAL.

Ibid. Apud Grialium et alios est restauravit ma-  
rito; sed melius est restituit marito cum Ms. Albur-  
noziano, AREV.

2. Quis tunc, usque ad adimpletur, e e. 38.  
GRIAL.

Ibid. Honor honori, August. GRIAL.

scire volo; et cujus sit uxor quæ in hac peregrinatione atque inter alienigenas pollui macularique non sinitur, ut sit viro suo sine macula et ruga? In gloriam quippe Christi recte vivit Ecclesia, ut pulchritudo ejus honor sit viro ejus, sicut Abraham propter Saræ pulchritudinem inter alienigenas honorabatur.

3. Eique ipsi, cui dicitur in Canticis canticorum: *O pulchra inter mulieres* (Cant. 1, 7), ipsius pulchritudinis merito reges offerunt munera, sicut Saræ obtulit rex Abimelech, plus in ea mirans formæ decus, quod anare potuit, et violare non potuit. Est enim et sancta Ecclesia Domino nostro Jesu Christo in occulto uxor. Occulte quippe, **308** atque intus in abscondito secreto spirituali anima humana inhæret verborum Dei, ut sint duo in carne una, quod magni conjugii sacramentum in Christo et in Ecclesia commendat Apostolus (*Ephes. v*).

4. Proinde regnum terrenum sæculi hujus (cujus figuram gerebant reges, qui Saram polluere non sunt permisi) non est expertum, nec invenit ecclesiam conjugem Christi, nisi cum violare tentavit. Divino enim testimonio per fidem martyrum cessit, correptamque etiam in posterioribus regibus honoravit munere, quam corruptioni suæ subdere in prioribus non valuit.

5. Nam quod tunc in eodem rege prius ac posterioribus figuratum est, hoc in isto regno prioribus et posterioribus regibus adimpletur. Cum autem dicitur de patre esse soror Christi Ecclesia, non de matre, non terrenæ generationis, quæ evacuabitur, sed gratiæ cœlestis, quæ in æternum manebit, cognatio commendatur. Secundum quam gratiam genus mortale non erimus, accepta potestate, ut filii Dei vocemur, et simus. Neque enim gratiam hanc de Synagoga matre Christi secundum carnem, sed de Deo patre percepimus.

6. Hanc vero cognationem terrenam vocans in aliam vitam, ubi nemo moritur, negare nos Christus docuit, non fateri, cum discipulis ait: *Ne vobis dicatis patrem in terra, unus est enim pater vester, qui in cælis est* (*Matth. xxiii, 9*). Quod autem Ecclesia cujus uxor sit occultatur alienigenis, cujus autem soror non tacetur, hæc interim causa facile non occurrit, quia occultum est et difficile, ad intelligendum, quomodo anima humana verbo Dei copuletur, sive misceatur, sive quid melius et aptius dici potest, cum sit illud Deus, ista creatura; secundum hoc enim sponsus et sponsa, vel vir et uxor, Christus et Ecclesia dicuntur.

7. Qua vero cognatione sint fratres Christus et omnes sancti, gratia divina, non consanguinitate terrena, hoc est, de patre, non de matre, et effabi-

3. Vulgata: *O pulcherrima inter mulieres*. AREV.

4. *Correptam*. Al., *Correctam*. GRIAL.

5. *Cum autem*, usque ad *qui in cælis est*, c. c. 39. GRIAL.

6. *Quod autem Ecclesia*, usque ad *illorum est*, c. c. 40. GRIAL.

*Ibid.* Vulgata: *Et patrem nolite vocare vobis super terram*. AREV.

lius dicitur, et capacius auditur. Nam inter se omnes sancti per eandem gratiam fratres sunt, sponsus autem in eorum societate nullus illorum est.

## CAPUT XVII.

### *De Isaac et Agar.*

1. Centenarius itaque Abraham genuit ex Sara uxore sua filium, quem vocavit Isaac. Hunc cum vidisset mater ejus ludentem cum Ismael, dixit ad Abraham: *Ejice ancillam et filium ejus, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac*. Nunc igitur quaerendum est cur antea Sara voluit maritum de ancilla suscipere filium, aut cur nunc cum matre jubet expelli domo, quod fecit non zelo accensa, sed mysterio prophetiæ compulsâ. Agar quippe, secundum quod ait Apostolus, in servitute genuit carnalem populum.

2. Sara vero libera populum genuit qui non est secundum carnem, sed in libertatem vocatus est, qua libertate liberavit eum Christus. Hoc igitur mysterio figurabatur priorem populum in servitute peccatorum generatum, in domo Saræ, id est, in Ecclesia non manere in æternum, neque esse hæredem vel consortem cultoribus Christi, nec cum filio nobili, id est, fideli populo, regnum cœlestis gloriæ possessurum.

3. Cum igitur ejiceret Abraham Agar de domo, accepit panes et utrem aquæ, et dedit Agar, et imposuit super humeros ejus infantem, et dimisit eam. Exiens autem Agar, errabat in solitudine, et cum morientem siti filium projecisset sub arbore, apparuit ei angelus Domini, et demonstravit fontem aquæ, et potavit filium suum. Quid ergo significat quod exiens Agar infantem in humeros suos imposuit? nisi quod peccator populus et insipiens cervicem matris suæ Synagogæ gravavit, dum dixit: *Sanguis ejus super nos et super filios nostros* (*Matth. xxvii, 25*)? Panes autem hoc indicabant, quod veteris sacerdotium panes propositionis, sicut scriptum est, portaret secum, et veterascerent.

4. Uter vero aquæ, qui deficit, Judæica purificatio significabatur defectura; sive doctrina eorum carnalis in pelle mortua clausa, id est, in carne veteris hominis prævaricationis sententia damnata, **310** quæ nec refrigerium præstat, nec satiat sitim, sed æstu tepido vomitum facit. Quod vero in solitudine errat Agar cum filio suo, significat Synagogam cum populo suo expulsam de terra sua, sine sacerdotio et sacrificio in toto orbe errare, et viam, quæ est Christus, penitus ignorare. Quod filius illius siti deperit, ostendit populum nullam habentem spiritualem purificationem.

5. Quod vero filium morientem siti sub arbore

7. *Capacius*, Aug. et Bed.; al., *Cautius*. GRIAL.

CAP. XVII. N. 1. Vulgata: *Ejice ancillam hæc*. AREV.

3. Verba Joannis hæc sunt: *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*. AREV.

proiecit, et sic, demonstrante angelo, aspicit fontem, significabat quosdam ex eo populo ad umbram ligni crucis refugium petituros. Quod exclamat puer plorans, et exaudivit eum Deus, et sic, demonstrante angelo, aspicit fontem, hoc pro illis dicit, qui ex Judæis ad Christum convertuntur, ac fientes retro actos errores, exaudiuntur, reseratisque oculis cordis, vident fontem aquæ vivæ, id est, Christum Filium Dei, qui dicit: *Ego sum fons aquæ vivæ; qui sitit veniat, et bibat* (Joan. vii, 37). Unde et Ismael exauditio interpretatur.

6. Angelus autem iste similitudo est Eliæ, per quem populus iste crediturus est sicut per Malachiam dicitur: *Eccæ ego mitto vobis Eliam, qui convertat corda patrum in filios*. Verum quod statim vocavit angelus Domini Agar, dicens: *Surge, tolle puerum, quia in gentem magnam faciam eum*, hoc significabat, sive quod copiosus Judæorum populus esset regnurus in sæculum, sive quia cælestis regni gloriam consecuturi essent, qui ex eis credidissent in Christum.

7. Quod autem eundem angelum, qui loquitur ad Agar, prius angelum Scriptura prænuntiat, deinde Deum, Filium Dei eum fuisse credendum est, qui per legem et prophetas semper locutus est. Qui propter obedientiam paternæ voluntatis angelus vocatur; Deus autem secundum naturam Patris, quia vere et ipse Deus, sicut et Pater.

### 311 CAPUT XVIII.

*De eo, quod obtulit Abraham filium suum.*

1. Jubetur deinde Abraham immolare unicum filium suum. Ille autem obtemperans Deo solvit votum, stravit asinum, imposuit ligna, servos longe dimisit, solus cum filio ascendit, triduo ad locum pervenit. Antequam veniret filius ad locum sacrificii, ipse sibi immolandum ligna portavit.

2. Deinde Abraham gladio armatur, et cum jam posse sciret, admonetur ut parceret; et non tamen sine sacrificio, sine sanguine fuso recedit. Apparet namque aries in vepre inhærens cornibus, immolatur, peragiturque sacrificium. Peracto sacrificio, dicitur ad Abraham: *Benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli, et velut arenam maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ*.

3. Age nunc, videamus quid sub hujus sacramenti lateat mysterio. Iste enim Abraham, quando unicum filium suum perduxit ad immolandum, habebat personam Dei Patris. Sed quid est, quod eum senex

7. *Filium Dei*. Idem lib. i adversus Judæos, c. 1 et 3. GRIAL.

CAP. XVIII. N. 1. *Ligna portavit*. Quæ post hæc leguntur in Impressis: *Quis alius in Isaac, qui lignum sibi portabat ad victimam, nisi Christum Jesum, qui crucem sibi ad passionem ipse portavit?* et paulo post: *Quis alius aries immolandus in vepre cornibus adhærebat? nisi qui crucis patibulo pro nobis offerendus affigebatur?* sunt quidem verba Augustini XII, contra Faustum, cap. 25, sed recte absunt a Manuscriptis melioris notæ. Neque enim sunt hujus loci; et Isidorus

A suscepit? non enim senescit Deus, sed ipsa prænuntiatio de Christo jam quodammodo senuerat, quando natus est Christus.

4. Inchoata est enim ab Adam, ubi dictum est: *Erunt duo in carne una*. Sacramentum illud magnum in Christo et in Ecclesia, et completum est sexta ætate sæculi, quæ senectate significabatur Abraham, quia ipsum sacramentum Dei jam longævum erat. Et senectus Saræ in plebe Dei, hoc est, in multitudine prophetarum, 312 hoc idem significat, quia in fine temporum ex ipsa plebe sanctarum animarum natus est Christus.

5. Sterilitas autem ejus intimat quod in hoc sæculo spe salvi facti sumus, et in Christo tanquam in Isaac, omnes nati sumus. Quem partum Ecclesia in fine temporum mirabili Dei gratia, non naturali fecunditate, procreavit. Jam deinde sequentis historię sacramentum quid imaginariè portendebat, inspicendum est. Quis ergo in Abraham, ut prædictum est, per illam immolationem figurabatur, nisi Pater excelsus? Quis in Isaac, nisi Christus?

6. Nam sicut Abraham unicum filium et dilectum Deo victimam obtulit, ita Deus Pater, unicum filium suum pro nobis omnibus tradidit. Et sicut Isaac ipse sibi ligna portavit, quibus erat imponendus, ita et Christus gestavit in humeris lignum crucis, in quo erat crucifigendus. Duo autem servi illi dimissi, et non perducti ad locum sacrificii, Judæos figurabant, qui cum serviliter viverent, et carnaliter saperent, non intelligebant humilitatem Christi, non intelligebant passionem Christi, ideo non pervenerunt ad locum sacrificii.

7. Cur autem duo servi, nisi quia populus ipse in duas partes dividendus erat? quod factum est, Salomone peccante, quando divisus est idem populus loco regni, non errore impietatis, quibus etiam sæpe per prophetam dicitur: *Adversatrix Israel, et prævaricatrix Juda* (Jerem. iii, 6, 7). Asinus autem ille insensata est stultitia Judæorum. Ista insensata stultitia portabat omnia sacramenta, et quod ferebat nesciebat?

8. Jam quod dictum est eis: *Expectate hic cum asino: postquam adoraverimus, revertemur ad vos*, Apostolum audi dicentem: *Cæcitas*, inquit, *ex parte in Israel facta est* (Rom. xi, 25). Quid est, *expectate hic cum asino?* ut plenitudo, inquit, gentium intraret, hoc est, postquam adoraverimus, ubi sacrificium dominicæ crucis impletum per gentes fuerit prædicatum, hoc est, ut plenitudo gentium intraret.

9. Quid est *revertemur ad vos?* et sic omnis Israel

hac de re paulo post eadem prope dicit. GRIAL.

2. *Vulgata, arenam, quæ est in littore maris*. AREV.

3. *Age nunc, videam*, usque ad personam Dei Patris, atque alia, carptum e sermone August. 71 de tempore. GRIAL.

6. *Et sicut Isaac, usque ad locum sacrificii*. Ex eod. serm. GRIAL.

8. *Vulgata: Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret*. AREV.

servus seret. Triduum autem illud, in quo venerunt ad locum immolationis, **313** tres mundi significat ætates: unam ante legem, aliam sub lege, tertiam sub gratia. Ante legem, ab Abraham usque ad Moysen; sub lege, a Moysen usque ad Joannem; inde jam ad Dominum. Et quidquid restat, tertius dies gratiæ est. In qua tertis ætate, quasi post triduum, sacramentum sacrificii Christi completum est.

10. Deinde Isaac, ligatis pedibus, altari superponitur, et Dominus in ligno suspensus cruci affigitur. Sed illud, quod figuratum est in Isaac, translatum est ad arietem. Cur hoc, nisi quia Christus ovis? ipse enim filius, ipse agnus. Filius, quia natus; aries, quia immolatus. Sed quid est, quod in vepribus hærebat aries ille? crux cornua habet; sic enim duo ligna compinguntur in se, cum speciem crucis reddunt.

11. Unde scriptum est de eo: *Cornua in manibus ejus sunt (Habacuc III, 4)*. Cornibus ergo hærens aries crucifixum Dominum significabat. Vepres autem spinæ sunt. Spinæ iniquos, et peccatores significabant, qui suspenderunt Dominum in cruce. Inter spinas itaque peccatorum Judæorum suspensus est Dominus, sicut per Jeremiam dicit idem: *Spinis peccatorum suorum circumdedit me populus hic*. Alii hunc arietem cornibus in vepribus obligatum, eundem Christum senserunt, antequam immolaretur, spinis a Judæis coronatum.

12. Peracto igitur sacrificio, dicitur ad Abraham: *In semine tuo benedicentur omnes gentes*. Quando enim hoc factum est, nisi quando dicit ille aries: *Fortiterunt manus meas, et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea (Psalm. XXI, 17, 28)*? Hoc enim quando factum est, in Psalmis sacrificium, tunc in ipso psalmo dictum est: *Commemprabuntur, et convertentur ad Dominum universi fines terræ, et adorabunt in conspectu ejus omnes patriæ gentium, quando Domini erit regnum, et ipse dominabitur gentium*.

13. Immolato igitur Abraham ariete pro Isaac filio suo, vocavit nomen loci illius, *Dominus videt*, pro eo quod est, Dominus videri se fecit, utique per incarnationem. Deinde moritur Sara centesimo vigesimo anno vitæ suæ, et empto agro ab Ephron, **314** sepelivit eam. Sed quid sibi vult, quod Sara in sepulcro duplici sepelitur, nisi quia anima, quæ sæculo moritur, ut Deo vivat, gemina vitæ requie suscipitur, id est, actione boni operis, et contemplatione Divinitatis?

11. *Cornua in manibus ejus sunt*. Ita in Cod. veltissimo Vaticanæ Bibliothecæ *ἀριετα εν χειρι αριου ἀριετα*. Habac. III. GRIAL.

12. *Peracto igitur sacrificio, usque ad dum nabitur gentium*, verba sunt Aug., serm. 72 de tempore. GRIAL.

*Ibid.* Vulgata: *Remiscentur, et convertentur... universæ familiæ gentium, quoniam Dominus*, etc. AREV.

CAP. XIX. N. 2. *Quid vult, ut que ad Deum cæli, verbi sunt Aug., XVI de Civ., c. 35.* GRIAL.

## CAPUT XIX.

De Isaac et Rebecca.

1. Erat autem Abraham senex, dierumque multorum. Dixitque servo suo seniori, qui super omnia ejus erat: *Pone manum tuam subter femur meum, ut adjurem te per Dominum Deum cæli et terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chanaanorum, sed ad terram et cognationem meam proficiscaris, et inde accipias uxorem filio meo Isaac*.

2. Sed quid sibi velit quod Abraham servo suo dixit postulans jure jurando fidem: *Pone, inquit, manum tuam sub femore meo, et adjuro te per Deum cæli?* Quid vult Deus cæli ad femur Abraham, nisi ut cognoscatur sacramentum? Per femur enim genus intelligitur. Ergo quæ fuit illa conjuratio, nisi quia significabatur de genere Abraham venturum in carne Deum cæli?

3. Senior autem iste servus imaginem habuit legis, per quam sponsa Christi Ecclesia despondebatur: qui tamen propter antiquitatem senior nuncupatur. Abiit itaque puer in Mesopotamiam in civitatem Nabor; stetitque circa fontem, quærens sponsam filio domini sui. Sic et lex, quæ post fidem est, venit ad fontem baptismatis; et ibi adorans, occurrit ei virgo Rebecca, id est, Ecclesia.

4. Vidit autem Rebecca puerum, id est, sermonem propheticum, deponit de humero hydriam, utique elatam sæculi facundiam, et ad humilem propheticum se inclinat sermonem. Accepit autem a puero in aurem auream, id est, suscepit fidei ornamenta, vel morum, accepit aureos Scripturarum sensus, et clarum argenti eloquium. Sicque secuta puerum Rebecca, venit ad Isaac. Secuta verbum propheticum Ecclesia, venit ad Christum.

**315** 5. Quæ tamen cameli dorso deducitur, quia, ad Christum ex gentilitate Ecclesia properans, in tortis vitiosisque vitæ veteris conversationibus invenitur. Quæ, Isaac viso, descendit, quia, Deo agnito, vitia sua gentilitas deseruit, et ab elatione celsitudinis viam veræ humilitatis petivit.

6. Quæ etiam et verecundata pallio velatur, quia coram eo de erroribus prioris vitæ confunditur. Quod vero inclinato jam die egressus est in agro Isaac, hoc significabat quod, extremo hujus mundi tempore, veluti diei fine, veniens Christus, quasi in agrum foras exiit, quia, cum sit invisibilis, se tamen visibilem in hoc mundo venienti ex gentibus Ecclesiæ demonstravit.

7. Invenit autem eum Ecclesia ad puteum visionis, id est, in contemplatione et intelligentia verita-

3. *Et ibi adorans, pro et ibi adorante, ut alibi etiam Isidorus nominativum pro ablativo absoluto adhibet.* AREV.

4. *Accepit autem, etc.* Sic Alborn. Codex. GRIALius et alii: *Accipit fidei ornamenta, etc.*, omissis aliis. AREV.

5. *Quæ tamen cameli dorso, usque ad confunditur.* Gregorii verba, lib. I Moral., c. 7. GRIAL.

6. *Quod vero inclinato, usque ad et regno, ejusdem lib. XXXIV, c. 11.* GRIAL.

*Ibid.* Forte, *egressus est in agrum.* AREV.



da, ubi intellectum percipiat altiorē, sive lavacrum aquæ, ubi purificetur; sicque dehinc copulatur sponso suo Christo, adherens illi gloria, æternitate et regno.

## CAPUT XX.

*De Cethura, sive de morte Abraham.*

1. Quid autem sibi vult quod Abraham post obitum Saræ Cethuram duxit uxorem? Nunquid ob incontinentiam, dum esset ætate grandævus? Ab it. Sed propter filiorum procreationem, dum illi semen, quasi stellæ cordi, ex Isaac filio promitteretur? Ergo quid sibi vult ista Cethura, nisi quia sicut Agar et Ismael significaverunt carnales Veteris Testamenti, sic et Cethura, et filii ejus significabant hæreticos, qui se ad Testamentum novum existimant pertinere?

2. Sed utraq; concubinæ dicuntur. Sola Sara semper vocatur uxor, sicut scriptum est: *Una est enim columba mea, perfecta mea* (Cant. vi, v. 8). Dedit autem Abraham cuncta quæ possidebat filio suo Isaac, filiis autem concubinarum largitus est munera, et separavit eos ab Isaac filio suo.

3. Quid hoc significat, nisi quia dantur nonnulla munera filiis 316 concubinarum, id est, carnalium? sed non perveniunt ad regnum promissum nec hæretici, nec Judæi, quia carnalia lucra sectantur. Præter Isaac enim nullus est hæres, utique quia non carnia filii, sed filii promissionis deputantur in semine. Deinde mortuus est Abraham centum septuaginta quinque annorum, sepultusque est in spelunca duplici, in cujus interiori parte Adam esse positum traditio Hebræorum testatur.

## CAPUT XXI.

*Quod Isaac cum Rebecca lusi.*

1. Orta dehinc fame super terram, abiit Isaac ad Abimelech regem Philistinorum in Gerara, ex præcepto, et benedictione Domini; ibique Rebeccam uxorem suam timoris causa sinit sororem. Quam rex alienigena Isaac conjugem tunc esse cognovit, quando eum cum ea ludentem vidit.

2. Quid autem sibi velit in sacramento Christi et Ecclesiæ, quod tantus patriarcha cum conjugē luserit, conjugiumque illud inde sit cognitum? Vide profecto quisquis (ne aliquid errando in Ecclesiam peccet) secretum viri hujus in Scripturis sanctis diligenter intuatur, et invenit, enim majestatem suam, qua in forma Dei æqualis est Patri, paulisper abscondisse in forma servi, ut ejus capax esse humana infirmitas posset, eoque modo se conjugi congruenter aptaret.

3. Quid enim absurdum? Imo quid non convenienter futurorum prænuntiationi accommodatum, si propheta Dei aliquid carnale luserit, ut eum ca-

CAP. XX. Totum caput e xvi de Civit. c. 34. GRIAL.

CAP. XXI. Totum caput e lib. xii contr. Faust., c. 46. GRIAL.

CAP. XXI. N. 1. Omnia usque ad commutavit, ex hom. 15 Orig. in Gen. GRIAL.

A peret affectus uxoris, eum ipsum Verbum Dei caro factum sit, ut habitaret in nobis?

## CAPUT XXII.

*De puteis quos fodit Isaac.*

1. Post hæc refert Scriptura verbum, quod Isaac, postquam benedixit enim 317 Dominus, et magnificatus est valde, aggressus est opus, et cœpit fodere puteos quos foderant pueri patris ejus Abraham. Sed invidentes ei Philistini, obstruxerunt eos, implentes humo. Quis est iste Isaac, nisi Salvator noster? qui cum descendisset in istum torrentem Gerara, primò omnium illos puteos fodere vult, quos foderant pueri patris ejus, id est, Moyses, qui puteum legis foderat, David, Salomon et Prophetæ, qui libros scripserunt Veteris Testamenti, quos tamen B terrena et sordida repleverat intelligentia Judæorum.

2. Hos cum vellet purgare Isaac, id est, Dominus noster, et Salvator, ostenderet quia quæcumque lex et prophetiæ dixerunt, de se dixerunt, rixati sunt cum eo Philistinim, id est, Judæi a regno Dei alieni, sed discedit ab eis. Non enim potest esse cum eis, qui in puteis aquam habere nolunt, sed terram. Et dicit eis: *Ecce relinquetur domus vestra vobis deserta*

3. Fodit ergo Isaac novum puteum, imo pueri Isaac fodiunt. Pueri Isaac sunt Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes, Petrus, Jacobus, Judas, et apostolus Paulus. Qui omnes Novi Testamenti puteum foderunt, et invenerunt aquam vivam, quæ sit fons aquæ salientis in vitam æternam. Sed pro his adhibentur illi qui terrena sapiunt, nec nova condiciuntur, nec vetera purgari: evangelicis puteis contradicunt, et apostolicis adversantur, et quoniam in omnibus contradicunt, in omnibus litigant, dicitur ad eos: *Quoniam indignos vos fecistis gratia Dei, ex hoc jam ad gentes ibimus.*

4. Post hæc fodit tertium puteum Isaac, appellavitque nomen loci illius latitudo, dicens: *Nunc dilatavit nos Dominus, et fecit crescere super terram; vobis enim dilatatus est Isaac, et implevit omnem terram scientia Trinitatis, et in toto orbe latitudinem Ecclesiæ collocavit. Prius tantum in Judæa erat notus Deus (Psalm. lxxv), et in Israel nominabatur; nunc autem in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum.*

5. Exeuntes enim pueri Isaac per universum orbem terræ, 318 foderunt puteos, et aquam vivam omnibus ostenderunt, baptizantes omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Sed quid est quod puteos, quos aperuit Abraham, Isaac sic vocavit eos, sicut pater ejus, nisi quia Moyses apud nos etiam Moyses appellatur, et propheta unusquisque suo nomine appellatur, nec mutantur, quasi eo-

*Ibid. In istum torrentem Gerara. In istam terram Gerar. Impr. In istam vallem Gerara. Ruffinus. GRIAL.*

*Ibid. Moyses, qui puteum. Ita Alborn. Grialius: Moyses puteum. AREV.*

2. Hos cum vellet: Quam cum vellet, Ruffinus, ut ad intelligentiam referatur. GRIAL.

vnumdem vocabula puteorum? non enim Christus in eis nomina, sed intelligentiam commutavit.

6. Hæc mystice. Moraliter autem Isaac apud alienigenam gentem puteos fodisse describitur, quo videlicet exemplo discimus, ut in hac peregrinationis ærumna positi, cogitationum nostrarum profunda penetremus, et quousque nobis veræ intelligentiæ aqua respondeat, nequaquam nostræ inquisitionis manus ab exhaurienda cordis terra torpescat. Quos tamen puteos allophyli, id est, immundi spiritus insidiantes replent, quia nimirum immundi spiritus, cum nos studiosius cor fodere conspiciunt, molestas nobis tentationum cogitationes ingerunt.

#### CAPUT XXIII.

##### *De Esau et Jacob.*

1. Igitur Isaac, dum rogaret Dominum ut pareret uxor ejus, quæ sterilis erat, concessit Dominus quæ postulabat. Illidebanturque gemini in utero ejus inclusi angustia. Quæ, dum angeretur, interrogavit Dominum, acceptique responsum: *Dux gentes in utero tuo sunt, et duo populi de ventre tuo dividuntur, populusque populum superabit, et major serviet minori.* Quod figuratim factum, etiam ipsis Judæis non credentibus notum est, qualiter populus Ecclesiæ Synagogæ populum superavit, et quomodo plebs Judæorum tempore major servit minori populo Christianorum.

2. Siquidem et in singulis nobis hoc dici potest, quod dux gentes et duo populi sunt intra nos, virtiorum scilicet atque virtutum; **319** sed iste minor est, ille major. Semper enim plures sunt mali quam boni, et vitia numerosiora virtutibus sunt. Sed tamen et in nobis gratia Dei populus populum superat, et major servit minori. Servit enim caro spiritui, et vitia virtutibus cedunt; procedit autem Esau primus rufus, et totus tanquam pilis hirsutus.

3. Deinde exiit frater ejus Jacob, et manus ejus impleta erat calcaneo Esau. Sed cur ille totus rufus, et hispidus, nisi quia prior populus prophetarum et Christi fuit cruore pollutus, ac peccati et nequitie squalore exstitit circumdatus? Cujus ideo minor calcaneum tenuit, quia mystice majorem populum minor superaturus esset.

4. Nam quod iste Esau primogenita sua propter eam fratri suo eidem juniore venundedit, ac postmodum paterna benedictione sibi promissa privatus est, significat eundem Israeliticum populum, qui, ut Exodi indicat liber, primogenitus filius nuncupatus est (Exod. iv, 22); qui propter præsentis sæculi lucra non solum primatus sui honorem amisit, verum etiam et regni celestis præmium præparatum adipisci

6. Isaac apud alienig., usque ad ingerunt, verba sunt Greg. xxxi Moral., c. 13. GRIAL.

Ibid. Ab exhaurienda cordis terra. Ita Greg. ad exhaurienda cordis interna, Val. Compl., et apud Euch. Cordis terrena, Impr. GRIAL.

Ibid. Studiosus cor fodere. Ita apud Greg. l., confodere, et pro molestas. Val. congestas. GRIAL.

Ibid. Cogitationes ingerunt. Ita Greg. Immergunt, lib. o., et apud Euch. GRIAL.

non meruit, Domino quodammodo eidem exprobrante, cum dicit: *Auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructum ejus (Matth. xxi, 43).* Primogenita autem ipsa vestis erat sacerdotalis, quam majores natu cum benedictione patris induti victimas Deo, velut pontifices, offerrebant.

5. Hoc dono terreni amoris desiderio carnerant Judæi cum gloria regni futuri. Jam sequitur deinde ipsa benedictio in Jacob. Quæ tamen quid figuratim indicaverit, Hippolyti martyris verba, sicut ea excellentissimæ scientiæ ac doctrinæ Hieronymus replicavit, in hoc loco ponenda sunt. Isaac, inquit, portat imaginem Dei patris, Rebecca Spiritus sancti, Esau populi prioris, et diaboli, Jacob Ecclesiæ, sive Christi. Senuisse Isaac consummationem orbis ostendit; oculis caligasse, fidem perisse de mundo, et religionis lumen ante eum neglectum esse significat.

6. Quod filius major vocatur, acceptio legis est Judæorum. Quod escas ejus atque capturas diligit pater, homines sunt ab errore salvati, quos per doctrinam justos quisque venatur. Sermo **320** Dei benedictionis est repromissio, et spes regni futuri, in quo cum Christo sancti regnaturi sunt, et verum Sabbatum celebraturi. Rebecca plena Spiritu sancto, et sciens quod audisset antequam pareret, quia major serviet minori, magis autem forma Spiritus sancti, quæ futura noverat in Christo, in Jacob ante meditatatur.

7. Loquitur ad filium minorem: *Vade ad gregem, et arripe mihi inde duos hædos,* præfigurans carnem Salvatoris adventam, in quo eos vel maxime liberaret qui peccatis tenebantur obnoxii. Siquidem in omnibus Scripturis hædi pro peccatoribus accipiuntur. Quod autem duos jubetur afferre, duorum populorum significatur assumptio.

8. Quod teneros et beros, dociles et innocentes animos significat. Stola Esau fides et Scripturæ sunt Hebræorum, quæ illis primo datæ sunt, et postmodum gentilibus indutæ est populus. Pelles autem, quæ ejus brachiis circumdatæ sunt, peccata utriusque plebis, quæ Christus in extensione manuum cruci secum affixit.

9. Quod Isaac quærit a Jacob cur tam cito venerit, admiratur celerem credentium filium. Quod cibi delectabiles offeruntur, hostia placens Deo salus est peccatorum. Quod post esum sequitur benedictio, et ejus odore perfuitur, virtutem resurrectionis et regni aperta voce pronuntiat. Taliter enim benedicitur: *Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni.* Odore nominis Christi, sicut ager, mundus impletur, totus est benedictio de rore calii, hæc est, de verborum pluvia divinatorum.

CAP. XXIII. N. 4. Primogenita autem ipsa vestis erat sacerdotalis; ex Hieronymi Hebræicis traditionibus in hunc locum. GRIAL.

Ibid. Vulgata: *Facienti fructus ejus.* AREV. 5. Hieronymus replicavit; epist. 123. q. 3. Espectavit, apud Bedam. GRIAL.

9. Ecce odor, usque ad salvus erit, verba sunt August., xvi de Civit., cap. 37, nonnullis tamen immutatis. GRIAL.

10. *Et de pinguedine terræ*, hoc est, de congregatione populorum. *Multitudinem frumenti, et vini*, hoc est, multitudo, quam colligit frumentum et vinum in sacramento corporis et sanguinis sui. Illi serviunt populi ex omnibus gentibus ad eum conversi. Ipsum adorant tribus, id est, populi ex circumcisione credentes. Ipse est Dominus fratrum suorum, quia plebi dominatur Judæorum. **321** Ipsum adorant filii matris ejus, quia et ipse secundum carnem ex ea natus est. Ipsum qui maledixerit maledictus est, et qui benedixerit, benedictionibus repletur.

11. Christus, inquam, noster ex ore populi Patrem ignorantis benedicitur, id est, veraciter dicitur. Sed alius a Judæis benedici putatur, qui ab eis errantibus expectatur. Ecce benedictionem promissam repetente majore, expavit Isaac, et alium se pro alio benedixisse cognoscit; nec tamen indignatur revelato sibi sacramento, sed confirmat benedictionem in filio, dicens: *Benedixi eum, et benedictus est.*

12. Hæc est benedictio prima Isaac, quæ data est minori populo Christianorum, sed neque tamen majorem filium constat penitus fuisse despectum, quia cum intraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israel salvus erit. Cujus tamen secundæ benedictionis prophetatio hæc est: *In pinguedine terræ, et in rore cæli desuper erit benedictio tua*; et in pinguedine terræ, id est, in secunditate rerum, et potentia regni, quæ in illo populo fuit; et in rore cæli erit benedictio tua, id est, in eloquiis Dei.

13. Ipsi enim primum credita sunt eloquia Dei, et legis Testamenti. *Vives gladio*, id est, quia sanguini populus iste deditur necem in Christo vel prophetis exercuit. *Et fratri tuo servies*, minori utique scilicet populo Christiano. Tempusque veniet quando excutias et solvas jugum de cervicibus tuis, dum, per cognitionem fidei ad gratiam Christi conversus, deposueris onus legis, quando jam non servus populi minoris, sed per fidem frater vocaberis.

14. Igitur Esau post benedictionem patris invidia stimulis concitatus, necem fratri suo Jacob fraudulenter excogitat. Hoc nimirum et Judaicus populus in Christo præmeditatus, non solum Dominum patibulo crucis tradidit, verum etiam credentes in illo usque ad effusionem sanguinis persecutus est. Jacob autem dolos fugiens fratris, **322** relicta domo patria, vel parentibus, vadit in regionem longinquam, ut acciperet sibi uxorem.

15. Non aliter Christus, relictis parentibus secundum

10. *Multitudinem frumenti*, *πλῆθος σίτου καὶ οἴνου*, l. XX. *Abundantiam* dixit Vulg. Sed mirum apud Ambrrosium, lib. de Jacob, *abundantiam* legi, cum *multitudinem* apud Augustinum legamus. Nam eadem translatione videntur ambo usi. GRIAL.

*Ibid.* *Quam colligit*, ita Aug. et Impr. *Quæ colligit*, Mss. o., mendose; colligitur enim multitudo communionis Eucharistice.

*Ibid.* *Filii matris ejus* ex Vulg. *Patris*, August., ex Septuaginta. GRIAL.

11. *Ex ore populi Patrem ignorantis*, ex Impress. et Augustin. *Ex ore Patris*, Mss. GRIAL.

A carnem, id est, populo Israel, et patria, id est, Jerusalem, et omnibus regionibus Judææ, ab illi in gentes accipienti sibi inde Ecclesiam, ut impleretur quod dictum est: *Vocabo plebem meam non plebem meam, et non dilectam plebem dilectam. Et erit in loco ubi dictum est: Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei vivi.*

#### CAPUT XXIV.

*De scala quam in visione vidit Jacob.*

1. Pergens autem Jacob in Mesopotamiam, venit in locum ubi nunc Bethlehem vocatur, et posuit sub capite suo lapidem magnum. Et dormiens vidit scalam subnixam, innitentem cælo, et angelos Dei ascendentes et descendentes. Hoc viso, evigilavit, unxitque lapidem, dicens: *Vere hic domus Dei est, et porta cæli.* Et his dictis discessit somnus.

2. Somnus iste Jacob, mors, sive passio Christi est. Lapis ad caput ejus, qui nominatim quodammodo dictus est etiam unctus, Christum significat; caput enim viri Christus est. Quis enim nescit Christum ab unctione appellari? Domus autem Dei, quia ibi natus est Christus in Bethlehem. Porta vero cæli, quia ibi in terram descendit: inde iterum ad cælum ascendit. Erectio autem lapidis resurrectio Christi est.

3. Porro scala Christus est, qui dixit: *Ego sum via.* Per hanc ascendunt, et descendunt angeli, in quibus significati sunt evangelistæ, et prædicatores Christi. Ascendentes utique, cum ad intelligendam ejus supereminetissimam divinitatem excedunt universam creaturam, ut eum inveniant in principio verbum, Deum apud Deum, per quem facta sunt omnia.

4. Descendentes autem, ut eum inveniant factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. In illa enim **323** scala a terra usque in cælum, a carne usque ad spiritum, carnales proficiendo, velut ascendendo, spirituales fiunt; ad quos lacte nutriendos etiam ipsi spirituales descendunt quodammodo, cum eis non possunt loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.

5. Ipse est sursum in capite suo; ipse deorsum in corpore suo, quod est Ecclesia. Ipsum ergo scalam intelligimus, quia ipse dixit: *Ego sum via.* Ad ipsum ergo ascenditur, ut in excelsis intelligatur. Et ad ipsum descenditur, ut in membris suis parvulus nutriatur. Et per illum se erigunt, ut eum sublimiter spectent. Per ipsum etiam se humiliant, ut eum sublimiter ac temperanter annuntient.

6. Post hanc visionem inde Jacob iter faciens vidit oves, et pastores, et puteum aquæ vivæ, et lapidem

*Ibid.* *Repetente majore*, ex August. et Impress. *Petente*, Mss. GRIAL.

12. *Sed neque majorem*, usque ad *salvus erit*, verba sunt Hieronymi, ibid. GRIAL.

15. *Servus populi minoris*, al., *servies populo minori*. GRIAL.

14. GRIAL., mendose, *non solum Domino patibulo*. AREV.

CAP. XXIV. N. 2. *Somnus iste Jacob*, neque ad *temperanter annuntient*, hæc ex lib. XII contra Faust., c. 26, vel serm. 79 de tempore; nam eadem utrobique. GRIAL.

magnum superpositum puteo. Figuraliter per oves A justorum populi significabantur: sicut illud, quod dictum est in Evangelio: *Statuit oves ad dexteram (Math. xxv, 35)*.

7. Pastores vero prophetæ sunt, qui usque ad adventum Domini Spiritu sancto mundati, Israel populū doctrinæ prædicatione gubernabant. Lapis puteo superpositus figuram Domini præferebat. Puteus gratiam Spiritus sancti præfigurabat per prædicationem Christi venturam ad Ecclesiam ex gentibus, quæ oblecta erant, nondum adveniente et homine facto Christo.

### CAPUT XXV.

*De Lia, et Rachel, et duabus famulatibus.*

1. Igitur Jacob, pergens Mesopotamiam, accepit uxores duas, filias Laban fratris Rebecæ. Hoc est, B primo Liam, secundo Rachel. Inde sibi accepit Liæ ancillam nomine Zelpham, et ancillam Rachel Batam. Ex quibus quatuor genuit duodecim filios, et unam filiam. De Lia scilicet genuit Ruben, Simeon, Levi, Judam, Issachar, Zabulon. De Rachel autem Joseph, et Benjamin. De Bala, ancilla Rachel, Dan et Nephtholim. De Zelpha, ancilla Liæ, Gad et Aser.

324 2. Hi sunt duodecim filii Israel. Nunc autem quid rerum figuraverint quatuor uxores Jacob, quarum duæ liberæ et duæ ancillæ fuerunt, rimemur? Videmus enim Apostolum in libera et ancilla quas habebat Abraham duo Testamenta intelligere; sed ibi in una et in una facilius apparet quod dicitur. Illic autem duæ sunt, et duæ.

3. Deinde etiam ibi ancillæ filius exheredatur, hic C vero ancillarum filii simul cum filiis liberarum terram promissionis accipiunt. Unde hic procul dubio aliquid aliud significatur, quanquam enim duæ liberæ uxores Jacob ad Novum Testamentum, quo in libertatem vocati sumus, existimenter pertinere, non tamen frustra duæ sunt, nisi quia duæ vitæ nobis in Christi corpore prædicantur.

4. Una temporalis, in qua laboramus; alia æterna, in qua delectationem Dei contemplamur. Lia namque interpretatur *laborans*, Rachel autem *visum principium*, sive *verbum*. Actio ergo hujus vitæ, in qua vivimus ex fide, laboriosa est operibus, et incerta, quo exitu perveniat ad utilitatem eorum quibus consulere volumus.

5. Ipsa est Lia prior uxor Jacob, ac per hoc et in D

6. In Vulgata, *statuit oves*. Et ita etiam nonnulli impressi. AREV.

7. In Alb. est *oblectæ*, ut gentes intelligantur oblectæ. AREV.

CAP. XXV. N. 2. Nunc autem quid rerum figuraverint, omnia, usque ad Victorini interpretationem, sunt Aug. lib. XII, contr. Faust., a cap. 51, usque ad 58. GRIAL.

3. Per Liam et Rachel duas vitas intelligi fuisse exponitur in libro Differentiarum rerum, differentia 34. Inter activam et contemplativam vitam. AREV.

4. In Cod. Florent. 1, post *contemplamur* multa adduntur, quæ in nostra Editione collocantur in fine questionum in Genesis, scilicet: *Deinde a quibusdam quaeritur, usque ad super omnem carnem*. AREV.

5. Isaias: *Si fuerint peccata vestra ut coccinum,*

firmis oculis fuisse commemoratur. Cogitationes enim mortalium timida, et incertæ providentiæ nostræ. Spes vero æternæ contemplationis Dei, habens certam intelligentiam veritatis, ipsa est Rachel. Unde etiam dicitur: *Bona facie, et pulchra specie (Isai. 1. 43)*. Hanc enim amat omnis pie studiosus, et propter hanc servit gratiæ Dei. Quia peccata nostra, etsi fuerint sicut phœnicium, tanquam nix dealbantur.

6. Laban quippe interpretatur *dealbatio*; cui servivit Jacob 325 propter Rachel; neque enim se quisque convertit sub gratia remissionis peccatorum servire justitiæ, nisi ut quiete vivat in verbo, ex quo videtur principium, quod est Deus.

7. Ergo propter Rachel, non propter Liam, servitur. Nam quis tandem amaverit in operibus justitiæ laborem actionum, atque passionum? quis eam vitam propter seipsam expetiverit, sicut nec Jacob Liam? Sed tamen sibi nocte suppositam in usum generandi amplexus, secunditatem ejus expertus est. Dominus enim eam, quia per se ipsam diligi non poterat, primo, ut ad Rachel perveniretur, tolerari fecit.

8. Deinde propter filios commendavit. Ita vero unusquisque utilis Dei servus, sub dealbationis peccatorum suorum gratia constitutus, quid aliud amans in conversatione sua meditatur, nisi doctrinam sapientiæ? Quam plerique se percepturos putant, statim ut se in septem præceptis legis exercuerunt, quæ sunt de dilectione proximi, ne cuiquam noceatur, id est: *Honora patrem tuum et matrem tuam, Non machaberis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces uxorem proximi tui, Non concupisces rem proximi tui*.

9. Quibus observatis, postquam homini pro concupita delectatione doctrinæ, per tentationes varias, quasi per hujus sæculi noctem, tolerantia laboris adhæserit, velut pro Rachel Liæ inopinata conjungitur. Et hanc sustinet, ut ad illam perveniat, si perseveranter amat, acceptis aliis septem præceptis, ac si dicitur: *Servi alios septem annos propter Rachel, ut sit pauper spiritu, mihi, lugens, esuriens, sitiens, que justitiam, misericors, mundicors, pacificus*.

10. Vellet enim homo, si fieri posset, sine ulla tolerantia laboris, quæ in agendo patiendoque amplectenda est, statim ad pulchræ contemplationis delicias pervenire. Sed hoc non potest in terra morientium. Hoc enim videtur significare, quod dictum

quasi nix dealbantur. Coccus, coccinum et coccineus color est color purpureus, qui etiam *Phœnicus* dicitur; nam *Phœnix* aliquando rubrum significat. AREV.

6. Neque enim se quisque convertit. Ita Aug. *Submittit*, Vsl. GRIAL.

8. Aliud amans in conversatione. Ita lib. 6. *In conversatione*, Aug. GRIAL.

9. Sæculi noctem. Noctes, Aug. GRIAL.

Ibid. Lia inopinata, August. Lia inopinata, apud Eucher. et MSS. GRIAL.

Ibid. Misericors et mundicors. Ita August., eleganter. Al., mundicordis. GRIAL.

Ibid. Mndicors. Sic cap. 4 libri contra Judæos, impi, duricordes. AREV.

eat Jacob : *Non est moris in hoc loco, ut minor nubat prius quam major.*

**326** 11. Quia non absurde major appellatur, quæ tempore prior est. Prior est autem in hominis eruditione labor boni operis, quam requies contemplationis. Ad unum ergo tendendum, sed propter hoc multa ferenda sunt. Itaque duæ sunt uxores Jacob liberæ; ambæ quippe sunt filiarum remissionis peccatorum, hoc est, dealbationis, quod est Laban.

12. Verumtamen una amatur, altera toleratur. Sed quæ toleratur, prius ipsa et uberius secundatur, ut si non propter seipsam, certe propter filios diligatur. Labores enim iustorum maximum fructum habent in eis quos regno Dei generant, inter multas tentationes et tribulationes prædicando Evangelium, et eos propter quos sunt in laboribus abundantius, in pugis supra modum, in mortibus sæpius, propter quos habent foris pugnas, intus timores, gaudium et coronam suam vocant.

13. Nascuntur autem eis facilius atque copiosius ex illo sermone fidei quo prædicant Christum crucifixum. Rachel autem clara aspectu mente excedit Deo, et videt in principio Verbum Deum apud Deum, et vult parere, et non potest, quia generationem ejus quis enarrabit? Ideoque contemplandi otia appetit, ut divinitatem ineffabilem cernat.

14. Vacare vult ab omni negotio, et ideo sterilis, quia in variis pressuris non subvenit. Sed quia et ipsa interdum procreandi charitate inardescit, vult enim docere quod novit, videt sororem labore agendi atque patiendi filiis abundantem, et dolet potius curere homines ad eam virtutem qua eorum necessitatibus consulitur, quam ad illam unde divinum aliquid discitur.

15. Hic dolor figuratus videtur in eo quod scriptum est : *Et zelavit Rachel sororem suam.* Proinde quia purus intellectus spiritualis substantiæ verbis carne editis exprimi non potest, elligit doctrina sapientiæ per quaslibet corporeas similitudines utcumque cogitanda insinuare divina, sicut elegit Rachel ex viro suo et ancilla suscipere filios, quam sine filiis omnino manere.

**327** 16. Bala quippe, ancilla Rachel, interpretatur *inveterata*. De veteri quippe vita carnalibus sensibus dedita corporeæ concitantur imagines, etiam cum aliquid de spirituali et incommutabili substantia divinitatis auditur. Suscipit et Lia de ancilla sua filios, amore habendi numerosiorem prolem accensa.

17. Invenimus autem Zelpham ejus ancillam interpretari *os lians*; quapropter hæc ancilla eos figurat quorum in prædicatione fidei evangelicæ os hiat,

11. Ad unum ergo tendendum, sed propter hoc multa fer. s., ex Aug. Ad unum ergo tendendum multa f. s., apud Euch. GRIAL.

14. Atque patiendi, ex Aug. GRIAL.

Ibid. Ad eam virtutem, ex Aug. Al., vitam. GRIAL.

15. Utcunque cogitandi, ex August. et Euch. Absunt hæc duæ voces a miss. o. GRIAL.

Ibid. Suscipere filios. Liberos, August. GRIAL.

A et cor non hiat. De quibus scriptum est : *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me (Isai, xxix, 13; Matth. xv).* Et de quibus Apostolus ait : *Qui prædicat non furandum, furaris (Rom. II, 21).*

18. Verumtamen ut etiam per hanc conditionem libera illa uxor Jacob laborans filios hæredes regni suscipiat, ideo Dominus dicit : *Quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite (Matth. xxiii, 3).* Unde Apostolus : *Sive, inquit, occasione, sive veritate Christus annuntietur, et in hoc gaudeo, sed et gaudebo (Philipp. I);* tanquam et ancilla pariente, de prole numerosiore lætatur.

19. Est vero quidam Liæ fetus ex beneficio Rachel editus, cum virum suum secum debita nocte cubiturum, acceptis a filio Liæ mandragoricis malis, cum sorore cubare permisit. Quid enim de mandragora dicendum est? Proinde rem comperi pulchram, et suave olentem, sapore autem insipido. Et ideo in illo mandragorico pomo figurari intelligam famam bonam popularem. Unde dicit Apostolus : *Oportet etiam testimonium habere bonum ab eis qui foris sunt (I Tim. III).*

20. Qui licet parum sapiant, reddunt tamen plerumque labori eorum per quos sibi consulitur, et splendorem laudis, et odorem bonæ opinionis. Nec ad istam gloriam popularem primi perveniunt eorum qui sunt in Ecclesia, nisi quicumque in actionum periculis et labore versantur. Propterea Liæ filius mala mandragorica invenit exiens in agrum, hoc est, honeste ambulans ad eos qui foris sunt.

21. Doctrina vero illa sapientiæ quæ a vulgi strepitu remotissima in contemplatione veritatis dulci delectatione desigitur, hanc popularem gloriam quantumcumque non assequeretur, nisi per eos **328** qui in mediis turbis agendo ac suadendo populis præsent, non ut præsent, sed ut prosint; quia dum isti actuosi et negotiosi homines, per quas multitudinis administratur utilitas, et quorum auctoritas populis chara est, testimonium præhibent etiam remotiori vitæ, propter studium conquirendæ et contemplandæ veritatis otiosæ, quodammodo mala mandragorica per Liam perveniunt ad Rachel; ad ipsam vero Liam per filium primogenitum, id est, per honorem fecunditatis ejus; in qua est omnis fructus laboriosæ atque inter incerta tentationum periculantis actionis.

22. Quam plerique bono ingenio præditi, studioque flagrantes, quamvis idohei regentis populi esse possint, vitant tamen propter turbulentas occupationes, et in doctrinæ optum toto pectore tanquam in speciosæ Rachel feruntur amplexum.

18. Sensus verborum Matthæi et Pauli expressus est, verba ipsa aliquatenus variant. AREV.

19. Est vero quidam Liæ fetus, ex Aug. Affectus, Mss. GRIAL.

21. Agendo, ac suadendo. Ac sudando, Euch. GRIAL.

22. Feruntur amplexum. Ita Aug. Fruuntur amplexibus. Val., Euch. GRIAL.

23. Sed quia bonum est ut etiam hæc vita latius innotescens popularem gloriam mereatur, injustum est autem ut eam consequatur, si amatorem suum administrandis ecclesiasticis curis aptum et idoneum in otio detinet, nec gubernationi communis utilitatis impertit, propterea Lia sorori suæ dicit. *Parum est tibi quod virum meum accepisti, insuper et mandragoras filii mei vis accipere?*

24. Per unum virum significans eos omnes qui, cum sint agendi virtute habiles, et digni quibus regimen Ecclesiæ committatur ad dispensandum fidei sacramentum, illi, accensi studio doctrinæ atque indagandæ et contemplandæ sapientiæ, se ab omnibus actionum molestiis remove atque in otio discendi atque docendi volunt considerare. Ita ergo dictum est: *Parum est tibi quod accepisti virum meum, insuper et mandragoras filii mei vis accipere?* ac si diceretur: *Parum est quod homines ad laborem rerum gerendarum necessarios in otio detinet vita studiosorum, insuper et popularem gloriam requirit.*

25. Proinde, ut juste eam comparet, impertit Rachel virum sorori suæ illa nocte, ut scilicet qui virtute laboriosa regimini populorum accommodati sunt, etiamsi scientiæ vacare delegerint, suscipiant experientiam tentationum, curarumque sarcinam pro utilitate communi, ne ipsa doctrina sapientiæ, cui vacare statuerant, blasphemetur, neque adipiscatur ab imperitioribus populis existimationem bonam, **329** quod illa poma significant, et quod necessarium est ad exhortationem discendum.

26. Sed plane ut banc curam suscipiant vj cognatur, satis et hoc significatum est quod cum veniret de agro Jacob, occurrit ei Lia, eumque detinens, ait: *Ad me intrabis, conduxi enim te pro mandragoris filii mei.* Tanquam diceret: *Doctrinam, quam diligis, vis conferre bonam opinionem? noli defugere officiosum laborem. Hæc in Ecclesia geri quisquis adverterit cernit, et experimur in exemplis quod intelligimus in libris.*

27. Quis non videat hoc geri toto orbe terrarum, venire homines ab operibus sæculi, et ire in otium cognoscendæ et contemplandæ veritatis, tanquam in amplexum Rachel, et excipi de transverso ecclesiastica necessitate, atque ordinari in laborem, tanquam Lia dicente: *Ad me intrabis?*

28. Quibus caste mysterium Dei dispensantibus, in nocte hujus sæculi filios generent fidei, laudatur a populis etiam illa vita, cujus amore conversi spem sæculi reliquerunt, et ex cujus professione ad ministerium regendæ plebis assumpti sunt. Id enim agunt in omnibus laboribus suis, ut illa professio quo se converterant (quia tales rectores populis dedit) latius et clarius glorificetur, tanquam Jacob non

26. *Defugere officiosum laborem*, ex Aug. et Impr. *Fugere officii laborem*, Mss., non ita eleganter. GRIAL.

28. *Filios generent fidei*, August. et Impr. *Fillos generent Dei*, Mss. GRIAL.

A recusante noctem Lia, ut Rachel pomis suave olentibus et clare nitentibus potiatur.

29. Quæ aliquando et ipsa, præstante misericordia Dei, per se ipsam parit; vix tandem quidem, quia perrarum est, ut: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, et quidquid de hac re pie sapienterque dicitur, sine phantasmate carnalis cogitationis et salubriter vel ex parte capiatur.*

30. Alio quoque sensu Liam et Rachel Victorinus martyr, et cæteri in similitudine Ecclesiæ vel Synagogæ interpretati sunt. Liam enim majorem natu Synagogæ tenuisse existimant typum, quia prior dei genuit populum. Et quidem et oculis legitur gravida, quia lex per Moysen data cooperta est atque signata.

**330** 31. Rachael autem junior et pulchra, prius sterilis, et postmodum secunda, similitudo est Ecclesiæ. Junior, quia tempore posterior. Pulchra, quia corpore et spiritu sancta. Oculi ejus derori, quia Evangelium prospicere meruerunt. Quæ e iam tandiu sterilis fuit, quousque Synagoga populum generabat.

52. Cur autem Jacob pro Rachel servivit, et supponitur ei Lia major, nisi quia Dominus, ut Ecclesiam assumeret, prius sibi Synagoga conjunxit? Servitus itaque ipsius Jacob septem annorum pro duabus uxoribus hujus vitæ presentis tempus significat, quæ per septem dies volvitur, in qua Dominus formam servi accepit, factus obediens paternæ voluntati usque ad mortem. Ille enim pro ovibus servit, et Dominus noster ait: *Non venit Filius hominis ministrari, sed ministrare.*

33. Ille oves pavit, et Dominus in Evangelio dicit: *Ego sum pastor bonus.* Ille mercedis lucro varium sibi pecus abstulit, Christus diversarum gentium varietatem sibi congregavit. Ille tres virgæ amputatis corticibus in alveis aquarum opposuit, ut earum contemplatione multiplicarentur ejus oves. Et Dominus noster in aqua baptismatis trium personarum nomina Patris, et Filii, et Spiritus sancti, populo fidei proposuit, ut quisque hoc pleno corde perspexerit, efficiatur ovis Dei.

#### CAPUT XXVI.

D *De fuga Jacob et Rachel, quæ furata est deos patris sui.*

1. Post longam igitur servititem, quam Jacob apud socerum suum pro uxoribus, velut mercede, sustinuit, præcepit ei Dominus ut reverteretur in patriam suam. Tunc, ignorante socero, cum uxoribus et comitatu properavit. Laban autem consecutus est eum in montem Galaad cum furoribus, atque idola quæ Rachel furata erat apud eum requisivit, nec reperit.

*Ibid. A populis*, Aug. ab apostolis, Mss. GRIAL.

*Ibid. Ad ministerium regendæ plebis. Ad misericordiam*, Aug. et Impr. GRIAL.

*Ibid. Quo se convert.*, August. Al., *qua se*. GRIAL.

53. *Quisque retinendum videtur, tamen non*

2. Quid igitur sibi hoc ipsum figuraliter velit, inspicendum est. **331** Dum Laban superius aliam gerat personam, nunc tamen diaboli typum figurat. Laban quippe interpretatur dealbatio. Dealbatio autem diabolus non inconvenienter accipitur, qui cum sit ex merito tenebrosus, transfiguratur se in angelum lucis.

5. Huic servivit Jacob, id est, ex parte reproborum Judaicus populus, ex cujus carne incarnatus Dominus venit. Potest etiam per Laban mundus hic exprimi, qui cum furore Jacob persequitur, quia electos quosque, qui Redemptoris nostri membra sunt, persequendo opprimere conatur. Hujus filiam, id est, seu mundi, seu diaboli, Jacob abstulit, cum sibi Christus Ecclesiam ex gentilitate conjunxit, quam et de domo patris abstrahit, quia ei per prophetam dicit: *Obliviscere populum tuum, et domum patriæ tuæ* (Psalm. xlii, 11).

4. Quid vero in idolis, nisi avaritia designatur? unde et per Paulum dicitur: *Et avaritia, quæ est idolorum servitus* (Coloss. iii). Laban ergo veniens apud Jacob, idola non invenit, quia, ostensis mundi thesauris, diabolus in Redemptore nostro vestigia concupiscentiæ terrenæ non reperit. Sed quæ Jacob non habuit, ea Rachel sedendo cooperuit.

5. Per Rachel quippe, quæ ovis dicitur, Ecclesia figuratur. Sedere autem est humilitatem poenitentiae appetere, sicut scriptum est: *Surgite, postquam sederitis* (Psalm. cxxvi). Rachel ergo sedendo idola cooperuit, quia sancta Ecclesia Christum sequens, vitia terrenæ concupiscentiæ per humilitatem poenitentiae cooperuit. De hac cooperitione vitiorum per Prophetam dicitur: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata* (Psalm. xxxi).

6. Nos igitur Rachel illa signavit, qui idola sedendo premimus, si culpas avaritiæ poenitendo damnamus. Quæ utique avaritiæ immunditia non illos qui viriliter currunt impedit, quibus dicitur: *Viriliter agite, et confortetur cor vestrum* (Psalm. xxvi, 44). Sed his maxime evenit qui, quasi effeminato gressu gradientes, per blandimenta sæculi resolvuntur.

7. Ubi et illic ejusdem Rachelis hæc verba sunt: *Juxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi*; id est, quasi muliebria se habere innotuit. Laban autem postquam persecutus esset Jacob, **332** et invenisset eum, et locuti essent inter se ineuntes fœdus, tulit Jacob lapidem, et erexit illum in titulum, dixitque fratribus suis: *Afferte lapides*.

Impressi exhibent quisquis; nam quisque pro quisquis satis usitatum est. AREV.

CAP. xxvi. N. 2. *Laban quippe*, usque ad accidit mihi, verba sunt Greg., lib. xxx Moral. c. 16. GRIAL.

5. *Sedere autem est*. Apud Grialium desideratur est. AREV.

7. *Innotuit pro notum fecit*. Isidorus et nonnulli etiam eo antiquiores *innotescere* active usurpabant. Quamvis ferri possit *invenies*, quod Grial us exhibet, malui tamen reponere cum Alborn. *ineuntes*. AREV.

PATROL. LXXXIII.

8. Qui congregantes fecerunt tumulum, quem vocavit Laban tumulum testis, et Jacob acervum testimonii. Inter fideles enim, tam Judæos, quam gentes, testis est lapis eminens in similitudinem Christi, et acervus lapidum, qui est multitudo credendum.

#### CAPUT XXVII.

*De lucta Jacob cum angelo.*

1. His transactis, Jacob mittit nuntios ad Esau fratrem suum, mittit et munera. Post hæc, transductis omnibus suis per torrentem, ipse remansit a lus. Et ecce vir luctabatur cum illo, prævaluitque ei Jacob, nec dimisit eum, donec benedictionem extorqueret, sacrumque Israel nomen acciperet.

2. In quo principaliter sacramenti dominici imago præfigurata est. Vir enim ille typum Christi evidentissime gesserat. Cui tamen ideo prævaluit Jacob utique volenti, ut mysterium figuratæ passionis Christi, ubi visus est Jacob in Judæorum typo, hoc est, in corporis sui sobole prævaluisse Deo, et quasi eum infirmo, ita cum carne ejus luctamen inire, et invalescere in passione ejus, sicut scriptum est, cum dicerent: *Crucifige, crucifige*.

3. Et tamen Jacob benedictionem ab eodem angelo, quem victor superaverat, impetravit. Cujus nominis impositio utique benedictio fuit. Interpretatur autem Israel *videns Deum*, quod erit in fine præmium sanctorum. Tetigit porro illi idem angelus latitudinem femoris, et claudum reddidit. Sicut erat unus et idem Jacob, et benedictus, et claudus.

4. Benedictus in his qui in Christum ex eodem populo crediderunt, atque in infidelibus claudus. Nam femoris ejus nervus, vel latitudo, generis multitudo est. Plures quippe sunt in stirpe, **333** qui degenerantes a fide patrum, et a præceptis auctoris sui deviantes, in erroris sui semitis claudicant.

5. De quibus propheticè dictum est: *Et claudicaverunt a semitis suis*. Qui tamen populus post, subtractis sibi viribus, non solum claudicat, sed et torpescit, ne ultra jam generare filios possit. Denique quod adjecit idem patriarcha, vidisse se Deum facie ad faciem, cum superius virum secum narret fuisse luctatum, id significat quidem, quod idem Deus homo erat futurus qui cum Jacob populo luctaretur.

#### CAPUT XXVIII.

*De Dina, et partu Rachel, et incestu Ruben.*

1. Post hæc Sichem, filius Hemor, Dinam filiam Jacob violavit. Qui post concubitum ejus familiæ Israel voluerat sociari. Quem Simeon et Levi fratres, virginitatis sororiæ vindices, dolo cum omni populo

CAP. xxvii. N. 1. *Et ecce vir luctabatur cum illo*, usque ad *claudicaverunt a semitis suis*, ex xvi de Civit., cap. 39. Vid. item serm. 80 de tempore. GRIAL.

5. *Subtract. sib. viribus*, ex Pal. Al., *tactis sibi nervis*. GRIAL.

*Ibid. Narret*. Ita vetus Editio. Grialius edidit *narrat*. AREV.

CAP. xxviii. N. 1. *Sed quid sibi velit*, usque ad *gaudet etiam in delictis*. Verba sunt Gregor., pastor. part. iii, admonitione 30. GRIAL.

ejus interfecerunt. Sed quid sibi velit, quod scriptum est: *Egressa est Dina, ut videret mulieres regionis illius; quam cum vidisset Sichem, filius Hemor, princeps terræ illius, adamavit, et rapuit, dormitque cum illa, vi opprimens virginem, et conglutinata est anima ejus cum ea, tristemque blanditiis delinivit?*

2. Dina quippe ut mulieres videat extraneæ regionis egreditur, quando unaquæque mens, sua studia negligens, actiones alienas curans, extra habitum atque extra ordinem proprium evagatur. Quam Sichem, princeps terræ, opprimit, quia videlicet inventam in cûris exterioribus diabolus corrumpit.

3. Et agglutinata est anima ejus cum ea, quia unctam sibi per iniquitatem respicit; et quia cum mens a culpa respiscit, humiliatur, atque admissum fieri conatur; corruptor autem spes ac securitates vacuas ante oculos vocat, quatenus utilitatem tristitiæ **334** subtrahat; recte illic adjungitur *tristemque blanditiis delinuit*.

4. Modo enim facta aliorum graviora, modo nihil esse quod perpetratum est, modo misericordem Deum loquitur, modo adhuc tempus subsequens ad poenitentiam pollicetur. Ut dum per hæc decepta mens ducitur, ab intentione poenitiæ suspendatur, quatenus tunc nulla bona percipiat, quam nunc mala nulla contristant; et tunc plenius obruatur suppliciis, quæ nunc gaudet etiam in delictis.

5. Dehinc loquitur Deus ad Jacob, ut habitaret in Bethel. Ibi Rachel cum pareret Benjamin, mortua est. Sed quid sibi vult quod cum eundem Benjamin Rachel pareret, vocavit nomen ejus, *filius doloris mei*, nisi futurum prophetans ex ejus tribu Paulum, qui affligeret filios Ecclesiæ persecutionis suæ tempore?

6. Aliter per Benjamin terrestris figurabatur Jerusalem, quæ est in tribu ejusdem Benjamin, cujus populus gravi matrem dolore affecti, effundendo sanguinem prophetarum. Insuper etiam in necem Christi impiis acclamando vocibus: *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros* (Matth. xvii, 25). Interea Ruben concupiscentia motus libidinis, in concubina patris sui præceps efferbit; quod incestus crimen non scriberetur, nisi futura perversitas Israelitici populi prænuuntiaretur.

7. Quanquam et in illo qui hoc commisit conideretur esse flagitium, in Scripturis tamen prophetia est futurorum. Namque per Ruben primogenitum populus primogenitus Israel ex circumcisione significatur, qui torum concubinae polluit, id est, legem Veteris Testamenti sæpe prævaricando commaculavit.

8. Quod autem in concubina lex Veteris Testamenti ponatur, Paulus apostolus docuit, dicens:

3. *Humiliatur, Greg. Ad se ducitur; s. addicitur; sic enim alibi loquitur, ut ostendimus ad c. 19 exposit. Deuteronom. GRIAL.*

*Ibid. Florent. Cod. 1, respiscit, addicitur, atque humiliatur. Flor. 2, respiscit, addicitur, id est humiliatur; quo comprobatur Grialii conjectura, apud sanctum Gregorium legendum addicitur. AREV.*

CAP. XXX. N. 1. *Jam dehinc, usque ad futebum-*

*A Abraham duos filios habuit: unum de ancilla, et unum de libera. Hæc autem sunt duo Testamenta. In quo Agar, quæ concubina fuit, in Veteris Testamenti ponitur typo. Una est enim perfecta columba genitrici suæ, quæ virgo casta, regina, sponsa regi Ecclesiæ per Evangelium jungitur Christo.*

### 335 CAPUT XXIX.

*De Juda, quando dormit cum nuru sua.*

1. Jam deinde Judæ factum consideremus, qui cum sua nuru concubuit, quid significaverit futurum. In Thamar ergo nuru Judæ intelligitur plebs Judæa. Cui de tribu Juda reges tanquam mariti adhibebantur, merito nomen ejus *amaritudo* interpretatur. Ipsa enim Domino fellis poculum dedit.

2. Duo enim genera principum qui non recte operabatur in plebe, unum eorum qui oberant, alterum eorum qui nihil proderant, significabantur in duobus filiis Judæ, quorum unus erat sævus ante Deum, alter in terram fundebat semen, ne semen daret ad fecundandam Thamar.

3. Nec sunt amplius quam duo genera hominum inutilia generi humano: unum nocentium, alterum præstare nolentium, et, si quid boni habent in hæc terrena vita, perdentium, tanquam in terra fundentium. Quia in malo prior est qui nocet, quam ille qui non prodest, ideo major dicitur malignus, ille autem sequens, qui fundebat in terram.

4. Nomen quoque majoris, qui vocabatur Her, interpretatur *pellicinus*, qualibus tunicis induti sunt primi homines, in poenam damnationis suæ dimissi ex paradiso. Sequentis autem nomen, qui vocabatur Onan, interpretatur *mæror eorum*.

5. Quorum, nisi quibus nihil prodest, cum habeat unde prodesse possit, atque id perdat in terra? Major porro malum est ablata vitæ, quod significat pellicis, quoniam non adjutat, quod significat *mæror eorum*; Deus tamen ambos occidisse dictus est. Ubi figuratur regnum talibus hominibus abstulisse.

6. Tertius vero filius Judæ, quod illi mulieri non jungitur, significat tempus ex quo reges plebis Judæorum cœperunt de tribu Juda non fieri.

**336** 7. Ideo erat quidem filius Judæ; sed cum Thamar maritum non accipiebat, quia erat eadem tribus Juda, sed jam in populo nemo inde regnabat. Unde et nomen ejus Sela interpretatur *dimissio ejus*. Non pertinent sane ad hæc significationem viri sancti et justi, qui, licet illo tempore fuerint, ad Novum tamen pertinent Testamentum, cui propheta scienter utiles fuerunt, qualis David fuit eo sane tempore quo jam Judæa cœperat reges ex tribu Juda non habere.

tur, verba sunt Aug., lib. xxii contra Faust., a cap. 85, usque ad 87. GRIAL.

*Ibid. Deinde. Grial. in not. dehinc. AREV.*

2. *Sævus ante Deum. Nequam, Vulg. : Novusque. I. XX. Malignus, vel sævus, apud Bedam. Malignus et sævus ante Dominum, Aug. Hebraicæ γ. GRIAL.*

5. *Quam non adjutat, ex Aug. et impress. Quam non habitæ, Mss. GRIAL.*



8. Non est computandus Herodes Major in regibus ejus, tanquam maritus Thamar. Erat enim alienigena, nec ei sacramento illo mysticæ unctionis, tanquam conjugali fœdere cobærebat, sed tanquam extraneus dominabatur; quam potestatem a Romanis, et a Cæsare acceperat, et sic ejus filii tetrarchæ, qui cum Pilato in passione Domini concordavit.

9. Isti ergo alienigenæ usque adeo non deputabantur in regno illo mystico Judæorum, ut ipsi Judæi publice clamarent frendentes adversus Christum: *Nos non habemus regem, nisi Cæsarem* (Joan. xix, 15). Neque hoc verum, nisi illa universali dominatione Romanorum. Quippe etiam Cæsar rex erat non proprie Judæorum, sed ut Christum negarent, et ut huic adularentur, ideo se tali voce damnarunt. Illo enim tempore, quo jam de tribu Juda regnum defecerat, veniendum erat Christo vero Salvatore Domino nostro, qui non obsesset, multumque prodesset.

10. Sic enim fuerat prophetatum: *Non deficiet princeps ex Juda; neque dux de senioribus ejus, donec veniat, cui repositum est, et ipse erit expectatio gentium*. Jam isto tempore omne quoque magisterium Judæorum, et mystica, unde Christi vocabantur, unctio ipsa defecerat, secundum prophetiam Danielis. Tunc venit cui repositum (Dan. ix, 24), **337** qui est expectatio gentium, et unctus est Sanctus sanctorum oleo exsultationis præ participibus suis.

11. Natus est enim Herodis Majoris tempore, passus est autem Herodis Minoris tetrarchæ. Hujus hanc venientis ad oves quæ perierant domus Israel, figuram gessit iste Judas, cum iret ad tondendas oves suas in Thauri, quod interpretatur *deficiens*. Jam enim defecerat princeps ex Juda, et omne magisterium, atque unctio Judæorum, ut veniret cui repositum erat.

12. Venit autem cum suo pastore Odollamite, cui nomen Hiras. Et interpretatur Odollamites testimonium in aqua. Cum hoc plane testimonio Dominus venit, habens quidem testimonium majus Joanne. Sed tamen propter oves infirmas hoc testimonio est usus in aqua. Nam et ipse Hiras, quod nomen illius pastoris fuit, interpretatur fratris mei visio.

13. Vidit omnino fratrem suum Joannes. Fratrem secundum semen Abrahæ, secundum cognationem Mariæ matris ejus, et Elisabeth matris suæ, eundemque Dominum et Deum suum. Quia sicut ipse ait: *Ex plenitudine ejus accepit*. Vidit omnino, et ideo in natis mulierum major illo non surrexit.

8. Herodis Magni, seu Majoris, genealogiam exhibet Calmetus in Diction. Bibl. Herodes Antipas, ejus filius, fuit qui cum Pilato in passione Domini concordavit. ARXV.

9. *Et huic adularentur*, ex Aug. et Mss. *Et hunc adorarent*, apud Bedam. GRIAL.

*Ibid. Veniendum erat Christo vero Salvatore Domino nostro*, ex Aug. et Impress. *Veniendum erat ad Christum verum Salvatorem Dominum nostrum*, Mss. GRIAL.

10. *Cui repositum erat*. Retinuit verba LXX,

A Quia ex omnibus prænuntiantibus Christum ipse vidit, quod multi justis, et prophetæ cupierunt videre, et non viderunt.

14. Salutavit ex utero, agnovit perfectus ex columba; et ideo tanquam Odollamites vere testimonium perhibuit in aqua. Venit autem Dominus ad oves tondendas, hoc est, exonerandas sarcinis peccatorum, ex quibus Ecclesiæ laudatæ in Canticis canticorum dentes essent velu grex detonsarum (Cant. iv).

15. Jam deinde Thamar habitum mutat, nam *commutans* interpretatur. Thamar mutat habitum, mutat et nomen, et sit de Synagoga Ecclesia. Sed ut in ea nomen prorsus amaritudinis maneat. Non illius amaritudinis, in qua Domino fel ministravit: sed illius in qua Petrus amare flevit; nam et Juda Latine confessio est. Confessioni ergo amaritudo misceatur, ut vera pœnitentia præsignetur.

16. Hac pœnitentia secundatur Ecclesia in omnibus gentibus constituta. Oportebat enim Christum pati, et resurgere tertia die, **338** et prædicari in nomine ejus pœnitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus a Jerusalem. Nam et ipse habitus meretricis confessio peccatorum est. Typum quippe Ecclesiæ gerit Thamar ex gentibus evocatæ, sedens cum hoc habitu ad portam Henam, vel Henaim, quod interpretatur *fontes*.

17. Cucurrit enim, velut cervus ad fontes aquarum, pervenire ad semen Abrahæ. Illic a non agnoscente fetatur, quia de illa prædictum est: *Populus, quem non cognovi, servit mihi*. Accepit in occulto annulum, monile et virgam, quæ vocatione signatur, justificatione decoratur, glorificatione exaltatur.

18. *Quos enim prædestinavit, illos et vocavit; quos autem vocavit, illos et justificavit; quos autem justificavit, illos et glorificavit* (Rom. viii). Sed hæc, ut dixi, adhuc in occulto, ubi sit et conceptio sanctæ ubertatis. Militat autem promissus hædus, tanquam meretrici. Hædus exprobratio peccati. Per eundem Odollamitem, tanquam increpantem, et dicentem: *Generatio viperarum*. Sed non eam invenit peccati exprobratio, quam mutavit confessionis amaritudo.

19. Post vero jam publicatis signis annuli, monilis et virgæ, vicit temere judicantes Judæos, quorum jam personam Judas ipse gestabat. Qui hodieque dicunt, non hunc populum esse Christi, nec habere nos semen Abrahæ, sed prolatis certissimis documentis nostræ vocationis, justificationis et glorificationis, sine dubio confundentur; et nos magis quam se justificatos esse fatebuntur. Pignora enim refert habere secum Ecclesia. Accusatur enim a Judæis,

quibus utitur Aug. et inferius bis repetuntur, quod non advertit, qui Vulg. Ed. verba substituit. GRIAL.

14. *Herodis minoris. Herodis tetrarchæ*, Aug. et Impress. GRIAL.

16. *Ad portam Henam, vel Henaim*. Reliquerunt LXX vocem Hebræam *Henaim*, quæ oculos, vel fontes significat. Pro qua Vulg. in *binio* reddidit. Vid. Hier. trad. Hebr. in cap. xxxviii Gen. GRIAL.

19. *Post vero jam publicatis. Jam publicis*, Aug. GRIAL.

quasi adulteratrix legis; sed ostendit virgam, signum passionis, et monile legis legitimæ, et annulum pignus immortalitatis.

20. Quod autem Scriptura inducit parientem Thamar, et duos in utero geminos habentem, quorum scilicet primus, qui dicitur Zara, misit manum suam, et obstetrix ligavit coccinum; et dehinc illo manum intrinsicè retrahente, posterior, qui Phares vocatur, porrexit manum, et nascendo præcessit, figuratè congruit, quod ostenderit Israel in legis opera manum suam, et eam prophetarum, 339 et ipsius Salvatoris pollutam eruore contraxerit. Postea vero proruperit populus gentium, scilicet ut futuri essent novissimi qui erant primi, et primi futuri essent qui erant novissimi.

### CAPUT XXX.

#### De historia Joseph.

1. Dehinc historia sequitur Joseph, qui, venditus a fratribus, in Ægyptum perductus, atque ibidem sublimatus est. Joseph unus ex duodecim filiis Jacob, quem pater præ cæteris filiis dilexit, Christum Dominum figuravit. Quem Deus Pater secundum carnem natum cæteris fratribus ex Abraham stirpe genitis prætulit. Unde et ibi dicitur: *Amabat eum Jacob, eo quod in senectute genuisset eum.*

2. Senescenti enim mundo illucens Dei Filius per Mariæ virginis partum serus advenit, tanquam filius senectutis, secundum sacramentum suscepti corporis, qui erat ante per substantiam cælestis semper cum patre. Tunica autem polymita, quæ in fecit et pater, varietatem populorum ex omnibus gentibus in corpore Christi congregatam significavit.

3. Somnium vero illud, per quod fratrum manipuli adoraverunt manipulum ejus, illud est, quod in Christo completum est: *Adorabant eum omnes reges terræ, omnes gentes servient ei.* Scilicet per fidem fructum bonorum operum offerentis. Ipse est, quem sol et luna et stellæ adorant, de quo sole dictum est: *Laudate eum, sol et luna, laudate eum, omnes stellæ.*

4. Ipsum enim excellentia sanctorum in solis nomine, et Ecclesiæ claritas sub imagine lunæ, et omnium numerositas populorum in figura stellarum adorant. Unde pater suus increpavit eum dicens: *Nunquid ego et mater tua, et fratres tui adorabimus te?* Objurgatio ista patris duritiem populi Israel significat, pro eo quod ex se natum Christum esse co-

20. Quod ostenderit. Ita Mss. Quod extenderit, apud Bed. GRIAL.

CAP. XXX. N. 1. Vid. Aug., serm. 81 de temp. GRIAL.

3. Somnium vero, usque ad adorabimus te, verba sunt Aug., ibid. GRIAL.

4. Objurgatio usque ad contemunt, verba sunt Ambros., c. 2 de Joseph. GRIAL.

Ibid. Jacob mittit, usque ad visitaret, August., ibid. GRIAL.

6. Invenit ergo Joseph, usque ad statuerunt, ejusd. GRIAL.

7. Nudaverant, usque ad tunica corporali, ejusd. GRIAL.

agnoscunt, adorare contemunt. 340 Jacob mittit Joseph filium suum, ut de fratribus sollicitu linctum gereret.

5. Et Deus Pater misit Filium suum unigenitum, ut genus humanum peccatis languidum visitaret. Mittitur utique ab illo patre, de quo scriptum est: *Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati; ut videret si recte agerentur oves.* Et Dominus, inquit in Evangelio: *Non veni, nisi ad oves perditas domus Israel.*

6. Invenit ergo Joseph fratres suos in Dothain. Dothain interpretatur defectio; vere in grandi deflectione erant, qui de fratricidio cogitabant: cunque vidissent Joseph fratres sui proci, occidere eum cogitaverunt. Et Judæi videntes verum Joseph, Dominum Jesum Christum, ut eum crucifigerent, uno omnes consilio statuerunt, dicentes: *Crucifige eum.* Fera pessima devoravit eum, id est, Judaica plebs interfecit eum; de qua Dominus in Evangelio dicit: *Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum.*

7. Nudaverunt Joseph fratres sui tunica polymita, et talari, et Judæi Christum per mortem crucis expoliaverunt tunica corporali. Polymitam autem, id est, decoratam omnium virtutum diversitate. Rosperserunt autem tunicam hædi sanguine, quia falsis eum testimoniis accusantes, in invidiam deduxerunt populi omnium peccata donantem.

8. Mittitur dehinc in cisternam, id est, in lacum, et Christus, expoliatus carne humana, descendit in infernum. De cisterna quoque levatus ille Ismaelitis, id est, gentibus, venditur, et Christus, postquam de inferno egreditur, ab omnibus gentibus fidei commercio comparatur. Ille per Judæ consilium triginta argenteis distrahitur, et hic Christus per consilium Judæ Iscariotis eodem numero venundatus est.

341 9. Dehinc Jacob posteritatis suæ deporatorum dispendia, quasi pater, filium iugebat amicum, quasi propheta stebat interitum Judæorum. Denique acidit vestimentum suum, quod in passione Domini legitimus factum a principe sacerdotum. Sed et velum templi scissum est, ut propheta et nudatum populum suum, et divisum ostenderet regnum. Igitur Joseph descendit in Ægyptum, et Christus in mundum.

10. Emit eum Eunuchus, id est, castus in disciplinis evangelicis populus Christianus. Erat autem Joseph pulchra facie; ita et de Christo David ait: *Speciosus forma præ filiis hominum; diffusa est gratia*

Ibid. Polymitam, usque ad virtutum diversitate, Ambros., c. 3. GRIAL.

8. Mittitur dehinc in cisternam, usque ad venundatus est, August., ibid. GRIAL.

Ibid. Florent. I sic hæc refert: *De cisterna lacus ille, et Ismaelitis venditus Joseph, missus in puteum, et eductus de puteo, quid aliud, nisi mortem Domini resurrectionemque prædicit?* Ita etiam Cod. Regiovat. 293, ad marg. post comparatur ad Joseph missus in puteum, etc. Verbum distrahe, quod mox occurrit pro vendo, ab aliis quoque usurpatur. Infra, u. 17, distractus eodem sensu. AREV.

9. Dehinc Jacob, usque ad ostenderent regnum, Ambros., c. 3. GRIAL.

in labiis tuis. Sed mulier, inquit, in eum oculos iniecit, ut adulterium cum illa perpetraret.

11. Ista mulier figura erat Synagogæ, quæ sæpe, sicut scriptum est, mœchata est post deos alienos, similiter volebat et Christum in adulterii sui scelere retinere. ut negaret se esse Deum, et Pharisorum magis et scribarum quam legis præcepta servaret, quæ illi velut maritus erat. Christus autem non acquiescens illicitæ doctrinæ, id est, adulterinæ Synagogæ, manu veste corporis apprehensus, carne se exiit, et Iber mortis in cœlum ascendit.

12. Calumniata est meretrix, ubi eum non potuit tenere, dicens quod templum Domini blasphemaret, et legis diceretur transgressor. Sed illum non carcer terruit, non inferna tenuerunt, cum etiam, ubi velut puniendus descenderat, inde alios liberavit.

13. Denique invenit Joseph duos eunuchos de domo regis in carcere viuctos, duorum populorum credentium, vel incredulorum figuram gestantes : qui conclusi sub peccato. Adæ, transgressione obnoxii tenebantur. Qui ideo dicuntur eunuchi, quia castam acceptant regulam disciplinæ. *Eloquia*, inquit, *Domini casta*.

14. Denique post trinam lucem Domino ab inferis resurgente, et legis obscura, ut Joseph, somnia revelante, solutis est a peccatis credentium populus, et inferni carcere liberatus redditur ministerio divinæ legis. Incredulus autem, et impius populus Judæorum, qui in conversionis ligno non credidit, transgressionis ligno suspenditur, ut illi alteri eunuchocommittit, qui Judæorum imaginem indicavit.

15. Præterea narrat Pharaos somnium, interpretatur Joseph. **342** Sed quid significant septem anni, qui in septem spicis plenis, seu qui in septem vaccis pinguibus ostendebantur, nisi septem charismatum spiritualium dona, quibus ubertas fidei larga pietate redundat? At contra septem steriles et jejuni famem veritatis et justitiæ novissimis temporibus significabant.

16. Congregavit autem Joseph per septem annos omnem frugum abundantiam, id est, frumenta fidei sanctorum horreis condens, per illa scilicet charismata septem, quasi per septem annos, ut cum septem anni inopia cœperint, id est, cum iniquitas occurrerit septem capitalium criminum sub Antichristo, quando famis fide fuerit Salvatoris, tunc sancti pariter et fideles habeant copiosam justitiæ frugem, ne fides eorum inopia sermonis attenuata deficiat.

17. Inde Joseph, qui typum Christi induerat, egyptum meruit, et præco clamavit ante eum, et constituit illum Pharaos super universam terram Ægypti.

19. Cod. Regiovalic., ad marg. : *Alium præconem Eliam qui ejus futurum prænuntiabit adventum, sive tubam.* Quæto ætatis suæ anno Christus Dominus passus fuerit, non consentiunt inter se historici, et chronologi. Varias auctorum sententias indicat Zacarius in Biblioth. Select. Histor. eccles., cap. 2, art. 1, num. 5, ubi pro anno tricesimo primo ætatis inchoat, recenset Tertullianum, Clementem Alexandrinum, et Julium Africanum, quibus ait astipulari Sedulium, in hyanno. *Lustra sex qui jam peregit*, etc.,

A Et Dominus noster, postquam est distractus a Juda, ut Joseph a fratribus et de inferorum carcere surroxit, ascendit currum regni cœlestis, de quo dictum est : *Currus Dei decem millibus.*

18. Et accepit potestatem a Patre prædicandi et judicandi : sicut Paulus apostolus ait : *Et dedit ei nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omnia genua flectatur cœlestium, terrestrium et inferorum.* Accepit quoque et annulum, pontificatum scilicet fidei, quo credentium animæ salutis signo signantur, frontibusque et cordibus nostris per signum crucis figura æterni regis exprimitur.

19. Induiturque stola lyssina, id est, carnem sanctam bysso splendidiorem, et stola immortalitatis; accepit quoque torquem auream, id est bonum intellectum. Præco ante eum præcedit, id est, Joannes Baptista, qui iter ejus præcedens præconabat dicens : *Parate viam Domini.*

20. Habebit et alium præconem Eliam, qui ejus futurum prænuntiabit adventum, sive tubam angelicam, quia ipse dixit : *Veniet in tuba angeli.* Vocatur quippe Joseph lingua Ægyptiaca Salvator mundi. **343** Quid manifestius de Christo, quando sub figura Joseph Salvator ostenditur, non tantum unius terræ Ægypti, sed etiam totius mundi? Triginta annorum erat Joseph, quando in conspectu regis Pharaonis stetit. Tidemque annis legitur fuisse Christus, quando sub typo Pharaonis in conspectu Herodis apparuit revelatus.

21. Accepit ergo ex gentibus uxorem, id est, Ecclesiam, ex qua genuit duos filios, id est, duos populos ex Judæis et gentibus congregatos. Igitur post ubertatis annos, in universo orbe famis prævaluit. Morito, quia non erat qui faceret bonitatem. Post hæc Joseph a penuria frumenti salvat Ægyptum, et Christus a fame verbi Dei liberat mundum : aperuit enim horrea sua Christus in omni orbe terrarum, et erogatione frumenti sui omnia subjugavit.

22. Nisi enim Joseph fratres vendidissent, defecerat Ægyptus. Nisi Christum Judæi crucifixissent, perierat mundus. Joseph interpretatur augmentatio, sive ampliatio. Sed in illo Joseph ampliacionem non habuit, nisi sola Ægyptus; in nostro vero Joseph augmentum habere meruit universus mundus. Ille erogavit triticum, noster erogavit Dei verbum. Et in omnem terram exiit sonus eorum.

23. Dixit Jacob filiis suis : *Est frumentum in Ægypto.* Dicit Deus Pater : *Ex Ægypto vocavi Filium meum.* Descendunt igitur decem provectiones fratres, id est, Judæi, quasi sub Decalogo legis et numero constituti :

Sed pro Sedulio reponendus Venantius Fortunatus, verus ejus hymni auctor. Pro anno tricesimo secundo inchoato refert Apollinarem Laodicenum, Oronium, Isidorum Hispalensem, Zonaram, etc. ARXV.

21. Post hæc Jo.eph, usque ad sonus eorum, Aug., lib. 6. GRIAL.

19 d. Grial. penuria sine a. ARXV.

23. Dixit Jacob, usque ad filium meum, Ambr., c. 8. GRIAL.

quos ipse cognoscens, non est agnitus ab eis. Cognoscuntur et Hebræi a Christo, ipsi autem non cognoscunt eum.

24. Deierunt illi quidem pecuniam; sed Joseph, id est, Christus, triticum dedit, et argentum reddidit, quia non pecunia emitur Christus, sed gratia. Vidit Joseph Benjamin fratrem suum parvulum; mystice quoque vidit Jesus Paulum, quando circumfulsit eum lux.

25. Parvulus dicitur, quia nondum maturam in carne fidei ætatem gerebat. Unde etiam et adolescens legitur fuisse, quando lapidantium Stephanum vestimentum servabat. Flevit Joseph, et cæcitas Pauli fletus est Christi. Lavat faciem suam, ut amissum et lumen restituat; lavit faciem suam Christus, ubi baptizatus est Paulus, per quem Dominus Jesus a plurimis videretur. Dehinc scyphus argenteus soli saculo junioris inseritur.

26. Sed quid sibi vult, quod inventus est in sacco Benjamin scyphus Joseph, nisi quia in corpore Pauli jam doctrinæ cœlestis præfulgebat eloquium, dum esset eruditus in lege? Sed quia subjectus non erat divinæ gratiæ, intra saccum erat scyphus, doctrina intra legem, lucerna intra modium.

27. Missus tamen Ananias, manum posuit, marsupium solvit. Marsupio soluto, argentum resplendit, et decidantibus squammis, velut quibusdam sacci vineulis soluto saeco, id est, deposito legis velamine, adeptus est gratiæ libertatem, et revelata facie, sermones Evangelii prædicavit.

28. Dati sunt ei triginta argentei cum quinque stolis optimis. Triginta argenteos a Christo accipit, quicquid prædicat Trinitatem, sive Christi crucem. Ideoque Paulus ait: *Neque enim judicavi scire me aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum.* Quinque autem stolas accepit, id est, sapientiæ, omniumque sensuum multiplicem in lege disciplinam.

29. Præcellit igitur Paulus, ejus exuberat portio meritorum; sed tamen habent et fratres, id est, alii prædicatores gratiam suam. Binas stolas, id est, ut confiteantur Christum et Deum esse et hominem, juxta quod in Proverbiis legitur: *Omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus*, id est, mystica, vel morali intelligentia.

30. Mittuntur et patri munera. Filios honorat Patrem, Christus populum suum invitat promissis, invitat muneribus. Portant hæc munera asini: illi gentiles inutiles, et laboriosi ante, nunc autem utiles,

24. Vidit Joseph, usque ad a plurimis videretur, Ambros., c. 10. GRIAL.

25. Nonnulli Editi, ut amissum ei lumen restituat. Fortè, ut visum et lumen restituat. AREV.

26. Sed quid sibi vult, usque ad prædicavit, Ambr., c. 11. GRIAL.

28. Quinque autem stolas, usque ad vivificatur, Ambros., c. 15. GRIAL.

32. Vocatur ergo, usque ad salvus fieret, Ambros., c. 14. GRIAL.

33. Distulit sanitatem, ex Ambros. Al., distulit cæcitatem, eod. sensu. GRIAL.

CAP. XXXI. N. 1. Vid. Aug., 16 de Civit., c. 42. Et quidem leguntur hæc benedictionum interpretationes in

A portant in typo Christi munera, portantur in Evangelio munerum largitorem.

31. Dimisit Joseph fratres suos, qui nuntiaverunt patri, dicentes: *Joseph vivit, et ipse dominus est in omni terra Egypti.* Expavit autem 345 Jacob, id est, plebs incredula; sed postquam gesta Christi agnovit, reviviscit spiritus ejus, et qui mortuus videbatur, fide resurrectionis Christi vivificatur.

32. Vocatur ergo a filiis suis, id est, a Petro et Paulo, et Joanne populus Judæorum invitatur ad gratiam. Occurrit illi Judas, quod interpretatum est confessio, quia præcedit jam confessio, quos antea perfidia possidebat; et sic Joseph verus Christus occurrit, qui senescentem jam suscipiat ultimis temporibus populum Judæorum, non secundum illius merita, sed secundum electionem suæ gratiæ.

33. Et imponit manum suam super oculos ejus, et cæcitatem aufert. Cujus ideo distulit sanitatem, ut postremus crederet, qui ante non putavit esse credendum in Christo, et prærogativam superioris amitteret. Unde et Apostolus ait: *Quia cæcitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret.*

34. Tradidit post hæc Joseph parentibus, et fratribus optimam terram Gesen, præbens eis cibaria, quia famem oppresserat terram. Sic et Dominus e'igenas optimam terram, parentibus, id est patriarchis et prophetis, ex quibus Christus secundum carnem est genitus, sive omnibus sanctis, de quibus in Evangelio dicit: *Hi sunt fratres mei, qui faciunt voluntatem Patris.* His igitur dat terram scilicet repræmissionis regni Dei, de qua dicit Propheta: *Credo videre bona Domini in terra viventium.*

#### CAPUT XXXI.

##### De benedictionibus patriarcharum.

1. Dehinc Joseph festinans accipere benedictionem patris duos filios obtulit, Manassen et Ephraim, in quibus sicut factum est in Esau et Jacob, dicente Domino: *Major serviet minori*, ita et in 346 istis duobus filiis Joseph. Nam major Manasses, qui interpretatur oblivio, typum gessit Judæorum, qui oblitus sunt Deum suum, qui fecit eos.

2. Minor autem Christianorum, qui secunditatem sonat, quod est proprium populi junioris, qui corpus est Christi, qui secundatus est in latitudine mundi. Hos quidem cum benedicere vellet Jacob, posuit Joseph Ephraim ad sinistram, Manassen autem ad dexteram illius constituit.

appendicibus operum Augustini. Sed mirum modo essent non offecisse Lovanienses; Hieronymo vero illas tribuisse, magis etiam mirum, GRIAL.

Ibid. Rejiciunt Maurini inter appendices Operum sancti Augustini opusculum *De benedictionibus patriarchæ Jacob*, auctoremque volunt esse Alcuinum, ex cujus libro Quæstionum in Genesis excerptum fuerit. Addunt, eandem expositionem existare ordine nonnulla diverso, et aliquot permutatis vocibus in commentariis in Genesis, qui olim Eucherio Lugdunensi tribuebantur. Scilicet Maurinos quoque latuit, quod Grialius Lovaniensibus exprobrarat, eas benedictiones ex commentariis Isidorianis esse depromptas. ANXV.

3. At ille cancellatis manibus crucis mysterium præfigurans, translata in maiorem dextera, majori sinistram figuraliter superposuit. Sicque crucis similitudo super capita eorum denotata Judæis scandalum, Christianis futuram gloriam præsignavit, seniorumque per crucis mysterium sinistrum factum de dextro, et juniorem dextrum de sinistro, quia Judæis in nostra deserta labentibus, nos illorum gloriam adepti sumus.

4. Taliq̄e sacramento majori populo Judæorum præpositus est minor populus gentium. Unde et idem patriarcha ait: *Hic quidem erit in populum, sed hic exaltabitur.*

5. His completis, vocavit Jacob filios suos, ut benediceret eos mystico ordine, loquens vero tanquam futurorum præcius. Dixitque eis, quæ novissimis temporibus futura erant, incipiens ita: *Ruben primogenitus meus.* Secundum mysticam intelligentiam Ruben prioris populi videtur ferre personam. Cui etiam Dominus per prophetam dicit: *Israel primogenitus meus.*

6. Et enim juxta quod primogenitis debebatur, ipsius erat accipere sacerdotium, atque regnum. Additur: *Tu virtus mea*, utique **347** quia ex ipso populo fundamentum fidei, ex ipso virtus Dei, qui est Christus, advenit. *Principium doloris mei.* Quomodo autem ipse sit principium dolorum, nisi dum Deo Patri semper irrogat injuriam, dum convertit ad eum dorsum, et non faciem? *Iste prior in donis*, quia primis ipsis data sunt eloquia Dei: primis ipsis legislatio, et Testamentum, sive promissio. *Iste major in imperio*, utique pro magnitudine virium, qui copiosius cæteris in hoc sæculo populus idem regnavit.

7. *Effusus es autem, sicut aqua*, peccando in Christum, quasi aqua, quæ vasculo non tenetur, voluptatis effusus est impetu. Et idcirco addidit: *Ultra non crescas.* Quia populus ipse postquam in universo orbe dispersus est, valde imminutus atque abbreviatus est.

8. Sed quare talia meruit, ita subjecti: *Quia ascendisti cubile patris tui.* Non sicut Judæi intelligunt, hoc proinde dictum esse, eo quod cum Bala concubina patris sui concubuerit. Prophetia enim futura prænuntiabat, non quæ fuerant gesta, ipso patriar-

3. In Alborn. ms. hæc est peculiaris lectio: *Seniore per crucis mysterium facta de dextro sinistro, et juniore de sinistro dextro, quia Judæi in sinistra, nos in dextera; illis labentibus, nos illorum gratiam adepti sumus.* AREV.

5. *Secundum mysticam intelligi.*, usque ad *primogenitus meus.* Ruffini verba sunt, sive mavis, Origenis. GRIAL.

6. *Etenim juxta quod primogenitis debebatur.* Vid., sup., not. ad c. 23. GRIAL.

*Ibid. Principium doloris mei.* κεφάλαιον λύπης μου Aquila et vulg. Ἀρχὴ τῶν πόνων μου, *Principium filiorum meorum*, LXX. GRIAL.

*Ibid. Quomodo autem ipse sit principium dolorum.* Quæ sequuntur: *Nisi, dum Deo Patri, etc.*, verba sunt Ruffini, sive Origenis, quæ tamen non videtur interpretatio τοῦ principium dolorum, sed verborum LXX: *Durus portari, durus, et temerarius: σκληρός*

cha dicente: *Annuntiem vobis, quæ ventura sunt novissimis diebus.*

9. Et ideo in præteritum non est referendum, quod ille futurum prædixit. Prædicebat enim Domini, sionem, et primogenitæ plebis audaciam, quia ascendit cubile Dei Patris sui, et maculavit stratum ejus, quando corpus dominicum, in quo plenitudo divinitatis requiescebat, raptum in cruce suspendit, et ferro commaculavit.

10. Post hæc convertitur ad Simeon et Levi, dicens: *Simeon, et Levi fratres, vasa iniquitatis bellantia.* Per Simeon et Levi scribæ et sacerdotes Judaici populi intelliguntur. De Simeone enim scribæ erant Judæorum. De tribu vero Levi principes sacerdotum. De quibus scriptum est: *Quia consilium fecerunt, ut Jesum morti traderent (Muth. xxvi).* De quo consilio iste patriarcha, qui jam mente Deum videbat, dicit: *In consilium eorum non teniat anima mea.* Et reliqua.

**348** 11. Horrebat enim jam illo tempore sanctus iste patriarcha videre consilia tantorum scelerum, quæ in novissimis temporibus facturi erant Judæi. Sequitur: *Quia in furore suo occiderunt virum*, id est, Christum, juxta quod Isaias ait: *Vas animæ ipsorum (Isai. iii, 9)*, quia cogitatio ipsorum consilium malum adversus se dicentes: *Aligemus justum, quia inutilis est nobis, et in dolore suo suffoderunt murum*, quando lancea confoderunt illum, spirituale et fortissimum propugnaculum, quod custodit Israel.

12. *Maledictus furor eorum, quia pertinax*, utique ad tantum scelus perpetrandum, quando furore accensi, et ira, obtulerunt Christum Pontio Pilato, dicentes illi: *Cruc fige, crucifige (Luc. xxiii)*; et, *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris (Joan. xix).* Et indignatio eorum, quia dura, dum Barabbam latronem dimitendum peterent, et principem vitæ crucifigendum postularent.

13. *Dividam eos in Jacob, et dispergam eos in Israel.* Hic duo nominantur, divisi et dispersi: idcirco, quia nonnulli ex ipsis Domino crederant, quidam in infidelitate permanserunt. Divisi enim dicuntur ii qui ab eis separantur, et veniunt ad fidem. Dispersi autem ii quorum patria temploque subverso, per orbem terræ incredulum genus illorum spargitur.

14. *Juda, te laudabunt fratres tui.* Per hunc enim

διπίσθητοι, καὶ ἀκληροὶ ἀδελφοί. GRIAL.

8. *Non sicut Judæi.* Ex Ambr., c. 2 de Bened. patriarch. GRIAL.

10. *Per Simeon et Levi, usque ad anima mea, ex Ruff. GRIAL.*

*Ibid. Scribæ et sacerdotes, etc.* Ita in Allegoriis. Confer Suarii notas, quibus allegoricæ expositiones harum Benedictionum illustrantur. AREV.

11. *Adversus te dicentes*, nominativus pro ablativo absoluto; nisi cum Alborn. legitur, *quia cogitaverunt consilium, etc.* AREV.

14. *Per hunc Judam verus confessor, ex Ambr., c. 4. GRIAL.*

*Ibid. Ipsum laudant fratres, usque ad cohæredes ejus, ex Aug., xii contr. Faust., cap. 42. GRIAL.*

*Ibid. Fratres per gratiam, usque ad Dominus per natur.* Ambros., ibidem; quædam tamen verba mutata, ut curvavit pro subjugavit. GRIAL.

Judam verus confessor exprimitur Christus, qui ex ejus tribu secundum carnem est genitus. Ipsum laudant fratres sui, apostoli scilicet, et omnes coheredes ejus, qui per adoptionem filii Deo Patri effecti sunt, et Christi fratres per gratiam, quorum ipse est Dominus per naturam.

15. *Manus tua in cervicibus inimicorum tuorum.* Iisdem enim manibus atque eodem crucis tropæo et suos texit, et inimicos, et adversarias potestates curavit, juxta quod Pater promittit ei, dicens : *Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum (Psalm. cix).*

349 16. *Adorabunt te filii patris tui.* Quoniam multi ex filiis Jacob adorant eum per electionem gratiæ salvi facti. *Catulus leonis Juda.* Quoniam nascendo parvulus factus est, sicut scriptum est : *Parvulus natus est nobis. Ad prædani, filii mi, ascendisti (Isai. ix),* id est, ascendens in crucem, captivos populos redemisti. Et quos ille leo contrarius invaserat, te moriens eripuisti. Denique rediens ad inferis ascendisti in altum, captivam duxisti captivitatem (Ephes. iv).

17. *Requie cens accubuit, ut leo.* Manifestissime in passione Christus recubuit, quando, inclinato capite, tradidit spiritum, sive quando in sepulcro securus, velut quodam corporis somno, quievit. Sed quare, ut leo, et velut catulus leonis? In somno enim suo leo fuit, quia non necessitate, sed potestate hoc ipsum implevit, juxta quod et ipse dixerat : *Potestatem habeo ponendi animam meam, et nemo eam tollit a me, sed ego eam pono (Joan. x).*

18. Quod vero addidit, *et ut catulus leonis,* inde enim mortuus, unde et natus. Physici autem de catulo leonis scribunt, quod cum natus fuerit, tribus diebus et tribus noctibus dormit. Tunc deinde patris fremitu, vel rugitu, veluti tremefactus cubilis locus, suscitare dicitur catulum dormientem.

19. Quod valde convenienter de passionis morte aptatur in Christo, qui, tribus diebus et tribus noctibus in cubili sepulcri jacens, somnum mortis implevit. Bene ergo Christus, ut leo, quievit, qui non solum mortis acerbiter non timuit, sed etiam in ipsa morte mortis imperium vicit. Bene idem iterum ut catulus leonis, quia die tertio resurrexit.

20. Unde et sic adjungitur de resurrectione ejus : *Quis suscitabit eum?* hoc est, nullus hominum, nisi se ipse, juxta quod idem de corpore suo dixit : *Sol-*

16. *Id est, ascendens in crucem.* Aug., xvi de Civit., cap. 41 : *Ipsum genus mortis, hoc est, sublimitas crucis in uno verbo intelligitur, quod ait, ascendisti.* GRIAL.

*Ibid.* Alb. quædam interserit : *Salvi facti sunt. Nam hoc ita futurum propheta significat, dicente Domino : Et erit novissimis diebus, effundam de spiritu meo super omnem carnem. Catulus, etc.* Hæc alii ad finem capitis rejiciunt. GRIALius, in textu : *Ascendens in cruce.* AREV.

17. *Manifestissime, usque ad tradidit,* Aug., *ibid.* GRIAL.

*Ibid.* Sive quando in sepulcro, usque ad quievit, Ambros. GRIAL.

*Ibid.* sed quare ut leo, usque ad potestatem habeo,

*A vite hoc templum, et in triduo suscitabo illud (Joan. ii).*

350 21. *Non deficiet princeps de Juda, nec dux de femoribus ejus, donec veniant quæ reposita sunt ei, et ipse erit expectatio gentium.* Hic locus manifestissime ad Judam refertur; tandem enim fuit ex semine ejus apud Judæos intemerata successio regni, donec Christus ad redemptionem mundi ex Virgine nasceretur.

22. Probat hoc historiæ Judæorum, quibus ostenditur primum alienigenam regem ipse gente Judæorum fuisse Herodem, quo tempore Christus natus est. Quod si putant Judæi, non venisse Christum, ergo de tribu Juda usque hodie Judæorum permanet regnum. Itaque non defuit rex de populo Juda, donec veniret cui repositum est.

23. Sed quia non solum Judæis profuit, qui mittendus erat, ideo sequitur : *Et ipse erit expectatio gentium, alligans ad vineam pullum suum.* Pullus suus ex gentibus, populus cui adhuc nunquam fuerat legis onus impositum : hunc copulavit ad vineam apostolorum, qui ex Judæis sunt.

24. Nam vinea Domini. Sabaoth domus est Israel (Isai. v). *Et ad vitem, o filii mi, asinam suam.* Ipse dixit : *Ego sum vitis vera (Joan. xv).* Ad hanc vero vitem alligat asinam suam, cui supersedet, Ecclesiam ex nationibus congregatam. Hanc itaque ad vitem corporis sui alligavit vinculo charitatis, et disciplinæ evangelicæ nexu, ut de imitatione illius vivens, efficiatur hæres Dei, et coheres Christi.

25. Alii namque hanc asinam Synagogam interpretantur, tardigradam scilicet, et gravi pondere legis oppressam. *Lavabit in vino stolam suam, sive carnem suam in sanguine passionis, sive sanctam Ecclesiam in illo vino, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.*

26. *Et in sanguine uxæ pallium suum.* Pallium gentes sunt, quas corpori suo conjunxit, sicut scriptum est : *Vivo ego, dicit Dominus, nisi hos omnes induam, sicut vestimentum.* Nos quippe Christus in sanguine uxæ mundavit, quando sicut botrus in ligno crucis pendit. Tunc enim ex latere ejus sanguis et aqua profluxit. Sed aqua nos abluit, sanguis redemit.

351. 27. *Pulchriores oculi ejus vino.* Oculi Christi apostoli, et evangelistæ sunt, qui scientiæ lumen universo corpori Ecclesiæ præstant. Illi pulchriores vino probantur, quia doctrina eorum austeritatem tui veteris exsuperat, id est, præscæ legis traditionem.

Aug., *ibid.* GRIAL.  
18. *Physici autem, usque ad resurrexit, verba sunt Ruffini.* GRIAL.

20. *Unde et sic adjung., usque ad suscitabo illud, ex xvi de Civit., c. 41.* GRIAL.

22. *Probat hoc historiæ, usque ad pullum suum, ex xii contr. Faust., c. 42.* GRIAL.

25. *Lavabit in vino, usque ad vestimentum, carptum ex Ambros.* GRIAL.

26. *Nos quippe Christus, usque ad botrus in ligno pep., ex xii cont. Faust., cap. 42.* GRIAL.

*Ibid.* Sed aqua nos abl., u-que ad sang. redemit, Ambr., *ibid.* GRIAL.

27. *Oculi Christi apostoli, Ruffini, ibid.* GRIAL.

Evangelica enim præcepta longe clariora sunt, quam Veteris Testamenti mandata.

28. *Et dentes lacte candidiores.* Dentes prædicatores sancti sunt, qui præcidunt ab erroribus homines, et eos, quasi comminuendo, in Christi corpore transferunt. Nomine autem, lactis doctrina legis significatur, quæ carnalem populum, tanquam parvulos, poculo lactis alebat: cujus quidem candidiores lacte effecti sunt doctores Ecclesiæ, quia fortem, et validum cibum verbi mandant, atque distribuunt.

29. De quibus dicit Apostolus in Epistola ad Hebræos: *Persectorum autem est solidus cibus (Hebr. 5).* Et bene candidiores lacte dentes ejus dicit. Omnes enim qui perfecti sunt, et qui, Scripturarum cibos explanantes, subtilem et minutum intellectum, qui spiritalis cibus dicitur, Ecclesiæ corpori subministrant, candidi debent esse, et puri, atque ab omni macula liberi.

30. *Zabulon in littore maris habitabit, et in statione navium.* Zabulon, qui interpretatur habitaculum fortitudinis, Ecclesiam significat fortissimam ad omnem tolerantiam passionis. Hæc in littore maris habitabit, et in statione navium, ut credentibus sit refugium, et periclitantibus demonstret fidei portum.

31. Hæc, contra omnes turbines sæculi immobili et inconcussa firmitate solidata, spectat naufragium in Judæorum et hæreticorum procellas, qui circumferuntur omni vento doctrinæ, quorum etsi tunditur fluctibus, frangit tamen ipsa fluctus, non frangitur, nec ullis hæresum tempestatibus cedit, nec ulli vento schismatum commota succumbit.

32. Peritendit autem usque ad Sidonem, hoc est, usque ad gentes pervenit. Legitur etiam in Evangelio, inde assumptos esse 352 aliquos apostolorum, et in ipsis locis Dominum sæpe docuisse, sicut scriptum est: *Terra Zabulon, et terra Nephthaim, via maris trans Jordanem Galilææ gentium, populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam.*

33. *Issachar asinus fortis.* Issachar, quod interpretatur merces, refertur ad populum gentium, quem Dominus sanguinis sui pretio mercatus est. Hic Issachar asinus fortis ascribitur, quia prius gentilis populus, quasi brutum animal et luxuriosum erat, nullaque ratione subsistens. Nunc vero fortis est, Redemptori Domino colla subijiciens, et jugum disciplinæ evangelicæ perferens.

34. *Hic accubans inter terminos, vidit requiem, quod esset bona, et terram, quod optima;* inter terminos namque accubare est præstolato mundi sine requiescere, nihilque de his quæ nunc versantur in medio querere, sed ultima desiderare, et fortis asinus re-

28. *Nomine autem lactis.* Hæc interpretatio communis Rufino cum Ambrosio et Augustino. GRIAL.  
Ibid. *Cujus quidem,* etc. Implicita sunt hæc, et clara in ms. Alborn.: *Quo lacte candidiores facti sunt doctores.* AREV.

30. *Zabulon, usque ad pervenit,* ex Ambr., cap. 5. GRIAL.

32. *Legitur etiam in Evang., usque ad lucem magnam,* ex Rufino. GRIAL.

A quem videt, et terram optimam, cum simplex gentilitas idcirco se ad robur boni operis erigit, quia ad æternæ vitæ patriam tendit.

33. Unde etiam et *ponat humerum suum ad portandum,* quia dum ad pronissam requiem pervenire desi-terat, cuncta mandatorum onera libenter portat. Unde et *factus est tribuitis serviens,* hoc est, regi, et Christo suo fidei dona operumque bonorum munera offerens. *Dan judicabit populum suum, sicut alia tribus in Israel. Eiat Dan coluber in via, et cerastes in semita,* etc. Alii dicunt Antichristum prædici per hæc verba de ista tribu futurum.

36. Alii de Juda, a quo traditus est Christus, hæc scriptura pronuntiant, et equitem, et equum Dominum cum carne suscepta designari volunt. Retrorsum autem cadere, ut in terram reverteretur, unde assumptus est. Sed quoniam die tertia resurrexit, ideo ait: *Salutare tuum exspectabo, Domine,* sicut et per David dicit: *Non relinques animam meam in inferno (Psalm. xv).* Hoc quidem ita exponunt.

37. Alii vero hæc prophetiam ad Antichristum transferunt. 353 De tribu enim Dan venire Antichristum ferunt, pro eo quod in hoc loco Dan et coluber asseritur, et mordens, unde et non immeritum Israeliticus populus terram in castrorum partitione susciperet, prius Dan ad aquilonem castrametatus est, illum scilicet significans qui in eo de suo dixerat: *Sedebo in monte Testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. (Isai. xiv.)*

C 38 De quo per prophetam dicitur: *A Dan auditus est fremitus equorum ejus (Jerem. viii).* Qui non solum coluber, sed etiam cerastes vocatur. Cerata enim Græce cornua dicuntur; serpensque hic cornutus esse perhibetur, per quem digne adventus Antichristi asseritur, quia contra vitam fidelium cum morsu pestiferæ prædicationis armabitur etiam cornibus potestatis.

39. Quis autem nesciat semitam angustiorem esse quam viam? Fit ergo Dan coluber in via, quia in præsentis vitæ latitudinem eos ambulare provocat, quibus quasi parcendo blanditur. Sed in via mordet, quia eos quibus libertatem tribuit, erroris sui veneno consumit. Fit iterum cerastes in semita, quia quos fideles reperit, et sese ad præcepti cælestis angusta itinera constringentes, non solum nequitia callidæ persuasionis impedit sed etiam terrore potestatis premit. Et in persecutionis langore post beneficia sicæ dulcedinis excreat cornua potestatis.

D 40. Quo in loco equus hunc mundum significat, qui per elationem suam in cursu labentium tempo-

34. *Hic accubans, usque ad libenter portat,* verba Greg., i Moral., c. 7. GRIAL.

35. *Dan, usque ad designari volunt,* verba sunt Rufini. GRIAL.

36. *Pronuntiant, I'a malo cum Alb., quam prænantiant cum Grialio.* AREV.

37. *De tribu Dan, usque ad fideliter Christum,* Gregorii verba, xxxi Moral., c. 10. GRIAL.

rum spumat. Et quia Antichristus extrema mundi apprehendere nititur, cerastes iste equi unquam mordere perhibetur. Ungulam quippe equi mordere est extrema sæculi feriendo contingere, ut cadat ascensor ejus retro.

41. Ascensor equi est, quisquis extollitur in dignitatibus mundi; qui retro cadere dicitur, et non in faciem, sicut Saulus cecidisse memoratur. In faciem enim cadere est in hac vita suas unumquemque culpas agnoscere, easque poenitendo desistere. Retro vero, quo non videtur, cadere est ex hac vita repente decidere, et ad quæ supplicia ducatur, ignorare.

42. Et quia Judæa, erroris sui laqueis capta, pro Christo Antichristum expectat, bene Jacob eodem loco repente in electorum voce conversus est, dicens: *Salutare tuum expectabo, Domine*, id est, non sicut infideles Antichristum, sed eum qui in redemptionem nostram **354** venturus est, verum credendo fideliter Christum.

43. *Gad accinctus præliabatur ante eum*. Iste Gad accinctus personam Domini exprimit, qui in primo adventu humilitatis suæ ante adventum Antichristi præliaturus occurrit. Accinctus gladio verbi sui circa femur potentissime (*Psalms XLIV*), quo inimicos divisit, id est, filium a patre, filiam a matre, nurum a socro, juxta quod legitur in Evangelio: *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium* (*Matth. x*).

44. Quod autem ait ipse, *accingetur retrorsum*, claritas Domini nostri in secundo regno ejus ostenditur, quia cum venerit Antichristus, idem occurret retrorsum, id est, post ejus vestigia Christus celeri adventu progrediens, ut interficiat eum gladio oris sui.

45. Unde et bene idem Gad latrunculus interpretatur, eo quod posterior, id est, secus pedes, quasi latrunculus, rapido atque improvise adventu exsiliat contra apertam Antichristi oppugnationem. Hinc est quod evangelista proclamatur, dicens: *Quia dies Domini, sicut fur, ita in nocte veniet* (*I Thess. v*). Christus ergo et ante, et retro præliari contra Antichristum scribitur.

46. Ante eum namque in occulto adventu humilitatis dimicat. Post eum manifestus in gloria majestatis. Demonstrat aperte Moyses prophetiam patriarchæ hujus specialiter pertinere ad Christum. Sic enim ait: *Benedictus*, inquit, *in latitudine Gad*.

47. *Quasi leo requievit, cepitque brachium, et verticem, et vidit principatum suum*. Agnoscant itaque quis requieverit, sicut leo, nisi Christus in sepulcro suo? Quis confregerit verticem, brachiaque potentium, nisi Redemptor noster, qui humiliavit virtutem, et superbiam excelsorum? Quis vidit principa-

46. *Demonstrat aperte Moyses, etc.* Ambrosii hæc sunt, quibusdam additis, cap. 8, de Bened. patriarchæ. Locus vero Moysis, Deut. xxxiii. GRIAL.

47. *Cæpitque brachium constanter Editi; sed malo cepitque, ut in Vulgata; Deuter. xxxiii, 20. Illico sequitur: Quis confregerit verticem, brachiaque, etc.*

tum suum, nisi ille cui datus est principatus, et honor, et regnam?

48. *Aser, pinguis panis ejus, et præbetit delicias regibus*. Aser, cujus nomen significat divitias, idem Christus est, cujus est altitudo divitiarum, sapientia, et scientia, qui propter nos factus est pauper, cum dives esset; cujus panis pinguis factus est, caro scilicet ejus, quæ est esca sanctorum.

**355** 49. Quam si quis manducaverit, non morietur in æternum. *Iste etiam præbet delicias sapientia regibus*, id est qui sensus proprios bene regunt, qui dominantur vitiorum suorum, qui castigant corpora sua, et in servitute subjiciunt.

50. Nephtholim, quod interpretatur dilatatio, apostolos et prædicatores sanctos significat, quorum doctrina in latitudine totius mundi effusa est. Ex hac enim tribu fuerunt apostoli, qui sunt principes Ecclesiarum, et duces, et principes Zabulon, et principes Nephtholim, qui sine dubio ad personam referuntur apostolorum.

51. Ipsi filii excussorum (*Psalms cxxvi*), id est, prophetarum, qui in manu Dei potentis positi sunt, et tanquam sagitta excussa pervenerunt usque ad finem terræ. Unde et bene hinc Nephtholim cervus emissus scribitur, quia nimirum apostoli, sive prædicatores Evangelii, veloci saltu exsistentes, in morem cervorum transcendunt implicamenta sæculi hujus. Sicque, excelsa ac sublimia meditates, dant eloquia pulchritudinis, id est prædicant cunctis gentibus doctrinam Domini Salvatoris.

**C** 52. *Filius accrescens Joseph*. Hæc propheta post passionem Domini paternæ vocis imaginem tenuit, quia redeuntem in cælum post victoriam Christum Pater alloquitur dicens: *Filius accrescens Joseph, filius accrescens*, utique in gentibus. Quia cum ob incredulitatem Sy agogæ populum reliquisset, innumeram sibi plebem Ecclesiæ ex omnibus gentibus ampliavit.

53. Quod et David cecinit, dicens: *Reminiscetur, et convertentur ad Dominum universi fines terræ* (*Psalms xxi*). *Filius accrescens decorus aspectus*. Omnes enim superat illius pulchritudo, juxta quod in Psalmis et de ipso canitur: *Speciosus forma præ filiis hominum* (*Psalms xlv*). *Filia discurrerunt super murum*, id est, gentes, vel Ecclesiæ, quæ crediderunt in Christum.

54. Hæc super soliditatem fidei, quasi super murum, amore pulchritudinis Christi accensæ discurrunt, ut verum sponsum per contemplationem aspiciant, et osculo charitatis illi copulentur, et adhæreant. Sed objurgati sunt eum, quando falsis testimoniis calumniantes, Sanctum Domini opprimere Synagogæ populi tentaverunt. Invideruntque illi, habentes jacula; neque enim quisque in **356**

AREV.

48. *Aser, usque ad vivit in æternum, ex Ambrosio.*

GRIAL.

54. *Objurgati sunt, pro objurgant, non facile apud alios reperiretur. Pro vel aliquod vulnere stolum, Alb. exhibet: Vel aliquid vulnere intulit. AREV.*



Joseph coniecit sagittam, vel aliquod vulneris telum; sed hoc specialiter evenit in Christo.

55. *Sedet in forti arcus ejus.* Christus enim arcum suum et arma pugnandi posuit in Deo, qui fortis est propugnator, ejus virtute conciditur omnis nequitia perfidorum. *Et dissoluta sunt vincula brachiorum ejus*, quibus fratres ad Pilatum eum victum duxerunt, vel quibus eum suspensum ligno crucifixerunt. Rescissa sunt enim per manus Jacob, hoc est, per manum omnipotentis Dei Jacob, ex cujus ore ipse Dominus bonus pastor egressus est, lapis et firmis credentium in Israel.

56. *Deus patris tui erit adjutor tuus.* Quis adjuvit Filium, nisi solus Pater? qui dixit: *Jacob puer meus, suscipiet enim anima mea. Et omnipotens benedicit tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi jacentis deorsum.* Unversa enim subiect ei cælestia per benedictionem abyssi cæli, et terrena per benedictionem jacentis deorsum, ut omnibus angelis et hominibus dominetur.

57. *Benedictionibus uberum*, sive duorum Testamentorum, quorum altero nuntiatus est, altero demonstratus, sive benedictionibus uberum Mariæ, quæ vere benedicta erat, quia eadem sancta virgo Domino potam lactis immulsit. Unde illa mulier in Evangelio ait: *Benedictus venter qui te portavit, et ubera quæ suxisti (Luc. xi).*

58. *Benedictionibus uberum et vulvæ.* Etiam hic benedicitur vulva ejusdem matris, illa utique virginalis, quæ nobis Christum Dominum edidit, de quo partu per Jeremiam dicitur: *Priusquam te formarem in utero, novi te, et antequam exires de vulva, sanctificavi te (Jerem. i).* *Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus fratrum tuorum.* Benedictiones, inquit, patris tui cælestis, quæ datæ sunt tibi a summo cæli, et abyssi confortatæ sunt, id est, prævaluerunt benedictionibus fratrum tuorum.

59. Ultra omne enim sanctorum meritum patriarcharum, sive prophetarum, convaluit benedictio omnipotentis Patris in Filio: **357** ita ut nullus sanctorum ei æquetur. *Donec venerit desiderium collium æternorum.* Colles isti sancti sunt, qui Christi adventum prophetantes, magno cum desiderio incarnationem ejus exspectaverunt, de quibus et Dominus dicit: *Quia multi justi et prophætæ cupierunt videre quæ videtis (Matth. xiii, 17).* Hi ergo sancti dicitur sunt colles propter excellentiam sanctitatis.

60. Qui etiam æterni vocantur, quia vitam consequuntur æternam, nec intercunt cum mundo, sed esse creduntur æterni. *Fiant in capite Joseph*; omnes scilicet benedictiones istæ super caput Christi po-

57. *Benedictionibus uberum, sive duorum Testam., usque ad sanctificavi te,* ex eod. Ambr. GRIAL.

58. *Benedictionibus uberum et vulvæ.* Sunt hæc ex Ambrosio. Sed deest hic alterum membrum; ille enim ubera matri tribuens, vulvam, sinum, cor, intimum quoddam paternæ charitatis naturaque secretum, in quo semper Filius sit, et de quo, tanquam ex genitali alvo, procedat, interpretatur. GRIAL.

*Ibid. De quo partu.* Ita Ambrosius. *De quo pueret,*

A nuntur, quas incarnatio accepit. *Et super verticem Nazaræi;* de quo scriptum est: *Quis Nazaræus vocabitur (Matth. ii),* id est, sanctus Dei inter fratres suos, quia est caput omnium eminentium universorum sanctorum, quos etiam et fratres vocat in Psalmis.

61. *Benjamin lupus rapax, mane comedens prædam, ad vesperam dividet spolia.* Quibus dictis apostolus Paulus designatur, de Benjamin stirpe progenitus, qui mane rapuit prædam, id est, in primordiis fideles, quos potuit, devastavit. Vespere autem spolia divisit, quia fidelis postmodum factus sacra eloqui a audientibus discretionem mirifica dispensavit: legimus quemdam ex doctoribus ad urbem Jerusalem ea quæ de Benjamin scripta sunt referentem. Benjamin, inquit, *filius doloris* interpretatur.

B 62. Illic sorte hæreditatis eum locum accepit, in quo terrena est Jerusalem, quæ nunc propter incredulitatem abjecta est, atque repulsa. Hæc enim in filiis sub persona Benjamin designatur. Nam sicut Benjamin ultimam consequitur benedictionem, ita et idem populus ultimus est salvandus, postea quam plenitudo gentium introierit.

63. Dicitur enim Benjamin lupus rapax. Lupus, scilicet, quia ipse populus effudit sanguinem prophetarum, atque justorum. Rapax autem propter multam aviditatem dicitur. Ex multa enim fame verbi Dei et inedia veniet; rapax, quia et ipse violenter dirigit regnum Dei. *Hic autem mans comedit prædam.* Mane illud creditur tempus, quo legem accepimus. Tunc enim mundo prima quædam illuminatio scientiæ data est. Comedit autem mane **358** quia lege, quam accepit, edit adhuc, et meditatur, licet sequens legem justitiæ in legem fidei non pervenerit.

64. *Ad vesperam autem dividet spolia.* Vespera est illud tempus novissimum, quo convertetur. Tunc ergo dividet escam, quia tunc intelliget dividendam esse litteram a spiritu, et tunc cognoscat quia littera occidit, spiritus autem vivificat. Quia ergo jam per gratiam Domini illuminatus incipit legis spiritualia dividere, ac separare a corporibus, ideo dicitur *ad vesperam dividet escam*, quod tota die in lege meditans ante non fecit.

65. Quæritur autem de Jacob cur omnes quos de liberis et de ancillis genuit aequali honore filios et hæredes constituerit, nisi ut ostenderet quod Christus Dominus omnibus gentibus, quæ per fidem corpori ejus conciliantur, cunctis pari honore et gloria habitis, cælestia præmia largiatur? nec est discretio, Judæus an Græcus, barbarus an Scythia, servus an liber sit, quia per omnia et in omnibus Christus.

lib. omn. mendose. GRIAL.

61. *Benjamin lup. rap.*, usque ad ante non fecit, omnia sunt ex Greg., xviii Moral., c. 11, et Rufino. GRIAL.

*Ibid. Quia fidelis.* In textu Grialii erat *qua fidelis.* AREV.

65. Hunc numerum et seq., usque ad finem commentarii in Genesin, nonnulli omittunt, quia alio loco hæc ipsa verba attulerant. AREV.

66. Propterea enim figuram servi Salvator noster et Dominus induit, et pro libero et servo servivit, ut omnibus credentibus in se æquale donum bonorum cœlestium largiatur. Nec præfertur apud illum qui secundum carnem nobilior sit. Quicunque enim

fidem Domini promeretur, nullis maculis carnalis nativitate offeseatur. Nam hoc ita futurum etiam per Prophetam significatur, dicente Domino: *Erit in novissimis diebus, effundam de spiritu meo super omnem carnem.*

## IN EXODUM.

### 359 PRÆFATIO.

1. Quædam mysteria ex libro Genesis, et obsecratoria rerum gestarum, quæ allegoricis sunt oblecta figuris, ex libris majorum breviter excepta perstrinximus.

2. Nonnulla vero sequentis legis typica et figurata mysteria singillatim ex litteris sanctorum virorum sublata subiungimus, pauca scilicet ex eorum stylo promentes.

3. Nam omnia legis quis poterit indagare, quæ tam immensa sunt, ut nec juxta historicæ textum explicari facile possint? Proinde tantum secuti sumus, quantum contiguo operi sufficiens putavimus, ne libellus excedat modum, nec lector incurrat fastidium.

#### CAPUT I.

##### *De septuaginta animabus.*

1. Primo omnium septuaginta animæ cum Jacob introierunt in Ægyptum. Septuaginta discipuli ad prædicandum verbum Dei totum mittuntur in mundum.

2. Aliter hæc septuaginta animæ, quæ in Ægyptum ingressæ sunt, mystice in numero remissionis accipiuntur, scilicet ut huic 360 sæculo, quod per Ægyptum figurabatur, post tanta peccata et sacrilegia donaretur remissio peccatorum. Ægyptus enim hic mundus esse figuratim multis prophetarum verbis approbatur.

#### CAPUT II.

##### *De morte Joseph.*

1. Mortuo Joseph, et fratribus ejus, creverunt filii Israel, et invaluerunt nimis. Sic et noster verus Joseph, postquam pro omnibus gustavit mortem, per quam destruxit diabolus, qui habebat mortis imperium, multiplicatus est fidelium populus. Nisi enim, sicut ipse ait, cecidisset granum frumenti in terram, et mortuum fuisset (*Johan. xii*), non utique fructum hunc plurimum totius orbis terræ Ecclesia attulisset.

PRÆFAT. N. 2. *Typica.* Ita nonnulli Mss. et Editi. Apud Grialium *typica* fortasse mendium est. ARV.

CAP. I. N. 1. *Septuaginta animæ.* Confer de his notam Suanii ad Allegorias, n. 65, ubi causam affert cur Dominus septuaginta duos discipulos elegisse credatur. Sed notandum interdum numerum perfectum seu completum pro imperfecto et incompleto adhiberi. De quo iterum ratiocinabit sermo. ARV.

CAP. II. *Mortuo Joseph,* usque ad *Ecclesia attulisset.* Origenes, homil. 1 in Exod. Sed *attulisset* habent libri nostri omnes, *attulisset* Rufinus. GRIAL.

#### CAPUT III.

##### *De afflictione populi.*

1. Affligit Pharaon filios Israel luto, et latere. Israel similitudo est populi nostri. Pharaon autem est diabolus, qui imposuit jugum gravissimum servitutis ex luto et latere operari; id est, terrenis et tolerabilibus operibus incubare, admittis etiam paleis, hoc est, levibus et irrationabilibus factis, ut his vitiorum actibus populum Dei comprimere, et pectora omnium muro incredulitatis posset occludere, ut nemo esset, qui regnum ejus aut disperderet, aut violaret.

#### CAPUT IV.

##### *De masculorum neci.*

1. Jubet quoque masculos Pharaon occidi, et feminas vivere. Sic 361 diabolus ne robur fidei prævaleat conatur, ut interfectis virtutibus vitia remaneant, fortissimosque et viriles animi sensus, unde cœlestia sapimus, et divina, id est, rationem, prudentiam, constantiam, innocentiam et fidem in lumine occidere; et illud in eo vivere, quod femininum, quod imbecillum, et fragile, et pronum ad vitia cernitur, id est, ambitionem, violentiam, libidinem, iracundiam, crudelitatem, furorem, et cætera his similia, quæ in feminariis figura sunt.

#### CAPUT V.

##### *De inventione Moysi.*

1. Deinde Moyses ad ripam fluminis expositus reperitur, et Dominus, cujus Moyses typum induerat, ad flumen lavacri, et ad aquam baptismatis a credentibus invenitur. Plorabat infans, quia Christus Dominus veteris hominis, quem induerat, peccata desebat; unde ad resuscitandum Lazarum flevit, Judæorum deplorans perfidiam.

2. Filia Pharaonis descendens ad lavacrum fluminis, collegit infantem. Ecclesia ex gentibus lavacri salutaris sanctificationem desiderans, Christum excepit a Synagoga matre carnali expulsam, quasi infantem. Quia tunc parvulus videbatur, cum in lumine cerneretur.

3. Invenit illa Moysen inclusum in vasculo thibi,

CAP. III. *Ocludere.* Al., obdurare. GRIAL.

CAP. V. N. 3. *In vasculo thibi.* Al., *thebe*, non male. Græce enim *θίβις*, et *θίβη* atque etiam *θίβη*. De qua voce August., in locutionibus: *Quid sit thibin, ideo difficile est nosse, quia neque Græcus interpret ex Hebræo, neque Latinus ex Græco vertit hoc nomen, sed transtulit ut invenit.* Eam difficultatem sustulere Hieronymus, Rufinus et Græcus scholiastes, sed sive *תִּיבַת* *thibath*, Hebraica, sive Ægyptiaca potius fuerit vox, Græcis postea in usu fuisse constat ex Athenæo. GRIAL.

quod ex multis agrestibus virgulis fit. Invenit Ecclesia Christum recouditum in cordibus sanctorum, qui in unitatem sui contexti ex multorum fratrum membris, omnes unum in Christo corpus effecti sunt; et eum religiosa observatione suscipientes tuerentur.

### 362 CAPUT VI.

*De occiso Ægyptio.*

1. Interea Moyses peregrinum fratrem, ab Ægyptio injuriam patientem, inultum esse non ferens defendit, et eundem Ægyptium occidit. Cujus figura facillime occurrit, injuriosum in hac peregrinatione diabolum a Domino Christo, nobis defensum, occidi.

2. Quod vero in sabulo arenæ obruit interemptum, manifestum est ejus jam morticinam præsentiam in eis latere, qui non habent stabile fundamentum. Unde et Ecclesiam Dominus in petra ædificat, et eos qui audiunt verbum ejus, et faciunt, comparat prudenti viro, qui ædificat domum suam supra petram, ne tentationibus cerat et corruat.

3. Illos autem, qui verbum audiunt, et non faciunt, comparat stulto ædificanti super arenam, cujus tentata domus ruinam efficit magnam (*Matth. vii.*)

### CAPUT VII.

*De igne in r. l.*

1. Deinde, dum pasceret Moyses oves Jethro soceri sui, vidit ardere rubum, et non comburi. Apparuit in rubo Dominus Moysi, mittens eum ad gentem, quam præciebat iniquam futuram. Et erat flamma in rubo, id est, in spinis, et rubus non cremabatur. Rubus spinæ peccatorum Judaicorum. Flamma in rubo verbum Dei.

2. Quod ergo illis lex data est, flamma erat in rubo. Quod data lege non sunt consumpta peccata, rubus nec sub igne concremabatur. Alii in rubo flammante, et non urente, Ecclesiam intelligunt inflammari persecutionibus, et eam, loquente Domino in illa, non perire.

3. Quod vero Dominus Moysi in eodem rubo apparuisse legitur, ostendit non alibi quam in Ecclesia eum credentibus apparere. In qua nullus digne consistere vel Deum videre potest, nisi qui cuncta terrena et mortalia deposuerit vitia, quod significabant illa Moysi calceamenta deposita.

4. Habet quippe et aliam figuram id quod Moyses discalceari jubetur. Veterum namque consuetudo erat ut si sponsus sponsam repudiare vellet, discalcearetur ille, et hoc esset signum repudii. (*Deut. xxv.*) Proinde Moyses discalceari jubetur, ne ad Ecclesiam

CAP. VI. N. 1. *Interea Moyses.* Totum caput e xxii conit. Faust., cap. 90. GRIAL.

2. Cod. Alb. *morticina præsentia.* Al., *morticinam præsentem.* Adjectivum est *morticinus*, id est, a se mortuus, non inactatus aut occisus. AREV.

CAP. VII. N. 1. *Deinde, dum pasceret usque ad concremabatur,* ex Greg. hom. 7 in Ezech. GRIAL.

1688. Peculiaris est lectio Codicis Alborn., *quam præciebat suam esse futuram.* AREV.

4. Ambrosius, de Ruth, lib. iii de Fide, c. 5: *Designabatur futurus ex Judæis, ex quibus Christus secundum carnem, qui proximi sui, hoc est, populi morui*

A quæ in rubo significabatur, quasi sponsus calceatus accederet.

5. Hoc enim Christo servatur, qui verus sponsus erit, de quo dicit Joannes: *Cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamenti* (*Joan. 1.*) Utique sicut dictum est Josue et Moysi. Hebræi autem dicunt propterea in rubo apparuisse Deum Moysi, et non in alio ligno, ne forte sculperent in eodem Judæi idolum. Semper enim Deus abstulit illis occasionem idololatriæ.

### CAPUT VIII.

*De virga in serpentem versa.*

1. Mittitur dehinc Moyses ad liberandum populum Israel. Qui dicit Domino: *Quod signum habebo, ut credunt mihi, quia tu me misisti?* et Dominus ad illum: *Projice, inquit, virgam, quam in manu gestas, in terram.* Et projecit, et facta est serpens. Et expavit Moyses, et fugit. Et ait illi Dominus: *Apprehende caudam ejus, et apprehendit, et facta est iterum virga.*

2. Quid hoc significat? serpens quippe persuasit homini mortem. Ergo mors a serpente. Virga itaque in serpente, Christus in morte. Et tamen expavit, et fugit Moyses. Quid est ab illo 364 serpente fugisso Moysen, nisi quod legitur in Evangelio factum? mortuus est Christus, expaverunt discipuli, et ab illa spe in qua fuerant recesserunt.

3. Sed quod dictum est: *Apprehende caudam ejus, quid est cauda, nisi posteriora?* hoc significavit: *Posteriora mea vidēbis.* Primo enim factus est serpens sed, cauda apprehensa, facta est virga, quia primo occisus est, postea, peractis omnibus, ad id, quod fuerat, resurgendo reversus est, ubi per vite reparationem, morte consumpta, nihil in eo serpentis apparuit.

4. Est etiam in cauda serpentis sæculi finis, quia sic mortalitas Ecclesie per lubrica temporum volvitur; alii eunt, alii veniunt per mortem, tanquam per serpentem; mors enim per serpentem seminata est. Sed sine novissimo velut cauda sæculi redimus ad manum Dei, atque apprehensi reparabimur, et, novissima inimica morte destructa, resurgentes in dextera Dei virga regni erimus.

### CAPUT IX.

*De manu Moysis leprosa.*

1. Item datur aliud signum Moysi, *Mitte, inquit, manum in sinum tuum, et misit. Produca, inquit, eam.* Et produxit, et inventa est alba, id est, immunda; albor enim in cute lepra est, non candor. Ipsa enim

*semen doctrinæ cœlestis semine suscitaret. Cui calceamentum nuptiale Ecclesie copulandæ præscripta legis spiritualia deferebant. Non Moyses sponsus; illi enim dicitur: Solve calceamentum pedum tuorum, ut Domino tuo cedat, etc.* GRIAL.

5. *Abstulit illis occasionem.* Ita Alb., et Flor. 1. Grial us, *abstulit illas occasionem;* quod nescio unde nam sumpserit, nam alii Editi habent *abstulit occasionem, omisso illis.* AREV.

CAP. IX. N. 1. Verba Vulgatæ: *Ut quid avertis manum tuam, et dexteram tuam, etc., de medio sinu tuo?* AREV.

hæreditas Dei, id est, populus, ab eo foras missus, A immundus factus est. Sicut scriptum est de ea : *Ut quid avertis faciem tuam, et dexteram tuam de medio sinu tuo (Ps. LXXIII, 41)? Sed quid illi ait? Revocam eam in sinum tuum. Revocavit, et reversa est ad colorem suum.*

2. Sic et plebs Judæa nunc aliena est a sinu Dei, et foris immunda remansit; sed revocabit eam, et redibit ad pristinum colorem; dum agnoverit Dominum Salvatorem. Nunc enim cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium introeat, et sic omnis Israel salvus fiat.

## CAPUT X.

*De aquis conversis in sanguinem.*

1. Deinde aquæ missæ in terram a Moyse vertuntur in sanguinem, id est, populi in sanguinis Christi B fidem. Aquæ enim, ait Apocalypsis, quas vidisti, populi sunt, et gentes (Apoc. xvii).

## 365 CAPUT XI.

*De ingressu Moysis ad Pharaonem.*

1. Post hæc intrant ad Pharaonem Moyses et Aaron petentes viam trium dierum proficisci in deserto populum Israel, et ibi sacrificare Domino Deo. Quæ est via trium dierum, quæ nobis incedenda est, ut exeuntes de Ægypto pervenire possimus ad locum in quo immolare debeamus? Via ista Christus est, qui dixit : *Ego sum via, veritas, et vita (Joan. xiv).*

2. Quæ via triduo nobis incedenda est. Qui enim confessus fuerit Dominum Jesum in ore suo, et crediderit in corde suo quod Deus suscitavit eum a mortuis tertia die, salvus erit. Hæc est ergo tridui via, C per quam pervenitur ad locum in quo Domino immoletur et reddatur sacrificium laudis. Abominatio- nes, inquit, Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro.

3. Oves quippe Ægyptii edere dedignantur; sed quod abominantur Ægyptii, hoc Israelitæ Deo offerunt, quia simplicitatem conscientie, quam sapientes hujus sæculi, hoc est, cives Ægyptii, quasi fatuitatem deputant, hanc justis Deo in sacrificium immolant, et per id Deo placere procurant, quod sæculo et mundo abjectum et contemptibile esse considerant, secundum Apostolum, qui ait : *Nam quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes (I Cor. i).*

4. Ex quo autem cepit loqui Moyses ad Pharaonem, affigitur magis populus Dei. Ex quo in animam hominis sermo Dei 366 perlatus fuerit, acrius calidus hostis consurgit, et majora vitia, quibus vincatur, immittit. Prius vero quam veniret sermo, qui argueret vitia, in pace durabant. Sed ubi sermo Dei facere cœperit uniuscujusque discrimen, tunc conturbatio magna consurgit.

CAP. XI. N. 1. *Quæ est via trium dierum*, usque ad sacrificium laudis. Orig., Exod. iv, hom. 3. GRIAL.

2. *Abominationes Ægyptiorum*, usque ad placere procurant, Greg., x Moral., c. 16. GRIAL.

CAP. XIV. N. 1. *Dehinc inferuntur plagæ*. Quæ de decem plagis dicuntur, præter pauca quedam, sumpta sunt ex horum. 4 Orig. in c. vii Exod. quæ leguntur

## CAPUT XII.

*De virga in draconem versa.*

1. Projecit deinde Moyses virgam coram Pharaone, et serpens factus devoravit serpentes Ægyptiorum, significans quod verbum caro fieret, qui serpentis diri venena evacuaret per remissionem et indulgentiam peccatorum. Virga est enim verbum Dei rectum, regale, plenum potestatis, insigne imperii.

2. Virga serpens facta est, quoniam qui erat Filius Dei, ex Deo Patre natus, filius hominis factus est, natus ex virgine, qui quasi serpens exaltatus in cruce, medicinam vulneribus infudit humanis. Unde ipse Dominus ait : *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis (Joan. iii).*

3. Virga enim Moysi, in draconem conversa, magorum absorbit virgas; et Christus post gloriæ suæ dignitatem factus est obediens usque ad mortem, et per ipsam mortem carnis consumpsit aculeum mortis, attestante propheta : *Ero mors tua, o mors, ero morsus tuus, inferne (Osee xiii).*

## CAPUT XIII.

*De obduratione Pharaonis.*

1. Induravit Dominus cor Pharaonis, scilicet quia diabolum ita induravit post peccatum, ut penitentiae compunctione nunquam emolliatur, sicut in Job de eo scriptum est : *Indurabitur, quasi lapis (Job. xli).*

## 367 CAPUT XIV.

*De decem plagis.*

1. Dehinc inferuntur plagæ in Ægyptum. Licet illa in Ægyptiis corporaliter gesta sunt, spiritualiter tamen nunc geruntur in nobis. Ægyptus namque sæculi forma est. Prima plaga, in qua primo aquæ vertuntur in sanguinem. Aquæ Ægyptiæ erratica, et la- brica philosophorum sunt dogmata.

2. Quæ merito in sanguinem vertuntur, quia in rerum causis carnaliter sentiunt. Sed ubi crux Christi mundo huic lumen veritatis ostendit, hujusmodi eum correptionibus arguet, ut ex qualitate pœnarum proprios agnoscat errores.

3. In secunda vero plaga ranæ producuntur, quibus indicari singulariter arbitrantur carmina poetarum, qui inani qualiam, et inflata modulatione, velut ranarum sonis et cantibus mundo huic deceptionis fabulas intulerunt. Rana est enim loquacissima vanitas; ad nihil enim aliud animal ipsum utile est, nisi quod sonum vocis improbis et importunis clamoribus reddit.

4. Post hæc cyniphe producuntur. Hoc animal quidem pennis suspenditur per aera volitans; sed ita subtile est, et minutum, ut oculi visum, nisi acute cernentis, effugiat. Corpus autem cui incedit acer-

etiam apud Augustin., serm. 87 de tempore. GRIAL.

3. *Qui inani*. Ita melius videtur cum A. b. et Augustino, quam quæ inani, ut Grialius edidit. AREV.

4. *Cyniphe*. Ita scribitur in Etymolog., lib. xii, cap.

8. Grialius hoc loco edidit *scyniphe*. Mirum, quantum alii in hujus vocabuli scriptura variant. AREV.

bissimo terebrat stimulo, Ita ut quem volentem quis videre non valet, sentiat statim stimulantem.

5. Hoc ergo animalis genus subtilitati hæreticæ comparatur: quæ subtilibus verborum stimulis animas terebrat, tantaquæ calliditate circumvenit, ut deceptus quisque nec videat, nec intelligat, unde decipiat. Quod vero in tertio signo magi cessaverunt dicentes: *Hic digitus est Dei*; magi illi typum hæreticorum atque animositatem habuerunt.

368 6. Declarat hoc Apostolus, dicens: *Sicut Jannes, et Mambres resistunt Moysi, sic et hi resistunt veritati; homines mente corrupti, et reprobi circa fidem, sed ultra non proficiunt. Dementia eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit (II Tim. III, 8)*. Illi autem, qui per ipsam corruptionem mentis inquietissimi fuerunt, in signo tertio defecerunt, fatentes sibi adversum esse Spiritum sanctum, qui erat in Moysæ.

7. Tertio enim loco ponitur Spiritus sanctus, qui est digitus Dei. Unde et illi deficientes in tertio signo, dixerunt: *Digitus Dei est hic*. Sicut autem conciliatus et placatus Spiritus sanctus præstat requiem nitibus et humilibus corde, ita contrarius adversus immites ac superbos inquietudinem exagitat, quam inquietudinem muscæ illæ brevissimæ significaverunt, sub quibus magi Pharaonis defecerunt, dicentes: *Digitus Dei est hic*.

8. Quarto loco muscis Ægyptus percutitur. Musca enim nimis insolens et inquietum animal est, in qua quid aliud quam insolentes curæ desideriorum carnalium designantur? Ægyptus ergo muscis percutitur, quia eorum corda qui hoc seculum diligunt desideriorum suorum inquietudinibus feriuntur.

9. Porro Septuaginta interpretes cynomyiam, id est, caninam muscam posuerunt, per quam canini mores significantur, in quibus humanæ mentis voluptas et libido arguitur carnis. Potest quidem hic locus significare etiam per muscam caninam forensium hominum eloquentiam, qua veluti canes alterutrum se lacerant.

10. Jam vero quinto in loco animalium nece, vel pecudum Ægyptus verberatur. Vecordia in hoc arguitur, stultitiaque mortalium, qui, tanquam irrationalia pecora, cultum et vocabulum Dei imposuerunt figuris, non solum hominum, sed et pecudum, ligno et lapidibus impressis, Ammonem Jovem in ariete venerantes, et Anubem in cane, Apin quoque colentes in tauro, et cætera quoque quæ Ægyptus deorum suorum portenta miratur; et in quibus cultum credabant inisse divinum, in his viderant miseranda supplicia.

369 11. Ulcera post hæc et vesicæ turgentes cum fervore sexto in verbere producuntur. In ulcè-

6. Grialius scribit *Jannes*, in Vulgata est *Jannes*; et mox ita et *hi*. AREV.

8. *Muscæ enim nimis insolens*, usque ad *feriuntur*, Greg. verba, XVIII Mor. c. 25. GRIAL.

9. De canina caudicorum facundia agit Isidorus, lib. III Sentent., cap. 57, quem ad locum erudita

A ribus arguitur dolosa hujus sæculi et purulenta malitia, in vesicis tumens et inflata superbia, in fervoribus ira ac furoris insania. Hucusque enim talia per errorum suorum figuras mundo supplicia temperantur.

12. Post hæc vero verbera veniunt de supernis, scilicet voces, tonitrua, et grando, et ignis dæmurens. In tonitruis enim increpationes, ac divinæ correptiones intelliguntur, quia non cum silentio verberat; sed dat voces, et doctrinam cœlitus mittit, per quam possit culpam suam castigatus agnosce e mundus.

13. Dat et grandinem, per quam tenera adhuc vastentur nascentia vitiorum. Dat et ignem, sciens esse spinas et tribulos, quos debeat ignis ille depasci. De quo dicit Dominus: *Ignem veni mittere in terram (Luc. XII)*. Per hunc enim ignem incentiva voluptatis et libidinis consumuntur.

14. Quod autem locustarum octavo in loco fit mentio, putatur a quibusdam per hoc genus plagæ dissidentis a se et discordantis humani generis inconstantia confutari. Alio quoque sensu locustæ pro mobilitate levitatis accipiendæ sunt, tanquam vagæ et salientis animæ in sæculi voluptates.

15. Nona plaga tenebræ factæ sunt, sive ut mentis eorum cæcitas arguatur, sive ut intelligant divinæ dispensationis et providentiæ obscurissimas esse rationes. Posuit enim Dens tenebras latibulum suum (*Psal. XVII*), quas illi audacter et temere perscrutari cupientes, et alia ex aliis asserentes, in crassas et palpabiles ignorantie tenebras devoluti sunt.

16. Ad ultimum delentur primogenita Ægyptiorum, sive principatus, et potestates, et mundi rectores tenebrarum harum, sive auctores et inventores falsarum, quæ in hoc mundo fuerunt, religionum, quas Christi veritas cum suis exstinxit et delevit auctoribus.

17. Porro quod sequitur: *In diebus eorum faciam judicium*, illud Hebræi autumant, quod nocte qua egressus est populus omnia in Ægypto templa destructa sunt, sive motu terræ, sive tactu fulminum. Spiritualiter autem dicimus, quod egredientibus nobis ex 370 Ægypto errorum idola corruant, et omnis perversorum dogmatum cultura quatiatur.

## CAPUT XV.

### De Pascha.

1. Interea fit pascha: in occisione agni occiditur Christus, de quo in Evangelio dicitur: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi (Joan. I)*. Vespere immolatur agnus, in vespera mundi passus est Dominus. Prohibentur qui pascha faciunt ossa frangere; non franguntur in cruce ossa Domini, attestante evangelista, qui ait: *Ossa ejus non comminuitis (Joan.* annotatio est Loaisæ. AREV.

14. *Alio quoque sensu*, usque ad *locustæ*, Greg. XIII Moral., c. 27. GRIAL.

*Ibid.* Apud Grialium fortasse legendum: *Alio quoque sensu usque ad voluptates*. AREV.

19). Sanguine agni illiniuntur Israelitarum postes, A ne vastator angelus audeat inferre perniciem.

2. Signantur signo dominicæ passionis in frontibus fideles populi ad tutelam salutis, ut hi soli ab interitu liberentur, qui cruore dominicæ passionis corde et fronte signati sunt, qui etiam opere loquuntur: *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Unde et appellatur ipsa solemnitas *Phase*, quod nos transitum possumus vocare, eo quod de peccatis ad meliora pergeutes, tenebrosam Ægyptum derelinquimus.

3. Quod autem ait de agni illius esu: *Omnis alienigena non comedet ex eo, et in una domo comedetur, nec efferetis de carnibus ejus foras*, hoc de Christi corporis sacramento, cujus agnus ille figuram obtinuit, proprie tenetur scriptum: cujus corpus et sanguis in una domo, id est, in una Ecclesia vesci præcipitur, nec efferri foras, in plebibus scilicet hæreticorum, quæ ab eadem Ecclesiæ catholicæ unitate foris vagantur.

#### CAPUT XVI.

##### *De thesauris Ægyptiorum.*

1. Præcepit dehinc populo Deus per Moysen, ut ab Ægyptiis sibi commodata peterent, quæ auferrent. Sicque Moyses et populus proficiscens, auro et argento spoliavit Ægyptios jussu Domini Dei, nihil injuste jubentis.

2. Quid ergo hæc præfiguraverint, nisi quod in auro, et argento, ac veste Ægyptiorum significatæ sunt quædam doctrinæ, 371 quæ ex ipsa consuetudine gentium non inutili studio discuntur? Sed sive hoc significet, sive illud, quod ex ipsis gentibus animæ pretiosæ, tanquam vasa aurea et argentea cum suis utique corporibus, quod vestes significant, adjunguntur populo Dei, ut simul de hoc sæculo, tanquam de Ægypto, liberentur.

#### CAPUT XVII.

##### *De azymis.*

1. Quod vero ait, fermento sublato, sic profectos esse filios Israel de Ægypto, hoc et a nobis modis omnibus, si fieri poterat, elaborandum est, ut exemptes a sæculi hujus illecebri, non ambulemus in fermento veteris malitiæ et nequitie, sed in azymis sinceritatis et veritatis, quod est in novi hominis conversatione, relicto pristino homine cum vitiosis suis.

2. Et illi quidem septem diebus azyma comedebant. Nos vero si simpliciter, et pure versemur in his septem diebus, quibus mundus iste peragitur, qui semper in suo ordine revolvuntur, et quotidie, nobis agnus occiditur, et pascha quotidie celebratur, si fermentum malitiæ, et nequitie non habemus, si innovati, nihil ex veteris corruptionis malitia facere delectemur.

3. Nam quid est aliud fermentum, nisi corruptio naturæ? quod et ipsum prius a naturæ dulcedine re-

cedens, ad alterino acre corruptum est. In hac nobis præcipitur mansione, ut semper egressionis ex Ægypto memores simus, ut celebremus pascha, id est, transitum nostrum de prioribus ad meliora, et primogenita nostri uteri, id est, nostrorum operum cunctarumque virtutum principium Domino consecratus.

#### CAPUT XVIII.

##### *De columna ignis, et nube.*

1. Jam tunc videtur Dominus nocte in columna ignis, et per diem 372 in columna nubis, præcedens populum, et dux itineris factus. Nubes ista præcedens Christus est: idem etiam columna, quia rectus, et firmus, et fulciens infirmitatem nostram. Per noctem lucens, per diem non lucens, ut qui non vident videant, et qui vident cæci fiant (*Joan. ix, 39*).

2. Potest et sic non incongrue accipi, quod Christi sacramentum tanquam in die manifestatum est in carne, tanquam in nube; in judicio vero, tanquam in terrore nocturno, quia tunc erit magna tribulatio sæculi tanquam ignis, et lucebit justis, et ardebit iniustus.

#### CAPUT XIX.

##### *De divisione maris.*

1. Sequentibus inde Ægyptiis, percutit Moyses virga aquas, et transierunt filii Israel per medium mare Rubrum. Quid mare Rubrum, nisi baptismus est Christi sanguine consecratus? Hostes sequentes cum rege, qui a tergo moriuntur, peccata sunt præterita, quæ delentur, et diabolus, qui in spirituali baptismo suffocatur. Premunt quidem Ægyptii; urgent et instant peccata, sed usque ad aquam.

#### CAPUT XX.

##### *De cantico.*

1. Post transitum Rubri maris cantit canticum populus Deo, Ægyptiis et Pharaone submersis. Non aliter et fideles, postquam de lavacro conscendunt, extinctis peccatis, hymnum in voce gratulationis emittunt, dicentes: *Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est; equum et ascensorem projecit in mare.*

2. Quod tamen melius et dignius ille dicit qui habuerit tympanum in manu sua, sicut Maria, id est, carnem suam crucifixit cum vitis et concupiscentiis (*Gal. v*), et mortificaverit membra sua quæ sunt super terram (*Coloss. iii*).

3. Jam dehinc ducitur post maris transitum populus per desertum. Baptizati scilicet omnes per mundum, non perfuentes promissa patria; sed quod non vident, sperando, et per patientiam 373 expectando, tanquam in deserto sunt, et illic laboriosæ et periculosæ tentationes, ne revertantur corde in Ægyptum, nec ibi tandem Christus deserit, nam et illa columna non recedit.

*rectitudo, et firmitas, et sustentatio est nostræ infirmitatis.* AREV.

CAP. XVIII. N. 1. Fere totum hoc caput exseribitur a sancto Ildefonso, de cognit. baptisni, Cap. 99, paucis immutatis, ut: *Christus est qui etiam et columna, quia*

## CAPUT XXI.

*De aquis amaris.*

1. Egresso populo de mari Rubro, occurrit eremus, in qua tribus diebus ingredientiens non habuerunt aquam, et pervenerunt ad fontem Marah, qui ex amaritudine nomen accepit. Murmurat populus videns aquas, et potare non sustinens. Mittit lignum Moyses in aquas, et factæ sunt dulces. Intellige amaras aquas occidentis litteræ et legis habere figuram.

2. Quibus si immittatur confessio crucis, et passionis dominicæ sacramentum jungatur, tunc efficitur aqua Maræ suavis, et amaritudo litteræ vertitur in dulcedinem intelligentiæ spiritualis. Unde et scriptum est: *Constituit Dominus populo suo legem, et judicia, et tenuit eum.*

3. Alio quoque sensu, quod aquæ Maræ, ligno in se suscepto, dulcescunt, indicium erat amaritudinem gentium per lignum crucis Christi in usum dulcedinis quandoque esse vertendam.

4. Sciendum vero juxta superiorem sensum, quod primum ductus est Israel ad aquas salsa et amaras, et ligno monstrato a Domino dulcibus effectis, postea venit ad fontes. Primo enim ducitur populus Israel ad litteram legis, in qua donec permanet, de amaritudine recedere non potest.

## CAPUT XXII.

*De duodecim fontibus.*

1. Cum ergo per lignum vitæ dulcis fuerit effectus, et intelligi **374** lex spiritualiter cœperit, tunc de Veteri Testamento transitur ad novum, et venit ad duodecim apostolicos fontes. Ubi arbores erant septuaginta palmarum. Non enim duodecim soli apostoli fidem Christi prædicaverunt, sed et alii septuaginta missi ad prædicandum verbum Dei referuntur, per quos palmas victoriæ Christi mundus agnosceret.

2. Siquidem et isti duodecim fontes, septuaginta palmarum arbores irrigantes, apostolicam gratiam præfigurant, populos in septenario numero decuplato rigantem, ut per septiforme Spiritus donum legis decalogus impleatur.

## CAPUT XXIII.

*De cibis altum, et manna.*

1. Murmurat interea populus in deserto propter famem, et conversus procul in nube respexit gloriam Dei. Aspexitque vespere coturnicem, et mane diei alterius manna. Quid enim per volucrem escas, nisi **D** eis viscera sua.

CAP. XXI. N. 1. *Egresso populo* Ex hom. 7 Orig. in c. xv, vel sermone Aug. 91 de tempore. GRIAL.

CAP. XXII. N. 1. *Cum ergo per lignum*, usque ad agnosceret, verba sunt Orig., ibid. GRIAL.

*Ibid.* Prudentius in Dittochæo, n. 14, in hac allegoria explicanda versatur, in ejus commentario nonnulla annotavi ex sancto Hldefonso, et sancto Martino Legionensi, qui Isidoro quoque concinunt. Ibi etiam explicui cur discipuli Christi aliquando septuaginta duo dicantur. Pro *fidem Christi prædicaverunt* Codex Regioval. 695 exhibet *fidem Christi mundo innotuerunt*, quod genuinum arbitror. AREV.

2. *Septiforme*. Alb., *septiformis*. Grialius, mendose, ut arbitror, *septiformem*, quanquam etiam apud sau-

A transcurrunt per verba sonantia, quasi per aerem volatilia pennata, quibus per fidem pascuntur hi qui ad patriam regni cœlestis pervenire contendunt.

2. Potest quidem et volucrem esca veteris significare legis eloquia, quæ plebem carnalem, tanquam carne, alebat per verba divinitus missa, quasi per volatilia. Unde et vespere dantur, quia cuncta quæ carnaliter illis concessa sunt finem erant habitura.

3. Manifestato autem lumine fidei datur manna populo. Manna utique, quod est Christus, qui tanquam panis vivus de cœlo descendit; qui per nubes evangelicas universo orbi pluitur, non jam **375** murmuranti populo, et tentanti Synagogæ, sed credenti et in illo spem ponenti datur Ecclesiæ. Hoc est autem manna indeficiens, hic est panis cœli, et verus cibus angelorum, quo Dei verbum corruptibiles incorruptibiliter pascit, quod ut manducaret homo, caro factum est, et habitavit in nobis.

4. Quo etiam qui vescuntur, spiritualiter vivunt. Nam illi veterem figuram carnaliter accipientes mortui sunt. Non incongrue per manna etiam cœlestia significantur eloquia. Unde et interpretatio nominis sic sonat; manna enim interpretatur, *quid est hoc?* Com enim audimus legem Dei recitari in ecclesia, interrogamus doctores dicentes: *Quid est hoc?* Hoc autem manna minutum grat, sicut semen coriandri, et suave. Quid verbo Dei minutius? quidve subtilius? aut quid dulcius et suavius eloquiis Dei, quæ sunt super mel et favum (*Psal. cxviii*)?

5. Sed quid est quod sexta die duplum colligi jubetur, quod etiam sufficiat in Sabbato? Sexta dies ista est sexta ætas mundi, in quo tunc sumus. In hac ergo duplum colligit, qui propter spem vitæ æternæ verbum Dei audit et facit; in hac duplum recondit, qui bene vivit, et aliis misericordiam præbet.

6. Quod et reponebatur pro sablato, non corrumpebatur. Bona enim opera facta propter futuram requiem in futuro sæculo permanent. Qui vero infideles erant, et præter causam Sabbati servabant de manna, ebulliebant ex eovermes, et computrescebat; sic et qui propter præsentem vitam et amorem sæculi thesaurizant, his ille vermis ebullit qui nunquam moritur. Isti sunt vermes quos generat avaritia, et divitiarum circa cupiditas his qui habent pecunias, et videntes in necessitate fratres suos, claudunt ab

7. Sed et iis qui post susceptum verbum Dei peo-

ctum Martinum Legionensem, qui Isidorum exscribit, tom. I, pag. 298, eodem modo septiformem legitur. AREV.

Cap. xxiii. N. 1. *Murmurat*, usque ad *super mel et favum*, sententia ex eod. Orig.; verba diversa. GRIAL.

*Ibid.* *Coturnicem*. Alb., *coturnices*, quod videtur præferendum. AREV.

5. *Sed quid est quod sexta*, usque ad *vermis efficitur*, ex eod. loco. GRIAL.

6. Alb.: *Et propter causam sabbati servabant illud, ebulliebant*, etc. Verum propter rejiciendum est. Grialius, præter causas. AREV.

7. *Sed et iis qui*, etc. Ita Codex Alborno. Grialius cum aliis Editis: *Sed et is qui post susceptum per-*

tant, efficitur ipsum verbum Dei vermis, qui eorum A  
semper conscientiam fodiat, et arcana pectoris rodât.  
Quamquam et vermis sit Christus, **376** ipso lo-  
quente : *Ego autem sum vermis, et non homo (Psalm.*  
*xxi).* Sicut enim ipse est aliis in ruinam, aliis in re-  
surrectionem, ita et ipse in manna fidelibus quidem  
dulcedo mellis, infidelibus vermis efficitur.

#### CAPUT XXIV.

##### *De petra virga percussa.*

1. Post manna queritur populus sub ardore sitis,  
et fons de petra erupit. Eadem autem petra, quæ  
percussa aquam evomit, Christi figuram habuit. Quo  
aperto, aquæ cunctæ fluxerunt, ad quem velut virga  
liguum passionis accessit, ut emanaret credentibus  
gratia. Percussa enim petra fons manavit. Percussus  
in cruce Christus sitientibus lavacri gratiam, et do-  
num Spiritus sancti effudit.

2. Petram enim istam figuram habuisse Christi  
probat Apostolus, cum dixit : *Bibebant autem de spi-*  
*rituali consequenti eos petra, petra autem erat Christus.*  
Quod autem sitiens populus propter aquam murmurat  
adversus Moysen, et propterea jubet ei Deus ut  
ostendat eis petram, de qua bibant, quid hoc signifi-  
cat, nisi quia si quis est qui legens Moysen murmurat  
adversus eum, et displicet ei lex quæ secundum litteram  
est scripta, ostendit et Moyses petram, qui est  
Christus, et adducit eum ad ipsam, ut inde bibat, et  
relectat sitim suam?

#### CAPUT XXV.

##### *De pugna Amalech.*

1. Post hæc Moyses ascendit in montem, Josue C  
contra Amalech militat, tenet virgam Moyses, bra-  
chiaque sua in modum crucis extendit. Sicque hostis,  
id est, diabolus, vitam cælestis patriæ intercludere  
molitur, signo crucis dominicæ superatur. Dum leva-  
ret manus Moyses, vincebat Israel; rursus si incli-  
nasset, superabat Amalech. **377** Elevantibus enim  
nobis actus nostros ad cælum, rectores tenebrarum  
subiunguntur.

2. At contra remissis orantes manibus, hoc est,  
terrenam conversationem sectantes, hostis victor  
insequitur, sedet Moyses super lapidem, qui in Za-  
charia septem habebat oculos (*Zach. iii*), et in Sa-  
muells volumine appellatur Lapis adjutorii (*1 Reg.*  
*vii*), et utramque manum ejus, Aaron et Hur, quasi  
duo populi, aut duo Testamenta, sustentant.

#### CAPUT XXVI.

##### *De cognato Moysis.*

1. Devicto autem Amalech, supervenit Jethro so-  
cer Moysis, adducit Sephoram, id est, Ecclesiam,  
utrumque filium ex utroque populo procreatum. Dat

*bum Dei peccat, efficitur ei ipsum verbum Dei vermis,*  
*qui ejus semper conscientiam fodiat, etc. Quot etsi*  
*implicatum videtur, ferri tamen potest. AREV.*

CAP. XXIV. N. 1. *Post manna, usque ad sitim*  
*suam, ex eod. GRIAL.*

*Ibid. Grialius, queritur populus. Alb., ejus aperto*  
*latere cuncta fluxerunt. AREV.*

CAP. XXV. N. 1. *Post hæc Moyses, ex eod. GRIAL.*  
2. *Lapidem qui. Alborn., Lapidem, id est, Ecclesia*  
*super Christum, qui. AREV.*

A Moysi consilium septuaginta seniorum. Audit eum  
Moyses, et facit quæcumque dicit. Ubi magnæ admi-  
rationis est, ut Moyses propheta Deo plenus, qui cum  
Domino facie ad faciem loquebatur, ab homine gen-  
tili consilium acciperet, et faceret omnia quæcumque  
diceret illi, nisi ut formam humilitatis populorum  
principibus daret, et futuri sacramenti designaret  
inaginem.

2. Sciebat enim quandoque futurum quod per  
populum ex gentibus congregatum ea quæ in lege  
decerant, eo suggerente, completerentur, bonumque et  
spiritualem intellectum afferret ad legem Dei, et  
sciebat quia audiret eundem populum lex, et faceret  
omnia quæcumque diceret, legisque diminutio, sug-  
gerente Evangelio, completeretur.

#### CAPUT XXVII.

##### *De ascensione Moysis in montem.*

1. Successit itaque post hæc populus quadrage-  
simæ septima die egressionis **378** ex Ægypto ad  
montem Sina, ibique Moyses ascendit ad Dominum.  
et Dominus ad eum descendit. Mons quippe altitudo  
contemplationis nostræ est, in qua ascendimus, ut ad  
ea quæ ultra infirmitatem nostram sunt intuenda sub-  
levemur. Sed in hanc Dominus descendit, quia  
sanctis multum proficientibus parum de se aliquid  
eorum sensibus aperit.

#### CAPUT XXVIII.

##### *De tonitruis et fulguribus.*

1. Jam deinde quinquagesima die post actum pa-  
scha data est lex Moysi. Ita et quinquagesima die  
post passionem Domini, quam pascha illud præfigu-  
rabat, datus est Spiritus sanctus, promissus Paracletus,  
descendens super apostolos, et qui cum eis erant,  
in centum viginti Mosaicæ ætatis numero constitutos;  
et divisus linguis credentium, totus evangelica præ-  
dicatione mundus impletus est.

2. Dicitur illic lex scripta digito Dei. Et Dominus  
dicit de Spiritu sancto : *In digito Dei ejicio demonia.*  
Aspicit illic cunctus populus voces, et lampades,  
montemque fumantem, tonitrua, et fulgura, clangor-  
emque buccinæ perstreptentem. In vocibus namque  
et tonitruis clamor prædicantium intelligitur, in lam-  
padibus claritas miraculorum, in sonitu buccinæ for-  
tis prædicatio sanctorum.

3. Quæ omnia in adventu Spiritus sancti completa  
D sunt, quando omnes discipuli Christi in varietate  
linguarum præceptis et signis intonuerunt. Interpre-  
tatur autem Sinai rubus, quod significat Ecclesiam,  
in qua et Dominus loquitur Moysi. Quod autem legem  
daturus Dominus, in igne et fumo descendit, hoc  
significat, quia et fideles claritatis suæ ostensione

CAP. XXVI. N. 1. *Devicto autem Amalech, usque*  
*ad compleur. Orig., hom. 11 in cap. xvii. GRIAL.*

CAP. XXVII. N. 1. *Successit utique, usque ad sensibus*  
*aperit, verba sunt Greg., v Moral., c. 27. GRIAL.*

*Ibid. Descendit. Mons. Alborn. addit : Descendit,*  
*Sed quid est moraliter, quod Moyses in monte ascendit,*  
*et Dominus ad montem descendit? Mons, etc. Grialius*  
*in nol. utique, pro itaque. AREV.*

CAP. XXVIII. N. 3. *Quod autem legem daturus, usque*  
*ad obscurat, verba Greg., vi Moral., c. 17. GRIAL.*



illuminat, et infidelium oculos per fumum erroris obscurat.

4. Quod vero videtur in caligine, hoc significat, quis impii, qui terrena sapiunt, caligine malitiæ eum descendente, id est, **879** in humilitate nascentem, non cognoverunt. Alias ipi caligine visus legem dedit, quia veritatem suæ legis non secuturis infidelibus quasi per caliginem dixit: *Ut videntes non videant, et audientes non audiant.*

**CAPUT XXIX.**  
*De decem verbis.*

1. Dat igitur inde Dominus Moysei legem innocentiæ nostræ, et cognitionis suæ. Eandemque in decem verba constituit, et saxeis tabulis digito suo scripsit. Et hæc quidem præcepta ita sunt distributa, ut tria pertineant ad dilectionem. divinæ Trinitatis, septem vero ad amorem fraternum, quibus societas humana non læditur.

2. Primum Decalogi mandatum ad Deum Patrem pertinet, dum dicit: *Dominus Deus tuus Deus unus est.* Utique ut hæc audiens, unum Deum Patrem colas, et in multos fictos deos fornicationem tuam non effundas. In hoc præcepto prohibetur coli aliqua in segmentis hominum Dei similitudo, non quia non habet imaginem Deus, sed quia nulla imago ejus coli debet, nisi illa quæ et hoc est quod ipse, nec ipsa pro illo, sed cum illo.

3. Secundum præceptum ad Filium pertinet, dum dicit: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Creatura enim mutabilis est, ac propterea dicitur: *Omnis creatura vanitati subjecta est.* Ergo, ne quisquam Filium Dei Verbum, per quod facta sunt omnia, putaret esse creaturam, ideo dicitur: *Non accipies in vanum nomen Domini Dei tui;* id est, ne æstimes creaturam esse Filium Dei, quoniam omnis creatura vanitati subjecta est; sed credas eam esse æqualem Patri, Deum de Deo, verum Verbum, per quem omnia facta sunt.

**380** 4. Tertio præcepto legis insinuaturn de observatione Sabbati, quod ad Spiritum sanctum pertinet, cujus dono requies nobis sempiterna promittitur. Nam quia Spiritus sanctus dicitur, in quo nobis requies æterna promittitur, propterea et septimum diem sanctificavit Deus. In aliis enim diebus operum non est nominata sanctificatio, nisi in Sabbato, ubi dicitur: *Requievit Deus.*

5. Proinde igitur hoc mandatum pertinet ad Spi-

**CAP. XXIX. N. 4. Scripsit.** Et hæc. Alii: *Scribit; quare in tabulis lapideis signat, Judæos dura cervice suis. Et hæc. AREV.*

2. *In hoc præcepto, usque ad sed cum illo, hæc tantum legebantur in Val. et Compl., quæ propterea recepimus, quia sunt Aug. verba, epist. 119, ad Januar., cap. 11. GRIAL.*

*Ibid. Codex Regiovat. 295, ad marginem, addit: Hoc præcepto prohibetur coli in segmentis hominum Dei similitudo; non quia non habet imaginem Deus, sed quia nulla imago ejus coli debet, nisi illa quod hoc est quod ipse, nec ipsa pro illo sed cum illo. AREV.*

3. *Creatura enim, usque ad Dei tui, in solo Val., quæ sunt item Aug. verba. GRIAL.*

ritum sanctum, tam propter nomen sanctificationis, quam etiam propter æternam requiem ad donum Spiritus sancti pertinentem. Dicitur enim ipsi: *Memorati sunt ut diem Sabbati sanctificetis: sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua; septimus autem dies Sabbatum est nomini Dei tui, non facies omne opus.*

6. In sex dierum opere sex millium annorum operatio continetur. In septimo vero requies illius hæc regni et tempus ostenditur, quod carnaliter Judæi sapientes et celebrantes peccant. Et hoc nos ad fidem mendacii fallentis aptemus, clamat per prophetam Deus: *Neomenias et Sabbata vestra odit anima mea (Isai. 1).*

7. Quomodo ergo sanctificata erunt Sabbata illa, quæ odit Deus? Illud ergo Sabbatum est sanctificatum ubi post bona vitæ hujus opera requies nobis æterna promittitur. Ideoque quidquid agimus, si propter futuri sæculi requiem facimus, veraciter Sabbatum observamus, non ut jam in ista vita nos requiescere æstimemus, sed ut omnia quæ bene operamur, non habeant intentionem, nisi in requiem sempiternam.

8. Post hæc tria præcepta, quæ ad Deum pertinent, septenarius succedit numerus mandatorum ad dilectionem proximi pertinens, et incipit ab honore parentum. Quod tamen in ordine quartum est: *Honora patrem tuam et matrem tuam.* A parentibus enim suis homo aperit oculos, et hæc vita ab eorum dilectione sumit exordium. Inde hoc mandatum primum est in septem, sicut et Dominus in Evangelio ait: *Honora patrem tuam et matrem tuam, quod est mandatum primum (Matth. xv).*

**381** 9. Sed quomodo primum quod quartum, nisi quia, ut prædictum est, in septenario numero, qui pertinet ad dilectionem proximi, primum est in altera tabula? nam ideo duæ tabulæ legis datæ sunt. Jubetur ergo in hoc præcepto filiis honorare parentes, neque contumeliosos illis existere, sed officio pietatis reverentiam debitam præstare. Nam qui parentibus honorem deferre non novit, quibus parcere poterit, aut quomodo alios diligere poterit, qui suos odit?

10. Quintum: *Non occides.* Etenim non solum opere perpetrans homicidium facit, sed etiam et qui incurrit in eum esurientem, vel nudum, qui mori possit, nisi indumentum cibumque porrigendo D subveniat, et idem homicida tenebitur.

11. Sextum: *Non moechaberis,* id est, ne quisquam

4. *Tertio præcepto legis. Omnia ex epist. Aug. citata ad Januar., cap. 11 et seq. GRIAL.*

6. *In sex dierum opere sex millium annorum operatio continetur. Quid de his verbis sentiremus, diximus ad c. vii Gen., adulterina plane esse, neque reperiri usque hujusmodi, quidquam in Codice Olivensi, neque apud Aug., unde sunt reliqua. GRIAL.*

9. *Ex nonnullis Mss. colligitur jubentur... filii honorare, etc. AREV.*

10. *Albornoz.: Non solum enim qui opere perpetrat, homicidium facit, sed etiam qui claudit viscera sua fratri suo, quem videt pati necessitatem quæ ducat ad mortem, et idem homicida tenetur. Pro in eum esurientem alii habent in hominem esurientem. AREV.*

præter matrimonii foedus aliud feminis misceatur ad explendam libidinem. Nam specialiter adulterium facit qui præter suam conjugem ad alteram accedit.

12. Septimum : *Non furtum facies*, quod est vitium rapacitatis.

13. Octavum : *Non falsum testimonium dices*, quod est crimen mendacii et falsitatis.

14. Nonum : *Non concupisces uxorem proximi tui*. In hoc præcepto vetat intentionem adulterinæ cogitationis. Nam aliud est facere aliquid tale præter uxorem, aliud non appetere alienam uxorem. Ideo duo præcepta sunt, *Non mæchaberis*, et, *Non concupisces uxorem proximi tui*.

15. Decimum : *Non concupisces rem proximi tui*. In quo præcepto damnat ambitionem sæculi, et refrenat concupiscentiam rerum. Itaque horum primum prohibet superstitionem, secundum errorem, tertium interficit sæculi anorem, quartum impietatem, quintum crudelitatem, sextum allicitum fornicationem, septimum rapacitatem, octavum perimit falsitatem, nonum adulterii cogitationem, decimum mundi cupiditatem.

16. Inter hæc igitur omnia decem præcepta solum ibi quod de Sabbato positum est figurate observandum præcipitur. Quam 382 figuram nos intelligendam, non etiam per otium corporale celebrandam, suscepimus. Reliqua tamen ibi præcepta proprie præcepta sunt, quæ sine ulla figurata significatione observantur. Nihil enim mystice significant, sed sic intelliguntur ut sonant. Et notandum quia sicut decem plagis percutiuntur Ægyptii, sic decem præceptis conscribuntur tabulæ, quibus regantur populi Dei.

### CAPUT XXX.

#### *De duabus tabulis.*

1. Cur autem in duabus tabulis scripta est lex, nisi aut propter duo Testamenta significanda, aut propter illa duo præcepta dilectionis Dei, et dilectionis proximi, in quibus tota lex pendet et prophætæ? Hæc enim in tabulis singulis explicata sunt. In una enim tria præcepta ad Dei pertinentia charitatem; in altera vero septem pertinentia ad proximi societatem.

### CAPUT XXXI.

#### *De lapideis tabulis.*

1. Sed cur lapideæ eadem tabulæ fuerint, nisi ad significandum cor Judæorum lapideum? Per lapidis insensibilitatem demonstravit duram eorum mentis stoliditatem, de qua propheta dicit : *Auferam ab eis cor lapideum, et dabo eis cor carneum (Ezech. xxxvi)*.

2. Unde Apostolus : *Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus (II Cor. iii)*. Neque enim

16. Inter hæc igitur omnia, usque ad ut sonant, tantum leguntur in Val. et Compl. Sunt tamen Aug. verba, c. 12, epist. 119, ad Januar. GRIAL.

*Ibid.* Mendum erat apud Grialium sol ibi quod. Pro inter hæc... ut sonant, Flor. 2, p. uerioribus verbis : *Ex his decem præceptis tria pertinent ad amplectendum Deum. Reliqua septem ad amorem fraternum, quibus humana societas non læditur. Post regantur populi Dei, Flor. 2 addit et demones occidantur. AREV.*

A hoc tabulæ carnales volunt, ut carnaliter sapiamus, sed quia in comparatione lapidis, qui sine sensu est, caro sentit, idcirco per lapidis duritatem significatum est cor non intelligens, et per carnalem sensibilitatem significatum est cor intelligens.

### 383 CAPUT XXXII.

#### *De altari de terra.*

1. Quod autem additur ibi a Domino : *Non facietis vobis deos argenteos et aureos, altare de terra facietis mihi*. Altare enim de terra Deo facere est incarnationem Mediatoris sperare; tunc quippe a Deo nostrum munus accipitur, quando in hoc altari nostra humilitas, id est, super dominicæ incarnationis fidem posuerit quidquid boni operatur; in altari ergo de terra oblationum munus offerimus, si actus nostros dominicæ incarnationis fide solidamus.

### CAPUT XXXIII.

#### *De non sectis lapidibus faciendo.*

1. Deinde adjecit : *Quod si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus : si enim levaveris super id cultum, pollutetur*. Secti lapides hi sunt qui unitatem scindunt, ac dividunt semetipsos a societate fraterna per odium, vel schismata : tales in corpore suo non recipit Christus, cujus corporis figuram altaris illius constructio obumbrabat.

2. Isti vero non secti lapides, ex quibus altare construi jubetur, hi sunt qui fidei morumque unitate solidantur, de quibus dicit Apostolus : *Vos estis lapides vivi, cœdificati in domus spirituales*. His non est injectum ferrum, quia incorrupti sunt, et jacta maligni ignita non receperunt; quique unum altare faciunt, quia unitatem fidei vel concordiam charitatis sequuntur.

### 384 CAPUT XXXIV.

#### *De non ascendendo ad id per gradus.*

1. *Non ascendes per gradus ad altare meum*, id est, non gradatim unum alio præferens, ad me pervenies, neque priorem, neque posteriorem tempore discernes, quia divisum et sequestratum unitatis Dominum propitium non habebis. Hoc enim Ariani faciunt, qui inseparabilem Patris, Filii, et Spiritus sancti substantiam dividunt. Jam deinde quamplura legis præcepta dantur, quibus omisais, quæ opportuniore sunt dicenda sunt.

### CAPUT XXXV.

#### *De Hebræo sex annis serviente.*

1. Præcipitur enim post hæc in lege ut Hebræus puer, si forte in servitute devenit, sex annis serviat, septimo vero anno liber dimittatur. Quod si egredi a servitute noluerit propter uxorem et filios,

CAP. xxxii. N. 1. *Quod autem additur, usque ad fide solidamus, Greg., in Moral., cap. 15. GRIAL.*

CAP. xxxiii. In titulo intelligitur *De altari, etc.* Hoc titulus non ab auctore, sed ab exscriptoribus factus satis constat. AREV.

CAP. xxxiv. N. 1. In ms. Cod. Alb. est *ascendes*, ut in Vulgata, Exodi xx, 26, et in titulo hujus capituli indicatur *De non ascendendo*, quod propterea retinetur, quamvis Grialius cum aliis exhibeat *accedes*. AREV.

perforabitur auricula ejus subula, et erit servus in sæculum.

2. Hoc de præsentî non dicitur sæculo, sed de futuro, quia in sex ætatibus hujus sæculi servientes, in septimo die, id est, æterno Sabbato liberabimur, si tamen voluerimus esse liberi, dum adhuc in sæculo servimus peccato. Si autem noluerimus, perforabitur nobis auricula in testimonium inobedientiæ, et cum uxore et filiis nostris, quos prætulimus libertati, id est, cum carne et operibus ejus, jugiter peccati servi erimus in æternum.

### 385 CAPUT XXXVI.

*De talione.*

1. Illud vero quid significat, quod in hac lege oculus pro oculo dari jubetur? Oculus enim est quisque doctor, tanquam vitæ demonstrans iter. Idem autem si intentionem auditoris per aliquam perniciosam doctrinam conetur extinguere, si oculum lædat animæ, et intellectum ejus turbet, auferatur necesse est ab Ecclesiæ præsulatu, et intellectus ejus turbulentus ac ferox, qui scandalum fidei generat, projiciatur.

2. Sed etsi quis dentem læsit auditoris, per quem Scripturarum cibos comminuebat, et dividens spiritualiter distinguebat, ut subtilem ex his ad interiora animæ transmitteret sensum; quisquis ergo hujusmodi evellens dentem conatur a corpore Christi præcidere, auferatur dens illi.

3. De talibus enim dicitur: *Dentes peccatorum contrivisti (Psalm. III)*, siquidem et manus pro manu, et pes pro pede deponitur. Manus est actio operantis, pes est per quem inceditur ad bona opera vel mala. Præcidatur ergo ille qui scandalum facit, non solum in fide, sed etiam in scilicet, qui per manum significantur, aut offendiculum præbet, quo pedes intelliguntur.

4. Recipiat etiam combustionem qui combussit, et gehennæ fratrem tradidit animam. Per quæ signacula ostenditur ut iste percussor, omnibus detruncatus membris, a corpore excidatur Ecclesiæ, ut cæteri videntes timorem habeant, et non faciant similiter.

### CAPUT XXXVII.

*De decimis et primitiis offerendis.*

1. Jubetur quoque inter hæc Israeliticus populus decimas frugum, cunctarumque primitias rerum offerre Domino. Spiritualiter **386** quippe primitiæ frugum, vel primogenitorum, principia bonorum operum ostendunt, vel ipsam bonam voluntatem, quæ prior est opere, quam Pelagiani sibi tribuendo ostendunt. Deus autem, dum illa sibi a nobis jubet offerri, indicat ad ipsius gratiam pertinere.

2. In decimis porro Domino offerendis denarius numerus perfectionem significat, quia usque ad ipsum

CAP. XXXVI. N. 3. *Offendiculum præbet.* Ita Mss. et plerique Editi, et cohæret sensus. Mendum ergo est in Grialio præbet. AREV.

CAP. XXXVII. N. 3. *Verum, quod dixit,* usque ad mortem perpetuam, Gregor., XVII Moral., cap. 11. GRIAL. *Ibid.* Grialius, loco immunditias. AREV.

numerus crescit; ideoque sicut in primitiis principia voluntatum, ita in decimis consummationes nostrorum operum ad Deum referre præcipimur, a quo et boni operis initium et perfectionis percipimus effectum.

3. Verum quod dixit: *Primogenita asini mutabis ove,* per asinum quippe hoc loco immunditia, per ovem vero innocentia designatur. Asini ergo primogenita ova mutare est immundæ vitæ primordia ad innocentiam simplicitatem convertere, ut postquam omnia illa peccator egit, quæ ut immunda Dominus respuit, ea jam agendo proferat quæ Dei sacrificio ut munda imponat. Quod vero sequitur: *Si non redimes, occidetur,* quia nimirum mens immunda, et delictis obnoxia, si non fuerit in melius commutata, necabitur morte perpetua.

### CAPUT XXXVIII.

*De vitulo combusto igni.*

1. Descendens itaque Moyses de monte cum tabulis, dum audisset populum, quod fuerat ad idola consecratus, indignos eos judicans accipere legem, projecit de manibus suis tabulas, quibus contractis, incendit vitulum quem plasmaverant.

2. Sed quid sibi velit iste vitulus quem fecerunt sibi filii Israel in solitudine? Vel quid significet quod Moyses ipsum vitulum igne combussit, minutatimque coëdidit, et in aquam aspergens potum populo dedit? Si enim tabulas, quas digito Dei, hoc est, operatione Spiritus sancti, scriptas acceperat, ideo fregit quia indignos eos quibus eas legeret judicavit; si denique ut ab eis **387** ille vitulus penitus aboleretur, incendit eum, et contrivit, et in aquam sparsit, atque submersit, ut quid et potum hunc populo dedit?

3. Quem non excitet factum hoc ad quærendam et intelligendam propheticam significationem? Occurrat ergo jam intentis mentibus quia diaboli corpus significabatur in vitulo, id est, homines in omnibus gentibus, quibus ad hæc sacrilegia caput, hoc est, auctor est diabolus.

4. Aureum prætere, quia videntur idololatriæ ritus velut a sapientibus instituti. De quibus dicit Apostolus: *Quoniam cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipientium cor eorum.*

5. *Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentum (Rom. 1, 21, 22).* Ex hac quasi sapientia iste vitulus aureus, qualia solebant Ægyptiorum etiam primates, et tanquam docti homines adorare signata.

6. Hoc ergo vitulo significatum est omne corpus, id est, omnis societas gentilium idololatriæ deditorum.

CAP. XXXVIII. N. 1. Fortasse præferendum quod est in Alborn.: *Cum tabulis, cum audisse, populum ad idola conversum.* AREV.

4. In Vulgata: *Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum, etc.* AREV.

Hanc sacrilegam societatem Dominus Christus illo igne conburit, de quo in Evangelio ait: *Ignem veni mittere in terram* (Luc. xii), ut quoniam non est qui se abscondat a calore ejus, dum in eum credunt gentes, igne virtutis ejus diabolica eis forma solvatur.

7. Totum deinde corpus illud comminuitur, id est, ab illa malæ conspirationis confusione discissum verbo veritatis humiliatur, et comminutum in aquam mittitur, ut eos Israelitæ, id est, Evangelii prædicatores ex baptismo in sua membra, id est, in domini-cum corpus transferant: quorum uni Israelitarum, id est, Petro de ipsis gentibus dictum est sic: *Macta et manduca* (Act. x). Si *macta et manduca*, quare non etiam, *concede et bibe*? ita iste vitulus per ignem zeli, et aciem verbi, et aquam baptismi, ab eis potius quos absorbere conabatur absorptus est.

### 388 CAPUT XXXIX.

*De interfectis tribus millibus.*

1. Nunc autem quid etiam prophetice significationis habuerit requirendum est, quod ex eis multos, qui sibi, absente ipso, idolum fabricaverant, sine ulla cujusque necessitudinis distinctione jussit interiri. Facile est autem ut intelligatur hominum illorum interemptione significari vitiorum talium insecutionem, qualibus ad eandem idololatriam defluerunt; in talia quippe vitia sævire nos jubet Apostolus, cum dicit: *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, luxuriam, concupiscentiam malam, et avaritiam, quæ est idolorum servitus* (Coloss. iii).

2. De porta vero usque ad portam ire est a vitio usque ad vitium, per quod ad mentem mors ingreditur, cum gladio increpationis discurrere. Sed ipse numerus trium millium interfectorum triplicem formam indicat peccatorum. Omne enim peccatum aut facio, aut verbo, aut cogitatione committitur.

### CAPUT XL.

*De confractione tabularum.*

1. Accendit itaque Moyses de novo in montem. Iterumque dat ei Deus legem in aliis tabulis ad instar priorum præcis. Sed quid significaverunt eandem tabulæ, quas primum a Domino Moyses accepit, et sine mora confregit?

2. Tabulæ illæ imaginem demonstrabant præcæ legis, non post longum intervallum pro populi peccato cessantis. Aliæ vero, ad instar priorum iteratim incisæ, Novi Testamenti habuere figuram. **389** Istæ non franguntur, ut ostenderentur Novi Testamenti eloquia per mensuram.

CAP. XXXIX. N. 1. *Nunc autem*, usque ad idolorum servitum, ex IIII cont. Faust., cap. 92. GRIAL.

2. Nonnulli Editi, *numerus viginti trium millium*. Atque ita etiam Grialius ediderat, sed correxit deinde *numerus trium millium*, quod rectum est. AREV.

CAP. XL. N. 2. Alborn. Cod. exhibet *ostendatur*, pro *ostenderentur*, et ex originali Isidori, hoc est, ex vetustiori Codice *ostenderetur*. AREV.

CAP. XLII. N. 3. *Sola enim sibi integre nota est Trinitas, et humanitati susceptæ, quæ tertia est in Trinitate persona*. Hoc est, non qua humanitas est, sed

3. Unde et merito decem verbis legenda signantur, ut per eundem numerum figura crucis exprimeretur. Hujus enim formæ in decem X littera est. Nam recto uno apice a summo usque ad imum ducitur. Rursum alio non dispari per transversa brachiorum componitur. Unde et ipse ait: *Non veni legem solvere, sed implere* (Math. v), utique per passionem effectus, cujus imago fuit in tabulis.

### CAPUT XLI.

*De quadraginta diebus quos jejunavit Moyses.*

1. Quid autem sibi velit quod Moyses quadraginta diebus jejunaverit? Cujus actionis quædam figura est in hujus numeri consideratione; quadragenario enim numero et Moyses, et Elias, et ipse Dominus, jejunaverunt.

2. Præcipitur enim nobis ex lege et prophetis, et ex ipso Evangelio, quod testimonium habet à lege et prophetis (unde etiam in monte inter utramque personam medius Salvator effulsit), ut a mundi illecebris aviditatem nostram tanquam jejunio temperantia refrenemus, quandiu perfectio Decalogi legis per quatuor ejusdem mundi partes, id est, toto orbe prædicatur, ut decem quater ducta quadragenarium numerum signent.

### CAPUT XLII.

*Quod Dominus Deus dixit ad Moysen: Posteriora mea videbis.*

1. Quod vero petivit Moyses ut claritatem Domini videret, dicens: *Si inveni gratiam apud te, ostende mihi te ipsum manifeste*. Accepit enim in præsentem congruum responsum quod faciem Domini videre non posset, quam nemo videret, et viveret.

2. Quid est ergo *Faciem meam videre non poteris*, nisi quia quamvis usque ad paritatem angelicam humana etiam post resurrectionem natura proficiat, et ad contemplandum Deum indefessa **390** consurgat, videre tamen ejus essentiam plene non prævalet? quam nec ipsa perfectio angelica in toto vel integre attingit scire, secundum Apostolum, qui ait: *Pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum* (Philipp. iv), ut subaudias et angelorum.

3. Sola enim sibi integre nota est Trinitas, et humanitati susceptæ, quæ tertia est in Trinitate persona. Jam deinde in sequentibus verbis Dei, futuri Christi Ecclesiæque mysterium figuratum est. **391** Gestavit quippe Moyses typum populi Judæorum in Christum postea credituri. Ideo illi dictum est: *Cum transiero, posteriora mea videbis*.

qua subsistit in una ex tribus personis. Sunt autem hæc (quantum conjicimus) Græci alicujus scriptoris verba. Nam repetuntur paululum immutata, utpote ex diversa interpretatione, lib. I Sententiarum, cap. 3; illic enim: *Sola* (inquit) *Trinitas sibi integre nota est, et humanitas a Christo suscepta, quæ tertia est in Trinitate persona*. Utrumque vero in idem recidit. Ob id namque Trinitas humanitati susceptæ integre nota est, quia humanitatis susceptæ nomine Verbum ipsum suscipiens simul intelligimus. Ac propterea humanitas a Christo suscepta ab alio integre nosci non

4. Quidam hunc sensum in Evangelio dicunt fuisse completum, cum ascendisset Dominus in montem, quando apparuit Moyses colloquens cum Jesu, et ideo ibi completam aiunt istam promissionem, quam accepit in monte Sina, cum dictum est: *Posteriora mea videbis*. Vidit ergo posteriora ejus, id est, vidit quæ in posterioribus et novissimis facta sunt.

5. Quod autem ait Dominus ad Moysen: *Est locus apud me, stabis super petram*; et paulo post: *Tollam manum meam, et videbis posteriora mea*; quia enim ex sola Ecclesia catholica Christus conspicitur, apud se esse locum Dominus prohibet de quo videatur. In petra Moyses ponitur, ut Dei speciem contempletur: quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit, divinam præsentiam non agnoscit. De qua soliditate Dominus: *Super hanc petram, inquit, ædificabo Ecclesiam meam* (Matth. xvi).

#### CAPUT XLIII.

##### *De glorificatione Moysis.*

1. Quod vero, descendente denuo Moysen cum tabulis, facies ejus glorificata videtur, sed tamen velamine tegitur, hoc significabat ut ostenderet eam legem mystico esse velamine coopertam, tectamque infidelibus et occultam. Sermo quippe legis habet scientiæ gloriam, sed secretam: habet et cornua duorum Testamentorum, 392 quibus contra dogmata falsitatis incedit armata.

2. Cum enim Moyses legitur, velamen est positum super cor eorum. Et manifeste dum legis et prophete-

test, quia homo ille Deus est. Valetque ad hoc communicatio (quam vocamus) idiomatum. Nam, ut ipse lib. 1 Sententiarum, cap. 6, ait: *Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus, nequaquam aliter in humanitate, aliter in Deitate est, sed in utraque natura idem unus est*. Vox autem *tertia*, ordinem hoc loco non magis significat, quam cum binarium numerum senarii tertiam partem dicimus, aut cum doctus poeta in epithalamio cecinit:

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est;  
Tertia pars patri data, pars data tertia matri,  
Tertia sola tua est: noli pugnare duobus.

Quin etiam Isidorus ipse alibi quoque eadem de Trinitate eodem modo loquitur. Nam lib. 1 advers. Judæos, cap. 4: *Cujus Trinitatis (inquit) sacramentum et Aggæus propheta ita aperuit ex persona Domini, dicens: Spiritus meus erit in medio vestri. Ecce Deus, qui loquitur, ecce Spiritus ejus. Post hæc de tertia persona, id est, de Filio ita subjicit: Quia ecce ego commovebo cælum et terram, et veniet desideratus cunctis gentibus*. Et paulo post: *Et nunc Dominus, qui misit me, et Spiritus ejus: ecce duæ personæ, Dominus et Spiritus ejus, qui mittunt, et tertia persona ejusdem Domini, qui mittitur*. Bis itaque Filium tertiam personam, hoc est, unam et tribus dixit. Quo sensu licuit dicere: *In Trinitate divina tertia persona Pater, tertia Filius, tertia Spiritus sanctus*. Sed, cum in hac Trinitate nihil prius sit, aut posterius, nostræ tamen aures, quasi ordinem in divinis ex processionibus requirentes, jam id refugiunt; itaque has dicendi formas non tam usurpamus quam sobrie interpretamur. Quod vero humanitatem personam quibusdam facere videtur, si non attendunt provocabulum *qui, quæ, quod*, cum inter diversi generis duo nomina ponitur, non tantum præcedenti, sed sequenti etiam aptari solere, notissimo Sallustii exemplo: *Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur*. Quomodo

A tarum scripturam per nimiam stoliditatem cordis carnaliter accipiunt infidelos, illis tota facies Moysi quodam velamine tegitur, ita ut non possim loquentis legis gloriam sustinere.

3. Sed si conversi fuerint ad Deum, auferetur velamen, occidens littera morietur, vivificans spiritus suscitabitur. Dominus enim spiritus est, et lex spiritalis est. Unde et David orabat in psalmo: *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua* (Psalm. cxviii).

#### CAPUT XLIV.

##### *De ædificatione arcæ.*

1. Jam nunc arcam Testamenti Domini inspiciamus, in qua erant repositæ tabulæ legis. Per hæc arcam, quam de lignis impuitribilibus Moyses fabricavit, Ecclesia Christi significatur, ædificata ex omnibus sanctis, mente et corpore incorrupti, habentibus interius etiam duas tabulas Testamenti, id est, observantiam legis et Evangelii. Intus autem ac foris inauratur arcæ; sic et Ecclesia, quasi aurum radiare debet, tam interius vitæ splendore quam exterius doctrinæ et sapientiæ claritate.

2. Corona autem aurea per circuitum et quatuor circuli aurei, 393 qui per quatuor angulos julentur adjungi, id significant, quia in eo quod in Ecclesia per quatuor mundi partes dilatata tenditur, procul dubio quatuor sancti Evangelii libris accincta prædicatur: quæ tamen intra unius coronæ ambitum, id est, intra ejusdem fidei unitatem concluditur.

C Isidorus quoque ipse loqui interdum gaudet, ut lib. 1 Sententiarum, cap. 15: *Inimicos Dei persequuntur tenebræ, qui intelliguntur dæmones*. Ita est enim in omnibus Manuscriptis, mendose vero in Excusis: *quæ intelliguntur dæmones*. Quare lib. 1 Sentent., cum posset dicere: *Sola Trinitas sibi integre nota est, et humanitas a Christo suscepta, qui tertia est in Trinitate persona* (id enim volebat) noluit tamen ad præcedentem Christum provocabulum respicere, sed ad personam subsequenter. Quod fecit item hoc loco, cum tamen humanitas susceptæ nomine Filium ipsum (ut diximus) suscipiente conceperit. Neque est quod de scripturæ veritate aut hic, aut lib. 1 Sentent. quisquam dubitet. Nam ut hic octo, ita illic sedecim manuscriptorum libri, tam Langobardicus quam nostris characteribus scripti, omnes omnino cum Editis consentiunt. GRIAL.

Ibid. Alborn: *Vobis, pro verbis; et mox: Hujus enim formâ in X est littera*. In nota Grialii erat sed quia subsistit, verum sensus exigit sed quia subsistit.

D AREV.

4. *Posteriora mea videbis*. In Flor. 1, ad margin., eodem caractere est ascriptum: *Et posteriora videre est clarificatum Domini humanitatem contemplari*. AREV.

CAP. XLIV. N. 1. *Ecclesia Christi significatur, vel etiam mens nostra ex Origène; ita enim ille, homil. 10 in Numeros: Et arca aurea, in qua sunt tabulæ Testamenti (ut opinor) non aliud quam mens nostra esse declarat, in qua legem Dei debemus habere scriptam. Hæc autem mens aurea debet esse, hoc est, pura et pretiosa, in qua legem Dei scriptam semper habemus, sicut Apostolus dicit, scriptam non atramento, sed spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus*. Ambros. vero carnem Salvatoris esse voluit in c. ix Epist. ad Hebræos. Vid. not. cap. seq. GRIAL.

2. *Corona aurea per circuitum*. Nihil hic de coronâ aureâ Gregorius, e quo sunt reliqua in Pastoralibus

5. Vectes quoque de lignis Sethim sunt, qui eisdem ad portandum circulis inseruntur, quia fortes perseverantesque doctores, velut impetrabilia ligna, quaerendi sunt, qui, instructioni sacrorum voluminum semper inherentes, sanctæ Ecclesiæ unitatem devinciant, et quasi intronmissis circulis arcam portant. Qui auro quoque iubentur operiri, ut cum sermone aliis insonant, ipsi etiam vitæ splendore fulgeant.

#### CAPUT XLV.

*De urna aurea, et tabulis, et virga.*

1. In hac Testamenti arca fuit urna aurea, tabulae quoque, et virga Aaron. Hæc arca, ut prædictum est, Ecclesia est, habens duas tabulas lapideas, id est, duplicis Testamenti perpetuam firmitatem. Urnam quoque auream intelligimus carnem Christi puram atque sinceram, quæ reconditum in se manna perpetuæ divinitatis conservat, et angelici illius panis perennem coelestemque gerit dulcedinem; necnon etiam virgam Aaron, id est, ejusdem summi verique pontificis nostri Jesu Christi salutare vexillum immortalis memorie semper viriditate frondens.

#### 394 CAPUT XLVI.

*De propitiatorio et cherubim.*

1. Jam porro per propitiatorium super arcam Testamenti positum idem ipse Christus insinuat, qui inter Deum et hominem medius propitiator intervenit; de quo dicit Apostolus: *Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius* (Rom. iii, 25). Hoc propitiatorium arcæ superponitur, sicut et Christus caput est Ecclesiæ, cujus a dextris et a sinistris duo cherubim assistunt. Cherubim autem plenitudo scientiæ interpretatur, plenitudo scientiæ est charitas, id est, dilectio Dei et proximi, quæ Dominus ostenditur; nemo enim potest pervenire ad

part. ii. cap. 10. Et quidem eadem hæc multo aliter et Septuaginta, et eorum Latinus interpret reddiderunt. Pro his enim apud Augustinum in Questionibus in Exodum hæc verba leguntur: *Cymatia aurea tortilis in circuitu*. Sed in hoc opere et variis auctoribus contextu non allegoriæ modo, sed sacræ etiam Scripturæ translationes permiscuerunt, quamvis Gregorium hoc loco Vulgata Editione usum vel *vectes* soli satis indicent, pro quibus interpret ille *gestatoria* vel *supportatoria* reddidit. GRIAL.

3. Devinciant, ex Bedæ et Impress. *Denuntiant*. Bks. o., et Greg., mendose opinor. GRIAL.

*Ibid.* In Albornoziano quoque existat *denuntiant*, quod mendosum Grialius existimat. AREV.

CAP. XLV. N. 1. *Urnæ quoque auream intelligimus carnem Christi, etc.* Hæc quidem ex Ambrosio sumpta videntur, nisi quod ille arcam, nos vero urnam Salvatoris carnem esse vult: ita enim Ambrosius, loco citato: *Arca Testamenti. Hæc est caro Salvatoris, in qua erat urna aurea, habens manna divinitatis, et virga Aaron, quæ floruit in sacerdotio Christi, et tabulae duorum Testamentorum*. GRIAL.

CAP. XLVI. N. 1. *Idem ipse Christus insinuat*. Ita Gregorius, homil. 6 in Ezech. *Quid enim per propitiatorium, nisi Redemptor humani generis designatur? Atque eodem modo Ambrosius: Aptæ autem propitiatorium super arcam positum esse dicitur, quia ipsi Mediatori Dei et hominum a Deo Patre donatum est ut esset propitiatio pro peccatis nostris, etc.* Cur vero super arcam et tota omnino de re elegantissime Aug., quæst. 103: *In arca voti jussa sunt lex, et manna, et*

Deum, nisi per charitatem; plenitudo enim legis dilectio est.

2. Alii eadem duo cherubim duo intelligunt Testamenta, quæ multitudinis suæ scientia propitiatorium Dei, id est, Christi sacramenta obumbrant, testante propheta: *In medio duorum animalium cognoscetis* (Habacuc iii, 2). Hi versis vultibus se respiciunt, dum in spiritualem sensum vertuntur; tunc enim alterutrum sibi melius concordant, et in omnibus rectius consonant. Siquidem ex utroque latere oraculum, vel propitiatorium, tegunt, quia Vetus et Novum Testamentum tam Christi sacramenta quam Ecclesiæ mysteria sub ænigmatum figuris operiunt.

#### 395 CAPUT XLVII.

*De altari.*

1. Altare autem illud corpus Christi significabat, sive omnes sanctos, in quibus ardet semper divinus ignis, et semper consumitur caro.

#### CAPUT XLVIII.

*De mensa.*

1. Posita vero mensa pacis et fidei Ecclesiæ gestabat typum, in qua pascimur alimentis Scripturarum. Ad cujus unitatem ex toto orbe vocibus apostolicis Dei populus congregatur, Salomone dicente: *Sapientia edificavit sibi domum, paravit mensam suam, miscuit vinum in cratere* (Proverb. ix, 4), et reliqua; dicens rursus: *Venite, edite de meis panibus*.

#### CAPUT XLIX.

*De candelabro et oleo.*

1. Candelabrum illud septem ramorum Spiritus sancti gestabat imaginem, qui septiformi gratia illustrat omnem Ecclesiam in unitate fidei 396 consistentem. Alii idem candelabrum Christum intelligunt, gestantem septem Ecclesias, in quibus septiformis Spiritus sancti splendor emicat. Huic candelabro fiunt emum-

*virga Aaron, in lege præcepta sunt; virga potestatem significat, manna gratiam, quia nisi cum gratia non est potestas præcepta faciendi. Veruntamen quia lex a quovis proficiente non ex omni parte completur, propitiatorium est desuper; ad hoc enim opus est ut propitiatus sit Deus, et ideo desuper ponitur, quia superexaltat misericordia iudicium*. GRIAL.

2. *Alii eadem duo cherubim*. Greg., homilia citata. GRIAL.

*Ibid.* Testante propheta: *In medio duorum animalium cognoscetis*. Inseruit testimonium ex Habacuc Gregorii allegoriæ. Citavitque illa (quod et commodum fuit) non ex Vulgata, sed ex Septuaginta Editione. Pro his enim verbis Hieron. *In medio annorum notum facies verit. Non solum autem Hebræa diversis punctis notata utramque interpretationem recipiunt, sed Ecclesia utraque etiam in divinis officiis utitur*. GRIAL.

CAP. XLVIII. N. 1. *Dicens rursus*. Ita Alborn. Cod. Grialius cum aliis omittit rursus. Verba Proverbiorum sunt: *Sapientia edificavit sibi domum, excidit columnas septem, immolavit victimas suas, miscuit vinum, et proposuit mensam suam*. Et vers. 5: *Venite, comedite panem meum*. AREV.

CAP. XLIX. N. 1. *Spiritus sancti gestabat imaginem*. Ambr.: *Candelabra vero dona Spiritus sancti sunt, quæ in Ecclesiis lucent intelligentibus, per eam super quem requiescit spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis, et spiritus timoris Domini*. Hier., ad Zachar. iv: *Candelabrum (inquit) solidum aureum Hebræi, legem, id*

ctoria, quæ in Isaia forcipes nuncupantur (*Isai. vi, 6*).

2. Et hæc quidam duo Testamenta interpretati sunt, quibus peccata purgantur, quæque inter se Spiritus sancti unione sociantur. Extra velum autem testimonii, quod oppansum est, candelabrum ardere præcipitur, quia sine ullo Veteris Testamenti velamine Spiritus sancti jam veritas fulget.

4. Oleum vero, quod de arboribus olivarum sumendum Dominus præcipit, eandem gratiam Spiritus sancti ostendit, habentem in se pacem et misericordiam per Salvatoris adventum; unde in cordibus nostris lumen veritatis accenditur.

#### CAPUT L.

##### *De tabernaculo.*

1. Sequitur nunc figura tabernaculi, quod, jubente Domino, Moyses fabricare jubetur. Tabernaculum hoc per allegoriam Ecclesia est in hujus vitæ eremo constituta, de qua Psalmista ait: *Quantum abscondit me in tabernaculo suo in die malorum (Psalm. xvi, 5)*.

2. Variis itaque speciebus tabernaculum instruitur, partim pretiosis, partim vilioribus; per quod monstratur alios sanctos, alios peccatores esse in Ecclesia. Fideles autem omnes intra corpus Ecclesiæ constitutos, infideles vero extra sinum collocatos.

#### CAPUT LI.

##### *De columnis et earum basibus.*

1. Ipsum autem tabernaculum cum in typo Ecclesiæ fieret, columnas ei quatuor fundi argenteas Dominus jussit. Columnæ istæ quatuor Evangelistæ sancti sunt, fidei firmitate fundati. Argenteæ autem **397** C dicuntur propter divini eloquii claritatem.

2. Harum columnarum bases prophetæ sunt, qui suo gestamine structuram portant Ecclesiæ; supra fundamentum enim prophetarum evangelistæ collocant Ecclesiam, eorumque auctoritate evangelicam fidem confirmant. Caput autem columnarum aureum ille est, de quo dicit Apostolus quia caput viri Christus.

#### CAPUT LII.

##### *De tabulis deauratis.*

1. Interim et tabulas deauratas erigi præcipit, et fundi earum bases argenteas jubet. Quid enim per tabulas, nisi doctores et apostoli, extensa in mundum prædicatione dilatati? Quid per bases argenteas, nisi, ut prædictum est, prophetæ signantur, qui superimpositas tabulas ipsi firmi ac fusiles sustinent?

2. Quia apostolorum et doctorum vita, dum eorum

est, *obov* interpretantur. Lampadem autem, id est, flammam in vertice candelabri lucentem atque fulgentem, Christum, qui caput legis sit, et omnem mundum illuminet. Septem lucernas super candelabrum, septem gratias Spiritus sancti, hæc quidem de Hebræorum sensu se dicere proflitetur. Ipse vero de ecclesiasticorum virorum commentariis subdit: *Candelabrum aureum de auro purissimo Ecclesiam intelligunt, quæ in Scripturis sanctis sensum ac mentem magis quam verba perquirunt*. GRIAL.

*Ibid.* Isaïas, loc. cit.: *Et volavit ad me unus de seraphim, et in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari*. AREV.

2. Grialius aliquando scribit *obpansum*, aliquando

A prædicatione instruitur, eorum auctoritate solidatur. Unde conjunctæ bases binæ singulis tabulis supponuntur, quia dum prophetæ sancti in verbis suis de Mediatoris incarnatione concordant, subsequentes prædicatores Ecclesiæ indubitanter ædificant. Et cum in semetipsis non discrepant, illos in se robustius firmant.

3. Quod autem argenteas ait bases, et tabulas deauratas, ostendit præcepta apostolorum longe clariora esse quam prophetarum. Tentoria autem, quæ ansulis assuta, et circulis suspensa atque innexa funibus ad modum cortinarum viginti et octo in longum atque in latum quatuor cubitis distenduntur, reliqua credentium plebs intelligitur, quæ hæret et pendet in funibus fidei. Funis autem triplex non rumpitur, quæ est Trinitatis fides, ex qua dependet et per quam sustinetur omnis Ecclesia.

4. Quod autem viginti et octo cubitis in longum distenduntur, et in latum quatuor cortinæ unius mensuræ, inserta lex **398** Evangelio designatur. Septenarius namque numerus legem significare solet propter multa septenarii numeri sacramenta. Qui consecutus ad Evangelia quatuor, quater septem consequenter vigesimum octavum numerum faciunt.

#### CAPUT LIII.

##### *De decem cortinis.*

1. Decem autem cortinæ sunt, ut integrum perfectionis numerum teneant, et legis decalogum significant; qui tamen quinquagenis aureis circulis sibi met connectuntur, quia omnes fideles per donum Spiritus sancti fidei et charitatis vinculo sociantur. Quinquagenarius enim numerus ad Spiritum pertinent sanctum. Unde et quinquagesimo die post pascha descendit de coelo Spiritus sanctus.

#### CAPUT LIV.

##### *De undecim vela cilicinis.*

1. Quod vero undecim vela cilicina fieri præcipiuntur, in cilicio peccatum ostenditur, propter hædos ad lævam positos. Quoniam ergo superius in decem cortinis sanctos perfectionem legis tenentes ostenderrat, profecto undenarius ciliciorum numerus, quoniam transgreditur denarium, transgressores legis, hoc est, peccatores in Ecclesia futuros significat. Sed tamen et ipsa saga cilicina quinquagenis ansulis D copulantur propter penitentiam signum et spem remissionis peccatorum per indulgentiam.

oppansum, quod magis usitatum est. AREV.

CAP. LII. N. 2. Unde conjunctæ bases binæ significant, ex Orig., hom. 9 in cap. xviii. GRIAL.

3. Alborn.: *Quod autem argenteas ait bases, sed tabulas deauratas*. Quod elegantius videtur. AREV.

*Ibid.* Alb.: *Non facile rumpitur, et ex originali indicatur derumpitur, pro quo alii Mss. dirumpitur*. Verba Ecclesiastæ sunt: *Funiculus triplex difficile rumpitur*. Grialius, *per quem sustinetur*. AREV.

4. Alii, qui cum sociatur. Sed perierique, qui consociatus, ut sit nominativus pro ablativo absoluto. AREV.

CAP. LIV. N. 1. Quod vero, usque ad remissionis est, verba Aug., xv de Civit., cap. 20. GRIAL.

2. Unde et quinquagesimus psalmus veniæ et remissionis est. Possunt quidem et hæc tentoria cilicina (quibus tabernaculum tegitur, et pluvias, et ventos, et turbines tolerant) grossæ hominum mentes accipi, quæ aliquando in Ecclesia occulto Dei iudicio, quamvis duræ sint, præferuntur.

**399** 3. Unde et bene sequenter pelles arietum ibi subiecit, ut per arietes duces præpositosque Ecclesiarum ostenderet. Qui, quia deservire curis temporalibus non timent, oportet ut tentationum ventos et pluvias de huius mundi contrarietatibus portent, ut qui intra Ecclesiam spiritualiter, quasi byssus, et hyacinthos, et purpura fulgent, securi interiori respiciant, dum præpositi et rectores eorum contra procellas et turbines sæculi foris laborant.

#### CAPUT LV.

*De oppanso velo in medio tabernaculi.*

1. Quod vero in medio tabernaculi velum extenditur, et exterior pars ab interiore separatur, illud significat, quod nunc populis Ecclesiæ, quæ promissa sunt, velut oppansa, quousque revelentur, videre non liceat. Sic enim et Apostolus ait: *Nunc videmus per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem* (1 Cor. xiii). Quamdiu igitur in hoc mundo sumus, tanquam per speculum veritatem videmus, positi quasi in sancto, nondum pervenientes ad sancta sanctorum.

2. Sancta enim possunt esse ea quæ in præsentis sæculo habere sancta conversatio potest. Sancta vero sanctorum, in quæ semel tantummodo intratur, ad cælum est transitus, ubi est propitiatorium et cherubim, ubi et mendicordibus apparere poterit Deus. In qua tamen conversatione constituti non sine adiutorio Spiritus sancti consistimus. Habemus enim ex uno Spiritus sancti fonte septem lucernas, quæ illuminent populum Ecclesiæ, id est, septemvicem Domini gratiam missam in universum orbem terrarum, quæ populos Ecclesiæ fulgore Spiritus sancti diversa charismatum claritate illustrat.

3. Potest quidem hoc oppansum velum, quod partem tabernaculi interioris occultabat, ne prospicerentur illuc reposita, tempus illud significare quod fuit sub lege. Quia ea quæ lex et prophetæ cecinerunt occulta erant, et interjecto velamine videri non poterant.

**400** 4. Sed posteaquam Christus adveniens tempore passionis velum illud a summo usque deorsum dirupit, omnia illa quæ antea erant occulta, per Domini passionem ad nostram fidem sunt revelata, dicente Apostolo: *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum: quia Spiritus omnia scrutatur, et ea quæ sunt alta Dei* (1 Cor. ii, 10).

2. *Grossæ hominum mentes.* Ita Grialius cum aliis Eduis. Sed fortasse melius est cum Alborn., *crasæ hominum mentes.* Pro *duræ sint* Grialius eisdem *duræ sunt.* In Alb., *aura sint.* Alii, *hominum mentes, qui... duri sint.* AREV.

Car. xv, N. 2. Alii, *ubi et mendis corde.* Sed mendicordibus probum est ex dictis ad cap. 25, in Genesim, num. 10. AREV.

5. *Vulga: a Spiritus enim omnia scrutatur, etiam*

#### CAPUT LVI.

*De diversis donariis ad constructionem tabernaculi.*

1. Offeruntur autem uno studio et tamen diversa donaria ad constructionem tabernaculi, juxta quod scriptum est: *Aurum, argentum, æs, lapides preciosi.* Tum præterea byssum, coccum, hyacinthum, et purpuram, pelles arietum rubricatas, et pelles hyacinthinas, sed et ligna impatibilia, pilos quoque caprarum ad constructionem tabernaculi.

2. Sed et quidquid in cultum et ad vestes sanctas necessarium erat viri cum mulieribus præbuerunt, armillas, et inaures, et annulos, et dextralia, omne vas aureum in donaria Domini separatum est. Si quis habuit hyacinthum, purpuram, coccum his tinctum, byssum, et pilos caprarum.

**B** 3. Figura itaque prioris tabernaculi Ecclesiæ typus est. Per hæc itaque munera significantur meritorum dona, quibus ornatur Ecclesia: fides ejus auro comparatur, sermo prædicationis argento. Quod vero quæ in ornamento, sive tabernaculo necessaria sunt, viri cum mulieribus præbent, hoc significat quia intra Ecclesiam virtutes fortium, quæ per viros exprimuntur, et exigua opera infirmorum, quæ per mulieres infirmantur, omnia locum inveniunt, et ad usum sanctæ ædificationis accipiuntur.

4. Collatio verò ipsa non fit necessitate, sed sponte, quia fides spontanea est. Nam per armillas, quæ lacertos astringunt, præpositorum valde laborantium opera demonstrantur. Per inaures subditorum obedientia exprimitur. Per annulos signaculorum secretorum ostenditur.

**401** 5. Unde et quædam minus intelligentibus occultantes, quasi sub signaculo recondunt doctores, ne indignis quibusque Dei sacramenta credantur. Unde et justus latetur, et dicit: *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi* (Ps. lxxviii, 11). Porro per dextralia opera bona et dextra commemorantur.

6. Per vas aureum in donaria Domini separatam divinitatis intelligentia accipitur, quæ tanto inferiorum amore disjungitur quanto ad sola quæ æterna sunt amanda sublevatur. Porro per hyacinthum spes cælestium præmiorum ostenditur. Per purpuram cruor ac tolerantia passionum amore regni perpetui exhibita declaratur. Per his tinctum coccum charitas demonstratur, quæ pro perfectione sui bis tingitur, quia Dei et proximi dilectione decoratur.

7. Per byssum immaculata carnis incorruptio, et splendidissimus sanctimonie candor ostenditur; byssus enim linum est candidum. Per pilos autem caprarum, ex quibus ciliciorum asperitas textitur, *profunda Dei.* AREV.

CAP. LVI. N. 2. *Sed et quidquid in cultum, neque ad irrogatus,* Greg. sunt verba, xxx Moral., cap. 6. Vid. etiam Orig., hom. 13 in c. xxv. GRIAL.

5. *Cod. Alb.: Porro per dextralia bona operationis ornamenta, sive opera bona.* AREV.

6. *Grialius, amando sublevatur; et ita illi Eduis.* Sed genuinum videtur quod cum Ms. Alborn., *amanda sublevatur.* AREV.



dura pœnitentiæ afflictio designatur. Dum igitur alii per armillas et annulos forte magisterium exercent, alii per inaures et dextralia devotam audiendi obedientiam rectamque operationem exhibent; alii per vas aureum præclaram subtilioremque Dei intelligentiam tenent; alii per hyacinthum, purpuram et coccum audita cœlestia sperare, credere, amare non desinunt, etiam quæ adhuc subtiliori intellectu minime cognoscunt; alii per byssum incorruptionem carnis offerunt; alii per caprarum pilos deplorant aspere quod libenter admiserunt.

8. Simul ex tantâ diversitate operum unum conficitur tabernaculum: sicut ex diverso pulvere unus compingitur globus terræ, infusione Spiritus sancti figatus. Jam porro ligna Sethim imputribilia omnes sancti intelliguntur mente et corpore incorrupti, neque cum sæculo pereuntes, sed permanentes æterni. Lapidés quoque pretiosi, confessores, apostoli, sacerdotes, omnesque justî.

9. Quos etiam lapides vivos beatus Petrus apostolus dicit: *Ut sitis, inquit, lapides vivi, cœdificati in templo Dei (1 Petr. ii, 5)*. Hæc igitur 402 offeruntur omnia in tabernaculo Dei, ut nullus desperet salutem. Offerit super hæc et alius aurum, id est, sensum, et alius argentum, id est, eloquium, alius vocem æris. Sicque sunt multa in tabernaculo, mensa scilicet, et candelabrum, altare, columnæ, bases, tabulæ, crateres, scyphi, thuribula, phialæ, mortariola, emunctoria, paxilli, tentoria, quibus diversitatibus tota illa tabernaculi, id est, Ecclesiæ pulchritudo distinguitur.

10. Nam tabernaculum Ecclesia est, in qua est mensa, id est, unitas fidei, vel certe Scriptura sacra, qua universi fideles spirituali cibo pascuntur. Candelabrum quoque cum septem lucernis Christus est cum septem Ecclesiis. Emunctoria quoque ejus, hoc est, geminum Testamentum. Et columnæ, doctores sancti, fidei firmitatē solidati. Necnon et bases, id est, prophetæ suo fundamine structuram gestantes Ecclesiæ.

11. Ibi etiam et tabulæ, apostoli prædicationis latitudine dilatati. Sive tentoria, præpositi, videlicet, et prædicatores, qui exterius laborant contra hujus sæculi turbines. Sunt ibi et crateres, id est, distributiones donorum. Sunt et paxilli, hoc est, principes Ecclesiæ, quibus pendent omnia genera populorum, quasi vasorum; scyphi quoque, doctriæ eloquia, sive sensus.

12. Necnon et thuribula, virtutes scilicet operum bonorum, vel orationes sanctorum, quibus odor suavitatis ascendit ad Dominum. Phialæ quoque, apostoli et doctores pleni vitalibus aquis. Ibi lilia, virginitatis candor, sive mortariola, laborum passio-

9. In Vulgata: *Et ipsi tanquam lapides vivi superedificamini, domus spiritualis.* AREV.

CAP. LVII. Num. 1. Völg.: *Qui semper triumphat... odorem notitiæ suæ.* AREV.

CAP. LVIII. N. 1. Ostendi in Prudent., pag. 129, *incensum* vocem esse antiquissimam pro thure, aut misto quodam ex diversis odorum generibus. AREV.

A humque tolerantæ, quibus mortificantur membra pœnitentium, et hæc quidem species dispensationesque donorum sunt divisæ per Spiritum sanctum fidelibus, ut in singulis distributionibus perfectum Christi tabernaculum cõstruatur, in quibus habitet Deus in medio sanctorum.

#### CAPUT LVII.

*De unguento quo perungitur tabernaculum:*

1. Porro unguentum quo perungitur tabernaculum chrisma est, quo ungitur populus fidelis in Ecclesia, in quibus divinitas 403 tanquam in tabernaculo habitat. Potest quidem intelligi hoc unguentum etiam virtutes sanctorum, sive odor justitiæ longe lateque diffusus. De quo dicit Apostolus: *Deo autem gratias, qui triumphat nos in Christo Jesu, et odorem justitiæ suæ manifestat per nos in omni loco (II Cor. ii, 14)*.

#### CAPUT LVIII.

*De incenso composito.*

1. Incensum autem, quod ex quatuor odoratissimis generibus in maximam subtilitatem comminutis, id est, stacte, onyche, galbano, et thure componitur (*Prud., p. 129*), hæc in forma orationum fidelium constituta esse, beati Joannis Apocalypsis ostendit. Et illi quidem viginti quatuor seniores precipidunt ante Agnum, habentes singuli citharas, et phialas aureas plenas incenso, quæ sunt orationes sanctorum (*Apoc. v*).

2. Quanquam et speciem quatuor elementorum horum quatuor odorum naturæ significare videantur, ut thûs, quod perlucidum est, aeri comparetur, stacte vero aquis, galbanus et onyx terræ atque igni, ut per hæc omnium quæ in cœlo, et infra cœlum, et in terra, et in aquis sunt, placitum Deo incensum sit hic creaturæ laudis oratio.

3. Sanguis autem ille, quo Moyses populum aspergit ac purificat, et tabernaculum Testamenti, et omnia quæ in eo erant, dicens: *Sanguis hic, sanguis Testamenti, mirifice sanguinem Domini Jesu prædicare monstratur, quo omnium credentium corda purgantur, quo fides Ecclesiæ signatur, quo omnia populus Ecclesiæ, id est, corpus omnè tabernaculi sanctificatur, dicente Domino discipulis: Hic est sanguis meus Novi Testamenti, qui pro multis effundetur (Matth. xxvi)*, ad implendum in veritate id quod per Moysen fuerat ostensum in imagine.

#### 404 CAPUT LIX.

*De veste pontificis.*

1. Jam nunc indumenta pontificis quæ sint, quæque potius significant, demonstrandum est. Sacerdos autem Aaron illum significat, ad quem dicitur: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech (Psalm. cix, 4)*. Vestis ejusdem sacerdotis Ec-

*Ibid.* Pro hoc in loco positum est adverbium *hic*; sed alii legunt hæc. AREV.

2. Grialius, *stactes vero aquis.* AREV.

3. *Quo omnis populus, etc.* Alb., *quo omne corpus tabernaculi, id est, omnia populus Christi sanctificatur.* AREV.

clesia est, de qua dicit Apostolus : *Ut exhiberet sibi A evangelicam, quæ quadruplicato ordine veritatem gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam (Ephes. v, 27).*

2. Quatuor colores, ex quibus vestis ejus contextitur, meritorum est diversitas, quæ intra sanctam Ecclesiam in Christi corpore rutilat. Poderem autem illam, id est, sacerdotalem lineam, incarnationem Christi accipimus, quæ de terra est, et significatur in pedibus. Linum enim de terra exoritur. Cidarim super caput ejus, et auream laminam, splendorem divinitatis intelligimus, ut unus atque idem secundum hominem podere, secundum Deum cidari ornatus esse videatur.

3. Feminalia vero illa quibus induitur castitatem corporis Christi et integritatem ostendunt. Cingulum vero illud, quo sacerdotale pectus astringitur, chorus sanctorum vel concordia figuratur, qui in unitate fidei Christi amplectuntur. Tunica autem illa talaris, a capite usque ad plantas demissa, eadem est Ecclesia Christi, usque ad finem temporum permensura.

4. Hæc vestis sit tota hyacinthina. Hyacinthus enim aereo colore resplendet : scilicet ut omnis Ecclesia quæ sursum sunt sapiat, et tota ad amorem cælestium surgat. Mala autem Punica in inferioribus posita, ejusdem Ecclesiæ unitatem declarant. Nam sicut in malo Punico sub unico exterius cortice multa interius grana muniuntur, sic innumeris sanctæ Ecclesiæ populos unitas fidei contegit, quos inter diversitas meritorum tenet.

5. Tintinnabula autem inter mala granata consonantia intelliguntur **405** prophetae, et doctores sancti, in medio Ecclesiæ collocati, quorum lingua, doctrinæ scientia resonans, tangit utrasque acies tintinnabuli, id est, partes legis et Evangelii. Hæc autem tintinnabula in extremo vestimento sunt posita, idcirco ut de fine mundi et de vita futura disputantes nunquam sileant. Superhumeralis autem pallium Salvatoris insinuat potestatem et regnum, sicut scriptum est : *Principatus ejus super humeros ejus (Isai. ix, 6).*

6. Duo quoque lapides smaragdini, in superhumerali ad dextram et lævam positi, duo sunt populi : gentilis dexter ; et Judæus, qui fuit aliquando dexter, sinister ; habentes in se sculpta nomina duodecim patriarcharum, id est, ad imitanda vitæ exempla sanctorum apostolorum.

7. Alii eosdem duos lapides duo Testamenta dixerunt, sive litteram et spiritum, in quibus tenentur legis universa mysteria : in dextra spiritus, in læva littera. Rationale vero pectori superpositum, quaternario lapidum distinctum ordine, sermonem figurat

CAP. LIX. N. 3. Cod. Florent. 1 : *Ecclesia Christi a principio mundi usque ad finem*, etc. AREV.

A. *Mala autem Punica, usque ad meritorum tenet*, Greg., Past. II p., c. 4, et I Registr., epist. 21. GRIAL.

5. *Hæc autem tintinnabula, usque ad nunquam sileant*, Origen., hom. 9 in c. xxviii. GRIAL.

Ibid. Vulgata : *Et factus est principatus super humerum ejus*. Cod. Alb., *potestas* ; alii, *imperium*, pro

evangelicam, quæ quadruplicato ordine veritatem fidei nobis et doctrinam Trinitatis exponit.

8. Cui convenit in geminis apostolicus sermo, tam virtute quam numero. Hoc autem rationale duplex est, quia evangelicæ doctrinæ scientia aperta est et abscondita, simplex et mystica. Item idem sacerdos Christus non incongrue interpretatur in membris suis, et maxime in pontifice, qui moratur in sanctis, et offert victimam pro populo carnem immaculati Agni sacro ore conficiens.

9. Primo enim quod in Aaron pectore rationale iudicii vitis ligantibus imprimitur, significat ut sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxæ possideant, sed ratio sola constringat. In quo etiam rationali duodecim lapides vigilantè adjunguntur, ut duodecim patriarcharum nomina describantur. Ascriptos etenim sanctos patres semper in pectore ferre debet, quorum exempla imitari non cesset.

10. Et quod in utroque humero sacerdos velamine superhumerali astringitur, ut contra adversa ac prospera virtutum semper **406** ornamenta muniat. Et quod superhumeralis ex auro, et hyacintho, et purpura, et bis tincto cocco, et torta fieri bysso præcipitur, quanta sacerdos clarescere virtutum diversitate debeat demonstratur. In sacerdotis quippe habitu surum fulget, dum intellectu sapientiæ emicat. Cui hyacinthus, quia aereo colore resplendet, adjungitur, scilicet, ut omne quod trahat ad amorem cælestium surgat.

11. Huic admisceatur regalis purpura, ut suggestiones vitiorum, veluti ex potestate regia, comprimat. Cocceus quoque bis tinctus ipsi superhumerali adjungitur, ut ante interni iudicis oculos omnia virtutum bona ex charitate decorentur.

12. Quæ charitas, quia in dilectione Dei et proximi pendet, quasi ex duplici tinctura refulget. Cui bis tincto cocco torta byssus adjungitur ; de terra enim byssus nitenti specie oritur, per quod candens nitor et munditia corporalis castitatis designatur. Quæ videlicet torta pulchritudini superhumerali innectitur, quia tunc castimonia ad perfectum munditiæ candorem ducitur, cum per abstinentiam caro affigitur.

13. Siquidem et balteo præcingitur, per quod renum incontinentia et luxuriæ libidinum restringantur. Tabernaculum autem sacerdos ingrediens in tunica tintinnabulis ambitur, ut videlicet voces prædicationis habeat, ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendant. Mala quoque Punica tintinnabulis conjunguntur, ut per ejus doctrinam unitas fidei designetur.

14. Quod autem in primam partem tabernaculi principatus. AREV.

6. Alb. n. : *Id est, admirandum vitæ exemplum sanctorum apostolorum*. AREV.

9. *Primo enim quod Aaron, usque ad unitas fidei designetur*, ex Greg., lib. I Registr., epist. 21. GRIAL.

12. Cod. Flor. 1 : *Per quod candens decore munditiæ corporalis castitas designatur. Quæ videlicet, etc.* AREV.

quotidie sacerdos ad immolandas hostias introibat, A instantia nobis quotidiana præcipitur, ut ab hoc loco, ubi populus Dei cœlestibus vocibus eruditur, nunquam abscedamus, sed quotidie confessionis et laudis spirituale sacrificium offeramus, id est, humilitatem animarum nostrarum, quæ sunt veræ hostiæ, sicut scriptum est : *Sacrificium Deo spiritus contribulatus (Psalm. l.)*.

15. Illud autem quod semel in anno pontifex, relicto populo, ingrediebatur in sancta sanctorum, ubi erat propitiatorium, significat Dominum nostrum Je-

sum pontificem, qui in carne positus, 407 per totum annum erat cum populo, annum videlicet illum, de quo dicit ipse : *Evangelizare pauperibus misit me, et vocare annum Domini acceptum, et diem propitiationis (Luc. iv)*.

16. Iste ergo semel in anno in die propitiationis intrat in sancta sanctorum, id est, completa dispensatione, penetravit cœlos, intrans ad Patrem, ut eum propitium humano generi faciat, et exoret pro omnibus in se credentibus.

## IN LEVITICUM.

### 408 CAPUT PRIMUM.

#### *De figuris hostiarum.*

1. Sequens Leviticus liber hostiarum diversitates exsequitur, quarum typus imaginem passionis Christi præferbat. Nam postquam ipse oblatus est, omnes illæ hostiæ cessaverunt, quæ in typo, vel umbra ejusdem præcesserant, præfigurantes illud sacrificium quod unus et verus sacerdos obtulit, mediator Dei et hominum : cujus sacrificii promissivas figuras in victimis animalium celebrare ante oportebat propter emundationem futuram carnis et sanguinis; per quam unam victimam fieret remissio peccatorum, de carne et sanguine contractorum, quæ regnum Dei non possidebunt, quia eadem substantia corporalis in cœlestem commutabitur qualitatem.

2. Ipse enim in vitulo propter virtutem crucis offerebatur; ipse in agno propter innocentiam, in ariete propter principatum, in hirco propter similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum; idem in turture et columba propter Deum et hominem, quia mediator Dei et hominum in duarum substantiarum conjunctione ostendebatur. Porro in similitudinis conspersione credentium per aquam baptismatis collectam Ecclesiam, quæ corpus est Christi, perspicue demonstrabat.

409 3. Nos autem moraliter munus Deo offerimus vitulum, cum carnis superbiam vincimus; agnum, cum irrationabiles motus et insipientes corrigimus; hædam, dum lasciviam superamus; columbam, dum simplicitatem mentis retinemus; turturam, dum carnis servamus castitatem; panes azymos, dum non in fermento malitiæ, sed in azymis sinceritatis et veritatis ambulamus (1 Cor. v).

CAP. I. N. 1. Alb. : *Cujus sacrificii promissi varias figuras. AREV.*

2. Alb. : *Collecta Ecclesia, que corpus est Christi, perspicue demonstrabat. AREV.*

3. Nos autem, usque ad ambulamus, verba sunt Irig., c. 1, hom. 2. GRIAL.

CAP. II. N. 1. Totum caput ex xxii contr. Faust., cap. 17. GRIAL.

Ibid. Sacrandos. Ita mss. o. Congregandos, Bed. a Impr. Consecrandos, August. GRAL.

B

### CAPUT II.

#### *De igne sacrificii.*

1. Ignis autem in sacrificio figurat id significabat, velut absorbens mortem in victoria. In eo autem populo hæc rite celebrata sunt, cujus regnum et sacerdotium prophetia erat venturi regis et sacerdotis, ad regendos et sacrandos fideles in omnibus gentibus, et introducendos in regnum cœlorum et angelorum sacrarium ad vitam æternam.

2. Hujus itaque veri sacrificii sicut religiosa prædicamenta Hebræi celebraverunt, ita sacrilega imitamenta pagani, quia quæ immolant gentes, ut ait Apostolus, dæmoniis immolant, et non Deo. Antiqua enim res est prænuntiativa immolatio sanguinis, futuram passionem Mediatoris ab initio generis humani testificans. Hanc enim primus Abel obtulisse in sacris litteris invenitur.

### CAPUT III.

#### *Quod mel in Dei sacrificio non offertur.*

1. Quod autem mel in Dei sacrificio non offertur, indicat apud Deum nihil voluptuosum, nihil suave hujus mundi placere, nihilque, 410 quod non habeat mordacis aliquid veritatis. Unde et pascha cum amaritudinibus manducatur (Exod. xii).

### CAPUT IV.

#### *Quod sal in omnibus sacrificiis admiscetur.*

1. E contrario admisceri in omnibus sacrificiis sal jubetur, scilicet, ut omnia quæ in Christi honorem offerimus, sal rationis ac discretionis semper accipiant.

### CAPUT V.

#### *Quod in sacrificio oleum offertur.*

1. Quod vero in sacrificio oleum offerbatur, significat ut quidquid ad cultum Christi et devotionem sanctorum impendimus, totum hilariter facia-

Ibid. Sacrarium. Ex Aug. et Bed. Al., *sacrorum*, mendose. GRIAL.

Ibid. In nota Grialii erat *ad sacrarium*, mendose, ut puto; nam in textu recte est *sacrarium* sine ad. AREV.

2. Religiosa prædicamenta. Ex Aug. Al., *religiosa sacramenta*. GRIAL.

Ibid. Sacrilegia imitamenta. Ex Aug. et Bed. Al.: *Imitati sunt pagani*. GRIAL.

mus, nihil, ut ait Apostolus, ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus (II Cor. ix). Oleum enim hilaritatem significat, sicut scriptum est: *Ut exhiberet faciem in oleo (Psalm. ciii).*

## CAPUT VI.

*De quatuor generibus principalium oblationum.*

1. In exordio autem Levitici quatuor genera principalium oblationum describuntur, quæ in odorem suavitatis Domino offerri iubentur, id est, primum vitulus de armentis sine macula; secundum agnus de ovibus; tertium turtur et columba; quartum simlago conspersa, azyma oleo uncta, clibano cocta. Reliqua autem sacrificia pro qualitatibus causarum in persona populi offerebantur.

2. Primum itaque sacrificium, id est, vitulus ex armentis, Christum demonstrat, ex patriarcharum progenie descendente. Hic aratro crucis suæ terram carnis nostræ perdomuit, atque Spiritus sancti semine virtutum frugem ditavit. Iste vitulus sine macula est, quia sine peccato ad passionem ducitur. Offeritur autem non 411 in tabernaculo, sed ad ostium ejus, quia extra castra passus est Christus. Per filios autem Aaron sacerdotis offeritur sarguis ejus.

3. Quod de Anna et Caipha intelligitur, qui, consilium facientes, effuderunt sanguinem Christi. Secunda hostia, de ovibus agnus oblatas, idem Christus propter innocentiam figuratur. Hic est enim agnus qui apud Isaiam in sacrificium adducitur (Isai. LIII), et a Joanne omnibus demonstratur, dicente: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi (Joan. i).* Bene ergo in sacrificio agnus offeritur, ut innocentiae et passionis Christi figura demonstraretur. Bene et hædus, quia per ejus mortem auctor peccati diabolus agnoscitur jugulatus.

4. Tertium sacrificium dicitur turtur et columba. Turturem carnem Christi esse manifestum est, Salomone dicente: *Speciosæ genæ tuæ, sicut turturis (Cant. i).* Columbam Spiritus sancti figuram habere declarat Joannes Baptista dicens: *Super quem videris Spiritum descendantem, sicut columbam, hic est Filius meus (Joan. i, 32, 33).* Ac per hoc turturem et columbam, id est, carnem Christi Spiritui sancto sociatam per mysterium passionis sacrificium Deo in odorem suavitatis accipimus. Ista tria sacrificia offert homo, id est, Christus Jesus.

5. Quartum autem anima offert, et est, Ecclesia offert sacrificium de simila. Simila Ecclesie catholice figuram prænuntiat, quæ ex convenientibus membris, quasi simila, ex multis credentium granis collecta est, et legis et Evangeliorum mola in littera et spiritu separata, per aquam baptismatis adunata, chrismatis oleo peruncta, sancti Spiritus igne spli-

CAP. VI. N. 4. Flor. ms. 1: *Tertium ex persona Patris sacrificium.* Et paulo post: *Spiritus sancto sociatam ex persona Patris per mysterium, etc.* ARV.

CAP. VII. N. 1. Totum caput e Greg., xxxii Moral., c. 4. GRIAL.

3. Nisi activæ vitæ innocentia. Ita Cod. Alb., et ita

A data, et per humilitatem spiritus Deo hostia placens effecta. Hæ sunt quatuor oblationes, quadriformem Christi et Ecclesie habitum demonstrantes.

## CAPUT VII.

*De sacrificio ejus qui sacramentum protulit, et oblivione transcendit.*

1. De eo autem qui juramentum protulit, ut vel male, vel bene 412 quid Taceret, atque hoc ipsam oblivione transcendit, dicitur: *Offerat agnam de gregibus, sive capram, orabitque pro eo sacerdos ejus pro peccato ejus. Sin autem non poterit offerre pecus, offerat duos turtures, aut duos pullos columbarum: unum pro peccato, et alterum in holocaustum.* Juramentum utique proferre est voto nos divinæ servitutis alligare, et cum bona opera promittimus, bene nos facere spondemus.

2. Cum vero abstinentiam cruciatumque carnis nostræ vovemus, male ad præsens nos nobis facere juramus. Sed quia nullus in hac vita ita perfectus est, ut quamlibet Deo devotus sit, inter ipsa quantumcumque pia vota non peccet, pro peccato agna offerri de gregibus, sive capra præcipitur.

3. Quid enim per agnam, nisi activæ vitæ innocentia? quid per captam, quæ in summis extremisque sæpe pendens rupibus pascitur, nisi contemplativa vita significatur? Qui ergo se conspicit promissa hæc, et proposita non implesse, in sacrificium Dei se studiosius debet, vel innocentia boni operis, vel sublimi pastu contemplationis accingere.

4. Et bene agna de gregibus, capra vero offerri de gregibus non jubetur, quia activa vita multorum est, contemplativa paucorum. Et cum hæc agimus quæ multos agere et egisse conspicimus, quasi agnam de gregibus damus. Sed cum offerentis virtus ad agnam capramque non sufficit, in remedio poenitentis adjungitur, ut duo columbarum pulli, vel duo turtures offerantur.

5. Scimus quia columbarum pulli, vel turtures pro cantu gemitus habent. Quid ergo per duos columbarum pullos, vel duos turtures, nisi duplex poenitentia nostræ gemitus designatur? ut cum ad offerenda bona opera non assurgimus, nosmetipsos dupliciter deseamus, quia et recta non fecimus, et prava operati sumus.

D 6. Unde et unus turtur pro peccato, alter vero offerri in holocaustum jubetur. Holocaustum namque totum incensum dicitur. Unum ergo turturem pro peccato offerimus, cum pro culpa gemitum 413 facimus. De altero vero holocaustum facimus, cum pro eo quod bona negleximus, nosmetipsos funditis succedentes igne doloris ardemus.

exigit sensus. Mendozom quippe videtur apud Græcos, et alios impressos eo anliquiores, nisi activæ vitæ innocentiam. ARV.

4. Alb.: *Duo columbarum pulli, aut duo turtures.* ARV.

## CAPUT VIII.

*De filiis Aaron exstinctis.*

1. Filii autem Aaron, qui, imponentes altari ignem alienum, igne divino exusti sunt, illos significaverunt qui, Dei traditione contempta, alienas doctrinas appetunt, et magisteria humanæ institutionis inducunt. Quos increpat Dominus et objurgat in Evangelio, dicens: *Rejecistis mandatum Dei, ut traditionem vestram statuat.*

2. Videtur et ignem alienum incendere, quisquis, corporeæ vel sæcularis alicujus cupiditatis ignem in sacrario sui cordis accendens, audet altaribus Domini appropinquare. Quæ non recipiunt, nisi illius ignis accensionem de quo ait Dominus: *Ignem veni mittere in terram.* Hæc igne nos Dominus Jesus semper incendat, ut illuminemur in sensibus, ne flagremus in vitis.

## CAPUT IX.

*De discretione ciborum.*

1. Nunc autem de discretione ciborum subjiciendum est, ubi lex de mundis et immundis loquens, quædam animalia ad esum, quæsi munda, concessit; quædam vero interdixit, quasi non munda. Primum enim sciendum est, quidquid a Deo creatum est, mundum esse, in ipsa institutionis auctoritate purgatum, et non esse culpandum, ne in Creatorem culpa revocetur.

2. Deinde ad hoc filiis Israel legem datam, ut per illam proficerent, et redirent ad mores quos, cum ante a patribus accepissent, in Ægypto propter consuetudinem barbaræ gentis perupperant. Ergo, ut homines emendarentur, pecora culpata sunt, 414 scilicet, ut homines qui eadem vitia habebant æquales pecoribus existimenter.

3. Nam in animalibus mores pinguntur humani, et actus, et voluntates, ex quibus ipsi sunt mundi vel immundi. Hæc itaque munda esse dicit, *Omne, inquit, quod habet divisam ungulam, et ruminat, in pecoribus comedetis.* Quod cum diceret, non pecora, sed mores hominum discernebat. Denique hi homines mundi sunt qui ruminant, qui in ore semper portant, quasi cibum, divina præcepta.

4. Ili et ungulam findunt, quia duo Testamenta legis et Evangeliorum credentes, firmo gressu innocentie justitiaeque incedunt. Item Judæi ruminant quidem verba legis, sed ungulam non findunt: hoc est, quod nec duo Testamenta recipiunt, nec in Patrem Filiumque fidei suæ gressus statuunt. Propterea immundi habentur,

5. Hæretici quoque licet ungulam findant, in

CAP. IX. N. 4. De ciborum discretione confer Patres apostolicos, Editionis Cotelerii tom. I, pag. 35, ac passim theologos. AREV.

6. Nam qui in piscibus, etc. Alb.: *Namque in piscibus squamis aspersa pro mundis habentur, hispidi, et hirsuti, et rigidi, et graviore mores hominum approbantur.* In infimo ejusdem Codicis Alb. hæc reperitur: *Isidorus in originali dicit sic: Namque in piscibus squamosis et compennulis, qui pro mundis habentur, hispidi, et hirci, et firmi in fide, ac graves mores hominum approbantur.* Existimo igitur, originale Isidori, quocum Codex Albornozianus collatus

A Patrem, et Filium credentes, et duo Testamenta recipientes, sed quia doctrinam veritatis in ore non ruminant, nihilominus et ipsi immundi sunt. Nam quod adjecit Scriptura dicens: *Ex omnibus quæ gignuntur in aquis, et habent pinnulas et squamas, hæc comedetis; quidquid autem pinnulas et squamas non habet, abominabile erit vobis.*

6. Nam qui in piscibus squamosi et cum pinnulis, pro mundis habentur, hispidi, et hirci, et fortes in fide, ac graves mores designantur hominum, habentes pinnas contemplationis. Quæ autem sine his sunt, dicuntur immunda, in quibus leves, et lubrici, et infidi, et effeminati mores improbantur.

7. Quid autem sibi vult quod lex dicit: *Camelum non manducabis,* nisi quod de exemplo animalis vitam damnat inforumem, et criminibus tortuosam? Cum autem in cibum suum prohibet, 415 reprehendit canosam utique, et luteam, ac gaudentem vitiorum sordibus vitam. Et cum leporem accusat, deformatos utique in feminas viros damnat.

8. Quis autem corpus mustelæ cibum faciat? Sed furtum reprehendit. Quis lacertam? Sed odit vitæ incertam varietatem. Quis postremo stellione vesci possit, ut hoc lex magnopere prohiberet? Sed maculas mentium exsecratur. Quis accipitrem, aut milvum, aut aquilam? Sed odit raptorem violento scelere viventes.

9. Quis vulturem? Sed exsecratur prædæ de aliena morte quærentes. Sic et cum corvum prohibet, voluptates vel magnitudinem vitiorum vetat. Passerem quoque dum interdicit, intemperantiam coarguit. Quando noctuam, odit lucifugæ vanitates. Quando charadriam et gersulam, nimie linguæ intemperantiam. Quando cygnum prohibet, cervicis altæ superbiam denotat. Quando vesperilionem, quærentes tenebris noctis similes errores.

10. Hæc ergo et his paria lex in animalibus exsecratur, quæ in illis non sunt criminosæ, quia in hoc nata; sed in homine culpantur, quia contra naturam non ex institutione, sed ex errore quæsitæ sunt. Sed fuit tempus aliquando antiquum quo istæ umbræ vel figuræ exercendæ erant a populo, vel gerendæ, ut abstinendum esset a cibis quos institutio quidem commendaverat, sed lex interdixerat.

11. Verum jam finis legis Christus advenit, aperiens clausa legis, et obscura reserans, atque omnia sacramenta, quæ nobis texerat antiquitas figuris, magister insignis, et doctor cœlestis et institutor, reserata veritate patefact. Sub quo dicitur: *Jam omnia munda mundis, inquinatis autem et infidelibus,* fuit ab ipsomet, ut videtur, cardinali Albornozio, nihil aliud fuisse quam Codicem inræ vetustatis, qui fortasse a nonnullis oredebatur originale sancti Isidori. AREV.

7. Cur prohibuerit Deus Judæis quædam animalia manducare, et quænam inde allegoriæ expromantur, vide Patres apostolicos cum notis Cotelerii, tom. I, pag. 30. AREV.

9. Alb. *Cum corvum prohibet, nigras vel impuras respuit voluntates, vel, etc.* Et mox, *lucifugam veritatē, pro lucifugas vanitates.* AREV.

*nihil mundum, sed pollutæ sunt eorum et mens, et A conscientia.*

12. Et alio loco: *Quidquid vobis appositum fuerit, manducate*; ex quibus constat, omnia ista jam suis benedictionibus reddita, quæ carnali populo fuerant pro inoribus interdicta. Cavendum est autem ne quis licentiam istam putet in tantum esse permissam, **416** ut et immolata simulacris possit manducare; quantum enim ad creaturam Dei pertinet, omnia munda sunt; sed cum dæmonibus immolata fuerint, inquinata fiunt, unde et Apostolus ait: *Si quis autem vobis dixerit: Hoc immolatum est idolis, nolite manducare* (I Cor. viii).

### CAPUT X.

#### *De immunditia partuum.*

1. Sequitur quæstio de immunditia partus et contagione lepræ. Ait enim: *Mulierem quam concepit semen, et peperit masculum, septem diebus esse immundam, octavo purificari.*

2. Quæ autem feminam peperit, bis septem diebus in immunditia scribitur permanere. In talibus ergo quædam mysteria latentis arcani non est dubium contineri. Septimana enim hujus præsentis vitæ tempus videri potest, quia in septimana dierum consummatus est mundus. In quo donec sumus in carne positi, ad liquidum puri esse non possumus, nisi octava venerit dies, quod est futuri sæculi tempus.

3. In quo tamen purgandus est ille qui viriliter egit. Statim enim munda efficitur mater ejus, quæ genuit eum. Purgatam namque vitium carnem ex resurrectione suscipiet. Qui nihil vero in se habuit virile adversus peccatum, sed remissus, et effeminatus permanserit in actibus suis, iste nec in præsentis sæculi hebdomada, nec in futura purgabitur ab immunditia sua.

### CAPUT XI.

#### *De lepra.*

1. Locutus est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens: *Homo in cujus carne et cute ortus fuerit diversus color, sive pustula, aut quasi lucens quidpiam, id est, plaga lepræ, adducetur ad Aaron-sacerdotem, vel ad unumquemlibet fratrum ejus. Qui cum viderit **417** lepram in cute, et pilos in album nutatos colorem, plaga lepræ est, et ad arbitrium ejus separabitur. Lepra doctrina est falsa.*

2. Proinde leprosi non absurde intelliguntur hæretici, qui, unitatem veræ fidei non habentes, varias doctrinas præsentent erroris, veraque falsis admiscunt, sicut et lepra veris falsisque locis humana corpora variando commisculat.

3. Hujus scilicet lepræ invenimus legislatorem sex species in homine posuisse: primam capitis et barbæ, secundam calvitii et recalvationis, tertiam carnis et cutis, quartam cutis et corporis, et cicatricis albæ

12. Et alio loco, et cætera, usque ad finem capitis absunt a Beda, et Palentino, et plerisque aliis. GRIAL.

CAP. X. N. 3. *Purgatam namque*, etc. Ms. Alborno: Purgationem namque a vitium caro ex resurrectione

cum rubore, quintam ulceris et cicatricis, sextam ustionis.

4. In capite lepram portat, qui in divinitatem Patris, vel in ipso capite, quod Christus est, peccat. Caput enim viri Christus est (I Cor. xi). Hanc lepram habent Judæi, Valentiniani, Marcionistæ, Photiniani, Manichæi, Ariani, Sabelliani, Macedoniani, Anthropomorphitæ, Priscillianistæ, Donatistæ, Nestoriani, Eutyebiiani, qui omnes in calvaria lepram gerunt, quia erroris sui perfidiam aperta pravitate descendunt.

5. In barba lepram gerunt, qui de apostolis et sanctis Christi perverse aliquid sentiunt, atque eos falsum quidlibet prædicasse confingunt. Sicut enim barba ornamentum est viri, ita sancti apostoli et doctores ornamentum præstant corpori Christi.

6. In calvitio lepram habent, qui Ecclesiæ detrahunt, sicut Carpoeratiiani, qui negant carnis resurrectionem, sicut Novatiani, qui nuptias damnant, et peccantibus penitentiam negant; sicut Hierachitæ, qui inter alios errores regnum cælorum parvulos habere non credunt; sicut Aeriani, qui vetant pro defunctis offerri sacrificium.

7. In carne et cute gerunt lepram, qui carnalia vel exteriora suadere conantur, ut Cerinthiani, qui resurrectionem futuram in carnis voluptate existimant; sic Actiani, qui dicunt in fide manentibus, quamvis carnaliter vivant, non posse computari peccata.

8. In cicatrice sanati ulceris lepram portat, qui post cognitionem Dei, et medicinam, et manifestationem fidei, quam a Christo **418** suscepit, rursus in ipsa cicatrice ascendit aliquod indicium erroris prioris, aut perfidia veteris dogmatis.

9. In carne viva lepram gestat, qui de anima, quæ vita est carnis, aliquid falsum existimat, sicut Luciferiani, qui dicunt animam de carnis substantia propagatam; sicut Arabici, qui animam simul cum corpore mori putant.

10. In cicatrice ustionis lepram habent Manichæi, qui inani abstinentiæ cruciatu corpora sua exurunt, et per infidelitatem non munditiam inde, sed lepram gignunt. De talibus prædicabat Apostolus: *Discedant, inquit, quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, et doctrinis dæmoniorum, in hypocrisis loquentium mendacium, et cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, et abstinere a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum* (I Tim. iv, 1 seq.).

11. Sed adhuc adjecit colores leprarum, id est, pallidam, rubentem, albam, lividam, nigram, florescentem. Itaque dum pallidam lepram dicit, imbecilem et fragilem fidem animæ denotat, quæ, perditio colore integræ sanitatis, erroris infirmitate languescit. Cum autem rubicundam lepram ostendit,

suscipiet. ARKY.

4. Alb.: *Qui in divinitate, vel in ipso capite.* ARKY.

8. *Sanati. Alb., ex Originall Isidori, sana. Pro ascendit... perfidia, Alb., abscondit... perfidiam.* ARKY.

homicidii cruore mentem infectam denotat, et in-  
nuit.

12. Cum vero albam, illos hæreticos qui se mundos appellant, sive reliquos, qui de falso merito gloriantur, sicut Pelagius et Novatus. Cum autem macram vel lividam lepram commemorat, invidiæ et livoris notas exsecratur. Cum vero nigram insinuat, sacrificiorum fumus et busto idololatriæ denigratam conscientiam detestatur. Cum autem florescentem toto corpore, et cooperientem omnem pelliculam corporis a capite usque ad pedes dicit, avaritiæ crimen ostendit, quia nunc floridum et jucundum putatur hominem felicem ecce in hoc mundo et divitiam videri in sæculo.

13. Hæc enim pestis avaritiæ omne hominum genus, quasi totum corpus, crebro erroris contagio commaculat. Cum autem lepram quæ habet ruborem eam pallore permistum, eum hominem denotat qui, cum sit imbecillis animo, et mendax, facile in furorem prorumpit, et levitate morum cito perjurat; pallor enim mentientem linguam significat. Rubor autem iracundiam manifestat.

14. Est itaque lepra peccati, quæ sacrificiorum oblationibus emundatur, id est, contrito corde et humiliato: *Sacrificium enim 4:19 Deo spiritus contribulatus (Psal. L).* Est et idololatriæ, quæ aqua diluitur baptismi. Est et hæreticorum, quæ septem dierum purgatione extra castra habetur, id est, per septiformis Spiritus agnitionem purificetur.

15. Est quæ visu sacerdotis aufertur per doctrinam. Genus autem lepræ, quod mundari omnino non potest, eorum est qui in Spiritum sanctum peccant, nec dicunt poenitentes posse consequi veniam. De his ait Veritas: *Qui peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc sæculo, nec in futuro (Matth. xii).*

16. Quod vero jubetur leprosis ut exeant de castris, et sedeant foris, donec mundetur lepra eorum, intelligitur hæreticos projici debere ab Ecclesia, donec a proprio errore purgentur, et sic revertantur ad Dominum. Ejusmodi vero dissutiis tunicis, capite deoperto, et ore obvoluto, sedere jubentur, lepræ mundationem expectantes; dissutiis tunicis, id est, omnibus secretis manifestatis. Capite deoperto, ut a cunctis ejus denudatio videatur. Ore clauso, ne ulterius impia doceat, vel loquatur. Sed adhuc adjecit D) Scriptura lepram esse in vasis, in parietibus domus, in vestimento, in trama, in stamine.

17. Lepra in parietibus domus hæreticorum congregatio denotatur, quæ per sacerdotem purgari jubetur. Lepra in vasculis, unicuique homini proprii corporis delicta. Lepra in stamine, vel in vestimento, peccata quæ extra corpus committuntur, vel quæ in ipso corpore perpetrantur.

18. Alb.: *Colligitur hæreticos prohiberi ab Ecclesia... et sic convertantur.* Grialius edidit adjecit *Scripturæ lepram.* Reposui *Scripturæ* ex aliis exemplaribus impressis, et inss. Pro *doceat, vel loquatur,* fortasse legendum *doceant, vel loquantur.* AREV.

PATROL. LXX XIII.

18. Stamen enim anima hominis intelligitur, et trama mollissimi corporis sensus. Quod vero leprosi in lege ad sacerdotem mittuntur, indicat pro emundatione hæreticorum ante sacrificium Ecclesiam Domino offerre debere, et sic reconciliari unitati Ecclesiæ.

## CAPUT XII.

*De sacerdote magno, et cultu eius.*

1. Dixit Dominus ad Moysen: *Pontifex, id est, sacerdos maximus 4:20 inter fratres suos, super cujus caput fustum est oleum unctionis, et cujus manus in sacerdotio consecratæ sunt, vestitusque est sanctis vestibus, caput suum non discooperiet, vestimenta non scindet, et ad omnem mortuum omnino non ingreditur.*

2. *Super patre suo quoque et matre non contaminabitur, nec egredietur de sanctis, ne polluat sanctuarium Dei, quia oleum sanctæ unctionis Dei sui fustum est super eum. Ego Dominus: virginem ducat uxorem. Viduam, et repudiatam, et sordidam, atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo, ne contaminet semen suum.*

3. Sacerdos maximus inter fratres suos hic est, de quo scribitur, cum resurrexisset a mortuis: *Vade ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum et ad Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum (Joan. xi, 17).* *Super cujus caput fustum est unctionis oleum, juxta quod propheta David ait: Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ participibus tuis (Psal. xliiv).*

4. *Cujus consecratæ sunt manus.* Iste consecratas habet manus, dum eas in passione extendit pro expiatione totius sæculi. *Vestimentum autem ejus non scinditur,* id est, non patitur dividi in hæreses et schismata Ecclesiam suam, quæ illi inhærendo vestis est propria, cujus indumenti figura fuit tunica illa Jesu inconsutilis, sed per totum textilis, quæ in passione non scinditur, sed a possidente individua servatur.

5. *Ad mortuum non accedat;* quia peccatum non fecit, per peccatum enim mors intelligitur, sicut scriptum est: *Anima quæ peccavit, ipsa morietur. In patre et matre non contaminabitur.* In matre Christus non est pollutus, cum ante sæcula nasceretur de patre.

6. Similiter in patre non est commaculatus, cum in sæculum nasceretur ex matre. Solus enim in sæculo mundus ingressus est, procedens ex utero virginali sine contagione virili. Nam nos omnes, dum peccamus, contaminamur in patre de quo creati sumus, si in hæresim devolvamur. Item in matre contaminamur, si credentes Deo in aliquo Ecclesiam lædi sinimus, vel libertatem matris coelestis indigna peccati servitute fœdamus.

CAP. XII. N. 1. Alb.: *Et ad hominem mortuum omnino, etc.* AREV.

4. Alb.: *Non scinditur, sed individua possidenda servatur.* AREV.

**421** 7. *De sanctis non discedat, quia per susceptionem carnis Christus sic descendit in mundum, ut nunquam desereret cælum. Viduam repudiatam, aut meretricem non ducat uxorem, sed virginem.* Vidua et repudiata est Synagoga; de qua loquitur Dominus per Isaiam dicens: *Quis est hic liber repudii matris vestrae, quo dimisi eam (Isai. L.)?* Meretrix autem hæresis est, quæ multorum errori vel libidini patet; tales non copulantur Christo, nisi sola Ecclesia virgo, quæ non habet maculam, aut rugam; de qua Apostolus ait: *Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo (II Cor. xi).*

8. Dicitur quidem et anima sponsa esse, sed illa quæ fidei simplicitate et acutum puritate incorrupta probatur et virgo. Est et vidua anima quæ, discedens a iugo legis, Evangelii præcepta non servat. Est etiam repudiata quæ peccando a Christi corpore separatur, etiam si non projiciatur ab Ecclesia. Est et meretrix quæ ad se recipit amatores, id est, contrarias potestates, et dæmones, qui desiderium capiunt pulchritudinis ejus.

9. Pulchra namque a Deo creata est anima, et satis decora, quæ imaginem habet, et similitudinem Dei. Delinæ sequitur: *De genere suo ducat uxorem, animam scilicet, quæ ei fide conjungitur. Nec contaminabit semen suum, id est, verbum Dei, quod in Ecclesia prædicatur, sicut in Evangelio scriptum est: Ne dederitis sanctum canibus, neque mittatis margaritas ante porcos, ne conculcent eas pedibus suis (Matth. vi).*

10. Illicusque quæ de summo sacerdote prædicta sunt mystice ad Christum pertinuerunt. De hinc ea ipsa sic interpretantur in membris suis, et maxime in sacerdotibus, ad quos pertinent spiritualia sacramenta. Qui etiam quantis polleant privilegiis breviter percurrendum est.

11. Dicit enim de eo: *Caput suum non discooperiet, id est, ut sacramenta Christi, qui caput ejus est, velamento mysteriorum honoret. Vestimenta sua non scindet, ne in hæresim vel schismata transcat. Super omnem animam quæ mortua est non ingrediatur, ad omne peccatum quod ad mortem pertinet non accedat. Super patre suo et matre non inquinabitur, scilicet, ne tanta indulgeat pietate parentibus, ut Dominum suum offendat et creatorem, **422** neque ita misereatur propinquis, ut erga Deum videatur culpabilis.*

12. Quanti enim episcopi, quanti monachi, dum curam gerunt parentum, suas animas perdiderunt! *De sanctis non egradiatur, ut semper in opere et cogitatione sancta moretur. Qui enim loquitur quod otiosum et reprehensione dignum est, de sanctis egreditur, et polluit sanctificationem Dei, quia non*

8. Alb., desiderium capiuntur. Forte, desiderio capiuntur. AREV.

12. Ad marginem Alb. Codicis hæc notata erunt: *Quanti enim in monasterio, vel canonica, et episcopatu, dum curam gerunt parentum, suas animas perdiderunt!* AREV.

11. Alb., armus dexter, pro brachium dextrum:

A *incedit ut servus Christi. Viduam, et repudiatam, et meretricem non ducat uxorem, sed virginem; id est, nihil de veteri homine et pristina voluptate amplectatur, sed vitam omni puritate florentem possideat. De genere suo ducat uxorem, utique vitam amplectatur sanctorum, quorum per fidem proximus est.*

13. Inter hæc præcipitur iisdem ut ministrantes in templo vinum et siccam non bibant, ne ebrietate, et crapula, et curis hujus vitæ prægraventur corda eorum, nec partem habeant in terra, nisi solum Deum, ne, dum de terrenis cogitant, superna obliviscantur. Ab hujus quoque convivio jubentur vicinus, et mercenarius separari, et servis tantum ciborum dari reliquias.

B 14. Vicinus hæreticus est, qui proximum se titulo christiani nominis asserit; mercenarius Judæum ostendit, qui fructum observantiæ legis carnaliter quærit. Cum istis ergo sacerdos Dei non participet Evangelii pabulum, quod est ad refectorem animarum, sed tantummodo cum servis Christi. Datur de his quæ superferuntur altariis, sacerdoti pectus, et brachium dextrum: in pectore legis mundas cogitationes accipimus, doctrinæque notitiam; in brachio dextro opera bona ad pugnam contra diabolium, et armatam manum, ut quod corde conceperit, operum exemplo perficiat. Datur ei et de privato maxilla, ut eloquentiam habeat. Datur et de victimis venter, cujus indicio discat luxuriam extinguere, et contemnere gulam.

#### **423** CAPUT XIII.

*De sacerdotibus qui non offerunt sacrificium.*

1. Inter hæc jubetur ipsis sacerdotibus ut nulla debilitate insignes sint, ne cæcus, ne claudus, vel parvo, aut grandi, vel torto naso, ne fracto pede aut manu, ne gibbosus, nec lippus, nec albuginem habens in oculo, nec jugem scabiem, ne impetiginem in corpore, ne ponderosus. Quæ omnia referuntur ad animæ vitium; mores enim in homine, non natura damnatur.

2. Nam cæcus sacerdos est, quia Scripturæ scientiam non intelligit, et quo gressum doctrinæ vel operis porrigat per ignorantiam nescit. De talibus scriptum est per Isaiam: *Speculatores ejus cæci omnes (Isai. Lvi, 10).* Claudus quidem est, qui intelligit quid docere debeat, sed tamen præcepta quæ docet non implet. Parvo autem naso est qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est.

3. Grandi et torto naso est furibundus, et minax cum superbiæ arrogantia vel immoderata discretionem. Fracto autem pede vel manu est qui viam Dei quam docet pergere non studet. Gibbosus quoque sacerdos est quem terrenæ cupiditatis pondus demox opera bona, et pugnam, quod exstat etiam in veteri Editione anni 1530. Postremo, *extinguere, et continere gulam.* Isidorus adhibet altariis pro altariibus, ut alibi altario pro altari. AREV.

CAP. XIII. N. 4. Integrum caput e Greg., Pastoral. 1 part. c. 41. CRIAL.



primit. et tardius ad superna intendit. Lippus vero A est cujus ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed hoc carnaliter vivendo obscurat. Albuginem quoque habet in oculo qui arrogantia sapientiae sed iustitiae cæcatur.

4. Jugem vero scabiem habet cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. Impetiginem quoque habet in corpore qui avaritia vastatur in mente. Quæ, nisi in parvo compescitur, nimirum sine mensura dilatatur. Ponderosus vero est qui, etsi turpitudinem non exercet opere, sed ab hac cogitatione continua sine moderamine gravatur in mente. Talis nec sancta ingredi, nec nomen antistitis poterit possidere, quia et terrenis desideriis gravatur, et experta est scientiæ veritatis.

#### 424 CAPUT XIV.

*De ablutione Aaron et filiorum ejus.*

1. Præterea quid sit illud quod juxta præcepta Dei lavisse Aaron et filios ejus legitur Moyses? Jam tunc purgationem mundi et rerum omnium sanctitatem baptismi sacramentum significabant.

2. Non accipiant vestes, nisi prius lotis sordibus, nec ornantur ad sacra, nisi in Christo novi homines renascantur. Quod autem Moyses lavat, legis indicium est. Præceptis enim Dei lavandi sumus; et cum, parati ad induendum Christum, recte tuicas pelluceas deposuerimus, tunc induemur veste lineæ, nihil in se mortis habente, sed tota candida, ut de baptismo consurgentes, cingamus lumbos in veritate, et tota peccatorum pristinorum turpitudine celetur. Unde et David: *Beati, inquit, quorum remissa sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata (Psal. xxxi).*

#### CAPUT XV.

*De oblatione pro sacerdote delicto.*

1. Quid autem sibi velit lex imaginaria quæ jubet vitulum pro peccato sacerdotis immolari, et sanguine ejus septies digito sacerdotis populum aspergi? Deinde duos hircos offerre debere: unum, in quo sors Domini venit, occidendum esse, et sanguine ejus, vel de sanguine vituli digito sacerdotis populum aspergendum; alterum vero, in quo omnia peccata et maledictiones totius populi imponendæ essent, in locum desertum perducendum, ibique dimittendum?

2. Sed prius est necesse vituli sacrificium pandere, et tunc etiam et hircorum causam mysteriaque eorum narrare. Vitulus itaque hic qui pro peccato sacerdotis et totius populi emundatione 425 occidi jubetur, figuram Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi in semetipso portabat, qui non solum pro peccatis sacerdotalis populi, verum et pro omni genere humano cunctisque nationibus, Deo Patre permitte, est immolatus, sicut Apostolus ait: *Qui filio suo non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum (Rom. viii).*

CAP. XIV. N. 2. *Nec ornantur.* Ita Alborn. Ms., et vetus Editio. Grialius, *nec ordinantur*, quod non placet. AREV.

CAP. XV. N. 2. *In semetipso portabat.* Alb. et

3. Merito et hoc in loco de ejus vituli sanguine septies populus digito sacerdotis aspergi jubetur, ut redemptio et purificatio nostra in Christi sanguine collata per gratiam septemplex spiritus demonstraretur. Duo autem hirci duorum populorum figuram aperta ratione demonstraverunt, propter originalem peccati prævaricationem, hircorum formam gerentes.

4. Quorum est similitudo in Evangelio, hædi, id est, peccatores ad sinistram futuri (*Matth. xxv*). Sed ex his qui in Christum credidissent, et penitentiam delictorum suorum toto corde egissent, baptismi gratiam consecuti, hi in similitudinem unius hirci, qui in sortem Domini venit, figuram accipiunt. Cujus sanguis cum sanguine vituli permisceri jubetur, ut, B consortes passionis Christi effecti, participes gloriæ ipsius efficiantur.

5. Sed quid est hircum in sortem Domini venire, nisi ut populus credentium, cujus ille figuram habebat, consors et cohæres Domini haberetur in regno, sicut Apostolus ait: *Hæredes Dei sumus, cohæredes autem Christi?* Alius vero hircus, qui in sortem Domini non venit, similitudinem tenet infidelium, qui nunquam in Christum credere voluerunt. Illi unquam accipiunt maledictionem totius populi, et omnes iniquitates humani generis, et projiciuntur in desertum locum.

6. Sed quid est omnes iniquitates, et maledictiones accipere, nisi quia omnia peccata, quæ ab Adam usque ad Christum humanum genus admisit, illi soli sunt percepturi, qui nec credere in Christum, nec expiari Christi sanguine voluerunt? Et sic onusti et prægravati iniquitatibus et maledictionibus totius populi, id est, humani generis, in desertum locum projiciuntur, id est, in tenebras exteriores, ubi fletus et stridor dentium, et in stagnum ignis, quod est gehenna, ubi ignis eorum non exstinguetur, et vermis eorum non morietur.

#### 426 CAPUT XVI.

*De pecoribus quæ non offeruntur in sacrificio.*

1. Diversitas victimarum, et quæ vel offerri debeant, vel non offerri, in hoc libro Levitico dinumerantur. Sed per comparationem pecorum conversatio hominum demonstratur. Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota solvens, vel sponte offerens, tam de bobus quam de ovibus animal immaculatum offerat, ut acceptabile sit; omnis macula non erit in eo.

2. Si cacum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulam, si scabiem, vel impetiginem, non offeretis ea Domino, neque adolebitis ex his super altare Domini: bovem et ovem, auribus et caudis amputatis, voluntarie offerre potes, votum autem ex his fieri non potest. Omne animal quod vel contritis, vel tonsis, vel sectis, ablatisque testiculis est, non

Flor. 2, *in semetipso liniabat*, seu *lineabat*, quod non displicet. Alii *in semetipso limabat*, quod mendosum puto pro *liniabat*. AREV.

offeretis Domino, et hoc in terra vestra omnino non facietis.

3. De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, nec quidquid aliud dare voluerit, quia corrupta et maculata sunt omnia, non suscipietis en. Primum rejicitur a sacrificio maculosum animal, vel varium, id est, homines, in quibus diversitas est peccatorum, et nunc in libidine et cupiditate, nunc in diversis criminibus demutantur. Rejicitur quidem et cæcum animal, id est, qui nec Deum videt, nec opera ejus facit.

4. Fractum quoque, id est, vitiiis carnalibus vexatum ac collisum. Rejicitur et cicatricem habens, qui non digna satisfactione penitentiae vulnera peccatorum deplorat, sed adhuc veteris morbi signum per desideria voluptatis interius gestat. Reprobatur et lingua amputatum, qui Dominum non confitetur, neque divinam legem meditatur.

5. Rejicitur et papillam habens, qui pruritu libidinis et ardore concupiscentiarum exæstuat. Similiter et scabiosum, qui peccatum carnis perficit contagione operis. Jam vero impetiginem habens 427 hæreticorum figurat collectionem, quæ frequenter se in Ecclesie corpus immergit, et, ut impetigo, livorem facit. Porro aure amputati sunt qui verbo Dei non obediunt, non faciendo quæ jussa sunt.

6. Qui vero caudam habet amputatam, ille est qui honum quod incipit perseveranti sine non perficit. Porro desectum, vel testiculis amputatum, indicat eos qui cum corpore viri sint, turpitudinis usu effeminantur. His ergo criminibus involuti, a sacrificio Domini reprobantur, nec efficiuntur consortes passionis Christi, nec cælestis sanctificationis participes.

#### CAPUT XVII.

##### *De cæteris ceremoniis.*

1. Sed neque panes alienigenæ offeruntur Domino, et doctrinæ hæreticorum, vel studia superstitiosa

4. *Qui in sortem.* Sic Alb. Codex. Grialius, qui in sorte. Alii, qui in similitudinem. Sed verior lectio Albornoziani Codicis videtur; nam iterum redit in sermone Domini venire. AREV.

CAP. XVI. N. 5. Alborn., et scabiosus, qui. Cæteri, scabiosum qui, ut supra: Cæcum animal, id est, qui. Paulo post idem Alborn.: Non obediunt, quæ jasta sunt faciendo. AREV.

CAP. XVII. N. 1. Hoc caput imperfectum hactenus in omnibus Editionibus apparuit, nisi quod in ultima Matritensi Ulloæ supplementum ad appendices rejectum fuit tom. II; pag. 64, ex Codice Bononiensi. Integrum quoque existat in Codice Vat. 627, quem descripsi in Isidorianis, cap. 94, ubi, num. 11, adverti nonnihil vaticanum Codicem ab Albornoziano discrepare. Mihi ad manus sunt duo exemplaria ex Codice Bononiensi descripta cum variis lectionibus in eodem Codice notatis ex Originali Isidori, sive Codex Bononiensis vere cum autographo ipso sancti Isidori collatus fuerit, sive cum alio Codice veteri, quem collator crediderit, vel appellaverit *Originale Isidori*. In Editione Ulloæ breves quædam notæ sunt ad hoc caput, fortasse a doctissimo Henrico Florezio adornata; nam advertitur fragmentum ex Albornoziano Codice transcripsisse D. Petrum de Castro, Bononiensis Collegii alumnum (qui in extrema ætate nuper in Hispalensi pestilentia extinctus est, dum canonicatu ejus ecclesie metropolitanae fungeretur), apographum vero a R. P. Henrico Floresio liberalis-

A sæcularium litterarum, quæ, quia extra fidem sunt, et aliena putantur. Tales enim repudiantur hostiæ a Domino, et rejicitur hujusmodi sacrificium ab Ecclesia catholica.

2. Nunc vero jam de quibusdam ceremoniis quid spiritualiter in 428 his habeatur dicendum est. De quibus etiam et Judæi scrupulosissime quærunt, dicentes: Cur eas Christiani non student observare, cum Christus venerit non legem solvere, sed adimplere? Quæritur ergo cur jam non circumcidatur carnis Christianus, si Christus non venit legem solvere, sed adimplere.

3. Respondetur: Ideo jam non circumcidatur Christianus, quia id quod eadem circumcissione prophetabatur jam Christus implevit. Exspoliatio enim carnalis generationis, quæ in illo facta figurabatur, jam Christi resurrectione adimpleta est, et quod in nostra resurrectione futurum est, sacramento baptismi commendatur. Si enim Judæi resurrectione Domini justificarentur, cujus resurrectionis iterum, post diem tamen Sabbati, hoc est, post septimum, octavus fuit, profecto spoliarentur carnali velamento mortalium desideriorum, et cordis circumcissione gaudentes, adumbratam figuratamque non jam in carne exprimerent.

4. Cum quæritur Sabbati otium cur non observet Christianus, si Christus non venit legem solvere, sed adimplere, respondetur: Imo et id propterea non observat Christianus, quia quod ea figura prophetabatur jam Christus implevit; in illo quippe habemus Sabbatum, qui dixit: *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam. Tollite jugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris (Matth. XI, 28).*

5. Cessationem ergo Sabbatorum jam quidem supervacue ducimus observare ex quo spes revelata est nostræ quietis æternæ. Cum quæritur quare non obisime fuisse communitatum. Jam Editiones veteres solum exhibent initium capitis, sed neque, usque ad Ecclesia catholica. Apud Grialium est *offerantur pro offeruntur*. Expressi lectionem quæ in Alborn. ascribitur ex Isidoro, seu Originali. Nam in textu Codicis est: *Sed neque panis alienigenæ offertur. Mor Grialius: Domino, id est, doctrina hæreticorum... quæ extra fidem.* AREV.

2. In duobus meis exemplaribus ex Cod. Alb. *Cum Christus non venit legem.* In Editione Ulloæ notatur quæ sequuntur, *Quæratur ergo, etc.*, ad verbum sumpta esse ex Augustino contra Faustum, lib. XIX, cap. 9. AREV.

3. *Pro respondeo breviter: Ideo, quod existat in Ms. Alb., collator ejusdem Codicis ex Isidoro notavit respondetur: Ideo.* In Editione Ulloæ ex sancto Augustino hæc varietas profertur: *Et quod in nostra resurrectione futurum, sacramento baptismi commendatur.* AREV.

4. *Non observet Christianus.* Ita Originale Isidori. In textu Alb. Cod. *Non observent Christiani.* Pro *uno et id*, ex Augustino, respondeo imo id indicatur in Editione Ulloæ, in qua ovissimum fuit *respondetur*, quod Cod. Alb. exhibet, vel *responderunt*, ex Isidori Originali. Collator advertit vos ante *reficiam positum* in Codice inter duas columnas, sequendo lineam, sed diversa alia manu. In Editione Ulloæ ita id exprimitur: *Vos in principio lineæ, sed alia manu.* AREV.

5. *Cum quæratur, etc.* Hæc sancti Augustini notæ,

servet differentiam ciborum, quæ in lege præcipitur, si Christus non venit legem solvere, sed adimplere. 429 respondetur : Imo propterea non observat eam Christianus, quia quod in illius figuris prophetabatur Christus implevit, non admittens ad corpus suum (quod corpus in sanctis suis in vitam æternam prædestinavit) quidquid per illa animalia in moribus hominum significatum est.

6. Cum quæritur quare Christianus non, animalibus immolatis, carnis et sanguinis sacrificium offerat Deo, si Christus non venit legem solvere, sed adimplere, respondetur : Imo propterea magis hæc Christianus jam offerre non debet, quia ea quæ talibus rerum figuris illi prophetabant immolatione carnis et sanguinis sui Christus implevit. Nam de sacrificiis eorumdem animalium quis nostrum nesciat magis ca perverso populo congruenter imposita, quam Deo desideranter oblata ?

7. Sed tamen in his figuræ nostræ fuerunt, quia nostra emundatio et Dei propitiatio nobis in sanguine nulla. Secundum figuram illam veritas Christus est, cujus sanguine redempti sumus. Cum quæritur cur azyma non observet Christianus, si non venit Christus legem solvere, sed adimplere, respondetur : Imo propterea magis non observat Christianus hæc, quia quod illa figura prophetabatur, expurgato veteris vitæ fermento, novam vitam demonstrans implevit Christus. Quapropter non manducare azyma per statutos septem dies tempore Veteris Testamenti peccatum fuit; tempore autem Novi Testamenti non est peccatum.

8. Sed in spe futuri sæculi, quam habemus a Christo, qui et animam nostram induens justitia, et corpus nostrum induens immortalitate, totos nos innovat, credere aliquid ex veteris corruptionis 430 necessitate atque indigentia nos passuros, vel acturos, semper peccatum est, quandiu voluntur isti septem dies quibus peragitur tempus. Sed hoc Veteris Testamenti temporibus in figura occultatum, a quibusdam sanctis intelligebatur; tempore autem Novi Testamenti in manifestatione revelatur, populis prædicatur. Unde Scriptura ipsa tunc erat præceptum, nunc testimonium.

9. Cum quæritur cur de carne agni Christianus

cit. lib. 111 contr. Faust., cap. 10, in Ulloæ Editione animadvertitur; uti etiam quod pro in illius figuris apud sanctum Augustinum legitur illis figuris, omisso in. A verbis propterea non observat eam Christianus, quia quod, etc., usque ad verba numeri 7, veritas fuit Christus. Respondetur imo, in Alb. Codice nota hæc est inter columnas manu antiqui collatoris: Hoc non inveni in Originali Isidori. Scilicet in vetustiori Codice, sive mavis autographo Isidori : quod ego minus credo; ac facile fuit antiquioris Codicis scriptorem, repetitione eorumdem verborum respondetur imo deceptum, reliqua media verba reliquisse. AREV.

7. Textus Cod. Albornoziani, quem Ulloæ Editio expressit, mendosus et imperfectus erat hoc modo: Nostra emundatio et Dei propitiatio nulla est sine sanguine. Sed illarum figurarum veritas fuit Christus. Respondetur : Imo propterea, etc. Verum hæc in Co-

A pascha non celebret, si Christus non venit legem solvere, sed adimplere, respondetur : Imo Christianus jam sic pascha non celebrat, quia quod illa figura prophetabatur Agnus immaculatus sua passione Christus implevit. Cum quæritur quam ob causam novæ legis in lege mandatas non celebrat Christianus, si Christus non venit legem solvere, sed adimplere, respondetur : Imo jam propterea Christianus istas non celebrat, quia propter quod prænuntiandum celebrabantur Christus implevit. Celebratio enim novæ luncæ prænuntiabat novam creaturam, de qua dicit Apostolus : Si qua igitur in Christo nova creatura, vetera transierunt, et facta sunt omnia nova.

10. Cum quæritur cur illa singularum quarumque immunditiarum baptismata quæ in lege præcipiuntur non observet Christianus, si legem Christus non venit solvere, sed adimplere, respondetur : Inde potius hæc non observat Christianus, quia futurorum figura erant, quam Christus implevit. Venit enim conspeliere nos sibi per baptismum in mortem, ut quemadmodum Christus resurrexit a mortuis, sic et nos in novitate vitæ ambulemus.

11. Cum quæritur qua causa scenopægia non sit solemnitas Christianorum, si lex a Christo adimpleta est, non soluta, respondetur tabernaculum Dei fideles esse, in quibus charitate sociatis, et quodammodo compactis, habitare dignatur. Et ideo magis illud non observari a Christianis, quia jam Christus in Ecclesia sua quod illa figura propheticè promittebat implevit. Scenopægiam non celebrare aliquando peccatum fuit, nunc non est peccatum; tabernaculum autem Dei, quod est Ecclesia, non compaginari, semper peccatum est; sed quod tunc agebatur sub præcepto figurato, 431 nunc legitur in testimonio revelato. Nam et illud, quod tunc factum est, non diceretur tabernaculum testimonii, nisi alicui veritati, quæ suo tempore declaranda erat, quindam congruentiam attestaretur.

12. Cum quæritur quæ causæ essent septimum annum remissionis, sive jubilæum non observari, in quo canebant tubæ, et revertebantur omnes ad antiquam possessionem, respondetur jubilæi figuram æternæ beatitudinis requiem significare. Sicut enim dies septimus feriatius esse præcipitur, ut æterna

D dice obelo notata sunt, et ad marginem appicta lectio quam tenui, nisi quod est veritatis pro veritas. AREV.

8. In Alb. et textu Editionis Ulloæ, animam induens justitiam; supplevi nostram ex Origin. Isidori, et scripsi justitia ex eodem, uti etiam paulo post Scriptura ipsa, cum in textu Codicis et citate Editionis desit ipsa. AREV.

9. Cur de carne, etc. Ita ex Origin. Isidori. Cod. Alb., cur de sanguine agni Christianus pascha non celebrat. AREV.

11. Quodammodo... propheticæ... figurato... alicui veritati. Ita Isidorus. Cod. Alb., quemadmodum... propheticæ... figurantur... alicujus civitatis. AREV.

12. In Mss. scribitur joboleum. In Editione Ulloæ ad verba Sicut enim dies septimus, etc., notatur hæc esse ex sancto Gregorio, Moral. lib. xxxv, cap. 8, n. 16. AREV.

per eum requies designetur, sic in jubilæo, qui in A  
anzorum curriculo septenario numero septies repli-  
cato, et monade addita, in quinquagenarium ducitur,  
perpetuæ beatitudinis segura requies intimatur.

13. Quando in voce archangeli, novissima clan-  
gente tuba resurgentibus cunctis, revertitur ad om-

15. Scripturam Originalis Isidori expressi. In  
textu Codicis et Editionis Ulloæ, *Revertitur omnis ad  
antiquam possessionem carnis. Tunc revertitur ad un-*

nes antiqua possessio carnis, tunc revertitur Adam  
ad antiquam terram carnis suæ, in qua inhabitavit.  
Tunc Abel ad terram suam, de qua ejectus est per  
Cain. Tunc Noe, Abraham, Isaac, et Jacob, sed et  
omnes animæ mortalium tunc recipient corpora sua,  
a quibus exierunt, ut possideant ea in æternum.

*tiqum... ejectus a Cain. Post possideat in æternum  
est hæc rubrica: Explicit liber Leviticus. Incipit lib.  
Numeri. AREV.*

## 432 IN NUMEROS.

### PRÆFATIO.

1. Ideo hic liber unus ex quinque libris Moysi  
Numeri appellatus est, eo quod egressæ multitudinis  
Israeliticæ ex Ægypto in eodem perfectorumque  
virorum computatio et numerus teneatur insertus.

2. In quo etiam profectioes eorum et mansiones  
a finibus Ægypti usque ad locum et tempus in quo  
Moyses defunctus est numerantur. In quo et dies  
dedicationis tabernaculi, et oblationum modus, non  
sine mystici numeri sacramento et ratione dinume-  
ratus est.

3. Catalogus autem mansionum filiorum Israel a  
prima usque ad ultimam numerantur simul quadra-  
ginta et duæ. De quibus Matthæus loquitur: *Ab  
Abraham usque ad David generationes quatuordecim,  
et a David usque ad transmigrationem Babylonis gene-  
rationes quatuordecim, et a transmigratione Babylonis  
usque ad Christum generationes quatuordecim (Matth. 1),*  
id est, generationes simul quadraginta et duæ.

4. Per has currit versus Hebræus, qui de terra festi-  
nat transire ad cælum, et Ægypto sæculi derelicta,  
terram repromissionis ingreditur; nec mirum si filii  
numeri sacramento perveniamus ad regnum cælorum,  
sub quo Dominus atque Salvator a primo patri-  
archa pervenit ad Virginem, quasi ad Jordanem,  
quæ, pleno gurgite fluens, Spiritus sancti gratiis  
relundavit.

### 433 CAPUT I.

1. Prima mansio est Ramesses urbs, quæ in extre-  
mis finibus Ægypti erat, in qua populus congrega-  
tus exiit in desertum altera die post pascha in con-  
spectu Ægyptiorum. *Ramesse* interpretari quidam  
*commotionem*, vel *tonitruum*, putaverunt, quia cum  
commoti fuerimus ad evangelicam tubam, et excitati  
tonitruo gaudii, eximus in mense primo, quando  
hiems præterit, quando veris exordium est, quando  
cuncta renovantur.

PRÆF. N. 3. *Catalogus autem mansionum.* Pleraque  
omnia ex Hieronymo., epist. 127, ad Fabiolam, et  
Ambrosii lib. de Mansionibus. GRIAL.

CAP. I. N. 1. Ex Hieronymo. GRIAL.

*Ibid.* Codex Alborn.: *Quia cum commoti fuerimus  
ad prædicationem evangelicæ tubæ, et excitati tonitruo  
cum gaudio.* AREV.

2. Alborn.: *Post esum agni immaculati, et calcea-  
ti, dicente Apostolo, et accincti pudicitia lumbos, et  
baculos in manibus præparatos habentes. In textu  
Grialii mendum erat et baculos manibus in præpara-*

B. 2. Eximus quinta decima die mensis primi, in  
stinum paschæ, pleno mensis quine, post esum agni  
immaculati, calceatos pedes habentes de Evangelio,  
vel Apostolo, et accinctos lumbos de pudicitia, et ba-  
culos in manibus præparatos (*Ephes. vi*).

### CAPUT II.

1. Secunda mansio est Socoth, in qua coquant  
panes azymos, et primum tendant tabernacula. Unde  
et locus nomen accepit. *Socoth* quippe interpretatur  
*tabernacula*, sive *tentoria*. Cum ergo exierimus de  
Ægypto, id est, a sæculo, primum tabernacula ag-  
mus, scientes nobis ad ulteriora pergendum, et ad  
sanctam terram cælestem iter accelerandum.

### CAPUT III.

1. Tertia mansio est Ethan, quæ est in extremo  
solitudinis, in qua primum videtur Dominus præce-  
dens populum in columna ignis. *Ethan* sonat *forti-  
tudo*, sive *perfectio*. Præparemus ergo nobis *fortitu-  
dinem* assumentes perfectum robur, ut inter errorum  
434 tenebras et confusionem noctis scientiæ Christi  
lumen appareat. Dies quoque noster nubem habeat  
protegentem, ut his ducibus ad terram sanctæ  
promissionis pervenire valeamus.

### CAPUT IV.

1. Quarta mansio est Phihahiroth, quod est contra  
Beelsephon. *Phihahiroth* interpretatur *os nobilium*.  
Proinde assumpta fortitudine, nobilitemur in Domino,  
contemntes et Beelsephon, qui interpretatur *domi-  
nus aquilonis*, ejusque superbiam declinemus.

2. Ab hac mansionem profecti filii Israel transie-  
runt per medium mare in desertum, videruntque  
Pharaonem cum suo exercitu submersum, præcunte  
Maria præcinente in tympanis.

### CAPUT V.

1. Quinta mansio est Marah, ad quam venerunt  
filii Israel, transitu Rubro mari post triduum. *Marah*  
autem interpretatur *amaritudo*; post prædicationem

tos. AREV.

CAP. II. N. 1. Ex Hieronymo. GRIAL.

*Ibid.* *Sanctam terram cælestem iter.* Alb., *sanctam  
terram cæleste iter.* Melius fortasse est quod *vobis*  
habet Editio, *sanctam terram, id est, cælestem Jeru-  
salem iter.* AREV.

CAP. III. N. 1. Ex Hieronymo. GRIAL.

CAP. IV. N. 1. Ex Hieronymo. GRIAL.

2. *In desertum.* Ita Alborn. Grialius in *deserto*.  
AREV.

CAP. V. N. 1. Ex Hieronymo. GRIAL.

enim Evangelii et tabernacula transmigrantium, post assumptam fortitudinem fidei, et post baptismum victoriam rursus venit ad amaritudinem, ut voluptas atque luxuria vitæ amaritudine terminetur, et per crucis lignum, quasi per cruciatum, iterum suavitas compensetur.

## CAPUT VI.

1. Sexta mansio est Helim, ubi erant duodecim fontes aquarum, et septuaginta palmæ, in figura duodecim apostolorum, et septuaginta discipulorum secundi ordinis: de quorum fontibus doctrinæ potum haurimus, et dulces fructus victoriæ carpimus. Unde et bene Helim vertitur in *aristes fortes*; ipsi enim sunt robusti principes gregis, duces ovium, doctores gentium.

## 435 CAPUT VII.

1. Septima mansio est iterum ad mare Rubrum, quod est baptismi typus, cruore Domini consecratus. Queritur hic quomodo post transitum Rubri maris, et fontes amarus, et Helim, rursus ad mare Rubrum venerint? nisi forte in itinere pergentibus sinus quidam maris occurrat, juxta quem castrametati sunt.

2. Aliud est enim transire mare, aliud in proximo figere tabernacula. Ex quibus monemur post evangelicam disciplinam, et cibos dulcissimos triumphorum, apparere nobis interdum mare, et præterita discrimina post ante oculos.

## CAPUT VIII.

1. Octava mansio est in solitudine Sin, qua tenditur usque ad montem Sinai. Interpretatur autem Sine *rubus*, vel *odium*, quia postea quam venerimus in locum Ecclesiæ, de qua Dominus nobis sit locutus, grande odium meremur inimici.

## CAPUT IX.

1. Nona mansio est in *Dephaca*, quæ dicitur *pulsatio*, juxta quod Dominus ait: Pulsate, et aperietur vobis (*Matth. vii*). Sensusque est manifestus, quia postquam venerimus ad locum Ecclesiæ, incipimus sacramenta pulsare.

## CAPUT X.

1. Decima mansio est in *Alus*, quod interpretatur *fermentum*, quod tollens mulier comiscuit farinæ satis tribus, donec fermentaretur totum (*Matth. xiii*). In hac solitudine murmurat populus propter famem, accepitque vespere coturnicem, et mane alterius diei manna. Et nota, in decima mansionem manna tribui,

*Ibid. Transito mari Rubro. Ex Ambros., mans. septima. Al., transacto. GRIAL.*

CAP. VI. N. 1. Ex Hieronymo. GRIAL.

CAP. VII. N. 1. Quæ de baptismo dicuntur ex Ambrosio. Reliqua ex Hieronymo. GRIAL.

CAP. X. N. 1. Post Decalog. usque ad panem manducari. Ex Ambrosio. GRIAL.

CAP. XI. N. 1. Ath., aqua erupit. Verum aquam erupit Isidorianum videtur. AREV.

2. Ubi venit Jethro. Vid. Origen. hom. 11 in cap. xviii Exodi. GRIAL.

*Ibid. Suggestente. Alborn., succedente. AREV.*

CAP. XII. N. 1. Ex Ambrosio et Hieronymo. GRIAL.

*Ibid. Et interpretatur rubus. At Hier.: Interpretatur autem Sinai rubi, non unus, ut supra in solitudine Sin, sed plures, ut ibi principium sit, hic perfectio;*

A id est, post Decalogi perfectionem angelorum panem manducari,

## 436 CAPUT XI.

1. Undecima mansio est in *Raphidin*, quæ interpretatur *dissolutio fortium*, vel *remissio manuum*. In hac sitienti populo fons de petra Oreb in similitudinem Christi aquam erupit. Ibi Jesus in typo Salvatoris contra Amalech militat, et in signo crucis dæmonum adversum nos tentamenta surgentia devincuntur.

2. Ubi venit Jethro cognatus ad Moysem, dans consilium septuaginta seniorum, et in typum Ecclesiæ ex gentibus congregatæ, legis illuminatio evangelio suggerente completur. Pulchræ autem dissolutio ac sanitas fortium Raphidin dicitur, vel propter dissipatum Amalech, vel propter sanatum Israel.

## CAPUT XII.

1. Duodecima mansio est in solitudine Sinai: statim tibi veniat in mentem apostolicus numerus. Sinai quippe interpretatur *rubus*, quo significatur Ecclesia, in qua nobis apostoli prædicant. In hac mansionem Moyses ascendit ad Dominum, ibique descendit Dominus in montem Sinai, dans legem populo suo. Ibi fabricatur tabernaculum, ibi præcipitur varietas hostiarum, vasorum diversitas, indumenta pontificis, sacerdotum ac levitarum cæremonie.

2. Ibi numerus populorum et Levitarum, et per singulas tribus populi distributio. Oblationes quoque principum in hac mansionem 437 descriptæ sunt. Duæ quoque argenteæ tubæ ad promovenda castra ibidem fieri jubentur.

3. Ibi quoque præcipitur immundis, et iis qui primo mense paschæ interesse non potuerint, ut secundo mense conveniant. Sed quid sibi velit quod hi qui longius habitabant, vel immundi in anima fuerant, in secundo mense pascha jussi sunt facere? Quo nimirum in typo intelliguntur populi gentium, qui cum omnibus dæmonibus fornicati, immundi videbantur in anima, salubri vero confessione mundati, ad secundam nativitatem, quasi ad secundum mensum, transire præcipiuntur.

4. Jubetur quoque in hac mansionem Nazareth, ut vinum, et siceram, et omne, quod de uvis est, non bibant, nec comedant, nec uvam quidem passam, vel acetum, quod est ex vino. Sed in Proverbiis præcipitur potentes, qui iracundi sunt, ut vinum non bi-

*ibi solitarius numerus, hic multiplex. Aliud est enim unam, aliud omnes gratias possidere. Sed operæ pretium erit additamentum ex margine referre, qui enim legerat, interpretatur rufus, digamino deceptus (quod pro u, et b in his Codicibus sæpe reperitur) is addit, rufus, ex sanguine Christi redempta Ecclesia, ut est in lib. Valent. GRIAL.*

*Ibid. Ibi fabricatur, etc. Omnia usque ad finem mansionis sunt Ambrosii. GRIAL.*

*Ibid. In Alborn. et Florent. Mss. legitur, ut in Valent., rufus, ex sanguine Christi redempta Ecclesia. AREV.*

3. *Habitabant. Ita Alborn. Grialius, cum aliis impressis, habitant. AREV.*

4. *Obliviscantur sapientiæ. Alborn., obliviscantur sapientiam. AREV.*

hant, ne cum biberint, obliviscantur, sapientiae A  
(*Proverb. xxxi*).

5. Quid ergo Nazaræorum nomine, nisi abstinentium continentiumque vita designatur? His in vino luxuria prohibetur, in sicera omnis voluptas terrena. Sicera enim ex diverso conficiuntur genere, sicut voluptas ex diversa vitiorum oritur colluvie; illi enim vinum non bibunt, et siceram bibunt, qui ad decipiendos homines umbras quasdam et imagines se simulant habere virtutum.

6. Uva passa illi vescuntur, qui propter humanos oculos abstinentie pallore insciantur, ut gloriam capient ab hominibus. Acetum autem hi bibunt qui post vite sanctitatem in vetustatem præteritorum vitiorum labuntur, et corruptione veteris nequitie delectantur. Præcepit itaque Deus ut qui sanctitatis B  
induerint titulum cunctis his careant vitiis, nullamque huiusmodi perturbationem appetant, quæ statum mentis evertat.

7. In hac mansione projiciuntur de castris leprosi, luxi et immundi. Leprosi hæretici, luxi cogitatione, immundi opere, ut tanquam coinquinati et morbidi a castris Ecclesie separentur, ne contagione morum suorum vitam polluant innocentium.

438. Ibi ab anno vicesimo annumerantur populi, qui ad prælium eliguntur. Sed cur ab anno vicesimo, nisi quia ab hac ætate contra unumquemque vitiorum bella nascuntur? Ideoque ad pugnam eliguntur, ut habeant contra libidinem conflictum, ne luxuriis superentur.

9. Ibi etiam ab anno vicesimo et quinto Levitæ C  
tabernaculo servire mandantur, et a quinquagenario custodes vasorum sunt. Quid enim per annum quintum, ac vicesimum, in quos flos juventutis oboritur, nisi ipsi contra unumquemque vitiorum bella signantur? Et quid per quinquagenarium, in quo et jubilei requies continetur, nisi interna quies edomito bello mentis exprimitur? Quid vero per vasa tabernaculi, nisi fidelium animæ designantur?

10. Levitæ ergo ab anno vicesimo et quinto tabernaculo serviunt, et quinquagenario vasorum custodes sunt, ut videlicet qui adhuc impugnantium vitiorum certamina per consensum delationis tolerant aliorum curam suscipere non præsumant. Cum vero tentationum bella subegerint, cum apud se jam de intima tranquillitate securi sunt, animarum sortiantur custodiam.

5. *Oritur passione. Oritur colluvie, Ambr. GRIAL. Ibid. Alb. : Illi enim vinum et siceram bibunt. Grialius videtur in textu voluisse apponere passione, ut habent alii; pro colluvie. AREV.*

6. *In nonnullis Mss., uvam passam illi vescuntur, ut interdum ulor cum accusativo occurrit. AREV.*

9. *Et a quinquagenario custodes vasorum sunt. Ita vetus Editio. Grialius per errorem, ut puto, fiant. Breuius exhibet fiant, sed ita, ut a quinquagenario... sunt. AREV.*

11. *Vulgata, et captivantem me in lege peccati. AREV.*

12. *Charitas omnes pilos carnis, usque ad reddit, verba sunt Greg., v Moral., cap. 24, ex quo fructibus legimus, non fructificantibus, ut erat in Mss. o. Excrescentibus, Ambr. GRIAL.*

11. Sed quis hæc prælia sibi perfecte subigat, cum Paulus dicat : *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivum me ducentem in lege peccati (Rom. vii, 23)*? Sed aliud est bella fortiter perpeti, aliud bellis enerviter expugnari : in istis exercetur virtus, ne quis extolli debeat ; in illis omnimodo exstinguitur, ne subsistat.

12. Præcepit dehinc illi lex levitis, omnes pilos carnis radere, quia hi qui obsequiis assumuntur divinis debent ante Dei oculos a cunctis carnis cogitationibus mundi apparere, ne illicitas cogitationes mens proferat, et pulchram animæ speciem, quasi pilis fructificantibus, deformem reddat.

13. Post hæc iubentur etiam fieri duæ tubæ, quarum clangore populi moverentur ad prælium. Sic enim scriptum est de 439 his ad Moysen : *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles. Et paulo post : Cum concisus clangor increpaverit, movebuntur castra. Per duas enim tubas exercitus ducitur, quia per duo Testamenta, sive per duo præcepta charitatis, ad prociuctum fidei populus evocatur.*

14. Quæ idcirco argenteæ fieri iubentur, ut prædicatorum verba eloquii nitore resurgant, et auditorum mentem nulla sui obscuritate confundant. Idcirco ductiles, quia necesse est ut hi qui venturam vitam prædicant, tribulationum præsentium tan fo-nibus crescant.

15. Bene etiam dicitur : *Cum concisus clangor increpaverit, movebuntur castra*, quia nimirum, cum subtilior ac minutior prædicationis sermo tractatur, auditorum mentes contra tentationum certamina ardentius excitantur. Jam abhinc promoventur filii Israel de monte Sina, et transeunt in sepulcra concupiscentiæ.

### CAPUT XIII.

1. Tertia decima mansio est in sepulcris concupiscentiæ, ubi populus, fastidians cœlestem panem, carnes Ægyptias desideravit. Multosque subito devoravit incendium. E quibus edocemur, qui conversionem reliquimus sæculi, et Ægyptias ollas (id est, carnalium desideriorum fervores contempnimus), non debere murmurare contra cœlestem panem, nec virulentias Ægyptiorum, qui sunt magnarum carniarum, sed simplicem mannae cibum, id est, puram cœlestemque vitam quærere.

*Ibid. In not. Grialii videtur legendum levitis pro charitas, et reddat pro reddit. AREV.*

15. *Ad prociuctum fidei. Ad prælium fidei. Ambr. GRIAL.*

15. *Cod. Bonon. Cum subtilius ac minutius prædicationis sermo tractatur, contaminata, id est, et lamina ardentius excitantur. Jam abhinc promovent filii Israel, etc. Vulgata, movebunt castra. AREV.*

CAP. XIII. Ex Hieronymi et Ambr. verbis tota confabata est. GRIAL.

*Ibid. Qui sunt poctarum carmina, Hieronym. GRIAL.*

*Ibid. Alb., panem, nec virulentias Ægyptiorum, quæ sunt, etc. AREV.*

2. Alioquin si post perceptum angelicum manna, quæ est cælestis vita, sive doctrina, rursus carnes Ægyptias (quæ sunt carnales hujus sæculi voluptates) et concupiscentias pristinorum tuorum voluerimus appetere, vorabimus nauseam, et statim Domini igne torquebimur, desideriumque nostrum vertetur in tumulos, ut simus sepulcra dealbata, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, et omni spurcitia.

3. In hac mansione descendit spiritus super septuaginta viros electos, et tunc Dominus descendit in nube, et retraxit de spiritu qui erat super Moysen, et imposuit super septuaginta viros. Descendente enim in nube carnis Christo, diffusa est per eundem Spiritus sancti gratia super populos, ex septuaginta gentium linguis electos, venitque super omnes donum illud virtutis cælestis, quod quondam fuerat in Moysæ atque prophetis.

#### CAPUT XIV.

1. Quarta decima mansio in solitudine Ascroth. In hac Aaron sacerdos locum incidens offensioñi cum sorore sua Maria, fratri uterque obtractant, quod alienigenam accepisset uxorem. Unde illi o Maria contagio lepræ effloruit.

2. Quo loco evidens fuit figura mysterii, quod sacerdotalis illa plebs patrum Christo Salvatore adversus Ecclesiam congregatam ex gentibus derogaret: ideoque lepræ sordè perfunditur; nec redit ad Dei tabernaculum, donec statutum plenitudinis gentium tempus adimpleatur. Tunc enim eadem plebs pristina poterit recipere sanitatem, dum eis septiformis spiritualis agnitio ad veniam fuerit suffragata.

#### CAPUT XV.

1. Quinta decima est in Bethua, quæ transfertur sonitus, sive juniperus. Fertur autem hoc lignum ignem multo tempore conservare, ita ut si prunæ ex ejus cinere fuerint adoptatæ, usque ad annum perveniant. Ex quibus discimus post sepulcra concupiscentiæ, sive atriæ, transire nos ad lignum multo tempore calens, ut simus ferventes spiritu, et claro spiritu, atque in altum exaltata voce Evangelium Domini prædicemus.

2. Ab hac mansione usque ad tricesimam secundam hæc continentur historiæ quæ, quia non sunt per mansiones singulas distributæ, a nobis quoque in commune dicuntur.

3. Duodecim exploratores mittuntur ad terram san-

2. Alioquin si post perceptum angelicum manna, etc. Paulo aliter Ambros. Alioquin si post præcepta, angelicam escam, mannaque cælestis vitæ, sive doctrinæ, rursus carnes Ægyptias, etc. GRIAL.

Ibid. Vorabimus nauseam.—Nausea mentis, Val; sed Hieronymus vocem mentis non habet. GRIAL.

Ibid. Alb. et Flor. 1: Vorabimus nauseamentis, et statim... vertemus in tumulos. AREV.

CAP. XIV. N. 1. Ex iisdem. GRIAL.

CAP. XV. N. 1. Ex Hieronymo. GRIAL.

Ibid. Sive atriæ. Ita omnino legendum ex Hieronymo. mansione 14, et hoc loco. Illic enim hazeroth in atria vertitur; hic vero, post sepulcra concupiscentiæ, et vestibula. Mendose ergo lib. plerique antra habent.

etiam. Botrus refertur in ligno, et Christi passio demonstratur. Murmurat populus Judæorum, gigantum impetum reformidans. Pugnat contra Amalech et Chananzum, nolente Deo; victus intelligit quæ debeat in terra sancta exercere sacrificia. Daiban, et Abiron, et filii Corè, consurgunt contra Moysen et Aaron, et terræ voragine glutuntur.

4. Inter mortuos et viventes pontifex medius thuribulo armatus ingreditur, et currens ira Dei sacerdotis voce prohibetur. Virga Aaron florem profert, et folia, et in æternam memoriæ virens siccitas conservatur. Vitula rufa concrematur in holocaustum, et cinis ejus piacularis aspersio est.

5. Quorum quidem figuras breviter annotantes, ex duodecim exploratoribus incipiemus. Duodecim exploratores missi ad explorandam terram uberem, qui terruerunt populum, ne crederent posse accipere terram a Domino repromissam, Scribarum et Pharisæorum præterferunt indicium.

6. Sicut enim illi per Moysen missi sunt, ut soll secunditatem sollicita consideratione tractarent, ita et isti per legem et prophetas jussi sunt, ut per Scripturarum investigationem dominicum specularent adventum, in quo erat terra, id est, caro sancta, in qua regnum Dei, et ubertatem fructuum spirituum, et vitam æternam consequi possent.

7. Sed sicut illi desperatione terruerunt populum, ne de Dei promissione consideret, ita et isti Scribæ et Pharisæi susserunt populo Judæorum non crederent in Christum, ad Ægyptum sæculi hujus redire cupientes, repudiantes manna fidei, quærentes ollas peccatorum nigras, et cepas blasphemiarum putidas, et pepones vitiorum ac libidinum corruptione marcentes.

8. Ille autem botrus vitæ quem in ligno pensilenti medio de terra repromissionis duo advexere vectores, quid significat? Botrus iste pendens e ligno utique Christus ex ligno crucis, promissus gentibus salutaris de terra genitricis Mariæ, secundum carnem terræ stirpis visceribus effusus.

9. Duo bajuli qui sub onere botri illius incedebant populus est uterque. Cujus prior Judaicus, cæcus, et aversus, ignarus pendentis gratiæ, et pressus onere suspensi, cui subjiçietur judicanti; de quibus dicitur: *Obscurentur oculi eorum, ne videant, et dorsum eorum semper incurvum* (Psalm. LXXVIII). Qui vero posterior veniebat, populi gentium gerebat il-

Nempe antrum sepulcro affine visum est. GRIAL.

3. Gigantum impetum. Ita Hier., Val., Compl., Palentin. Guadal., gigantum populum. GRIAL.

Ibid., Alb., botrus d'fertur; in ligno hoc Christi passio breviter demonstratur. AREV.

4. Virens siccitas conservatur. Ita Num. XVII et apud Hieron. Consecratur, lib. o. mendose. GRIAL.

Ibid. Piacularis aspersio. Ita Hieron. Piacularis, lib. o. mendose. GRIAL.

5. Duodecim exploratores, ex Ambros., et Aug. serm. 100 de tempore. GRIAL.

7. Alb., confiderent... crederent Christo. Alii, crederent Christum. Grialius, mendose, corruptionem arcentes. AREV.

guram, qui credens, et Christum ante oculos habens, semper eum portans videt, et quasi servus dominum, et discipulus magistrum sequitur, sicut Dominus in Evangelio ait: *Si quis vult venire post me, tollat crucem suam, et sequatur me* (Matth. xvi).

10. Ille est autem botrus qui effusus in salutem nostram, vinum sanguinis sui crucis contritione profudit, atque expressum passionis suae calicem Ecclesiae propinavit. Ille est botrus quem malogranatum socia muneris gratia secuta est, nostra scilicet Ecclesia mater, habens intra se per granorum numerum multitudinem populorum; per ruborem, sanguinis Christi signaculo coruscantem, habentem etiam intus distincta grana, sicut Apostolus ait: *Divisa charismata, et dona Spiritus sancti gratia distributa* (I Cor. xii); quibus omnibus indignos se increduli iudicantes, terram carnis Christi fluentem lacte et melle accipere non meruerunt, quam per fidem servi ejus, id est, populi Christiani, consecuti sunt.

11. De cuius doctrina quotidie dicit Ecclesia: *Quam dulcia* 443 *suavis meis eloquia tua! super mel ori meo* (Psal. cxviii). Ficem autem quam cum botro de terra repositionis attulerant imaginem legis habuisse evangelicis edocemur exemplis; sicut et botrum constat figuram Salvatoris ostendere, quem admodum in Canticis canticorum Ecclesia de Christo dicit: *Frater meus ut botrus Cyprae*, quia nec est Christus sine lege, nec lex sine Christo esse potest.

12. Post haec quidam homo, die Sabbati colligens ligna, necatur a populo. Quid autem insinuat quod tam atrociter jussu Dei fuerit idem ab omni populo trucidatus? Quod facile ab infidelibus proponitur. Intelligent ergo quia haec omnia in typo acciderunt illis. Scripta sunt autem ad correctionem nostram.

13. Ille enim pristinus carnalisque homo qui diem Sabbati violare ausus est, dum ligna colligeret, propter quod est punitus, formam significabat ejus qui hodie, in Christo signatus, invenitur agere carnale opus, id est, contrahere ligna, fenum, stipulam ad escam ignis aeterni convenientem. Quae dum colligit in suam perniciem, si fuerit deprehensus, pellitur ab omnibus, et statim occiditur, dum iudicatur a spiritalibus. Sic ergo omnia quae illis Judaeis per legem acciderunt formaliter intelligenda sunt.

14. Sequitur jam excidium Core, Dathan et Abiron, qui sibi contra Moysen et Aaron sacerdotem sacrificandi licentiam vindicantes, poenas pro suis conatibus expenderunt. Per eos itaque significantur hi qui haereses et schismata facere conantur, et multos secum trahendo decipiunt, contemnentes sacerdotes Christi, et se a clero ejus plebisque societate segreg-

10. Alb., *contritione profudit*. Apud Grialium mendum videtur *rin in sanguis sui crucis*, etc. Vetus Editio: *botrus, qui effusus in salutem nostram vinum sanguinis sui crucis contritione profudit*. Paulo post Alborno: *Per ruborem sacri sanguini Christi signaculum coruscans habens etiam intus*, e. c. AREV.

11. Habuisse. Ita Alborno. Grialius cum aliis Ex-cusis, attulisse. AREV.

14. Sequitur excidium, ex Ambros. GRIAL.

Ibid. Expenderunt; al., expierunt GRIAL.

A gantes, constituere audent Ecclesias, et aliud altare, precemque alteram illicitis vocibus faciunt, dominicae hostiae veritatem per falsa sacrificia profanantes.

15. Hi, quia contra Dei ordinationem nituntur, ob temeritatis audaciam terrae compagibus ruptis, viuentes profundo hiatus merguntur; nec tantum hi qui duces errorum sunt, sed et illi qui consentiendo participes eorundem effecti sunt, in ignem aeterni iudicii preparata ultione peribunt.

16. Deinde Aaron sanctus in ruinam mortis populum trahi 444 spectans, thuribulum accipiens, eucurrit obviam quassationi, stansque in medio substitutum ac peremptorium, lethalem plagam obsecu sui, quasi quidam murus, exclusit. Iste sacerdos Dominus Jesus Christus est, princeps principum sacerdotum; sacerdos iste ruinam mortis in mundo aspiciens, occurrit a summo caelo, venitque obviam, quasi gigas ad currendam viam.

17. Stetitque inter vivos et mortuos, quia natus est et mortuus. Sicque thuribulum passionis suae accipiens, et in odorem suavitatis praetendens, suspendit ignia aeterni perniciem, et inimicam perculit inortem.

18. Virga autem Aaron, quae post siccitatem floruit, caro insinuat Christi, quae postquam de Jesse radice succisa est, vivacius mortificata reviviscit. Itaque virga post ariditatem virescens Christus est post mortem resurgens. Ipsum enim virgam, ipsum florem intelligimus, ut in virga regnantis potentia, et in flore pulchritudo ejus monstratur. Unde et in Canticis canticorum idem dicit: *Ego sum flos campi, et lilium convallium* (Cant. ii).

19. Alii virgam hanc, quae sine humore florem protulit, Mariam virginem putant, quae sine editu edidit Verbum Dei, de qua scriptum est: *Erigit virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet* (Isai. xi), id est, Christus, qui futurae typum praeferebat passionis, candido fidei lumine et passionis sanguine purpurabat flos virginum, corona martyrum, gratia continentium.

20. Restat interea vitula rufa in holocaustum concremata, cujus cinis expiatio populi erat. Sic enim dicitur de illa ad Moysen et Aaron: *Præcipe filiis Israel ut adducant ad te vaccam rufam etatis integram, in qua nulla sit macula, nec portaverit jugum; tradesque eam Elcazaro sacerdoti, qui eductam extra castra immolabit in conspectu omnium, et intinget digitum Eleazar in sanguine ejus, et asperget contra fores tabernaculi septies, comburetque eam cunctis videns; tam pellem et carnes ejus quam sanguinem et fenum flammae tradetis.*

16. Deinde Aaron sanctus in ruinam mortis populum trahi spectans. Haec alio atque alio modo in vetustis libris leguntur, eadem sententia; nos Codicem Palent. secuti sumus, quem fideliorum reliquis experti sumus. GRIAL.

Ibid. In ruinam mortis populum trahi spectans. Alb., *ruina mortis in populum trajecta*. Et ex Originali Isidori *ruina moris populo capta*. Alii, *ruina mortis populum videns rure*. AREV.

19. Alb.: *Christus, qui sponte seipsum offerens obtu-*



21. *Lignum quoque cedrinum, et hyssopum, coc-* **A**  
*cumque bis tinctum* **445** *sacerdos mittat in flammam,*  
*quæ vaccam vorat, et tunc demum lotis vestibus et*  
*corpore ingredietur in castra, et commaculatus erit*  
*usque ad vesperum. Sed et ille qui combusserit lava-*  
*bili vestimenta sua, et corpus, et immundus erit usque*  
*ad vesperum.*

22. *Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, et ef-*  
*fundet eos extra castra in loco purissimo, ut sint mul-*  
*titudini filiorum Israel in custodiam, et in aquam*  
*aspersiois, quia pro peccato vacca combusta est.*  
*Cumque laverit, qui vaccæ portaverat cineres, vesti-*  
*menta sua, immundus erit usque ad vesperum. Et ha-*  
*tebunt hoc filii Israel, et advenæ sanctum jure perpet-*  
*uo. Et qui tetigerit mortuum, et propter hoc septem*  
*diebus fuerit immundus, aspergetur ex hac aqua die*  
*tertio, et die septimo emundabitur. Si die tertio asper-*  
*sus non fuerit, vel septimo, non poterit emundari.*

23. Vitula rufa caro est Salvatoris nostri, rosea  
 sanguine passionis, ætatis integræ, qui perfecta æ-  
 tate passionem suscepit. Quod autem non est im-  
 positum super illam jugum, hoc ostendit, quia caro  
 Christi non est subjugata delicto, neque victa ab ullo  
 peccato. Quod autem apprehensam ejecerunt filii  
 Israel extra castra, astante Eleazaro sacerdote, po-  
 pulum Judæorum significat, et consensum sacerdotum  
 in necem Domini, quem ejectum extra Jerusalem  
 crucifixerunt.

24. Sicut ergo qui offerunt vitulam immundi sunt,  
 sic et qui apprehenderunt Dominum, et occiderunt,  
 peccatores habentur. Et sicut is qui colligit cinerem **C**  
 aspersiois mundus est, sic et omnes mundi sunt  
 qui passionem Christi prædicaverunt gentibus, et in  
 toto orbe terrarum doctrinam ejus asperserunt, po-  
 pulosque Domino collegerunt. Lignum autem et hy-  
 soppum crucem putamus et baptismum.

25. Per hyssopi enim fasciculum aspergebantur  
 agni sanguine, qui mundari solebant, typice figu-  
 rantes lavacrum baptismatis, et ablutionem æterni  
 fontis. Coccum autem bis tinctum figuram sacri san-  
 guinis significare, quo peccatores abluuntur. Bis  
 tinctum autem, quia per eum et corpore et corde  
 mundantur. Hæc enim tria ad purificationem peccato-  
 rum pertinent. Primo per cedrum fides ligni crucis  
**446**, secundo per hyssopum baptismus, tertio per  
 coccum sanguinis dominici sacramentum.

26. Sicut autem die tertia illi purgari jubentur,  
 ita et omnis anima purgatur ab omnibus delictorum  
 sordibus, quæcumque credit Christum Dominum die  
 tertia a mortuis resuscitatum. Hujusmodi etiam homo  
 mundus erit in die septima, id est, in regno sancto-  
 rum, adveniente Domino, et beatus, ac lætus parte  
 cælestis illius regni potietur.

*lit passioni candido fidei, etc. AREV.*

23. *Vitula rufa caro est Salvatoris. Vid. August.,*  
*q. 52 in Num. GRIAL.*

24. *Alborn., populos quos Domino collegerunt.*  
**AREV.**

25. *Pro significare Bonon. habet, et ex Isidoro*  
*tinet. AREV.*

27. Qui autem non fuerit aspersus, id est, hujus  
 gratiæ fide univitus, peritit anima illa de cœtu san-  
 ctorum, et de populo fidelium. Ex sanguine autem  
 hujus vitulæ ideo septies tabernaculum jubet aspergi,  
 quia septem sunt Spiritus sancti charismata, quæ  
 per Christi sanguinem super Ecclesiæ populos distri-  
 buuntur, per quem ab omni delicto purgantur, sicut  
 Apostolus ait: *Jam abluti estis in sanguine Christi et*  
*passione ejus (I Cor. vi).*

28. Quod vero vitula cum pelle et ossibus suis  
 comburitur, et agnus ille paschalis pari modo con-  
 crematur, ne ossa ejus confringantur, hoc ostendit  
 quod Domini Jesu Christi corporis crura in passione  
 non essent confringenda, sicut Evangelista testatur  
 (Joan. xix). Moraliter autem vaccam rufam, cujus **B**  
 cinis expiatio populi est, non alter immolare et of-  
 ferre ad altare Domini poterit, nisi qui terrena opera  
 non fecerit, jugumque delicti non contraxerit, nec  
 vinculis peccatorum fuerit alligatus.

29. Jam dehinc post exploratores, et botrum, post  
 excidium superbiorum et sacerdotale thuribulum,  
 postque virgam florentem, et vitulæ combustæ as-  
 persionem, revertamur ad mansiones.

**CAPUT XVI.**

1. Sexta decima mansio est in *Ramoth*, quod La-  
 tine dicitur *mali Punici divisio*, quæ significabat Ec-  
 clesiam. Quæ quasi multa grana uno cortice contegit,  
 dum omnem turbam credentium in fidei unitate  
 concludit.

**447 CAPUT XVII.**

1. Septima decima mansio est in *Lebna*, quæ La-  
 tine transfertur in *laterem*. Legimus *Egyptios lato-*  
*res, quos populus faciens ingemuit, ex quibus disci-*  
*mus in itinere istius vitæ de alio in aliud transitu*  
*nunc nos crescere, nunc decrescere, et post ordinem*  
*ecclesiasticum sæpe ad lateres, id est, ad carnalia*  
*opera transmigrare.*

**CAPUT XVIII.**

1. Octava decima mansio est in *Bessa*, quæ in *fre-*  
*nos* vertitur. Si enim post profectum rursus ad lu-  
 tulenta opera descendimus, infrenandi sumus, et  
 cursus vagi, atque præcipites Scripturarum retina-  
 culis dirigendi.

**CAPUT XIX.**

1. Nona decima mansio est in *Caalatha*, quæ in-  
 terpretatur *Ecclesia*, scilicet ut vagi currentium  
 gressus frenis ad Ecclesiam retrahantur, ut fores  
 quas antea reliquerant rursus festinent intrare.

**CAPUT XX.**

1. Vicesima mansio est in monte *Sepher*, quæ  
 interpretatur *pulchritudo*, id est, Christus. Et vide  
 quid prosint frena. Si a vitulis nos retrahunt, intro-  
 ducunt ad virtutum choros, et in Christo monte pul-

27. *De cœtu sancto. Al., de regno sancto. Al., de*  
*regno cælorum. Vulg., De medio Ecclesiæ. LXX,*  
*ex μέσση τῆς συναγωγῆς. GRIAL.*

**CAP. XVII. N. 1.** Ex Hieronymo cum reliquis om-  
 nibus. **GRIAL.**

**CAP. XX. N. 1.** Bonon.: *Et vide quod frena, quæ*  
*a vitulis nos retrahunt, introducant. AREV.*

cherrimo habitare faciunt; de quo scriptum est: *Ve-* **A** quiete contenti et otio, sed rursus ad ulteriora pro-  
*nite, ascendamus ad montem Domini (Isai. II).* perantes, obliviscamur præteritorum, et in futura  
 nos extendamus.

**CAPUT XXI.**

1. Vicesima prima mansio est in *Harada*, quæ  
 vertitur in *miraculum*. Et vixit quam pulcher est ordo  
 virtutum. Post frenos **448** in Ecclesiam intromitti-  
 mur, post habitationem ad montem Christi ascendi-  
 mus; in quo positi miramur in eis quæ nec oculus  
 vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascen-  
 derunt.

**CAPUT XXII.**

1. Vicesima secunda mansio est in *Maceloth*, quæ  
 in *cætus* vertitur, id est, in *ecclesia*. In hac enim  
 consistit multitudo credentium, juxta quod scriptum  
 est: *Ecce quam bonum et quam jucundum habitare*  
*fratres in unum (Psalm. CXXII)!*

**CAPUT XXIII.**

1. Vicesima tertia mansio est in *Tahath*, quæ  
 interpretatur *pavor*, quia dum quisque venit ad Ec-  
 clesiam, atque ascendit in montem pulcherrimum  
 Christum, et stupore et miraculo Christi magnitudi-  
 nem cõstitetur; adjungat deinde timorem, qui cus-  
 tos est beatitudinis, ut altum non sapiat, quia *Deus*  
*superbis resistit, humilibus autem dat gratiam (I Petr.*  
*v, 5).*

**CAPUT XXIV.**

1. Vicesima quarta mansio est in *Thare*, quam  
 nonnulli vertunt in *malitiam*, sive *pasturam*.

2. Quod vel ad præpositos Ecclesiarum, vel ad  
 custodiam animæ refertur, ut sollicitus sit quisque,  
 habeatque pavorem, ne leo diabolus in caulas ovium,  
 id est, in Ecclesias per diversa vitiorum foramina  
 introire nitatur.

**449 CAPUT XXV.**

1. Vicesima quinta mansio est in *Methea*, quæ  
 vertitur in *dulcedinem*. Ascendisti enim in excelsum,  
 admiratus es virtutum choros, timuisti ruinam, ab-  
 egisti insidiatores, dulcis te fructus protinus laboris  
 insequitur, ut merito dicas: *Quam dulcia faucibus*  
*meis eloquia tua! super mel ori meo (Psalm. CXVIII).*

**CAPUT XXVI.**

1. Vicesima sexta mansio est in *Hesmona*, quæ  
 Latine *festinationem* sonat. Scilicet, ut postquam  
 dulces fructus laboris sumpserimus, non simus

**CAP. XXI. N. 1.** Bonon., post ecclesiæ habitationem  
 ad montem. Et illico, ex Isidoro, in quo positi mira-  
 mur in cum. AREV.

**CAP. XXIII. N. 1.** Bonon., custos est beatitudinis,  
 vel humilitatis, ut altum, etc. AREV.

**CAP. XXIV. N. 1.** Mansio est in Thare, quam non-  
 nulli vertunt in malitiam, sive pasturam. Verba sunt  
 Hieronymi, sed hanc interpretationem rejicientis.  
 Cuius autem allegoriæ verba, quæ sequuntur: *Quod*  
*vel ad præpositos Ecclesiarum, etc.*, ex eodem sint,  
 manifestum est deesse interpretationem quam ipse  
 probat, ab actoris scilicet, vel depulsoris. Propterea  
 asterisco locum notavimus, quem explere sibi quisvis  
 facile ex Hier. possit. GRIAL.

**CAP. XXVII. N. 2.** Viri sublimes ad te transibunt, et  
 tui erunt servi, post te ambulabunt colligati vinculis.  
 Ex LXX, voce servi, addita. Sed miror cur Interpres  
 Latinus Editionis LXX, pro *χριστιανούς*, vinculis,

**CAPUT XXVII.**

1. Vicesima septima mansio est in *Moseroth*, quod  
 interpretatur *vincula*, sive *disciplina*, scilicet, ut festi-  
 no gradu pergamus ad magistros, eorumque tera-  
 mus limina, et præcepta virtutum ac mysteria Scri-  
 pturarum vincula putemus esse æterna.

2. Hæc sunt Christi vincula, de quibus in *Isaia*  
 legitur: *Viri sublimes ad te transibunt, et tui erunt*  
*servi, post te ambulabunt colligati vinculis (Isai. XLV,*  
*14).* Sunt et alia diaboli vincula, quibus di-ruptis, ve-  
 cit hostes Samson. De quibus Propheta dicit: *Diru-*  
*pisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis (Psalm.*  
*B CXV).*

**450 CAPUT XXVIII.**

1. Vicesima octava mansio est *Baneiacam*, quam  
 per interpretationem transfertur in *filios necessitatis*,  
 seu *stridoris*. Qui sint isti filii necessitatis ipse  
 psalmus nos docet: *Afferre Domino, filii Dei, afferre*  
*Domino filios arietum (Psalm. XXVIII).* Quæ est  
 tanta necessitas, quæ potentibus imponatur? cum  
 divinis Scripturis fueris eruditus; et leges earum,  
 ac testimonia, vincula scies veritatis, contendens  
 cum adversariis, ligabis eos, et vinetos duces in ca-  
 pivitatem, et de hostibus quondam atque captivis  
 liberos Dei efficies, ut repente dicas cum *Sion*:  
*Ego sterilis, et non pariens, transmigrata, et captiva;*  
*et istos quis enutrivit? Ego destituta, et sola; et isti*  
*ubi erant (Isai. XLIX, 21)?*

2. Porro quod interpretatum est *filios stridoris*, ad  
 illum sensum refertur, quod timore supplicii, et  
 ejus loci ubi est fletus et stridor dentium, descrentes  
 diaboli vincula, Christo Domino credentium turbæ  
 colla submituant.

**CAPUT XXIX.**

1. Vicesima nona mansio est in monte *Gadgad*,  
 quod interpretatur *nuntius*, sive *accinctio*, vel certe  
*concisio*. Non enim aliter possumus magistri discipu-  
 lorum atque credentium eos facere filios necessita-  
 tis, nisi præceptores eorum interfecerimus. Crudeles  
 simus in occisione eorum, non parcat manus nostra  
 arrium, aut extremum auriculæ de ore leonis ex-  
 trahere.

**D** Hieronymus pro *Moseroth manicis* reddiderit, ut ille  
 nou Græcæ, sed Hebraicæ vocis rationem habuisse,  
 Hieronymus contra septuaginta Interpretibus præter  
 morem subservisse videatur. GRIAL.

*Ibid.* In cod. Alborn., de quibus in Ecclesiaste, seu  
*Isaia* legitur. Et mox, *vinculis*. Et alii diaboli intelli-  
 gunt vincula, quibus disruptis... De qualibus propheta.  
 In Vulgata verba *Isaia* sunt: *Viri sublimes ad te*  
*transibunt, et tui erunt, post te ambulabunt, vineti*  
*manibus pergunt.* AREV.

**CAP. XXIX. N. 1.** Vel certe concisio. Hieronym., vel  
 certe (quod nos verius arbitramur) *κατακονα*, id est  
 concisio. GRIAL.

*Ibid.* Extrahere. Alii, abstrahere. Nonnulli addunt:  
*Extrahere; ne torpeamus Christi inimicos ante diem*  
*extremum prece usque blanda auriculari de ore leonis*  
*eripere.* Quod ab Isidoro alienum prorsus videtur.  
 AREV.

2. At vero de nuntio et accinctione, hoc breviter A  
dici potest, quod filiis necessitatis grandes ad virtu-  
tes stimulos suggeremus, cum eis nuntiaverimus  
præmia futurorum, et accinctos inire bella docuerim-  
us. Horum trium quidquid magister fecerit, in  
monte consistit.

#### 451 CAPUT XXX.

1. Tricesima mansio est in *Belebatha*, quæ inter-  
pretatur *bonitas*, quæ est Christus.

#### CAPUT XXXI.

1. Tricesima prima mansio est in *Hebrona*, quæ  
interpretatur *transitus*, id est, mundus, de quo Apo-  
stolus ait: *Præterit enim figura hujus mundi* (I Cor. vii).  
In hunc venientes sancti Dei cupiunt ad meliora  
transire. De quibus Psalmista canit: *Et non dixe-  
runt qui præteribant: Benedictio Domini super vos* B  
(Psalm. cxxviii, 8).

#### CAPUT XXXII.

1. Tricesima secunda mansio est in *Asiongaber*,  
quæ transfertur in *ligna viri*. Possunt hæc ligna viri  
saluum et arborum omnium genera multitudinem  
multitudinem figurare. Usque huc solitudo Pharan de-  
scribitur, et octo continet mansiones, quæ descriptæ in  
catalogo in superiore itinere non ponuntur.

#### CAPUT XXXIII.

1. Tricesima tertia mansio est in deserto Sin.  
Hæc est *Cades*. *Cades autem sancta* interpretatur per  
antiphrasin, sicut *lucus*, cum minime luceat, vel  
bellum, quod tamen sit horridum. In hac mansione  
moritur Maria, et sepelitur.

2. Videtur in Maria prophetia mortua, in Moyses, C  
et Aaron legi, et sacerdotum Judæorum finis imposi-  
tus: quod nec ipsi ad terram repromissionis trans-  
cendere valeant, nec credentem populum de solitudi-  
nibus hujus mundi educere, nisi solus Jesus, id  
est, Salvator verus Dei Filius.

3. In hac mansione propter aquas contradictionis  
Moyses offendit Deum, 452 et prohibetur transire  
Jordanem. Turbatur enim murmure populi, dubi-  
tante petram virga percussit, quasi illud Deus non  
posset facere ut aqua de petra fluere, quod ante  
jam fecerat. Quid ergo hic fides Moysi insinuat,  
quod ad aquam de petra ejiciendam titubaverit?  
hanc prophetiam recte intelligamus fuisse de Christo.

4. Dum enim Moyses in Scripturis sanctis aliam  
atque aliam pro re aliqua significanda personam gerat, D  
nunc tamen populi Judæorum sub lege positi  
personam gerebat, eumque in prophetica prænuntia-  
tione figurabat. Nam sicut Moyses, petram virga per-  
cussit, de Dei virtute dubitavit, ita ille populus,  
qui sub lege per Moysen data tenebatur, Christum  
igno crucis affigens, eum virtutem Dei esse non  
credidit, sed sicut percussa petra manavit aqua si-

CAP. XXXIII. N. 1. *Cades autem sancta*. Mendose lib.  
o. *Sin autem sanctam*. Vid. Hieronym. GRIAL.

2. Alb.: *Nec credentium populum de solitudine hu-  
jus mundi educere*. AREV.

3. *In hac mansione propter aquas*, usque ad sa-  
pientiam est, omnia sunt Aug. verb., xvi cont. Faust.,  
cap. 16 et 17. GRIAL.

tientibus, sic plaga dominicæ passionis effecta est  
vita credentibus.

5. Habemus enim de hac re præclarissimam et  
fidelissimam vocem apostolicam, cum inde loqueretur,  
dicens: *Petra autem erat Christus* (I Cor. x).  
Hanc ergo carnalem de Christi divinitate despera-  
tionem in ipsius Christi altitudine Deus mori jubet,  
cum mortem carnis Moysi in monte imperat fieri.  
Sicut enim petra Christus. ita et mons Christus.  
Petra humilis fortitudo, mons eminens magnitudo.  
Quia sicut Apostolus ait: *Petra erat Christus*, ita  
ipse Dominus: *Non potest civitas abscondi supra  
montem posita* (Matth. v); ne scilicet montem, fide-  
lem autem suos in sui nominis gloria fundatos asse-  
rens civitatem.

6. Prudentia enim carnis vivit, cum tanquam pe-  
tra percussa Christi humilitas in cruce contemnitur.  
Christus enim crucifixus Judæis scandalum est, gen-  
tibus autem stultitia; et prudentia carnis moritur,  
cum tanquam montis eminentia Christus excelsus  
agnoscitur. Ipsi enim vocatis Judæis et Græcis  
Christus Dei virtus et Dei sapientia est.

#### CAPUT XXXIV.

1. Tricesima quarta mansio in monte *Hor*, in ex-  
tremis finibus *Edon*. 453 In quem ascendit Aaron  
juxta præceptum Domini, et mortuus est anno qua-  
dragesimo egressionis ex *Ægypto*, eo scilicet anno  
quo novus populus repromissionis terram intraturus  
erat. Et quanquam in monte sacerdotium Eleazaro  
filio dereliquerit, lexque eo qui eam impleverit  
perdeat ad summum, tamen ipsa sublimitas non  
est trans fluenta Jordanis, sed in extremis terrene-  
rum operum finibus. Et plangit eum populus triginta  
diebus. Aaron plangitur, Jesus non plangitur. In  
lege descensus ad inferos, in evangelio ad paradisi-  
sum transmigratio.

2. Audit quoque Chananeus quod venisset Israel,  
et in locum exploratorum, ubi quondam populum  
offendisse noverant, ineunt prælium, et captivum du-  
cunt Israel. Rursusque in eodem loco pugnatur ex  
voto, victor vincitur, victi superant, per quod intel-  
ligimus ut cum nos Dei auxilio destitutos hostes in-  
vaserint, duxerintque captivos, non desperemus salu-  
tem, sed iterum armemur ad prælium. Potest fieri  
ut vineamus ubi victi sumus, et in eodem loco trium-  
phemus in quo fuimus ante captivi.

#### CAPUT XXXV.

1. Tricesima quinta mansio est in *Selmona*.

#### CAPUT XXXVI.

1. Tricesima sexta mansio est in *Phunon*. Hæc duæ  
mansiones in ordine historię non inveniuntur: in  
his, mortuo Aaron, murmurant Israelitici populi con-

5. Pro dicens, Alb. dicentem, Florent. 1, dicentis,  
scilicet Apostoli, quod intelligitur in apostolicum. Mox  
Alb.: *Deus non liberat, qui mortem*, etc. AREV.

CAP. XXXVI. N. 2. Bonon., ex Origin. Isidori, ima-  
ginem Filii Dei passionemque ejus conspexerint ser-  
ventur. AREV.

tra Deum et Moysen, manna fœdiant, et a serpentibus vulnerantur.

2. Sed quid illud significat quod morsus mortiferi serpentum, exaltato et respecto æneo serpente, sanabantur, nisi quod nunc in typo Salvatoris qui serum antiquumque serpentem in patibulo triumphavit, diaboli venena superantur? ita ut qui vere expresseque huaginem Filii Dei passionemque ejus conspexerit servetur. Hoc enim significant et verba ipsius Domini dicentis: *Sicut exaltavit Moyses serpentem in deserto, sic oportet exaltari Filium hominis, 454 ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.*

3. Quod vero æneus est serpens, ipse Christus intinatur, qui ligno suspensus est; æs quippe metallis cæteris durabilis esse solet. Et apte æneus serpens ligno suspensus est, ut Dominus et in serpente mortalis, et in ære significaretur æternus; videlicet, ut indicaretur mortuus per humilitatem, et tamen esset quasi æneus per divinitatem. Pulchre autem prima mansio *Selmona* interpretatur *maguncula*, quia nimirum ibi imago expressa est Salvatoris per serpentem æneum, qui ibi, ut imago, in ligno pependit.

4. Pulchre etiam et secunda *Phunon* interpretatur os, quia postea quam passionem filii Dei cognoscimus, quod corde credimus ore pronuntiamus, legentes illud Apostoli: *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem (Rom. x).*

#### CAPUT XXXVII.

1. Tricesima septima mansio est in *Oboth*, quæ vertitur in *Magos*, sive *Pythones*; unde demonstratur quia post imaginem Dei, quæ in cordis ratione monstratur, et confessionem fidei, quæ ore profertur, consurgunt serpentes, et artes maleficæ ad bella nos provocant. Sed nos custodia circumdantes cor nostrum, obturemus aures nostras, ne audiamus voces incantantium, et sirenarum carmina negligamus.

#### CAPUT XXXVIII.

1. Tricesima octava mansio est in *Jeabarum* in finibus Mosab, quæ significat *aceruos lapidum trans-euntium*, id est, sanctos, per istum sæculum ad alias mansiones transire festinantes.

#### 455 CAPUT XXXIX.

1. Tricesima nona mansio est in *Dibongad*. In hac geritur bellum contra *Sehon* regem *Amorrhæorum*, et *Og* regem *Basan*. In his regibus licet res gesta cognoscatur, tamen per conditiones virtutesque nominum spiritualis significatio est subjecta. *Sehon* namque interpretatur *tentatio oculorum*. Per quem figuratur diabolus, qui transfiguratur se velut angelum

3. Quod vero æneus, usque ad esse solet, ex August., serm. 401 de tempore. CRIAL.

Ibid. De æneo serpente, quod Christus indicabatur, confer Patres apostolicos Cotelerii, tom. I, pag. 40, cum not., et recentiores interpretes. AREV.

CAP. XXXVII. N. 1. *Sirenarum*. Ita etiam alii. Rectum esset *sirenum*. AREV.

CAP. XXXIX. N. 1. *In his regibus*, usque ad omnes confundentur, verba August. in psalm. CXXXV. CRIAL.

A lucis, et per hæresim vel schisma verisimilia mentitur, ut fallat incautos.

2. Hunc *Amorrhæi*, id est, *amaricantes*, habent regem. Nisi enim quædam simulatio veritatis præcedat, non sunt hæreses amaricantes, non schismata exacerbantium in Ecclesia. Iste ergo rex occiditur in unoquoque homine, quando quisque damnat simulationem, et diligit veritatem. *Og* vero rex interpretatur *conclusio*, *Basan* autem *confusio*; id enim agit diabolus semper, ut concludat viam ad Dominum, opponendo idola sua, ne credatur in Christum. Conclusio enim præcedit, ut rex; sequitur confusio, ut plebs: quia quos modo concludit, ne credant in Christum, quando apparuerit Christus, omnes confundentur.

B 3. Mansio autem ista *Dibongad* interpretatur *fortiter intellecta tentatio*, quia nimirum si superetur simulatio, quæ per schisma vel hæresim exercebat Ecclesiam, et conclusio, quæ per sacrilegium claudit fidei viam, nihilominus tentatio intelligitur, ac deinde intellecta fortiter superatur.

#### CAPUT XL.

1. Quadragesima mansio est de *Dibongad* in *Helmon Deblathaim*, quæ vertitur in *contemptum palatarum*, sive *opprobriorum*. Et per hoc dicimus omnia dulcia ac illecebras voluptatum prætereuntium 456 in sæculo contemnendas, et opprobria diligenda. Quæ si falso objiciantur, beatitudinem pariunt, Salvatore plenissimo docente, qui ait: *Cum exprobraverint vobis homines, beati eritis (Luc. vi).*

#### CAPUT XLI.

C 1. Quadragesima prima mansio est in montibus *Abarim*, contra faciem *Nabo*, quæ vertitur in *montes transeuntium*, et est contra faciem montis *Nabo*, ubi moritur et sepelitur *Moyses*, terra promissionis ante conspecta (*Deut. xxxiv*). *Nabo* interpretatur *conclusio*, in qua finitur lex, et non invenitur ejus memoria. Porro gratia Evangelii absque ullo fine tenditur: *Et in omnem terram exivit sonus ejus, et in fines orbis terræ verba ipsius (Psalm. xviii).*

2. Simulque considerandum quod habitatio trans-euntium in montibus sita sit, et adhuc profectu indigeat. Post montes enim plurimos ad campestria *Moab* et *Jordanis* fluente descendimus, quæ interpretatur *descensio*. Nihil enim tam periculosum est quam gloriæ cupiditas, et jactantia, et animus conscientia virtutum tumescens.

#### CAPUT XLII.

1. Quadragesima secunda mansio est in campis *Moab*, super *Jordanem*, juxta *Jericho*, ubi

CAP. XL. N. 1. *Quæ vertitur in contemptum palatarum*. Recte nostri libri; mendose apud Hieronymum *plagarum*. Sunt autem *palata* massæ de recentibus ficibus. Vid. Ambros. hoc loco, et Hieronym. in nominibus de Numer. CRIAL.

Ibid. Pro *in contemptum*, Alb., in *opprobrium*. Fluere. 1: *Et per hoc discimus omnia dulcia ac illecebras voluptatum prætereuntes in sæculo, etc.* Quod non displicet. AREV.

Exerunt tentoria a domo solitudinis usque ad Abel-satim in planitie Moab. In quadragesima secunda, quæ extrema mansio est, quædam quæ sunt gesta narremus.

2. Sedens in ea populus a divino Balaam, quem mercede conduxerat Balac, jussu Dei benedicatur, et maledictio mutatur in laudes. Sed quid est quod iste Balaam, dum pervenire ad propositum tenderet, asina cui præsidebat, dum vidisset angelum loquitur?

3. Quæ est enim hæc asina nisi bruta gentilitas? Quam 457 quondam Balaam, id est, seductor idolatriæ, quasi brutum animal, et nulla ratione renitens, quo voluit errore substravit. Sed ista angelum Dei vidit, quem homo videre non potuit; et vidit, et detulit, et locuta est, ut agnosceremus, posterioribus temporibus, sub adventu magni Angeli Dei gentilem illam plebem, mutata duritiæ stoliditatisque natura, solutis Deo linguis, locuturam; ita ut quæ erat subjecta perfidiæ in vocem fidei et confessionis erumperet, licet et caro nostra animalis est.

4. Plerumque enim caro per molestias tacta flagello suæ menti Deum indicat, quem mens ipsa carni præsidens non videbat; ita ut anxietatem spiritus proficere in hoc mundo cupientis, velut iter tendentis, impediatur, donec ei invisibilem, qui sibi obviat, innotescat. Unde et bene per Petrum dicitur: *Corruptionem habuit suæ vesaniæ subjugale mutum, quod in hominis voce loquens, propheta insipientiam prohibuit* (II Petr. II).

5. Insanus quippe homo a subjugali muto corripitur, quando elata mens humilitatis bonum, quod tenere debeat, ab afflictiva carne memoratur. Sed hujus correctionis donum idcirco Balaam non obtinuit, quia ad maledicendum pergens, vocem, non mentem, mutavit. Consilium quippe dedit regi Balac ut mulieres in meritorio poneret, et ante januas earum aras, ut venientes filii Israel prius sacrificarent idolis, et sic ingrederentur ad mulieres, ut inde fornicentur filii Israel cum filiabus Mædian.

6. Sed quid est quod iste Balaam populum Dei posse decipi certa ratione collegit, dans consilium ut ex illa parte, qua infirmari noverat filios Israel, perniciosi eis laquei tenderentur, non dubitans eos,

oblata copia feminarum, fornicationis ruinâ protinus collapsuros, quia concupiscibiles animæ eorum partes sciebat esse corruptas?

7. Ita ergo unumquemque nostrum nequitia spiritualis versuta 458 malignitate in signa Balaam pertentant, illis præcipue affectibus animæ insidiosos laqueos præstruentes, quibus nos senserint ægrotare, ut, verbi gratia, cum viderint rationabiles animæ nostræ partes esse vitiatas, illo nos ordine decipere moliantur.

8. Sed Phinees sacerdos zelatus, ut Domini furorem placaret, Zambri et scortum Mædianitidem pugione transfigit, significans per crucem Christi non solum idololatriam, sed etiam omnem carnis affectum vel concupiscentiam perimi sæculi, et tunc placari Deum, dum carnis exstinguitur desiderium. Post hæc numeratur rursus populus, numerantur et Levite, ut, interfectis primo carnalibus, novus Dei populus censeatur, qui per baptismum Jordani transeat, et cælestis hæreditatis re-promissionem percipiat.

9. Porro quod sexcenta millia armatorum de Ægypto numerantur egressa, et ex ipsis non sunt amplius quam duo terram re-promissionis ingressi, hæc figura demonstrat multos per baptismum ad fidem transire; sed ad patriam cælestem paucissimos pervenire secundum figuram illam in Evangelio, in qua multi vocati, pauci vero inveniuntur electi (Matth. xx, 22).

10. Quod vero duo tantum ingrediuntur, aut propter eos qui ex utroque populo regni cælestis promissionem adipiscuntur, aut propter illos qui per duas vitas, actionis et contemplationis, ad æternam beatitudinem prædestinantur.

11. Interpellant dehinc filix Salphaad quinque, et ex judicio Dei hæreditatem accipiunt inter fratres suos. Nec legis plebs ab Evangelii possessione excluditur.

12. Deinde Jesus in monte succedit Moysi, et discit quæ specialiter debeant offerri in Ecclesia. Legi etenim succedit Evangelium, ibique lex facienda præcepta admonet, et gratia complet.

13. Primum quidem quid offerri debeat per singulos dies; dehinc quid in Sabbato propter spem quietis æternæ; quid in kalendis 459 pro invocatione vitæ; quid in pascha, quando consepelimur cum Chri-

CAP. XLII. N. 2. Alb., dum perveniret, et ad propositum tenderet. AREV.

5. Quæ est enim hæc asina, usque ad substravit, verba sunt Greg., lib. I Moral., cap. 7, quæ hoc locu (adjecta voce penitentis, mutatoque renitens in retinens) sensum nullum reddebant. GRIAL.

Ibid. Sed ista angelum, usque ad erumperet, Ambros., lib. IX comment. in Luc., cap. 19: *Nec despicias asinam quoque istam; quondam angelum Dei vidit, quam homo videre non potuit. Et vidit, et locuta est. Ut agnosceres, posterioribus temporibus, sub adventu magni Angeli gentiles illis (forte illos), ante asinos, locuturos.* GRIAL.

Ibid. Multum hic variant mss. exemplaria. Alb., breviter: *Quid est asina, nisi ratione utens, quo voluit, etc.* Alii post renitens addunt penitentis. AREV.

4. Plerumque enim caro, usque ad non mentem mutavit, verba sunt Gregorii, Pastoral. III part., advo-

nit. 13. GRIAL.

Ibid. Alb.: *Donec ei invisibilis, qui sibi objiciat, innotescat.* AREV.

5. Alb., *debeat, afflictiva carne moratur.* AREV.

7. Grialius, *mendose, spiritualis.* AREV.

8. Sed Phinees, usque ad populus censeatur, ex Hieronym., quibusdam interjectis. GRIAL.

Ibid. Zambri, etc. Alii, *Zambri, qui ad scortum ingressus est, arripiens pugionem, utrosque transfigit.* AREV.

9. Alb.: *Postea quoque multa millia armatorum.* AREV.

11. *Nec legis plebs. Ne femineus sexus,* Hieronymus. GRIAL.

12. Alb., *admonet, et gratia completur.* AREV.

13. Alb.: *In kalendis propter invocationem Christi vitæ, quid in pascha, quando sepelimur Christo per baptismum a mortuis.* Flor. I: *Ad vitæ novitatem, pro ad vitæ natiuitatem.* AREV.

sto per baptismum, quasi a mortuis transeuntes ad vitam nativitatem; quid in Pentecoste propter gratiam Spiritus sancti et indulgentiam remissionis peccatorum; quid in neomenia mensis septimi; quid in jejuniis ejusdem mensis decimo die; quid in scenopægia, quando figuratur tabernacula quinto decimo die supradicti mensis.

14. Dehinc texitur bellum contra Madianitas, et mors divini Balaam, in cujus nece error perfidiæ ligno crucis interficitur, sique deinde Amalech prædæ divisio, et oblatio ex ea animarum tabernaculo Dei.

14. *Divini Balaam.* Sæpe vox divini in Scriptura sumitur pro augure, ariolo, pythone. AREV.

15. *Quia quos mundi implicam usque ad desiderant*

15. Post hæc filii Ruben et Gad, et dimidia tribus Manassæ, jumenta plurima habentes, citra Jordanein possessionem accipiunt, et in repromissionis terra hæreditatem habere nolunt, figurantes quia quos mundi implicamenta occupant, habitationem cælestis patriæ nequaquam desiderant.

16. Dehinc populus admonetur, ut in terra sancta idola destruant, et nullus de prioribus habitatoribus servetur, ad significandum, ut dum in terram sanctæ repromissionis per fidem ingredimur, simul cum idololatria omnia etiam vitia extinguamus.

verba sunt Greg. xxvii Moral., cap. 7. GRIAL.

*Ibid. Citra Jordanein.* Alb., *contra Jordanem.* AREV.

## IN DEUTERONOMIUM.

### 460 CAPUT I.

*Cnr Deuteronomium undecim diebus scriptum.*

1. Liber Deuteronomii repetitio est præcedentium quatuor librorum legis. Nam dum illi in se proprias continent causas, iste tamen replicat omnium. Habet autem et ipse propria innumera sacramenta, e quibus pauca pro exercitio lectoris studii memoranda.

2. Deuteronomium autem secunda legis latio dicitur, quod significat Evangelium. In cujus principio notandum est quid indicet quod undecim diebus idem Deuteronomium a Moyse scribitur; significat vero Judaicæ plebis lapsum in Evangelio per transgressionem Decalogi mandatorum.

### CAPUT II.

*De quadraginta annis deserti, et vestibus non attritis.*

1. Quid autem significaverunt illi quadraginta anni, quibus laboriose peractis, filii Israel ad repromissionis terram transierunt? Per hos quadraginta annos totum sæculi tempus significatur, in quo vivit Ecclesia sub laboribus et periculosis tentationibus, sperando quod non vidit per patientiam, quousque ad promissam æternæ felicitatis perveniat patriam (Matth. iv).

461 2. Ideo et Dominus quadraginta diebus jejunavit et quadraginta noctibus, et tentatus est in cremo. Corpus enim ejus, quod est Ecclesia, necesse est tentationes laboresque patiat in hoc sæculo, quoad usque veniat illud tempus ubi post tentationes accipiat consolationes.

3. Porro quod vestis Israel per tot annos in eremo

CAP. II. N. 3. *Porro quod vestis, usque ad duravit. Porro quod vestimenta, aut calceamenta filiorum Israel per tot annos in eremo indetrata et absoluta manserunt, nullaque vetustate consumpta sunt, Val. et Compl. Reliqui et Beda ut esidimus. GRIAL.*

*Ibid. Alb., cum Val. et Compl. Porro quod vestimenta, etc., sed obvoluta pro absoluta. AREV.*

CAP. III. N. 1. *Non plantabis, etc. Cod. Bonon., post finem capituli præced., in nota marginis inferioris,*

B nulla vetustate corrupta est, et morticina pellis calceamentorum tandem sine labe duravit, potest figurare futuram incorruptibilitatem corporum, ubi ea quæ corruptibilia sunt sine corruptione ulla permanebunt.

### CAPUT III.

*De non plantando ligno juxta altare.*

1. *Non plantabis omne lignum juxta altare Dei, nec facies nemus in terra.* Interdicitur quippe ne nemus complantetur in templo. Nemus frondentes arbores et infructuosæ sunt, solum ad delectationem visus plantatæ. Tales sunt et gentiles, qui rationem suam verborum decore componunt, ut non convertant a vitiis, sed delectent, atque istiusmodi seductione persuadent.

2. Nos autem secundum præceptum juxta altare Dei nemus non plantamus, si circa dominicam fidem nihil in verbis infructuosum, nihil audientie sæculari illecebrosam componimus, sed sola puritate veritatis scientiam pædicationis tenemus. Hoc nemus in pædicatione sapientiæ plantare vitabat Apostolus, cum dicebat: *Loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, et virtute (I Cor. ii).*

### 462 CAPUT IV.

*De auferendo præputio ligni pomiferi.*

1. *Quando ingressi fueritis in terram, et plantaveritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum, pomorumque germina immunda erunt vobis, nec edetis ex eis (Levit. xix, 23).* Ligna quippe pomifera sunt opera virtutibus secunda. Præputia lignorum auferi-

ris, ex Originali Isidori, sic habet: *Permanebunt. Jubentur autem in præceptis hujus libri innumerabilia, ex quibus queritur quid significet illud quod interdicitur: Non plantabis omne lignum juxta altare Domini, nec plantes nemus in terra. Interdicitur quippe, etc. AREV.*

CAP. IV. N. 1. *Quando ingressi fueritis, usque ad comedatur, omnia sunt Gregorii verba, viii Moral., cap. 29. GRIAL.*

mus, cum de ipsa inchoationis infirmitate suspecti A primordia operum nostrorum non approbamus.

2. Poma autem quæ germinant immunda existimamus, nostrisque cibis non aptamus, quia cum primordia boni laudantur operis, dignum est ut hoc animum non pascat operantis, ne, dum accepta laus suaviter carpitur, fructus operis intempestive comedatur.

#### CAPUT V.

*De non operando in bovis primogenito.*

1. Non operaberis in primogenito bovis, et non tondebis primogenita ovium. In primogenito quippe bovis operari est bonæ conversationis primordia in exercitio publicæ actionis ostendere. Ovium quoque primogenita tondere est ab occultationis suæ te gmine humanis oculis inchoantia bona nostra denudare. B

2. In primogenito ergo bovis operari prohibemur, atque a primogenitis ovium detondendis compeascimur, quia etsi quid robustum incipimus exercere, hoc in aperto citius non debemus ostendere. Sed cum vita nostra simplex quid atque innocuum inchoat, dignum est ut secreti sui velamina non relinquat, nec hoc humanis oculis, quasi subducto velere, ostendat.

3. Ad sola ergo divina sacrificia boum primogenita, oviumque proficiant, ut si quid forte innocuum incipimus, hoc ad honorem intimi Iudicis in ara cordis immolemus. Quod ab illo procul dubio 463 tanto libentius accipitur, quanto et ab hominibus occultatam nullo laudis appetitu maculatur.

4. Sæpe autem novæ conversationis primordia adhuc carnali vitæ sunt commista. Et idcirco innotescere citius non debent, ne cum laudantur bona quæ placent, deceptus laude sua animus deprehendere in eis nequeat mala quæ latent.

#### CAPUT VI.

*De non arando in bove et asino.*

1. Non arabis in bove simul et asino. In bovis nomine populus ex circumcissione positus sub iugo legis accipitur; in asino autem populus gentium pertinet ad Evangelium: in bove quippe et asino simul arat qui sic recipit Evangelium, ut Judaicarum superstitionum, quæ in umbra et imagine præcesserant, caeremonias non relinquat.

2. Item nonnunquam in bove bene operantium vita, in asino stultorum vecordia figuratur. Quid est ergo: Non arabis in bove simul et asino? ac si diceret: Factum sapienti in prædicatione non socias, ne per eum qui rem implere non valet et illi qui prævalet obstitas.

3. Bovem quippe et asinum, si necesse sit, unus-

CAP. V. N. 1. Non operaberis, usque ad latent, totum item caput ex eodem Gregor. capite. GRIAL.

3. Ut si quid forte, ex Beda; Ut quidquid forte, Gregor. et ms. GRIAL.

CAP. VI. N. 1. Non arabis, usque ad obsitas, ex eod. lib. 1 Moral. cap. 7. GRIAL.

3. Bovem quippe et asin., usque ad comites facit, verba sunt Aug., vi contr. Faust., c. 9. GRIAL.

PATROL. LXXXIII.

quisque sine detrimento operis jungit. Sapientem vero et stultum (non ut unus præcipiat, et alter ontemperet, sed ut pariter æquali potestate annuntient verbum Dei) non sine scandalo quisque comites facit.

#### CAPUT VII.

*De non alligando ore bovis triturantis.*

1. Non alligabis os bovi trituranti (I Cor. ix, 9; I Tim. v, 18). Dicitur est quod in bovis 464 nomine vita uniuscujusque operantis exprimitur. Dicit quodam in loco Apostolus Paulus, reprehendens et dolens, quod nemo illi communicaverit in ratione dati et accepti (Philip. iv). Quid est in ratione dati et accepti, nisi quod alio in loco aperte exposuit, dicens: Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est ut carnalia vestra metamus (I Tim. ix, 11)? Hoc significat: Non alligabis os bovi trituranti.

2. Unde et item Apostolus alio loco dicit: Dignus est operarius mercede suæ (I Tim. vi). Vult ergo Scriptura doctoribus præstare carnalia, a quibus spiritualia consequuntur, quia prædicatores occupati in doctrina necessaria sibi providere non possunt.

#### CAPUT VIII.

*De non coquendo hædam in lacte matris.*

1. Non coques hædam in lacte matris suæ. Hædam hic sub peccatoris figura introducitur. Proinde peccans graviter non est coquendus in lacte matris suæ, id est, non est purgandus mediocribus tenerrimisque Ecclesiæ disciplinis, sed austerioribus præceptis ejus sunt excoquenda peccata, cujus magna sunt crimina, ut qui per lasciviæ blandimentum se perdidit, fortiori disciplina se realinat. C

#### CAPUT IX.

*De non induenda veste ex lana et lino.*

1. Non indues vestem ex lana linoque contextam. Per lanam quippe simplicitas, per linum vero subtilitas designatur. Et nimirum vestis quæ ex lino lanæque conficitur linum interius celat, in superficie lanam demonstrat. Vestem ergo ex lana linoque contextam induit, qui sub locutione innocentiae intus subtilitatem celat malitiæ. Hoc secundum moralem sensum.

2. Cæterum secundum allegoriam lineis vestibus miscer. lanam, 465 vel purpuram, et linostima veste indui, est inordinate vivere, et diversi generis professiones velle miscere, ut vel sanctimonialis habeat ornamenta nuptarum, aut ea quæ se non continens nupsit speciem virginis gerat: omnimodo hoc peccatum est, et si quid inconvenienter ex diverso genere vel religione in vita cujusque contextitur. Verum illud tunc figurabatur in vestibus quod nunc declaratur in moribus.

CAP. VII. N. 1. Verba Deuteronomii in Vulgata sunt: Non ligabis os bovis terentis in area fruges suas. AREV.

CAP. IX. N. 1. Non indues vestem, usque ad malitiam, Greg. verba, viii Moral., cap. 31. GRIAL.

2. Lineis vestibus, usque ad moribus, Augustini verba, vi contra Faust., cap. 9, e quo sunt nonnulla restituta. GRIAL.

## CAPUT X.

A

*De non accipienda loco pignoris superiore et inferiore mola.*

1. Non accipies loco pignoris superiorem aut inferiorem molam; accipere namque aliquando dicimus auferre. Unde et aves illæ quæ rapiendi sunt avidæ accipitres vocantur. Unde et apostolus Paulus dicit: *Sustinetis enim, si quis devorat, si quis accipit* (II Cor. xi). Ac si diceret *si quis rapit*. Pignus vero debitoris est confessio peccatoris. A debitore enim pignus accipitur, cum a peccatore jam confessio peccati tenetur. Superior autem et inferior mola est spes et timor.

2. Spes quippe ad alta subvehit, timor autem cor inferius premit. Sed mola superior et inferior ita sibi necessario junguntur, ut una sine altera inutiliter habeatur. In peccatoris pectore itaque incessanter debet spes et formido conjungi, quia pœnitentia incassum misericordiam sperat, si non etiam justitiam pertimescat.

3. Incassum justitiam metuit, si non etiam in misericordia confidit. Loco igitur pignoris mola superior aut inferior tolli prohibetur, quia qui prædicat peccatori, tanta dispensatione componere prædicationem debet, ut nec derelicta spe timorem subtrahat, nec subtracta spe in solo eum timore derelinquat.

4. Tollit enim superiorem, si sicuti peccatori dicit: Non habebis **466** veniam de commissis. Tollit inferiorem, si peccantem deceptio palpet. Ac si dicit: Age mala in quantum vis absque metu; nam Deus pius est et ad indulgendum paratus. Sed utiliter tunc mola utraque habetur, si et spes sit cum emendatione formidine, et emendans formido fuerit cum spe.

## CAPUT XI.

*De non abominando Ægyptio.*

1. Non abominaberis Ægyptium, eo quod fuisti incolæ in terra ejus; quamvis enim mundo renuntiantes Ægyptiam terram, id est, pristinam sæculi conversationem, vel concupiscentiam declinemus, tamen, dum præsentis sæculi necessitatibus subdimur, quasi Ægyptiam nationem nequaquam extinguimus, licet ab ipsa quadam discretione separemur, non de superfluis cogitantes, sed, secundum Apostolum, victu quotidiano indumentoque contenti. Hoc enim singulariter mandabatur in lege: *Nō abominaberis Ægyptium*.

CAP. v. N. 1. *Nō accipies*, etc. Totum caput e Greg. xxxiii Moral., cap. 11, nonnullis verbis immutatis, valentia tamen sententia. GRIAL.

Ibid. *Accipitres vocantur*. Eadem sententia exstat in Etymologiis, lib. xii, cap. 7 num. 55, adductis etiam a; ostoli Pauli verbis: *Sustinetis*, etc. AREV.

4. *Sed utilis*, etc. Alb.: *Sed inutilis est altera sine altera, utraque vero simul utilis habetur... cum spe remissionis*. AREV.

CAP. xi. N. 1. *Nō abominaberis*; e Cass., collat. 5, cap. 19. GRIAL.

Ibid. Apud Grialium titulus capituli est *De non abominando Ægyptio*. Reposui *Ægyptio* ex Deuteronomio, quamvis nonnulli mss. apud Isidorum habeant

## CAPUT XII.

*De non habendis diversis ponderibus.*

1. Non habebis in sacco diversa pondera, majus et minus; nec erit in domo tua modius major et minor. Ponderus habebis justum, et verum, et modius æquus erit tibi, et verus, ut multo vitas tempore super terram. Hoc et idem legislator etiam in Levitico interdicit (Levit. xix), Salomone quoque parem super hoc sententiam proferentem: *Ponderus magnum, et pusillum, et mensuræ duplices, immunda sunt utraque ante Dominum, et qui facit ea, in adinventionibus suis compeditur* (Prov. xx).

**467** 2. Proinde non solum illo corporali, sed etiam spirituali modo studendum est nobis, ut nec diversa pondera in cordibus nostris, nec in domo conscientiæ nostræ mensuras duplices habeamus, id est, ne ipsi ea quæ districtioris regulam molliant remissionis indulgentia præsumentes, eos quibus verbum Dei prædicamus, districtioribus præceptis et gravioribus quam ipsi perferre possumus obruamus ponderibus.

3. Quodcumque facimus, quid nisi diverso pondere atque mensura præceptorum Domini mercedem fragemque vel appendimus, vel metimur? Si enim aliter ea nobis, aliter fratribus nostris dispensemus, recte increpamur a Domino, eo quod stateras diversas aut mensuras duplices habeamus, secundum illam sententiam Salomonis qua dicitur: *Abominatio est Domino pondus duplex, et statera dolosa non est bonum in conspectu ejus* (Proverb. xx).

## CAPUT XIII.

*De testibus.*

1. Non stabit adversus alterum unus testis, sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Licet historialiter hæc sit divina servanda sententia, tamen et eam contra quoslibet impios vel hæreticos agimus, necesse nobis est Scripturas sanctas in testimonium vocare.

2. Sensus quippe nostri et attestatio sine his testibus non habent fidem. Unde magis convenit ad probationem et firmitatem verbi intellectus mei ut adhibeam duos testes, Novum scilicet et Vetus Testamentum: adhibeam etiam tres, Evangelium, Prophetam, et Apostolum, sicque stabit omne verbum.

*Non abominabis Ægyptium*. AREV.

CAP. xii. N. 1. *Nō habebis in sacco*, usque ad in conspectu ejus, e Cass., collat. 21, cap. 22. GRIAL.

Ibid. *Ponderus magnum*, usque ad compeditur. Adnotanda disjunctio diversa ab ea quam secuti sunt correctores Edit. LXX. GRIAL.

2. *Illo corporali*. Al., etiam ille spiritualis nobis. AREV.

CAP. xiii. N. 1. *Nō stabit adversus alterum unus testis*. Vid. Aug., xvi contra Faust., cap. 15. GRIAL.

2. *Et firmitatem*. Al.: *Ut affirmem verbum intellectus mei, adhibeo duos testes*. AREV.



## 468 CAPUT XIV.

*De uxore fratris accipienda.*

1. Illud vero, quod uxorem fratris ad hoc frater iussus est ducere, ut non sibi, sed illi sobolem suscitet, ejusque vocaret nomine, quod inde eidem nasceretur, quid aliud in figura præmonstrat, nisi quia unusquisque Evangelii prædicator ita debet in Ecclesia laborare, ut defuncto fratri, hoc est, Christo suscitet semen, qui pro nobis mortuus est, et quod suscitatum fuerit ejus nomen accipiat?

2. Denique hoc implens Apostolus, non carnaliter in præmissa significatione, sed spiritualiter in completa veritate, quos in Christo Jesu se per Evangelium commemorat genuisse, succensens eis et increpans, corrigit volentes esse Pauli. *Nunquid Paulus, inquit, pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis (I Cor. 1)?* tanquam diceret: Defuncto fratri vos genui: Christiani vocamini, non Pauliani.

3. At vero qui electus ab Ecclesia ministerium evangelizandi renuerit, ab Ecclesia merito dignèque contemnitur. Hoc est enim quod in ejus faciem jubetur exprere, non sane sine signo hujus opprobrii, ut calcamento pedis unius exuatur, ne sit in eorum sorte quibus ipse Apostolus ait: *Et calceati pedes in præparationem Evangelii pacis (Ephes. vi).* Et de quibus commemorat Propheta: *Quam speciosi pedes eorum qui annuntiant pacem, qui annuntiant bonam (Isai. LI; Nah. 1; Rom. x)!*

4. Qui autem sic evangelicam idem tenet, ut et sibi prosit, et Ecclesie proficere non renuat, bene intelligitur utroque pede calcatus. Qui autem sibi putat quia credidit satis esse consultum, coram vero lucratorum aliorum refugit, quasi unius pedis calcamentum cum dedecore amittit.

## CAPUT XV.

*De formidoloso et pavido.*

1. *Homo formidolosus et corde pavido non egreditur ad bellum. 469 Vadat et revertatur ad domum suam, ne pavere faciat corda fratrum suorum, sicut et ipse timore perterritus est.* Quibus verbis edocet non posse eos professionem contemplationis vel spiritualis militiæ arripere exercitium, qui adhuc nodari terrenis operibus pertimescunt.

2. Ne rursus infirmitate mentis revertantur, suoque exemplo alios a perfectione evangelica revocent, et infideli terrore infirmant; jubentur itaque tales, ut, discedentes a pugna, revertantur in domum suam, quia non possunt duplici corde bella Domini præliari.

CAP. XIV. N. 1. Illud vero quod uxorem, usque ad dedecore amittit, verba sunt Augustini, xxxii contr. Faust., cap. 20. GRIAL.

CAP. XV. N. 1. *Homo formidolosus*, e Cass., lib. vii, cap. 15. GRIAL.

4. *Filiorum.* Grialius edidit florum, fortasse per errorem. Alii, vineam, vel propagines filiorum. AREV.

CAP. XVI. N. 1. *Cum introduxerit te Dominus, etc.* Ex Cassian., collat. 5, cap. 16 et sequentibus capitum, collectum caput hoc. GRIAL.

*Ibid.* *Quam possessurus ingrederis.* Ita Cass., Vulg.

A 3. Vir enim duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Tales quippe oportet ut ne iniiium quidem renuntiationis arripiant. Quibus melius est, ut in activa vita consistent, quam trepidi contemplationem exsequentes, majori discrimine semetipsos involvant. Melius est enim non vivere, quam vivere et non reddere.

4. Similiter et ille a tali militia prohibetur, qui uxorem duxerit, qui plantaverit vineam, velut propaginem filiorum, non enim potest servire divinx militiæ servus uxoris, secundum illud Apostoli: *Qui cum uxore est, sollicitus est quomodo placeat uxori, et divisus est (I Cor. vii).*

5. Nec potest inesse quis studio contemplationis, qui adhuc in delectatione desigitur carnis. *Nemo, inquit Apostolus, militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus, ut ei placeat cui se probavit (II Tim. ii).*

## CAPUT XVI.

*De septem gentium interemptione.*

1. *Cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram quam possessurus ingrederis, et deleverit gentes multas coram te, Hethæum, 470 Gergesæum, et Amorrhæum, et Chananæum, et Phereæum, et Hevæum, et Jebusæum, septem gentes multo majoris numeri quam tu es, et robustiores te, tradideritque eos Dominus tibi, percutes eos usque ad internecionem.*

2. Septem istæ gentes septem sunt principalia vitia quæ per gratiam Dei unusquisque spiritualis miles exsuperans exterminare penitus admonetur. Quod vero majoris numeri esse dicuntur, hæc ratio est, quia plura sunt vitia quam virtutes. Sed ideo in catalogo quidem dinumerantur septem nationes, in expugnatione vero earum sine numeri ascriptione ponuntur; ita enim dicitur: *Et deleverit gentes multas coram te.*

3. Numerosior est enim quam Israel carnalium passionum populus, qui de hoc septenario fomite vitiorum ac radice procedit. De gastrimargia namque nascuntur comessationes, ebrietates. De fornicatione turpiloquia, scurrilitas, ludicra, atque stulti loquia. De philargyria mendacium, fraudatio, furto, perjuria, turpis lucri appetitus, falsa testimonia, violentiæ, inhumanitas atque rapacitas. De ira homicidia, clamor et indignatio. De tristitia rancor, pusillanimitas, amaritudo, desperatio.

4. De accidia otiositas, somnolentiæ, importunitas, inquietudo, pervagatio, instabilitas mentis et corporis, verboritas et curiositas. De cenodoxia contentiones, hæreses, jactantia, ac præsumptio novitatum. De superbia contemptus, invidia, inobe-

Et LXX, *στανόπων.* *Ingrederis*, Mss. o. GRIAL.

*Ibid.* Hæc pugna virtutum cum vitis egrogie describitur a Prudentio in Psychomachia, adducto etiam exemplo septem nationum, quas Israelitæ percusserunt usque ad internecionem. AREV.

3. *Ludicra.* Ita Cass. Al., *Indubria.* GRIAL.

*Ibid.* *Homicidia.* *Homicidium.* Cass. GRIAL.

4. *Aliaque comptura.* Cass., paulo superius. GRIAL.

*Ibid.* *Septem principalibus vitis.* — *Ocio,* Cass., sed cur Isid. immutaverit satis apparet. GRIAL.

dentia, blasphemia, murmuratio, detractio, aliaque complura similia, quæ cum sint multo majoris numeri quam virtutes, devictis tamen illis septem principalibus vitiis, ex quorum natura ista procedunt, omnes protinus conquiescunt, ac perpetua pariter cum his internecone delentur.

5. Quod autem hæ pestes robustiores sint, manifesta naturæ ipsius impugnatione sentimus. Fortius enim militat in membris nostris oblectatio carnalium passionum, quam studia virtutum, quæ non nisi summa contritione cordis et corporis acquiruntur. Quod vero 471 istarum perniciosarum gentium regiones salubriter considerari præcipimur, ita intelligitur.

6. Habet enim unumquodque vitium in corde nostro propriam stationem; sed si cum spiritualibus populis, id est, virtutibus contra se dimicantibus fuerint vitia superata, locum quem sibi in corde nostro concupiscentiæ vel fornicationis spiritus retinebat, deinceps castitas obtinebit. Quem furor ceporat, patientia vindicabit.

7. Quem tristitia, mortem operans, occupaverat, salutaris et plena gaudia lætitia possidebit. Quem accidia vastabat incipiet excolere fortitudo. Quem superbia conculcabat humilitas honestabit, et ita singulis vitiis expulsis, eorum loca, id est, affectus contrarios possidebunt filii Israel, id est, animæ videntes Deum.

#### CAPUT XVII.

*Cur Abraham loquens decem gentes, non septem, dinumeraverit Deus.*

1. Illud vero, quod cum ad Abraham de futuris Dominus loqueretur, non septem gentes legitur dinumerasse, sed decem, quarum terra semini ejus danda promittitur. Qui numerus, adjecta idololatria gentium, blasphemia Judæorum, errore hæreticorum, evidentissime adimpletur.

2. Quibus ante notitiam Dei et gratiam baptismi vel impia gentium, vel blasphemia Judæorum multitudo subjecta est, donec in intellectuali Ægypto commorantur. Si autem abrenuntians quis, et egressus exinde per gratiam Dei ad ænenum pervenerit spiritalem, de impugnatione trium gentium liberatus, contra septem tantum, quæ per Moysen dinumerantur, bella suscipiet.

#### 472 CAPUT XVIII.

*De muliere decora capta in bello.*

1. Si, inquit, exieris ad bellum contra inimicos tuos, et videris mulierem decora specie, et concupieris

3. Quod autem hæ pestes robust. Cass., paulo post. GRIAL.

Ibid. Quod vero istarum perniciosarum gentium. Cass., cap. 23. GRIAL.

6. Spiritus retinebat. — Retentabat, Cass. GRIAL.

7. Humilitas honestabit, ex Cass. Incipiet excolere humilitas, ms. o., mendose. Dixerat enim ante, incipiet excolere fortitudo. GRIAL.

Ibid. Id est, affectus, ex Cass. Effectus, M. GRIAL. CAP. XVII. N. 4. Illud vero, quod cum ad Abraham. Ex ead. coll., cap. 22. GRIAL.

2. Vel impia gentium. — Gentilium, Cassian. GRIAL.

*eam, rades omnes pilos capitis ejus, et unguas ejus, et induas eam vestimentis lugubribus, et sedebit in domo, lugens patrem suum, et matrem suam, et domum patris sui, et post triginta dies erit tibi uxor.*

2. Dicant ergo Judæi quomodo apud eos ista serventur, quid cause, quid rationis est decalvare mulierem, et unguas ejus abscindi? verbi causa, ponamus quod hæ invenerit eam is qui dicitur invenisse, ut neque capillos, neque unguas habeat, quid habuit, quod secundum legem demere videretur?

3. Nos vero, quibus militia spiritualis est, et arma non carnalia, sed potentia Deo, si decoram mulierem, id est, animam, quæ a Deo pulchra creata est, in gentili conversatione invenerimus, et sociare voluerimus eam corpori Christi, deposite idololatriæ cultu, induitur lugubribus penitentiam indumentis, et deplorat patrem, et matrem, hoc est, omnem memoriam mundi, ejusque illecebras.

4. Deinde verbi Dei novacula et doctrina omne peccatum infidelitatis ejus, quod mortuum est et inane, ab aditur; hoc enim sunt capilli capitis et unguas mulleris. Atque ita demum salutaris lavacri unda purificata conjungitur sanctis Dei, scilicet, cum jam nihil in capite mortuum, nihil in manibus ex illis quæ per infidelitatem mortuas dicuntur habuerit, ut neque sensibus, neque actibus immundum aliquid aut mortuum gerat.

5. Quod vero post triginta dies jubet eam duci uxorem, feminæ quippe sanguinis purgationem post mensem habere solent. Post purgationem ergo peccatorum, anima jam effecta munda et purgata ab immunditia sua sociatur viro Israelitæ, corpori scilicet Christi.

473 6. Ternarionamque ac denario numero fides opusque significatur. Per fidem ergo Trinitatis atque opus legis recte sociatur quæcumque anima viro Israelitæ, corpori scilicet Christi, adhærens illi sine macula, sinceritate fidei et actu puritate. Alii putaverunt hanc mulierem captivam, decoram specie, rationabilem aliquam disciplinam significare, quam sapienter dicta invenitur apud gentiles.

7. Hæc ergo a nobis reperta, oportet primum de ea auferre et reseccare omnem superstitionis ejus immunditiam, et sic eam in studio veritatis assumere. Nihil enim mundum habent disciplinæ gentilitium, quæ nulla apud infideles sapientia est cui immunditia aliqua vel superstitio non sit admixta.

Ibid. Alb. rii. facit etiam cum Cassiano, gentilium. AREV.

CAP. XVIII. N. 3. Et deplorat patrem et matrem. Sic reposui, cum apud Grialium lægeretur et deplorat patrem et matrem. Velus Editio, deploratque patrem et matrem. AREV.

4. Grialium, abradatur. AREV.

7. Hæc ergo a nobis reperta. Ita ms. Albornoz., ut sit nominativus absolutus, quod melius est quam apud Grialium; hanc ergo a nobis repertam. Possent ræponi; hæc enim a nobis reperta oportet primum, etc. AREV.

## CAPUT XIX.

*De securi manum fugienti.*

1. Illud autem quid significet quod Dominus per Moysen præcepit, dicens : *Si quis abierit cum amico suo simpliciter in silvam ad ligna cædenda, et lignum securis fuerit manum, ferrumque lapsum de manubrio amicum ejus percussit, et occiderit, hic ad unam supradictarum urbium fugiat, et vivet, ne forte proximus ejus, cujus effusus est sanguis, doloris stimulo persequatur, et apprehendat eum, et percutiat animam ejus?* Ad silvam quippe cum amico imus, quoties ad intuenda delicta subditorum convertimur, et simpliciter ligna succidimus cum delinquentium vitia pia intentione rescampis.

2. Sed securis manum fugit, cum sese increpatio plusquam necesse est in asperitatem pertrahat; ferrumque de manubrio prosilit, cum de correptione sermo durior excedit. Et amicum percussit, et occidit, qui auditorem suum prolata contumelia a spiritu dilectionis interficit.

3. Correpti namque mens repente ad odium proruit, si **474** hanc immoderata correptio plusquam debuit addidit. Sed is qui incaute ligna percussit, et proximum exstinguit, ad tres necesse est urbes fugiat, ut una earum defensio vivat, quasi ad penitentiam lamenta conversus, in unitate sacramenti sub spe, fide et charitate absconditur, reus perpetrati homicidii non tenetur. Quem extincti proximus cum invenerit, non occidit, quia cum districtus iudex venerit, qui se nobis per naturam consortium junxit, ab eo procul dubio culpæ reatum non expetit, quem sub ejus tuitionis venia spes, fides et charitas abscondit.

## CAPUT XX.

*De pollutione somni nocturni.*

1. *Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus somnio est, egredietur extra castra, et non revertetur prius quam ad vesperam lavetur aqua. Et post solis occasum regredietur in castra.* Nocturnum quippe somnium est tentatio occulta, per quam tenebrosa cogitatione tarpe aliquid corde concipitur, quod tamen corporis opere non expletur.

2. Sed somnio nocturno pollutus egredi extra castra præcipitur, quia videlicet dignum est ut qui immunda cogitatione polluitur indignum se cunctorum fidelium societatibus arbitretur. Culpæ suæ meritum ante oculos ponat, et ex honorum se estimatione despiciat.

Cap. xix. N. 1. *Illud autem quid significet.* Totum caput e Greg., x Moral., cap. 5. GRIAL.

3. *Plusquam debuit, addicit.* Ita habent et Gregoriani omnes libri et Isidoriani, tum hic, tum lib. II Sentent. c. 4 : *Omnia quippe justus spe et formidine vitet, quia nunc illum ad gaudium spes erigit, nunc ad formidinem terror gehennæ addicit.* Et cap. 44 : *Non est corpori adhibenda immoderata abstinencia, ne dum amplius gravatur caro pondere inedia, malum agat postea, nec benefacere incipiat; et quæ addicitur ut usu mali careat, simul et boni officium, dum plus premitur, perdat.* Et lib. III, cap. 5 : *Nam ibi peccamus, ubi cupiditate vel voluntate desectimus. Ubi vero violenter addicimur, etsi facinus aut flagitium non est, miseria tamen et pro flagitio et facinore est.* Est autem addicere (auctore Festo) damnare; au: (quod ad Isidorum et Gregorium attinet) quod nos vulgari lingua di-

**A 475** 3. Pollutum ergo extra castra exire, est turpi impugnatione laborantem sese ex continentium comparatione despiciere. Qui ad vesperam aqua lavatur, cum defectum suum conspiciens, ad penitentiam lamenta convertitur, ut sletibus diluat omne quod animum occulta iniquatione accusat.

4. Sed post occasum solis ad castra redeat, qui, defervescente tentationis ardore, necesse est ut iterum fiducia erga societatem honorumumat. Post aquam quippe lavationem, occumbente sole, ad castra revertitur, qui post lamenta penitentiam frigescente flamma cogitationis illie:ta ad fidelium merita præsumenda reparatur, ut jam se a cæteris longe esse non æstimet, qui mundum se per obitum intimi ardoris gaudet.

## CAPUT XXI.

*De paxillo egredientis ad requisita.*

1. Jubetur præterea Israelitico populo per Moysen ut cum egreditur ad requisita naturæ, mittat paxillum in balteo, et, fossa humo, abscondat quæ egesta fuerint. Naturæ enim corruptibilis pondere gravata mens nostra, quædam cogitationum superflua, quasi ventris gravamina, erumpit.

2. Sed portare sub balteo paxillum debemus, ut videlicet ad reprehendendos nosmetipsos semper accincti, acutum circa nos stimulum compunctionis habeamus, qui incoasanter mentis nostræ terram penitentiam dolore confodiat, et hoc, quod a nobis fetidum erumpit, abscondat.

## CAPUT XXII.

*De quadraginta flagellis.*

1. Quod autem pro mensura peccati quadraginta flagellis delinquentes **476** argui jussit, jam prædictum est, quod per quadragenarium numerum figura significetur hujus temporis, in quo Ecclesia per quatuor mundi partes diffusa, sub Decalogo legis vivit. Quadragenario ergo numero delinquentes cædimur, si in hoc tempore penitentiam verberibus flagellemur.

2. Debet ergo quisque peccator temporalibus flagellis alteri, quatenus in iudicio purgatus valeat inveniri. Beatus enim homo qui corripitur a Deo. Nulla enim in æternum animadversio affligere poterit quos hic penitentiam disciplina percussit. Si enim hic pro peccatis cædimur, illic sine peccato inveniemur.

simus appremiar. GRIAL.

*Ibid.* Culpæ reatum non expetit. — Vindictam de culpa reatu non expetit, Gregorius. GRIAL.

Cap. xx. N. 1. *Si fuerit inter vos homo, usque ad ardoris gaudet, omnia sunt Gregorii verba, lib. IX Moral., cap. 31. GRIAL.*

2. *Ex honorum se estimatione.* Ita Greg. ; Al. estimatione. GRIAL.

3. *Comparatione.* Al., estimatione. AREV.

4. *Erga societatem bonorum.* Ita Greg. Al. : *Erga societatis bonum.* GRIAL.

*Ibid.* Post aquam quippe lavationem. Ita Greg. Al., post aquam quippe. GRIAL.

Cap. XXI. N. 1. *Jubetur præterea, etc.* Ex Greg., I. XXX Moral., cap. 13. GRIAL.

*Ibid.* Gravata, etc. Al. : *Gravata menti nostræ quædam cogitationum superfluitate gravatur.* AREV.

## IN JOSUE.

### 477 CAPUT PRIMUM.

*De morte Moysi et principatu Jesu Nave.*

1. Post mortem Moysi loquitur Dominus ad Josue, dicens: *Moses servus meus mortuus est, surge, et transi Jordanem, tu et omnis populus, in terram quam ego dabo filiis Israel.*

2. Defunctus est ergo Moyses, defuncta est lex, legalia præcepta jam cessant, et obtinet Jesus, id est Salvator Christus Filius Dei, principatum: introducit populum in terram de qua dicit Dominus: *Beati nites, quoniam ipsi possidebunt terram (Matth. v).*

### CAPUT II.

*De duobus exploratoribus et Raab meretrice.*

1. Iste Jesus filius Nun mittit duos exploratores ad Jericho urbem, qui suscipiuntur a meretrice Raab. Jesus iste dux populi in semetipso Dominum Jesum Christum et vocabulo ostendit et facto. Jericho autem civitas mundus iste est, ad quem Dominus Jesus Christus ad perscrutandos mores hominum duo Testamenta d'rexit,

2. Nam in eum, ut credentium fidem, aut rebellionem perveraciam plenius comprobaret, ante adventum judicii sui, qui si exploratores duos, 478 legem et Evangelium destinavit. Raab vero typum tenet Ecclesiæ, quæ de extraneis atque alienis gentibus congregata est, quæ antea vivens in desideriis carnis, fornicabatur in idolis. De talibus ait Dominus quod præcedent vos in regno cælorum. (Matth. xxi).

3. Hæc igitur Testamenta Domini sola suscepit, et eadem fideliter conservat, inimicis omnino non tradidit, ipsa potius periclitari optans, dummodo illæsa ac salva servaret. Hæc casurum mundum, sicut illam civitatem, firmiter credidit. Hæc pro se ac suorum omnium salute pactum cum Testamentis Domini fecit. Hæc in domo sua coccum, id est, sanguinis signum posuit. Extra hanc si quis inventus fuerit, ruïnâ sæculi atque incendium mundi nulla ratione vitabit.

### CAPUT III.

*De transitu Arceæ et divisione Jordanis.*

1. Transit deinde populus cum arca Testamenti trans Jordanem. Sed quid sibi vult quod Jordanem eadem arca transeunte, per sacerdotes et Levitas deducitur turba, sicque, stante aqua fluminis in cumulum, Dei populus iter incedit innoxium? Hæc omnia implentur in Ecclesiæ populis mystica operatione.

2. Dum enim quis ad baptismi venerit fontem, et consistente sacerdotali et levitico ordine initiatus

CAP. I. N. 2. Defunctus, usque ad defuncta est lex. Orig., homil. 1. GRIAL.

CAP. II. N. 2. Raab vero typum tenet Ecclesiæ. Origenes sæpe, et Ambrosius lib. de Salom., et Augustinus pluribus loc. GRIAL.

CAP. III. N. 1. Transit deinde populus Jordan. Origen., homil. IV. GRIAL.

3. Pars vero, etc. Al., pars vero amara defluxit in mare. Al., pars vero in amaro confluit gurgite ma-

A fuerit mysticis sacramentis, tunc sacerdotum ministeriis per baptismum, quasi per Jordanis fluenta ingreditur, et terram cælestis re-promissionis adipiscitur.

3. Quod vero pars aquarum fluminis retro resiliunt perseverans in dulcedine, pars vero in amarum maris gurgitem defluit, hæc figura baptizantium varietatem designat, quia omnes qui baptizantur, partim quidem ex ipsis acceptam gratiæ cælestis dulcedinem custodiunt, partim vero in peccatorum amaritudinem convertuntur.

4. Quod vero sacerdotalis ordo et leviticus iter ostendit populo Dei, magisterium sacerdotale monstratur. Ipsi enim et docent populum exire de Ægypto, id est, de erroribus mundi, et 479 transire per eremum vastam, id est, per sæculi tentationes. Quod vero sacerdotalis et Leviticus ordo assistit arcæ Testamenti, in qua lex portatur, sine dubio, ut ipsi illuminent populum.

### CAPUT IV.

*De duabus semis tribibus præcedentibus.*

1. Duæ semis tribus, quæ trans Jordanem a Moysæ acceperant terram, relicti mulieribus et infantibus, cum fratribus transeuntes, præbebant illis pugnandi auxilium, usquequo et ipsi consequerentur hæreditatem. Isti, qui per Moysen accipiunt hæreditatem trans Jordanem, et cum fratribus suis armati et præcincti incedunt, illi hoc loco intelliguntur, qui primum per Moysen hæreditate legis politi sunt, unde et primogeniti omnes esse memorantur.

2. Ruben quippe primogenitus Jacob est ex Lia, Gad primogenitus ejusdem de Zelpha, Manasses primogenitus est Joseph, de Ægyptia filia sacerdotis Putipharis. In his ergo primogenitis figuratim illi ex priori populo designantur, qui per legem placuerunt Deo, quique non requiescunt, sed expediti ad auxilium fratrum suorum consurgunt. Laborantibus enim nobis in agone hujus vitæ atque habentibus certamen adversus contrarias potestates, veniunt in auxilium nobis illi qui ante adventum Christi per legem justificati sunt.

3. Videmus enim Isaiam, Jeremiam, accinctos expeditosque ad auxilium nostrum, de voluminum suorum jaculis cordis nostri acerrimos hostes vulnerantes. Accingitur et Daniel ad auxilium nostrum, cum nos de regno Christi et de Antichristi futura fraude instruit atque præmonet.

4. Adest et Ezechiel, sacramenta nobis cælestia in quadriformibus rotarum circulis signans, Ducit et

ris. AREV.

CAP. IV. N. 1. Duæ semis tribus. Orig. verba pleraque, hom. 3. GRIAL.

Ibid. Hæreditate legis politi sunt. Non gratiæ evangelicæ. Vid. Orig. GRIAL.

Ibid. Unde et, etc. Al.: Quod omnes primogeniti fuerunt (vel fugere) qui trans Jordanem dimissi sunt. AREV.

4. Bissenas. Al., bis septem. AREV.

Osee bisseñas agminis turmas, et præcedunt nos succinctis lumbis in veritate, quam prædicant ad auxilium nostrum. Isti ergo viri fortes pugnant nobiscum, quousque celestis repromissionis patriam consequamur.

#### 480 CAPUT V.

##### De duodecim lapidibus.

1. Transeunt itaque filii Israel Jordanem, sustulerunt de medio fluminis duodecim lapides, quos per testimonio posuerunt in loco secundæ circumcisionis, ad significandum nobis ut, dum de lavacro consurgimus, apostolicæ vitæ exempla firmissima nobiscum gestare debeamus, quorum semper testimonium ad imitamenta virtutum contueamur.

#### CAPUT VI.

##### De circumcisione secunda.

1. Post Jordanis autem transitum venit Jesus in Galgala, ibique jubet facere sibi cultros lapideos, et circumcidere secundo filios Israel. Percuntemur de Judæis, quomodo potest secundo quis circumcidi circumcisione carnali? Semel enim circumciscus ultra non habet quod secundo possit auferri.

2. A nobis autem, quibus lex Christi spiritualis est, convenienter ista solvuntur. Dicimus enim circumcisionem primam fuisse per legem in Ægypto. Sed si a lege transeat quis per baptisma Jordanis ad Evangelium, tunc accipit secundam circumcisionem spiritualem per petram, qui est Christus. Sicque tali circumcisione purgatus caret Ægypti opprobrio, id est, illecebra corporalium vitiorum.

3. Nomen autem loci Galgala, quod interpretatur *revelatio*, ostendit, dum in præputio infidelitatis ambulaverit quisque per hujus vitæ desertum, oculos ei esse cæcatos. Videamus et consequentia. Post Evangelii enim circumcisionem statim in loco revelationis pascha celebratur, immolaturque Agnus ille pro mundi salute 481 occisus, ac deficiente manna typicæ legis, primum comedit populus panem corporis Christi, quem incorrupta repromissionis terra, id est, mater Domini virgo Maria protulit, cujus granum in terra cadens fructum plurimum attulit. Et vide ordinem.

4. Postquam enim sub Jesu Christo duce positi per lavacri fluentia transimus, ac per fidem spirituali circumcisione signamur, tunc his gradibus pervenientes, celebramus pascha, id est, immolatum Christum pro mundi salute credimus, ac deinde credentes, statim illo pane dominici corporis pascimur.

5. Occurrit deinde nobis princeps militiæ virtutum celestium Christus, tenens gladium Evangelii ad rescandam carnis nostræ pollutionem. Percun-

CAP. VI. N. 1. *Post Jordanis.* Origen., hom. 5 GRIAL.

*Ibid.* *Percuntemur*, an *percunctor* scribatur, perinde est. Grialius *percuntemur*, et paulo post *percunclatio*. In nota Grialii erat *post Jordanem.* AREV.

CAP. VII. N. 1. *Circumdatur post hæc Jericho.* Orig., hom. 6. GRIAL.

3. *Elatio mundi*, etc. Sic Alborn. Codex. Grialius, *clati mundi*, ac *superba infidelitatis*, etc. Vetus Editio, *clati mundi superbia*, ac *infidelitatis*, etc. AREV.

ctatio autem Josue dicentis ad angelum: *Noster es, an adversarium?* discretionem sanctorum insinuat, qui inter bonum et malum per discretionem dijudicant, ne eos adversarius per speciem boni fallat, unde et Jeremiæ dicitur: *Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris* (Jerem. xv, 19).

#### CAPUT VII.

##### De exciatio Jericho et Raab salvatione.

1. Circumdatur post hæc Jericho, expugnaturque, adversus quam gladius non educitur, aries non dirigitur, nec tela vibrantur. Tubæ solummodo sacerdotes septem diebus continuis adhibentur, sicque circumacta arca, muri Jericho subruuntur. Jericho autem per interpretationem *luna* dicitur.

2. Luna vero mundi hujus speciem tenet, quia sicut luna menstruis completionibus deficit, ita hic mundus ad completionem temporum currens, quotidianis defectibus cadit; in arca vero Ecclesia figuratur, in tubis autem æreis prædicatores fortes accipiuntur.

3. Hanc ergo urbem Jericho diebus septem ferentes arcam Israelitæ æneis tubis clangentibus circumcunt, et muri ejus per arcæ præsentiam atque ad ærearum tubarum sonitum cadunt, quia in hoc tempore, quod septem dierum vicissitudine volvitur, 482 dum fertur arca, id est, dum orbem terrarum circumlens movetur Ecclesia ad prædicantium voces, quasi ad tubarum sonitum muri Jericho, id est, elatio mundi, ac superba infidelitatis obstacula corruunt, donec in fine temporum mors novissima inimica destruat, et ex impiorum perditione unica domus Raab, tanquam unica Ecclesia, liberetur, munda a turpitudine fornicationis per fenestram confessionis, in sanguine remissionis; ista enim metrix in Jericho, tanquam in hoc sæculo, moratur.

4. Quæ, ut salvari possit, per fenestram domus suæ, tanquam per os corporis sui, coecum mittit, quod est sanguinis Christi signum pro remissione peccatorum confiteri ad saltuem. Qui inventi sunt in domo illius, salvi facti sunt ab interitu urbis, et quicumque intra Ecclesiam reperiuntur, ipsi tantum salvantur. Extra hanc autem domum, id est, extra Ecclesiam, nemo salvatur.

#### CAPUT VIII.

##### De furto Achan.

1. Furatur interea de anathemate urbis Jericho Achan pallium, et linguam auream, pro quo, irascente Deo, perierunt quidam manu hostili ex populo. Jericho itaque, ut dictum est, mundi gerit figuram. De anathemate ergo ejus fraudans in tabernaculo suo

CAP. VIII. N. 1. *Furatur.* Orig., hom. 7. GRIAL.

*Ibid.* *Et linguam auream.* Ita omnino legendum ex LXX, non *regulam* ex Vulg. Neque aliter procedit allegoria; quæ tota est Origenis. Mirum, hoc non vidisse, quisquis hæc olim in pejus reformavit. GRIAL.

*Ibid.* *Linguam auream.* Grialius hoc tuetur, neque immerito. Sed observandum, num. 3, occurrere *regulas aureas.* Veteres modo una, modo alia versione bibliorum utebantur. AREV.

abscondit, qui sæculares mores in secretis Ecclesiæ A inserit; qui, sub cultu Dei manens, solemnitates sæculi vel spectacula diligit; qui sortilegos, haruspices et augures inquirit, vel qui cæteros ritus persuadet; qui prius in Jericho, id est, in hoc sæculo habebantur; ipse ergo, quia post fidei indumentum conversationis sæcularis cultum inducit, quasi pallium de anathemate tollit,

2. Sed et ille de anathemate Jericho fraudat, qui in Ecclesiâ hæreticorum infert dogmata, vel superstitionosa sæcularium litterarum studia. **483** Hæc est enim lingua aurea luculentum sermone aptata. Hauc furati sunt Arius, Marcion et Basilides,

5. Furati sunt enim isti regulas aureas de Jericho, qui philosophorum sectam conati sunt in Ecclesiam introducere et maculare omnem Ecclesiam Domini, ita ut disperderentur multi per eos; idroque abjecti sunt per anathema, et quasi acervo lapidum, ita multitudine peccatorum suorum oppressi atque extincti sunt. Quorum errore perempto, rex Hai, hæc est, diabolus, qui per illorum impietatem fidelium quosdam evicerat, rursus superatus evincitur, atque a populo Dei suspensus, ligni crucis virtute necatur.

### CAPUT IX.

#### De constructione altaris.

1. Superatis ergo hostibus, ædificavit Jesus altare Deo excelso ex lapidibus integris, in quibus non erat injectum ferrum, sicut præceperat Moyses; et immolavit sacrificium, et scripsit in lapidibus Deuteronomium legis Moysi. Videamus itaque qui sunt isti lapides ex quibus ædificatur altare. Omnes igitur qui in Jesum Christum credunt, lapides vivi dicuntur, de quibus dicit Apostolus: *Vos estis lapides vivi, ædificati in domos spirituales* (1 Petr. II, 5).

2. His non est injectum ferrum, quia incorrupti et immaculati carne et spiritu sunt, et jacula maligni ignita non receperunt. Hi unum altare faciunt in unitate fidei concordiaque cbaritatis. In his quoque Deuteronomium, id est, secundam Evangelii legem Jesus Dominus noster scribit.

3. Audiamus itaque eum dicentem: *Dicitum est antiquis* (Exod. XX): *Non occides, ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur fratri suo homicida est; et iterum: Non machaberis; Ego autem dico vobis: Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam machatus est eam* **484** *in corde suo* (Matth. V). Hanc igitur Jesus notat legem in cordibus credentium, hanc scribit in eorum mentibus qui altaris constructione digni sunt.

2. *Hanc furati sunt.* Ita Alborn., et melius quidem, quam Grialius, *hanc fraudati sunt.* AREV.

5. *Rex Hai.* Grialius signum hoc loco adjecerat pro aliqua no'a, quæ intercidit. AREV.

CAP. IX. N. 1. *Superatis ergo hostib.* Orig. sunt verba omnia, non tamen continenter posita homil. 9, GRIAL.

*Ibid.* Vulgata: *Et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini, domus spirituali.* AREV.

3. *Hanc mentibus, etc.* Alborn. id omittit, quod suppletur ex Originali Isidori his verbis: *Hanc igitur*

### CAPUT X.

#### De benedictionibus et maledictionibus.

1. Post hæc omnis populus, et majores natu, duces ac iudices præcedebant hinc et inde arcam, steteruntque, sicut præceperat Moyses in Deuteronomio, sex tribus in monte Garizim, ut benedicerent populum, et ipsæ tribus quæ nobiliores sunt, id est, Simeon, Levi, Juda, Issachar, Joseph et Benjamin,

2. Aliæ vero sex ignobiliores steterunt e regione in monte Hebal, ut maledicerent, inter quos et Ruben, qui maculaverat torum parentis, et Zabulon, ut imus filius Lia, et ancillarum filii. Et hæc quidem veteris historiam referunt gesta. Sed inspicendum est quid in enarratione mysticæ intelligentiæ referatur.

3. Qui sunt ergo isti qui incedunt juxta montem B Garizim? et qui sunt qui incedunt juxta montem Hebal? Illi namque qui in hoc loco juxta montem Garizim incedunt, electi ad benedictionem, eos figuratiter indicant qui non metu pœnæ, sed celestia promissionis amore successi, veniunt ad salutem, illi vero dimidii, qui juxta montem Hebal incedunt, in quo maledictiones prolatae sunt, illos indicant qui non amore benedictionum, vel promissionum, sed futurorum suppliciorum timore complent quæ in lege scripta sunt, ut perveniant ad salutem.

4. Omnes autem circa arcam incedunt, quia de Ecclesiâ sinu non recedunt, sed nobiliores esse illos dicimus, qui desiderio boni ipsius, æternæ benedictionis amore, quod bonum est agunt, quam qui mali metu bonum sectantur. Solut ergo Jesus potest ex omnibus populis hujusmodi mentes animosque condiscere.

**485** 5. Et alios quidem statuerunt in monte Garizim ad benedicens; alios vero statuerunt in monte Hebal ad maledicens, non ut maledictiones accipiant, sed ut inveniunt perscriptas maledictiones, et pœnas peccatorum constitutas, incurrere caveant, ac semetipsos timoris supplicio corrigant,

### CAPUT XI.

#### De Gabaonitis.

1. Interea Gabaonitæ, perditionis metu perterriti, cum fraude et calliditate venerunt ad Jesum, pœnalis calceamentisque veteribus induti, deprecantes ut salvarentur, statimque a Jesu salutem accipiunt. Quorum tamen dolum ut cognovit, ligni cæcores, vel aquæ gestatores, eos constituit; in quorum figura D illi ostenduntur qui, de mundo ad Ecclesiam venientes, habent fidem in Deo, et inclinant caput suum sacerdotibus, sanctis quoque ministrant Ecclesiæ, vel ad ministerium prompti sunt; in moribus

*tur Christus legem novam in cordibus credentium scribit, in eorum scilicet mentibus.* AREV.

CAP. X. N. 1. Ex eadem homil. Orig. GRIAL.

4. *Æternæ benedictionis amore.* Ita apud Origenem recte. *Beatitudinis amore.* Val. et Comp. GRIAL.

*Ibid.* *Condiscere.* — *Discernere dixit sive Rufinus, sive Hieronymus. Conducere codex Valent.* GRIAL.

*Ibid.* Præclaræ sententia qua docemur attritionem et dolorem peccatorum in gehennæ metum bonum ac supernaturalem esse posse. AREV.

CAP. XI. N. 1. Ex homil. 10. GRIAL.

vero suis et conversatione pristina detinentur, in-  
ducens veterem hominem cum actibus suis, involvit  
vetustis vitis, sicut et isti pannis et calceamentis  
veteribus obtegit.

2. Et præter hoc, quod in Deum credunt, et erga  
servos Dei vel Ecclesiæ cultus videntur esse devoti,  
nihil habent emendationis vel innovationis in mori-  
bus. Tales igitur tantummodo quasi quoddam salutis  
signum intra Ecclesiam temporaliter præferunt; inter  
Israelitas autem, id est, inter sanctos Dei regnum  
æternum vel libertatem minime consequuntur.

### CAPUT XII.

#### De prælio in Gabaon.

1. Quod autem in Gabaon, pugnante Jesu Nave,  
stetisse perhibetur sol et luna, donec Israelis inimici  
delerentur, dicente 486 Scriptura: *Stetit sol super*  
*Gabaon, et luna super vallem Ajalon;* et adjecit Scri-  
ptura, et dicit: *Quia nunquam sic audivit Deus hominem.*

2. Jesus igitur noster solem stare fecit, non tunc  
solum, sed multo magis modo in adventu suo, dum  
nos bellum gerimus adversus vitiorum gentes, et  
collocutur adversus principes et potestates, et re-  
ctores harum tenebrarum, adversus spiritualia nequi-  
tatis in cælestibus. Sol nobis justitiam indeshementer  
assistit, nec deserit unquam nos, nec festinat occum-  
bere, quia ipse dixit: *Eccc ego vobiscum sum omni-  
bus diebus usque ad consummationem sæculi.*

3. Quidque autem reges quinque sensus corporeos  
indicant, qui Gabaonitas, id est, carnales homines  
expugnant. Hi ad speluncam confugiunt, cum se  
terrenis in corpore positi actibus mergunt. Qui tamen,  
pugnante Jesu, id est, prædicatione evangelica super-  
rantur, at, ingrediente verbo Dei in nobis, id est,  
intra speluncam corporis nostri, omnes pariter in-  
terficiuntur.

### CAPUT XIII.

#### De extinctis gentibus et terræ divisione.

1. Extinctis demum, vel ejectis gentibus, Josue  
sorte dividit populis terram re-promissionis. Ejecit  
ergo et Christus a facie fidelium suorum quodam-  
modo gentes, gentilium errorum malignos spiritus,  
et sorte dividit terram in nobis: omnia operans  
unus atque idem Spiritus, ac dividens dona propria  
unacuique, prout vult.

### CAPUT XIV.

#### De divisione terræ.

1. Refertur autem in his divinis eloquiis prima et  
secunda hæreditatis facta divisio (*Num. xxxiv*).  
Prima quidem per Moysen; secunda vero, quæ for-  
tior est, per Jesum. Sed Moyses trans Jordanem  
duabus tantum et semis tribubus, Ruben, scilicet, et  
Gad, et dimidiæ tribui Manasse, possessionem de-  
crevit; cæteri vero omnes per Jesum suscipiunt.

2. Alb., *Vel ecclesiæ cultibus videntur esse devoti.*

AREV.

CAP. XII. N. 1. Ex homil. 44. GRIAL.

CAP. XIV. N. 1. Totum caput ex hom. 3, et hom.

17. GRIAL.

2. *Agnitionem Trinitatis. Al., cognitionem veritatis.*

AREV.

4. *Vulgata paulo aliter hanc sententiam exprimit:*

487. Per quod indicatur quod plures per fidem  
Jesu Christi promissa cælestia essent percepturi  
quam qui per legem adepti sunt. Nam illæ duæ semis  
tribus præcul dubio priorem populum adumbrabant;  
sed ideo duæ semis dicuntur, quia hi qui in lege  
agebant contigerunt agnitionem Trinitatis, sed per-  
fectam ejus scientiam non habuerunt, sicut et Ec-  
clesiasticus liber loquitur, dicens: *Qui non perfecit*  
*primo scire sapientiam, et infirmior non investigavit*  
*illam (Eccli. xxiv).*

3. Hic autem novem semis tribus quæ per Jesum  
re-promissionem terræ sanctæ suscipiunt, ut præ-  
dictum est, figuram novi populi tenuerunt, qui a Jesu  
Domino nostro per fidem et gratiam æternæ re-pro-  
missionis hæreditatem post lavacrum, quasi post  
Jordanis transitum, suscipit. Sed proinde et ipsæ  
novem semis tribus dicuntur, quæ sub Jesu hæredi-  
tate potiuntur, et non integræ decem, qui numerus  
consummatus dicitur et perfectus, quia nec in ipso  
adventu Domini, vel incarnatione ejus, cuncta nobis  
per semetipsum perfecte annuntiata sunt.

4. Unde et ipse dixit discipulis: *Multa adhuc ha-*  
*beo quæ vobis loquar, sed non potestis illa audire modo.*  
*Veniet autem Spiritus veritatis, qui a Patre procedit,*  
*ille de meo accipiet, et annuntiabit vobis omnia (Joan.*  
*xvi).* Perfectio itaque ac summa cunctorum bonorum  
in Spiritu sancto consistit, alioquin nihil in eo perfe-  
ctum putabitur cui Spiritus sanctus cæst.

### CAPUT XV.

#### Quod Levitæ non acceperint hæreditatem.

1. Cur vero Levitæ non acceperunt hæreditatem  
terræ? Utique quia Dominus noster Jesus Christus  
ipse est hæreditas eorum, sicut scriptum est: *Ego*  
*hæditas eorum, et possessio non dabitur eis in Israel.*  
*Ego enim sum possessio eorum.* Clericorum enim hæ-  
reditas 488 et possessio ob hoc se dici voluit Deus,  
quia ministri altaris ipsius effecti sunt, et sors,  
propter quod et *clerus sors* interpretatur.

2. Ergo Domini hæreditatem merito possidet, qui,  
ut absque impedimento deservire Deo valeat, pauper  
spiritu esse contendit, ut congrue illud Psalmista  
dicere possit: *Dominus pars hæreditatis meæ et cali-*  
*cis mei (Psalm. xv.)*

### CAPUT XVI.

#### Quod habitacula Levitarum per omnes tribus decer- nantur.

1. Quod vero habitacula Levitæ a Jesu per omnes  
tribus decernuntur, significatur ut hi qui in Ecclesia  
Dei, scientiæ operam dantes, doctrinæ gratiam ad-  
ministrant, rursus ab omnibus quibus dispensant  
divina terrena subsidia, quæ non habent, recipiant,  
ut impleatur illud quod Apostolus præcepit, dicens:

*Adhuc multa habeo, etc. AREV.*

CAP. xv, N. 4. Ex hom. 21 in cap. xxvi Numi, et  
hom. 17 in Jesu Nav. GRIAL.

*Ibid. Cod. Alborn.: Clericorum enim hæreditatem*  
*ob hoc se dici voluit. Deinde alii: Ministri altaris*  
*ipsius sunt et consortes, propter quod. AREV.*

CAP. XVI. N. 4. Ex ead. hom. 17. GRIAL.

Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est ut carnalia vestra metamus (1 Cor. 9)? Et merito isti in cunctis tribubus divisi dicuntur, quia dispensatione cunctorum vivunt.

## CAPUT XVII.

Quod quadraginta duas urbes accipiunt Levitar.

1. Quod autem quadraginta duas urbes accipiunt, indubitanter ipsa prædicatio sanctorum signatur; ipsi enim possident doctrinam, quæ legis Decalogo constat, et quadrifido Evangelii numero, quasi quaterdenas urbes habentes. Quibus etiam duæ adjiciuntur, quia nimirum cuncta quæ prædicant, morali ac mystico sensu annuntiant.

## 489 CAPUT XVIII.

De Chananæo populo non extincto.

1. Illud autem, quod cum Israelitico populo percepta repromissionis terra partiretur, Ephraim tamen tribui Chananæus gentilis populus non occisus, sed factus tributarius dicitur, sicut scriptum est in libro Judicum: *Habitavit Chananæus in medio Ephraim tributarius* (Judic. 1). Quid enim tributarius, quid

CAP. XVII. N. 1. *Quadraginta duas urbes.* Brevis ad marginem notavit: *Imo quadraginta octo.* Ac revera Josue XXI, 39, id ita exprimitur: *Civitates universæ Levitarum in medio possessionis filiorum Israel fuerunt quadraginta octo.* Verum, ut advertunt interpretes, in hoc numero quadraginta octo urbium recensentur sex urbes reugli, quæ asyli causa cunctis filiis Israel, et advenis qui inter eos habitabant, concessæ fuerant. Mox Alborn. Codex: *Possidentes doctri-*

Chananeus, gentilis videlicet populus, nisi vitium signat? Sæpe enim in magnis virtutibus terram repromissionis ingredimur, quia spe intima de æternitate roboramur. Sed dum post interempta vitia sublimia, quedam tamen parva retinemus, quasi Chananeum in terra nostra vivere concedimus.

2. Qui tamen tributarius efficitur, quia hoc ipsum vitium quod subjugare non possumus, ad usum nostræ utilitatis humiliter retorquemus, ut eo de se mens et in summis vitiis sentiat, quod suis viribus etiam parva quæ appetit non expugnat. Unde bene rursum scriptum est: *Hæ sunt gentes quas Dominus dereliquit, ut erudiret in eis Israel* (Judic. III, 1).

3. Ad hoc namque quedam minima vitia nostra retinentur, ut se nostra intentio sollicitam in certamine semper exerceat, et eo de victoria non superbiat, quo vivere in se hostes conspiciat a quibus adhuc vinci formidat. Israel ergo reservatis gentilibus eruditur, quando in quibusdam minimis vitiis elatio virtutis nostræ comprimitur, et in parvis sibi resistentibus discit quod ex se majora non subigit.

nam... et quadrifario... urbes habent. AREV.

CAP. XVIII. N. 1. *Illud autem,* usque ad *subigit.* omnia sunt Gregorii verba lib. IV Moral., cap. 22. GRIMAL.

*Ibid. Percepta. Al., præcepto Dei.* AREV.

2. *Hæ sunt gentes.* Tractat etiam hunc locum elegantissime Cass., collat. 2, cap. 6, et collat. 13, cap. 10. GRIMAL.

## IN LIBRUM JUDICUM.

## 490 CAPUT PRIMUM.

De servitute populi et liberatione.

1. Historia Judicum non parva mysteriorum indicat sacramenta. Primum, quod post Josue succedunt Judices, sicut et post Christum succedunt apostoli, et Ecclesiarum rectores ad gubernandos et regendos fideles, quos ipse ad spem æternæ repromissionis perducit. Per omnia autem in hoc volumine delicta Judaici populi, et servitutes, clamor quoque eorum, et miserationes Dei describuntur.

2. Nam multis annis pro suis offensis multis regibus servierunt, et iterum conversi liberati sunt. Sed quid est, quod sæpe peccata in manu hostili traduntur, nisi quod nostra peccata, quando delinquimus, vires hostibus præbent, et quando nos facimus malum in conspectu Domini, tunc confortantur adversarii nostri, id est, demones, spiritualium nequitiarum virtutes?

3. Sed iterum, quando convertimur, suscitatur Dominus salvatores et Judices, hoc est principes et doctores, quos ad subsidium Deus mittit eorum qui ad se toto corde clamaverunt, sicut misit Othoniel, qui expugnavit Chusan Rasathaim regem Mesopotamiæ; sicut misit Aod, qui occidit Eglon regem

CAP. I. N. 1. Ex Orig., hom. 3. GRIMAL.

2. *In manu hostili. Al., in manum hostilem.* Et in ox

C Moab; sicut misit Jahel et Debboram, qui interfecerunt Saram; quorum historia pro suis mysteriis breviter memoranda est.

## 491 CAPUT II.

De Debbora et Jahel.

1. Debbora enim prophetis, uxor Lapidoth, iudicabat populum in illo tempore, et sedebat sub palma inter Rama et Bethel in monte Ephraim, ascendentque ad eam filii Israel in omne iudicium. *Debbora*, quæ interpretatur *apis*, sive *loqueta*, in prophetia et forma accipienda est de qua scribitur: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua* (Psalm. cxviii)! Consideremus ubi locus prophetiæ esse describitur.

2. Sub palma, inquit, sub palma sedem habet prophetia, quia quos suis institutionibus erudit, ad palmam supernæ vocationis adducit. Inter medium autem Rama et inter medium Bethel sedere prophetia dicitur, quia Rama interpretatur *excelsa*, Bethel autem *domus Dei*, utique quia nos in domo Dei positos, non quæ in terra sunt querere docet, sed quæ in cælis sunt.

3. Hæc misit et vocavit ad se Barac: *Barac* interpretatur *coruscatio*. Coruscatio est quæ habet quidem lucem, sed non permanentem; ad medicum enim

demones et spiritualium, etc. AREV.

CAP. II. N. 1. Ex Orig. hom. GRIMAL.



temporis resplendet et desinit. Hic ergo Barac A formam gerit prioris populi, qui primo omnium per prophetiam vocatus, et invitatus ad audienda eloquia Dei, refuluit quidem in legis splendore, et brevi tempore coruscavit, sed non diu permansit.

4. Cum ergo dixisset Dehbora ad Barac, id est, prophetia ad priorem populum: *Tibi præcepit Dominus, et tu ascendes in montem Thabor, et accipe decem millia virorum*, respondit Barac ex persona prioris populi ad prophetissam: *Non ascendam, nisi et tu ascenderis mecum*. Dicit ad eum Dehbora: *Ibo tecum, sed non erit primatus tuus in via qua incedis, sed in manu mulieris tradet Dominus Sisaram*, evidenter ostendens, quia non est apud illum populum primatus, nec permanet apud eum victoriæ palma, sed apud Jabel mulierem, id est, Ecclesiam; nam Jabel ista alienigena, in cujus manu victoria facta est, figuram tenet Ecclesiæ ex gentibus congregatæ.

492 5. Jabel enim interpretatur *ascensio*, quia per Ecclesiam ascenditur ad cælum. Ista palo Sisaram hostem interficit, id est, ligni crucis virtute diabolus interimit, quod Barac, id est, prior populus per legis præcepta facere non potuit; sola enim ista per lignum, in quo spiritualibus sacramentis credentium salus est, fidei hostem affligit; quem deinde mortuum pellibus obteggit, id est, inclusum in carnalium cordibus derelinquit. Non enim latent mortifera ipsius, nisi in corruptibilitate vitæ viventibus, et peccata mortalia perpetrantibus, qui, dum, prave viventes, segregantur a corpore Christi, efficiuntur membra diaboli.

### CAPUT III.

#### *De Gedeon et ejus sacrificio.*

1. Traditur deinde populus Israel in manu Madian, pro cuius liberatione loquitur angelus Domini ad Gedeon; cuius gesta quid mystice significat demonstrandum est. Gedeon namque, cum sub quercu tritici messem virga cæderet, et paleis frumenta excuteret, angelum vidit, accipiens ab eo oraculum, ut a potestate hostium populum Dei in libertatem deduceret. Iste Gedeon figuram gestabat Christi, qui sub umbra sanctæ crucis prædestinato incarnationis futuræ mysterio constitutus, rectitudine iudicii, quasi per virgam, electionem sanctorum a vitiorum paleis sequestrabat.

2. Hic ergo Gedeon, cum audisset ab angelo quod, deficientibus populorum millibus, in uno viro Dominus plebem suam ab hostibus liberaret, protinus hædum coxit, cujus carnes secundum præceptum angeli simul cum azymis super petram posuit, et jus carniū desuper effudit. Quæ dum angelus virgæ cacumine tetigit, statim de petra ignis erupit, atque

4. *Alli, in via hac quam incedis.* AREV.

CAP. III. N. 1. Ex Orig. homil. 8, et Aug., serm. 408 de temp. GRIAL.

4. *Pro redemptionis nostræ religione a populis deferendum.* — *Pro religione populi deferendum*, Aug., a quo videntur abesæ duæ voces redemptione nostra. *Religione a populis deferendum*, Ecd. et Val., non male. GRIAL.

CAP. IV. N. 1. Ex iisdem locis, præter ea quæ notata sunt. GRIAL.

Ha sacrificium quod offerebatur absumptum est.

3. Quo indicio declaratum videtur quod petra illa typum habuerit corporis Christi, Paulo attestante: *Petra autem erat Christus* (I Cor. x). Jam tunc igitur in mysterio declaratum est quia Dominus Jesus in carne sua totius mundi peccata crucifixus aboleret, nec solum delicta factorum, sed etiam cupiditates purgaret animorum. Caro enim 493 hædi ad culpam facti refertur, jus ad illecebras cupiditatum, sicut scriptum est: *Quia concupivit populus cupiditatem pessimam, et dixerunt: Quis nos cibabit carne?* Quod igitur extendit angelus virgam, et tetigit petram, de qua ignis exivit, ostendit quod caro Domini, spiritu repleta divino, peccata omnia conditionis humanæ exureret.

4. Unde et Dominus ait: *Ignem veni mittere in terram* (Luc. xii). Advertit igitur vir doctus et præ-sagus futurorum superna mysteria. Et ideo secundum oracula occidit vitulum a patre suo idolis deputatum, et ipse septennem alium vitulum immolavit Deo. Quo facto manifestissime revelavit post adventum Domini omnia gentilitatis abolenda esse sacrificia, solumque sacrificium Deo dominicæ passionis pro redemptionis nostræ religione a populis deferendum. Etenim vitulus ille erat in typo Christi, in quo septiformis spiritualium plenitudo virtutum, sicut Isaias dicit, inhabitat.

### CAPUT IV.

#### *De vellere et area.*

1. Prævidit ergo mysterium victoriæ Gedeon, et tamen licet fortis et fidus plenior adhuc de Domino futuræ victoriæ documenta quærebat, ut una nocte lanæ vellus in area poneretur, et esset super illud tantummodo ros, et super omnem terram siccitas. Et rursus similiter poneretur vellus, et super totam terram ros plueret, et siccitas esset in vellere.

2. Quæret fortasse aliquis utrum quasi incredulus esse videatur, qui frequentibus jam fuerat iudiciis informatus. Absit. Non enim ille ambiguus erat, sed nimirum futura mysteria prævidebat. Quæ etiam providus diligentissime explorabat, ut amplius crederet et mysterium, dum intellexisset oraculum.

3. Quid ergo vellus complutum, et area sicca, et postea compluta 494 area sicco vellere significat, nisi quod primo una gens Hebræorum habebat gratiam mysterium, totus orbis vacuus erat, nunc autem in manifestatione Christi totus habet hoc orbis, illa vacua est? Area enim illa totum orbem terrarum significat.

4. Denique quando totus orbis infructuoso cultu gentilis superstitionis arebat, tunc erat ros ille cœ-

2. *Quæret.* Ita Albornoz. Codex. Grialius, *quærit.* AREV.

3. *Quid ergo vellus, usque ad vacua est, ex xii contr. Faust., cap. 52.* GRIAL.

*Ibid. Illa vacua est. — Vacuata est, Aug.* GRIAL.

4. *Infructuoso cultu. — Infruct. astu, Aug.* GRIAL.

*Ibid. Id est, in Judæa.* Adhuc sunt hæc voces ex August. quæ deorant in Mss. GRIAL.

*Ibid. Imber ille. — Meatusque suos fons ille divinus in corda gentium derivavit, Aug.* GRIAL.

lectis visitationis in vellere, id est, in Judæa. Postea vero quam oves, quæ perierunt domus Israel, quæ sub figura velleris demonstrabantur, fontem aquæ vivæ negaverunt, ros fidei exaruit in pectoribus Judæorum, gratiamque suam imber ille divinus in corda gentium derivavit; inde est, quod nunc fidei rore totus orbis humescit, Judæi vero prophetis et omnibus charismatibus caruerunt.

5. Nec mirum si perfidiæ subeunt siccitatem, quos Dominus prophetici imbris ubertate privavit, dicens: *Mandabo nubibus desuper, ne pluant super eam imbrem (Isai. v)*. Idcirco autem illam gentem velleris nomine significavit, vel quia spolanda esset doctrinæ auctoritate, sicut ovis vellere, vel quia inobauditam eamdem pluviam delitebat, quam nolebat præputio prædicari, id est, in cruciacionis gentibus revelari.

#### CAPUT V.

##### *De prælio Gedeon cum trecentis.*

1. Post hanc diligentissimam mysterii explanationem, eam jam contra Madianitas Gedeon dimicare contenderet, et exercitus multitudinem ad bella produceret, divina illa admonitione præceptum est ut ad fluvium veniens, omnes quos flexis genibus aquas haurire conspiceret a bellorum conflictu removeret. Actumque est, **496** ut trecenti viri tantummodo, qui stantes aquas manibus hauserant, remaneret.

2. Cum his Gedeon ad prælium pergit, cosque non armis, sed tubis, lampadibus et lagenis armavit. Nam, sicut illic scriptum est, accensas lampadés miserunt intra lagunculas, et tubas in dextera, lagenas autem in sinistra tenuerunt, et ad hostes suos cominus venientes cecinerunt tubis, confregunt lagunculas, lampades apparuerunt, et hinc tubarum sonitu, illinc lampadarum coruscatione territi hostes in fugam versi sunt.

3. Quid hoc est, quod tale bellum per prophetam ad medium adductus (*Isai. ix*)? An indicare nobis propheta studuit quod adventum Redemptoris nostri contra diabolum illa sub Gedeone, quæ pugnae victoria designavit? Talia illic nimis acta sunt, quæ quanto magis usum pugnandi transeunt, tanto amplius a prophetandi mysterio non recedunt.

4. Quis enim unquam cum lagenis et lampadibus ad prælium venit? Quis contra arma veniens, arma deseruit? Ridicula nobis hæc profecto fuerant, si

*Ibid. Et omnis charismatibus. — Charismate, Valent. At vero Judæi prophetas suos et consiliarios perdidit, Aug. GRIAL.*

*Ibid. Voces id est, in Judæa, aberant a textu Grialii contra ejus mentem. AREV.*

5. Vulgata: *Et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. AREV.*

CAP. V. N. 4. Totum caput è Gregor., lib. xxx Moral., cap. 17. GRIAL.

2. *Lampadarum coruscatione.* Alii, *lampadum coruscata.* Post versi sunt alij addunt: *De hoc enim per prophetam dicitur: Jugum enim oneris ejus, et virgam humeri ejus, et sceptrum exactoris ejus superasti, sicut in die Madian. Eripiens quippe gentilitatem Dominus, superavit jugum oneris ejus, cum eam adventu suo ab illa demoniaco tyrannidis servitio liberavit. Superavit*

terribilia hostibus non fuissent. Sed victoria ista attestante, didicimus ne parva hæc quæ acta sunt perpendamus. Gedeon itaque ad prælium veniens Redemptoris nostri signat adventum, de quo scriptum est: *Tollite portas, principes, vestras, et elevamini portæ æternales, et introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio (Psalm. xxii).*

5. Hunc Redemptorem nostrum non solum opera, sed etiam nomine prophetavit. Gedeon namque interpretatur *circuens in utero*. Dominus enim noster per majestatis potentiam omnia circumplectitur, et tamen per dispensationis gratiam intra uterum Virginis venit. **496** Quid est ergo circuens in utero, nisi quia omnipotens Deus Christus intra uterum fuit per infirmitatis substantiam, et extra mundum per potentiam majestatis? Madian vero interpretatur *de judicio*.

6. Ut enim hostes ejus repellendi destruéndique essent, non de vitio repellentis, sed de judicio justo judicantis fuit. Et idcirco de judicio vocantur qui alieni a gratia Redemptoris justæ damnationis meritum etiam in vocabulorum nominis trahunt. Contra hos Gedeon cum trecentis pergit ad prælium.

7. Solet in centenario numero plenitudo perfectio intelligi. Quid ergo per ter ductum centenarium numerum designatur, nisi perfecta cognitio Trinitatis? Cum his quippe Dominus noster adversarios fidei destruit, cum his ad prædicationis bella descendit, qui possunt divina cognoscere, qui sciunt de Trinitate, quæ Deus est, perfecte sentire.

8. Notandum vero est quia iste trecentorum numerus in T littera continetur, quæ crucis speciem tenet. Cui si super transversam lineam id, quod in cruce eminet, adderetur, non jam crucis species, sed ipsa crux esset. Quia ergo iste trecentorum numerus in tau T littera continetur, et per tau litteram, sicut diximus, species crucis ostenditur, non immerito in his trecentis Gedeonem sequentibus illi designati sunt quibus dictum est: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me (Matth. xvi; Marc. viii).*

9. Qui sequentes Dominum tanto verius crucem tollunt, quanto acrius sese edomant, et erga proximos suos charitatis compassione cruciantur. Unde per Ezechielem prophetam dicitur: *Signa tau super*

*sceptrum exactoris ejus, cum regnum ejusdem diaboli, qui pro pestifera perpetrata vitiorum consueverit tributa debita penarum exigere, de fidelium corda destruxit. Quid hoc est, etc. Grialius hæc proreus omitti voluit. AREV.*

5. *Quid hoc est.* Quæ ante hæc leguntur in Impressis, sunt quidem Greg. verba e cap. 16, Sed hæc recepta non sunt, quis et sententiam interrumpunt, et a manuscriptis libris absunt, neque dabimus quæ e margine ascita sint. GRIAL.

6. *Non de vitio repell.* Ita Greg., et apud Bed.; nec de judicio, Ms. GRIAL.

8. In mss. reperitur aliquando in T, aliquando in T littera, aliquando in tau. Trecentorum numerum in Tau contineri, alibi etiam docuit Isidorus. V. Abogorfas, num. 76, cum notis. AREV.

*frontes virorum gementium et dolentium (Ezech. ix).* Vel certe in his trecentis qui in *tas* littera continentur hoc exprimitur, quod ferrum hostium crucis ligno superetur. Ducti itaque sunt ad fluvium, ut aquas biberent, et qui aquas flexis genibus hauserunt, a bellica intentione remoti sunt.

10. Aquis namque doctrina sapientiae, stante autem genu, recta operatio **497** designatur. Qui ergo, dum aquas bibunt, genuflexisse perhibentur, ab illorum certamine prohibiti recesserunt. Hi sunt qui doctrinam cum operibus rectis non hauriunt. Qui vero doctrinam fluentia ita hauriunt, ut nequam in pravis operibus carnaliter infectantur, hi Christo duce contra hostes fidei ad praelium pergunt.

11. Vadunt ergo cum tubis, cum lampadibus, cum lagenis; atque iste fuit, ut diximus, ordo praeliandi. Cecinerunt tubis, intra lagenas autem sunt missae lampades; contractis vero lagenis, lampades ostensae sunt; quarum coruscante luce hostes territi, in fugam vertuntur. Designatur itaque in tubis clamor, in lampadibus claritas miraculorum, in lagenis fragilitas corporum.

12. Tales quippe secum dux noster ad praedicationis praelium duxit, qui, despecta salute corporum, hostes suos moriendo prosternunt, eorumque gladios non armis, sed patientia superant. Armati enim venerunt sub duce suo ad praelium martyres nostri, sed tubis, sed lagenis, sed lampadibus. Qui sonuerunt tubis, dum praedicant; confrangerunt lagenas, dum solvenda in passione sua corpora hostium gladiis opponunt.

13. Resplenderunt lampadibus, dum post solutionem corporum miraculis coruscarunt. Moxque hostes in fugam versi sunt, quia dum mortuorum martyrum corpora miraculis coruscare conspiciunt, luce veritatis fracti, quod impugnaverunt, crediderunt. Cecinerunt ergo tubis, ut lagenae frangerentur. Lagenae fractae sunt, ut lampades apparerent. Appaerunt lampades, ut hostes in fugam verterentur.

14. Id est, praedicaverunt martyres, donec eorum corpora in morte solverentur; corpora eorum in morte soluta sunt, ut miraculis coruscarent. Coruscaverunt miraculis, ut hostes suos ex divina luce **498** prosternerent. Et notandum quod steterunt hostes ante lagenas; fugerunt ante lampades, quia

10. *Ad praelium pergunt. Codex Albornoz. addit: Omnes quidem tunc bibisse aquam, sed non omnes recto genu stitisse narrati sunt; reprobatique sunt qui genua flexerunt, dum aquas biberent, quia, allestante Apostolo, non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur. Quia enim, ut diximus, dissolutio operum in ipsa gentium incitatione signatur, recte rursus per Paulum dicitur: Remissae manus et dissoluta genua erigite, et agrestis rectos facite pedibus vestris. Sic igitur Christo duce ad bellum procedunt, qui, quod ore annuntiant, opere ostendunt, qui fluentia doctrinae spiritualiter hauriunt, nec tamen pravis operibus carnaliter infectantur, quia scriptum est: Non est speciosa laus in ore peccatorum. AREV.*

12. *Hostium gladiis. Sic Alb. Alii, hostilibus gla-*

*dim nimirum persecutores sanctae fidei praedicatoribus adhuc in corpore positis resisterunt.*

15. Post solutionem vero corporum apparentibus miraculis in fugam versi sunt, quia pavore conterriti, a persecutione cessaverunt. Intuendum est etiam id quod illic scriptum est, quia in dextera tubas, lagenas autem in sinistra tenuerunt. Pro dextro enim habere dicimus quicquid pro magno pensamus; pro sinistro vero, quod pro nihilo ducimus.

16. Bene ergo illic scriptum est quod in dextera tubas et in sinistra lagenas tenuerunt, quia Christi martyres pro magno habent praedicationis gratiam; corporum vero utilitatem pro minimo; quisquis enim corporis utilitatem plus facit quam gratiam praedicationis, in sinistra tubam atque in dextera lagenam tenet. Si enim priori loco gratia praedicationis attenditur, et posteriori utilitas corporis, certum est quia in dextris tubae, et in sinistris lagenae teneantur.

## CAPUT VI.

### De Abimelech.

1. Moritur Gedeon, et reliquit septuaginta filios, et unum nomine Abimelech, natum ex concubina, qui conduxit sibi viros vagos, et abiit post illum, et intravit in domum patris sui, et occidit fratres suos septuaginta viros super lapidem unum, et remansit Joathan minor, quoniam absconsus erat, etc. Hoc factum, si nihil propheticum indicaret, quid opus erat, ut magnopere praescriberetur utrum Gedeon septuaginta filios et multas uxores habuisset; sed et concubinam, de qua unum et malum suscepisset?

**499** 2. Quod cum turpe factum sit, tunc etiam turpius esset si haec posteris ad exemplum in dignis libris scripta viderentur, nisi magis afflictijs rei imaginem earum rerum gesta per typos et litteras ostenderent. Gedeon igitur, ut superius dictum est, typum Domini tenebat, plurimae uxores ejus multae sunt nationes, quae per fidem Christo adhaerunt. Septuaginta vero filii ejus septuaginta linguae sunt in hoc mundo diffusae, in quibus sibi per fidem Dominus filios generaturus erat.

3. Concubinam hoc in loco Synagoram vocat. Quae in novissimis temporibus Antichristo est creditura, de qua Joannes apostolus in Apocalypsi ait: *Qui dicunt se Judaeos esse, et non sunt, sed sunt Synagoga Satanae (Apos. ii, 9).* De qua ultimis tempo-

*dis; et id fortasse voluit Grialius, apud quem est, hostibus gladiis. AREV.*

15. *Nonnulli Mss.: Pavore perterriti a persecutione fidelium cessaverunt. Grialius, pro dextera... pro sinistra. Alb., pro dextro... pro sinistro. AREV.*

CAP. VI. N. 1. Hoc caput sumptum putamus e sermone aliquo divi Aug., qui non existat: id indicat recapitulatio subjecta (qua solent ille plurimum uti) ab iis verbis pariter decorabit; quae tamen recapitulatio apud Bedam non legitur, et nos eam valere iussimus, quamvis in plerisque Mss. legeretur; repugnat enim legi, quam sibi ipse in his commentariis brevitatis praescripsit Isidorus, eadem uno in capite his referre. GRIMAL.

2. *Turpe factum. Forto, turpe factu. AREV.*

ribus nequissimus filius, id est, Antichristus est A generandus. Eritque filius ancillæ, id est, Synagoga illius peccatricis, quia qui peccatum, inquit, facit, servus est peccati.

4. Hic, inquam, congregatis sibi impiis, sicut Abimelech fecit, regnum improbe usurpavit; interfectisque nobilibus filiis, id est, his qui, ex diversis nationibus et linguis, in Christum credentes, a Deo sunt generati, inducturus est persecutionem, ut pene sanctos omnes interficiat. Sed super septuaginta, inquit, fuit junior filius ex nobili matrimonio, qui se absconderat. Hic, inquit, ascendit in verticem montis Garizim, et exclamavit voce magna ad populum Sichimorum, componens eis parabolam.

5. Hic ergo junior filius, qui fugit, ut gladium inimici evaderet, figura est residui populi Israel, prædicante Elia, extremis temporibus credituri, et Antichristi gladium evasuri. Ascendit, inquit, iste in verticem montis Garizim. Sed cur montem ascendit? Quia nec prophetare, nec persecutionem Antichristi quisquam evadere potest, nisi quis prius in montem benedictionis, id est, in sublimitatem fidei ac virtutum ascenderit. Hic est enim mons Garizim, qui a Moysse in benedictionem deputatur (*Deut. xxix*).

6. Itaque cum ascendisset, elevata voce clamavit et dixit: *Audite me, viri Sichem. Ierunt ligna, ut ungerent super se regem, dixeruntque olivæ: Impera nobis. Quæ respondit: Nunquid possum amittere pinguedinem meam, qua dii utuntur et homines, et venire, ut inter ligna promovear?* Dixeruntque ligna **500** ad arborem ficum: *Veni, et super nos accipe regnum.* Quæ respondit eis: *Nunquid possum relinquere dulcedinem meam, fructusque suavissimos, et ire, ut inter cætera ligna promovear?* Locuta sunt quoque ligna ad vitem: *Veni et impera nobis.* Quæ respondit: *Nunquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum et homines, et inter cætera ligna promoveri?*

7. Cum ergo repudiata fuissent ligna silvæ ab oliva, et ficu, et vite, venerunt ad rhamnum, ut eum sibi facerent regem. Sed prius videamus, cur oliva, ficus et vitis super ligna regnare noluerunt. Ligna quippe silvæ intelligimus homines esse vagos, et vanos, æterno incendio præparatos. His ergo merito noluit nec oliva, nec ficus regnare, nec vitis, quia non merebantur. Oliva enim gratiam Spiritus

9. *Reprobatus venit ad rhamnum.* Alborn., *reprobatur.* Et omittit *venit ad rhamnum*, et sequentia usque ad cap. 9. Sed vetus collator ad hunc locum id notavit: *Multum plus est in alio libro octavo.* Fortasse hic liber est, qui a Collatore Originalis, sive Originalis Isidori aliquando dicitur. ARGV.

10. Post devorabit in Mss. Florent. 1 et 2 nonnulla adduntur, uti etiam in Editione Matritensi Ulloæ inter appendices, pag. 54, ex Codice, ut asseritur, duodecimi vel decimi tertii sæculi, qui olim pertinuit ad ecclesiam sancti Antonini Pallentis. Fragmentum est hujusmodi: *Videtur ergo Gedeon Christi imaginem habuisse. Septuaginta vero filii septuaginta linguæ sunt, vel nationes, quæ credentes, per secundam regenerationem filii Dei esse meruerunt. Abimelech vero filius ancillæ typum Antichristi portasse (vi-*

sancti, et unctionem pacis significat. Ficus autem sacræ legis imaginem tenet, sicut in Evangelio scriptum est: *Quidam paterfamilias plantavit vineam, et in vinea sua plantavit ficum.*

8. Quis paterfamilias, nisi Deus, qui familiæ suæ, id est, omnium credentium pater est? Plantavit ergo vineam, id est, populum, quia vineam ex Ægypto transtulit. Et utique populum, non vineam ex Ægypto transtulerat. In hac vinea plantavit ficum, hoc est, in populo suo posuit legem. Quæ lex primitivum populum, sicut ficus grossæ aridos et inutiles dejecit in terram, et postea alios fructus generavit, id est, populum Christianum, quem ad debitam evangelicæ disciplinæ maturitatem et suavisimam pinguedinem Christi cum gloria et honore B perduxit.

9. Sed vitis noluit regnare eis. Vitem autem Salvatoris nostri typum habere manifestum est, sicut ipse in Evangelio ait: *Ego sum vitis vera (Joan. xv).* Igitur qui jam in reprobum sensum, sicut Apostolus dixit (*Rom. i*), futurus erat populus ille, qui Antichristo est serviturus, quem ligna silvæ appellat, et necesse est ut credat mendacio, id est, Antichristo, qui veritati Christo noluit credere, Ideo et a regno vitis, id est, Christi, et ab oliva, id est, Spiritus sancti gratia, et a ficu, id est, divinæ legis dulcedine reprobatus, venit ad rhamnum.

**501** 10. Rhamnus enim genus rubi est, quam vulgo senticem ursinam appellant, asperum nimis et spinosum, per quod merito typus Antichristi significatur, qui omni asperitate et feritate humanum genus est vastaturus. Sed exiet, inquit, ignis de rhamno, id est, iniquitas de Antichristo; et omnes qui in eo confident cum ipso pariter devorabit.

## CAPUT VII.

### De Jephthe et filia.

1. Adjecerunt deinde filii Israel deservire Baalim et diis alienis, tradunturque in manus filiorum Ammon. Tunc Jephthe Galaadites, fugiens a facie fratrum suorum, constituitur in principem ob pugnam filiorum Ammon; qui rediens post triumphum, immolavit filiam, quæ sibi post victoriam prima occurrerat; sic enim votum sponderat, ut quicquid sibi revertenti primum occurreret, Domino immolaret.

2. Quis ergo in Jephthe prænuntiabitur, nisi Dominus Jesus Christus, et Salvator noster, qui a facie

detur), qui, congregatis perditis nationibus, regnum sibi improbe usurpavit, omnesque sanctos vi, et persecutionibus, et omni crudelitate trucidavit. Joathan vero junior filius-figura sanctorum fuit. Sicut enim Joathan per fugam recessit, et reliqui interfecti sunt fratres, sic nemo evadere poterit persecutionem Antichristi, nisi qui per fugam recesserit, et in montem benedictionis ascenderit. Hic est enim mons quem sancti circumdant; quem sanctus Moyses in benedictionibus, sicut jam superius dictum est, in Deuteronomio posuit. In Mss. Florent. est per secundam generationem. Sapplevi videtur post portasse. Codex Pallent., regnum suum improbe.... et persecutione, et mox Joathan vero minor figura; et versus finem, sicut jam supra dictum est. Judicium Grialii vide in not., num. 1. ARGV.

CAP. VII. N. 1. Vid. Aug., 1 de Civ., c. 21. Grial.

fratrum suorum, id est, Judæorum abscedens, in A gentibus principum accepti? Qui omnia humanæ salutis sacramenta, tanquam juratus, explevit, et quasi filiam, ita carnem propriam pro salute Israël's Domino obtulit.

**502** 3. Jurasse enim Patrem, ac vovisse Unigenitum legimus, Psalmista dicente: *Sicut juravit Domino, votum vovit Deo Jacob (Psalm. cxxxii)*, scilicet ut sacramentum religionis in carnis suæ passione pro salute generis humani expleret. Hæc ergo secundum historiam gestorum ita per Christum acta sunt, ut videantur pro religione, quam juraverat, esse completa. Post mortem Jephthe, traditur Israel in manus Allophylorum, nasciturque Samson, qui liberat Israel.

### CAPUT VIII.

#### De Samson.

1. Samson autem, quondam Domini Nazaræus, habet quiddam in typo gestum Christi. Primum quod ab angelo nativitas ejus annuntiatur; deinde quoniam Nazaræus dicitur, et ipse liberat Israel de hostibus; postremo quod templum illorum subvertit, et perierunt multa millia hominum qui illum illuserant.

2. Nativitas ista Samson, quæ per angelum annuntiatur, similitudinem habet primum prophetarum, qui nativitatem Domini secundum carnem annuntiaverunt; deinceps angeli etiam qui ad Mariam loquuntur, dicens: *Maria, invenisti gratiam ante conspectum Domini, et accipies in utero, et paries filium, et vocabitur nomen ejus Jesus; hic enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum (Luc. 1, 30)*.

3. Samson autem interpretatur *sol ipsorum*, eorum scilicet quibus lucet, non omnium, sicuti est oriens super bonos et malos sol, sed quorundam. Sed quia et Redemptor noster sol appellatur, audi ipsum Dominum Jesum per prophetam eo nomine vocitari: *Orietur vobis sol justitiæ, et sanitas in penis ejus (Malach. iv, 2)*. Vere enim hic sol justitiæ est, qui omnium credentium mentes cœlesti lumine clarificat.

4. Hic vere Nazaræus, et sanctus Dei, in cujus similitudinem ille Nazaræus est nuncupatus. Iste ergo cum tenderet ad ministerium nuptiarum, leon rugiens occurrit ei. Sed quis prius erat **503** in Samson obvium leonem necans, cum petendæ uxoris causa ad alienigenas tenderet, nisi Christus, qui Ecclesiam vocaturus ex gentibus, vincens diabolum, dicit: *Gaudete, quia ego vici mundum?*

5. Quid sibi vult ex ore leonis occisi favi extractus, nisi quia, ut conspicimus, reges ipsi regni ter-

CAP. VIII. N. 2. In Vulgata: *Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero... et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, etc.* Adis Sahatterium. AREV.

3. In Vulgata: *Orietur vobis timentibus nomen meum sol, etc.* AREV.

4. Sed quis primum, usque ad munimenta præbent, August., xii contr. Faust., cap. 32. GRIAL.

5. Ex ore leonis occisi favi extractus.—In ore leonis occisi favi extractus. August. GRIAL.

reni, qui adversus Christum ante fremuerunt, nunc jam, perempta feritate, dulcedini evangelicæ prædicandæ etiam munimenta præbent? Illud etiam, quod in semetipso Samson expressit, quod paucos quidem, dum viveret, interimit; destructo autem templo, hostes innumeros, cum moreretur, occidit.

6. Quia nimirum Dominus ab elatione infidelitatis paucos, cum viveret, plures vero, cum templum sui corporis solveretur, exstinxit, atque elatos ex gentibus, quos vivendo sustinuit, simul omnes moriendo prostravit. Jam vero reliqua ejus, quod ei mulier subdola caput raserit, et Allophylis illudendum tradiderit, quod captivatus, quod cæcatus, quod ad molam deputatus est; in his non Christus, sed illi figurantur, qui solo tantummodo in Ecclesia Christi nomine gloriantur, et malis actibus jugiter implentur.

7. Vir enim in nobis sensus rationalis intelligitur. Caro autem quasi in typo mulieris accipitur. Si enim mulieri, id est, carni nostræ, blandiente libidine, vel aliis operibus, consenserimus, gratia spiritus, quæ Nazaræi crine significatur, nudati spoliamur atque decipimur.

8. In enim superbis et peccatoribus, violata Christi gratia, sicut Samson incisa coma, diabolus illudit. Sed quid est quod Samson ille ab Allophylis captus, postquam oculos perdidit, ad molam deputatus est? Quia nimirum maligni spiritus, postquam tentationum stimulis latus aciem contemplationis assediunt, foris hominem in circum laborum mittunt.

9. Quod si aliquando idem homo agendo penitentiam redeat, illi velut coma reducitur, id est, gratia refluente, reparatur ad virtutem; deinde cupiditatis ac luxuriæ subversis columnis, victores hostes **504** dejicit, et reparato certamine in finem fortissime de dæmonibus triumphabit.

### CAPUT IX.

#### De Ruth.

1. Videamus nunc et Ruth. Habet enim ista typum Ecclesiæ. Primum, quod alienigena est ex populo gentili, quæ, relicta patria, et omnibus quæ illic erant, vadit in terram Israël. Et, cum prohiberet eam socrus sua pergere secum, perseverabat, dicens: *Quocumque perrexeris, pergam; p pulvis tuus, populus meus, et Deus tuus, Deus meus; quæ te morientem terra susceperit, in ea moriar.*

2. Quæ vox sine dubio typum in illa fuisse Ecclesiæ manifestat. Sic enim Ecclesia ex gentibus ad Dominum convocata, relicta patria sua, quod est idololatRIA, et omnia universa conversatione terrena, profitetur Dominum Deum suum esse, in quem san-

*Ibid. In semetipso Samson, usque ad prostravit, Gregor., xxix Moral., cap. 7. GRIAL.*

8. Sed quid est quod Samson, usque ad mittunt, Greg., vii Moral., cap. 15. GRIAL.

*Ibid. In nota Grialii erat amittunt pro mittunt. AREV.*

CAP. IX. N. 6. Quod vero excalceat se. Vid. supr., Exod. vii. GRIAL.

*Ibid. In nota Grialii erat, quod vero excalceat. AREV.*

et crediderunt, et illuc se iteram, ubi caro Christi post passionem ascendit, et ob eius nomen in hoc sæculo pati usque ad mortem, et cum sanctorum populo, patriarchis scilicet, et prophetis consociandam; de quorum societate, quod sanctis ex stirpe Abraham venientibus consociaretur, Moyses in Cantico ostendit, dicens: *Lætamini, gentes, cum plebe ejus*, id est, qui ex gentibus istis credituri, cum illis qui primi electi sunt æterna lætitia exsultate.

3. Ingressa autem Ruth cum socio sua in terram Israel, ob merita obsequiorum suorum providetur, ut homini conjungeretur ex Abraham stirpe venienti. Et primum quidem huic quem ipsa propinquum magis esse credebat, qui negat se posse illi nubere. Et, recedente illo, per testimonium decem majorum Booz illi conjungitur, et ab ipsis decem senioribus viris benedicitur.

4. Sed quod prius ille cognatus confitetur se eidem nubere non posse, hoc loco Joannis Baptistæ figuram ostendi æstimamus, qui cum ipse a populo Israel Christus putaretur et interrogaretur quis esset, non negavit, sed confessus est, dicens *Christum se non esse*. Et perseverantibus his qui miseri erant, et inquiringibus quis esset, respondit: *Ego sum vox clamantis in deserto* (Isai. xl.; Matth. iii.; Luc. iii.; Joan. i.; iii.), et novissime confitetur ipse de Domino, dicens: *Qui habet sponsam, sponsum est. Se autem amicum sponsi manifestat, cum adjecit: Amicus autem sponsi est, qui stat, et audit eum, et lætatur propter vocem sponsi.*

5. Hunc ergo Christum existimabant, quia Christi

7. Alii, *Jesu summa perscribit; alii, Jesu exprimit.* Pro præcurrisse alii præcurrisse. In hoc libro desinit Codex Albornozianus. AREV.

stum in die visitationis suæ venisse non intelligebant esse Ecclesiæ sponsum, qui prophetis esset vocibus ante promissus. Sed sicut ille propinquus negavit, et postea Ruth jungitur Booz, ita Christus, qui verus sponsus Ecclesiæ est, quem omnium prophetarum oracula cecinerant, dignatus est Ecclesiam assumere, et ex omnibus gentibus per totum orbem terrarum Deo Patri innumeros populos offerre.

6. Quod vero exalceat se cognatus illo, veterum consuetudo erat ut si sponsa sponsum repudiare vellet, discalcearetur ille, ut hoc esset signum repudii. Proinde exalceari jubetur, ne ad Ecclesiam quasi sponsus calceatus accederet; hoc enim Christo servabatur, qui sponsus erat verus. Decem autem majorum natu benedictio hoc ostendit, in nomine Domini Jesu omnes esse gentes salvandas ac benedicendas.

7. Iota enim apud Græcos decem significat, quæ prima littera nomen Domini Jesu summam perscribit. Quæ res, ut diximus, omnes gentes per ipsum salvandas esse ac benedicendas demonstrat. Ne dubitet ergo quisquam hæc, ut dicta sunt, credere, cum videat universa et ab initio figuris antecedentibus præcurrisse, et per adventum Domini manifeste adimpleta sic esse; et quæ supersunt, hoc modo perficienda in veritate, consonantibus omnibus et vocibus et figuris sanctarum Scripturarum, quæ adimplebitur qui pollicitus est per Filium suum Jesum Christum Dominum regem et Salvatorem nostrum, cum quo est illi honor et gloria in sæcula sæculorum.

C Amen.

## IN REGUM PRIMUM.

### 506 CAPUT PRIMUM.

*De natiuitate Samuelis.*

1. Post librum Judicum sequitur Regum. Et aspice tempora, primo Judicum, postea Regum, sicut erit primo iudicium, postea regnum; in his autem Regum libris multis et variis modis sacramenta Christi et Ecclesiæ revelantur.

2. Nam ab ipso exordio regum commutatum sacerdotium in Samuelem, reprobato Heli, et commutatum regnum in David, reprobato Saule, exclamat prænuntjari novum sacerdotium, novumque regnum, reprobato veteri, quod umbra erat futuri, in Domino Jesu Christo venturi.

3. Nonne ipse David, cum panes propositionis manducavit, quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus, in una persona utrumque futurum, id est, in uno Jesu Christo regnum et sacerdotium figu-

CAP. I. N. I. Leguntur hæc expositiones aliquanto etiam pleniores apud Eucherium, o quo et Beda sunt aliqua correctæ, ita tamen, ut multo plura apud utrumque possint e nostris emendari. GRIMAL.

2. Nam ab ipso exordio, usque ad figura it, verba

ravit? Itaque ipsa Samuelis sacerdotis successio novum, ut prædictum est, sempiternumque sacerdotium præfigurabat, qui est Jesus Christus, Heli sacerdote reprobato, id est, Judaico sacerdotio abjecto.

4. Mater quoque ipsa Samuelis, quæ prius fuit sterilis, et posteriori fecunditate lætata est, cujus etiam nomen, id est, Anna, 507 gratia ejus interpretatur, ipsam religionem Christianam, ipsam postremo Dei gratiam significat, quia nobis Christus oritur; ipsam quoque Ecclesiam, quæ olim sterilis, nunc secunda in Dei laude lætatur.

5. Quæ nihil aliud in cantico suo prophetare videtur, nisi mutationem Veteris Testamenti, vel sacerdotii in Novum Testamentum, vel sacerdotium, qui est Christus; nisi forte quis dicat nihil Annam prophetasse, sed Deum tantummodo propter illius impetratum exultante prædicatione laudasse.

sunt August., xii contr. Faust., cap. 33. GRIMAL.

3. Grimalius, panes propositiones. AREV.

4. Mater quoque, usque ad in Deo salutaris moe, ex cod. lib. xvii de Civit., cap. 4. GRIMAL.

6. Quid ergo sibi vult quod ait : *Arcum potentium fecit infirmum, et infirmi accincti sunt virtute, pleni patribus minorati sunt, et esurientes transierunt terram, quia sterilis peperit septem, et fetosa in filiis infirmata est?* Numquid ipsa septem pepererat, quamvis sterilis fuerit? Unicum habebat, quando ista dicebat. Sed nec postea septem peperit, sive sex, quibus septimus esset ipse Samuel, sed tres mares, et duas feminas.

7. Deinde in illo populo, cum adhuc nemo regnaret, quod in extremo posuit, *dat virtutem regibus nostris, et exaltavit cornu Christi sui*, unde dicebat, si non prophetabat? Dicat ergo Ecclesia Christi, civitas regis magni, gratia plena, prole secunda Dei, quod tanto ante de se prophetatum per os hujus piæ matris agnoscit : *Confructatum est cor meum in Domino, et exultatum est cornu meum in Deo salutari meo*. Interea Samuel erat ministrans in templo Dei, accinctus ephod.

8. Porro filii Heli, divina sacrificia temerantes, peccabant coram Domino, et deridebant per eos multi sacrificium Dei. Unde et Heli sacerdos pro eorum iniquitate damnatus est, quod eos peccantes minus severa animadversione plectebat. Miserum me! et quidem coercuit, et quidem corripuit, sed lenitate et mansuetudine patris, non auctoritate et severitate pontificis.

9. Qua sententia discant sacerdotes quomodo ipsi propter peccata filiorum, id est, propter scelera populi puniantur. Et quamvis sancti sint, culpa tamen subditorum eisdem, si non coerceant, reputatur.

### 508 CAPUT II.

#### De propheta ad Heli destinato.

1. Venit autem propheta Dei quidam ad Heli sacerdotem, et dixit ei : *Hæc dicit Dominus : Numquid non aperte revelatus sum domui patris tui, cum esset in Ægypto, in domo Pharaonis, et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, et adoleret mihi incensum, et portaret ephod coram me, et dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israel?*

2. *Quare calce abjecisti victimam meam, et munera mea, quæ præcepi ut offerrentur in templo, et magis honorasti filios tuos quam ut comederetis primitias omnis sacrificii Israel populi mei? Propterea ait Dominus Deus Israel : Loquens locutus sum, ut domus tua et domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum.*

3. *Nunc autem dicit Dominus : Absit hoc a me; sed quicumque glorificaverit me, glorificabo eum; qui autem*

6. *Et fetosa in filiis. Multa in filiis, apud August. et Eucher. ; et LXX, ἡ πολλὴ ἐν τέκναις. GRIAL.*

7. *Dicat ergo, et paulo post, dicat ex August. Dicit lib. o., mendose. GRIAL.*

8. *Miserum me, ita plerique Mss. Miserum se, Val. Miserrimos, Beda. GRIAL.*

CAP. II. N. 4. *Nam post Samuelem, etc., usque ad finem capituli, omnia sunt ex August., loco proxime citato. Legitur autem apud Euch. integra cantici explanatio, citato August., adhibitaque excusatione, cur LXX interpretum translatione usus fuerit. GRIAL.*

*contemnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies veniunt, et præcidam brachium tuum, et brachium domus patris tui, ut non sit senex in domo tua, et videbia Christum æmulum tuum in templo in universis prosperis Israel. Quæ propheta de mutatione sacerdotii non est in Samuele completa, sed adumbrata.*

4. *Nam post Samuelem prophetam postea sacerdotes fuerunt de genere Aaron, sicut Sadoch, et Abiathar, regnante David, et alii deinceps, antequam tempus veniret ex quo ista de sacrificio mutando per Christum effici oportebat.*

5. *Nam cum diceret : Loquens locutus sum, ut domus tua et domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus : Absit hoc a me, sed quicumque glorificaverit me, glorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles; ecce isti sunt dies qui prænuntiati sunt, jam enim venerunt; nullus enim sacerdos est secundum ordinem Aaron. 509 Nam et illud quod ibi sequitur : Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, de Christo, Novi Testamenti vero sacerdote, dicitur.*

6. *Quod vero adjungitur : Et erit qui remanserit in domo tua, veniet, ut oretur pro eo, non proprie dicitur de domo hujus Heli, sed illius Aaron, de quo usque ad adventum Jesu Christi homines remanserunt. De quo genere etiam hucusque non desunt qui veniant et convertantur. De quibus alius propheta dixit : Reliquiæ salvæ sicut (Isai. x). Unde et Apostolus : Sic ergo, inquit, et in hoc tempore reiquæ secundum electionem gratiæ salvæ sunt (Rom. ix) ; de talibus enim residuis bene intelligitur esse quod dictum est : Qui remanserit in domo tua veniet, ut oretur pro eo. Profecto qui crediderit in Christo, sicut temporibus apostolorum ex ipsa gente plurimi venerunt, et crediderunt.*

7. *Neque nunc desunt qui, licet rarissimi, tamen credant, ut impieatur in his quod hic homo Dei locutus est. Quod vero continuo secutus adjungit : Et offerat nummum argenteum, et toriam panis, quid per nummum argenteum, nisi oris confessio designatur, quæ sit credentibus ad salutem? Argentum enim pro eloquio poni solet, Psalmista testante, ubi canitur : Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum (Psalm. xi).*

8. *Sed quod dicit iste qui venit : Dimitte me, obsecro, ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis; sacerdotalem partem corpus Christi, id est, Ecclesiam dicit. Cujus plebis ille sacerdos est, mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus.*

CAP. III. (col. seq.) N. 1. *Ad tuitionem suam. Ad stationem suam, apud Euch. et Bed. GRIAL.*

6. *Hæc pœna signum videtur. Al., hæc pœna significatum videtur. GRIAL.*

7. *Claritas hominis ut flos feni, ex veteri interpr. GRIAL.*

*Ibid. In nota Grialii per errorem erat et claritas humanis ut flos feni. In Vulgata, Isaias, loc. cit. : Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos agri... Exsiccatum est fenum, et cecidit flos. Verbum autem Domini nostri manet in æternum. AREV.*





colligi oportebat, ut sicut frumentum horreis, sic **A** mini, irasciturque ei Dominus. Veniens autem Samuel sumpsit gladium, et in frustra coecidit Agag. Quando legunt quidam in Scripturis quod sancti nulli hostium parcunt, efficiunturque crudeles, et humanum sanguinem sitientes, dicunt quia et justi ita percusserunt hostes, ut non relinqueretur ab his qui salvus fereat; et non intelligunt in his verbis adumbrari mysteria, et hoc magis nobis indicari, ut pugnantes adversus vitia, nullum penitus ex his relinquare debeamus, sed omnia interimere.

#### CAPUT V.

##### *De unctione Saul.*

4. Judicavit autem Samuel Israel omnibus diebus vite sue, fueruntque usque ad eum iudices et principes super Israel. Porro filii Samuel declinaverunt post avaritiam, et accipiebant munera, et tam iniqui iudices exstiterunt, ut populus, nequaquam ferens, regem sibi in similitudinem cæterarum gentium postularent.

**513** 2. Quibus dedit Saul regem, ungiturque, jubente Domino, prior a propheta in regnum, qui et ipse quidem in id quod unctus est, imaginem Christi portavit. Unde et beatus David et ipse Christus nuncupatus ait ad eum qui se fixerat Saul occidisse: **B** *Quomodo non timuisti manum tuam injicere in Christum Domini?*

5. Hinc est quod ab humero sursum Saul supereminet omnibus, quia caput nostrum sursum est supra nos, quod est Christus; in id autem quod reprobatus postea et rejectus est, succedente in regno David, populi, ut praedictum est, Israel personam gestavit. Qui populus regnum adeptum fuerat amissurus, Christo Domino nostro per Novum Testamentum non carnaliter, sed spiritualiter regnatum.

#### CAPUT VI.

##### *De jejunio indicto a Saule.*

1. Iste autem Saul, dum pergeret dimicaturus adversus Philisthæum, indixit toto exercitui jejunium, quousque reverterentur a prælio. Sed Jonathan **C** filius ejus videns super faciem agri mel, extendit summitatem virgæ, et intinxit in favum mellis, et guttavit, et illuminati sunt oculi ejus, non utique ad videndum illuminati, qui antea videbat, sed ad discernendum quia vetitia tetigerat. Tunc enim casus ille, sicut et Adam, fecit illum attentum, reddiditque confusum.

2. Quo facto admonemur omnes illecebras voluptatum in sæculo debere contemnere, qui Deo nitimur militare. Non enim potest contra Allophylos spirituales, id est, adversus principes tenebrarum, viribus animi concurrere, qui adhuc hujus mundi negligit dulcedinem declinare; mel enim distillat labia meretricis, quod est delectatio voluptatis carnalis, de quo putatur juxta mysticos intellectus hunc gustasse Jonathan, et sorte deprehensum, vix precibus populi liberatum.

#### **514** CAPUT VII.

##### *De Agag rege servato.*

1. Iniit iterum Saul prælium adversus Amalech, interfectisque cunctis hostibus, pepercit Agag regi, nec voluit disperdere omnia juxta præceptum Do-

3. **CAP. V.** Grialius edidit regnum adeptus, quod sustineri potest; sed magis placet cum aliis regnum adeptum passiva significatione. **AREV.**

**CAP. VIII. N. 1.** *In eo spiritus Domini, etc.* Alii, spiritus Domini malus in eo, et exagitabat eum. Hic juste quaeritur, si spiritus Domini, cur malus: Si malus, cur Domini? Grialius edidit, et in diabolo potestas

mini, irasciturque ei Dominus. Veniens autem Samuel sumpsit gladium, et in frustra coecidit Agag. Quando legunt quidam in Scripturis quod sancti nulli hostium parcunt, efficiunturque crudeles, et humanum sanguinem sitientes, dicunt quia et justi ita percusserunt hostes, ut non relinqueretur ab his qui salvus fereat; et non intelligunt in his verbis adumbrari mysteria, et hoc magis nobis indicari, ut pugnantes adversus vitia, nullum penitus ex his relinquare debeamus, sed omnia interimere.

2. Nam si pepercerimus, reputabitur nobis in culpam, sicut reputatum est Saul, qui vitum servavit regem Agag. Quomodo enim quisque justus manebit, si adhuc aliquid peccati in semetipso servaverit, sicut Saul? At vero sancti in figura Samuelis ita sæviunt super hostes suos, id est, super vitia peccatorum, ut non permittant relinqui aliquid peccatum impunitum.

#### CAPUT VIII.

##### *De abreptione Saulis a spiritu nequam.*

1. Igitur recedente a Saul Domino propter inobedientiam, arreptus est maligno spiritu a Domino, irruebatque in eo spiritus Domini malignus. Si Domini, cur malus? si malus, cur Domini? Sed duobus verbis comprehensa est hæc sententia, et in Deo potestas justa, et in diabolo voluntas injusta.

2. Nam idem spiritus malus per exquisitissimam voluntatem, et idem spiritus Domini per acceptam justissimam potestatem; inde ergo **515** spiritus Domini appellatus est diabolus propter ministerium, quia omnibus etiam spiritibus malis bene utitur Deus, vel ad damnationem quorundam, vel ad emendationem, vel ad probationem.

3. Et quamvis malignitas a Domino non sit, potestas tamen nisi a Deo non est, sicut et alibi dictum est. Etiam sopor Domini, qui occupaverat milites ejusdem Saul, cum David hastam et scyphum abstulisset a capite dormientis; non quia sopor tunc in Domino erat, ut ipse dormiret, sed quia ille sopor qui tunc homines apprehenderat nutu Dei erat infusus, ne David servi ejus in eo loco præsentia sentiretur.

4. Dicitur ergo spiritus Domini malus, hoc est, minister Dei ad faciendum in Saul, quod eum pati iudex omnipotentissimus iudicabat. Quoniam spiritus ille voluntate qua malus erat non erat Dei; creatura vero qua conditus erat, et potestas quam non sua sed Domini omnium æquitate acceperat, Dei erat.

#### CAPUT IX.

##### *De unctione David.*

1. Itaque Saule propter inobedientiam reprobato, mittit Dominus Samuel ad Isai, et sumpto cornu olei, unxit in regem David. Sed videamus eundem David, quomodo propheticè Christum significaverit.

*injusta, mendose, ut videtur. AREV.*

2. Grialius, vel emendationem: alii, vel ad emendationem. **AREV.**

3. Alii, sopor Domini occupaverat, omisso qui. **AREV.**

**CAP. IX. N. 2.** *Christum.* Grialius edidit charismate, quod mendum puto. **AREV.**

David enim interpretatur *manu fortis*, sive *desiderabilis*. Et quid fortius leone illo de tribu Juda, qui vicit mundum? Et quid desiderabilius illo de quo dicitur: *Veniet desideratus cunctis gentibus* (Agg. ii)?

2. Ungitur iste David in regem, futurum denuntians per unctionem illam Christum: Christus enim a chrismate appellatur. David ab officio pastoralis pecorum ad hominum regnum transfertur: nunc autem David ipse Jesus ab ovibus Judaicæ plebis ablati, in regnum gentium translatus est; in Judaica enim plebe non est modo Christus, ablati est inde; nunc gentium greges pascit.

3. Erat autem David in canticis musicis eruditus. Diversorum enim **516** sonorum rationabilis moderatusque concentus concordie varietate compactam ordinatam Ecclesiæ insinuat unitatem. Quæ variis modis quotidie resonat, et suavitate mystica modulatur.

4. Iste adhuc puer in cithara suaviter, imo fortiter canens, malignum spiritum, qui operabatur in Saule, compescuit, non quod citharæ illius tanta virtus erat, sed quod figura crucis Christi, quæ de ligno et extensione nervorum mystice gerebatur, ipsaque passio, quæ cantabatur, jam tunc spiritus dæmonis opprimebat. Leonem quoque et ursum idem David necavit, ursum videlicet diabolum, leonem Antichristum; alterum hominibus latenter insidiantem, alterum in posterum manifestissime sævientem.

#### CAPUT X.

##### *De certamine David cum Goliath.*

1. Iste David in prælio gigantem superavit, cum adversus populum Dei alienigenæ dimicarent. Provocavit unus unum, Goliath David; provocavit superbia humilitatem, provocavit diabolus Christum. Accepit arma bellica sanctus David, ut adversus Goliath procederet; hæc arma per ætatem et parvam staturam corporis portare non potuit, abiecit onerantia, accepit quinque lapides de flumine, et posuit in vase pastoralis.

2. His armatus processit, et vicit. Hoc quidem ille David. Sed si mysteria perscrutemur, in David Christus intelligitur. Qui, tempus revelationis Novi Testamenti insinuandæ et commendandæ gratiæ prævidens, arma deposuit, quinque lapides tulit. Deposuit ergo corporalia sacramenta legis, quæ non sunt imposita gentibus; deposuit quæ non observamus, sed tamen ad aliquam significationem præmissa et posita intelligimus.

3. Denique hæc arma deposuit, tanquam onera sacramentorum veteris legis, et ipsam legem accepit. Quinque enim lapides quinque libros Moysi significant. Tulit ergo quinque illos lapides de flumine, id est, de sæculo. Labitur enim mortale sæculum **517** et

3. *Diversorum enim, etc.* Alii: *Diversorum enim sonorum rationabiles moderatosque concentus dicimus concordium varietatem compactam et ordinatam, quæ Ecclesiæ insinuat unitatem.* AREV.

CAP. X. N. 2. *Quæ non observamus.* Alii addunt: *Quanta enim in veteri lege et legitima sunt, et non observamus? Alii: Quia in veteri lege et legimus, et*

A præterfluit quidquid venit in mundum. Erant enim in flumine tanquam in populo illo primo lapides, erant illic inutiles, et vacabant, nihil proderant, transibant super fluvios. Sed quid fecit David, ut lex ipsa utilis esset? Accepit gratiam. Lex enim sine gratia impleri non potest: *Plenitudo enim legis charitas* (Rom. xiii; Eph. iv).

4. Quia ergo gratia facit impleri legem, significatur gratia lacte. Hoc enim est in carne gratuitum, ubi mater non queritur accipere, sed satagit dare; hoc mater gratis dat, et contristatur si desit qui accipiat. Quomodo ergo ostendit David legem sine gratia operari non posse, nisi cum illos lapides quinque, quibus significabatur lex, in libros quinque, quos conjungere voluit gratiæ, posuit vase pastoralis, quo lac mulgere consueverat?

5. His armatus, processit adversus Goliath superbum, se jactantem, de se præsumentem. Tulit unum lapidem, et dejecit diabolum, in fronte percussit, et cecidit ex eo loco corporis ubi signum Christi non habuit. Hoc quoque licet attendas, quinque lapides posuit, unum misit.

6. Quinque libri lecti sunt, sed unitas vicit; *plenitudo enim legis charitas*, ut ait Apostolus. Sufficientes invicem in dilectione, studentes servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Deinde illo percusso atque dejecto, gladium ejus abstulit, et deinde caput illi abscidit.

7. Et hoc facit noster David. Dejicit diabolum de suis, quando credunt maligni ejus, quos ille in manu habebat, et de quibus cæteras animas trucidabat, convertunt linguas suas contra diabolum, et sic Goliath de gladio suo caput inciditur.

#### CAPUT XI.

##### *De connubio Michol filie Saul.*

1. Interea victoria David animam Saul regis offendit, indignantis quod sibi in mille, et David in decem millia conclamantium publicæ gratulationis ora insonarent; hinc invidia Saulis, et semen odiorum adversus David. Quem dissimulator callidus, ut sine insidiis suis posset offerre discrimini, statuit cum Michol filie sue **518** nuptiis alligari, si centum sibi Allophylorum præputia victor offerret.

2. Pro quibus centum, ducenta dedit, et unde creditus est regio perire voto, inde auctus est gloriæ siori trophæo. Ita et Judæi, dum contra voluntatem Dei Christi tum interficere nituntur, per id salutem gentium egerunt per quod crederunt extinguere. Quod vero David alienigenarum præputia attulit, et sic denuo filie Saul nuptiis hæsit, significabat quod Christus non prius Synagogam connubio suo sponderet, nisi antea gloriosus in gentibus fieret.

3. Prius enim in nationibus resecauit carnis potum non observamus. Hæc fortasse a librariis omissa sunt, ex repetitione verbi *observamus*. Mox forte legendum, *transibant super (ops) fluvios*. Alicubi legitur *fluvium*. AREV.

4. Alii, *non querit accipere, quod fortasse melius.* Et mox in vase. AREV.

lutionem, et postea copulatus est Synagogæ. Postquam enim, sicut scriptum est, introierit plenitudo gentium, tunc omnis Israel salvus fiet (*Rom. xi*). Dupla autem, id est, ducenta præputia attulit, sive pro Judæis et gentibus acquisitis, sive quia major est numerus acquisitionis populi gentium quam credentium Judæorum.

### CAPUT XII.

#### *De David repellente cithara spiritum.*

1. Auxit deinde odium Saul adversus David in tantum, ut rex ad medelam sui spiritus David dolore psallentem jaculo conaretur configere. Sed quid est, quod dum Saulem spiritus adversus invaderet, apprehensa David cithara, ejus vesaniam mitigabat?

2. Per Saulem enim Judæorum elatio, per David autem humilitas Christi significatur. Cum ergo Saul ab immundo spiritu arripitur, David canente, ejus vesania temperatur, quia cum sensus Judæorum per blasphemiam in furorem vertitur, dignum est ut ad salutem mentes eorum quasi dulcedine citharæ, locutionis evangelicæ tranquillitate revocentur.

### CAPUT XIII.

#### *De insidiis Saul contra David.*

1. Misit Saul custodes ad domum David, ut custodirent eum, **519** et interficeretur. Abscessit autem David nocte, et fugit, atque salvatus est. Cumque venissent nuntii Saul, invenerunt statuam in lecto David positam, et pellem pilosam caprarum ad caput ejus. Audiamus ergo quid hoc significet, quod miserit Saul ad custodiendam domum David, ut eum interficeret. Hoc non ad crucem Domini, sed tamen ad passionem ejus pertinet.

2. Crucifixus enim Christus, et mortuus, et sepultus est. Erat ergo illa sepultura tanquam domus ad quam custodiendam misit regnum Judæorum, quando custodes adhibiti sunt sepulcro Christi. Quomodo ergo custodita est domus, si David figurabat Christum, ut Christus interficeretur, dum non in sepultura Christus, sed in cruce sit interfectus?

3. Refertur ergo hoc ad corpus Christi, quia interficere Christum erat tollere nomen Christi. Neque enim crederetur in Christum, si mendacium prævaleret custodum, qui corrupti sunt ut dicerent quia dormientibus nobis venerunt discipuli ejus, et abstulerunt eum (*Math. xxviii*); hoc est itaque velle interficere Christum, nomen resurrectionis ejus extinguere, ut mendacium Evangelio præferretur.

4. Sed sicut illud non valuit Saul ut interficeret David, sic nec hoc potuit regnum Judæorum efficere, ut memoriam Christi deleteret. Isti autem qui de Saul virtute, id est, de regno Judæorum in Christum præsumere voluerunt, offenderunt in lapidem offensionis, tanquam in statuam, et hædus eis visus erat agnus, quia in quo peccatum non invenerunt, quasi peccatorem persecuti sunt.

CAP. XIII. N. 4. Sic nec hoc potuit, etc., usque ad deleteret. Alii: Ita nec istis valuit, ut memoriam Christi

5. Igitur David regie manus ictum evitans, ejusque persecutionem declinans, fugit, venitque ad Samuelem. Et misit Saul nuntios, qui apprehenderent David. Samuel autem erat inter prophetas, et cætus prophetarum qui illo tempore prophetabant.

6. Nuntii autem, qui missi sunt, accepto ejusdem spiritu, prophetarunt, missisque aliis hoc contigit, et tertiis nihilominus. Postea vero cum et ipse Saul venisset, factus est super eum spiritus Dei, et ambulabat ingrediens, et prophetabat.

### 520 CAPUT XIV.

#### *De insidiatoribus prophetantibus.*

1. Quæritur autem quomodo et illi, cum missi essent ad tenendum hominẽ, et ad necem ducendum, tales spiritu effici meruerunt; et Saul ipse, qui miserat, veniens et ipse sanguinem innocentem quærens effundere, accipere meruit spiritum illum, et prophetare.

2. Quantum enim ad litteram attinet, non est mirum hominem reprobum ad momentum transitorio prophetasse, dum etiam multi similes prophetiæ donum legantur habuisse (*II Petr. ii*), sicut Balaam ille reprobus, quem non tacet Scriptura iudicio divino esse damnatum, sed prophetiam habebat.

3. Nec illa verba parum attestantur huic sententiæ, quæ in Evangelio scripta sunt, multos dicturos in illa die: *Domine, Domine, in tuo nomine manducavimus, et bibimus, et in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus; quibus tamen dicturus est: Non novi vos, discedite a me, operarii iniquitatis (Math. vii).*

4. Mystice autem exemplum hujus Saul nuntiorumque ejus in hac sententia figurat nonnullos hæreticos, qui aliquid boni de muneribus sancti Spiritus habent, sicut Testamenta legis et Evangelii, sicut baptismi sacramentum. Qui cum ad Ecclesiam catholicam veniunt, non est in eis ullo modo violandum, aut, quasi non habeant, tradendum; sed tamen eos non ideo debere salutem confidere, quia non improbamus quod illos accepisse credimus.

5. Sed oportet eos cognoscere unitatem, et societatem vinculi charitatis, sine qua omnino quidquid habere potuerunt, quamvis sanctum sit atque venerandum, ipsi tamen nihil sunt, tanto indigniores effecti præmio vitæ æternæ, quanto illis donis non bene usi sunt, quæ in hac vita, quæ transitoria est, acceperunt.

6. Item exemplum, atque imago hujus Saul nuntiorumque ejus in hoc loco Judæorum non incongrue gestat personam, qui dum adversari cupiunt Christo, habent in ore sacramenta legis et prophetarum ad testimonium Christi, et cum Ecclesia, quasi cum **521** prophetis, de Scripturis disputant, sicut illi cum prophetis vaticinabantur.

deleteret. AREV.

## CAPUT XV.

*De David et Abimelech.*

4. Surrexit itaque David iterum, et fugit in illa die a facie Saul, venitque ad sacerdotem Abimelech, a quo et gladium Goliæ sustulit, et panes propositi nis accepit. Quæ res et sacerdoti mortem attulit, et animadversionem religiosæ intulit civitati. Hæc itaque gestorum fides est.

2. Sed quantum ad sacramentum prophetiæ pertinet, in Christo Domino nostro impletum est, qui positus in carne, dum insectationem declinaret Judaicam, ad apostolos transiit, cum quibus et desideratum sibi cibum sumpsit; desiderio enim desideravit manducare pascha.

3. Ex quibus Goliæ, id est diaboli, arma sustulit. Fortis enim spolla ipse diripuit. His ergo, a quibus receptus est Christus, tribulationes induxit diabolus, et mortem. *Omnes enim, ut ait Apostolus, qui in Christo volunt pie vivere, persecutionem patiuntur (II Tim. III).* Et Dominus ait: *Si me persecuti sunt, et vos persequentur (Joan. XV).*

4. In Doeh autem Idumæo Judæ proditoris persona consilii, per quem ista operatus est diabolus, ut ejus proditiōne, facta in Christo, postea persecutionem Ecclesia pateretur, et occiderentur quamplurimi discipuli Christi, et sacerdotes, et pro nomine ejus persecutiones gravissimas perferrent.

## CAPUT XVI.

*De David et rege Achis.*

1. Interea David, cum fugeret Saul, latere voluit apud regem quemdam Geth, nomine Achis. Sed cum gloria ejus fulset commemorata, **522** ne per livorem rex, ad quem confugerat, aliquid in eum machinaretur, fluxit insaniam, et quasi furore correptus, mutavit os suum, desuebantque salivæ in barbam ejus, collabebaturque in manibus eorum, et prociēbat ad ostia portæ.

2. Et dixit Achis rex: *Quid huc mihi adduxistis istum? numquid deeront nobis furiosi? et sic eum dimisit.* Achis interpretatur, *quomodo est?* per quod significatur ignorantia, et verbum mirantis, et non agnoscentis. Quod in gente Judæorum impletum est, qui dum viderunt Christum, non agnoverunt, coram quibus mutavit os suum, et abiit. Erant enim ibi

CAP. XV. N. 1. Surrexit itaque David. Grialius mendose, ut arbitror, surrexit atque David. AREV.

2. Transiit. Grialius, transit. AREV.

4. Pro diabolus sæpe zabolus in Mss. occurrere notum est. AREV.

CAP. XVI. N. 3. Mutavit os suum in sacerdotio. In sacrificio, Pal. GRIAL.

Ibid. Et prociēbat. Quædam interjecta sunt ante hæc verba in Val. et Compl., quæ cum a reliquis omnibus, et ab Eucherio et Beda, abessent, neque cohærerent cum præcedentibus et sequentibus, recipienda non fuerunt. GRIAL.

Ibid. In sacerdotio. Ita reposui, quamvis Grialius in textu ediderit in sacrificio; in nota præferre videtur in sacerdotio. Post crucifixiōnem Mss. nonnulli addunt: *Admonet Dominus, et dicit: Nolite tangere christos meos. Reges itaque in gente Israel christi appellantur. Hoc enim nomen erat in regibus, quod a Saul cepit, cui David successit in regnum, atque inde*

A præcepta legis carnalis, erat sacrificium secundum ordinem Aaron, et postea ipse de corpore et sanguine suo instituit sacrificium secundum ordinem Melchisedech.

3. Mutavit ergo os suum in sacerdotio, mutavit in præceptis, dans aliud Testamentum, evacuata carnali operatione, atque inde collapsus est in manibus eorum, quando eum comprehendentes crucifixerunt. Et prociēbat ad ostium portæ, hoc est, humiliabat se, hoc est enim prociēdere usque ad ostium fidei nostræ, ostium enim portæ, initium fidei; inde incipit Ecclesia, et pervenit usque ad speciem, ut cum credit ea quæ non videt, mereatur perfrui, cum eum facio ad faciem videre cœperit.

4. Quod vero in illo quasi furore salivæ decurrerant super barbam ejus, Apostolus hæc aperit dicens: *Judæi signa petunt, et Græci sapientiam quærunt; nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam; ipsis vero vocatis Judæis, et Græcis, Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam, 523 quia quod stultum est Dei sapientius est hominibus, et quod infirmum est Dei fortius est hominibus.*

5. Non tantum salivæ attendantur, sed attende quia super barbam decurrunt. Quomodo enim in salivis infirmitas, sic in barba virtus ostenditur. Texit ergo virtutem suam corpore infirmitatis suæ, et quod forinsecus infirmabatur tanquam in saliva apparebat; intus autem divina virtus tanquam barba tegebatur.

## CAPUT XVII.

*De chlamyde Saulis præcisa a David.*

1. Dehinc in eremo Engaddi, cum persequendum David Saul appeteret, ingressus est David in speluncam, et ibi latebat. Sed rex improvisis exceptus insidiis, quod innocuo moliebatur, inciderat. Scriptum est enim: *Qui fodit foveam proximo suo, ipse incidit in eam (Proverb. XXVI).* David autem, bona pro malis retribuens, inimicum non occidit, sed pro testimonio facti oram chlamydis regis abstulit, eam facilius esset exceptum insidiis adversarium perdere magis quam fallere.

2. Quid ergo est quod iste fugiens a facie Saul in spelunca latuit? Quare autem lateit, nisi ut occulta-

cæteri reges Israel continuatione sacratæ consuetudinis ungebantur. In qua unctione figurabatur unus verus Christus, cui dictum est: *Unxit te Dominus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. . . Pro prociēbat ad ostium nonnulli miss. Codices prociēbat ad ostia. AREV.*

4. Apostolus hæc aperit. Alii: Apostolus hoc aperuit. AREV.

5. Non tantum salivæ attendantur. Ex Euch. AI.: *Non tanquam salivæ offendant. Non tanquam salivam attendas, Compl. GRIAL.*

Ibid. Non tantum salivæ, etc. Alii: *Salivæ enim significant stultitiam, salivæ significant infirmitatem. Sed quod stultum est Dei fortius est hominibus. Non tanquam salivæ attendas (al., salivæ offendant), sed attende quia subter barbam decurrunt. Post tegebatur alii addunt: Quid enim detrius pessimo rege Saul, qui etiam per inobedientiam in Deum peccavit? In quem etiam spiritus Domini malus insilliebat. AREV.*

retur, et non inveniretur? Quid est contegi spelunca, nisi contegi terra? qui enim fugit in speluncam, terra tegitur, ne videatur. Portabat autem terram Jezus, carnem, quam acceperat de terra, et in ea se occultabat, ne a Judæis inveniretur. Deus. Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent (I Cor. 11).

3. Quare ergo Dominum gloriæ non invenerunt? Quia spelunca se texerat, id est, carnis infirmitatem oculis objiciebat, et 524 majestatem divinitatis corporis tegmine, tanquam spelunçæ abdito occultabat. Illi ergo, non cognoscentes Deum, persecuti sunt hominem; nec mori potuit, nisi in homine, quia nec teneri potuit, nisi in homine. Opposuit ergo male quærentibus terram, servavit bene quærentibus vitam.

4. Fugit ergo secundum carnem in speluncam a facie Saul, quia passus est usque adeo se occultans Judæis, ut moreretur. Sed quare usque ad mortem voluit esse patiens, ut fugeret a facie Saul in speluncam? Etenim spelunca inferior terræ pars potest accipi. Et certe (quod manifestum est, et notum est omnibus), corpus ejus in monumento positum est, quod erat excisum in petra. Hoc ergo monumentum spelunca erat, illuc fugit noster David a facie Saul.

5. Tandem enim persecuti sunt illum Judæi, quoad usque poneretur in spelunca. Sed quid est quod persecutor ad purgandum ventrem speluncam ingreditur, nisi quod Judæi in Christum conceptam mentis malitiam, quasi odorem fetidum emisissent, et cogitata apud se noxia, factis deterioribus, dum Christum perimunt, ostenderunt?

6. Sed tamen David Saulem occidere noluit, et cum eum in abdito occultatum antro haberet in potestate, reservare potius quam occidere maluit; ita et Christus, dum esset in spelunca carnis, persecutorem populum in potestate habuit, et non occidit. Scriptum enim erat de eis per prophetam: *Ne occideris eos*. Tantum denique David summitatem chlamydis ejus silenter abscidit, ut ostenderet prophetia Christum Judæos non occidisse, sed eis tantum regni gloriam abstulisse, sicque eos persecutione sua vacuos sede vel imperio reliquisset.

7. Chlamydis enim abscisio regni est amputatio: hoc etiam alio loco idem Saul, cum per inobedientiam peccasset, ostendit. Nam cum veniam precaretur, rogaretque Samuelem ut reverteretur cum illo ad placandum Deum, et noluisse, atque, convertens faciem suam, abiisset, tenuit Saul pinnulam vestimenti ejus, et disruptit eam.

8. Et dixit ad eum Samuel: *Disruptit Dominus regnum Israel 525 de manu tua hodie, et dabit illud proximo tuo, et dividetur Israel in duo*. Populi ergo

CAP. XVII. N. 3. *Nec mori potuit, etc.* Alii: *Nec mori potuit, nisi in homine; nec crucifigi potuit, nisi in homine*. Opposuit, etc. AREV.

7. Grialius hoc loc. edidit disruptit, et n. seq. disruptit. AREV.

8. Vulgata, cap. xv, 28, lib. I Regum: Scidit Do-

A Israel personam figurate gerebat rex iste, qui populus amissurus erat regnum, dum persequitur Christum.

### CAPUT XVIII.

*De hasta ablata Sauli a David.*

1. Quod et sequenter iterum demonstratum est, quando idem David fugiens a facie ingressus est in castra regis, et cum dormientem invenisset, non percussit, non occidit, sed solam lanceam, quæ erat ad caput ejus, et lentieulam sustulit, dormientibusque eunctis, egressus de castris, transivit in cacumine montis.

2. Quid est hoc? persequebantur namque Judæi Christum, sed persequendo dormiebant, quia non vigilabant corde. Duritia enim cordis obdormitio est. Dormiunt in vitam veterem, non vigilant in novam.

3. Venit Christus, non eos occidit, sed tulit ab eis scyphum aquæ, id est, gratiam legis; tulit et sceptrum regale, regni scilicet potestatem, quam pro maximo habebant, et unde se protegebant temporaliter, et quam adversus Deum per incredulitatem gerebant. Et deinde victor David noster, de castris eorum regressus, transcendit in altitudinem montis celorum.

### CAPUT XIX.

*De pugna David cum Amalechitis.*

1. Interea fugiens David, dum pergeret cum Achis rege Philistinorum in prælium adversus Israel, insurgentes Amalechitæ irruerunt in Siceleg, et succedentes eam, captivarunt omnia quæ erant David et puerorum ejus. Reversus ergo David ad persequendos Amalechitas, invenit Ægyptium puerum lassentem, quem Amalechitæ ægrotum in itinere reliquerant.

2. Hunc autem David inventum cibo refecit, ducemque sui 526 itineris fecit. Sicque Amalechitas persequitur, epulantesque reperit, et funditus extinguit. Quid est enim, quod Ægyptius Amalechitæ puer in itinere lassatur, nisi quod amator præsentis sæculi peccati sui nigredine opertus, sæpe ab eodem sæculo infirmus despectusque relinquitur, ut cum eo nequaquam currere valeat, sed fractus adversitate torpescat?

3. Sed hunc David invenit, quia Redemptor noster veraciter manu fortis nonnunquam quos despectos a mundi gloria reperit, suo amore convertit, cibo pascit, quia verbi scientia reficit. Ducem itineris fecit, quia suum etiam prædicatorem facit.

4. Et qui Amalechitam sequi non valuit, dux David efficitur, quia is quem indignum mundus deseruit, non solum conversus in suam mentem Deum recipit, sed prædicando hunc etiam usque ad aliena corda perducit. Quod videlicet dux, David Amalechitam convivantem invenit, et extinguit, quia Christus, ipsis prædicantibus, mundi lætitiã destruit, quos mundus comites habere desepxit.

*minus regnum Israel a te hodie, et tradidit illud proximo tuo meliori te.* AREV.

CAP. XVIII. N. 1. *Ingressus est, etc.* Al.: *In castra regis, cum dormientem offendisset, non percussit, non occidit.* Pro cacumine melius esset cacumen. AREV.

## CAPUT XX.

*De Saule pythonissam consulente.*

1 Post mortem autem Samuelis congregati sunt Philistini contra Israel, Consulitque Saul Dominum, et non respondit ei. Quæsit autem Saul pythonissam, quæ suscitaret illi Samuelem. Statimque suscitatus ait ad eum: *Quare inquietasti me ut suscitarer? Et quæritur secundum historiam utrum pythonissa ipsum prophetam de inferno evocaverit, an aliquam imaginariam illusionem fallacia dæmonum factam.*

2. De qua questione beatæ memoriæ Augustinus episcopus Simpliciano Mediolanensi episcopo ita scripsit: *Inquiris, inquam, utrum potuerit malignus spiritus excitare animam iusti, et tanquam de abditis mortuorum repagulis, vel receptaculis evocare, et ut videretur, et loqueretur cum Saul.*

527 3. Nonne majus mirandum sit quod Satanas ipsum Dominum assumpsit, et constituit super pinnam templi? Quolibet enim modo fecerit, factum est. Ita et modus quo Samueli factum est ut excitaretur, similiter latet, nisi forte quis dixerit faciliorem diabolo fuisse licentiam ad Dominum vivum unde voluit assumendum, et ubi voluit constituendum, quam ad Samuelis spiritum defuncti a suis sedibus excitandum.

4. Quod si illud in Evangelio nos ideo non conturbat, quia Dominus voluit, atque permisit, nulla diminutione suæ potestatis et divinitatis id fieri, sicut ab ipsis Judæis, quanquam perversis atque immundis, et facta diaboli fuculentibus, et teneri se et vinciri, et i ludi, et crucifigi, atque interfici passus est; non est absurdum credere, ex aliqua dispensatione divinæ voluntatis, permissum fuisse ut non invitus, et dominante magica potentia, sed volens atque obtemperans occultæ dispensationi Dei, quæ pythonissam illam et Saulem latebat, spiritus prophete sancti se ostenderet aspectibus regis, divina enim sententia percussurus.

5. Quanquam in hoc facto potest esse alius facilius intellectus, ut non vere spiritum Samuelis excitatum a regie sua credamus, sed aliquod phantasma, et imaginariam illusionem diabolicis machinationibus factam; quam propterea Scriptura nomine Samuelis appellat, quia solent imagines earum rerum nominibus appellari quarum imagines sunt. Sicut omnia quæ pinguntur atque

CAP. XX. N. 1. An aliquam, etc. Al.: *An aliqua imaginaria illusionem fallacia dæmonum facta.* AR: v.

2. Augustinus Simpliciano. Lib. II, q. 3, et ad Dulcitium, q. 6. GRIAL.

Ibid. *Malignus spiritus. Immundus spiritus.* Augustinus et Euch., quamvis maligni ibidem postea vocentur. GRIAL.

Ibid. *Repagulis vel. Næ voces non sunt apud Augustin. aut Euch.* GRIAL.

3. Quolibet enim modo fecerit hoc ille, factum est; ita et modus quo Samueli factum est ut excitaretur similiter latet. Ita omnino legendus hic locus, etiam apud Augustinum manens, ut rō factum est, quod semel tantum, sed non eodem in loco apud utrumque positum erat, apud utrumque repetatur, atque alter alteri subsidius sit. GRIAL.

Ibid. *Fecerit, etc. Al., fecerit. Factum est istud, ut excitaretur. Al.: Fecerit, factum est, ita ut Samuel excitaretur, minus bene.* Grialius in nota videtur voluisse: *Quolibet enim modo fecerit hoc ille, factum est.* In textu

A *pinguntur earum rerum quarum imagines sunt nominibus appellantur, sic hominis pictura, cum pingitur, proprium quodque nomine incunctanter adhibetur, et dicitur: Ille Cicero, ille Sallustius, ille Achilles, ille Hector, hoc flumen Simois, illa Roma, cum aliud nihil sint quam pictæ imagines.*

6. Unde et cherubim, cum sint cælestes virtutes, *Actæ tamen 528 ex metallo, quod imperavit Deus super arcam Testamenti magnæ rei significandæ gratia, non aliud quam cherubim illa quoque figmenta vocabantur. Item dum quisque videt somnium, non dicit: Vidi imaginem Augustini, sed: Vidi Augustinum, cum eo tempore quo aliquod tale aliquis vidit ignoraret hoc Augustinus.*

7. Usque adeo manifestum est non ipsos homines, sed imagines eorum videri. Et Pharaon spicas se dixit vidisse B in somniis, et boves, non spicarum, aut boum imagines.

Si igitur liquido constat nominibus earum rerum quarum imagines sunt easdem imagines appellari, non mirum est quod Scriptura dicit Samuelem visum, etiam si forte Samuelis imago apparuit ficto machinamento ejus qui transfiguratus est in angelum lucis, et ministros suos ornat velut ministros justitie.

8. Jam vero si illud, inquit, mores, quomodo a maligno spiritu Sauli vera prædicta sunt, potest et illud mirum videri, quomodo dæmones agnoverunt Christum, quem Judæi non agnoscebant. Cum enim vult Deus, etiam per infimos supremosque spiritus aliquem vera cognoscere, temporalia duntaxat ad istam mortalitatem pertinentia, facile est, et non incongruum, ut omnipotens et justus ad eorum penam quibus ista prædicantur (ut malum quod eis imminet antequam veniat præveniendo putiantur), occulto apparatu mysteriorum suorum, etiam spiritibus talibus aliquid divinationis impertiat, et quod audiunt ab angelis prænuntiant hominibus.

9. Tantum autem audiunt, quantum omnium Dominus atque moderator vel jubet, vel sinit. Unde etiam spiritus pythonis in Actibus apostolorum attestatur Paulo apostolo, et evangelista esse conatur (Act. XVI, 16). Miscent isti tamen fallacias, et verum, quod nosse potuerunt, non docendi magis quam decipiendi sine pronuntiant. Et forte hoc est quod cum illa imago Samuelis Saulem prædiceret moriturum, 529 dixit etiam secum futurum, quod utique falsum est.

omni-*it, hoc ille, quod certe necessarium non est.* AREV.

4. Non conturbat. Non perturbat, apud Augustin. et Euch. GRIAL.

6. *Ita quoque figmenta.* Ita apud August. in quest. ad Dulcitium. *Itæ quoque effigies,* apud eundem in lib. ad Simplician. GRIAL.

7. *Transfiguratus se in angelum.* Ita August. ad Simplician. *Transfiguratus se velut angelum,* ad Dulch. GRIAL.

Ibid. *Grialius in somniis pro in somniis; et se velut angelum,* quamvis in nota præferre videatur se in angelum. AREV.

8. *Etiam per infimos infernosque spiritus aliquem vir. cogn., utrobique Augustinus. Per infimos supremosque spiritus,* apud Euch. GRIAL.

Ibid. *Alii, apud Augustinum, in infimos infernosque. Alii, infimos inferosque.*

Ibid. *Pro mysteriorum potiores Mss. Augustini habent ministeriorum, ut ministeris pro ministris accipiantur.* AREV.

10. Magno quippe intervallo post mortem separari a bonis a malis in Evangelio legimus, cum inter superbum illum divitem, cum jam apud inferos tormenta pateretur, et illum, qui ad ejus junctam ulcerosam jacbat, jam in requie constitutum, magnum chaos interjectum esse testetur (Luc. xvi, 26).

11. Aut si propterea Samuel ei dixit: Mecum eris, ut non ad æqualitatem felicitatis, sed ad parem conditionem mortis referatur, quod uterque homo fuerit, et uterque mori potuerit, jamque mortuus vivo mortem prænantabat, secundum utrumque igitur intellectum habere exitum hanc lectionem, qui non sit contra fidem, perspicit, opimior, prudentia tua; nisi forte profundiori inquisitione invenitur ad liquidum, vel posse, vel non posse animam humanam, cum ex hac vita migraverit, magicis carminibus evocari, et vivorum apparere conspectibus, etiam corporis lineamenta gestantem, ut non solum videri valeat, sed et agnosci. Et si potest, utrum etiam justis anima non quidem cogatur magicis sacris, sed dignetur ostendi, occultioribus mysteriis summæ legis obtemperans, ut si fieri non posse claruerit, non uterque sensus in hujus scripturæ tractatione admittatur; sed, illo excluso, imaginaria similitudo Samuelis diabolico ritu facta intelligatur.

11. Occultioribus mysteriis. Ita August. ad Dulcit. Imperiis, ad Simpl., et apud Euh. GRIAL.

Ibid. Grialius distinguebat: prænantabat. Secundum utrumque igitur, etc. Quæ distinctio retineri poterit, si legatur: Aut sic propterea, etc. Apud sanctum Augustinum deest igitur post utrumque; et ita clarior est sensus. AREV.

12. Hæc sunt quæ tunc de pythonissa. Sed vide quæ addit postea ad Dulcitium scribens in fine quæstionis. GRIAL.

CAP. XXI. N. 1. Qui cum potentes. Inter hæc leguntur in Val. plurima Gregorii verba e lib. iv Moral., cap. 4, de montium maledictione, quæ recte aliis ab aliis libris, et a Beda. Nam plane non coherent. GRIAL.

Ibid. Deflet. Cod. Flor. in 4<sup>o</sup> et alii hæc addunt, quæ ommissa voluit Grialius: « Nam quid est, quod ipse David, qui retribuentibus mala non reddidit, cum Saul et Jonathas bello occumberent, Gelboe montibus maledicit, dicens: Gelboe montes, nec ros, nec pluvia veniat super vos, nec sint agri primitiarum, quia ibi abjectus est clypeus Saul, quasi non esset unctus oleo. Quid ergo montes Gelboe, Saul moriente, deliquerunt, quatenus in eis nec ros, nec pluvia caderet, et ab omni eos viriditatis germine sententiæ sermo siccaret? Sed quia Gelboe interpretatur decursus, per Saul autem unctum et mortuum mors nostri Mediatoris exprimitur, non immerito per Gelboe montes superba Judæorum corda signantur.

12. Sed, quoniam sive illud fieri possit, sive non possit, tamen fallacia Satanæ atque imaginum simularum callida operatio decipiendis sensibus humanis multiformis invigilat, pedetentim quidem, ne inquisitionibus diligentioribus præscribamus, sed tamen potius existimemus, tale aliquid factum maligno spiritu pythonissæ illius ministerio, quandiu nobis aliquid amplius excogitare atque explicare non datur. Hæc sunt quæ tunc de pythonissa et Samuele scripsit beatissimus Augustinus.

## 550 CAPUT XXI.

De morte Saulis et Jonathæ.

1. Igitur exorto prælio, percurserunt Philisthæi Israel plaga magna, corrueruntque in prælio Saul et Jonathas. Quos denique pius propheta figuraliter deflet. Qui cum potentes essent, et semper hostibus prævalerent, sauciati illico ac vulnerati, in medio prælio corruerunt.

2. Quomodo, inquit, ceciderunt potentes in medio pugna? Hoc etiam modo pius Christianorum genus deflet eos qui, non repugnantes dæmonibus, labuntur in sæculo, quod est lubricum; Gelboe enim montes interpretantur lubrici montes.

Quæ dum in hujus mundi desideriis defluunt, in Christi casu, id est, cuncti per mortem aruerunt. Et quia in eis unctus rex corporaliter moritur, ipsi ab omni gratiæ rore siccantur. De quibus et bene dicitur: Neque sint agri primitiarum. Primitiæ quippe esse non possunt, quia superbia Hebræorum... primitivos fructus non fert, quia in Redemptoris adventu ex parte maxima in perfidia remanentes, primordia fidei sequi noluerunt. Sancta namque Ecclesia primitiis suis multitudinæ gentium secundata, vix in mundi fine Judæos, quos invenerit, suscipit, et extrema colligentes, quasi reliquias frugum ponit. De quibus nimirum reliquiis Isaias dicit: Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquæ salvæ fient. Dehinc iterum deflet idem propheta Saul et Jonathan dicens: Quomodo ceciderunt potentes in medio pugna? Qui cum potentes essent, et semper hostibus prævalerent, sauciati illico ac vulnerati, in medio prælio corruerunt. Hoc etiam modo pius Christianorum, etc. Pro id est, cuncti fortasse legendum, id est, victi; nam obscurum est cuncti. In Ms. inter verbum Hebræorum et primitivos videtur scriptum mente; ac fortasse legendum superba Hebræorum mens. Hæc, et similia fragmenta, quæ in nonnullis Codicibus exstant, et a Grialio aliquando exscribuntur, aliquando omituntur, non constat quidem esse Isidori; sed neque demonstrari potest ejus non esse, cum a stylo Isidori non abhorrent. AREV.

## IN REGUM SECUNDUM.

### 551 CAPUT PRIMUM.

Ne David templum ædificet.

1. Post mortem itaque Saul ungitur David, et regnat; transfertque arcam Testamenti in civitatem suam; qui cum vellet templum Domini ædificare, admonetur per prophetam a Domino ita: Non tu ædificabis mihi domum, quia vir sanguinum es.

CAP. I. N. 1. Totum caput e Greg., vii Moral. cap. 16. GRIAL.

2. Quid est igitur, quod erga exteriora bella laboranti David interdicitur ne domus Dei ab eo ædificaretur? Templum quippe Dei nos sumus, qui ad veram vitam in ejus inhabitatione construimur, Paulo attestante, qui ait: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos (I Cor. iii).

3. Sed vir sanguinum templum Deo edificare A prohibetur, quia qui adhuc actibus carnalibus incubat, necesse est, ut instruere spiritualiter Ecclesiam non presumat, quia nequaquam pure maculam in membro considerat oculum quem pulvis gravat, et superjectas sordes tergere non valët manus quæ lutum tenet.

## CAPUT II.

*De peccato David in Bethsabee.*

4. Nunc et peccatum David, quid in propheta signaverit, quanta possumus brevitate, perstringamus. Nomina quippe interpretata 532 satis ostendunt quid etiam hoc factum præfiguraverit. *David*, ut diximus, interpretatur *manu fortis*, sive *desiderabilis*. *Bethsabee* interpretatur *puteus satietatis*, sive *puteus septimus*.

2. Quamlibet autem harum nominis ejus interpretationem in id quod dicere intendimus assumamus, satis congruit. Nam in Cantico canticorum sponsa, quæ illi Ecclesia est, vocatur puteus aquæ vivæ (*Cant. iv*). Et huic puteo septenarii numeri nomen in Spiritu sancti significatione conjungitur, propter rationem Pentecostes, quo die de cælo missus Spiritus sanctus venit.

3. Ad quadraginta novem autem, quod est septies septem, unum additur, quo unitas commendatur. In hac ratione vivit apos olica illa sententia: *Sufferentes invicem in dilectione, studentes servare unitatem spiritus in vinculo pacis (Ephes. iv)*. Dono itaque spiritali, hoc est, septenario, facta est Ecclesia puteus satietatis, quia factus est in ea fons aquæ salientis in vitam æternam, quam qui biberit, non sitiet in æternum (*Joan. iv*).

4. Urias vero, qui fuerit maritus ejus, quid aliud quam diabolus nominis ejus interpretatione significat? Hujus erant pessimo conjugio deligati omnes, quos gratia Dei liberat, ut Ecclesia sine macula et ruga Salvatori proprio copuletur.

5. *Urias* namque interpretatur *lux mea Dei*, *Hethæus* autem *abscisus*, sive quod in veritate non stetit, sed a luce sua superna, quam de Deo habebat, superbiam merito abscisus est; sive quod cadendo, veris viribus perditis, transfiguratur se in angelum lucis, audens adhuc dicere: *lux mea Dei est*. Ergo iste quidem David graviter scelerateque peccavit; quod scelus ejus etiam per prophetam Deus arguit increpando, et ipse abluit penitentia.

6. Verumtamen ille desiderabilis omnibus gentibus, quasi in solario deambulans, quia in sole posuit tabernaculum suum, adamavit Ecclesiam super

3. *Qui adhuc actibus carnalibus incubat*. Ita lib. 0. *Incumbit*, apud Gregorium. GRIAL.

CAP. II. N. 1. Totum caput ex August., lib. xxii contra Faust., cap. 87. GRIAL.

2. *Forte, quæ illie Ecclesia*. AREV.

3. *Alii, quem qui biberit*. Grialius, *quem qui habuerit*. AREV.

4. *Alii: Jam vero qui fuerit*. Quod Urias allegorice diabolus indicaverit, dictum etiam in Allegoriis, num. 90. AREV.

5. *Lux mea Dei*. Al., *lux mundi*. AREV.

lectum se lavantem, id est, mundantem se a sordibus sæculi, et domum luteam spiritali contemplatione transcendentem, atque calcantem.

7. Et inchoata eum illa primæ conventionis notitia, postea 533 ab eo penitus separatim diabolus occidit, eamque sibi perpetuo connubio copulavit. Oderimus ergo peccatum, sed prophetiam non extinguamus. Amemus ipsum David, quantum amandum est, qui nos a diabolo per misericordiam liberavit.

8. Amemus istum David, qui tam grave in se vulnus iniquitatis penitentia et humanitatis confessione sanavit. Sed fortasse quis dicat: Si David imaginem Christi gerebat, quomodo multas uxores et concubinas habuisse scribitur, cum has res Christus et horrescat et damnet? Hoc enim pro figura *Sebat*; *B* mukæ enim uxores David multarum gentium et nationum imaginem indicabant, quæ per fidem Christi consortio jungentur.

9. Concubinæ vero ejus significant hæreticorum ecclesias, quæ sub Christi nominis titulo manere se gloriantur. Sed quia propter carnalia lucra sectantur Christum, non conjuges, sed concubinæ vocantur. Denique nunc reges, si plures habeant uxores, et concubinas, crimen est, quia jam transierunt figuræ, pro quibus uxorum vel concubinarum venia concedebatur; et nunc, quia figuræ transierunt, venia nulla datur.

## CAPUT III.

*De Absalom.*

1. Illud vero quid significet, quod parricida filius Absalom patrem insequens, primo pater ejus declinans fugit ante faciem ejus securus de victoria; qui aspiciebat imperium perire, quem etiam flevit magno luctu, et deploravit exitum parricidæ. Scribitur etiam fugisse David a facie bellantis adversus se filii.

2. Et quoniam scriptum est de populo Jerusalem: *Filios enutriti, et exaltati, ipsi autem spreverunt me (Isai. i)*; filius ergo ejus impius significatur tropicæ, id est, populus Judaicus, qui eum tradidit. *Absalom* autem, sicut quidam interpretatur, intelligitur *pater pax*. Quod mirum videtur in historia, quemadmodum patris pax possit intelligi, qui patrem bello persecutus est.

534 3. Sed qui diligenter ad allegoriam intendunt, inspicunt Absalom esse Jerusalem, quæ etiam ipsa pax interpretatur, a cujus facie Christus fugit, quando, eam patiendo deserens, in gentibus per fidem successit. Alii Absalom Judam traditorem intelligunt, quem tanta et tam admiranda patientia

7. *Ipsum David*. Al., *illum David*. Quod melius videtur. AREV.

CAP. III. N. 4. *Parricida filius... insequens pro parricida filio... insequente*, scilicet nominativus pro ablativo, ut alibi sæpe. AREV.

*Ibid. Qui aspiciebat imperium*. Al., *quia sciebat impium*. AREV.

3. *Corporis et sanguinis sui figuram*, hoc est, corporis et sanguinis sui sacramentum. Pater autem verba esse Græci alicujus Patris. GRIAL.



Christus pertulit, tanquam bonum, cum ejus cogitationes non ignoraret, cum adhibuit convivio in quo corporis et sanguinis sui figuram discipulis commendavit et tradidit.

4. Quod denique et in ipsa traditione osculum accepit, bene intelligit pacem Christum exhibuisse traditori suo, quamvis ille tam sceleratæ cogitationis interno bello vastaretur. Et ideo Absalom patris pax dicitur, quia pater habuit pacem, quam ille non habuit.

#### CAPUT IV.

*Quod David sitiens noluit bibere de aqua cisternæ Bethlehem.*

1. Item ipse David in prelio Philistinorum, cum sitiens conversaretur in bello, et aquam quæreret: Quis mihi, inquit, potum dabit de lacu, qui est in Bethlehem? Et ad portas erat inter lacum et David interfusus hostis, et media hostilium cinerantur castra castrorum. Præciderunt tres viri multitudinem adversariorum, et hausérunt aquam de lacu, qui erat in Bethlehem, et obtulerunt regi bibendam.

2. Sed rex noluit bibere, sed profudit illam Domino, dixitque: *Non contingat mihi hoc facere, ut sanguinem virorum, qui abierunt in animis illorum bibam.* Vicit ergo naturam, ut sitiens 535 non biberet, et exemplum de se præbuit, quo omnis exercitus tolerare sitim disceret. Quod si altius velis spectare, et introspicere mysterium, sitiēbat David, non aquam quæ est in Bethlehem, sed oriundum in eadem Bethlehem ex Virgine Christum in spiritu prævidebat.

3. Ergo volebat bibere non aquam fluminis, sed lavacrum ex latere Christi fluens, hoc est, non aquarum sitiēbat elementum, sed sanguinem Christi.

4. Quia pater habuit pacem, quam ille non habuit. Verba sunt Augustini in Psalm. II. Gregorius vero, in prolog. VII. psalm. penitential. : *Absalom autem patris pax interpretatur, non quod ei pax ul'a cum patre fuerit; sed quia quantæ pacis et patientiæ existit, ejus perversitate pater ostendit.* Hieronymus vero et Eucherius non patris pacem, sed patrem pacis interpretantur. Idem (Isidorus), Etymolog. VII, cap. 8, patris pacem per antiphrasin dictum putat. GRIAL.

CAP. IV. N. 2. *In animis illorum bibam.* Ἐν ψυχαῖς αὐτῶν πίωμαι, LXX. Ex quibus sunt etiam alia hujus loci verba. *Et animarum periculum bibam?* dixit Vulg. interpr. GRIAL.

3. *Sed lavacrum, etc. Al., sed lavacri aquam ex latere Christi fluentem.* Et mox non naturam aquarum fluentium pro non naturæ fluentium. AREV.

A Unde non bibit oblatam aquam, sed Domino fudit, significans sitire se Christi sacrificium, non naturæ fluentium, sed illud sacrificium, in quo esset remissio peccatorum, illum sitire fontem æternum, non qui periculis quæreretur alienis, sed pericula aliena deleteret.

#### CAPUT V.

*De psalmo XVII.*

1. Quæritur autem cur solus septimus decimus psalmus in libris Regum reperitur conscriptus. Nec immerito psalmus iste in Regnorum libris solus invenitur, quia regnum illud significatur ubi adversarium non habebimus. Titulus enim ejus est: *In die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, et de manu Saul.*

2. Quis enim figuratur in David, nisi ille qui venit secundum carnem ex semine David, qui utique in corpore suo, quod est Ecclesia, adhuc patitur inimicos? Unde illi persecutori, quem voce mactavit, et, in suum corpus trajiciens, quodammodo manducavit, insonuit de cælo: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Quando autem eruetur hoc corpus de manu omnium inimicorum ejus, nisi cum illa novissima ipmica destruetur mors, ut perveniat ad regnum Dei?

#### 536 CAPUT VI.

*Dè catalogo virorum fortium.*

1. Dehinc textitur catalogus virorum fortium in figura sanctorum; qui licet virtutum sublimitate proficiant, tamen usque ad excellentiam divinæ Trinitatis nequaquam attingunt. Inde est quod ibi scriptum est: *Usque ad tres non pervenit. Quis enim æquabitur Domino, aut quis similis erit Deo inter filios De (Psalm. LXXXVIII)?*

CAP. V. N. 2. *Quem voce mactavit.* Ita Mss. n. *Voce prostravit*, Eucherius, non perinde eleganter; sequitur enim: *Et in suum corpus trajiciens, quodammodo manducavit.* GRIAL.

*Ibid. Voces mactavit.* Ita etiam vetus Editio. Grialius in textu conservavit *voce prostravit*, quantumvis in nota præferat *voce mactavit.* AREV.

CAP. VI. N. 1. *Tamen usque ad excellentiam divinæ Trinitatis nequaquam attingunt.* Diversa est apud Eucherium allegoria. GRIAL.

*Ibid.* In Editione Grialii mendose nota in hunc locum irrepserat, qua indicabatur totum prope caput ex sancto Augustino sumptum; quæ nota a nobis rejecta est ad cap. 3 lib. seq., ad quod pertinet, quo in loco eadem nota aliqua ex parte repetita erat. AREV.

## IN REGUM TERTIUM.

### CAPUT PRIMUM.

537 *De Salomone.*

1. Succedit deinde Salomon, in quo quidem nonnulla imago rei futuræ facta est in eo quod templum ædificavit, et pacem habuit secundum nomen suum. Salomon quippe interpretatur *pacificus*. Ac per hoc illud vocabulum illi verissime congruit, per quem mediatorem ex inimicis, accepta remissione peccatorum, reconciliamur Deo. Etenim cum inimici

essemus, reconciliati sumus Deo per mortem ejus.

2. Idem ipse est ille pacificus qui fecit utraque unum, et medium parietem materiam solvens, inimicitias in carne sua, tegemque mandatorum decretis evacuans, ut duos conderet in se in unum novum hominem, faciens pacem his qui longe, et pacem his qui prope. Ipse in Evangelio dicit: *Pacem meam relinquo vobis.* (Joan., XIV). His et multis aliis testimoniis Dominus Christus pacificus esse monstratur.

CAP. I. N. 1. *In quo quidem, usque ad pacificus,* verba sunt Aug., XVII de Civitate Dei, cap. 8. GRIAL.

## CAPUT II.

*De templi ædificatione.*

1. Nam id, quod ædificavit templum excellentissimum Domino, et ibi Christum significat, qui ædificavit domum Deo in cœlestibus. **538** Non de lignis et lapidibus, sed de hominibus sanctis, hoc est, fidelibus, quibus dicit Apostolus: *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos (I Cor. III).*

2. Quod vero eadem domus lapidibus dedolatis atque perfectis ædificata est, et malleus, et securis, et omne ferramentum non est auditum in templo Dei, cum ædificaretur; quid enim domus illa, ut prædictum est, nisi sanctam Ecclesiam, quam in cœlestibus Dominus inhabitat, figurabat? Ad cujus ædificationem electorum animæ, quasi quidam expoliti lapides, deferuntur.

3. Quæ cum ædificatur in cœlis, nullus illic disciplinæ malleus resonat, quia dolati atque perfecti illuc lapides ducimur, et locis juxta meritum congruis disponamur. Hic enim foris tundimur, ut illuc sine reprehensione veniamus. Altitudo autem templi hujus dominici ad fidem refertur, longitudo ad spem, latitudo ad charitatem. His enim tribus virtutibus, quasi lineamentis, sanctæ Ecclesiæ cœlestis instructura consurgit.

4. Porro quod parietes templi interius ligno teguntur, hoc ob mysterium dominicæ crucis imaginatum est, sub cujus tutela proteguntur omnes sancti, qui indurptæ pacis perseverantia, tanquam lapides vivi in structura Ecclesiæ, unitate fidei solidantur. Et bene interius vestiitur ligno templum, quia corde creditur ad justitiam. Quod vero tempore dedicationis gloria Domini implevit domum, gloria Domini intelligitur Christus, cujus fide repletus est universus mundus.

5. De qua gloria cum pro adorato vitulo Dominum precaretur Moyses, ut parceret populo peccatori, respondit Dominus: *Propitius ero illis; verumtamen vivo ego, et vivit nomen meum, quia implebitur gloria mea omnis terra. Et septuagesimus primus Psalmus canit: Implebitur gloria ejus omnis terra. (Psalm. LXXI).* Unde et angeli clamabant pastoribus: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis (Luc. II).*

6. Quod autem nebula implevit domum Dei, et non poterant sacerdotes ministrare propter nebulam, hæc sententia superbos Judæorum pontifices ac doctores insinuat, qui dum nativitatis Christi sacramenta investigare despiciunt, debitum fidei suæ **539** ministerium per erroris nebulam perdidit. Ita enim eorum mentes infidelitatis caligo replevit, ut exigentibus propriis meritis non agnoscant cultum credulitatis.

7. Quod vero Salomon idem in eodem templo duodecim boves æreas fecit, quos in æreo labro consti-

CAP. II. N. 1. Nam id, quod ædificavit, usque ad ætatis vos, August., ibidem. GRIAL.

Ibid. Alii, excellentissimo. AREV.

2 Quod vero eadem domus, usque ad veniamus,

A tuit, qui facie quidem per diversas partes attendunt, sed in uno loco per posteriora colliguntur; quid enim aliud in duodecim bubus quam duodecim apostolos credimus designari, qui facie quidem per diversa respiciunt, sed ita in labro sunt positi, ut posterioribus aducentur? Qui in hac præsentis vita ad prædicationis officium in diversis mundi partibus sunt divisi; in illa vero vita, quæ huic vitæ posterior est, quia post hanc videbitur, in æterna gloriæ unitate conveniunt.

8. Per diversum ergo mundum prædicando respiciunt, sed in unum perveniendo consistunt. Ideo autem ærei, quia clamor prædicationis eorum in toto mundo insonuit, sicut scriptum est: *In omnem terram æxivit sonus eorum (Psalm. XVIII).* Labrum autem B orbem terræ intelligimus, cujus ambitum lustraverunt apostoli, docentes gentes, ut baptizarentur in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

## CAPUT III.

*De sapientia Salomonis.*

1. Locutus est autem Salomon tria millia parabolas, et fuerunt carmina ejus quinque millia; quid enim per tria millia parabolas, nisi plenitudo fidei in lege et in Evangeliiis a Christo tradita designatur? Quæ dum tota multipliciter per allegoriarum sensus sub mysterio Trinitatis disseritur, quasi tria millia parabolæ nuncupantur.

2. Carmina autem ejus quinque millia pro quinque sensibus corporis intelliguntur: quos qui in diversis virtutibus bene regit, beatus est, et per eos C quasi quinque millia carmina Domino canit. Disputavit autem Salomon a cedro usque ad hyssopum. Cedri nomine celsitudo gloriæ in electis accipitur, sicut et Propheta testatur, dicens: *Iustus, ut palma, florebit, et sicut cedrus, quæ est in Libano, multiplicabitur (Psalm. XCI).* Hyssopus autem herba humilis est saxo hærens, quæ signatur humilitas Christi.

3. Redemptor quippe noster a cedro usque ad hyssopum disputavit, **540** quia ab altera excellentia cœlestis gloriæ usque ad carnis humilitatem descendendo pervenit, siquidem et cedri nomine pravorum superbe elatio designatur, sicut per David dicitur: *Vox Domini confringentis cedros (Psalm. XXVIII).*

4. A cedro itaque Christus usque ad hyssopum disputavit, quia ipse pravorum corda et humilium iudicat. D Super ligna autem disputavit, dum in cruce pependit. Tunc enim in cedro sæculi arrogantiam inclinavit, quam etiam ad hyssopi humilitatem, id est, usque ad crucis stultitiam ac contemptibilem fidem deduxit.

## CAPUT IV.

*De iudicio Salomonis.*

1. Legitur quoque idem sapientissimus primum habuisse iudicium inter duas mulieres de pietate certantes; quarum in una dilectio ardebat, in altera simulatio subripiebat. In illo ergo iudicio Salomonis

verba sunt Greg., XXIV Moral., cap. 20. GRIAL.

Ibid. Dedolatis. Al., dolatis. AREV.

CAP. IV. N. 1. Vid. Aug., serm. 200 de temp. GRIAL.

Christi figura fuit, ubi mulier illa improba, plebs A scilicet Synagogæ, vel hæreticorum, veræ matris, hoc est, Ecclesiæ, filium appetebat, quem non ut reservaret, sed revera, ut interimeret, cupiebat.

2. Sed sicut, gladio Salomonis dirimente, propriæ matris gemitu teste verus repertus est partus, ita et spiritu Jesu Christi docente, plerumque hi qui a matre seducti et capiti sunt errore hæreticorum, nonnunquam merentur pro semetipsis gementem recognoscere Ecclesiam matrem. Unde satis convenienterque apparet hanc mulierem hæreticorum, vel Synagogæ figurasse impietatem, qui et suos nequiter nutriendo interimunt, et alienos quousque perdant, illiciendo persuadent.

#### CAPUT V.

##### *De regina Austri.*

1. Regina autem Austri, quæ ab intervallis ultimis excitata veniens, Salomonis audire sapientiam concupivit, jam tunc per illam 541 ventura de genibus regina desiderans Christum figurabatur, quæ juxta Prophetam est circumamicta varietate in vestitu deaurato (Psal. XLIV), et populi sui et paternæ domus oblita, currebat cum barbara gente, non animo; quæ in aperto peregrina, sed in occulto sanctorum fieri civis optabat.

2. Unde non solum præmio cœlesti resurrectionis beata, sed etiam potestate apostolica de Judæis adulteris judicandis ipsius ore judicis digna censeatur, quia Christum in Salomone mirata, verum reginæ cœlestis affectum in imagine mystica Ecclesiam C prævidentis impleverat.

#### CAPUT VI.

##### *De cæteris operibus Salomonis.*

1. Jam porro de cæteris operibus Salomonis quid dicam, quem vehementer arguit sancta Scriptura atque condemnat, et nihil de pœnitentia ejus vel in eum indulgentia Dei omnino commemorat? Nec prorsus occurrit quid saltem in allegoria boni significet hæc ejus flenda submersio. Nisi forte quis dicat mulieres alienigenas, quarum amore exarserat, significare Ecclesias electas de gentibus.

2. Posset hoc fortasse non absurde intelligi, si illæ propter Salomonem desererent deos suos, et colerent Deum ejus. Cum vero ipse propter illas offendit Deum suum, et coluit deos earum, non est D quid inde boni conjectari possit.

3. Nec tamen nihil arbitror significare, sed malum, sicut de uxore filiabusque Lot diximus. Apparet enim in persona hujus Salomonis mira excellentia, et mira submersio. Quod igitur in illo diversis

temporibus exstitit prius bonum, et posterius malum, hoc in Ecclesia in isto sæculo adhuc simul et uno tempore ostenditur.

4. Nam homo illius bonos Ecclesiæ, malo autem illius malos Ecclesiæ significatos puto: tanquam in unitate illius aræ, sic in uno illo homine, bonos in granis, malos in paleis, aut certe in unitate unius segetis, bonos in tritico, malos in zizaniis.

#### 542 CAPUT VII.

##### *De divisione decem tribuum.*

1. Illud vero, quod post mortem Salomonis decem tribus a templo separatæ sunt, et duæ relictæ, satis indicat quod de tota illa gente Apostolus ait: *Reliquæ per electionem gratiæ salvæ factæ sunt.*

#### CAPUT VIII.

##### *De Elia et virtutibus ejus.*

1. Quid autem significaverunt magni illi ac insignes prophætæ, qui etiam mirabilia multa fecerunt, Elias, et Eliseus discipulus ejus? Pascitur enim Elias tempore famis a corvis mane afferentibus panem, et ad vesperum carnes, ut intelligas illic Christum.

2. Cui quodammodo salutem nostram esurienti contententur peccatores, fidem primitias spiritus nunc habentes; in fine autem velut ad vesperam sæculi carnis resurrectionem. Mittitur Elias pascendus ad alienigenam viduam, quæ volebat duo ligna colligere priusquam moreretur. Non hic solo ligni nomine, sed etiam numero lignorum signum crucis exprimitur.

3. Benedicitur farina ejus et oleum, fructus et hilaritas charitatis, quæ cum impenditur, non defecisse dicitur: *Hilarem enim datorem diligit Deus (II Cor. 13)*. Vidua autem ista, ut opinor, Ecclesia significatur, quam Christus non frumenti, sed verbi pano pascibat. De qua dicit David: *Viduam ejus benedicens benedicam (Psal. cxxxi)*. Illam scilicet viduam quam Apostolus ait, mortuo viro, quibus velit nuptiis liberam esse (Rom. vii), quia, desinente lege, cui finis est Christus, ad gratiæ libertatem transitum faciens Ecclesia, Christo, quasi vidua legis, nupsit. Hujusnunc in vasis oleum gratiæ et benedictionis farina non deficit, in omnibus foris gentibus famæ manente.

543 4. Quarum cibi vitæ esuriem et fidei Trinitatis inediam congrue præfiguravit illa quodam triennio fames. Quod vero per Eliam in tempore siccitatis nubes illa apparuit, et postea futuræ pluvie signum in vestigio hominis ostensum est, significabat quod, nascente Christo in vestigio hominis, ad terras imber de cœlo descenderet, qui nos a peccato mundaret.

CAP. VIII. N. 3. Non defecisse dicitur. Al., non deficit. ARRV.

4. Qui nos a peccato mundaret. Al., qui fide sitientes animus irrigaret. ARRV.

CAP. VI. N. 1. Jam porro. Totum caput ex August., XII CONTR. FAUST., cap. 88. GRIMAL.

CAP. VII. N. 1. Ex August., XII CONTR. FAUST., cap. XXXIII. GRIMAL.

## IN REGUM QUARTUM.

## 544 CAPUT PRIMUM.

*De duobus quinquagenariis combustis.*

1. Misit rex implus duos quinquagenarios cum subditis suis militibus, ut exhibeant Eliam, qui divino igne consumpti sunt; tertius autem missus salvatur.

2. Quinquagenarius namque numerus poenitentiae confessio est, quo declaratur remissio peccatorum. Judaei ergo nolentes Christum Deum esse perfectum, nec principem poenitentiae, dicunt ad eum: *Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham nosti (Joan. viii)?* Hi futuro divini ignis incendio exstinguantur. Tertius autem quinquagenarius, quia conversus ad fidem Trinitatis poenitentiae sacramenta cognovit, indulgentiam meruit.

3. Queritur autem cur Elias vir sanctus super B quinquagenarios maledictionis sententiam sic intulit, ut perirent, dum scriptum sit: *Benedicite, et nolite maledicere.* Sanctus ergo Elias nequaquam illos se instigante maledixit, sed quod in divina praedestinatione cognoverat, prophetando praedixit; in Dei enim dispositione erat ita perire et quinquagenarios ad Eliae vocem, et Simonem ad Petri sententiam. Unde non ultionis voto sancti maledicunt, sed loquuntur quod in Dei voluntate esse noverunt.

## 545 CAPUT II.

*De Eliseo, et aquis sanatis.*

1. Postulatur Eliseus a populo, ut aquas Jericho steriles, et malignas sanaret. Accepit vas rude fictile, et adiecit in eo salem, et demersit illud in flumine, et statim sanatae sunt.

2. Quo facto praenuntiabat propheta quod Verbum caro fieret, et habitaret in nobis: inde in similitudinem Verbi salem, id est, sapientiam dedit; in vas fictile, in corpus scilicet humanum, immittens in aquam demersit, quod quidem significabat quia omnes populi, qui sub figura aquarum in toto mundo steriles erant, per Christi incarnationem fecunditatem et benedictionem accepturi essent.

## CAPUT III.

*De parvulis maledictis.*

1. Ipse quoque Eliseus figuram Christi gessit. Denique vocabulum ipsum *salus Dei* interpretatur. Salus autem Dei quis est alius, nisi Filius ejus, qui et Salvator utique vocatur? Parvuli vero illi illudentes

CAP. I. N. 2. *Nec principem poenitentiae.* Ita libr. o., et Beda. *Nec principem indulgentiae largitorem,* apud Encherium, quae scriptura videtur alterius interpretatio. GRIAL.

3. *Queritur autem,* etc. In multis Mss. omittitur totus hic numerus usque ad finem capituli. AREV.

CAP. III. N. 1. Vid. August., xii contr. Faust., cap. 35, et serm. 204 de temp. GRIAL.

2. *Sicut Eliseus ascendit.* Al., *sicut Eliseus ascendebat.* AREV.

CAP. IV. N. 1. Ex eod. August. lib. contr. Faust., et sermonon. 206. GRIAL.

CAP. V. N. 1. Ex eod. August. capite, et sermone

A salutis Dei, id est, Eliseo, Judaeorum habere personam, quia crucem Domini Salvatoris subsannabant. Quod dicunt: *Ascende, calve, ascende, calve,* quia in Calvariae loco Christus ascensus erat in crucem.

2. Quod vero conversus maledixit eos Eliseus, et venerunt duo ursi de silva, et interfecerunt quadraginta duos pueros blasphemantes; Ita et Christus post passionem suam, et resurrectionem ex mortuis, postea quam ascendit in caelos, sicut Eliseus ascendit Bethel, id est, domum Dei, conversus maledixit Judaeis. Et quadragesimo secundo anno ascensionis suae immisit duos ursos de silvis gentium, Vespasianum scilicet, et Titum, eosque crudeli strage dejecerunt.

## 546 CAPUT IV.

*De mortuo resuscitato.*

1. Misit Eliseus per servum baculum super mortuum, et non reviviscit: venit ipse, conjungit, et coapat se mortuo, et reviviscit. Misit sermo Dei legem per servum suum, et non profuit in peccatis mortuo generi humano.

2. Venit ipse descendens de caelorum sublimitate, quasi de montis altitudine, humiliavit se ipsum, conformavit se nobis, mortuisque membris sua membra composuit, nostraeque mortalitati de suo corpore medicinam aptavit. Denique super mortuum septies oscitat, et septiformem Spiritum humano dat generi, per quod vivificatum a morte peccatum resurgat.

## CAPUT V.

*De ferro exsiliante e flumine.*

C 1. Cum securibus ligna caederentur, de ligno ferum exsiliens, in profundum fluminis mersum est, atque in lignum, desuper ab Eliseo projectum, reversum est. Ita cum impios Judaeos per corpus operata praesentia Christi, tanquam infructuosas arbores, caederet, quia de illo Joannes dixerat: *Eccae securis ad radicem arborum posita est (Luc. iii),* eis interveniente passione corpus ipsum deseruit, atque ad inferni profunda descendit, quo in sepultura deposito, tanquam ad manubrium spiritu redeunte surrexit.

## CAPUT VI.

*De additione xv annorum Ezechiae.*

1. Decumbentem in lectulo Ezechiam, gravique aegritudine laborantem, 547 ex persona Domini Isaias propheta adorsus est, et praedicans illi quod

D 210. GRIAL.

*Ibid.* Alii, *ab eis pro eis.* Et postea: *In inferni profundum descendens, quod spiritu redeunte surrexit.* AREV.

CAP. VI. N. 1. *Decumbentem,* etc. Ita omnino legendum ex Cassiano, cujus sunt verba, collat. 47, c. 25, quomodo etiam lib. i, cap. 2, de Ochozia idem dixit: *Decumbenti regi exposita vestis qualitate compertus est.* GRIAL.

*Ibid.* *Decumbentem.* Al., *recumbentem.* Et mox *Ezechia,* et *laborante.* Postea, *ille aegritatem exorans,* ut sit nominativus absolutus. Et, *etiam deprecantis.* AREV.

moretur; illo autem exorante Dominum in ipso præstituto termino mortis, confestim Dominus vocem ejus audivit, et quindecim annos vitæ deprecantis [Fortè deprecanti] extendit. Qui numerus quindecim annorum quid sacramenti contineat mysteriique cognoscimus.

2. Nam, ut Apostolus ait: *Secundum quod quis operatus fuerit, ita recipiet (Rom. 11)*. Ideoque iste rex, quia Decalogum legis cum quinque libris Moysi integra conservatione compleverat, ideo quindecim annos secundum legis numerum, quam custodierat, ad vitam auctos accepit: per quod figuratè sciremus quia quicumque per numeri istius mysterium totius legis plenitudinem custodiunt, æternæ salutis præmium consequuntur, ac per legis consummationem ad vitæ æternæ plenitudinem transeunt.

3. Cujus quidem regis pro signo conferendæ salutis decem gradus domus suæ, in quibus umbra descendere consueverat, sol retrorsum ad ortum, unde decenderat, regressus scribitur. Qui numerus quid mysterii habeat videamus.

4. Nam gradus isti temporum ordines sunt, per quos umbra figurarum Christi decenderat, et per quos iterum sol justitiæ Christus post resurrectionem ascendit.

5. Primus itaque gradus descensionis de Deo in angelo fuit, quia magni consilii angelus erat (*Isai. ix, 6*). Denique et Jacob sic loquitur: *Et dixit, inquit, angelus Dei: Ego sum Deus, cui unxisti titulum, et vocasti totum (Genes. xxxi)*, ut et angelum et Deum ostenderet. Secundus gradus descensionis de angelo in patriarchis fuit, quia in omnibus, ut ait Apostolus, ipse est operatus (*I Cor. xii*).

6. Tertius in legis datione, quia et in lege ipse locutus est. Quartus gradus in Jesu Nave, ut populum in terram repromissionis iuduceret. Quintus in iudicibus, quia eundem populum per eos ipse regebat. Sextus in regibus Judæorum, quia in eis ipse regnabat. Septimus in prophetis, quia per eos est nuntiatus. **548** Octavus in pontificibus, quia ipse summus sacerdos est Patris. Nonus in homine. Decimus in passione.

7. Per hos enim decem gradus, quos ipse per um-

8. *Locus Isaie in Vulgata: Admirabilis, consiliarius, Deus fortis. AREV.*

**CAP. VII, N. 1. Qui dum.** Fortasse delendum qui. **D AREV.**

**CAP. VIII, N. 1. Jam ipsa in Babyloniam transmigr.** Totum prope caput ex xii contr. Faust., a cap. 34 usque ad 38. **GRIAL.**

*Ibid. Qui attenderit.* Al., qui attendere valeat. Pro

bram legis priscæ Christus descendit, ac rursus post resurrectionem suam sol justitiæ Christus per eodem gradus sursum ascendit in cælum, et omnem illam umbram legis veritatis radiis illustravit, obscura revelans, clausa reserans, et omnia tecta denudans.

#### CAPUT VII.

##### *De divitiis Chaldæis ostensis.*

1. Quod Ezechias divitias suas Chaldæis jaectantia ostentationis prodidit, et propterea perituras per prophetam audivit, significat Dei servum, qui dum virtutes vanæ gloriæ studio manifestaverit et prodiderit, mox eas perdere, et dæmones operum suorum dominos facere, sicut ille per ostentationis appetitum thesauros suos esse sub dominio Chaldæorum fecit.

#### CAPUT VIII.

##### *De transmigatione Israel in Babyloniam.*

1. Jam ipsa in Babyloniam transmigratio, quo etiam spiritus Dei per Jeremiam prophetam jubet ut pergant, et orent pro eis ipsis in quorum regno peregrinantur, quod in illorum pace etiam pax esset istorum, et ædificarent domos, et novellarent vineas, et plantarent hortos, quis non agnoscat quid præfiguraverit, qui attenderit veros Israelitas, in quibus dolus non est, per apostolicam dispensationem cum evangelico sacramento ad regnum gentium transmissum?

2. Unde nobis Apostolus tanquam Jeremias replicans dicit: **549** *Volo ergo primo omnium fieri deprecationes, adorationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, et his qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et charitate. Hoc enim bonum et acceptum est coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire (I Tim. 1).*

3. Ex hoc quippe etiam illis credentibus constructa sunt domicilia pacis, basilicæ Christianarum congregationum, et novellatæ vineæ populi fidelium, et plantati horti. Ubi etiam inter omnia olera granum illud sinapis regnat, sub cujus umbraculis longe lateque porrectis etiam altipeta superbia gentium, tanquam in cœli volatilibus, confugiendo requiescit.

*evangelico Grialius edidit Evangelio. Nonnulli Mss. Evangelio, omisso sacramento. AREV.*

2. *Vulgata: Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes... regibus, et his, qui... pietate, et castitate. Hoc enim, etc. AREV.*

3. *Christianarum. Grialius edidit, Christianorum; et infra altipetæ pro altipeta; aut, ut alii habent, appetita. Pro confugiendo, Al., confitendo. AREV.*

## IN ESDRAM.

### 550 CAPUT PRIMUM.

#### *De lxx annis captivitatis.*

1. Jam quod post lxx annos secundum Jeremiam

**CAP. I, N. 1. Nam quod etiam,** usque ad compungar, verba sunt August., xii contra Faust., c. 36.

prophetiam reditur ex captivitate, et templum renovatur, quis fidelis Christi non intelligat post evoluta tempora quæ septenarii dierum numeri repeti-

**GRIAL.**

*Ibid. Grialius in textu jam quod post, in not. na n*

tione transcurrunt, etiam nobis, id est, Ecclesiæ Dei ad illam coelestem Jerusalem ex hujus sæculi peregrinatione redeundum?

2. Per quem, nisi per Jesum Christum vere sacerdotem magnum, cujus figuram gerebat ille Jesus sacerdos magnus illius temporis, a quo templum ædificatum est post captivitatem? Quem propheta Zacharias vidit in sordido habitu, devictoque diabolo, qui ad ejus accusationem stabat, ablatam ei sordidam vestem, et datum indumentum honoris et gloriæ; sicut corpus Jesu Christi, quod est Ecclesia, adversario in fine temporum per judicium superato, a luctu peregrinationis in gloriam sempiternæ salutis assumitur.

3. Quod etiam in psalmo dedicationis domus apertissime canitur: *Convertisti luctum meum in gaudium mihi, concidisti saccum meum, et accinzisti me lætitia, ut cantet tibi gloria mea, et non compungar* (Psal. xxix).

#### CAPUT II.

*De vasis Domini in Babyloniā deportatis.*

1. Quod autem vasa Domini sacrificiis, vel sacramentis mysticis deputata, rex quondam Babylonius de Jerusalem abstulisse, 551 pariterque cum captivis abduxisse, et suis usibus deputasse legitur, miserante autem Deo, post solutam captivitatem vasa illa relata sunt non contracta, et divino rursum

quod etiam post. Alii, jam quod etiam post. Pro Jeremiæ alii habent *Esdrae*. AREV.

2. Alii, Christum verum sacerdotem. Et mox, *stabat ablata ei sordida veste datum*. AREV.

3. Alii: *Cantem tibi gloriam meam*. AREV.

cultui mancipata, rex Babylonius diabolus est, qui fidelium populum errorum captivitate vincitum de Jerusalem, id est, Ecclesiam, in Babyloniā, id est, confusionem hæreticæ pravitatis, abduxit.

2. Sed et partem vasorum, id est, sacramentorum simul cum captivis asportavit. Nam vasa sacramentorum ipsa sacramenta significant, per quæ divini cultus perfectio adimpletur. Detulerunt namque ex eis nonnulla secum hæretici. In primo nomen ipsam Christi, quo se Christianos utique dicunt, asportaverunt legem, Evangelium, Apostolum, psalterium, baptismum, amen, alleluia.

#### CAPUT III.

*De reditu populi in Jerusalem.*

1. Cum autem respectu Dei, ignorantix confusione relicta, populus ad Jerusalem, id est, visionem pacis, quæ est Ecclesia Dei vivi, duce Domino, redire festinat, hæc vasa, id est, sacramenta, secum deferens, non immutat, sed reportat utique integra; nec confringit, quasi in melius renovanda; sed ea templo restituit, usibusque divinis accommodat.

2. Ita ut ea secum non perdit, sed etiam apud impios servata fuisse, plebs restituta congaudeat. Nec delemus Evangelium, nec obliiteramus Apostolum, amen quoque et alleluia non commutamus, baptismum non iteramus.

Cap. II. N. 2. Alii, quo et Christiani utique dicuntur. AREV.

Cap. III. N. 1. *Relicta*. Al., *relictus*, ut intelligatur relictus populus. AREV.

## DE MACHABÆIS.

552 1. De Machabæis autem quid fratribus loquar, qui sub Antiocho rege pro sacris legibus dira tormenta perpassi sunt? Mater pia cum diversis suppliciiis urgeretur, non solum non flevit, sed et gaudentes hortabatur ad gloriam passionis.

2. Sic et mater Ecclesia gaudet, atque in martyribus suis collæatur, majoremque gloriam per martyria filiorum consequitur, dum eos per septiformem Spiritum superasse diabolum gratulatur. Quis poterit omnia quæ illis veteribus legis et prophetarum libris figurate annuntiantur, quantalibet brevitate perstringere? Nisi quis forte putat ingenio fieri, ut ea

1. *Quid fratribus loquar?* Al., *fratribus quid eloquamur?* AREV.

2. *Quis poterit omnia*, usque ad figuræ nostræ fuerunt, ex eod. lib., c. 37. GRIAL.

3. *Qui se Christianos*. Alii, *qui Christiani*, quod

quæ rerum ordine per sua tempora cucurrerunt ad mysticas significationes interpretando vertantur. Hoc forte Judæi possunt dicere, sive Pagani.

3. Eis autem qui se Christianos esse volent premit cervicem apostolica auctoritas, dicens: *Omnia hæc in figura contingebant illis* (I. Cor. x); et hæc omnia figuræ nostræ fuerunt, in quos finis sæculorum omnium venit, suntque universa mysticis consummata per Dominum nostrum Jesum Christum, cui laus est, et honor, et gloria, regnum et potestas cum Patre et Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

clarius est. Codex Florentinus in-folio, quo sæpe usus sum, exhibet in fine notam, qua assertitur descriptum eum fuisse ex exemplaribus satis fidei Machabæis regis Hungariæ. Quo ejus pretium commendatur. AREV.

## APPENDIX AD LIBROS REGUM.

**553** *De unitate fidei, et charitate, quae plenitudo legis est.*

1. Quid vir unus? Non solum ille unus dicitur, sed omnes competentes unus dicuntur. Unam sapientiam omnes habentes unum Christum Jesum constituentur; in uno spiritu Dei replentur; inde dicit Apostolus: *Omnes quidem currunt, sed unus accipit palmam* (1 Cor. ix, 24).

2. Unusquisque insipientium non est unus, sed multi, quia per Scripturam insipiens, sicut luna mutatur. Luna cum videatur una esse per substantiam, per mutationem dierum semper a semetipsa alia est, et diversa; sic peccatores, qui mutantur semper scientia, et capiunt diversa.

3. Unus autem dicitur Deus, non de numero, sed quia nunquam a semetipso alter efficitur. Ideo nunquam mutatur, ut est: *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient* (Psal. ci, 28).

4. *De monte Ephraim.* Id est, non de vallibus, neque de campis, non de collibus. De monte Ephraim, qui interpretatur *fructificatio*; id est ergo, de monte frugifero, Dominus inquit: *Dominus montium, non convallium.*

5. Elcana interpretatur *possessio Dei est.* Vir ille habuit duas uxores: prima nobilior Anna sterilis erat, ut fuit prima uxor sterilis Abraham Sarra nobilior; secunda Aegyptia Agar ignobilior fuit. Et effectus est Abraham pater de ignobili, sic tamen post de nobili conjugis pater.

6. Ita Elcana, qui *possessio Dei*, prius de secunda uxore efficitur pater, quia clauserat Deus vulvam eius Annae; ut prius vulvam Sarrae. Post partum Phenennae aperuit Deus vulvam Annae. Phenenna interpretatur *conversio*, Anna *gratia* interpretatur.

7. Qui vult effici possessio Dei ducet has duas uxores, et jungat sibi primum eam quae nobilior est, gratiam; haec enim prima per fidem conjugitur, ut Apostolus ait: *Gratia enim Dei salvati estis per fidem* (Ephes. ii, 8). Secundae conjugitur Phenennae, id est, conversioni, quia post gratiam credulitatis inorum emendatio fit.

8. Prima filios nobis generat Phenenna, quia primos nobis fructus proferimus. **554** Et nisi convertamur a malo, non poterimus effici patres de Anna. Phenenna filios habet, sed qui non assistunt; nec tamen inanes, nam de sacrificiis divinis edunt.

9. Unusquisque ergo, qui convertitur a peccato, ex conversione generat opera justitiae. Et postea excitata Anna per zelum bonum precem fundit Domino, ut ipsa filios generet, qui assistant Deo, hoc est, filios gratiae, qui Deo vacent. In Evangelio hujus historiae forma ostenditur.

10. Videlicet Martha sagittat circa frequens ministerium: explet opera conversationis, et per haec velut filios conversationis generat. Et Maria sedens

1. Fragmentum hoc, ut dixi in Isidorianis, cap. 102, n. 25, in Codice Vatic. Palat. 276, commentario Isidori in lib. quartum Regum annexum est eodem contextu. Quamvis titulus sit *De unitate fidei*, etc., re tamen vera est expositio quorundam locorum librorum Regum, et a primo libro, cap. i, l. initium ducit, scilicet: *Fuit vir unus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim*, etc. Pro competentes fortasse legendum *competenter*, etsi illico negatur insipientes esse unum.

2. In Ms. est *cum videtur*. Insipientes multi dicuntur, quia stultorum innumeratus est numerus, et hoc sensu nonnulli intelligunt quod dicitur, *multi multa loquuntur*, quia stulti sunt loquaces.

PATROL. LXXXIII.

A secus pedes verbi Domini, optimam partem dicitur elegisse, et intelligitur velut gratia gemina procreare.

11. Sic Anna generat filium Samuel, qui Deo assistit, de quo dicitur: *Moses et Aaron in sacerdotibus ejus et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus* (Psalm. xcvi, 6); quod interpretatur: *Ubi ipse Deus.* (Ubi enim spiritus gratiae, ibi dicitur Deus, ut Paulus dicit. Et cadens in faciem adoravit Deum dicens: *Vere Deus in vobis est.*)

12. Nisi praecedant opera conversionis, non possumus dona spiritus generare in Silo. *Silum* nomen loci, in quo offerebantur sacrificia, priusquam templum aedificaretur in Jerusalem, et purgatio fiebat peccatorum. *Silum* interpretatur *evulsio*, sive *excalceatio*, id est, *calceamenti resolutio*. Locus autem, in quo purgantur peccata, *evulsio nominatur*, ubi *evellitur cor lapideum*; et *excalceatio*, quia omnes, donec ad locum veniamus sanctum, *calceati sumus*; cum autem perveniamus ad eum, *discalceari jubemur*.

13. Ut Moysi dicitur: *Solve corrigiam calceamenti tui, locus enim in quo stas terra sancta est* (Exod. iii, 5), ut indicia mortalitatis abiceret, quae in calceamenti pelliceis designantur. Unde Salvator dicit: *Neque calceamenta in pedibus vestris, quippe qui illam viam incederent. Qui dicit: Ego sum via, et veritas, et vita. Nemo enim viam vitae cum indicio mortalitatis incedit.*

14. *Silum*, ubi est Heli, vir minus laudabilis; pro peccato enim retrorsum corruens expiravit. Si quis retrorsum convertitur a fide, et veritate, necesse est ut cadat, et continuo moriatur.

15. Heli interpretatur *extraneus*; extraneus quippe a Deo, qui non tenet disciplinam, et filium non cogitat, non corripit, aut emendat, qui indulget vitiiis. Filius Heli Ophni interpretatur *excelsus conversationis*, quia longe efficitur ab emundatione, haec convertit ad Dominum.

C 16. Duo Phinees novimus in Scriptura, illum justum filium Aaron, **555** et injustum filium Heli. significatur Phinees *oris obturatio et ori parcens*. Sunt in sacerdotibus hodie uterque: qui parcat ori suo, et omnis sermo malus in sacerdote non procedit. Phinei filio Aaron comparatur. Comparantur filio Heli hi sacerdotes qui obturatum os habent, sive imperitia, vel vitio, sive conscientia peccatorum.

17. *Donec amoveret eum a lacte.* De rationali lacte Annae Samuel depellitur, quia qui Deo offertur, offerri ante non potuit, quam depelleretur a lacte; quando puer est sensibus, Paulus dicit: *Lac vobis potum dedi, non escam.*

18. Omnis qui primo ab haerese ad fidem vertitur, a lacte alitur: alienus est sermo justitiae, et non habet sensus ad discretionem boni et mali. Parvulus non potest ascendere ad templum Dei, et ad mini-

3. Forte, *ut est scriptum: Tu autem, etc.*

8. In Ms. *Phenennae filios habuit.*

9. In Ms. *erat vacat.*

10. Pro *conversationis* praestiterit *legere conversionis*. Mendosum videtur *gratia gemina*.

13. Ms. *incederat*. Forte *incedebant*. Haec et seqq. pertinent etiam ad cap. ii lib. I Regum. In Vulgata, loc. cit. Exod., est: *Solve calceamentum de pedibus tuis.*

15. Forte, *filium non castigat. . . longe efficitur ab emendatione.*

16. Forte, *ut omnis sermo malus in sacerdote non procedat.*

18. Forte, *alienus est a sermone justitiae.*

steria sacerdotum interesse; sed nec mater ejus A  
ascendit, cum posset ascendere; gratia enim est ma-  
ter ejus, quæ servat eam, et enurit.

19. Et oravit Anna, et dixit: Non invenitur orare,  
nisi per duo verba tantum, et dicit: *Lætata sum in  
salutari tuo.* Et aliud est: *Quia non est Deus præter  
te.* Apostolus autem dicit: *Orate sine intermissione  
(I Thess. v. 17).*

20. Is, qui in divino versatur officio, omnij gesta  
ejus, dictaque ad orationem reputantur, quia justus  
sine intermissione quæ justa sunt agit. Propter hoc  
sine intermissione justus orabit. Et in Psalmis dicit:  
*Elevatio manuum meorum sacrificium vespertinum  
(Psalm. cxi).*

21. Elevat manus actus suos. Aliter, Moyse ele-  
vante manum, vincebat Israel, demittente vero, vin-  
cebat Amalech, quia donec famulus elevat actus suos  
ad Dominum, vincit plebs Dei; cum autem demiserit  
actus suos, vincit Amalech inimicus Dei.

22. Anna inquit: *Exultavit cor meum.* Necessario  
addidit, in Domino. Ut Paulus dicit: *Gaudete in  
Domino (Philipp. iv, 4).* Quia potest quis gaudere in  
corpore. Cum autem homines laudant, non in Domino  
gaudeo; si gaudeo, pungetur.

23. Propter verbum Domini cornua justorum. Id  
vel dicentes: *In te inimicos nostros ventilabimus cornu  
(Psalm. xliii, 6).* In Græco læta testatio. Quia ergo  
cornu petimus, vel cornu ventilabimus. Cornua justis,  
quia de crucis Christi apicibus justis conferuntur.

24. In his destruemus adversarias potestates de  
anima nostra. Dein plantatur in nobis vinea. Dilata-  
tum est os meum, id est, per meditationem verbi  
Dei ad elevationem cordis venimus, etiam Apostolo  
dicente: *Os meum dilatatum est ad vos, o Corinthii  
(II Cor. vi, 11).* Ex altitudine enim cordis ori sapien-  
tia ministratur.

25. Quia dilatatus sum in salutari tuo, id est, si  
lætatus fuero in salutare Domini, tunc dilatatum est  
os meum. *Non est sanctus, sicut Deus.* Distinctione  
utitur: non dicit, nisi Dominus, sed nullus est, sicut  
Dominus. *Non est Deus, præter te,* id est, nihil eor-  
um quæ sunt naturaliter. *Qui solus es;* cui, quod  
es, a nullo datum est. Nam et umbra 556 ad com-  
parationem corporis non est, et fumus ad compara-  
tionem ignis non est.

26. Nolite multiplicare loqui excelsa. Ut Salomon  
dicit: *Altiora te ne quæveris (Eccli. iii, 22).* De qui-  
bus præcipitur tibi hæc intelligere: *Nolite multipli-  
care loqui,* nisi de Patre, et Filio, et Spiritu sancto,  
et plenus manifestum fiat, quod loquimur? Post hæc  
tria nihil loquaris.

27. Non exeat inaniloquium de ore vestro, ut  
Apostolus ait: *Quis me liberabit de corpore mortis  
hujus (Rom. vii, 24)?* Aliter: *Angelus Satanæ, qui  
me colaphizat (II Cor. xii, 7).* Id est, ne magna de  
me ipso loquar. Non exeat magiloquium de ore  
vestro. *Non declines cor meum in verba malitiæ ad  
excusandas excusationes in peccatis (Psalm. cxi, 4).*

28. Et Salomon dicit: *Occasiones quærit piger, et  
dicit: Leo foris.* Item dicit: *Diabolus subsannabit me,  
ut malier me seduxit (Proverb. xviii, 1; xii, 15).*  
Justus primum accusator sui est. Injustus non est  
sui accusator, sed aliorum. Donec quis peccat, neque  
injustus est, nec accusator sui. Non enim qui agit  
accusat.

29. Arcus potentium infirmatus. Si indutus sis ar-

22. Forte: *Si gaudeo; et non in Domino gaudeo,  
pungetur.*

24. Vulgata: *Os nostrum patet ad vos, o Corin-  
thii, cor nostrum dilatatum est.*

26. In Vulgata: *Nolite multiplicare loqui sublimia.*

28. Cap. xviii Proverb. : *Occasiones quærit, qui  
vult recedere ab amico.* Et cap. xii: *Dicit piger: Leo  
est foris.* In Ms. fortasse deest aliquid.

33. Pro sustinuisse malleum substituisse, seu adhi-  
buisse. Verum non satis hæc coherent cum exposi-

mis Dei, scuto fidei, et galea salutis, et gradibus spiri-  
tus, arcus potentium munimentis tactus firmabitur.  
*Et infirmi accincti sunt robore, ut est: Quæ stultus  
sunt mundi elegit Deus, ut confundat fortia (I Cor.  
xii, 8).*

30. Infirmus populus est gentilis, qui alienus a  
Testamento Dei adeptus est fortitudinem, ut Pro-  
pheta dicit: *Fortitudo mea et laudatio mea Dominus  
(Psalm. cxvii, 14);* id est, fortitudo ipse Christus  
est. Usque sterilis mater nostra est Ecclesia. Et hæc  
peperit septem, id est, septenarium numerum.

31. Caro mea habens plurimos fructus carnis,  
fornicationem, immunditiam, impudicitiam, idolola-  
triam, veneficia, contentiones, simulationes, incita-  
tiones, dissensiones. Sterilis, id est, anima; nam  
aliquando non afferebat fructus justitiæ; nec per  
fidem Christi reperta est spiritu sapientiæ, et intel-  
lectus, et consilii, et fortitudinis, et scientiæ, et pie-  
tatis, et timoris Dei.

32. Deus mortificat, et vivificat. Mortificat me, cum  
essum mortuus peccato, et tunc vivificat me, cum  
me facit vivere Deo. Verus David, servans oves patris  
sui, apprehendit leonem, et interfecit. Titulus psalmi  
est: *Ipsi David, quando filius persequabatur eum.*

33. Hoc factum legitimus in libris Regum, illum non  
dilectum inique, sed humiliatum pie, accepisse a  
Domino disciplinam, sus inussæ medicinam, non  
retributionem iniquitati. Ille David laudabilis, sed  
alius David fortis manu Domini Jesus Christus.

34. Præterita enim illa facta figuræ futurorum  
erant. Agnoscamus quemadmodum et Christum filium  
suis persequabatur. Habebat Christus filios, 557  
de quibus dicebat: Non jejunant filii sponsi; quan-  
diu cum illis est sponsus. Inter hos fuit persecutor  
Judas.

#### De proximi vel defuncti fratris copula.

35. Ex lege proximo defuncti vel fratri copula  
C deferebatur ejus uxoris, ut semen fratris vel proximi  
auscultaret. Inde est quod Ruth, licet ipsa alienigena,  
tamen quia maritum habuerat ex Judæis, qui relique-  
rat superstitem proximum, eam colligentem mani-  
pulos suæ messis, quibus aleret socrum, Bez vidit,  
et amavit.

36. Non aliter eam accepit uxorem, nisi calcea-  
mentum ejus ante solvisset, cui uxor debebatur ex  
lege. Historia simplex, sed alta mysteria; aliud enim  
gerebatur, aliud figurabatur. Designabatur enim futu-  
rus ex Judæis Christus, qui proximi sui, hoc est, populi  
mortui semen doctrinæ celestis semine resuscitaret.

37. Cui calceamentum nuptiale Ecclesiæ copu-  
landæ perscripta legis spiritualia deferebant? Non  
Moyses sponsus. Illi enim dicitur: *Solve calceamenta;*  
ne ex similitudine nominis sponsus Ecclesiæ crede-  
retur. Non alius sponsus, sed solus Christus erat,  
de quo dixit Joannes: *Qui habet sponsam, sponsus  
est (Joan. iii, 29).*

38. Illius igitur calceamentum solvitur; hoc  
D solvi non potest, sicut Joannes: *Non sum dignus,  
inquit, solvere corrigiam et reliqua.* Solus ergo sponsus  
Christus est: cui illa veniens ex gentibus sponsa  
ante inops, atque jejuna, sed jam Christi quæse  
dives, innubaque, manipulos fecundæ segetis verbi  
reliquias gremio li at mentis interno, ut exhaustam  
illam viduam morte filii atque inopem defuncti populi

gione Cantici Annæ: *Deus mortificat, etc.*

35. Hæc pertinent ad librum Ruth, qui libri Judi-  
cum veluti appendix est, ac præfatio ad libros Re-  
gum. In Ms. est proximi supra proximo, et fratris  
pro fratri, et quia reliquerat, et eamque colligentem.

36. Hic erat mos antiquus in Israel, de quo  
cap. iv, 7, libri Ruth, ut qui juri suo cedebat solve-  
ret calceamentum suum, et daret proximo suo.

38. In Ms., *innubaque, et nobis pascat.*



matrem novis pascat alimentis, non relinquens de-  
situm, et novos quærens.

39. Solus ergo sponsus est Christus, qui nec syn-  
agoge ipsi manipulos suæ measis invidet. Utinam  
se non ipsa excluderet, habuit, quos per se colle-  
gisset, quia populus ejus mortuus est, quasi filio  
indigena defuncto per Ecclesiam manipulos, quibus  
viveret, colligebat, quos veniens in exultatione  
portabam, sicut scriptum est, *Venientes autem venient,  
et reliqua.*

40. Elcana pater venerabilis Samuelis, qui erat pos-  
sessio Dei; Helcana quippe in possessionem Dei  
transfertur; animi virtute vir dicitur, et non solum  
vir, verum etiam vir unus appellatur. Non enim in  
diversa vagabundus, velut mœchus, atque instabilis,  
ferbatur, sed firmus, atque inconcussus persistens  
vir unus erat.

558 41. Et ideo in monte Ephraim frugifero  
morabatur, in alta scilicet contemplatione virtutum,  
ut a nullis subjacentibus et circumlatrantibus vitio-  
rum cogitationibus mentis ejus sublimitas dejiceretur,  
vel unitas scinderetur.

42. David cum sociis fugiens a facie Saul figurabat  
Christum, qui cum apostolis principem mundi lateret,  
nisi tantum sacerdotibus, ut demonstraret sacerdo-  
talem cibum ad usum transiitum esse prophetam.  
Sive quia omnes vitam sacerdotalem debeamus imi-  
tari, sive quia omnes filii Ecclesiæ sacerdotes sunt,  
offerentes semetipsos Deo hostias spirituales.

43. Ergo intravit David domum sacerdotis, nec  
sacerdos, periculo mortis proposito, hospitem recu-  
avit; ut sive moraliter hospitalitatis gratia libenter  
in nos aliena pericula transferamus, sive mystice  
nec præsumpto mortis exitio Christum hospitio suæ  
mentis excludant sacerdotes.

44. Ubi Christus spiritualis nequitie manubias su-  
mens, illum Goliath suis spoliis armisque (spoliavit),  
ibi David panes petivit. Sed unum accepit, quia non  
quinque libris Moysi, sed Christi corpore cibus fi-  
delibus paratur.

45. Doeg autem, camelorum infructuosi gregis  
custos, Judææ proditoris typos implet. Sed in domo  
Achimelech solus. Abiathar princeps sacerdotum a  
persecutore Saul immunis est, quia necesse potest no-  
cere Christo, principi sacerdotum.

46. Quid enim? quia David, qui retribuenti mala  
non reddidit, cum Saul et Jonathas bello occumbe-  
rent, Gelboe montibus maledixit dicens: *Montes  
Gelboe, nec vos, nec pluviam veniat super vos, neque  
sint agri primitiarum, quia ibi abjectus est clypeus  
Saul, quasi non esset unctus oleo.* Quid ergo, Saul  
moriente, montes desiquerunt, quatenus in eis nec  
vos, nec pluvia caderet? Sed quia Gelboe interpreta-  
tur *decursus*, per Saul unctum et mortuum mors  
mediatoris exprimitur; non immerito per Gelboe  
montes superba Judæorum corda signantur: quæ  
dum in hujus mundi desideriis defluunt, in Christi,  
id est, uncti, se morte miscuerunt.

47. Et quod in eis unctus rex corporaliter moritur,  
ipsi ab omni gratiæ rore siccantur, de quibus et  
hic dicitur ut agri primitiarum esse non possint.  
Superbæ quippe Hebræorum mentes primitivos fructus  
non ferentes, quia in Redemptoris adventu ex parte  
maxima in perfidia remanentes, primordia Dei  
sequi noluerunt.

48. Sancta namque Ecclesia in primitiis multitudine

40. Hæc referenda sunt ad lib. I Regum, cap. 1.

42. De fuga Davidis agitur lib. I Reg. xix. Men-  
dosus videtur hoc loco Codex, ac fortasse legendum  
*prophetæ pro prophetam.*

44. In Mss. *deerat spoliavit*, aut simile Aliquod ver-  
bum. Supra manubias erat manubiarum veteri manu scri-  
ptum. Pro libri repositi libris, aut legend. *Christi corpus.*

45. Quæ de Doeg, sive, ut in Mss. legitur, Doech  
narrantur, existant lib. I Regum, cap. xxii. In

gentium secundata 559 vix in mundi fine Judæus,  
quos invenit, suscipit, extrema colligens, eds quas  
reliquias frugum ponit; de quibus Isaias: *Si fuerit  
numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquæ  
salvæ fient (Isai. x, 22).*

49. Possunt denum Meirco Gelboe montes ex ore  
prophætæ maledicti, ut dum fructus, exarcente  
terra, non oritur, possessores tamen sterilitatis  
damno feriantur, quatenus ipsi maledictionis scen-  
tentiam acciperent, quia apud se mortem regis sus-  
cipere, iniquitate sua exigente, meruissent.

50. Sic plerumque res quælibet per historiam vir-  
tus est, per significationem culpa. Sicut aliquando  
res gesta in facto causa damnationis, in scripto autem  
prophætia virtutis. Quod verum citius ostendimus, si  
David factum ad medium deducamus, in uno testi-  
monio ad utraque probando.

51. Quisnam audiens non solum fidelium, sed ipso-  
rum quoque infidelium, non detestatur, quod David  
in solaro deambulans Beth-abee Uriæ concupiscit  
uxorem? quem tamen a prælio revertentem ire ad  
domum admonet pedes lavare. Qui protinus re-  
pndit, dicens: *Arca Dei sub pellibus est, et ego in  
domo mea requiescam?*

52. Quem David ad mensam propriam suscepit,  
eique epistolas, per quas mori debeat tradidit. Cu-  
jus autem David in solaro deambulans typum tenet,  
nisi ejus de quo scriptum est: *In sole posuit taber-  
naculum suum (Psal. xviii, 6)?* Et quid est Bethabee  
ducere, nisi legem litteræ carnali populo conjunctam  
spirituali sibi intellectu sociare?

53. Bethabee enim puteus septimus dicitur, quia  
nimirum per cognitionem legis infusione spiritualis  
gratiæ perfecta nobis sapientia ministratur. Quem  
vero Urias, nisi Judaicum populum, significat? cujus  
nomen interpretatur dicitur *lux mea Dei.* Judaicus  
autem populus, quia de accepta legis scientia tollit-  
ur, quasi de Dei gloriatur luce.

54. Sed huic Uriæ David uxorem abstulit, sibi que  
conjunxit, quia videlicet manu fortis, qui David  
dicitur, in carne Redemptor apparens, dum de se  
spiritualiter loqui legem innotuit, per hoc, quod  
juxta litteram tenebatur, hanc a Judaico populo ex-  
traneam demonstravit, sibi que conjunxit, qui se  
per illam prædicari declaravit.

55. Uriam tamen ad domum ire David admonet  
pedes lavare, quia incarnatus Dominus veniens Ju-  
daico populo præcepit ut ad conscientiam redeat,  
et sordes operum tergat, ut spiritualiter mandata  
legis intelligat, et post tantam duritiam præceptorum  
fontem baptismatis inveniens, ad aquam post labo-  
rem recurat.

56. Sed Urias, qui arcam Dei esse sub pellibus  
meminit, respondit quod domum suam intrare non  
possit. Ac si Judaicus populus dicat: *Ego mandata  
Dei in sacrificiis carnalibus video, et redire ad con-  
scientiam per spiritualem intelligentiam non requiro.*  
Quasi enim arcam esse sub pellibus 560 dicit, qui  
præcepta Dei non nisi ad exhibendum ministerium  
sacrificii carnalis intelligit.

57. Hunc tamen etiam redire ad domum nolentem  
David advocat. Quia quamvis Judaicus populus ad  
conscientiam reverti contemnat, tamen Redemptor  
veniens mandata spiritualia prædicat, dicens: *Si  
crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi; de me  
enim ille scripsit (Joan. v, 46).*

58. Legem itaque Judaicus populus tenet, quia

Mss. scribitur *Abimelech.*

46. Forte, *cur David?* cum interrogatione. Pro  
*occumberent* in Ms. est *accumberent.*

47. Forte, *sequi noluerunt.*

48. Vulgata: *Si enim fuerit populus tuus læpel,  
quæ i arena maris, reliquæ convertentur ex eo.*

51. Allegoria hæc de David, et Bethabee exposita  
etiam est in Allegoriis, num. 90, sed ita ut Uriæ  
typus sit diabolus.

ejus divinitatem loquitur, cui idem populus credere designatur. Unde et Urias cum epistolis ad Joab, ex quibus occidi debebat, mittitur, quia idem ipse Judæus populus legem portat, qua convincente moriatur. Dum enim mandata legis continens implere nititur, ipse nimirum desert judicium unde damnetur.

59. Gaza enim, et Ascalon, et Accaron diversa supplicia sustinebunt. Gaza interpretatur *fortitudo ejus*. Omnes ergo qui sibi applaudunt in fortitudine corporis, et potentia sæculari, et dicunt cum diabolo: Fortitudinem faciam, diripiuntur in die iræ Domini, et ad nihilum rediguntur.

60. Ascalon quippe, quæ (interpretatur) *pondera, vel ignis homicida*, cum venerit dies iræ, scelere sui mensuram sentiet, et eodem quod operatus est pondere deprimetur. Et quia arsit ad effundendum sanguinem, et multas scandalizavit animas, et impletum est in ea: *Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus*, non diripietur, ut Gaza, sed in solitudinem reducta gehennæ ignibus concremabitur usque ad pulverem.

61. Necnon et Azotus, quæ Hebraice dicitur *es David*, et in lingua nostra sonat *ignis generationis*, clara luce testabitur. Arsit enim libidine, et generationis incendio dissipata est; et quia omnes adulterantes, quasi cilibanus, corda eorum, et sagittis ardentibus vulnerati sunt. Non in tenebris, non in occulto judicio, sed in meridie, hoc est, quando sancti plenam recipient claritatem, projicientur in tenebras, et sanctorum consortium non habebunt in die judicii.

62. Sed et Accaron, quæ interpretatur *sterilitas, vel eradicatio*, quia nullus fructus habuit, et pervertita doctrinæ suæ eradicavit plurimos, ipsaque eradicabitur. Has omnes varietates intellige in animarum vitis atque peccatis. Et quod uniuscujusque opus quale sit ignis probabit. Idcirco infirmi diducant sæpe multa, quæ a fortibus dicuntur, quia ignorant quod in bubus calcitrantibus inclinata illa Testamenti arca, janique casuram credens Levites erigere voluit, moxque sententiam damnationis accepit.

63. Quid est namque mens justæ, nisi arca Testamenti? quæ gestata bubus calcitrantibus inclinatur, quia nonnunquam etiam qui bene præest, dum subjicietur, populorum confusione concitus, ad dispensationis condescensionem ex sola dilectione permovetur. Sed in hoc, quod dispensatorie 561 agitur, inclinatio ipsa fortitudinis casus putatur imperitis. Unde et nonnulli subditis contra hanc manum reprehensionis mittunt, sed protinus ipsa vitæ merita deficiunt.

64. Recte Oza dicitur, qui videlicet *robustus Domini* interpretatur. Quoniam præsumptores qui que, nisi audaci mente robustos se esse in Domino crederent, nequaquam meliorum facta vel dicta velut infirma judicarent.

65. *Dabo tibi reges in furore meo*. Si ergo, irascente Deo, secundum nostram merita rectores accipimus, in illorum actione legitimus, quia de sola estimatione pensamus, quamvis plerumque electi subjacent reprobis. Inde et David Saulem pertulit, quia dignus tunc fuit qui tanta præpositi asperitate premeretur.

59. In Ms., *qui sibi applaudent*.

60. Supplevi interpretatur, quod verbum existat num. præc. In Ms. erat *concremetur*, et supra *concrematur*.

63. Videtur delendum de ante sola. Quæ hoc et seqq. numeris de rectoribus, sive præpositis et subditis dicuntur, uberius Isidorus pertractat lib. III Sententiar., cap. 48 et seqq.

61. Videtur legendum a culpa alienus non fuit, vel a culpa alienus.

63. Hac petuntur ex libro IV Regum, cap. vi.

69. Corruptum videtur *Ecce etenim Baal Bethsa-*

A Sic ergo, sicut merita subditorum, tribuuntur personæ regnantium, ut sæpe qui videntur boni, accepto mox regimine permulentur, Scriptura dicente: *Qui cor cum dignitate mutavit*.

66. Unde scriptum est: *Ecce cum esses parvulus in oculis tuis, caput te constitui in tribus Israel*. Sic pro qualitatibus subditorum disponuntur sæta regnantium. Ut sæpe pro malo gregis etiam vere boni delinquant vita pastoris. Ille enim, Deo attestante, laudatus, ille supernorum conscius David propheta, populum numerando peccavit. Et tamen vindictam populus, David peccante, suscepit.

67. Cur hoc? videlicet per meritum plebium disponitur ordo rectorum. Justus vero iudex peccantis vitium ex ipsorum animadversione corripuit, ex quorum causa peccavit. Sed quia ipsa voluntate superbiens, a culpa alienus non suscipit, vindictam culpæ etiam ipse suscipit. Nam ira sæviens, quæ corporaliter populum percussit, rectorem quoque populi intimo cordis dolore prostravit.

B 68. *Ibant autem in directum vacca per viam quæ ducit Bethsames, pergentes, et mugientes, et non declinabant neque ad dexteram, neque ad sinistram*. Quid igitur vacca, nisi fides quosque in Ecclesia designat? Qui dum sacri eloquii præcepta considerant, quasi superimpositam Domini arcam portant.

69. De quibus hoc etiam prænotandum, quia fœsse fœta memorantur, quia sunt perique, qui in via Dei intrinsecus positi, foris carnalibus affectibus ligantur, sed non declinant a recto itinere, qui arcam Domini portant. Ecce etenim Baal Bethsames, quippe dicitur *domus solis*. Et Propheta ait: *Vobis enim, qui timetis nomen Domini, oriatur sol justitiæ (Ma'ach. iv, 2)*. Si igitur ad æterni solis habitacionem tendimus, dignum profecto est ut de Dei itinere pro carnalibus affectibus non declinemus.

70. Tota enim virtute pensandum est, quod vacca Dei plastro supposita 562 pergunt, et gemon; dant ab intus rugitus, et tamen de itinere non declinant gressus. Sic nimirum prædicatores Dei verbi, sic doctores, sic fideles qui que esse intra sanctam Ecclesiam debent, ut compatiantur proximis per charitatem, et tamen de via Dei non exorbitent per compassionem.

C 71. Nix itaque nunc innocentie nitor et gratiæ, nunc hiems et frigus charitatis intelligi potest. Quod autem legitimus in Regnorum libris, Banaïam quendam de fortibus Israel descendisse in cisternam, et percussisse leonem in tempore nivis, indifferenter puto in locis illis positam nivem, quia et Christi gratiæ, quæ in hoc mundo resplenduit, et frigus charitatis Dei, quo refrizerunt homines nivis nomine potuit Scriptura sacra significari.

D 72. Banaïam vero figuratiter intelligimus *Salvatorem*, quia juxta vim nominis sui ipse ædificator Dominus; de quo propheta vaticinaverat, quia per eum ædificandam Ecclesiam dixit: *Ædificavit Jerusalem Dominus*. Itemque: *Ædificavit Sion*; quod verbum in factura Hevæ, quæ Ecclesiæ typum habuit, Scriptura propria significatione posuit, dicens: *Et ædificavit dominus Deus costam, quam lateralem de Adam in mulierem*. Et Paulus construi eam videns, ait: *Dei ædificatio estis*.

73. Samuel cur ter vocatur? quia et propheta

mes. Pro dicit crederem reponendum dicitur. Verba Malachie in Vulgata sunt: *Et oriatur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ*.

71. Banaïa factum enarratur lib. II Regum, cap. xxiii, 29 et seqq. In Ms. videtur esse quoniam *infrizerunt pro quo refrizerunt*.

72. Forie, qui per eum. In Ms., *quis verbum*; correxi quod verbum.

73. Ita confuso rerum et annorum ordine desinit hoc fragmentum, addita rubrica: *Incipiant capitula de libro Esdræ. De septuaginta annis captivitatis, etc.*, ut apud Isidorum. Sacerdotium Samuelis Isidorus

fuit, sacerdos, et dux. David annis xl primum ex A annis, xli, vii annis, l annis, iv annis, xl annis, vi tribu Juda regnavit. Roboam annis... Abia... Assa annis, xiv annis, xvi annis, xxix annis, lv annis. justus... Joram... Ochozias... Athalia... Johas... Amasias... Azarias... Joatham... Achaz... Ezechias... Manasses... Ammon... Josias... Joas... Eliachim... Joachim... Ezechias... Astraph xiv, iii

## RUBRICA.

Incipiunt capitula de libro Esdræ.  
De septuaginta annis captivitatis, etc.

alibi testatur; negant alii, ut dictum est in not. ad libr. Allegoriar., num. 86.

## VARIÆ LECTIONES.

## AD LIBRUM DIFFERENTIARUM RERUM.

Num. 1, ut in Dei; al. in Dei, omisso ut. lb., intelligerent; al. intelligunt. N. 3, et color; al. et calor. N. 7, Spiritus sanctus... procedens; al. Spiritus ex Patre, et Filio non genitus, sed procedens. N. 9, nec genitus; alii addunt, nec genitus, nec creatura esse videtur, sed increatus. N. 11, relative tria; al. relative tria. N. 14, gratiæ et veritatis; al. gratia et veritate. N. 30, facta, præcessit, etc.; al. facta processit, quæ tamen res ex se facta non æternitate. lb., cantum; al. cantu. N. 32, receptionem; al. resurrectionem. N. 35, genus; al. genus futuri sæculi. N. 36, De rerum, etc.; al. om. titulos, hic, et alibi. N. 41, scripserunt; al. decreverunt. N. 43, singuli animo immortales; al. singulari animo mortales. lb., impares; al. pares. lb., ad voluptates... caduci; al. ad voluntatem Dei vita caduci. lb., queruli; al. quasi soli. N. 53, conferat decentiam; al. conferat dignoscantiam. N. 55, aggeribus; al. custodiarum aggeribus. lb., aer ictus; al. aractus. N. 57, defluendi; al. defluentis. N. 61, partes sunt; al. arcus sunt. N. 68, in circolorum, etc.; al. in circolorum complexu ordinata sunt modo. N. 70, admisso; al. admissæ. N. 74, et actionem; al., et rationem, corporisque virtutem a vicesimo. N. 75, quadragesimo; al. quadragesimo nono. N. 78, inducunt; al. induunt. N. 80, potestatem; al. possibilitatem. lb., pubertatem, etc.; al. pubertatem autem egressi mox adolescentætes. N. 82, molliter; al. mollior. N. 83, virilitate; al. viriditate. N. 93, caro est, quæ proprie; al. omnis caro est corpus, non omne corpus caro est, sed caro est, quia proprie. lb., non subjeat; al. om. non. N. 95, sopiri; al. separari. N. 98, corporis; forte, corpori. N. 101, sive colore; al. sine calore. N. 103, Deus esset; al. Deus non esset. N. 104, dixerunt, etc.; al. dixerunt, rationabilem, per quam invidibilem rem concupiscit; trascibilem, per quam impetus træs sunt, emendat et corrigit; concupiscibilem, per quam, etc. N. 107, non concipiuntur; al. om. non. lb., alteram propositionem destruit; al. alienæ propositioni deservit. N. 109, procedens; al. descendens. N. 112, exultat; al. exultat. N. 113, lapsam; al. lassam. lb., victores ultimo; al. victores ultimus. N. 115, effectum; al. affectum. lb., volentem; al. nolentem. N. 116, peccandum; al. prævaricandum. N. 117, obsequentem; al. subsequentem. lb., prædestinando; al. prædestinatos. N. 124, esus; al. esca. N. 127, omnes servos; al. homines servos. N. 131, transiuri; al. transitoria. N. 136, ei qui; forte, ejus qui; vel ille qui. N. 133, destruunt; al. differunt. N. 140, speculationis; al. expectationis. lb., cujus; al. cujus charitatis. N. 146, ad boni; al. ad unum. N. 148, ex verbis. Sapientiam; al. ex verbis, sapientia ex sententiis; sed sapientia. lb., indiserta; apud Grialium indiscreta, quod mendum puto. N. 153, hæc, etc.; al. hæc, ut quidam ait, sicut ferrum venenum, sic armis eloquium. N. 156, referre; al. deferre, quod fortasse melius. N. 158, restinguit; al. restringit. N. 160, studioque; al. studioque boni. lb., tenetur; al. terretur. N. 161, octo sunt; al. septem sunt. lb., et harum, etc.; al. et earum regina ebrietas, et superbia. N. 165, dum quemlibet; al. dum quia non libet. N. 168, genus eorum; al. genus superbiæ est eorum. lb., observatione;

al. conversatione. N. 169, reprimunt; al. reprimunt. N. 170, et pereat. Jam superbiæ; al. et per avaritiam. Superbiæ.

## AD ALLEGORIAS.

Num. 4, obteguntur; al. leguntur. lb., annotata; al. mutata. lb., brevis, etc. al. breviter stylo scribendi decrevi. N. 2, in ratione; al. in oratione. N. 5, pastor ovium; al. pastor, et rector fidelium. N. 6, state; al. fratre. N. 9, spe invocavit; al. primus cepit invocare. N. 17, altitudinem; al. capita. N. 33, opera pariunt. Sic legendum. Grialius, opere pereunt; al. opere pariuntur. N. 36, stabili; al. stabiliores. N. 38, somno; al. somno quiescit. N. 55, consolandi studium; al. consulendi negotium. N. 69, quem Christus, etc.; al. quem cum peccato dies judicæ inceneris. N. 70, quæ Israeliticum, etc.; al. a quibus Israeliticus populus colligitur, ne cum gratia confiderent. N. 80, reptil; al. præcepti. N. 81, Dalila. Grialius mendose, Dalila. N. 87, sacerdotes; al. sacerdotis, quod non displicet. N. 88, æmulationem; al. imaginem. N. 94, elevationis; al. elationis. N. 95, ita Christus... assumptus est; al. ita Christus carnem suam, in qua natus est, et passus, et resurrexit, assumpsit. N. 99, auctoritatem; al. austeritatem. N. 104, acquirendam; al. essequendam. N. 110, in otio; al. in vita. N. 113, in gentibus; al. in cantibus. N. 116, constitutus; al. elevatus. N. 120, patet ingressus; al. fuit regressus, vel fuisse regressus comprobatur. N. 125, Judaicæ hircundines; al. Judaici passeris. lb., dum eos... obcæcant; al. dum ejus luminis sacramentum male obscurant. N. 127, devictam; al. devinctam. N. 131, comparat; al. or. us. N. 137, peragitur; al. spargitur. N. 139, parit; al. parturit. N. 142, populos... cognituros; al. populos, qui fidei luce cognita prædicaverunt. N. 151, detraxit; al. detraxit; forte, retraxit. N. 160, laborabat, figuram; al. add. laborabat, et curato est, filia quidem archisynagogi Judæorum typum tenuit, hæc autem, quæ profusio sanguinis laborabat, et curato est, figuram. N. 170, recreatur; al. sanatur. N. 174, a diaboli laqueis abstractam; al. diaboli laqueis astrictam. N. 175, præceptorum, sed sicut; al. præceptorum sunt feneratori, sed tamen. N. 182, veerunt; al. convertuntur. N. 183, emundat; al. emendat. lb., exercuit; al. expressit. N. 188, perdit; al. perdet; forte, perd. dit. N. 189, vocaverunt; al. provocaverunt, vel prædicaverunt. N. 191, homo autem, etc.; al. hominem autem non habentem. Quod sustineri potest, ut urbem quam statuo, sea ra est. Num. 196, discedunt; al. decidunt. N. 200, eaque morali; al. aliqua moraliter. Grialius edidit ea quæ mortali. N. 202, corporis acceptos; al. operis accipitur. N. 209, postulabat ab amico; al. postulat amicum. N. 210, auferrunt; al. repetunt. Sic Vulgata, Luc. xii, 20. N. 211, humanum... schismatis; al. humanam fidem, et religionem invicem separatam in dissolutionem schismatis. N. 213, humilitatis; al. per gratiam humilitatis. lb., commutabitur; al. renovabitur. N. 214, curata; al. creata est. lb., quibus... accipimus; al. quibus curvata erat, erigitur, accipiens. N. 216, conversione; al. confessione. N. 221, ad sacerdotes; al. ad sacramentum. lb., varietate; al. vanitate. N. 229, accepta gratia; al. acceptam gratiam. Scilicet uter cum accusativo, ut

alibi. N. 231, quod laboravi; al. qui inde plus laboravit. N. 233, mutatur; al. misit. N. 234, per Jesum deductum; al. per Jesum Evangelio priori de Aegypto inductum. N. 239, angelo; al. piscina illa. N. 240, vitium; al. venundatum. N. 241, quadrimum; al. triduum. lb., propago mortis; al. pro plaga mortis. lb., contemptus; al. tempus. N. 242, servus; al. similitudo. N. 244, Barabbas; Cod. Flor. Barabbas cum hac nota: « Si legisti per duo rr interpretatur filius magistri, quia rabbi dicitur magister; si vero per unum r, interpretatur filius patris, quia Hebraice barabbas dicitur pater. » N. 246, peregrinus; al. ductor. N. 250, per quam; al. in qua.

## DE ORTU ET OBITU PATRUM.

Num. 4, sententia brevitate; al. sententia, et libri novitate. lb., notata; al. sociata. lb., leguntur; al. leguntur, qui in Scriptura laudibus praesuerunt. N. 2, dominandi; al. dominaus. N. 3, florentis; al. fluentis. lb., secunda. vere; al. secundabatur perpetuo virore. N. 4, exsulem, etc.; al. expulsum se e paradisi gaudiis mortisque labore subactam ingenuit. N. 6, non silens; al. nobilis. N. 7, angustias; al. insaniam. lb., contractibus; al. contactibus, quod genuinum puto pro contagionibus. lb., expulsus; al. exclusus; scilicet in aequali habitationem beatae vitae. lb., restituit, etc.; al. restitutus cum Elia ad mortalitatis vitae conditionem; quod verum arbitror, ut restitutus sit pro restituendus more Isidoriano. Num. 8, iste jussus; al. iste justus. lb., nec horruit; al. nec horruit turbulentum diluvii fluxum. N. 9, edocetur; al. educitur. lb., ae laetus; al. electusque; al. electisque. Forte, electasque. N. 10, versis; al. aversis. N. 11, vere; al. jure. N. 12, Isaac annum; al. Abrahæ annum. N. 13, peregrinatione; al. peregrinis. lb., victoria; al. victoriæ præda. Num. 14, in mysterio veneretur; al. in ministerio demonstraret. lb., genere; al. germina. lb., devotus; al. dilectus. N. 15, septimo; al. sexto. lb., in amore; al. marmore, et opere elegantissimo. N. 16, qui fuit amicus Abrahæ; al. quæ fuit curia Abrahæ. lb., veneratione; al. consecratione; vel sacratione; vel sacramentis. N. 17, amorem; al. timorem. N. 18, et innocenter habitans domum; al. et innocentem abiciens domum, qui peregre profectus, dum consortium exigeret (forse, effugeret) hominum, comitatum meruit angelorum. Hic autem; al. innocenter habitans domum, nec hispidus, ut frater, nec sanguinarius, ut Edon. Hic autem. lb., pertulit; al. præcipuit. lb., dum consortio; al. dum consortium, ut accusativus sit pro ablativo. Num. 19, cum patribus suis; al. cum patribus suis, et a filiis reductus est in terram Chanaan, et sepultus iuxta patrem. N. 21, possessionis; al. successionis. N. 22, sit... futuro; al. sit interpretatione sapiens in concilio futuro. lb., ad reddendam, etc.; al. ad reddenda bona pro malis, et ad retributionem gratiæ. lb., fame demulsa necessitati; al. famis depulsa necessitate. N. 23, centum, et decem annis; al. cxv annis. lb., quam nunc, etc.; al. quæ nunc tam Latine, quam Græce Sichima vocatur. Num. 25, primogenitus; al. primitivus. N. 27, junctus; al. unctus. lb., sortibus; al. sceptis; vel sceptis. N. 29, de benedictionibus, etc.; al. de benedictionibus fructus donans, porrigenque regibus. N. 31, pro fratrius; al. pro filiis Israel. lb., hostes gentesque; al. hostes gentis. N. 32, replens deliciis principes; al. replens deliciis principum. N. 33, abundans; al. abundantior. N. 34, escas principibus; al. suo mystico robore possidet tribuens principibus. N. 36, utra cum Joseph, etc.; al. una cum fratre possedit Joseph tribum. Num. 37, clarus; al. stabilis. lb., ex templo; al. exemplo. lb., fidei lorica armatur; al. fidem religionis armans. lb., doluit; al. non doluit. lb., inter supplicia; al. super dira supplicia. lb., male suadentem; al. malesuadum. lb., duplicem claritatem; al. multiplici claritate. N. 38, in accentu; al. in acinctu. lb., quadraginta; al. septuaginta; al. septuaginta octo. lb., quadraginta octo; al. sexaginta quatuor. lb., notatur; al. notatur, inquis: Anram

A mater, cuius fuit Tocabel, ex tribu. N. 39, si mare; al. formare. lb., insinuatam; al. in sinu; vel in sinum positam. lb., caloribus; al. coloribus. lb., exquirendo; al. exsequendo. lb., interposuit; al. interposuit irascenti, consulenteque opposuit modum irascendi. Num. 40, oppugnatore Israel; al. oppugnatum Israel; vel oppugnatore. Fortasse propugnatoris Israel; vel oppugnatore sine Israel. lb., eorumque; al. ad ultimum. N. 42, pertulit; al. adimplevit. N. 43, non contigit; al. om. non. lb., superavit; al. separavit. lb., Nebo; al. Thabor. N. 45, Moysi; al. Moysi uterinus. lb.; electa; al. ejecta. N. 46, qua percussa Moyses; al. quæ percussa a Moysse. N. 47, expediret victoriam, al. expediret victoriam. lb., resistere. al. stare; vel sistere. lb., inexpugnabiles; al. inextimabiles. N. 49, percussit; al. percussit; vel transfixit. lb., præmiliuque... meruit; al. primum æternæ memoriæ nomen Israel meruit. lb., placavit; al. accepit. Num. 50, explorans; al. explorator. N. 51, Galaadites; al. filius meretricis mulieris Galaaditis; al. ortus, ex tribu Gad. lb., exsuperans; al. spernens. N. 52, rugientem; al. fugientem. lb., mortui; al. leonis mortui. lb., vinctis, al. junctis. lb., rescissis; al. rescinctis. N. 53, viginti; al. xxi. N. 54, connumeratus Moysi; al. cognominatus cum Moysse. N. 55, in Bethlehem; al. secus Bethleem. N. 57, innocuum non tantum; al. non nocuit, nec tantum. lb., quadragesimo; al. quadragesimo, atque tertio. N. 58, in Hebron; al. contra Hebron. Num. 59, dispositionem; al. disputationem. lb., cogitationes; al. iras bestiarum, et cogitationes. N. 61, Elias; al. Elias, qui interpretatur dominus Deus. lb., disciplina structus in sancta; al. districtus in disciplina sanctæ. N. 62, vel qui cum eo; al. e. Enoch, qui cum ipso. lb., jacebunt; al. tribus diebus, et sex horis jacebunt. N. 63, suscitati; al. suscitata. Id est, cadavera. N. 65, personavit; al. personavit. N. 66, vasculo; al. solis vasculo. lb., insultantes sibi; al. insultantes se. lb., plebe relecta; al. ubertate facta. Num. 67, lavacro; al. replevit lavacro. lb., misso; al. misso resiliit et. lb., fecit; al. cepit. lb., prædixit; al. prædicavit. N. 68, cadaveri. Sic Mes. Grialius, cadaveris. N. 69, satis dignum, etc.; al. satis digno mortuus est, sepultusque in Samaria digna habitus veneratione. N. 69, ex numero; al. ex genere. lb., quæque... abjecta; al. quæque... abii et; forte, abjicit, et. N. 70, tempestates; al. potestates. N. 71, ascendentem; al. recedentem; vel redientem, pro redentem. lb., descendere; al. ascendere. lb., secuit; al. terra secuit. Cod. Florent. sancti Marci sic exhibet hanc periodum: Ultimo a Manasse genero suo a vertice per medium sectus sic perhibetur occisus. Num. 72, non poteris, etc.; al. nemo potest videre faciem meam, et vivet. lb., narraverat; al. noverat. lb., ac media, etc.; al. ac mediam tantum ejus vidisse speciem, omisso propheta scribebat. Pro mediam, al. nudam. lb., exposuerat; al. operuerat. N. 74, colunt, etc.; al. coluerunt, cuius sepulcrum insigni cultura hactenus iidem Aegyptii venerantur. N. 76, Chaldæorum; al. Chaldæorum sacerdotum. lb., Juda post; al. Juda filio Josiæ post. lb., instantia; al. consantia. N. 77, gestis; al. portentis. lb., mendacium; al. judiciorum. lb., aspirationis; al. inspirationis. Num. 78, subvertit; al. cum Cyro destruxit. lb., montes a Borea; al. montis arbores. lb., ad partem, etc.; al. ad Partium non defluerit. N. 79, effecerit; al. effecerit. Et ita accidit. N. 80; hic fuit, etc.; al. filius Phatuel de tribu. N. 81, ruborum mora distringens; al. sycamore vellicans; vel roborum moras distribuens. lb., ad Australem plagam; al. ab australi plaga. lb., eremi; al. in eremo. lb., usque ad mare, etc.; Cod. Alban. usque mare Rubrum, atque a mari Rubro usque ad Indorum fines. Num. 83, prophetavit; al. prophetavit annis quinque. N. 84, de Geth, quæ est in Opere; al. de Geth civitate. lb., sed magister; al. sed sors. N. 85, in potentia; al. in potentia. lb., et salutis; al. et salutem. lb., umbraculo; al. umbram. N. 86, in quo projectus; al. valde porrecto jactatus. N. 87,

egressionem; al. regressionem. lb., prædicebat; al. A prædicabat. N. 93, esset; al. gessit. lb., prævaricatus; al. prædicaturus. N. 94, gentium; al. gentium alienigenarum. Num. 95, sepulchrumque, etc.; al. sepultus est in Bethel, et propheta ille, qui. N. 97, sacerdotis, qui, etc., al. sacerdotis cxxx annos agens, congregatis... populis... extinctus est. N. 98, lumine; al. cæcitatem luminis incurrit. N. 99, immolatis; al. immolatis. N. 100, restinxerunt; al. extinxerunt quoque caminum flagrantis incendii. N. 101, fecit Jerusalem; al. fecit templum in Jerusalem. N. 102, Ius quoque sacerdotum; al. ejusque sacerdotes. Num. 103, Susim; al. Susia, quod verum puto, ut Susia it velut indeclinabile. lb., cruci tradendum; al. trucidandum. N. 104, viris; al. virorum. Quod non displicet. lb., principem; al. principem savorum. N. 108, vox Verbi; al. dux Verbi. N. 109, Herodi prohiberet; al. Herodem prohiberet. lb., præmium; al. promissum. N. 110, sermone; al. nomine. N. 111, clara stirps; al. clara ex stirpe; Cod. Veron. stella clara, sermone Syro Domina, stirps David. N. 112, crudeli necis; al. corporalis nec s. l., pertransibit; al. pertransiet. lb., an pro verbo, etc.; al. an per verbum validum, et acutum omni. lb., reperiatur; al. nec reperiatur. N. 113, Petrus; al. Petrus obediens, vel agnosens. lb., principatus, et caput; al. firmamentum. N. 115; harum virtutum signis; al. his virtutibus magnis. lb., mortuos animavit; al. infirmos sanavit. lb., reiteravit. al. redintegravit. N. 116, viduum; al. filiam. Num. 117, sexto; al. septimo. lb., deorum; al. deorum verso capite. lb., crucifixus est; al. add. eo die, quo et Paulus apostolus decollatus est. lb., tertio... plagam; Cod. Palat. om. N. 118, ovis; al. agnus. lb., Tharsus; al. Judæa. lb., genus; al. genitus de tribu. N. 119, verbi; al. verbi Dei. N. 121, Pythous, etc.; al. Pythoni discedere impravit, ac discessisse damnavit. N. 122, nuditatem, etc.; al. nuditatem, die ac nocte profundi maris naufragia, mille pericula ferarum, verbera, etc. N. 123, sexto; al. septimo. lb., occidentale; al. orientale. N. 124, decorus; al. virilis, ac decorus. lb., Patris; al. Patris, scilicet, ut indeclinabile. Num. 125, Jacobus; al. Jacobus, qui interpretatur supplantator. lb., in Marmarica; al. in Achaia Marmarica; vel in Marmarica Achaia. Vide Isidoriana, cap. 61. N. 126, Joannes; al. Joannes qui interpretatur gratia. N. 127, metallo; al. exsilio. N. 128, fuit; Cod. Pal. fecit. lb., litoreaque... fragmina; al. litoreaque saxa in gemmarum fragmina. N. 129, sexagesimo septimo; al. lxxviii, vel lxxvii. lb., vetustatis; al. vetusto; forte, vetustus. N. 131, Philippus; al. Philippus, qui interpretatur os. lb., unde et Petrus; al. Andreae, et Petri. lb., Gallis; al. Galatis, vel Galliis. lb., crucifixus... oblit; al. crucifixus est, lapidatusque oppetit. lb., requiescit; al. add. cujus natalis est Kalendas Maias. Num. 132, Thomas, etc.; al. Thomas, qui interpretatur abyssus Christi, Didymus Græce nominatus. N. 133, ex Syra lingua suscipiens; al. Syra lingua suscepit, interpretatur filius suspendentis aquas. lb., in sorte; al. in sortem. lb., conditur; al. conditus est, cujus natalitium octavo Kalendas Septembris creditur. N. 134, Mathæus; al. Mathæus, qui interpretatur donatus, lb. electus, etc.; al. electus est, et in apostolatam translatus. N. 136, in Jerusalem; al. add. hic duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione gentium, epistolam scribit, qui dum in Jerusalem. Num. 137, frater; al. add. qui interpretatur confessor. lb., urbe; al. urbe v Kalendas Novembris. N. 138, septuaginta; al. septuaginta duobus. N. 139, Zelotes; al. add. qui interpretatur zelus. lb., Jerosolymorum; al. pontificalem in Jerusalem. N. 144, septuagesimo; al. octogesimo. N. 145, discipulus; al. secundus discipulus. N. 147, sejunctus, al. derelictus. N. 148, episcopus; al. episcopus sanctus. lb., Litrensium; al. Tharsensium; vel Tutharsensium. lb., ethnico; al. Atheniense. N. 149, spiritalis; al. apostoli. lb., prope; al. propriis; vel proprio; forte, propius. N. 150 a Paulo apostolo; al. a populo. lb., instruendas Cretæ Ecclesias; al. instituendas Cretæ Ecclesias.

## AD PROCEMIA.

Num. 1. Testamenti, etc.; al. Testamenti in canone catholicae Ecclesie tam juxta primum veluti antiquam traditionem, quam posteriorum. N. 6, acciderunt; al. accesserunt. N. 7, enumerat; al. commemorat. N. 13, apostolorum; al. apostolorum a Luca conscripti. N. 20, ordinantur; al. ordinantur ducentorum. N. 21, signantur; al. add. projectiones quoque eorum usque in locum in quo sepultus est Moyses. N. 23, quoddam legis mediatorum; al. quemdam legis mediatorem. lb., omnium; al. omnia quasi iterando continet. N. 26, commemorant; al. memorantur. N. 29, ab eis; al. apud Hebræos. lb., in duabus, etc.; al. in duas discussus est partes. N. 30, textus; al. tempus. Num. 32, proferunt; al. prophetaverunt. N. 33, existimantur; al. existimant. N. 36, Salomon tria; al. Salomon nomina habuit et tria. N. 38, in Canticis; al. in Cantica. N. 39, descriptio; al. ædificatio. N. 44, solitudinem maris; al. solitudines ejus, onus maris. lb.; mutat; al. mutat. N. 45, eversione; al. conversione. lb., tentatio, etc.; al. tentationes declarantur, quæ venturæ ostendantur. N. 46, per vallem; al. per excidium vallis. lb., ut sæculi; al. quod vestustates. lb., convertantur; al. convertatur. Num. 47, lxx; al. lxxii. N. 50, porrigit; al. tradidit etiam Jerusalem. N. 51, increpat; al. increpatur. N. 52, quæque... vidit; al. quoque non tantum pronuntiavit, sed etiam præsentem vidit. lb., per quatuor, etc.; al. super quatuor reges ostensa. N. 53, contulitur; al. constituit. N. 57, reticeant; al. recipient. N. 59, manifestior; al. manifestatio. N. 62, operosior; al. copiosior. N. 63, qui præceptorum, etc.; al. qui præcepta Dei custodire se mentuntur. Num. 65, datæ, etc.; al. datæ legis non obedierunt Dei præceptis. lb., ignem; al. ignem veni mittere. lb. judicii; al. supplicii. N. 66, tonitruum; al. cætos. N. 67, Christum, etc.; al. Christum non timuit occidere. lb., sub Josia; al. sub Josaphat; al. sub Ozia. N. 68, qui salutem, etc.; al. qui ad salutem gentium non tantum Christum advanire. N. 69, Ozia; al. Josia. N. 70, Sophonia; al. Isaias. N. 75, roseum, etc.; al. sive mortem passionis suæ. Num. 77, sordibus carni; al. sordibus, vestimentis, id est, carne. lb., positas, etc.; al. positas quæ... significant. N. 79, mundo; al. in Evangelio. N. 80, de-olutionis, etc.; al. quo solutionem et captivitatem populi prædixit. N. 81, mittendum; al. mittendum Jerusalem. Num. 86, processit; al. egrediens. N. 88, intelligentia; al. ad speculandum. N. 92, Apostolus, etc.; al. Apostolus Epistolas prædicationis Græco perstrinxit stylo. N. 95, canonice; al. catholice. N. 104, arduoribus; al. doloribus. N. 105, ab aliis; al. ab omnibus. N. 108, cum dracone; al. contra draconem. N. 109, canticam; al. ædificant.

## AD GENESIN.

PRÆF. Num. 3, et occulta; al. vel occulta et obscura. lb., ut præcedente, etc.; al. ut præcedentis historiarum fundamentum.

CAP. I. N. 2, et carnales; al. terram, id est, carnales. N. 4, conversione; al. confessione. N. 9, erigendum; al. diripiendum. N. 10, sipientis ministrantes; al. scientie demonstrantes. N. 15, gradibus, al. sacramentis. N. 17, mandati; al. mandati, experimentum pariter veritatis et erroris.

CAP. II. N. 1, insigniunt; al. insinuant. N. 6, specie; al. plebem. Quod fortasse vestigium est veræ lectionis latentis adhuc. N. 15, prophetiam. Oralius in textu prophetam. lb., invisibilem; Albornox. Cod., visibilem. N. 16, marcescentium; al. arecentem.

CAP. III. N. 2, fluentis... verbo; al. fluentis, a quo origo est omnium rerum, qui sitientem Ecclesiam sua unicus irrigat verbo. N. 7, ait: Speciosus; al. ait: Quis similis erit Deo inter filios Dei. Et iterum: Speciosus.

CAP. IV. N. 2, quæ media est; al. quæ in Ecclesia est. N. 4, oblectetur illa; al. delectetur illius. N. 7,

cupiditas; al. *calliditas*. N. 9, obscuretur; al. *excœtur*.

CAP. V. N. 1, arantur; al. *urantur*. Ib., mendaciorum; al. *mandatorum*. N. 2, vivit; al. *se convertit*. N. 8, leonem, etc.; al. *draconem diabolum, nec occulte insidiantem leonem Antichristum in ultimo aperis scientem*. Ib., voluntas, al. *voluptas*. Ib., cum aliquam malum; al. *quæ cum dolore reluctaverat, ut faceret consuetudinem bonam, cum aliquam malam*.

CAP. VI. N. 7, vox sanguinis; al. *vox sanguinis Christi*. N. 8, in confessione; al. *in confusione*. N. 16, dispersionem; al. *subjectionem*. Ib., meruerint; al. *meruerunt, qui superbo regno dominum interfecerunt*.

CAP. VII. N. 4, donantur; al. *dominantur*. N. 3, jubetur, undique; al. *jubetur, sic Ecclesia de sanctis constructur, quadratum enim lignorum undique*. N. 4, compage firmetur unitatis significatur; Grialius, *compage unitatis significatur*. N. 5, litteræ T numerus; Grialius om. T. N. 7, legis autem cor; in Alborn. notatur, ex originali, *lex autem cur*. Ib., tricens; al. *triginta*; al. *trecentis*. N. 17, quingentis... significatur. Alborn., *quingentis transit usque ad sexcentos significant, id est, anni istius ætatis*. N. 26, terrimos; al. *improbos, et peccatis terribimos*. N. 34, in diluvio; al. *in diluvio separati ab Ecclesia*.

CAP. VIII. N. 4, intuentes; al. *infrantes*. N. 5, prætoriorum; al. *peccatorum*. Ib., prospectat; al. *expectat*. N. 7, assertionis; al. *assenstionis, vel ascensionis*. N. 11, impatientie; al. *insipientie*.

CAP. IX. N. 3, confusione; al. *et confessione*.

CAP. XI. N. 2, quos ille; al. *nisi quos ille*. N. 6, nasciturum, etc.; Alborn. *quod nasciturum Ecclesie habentis præputium benediceret in Abratham circumcisionis sacerdotium, signatum est*.

CAP. XII. N. 9, considens; al. *considentibus, quod melius videtur*.

CAP. XIII. N. 4, parentum mutantur nomina; al. *ubi parentes mutantur, et nomina*.

CAP. XIV. N. 4, habitaverunt; al. *prædicaverunt*. N. 11, angore; al. *rancore, vel languore*.

CAP. XV. N. 3, concremandi; al. *concrematuri*.

CAP. XVI. N. 2, scire volo; al. om., et forte melius. N. 3, pulchritudinis; al. *pulchritudini, quod magis placet*. N. 7, omnes sancti; al. *addunt sicut ipse dixit, ita dicit*. Ib., effabilis; al. *affabilibus*.

CAP. XVII. N. 3, veterasceret; al. *recreteretur*. N. 4, Judaica, etc.; Alborn. *Judaicam purificationem significabat defecturam, sive doctrinam eorum carnalem... clausam... damnatam*.

CAP. XVIII. N. 2, et cum jam; al. *et cum percuteret, et jam*. N. 4, quæ senecta; al. *qua senectute*. N. 6, humilitatem; al. *humanitatem*. N. 7, impietatis; al. *pietatis*. N. 13, gemina, etc.; al. *gemina vitam requiem suscipit*.

CAP. XIX. N. 1, subter femur meum; al. *super femora meo*.

CAP. XXI. N. 3, imò quid, etc.; al. *imò quid convenienter accommodatum est Abraham, et Isaac, sic propheta, etc.*

CAP. XXII. N. 3, Paulus; al. *Paulus, et ceteri apostoli, vel doctores*. N. 6, ingerunt; al. *demergunt*.

CAP. XXIII. N. 5, excellentissimæ; al. *clementissimæ*. Ib., et religionis, etc.; al. *et relicto lumine unitatis Deum neglectum significat*. N. 11, ex ore, etc.; al. *ex ea populi parte ignorantia benedicuntur*. Ib., ecce, etc.; al. *ecce benedictione promissa, repente major venit: expavit*. Quod fortasse genuinum est.

CAP. XXIV. N. 5, sublimiter; al. *humiliter*. N. 7, inundati; al. *inundati*.

CAP. XXV. N. 2, quarum; al. *quare, quod fortasse melius*. N. 4, delectationem; Alborn., ex Isidoro, *dilectionem*. N. 8, furaberis; al. *perjurabis*. N. 11, tendendum; al. *contradendum*. N. 14, agendi; Alborn., ex Isidoro, *angi*. N. 16, concitantur; al. *coquantur*. N. 21, incerta; al. *certamina*. N. 28, latius,

etc.; al. *ratio non infametur, sed potius glorificetur*. N. 39, grava. Alborn. *infirma*.

CAP. XXVIII. N. 4, obruatur; al. *obsideatur*; vel *absorbeat*.

CAP. XXIX. N. 5, mœror; al. *memor*; vel *terror*. N. 17, pervenire; al. *pervenire cupiens*.

CAP. XXX. N. 7, decoratam; al. *deauratam*. N. 18, exprimitur, induiturque; al. *imprimitur, induiturque*. N. 25, lavat faciem, etc.; Alborn. *lavit faciem suam post fletum, lavit et Christus, ubi baptizatus est*.

CAP. XXXI. N. 1, dicente; al. *beneficente*. N. 5, ferre; al. *ostendisse*. N. 8, gesta, ipso; Alborn. *gesta, et ideo in præteritum non est referendum, ipso*. N. 21, veniat, quæ reposita sunt ei; al. *veniat, qui mittendus est*. N. 27, austeritatem; al. *anctoritatem*. N. 28, comminundo; al. *comedendo*. N. 40, contingere; al. *constringere*. N. 55, ex cujus ore; Alborn. *ex cujus femore*. N. 64, convertetur; al. *cum venerint*.

## IN EXODUM.

CAP. I. N. 1, attulisset; al. *astulisset*.

CAP. IV. N. 1, prævaleat; al. *prævaleret*. In Grialii textu mendum prævalat.

CAP. VI. N. 1, ab Ægypto injuriam; al. *ab Ægypto liberavit, injuriam*.

CAP. VIII. N. 4, volvitur; al. *movetur*.

CAP. XI. N. 1, proficisci; al. *producere*. N. 3, placere procurant; al. *placere curant*.

CAP. XII. N. 3, mortem carnis; al. *mortem crucis*.

CAP. XIV. N. 1, erraticæ; al. *hæreticæ*. N. 3, inopportunis; al. *inopportunitas*. N. 5, cessaverunt; al. *cesserunt*; vel *accesserunt*. N. 13, et ignem; al. *et ignem, quo debebat depasci spinas et tribulos*.

CAP. XV. N. 3, offerri; al. *offerri*. Ib., quæ... unitate; al. *qui... veritate*.

CAP. XVII. N. 2, versemur; al. *rescimus*. N. 3, prioribus; al. *pecoribus*.

CAP. XX. N. 3, perfuantes, etc.; al. *fruentes promissam patriam*.

CAP. XXIII. N. 1, prædicationes d. missæ; al. *prædicatores d. missi*. N. 3, corruptibiles; al. *incorruptibile*.

CAP. XXIV. N. 2, est scripta; al. *scripta occidit*.

CAP. XXV. N. 1, extendit; al. *extollit*; vel *ostendit*.

CAP. XXVI. N. 2, eo suggerente; al. *Evangelio suggerente*.

CAP. XXVIII. N. 4, dixit; Alborn. *textit*.

CAP. XXIX. N. 1, innocentie; al. *ignorantie*. N. 4, diebus, etc.; al. *diebus non est nuntiata operum sanctificatione*. N. 9, quibus parcere; al. *quomodo altis præstare*.

CAP. XXXI. N. 1, insensibilitatem; al. *insensualitatem*.

CAP. XXXIV. N. 1, inseparabilem; al. *insecabilem*.

CAP. XXXVI. N. 4, signacula; al. *singula*.

CAP. XXXVII. N. 2, et perfectionis percipiunt; al. *et bonæ perfectionis donatur*.

CAP. XL. N. 1, ad instar priorum iteratim; al. *instar priorum rursus*.

CAP. XLII. N. 2, proficiat; al. *perferatur*; vel *proferatur*. Ib., indefessa; al. *indivisa*.

CAP. XLVI. N. 1, jam porro, etc.; al. *erat porro propitiatorum... positum, id est, ipse Christus, etc.*

CAP. XLIX. N. 1, ramorum; al. *calamorum*. N. 3, accenditur; al. *ostenditur*.

CAP. LIII. N. 1, et legis Decalogum significant; al. *significantes fideles populos per complementum mandatorum legis Decalogo servientes*.

CAP. LIV. N. 1, sanctos..... ostenderat; al. *perfectionem legis tenentes imaginati sunt*.

CAP. LV. N. 2, habere sancta, etc.; al. *sunt, id est, sancta conversa in esse potest*.

CAP. LVI. N. 1, tum præterea; Alborn., *thus præterea*. N. 3, quod vero, etc.; al. *quod vero in oratione*.

mento tabernaculi quæ. N. 7, carnis; al. *charitatis*. A. N. 9, crateres; al. *cathedræ*.

CAP. LIX. N. 3, induitur, castitatem corporis; al. *induit, castitatem carnis*, N. 4, muniuntur; al. *tenuerunt*. N. 10, æreo colore; Alborn. *ærea claritate*. N. 14, eruditur; al. *enutritur*. Ib., humilitatem; al. *humilitatem et castimoniam*.

## IN LEVITICUM.

CAP. I. N. 2, damnaret; Alborn. *dominaret*. N. 3, retinemus; al. *ostendimus*.

CAP. II. N. 1, regnum; al. *Testamentum et regnum*.

CAP. VI. N. 2, perdonavit; al. *perdotavit*. N. 4, tertium; al. *tertium ex persona Patris*. Ib., sociatam; al. *sociatam ex persona Patris*.

CAP. IX. N. 7, suem; al. *porcum suemque*. N. 8, mentium; al. *corruptionis*.

CAP. XI. N. 12, macram; al. *tetram*; vel *acrem*.

CAP. XII. N. 1, consecratae; al. *unctæ*. N. 8, legis, al. *infidelitatis legis*.

CAP. XIII. N. 1, insignes; al. *debiles*.

CAP. XVII. N. 6, desecum, etc.; al. *desectis, vel amputatis testiculis*.

## IN NUMEROS.

CAP. II. N. 1, ulteriora; al. *interiora*.

CAP. XI. N. 1, dissolutio; al. *desolatio*. N. 2, immunitio; al. *immutatio*.

CAP. XII. N. 5, colluvie; al. *passione*. N. 9, exprimitur; al. *reprimitur*.

CAP. XIII. N. 3, omnes donum; al. *eos bonum*.

CAP. XIV. N. 2, Christo, etc.; Alborn. *Christi Salvatoris Ecclesie congregatæ ex gentibus*.

CAP. XV. N. 1, calens; al. *candens*. N. 3, impetum; al. *populum*. N. 4, florem profert, etc.; al. *flores profert, et folium*. N. 13, formaliter; al. *figurativer*. N. 18, venitque; al. *venitque inter vivos et mortuos*. N. 18, ipsum florem; al. *ipsum florentem*. N. 24, baptisimus; al. *martyrium*. N. 29, combustæ; al. *combustæ, et hyssopi*.

CAP. XXV. N. 1, in Methca; al. *in Methca, in excelsum patris admiratus est*.

CAP. XXXII. N. 1, non ponuntur; al. *componuntur*.

CAP. XXXIII. N. 4, effecta est vita; al. *effusa est, vitam*. N. 5, habemus, etc.; al. *amenu enim de hac re præclaram vitam, et fidelissimam vocem*. N. 6, in cruce; al. *in carne*.

CAP. XXXIV. N. 2, Israel et in locum; al. *Jesus in locum*.

CAP. XXXVI. N. 3, humilitatem; al. *humanitatem*.

CAP. XLII. N. 4, prohibuit; al. *redarguit*. N. 15, repositionis; al. *remissionis*. Ib., quia quos, etc.; al. *quia post mundi implicamenta occupati*.

## IN JOSUE.

CAP. XI. N. 1, ministrant; al. *ministrant, et serviunt, et aliquid veritatis impendunt ad ornatum Ecclesie, etc.*

CAP. XVIII. N. 3, retinentur; al. *nos retinent*. Ib., B elatio; al. *elevatio*.

## IN LIBRUM JUDICUM.

CAP. II. N. 3, et brevi; al. *et suo*. N. 4, Dominus, etc.; al. *Dominus Deus Israel: Et tu ascende*. N. 5, palo; al. *clavo vel palo*.

CAP. III. N. 1, deduceret; al. *reduceret*. N. 3, exureret; al. *exeret*.

CAP. IV. N. 3, in manifestatione, etc.; *cum manifestationem Christi totius orbis habeat, illa vacuata est*.

CAP. V. N. 5, circuiens; al. *circumiens*. N. 9, a bellica intentione; al. *ad bella interdictione*. N. 14, prosternerent; al. *præservarent*.

CAP. VI. N. 1, utrum; al. *si*. N. 8, posuit legem; Alborn. *plantavit vineam*. N. 9, vitem autem, etc.; Alborn. *vitis autem Salvatoris nostri typum figurat, ut Evangelium dicit*.

CAP. VIII. N. 5, reges ipsi; al. *leges ipsæ*.

CAP. IS. N. 2, ad Dominum; al. *a Domino*.

## ORDO RERUM QUÆ IN TOMO QUINTO CONTINENTUR.

DIFFERENTIARUM LIBRI DUO. — <i>Præfatio</i> .	9
LIBER PRIMUS. — De differentiis verborum.	<i>Ibid.</i>
LIBER SECUNDUS. — De differentiis rerum.	<i>Ibid.</i>
ALLEGORIÆ SACRÆ SCRIPTURÆ. — <i>Præfatio</i> .	98
Ex Veteri Testamento.	99
Ex Novo Testamento.	115
DE ORTU ET OBITU PATRUM, etc. — <i>Præfatio</i> .	129
Ex Veteri Testamento.	<i>Ibid.</i>
Ex Novo Testamento.	147
IN LIBROS VETERIS AC NOVI TESTAMENTI	
PROOEMIA.	155
De Genesi, de Exodo, de Levitico.	159
De Numeris, de Deuteronomio.	160
De Josue, de libro Judicum, de libro Ruth., de libro	
Regum.	161
De Paralipomenon.	162
De Psalterio.	163
De libris Salomonis.	164
De libro Sapientie, de Ecclesiastico.	165
De Ista.	166
De Jeremia.	167
De Ezechiele.	168
De Doulele, de Osee.	169
De Joela, de Amos.	170
De Abdia, de Jona.	171
De Michæa, de Nahum, de Habacuc, de Sophonia.	172
De Aggeo, de Zacharia.	173
De Malschia, de Ezra, de Machabeis.	174
De quatuor Evangelis.	175
De Epistolis Pauli.	176
De Epistolis beati Petri.	177
De Epistola beati Jacobi, de Epistolis beati Joannis, de	
Epistola sancti Judæ apostoli, de Actibus apostolorum, de	
Apopalypsi.	178
LIBER NUMERORUM IN SANCTIS SCRIPTURIS OC-	
CURRENTIUM. 179. — CAPUT PRIMUM. Quid sit numerus.	
<i>Ibid.</i> — II. De unitate. <i>Ibid.</i> — III. De binario numero.	

181. — IV. De ternario numero. <i>Ibid.</i> — V. De quater-	
nario numero. 183. — VI. De quinario numero. 184. —	
VII. De senario numero. <i>Ibid.</i> — VIII. De septenario nu-	
mero. 186. — IX. De octonario numero. 189. — X. De	
novenario numero. 190. — XI. De denario numero. <i>Ibid.</i>	
— XII. De undenario numero. 191. — XIII. De duodenario	
numero. 192. — XIV. De denario ternario numero. 193.	
— XV. De denario quaternario numero. <i>Ibid.</i> — XVI. De	
quindenario numero. 194. — XVII. De denario senario	
numero. 195. — XVIII. De duodevicesimo numero. <i>Ibid.</i>	
— XIX. De undevicesimo numero. 196. — XX. De vice-	
ario numero. <i>Ibid.</i> — XXI. De vicesimo quarto numero.	
<i>Ibid.</i> — XXII. De tricenario numero. 197. — XXIII. De	
quadragesenario numero. <i>Ibid.</i> XXIV. — De quadragesimo	
sexto numero. 198. — XXV. De quinquagesenario numero.	
199. — XXVI. De sexagesenario numero. <i>Ibid.</i> — XXVII	
Statu de sancta Pentecoste. 200.	

## DE VETERI ET NOVO TESTAMENTO QUÆSTIONES.

201
QUÆSTIONES IN VETUS TESTAMENTUM. 207
IN GENESIM. — <i>Præfatio</i> . — <i>Ibid.</i> — CAPUT PRIMUM. Præ-
missio operis usque ad expulsionem hominis de paradiso.
209. — II. De operibus sex dierum. 213. — III. De para-
disi conditione, vel hominis. 215. — IV. De præceptis Dei,
et consensione serpentis. 218. — V. De peccato primorum
hominum sive supplicio. 220. — VI. De Cain et Abel, eor-
umque progenie. 225. — VII. De arca Noe et diluvio. 229.
— VIII. De Noe et benedictionibus ejus, maximo minimo-
que collatis filiis. 235. — IX. De Nemrod gigante et con-
fusionem linguarum. 237. — X. De egressu Abraham a Chal-
dæis. 238. — XI. De victoria Abraham et Melchisedech. 239.
— XII. De sacrificio Abraham et promissione Dei. 240. —
XIII. De Agar et circumcissione Abraham. 242. — XIV. De
tribus viris qui venerunt ad Isaac Mambre. 243. — XV. De
Sodomis, et Lot, et filibus ejus. 245. — XVI. De Ahime-
lech et Sara. 246. — XVII. De Isaac et Agar. 248. — XVIII.
De eo, quod obtulit Abraham filium suum. 249. — XIX. De



Isaac et Rebecca. 252. — XX. De Cethura, sive de morte Abraham. 253. — XXI. Quod Isaac cum Rebecca lusit. *Ibid.* — XXII. De puteis quos fodit Isaac. 254. — XXIII. De Esau et Jacob. 255. — XXIV. De Scala quam in visione vidit Jacob. 256. — XXV. De Lia, et Rachel, et duabus famularibus. 259. — XXVI. De fuga Jacob et Rachel, quæ furata est deus patris sui. 261. — XXVII. De lecta Jacob cum Angelo. 266. — XXVIII. De Dina, et partu Rachel, et incestu Ruben. *Ibid.* — XXIX. De Juda, quando dormivit cum nuru sua. 268. — XXX. De historia Joseph. 271. — XXXI. De benedictionibus patr. archiarum. 276.

In exodum. — *Præfatio* 287. — *Caput primum.* De septuaginta animabus. *Ibid.* — II. De morte Joseph. *Ibid.* — III. De afflictione populi. 288. — IV. De masculorum nece. *Ibid.* — V. De inventione Moysi. *Ibid.* — VI. De occiso Ægyptio. 289. — VII. De igne in rubro. *Ibid.* — VIII. De virga in serpentem versa. 290. — IX. De manu Moysi leprosa. *Ibid.* — X. De aquis conversis in sanguinem. 291. — XI. De ingressu Moysi ad Pharaonem. *Ibid.* — XII. De virga in draconem versa. 292. — XIII. De obdurations Pharaonis. *Ibid.* — XIV. De decem plagis. *Ibid.* — XV. De pascha. 294. — XVI. De thesauris Ægyptiorum. 295. — XVII. De azymis. *Ibid.* — XVIII. De columna ignis, et nubis. 296. — XIX. De divisione maris. *Ibid.* — XX. De cantico. *Ibid.* — XXI. De aquis amaris. *Ibid.* — XXII. De duodecim fontibus. *Ibid.* — XXIII. De cibus alium et manna. *Ibid.* — XXIV. De petra virga percussa. 299. — XXV. De pugna Amalech. *Ibid.* — XXVI. — De cognato Moysi. *Ibid.* — XXVII. De ascensione Moysi in montem. 300. — XXVIII. De tonitruis et fulguribus. *Ibid.* — XXIX. De decem verbis. 301. — XXX. De duobus tabulis. 305. — XXXI. De lapideis tabulis. *Ibid.* — XXXII. De altari de terra. 304. — XXXIII. De non sectis lapidibus sciendo. *Ibid.* — XXXIV. De non ascendendo ad hi per gradus. *Ibid.* — XXXV. De Hebræo sex annis serviente. *Ibid.* — XXXVI. De talione. 305. — XXXVII. De decimis et primitiis offerendis. *Ibid.* — XXXVIII. De vitulo combusto igni. 306. — XXXIX. De interfecis tribus millibus. 307. — XL. De confectione tabularum. *Ibid.* — XLI. De quadraginta diebus quos jejunavit Moyses. 308. — XLII. Quod Dominus Deus dixit ad Moysen: Posteriora mea videbis. *Ibid.* — XLIII. De glorificatione Moysi. 309. — XLIV. De edificatione arce. 310. — XLV. De urna aurea, et tabulis, et virga. 311. — XLVI. De propitiatorio et cherubim. *Ibid.* — XLVII. De altari. 312. — XLVIII. De mensa. *Ibid.* — XLIX. De Candelabro et oleo. *Ibid.* — L. De tabernaculo. 315. — LI. De columnis et earum basibus. *Ibid.* — LII. De tabulis desurais. *Ibid.* — LIII. De decem cortinis. 314. — LIV. De undecim velis cilicinis. *Ibid.* — LV. De opposito velo in medio tabernaculi. 315. — LVI. De diversis donariis ad constructionem tabernaculi. 316. — LVII. De unguento quo perungitur tabernaculum. 318. — LVIII. De incenso composito. *Ibid.* — LIX. De veste pontificis. *Ibid.*

In leuiticum. 321. — *Caput primum.* De figuris hostiarum. *Ibid.* — II. De igne sacrificio. 322. — III. Quod mel in Dei sacrificio non offertur. *Ibid.* — IV. Quod sal in omnibus sacrificiis admiscetur. *Ibid.* — V. Quod in sacrificium oleum offertur. *Ibid.* — VI. — De quatuor generibus principalium oblationum. 325. — VII. — De sacrificio ejus qui sacra tantum protulit, et oblivione transcendit. 324. — VIII. De liliis Aaron extinctis. 325. — IX. De discretione ciborum. *Ibid.* — X. De immunditia partuum. 327. — XI. De lepris. *Ibid.* — XII. De sacerdote magno, et cultu ejus. 330. — XIII. De sacerdotibus qui non offerunt sacrificium. 332. — XIV. De oblatione Aaron et filiorum ejus. 335. — XV. De oblatione pro sacerdotibus delicto. *Ibid.* — XVI. De pecoribus quæ non offeruntur in sacrificio. 334. — XVII. De cæteris cæreneniis. 335.

In numeros. — *Præfatio* 339. In deuteronomium. 359. — *Caput primum.* Cur deuteronomium undecim diebus scriptum. *Ibid.* — II. De quadraginta annis deserti et vestibus non attritis. *Ibid.* — III. De non plantando ligno iuxta altare. 360. — IV. De auferendo præputio ligni pontiferi. *Ibid.* — V. De non operando in bovis primogenito. 361. — VI. De non arando in bove et asino. *Ibid.* — VII. De non alligando ore bovis triturantis. 362.

— VIII. De non coquendo hædo in lacte matris. *Ibid.* — IX. De non induenda veste ex lana et lino. *Ibid.* — X. De non accipiendis loca pignoris superiore et inferiore iuncta. 365. — XI. De non abominando Ægyptio. *Ibid.* — XII. De non habendis diversis ponderibus. 364. — XIII. De testibus. *Ibid.* — XIV. De uxore fratris accipienda. 365. — XV. De formidoloso et pavido. *Ibid.* — XVI. De septem gentium interemptione. 368. — XVII. Cur Abraham loquens de eorum gentibus, non septem, disnumeravit Deus. 367. — XVIII. De muliere decora capta in bello. *Ibid.* — XIX. De securi manu fugienti. 369. — XX. De pollutione somni nocturni. *Ibid.* — XXI. De paxillo egredientis ad requisita. 370. — XXII. De quadraginta flagellis. *Ibid.*

In josue. 371. — *Caput primum.* De morte Moysi et principatu Jesu Nave. *Ibid.* — II. De duobus exploratoribus, et Raab meretrice. *Ibid.* — III. De transitu arce et divisione Jordanis. *Ibid.* — IV. — De duabus semis tribubus præcedentibus. 372. — V. De duodecim lapidibus. 373. — VI. De circumcissione secunda. *Ibid.* — VII. De excidio Jericho, et Raab salvatione. 374. — VIII. De furto Achan. *Ibid.* — IX. De constructione altaris. 375. — X. De benedictionibus et maledictionibus. 376. — XI. De Gabonitis. *Ibid.* — XII. De prælio in Gabaon. 377. — XIII. De extinctis gentibus et terræ divisione. *Ibid.* — XIV. De divisione terræ. *Ibid.* — XV. Quod levitæ non acciperent hereditatem. 378. — XVI. — Quod habitacula levitarum per omnes tribus decernantur. *Ibid.* — XVII. Quod quadraginta duas urbes accipiunt levitæ. 379. — XVIII. De Chananeo populo non extincto. *Ibid.*

In librum judicum. *Ibid.* — *Caput primum.* De servitute populi et liberatione. *Ibid.* — II. De Debora et Jael. 380. — III. De Gedeon et ejus sacrificio. 381. — IV. De vellera et arca. 382. — V. De prælio Gedeon cum trecentis. 385. — VI. De Abimelech. 386. — VII. De Jephthæ et filia. 386. — VIII. De Samson. 389. — IX. De Ruth. 390.

In regum primum. 391. — *Caput primum.* De nativitate Samuelis. *Ibid.* — II. De propheta ad Heli designato. 395. — III. De arcæ captivitate. 395. — IV. De sacrificio Samuelis, et lapide adjutorii. 396. — V. De unzione Saul. 397. — VI. De jejunio iudicio a Saule. *Ibid.* — VII. De Agag rege servato. *Ibid.* — VIII. De abreptione Saulis a spiritu nequam. 398. — IX. De unzione David. *Ibid.* — X. De certamine David cum Goliath. 399. — XI. De comuibus Michol filie Saul. 400. — XII. De David repellente cithara spiritum. 401. — XIII. De insidiis Saul contra David. *Ibid.* — XIV. De insidiatoribus prophetantibus. 402. — XV. De David et Abimelech. 405. — XVI. De David et rege Achis. *Ibid.* — XVII. De chlamyde Saulis præcisa a David. 401. — XVIII. De hostia ablata Sauli a David. 406. — XIX. De pugna David cum Amalechitis. *Ibid.* — XX. De Saule et Jonathan am consuleute. 407. — XXI. De morte Saulis et Jonathan. 410.

In regum secundum. *Ibid.* — *Caput primum.* Re David templum ædificet. *Ibid.* — II. De peccato David in Bethsabee. 411. — III. De Absalon. 412. — IV. Quod David sitiens noluit bibere de aqua cisternæ Bethsabee. 415. — V. De psalmo xvii. 414. — VI. De catalogo virorum fortium. *Ibid.*

In regum tertium. *Ibid.* — *Caput primum.* De Salomone. *Ibid.* — II. — De templi consecratione. 415. — III. De sapientia Salomonis. *Ibid.* — IV. De iudicio Salomonis. *Ibid.* — V. De regina Austri. 417. — VI. De cæteris operibus Salomonis. *Ibid.* — VII. De divisione decem tribuum. 418. — VIII. De Elia et virtutibus ejus. *Ibid.*

In regum quartum. 419. — *Caput primum.* De duobus quinquagenariis combustis. *Ibid.* — II. De Eliseo, et aqua sanatis. *Ibid.* — III. De parvulis maledictis. *Ibid.* — IV. De mortuo resuscitato. 420. — V. De Ferru exsiliante e flumine. *Ibid.* — VI. De additione xv annorum Ezechis. *Ibid.* — VII. De divitis Chaldeis ostensis. 422.

In esdra. *Ibid.* — *Caput primum.* De lx annis captivitate. *Ibid.* — II. De vasis Babyloniæ deportatis. 423. — III. De reditu populi in Jerusalem. 424.

DE MACHABÆIS.

Appendix ad libros regum.

Varie lectiones.

*Ibid.*  
425  
433



# SANCTI ISIDORI,

HISPALENSIS EPISCOPI,

## OPERA OMNIA,

ROMÆ ANNO DOMINI MDCCXCVII EXCUSA,

RECENSENTE FAUSTINO AREVALO,

QUI

ISIDORIANA PRÆMISIT; VARIORUM PRÆFATIONES, NOTAS, COLLATIONES, QUA ANTEA  
EDITAS, QUA TUNC PRIMUM EDENDAS, COLLEGIT; VETERES EDITIONES  
ET CODICES MSS. ROMANOS CONTULIT :

NOVA NUNC ET ACCURATIORI EDITIONE DONATA PRETIOSISSIMISQUE MONUMENTIS AUCTA

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

TOMUS SEXTUS.

---

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 28 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'ANBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER  
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUCE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISIINA

1862

## **ELENCHUS OPERUM**

**QUE IN SANCTI ISIDORI OPERUM TOMO SEXTO CONTINENTUR.**

---

<b>De Fide catholica ex Veteri et Novo Testamento contra Judæos libri duo.</b>	<b>449</b>
<b>Sententiarum libri tres.</b>	<b>537</b>
<b>De ecclesiasticis Officiis libri duo.</b>	<b>737</b>
<b>Lib. I. — De origine Officiorum.</b>	<b>737</b>
<b>Lib. II. — De origine Ministrorum.</b>	<b>777</b>
<b>Synonyma de lamentatione animæ peccatricis.</b>	<b>825</b>
<b>Regula Monachorum.</b>	<b>867</b>
<b>Epistolæ.</b>	<b>893</b>
<b>De ordine Creaturarum liber.</b>	<b>913</b>
<b>Index Rerum.</b>	<b>953</b>

---

# SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## DE FIDE CATHOLICA

EX VETERI ET NOVO TESTAMENTO

### CONTRA JUDÆOS

AD FLORENTINAM SOROREM SUAM.

#### Epistola dedicatoria.

Sanctæ sorori Florentina Isidorus.

1. *Quædam, quæ diversis temporibus in veteris Testamenti libris prænuntiata sunt de natiuitate Domini et Salvatoris nostri secundum diuinitatem; vel de incorporatione ejus, de passione quoque, et morte, sive de resurrectione, regno atque iudicio, pro viribus scientiæ ex innumerabilibus pauca proferenda putasi, 2 ut prophetarum auctoritas fidei gratiam firmet, et infidelium Judæorum imperitiam probet. Hæc ergo, sancta soror, te petente, ob ædificatum studii tui tibi dicavi, ut qua consorte perfruar sanguinis, cohæredem faciam et mei laboris.*

**PREFAT.** Inscriptio hujus operis desumpta est ex duobus Codicibus Gothicis, quos ante sexcentos annos descriptos esse constat. Nam quinque alii Codices, quos his libris castigandis nacti sumus, magno opere variabant. Braulio in Isidori Vita de his libris loquens: *Contra Judæos, inquit, postulante Florentina germana sua præposita virginum, libros duos (supple scripsit), in quibus omnia quæ fides catholica credit ex legis et prophetarum testimoniis approbavit. Hadelonus de virorum Illustrum scriptis, in Isidoro ait: Libellos duos (supple scripsit) ad Florentinam sororem contra nequitiam Judæorum.* MARIANA.

*Ibid.* Vel de incorporatione ejus. Codex Tarracoenensis major pro incorporatione legit corporationem. Nos aliorum Codicum fidem secuti sumus; præsertim cum Hilarius can. 6 in Matthæum incorporationem Verbi Dei dixerit.

Post epistolam operi præfixam sequebatur elenchus capitum in plerisque Codicibus. Nos, quoniam in secundo libro similis elenchus desiderabatur, tanquam supervacaneum hoc etiam loco expungendum judicavimus, cum satis constet ne ipsas quidem ca-

pitum summas ab Isidoro præfixas, sed posteriori tempore adjectas fuisse, et in Codice Tarracoenensi minori, cui in primis fidebamus, penitus desiderari. Quocirca in eis quædam ex nostro sensu in meliorem formam mutata esse, lector animadvertet. MAR.

*Ibid.* Cum in Isidorianis ea omnia congesserimus, quæ ad singula sancti Isidori opera quoquo modo referri possunt, supervacaneum esset hic repetere quæ de his duobus libris contra Judæos, cap. 66, explanavimus. Error ridiculus est in Cod. Ms. Florentino in-folio, quem primum appellabo, ut ab altero in-4o distinguam, quod hæc epigraphæ ponatur: *Sanctæ Florentinæ Isidorus episcopus Toletanus*, cui in ipsa operis inscriptione, quæ proxime præcesserat, Isidorus dicatur Episcopus Hispalensis. Idem error in nonnullis aliis Mss. hujus operis reperitur. Mariana nos nostras more nostro subjiciemus, variis nonnullis lectionibus, et quibusdam fragmentis intermistis. Pro *secundum diuinitatem* alii habent *secundum deitatem*. Et in fine præfationis, *ut quam consortem perfruar*, quæ phrasis ab Isidori stilo non abhorret, ut ator cum accusativo. AREVALUS.

## LIBER PRIMUS.

### CAPUT I.

*Quod Christus a Deo Patre genitus est.*

1. Judæi nefaria incredulitate Christum Dei Filium abnegantes, impij, duricordes, prophetis veteribus increduli, novis obstrusi, adventum Christi malunt ignorare, quam nosse; negare, quam credere. Quem enim venturum accipiunt, venisse jam nolunt. Quem resurrectionum legunt, resurrexisse non credunt.

2. Sed idem ista non intelligere se fingunt, quia sacrilegio suo hæc impleta cognoscunt. Ad quorum

CAP. I. N. 1. Al.: *Duri cordis, vel duri corde.* MAR.

*Ibid.* Duricordes. Hoc eodem verbo usus Isidorus est comment. in Genesim, cap. 25, num. 9, et in

refellendam perfidiam quædam ex Veteri Testamento aggregavimus testimonia, quibus Christum gentium ab omnipotente Patre cognoscant, ipso testante: *Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te.* (Psal. cix, 3). Ex utero itaque, id est, ex illa intima et incomprehensibili Patris substantia, sive ex illius divino atque immenso paterni pectoris arcano, quo Pater genitor de corde bonum eructat verbum.

3. Sicut et ipse alias ait: *Eruclavit cor meum ter-*

Exodum, cap. 55, num. 2. Itaque eam vicem retinendam esse, facile quisque perspicit. AREV

2. Al.: *Quo genitor, omisso pater.* MAR.

bunū bonum (Psal. XLIV, 2). Atque alibi ipse Pater A sic dixit: *Filius meus es tu, ego hodie genui te* (Psal. LV, 7). **3** Quod non est dictum David, neque ulli sequentium regum. Nam ibi additur: *Pete a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ.* Quod neque David, neque genti Hebræorum concessum est, nisi tantummodo Christo, ejus nomen est per omnes gentes diffusum, cui et reges obediunt, et gentes seruiunt, sicut et alibi de eo scriptum est: *Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei* (Psal. LXXI, 11).

4. Item Solomon, dum Patris nomen, mysteriumque nativitatē Christi secundum deitatem vellet agnoscere, his verbis intonat in Proverbiis dicens: *Quis ascendit in cælum, atque descendit? quis colligavit aquas, quasi in vestimento? quis suscitavit omnes terminos terræ? quod nomen est ejus, aut quod nomen filii ejus, si nosti?* (Prov. XXX, 4).

5. Hunc Filium Dei in Daniele rex ille impius aspiciens, dixit: *Ecce ego video viros quatuor solutos, et ambulantes in medio ignis, et nihil corruptionis in eis est, et species quarti similis Filio Dei* (Dan. III, 92); quem fideliter credimus, nec ullatenus dubitamus Dominum Salvatorem esse. Sed objicitur quod in Daniele iste Filius Dei superius etiam angelus nominatur (Dan. III, 49). Assentio. Nam et Christus Filius Dei angelus dicitur. Sic enim ait propheta de ipso: *Veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quæritis, et angelus Testamenti, quem vos desideratis* (Malach. III, 1).

6. Christus enim in eo quod a Patre genitus est, C Filius Dei vocatur; in eo vero, quod sæpe a Patre missus ad annuntiandum patribus legitur, angelus nominatur. De quo etiam ipse Pater ad legislatorem ita protestatur, dicens: *Ecce mitto angelum meum, qui præcedat, et custodiat te in via, et introducat in locum quem paravi; observa eum, et audi vocem ejus, nec contemnendum putes, quia non dimittet, cum peccaveris, et est nomen meum in illo* (Exod. XXIII, 20).

7. *Quem vos desideratis.* Locus est Malachiæ III, 1. Cæterum in Vulgata legitur: *Quem vos vultis, et Septuaginta dixerunt: Οὐ δυνάτεθε θέλετε.* Commodius autem, et significantius, *שׂוֹמֵר* verbi Hebraici vis desiderandi voce exprimitur, et patres non volebant modo, sed oppido quam ardentem Christi redemptoris adventum cupiebant; ab eo verbo nomen *שׂוֹמֵר* deductum non voluntatem absolute significat, sed beneplacitum, cupiditatem, desiderium. Quod Græci *ἐπιθυμία* voce significare consueverunt. Atque Isaia: LVIII, 3, ubi id nomen positum est, et nos legimus: *Ecce in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra, Mozarabes legunt: Ecce in die jejunii vestri invenitur voluptas.* MAR.

5. Inmittit post Salvatorem alios Mss. omittere esse. AREV.

6. Al. *Præparavi, pro paravi.* Et *Peccaveritis, pro peccaveris.* MAR.

7. *Ipse est enim Filius, qui, semper à Patre missus, visibiliter apparebat hominibus.* Nimirum Isidorus in ea sententia est, quæ antiquorum Patrum communis fuit, ab ipso mundi exordio, quoties se Deus humana effigie videndum præbuit hominibus, non Patrem, non Spiritum sanctum, sed Dei Filium apparuisse. Sic sentiunt Tertull., lib. II contra Marcionem; Cle-

4 7. *Quis est ergo iste angelus cui Deus et potestatem suam dedit et nomen? Quod si dicitur: aliqua alia est potestas angelica, hoc nefas est credere. Quis enim in nubibus æquabitur Domino, aut quis similis erit Deo inter filios Dei* (Psal. LXXXVIII, 7)? Qui enim non æquatur natura, non potest æquari et nomine. Ipse est enim Filius, qui semper a Patre missus visibiliter apparebat hominibus. Ex ipsa ergo missione recte angelus nuncupatur. Isaïas autem apertius Filium a Deo genitum confirmans, ita annuntiat: *Vox Domini reddentis retributionem inimicis suis* (Isai. LXVI, 6), ipsis videlicet, qui non credunt, *Juæ s: Antequam parturiret, peperit; et antequam veniret partus eius, peperit masculum* (Ibid., 7).

8. Quasi ape te diceret: antequam Christum Virgo parturiret in carne, generavit filium in divinitate Pater, et antequam tempus Virginis parturienti veniret, genuit eum sine tempore Pater. Unde inferius ait: *Quis audiret unquam tale? aut quis vidit huic simile* (Isai. LXVI, 8)? Revera, quia nihil tale in hominibus accidit, aut quidpiam simile, et post hæc subiungit: *Nunquid qui alios parere facio, ipse non pariam? dicit Dominus; et qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero? ait Dominus* (Isai. LXVI, 9). Quibus omnibus testimoniis cogendus est infidelis, ut eligat sibi de duobus, aut Christum Filium Dei credere, aut mentales putare prophetas, qui ista cecinerunt.

## 5 CAPUT II.

Quod Christus ante sæcula ineffabiliter a Patre genitus est.

1. Quod si quæritur, quando, vel quomodo, Pater Filium genuerit, respondetur: Cur quæritur tempus, quando sit Dei Filius genitus, dum sit sua nativitate æternus? sicut scriptum est de eo: *Egressus ejus a principio a diebus æternitatis* (Mich. V, 2). Et iterum: *Ante solem permanet nomen ejus, et ante lunam sedes ejus* (Psal. LXXI, 17).

mens Alexandrinus, lib. I Pædag. cap. 7; Irenæus, lib. IV contra hæreses Valentini, c. 17; Euseb., Historiæ Ecclesiasticæ initio; Hilarius, XII de Trinit.; Basiliius, I contra Eunomium. Itaque Dei Filius Adamo locutus est, quod Thargum etiam Jerosolymitanum, cum Genesis III ait: *וְקָדָם יְהוָה אֱלֹהִים אָדָם* hoc est, *vocavit verbum Dei Deus Adam.* Ipse Cain increpavit, Abrahamo apparuit, cum Jacob locutus est. Quod Syriensis congregatio, c. 13, his verbis credendum præcepit: *Si quis contra Jacob non Filium tanquam hominem luctatum fuisse, sed ingentum, aut Patrem ejus dixerit, anathema sit.* Præterea cum Mose e rubo locutus est, filios Israël eduxit ex Ægypto, eisque leges dedit in eremo. Quod ipsum Cassianus, lib. IV de Incarnat. duobus testimoniis confirmat: nimirum Judæ I, 5: *Scriptes sunt omnia, quoniam Jesus pœnitem de terra Ægypti salvans, secundo eos qui non crediderunt perdidit, angelos vero, etc.* Et Pauli, I Cor. X, 9: *Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentaverunt, et a serpentibus perierunt.* MAR.

8. Al., *uspiam pro quidpiam.* MAR.

CAP. II. N. 1. *Dum pro cum.* MAR.

Ibid. *Ante solem permanet nomen ejus, et ante lu-*

2. Sed et Pater eundem ante lociferum, id est, A ante omnia tempora genuisse testatur, quod et ipse Filius Dei, verbum, virtus et sapientia, de sua natiuitate confirmat, dicens: *Necdum erant abyssi, et ego jam conceptus eram, necdum fontes aquarum eruperant, necdum montes gravi mole constiterant, ante colles ego parturiebar; adhuc terram non fecerat, et flumina, et cardines orbis terræ: quando præparabat cælos, aderam; quando certa lege et gyro vallabat abyssos; quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram, cuncta componens (Proverb. viii, 24).*

3. Tali igitur auctoritate ante omnia sæcula Filius a Patre genitus esse declaratur, quando a Patre per illum cuncta creata esse noscuntur. Illud denuo quaeritur, quomodo idem sit genitus, dum sacre natiuitatis ejus arcana nec Apostolus dicit, nec propheta comperit, nec angelus scivit, nec creatura cognouit, Isaiâ testante, qui dicit: *Generationem ejus quis enarrabit (Isai. liii, 8)?* Idcirco si ejus natiuitas a propheta non potuit enarrari, quis profitebitur nosse quomodo Filius potuit a Patre generari?

4. Hinc est illud in libro Job: *Sapientiam (Dei Patris) unde inuenies? latet enim ab oculis hominum, et a volucris cæli absconsa est (Job. xxxviii, 20);* id est, etiam ipsi angelis incognita. Item ibi: *Radix sapientia: cui revelata est (Eccli. i, 7)?* origo scilicet Filii Dei. Ideoque quod etiam super angelorum intelligentiam atque scientiam est, quis hominum potest narrare?

5. Scire autem manifestum est solum Patrem quomodo genuerit Filium, et Filium, quomodo sit genitus a Patre. Siquidem et eignendi Filii quaeritur

nam sedes ejus. Locus est desumptus ex psalm. lxxi, 17, et priora quidem verba juxta Editionem Vulgatam; posteriora autem ex Psalterio Romano desumpti sunt, quo frequens utitur Isidorus. Erat enim Gothorum tempore in omnibus Hispaniæ Ecclesiis ejus Psalterii usus, ut breuiarium Mozarabicum argumento est, non paucis tamen immutatis ab ipso, ut arbitror, Isidoro. Nam in ejus Vita a Braulione scripta (duobus certe vetustis Codicibus) scriptum inuenio quartam eum Psalterii translationem edidisse, nimirum post tres illas Comosas, quas diuus Hieronymus adornauit, auctore Sigeberto. Hoc Isidori Psalterium, quo Mozarabes utuntur, nos deinde Hispanicum Romani et Gallici comparatione vocabimus. Ex his omnibus Psalteriis toto hoc opere ab Isidoro testimonia adducuntur, prout commodius erat, aut promptius memoria suggererat. Sed et reliquis diuinarum Scripturarum libris promiscue Hieronymi versione, et antiqua Vulgata Latina Editione utitur; utraque enim ejus ætate circumferebatur, ut Gregorius docet initio Moralium, et ipsemet Isidorus indicat lib. vi Etymologiarum, c. 4. Sape etiam, ut hoc loco fecit, ex variis interpretationibus unum testimonium contexit. MAR.

Ibid. Sua natiuitate æternus. Ita reposui ex Editione Haginoensi, et aliis, et ex Mss., cum apud Grialium esset sua natiuitate æternus, quod errore typographico accidisse credendum est. Verba psalmi in Vulgata hæc tantomodo sunt: *Ante solem permanet nomen ejus.* In antiquis versionibus: *Ante solem permanebit nomen ejus in sæcula, et ante lunam sedes ejus.* An Isidorus quartam Psalterii translationem, ut Mariana opinatur, ediderit, ad examen reuocari in

ratio, eo quod Filius non nisi ex duobus nascatur; habeat, inquam, sibi hujusmodi generis ortum conditio caduca mortalium; Christus enim ex Patre ita emicuit, ut splendor a lumine, ut verbum ab ore, ut sapientia ex corde.

### CAPUT III.

*Qua Christus Deus et Dominus est.*

1. Post declaratum Christi diuinæ natiuitatis mysterium, deinde, quia idem Deus et Dominus est, exemplis sanctarum Scripturarum 7 adhibitis demonstramus. Si Christus Deus non est, cui dicitur in Psalmis: *Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi, virgo æquitatis, virga regni tui; dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis (Psal. xlvii, 7)?*

2. Quis est igitur iste Deus unctus a Deo? Respondent nobis > Judæi. Ecce Deus unctus a Deo dicitur, et utique Christus ipsa unctione monstratur, cum Deus unctus insinuat. Dum enim audis Deum unctum, intellige Christum; Christus enim a chrismate, id est, ab unctione vocatur. Hunc Christum sub persona Cyri regis Persarum per Isaiam Pater Deum et Dominum esse testatur, dicens: *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, et dorsa regum vertam, et aperiam ante eum januas, et portas non claudentur. Ego ante te ibo, et gloriosos terræ humiliabo. Portas æreas conteram, et vectes ferreos confringam, et dabo tibi thesauros absconditos, et arcana secretorum, ut scias quia ego Dominus, qui rogo nomen tuum, Deus Israel (Isai. xlv, 1).*

3. In persona enim Cyri Christus est prophetatus;

Isidorianis, cap. 87. ARXV.

2. Quod et. AL., sicul. MAR.

Ibid. AL., Concepta, pro conceptus. MAR.

Ibid. Conceptus, Isidorus masculino genere fortasse dixit, ut de Filio Dei intelligeretur. Alioquin concepta esset retinendum etiam cum nostris Mss., et Editionibus antiquioribus. ARXV.

3. AL., Vidicit, pro dicit. MAR.

Ibid. Idem sit genitus. Etiam hoc loco meadum irrepererat apud Grialium idem sit genus, quod ex sensu et Editis ac Mss. correxi. ARXV.

CAP. III. N. 1. AL., directionis, pro æquitatis. MAR.

Ibid. Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Quis est igitur iste Deus unctus a Deo. Vides argumenti vim positam in geminatione vocis Deus, ut priori loco sit in vocativo, et referatur ad Christum; posteriori in nominativo, et referatur ad Patrem. MAR.

Ibid. Jure Mariana reprehendit in tractatu pro Editione Vulgata, cap. 25, Pagninum, quod ita verterit hunc locum: *Propterea unxit te Dominus Deus tuus oleo lætitiæ;* atque ita debilitari argumentum quo Patrem, qui ungit, distinctum esse a Filio, qui ungitur, sanctissimi Patres confirmarunt, Ambrosius, Athanasius, Hieronymus, Augustinus, Isidorus hoc loco, et alii. ARXV.

3. In persona Cyri Christus est prophetatus. Contendit Isidorus verba Isai. xlv, 1: *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro,* non de Cyro intelligenda esse, sed sub Cyri nomine de Christo tantum, cum absurdum videtur Cyrum, superstitioni deorum servitium, Christum Dominum et Deum nuncupari. Nam

ubi et subjugalæ sunt gentes in fide, et regna. Præ-  
terea, quia nullus in regno Israel Cyrus est dictus.  
Quod si de Cyro Persarum rege quis hoc crediderit  
prophetatum, absurdum et profanum esse cognoscat  
8 ut homo impius et idololatriæ deditus, Chris-  
tus, et Deus, et Dominus nuncupetur: Unde et in  
translatione LXX non habetur *Christo meo Cyro*. Sed  
*Hæc dicit Dominus Christo meo Domino*. Quod in  
persona specialiter Christi Domini nostri accipitur.

4. Si Christus Deus non est, dicant Judæi nobis  
quem ait affatus Deus in Genesi, cum diceret: *Fa-*  
*ciamus hominem ad imaginem, et similitudinem no-*  
*stram*. Sic enim subjungitur: *Et creavit Deus homi-*  
*nem p̄ imaginem suam; ad imaginem Dei creavit*  
*illum* (Gen. 1, 26). Quærat ergo quis Deus creavit,  
aut ad cujus Dei imaginem condidit hominem quem  
creavit?

5. Quod si respondeant, ad angelorum. Num an-  
gelus æqualem cum Deo habet imaginem, dum mul-  
tum distet imago creaturæ ab eo qui creavit? aut  
nunquid angelus cum Deo potuit facere hominem?  
quod ita existimare magne dementiæ est. Cui ergo  
dicitur? aut ad cujus imaginem conditus homo credi-  
tur, nisi ad ejus, cui una imago cum Deo est, et  
unicum nomen divinitatis est?

6. Item si Christus Dominus non est, quis  
Dominus pluit in Sodomis ignem a Domino? Sic enim  
ait in Genesi: *Et pluit Dominus super Sodomam, et*  
*Gomorrham sulphur, et ignem a Domino* (Gen. xix,  
24). In qua sententia nemo dubitat secundam esse  
personam. Nam quis est ille Dominus a Domino, nisi

verba illa, quæ sequuntur, qui *voco nomen tuum Deus*  
*Israel*, ad ipsum, de quo proxime locutus erat, et quem  
Christum vocaverat, referenda, ipse equidem Isi-  
dorus judicabat. Deinde quod in translatione Septua-  
ginta interpretum non legatur, hæc dicit Dominus  
*Christo meo Cyro*, sed hæc dicit Dominus Christo meo  
Domino. Quo modo Lactantius, lib. iv divin. Institut.,  
cap. 12, hoc testimonium citavit. Verum Hieronymus,  
commentariis ad eum Isaie locum, censet eam  
lectionem, quam Isidorus ait in Septuaginta fuisse,  
vitio-am esse, legendumque Græce, ut modo legitur  
*ὁ θεὸς λέγει κύριος ὁ θεὸς τῷ κυρίῳ μου κύριον*, unius  
autem adjectione litteræ pro κύριον, id est, Cyro non-  
nullos legisse κύριον, id est, Domino. Itaque tum Hi-  
eronymus, tum plerique alii expositores, id Isaie  
vaticinium, non nisi de Cyro intelligendum putant.  
Quin etiam Josephus, lib. xi Antiquit., cap. 1, Cy-  
rum eo vaticinio adductum affirmat Judæos in patriam  
remisisse. Isidoro favent Hebraici expositores antiqui,  
qui locum hunc de vero Messia intelligendum esse  
judicarunt. Ego vero de utroque locum intelligi posse  
contendo; de Cyro juxta historiam, de Christo alle-  
goricis. MAR.

*Ibid.* Quot in persona specialiter Christi Domini  
nostri accipitur. Fortassis spiritualiter pro specialiter  
legendum est. Nam eodem literarum compendio  
utrumque adverbium scribi solet. Sequabantur autem  
in Tarraconensi majori hæc verba: *Legamus Xenopho-*  
*ntis octo librorum Cyri majoris historiam, et pro-*  
*phetiam cernamus expletam. Quæ enim civitas illi non*  
*patuit? quis non regem terra subjecit?* etc. Quæ quoniam  
in aliis Codicibus non erant, et Isidori propo-  
sito contraria sunt, tanquam ex Hieronymi commen-  
tariis ad eum locum ab alio quopiam translata,  
manifesto prætermittenda esse duximus. MAR.

*Ibid.* In Codice Patav. 278 clare et sine nexu legi-

procul dubio Filius a Patre, qui semper ab eodem  
Patre missus descendere solitus est et ascendere?  
Quo testimonio et deitas, et distinctio personarum  
Patris et Filii luce clarius demonstratur.

7. Item si Christus Dominus non est, de quo dixit  
David in psalmo: *Dixit Dominus Domino meo: Sede*  
*a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum*  
*pedum tuorum* (Psal. cix, 1)? Qui dum idem Christus  
secundum carnem sit filius David, in spiritu tamen  
Dominus ejus, et Deus est. Si Christus Dominus non  
est, de quo ait David in libris Regum: *Dixit vir, cui*  
*constitutum est de Christo Dei Jacob, egregius psalmista*  
*Israel: Spiritus Domini locutus est per me, et sermo*  
*ejus per linguam meam* (1<sup>a</sup> Reg. xxiii, 1)?

8. Item si Christus Dominus non est, quis est ille  
Dominus exercituum, qui a Domino exercituum mit-  
titur, ipso dicente in Zacharia: *Hæc dicit Dominus*  
*Deus exercituum, post gloriam misit me ad gentes,*  
*quæ expolierunt vos. Qui enim tetigerit vos, tanget*  
*pupillam oculi ejus. Quia ecce levabo manum meam*  
*super eos, et erunt præda iis qui serviebant sibi, et*  
*cognoscetis quia Dominus exercituum misit me* (Zach.  
ii, 8)?

9. Vide nunc cujus sit hæc vox, nisi Salvatoris,  
quia omnipotens Deus a Patre omnipotente missus  
se esse testatur. Missus est autem ad gentes, post  
gloriam Deitatis, quam habuit apud Patrem, quando  
exinanivit semetipsum, et formam servi accipiens  
factus est obediens usque ad mortem (Philipp. ii, 7).

Qui etiam in sequentibus loquitur, dicens: *Lauda,*  
*et lætare, filia Sion, quia ecce ego venio*, 10 et habi-  
tur specialiter, quod Marianæ videbatur in spiritua-  
liter commutandum. AREV.

5. Ad cujus imaginem conditus homo creditur. Im-  
ginem hoc loco Isidorus personaliter sumit, intelli-  
gitque hominem fuisse conditum ad exemplar Dei,  
et imaginem, quæ est Filius, secutus in eo Ambros.,  
lib. vi Hexameron., c. 7; Euseb. xi Præparation.  
evangel., c. 12; Procopium, ad c. ii Genes. Tam-  
etsi eam sententiam Aug. quidem, iii de Genes. ad  
litteram, cap. 19, impugnandam suscepit. Cyrillus  
etiam, lib. i contra Julianum nugatoriam vocare non  
dubitavit. Fortassis eo tempore ea expositione Ariani  
ad erroris præsidium separandasque Trinitatis per-  
sonas abutebantur; alioqui nihil periculi est. Theo-  
logi quidem certo recentiores hominem ad imaginem  
totius Trinitatis conditum esse intelligunt, atque  
imaginis vocem iis verbis non imaginem in Deo, sed  
potius in nobis impressam significare contendunt, et  
perinde sit: *Faciamus hominem ad imaginem nostram*,  
ac si diceret, qui sit imago nostri, ad nostræ essen-  
tiæ exemplar expressa et conformata. Quod vero ad  
lectionem spectat, proximis verbis, ubi nos posuimus:  
nisi ad ejus, cui una imago cum Deo est, tres Codices  
legebant: *cujus una imago cum Deo est*. Et Tarracon.  
major: *Cujus imago cum Deo est*. MAR.

6. In qua sententia nemo dubitat secundam esse  
personam. In verbis illis Genes. xix, 24: *Pluit Do-*  
*minus super Sodomam, et Gomorrham ignem, et sul-*  
*phur a Domino*, vocis Domini geminationem Isidorus  
ad primam et secundam Trinitatis personas refert,  
quod ante eum fecerat Euseb., lib. i ecclesiast. lib.  
cap. 1. Irenæus, lib. iii, cap. 6; Basil., v contra  
Eunomium; Marcellinus Pontifex, ad Salomonem  
episcopum; Hieron., ad Osee i. MAR.

9. Al., *age nunc, videamus*. MAR.

*Ibid.* Al., *effectus est obediens*. MAR.

*tabo in medio tui, dicit Dominus, et applicabuntur gentes multas ad Dominum in die illa, et erunt milia in populum, et habitabo in medio tui, et scies quia Dominus exercituum misit me ad te (Zach. ii, 10).*

10. Quis est: igitur iste Dominus exercituum a Domino exercituum missus, nisi idem Dominus Jesus Christus? Superest de Spiritu sancto, de ejus deitate sic ait Jacob: *Et quia spiritus Dei est, spiritus Domini fecit me, et spiraculum omnipotentis vivificavit me, ecce et me, sicut et te, fecit Deus (Job. xxxiii, 4).* De quo enim dixerat: *Spiritus Domini fecit me, de eo rursus adjecit: Ecce et me, sicut et te, fecit Deus, ut eundem Spiritum ostenderet esse Deum.*

#### CAPUT IV.

##### De Trinitatis significantia.

1. Patet Veteris Testamenti apicibus, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum esse Deum. Sed hinc isti Filium, et Spiritum sanctum non reputant esse Deum, eo quod in monte Sina vocem Dei intonantis audierunt: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est (Deut. vi, 4);* ignorantes in Trinitate unum esse Deum, Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, nec tres deos, sed in tribus personis unum nomen individuae majestatis.

2. Quæramus ergo in Scripturis Veteris Testamenti eandem Trinitatem. In libro quippe secundo Regum ita scriptum est: *Dixit David filius Isai. Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Jacob, egregius psalmista Israel: Spiritus Domini locutus est per me, et sermo ejus per linguam meam. Quis autem esset, adjecit: Deus Israel mihi locutus est, fortis Israel, dominator hominum justus (II Reg. xxiii, 1).*

3. Dicendo enim Christum Dei Jacob, et Filium, et Patrem ostendit. Item dicendo: *Spiritus Domini locutus est per me, Spiritum sanctum evidenter aperuit. Idem quoque in Psalmis: Verbo, inquit, Domini cæli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eo-*

10. *Ut eundem Spiritum ostenderet esse Deum. Post hæc verba in Hispalensi Codice sequiebantur illa, sed hinc isti Christus non putant esse Deum. Et cætera multa; quæ quoniam lacuna intercesa atque depravata erant, deerantque in aliis Codicibus, et proximi capituli initio sermone ad verbum repetuntur, tanquam additiis loco movimus. Quintum tamen caput, in Excusis Codicibus positum, nos Hispalensem Codicem secuti ad lineam 3 cap. subjungimus, cum quo commodius cohærere visum est, idque sine nova capituli distinctione. Tametsi in aliis Codicibus ea omnia desiderabantur penitus, ac propterea suspecta esse videri poterant. MAR.*

*Ibid.* Verba quæ Mariana in Cod. Hispalensi reperit existant etiam in Cod. Florent. 1, et in Barberino sæculi prope octavi, et in multis aliis Mss., quæ propterea omnino prætermitti non debent. Ea sunt hujusmodi: ..... *Ostenderet esse Deum. Sed hinc isti Christum non putant esse Deum, eo quod in monte Sinai audierint vocem Dei intonantis: Audi, inquit, Israel: Dominus Deus tuus unus est; et iterum: Ego sum Deus, et præter me non est alius. Et illud: Ego sum Deus, et non mutor, et gloriam meam alteri non dabo. Dum hæc ergo legunt, perfidia errore cæcati, Christum Deum esse non credunt. Ergo agnoscant proinde, illis eo tempore hæc prædicta fuisse, ne forte ab unitate fidei recedentes, in multos fidei deos trans-*

*rum (Paul. xxxii, 6);* in persona enim Domini Patrem accepimus; in Verbo Filium credimus; in spiritu oris ejus Spiritum sanctum intelligimus. Quo testimonio et Trinitatis numerus, et communio cooperationis ostenditur.

4. Sic et in consequentibus idem propheta ait: *Mittet verbum suum, et liquefaciet ea; stabit Spiritus ejus, et fluent aquæ (Psal. cxlvii, 18).* Ecce tria, Pater qui mittit, et Verbum quod mittitur, et Spiritus ejus qui stat. Nam et cum dicitur in Genesi: *In principio fecit Deus cælum et terram, et spiritus Dei ferebatur super aquas (Gen. i, 1, 2),* ibi in Dei vocabulo Pater intelligitur; in principio Filius agnoscitur, qui dicit: *In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam (Psal. xxxix, 8, 9);* quia dixit Deus, et fecit Deus; in eo vero qui superferebatur aquis, Spiritus sanctus significatur.

5. Nam et cum ibi dicit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram (Gen. i, 26),* per pluralitatem personarum patens significatio Trinitatis est. Ubi tamen, ut unitatem deitatis ostenderet, confestim adinonet, dicens: *Fecit Deus hominem ad imaginem et similitudinem suam.* Et cum dicit idem Deus: *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis,* ipsa pluralitas personarum Trinitatis demonstrat mysterium.

6. Cujus Trinitatis sacramentum et Aggæus propheta ita aperuit, ex persona Domini dicens: *Spiritus meus erit in medio vestri (Agg. ii, 6, 8).* Ecce Deus qui loquitur, ecce Spiritus ejus; post hæc de tertia persona, id est, de Filio, ita subjectit: *Quia ecce ego commovebo cælum et terram, et veniet desideratus cunctis gentibus.*

7. In Isaia quoque sub propria persona cujusque distinctio Trinitatis, dicente eodem Filio, ita ostenditur: *Ego primus, et ego novissimus; manus quoque mea fundavit terram, et dextra mea mensa est cælos*

*irent, atque idola gentilitatis colerent, quod et fecerunt, cum specialiter Christum testimonio prophetarum reputant esse Deum. Pro prædicta fuisse alii habent prædicta fuisse, et spiritualiter pro specialiter. Quæ duo adverbia passim in Mss. confunduntur. AREV.*

CAP. IV. N. 1. Al., unum esse Deum bis pro esse Deum. MAR.

2. *I libro quippe secundo Regum. In Hispalensi et Tarraconensi minori legebatur, in libro quoque primo Regum. Quæ fortassis germana Isidori lectio est. Nam, ut Junilius docet, lib. de Partibus divina legis, cap. 12, et Hieronym. in prologo galeato, Hebræi duos tantum libros Regum computant, nempe Samuelis librum, quo primus et secundus comprehenditur, et librum Regum, qui continet tertium et quartum; atque hanc computandi rationem Isidorus ipso secutus est, lib. vi Etymolog., cap. 1. Verum quoniam alii Codices discrepant, et Isidorus ipse in libro Proœmiorum quatuor libros Regum facit, diversam lectionem præferendam judicavimus, tanquam Vulgæ Editioni, et communi usui magis consentaneam. MAR.*

4. Al., Domini ferebatur. Ibi tamen. MAR.

6. *De tertia persona. Hoc est, una ex tribus personis; de qua loquendi formula erudita est Græcè nota ad cap. xlii in Exodum, Num. 3. AREV.*

(Isai. XLVIII, 12, 13, 16). Non a principio in abscondito locutus sum; ex tempore antequam fieret, ibi eram; et consequenter adjecit: *Et nunc Dominus Deus meus misit me, et Spiritus ejus*. Ecce duæ personæ, Dominus et Spiritus ejus, qui mittunt, et tertia persona ejusdem Domini, qui mittitur.

8. Item alibi per eundem prophetam Trinitatis sic demonstratur significantia. *Ecce, inquit, puer meus, suscipiam eum, dilectus meus, complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum* (Isai. XLII, 1). Pater Filium dilectum puerum vocat, super quem dedit spiritum suum. De quo Dominus Jesus Christus propria voce testatur: *Spiritus Domini super me*.

9. Alio quoque in loco idem Isaias totam Trinitatem in digitorum numero comprehendens, sic prædicat, dicens: *Quis mensus est pugillo aquas, et celos palmo quis ponderavit? quis appendit tribus digitis molem terræ* (Isai. XL, 12)? In tribus quippe digitis propheta trinam diviniæ omnipotentis æ equalitatem sub quadam mysterii lance libravit, et ex paritate virtutis cooperationem potentis, et unitatem substantiæ, quæ una eademque in Trinitate est, in tribus digitis declaravit.

10. Cujus Trinitatis mysterium alias se cognovisse testatur idem propheta, dicendo: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, Seraphim stabant super illud, sex alæ uni, et sex alæ alteri, 13 duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus, et duabus volabant* (Isai. VI, 1); quem ut trinum in personis ostenderet, et unum in divinitate monstraret, sequenter ait: *Et clamabant alter ad alterum, et dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus exercituum; plena est omnis terra gloria ejus*.

11. Ecce trinam sanctificationem sub una confessione celestis persultat exercitus: unam gloriam Trinitatis Seraphim trina repetitione proclamant. Nam quid *ter Sanctus* indicat, nisi ejusdem trinæ Omnipotentis gloria demonstrata est in deitate trium personarum significatio? Non autem sicut tres personæ, ita et tres dii credendi sunt, sed in eis personis

11. *Nam quid TER SANCTUS indicat, nisi ejusdem trinæ Omnipotentis gloria demonstrata est in deitate trium personarum significatio? Hoc loco maxime variabant exemplaria. Hispalense legit: Nisi ejusdem trinæ Omnipotentis gloriam, quæ demonstrata est in deitate trium personarum sanctificationem. Tarraconense minus: Nisi ejusdem Trinæ Omnipotentis gloria demonstrata est, in D. i tamen trium personarum significationem. In altero Excuso legitur: Nisi ejusdem trinæ Omnipotentis gloriam, quæ demonstrata est in deitate trium personarum sanctificationem. Ex Parisiensi et Tarraconensi majiori lectio, quam posuimus, desumpta est. Suspicor legendum: Nam quid ter sanctus indicat, nisi ejusdem trinæ Omnipotentis gloria demonstrata est, in deitate trium personarum significata? MAR.*

*Ibid.* Codex Flor. 1 et alii omittunt hunc et sequentem numerum, vel potius eos præmittunt, et hoc loco addunt: *Ut enim personarum Trinitas monstraretur, tertio Sanctus dicitur. Sed ut unam esse Trinitatis substantiam appareat, non Domini Sabaoth, sed Dominus esse perhibetur. David quoque dicit: Benedicti vos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. Qui*

A una divinitas prædicanda est secundum Moysi sententiam dicens: *Audi, Israel, Deus, Deus tuus, Deus unus est* (Deut. VI, 4). Et iterum: *Ego sum Deus, et præter me non est alius* (Isai. XLV, 21).

12. Sed contra hæc objicit perniciosa Judæorum perfidia, dicens: *Si Pater Deus est, et Filius Deus est; ergo duo dii sunt, et non unus Deus*. Pro me ergo audiant Isaiam, utramque personam unum Deum dicentem: *Tu es Deus, et in te est Deus*. In eo enim quod dicit: *Tu es Deus*, Patrem ostendit; in eo vero quod subjicit: *In te est Deus*, Filium declaravit.

13. Sed tamen, ut eundem Patrem et Filium unum Deum ostenderet, subjicit: *Non est absque te Deus, vere tu es absconsus Deus, Deus Israel*. Alias quoque unitum nomen Patris et Filii comprobatur, ipso Patre ad legislatorem Moysen ita testante: *Attende isti, et ne inobediens ei fueris; est enim nomen meum in illo*.

#### 14. CAPUT V.

*Quia Filius Dei, Deus, homo factus est.*

1. Hucusque mysterium celestis natiuitatis in Christo, et significantiam diviniæ Trinitatis ostendimus. Debinc Scripturæ auctoritate eundem Filium Dei natum in carne monstremus, manifestantes primum, quia idem Filius Dei propter nostram salutem incarnatus, et homo factus est. Sic enim de eo prædicat Isaias: *Parvulus, inquit, natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus ejus super humerum ejus, et vocabitur nomen ejus admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis; multiplicabitur ejus imperium, et pacis ejus non erit finis* (Isai. IX, 6).

2. Parvulus enim Christus, quia homo; et natus est nobis, non sibi; quod enim homo factus est, nobis profecit, et ideo nobis natus est. Filius autem datus est nobis: cujus, nisi Dei Filius? principatus ejus super humerum ejus: sive quia crucem propriis humeris ipse portavit: sive quia titulum regni super humeros et caput ejus Pilatus scripsit.

3. Erubescant itaque impii Judæi, et agnoscant vocari Christum Filium Dei vivi natum, et per ac-

*cum tertio dixisset Deum, ut unum hunc esse ostenderet, subdidit: Et metuant eum omnes fines terræ. Hæc quidem pauci de Trinitate brevitatis causa notavimus, dum copiosissime plurima in voluminibus Scripturarum panduntur. AREV.*

CAP. V. N. 1. AL., humeros pro humerum. MAR.

5. AL., invocare pro vocari. MAR.

*Ibid.* Minuisti eum paulo minus ab angelis. Tarraconensis major: *Minuisti eum paulo minus a Deo*. Nimirum in Hebraico Psalmo VIII, 6, legitur: *Minuisti eum paulo minus ab Elohim*. Quæ dictio sæpe Deum, aliquando etiam angelos significat, unde utriusque interpretationi locus. Septuaginta dixerunt: *Minuisti eum paulo minus ab angelis*. Quod Paulus secutus est ad Hebr. II, 7. Hieronym. autem in sua interpretatione dixit: *Minuisti eum paulo minus a Deo*. MAR.

*Ibid.* Rursum futuram ejus in carne natiuitatem ostendens, subjicit, dicens: *Et quasi de vulva orietur filios adolescentiæ tuæ*. Locus est ex Psalm. CVI, 3. In quo miror Isidorum, cum adduxisset illa verba, et *tu ero ante luciferum genui te*, adjecisse, tanquam sequentia, et quasi de vulva orietur tibi vos adolescentiæ tuæ, cum sit potius ejusdem loci diversa interpretatio.



sumptionem corporis parvulam factum, de quo David ait: *Minuisti eum paulo minus ab angelis*, quia, dum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens (Philipp. 11, 6). **15** Ad quem dum Pater in Psalmis de illa æterna nativitate diceret: *Ex utero ante Luciferum genui te* (Psal. cix, 3), rursus futuram ejus in carne nativitatem ostendens, subjecit, dicens: *Et quasi de vulva oriatur tibi ros adolescentiæ tuæ*.

4. Hanc incorporationem Filii Dei et Spiritus sanctus in Psalmis ita prænuntiavit, dicens: *Ad Sion autem dicetur, vir et vir natus est in ea, et ipse fundavit eam Excelsus*. Ecce qui nascitur in Sion, et qui in ipsa civitate factus est humillimus, ipse est qui fundavit eam Excelsus; et quia idem est Dominus, sequitur: *Dominus numeravit, scribens populis, iste natus est ibi*. Quis est iste? vir scilicet, et excelsus, et Dominus. Vir, quia homo factus est. Excelsus, quia eum supra se cœli et angeli suscipiunt. Dominus, quia cunctæ cœli terræque creaturæ illi deserviunt.

5. Verum quoties inimici Christi omnem hanc prophetiam nativitatis ejus audiunt, conclusi, dum non habeant quod proponant, argumentantur, dicentes necdum venisse Christum, de quo hæc omnia ora prophetarum præsa ga cecinerunt. Quæramus ergo tempus nativitatis Christi, utrum jam advenierit, an venturus adhuc expectetur? In Daniele igitur tempus adventus ejus certissime ostenditur, et anni numerantur, et manifesta signa ejus pronuntiantur, et post adventum ejus et mortem futura Judæorum excidia ibi certissime manifestantur.

6. Sic enim ait ad eum angelus: *Daniel, adverte sermonem, et intellige visionem. Septuaginta hebdomadæ abbreviatæ sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur justitia sempiterna, et impleatur visio, et propheta, 16 et virgatur sanctus sanctorum* (Dan. ix, 25). Quæ scilicet septuaginta hebdomadæ si a tempore Danielis enumerentur, procul dubio Sanctus sanctorum Dominus Jesus Christus olim venisse cognoscitur.

7. Hebdomada namque in sacris eloquiis septem annis terminatur, dicente Domino ad Moysen: *Numerabis tibi septem hebdomadas annorum* (Levit. xxv, 8), id est septies septem, qui simul faciunt annos quadraginta novem. Similiter septies septuaginta

tio ex versione Hieronymi. Eodem memoriæ lapsu inferius, cap. 10, utramque interpretationem conjunxit, ubi ait: *Ante luciferum genui te, et quasi de vulva oriatur tibi ros adolescentiæ tuæ*. MAR.

4. *Ad Sion autem dicetur, Vir et vir natus est in ea, etc.* Locus est ex Psalm. LXXXVI, 3, juxta versionem Hieronymi. Codices Gothici, Romani Psalterii interpretationem secuti, legunt: *Mater Sion dicit, Homo et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam Excelsus*. Et fortassis hæc erat Isidori germana lectio. MAR.

*Ibid.* Al., *Altissimus pro Excelsus, et populos pro populis*. MAR.

*Ibid.* In versione sancti Hieronymi ex Hebræo ita habetur: *Dominus numeravit scribens populos: iste*

sunt quadriginti nonaginta. Ideo tot annos fuisse credendum est a Daniele usque ad Christum. A tempore, itaque Danielis propheta usque ad præsens tempus plus quam centum quadraginta hebdomadæ enumerantur. Ideoque jam advenit Christus, quem annuntiabat sermo propheticus.

8. Post septuaginta enim hebdomadas et natus et passus ostenditur Christus, et civitatem Jerusalem in exterminationem fuisse, et sacrificium, unctionemque cessasse. Sic enim subjecit idem propheta: *Et occidetur Christus, et civitatem, et sanctuarium dissipabit populus cum duco venuro, et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio*. Post passionem igitur Christi venit Titus, et debellavit Judæos, et destruxit urbem, et templum, et cessaverunt libamina et sacrificia. Quæ ultra illic celebrari non potuerunt. Ut impleretur quod fuerat ante a propheta prædictum.

9. Sed, o duritia cordis Judaici! quia ipsi Christum interemerunt, inde eum adhuc venisse non credunt. Probavimus Dominum nostrum Jesum Christum secundum carnem jam natum fuisse. Sed adjicit incredulus cur in carne venit? Audi ergo causam. Deus cum hominem fecisset, summa beatitudine præditum, et divinæ imaginis decore ornatum, posuit eum in paradiso, ut esset Deo subjectus, et cæteris creaturis prælatus.

10. Ille autem rebelis effectus, contempta divinitate, interdictum violavit præceptum: quem projectum ob superbiam Deus non occidit, sed exsul in paradiso fecit, expectans ut per poenitentiam reparari posset ad veniam; et cum ille non revocaretur ad viam virtutis, dedit legem per Moysen, ut vel per ipsam reverteretur ad amorem Dei, et operationem justitiæ. Sed cum ne hanc quidem contumax et incredulus custodiret, venit tandem **17** Filius Dei, et corpus humanum assumpsit, ut dum videretur, crederetur; omnisque mundus demonum simulacris reconciliaretur gratiæ Conditoris.

11. Hæc est causa nativitatis Christi, quæm Judæi, etsi patiantur natum, scandalizantur tamen crucifixum et mortuum: non intelligentes quia sicut propter redemptionem mundi illum decuit nasci, ita et pati oportuit, cujus passionem et mortem in suo loco Scripturarum testimoniis approbavimus. Nunc vero sequamur debitum ordinem, et cujus demonstrata est post gloriam deitatis humana nativitas, demonstratur et genus, et patria incipientes primum de nomine ejus loqui.

*natus est tibi*. Itaque restitui posset *populos* ex multis Mss. Isidori. AREV.

6. De septuaginta Danielis hebdomadibus passim ecclesiastici scriptores. Adisis Cotelerium, Patr. apostolic. tom. I, pag. 49. Calmetus dissertationem de hoc argumento edidit ante commentarium in Daniele; et in Bibliotheca sacra præmissa Dictionario biblico præcipuos auctores veteres recentisque indicat qui in hac questione versati sunt. AREV.

9. Al. *decore honoratum, pro decore ornatum*. MAR. 10., Al. *corpus humanum cum anima assumpsit*. MAR.

11. *Incipientes*. Refertur ad sequamur. In Editione Haganoensi omittitur *incipientes... loqui*. AREV.

9. In cuius ovili pardus cum hædo accubat, permisti scilicet subdoli cum simplicibus, ibi etiam vitulus de circumcissione, leo de sæculi potestate, ovis de populari ordine, simul morantur, quia in fide communis est conditio omnium. Puer autem parvulus minans eos ille est utique, qui se humiliavit pro nobis, ut parvulus. Bos autem et leo ibi comedent paleas, quia principes cum subjectis plebibus communem habent doctrinam.

10. Delectatur quoque infans ab ubere super foramina aspidis, dum gentes, quæ solebant venena aliquando prædicare, conversi etiam parvuli Christi fidem delectantur audire. Caverna autem reguli corda sunt infidelium, in quibus ille serpens tortuosus requiescebat, quem ablactatus comprehensum exinde captivum traxit, ut in monte sancto ejus, quod est Ecclesia, non noceret.

11. Adhuc idem Isaias de Christo, quia ex semine David nasciturus esset secundum carnem, sic in consequentibus dicit: *In die illa radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsam gentes 23 deprecabuntur, et erit sepulcrum ejus gloriosum (Isai. xi, 10).* In signum populorum stat radix Jesse, quando Christus signaculum crucis exprimit in frontibus eorum. Ipsum gentes deprecabuntur, quod jam hoc totum cernitur fuisse completum. Sepulcrum autem ejus in tantum est gloriosum, ut excepto quod redempti per mortem ejus gloriam ei exhibemus, etiam locus ipse coruscans miraculis, gloriæ suæ causa ad se omnem contrahat mundum.

12. Ille locus in Hebræo sic habet: *Et erit requies ejus gloriosa.* Utique quia moriens caro ejus non vidit corruptionem secundum Psalmi sententiam: *Quia non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem (Psal. xv, 10).* Jam vero quia ore prophetico de Moab nascenti Christo perhibetur testimonium, idem Isaias testatur: *Ponam enim super his qui fugerint de Moab leonem, et reliquis terræ. Emitte agnæm, Domine, dominatorem terræ de petra deserti ad montem filię Sion (Isai. xv, 9; xvi, 1).*

13. De hac enim gente Moabitarum egressus est Agnus immaculatus, qui tollit peccata mundi, qui dominatur in orbem terrarum. Petra autem deserti Ruth significat, quæ, destituta morte mariti, de Booz

9. Al., peccatoribus pro simplicibus. MAR.

10. Reguli, hoc est, basilisci. AREV.

11. Al., natus est pro nasciturus esset. MAR.

*Ibid.* Signaculum crucis exprimit in frontibus eorum. Hoc refertur sive ad sacramentum confirmationis, cum puerorum frontes chrismate signantur, seu ad consuetudinem qua singuli fideles consueverunt frontes signo crucis munire. De qua Tertull., lib. II ad uxorem. Cyprian., lib. II contra Judæos, cap. 21, dixit quod in hoc signo salus sit omnibus, qui in frontibus notantur. MAR.

12. Vulgata: *Ponam enim super Dibon additamenta his qui fugerint de Moab leonem, et reliquias terræ.* AREV.

13. Petra autem deserti Ruth significat. Hic locus ex Hieronym. desumptus est, ad cap. XVI Isaiæ initio, ubi ait: *De petra deserti, hoc est, Ruth, quæ,*

genuit Obed, et de Obed Jesse, et de Jesse David, et de David stirpe Christum. Montem autem filię Sion aut historialiter ipsam urbem Jerosolymam dicit, aut juxta tropologiam Ecclesiam in specula, id est, in virtutum sublimitate locatam.

## CAPUT X.

*Quia Christus de virgine sine virili coitu genitus est.*

1. Hactenus de nomine, et gente, et genere Domini nostri Jesu Christi Testamenti Veteris fidem perstrinximus: dehinc generationes ejus secundum carnem de Virgine ostendamus. Isaias enim 24 sancto Spiritu plenus futura incarnationis Filii Dei sic prænuntiat sacramentum, sic enim dicit: *Et adjecit loqui ad Achaz Dominus, dicens: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra (Isai. vii, 10).* Et subjectit: *Audite itaque, domus David, id est, genus David.*

2. Nam bene ad domum David loquebatur, id est, ad stirpem regiam, de qua stirpe descendit Maria, et adjecit: *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo in utero concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus.* Quia ergo ille, quem in utero Virgo concepit, et peperit, *Nobiscum Deus* vocatur, Deus 7 itaque 7 in utero virginis conceptus natusque cognoscitur. Erubescant itaque Judæi increduli, et Christi gratiæ sua colla submittant.

3. Ecce enim quem Virgo peperit nobiscum Deus appellatur. Quo loco argumentantur Judæi quod in Hebræo non virginem, sed juvenculam ostendat sermo propheticus parituram. Adversus quos respondetur non esse signum, si juvencula pariat, quod est ætatis. Sed hoc esse signum ad rei novitatem, si Virgo pariat, quod est integritatis. Dum enim dicit: *Dominus dabit vobis signum,* insinuat quoddam insigne miraculum, virginem videlicet parituram, quod procul dulcio signum non esset, nisi novum existeret. Oportebat enim Christum propter insigne miraculum secundum carnem nasci de virgine.

4. Sequitur de eo: *Butyrum et mel comedet.* Butyrum fructus est Ecclesiæ venientis ex circumcissione, quasi bovis sub jugo, id est, sub lege positæ; mel vero Ecclesiæ venientis ex gentibus, 25 cujus sa-

mariti, morte viduata, de Booz genuit Obed, et de Obed Jesse, et de Jesse David, et de David Christum. Isidorus dixit de David stirpe Christum. Quam lectionem propter auctoritatem Hieronym. diversæ lectioni prætulimus. Nam tres Codices legebant, *Et de David stirpe natus est Christum.* MAR.

CAP. X. N. 2. Al., vocabit, pro vocabitur. MAR.

3. In Hebræo non virginem, sed juvenculam, etc. Non constitui hoc loco de voce *Halma*, qua utitur Isaias vii cap., disputare, cum liceat Hieronymum ad eum locum videre, atque Galat., lib. vii de arcanis catholicæ veritatis cap. 15. MAR.

*Ibid.* Grialius perperam interpunxerat, dum enim dicit Dominus: *Dabit vobis signum.* AREV.

4. Sequitur, et dicit: *Præquam cognoscat puer, etc.* Isidorus, sive memoria hallucinante, sive data aperta a vii cap. datæ repente ad viii transit, explicatque

vitae, et dulcedine operis, et fidei pascitur Christus. Sequitur, et dicit: *Et priusquam cognoscat puer vocare patrem aut matrem.* Quod enim dixit priusquam cognoscat, id est, priusquam cognoscere faciat divinitate Deum habere se patrem, et carnis susceptione virginem matrem, juxta illud quod in Genesi scribitur, dicente Domino ad Abraham: *Nunc cognovi quod timeas Deum (Gen. xii, 12)*, id est, nunc cognoscere te feci. Absit enim apud Deum esse ignorantiam, ut tunc cognosceret quod ante nesciret.

5. Quantæ autem potestatis existat idem Emmanuel, prædictus propheta frequenter annuntiat, dicens: *Et erit extensio alarum ejus, implens latitudinem terræ, o Emmanuel (Isai. viii, 8)*; quem quia de virgine natum credimus, Patrem in Psalmis dicentem audiamus. Nam cum dixisset Propheta de Christo: *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis*, confestim vox Patris consecuta est, dicentis ad Filium: *Ante luciferum genui te, et quasi de vulva oritur tibi ros adolescentiæ tuæ. Juravit Dominus, et non penitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Dominus a dextris tuis confregit in die iræ suæ reges (Psal. cix, 1).* Et iterum: *Ubi inhabitabit, inquit, gloria in terra nostra, misericordia et veritas occurrerunt sibi, justitia et pax complexæ sunt se. Veritas de terra orta est, et justitia de cælo prospexit (Psal. lxxxiv, 10 seq.).*

6. Quæ est veritas de terra orta, nisi Christus de femina natus, Filius Dei de carne procedens? Nam caro terra est; quando enim natus est Christus, justitia de cælo prospexit. Non enim daretur e cælo justificatio, nisi Christus in carne nasceretur, et ut ostenderet quod ipsa veritas de terra orta homo esset, sequenter adjunxit: *Justitia ante eum præibit, et ponet in via gressus suos.* Nem idem David: *Terra, inquit, dabit fructum suum (Psal. lxxvi, 7, 8).* Terra, Maria, dedit fructum suum Christum; sed quis est sine fructus? *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus.*

7. Hunc terræ fructum prædictus Isaias propheta alibi manifestius annuntiat, dicens: *Rorate, cæli, desuper, et nubes pluant justum; aperiatur terra, et germinet Salvatorem, et justitia oriatur simul; ego Dominus creavi eum (Isai. xlv, 8).* Cæli ipsi qui et nubes, id est, prophetæ, per quos Christus adveniens prophetabatur; terra Maria, **26** quæ, sive aperta, non corruptione, genuit Salvatorem, quia solus Do-

illud verbum: *Priusquam cognoscat puer*, id est, priusquam cognoscere faciat se habere patrem Deum, matrem virginem. Subtiliter sane, neque abhorrens a divinarum litterarum usu. Hieronym., ad ea verba, et August., de tempore, serm. 32, facile se expediunt explicantes: Antequam puer sciat vocare patrem et matrem, id est, antequam homo fiat. **MAR.**

U. Al., *nostru caro, pro nam caro.* **MAR.**

7. Al., *commistione, pro commistio.* **MAR.**  
8. *Sine manibus abscissus, implens omnem terram.* Hispanensis interponit quædam verba, sic enim ait: *Sine manibus complectentium concisus, id est, de Virgine solo Spiritu sancto cooperante, sine virilis commistione seminis ortus, implens omnem terram.* **MAR.**

9. Al., *ingressurus, pro ingressus.* **MAR.**

minus eum creavit, non virilis commistio seminis.

8. Unde et Isaias ait: *Generationem ejus quis enarrabit (Isai. liii, 8)?* Nullus enim hominum nativitate Christi in conceptu conscius fuit: solo enim verbo Dei virgo prægnans apparuit. Quod etiam Daniel propheta figuraliter prædixerat, dicens: *Vidi lapidem de monte abscissum sine manibus præcedentium, et cum venisset in terram, replevit orbem terræ (Dan. ii, 34)*: lapis iste Christus est sine manibus abscissus, implens omnem terram, quia in omnibus gentibus regnum ejus est.

9. De quo lapido per Isaiam Deus loquitur: *Ecco mitto in fundamentis Sion lapidem pretiosum, electum, angularem, et qui crederit in eum non confundetur (Isai. xxviii, 16).* Hunc enim vidit Daniel abscissum de monte, id est, de populo Judæorum, sine manibus, hoc est, sine operatione virilis, ex Maria virgine natum, quam, sine dubio virginem fuisse credimus ante partum, virginem permansisse post partum, Ezechiele propheta testante: *Converti me ad viam portæ sanctuarii exterioris, quæ respiciebat ad Orientem, et erat clausa. Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit, non aperietur, et vir non transiet per eam, quoniam Dominus Deus ingressus est per eam, eritque clausa (Ezech. xlii, 1).*

10. Quo testimonio sanctam Mariam et virginem concepisse et virginem permansisse constat. Genitalia namque feminea, pro eo quod clausura partus aperiunt, portæ dicuntur, sicut ait Job: *Quia non clausit portas ventris, qui portavit me (Job. iii, 10).* Dominus enim noster Jesus Christus mirabiliter et potentialiter natus, tanquam sponsus processit de thalamo suo (Psal. xviii, 6), id est, ex Virginis utero, post cujus ortum nullum cum Maria concepisse, nullum ex ejus utero gentium existisse profiteremur.

## CAPUT XI.

### In Bethlehem natus est Christus.

1. Prædiximus nativitatem Domini nostri ex Virgine, locum quoque **27** originis suæ ostendamus. Nam in Bethlehem natus est, ad quam dicitur per Michæam prophetam: *Et tu, Bethlehem, domus Ephrata, nunquid parvula es in millibus Juda? ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, et egressus ejus a diebus æternitatis. Propter hoc dabit eos usque ad tempus in quo parturiens pariet (Mich. v, 2).*

**CAP. XI. N. 1.** *Et tu, Bethlehem, domus Ephrata, nunquid parvula es in millibus Juda?* Sic legunt duo Codices Gothici, sic etiam Julianus, lib. 1 contra Judæos, præterquam quod genere masculino dixit: *Nunquid parvulus es.* Hieronym., in ipsa versione Septuaginta habet: *Nequaquam minima es, ut sis in millibus Juda.* Cyprian., u. contr. Judæos, cap. 11, eundem Michææ loqui sic refert: *Non exigua es, ut constituaris in millibus Juda.* Ipsemet Isidor., lib. 11, cap. 3: *Et tu, inquit, Bethlehem, domus Ephrata, non es minima in millibus Juda.* In qua lectionem eo sane loco omnes Codices conspirabant, cum in hoc, de quo agimus, plerique affirmative legant: *Parvula es, sive parvulus es.* Tarracoen. minor tantum habebat: *Parvulus non es.* Libet autem suspi-

2. Sicque postquam locum originis ejus prædixit, deinde regnum ejus futurum in toto orbe subjecit, dicens: *Stabit, et videbit, et pascet gregem suum in virtute Domini, et in honore nominis Dei sui erunt, quoniam nunc magnificatur usque ad terminos terre, et erit iste pax.*

3. De hoc loco nativitatis Christi et Habacuc propheta sic ait: *Deus ab Africo veniet.* Bethlehem enim regio, ubi natus est Christus, de Jerusalem ad meridiana respicit plagam. Merito ergo ab Africo venisse scribitur, quia a Bethlehem venturus esse prævidebatur.

CAPUT XII.

*Stellæ indicio Christi nativitas monstratur.*

1. Quia stellæ indicio nativitas ejus claruit, in Numeris divinus ille 28 Balaam sic cecidit, dicens: *Orietur stella ex Jacob, consurgat homo de Israel.* Magi enim ab Orientis partibus venientes, primi Christi nativitatem stella indice nuntiaverunt, scilicet, ut quem olim princeps artis eorum prædixerat, illi inspecto sidere demonstrarent.

CAPUT XIII.

*Munera magi obtulerunt.*

1. Quia ei munera obtulerunt magi, et hoc propheta nobis narrat; sic enim Isaias ait: *In tempore illo deferetur munus Domino exercituum a populo divulso, et dilacerato, à populo terribili, post quem non fuit alius (Isai. xviii, 7).* Hoc autem dicit propheta propter Persarum robustissimam gentem, ad cujus tantam potentiam nullus populus comparabatur, de quibus magi venientes, Christo munera detulerunt.

2. Et iterum ipse: *Omnes, inquit, de Saba venient, cari, Hebraicos Michææ Codices a Judæis esse vidit, et Septuaginta olim atque veteres locum eam ut est in Mathæo, cum negatione legisse, tapetæi quidam nostræ ætate ita conantur Mathæi verba cum Michææ loco conciliare, ut dicant hoc modo Hebraica interpretanda: Et tu, Bethlehem Ephrata, parum (supple est tibi) ut sis in millibus Juda. Nimirum vocem Zahir Hebraicam, pro qua alii parvula, seu parvulus reddiderunt, hi neutro genere sumi malunt; quod si recipiatur, facile Mathæus cum Michæa conciliabitur. Hebraica propter eos, qui eam linguam callent, subjicimus ואתה בארץ יהודה ואתה ביהודה אפרתא מבר.*

3. *Deus ab Africo veniet.* Locus est Habacuc iii, 3; sic August., lib. de Pastor., cap. 15 et 16, dixit: *Deus ab Africo veniet, et Dominus de monte umbrosæ.* Quæ lectio in omnibus Isidori Codicibus erat, præterquam in Hispalensi, qui legit, ut est in Editione Vulgata: *Deus ab Austro veniet.* Nos aliorum Codicum auctoritate secuti sumus. MAH.

CAP. XII. N. 1. *Divinus ille Balaam.* Vox divinus anceps est; Josephus, lib. iv Antiq., cap. 6, Balaam in magnorum et divinorum valum numero ponere non dubitat, cui tam frequenter Deus loquebatur, per quem Israelitis benedixit, et qui futura tam aperte vaticinatus est. Antiquorum Patrum opinio resistit, Justini, q. 2; Chrysos., homil. 21 in Genesim; Basilii, epistola 80; Augustin., serm. 105. His accedit divinarum Litterarum auctoritas, cum Joëue xiii, 22, vocetur ariolus in Hebraico. MAH.

CAP. XIII. N. 1. *De quibus magi venientes.* Remigius, in Math. ii, variis de magis fuisse opiniones ait, a quibusdam Chaldeos putari, ab aliis Persas, a non-

aliam et thas deferentes, et tandem Domino annuntiantes. De his numeribus et David prædicavit, dicens: *Et dabitur ei de aure Arabiæ (Psal. lxxi, 11).* Et 29 *Arabus, Reges Thæris, et insula punia offerent, reges Acahæ, et Saba domus adjucent.* Nam et magos reges habuit Orientis.

CAPUT XIV.

*A Dea Patre unctus est.*

1. Et quia non oleo isto humano unctus est Christus, sicut ceteri reges et pontifices Hebræorum, sed a paterno Spiritu unctus est, Isaias ex persona ejusdem Christi sic cecidit, dicens: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis remissionem, et cæcis visionem (Isai. lxi, 1).*

2. Simili modo et Psalmographus, divino afflatus Spiritu, ita ad eundem Christum loquitur, dicens: *Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi, virgo equitatis, virgo regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo sanctitatis, pro: consanctibus tuis (Psal. xlii, 7).* In qua sententia primo propheta divinitatem Christi et perpetuitatem demonstrat.

3. Sequenter per æquitatis virgam scepterum potestatis ejus regnumque denuntiat; Postremo quod idem Deus a Deo unctus sit, indicat, non quidem oleo communi, sicut ceteri participes sui, id est, principes, qui imaginario processerunt, sed oleo sancto, quo mystice demonstratur Spiritus sanctus ab his copiosi infusione, et virgine Christus restitutus.

CAPUT XV.

*Quod pauper et abjectus primo ad orientem veniens*

1. Quia pauper et abjectus primo ad orientem veniens, quodammodo etiam in Hebraicis scripturis legitur. Deo nullis Balaam asserens, quosdam ex ultimis partibus venisse affirmare; Isidorus hoc capite, magis Persas scilicet. Nempè ex gentes austrorum cognitioni in primis deditur erant, unde Genehilitati Chaldaei vulgo dicebantur, ut ex Basilio constat lib. vii, cap. 1. Ab Helimæide prima Persiæ regione magi Helimæi vocabantur. Unde illud Actuum xiii, 8: *Resistebat autem illis Elymas magus, sic enim interpretatur nomen ejus.* An vero hi reges magi dicti fuerint a sapientia, ut Origenes judicat, traga, 5 in Mathæum, et eo nomine reprehenditur a Theophil., ii lib. Paschali, an vero a divinis artibus, ut Justinus contra Triplicem, et Basilus de Christi ortu articulat, Hieronym., Dan. ii, cum in illa verba: *Præcepit rex ut concederentur arti, aut magos esset, qui de singulis philosophantur;* indicat ea voce non tantum divinas artes significari. Quod verum adiecit: *Nam et magos reges habuit Orius,* ea verba ex Tertullian. desumpta sunt, libro contra Judæos, et in contra Marcionem, Cicero, i de Divinat. *Magos quinquam, ait, rex Persarum potest esse qui non nunc magorum disciplinam scientiamque paraverit.* Magos autem, qui ad Christum venerunt fuisse, reges, Gyprianus sermo de baptis. Christi, Athanas., q. 2, Hieronymus, in Psalm. vii, August. serm. 13, ad fratres in eremo, Christianus Druth., ad cap. ii Mathæi docent. MAH.

2. *Al., personal, vel præcinit, pro prædicavit.* MAH.

CAP. XIV. N. 2. *Al. dirigitur, pro arguitur.* MAH.

3. *Al. imaginario processerunt.* MAH.

CAP. XV. N. 1. *Sanctus Isaias sic indicat dicens: Dicitur Alia Sion. Illa verba, Dicitur Alia Sion, sunt quidem in Isai. cap. lxx, 11; que sequuntur: Rex rex tuus venit tibi, ex Zach. ix, 9, desumpta sicut.*

venorit, anclius, Isaias sic indicat, dicens: *Dicite A* vo quod tradidit in mortem animam suam, et cum filia Sion: *Ecce rex tuus* 30 *venit tibi justus, et sal-* rator, pauper, sedens super asinum indomitum. (Isai. lxxi, 13). Item apud eundem, ex persona Dei Patris: *Ecce intelliget servus meus, exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit vultus: sicut obtulerunt super te multi, sic ingloriosus erit inter viros aspectus ejus, et forma ejus inter filios hominum.*

2. *Iste aspergat gentes multas, super ipsum contine-* bunt reges os suum, quia quibus non est annuntiatum de eo, videbunt, et qui non audierunt; contemplati sunt. Quis credidit auditui nostro? *Et brachium Domini cui revelatum est* (Isai. lxxi, 4)? *Et ascendet sicut virgultum coram eo, et sicut radix de terra siliensi. Non est species ei neque decor, et vidimus eum, et non erit aspectus, et desideravimus eum depectum, et novissimum virorum; virum dolorum, et scientem ferro infirmitatem, et quasi absconditus vultus ejus, et despe-* ctus, unde nec reputavimus eum.

3. *Verè langnore nos, nos ipsa tulit, et dolores no-* stros ipse portavit, et nos putavimus eum quasi leprosum, et percusum a Deo, et humiliatum, ipse autem humiliatus est, propter iniquitates nostras, et al rictus est, propter scelera nostra. *Disciplina pacis nostrae super eum, et livore ejus annati sumus. Omnes nos, quasi* aera, erravimus.

4. *Unusquisque in viam suam declinavit, et Dominus* posuit in eo iniquitatem obviam nostram. *Oblatus est, quia ipse voluit, et non aperuit os suum; sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus* 31 *coram tonde-* re, obmutescet, et non aperit os suum. *Us angustia, et de* judicio sublati est, *generacionem ejus quæ intra-* bit? quia absqueus est de terra viventem, propter scelus populi mei peravisi eum, et dabis impios pro sepultura, et dices pro moxâ sua, eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus; et Dominus voluit conterere eum in infirmitate; si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum, et voluntas Domini in manu ejus dirigetur.

5. *Pro eo, quod laboravit anima ejus, vidabit, et* salubrabitur, *in scientia sua, justificabit ipse justus servos* meos multos, *et iniquitates eorum ipse portabit. Ideo* dispersiam ei plurimos, *et fortium dividet spolia, pro*

Isidorus autem utraque tanquam Isaiæ adduxit. Neque mirum, quando, Marci 1, 2, Isaiæ nomine citatur testimonium, cujus prima pars, *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, etc.*, ex Malachiæ, iii, 1, desumpta est. Tametsi (quod Porphyrius reprehendit, ut refert Hieronymus, ad Matth. iii, et quidam alii ausi sunt comminisci, memoria fuisse lapsos evangelistas, agnoscere nefas est. Cyprianus, ii contra Judæos, cap. 28, totum hunc locum, tanquam Zachariæ, citat his verbis: *Quod ipse sit rex in æternum regnaturus, apud Zachariam* (supple habetur): *Dicite filia Sion: Ecce rex tuus venit tibi, justus et salvans, mitis, sedens super asinum domitum.* Unde tria suspicabar: primum, Isidorum non Isaiam, sed Zachariam posuisse, et a librariis locum fuisse mutatum; deinde legendum *justus et salvans*, ubi Hispanensis, et Tarraconensis minor, ut est in nostra Vulgata, legunt *justus et salvator*; demum, non *asinum indomitum* legendum, sed *domitum*, ut dixit Cyprianus, nempe ἄσινον, quæ vox est in Septuaginta inter-

sceleratis reputatus est, et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus oravit.

6. In qua lectione mihi solum, quia abjectus apparuit Christus, sed etiam ibi ejus generatio celestis exprimitur, infirmitas quoque susceptæ carnis ejus manifestatur, contumelia quoque passionis ejus, crucis, mortis, sepultura ibi monstratur, et quod innocens damnatur, et lucens ibi patitur.

7. Deus enim suscipiens in carne pauperis formam se humiliare dignatus est, nostrique cæca, et salus perditis redderet, etiam usque ad mortem obediens factus est, quod alibi idem Isaias præfatus est: *Non clamabit, neque audiet, quis in plateis vocem ejus; celarum quæstiones non conferet, et lignum fumigans non exstinguet; sed in veritate profertur iudicium, quouaque pacem in terra iudicium, et in nomine ejus gentes sperabunt* (Isai. lxxii, 2).

8. Et Jeremias, quod veniret Deus in carne abjectus, et humilis, ita prædixit: *Domine, fac propter nomen tuum, quia multæ sunt aversiones nostræ. Tibi peccavimus, et spectatio Israel, salvator ejus in tempore tribulationis. Quare quasi colonus futurus es in terra? et quasi viator declinans ad manendum? Quare futurus es, quasi vir vagus, et fortis, qui non potest salvare? Tu autem in nobis es, Domine, et nomen tuum invocatum est super nos, ne derelinquas nos* (Jerem. xiv, 7).

9. Dum enim dicit, *tibi peccavimus*, exprimit Judæorum personam, 32 qui in Deum peccaverunt, quando venientem eum in forma hominis crucifixum; sibi tibi enim se aspectibus hominum, tanquam vagum hominem, et inquilinum; illi autem putantes hoc tantum esse quod videbatur, occiderunt hominem, quasi qui non posset salvare.

## CAPUT XVI.

*Quia signa et virtutes fecit.*

1. Genera quoque et virtutes curationum tanto ante præscripta sunt per Isaiam prophetam, dicentem: *Ecce Deus noster, ipse veniet, et salvabit nos. Tunc aperiuntur oculi cæcorum, et aures sardorum audient. Tunc saliet claudus, quasi cervus, et plana erit lingua mulorum* (Isai. xxxv, 4). Et iterum: *Spi-*

pretibus. Antiqui *subjugalem* dixerunt, nisi forte Isidorus ad verba sequentia respexit, *pullam novum*, vel *filium asinarum*, ut *asinum indomitum* diceret. MAR.

*Ibid.* Quod unius prophete nomen pro altero aliquando excidat, evenit etiam in aliis scriptoribus. AREV.

2. Al., *ascendit, sicut virgultum.* Et *consideravimus pro desideravimus.* MAR.

3. Al., *vulneratus pro humiliatus.* MAR.

4. Al., *ducitur pro ducetur.* MAR.

6. Al., *ejus manifestatus pro monstratur.* MAR.

7. Al., *carnem pauperis forma.* MAR.

8. Al., *tibi enim peccavimus.* Et *potest salvari.* MAR.

9. Al., *salvari pro salvare.* MAR.

CAP. XVI. N. 1. Al., *putabunt, pro audient.* Et *clara pro plana.* Et *unxit pro uncerit.* Et *predicandum pro annuntiandum.* Et *remissionem pro redemptionem.* MAR.

ritus Domini super me, eo quod unxerit me, ad annuntium manus tuas misit me, ut mederer contribulatis corde, predicare captivis redemptionem, et caecis visum (Isai. Lxi, 1; Luc. iv, 18).

2. Hæc omnia sanitatum signa in adventu Christi facta sunt. Statim enim ut natus est, præcedente stella adoraverunt eum magi, et obtulerunt munera. Deinde varia adventus ejus representavit miracula. Cæcis, enim, ut Deum cognoscerent, profundæ noctis caligo detergitur. Defunctis redivivæ lucis gratia redditur, ut animæ vivificarentur.

3. Surdi, ut auditum fidei susciperent, audire cœperunt. Claudii, ut ad Deum currebant, incessu alacri vegetantur. Muti, ut Deum confiterentur, claris vocibus clamaverunt. Leprosi pro abolendis contagii animæ lurida membra deposuerunt; effectu enim majestatis suæ multa fecit, quæ prætereunda sunt, dum cuncta legantur.

4. Nam excellentiæ suæ virtute pendulis gressibus tumentes æquoris fluctus calcavit, et maris magni procillas suo imperio mitigavit. **33** Jam vero passionis ejus obitum etiam elementa tremuerunt, dum sol fugit, dum tellus concutitur, saxaque sese illidentia dissolvuntur, siquidem et ipsa mors eum tenere non potuit.

5. Nam resurgens die tertia, ad sedem paternam revolavit, ministerisque angelorum reducit a terris ad cælum. Plura quoque, et his similia ejus omnipotentia facta sunt. Sed dicit incredulus quod et prophætæ miracula multa fecerunt. Verum est; nolus tamen eorum mortuus resurrexit, et in cælum ascendit.

#### CAPUT XVII.

*In corpore videndus erat.*

1. Quia ilem Deus in corpore ab hominibus esset videndus, per Isaiam testatur dicens: *Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum (Isai. Lii, 6).* Et David: *Ambulabunt de virtute in virtutem, et videbitur Deus Deorum in Sion (Psal. LXXXIII, 8).* Et iterum: *Visi sunt ingressus tui, Deus, ingressus Dei mei regis (Psal. LXVII, 25):* utique quibus venit in mundum, et quibus iterum ascendit in cælum, tunc enim manifestatus est, et revelatus occursus adventus ejus,

2. Al., *delegitur pro detergitur.* MAR.

3. Al., *abluendis pro abolendis.* MAR.

*Ibid.* In nota Editionis Grialianæ erat *abluendus*, quod ex textu mutavi in *abluendis.* AREV.

4. Al., *obitu pro obitum.* MAR.

*Ibid.* Alii, *etiam elementa timuerunt.* AREV.

5. Cod. Flor. hoc loco addit aliud caput: *Quia tentandus erat a diabolo. Quod vero tentandus esset a diabolo, et vinceret diabolum, sanctus Zacharias propheta dicit: Vidi Jesum sacerdotem stantem coram angelo Domini, et Satan stabat a dextris ejus, ut adversaretur ei, etc.* Hæc desumpta sunt ex cap. iii Zachariæ, 1 sequi: *Et ostendit mihi Dominus Jesum sacerdotem, etc.* Quæ verba profertur etiam in Etymologiæ, lib. vi, cap. 19, n. 55. Sed ubi Vulgata habet *elegit Jerusalem*, Cod. ms. Isidori hoc loco

quem Judæi, si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent (I Cor. ii, 8).

2. De cujus etiam corporali visione supradictus Isaias ita annuntiavit: *Ingloriosus, inquit, erit inter viros aspectus ejus, et forma ejus* **34** *inter filios hominum, quibus non est annuntiatum de eo, videbunt, et qui non audierunt, contemplati sunt.* Et Jeremias, in libro Baruch: *Hic est Deus noster, et non estimabitur alius ab eo qui invenit omnem viam prudentiæ, et ostendit eam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est.*

3. Et Habacuc: *Domine, inquit, auditui auditum tuum, et timui; consideravi opera tua, et expavi, in medio duorum animalium cognoveris; dum appropinquerint anni, innotesceris, dum advenerit tempus, ostenderis (Habac. ii, 10).* Item ipse: *Videbunt te gentes, et dolebunt populi, id est, Judæi.*

4. Siquidem et prædictus Isaias de ipso sic cecinit: *Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egradiatur, ut splendor, justus ejus, et Salvator ejus, ut lampas, accendatur, et videbunt gentes justam tuam, et cuncti reges inclytum tuum.* Et iterum: *Vox speculatorum tuorum lapaverunt vocem, simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt.* Et infra: *Paravit Dominus brachium sanctum suum in conspectu omnium gentium, et videbunt omnes fines terre salutare Dei nostri (Isai. LXII, 1; LII, 8, 10).*

#### CAPUT XVIII.

*Judæi non erant eum agnitori.*

1. Et quia eum non erant agnitori Judæi, sic prædixerat Jeremias ex persona Domini: *Prævaricationis prævaricata est in me domus Israel, et domus Juda, ait Dominus; negaverunt me, et dixerunt, Non est ipse (Jerem. v, 11).* Hoc etiam nunc usque Judæi de Christo dicunt, *Non est ipse*, expectantes alium, qui est Antichristus.

2. Et Isaias: *Non est species ei, neque decor, et vidimus eum, et non erat aspectus, et desideravimus eum, despectum, et novissimum virorum virum dolorum, scientem ferre infirmitatem, et quasi absconditus vultus ejus, et despectus. Unde nec reputavimus eum (Isai. LIII, 2).* Quibus verbis incredulitatem Judæorum significat, quibus visus est Christus non habere speciem, neque decorem, unde nec reputatus est esse Deus.

refert redemit Israel. AR. V.

CAP. XVII. N. 1. Al., *occultus pro occursus.* MAR.

2. Et Jeremias, in libro Baruch. Cum Baruch fuerit amanuensis Jeremiæ, passim ejus vaticinium tanquam Jeremiæ citatur. Sic Augustinus, orat. one contra Judæos, Paganos et Arianos, cap. 13; illa verba Baruch iii, 38, *Post hæc in terra visus est, Jeremiæ nomine adducit; idem facit lib. xviii de Civitate Dei, cap. 33.* Sic Clemens Alexandrinus, lib. i Pædag., cap. 40; Basilus, iv contra Eunom.; Cassiodorus, in Psalm. LXXXI. Sexta synodus, act. 8, similes ex Baruch locos tanquam Jeremiæ citant, quam unam causam fuisse puto cur in catalogo civinarum Scripturarum a Patribus olim et conciliis nulla de Baruch vaticinio propria mentio extet. MAR.

5. Quem tamen, quia non essent agnaturi, neque A  
recepturi, idem **35** Isaias alias approbat, dicens :  
*Audite, cœli, et auribus percipe, terra, quia Dominus  
locutus est : Filios enutrivit, et exaltavit, ipsi autem  
sprecerunt me. Cognovit bos possessorem suum, et  
asinus præsepe domini sui. Israel autem me non  
cognovit, populus autem meus me non intellexit (Isai.  
1, 2). Et iterum : Auditione audietis, et non intelli-  
getis, et cernentes videbitis, et non scietis ; incrassatum  
est enim cor populi hujus (Isai. vi, 9 ; Matth.  
xiii, 14).*

4. Unde et Ezechiel : *Factus est sermo Domini ad  
me dicens : Fili hominis, in medio domus exasperantis  
tu habitas, qui oculos habent ad videndum, et non vi-  
dent, et aures ad audiendum, et non audiunt (Ezech.  
xii, 2). Sic enim excæcati sunt, ut Salvatorein nec  
agnoscerent, nec susceperent. Et cujus diem Abra-  
ham vidit, et lætatus est, et cujus adventum prophæ-  
tæ magno cum desiderio expectaverunt (Joan. viii,  
56), isti et viderunt, et non cognoverunt, insuper et  
blasphemaverunt clamantes : Non habemus regem,  
nisi Cæsarem, et cætera quæ sequuntur. Cujus popu-  
li duritia sic non mutatur, quomodo nec Æthiopsis  
color, aut pardi varietas, Jeremia testante : *Si mu-  
tare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietatis  
suas (Jerem. xiii, 23).**

#### CAPUT XIX.

*Quia eum non agnoscentes Judæi, congregati  
sunt adversus eum.*

1. Sed quia eum Judæi non agnoscentes, congregati  
sunt ad interficiendum eum, et universalem C  
assensum in passione ejus præbuerunt, ita legitur :  
*Quare fremuerunt gentes, id est, Romani, et populi  
meditati sunt inania, hoc est, Judæi. Astiterunt reges  
terræ, hoc est, Herodes et Pilatus ; et principes con-  
venerunt in unum, scilicet principes sacerdotum, et  
seniores Judæorum : adversus Dominum, et adversus  
Christum ejus (Psal. ii, 1).*

CAP. XVIII. (col. præced.) N. 4. Al., dementia pro  
duritia. MAR.

CAP. XIX. N. 2. Omnes canes cæci. Hispalensis et  
Tarraconensis minor legebant : *Omnes canes multi,*  
ut est in vulgata Editione Isaiæ lvi, 10. Nos priorem  
lectionem secuti sumus, quod inferius dicat : *At vero  
isti cæci canes, pastorem suum non videntes, etc.* Quæ  
autem ex Hilaria verba subjiciuntur nullibi sunt,  
quod sciam, in ejus operibus. MAR.

*Ibid. Facti sunt mihi in sagittam reciprocam.* Hæc  
verba non inveniuntur in sacris libris, quibus hoc  
equidem tempore Ecclesia utitur. Nimirum Isidorus  
Editione Latina utebatur diversa a nostra, unaque  
ex illis, quas innumeras fuisse, August., et de Doc-  
trina Christiana, cap. 11, affirmat. Unde multi divi-  
narum Scripturarum loci in communi usu, et anti-  
quorum Patrum scriptis relictis sunt, qui modo non  
inveniuntur, iisdem certe verbis, quale est illud :  
*Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humi-  
lem, et quietum, et trementem sermones meos ? Atque  
illud : Non edificabis mihi domum, quia rir sanguinis  
es. Tentatio est vita hominis super terram. Maledictus  
qui opus Dei facit negligentem.* Et Ambrosius, 1 de  
Officiis, c. 31, ex Proverb. xxi, 4, adducit illa ver-  
ba : *Quia talia te oportet præparare, quæ in nostra  
Vulgata non sunt.* Alique : innumera alia, quorum  
pars maxima, ut in Græcis quidem septuaginta In-

2. Et iterum ex ejusdem Domini persona : *Circum-  
dederunt me 36 canes multi, concilium malignantium  
obsedit me (Psal. xxi, 17).* Canum autem nomen in  
eos est etiam per prophetam alterum constitutum. In  
Isaia enim scriptum est : *Omnes canes cæci, nescien-  
tes latrare.* Canum enim mos est, ut ait noster Hila-  
rius, *Pastori alludere, gregem nosse, insidiantes ferus  
persequi.* At vero isti cæci canes, pastorem suum  
non videntes, officium non intelligentes, latratus  
suos a feris ad gregem, a furibus ad Dominum re-  
torserunt. Unde et alius propheta de his ita dicit :  
*Facti sunt mihi in sagittam reciprocam.*

#### CAPUT XX.

*Venundatus est.*

1. Quia triginta argenteis appretiatas, et venundatus  
est, per Zachariam ita ipse prænuñtiavit : *Si bonum  
est, inquit, in conspectu vestro, date mercedem meam,  
et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et  
dixit Dominus ad me : Projice illud ad statuarium, de-  
corum pretium, quod appretiatas sum ab eis.*

**37** 2. Hæc enim nota omnibus causa est. Judas  
enim, poenitentia motus, pecuniam reportavit, et  
projecit in templum, et abiit, et laqueo se suspendit  
(Matth. xxvii, 4). Ut impletur, quod dixerat  
Isaia : *Testis falsus non erit impunitus, pro eo quod  
vendidit argento Justum (Prov. xix, 5 ; Amos ii, 6).*

3. Quam pecuniam bene Dominus mercedem suam  
dixit ; multa enim opera apud eos fecerat, reddens  
vitam mortuis, lucem cæcis, surdis auditum, gres-  
sum claudis ; pro quibus omnibus Judæi nefanda  
æstimatione mortem triginta argenteorum mercedem  
illi restituerunt.

#### CAPUT XXI.

*Quia a discipulo suo traditus est.*

1. Nam et quia Dominus traditorem suum per  
panem porrectum ostendit apostolis, etiam in Psal-  
mis commemoravit in se impletum dicens : *Qui ede-  
bat panes meos, ampliavit adversum me supplantatio-*

terpretum Codicibus exstant. Verum, ut ad Isidorum  
redeamus, suspicor ea verba ex Osee vii, 16, desumpta,  
ubi dicitur : *Reversi sunt, ut essent absque jugo : facti  
sunt quasi arcus dolorus.* MAR.

*Ibid.* Ad lib. xviii Etymolog., cap. 7, Num. 7,  
notavi sagittam reciprocam vocatam fuisse cateiam :  
*quam, ex Servii explicatione, in hostem jaculantes  
lineis, quibus eam adnexerant, reciprocam faciebant.*  
Vide eam notam, et Isidoriana, cap. 87, n. 25, sed  
quæ in Isidorianis ex Nic. Antonio de sagitta reci-  
proca tradita sunt, reformanda potius sunt ex Servio,  
ut sagitta reciproca intelligatur, non ea quæ percutit  
eum qui tetendit arcum, sed quæ ab eodem ad se  
retrahatur. Iterum, cap. 47 hujus libri, locus Osee  
occurrit. Versio antiqua ita exhibet : *Conversi sunt in  
nihilum ; facti sunt quasi arcus intentus.* AREV.

CAP. XX. N. 1. *Quod appretiatas sum ab eis.* Locus  
est Zacharie xi, 12, ubi in Vulgata legitur : *quo ap-  
pretiatas sum ab eis, quæ commodior lectio videbatur.*  
Verum in nullo Codice inventa est, et ipse Hieronymi  
textus, qui adjunctus est ipsius commentariis in pro-  
phetas, habet quod appretiatas sum. MAR.

2. *Quod dixerat Iquias.* Cur ita ? Verba quæ allegan-  
tur sunt Proverbiorum, et Amos prophetæ. Ergo hoc  
etiam loco nomen Isaiæ inopportune intrusum fuit, quod  
infra Marianus, ad cap. 26, num. 2, admonuit. AREV.

3. Al., mercede illi restituerunt. MAR.



nem. Et iterum: Tu pro hanc unanimis, dux meus, et notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos (Psal. XL, 10; LIV, 14).

2. De ipso autem Juda proditore. Jeremias praescius ita ante praedixit: Peccatum Juda scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino (Jerem. XVII, 1), quod sive ad Judam, sive ad Judaeos non incongrue convenit, qui sic peccaverunt in Christum, ut non sit peccatum eorum atramento conscriptum, quod deleri forsitan potest, sed stylo ferreo in ungue adamantino exaratum, id est, quod deleri non possit praeduritia cordis eorum, nisi crederentur.

#### CAPUT XXII.

A semet ipso traditus est.

1. Nam, quia et ipse sponte pro nobis semetipsum tradidit, 38 Isaias dicit: Oblatus est, quia ipse voluit. Et infra: Pro eo quod tradidit in mortem animam suam, videbit semen longævum, et voluntas Domini in manu ejus dirigetur (Isai. LIII, 7). Et ipse per Jeremiam prophetam sic loquitur: Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam, tradidi dilectam animam meam in manus inimicorum ejus (Jerem. XXI, 7), hoc est, in manus Judaeorum, qui eum interfecerunt.

#### CAPUT XXIII.

Comprehensus est.

1. Quia comprehendendus erat, Jeremias propheta longe ante ista, praedixit: Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris (Thren. IV, 20). Quo valiculo demonstravit aperte et Christum Dominum esse, et traditum pro peccatis nostris fuisse.

2. Item Sapientiae liber dicit: Dixerunt inter se impii: Comprehendemus Justum, quia inutilis est nobis, et contrarius est operibus nostris: promittit scientiam Dei se habere, et Filium Dei se nominat. Et infra: Si est verus Filius Dei, suscipiet illum, et liberabit eum de manu contrariorum (Sap. II, 12, 18). Et infra: Ut sciamus reverentiam illius, et probemus patientiam ejus, morte turpissima condemnemus eum: id est, affixione crucis.

#### CAPUT XXIV.

Judicatus est.

1. Quia judicandus erat, clamat David sub figura populi peccantis in Deum: Tibi soli peccavi, et ma-

CAP. XXI. (col. preced.) N. 2. Al., traditore pro proditore. Et possit pro potest. MAR.

CAP. XXII N. 1. Al., morte pro mortem. Et manu pro manus. MAR.

CAP. XXIV. N. 2. Al., servituti pro servientium. MAR.

CAP. XXV. N. 1. In passione a discipulis. Hoc caput 25 in Gothicis tantum erat, ideoque obelo signatum est, et in postremis verbis videtur legendum: Tunc enim discipuli confugerunt. MAR.

CAP. XXVI. N. 1. Al., aversi pro reversi. MAR.  
2. Testis falsus non erit impunitus, pro eo quod vendidit argento justum. Hujus testimonii prior pars sumpta est ex Proverb. XIX, 5. Posterior ex Amos II, 6. Utramque Isidorus Isaiae tribuit, nisi omnes Codices sunt vitiosi, quod non videtur, cum cap. 20 eadem verba eodem Isaiae nomine referantur. Ubi etiam verba illa: Si invaluerunt super me verba vestra, dicit Dominus, etc., quae sunt ex Malachiae III, 15, Zachariae nomine per errorem adducuntur. Simili memoriae

Alum coram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum judicaris (Psal. L, 6). Vultens enim Christus in corpore, tanquam remum se constituit, et iudex hominum hominibus judicandum se praebuit, sicutque mitis, et patiens, dum iudicatus est, victi, quia nihil in eo dignum, quod iudicaretur, populus persecutor invenit.

2. Unde et propheta, adventum iudicii ejus annuntians, sic comminatur contra eundem populum, dicens: Audite quae Dominus 39 loquitur: Sarge, et contende iudicio adversus montes, et audiam colles vocem tuam. Audiant montes iudicium Domini, et servia fundamenta terrae (Mich. VI, 1 seq.). Quia iudicium Domini cum populo suo, et cum Israel dijudicabitur, dicens: Popule meus, quid feci tibi? et quid molestus fui? responde mihi, quia eduxi te de terra Aegypti, et de domo servientium liberaui te, et misi ante faciem tuam Moysen, et Aaron, et Mariam? Ubi ostendit beneficia Domini praestita in populum suum, et contra haec adversus eum mala eorum. Et quid juxta haec eidem populo venturum sit, deinde subiungit: Audite, tribus, quae approbavit illud? adhuc ignis in domo impii, thesauri iniquitatis.

#### CAPUT XXV.

In passione a discipulis deseritur.

1. Quia in passione sua a suis discipulis desertus esset, per David prophetam idem Dominus loquitur: Omnes amici mei oblitus sum me, longe fecisti notos meos a me (Psal. LXXXVII, 9). Et Zacharias: Percute pastorem, et dispergentur oves (Zach. XIII, 7; Matth. XXVI, 31). Tunc discipuli confugerunt.

#### CAPUT XXVI.

A falsis testibus accusatus est.

1. Quia a falsis testibus accusandus erat, per Osee prophetam idem Dominus sic dicit: Pro, inquit, eis, quoniam recesserunt a me, vastabuntur, quia praeveritati sunt in me. Ego redemi eos, et ipsi locuti sunt contra me mendacia; et ego vidi eos, et confortavi brachia eorum, et ipsi in me cogitaverunt malitiam, reversi sunt, ut essent absque iugo: facti sunt quasi atcus dolosus (Osee. VII, 13).

2. Et Zacharias: Si invaluerunt super me verba vestra, dicit 40 Dominus, et dixistis: Quid locuti

lapsu cap. 29 hujus libri tanquam Jeremiae citat illa verba: Posui scapulas meas ad flagella, et manillas meas ad palmas. Qui locus ex Isaiae L, 6, desumptus est. Nam ubi in Vulgata legitur: Corpus meum dedi percutientibus, et genus meas vellentibus, quae verba jam Isidorus citaverat, Septuaginta legebant: Dertum meum dedi ad flagella, et gernas meas ad asapas. A Cypriano sane II, contra Judaeos, cap. 12, et Lactant., lib. IV divinarum Inst., cap. 18, Isaiae nomine adducuntur. Jam quod capite 39 hujus libri Isidorus illa verba: Spinis peccatorum eorum circumdedit me populus hic, tanquam Jeremiae adduxit, eorum vestigium nullibi potui ingenire, quemadmodum quod a Lactantio ejusdem Jeremiae nomine adducitur de Christo, lib. IV, cap. 8: Beatus qui erat antequam nasceretur. Et cap. 12, illud ex Salomone: Infirmatus est uterus virginis, et accepit sortem, et gravata est, et facta est in multa miseratione mater virgo, ubi invenias? MAR.



sumus contra te? Et in Psalmis dicit: *Insurrexerunt a* *rum: Congregata sunt in me flagella, et ignoram*  
*in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi (Psal.*  
 xxvi, 12). Et Isaias de Juda dicit: *Toetis saluus non*  
*erit impunitus, pro eo quod vendidit argento justum.*

## CAPUT XXVII.

*Clamaverunt Judaei ut crucifigeretur.*

1. Quia clamaverunt Pilato ut crucifigeretur, hoc  
 jam per Jeremiam Christus de Synagoga praedixerat,  
 dicens: *Reliqui domum meam, facta est mihi haereditas*  
*mea, quasi leo in silva, dedi contra me vocem*  
*suam (Jerem. xii, 7); blasphemans utique, et dicens:*  
*Crucifige, crucifige (Luc. xxiii, 21; Joan. xix, 6).*

2. Et alibi ipse dicit: *Super quem aperuistis os*  
*vestrum? et adversus quem laxastis linguas vestras*  
*(Isai. lvii, 4)? Et Isaias: Ruit, inquit, Jerusalem, et*  
*Judas concidit, quia lingua eorum contra Dominum*  
*(Isai. iii, 8). Item ipse: Expectavi ut facerent judi-*  
*cium, fecerunt autem iniquitatem, et non justitiam, sed*  
*et-morem (Isai. v, 7).*

## 41 CAPUT XXVIII.

*Judaei posteritatem suam damnaverunt.*

1. Nam quia peccantes Judaei etiam in Christo  
 posteritatem suam damnaverunt, dicentes: *Sanguis*  
*ejus super nos, et super filios nostros (Matth. xxvii,*  
 25), olim cum obijuratione Isaias illis praedixerat,  
 dicens: *Semen pessimum, preparate filios vestros oc-*  
*cisioni in iniquitate patrum suorum (Isai. xiv, 20). Ve-*  
*nientibus enim in Judaeam gentibus, pro scelere pa-*  
*trum etiam filii trucidati sunt.*

2. Sub quorum persona et Jeremias interitum eorum  
 ita deplorat, dicens: *Patres nostri peccaverunt,*  
*et non sunt, nos autem iniquitates eorum exsolvimus*  
*(Thren. v, 7). Item Jeremias: Sacerdotes non dixe-*  
*runt, Ubi est Dominus? et tenentes legem, nescierunt*  
*me, et pastores praevaticati sunt in me. Propterea adhuc*  
*judicio contentiam vobiscum, ait Dominus, et cum fi-*  
*liis vestris disceptabo.*

3. Item ipse: *Quare ergo est factus in praedam?*  
*super eum rugierunt leones, et dederunt vocem suam,*  
*posuerunt terram ejus in solitudinem, et civitates ejus*  
*exstiterunt, et non est qui habitet in eis (Jerem. ii,*  
 8, 14).

## CAPUT XXIX.

*Flagellatus, et palmis caesus est.*

1. Quia flagellatus est, et palmarum sustinuit  
 ictus, Job de eo sic dicit: *Exprobrantes, et conspuen-*  
*tes, percusserunt maxillam meam, satiati sunt panis*  
*meis (Job. xvi, 11). Et in Psalmis ipse dicit: Ego*  
*ad flagella paratus sum (Psalm. xxxvii, 18). Et ite-*

CAP. XXVIII. N. 1. Al., *vestrorum* pro *suorum*. MAR.

2. Al., *portamus* pro *exsolvimus*. MAR.

CAP. XXIX. N. 1. Al., *ignoraverunt* pro *ignoravi*. MAR.

CAP. XXX. N. 1. Et *linum fumigans*, etc. Haec omnia usque ad finem capituli erant in uno tantum Tarraconensi majore, quae obelo notata sunt, quoniam non satis placebant, nec erat tamen unde vera lectio restitueretur. Neque satis intelligebam quae essent supra dicta opuscula, in quibus Isidorus de his rebus disseruisse se dicit. MAR.

*rum: Congregata sunt in me flagella, et ignoram*  
*(Psalm. xxxvii, 18).*

2. Similiter et per Isaiam: *Non sum, inquit, contu-*  
*max, neque contradico: corpus meum deus percipientibus,*  
*et genas meas vellentibus: faciem meam non*  
*averti ab increpantibus, et conspuentibus in me (Isai.*  
 l, 6). Et per Jeremiam dicit: *Posui scapulas meas*  
*ad flagella, et maxillas meas ad palmas (Thren. iii,*  
 50). Item de ipso idem Jeremias: *Dabit, inquit, per-*  
*cutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.*

## 42 CAPUT XXX.

*Arundine Christi caput percussum est.*

1. Quia arundine caput ejus percussum est, et  
 sustinuit patienter, Isaias praedixerat, dicens: *Arundinem*  
*quassatam non conteret, et linum fumigans*  
*non exstinguet, calamus quassatum, sive confractum*  
*non conteret, cunctis enim plausibilis erit, et veniam*  
*dabit peccatoribus, dicens: Confide, filia, dimittuntur*  
*tibi peccata (Isai. xlii, 1 seq.). Et linum fumigans,*  
*sive, ut caeteri transtulerunt obscurum atque tene-*  
*brosus non exstinguet.*

2. Qui vicini erant extinctioni, Domini elementia  
 servabuntur. Quae super Judaeis, et nationibus, in  
 supradictis opusculis disseruimus; sed cum veritate  
 omnia judicabit, nequaquam metuens Scribas et  
 Phariseos, quos confidenter hypocritas appellabat  
 (Matth. xxiii, 15).

## CAPUT XXXI.

*Spinis coronatus est.*

1. Et quia spinea corona capiti ejus imposita est,  
 scribitur hoc in Canticis canticorum ex persona  
 Patris, de contumeliis Filii iniquitatem Jerusalem  
 mirantis, atque dicentis: *Exite, et videte, filiae Jeru-*  
*salem, regem in corona, qua coronavit eum mater*  
*ejus (Cant. iii, 11), id est, corona spinea, quam capi-*  
*tu ejus imposuit Synagoga.*

2. Sed et per Jeremiam idem Filius sic dicit: *Spinis*  
*peccatorum suorum circumdedit me populus*  
*hic. Et apud Isaiam: Plantavi, inquit, vineam ele-*  
*ctam, et expectavi, ut faceret uvas, fecit autem spi-*  
*nas (Isai. v, 2);* utique quia degenerans a patriarcharum fructu, boni fructus justitiae, sed spinas mortis et crucis attulit suo Creatori.

## CAPUT XXXII.

*Veste coccinea indutus est.*

1. Nam et quod milites illudentes veste coccinea  
 induerunt eum, praenuntiavit hoc Isaias propheta dicens: *Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus*  
*de Bosra? quare rubram est vestimentum tuum, et in-*

*Ibid.* Pro et *linum*, usque ad *hypocritas* appellabat. Flor. 1 haec tantum habet: *Et David ait: Quoniam quem percussisti, persecuti sunt, et super dolorem vulnerum meorum addiderant.* AREV.

CAP. XXXII. N. 1. Al., *diademate, quo coronavit.* MAR.

2. Per Jeremiam. Jam advertit Mariana, ad cap. 26, n. 2, nullum se apud Jeremiam invenire potuisse vestigiū horum verborum: *Spinis peccatorum suorum.* AREV.

*dumentum tuum, tanquam calcantium in torculari (Isai. LXIII, 1)? At ille respondens: Torcular, inquit, calcavi solus. Calcare enim torcular solum se dixit, quia solus propter mundi peccatum passionem suscepit, solusque delicta omnium sanguine suo lavit.*

## CAPUT XXXIII.

*Dum pateretur, tacuit.*

1. Nam quia dum pateretur, tacuisse scribitur, hoc prophetarum voces testantur. Isaias enim sic de illo ait: *Tanquam oris ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum (Isai. LIII, 7).* Hic enim in passione Pilato interroganti nihil locutus est; sed in humilitate iudicium ejus sublatum est; de quo et ipse alibi: *Non clamabit, nec audiet quis in plateis vocem ejus (Isai. XLII, 2).*

2. Item idem Christus per eundem prophetam: *Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico. Corpus meum dedi percutientibus (Isai. L, 5).* Et ipse alibi: *Tacui, silui, nunquid semper tacebo (Isai. XLII, 14)?* Primo enim tacuit, ut iudicaretur, quando sicut agnus coram tondente se fuit sine voce, nec aperuit os suum, suamque conpescuit potestatem.

3. In novissimo autem sic de eo scribitur: *Deus manifeste veniet. Deus noster, et non allebit (Psal. XLIX, 3).* Tacuit enim ut iudicaretur, quando venit occultus; nequaquam autem tacet quando venit manifestus ut iudicet.

## CAPUT XXXIV.

*Crucem portavit.*

1. Quia crucem suam ipse portavit, Isaias prædixit: *Puer natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humeros ejus (Isai. IX, 6).* Quis enim regum potestatis insignia in humero por-

CAP. XXXIII. N. 1. Al., *tondente se, obmutescet, sic non ap. o. s. MAR.*

CAP. XXXIV. N. 1. Al., *humerum ejus. MAR.*

*Ibid. Quis enim regum potestatis insignia, etc. Hæc Tertullian. contra Judæos sic ait: Quis omnino regum insignia potestatis suæ in humero præfert? et non aut in capite diadema, aut in manu sceptrum, aut aliqua proprietate usus nova? Fortassis legendum in Tertull. ex Isidoro, aut aliqua proprietate vestis nova. MAR.*

*Ibid. Al., super humeros pro in humero. MAR.*

2. *Ligna ipse sibi portavit. Tarraconensis major, Ligna ipse portavit. Tertullianus tamen contra Judæos sic ait: Itaque in primi Isaac, cum a Patre hostia duceretur, lignumque ipse sibi portans, etc. Itaque ea lectio placuit. MAR.*

CAP. XXXV. N. 1. *Mittamus lignum in panem ejus. Locus est Jeremia: XI, 19, in quo omnium Ecclesiarum consensus est, ut Hieronymi verbis utar, sub persona Jeremiae de Christo hæc dici. Cyprianus, lib. II contra Judæos, c. 14. Lactant., lib. IV, cap. 18. Tertull., contra Judæos, nisi quod legit: Mittamus panem ejus in lignum. Omnes sane ad Christum referunt, in cuius corpus, quod vere panis et vita est, lignum est missum, cum cruci affixus est. Justinus, contra Tryphonem, a Judæis olim hunc locum de ipsorum Codicibus expunctum affirmat in odium Christi. MAR.*

*Ibid. Jeremias propheta. Cod. Barber. omittit.*

AREV.

2. Al., *carnis in lignum. MAR.*

*Ibid. Al., in vespera, vel ante vesperam, pro ad*

A tat, et non aut in capite coronam, aut aliqua propriæ vestis ornamenta?

2. Sed solus Rex sæculorum Christus gloriam potestatis suæ et sublimitatis in humeris extulit, quod etiam Isaac figuravit, qui cum a patre hostia duceretur, ligna ipse sibi portavit (*Gen. XXII, 6*), Christi eximiam tunc præfigurans passionem, lignum passionis suæ gestantis.

## CAPUT XXXV.

*Cruci affixus est.*

1. Quia ligno crucis suspensus est, atque suffixus, Jeremias propheta ex persona Christi prædixerat, dicens: *Ego, quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, et non cognovi, quia super me cogitaverunt consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem ejus, et eradamus eum de terra viventium. Hæc enim quæ passurus erat Dominus a Judæis, quasi si jam facta fuissent, propheta commendat.*

2. Nam quid est lignum in pane missum, nisi Christi affixio carnis in ligno? Panem enim corpus ejus agnoscimus; lignum in pane esse, fides nostra crucem agnoscit in corpore. Quia vita corporis sui panis est. Scriptum est enim: *Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, et timebis die ac nocte, et non credes vitæ tuæ (Deut. XXVIII, 66).* Sed et in Psalmis iterum, quia extendit manus suas in cruce, sic dicit: *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum (Psal. CXL, 2).* Sive quod veniente quasi mundi vespera, sive quod declinante jam sole ad vesperam, Dominus in cruce animam posuit, elevans manus suas in eodem crucis ligno, atque offerens se ipsum Deo pro nobis sacrificium, ut per illud sacrificium delerentur peccata nostra.

3. Apud Isaiam quoque de crucis ejus prædicatione ita scribitur: *Et erit principatus ejus super humeros vesperam. MAR.*

3. *Dominus regnavit a ligno. Locus est ex Psalmo xcv, 10. Nam ubi modo legimus: Dicite in gentibus quia Dominus regnavit, olim legebatur: Dominus regnavit a ligno. Judæi autem hunc locum, sicut superiores, abstulerunt, ut Justinus ait contra Tryphonem, quoniam maxime omnium premebat. Exstatque in Psalteriis Romano et Hispanico locus integer hoc modo: Dicite in nationibus quia Dominus regnavit a ligno. Unde Fortunatus episcopus, in hymno de cruce dixit:*

Impleta sunt, quæ concinit  
David filii carninae,  
Dicens: In nationibus  
Regnavit a ligno Deus.

Simili auidacia, idem Justinus ait, Judæos ex sacris libris abstulisse illa verba: *Hoc pascha, Salvator noster est et refugium nostrum; cogitate, et ascendat in cor vestrum, quoniam habemus humiliare eum in ligno, et post hæc sperabimus in eum, ne deserat hic locus in æternum tempus, dicit Dominus Deus virtutum. Quæ verba a Lactantio quidem adducuntur, lib. IV, cap. 18. In sacris libris ne vestigium quidem eorum existat, ac ne ab Isidoro quidem toto hoc opere citantur. MAR.*

*Ibid. In Editione Grialii erat et post hæc sperabimus in verbis a Justino laudatis, Hoc pascha, etc., quæ ex libris Esdræ sublata esse dicuntur. Vide ipsum Marianam latius de his disserentem, cap. 7, pro Editione Vulgata. AREV.*

ros ejus (Isai. ix, 6), id est, vexillum suæ crucis, A quod sui prætulit humeris, juxta vaticinium David prophætæ, qui dicit : *Dominus regnavit a ligno. Habacuc quoque passionem crucis Christi ita prænnuntiavit, dicens : Cornua in manibus ejus sunt (Habac. iii, 4). Quod quid est aliud, nisi tropæum crucis ? Item ipse de ascensione crucis, in qua exaltatus omnia traxit ad seipsum, ita dicit : Dominus, fortitudo mea, constituit pedes meos in consummationem. Super excelsa imponet me, ut vincam in claritate ejus (Habac. iii, 49).*

46 CAPUT XXXVI.

Clavis manus ejus, et pedes affixi sunt.

1. Quia crucifixus est, et manus ejus, ac pedes clavis affixi sunt, per David ipse loquitur, dicens : *Foderunt manus meas, et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea, ipsi vero consideraverunt et conspexerunt me.* Quibus utique verbis in cruce corpus significat extentum, manibus pedibusque confixis, et clarorum transverberatione confossis. Quod David passus non est, qui sine ulla corporis passione legitur in pace quiescere.

2. Sed hoc de Christi prædictum est passione, qui a populo Judæorum clavis in ligno confixus est; manus enim et pedes non confodiuntur, nisi ejus qui in ligno suspenditur. Item in Canticis canticatorum : *Manus meæ distillaverunt myrrham, et digiti mei pleni myrrha probatissima (Cant. v, 5).* Quod specialiter dixit propter fixuras clavorum.

3. Et per Malachiam, quia crucifigendus erat, ita præmisit idem de semetipso Dominus, dicens : *Si affiget, inquit, homo Deum, quia vos configitis me, et dixistis : In quo configimus te (Malach. iii, 8) ? Et subjecit Deus post hæc illis : Me vos configitis gens tota, quod pertinet ad mysterium dominicæ passionis, in qua Judæi Christum crucifixerunt, quando aceleratas manus injecerunt in eum.*

4. Quod etiam per Zachariam iterum Deus sic memorat, dicens : *Et aspicient ad me, quem confixerunt, et plangent eum planctu, quasi super unigenitum, et dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primoge-*

CAP. XXXVI. N. 1. *Foderunt manus meas et pedes meos.* Psal. xxi, 18, ubi Christi Redemptoris cruciatus sigillatim recensentur. Verum hunc etiam locum Judæorum peritiam depravavit. Et pro *foderunt manus meas* legunt ipsi Hebraice : *Sicut leo manus meas.* Sane Isaac, quamvis Judæus genere, eo libello, in quo pro Hebraicorum Codicum fide disputat, huic locum esse depravatam constituit. MAN.

Ibid. Al., injuria legitur. MAN.

CAP. XXXVIII. N. 4. *Erat enim tunica inconsutilis, id est, ex omni parte contexta.* Locus est Joan. xix, 23, et quidem in Tarraconeusi minori tantum vox illa *inconsutilis* legebatur, in aliis omnibus deerat. Quo circa obelo signata est. In Editione vulgata legimus : *Erat enim tunica inconsutilis, desuper contexta per totum* : neque Græca discrepant ἢν διὸ χιτῶν ἀβραῖος ἐκ τῶν ἀνωθεν ὑφαντός δι' ὅλον. Isidorus, ubi Vulgata dixit per totum, omni ex parte posuit. Genus autem vestimenti de quo ibi mentio fit a Festo Pomp. vocatur tunica recta, ubi ait : *Recta appellantur vestimenta virilia, quæ patres liberis suis conficiendum curant omnis causa, ita usurpata, quod a stantibus et in altitudinem texuntur.* Hanc Græci ὀρθοστάδιον

niti (Zach. xii, 10). Hoc enim factum deprehendimus in Jesu, quem confixerunt Judæi in cruce, quem dolebunt a se crucifixum in judicii die, cum viderint eum in Patris ac sua majestate regnantem (Luc. ix, 26).

47 CAPUT XXXVII.

Inter duos latrones crucifixus est.

1. Nam quod inter duos latrones crucifigendus esset, longe ante per Isaiam prædictum est : *Et inter iniquos deputatus est (Isai. liii, 10).* Et Habacuc propheta : *In medio, inquit, duorum animalium cognosceris (Habac. iii, 2), id est, in medio duorum latronum.*

CAPUT XXXVIII.

Quia divisa sunt vestimenta ejus.

1. Post crucis sententiam sequitur rerum divisio, et sors super vestem; quam per David idem Dominus ante prædixerat, dicens : *Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem (Psal. xxi, 19).* Quæ prophætia, quemadmodum sit expleta, evangelica narrat historia. Nam dum vestimenta alia a militibus fuissent divisa, pro tunica autem dicunt : *Non scindamus eam, sed mittamus sortem, cujus sit (Joan. xix, 24).* Erat enim tunica inconsutilis, id est, ex omni parte contexta.

48 CAPUT XXXIX.

Felle et aceto potatus est.

1. Quod autem pendenti in cruce acetum cum felle mistum dederunt, hoc jam fuerat in Psalnis prædictum a Domino : *Dederunt, inquit, in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto, quod quidem et alias ad Jerusalem ipse sic proclamavit, dicens : Ego te plantavi vineam electam; quomodo facta est in amaritudinem vitis aliena (Jerem. ii, 21) ?*

2. Deus enim bonam plantaverat vineam, hoc est, Judæorum gentem : illa autem vitio suo depravata Conditorum amaritudine potavit. Pro quo et Moyses : *Uva, inquit, eorum, uva fellis, et botrus amaritudinis ipsis (Deut. xxxii, 32).* Unde et superius oburgans eos, dicit : *Sic plebs fatua, et non sapiens, hæc Domino retribuisti (Deut. xxxii, 6) ?*

χιτῶνα vocant. Cujus formam Nonnus explicat in eum Evangelii locum, his duobus versibus :

Ὅστις ὄλος καὶ ὑπερβῖν ὁμοῦ καὶ ἐνεθε φορῆος Ἄβραῖος ἦν ὑφαντός ἀπ' αὐχίνος εἰς σφυρὰ λήγων.

D Isidorus, lib. xix Etymologiarum, cap. 22 : *Recta, inquit, dicitur vestis, quam sursum versus stantesque texunt.* Itaque Isidorus et Festus sursum versus lexi rectam tunicam dicunt; Evangelium et Nonnus a superiori parte inchoari, nimirum deorsum versus. Et fortassis utroque modo id genus vestimenti texebatur. MAN.

Ibid. Lib. xix Etymolog., cap. 22, n. 18 : *Recta dicitur vestis, quam sursum versus stantesque texunt.* Confer notam ad eum locum. AREV.

CAP. XXXIX. N. 1. Psal. lxxviii, 22, *esca mea.* MAN.

Ibid. Al., alienæ pro aliena. MAN.

Ibid. Mariana fortasse voluit indicare variam lectionem *esca mea* pro *escam meam*. Ac se vera in Psalterio Corbeiensi apud Sabatierium legitur : *Et dederunt in esca mea fel.* AREV.

## CAPUT XL.

Quia hyssopo circumdederunt spongiam aceto plenam.

1. Nam quod hyssopo circumdederunt spongiam aceto plenam, in Psalmis dictum fuerat: *Asperges me hyssopo, et mundabor* (Psal. l, 9). Unde et in lege per hyssopum fasciculum aspergebantur agni sanguine, qui mundari volebant (Exod. xii, 22), quo significaretur per passionem Domini peccata ablati mundi.

## CAPUT XLII.

Quia titulus crucis ejus corruptus non est.

1. De titulo crucis dixerunt Judæi: *Noli scribere Rex Judæorum, sed quia ipse dixit: Rex sum Judæorum.* 7 Et respondit Pilatus: *Quod scripsi, scripsi* (Joan. xix, 21). Jam enim in Psalmo lvi fuerat prophetatum: *Ne corrumpas tituli inscriptionem*, in cuius psalmi serie non solum passio, vel mors, sed etiam resurrectio et ascensio Domini prædicatur.

## CAPUT XLIII.

In cruce pendens, Patrem pro inimicis suis deprecatus est.

1. Quia in cruce pendens Patrem pro inimicis suis precatus est, Isaias dicit: *Ipsæ peccata multorum tulisti, et pro transgressoribus oravit* (Isai. lxxii, 12). Et in Psalmis sic: *Pro eo, inquit, quod eos diligebam, adversabantur mihi; ego autem orabam pro eis* (Psal. cviii, 4).

2. Item Habacuc cum dixisset de eo: *In medio duorum animalium cognosceris*, subiecit: *Cum conturbata fuerit anima mea, in ira misericordiarum tuarum memor eris* (Habac. iii, 2). Præfiguravit enim propheta sub hac sententia in semetipso Judæorum personam, qui Christum 50 commoti ira crucifixerunt. Ubi tamen ille, memor misericordiarum eius dixit: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt* (Luc. xxiii, 34).

## CAPUT XLIII.

Pro nostris peccatis crucifixus est.

1. Et quia non pro suis, sed pro nostris peccatis

CAP. XLII. N. 1. *Ne corrumpas tituli inscriptionem.* Titulus est Psalm. lvi, neque in Græco tamen, ac ne in Editione quidem Vulgata, sed in uno tantum Psalterio Hispanico hæc verba reperio: *In finem, ne corrumpas David in tituli inscriptione.* Augustinus, comment. ad eum Psalmum: *Ne corrumpas ipsi David in tituli inscriptionem.* Commentariis quæ Hieronymi nomine circumferantur: *Ipsi David in tituli inscriptionem, ne disperdas, hoc est, ne corrumpas tituli inscriptionem;* quæ sunt verba Isidori. Hebraica sic habent: *אל תשחת לדוד מכתב* hoc est, *ne corrumpas David Michtam*, quæ dictio a nonnullis in aureolæ significatione sumitur. Septuaginta et antiqui Patres tituli inscriptionem significare putarunt, et ad Christi crucem retulerunt. Pagninus in sua versione intactam reliquit, opinionum varietatem veritus. MAR.

*Ibid.* Allegat Sabatierius Psalterium e Ms. Vatic. apud Hilarium, *ne disperdas;* sed ita ut Hilarius *ne corrumpas* præferre videatur. AREV.

CAP. XLII. N. 2. *Al., dum dixisset.* MAR.

*Ibid.* *Al., memoratus mihi ericordiarum suarum.* MAR.

CAP. XLIII. N. 1. *Id est sacrificium pro peccatis nostris.* Hæc verba in uno tantum Tarraconensi minori erant. Quod vero sequitur: *Quare autem pro nobis passus est, existimo aduersarium pro illativa sumi, quod vitium Hispanis familiare est.* MAR.

A crucifixus est, Isaias dicit: *Pro iniquitatibus populi sui ductus est ad mortem, dabo impios pro sceleribus ejus.* Et iterum: *Vulneratus est propter iniquitates nostras, et attritus est propter scelera nostra; livore ejus sanati sumus.* Et iterum: *Omnes nos, quasi oves, erravimus, unusquisque in viam suam declinavit, et Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum* (Isai. lxxii, 5 seq.). Juxta Apostolum, qui dicit: *Quia cum peccatum non cognovisset, ipse pro nobis peccatum factus est* (II Cor. v, 21), id est, sacrificium pro peccatis nostris. Quare autem pro nobis passus est, hæc est causa.

## CAPUT XLIV.

Quia mortuus est.

1. Post flagella et crucem, fellisque et aceti potationem, deinde sequitur mors ejus. Quam lex ipsa non siluit, dicens: *Recubans dormivit, ut leo, et ut cubitus leonis; quis suscitabit eum* (Gen. xlix, 6)? Clamat etiam eandem mortem ejus et lxxvii Psalmus: *Deus noster, Deus salvos faciet nos, et Domini mors, et Domini exitus mortis.*

2. Quid apertius diceretur? Dominus enim Jesus, qui interpretatur Salvator, ipse est Deus noster, salvus faciens nos, quem 51 quis oportuit nasci, et a vita exire per mortem, ideo subjunctum est: *Domini mors, et Domini exitus.* Item per Isaiam: *Tanquam ovis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. Pro peccatis populi sui ductus est ad mortem* (Isai. lxxii, 7).

3. Judæi autem Christum, quem sperant venturum, mortuorum non sperant. Ideoque respondeant: *Quis est iste quem propheta annuntiat? Item apud Jeremiam sic dicit: Inebriavi animam lassam, et omnem animam esurientem saturari, ideo quasi de somno suscitatus sum, et vidi, et somnus meus dulcis mihi* (Jerem. xxxi, 25).

CAP. XLIV. N. 1. *Deus noster, Deus salvos faciet nos, et Domini mors, et Domini exitus mortis.* Ex Psalm. lxxvii, vers. 21, voce mortis ex Tarraconensi minori adjecta, in quo tantum erat. Cujus testimonii priora quidem verba: *Deus noster, Deus salvos faciet nos,* in uno Psalterio Hispanico inventi, posteriora hoc modo in eodem Psalterio legebantur, *et Domini Dei exitus mortis.* Et fortassis ita legendum erat in Isidoro, sed Codices omnes discrepabant. MAR.

2. *Al., et ad vitam exire.* MAR.

3. *Al., est mihi, pro dulcis mihi.* MAR.

*Ibid.* Post verba *somnus meus dulcis est mihi* in Cod. 2 Flor. est satis longum fragmentum, quod hic represento: *Et quidem dulcis somnus, quoniam ex illa venit inebriatione, de qua ibi scribitur: Inebriamini, charissimi. Quia inebriatione inebriatus fuit Joseph cum fratribus suis in meridie; hic, Christi tenens figuram, animam lassam inebriavit, et esurientem saturavit, ideoque de somno suscitatus. Et ipse quidem somnus sibi et nobis pariter dulcis, quoniam quidem in Joanne scribitur quod Dominus loquens discipulis volebat gaudium ipsius in eis esse, et gaudiorum impleri debere, quod sit in eis qui post gratiam Christo quieverunt sopore mortis, eadem gratia in gloria resurrectori. Illorum scilicet intelligendum [Forte supplendum gaudium], qui corda sua direxerunt in vitam rectam, in qua videlicet ambulabant,*

**52** 4. Danieli quoque angelus de occisione et morte Christi sic loquitur, dicens: *Scito et animadvertite, ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducentam hebdomadam septem et hebdomadam LXII erunt, et post hebdomadas LXII occidetur Christus; > id est, post quadringentos nonaginta annos, et non erit ejus populus qui eum negaturus est. Unde et ibi sequitur clades Judæorum, quæ postea completa est: Et civitatem, et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo (Dan. ix, 25), id est, Romanus exercitus cum Vespasiano.*

5. Item in Sapientia sic legitur de morte ejus: *Contumeliis et tormentis interrogemus eum, ut sciamus reverentiam illius, et probemus patientiam ipsius, morte turpissima condemnemus eum (Sap. ii, 19).*

#### CAPUT XLV.

*Quia in passione ejus tenebræ factæ sunt.*

1. Quod vero media die in passione ejus tenebræ factæ sunt, et sol ipse refugit, hoc etiam divini libri loquuntur, Amos propheta testante: *Et erit in die illa, dicit Dominus, occidet vobis sol meridie, et tenebrescere faciam terram in die luminis (Amos viii, 9).*

2. Et Jeremias: *Exterrita est, inquit, quæ parturit, id est, Jerusalem, et afflicta est anima ejus: occidit ei sol, cum adhuc medius dies esset; confusa est et maledicta; reliquias eorum in gladium dabo (Jerem. xv, 9).* Quod factum est per Vespasianum.

#### CAPUT XLVI.

*Non fregerunt ejus crura.*

1. Porro, quia non fregerunt ejus crura, nisi tantum latronum, jam prædictum fuerat: *Os ejus non comminuetis (Exod. xii, 46; Num. ix, 12; Joan. xix, 36); præceptum enim fuerat eis celebrare pascha in*

qui mentes suas in celesti via justitiæ, qua in baptismo ambulatos se proniserunt, et secundum doctrinam Scripturarum pergere decreverunt, nec devia [Forte, nec per viam] erroris, nec per luxus sæculi declinare, ventura vitiorum certamina ex alta prænoscentes consideratione. Quod tunc apertissime designatur, cum sibi mens electi amaritudines ponit præ oculis cordis, quando eorum in virtutum pace constituta, dum mala insidiantia conspiciunt, securam quiescere non consentiunt.

Primo namque statuere intra se firmo proposito habet [Forte, debet], ne mala quælibet agat. Secundo vero considerat ne bona incaute faciat; et postquam prava egerit, ipsa etiam recta sibi subjicere contendit, ne si mentis dominium transeat, et in elationis culpam veniant, ex ipsis bonis incurrit vitio (aliquantulum obscura hæc erant in Codice) mala nascantur, ex doctrina arrogantia, ex justitia crudelitas, ex pietate remissio, ex zelo ira, ex mansuetudine torpor, et hujusmodi.

Attendantque ad illud prophetæ singulare documentum, dicentis: *Dirige, inquit, cor tuum in viam rectam; quæ quidem est semita mandatorum Dei, in qua ambulandum, neque ad sinistram declinandum; sicque de somno tardii et tristitiæ divina revelatione nascitatur, somnum quietis et pacis prædictum suscipere possimus, quod divinis promissionibus consolatus dabitur invenire. Unde illud convenienter venit per experientiam, quod promittitur, quemadmodum tenent et illi qui nos præcesserunt. Quod in sacris (Scripturis) scribitur: Si dormieris, non timebis; quiesces, et suavis erit somnus tuus. Juxta illud hic securus dormit, et vigilat, quiescit, et ambulat, qui*

PATROL. LXXXIII.

in ovis similitudine; in qua Dominicæ passionis umbra præcesserat, qui tanquam ovis ad occisionem ductus est (Isai. lxxxiii, 7). Illa enim figura agni Christi passionem significabat.

#### CAPUT XLVII.

*Lancea percussus est.*

1. Et quia lancea latus ejus percussus est, sic prænuntiatum est ab ipso per Job: *Confregit me, et posuit me quasi in signum; circum dedit me lanceis suis; convulneravit lumbos meos, concidit me vulnere super vulnus (Job. xvi, 13), id est, vulnere lanceæ super vulnus clavorum. Unde etiam et per David: Super dolorem vulnerum meorum addiderunt (Psal. lxxviii, 27), sic est ab eo prænuntiatum.*

2. Et per Jeremiam: *Tendit arcum suum, et posuit me, quasi signum ad sagittam, misit in renibus meis filias pharetræ suæ (Thren. iii, 12).* Et iterum de ipso populo sic ait idem Dominus per prophetam: *Facti sunt mihi in sagittam reciprocam (Usee vii, 16).* Et Zacharias: *Videbunt, in quem confixerunt.* Utique hominem quem crucifixerunt. Quo etiam testimonio promissus est Christus in ea qua crucifixus est carne venturus.

#### CAPUT XLVIII.

*De latere manavit sanguis et aqua.*

1. Nam quia ex latere ejus sanguis et aqua manavit, Zacharias dicit: *Tu quoque in sanguine Testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua (Zach. ix, 11).* Et iterum: *Cum egrederetur vir ab Oriente, ecce aquæ redundantes a latere dextro (Ezech. xlvii, 3), scilicet, Christi:*

2. Item de eadem aqua, quæ ex latere ejus profluit, propheta **54** alius sic dicit: *Flumina aquæ viventis*

scilicet innocenter apud Deum et juste vivere meminit. Sed et justus cum in morte dormierit, non solum potentias malignorum spirituum non metuit, sed etiam in pace quiescit, et securus dormit, et diem resurrectionis expectat. Si tamen dulcis creaturis hæc agentibus, quam dulcius [Forte, dulcior] illi, a quo ista, quæ dicta sunt, agi donantur?

Hactenus Codex 2 Flor., qui tamen omittit Danieli quoque usque ad finem capitis condemnemus eum. AREV.

CAP. XLV. N. 2. Per Vespasianum. Alii per Vespasianum et Titum. AREV.

CAP. XLVII. N. 2. Videbunt in quem confixerunt. Zachar. xii, 10, ubi Septuaginta dixerunt: *Aspicient ad me pro eo quod insultaverunt.* Joannes evang., xix, 37, dixit: *Videbunt in quem transfixerunt.* Porro in consequentibus verbis, ubi nos posuimus *Utique hominem quem crucifixerunt, uterque Tarraconensis legit: Utique hominem quem confixerunt.* Hiapalensis: *Utique hominem quem confixerunt, et non Deum.* Verum illam vocem, *Et non Deum*, ut additiam expunximus, quia in aliis exemplaribus deerat, et non favere videretur iis qui communicationem idiomaticam negabant, in quo numero fuit Theodoretus, ut constat ex ejus dialogis. MAR.

CAP. XLVIII. N. 2. Al., quæ a latere ejus profluit. MAR.

*Ibid. Flumina aquæ viventis egredientur de ventre illius.* Joan. vii, 38, sic legitur: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus, etc.* Quo tamen ex loco Scripturæ divinæ hoc testimonium desumptum sit, non satis constat. Hieronymus prologis in Pentateuchum et Paralipom., absque loci designatione, in Hebræo tantum inveniri ait. Quidam

egredientur de ventre illius, aquæ scilicet baptismatis, A quæ credentes vivificant, et quæ sitiētibz largiuntur, quando impletur quod scriptum est : *Lavamini, mundi estote (Isai. i, 16)*; et : *Lavabis me, et super nivem dealbabor (Psal. l, 9)*.

## CAPUT XLIX.

*Sepulchrum est.*

1. Quia sepulture traditus est, et humatus, in Psalmis dicitur : *Collocaverunt me in obscuris, sicut mortuos sæculi. Quasi diceret / Sicut homines, utique quia ipse Deus erat. Item Isaias : Et erit Dominus nominatus, in signum æternum, quod non auferetur. Et erit sepulchrum ejus gloriosum. Et alibi : Dabo impios pro sepultura ejus, et divites pro morte ejus (Isai. lv, 13; xl, 10; lxxx, 9)*.

## CAPUT L.

*Lapis ad ostium monumenti positus est.*

1. Quia postquam sepultus est, lapis ad ostium monumenti positus est, per Jeremiam idem ait : *Lapsa est in lacum vita mea, 55 et posuerunt lapidem super me. Et iterum : Conclusit vias meas lapidibus quadris, circumædificavit adversum me, ut non egrediar.*

## CAPUT LI.

*Descendit ad inferos.*

1. Quia in infernum descendit, sic idem Dominus in Ecclesiastico dicit : *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo sperantes in Deum (Eccli. xxiv, 45)*. Item in Psalmis : *Vita mea inferno appropinquavit, æstinatus sum cum descendētibz in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber (Psal. lxxxvii, 4)*. Descendit enim, sicut homo, in infernum, sed C solus inter mortuos liber fuit, quia mors illum tenere non potuit.

## CAPUT LII.

*Descendens de morte quos voluit liberavit.*

1. Quia in infernum descendens eos qui captivi putant desumptas ex Proverb. v, 16, ubi dicitur : *Deriventur fortis tui foras. Verum eo loco Codices Septuaginta ad Hebræicis non discrepant. Chrysostomus ad eum Joann. locum censet nullibi exstare in Veteri Testamento, sed citari ex libro aliquo qui non exstat. MAR.*

*Ibid. Al., egredientur de latere, vel de ventre illius. MAR.*

CAP. XLIX. N. 1. *Collocaverunt me in obscuris; psal. cxlii, 3. Cæterum in Psalteriis omnibus singulari numero legi. ur : Collocavit me in obscuris. Isidorus, ut puto, eum hos numeros alternari sæpe videret, locum legit numero multitudinis, quo modo instituto magis favebat. MAR.*

*Ibid. Al., dabit impios. MAR.*

CAP. L. N. 1. *Al., laboravit in lacu, Thren. iii, 53. MAR.*

*Ibid. Al., concluderunt pro conclusit. Ibid., vers. 7, 9. MAR.*

*Ibid. Cod. Flor. 2, post ut non egrediar ita pergit : Hoc totum in carne, quam dum diabolus impetit, quæ (forte, quia) patebat, quasi hanc divinitatis ejus captus est, qui (forte, quæ) latebat. Est enim in Christo Domino hamus divinitatis, etc. (ut lib. i Sentent., cap. 14, usque ad reverte. di ad calos). Qui gloriæ splendoribus redimti non poterunt cur triste gerere de damnatione. Non faciet in futurum justorum cor miserum compassionis damnatorum condolendi affectio, ubi tantum*

erant a diabolo eruit, et sic iterum ad cœlestia remeavit, idem per Osee ita autem prænuntiavit : *Ego, inquit, ego capiam, et vadam; tollam, et non est qui eruat; vadens revertar ad locum meum; id est, ad cœleste solium. Et infra : De manu, inquit, mortis liberabo eos, de morte redimam illos. Ero mors tua, o mors, ero morsus tuus, inferne (Ose. v, 14; xiii, 14).*

## 56 CAPUT LIII.

*Corpus Christi in sepulchro non vidit corruptionem.*

1. Quod corpus Christi in sepulchro corruptionem non vidit, sed statim, devicta morte, resurgens, ab inferis remeavit, et hoc per prophetam idem in Psalmis prædixit : *Caro mea requiescit in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. De qua resurrectione et in psalmo tertio ita cantatur : Ego dormivi, et requievi, et resurrexi, quia Dominus suscitavit me.*

2. Ubi quid aliud indicat propheta, quod dormierit, et resurrexit, nisi quod somnus iste mors esset, et evigilatio resurrectio? quod in quadragesimo psalmo manifestius ostenditur, ubi dicit : *Tu autem, Domine, miserere mei, et resuscita me, et retribuam eis (Psal. xl, 14)*. Et iterum : *Nunquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat (Psal. xl, 9)*? Item in psalmo quarto : *In pace dormiam, et requiescam, quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me. Singulariter, quia solus ipse sic requievit, ut confestim post mortem resurgeret.*

3. Item per Isaiam de eadem resurrectione sua sic clamat : *Nunc exurgam, dicit Dominus, nunc exultabor, et nunc sublebor (Isai. xxxiii, 10)*. Ubi aperte testimonium resurrectionis et ascensionis ejus ostenditur. Unde et tibi zelatorum Judæorum subjecit, dicens : *Concipietis errorem et parietis. Spiritus vester, ut ignis, vorabit vos.*

*erit sanctorum de Deo in contemplatione gaudium, ut tristitia nullus tribuatur introitus. Sicut comparatus color candidus nigro coloris fit pulchrior, ita et sanctorum requies comparata damnationi malorum gloriosior erit. Sic iustitia, etc. Ita prosequitur Codex, ut lib. i Sententiar., cap. 30, usque ad ascensuri sumus. Quod cum planum sit, non alibi deduco testimoniis. Alqua ita idem Codex concludit opus Isidori de Passione dominica. AREV.*

D CAP. LI. N. 1. *Al. Illuminati omnes sperantes. MAR. Ibid. Al. Appropriavit pro appropinquavit. MAR.*

CAP. LII. N. 1. *Al., cœlestem sedem remeavit. MAR.*

CAP. LIII. N. 1. *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, Psalm. xv, 10. Quæ verba a Petro, Act. ii, 31, de Christi resurrectione citantur. MAR.*

*Ibid. Ego dormivi, et requievi, et resurrexi, quia Dominus suscitavit me. Ex Psalm. iii, 6, juxta Psalterium Hispanicum, quod sæpe non a Gallicano tantum, sed etiam Romano discrepat, ut superius dictum est. MAR.*

*Ibid. Mariana etiam in tract. pro Editione Vulgata, cap. 19, observat discrepantiam inter Psalterium Gothicum et Romanum nonnullis in locis, et ex Psalterio Romano ita allegat huic locum : Ego dormivi, et separatus sum, et exurrexi, quia Dominus suscepit me. Confer Isidoriana, cap. 87, num. 16. AREV.*

2. *Al., in idipsum dormiam. MAR.*

3. *Al., sublimabor pro sublebor. MAR.*

## 57 CAPUT LIV.

*Resurrexit ab inferis.*

1. Quia ab inferis tertia die resurrexit, Osee propheta prædixerat, dicens: *Venite, et revertamur ad Dominum, quia ipse cepit, et sanabit nos, vivificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus (Ose. vi, 1).* Omnia hæc in Christo ita completa sunt. Quinta enim feria traditus, Parasceve passus, Dominica circa diluculum resurgens, ab inferis remeavit.

2. Unde et subjunxit propheta: *Quasi diluculo præparatus est egressus ejus.* Quod autem dixit *resurgemus et vivemus in conspectu ejus*, hoc propheta de sua persona, vel sanctorum, eloquitur, qui in inferno erant, et cum illo tertia die resurrexerunt.

## CAPUT LV.

*Apostoli ad prædicandum missi.*

1. Quia post resurrectionem suam Christus piscatoribus apparuit, et prædicare eos gentibus misit, per Jeremiam ante sic meminit, dicens: *Ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, et piscabuntur eos (Jerem. xvi, 16).* Denique secundum Matthæi Evangelium legitur quod Jesus veniens juxta mare Galilee, vidit Petrum et Andream, fratrem ejus, mittentes retia in mare, quibus dixit: *Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum (Matth. iv, 18).*

2. Similiter et duos alios fratres Jacobum Zebedæi, et Joannem fratrem ejus, dum vidisset in navicula cum patre Zebedæo texentes retia, provocans eos, de piscatoribus piscium piscatores 58 reddidit hominum, scilicet, ut prædicationis reti cunctos credentes de profundo sæculi hujus extraherent. Post hos piscatores sequitur: *Et mittam venatores et venabuntur eos de montibus, et de collibus, et de cavernis petrarum (Jerem. xvi, 16);* quod specialiter ad conversionem pertinet gentium, quas undique apostoli ceperunt, qui super assumptionem constituti sunt animarum.

3. Quos quia post gloriam resurrectionis suæ Dominus ad prædicandum in gentibus mitteret, et per Isaiam sic prælocutus est, dicens: *Venio, inquit, ut congregem cum omnibus gentibus et linguis, et venient, et videbunt gloriam meam, et ponam in eis signum, utique crucis; et mittam ex eis qui salvati fuerint ad gentes in mare, in Africam, et Lybiam, tenentes sagittam, id est, velocem prædicationis sermonem, in Italiam quippe et Græciam, et ad insulas*

CAP. LIV. N. 2. *Quasi diluculo præparatus est, Osee vi, 1.* Hieronym. et Vulgata, *quasi diluculum dixerit.* Isidorus autem, ut his verbis comprobaret, Christum matutino tempore in vitam rediisse (quæ multorum opinio est, tametsi alii magno numero et auctoritate de media nocte putaverunt) casum mutavit. Et quidem Hebræica Isidori lectionem ferre possint, dictione, *רע*, adverbii loco sumpta. Nam Græca vox, *εὐθρο*, id non recipit, cum ab adverbio *εὐθρο* distinguatur. MAR.

CAP. LV. N. 2. Al., *spiritualiter*, pro *specialiter*. MAR.

3. Al., *veni*, vel *veniam*, pro *venio*. Et *spiritualiter*,

A *longe, et ad eos qui non audierunt de me, et non viderunt gloriam meam (Isai. lxxvi, 18, 19);* in qua sententia specialiter missi apostoli prophetantur.

4. Simulque et quod per totum mundum prædicaverunt Evangelium, id ipsum prophetæ non tacerunt; de quibus etiam in Psalmis ante prædicationem est: *Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exiit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum. (Psal. xviii, 4).*

## CAPUT LVI.

*In cælum ascendit.*

1. Jam vero quia post resurrectionem suam in hominis forma Christus in cælum usque ad Patrem ascendit, Daniel dicit: *Aspiciebam in visu noctis, et ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, et usque ad Antiquum dierum pervenit; id est, usque ad Patrem.* Post hæc adjecit: *Et in conspectu ejus obtulerunt eum, et dedit ei potestatem, et regnum, et omnis populus, tribus et linguæ ipsi serfient, potestas ejus potestas æterna quæ non auferetur, et regnum ejus, quod non corrumpetur (Dan. vii, 13).*

59 2. Hujus ascensionem in cælis rursus Psalmista significat: *Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo; exsultavit, ut gigas, ad currendam viam, a summo caelo egressio ejus, et occursus ejus usque ad summum ejus (Psal. xviii, 6).* Veniens enim de caelo, usque ad inferos descendit; regressusque, repetitit mansuetudinem suam, ascendens et sedens ad dexteram Patriæ, de quo antea solus exiit.

C 3. Cujus ascensus in cælum, vel introitus, quibus gaudiis declaratur, Palmographus indicat. Videntes enim potestates ætheræ carnem Christi ascendentem in nubibus, et portas cæli ingredientem, dixerunt: *Tollite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternales, et introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio (Psal. xxxiii, 7).*

4. Hunc ascensum ejus et alibi commemorans David dicit: *Ascendit super cherubim, et volavit, volavit super pennas ventorum (Psal. xvii, 11).* Et iterum: *Ascendit in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus (Psal. lxxvii, 19).* Qui utique nisi fuisset in terra, non diceretur ascendere. Sed quid est *captivam duxit captivitatem*, nisi quia, devicta morte, ipsam carnem, quam e terris assumpserat, quasi captivam in cælum ducebat?

5. Unde et post hæc propheta hortatur omnes pro specialiter. MAR.

*Ibid.* In Vulgata: *In Africam et Lydiam, tendentes sagittam.* Idem testimonium iterum lib. ii, cap. 4, num. 9. AREV.

CAP. LVI. N. 2. Al., *sedem*, pro *dexteram*. MAR. 5. Al., *Christi, pro Dei.* Et *ejus, pro Christi.* MAR.

*Ibid.* Idem locus in Orientis partibus est. Non tantum locus, unde Christus ascendit, in Orientis partibus est, sed etiam facile ad Orientem conversa in cælum ascendit, ut vestigia pedum indicant, quæ ad hunc usque diem loco impressa cernuntur. De quibus Severus Sulpicius, lib. ii Histor., et Paulinus,

gentes, provocans eas ad laudem Dei, eundemque ascensum Christi eidem iterum sic prænuntians, ait : *Regna terræ, cantate Deo, psallite Domino, psallite Deo, qui ascendit super cælos cælorum ad Orientem.* Et bene adjecit, ad Orientem, quia idem locus in Orientis partibus est, ubi Christus resurrexit, et unde in cælum ascendit. Et post hæc subdidit : *Visus est ingressus tui, Deus, ingressus Dei mei regis (Psalm. LXXII, 25).* Videntibus enim omnibus apostolis atque quingentis viris, sic ascendit in cælum.

60 G. Hujus ascensionem et Salomon in Canticis canticorum prædicat : *Ecce hic venit, saliens supra montes, transiliens supra colles (Cant. II, 8).* Et Amos dicit : *Ædificavit Dominus in celo ascensum suum, et pollicitationem in terra firmavit (Amos IX, 6).* Sed et illud, quod per Isaiam Dominus dicit : *Nunc exurgam, nunc exaltabor, nunc sublimabor (Isai. XXXIII, 10),* testimonium resurrectionis et ascensionis Christi declarat, quasi aperte diceret : *Nunc exurgam a mortuis, nunc exaltabor in cælum, nunc sublimabor in regno.* Unde et alibi ipse Isaias : *Ecce intelliget servus meus, exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde (Isai. LII, 15).* Quod utique ad ascensionem cæli et ad gloriam pertinet regni.

#### CAPUT LVII.

*Sedet ad dexteram Patris.*

1. Quia sedet ad dexteram Patris, in Psalmis scriptum est : *Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis; donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum (Psalm. CIX, 1).* Inquirant ergo Judæi cui dictum est a Domino *Sede a dextris meis.* Nunquid archangelo? non opinor, neque angelo, neque propheta. Nam nullus eorum in ea gloria est, sed ille quem dignum consensu suo invisibilis Deus habet, hic sedet ad dexteram Patris.

2. Qui sicut consensu Dei dignus est, ita et natura dignus est, et nomine. De quo dicit et psalmus : *Regnabit Dominus super omnes gentes, Deus sedit super sedem sanctam suam (Psalm. XLVI, 9).* Et iterum : *Domini in celo paravit sedem suam, et regnum ejus omnibus dominabitur (Psalm. CII, 19).*

#### CAPUT LVIII.

*Regnum Christi perpetuum erit.*

1. Quia regnum ejus in cælo, et in terra æternum, ac perpetuum permanebit, Daniel dicit : *Videbam in visione noctis, et ecce 61 in nubibus cæli, quasi filius hominis veniebat, et usque ad Vetustum dierum pervenit, et in conspectu ejus perlatus est, et ipsi datus est principatus, et honor, et regnum, et omnis populus, tribus et lingua ipsi servient, pote-*

*epiat. 10, scribunt; unde traditio ad orientalem cæli partem conversa facie orandi atque templa ædificandi, ut docet Basilius, lib. de Spiritu sancto, cap. 27. Contra in cruce pendens, faciem ad occisum conversam habuit, ut Sedulius, lib. v Carminum, auctor est, ubi ait :*

Quattuor inde plagas quadrati colligit orbis.

MAR.

G. AL., in cælo, vel in cælis, pro in cæsum. Et per v, pro servus. MAR.

CAP. LVII. N. 2. AL., omnium, pro omnibus. MAR.

Astas ejus potestas æterna, quæ non auferetur, et regnum ejus, quod non corrumpetur » (Dan. VII, 13).

2. Quo testimonio ostenditur ita accepisse Christum ab omnipotente Deo dominationem et regnum, ut potestas ejus æterna sit, et regnum ejus sine ullo corruptionis sine permaneat. Et iterum idem Daniel : *In diebus illis, suscitabit Dominus cæli regem, qui in æternum non commovebitur, et regnum ejus populo alteri non tradetur. Percutiet et conteret universa regna, et ipsum stabit in æternum (Dan. II, 44).*

3. Et Isaias propheta de eodem : *Multiplicabitur, inquit, ejus imperium, et pacis non erit finis (Isai. IX, 7).* Et in psalmis sic legitur : *Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis, donec extollatur luna (Psalm. LXXI, 7);* id est, usque ad consummationem sæculi.

#### CAPUT LIX.

*Christus post ascensionem suam Spiritum sanctum super apostolos misit.*

1. Quia post ascensionem suam Spiritum sanctum super apostolos misit, David ita dicit : *Ascendit in altum, cepit captivitatem, dedit dona hominibus (Psalm. LXXII, 19).* Post ascensionem enim suam misit Spiritum sanctum, in quo omnium est plenitudo donorum.

2. De quo et per Joëlem prophetam annuntiavit dicens : *Erit, inquit, post hæc effusio de spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri, et filia vestra, senes vestri omnia somniant, et juvenes vestri visiones videbunt, sed et super servos meos et ancillas in diebus illis effusio de spiritu meo » (Joel. II, 28).* Et Zacharias : *Effusio, inquit, super domum David et super habitantes Jerusalem spiritum gratiæ et precum (Zach. XII, 10).*

#### 62 CAPUT LX.

*Apostoli variis linguis locuti sunt.*

1. Quia apostoli Spiritu sancto repleti, linguis universarum gentium locuti sunt magnalia Dei, et hoc ante prænuntiatum est, dicente Psalmista : *Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis verba eorum » (Psalm. XVIII, 4).*

#### CAPUT LXI.

*Venturus est ad judicandum.*

1. Quod autem venturum Christum de cælis judicem speramus, et quod ei omne judicium dedit Pater, per Ezechielem ita annuntiat : *Ecce dicit Dominus Deus : Aufer cidarim, tolle coronam, nonne*

CAP. LVIII. N. 1. Vulgata : *Et usque ad antiquum dierum pervenit, et in conspectu ejus obtulerunt eum, et dedit ei potestatem, et honorem, et regnum, etc. AREV.*

5. AL., pacis ejus non erit finis. MAR.

CAP. LXI. N. 1. *Nonne hic est qui humilis in genere feminino legitur : Nonne hæc est que humiles sublevavit.* Verum Hippolytus, comment. in eum locum, ea verba nihilominus de extremo judicio explicat. MAR.



hic est qui humiles sublevarit, et sublimes humiliavit? Iniquitatem, iniquitatem ponam eam; et hoc non factum est, donec veniat cujus est judicium, et tradam ei.

2. De quo Isaias: « Dominus, sicut fortis, egredietur, et sicut vir præliator, suscitabit zelum, vociferabitur, et clamabit, et super inimicos suos confortabitur. Tacui semper, sicut paries, loquar, dissipabo, et absorbebo simul » (Isai. XLII, 13). Hoc ad secundum adventum attinet, in quo non humilis, ut judicetur, sed ut iudex fortis egredietur; neque tacebit, quod in priori adventu fecit, sui patiens erit, sicut fuit in passione carnis, sed iudicans vociferabitur, loquetur ut paries, quia repente, quasi paries corruens, suos hostes est oppressurus.

63 3. Hoc etiam et testimonio Psalmistæ docetur, ubi dicit: Deus manifeste veniet, Deus noster, et non tacebit (Psal. XLIX, 3); utique quia etsi in primo humilitatis suæ adventu tacuit iudicatus, in secundo, iam manifestus venerit, ut iudicet, non tacebit, sed clamabit, ut reddat singulis secundum opera eorum.

4. Sequitur: Ignis ante eum ardebit, quia, ut ligna, lenum, stipulam, delinquentium consumpturus est opera, ac, sicut aurum, argentum lapidesque pretiosos, justorum probaturus est gesta (I Cor. III, 12). Qui dicturi sunt: Transivimus per ignem et aquam, et adjuisti nos in refrigerium. Advocabit cælum deorsum et terram discernere populum suum. Congregate illi anclos ejus, qui ordinant testamentum ejus super sacrificia, et annuntiabunt cæli iustitiam ejus, quoniam Deus iudex est (Psal. LXX, 12; XLIX, 4).

5. Et Isaias, Audiam, inquit, faciet Dominus gloriam vocis suæ, et terrorem brachii sui ostendet in omni natione furoris, et flamma ignis devorantis. Alliet in turbine et in lapide grandinis (Isai. XXX, 30). Brachium enim Dei Christus est, qui in flamma et errore temporis ad iudicandum venturus est. De ius iterum iudicio idem propheta sic dicit: Converte, sicut in diebus antiquis, in generationibus sæculorum. Nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti racoem? (Isai. LI, 9.)

6. Hic secundus Christi prædicatur adventus, ut virtute consurgat ad iudicium, ad separationem morum atque malorum, qua virtute surrexit in generationibus sæculorum. Hoc est in principio, quando percussit superbum, id est, diabolum, separando eum a honorum consortio angelorum. De quo Christi iudicio et Michæas propheta sic loquitur,

2. Sicut paries loquar, Isai. XLII, 13. Hispanensis sit Parturiens loquar. Tarraconen. minor, Pariens par. Quæ vera lectio est. Nos autem vitiosam lectionem necessario reliquimus, quoniam inferius, in hoc testimonium explicatur, Isidorus ipse ait: dicens vociferabitur, loquetur ut paries, quia repente, asi paries corruens, suos hostes est oppressurus.

Ibid. Al. iudicet, pro iudex. MAR.  
i. Al., sursum, et terram, ut discerneret populum.

A dicens: Audite, colles, iudicium Domini, et fortia fundamenta terræ, quia iudicium Domini cum populo suo et cum Israel dijudicabitur, dicens: Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde mihi (Mich. vi, 1).

7. Tunc enim, juxta Zachariam, Videbunt, in quem confixerunt, et plangent eum planctu, quasi super unigenitum, et dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti (Zach. XII, 10). Dolebunt enim a se crucifixum, cum viderint iudicantem, et in Patris ac sua maiestate regnantem, Job quoque, ante legem evangelicis virtutibus clarus, redimendum se, et re-nascitandum, et Deo iudici, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, præsentandum, prophetica auctoritate pronuntiat dicens: Credo enim quod

B redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum, et rursus circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum > Salvatorem meum. Quem Deum, nisi qui videndus est in iudicio? sicut legitur: Videbunt in quem confixerunt (Zach. XII, 10).

8. Quem quidam dicunt in eo loco iudicaturum impios, ubi ipse est iudicatus, Joële propheta testante: Exsurget, inquit, et ascendant omnes gentes in valle Josaphat, ibi sedebit, ut iudicem omnes gentes in circuitu (Joel. III, 12). Nam plerique ibi asserunt futurum iudicium, ubi passus est Dominus, Isaiæ probante: Consummationem, et abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio orbis terræ (Isai. x, 23).

9. Quæ consummatio et abbreviatio præcessura quæ potest esse, nisi iudicii futuri? Sed ubi sit medium terræ illud, fidele de passione Domini testimonium David ostendit, qui dicit: Deus autem rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terræ (Psal. LXXII, 12). Nulla enim alia est salus nostra, nisi redemptio Domini nostri Salvatoris et iudicis, quæ in medio terræ orta est.

CAPUT LXII.

Epilogus operis.

1. Ecce novi testimonii iudicem et regem de prophetis, ecce Christum ex lege omnium Dominum ostendimus. Tenent ista omnia libri Hebræorum, legunt cuncta Judæi, sed non intelligunt. Quia omnia signata sunt illis, propheta testante: Et erunt sermones libri hujus, sicut sermones libri signati, quem si quis dederit homini nescienti litteras, et dicat Lege, respondeat Nescio litteras, et 65 rursus det alteri scienti litteras, et dicat Lege; ille vero respondeat Non possum, signatus est enim liber (Isai. XXIX, 11).

5. Al., lapidibus grandinis. MAR.

6. Al., principibus, quando. MAR.

7. Credo enim quod Redemptor meus vivit. Locus est Job, XIX, 25, quo Hieronymus ad Pammachium affirmat nullum apertius in Veteri Testamento existere ad futuram corporum resurrectionem comprobendam. MAR.

8. Al., elevationem, pro abbreviationem. MAR.

Ibid. Interdum in Editione Grialii occurrit consummatio et consumationem, pro consummatio et consumationem, quæ recta est scriptura. AREV.

2. Hæc sunt Testamenti Veteris signacula, quæ A  
filius et hæres resignavit, cordis nostri oculos illumina-  
nus, sicut scriptum est : *Liga testimonium, signa*  
*legem in discipulis meis.* Habemus enim, ad intelligendum  
Christum, ducem legem, testes prophetas, ex  
quibus divinitatem ejus et nomen, gentem quoque,

CAP. LXII. N. 2. *Comprehensiones, palmas, flagella,*  
*computationes.* Hæc deerant in Hispalensi, et nobis  
videbantur additita; reliquimus tamen obelu notata  
admonendi lectoris causa. MAR.

et genus, patriam, nativitatem, virtutes et erutio-  
nes, > comprehensiones, palmas, flagella, computa-  
tiones, fellis et aceti potationem, mortem, sagittam,  
sepulcrum, infernum, incorruptionemque corporis,  
resurrectionem carnis, ascensionem ejus in caelum,  
regnum atque judicium declaravimus.

*Ibid.* Al., *cælis pro caelum.* MAR.

*Ibid.* Totum hoc caput in multis Mss. non *epilogus*,  
sed *superdictio* vocatur. AREV.

## LIBER SECUNDUS.

### 66 PROCEMIUM.

1. Quia Breviarium præcedentis libri quadam ex  
parte Domini, et Salvatoris nostri nativitatem, pas-  
sionem, resurrectionem, cœlique ascensionem expli-  
cuit, sequens opusculum utriusque populi prophe-  
tiam, id est, Judæorum ac gentium demonstrabit. In  
quo opere, sancta soror, poteris ex paucis animad-  
vertere, quanta prophetarum voces in abjectione  
Judæicæ plebis et ceremoniarum cecinerunt, quan-  
taque in laude populi Novi Testamenti intonuerunt.

#### CAPUT PRIMUM.

##### *De gentium vocatione.*

1. In principio autem opusculi hujus de gentium  
credulitate loquendum est, ut facilius reliqua con-  
tinueantur, dum ipsa fides Ecclesiæ antea declaratur.  
Denique cum pro adorato vitulo Dominum precaretur  
C Moyses, ut parceret populo peccatori, respondit  
Dominus : *Propitius, ero illis; verumtamen vivo ego, et*  
*vixit nomen meum, quia implebitur gloria mea omnis*  
*terra (Num. xiv, 21).*

2. Proinde quia omnes gentes ad unius Dei veri  
cultum essent vocandæ, David propheta testatur,  
dicens : *Reminiscentur, et convertentur ad Dominum*  
*universi fines terræ, et adorabunt in conspectu ejus*  
*omnes patriæ gentium, quoniam Domini est regnum,*  
*et ipse dominabitur gentium (Psal. xx, 23).* Et rursus :  
*Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit.*  
*Notum fecit Dominus salutare suum, ante conspectum*  
*gentium revelavit justitiam suam (Psal. xcvi, 1).*

3. Quam pluralitatem gentium ita declamat adunari  
ad unius Dei 67 cultum : *In conveniendo, inquit, D*  
*populos in unum, et regna, ut serviant Domino (Psal.*  
*ct, 23).* In unum utique, id est, in unum regem, ut  
qui diversorum ritu simulacrorum regna multa, et  
populi multi dicebantur, in unam conveniendo fidem,  
unus Dei populus, unumque regnum vocetur.

4. Hujus populi congregatio ex gentibus ipsa est  
Ecclesia, cui in Psalmis voce prophetica dicitur :  
*Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere*

PROCEM. N. 1. Al., *ascensum, pro ascensionem.*  
MAR.

CAP. I. N. 4. Al., *reliqua contineantur, pro reliqua*  
*contineantur.* MAR.

3. Al., *gregem, pro regem.* MAR.

6. Al. omnes (forte omnis) fines terræ. MAR.

*Ib.* Erubescant Judæi quidem. *Hispalensis legit,*

B *populum tuum, et domum patris tui, quia concupivit*  
*rex speciem tuam (Psal. xlv, 11).* Provocat enim  
propheta plebem gentium oblivisci populum suum,  
id est, infidelium cœtum et domum patris sui, Ba-  
byloniam scilicet, quæ diaboli et domus, et conjux  
est, et Christo fidei conjugio copulari.

5. Ad cujus populos Isaias clamat, dicens : *Congre-*  
*gaganini, et venite, et accedite simul, quia salvati estis*  
*ex gentibus; nescierunt eam, qui levant signum sul-*  
*pturæ suæ, et rogant Deum non salvantem (Isai. xlv,*  
*20).* Qui sunt isti salvati ex gentibus, nisi qui credi-  
derunt ex gentibus? Quod vero dicit : *Congreganini*  
*et audite simul,* ostendit in unam debere gentes  
fidem, communionemque conglobari.

6. Item ipse : *Convertimini ad me et salvi eritis,*  
*omnes fines terræ, quia ego Deus, et non est alius. In*  
*nemetipso jurari, egredietur verbum de ore meo, et*  
*non revertetur, quia mihi curvabuntur omnia genua, et*  
*jurabit omnis lingua in Domino.* Hoc jam contemur  
fuisse completum, quando in omnibus terræ finibus  
Dei dilatatur Ecclesia. Qua prophetia erubescant  
Judæi quidem, Deum sibi peculiariter defendentes,  
dum audiunt : *Jurabit omnis lingua in Domino,* id  
est, non tantum Hebræorum jam populus, sed et  
omnis gentium multitudo.

7. Adhuc idem Isaias, posteaquam Christi, quem  
in carne pertulit, humilitatem digessit, denuo laudem  
Ecclesiæ gentium, pro qua talia pertulit, ita prædica-  
vit, simulque quod per universum mundum sit ipsa  
una, sic prophetando aperuit dicens : *Lauda, sterilis,*  
*quæ non parit, decanta laudem, et hinni, quæ non pa-*  
*riebas : 68 quoniam jam multi filii desertæ magis*  
*quam ejus quæ habebat virum, dicit Dominus : Dilata*  
*locum tentorii tui, et pelles tabernaculorum tuorum*  
*extende, ne parcas; longos fac funiculos tuos, et clavos*  
*tuis consolida. Ad dexteram enim et lævam penetrabis,*  
*et semen tuum gentes hæreditabit, et civitates desertas*  
*inhabitabit (Isai. liv, 1).*

Erubescant Judæi quædam in Deum; *Excusi, Erubescant*  
*Judæi, qui dum Deum sibi. Tarracoenensis,*  
*Erubescant Judæi quidem, Deum sibi peculiariter*  
*defendentes. Hunc nos lectionem amplexi sumus.* MAR.

7. Al. ad hæc idem Isaias. MAR.

*Ib.* Isidorus sequitur Vulgatam : sed hæc exhibet,  
*quæ habet virum.* AREV.

8. Et iterum : *Creavi fructum labiorum pacem* : A *tunc rediam populis labium electum, ut vocent omnes pacem ei qui longe est, et ei qui prope* (Isai. lvi, 19). Hoc et Apostolus exponit, ubi dicit pro Ecclesia ex circumcissione et ex præputio veniente : *Evangelizavit pacem his qui longe, et pacem his qui prope* (Ephes. ii, 17); et iterum : *Quæsierunt me qui ante non interrogabant; invenerunt qui non quæsierunt me. Dixi: Ecce ego, ecce ego, ad gentem quæ non invocabat nomen meum, expandi manus meas tota die ad populum incredulum* (Isai. lvi, 1).

9. Item idem ipse : *Domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis, ait Dominus* (Isai. lvi, 7). Ad ultimum autem sic ait : *Venio ut congregem cum omnibus gentibus, et linguis; et venient, et videbunt gloriam meam, et ponam in eis signum, et mittam ex eis qui salvati fuerint ad gentes, in mare, in Africam, in Libyam tenentes sagittam* (Isai. lxxvi, 18). Hæc Isaias.

10. Jeremias autem gentium compromissionem sic ostendit : *Et congregabuntur omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem, et non ambulabunt post pravitatem cordis sui* (Jerem. iii, 17). Et post paululum : *Juravit Dominus in veritate, et in judicio, et benedicent eam gentes, ipsæque laudabunt* (Jerem. iv, 2). Item idem ipse de vocatione gentium : *Domine, inquit, fortitudo mea, ad te gentes venient ab extremis terrarum, et dicent: Vere mendacium possederunt patres nostri* (Jerem. xvi, 19). Item idem Jeremias ad populum Israeliticum : *Audite vocem tubæ, et dixerunt: Non audiemus. Propter hoc audite gentes* (Jerem. vi, 17).

11. Item in Osee : *Et miserebor ejus, qui fuit sine misericordia, et dicam non populo meo: Populus meus es tu, et ipse dicet: Deus meus es tu; et erit, in loco ubi dictum est ei, Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei vivi* (Ose. ii, 23). Item in Sophonia : *Quia*

8. Al., tuum, pro meum. MAR.

*Ibid.* In nonnullis Mss., ut in Flor. 4, et in Lucensi post verba, *tota die ad populum incredulum*, alia adduntur, scilicet : *Quæsierunt enim nunc gentes, quæ non interrogabant, quia ad eos prophetæ non veniebant, et invenerunt, quando illis Christum nuntiaverant. Quid vero Judæa plebs, nisi quod sequitur: Expandi manus meas tota die ad populum incredulum? Et iterum de eadem repromissione gentium: Et erunt campestria in caulis gregum, et vallis Achor in cubile armentorum populo meo, qui quæsit me. Et vos, qui reliquistis Dominum, numerabo gladio, et omnes in cæde corruetis. Cujus ergo populi sunt istæ compromissiones, nisi gentium, quæ requisierunt Dominum? De quibus superius ait: Quæsierunt me, qui ante non interrogabant. Et qui sunt qui relinquerunt Deum, et corruent cæde, nisi Judæorum populus? De quo ait: Expandi manus meas ad populum incredulum. Contra hunc sunt et quæ sequuntur. Ecce servi mei comedent, et vos esurietis, quia vescente pane verbi Dei vocato ex gentibus populo. Judæa arescit jejunio. Item idem ipse ait, Domus mea, etc. Conferenda hæc sunt cum fine cap. 6 hujus libri; sed animadvertendum Isidorum cum in hoc opere sæpe, tum in aliis identidem eadem repetere, ut non propterea existimemus, additicia esse illa omnia, de quibus alibi Isidorus aut uberius, aut contractius disserit. AREV.*

9. In mare in Africam, in Libyam. Hispalens. in mare, in Africam, in Lydiam, quæ lectio commodior erat, nam ita Hebræica, Græca, et Vulgata Editio habuit, Isai. lxxvi, 19. Verum quoniam hoc loco alii

*tunc rediam populis labium electum, ut vocent omnes in nomine Domini, et serviant ei humero uno* (Soph. iii, 9). Et post hæc : *Adorabit eum vir de loco suo; omnes insulæ gentium* (Soph. ii, 11). In quo etiam loco vocatio gentium prophetatur; nec jam locum orationis unum, in quo carnalis populus Deum quodammodo videbatur includere, sed pro uno omnem locum esse orationis ostendit, dum dicit : *Adorabit eum vir de loco suo*.

12. Michæas quoque congregari omnes gentes prænuntiat, ut fidei disciplinam percipiant, ita : *Et erit, inquit, in norissimo dierum mons domus Domini, preparatus in vertice montium, et elevabitur super colles; et fluent ad eum populi, et properabunt gentes multæ; et dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et docebit nos de viis suis, et ibimus in semitis ejus, quia de Sion egredietur lex, et verbum Domini de Jerusalem, et 70 judicabit populos multos, et corripiet gentes fortes, usque in longinquo* (Mich. iv, 1).

13. Novissimi dies hi sunt, in quibus Salvatoris resplenduit fides. Præparatus autem mons super verticem montium Christi est, quia ipse super caput apostolorum et prophetarum. Domus vero Domini ecclesia Christi est, super eundem stabilita, ad quam gentium congregatur diversitas. Lex autem de Sion exiit, et verbum Domini de Jerusalem, sive ut veniret in gentes, relicta ob incredulitatem Judæis, sive quia in eadem plebe positus Jesus dixit discipulis suis : *Ite, docete omnes gentes* (Matth. xxviii, 19).

14. Item Zacharias de Ecclesia gentium sic dicit : *Lauda, et lætare, filia Sion: quia ecce venio, et habitabo in medio tui, ait Dominus, et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illo, et erunt*

omnes Codices discrepabant, et lib. i, c. 55, ubi idem testimonium afferitur, omnes Codices constanter Libyam legebant, eam vocem in textu reliquimus. MAR.

10. Al., repromissionem pro compromissionem. MAR. *Ibid.* In nota Marianæ erat *repromissione*, quod in *repromissionem* mutavi; nam id, ut puto, voluit Mariana, et id nostri Codices mss. exhibent, qui magna ex parte cum Marianæ exemplaribus consentiunt. AREV.

11. Al., adorabunt eum viri de loco suo. Et, sed per omnem mundum locum esse orationis. MAR.

12. Al., recipient, pro p recipient. Et prophetabunt, pro properabunt. Et ambulabimus, pro ibimus. MAR.

*Ibid.* Corripiet gentes fortes usque in longinquo. Locus est Michæa iv, 3. Verum Isidorus inferius, cap. 19, Isaiæ nomine (certe ii, 4) illa verba adducit : *Judicabit gentes et arguet populos multos, usque in longinquum*. Quod simili errore facit Julianus, Isidorum imitatus, lib. i contra Judæos; dictio enim, *usque in longinquum*, Isaiæ verbis adjuncta esse non debet, et in Michæa, ubi ea dictio additur, dici non debuit, *usque in longinquo*, sed *usque in longinquum*, ut est in omnibus versionibus, et ratio grammaticæ postulabat. MAR.

13. Al., gentibus, relicta, etc. MAR.

*Ibid.* Alii, in gentes Judæis in sterilitate remanentibus. AREV.

14. Al., habitabunt, pro habitabo. Et populus, pro in populum. Et ut scias, pro et scies. MAR.

mihî in populum, et habitabo in medio tui : et scies quia Dominus exercituum misit me ad te » (Zach. II, 10). Item ibi : « Hæc dicit Dominus exercituum, usquequo venient populi, ut habitent in civitatibus multis, et vadant habitatores unus ad alterum, dicentes : Eamus et deprecemur faciem Domini, et quæramus Deum exercituum, vadam etiam et ego, et venient populi multi, et gentes robustæ ad quærendum Dominum exercituum in Jerusalem » (Zach. VIII, 20)?

15. His ergo tot tantisque testimoniis erubescant Judæi gentium conversarum æmulatores, tandemque convicti cognoscant atque audiant in Deuteronomio Dominum proclamantem : *Eritis gentes ad caput, incredulus autem populus ad caudam* (Deut. XXVIII, 44)

#### CAPUT II.

*Cunctis gentibus in Christum credere jussum est.*

1. Quia in Christo Filio Dei credere cunctis gentibus jussum est, Jacob in benedictionibus patriarcharum dixit : *Non deficiet princeps ex Juda, nec dux de femoribus ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium* (Gen. XLIX, 10). Et David ex persona ejusdem Christi in Psalmis : « Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te ; pete a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ » (Psal. II, 7). Et iterum : *Constitues me in caput gentium, populum, quem non cognovi, servivit mihi, obauditu auris obaudivit mihi.*

2. Similiter et alibi de eodem Psalmographus idem sic dicit : *Ante solem permanet nomen ejus, et ante lunam sedes ejus, et benedicentur in eo omnes tribus terræ, omnes gentes servient ei* (Psal. LXXI, 17, 18). De cujus dominatione etiam superius (Vers. 8) sic fuerat prælocutus : *Et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terræ.*

3. Quod testimonium nec Sa'omoni congruit, nec David. Notum est enim quibus terminis regnum conclusum existit Salomonis. Sed hoc in Christo videmus fuisse completum. Cujus ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen ejus in gentibus. Illic et a flumine dominandi sumpsit exordium, ubi baptizatus est a Joanne, et pervenit per fidem in gentibus usque ad terminos terræ.

4. Item in eisdem Psalmis de ejus æterna natiuitate et potestate in gentibus, Dominus loquitur : *Ante luciferum, inquit, genui te ; tu es sacer-*

15. *Erubescant, etc.* Cod. Palatin. 278 sic habet : *Erubescant Judæi ; æmulamur eadem quæ victi cognoscant atque audiant, in Deuteronomio Domino proclamante : Eritis gentes, etc.* AREV.

CAP. II. N. 1. *Obauditu auris obaudivit mihi, ut est in Psalterio Gallico.* Nos lectionem quærat in excusis, prætulimus, quoniam erat in psalterio Hispanico, quo frequens Isidorus toto hoc opere utitur. MAR.

2. Al., *sanctificabunt eum, pro servient ei.* MAR.

4. *Et post alia : Levabit signum in nationibus procul, et sibilabit.* Verba, quæ præcesserant, nimirum, *in die illa erit radix Jesse, etc.,* leguntur Isai XI, 10. Quæ consequuntur, *levabit signum in nationibus, etc.,*

*dos in æternum secundum ordinem Melchisedech, judicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum* » (Psal. CIX, 3). Et Isaias : *In die illa erit radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur* (Isai. XI, 10). Et post alia : *Levabit signum in nationibus procul, et sibilabit ad eum de finibus terræ.*

5. Item idem Isaias, de Christo Domino nostro in gentibus **72** regnatura : « Hæc dicit Dominus Deus creans cælos, et extendens eos, firmans terram et quæ germinant ex ea, dans statum populo, qui est super eam, et spiritum calcantium eam, ego Dominus vocavi te in justitia, et apprehendi manum tuam, et servavi te, et dedi te in foedus populi in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum, et educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. Ego Dominus, hoc est nomen meum » (Isai. XLII, 5 seq.). Hoc jam contuemur esse completum per Christum, qui lux factus est in carne ignorantia gentium positarum.

6. De quibus et alibi ipse dixit : *Et ducam cæcos in viam quam nesciunt, et in semitis quas ignoraverunt, ambulare eos faciam, ponam tenebras coram eis in lucem, ut impleretur quod per eundem prophetam fuerat dictum : Gentium populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis* (Isai. IX, 9). Item de gentium vocatione ad Christum sic ait : « Attendite ad me populus meus, et tribus mea me audite, quia lex a me exiit, et judicium meum in luce populorum requiescet, prope est justus meus, egressus est Salvator meus » (Isai. LI, 4).

7. Et post hæc : « Gaudete et laudate simul deserta Jerusalem, quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Jerusalem, paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, et viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri » (Isai. LII, 9). Ad hæc per predictum Isaiam vox divina Christum in carne judicem gentium ita annuntiat : « Ecce, inquit, servus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum, judicium gentibus preferet, non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur foris vox ejus, calum quassatum non conteret, et linum fumigans non exstinguet. In veritate educet judicium, non est tristis, nec tur-

ex cap. v, 26, desumpta sunt. Isidorus memorie lapsu, et loci similitudine deceptus, quæ priora erant quasi posteriora et consequentia citavit. Tarracou., pro *sibilabit*, legit *sibilabunt*, sed corrupte, ut alii Codices declarant, Vulgatæ in hac parte et Editioni Septuaginta consentientes. MAR.

5. Al., *calcantium, pro calcantibus.* Et, *hoc enim contuemur.* MAR.

*Ibid.* Flor. 1, *in carcere ignorantia, pro in carne ignorantia, quod est in Editione Grialii.* Sed magis placet *in carcere.* AREV.

6. Al., *educam, pro et ducam.* MAR.

*Ibid.* Al., *ambulata, pro sedebat.* Et *exiit, vel exiit, pro exiit.* MAR.

7. Al., *adhuc, pro ad hæc.* MAR.

bulentus, donec ponat in terra iudicium, et legem A  
ejus insuæ expectabunt » (Isai. XLII, 1).

8. Servus quippe, sed ex susceptione hominis, Christus, qui quoniam prius ad Judæos veniens non est receptus, iudicium in gentibus protulit : quale iudicium, nisi ut ex fide justificarentur? 73 Ejus vox non audietur foris, hoc est, in hæresibus, et Judæis extra Dei Ecclesiam positis. Item de ipso in Isaiâ : « Ecce intelliget servus meus, exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde, sicut obstupuerunt super te multi, sic ingloriosus erit inter viros aspectus ejus, et forma ejus inter filios hominum, iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum, quia quibus non est narratum de eo, viderunt, et qui non audierunt, contemplati sunt » (Isai. LI, 15).

9. Item qui supra de eo : *Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus, ecce gentem quam nesciebas vocabis, et gentes, quæ non cognoverunt te, ad te current, propter Dominum Deum tuum, et Sanctum Israel, quia glorificavit te (Isai. LV, 4).* Quæ prophætia omnis de vocatione gentium manifesta est, quia in Christo essent creaturæ.

10. Et Habacuc ita inquit : *Dominus loquitur : Scribe visum aperte, et explana eum super tabulas, ut percurrat quilegerit eum, quia adhuc visus procul apparebit in finem, et non mentietur; si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, et non tardabit.* De incredulis autem Judæis ita sequitur : *Ecce qui incredulus est, non erit recta anima ejus in semetipso (Habac. II, 2, 4).*

11. Siquidem et per Aggæum de Christo in gentibus regnatura sic cecinit idem Dominus, dicens : *Spiritus meus erit in medio vestrum, nolite timere, quia hæc dicit Dominus : Adhuc modicum, et ego commovebo cælum et terram, et mare, et aridam, et movebo omnes gentes, et veniet desideratus cunctis gentibus (Aggæ. II, 6).* Quod si de Antichristo hanc prophetiam infidelis intelligat, mendacium est procul dubio. Illum enim non gentes desiderant, sed soli Judæi expectant.

### CAPUT III.

#### Judæi et gentes ad Christum vocantur.

1. Quia uterque populus Judæorum et gentium sub Christi 74 regimine vaticiniis prophetarum vocantur, Isaias dicit : *Et erit in die illa, nutriet homo vaccam D  
bovum, et duas oves, et præ ubertate lactis comedet butyrum (Isai. VII, 21).* Vacca bovum plebs est Judææ veniens de semine patriarcharum. Oves duæ Ecclesiæ veniens de gentibus, et idcirco duæ oves, et una vacca, quia suavior est ex gentibus Ecclesiæ numerus, quam ex Judæis.

2. Homo autem, qui nutriet eas, ipse est Christus

40. Al., tabulis, pro tabulas. Et fine, pro finem. MAR.

11. Al., vestri, pro vestrum. Et monebo, pro commovebo. MAR.

CAP. III. N. 1. Al., Judæa, pro Judæis. MAR.

3. Al., in terra, pro super terram. MAR.

4. Commemorabo superbiam, et Babylonis scientium

qui per Jeremiam dicit : *Convertimini, filii revertentes, dicit Dominus, quia ego vir vester, et assumam vos, unum de civitate, et duos de cognatione, et dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina (Jerem. III, 14).* Superbis namque dixerat per Isaiam : *Nutriet homo vaccam unam et duas oves; quem hominem Deus nunc semetipsum esse ostendit, qui assumet duos de cognatione, et unum de civitate, quia minor est numerus credentium ex circumcisione, quam ex præputio.*

3. Hanc autem civitatem Judæam dicit, sive Jerusalem; cognationem vero gentes; pastores autem apostolos, vel Ecclesiæ doctores, Christi gratiam prædicantes. Sic et alio loco idem ipse Jeremias Judæos servire Christo proclamat : *Et erit in die illa, ait B Dominus exercituum, conteram jugum meum de collo tuo, et vincula ejus dirumpam, et non dominebuntur eis amplius alieni, sed servient Domino Deo suo, et David regi suo, quem suscitabit eis (Jerem. XXX, 8).* De quo Jeremias : « Ecce dies venient, dicit Dominus, et suscitabo David germen justum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet iudicium et justitiam super terram. In diebus illis salvabitur Juda, et Israel habitabit confidenter, et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus justus noster » (Jerem. XXIII, 5).

4. Cujus ortum propter utramque gentem vox patris per Psalmistam ita annuntiat : « Commemorabo superbiam et Babylonis scientium me. Ecce Palestina, et Tyros cum Æthiopia, iste natus est ibi. Ad Sion autem dicetur : Vir et vir natus est in ea, et ipse fundavit eam Excelsus. Dominus narrabit scribens populos. Iste natus est ibi. » In Babylone, Palestina, Tyro, Æthiopia gentes significantur. 75 In Sion vero Hebræorum populus, quia pro utraque salute gentium natus est Christus.

5. Item Ezechiel Christum sub persona David super utramque gentem sic predicat regnaturum : « Rex, inquit, unus erit omnibus imperans, et non erunt ultra duæ gentes, nec dividuntur amplius in duo regna, nec polluentur ultra in diis suis, et abominationibus, et in cunctis iniquitatibus suis, et salvos eos faciam de universis sedibus suis, in quibus peccaverunt; et mundabo eos, et erunt mihi populus, et ego ero eis Deus, et servus meus David rex super eos, et pastor unus erit omnibus eorum (Ezech. XXXVII, 22).

6. Quia Christus rex Judæorum est, Isaias indicat dicens : *Dicite filiæ Sion : Ecce rex tuus venit tibi justus, et salvans, pauper, sedens super asinum indomitum.* Daniel autem propheta potestatem Christi, non solum super gentes, sed etiam super Judæos a Patre datam, scribens, sic ait : « Aspicietbam in visione noctis, et ecce cum nubibus cæli, quasi Filius hominis veniebat, et usque ad antiquum dierum pervenit,

me. Excusi, superbiam Babylonis scientibus me. Tarracón., superbiam et Babylonis scientibus me. Nos Hispanensis lectionem secuti sumus, quoniam erat in Ilicronymi versione, nisi quod pro commemorabo legiur commemorabor. MAR.

6. Al., in visu, pro in visione. MAR.

et in conspectu ejus obtulerunt eum (Dan. vii, 13). A

7. Nam postea quam dixit assumptum eum in cœlum, et perductum usque ad Patrem, adjecit: *Et data est ei potestas, et honor, et regnum, et omnes populi, tribus et linguæ ipsi servient.* Quæ tribus, nisi Hebræorum populus? Quæ linguæ, nisi gentium nationes? Amos quoque propheta ad Christi regnum Judæos a Deo sic provocat dicens: « Præpara te in occursum Domini Dei tui, Israel, quia ecce ego firmans tonitruum, et creans spiritum, et annuntians in hominibus Christum suum » (Amos. iv, 12).

8. Sic et Isaias: *Domus Jacob, venite, et ambulemus in lumine Domini (Isai. ii, 5).* De quo David ait: *In lumine tuo videbimus lumen (Psal. xxxv, 10).* Inter hæc et Michæas propheta, dum locum originis Christi declararet, ita eum super Israel dominaturum subjunxit: *Et tu, inquit, Bethlehem domus Ephrata, non es minima in millibus Juda, ex te mihi prodiet Dominator in Israel (Mich. v, 2).*

76 9. Quo loco ostendit Christum dominum esse Judæorum, ejusque regimine eundem populum subjugandum, ubi et potestatem ejus per universum mundum ita prænuntiavit: « Stabit, inquit, et videbit, et pascet gregem suum in virtute Domini, et in honore nominis Dei sui erunt, quoniam nunc magnificatur usque ad terminos terræ, et erit iste pax. »

10. Cujus adventum Judæis prædicandum Isaiæ sic Dominus loquitur: « Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem; dic civitatibus Judæ: Noli timere. Ecce Deus vester. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, et brachium ejus dominabitur. Ecce merces ejus cum eo, et opus illius coram eo, sicut pastor gregem suum pascit, in brachio suo congregabit agnos » (Isai. xl, 9).

11. Zacharias autem propheta de Christi regno in Judæis et gentibus ita proclamavit: *Exsulta satis, filia Sion, jubila, filia Jerusalem, ecce rex tuus veniet tibi, justus et salvator, ipse pauper et ascendens super asinum et super pullum asinæ, et potestas ejus a mari usque ad mare, et a flumine usque ad fines terræ (Zach. ix, 9).* Quæ propheta quomodo fuisset completa in Christo, Evangelia ipsa testantur.

7. In textu Grialii erat *Domini Dei tu Israel.* Quæ D sequuntur a Vulgata multum discrepant. AREV.

8. O servat Mariana, in tract. pto Edit. Vulg., cap. 6, in Bibliis Gothicis, quæ in Toletano templo servantur, ita legi locum Michææ, uti ab Isidoro legitur cap. 11 libri 1 contra Judæos, et simili fere modo a Juliano Toletano, lib. 1 contra Judæos, scilicet cum interrogatione. Cæterum cum negatione, ut hoc loco Isidorus, legunt etiam Hieronymus, Cyprianus et Origenes. Alii contendunt locum Michææ affirmative esse legendum. AREV.

10. *Dic civitatibus Judæ: Noli timere.* Excusi et Tarracon., *nolite timere*, quæ lectio commodior erat, nisi ordo esset præposterus. In vulgata enim legitur, Isai. xi, 9: *Noli timere, dic civitatibus Judæ.* Itaque *noli timere* ad prophetam referri debet, non ad civitates.

11. Al., *quando fuisset in Christo impleta, Evangelista testatur.* MAR.

## CAPUT IV.

*De vocatione gentium ad fidem ante Hebræos.*

1. Jam et quia prius gentes credere poterant in Christum, et postea Judæi, David propheta ostendit; videns enim quod ad Judæam redimendam venisset Dominus, sed ante gentilitas crederet, et postmodum Judæa sequeretur, dicit: *Ethiopia præveniet manus ejus Deo (Psal. lxxvii, 32).* id est, priusquam Judæa credat, salvandam se offerat 77 omnipotenti Deo peccatis nigra gentilitas. Sicut et Isaias ait: *Donec plenitudo gentium introeat, et sic omnis Israel salvus fiat;* et in Deuteronomio: *Eritis gentes ad caput, incredulus autem populus ad caudam (Deut. xxviii, 44),* quasi in novissimo conversurus.

## CAPUT V.

B *Quia in fine mundi in Christum credituri sunt Judæi.*

1. Transeuntibus quidem istis carnalibus Judæis, postea in novissimis temporibus filii eorum in Christo credituri sunt, Osee propheta testante: *Quoniam diebus multis sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus (Ose. iii, 4, 5).* Uti que quemadmodum nunc esse videntur; deinde sequentes adjunxit: *Et postea revertentur filii Israel, et inquirent Dominum Deum suum, et David regem suum, et stupescunt in Domino, et in bonis suis, in novissimis diebus.*

2. Quæ omnis propheta procul dubio de Christo est, qui in David nomine significatur. De cujus semine secundum carnem est genitus, de quo Jeremias dicit: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo David germem justum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet judicium et justitiam in terra. In diebus illis salvabitur Juda, et Israel habitabit confidenter, et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus justus noster (Jerem. xxiii, 5).*

3. Malachias quoque ante finem mundi Eliam sic dicit esse mittendum ad conversionem Judæorum: « Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, et horribilis, et convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum » (Malach. iv, 5). Ante adventum enim judicii mittet Dominus Eliam ad convertendum cor filiorum, ad cor patriarcharum et prophetarum, 78 ut credat

CAP. IV. N. 1. *Sicut et Isaias ait: Donec plenitudo, etc.* Illa equidem verba, *Donec plenitudo gentium introeat,* Pauli sunt ad Rom. xi, 25, quæ sententia cum Isai. lxx, 20, iis verbis continetur: *veniet ex Sion, etc.* Isidorus Isaiæ verba in Pauli commutavit. MAR.

*Ibid. Quasi in novissimo conversurus.* Id est, *convertendus.* Isidorus enim suo more activis, utitur pro passivis, qua de causa Hispalensis lectionem repudiavimus, qui habebat, *quasi in novissimo conversus,* tamen commodior videbatur. Rursus cap. 5, extremo, ubi Excusi et Hispalensis legebant, *in novissimis conversurus:* nos ex Tarraconen. diximus, *in novissimis convertendus;* et paulo post, ubi iisdem Codice legabant *conversuri sunt,* ex eodem Tarraconensi, cui potissimum fidebamus, *conversi fuerint* posuimus. Quam varietatem nolimus lectorem ignorare. MAR.

CAP. V. N. 2. Al., *venient, pro veniunt.* MAR.

posteritas eorum in Domino Jesu Christo, quem illi A prophetantes expectaverunt.

4. Nam si hactenus Judæi recte credunt, quid est, in quo per Eliam converti eos in novissimo propheta testatur? Nunc enim mente cæcati sunt, nec possunt intelligere Salvatorem, qui audiunt, nisi in fine mundi, dum fuerit consummatio sæculi; pronuntiat enim hoc Dominus per Isaiam prophetam dicens: « Audite audientes, et nolite intelligere; et videte visionem, et nolite cognoscere; excæca cor populi hujus, et aures ejus aggrava, et oculos ejus claude, ne forte videant oculis suis, et auribus suis audiant, et corde suo intelligant, et convertantur, et sanem illos » (Isai. vi, 9).

5. Et dixit propheta: « Usquequo, Domine? » et dixit Dominus: « Donec desolentur civitates absque B habitatore, et domus sine homine, terra relinquetur deserta, et longe faciet Dominus homines; tunc convertetur, et erit in ostensione, sicut terebinthus, et sicut quercus, quæ expandit ramos suos, semen sanctum erit, quod steterit in ea. » Ecce apparet eos nunc a lumine fidei et veritatis esse alienos; audiunt enim Christum, et non intelligunt; vident, et non agnoscunt.

6. Sed quandiu ita erunt? Quousque subvertantur urbes, et terra pene redeat in desertum; tunc enim conversi videbunt, credituri in Christo, atque intelligentes sanabuntur, et cognoscent omnia. Juxta quod et Jeremias eis dicit: *In novissimo dierum cognoscentis ea* (Jerem. xxx, 24). De hac novissima credulitate Judæorum et Sophonias sic dicit: « In tempore illo C salvabo claudicantem, et eam quæ ejecta fuerat congregabo; et ponam eos in laudem, et in nomen in omni terra confusionis eorum, in tempore illo quo adducam vos, et in tempore, quo congregabo vos. Dabo enim vos in nomen et in laudem in omnibus populis terræ, cum convertero captivitatem vestram coram oculis vestris, dicit Dominus » (Soph. iii, 19).

7. Claudicantem plebem Judæam dixit, quæ nunc a semitis fidei claudicat, sicut psalmus testatur dicens: *Claudica verunt a semitis suis* (Psal. xvii, 46); et hanc se salvaturum in novissimo Deus pronuntiat, dum dicit: *Salvabo claudicantem*. Et per Ezechielem: *Post dies, inquit, multos visitaberis, et in novissimo annorum venies* (Ezech. xxxviii, 8); et paulo superius quia baptizandi sunt: « Tollam, inquit, vos de gentibus, et congregabo vos de universis D terris, et adducam vos in terram vestram, et effun-

dam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris et ab universis idolis vestris mundabo vos, et dabo vobis cor novum, et spiritum novum ponam in medio vestri, et aurifram cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum, et spiritum meum ponam in medio vestri, et faciam ut in præceptis meis ambuletis, et judicia mea custodiatis, et operemini, et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris, et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum, et salvabo vos ex universis inquinamentis vestris » (Ezech. xxxvi, 24).

8. Hic est enim populus in novissimis convertentus, quem Jacob patriarcha sub figura Benjamin lupum mane comedentem prædam, et vespere spolia dividentem prophetat (Gen. xlix, 27). Utique quia initio mundi idem populus quasi in mane legem accepit, in vespere autem mundi, dum fuerit crediturus, dividet inter Novum Testamentum et Vetus. Nam de his quæ ad Israel in futurum promittuntur, ad eandem partem dicitur, quæ creditura est in Christo quando in novissimis temporibus conversi fuerint, quale est illud apud eundem Osee: *Et erit in loco ubi dicitur ei: Non populus meus, dicitur ei Filius Dei viventis, et congregabuntur filii Juda, et filii Israel pariter, ponent sibi caput unum* (Osee. i, 10).

9. Hoc in novissimis erit temporibus, quando, Elia prædicante, convertetur Juda ad Christum, ut sit unum cum Israel spiritualiter, hoc est, cum populo gentium, jam Deum ex fide videntium, ponentes sibi caput unum, quod est Christus, ascendentisque de terra, hoc est a carnali terrenaque spe ad promissa cælestia.

## 80 CAPUT VI.

*Plurimi ex Judæorum populo non erant credituri.*

1. Sed quia plurimi ex Judæorum populo non essent credituri in Christum, Moyses legislator eandem eorum incredulitatem ante præcunctavit: *Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, et timebis die ac nocte, et non credes vitæ tuæ* (Deut. xxviii, 66). Unde et Isaias: *Domine, qui creditis auditui nostro? et brachium Domini cui re: elatum est? Et vidimus eum, et non erat aspectus* (Isai. lxxi, 1). Quibus verbis incredulitatem Judæorum designat, qui Christum videntes non receperunt, quem quia nec credere, nec cognoscere potuerunt, illico excidium habituri.

2. Sic Jeremias prædixit: « Ascendite muros ejus, et dissipate, auferte propaggines ejus, quia non sunt Domini. Prævaricatione, prævaricata est in me domus

sanabuntur. MAR.

*Ibid.* In textu Grialii, mendose, crudelitate, pro crudelitate. AREV.

7. Al., *meum ponam*, pro *novum ponam*. Et *novum*, pro *carneum*. MAR.

8. Al., *finem autem*, pro *vespere autem*. Et *futuris*, pro *futurum*. MAR.

9. Al., *ponent autem*, pro *ponentes*. MAR.

CAP. VI. N. 1. Al., *non erat ei aspectus*. MAR.

*Ibid.* Alii, *excidium habituros sic Jeremias prædixit*. AREV.

2. Al., *non est Domini*. MAR.

4. Al., *Quod per Eliam converti eos in novis*. MAR. *Ibid.* *Aures ejus aggrava, et oculos ejus claude*. In Tarracon. deest relativum *ejus*, in Excusis illud *ejus claude* non ponitur, quæ forte vera Isidor. lectio est, nam in Juliano, et conjr. Judæos ea duo verba etiam desiderantur. Nos Hispalensis lectionem prætulimus, quoniam erat in Vulgata; porro locus est Isaie vi, 10. MAR.

*Ibid.* Al., *convertantur ad me, et*. MAR.

*Ibid.* In Editione Grialii nota est quod pro in quo. Fortasse Mariana voluit quid est quod. AREV.

5. Al., *dissolvantur* pro *desolentur*. MAR.

6. Al., *tandiu*, pro *quandiu*. Et *salvabuntur* pro

Judei, ait Dominus, negaverunt me et dixerunt : Non est ipse » (*Jerem. v, 10*). Hoc nunc usque Judæi pro Christo dicunt : *Non est ipse, expectantes alium, qui est Antichristus. Unde et Dominus : Ego, inquit, veni in nomine Patris mei, et non receperunt me, alius veniet in nomine suo, et recipietis eum* (*Joan. v, 43*).

3. Item apud eundem Jeremiam : *Ecce sermo Domini factus est eis in opprobrium, et non suscipiunt illud* (*Jerem. vi, 10*). Adhuc quidem quia, gentibus obedientibus Christo, Judæi eum non essent recepturi, in Psalmis ostenditur. Nam cum per prophetam diceret idem Christus : *Constitues me in caput gentium, et, populus, quem non cognovi, servivit mihi, continuo subjunxit incredulitatem Judaicam, dicens : Filii mentiti alieni sunt mihi, filii alieni inveteraverunt, et claudicaverunt a semitis suis* (*Psal. xvii, 44*). Qui sunt filii, nisi Judæi? qui recte alieni nuncupantur, pro eo quod in perfidia permanentes, ab æternæ vitæ præmiis abdicati sunt, quæ nobis secundum fidem a Dei Filio promittuntur.

4. Hæc quoque in Christo Judæorum prava incredulitas etiam per Isaiam est annotata, dicente Domino illis : *Audite audientes, et nolite intelligere; et videte visionem, et nolite cognoscere; excæca cor populi hujus, et aures ejus aggravata, et oculus ejus claudet, ne forte videant oculis suis, et auribus suis audiant, et corde suo intelligant, et convertantur, et sanem illos* (*Isai. vi, 9*). Et alio loco : *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, et contradicentem, qui ambulat vias non bonas* (*Isai. lxxv, 2*).

5. Quibus Jeremias : *Audi hæc, popule stulte et sine corde, oculi sunt illis, et non vident, aures sunt illis, et non audiunt; aut me non timebitis, dicit Dominus, aut a facie mea non formidabitis? qui constitui terminum maris arenam, imperium æternum, et non transgredietur illud, et turbabitur, et non poterit, et intumescunt fluctus ejus, et non transgredietur illud; populo autem huic factum est cor inobediens et incredulum* (*Jerem. v, 21*).

6. Et alibi idem ipse : *Quomodo dicitis : Sapientes nos sumus, et lex Domini nobiscum est* (*Jerem. viii, 8*)? Vere mendacium operatus est stylus mendax Scribarum, confusi sunt sapientes, et perterriti, et capti sunt. Verbum enim Domini projecerunt, et sapientia nulla est in eis. De quibus Isaias : *Qui peccare, inquit, faciebant homines in verbo, et declinaverunt frustra a justo* (*Isai. xxix, 21*). Pro quo eos idem propheta ita increpat dicens : *Audite me duro corde, qui longe estis a justitia, prope feci justitiam meam, non elongabitur, et salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, et in Jerusalem gloriam meam.*

7. Ipse autem propheta et credulitatem gentium et incredulitatem Judæorum in Christo ita annuntiat :

3. Forte, *illud* pro *illud*. In Vulg. est *illud*, quia præcedit *verbum* pro *sermo*. AREV.

4. Al., *ambulant*, pro *ambulabat*. MAR.

5. Al., *resonabunt*, pro *intumescunt*. MAR.

*Ibid.* Fortassis, *an me non timebitis*, etc. In Vulgata deest aut. AREV.

A *Quæsierunt me, qui antea non interrogabant, invenerunt me, qui non inquisierunt me; dixi : Ecce ego, ecce ego, ad gentem, quæ non invocabat nomen meum, expandi manus meas tota die ad populum incredulum* » (*Isai. lxxv, 1, 2*). Quæsierunt enim gentes quæ ante non interrogabant, quia ad eos prophetæ non veniebant, et invenerunt, quando illis Christum nuntiaverunt.

8. Quid vero Judæa plebs, nisi quod sequitur? *Expandi manus meas tota die ad populum incredulum. Et iterum de eadem repromissione gentium : Et erunt campestris in caulas gregum, et vallis Achur in cubile armentorum populo meo, qui requisierunt me, et vos, qui reliquistis Deum, numerabo vos gladio, et omnes in cæde corruetis* (*Isai. lxxv, 10 seq.*).

9. Cujus ergo populi sunt istæ repromissiones, nisi gentium, qui requisierunt Deum? de quibus superius ait : *Quæsierunt me, qui ante non interrogabant. Et qui sunt qui reliquerunt Deum, et corruerunt in cæde, nisi Judæorum populus? de quo jam ait : Expandi manus meas ad populum incredulum. Contra hunc sunt et quæ sequuntur : Ecce servi mei comedent, et vos esuriatis, quia, vescente pane verbi Dei vocato ex gentibus populo, Judæa arescit jejuna.*

#### CAPUT VII.

*Ob incredulitatem Judæorum Christus ad gentes erat transiturus.*

1. Et quia ob incredulitatem Judæorum Christus Judæam desereret, transiretque ad gentes, Jeremias propheta prædixerat, dicens : *Tibi peccavimus, expectatio Israel, Salvator ejus. Quare sicut colonus futurus es in terra, et quasi viator declinans ad manendum? quare futurus es quasi vir vagus et qui non potest salvari* (*Jerem. xiv, 8*)? Quid enim in hac sententia intelligitur, nisi quia videbat propheta in spiritu quod veniens Christus relicurus esset Judæam, et iret per fidem in gentibus? Idcirco dicebat : *Quare sicut colonus futurus es in terra, et quasi viator declinans ad manendum?* Hoc est, venisti in terram, cito recessurus a Judæis.

2. Sicut et alibi ex persona Domini idem propheta dicit : *Quis dabit mihi in solitudine diversorium viatorum? et derelinquam populum meum, et recedam ab eis, quia omnes adulteri sunt, coetus pravicatorum, et extendunt linguam suam, quasi arcum mendacii, et non veritatis* (*Jerem. ix, 2*). Vox enim ista Christi est, qui in solitudine gentium diversorium, id est, Ecclesiam constituit, in qua converterentur errantes, derelinquens populum Judæorum. Quibus per Malachiam dicit : *Non est ultra mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, et munus non suscipiam de manu vestra; ab ortu enim*

6. Al., *est justitia mea, pro feci justitiam meam*. MAR.

9. Al., *corruent*, pro *corruerunt*. Et *jejuna*, pro *jejuna*. MAR.

CAP. VII. N. 1. Al., *sicut viator. Et potest salvare*. MAR.



solis usque ad occasum magnum est nomen meum in A gentibus (Malach. 1, 10).

83 3. Cum illis enim ante fuit Deus, sed postquam pro peccato suo abjecti sunt, Redemptor mundi in populo gentium transit. Cujus universitas nunc per totum orbem terrarum exultans dicit: *Magnificavit Dominus facere cum illis, magnificavit Dominus facere nobiscum, facti sumus latentes* (Psal. cxxv, 3). Ad populum enim Israel prius venit Christus, sed quod non essent credituri, propheta non tacuit, dicens: *Prius ad Sion dicit: Ecce adsum, et Jerusalem evangelistam dabo, et vidi, et non erat neque ex istis quisquam, qui iniret consilium, et interrogatus responderet verbum* (Isai. xli, 27). Sed quia ad gentes traiecit, sequitur: *Ecce servus meus, suscipiam eum; electus meus, complacuit sibi in illa anima mea, dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet* (Isai. xlii, 1).

#### CAPUT VIII.

*Quia, projectis Judæis, gentes introierunt.*

1. Ecce ostensum est Judæos pro acelere, quo in Christo peccaverunt, abjectos, dispersosque fuisse. Sed quia, projectis illis, gentes in eorum sedibus per fidem erant successuræ; non siluerunt et hæc propheta. Isaias enim sic dicit: *Educ foras populum cæcum, et oculos habentem, surdum, et aures ei sunt. Omnes gentes congregatæ sunt simul, et collectæ sunt tribus. Quis in vobis annuntiet istud? et quæ prima sunt, audire nos faciet* (Isai. xlii, 8)? Ecce foras educitur Israel, habens oculos et aures, ad terrenas promissiones; et colligitur in unum diversitas gentium, ut, ubi illi vocati sunt, isti ingrediantur, et ad istos pertineat hæreditas quæ illis fuerat repromissa.

2. Adhuc quia eadem gentes in sedibus Judæorum successuræ erant, idem propheta alio loco approbat, dicens: *In die illa cantabitur canticum titud in terra Juda. Urbs fortitudinis nostræ Sion, Salvator ponetur in ea, murus, et antemurale; aperite portas, et ingredietur gens justa, et custodiens veritatem, vetus error abiit. Servabis pacem, quia in te speravimus, incurvabit habitantes in excelso, civitatem sublimem humiliabit: humiliabit eam 7 usque ad terram, detrahet eam usque ad pulverem, et concalcabit eam pes pauperis, gressus ege-*

3. Al., *esset crediturus, pro essent credituri. Et ad Jerusalem. Et exiit quisquam, pro ex istis quisquam.* MAR.

*Ibid.* In Editione Grialii, *gentibus profert, quod mendo sum puto.* ARV.

CAP. VIII. N. 1. Al., *vos faciet, pro nos faciet.* MAR.

2. Al., *et egressus egenorum.* MAR.

3. *Quia possidet civitatem in tumultum.* Sic lego, quamvis omnibus Codicibus discrepantibus, legemibusque partim in *cumaliam*, partim in *tumultum*. Vulgata sane lectionem præferendam judicavimus Isai. xlv, 1, 2, præsertim cum inferius, cap. 42, ubi idem testimonium ab Isidoro repetitur, omnes Codices legunt *tumultum*, præter Hispalensem, qui legit *tumultum*, vitiose, haud dubium. MAR.

4. Al., *itaque jurat, pro qui jurat.* MAR.

norum (Isai. xxvi, 1). Quo vaticinio ostenditur justum humilemque gentium populum successisse in locum quem superba plebs Judæorum perdidit.

3. Talia et alibi idem propheta sub gratiarum actione Domino dicit: *Domine, Deus meus es tu, et exaltabo te; confitebor homini tuo, quoniam fecisti mirabilia et cogitationes antiquas fideles. Amen. Quia posuisti civitatem in tumultum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum, ut non sit civitas, et in sempiternum non ædificetur, super hoc laudabit te populus fortis, civitas gentium robustarum timebit te* (Isai. xxv, 1).

4. Alio quoque in loco ad eosdem Judæos sub approbatione ita loquitur, dicens: *Et dimittetur nomen vestrum in juramentum electis meis; vos autem interficiet Dominus Deus, et servos suos vocabit nomine alio, in quo qui benedictus est super terram benedicetur a Domino, amen, et qui jurat in terra, jurabit in Deo. Amen* (Isai. lxxv, 15). In terra qui jurat, id est, in carne a Christo accepta, in qua quicumque jurat, vere in Deo jurat.

#### CAPUT IX.

*Judæi propter peccatum in Christum debellati atque dispersi sunt.*

1. Quia propter peccatum quod in Christo prævaricati sunt Judæi debellati atque dispersi sunt, Isaias prænuñtiavit, dicens: *Ipse redemit eos, et portavit eos, et levavit eos cunctis diebus sæculi, ipsi autem ad iracundiam provocaverunt, et affixerunt spiritum sancti ejus, et conversus est eis in inimicum, et ipse debellavit eos* (Isai. lxxiii, 9). Item per Osce prophetam: *Væ, inquit, eis, quia recesserunt a me, vastabuntur, quia prævaricati sunt in me. Ego redemi eos, et ipsi locuti sunt contra me mendacia, et recesserunt a me, et ego erudi vi eos, et confortavi brachia eorum. Et ipsi in me cogitaverunt malitiam, reversi sunt, ut essent absque jugo. Facti sunt quasi arcus dolosus, abjecit eos Deus meus, quia non audierunt eum, et erunt vagi in nationibus* (Ose. vii, 13; ix, 16).

2. Et Isaias posteaquam prædicaverat de Christo dicens: *Tanquam ovis ad occisionem ductus est* (Isai. lxxv, 7), subjecit statim: *Propter scelus populi mei percussi eum; et dabo impios pro sepultura ejus, et divites pro morte ejus, et reliqua. Et per Jeremiam idem*

CAP. IX N. 1. Al., *pronuntiat, vel pronuntiat, pro pronuntiat. Et sanctum ejus, pro sancti ejus. Et quia oderant eum, pro quia non audierunt eum.* MAR.

2. *Nunquid avis tincta per totum, Jeremia: xii, 9.* Hispalensis legit, *nunquid avis distincta per totum?* quæ lectio commodissima vitæbatur; nam eandem discolorum prioribus verbis vocat, et Hebraica consentiebant. נולתי לי העים מביד עליה העים בצע, hoc est, *nunquid avis discolor hæreditas mea mihi, nunquid avis circum super eam, subaudi, discolor, sive distincta.* Hieronymus pavonem putat intelligi, eique Hierosolymam comparari propter insignem plumarum varietatem. Sed neque ipse, neque Vulgata, ac ne alii quidem Isidori Codices Hispalensi consentiebant. Quocirca alteram lectionem prætulimus. MAR.

Filius pro sua passione Judæorum sic inferi fuisse A partitionem; dicit enim: *Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in silva, dedit contra me vocem, ideo odivi eam. Nunquid avis discolor hæreditas mea mihi? nunquid avis tineta per totum? Venite, congregamini, omnes bestie terræ, properate ad devorandum* (Jerem. xii, 8). Congregamini dixit; venerunt enim bestie agri, hoc est, feroces principes gentium, et traditi sunt illis ad devorandum populi Judæorum.

3. Propereea quod contra Dominum vocem dederunt, unde et subjungit: *Propter me exterminata est exterminio omnis terra. Hæc enim Christi vox est. Mal. nunc peccata prius fecerant filii Israel, sed nunquam sic traditi sunt tam longæ perditioni et captivitati; quando autem compleverunt mensuram patrum suorum, et post prophetarum vocem Christum interfecerunt, tunc, peccata peccatis cumulan-* B *tes, traditi sunt in longam exterminationem. Idcirco nunc dicitur: Propter me exterminatione exterminata est omnis terra.*

4. Quod, quia non intelligunt, proinde se traditos direptioni, Isaias propheta hoc ante prænuntiavit, dicens: *Effudit Dominus 86 super populum suum indignationem furoris sui, et forte bellum; et combussit eum in circuitu, et non cognovit, et succendit eum, et non intellexit* (Isai. xlii, 25). Quorum interitum mœrens Jeremias propheta ita deplorat: *Facti sunt, inquit, filii mei perditii, quoniam intravit inimicus* (Thren. i, 16). Et iterum: *Quos educavi et nutriti, inimicus meus consumpsit eos* (Thren. ii, 22).

#### CAPUT X.

##### De ruina Jerusalem.

1. Quia propter quod negaverunt Christum Judæi, subversa est Jerusalem, per Jeremiam sic prædicat idem Dominus, dicens: *Ascendite muros ejus, et dissipate, auferite propagines ejus, quia non sunt Domini, prævaricatione enim prævaricata est in me domus Juda, ait Dominus, negaverunt me et dixerunt: Non est ipse* (Jerem. v, 10). *Item Isaias: Ruit Jerusalem, et Judas concidit, quia lingua eorum et adinventiones eorum contra Dominum* (Isai. iiii, 8).

2. Quo testimonio demonstratur urbem Jerusalem et provinciam Judææ pariter concidisse, causamque ostendit sceleris eorum, quia contra Dominum blasphemaverunt, dicentes: *Tolle, tolle, crucifige. Nos non habemus regem, nisi Cæsarem* (Joan. xix, 15). Siquidem et David propheta propter Christi passionem futuram urbis, ac Judæorum calamitatem ex persona ejusdem Christi, ita prædixit: quando illi, sicut Evangelium loquitur, dederunt fel atque acetum: *Dederunt, inquit, in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, et in retributionem,*

3. In Vulgata ita id profertur: *Posuerunt eam in dissipationem, luxitque super me; desolatione desolata est omnis terra. Anzv.*

4. Al., *ædificavi pro educavi. MAR.*

CAP. X. N. 2. Al., *crucifige talem. MAR.*

4. Al., *eandem in Daniele, pro item in D. Et*

et in scandalum. Effunde super eos iram tuam, et indignatio iræ tuæ apprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta, et in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet (Psal. lxxviii, 22).

3. Hoc enim postea expletam est, quod fuerat ante prædictum; factum est enim in hac ipsa urbe Jerusalem; nam postquam Christum amaritudine potaverunt, et postquam clamaverunt adversus Filium Dei, ut occideretur, successit deinde vindicta a Domino, debellata est civitas, expugnati Judæi, multaque millia interfecta; nullusque illuc modo permittitur accedere Judæorum, ubi Christum cruciandum acclamaverunt.

87 4. Item in Daniele angelus ille, postquam occisionem Christi prædixit, subsecutam profluvium subversionem Jerusalem pronuntiavit, dicens: *Et civitatem, et sanctuarium dissipabit populus cum duxerit venturo* (Dan. ix, 26), id est, Romanus exercitus cum Vespasiano. Cujus vastationis Isaias propheta lamentabile carmen composuit, in quo eadem Jerusalem plangitur, et ruina illius perpetua sermone prophético decantatur sub similitudine vineæ, in qua plantaverat Deus turrem, et torcular, templum scilicet et altare (Isai. v, 2).

5. Hæc igitur vinea, quandiu uberrimos attulit fructus, habuit custodem Deum, de quo scribitur: *Non dormitabit neque obdormiet, qui custodit Israel* (Psal. cxx, 4); postquam vero spinas attulit Creatori suo, reliquit eam Deus, et statim vastavit eam aper de silva (Psal. lxxxix, 14), et vindemiaverunt eam omnes transeuntes viam, ita dicente Domino: *Et nunc ostendam vobis quid facurus sum vineam meam; auferam muceriam ejus* (Isai. v, 5), hoc est, tollam angelorum auxilium (de quibus in Psalmis scriptum est: *Emitte angelum Dominus in circuitu timentium eum, et eripiet eos* [Psal. xxxiii, 8]). Et diripietur ab adversariis, destruiam muros ejus, ut inimicis gentibus pateat, et nubibus mandabo desuper, ne pluant super eam pluviam (Isai. v, 6).

6. Quod non de priore captivitate prophetatum est; illo enim tempore post captam urbem et Jeremias propheta, et Daniel, et Aggeus, et Zacharias futura dixerunt. Sed hoc de novissima captivitate prædictum est, quia post passionem Domini nec prophetas, nec apostolos habuerunt Judæi, qui imbres præberent virtutum, sed e contrario illud eis accidit quod in Levitico peccantibus eis promissit Dominus: *Ponam calum vobis æream, et terram ferream* (Levit. xxvi, 19).

7. Et in Deuteronomio: *Erit calum super te æream, et terra subter te ferrea* (Deut. xxviii, 23). Et rursum: *Dabit Dominus pluviam terræ tuæ, pallorem, et cinis de celo descendet super te, donec tradat te venturus, pro venturo. Et vastavit, pro vastatione. Et quam plantaverat, pro in qua p. MAR.*

5. Al., *pateant, pro pateant. MAR.*

6. Al., *pluerent, pro præberent. MAR.*

7. Al., *quo vociferatum est, pro quo vociferati sunt. MAR.*

*deleat* (*Ibid.*, 24). Sed quare ista acciderunt illis? A quia expectavit Deus ut facerent justitiam, et largitorem tantorum munerum susciperent. Illi autem fecerunt spinās, quibus Christum coronaverunt, feceruntque **88** clamorem, quo vociferati sunt contra Dominum, > id est, contra Christum 7, ut crucifigeretur.

## CAPUT XI.

*De spreto Judæis et Synagoge reprobatione.*

1. > De qua civitate 7 per Isaiam sic Dominus loquitur, dicens: « Quis est hic liber repudii matris vestræ, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus vestris vendi estis, et in sceleribus vestris dimisi matrem vestram (*Isai.* I, 4). » Similiter et per Osee: *Judicate matrem vestram, judicate, quoniam ipsa non est uxor mea, nec ego vir ejus* (*Ose.* II, 2). De cujus populi reprobatione, et per Jeremiam > sic loquitur Dominus dicens: 7 « Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam. Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in silva, dedit super me vocem suam; propterea odivi eam » (*Jerem.* XII, 7).

2. Isaias autem Judæorum captivitatem æternam sic exprimit, dicens: « Terra vestra deserta, civitates vestræ succensæ igni, regionem vestram in conspectu vestro alieni devorant, et desolabitur sicut in vastitate hostili » (*Isai.* I, 7). Quæ captivitas, > et 7 licet sub Babylonis tempore ex parte completa sit, plenius tamen sub Romana captivitate impleta est, quando universam Judæam Romanus vastavit exercitus, atque urbs Jerusalem eversa atque succensa est.

## CAPUT XII.

*De perpetua ruina Jerusalem.*

1. Isaias ait: *Desolabitur, sicut in vastitate hostili, et derelinquetur filia Sion, sicut umbraculum in vinea* (*Isai.* I, 7). Ita enim eversa est Jerusalem, et destituta, manifestatis sacramentis Christianæ veritatis, quemadmodum deseruit tabernacula vinearum, expletis vindemiis. **89** Nam sicut tabernaculum non sui causa, sed vindemiæ fit, ita et vetus populus, non suæ causa salutis, sed Christianæ exstitit veritatis.

2. Item ipse: *Super humum, inquit, populi mei spinæ, et vepres ascenderunt* (*Isai.* XXXII, 13). Quanto magis super omnes domos gaudii, civitatis exultationis? « Domus enim, inquit, dimissa est, multitudo urbis relicta est, tenebræ et palpato factæ sunt super speluncas usque in æternum. »

3. Item idem Isaias perpetuam ruinam terrenæ Jerusalem, et vocationem gentium ita pronuntiat,

CAP. XI. N. 2. Al., *decorabunt*, pro *devorant*. Et post *hostili* alii addunt, *derelinquetur filia Sion, sicut umbraculum in vinea*. MAR.

*Ibid.* Indicat Mariana redundare et ante *licet*. Sed fortasse pro *et licet* legendum est. Verba quæ alii addunt post *hostili* occurrunt cap. seq., n. I. AREV.

CAP. XII. N. 2. Al., *orbis*, pro *urbis*. MAR.

*Ibid.* In Vulgata: *Vepres ascendent... gaudii civitatis exultantis*. AREV.

dicens: « Dominus Deus meus es tu, et exaltabo te, constebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles. Amen. Quia posuisti civitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum, ut non sit civitas, et in sempiternum non ædificetur. Super hoc latuabit te populus fortis, civitas gentium robustarum timebit te, quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua. Spes a turbine, umbraculum ab æstu. Spiritus enim robustorum, quasi turbo impellens parietem; sicut æstus in siti, tumultum alienorum humiliabis; et quasi calore sub nube torrente, propagine fortium marcescere facies. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ » (*Isai.* XIV, 1).

4. Et Ezechiel: *Porro cum dederò, inquit Dominus, gloriam in terra viventium* (*Ezech.* XXXVI, 20, 21). Hoc verbo demonstrans futuram Ecclesiæ ex gentibus claritatem, ad terrenam Jerusalem vertit sententiam oraculi, dicens: *In nihilum redigam te, et non eris, et quæ sita non invenieris ultra in sempiternum*. De hujus quoque urbis ruina perpetua sic etiam dicit Dominus ad Jeremiam: « Et conteres lagunculam in oculis eorum, qui ibunt tecum, et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Sic conteram populum istum, et civitatem istam, sicut conteritur vas figuli, quod non poterit ultra restaurari » (*Jerem.* XIX, 10).

5. Sophonias autem æternam desertionem ipsius civitatis sic prædicat: « Hæc est, inquit, civitas gloriosa, habitans in confidentia; **90** quæ dicebat in corde suo: Ego sum, et extra me non est alia amplius; quomodo facta est in desertum cubile bestię? omnis qui transit per eam sibilabit, et movebit manum suam. Væ provocatrix et redempta civitas, columba non audivit vocem, et non suscepit disciplinam » (*Soph.* II, 15; III, 1).

6. Ad ultimum quoque Daniel Jerusalem destructionem ita significat usque ad consummationem mundi perseverare: « Post hebdomadas, inquit, septuaginta duas occiditur Christus, et non erit ejus populus, qui eum negaturus est, et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio, et delictet hostia, et sanctuarium, et in templo erit abominatio desolatio, et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio » (*Dan.* IX, 26).

3. Al., *operuisti*, pro *posuisti*. Et *superborum*, pro *alienorum*. Et *densitate*, pro *defæcatæ*. MAR.

4. Al., *hæc verba demonstrant, futuram*. Et *bibunt*, pro *ibunt*. MAR.

5. Al., *dracorum*, pro *bestię*. Et *caput*, pro *manum*. Et *vere*, pro *væ*. MAR.

6. Al., *dissolutionis*, pro *desolationis*. Et *dissolutio*, pro *desolatio*. MAR.

*Ibid.* Vulgata, *sexaginta duas*. AREV.

## CAPUT XIII.

*De irreparabili desolatione Judæorum:*

1. Quia Judæi juxta spem suam nunquam reparabuntur, Jeremias dicit: *Civitates Austri clausæ sunt, translata est omnis Judæa transmigratione perfecta (Jerem. xiii, 19); id est, irrevocabili captivitate. Item ipse: « Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes, et impingentes in viis suis, et in se-tatis Israel, ut ambularent per eas in itinere non trito; ut fletet terra eorum in desolationem et in sibilum sempiternum. Omnis qui præterierit per eam obstupescet, et movebit caput suum, sicut ventus urens dispergam eos » (Jerem. xviii, 15).*

2. Hanc etiam sempiternam carnalis Israel desolationem idem propheta alibi proclamatur, dicens: *Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit illos (Jerem. vi, 30). Et post paululum: Et derelinquam populum meum, et recedam ab eis (Jerem. ix, 2). Et alio loco: « Et derelinquam vos, et civitatem vestram, quam dedi vobis et patribus vestris. Et dabo vos in opprobrium sempiternum et in ignominiam æternam, quæ nunquam oblivione delebitur » (Jerem. xxxi, 59).*

3. Amos quoque propheta de his plenissime prædicat, atque 91 ita aversatum Deum dicit ab Israel, ne illis unquam misereatur, sed inseparabiliter in æterna desolatione permaneant. Sic enim ait: « Audite verbum hoc, quod ego levo super vos planctum. Domus Israel cecidit, non adjiciet ut resurgat. Virgo Israel projecta est in terram suam, non est, qui suscitet eam (Amos. v, 1). » Ecce ubi sic cecidit plebs illa, ut non resurgat. Siquidem et cæremonias carnales ejusdem plebis sic cadendo evacuat veniente veritate, ne aliquando queant resuscitari, cum dicit: *Projecta est in terram suam, non est qui suscitet eam.*

4. Quod veraciter de ipsa terrena accipitur Judæorum spe; sequiturque in eodem propheta: « Venit finis super populum meum Israel, non adjiciam ultra ut pertranseam per eum, et stridebunt cardines templi in die illa, dicit Dominus Deus. Multi morientur, in omni loco projicietur silentium (Amos viii, 2). » In cujus prophætico textu tertio reperit sic se aversatum fuisse ab Israel Dominum, ne illis, ut prædixi, juxta spem ipsorum unquam misereatur. In prioribus enim dicit: *Cecidit, non adjiciet ut resurgat virgo Israel.* In secundo dixit: *Ecce ego ponam*

CAP. XIII. N. 1. Al., *perpetua pro perfecta.* Et tulo, pro trito. Et disperdam, pro dispergam. MAR.

2. Al., *Jerusalem, pro Israel.* MAR.

3. Al., *Jerusalem, ne illis.* MAR.

Ibid. Forte, sed irreparabiliter. AREV.

4. Al., *ipsa æterna captivitate Judæorum accipitur... projicietur scelerati. In cujus prophetiæ contextu. Et ponam tribulationem in medio.* MAR.

5. Al., *reparationes pro reparationis. Et credituri, pro redimendi.* MAR.

CAP. XIV. N. 1. Al., *quæ nunc, pro et nunc.* MAR.

3. Al., *venient. Et Christi a natiuitate, pro Christiana ætate.* MAR.

Ibid. Dubium est an Mariana diversam lectionem venient adjecerit pro evenerunt, an pro oriantur. Yul-

*A trullam in medio populi Israel, non adjiciam ultra superinducere eum. Tertio quoque dicit: Venit finis super populum meum Israel, non adjiciam ultra ut pertranseam per eum (Amos. vii, 8).*

5. Quæ omnia pertinent ad carnale ipsius populi regnum, vel observantiam, quia ultra irreparabilia erunt. Nam illæ repromissiones reparationis, quas eorum prophetarum sermo complectitur, illi parti promittuntur quæ ex Judæis in Deum creditura est; nam neque omnes Judæi redimendi sunt, neque omnes salvi erunt. Sed sceleratis, et peccatoribus contritis atque consumptis, hi qui fide electi fuerint salvabuntur. Diximus de populo et de urbe: dicamus quid prophetæ tenuerunt de Novo Testamento.

## CAPUT XIV.

*Quod, Veteri Testamento evacuato, Novum futurum erat.*

1. Sed quia, evacuato carnali eodem Veteri Testamento, novum 92 Testamentum daturus esset Deus, clarissime per Isaia prophetam Dominus annuntiat, dicens: *Ne memineritis priorum, et antiqua ne intueamini. Ecce ego facio nova, et nunc orientur. Utique cognoscetis ea: jona: in deserto viam, et in invio flumina. Glorificabit me bestia agri, dracones, et struthiones, quia dedi in deserto viam, flumina in invio (Isai. xliii, 18, 22).*

2. Talibus enim vaticiniis legem Veteris Testamenti commendat oblivisci, et novi facit mentionem, dicendo: *Ne memineritis priorum, ecce facio nova; et ut demonstraret quæ essent nova, tum adjicit: Ponam in deserto viam, et in invio flumina.* Quo significaret in gentibus suam dedisse doctrinam, ubi glorificat eum bestia agri, dum ipsum credentes collaudant, et regna mundi, quem populum sibi acquisitum dicit. Cæterum contra Israel quæ sequuntur adjungit: *Non me invocasti, Jacob, nec laborasti in me, Israel.*

3. De cujus quidem Novi Testamenti promissione sequenter idem Dominus per eundem prophetam ita annuntiat: *Quæ prima fuerunt, ecce evenerunt; nova quoque ego annuntio, antequam orientur, audita vobis faciam (Isai. xliii, 9).* Quibus verbis et Vetus Testamentum venisse declarat, et novum annuntiat, quod Christiana ætate completum est. Prima enim sunt, vetera novorum, sed ordine, non dignitate; unde et pacta quæ tempore posteriora sunt, evacuatis anterioribus, majora priorum habeantur.

4. Per Jeremiam quoque prophetam, Testamentum venerunt, pro evenerunt. AREV.

4. *Fœdus novum, non secundum pactum, etc.* Jeremiae xxxi, 31, ut Hieronymus vertit, et ut est in Editione vulgata. Multo autem commodius LXX. *Dispensam, inquit, domui Israel, et domui Juda Testamentum Novum, non secundum testamentum; id Hebraica dictio Berith significat.* Sic antiqui Patres hanc locum retulerunt. Cyprianus, contra Judæos cap. 11. Augustinus, lib. xviii de Civitate Dei, cap. 53. Sic Paulus ad Hebræos viii, 8. Quin potius ex proprio Testamenti ratione colligit, Christum, qui Novum Testamentum nuncupavit, necessario, ut esset validum, fore moriturum, cap. ix, 16: *Testamentum, inquit, in mortuis confirmatum est; alioquin quid valeret, dum vivit, qui testatus est.* MAR.

tuum Novum se daturum, evacuato priore, sic Dominus pollicetur: « Ecce dies venient, dicit Dominus, et seriam domui Israel, et domui Juda fœdus novum, **93** non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra *Ægypti*, pactum quod irritum fecerunt, et ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc est pactum quod seriam cum domo Israel, dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam.

5. In quo loco vaticiniis prophetarum Testamenti Novi est facta commemoratio, quod quia discrepare potuit a Veteri Testamento, inde adjungit: *Non secundum Testamentum, quod dedi patribus eorum.* Est enim in utroque mirabilis differentia præceptorum. In illo, exceptis sacramentis, quæ umbræ erant futurorum; cætera promissa temporalia sunt, Sabbatum scilicet, et circumcisio, et multiplex sacrificiorum ritus, ciborumque observantia, ac dierum cæremoniz: quæ omnia carnali congruunt vetustati. At contra Testamento Novo cordis bonum promittitur; vitæ æternæ felicitas pollicetur. Et non quidem foris in lapideis diptychis, sed intrinsecus in tabulis cordis. ¶

6. Unde et ita subjungit: *Quia hoc est Testamentum quod ordinabo domui Israel. Post dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in cordibus eorum, et in mente eorum scribam eam (Jerem. xxxi, 33).* Quo significaret eam spiritualiter in cordibus nostris operari debere secundum interiorem hominem, vetustate carnalis operationis mutata. Intus enim circumcisio, non præcisione carnis, sed cordis purgatione. Intus Sabbatum, non per abstinentiam servilium operum, sed per abstinentiam peccatorum.

**94** 7. Quam legem etiam gentibus clarissime revelari, per Isaiam sic Dominus protestatur, dicens: *Lex a me erit, et iudicium meum in lucem gentium requiescet (Isai. li, 4);* per quod ostenditur commune esse fœdus Testamenti Novi Judæis et gentibus, Osee etiam propheta testante: « In die illa, ait Dominus, vocabit me vir meus, non vocabit me ultra Baalim, et referam nomina Baalim de ore ejus, et non recordabitur ultra nominis eorum. Et percussam eis fœdus in die illa cum bestiis agri, et cum volu-

cribus cœli, et cum reptili terræ, et arcum, et gladium, et bellum conteram de terra, et dormire eos faciam fiducialiter, et sponsabo te mihi in sempiternum, et sponsabo te mihi in justitia, et iudicio, et misericordia, et miseratione, et sponsabo te mihi in fide, et scies quia ego Dominus (*Ose. ii, 16*). »

#### CAPUT XV.

##### De cessatione Sabbati.

1. Merito Sabbatum carnaliter Judæi custodirent, si quid sit Sabbatum nosset. Nomen quidem Sabbati usurpant, sed quid ipsum valeat ignorant. Legem carnaliter custodire delectantur, dum tota spiritualiter intelligatur, dicente Domino per prophetam: *Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio sæculi (Psal. lxxvii, 2).* Ergo si lex et prophetæ in parabolis et in ænigmatibus constat, non est accipienda Sabbati observatio, nisi spiritualiter.

2. Nam carnalia ejus otia a Domino et a Patribus dissoluta sunt. Nam si crimen est Sabbati otium non observare, cur Deus operatur in Sabbato? Sic enim scriptum est in Genesi: *Complevitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat (Gen. ii, 2);* ergo in principio Sabbatum dissolutum est, dum Deus operatur in ipso, explens cuncta in eo, et benedicens ipsi diei, quia universa in illo complevit. Item si crimen est Sabbati otia non observare, cur Jesus Nave, discipulus ac successor Moysi, præcipiente Domino, septem **95** diebus continuis, inter quos utique et Sabbatum erat, exercitum, et arma produxit, atque circumeunte arca, tabis que clangentibus, Jericho muros subvertit (*Josue vi, 15*)?

3. Quid item de Machabæis eloquar? de quibus scriptum est: *Et volebant Judæi in die Sabbati vindicare se de alienigenis (I Machab. ii, 41).* Postea consilio accepto, pugnaverunt die Sabbati, et triumphaverunt de hostibus. Quibus testimoniis edocemur non pertinere ad fidem istum Sabbati elementarium diem servare, sed alium spiritualem; nam hoc carnale Sabbatum non est datum propter purificationem, sed propter tentationem, dicente in lege Domino: *Ut tentem eos, utrum ambulent in lege mea, an non. Sex diebus colligetis manna, septimo non colligetis (Exod. xvi, 4, 26).*

4. Itaque dum dicit: *Ut tentem eos,* apparet Sab-

*Ibid.* Al., quando apprehendi, pro qua apprehendi. **MAR.**

5. Al., vaticinii, vel vocationis, pro vaticiniis. Et pactum, quod pepigi cum patribus. Et corde bonis vitæ æternæ, etc. **MAR.**

*Ibid.* Et non quidem foris in lapideis diptychis, sed intrinsecus in tabulis cordis. ¶ Hæc omnia verba decerant in Hispanensi Codice, et quia suspecta videbantur, obelo signata sunt. Erant autem *ἱερτυχα* proprie tabulæ ecclesiasticæ, quibus episcoporum nomina scribebantur, ut constat ex divi Gregorii Vita, lib. iv. cap. 22, et Theoderi, lib. v. Historiæ, ca. 34, 35. Erantque geminæ, ut nomen ipsum declarat, in altera vivorum nomina erant, defunctorum in altera, cujus rei in Missali Mozarabum et Græcorum liturgiis expressa vestigia exstant. Dum enim sacris operantur, duo catalogi referuntur vivorum, et defunctorum pontificum, id *ἱερτυχα* significant. Isidorus

**D** tamen hoc loco vocem traduxit ad legis mandata significanda, quoniam duabus etiam tabulis descripta, et a Moysæ veteri populo tradita sunt. **MAR.**

*Ibid.* De varia diptychi significatione plura Rosweydeus, in Onomastico, post Vitas Patrum, ubi etiam hunc Isidori locum allegat. **AREV.**

6. Al., vetusta carnis operatione mutata. **MAR.**

**CAP. XV. N. 1. Al., non custodirent, pro custodirent. MAR.**

*Ibid.* Si quid sit Sabbatum nosset, etc. Flor. 1: *Si otium Sabbati cur datum esset scirent, et non etiam nomen quidem Sabbati usurparent. Sed quid ipsum valcat ignorant, dum legem carnaliter custodire, etc. AREV.*

2. Al., itidem pro item. **MAR.**

3. Al., via mei, pro lege mea. Et purificationem, pro justificationem. **MAR.**

batum non fuisse præceptum propter justificationem, sed propter tentationem. Ilinc est, quod loquitur Deus per Ezechielem prophetam, dicens : *Dedi eis præcepta non bona (Ezech. xx, 25)*; utique quia quedam carnali populo carnaliter agenda permissa sunt, quæ tamen adveniente Evangelio cessaverunt, sicut et per prophetam dicit : *Cessare faciam omne gaudium ejus, et Sabbata ejus (Ose II, 11)*, quæ quidem alias idem Dominus edisse se dicit : *Noemias, inquit, et Sabbata vestra odivit anima mea (Isai. I, 15)*.

5. Ideoque si Sabbata æterna sunt, cur ea Deus cessare mandavit? si bona sunt, cur odivit? Sabbatum enim quod Israeliticè acceperunt in munere significabat requiem mentis, in nullo in hac vita terrenorum desideriorum appetitu fatigaretur. Nam Sabbathum requies interpretatur. Ista autem Judæorum otiosa festivitas consumitur in luxuriis, et ebrietatibus, et comessionibus, delictis omnibus in libidine, et in fructum temporalis vitæ, ventri venerique servientibus.

6. Sed quæritur : Si non est, inquit, custodiendum sabbatum, 96 quare dictum sit in mandatis Dei : *Memento ut diem Sabbati sanctifices, et sex dies operaberis, et facies omnia opera tua, septimo autem die Sabbatum Domini Dei tui est, non facies in eo omne opus (Exod. xx, 8)*? In opere enim sex dierum sex millium annorum opera demonstrantur. Mille enim anni apud Deum uni diei comparantur, sicut testatur propheta : *Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies una (Psal. LXXXIX, 4)*. Horum dierum Sabbatum septimi millesimi anni tempus, ac requies futuri regni ac sæculi est, ubi jam nulla erit operatio rerum, sed requies sola sanctorum.

7. Nam ista temporalia Sabbata odit Deus, dum dicit : *Noemias et Sabbata vestra odivit anima mea*. Et bene dixit *vestra*, quia non sunt illa quæ Deus præcepit, sed quæ sibi populus carnalis elegit. Nam de illis dixit : *Sabbata mea profanastis (Ezech. xxII, 8)*. Unde dignoscitur Sabbatum temporale humanum esse, Sabbatum autem divinum illud æternum esse, de quo per Isaiam dicitur : *Et erit, inquit, mensis ex mense, et dies ex die, et Sabbatum ex Sabbatho, et*

5. Si bona sunt, cur odivit? Hispalensis, cur ea Deus odit? ubi hæc sequebantur : *Item quæ prima fuerunt, ecce venerunt*. Isaiæ XLII : *Item Sabbatum non fuit datum, nisi ad probationem*. Exod. 16 : *Item Elias ambulavit quadraginta dies, inter quos ambulabat die sabbati*. Et quedam alia ejusdem formæ, quæ ex margine in contextum procul dubio migrarunt, ideoque rejecta sunt. MAR.

Ibid. Al., viventibus, pro servientibus. MAR.

6. Horum dierum Sabbatum septimi millesimi anni tempus, ac requies futuri regni ac sæculi est. Tarracensis : *Septimi millesimi anni tempus, requies futuri, regnum sæculi est*. Fuit opinio Judæorum, lib. Sanhedrin. cap. Heliith, et lib. Havoda sacra, c. Libue, mundum sex millia annorum fore duraturum, in septimo requiem fore. His argumentis : quoniam sex diebus conditus est mundus, mille anni apud Deum tanquam dies una sunt, psalm. LXXXIX, 4. Aleph, littera, quæ millenarii numeri nota est, in primo Genes. versu sexies ponitur. Enoch septima ab Ada-

*veniet omnia caro adorare in Jerusalem, dicit Dominus (Isai. LXVI, 33)*.

8. Secundo etiam quæritur quare dixerit Jeremias : *Custodite animas vestras, et nolite portare pondera in die Sabbati, nec inferatis per portas Jerusalem, et nolite ejicere onera de domibus vestris in die Sabbati (Jerem. XVII, 21)*? Ergo audi ejus prophetiæ mysterium : pondera portat in Sabbatho, quem dies iudicii invenerit cum suo delicto; pondera portat in Sabbatho, qui, credens in Christo, non desinit a peccato. Ipse est enim requies animarum, sicut et idem ait : *Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris (Matth. XI, 29)*.

9. Adhuc tertio quæritur quare homo ille qui ligna colligebat in die Sabbati tam atrociter jussu Dei fuerit a populo trucidatus? Quod facile ab infidelibus præponitur. Intelligant ergo quia hæc omnia in typo acciderunt illis; scripta sunt enim ad correptionem nostram. Ille enim pristinus carnalisque, qui diem Sabbati violare ausus est, dum ligna colligeret (propter quod est et punitus) formam insinuat ejus qui in die iudicii cum carnali opere fuerit inventus, id est, contraxisse ligna, fenum, vel stipulas ad escam ignis æterni convenientes. Hæc enim colligens in suam perniciem, dum fuerit in die ultimo iudicatus, pellendus est ab omnibus angelis, et statim morte novissima puniendus. Sic ergo omnia, quæcunque illis Judæis per legem acciderunt, formidabiliter intelligenda sunt.

## CAPUT XVI.

### De circumcisionis consummatione.

1. Jam tibi post populi perpetuam captivitatem, post urbis æternam ruinam, carnales Judæorum observantias et celebrationes evacuatæ enuntiabo. Accipe ergo primum causam circumcisionis. Quis enim ex semine Abrahamæ secundum carnem futurus erat Christus, in quo cunctarum gentium fuerat benedictio repromissa, et ab Abraham usque ad Christum multa erant sæcula post futura, prævidens Deus ne genus Abraham reliquis gentibus misceretur, et paulatim propago ejus fieret incerta, populum Judaicum circumcisionis signo notavit, ut viventes inter

mo proles vivus translatus est. Hanc opinionem Patres antiqui secuti sunt : Irenæus, lib. v, extremo; Lactantius, lib. vii, cap. 14; Tertull.; Victorinus; Apollinarius. Eam Epiphanius hæresi 77 impugnat. Papias Joannis apostoli discipulus in errore induxit, ita se ex Apostolorum ore accepisse confirmans, auctore Eusebio, lib. III Historiæ, cap. 39. Quis enim tantæ auctoritati resisteret? Hanc sententiam Iudæorum tangere ac vero sequi hoc loco videri possit. Sed longe aliter est. Tantum contendit Judæorum argumento respondere, Sabbati observationem inducendum, quod in Decalogo esset præcepta; ad mysticas eam significationes traducens, ac requiem futuri sæculi significare contendens, Augustini exemplo, lib. xxII de Civit. Dei, cap. ultimo. Julianus sane primum librum contra Judæos ea opinione coevellenda consumit. MAR.

9. Forte, proponitur, pro præponitur. MAR.

CAP. XVI. N. 1. Al., enuntiavi, vel annuntiasi, pro enuntiabo. MAR.

*Ægyptios* atque *Assyrios*, inter *Babylonios*, sive *A* *Chaldæos*, hoc signaculo ab iis, vel a cæteris gentibus nationibusque distinguerentur.

2. Denique per quadraginta annos in eremo nullus est circumcisus, soli quippe sine gentis alterius commistione vivebant. At ubi *Jordanis* alveum populus *Israëliticus* transmeavit, atque in 98 terram re-promissionis pervenit, signum circumcisionis futuræ commistione gentium providit errori, quam rationabiliter custoditam esse credimus, quousque nasceretur *Christus*, qui ex semine *Abrahæ* fuerat re-promissus, qui non jam per circumcisionem carnis, sed per amputationem vitiorum mundaret corda omnium gentium.

3. Quod non carnis circumcisionem, sed cordis, *Moyses* filiis *Israel* ita futuram prænnuntiabat dicens: *B* *In novissimis diebus circumcidet Dominus cor tuum, et cor seminis tui (Deut. xxx, 6)*. Unde et *Jeremias* prævidens jam illud proximum tempus, *Judæos* ad Novum Testamentum et ad circumcisionem cordis, non corporis, ita provocat, dicens: « Hæc dicit Dominus vire *Juda*, et *Jerusalem*: Novate vobis novale, et nolite serere super spinas; circumcidimini Domino vestro, et auferite præputia cordium vestrorum, viri *Juda*, et habitatores *Jerusalem*, ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, et succendatur, et non sit qui exstinguat (*Jerem. iv, 5*). »

4. Quibus verbis admonetur *Jerusalem* a vetustate circumcisionis et legis, quæ spinis comparatur, et vepribus, ad gratiam Novi transire Testamenti, et per fidem Evangelii cordis circumcisionem tenere, non carnis, juxta quod legimus, *Petro* apostolo dicente: *Fide purificans corda eorum. (Act. xv, 9)*. Quam similiter fidem, jam non per prisca signacula carnis, et injuriam corporis, sed per novam gratiam lavacri spiritualis adipiscendam, Dominus per *Isaiam* annuntiat, dicens: *Ne meminertis priorum, et antiqua ne intueamini. Ecce nova faciam, quæ nunc orientur, et cognoscetis ea; et ut ostenderet quæ essent ipsa nova, subjicit: Faciam in deserto viam, et flumina in loco inuquoso, adaquare genus meum electum, et plebem meam, quam acquisivi (Isai. xliii, 18)*.

5. Quid ergo hoc indicabat, nisi baptismatis purificationem futuram? in qua non jam velusta circumcisione carnis quisque signatur, sed sola gratia sacræ undæ per fidem abluitur. Verum quia hanc cordis *D* circumcisionem *Hebræi* non recipiunt, *Jeremias* prædixit 99 dicens: *Omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israel circumcisus est corde (Jerem. ix, 26)*.

6. Nam quod et a *Jesu* duce secundo legitur populus circumcisus, ut significaret in eremo cessasse circumcisionem, quæ in *Ægypto* exercebatur,

et a *Domino Salvatore* cordis circumcisione postmodum credentes esse mundandos. Et bene cultus lapideis secunda circumcisio sit, quia *petra* *Christus* est, per quem spirituali circumcisione credentes purgantur ab omnibus illecebris vitiorum.

## CAPUT XVII.

### De sacrificiis.

1. Jam vero de sacrificii veteris reprobatione, quod victimæ eorum abjectæ sint, et in abominationem transferint, per *Isaiam* sic Dominus dicit: « Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit Dominus. Plenus sum holocaustis arietum, et adipe pinguium, et sanguinem vitulorum, et agnorum, et hircorum nolui. Cum veneritis ante conspectum meum, quis quæsit hæc de manibus vestris, et ambularetis in atris sanctis meis? Ne afferatis ultra sacrificium frustra; incensum abominatio est mihi. Neomeniam, et Sabbata, et festivitates vestras alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri. Kalendas vestras et solemnitates vestras odovit anima mea; facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens, et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis, et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam. Manus enim vestre sanguine plenæ sunt (*Isai. i, 11*). »

2. Item ipse de *Judæorum* sacrificiis: *Facta sunt morticina eorum quasi sterco in medio platearum (Isai. v, 21)*. Quæ sunt hæc morticina, nisi veteris legis sacrificia, quæ, quoniam jam remota sunt, velut abjecta sterco reputantur? Unde et idem propheta alias de ipsis eorum sacrificiis sic dicit: *Qui immolat bovem, quasi qui interficit virum; qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem; qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offert; qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo (Isai. lxvi, 5)*.

3. Item *Jeremias* de repulsis a *Domino* victimis et holocaustis *Judæorum*: « Ut quid mihi thus de *Saba* offertis, et calamum suaveulentem de terra longinqua? holocaustomata vestra non sunt accepta, et victimæ vestræ non placuerunt mihi. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo in populum istum ruinas, et ruent in eis patres, et filii simul, vicinus et proximus, et peribunt (*Jerem. vi, 20*). » Vide quia eorum sacrificia non propter se carnaliter commendantur, sed propter solam cordis et fidei obedientiam, quam increduli amiserunt.

4. Unde adhuc idem propheta sic dicit: « Holocaustomata vestra addite victimis vestris, comedite carnes, quia non sum locutus patribus vestris, et non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra *Ægypti*, de verbo holocaustomatum, et victimarum. Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, et ero vobis Deus, et vos eritis mihi populus, et

5. Al., *Juda, et habitatoribus Jerusalem*. Et ingreditur, pro egrediatur. MAR.

Ibid. In notis *Marianæ* ad verba: *Quod non carnis appositum erat fortassis*; sed quænam fuerit conjectura illius, in Editione *Grialii* excidit, ac nihil omnino post fortassis additur. ARÆV.

4. Al., *Israel a vetustate* Et priora, pro priorum. MAR.

6. Al., *exigebatur*, pro *exercebatur*. MAR.

CAP. XVII. N. 1. Al., *abjectione*, pro *reprobatione*. Et *levaveritis*, pro *extenderitis*. MAR.

2. In *Vulgata*, *morticina*. ARÆV.

ambulate in omnia, quæ mandavi vobis, et bene sit vobis. Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam, sed abierunt in voluptatibus, et pravitate cordis sui mali. In qua sententia subaudiendum est: *Non præcepi eis de verbo holocaustorum, quasi illa per seipsa diligerem, sed ut eorum fidei obedientiam approbarem (Jerem. vii, 21).*

5. Item ipse qui supra: *Scribam, inquit, multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ sunt. Hostias afferent, immolabunt carnes, et comedent, et Dominus non suscipiet eas. Et post hæc detestans eorum sacrificia: Non libabunt, inquit, Domino vinum, nec placebunt ei sacrificia eorum, quasi panis lugenium; omnes, qui comedent eum contaminabuntur, non intrabunt in domum Domini (Osee. ix, 4).*

6. Et Joel: *Interiit de domo Dei vestri sacrificium et libatio (Joel. i, 13).* Item Malachias: *Non est mihi voluntas in vobis, ait Dominus, et minus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificator, 101 et offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum nomen meum in gentibus, ait Dominus. (Malach. i, 13)* Quo testimonio patet sacrificia Judæorum immonda esse, et reprobata, et solam oblationem gentium Domino esse acceptam.

#### CAPUT XVIII.

##### De escis.

1. In Regum libro sic dicit: *Factus est sermo Domini ad Eliam, dicens: Surge, et vade in Sarepta Sidoniorum, et manebis ibi. Præcepi enim tibi mulieri viduæ ut pascat te. Et surrexit, et abiit in Sarepta Sidoniorum; cunq̄ue venisset ad portam civitatis, apparuit ei mulier vidua, et accepit ab ea escam, et manducavit (III Reg. xvii, 8).* Tunc Elias jussu Dei vasa ejus replevit, et apud ipsam alienigenam hospitatus escis gentibus vixit, quod fieri non liceret, nisi lex spiritua iter data fuisset.

2. Dum enim quædam in lege, quasi non munda, in cibo damnantur, mores hominum procul dubio significantur, quia non admittit Deus in sanctis suis, qui ad æternam vitam prædestinantur, quicquid per illa immunda animalia in moribus hominum comparatur. Omnia enim quæcunque a Deo in ipsis primordiis mundi creata sunt, suæ vocis auctoritate non tantum bona, sed etiam valde bona probantur. Ideoque quæcunque in genere significantur animalium

5. Item ipse qui supra. Etiam hoc libro, hallucinante memoria, alii pro aliis libris citantur, uti hoc loco testimonium Osee viii, 12, Jeremiæ nomine. Inferius, cap. 22, extremo, illud: *Quia mei oblitus es, ecce ego annuntiabo justitiam tuam, ex Isai. lvii, 12, ejusdem Jeremiæ nomine adducitur. MAR. CAP. XVIII. N. 1. Forte sic dicitur: Factus. AREV.*

2. Al. suis ad æternam vitam prædestinatis. MAR.

CAP. XIX. N. 1. In Cod. Flor. 4 ita offertur titulus hujus capituli: *Quid Testamentum Velus non solum propter Judæos datum est, sed propter gentes.* Passim hujusmodi inscriptiones in Mss. discrepant ab Editis. AREV.

A immundorum, rectius derivantur in moribus hominum.

#### CAPUT XIX.

##### De sacramentis fidei Christianæ.

1. Hactenus ritus Judaicos et celebrationes divinis testimoniis confutavimus; dehinc sacramenta nostram fidei perstringamus, manifestantes primum quia non solum propter Judæos Testamentum legis datum est, sed etiam propter omnes gentes. Hæc enim propheta David 102 testatur, dicens: *Annuntiabitur Domino generatio ventura, et annuntiabunt cæli justitias ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus (Psal. xxi, 32).* Et iterum ipse: *Donec annuntiem brachium tuum generationi omni quæ ventura est, potentiam tuam, et justitiam tuam Deus (Psal. lxx, 18).*

B 2. Et Isaias: *De Sion egredietur lex, et verbum Domini de Jerusalem; et judicabit gentes, et arguet populos multos usque in longinquam (Isai. n, 3).* David etiam in Psalmis: *Tunc dicent inter gentes: Magnificavit Dominus facere cum illis; magnificavit Dominus ficere nobiscum, facti sumus lætantes (Psal. cxxv, 2).* Quibus testimoniis manifestatur, prius Judæis Testamentum legis esse concessum, postea vero gentibus; quod propterea collatum est illis, quia in eo cognoscere poterant Christum, quem Judæi mente cæcati nequaquam intelligunt.

#### CAPUT XX.

C Scriptura non solum historialiter, sed etiam mystice intelligenda est.

1. Quod legis scriptura non solum historialiter, sed etiam mystico sensu, id est, spiritualiter sentienda est, docet Dominus in Psalmis: *Attendite, populi mei, legem meam; inclinatæ aurem vestram in verba oris mei, aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio (Psal. lxxvii, 1).* Quod etiam propheta in alio psalmo confirmat, dicens: *Inclinabo ad similitudinem aurem meam, aperiam in psalterio ænigmata mea (Psal. xlviii, 5).*

2. In similitudine enim, et ænigmata sentiuntur omnia legis; ænigma enim est obscura similitudo, per quam monetur homo ut cor suum acuat, et ad interiora intelligenda confugiat. Sic quoque Sapientia per Salomonem dicit: *Scribe legem dupliciter, et tripliciter in corde tuo. Dupliciter enim sentitur lex, ut prius secundum historiam, 103 deinde secundum sacramentorum intelligentiam sentiatur. Tripliciter autem scribitur, dum non solum historialiter,*

2. Al., postea, pro propterea. MAR.

CAP. XX. N. 1. Al., accipienda, pro sentienda. MAR.

2. Scribe legem dupliciter et tripliciter in corde tuo. Proverb. xxii, 20: *Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus, et scientia.* Septuaginta: *Describe eam tibi ipsi tripliciter, in consilium, et cogitationem,* quod nisi ex hoc loco, nescio unde ea verba desumi poterunt. Nimirum Isidorus diversa Editione usus est. Quod, præter ea quæ dicta sunt, declarat locus Habacuc iii, vers. ultimo, ab Isidoro adductus superiori lib., cap. 35; nam ubi alii omnes legunt *ut vineam in Cantico ejus, sive victor in psalmis canentem,* Isidorus legit *ut vineam in claritate ejus.* MAR.



vel mystice, sed etiam moraliter, quid in unumquod-que gerere debeat edocetur.

3. Unde et arca, quæ construebatur a Noe, bicamerata et tricamerata fieri jubetur quod intra Ecclesiam omnis legis materia, et historia locum habeat, et mysticum sensum recipiat, et informationem morum contineat. In parabolis enim et ænigmatibus scripta est lex, et ipsæ parabolæ et propositiones. Hinc est quod Judæis obiecta et clausa sunt omnia; qui nisi crediderint, ad eorum intelligentiam pervenire non possunt.

#### CAPUT XXI.

*Quia Testamentum legis Judæi non intelligunt.*

1. Signata enim habent ista omnia sacramenta Scripturarum, et ignorant quod legunt: legunt quippe omnia, et non intelligunt, sicut de eis cecinit Dominus ad prophetam: « Dic, » inquit, « populo huic, auditione audietis, et non intelligetis; et cernentes videbitis, et non sciatis; incrassatum est enim cor populi hujus (Isai. vi, 9). » Et iterum: « Auferet Dominus a Juda, et a Jerusalem validum, et fortem, judicem, et prophetam, et sapientem de architectis, et prudentem eloquii mystici (Isai. iii, 1). »

2. Hæc quippe cuncta abstulit ab eis Deus, et signavit illis omnia sacramenta juxta duritiam cordis eorum, ne forte intelligant, eodem Isaias testante de ipsis: « Et erit, » inquit, « vobis visio, sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras, dicent: Lege istud, et respondebit: Non possum, signatum est enim (Isai. xxix, 11). » Sed quid adiecit de gentibus? *In illa, inquit, die audient surdi verba libri hujus, et de tenebris et caligine oculi cæcorum videbunt (Ibid., 18).* Patofacta sunt enim legis mysteria.

3. Judæis vero clausa sunt, sicut et Daniel dicit: *Clavis sunt, signatique sermones usque ad tempus consummationis, quousque addiscant 104 multi, et impleatur visio, et cognoscant omnia hæc (Dan. xii, 9).* Nam quod et Moysi facies velamine tegebatur, dum descenderet de monte cum tabulis, id significabat, quia præ cæcitatibus caligine Judæicus populus legem ipsam non posset agnoscere, dum enim legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum.

#### CAPUT XXII.

*Quod Judæi, nisi credant in Christum, non intelligent Scripturas.*

1. Neque enim possunt legem et prophetas intelligere, nisi ante in Christum crediderint, loquente Isaias: *Si non credideritis, non intelligetis; justus enim ex fide mea vivet, ait Dominus per prophetam (Habac. ii, 4).* Unde et Abraham pater gentium factus

3. Al., *constituebatur, pro construebatur. Et omnia legis mysteria, et historia. MAR.*

CAP. XXI. N. 1. Al., *visionem cernentes. Et mox sentietis, pro sciatis. MAR.*

2. Al., *equidem, vel et quidem pro hæc quippe. Et scientibus, vel legentibus, pro gentibus. MAR.*

3. Fortassis, *clausi sunt, signatique, ut in Vulgata. ARKY.*

A est, quia *credidit Deo, et reputatum est ei ad justitiam (Gen. xv, 6).* Iam autem quamvis legem et prophetas teneant, tamen non est indulgendum eis, Jeremia testante: « Et dixit Dominus ad me: Si steterit Moyses, et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum; eijce illos a facie mea, et egrediantur (Jerem. xv, 1). »

2. Per Moysen quippe lex, per Samuelem prophetæ intelliguntur. Quos quamvis Judæi habeant, propter erroris tamen impietatem projecti sunt. Opera enim eorum et justitia sine fide Christi nihil eis prodest, testante Domino per Jeremiam: *Quia mei oblitus es, ecce ego annuntiabo justitiam tuam, et opera tua non proderunt tibi (Isai. LVII, 12).*

#### CAPUT XXIII.

*Quod duo Testamenta a Deo sunt tradita.*

1. Sed quoniam duo Testamenta, Novum et scilicet, et Vetus ab omnipotente Deo sunt tradita, Salomon in Canticis canticorum 105 declarat: *In januis nostris omnia pomu nova et vetera, frater meus, servavi tibi (Cant. vii, 13).* De quibus et Dominus in Evangelio dixit: *Stimile est regnum cælorum patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera (Math. xiii, 52).* Et alio Scripturæ locò ita reponit Deus: *Dabo, inquit, vobis pluviam temporaneam, et serotinam, Vetus scilicet Testamentum, et Novum, et utroque imbre vos irrigabo (Deut. xi, 14).* Imber enim doctrina accipitur Testamentorum, unde est illud: *Expectetur, sicut pluvia, sermo meus, et effundet super terram imbrem.*

#### CAPUT XXIV.

*Quod peccatorum remissio futura erat per baptismum.*

1. Quod per baptismum erat purgatio peccatorum futura, non per circumcisionem, quæ baptismi fuerat forma, Scripturarum voces id ipsum aperte declarant. Isaias enim futurum baptismi mysterium sic præcinebat futuris credentibus, dicens: *Haurietis aquam cum gaudio de fontibus Salvatoris (Isai. xii, 3).* Quibus verbis etiam ipsum Salvatorem ostendit propheta, de cujus fontibus aquas purificationis prædicat hauriendas, id est, de fontibus Jesu. Hoc enim nomine Hebræorum lingua Salvator exprimitur.

2. Unde et ipse clamabat: *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat (Joan. vii, 37).* Ad quod baptismi sacramentum idem Isaias Judæos et gentes ita provocat, dicens: *Omnes sitientes venite ad aquas (Isai. lv, 1).* Has aquas et hunc fontem et per Joelem prænuntiabat Spiritus sanctus, dicens: *Distillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lacte, et per omnes rivos Juda ibunt aquæ, et fons de domo Domini egredietur, et irrigabit orbem terrarum (Joel. iii, 18),* id est, universitatem omnium gentium.

CAP. XXII. N. 1. Al., *Christo, pro in Christum. Et si non credideritis mihi, non intelligetis. MAR.*

2. Al., *non proderunt mihi. MAR.*

CAP. XXIII. N. 1. Al., *dilectissimi, pro frater meus. MAR.*

CAP. XXIV. N. 2. Al., *lac et mel, pro lacte. Et fluent, pro ibunt. MAR.*

3. De hoc fonte et Zacharias, *In die, inquit, illa A* *crit-fons patens domui David, et habitantibus Jerusalem in ablutionem peccatorum, et menstruatae* (Zach. xiii, 1). Dic, quæso, quis est iste fons patens, nisi in quo omnes renascimur, per quem peccatorum purificantur delicta, et sordes menstruatae, hoc est, immundæ animæ salutaris lavacro abluuntur? De cujus aquis et alibi idem propheta testatur: **106** « Et erit, » inquit, » in die illa, exibunt aquæ vivæ de Jerusalem, medium earum ad mare orientale, et medium earum ad mare novissimum. In die illa erit Dominus unus, et nomen ejus unum, et revertetur omnis terra usque ad desertum (Zach. xiv, 8). »

4. Quæ sunt igitur istæ aquæ vivæ, nisi baptismus, quod hominem sancti Spiritus infusione vivificat? Sed cur de Jerusalem exire annuntiantur, nisi quia Dominus in populo eodem consistens, ait discipulis: *Ita, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* (Matth. xxviii, 19)? Sed earum pars media vadit ad mare orientale, id est, ad populum circumcisionis; et media ad mare novissimum, quod est ad populum gentium, fide postremum, ut omnibus sitientibus largiatur tam Judæis, quam gentibus, qui in Domino credunt.

5. De iis aquis adhuc et per eundem prophetam dicitur, quod egrediantur de domo Domini, et crescant in fluvium, et pergant ad solitudinem, sive ad mare Mortuum, et omnia ad quæcunque venerint, vivificentur atque sanentur. Sic enim idem propheta dicit: « Converti me ad portam domus Domini, et ecce aqua egrediebatur subter limen domus ad Orientem. Facies enim domus respiciebat ad Orientem, aquæ autem descendebant in latus templi dextrum ad meridiam altaris. Et converti me ad viam foras portam exterioriorem, quæ respiciebat ad Orientem, et ecce aquæ redundantes a latere dextro (Ezech. xlvii, 1 seq.), » id est, a Christi latere.

6. Deinde dicit: « Et traduxit me per aquas, et ait ad me: Aquæ istæ, quæ egrediuntur ad orientales, et descendunt ad plana deserti, utique ad gentes, intrabunt mare, et exibunt, et sanabuntur aquæ; et omnis anima vivens, quæ respicit, quocunque venerit torrens, vivet; et erunt pisces multi satia, » id est, regenerati. Et adjecit: « Postquam venerint aquæ illæ, et sanabuntur, et vivent omnia, ad quæcunque venerit torrens. Et stabunt super illa piscatores, » hoc est, apostoli, atque doctores, plurimæ species erunt piscium ejus.

7. **107** Hoc dixit ad significandam varietatem gentium ad undam lavacri ventientium; unde et adjecit: « Sicut pisces maris magni, multitudinis nimis in ripis

ejus, ex utraque parte omne lignum pomiferum, non deficiet folium ex eo, et non deficiet fructus ejus, per singulos menses afferre primitiva; quæ aquæ de sanctuario egredientur, et erunt fructus ejus in cibum, et folia ejus ad medicamina. »

8. Michæas quoque propheta ejusdem baptismi sacramenta sub figura transitus maris ita revelat, dicens: « Secundum diem egressionis tuæ de terra Egypti ostendam eis mirabilia, videbunt gentes, et confundentur in fortitudine sua, manus suas ponent super os suum, aures suæ surdæ erunt. Dominum Deum nostrum desiderabunt, et timebunt te. Quis Deus similis tibi? qui auferis iniquitatem, et transis peccatum reliquiarum Israel? Quia misericors est, convertetur, et miserebitur nostri, deponet iniquitates nostras, et projiciet in profundum maris omnia peccata nostra (Mich. vii, 15, 19). »

9. In qua sententia lector animadvertet manifestissime revelari > sacrosanctum & mysterium baptismi. *Secundum, inquit, diem egressionis tuæ de Egypto ostendam eis mirabilia, deinde hostes sequentes, id est, delicta nostra præterita, sicut Egyptios in mare projectos, ita in baptismo deleta atque extincta, ita pronuntiat, dicens: Quoniam misericors est, convertetur, et miserebitur nostri. > Demerget delicta nostra, & et projiciet in profundum maris omnia peccata nostra.*

10. Quid enim clarius hoc testimonio? quidve apertius? omnis enim per fidem verus Israel exit ab Egypto, dum renuntiat sæculo; ingrediturque mare Rubrum, baptismum, scilicet, Christi cruore signalum. Tunc hostes insequentis intereunt, quia statim delicta moriuntur, ubi animæ regenerantium resurgunt. Legimus quoque Aaron in præfiguratione baptismi aquis ablutum, cujus filii sacerdotio paterno participes laticeis tiam sanctificatione purificantur. (Exod. xxx, 18; Levit. viii, 6). Jam tunc quidem purgatio illa baptismi formam gerebat, cujus nunc lavacri sacramento abluitur omnis populus Ecclesie, quod est corpus veri et magni sacerdotis, in remissionem peccatorum, et, lotis sordibus, in sanctificationem divino cultui consecrantur.

11. **108** Isaias namque propheta inter cætera ostendit nequaquam posse delicta Judæorum dimitti, nisi abluti baptismi fuerint. Dicit enim per eandem prophetam Spiritus sanctus: *Laboravi sustinens, si multiplicaveritis orationes, non exaudiam; manus enim & vestræ sanguine plenas sunt. Lavamini, mundi estote* (Isai. i, 16). Pro omnibus quippe victimis, quas memoraverat idem propheta, pro conciliis neomeniis, et Sabbatis, atque solemnitatibus solam baptismi pa-

quando unius prophete nomen pro alio ab Isidoro et aliis antiquis memorie errore positum fuerit, non semel supra jam notatum est. Anrv.

6. Al., sanabuntur aqua. Et illas piscatores. Mar.

7. Al., ejus existent ex utraque. Mar.

Ibid. Quæ aquæ; forte, quia aquæ, cum Vulg.

8. Al., sanctificabunt, pro desiderabunt. Mar.

9. Al., animadvertite, pro animadvertet. Mar.

3. Al., orientale vadit, etc. Mar.

4. Al., cælestis spiritus infusione. Et largiantur, pro largiatur. Mar.

5. Al., respondebat, pro respiciebat. Et foris portam, pro foras portam. Mar.

Ibid. Idem propheta. Propheta proxime laudatus est Zacharias; sed verba sunt Ezechieli. In Vulgata his est *convertit me* pro *converti me*. Sed fortasse apud Isidorum quoque legendum *convertit me*. Quod ali-

rificationem præcepit, pro cunctis quoque inquinamentis peccatorum solum regenerationis lavacrum, quo tantum peccata abluuntur.

12. Quod quia Judæi respuunt, audiant Dominum per prophetam Ezechiel sibi comminantem : « Et factus est, inquit, sermo Domini ad me, dicens : Filli hominis, notas fac Jerusalem abominationes suas, et dices : Hæc dicit Dominus : Jerusalem, radix tua, et generatio tua de terra Chanaan; pater tuus Amorrhæus, et mater tua Cethæa, et quando nata es in die ortus tui, non est præcisus umbilicus tuus, et aqua non es lota in salutem (Ezech. xvi, 1, 5). » Ubi ostenditur quod in peccatis gravibus sit Jerusalem, et inde peritura esset, quod non sit lota aqua in salutem, quod est plena significatio baptismi. Ad eos autem qui convertuntur ad Christum, et baptizantur, sic ibi sermo Domini sequitur : *Et ingressus sum pactum tecum, ait Dominus, et lavi te aqua; et emundavi sanguinem tuum ex te, et unxi te oleo*, significans per pactum Testamentum Novum, per aquam et oleum baptismum et chrisma.

13. Cujus baptismi purificationem sic Spiritus sanctus per eundem prophetam illis futuram promittit, dicens : « Tollam quippe vos de gentibus, et congregabo vos de universis terris, et adducam vos in terram vestram, et effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. » Et, ut Novum Testamentum suscipiant, sic sequitur : « Et dabo vobis cor novum, et spiritum novum ponam in medio vestri, et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum, et spiritum meum ponam in medio vestri, et faciam ut in præceptis meis ambuletis, et judicia mea custodiat, et operomini (Ezech. xxvi, 24). »

### 109 CAPUT XXV.

*Quod chrismate gentes sanctificari debeant.*

1. Quia chrismate omnes gentes et sanctificarentur, loquitur Dominus ad Moysen, dicens : « Sume tibi aromata prima, et oleum de olivetis, faciesque unctionis oleum sanctum, unguentum compositum, et unges ex eo tabernaculum testimonii, et arcam Testamenti, mensamque cum vasibus suis, candelabrum, et utensilia ejus, altaria thymiamatis, et holocausti, et universa quæ ad cultum eorum pertinent, sanctificabisque omnia, et

12. Al., *despiciunt*, pro *respuunt*. Et *Chananaea*, pro *Chanaan*. Et *sanctificatio*, pro *significatio*. Et *crediderunt* in Christo, pro *convertuntur ad Christum*. MAR.

*Ibid.* In Editione Grialii, *ingressus sum pactum*. ARRY.

15. Al., *spiritum novum*, pro *spiritum meum*. MAR.

CAP. XXV. N. Al., *Prima myrrha, et oleum*. Et *cultum tabernaculi pertinent*. Et *erunt omnia sancta sanctorum*. MAR.

2. Al., *universitate*, pro *universitatem*. Et *gratiam*, pro *gloriam*. MAR.

CAP. XXVI. N. 1. Al., *demonstrantem*, pro *demonstrata*. Et *simul*, pro *senem*. Et *parvulam*, pro *parvulum*. MAR.

2. *Thau quippe littera speciem crucis demonstrat*. Intellige de veteribus Hebræorum characteribus,

erunt sancta sanctorum; qui tetigerit ea, sanctificabitur. Aaron, et filios ejus unges; sanctificabisque eos, ut sacerdotio fungantur mihi, illis quoque Israel dices: Hoc oleum unctionis sanctum erit mihi in generationes vestras (Exod. xxx, 23). »

2. Figura enim hujus prioris tabernaculi ad typum Ecclesiæ ducitur, cujus omnis diversitas populorum in testimonio sanctitatis perungitur, quæ per illam universitatem operum figurabatur, ut sacri chris-matis unctione delibuti omnes sanctificentur, atque sanctificati in Dei gloriam præparentur.

### CAPUT XXVI.

*Quia per signum crucis credentes salvarentur.*

1. Crucis autem figura, quæ fidelium frontes ad tutelam salutis præsignat, per Ezechielem prophetam legitur demonstrata : « Et vocavit, inquit, virum qui indutus erat lineis, et atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis, et dicit ad eum : Transi per mediam civitatem, in medio Jerusalem et signa Thau in frontes virorum gentium, et dolentium super cunctis abominationibus quæ sunt in medio ejus (Ezech. ix, 5). » Et post hæc adjecit : « Transite per civitatem, et percutite; non parcat oculus vester, neque misereamini senem, adolescentulum, et virgineum, parvulum, et mulieres interficite usque ad internecionem. Omnem autem super quem videritis Thau, ne occidatis (Ibid., 5). »

2. Intelligere ergo nos oportet hanc sententiam. Thau quippe littera speciem crucis demonstrat, cujus signaculo prænotati sunt quicumque ab exitu hujus sæculi liberantur; ejusdem typum præfigurabat in Ægypto sanguis ille agni candidi et immaculati, quo imaginario signantur postes corporis nostri, ut merito loquamur dicentes : *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine (Psal. lv, 7)*.

3. De hoc signo dicit Isaias ex persona Domini : *Ecce venio, ut congregem cum omnibus gentibus, et linguis, et venient, et videbunt gloriam meam, et ponam in eis signum (Isai. lxxvi, 18)*, utique crucis. Et alibi : *Et erit, inquit, Dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur (Isai. lv, 13)*. Quod etiam et alibi idem propheta significare voluit de Christo, dicens : *Et levabit signum in nationibus (Isai. v, 26)*. Ubi ostendit quod, elevato signo crucis, gentes ad eum venirent, atque crederent.

4. Cujus sacræ crucis gloria ita est et in Psalmis nunc enim alia forma est. Hieronymus ad ea verba, quæ hoc loco ab Isidoro adlucentur ex Ezechielis ix : *Et ut ad nostra, inquit, veniamus, antiquis Hebræorum litteris, quibus usque hodie utuntur Samaritani, extrema Thau littera crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frontibus pingitur, etc.* Porro ab Esdra veteres characteres Hebræorum fuisse immutatos, Hieronymus ipse testis est in prologo Galeato. MAR.

*Ibid.* Al., *habet*, pro *demonstrat*. Et *prænotantur*, pro *prænotati sunt*. Et *portes*, pro *postes*. MAR.

3. Al., *ostenditur, quod elevatione crucis gentes ad eum veniunt, quæ crediderunt*. MAR.

4. *Dominus regnavit a ligno*. Post hæc verba in Hispalensi requebatur illud : *Et alibi : Ecce ponam nomen meum in gentibus, quæ verba, ut male asseruta, in hunc locum rejicienda judicavimus*. MAR.

prædicta : *Dicite in nationibus, Dominus regnavit a ligno.* De qua cruce Domini Jesu Christi per Ezechielem ita Dominus loquitur : « Gladius exacutus est, et imatus, ut cædat victimas. Exacutus es, qui moves sceptrum Filii mei, succidisti lignum, et dedi eum ad levigandum, ut teneatur manu (*Ezech. XXI, 9.*) » Quo testimonio et Filius Dei crucifixus ostenditur, et crucis ejus signum suscipiendum ab omnibus voce divina prænuntiatur.

5. Cujus crucis figuram de duobus lignis compositam idem Ezechiel ita figuratiter prænotat, dicens : « Factus est germe Domini ad me, dicens : Et tu, fili hominis, sume tibi lignum unum, et scribe **II** super illud Judæ, et filiorum Israel sociorum ejus, et tolle lignum alterum, et scribe super illud Joseph lignum Ephraim, et cunctæ domus Israël, sociorumque ejus, et adjuuge illa unum ad alterum tibi in lignum unum, et erant in unionem in manu tua (*Ezech. XXXVII, 16.*) »

6. Ubi ostenditur Judam et Jerusalem in unum converti debere, et crucis signum suscipere, quod per duo ligna significatum est. Hæc sunt duo, ligna quæ illa vidua alienigena, ad quam mittitur pascendus Elias, volebat colligere, priusquam mureretur. Ubi non solum ligni nomine, sed etiam et numero lignorum signum crucis expressum est.

#### CAPUT XXVII.

*Quomodo sacramentum Eucharistiæ præfiguratum est.*

1. Et quia panis et calicis sacramentum Deo placitum esset in holocausto, Scripturarum testimoniis non tacetur. Hujus enim sacrificii præfiguratio in sacerdotio Melchisedech antea fuit expressa. Iste enim sacerdos Dei excelsi, cum benediceret Abraham, ob mysterium futuri holocausti panem et vinum in sacrificio Domino obtulit. Hoc enim ille primum in typo Filii Dei expressit : ad quem Psalmista ex persona Patris sic dicit : *Ante luciferum genui te. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* (*Psal. CIX, 3.*) Ille est iuxta ritum hujusmodi sacrificii, quod et in passione sua perficiens Christus implevit, quodque etiam apostolis in commemorationem suam fieri jussit.

2. Non ergo jam victimas Judaicas, quales sacerdos Aaron obtulit, credentes offerunt ; sed quales idem Melchisedech rex Salem immolavit, id est, panem et vinum, quod est corporis et sanguinis Domini verissimum sacramentum. De quo idem Dominus dicit : *Qui manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem meum, 112 in me manet, et ego in eo* (*Joan. IV, 56.*) Cujus quidem sacrificii sacramentum et in Salomone per immolationem panis ac vini ita monstratur : « Sapientia ædificavit sibi domum,

excidit columnas septem, immolavit victimas suas, miscuit vinum suum, proposuit mensam suam, misit servos suos, dicens : Si quis est parvulus, veniat ad me ; et insipientibus loquitur : Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis ; derelinquite insipientiam, et vivetis, et ambulante per vias prudentiæ (*Proverb. IX, 1.*) »

3. Dei ergo sapientia Christus constituit sibi domum sacrosanciam Ecclesiam, in qua mactavit sui corporis hostias, in qua miscuit vinum sui sanguinis in calice sacramenti divini, et præparavit mensam, hoc est, altare Domini, mittens servos suos apostolos atque doctores ad insipientes, id est, ad omnes gentes verum Deum ignorantes, dicens eis : *Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis* ; id est, sancti corporis escam sumite ; et bibite vinum quod miscui vobis, id est, poculum sanguinis sacri percipite.

4. Cujus quidem gratiam quia gentes sumunt, et Judæi non meruerunt, declarat hoc propheta Isaias dicens : « Hæc dicit Dominus Deus : Ecce servi mei comedent, et vos esurietis ; ecce servi mei bibent, et vos sitiatis ; ecce servi mei lætabuntur, et vos confundemini. Ecce servi mei lætabuntur præ exultatione cordis, et vos clamabitis præ dolore cordis, et præ contritione spiritus ululabitis, et dimittetis nomen vestrum in juramentum electis meis, et interficiet te Dominus Deus, et servos, « id est, christianos, « vocabit nomine alio, in quo qui benedictus est super terram benedicetur in Deo. Amen (*Isai. LXXV, 15.*) »

5. Interficietur enim Israel, succedit ex gentibus populus. Tollitur illis Vetus Testamentum, redditur nobis Novum ; conceditur nobis salutaris cibi gratia, et poculum sanguinis Christi, illis fame et siti ardentibus. Mutatur et novo populo nomen aliud, scilicet *Christianum* ; et omnia quæ sunt gesta novitatem gratiæ resonant.

#### 113 CAPUT XXVIII.

*Recapitulatio operis.*

1. O infelicium Judæorum desinenda dementia ! Ecce Salvatoris adventum nec Testamenti Veteris auctoritate intelligunt, nec eum venisse accipiunt. Gentium conversionem legunt, et de sua reprobatione minime confunduntur. Sabbati observationem suscipiunt, quam reprobam Scripturæ testificatione cognoscunt. Circumcisionem carnis venerantur, qui cordis munditiam perdidierunt.

2. Nos autem, sub gratia positi, omnia hæc facta et celebrationes, quæ futurorum erant indicia, jara cognoscimus esse completa. Quidquid enim hujusmodi sacramenti prophetabatur jam Christus imple-

Isidoro confert Lesleus in notis ad Breviarium Mozarabicum. ARV.

4. Al., cordis, pro spiritus. Et servos suos vocabit nomine alio, id est, Christiano. MAR.

5. Al., mittatur, pro mutatur. Et aliud datur, scilicet. MAR.

CAP. XXVIII. N. 2. Al., vitæ, pro quietis. MAR.

6. Al., non solo ligni nomine. MAR.

CAP. XXVII. N. 1. Al., Deo esset holocaustum, et holocaustum. Et sacerdote, pro sacerdotio. MAR.

Ibid. In holocausto. Simili modo loquendi in Breviario Isidoriano, seu Mozarabico in festo apostolorum Simonis et Judæ, in oratione Post pridie dicitur : *Panis ac vini ab unigenito tuo Domino nostro holocausta instituta proponimus. Quem locum cum*

vit, quia non venit solvere legem, sed adimplere (Math. v, 17). Adveniente ergo veritate, umbra cessavit, ideoque jam carnaliter non circumcidimur, quia in circumcisionis typo promissi baptismatis sacramento mundamur. Sabbati otium supervacuum ducimus, quia revelatam spem quietis æternæ tenemus.

3. Sacrificia veteris legis non immolamus, quia per eadem sacrificia aut Christi passionem, aut carnalium vitiorum mortificationem insinuatam cognoscimus. Azyma non observamus, quia, expurgata veteris vitæ malitia, in nova fidei gratia ambulamus. Differentias ciborum non custodimus, quia cuncta

3. Al., insinuari, pro insinuatam. Et in novam fidei gratiam ambulamus. Et immundorum significabatur diversitas. Mab.

4. In nonnullis Mss. hoc loco post ultimum caput apponitur dedicatio Isidori ad Florentinam, tanquam epilogus, quæ rectius in reliquis, tanquam prologus, præcedit. Editiones antiquæ, Haganoensis, Bignæana et Breuiliana, post verba, *habitat in æternum*, addunt alia, in Editione Grialiana omnino præmissa, quæ hoc loco a nobis adjiciuntur. « Dicit formulas spiritualis intelligentiæ componendas, tibi que mittendas pro studio paternæ erga te solitudinis æstimavi, quibus perceptis, in omni Scriptura divina facile se ad intellectum sensus intenderet. Nam cum littera occidat, Christus autem vivificet, necesse est ad illa spiritualium interiora sermonum, spiritu vivificante, penetrari. Universam porro Scripturam tam Veteris Instrumenti, quam Novi, ad intellectum allegoricum esse sumendam, admonet nos vel illud, quod in Veteri Testamento legimus: *Aperiam in parabolis os meum, loquar ænigmata antiqua; vel illud item (quod) in Novo Testamento scribitur, hæc omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas, et sine parabolis non loquebatur eis*. Nec mirandum quod sermo divinus, prophetarum, apostolorumque ore prolatus, ab usitato illo hominibus scribendi modo multum recesserit, facilia in promptu habens, magna interioribus suis continens, quia et revera fuit congruum ut sacra Dei dicta, sicut a cæteris scriptis merito, ita et specie discernentur, nec illa cœlestium arcanorum dignitas passim, atque indiscreta

A illa spiritualiter discernimus in moribus hominum quæ immundorum significabat diversitas animalium.

4. De agni esu pascha non celebramus, quia pascha nostrum **114** *jam immolatus est Christus*, qui per illum agnum figurabatur, qui tanquam ovis ad occisionem ductus est, et quasi agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum (I Cor. v, 7). Neomenias novæ lunæ non custodimus, quia jam in Christo nova creatura, vetera transierunt, et ecce facta sunt nova. Scenopegias, id est, solemnitates tabernaculorum non observamus, quia tabernaculum Dei sancti ejus sunt, in quibus habitat in æternum.

cunctis pateret, sanctumque canibus, et margaritas porcis exponeret, ut vere est illud columbæ deargentatæ medium, cujus posteriora specie auri splendentis irradiant. Ita Scripturæ divinæ prima quæque argento fulgerent, auro occultiora rutilarent. Recte itaque procuratum est ut illa eloquiorum castitas promiscuis cunctorum oculis abditu suo, quasi quodam velamine pudicitia, contegeretur. Hac divina optime dispensatione provisum est, ut scripta ipsa ita tegerentur cœlestibus obumbrata mysteriis, sicut secreto suo ipsa Divinitas operiebatur. Igitur cum in libris sanctis oculi Domini, uterus Domini, pedes, arma etiam Domini scripta reperiantur, longeque absit a catholica Ecclesiarum fide, Deum corpore determinari, qui sit invisibilis, incomprehensibilis, infinitus, requirendum est qualiter ista per Spiritum sanctum figurall expositione feresentur. Hinc enim inveniuntur Dominici interiora templi: hic illa sancta sanctorum. Corpus ergo Scripturæ sacræ, sicut traditur, in littera est. Hoc fragmentum Isidori non videri dixi in Isidorianis, cap. 86, num. 11. In Editione Bignæana, et Haganoensi legebatur, mendose, in omni Scriptura divina sed ad intellectum se, qua sensus intenderet. Aliquis correxerat, facile se ad intellectum spirituale sensus intenderet. Pro columbæ deargentatæ medium erat in eisdem Editionibus columbæ deargentatæ modum. Breuilus sic reformavit, exponeret; ut sicut pennæ columbæ deargentatæ apparent, et ejus posteriora specie auri, etc. Locus est psalmi LXXVII. AREV.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

# SENTENTIARUM

LIBRI TRES.

LIBER PRIMUS.

### 115 CAPUT PRIMUM.

*Quod Deus summus et incommutabilis sit.*

1. Summum bonum Deus est, quia incommutabilis

Cap. 1. N. 1. Hinc ortam habuit ut hic liber de Summo Bono a quibusdam appellaretur, a prima voce titulum libro imponentibus, more Hebræorum, cum tamen a beato Isidoro inscriptus sit *Sententiarum liber*, ut

D est, et corrumpi omnino non potest. Creatura vero bonum, sed non summum est **116**, quia mutabilis est; et dum sit quidem bonum non tamen esse potest et summum.

auctor est Braulio Cæsarangustanus antistes, consentientibus etiam omnibus Cod. mss. et Gratiano, Ivone Carnotensi, aliisque decretorum collectoribus. In Concil. etiam Tolet. VIII sic scriptum est: *Nostris sac-*

2. Quid est Dei immortalitas, nisi ejus incommutabilitas? Nam et angeli et animæ immortales sunt, sed immutabiles non sunt; ideoque solus Deus dicitur immortalis, quia solus incommutabilis est. Nam anima moritur, dum, deserente Deo, de bono in malum mutatur, sic et angelus, dum, deserente Deo, est lapsus.

3. Quod materiam habet, unde existat, mutabile est, quia de informi ad formam transit. Quod vero non habet materiam, immutabile est, sicut Deus utique est. Bene, ac substantialiter sunt ista in Deo, id est, incorruptio, immortalitas, incommutabilitas. Unde et merito cunctæ præponitur creaturæ.

4. Opus non consilium, apud Deum (credimus) mutari; nec 117 variari eum, quia per varia tempora diversa præcipit, sed manens idem incommutabilis,

A et æternus, quid cuique congruum esset tempori, ab ipsa tamen æternitate in ejus mansit dispositione consilii.

5. Non usu nostro aliud Deum putare, aliud pulchritudinem ejus, atque aliud magnitudinem ipsius (debemus) sicut aliud est homo, aliud pulchritudo; quia, desistente pulchritudine, homo manet. Ac per hoc, qui ita intelligit Deum, corporeum esse credit, dum pulchritudo et magnitudo Dei ipse Deus sit.

6. Ideo Deus dicitur simplex, sive non amittendo quod habet, seu quia non aliud est ipse, et aliud quod in ipso est. Inordinate dici seu conferri vitiis ea quæ ordinata sunt in Deo (patet) utpote simplicitas, quæ aliquando dicitur pro stultitia, et non est. Apud Deum vero summa simplicitas est. Juxta hanc regulam, et cætera æstimanda sunt.

*culi doctor egregius, Ecclesiæ catholicæ novissimum decus, præcedentibus ætate postremus, doctrinæ comparatione non infimus, atque quod majus est, jam sæculorum finitum doctissimus, cum reverentia nominandus Isidorus, in libro Sententiarum II. Quo in loco Petrus Crabbe, et Joverius pro sæculorum finitorum, legunt in sæculorum fine. Sententia autem Isidori quæ illic citatur, est lib. II, cap. 31, de Juramento, et habetur apud Grat. 22, q. 4, cap. Non est observandum. LOAISA.*

*Ibid. Creatura vers. Fulg., de Fid. ad Petr., cap. 3, 21, 22, et Aug., de Nat. boni in princip. LOAISA.*

*Ibid. In Isidorianis duo sunt capita de hoc opere. Alterum 67, sic inscriptum: Libri tres Sententiarum sancti Isidori, sive de summo bono. Editiones et mss. Codices hujus operis. Versio Hispana. Julianus Tolstianus, Tains, Petrus Lombardus, et alii post Isidorum Sententiarum scriptores. Quartas Sententiarum liberum Isidoro suppositus? Erudiæ Boyerii animadversiones de hoc libro. Alterum caput 68 sic inscribitur: Prefationes in libros Sententiarum Editionis anni 1538, et Garcia Loaisæ in suam Editionem. Excerpta ex libris Sententiarum. Prefationes in Excerpta Sententiarum. ci'icet in librum de Conversis, et in alium de Prælati inscriptum. Loaisæ notis doctissimè quidem, sed interdum prolixioribus quam par sit, meas adjungam, et ex aliorum annotationibus, uti Vezzosi, qui fere in notis cum Loaisa consentit, nisi quod textum Breuilianæ Editionis sequitur, et nonnullas Editionum aliarum varietates indicat, Constantini Cajetani in fragmentum de Conversis, et Goldasti in fragmentum de Prælati, summam colligam. In Taionis Sententiis caput primum inscribitur: Quod Deus incommutabilis, summus et æternus existat. AREV.*

2. Ex divo Gregorio, quem in his Sententiis potissime sequitur Isidorus, cum propter admirabilem in eo sanctissimo viro morum doctrinam (quæ in ejus scriptis præter cæteras quam plurimas maximasque virtutes mire elucet) tum propter amorem et multam familiaritatem fratris Leandræ et Gregorii conceptum, ut ex lib. I Epist. Greg., indict. 9, epist. ad Leandrum, liquido constat. Inde ejus scripta velut augustissima culti ac veneratur. Greg. itaque, lib. Moral. xv, cap. 4: *Quid enim, inquit, mutabilitas, nisi mors quædam est?* etc. Totius sententiæ explicationem vide apud August., lib. III contra Maximum cap. 12. LOAISA.

*Ibid. Omnes mss. Cod. conjunctionem priorem rejiciunt: Nam angeli et animæ; sed retinenda, ut in Editis. Locus est apud Gregor., lib. Moral. 25, cap. 4. LOAISA.*

*Ibid. August., lib. de duabus Animabus, cap. 8, mortem animæ aversionem esse a Deo dicit, et lib. IV de Trinitate, cap. 3: Sicut anima Deo deficiente, etc. LOAISA.*

*Ibid. Alii, sic et angelus in malum mutatur de bono, dum, deserto Deo, est lapsus. AREV.*

3. August., VIII sup. Gen. ad litt., cap. 20, 22. Omnis variatio et permutatio rerum a materia ortum habet, eo quod materia habet concretam privationem; hæc privatione autem nascitur appetitus, et ex appetitu impulsus ad aliam formam, ut Aristoteles docuit lib. I Physic. Deus vero alienus est ab omni materia, ut præclare docet D. Thom. lib. I contra Gentes, cap. 16 et 17. LOAISA.

*Ibid. Bene ac substantialiter. August., lib. 7 de Trinit., cap. 1, probat quod aliqua sint quæ proprie prædicentur de Deo, ut est illud: Ego sum qui sum, et quod sit immortalis. LOAISA.*

*Ibid. Ex Greg., lib. Moral. XVI, cap. 4. Et hoc est, quod eleganter asserit Aug., lib. I de Civit. Dei, cap. 13: Novit quiescens agere, et agens quiescere, et potest ad opus novum, non novum, sed sempiternum adhibere consilium. Divus Ambros., lib. II Offic., cap. 40, probat Deum frequenter mutare sententiam, reprehendens juramentum Herodis, et impium Jephthæ facinus. Est de hac re longa disputatio in concilio Tolot. VIII. LOAISA.*

*Ibid. Credimus. Deest id in Mss. plerisque, ut alibi dicimus, constat, ac similia verba, quæ ab Editoribus addita sunt, ut sensus clarior reddatur. Cæterum sæpe per verbum infinitum Isidorus loquitur sine alio expresso verbo, a quo regatur. Atque ita in Editis quoque interdum accidit. AREV.*

5. Divus Greg., lib. XVIII Moral., cap. 28, Aug. lib. VI de Trin., cap. 6, et lib. V, cap. 8. LOAISA.

6. Ex Eucherio, de Formul. LOAISA.

*Ibid. Dici, etc. Est apud Magistrum Sententiarum lib. I, dist. 3, ex Greg., lib. XVI Moral., cap. 20. LOAISA.*

*Ibid. Simplicitas. Hieronymus, in libello de his quæ Deo in Scripturis attribuantur. Et Isidorus ipse suo explicat hæc sententiam lib. VII Etymol., cap. 1, de Deo. Quem locum sumpsit ex Greg., lib. XXXII Moral., cap. 6, dum interpretatur illud Jobi: Commovisti me adversus eum. Ibi enim inquit an sit in Deo commotio. LOAISA.*

*Ibid. Pro stultitia. Gregorius, epist. 78, ad Mauritium Augustum: Simplicitalis vocabulo, inquit, me factum appellat. Et simplex sumitur pro non malo, non versuto. Math. X: Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ. Et Proverb. X: Benedicta omnis anima simplex. Et: Qui simpliciter ambulat in fiducia ambulat. LOAISA.*

*Ibid. Animadvertit Vezzosi, eandem sententiam de simplicitate Dei ab Isidoro explicari, lib. VII Etymolog. cap. 1, atque ita ut plura addat quæ rem clariorem reddant. Pro non est aliqui exhibent non est in Deo. AREV.*

## CAPUT II.

*Quod immensus et omnipotens sit Deus.*

1. Non ideo cœlum et terram implet Deus, ut contineant eum; sed ut ipsa potius contineantur ab eo. Nec particulatim Deus **118** implet omnia, sed cum sit idem unus, ubique tamen est totus. Non ita putandus est esse in omnibus Deus, ut unaquæque res pro magnitudine portionis suæ capiat eum, id est, maxima majus, et minima minus, dum sit potius ipse totus in omnibus, sive omnia in ipso (*Ephes. iv, 6.*)

2. Omnipotentia divinae majestatis cuncta potestatis suæ immensitate concludit nec evadendi potentiam ejus quisquam editum invenire poterit, quia ille omnia circumquaque constringit. Cuncta enim intra divini judicii omnipotentiam coarctantur, sive quæ continuenda sunt, ut salva sint, sive quæ amputanda sunt, ut pereant. Nulatenus ergo (dicimus) posse effugere Deum quempiam. Qui enim eum non habet placatum, nequaquam evadere potest iratum.

3. Immensitas divinae magnitudinis ita est, ut intelligamus eum intra omnia, sed non inclusum; extra omnia, sed non exclusum. Et ideo interiorum, ut omnia contineat; ideo exteriorum, ut incircumscripita magnitudinis suæ immensitate omnia concludat. Per id ergo, quod exterior est, ostenditur esse creator; per id vero quod interior, gubernare omnia demonstratur. Ac ne ea quæ creata sunt sine Deo essent, Deus intra omnia est. Verum ne extra Deum essent, Deus exterior est, ut omnia concludantur ab eo.

CAP. II. N. 1. Interpretatur locum Jerem. xxv : *Cœlum et terram ego impleo, dicit Dominus.* Quem locum sic ferè ad verbum explicat auctor Specul., apud Aug., cap. 21 et 22; Greg., hom. 8 super Ezech.; et Chrys., in hom. de sancto et adorando Spiritu, tom. III. LOAISA.

*Ibid.* Nec particulatim. Phrasit est auctoris Spec., cap. 2 et 3. Vile Hilar., II de Trinitate. LOAISA.

*Ibid.* Apud Taionem titulus hujus capituli est : *De immensitate, vel omnipotentia Dei.* AREV.

2. Ex auctore Spec., cap. 23. LOAISA.

*Ibid.* Omnipotentia divinae majestatis. Al. omnipotentia divinae majestatis. *Ibid.* evadere potest. Al. evadet. AREV.

3. Ex auctore Spec., cap. 23, et de Essent. Divin., cap. 1; et Gregor., II Moral., cap. 16. LOAISA.

*Ibid.* Petavius, tom. I, lib. III, cap. 9, n. 7, similia verba : *Et ideo interior es, etc.* Ex veteri auctore libri de Speculo inter appendices sancti Augustini allegat, et ab Isidoro, Alcuino et Petro Damiani descripta esse observat. Plures alios Patres more suo Petavius in eandem sententiam excitat. Auctorem Speculi jam indicarat Loaisa. AREV.

4. Ex auct. Spec., cap. 7. LOAISA.

*Ibid.* Inopia. August., super Joann., tract. 13, eleganter hoc dixit : *Omnia, inquit, possunt dici de Deo, et nihil digne dicitur de Deo; sed nihil latius hac inopia, quæ congruum nomen non invenit.* LOAISA.

5. Ex lib. de Cognit. ver. vitæ, apud Aug., cap. 29, et de Ess. divin., cap. 1. Et August., epist. 28, ad Hieronym., de Origine animæ, ostendit quo pacto Deus in suis ambulet sanctis. LOAISA.

6. Locus Pauli ad Ephes., III, in Spec., cap. 13 et 14, et in epist. ad Paulinum 112, cap. 13, et a Greg., lib. Moral. I, cap. 7, sicut ab Isidoro explicatur. LOAISA.

*Ibid.* Taio, lib. II, cap. 15, hoc ipsum exprimit, sed pro *justa equitate* habet *justa aequitatem*. Alii etiam apud Isidorum *infernis juxta aequitatem*. AREV.

CAP. III. N. 1. Ex Greg., lib. xxvii Moral., cap. 4,

A 4. Consummatio alicujus facti dicitur perfectio; Deus autem, qui non est factus, quomodo est perfectus? Sed hunc sermonem de usu nostro sumpsit humana inopia, sicut et reliqua verba, quatenus id quod ineffabile est, utcumque dici possit, quoniam de Deo nihil digne humanus sermo dicit.

5. Dum localis non sit Deus, localiter tamen in suis ambulat **119** sanctis, dum de loco in locum prædicatur ab eis. Nam Deus, qui nec loco movetur, nec tempore, in servis tamen suis et tempore et loco movetur, quoties ab eisdem localiter prædicatur.

6. Dum de Deo nec secundum quantitatem, nec secundum qualitatem, nec secundum situm, nec secundum habitum aut motum aliquid digne dicatur, inest tamen ei quodammodo latitudo (*Ephes. III, 18*) claritatis, qua nos et ab errore colligit, et continet in veritate. Inest ei et longitudo, qua nos longanimitèr portat, donec emendatos patrie futuræ restituat. Inest ei et altitudo, per quam omnem sensum suæ scientiæ immensitate exsuperat. Inest ei et profundum, quo damnandos inferius justa æquitate disponens præordinat.

## CAPUT III.

*Quod invisibilis sit Deus.*

1. Dum de Deo loquens Scriptura plerumque dicit : *Ecce Deus*, non quasi visibilem ostendit, sed ubique esse præsentem significat. **120** Per id quod dicit : *Ecce Dominus*, vel quod magnitudinem divinitatis ejus nullus possit sensus attingere, etiam nec angelicus,

C ubi exponit illud : *Ecce Deus magnus, vincens scientiam nostram.*

*Ibid.* Pax. Locus est Pauli ad Philipp. IV. Aug., in Enchir., ad Laur., cap. 65 : *Pax Dei*, inquit, quæ præcellit omnem intellectum, ut in eo quod dicit omnem, nec ipse intellectus sanctorum angelorum esse possit exemptus, sed Dei solius. LOAISA.

*Ibid.* Sola, etc. Videtur respexisse ad Incarnationis mysterium, aut etiam ad illud missionis genus, quo Verbum a Patre et Spiritu sancto mitti perhibetur, quæ ratione Christus tertia dicitur ab eodem Isidoro persona, lib. I advers. Jud., cap. 4 : *Cujus Trinitatis sacramentum et Aggæus propheta ita aperuit, ex persona Domini dicens : Spiritus meus erit in medio vestri. Ecce Deus, qui loquitur, ecce Spiritus ejus. Post hæc de tertia persona, id est, de Filio ita subjecit. Et mox ex Isai. : Et nunc Dominus meus misit me, et Spiritus ejus; ecce duæ personæ, Dominus et Spiritus ejus, qui mittunt, et tertia persona ejusdem Domini, qui mittitur. Nisi autem Filium non tantum a Patre, sed etiam a Spiritu sancto idem confirmat hoc lib., cap. 15, ex eod. Isai. loco : Et nunc Dominus misit me, et Spiritus ejus. Voluit fortasse Isid. hoc genere locutionis Ariariorum et Nestorianorum hæresim refellere, quorum illi secundam Divinitatis personam impie negabant, hi quartam quoque (ut Maxentius adversus eosdem ait) nefarie addebant. LOAISA.*

*Ibid.* Taio, in titulo : *De id (pro de eo) quod invisibilis, vel incircumscripтус sit Deus.* Notat Verzosius, non dici Divinitatem, sed magnitudinem Divinitatis, ut locum accipiamus, non de visione simplici, sed de comprehensiva, ut theologi dicunt, quæ res tota, quanta est, comprehenditur. Quæ Dei comprehensio id creaturam non cadit. Quo autem sensu humanitas a Christo suscepta dicitur tertia in Trinitate persona, Grialius abunde explicuit in not. ad Exod., cap. 42, num. 3, videlicet quod Verbum sit una ex tribus personis Trinitatis. AREV.

quamvis usque ad paritatem angelicam humana post resurrectionem natura proficiat, et ad contemplan- dum Deum indefessa consurgat, videre tamen ejus essentiam plene non valet, quam nec ipsa perfectio angelica in totum attingit scire, secundum Apostolum, qui ait: *Pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum* (Philipp. iv, 7), ut subdians, etiam angelorum. Sola enim Trinitas sibi integre nota est, et humanitas a Christo suscepta, quæ tertia est in Trinitate persona.

2. Intelligibiliter quodam miro modo Dei essen- tia sciri potest, dum esse creditur. Opus vero ejus, quod utique æquari ei non potest, atque judicium a nullo penitus sciuntur. Dei secreta judicium non posse sensu penetrari, vel angelico, vel humano (constat). Et ideo quia occulta, sed justa sunt, tantumdem venerari ea opus est, et timere, non discutere, aut inquirere, secundum Apostolum, qui ait: *Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit* (I Cor. ii, 16)?

#### CAPUT IV.

*Quod ex creaturæ pulchritudine agnoscatur creator.*

1. Sæpe ad incorpoream Creatoris magnitudi- nem creaturarum corporea magnitudo componitur, ut magna considerentur ex parvis, et ex visibilibus invisibilia æstimentur, atque ex pulchritudine. **121** factorum effector operum agnoscatur, non tamen parilitate consimili, sed ex quadam subdita et creata specie boni.

2. Sicut ars in artificem retorquet laudem, ita rerum Creator per creaturam suam laudatur; et quanto sit excellentior, ex ipsa operis conditione monstratur. Ex pulchritudine circumscriptæ creaturæ pulchritudinem suam, quæ circumscribi nequit, facit Deus intelligi, ut ipsis vestigiis reverentiar homo ad Deum, quibus aversus est, ut qui per amorem pulchritudinis creaturæ, a Creatoris forma se abstulit, rursum per creaturæ decorem ad Creatoris revertatur pulchritudinem.

2. Greg., lib. Moral. v, cap. 20, et lib. Moral. xvii, cap. 2. LOAISA.

*Ibid. Opus. Ex Greg., lib. ii Dialog., cap. 15. LOAISA.*

*Ibid. Et ideo. Greg., lib. xxxii Moral., cap. 5, unde locus Isidori desumptus: Sæperna, inquit, sententia, etsi non est cognita, non tamen credatur injusta, sed eo saltem justum credatur omne quod patitur, quo mirum constat quod Deo auctore patitur. LOAISA.*

CAP. IV. N. 1. Ex Gregor., lib. Moral. xxvi, cap. 8. LOAISA.

*Ibid. Ab hoc capite Taio diversum ordinem sententiarum servat, et de hac agit, cap. 9: Pro creaturam... componitur, alii creaturæ... comparatur. AREV.*

2. Similis est sententia in August. lib. ii de libero Arbit., cap. 7. LOAISA.

*Ibid. Al., Sicut opus, et ars... ut quia per amorem. AREV.*

3. Ex Aug., psalm. cxlviii: *Ipsa quidem per se loquitur de irrationabilibus voces sua et co de suo non laudant Deum, sed ab intelligentibus considerantur, per ipsa laudatur Deus. LOAISA.*

*Ibid. Al., quia eandem laudem. AREV.*

4. Antiquos philosophos vocat, qui de Dei natura varie scripserunt, et senserunt, ut Cicero in libris de Natura deorum docuit, et inter alia esse Deum animum per omnes mundi partes undique diffusum, et per omnem naturam communicantem, a quo cuncta que

3. Quibusdam gradibus intelligentiæ per creaturam progreditur homo ad intelligendum Deum creatorem, id est, ab insensibilibus surgens ad sensibilia; a sensibilibus surgens ad rationalia; a rationalibus surgens ad Creatorem. Intelligibilia per se collaudant Deum, irrationalia et insensibilia non per se, sed per nos, dum ea considerantes Deum laudamus. Sed ideo dicuntur laudare ipsa, quia eadem laudem eorum parturit causa.

4. Dixerunt antiqui, quod nihil tam hebes sit, quod non sensum habeat in Deum. Hinc est illud quod ex silice duro scintilla excutitur. Et si ignis in saxo, utique ibi sentitur sensus, ubi se vita non sentit.

#### 122 CAPUT V.

*Quod ex usu nostro quædam species ad Deum referantur.*

1. Nostro usu zelare Deus dicitur, vel dolere. Horum enim motuum apud Deum perturbatio nulla est, apud quem tranquillitas summa est. Non ita est præcipitanda mentis sententia, ut credamus posse Deo furoris vel mutationis accidere perturbationem; sed ipsam æquitatem justitiæ, qua reos punit, iram sacra lectio nominavit, quoniam quod judicantis æquum est, furor est, et indignatio patientis.

2. Ita ergo intelligere opus est et alias passionem, quæ de affectione humana ducit Scriptura ad Deum, ut et iuxta se incommutabilis sit credendus, et tamen pro causarum effectibus, ut facilius intelligatur, nostræ locutionis et mutabilitatis genere appelletur.

3. Tam elementer Deus humanæ consultit infirmitati? Ut quia eum sicut est non possumus agnoscere, nostræ locutionis more se ipsum nobis insinuet. Unde et membrorum nostrorum qualitatem habere describitur, et passionum indigna dici de se voluit.

**123** quatenus ad sua, per nostra nos traheret, et dum cõdescendit nobis, consurgeremus ei.

4. Multis modis Deus ad significandum se hominibus de inferioribus rebus species ad se trahit; quem nascuntur animalia vitam et spiritum capiant, quam sententiam Virgilius mire expressit.

Principio cœlum, ac terras, camposque liquentes.

Lucentemque globum lunæ, Tancisque astra.

Spiritus intus alit, totamque infusa per artus.

Meus agitat molem, et magno se corpore miscet.

Vide Salvianum, lib. de Providentia. LOAISA.

CAP. V. N. 1. Ex D. Greg., lib. xx Moral., cap. 23, et Aug., lib. Quæst. ad S. simplic., q. 2. De nominibus quæ Deo attribuuntur divus Hieronymus librum scripsit. Est etiam apud August. liber de Essentia Divinitatis, qui de spiritalibus formulis apud Eucherium appellatur, a quibus Isidorus hæc frequenter sententias accipit. LOAISA.

*Ibid. Iram. August., lib. i contra adversarium legia et prophet., cap. 20: Ira Dei non habet perturbati animi ardorem. E psalm. lxxviii: Ira, et zelus, non sunt perturbationes Dei. Duo Cod. mss.: Iram sacra lectio nominavit, unus Ms. consentit cum Excuso. Iram et iracundiam proniscue in divinis litteris invenio Deo attribui. De ira Job. ix: Deus, cujus iram nemo resistere potest. Et psalm. ii: Loquetur ad eos in ira sua, Paulus: revelabitur ira Dei. Et: Theaurus tibi iram in die iræ; et alia. De iracundia apud Isai. i et xxx: Me ad iracundiam provocastis. Et Jerem. iv; et Apocalyp. xv, plenas iracundie Dei LOAISA. Ibid. Confer Taionem, cap. 10, de hoc eodem argu-*



re vera juxta propriam substantiam invisibilem esse et incorporeum constat. Plerumque de corporibus ad Deum sumuntur qualitatum species, quæ tamen in Deo non sunt, quia in propria natura incorporeus est, et incircumscribitus, sed pro efficientiis causarum in ipso species rerum scribuntur, ut quia omnia videt, dicatur oculus; et propter quod audit omnia, dicatur auris; pro eo autem quod avertitur, ambulat; pro eo quod expectat stat.

5. Sic et in cæteris horum similibus ab humanis motibus trahitur similitudo ad Deum, sicut est obliviscens, et memorans. 124 Hinc est quod propheta dicit: *Juravit Dominus exercituum per animam suam* (Jerem. LI, 14). Non quod Deus animam habeat, sed hoc nostro narrat affectu. Et alibi simili figura et vermis et scarabeus intelligitur (Psal. xxi, 7).

6. Nec mirum si vilibus significationibus figuretur, qui usque ad nostrarum passionum seu carnis contumelias descendisse cognoscitur. Nam et Christus agnus, non pro natura, sed pro innocentia; et leo, pro fortitudine, non pro natura; et serpens, pro morte et sapientia, non pro natura scribitur. Nam et in propheta plaustris portantis fenum species ducitur ad Deum (Amos II, 13). Et hæc omnia

mento. Petavius, t. I, lib. III, cap. 3 n. 17 et seqq. ex his Isidori sententiis, quas ex Augustino Isidorum sumpsisse advertit, contra hæticum Vorstium disputat, qui voluntate Deum immutabilem esse negare ausus est. Apud Isidorum alii legunt *vel turbationi accedere permutationem*. Et mox, *iracundiam pro iram*, quo spectat nota Loaisæ. AREV.

3. Tam clementer Deus. Ex Auctore Spect., cap. 12. LOAISA.

4. Locum mutilum in Exeas. ex fide omnium ms. restitui, et lib. de Speculo apud August., cap. 13, ex quo tota sententia Isidori desumpta est: *Multis siquidem modis, inquit, ad significandum te hominibus, de rebus inferioribus ad te species ducis, quem revera, juxta propriam naturam, invisibilem constat esse et in totum incomprehensibilem et incircumscribitum*. LOAISA.

Ibid. Eucherius, de Spiritu alibus formul., dupliciter explicat significationem hujus vocis in Deo: *Ambulare dicitur Deus, inquit, non de loco ad locum transcendendo, quod impium esse ita credere, sed deambulatio ejus est in cordibus sanctorum delectari, sicut scriptum est: Et inhabitabo in eis, et inambulabo, et ero illorum Deus. Vel certe ambulare Dei est in sanctis prædicatoribus suis de loco in locum transire*. Hæc Aug. Hujus posterioris acceptionis Isidorus meminit supra, cap. 2, sententia 5: *Dum localis, inquit, non sit Deus, localiter tamen in suis ambulat sanctis, dum de loco ad locum prædicatur ab eis*. Aliter vero deambulare Dei interpretatur ab Augustino, sermone 3 de Verbis Apostoli, super illud: *Spiritu ambulate, et desideria carnis ne perfereritis. Deambulat, inquit, in nobis præsentia majestatis, si latitudinem invenerit charitatis*. LOAISA.

5. Locus est apud Hieronymum, ibidem, cap. 51: *Juravit Dominus exercituum per animam suam*. Jurare Dei, Augustino auctore, promissionis est firmamentum. Sic super illud psalm. cix: *Juravit Dominus, et sermone 17, de Adventu Domini in carne, et lib. de Civit. Dei xvi, cap. 32*. LOAISA.

Ibid. Vermis dicitur psalm. xxi. *Ego sum vermis, et non homo, opprobrium hominum, et abjectio plebis*. Et Osee v: *Ego quasi tineæ Ephraim, et quasi putredo domui Jacob*. Et Job 25: *Homo putredo, et filius hominis vermis*. Exponuntur hæc ab Augustino, super Joann., tom. II. Vermis significatur abjectus, et contemptus, et sine specie, et decore, Is. xxxiii, et psalm.

ideo per figuram Christus, quia nihil est horum ad proprietatem substantiæ ejus.

7. Falluntur quidam stultorum, dum legunt, ad imaginem Dei factum esse hominem (Gen. II), arbitantes Deum esse corporeum, dum non caro, 125 quod est corpus, sed anima, quod est spiritus, Dei imaginem habeat. Non ergo esse corporis formam in Deo credamus, qui hominem ad imaginem suam fecit, quia mentem, non carnem, ad similitudinem suam creavit. Cogita igitur quale corpus habeat veritas, et dum non inveneris, hoc est Deus.

8. Facies Dei in Scripturis sacris, non caro, sed divina cognitio intelligitur, ea quidem ratione, quæ per faciem conspectam quisque cognoscitur. Hoc enim in oratione Deo dicitur: *Ostende nobis faciem tuam*, ac si dicatur: *Da nobis cognitionem tuam*.

9. Os Dei Unigenitus ejus est. Nam sicut pro verbis, quæ per linguam sunt, sæpe dicimus *illa et illa lingua*, ita pro Dei verbo os ponitur, quia mos est ut verba ora formentur. Et si volueris genere locutionis illo demonstrare, quo is qui efficit per id quod efficitur nominatur, bene os pro verbo ponis, sicut linguam pro verbis, sicut manum pro litteris.

civiii. *Et non homo*, id est, non vir fortis et robustus, quam emphasim Chaldaeus paraphrastes expressit: *Ego autem sum vermis, et debilis, et non fortis, portans vituperationes hominum*. Greg., lib. xxx Moralium, cap. 29, sic inquit, exponens illud Job xxxix: *Quis dimisit onagram liberum? Nec indignum quis judicet, per tale animal Dominum posse figurari, dum constat omnibus quia per significationem quamdam in Scriptura sacra, et vermis, et scarabeus ponuntur. Sicut scriptum est: Ego autem sum vermis, et non homo. Et sicut apud Septuaginta Interpretes dicitur: Scarabeus de ligno clamabit. Hæc Gregorius. Est autem locus, quem innuit apud Habacuc. II: *Lapis de pariete clamabit*. Pro quo Septuaginta posuerunt: *καὶ κάρδαρος ἐκ ἔλου φθίγγεται ταύτα*. Id est: *Scarabeus de ligno loquetur ea*. Symmachus aliter: *Junctura ædificii lignea loquetur ea*. Vide divum Hieronymum. LOAISA.*

6. De divinis nominibus proluxa et varia est disputatio. Nam alia essentialiter dicuntur de Deo, ut sunt affirmativa, quæ perfectionem significant; alia de Deo Patre, alia de Spiritu sancto per appropriationem; alia similitudine sumpta ex passionibus et perturbationibus creaturarum; alia vero per figuram quæ sunt agnus, leo, vermis. De his omnibus Dionysius Areopagita primus occulte et laconice disseruit, postea Hieronymus et Eucherius, ultimo divus Thomas via et ratione animum informavit. Neoterici aliqui non indocte in eodem argumento versantur, quamvis dum a Thoma recedunt, nec sibi, nec aliis sunt adjuvamento. LOAISA.

Ibid. Loaisa in nota fortasse Ludovicum Legionensem innuere voluit, cujus liber de divinis Nominibus passim magnis laudibus extollitur, sed ita ut quædam in eo reprehendantur. AREV.

Ibid. Pessima distinctione locus erat corruptus in aliquibus Excusis. Frequens autem est in divinis litteris mors, et sapientiam serpentem appellari. August., lib. III de Trinitate, cap. 10: *Per serpentem enim intelligitur mors, quæ facta est a serpente in paradiso, modo locutionis per efficientem id quod efficitur demonstrante*. LOAISA.

Ibid. In propheta. Ex Greg., xxxii, Moral., cap. 6. LOAISA.

Ibid. Substantiæ ejus. Nonnulli addunt *quem re vera juxta propriam substantiam invisibilem esse et*

10. Vestigia Dei sunt, quibus nunc Deus per speculum agnoscitur. Ad perfectum vero omnipotens reperitur, dum in futuro facie ad faciem quibusque electis presentabitur, ut ipsam speciem contemplantur, cujus nunc vestigia comprehendere conantur; et hoc est quod per speculum videri Deus dicitur (1 Cor. xiii, 12). Sic et cætera.

### 126 CAPUT VI.

*Quod Deo nulla temporum successio ascribatur.*

1. Omnia tempora præcedit divina æternitas, nec in Deo præteritum, præsens, futurumve aliquod creditur, sed omnia præsentia in eo dicuntur, quia æternitate sua cuncta complectitur. Alloquin mutabilis est Deus credendus, si ei successiones temporum ascribantur. Si semper aliqua essent cum Deo tempora, non esset tempus, sed æternitas; nec mutarentur tempora, sed starent.

2. Præsens, præteritum et futurum nostrum esse habere, non Dei. Verbi causa, dicimus pro præsentem, *teneo Codicem*; pro præterito, *tenui*; pro futuro, *tenebo*. Universitatem vero Deus tenet; et pro tenuit, et *tenebit*, *tenet* dicitur.

3. Sed nec ipsis angelis decessio accessiove est temporum. Nam duas esse in creaturis res, quibus vicissitudo temporum non valet, angelis scilicet, propter quod incommutabili inhaerent Creatori; sive materiæ illi informi, priusquam ex ea omnia ista quæ temporaliter jam voluntur formarentur, nec ipsi utique valebat tempus. Tempus igitur non ad

*incorporeum constat, quod jam præcessit. Hanc pessimam distinctionem Loaisa appellat. Codex veteris Bibliothecæ Sancti-Marci Florentiæ plura interserit, videlicet, substantiæ ejus. Non secundum scientiam, sed secundum similitudinem species ducuntur ad Deum, neque pro substantiæ proprietate, sed pro efficientia causarum; unde et apparatus hominibus non legitur, nisi per assumptam creaturarum speciem. Falluntur, etc. AREV.*

7. Ex auctore Speculi, cap. 43. *Falluntur, inquit, Anthropomorphytarum hæresis sectatores, qui dum legunt hominem ad imaginem, etc. Idem Greg., lib. Moral. xxxii, cap. 6. Cassianus, de Origine hujus hæresis disserit collat. 40; Niceph. lib. xi, cap. 14, et Cyrillus ad episcopum Calosirium. LOAISA.*

8. Locus est apud Hieronymum et Euch. de Formul., et Gregor., lib. Moral. xxiv, cap. 3; et adducit illud Gen. xxxii: *Et postquam Jacob cum angelo locutus est, ait: Vidi Dominum facie ad faciem; ac si dicat: Cognovi Dominum, quia me cognoscere ipse dignatus est. LOAISA.*

*Ibid. In oratione. Ut nunc in orationibus Ecclesiasticis præponuntur hi versus: Qatende nobis faciem tuam. Et salutare tuum da nobis, Ex psalm. lxxix. Et August., vel Eucherius, lib. de Essentia Divinitatis: Ostende nobis, Domine faciem tuam, et salvi erimus, hoc est, inquit, da nobis cognitionem tuam. LOAISA.*

9. *Os Dei, ex Euch. et Greg., xxvii Mor., cap. 10. LOAISA.*

*Ibid. Quo is qui. Hujus figuræ usum agnoscit Augustinus, lib. iii de Trinitate, cap. 10, explicans locum illum Joannis iii: Sicut exaltavit Moyses serpentem in deserto, etc. Sic, inquit, per serpentem intelligitur mors, quæ facta est in paradiso, modo locutionis per efficientem, id quod efficitur, demonstrante. Et rursum, eodem lib., cap. 11, sic exponit locum illum Genes. xxii: Nunc cognovi quia timcas Deum. LOAISA.*

*Ibid. Al., ita et pro verbo os Dei ponitur. AREV.*

10. Interpretatur locum Pauli I ad Corinth. xiii:

A eas creaturas, quæ supra cælos sunt, sed ad eas quæ sub cælo sunt pertinere (cognoscitur). Non enim nunc is accedunt tempora, vel succedunt, sed nobis, qui sub cælo versamur in hoc infimo mundo.

### 127 CAPUT VII.

*De temporibus.*

1. Nulla ante principium mundi fuisse tempora manifestum est, quia, dum sit ipsum tempus creatura, in principio tamen mundi factum esse credendum est. Ideo ergo principium dicitur, quod ex ipso cœpit rerum universarum exordium.

2. Nullum spatium corporaliter habent tempora, quia ante abscedunt pene quam veniant. Ideoque in rebus nullus status est temporum, quia celeri creaturæ motu mutantur. Nec centum anni unum tempus est; nec unus annus unum tempus est; nec unus mensis unum tempus est; nec dies, nec hora, quia, dum hæc omnia particulis accedunt suis, et decedunt, quomodo unum dicendum est quod non simul est?

3. Utrum sit præteritum, futurumve tempus, sicut præsens; et si est, se re oportet ubi est; sed adverte quod cuncta, et futura et præterita et præsentia, in animo sunt potius requirenda.

4. Tria ista, præterita, præsentia et futura in animo tantum inveniri constat, præterita reminiscendo, præsentia contuendo, futura expectando. Speramus igitur adventitia, intuemur præsentia, recollimus transeuntia. Hæc non ita in Deo sunt, cui simul omnia adsunt.

C *Videmus nunc per speculum in ænigmate, ut Augustinus, ultimo de Trinitate, cap. 8 et 9. Gregorius vestigia Dei, quibus ad speciem supernam tendimus, multipliciter interpretatur, lib. Moral. x, cap. 6. LOAISA. CAP. VI. N. 1. Ex August., in Dialog. ad Oros, et Gregor., lib. xx Moral., cap. 25. LOAISA.*

*Ibid. Si semper. Aug., lib. de Civ. Dei xi, cap. 6. LOAISA. Ibid. Hæc sententia apud Taionem exstat lib. 1, cap. 8. Petavius, t. 1, lib. iii, cap. 4, cum Isidoro nostro plures alios Græcos, Latinosque Patres de hoc argumento agentes describit. AREV.*

3. Ex Augustino, lib. xii Confess., cap. 12. *Duo reperio, inquit, quæ fecisti, etc.; ubi interpretatur locum Genes. 1: In principio creavit Deus cælum et terram. Et per cælum intelligit naturam intellectivam; per terram, primam materiam informem. Terra enim erat inanis et vacua. Est quippe materia prima, auctore Aristotele, i Physicorum, ab omni expoliata et denudata forma ac specie. LOAISA.*

D *Ibid. Al., Sed nec ipsorum angelorum discussio. AREV. CAP. VII. N. 1. Ex August., lib. 1 super Genes. ad lit., cap. 5, Genesis primo dicitur: In principio creavit Deus cælum et terram. Ex multis hujus loci interpretationibus, quæ a Basilio, Hilario, Hieronymo et Ambrosio traduntur, illam amplectitur, ut in principio significet in exordio temporis formatum cælum et terram fuisse. LOAISA.*

2. Ex Augustino, lib. xi Confess., cap. 12, et sequentibus, ubi dissolvit hanc quæstionem, quod præteritum, et futurum, et præsens, non est spatium in rebus, sed cognoscuntur in animo, qui spectat futurum, attendit præsens, præteritum meminit. Philosophi mire se torquent in intelligentia illius sententiæ Aristotelis, iv Phys.: *Tempus non est sine anima. Vide Gregor., lib. Moral. iv, cap. 2. LOAISA.*

3. Ex August., lib. xi Confess., cap. 20. *Sunt enim hæc in anima tria quærenda. LOAISA.*

4. Ex Augustino in eodem loco. LOAISA.

## 128 CAPUT VIII.

De mundo.

1. Mundus ex rebus visibilibus, sed tamen investigabilibus constat. Homo autem ex rerum universitate compositus, alter in brevi quodam modo creatus est mundus.

2. Ratio mundi de uno consideranda est homine. Nam sicut per dimensiones ætatum ad finem homo vergit, ita et mundus per hoc quod distenditur tempore, deficit, quia unde homo atque mundus crescere videtur, inde uterque minuitur.

3. Frustrâ dicitur per tanta retrò tempora Deo vacanti novam pro mundo faciendò ortam fuisse cogitationem, quando in suo æterno maneret consilio hujus mundi constructio; nec tempus ante principium, sed æternitas. Tempus vero a substitutione creaturæ, non creatura cœpit a tempore.

4. Quidam aiunt: Quid faciebat Deus antequam cœlos faceret? Cur nova voluntas in Deo ut mundum conderet orta est? Sed nova voluntas in Deo exorta non est, quia etsi in re mundus non erat, in æterna tamen ratione et consilio semper erat.

5. Dicunt quidam: Quid subito voluit Deus facere mundum, quem ante non facit? Voluntatem Dei immutari arbitranter, qui aliquando voluit quod aliquando non voluit. Quibus respondendum est: Voluntas Dei Deus est, quia non ipse aliud est, aliud voluntas 129 ejus, sed hoc est illi velle quod ipse est et quod ipse est, utique æternum et incommutabile est. Hæc est ergo voluntas ejus.

6. Materies ex qua formatus est mundus (*Gen. I*), origine, non tempore, res a se factas præcessit, ut sonus cantum. Prior enim est sonus cantu, quia suavitas cantilenæ ad sonum vocis, non sonus pertinet ad suavitatem; ac per hoc utrumque simul sunt, sed

CAP. VIII. N. 1. Taio de hoc argumento, cap. 16 libri 1, ubi quedam ex Isidoro sumit. AREV.

2. Unde a Paulo appellatur creatura mundi, ad Rom. 1: *Invisibilia Dei a creatura mundi*, eo quod sua natura complectatur omnia. Quamvis hunc locum aliter interpretatur Hieronymus, et Theophil.: *a creatura mundi*, inquit, id est, a creatione et constitutione, id enim etiam significat vox Græca *κτίσις*: sed primæ expositioni favet illud: *Quod continet omnia, scientiam habet cœcis*; et Gregorius, lib. Moral. vi, cap. 7, dum de homine interpretatur Marci locum cap. 6: *Prædicare Evangelium omni creaturæ*, id est, homini, qui commune aliquid habet cum omnibus creaturis; esse, augeri, sentiendo vivere, et intelligere. LOAISA.

3. Augustin., de Civit. Dei lib. xi, cap. 6, et lib. v super Genes., cap. 5. LOAISA.

4. August., lib. iii contra Maxim., cap. 2. LOAISA.

5. August., lib. de Genes. contra Manich., cap. 2. LOAISA.

6. August., lib. xii Confess. cap. 29, et lib. i. LOAISA.

7. *Nondum ea. Al., Nondum ex ea.* AREV.

9. Ex Augustino, lib. xi de Civit. Dei, cap. 9, et August., lib. d. Genea. ad lit., cap. 3. LOAISA.

11. Ex August. lib. iii Confess. cap. 9. LOAISA.

13. Querit beatus Athanasius in Quæstion. ad Antiochum principem, quæstione prima, unde facti sunt angeli. Creatos vero angelos ante mundi constitutionem censuere multi ex antiquis Patribus, Dionysius Areopagita, lib. de Cœlesti Hierarchia,

A ille ad quem pertinet cantus prior est, id est, sonus.

7. Materia ex qua cœlum terraque formata est, ideo informis vocata est, quia nondum ea formata erant quæ formari restabant, verum ipsa materia ex nihilo facta erat.

8. Aliud est aliquid fieri posse, aliud fieri necesse esse. Fieri necesse est, quod Deus naturis inservit; fieri autem posse est, quod extra cursum inditum naturarum Creator, ut faceret, quando voluit, reservavit.

9. Non ex hoc substantiam habere credendæ sunt tenebræ, quia dicit Dominus per prophetam: *Ego Dominus formans lucem, et creans tenebras* (*Isa. xlv. 6, 7*); sed quia angelica natura, quæ non est prævaricata, lux dicitur; illa autem quæ prævaricata est tenebrarum nomine nuncupatur. Unde et in principio lux a tenebris dividitur. Sed quia et hos et illos Deus creavit, inde dicitur: *Formans lucem et creans tenebras*. Veruntamen honos angelos non tantum creans, sed etiam formans; malos vero tantum creans, non formans. Hoc et de hominibus bonis malisque accipiendum est.

10. Post annumeratam cœli terræque creaturam, ideo nominatur in Genesi Spiritus sanctus, ut quia superferri eum dici oportebat, ante illa nominarentur quorum creator Spiritus sanctus superferri diceretur. Quod et Apostolus indicat (*Ephes. iii*), dum supereminentem viam charitatis demonstrat.

11. Ideo superferri aquis sanctus dicitur Spiritus, quia donum est Dei in quo subsistentes requiescimus, C atque protelegendo nos superfertur nobis.

12. Unaquæque natura suo pondere nititur. Ignis autem et 130 oleum merito superiora semper appetunt, quia per ipsorum figuram superferri universæ creaturæ Spiritus sanctus probatur.

13. Dies prior factus angeli sunt, quorum pro-

cap. 10, et divus Maximus in prima Centuria theolog., et Constitut. apostolorum; Clemens, lib. viii, et Gregor. Nazianz., in sermone de Natali Christi, et in secundo de Pascha; et Damascenus, lib. ii c. theodoxæ Fidei; et Epiphanius, adversus hæreses, disputans contra hæresim Pauli Samosatani, et in synodica epistola Sophronii patriarcha Jerosolymitani missa ad Honorium principem. Quæ epistola recitata fuit in sexta synodo, actione undecima, Versat questionem hanc Augustinus, lib. i super Genesim ad litteram, cap. 2, et concludit rem esse secretissimam, et humanis conjecturis impenetrabilem. Atque hi omnes in eo consentiunt, quod affirmant angelos creatos ante mundi formationem. LOAISA.

D *Ibid. Creaturarum apud Luc., pro creaturæ.* LOAISA.

*Ibid. Vesperascebat.* Hæc ex Augustino. Nam, ut Auctor est divus Thomas, in p. 1, q. 58, art. 6, hoc quod dicitur de cognitione matutina et vespertina angelorum, introductum est ab Augustino, lib. iv super Genesim, cap. 22, et lib. v, cap. 4, et lib. xi de Civitate Dei, cap. 9. Qua de re subtiliter et doctissime disseruit Joannes Mirandula in Heptaplo. Divus Thomas sic explicat sententiam Augustini, ut hic Isidorus: *Sicut in die consuetudo* (inquit) *manes: principium diei, vespere autem terminus; ita cognitio ipsius primordialis esse rerum, dicitur cognitio matutina. Et hæc est secundum quod res sunt in verbo. Cognitio autem ipsius esse rei creatæ, secundum quod in propria natura consistit, dicitur cognitio vespertina* LOAISA.

pter unitatem insinuandam non dies primus, sed dies dictus est unus; et ideo ipse repetitur semper in executione creaturæ. Qui dies, hoc est, natura angelorum, quando creaturam ipsam contemplabantur, quodammodo vespascebat; non autem permanendo in ejus creaturæ contuitu, sed laudem ejus ad Deum referens, eamque melius in divina ratione conspiciens, continuo mane fiebat. Si vero permaneret, neglecto Creatore, in creaturæ aspectu jam non vespere, sed nox utique fieret.

14. Dum se creatura melius in Deo quam in se ipsa noverit, ipsa sui cognitio, quæ major in Deo est, dies et lux dicitur. Cognitio vero sua in seipsa, ad compensationem cognitionis illius, quæ est in Deo, quia longe inferior est, vespere nominatur. Ideoque post vespere mane fiebat (*Gen. 1*). Quia dum suam in se cognitionem sibi satisfacere non agnosceret, ut se plenius nosse potuisset, ad Deum esse referebat creaturam, in quo dies se agnoscendo melius fieret.

15. Non sic quemadmodum nos transitorie dicimus, sicut aliquid, sic Deus dixit *Fiat celum* in principio. Illud enim sempiternum in verbo unico dictum est. Si transitorie dictum est a Deo *Fiat*, erat utique creatura aliqua, unde jam talis fieret vox. Sed quia antequam diceret *Fiat*, nulla existit creatura, ipsum *Fiat* quod dictum est, in æternitate Verbi, non in vocis sono, enuntiatum est.

16. Non seclies a Deo visa, septiesque laudata est creatura, quæ antequam fieret perfecte ab illo est visa; sed dum nos singula videntes laudamus, sit tanquam ipse videat, laudetque per nos, sicut est illud: *Non estis vos, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis* (*Matth. x, 20*). Proinde sicut ipse et per nos loquitur, ita videt et laudat per nos; sed per se personiter ac sempiternè videt, per nos vero temporaliter.

17. Attende universaliter creaturam in principio valde bonam vocari, singulariter vero tantum bonam, quia et membra corporis, cum sint singula bona, majus tamen bonum faciunt, dum singula omnia valde bonum corpus efficiunt.

18. Decet elementorum omnium in pulchro et apto consistit; sed pulchrum ei quod se ipsum est pulchrum, ut homo ex anima et membris omnibus constans. Aptum vero est, ut vestimentum et victus. Ideoque hominem dici pulchrum ad se, quia non vestimento et victu est homo necessarius, sed ista

14. August., lib. xi de Civit. Dei, cap. 9, et lib. iv super Gen. ad lit. LOAISA.

15. Legobatur antea *Nam sic*, verum male, consentientibus omnibus vet. Cod. et sequenti sententia, et Augustino, lib. i super Genes. ad litteram, cap. 2, et cap. 9, ubi de hac re accurate agit. LOAISA.

*Ibid.* Transitorie. Pro quo divus Augustinus dicit utrum temporaliter, an in verbi æternitate, lib. i super Genesis ad litteram, cap. 2 et 9. LOAISA.

18. *Pulchrum ei, quod. Al., pulchrum est, quod.* AREV.

CAP. IX. N. 1. In Codice Goth. secunda sententia est: *Creditor ab hæreticis mentem a Deo, vitia a diabolo fuisse creata; unde ab ipsis duæ naturæ, bonæ*

homini; ideo autem illa apta, quia non sibi, sicut homo, pulchra, aut ad se, sed ad aliud, id est, ad hominem accommodata, non sibi nec necessaria. Hoc et de cæteris elementorum naturis dicendum est.

19. Cuncta quæ sunt, et facta sunt, mira valde sunt, sed consuetudine viluerunt. Ideoque sic divinum scrutare opera, ut semper ea cogites immensa.

### 132 CAPUT IX.

*Unde malum.*

1. Malum a diabolo non est creatum, sed inventum; et ideo nihil est malum, quia sine Deo factum est nihil, Deus autem malum non fecit. Non quia alicubi aut aliquando erat malum, unde fieret diabolus malus, sed quia vitio suo, dum esset angelus bonus, superbiendo effectus est malus; et ideo recte dicitur ab eo inventum malum.

2. Nullam esse naturam mali constat, quia natura omnis aut incommutabilis ut Deus est, aut commutabilis ut creatura est. Malum vero ideo natura nulla est, quia accedendo in bonam naturam efficit eam vitiosam, quod cum discedit, natura manet, et malum quod inerat nusquam est. Ex eo quod vitium nocet naturæ, agnoscitur vitium naturam non esse, quia nihil quod naturale est nocet.

3. Dum natura bona damnatur propter voluntatem malam, ipsa voluntas mala testis est naturæ bonæ, quæ in tantum testatur eam esse bonam, ut illam Deus pro malo non reïnquat inultam.

4. Creditor ab hæreticis mentem a Deo, vitia a diabolo fuisse creata. Unde et ab ipsis duæ naturæ, bona et mala putantur. Sed vitium natura non est; et dum vere a diabolo sit, non tamen creatum est.

5. Quam ob causam permisit Deus mali oboriri statum, nisi ut ex contrariis malis bonæ naturæ decor emerent? Modus iste etiam in verbis esse comperitur. Qui modus antitheton Græce dicitur, quod Latine oppositum, vel contrapositum nominatur 133, et fit polebra locutio, quando mox contraria positæ proferuntur. Ita et in rebus permistum est malum, ut naturæ bonum ad comparisonem excelleret mali.

6. Fecit Deus omnia valde bona. Nihil ergo natura malum, quando et ipsa quæ in creaturis videntur esse pœnalìa, si bene utantur, et bona, et prospera sunt, si male utantur, nocent. Ita ergo perpendenda est creatura ex nostro usu non bona, nam ex sua natura valde bona.

7. Si rades supercilium hominis, parvam rem et mala putantur. Sed vitium natura non est, et dum vere a diabolo sit, non tamen creatum est, non quia alicubi, aut aliquando. Verum hæc sententia est quarta infra. Augustinus, tract. 2 expositiois in Joannem interpretatur illud: *Sine ipso factum est nihil, de peccato, et malo, quod nihil est.* Et lib. de Natura boni. LOAISA.

*Ibid.* Taio, *undenam sit malum*, inquit cap. 15 lib. 1, ex Isidoro prolucens. Theologi in eadem questione versantur cum sancto Thoma, part. 1, q. 49. AREV.

2. Ex Augustino, in Enchir. ad Laur., cap. 12, et lib. de Natura boni. LOAISA.

demes, sed tollis corporis inzeris sordiditatem; ita et A in universitate creaturæ est: si extremum vermicutum natura malum dixeris, universæ creaturæ injuriam facis.

8. Cuncta mala per peccatum primi hominis pro pœna sunt translata in universum genus humanum. Proinde quæcunque videntur mala, partim nobis sæviunt origine, partim culpa.

9. Mala dicunt multa in creatoris perversi, ut ignem, quia urit; et ferrum, quia occidit; et seram, quia mordet, sed commoda ipsorum non intendens homo, accusat in illis quod sibi debet potius imputare; cujus pro peccato ista effecta sunt noxia, quæ illi omni ex parte fuerunt ante peccatum subjecta. Nostro vitio, non sua natura, nobis mala sunt ea quæ nobis nocent. Nam lux, dum sit bona, infirmis oculis B nexia est, et tunc ocalorum vitium, non lucis est; sic et cætera.

10. Cum creaturarum stimulis et elementorum adversitatibus homo verberatur, peccati hoc exigere pœnam, ut Deo superbiens homo ea quæ infra ipsum sunt patiar adversa. Unde et in Sapientia legitur pro Deo: *Pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos*. Merito ergo peccatorum hoc actum est, ut naturaliter prospera mutantur homini in adversa. Unde et Salomon: *Creatura exardescit in tormentum, adversus injustos, et lenior est ad benefaciendum his qui in Deo confidunt*.

134 11. Non erit caro subjecta animæ, nec vitium rationi, si animus non est subditus Conditori. Tunc autem recte subjiciuntur nobis omnia quæ sub nobis C sunt, si nos subjicimur ei a quo nobis illa subjecta sunt. Nam et quæ videntur esse subjecta ei qui Deo subjectus non est, ille potius subjicitur eis, qui suam voluntatem subjugat amori eorum quæ sibi subjecta existimat.

6. Si bene utantur. Scilicet creaturæ, vel potius passivo more Isidorus utor adhibet. AREV.

10. *Creaturæ*. Locus est Sapientiæ xvi: *Creatura (inquit) tibi factori deserviens exardescit in tormentum adversus injustos, etc.* Pro *exardescit* autem in aliquibus mss. est *excandescit*. LOAISA.

*Ibid.* Exigere pœnam. Al., extigit pœna. Vetus Editio exigente pœna. Pro *pugnabit cum eo*, meus Cod. ms. *pugnabit pro eo*. Deinde pro *lenior alii lenior*. AREV.

CAP. X. — N. 1. *Nomen*. Ex Greg., hom. 34 in Evang. LOAISA.

*Ibid.* De angelis agit Taio, cap. 12, 13, 14, lib. 1. In Isidorianis, cap. 72, n. 20 et seqq., observavi totum hoc caput in nonnullis Mss. exhiberi sub titulo sermonis sancti Isidori, nonnullis ex sancto Gregorio Magno additis. Monitum quod Constantinus Cajetanus ad hunc sermonem præmisit, loc. cit. repræsentavi. AREV.

2. *Mutabilis*. Gregor., lib. v Moral., cap. 29, et lib. xv, cap. 4, et Fulg., de Fid. ad Pet., cap. 23. L.

*Ibid.* *Charitas*. In aliquibus mss. Cod. est *claritas sempiterna*; verum legendum, ut in Editis, *charitas*; sic enim habet Gregor., lib. Moral. v, cap. 29. Unde sententia hæc desumpta est: *Quia ergo ipsa quoque natura angelica est in semetipsa mutabilis, quam videlicet mutabilitatem vicit per hoc quod ei qui semper idem est vinculis amoris alligatur, etc.* LOAISA.

*Ibid.* *Apostata*. Gregorius, lib. Moral. iv, cap. 13, de apostata angelo interpretatur illud Apoc. xx: *Vidi Angelum descendentem de caelo, et habentem clavem*

## CAPUT X.

## De angelis.

1. Angelorum nomen offitii est, non naturæ, nam secundum naturam spiritus nuncupantur. Quando enim de cœlis ad annuntiandum hominibus mittuntur, ex ipsa annuntiatione angelî nominantur; natura enim spiritus sunt. Tunc autem angeli vocantur quando mittuntur.

2. Natura angelorum mutabilis est, quia inest illi; mutabilitas in natura; sed facit eos incorruptos charitas sempiterna. Gratia dicimus, non natura case incommutabiles angelos. Nam si natura incommutabiles essent, diabolus non utique cecidisset. Mutabilitatem itaque naturæ suffragatur in illis contemplatio Creatoris; inde et privatus est 135 apostata angelus, dum fortitudinem suam, non a Deo sed a se voluit custodiri.

3. Ante omnem creaturam angeli facti sunt, dum dictum est *Fiat lux*; de ipsis enim dicit Scriptura: *Prior omnium creata est sapientia*. Lux enim dicuntur participando luci æternæ. Sapientia enim dicuntur ingenitæ inhærendo Sapientiæ. Et dum sunt mutabiles natura, non tamen sinit eos contemplatio mutari divina.

4. Ante omnem creationem mundi creati sunt angeli, et ante omnem creationem angelorum diabolus conditus est, sicut scriptum est: *Ipsa est principium viarum Dei*. Unde et ad comparationem angelorum archangelus appellatus est. Prius enim creatus existit ordinis prælatione, non temporis C quantitate.

5. Primatum habuisse inter angelos diabolum, ex qua fiducia cecidit, ita ut sine reparatione laboretur. Cujus prælationis excellentiam propheta his verbis annuntiat: *Cedri non fuerunt altiores illo, in para-*

*abyssi, et catenam magnam in manu sua, et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus et Satanas, et ligavit eum per annos mille, et misit eum in abyssum*. Et illud quod est infra: *Cum completi fuerint mille anni, solvetur Satanas*; ubi sic inquit: *Ille enim apostata angelus, qui ita conditus fuerat, ut angelorum cæteris legionibus emineret, ita superbiendo succubuit, ut tunc stantium angelorum ditioni substratus sit. Quatenus, vel nunc ad utilitatem nostram eis ministrantibus religatus lateat, vel tunc ad probationem nostram, eis relaxantibus, totis se suis contra nos viribus solatus exercent*. LOAISA.

4. *Ante omnem*. Gregor., lib. Moral. xxxii, cap. 18. LOAISA.

*Ibid.* Isæus, in not. ad Lactantium, lib. ii de Institut., cap. 9, agit de tempore creationis angelorum, quam multis ante hunc mundum sæculis peractam Isidorus hoc loco docere ait cum multis aliis; ac notat nonnullos ex schola sancti Thomæ male asseruisse hunc errorem esse in fide. Certe antiquissimum quique Patres, præsertim Græci, ante cœlum corporaque omnia angelos conditos fuisse docent. Verum Isidori mentem ambiguum videri Petavius asserit lib. 1 de Angelis, cap. 15, num. 5. Isidorus, ut ego arbitror, sententiam Gregorii Magni tenet, lib. xviii Moral., cap. 14, qui angelos matutina astra vocari ait, quia primi in tempore conditi creduntur, neque tamen prima die una cum luce, sed ante hanc productos indicat.

5. *Ex qua fiducia cecidit*. Forte, *ex quo fiducia*

diso Dei, abietes non adaequaverunt summitatem illius: Omne lignum paradisi non est assimilatum illi; quoniam speciosiorum fecit eum Deus.

6. Distat conditio angeli a conditione hominis; homo enim ad Dei similitudinem conditus est, archangelus vero qui lapsus est signaculum Dei similitudinis appellatus est, testante Domino per Ezechielem: *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in deliciis paradisi Dei fuisti*. Quanto enim subtilior est **136** eius natura, tanto plenius existit ad similitudinem divinae veritatis expressa.

7. Prius de caelo cecidisse diabolum (creditur) quam homo conderetur. Nam mox ut factus est, in superbiam erupit, et praecipitatus est de caelo. Nam iuxta veritatis testimonium ab initio mendax fuit, et in veritate non stetit, quia statim ut factus est, cecidit. Fuit quidem in veritate conditus, sed non stando confestim a veritate esse lapsus.

8. Uno superbiam lapsu, dum Deo per tumorem se conferant, et homo cecidit, et diabolus; sed homo reversus ad poenitentiam Deo se inferiorem esse cognoscit. Diabolus vero non solum hoc contentus, quod se Deo aequalem existimans cecidit, in superetiam superiorem Deo se dicit, secundum Apostoli dictum, qui ait de antichristo: *Qui adversatur, et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod collitur*.

9. Diabolus ideo jam non petit veniam, quia non compungitur ad poenitentiam; membra vero ejus per hypoerisim deprecantur, quod tamen pro mala conscientia adipisci non merentur.

10. Discat humana miseria quod ea causa citius provocetur Deus praestare veniam, dum infirmo compellitur homini, quia ipse traxit ex parte inferiori peccandi infirmitatem, hoc est, ex carnis, qua inclusa anima detinetur.

11. Apostatae angeli ideo veniam non habent, quia carnalis fragilitatis nulla infirmitate gravati sunt, ut peccarent; homines autem post peccatum idcirco revertuntur ad veniam, propter quod ex lutea materia pondus traxerunt infirmitatis: ideoque pro infirma carnis conditione reditus patet homini ad salutem, sicut et Psalmus dicit: *Ipsae scilicet figmentum nostrum. Memento, Domine, quod terra sumus*. Et iterum: *Memorare, inquit, quae mea substantia*.

12. Postquam apostatae angeli ceciderunt, caeteri perseverantiae aeternae beatitudinis solidati sunt. Unde et post caeli creationem in principio repetitur *Fiat*

*cecidit*. Nonnulli inserunt, *inter angelos diabolum constat excellentia praetationis, ex qua fiducia, etc.* Quali superbiae genere, aut qua cogitatione diabolus tumerit, inquirunt theologi. Vide comment. ad Prudentiam, Hamartig., vers. 469:

*Infatur, dum grande tumens, sese altius offert,  
Ostenatque suos licito jactantius ignes.*

ANXV.

6. *Distat*. Ex Gregor., ibid. LOAISA.

*Ibid. Veritatis*. In Editis erat *virtutis*, verum posui *veritatis*, consentientibus omn. mss. C. Et quamvis locus sit deductus ex Gregor., hanc vocem Isidorus ad-

*A firmamentum*, et vocatum est firmamentum caelorum. Nimirum ostendens quod post angelorum ruinam **137** hi qui permanserunt firmitatem meruerunt aeternae perseverantiae et beatitudinis quam antea meritis acceperant. Unde oportet agnosci quod malorum iniquitas sanctorum serviat utilitati, quia unde mali corrumpunt, inde boni proficiunt.

13. Donorum angelorum numerus, qui post ruinam angelorum malorum est diminutus, ex numero electorum hominum suppletur, qui numerus soli Deo est cognitus.

14. Inter angelos distantia potestatum est, et pro graduum dignitate ministeria eisdem sunt distributa; atque aliis praefertur, tam culmine potestatis quam scientia virtutis; subministrant igitur alii aliorum praecipis, atque obediunt jussis. Unde et ad prophetam Zachariam Angelus angelum mittit, et quaecumque annuntiare debeat, praecipit.

15. Novem esse distinctiones vel ordines angelorum sacrae Scripturae testantur, id est: angelos, archangelos, thronos, dominationes, virtutes, principatus, potestates, cherubim et seraphim. Horum ordinum numerum etiam Ezechiel propheta describit, sub totidem nominibus lapidum, cum de primatu apostatae angeli loqueretur. Omnis, inquit, lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topazius, et jaspis, chrysolithus, et onyx, beryllus, sapphires, et carbunculus, et smaragdus. Quo numero lapidum ipsi ordines designati sunt angelorum, quos apostata angelus ante lapsum, quasi in vestimento ornamentis sui, affixos habuit, ad quorum comparationem, dum se clariorem cunctis aspexit, confestim intumuit, et cor suum ad superbiam elevarit.

16. Angeli semper in Deo gaudent, non in se. Malus vero ideo est diabolus, quia non quae Dei, sed quae sua sunt requisivit. Nulla autem major iniquitas quam non in Deo, sed in se velle quempiam gloriarum.

17. Angeli in verbo Dei cognoscunt omnia, antequam in re fiant; et quae apud homines adhuc futurae sunt, angeli jam, revelante Deo, novissent. Praevicinatores angeli, etiam sanctitate amissa, non tamen amiserunt vivacem creaturae angelicae sensum. Triplici enim modo praescientiae acumine vigent, id est, subtilitate naturae, **138** experientia temporum, revelatione superiorum potestatum.

18. Quoties Deus quocumque flagello hinc quando irascitur, ad ministerium vindictae apostatae angeli mittuntur: qui tamen divina potestate coercentur, ad

dit sententiae Greg.; sic enim est apud eum, lib. xxxii Moral., cap. 18: *fit quo subtilior est ejus natura, eo in illo similitudo Dei plenius creditur expressa*. L.

7. *Prius de caelo*. August., xi de Gen. ad litteram. l.

10. *Discat*. Ex Gregor., lib. Moral. xii, cap. 5. l.

11. *Memento*. Locus est psalm. cii. In Vulgata habetur: *Recordatus est quoniam pulvis sumus*. L.

15. *Nomen*. Ex Gregor., homil. 34 in Evang., et lib. xxxii Moral., cap. 18. LOAISA.

*Ibid.* De ordinibus angelorum Venozius plura notaverat ad cap. 58 Enchiridii Augustiniani, part. II, pag. 443 et seqq. ANXV.

17. *Angeli*. Augustin. idem, lib. xii de Civit., c. 4. l.

tantum noceant quantum cupiant. Boni tamen angeli ad ministerium salutis humanæ deputati sunt, ut curas administrent mundi, et regant omnia jussa Dei, testante Apostolo: *Nonne omnes, inquit, sunt administratores spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hereditatem capiunt salutis?*

19. Angeli corpora in quibus hominibus apparent, de superno aere sumunt, solidamque speciem ex cœlesti elemento induunt, per quam humanis obtutibus manifestius demonstrentur.

20. Singulæ gentes præpositos angelos habere creduntur, quod ostenditur testimonio angeli Danieli loquentis: *Ego (inquit) veni ut nuntiarem tibi, sed princeps regni Persarum restitit mihi.* Et post illa: *Non est qui me adjuvet, nisi Michael princeps vester.*

21. Item omnes homines angelos habere probantur, loquente Domino in Evangelio: *Amen dico vobis quia angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui est in cœlis.* Unde et Petrus, in Actibus apostolorum, cum pulsaret januam, dixerunt iatus apostoli: *Non est Petrus, sed angelus ejus est.*

22. Si Deum angeli contuentur et vident, cur Petrus apostolus dixit: *In quem desiderant angeli Dei conspici?* Iterum, si eum non contuentur, nec vident, quomodo; juxta sententiam Domini: *angeli eorum semper vident faciem Patris, qui in cœlis est?* Sed bene utrumque est. Nam veraciter credimus quod Deum angeli et vident et videre desiderant, et habent et habere festinant, et amant et amare nituntur.

23. Si enim sic videre desiderant, ut effectu desiderii non perfuantur, desiderium hoc necessitatem habet, necessitas ista pœnalis est; **139** sed a beatis angelis omnis pœna longe est, quia nunquam simul pœna et beatitudo conveniunt. Rursum si eos dicimus Dei visione satiari, satietas fastidium habere solet, et scimus illos Dei visionem, quam et desiderant, fastidire non posse.

19. *Angeli.* August., lib. xv de Civitat., cap. 23, et lib. de Mirab. sacræ Scripturæ, lib. iii; et Gregor., lib. xviii Moral., cap. 2; lib. xvii, cap. 8. LOAISA.

21. *Angeli habere.* August., serm. 68, ad fratres in erem. Matth. xviii. LOAISA.

*Ibid.* Quod singulæ gentes, et omnes homines angelos tutelares habeant, ostendit Petavius, lib. ii de Angelis, cap. 8, iisdem Scripturæ locis quibus innitur Isidorus, ejusdemque Isidori et aliorum Patrum auctoritate. AREV.

22. *Si Deum.* Ex Gregor. tota sententia, lib. xviii Moral., cap. 28. LOAISA.

23. Sanctus Julianus Toletanus, lib. ii Antikeimemon, interrog. 78, eodem modo hanc difficultatem solvit; sed ubi Isidorus habet necessitatem, necessitas, etc., Julianus anxietatem, anxietas, etc., semper repetit; quod fortasse melius est. AREV.

25. *Ubiunque,* etc. August., lib. ii de Trinit. L.

26. *Anie Dom.,* etc. Greg., lib. xvii Mog., cap. 8. L.

29. In sermone quem Isidori nomine editum a Cajetano dixi, post et angelis redditam hæc adduntur ex sancto Gregorio depremissa, ut adverti in Isidorianis, cap. 72, n. 20. e Nonnunquam vero etiam per angelum humanis cordibus ita loquitur Deus, ut ipse quoque angelus mentis obtutibus præsentetur. Verbis namque per angelum loquitur Deus, cum nihil in imagine ostenditur, sed superna verba locutionis audiuntur; sicut d'cento Douino (Joan. x): *Pater, clarifica Filium tuum, ut filius tuus clarificet*

24. Quid ergo est nisi ut miro modo simul utrumque credamus, quia et desiderant, et satiantur? Sed desiderant sine labore, et satiantur sine fastidio. Ne enim sit in desiderio necessitas, desiderantes salantur. Et iterum, ne sit in satietate fastidium, satiari desiderant. Vident ergo angelis faciem Patris per satietatem; sed quia satietas ista fastidium nescit, angeli desiderant in eum prospicere semper.

25. Ubiunque in Scripturis sanctis, pro Deo angelus ponitur, non Pater, non Spiritus sanctus, sed pro incarnationis dispensatione solus Filius intelligitur.

26. Ante dominicæ incarnationis adventum discordia inter angelos et homines fuit. Veniens autem Christus pacem in se, et angelis, et hominibus fecit. Eo quippe nato, clamaverunt angeli: *In terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Per incarnationem igitur Christi non solum Deo reconciliatus est homo, verum etiam pax inter homines et angelos reformata est.

27. Discordia igitur ante adventum Christi hominum et angelorum fuisse per id maxime agnoscitur, quod salutari in Veteri Testamento ab hominibus angeli, despiciant se salutari ab eis. Quod in Novo Testamento a Joanne factum non solum reverenter angelus suscipit, verum etiam ne faciat interdicit.

28. Ob hoc homo in Veteri Testamento despicitur, nec resalutatur ab angelo, eo quod homo adhuc nondum transisset in Deum.

29. Suscipitur autem homo a Deo, et reverenter salutatur ab angelo. **140** Nam et Mariam angelus Gabriel legitur salutasse, et Joanni angelum salutanti ab eodem angelo dicitur: *Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, et fratrum tuorum.* Per quod agnoscitur **141** per incarnationem dominicam pacem hominibus fuisse et angelis redditam.

*te;* protinus respondetur: *Clarificavi, et iterum clarificabo.* Neque enim Deus, qui sine tempore impulsionis intinæ clamat, in tempore per suam substantiam illam vocem edidit, quam circumscriptam tempore per humana verba distinxit. Sed nimirum de cœlestibus loquens, verba sua, quæ audiri ab hominibus voluit, rationali creatura administrante formavit. Aliquando rebus per angelos loquitur Deus, cum nihil verbo dicitur; sed ea quæ futura sunt, assumpta de elementis imagines nuntiantur. Sicut Ezechiel nil verborum audiens (cap. i) electri speciem in medio ignis vidit, ut videlicet, dum solam speciem aspiceret, quæ e-ssent in novissimis ventura, sentiret. Velut ad Danielem angelus Gabriel loquitur, ipso dicente: *Factum est autem, cum viderem ego Daniel visionem,* etc. (Hic multa referuntur ad verbum ex Danielis cap. viii, x, xii.) Aliquando per angelos verbis simul et rebus loquitur Deus: cum quibusdam motibus insinuat hoc, quod sermonibus narrat. Neque enim Adam post culpam in divinitatis substantia videre Deum potuit, sed increpationis verba per angelum audivit. Aliquando imaginibus cordis oculis ostensis per angelos loquitur Deus, sicut Jacob (Gen. xxviii) subnixam cœlo scalam dormiens vidit, et sicut Petrus linteam reptilibus et quadrupedibus plenum (Act. x) in extasi raptus aspexit; qui nisi incorporeis hæc oculis cerneret, in extasi non fuisset; sicut Paulus in visione noctis vir Macedo apparuit (Act. xvi); qui transire eum



## CAPUT XI.

## De homine.

1. Omnia sub cœlo propter hominem facta sunt, homo autem propter se ipsuin; inde et omnia per figuram ad ejus similitudinem referuntur. Communia homini omnia naturalia esse cum omnibus quæ constant, et in homine omnia contineri, atque in eo omnium rerum naturam consistere (patet). Universalitatis creaturæ homo magna quædam portio est; tantoque gradu est cæteris excellentior, quanto imagini divinæ vicinior. Quantum cæteris creaturis præstat homo dignitate virtutis, ex ipsa reverentia

Macedoniam regavit. Aliquando imaginibus, et ante corporeos oculos ad tempus ex aere assumptis per angelos loquitur Deus, sicut Abraham non solum tres viros videre potuit (*Gen. xviii*), sed etiam terreno habitaculo suscipere; et non solum suscipere, sed eorum usibus etiam cibos adhibere. Nisi enim angeli quædam nobis in terra nuntiantes, ad tempus ex aere corpora sumerent; exterioribus protecto nostris obtutibus non apparerent, nec cibos cum Abraham caperent, nisi propter nos solidum aliquid ex cœlesti elemento gestarent. Nec mirum, quod illic ipsi, qui suscepti sunt, modo angeli, modo Dominus vocantur, quia angelorum vocabulo exprimiuntur, qui exterius ministrabant; et appellatione Domini ostenditur, qui eis interius præerat, ut per hoc præsidit imperium, et per illud claresceret officium ministrantium. Aliquando cœlestibus substantiis per angelos loquitur Deus, sicut baptizato Domino scriptum est (*Matth. iii, xvii*): *Quia de nube vox sonuit dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*. Aliquando terrenis substantiis per angelos loquitur Deus; sicut cum Balaam corripuit (*Num. xxii*), in ore asinæ humana verba formavit. Aliquando simul terrenis et cœlestibus substantiis per angelos loquitur Deus; sicut ad Moysen in monte (*Exod. iii*) cum jussionis suæ verba dedit, ignem rubumque sociavit; atque aliud superius, aliud inferius junxit: quod tamen tunc solum agitur, cum ex ipsa aliquid conjunctione signatur. Nam per successum rubum Moysen alloquens, quid aliud ostendit, nisi quod ejus populi ductor fieret, qui et legis flammam perciperet, et tamen peccati poenam nequaquam vitaret? Vel quod ex illo populo exiret, qui igne deitatis, carnis nostræ peccata, quasi rubi spinae absunderet, et inconsumptam humanitatis nostræ substantiam, etiam in ipsa divinitatis flamma servaret? Nonnumquam vero humanis cordibus etiam per angelos Deus secreta eorum præsentia virtutem suæ aspirationis infundit. Unde Zacharias ait (*Zach. i*): *Dicit ad me angelus qui loquebatur in me. Dum ad se quidem, sed tamen in se loqui angelum dicit, inquit ostendit quod is qui ad ipsum verba fecerat per corpoream speciem, extra non esset. Unde et paulo post subdidit: Et ecce angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur. Sæpe enim non exterius apparent, sed sicut angelici spiritus voluntatem Dei prophetarum sensibus innotescunt, atque ita eos ad sublimitia sublevant, et quæque in rebus futura sunt, in causis originalibus præsentia demonstrant. Humanum namque cœ ipsam carnis corruptibilis pondere gravatum, hanc ipsam corpulentiam suam quasi obicem sustinens, interna non penetrat, et grave exterius jacet, quia levantem manum interius non habet. Unde fit, sicut dictum est, ut prophetarum sensibus ipsa, ut est, subtilitas angelicæ virtutis appareat, eorumque mens quo subtili spiritu tangitur levetur, et non jam pigra, torpensque in ima jaceat, sed repleta intimis afflatibus, ad superna conscendat, atque inde quasi de quodam rerum vertice, quæ infra se ventura sunt, videat. Per Dominum nostrum Jesum*

A discitur creationis, dum per omnia dixit Deus: *Fiat et facta sunt*, creare vero hominem cum quadam æterni consilii deliberatione voluerit, dicens: *Faciemus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*.

2. Quia enim boni sumus naturaliter conditi, culpa quodam modo merito contra naturam inali sumus effecti.

3. Sicut præcivit Deus hominem peccaturum, ita et præcivit **142** qualiter illum per suam gratiam repararet, qui suo arbitrio deperire potuisset.

4. Originaliter Adam et Eva simul creati sunt, specialiter vero postea mulier de latere viri for-

Christam, qui cum Patre, et Spiritu sancto, vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen. Expliciti. **ANAV.**

**B** CAP. XI.—N. 1. *Communio*. Ita Sancti interpretantur illud Sapientia: *Hoc quod continet omnia scientiam habet vocis*. Et illud *Matth.* ultimo: *Predicite Evangelium omni creature*, ut nomine omnis creaturæ homo intelligatur; præsertim Gregorius, homil. 29, in Ascensione Domini, et lib. vi *Moral.*, cap. 7. De hac re supra, cap. 10. **LOAISA.**

*Ibid.* Cæteris. *Gregor.*, lib. *Moral.* ix, cap. 38, et *August.* super *Gen.*, in lib. Imperfecto. **LOAISA.**

*Ibid.* Vezziosus celebrem esse animadvertit sententiam sancti Gregorii, hominem commune aliquid habere cum omnibus creatoris. **ANAV.**

**C** 4. *Simul creati sunt*. Id patet ex isto *Genes. i*: *Faciemus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*. Homo enim utrumque sexum comprehendit. Unde Eva vocatur virago, et imago viri, homo vero imago et gloria Dei, a Paulo, I *Cor. xi*. Ita interpretatur *August.*, lib. de *Trinit.* xii, cap. 7; et *Gen.* v dicitur: *Hic est liber generationis Adam. In die quo creavit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum, masculum et feminam creavit eos*. Et Paulus, I ad *Cor. xi*, cum dicit: *Sicut mulier de viro, ita et vir per mulierem*, concludit: *Omnia autem ex Deo*. *Ambros.*, ibi: *Ambo unum sunt in natura*. Id vocat Isidorus originaliter esse unum, specialiter vero postea mulier de latere viri formata est. Hanc Sententiam probat Gregorius lib. xxxiii *Moral.*, cap. 10: *Rerum quippe, inquit, substantia simul creata est; sed simul species formata non est*, etc. Observa obiter *Augustinum* et *Gregorium* in rerum formatione dissimulare, cum *Augustinus* multis in locis super *Genesim* probet omnia esse facta simul secundum substantiam, et secundum speciem, præsertim lib. iv super *Genes.* ad litteram, cap. 54. *Gregorius* vero dicit, in substantia esse facta simul, sed non in specie. In qua sententia est Isidorus hic, et lib. ii *Differentiarum*, cap. 10. *In creatione, inquit, mundi et formatione, in qua hæc est differentia, quod originaliter secundum materiam substantiam simul cuncta creata sunt, secundum distinctionem vero rerum per sex dierum æternationem formata sunt*. *Philo*, lib. i legis *Allegoriarum*, rusticana simplicitatis esse inquit putare, sex diebus, aut utique certo tempore, mundum conditum. Refellit hic Isidorus sententiam eorum qui dicunt androgypos creatos Adam et Evam, id est, hominem in quo duo sunt corpora maris scilicet et feminæ: circa *Genesim* interpretatus, ita ut esset homo a principio geminus, ut Plato, in *Convivio*, seu de *Amore*, asserit, postea vero secus, ut ex adverso ad prolis procreationem conjungerentur; e latere enim protoplasti, sicut a costa mulierem formatam affirmani, voco *Helena*, zela, latus et costam significante. In hac sententia fuit *Franciscus Georgius*. Verum divus *Augustinus* in *Genesim* innotescit, lib. iii de *Genes.* ad lit. cap. 2, inquit: *Rursus, ne in homine uterque sexus esse putaretur, sicut in his quos Androgygos vocant, specialiter subjecta masculinum et feminam creavit eos*.



mutata est. Pariter ergo conditi sunt uterque, rationis A ordine, non pariter temporis unitate.

5. Vir ad imaginem Dei factus est, mulier ad imaginem viri formata est; unde et illi lege naturæ subjecta est.

6. Item vir propter semetipsum factus est, mulier ob adiutorium viri creata est.

7. Homo propter peccatum tunc traditus est diabolo, quando 143 *audivit: Terra es, et in terram ibis.* Tunc enim dictum est et diabolo: *Terram manducabis.* Unde et propheta ait: *Serpenti pulvis panis ejus.* Serpens enim diabolus est; pulvis, impij; et ipsi sunt cibus diaboli.

8. Quia prava voluntate ad ima collabimur, recte ad bene agendam cum labore consurgimus: quod non ita esset, si delectatio flagitium primorum hominum non persuadisset quibus ad bene vivendum tantum velle sufficeret, et sine difficultate statim actio obtemperaret.

9. Divisio et pugna, ut sit in hominis animo, poena peccati est, ex primo homine in omnes ejus filios propagata, ut qui noluit cum Deo esse unitus, esset in semetipso divisus, et qui imperanti Domino noluit esse subjectus, fieret sibi metipsi rebellis atque contrarius. Unde nec sibi poterit subjugari, si prius Deo non fuerit subjugatus, sibi que serviet nolens, qui Deo noluit volens.

10. Quam varie per diversa humanum defluxit genus, dum se ab una stabili semperque manente divinitatis soliditate subtrahit! Nam dum opus quodlibet appetit, quasi ibi jam requiem mentis infigit. Sed

*Ibid.* Mendum erat in nota Editionis Grialii: *In C die, qua creavit.* AREV.

5. Ex Paul., 1 Cor. 11: *Vir imago et gloria Dei est, mulier autem gloria viri.* Mulier dicitur gloria viri, sicut officium ex viro. August., de Catechiz. rudibus, explicat quo pacto vir potissimum dicatur imago Dei per subjectionem, unde Actorum xvii: *Fecit ex uno omne genus hominum.* LOAISA.

7. *Terram manducabis.* Ita interpretatur Gregorius, in Enarratione in septem psalmos penitentiales, psalm. 119, exponens illud: *Et terra ejus misererebitur: Per terram, inquit, accipimus peccatores; unde serpenti a Domino dictum est: Terram comedes omnibus diebus vite sue.* Idem, lib. 11 Moral., cap. 30. Idem, et Ambros., lib. de Penitentia, cap. 13, et August., lib. de Agone Christi., cap. 1. LOAISA.

*Ibid.* *Propheta.* Hieronymus interpretatur locum eodem modo. LOAISA.

10. *In labore miser, etc.* Aureus Isidori locus (ait Vezziosus) Magni Gregorii ingenium redolens, AREV. D  
- CAP. XII.—N. 1. *Vita corporis.* Ex August. de Spiritu et Anima. LOAISA.

*Ibid.* De hoc argumento Taio, cap. 21 lib. 1. AREV.

2. *Anima... non est homo.* Isidorus vocis Etymologiam consideravit in hac sententia, ut homo dicatur ab humo quod est corpus, et non ab anima. Id explicat lib. Etymolog. xi, cap. 1: *Homo proprie ab humo dicitur, abusive vero pronuntiatum ex utraque substantia totus homo, id est, ex societate animæ et corporis. Nam proprie homo ab humo.* Idem, lib. 11 Differentiarum, cap. 1; divus Greg., lib. 11 Moral., cap. 16: *Eo enim, inquit, quod dicitur homo, terrenus exprimitur, et infirmus; homo enim ab humo appellatus est.* Cicero de Natura Deorum: *Deus hominem, inquit, humo excitatum, celsum et erectum constituit.* Verum Aug., lib. 11 de Civitate Dei, cap. 5, diluit hanc questionem ex seu-

dum ei non sufficit, mutata intentione, ad alia atque alias actiones transit; dumque per diversa requirit solidam querit, nec invenit, in labore miser et varietate vivit, et vacuus a requie manet. Quamvis eadem mutabilitas non sit homini concreata, sed pro merito primæ prævaricationis illi accesserit, jam tamen naturalis facta est, quia originaliter, a primo homine, sicut et mors, in omnes homines transit.

## 144 CAPUT XII.

*De anima cæterisque sensibus.*

1. *Vita corporis anima, vita animæ Deus est.* Et sicut corpus mortuum est sine anima, ita anima mortua est sine Deo.

2. *Anima hominis non est homo, sed corpus, quod ex humo factum est, id tantum homo est.* Inhabitando autem in corpore anima, ex ipso participio carnis hominis nomen accepit, sicut Apostolus interlorem hominem dicit animam, non carnem, conditam esse ad Dei imaginem. Male ergo a quibusdam creditur animam hominis esse corpoream, quæ propter id ad Dei imaginem facta est, ut si non irremutabilis ut Deus esset, tamen incorporea ut Deus existeret.

145 3. *Sicut angeli, ita et animæ; habent enim initium, finem vero nullum.* Nam quædam in rebus temporalia sunt, quædam per ætæ, quædam vero sempiterna. Temporalia sunt quibus inest ortus et obitus; perpetua quibus ortus, non terminus; sempiterna, quibus nec ortus, nec terminus.

4. *Animam non esse partem divinæ substantiæ, vel naturæ; nec esse eam priusquam corpori miscetur,*

sententia Varronis, qui hominem dici putat proprie ex utraque substantia compositum, anima et corpore; et lib. de Moribus Ecclæs., cap. 4, difficile dixit esse hanc controversiam dijudicare; aut si ratione facile, oratione longua est. Idem Hieronymus ad Damasum, in explanatione Symboli, et Magister Sententiarum, in 111, dist. 2, errare eos affirmat qui dicunt hominem non a substantia, sed a proprietate dici. Verum noster Isidorus vocis etymon explicat, non hominis naturam. Et de homine exteriori disserit, de quo Paulus, 11 ad Cor.: *Licet is qui foris est noster homo corrumpitur, tamen is qui intus est renovatur de die in diem.* L.

*Ibid.* *Male ergo.* Id divus August., lib. de Hæres. cap. 86, attribuit Tertulliano. Et refellit lib. de Quantitate animæ. De Tertulliano autem Africæ provinciæ presbytero, qui primo illie illustris habitus est, postea vero in turpem hæresim Montani impostoris et aliorum prolapsus est, Hieronymus in epistola ad Magnuum oratorem; Niceph., lib. 11, cap. 34; Vincentius Liguensis; et Hilarius, in commentariis ad Mathæum. L.

*Ibid.* *Ex humo factum.* Observat Vezziosus quod etsi non impugandum est, quod Isidorus cum sancto Gregorio docet, tamen constat hominem dici suppositum, sive personam ex duabus naturis, anima et corpore constantem. Etsi homo ab humo vocatus est, quod in Genesi dicitur *formatus de limo terræ,* certe quod idem homo dicitur factus ad imaginem et similitudinem Dei, non dicitur, eodem latente Isidoro, quia de humo est, sed quia et anima constat, quæ de humo non est. Verum his pro Isidoro jam occurrerat Loaisa in sua nota, si recte perpendatur. AREV.

4. *Non esse partem.* August., de spiritu et anima. Et idem Isid., lib. 11 Different., cap. 27, et Concil. Bracaraens. 1, can. 5. LOAISA.

*Ibid.* *Philosophorum, etc.* Animam esse corporis

constat; sed tunc eam creari, quando et corpus A creatur, cui admisceri videtur. Philosophorum sententia dicunt esse animam, priusquam nascatur in corpore. Quod verum esse nullis approbatur iudiciis. Nam utrum aucta fuisset, nec ipsi novimus, nec quis hominum dicat habemus. Non est ergo quaerendam quod quaerendo magis est irridendum.

5. Gentiles et haeretici de anima disputare conantur, sed quomodo de illa aliquid recte sentire possunt, qui auctorem ad cuius imaginem facta est non noverunt? Et ideo multa errore digna dixerunt.

6. Nubilis est anima, non localiter, sed temporaliter, suis affectionibus. Corpus autem, et loco, et tempore mutabile est, quia et tempore mutatur, et loco variatur. Quod est ad corpus mutatio locorum, hoc est ad animam mutabilitas cogitationum. Quae varietas malae motionis tunc menti lubescit, quando ab aeternorum contemplatione primus homo recedens in illo stare noluit, a quo malo recessit, et iusta damnatione inconstans, per rerum raptas varietatem defluxit.

7. Multum ex sua natura splendorem possidet anima, sed fuscatur commistione carnis, qua retinetur inclusa. Ex ejus enim 146 parte vertitur ad peccandi infirmitatem, Salomone docentur: *Corpus corruptibile aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.*

#### CAPUT XIII.

##### De sensibus carnis.

1. Non virtute, non sensu corporis, sed ratione mentis excellimus animalibus ceteris.

2. Pro rebus corporeis utendis sufficit sensus carnis, non pro spiritualibus capiendis. Illecei autem homines usu corporearum rerum nihil putant aliter esse praeterquam quod carnis sensu concipiunt. Sicut praecellunt sibi corporei sensus diversitate locorum, ita sibi virtute sentiendi praecellunt; nam sicut praestantior est odoratus sapore, et positio-

formam probavit conc. Vienn., sub Clem. V, et conc. Lateran. sess. 8, sub Julio II et Leone X. August., lib. de eccles. Dog., cap. 13, et Greg., lib. vii epist. Regist., cap. 33, Secundino. Omnes fere haereses de anima in hac sententia Isidorus complexus est, quas neoterici copiose refellunt. LOAISA.

6. *Mutabilis.* Gregor., lib. xxv Moral., cap. 3; et Aug., de vere vita Cognitione, cap. 5. LOAISA.

7. *Al., quod corruptitur, pro corruptibile, et habitatio, pro inhabitatio.* AREV.

CAP. XIII. — N. 1. Codex Lucensis, omisso titulo, sic caput continet: *Per sensus carnis morbus irrepit mentis, etc., ut cap. 28 lib. II. AREV.*

2. Ex August., lib. Confess. x, cap. 35. LOAISA.

*Ibid.* Sicut praecellunt. De varia humanorum sensuum positione et praeminentia inter se Galenus, de Usu partium; Cicero in libris de Natura deorum; Basilus, et Ambr., in Hexaemero, et Gregor., lib. Moral. xi, cap. 3. LOAISA.

3. *Excellit.* Id Aristoteles probat lib. II de Anima, cap. III. *Vivax, inquit, maxime est sensus.* LOAISA.

*Ibid.* Inde, etc. Integra sententia est ex August., lib. Epistolarum, epist. 112. LOAISA.

5. August., Confess. x, cap. 8. LOAISA.

*Ibid.* Memoriaque mente, etc. *Al., memoriaque mentis ibi eas figente.* Egregie de his Augustinus loc. cit. Confess., cap. 8 et 9. AREV.

loci, et sentiendi longinquitate, sic auris odoratu. Longius enim audimus quam odoramus; et sic oculi auribus: longius enim videmus quam audimus.

3. Animus autem et loco, et merito his universalis sensibus superferitur. In arce enim capitis constitutus, quod illi corporaliter non attingunt, iste intellectualiter contuetur. Amplius excellit oculorum sensus ceteris sensibus, quandoquidem quae ad alios pertinent sensus inde dicimus, veluti cum dicimus: *Vide quomodo sonat, vide quomodo capit, etc.*

4. Quomodo oculus, ita et animus cetera videt, sese non intuetur. Aliarum enim rerum origines, species, et magnitudines perspicit; de se autem tanta veri ignorantia inficitur, et in his omnibus nihil incertius contempletur.

5. Homo, qui miraris siderum altitudinem, et maris profunditatem, animi tui abyssum intra, et mirare, si potes. Multa cogitantes 147 sine sensu carnis, et sine imaginibus vivis, animo tantum corpentes intuemur, memoriaque mente sibi eas figente, tenemus. Multa quoque intelligimus sensu quae lingua explere non possumus.

6. Innoxios esse infantes opere, non esse innoxios cogitatione, quia motum quem gerunt mente nondum possunt explere opere, ac per hoc in illis aetas est Imbecillis, non animus. Ad natum enim voluntatis nondum obtemperat illis fragilitas corporis; nec adeo opere nocere possunt, sicut cogitatione moventur.

7. Ex causa vocabulum sortita est cogitatio. Cogendo enim animus reminisci quod memoriae commendatum est, dicitur cogitatio. Rerum omnium thesaurus memoria est. Ipsa est enim custos rebus inventis, ipsa cogitatis; de qua ad liquidum difficile est aliquem disputare, quia grandis ejus perplexitas est, et animus ipsa est.

8. Imago a sensibus corporis remota, suae speciei similitudinem relinquit in memoria; beatitudinem autem non per imagines sicut cetera, sed sicut

7. *Cogitatio a cogendo dicta, ut August. docet lib. x Confess., cap. 14. Lactantius, lib. vi de vero Cultu: Cogitatio nihil aliud est quam mentis agitatio.* *δύσκολα* ab Aristotele vocatur, in brutis aestimative, et inter sensus communes reponitur. LOAISA.

*Ibid.* Rerum omnium. De memoria acutissime scripsit August., lib. x Confess. cap. 8, a quo haec omnia fere de prompta sunt, ibidem, cap. 14, quod sit veritas animi; et lib. iv de Trinitate, cap. 11, quod non solum sit praeteritorum, sed etiam praesentium; idem Isidorus, lib. II Different., cap. 21. Aristoteles, quod sit praeteritorum (lib. de Memoria et reminiscencia) resumtio alienius apprehensi sensu vel intellectu. L.

*Ibid.* Et animus. August. id probat lib. x Confess., cap. 14. LOAISA.

8. Aristoteles, lib. de Memoria et reminiscencia, cap. 1, imaginis naturam exprimens, sic inquit: *Ut enim animal pictum in tabula animal est, et imago, et cum unum idemque sit, utraque est; sed tamen ratio diversa existit considerarique potest ut animal est, et ut imago. Sic de phantasmate, quod in nobis est, censura oportet, et ipsum quidpiam in se et alterius simulacrum esse. Nam quatenus in se seorsumque spectatur, spectum ac visum est; quatenus vero ad aliud refertur imago et monumentum. Haec de imaginis natura ex Aristotelis sententia maximo ad hujus loci intelligentiam conducunt, et ad quaestionem de imaginum*

gaudium sine imagine reminiscimur. Dum oblivionem memoramus, non per seipsam adest. Quod si per seipsam adesset, utique non oblivisceremur.

**148** 9. Communem hominis animaliumque esse memoriam, nullum autem animalibus irrationabilibus intellectum inesse, nisi homini tantum praedito ratione. Caeteris enim in ipsa qualitate considerationis auae seusus carnis, non intelligentia mentis est.

**CAPUT XIV.**  
*De Christo.*

1. Filii Dei perfecta nativitas, nec coepit esse, nec desit, ne praeterita sit, si desit, et ne imperfecta sit, si adhuc sit; sed sicut aeterna, sic et perfecta, quatenus in ea nativitate aeternitas et perfecta habentur.

2. Ex utero Virginis minor dicitur Patre Christus, videlicet iuxta humanam assumptionem, non iuxta divinitatem.

3. Christus et in forma servi servus, et in forma servi non servus. In forma quippe servi Domini servus; in forma servi omnium Dominus. Christus in forma servi, propter conceptionis excellentiam, Dominus est omnium, quia etsi suscepit carnem, non tamen ex carnis libidinosa contagione.

4. Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus nequaquam alter in humanitate, alter in deitate est, sed in utraque natura **149** idem unus est. Nec purus homo conceptus est, nec purus homo editus est, nec postea meritum ut Deus esset, accepit; sed Deus Verbum, manente incommutabili essentia, quae illi cum Patre, et Spiritu sancto, est coaeterna, assumpsit carnem pro salute humana, in qua et impassibilis pati, immortalis mori, et aeternus ante saecula temporalis posset ostendi.

5. Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus, quamvis aliud sit ex Patre, aliud ex Virgine; non tamen alius ex Patre, alius ex Virgine; sed ipse aeternus ex Patre, ipse temporalis ex matre; ipse qui

adoratione enodandam adversus haereses nostri temporis, et tandem divi Thomae veram sententiam explicandam. **LOAISA.**

*Ibid.* *Beatitudinem.* In Editis est *similitudinem*, sed Gothicis *beatitudinem* habet, et alii mss. Cod.; quam lectionem posui, ductus auctoritate August.; lib. Confess. x, cap. 21, unde locus iste desumptus est. Ibi enim probat quod meminimus eorum quorum nunquam speciem habuimus, ut beatitudinis et gaudii. Et infra, cap. 25, inquirens in quo memoriae gradu reperitur Deus, sic inquit: *Quia sicut non est imago corporalis, nec affectio viventis, qualis cum laetamur, contristamur, cupimus, metuemus, meminimus, obliviscimur.* **LOAISA.**

*Ibid.* *Memoramus.* Al., *rememoramus.* In nota erat *vi beatitudinis*, pro *ut b.* **AREV.**

9. *Communem.* Aristoteles id probat lib. de Memoria et reminisc.

**CAP. XIV.—N. 4.** Tota sententia est ex Greg., Moral. xxix, cap. 1. Verum de duplici Christi Nativitate, Lactant., lib. iv, de vera Sapientia eleganter disserit, cap. 8. Et Damasc., lib. iii de orthodox. Fide, cap. 7. L.

*Ibid.* Talis de his disserit, cap. 5 lib. 1, atque ita fere inverso licet ordine eadem sententiarum argumenta, quae in Isidoro exstant, persequitur. **AREV.**

3. *Et in forma,* etc. Al. *et in servi, hominum domi-*

*A* fecit, ipse qui factus est; ipse de Patre sine matre, ipse de matre sine Patre; ipse conditoris templum, ipse conditor templi; ipse auctor operis, ipse opus Auctoris; manens unus de utroque, et in utraque natura, nec naturarum copulatione confusus, nec naturarum distinctione gominatus.

6. Ideo Deus in homine venit, quia per seipsam ab hominibus cognosci non potuit. Sed unde nobis consuluit, inde despectionem tulit, quia infirmitatem quam pro nobis suscepit, homo superbus desepxit. Ob hoc infirma et stulta mundi elegit, ut fortiora et sapientiora per quae non cognoscebatur confunderet.

7. Sicut cibum fortem invalidus infans capere non potest, nisi a matre prius editus, in lactis succum vertatur, ut quod in cibo non potuit uti, sugendo poterit in lacte per carnem; ita et nos, dum essemus infirmi ad compiciendam Verbi aeternitatem, factum est ipsum Verbum caro, ut enutriti per carnem, fortesque effecti, cibum solidum, id est, verbum Domini cum Patre sempiternum contemplando, ut angeli satiemur.

8. Prima Dei dona esse, quibus nos nobis reos esse ostendit. Qui dum jaceremus sub reatu culpae, justos nos esse credebamus. Venit medicus, patefecit vulnus, composuit semetipsum, et de sua morte **150** nobis medicinam aptavit, ut non esset ostensor tantum vulneris, sed et sanator.

9. Primum ad Israel venit Christus, sicut et ait: *Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israel.* Ad populum enim Israel prius venit, sed quod non essent credituri, propheta non tacuit dicens: *Primus ad Sion dicit: Adsum, et Jerusalem evangelistam dabo. Et vidi, et non erat, neque existitit quisquam qui iniret consilium, et interrogatus responderet verbum.* Sed quia ad gentes transivit sequitur: *Eccae servus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea; dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet.*

*Christus in forma servi propter conceptionis excellentiam dominus est,* etc. **AREV.**

4. *Mediator.* Ex Greg., lib. Moral. xviii, cap. 27. Aug., lib. Medit., cap. 16. **LOAISA.**

*Ibid.* *Sed in utraque natura.* Hoc Christianorum dogma quibus verbis Damascenus loc. cit. a Loaisa explicaverit, omitti noluit Vezziosius. Ea autem sunt hujusmodi: *Quocirca etiam post humanitatem assumptam unum Dei filium ipsum confitemur, eundemque filium hominis, unum Christum, unum Dominum, unum unigenitum filium, ac Dei Verbum, Jesum dominum nostrum.* **AREV.**

5. *Mediator.* Ex Greg., ubi supra. **LOAISA.**  
*Ibid.* *Nec naturarum.* Al., *nec naturae;* et similiter paulo post. **AREV.**

7. *Editum* in aliquibus Mss. Similitudo haec desumpta est ex Paul., I Cor. iii, et Hebr. v, et I Pet. ii, **LOAISA.**

*Ibid.* Post hanc sententiam Cod. Luc. addit: *scitiamur. Contra superbiam diaboli succurrit humilitas Christi. Sed qui imitati sunt diabolum contempserunt humilem Deum. Deus vero humilia elegit, et abjecta per quae confunderet fortis, ut quia superbi non convertentur per humilitatem Dei, virtus miraculorum cresceret, quam superbi videntes obstupuerunt, et confusi conversi sunt. Prima Dei dona esse,* etc. **AREV.**

16. Quamvis ordinem nostrae liberationis nescierit diabolus, scivit tamen quod pro salutatione hominum Christus advenit, sed quod sua idem nos morte redimeret ignoravit; unde et eum occidit. Nam si ille Christum per mortem redimere humanum genus scisset, non eum utique peremisset.

11. Quomodo noverit diabolus pro salute humani generis Christum venisse, Evangelii testimonio docetur; quem ut vidit, cognoscendo pertimuit, dicens: « Quid nobis et tibi, Fili Dei? Venisti ante tempus perdere nos. »

12. Christus, sicut peccatum, quod poena dignum est, non admisit; ita poenam peccati nostri suscepit, ut per indebitam poenam suam debitam aboleret culpam nostram, ut per hoc amitteret diabolus quos tenebat, dum unum interfecit, qui nihil peccati admiserat. Ideoque quos quasi iuste tenuit amisit, quia injuste Redemptorem nostrum occidit.

13. Ille usus est diabolus morte Domini, quasi avis. Nam ostensa Christus suae carnis mortalitate, quam interimendam ille appetebat, abscondit divinitatem, ut laqueum quo eum, velut avem improvidam, prudenti irrefrigit decipula. Nam si innox Christus non occideretur, homo diabolo addictus per praevagationem non absolveretur.

151 14. Diabolus dum in Christo carnem humanitatis impetit, quae patebat, quasi homo divinitate ejus captus est, quae latebat. Est enim in Christo hamus divinitas, esca autem caro, linea genealogia, quae ex Evangelio recitatur. Tenens vero hanc lineam Deus Pater est, de quo Apostolus: *Caput Christi Deus*. Et Lucas lineam generationis Christi ab imis ad summa contexens inchoat a Joseph, et consummat

10. Ex Greg., lib. Moral. xxxiii, cap. 7 et 9. LOAISA.

12. Greg., lib. iii Moral., cap. 11. LOAISA.

15. Innox. Eodem modo inf., cap. 27: *Consumitur a Deo innox*, etc.; et paulo post: *Consumitur innox, et impius*. Et Etymol., lib. x: *Innox, quod non nocet*. Et Gloss., *Innox, ἀβλαβής*. LOAISA.

*Ibid.* Innox. Nonnulli styli Isidoriani ignari substituerunt innoxius, quod alibi quoque factum. AREV.

14. Ex Greg., lib. xxxiii Moral., cap. 7. LOAISA.

*Ibid.* Quasi hamo. Ita in mss. omnibus. Quam lectionem amplector testimonio Gregor. ductus, lib. xxxiii Moral., c. 10: *Quasi hamus quippe fauces glutientis tenet; dum in illo et esca carnis patuit, quam devorator appeteret, et divinitas passionis tempore latuit, quae noceret*. LOAISA.

*Ibid.* Est enim in Christo. Ex eodem Greg., lib. xxxiii Moral., cap. 12, ubi exponit illud Job: *An extrahere poteris Leviathan hamo?* Quod etiam Ezechiel, cap. 32, futurum praedixerat: *Extraham te in hamo meo, et extendam te super te ram*. Et Habac. 1: *Totum in humo sublevavit; traxit illum in sagena sua*. LOAISA.

15. Refutat haeresim eorum qui dicebant Dominum in infernum descendisse, et omnes ibi eum confitentis extraxisse et salvasse. Quam Greg. improbat lib. vi Epistolarum, epist. 179. LOAISA.

*Ibid.* Non poenaliter. Clarius num., seqq. explicat Isidorus quosnam Christus liberavit, cum ad inferos descendit. AREV.

16. Totus sententiae sensus et ordo est apud Greg., lib. iv Moral., cap. 32. LOAISA.

*Ibid.* De duplici inferno ita Greg., lib. Moral. xn, cap. 7: *Nec tamen ita justorum animas ad infernum descendisse ut in lucis poenulis teneantur. Sed*

A in Deum, dicens: *Qui fuit Heli*; et perficiens lineam generis, ait: *Qui fuit Dei*.

15. Ideo Dominus in inferno descendit, ut his qui ab eo non poenaliter detinebantur viam aperiret revertendi ad caelos, secundum testimonium Isaiae dicentis: *Posuisti profundum maris viam, ut transirent liberati*. Viam quippe Christus in profundum maris posuit, quando, in Infernum descendens, sanctis iter ad caelos revertendi monstravit.

16. Sancti ex tempore resurrectionis Christi, statim ut de corpore exeunt, mox ad caelestem habitationem ascendunt, quod antiquis Patribus non dabatur. Nam ante adventum Salvatoris, quanquam sine poena supplicii, tamen non in caelo, sed in inferno sanctorum animae tenebantur, pro quibus absolventis Dominus in infernum descendit.

17. Christus in caelum ascendens discessit quidem carne, 152 sed praesens est majestate, secundum illud quod ait: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi*.

18. Sedet Christus ad dexteram Patris, non ut dexteram corpoream habeat Pater; sed dextera Patris beatitudo est, sicut sinistra miseria.

#### CAPUT XV.

##### De sancto Spiritu.

1. Spiritus sanctus creator est, sicut Pater et Verbum, testante propheta: *Spiritus Domini fecit me, et spiraculum omnipotentis vivificavit me*.

2. Spiritus sanctus Patris et Filii est; et inde unum sunt Pater et Filius, quia nihil habet Pater quod non habet Filius. Non enim res una et duorum consubstantialis poterit simul ab eis procedere et simul inesse, nisi unum fuerit, a quibus procedit.

*esse superiora inferni loca, esse alia inferiora credenda sunt, ut et in superioribus iusti requiescerent, et in inferioribus injusti cruciantur*. Unde et Psalmista, psalm. lxxxv, propter praevientem se Dei gratiam dicit: *Eruiisti animam meam ex inferno inferiori*. L.

17. Ad consummationem saeculi. Bignæus alia addit, parenthesi inclusa, quae notat deesse in vulgata Editione, haberi tamen in antigraphis Mss. Ea ita se habent: *Ubi forsitan percunctatur quispiam qui sit quod legitur: Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, Filius homini, qui est in caelo? Quomodo promittitur hominibus caelorum ascensio, et magis, dum ipse dicat: Pater, volo ut ubi sum ego, et ipsi sint mecum, si tamen ipse solus ascendit in caelum? Sed si membra conjunxeris capiti, unus in se et in nobis Christus. Recte ergo et ipse ascendit solus, quia et nos in ipso ascensuri sumus*. Exstant certe haec verba in Codice vetusto Florentino sancti Marci, qui saeculo xi antiquior est. AREV.

18. Greg., lib. ii Moral., cap. 21: *Dextera Dei angelorum pars electa, sinistra autem Dei pars angelorum reproba designatur*. Idem Isidorus, lib. Officiorum n. LOAISA.

*Ibid.* De dextera Patris in divinis agit etiam Fulgentius apud Vezziosum, qui quaedam in hanc rem annotavit pag. 265 tom. IV Institut. theologic., ex sancto Augustino, cap. 7 de fide et simbolo. AREV.

CAP. XV. — N. 1. Ex August., in Epist. ad Donatum 106. LOAISA.

*Ibid.* Taio sententias de Spiritu sancto collegit lib. i, cap. 6. Theodulfus, qui in opere de Spiritu sancto saepe Isidori auctoritatem allegat, hunc etiam locum profert, et pro spiraculum legit inspiraculum. AREV.

Spiritum sanctum pignus accepit Ecclesia, ut per eum in uno corpore unum fierent credentes, per quem Pater et Filius unum essentialiter sunt, ipso Salvatore ad Patrem dicente: *Ut sint unum, sicut et nos unum sumus.*

3. Christus non tantum a Patre sed etiam a Spiritu sancto **153** se missum testatur, dicente propheta: *Accedite ad me, et audite hoc: Non a principio in abscondito locutus sum: ex tempore, antequam fieret, ibi eram; et nunc Dominus misit me, et spiritus ejus.*

4. Spiritus sanctus, pro eo quod consolator sit, Paracletus nuncupatur. Nam latine *paracletis* consolatio dicitur. Et re vera, dum dona sacramentorum distribuit, consolationem animæ præbet. Credo equidem quod magnam lætitiæ sentit, qui aliquid, revelante spiritu Dei, dicitur.

5. Donum sancti Spiritus in membris Ecclesiæ singillatim dividitur, et in singulis singula dona tribuntur. Christus autem omnem plenitudinem gratiarum habuit, de quo ita legitur: *Plenus gratia et veritate.* In Christo ergo omnis plenitudo gratiarum est. Nam singulis electis singula dona tribuntur.

6. In Spiritu sancto omnis gratia donorum consistit. Ipse enim, prout vult, gratiam donorum largitur, aliis dans sermonem sapientiæ, aliis scientiæ, aliis fidem, atque ita unicuique virtute Spiritus sancti divite gratiarum tribuitur, et in omnibus idem unus

3. Locus est apud Isaiam XLVIII. Hieronym. in eodem loco: *Brevi versiculo, inquit, Trinitatis nobis ostendit mysterium.* LOAISA.

4. Idem Cyprianus, in libello de Spiritu sancto: *Adesto, inquit, Sancte Spiritus, et paraclesim tuam expectantibus illubere cœlitus.* Idem Isidor., *Etym.* lib. VII, cap. 3. LOAISA.

*Ibid.* Quibus unus habet: *Revelante Spiritu sancto.* Alii Cod. consentiunt cum Editio. LOAISA.

5. Ex August., super Joan. tract., et Greg. lib. XXIV, *Moral.*, cap. 10. LOAISA.

*Ibid.* Joann. I, cap. *Plenus gratia et veritate.* Vulgata Editio, *plenum gratiæ et veritatis.* Snt qui legant *πληρης*, id est, *plene* (scilicet) *gratiæ et veritatis.* L.

6. Paul., I Cor. XII, ad Galat. LOAISA.

7. Ex Tertull. deductum puto, lib. de Trinitate. Sic, inquit, unus ergo et idem Spiritus, qui in prophetis et in apostolis, nisi quoniam ibi ad momentum, hic semper. Cæterum ibi, non ut semper illis inesset: hic, ut in illis semper maneret; et ibi mediocriter distributus, hic totus effusus, et assert Joëlis prophetæ test. monium ut Isid. LOAISA.

*Ibid.* Joël. II; et habetur Actorum II, ubi dicitur a Petro: *Et erit in novissimis diebus. Effundam, etc.* Apud Joëlem est: *Et erit, post hæc effundam.* Hieronymus, in Comment. in Joël, adducens locum Actorum II, legit: *Et erit post hæc, καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα, sicut est apud Joëlem.* Isaias clarius eandem sententiam expressit, cap. XLIV: *Effundam aquas super sitiētem, et flumina super aridam; effundam spiritum meum super semem tuum, et benedictionem meam super stirpem tuam, et germinabunt inter herbas quasi salices, juxta præterfluentes aquas.* Hæc Isaias. Quod vero dicitur apud Joëlem *antequam veniat dies Domini magnus et horribilis* dicitur Act. II: *Antequam veniat dies Domini magnus, et manifestus.* Sic Græca complutensis Editio Bibliorum, τὸν μέγαν καὶ ἐκφανῆ, vertit *magnus et illustris.* Theophylacti interpret in Act. apostolorum: *Antequam veniat dies Do-*

minum magnus et illustris. In Hebraica veritate, dicitur horribilis. In versione LXX, illustris. Hieronym. diem hunc, aut resurrectionem putat esse, aut certe multa post tempora diem judicii, qui vere magnus et horribilis erit. LOAISA.

7. Ante adventum Domini tantum prophetæ, et pauci ex omni populo justi, donum sancti Spiritus merebantur; post adventum autem Domini Spiritus sanctus cunctis est credentibus distributus, juxta quod per prophetam Dominus loquitur, dicens: **154** *Et erit in novissimis diebus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filia vestra.* Cunctis enim nunc gentibus gratia sancti Spiritus tradita est, neque in paucis, ut in populo Israel, sed in omni credentium multitudine Spiritus sancti gratia manet.

8. Aliquando non dignis et reprobis dona Spiritus sancti conferuntur, sicut Sauli data est prophetia, et Balaam. Unde et multi in fine dicturi sunt: *Domine, virtutes in tuo nomine fecimus; quibus diciturus est Dominus: Nescio vos unde sitis.*

9. Christi adventum non tantum plebis Judææ sancti prophetantes expectaverunt, sed fuisse etiam in nationibus plerosque sanctos viros prophetiæ donum habentes, quibus per Spiritum sanctum Christus revelabatur, et a quibus ejus expectabatur adventus, sicut Job, sicut Balaam, qui Christi utriusque prædicaverunt adventum.

**155** 10. Conversio gentium veteri populo latebat, sed tamen in consilio Dei erat ut fieret; et tunc a sanctis prophetis occulte per Spiritum sanctum

mini ille magnus et illustris. In Hebraica veritate, dicitur horribilis. In versione LXX, illustris. Hieronym. diem hunc, aut resurrectionem putat esse, aut certe multa post tempora diem judicii, qui vere magnus et horribilis erit. LOAISA.

8. Sic est apud Tertull. lib. de Anima: *Denique, Saulem, inquit, tam Dei spiritus postea vertit in alium virum, id est, in prophetem, cum dictum est: Quid hoc filio Cis: An Saul et in Proph. is? Quem et malus spiritus postea vertit in alium virum; scilicet, id constat, I. Reg. X. Causæ damnationis Saul sunt apud Gregorium, lib. Moral. xxxiv, cap. 15. Nempe, quia fastu suspectæ potestatis intumuit, ut constat ex divina increpatione. Reg. I, xv. Nec vere a Judæis excusatur vocabuli ambiguitate, ut in Bibliotheca Sixtus Senens. adnotavit, lib. III, et alii super lib. I Regum. August. lib. XVII Civitatis Dei elegantissime interpretatur disruptionem regni Israelis in persona Saulis. L.*

*Ibid.* Et Balaam. Tertull., lib. IV adversus Marcionem, et Gregor., lib. I super Ezech., homil. 10; Origenes, homil. 13 in Numeros, affirmat libros Divinationum suarum reliquisse. Ejus doctrinam recenset Apocalyp., cap. X. LOAISA.

*Ibid.* Dicturi sunt Domino habent. Cod. mss. Locus est Matth. VII: *In nomine tuo virtutes multas fecimus.* Illud quod sequitur: *Nescio vos unde estis, est apud Luc XIII: Quoquo sitis.* Habent cod. mss. sicut ipse Lucas. LOAISA.

*Ibid.* In nota Loaisæ forte legendum tunc *Dei spiritus, rejecto uno inquit.* AREV.

9. Sicut Job. Quod probat Gregor., lib. XIV Moral., cap. 29, ex illis verbis: *Scio enim quod Redemptor meus vivit.* LOAISA.

*Ibid.* Sicut Balaam. Numerorum XXIV: *Orietur ste la ex Jacob, et consurget virga de Israel.* Quem locum ita exponit Cyprianus in lib. adversus Judæos et in libello de Stella et Magis, in principio. LOAISA.

10. Ut habet Paulus ad Ephes. III. *Quod aliis gen-*

prædicabatur adventus Christi, sicut dicit propheta: **A** Cum appropinquaverunt anni, cognosceris; dum advenit tempus, ostenderis. Nunc vero revelatum patet, quod tunc carnalibus latebat, spiritualibus vero notum erat, nondum tamen manifeste dicebatur, eo quod tempus ostensionis non esset.

### CAPUT XVI.

#### De Ecclesia et hæresibus.

1. Gmina est Ecclesie pulchritudo: una quam hic bene vivendo consequitur; altera, per quam ille ex retributione glorificabitur.

2. Ecclesie propter Christum gminæ tribulationes existunt, id est, sive quas a paganis pertulit in martyribus, sive quas ab hæreticis perfert in diversis concertationibus. Utrasque autem per gratiam Dei exsuperat, partim ferendo, partim resistendo.

3. Sancta Ecclesia catholica, sicut male viventes in se patienter tolerat, ita male credentes a se repellit.

4. Sancta Ecclesia contra gentilium atque hæreticorum perveraciam summopere sapientiam et patientiam opponere studet; sed exercetur ejus sa-

tibus, inquit, non est agnitus filius hominum, sicut nunc revelatum est, gentes esse coheredes, et concorporales, et participes promissionis ejus in Christo Jesu per Evangelium. Et Act. x, dicitur in conversione Cornelii centurionis cohortis Italicæ, quod stupuerunt ex circumcissione fideles, qui venerant cum Petro, quia et in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. Et cap. 11, dictum est Petro: Quare introisti ad viros præputium habentes? Et, audito Petro, tacuerunt omnes, et glorificabant Deum dicentes: Ergo et gentibus poenitentiam dedit Deus ad vitam. Greg., lib. x. Moral., cap. 58, probat quod vocatio gentium ab antiquo in Dei consilio abscondita sit. De gentium vocatione vide Isidori elegantem libellum. LOAISA.

Ibid. Verba Habacuc longe diverso modo referuntur in Vulgata. Confer cap. 17 libri contra Judæos. ARV.

CAP. XVI. — N. 1. Ex divo Greg. Moral. lib. ix, cap. 9. LOAISA.

2. Gregor., ibid. LOAISA.

3. Error est, quoslibet peccatores extra Ecclesiam esse. Vile Turrocrematani, de Ecclesia; Melchiorum Canum, Bellarminum, etc. ARV.

4. Apud Greg., lib. xviii Moral., cap. 3 et 19, c. 8. L. Ibid. Nunc enim. Hæc in nullo ms. exstant. Verum retinenda puto, eo quod sunt in antiquo edito, et apud Gregorium, qui lib. xviii Moral., cap. 1: Sancta, inquit, Ecclesia summopere habere sapientiam et patientiam studet; sed exercetur ejus sapientia, cum tentatur gladiis. Nunc vero de ea persecutione loquitur in qua non gladiis, sed falsis assertionibus læcessitur. Hactenus Gregorius. LOAISA.

5. Idem Gregorius, lib. vii Epistolarum, epistola ad Anastasium, indict. 1. Leander Hispalensis episcopus sanctissimus, Isidori frater, in homilia habita in tertio concilio Toletano in conversione gentis Gothorum, quam apud me habeo nondum typis excusam, elegantissime propagationem Ecclesie depinxit, dum ab hæreticis infestatur. LOAISA.

Ibid. Clarius Augustinus, tract. in cons. Matth. et Lucæ: Utiles sunt, inquit, hæretici ad inventiendam veritatem, dum calumniantur ad seducendum in errorem; negligentius enim veritas quæreretur, si mendaces adversarios non haberet. LOAISA.

Ibid. Homilia sancti Leandri quam merito Loaisa laudat, ab ipso in Conciliis Hispaniæ edita fuit, re-

plentia, cum tentatur verbis; exercetur patientis, **156** cum tentatur gladiis. Nunc enim persecutionibus appetitur, nunc falsis assertionibus læcessitur.

5. Causa pravitate hæreticæ doctrinæ est propagata Ecclesia; nam antea simplici tantum fide vivebat. Hæreticorum igitur occasione propagati sunt doctores in fide, et per acumina hæresum Ecclesie magistri creverunt. Nam tunc clarius manifestatur veritatis assertio, quando patuerit quolibet sensio.

6. Sancta Ecclesia ideo dicitur catholica, pro eo quod universaliter per omnem sit mundum diffusa. Nam hæreticorum Ecclesie in partibus mundi coercantur, hæc vero in toto orbe diffusa expanditur, Paulo attestante apostolo: Gratias (inquit) ago Deo meo, **B** pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiat in universo mundo. Hæreses autem in aliquo angulo mundi, aut in una gente **157** inveniuntur versari. Ecclesia vero catholica, sicut per totum mundum extenditur, ita et omnium gentilium societate construitur.

7. Qui sunt hæretici, nisi qui, relicta Dei Ecclesia, privatas elegerunt societates? De quibus Dominus dicit: Duo mala fecit populus meus, me detro-

cusa postmodum in plerisque aliis collectionibus concillorum. ARV.

6. Quid vox catholica significet, docuit Pacianus in epist. 1 ad Sempronianum, et Vincentius Lirinensis Gallus in illo libello anteo adversus hæreses. Clemens Alexandrinus, libro Strom. vii, unam esse catholicam Ecclesiam; hæreticorum vero Ecclesiam, seu potius conciliabilem, non esse unam, neque catholicam. Nam hæreses hanc unitatem in multitudinem scindunt. Unde aliæ appellantur ex nomine, ut ex Valentino, Marcione et Iulianide; aliæ ex loco, ut Peratici; aliæ autem ex gente, ut Phrygum hæresis; aliæ autem ex operatione, ut Encratitarum; aliæ autem ex propriis dogmatibus, ut Docitarum et Ihermatitarum, etc. In quo loco ad vivum aspicere licet nostri temporis hæresim gmina varia, et accipiens repugnantesque sectas, in quas insanum vulgus et indoctum scinditur. LOAISA.

Ibid. Ad Rom. 1: Gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiat in universo mundo. Cyprianus vocat Ecclesiam Romanam fortem in fide, eo quod in cathedra Petri sit fundata, et in ejus unitate, lib. de Unitate Ecclesie. Notas vero Ecclesie catholice Augustinus esse in Romana Ecclesia docuit libro contra Epistolam Manichæi, cap. 4. Multa sunt, inquit, quæ me in Ecclesia gratia justissime tenent. Tenet me consensus populorum atque gentium; tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata; tenet me ab ipsa sede Petri apostoli, cui pascendas oves suas post resurrectionem suam Dominus commendavit, usque ad præsentem episcopatum successio sacerdotum; tenet postremo ipsum catholicæ nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses sola obtinuit. Hæc Augustinus. LOAISA.

7. Hæresis ab electione dicitur, teste Hieronymo, in epistolam ad Galat. 7. Et Clemens Alexandrinus, lib. Strom. vii: Hæresis, inquit, electio est. Et Tertullianus, lib. de Præscript. adversus hæreticos. Elegans descriptio hæreticorum est apud Cyprianum, lib. de Unitate Ecclesie. Et inter alia: Hi sunt, inquit, quæ se ultra apud temerarios convenas sine divina dispositione præficiunt, qui se præpositos sine ulla ordinationis lege constituunt, qui, nemini episcopatum dante, episcopi sibi nomen assumunt. Et infra: Hos eodem denno Dominus designat et denotat, dicens: Me des-

*liquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi, cisternas A*  
*diSSIPATAS, quæ continere non valent aquas.*

8. Causa hæresis ob quam rem sit? Ad exerci-  
tationem fidei. Via vero per quam sit obscuritas est  
divinarum Scripturarum, in qua caligantes hæretici  
aliud quam se res habeat intelligunt; nec esse pos-  
sunt, quia id ipsam quod existunt hæreses; jam non  
sunt. 158 Mæ enim sentiendo scientiam non ac-  
quirunt, ad nihilum enim tendunt.

9. Hæretici ingenti studio mendacia sua discunt, et  
labore vehementi, ne ad unitatem Ecclesiæ veniant,  
decertant: de quibus per prophetam congrue dicitur:  
*Docuerunt linguam suam loqui mendacium, et ut in-  
que agerent, laboraverunt.*

10. Dum vicissim hæretici mutuo se lacerant,  
quando alterutrum sese in proprias sectas iadunt,  
sic tamen invicem sese collidunt, ut contra Eccle-  
siam pari erroris spiritu decertent. Et qui invicem  
divisi sunt, in adversitate Ecclesiæ simul existunt  
uni; eaque qui pro eo quod tantum valeant hæreses  
videntur habere veritatem, hoc respondendum est:  
Non ideo saluti præponendi sunt morbi, quia plerum-  
que ita generaliter mundum occupant, ut parum sa-  
luti loci relinquunt.

11. Non posse hæreticos habere veniam, nisi per  
Ecclesiam catholicam (constat), sicut et amici Job  
non per se placere sibi Deum potuerunt, nisi pro eis  
Job sacrificium obtulisset.

12. Opera bona, quæ hæretici faciunt, et iustitia  
eorum, nihil eis prodest, testante Domino per  
Isaiam: *Quia mei oblitus es, ecce ego annuntiabo  
iustitiam tuam, et opera tua non proderunt tibi.*

13. Hæretici, quamvis legem et prophetas adim-  
pleant, ex eo tamen quod catholici non sunt, non est  
Deus in eorum conventibus; ipso Domine testante;  
*Si steterit Moyses et Samuel coram me, non est anima*

*liquerunt fontem aquæ vivæ, et effoderunt sibi lacus  
detritos, qui non possunt aquam portare.* Augustinus,  
lib. de Utilitate credendi, ad Honorium, cap. 4:  
*Hæreticus est, qui alicujus temporalis commodi, et  
maxime vanæ gloriæ, principatusque gratia, falsas ac  
novas opiniones, vel gignit, vel sequitur.* Vivam hu-  
jus rei his calamitosis temporibus habemus imagi-  
nem. LOAISA.

8. Sic Paulus, I Cor. xi: *Oportet hæreses esse, ut et  
qui probati sunt manifesti fiant in vobis.* Tertullianus,  
lib. Adversus hæreses, in principio: *Hæreses, inquit,  
ad languorem et interitum fidei productas.* LOAISA.

*Ibid.* A veritatis obscuritate ortas esse hæreses do-  
cet elegantissime Clemens Alexandrinus, lib. Strom.  
vii, et Tertull., lib. Præscript. adversus hæreticos.  
Augustinus originem et progressum hæreseon varie  
trahit; nam lib. de Genesi contra Manichæos, hæ-  
reses ortas dicit a superbia: *Mater, inquit, omnium  
hæreticorum est superbia;* lib. lxxxiii Quæst., quod  
manant a falsa Scripturæ intelligentia. *Non posset,*  
*inquit, error obriri palliatu nomine Christiano, nisi  
de Scripturis non intellectis.* Vide Hieronymum, ad  
Galat. v, et habetur q. 5, c. *Hæresis.* Hæreticum  
appellat eum qui aliter Scripturam intelligit quam  
census spiritus efflagiat; et Hilarius: *De intelligentia,*  
*inquit, hæresis, non de scriptura est; sensus, et  
non sermo, facit crimen.* Tertull., de Præscript.  
adversus hæreticos a philosophia esse natas hære-  
ses tradit: *Ipsæ denique hæreses, inquit, a philoso-*

*mea ad populum istum. Effice eos a facie mea, et egre-  
diantur.* Per Moysen quippe et Samuelem legem  
accipere, et prophetas, quos quamvis hæretici opere  
implere contendunt, propter erroris tamen impieta-  
tem a vultu Dei projiciuntur, et a justorum costibus  
separantur.

14. Paganus et hæreticus: ille qui nunquam fuit  
cum Dei populo; 159 iste, quia recessit a Dei po-  
pulo; uterque recedentes a Christo, ad diaboli per-  
tinent corpus.

15. Qui ab idololatria ad Judaismum vel hæresim  
transseunt, juxta prophetam, de malo ad malum  
egressi sunt, et Dominum non cognoverunt, quia de  
infidelitatis errore in errorem alium transierunt.

16. Cujus doctrinam quisque sequitur, hujus et fi-  
lius nuncupatur, sicut et per prophetam Amorrhæum  
patrem, et Gethæam matrem esse Israel Dominus  
dicit, non utique nascendo, sed imitando. Sic et in  
meliorem partem Filii Dei nuncupantur, qui præ-  
cepta Dei custodiunt. Unde et nos, non natura, sed  
adoptione clamamus Deo dicentes: *Pater noster, qui  
es in cælis.*

17. Non solum nativitate, sed etiam imitatione fi-  
lios posse alicujus vocari. Nam Judæi, secundum  
carnem, filii Abraham; secundum conversationem,  
filii diaboli nuncupantur; ac per hoc illi sunt semen  
Abrahæ, qui ejus imitantur fidem, non qui ex ejus  
generati sunt carne.

18. De erroris auctore trahitur a quibusdam et  
nomen, et culpa, ut ipsius vocabulo censeatur cujus  
et errorem insequitur, sicut Ecclesiæ Pergami in  
Apocalypsi dicitur: *Habes tenentes doctrinam Balaam,  
et Jezabel;* doctrinam igitur Balaam dicitur habere  
Thyatiris, propter imitationem, non propter præsen-  
tiam corporalem.

*phia subornantur.* LOAISA.

*Ibid.* Nec esse possunt, etc. Obscura hæc sunt, et  
fortasse aliqua verba desiderantur. AREV.

10. Innocentius III eleganter hoc idem dixit, facies  
quidem diversas habere, sed caudas ad invicem  
colligatas, quia de unitate convenire in id ipsam  
habetur de Hæres. lib. v, c. *Excommunicavimus.* L.

*Ibid.* Existunt uni. Al., existunt uniti, quod clarius  
videtur. AREV.

12. In Excuis legebatur per *Jeremiam*, verum  
emendavi *Isaiam*, consentientibus omnibus Mss. et  
veritate. Locus est Isaiæ cap. lvii. Ex divo Greg.,  
lib. xxxv Moral., cap. 7. LOAISA.

*Ibid.* Similis confusio nominum, ut unus propheta  
pro alio ponatur, non semel notatur in libris contra  
Judæos, quod ex Marianæ annotationibus facile est  
colligere. AREV.

15. Cyprian., de Unitate Eccles., Aug., lib. xviii de  
Civitate Dei, cap. 5. LOAISA.

16. Justorum variæ sunt in divinis litteris appel-  
lationes. Vocantur Filii Dei, ut Joan., viii, illos  
dixit deos, ad quos sermo Dei factus est. Joann. i:  
*Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Rom. v: *In  
spem gloriæ filiorum Dei;* et viii: *Quicumque enim  
spiritu Dei aguntur, hi sunt Filii Dei.* Et Genes. v  
vocatur Filii Dei qui in fide unius Dei Altissimi,  
et ejus cultu, virtute, pietate, et observantia,  
mortalibus reliquis ventri deditis, qui vitam du-  
cant implam, et exegem, et idololatriæ longe ex-



## 160 CAPUT XVII.

*De gentibus.*

1. Philosophi gentium non, sicut oportet, Deum querentes, in angelos inciderunt prævariatores; factusque est illis mediator diabolus ad mortem, sicut nobis Christus ad vitam.

2. Multum mundi philosophi prædicantur in dimensione temporum, cursuque siderum, ac discussione elementorum; et tamen hoc non nisi a Deo Rabuerunt. Volando enim superbe, ut aves, aerem; et demergentes se in profundum, ut pisces, mare; et ut pecora gradientes, terram descripserunt, verumtamen tota mente Auctorem eorum intelligere noluerunt.

3. Quare non possunt animalia bruta interrogare? Quia nesciunt ratiocinari. Ideo non dissimiles gentiles homines animalibus exstiterunt; qui talia non considerantes, et ipsa amplius diligentes usque ad eorum cultum evanuerunt.

4. Via Christus est; si quis in ea non graditur, non est quomodo veniat ad Deum. Philosophi autem mundi utique Deum cognoverunt, sed quia displicuit illis humilitas Christi, in invio transierunt, et non in via. Ideoque evanescentes, gloriam Dei in mendacium mutaverunt, et rectitudinem viæ relinquentes, in anfractus inciderunt errorum.

5. Primum unicuique est scire quid appetat; secundum vero est ut id quod appetit apprehendat. Imperfecta quippe sapientia est, quo tendas scire, et nescire iter per quod expedit ire. Quid enim prodest si quis famis tempore ubertatis regionem videat, et viam per quam ad illam pergat ignorat? Ecce patriam quisque quærit, sed qui viam perdidit errando

cellunt; unde et per excellentiam sunt appellati Filii Dei. Vocatur enim Christus D. N. Filius Dei Altissimi, per naturam; justus autem per gratiam adoptionis. Aliis etiam nominibus justus appellatur, ut filii resurrectionis, Lucæ xx; et filii regni, Marc. xiii; filii nuptiarum, Marc. ii; filii sponsi, Luc. v; filii pacis, Luc. x; filii lucis, Luc. xvi, et Joann. xx. Justinus martyr, Josephus Hebræus, Tertullianus, et Lactantius Firmianus angelus, Genes. vi, filios Dei appellatos existimant. Quam sententiam gravissime reellit Theodoretus, Quæst. in Genes., quæst. 47, et sic interpretatur illud de Enos, Genes. iv: *Iste cepit invocare nomen Domini* ex versione Aquilæ: *Tunc exorsus est appellatione in nomine Domini, quæ verba significare videntur quod hic sua pietate primus divinum nomen adeptus est, ut a consanguineis deus appellaretur, a quo deinceps posterius filii dei, perinde ac nos a Christo Christiani.* Hæc Theodoretus. LOAISA.

CAP. XVII. — N. 1. Gregor. lib. Moral. xiv, cap. 12. LOAISA.

3. Ad Rom. 1: *Evanuerunt in cogitationibus.* L.

5. *Ignorat, fortasse legendum, ignoret.* AREV.

CAP. XVIII. — N. 4. Post hanc sententiam Luc. Cod. addit: *Via, per quam ad Deum itur, lectio est sanctarum Scripturarum. Ergo qui vult Deum scire, appetat viam Scripturæ sacræ, per quam possit sapientiam invenire. Per ipsam enim Deus intelligitur, per ipsam quæritur, per ipsam quoque ad contemplationis ejus participium pervenitur.* AREV.

1. Est apud Gregorium, lib. xxx Moral., cap. 15, h interpretatur locum illum Job. xxxix: *Circum-*

*A graditur, non proficiendo; quantoque plus ambulat, tanto magis ab eo quod quærit elongatur.*

6. Qui viam regiam, hoc est, Christum, deserit, etsi videat veritatem, a longè videt, quia nisi per viam non est quomodo ad eam 161 appropinquet. Quod si gradiens per desertum leonem incurrerit, semetipsum redarguat, dum in diaboli faucibus hæserit.

## CAPUT XVIII.

*De lege.*

1. Via, per quam itur ad Christum lex est, per quam vadunt ad Deum hi qui ut est intelligunt eam.

2. Sanctarum Scripturarum altitudo quasi montes pascuæ sunt (Psal. vi), ad quos dum quisque justorum conscendit, pascuæ indeficientis refectionem invenisse se congaudet.

3. In scripturis sanetis, quasi in montibus excelsis, et viri perfecti habent sublimia intelligentiæ, quibus gressus contemplationis quasi cervi erigant, et simplices quasi parva animalia inveniunt modicos intellectus, ad quos humiles ipsi refugiant.

4. Scriptura sacra infirmis et sequi parvulis, secundum historiam humilis videtur in verbis, cum excellentioribus autem viris altius incedit, dum eis sua mysteria pandit, ac per hoc utrisque, manet communis, et parvulis, et perfectis.

5. Scriptura sacra pro uniuscujusque lectoris intelligentia variatur, 162 sicut manna, quod populo veteri pro singulorum delectatione varium dabat saporem. Juxta sensuum capacitatem singulis sermo dominicus congruit. Et dum sit pro uniuscujusque intellectu diversus, in se tamen permanet unus.

6. Ideo in libris sanctis quedam obscura, quedam aperta reperiuntur, ut intellectus lectoris et stu-

*spicit montes pascuæ suæ, et virentia quæque perquirat.* LOAISA.

3. Sensus est apud Augustinum, dum exponit locum illum Psalm. ciii: *Montes excelsi cervis, petra refugium herinacis.* Ubi Augustin. legit: *Petra refugium hircis et leporibus.* Perpendit hunc locum divus Hieronymus, super Ezech. lib. xiii, cap. 43: *Hircus, inquit, animal est semper ad excelsa festinans, et nihil periculi sustinet in præcipitiis; et ibi invenit riuum, ubi ceteris animantibus interitus est; unde et Græco sermone caprarum et hircorum grex sublimium conversatio dicitur, hoc est, αἰπόλιον, quasi αἰκονέλιον, siquidem αἰρο excelsum, πόλιον conversationem significat.* Idem ad Demetriadem: *Sic, inquit, statui supra petram pedes meos, et petra refugium leporibus, pro quo multi herinacis legunt, animal parvum ac fugax, et spinarum sentibus prægravatum.* Et ad Suniam, sephani animal esse ait, non majus hericio, habens similitudinem muris et ursi, et in Palæstina ἀρτόμων dici, magnamque illorum in ea regione esse abundantiam, ac semper in cavernis petrarum et terræ foveis habitare. Hæc ex Hieronymo. Alii cuculium. LOAISA.

5. Gregor., lib. i Moral., cap. 21, et August., lib. i super Genes. ad litteram, cap. ultimo. LOAISA.

*Ibid.* Juxta sensum. Gregorius probat homil. 10 super Ezechiel., lib. 1, et homil. 6: *Quid autem rursus, inquit, nisi sacram Scripturam designat, quæ ex omni parte ad auditorum mentes volvitur?* LOAISA.

*Ibid.* Gregor., lib. i super Ezechiel., homil. 8, et lib. xxxi Moral., cap. 12. LOAISA.

6. Greg., lib. i Moral., cap. 21. LOAISA.



ditum augeatur. Nam si cuncta patereat, statim intellecta vilescerent. Rursus si cuncta clausa existereat, confestim diffidentiam gignerent. Ne ergo de obscuris desperatio fiat, ea quæ manifesta sunt satiant; et ne de intellectis fastidium existat, ea quæ clausa sunt desiderium excitant. Nam pleraque quanto magis latent, tanto magis exercitium præbent.

7. In Scripturis sanctis sæpe ea quæ futura sunt quasi facta narrantur, sicut est illud: *Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto.* Sed cur futura quasi præterita scribuntur, nisi quia ea, quæ adhuc facienda sunt in opere jam facta sunt in divina prædestinatione? Nobis igitur temporariter accidant, quæ conditori omnium sine tempore providentur.

8. Propterea prophetia rerum futurarum gesta

A presentibus miscet **163** rebus, ut ita credantur illa futura, quemadmodum ista cernuntur esse completa. More enim suo per presentia de futuris loquitur, sicut in persona Jerusalem de Ecclesia, et sicut in persona Ephraim de hæreticis.

9. Pro factis divinis plerumque et dicta ponuntur; idcirco, quia non operatione manuum Deus, sed dicendi imperio operatur, sicut scriptum est: *Dixit, et facta sunt; mandavit, et creata sunt.*

10. Quod in Scripturis sacris una bis repetitur sententia, aut confirmationis causa est, aut mysterii, sicut lex et gratia, sicut initium et perfectio, sicut bonum et melius.

11. Lex divina in tribus distinguitur partibus: In historia, **164** in præceptis, et in prophetia. Historia est in his quæ gesta sunt, præcepta in his quæ jussa

B et dico salutem. Et illud: *Dic ut lapides isti panes fiant*, id est, jube ut lapides, etc. LOAISA.

10. Hieronymus, super Ezech. xxxiii, adnotavit in Scripturis sacris hoc observari debere: ubi dicitur aliqua similitudo esse sententiæ, non in omnibus eadem dici, sed vel subtrahi plerumque, vel addi, et singulorum inter se verborum discrepantium haberi rationem. LOAISA.

11. Lex a *delectu* dicta: jubet siquidem quæ eligenda, faciendaque sunt, ut Cicero, lib. 1 de Legibus vocavit. Unde Paulus, ad Rom. iii: *Per legem, inquit, cognitio peccati.* Lex accipitur pro Veteris Testamenti libris. Isai. ii: *De Sion exibit lex.* Et apud Paulum ad Rom. 1: *Si autem Judæus cognominaris, et quiescis in lege, et gloriaris in Deo, et non voluntatem ejus, et probas utiliora, instructus per legem.* Et cap. vii: *Lex sancta.* Et liber Psalmorum lex a Christo D. N. appellatur Joann. x: *In lege vestra scriptum: Quia ego dixi: Dii estis.* Ut August., ibid., tract. 48, annotavit. Et Amalaricus Tauriensis, lib. de Officio Missæ. Distinguitur etiam lex a psalmis et prophetis. Matth. xi: *Lex et prophetæ usque ad Joannem.* Et illud: *Oportet impleri quæ scripta sunt in lege, et prophetis, et psalmis de me.* Matth. xlii. LOAISA.

Ibid. Distinguitur. De partitionibus Veteris et Novi Testamenti vide Epiphanium, lib. de Mensuris et Ponderibus, et Joannem Damascenum, lib. iv de Orthodox. fid., et Gregor. Nazianz. in Carminibus, et Hieron. in præfatione lib. Regum, et Isidor. lib. vi Etymolog., cap. 1. Obiter annotandum duxi, non aliter hic Isidorum de partibus divinæ legis disserere, quam in lib. vi Etymolog. Nam ibi post Veteris Testamenti partitionem in legibus, prophetica et hagiographa, sic inquit: *Summa utriusque Testamenti trifarie distinguitur, id est, in historia, in moribus, in allegoria.* Hæc ille, ut intelligas præcepta ad mores, prophetas ad allegoriam pertinere. Nam divisio illa celebris ac pervagata, in tres explanationis species, seu partes, allegoricam, tropologicam, anagogicam, juxta triplicem præteriti, presentis ac futuri differentiam, ab antiquis Patribus traditur, ita ut allegorica expositio præteritarum in veteri lege umbrarum ac figurarum prænotiones et prodigia manifestet, unde prophetæ ad allegoricam expyppendi rationem pertineant. Adde etiam merito prophetis tribui dicendi genus allegoricum, propter tropos, verborum ænigmata et translationes, ut Tertullianus annotavit adversus Marcionem, lib. iii. LOAISA.

Ibid. In historia. Ita habent omnes Cod. mss. L.

Ibid. Laudatur a Loaisa Amalaricus Tauriensis, qui videtur esse Amalaricus Trevisensis, cui a multis ascribitur opus de ecclesiasticis officiis, ab aliis Amalarico Meiensi, ab aliis Amalarico Lugdunensi attributum. Vide Fabric., Bibl. med., cum notis Mansi. AREV.

AREV.

7. De usu præteriti et futuri disserit Gregorius, lib. xxxiv Moral., cap. 3; et Augustinus, lib. de Verbis apostoli, serm. 2, et lib. iv super Num., et in enarratione psalmi ciii; et Tertull., lib. iii adversus Marcionem. Quam temporis evalleng frequentem esse in divinis litteris, ut futurum pro præterito ponatur, probat psalm. vi: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, pro lavi.* Et psalm. lxxv: *In flumine pertransibunt pedes.* Et Isai. xxxviii: *Sicut pulvis hircundinis, sic clamabo, et meditabor ut columba, pro meditato sum, et clamavi.* Præteritum ponitur aliquando pro futuro, ut psalm. lxxv: *Ego autem ad Deum clamavi, et Dominus salvavit me; hoc est, salvabit me.* Sequitur enim: *Et exaudiet vocem meam.* Futurum pro presentis psalm. cxxiv: *Gloriam regni tui dicent, et potentiam tuam loquentur.* LOAISA.

8. Id frequens est in divinis litteris, ut constat ex Gregorio, in Cant. vi, et Hieronymo, super Ezech. xvi, et ex Augustino lib. xvii de Civitate Dei, cap. 3: *Tripartita, inquit, reperiuntur eloquia prophetarum, siquidem aliqua sunt ad terræam Jerusalem spectantia, aliqua ad cælestem, nonnulla ad utranque.* Hieronymus, super Ezech. xvi: *Quod quatuor modis dicitur Jerusalem, exempla nos ponemus: primo modo dicitur, juxta Judæos, illa civitas terrestris, quam plantavit Christus.* Matth. xxiii: *Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos, qui ad te missi sunt.* Secundo, sanctorum est congregatio. Psalm. 36: *Fundamenta ejus in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.* Tertio, est multitudo angelorum, dominationum, potestatum, et cælestis paradisi. Paulus ad Galatas iv: *Quæ autem servum est Jerusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum.* Ad Hebræos xii: *Sed accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cælestem, et hæc est quæ describitur Apocalyp. xii. Quarto, pro Ecclesia militante et triumphante.* Apocalyp. xxi: *Vidi civitatem sanctam Jerusalem.* Hieronymus etiam, in Ezech. xliii, affirmat quod quidquid de Jerusalem *eporocis* dicitur, ad animam referri possit. LOAISA.

Ibid. Osæe iv: *Particeps Ephraim idolorum dimitte eum.* Et cap. v: *Calumniam patiens Ephraim, fractus iudicio, quia cepit abire post sordes.* Et illud: *Ero tinea Ephraim, et putredo Jacob.* Tinea enim totum vestimentum consumit. Job xiii: *Sicut vestimentum, inquit, quod comeditur a tinea.* Putredo non ita. Sic enim hæresis est tinea Ephraim, peccatum vero putredo Jacob. LOAISA.

9. Psalm. xxxii. Dicere enim jussionem importat multoties in divinis litteris, ut est illud Pauli ad Rom. xii: *Dico autem per gratiam, quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quom oportet sapere.* Græce *ἀγνοω*, ut Latini dicunt: *Jubeoolvere*,

sunt, prophetia in his quæ futura præauntiata sunt.

12. Lex divina triplici sentienda est modo. Primo, ut historice: **165** secundo ut tropologicæ, tertio ut mystice intelligatur. Historice namque juxta litteram, tropologicæ juxta moralem scientiam, mystice juxta spiritalem intelligentiam. Ergo sic historice oportet fidem tenere, ut eam et moraliter debeamus interpretari et spiritaliter intelligere.

13. Tria et septem decem præcepta sunt; sed tria ad amorem Dei **166** pertinent, septem ad homines. Illa tria quæ ad Deum pertinent in una tabula

12. Augustinus. lib. unico super Genesim ad litteram, cap. 11: *Quatuor modi, inquit, a quibusdam Scripturarum tractatoribus traduntur legis exponendæ, secundum historiam, secundum allegoriam, secundum analogiam, secundum etymologiam. Historia est, cum sive divinitus, sive humanitus, res gesta commemoratur. Allegoria, cum figurate dicta intelliguntur. Analogia, cum Veteris et Novi Testamenti congruentia demonstratur. Etymologia, cum dictionum factorumque causæ redduntur. Idem, de Utilitate credendi, ad Honoratum, cap. 5, dividit Scripturam secundum historiam, etymologiam, analogiam et allegoriam. LOAISA.*

*Ibid.* Historice. Sensus historicus Scripturæ, qui literalis est, inier omnes est potentissimus, et efficacissimus, et ad probandam fidei auctoritatem reliquis multo illustrior; estque fundamentum et basis omnium expositionum divinæ Scripturæ, cujus difficultatem annotavit Hieronymus in præfatione commentariorum in Abdiam, et Augustinus lib. 1 Retractionum. Verum si sola historia, et nuda legatur, non intellectus litteræ spiritus, modicam habet utilitatem, et ita appellatur ab Hieronymo, Ezech. 14, vilior intelligentia; et Augustinus lib. 15 de Civitate Dei, cap. 27 non esse illis consentiendum asserit qui solam historiam recipiunt sine allegorica significatione, nec illis qui solas figuras defendunt repudiata historię veritate. Sensus enim utilis Scripturæ ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, et ad justa erudiendum, ut perfectus sit homo Dei, ex littera, et spiritu constat; littera enim sola occidit, spiritus autem vivificat, animumque in omne opus bonum instruit. Unde Gregorius, lib. xvi Moral., cap. 10: *Ut, inquit, modo nos nuda pascat historia, modo sub textu literarum velata medullitus nos reficiat spiritualis allegoria. L.*

*Ibid.* Tropologicæ. Tropologica expositio idem est quod moralis Exemplum ponamus aqua: ex illo Genesios 1: *Congregata aqua in locum unum, significat aquam elementalem, verum tropologicè tribulationes significat, ut in illo psalmo. lxxv: Transivimus per aquam, et ignem, et eduxit nos in refrigerium. Et Isai xliii: Cum transieris per aquas, tecum ero, et flumina non operient te. Et illud: Intraverunt aquæ usque ad animum meam. Significat etiam tropologicè sapientiam. Proverb. xviii: Aqua profunda verba ex ore viri, et torrens redundans, fons sapientiæ. Et illud: Fiet ei fons aquæ salientis in vitam æternam. Eccles. : Aqua sapientiæ salutaris potabit eos. Significat etiam hæreses, Proverb. 1x: Aquæ furtivæ dulciores sunt. Et humanas prosperitates, Joann. 14: Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. Spiritus sancti infusionem, Joann. vii: Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina aquæ vivæ de ventre ejus fluent. Evangelista id interpretatur: Hoc autem, inquit, dixit de spiritu quem accepturi erant, credentes in eum. Significat etiam populos, Apocal. xvii: Aquæ vero populi sunt. De sensu tropologico Hieronymus sic scribit in Ezech. 14: *Eisdem litteris historia currit, et tropologia, sed illa humilior est, ista subtilior; illa hæret terræ, ista ad cælestia sublevat. LOAISA.**

*Ibid.* Mystice. Mysticum sensum hic Isidorus vocat

scripta fuerunt, reliqua septem in secunda. In prima tabula trium mandatorum hoc primum est: *Diligens Dominum Deum tuum. In secunda: Honora patrem tuum et matrem.*

14. Hinc est, quod Salvator scribæ interroganti quod præceptum est primum in lege? ait: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est, hoc primum est. Secundum vero simile est huic: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.* Unum namque præceptum de prima tabula dixit, quod ad Dei pertinet amorem; alterum vero de alia tabula, quod ad hominis pertinet dilectionem.

spiritualem intelligentiam. Hieronymus, cujus divinæ Scripturæ partitionem Isidorus sequitur, sic habet in 12 quæst. in Abdiam: *Triples in corde nostro descriptio, et regna Scripturarum est: prima ut intelligamus eas juxta historiam; secunda juxta tropologiam; tertia juxta intelligentiam spiritualem. In historia eorum quæ scripta sunt ordo serratur. In tropologia de littera ad majora consurgimus, et quidquid in priori populo carnaliter factum est, juxta modum interpretamur locum, et ad animas nostræ emolumenta convertimus. In spirituali sensu ad sublimiora transimus, terrena dimittimus, de futurorum beatitudine et celestibus disputamus, ut præsentis vitæ mediatio umbra futuræ beatitudinis sit. Hactenus Hieronymus. Divus Eucherius, in libro spiritualium forularum, quatuor ponit divinæ expositionum genera, historicum, tropologicum, allegoricum, anagogicum. De historica, tropologica, et allegorica expositione, jam ex mente Augustini disputavimus. Nunc de anagogica expositione, quam Eucherius vocat, quæ ad sacra cælestia figurarum secreta perducit, et si aquam exponamus de æterna beatitudine, ut in Jeremias 17: *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ. Et de angelis, psalm. cxlvii: Aquæ, quæ super caelos sunt, laudent nomen Domini. Poteris sub mystica et spirituali intelligentia allegorica et anagogica collocare. Ita Eucherius, Hieronymus, Augustinus et Isidorus consentiunt in multiplici et varia Scripturarum partitione. LOAISA.**

15. Tria et septem decem præcepta habent omnes Cod. mss., quam lectionem maxime probo. Sic enim est apud Aug., lib. de Decem Chordis, cap. 5 (unde sententiam desumpsit Isid.), et lib. xv contra Faustum, cap. 4. LOAISA.

*Ibid.* In una tabula. Hanc partitionem præceptorum in tabulis, nempe quod fuerint tria in una, et septem in alia scripta, sequuntur plurimi Latinorum sanctorum, ut August. in locis citatis; et lib. de decem Chordis, cap. 5, probat suam sententiam ex illo Pauli: *Primum mandatum in repromissione.* Verum in hac sententia non est constans, cum lib. Questionum Veteris Testamenti, q. 7, quatuor verba allinnet esse exarata in prima tabula, quorum primum statuit: *Non dicit tibi dii alieni præter me;* secundum: *Non facies tibi ullam similitudinem;* tertium: *Non sumes nomen Domini tui in vanum;* quartum: *Sabbatum Domini Dei tui servabis, et non facies in eo ullam opus servile.* Reliqua in secunda, ita ut primum verbum secundæ tabulæ sit: *Honora patrem tuum et matrem tuam,* et illo Apostoli ad Ephes. vi: *Honora patrem tuum et matrem, quod est mandatum primum in repromissione.* Quomodo, inquit, esset primum, nisi in secundâ tabula ab ipso cepisset? *In repromissione autem hoc dicitur, quia statim subjicitur: Ut sis longævus super terram, et bene sit tibi.* hæc est promissio facta illi qui mandata custodiunt. Joseph., lib. iii Antiq., cap. 6, et Philos., in lib. Quis rerum divinarum hæret et, in utraque tabula quique esse præcepta tradita affirmant. Sunt qui dicunt hæc tabulas tempore illius Jerosolymitani excidii sub Romanis imperatoribus

## CAPUT XIX.

*De septem regulis.*

1. Septem esse, inter ceteras, regulas locutionum sanctarum Scripturarum quidam sapientes dixerunt.

**167** 2. Prima regula est de Domino et ejus corpore, quæ de uno aut ad unum loquitur, atque in una persona, modo caput, modo corpus ostendit, sicut Isaias ait: *Induit me vestimento salutari, quasi sponsam decoratum corona, et quasi sponsam ornatum monilibus suis.* In una enim persona duplici vocabulo nominata caput, id est, sponsum, et Ecclesiam, id est, sponsam, manifestavit.

3. Proinde notandum in Scriptoris quando specialiter caput describitur, quando et caput, et corpus; aut quando ex utroque transeat ad utrumque, aut ab altero ad alterum, sicut quid capiti, quid corpori conveniat, prudens lector intelligat.

4. Secunda regula est de Domini corpore vero et permisto. Nam videndum quædam unius convenire personæ, quæ tamen non sunt unius, ut est illud: *Puer mans es tu, Israel, ecce delevis, ut nubem, iniquitates tuas, et sicut nebulam peccata tua; convertere ad me, et redimam te.* Hoc ad unum non congruit.

in templo Dei fuisse, indeque a Tito Augusto inter cetera capite urbis spolia in triumphum allatas.

*Ibid.* Quod ex quorundam opinione Loaisa refert, tabulas legis a Tito in triumphum Romam fuisse allatas, falsum esse alii putant, cum Josephus referat nihil a Tito inventum in sanctuario templi. Vide Comment. ad Prudent., pag. 654 et 1234, et dissertationem Calmei de arca fœderis præfixam libris Machabæorum. AREV.

CAP. XIX. — N. 1. Has septem regulas veluti claves aperiendi sensus divinæ Scripturæ reconditis excogitavit Ticonius. August., lib. in de Doctrina Christiana, c. 30: *Ticonius, inquit, quidam, qui contra Donatistas invictissime scripsit, cum fuerit Donatista; et lib. II Contra epistolam Parmeniani, cap. 28, vocat eum magistrum, ejusque interpretandi divinam Scripturam, leges et formulas, tanti fecit, ut Cypriani expositionibus præfulerit, et constat lib. II Retractat., et lib. III de Doctrina Christiana, cap. 30, ubi de harum regularum utilitate sic inquit: *Necessarium duxi ante omnia quæ mihi videntur, libellum Regularum scribere, et secretorum leges, veluti claves et lumina, fabricare; sunt enim quædam regulæ mistæ, quæ universa legis recessus obtinent, et veritatis thesauros aliquibus visibiles faciunt. Quarum si ratio regularum, sine invidia, ut communicamus, accepta fuerit, clausa quæque patefient, et obscura dilucidabuntur, ut quisque prophetiarum immensam silvam perambulans, his regulis quodammodo quasi lacis tramitibus deductus ab errore defendatur.* Et subdit: *Cave sane legendus est, non solum propter quædam, in quibus, ut homo, erravit, sed maxime propter illa quæ sicut Donatista hereticus loquitur.* Meminit et Cassiodorus harum regularum in Præfat. comment. in Psalmi. Scripsit idem Ticonius expositiones in Apocalyp. Joannis, ut auctor est Gennadius et Beda in Apoc. Exstat nunc liber Regularum editus in Bibliotheca Sanctorum a Margarino theologo Parisiensi compilata, tom. VI. Floruit Theodosio et filiis ejus imperantibus anno Domini 390. LOAISA.*

*Ibid.* Ticonium Afrum auctorem harum regularum non solum Donatistam, sed etiam Chilianam fuisse advertit Vossius. Multi scribunt *Tichonius*. Loaisa, sive Crispius maluit *Ticonius*, quod alii etiam sequuntur; nonnulli *Tychonius*. De eo Fabricius in Biblioth. med. ævi. AREV.

A 5. Nam altera pars est cui peccata delevis, et cui dicit: *Puer meus es tu.* Et altera cui dixit: *Convertere ad me, et redimam te.* Qui si convertantur, eorum peccata deleventur. Per hanc enim regulam sic ad omnes loquitur Scriptura, ut et boni redarguantur cum malis, et mali laudentur pro bonis. Sed quid ad quem pertineat, qui prudenter legerit discet.

6. Tertia regula est de littera, et spiritu, id est, de lege et gratia: lege, per quam præcepta facienda admonemur; gratia, per quam ut operemur juvatur. Vel quod lex non tantum historice, sed etiam spiritualiter sentienda sit. Namque et historice oportet fidem tenere, et spiritualiter legem intelligere.

7. Quarta regula est de specie et genere, per quam pars pro toto, et totum pro parte accipitur, veluti si uni genti vel civitati loquatur Deus, et tamen intelligatur omnem contingere mundum, sicut in Psalmis: *Et adorabunt, inquit, eum filii Tyri in muneribus.* Filii Tyri, filii gentium, ab specie ad genus; per Tyrum enim vicinam tunc huic terræ ubi propheta erat significabat omnes gentes credituras Christo.

8. Unde et bene sequitur: *Vultum tuum deprecabuntur omnes divites terræ.* Sic et per Isaiam pro-

2. *Quæ de uno ad unum loquitur*, in Excus. est. Quam lectionem non proba. Nam sensus ita est, ut sola ratione discernatur, cum in una persona duo distinguuntur ratione et cogitatione officia. Unde sola ratione complecteris quando a capite ad corpus transitum sit. LOAISA.

*Ibid.* Isaias. Est hoc exemplum Isai. cap. LXI, apud Ticonium et Augustinum, quamvis LXX utuntur versione: *Sicut sponso imposuit mihi mitram, et sicut sponsam ornavit me ornatum:* Ὡς ὑμπίων περιβόησι μοι κίρην, καὶ ὡς νύμφην κατεκόσμησέν με κόσμῳ. Isidorus Vulgatum semper amplectitur versionem. LOAISA.

4. Ticonius dixit de Domini corpore bipartito: quam vocem Augustinus correxit, affirmans quod non debuit ita appellari, sed potius de Domini corpore vero atque misto, aut vero atque simulato, vel de permista Ecclesia. LOAISA.

6. August., lib. III de Doctrina Christiana ita sentit, quod potius sit magna quæstio quam regula. Ticonius appellat hanc regulam tertiam de Promissis et lege, August. de Spiritu et littera, vel de Gratia et mandato. LOAISA.

7. Tota hæc regula corrupte legitur in Excus. Eam restitui ex cod. Goth. ms. antiquo. Ejus meminit Greg., lib. III Moral., et homil. 26 in Evang., super illud: *Tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum.* LOAISA.

*Ibid.* Psalm. XLIV: *Adorabunt eum filii Tyri in muneribus, vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.* Sic Aug. super psalmos legit: *Adorabunt eum filii Tyri*, ita ut sententiæ periodus non claudatur in *adorabunt eum*, ut in multis Codicibus inter punctum invenio. Idem: *Filii Tyri, filii gentium*, a parte refertur ad totum. Tyrus, vicina huic loco ubi propheta erat, significabat gentes credituras Christo. Theod., super Psalmi. sic legit: *Quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabis eum, et filii Tyri in muneribus.* Et affert interpretum diversas sententiæ, et per filias Tyri totam impietatem significari affirmat. *Mos est, inquit, sacræ Scripturæ a parte totum demonstrare. Sic alibi per Libanum omnem superstitionis cessationem prædicti; nam Libanus, inquit, cum excelsis cadet.* Sic etiam divus Basilus, a quo Theodoretus scholia in Psalmos fere collegit. LOAISA.

8. Isaias, cap. XIV, ubi Hieronym.: *Hoc loco quidam arbitrantur generalem esse contra omnem orbem prophæ-*

phetam dum adversus Assyriam **169** Dominus A  
 comminatur, dicens: *Ut conteram Assyriam in terra  
 mea, et in montibus meis conculcem eam. Et erit Baby-  
 lon illa gloriosa, et regnis incluta, sicut subvertit  
 Dominus Sodomam et Gomorrhham.* Nam licet ad-  
 versus unam civitatem Babylonem per Isaiam præ-  
 fatum Dominus comminetur, tamen dum contra  
 eam loquitur, transit ad genus de specie, et conver-  
 tit generaliter contra totum mundum sermonem.

9. Certe si non diceret adversus universum orbem,  
 non adderet infra generaliter: *Et disperdam omnem  
 terram, et visitabo super orbem mala, et cætera quæ  
 sequuntur ad internecionem mundi pertinentia*; unde  
 et adjecit: *Hoc est consilium, quod cogitavi super  
 omnem terram, et hæc est manus ejus extenta super  
 universas gentes.*

10. Item, dum sub persona Babytoniæ arguit uni-  
 versum mundum, dicens: *Disperdam omnem ter-  
 ram, et visitabo super orbis mala, et cætera quæ  
 sequuntur, ad internecionem mundi pertinentia*;  
 rursus ad eandem quasi de genere ad speciem re-  
 vertitur, dicens quæ eidem civitati specialiter conti-  
 gerunt: *Ecce ego suscitabo super eos Medos.* Nam  
 regnante Balthasar, a Modis est obtenta Babylonia.

11. Sic et onus Ægypti ex persona ejusdem totum  
 vult intelligere mundum, dicendo: *Et concurrere fa-  
 ciam Ægyptios adversus Ægyptios, regnum adversus  
 regnum, cum Ægyptus non multa regna, sed unum  
 habuisse scribatur regnum.*

tiam. Quibus nequaquam contradicimus, dum sciamus  
 hic omnem terram Assyriorum proprie significari. L.

*Ibid.* Et erit. Locus est apud eundem Isai., cap.  
 XIII. LOAISA.

12. Duobus modis dicit Ticonius hanc vigere regu-  
 lam, aut per synecdochen, aut per legitimos numeros.  
 Vocat legitimos numeros eos quos eminentius  
 Scriptura commendat, ut est septenarius, denarius,  
 duodenarius. Vide ipsum Ticon. et August. LOAISA.

*Ibid.* De triduo. August., lib. III de Doctrina, et  
 lib. IV de Trinit., cap. 6, et Triconius, in regulis,  
 hunc locum late versant. LOAISA.

13. *Et erunt dies vitæ hominis cxx, dum tantum cen-  
 tum usque ad diluvium inveniantur ex quo hæc a Do-  
 mino statuta sunt. Vel sicut illud quadringentis, e.c.*  
 Est vero locus ille Genes. VI: *Dixitque Deus: Non  
 permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia  
 caro est, eruntque dies illius centum viginti annorum.*  
 Quem locum Lactantius Firmianus, lib. II divinorum  
 Institutionum, cap. 14, ita exponit, ut dicat Deus  
 iratum breviori spatio vitam hominum circumscri-  
 psisse, et abrogata vivendi longitudine, quam ante  
 diluvium habuerant, intra centum et viginti annorum  
 spatium coercuisse. Idque ex Josepho accipit Fir-  
 mianus, lib. I Antiqui. Verum aliter interpretatur  
 locum Hieronymus, lib. Quæst. Hebraic.: *Hoc est,  
 inquit: Dabo centum viginti annos ad penitentiam.*  
*Non igitur humana vita, ut multi errant, in centum  
 viginti annos contracta est, sed generationi illi centum  
 viginti anni ad penitentiam dati sunt. Quia vero pen-  
 itentiam agere contempserunt, noluit Deus tempus  
 expectare decretum, sed viginti annorum spatium am-  
 putatis, induxit diluvium anno centesimo agendæ pen-  
 tentiæ destinato. Quam etiam expositionem Chry-  
 sostomus est amplexus, homil. 22 in Genes. Verum  
 eam improbat Gennadius veluti absurdam, et a Deo  
 penitus alienam, cum semper Deus ad vindictam  
 tardus ingrediatur passus. Vide catenam Græcorum*

12. Quinta regula est de temporibus, per quam  
 aut pars major temporis per partem minorem, aut  
 pars minor temporis per partem majorem inducitur,  
 sicut est de triduo Dominicæ sepulturæ, dum nec  
 tribus plenis diebus ac noctibus jacuerit in sepulcro,  
 sed tamen a parte totum triduum accipitur.

13. Item pars a toto, ut est illud: *Et erunt dies vitæ  
 hominis 170 anni centum viginti*, dum tantum cen-  
 tum usque ad diluvium inveniantur, ex quo hæc a Do-  
 mino statuta sunt; vel sicut illud, quod quadringen-  
 tos annos prædixerat Deus filiis Israel in Ægypto ser-  
 vituros, et sic inde egressuros: qui tamen quadrin-  
 gentos annos non servierunt, quia, dominante Joseph,  
 Ægypto dominati sunt; ubi iterum a parte totum sub-  
 jungitur, quæ non statim post quadringentos annos  
 egressi sunt, ut fuerat reprovissum, sed, quadria-  
 gentis triginta peractis, ab Ægypto recesserunt.

14. Ad hanc temporum regulam pertinent et illa quæ  
 dum adhuc futura sunt quasi jam gesta narrantur, ut  
 est illud: *Foderunt 171 manus meas et pedes meos,  
 dinumeraverunt omnia ossa mea; et diviserunt sibi ve-  
 stimenta mea, et his similia.* In quibus quæ adhuc fa-  
 cienda erant jam facta narrantur.

15. Sed quando aliquid faciendum esse pronuntia-  
 tur, secundum nos dicitur; quando vero quæ futura  
 sunt jam facta dicuntur, secundum Dei æternitatem  
 accipienda sunt, quia quæ nobis adhuc futura sunt,  
 apud Dei prædestinationem jam facta sunt, apud  
 quem omnia facta sunt quæ futura sunt.

C Patrum in Pentateuchum. Quod vero Deus, ut cen-  
 set Hieronymus, viginti annos amputavit ex decreto  
 tempore liquet. Nam Genes. V dicitur: *Quingentorum  
 annorum erat Noe cum genuit Sem, Cham et Japhet.*  
 Cap. VI dicitur: *Erunt dies vitæ illius centum viginti  
 annorum.* Deinde cap. VII: *Sexcentorum annorum  
 erat Noe, cum aquæ diluvii inundaverunt super ter-  
 ram.* LOAISA.

*Ibid.* Vel sicut. Genes. XV dicitur quod quarta gene-  
 ratione reverterentur in terram promissionis, quod  
 etiam ita impletum est. Nam primus Jacob cum filiis  
 ingressus est Ægyptum, Moyses vero quartus a Jacob  
 populum eduxit. De computatione horum annorum,  
 lege scholium nostrum in Chronicon Isidori. LOAISA.

14. In Excursus legitur: *est et alia de temporibus fi-  
 gura per quam quedam quæ futura sunt quasi jam gesta,  
 etc.* Verum Mss. lectionem probō. Omnisque supra  
 cap. 18. de lege numer. 7. posita sunt, ibique adnota-  
 tum sententiam esse ab Augustino desumptam, lib. de  
 verb. Apostoli. LOAISA.

D *Ibid.* In quibus, etc. Alii sic hæc reformant: *In  
 quibus futura, tanquam jam facta, ita dicuntur. Sed  
 cur quæ adhuc facienda erant jam facta narrantur?  
 Quia quæ nobis adhuc futura sunt, apud Dei æternita-  
 tem jam facta sunt. Quapropter quando aliquid facien-  
 dum esse pronuntiat, secundum nos dicitur; quando  
 vero quæ futura sunt jam facta dicuntur, secundum  
 Dei æternitatem accipienda sunt, apud quem jam omnia  
 facta sunt, quæ futura sunt.* In omnibus his regulis  
 describendis magna est mss. exemplarium discre-  
 pantia. AREV.

15. Gothus et alii duo Cod. antiqui sic habent: *In  
 quibus quæ adhuc facienda erant jam facta narrantur.  
 Sed quando aliquid faciendum pronuntiat, secundum  
 nos dicitur, etc.* Reliqua verba quæ in Editis et aliis  
 Mss. reperiuntur in his duobus non existant. LOAISA.

16. August. de hac regula sic scribit: *Sextam regu-  
 lam Ticonius recapitulationem vocat in obscuritate*

16. Sexta regula est de recapitulatione. Recapitulatio enim est, dum Scriptura redit ad illud cuius narratio jam transierat, sicut cum filios filiorum Noe Scriptura commemorasset, dixit illos fuisse in linguis et gentibus suis, et tamen postea, quasi hoc etiam in ordine temporum sequeretur: *Et erat, inquit, omnis terra labium unum, et vox una omnibus erat* (Gen. xi, 1). Quomodo ergo secundum suas gentes et suas linguas erant, si una lingua erat omnibus, nisi quia ad illud quod jam transierat recapitulando est reversa narratio?

17. Recapitulatio enim est, dum rerum præteritarum causæ futuris miscentur gestis, sicut et in Genesi, dum sexto die hominem dicit factum fuisse, denuo recapitulat formatum dicens: *Formavit Deus hominem ad imaginem suam* (Gen. ii, 7). Nec non et ubi expletis omnibus operibus, dum Deum dicit septimo die requiesisse, recapitulando subjungit: *Istæ generationes cæli et terræ, quando creatæ sunt, in die quo creavit Deus cælum, et terram, et omne virgultum agri, antequam oriretur super terram. Nondum enim pluerat* 172 *Dominus Deus super terram, et homo non erat qui operaretur terram; sed fons ascendebat de terra irrigans universam superficiem terræ. Hæc omnia recapitulando in serie narrationis rebus futuris nectuntur; cum intra sex dies etiam hæc patrata videantur.*

18. Septima regula est de diabolo et ejus corpore, quia sæpe dicuntur ipsius capitis, quæ suo magis conveniunt corpori; sæpe vero ejus videntur dicta membrorum, et non nisi capiti congruunt. Sicut in Isaia, ubi dum contra Babyloniam, hoc est, contra diaboli corpus multa dixisset sermo propheticus, rursus ad caput, id est, ad diabolum, oraculi sententiam derivat, dicens: *Quomodo cecidisti de cælo, Lucifer, qui mane oriebaris* (Isai, xiv, 12)?

19. Ex nomine quippe corporis intelligitur caput, ut est illud in Evangelio de zizaniis tritico admistis, dicente Domino: *Inimicus homo hoc fecit* (Matth. xiii,

*scripturarum satis vigilanter inventam. Sic enim dicuntur quædam, quasi sequantur in ordine temporis, vel rerum continuatione narrentur, cum ad priora quæ prætermista fuerant, latentem narrationem revocetur, quod nisi ex hac regula intelligatur, erratur. LOAISA.*

*Ibid. Sicut cum. Codex Guadal. sic habet: Sicut in Isaia, ubi dum contra Babylonem, hoc est, contra diaboli corpus multa dixisset sermo propheticus, rursus ad caput, id est, ad diabolum, oraculi sententia derivatur, dicens: Quomodo cecidisti, Lucifer, qui mane oriebaris? Sicut cum filios filiorum Noe Scriptura commemorasset, etc. Hæc habentur Isai. xiv. Verum ad hanc regulam non pertinent, sed ad septimam de diabolo et ejus corpore, ut patet ex Augustino. LOAISA.*

17. Hæc omnia in nullo exstant Cod. ms. eorum quos nactus sum ad hujus operis correctionem, inter quos duo erant membranei antiquissimi litteris Gothicis scripti, unus Ecclesiæ Toletanæ, æra 953 exaratus; alius ex Insigni collegio Ovetensi apud Salmanticam eo antiquior, ut ex litteris miram vetustatem præ se ferentibus colligere licet. Quapropter omnia, velut aliena, a germana lectione rejeci. LOAISA.

*Ibid. Recapitulatio enim est... hæc patrata videantur. Bignæus hæc ait a se reperta in Mss. exemplaribus, in quibus deerant præcedentia: Recapitulatio enim est... reversa narratio. Hæc quidem ultima exstant in Editionibus antiquioribus. Alia deesse in suis Mss. Loaisa testatur; neque in nostris quidem*

28), hominem ipsum diabolum vocans, et ex nomine capitis significatur corpus, sicut in Evangelio dicitur: *Duodecim vos elegi, sed unus ex vobis diabolus est* (Joan. vi, 71); Judam utique indicans, quia diaboli corpus fuit Apostata quippe angelus omnium caput est iniquorum, et hujus capitis corpus sunt omnes iniqui. Sicque cum membris suis unus est, ut sæpe, quod corpori ejus dicitur, ad eum potius referatur; rarsum quod illi, ad membra iterum ipsius derivetur.

### 173 CAPUT XX.

*De differentia Testamentorum.*

1. Quidam ideo non recipiunt Vetus Testamentum, pro eo quod aliud in tempore præterito, aliud agatur in novo. Non intelligentes quod Deus quid cuique congruerit tempori magna quadam distributione concesserit: sicut in lege imperat nuptias (Deuter. xxv), in Evangelio virginitatem commendat (Matth. xix); in lege oculum pro oculo auferre (Deuter. xix), in Evangelio alternam præbere percipienti maxillam (Matth. v).

2. Sed illa pro tempore fragili populo, ista vero perfecta, utriusque tamen pro tempore sua quæque convenientia commodans. Et tamen pro ista mutatione non est credendus Deus mutabilis, sed potius inde admirabilis prædicandus est, quia manens incommutabilis, quid cuique (ut diximus) tempori commodum fuit, magna cum distributione concessit.

3. Sub Veteri Testamento minoris culpe erant peccata, quia in eo non ipsa veritas, sed umbra veritatis aderat. Nam in Testamento Novo præceptis altioribus manifesta facta quædam, quæ in illo populo umbræ veritatis deserierant, deserenda nobis præcipiuntur. Illic enim fornicatio et retributio injuriæ permissa sunt, nec nocebant; in Testamento autem Novo gravi animadversione damnantur, si admittantur.

### CAPUT XXI.

*De symbolo et oratione.*

1. Fidei symbolum et dominica oratio pro tota

apparent, nisi quod ita ordo capitum et rerum in multis Mss. turbatus est, ut non mirum videri debeat si in aliquo exstant. AREV.

18. Quæ in parenthesis includuntur in Gothico tantum Cod. Ecclesiæ Toletanæ in margine addita inveni. Locus est Isaie, cap. xiv, et apud divum August., in exempla septimæ regule, et apud Tichonum. LOAISA.

19. Angelus apostata est Lucifer de quo Isai. xiv: *Quomodo cecidisti de cælo, Lucifer? Idem vocatur et draco, et serpens antiquus, diabolus, et Satanus, Apoc. xii. LOAISA.*

CAP. XX. N. 1. Quidam. Al., quidam hæretici. Et mox, incognita quadam pro magna quadam. AREV.

5. Manifesta. Al., veritate manifesta. AREV.

CAP. XXI. N. 1. Symbolum et dominicam orationem continere fidem, spem, charitatem, docet August. in Enchir., cap. 6 et 7. Symbolum autem illud ab ipsis (Apostolis) editum magna cum cura et Spiritus sancti instinctu, apertum est ex Rufino in Expositione Symboli i, et August., in sermone secundo Dominice Palmarum, ubi quam singuli Apostoli partem contulerint docet in hunc modum: *Quod Græce Symbolum dicitur, Latine Collatio nominatur. Collatio ideo dicitur, quia collata in unum totius Catholicæ legis fides Symboli colligitur brevitate, cujus textum vobis modo, Deo auxiliante, dicemus. Petrus dixit: Credo in unum Deum Patrem omnipotentem. Joannes dixit: Creatorem cæli et terræ. Jacobus dixit: Credo et in Jesum Christum Filium ejus*

lege parvulis Ecclesiae ad caelorum regna sufficit comprehensa. Omnis enim latitudo **174** Scripturarum in eadem oratione dominica et symboli brevitate concluditur. Unde et propheta Isaias dicit: *Abbreviationem audivi a Domino Deo exercituum, super universam terram. Attendite, et audite eloquium meum (Isai. v, 23).*

**2.** Sed haec abbreviatio, aut illud intelligitur, quod Dominus dicit: *Omnem legem et prophetas in duobus praeceptis dilectionis Dei et proximi pendere*: aut propter ipsam Orationem dominicam, vel symboli breviter, in quibus (ut praedictum est) omnem Scripturarum coarctari (cernimus) latitudinem.

### 175 CAPUT XVII.

#### De baptismo et communionibus.

**1.** Solam Ecclesiam catholicam habere baptismum ad salutem Zacharias propheta testatur: *In die, inquit, illa, erit fons patens domui David et habitantibus in Jerusalem, in ablutionem peccatoris et menstruatae (Zach.*

*unicum, Dominum nostrum. Andreas dixit: Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Philippus ait: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus. Thomas ait: Descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis. Bartholomaeus dixit: Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Matthaeus dixit: Inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Jacobus Alphaei: Credo et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam. Simon Zelotes dixit: Sanctorum communionem, remissionem peccatorum. Judas Jacobi: Carnis resurrectionem. Matthias completit: Vitam aeternam. Amen. Ambrosius etiam, sermone 38, de Jejunis et quadrages., Symbolum appellat fidei clavem duodecim artificum operatione conflata: Irenaeus, lib. 1, cap. 2, tesseram fidei unanimitatem; et Leo, in epistola ad Pulcheriam Augustam. Ambrosius lib. in de Virginitate vocat signaculum cordis, et esse antelucanis horis quotidie recitandum. Pro fidei autem Symbolo Apostolorum intelligitur, ut in concilio Laod. cap. 46: *Baptizatos oportet fidei Symbolum dicere, et cap. 47. Similiter in concilio Agathensi, can. 9, in concilio Moguntino, sub Carolo Magno, cap. 48. De Symbolo Apostolorum, lege Hieronymum in epistola ad Pammachium, et August., lib. ad Catech., et Clementem Romanum, in epist. ad Jacobum fratrem Domini. LOAISA.**

*Ibid. Dominica oratio.* A Patribus quotidiana oratio dicitur, ut Cyprianus in ejus expositione, et Augustino, lib. xxi Civil., cap. 27, et concilio Toletano iv, cap. 9, quia quotidie dicitur, et quia delet minima et quotidiana peccata. LOAISA.

*Ibid. Isaias, etc.* Locus est apud Isaiam, cap. x, ubi Hieronymus sic inquit: *Pro cunctis lacinosae legis caeremonias dedit praeceptum brevissimum dilectionis et fidei.* Cyprianus in Expositione orationis dominicae locum interpretatur de Symbolo fidei, et August., lib. de Perfectione justitiae hominis, respons. 11; et contra Faustum, lib. xv, cap. 4, diptychum Ecclesiae appellat duo dilectionis praecepta. LOAISA.

*Ibid. In Editione Grialii erit capescenda pro capessenda; et in nota ab ipsis editum; supplevi apostolis. AREV.*

**CAP. XVII. N. 1.** Isidorus non damnat baptismum haereticorum, ut Cyprianus cum episcopis Africae, de quo Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos sic inquit: *Cyprianus lacus contritos sugere, nec bibere de aqua aliena voluit; idcirco haereticorum baptismum reprobandum ad Stephanum tunc Romanae urbis episcopum, qui a beato Petro vicesimus sextus fuit, super hac re Africanam synodum direxit; sed conatus ejus frus ra fuit.* Verum hic Isidorus loquitur de baptismo adultis collato ab haereticis cum invocatione sanctissimae Trinitatis, qui licet sit sacramentum, characteremque in animo obsignet, nihil

**A XIII, 1).** Domus quippe David, et Jerusalem, Christi Ecclesia est in qua manat fons in ablutionem peccatorum. Haeretici autem id solum imaginaria ostentatione faciunt; ideoque illis baptismus non ad remissionem peccatorum, sed ad supplicii testimonium datur.

**2.** Pro solo originali reatu luunt in inferno nuper nati infantuli **176** poenas, si renovati per lavacrum non fuerint. Proinde cum causa nuper natus damnatur infans, si non regeneratur; quia originis noxietate perimitur.

**3.** Cur parvuli peccato originali carentes per baptismum, et necdum proprium habentes delictum, a bestiis poenisque caeteris laniantur? Haec igitur causa est: baptismus enim a poena aeterna, non a praesentis vitae supplicio liberat. Quod si a poena praesenti homines liberarentur per baptismum, ipsum putarent baptismi praemium, non illud aeternum. Ergo, soluto reatu peccati, manet tamen quaedam temporalis poena,

tamen illis ad salutem remissionemque peccatorum prodest, quousque ab Ecclesia suscipiatur. *Non enim illis ad remissionem peccatorum, inquit, sed ad supplicii testimonium datur.* Quam sententiam probat Augustinus, lib. iii contra Donatistas, cap. 14, et lib. de Baptismo, cap. 12, et habetur de Consecrat. d. 4, c. *Tunc valere incipit ad salutem baptismus, cum scilicet a veraci confessione recessit.* Idem Gregorius ad Quiriacum, Epistola 61, lib. ix, Registri, et Nicolaus pontifex ad consulta Bulgarorum, cap. 3. Quid vero de baptismo ab haereticis collato senserit Isidorus, liquet lib. ii de Officiis, cap. 24, dum inquit: *Haeretici autem si tamen in Patris et Filii et Spiritus sancti attestazione doceantur baptismum suscepisse, non iterum sunt baptizandi, sed solo chrismate ad manus impositione purgandi.*

**C** *Baptismus enim non est hominis meritum, sed Christi. Ideoque nihil interest haereticus an fidelis baptizet: quod sacramentum tam sanctum est, ut nec hominibus ministrante polluatur. Habet enim haereticus baptismum Christi; sed quia extra fidei unitatem est, nihil prodest. At ubi ingressus fuerit, statim baptismum, quod habuerat foris ad perniciem, incipit illi iam prodesse ad salutem. Quod enim accipitur approbo, sed quia foris accipitur improbo; dum autem venerit, non mutatur, sed agnoscitur. Character est enim regis mei, non error sacrilegus: recorro desertorem, non mutio characterem.* Haec Isidorus. Novissime sacra Tridentina synodus, sess. 7, can. 4, verum esse baptismum, inquit, quod datur in forma Ecclesiae ab haereticis. LOAISA.

*Ibid. In nota Loaisae erat quod datur in canone forma, etc. AREV.*

**2.** Infernus multiplex est, ut adnotavit doctissime, sicut omnia, divus Thomas Aquinas: *Infernus, inquit, quadruplex: scilicet damnatorum, puerorum, purgatorum, et sanctorum Patrum.* In primo sunt tria, tenebrae gratiae, tenebrae gloriae, et poena sensus. *A quo aeterno supplicio ultimam liberemur. In secundo sola duo prima, tenebrae gratiae et gloriae. In tertio tantum secundam et tertiam, tenebrae gloriae et poena sensus. In quarto tantum secundam, tenebrae gloriae, vocaturque hic sinus Abraham.* De quo Tertullianus adversus Marcionem, lib. iv. Divus Gregor., lib. vii Epistolarum, epist. 53, ad Secundinum, de receptaculo agit animarum parvulorum qui sine baptismo discedunt. LOAISA.

*Ibid. Proinde, etc. Ita Codex Goth. et alii Mss. Lacus manifestus ad probandum originis maculam esse in pueris a parentibus contractam, et esse eorum natura procreantibus filios irae. LOAISA.*

*Ibid. Proinde, etc. Al., proinde Adae causa nuper natus, infans, si non regeneratur, damnatur, quod, etc. De baptismo non solum cit. loc. de Officiis dicitur. agit Isidorus, sed etiam lib. ii contra Judaeos, cap. 24. AREV.*

et illa vita ferventius requiratur quæ erit a peccatis omnibus aliena.

4. Nullus negat fidellum etiam post baptismum quo peccata delentur, quotidie, quandiu in isto sæculo sumus, ad Deum nos debere converti. Quod quamvis sine intermissione sit quotidie agendum, nunquam tamen fecisse sufficiet.

5. Qui in matris uteris sunt ideo cum matre baptizari non possunt, quia qui natus adhuc secundum Adam non est, renasci secundum Christum non potest. Neque enim dici regeneratio in eo poterit quem generatio non præcessit.

6. Qui intra Ecclesiam non ex dignitate Ecclesiæ vivunt, sed fidem, quam **177** verbo tenent, operibus destruunt, de ipsis legitur: *Multiplicati sunt super numerum* (Ps. xxxix, 6), ut subaudias, in regno prædestinatorum.

7. Qui scelerate vivunt in Ecclesia, et communicare non desinunt, putantes se tali communione mundari, discant nihil ad emundationem proficere sibi,

5. Habetur hæc sententia in collectaneis Gratiani de Cons. d. 4, et apud Ivo., p. 1, cap. 185, et apud Magistrum, lib. iv Sent., dist. 6. LOAISA.

*Ibid.* Id non obstat quominus probabilis aut vera sit opinio quorundam recentiorum, qui docent conferri posse baptismum in casu necessitatis pueris qui in utero matris sunt, si ad eos pervenire possit aqua baptismi. AREV.

6. Psalm. xxxix. Ita interpretatur et Augustinus. Verum Basilii et Theodoretus aliter locum interpretantur in scholiis Psalmorum. LOAISA.

*Ibid.* Prædestinatorum. Sic habent omnes Cod. mss. et editus antiquus, quam lectionem posui et delevi in regno reproborum, ex Gregorio et Augustini expositione, unde Gregorius subiungit de illis qui sunt super numerum: *Hic enim fidelibus per confessionem admitti sunt, sed propter vitam reproborum illic numerari in sorte fidelium non merentur.* LOAISA.

*Ibid.* Vezosius asserit Loaisam et Breulium animadvertere legendum potius esse in regno reproborum; quam dictionem adoptavit Bignonus. Verum Breulius nihil habet præter Loaisæ notam; et Loaisa aperte docet præferendum in regno prædestinatorum, quod allata sancti Gregorii verba confirmant, ut univm sit Vezosium in tam perspicua re hallucinatum fuisse. AREV.

7. Habetur tota sententia de Consecr., d. 2, cap. *Qui accelerare vivunt*; fragmentum vero ejus de Cons. d. 4, cap. *Qui in matris uteris*, in fine capituli. LOAISA.

CAP. XXIII. N. 2. Isidorus martyris nomen hoc capite non tantum illis iribuit qui extremam mortem gloriose pro Christo passi sunt, sed illis etiam qui a confessione nominis Christi nulla tormentorum atrocitate abduci potuerunt. Idem facit ubique Cyprianus, martyrum eximius laudator. Tertullianus autem hos designatos martyres appellat, illos vero absolute martyres. LOAISA.

3. Vet. Cod. ad unum omnes legunt: *Vir sanctus ultro se in agone pro certamine debet offerre justitiæ.* Tollit enim negationem non, verum ita sensus non convenit illi quæ sequuntur: *sed tamen agonis fructum videns uberrimum, non debet declinare laetoris periculum.* Quapropter existimo negationem, ut in Editis est, retinendam. Thomas, 2—2, quest. 124: *Martyrium, inquit, oblatum debet tolerari patienter, sed non debet queri, quia non debet dari occasio agendi injuste.* Hæc ille. Unde Cyprianus fugit martyrium, ut constat ex primo lib. Epistol., et Athanasius, ut patet ex homilia super Mathæum cap. x, et ex apologia de fuga sua, prope medium. Hinc eleganter Cyprianus ait,

A dicente propheta: *Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas* (Jer. xi, 15)? Et Apostolus: *Probet, inquit, se homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat* (1 ad Cor. xi, 28).

### CAPUT XXIII.

#### De martyrio.

1. Dei servus adversitate ulla non frangitur, sed pro veritatis defensione ultro se certamini offert, nec unquam pro veritate diffidit.

2. Sæpe ex discipulis ad martyrium eliguntur, qui suos doctores ad coronam præcedunt; et qui sunt ordine postremi, fiunt nonnunquam in certamine primi.

3. Vir sanctus ultro se pro agone certaminis debet offerre justitiæ; sed tamen agonis fructum videns uberrimum, non debet **178** declinare laboris periculum. Quod si major est labor quam animarum lucrum, declinandus est labor, quem minimum comitatur augmentum. Utrumque enim fecit Apostolus qui et periculis se ultro dedit, ubi maximum animarum lucrum

Epist. 83: *Dominus confiteri nos magis voluit quam profiteri.* Verum quid de virginibus illis dicemus quæ ob castitatis et pudicitiae amore, ne turpitor violarentur, mortem sibi aqua, vel ferro, vel laqueo consciverunt? Quas etiam sancta Ecclesia inter divas martyres connumerat, ut constat ex divo Ambrosio, lib. iii de Virginibus, ad Marcellinam sororæ, de Pelagia et filiarum morte, et Eusebia Cesariciense, lib. vii Eccles. Histor., de virginibus Antiochiæ, et Sophronia, quæ se occidit, ne vim a Maxentio pateretur? Hieronymus, super Jonam, exponens illud cap. i: *Tollite me et mittite me in mare*, sic inquit: *Non est nostrum mortem arripere, sed illam ab aliis libenter accipere, unde in persecutionibus non licet propria perire manu, absque eo ubi castitas periclitatur, sed percipienti collu submittere.* Augustinus vero lib. i de Civit. Dei, multis capitibus probat nulla proprius causa fas esse sibi mortem inferre. Quod si dixeris id licere ne virginitatis integritas omittatur, respondet corporis sanctitatem, animi sanctitate manente, non amitti. Verum eodem lib., velut de sententiæ suæ vigore non nihil remittens, quæstionem hanc sic concludit: *Sed quædam, inquit, sanctæ femine tempore persecutionis, ut insectiores suæ pudicitia de iterant, in raptum atque necaturum se flumen proiecerunt, eoque modo defunctæ sunt, earumque martyria in Ecclesia catholica veneratione celeberrima frequentantur. De his nihil temere audeo judicare. Utrum enim Ecclesiæ aliquibus fide dignis testificationibus, ut earum memoriam sic honoret, divina persuasit auctoritas, nescio. Et fieri potest ut ita sit. Quid si hoc fecerunt non humanitus deceptæ, sed divinitus jussæ, nec errantes, sed obediens? Sicut de Samsonè aliud nobis fas non est credere. Cum autem Deus jubet, seque jubere sine ullis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? Quis obsequium pietatis accuset? Hæc Augustinus, ex cuius verbis illud adversus hæreticos nostri temporis obiter notandum, Ecclesiam sanctos suos divina persuasionem actam honorare. Hic etiam in quæstione factum Razæ (de quo Machabæorum ii, 14), solet vocari. Quod divus Augustinus improbat. It. ii contra secundam epist. Gaudentii, cap. 23, et epist. 61 ad Dulcitium, ubi eum laudari ait, non quia seipsum interfecit, sed quod esset vir strenuus, civitatisque ac patriæ amator. Nam aliqui turpe est et animi impatientis sibi manus inferre, ut docet Arist., iii Ethicorum, cap. 10. Unde labitur Cicero, Offic. i, dum, Catonis mortem laudans, honestum ac licitum esse asserit virum fortem, ubi res postulaverit, se violenta manu perire. LOAISA.*



vidit; et sapienter se periculo abstulit, in quo potiore laborem quam lucrum esse perspexit. Ultra se Paulus apud Ephesum periculis obtulit, quia **179** potius periculo lucrum vidit. Damasci autem ideo periculo subtraxit semetipsum, quia nullum periculi ipsius arbitratus est fructum.

4. Disce quomodo ad martyrium se offerat quisque ultro, vel quomodo iuxta sententiam Dei cingatur ab altero, et, quo non vult ipse, ducatur, nisi quod et propter gloriam futuram de certamine justus gaudet, et propter passionis violentiam refugit subire quod dolet.

5. Accipe exemplum adeundi sub trepidatione martyrii de usu hellandi, in quo exercitatus quisque in praelio et per audaciam certamen aggreditur, et per timorem cunctatione movetur.

6. Item accipe exemplum martyrii de reparatione humani corporis ad salutem; dum quisque et de spe reparationis gaudet, et de incisionibus ceu amarissimis poculis mœret.

#### CAPUT XXIV.

##### *De sanctorum miraculis.*

1. Etsi apostolis virtus data est signorum propter fidem gentiam nutriendam, Ecclesie tamen data est virtus operum propter eandem **180** fidem ornandam. Et tamen in ipsis apostolis plus erat mirabilis virtus operum quam virtus signorum. Ita et nunc in Ecclesia plus est bene vivere quam signa facere.

2. Quod nunc Ecclesia non ea miracula faciat quas

*Ibid.* Paulus, etc. Id liquet ex Actorum xix. Paulo enim volente eundi ad populum, non permisissent discipulis ejus. **LOAISA.**

*Ibid.* Vezzosius non probat rationem Loaisæ, quod, si tollatur negatio, sensus non convenit iis quas sequuntur, *sed tamen agonis fructum videns*, etc. In nota Loaisæ mendum erat, *sed tamen si agonis fructum videns*, fortasse inde ortum, quod in nonnullis Editis legitur *sed tamen si agonis fructum videt*, etc. In eadem etiam nota correxi de sententiæ suæ rigore pro de sententiæ vigore. Cæterum negari nequit, quod commodior sensus eruitur, si apponatur negatio. Florezius, tom. X Hisp. sacr., c. 40, apologiam texit martyrum Cordubensium in persecutione Saraenica, qui se ultro pro veritatis defensione certaminum obtulerunt, quos defendit etiam gloriosissimus ipse Christi martyr sanctus Eulogius Cordubensis. Adverit Florezius verba sancti Thomæ a Loaisa citata non reperiri ea quæst. 124, 2—2, qui potius art. 3, ad 1, ait: *ex zelo fidei et charitate fraterna multoties leguntur sancti martyres sponte se obtulisse martyrio*. An et quondam licita sit spontanea oblatio ad martyrium, magna eruditionis copia explicat Benedictus XV de Beatif. sanctor. lib. III, cap. 16. **AREV.**

6. Alii, de incisionibus malorum. **AREV.**

**CAP. XXIV. N. 1.** Ex Gregor. homil. 29. **LOAISA.**

*Ibid.* plus erat, etc. Id constat ex Lucæ x: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi serpentes, et scorpiones, et super omnem virtutem inimici, et nihil vobis nocerit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subjiciuntur. Gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in caelis*. Quod docte etiam probat venerabilis et sanctus Beda, super Joann. 1. **LOAISA.**

*Ibid.* Plus est bene, etc. Id eleganter probat Cyprianus in oratione de Unitate Ecclesie ex illo Math. vii: *Multi enim dicent in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in*

A sub apostolis faciebat, ea causa est, quia tunc oportebat mundum miraculis credere, nunc vero jam credentem oportet bonis operibus coruscare. Nam ideo tunc signa fiebant exterius, ut interius fides roboraretur.

3. Jam in fide miracula quicumque requirit, vanam gloriam, ut laudet, querit. Scriptum est enim: *Linguae in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus* (*I Cor. xiv, 22*). Ecce signum non est fidelibus necessarium, qui jam crediderunt, sed infidelibus, ut convertantur. Nam Paulus pro non credentium infidelitate patrem Publii de infirmitate febrium virtutibus curat (*Act. xxviii, 8*), infirmantem vero Timotheum fidelem, non oratione, sed medicinaliter temperat, ut noveris, miracula pro incredulis, non pro fidelibus fieri.

4. Antequam Antichristus appareat, virtutes ab Ecclesia, et signa cessabunt, quatenus eam quasi abjectiorem persequatur audacius. Ob hanc utilitatem cessabunt sub Antichristo ab Ecclesia miracula et virtutes, ut per hoc et sanctorum clareat patientia, et reproborum, qui scandalizabuntur, levitas ostendatur, et persequentium audacia ferocior efficiatur.

#### 181 CAPUT XXV.

##### *De Antichristo et ejus signis.*

1. Omnis qui secundum Christianæ professionis normam aut non vivit, aut aliter docet, Antichristos est.

2. Plerique autem Antichristi tempora non visuri

*C* nomine tuo demonia ejecimus et in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc dicam illis: *Nunquam vos cognovi, recedite a me, qui operamini iniquitatem*. Sic enim legitur apud Cyprianum, pro quibus in Editione Vulgata est: *Multi dicent in illa die, etc. Et tunc confitebor illis quia nunquam novi vos. Dice dicit a me*. Idem probat divus Ambrosius in comment. epist. I ad Corinth., xii, exponens illud: *Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro*. **LOAISA.**

*Ibid.* In nota Loaisæ erat: *Ecce dedit vobis, quod ex Evangelio correxi*. **AREV.**

2. Quare miracula in Ecclesia nunc cessaverint causas etiam reddit August. lib. I Retract., cap. 13, et I. de Vera religione, cap. 25, et Ambros. super primam Epistolam ad Corinth., xii, in fine. Divus Gregorius, lib. xvii Moralium docet etiam Ecclesiam olim adminiculis miraculorum indignis, nunc vero non item: *Paulus, inquit, egregius prædicator Miletum veniens, plenus infidelibus, sciens patrem Publii dysenteria febribusque vexatum, orando salvavit; et tamen egrotanti Timotheo præcepit dicens: Medico vino utere propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates*. **LOAISA.**

3. Ex Gregor., lib. xvii Moral., c. 14. **LOAISA.**

*Ibid.* Medicinaliter temperat. **AL.**, medicinaliter reparat. **AREV.**

4. Ex Gregor., lib. xxxiv Moral., cap. 2. **LOAISA.**

*Ibid.* Ferocior. Vetus Editio, fortior. **AREV.**

**CAP. XXV. N. 1.** Antichristus Latine dicitur contrarius Christo, ut auctor est Augustinus in primam canonicam Joann. tract. 3, et in libello de Antichristo, si modo ejus est, et Gregor., lib. xxx Moral., c. 6. Rebellis Christo vocatur a Tertull., lib. de Præscript. adversus hæret. A Joann. I, n, mendax dicitur. *Quis est, inquit, mendax, nisi qui negat, quoniam Jesus non est Christus? hic est Antichristus*. Apoc. xiii Bestia nominatur. Homo peccati, et illius perditionis a Paulo II Thess. II. Hæc aliique multa



sunt, et tamen in membris Antichristi inveniendi sunt. A

3. Antequam veniat Antichristus, multa ejus membra præcesserunt, et prævæ actionis merito caput proprium prævererunt, secundum Apostoli sententiam, qui jam iniquitatis mysterium operari illum affirmat, etiam antequam reveletur (II Thess. 1, 7).

4. Magnitudo signorum faciet sub Antichristo ut electi, si fieri potest, in errorem mittantur (Matth. xxiv, 24). Sed si electi, quomodo sunt in errorem mittendi? Ergo ibunt in errorem titubationis ad modicum præ multitudine prodigiorum, non tamen deficere sunt a stabilitate sua terrorum impulsu atque signorum. Unde et ideo ponitur *si fieri potest*, quia electi perire non possunt, sed cito resipiscentes cordis errorem religionis coercerunt: scientes prædictum 182 a Domino esse, ut dum hoc fecerint B

5. Tam mira factorus est prodigia et signa, dum venerit Antichristus, ut etiam electis quidam cordis gignatur scrupulus, quod tamen cito exsuperet in illis ratio, per quam scient in deceptionem reproborum et electorum probationem eadem fieri signa. In quo tempore per patientiam gloriosi erunt sancti, non per miracula, sicut martyres fuerunt priores. Illi enim et persecutores sustinebunt, et facientes prodigia. Proinde et durius bellum sustinebunt, quia non solum contra persequentes, sed etiam contra miraculis coruscantes dimicatori sunt.

6. Gravius sub Antichristi temporibus contra Ecclesiam deserviet Synagoga, quam in ipso adventu Salvatoris Christianos est persecuta.

7. Dum in martyres diabolus jam exercuerit magnam crudelitatem etiam ligatus, crudelior erit tamen sub Antichristi temporibus, quando etiam erit solvendus. Nam si tanta ligatus, quanta solutus faciet?

8. Quanto propinquius finem mundi diabolus videt,

nomina illi per translationem et allegoriam in divinis litteris tribuuntur. LOAISA.

Ibid. De Antichristo notum est opus doctissimi Malvenda, ut alios omittam. AREV.

3. Membra Antichristi sunt hæretici et improbi Christiani; qui ore Christum confitentur, factis autem negant, ex August., tract. 3 super primam Epistolam Joannem. *Quisquis factis, inquit, negat Christum, Antichristus est.* Quotquot enim habet Ecclesia perjuros, fraudatores, adulatores, ebriosos, feneratoros, aliosque id genus sceleratos homines, antichristos, hoc est, adversarios Christi esse, idem recte asserit. Quod ipsum etiam de hæreticis censet, ex illo ejusdem loci: *Antichristus est qui negat Patrem et Filium.* *Omnis spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est, et hic est Antichristus.* LOAISA.

Ibid. Locus Pauli est II Thess. II. *Nam mysterium jam operatur iniquitatis.* In quem locum divus Thomas Aquinas sic ait: *Sicut omnia bona sanctorum ante Christum fuerunt figura Christi, sic in omni persecutione Ecclesie tyranni fuerunt, quasi figura Antichristi.* Græci hunc Pauli locum de Nerone dictum accipiunt, in qua sententia etiam divus Ambrosius est in hunc locum. LOAISA.

5. Nam vera futura sint miracula ac prodigia Antichristi, vide Augustin., lib. xx de Civitate Dei, cap. 19. LOAISA.

Ibid. *Durius bellum.* Quam atrox Antichristi bellum futurum sit patet ex illo Isai. xiv: *Ille homo, qui*

tanto crudelius persecutiones exercet, ut quia se continuo damnum conspicit, socios sibi multiplicet, cum quibus gehennæ ignibus addicatur.

9. Quanto breve tempus videt sibi restare diabolus, ut damnetur, tanto in magna persecutionis ira movetur, divina justitia permittente, ut glorificentur electi, sordidentur iniqui, et ut diabolo durior crescat damnationis sententia.

## 183 CAPUT XXVI

### De resurrectione.

1. Inchoatio pacis sanctorum est in hac vita, non perfectio. Tunc autem erit plenitudo pacis, dum ad Dei contemplationem absorpta carnis infirmitate convalescerint.

2. Resurrectio mortuorum, ut Apostolus ait, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi futura est (Ephes. 17, 13); in ætate scilicet juventutis, quæ profectu non indiget, et absque inclinatione defectus in perfectione ex utraque parte et plena est, et robusta.

3. Quamvis nunc filiorum Dei nomine homines fideles vocentur (Rom. viii, 14), tamen ex eo quod hanc servitutem corruptionis patiuntur adhuc jugo servitutis adjecti, sunt accepturi plenam filiorum Dei libertatem, *Dum corruptibile hoc induerit incorruptionem* (I Cor. xv, 55):

4. Nunc Deus per speculum agnoscitur, in futuro autem quisque electus facile ad faciem presentabitur (I Cor. xiii, 12), ut ipsam speciem contempletur, quam nunc per speculum videre conatur.

5. In hac vita electorum numero ad dexteram pertinentium, et reproborum, qui ad sinistram ituri sunt, Ecclesiam Dei compleri (dicitur); in fine autem sæculi sicut zizania a frumento disjungi.

*concitat terram, commoret reges, qui ponit orbem terræ totum desertum.* Sic enim legit Cyprianus, interpretaturque de Antichristo, lib. III Testimoniorum ad Quirinum. *Vulgata Editio ita habet: Nunquid iste est vir qui turbavit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, et urbes ejus destruxit?* LOAISA.

Ibid. *Scrupulus, quod tamen.* Melius videretur scrupulus quem tamen. AREV.

7. *Crudelior erit, etc.* Al., *crudelior erit tamen sub Antichristi, etc., ligatus facere potuit, quanta, etc.* AREV.

9. Ita in Mss. et in Editione veteri. De tempore adventus Antichristi vide etiam ac prudentem sententiam August., lib. xviii de Civitate Dei, cap. 93, et Greg., xxxiv Moral., cap. 10. LOAISA.

Ibid. Al., *quanto brevius.* Codex meus, *videt se regnare diabolus.* AREV.

CAP. XXVI. 1. Ex Gregor., lib. iv Moral., cap. 22 et 23. LOAISA.

2. August., lib. 22 de Civitate, cap. 14 et 15. LOAISA.

Ibid. Sanctus Augustinus Pauli ad Ephesios locum interpretatur, et de ætate disserit qua resurrecturi sumus. AREV.

3. Fideles vocantur filii Dei per adoptionem Epistolam I. Joannem. III. *Videte, inquit, qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur, et simus.* Et statim: *Nunc filii Dei sumus* (per gratiam videlicet), et nondum apparuit quid erimus. *Scimus quoniam cum apparuerit, similes et erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est.* LOAISA.

## CAPUT XXVII.

## De iudicio.

1. Iudicii diem novit Christus, sed in Evangelio dicere et scire **184** discipulos noluit. Nam dum dicit idem Dominus per prophetam: *Dies ultionis in corde meo (Isai. LXIII, 4)*, indicat se non nescire, sed nolle indicare.

2. De domo Domini, sicut scriptum est (*I Petr. IV, 17*), incipit iudicium, quando electi, id est, domus Dei, hic per flagella judicantur. Impii vero illic ad damnationem judicandi sunt. Unde et sequitur: *Si autem primum a nobis, quis finis eorum qui non crediderunt?*

3. Ad districti examen iudicis nec iustitia iusta secura est, nisi pietate divina, ut et ipsa iustitia, qua quisque iustus est, Deo justificante, justificetur. Alioquin apud Deum et ipsa peccatum est. Inde est quod ait Job: *Innocentem et impius ipse consumit*. Consumitur quippe a Deo innox, quando ipsa innocentia liquidius requisita, et divinæ innocentiae comparata nihil efficitur, nisi et ibi per divinæ misericordiae pietatem homo justificetur. Consumitur item **185** a Deo impius, quando examinis divini subtilitate requiritur, ejusque detecta impietas iudicata damnatur.

4. Consumitur innox et impius simul sine carnis, non poena damnationis.

5. Doctus pariter et indoctus moriuntur, sed morte carnis, non poena damnationis. Omnia autem pergunt ad unum locum, dum morte corporali in ter-

CAP. XXVII. N. 1. Sed in Evangelio dicere se scire discipulis noluit *Mss.* legunt nonnulli. Cæterum Gothus Toletanus omnium fidelissimus cum Editio consentit. Locus vero est Marc. XIII, his verbis: *De die autem illa vel hora nemo scit, neque angeli in celo, neque Filius, nisi solus Pater*. Et Matth. XXIV: *De die autem illa et hora nemo scit, neque Filius hominis*. Quorum locorum interpretationem vide apud August. LXXXIII Quæst., q. 6; et Hieron., in Matth.: Ambros., lib. V de Fide, cap. 8; Theophil., super Marcum, cap. 45; Gregor., lib. III super I Reg. III. Qui omnes Patres ideo dicunt Filium iudicii diem nescire, quia eum indicare noluit hominibus. Alii doctores neoterici dicunt Christum, quatenus homo erat, diem iudicii non cognovisse naturali notitia. Nam solus Deus novit ex sua naturali notitia tempora et momenta quæ Pater posuit in sua potestate. Unde apud Matth., cap. XXIV, additur, *neque Filius hominis*. Nam, quatenus Verbum, novit, sicut Pater. Quam interpretationem videtur etiam sequi Basiliius, in epistola ad Amphilochem, dum Matthæi et Marci hæc loca interpretatur. Cæteris vero omnibus occultum esse, multis sacrarum litterarum testimoniis confirmatur. Matth. XXIV: *Sicut autem in diebus Noe, ita erit et adventus Filii hominis*. Luc. XVI: *Sicut in diebus Lot, etc.* Et I Thess. V: *Cum dixerint homines pax et securitas, veniet repentinus interitus*. Et ibidem: *Dies Domini sicut fur in nocte, et Luc. XXI: Quando non putatis Filium hominis venire*. Et alibi: *Vigilate, quia nescitis diem, neque horam*. Apoc. III: *Veniam ad te tanquam fur, et nescias qua hora veniam ad te*. LOAISA.

Ibid. De genere cognitionis quo Christus die iudicii novit, consulendus etiam Vezziosius, in not. ad Epiphani c. 21 Ancorati, part. II Institut. Theolog. ARV.

2. *I Petr. IV: Quoniam tempus est ut incipiat iudicium*

A ram et justus et impius revertantur (*Eccle. II, 16; III, 20*). Retributio autem dissimilis, sicuti per eundem Salomonem dicitur: *Quid plus habet sapiens a stulto, nisi quod illic pergit ubi vita est (Eccle. VI, 8)?* Ergo omnes in terram pariter redeunt. Nam ubi vita est, non pariter pergunt.

6. Gemina punitur sententia impius, dum aut hic pro suis meritis mentis cæcitate perentitur, ne veritatem videat; aut dum in fine damnabitur, ut debitas poenas exsolvat.

7. Geminum est divinum iudicium: unum quo et hic judicantur homines, et in futuro; alterum, quo propterea hic judicantur, ne illic judicentur. Ideoque quibusdam ad purgationem temporalis proficit poena; quibusdani vero hic inchoat damnatio, et illic perfecta operatur perditio.

8. In iudicio reprobis humanitatem Christi, in qua iudicatus est, videbunt, ut doleant, divinitatem vero ejus non videbunt; ne gaudeant. Quibus enim divinitas ostenditur, utique ad gaudium demonstratur.

9. Pro diversitate conscientiarum et mitis apparbit in iudicio **186** Christus electis, et terribilis reprobis. Nam qualem quisque conscientiam tulerit, tale et iudicium habebit; ut, manente in sua tranquillitate Christo, illis solis terribilis appareat, quos conscientia in malis accusat.

10. Duæ sunt differentie vel ordines hominum in iudicio, id est, electorum et reproborum; qui tamen dividuntur in quatuor. Perfectorum ordo unus est, qui cum Domino iudicatur, et alius, qui iudicatur:

C de domo Dei, ubi iudicium Græce *χρίμα* pro afflictionibus accipiendum. LOAISA.

3. Ex Gregor., lib. IX Moral., c. 41 et 42. LOAISA. Ibid. *Ut et ipsa, etc.* Pulchre differentiam iustitiae, qua Deus et homo iusti dicuntur, expressit adversus vesana hæreticorum hujus temporis dogmata, de qua sic etiam in Conc. Trid., sess. 6, c. 7, scriptum est: *Demum unica formalis causa est iustitia Dei, non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit; qua videlicet a Deo donati, renovamur spiritu mentis nostræ, et non modo reputamur, sed vere iusti nominamur, et sumus, iustitiam in nobis recipientes*. LOAISA.

7. *Nec illic judicentur*. Ita est in omnibus *Mss.*; que lectio videtur cum illo Pauli quadrare I Cor. XI: *Si nosmetipsos iudicarem, non utique iudicaremur*. Et cum illo Sapient. Ante iustitiam præpara iudicium. LOAISA.

Ibid. Ad purgationem. Joan. XV: *Omniem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, et omnem qui fert, purgabit eum*. Greg.: *Palme fructuosas pugari dicitur, quia per disciplinam reciditur ad uberiores gratiam*. LOAISA.

Ibid. Nonnulli impressi, nec illi damnantur, quod recte rejicitur. ARV.

8. Gothus, in qua iudicatus est videbant; non malis: sententia hæc est apud Augustinum, super Joan., tract. 25, et de Trinit., lib. I, cap. 3, 16 et 17. Et etiam in Magistro Sentent., lib. IV, dist. 48. LOAISA.

Ibid. Divinitatem. Ex illo Isai. XXVI: *Tollatur impius ne videat gloriam Dei*. LOAISA.

9. Gregor., lib. XXV Moral., cap. 5 et 6. Damnantur autem sententia ex illo Pauli, Irom. II: *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationum accusantium, aut etiam, defendentium, in die cum iudicabit Deus occultis hominum*. Unde locum ita etiam Ambrosius interpretatur. LOAISA.

10. Ex Gregor., lib. XXVI Moral., c. 24, et Augustino in IV, dist. 97. LOAISA.

utrique tamen cum Christo regnabunt. Similiter A ordo reproborum partitur in duobus, dum hi qui intra Ecclesiam sunt mali judicandi sunt et damnandi; qui vero extra Ecclesiam inveniendi sunt, non sunt judicandi, sed tantum damnandi.

11. Primus igitur ordo eorum qui judicantur et pereunt opponitur illi ordini bonorum de quo sunt qui judicantur et regnant. Secundus ordo eorum qui non judicantur et pereunt opponitur illi ordini justorum in quo sunt hi qui non judicantur et regnant. Tertius ordo eorum qui judicantur et regnant illi ordini est contrarius de quo sunt qui judicantur et pereunt. Quartus ordo eorum qui non judicantur et regnant opponitur illi contrario ordini in quo illi sunt qui non judicantur et pereunt.

### CAPUT XXVIII.

#### De gehenna.

1. Duplex damnatorum pœna est in gehenna, quorum et mentem **187**. urit tristitia, et corpus flamma juxta vicissitudinem, ut qui mente tractaverunt quod perficerent corpore, simul et animo puniantur et corpore.

2. Ignem gehennæ ad aliquid lumen habere, ad aliquid non habere; hoc est, habere lumen ad damnationem, ut videant impii unde doleant; et non habere ad consolationem, ne videant unde gaudeant.

3. Apta sit comparatio de camino trium puerorum ad exemplum ignis gehennæ. Nam sicut ille ignis non arsit ad trium puerorum supplicium, et arsit ad comburenda ligamina vinculorum, ita ignis gehennæ et lucebit miseris ad augmentum pœnarum, ut videant unde doleant, et non lucebit ad consolationem, ne videant unde gaudeant.

4. Inter hujus vitæ et futuræ infelicitatis miseriam multa discretio est. Illie enim et miseria est propter cruciationem dolorum, et tenebræ propter lucis aversionem: quorum unum in hac vita, id est, miseria est, aliud non est; in inferno autem utrumque est.

*Ibid.* Non sunt judicandi: Secundum illud Joann. III: Qui non credit, jam judicatus est; et illud Pauli, Rom. II: Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt. LOAISA.

*Ibid.* Discrimen inter impios, sive incredulos, et peccatores Christianos, agnoscunt multi alii Patres, qui dicunt peccatores judicandos esse, impios jam esse judicatos. V. de Prudentiana, pag. 153, num. 179. AREV.

CAP. XXVIII. N. 4. Theophylactus, super Matth. x exponens illud: *Timete autem magis eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Gehennam, inquit, cum dixit, significat perpetuam pœnam; Gehenna enim dicitur a semper nascendo.* Hic est ille vermis de quo ait Isaias: *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur.* Cui convenit illud Tityi (ut est in fabulis):

.... Rostroque immanis vultur obunco,  
Immortale jecur tundens, secundaque pœnis  
Viscera, rinaturque epulis, habitatque sub alto  
Pectore, nec fibris requie datur ulla ren-tis.

LOAISA.

2. Ex Gregor., lib. IX Moral., c. 59. LOAISA.

*Ibid.* Petavius, lib. III de Angelis, c. 5, ignem interiorum esse corporeum probat præsertim testimoniis Augustini et Gregorii, quibus Isidorum quoque

### CAPUT XXIX

#### De pœnis impiorum.

1. Sicut fasciculi lignorum ad combustionem de similibus colligantur (*Math. XIII, 30*), ita in judicii die similis culpæ rei suis similibus jungentur, ut ex æquo pœna constringat quasi in fasciculum quos actio similes fecit in malum.

2. Sicut unusquisque sanctus in futuro judicio pro quantitate **188** virtutum glorificabitur, ita et unusquisque impius pro quantitate facinorum condemnabitur; nec deerit in supplicio futuro damnationis ordo, sed juxta qualitatem criminum, Propheta affirmante, discretio erit pœnarum.

3. De charorum quoque suorum suppliciis additur etiam pœna defunctis, sicut apud inferos diviti sermo prædicat evangelicus (*Luc. XVI, 19*); sicut pro augendo Judæ supplicio dicit etiam psalmus: *Commotione moveantur filii ejus, et mendicent* (*Psal. CVIII, 9*).

4. Impii ex hoc durius in judicio puniendi sunt mentis dolore, ex quo visuri sunt justos gloriæ beatitudinem meruisse.

5. Cunctis videntibus est præcipitandus diabolus, quando sub aspectu omnium bonorum angelorum et hominum cum eis qui de parte ejus erunt in ignem æternum mittendus est.

6. Dum sublatus fuerit diabolus, ut damnetur, multi electi, qui in corpore sunt inveniendi, Domini ad judicium veniente, metu concutiendi sunt, videntes tali sententia impium esse punitum: quo terrore purgandi sunt, quia, si quid eis ex corpore adhuc peccati remanserit, metu ipso quo diabolum damnari conspiciunt purgabuntur. Hæc est quod ait Job: *Cum sublatus fuerit, timebunt angeli, et exterriti purgabuntur* (*Job. XLI, 16*).

7. Multos posse perire ex eis in die judicii, qui nunc electi esse videntur, et sancti, dicente propheta: *Vocabit Dominus judicium ad ignem, et devorabit aby-*

adjungit; sed advertit nullum de eo igne corporeo existare decretum fidei. AREV.

3. Gregor., *ibid.* LOAISA.

4. Ex Gregor., lib. IX Moral., cap. 38. LOAISA.

CAP. XXIX. N. 4. Ex Gregor., lib. IX Moral., cap. 39. LOAISA.

*Ibid.* Fasciculi lignorum. Vide a me notata ad vers. 681 lib. III Dracontii:

Et grates exceptus agam de fœce nalo nm.

AREV.

2. Ex Gregorio, *ibid.* LOAISA.

*Ibid.* Nec deerit, etc. Ita in Goth. et aliis mss., in uno vero perantiquo sic legitur, *nec deerit in supplicii die futuro damnationis ordo.* LOAISA.

3. Psal. CVIII: legiturque in Editione Vulgata: *Nutantes transferantur filii, et mendicent.* Hebræus sermo habet: *Überrent liberi ejus.* Nutantes autem est instabiles vagantur, errantes mendicent, sicut vagi et errantes. LOAISA.

5. Apoc. XX ponitur ordo judicii, et apud Paulum, I Cor. XV. LOAISA.

6. Qui in corpore sunt inveniendi. Vide sanctum Gregorium, lib. XXXIV Mo al., c. 7, et sanctum Augustinum, de Civit. Dei, cap. 20, cum nota Vezzosi, part. III Instit. Theolog., pag. 283 et seq. AREV.

7. Locus est Amos VII: *Ecce vocabit judicium ad*

sum multam, et comedet partem domus. Pars quippe dæmones devorabitur, quia illos etiam infernus absorbebit, qui nunc se esse in præceptis cœlestibus gloriantur; de quibus Dominus dicit: « Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, **189** nonne in tuo nomine prophetavimus, et in tuo nomine dæmonia ejecimus, et virtutes multas fecimus? Tunc confitebor illis quia nunquam novi vos. Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem, nescio qui estis (Math. vii, 22, 23). »

### CAPUT XXX.

#### De gloria sanctorum.

1. Non faciet in futurum cor miseram justorum compassione damnatorum condolendi affectio, ubi

ignem Dominus Deus, et devorabit abyssum multam, et comedet simul partem. Vox autem domus, quæ apud Isidorum est, in nullo Bibliorum exemplari legitur, neque in versione LXX, cujus hæc sunt verba: καὶ ἐκλάσθη τὴν δίκην ἐν πυρὶ καὶ κατέφαγεν τὴν μερίδα, ubi Hieronymus: Comedit partem, inquit, hoc est, ad sanctos illius pervenit, qui in peculio Domini, et in ejus parte reputantur. Theodoretus in eundem locum: Partem, inquit, appellat Israel. Sic enim etiam Moses inquit:

tantum erit sanctorum de Dei contemplatione gaudium, ut tristitiæ nullus tribuatur introitus.

2. Sicut comparatus color candidus nigro coloris sit pulchrior, ita et sanctorum requies comparata damnationi malorum gloriosior erit.

3. Sic justitia injustitiæ, sic virtus vitio crescit. Ergo sanctorum crescet gloria, dum debita damnatur impij poena.

4. Post resurrectionem sanctis in carne profusa est cœlorum ascensio, dicente ad Patrem Christo: Volo ut ubi sum ego, et ipsi sint mecum (Joan. xvii, 24). Si enim membra capitis sumus, et unus in se, et in nobis est Christus, utique ubi ipse ascendit, et nos ascensuri sumus.

**B** Et facta est pars Domini populus ejus Jacob. **LOAISA.** CAP. xxv. N. 1. Ex Gregorio, homilia 40. Est apud Magistrum, in iv, dist. 50. **LOAISA.**

3. In Excuso erat sicut; verum Gothus legit: Sic justitia injustitiæ, sic virtus vitio crescit. Ergo sanctorum accrescit gloria, ut sit superioris sententiæ redditio; similiter est in omnibus fere vet. Cod. **LOAISA.**

Ibid. Alii, sic virtus vitio. Crescit ergo sanctorum gloria, dum. **ANV.**

## LIBER SECUNDUS.

### 190 CAPUT I.

#### De sapientia.

1. Omnis qui secundum Deum sapiens est beatus est. Beata vita cognitio divinitatis est. Cognitio divinitatis virtus boni operis est. Virtus boni operis fructus æternitatis est.

2. Qui secundum sæculum sapiens est, secundum Deum stultus est. Unde et propheta: Stultus, inquit, factus est omnis homo a scientia sua (Jerem. x, 14).

3. Primum est scientiæ studium quærere Deum, deinde honestatem vitæ cum innocentia opere.

4. Nullus sapientiam Dei plene recipit, nisi qui se ab omni abstrahere actionum cura contendit. Unde et scriptum est: Sapientia scribæ in tempore otii, et qui minoratur actu; ipse percipiet eam (Eccli. xxxviii, 25).

5. Non ad parvæ intelligentiæ arcem pervenit, qui scit secreta Dei se penetrare non posse. Tunc autem Deum recte cognoscitur, **191** quando eum perfecte scire nos denegamus.

**CAP. I. N. 2.** Jeremias, x: Stultus factus est omnis homo a scientia; in Editione Vulgata non est sua, neque apud Septuagint. : Ἐρωπάρθη πᾶς ἄνθρωπος ἀπὸ γνώσεως. Verum apud Hebræos est a scientia sua, et ita venit divus Hieronymus, Jerem. x, quamvis cap. 51, a scientia tantum. **LOAISA.**

3. Ex divo Gregor.: fere ad verbum, hæc sententia et sequens lib. xviii Moral., cap. 25. **LOAISA.**

4. Locus est Eccl. xxxviii, ubi in Editione Vulgata sic est: Sapientia scribæ in tempore vacuitatis, et qui minoratur actu sapientiam percipiet. Dicitio scribæ non est verbum imperandi, sed genitivus, ut constat ex Græcis: Σοφία γραμματέως ἐν εὐκαιρίᾳ σχολῆς. Et Complut. Editio ita habet: Sapientia scribæ in opportunitate otii, scilicet consistit, aut comparatur. Sunt

6. Interdum quædam nescire convenit. Nullus autem in culpa major est quam ille qui Deum nescit.

7. Investigationem veri multorum est quærere, sed paucorum est invenire. Ea autem quæ supra hominis intelligentiam sunt, scrutanda non sunt. Quidquid supra hominis intellectum est quærendum non est. Consilio autem divino reservandum est, ut hoc credatur esse justitia, quod divini placuerit voluntati. Non enim poterit esse injustum quod justo completur iudici.

8. Omnis sapientia ex scientia et opinione consistit. Melior est autem ex scientia vehiens quam ex opinione sententia. Nam illa vera est, ista dubia.

9. Ad majoris culpæ cumulum pertinet scire quomquam quod sequi debeat, et sequi nolle quod sciat. Unde et Dominus: Servus, inquit, sciens voluntatem Domini sui, et non faciens, dignè plagis vapulabit multis (Luc. xii, 47). Et Jacobus: Scienti bonum et non facienti, peccatum est (Jac. iv, 17).

10. Simplicitatem cum ignavia vocari stultitiam,

qui sapientiam legant, et tunc scribæ est nominativus, ita ut sit sensus: scribæ hoc est, legis doctores, sapientiam percipient in tempore quo vacui et liberi sunt ab operibus servilibus et illiberalibus, toto se veritatis speculationi tradentes. Sed hæc interpretatio, licet a doctis probetur, Græcæ Editioni non convenit. Isidorus locum desumpsit ex divo Gregor., lib. xviii Moral., cap. 25: Nullus quippe, inquit, omnem plane recipiet, nisi qui ab omni se abstrahere actionum carnalium fluctuatione contendit; unde et alius dicitur: Sapientia scribæ in tempore otii, et qui minoratur actu, ipse percipiet eam. **LOAISA.**

9. Sensum de Scriptura sumit, et non verba. Locus est Lucæ xii: Ille autem servus, etc. **LOAISA.**

Ibid. Peccatum est. Al., peccatum est illi. **ANV.**

simplicitatem vero cum prudentia vocari sapientiam.

11. Utile est multa scire et recte vivere. Quod si utrumque non valemus, melius est ut bene vivendi studium quam multa sciendi sequamur.

12. Non pertinere ad beatitudinem consequendam scientiam rerum, nec esse beatum multa scire, sed esse magnum beate vivere.

13. Nihil prodesse omnem scire prudentiam cum ignorantia Dei, et nihil obesse scientibus Deum ignorantiam mundi. Perfecte autem scit, qui potius Deum et ista non pro se, sed pro Deo scit.

14. Nihil obesse cuiquam si per simplicitatem aliquam de elementis indigne sentiat, dummodo de Deo vera pronuntiet. Nam quamvis de incorporeis corporeisque naturis nequeat quisque disputare, beatum tamen illum facit vita recta cum fide.

## 192 CAPUT II.

### De fide.

1. Non posse ad veram beatitudinem pervenire, nisi per fidem; beatum autem esse, qui et recte credendo bene vivit, et bene vivendo, fidem rectam custodit.

2. Deus, si creditur, merito invocatur et quaeritur; ac per hoc tunc perfecte laudatur, quando invocatur et creditur.

3. Non tantum id credendum est, quod sensu carnis dignoscimus, sed magis etiam quod intellectu mentis conspicimus, id est, Deum. Sine fide nemo potest placere Deo (*Hebr. xi, 6*): *Omne enim quod non est ex fide peccatum est (Rom. xiv, 23)*.

4. Fides nequaquam vi extorquetur, sed ratione atque exemplis suadetur. A quibus autem exigitur violenter, perseverare in eis non potest: exemplo, ut quidam ait, novellæ arboris, cujus si quis cacumen violenter impresserit, denuo, dum laxatur, in id quod fuerat, confestim revertitur.

5. Sicut homo, libero arbitrio conditus, sua sponte divertit a Deo, ita ex propria mentis conversatione credendo, recurrit ad Deum, ut et libertas agnoscat arbitrii per propriam voluntatem, et beneficium gratiæ per acceptam fidei veritatem.

6. In corde respicit Deus fidem, ubi se non possunt homines excusare, qui ore simulant veritatis professionem et corde retentant erroris impietatem.

7. Sicut nihil proficit fides quæ ore retinetur, et corde non creditur, ita nihil profutura fides, quæ

corde tenetur, si ore non proferatur. De tali enim fide propheta ita quosdam objurgat, dicens: *Periit fides, ablata est de ore eorum (Jerem. vii, 28)*. Fides enim quæ corde creditur, confessione oris ad salutem proferitur (*Rom. x, 10*).

8. Vacuam esse sine operibus fidem, et frustra sibi de sola fide blanditur, qui bonis operibus non ornatur.

9. Qui crucem portat dabet et mundo mori. Nam ferre crucem, et mori, mortificare seipsum est; ferre, et non mori, simulatio hypocritarum est.

10. Qui per fidem cognitionem Dei habent, et operibus obscurantur, exemplum Balaam sequuntur; qui cadens opere, apertos oculos habuit per contemplationis fidem.

11. Carnales fidem non pro virtute animi, sed pro comodo quaerere temporali. Unde et Dominus dicit: *Queritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis de panibus (Joan. vi, 26)*.

12. Christianus malus, dum secundum Evangelii doctrinam non vivit, etiam ipsam fidem, quam verbo colit, oborta tentatione, facile perdit.

13. Multi fide tantum Christiani sunt, opere vero a Christiana doctrina dissentiunt. Multi quoque fidem Christi ex corde non amant, sed humano terrore eandem per hypocrisim tenere se simulant. Et qui esse non possunt aperte mali, per terrorem fidei boni noscuntur.

14. Amatores mundi pugnant aliquando pro fide, et aliis quidem proficiunt; ipsi vero, amore terreno implicati, cœlestia non requirunt, sed verbo tantum fidem defendunt.

15. Quidam pro fide etiam hæreticos insequuntur, sed per arrogantiam eos qui intra Ecclesiam sunt contemnunt. Adversarios quidem fidei confutant pro infidelitate, sed fideles premunt fasce superbiæ.

## CAPUT III.

### De charitate.

1. Quamvis nonnulli fide atque operibus sanctis videantur esse participes, tamen, quia privantur charitate fraternæ dilectionis, nullum habent incrementum virtutis. Nam sicut ait Apostolus: *Si tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem non habuero, nihil mihi prodest (I Cor. xiii, 3)*.

2. Sine amore charitatis, quamvis quisque recte credat, ad beatitudinem pervenire non potest, quia tanta est charitatis virtus, ut etiam prophetia et martyrium sine illa nihil esse credantur.

*Ibid. Carnales fidem. Al., carnalium est fidem. Sed nihil mutes, quamvis hoc clarius videatur. AREV.*

13. Greg., lib. xxi, cap. 10, et lib. xxvii, cap. 6. Moral. LOAISA.

15. *Pasce superbiæ. Meus Codex ins. sustu superbiæ, quod fortasse inclius. AREV.*

CAP. III. N. 1. Ex Greg., lib. xviii Moral., cap. 14; affertque id testimonium Pauli, I Cor. xiii. LOAISA.

*Ibid. Si tradidero. Sic omnes Codd. mss., et Cyprianus, de unitate Eccl., et Cassianus, collat. 1, de Monach. destin., cap. 6. Locus est apud Paul. I Cor. xiii. Græce, ἵνα κλυθίστουαι. LOAISA.*

13. *Prodesse omnem. Al., prodest homini. AREV. CAP. II. N. 5: Fidei veritatem. Al., fidei firmitatem. AREV.*

7. In omnibus Editis erat *confessionis oris*, male: sed in omnibus Mss., *confessione oris*, quam lectionem probò; sic est apud Paul., Rom. x: *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit. LOAISA.*

*Ibid. Proferatur. Al., profiteatur. AREV.*

9. Gregorius, lib. viii Moral., cap. 2. LOAISA.

10. Gregor., lib. xxv Moral., cap. 10, ad verbum. LOAISA.

11. Joann. vi. Est etiam apud Greg., lib. xxiii Moral., cap. 17. LOAISA.



Dei munera; non tamen conceduntur uni omnia, ut **A** sit pro humilitatis studio quod alter admiretur in altero. Nam quod in Ezechiele animalium alæ altera ad alteram percutiuntur (*Ezech. 1*), virtutes designantur sanctorum mutuo sese affectu provocantium atque alterno sese invicem sese erudientium.

8. Munera gratiarum alii ista, alii vero donantur illa. Nec dantur ita habere uni, ut non egeat alterius.

**107 9.** Posse fieri non est dubium ut hi quos quidam virtutum excellentia antecedunt, Dei repentina præventi gratia, quosdam compendio sanctitatis præventiant; et dum sint conversionis postremi, subito efficiuntur virtutis colmine primi.

10. Dum quisque aliquod donum accipit, non appetat amplius quam quod meruit, ne, dum alterius membri officium arripere tentat, id quod meruit perdat. Conturbat enim corporis ordinem totum, qui non suo contentus officio subripit alienum.

11. Mali dona ideo ad damnationem accipiunt, quia non ad Dei laudem, sed ad suam vanitatem utuntur. Bonis male utuntur qui ea quæ a Deo illis donata sunt in malos usus assumunt, sicut ingenium, sicut et cætera Dei dona.

12. Multis Dei donis gaudemus, quæ nos ab eo percepisse cognovimus. Nam quod sapientes sumus, quod potentes existimus, non alterius, sed potius divinis munere sumus. Utamur ergo optime divinis beneficiis, quatenus et Deum non poeniteat dedisse, et nobis accepisse sit utile.

13. Auferre Deus dicitur homini donum aliquod, quod homo non habuit, id est, quod accipere non meruit. Sicut et obdurare dicitur Deus hominem, non ejus faciendo duritiam, sed non auferendo eam quam sibi ipse nutrit. Non aliter et obsecrare dicitur quosdam Deus, non ut in eis eandem ipse cæcitate faciat, sed quod pro eorum inutilibus meritis caritatem eorum ab eis ipse non auferat.

14. Plerisque Dei dona dantur, perseverantia vero doni non datur. Et inde est, quod quidam principia habent conversionis bonæ, sine vero malo clauduntur. Electi vero accipiunt et conversionis donum, et perseverantiam doni. Ea ergo causa est, quod quidam et bene incipiunt, et bene finiunt.

9. *Efficiuntur.* Fortasse legendum erit *efficiantur.* **AREV.**

11. *Quia non ad Dei laudem.* Al., *quia illis non ad Dei laudem.* **AREV.**

12. *Alii, quod sapientes sumus, quod divites, quod potentes.* **AREV.**

13. *Exod. iv, ad Mosen dicitur de Pharaone: Ego obdurabo cor ejus.* Gregor., *Moral. xi, cap. 5: Obdurare, inquit, quippe per justitiam dicitur Deus, quando cor reprobum per gratium non emollit,* et homil. 11, in *Ezech.* exponens illud: *Ego indurabo cor Pharaonis: Non enim cor peccantis Dominus obdurat, sed obdurare dicitur, cum ab obduratione non liberat.* **LOUISA.**

**CAP. VI N. 1.** *EX Greg., lib. xxxiii Moral., cap. 20.* **LOUISA.**

*Ibid.* *Alii, semperque reprobos infima et exteriora, deservendo, sectari permittat.* Codices mss. plerique, *semperque reprobos, ut infima et exteriora delectentur, deserendo, permittat;* ut dubitari possit an Isidorianis sæculi propria sit hæc locutio, *infima et exteriora*

## 198 CAPUT VI.

### *De prædestinatione.*

1. Gemina est prædestinatio, sive electorum ad requiem, sive reproborum ad mortem. Utraque divino agitur iudicio, ut semper electos superna et interiora sequi faciat, semperque reprobos ut infimis et exterioribus delectentur deserendo permittat.

2. Sicut ignorat homo terminum lucis et tenebrarum, vel utriusque rei quis finis sit, ita plerisque necit quis ante suum finem luce justitiæ præveniat, vel quis peccatorum tenebris usque in suum terminum obscuretur, aut quis post lapsum tenebrarum conversus resurgat ad lucem. Cuncta hæc Deo patent, homini vero latent.

3. Quamvis justorum conversatio in hæc vita probabilis sit, incertum tamen hominibus esse ad quem sint finem prædestinati, sed omnia reservari futuro examini.

4. Mira dispositio est supernæ distributionis, per quam hic justus amplius justificatur, impius amplius sordidatur (*Apoc. xxi*); malus ad bonum aliquando convertitur, bonus ad malum aliquando reflectitur. Vult quis esse bonus, et non valet; vult alter esse malus, et non permittitur interire. Datur ei qui vult esse bonus; alius nec vult, nec datur ei ut sit bonus. Iste nascitur in errore, et moritur; ille in bono quo cœpit, usque in finem perdurat. Tandiu iste stat, quousque cadat; ille diu male vivendo in fine salvatur, respectusque convertitur.

**199 5.** Vult prodesse in bono justus, nec prævalet; vult nocere malus, et valet. Iste vult Deo vacare, et sæculo impeditur; ille negotiis implicari cupit, nec perficit.

6. Dominatur malus bono, bonus damnatur pro impio, impius honoratur pro justo. Et in hæc tanta obscuritate non valet homo divinam perscrutari dispositionem, et occultum prædestinationis pendere ordinem.

## CAPUT VII.

### *De conversis.*

1. Non inchoantibus præmium promittitur, sed perseverantibus, sicut scriptum est: *Qui persevera-*

*delectari, pro infimis et exterioribus delectari.* Vide lib. ii *Synonymorum*, num. 5, cum nota, et *Isidoriana*, cap. 43, n. 34, et cap. 94, num. 37, ubi ex *Cod. Vatic. 657* notavi hanc varietatem, *ut in infima et exteriora delectentur.* Relegendum etiam in *Isidorianis* caput 30, in quo doctrina sancti Isidori de prædestinatione defenditur contra *Hincmarum Rhemensem*, qui etiam ipse apud *Isidorum* legebat: *Ut infima et exteriora delectentur.* **AREV.**

4. *Datur ei qui vult, etc.* Tota sententia desumitur ex *divo Gregor., lib. xxix Moral., cap. 18.* **LOUISA.** *Ibid.* *Vitiose nonnulli datur ei, quod sit malus, qui vult esse bonus.* Minus displicet quod alii exhibent: *Tandiu in bono iste stat, quousque, etc.* **AREV.**

**CAP. VII. N. 1.** *Conversi in universum vocantur omnes qui in monastica vita Deo militant, ut est apud Pachomium, in regula, et apud Cass., l. iv de Institutis renuntiantium, cap. 1. Renuntiantes vocantur conversi; nunc in monasticis ordinibus laici appellantur conversi.* **LOUISA.**

erit usque in finem, hic salvus erit (Math. x, 22; A xxiv, 15).

2. Tunc enim placet Deo nostra conversio, quando bonum, quod inchoamus, perseveranti sine completum. Nam sicut scriptum est: *Vae his qui sustinentiam perdidierunt*, id est, opus bonum non consummaverunt (Eccle. ii, 16).

3. Indulgentia peccatorum, sciendum, ubi, quando, vel qualibus datur. Ubi quippe? nisi intra Ecclesiam catholicam? Quando, nisi ante venturi exitus diem? *Quia ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* (II Cor. vi, 3). Qualibus, nisi conversis, qui per humilitatem 200 ad parvulorum transeunt imitationem? de quibus dicitur: *Talium est enim regnum caelorum* (Matth. xii, 14).

4. Nemo pendere potest quanti sit ponderis in justitia, vel quanti fulgoris radio justitia clareat, nisi qui prius toto mentis nisu convertatur ad Deum, quatenus ipso lumine quo illustratur et suam foeditatem agnoscat, et lumen quod caeco corde non intuebatur intelligat.

5. Tunc autem inattingibilem intelligi potest divinam justitiam, dum eam quisque sequi conversus tentaverit, quia lux non intelligitur, nisi cum videtur.

6. Judicium quod in hominis potestate consistit conversionis est gratia, per quam nosmetipsos iudicamus, quando flentes mala nostra punimus, et bono quod ex Deo nobis est solidius inhaeremus.

7. Tripertitus describitur esse uniuscujusque conversi profectus, id est, primus, corrigendi a malo; secundus, faciendi bonum, tertius, consequendi boni operis praemium. Nam quod ait propheta: *Solve fasciculos deprimentes* (Isai. lviii, 6), mali est emendatio: Quod vero adjecit: *Frange esurienti panem tuum*, operis boni est actio. In eo vero quod subjungit: *Tunc erumpet matutinum lumen tuum*, operis boni est retributio. Ergo non proficit lacere bonum, nisi correctum fuerit malum. Non poterit quisquam ad contemplationem Dei proficere, nisi se prius in bonis studuerit actibus exercere.

8. Multis modis terret Deus homines, ut vel sero convertantur, atque exinde magis erubescant, quod

*Ibid. Non inchoantibus, etc.* Ex veteribus impressis. *Non inchoantibus praemium promittitur, sed perseverantibus datur*, mss. omnes. LOAISA.

*Ibid.* Alii omittunt non, alii addunt datur post perseverantibus. Meus Cod.: *Non inchoantibus praemia promittuntur, sed perseverantibus dantur*. De conversis alia etiam notavit Loaisa lib. iii, c. 13, n. 3. Excerptum ex his capitibus inscriptum *De conversis* quasi distinctum opus Isidori a nonnullis editum fuit, ut explicui in Isidorianis, cap. 66, num. 7 seqq., ubi etiam excipis praefationes Canisii et Constantini Cajetani. Hic nota aliquas, seu varias lectiones e suo exemplari ms. adjecit, quarum nonnullae a nobis indicabuntur: reliquas satius est omittere; nam corruptissimum erat illud exemplar. AREV.

2. Eccle. ii. Greg., lib. vi, exposit. in prim. regulam, cap. 13, interpreta:ur locum: *Sustinentiam*, inquit, *perdunt qui bona quae inchoant non consummant*. LOAISA.

*Ibid. Perseveranti, etc.* Al., *perseverante sine conti-*

landiu expectati sunt ut redirent. Nam nunc minis, nunc plagis, nunc revelationibus quosdam coneventi, ut qui voluntate converti despicunt, commoti terribus corrigantur.

9. Plerique ex sola mentis devotione convertuntur ad Deum; nonnulli vero coacti plagis convertuntur, qui ex devotione non convertebantur, juxta capitulum psalmi dicentis: *In freno et camo maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te* (Psal. xxxi, 9).

10. Plerique autem, dum devotione non convertuntur, plagae 201 stimulis feriuntur; qui tamen nec sub verbera sentiunt, ut aliquatenus corrigantur, sicut Aegyptus, qui et poenas luit, et emendari nequivit. De talibus enim ait propheta: *Percussisti eos, et non doluerunt; attrivisti eos, et renuerunt suscipere disciplinam* (Jerem. v, 3).

11. Nonnulli viri saeculares elatione mentis tumentes, postmodum conversi ad Deum, religiosa sequuntur obedientia Christum; et qui antea celebritudine mundiali tuebant, postea ipsam elationem in studio humilitatis commutant.

12. Quidam sunt qui jam secrete conversi sunt, quorum conversio, quis non procedit ad publicum, quod aeternam humanam, quales fuerunt, tales adhuc esse putantur; jam tamen in Dei oculis surrexerunt. Item quidam adhuc humano iudicio stare cernuntur; jam tamen in Dei oculis ceciderunt.

13. Multi apud homines reprobi sunt, et apud Deum electi; atque item multi apud homines electi putantur, et apud Deum reprobi existunt, Salomone dicente: *Vidi, inquit, impios sepultos, qui cum adhuc viverent, in loco sancto erant, et laudabantur in civitate quasi justorum operum* (Eccle. viii, 10). Nullus ergo se putet electum, ne forte jam apud Deum sit reprobus.

## CAPUT VIII.

### De primordiis conversorum.

1. Trimodum genus est conversionis ad Deum, inchoationis cum dulcedine, medietatis cum labore, perfectionis cum requie. Sed tamen plerumque alii incipiunt a dulcedine, alii a tentationum amaritudine.

*neni non perdidimus, id est, opus bonum, etc.* AREV.

3. Id probat Gregor., lib. Moral. v, cap. 8, et lib. ix, c. ult. LOAISA.

D 9. Locus est psal. xxxi, ubi ita legitur: *In camo et freno maxillas eorum constringe*. Sic Septuag. legunt, et Basil., et Theod., per camum et frenum disciplinam intelligentes. Camus Graecis est genus vinculi, *καμὸς*. Sunt qui vertant *lupato et freno*, verum in Psal. Isidor. est *in freno et camo*. LOAISA.

*Ibid.* Forte, *Aegyptus, quae*. AREV.

11. Greg., lib. ii Moral., cap. 19, et lib. xviii, cap. 12. LOAISA.

12. Ex Gregor., lib. xv Moral., c. 7 et 10. LOAISA.

*Ibid.* Surrexerunt. Al., *se correxerunt*. AREV.

13. *Quasi justorum operum. Ita Goth. Tolet. Quasi justorum animae, Salm. Goth.* LOAISA.

*Ibid.* Justorum operum. Al., *justorum opera*. AREV. CAP. VIII. N. 1. Ex Gregor., lib. xxiv Moral., cap. 7. LOAISA.



2. Omnis conversus ante ex fletu inchoet peccatorum, et sic traseat ad desiderium supernorum. Prius enim lacrymis purganda sunt vitia quæ gessimus, et tunc munda mentis acie id quod **202** quaerimus contemplerur, ut dum antea flendo peccata nobis caligo detergitur, mundatis cordis oculis libere superna inspiciantur.

3. Ante necesse est timore converti ad Deum, ut metu futurarum poenarum carnales illecebræ devincantur. Deinde oportet, abjecto timore, ad amorem vitæ æternæ transire. *Perfecta enim charitas foras mittit timorem (1 Joân. 17, 18)*; qui autem timet, poenam habet, et non est perfectus. Unde et Apostolus: *Non enim accepistis spiritum servitû is iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis (Rom. VIII, 15)*; per quem scilicet jam non peccati poena servos comprimit, sed amor justitiæ liberos reddit.

4. Necesse est omni converso ut post timorem consurgere ad charitatem Dei debeat, quasi filius, nec semper sub timore jaceat, quasi servus. Tunc enim amorem nostræ conversionis ostendimus, si deo ut patrem diligimus, quem prius servilli mente vere ut Dominum formidabamus.

5. Primordia conversorum blandis refovenda sunt modis, ne si ab asperitate incipiant, exterriti ad priores lapsus recurrant. Qui enim conversum sine lenitate erudit, exasperare potius quam corrigere novit.

6. Conversus quisque antea ab opere corrigendus est, postea vero a cogitatione, ut prius refrenet prævium actum, deinde appetitum delictum, ut quod jam in opere non apparet, in cogitatione nequaquam perducat.

7. Omnis nova conversio adhuc pristinae vitæ habet commistionem: propterea nequaquam ea virtus procedere ad hominum oculos debet, donec conversatio vetus funditus ab animo extirpetur.

8. Quisquis ex deteriore jam melior esse coepit, caveat de acceptis extolli virtutibus, ne gravius per vanam gloriam corruat, quam prius per lapsum vitiorum jacebat.

## 203 CAPUT IX.

### *De conflictu conversorum.*

1. Quisque conversus si mox omnes carnis stimulos calcare cupiat, et summa virtutum subire contendat, si forte adhuc aliqua adversa de carnis molestiis tolerat, non frangatur, quia dispensator bonorum novit adversitates reprimere vitiorum successione virtutum.

2. Tunc magis gravari se quisque impulsu vitio-

2. *Munda. Ita Salm. Goth. Mundata, Tolet. LOAISA.*

3. *Gregor., lib. Moral. IX, cap. 22. LOAISA.*

5. *Greg., lib. XXIV Moral., c. 7. LOAISA.*

6. *Appetitum delictum. Al., appetitum ad delictum; vel, appetitum ac delictum. AREV.*

CAP. IX. N. 4. *Greg., lib. Mor. XXIV, c. 7. LOAISA.*

5. *Tota hæc sententia desumpta est ex Greg., homil. 2 in Evang. Luc. XVIII, de cæco illuminato exponente illud mystice: Et qui præbant increpabant eum, ut taceret. LOAISA.*

*Ibid. Insolentiam, etc. Al., insolentia nobis gignit*

rum agnoscit, dum ad cognitionem Dei accesserit, sicut populus Israel graviore onere ab Ægyptiis premitur, dum per Moysen divina illi cognitio aperitur (*Exod. v*).

3. Vitia enim ante conversionem quasi pacem in homine habent, quando autem expelluntur, acriori virtute consurgunt. Fiunt autem inimica converso, quæ peccatori prospere blandiebantur; atque item fiunt blanda converso, quæ peccatori adversa existierunt.

4. Multos habet conflictus Dei servus ex recollectione operum præteritorum; multique post conversionem etiam nolentes motum libidinis sustinent, quod tamen ad damnationem non tolerant, sed ad probationem, scilicet ut semper habeant pro excutienda inertia hostem, cui resistent, dummodo non consentiant. Unde et noverint servi Dei se etiam a peccatis jam esse mundatos, sed iamen cogitationum turpium adhuc interpellatione pulsari.

5. Ante conversionem præcedit turba peccatorum, post conversionem sequitur turba tentationum. Illa se objiciunt, ne ad Deum convertamur; ista se ingerunt, ne liberis cordis oculis Deum cernamus: utriusque tumultus insolentiam nobis gignit, intentionemque nostram sæpe fraude multimoda intercludit.

6. Utile est Dei servo post conversionem tentari, quatenus a torpore negligentia, sollicitantibus vitiis, ad virtutes animum per exercitium præparet vitiorum.

## 204 CAPUT X.

### *De remissa conversione.*

1. Multos remissa conversio in pristinos errores reducit, ac vivendi tempore resolvit; horum ergo exempla quisque conversus evita, ne dum timorem Dei a torpore incipis, rursus mundanis erroribus immergaris.

2. Tepidus in conversione otiosa verba et vanas cogitationes noxias esse non conspicit; quod si a torpore mentis evigilaverit, ea quæ levia existimabat confestim, quasi horrenda atque atrocita pertimescit.

3. Fraus et desidia in omni bono opere formidanda est. Fraudem facimus Deo, quoties de bono opere nostro nosmetipsos, non Deum laudamus. Desidiam vero agimus, quoties per torporem languide ea quæ Dei sunt operamur.

4. Omnis ars sæculi hujus strenuos amatores habet, et ad exsequendum promptissimos; et hoc proinde fit, quia præsentem habet operis sui remunerationem.

*intentionem, quæ nostra sæpe fraude multimoda intra concludit. AREV.*

CAP. X. N. 3. *De desidia et fraude fuse disserit Greg., lib. Moral. IX, cap. 17, ex quo loco tota hæc sententia deducitur. LOAISA.*

*Ibid. Quoties, etc. Al., quoties de ipsius donis et muneribus gloriam propriam et humanam laudem appetimus. et de bono opere, etc. A. REV.*

4. *Divini timoris. Al., divini amoris. Ibid. præparatur. Al., prædicatur. AREV.*

Ars vero divini timoris plerosque habet sectatores languidos, lepidos, pigritiæ inertia congelatos; sed hoc proinde, quod labor eorum non pro presenti, sed pro futura remuneratione differtur. Ideoque dum eorum laborem mercedis retributio non statim consequitur, spe pene dissoluta languescunt. Unde et magna illorum gloria præparatur, qui bonæ conversionis vitæ principia augmento solidiore consummant, atque eo ad promerendam retributionem clariores præparantur, quo firmiter duri itineris labores et inchoant et consummant.

5. Quidam primo conversionis calore ad virtutes sese accingunt, accedente vero progressu, dum immoderate terrenis rebus incumbunt, pulvere infimi appetitus obscurantur; unde et Dominus de bonis seminibus dicit: *Quod autem cecidit in spinis, hi sunt qui* **205** *audiunt verbum Dei (M. th. xiii), et sollicitudine sæculi, vel fallacia divitiarum suffocant verbum, et sine fructu effeitur.*

6. Nuper conversi nequaquam debent in curis exterioribus provehi. Nam si implicentur, confestim, quasi plantata arbuscula, et necdum radice præfixa, concutuntur pariter et areascunt.

7. Valet interdum conversis pro animæ salute mutatio loci. Plerumque enim, dum mutatur locus, mutatur et mentis affectus. Congruum est enim inde etiam corporaliter avelli, ubi quisque illecebris deservivit; nam locus ubi prave quisque vixit, hoc in aspectu mentis opponit quod semper ibi vel cogitavit, vel gessit.

## CAPUT XI.

### *De exemplis sanctorum.*

1. Ad conversionem seu correctionem mortalium multum prosunt exempla bonorum. Mores enim inchoantium non queunt proficere ad bene vivendum, nisi perfectorum informetur exemplis patrum.

2. Reprobi autem non attendunt documenta bonorum, quæ imitentur ad melius; sed proponunt sibi exempla malorum, quibus ad suorum morum perversitatem utantur in pejus.

3. Ob hanc utilitatem scribuntur sanctorum ruinæ et reparationes, ut spem faciunt salutis humanæ, ne quisquam post lapsum **206** penitendo desperet

5. *Infirmi.* Ita Goth. Tolet. *Infirmi,* Salmant. LOISA. *Ibid. Seminibus.* Al., *seminibus in spinis jactatis.*

AREV.

6. *Curis exterioribus.* Al., *curis et externis rebus.*

AREV.

7. Est apud Gratianum, dist. 81. In Editis et in decreto Gregoriano est *pro animæ salute.* In Gothicis omnibus mss. est *pro animæ salute.* LOISA.

CAP. XI. N. 1. Gothicus Cod. et multi ex Mss. sic habent: *Nam cætera perfectorum exempla moris inchoantium non queunt perficere ad bene vivendum. Reprobi autem non attendunt documenta bonorum, etc.* Unus Cod. legit: *Nam cætera. Illud vero, nisi perfectorum informetur exemplis patrum, in nullo Cod. us. est.* Verum retinui lectionem excusi Cod. eo quod sensus est dilucidior, et auctoritate Gregorii nixus; in quo, lib. xxv Moral., cap. 7, sic est: *Nam quasi quædam fomenta igni dure est, in exercitatione charitatis, vel exempla patrum, vel præcepta dominica ministrare.* LOISA.

A veniam, dum conspicit sanctorum reparationem fuisse etiam post ruinam.

4. Sciant flagitio dediti ad quam utilitatem eorum exempla proponantur sanctorum, scilicet, ut aut sint quos imitentur ad reparationem, aut certe ex eorum comparatione durius de inobedientia pantantur.

5. Propterea virtutes sanctorum ad exemplum nostrum Deus proposuit, ut quanto de imitatione eorum conferri possunt nobis justitiæ præmia, tanto de perseverantia mali sint graviora tormenta.

6. Si enim ad boni incitamentum divina, quibus admonemur, præcepta deessent, pro lege nobis sanctorum exempla sufficerent. At contra, dum et nos Deus præceptis suis admonet, et vitæ sanctorum boni operis nobis exempla proponat, nulla est jam de reatu excusatio, quia et lex Dei aures nostras quotidie pulsat, et factorum documenta bonorum cordis nostri intima prævocant.

7. Et si pravorum sæpe secuti sumus exempla, cur non imitemur sanctorum digna, et Deo placita facta? et si apti fuimus imitari iniquos in malum, cur pigri sumus imitari justos in bonum?

8. Orandum est Deus, ut virtutes quas sanctis præparavit ad coronam, nobis ad profectum sint positæ, non ad pœnam. Proficient autem ad profectum nostrum, si tot exempla voluerimus imitari virtutum. Certe si ea potius aversati quam imitati fuerimus, ad damnationem nostram erunt, qui ea legendo implere negleximus.

9. Multi vitam sanctorum imitantur, et de moribus alterius effigiem virtutis sumunt, tanquam si imago quælibet intendatur, et de ejus similitudine species picta formetur; sicque sit ad imaginem similis ille qui ad similitudinem vivit imaginis.

10. Qui sanctum virum imitatur, quasi exemplar aliquod intuetur, seseque in illo, quasi in speculo, perspiciit, ut adjiciat quod deesse virtutis agnoscit. Minus enim seipsum homo ex sevetipso **207** considerat; sed dum alterum intendit, id quod minus est luminis adjicit.

11. Perfectorum est jam virorum non quælibet sanctorum imitando, sed ipsam veritatem intuendo, ad cujus imaginem facti sunt, justitiam operari. Ille

*Ibid. Bonorum, etc. Al., sanctorum. Nam ad cætera perfectorum exempla mores inchoantium non queunt proficere ad bene vivendum. Reprobi autem, etc.* In textu Grimii erat *perficere*, sed repositus *proficere*, quod Loaisa voluisse videtur, ac in ejus prima Editione Vezziosius reperit. *Perficere* locum habebit, si legatur, ut in meo Cod. *Nam cætera... non queunt perficere, etc.* AREV.

2. Gregor., homil. 25 in Evangel., in fine. LOISA.

5. Gregor., lib. ix Moral., cap. 35. LOISA.

8. Alludit ad illud Gregor., lib. xxiv Moral., cap.

6: *Viva lectio est vita bonorum.* LOISA.

9. *Imaginis.* Luc. Cod. addit: *Quemadmodum imago homini, non homo imaginis similis dicitur, quis non homo ad picturam, sed pictura ad hominis speciem figuratur, ita non ille dicitur similis, ad cujus imaginem alter vivit, sed ille qui exemplum ex alterius virtutibus sumit. Is enim ex præcedenti specie virtutis vivit; ille enim non est effigies virtutis alienæ, sed inventor, et magister.* AREV.

indicat, quod scribitur: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (Gen. i, 26), quia ipsam intelligendo imitatur divinitatem, ad cuius factus est similitudinem. Iste ergo tantus est, ut non egeat homine demonstratore justitiæ, sed ipsam contemplan-do imitetur justitiam.

12. Exempla sanctorum, quibus ædificatur homo, varias (faciunt) consecrari virtutes: humilitatis ex Christo, devotionis ex Petro, charitatis ex Joanne, obedientiæ ex Abraham, patientiæ ex Isaac, tolerantia ex Jacob, castimoniam ex Joseph, mansuetudinis de Moyse, constantiæ de Josue, benignitatis de Samuele, misericordiæ de David, abstinentiæ de Daniele; sic et cætera facta priorum quo labore, quo moderamine, quæ intentione, vel compunctione gerantur, vir sanctus imitando considerat.

## CAPUT XII.

### De compunctione cordis.

1. Compunctio cordis est humilitas mentis cum lacrymis, exorrens de recordatione peccati et timore iudicii.

2. Illa est conversis perfectior compunctionis affectio, quæ omnes a se carnalium desideriorum affectus repellit, et intentionem suam toto mentis studio in Dei contemplatione desigit.

3. Geminam esse compunctionem, qua propter Deum anima cujusque electi afficitur, id est, vel dum eorum suorum mala considerat, vel dum desiderio æternæ vitæ suspirat.

4. Quatuor esse qualitates affectionum, quibus mens justæ lædio salubri compungitur: hoc est, memoria præteritorum facinorum, recordatio futurarum poenarum, consideratio peregrinationis suæ **208** in hujus vitæ longinquitate, desiderium super-

12. Gregor., lib. xvii Moral., cap. 5. LOAISA.

*Ibid.* Ut hæc sanctorum exempla imitemur, Isidorus suum de Ortu et Obitu Patrum librum adornavit. AREV.

CAP. XII. N. 1. Greg., lib. xxiii Moral., c. 13, et homil. 22 in Ezech. LOAISA.

5. Greg., homil. 22 in Ezech. et alibi. LOAISA.

4. Greg., lib. Moral. xviii, c. 13. LOAISA.

5. Ex duobus psalmis, psalm. ciii: *Qui respicit terram, et facit eam tremere*; et psalm. xvii: *Commota est, et contremuit terra*; et psalm. lxxvi: *Illuserunt coruscationes tuæ orbi terræ. Commota est, et contremuit terra.* In Psalterio Isidoriano, in hoc loco psalm. lxxvi, sic est: *I. luxerunt fulgura tua orbi terræ; vixit, et commota est terra.* LOAISA.

*Ibid.* Quisque peccatorum. Al., *quisque dum peccatorum.* Sed quisque accipi etiam solet pro quiquis. AREV.

8. Gregor., lib. Moral. xii, cap. 10, et lib. xxiv, cap. 6. LOAISA.

CAP. XIII. N. 1. Greg., xii Moral., c. 10: et lib. xxiv Moral., cap. 6, circa finem. LOAISA.

2. Gothus et alii Mss. habent *seipsum nosse homo*. Obiter observandum est, ad intelligentiam divinæ Scripturæ et hujus loci, quod vix homo in divinis litteris multis sumitur modis: aliquando pro natura, aliquando pro culpa, aliquando pro fragilitate. Pro natura humana, Genes. ii: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*. Pro culpa, psalm. lxxxi: *Vos autem sicut homines moriemini*, hoc est,

A næ patriæ, quatenus ad eam quantocius valeat pervenire.

5. Quisque peccatorum memoria compungitur ad lamenta, tunc Dei se sciat visitari præsentia, quando id, quod se admisisse recollit interius erubescit, suoque iudicio posuitendo jam punit. Nam tunc Petrus flevit, quando in eum Christus respexit (*Math. xxvi, 75*). Unde et psalmus: *Respexit, inquit, et commota est, et contremuit terra* (Psalm. xvii, 8).

6. Gressus Dei sunt in cor hominis interior vis, qua bona desideria surgunt, ut calcentur mala. Quando ergo ista in corde hominis fiunt, sciendum est tunc esse Deum per gratiam cordi humano præsentem; unde se tunc magis homo acere ad compunctionem debet, quando sentit et Deum interius operantem.

B 7. Quomodo mens hominis justæ ex vera compunctione rapiatur, et qualiter infirmata revertatur degustata lucis magnitudine, istum nosse posse qui jam aliquid exinde gustavit.

8. Sunt qui non ex vera cordis compunctione sui accusatores fiunt, sed tantum ad hoc esse se peccatores assignant, ut ex facta humilitate confessionis locum inveniant salutis.

## CAPUT XIII.

### De confessione peccatorum, et patientiæ.

1. Ex eo unusquisque justus esse incipit, ex quo sui accusator exstiterit. Multi autem e contra semetipsos peccatores fatentur, et tamen semetipsos a peccato non subtrahunt.

2. Magna jam justitiæ pars est, seipsum nosse hominem, quod **209** pravus est, ut ex eo divinæ virtuti subdatur humilius, ex quo suam infirmitatem agnoscit.

3. Bene se iudicat justus in hac vita, ne iudicetur

sicut inobedientes peccatores. Et I Cor. iii: *Cum sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis?* Pro fragilitate, Jerem. xvii: *Maledictus homo, qui spem suam ponit in homine; ac si aperte dicat, in infirmitate et fragili fundamento imilitur.* Et Isai. xxxi: *Ægyptus homo, et non Deus.* Homo etiam vocatur qui humana sapit, ut adnotavit Gregorius, lib. xxiv Moral., cap. 6, et adducit illud I Cor. iii: *Nonne homines estis?* Vocatur et qui carnis illecebris et concupiscentiæ ardore vincitur, Ezech. xxiv: *Vos autem grex pascuæ meæ homines estis.* Et Isai. ii: *Incurvavit se homo, et humiliatus est vir.* Unde homines carnales jumenta vocantur, et affectus bestiarum illis tribuuntur. Job. i: *Computruerunt jumenta in stercore suo.* Et illud Jerem. Unusquisque ad uxorem proximi sui hincibat, et Ezech. xxiii: *Ut carnes asinorum carnis eorum, et fluxus equorum fluxus eorum.* Ut Davidicum illud exprimat psalm. xlviii: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.* LOAISA.

*Ibid.* In omnibus Excus. erat quod pravus est, verum consentientibus omnibus Codd. miss. posui quod pravus est. LOAISA.

*Ibid.* Quod pravus est. Sensus erit, inquit Vezzosius, magnam esse justitiæ partem, hominem cognoscere se ad malum inclinatum esse. Cajetanus e idem nosse. *Homo quid nisi cinis est? ut ex eo.* AREV.

3. Ex illo Pauli: *Quod si nosmetipsos dijudicemus, non tamen iudicemur; dum iudicamur autem,*

a Deo damnatione perpetua. Tunc autem iudicium de se quisque sumit, quando per dignam pœnitentiam sua prava facta condemnat.

4. Amaritudo pœnitentiæ facit animum, et sua facta subtilius discutere, et dona Dei, quæ contempsit, fletu commembrare. Nihil autem pejus quam culpam agnoscere, nec deslere.

5. Duplicem habere debet fletum in pœnitentia omnis peccator, sive quia per negligentiam bonum non fecit, seu quia malum per audaciam perpetravit. Quod enim oportuit non gessit; et gessit quod agere non oportuit.

6. Ille pœnitentiam digne agit, qui reatum suum satisfactione legitima plangit, condemnando, scilicet, ac deslendo quæ gessit, tanto in deplorando profusius, quanto extitit in peccando proclivius.

7. Ille pœnitentiam digne agit, qui sic præterita mala deplorat, **210** ut futura iterum non committat. Nam qui plangit peccatum, et iterum admittit peccatum, quasi si quis lavet laterem crudum, quem quanto magis eluerit, tanto amplius lutum fecit.

8. Quamvis quisque sit peccator, et impius, si ad pœnitentiam convertatur, consequi posse veniam creditur.

9. Nullus de bonitate Dei dubitat, sed sola accipientium pravitas conferri sibi indulgentiam abnegat.

10. In hac vita tantumdem pœnitentiæ patet libertas; post mortem vero nullam correctionis esse licentiam (constat). Unde et Dominus dicit: *Me oportet operari opera ejus qui me misit, donec dies est; veniet autem nox, quando nemo potest operari* (Joan. ix, 4). Hinc et propheta: *Date, inquit, Domino Deo vestro gloriam, antequam tenebrescat* (Jerem. xiii, 16); id est, antequam mors æterna præveniat. In hac vita dum estis, Deum per pœnitentiam glorificate.

11. Adhuc in hoc sæculo pœnitentiam operantibus Dei misericordia subvenit. In futuro autem jam non operamur, sed rationem nostrorum operum ponimus.

12. Per id deteriorantur plerumque iniqui, per quod per patientiam Dei spatium accipiunt emendandi; qua illi mora vivendi non utuntur ad a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. LOAISA.

4. Ex Gregor., lib. viii Moral. cap. 11. LOAISA.

7. Est apud Magistr. sent. lib. iv, d. 14 et Smaragd., cap. 4 in Reg. sancti Benedicti. Et in decreto Gratiani, dist. 3, cap. 9, sic habetur: *Ille pœnitentiam digne agit, qui quæ commisit, sic præterita mala deplorat, ut futura iterum non committat; nam qui plangit peccatum, et iterum admittit peccatum, quasi si quis lavet laterem crudum, quia quanto magis laverit, tanto magis lutum facit.* Hujus canonis lectionem a viris doctissimis magno studio et accurata diligentia perpectam in summo loco habeo. Tamen ponam aliorum Codicum lectiones, ut doctus lector intelligat me quoque in emendatione hujus libri omnem coram et studium adhibuisse. Sunt apud me duo Codd. verendæ antiquitatis, alter ex bibliotheca sanctæ et augustæ Ecclesiæ Tolitanæ, scriptus æra 953; alter ex insigni collegio Ovetensi apud Salmanticam antiquior, uterque litteris Longobardis in pergamento scriptus, qui sic habent: *Ille pœnitentiam digne agit, qui sic præterita mala deplorat, ut futura iterum non*

pœnitentiam, sed ad peccandi usurpant audaciam. A malo autem in deterius vadit, qui tempus sibi ad pœnitendum indultum, ad libertatem pravi operis vertit.

13. Festinare debet ad Deum pœnitendo unusquisque dum **211** potest, ne, si dum potest voluerit, cum tarde voluerit, omnino non possit. Proinde propheta ait: *Quærite Dominum, dum inveniri potest, invocate eum, dum prope est* (Isai. lv, 6). Et ubi inveniri potest, nisi in hac vita, in qua etiam et prope est omnibus invocantibus se? Nam tunc jam longe erit, quando dixerit: *Ite in ignem æternum* (Matth. xxv, 41). Modo enim non videtur, et prope est; tunc videbitur, et prope non erit, quia videri poterit, et non poterit inveniri.

B 14. Si quando quisque peccare potest, pœnitentiamque suam vivens ab omni crimine corrigit, non dubium quod moriens ad æternam transeat requiem.

15. Qui autem prave vivendo pœnitentiam in mortis agit periculo, sicut ejus damnatio incerta est, sic remissio dubia. Qui ergo cupit certus esse in morte de indulgentia, sanus pœniteat, sanusque perpetrata facinora desleat.

16. Sunt qui pœnitentibus securitatem cito pollicentur, quibus bene per prophetam dicitur: *Curant contritionem filiarum populi mei cum ignominia, dicentes pax, pax, et non est pax.* Cum ignominia igitur curat contritionem, qui peccanti et non legitime pœnitenti promittit securitatem. Unde et sequitur: *Confusi sunt, quia abominationem fecerunt; id est, confusi sunt non pœnitendo, sed pœnas luendo.*

17. Aliter e. i. m. confunditur coram iudice reus, dum plectitur, atque aliter qui de malo opere erubescens corripitur. Ille enim, quia reprehensus est, confunditur; iste, quia se malum fecisse memoratur.

18. Quamvis per pœnitentiam propitius peccatorum sit, sine metu tamen homo esse non debet, quia pœnitentiæ satisfactio divino tantum pensatur iudicio, non humano. Proinde, quia miseratio Dei occulta est, sine intermissione flere necesse est. Neque enim unquam oportet pœnitentem habere de peccatis securitatem. Nam securitas negligentiam committat [alius, admittat], nam qui plangit peccatum, et iterum committit peccatum, quasi si quis lavet laterem crudum, quem quanto magis abluerit, tanto amplius lutum facit. LOAISA.

D *Ibid.* Alii, quasi lavet lateres... quanto magis laverit. Vide not. ad cap. 16, n. 3. AREV.

10. Paulo aliter est in Editione Vulgata Joann. ix. LOAISA.

*Ibid.* Date, etc. Locus est Jerem. xiii, quem Hieronymus de captivitate Babylonica, aut de extremo iudicio interpretatur. LOAISA.

*Ibid.* Tenebrescat. Ita Vulgata. Alii, contenebrescat. In nota Loaisæ indicabatur cap. 12, pro quo posui 13. AREV.

15. Remissio dubia. Quia dubiam est, ait Verzoisius, an qui instante mortis discrimine pœnitentiam sincere pœniteat. AREV.

16. Locus est Jerem. vi et tota sententia videtur ex divo Hieronymo desumpta, *ibid.* LOAISA.

*Ibid.* Curant. Alii, cum Vulgata, curabant. Ibi alii, non erat pax pro non est pax. AREV.

parit, negligentia autem sæpe incautum ad vitia A tur offerri in hostiam, id est, vitæ extrema in pœnitentiam.

**212** 19. Dum per pœnitentiam expulsa fuerint ab homine vitia, si forte post hæc, intercedente securitate, quælibet culpa subreperit, confestim delectationes pristina vitiorum mentem avidius irrepunt, pulsantesque hominem in consuetis operibus gravius pertrahunt, ita ut sint *novissima illius pejora prioribus.*

#### CAPUT XIV.

##### *De desperatione peccantium.*

1. Non per locorum spatia, sed per affectum bonum, vel malum itur, receditur a Deo. Neque enim gressu pedum, sed gressu morum elongamus, vel propinquamus ad Deum.

2. Perpeirare flagitium aliquod mors animæ est; contemnere pœnitentiam, et permanere in culpa, descendere in infernum post mortem est. Ergo peccare ad mortem pertinet, desperare vero in infernum descendere. Unde et Scriptura ait: *Impius dum in profundum malorum venerit, contemnit (Proverb. xviii, 3).*

3. Sæpe diabolus eos quos converti ad pœnitentiam aspicit, immanitate scelerum percussos ad desperationem deducit, ut, subtracta spe veniæ, trahat in diffidentiam quos non potuit retinere perseveranter in culpa. Sed pœnitens prævidere debet callidas contra se hostis insidias; sicque Dei justitiam metuat, ut tamen, quamvis in magnis sceleribus, de misericordia ejus confidat.

4. Amplius lætatur Deus de anima desperata, et aliquando conversa, quam de ea quæ nunquam exstitit perdita. Sicut de prodigo filio, qui mortuus fuerat, et revixit, perierat, et inventus est, de suorum regressu magnum fit gaudium patris (*Luc. xv*).

5. Non aliter coram Deo et angelis copiosius est gaudium de eo qui a periculo liberatur quam de eo qui nunquam novit peccati periculum. Quanto enim contristat res perdita, tanto magis, si fuerit inventa, lætificat: sicut in Evangelio pastor ille exsultat qui perditam ovem inventam humeris suis gaudens reportat (*Matth. xviii, 12; Luc. xv, 5*).

6. Nullus desperare debet veniam, etiamsi circa finem vitæ **213** ad pœnitentiam convertatur. Unumquemque enim Deus de suo fine, non de vita præterita judicat. Hoc quippe et legis testimonio edocetur, quod homo de suo extremo justificatur, quando Deus pro asini primogenito ovem jussit offerri, hoc est, immunditiam vitæ prioris mutandam in innocentiam boni finis. Unde et cauda jube-

19. *Illius.* Alii cum Vulgata, *hominis illius.* AREV. CAP. XIV. N. 1. Alii, *sed gressu operum vel morum.* Forte, *elongamus.* AREV.

6. In Excusis erat, *pro innocentiam boni finis*, pro quo posui *in innocentiam*, consentientibus omnibus Mss. et divo Greg., lib. xxvii Moral., cap. 11. Ex quo loco desumitur hæc sententia: *Asini ergo, inquit, primogenita ove mutars, est immundæ vitæ primordia in innocentia simplicitate convertere.* LOAISA.

PATROL. LXXXIII.

tur offerri in hostiam, id est, vitæ extrema in pœnitentiam.

7. Multi superna respecti gratia in extremis suis ad Deum revertuntur per pœnitentiam, et quæcumque mala gesserant, quotidianis stetitibus purgant, atque in bonis factis mala gesta committunt; quibus juste totum quod deliquerant ignoscitur, quia ipsi, quod male gesserunt, pœnitendo cognoscunt.

8. In vita hominis finis quærendus est, quoniam Deus non respicit quæles antea viximus, sed quales circa finem vitæ existimus.

#### CAPUT XV.

##### *De his qui a Deo deseruntur.*

1. Deo deserente, nullum pœnitere; Deo respiciante, sua mala animumque videre, et plangere, et unde ceciderit, cogitare. Nam nonnulli ita despiciuntur a Deo, ut deplorare mala sua non possint, etiam si velint.

2. Consilium immundorum spirituum hoc est, ut, quia ipsis negatum est post prævaricationem regressus ad justitiam, obscurare aditum pœnitentiæ hominibus cupiant, ne vel ipsi revertantur ad Deum; eosque socios in perditione habere contendunt, quibuscumque fraudibus insistentes, ut aut deserantur a Deo, aut flagelli immanitate desperent.

3. Ingemiscendum est jugiter, et, postposita securitate, lugendum, ne Dei secreto et justo judicio deseratur homo, et perdendus in potestate dæmonum relinquatur. Nam revera, quem Deus deserit dæmones suscipiunt.

**214** 4. Dominici contemptores præcepti, statim ut avertuntur a Deo, a malignis spiritibus occupantur, a quibus etiam, ut mala faciant, persuadentur. Hinc est illud propheticum: *Inimicos Dei persequuntur tenebræ (Nakum. 1, 8)*, qui intelliguntur dæmones. Unde et in psalmo legitur: *Immissiones per angelos malos (Psal. lxxvii, 49)*.

5. Quidam reproborum in potestate dæmonum occulto Dei judicio et justissimo rediguntur, Isaiâ testante: *Ipsæ misit eis sortem, et manus ejus divisit eis eam in mensura, usque in æternum possidebant eam (Isai. xxxiv, 17)*.

6. Quidam electorum dimittuntur divina justitia incidere in errorem peccati, sed tamen miseratione ejus reducti denuo convertuntur. De talibus enim per prophetam Dominus loquitur: *Et dimisi eum, et reduxi eum, et reddidi ei consolationem (Isai. lvi, 18)*.

7. Nonnunquam enim revertens Deus, hominem quem deseruerat rursus affligens visitat, et per lamenta lacrymarum ac pœnitentiæ afflictionem a peccatis expurgat, dicente Job ad Deum: *Propter su-*

CAP. XV. N. 1. Gregor., lib. xi Moral., cap. 5. LOAISA.

2. Ex Gregor., lib. Moral. iv, cap. 25. *Contra bonos (inquit) consilium maligni spiritus ineunt.* LOAISA.

4. Greg., lib. xxv Moral., c. 9. LOAISA.

*Ibid.* Qui intelliguntur dæmones. Ita recte ex fide Mss. Vide notam Grialii ad Exod. xlii, 3. Alii incepte corrigere voluerunt quæ pro qui. AREV.

7. Greg., lib. ix Moral., c. 34. LOAISA.

20

*pergit*, inquit, *quasi leonem capias me, reversusque mirabiliter me crucias* (Job x, 46). Revertens enim Deus hominem cruciat, quando quem peccantem desererat flagellando iterum visitat.

8. Malis acutibus contra nos amplius cœlestem iracundiam nequaquam provocare debemus; quin potius, si poenitendo digna Deo acta gesserimus, severitatem ejus in clementiam commutabimus. Nam ille qui nos malos tolerat, non dubium est quod converbis clementer ignoscat. Nam quod servatur nobis tempus poenitentiae, ut non simul morte obruamur præcipiti, sed detur locus satisfactionis, hoc totum de Dei procedit clementia, ut nos non damnet crudeliter, sed expectet ad poenitentiam patienter.

#### CAPUT XVI.

*De his qui ad delictum post lacrymas revertuntur.*

1. Irrisor est, non poenitens, qui adhuc agit quod poenitet; **215** nec videtur Deum poscere subditus, sed subsannare superbus.

2. Canis reversus ad vomitum est poenitens ad peccatum. Multi enim lacrymas indesinenter fundunt, et peccare non desinunt. Quosdam accipere lacrymas ad poenitentiam, et effectum poenitentiae non habere (constat), quia inconstantia mentis, nunc recordatione peccati lacrymas fundunt, nunc vero, reviviscente usu, ea quae steterant iterando committunt.

3. Qui et præterita vult plangere, et actionibus secularibus incubare, iste mundationem non habet, quoniam adhuc agit quae poenitendo deslere possit.

4. Isaias peccatoribus dicit: *Lavamini, mundi estote* (Isai. i, 16). Lavatur itaque et mundus est, qui et præterita plangit, et stenda iterum non admittit. Lavatur itaque, et non est mundus qui plangit quae gessit, nec deservit, et post lacrymas ea quae steterat repetit. Sic denique et alibi animam poenitentem atque iterum delinquentem sermo divinus increpat, dicens: *Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas* (Jerem. ii, 36)! Quisquis ergo culpas præteritas plorat, hunc necesse est modum teneat, ut sic admissa defleat, ne iterum stenda committat. Vix mihi misero Isidoro, qui et poenitere retro acta negligo, et adhuc poenitenda committo.

#### CAPUT XVII.

*De peccato.*

1. Duobus modis peccatum committitur, id est, aut vi cupiditatis, aut metu timoris, dum vel quisque vult adipisci quod cupit, vel timet ne incurrat quod metuit.

2. Quatuor modis committitur peccatum in corde, quatuor perpetratur et opere. Corde: suggestione dæmonum, delectatione carnis, consensione mentis,

CAP. XVI. N. 1. Ex August., homil. 41, habetur, apud Gratianum de poenit. dist. 3, cap. 11, et apud Mag., in iv, dist. 14; tamen in utroque Cod. perantiquo Gothico est effectum poenitentiae non habere, et stenda iterum non admittere. LOAISA.

5. *Deflere possit.* Alii addunt, qui plangit peccatum, etc., ut cap. 13, n. 7, sed in fine, quanto magis laverit, tanto amplius lutum facit. AREV.

4. Gregor., lib. Pastor. curæ part. iii, admonit.

A defensione elationis. Opere: nunc latenter, nunc palam, nunc consuetudine, nunc desperatione. Istis ergo **216** gradibus et corde delinquitur, et opere malitia perpetratur.

3. Tribus modis peccatum geritur, hoc est, ignorantia, infirmitate, industria; periculo autem poenarum diverso. Ignorantiae namque modo peccavit Eva in paradiso (Gen. iii), sicut Apostolus ait: *Vir non est seductus, mulier autem seducta in prevaricatione fuit* (I Tim. ii, 14). Ergo Eva peccavit ignorantia, Adam vero industria, quia non seductus, sed sciens prudensque peccavit. Qui vero seducitur, quid consentiat evidenter ignorat. De infirmitate autem Petrus deliquit, quando ad metum interrogantis ancillae Christum negavit; unde et post peccatum amarissime **B** *sevit* (Matth. xxvi).

4. Gravius est infirmitate quam ignorantia quemquam delinquere; graviusque industria quam infirmitate peccare. Industria namque peccat qui studio ac deliberatione mentis malum agit; infirmitate autem qui casu vel præcipitatione delinquit. Nequius autem et de industria peccant qui non solum non bene vivunt, sed adhuc et bene viventes, si possunt, a veritate divertunt.

5. Sunt enim qui ignorantiter peccant, et sunt qui scienter. Sunt etiam et qui pro ignorantiae excusatione scire nolunt, ut minus culpabiles habeantur qui tamen seipsos non muniunt, sed magis decipiunt.

6. Nescire simpliciter ad ignorantiam pertinet; noluisse vero scire, ad contumacem superbiam. Voluntatem quippe proprii domini velle nescire, quid aliud est quam velle dominum superbiendo contemnere? Nemo igitur se de ignoranna excuset, quia Deus non solum eos judicat qui a cognitione sua se avertunt, sed etiam illos qui nesciunt, testante eodem Domino per prophetam: *Disperdam, inquit, homines a facie terræ, et eos qui avertuntur post tergum Domini, et qui non quaesierunt Dominum, nec investigaverunt eum* (Soph. i, 3, 6). Et *palmus: Effunde, inquit, iram tuam in gentes quæ te non noverunt* (Psal. lxxviii, 25).

#### 217 CAPUT XVIII.

*De levioribus peccatis.*

1. Multi vitam sine crimine habere possunt, sine peccato non possunt. Nam quamvis in hoc sæculo magna iustitiae quisque claritate resplendet, nunquam tamen ad purum peccatorum sordibus caret, Joanne apostolo attestante, qui ait: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est* (I Joan. i).

51. Estque locus apud Isai. i. LOAISA.

CAP. XVII. N. 1. Apud Magistr. sentent., lib. ii, distinct. 42. LOAISA.

2. Greg., lib. iv Moral., c. 25. LOAISA.

3. Ex Gregor., lib. xxv Moral., c. 11, est apud Magistr. sent., ii, dist. 22. LOAISA.

6. Gregor., ibid. LOAISA.

Ibid. *Se avertunt.* Al., *revertuntur.* AREV.

CAP. XVIII. N. 1. Ex Greg., lib. Moral. xxi, cap. 9:

2. Quædam sunt facta peccatis similia; sed si bono A animo fiant, non sunt peccata, ut puta, potestas, si non se ulciscendi cupiditate, sed magis corrigendi studio ulciscatur in reum.

3. Item sunt peccata levia quæ ab incipientibus quotidiana satisfactione purgantur, quæ tamen a perfectis viris, velut magna crimina evitantur. Quid autem homines peccatores de magnis sceleribus agere debent, quando etiam perfecti levia quæque delicta, quasi gravissima, lugent?

4. Non solum gravia, sed et levia sunt cavenda peccata. 218 Multa enim levia nunquam grande efficiunt, sicut solent de parvis et minutis guttis immensa flumina crescere. Numerositas enim in unum coacta exundantem efficit copiam:

5. Peccata, quæ incipientibus levia sunt, perfectis B viris gravia deputantur.

6. Tanto enim majus cognoscitur esse peccatum, quanto major qui peccat habetur. Crescit enim delicti cumulus juxta ordinem meritum, et sæpe quod minoribus ignoscitur, majoribus imputatur.

#### CAPUT XIX.

##### De gravioribus peccatis.

4. Experimento minorum peccatorum majora committit peccata, ut durius feriantur pro magnis sceleribus, qui de parvis corrigi noluerunt. Judicio autem divino in reatum nequiores labuntur qui distringere minora sua facta contemnunt.

2. Multi a crimine in crimen corrunt, qui Dei cognitionem habentes, timorem ejus negligunt; et quem noverunt per scientiam, per actionem non venerantur. Ideoque emancantur divino judicio punienda committere, et in poenam commissi facinoris facinus deterius addere.

3. Sæpe peccatum alterius peccati causa est, quod committitur, cum aliud ex ipso quasi sua soboles oritur, sicut fieri solet, nasci libidinem ex nimia ventris ingluvie.

Peccatum hic vocat quod non est capitale scelus; crimen vero, quod peccatum ad mortem dicitur. Sic Cassian. explicat collat. 11, cap. 10: *Omnis (inquit), qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia semen spiritus in eo est; et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Et iterum: Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conservat eum, et malignus non tangit eum.* Quod intelligendum est non de omni genere peccati, sed de capitalibus tantum criminibus dici, a quibus quisquis se abstrahere atque emundare noluerit, pro illo in alio loco prædictus Apostolus ne orari quidem debere pronuntiat: *Qui scit, inquiens, fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, et dabit ei vitam peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis.* Cæterum de illis quæ pronuntiantur non esse ad mortem, a quibus etiam hi qui fideliter Christo deserviunt, quantalibet semelipso circumspeditione custodiant, immines esse non possunt, ita dicitur: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. Et iterum: Si dixerimus quia non peccavimus, mendacem facimus eum, et verbum ejus non est in nobis.* Impossibile namque est quemlibet sanctorum non in istis minutis, quæ per sermonem, per cogitationem, per ignorantiam, per oblivionem, per necessitatem,

4. Pœna peccati peccatum admittitur, quando pro merito cujusque peccati, Deo deserente, in aliud peccatum deterjus itur, de quo amplius qui admiserit sordidetur. Ergo præcedens peccatum causa est sequentis peccati: sequens vero peccatum pœna est præcedentis delicti. Præcedentia itaque peccata sequentium sunt criminum causa, ut illa quæ sequuntur sint præcedentium pœna.

219 5. Præcedentium peccatorum pœna ipsa vocatur induratio veniens de divina justitia. Hinc est quod ait propheta: *Indurasti cor nostrum, ne timeamus te (Isai, LXIII, 17)*; neque enim dum quicumque justi sunt, a Deo impelluntur, ut mali fiant; sed dum mali jam sunt, indurantur, ut deteriores existant, sicut et Apostolus dicit: *Quoniam charitatem veritatis Dei non repperunt, ut salvi fierent, immisit illis Deus spiritum erroris (II Thess. II, 10).* Facit ergo Deus quosdam peccare, sed in quibus talia jam peccata præcesserint, ut justo judicio ejus mereantur in deterius ire. Talia quippe peccata præcedentibus aliis peccatis prolabantur in poenam quam peccata merentur.

6. Quædam de ira Dei veniunt peccata, quæ pro merito aliorum compensantur peccatorum. Unde et propheta: *Ecce, inquit, tu iratus es, et nos peccavimus, in ipsis fuimus semper (Isai. LXIV, 5)*; tanquam si diceret: Quia semper in peccatis fuimus, iratus es, ut deterius peccaremus.

7. Quid enim sit iram Dei mereri, quid vero provocare, prudens lector scire debet. Gravior est namque ira quæ provocatur quam ea quæ meretur. Nam meremur, quando ignorando peccamus; provocamus, quando scimus bonum facere, nec volumus.

8. Nunc iram Dei, dum vivimus, vitare possumus. Timeamus ergo ne, veniente illo terrore judicii, sentiri possit, vitari non possit.

per voluntatem, per obreptionem, per somnium admittuntur, incurrere; quæ licet ab illo peccato, quod ad mortem dicitur esse, aliena sint, culpa tamen ac reprehensione non carent. LOAISA.

2. In reum; alii Codd., in eum, qui delinquit. AREV.

4. Posui ex parvis et minutis guttis: ut est in Goth. Ovet. Similitudo est apud Greg., l. III Past. curæ admonit. 34: *Altos quippe gurgites fluminum parvas, sed innumeræ replent guttæ pluviarum.* In Tolet., ex parvis et minimis. Intelligitur: dispositive levia disponunt ad mortalia. LOAISA.

Ibid. Alii, solent ex parvissimis guttis. AREV.

6. Juvenal. *Omne animi vitium tanto conspectius in se crimen habet, quanto major qui peccat habetur.* LOAISA.

CAP. XIX. N. 1. Gregor., lib. XXV Moral., cap. 9. Et est apud Magistr. sent., in 2, distinct. 36. LOAISA.

Ibid. Experimento minorum. Al., experimento vel contemptu minorum. AREV.

5. Locus est apud Paul., II Thess. II. *Eo quod charitatem veritatis non repperunt, ut salvi fierent, ideo mittit illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio.* LOAISA.

7. Greg., l. XXVI Moral., c. 28. LOAISA.

## CAPUT XX.

*De manifestis occultisque peccatis.*

1. Majoris est culpæ manifeste quam occulte peccare. Dupliciter enim reus est qui aperto delinquit, quia et agit et docet. De talibus Isaias dicit: *Et peccata sua, quasi Sodoma, prædicaverunt, nec absconderunt (Isai. iii, 9).*

2. Multi enim publice delinquentes, sine illo pudore sua flagitia prædicant, nec ulla utuntur sceleris verecundia.

3. Quædam enim jam justitiæ portio est iniquitatem suam **220** hominem abscondere, et in semetipso de peccatis propriis erubescere.

4. Peccatum perpetrare crimen est, peccatum prædicare clamor est, de quo etiam dicit Apostolus: *Et clamor auferatur a vobis cum omni malitia (Ephes. iv, 31),* id est, cum ipsis peccatis.

5. Ex eo ipso quo quisque peccatum quod agit abscondit, iudicii jam est indicium, quia non erubescit, nisi de conscientia reatu. Ergo ex hoc ipso quo quisque de facto suo erubescit, ipse sibi jam iudex sit.

## CAPUT XXI.

*De peccati amore.*

1. Aliud est non peccare amore dilectionis Dei, aliud timore supplicii. Qui enim amore charitatis Dei non peccat, horrescit omne malum, amplectendo justitiæ bonum; nec eum delectat peccatum, etiam si sceleris impunitas promittatur. Qui vero pœna sola supplicii in se vitia reprimit, quamvis non expleat opus peccati, vivit tamen in eo voluntas peccandi; doletque sibi illicitum, quod lex prohibere dignoscitur. Ille ergo mercedem boni operis percipit qui amando justitiam facit; non is qui eam solo metu pœnarum invitus custodit.

2. Quidam et diligunt peccatum, et faciunt; quidam diligunt tantum, et non faciunt, plerique vero faciunt tantum, et non diligunt. Nonnulli peccatum non faciunt, et tamen justitiam odiunt. Gravior autem peccat qui non solum peccatum diligit, sed et facit, quam qui non facit, et diligit; graviusque interdum, qui diligit et non facit quam qui facit, et odit. Gravissimum est non solum facere, sed et diligere peccatum.

3. Nam sunt quidam qui confestim peracto flagitio confunduntur, et sunt qui non solum non dolent gessisse malum, sed etiam de ipso malo opere gloriantur.

CAP. XX. N. 1. Ex Greg., lib. iv Moral., c. 25, et alib. in cura Past. LOAISA.

4. De clamore vide Gregorium, in expositione secundi psalm. poenit., in illud, *Quoniam tacui*, et psalm. vii, et in lib. Pastor. cura, admonit. 10, ibi: *Clamorem libertatem peccandi vocat.* LOAISA.

CAP. XXI. N. 2. Est non solum. Alii, minus bene, non est solum. AREV.

3. Greg., lib. vi Moral., c. 11. LOAISA.

CAP. XXII. N. 1. Loquitur Isidorus de necessitate, quæ non rejicit voluntarium, cum duplex sit peccatum: absolutum, et ex conditione. Magist., lib. ii dist. 36. LOAISA.

CAP. XXIII. N. 1. Ex Gregor., lib. iv Moral., cap.

A tur. Sicque ad comparationem mali fit deterius, dum de vitiis gratulantes, extolluntur in pejus. **221** De talibus ait Salomon: *Qui letantur, cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis (Proverb. xi, 14).*

## CAPUT XXII.

*De peccandi necessitate.*

1. Interdum mali quod sumus, necessitate potius, non voluntate existimus. Vertenda est autem necessitas mali in voluntatem boni. Plerique non voluntate, sed sola necessitate peccant, pertimescentes temporalem inopiam. Et dum præsentis sæculi necessitatem refugiunt, a futuris bonis privantur.

2. Item nonnulli peccatum voluntate, non necessitate committunt, nullaque coacti inopia existunt iniqui; sed tantum gratis cupiunt esse mali. Neque enim ipsam rem amant, quam appetunt, sed ipsa tantum peccati malitia delectantur.

## CAPUT XXIII.

*De peccandi consuetudine.*

1. Melius est peccatum cavere quam emendare. Facilius enim resistimus hosti a quo nondum victi sumus, quam ei a quo jam superati ac devicti cognoscimur.

2. Omne peccatum, antequam admittatur, amplius pertimescitur. Quantumvis autem grave sit, dum in usu venerit, leve existimatur et sine ullo metu committitur.

3. Iste fomitus, quasi quibusdam gradibus, coalescit omne peccatum. Cogitatio namque prava delectationem parit, delectatio consensionem, consensio actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem. Sicque his vinculis homo implicatus, quadam catena vitiorum tenetur astrictus, ita ut ab ea evelli nequaquam valeat, nisi divina gratia manum jacentis apprehendat.

**222** 4. Peccatum admittere cadere est in peccatum; consuetudinem vero peccandi facere, os putei est angustare, ne is qui cecidit valeat exire. Sed interdum etiam tales Deus liberat, dum eorum desperationem ad conversionem libertatis commutat. Ipso enim miserante, peccata dimittuntur quo protegente sit ne in deterius peccando eatur.

5. Nequissimum est peccare, pejus est peccandi consuetudinem facere. Ab illo facile, ab hoc cum labore resurgitur, dum malæ consuetudini repugnat.

6. Male agendi consuetudinem recessum esse

25. LOAISA.

3. Alludit ad illud socrus Simonis fabricantis, Marc. i. *Accedens, inquit, elevavit eam oppressam manu ejus, et continuo dimisit eam febris.* LOAISA.

4. Luc. xiv: *Cujus vestrum asinus aut bos in puteum cadet, et non continuo extrahet illum die Sabbati?* Vide August., de Quæst. evangel., lib. ii, q. 29. LOAISA.

5. Nequissimum. Al., malum. AREV.

6. Locus est Isai. xxxi: *Convertimini, sicut in profundum recesseratis, filii Israel.* Ubi Symmachus: *Agite poenitentiam, qui profundo consilio atque peccato a Domino recessistis.* Ex Hieronymo. LOAISA.



propheta a-serit (*Isai. xxxi, 6*), in profundum, cuius usu quasi quadam lege, homo tenetur astrictus, ut etiam quando non vult, peccatum committat. A lapsu vero cito resurgere, non est in profundum ire.

7. Apostolus legem peccati dicit in membris nostris (*Rom. vii, 23*), quæ lex consuetudo est, quam peccando concipimus, et non ab ea, cum volumus, discedimus, quia jam necessitatis vinculo per consuetudinem retinemur.

8. Multum veri amor agit in homine, sed resultat caro malæ consuetudinis lege. Bene autem audacter pro bona conscientia exsultat, qui valenter in se reprimi quod insolenter impugnat.

9. Frequenter peccare cavendum est; nam hoc ipsum, quod de malo nostro plerumque Deus nobis salutem operatur, quanto mirabile est, tanto periculum est. Propterea metuendum est considerare ita salvari, ne forte dum exspectamus a vitiiis sanari, et vitia multiplicemus, et salutem non adipiscamur. Ergo studeamus aut non cadere, aut cito conversi a lapsu consurgere.

10. Omnino peccare cavendum est, quod si humana fragilitate peccatum subreperit, confestim erit corrigendum, quod nequiter sentitur commissum. Cito enim corrigitur culpa quæ cito cognoscitur; tardius autem sanatur vulnus quod jam putrescentibus membris longo post tempore curationibus adhibetur.

**223** 11. Iteratio peccati gravior est, sicut si morbus super morbum veniat, sicut si imber super imbrem occurrat.

12. Mora peccandi immanitatem facit sceleris, unde et Propheta: *Vae, inquit, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, et quasi vinculum plaustris, peccatum (Isai. v, 18)*! Trahit enim iniquitatem ut funiculum, qui tardat converti ad Deum. Trahere enim iniquitatem est moram facere iniquitati. Unde et psalmus: *Prolongaverunt iniquitates suas; Dominus justus concidet cervices peccatorum (Psal. cxxviii, 2, 4)*.

#### CAPUT XXIV.

##### *De peccati recordatione.*

1. Bonum est homini semper ante oculos propria adhibere delicta, secundum psalmi sententiam: *Et peccatum meum ante me est semper (Psal. i, 5)*. Sicut

7. *In membris nostris. Al., in membris suis. AREV.*

12. Ex Gregor., lib. Moral. xxxiii, c. 9. *Isai. v. LOAISA.*

*Ibid. Al., trahit enim iniquitatem in funiculo. AREV. CAP. xxiv. N. 1. Alii, propria habere, fortasse melius. AREV.*

3. Ex Greg., *ibid.*, et Aug. *LOAISA.*

*Cap. xxv. N. 1. Sic Gregor., lib. Moral. x, cap. 11: Omne peccatum aut sola cogitatione committitur, aut cogitatione simul et opere perpetratur. Iniquitas ergo in manu est, culpa in opere. LOAISA.*

*Jub. xx. Occidet eum lingua viperæ, ubi Gregor., lib. xv Moral., c. 9. Viperæ autem cum conceperint, filii earum in ventre serviunt. Qui, ruptis lateribus matrum, ex earum ventribus procedunt; unde et vipera, eo quod vi pariat, nominatur. Vipera itaque sic nascitur,*

A enim non oportet reminisci peccati affectum, sed semper necesse est unumquemque suum in flecto commemorare peccatum.

2. Apud justum recordatio peccati facit tædium animi. Qui autem luxuriæ et cupiditati subditi sunt, contumaci superbia etiam de ipso peccati opere gloriantur.

3. Servo Dei tanta recordatio esse debet peccati, ut ea quæ gessit semper lacrymis confiteatur. Unde et psalmus dicit: *Conversus sum in æramus, dum configitur spina. Peccatum meum cognitum tibi feci. Dixi: Pronuntiabo adversum me injustitias meas Domino (Psal. xxxi, 4)*. Supra enim dixerat: *Quoniam tacui, hoc est, non sum confessus, inveteraverunt omnia ossa mea, dum clamarem tota die. Quid ergo tacuisse se pœnitet, nisi confessionem peccatorum? Quid clamasse se dolet, nisi defensionem malorum? Qui ergo peccatorum suorum defensor existit, necesse est ut pœnitendo accuset quod superbiens prave admisit.*

#### **224** CAPUT XXV.

##### *De cogitatione.*

1. Bipartita est causa peccandi, id est, operis et cogitationis, quorum unum iniquitas dicitur, quod opere geritur; aliud injustitia, quod cogitatione admittitur.

2. Prius autem actio resocanda est, postea cogitatio; prius prava opera, postmodum desideria. Vicissim autem et a cogitatione opera procedunt, et ab opere cogitatio nascitur, quamvis etsi ab opere malo quisque vacet, pro solus tamen pravæ cogitationis malitia non erit innocens. Unde et Dominus per Isaiam: *Auferite, inquit, malum cogitationum vestrarum ab oculis meis (Isai. i, 16)*.

3. Non enim solum factis, sed et cogitationibus delinquimus, si eis illicite occurrentibus delectemur.

4. Sicut vipera a filiis in utero positis lacerata perimitur, ita nos cogitationes nostræ intra nos enutritæ occidunt, et conceptæ interius vipereo veneno consumunt, animamque nostram crudeli vulnere perimunt.

5. Non est arbitrii nostri cogitationis pravæ suggestionibus præveniri; jacere autem in animo cogitationem nostræ attinet voluntati. Illud ergo ad culpam non redigitur, istud culpæ propriæ **225** imputatur. Nam cogitationes illicitas occurrere, dæ-

*ut violenter exeat, et cum matris suæ extinctione producat. Quod vero falsum sit viperarum fetus videri parentis perforare docet Aristoteles, lib. v de Hist. animal., cap. 39: Vipera, inquit, parit catulos obvolutos membranis, quæ tertia die rumpuntur, et singulis diebus singulos parit, plusquam viginti. Et erant interdum quod qui in utero sunt, abrosis membranibus prorumpant. Hæc Aristoteles, quod et annotavit Albertus Magn., lib. xxv, eo in loco. Plin., lib. x natur. Histor., cap. 62, eadem. Sed addit: Itaque cætera tarditatis impatientes prærumunt latera, occisa parente. LOAISA.*

*Ibid. Al., et concepto interius. AREV.*

5. Velus Editio, cogitationes pravæ suggestionis prævenire. Quod clarius est. Mox pro occurrere alii suggerere, quod etiam magis placeret. AREV.

monum est; cogitationibus oblectari perversis, nostrum est.

6. Plerumque fieri solet ut immundæ corporaliū rerum species, quas didicimus, nostris mentibus opponantur, et nolentes eas cogitemus; quantumque ab eis aciem mentis avertere cōstimur, tanto illæ se magis animo ingerunt, obscenisque in nobis motibus obrepunt. Sed si hoc pro conditione mortali, quam meruit primus homo in pœnari sui peccati.

7. Dum unusquisque divina illuminatione prævenitur, statim molestis torpium cogitationum pulsatur. Sed Dei servus iudicio timoris Dei earum delectamenta a semetipso rejicit, bonisque contra objectis cogitationibus turpes a se repellit.

8. Magna observantia circa cordis est custodiam adhibenda, quia aut bona, aut malæ rei ibi consistit origo, nam, sicut scriptum est: *Ex corde exeunt cogitationes malæ.* (Math. xv, 19). Ideoque si prius pravæ cogitationi resistimus, in lapsum operis non incurramus.

9. Non est timendum si bona malaque in cogitationem veniant; sed magis gloriandum, si mens mala a bonis intellectu rationis discernat.

10. Item nihil juvat quod inter bonum et malum sensu prudentiori discernimus, nisi opere aut mala cognita caveamus, aut bona intellecta faciamus.

#### CAPUT XXVI.

##### De conscientia.

1. Humana cōditio, dum diversis vitiositatibus mentem conturbat, etiam ante pœnas gehennæ per incognitum animæ appetitum jam pœnas conscientiæ patitur.

2. Omnia fugere poterit homo præter cor suum. Non enim potest a se quisque recedere. Ubiunque enim abierit, reatus sui conscientia illum non derelinquit.

3. Quamvis humana iudicia subterfugiat omnis qui male agit, **226** iudicium tamen conscientie suæ effugere non potest. Nam etsi aliis celat quod egit, sibi tamen celare non potest, qui plene novit

7. Sanctus Nicolaus martyr in Sententiis: *Cogitationes pravæ aliis cogitationibus bonis depelle.* LOAISA. *Ibid.* Delectamenta. Al., tentamenta. AREV.

CAP. XXVI. N. 2. Ex Gregor., lib. xxvii Moral., cap. 16. LOAISA.

3. Greg. r., *ibid.* LOAISA.

*Ibid.* In Editione Grialii et Vezzosi scribitur *celat*, *celare*, quod non est ferendum. AREV.

4. Psal. xli, et ibi August. LOAISA.

CAP. XXVII. N. 4. Alludit ad illud Math. vi: *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Quem locum de cordis intentione interpretatur Gregor., lib. Moral. xviii, cap. 6: *Unde bene in Evangelio Veritas dicit: Lucerna corporis tui est oculus tuus, etc. Quid enim per oculum exprimitur, nisi opus suum præveniens cordis intentio? quæ priusquam se in actione exerceat, hoc jam quod appetit contemplantur. Et quid appellatione corporis designatur, nisi unaquæque actio, quæ intentionem suam, quasi inlertem oculum, sequitur? Lucerna itaque corporis est oculus, quia per bonæ intentionis radium merita illustrantur actionis. Et si oculus tuus simplex fuerit, to-*

malum esse quod gessit, Duplex sit ergo in eo iudicium, quia et hic suæ conscientie reatu punitur, et illic perpetuali pœna damnatur.

4. Hoc enim significat: *Abyssus abyssum invocat in voce cataractarum* (Psal. xli, 8). Abyssum enim abyssum invocare est de iudicio suæ conscientie ire ad iudicium damnationis perpetuæ. In voce cataractarum, id est, in prædicatione sanctorum.

#### CAPUT XXVII.

##### De intentione mentis.

1. Oculus hominis intentio operis ejus est. Si ergo intentio ejus bona est, et opus intentionis ipsius bonum est. Alioquin malæ intentionis etiam si bonum in factis opus appareat, bonum tamen jam non est, quoniam ex sua intentione aut probatur bonum, aut reprobatum indignum. Bona est ergo intentio, quæ propter Deum est; mala vero, quæ pro terreno lucro aut vana gloria est.

**227** 2. Qui opus bonum bona intentione non faciunt, per hoc magis cæcantur opere per quod illuminari potuerant.

3. Unusquisque bonum opus, quod agit, intentione bona agit; quoniam pro mala intentione plerumque opus bonum, quod agimus, perdimus, et minus a culpa vacamus.

4. Sæpe quæ apud hominum iudicium bona apparent, apud examem diligentissimi et acutissimi iudicis reproba deteguntur. Ideoque omnis sanctus veretur ne forte bonum quod agit, pro aliqua animi intentione in oculis Dei reprobum sit.

#### CAPUT XXVIII.

##### De sensibus carnis.

1. Per sensus carnis morbus irrepit mentis. Unde et per prophetam Dominus dicit: *Omnes cognationes terræ ab Aquilone venient, et ponet unusquisque sofium suum in introitu portarum Jerusalem* (Jerem. i, 15). Regna Aquilonis vitia sunt, quæ sedes suas in portis ponunt, quando per sensus carnis labem animæ ingunt; ideoque in ipsis portis, id est, in ipsis sensibus regnant.

*tum corpus tuum lucidum erit, quia si recte intendimus, per simplicitatem cogitationis bonum opus efficitur, etiam si minus bonum esse videatur. Et si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit, quoniam cum perversa intentione quid vel rectum agitur, etiam splendere coram hominibus cernitur, apud examem tamen interni iudicii obscuratur.* Ita etiam interpretatur Chrys., homil. 2 in Math., et August., de serm. Domini, et contra mendacium, cap. 7. Theologi discrimen statuunt inter finem, voluntatem, et intentionem; de quo Magist., lib. ii, dist. 59. LOAISA.

*Ibid.* Si ergo. Ambrosius idem, sed paulo aliter, lib. i Offic., cap. 30: *Affectus tuus operi tuo nomen imponit.* LOAISA.

4. Supra, cap. 7 lib. ii Sentent., num. 15. LOAISA.

CAP. XXVIII. N. 1. In Excusis cogitationes, quod abstuli, et reposui cognationes, ex Jerem. i: *Ecce ego convocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis.* Atque ita constanter legit Hieronym. et ceteri recentiorum interpretes; Septuaginta autem non habent cognationes, sed tantum: *Ecce ego convocabo omnia regna ab Aquilone: Ἰδοὺ ἐγὼ ἀνακαλῶ πάσας τὰς βασιλείας ἀπὸ βορρᾶ.* LOAISA.

2. Neque enim aliunde peccamus, nisi videndo, A audiendo, atrectando, gustando, atquetangendo. Unde et alias dicitur: *Intravit mors per fenestras nostras. Et alibi: Extranei ingrediebantur per portas ejus, et super Jerusalem mittebant sortem.* Extraneos quippe immundos esse spiritus, qui tanquam per portas, ita per sensus carnis animam irrepunt, et eam illecebrando devincant.

## 228 CAPUT XXIX.

De sermone.

3. Dum quaedam parva vitiorum verba non vitamus, in magnum linguæ prolabimur crimen; et dum facta quaedam non gravia liberè ac sine metu committimus, ad potiora scelera et horrenda peccandi consuetudine labimur.

2. Sicut plerumque multiloquorum stultitia reprehenditur, ita rursus nimis tacentium vitia denotantur. Illi enim satis laxando linguam in levitatis vitio defluunt, isti nimis reticendo ab utilitate torpescunt.

3. Imperiti, sicut loqui nesciunt, ita tacere non possunt. Mente enim inezuditi, ore loquaces, verbis perstreperunt, sensu nihil dicunt.

4. Sicut falsitatis crimina a proficientibus pertimescuntur, ita otiosa verba a perfectis viris vitantur. Nam sicut ait quidam: *Sicut pro otioso verbo ratio ponitur, ita pro sermone injusto pena exsolvitur* (Matth. xii, 36).

5. Vani sermones in ore Christiani esse non debent. Nam sicut malos mores bona colloquia corrigunt, ita prava bonos mores corrumpunt (I Cor. xv, 33).

6. Custodia ori ponitur (Psal. xl, 6), dum quisque non se justum, sed, quod magis verum est, peccatorem fatetur.

7. Manum super os ponit, qui bonis operibus linguæ excessus operit. Manam super os ponit, qui male locutionis culpas bonæ actionis velamine tegit.

8. Loquens quæ ad Deum pertinent, nec faciens, etsi inutilis sibi est, audientibus tamen prodest.

9. Qui de sapientia se laudari affectant, loquentem

2. Greg., I. Moral. xxi, c. 2. LOAISA.

Ibid. Illecebrando devincunt. Forte, illecebrando devinciunt. AREV.

CAP. XXIX. N. 1. Ex Gregor., III part. Curæ pastor, admonit. 15. LOAISA.

2. Gregor., ibid. LOAISA.

3. Gregor., lib. Moral. xxxii, cap. 2. LOAISA.

6. Ex Gregor., part. III Curæ pastor, admonit. 15. LOAISA.

7. Alii, linguæ excessum corrigit. AREV.

8. Post prodest alii addunt: *Multi sunt vani, qui in verbo doctrine non humiles, sed arrogantes existunt; quique ipsa recta quæ prædicant, non studio correctionis, sed vitio elationis annuntiant.* AREV.

10. Alludit ad illud Sapient, vii: *Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia.* Quem locum Gregor. interpretatur lib. Moral. xxxiii, cap. 10: *Unde bene quidam sapiens dixit: Mihi autem dei Deus hæc dicere ex sententia, sententia quippe ex sensu vocata est. Et recta quæ intelligit non est sola scientia, sed ex sententia dicere appetit, qui nequaquam tantummodo sciendo dicere, sed sentiendo desiderat experiri quod dicit.* LOAISA.

12. Alii, ac fucio, quod melius fortasse est. AREV.

15. Post sequuntur alii Mss. addunt: *Qui bonum*

prophetam 226 attendant: *Vae qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes* (Isai. v, 21).

10. Recte ex sententia dicit, qui veram sapientiam gustu interni saporis sentit. A *sentiendo* enim sententia dicitur. Ac per hoc arrogantes, qui sine humilitate dicunt, de sola scientia dicunt, non de sententia.

11. Ille enim sapit, qui recte et secundum Deum sapit.

12. In suam dicunt contumeliam doctores, si dum sint ab eis dicta sapienter, nimium tamen eloquenter. Illoret enim sapientia spumeum verborum ambitum ac fucum mundialis eloquentiæ inflatis sermonibus perornatum.

13. Quidam curiosi delectantur audire quolibet B sapientes, non ut veritatem ab eis quærant, sed ut facundiam sermonis eorum agnoscant, more poetarum, qui magis compositionem verborum quam sententiam veritatis sequuntur.

14. Quadrimoda est dicendi ratio, quia prævidendum est quid, cui, quando, vel qualiter aliquid profertur.

15. Item quadrimoda est dicendi ratio, cum aut bene sentiendo quid bene profertur, aut nihil sentiendo nihil dicitur, aut parum sentiendo loquacitas sola ostentatur, aut optime sentiendo non eleganter profertur quod intelligitur.

16. Item quadripartita est loquendi ratio, qua vel bonum bene, 230 vel malum male, seu bonum male, vel malum bene profertur.

17. Bonum quippe bene loquitur, qui ea quæ recta sunt, humiliter annuntiare videtur. Malum male loquitur, qui quodlibet flagitium persuadere conatur. Bonum male loquitur, quid quodcumque rectum arroganter prædicare sentitur. Malum bene loquitur, qui aliquid narrando vitium detestatur; ut ab eo homines avertantur.

18. Corde bene loquitur, qui charitatem non simulat. Ore bene loquitur, qui veritatem annuntiat.

*sine charitate dicit, tanquam æs aut cymbalum sonum facit aliis, ipse tamen sibi manet insensibilis.* AREV.

14. Ita est apud Gregor., lib. xxiv Moral, cap 15. Verum Hieronymus omnem loquendi rationem his terminis circumscripsit in cap. iv ad Ej hesios: *Quoties vero, inquit, loquimur, aut non in tempore, aut importuno loco, aut non ut contenti audientibus, toties sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum qui audierunt.* Quæ sententia habetur 22, q. 5, cap. Quoties. LOAISA.

15. In omnibus Excusis erat *sentiendi*, sed non bene. Nam *locus* est apud Gregor., lib. Moral. viii, cap. 22: *Vix quippe summa loquentium quadrifaria qualitate distinguitur. Nam sunt nonnulli quos sentiendi simul ac dicendi amplitudo dilatata; et sunt nonnulli quos sentiendi simul et dicendi inopia angustat. Sunt nonnulli qui efficaciam dicendi habent, sed acumen sentiendi non habent. Et sunt nonnulli qui acumen sentiendi subtrixi sunt, sed ex inopia locutionis obmutescunt.* LOAISA.

18. Alludit ad illud Lucæ vi: *Bonus homo de bono thesauro cordis profert bonum; ex abundantia enim cordis os loquitur.* LOAISA.

Factis bene loquitur qui alios bonis exemplis ad-  
fiscat.

19. Corde male loquitur qui interius cogitationes noxias meditatur et cogitat. Lingua male loquitur qui pro eo quod male agit flagellatur, et murmurat. Factis male loquitur qui male vivendo exemplis suis alios ad prave agendum informat.

20. Semel bene loquitur (*Job. xxxiii, 14*) qui se poenitendo redarguit. Bis bene loquitur qui bene vivendo et alios instruit.

21. Semel male loquitur qui post vitium cito corrigitur. Bis male loquitur qui male vivit et male docet. Item bis male loquitur qui et male cogitat, et male refert cogitata. Item bis male loquitur qui et bonum quod debuit non egit, et malum quod non oportebat, admisit.

22. Mali mala respondent pro bonis, et adversa pro optimis. Boni bona respondent pro malis, et prospera pro adversis.

23. Adversus convicium linguæ fortitudo adhibenda est patientiæ, ut tentatio verbi, quæ foris impugnat, tolerantia virtute devicta discedat.

24. Non omnis qui patitur probra justus est; sed qui pro veritate innocens patitur, ille tantummodo justus est.

25. Inter vituperationes linguæ et opprobria hominum isto remedio mens justus se corroborat, ut tanto solidius in Deum figatur interius, quanto exterius ab humanis spernitur sensibus.

26. Qui illatas sibi contumelias tranquillo animo prodit, dolorem cordis aperit, et virus quod sorvet in animo facile rejicit.

**231** 27. Vulnere enim mentis aperta cito exhalant, clausa nimis exulcerant.

28. Qui dolorem injuriæ clauso pectore tegit, quanto amplius silentio linguam premit, tanto acriorem dolorem intrinsecus nutrit. Unde et vere quidam poetarum gentilium dixit: *Quoque magis tegitur, tectus magis ardeat ignis.* Cæcus enim languor vehemens est ac nimius, quia *tacitum vivit sub pectore vulnus.*

29. Verba Jobi: *Semel loquitur Deus, et secundo id ipsum non repetit.* AREV.

23. Alii, ut tentationis verba quæ foris impugnant, tolerantia virtute devicta discedant. AREV.

28. Ex Ovid. *Metamorph.*, lib. iv. Quæ sequuntur verba: *Cæcus enim languor vehemens est ac nimius, putamus versum quoque fuisse ex alio loco pentametrium ita fortasse conceptum:*

Cæcus enim languor, vividus ah! nimium.

*Ibid.* Ultima capitis verba, *Tacitum vivit sub pectore vulnus*, sunt etiam hemistichium ex Virgillii lib. iv *Æn.*, 67, de quo vide Macrobius, lib. vi *Saturnal.*, cap. 6. AREV.

CAP. XXX. N. 1. Locus Hieronym., epist. ad Julian. Diac. *Antiquus sermo est: Mendaces faciunt ut nec vera dicentibus credatur.* LOAISA.

6. 22. *Quæst. 1;* et apud Magistr., in 3, dist. 39; et Polycarp., l. vi, tit. 12; *Berch.*, l. xii, cap. 20; *Iton.*, p. xii, c. 7; *Panorm.*, lib. lxxxviii. LOAISA.

7. Augustinus octo genera mendaciorum enumerat lib. de *Mendac.*, cap. 14, septimumque esse ait quod nulli obest, et prodest alicui; veluti si nolens hominem

## CAPUT XXX.

## De mendacio.

1. Mendaces faciunt ut nec vera dicentibus credatur. Reddit enim sæpe hominem multa falsitas etiam in veritate suspectum.

2. Sæpe vera præmittit, qui falsa dicturus est, ut cum primum acquisierit fidem, ad reliqua mendacia audientes credulos faciat.

3. Multis videntur vera esse quæ falsa sunt, et ideo non ex Deo, sed ex suo mendacium loquantur.

4. Nonnunquam falsitas veriloquio adjungitur, et plerumque a veritate incipit, qui falsa confingit.

5. Latent sæpe venena circumhita melle verborum; et tandiu deceptor veritatem simulat, quousque fallendo decipiat.

6. Nonnunquam pejus est mendacium meditari, quam loqui, nam interdum quisque liberatus solet ex præcipatione loqui mendacium; meditari autem non potest, nisi per studium. Gravius ergo ille ex studio mentiri perhibetur, quam is qui ex præcipatione sola mentitur.

7. Summopere cavendum est omne mendacium, quamvis nonnunquam **232** sit aliquod mendacii genus culpæ levioris, si quisquam pro salute hominum mentiatur. Sed quia scriptum est: *Os quod mentitur occidit animam* (*Sap. 1, 11*); et: *Perdes eos qui loquantur mendacium* (*Psal. 7, 7*); hoc quoque mendacii genus perfecti viri summopere fugiant, ut nec vita cujuslibet per eorum fallaciam defendatur, ne suæ animæ noceant, dum præstare alienæ carni nituntur, quanquam hoc ipsum peccati genus facillime credimus relaxari. Nam si quælibet culpa sequenti mercede purgatur, quanto magis hæc facile abstergitur, quam merces ipsa comitatur?

8. Multa mentiuntur multaque linguæ homines propter hominum laudem; sicque fit ut et isti mentiendo pereant, et eos quos laudant ad vanæ gloriæ ruinam perducant.

9. Sicut bene sibi conscius non metuit alienæ

*ad mortem quæsitum prodere mentiatur.* Et concilio Toletano viii, c. 2, duo ponuntur genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen omnino non sunt sine culpa, cum aut jocamur, aut, ut proximis proximis, mentimur. LOAISA.

*Ibid.*, *Præstare.* Ita quidem apud Greg., et in Goth. Codd., sed recte fortasse vox *vitam* ab Excussis abest. Ita enim sæpe alias loquitur, ut *præstare pro prodese* usurpet. LOAISA.

*Ibid.*, *Sequenti*, etc. Verba Gregorii sensum hujus sententiæ explicant., lib. *Moral.* xviii, cap. 4. *Nam si quælibet culpa sequenti solet pia operatione purgari, quanto magis hæc facillime abstergitur, quam mater boni operis pietas comitatur?* LOAISA.

*Ibid.* *Præstare pro prodese* apud alios etiam, et apud Isidorum ipsum alibi occurrit; et in veteri Editione ac meo Ms. abest vox *vitam*; itaque eam delevi, quamvis Loaisa ediderit *præstare vitam alienam comm.* Vide not. ad Dracontium in *Satisfact.*, vers. 64. AREV.

9. In Editione Grialii indicatur pro hac sententia annotatio, quæ excidit. Ac fortasse hoc solum deest: *Ex Gregor. lib. ix, epistola ad Theotistum Patritium.* AREV.

linguæ convictum, ita et qui laudatur ab alio non debet errorem alienæ laudis attendere; sed magis unusquisque testimonium conscientiæ suæ quaerat, cui plus ipse præsens est, quam illo qui eum laudat.

10. Opus enim suum unusquisque probet, ut ait Apostolus. Et tunc in seipso tantum quisque gloriam habebit, id est, occulte in sua conscientia, non palam in aliena lingua.

11. Perfecti, qui alta radice fundati sunt, etsi flamine laudis ac vituperationis utcumque quasi ventorum interdum curventur impulsu, funditus tamen non deiciuntur, sed protinus firmitate radicis ad se redeunt.

233 12. Bona mens ad malum nec præmiis, nec B terroribus vincitur. Nam iniqui terrorem blanditiis miscet, ut aut oblectatione quemquam decipiant, aut terroribus frangant.

13. Qui laudatur in auditorum amore inseritur, sed si veraciter et non ficto laudetur, hoc est, si vera sunt quæ de illo dicuntur.

### CAPUT XXXI.

#### De juramento.

1. Sicut mentiri non potest qui non loquitur, sic perjurare non poterit qui jurare non appetit. Cavenda est igitur juratio, nec ea utendum, nisi in sola necessitate.

2. Non est contra Dei præceptum jurare, sed dum usum jurandi facimus, perjurii crimen incurrimus. C Nonquam ergo juret qui perjurare timet.

3. Multi, dum loquuntur, jurare semper delectantur, dum oporteat hoc tantum esse in ore: *Est, est. Non, non.* Amplius enim quam *est*, et *non est*, a malo est (*Matth. v, 37*).

4. Multi, ut fallant, perjurant, ut per fidem sacramenti fidem faciant verbi sicque fallendo, dum perjurant et mentiuntur, hominem incautum decipiunt.

5. Interdum et falsis lacrymis seducti decipimur, et creditur, dum plorant, quibus credendum non erat.

6. Plerumque sine juramento loqui disponimus, sed incredulitate eorum qui non credunt quod dici-

10. Similitudo hæc deducta est ex Paulo, Galat. vi: *Opus enim suum, inquit, probet unusquisque, et sic in semetipso gloriam habebit, et non in alio.* LOAISA.

CAP. XXXI. N. 1. Etsi frequentius dicitur *perjurare*, tamen etiam *perjurare* apud optimos Latinitatis auctores reperitur. AREV.

2. 22, q. 4; et apud Magistr., in 3, d. 39; et Polycarp., lib. vi, tit. 12. Burch., lib. xii, cap. 20: Ivo., p. xii, cap. 7; Panorm., lib. lxxxviii. LOAISA.

3. Augustinus, in commentariis super epistolam ad Galat., cap. 4, sic hunc Matthæi locum interpretatur. *Quamvis, inquit, juramentum amplius sit quam Est, est; Non, non, et ideo a malo sit, non tamen a malo tuo, sed infirmitatis aut incredulitatis eorum qui non aliter moventur ad fidem.* LOAISA.

8. 22, q. 5; Magist. Sent., iii, d. 31. LOAISA.

mus jurare compellimur, t. l. ique necessitate jurandi consuetudinem facimus.

7. Sunt multi ad credendum pigri, qui non moventur ad fidem verbi. Graviter autem delinquent qui sibi loquentes jurare cogunt.

234 8. Quacunque arte verborum quisque juret, Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui juratur intelligit. Dupliciter autem reus sit qui et Dei nomen in vanum assumit, et proximum dolo capit.

9. Non est conservandum sacramentum quo malum incaute promittitur, veluti si quispiam adulteræ perpetuo cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum quam permanere in stupri flagitio.

10. Jurare Dei est illa providentia, qua statuit non convellere statuta. Pœnitentia autem Dei rerum mutatio est; non pœnitere autem, statuta non revocare, ut illud: *Juravit Dominus, et non pœnitebit eum* (*Psal. cix, 4*), id est, quæ juravit non mutabit.

### CAPUT XXXII.

#### De vitiis.

1. Recedens homo a Deo statim vitiorum traditur potestati, ut dum patitur infesta vitia, revertendo, unde ceciderat respiscat.

2. Et si sancti toto nisu contendunt superare vitia, nec extinguunt, quid agunt hi qui non solum non odiunt vitia, sed toto ea amore sectantur?

3. Satis delicate se palpat qui vult sine labore vitia superare, dum peccati legem, quam sibi deserviendo vitiis fecit, sine violentia doloris resecare non possit.

4. Perfecte renuntiat vitio, qui occasionem evitat in perpetrando peccato. Nam si velis tantumdem non peccare, et data occasione peccaveris, tu tibi et reus, et iudex es, quia et commissa damnas, et damnata committis. Se autem iudice reus est, qui vitia et accusat et perperat.

235 5. Quædam vitia dum non perfecte vitantur, suos in se faciunt relabi auctores. Nam si unum vitium districte vitetur, et alia negligantur, inanis labor est. Non enim potest in unius observatione virtutis fortiter perdurare, cujus alia vitia dominantur in corde.

D 6. Numquam hominem sua vitia persequuntur,

9. 22, quæst. 4, et conc. Toletan. viii, cap. 2. Marist., in iii, d. 39. LOAISA.

*Ibid.* Alii, non est observandum juramentum. Sed lectio genuina est, quam exhibemus, et tenuit concilium Tolet. viii, ubi legitur *quod male incaute, aut quod malum in caute, aut quod male et incaute.* In eandem sententiam allegantur a concilio verba similia ex Synonymis sancti Isidori. AREV.

10. Editi lib., *permutatio*, Mss. *mutatio*; quorum lectionem sequor. Nam sic habet Augustinus in psalm. cix: *Pœnitentia mutatio rerum significatur.* LOAISA.

CAP. XXXII. N. 3. Ex Gregor., lib. vii Moral., cap. 12. LOAISA.

5. Gregor., *ibid.* LOAISA.

6. Ex Gregor., lib. vi Moral., cap. 13. LOAISA.

quia nimirum qui prius volendo ea sibi fecit sociæ; A  
postea sentit etiã nolens stimulos.

7. Nonnulli non antea in errorem vitiorum labun-  
tur, nisi prius interioris rationis perdidit oculos,  
sicuti Samson non antea ab Allophyliis ad erroris  
ligatus est machinam, nisi postquam ei sunt lumina  
oculorum extincta (*Judic. xvi, 21*).

8. Quidam, vegetante mentis ratione, vitiorum  
superantur incursu, sicque deinde intentionem bono-  
rum operum perduunt. Sicut rex Babylonis in oculis  
Sedecie prius filius ipsius interfecit, et sic postea  
oculos ejus evulsit, ac per hoc post malorum ope-  
rum consuetudinam et interemptionem bonorum,  
perit quorundam et ratio.

#### CAPUT XXXIII.

*Quod ex vitis vitia, et ex virtutibus virtutes  
oriuntur.*

1. Sic gignuntur ex peccato peccata, ut dum non  
evitantur parva, inclinat in maximis, et dum de-  
fenduntur admissa, nec lamentantur, ex flagitio ad  
superbiam itur. Unde, fit ut duplicati sit criminis  
reus qui et admittit scelera per voluntatem, et de-  
fendit ea per contumaciæ tumorem.

2. Sic vitio vitium gignitur, sicut virtus virtute  
concipitur. Ex vitio enim gignitur vitium. Sicuti  
David qui, dum non evitat adulterium, perpetravit et  
homicidium (*II Reg. xi, 6*).

3. Item virtus virtute concipitur, sicut per virtu-  
tem evangelicæ prædicationis **236** virtutem marty-  
rii apostoli meruerunt.

4. In cordibus sæculariter viventium invicem sibi  
succedant vitia, ut dum unum abierit, succedat aliud;  
iuxta Joelis prophetæ testimonium, qui ait: *Resi-  
duum cruceæ comedit locusta, et residuum locustæ  
comedit bruchus; et residuum bruchi comedit rubigo*  
(*Jo l. i, 4, 5*). Per id ergo ista sub vitiorum allegoria  
colliguntur, quia sequitur: *Expergiacimini, ebrii, et  
fete.*

5. Aliquando utiliter peccatur in minimis vitiis, ut  
majora utilius caveantur. Lege Paulum apostolum  
minora permittentem peccata, ne majora perpetretur.  
Veraciter autem sanantur vitia quæ virtutibus,  
non vitiis, excluduntur. Quorundam autem quædam  
latentia vitia tunc apparent, quando ab aliis vitiis  
desinuunt.

#### CAPUT XXXIV.

*De male usis virtutibus.*

1. Interdum et male usæ virtutes ex se vitia gi-

7. Ambros., lib. I Offic., cap. 29. Adversarios suos  
Hebræi Allophylos, id est, alienigenas Latino appel-  
lant vocabulo. Hoc nomine dicti sunt Palæstini, qui  
Philisthæi φ in π mutato, auctore divo Hieronymo.  
LOAISA.

CAP. XXXIII. N. 1. Ex Gregor., lib. Moral. x, cap. 9.  
LOAISA.

Ibid. Taio, lib. iv, cap. 12, omnes hujus capituli  
sententias sumpsit. AREV.

4. Ex Gregor., lib. xxxiii Moral., c. 23; et in  
Ezech. homil. 12. LOAISA.

CAP. XXXIV. N. 2. *Pro fratris adventu*, etc. Huc  
facit Regula Monachorum, c. 10. AREV.

5. Actorum xv. Nam Paulus gentiles ad Evangelii

agnunt: quod fit per immoderatum animi appetitum,  
cui non sufficit donum quod meruit, nisi inde aut  
laudes aut lucra damnanda quæsierit.

2. Interdum virtutes vitia gignunt, dum aliquando  
pro tempore oportuno minime relaxantur. Sicque  
fit, ut quæ congruo loco virtutes sunt, incongrue  
vitia deputentur, veluti si pro fratris adventu cano-  
nicum non solvatur jejunium.

3. Virtutum igitur discretionem a Paulo apostolo  
sume, qui ad tempus egit, quod agendum esse om-  
nino prohibuit.

4. Item quædam virtutes, dum discretioni non  
serviunt, in vitia transeunt. Nam sæpe justitia, dum  
suum modum excedit, crudelitatis sævitiam gignit;  
et nimia pietas dissolutionem disciplinæ parit, et  
zeli studium, dum plus est quam oportet, in iracun-  
diæ vitium transit, et multa mansuetudo torporis  
segnitiem gignit.

**237** 5. Prudentis autem viri discretio solenter  
prospicit, ne bonum intemperanter agat, et de vir-  
tute in vitium transeat.

6. Item apud quosdam ex virtute vitium gignitur,  
dum quisque de castitatis et abstinentiæ meritis glo-  
riatur. Nam et qui elemosynam vanæ gloriæ causa  
impertit, ex virtute vitium facit. Sed et is qui de  
sapientia arrogantiam habet, et qui pro justitia præ-  
mium appetit, et qui aliquid donum Dei quod me-  
ruit in suam laudem convertit, aut in malos usus  
assumit, procul dubio virtutem in vitium transfert.

7. Homines de virtutibus vitia nutriunt, ex quibus  
pereant. Iterum Deus arte potentissima ex nostro  
vitio virtutes format, quibus nos ab iniquitate re-  
formet.

#### CAPUT XXXV.

*De simulatis virtutibus.*

1. Quædam vitia species virtutum præferunt, ideo-  
que perniciosius suos sectatores decipiunt, quia se  
sub velamine virtutum tegunt. Nam vitia, quæ statim  
virtutibus contraria apparent, citò, dum palam ve-  
nerint, emendantur, propter quod sequaces eorum  
de talibus criminibus erubescunt.

2. Carnales autem plerumque per insensualitatem  
mentis non agnoscent vitium esse culpabile, quod  
dignum videtur damnatione.

5. Item quædam vitia species virtutum esse vide-  
D tur, sed tamen virtutes non sunt. Nam interdum sub  
prætextu justitiæ crudelitas agitur, et putatur esse  
virtus quod nimirum est vitium, sicut et remissa

libertatem venientes circumcidi prohibuit, et tamen  
Lysram, et Iconium transiens, Timotheum, qui gen-  
tili patre natus fuerat, circumcidit. Gregor., lib.  
Moral. xxviii, c. 6. LOAISA.

4. Ex Gregor., lib. xxxi Moralium, cap. 7, et xxxii,  
cap. 17. LOAISA.

Ibid. Alii, dum discretionem non servant. AREV.

CAP. XXXV. N. 1. Ex Gregor., lib. Moral. xxxii,  
cap. 17. LOAISA.

2. Alii, per insensibilem mentis cecitatem non agno-  
scunt. AREV.

5. Ex Greg., ibid., et lib. pastor. Cur., part. iii,  
admonit. 17. LOAISA.

segnities mansuetudo esse creditur, et quod agit A torpens negligentia putatur agere indulgentia pietatis. Nonnunquam etiam virtutem largitatis imitatur vitium prodigæ effusionis, et virtutem parcitatis tristic tenacitas imitatur, et vitium pertinaciæ absconditur sub virtute constantiæ. Item timor sub specie obedientiæ occultatur, et dicitur virtus humilitatis, quod tamen vitium est timoris. Sed et proacacitas vocis pro veritatis libertate accipitur, et vitium pigrilitæ quietis **238** virtutem imitatur. Porro vitium inquietudinis virtutem se vult vocari sollicitudinis, et præcipitationis facilitas fervor boni studii creditur, et bene agendi tarditas consilii mora esse videtur, dum tamen ista sit virtus, illa vitium. Tali igitur exemplo vitia species virtutum imitantur; et inde se nonnulli esse justos confidunt, unde maxime B reprobanter.

4. Aptum exemplum vitiorum de latronis specie semitur. Nam sicut ex insidiis latro prodit, sequetur agentibus jungit, fingens se socium, donec decipiat improvisum, et dum subito eruperit, ad exitum latro manifestus ostenditur: ita se miscent interdum periculose virtutibus vitia, quousque omnem boni operis efficaciam in suis usibus rapiant, et anima quæ sibi erat placens de virtutibus deceptam se conspiciat vitiiis damnabilibus.

#### CAPUT XXXVI.

##### *De appetitu virtutum.*

1. Ad virtutes difficile consurgimus, ad vitia sine labore dilabimur. Ista enim prona, illa ardua sunt. Grandes enim sudores perpetimur ut ad cælum con- C scendere valeamus.

2. Quemadmodum ad virtutum tendentes culmen, non a summis inchoant, sed a modicis, ut sensim ad altiora pertingant, ita et qui dilabuntur ad vitia, non statim a magnis criminibus incipiunt, sed a modicis assuescunt, et sic in maximis prouunt.

3. Sicut paulatim homo a minimis vitiiis in maximis prouit, ita a modicis virtutibus gradatim ad ea quæ sunt excelsa contendit.

4. Qui autem inordinate virtutes comprehendere nititur, cito periclitatur. Hæc est causa in rerum natura, ut quæcunque velociter ad profectum tendunt, sine dubio celeriter finiantur; sicut herbæ, quæ tanto festinus pereunt, quanto celerius crescunt. At vero contra arbores alta radice fundatæ ideo perdurant D diutius, quia gradatim ad profectum perveniunt.

5. Nihil prodest, admisto malo, agere aliquid bonum; sed prius est cohibendam a malo, deinde exercendum bonum. Hoc enim indicat propheta, cum dicit: *Quiescite agere perverse, discite bene facere* (Isai. 1, 16).

**239** 6. Prius vitia extirpanda sunt in homine, deinde inserendæ virtutes. Nam cohæere et conjungi non potest veritas cum mendacio, pudor cum petu-

4. Greg., lib. Moral. ix, c. 13. LOAISA.

CAP. XXXVI. N. 2. De incremento virtutum Greg., lib. Moral. xxii, c. 14. LOAISA.

CAP. XXXVII. N. 1. Taio, qui lib. iv, cap. 25, de

lania, fides cum perfidia, castitas cum luxuria.

7. Quædam sunt summæ virtutes, quædam vero mediæ. Fides, spes et charitas summæ virtutes sunt. Nam a quibus habentur, utique veraciter habentur. Aliæ verò virtutes mediæ sunt, quia et ad utilitatem et ad perniciem possunt haberi, si de his arroganter quisque tumuerit, utpote doctrina, jejunium, castitas, scientia, sive temporales divitiæ, de quibus scilicet et bene operari possumus, et male.

8. Quisquis ex deteriore jam melior esse cœpit, caveat de acceptis extolli virtutibus, ne gravius per virtutes corruat, quam prius ex lapsu vitiorum jacebat.

9. Quem Deus justificat, ne iterum se de virtutibus erigat, quædam illi virtutum donâ tribuit, quædam retrahit, et dum mens de hoc quod habet erigitur, iterum de hoc quod nequaquam habere cognoscitur humilietur.

10. Quisquis dono cœlestis gratiæ inspiratus ad virtutes erigitur, si forte moderantis Dei manu aliqua adversitate reprimatur, ne de acceptis virtutibus attollatur, frangi non debet, quia et hoc ipsum, quod plagis humiliatur, æquanimitè ferre procul dubio virtutis est magnæ.

#### CAPUT XXXVII.

##### *De pugna virtutum adversus vitia.*

1. Tunc se viri sancti veracius a vitiorum colluvione detergant, dum ab eis contra singula vitia virtutes singulæ opponuntur. Interdum vitia cum virtutibus ad utilitatem confligunt, ut ipso certamine vel mens exerceatur, vel ab elatione conversus animus restringatur.

2. Adversus impetus vitiorum contrariis virtutibus est pugnandum. Contra luxuriam enim cordis est adhibenda munditia, contra odium **240** dilectio præparanda, contra iracundiam patientia proponenda est. Porro contra timorem fiducia adhibenda est virtus, contra torporem zeli prælium; tristitiæ quoque gaudium, accidiæ fortitudo, avaritiæ largitas, superbiæ humilitas opponenda est. Sicque singulæ virtutes nascentia contra se vitia reprimunt, ac tentationum motus virtute divinæ charitatis extinguunt.

3. Libidinem abstinencia domat. Nam quantum corpus inedia frangitur, tantum mens ab illicito appetitu revocatur.

4. Adversus iram tolerantia dimicat; ira autem semetipsam necat, sustinendo autem patientia victoriam portat.

5. Tristitiæ mœrorem spes æterni gaudii superat; et quem turbata mens de exterioribus afficit, dulcedo interioris tranquillitatis lenit.

6. Adversus invidiam præparetur charitas, et adversus iræ incendia mansuetudinis adhibeatur tranquillitas.

7. Superbiam autem diaboli imitantur superbi,

hac virtutum pugna agit, pro *convulsus* habet *convulsus*. Ita etiam meus Codex ms. Veteres Editiones ab elationis concursu. AREV.

adversus quam opponitur humilitas Christi, qua hu- A per vitia humanam mentem exterminat.  
miliantur elati.

8. Principalium septem vitiorum regina et mater superbia est, eademque septem principalia multa de se parturiunt vitia, quæ ita sibimet quadam cogatione junguntur, ut ex altero alterum oriatur.

9. Sicut princeps septem vitiorum superbia nos eorum potestatibus subdit, ita Christus septiformi gratia plenus a dominata vitiorum nos eruit; et quos illa addicit septemplici vitio, iste liberat septiformis gratiæ dono.

### CAPUT XXXVIII.

#### De superbia.

1. Omni vitio deteriorem esse superbiam, seu propter quod a summis personis et primis assumitur, seu quod de opere justitiæ et virtutis exoritur, minusque culpa ejus sentitur. Luxuria vero carnis **241** ideo notabilis omnibus est, quoniam statim per se turpis est. Et tamen, pensante Deo, superbia minor est. Sed qui detinetur superbia, et non sentit, labitur in carnis luxuria: ut per hanc humiliatus, et a confusione surgat et a superbia.

2. Omnis peccans superbus est, eo quod faciendo vetita contemptui habeat divina præcepta. Recte ergo *initium omnis peccati superbia* (Eccle. x, 15), quia nisi præcesserit mandatorum Dei inobedientia, transgressionis non sequitur culpa.

3. Omnis superbia tanto in imo jacet, quanto in altum se erigit; tantoque profundius labitur, quanto excelsius elevatur. Qui enim per propriam superbiam attollitur, per Dei justitiam inclinatur.

4. Qui inflantur superbia, vento pascuntur. Unde et propheta: *Omnes, inquit, pastores tuos pascit ventus* (Jerem. xxii, 22), hoc est, superbiæ spiritus.

5. Qui de suis virtutibus superbiunt, ex ipsis iudicandi sunt operibus quibus pro virtutibus utuntur, quia rem bonam non bona voluntate faciunt. Nam revera sine humilitate virtus quælibet, et sine charitate in vitio deputatur.

6. Merito superbiæ diabolus a superna beatitudine corrui. Qui ergo de virtutibus attolluntur, diabolum imitantur; et exinde gravius corruunt, quia de excelsio labuntur.

7. Superbia, sicut origo est omnium criminum, ita ruina cunctarum virtutum. Ipsa est enim in peccato prima, ipsa in conflictu postrema. Hæc enim aut in exordio mentem per peccatum prosternit, aut novissime de virtutibus dejicit. Inde et omnium peccatorum est maxima, quia tam per virtutes quam

8. Ex Gregor., lib. Moral. xxxi, c. 17. LOAISA.

CAP. XXXVIII. N. 1. De superbia eleganter disserit Joannes Cassianus eremita, lib. xii, cap. 1, his verbis: *Octavum, quod et extremum, adversus spiritum superbiæ nobis certamen est. Qui morbus, licet ultimus sit in conflictu vitiorum atque in ordine ponatur extremus, origine tamen et tempore primus est; sævissima et superioribus cunctis immanior bestia, perfectos maxime tentans, et propemodum jam positos in consummationem virtutum morsu diore depascens.* LOAISA.

Ibid. Pensante. Al., dispensante. Fortasse præstiterit legere, labitur in carnis luxuria, aut, ut in

8. Ibi cadere superbiam, ubi et nasci, ut non ai superbis aliud culpa, aliud pœna, sed ipsa culpa si illis et pœna.

**242** 9. De superbia nasci arrogantiam, non de arrogantia nasci superbiam. Nam nisi præcesserit occulta elatio mentis, non sequitur aperta jactantiæ laudis. Ita ergo in culpa præponitur superbiæ arrogantia, sicut præfertur origine.

10. Plernumque ad elationis emendationem providentia Dei aliquo casu nonnulli cadunt, pro quo lapsu reprehensi a semetipsis humiliter sapiunt, e de muneribus Dei laudari non appetunt, sed laudant Deum, a quo acceperunt, unde laudari se volunt.

11. Utilius est arroganti in quocunque vitio labi et humilem post casum Deo fieri, quam per elationem superbire, gravioremque ruinæ damnationem per superbiam sumere.

### CAPUT XXXIX.

#### De fornicatione.

1. Ex culpa superbiæ plerumque in abominandam carnis immunditiam itur. Nam alterum pendet ex altero; sed sicut per superbiam mentis itur in prostitutionem libidinis, ita per humilitatem mentis salva fit castitas carnis. Deus autem nonnunquam dejicit occultam mentis superbiam per carnis manifestam ruinam.

2. Libidinis nasci immunditiam de animi occulto constat superbia, exemplo primi hominis, qui mox ut per superbiam contra Deum tumuit, statim carnis libidinem sensit, et pudenda operuit. Quapropter unusquisque suæ deputet culpæ quod cecidit, quoties libidine vincitur, quia nisi præcessisset latens superbia, non sequeretur libidinis manifesta ruina.

3. Nonnunquam gemino vitio Christianus a diabolo appetitur, et occulto per elationem, et publico per libidinem. Sed dum evitat quis libidinem, cadit in elationem. Item dum incaute declinat elationem, cadit segnitè in libidinem; sicque ex occulto vitio elationis itur in apertum libidinis, et de aperto libidinis, itur in occultum elationis. Sed Dei servus discretè utrumque pensans, sic cavet libidinem, ut non incurrat elationem; et sic premit elationem, ut non resolvat animum ad libidinem.

**243** 4. Luxuriosis atque superbis demones plus fautores existunt, dumque in cæteris vitiis spiritus maligni deserviant, his tamen majori familiaritate junguntur, eisque amplius juxta desiderium famulantur.

vel. Edit., labitur carnis luxuria. ARGY.

3. Ex Gregor., lib. Moral. xxxii, c. 7. LOAISA.

4. Glossa ordinaria: *pascet ventus, id est, inanis fiducia.* Quod in Excusis ad marginem est, *superbus spiritus;* id vero mss. nostri Codd. non agnoscent. LOAISA.

CAP. XXXIX. N. 1. Ex Gregor., lib. Moral. xxvi, cap. 15. LOAISA.

2. Gregor., ibid. LOAISA.

3. Gregor., loco citato. LOAISA.



3. Principaliter his duobus vitiis diabolus humano generi dominatur, id est, superbia mentis et luxuria carnis. Unde et Dominus in Job loquitur de diabolo dicens: *Sub umbra dormit in secreto calami in lucis transantibus (Job xl, 16)*. Per calamum enim inanis superbia, per loca vero humecta carnis demonstratur luxuria. Per hæc enim duo vitia diabolus humanum possidet genus, vel dum mentem in superbiam erigit, vel dum per luxuriam carnem corrumpit.

6. Multi luxuriæ subditi sunt, et contumaci superbia de ipso luxuriæ opere gloriantur; et inde magis elati sunt, unde humiliari debuerant.

7. Ad comparationem mali sit deterius, quando non solum flagitia committuntur, sed etiam de ipsis flagitiis vanitate laudis perditū extolluntur, sicut scriptum est: *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ (Psal. ix, 24)*. Quid enim pejus quam in flagitiis miserose gaudere, de quibus jam debent copiosius plorare?

8. Libido tunc magis queritur, dum videtur. Nam sicut quidam sapiens ait: *Prima fornicationis oculorum tela sunt, secunda verborum*. Sed qui non capitur oculis, potest verbis resistere. Sufficit natura, ubi adhuc liber affectus est.

9. Qui delectationem libidinosæ refrenat suggestionis, non transit ad consensum libidinis. Cito enim resistit operi, qui titillanti se non accommodat delectationi.

10. Durius impugnatur qui usque ad consensionem, etsi non usque ad perpetrationem tentatur, quam is qui sola suggestionem pro conditione carnis tentamentis sollicitatur.

11. Stimuli carnis, qui in Paulo, excitante Satanæ angelo, inerant (II Cor. xii), ex lege peccati erant, qui in membris hominum de necessitate libidinis habitant. Quam reluctanter, dum in se expugnat, perficitur, et de infirmitate libidinosæ titillationis virtutem suscipit gloriosi certaminis.

12. Servis Dei multæ certamina de sua carne moventur; nam quamvis in amorē Dei eorum sit inconcussa intentio, mens tamen in carne, quam exterius gestat, interna prælia tolerat. Deus autem, qui hæc ad probationem permittit, gratia protegente, suos non deserit.

13. Ideo nonnunquam electi lapsu carnali corruunt, ut a vitio superbiæ, qua de virtutibus tument, saevientur; et qui de virtutum affectibus existunt superbi, ut cadant, carnis vitio humiliantur, ut surgant.

14. Antequam perficiatur adulterium in opere, ad adulterium exstat in cogitatione. Ex corde enim

A primum fornicationes sunt auferendæ, et non prurumpent in opere. Hinc est quod per prophetam dicitur: *Accingite lumbos vestros super ubera vestra (Isai. xxxii, 41)*; hoc est, in corde libidines re-ecate, quæ ad lumbos pertinent. Nam cor super ubera est, non in lumbis.

15. Libidinis immoderata licentia nescit habere modum. Nam dum se vitiosus animus in explenda fornicatione, carne luxuriante, laxaverit, nihilominus ad alia nefanda scelera suadentibus demoniis transit; dumque immoderate metas pudoris excesserit, crimen criminibus adjicit, paulatimque ad deteriora procedit.

16. Non ita suavis est amantium, imo amentium, inexperta carnis libido, sicut experta; nec ita delectat fornicatio, dum primum committitur, nam repetita majorem delectationem ingerit. Jam vero si in usum venerit, tanto perditis dulcor fit, ut superare difficile sit. Unde et sæpe ex consuetudine delinquendi quasi captivi ad peccandum cum quadam violentia trahimur, sensusque nostros contra rectam voluntatem in nobis rebellare sentimus.

17. Si plus oblectat mentem delectatio fornicationis quam amor castitatis, adhuc in homine peccatum regnat. Certe si amplius delectat pulchritudo intimæ castitatis, jam non regnat peccatum, sed regnat justitia. Nam non solum de commissa fornicatione peccatum regnat in homine; sed si adhuc delectatur, atque animum teneat, procul dubio regnat.

18. Fornicatio carnis adulterium est, fornicatio animæ servitus idolorum est. Est autem et spiritualis fornicatio, secundum quod Dominus ait: *Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, jam mœchatus est eam in corde suo (Matth. v, 28)*.

19. Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur, quamvis quisque diversa turpitudinis voluptate prostituatur. Ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, et homo a Deo separatur.

20. Inter cætera septem vitia fornicatio maximi est sceleris, quia per carnis immunditiam templum Dei violat, et tollens membra Christi, facit membra meretricis.

21. Magis per carnis luxuriam humanum genus subditur diabolo, quam per cætera vitia. Cum enim ille variis tentamentis illectos homines conetur pervertere, magis tamen mœchandū desiderium suggerit, quia utrumque sexum in hoc vitio amplius ægrotare intendit.

5. Ex Gregor., lib. xxxiii Moral., c. 3. LOAISA.

Ibid. Humecta. Al., humentia. AREV.

7. Greg., lib. iv Moral., c. 25. LOAISA.

Ibid. Alii: Quoniam laudatur. AREV.

11. Paulus, II Cor. xii. Datus est mihi stimulus carnis mœchæ angelus Satanæ, ut me colaphizet. De hoc stimulo Pauli variæ sunt sanctorum sententiæ. Gregor., lib. xxxiii Moral., cap. 11. Paulum, inquit, post ot revelationum sublimia stimulus carnis agitabat. Et infra: Tentatio illa non vorago vitiorum, sed custodia

meritorum fuit. LOAISA.

14. Locus Isaiæ xxxii sic in Editione Vulgata est: *Accingite lumbos vestros, super ubera plangite*. Septuaginta: *Περιώσασθε σάκκους ὀσφύας ὑμῶν, καὶ ἐπὶ τῶν μαστῶν χόρτασθε*. Id est, accingimini sacris lumbos vestros, et super ubera plangite, quem locum, ut iustituto suo accommodaret, decurtavit. LOAISA.

19. Augustin., lib. i de Serm. Domini in monte, cap. 11. LOAISA.

22. Dæmones scientes pulchritudinem esse animæ castitatem, et per hanc hominem angelicis meritis, e quibus illi lapsi sunt, cœquari, livore percussis invidia, injiciunt per sensus corporis opus desideriorumque libidinis, quatenus a cœlestibus deorsum dejectam animam pertrahant, secumque quos vicent gloriantes ad tartara ducant.

23. Quando impulsu dæmonum mens ad delectationem fornicationis impellitur, divini judicii metus et æterni tormenta incendii ante oculos proponantur, quia nimirum omnis pœna gravioris supplicii formidine superatur. Sicut enim clavus clavum expellit, ita sæpe recordatio ardoris gehennæ ardorem removet luxuriæ.

24. Quidam in juventute luxuriose viventes, in senectute continentes fieri delectantur, et tunc eligunt servire castitati, quando eos libido servos habere contemnit.

25. Nequaquam in senectute continentes vocandi sunt, qui in juventute luxuriose vixerunt. Tales non habent præmium, quia laboris certamen non habuerunt. Eos enim expectat gloria, in quibus fuerint laboriosa certamina.

## 246 CAPUT XL.

### De continentia.

1. A Deo datur continentia; sed *petite*, inquit, et accipietis (Matth. vii, 7). Tunc autem tribuitur, quando Deus gemitu interno pulsatur.

2. Prælatam virginitatem esse nuptiis. Illud enim bonum, hoc optimum. Conjugium concessum est (1 Cor. vii), virginitas admonita tantum, non jussa. Sed ideo tantum admonita, quia nimis excelsa.

3. Geminum est bonum virginitas, quia et in hoc mundo sollicitudinem sæculi amittit, et in futuro æternam castitatis præmium percipit.

4. Virgines feliciores sunt in vita æterna, Isaiâ testante: Hæc dicit Dominus eunuchis: « Dabo eis in domo mea, et in muris meis locum; et nomen melius a filiis et siliabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit » (Isai. lvi, 4, 5). Nec dubium quod qui casti perseverant, et virgines, angelis Dei efficiuntur æquales.

5. Amanda est pulchritudo castitatis, cujus degu-

A stata delectatio dulcior invenitur quam carnis. Castitas enim fructus suavitatis est, et pulchritudo in violata sanctorum. Castitas securitas mentis, sanitas corporis; unde et aliquos gentilium gymnicos (legimus) perpetuam Veneris abstinencem exercuisse, ne virtutem libidine frangerent. Luxuriosa namque vita carnem cito debilitat, fractamque celeriter ducit ad senectutem.

6. Omne peccatum per penitentiam recipit vulneris sanitatem; virginitas autem, si labitur, nullatenus reparatur. Nam quamvis penitendo **247** vitæ fructum percipiat, incorruptionem tamen nullatenus recipit pristinam.

7. Virgo carne, non mente, nullum præmium habet in repromissione. Unde et insipientibus virginibus Salvator in judicio veniens, dicit: *Amen, dico vobis, nescio vos* (Matth. xv, 12). Ubi enim judicans mentem corruptam invenerit, carnis procul dubio incorruptionem damnabit.

8. Nihil prodest incorruptio carnis, ubi non est integritas mentis. Nihilque valet mundum esse corpore eum qui pollutus est mente.

9. Multi sunt reproborum, qui carnalia corruptelæ contagium nesciunt; qui sicut infecundi sunt corpore, ita steriles manent mente, operisque boni fecunditate; qui recte de virginitate gauderent, si aliis pravis operibus non inservirent.

10. Quisque continentiam proficitur et ab aliis terrenis desideris non subtrahitur, quamvis hunc luxuria carnis non polluat, diversa tamen mundanæ conversationis operatio maculat.

11. Virgines de suis meritis gloriantes hypocritis comparantur, qui gloriam boni operis fors appetunt, quam intra conscientiam humiles habere debuerunt. Tales igitur ad promissa cœlestia non perveniunt, quia ipsi sibi virginitatis præmium per elationis vitium auferunt. Hoc est enim in Evangelio non habere virgines in vasis oleum, id est, non servare intra conscientiam boni operis testimonium, sed in facie gloriari apud homines, non in corde apud Deum.

12. Ruina adulterii excipitur destina matrimonii; meliusque est **248** uxorem ducere quam per libidinis ardorem perire.

D 11. Greg., lib. Moral. xiiii, cap. 4, et lib. ix Epistolarum, epistola ad Theotistam. LOAISA.

12. Expressit Augustin. sententiam, lib. ii, cap. 12, de adulterinis conjugii ad Pollentium. *Cum itaque dicebat, volo juniores nubere, hoc, inquam, monebat propter ruinam incontinentiæ fulciendam. Et ad Julianum, lib. v, c. ult.: Non dicimus turpia esse conjugia, quandoquidem ne incontinentia in damnabile cadat flagitium, fulcienda est honestate nuptiarum. Et lib. i de Nupt. et Concupisc. ad Valerium, cap. 16. Ac sic infirmitas, ait, incontinentiæ, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipitur honestate nuptiarum. Verum obscura verbi destina, quo usus est Isidorus, significatio (ita enim exstat in mss. exemplaribus, Gothicis præsertim, quorum ut vetustatem colo, sic scripturam et idem lubens sequor) posteriorum temporum exscriptores vim nominis destina non satis percipientes in errorem induxit, effectique ut*

CAP. XL. N. 1. Alii, *appetite pro petite*. AREV.

2. Paulus, 1 Cor. vii. *Igitur qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit; et qui non jungit, melius facit*. Ambros., lib. i de Viduis. LOAISA.

*Ibid.* Ibidem Paulus: *Unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic*. Matth. xix, de Eunuchis propter regnum cœlorum castratis dixit: *Qui potest capere, capiat*. LOAISA.

*Ibid.* Nuptiis. Al., *nuptiarum conjugio*. AREV.

3. Amittit. Al., *admittit*, quod fortasse melius. AREV.

4. Gregor., lib. pastor. Curæ, admonit. 29, part. iii. Locus Isai. lvi. LOAISA.

*Ibid.* Grialius indicabat Isai. xxxvi. AREV.

5. Triplex est castitas, conjugalis, vidualis, et virginalis. Ambros., lib. i de Viduis. Idem, epistola ad Syagrium, castitatem in sacerdotibus in primis esse debere affirmat, lib. de Palearch. LOAISA.

7. Gregor., lib. vi Exposit. in I Reg. LOAISA.

13. Quosdam conjugale decus non pro gignendis A filiis delectat, sed hoc pro turbulenta carnis et libidinosa consuetudine appetunt, sicque bono male utuntur.

14. Vitia per se mala sunt, conjugia vero et potestates per se quidem bona sunt; per ea vero quæ circa ea sunt, mala existunt. Conjugia enim per id mala sunt, per quod dicit Apostolus : **249** *Qui autem cum uxore est cogitat quæ mundi sunt* (1 Cor. vii, 35). Et : *Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat* (Ibid. vii, 2). Sic et potestates per elationem, per oppressionem, per justitiæ quoque prævaricationem male existunt. Nocent enim divitiæ, nocent et potestates, sed per id, quod eis juxta ponitur, non per se; exemplo iuneris recti, juxta quod spinæ nascuntur, quæ surgentes a latere nocent B eis, qui recto itinere gradiuntur.

### CAPUT XLI.

#### De cupiditate.

1. Non posse quempiam spiritualia bella suscipere, nisi prius carnis edomuerit cupiditates.

2. Non potest ad contemplandum Deum mens esse libera, quæ desideriis hujus mundi et cupiditatibus labiat. Neque epim alta conspiceret poterit oculus quem pulvis claudit.

3. Omni peccato peior est avaritia et amor pecuniarum. Unde et per Salomonem dicitur : *Nihil est scelestius quam amare pecuniam* (Eccles. x, 10); hic epim animam suam venalem facit, quoniam in vita sua projecit intima sua.

pro destina alii causam, alii doctrinam matrimonii, C alii contemptum, alii alia perperam substituerunt. Et autem destina fulcrum, quod parietum ruinosum, ne cadat, supponitur; quo usus est Corippus Poeta Afer, de Laudibus Justini Junioris :

Et Thomas Libycæ nutantis destina terræ.

Arnob., lib. ii. Quando, ait, siderum motus, aut ratio coepit esse genethliaca sciri? non post Atlantem (ut quidam serunt) gestatorem, bajulum, tibicinem illum, ac destina cæli? Cæli destina vocat Atlantem, quod eo, velut firmo prasidio, impediens cæli ruina (ut fingebat antiquitas) sustineretur; quo sensu Braulto Casaraugustanus episcopus in Vita divi Isidori scribit, quem (scilicet Isidorum) Deus post tot defectus Hispaniæ novissimis temporibus suscitans, credo ad restauranda antiquorum monumenta, ne usquequoque rusticitate veterasceremus, quasi quamdam destina apposuit. Sic enim restituenda littera ex vet. Cod. ins., cum ante non recte legeretur, quasi quamdam lucem apposuit destinari. Ab hoc nomine destina destinari verbum, quod firmare, aut sulcire significat, fluxit. Vitruvius, de Portibus et Structuris in aqua faciendis, lib. v, cap. 12 : *Portetur, inquit, pulvis a regionibus quæ sunt a Cunctis continuatæ ad promontorium Minervæ, isque misceatur, uti in mortario duo ad unum respondeant. Deinde tunc in eo loco qui definitus erit arcæ stiptibus robustis et catenis inclusæ in aquam dimittendæ destinandæque sunt. Hoc est destinis fulciendæ et firmandæ. Nam statim subjungit : Sin autem propter fluctus, aut impetus aperti pelagi destinatæ arcæ non potuerint contineri, tunc ab ipsa terra, sive crepidine pulvis quam firmissime struatur. Philander in Cod. ms. legi scribit, destinae arcas non potuerint continere, quod eo in loco ad Vitruvii mentem videtur propius accedere. Sicut et in altero, qui sequitur : In quibus autem locis pulvis non nascitur, iis rationibus erit faciendum, uti arcæ*

4. Cupiditas omnium criminum mater est. Unde et Apostolus ait : *Radix omnium malorum cupiditas est; quam quidam appetentes erraverunt a fide* (1 Tim. vi, 10). Si ergo succiditur radix criminum, non pullulant cæteræ soboles peccatorum.

5. Multi causâ cupiditatis terræ etiam ipsam fidem renuntiaverunt. Cupiditas enim Christum vendidit. Nam et plerisque tantum in rebus alienis est desiderium, ut etiam homicidium perpetrare non vereantur, sicut Achab, qui appetitum cupiditatis suæ sanguinis explevit effusione (III Reg. xxi).

6. Sæpe iniqui mala quæ concupiscunt assequuntur, quatenus de affectu mali desiderii fortius puniantur. Electos autem suos Deus non dimittit ire in desideriorum malorum perfectionem, **250** sed in dolore mentem convertit eorum, pro eo quod in sæculo nequiter appetunt, ut hac experientia respiscant reverti ad Deum, quod his mente recesserunt. Deum ergo sibi propitium noverit adversari, qui quod temporaliter concupiscit non permittitur adimplere. Secreto autem Dei judicio fieri creditur ut durius pereant hi quorum cupiditatem effectus statim sequitur actionis.

7. Nunquam satiari novit cupiditas. Semper enim avarus eget; quantoque magis acquirit, tanto amplius querit; nec solum desiderio augendi excruciat, sed etiam amittendi metu afficitur.

8. Inopes nascimur in hac vita, inopes recessuri sumus a vita. Si bona mundi hujus peritura credimus, cur peritura tanto amore cupimus?

duplices relatis tabulis et catenis colligatæ, in eo loco qui finitus erit constituantur, et inter destinatas creta meronibus ex ulva palustri factis calcetur. In Ms. inter destinatas legi ait Philander, quod magis probarim. Pro destina in alio Cod. ms. legitur destinatione matrimonii, relatione facta antiquæ formulæ quæ ux res dicebantur destinari. Ulpian., in l. Tutor., ff. de ritu nupt. : *Tutor vel curator adultam uxorem ducere non potest, nisi a patre desponsa, destinatave testamento, nominata conditione, nuptias secuta fuerit. Et in l. Qui pupilliam, ff. ad Legem Jul. de adulteriis : Nisi a patre desponsa, destinatave, testamento nominata, conditionem nuptiarum secuta fuerit, quod frequenter usurpat in l. ultim., § ultim., ff. de divortii, et in l. 7, § 1, ff. de jure dot., ut docet observavit Jacob. Cujacius, lib. xvi Observat., cap. 33. LOAISA.*

Ibid. Erudita Loaisæ nota de voce destina Breulio a Vezzoso tribuitur non alia ratione, nisi quia Breulius notas Loaisæ ex Editione Grialii transcripsit. Vitam Isidori, quam Braulto scripsit, vide in Isidorianis, cap. 3 et 4. AREV.

14. Hoc loco in Editione Grialii erat signum aliqujus notæ, quæ desideratur. AREV.

CAP. XLI. N. 2. Greg., lib. I Reg. i. LOAISA.

3. Eccle. x. Greg., lib. xx Moral. cap. 12. LOAISA.

5. Renuntiaverunt. Al., abnegaverunt. AREV.

6. Alii, respiscant et convertantur ad Deum, a quo mente recesserunt. AREV.

7. Gregor., lib. Moral. xv, cap. 12. Semper avarus eget, sunt verba Horatii, lib. I Epistolarum, epistola 2. LOAISA.

Ibid. Verba Horatii noluit prætermissa Vezzosis :

Sperne voluptates, nec est emptâ dolore voluptas.  
Semper avarus eget : certum voto pete liueni.

AREV.

9. Plerique potentes tanta cupiditatis rabie inflammantur, ut de confiniis suis pauperes excludant, nec habitare permittant. Quibus recte per Prophetam dicitur: *Vae qui conjugatis domum ad domum, et agrum agro copulatis usque ad terminum loci. Numquid soli vos habitabitis in medio terrae (Isai. v, 8, 15)?* Tales quippe homines infernum, id est, diabolum rapere ad perditionem idem propheta sequenter annuntiat, dicens: *Propterea dilatavit infernus animam suam, et aperuit os suum absque ullo termino, et descendit sortes ejus, et sublimes, gloriosique ejus ad eum.* Nec mirum, quod morientes inferni ignibus deputentur, qui viventes flammam cupiditatis suae minime exstinxerunt.

10. Qui desiderio cupiditatis exaestuunt, statim diabolice inspirationis uruntur. Accendit enim mentem Evae superbia, ut de ligno vetito manducaret. Accendit Cain mentem invidia, ut fratrem occideret (Gen. iii, 4). Accendit Salomonem luxuriae facibus, ut per amorem libidinis idola adoraret. Accendit Achab cupiditate, ut homicidium avaritiae annexerit (III Reg. xxi). His ergo inspirationibus diabolus corda hominum occultis depravat cupiditatibus.

251 CAPUT XLII,

De gula.

1. Prima concupiscentiae suggestio panis est, cui si minime ceditur, diversa edacitatis desideria comprimuntur. Unde et Daniel: *Panem, inquit, desiderii non comedi (Dan. x, 3),* hoc est, ejus concupiscentiam non implevi.

2. Prima est luxuriae materies saturitas panis. Unde C et propheta Sodomam de panis satietate accusat, dicens: *Haec fuit iniquitas Sodomorum, superbia, saturitas panis, et abundantia (Ezech. xvi, 49).* Panem quippe Sodomitae immoderate sumentes, in turpitudinem defluxere flagitiorum, atque inde meruerunt, comitante superbia, caelestibus aduri incendiis, ex quo modum non tenuerunt edacitatis.

3. Utile est cavere gulam ciborumque concupiscentiam. Quid enim tam noxium quam ut animus serviat ventri et escae, quae sunt destruenda, testante

9. Greg., iii part. pastor. Curae, admonit. 21. ISRAEL. v. LOAISA.

CAP. XLII. N. 2. Ex Greg., lib. Moral. xxx, cap. 13. D LOAISA.

3. Greg., iii part. pastor. Curae, admonit. 20. LOAISA.

5. Leo papa, serm. 3 de jejunio. LOAISA.

Ibid. Alii, ut philosophi dixerunt, cibandus est venter, ut contineat animam, non ut corrumpat. Clarius etiam esset, Nam philosophi disserunt cibos, etc. ARV.

6. Hinc illud Catonis Majoris apud Ciceronem, in libello de Senectute: *Tantum cibi et potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur.* Alioqui, ut recte confirmat Theognis:

Πολλῶ τοῦ πλείοντος λιπῶ ἄλυσεν Ἴδη  
Ἄνδρας ὅσοι μοίρας πλείον ἔχεν ἔθειλον.

Quorum versuum haec fere sententia est: longe plures nimia cibi potusque ingurgitatione quam fame perijisse. Bene itidem Theopompus, lib. v Philipp.: *Τὸ ἐσθίειν πολλὰ, καὶ κρεῖα φαγεῖν τοὺς μὲν λογισμοὺς ἐξαι-*

A Apostolo, ac dicente: *Deus autem et hunc, et hunc destruet (I Cor. vi, 15)?*

4. Proxima est ventri libido, sicut loco, ita vitio. Ubi enim ventris cura, ibi et eorum quae circa ventrem sunt proxima. In ordine namque membrorum genitalia ventri junguntur. Domque unum ex his immoderate reficitur, aliud ad luxuriam excitatur.

5. Non ad luxuriam, vel ad satietatem, sed tantummodo, ut corpus sustentetur, epulis est utendum. Nam, ut philosophi disserunt, cibos inventos esse ut contineant animam, non ut corrumpant.

6. Qui nimium cibis utuntur, quanto magis ventrem pascunt, 252 tanto amplius sensum mentis obtundunt. Nam Graeci dixerunt ex crasso ventre subtilem sensum gigni non posse. Nam gula saturitas nimia aciem mentis obtundit, ingeniumque evanescere facit.

7. Libidinis ignes ciborum fomentis crescunt; corpus autem quod abstinencia frangit, tentatio non exurit. Unde et tres pueros abstinentes flamma Babylonii incendii, etsi tetigit, non combussit, quia mirum etsi desideriorum carnalium ignis abstinentium mentes inflamat, usque ad consensum tamen concupiscentiae vel operis non exurit.

8. Cui abundantia est epularum, ardentis divitis intendat supplicium, cujus tanta in inferno inter ignes erat inopia, quanta hic epularum fuerat copia. In hoc enim saeculo esurire et sitire noluit, propterea illic inter flammis sitiens, stillam aquae quasi vit, nec meruit.

9. Considerandum quam vehementer argustar comessatio, et sumptuosa convivia. Nam per prophetam comminatur Dominus se non hanc relaxare iniquitatem his qui eam libenter ambiunt. Dicit enim per Isaiam: *Ecce gaudium et laetitia occidere vitulos, et jugulare arietes, comedere carnes et bibere vinum. Si dimittetur iniquitas haec vobis, donec moriamini (Isai. xxii, 13, 14).*

10. Sicut omnes carnales cupiditates abstinencia reseantur, ita omnes animae virtutes edacitatis vitio destruuntur. Inde est quod et princeps coquorum

πῆ, καὶ τὰς ψυχὰς ποιεῖται βραδυτέρας. Multa, inquit, edere et carnibus vesci, rationis vim tollit, animosque efficit tardiores. Merito itaque laudantur platonice illae coenae apud Athenarum, lib. x, et apud Cicer., lib. v Tusculan., propterea quod non tam praesentem, quam postero die jucundae essent. LOAISA.

Ibid. Evanescere. Hinc illud, quod ex Theopompe jam retuli. Porro locus hic esse videtur ex Hieronymo, epistola ad Nepotianum, de Vita clericorum; is enim hoc pacto: *Pulchre dicitur apud Graecos, et nescio an apud nos aequae resonet: Pinguis venter non gignit mentem tenuem.* Graecus senarius hujusmodi est:

Παχέα γαστήρ λεπτόν οὐ τίττει νόον.

LOAISA.

Ibid. Evanescere. Al., hebescere. Cod. meus labescere; forte labare. ARV.

7. Greg., lib. Moral. xxx, c. 13. LOAISA.

8. Greg., homil. 40 in Evang. LOAISA.

10. Ex Greg., lib. iii past. Curae, admonit. 20. LOAISA.

uros Jerusalem subvertit, quia et venter, cui servit A  
tur a coquis, virtutes animæ destruit. Neque enim  
posse quempiam virtutum perfectionem attingere,  
nisi prius ventris edomuerit ingluviem.

11. Nemo potest dominari cæteris vitiis, nisi prius  
ingluviem ventris restrinxerit. Nec quisquam facile  
poterit a semetipso spiritus **253** immundos expel-  
lere, nisi per abstinentiam gulæ. Tunc enim hostes  
qui extra nos sunt a nobis fortius superantur, quando  
prius quæ intra nos sunt vitia extinguuntur. Nam  
frustra foris agit bellum, qui intus habet periculum.

12. Non qualitatem ciborum, sed eorum cupidita-  
tem cavendum. Nam sæpe accuratius præparata sine  
gulæ concupiscentia degustantur, et sæpe abjecta et  
vilia edendi cupiditate sumuntur. Sicque fit ut non  
sit in culpa ciborum qualitas, sed illud reputetur in  
vitiū, quod cum desiderio degustatur.

13. Quatuor sunt genera distinctionum in gulæ  
appetitu, id est: quid, quando, quantum, et quomodo  
appetatur. *Quid* ad rem ipsam pertinet quæ appetitur.  
*Quando*, si ante legitimum tempus quid appetatur.  
*Quantum* vero ad immoderationem refertur. *Quomodo*  
ad impatientiam festinationis ascribitur.

14. Nullus homini tam importunus exactor est  
quam venter, qui quotidianam refectionem quotidia-  
na famis exactione adimplet. Cum cæteris enim vi-  
tiis etsi interdum nascimur, interdum tamen cum  
eis non morimur; cum isto autem et nascimur, cum  
isto et morimur.

15. Plerumque voluptas vescendi ita sub obtentu  
necessitatis subrepat, ut dum putatur serviri neces-  
sitati, voluptatis desiderio servitur; nec facile  
discernitur utrum quod accipitur, gulæ, an indigen-  
tiæ deputetur.

## 254 CAPUT XLIII.

### De ebrietate.

1. Esca crapulam, potus ebrietatem generat.  
Ebrietas autem perturbationem gignit mentis, furo-  
rem cordis, flammam libidinis.

12. Greg., lib. Moral. xxx, c. 13. LOAISA.

13. Totius sententiæ summa deducta est ex Greg.,  
lib. Moral. xxx, cap. 15. Verum is quintum genus  
addit: *Sciendum, inquit, præterea est quia quinque  
nos modis gulæ vitium tentat, etc.* Cassianus, lib.  
quinto, cap. 23, tria tantum genera enumerat: *Tri-  
plex, ait, natura est gastrimurgiæ: una quæ canonicam  
refectionis horam prævenire compellit; alia, quæ tan-  
tummodo ventris ingluvie et saturitate quarumlibet  
gaudet escarum; tertia, quæ accuratioribus epulis et  
esculentioribus oblectatur.* Vide eundem latius ibidem.  
LOAISA.

14. Pulchre Seneca in epistolis: *Venter præcepta  
non audit, poscit, appellat. Non est tamen molestus  
creditor: parvo dimittitur, si modo das illi quod  
debes.* LOAISA.

15. Hoc etiam loco indicatur nota Loaisæ, quæ non  
apparet. Ac fortasse ea exprimebat locum sancti Au-  
gustini, lib. x Confess., cap. 31: *Sæpe incertum sit  
utrum adhuc necessaria corporis cura subsidium petat,  
an voluptariæ cupiditalis fallacia ministerium suppetat.*  
AREV.

CAP. XLIII. N. 4. Sic intelligo illud Augustini, lib.  
Confess. x, cap. 31: *Ebrietas longe est a me; misere-  
beris, ne appropinquet servo tuo. Crapula vero non-  
nunquam subrepat servo tuo; misereberis, ut longe fiat*

2. Ebrietas ita mentem alienat, ut ubi sit nesciat.  
Unde etiam et malum non sentitur quod per ebrieta-  
tem committitur. Verum est quod juxta prophetam  
dicitur: *Fornicatio et ebrietas auferunt cor* (Ose. iv,  
14). Fornicatio enim, sicut in Salomone (III Reg.  
xi), infatuat sapientem. Ebrietas, sicut in Lot (Gen.  
xix), sensum rationis captivat. Unde et in Proverbiis:  
*Potentes, inquit, iracundi sunt, vinum non bibent,  
ne cum biberint, obliviscantur sapientiam* (Proverb.  
xxi, 4).

3. Plerisque laus est multum bibere vinum, et non  
inebriari. Audiant hi adversum se dicentem propheta-  
tam: *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri  
fortes ad miscendam ebrietatem* (Isai. v, 22).

4. Vino multo deditos, et luxuriose viventes Isaiaz  
sic arguit, dicens: *Væ qui consurgitis mane ad ebrie-  
tatem sectandam, et potandum usque ad vesperum, ut  
vino astuetis* (Isai. v, 11). De talibus et alio loco dicitur:  
*Væ tibi, civitas, cujus rex juvenis est, et cujus  
principes mane comedunt* (Eccle. x, 1).

5. Multi enim a mane usque ad solis occubitum  
ebrietati et **255** gulæ voluptatibus serviunt, nec in-  
telligunt cur nati sunt; sed, consuetudine belluina  
detenti, luxuriæ tantum tota die epulisque inser-  
viunt.

6. Clamat Joel propheta his qui ebrietati deser-  
viunt, dicens: *Expergiscimini, ebrii; et flete, et ulu-  
late, omnes qui bibitis vinum in dulcedine* (Joel. i, 5).  
Quo testimonio non ait tantum: *Flete, omnes qui  
bibitis vinum, ut bibere omnino non liceat; sed adje-  
cit, in dulcedine, quod ad voluptuosam pertinet et  
prodigam effusionem.* Nam quantum satis est neces-  
sitati, edocet Timotheum bibere Apostolus, dicens:  
*Vino modico utere.*

7. Non solum ex vino inebriantur homines, sed  
etiam ex cæteris potandi generibus, quæ vario modo  
conficiuntur. Unde et Nazaræis, qui se sanctificabant  
Domino, præceptum est vinum et siccam non bibere.  
Utraque enim statum mentis evertunt, et ebrios fa-  
a me. Aristoteles problem., sect. iii, text. 17, crapu-  
lam aperte ex vino esse testatur. Adhuc præterea:  
*Est enim crapula fervor quidam, et des nens inflam-  
matio, quæ plus consistat quam temulentia, quod  
mentem illa qualitat et alii nat; crapula autem, mentis  
sibi constante, dolorem admoveat.* LOAISA.

D 2. Ose. iv Fornicatio, et vinum, et ebrietas, auferunt  
cor. LOAISA.

Ibid. In Excusis est: *Sicut ait Sa'omon; verum  
male. Goth.: Fornicatio enim, sicut in Salomone,  
infatuat sapientem; ebrietas, sicut in Lot, sensum ra-  
tionis captivat; unde in Proverbiis, etc.* Est enim ex-  
plicatio verborum Ose.: *Fornicatio et ebrietas auferunt  
cor.* Fornicatio nempe, ut in Salomone; ebrietas,  
ut in Lot. Præterea non exstat in Proverbiis hæc sen-  
tentia. LOAISA.

4. Eccle. x, ubi Septuaginta hoc modo: *Οὐαί σοι,  
πόλις, ἥς ὁ βασιλεὺς σου νεώτερος, καὶ οἱ ἄρχοντες σου  
ἐν πρώτῃ ἰσθίουσι.* Id est, *Væ tibi, civitas cujus rex  
tuus junior, et principes tui in hora matutina comedunt.*  
In vulgata Editione ita est: *Væ tibi, te ra, cujus rex  
puer est, et cujus principes mane comedunt.* Quam ver-  
sionem etiam Gregorius sequitur lib. xvi Moral.  
cap. 15. LOAISA.

7. Nazaræis. Sic rescripsi, cum in Editione Grialii  
esset Nazaræis. AREV.

ciunt; luxuriam quoque carnis utraque æqualiter A  
gignunt.

8. Quidam continentes, sicut panem cum pondere  
edunt, ita et aquam cum mensura subant, asserentes  
ad castimoniam carnis etiam aquæ abstinentiam  
convenire.

#### CAPUT XLIV.

##### De abstinentia.

1. Hoc est perfectum et rationale jejunium,  
quando noster homo exterior jejunit, interior orat.  
Facilius per jejunium oratio penetrat cælum. Tunc  
enim homo, spiritualis effectus, angelis conjungitur,  
Deoque liberius copulatur.

2. Per jejunium etiam occulta mysteriorum cœles-  
tium revelantur, divinique sacramenti arcana pand-  
untur. Sic namque Daniel, angelo revelante, mys-  
teriorum sacramenta cognoscere meruit (Dan. x, 3).  
Hæc enim virtus et angelorum manifestationes, et  
eorum annuntiationes ostendit.

3. Jejunia fortia tela sunt adversus tentamēta  
dæmoniorum. Cito enim per abstinentiam devincuntur.  
Unde etiam Dominus et Salvator noster eorum  
incursum jejunii et orationibus præmonet superare,  
256 dicens: *Hoc genus non ejicitur nisi per oratio-  
nem et jejunium* (Matth. xvii, 20). Immundi enim  
spiritus ibi se magis injiciunt ubi plus videntur  
escam et potum.

4. Sancti, quandiu in hujus sæculi vita habitant,  
Desiderio superni roris corpus suum aridum portant.  
Unde et psalmus: *Sitivit, inquit, in te anima mea,  
quam multipliciter et caro mea* (Psal. lxxii, 4). Caro  
enim tunc Deum sitit, quando per jejunium abstinet,  
et arescit. Abstinentia et vivificat, et occidit: vivi-  
ficat animam, corpus necat.

5. Sæpe abstinentia simulatè agitur, jejuniaque  
per hypocrisim exercentur. Quidam enim mira in-  
edla corpus suum lañant, *exterminantes*, sicut ait  
Evangelium, *facies suas, ut appareant hominibus jeju-  
nantes* (Matth. vi, 16). Ore namque pallescent, cor-  
pore atteruntur, cordis alta suspiria ducunt. Ante  
mortem quoque mortiferis se supplicis tradunt;  
tantumque miseri laboris exercitium, non pro Del  
amore, sed pro sola humanæ laudis admiratione  
sectantur.

6. Quidam incredibiliter abstinent, ut hominibus  
curiosis sancti appareant; sed hoc bonum abstinē-  
tiæ talibus non est virtus reputanda, sed vitium,  
quia bono male utuntur.

7. Jejunium et eleemosyna in abscondito esse

CAP. XLIV. N. 2. Gregor., lib. Moral. xxx, cap. 9. LOAISA.

4. Alii, tibi caro pro et caro. AREV.

5. Gregor., lib. Moral. viii, cap. 28. LOAISA.

7. Greg., lib. viii Moral. c. 24. LOAISA.

8. Pius PP.: *Nihil prodest homini jejunare, et orare, et alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate renovetur*, de Pœnit., d. 3. LOAISA.

9. Leo PP., serm. 4 de quadrag. LOAISA.

Ibid. *Qui execrationis studio, etc.* Hoc erat vitium Manichæorum, ut Vezziosius annotat. AREV.

amant, ut solus Deus, qui inspicit omnia, meritum  
operum honorum rependat. Nam qui ea sub populari  
manifestatione faciunt, nequaquam a Deo iustifi-  
cantur, quia juxta sermonem evangelicum mercedem  
suam ab hominibus receperunt (Matth. vi, 5).

8. Jejunia cum bonis operibus Deo acceptabilia  
sunt. Qui autem a cibis abstinent, et prave agunt,  
dæmones imitantur, quibus esca non est, et nequitia  
semper est. Ille enim bene abstinet a cibis, qui et a  
malitiæ actibus, et a mundi jejunat ambitionibus.

9. Qui execrationis studio, non abstinentiæ voto  
ab escis carniū se suspendunt, hi potius execerandi  
sunt, quia Dei creaturam usibus humanis concessam  
rejeiciunt. Nihil enim fidelibus inquinatum, nihilque  
esse judicatur immundum, Paulo attestante apostolo:  
B *Omnia munda mundis; coinquinatis autem, et infide-  
libus, nihil est 257 mundum, quia polluta sunt eo-  
rum et mens et conscientia* (Tit. i, 15).

10. Spernitur jejunium quod in vesperum reple-  
tione ciborum reficitur. Neque enim reputanda est  
abstinentia, ubi fuerit saturitas ventris subsecuta.

11. Spernitur jejunium quod in vesperum deliciis  
compensatur, dicente Isaia propheta: *Ecce in die  
jejunii vestri invenitur voluptas vestra* (Isai. lviii, 3);  
voluptas enim deliciæ intelliguntur. Sicut enim repe-  
titio debiti, et lites, et contentio, et percussio, ita et  
deliciæ improbantur a propheta in jejunio.

12. Tota enim die epulas in cogitatione ruminat,  
qui ad explendam gulam vespere sibi delicias præ-  
parat.

13. Non est corpori adhibenda immoderata absti-  
nentia, ne dum amplius gravatur caro pondere in-  
ediæ, nec malum agat postea, nec bene facere inci-  
piat, et quæ addicitur ut usu mali careat, simul et  
boni officium, dum plus premitur, perdat. Sollicita  
igitur discretionē carnis est moderanda materies,  
scilicet, ne aut integre exstinguatur, aut immoderate  
laxetur.

14. Infirmirate carnis nimia prævalente, ad per-  
fectionem pertingere nemo potest. Nam quamvis  
sanctitatis amorem quisque habeat, exsequi tamen non  
valet operis meritum, cui intentione cordis deser-  
vire conatur.

15. Corporis debilitas nimia etiam vires animæ  
frangit, mentis quoque ingenium facit marcescere,  
D nec valet quidquam boni per inbecillitatem per-  
ficere.

16. Ne quid nimis. Nam quidquid cum modo et  
temperamento sit, salutare est; quidquid autem ni-

10. Ad hanc et sequentem proxime summi viri  
sententiam attendamus, velim, aiebat Vezziosius.  
AREV.

11. Ita quidem Goth. et alii ms. et excusi libri.  
At Hieronymus, *voluntas vestra*; et Septuaginta, ut  
idem auctor est, *voluntates vestræ*. LOAISA.

Ibid. *Voluptas vestra*. Ita legendum suadet oratio-  
nis contextus: et ita quoque legitur in Breviario  
Mozarabico, ut notavit Mariana, lib. i contra Judæos,  
cap. 1, n. 5. AREV.

15. Cassianus, coll. 2, de discretion. LOAISA.

mis, et ultra modum est; perniciosum sit, stadium- A  
que suum in contrarium vertit. In omni ergo opere  
modum et temperamentum oportet habere. Nam

omne quod excedit periculosum est; sicut aqua, quam  
si nivosas imbres præbeat, non solum nullum usum  
adhibet, sed etiam periculum exhibet.

## LIBER TERTIUS.

### 258 CAPUT PRIMUM.

#### *De flagellis Dei.*

1. Divinæ Sapientie subtilitas, sicut interius, ut  
testis, scrutatur conscientias, sic exterius, ut iudex,  
irrogat poenas; ut verum sit testimonium prophetae:  
*Quia ipsa est et testis et iudex (Jerem. xxix, 23).* Mi-  
serere, Domine, misero Isidoro, indigna agenti, et  
digna patienti, assidue peccanti, et tua flagella quo-  
tidie sustinenti.

2. Ordinata est miseratione Dei, quæ prius hic homi- B  
nem per flagella a peccatis emendat, et postea ab  
æterno supplicio liberat. Electus enim Dei doloribus  
hujus vitæ atteritur, ut perfectiora vitæ futuræ lu-  
cretur.

3. Nequaquam Deus delinquenti parcit; quoniam  
peccatorem aut flagello temporali ad purgationem  
ferit, aut iudicio æterno puniendum relinquit, aut  
ipse in se homo poenitendo punit quod male ad-  
misit; ac proinde est quod Deus delinquenti non  
parcit.

259 4. Justo temporalia flagella ad æterna pro-  
ficiunt gaudia; ideoque et justus in poenis gaudere  
debet, et impius in prosperitatibus timere.

5. Neque justo, neque reprobo Deus misericordiam  
et justitiam abstrahit. Nam et bonos hic per afflictio- C  
nem iudicat, et illic remunerat per miserationem;  
et malos hic remunerat per temporalem clementiam,  
et illic punit per æternam justitiam.

6. In hac enim vita Deus parcit impiis, et tamen  
non parcit electis; in illa parcet electis, non tamen  
parcet iniquis.

7. Periculosa est securitas in hac vita malorum,

CAP. PRIMUM. N. 1. Ex Gregor., lib. ix Moral.,  
cap. 12. Et in comprobationem testimonii Jeremiæ:  
*Ego sum testis et iudex*, affert illud Isaiæ xlii: *Tacui,*  
*semper siliui, patiens sui, sicut parturiens loquar;* voces  
autem ut iudex adsunt a Goth. et aliis. LOAISA.

*Ibid. Prophetæ Jerem. xxix.* Apud Jeremiam sic  
habetur: *Ego sum iudex et testis.* Et Greg., lib. ...  
Moral. cap. 12. Codex cænobii de la Oliva in re-  
gno Navarræ legit: *Ego sum testis et iudex.* Septua-  
ginta: *καὶ ἐγὼ μάρτυς, ὡς καὶ κύριος.* Et ego testis dicit  
Dominus. LOAISA.

*Ibid. Miserere.* In Cod. Goth. Tolet. hæc non ha-  
bentur. Codex cænobii de la Oliva, indigno Isidoro.  
LOAISA.

2. Greg., lib. vii Moral., cap. 8, exponens illud  
Job: *Hæc mihi consolatio est, ut affligens me dolore,*  
*non parcat.* Ideo, inquit, hic quibusdam parcat, ut eos  
in perpetuum feriat. Ideo me hic feriat non parcendo,  
ut in perpetuum parcat. LOAISA.

*Ibid. Electus.* Gregor., lib. xxvi Moral., cap. 17.  
*Electorum namque est hic boniter, ut qd præmia de-  
beant æternæ hereditatis erudiri.* LOAISA.

*Ibid. Ut perfectiora.* Al., ut perfectionem. AREV.

3. Vile Gregor., lib. xxvi Moral., 17, ubi disserit  
cur quædam a Domino hic feriantur, et quædam ser-

et bonorum dolor tranquillus. Nam iniquus post mor-  
tem ducitur cruciandus; justus vero dormit post la-  
borem securus.

8. Non tantum de corporalibus passionibus, sed  
etiam de spiritualibus oportet intelligi, ut quante  
quisque aut in corpore aut in mente flagella susti-  
met, tanto se in fine remunerari speret.

9. Sæpe occulte Dei iudicio extra flagelli cor-  
ruptionem sunt reprobi in hoc mundo: dumque multa  
damnabilia commisisse videantur, despecti tamen a  
Deo, nullo emendationis verbo feriuntur.

10. Plus corripitur flagello, qui a Deo diligitur,  
si peccaverit, dicente Amos propheta: *Tantummodo  
vos cognovi ex omnibus nationibus terræ, idcirco visi-  
tabo super vos omnes iniquitates vestras.* Quem enim  
diligit Dominus corripit, flagellat autem omnium fi-  
lium quem recipit.

11. Valde necessarium est justum in hac vita et  
vitiis tentari, et verberari flagello, ut dum vitiis pul-  
satur, de virtutibus non superbiat. Dum vero aut  
animi, aut carnis dolore atteritur, a mundi amore  
reservatur. Tentari autem oportet justum, sed tenta-  
tione plægæ, non tentatione luxuriæ.

12. Durius circa suos electos in hac vita Deus  
agit, ut dum fortioribus flagelli stimulis feriuntur,  
nulla oblectamenta præsentis 260 vitæ delectent,  
sed cælestem patriam, ubi certa requies exspectatur,  
indeseinenter desiderent.

13. Electos vitæ istius adversitate probari, ut, se-  
cundum Petrum, *iudicium a domo Dei incipiat (I Pe-  
tri iv, 17)*, dum in hac vita electos suos Deus iudicii  
flagello castigat.

ventur inulta. LOAISA.

4. Gregor., lib. viii Moral., cap. 32, de justis:  
*Gaudent despici, nec dolent se necessitatibus affigi.*  
Idem August., serm. 105 de tempore, et Greg., lib. v  
Moral., cap. 1. LOAISA.

5. Ex multis locis Gregorii, lib. v Moral., cap. 1;  
et xxvi, cap. 18. LOAISA.

9. Greg., xxvi Moral., c. 47, et lib. xii et xv.  
LOAISA.

10. Gregor., lib. vii, epist. 32, et lib. viii Mo-  
ral., cap. 13, et lib. xviii, c. 7, et cap. 12. LOAISA.

11. Reservatur. Al., retrahatur. AREV.

13. Locus est Petri I, iv. *Tempus est, inquit, ut in-  
cipiat iudicium a domo Dei.* Hunc locum explicat Isi-  
dorus supra, lib. i, cap. 30, sentent. 2. Et Augustin.,  
super psalm. xcii: *Tempus est, inquit, ut incipiat  
iudicium a domo Dei, id est, tempus est ut modo judi-  
centur qui pertinent ad domum Dei: si flagellantur  
filii Dei, quid debent sperare servi nequissimi?* Venerabilis Beda, in psalm. ix, explicat Petri locum de oc-  
culto et justo iudicio, quod in præsentia ad purgatio-  
nem exercetur in domo Dei, id est, in infidelibus. Gre-  
gor., lib. xxvi Moral.; cap. 17, ut Isidorus locum in-  
terpretatur. LOAISA.

## CAPUT II:

*De gemina percussione Dei.*

1. Gemina est percussio divina. Una in bonam partem, qua percutimur carne, ut emendemur. Altera, qua vulneramur conscientia ex charitate, ut Deum ardentius diligamus.

2. Gemino more Deus respicit vel ad veniam, vel ad vindictam. Ad veniam, sicut Petrum (*Luc. xxii, 61*). Ad vindictam, sicut dum facta Sodomorum se descensurum et visutum testatur (*Gen. xviii, 21*).

3. Trimoda ratione Deus quos voluerit percutit, id est: ad damnationem **261** reprobos, ad purgationem quos errare videt electos, ad propagandam meritorum gloriam justos. Primo namque modo Ægyptus cæsa est ad damnationem (*Exod. vii, 8*). Secundo modo pauper Lazarus ad purgationem (*Luc. xvi*). Tertio modo percussus est Job ad probationem (*Job. 11*).

4. Flagellatur homo plerumque a Deo ante peccatum, ne malus sit, ut Paulus, qui, Satanæ angelo

CAP. II. N. 1. *Qua percutimur.* Sic omnes Codd. ms. LOAISA.

*Ibid.* Alii, in carne... in charitate. AREV.

2. Ambrosius, quomodo respiciat Deus super justos et peccatores, libro super *Beati innocencii*, et l. 1 de Apologia David, et lib. v. LOAISA.

*Ibid.* Petrum. Respexit enim illum oculis gratiæ, non corporis, cum ex Mattheo et Marco constet Christum tunc fuisse in atrio interiore domus, Petrum vero in atrio deorsum foris. Ex August., cap. 6. LOAISA.

*Ibid.* Descensurum. Genes. xviii: Dixit Dominus: Descendam, et videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint. LOAISA.

3. Quinque modis flagella contingunt, teste Beda in Mathæum, et Augustino In sermone de gratia: vel justis, ut per patientiam merita augeantur, ut Job; vel ad custodiam virtutum, ne superbia tentet, ut Paulo, II Cor. xii; vel ad corrigenda peccata, ut Maria lepra, Num. xii; vel ad gloriam Dei, ut de cæco nato, Joan. 9; vel ad iudicium pœnæ, ut Herodi, Act. xii. Quæ omnia hic complectitur Isidorus. LOAISA.

*Ibid.* Ad damnationem. Greg., lib. vii. Moral., cap. 10, exponens illud Ezech. xi: Tollam a vobis cor lapideum, et dabo vobis cor carnesum. LOAISA.

*Ibid.* Ad purgationem. Idem, lib. xxi, cap. 4, ubi probat quod justis, dum temporaliter flagellantur, probantur; reprobi vero, qui in laboribus hominum modo non sunt, æterno anathemate condemnantur, et lib. xvi, cap. 16, et lib. xi, cap. 21. LOAISA.

*Ibid.* Ægyptus. Hieronym., in Nahum cap. vii, exponens illud: Non consurget duplex tribulatio, vel non vindicabit bis Deus in idipsum, videtur sentire Ægyptios non flagello damnationis, sed purgationis punitos. Sic enim inquit: Quod si vobis videtur crudelis, rigidus, et cruentus, quod in diluvio genus delevit humanum, super Sodomam et Gomorrham igne pluit, Ægyptios submerserit fluctibus, Israelitarum cadavera prostraverit in eremo, scitote ideo ad præsens reddidisse supplicia, ne in æternum puniret. Quem locum Magister Sentent., l. iv, distinct. 15, intelligendum censet non promiscue de omnibus, sed de illis tantum qui inter ipsa flagella pœnitentiam egerunt. LOAISA.

*Ibid.* De Job, quod de gente Idumæa duxerit genus, probat Augustin., lib. xviii de Civit. Dei, cap. 47; et de tentatione Abraham, et Tobitæ, et Job, in lib. Quæst. Veteris et Novi Testam., lib. ii, q. 99. De ejus tentatione psalm. c: Accepit, inquit, a Deo ten-

A instigante, carnis tolerabat **262** stimulos. Flagellatur autem et post peccatum, ut corrigatur, sicut ille in Apostolo, qui traditus est Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus esset (*I Cor. v*).

5. Non tamen juste murmurat, etiam qui nescit cur vapulat. Nam Deus ideo plerumque justum flagellat, ne de justitia superbiens cadat.

6. In hac vita Deus tanto magis studet ut parcat quanto magis expectando flagellat; sed alios feriendo corrigit, alios vero feriendo interficit. Feriendo namque corrigit de quibus dicit: Ego quos amo arguo et castigo (*Apoc. iii, 19*). Feriendo perimit quos incorrigibiliter delinquentes aspicit, quosque non jam sub disciplina, ut filios pater, sed districta damnatione, ut hostes adversarius, percutit.

B De quibus dicit: Flagello inimici percussit te-castigatione crudeli (*Jer. xxx, 14*). Et iterum: Quid clamavas ad me super contritione tua? insanabilis est dolor tuus (*Ibid., v, 15*): Unde inanusque festinet, et timeat ne simul feriat vita ejus cum culpa. Fla-

landum, non opprimendum; purgandum, non over-tendum, aut forte nec purgandum, sed probandum. Ejus laudes commemorat Gregor., lib. xviii Moral., cap. 1; et exponens illud: In omnibus his non peccavit Job labiis suis, nec stulium quid contra Deum locutus est, et l. ii, cap. 19. LOAISA.

4. II Cor. xii: Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satan, ut me colaphizet; ubi Græce: Καὶ τῆ ὑπερβολῆ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπερβαίρωμαι, ἐδόθη μοι ἀκρόβη τῆ σαρκὶ ἄγγελος Σατάν, ἵνα με κολαφίση. Quo in loco σκόλεψ est stimulus, per carnem, sive in carne. Qui stimulus quomodo hic intelligendus sit non bene inter interpretes constat. Alii libidinis affectum, et motum accipiunt, ut Isidor., lib. ii Sent., c. 39, sent. 11: Stimuli carnis, qui in Paulo, excitante Satanæ angelo, inerant, ex lege peccati erant, qui in membris hominum de necessitate libidinis habitant. Idem videtur sentire Greg., in hoc loco. Alii, ut refert Hieronymus, comment. in Epist. ad Galatas, corporis adversam valetudinem, quod capitis dolore solitus sit frangi et molestari, atque ita etiam Theophylactus. Thomas Aquinas, quod fuerit illico morbo obnoxius. Ambrosius stimulum appellat insectationem malorum hominum, et afflictionem ab iniuriis illatam. In qua sententia est Theodoretus; probat vero ex sequentibus non esse stimulum carnis corporis infirmitatem: Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, et angustiis pro Christo. Athanas., q. 139, Alexandrum ararium fabrum, et vocat stimulum carnis. Vide locum. Ego existimo carnis stimulum intelligi contradictiones et molestias a Judæis illatas (qui erant cognati ejus secundum carnem) ne Evangelii doctrina incrementum susciperet; de quorum persecutione scit ait Thess. ii: Vos enim imitatores facis estis, patres Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa, in Christo Jesu, quia eadem passi estis et vos a contribulibus vestris, sicut et ipsi a Judæis, qui et Dominum occiderunt Jesum, et prophetas, et nos persecuti sunt, et Deo non placent, et omnibus hominibus adversantur prohibentes nos gentibus loqui, ut salvos fiant; ut impleant peccata sua semper; pervenit enim ira Dei super illos usque in finem. LOAISA.

5. Gregor., lib. xxxiii Moral., cap. 23. LOAISA.

6. Ex Gregor., lib. Moral. xviii, c. 13. LOAISA.

*Ibid.* Gregor., lib. xviii Moral. c. 12. Flagellum, inquit, tunc dicitur culpam, cum mutaverint vitam. LOAISA.

*Ibid.* Alii, ut hostes et adversarios percutit. AREV.



gellam namque tunc diluit culpam, cum mutaverit A et in æterna percussione damnantur. vitam. Nam cujus mores non mutat, actiones non expiat.

7. Omnis divina percussio aut purgatio vitæ præsentis est, aut initiu[m] pœnæ sequentis. Nam quibusdam flagella ab hac vita inchoant, et in æterna percussione perdurant. Unde per Moysen Dominus dicit: *Ignis exarsit in ira mea, et ardebit usque ad inferos deorsum (Deut. xxxii, 22).*

8. A quibusdam dici solet: *Non judicat Deus bis idipsum*; qui tamen non attendunt illud quod alibi scriptum est: *Jesus populum de terra Ægypti liberans, secundo eos qui non crediderunt perdidit (Judæ 1, 5).* Quamvis enim una culpa bis non percussit, una tamen 263 percussio intelligitur, quæ hic cœpta illic perficitur, ut in his qui omnino non corriguntur præcedentium percussio flagellorum sequentium sit initium tormentorum.

9. Nunc est quod in psalmo scribitur: *Operiantur, sicut diploide, confusione sua (Psal. cviii, 29).* Diplois enim duplex vestimentum est, quo figuraliter induuntur qui et temporali pœna et æterna damnantur. Unde et Jeremias ait: *Contritio super contritionem (Jerem. iv, 20)*, id est, gemina damnatio, et hic, et in futuro sæculo. Et idem alibi: *Duplici contritione conterere eos (Jerem. xvii, 18)*, id est, gemina pœna, præsentis scilicet et futura.

10. Quibusdam secreto Dei judicio hic male est, illic bene, scilicet, ut dum hic castigati corriguntur, ab æterna damnatione liberentur. Quibusdam vero hic bene est, illic male, sicut diviti illi accidit qui, hic potentia claritate conspicuus, post mortem gehennæ incendiis traditur cruciandus (Luc. xvi). Porro quibusdam et hic male, et illic male est, quia, corrigi nolentes, et flagellari in hac vita incipiunt.

7. Aliqui mss. habent *in hac vita inchoant*; melius, *ab hac vita*. Sic est apud Gregor., loco supra adducto: *His flagella ab hac vita inchoant, et in æterna percussione perdurant.* LOAISA.

*Ibid.* Deut. xxxii. Sic habet Vulgata Editio Latina nostra: *Ignis succensus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissima.* Isidor. legit ut Gregor., l. xviii, c. 22, usque ad inferos deorsum. LOAISA.

8. Ex Gregor., ad verbum, lib. xviii, cap. 12. LOAISA.

*Ibid.* Jud. Epist. 1: *Quoniam Jesus populum de terra Ægypti salteans, secundo eos qui non crediderunt perdidit.* Explanat hunc locum Judæ Greg., l. x Moral., cap. 33. LOAISA.

9. Psalm. cviii. Locus ad verbum ex Gregor., lib. Moral. ix, cap. 33. LOAISA.

*Vbid.* *Contritio super contritionem.* Hæc est Vulgatæ lectio, quam ad Isidori scopum bene facere, in notis suis observat Vezziosus. AREV.

12. Ex Gregor., lib. ix Moral., c. 24. LOAISA.

13. Est apud Isai. xl: *Suscipit de naâu Domini duplici pro omnibus peccatis suis.* Et Jerem. xvii: *Duplici contritione conterere eos.* LOAISA.

CAP. III. N. 1. Fere omnes Codd. mss., esse nonnullos ejusdem qualitatis homines. Codex unus papyraceus perantiquus, esse nonnullos ejus qualitatis homines. Locus apud Gregor., lib. xviii Moral., cap. 15. LOAISA.

2. Theodoretus, Quæst. in Genes., ex illis verbis: *Et ideo custodiavi te, ne peccares in me,* colligit, Abi-

11. In tanto immergi quosdam desperationis profundo, ut nec per flagella valeant emendari. De quibus recte per prophetam Dominus dicit: *Frustra percussi filios vestros; disciplinam non receperunt (Jerem. ii, 30).*

12. Plerumque justus plangit, et nescit utrum pro omnibus suis peccatis præsentia patiator flagella, an pro uno tantum, et nescit quæ sit culpa illa pro qua meruit ejusmodi pati supplicia, et pro ipso ambiguo maxime in mœrore versatur.

13. Quamvis flagella præsentia justum a peccatis absolvunt, adhuc tamen sub metu vindictæ turbatur, ne instantes ei plagæ non sufficient ad purganda delicta. Proinde ergo, dum præsentia patitur, et futura pertimescit, quodammodo, sicut ait propheta, pro suis peccatis duplicia recipit (Isai. xl, 2).

## 264 CAPUT III.

### De infirmitate carnis.

1. Sunt nonnulli hujus qualitatis homines, qui nesciant corrigi, nisi alios viderint flagellari; sicque proficiunt comparatione malorum, dum sibi id accidere timent, in quo deperire alios vident.

2. Quosdam Deus videns nolle proprio voto corrigi, adversitatum tangit stimulis. Quosdam etiam præsciens multum peccare posse, in salutem flagellat. eos corporis infirmitate, non peccatam, ut eis utilius sit frangit languoribus ad salutem animæ quam manere incolunes ad damnationem.

3. Visitatio Dei nec semper in bonum accipitur, nec semper in malum. In bonum enim accipitur, sicut est illud: *Visita nos in salutari tuo (Psal. cv, 4).* In malum vero, juxta illud: *In tempore visitationis suæ peribunt (Jer. x, 15).*

4. Tribus ex causis infirmitates accidunt corporis,

melech regem Cesaræ, ne peccaret in Sarani, consilio Dei, infirmitate percussus. LOAISA.

3. Pulchre Isidorus complexus est visitationis in divinis litteris significationem; nam et in malam et in bonam partem usurpatur: in bonam, ut illud Luc. xix: *Non cognovit tempus visitationis suæ; et Ose. iv: Non visitabo super filias vestras, cum fornicatæ fuerint; Exod. v: Visitando visitavi vos, et vidi afflictiones vestras.* Et alia multa loca in sacris litteris occurrunt, in quibus visitare et visitatio demonstrat Dei curam erga genus humanum, ejusque providentiam, misericordiam et beneficia hominibus exhibita. Significat etiam visitare præstare Deum quod promisit, ut in illo Genes. xxi: *Dominus visitavit Sarani, et Lucæ 1: Visitavit, et fecit redemptionem populo suo.* In malum etiam nonnumquam sumitur pro eo quod est punire, castigare, vindicare scelera adversus divinam majestatem commissa. Sic Exod. xxxi: *Ego autem in die ultionis visitabo hoc peccatum;* et Isai.: *Visitabo super fructum magnitudinis cordis regis Assur; et xiii: Visitabo super orbem mala; et psalm. lxxxviii: Visitabo in virga iniquitates eorum.* Ubi voces illæ, in virga supplicii incrementum denotant; et Ose. 1: *Quoniam dandum visitabo sanguinem Jezrahel* et psalm. 18: *Visitationes Domini rectæ justificantes corda; denotant justitiam visitationis.* Visitationes enim Septuaginta verterunt δεικνύμενα. LOAISA.

4. Ut est illud Pauli, I Cor. xi: *Propter quod imbecilles, et infirmi, et dormiunt multi.* LOAISA.

id est, ex peccato, ex tentatione, et ex intemperantia passione; sed huic tantum **265** novissimæ humana potest medicina succurrere, illis vero sola pietas diviæ misericordiæ.

5. Qui valentiores sunt, et sani, utile est illis infirmari, et non peccare, ne per vigorem salutis illicitis sordidentur cupiditatum, et luxuriæ desideris.

6. Duritia, quæ mentem premit, nec sentitur, utiliter mutatur in carne, ut sentiat atque intellecta emendetur. Nam citius vulnera carnis sentiuntur quam animæ; ideoque per carnis flagella errantes citius corriguntur. Hoc quippe indicant in Pauli oculis squamæ infidelitatis, quæ dum mutatae sunt per increpationem in oculis carnis, confestim resoluta est duritia mentis (Act. ix, 18).

7. Est ~~perrisitas~~ *sanitas*, quæ ad inobedientiam hominem ducit. Est et salubris infirmitas, quæ per divinam correptionem mentem a duritia frangit.

8. Languor animæ, id est, peccatorum infirmitas perniciosa est, de qua etiam Apostolus ait: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror* (II Cor. xi, 29)? Nam infirmitatem carnis utilem esse idem Apostolus approbat, dicens: *Quando infirmor, tunc fortior sum* (II Cor. xii, 10).

#### CAPUT IV.

##### *De tolerantia divini correptionis.*

1. Murmurare in flagellis Dei peccator homo non debet, quia maxime per hoc quod corripitur emendatur. Unusquisque autem tunc levius portat quod patitur, si sua discusserit mala pro quibus illi inferatur retributio justa.

2. Discat non murmurare qui male patitur, etiam si ignorat cur mala patitur; et per hoc iuste se pati arbitretur, per quod **266** ab illo iudicatur, cuius nunquam injusta iudicia sunt. Qui flagella sustinet, et contra Deum murmurat, iustitiam iudicantis accusat. Qui vero se cognoscit a iusto iudice pati, quod sustinet, etiam si pro quo patitur ignoret,

*Ibid.* *Divinæ misericordiæ.* Donando nimirum, ut notat Vezosius, divina, quibus depellantur, auxilia. AREV.

3. Hoc probat August. super Joannem tract. 7. LOAISA.

4. *Ibid.* *Ne per vigorem.* Ita in omnibus Mss. LOAISA.

5. Act. ix. Hunc locum fere similiter interpretatur ad mores Gregor. lib. xxxiii Moral., cap. 51. Et Ambros., lib. super *Beati immaculati. Simul oculus inquit, corporis, animæque sanatus.* LOAISA.

6. CAP. IV. N. 1. Ex Gregor., lib. vi Moralium, cap. 17. LOAISA.

7. Greg., lib. xxxii Moral., c. 5. LOAISA.

8. *Ibid.* Vezosius rectius putat mala patitur, quod habent alii, pro male patitur. AREV.

9. Si *idecirco* se habet Codex Tolet. et cœnobii de la Oliva in Navarra. Cæteri cum Editis consentiunt, quam lectionem probo. LOAISA.

10. *Ibid.* Gothus, et alius papyracens malacitanus correctus habent: *Laudet Deum potius, non accuset.* Cæteri Mss. consentiunt cum Editis, quæ lectio non displicet. LOAISA.

11. Totius sententiæ sensus desumptus est ex Gregor., lib. xxxii, cap. 5. LOAISA.

12. *Ibid.* Cod. Tolet. Latinus habet, quod talia pati

A per hoc iam justificatur, pro quo et seipsum accusat, et Dei iustitiam laudat.

13. Dum ex rebus prosperis utilia justus exempla præstat hominibus, necesse est eum iterum et adversitatibus tangi, quatenus ejus patientiâ comprobetur, ut denno fortitudinis documenta ex eo sumant, qui prosperitatibus ejus temperantiam agnoverunt.

14. Qui passionibus animæ insidiantem adversario cruciatur, non *idecirco* se credat alienari a Christo, quia talia patitur; sed magis per hoc Deo commendabilem se esse existimet, si, dum hæc patitur, laudet Deum potius, non accuset.

15. Ad magnam utilitatem divino iudicio mens justus diversis passionum tentationibus agitatur, pro quibus si Deo gratias egerit, suæque culpæ, quod talibus dignus sit, deputaverit, hoc, quod ex passione tolerat, ei pro virtutibus reputabitur, quia et divinam agnoscit iustitiam, et suam intelligit culpam.

#### CAPUT V.

##### *De tentationibus diaboli.*

1. Multis calamitatum tentationibus mens justus in hac vita pulsatur; unde et optat ab hoc sæculo funditus evelli, quo et ærumnis coreat, et fixam illi securitatem inveniat.

2. Inter eas poenas quas justus in corpore patitur, atque eas **267** quas mento per fraudem diaboli tolerat nullum interest. Nam gravior fert, quas interior iniget, quam eas quas exterior sustinet. Has enim et loco vitat, et tempore: illas nec loco potest vitare, nec tempore.

3. Non amplius tentat electos diabolus quam Dei voluntas permittit. Tentando autem, sanctorum profectibus servit.

4. Etsi volens, utilitati tamen sanctorum servit diabolus, quando eos tentationibus suis non deficit, sed potius erudit. Nam tentationes, quas ille ad humanum interitum movet, interdum Spiritus sanctus ad exercitium virtutum salubri utilitate convertit.

*dignus sit, reputaverit.* Cum eo consentiunt duo Codd. Malacitanus, et alius, cæteri cum Editis. LOAISA.

CAP. V. N. 1. Ut est illud Pauli, Phil. 1: *Desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo.* Et rursus: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Et illud David: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est!* Vid. Greg., ix Moral., cap. 11. LOAISA.

2. Gregor., *ibid.* LOAISA.

3. *Ibid.* Nam gravior. Sic habet Gregorius: *Cum flagella exterioris tolerat, illud est gravior, quod de tentatione adversarii in intus patitur.* LOAISA.

4. De potentia diaboli et ejus voluntate nocendi electis recte dixit Gregor., lib. ii Moral., cap. 6, et cap. 25. *Satanæ voluntas semper iniqua est, sed nunquam potest injusta, quia a semetipso voluntatem habet, a Domino potestatem.* Unde Augustin., super Joann. tractat. 7, capit. 1: *Diabolus non tentat, nisi permissus, aut missus.* LOAISA.

5. *Ibid.* Alii ita distinguunt, *profectibus servit, etsi volens. Utilitati tamen sanctorum servit, etc.* AREV.

6. *Decipit, Excusi libri, haud recte, pro deficit.* LOAISA.

5. Invidiæ diaboli, atque astutiæ, quamvis hoc atque illuc quærentes quem devorent diffundantur (*I Petri v, 8*), a potestate tamen divina non egrediuntur, ne tantum noceant, quantum malitiose contendunt. Nam quomodo sanctorum virtus tanta tolerare posset, si superna dispensatio pio moderamine nequitiam dæmonum non frenaret? Et licet diabolus tentationem justis semper inferre cupiat, tamen, si a Deo potestatem non acceperit, nullatenus adipisci potest quod appetit. Unde et omnis voluntas diaboli injusta est, et tamen, permittente Deo, omnis potestas justa. Ex se enim tentare quoslibet injuste appetit, sed eos, qui tentandi sunt, et prout tentandi sunt, non nisi tentari Deus juste permittit.

6. Unde etiam in libris Regum de diabolo scriptum est quia *Spiritus Domini malus irruerat in Saul* (*I Reg. xvi, 14*). Ubi juste quæritur: si Domini, cur malus? si malus, cur Domini? Sed duobus verbis comprehensa est et Dei potestas justa, et diaboli voluntas injusta. Nam spiritus malus per nequissimam voluntatem, et idem Dominus per acceptam justissimam potestatem.

268 7. Diabolus non est immissor, sed inceptor potius vitiorum. Neque enim alibi concupiscentiæ fomenta succendit, nisi ubi prius pravi cogitationis delectationes aspexerit; quas si a nobis spernimus, sine diabolo ille confusus abscedit: statimque franguntur jacula concupiscentiæ ejus:

Contemptaque jacet, et sine luce faces illius.

8. Sollicite hostis insidias intelligere pariter, et cavere Dei servum oportet; sicque in innocentia vitæ existere simplicem, ut tamen oporteat cum simplicitate esse prudentem. Qui prudentiam simplicitati non miscet, juxta prophetam, columba est

5. *Frenaret. Ita Salmant. Goth. Reprimeret, Tolerat autem locus e Gregor., x Moral., cap. 34. LOAISA.*

*Ibid. Unde et omnis. Ad verbum ex Gregor., lib. II Moral., cap. 6, et legendum voluntas, non voluptas, ut est in multis Mss. LOAISA.*

*Ibid. Alii minus bene, dispensatio, pro moderamine ut pro sit pro pio. AREV.*

7. Sic legendum, non inceptor, ut habent aliquot Codd. mss. Ex Ambros., lib. super *Beati immaculati*, de diabolo: *Ipsè est inceptor, ipse accusator, ipse in ludum introiit*. Immissor autem dixit, quia voluntate nostra vitia amplectimur. Neque ille immittit, nisi homo fenestram immissioni aperiat. Unde August.: *Non enim diabolus cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet a nobis consensum, sed petit*, homil. 12, tom. X. Nec obstat illud quod est apud Joann. xiii: *Cum diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Judas Simonis Iscariotes*. Non enim intrasset, ut ait August. super psalm. cxxxvi, nisi locum dedisset. Unde locus interpretandus de ea missione quæ alicui et impellit suggerendo, non de ea quæ efficit imperando. Locus Joannis Græce est: *Τὸ διαβολὸν ἔδωκεν βελήνοτος εἰς τὴν καρδίαν Ἰουδᾶ Σιμωνὸς Ἰσκαριώτου ἡμετέρον παραδόν.* Est etiam nominis ratio habenda. Nam aliud est mittere, aliud immittere. LOAISA.

*Ibid. Contemptaque, etc. Versus est Ovidii. LOAISA.*

8. Sic Evangelica exhortatio habet: *Simplices ut columbæ, prudentes ut serpentes*. Et illud Pauli, Rom.

scilicet, non habens cor (*Ose. vii, 11*). Sed ideo columba, quia simplex; ideo autem cor non habens, quia ignara prudentiæ est.

9. Sæpe fraus Satanae sanctorum cordibus aperitur, quando per speciem boni angelum se simulans lucis, dum nititur electos decipere, detegitur atque contemnitur. Sic et verba fallacis doctrinae Deus sanctos suos facit intelligere, quatenus diabolicum errorem interius cognoscant, ac solliciti caveant.

10. Discretio sanctorum tanta esse debet, ut inter bonum et malum præditi ratione dijudicent, ne eos diabolus per speciem boni fallat. Hæc est enim percunctatio Josue dicentis: *Noster es? an adversariorum* (*Josue v, 13*)? Propter hoc et Jeremiæ dicitur: *Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris* (*Jerem. xv, 19*). Tunc enim bene de se 269 judicant sancti, quando ab eis Deus fallacia dæmonum tentamenta facit intelligi.

11. Multi decipiuntur a diabolo, et ignorant se esse deceptos, Osee propheta testimonio declarante: *Comederunt, inquit, alieni robur ejus, et ipse ignoravit* (*Ose. vii, 9*). Alieni namque maligni spiritus significantur, qui virtutes mentis comedunt; sed hoc corda negligentium non intelligunt.

12. Tanquam inermis diabolus vincitur, quando aperta iniquitate hominem depravare conatur; armatus vero tunc incedit, dum per speciem sanctitatis et virtutis ea quæ sancta sunt destruit, quando et qui decipitur sua detrimenta non sentit, sed, tanquam sint virtutes, quæ sunt vitia sectatur et diligit.

13. In oculis carnalium diabolus terribilis est, in electorum oculis terror ejus vilis est. Ab incredulis, ut leo, timetur; a fortibus in fide, ut vermis, contemnitur, atque ad momentum ostensus repellitur.

14. Qui suggestiones diaboli non recipit, in ejus

xvi: *Volo vos sapientes esse in bono, simplices autem in malo*. Item illud I Cor.: *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia pari estote*. LOAISA.

*Ibid. Prophetam. Ose vii. Sic interpretatur Hieronymus in Ose: Columba lactata, sive insipientis et insensata. Septuaginta, ἀνογε. LOAISA.*

9. Greg. lib. Moral. xxxiii, c. 28. LOAISA.

10. Tota hæc sententia cum testimoniis ex Josue v et Jerem. xv, ex Gregor. est concinnata, lib. Moral. xxxiii, c. 28, et cap. 22. LOAISA.

11. Ex Gregor., lib. xxxiv Moral., c. 2, ubi locum Osee interpretatur, et *alienos* in Scriptura intelligi affirmat angelos apostatas. Osee autem vii Vulgata Editio habet, *et ipse nescivit*. LOAISA.

12. *Aperta*. Sic legunt plerique Mss., quam lectionem probo, non ut Excusi de *aperta*, cum Greg., lib. vi Moral., c. 5, ita habeat (ex quo loco desumpta est sententia hæc): *Antiquus namque hostis, quasi inermis vincitur, cum, mala aperta suggerens humanæ menti, bona omnia simul destrucere conatur*. LOAISA.

*Ibid. Ea quæ, etc.* Ita habent omnes Mss. LOAISA.

*Ibid.* In Editione Grialii contra Loaisæ mentem intrusum fuit de *aperta* pro *aperta* sine de. AREV.

13. Diabolus myrmicoleon dicitur a Septuaginta pro eo quod scriptum est apud Job: *Tigris perit, eo quod non haberet prædam; est enim, inquit Greg., lib. v Moral., cap. 17, formica, et leo, atque leo est, aliis formica*. Vide locum. LOAISA.

14. Gregor., lib. xvii Moral., cap. 20. LOAISA.

insidias minime transit. Nam facile in consequenti opere repellitur, si prima oblectamenta illius respuantur. Diabolus enim serpens est lubricus, cujus si capiti, id est, primæ suggestioni non resistitur, totus in interna cordis, dum non sentitur, illabatur.

**270** 15. Tentationum diabolicarum initia fragilia sunt, quæ, si non caveantur, sed per usum in consuetudinem transeant, in novissimis fortiter convalescunt, ita ut aut nunquam aut cum difficultate vincantur.

16. Dum in tota vita diabolus hominem prævaricari cupiat, amplius tamen in fine molitur decipere. Illinc est, quod in principio contra protoplastum serpentini est dictum: *Et tu insidiaberis calcaneo ejus*, quia nimirum hominem, quem diabolus in cursu præteritæ vitæ non decepit, in novissimis supplantare disponit. Proinde quamvis quisque sit justus, nunquam necesse est ut sit in hac vita securus; sed semper humilis caveat, semperque, ne in fine corruat, sollicitus pertimescat.

17. Diabolus suis fautoribus blanditur, Dei vero servis molitur tentamenta contraria, exemplo Domini, qui se post baptismum passus est a diabolo tentari (*Matth. iv*).

18. Diabolus sanctos omnes non tenendo possidet, sed tentando persequitur. Nam quia non in eis intrinsecus regnat, contra eos extrinsecus pugnat. Et qui interius amisit dominium, exterius commovet bellum.

19. Tunc contra eum quem possidet diabolus ærius sævit, quando se virtute divina ab eo expellendum cognoscit. Unde immundus spiritus tunc discerpit gravius puerum in quo habitabat, quando ad Christi imperium exire ab eo coactus est (*Marc. ix*). Quod factum et ab Job verba respicit, ubi in novissimis Behemoth caudam suam, quasi cedrus, astringit (*Job. xl, 12*).

**271** 20. Plus contra eos diabolus diversis tentationibus insistit, qui possunt et aliis sua utilitate prodesse, ut, dum illi impediuntur, non proficiant qui docendi sunt.

21. Maligni spiritus hoc, quod intra nos mundare

*Ibid.* Diabolus, etc. Coluber lubricus et tortuosus appellatur in sacris litteris. *Job. xxvi: Eductus est coluber tortuosus.* Et *Isai. xxvii: Leviathan serpentem, vectem tortuosum.* Tota sententia est apud Greg., lib. xvii Moral., cap. 20. LOAISA.

*Ibid.* Capiti. Videtur alludere ad illud Geneseos: *Ipsa conteret caput tuum*; quo docetur caput esse conterendum serpentis, hoc est, primum diaboli incursum, quo intendit ut animus deditionem faciat, esse propulsandum. LOAISA.

15. Genes. iii. Gregor., lib. i Moral., cap. 38. Calcaneum finem actionis interpretatur, exponens locum psalm. iv: *Ipsi calcaneum meum observabant.* Et in locum Geneseos. LOAISA.

17. Alexander primus, epist. 2. *Nam sicut leo rugiens, circuiti quærens quem devoret, sic diabolus non cessat circuire, et quærere quos ex fidelibus perdat, et maxime illos quos ardentiores in servitio Salvatoris, ei que familiares invenit.* LOAISA.

*Ibid.* Quod Loaisa aliquando epistolas primorum pontificum, quæ nunc apocryphæ censentur, alleget, non est certe mirandum, cum eo tempore plerique eas pro legitimis habuerint. AREV.

cupimus, sine intermissione tentant iterum sordidare. Sancti autem eorum insidias præsego spiritu præcognoscunt, et quidquid in semetipsis terrenum sentiunt, indesinenter operibus sanctis exauriunt, ut de intimis puri inveniantur.

22. Eodem blandimento decipiuntur nunc per diabolus homines, quo protoplasti in paradiso sunt decepti. Multis enim vitiorum præstigiis mentes reproborum Satanas prætentando deludit. Nunc enim promissis decipit; nunc rebus transitoriis, quasi necessariis, illicit; nunc etiam ipsa inferni supplicia, quasi levia, et transitoria, suggerit; quatenus miserorum corda in cupiditatem, lasciviamque dissolvat, secumque ad tartara ducat.

23. Argumenta machinationum malarumque cogitationum semina, quæ in cordibus hominum diabolus fundit, ita sæpe undique captam implicat mentem, ut ex qua parte evadere quisque tentaverit, sine periculo exire non possit, veluti si iures hoc facere, quod si feceris, pecces; si non feceris, reus perjurii sis. In tanto ergo mali discrimine, ut evadendi aditus pateat, minora potius eligenda sunt, ut majora vitentur.

24. Diabolus, quando decipere quemquam quærit, prius naturam uniuscujusque intendit, et inde se applicat, unde aptum hominem ad peccandum inspexerit.

25. Ex ea parte diabolus homines tentat, quæ eos per excrecentem humorem facile inclinat ad vitia conspiciunt, ut secundum humoris conspersicnem adhibeat et tentationem (*Num. 23*). Lege Balaam, qui in figura diaboli contra populum Dei ex ea parte præcipit perniciosos prætereire laqueos, ex qua sentit eos facilius esse lapsuros. Nam et qui aquam alicubi deducit, non eam per aliam partem mittit, nisi ubi impetum ejus intendit.

**272** 26. Nullus culpam existimet, quam ex conspersione propria sustinet; sed, quantum valet, contra id quod tolerat pugnet. Nam si conspersioni ceditur, tentationi vel vitio nequaquam resistitur.

27. Ideo diabolus in sacris eloquiis Behemoth, id

18. Gregor., lib. iii Moral., cap. 6, interpretatur illud *Isai. xlv. Ego Dominus formans lucem, et creans tenebras.* LOAISA.

19. Est apud Gregor., lib. xxxiii Moral., cap. 18. Ubi exponit illud *Job. xli Behemoth caudam suam, quasi cedrus, astringet*, hoc est, movebit et agitat, velut cedrus agitur a vento, vel arriget membrum veluti cedrus arrecta et ingens. LOAISA.

20. Gregorius, lib. Moral. xxxi, cap. 29. LOAISA.

21. Gregorius, lib. vii Moral., cap. 8. LOAISA.

22. August., lib. ii de Genes. contra Manich., t. I. LOAISA.

23. Totam hanc sententiam mire versat Greg., lib. xxxiii Moral., cap. 18, et 79, et 20, ubi exponit illud *Job: Nervi testiculorum ejus perplexi sunt.* LOAISA.

26. Ita quoque Editio antiqua. LOAISA.

*Ibid.* Alii, nullus culpam non existimet. AREV.

27. Tota hæc sententia deducitur ex Gregor., lib. xxxiii Moral., cap. 14, ubi quæritur cur diabolus Behemoth bestia quadrupes, cur Leviathan serpens in aquis, qui hamo capitur, dicatur. Quorum nominum rationem hic Isidorus ex Gregor. reddit. Inter no-

est, animal dicitur, quia de cœlis lapsus ad terras cecidit. Ideo Leviathan, id est, serpens de aquis, quia in hujus sæculi mari volubili versatur astutia. Avis vero propterea nominatur, quia per superbiam ad alta sustollitur. Et recte his tribus vocabulis appellatur, quia pro sub merito aerem, quasi avis, pro carcere meruit; terram, ut animal brutum sit; serpens, ut in hujus sæculi mari insana jactetur fluctuatione.

**273** 28. Ex eo enim quod per membra sua diabolus operatur, sortitur vocabula: ita ut quod singuli agunt, incitante illo, ipse nominetur ex eo. Quem enim non decipit diabolus? Unde animal est, hoc est, per carnis luxuriam tentat; unde serpens est, hoc est, cupiditatis ac nocendi malitia. Quem autem nec sic decipit, insidiatur ei; unde avis est, hoc est, superbiam ruina. Undique enim dolos præparat, quousque inveniat viam per quam incautum decipiat.

29. Aliud est intrare mentem cujusquam diabolus, aliud vero inhabitare. Nam et in cordibus sanctorum ingreditur, dum malas suggestiones insinuat; sed non habitat in eis, quia in suo corpore non eos transducit. Qui vero in corpore ejus sunt, ipse in eis habitat, quia ipsi sunt templum ejus. Et si subrepat mentibus electorum diabolus, non autem in eis requiescit, sicut in cordibus reproborum; nam calore fidei mox excitatur, ut exeat ab electis.

30. Nonnulli, quos jam avido ore diabolus devoraverat, rursus divini iudicii occulta miseratione ab

mina autem diaboli, quæ varia et multa occurrunt in divinis libris, hæc tria Behemoth, Leviathan, et Avis, potissima sunt. Dicitur etiam leo, Baal, aquilo, Iatro, Satan, cauda, basiliscus, Belial, malus, tentator, canis, impius, adversarius, alienus, lupus, exactor, aspis, homicida, nequissimus, malignus, pravus, asper, Lucifer, elibanus, fortis, potestas tenebrarum, catulus leonis, princeps potestatis, deus hujus sæculi, leo rugiens, apostata et prævaricator, absque jugo, filius Belial, ut adnotavit Hieronymus, Isai. xxviii, et ita interpretatur i. lud psalm. xvii. *Torrentes iniquitatis conturbaverunt n.e.*, id est, *impe nosæ incursiones demonis*. Behemoth, autem plurale est apud Hebræos (ut hoc obiter annotem), idem quod bestia, eo quod unum animal cum sit, ex multarum bestiarum magnitudine et immanitate est cogentatum; estque animal terrestre, vastum, et evimæ magnitudinis. De eo dicitur Job. xl: *Behemoth, quem feci tecum, fenum quasi bos comedet*. Juxta nonnullos est elephas. LOAISA.

*Ibid.* Leviathan dixerunt antiqui, teste Hieronymo, lib. vi, in lra. xiv, esse patrem diaboli; quam sententiam ipse refellit, significatque draconem. Unde illud Ezech. xxxii. *Leoni genitum assimilatus est, et draconis qui est in mari*. Aquila pro dracone posuit Leviathan, auctore Hieronymo. Similiter psalm. xc, dum dicitur *Conculcabis leonem et draconem*, legitur Leviathan. Vocatur hic cetus magnus, de quo, quod a Christo capiendus sit, mystico in Job sermone narratur. Est igitur Leviathan piscis marinus ingens, Job. xl: *An extrahere poteris Leviathan hamo, et fove ligabis linguam ejus?* Septuaginta ibi pro Leviathan posuerunt cetum, et draconem, sicut et in illo Job. iii: *Qui parati sunt suscitare Leviathan, vertunt ibi cetum, alibi draconem* interpretantur, ut psalm. ciii, *Dracone iste, quem formasti ad illudendum*. De creatione Leviathan, et Henoch habetur Eadræ iv, 6. LOAISA.

*Ibid.* Avis. Daniel vii, et Isai. xxxi et illud Evan-

A ejus ore eripiuntur, et saluti restituntur. Nam sæpe multos, quoque antiquus hostis luxuriæ voragine immersos tenuit, potentia divina per pœnitentiam ab ejus faucibus traxit.

31. Quomodo bonorum interitum Propheta electam dicit esse diaboli escam, dum alibi scriptum sit de illo: *Fenum sicut bos comedet*, nisi quod in oculis Dei fenum sunt qui electus cibus secundum homines esse videntur? Ac per hæc, qui de bonorum numero pereunt, apud homines electi, apud Deum fenum existunt.

32. Eum diabolus jam deglutisse dicitur, quem jam perfecto scelere devorasse videtur. Eum vero, quem non deglutivit operis perfectione, sed tentationum illecebris mordet, ut devoret, adhuc quasi in maxilla mandit. Unde et Paulus habet stimulos carnis, quibus humilietur (II Cor. xii), non habet peccandi perfectionem, qua deglutatur.

**274** 33. Os diaboli verba ejus sunt. Verba vero ejus inspirationes occultæ sunt, quibus corda hominum alloquens occultis urit cupiditatibus.

34. Quidam ob incorreptibilem iniquitatem, quia sponte non corriguntur, immundis spiritibus vexandi traduntur, ut arripiendi eos dæmones corporaliter habeant potestatem, terroribusque eorum afflicti humilientur, pœniteant et salventur, sicut et Apostolus Corinthiis scribens, dicit: *Tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit* (I Cor. v, 5). Utile est enim quosdam peccantes, ut in anima sal-

gellii volucres cœli. LOAISA.

*Ibid.* Alii, cecidit, juxta Psalmistam jumentis insipientibus comparatus. Ideo Leviathan, etc. Et infra, meruit Behemoth terram, quia ut animal brutum in imis delectatur; serpens eo quod, etc. Eadræ librum iv, qui a Loaisa laudatur, apocryphum esse, præ oculis habendum. AREV.

28. Exinde enim, quod per membra sua habent Excuti. Gregor., lib. xxxiii Moral., cap. 22, ex quo est hæc sententia: *ex ipso, inquit, suarum actionum nomine vocatur, cum jumentum, draco, vel avis dicitur*. LOAISA.

29. Gregor., lib. Moral. xxxiii, cap. 28. LOAISA.

31. Similis est interrogatio apud Gregor., lib. xxxiii Moral., cap. 10, in line, et apud Julianum, archiep. Toletan. sanctiss., in Anticimonen lib. ex Job., interrog. 152. LOAISA.

32. Gregor., lib. xxxiii, cap. 17, Moral. LOAISA.

*Ibid.* Quasi in maxilla. Totâ sententia ex Gregor. dum interpretatur illud Job: *Armilla perforabis ma illam ejus*, lib. Moral. xxxiii, cap. 40, et c. 17. LOAISA.

53. Ex Gregor., dum illud Job explanat, cap. 41: *Et flamma de ore ejus egredietur*, lib. xxxiii Moral., c. 41. LOAISA.

34. Locum Pauli, I Cor. 5. Isidorus interpretatur de corporali traditione, ut Hieronym. et Gregor., lib. xxxiii Moral., cap. 11, et Anselmus, cum alii sancti Patres de separatione a Christi corpore spiritualique traditione in Satanæ potestatem intelligant. Uterque sensus ecclesiasticæ excommunicationis vim atque auctoritatem probat, eoque esse pœnam gravissimam, et maxime formidandam, cum ab Ecclesia ejicitur hominem, diabolique mancipium efficiat, et ab omni sacramentali virtute reddat alienum; unde illud Pelagii PP. ad Angliæ episc. *Apostolicæ auctoritatis exemplo didicimus, errantium et in errorem nutantium spiritus tradendos esse Satanæ, ut blasphemare*

ventur, Satanæ corporaliter deputari, quatenus ex A  
præsenti correptione futurorum iudicium timeant,  
et de cætero delinquere caveant. Quidam autem jo-  
testati dæmonum ad emendationem deputantur;  
quidam vero despecti ad solam perditionem tra-  
duntur.

33. Nunquam vacat diabolus adversus hominem  
justum. Aut enim tribulationes cordis illi exaggerat,  
aut dolores corporis suscitât. Hinc est, quod Aposto-  
lus ait: *Datus est mihi stimulus carnis angelus Satanæ,  
qui me colaphizat (II Cor. xii, 7).*

34. Sæpe mentem justî variis vexationum dolori-  
bus vis dæmonum cruciat; unde interdum usque ad  
desperationis angustiam 275 coarctatur. Perma-  
nenti autem in Dei amore animæ et ipsa talis angus-  
tia ad meritum proficit. Nam sive in animo, sive in B  
corpore, per instinctum immundorum spirituum quæ-  
libet adversa justus patitur, ex Dei utique permissu  
id patitur. Quod si hoc ipsum ad Dei gloriam humilis  
referat, et dicat quod pro corporis passione Job dixit:  
*Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non  
suscipiamus (Job. ii, 10)?* iste non separatur a Deo,  
sed conjungitur, quamlibet atroci angustia torqueatur.

37. Multa justus adversa in anima patitur instiga-  
tione dæmonum, sed talibus tentamenti perire vitæ  
aternæ non potest, quia pius Dominus ad damnatio-  
nem culpæ non reputat quod de suæ majestatis per-  
missu nolens qui patitur portat. Nam ibi peccamus  
ubi cupiditate vel voluntate deflectimus. Ubi vero  
violenter addicimur, etsi facinus aut flagitium non  
est, miseria tamen pro flagitio et facinore est. Sed C  
qui Deum pro irrogata laudat miseria, commisso  
procul dubio caret facinore.

*dedicant; et Urban. PP. c. Notandum, 24, q. 3. Cassian., lib. ii, cap. 16, Pauli locum intelligit de eo qui ab oratione suspenditur. Origines tamen, homil. 2 ad cap. ii Judicium, quas quia beatus Hieronymus Latinas fecit, ei tribuuntur, explicat etiam hunc locum de excommunicatione ecclesiastica, et dupliciter hominem Satanæ tradi ostendit excommunicationis vinculis irretitum. Sic et Augustinus, de verbis Apostoli serm. 63: Omnis, inquit, Christianus, dilectissimi, qui a sacerdotibus excommunicatur, Satanæ traditur. Quomodo? Scilicet, qui extra Ecclesiam diabolus est, sicut in Ecclesia Christus; ac per hoc quasi diabolo traditur, qui ab ecclesiastica communione removetur. LOAISA.*

*Ibid. Incorruptibilem. Al., incorrigibilem, Vezzosis, mendose, incorruptibilem. AREV.*  
36. *Suscipiamus. Ita Goth. Salm., et alii Mss. Sustineamus, Goth. Toletan. LOAISA.*

*Ibid. Alii, iste, qui sic loquitur, non separatur, etc. AREV.*

CAP. VI. N. 1. Gregor., lib. viii Moral., cap. 48, et lib. iv Dialog., cap. 48, sex modis docet somnia animam tangere: primo ventris plenitudine, secundo inanitate, tertio illusionem, quarto illusionem simul et cogitationem, quinto revelationem, sexto cogitationem simul et revelationem. Augustinus, in lib. de divinatione per somnium multa de somniis quæ dæmones immittunt tradit. Sex autem illos Gregorii modos hic beatus Isidorus complexus est. LOAISA.

*Ibid. Minitant. Ita Goth. Salm. et alii mss.; minant. Toletan. LOAISA.*

*Ibid. Verberant. Alludit forte ad verbera Hieronymi ob Ciceronis et poetarum lectionem accepta,*

## CAPUT VI.

*De tentamenti somniorum.*

1. Plerumque dæmones in noctibus occurrentes  
humanos sensus per visiones conturbant, ut formi-  
dolosos et timidos faciant. Aliquoties etiam ex despe-  
ratione peccatorum mentem conversi per soporem  
conturbant, horridaque gehennæ supplicia minitant.  
Nonnunquam autem et aperta impugnatione grassan-  
tes humana corpora 276 verberant, quod tamen,  
Deo permittente, malis sit ad vindictam, justis ad tol-  
erant æ gloriam.

2. Plerumque immundi spiritus eos quos incum-  
bere in sæculi amore conspiciunt, dormientes  
quodam vana spei prosperitate illudunt. Quosdam  
vero, quos formidare aliqua adversa præsentiant,  
dormientes inani terrore concutunt. Sicque misero-  
rum corda variis illusionibus intentantes, modo  
vacua prosperitate demulcent, modo vana formidine  
terrent.

3. Qui aut nullis, aut raris conscii sunt delictis,  
aut nunquam, aut raro terroribus fatigantur noctur-  
nis; sed placato somno quiescentes, interdum etiam  
per soporem quædam arcana et mystica contuentur  
ac vident. Qui vero corda sua gravioribus vitis pol-  
luerunt, conscientiæ pavore illius species tremendas  
aspiciunt. Fallax enim imago mentes miserorum  
diversis illud. imaginibus; et quos vigilantes in vita  
traxit, dormientes fatigat, ut nunquam securos re-  
quiescere sinat.

4. Nonnunquam etiam electorum mentes horrendis  
imaginibus 277 somniorum spiritus immundi terri-  
ficare conantur; et quos vigilantes vitis tentant, nec  
superant, acriter dormientes impugnant.

qui litentes habuisse scapulas et plagas sensisse se  
post somnium ait ad Eustochium De custodienda  
virginitate, et in apologia ad Rufinum. LOAISA.

*Ibid. Minitant. Al., immittunt, quod Vezzosis  
melius existimat. Sed verum videtur minitant pro  
minitantur, ut apud Plantum, Nevium et alios.  
AREV.*

3. Ex Gregor., lib. viii Moral., cap. 48, et lib. i  
Dialog., cap. 49. Afferit de quodam divite, cui diabo-  
lus per somnium longa vitæ spatia promisit; qui,  
cum multas pecunias pro longioris vitæ stipendiis  
collegisset, repente defunctus est. LOAISA.

*Ibid. Interdum. Sententia est Aristotelis i lib.  
Ethic., c. ultimo, virtute præditos per quietem me-  
liora habere theoremata, quam improbos. Unde etiam  
Eccle. xxxiv, somnia male facientium vanitatem vo-  
cat Sapiens. LOAISA.*

4. Somnia bona immitti a Deo pulchre demon-  
stratur Eccle. xxxiv: *Et sicut parturientis cor tuum  
phantasias patitur, nisi ab Altissimo fuerit immissa  
visitatio, ne dederis illis cor tuum.* Sic Salomon in  
somnia cœlitus divinam accepit sapientiam, III Reg.  
iii: *Evigilavit Salomon, et intellexit, quod esset som-  
nium.* Aliqui hoc somnium non fuisse naturale, sed  
prophetiæ, dicunt, ut est illud Num. xn: *Si quis  
fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparbo  
ei, vel per somnium loquar ad eum.* In somno tamen  
prophetiæ vis non ligatur, et exercitium liberi arbi-  
trii, sed liberum manet. Prophetæ similiter dor-  
niendo eradicantur a Deo, et de arcanis et mysticis  
docebantur, ut Joseph. Nam dormiente homine, in-  
tellectus ejus potest in Deum ferri; cuius munus est  
percipere et iudicare. Unde dum dormit, de his quæ

5. Sancti autem etiam ad momentum huiusmodi A visionum commoveantur, mox tamen evigilantes illusionum vanitates despiciunt, intentionemque suam protinus ad Deum convertunt.

6. Diversæ qualitates sunt somniorum. Quædam enim ex saturitate, seu inanitione occurrunt, quæ etiam per experientiam nota sunt. Quædam vero ex propria cogitatione oriuntur; nam sæpe quæ in die cogitamus, in noctibus recognoscimus.

7. Nonnullæ autem visiones spirituum immundorum sunt illusiones, Salomone probante: *Multos, inquit, errare fecerunt somnia, et illusiones vanæ.* Porro quædam iusto sunt modo, id est, supernæ revelationis mysterio, sicut legitur in lege de Joseph filio Jacob, qui somnio fratribus præferendus prædicitur (Gen. xxxvii). Vel sicut in Evangelio de Joseph B sponso Mariæ, qui ut fugeret eum puerum in Ægyptum somnio admonetur (Matth. ii). Nonnunquam etiam et permixtæ accidunt visiones, id est, cogitatione simul et illusionem, atque item cogitatione et revelatione, Daniele dicente: *Tu, inquit, rex, cogitare cepisti in stratu tuo quid esset futurum post hæc, et qui revelat mysteria ostendit tibi quæ futura sunt* (Dan. ii, 29). Etenim sæpe ea, in quibus cogitationum nostrarum sensum porrigimus, quodam mentis excessu revelantur, dum requiescimus.

antea consideravit aliquid percipit, et ratiocinatur, et argumentorum nodos dissolvit. Sic August., de Cura pro mortuis agenda, cap. 12, narrat Eulogio discipulo suo, qui dum rhetoricos Ciceronis libros Carthagine interpretaretur, in quemdam locum offendit obsecrum, quo non intellecto, vix potuit dormire sollicitus; quæ nocte somniant sibi exponere visus est quod non intelligebat. Hunc etiam ortum habent venerarum rerum somnia; quæ non contingunt, nisi antea vigilantes de illis animi vel tentantur, vel cogitant, ut tradit August. lib. xii super Genes., cap. 15. Aliquando vero intellectus movetur in somno illustratione alicujus superioris et nobilioris substantiæ, ad cujus eruditionem et disciplinam intellectus quiescentis est promptior, et habilior, propter sensuum, et cogitationum, et phantasiarum affluentem quietem, cum his temperatibus libera, tota sibi sua sit. Cantic.: *Ego dormio, cor meum vigilat*; et Job. xxxvii: *Per somnium in visione nocturna, quando sopor solet occupare homines, et dormiunt in lectulo suo, tunc aperit aures virorum, et erudiens eos, instruit disciplina.* Thomas Aquinas, 2-2, q. 95, art. 6, ad causas internas animi et corporis, quæ ex Dei revelatione et cælesti influxu dimanant, et ad externas, quæ ex vigilia et humoris copia oriuntur, omnem somniorum rationem retulit, Similiter Hippocr., lib. de somnis. LOAISA.

8. Sic ait de se Augustinus, lib. x Confess., cap. 50, vigilantibus illi occurrere imagines rerum, illecebrarum carentes viribus, quæ tamen in somnis usque ad consensionem animam trahebant. LOAISA.

*Ibid.* Sententia hæc et septima est apud Gregorium, lib. vii Moral., cap. 18, et lib. iv Dialog., cap. 48. Sex somniorum causas distinguit, ut supra diximus. LOAISA.

9. Diurnæ actiones sæpe representantur in somnis, ut tradit Hippocrates, qui etiam existimat huiusmodi somnia corporis sanitatem indicare. Simile est Africani illud somnium apud Ciceronem, cui earum rerum species obijciuntur per quietem; de quibus prædicitur sermonem habere. LOAISA.

*Ibid.* Eccle. xxiv ita legitur: *Multos enim errare*

8. Quamvis nonnulla vera, sint somnia, facile tamen eis credi 278 non opus est, quia diversis imaginationum qualitatibus oriuntur, et unde veniant raro consideratur. Tam facile igitur somniis fides adhibenda non est, ne forte Satanas, in angelum lucis se transformans, quemlibet incautum fallat, et aliqua erroris fraude decipiat.

9. Nonnunquam demones deceptorum fraude ita quosdam curiosos observant, eisque illudunt, ut quædam somnia non aliter eveniant quam ostenduntur. Ut enim in multis fallant, interdum et vera pronuntiant. Sed quamvis ita accedant, contemnenda sunt, ne forte de illusionem procedant, recolentes testimonium Scripturæ dicentis: *Si dixerint vobis, et ita egerint, non credatis* (Matth. xxiv, 23).

10. Somnia similia sunt auguriis, et qui ea intendunt, revera augurari noscuntur. Non esse vera somnia, quæ cogitans animus die noctuque sibi imaginatur. Mentis enim nonnunquam ipsæ sibi somnia fingunt.

11. Sæpe dum priora mala per tristem memoriam ad mentem reducantur, per hæc gehennæ vindictam in nobis ipsis recolendo imaginamur. Huiusmodi mentis imaginationes, quæ aut de præteritis admissis, aut de futuri supplicii memoria vigilantibus sunt, et per visiones somniaque occurrunt, et cogi-

fecerunt somnia, et exciderunt operantes in illis. Gregor. tamen lib. viii Moral., cap. 18, ut Isidorus legit. LOAISA.

9. August., lib. xii de Civitate, c. 22, de falsitate somniorum, et difficultate ea discernendi, et quo pacto animam miseram sensuumque perturbent, dixerit. Plinius lib. xi Natur. Histor., cap. 75, querit utrum sint aliqua præscita animi quiescentis, quæque sunt ratione, et aliis, quæ illic vide. Et lib. vii, cap. 50, de Publio Cornelio Ruso, qui dormiens oculorum visum amisit, cum id sibi accidere somniaret. Melancholicos magis vera, somniare, ait Aristoteles, lib. de Somn. et vigil. Clemeus Alex. lib. ii Pædag., c. 9, ait ea quæ sunt vera somnia reputari sobriæ animæ cogitata. LOAISA.

*Ibid.* Apud Mattheum, cap. xxiii, sic est: *Tunc si quis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere.* Idem Marc. xiii, et Luc. xvii. LOAISA.

10. Artem augurandi per somnia non rejicit Hippocrates, lib. de Somniis, apoc. 2 et 3. Aristotel., lib. de Somno, et vigil. somnia reducit ad causas, signa et accidentia. Plin., lib. xxxvii natural. Hist., cap. 10, de lapide eumetrite, ait quod, capiti suppositus, visa nocturna ofacul modo reddat. Idem facit Amphictyonem interpretationis ostentorum et somniorum primum auctorem; lib. vii, c. 56, dixit de lauro, supposita pulvino, quod somnia vera faciat. Ab Ecclesia somnidorum interpretes damnantur concil. ii Ancyran., c. 25, et in c. *Episcopi*, 26, q. 5. LOAISA.

*Ibid.* Plinius, lib. xxviii, cap. 8, a Democrito traditum scribit anistrum chamæleontis arinum, qualiter somnia quæ velis, et quibus velis, immittantur referre. LOAISA.

*Ibid.* Al., *Mentes enim nostras nonnunquam, etc.* Virgilius, eclog. 8, 108:

... An qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Hinc conjiciendum apud Isidorum: *amantes enim nonnunquam ipsi sibi somnia fingunt.* Vide etiam de somniis Claudianum, præf. ad vi consuetudinum Honorii. AREV.

tationum mentes **279** concutiunt. Nam una vi memoriae sunt utraque, sive vigilantibus, sive dormientibus nobis.

12. Tali enim animi motione horribili pavore etiam per quietem concutimur; et quam gravia sunt quae commisimus, et quam dura quae pertimescimus, mentis aspectu etiam in somnio contemplamur.

13. Non esse peccatum, quando nolentes imaginibus nocturnis illudimur; sed tunc esse peccatum, si, antequam illudamur, cogitationum affectibus praeviamur. Luxuriae quippe imagines, quas in veritate gessimus, saepe dormientibus in animo apparent, sed innoxie, si non concupiscendo occurrant.

14. Qui nocturna illusionem polluitur, quamvis etsi extra memoriam turpium cogitationum sese persentiat inquinatum, tamen hoc, ut tentaretur, culpae suae tribuat, suamque immunditiam statim stertibus tergat.

#### CAPUT VII.

##### De oratione.

1. Hoc est remedium ejus qui vitiorum tentamentis exæstuat, ut quoties quolibet tangitur vitio, to-

13. Gratian. : *Sed tunc est peccatum in animo.* Sensus hujus sententiae desumitur ex Gregor. in epist. ad August. Anglorum episcopum, et habetur dist. 6. c. *Testamentum.* Ivo, part. ix, cap. 112. LOAISA.

14. De pollutionibus et earum diversitate et causis, disserit doctissime Thomas Aquinas in opusculis de puritate conscientiae, et officio sacerdotis. LOAISA.

*Ibid.* Quamvis etsi. Pleonasmus, fortasse ab exscriptoribus indutus. AREV.

CAP. VII. N. 1. Idem August., lib. de salutaribus documentis, cap. 28. 1<sup>a</sup> Pet. iv : *Estote itaque prudentes, vigilate in orationibus.* Est autem subdat in Mss. o. et Edit. vet., non convertat. LOAISA.

2. Alii, psallendo pro pulsando, et obstrepunt pro obrepunt. AREV.

4. Id Gregor. probat lib. xxii Moral., cap. 18, dum exponit illud Job : *Quis mihi tribuat auditorem, ut desiderium meum Omnipotens audiat?* Neque tamen rejicit hoc loco Isidorus vocalem orationem. Nam cum duplex in Ecclesia sit oratio, communis et privata, communis sit in persona totius Ecclesiae, et ideo est vocalis, et alta voce prolata. Probat id forma orandi a Christo apostolis praescripta Matth. vi. *Orantes nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt; putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.* Et infra : *Sic ergo vos orabitis : Pater noster : quo in loco orationem haud dubie in voce constituit.* Et Luc. xi apparet, quod Dominus voce oraret : *Et factum est, inquit evangelista, dum esset in quodam loco, orans, ut cessavit, dixit unus ex discipulis suis ad eum : Domine, doce nos orare, sicut docuit Joannes discipulos suos ; et ait illis : Cum oratis, dicite : Pater noster.* Dum oratis, inquit, dicite : quod omnino voce fit. Hinc concil. Toletan. tertio, c. 2, praecipitur in omnibus ecclesiis Symbolum fidei recitandum, priusquam Orationem Dominicam voce clara praedicandam, quo fides vera manifesta sit, et testimonium habeat, et ad Christi corpus et sanguinem praehibendum pectora populorum fide purificata accedant. Et concil. Tolet. iv, cap. 9, Orationem Dominicam quotidie dicendam esse in publico, aut privato officio decernitur, idque probatur auctoritate Cypriani, Hilarii, Augustini. Et concil. Gerundens., can. 10, dicitur, post matutinas et vespertinas preces Orationem Dominicam profereendam. Haec omnia, et alia complura, quae a viris doctissimis collecta sunt, ad orationem publicam struendam spectant, cujus ratio atque natura re-

quirit ut sit vocalis. Et inde ortum habuit Ecclesiae cantus, quem Paulus probat ad Ephes. v : *Loquentes, inquit, volismetipsis in psalmis, hymnis et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino, et ad Colos. iii. Idem Actorum etiam vi : Media nocte Paulus et Silas adorantes laudabant Deum, et audiebant eos qui in custodia erant.* Hanc antiquam in Ecclesia cantus consuetudinem praeter multa testimonia sanctorum Dionysii, Tertulliani, et usus antiphonarum, et responsorium, et hymnorum, eorumque modulationem Nicephorus apostolis tribuit, l. xviii, cap. 51. Sunt etiam conciliorum loca insignia, ut Tolet. iv, cap. 14, 15, et Turon. ii, sub Pelagio primo, et Laodic., sub Liberio, cap. 59, ubi statuitur quae psallere et legere in Ecclesia conveniat, et can. 15 psalmistarum officium praescribitur. Atque hactenus de communi seu publica oratione, in qua excolenda multum laborarunt Hilarius, Gregorius, Ambrosius et Isidorus. Oratio vero privata et singularis potest esse sine voce, de qua loquuntur sancti, cum orationem cordis laudant, ut Cyprianus in expositione Orationis Dominicae, et August., psalm. cxviii, et Gregor., lib. xxii Moral., cap. 18. Quamvis vox cordi adjuncta excitat et promovet plurimum interiorum animi affectum, ut qui habitat intus in pectore, ipse sit et in voce, et totus homo animo et corpore Deo serviat, et, ut inquit Cyprianus, divinis oculis placeat et habitu corporis, et modo vocis, dum Deo reddit labiorum vitulos, ut ait Oseas, et affectum, amoremque animo conceptum ex quadam redundantia voce exprimat, unde Paulus corde credit, et ore confitetur. Et David psal. xv : *Laetatum est cor meum, et exsultavit lingua mea.* Et Job : *Conceptum sermonem tenere quis poterit?* Multae sunt commoditates et utilitates animi, quae ex perfecta oratione vocali homini proveniunt. Verum si ab ea sejungas cordis affectum, et intentionem, solumque sit volubilis, et vaga oratio, atque verbosa, longe praestat ea quam corde tantum fit; quod probat Cyprianus de Oratione Dominica, dum ait non passim oportere ventilare preces nostras inconditis vocibus, nec petitionem, commendandam modeste Deo, tumultuosa loquacitate jactare. Quia Deus non vocis, sed cordis auditor est. Et August., hb. de Verbis Domini, serm. 18 : *Ne strepentes, inquit, simus vocibus, et multi moribus,* et serm. 2 de oratione : *Melius est orare corde sine sono vocis, quam siliis verbis sine intuitu mentis.* Et Hieron. cujus verba habentur de consecrat., dist. 3, cap. Non medio riter. LOAISA.

2. Tam perseveranter intendere oportet animum nostrum orando, atque pulsando, quousque importunas desideriorum carnalium suggestiones, quae nostris obrepunt sensibus, fortissima intentione superemus; ac tandiu insistere, quousque persistendo vincamus. Nam negligentes orationes nec ab ipso homine impetrare valent quod volunt.

3. Quando quisque orat, sanctum ad se spiritum advocat. At ubi venerit, confestim tentamenta demoniorum quae se mentibus **280** humanis immergunt, praesentiam ejus ferre non sustinentes, effugiunt.

4. Oratio cordis est, non labiorum. Neque enim verba deprecantis Deus intendit, sed orantis cor applicat. Quod si tacite cor oret, et vox sileat, quamvis hominibus lateat, Deo latere non potest, qui conscientiae praesens est. Melius est autem cum silentio **281** orare corde sine sono vocis, quam solis verbis sine intuitu mentis.

quirit ut sit vocalis. Et inde ortum habuit Ecclesiae cantus, quem Paulus probat ad Ephes. v : *Loquentes, inquit, volismetipsis in psalmis, hymnis et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino, et ad Colos. iii. Idem Actorum etiam vi : Media nocte Paulus et Silas adorantes laudabant Deum, et audiebant eos qui in custodia erant.* Hanc antiquam in Ecclesia cantus consuetudinem praeter multa testimonia sanctorum Dionysii, Tertulliani, et usus antiphonarum, et responsorium, et hymnorum, eorumque modulationem Nicephorus apostolis tribuit, l. xviii, cap. 51. Sunt etiam conciliorum loca insignia, ut Tolet. iv, cap. 14, 15, et Turon. ii, sub Pelagio primo, et Laodic., sub Liberio, cap. 59, ubi statuitur quae psallere et legere in Ecclesia conveniat, et can. 15 psalmistarum officium praescribitur. Atque hactenus de communi seu publica oratione, in qua excolenda multum laborarunt Hilarius, Gregorius, Ambrosius et Isidorus. Oratio vero privata et singularis potest esse sine voce, de qua loquuntur sancti, cum orationem cordis laudant, ut Cyprianus in expositione Orationis Dominicae, et August., psalm. cxviii, et Gregor., lib. xxii Moral., cap. 18. Quamvis vox cordi adjuncta excitat et promovet plurimum interiorum animi affectum, ut qui habitat intus in pectore, ipse sit et in voce, et totus homo animo et corpore Deo serviat, et, ut inquit Cyprianus, divinis oculis placeat et habitu corporis, et modo vocis, dum Deo reddit labiorum vitulos, ut ait Oseas, et affectum, amoremque animo conceptum ex quadam redundantia voce exprimat, unde Paulus corde credit, et ore confitetur. Et David psal. xv : *Laetatum est cor meum, et exsultavit lingua mea.* Et Job : *Conceptum sermonem tenere quis poterit?* Multae sunt commoditates et utilitates animi, quae ex perfecta oratione vocali homini proveniunt. Verum si ab ea sejungas cordis affectum, et intentionem, solumque sit volubilis, et vaga oratio, atque verbosa, longe praestat ea quam corde tantum fit; quod probat Cyprianus de Oratione Dominica, dum ait non passim oportere ventilare preces nostras inconditis vocibus, nec petitionem, commendandam modeste Deo, tumultuosa loquacitate jactare. Quia Deus non vocis, sed cordis auditor est. Et August., hb. de Verbis Domini, serm. 18 : *Ne strepentes, inquit, simus vocibus, et multi moribus,* et serm. 2 de oratione : *Melius est orare corde sine sono vocis, quam siliis verbis sine intuitu mentis.* Et Hieron. cujus verba habentur de consecrat., dist. 3, cap. Non medio riter. LOAISA.



5. Nunquam est sine gemitu orandum; nam peccatorum recordatio mœrorem gignit. Dum enim oramus, ad memoriam culpam redacimus, et magis reos tunc nos esse cognoscimus. Ideoque cum Deo assistimus, gemere et flere debemus, reminiscētes quam gravia sūt scelera quæ commisimus, quamque dira inferni supplicia quæ timemus.

6. Mens qualem se in oratione offert, talem post orationem conservet. Nam nihil proficit oratio, si denuo committitur unde jam iterum venia postuletur. Ille enim precis desideratum effectum sine dubio percipit, qui quod orando abluī postulat delinquendo non iterat.

7. Mens nostra cœlestis est, et tunc orando Deum bene contemplatur, quando nullis terrenis curis aut erroribus impeditur. Apta est enim ad bonum in sua natura, in aliena vero turbatur.

8. Pura est oratio quam in suo tempore sæculi non interveniunt curæ; longe autem est a Deo agimus qui in oratione cogitationibus sæculi fuerit occupatus. Tunc ergo veraciter oramus, quando aliunde non cogitamus. Sed valde pauci sunt, qui tales orationes habeant. Et licet in quibusdam sint, difficile tamen est ut semper sint.

9. Mens quæ ante orationem vacans a Deo in illi-entis cogitationibus occupatur, dum in orationem venerit, confestim illi imaginez rerum quas nuper cogitavit occurrunt, adfūmque precis obstruunt, ne

*Ibid. Solis verbis, sine intuitu mentis.* Hæc est oratio vocis, quam Isidorus reprehendit, ut advertit Vezziosus. Ven. Thomasius, in suo opere Italico de vera norma Deum glorificandi, atque exorandi, docet corde simul ac voce Deum exorari recte posse, quod ex Apostolo ad Corinthios scribente, et sancti Ambrosii hymno deducit. AREV.

5. Lacrymosa oratio multum valet apud Deum. Gregor. l. x Moral., cap. 17. Ambros., multis in locis lib. super *Beati immaculati*, et psalm. xxxvii. Et Cyprian., egregie, epist. ad clerum et plebem, de precando Deum, in fine. LOAISA.

6. Ex Gregor., *ibid.* Et in hoc sensu interpretor illud Eccle. vii: *Ne it. res verbum in ore tuo.* LOAISA.

8. Augustin., lib. de salutaribus Documentis, hinc merito ait, cap. 28: *Hæc, mi frater, stude in tua oratione, ut orationem puram offeras Domino Christo,* etc. LOAISA.

*Ibid. Paul., I. Cor. xiv: Orabo spiritum, orabo mentem.* Vigilia etiam in oratione requiritur. Hinc, Marc. xiii: *Videte, vigilate, et orate;* et Luc. xxi: *Vigilate itaque, omni tempore orantes.* Et I Thess. v: *Sine intermissione orate.* Et I Tim. ii: *Volo viris orare in omni loco, levantes puras manus sine ira et disceptatione.* Hinc etiam Hieronym., ad Rustic., de vivendi forma. *Vigilet sensus, nec vagis cogitationibus patens corpus pariterque animus tendat ad Dominum,* etc. LOAISA.

*Ibid. Sed valde.* Probat id Augustinus in enarratione psalm. lxxxv, exponens illud: *Quia tu, Domine, suavis es ac mitis;* et addidit illud II Reg.: *Quoniam laevi, Domine, cor meum, ut orarem ad te.* LOAISA.

9. Ex Gregor., homil. 8 in Ezech.: *Accenditur ad compunctionem animus, s d earum rerum quas egimus,* etc. Et l. x Moral., cap. 17. Est autem cogitavit in Goth. Salm., non agitavit. LOAISA.

10. Id tradit Augustin. psalm. lxxxiii. Nam oratio, ut inquit Bernardus, duas alas habet, contemptum mundi, et carnis afflictiones, sermo. 3 de Epiphania.

A se mens libera ad cœleste desiderium erigat.

10. Purgandus est itaque primum animus, atque a temporalium rerum cogitationibus segregandus, ut pura acies cordis ad Deum vere et simpliciter dirigatur. Nam revera tunc impetranda divina munera credimus, quando simplici affectu assistimus cum oramus.

41. Multis modis interruptitur orationis intentio, dum se per incuriam vana mundi ingerunt in cunctis orantis animo. Tunc autem magis diabolus cogitationes curarum sæcularium humanis mentibus ingerit quando orantem aspexit.

42. Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare quisque valeat postulata: hoc est, si aut quisque adhuc mala committit, aut si delinquenti sibi debita non dimittit. Quod geminum malum, dum quisque a semetipso absterserit, protinus securus studio orationis 283 incumbit, et ad ea quæ impetrare precibus cupit, mentem liffere erigit.

43. Qui læditur, non desinat orare pro se lædentibus; alioquin, juxta Domini sententiam, peccat qui pro inimicis non orat (*Matth. v, 44*).

44. Sicut nullum proficit in vulnere medicamentum, si adhuc ferrum in eo sit, ita nihil proficit oratio illi, cujus adhuc dolor in mente, vel odium manet in pectore.

45. Tantus debet esse orantis erga Deum affectus, ut non desperet precis effectum. Inaniter autem ora-

C LOAISA

12. Est apud Gregor. hujus sententiæ sensus l. x Moral., cap. 18. Verum Augustin., serm. 2 de oratione: *Tribus, inquit, modis orationes impediuntur, aut cum quis a Deo petit quod suæ salutis resistit, aut cum orat, et ab iniquitate non cessat, aut si delinquenti in se debita non relaxat: Quod triplex malum, dum a se unusquisque studiosius abstraxerit, securus studio orationis incumbat,* etc. Gregor. ita: *Tunc igitur vere sine macula faciem levamus, cum nec nos prohibita mala committimus, nec ea que in nos a proximis commissa sunt ex proprio zelo retinemus.* Gravi namque mens nostra orationis suæ tempore confusione deprimitur, si hanc aut sua adhuc operatio inquinat, aut alienæ malitiæ servatus dolor accusat. Existimo itaque Isidorum ex Augustin. potius quam ex Gregor. hanc sententiam hausisse. LOAISA.

13. Sic enim habetur Matth. v: *Orate pro persecutentibus et calumniantibus vos.* Et Luc. vi. Pro inimicis itaque orare in orationibus communibus quisque ex necessitate tenetur, et esset peccatum inimicos excipere. Thom. 2-2, q. 83, art. 8. Specialis autem pro illis orare est perfectionis opus. Id probat Augustinus lib. iii de verbis Domini, serm. 16, loquens de utilitate inimicorum; et Ambros. psalm. xxxviii, exponens illud: *Pro eo ut diligerent me, detrahebant mihi. Ego autem orabam.* Sic Gregor. in epist. ad Vertellensem episc., lib. x Epistolarum, epist. 82: *Evangelii plenitudo, inquit, pro calumniantibus et presequentibus nos jubet orare, ut peccatis eorum veniam postulemus,* etc. LOAISA.

14. Gregor., lib. Moral. x, cap. 17, idem ait, sed aliis verbis: *Menti namque, ut gladius, figitur, et mucrone illius ipsa viscerum occulta perforantur. Qui scilicet a transfixo corde si prius non educitur, nihil in precibus divinæ opis obtinetur.* LOAISA.

15. Est apud Jacobum cap. 1: *Pastalel, inquit, in fide nihil hæsitans; qui enim hæsitat similis est fluctui maris, qui a vento movetur, et circumfertur.* LOAISA.

mus, si spei fiduciam non habemus. Petat ergo, ut Apostolus ait, unusquisque in fide nihil dubitans (Jac. 1, 6); nam qui dubitat similis est undæ maris, quæ a vento fertur, atque dispergitur.

16. Diffidentia nascitur impetrandi orata, si se adhuc animus sentiat circa peccandi affectionem versari. Non enim potest habere precis certam fiduciam, qui adhuc in præceptis Dei pigritat, et peccati recordatione delectatur.

17. Qui a præceptis Dei avertitur, quod in oratione postulat accipere non merebitur; nec impetrat ab illo bonum quod postulat, **284** cuius legi non obedit. Si enim id quod Deus præcipit facimus, id quod petimus sine dubio obtinemus. Nam sicut scriptum est: *Qui avertit aurem suam, non audit legem, oratio ejus execrabilis erit* (Proverb. xxviii, 9).

18. Multum apud Deum utraque sibi necessario commendantur, ut oratione operatio et opere fulciatur oratio. Unde etiam Jeremias ait: *Levemus corda nostra cum manibus ad Deum* (Thren. iii, 41). Cor enim cum manibus levat, qui orationem cum opere sublevat. Nam quicumque orat, et non operatur, cor levat, et manus non levat. Quisquis vero operatur, et non orat, levat manus, et cor non levat. Sed quia

16. *Certam.* Ita Goth. Tolet. *Perfectam*, Goth. Salm. LOAISA.

17. Oratio peccatoris damnatur in multis sacræ Scripturæ locis. Psalm. xvi: *Auribus percipe orationem meam non in labiis dolosis*. Psalm. lxxv: *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus*. Et Psalm. cxliv: *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum in virtute*. Eccle. vii: *Ante orationem præpara animam tuam; noli esse quasi homo qui tentat Deum*. Et Eccle. iii: *Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, et continebit se ab illis, et in oratione die non exaudietur*. Proverb. i: *Tunc invocabunt me, et non exaudiam eos, et cap. lxx; et Jerem. Thren. iii: Nos inique egimus, et ad iracundiam provocavimus; idcirco inexorabilis es*. Ezech. viii: *Cum clamaverint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos, et Osee vii: Væ eis, quoniam recesserunt a me; vastabuntur, quia prævaricati sunt in me; et subdit: Non clamaverunt ad me in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis*. Præcepta orandi traduntur a Christo Domino nostro Matth. vi: *Cum oratis, etc.* Et Luc. i et xx. Et Paul., ad Phil. v: *Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione et obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones vestras innotescant apud Deum*. Jac. iv: *Petitiss, et non accipitis, eo quod male petitis, ut in concupiscentiis vestris insumatis*. Sic Augustinus multis in locis orationem peccatoris infecundam et inexcusablem dicit, præsertim libro de vera innocentia, cap. 533, et in epist. ad Probr., cap. 13. Et Ambrosius, quod orantis affectus debeat esse purus, et quietus, et vacuus ab omni opere delictorum, libro super Beati immaculati, et lib. i de Cain et Abel, cap. 9. Cyprianus de Oratione Dominica. Exstat etiam gravis epistola Gregorii Magni ad Theodericum Francorum regem de clericis simoniacis, ubi ait: *Major ergo metuenda est locis illis culamitas, ubi testes intercesso es ad locum regiminis adducuntur qui Dei iustis iræ iracundiam provocant, quam per se ipsos placare debuerant*. Idem, cap. 6, præfat. in Job., exponens illud: *Victimæ impiorum abominabiles Deo sunt*. Et habetur cap. *Gravibus*, 3, q. 7. Bernard., super Cantica, serm. 65, explicans illud: *Oratio justis penetrat calos*. Si igitur ita est, quod orationes hominis peccatoris Deus non audit, quo pacto intelligendus erit Augustinus, tractat. 44 in Joannem, ad illud cap.

operari necesse est, et orare, bene juxta utrumque **285** dictum est: *Levemus corda nostra cum manibus ad Deum*; ne de negligentia mandatorum corde reprehendantur, dum salutem nostram obtinere aut sola oratione, aut sola operatione, contendimus.

19. Postquam bonum opus agimus, lacrymæ orationum fundantur, ut meritum actionis humilitas impetret precis.

20. Culpabiliter manus ad Deum expandit, qui facta sua orando jactanter prodat, sicut Pharisæus in templo jactanter orabat, sesque magis quam Deum de operibus justis laudari volebat (Luc. xviii).

21. Quorundam oratio in peccatum convertitur, sicut de Juda proditore scribitur (Ps. cvii). Qui enim jactanter orat, laudem appetendo humanam, non solum ejus oratio non delet peccatum, sed et ipsa vertitur in peccatum. Sicut Judæi, et hæretici, qui licet jejunare et orare videantur, eorum tamen oratio non illis ad purgationis proficit meritum, sed mutatur potius in peccatum.

22. Ideo interdum oratio electorum in pressuris eorum differtur, ut impiorum perversitas augeatur. Verum dum justii temporaliter audiuntur, pro eorum

ix: *Scimus, quia peccatores Deus non audit. Illud, inquit, verum est cæci adhuc inuncti, id est, nondum perfecte illuminati. Nam si peccatores Deus non audit, frustra publicanus dixisset: Domine, propitius esto mihi peccator. Item Chryso tomus, homilia 18, in opere imperfecto, exponens illud: Omnis qui petit accipit, sive justus, inquit, sive peccator. Sic hæc loca discrepantia concilianda sunt, et interpretanda, peccatorem in peccatum lapsum abque affectu peccati relinquendi clamantem Deus non audit; at peccatorem humilem ex bono desiderio naturæ potentem, et Deo se prosternentem Deus exaudit, ut inquit Thomas Aquinas, 2-2, q. 83. Hoc vero non ex justitia fit, quia hoc peccator non meretur, sed ex pura misericordia. Observanda vero sunt in hac peccatoris petitione quatuor leges: prima, ut pro se petat; secunda, ut necessaria ad salutem; tertia, ut pie, id est, ad pietatem spectans; quarta, ut perseveranter petat. Ac tunc oratio erit impetratoria, licet non meritoria. Hæc de peccatoris oratione adnotanda duxi, quia ad totius capitis intelligentiam maxime conducunt. LOAISA.*

18. Ad verbum ex Gregorio, lib. Moral. 18, cap. 5, nisi quod apud eum operatione pro opere. LOAISA.

20. Habetur simile exemplum apud Cyprianum, de Oratione Dominica; est autem oratio Pharisæi apud Luc. xviii. LOAISA.

21. Sic scriptum est psalm. cviii de impio: *Oratio ejus fiat in peccatum*. Ubi Hieronymus sic ait: *Pœnitenti Judæ pejus peccatum factum est. Quomodo pejus peccatum est pœnitenti Judæ? Ivis, et suspensio perit, et qui proditor Domini factus est, hic interemptor sui exilitii; pro clementia Domini hoc dico, quia magis hoc offendit Dominum, quia se suspendit, quam quædam Dominum prodidit. Uportebat orationem ipsius esse in pœnitentiam, et versa est in peccatum. Vides hæreticum orantem, vides Judæum, vides Manichæum; licet jejunent, licet orent, tamen oratio ipsorum vertitur in peccatum. Hæc Hieronymus, quæ omnia, pauculis verbis additis et immutatis, sua fecit Leo Magnus. Eadem Gregor., hom. 1, 27 in Evangelium. LOAISA.*

Ibid. Alii, oratio non delet peccatum, nec ad purgationis proficit meritum. AREY.

22. Ex Greg., lib. Moral. xvi, cap. 15. LOAISA.

Ibid. Trium peccatorum. Ex Augustin., in exposi-

lit salute qui eos affligunt, ut dum illis temporali remedio subvenitur, pravorum oculi ad conversionem aperiantur. Unde et trium puerorum frigidus ignis fuit (*Dan. iii*), ut **286** Nabuchodonosor Deum verum agnosceret. Sicut et propheta in Psalmis ait: *Propter inimicos meos eripe me (Psal. Lxvi, 1.)*.

**25.** Proinde tardius exaudiuntur quorundam orationes, ut dum differuntur, fortius excitatæ majoribus præmiis cumulentur: exemplo pruinarum, et repressione messium, in quibus quanto tardius sata semina exeunt, tanto ad frugem cumulatus crescent.

**24.** Quoties orantes non cito exaudimur, nostra nobis facta in oculis proponamus, ut hoc ipsum quod differtur divinæ reputetur justitiæ, et culpæ nostræ.

**25.** Interdum quod perseveranter orantes non cito exaudimur, utilitatis nostræ est, non adversitatis. Sæpe enim multos Deus non exaudit ad voluntatem, ut exaudiat ad salutem.

**26.** Multi orantes non exaudiuntur, providendo illis Deus meliora quam petunt, sicut contingere solet parvulis, qui, ne in scholis vapulent, Deum exorant. Sed non datur illis postulationis effectus, quia impeditur talis auditio ad profectum. Non aliter quibusdam contingit electis. Deprecantur enim Deum pro nonnullis vitæ hujus commodis, vel adversis. Providentia vero divina temporaliter eorum desiderio minime consultit, quia meliora illis in æternum promittit.

tione psalm. Lxvii, concione 2. Habetur historia Daniel. iii. Quod fuerit ille ignis frigidus, apparet ex Scripturæ contextu: *Angelus autem Domini descendit cum Azaria et sociis ejus in fornacem, et excussit flammam ignis de fornace, et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem; et non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit, nec quidquam molestiæ intulit. Et infra dicitur quod calor ignis non transiit per eos. Nicolaus Lyranus versat hanc quæstionem hoc loco, an ignis ille fuerit activus, estque in ea sententia, ut existimet ignem hunc habuisse quidem ignis formam et naturam, sed comburendi et agendi actum fuisse virtute divina cohibitum. LOUISA.*

**27.** Loquitur de privata oratione, de qua Christus Dominus apostolos docuit. *Matth. vi: Tu autem, cum oraveris, intra cubiculum tuum, et clauso ostio ora. Patrem tuum in abscondito. Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Cyprianus, de Oratione Dominica, causam reddit quare Christus orationi silentium et secretum indixerit: *Magisterio, ait, suo Dominus secreto orare nos præcipit, in abditis et secretis locis, in cubilibus ipsis; quod magis convenit fidei nostræ, ut sciamus Deum ubique esse præsentem, audire omnes, et videre, et majestatis suæ plenitudine in abditis quoque et ocula penetrare.* Hæc Cyprian. Vide etiam Augustin, in psalm. cxli, et Gregor., 8 Moral., cap. 29. LOUISA.

**28.** Sic scriptum est *Matth. vi: Cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus.* LOUISA.

**30.** Oratio abscondita et abditæ ad cordis salutem spectat: hymnorum et psalmorum cantus ad Christi crucifixi gloriam et honorem, ut omnis lingua conflatur, quod Dominus Jesus in gloria est Dei Patris. Unde qui cantum ecclesiasticum de medio tollunt,

**A 27.** Oratio privatis locis opportunius funditur, majusque obtentum impetrat, dum Deo tantum teste deprecitur.

**23.** Proprium autem hypocritarum est offerre se in oratione videntibus; quorum fructus est, non Deo placere, sed gloriam ab hominibus comparare (*Matth. vi, 7*).

**29.** Non in multiloquio exaudiuntur homines a Deo, quasi plurimis eum verbis conentur inlectere. Neque enim conciliat eum multiplex orantis sermo, sed pura sinceraque orationis intentio.

**287 30.** Bonum est corde semper orare, bonum et sono vocis Deum spiritalibus hymnis glorificare. Nihil est sola voce caneresine cordis intentione; sed, sicut ait Apostolus: *Cantantes in cordibus vestris (Ephes. v, 19)*, hoc est, non solum voce, sed et corde psallentes. Unde et alibi: *Psallam spiritu, psallam et mente (I Cor. xiv, 15)*.

**B 31.** Sicut orationibus regimur, ita psalmorum studiis delectamur. Psallendi enim utilitas tristitia corda consolatur, gratiores mentes facit, fastidiosos oblectat, inertes exsuscitat, peccatores ad lamenta invitat. Nam quamvis dura sint carnalium corda, statim ut psalmi dulcedo insonuerit, ad effectum pietatis animum eorum inlectit.

**32.** Dum Christianum non vocis modulatio, sed tantum verba divina, quæ ibi dicuntur, debeant commovere, nescio quino tamen pacto modulatione caventis major nascitur compunctio cordis. Multi enim reperuntur qui, cantus suavitate commoti, sua cri-

**C** Christi magnificam gloriam obscurant, dulce curarum levamen vertunt, ordinis ecclesiastici hierarchiam confundunt, pulchritudinem ornatumque admirabilem Christi sponsæ sedant; demum lucem quasi e mundo tollere nituntur, qui choros ecclesiasticos ab Ecclesia abesse contendunt. Sicut enim luce hac naturalia cuncta splendor em, pulchritudinem, ordinem vitamque suscipiunt, quæ in hac mundana machina continentur; sic choris ecclesiasticis omnia Ecclesiæ munia illustrantur, augentur, amplificantur, et in debito officio conservantur. Quapropter sancti et antiqui Patres in statuendis, componendis, ordinandisque ecclesiasticis officiis multum diuque insudarunt. Vide August., psalm. cxlviii; Hieronym., psalm. cxlvi. LOUISA.

**31.** De psalmorum laude multa Basilus, homil. 1 super Psalm. Plura Ambrosius. Et Augustinus: *Totius Ecclesiæ (inquit in præfat. Psalmorum) vox una PSALMOS solemnitates decorat; psalmus tristitium quæ propter Deum est emollit; psalmus etiam ex corde lapideis lacrymas movet; psalmus angelorum opus est, exercituum celestium spirituale thymama.* Hæc inter alia adnotare libuit, ut intelligas veram sapientiam a patribus superioris sæculi ad inferiores fuisse derivatam, omniaque eorum sententiis, velut Armissimis radicibus, niti. Basilus, homil. 1 in Psalmos: *Vox est, inquit, Ecclesiæ PSALMUS. Hic dies festos illustriores reddit, ac perfundit gaudio; cum tristitiam alioquin operetur, sed quæ secudum Deum est, a corde lapideo ciet lacrymas. Psalmus opus est angelorum, celestis illius respicitur in communi proposita sancti, spirituale thymama, etc.* Et quæ sequuntur pene omnia ad verbum vertit Augustin. Ambrosius etiam laudes Psalmorum doctissime commemorat in præfatione in Psalmos, a quibus hæc sententias de Psalmis Isidorus accepit. LOUISA.

malna plangunt, atque ex ea parte magis flectuntur ad lacrymas, ex qua psallentis insonuerit dulcedo suavissima.

33. Oratio in præsentī tantum vitæ pro remedio peccatorum effunditur; psalmodum autem decantatio perpetuam Dei laudem demonstrat in gloriam sempiternam, sicut scriptum est: **Beati qui 288 habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te (Psal. LXXXIII, 5).** Cujus operis ministerium quicumque fideliter intentaque mente exsequitur, quodammodo angelis sociatur.

#### CAPUT VIII.

##### De lectione.

1. Orationibus mundamur, lectionibus instruimur; utrumque bonum, si liceat; si non liceat, melius est orare quam legere.

2. Qui vult cum Deo semper esse, frequenter debet orare, frequenter et legere. Nam cum oramus, cum Deo ipsi loquimur; cum vero legimus, Deus nobiscum loquitur.

3. Omnis profectus ex lectione et meditatione procedit. Quæ enim nescimus, lectione discimus; quæ autem didicimus, meditationibus conservamus.

4. Geminum confert donum lectio sanctarum Scripturarum: siye quia intellectum mentis erudit, seu quod a mundi vanitatibus abstractum hominem ad amorem Dei perducit. Excitati enim sæpe illius sermone, subtrahimur a desiderio vitæ mundanæ; atque accensi in amorem sapientiæ, tanto vana spes immortalitatis hujus nobis vilescit, quanto amplius legendo spes æterna claruerit.

5. Geminum est lectionis studium: primum, quo-

CAP. VIII. N. 1. T. motheum Paulus erudit: *Attende lectionem, exhortationem, doctrinam. Lectio enim frequens (inquit Ambrosius, lib. 1 super Beatus vir) nec intermissione aliqua destituta, doctrinæ munus operatur.* Augustinus etiam, serm. 112 de tempore, tom. X, erudite de lectione Scripturarum disserit. LOAISA.

*Ibid.* Melius est. Orationem etiam præponit lectioni Hieronymus, ad Furiam. LOAISA.

*Ibid.* Adhælerus, in admonit. ad No-vindam, cap. 13: *Dicit enim Isidorus quod orationibus mundamur, lectonibus instruimur.* AREV.

2. Ex Augustino, ad verbum, serm. 112 de tempore. Et eodem loco sententia quarta est. LOAISA.

*Ibid.* Ita Gothus Cod. *Nam cum oramus ipsi, cum Deo loquimur.* Sicque Augustinus. LOAISA.

5. Id docet Augustinus, lib. de doctrina christiana IV, cap. 4, officium doctoris divinæ Scripturæ depingens; ubi distinguit inter sapienter dicere, et eloquenter; et tria illa eloquentis munera, docere, delectare, flectere, ad Scripturarum lectionem detorqueat. *Ibid.* in, cap. 12: *Docere, inquit, est necessitatis; delectare, suavitas; flectere, victoria.* Horum trium quod primo loco positum est, hoc est, docendi necessitas, in rebus est constituta, quas dicimus, reliqua duo in modo quo dicimus docendo. Quod hic Isidorus dixit, *qua utilitate et dignitate dicatur, utilitas ad delectationem, dignitas ad victoriam spectat.* LOAISA.

6. *Id.* Augustinus passim docet, præsertim psalm. XI. Et lib. de opere Monachorum, in fine, cap. 17. LOAISA.

*Ibid.* Ad implendum. Hieronymus, comm. in Mich. 1. *Tunc Scripturæ prosunt legenti, si quod legitur cere compleatur.* Idque idem laudat in Marcella vi-

amodo Scripturæ intelligantur; secundam, qua utilitate vel dignitate dicuntur. **289** Erit enim autem quisque promptus ad intelligendum quæ legit, soquenter idoneus ad proferendum quæ didicit.

6. Lector strenuus potius ad implendum quam legiti, quam ad sciendum, erit promptissimus. Minor enim pœna est nescire erit appetas, quam ea quæ noverris non implere. Sicut enim legendo scire concupiscimus, sic sciendo recta quæ didicimus implere debemus.

7. Lex Dei et præmium habet, et pœnam legentibus eam. Præmium his qui eam bene vivendo custodiunt; pœnam vero eis qui eam male vivendo contemnuunt.

8. Omnis qui a præceptis Dei discedit opere, quoties eadem Dei præcepta legere vel audire potuerit, corde suo reprehensus confunditur, quia id quod non agit memoratur, et teste conscientia interior accusatur. Unde et David propheta deprecatur dicens: *Tunc non confundar, dum respicio in omnia mandata tua (Ps. CXVIII, 6).* Graviter namque unusquisque confunditur, quando mandata Dei vel legendo, vel audiendo respicit, quæ vivendo contemnit. Corde enim reprehenditur, dum mandatorum meditatione docetur, quia non implevit opere quod divina didicit jussione.

#### 290 CAPUT IX.

##### De assiduitate legendi.

1. Nemo potest sensum Scripturæ sanctæ cognoscere, nisi legendi familiaritate, sicut est scriptum: **C. Ama illam, et exaltabit te; glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus (Prov. IV, 8).**

dua, in ejus epitaphio ad Principiam. LOAISA.

8. Hieronymus, ad Principiam, in epitaphio Marcellæ viduæ: *Erubescit enim quamvis præclara doctrina, quam non pia reprehendit conscientia.* LOAISA.

*Ibid.* Psalm. CXVIII. *Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis.* Sic habet Editio nostra Latina. Augustinus, in eurratatione conc. 4 in hunc psalm.: *Tunc non confundar, dum insipio in omnia mandata tua.* Pagninus ita: *Tunc non pudore afficiar, cum respexero ad omnia præcepta tua.* Esquie futuri temporis cum perspexero. Id est, cum intelligam et comprehendam cur ita imperaveris. Nam paucis datum est ut omnium Dei præceptorum teneant rationes et causas, eorumque mandata diligenter exsequantur. LOAISA.

**D. Ibid.** *Dum respicio in omnia mandata tua.* Sabatierius, ad Psalm. CXVIII, 6, notat ita id existare in Breviario Romano et Mozarabico. AREV.

CAP. IX. N. 1. Proverb. IV: *Arripe illam, et exaltabit te, glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus.* Prius dixerat, *Dilige eam, et conservabit te.* De assiduitate et perseverantia legendi sacras Scripturas multa traduntur a Patribus, in primis a Cypriano, in fine de Spectaculis, et Augustinus, lib. II de Doctrina Christiana, cap. 5. *Erit divinarum Scripturarum solertissimus indagator.* Quod habetur d. 19. Et in sermone mirabili 38, ad fratres in eremo. De laudibus Scripturæ, et diligenti ipsius lectione Ambrosius, libr. super *Beati immaculati in via assidue legendum esse docet: Beatus, inquit, qui in lege Domini die ac nocte meditatur. Sed qui meditatur in lege, eruditur in lege; et quem lex erudierit, Dominus erudit, qui locutus est legem.* Et epistola 5, ad Sabbatum, de ejus studio. Hieronymus etiam ad Decan-

2. Quanto quisque magis in sacris eloquiis assiduus fuerit, tanto ex eis uberiorem intelligentiam capit; sicut terra, quæ quanto amplius excolitur, tanto uberius fructificat.

3. Quanto amplius ad quamlibet artem homo conscendit, tanto magis ad hominem ars ipsa descendit, sicut in Lege scribitur: *Moses ascendit in montem, et Dominus descendit (Exod. xix).*

4. Verum est de otio spirituali, quod ille tantum secreta divinorum scrutabitur mandatorum, qui ab actione terrenæ curæ avocaverit animum, et sedula familiaritate Scripturis sanctis inhæserit. Nam sicut cæcus et videns potest quidem uterque ambulare, sed non consimili libertate, dum cæcus pergens quo non videt offendat, videns vero offendicula cavet, et quo sit pergendum 291 agnoscat; sic et qui nullo terrenæ curæ fuscatur, si tentet Dei perscrutari mysteria, non valet, quia caligine curarum non videt. Quod ille tantumdem efficere valet, qui sese de exterioribus sæculi curis abstrahit, et totum sese in Scripturarum meditatione desgit.

5. Quidam habent intelligentiæ ingenium, sed negligunt lectionis studium; et quod legendo scire potuerunt, negligendo contempnunt. Quidam vero amorem sciendi habent, sed tarditate sensus præpediuntur: qui tamen assidua lectione sapiunt, quod ingeniosi per desidiam non noverunt.

6. Ingenium tardius etsi non per naturam, per assiduitatem tamen lectionis augmentatur. Nam quamvis sensus hebetudo sit, frequens tamen lectio intelligentiam auget.

7. Sicut qui tardus est ad capiendum, pro intentione tamen boni studii præmium percipit, ita qui præstitum sibi ex Deo ingenium intelligentiæ negligit, condemnationis reus existit, quia donum quod accepit despiciit, et per desidiam delinquit.

triadem in fine: *Ama Scripturas sanctas, et amabit te Sapientia. Dilige eam, et servabit te. Honora illam, et amplexabitur te.* Ex quo loco videtur desumpta esse hæc sententia. LOAISA.

*Ibid. Cum eam, etc.* In multis Codd. mss. deest hoc. LOAISA.

2. August., lib. II de Doctrina Christ., cap. 9, solertius et diligentius in libris sacris præcepta vivendi et regulas credendisse investigandas docet. LOAISA.

3. Exod. xix, et xxxiv. Et videtur desumpta sententia ex Gregor., lib. V Moral., cap. 25 et 26. LOAISA.

4. I Cor. II: *Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus; sed spiritum qui ex Deo est, etc.* Et infra, *Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus, spiritus autem judicat omnia. Nos autem sensum Christi habemus.* August., in enarratione psalm. cxviii, exponens illud: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum.* Gregorius etiam idem optime, et ab eo sententiam deductam existimo, lib. Moral. xxiii, c. 20 et 21. LOAISA.

*Ibid. Sicut cæcus.* Simile exemplum est apud August., serm. 112. LOAISA.

*Ibid. Desgit.* Goth. Cod. addit: *illum plus metuit diabolus, quem assidue legere viderit.* Quam lectionem in nullo alio Ms. invenio ex tredecim antiquissimis, quos ad emendationem hujus operis jussu Philippi II regis catholici et piissimi ex omnibus bibliothecis Hispaniæ nactus sum. LOAISA.

8. Quidam Dei judicio donum scientiæ quod negligunt accipiunt, ut durius de rebus creditis puniantur. Tardiores autem jdeo quod scire cupiunt difficulter inveniunt, ut pro maximo exercitio laboris maximum præmium habeant retributionis.

#### CAPUT X.

##### *De doctrina sine gratia.*

1. Doctrina sine adjuvante gratia, quamvis infundatur auribus, 292 ad cor nunquam descendit; foris quidem perstrepat, sed interiori nil proficit. Tunc autem Dei sermo infusus auribus ad cordis ultima pervenit, quando Dei gratia mentem interiori, ut intelligat, tangit.

2. Sicut enim quosdam flamma charitatis suæ Deus illuminat, ut vitaliter sapiant, ita quosdam frigidos torpentesque deserit, ut sine sensu persistent.

3. Plerique æquino intelligendi vivaces existunt, sed loquendi inopiam angustantur. Quidam vero intrinsece pollent, quia et sciendi copiam, et dicendi efficaciam habent.

#### CAPUT XI.

##### *De superbis lectoribus.*

1. Plerique, scientia accepta Scripturarum, non ad Dei gloriam, sed ad suam laudem utuntur, dum ipsa scientia extolluntur, et ibi peccant, ubi peccata mundare debuerant.

2. Nunquam consequuntur legendo perfectam scientiam arrogantes. Nam quamvis sapientes in superficie videantur, medullitus tamen veritatis arcana non tangunt, quia superbiæ nube præpediuntur. Semper enim superbi legunt, quærunt et nunquam inveniunt.

3. Divinæ legis penetralia humilibus, et bene ad Deum intrantibus patent; pravis autem atque superbis clauduntur. Nam quamvis divina eloquia in

*Ibid. Avocaverit. Al., evocaverit. AREV.*

5. August., lib. de Spiritu et Anima, cap. 14, desinit ingenium esse vim animæ, sive intentionem quæ extendit animam, et exercet ad incognitorum cognitionem. LOAISA.

*Ibid. Sapiunt. Al., capiunt. AREV.*

CAP. X. N. 1. Divus Hilarius, in psalm. cxxv, in principio, docet doctissime non esse sensu nostro Scripturas sanctas accipiendas, ut hæretici faciant, sed ejus dono atque ope intelligendas qui dixit: *Accipite Spiritum sanctum, et aperuit Scripturarum abstrusa et recondita sensa.* Docet idem divus Hieronymus, epistola ad Paulinum, in fine. Unde Cyrilianus, de unitate Ecclesiæ fere in medio eos corruptores Evangelii nominat, dum depingit hæreticorum mores elegantissime; et ut divus Hieronymus de ipso ait ad Paulinum in fine, iustus fontis purissimi, dulcis incedit, et placidus. LOAISA.

*Ibid. Infundatur.* Videtur exponere illud psalm. cxviii, *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.* LOAISA.

*Ibid. Ultima. Al., intima.* Advertit Vezozius Semipelagianum saltem fore qui id negaret. AREV.

CAP. XI. N. 1. Totum hoc caput desumptum est a Gregor., lib. Moral. xx, cap. 11, dum exponit illud Job: *Qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate et miseria.* LOAISA.

2. Semper enim. Sic Gregor., lib. xx Moral., cap. 9: *Quo plus appetunt, plus amittunt.* LOAISA.

lectione arrogantibus sicut aperta, in mysterio tamen A  
clausa sunt atque occulta.

4. Dum sermo Dei fidelibus lux sit, reprobis autem ac superbis 293 quodammodo tenebrescit; et unde illi illuminantur, inde isti excæcantur.

#### CAPUT XII.

*De carnalibus lectoribus et hæreticis.*

1. Nequaquam legem intelligit qui carnaliter verba legis percurrit, sed is qui eam sensu interioris intelligentiæ perspicit. Nam qui litteram legis intendunt, ejus occulta penetrare non possunt.

2. Multi enim non intelligendo spiritualiter Scripturas; nec eas recte sentiendo, in hæresim devoluti sunt, atque in multis erroribus destiterunt.

3. An solis fidelibus religata est lex, testante Domino per Prophetam: *Liga testimonium, signa legem in discipulis meis (Isai. viii, 16)*; ne eam aut Judæus intelligat, aut hæreticus, quia non est Christi discipulus. Unitatem quippe pacis, quam Christus docuit, non sequuntur; de qua 294 idem Dominus dicit:

4. *Luxit, Tolet. Got., pro lux sit. LOAISA.*

*Ibid. Inde, etc. Augustini, sermon. de tempore 30, de Judæis ita ait: Apud Judæos solas divinas litteras remansuras, quibus gentes instruerentur, illi excæcantur. LOAISA.*

*Ibid. Lux sit. Ita edidi, et in nota Loaisæ addidi pro lux sit. Alioquin videri posset dubium an Loaisa voluerit luxit. In textu Grialii est luxit ita unitam. Posset legi lux est, aut luxit, ut postea tenebrescit. AREV.*

CAP. XII. N. 1. Divinæ legis intellectus exterior verborum carnalis a doctoribus dicitur ex eo quod est apud Paulum, ad Coloss. II, de seductoribus scriptum: *Nemo vos seducat volens in humilitate et religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, et non tenens caput.* Inde est apud Augustin. frequens carnaliter intelligere, et terrena carnalique justitia, præsertim in expositione Epist. ad Galatas, c. III, et in expositione psalm. X. *Spiritualiter, inquit, legem intelligentibus sacramentum est libertatis; carnaliter autem sentientibus, si Judæi sunt, jugum est servitutis; si pagani, aut hæretici, velamen est cæcitatibus.* Similiter Hieronymus, ad Algasiam, quæst. 10: *Frustra inflatur Judæus, et tumet sensu carnis suæ, carnaliter cuncta intelligens, et traditionum Judæicarum deliramenta perquirens, non tenens caput. LOAISA.*

*Ibid. Verba legis.* Ut est illud a Cælestino PP. Galliarum sacerdotibus inhibuit, qui amici palliis, et lumbis præcincti, in ecclesia ministrabant, ut illud Domini præceptum. *Sini lumbi vestri præcincti, ad verbum implerent.* Epist. 2 ad episcopos Galliæ. *Qui credunt, inquit, se sanctæ Scripturæ fidem non per spiritum, sed per litteras completuros, etc.* Et hoc non solum de lege divina, sed etiam de civili dictum est. LOAISA.

2. Ut de Hebionitis tradit Augustin., lib. de Hæreticis ad Quodvultdeum. LOAISA.

3. *Liga. In Excusis, signa, male; ita enim Isaias, viii: Liga testimonium, signa legem in discipulis meis.* Hunc locum interpretatur Eusebius Cæsariensis., lib. VII, cap. 3, *Demonstrat. Evang.*, et Cyprrianus, lib. I adversus Judæos, cap. 9, de cessatione legis Mosaicæ, quasi dicat, inquit: *Claude legem Moysi, et aperi legem Christi apostolis et discipulis traditam. LOAISA.*

*Ibid. Joann. XIII, In hoc cognoscet omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem, et ita est in Cod. Seguntino. LOAISA.*

4. Legitimum Scripturæ sensum et verum corrumpere, proprium hæreticorum est, ut divus Petrus de

*In hoc cognoscet omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem inter vos habueritis.*

4. Scripturas hæretici sano sensu non sapiunt, sed eas ad errorem prævæ intelligentiæ ducunt; neque semotiptes earum sensibus subdunt, sed eas perverte ac errorem proprium pertrahunt.

5. Doctores errorum pravis persuasionibus ita per argumenta fraudulentæ illigant auditores, ut eos quasi in labyrinthum implicent, a quo exire vix valeant.

6. Tanta est hæreticorum calliditas, ut falsa veris, malaque bonis permisceant, salutaribusque rebus plerumque erroris sui virus interserant, quo facilius possint pravitatem perversi dogmatis sub specie persuadere veritatis.

7. Plerumque sub nomine catholicorum doctorum hæretici sua dicta conscribunt, ut indubitanter lecta credantur. Nonnunquam etiam 295 blasphemias suas latenti dolo in libris nostrorum inserunt, doctrinamque veram adulterando corrumpunt, scilicet vel

Epistolæ Pauli dicit, Epist. II, cap. III. *In quibus, inquit, sunt difficultas intellectu, quæ indocti et instabiles depravant, sicut et cæteras Scripturas ad suam ipsorum perditionem.* Idque etiam annotavit divus Gregor., lib. Moral. XX, cap. 9. Augustinus item, in psalm. XLVIII, conc. 1: *Omnia, inquit, eloquia sabbria sunt bene intelligentibus, periculosa vero illis qui ea volunt ad sui cordis perversitatem detorque, potius quam suum cor ad eorum rectitudinem corrigere.* Hinc Hieronymus illud: *De sensu est hæresis, non de Scriptura.* Idem Vincentius Lirinensis monachus in auro libello adversus hæreses. Unde de vero sensu Scripturam tradendo ac retinendo multa in constitit, divi Clementis inserta sunt. Concil. etiam Constantinop. VI, cap. 2, idem probatur. Idem in concil. Lateran. I, sub Martino I, adversus Paulum Constant. episc. sic decretum est: *Si quis non confiteatur, secundum sanctos Patres, proprie et vere, et omnia quæ tradita sunt, et prædicata sanctæ et apostolicæ Dei Ecclesiæ ab ipsis sanctis Patribus et probabilibus et universalibus quinque conciliis, usque ad unum apicem, verbo et mente, sit condemnatus.* Et in altero Lateranensi, sub Julio II et Leone X, sess. 10, sub Leone: *Mandamusque omnibus qui prædicandi onus susinunt, quique in futurum susinere, ut evangelicam veritatem et sanctam Scripturam, juxta declarationem et interpretationem doctorum quos Ecclesia Dei vel usus diuturnus approbavit, legendoque hactenus recepit, et in posterum recipiet, prædicent et explanent; nec quidquam eis proprio sensu contrarium vel dissonum adjiciant; sed illis semper insistant quæ ab ipsis sanctæ Scripturæ verbis rite ac sane, et præfatorum interpretationibus intellectis, non discordant.* Quam regulam sancti Patres Spiritu sancto afflati novissimo universali concilio Tridentino rursus ad coercenda petulantia hujus temporis hæreticorum ingenia tradiderunt, sess. 4. August., lib. XII Confess., cap. 25, docet quomodo in sit sensus Scripturæ, qui sit omnis doctorum Ecclesiæ, communisque sententia sit Dei sententia. LOAISA.

7. Familiare est hæreticis pestilens summa virus, non solum nomine et auctoritate doctissimorum tegere, verum etiam venenata vesaniae suæ pocula sub apostolorum titulo insipientibus propinare, quo dæcius faciliusque ab eis hauriantur. Hinc Pauli nomine Thessalonicensibus Epistolæ mittitur, sicut innotuit II Thess.: *Neque per Epistolam, tanquam per nos scribitur.* Hinc etiam pseudepigrapha illa, liber Seth filii Noë, Scriptura Cham, Evangelium Petri, Thomæ, Matthei. Hinc Pauli Raptus, Salomonis incantationes; et hujus generis infinita alia, ut tradit Euseb., lib. III

adjiendo quæ impia sunt, vel auferendo quæ pia A solum thura offerendo dæmonibus immolatur, sed etiam eorum dicta libentius capiendo.

8. Cautè meditanda cautoque sensu probanda sunt quæ leguntur, ut, juxta apostolica monita (*1 Thess. v. 20, 21*), et teneamus quæ recta sunt, et relutemus quæ contraria veritati existunt; sicque in bonis instruamur, ut a malis illasi permaneamus.

## 296 CAPUT XIII.

### *De libris gentilium.*

1. Ideo prohibetur Christianus sfigmenta legere poetarum, quia per oblectamenta inanum fabularum mentem excitant ad incentiva libidinum. Non enim

2. Quidam plus meditari delectantur gentilium dicta propter tumentem, et ornatum sermonem, quam Scripturam sanctam propter eloquium humile. Sed quid prodest in mundanis doctrinis proficere, et inanescere in divinis; caduca sequi sfigmenta, et cælestia 297 fastidire mysteria? C. uendi sunt igitur tales libri, et propter amorem sanctarum Scripturarum vitandi.

3. Gentilium dicta exterius verborum eloquentia nitent, interius vacua virtutis sapientia manent; eloquia autem sacra exterius incompta verbis apparent,

*Ib. d. Paulinus, epist. 7 :*

Negant Camrenis, nec patent Apollini  
Dicta Christo pectora.

Hist. eccles., cap. 19, et concil. Nicæen. II. Priscillianus etiam, et Dictinius hæretici, scripturas sub nomine prophetarum, apostolorum et patriarcharum publicaverunt concil. Brachar. Nicephorus etiam, lib. XVI Hist. eccles., cap. 23, asserit Apollinaris hæretici libellos Athanasio, Gregorio et Julio attributos; sic et Epiphano Cypri episcopo Ibe epistolam falso imposuerunt, ut est in concil. Nicæno II. Et Augustino articuli falso impositi. Prosper object. Vincent., cap. 45. Nostris etiam exulceratissimis temporibus (Ecolampadii volumen adversus sacramentum Eucharistiæ Bertramio presbytero ad Carolum Magnum ascribitur; Carolostadii opus adversus imagines ipsi Carolo Magno; Calvini quidam liber Alcuio Caroli Magni præceptorum, ut docte adnotavit Xystus, in Bibliotheca sua. LOAISA.

*Ibid.* Sic Clementis, Dionysii, Origenis, Athanasii et aliorum nobillium doctorum scripta depravata ab hæreticis fuere, ut Pamphilius martyr, Eusebius Cæsariensis, Didymus, Rufinus, et alii tradunt. Concilia etiam eidem injuriæ fuerunt obnoxia, et in sexto general. concil. Constantin., act. 14, constat. An vero Origenis libri ab hæreticis (ut hoc obiter C notum) corrupti fuerint, longam Pieus Mirandulanus disputationem texit. Contra eos porro qui flagitium hoc admittere non verentur, et falsos pro veris libros obtrudere audent, ita in Const. apost. statuitur: *Si quis falso inscripsit libros, tanquam sacros, in ecclesia ad populi et cleri corruptionem publicaverit, deponatur.* LOAISA.

*Ibid.* In nota Loaisæ erat *Dictinius*, mendose, pro *Dictinius*. De pseudepigraphis libris in hanc rem plura congerit Fabricius, in opere cui titulum fecit: *Codex pseudepigraphus Novi ac Veteris Testamenti*. Videri etiam possunt Acta Academiae Barchinonensis, pag. 268. De veterum Codicum corruptoribus abundè discerni in prolegomenis ad Sedulium, cap. 7, ac nonnulla addidi in Isidorianis, cap. 70, num. 23 et seq., et cap. 108. Quod vero Loaisa cum Xysto Senensii aliisque viris doctis, putabat hæreticos sui temporis Bertramio, qui et Bertramus et Ratramnus dicitur, et Alcuino quædam opera supposuisse, id falsum esse jam diu compertum fuit. Relege Isidorianis, cap. 50, num. 18, et cap. 67, num. 12. Quod cum catholici bonæ fidei jam fateantur, nihil certe erat causæ cur Itigius, in opere de Bibliothecis Patrum, pag. 167, hanc controversiam magno apparatu in catholicorum odium excitaret, qui etiam contra Petrum de Marca scriber invehitur. Cæterum Ratramnum in suis operibus nihil contra catholicam de Eucharistia doctrinam asseruisse contendit Acherius, in præfat. ad I tom. Spicilegii. AREV.

8. Sic habet Apostolus, *1 Thess. v :* *Prophetius nolite spernere; omnia autem probate.* LOAISA.

CAP. XIII. N. 1. Citatur in collectis Gratiani, dist. 37, cap. *Ideo prohibetur*. In tota illa distinct. sæcularium librorum agitur ex decreto concil. Carthag. IV, c. 16, et Hieronym., et Rabano, et Beda, et Clemente. LOAISA.

De lectione episcoporum, et sacerdotum, et quomodo, juxta Apostoli sententiam, attendere debeant lectioni, exhortationi et doctrinæ, est in collectis Gratiani, d. 53, c. *Qui ecclesiasticis disciplinis*; et, si quis vult, ex Sozimo in epist. 1 ad Hesyrium; et Orig., homil. 8 ad caput VIII Levit. Et Gregorius, lib. II Registr., epistola 48, Desiderium episcopum reprehendit, quod grammaticam quibusdam exponeret, quia in uno se ore cum Jovis laudibus Christi laudes non capiunt. Non omnia tamen poetarum sfigmenta pronus Christianis interdiciuntur, sed ea duntaxat quæ libidinis fomenta excitant. Nam, ut Ambros. docet, lib. III de fide S. Trinitatis, in principio tom. II, etiam in divinis Scripturis poetarum inventiuntur colores, et similitudines, et versiculi poetarum divinis libris inserti sunt. Nam et gigantes, et vallem Titanum prophetie sermonis series non refugit, et Isaias sirenas et filias passerum dixit, et Jeremias. Unde August., lib. II de Civit. Dei, cap. 8, improbat quidem studium tragœdiarum, et comœdiarum, et poetiarum fabularum, sed earum duntaxat, quæ verborum obscenitate compositæ sunt, puerisque earum lectionem interdicat. Idque non solum ipse, atque alii sancti Patres, verum etiam gentiles, qui virtutum leges tradunt, inter quos est Plato, lib. de Legibus, et alii. Vide Augustin. ipsum, lib. XIV de Civitat. Dei. LOAISA.

*Ibid.* Sedulius initio Carninis Paschalis, etc.

Quum sua gentiles studeant sfigmenta poetæ,

Vide PP. apostolicos Cotelerii, tom. I, pag. 204. Ante hanc sententiam: *Ideo prohibetur Christianis*; vel, ut alii habent, *Christianis*, nonnulli præmittunt aliam his verbis: *Poetae ideo in libris suis Venerem impudicam, Martemque adulterum deum appellare voluerunt, ut persuaderent mentibus hominum quasi deum imitari malum, ut dum libidinosa persuasione eorum flagitia confidenter committunt, non quasi homines peritos, sed quasi caelestes deos imitari videantur. Ideoque prohibetur*, etc. Ita vetus Editio. Quod autem ait Vezzosius, Loaisam fateri id abesse a veterum Mss., id in Editione Grialii non apparuit. AREV.

2. *Proficere*. Vezzosius edidit *perficere*; sed fatetur melius fortasse esse *proficere*. AREV.

3. *Eloquia autem sacra*. Sic vetus Editio; nec video cur Loaisa, sive Grialius et Vezzosius adoptaverint *eloquentia autem sacra*. Alvarus Cordubensis, in epistola 4 ad Joannem, apud Florezium. Hisp. sacr. tom. XI, pag. 117, ita refert hunc locum: *Audi nunc quid Isidorus sanctissimus dicat : Gentilium dicta, etc., eloquia autem sacra, etc.* Quod autem addit: *Intende quid dicat : Quod eloquentia inculca sit sacra, etc.*, id minime arguit quod in textu Isidori non sit legendum *eloquia*. AREV.



intrinsicus autem mysteriorum sapientia fulgent. A Unde et Apostolus: *Habemus, inquit, thesaurum istum in vas fictilibus (1 Cor. iv, 7).*

4. Sermo quippe Dei occultum habet fulgorem sapientiae et veritatis repositum in verborum vilissimis vasculis.

5. Ideo libri sancti simplici sermone conscripti sunt, ut non in sapientia verbi, sed in ostensione spiritus homines ad fidem perdacerentur (1 Cor. ii, 4). Nam si dialectici acuminis versutia aut rhetoricae artis eloquentia editi essent, nequaquam putaretur fides Christi in Dei virtute, sed in eloquentiae humanae argumentis consistere; nec quemquam crederemus ad fidem divino inspiramine provocari, sed potius verborum calliditate seduci.

6. Omnis saecularis doctrina spumantibus verbis resonans, ac se per eloquentiae tumorem attollens, per doctrinam simplicem et humilem Christianam evacuata est, sicut scriptum est: *Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi (1 Cor. i, 20)?*

7. Fastidiosis atque loquacibus Scripturae sanctae minus propter sermonem simplicem placent. Gentili enim eloquentiae comparata videtur illis indigna. Quod si animo humiliter mysteria ejus intendant, confestim advertunt quam excelsa sunt quae in illis despicunt.

8. In lectione non verba, sed veritas est amanda. Saepe autem reperitur simplicitas veridica, et composita falsitas, quae hominem suis erroribus illicit, et per linguae ornamenta laqueos dulces aspergit.

5. Sic Paulus 1 Cor. ii: *Non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.* LOAISA.

6. *Humilem Chr.* Ita Goth. Salm. et alii Mss. *Humilitatem Christianam, Tolct.* LOAISA.

8. Ambros., epist. 5, ad Sabinum; in princ. LOAISA.  
9. Alludi ad illud Pauli: *Scientia inflat, charitas efficit.* LOAISA.

*Ibid.* Psal. lxx. Ubi Basilus probat Symmachi versionem: *Quoniam adnumerare nequeo, ingredi in potentias Domini, quoniam politus erat illud: Os meum annuntiabit justitiam tuam. Hae autem promissio, quia major est viribus humanis, subicit: Quoniam connumerare nequeo; tales enim Scripturas non est natura mea assecuta. Attamen ingrediar in potentias Domini, ut humanae naturae imbecillitatem possibilem reddam.* Idem Theodoretus. Augustinus, quod alii Codd. habent *negotiationem*, et de litteratura haereticorum, et negotiatione exponit: *Sunt, inquit, qui de omnibus litteris, tam sacris quam profanis interpretentur, ut est illud Isai. xxix: Nescio litteras, quasi dicat, non satis intelligo Scripturas sacras, neque mysteria quae in eorum sensu abdita latent incognita: litteraturam vocat legem Moysis in cortice et littera; cognoscere interpretatur approbare. Quasi dicat: Non approbavi litteram occidentem, intravi in potentias, vivificante spiritu filii Dei, recolendas atque arnumerandas, satis mihi erit meditari et dicere aliis Deum omnia posse; et tota ratio facti mihi erit potentia facientis.* LOAISA.

11. Grammaticos hic vocat Aristarchos illos qui sibi de omni doctrina iudicium vendicabant, censores doctrinae, et styli; quorum et inanem tumorem reprehendit August., lib. de catechizand. Rudibus, cap. 9. *Sedulo monendi sunt scholastici, ut, humilitate*

9. Nil aliud agit amor mundanae scientiae, nisi extollere laudibus hominem. Nam quanto majora fuerint litteraturae studia, tanto animus arrogantiae fastu inflatus majore intumescit jactantia. Unde et bene psalmus ait: *Quia non cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini (Psal. lxx, 15).*

10. Simplicioribus litteris non est praeponendus focus grammaticae artis. Meliores sunt enim communes litterae quia simpliciores et ad solam humilitatem legentium pertinentes, illae vero nequiores, quia ingerunt hominibus perniciosam mentis elationem.

11. Meliores esse grammaticos quam haereticos. Haeretici enim haustum lethiferi succi hominibus persuadendo propinquant, 299 grammaticorum autem doctrina potest etiam proficere ad vitam, dum fuerit in meliores usus assumpta.

#### CAPUT XIV.

##### De collatione.

1. Cum sit utilis ad instruendum lectio, adhibita autem collatione majorem intelligentiam praebet. Melius est enim conferre quam legere.

2. Collatio autem docibilitatem facit. Nam propositis interrogationibus cunctatio rerum excluditur, et saepe objectionibus latens veritas approbatur. Quod enim obscurum aut dubium est, conferendo cito perspicitur.

3. Multum prosunt in collatione figurae. Res enim quae minus per se advertuntur, per comparationem rerum facile capiuntur. Nam saepe sub specie alia spirituales causas Scripturae divinae insinuant; et,

C *induti Christiana, discant non contemnere quos cognoverint morum vitia quam verborum amplius deritare.* Et habetur d. 38. Unde de sensu et intelligentia divinarum litterarum, non de grammatica, certandum docet lib. ii Doctrinae Christi., c. 15. Rursus utile esse grammaticorum tropos praeno cere ad intelligentiam litteralis Scripturae sensus, docet lib. iii, cap. 29. Et d. 57, fuse, sub nomine Hieronymi, in i caput Epist. ad Titum. *Si quis, inquit, artem noscit grammaticam, vel dialecticam, ut recte loquendi rationem habeat, et inter falsa et vera diducit, non improbanus; geometria, et arithmetica, et musica habent in sua scientia veritatem, sed non est scientia illa scientia pietatis. Scientia pietatis est nosse legem; intelligere prophetas, Evangelio credere, apostolos non ignorare; grammaticorum autem doctrina etiam potest proficere ad vitam, dum fuerit in meliores usus assumpta.* Clemens Alexandr., Strom. i, ex sententia Eupolemi, tradit Moysen primum fuisse sapientem, et grammaticam primo tradidisse Judaeis, et Phoenices a Judaeis cepisse. Idem Basilus homilia πρὸς τοὺς νεώτους.

D *Ibid.* Hoc loco Isidorus moderatus, prudensque, ut ait Vezziosus, mollit quodammodo quae ante dixerat, et indicat quo sine libri profani utiliter et sine culpa legi possint. Isidorus ipse mentem suam aperit, in Exodum, cap. 16, n. 2: *In auro, et argento, et veste Aegyptiorum significat sunt quaedam doctrinae quae ex ipsa consuetudine gentium non inutili studio discuntur.* Facile esset hoc argumentum amplificare. AREV.

CAP. XIV. N. 1. Augustin., lib. ii Soliloquiorum, non alia ratione melius veritatem quaerit posse affirmat, quam interrogando et respondendo. Et lib. i Academ. Quaest., disput. 1, cap. 3: *Veritatis solus inquisitio perfectum sapientiae munus est.* LOAISA.

5. August. tradit disputandi normam lib. de Offic.



nisi per aliquam evidentem ostensionem, vix apparent occulta legis mysteria.

4. Sicut instruere solet collatio, ita contentio destruit. Hæc enim, relicto sensu veritatis, lites generat, et pugnando verbis etiam in Deum blasphemat. Inde et hæreses, et schismata, quibus subvertitur fides, veritas corrumpitur, scinditur charitas. (II Tim. II, 23, Tit. III, 9).

5. Contentiosorum studium non pro veritate, sed pro appetitu laudis, certat; tantaque est in his pervertitas, ut veritati cedere nesciant, ipsamque rectam doctrinam evacuare contendant.

300 6. In disputatione fidelium cavenda est propositio artificiosa subtilitas, quæ callidis objectionibus retia tendit; ita enim versutis assertionibus peravorum disputatio innodatur, ut recta esse simulent quæ perversa persuadent.

7. Lectio memoriæ auxilio eget. Quod si fuerit naturaliter tardior, frequenter tamen meditatione acuitur, ac legendi assiduitate colligitur.

8. Sæpe proluxa lectio longitudinis causa memoriæ legentis obtergit. Quod si brevis sit, submotique libro sententia retractetur in animo, tunc sine labore legitur, et ea quæ lecta sunt recolendo a memoria minime excidunt.

9. Acceptabilior est sensibus lectio tacita quam aperta; amplius enim intellectus instruitur, quando vox legentis quiescit, et sub silentio lingua movetur. Nam clare legendo et corpus lassatur, et vocis acumen obtunditur.

#### CAPUT XV.

##### De contemplatione et actione.

1. Activa vita innocentia est operum bonorum, tate credendi ad Honoratum. *Separatis, inquit, nugis locorum communium, rescunt re, causa cum causa, ratio cum ratione configit.* LOAISA.

2. Sic Paulus, II Tim. II : *Stultas autem et sine disciplina questionēs devita, sciens quia generant lites.* Et ad Titum fere idem, cap. III : *Stultas autem questionēs, et genealogias, et contentiones et pugnas ligis devita; sunt enim inutiles, et vanæ;* ubi questionēs multas ineruditas appellat, Ambrosio auctore, quæ ex contentione sunt, et sine ullo fructu disciplinæ Christianæ. LOAISA.

3. *Fidelium. Al., infidelium;* hoc est, contra infidelēs. AREV.

4. *Obtergit.* Ita est in Goth. Tolet.; nam a Salmant. abest tota sententia, in reliquis omnibus, obliterat. LOAISA.

CAP. XV. N. 1. De vita activa et contemplativa passim Gregorius agit, sed præsertim lib. II super Ezech., homil. 14, et lib. V Exposit. in I Regum, cap. XV; illud : *Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo servimus,* ad Philipp. III. Vita activa et contemplativa mirifice depingitur ab Augustino, præsertim super Joan., tract. ult. *Duas itaque vitas sibi divinitus prædicatas et commendatas novit Ecclesia; quarum una est in fide, altera est in specie; una in tempore peregrinationis, altera in æternitate mansionis; una in labore, altera in requie; una in via, altera in patria; una in opere actionis, altera in mercede contemplationis; una declinat a malo, et facit bonum, altera nullum habet a quo declinet malum, magnum habet quo persuatur bonum.* Et lib. II de verbis Domini, serm. 26 et 27. Item fere Basilius in regularum monasticarum proœmio, ubi fuse hanc materiam tractat. Clemens etiam Alexandrinus, lib. Strom. VI, veritatem in cognitio-

A contemplativa speculatio supernorum; illa communis multorum est, ista vero paucorum.

2. Activa vita mundanis rebus bene utitur, contemplativa vero mundo renuntians, soli Deo vivere delectatur.

301 3. Qui prius in activa vita proficit, ad contemplationem bene conscendit. Merito enim in ista sustollitur, qui in illa utilis invenitur. Quicumque adhuc temporalem gloriam, aut carnalem affectat concupiscentiam, a contemplatione prohibebitur, ut positus in actualis vitæ operatione purgetur. In ista enim prius per exercitium boni operis cuncta exhaurienda sunt vitia, ut in illa jam pura mentis acie ad contemplandum Deum quisque pertranseat. Et licet conversus statim ad contemplationem conscendere cupiat, tamen ratione cogitur, ut prius in activæ vitæ operatione versetur.

4. Exemplum enim activæ et contemplativæ vitæ de Jacob sume, qui dum ad Rachel, hoc est, ad vitam principium, destinaret, quæ contemplationem significat, Lia illi, hoc est, laboriosa vita supponitur, quæ activam demonstrat (Gen. XXIX).

5. Sicut sepultos ab omni negotio terreno privatur, ita et contemplationi vacans ab omni occupatione actuali avertitur. Et sicut ab actuali vita conscendentes in contemplationis quiete sepeliuntur, ita ab actione sæculi recedentes eos vita activa in se quasi sepeliendos suscipit; ac per hoc vitæ mundanæ activa vita, et vitæ activæ contemplativa sepulcrum est.

C 6. Viri sancti, sicut a secreto contemplationis egrediuntur ad publicum actionis, ita rursus ab actionis manifesto ad secretum 302 contemplationis

nem et actionem partitur. Et de excellentia vitæ contemplativæ lib. VII. Prosper etiam tres libros de Vita contemplativa composuit, et discrimen utriusque vitæ statuit, potissimum lib. I, cap. 12. LOAISA.

3. Greg., lib. VI Moral., c. 17. LOAISA.

*Ibid. Et licet conversus.* Conversus is dicitur, qui sæculo renuntians sequitur in vitam perfectam Christum. Unde laici, qui sæculo renuntiarunt, in religione conversi appellantur. Est enim in illis conversio quedam cordis versio. Impositum illis nomen videtur ab illo Ezech. XXXIII, quod Augustinus, lib. de vera et falsa Pœnitentia ita citat : *Quacunquē horum peccator ingemuerit, et conversus fuerit, vita vivet.* Ad idque Augustin. : *Dixit, conversum, non tantum rersum, vita vivere. Versum quidem puto, qui dolet de crimine; conversum, qui dolet de animi ejus quam exposuimus varietate. Vertitur a peccato, qui jam vult dimittere peccatum. Convertitur, qui jam totus et omnino vertitur, qui jam non tantum pœnas non timet, sed ad bonum Domini contendere festinat. Quæ conversio si contigerit alicui, etiam in fine, desperandum non est de ejus remissione. Sed quoniam vix vel raro est tanta conversio, timendum est de pœnitente sero.* LOAISA.

4. Gregor., lib. II super Ezech., homil. 14. LOAISA.

*Ibid.* Ille et similia repetita sunt in commentar. in Genes., in opusculo de Vita activa et contemplativa, inter appendices referendo, et in Differentiis rerum. AREV.

5. Ex Greg., lib. VI Moral., cap. 17. LOAISA.

6. Ex Gregor., lib. VI Moral., cap. 17. Est etiam lib. VI, epi-st. 109, ad Cyriacum episcopum. Et habetur 8, q. 1, cap. In Scripturis. LOAISA.

intimæ revertuntur, ut intus Deum laudent, ubi acceperunt unde et foris ad ejus gloriam operantur.

7. Sicut aquilæ moris est semper oculum in radium solis infigere, nec deflectere, nisi escæ solius obtentu, ita et sancti a contemplatione ad actualem vitam interdum reflectuntur, considerantes illa summa sic esse utilia, ut tamen ista humilia sint paululum nostræ indigentiam necessaria.

8. In activæ vitæ genere humana intentio perseveranter incedit; in contemplatione autem sese per intervalla resumit, quia diurnitate contemplandi lassatur.

9. Visio animalium in Ezechiele, quæ ibant, et non revertebantur (*Ezech.* 1), pertinent ad vitæ activæ perseverantiam; et iterum ea animalia, quæ ibant et revertebantur, pertinent ad contemplativæ vitæ mensuram, in qua dum quisque intenderit, sua reverberatus infirmitate reflectitur; atque, iterum renovata intentione, ad ea unde descenderat rursus erigitur. Quod fieri inactiva vita non potest, de qua si quisque reflectat vel ad modicum, statim vitiorum excipitur luxu.

10. Oculis dexter scandalizans, quem evelli Dominus præcepit (*Math.* v, 29), vita contemplativa est. Duo oculi in facie, activa vita et contemplativa in homine. Qui igitur per contemplationem docebit errorem, melius est si evellat contemplationis oculum, servans sibi unum vitæ activæ obtutum, ut sit utilius illi per simplicem actionem ire ad vitam, quam per contemplationis errorem mitti in gehennam.

11. Sæpe mens ad summa ab imis erigitur, et sæpe a summis ad infima pondere carnis reclinata reflectitur.

12. Multos Deus ex carnalibus sua gratia visitat, et ad contemplationis fastigium elevat. Multosque a contemplatione justo judicio deserit, et lapsos in terrenis operibus derelinquit.

### 303 CAPUT XVI.

#### *De contemptoribus mundi.*

1. Ea quæ sæculi amatoribus chara sunt, sancti velut adversa refugiunt; plusque adversitatibus mundi gaudent, quam prosperitatibus delectantur.

2. Alienos esse a Deo quibus hoc sæculum ad omne commodum prosperatur. Servis autem Dei enuncta hujus mundi contraria sunt; ut dum ista

7. Greg., lib. ix Moral., c. 16. LOAISA.

8 Greg., lib. Moral. X, c. 10. LOAISA.

9. Gregor., ibid. LOAISA.

*Ibid.* Luxu. Ita Goth. Salm., et alii mss. Fluxu, Tolet. et Edit. vet. LOAISA.

*Ibid.* Pertinet ad, etc. Ita Vezzosi et alii. In vet. Editione est *pertinet*, ut ad visionem referatur. AREV.

10. In Editione Grialii indicabatur nota Loaisæ, quæ prætermittitur. In prologo operis Juliani Pomerii, de *Vita activa et contemplativa*, quod etiam sancto Prospero tribuitur, exstat hæc paritas oculi dextri scandalizantis. AREV.

CAP. XVI. N. 1. De tribus vocationum generibus ab homine, a Deo, et ex necessitate, disserit Pha-

A adversa sentiunt, ad cœlestes desideria ardentem excitentur.

3. Magna apud Deum refulget gratia, qui huic mundo contemptibilis fuerit. Nam revera necesse est ut quem mundus odit diligatur a Deo.

4. Sanctos viros in hoc sæculo legimus peregrinos esse, et hospites (*Hebr.* xi, 13); unde et reprehendit Petrus quod tabernaculum in monte agere cogitavit (*Math.* xvii, 4), quia sanctis in hoc mundo tabernaculum non est, quibus patria et domus in cœlo est.

5. Sancti viri ideo continere capiunt mundum, et motum mentis ad superna revocare, ut ibi se recolligant, unde defluerint, et inde se subtrahant, ubi dispersi sunt.

B 6. Justi, qui rebus honoribusque, ac vitæ blandimentis renuntiant, proinde se ab omni terrena possessione mortificant, ut Deo vivant; ideoque sæculi hujus blanditias calcant, ut validiores ad vitam illam de hujus vitæ mortificatione consorgant. Concta quippe temporalia, quasi herbæ virentes, arescant et transeunt; ideoque pro æternis rebus, quæ nunquam arescunt, recte ista Dei servus contemnit, quia in eis stabilitatem non aspicit.

304 7. Qui post renuntiationem mundi ad supernam patriam sanctis desideriis inhiat, ab hac terrena intentione, quasi quibusdam pinnis, sublevatus erigitur, et in quo lapsus erat, per gemitum conspicit, et ubi pervenerit, cum gaudio magno intendit. Qui vero, a contemplationis requie reflexus,

C in curas hujus sæculi incidit, si ad memoriam sui revertatur, protinus iugemiscit; quantumque fuerit tranquilla quæ perdidit, et quam confusa sint in quibus cecidit, ex ipsa laboris sui difficultate cognoscit. Quid enim in hac vita laboriosius quam terrenis desideriis æstare? Aut quid hic securius quam hujus sæculi nihil appetere? Qui enim hunc mundum diligunt, turbulentis ejus curis et sollicitudinibus conturbantur. Qui autem eum odiant, nec sequuntur, internæ quietis tranquillitate fruentes, futuræ pacis requiem, quam illi expectant, hic quodammodo habere jam inchoant.

### CAPUT XVII.

#### *De sanctis qui se a consortio sæculi separant.*

D 1. Sancti viri funditus sæculo renuntiantes, ita huic mundo moriuntur, ut soli Deo vivere delecta-

nutius. Antonii discipulus, apud Cassian., c. 1. 3, cap. 3; et similiter de tribus abrenuntiationum modis, eadem collat., cap. 6, ac toto peno libro. Ambrosius, de Fuga sæculi, pie omnes ad mundi contemptum adhortatur. LOAISA.

4. Paulus, xi ad Hebræos: *Quis peregrini et hospites sunt super terram.* Et I Petri: *Obsecro vos inquam advenas et peregrinos.* LOAISA.

6. In hac sententia triplicem abrenuntiationem complectitur Isidorus, de qua Cassianus, collat. 3, cap. 6, ut supra retuli. LOAISA.

*Ibid.* Quasi herbæ. Allusum ad illud Isaiæ: *Omnia caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos agri.* LOAISA.

aur; quantoque ab hujus sæculi conversatione se subtrahunt, tanto internæ mentis acie præsentiam Dei, et angelicæ societatis frequentiam contemplantur.

2. Malorum tam prava sunt opera manifesta, ut hi qui supernam patriam desiderant, non solum mores eorum, sed et consortia fugiant. Quidam etiam corporaliter separari desiderant ab iniquis, ut eorum non involvantur delictis. Nonnulli, etsi non corporali discessu, spirituali tamen ab eorum intentione recedunt; qui etsi communes sunt conversatione, discreti tamen sunt corde vel opere. Et licet sæpe in medio carnalium vitam Deus protegat electorum, tamen satis rærum est ut quis inter sæculi voluptates positus a vitiis maneat illibatus, in quibus etsi non cito implicetur, aliquando tamen attrahitur. Neque enim diuturnus esse poterit, qui periculo proximus fuerit.

3. Via sine offendiculo, vita monachi sine cupiditatis et timoris impedimento. Dum enim quisque a consortio mundi abstrahitur, nec cupiditas eum obligat consentientem, nec cruciat sentientem.

**305** 4. Bonum est corporaliter remotum esse a mundo, sed multo est melius voluntate; utrumque vero perfectum; ille ergo perfectus est, qui huic sæculo et corpore et corde discretus est.

5. Onager, ut ait Job, contemnit civitatem, et monachi communem sæcularium civium conversationem. Hi adversa vitæ nostræ appetunt, prospera contemnunt, ut, dum ab eis hæc vita despicitur, futura inventiatur.

#### CAPUT XVIII.

##### *De præceptis altioribus monachorum.*

1. Alia sunt præcepta quæ dantur fidelibus communem vitam in sæculo agentibus atque alia sæculo huic renuntiantibus. Illis enim dicitur ut sua omnia bene gerant, istis ut sua omnia bene derelinquant. Illi præceptis generalibus astringuntur, isti præcepta generalia perfectius vivendo transcendunt.

2. Ad perfectum non sufficit, nisi ut, abnegatis omnibus suis, etiam seipsum quisque abneget; sed quid est seipsum abnegare, nisi voluptatibus propria renuntiare? Ut qui superbus erat sit humilis; qui iracundus esse studeat mansuetus. Nam si ita quisque renuntiet quæ possidet omnibus, et suis non renuntiet moribus, non est Christi discipulus. Qui enim renuntiat rebus suis, sua abnegat; qui vero renuntiat moribus pravis, semetipsum scilicet abnegat.

CAP. XVII. N. 4. Alii, qui a sæculo et corpore et corde disjunctus est. Quod commodius videtur. AREV.

5. Est apud Job, xxxix: *Contemnit, inquit, multitudinem civitatis, et clamorem exactoris non audit; quem locum eodem quo Isidorus modo Gregor. interpretatur, lib. xix Moral., cap. 12, et Casa., coll. 17, cap. 6. LOAISA.*

CAP. XVIII. N. 2. Gregor., homil. 32 in evang. LOAISA.

*Ibid.* Alii, propriis voluntatibus renuntiare. AREV.

CAP. XIX. N. 4. Vulgata Editio, Jerem. XLVIII:

Unde et Dominus: *Qui vult, inquit, post me venire, abneget semetipsum (Matth. xvi, 24).*

#### **306** CAPUT XIX.

##### *De humilitate monachi, vel opere.*

1. Summa virtus monachi humilitas, summum vitium ejus superbia est. Tunc autem se quisque monachum judicet, quando se minimum existimaverit, etiam cum majora virtutum opera gesserit.

2. Qui mundum deserunt, et tamen virtutes præceptorum sine cordis humilitate sequuntur, isti quasi de excelso gravius corruunt, quia deterius per virtutum elationem dejiciuntur, quam per vitia prolapsi potuerunt.

3. Omnis Dei servus de suis meritis non debet attolli, dum posse videat ex inferioribus sibi prælatiores alios fieri. Noverit autem omnis sanctus se alterius non præponere sanctitati. Semper Dei servi conscientia humilis esse debet et tristis, scilicet, ut per humilitatem non superbiat, ut per utilem mœrorem cor ad lasciviam non dissolvat.

4. Dei servus dum honum aliquod opus agit, utrum ei ad boni remunerationem pertineant quæ facit, incertus est, ne forte discussione cœlestis Judicis reus pensetur, et in his quæ Dei sunt negligenter aut superbe aliquid operasse inventiatur. Ideoque pro hoc ipso tristis mœrensque efficiatur, atque indesinenter turbatur, reminiscens procul dubio scriptum esse: *Maledictus qui facit opus Dei negligenter (Jerem. XLVIII, 10).* Nam veraciter condemnatur, si per torporem ea quæ bona sunt agimus.

5. Dei servum sine intermissione legere, orare et operari oportet, ne forte mentem otio deditam spiritus fornicationis subripiat. Cedit enim labori voluptas, animam autem vacantem cito præoccupat. Contuere Salomonem per otium multis fornicationibus involutum, et per fornicationis vitium usque in idololatriam lapsum.

#### **307** CAPUT XX.

##### *De tepore monachorum.*

1. Qui non rigida intentione monachi professionem sectantur, quanto superni amoris propositum dissolute appetunt, tanto proclivius ad mundi amorem denuo reducuntur. Nam professio non perfecta præsentis vitæ repetit desideria; in quibus etsi nondum se monachus alliget opere, jam tamen alligat cogitationis amore. Longe quippe a Deo est animus, cui hæc adhuc vita dulcis est. Iste enim quid de supernis appetat, quid de infimis fugiat, nescit. Nam sicut

*Maledictus homo qui facit opus Dei fraudulenter.* Quomodo etiam legit Cassian., coll. 21, de remissione quinquagesimæ, cap. 22. LOAISA.

*Ibid.* Operasse. Ita exemplaria, pro operatus esse. AREV.

5. Augustin., ad frat. in eremo serm. 17, tom. X. LOAISA.

Cap. ix. N. 1. In Vulgata Editio. est: *Qui addit scientiam, addit et laborem.* Alii tamen legunt *dolorem*, ut hic nosler Isidorus, rectius. Ita enim Græce est: *καὶ ὁ προστιθεὶς γνῶσιν, προσθήσει ἄλγος.* LOAISA.

scriptum est: *Qui apponit scientiam, apponit et dolorem.* (Eccle. 1, 18).

2. Quantum enim quisque potuerit superna scire, cœne appetat, tanto de infimâ acrius quibus inhaeret dolere debet. Propter hoc enim et Jacobus apostolus dicit: *Miseri estote, lugete, et plorate, risus vester in luctum convertatur, et gaudium in mœrorem* (Jac. iv, 9). Hinc etiam Dominus: *Beati, inquit, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* (Matth. v, 5). Et rursus: *Vae vobis qui ridetis, quoniam flebitis* (Luc. vi, 25).

3. Qui ad hoc conversionem sanctitatis præterdit, ut aliis quandoque præesse desideret, iste non discipulus Christi, sed pravitatis sectator existit, quia non pro Deo, sed pro sæculi honore portare studet crucis Christi laborem.

#### CAPUT XXI.

*De monachis qui curis sæculi occupantur.*

1. Hi qui pro Dei timore sæculo renuntiant, et tamen curis rerum familiarium implicantur, quanto se rerum studiis occupant, tanto a charitate divina seipso separant. Qui simul et terrenis **308** parere curis et divinis exerceri student, utrumque complecti simul non valent. Nam duas curas pariter hæsse pectori humano non posse; et duobus servientem dominis, utrique placere difficile est.

2. Nisi prius a secretioribus cordis expellatur importuna sæcularium multitudo curarum, anima, quæ intrinsicus jacet, nequaquam resurget. Nam dum se per innumeras sæculi cogitationes spargit, ad considerationem sui se nullatenus colligit.

3. Arguitur eorum tepor qui, Deo vacare volentes, et mundo renuntiant, et curas proprias aspernantur; sed dum propinquorum utilitates procurant, a Dei amore se separant.

4. Vir spiritualis ita prodesse debet suæ propinquitati, ut dum illis gratiam carnis præstare studet, ipse a spirituali proposito nequaquam declinet. Multi enim monachorum amore parentum non solum terrenis curis, sed etiam forensibus jurgiis involvuntur, et pro suorum temporali salute animas suas perdunt.

5. Interdum ordinata discretio est, dum negatur proximo quod præstatur extraneo, ut noveris, non prohiberi pietatis officium, sed negari carnalitatis affectum. Proximis enim carnaliter præstatur, quod extraneis pie impenditur.

6. Sicut nostra nobis non odienda est anima, sed ejus carnales affectus odio debemus habere, ita nec parentes odio a nobis habendi sunt, sed eorum impedimenta, quæ nos ab itinere recto præpediunt,

2. In duobus Cod. Seguntino et Toletano est: *Hinc etiam Dominus dixit ad eos qui pro hoc sæculo convertuntur ut honorem sacerdotalem adipiscantur: Vae vobis qui ridetis, quoniam flebitis.* LOAISA.

CAP. XXI. N. 4. Alii, *utrisque placere.* AREV.

4. Greg., lib. Moral. vii, c. 17. LOAISA.

7. *Ibid.* Fortasse gratia carnis; nam præstare simpliciter pro prodesse solet adhiberi. AREV.

5. Alii, *parenti, pro proximo, et parentibus, pro proximo, neque inepte, nam parens pro proximo, consanguineo, affini, et, ut Hispani dicunt, parente, et Itali parente, sumi solet a scriptoribus Isidoro æqua-*

A dum tamen Dominus ita præcipiat nobis parentes odire, sicut et animas nostras.

7. Figuram sanctorum virorum renuntiantium sæculo vacas designasse Allophylorum, arcam Dei gestantes. Nam sicut illæ pignerum affectibus a recto itinere minime digressæ sunt, ita et vir mundo renuntians, parentelæ obtentu non debet a bono præpediri proposito.

#### 309 CAPUT XXII.

*De his qui a Deo mundi amore præpediuntur.*

1. Multi cupiant convolare ad gratiam Dei, sed timent carere oblectamentis mundi. Provocat quidem eos amor Christi, sed revocat cupiditas sæculi. Qui proinde obliviscuntur voti, quia capiuntur illecebris vanitatis.

B 2. Quæcumque mens procellis mundi hujus involveris, lignum conscende crucis, ut a mari, id est, tempestate hujus sæculi libereris. Nam nullus te a lacu mortis humanæ salvabit, nisi Christus eruerit.

3. Qui sæculo renuntiare disposuit, transgressionis reatu astringitur, si votum mutaverit. Atrociter enim in discussione divini iudicii arguendi sunt, qui, quod professione sponderant, implere opere contempserunt.

4. Mirabiliter comparatur similitudo a voluptatibus mundi conanti redire ad Deum, retinentibus eum cupiditatibus sæculi, ei qui dormitans exurgere conatur, et sopore somni deprimitur. Ille enim ad bonum novit redire, et voluptatum facibus non simitur. Iste melius eligit vigilare, sed soporis torpore C tenetur.

5. A bono in deterius lapsos supra carbones frigidus fieri nigriores, quia per torporem mentis ab igne charitatis Dei extincti sunt, et, per mundi appetitum a luce supernæ illuminationis privati, nigredine peccatorum fuscantur.

6. Quidam intentionem bonæ operationis metu extinguunt inopiæ, nec permittuntur infirma mente desiderata perficere; et cum indigere in mundo metuunt, a gloria superna semetipsos abscondunt.

7. Multis consiliorum argumentis insidiatur eis diabolus in acquirendo plurima qui paucis et modicis voverant esse contenti. Opponit igitur in eorum mentes futuram egestatem filiorum, **310** persuadet habere plura, unde sibi egenisque sufficiat, quatenus his blandimentis intentionem bonæ devotionis subvertat, atque in terrenis lucris deceptam mentem reducat.

8. Multis argumentis insidiatur diabolus eis qui libus et superioribus. AREV.

7. Greg., lib. vii Moral., c. 17. LOAISA.

CAP. XXII. N. 1. Vetus Editio, *timent carere oblectamenta.* AREV.

2. Alii, *procellis vanitatum mundi, et mox, salvabit, nisi cruce Christi eleveris.* AREV.

4. Tota hæc sententia antea depravatissima Mss. ope nostraque diligentia est restituta. LOAISA.

6. *Abscondunt.* Ita Salm. Goth. *Excedunt, Tolet.* LOAISA.

8. Græcorum cenodoxia Latinis est vana gloria. Cassianus voce ea frequenter utitur. Et lib. xi de

renuntiant sæculo, ut ejus se iterum amori subster-  
nant. Gravius autem illos in concupiscentiis sæcū-  
ferit, quos post renuntiationem ad mundi amorem  
reducerit. Et maxime per cenodoxiam subjicit sibi  
diabolus monachum, ut quem per sæculi amorem  
retinere non potuit, ab humilitatis culmine subtra-  
hat, et per superbiam tumorem sibi subditum faciat.

9. Dei servus semper fallentis diaboli prævidere  
debet insidias, et magis in bonis operibus cordis  
debet adhibere cautelam, ne per vanam gloriam  
perdat semetipsum, ac pereat, cunctaque bona amit-  
tat quæ recte agendo obtinuerat.

#### CAPUT XXIII.

##### *De jactantia.*

1. Tam in factis quam in dictis cavendam esse  
jactantiam; fendam tamen ruinam, quæ sibi quem-  
quam magis quam Deo placere, et laudem ab homi-  
nibus comparare.

2. Vanus, et erroris est animus plenus, famam  
appetere et ad capiendam terrenam laudem studium  
dare. Circumspice temetipsum, homo, nihilque tibi  
arrogas, quæ in te sunt præter peccatum. Non decli-  
nat ad dexteram, qui non sibi, sed Deo tribuit bona  
quæ agit; neque ad sinistram se vertit, qui de di-  
vina indulgentia peccandi licentiam non præsumit.  
Hæc est, quod Propheta ait: *Hæc via, ambulate in  
ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram declinantes*  
(Dent. xvii, 11).

3. Verum est quod natura expetit delectari in lau-  
dibus; sed **311** tunc recte, si in Deo, non in se  
quisque laudetur, sicut scriptum est: *In Domino lau-  
dabitur anima mea* (Psal. xxxiii, 3).

4. Sæpe vanam gloriam contemnendo, in aliud  
genus elationis inciditur, dum in se quis gloriatur,  
pro eo quod contemnat ab hominibus laudem.

5. Quibusdam concessum est tantumdem bene  
agere, et fructum boni operis non habere, quod ipsi  
sibi auferunt per studium humanæ jactantiæ.

6. Semper suam aspiciant fœditatem, qui vanæ  
gloriæ favores diligunt, et perdidisse bonum opus  
doleant, quod pro humana ostentatione fecerunt.

7. Amator vanæ gloriæ, unde possit semper lau-  
dari, agere non quiescit, et subinde illi vires vanita-  
tis pravus appetitus auget.

8. Boni operis inchoatio non debet citius palam  
ad hominum cognitionem venire, ne dum boni in-  
choatio humanis oculis reseratur, a virtute perfe-

ctionis inanescat cœptio sanctitatis. Ante maturita-  
tis enim tempus messes florentes cito pereunt, ger-  
minaque eorum inutilia sunt.

9. Virtutes sanctorum per ostentationis appeti-  
tum dominio dæmonum immundorum subjiciuntur,  
sicut Ezechias rex, qui divitias suas Chaldæis per  
jactantiam prodidit, et propterea perituras per pro-  
phetam audivit, ut significaret Dei servum virtutes  
suas, dum vanæ gloriæ studio prodiderit, perdere,  
et statim dæmones suorum operum dominos facere,  
sicut ille per ostentationem Chaldæos rerum sua-  
rum dominos fecit.

10. Optima est illa discretio, ut et nota sint opera  
nostra ad Dei augendam gloriam, et occulta pro  
elatione vitanda humana. Ille autem debet publi-  
care bonum, quod agit, qui, perfecta humilitate  
fundatus, nulla jam elatione contingitur. Nam qui se  
intelligit adhuc amore laudis pulsari, facta bona in  
occulto agat, ne forte quod egerit perdat.

11. Interdum viri sancti, dum cupiunt funditus  
suam mutabilitatem corrigere, aliquando timore  
tanguntur elationis suæ conscii **312** actionis justit-  
iæ, sed ab hujus subreptionis malo humilitatis  
compunctione purgantur.

12. Viri sancti nonnunquam quosdam de se au-  
dientes instruunt, et tamen in his alta se considera-  
tione custodiunt, ne dum alios a terrena intentione  
erigunt, ipsi in terrenæ laudis appetitu demer-  
gantur.

13. Quidam per incautam virtutum jactantiam re-  
labuntur ad vitia; et quidam, dum vitiorum impul-  
sum frequenter plangunt, de ipsa infirmitate per hu-  
militatem validius convalescunt.

14. Plerumque utile est arrogantibus deseri a  
Deo, quatenus suæ infirmitatis conscii ad humilita-  
tem redeant, et humiles post casum existant.

15. Nonnulli falsa opinione arrogantiae se esse  
perfectos existimant, dum non sint qui obortis ten-  
tationibus innotescunt.

16. Tanto quisque sit veritati vicinior, quanto se  
esse longius ab ea fuerit arbitratus. Hoc enim humi-  
litas est, quæ Deo hominem jungit. Cæterum ja-  
ctantia oculos, quibus Deus videri poterat, claudit.

17. Sicut solis radius dum conspicitur, acies ocu-  
lorum hebetatur sic et qui immoderate altiora  
scrutatur, ab intentione veri obtunditur.

18. Sicut aquila ex alto ad escas collabatur, sic

sparito cenodoxiæ vanam, sive inanem gloriam vocat.  
Est apud Paulum etiam hujus vocis usus ad Philipp.  
ii. *Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam.*  
Nam Græce ita legitur: *μηδὲ χάρις ἰπθῆται, ἢ ἐκνωδο-  
ξίας.* LOAISA.

CAP. XXIII. N. 1. Goth. Cod. Toletan. *Cavendam  
e se jactantiam, fenda est tamen ruina, sibi quemquam  
magis quam Domino placere, et laudem ab hominibus  
comparare.* LOAISA.

*Ibid.* Alii, *comparare studeat* AREV.

3. Greg., lib. xvi Moral., c. 15. LOAISA.

4. Augustin., lib. Confess. ix, cap. 38. LOAISA.

5. *Tantumdem.* Al., *tantum.* AREV.

7. Greg., lib. viii Moral., c. 3. LOAISA.

8. Sic. Goth. lib., et apud Greg., lib. Moral.  
viii, cap. 35: *Idcirco innotescere citius non debet in  
alio.* LOAISA.

*Ibid.* *Cæptio.* Al., *intentio.* AREV.

9. Gregor., *ibid.* LOAISA.

10. Gregor., *ibid.*, cap. 30. LOAISA.

18. Ex Gothicis duobus et aliis quibusdam Cod.  
hæc verba adduntur: *Jactantia oculos, quibus Deus  
videri poterat, claudit.* In nullo tamen Excuso sunt,  
neque in aliquot Mss. Verumtamen a Gregorio esse  
videntur lib. xxiv Moral., c. 28. *Sic quippe in mente,  
inquit, superbia, sicut in oculis caligo generatur.*  
LOAISA.

homo de alto bonæ conversationis per carnalem appetitum ad inferiora demergitur.

## CAPUT XXIV.

*De hypocritis.*

1. Hypocrita verba sanctorum habet, vitam non habet : et quos per sermonem doctrinæ genuerit, non fovet exemplis, sed deserit, quia quos verbo ædificat, vita et moribus destruit.

2. Hypocritæ simulatores dicuntur, qui justī non esse quærent, **313** sed tantum videri cupiunt. Hi mala agunt, et bona profitentur. Per ostentationem quippe boni apparent, per actionem vero mali existunt.

3. Omnia possunt a simplicibus vitia perpetrari, simulatio vero et hypocrisis non committitur nisi a male astutis per calliditatem, valentibus vitia sub specie virtutum celare, et non veram sanctitatem obficere.

4. Sancti non solum gloriam supra modum suum omnino non appetunt, sed etiam hoc ipsum videri refugiunt quod esse meruerunt. Hypocritæ autem, malitiæ suæ occulta tegentes ante oculos hominum, quadam innocentiae sanctitate se vestiunt, ut veneantur. Quibus divina voce dicitur : *Vae vobis, hypocritæ, quia similes facti estis sepulcris dealbatis, quæ foris quidem apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum. Ita et vos foris quidem apparetis hominibus justī, intus vero pleni estis avaritia et iniquitate* (Matth. xxiii, 27; Luc. xi, 44).

5. Dupliciter damnantur hypocritæ, sive pro occulta iniquitate, **314** sive pro aperta simulatione. Ex illo enim condemnantur, quia iniqui sunt; ex isto, quia ostendunt quod non sunt.

6. Non semper latent hypocritæ; nam etsi in principio sui quidam non pateant, prius tamen quam vita eorum finiatur quam simulate vixerint deteguntur. Omne enim sincerum permanet : nam quæ simulata sunt diuturna esse non possunt.

CAP. XXIV. N. 1. Totum hoc caput legitur ad verbum in libro de Conflictu vitiorum et virtutum. LOAISA.

2. Hypocrita hoc sonat Latinis, quod simulator, Gregor., lib. xviii, cap. 7, in illud Job xxvii : *Quæ enim est spes hypocritæ? Hypocrita (inquit) Latina lingua dicitur simulator; justus esse non appetit, sed videri. August., lib. 1 de serm. Domini in monte, cap. 3, eleganter, ut omnia : Sunt enim hypocritæ simulatores, tanquam pronuntiatores personarum alienarum, sicut in theatricis fabulis. Vocatur ab eodem fictus. LOAISA.*

3. Ex hac sententia aperte colligo illud, quod sæpe mihi persuasi, non solum a divo Gregor. sententias esse desumptas, sed etiam ab aliis Patribus; maxime vero a divo August. tota hæc sententia est. In libello de conflictu vitiorum et virtutum sic habetur : *Omnia possunt a simplicibus vitia perpetrari. Simulati autem, et hypocrisis non committuntur nisi a male astutis, per calliditatem valentibus vitia sub specie virtutum celare, et non veram sanctitatem obficere. Sancti non solum gloriam supra modum omnino non appetunt, sed hoc ipsum videri refugiunt, quod esse merentur, etc. Eadem etiam fere dicuntur a Gregor., lib. xxvi Moral., cap. 28. Ubi explanat*

7. Non eorum desperanda est salus, qui adhuc aliquid terrenum sapiunt, dum possint et in occultis agere unde justificentur. Hi enim meliores sunt hypocritis, eo quod mali sicut in aperto, et in occulto boni. Hypocritæ vero in occulto mali sunt, et bonos se palam ostendunt.

8. Hypocritam justus arguere prohibetur, ne deterior castigatus existat, dicente Salomone : *Noli arguere derisorem, ne oderit te* (Proverb. ix, 8).

## CAPUT XXV.

*De invidia.*

1. Livor alieni boni suum punit auctorem. Nam unde bonus proficit, inde invidus contabescit.

2. Homines prave viventes, sicut de honorum lapsibus gratulantur, ita de eorum recte factis, bonique perseverantia confunduntur (Sap. ii).

3. Invidus membrum est diaboli, cujus invidia mors introivit in orbem terrarum, sicut et superbus membrum est diaboli, de quo scriptum est : *Omne sublime videt, et ipse est rex super omnes filios superbie* (Job xli, 25).

4. Nulla est virtus quæ non habeat contrarium invidiæ malum; sola miseria caret invidia, quia nemo invidet misero, cui re vera non livor objicitur, sed sola misericordia adhibetur.

5. Multi et bonos imitari nolunt, et de bonorum profectibus invidiæ livore tabescunt. Quo fit ut nec illi corrigantur a malo suo, sed per invidentiam deterjorentur, ut bonos a recto studio, quantum in ipsis est, si potuerint, depravare conentur.

**315** 6. Quando malos boni proficere vident, non scandalizantur; sed quem sint finem habituri maxime cogitent.

7. Hoc omnis invidus alienis virtutibus præstat, quod beato Job Satan præstitit (Job i). Nam dum æmulatur prosperitatibus, commovit adversa, sed dum credidit eum diabolum posse prosterni, inde ejus aucta sunt merita, atque inde claruerunt probabiliora patientiæ documenta.

illud Job xxxvi : *Simulatores, et callidi provocant iram Dei. Cum simulatores diceret, inquit, apte subjunxit, et callidi. Quia nisi ingenio callent quod videri appetunt, congrue simulare non possunt. Sunt enim nonnulla vitia quæ etiam a sensu tardioribus facile perpetrantur, etc. Et in fin. : Hæc itaque simplicibus minime congruunt, quia si congruunt, jam simplices non sunt. Et lib. xviii Moral., cap. 4 : Refugiunt videri, quod sunt, et ante oculos hominum, superinducta quadam innocentiae honestate se vestiunt, unde recte per Evangelium voce nostri Redemptoris increpantur, cum eis dicitur : Vae vobis hypocritæ, quia similes facti estis sepulcris dealbatis, quæ foris quidem apparent hominibus speciosa, intus vero sunt plena ossibus mortuorum et omni spurcitia. Ita et vos foris quidem apparetis hominibus justī, intus vero pleni estis avaritia et iniquitate. Unde constat divum Gregor. etiam a divo Augustini, sententias accepisse, Isidororum porro nostrum ab utroque. LOAISA.*

CAP. XXV. N. 1. Gregor., lib. Moral. v, cap. 33. LOAISA.

Ibid. Bigueus ad marg. id notat : *De hoc satis disserimus in opusculo nostro quod edidimus de pio vivendi modo, lib. iii, cap. 7. AREV.*

2. Ex Gregor., lib. Moral. xxix, c. 3. LOAISA.

8. Ita requirunt invidi aditum malæ famæ, per A quam bonorum vitam maculent, sicut quærebant ostium Sodomitæ, quo domum Lot nocituri intro- irerent. Illi vero cæcitate erroris percussi, parietes vi- debant, ostium non inveniebant. Non aliter invidendo invidi, velut parietem, virtutes dissimulant, vitia vero perquirunt, per quæ eorum conscientiam urant.

#### CAPUT XXVI.

##### *De simulatione.*

1. Fraudulentia genus in modum pharetræ subti- liter insidiarum sagittas celat, ut falsam faciat secu- ritate, decipiatque callide eum contra quem molitur occulte.

2. Cavendus est inimicus qui manifestus est, sed magis ille qui videri non potest. Facile enim vincimus quæ videmus, quæ autem non videmus difficile B a nobis expellimus.

3. Raro nocetur homo ab extraneis, si sui eum non laudent. Magis enim insidiis nostrorum quam aliorum periclitamur.

4. Latent sæpe venena circumlita melle verbo- rum; et tandiu deceptor bonitatem simulat, quousque fallendo decipiat.

#### 316 CAPUT XXVII.

##### *De odio.*

1. Non hominem, sed vitia odio habenda. Flebili- ter autem deplorandi sunt, qui odio in fratrem tabe- scunt, et contra alios perniciosus animi dolum ser- vant (*Psal. cxxxviii, 21*).

2. A regno enim Dei se separant, qui semetipsos a charitate dissociant.

3. Sicut mater Ecclesia prave ab hominibus hæ- reticis premitur, sed tamen eos venientes ad se benigna charitate amplectitur, ita et singuli nostrum quoscunque inimicos sustinemus, revertentes ma- terna imitatione amplecti statim debemus.

4. Cito est ignoscendum cuiquam, dum veniam postulat.

5. Non enim posse peccata dimitti ei qui in se peccanti debita non dimittit. Formam enim nobis indulgentiæ Deus ex merito conditionis nostræ impo- suit, dum ita orare nos præcepit: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris (Matth. vi, 12)*. Justum est enim Dei iudicium, tan- tumque peccatori a se indulgeri ostendit, quantum alterutrum unusquisque in se offenso indulget.

6. Quidam de suis fidentes meritis pigre in se

8. Greg., lib. vi Moral., c. 13. LOAISA.

*Ibid.* Alii, parietes videbant; non aliter invidi vi- dendo velut parietem ostium non inveniebant. AREV.

CAP. XXVI. N. 1. Tota sententia a'udit ad illud psalm. x: *Quia ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde.* Ubi legit Augustin. in obscura luna rectos corde. Et philosophatur ibi de lunæ lumine, an habeat a se quod dimidia pars lucida, dimidia ob- scura sit, sicuti si dimidia pars pilæ sit candida, di- midia nigra; an vero a sole illustretur. Alius locus psalmi est, ad quem hic Isidorus allusisse videri potest. Is est psalm. lxxiii: *Quia esacerunt ut gla- dium linguas suas, intenderunt arcum; rem amarum,*

delinquentibus veniam præstans, sed nihil proficit esse illibatam a culpa, qui non est paratus ad ven- iam; dum potius hæc magna est culpa, quando tardius relaxantur fraterna delicta.

7. Qui fratrem sibi tardius reconciliat, Deum sibi tardius placat. Frustra enim propitiari sibi Deum querit, qui cito placari in proximum negligit.

#### CAPUT XXVIII.

##### *De dilectione.*

1. Duo sunt erga dilectionem proximi conservan- da; unum, ut **317** malum quis inferat; alterum, ut bonum impendat. Primum, ut caveat ledere; sequenter, ut discat præstare.

2. Amicitia est animorum societas. Hæc quippe a duobus incipit. Nam minus quam inter duos dilectio esse non poterit.

3. Antiqui dixerunt de societate duorum, unam esse animam in duobus corporibus, propter vim scilicet amoris, sicut in Actibus apostolorum legitur: *Erat illis cor unum, et anima una.* Non quia multa corpora unam habebant animam; sed quia, vinculo et igne charitatis conjuncti, unum omnes generaliter sine dissensione præbent.

4. Amicitia et prosperas res dulciores facit, et adversas communiens temperat levioresque reddit. Quia dum in tribulatione amici consolatio adjungit- ur, nec fragitur animus, nec cadere patitur.

5. Tunc vero amicus amatur, si non pro se, sed pro Deo amatur. Qui vero pro se amicum diligit, insipienter eum amplectitur. Multum in terra demersus C est, qui carnaliter hominem mortiterum plus diligit quam oportet. Qui enim intemperanter amicum amat, pro se magis illum quam pro Deo amat. Quantum ergo bonus est, qui pro Deo fratrem diligit, tanto perniciosus, qui eum pro seipso amplectitur.

6. Plerumque diligit in alio homo, quod odit in se, utpote in infantibus. Amamus scilicet quamdam eorum ignaviam, et tamen odimus, quia ignavi esse nolumus. Sic lapides, equos et cætera, quæ licet diligi- mus, sed tamen nolumus hoc esse, etiam si possimus.

#### CAPUT XXIX.

##### *De fictis amicitiiis.*

1. Cito per adversa fraudulentus patet amicus; nam in prosperitate incerta est amicitia, nec scitur utrum persona an felicitas diligatur,

D 2. Sæpe per simulationem amicitia colitur, ut qui non potuit aperte decipere, decipiat fraudulenter.

*ut sagittent in occultis immaculatum.* Ubi Augustinus ideam fere quod Isidorus habet. LOAISA.

CAP. XXVII. N. 1. *Habenda.* Scilicet habenda esse constat. Verum hic, ut sibi etiam passim, hujus- modi infinitivi sine verbo a quo regantur in multis exemplaribus rejecti sunt. Hæc sententia ob eam causam a nonnullis ita effertur: *Non homines, sed eorum vitia odio habenda sunt.* Vide decretum Gra- tiani cap. *Odio*, ubi hæc ex sancto Gregorio referuntur. AREV.

CAP. XXXVIII. N. 3. Augustin., lib. de Amicitia, cap. 2, tom. IV, et lib. iv *Confess.*, 6. LOAISA.

6. Alii, et cætera quælibet diligimus. AREV.

**318** 3. Tunc quisque magis fit pietati justitiæ- A que divinæ contrarius, quando despicit amicum aliqua adversitate percussus. Qua in re et sibi occasionem mercedis tollit, et erga percussorem proximi crudelis existit: veluti actum est inter Lazarum ulcerosum divitemque superbum. Per adversa igitur et prospera comprobatur, si utique vere diligatur Deus, et proximus; nam dum adversa procedunt, amicus fraudulentus detegitur, statimque despicit quem se diligere simulavit.

4. Amicitia certa nulla vi excluditur, nullo tempore aboletur, ubicunque enim se verterit tempus, illa firma est.

5. Rari sunt amici qui usque ad finem existant clari. Multos a charitate aut adversitas temporis, aut contentio quælibet actionis avertit.

6. Sæpe per honorem quorundam mutantur et mores; et quos ante conglutinatos charitate habuerunt, postquam ad culmen honoris venerint, amicos habere despiciunt.

### CAPUT XXX.

#### *De amicitia ex munere orta.*

1. Inter veros amicos amicitia ex benevolentia oritur, inter fictos beneficio adjungitur.

2. Non sunt fideles in amicitia, quos munus, non gratia copulat. Nam cito deserunt, nisi semper acceperint. Dilectio enim quæ munere glutinatur eodem suspensio dissolvitur. Illa vera est amicitia, quæ nihil quærit ex rebus amici, nisi solam benevolentiam, scilicet ut gratis amet amantem.

3. Plerumque amicitia ex necessitate vel indigentia nascitur, ut sit per quem quisque quod desiderat consequatur. Ille autem eam veraciter quærit, qui nihil egendo eam appetit. Nam illa ex inopia brevis est et fucata, ipsa pura atque perpetua.

### **319** CAPUT XXXI.

#### *De malorum concordia.*

1. Amicitia in rebus tantum bonis habenda est; nam qui ea in malo utuntur, non sibi amici, sed inimici existunt.

2. Concordiam malorum contrariam esse bonorum. Et sicut optandum est ut boni pacem habeant in invicem, sic optandum est ut mali invicem sint discordes. Unanimitatem quippe malorum bonorum esse contrariam, Paulus apostolus approbat, qui malos contra se dividit, quos in necem suam concordasse conspexit (*Act. xiiii, 7*). Inde et in *Lege mare Rubrum*, hoc est, concordia malorum hominum dividitur, ut electorum via tendens ad beatitudinem non impediatur. Impeditur autem iter bonorum, si mare, hoc est, unitas non dividatur iniquorum (*Exod. xiv, 21*).

CAP. XXIX. N. 5. *Multos. Al., nam multos. AREV.*

CAP. XXX. N. 1. *Ilinc nata est celebris illa distinctio a theologis recepta de amore puræ benevolentie et concupiscentiæ. AREV.*

CAP. XXXI. N. 2. *Act. xiiii. Exod. xiv. LOAISA.*

CAP. XXXII. N. 2. *Gregor., lib. Moral. xxiii, cap. 8. LOAISA.*

### CAPUT XXXII.

#### *De correptione fraterna.*

1. Non debet vitia aliena corrumpere, qui adhuc vitiorum contagionibus servit. Improbum est enim arguere quemquam in alio quod adhuc reprehendit in semetipso.

2. Qui veraciter fraternam vult corrumpere, se sanare infirmitatem, talem se præstare fraternæ utilitati studeat, ut eum quem corrumpere cupit humili corde admoneat, et hoc faciens ex compassione quasi communis periculi, ne forte et ipse subjiciatur tentationi.

3. Sicut viri spirituales alieni peccati emendationem expectant, ita protervi delinquentibus deridendo insultant, et, quantum in ipsis est, eos insanabiles putant; nec declinant cor ad compatiendi misericordiam, sed superbientes detestantur atque blasphemant.

4. Nonnunquam accidit ut inter amicos aliqua re-dargutionis enutrita discordia majorem postea charitatem parturiat, utpote dum **320** corriguntur ea quæ displicere in amico videntur, et hoc quidem primum non sine quadam æmulatione admonitis suscipit, sed correptus postmodum gratias agit. At contra multi pro parva læsione vim charitatis rescindunt, et ab amore dilectionis sese perenniter retrahunt.

5. Plerique correptionem suam officium charitatis existimant. Plerique vero hoc ipsum, quod ex charitate corripiuntur, ad injuria contumeliam trahunt. Unde occurrit ut ex eo deteriores efficiantur, per quod emendari obediendo potuerunt.

6. Salubriter accipiunt justii, quoties de suis excessibus arguuntur. Superflua autem est humilitas eorum qui se gessisse accusant quæ non admiserunt. Qui vero sine arrogantia bona facta sua pronuntiat, procul dubio nequaquam peccat.

7. Est quorundam excusatio perversorum, qui, dum pro suis facinoribus arguuntur, verba justorum pro censura declinanda abjiciunt, servantes se divino judicio, quo puniendi sunt durius, dum temporaliter contemnunt judicari se ab hominibus.

8. Iniquis molesta est veritas, et amara disciplina justitiæ; nec delectantur, nisi placentia propriæ imbecillitatis: injustitiæ secundi, et steriles veritati; cæci ad contuendam lucem, et oculati ad tenebrarum aspiciendum errorem.

9. Corda reproborum lubrica sunt ad male consentiendum, et fluxa; ad bene consentiendum, durissima.

10. Probat Salomon et justii emendationem correpti, et stulti obstinationem admoniti, dicens: *Duce*

3. *Declinant. Al., inclinant. AREV.*

5. *Gregor., lib. x Moral., c. 3. LOAISA.*

6. *Gregor., lib. i sup. Ezech., homil. 7. LOAISA.*

9. *Alii, ad malum consentiendum... ad bonum consentiendum. AREV.*

10. *Greg., lib. Moral. x, cap. 3. LOAISA.*



*justum, et festinabit accipere.* De stulto autem ait: **A** *Qui erudit derisorem, ipse sibi facit injuriam* (*Proverb. ix, 7, 9*).

11. Nonnullos tantæ esse pravitatis homines, qui dum ipsi a malo corrigi negligunt, correctorum vitam falsa criminatione detrectant; et ad sui sceleris solatium usurpant, si vel falso compererint quod ad infamiam bonorum objiciant, sicut est illud ex Salomone: *Bona in malum convertit impius, et in electis imponit maculam* (*Eccli. xi, 34*). **321** Væ autem illi qui et suam renuit vitam corrigere, et bonorum non desinit detrectare.

12. Plerique mali similes sibi in malum defendunt, et patrocinio suo pravos contra correptionem bonorum suscipiunt, ne, unde displicent emendentur: adjicientes in se aliena delicta, ut non tantum de suis malis, sed etiam de aliorum facinoribus puniantur, quorum peccata defendunt.

#### CAPUT XXXIII.

##### *De præpositis Ecclesiæ.*

1. Vir ecclesiasticus et crucifigi mundo per mortificationem propriæ carnis debet, et dispensationem ecclesiastici ordinis, si ex Dei voluntate provenerit, nolens quidem, sed humilis gubernandam suscipiat.

2. Multis intercipit Satanas fraudibus eos qui vitæ et sensus utilitate præstantes, præesse et prodesse aliis nolunt; et dum eis regimen animarum imponitur, renunt, consultus arbitantes otiosam vitam agere, quam lucris animarum insistere. Quod tamen decepti agunt per argumentum diaboli fallentis eos per speciem boni, ut dum illos a pastoralis officio retrahit, nequaquam proficiant, qui eorum verbis atque exemplis instrui poterant.

3. Sancti viri nequaquam occupationum sæcularium curas appetunt, sed occulto ordine sibi superimpositas gemunt: Et quamvis illas per mellorem intentionem fugiant, tamen per subditam **322** mentem portant. Quas quidem summopere, si liceat, vitare festinant; sed timentes occultam dispensationem Dei, suscipiunt quod fugiunt, exercent quod vi-

41. Vulgata Editio habet: *Bona enim in mala convertens insidiatur, et in electis imponit maculam.* Est vero locus *Eccli. xi. LOAISA.*

*Ibid. Detrectare. Al., detrahere famæ. AREV.*  
CAP. XXXIII. N. 1. Gregor., lib. Curæ Pastor., part. II, cap. 5 et 6, et lib. v Moral., cap. 2. LOAISA.

*Ibid. Vir ecclesiasticus, etc.* Ex hoc capite contextus est sermo in laudem sancti Amilliani Isidoro ascriptus, de quo videri possunt Isidoriana, cap. 72, n. 3 seqq. Ad verba *nolens quidem Vezzosi* notat, juxta perpetuam Ecclesiæ doctrinam, id esse. AREV.

2. Alludit forte ad illud Augustini ad Endoxiam, epist. 81, de his qui, blandiente de-idia, regimen Ecclesiæ respuunt: *Nec vestrum otium, inquit, necessitatibus Ecclesiæ præponatis.* Idem habet contra Faustum, lib. xxxii, cap. 10. *Qui electus, inquit, ab Ecclesia ministerium evangelizandi renuit ab Ecclesia merito digneque contemnitur.* Idem Gregor., lib. vi Epistolarum, epist. ad Cyriacum episcopum: *Si is qui valet omnipotentis Dei oves renuit pascere, ostendit se pastorem summum minime amare.* Vide Gregor. etiam pastor. Curæ, part. I, cap. 5, de his qui in regiminis culmine prodesse exemplo virtutum possunt, sed

lære noscuntur. Intrant enim ad cor, et ibi consulunt quid velit occulta voluntas Dei; seseque subditos debere esse summis ordinationibus cognoscentes, humiliant cervicem cordis jugo divinæ dispensationis.

#### CAPUT XXXIV.

##### *De indignis præpositis.*

1. Non sunt promovendi ad regimen Ecclesiæ, qui adhuc vitiis subjacent. Ille est quod præceptum est David non ædificare visibile templum, quia sanguinum vir belli frequentia esset. Qua figura illi spiritualiter admonentur, qui vitiorum adhuc corruptioni sunt dediti, ne templum ædificent, hoc est, Ecclesiam docere præsumant.

2. Non debet honoris ducatum suscipere, qui nescit subjectos tramite vitæ melioris præire. Neque enim quisquam ad hoc tantum præscitur, ut subditorum culpas corrigat, et ipse vitiis serviat.

3. Qui regimen sacerdotii contendit appetere, ante se discutiat si vita honori sit congrua; quod si non discrepat, humiliter ad id quod vocatur accedat. Reatum quippe culpæ geminat, si quisque cum culpa ad sacerdotale culmen aspirat. Heu! me miserum inexplicabilibus nodis astrictum; si enim susceptum regimen ecclesiastici ordinis retentem, criminis conscius timore concutior; si deseram, ne deterior sit culpa susceptum gregem relinquere, amplius reformido: undique miser metuo, et in tanto rei discrimine quid sequar ignoro.

**323** 4. Uniuscujusque casus tanto majoris est criminis, quanto, priusquam caderet, majoris erat virtutis. Præcedentium namque magnitudo virtutum crescit ad cumulū sequentium delictorum.

5. Plerique sacerdotes suæ magis utilitatis causa quam gregis præesse desiderant, nec ut prosint præsules fieri cupiunt, sed magis ut divites fiant et honorentur. Suscipiunt enim sublimitatis culmen, non pro pastoralis regimine, sed pro solius honoris ambitione, atque abjecto opere dignitatis, solam nominis appetunt dignitatem.

quietem propriam sectando refugiunt. LOAISA.

3. Gregor., lib. Moral. v, c. 3. LOAISA.

CAP. XXXIV. N. 1. 1 Paralip. xvii, ita interpretatur Greg., in explic. iv psalm. pœnit. ad illud: *Tunc acceptabis sacrif.* LOAISA.

2. Vetus Editio post *serviat* addit hanc aliam sententiam: *Qui non se dignum ad episcopatum existimat, locum ejus qui dignus est non præoccupet. Nam tam sanctum est sacerdotii nomen, ut nulla vitiorum no-a maculari se sinat. Gravius enim condemnabitur, qui indignus suscipit quod non meretur.* Codex antiquior sancti Marci Florent., post *serviat* illico adjungit: *Nam tam sanctum, etc.* Quod vero Loaisa fateatur hanc sententiam abesse ab omnibus mss. Codicibus, ut Vezzosi asserit, id in Grialii Editione non reperitur. AREV.

3. Posset legi *ad id ad quod vocatur.* Nam facile est ut exscriptores secundum ad omiserint. AREV.

5. Huic sententiæ Vezzosi hanc notam subjicit: *Utinam vera non esset quæ in præsentis scripsit Isidorus, nec de nostra repeti possent ætate.* In Editione Grialii mendose erat *qua gregis pro quam gregis.* AREV.

6. Dum mali sacerdotes, Deo ignorante, non fiant, A tamen ignorantur a Deo, ipso per Prophetam testante: *Principes exstiterunt, sed non cognovi (Ose. viii, 4)*; sed hoc nescire Dei reprobare est, nam Deus omnia novit.

### CAPUT XXXV.

#### *De indoctis præpositis.*

1. Sicut iniqui et peccatores ministerium sacerdotale assequi prohibentur, ita indocti et imperiti a tali officio retrahuntur. Illi enim exemplis suis vitam bonorum corrumpunt; isti sua ignavia iniquos corrigere nesciunt. Quid enim docere potuerunt, quod ipsi non didicerunt? Desinat locum docendi suscipere, qui nescit docere. Ignorantia quippe præsulum vitæ non congruit subjectorum. *Cæcus enim si cæco ducatum præbeat, ambo in foveam cadunt. (Matth. xv, 14).*

2. Sacerdotes indoctos per Isaiam prophetam ita Dominus improbat: *Ipsi, inquit, pastores ignoraverunt intelligentiam. Et iterum: Speculatores cæci omnes, id est, imperiti episcopi, nescierunt, inquit, universi, canes muti, non valentes latrare (Isai. lvi, 10 seq.), hoc est, plebes commissas non valentes resistendo malis per verbum doctrinæ defendere.*

### 324 CAPUT XXXVI.

#### *De doctrina et exemplis præpositorum.*

1. Tam doctrina quam vita clarere debet ecclesiasticus doctor. Nam doctrina sine vita arrogantem reddit, vita sine doctrina inutilem facit.

2. Sacerdotis prædicatio operibus confirmanda est, ita ut quod docet verbo, instruat exemplo. Vera est enim illa doctrina, quam vivendi sequitur forma. Nam nihil turpius est quam si bonum, quod quisque sermone prædicat, explere opere negligat. Tunc enim prædicatio utiliter profertur, quando efficaciter adimpletur.

3. Unusquisque doctor et bonæ actionis, et bonæ prædicationis habere debet studium, nam alterum sine altero non facit perfectum; sed præcedat justus bene agere, ut sequenter possit bene docere.

4. Omnis utilis doctor plebibus subjectis ita præstare debet, atque insistere doctrinæ, ut quanto claret verbo, tanto clarescat et merito. Nam quod Apostolus Timotheo præcipit cum omni imperio docere (*II Tim. iv*), non hortatur ad tumorem superbiæ, sed ad bonæ vitæ auctoritatem, videlicet, ne libe-

6. Gregor., part. 1 pastor. Curæ, c. 1. Ose. viii. LOAISA.

CAP. XXXV. N. 1. Gregor., part. 1 past. Cur., cap. 1. LOAISA.

*Ibid.* Fortasse legendum qui ipsi, pro quod ipsi. AREV.

2. Ignoraverunt. Sic Vulgata. Alii, ignorabant, vel ignorabunt. AREV.

CAP. XXXVI. N. 1. Sententia cedro digna, ait Vezoziosus. AREV.

4. Greg., lib. Moral. xxxiii, cap. 7, II Tim. iv. LOAISA.

*Ibid.* Alii, sed ad bonam actionem et vitæ auctoritatem. AREV.

tem perderet prædicandi, si bene doceret et male viveret. Unde et Dominus: *Qui solverit unum de mandatis istis minimis, et sic docuerit, minimus erit in regno cælorum (Matth. v, 19)*. Vides quod auctoritate magisterii caret, qui quod docet non facit.

5. Sicut in numismate metallum, figura et pondus inquiritur, ita in omni doctore ecclesiastico, quid sequatur, quid doceat, quomodo vivat. Per qualitatem igitur metalli doctrina, per figuram similitudo patrum, per pondus humilitas designatur. Qui vero ab his tribus discrepaverit, non metallum, sed terra erit.

### 325 CAPUT XXXVII.

#### *De his qui bene docent, et male vivunt.*

1. Interdum doctoris vitio etiam ipsa verax doctrina vilesceat; et qui non vivit, sicut docet, ipsam quam prædicat veritatem contemptibilem facit.

2. Arcus perversus est lingua, magistrorum decensium bene et viventium male (*Psal. lxxvii, 57*). Et ideo quasi ex perverso arcu sagittam emittunt, dum suam pravam vitam propriæ linguæ icu confodiunt.

3. Qui divina prædicant, et ex ejusdem prædicationis dignitate vivere minus curant, habeant verbum Dei in ore, et in opere non habentes, multa bene docentes, nihil autem operantes, imitantur Balaam arietinum, qui corruens opere, apertos habuit oculos ad contuendam lucem doctrinæ (*Num. xxiv, 10*).

4. Qui bene docet, et male vivit, tanquam æs, aut cymbalum sonum facit aliis, ipse tamen sibi manet insensualis.

5. Qui bene docet, et male vivit, quod docet bene, viventibus proficit; quod vero male vivit, seipsum occidit. Sicut sacerdos, qui si digne se agit, ut sacerdotem docet, ministerium ejus et ipse et aliis utile est, indignæ autem vivens, aliis quidem utilis est loquendo, se autem interficit prave vivendo; ac per hoc quod in illo mortuum est, proprium ejus est; quod vero vivit in eo, id est, sacrum ministerium, quod est vitæ, alienum est.

6. Qui bene docet, et male vivit, videtur, ut cereus, aliis, dum bona exponit, lucem præstare; se vero in malis suis consumere atque extinguere.

7. Qui bene docet et male vivit, videtur bonum malo conjungere, lucem tenebris miscere, veritatem mendacio mutare.

5. Videntur hæc ex Cassian., collat. 4, cap. 20, de probabili trapezita. LOAISA.

CAP. XXXVII. N. 2. Exponit illud psalm. lxxvii: *Conversi sunt in arcum pravum*. Ubi Gregor., lib. Moral., xxvii cap. 27. *Perversum*. Ex quo etiam Isidorus hujus sententiæ sensum et verba accepit. LOAISA.

*Ibid.* Hæc interpretatio de arcu perverso diversa videtur ab alia, quæ explicatur lib. 1 adversus Judæos, cap. 49. Vide notas. AREV.

3. Gregor., *ibid.*, cap. 20. LOAISA.

6. Sic est in plerisque Mss. LOAISA.

*Ibid.* Alii, et male vivit, æquatur cereo, qui bonum quidem lucem præstat, se vero in malis suis consumere videtur et extinguere. AREV.

## 326 CAPUT XXXVIII.

*De exemplis pravorum sacerdotum.*

1. Sæpe per quos iustitia docetur, per ipsos peccati morbus irripit, et mors ad plebes pertransit, scilicet, vel dum mala docent, vel dum prava faciunt.

2. Plerique sacerdotes, et clerici prave viventes, forma cæteris in malum existunt, qui in bonis exemplum esse debuerunt. Hi enim quoscunque exemplo malæ conversationis suæ perdunt, de illis rationem sine dubio reddituri sunt.

3. Ex carnalium præpositorum exemplo plerumque fit vita deterior subditorum, et plebis merito fiunt tales sacerdotes, qui exemplo deteriore populum destruant, non ædificent. Ex merito enim plebis nonnunquam episcopi depravantur, quatenus proclivius corrumpantur qui sequuntur.

4. Capite languente, cætera corporis membra justificiuntur. Unde et scriptum est: *Omne caput languidum, et omne cor marens, a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas (Isai. 1, 8, 6)*. Caput enim languidum doctor est agens peccatum, cujus malum ad corpus devenit, dum eo vel peccante, vel prave docente, pestifer languor ad plebes subjectas transfertur.

5. Deteriores sunt qui sive doctrina, sive exemplis, vitam moresque bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiciaque diripiunt. Hi enim ea quæ extra nos, sed tamen quæ nostra sunt auferunt; corruptores vero morum proprie nos ipsos decipiunt, quoniam divitiarum hominum mores eorum sunt. Multum ergo distant damna morum a damnis temporalium rerum, dum ista extra nos sunt, mores vero in nobis.

## CAPUT XXXIX.

*De præpositis carnalibus.*

1. Providentia plerumque divini consilii ordinatur præpositi, 327 mundana et exteriora sectantes, et dum temporalibus rebus se totos impendunt, spirituales tutiorem vitam contemplationis exercent, quis duræ sunt quiete vivere volentium sarcinæ curarum episcopaliū. Providet sæpe Deus curis deditis sæcularibus ad susceptionem regiminis, ut dum hi exteriora sine tædio procurant, spirituales rebus interioribus sine impedimento rerum terrenarum deserviant.

2. Dei ergo ordinem accusant, a quo instituuntur, qui episcopos condemnant, dum minus spiritualia, sed magis terrena sectantur. Ex divini enim tabernaculi dispositione ob injurias mundi ferendas, et tur-

Cap. xxxviii. N. 5. Locus erat in excusis depravatus qui sine doctrina, sine exemplis, quem nos ex fide Mss. emendavimus. LOAISA.

Ibid. Alii, nos ipsos diripiunt, quoniam divitiarum mores eorum sunt. AREV.

Cap. xxxix. N. 1. Hæc sententia non facile intelligitur, nisi legas Gregorium lib. Moral. xxv, cap. 16, unde desumpta est, et velut in compendium redacta. LOAISA.

2. Alii, ordinationem, pro ordinem. AREV.

A bines quodam, institui episcopos sæcularibus curis insistentes, ut hi qui interiori superna desiderant, nullo terreno obsistente negotio, liberius hoc quod aniant intendant (*Exod. xxvi*).

3. Non est itaque judicandus a plebe rector inordinatus, dum magis noverint populi, sui fuisse meritis perversi regimen suscepisse pontificis. Nam pro meritis plebium disponitur a Deo vita rectorum, exemplo David, peccantis (*II Reg. xxiv*) ad comparationem principum, qui ex merito plebis prævaricantur.

4. Sententia damnatur Cham filii Noe, qui suorum præpositorum culpas in publico producit; sicut Cham, qui patris pudenda non operuit, sed deridenda monstravit (*Gen. ix, 22*). Habituri Sem meritum, et Japheth, qui reverenter operiunt quæ patres suos excessisse cognoscunt, si tamen patrum facta non diligant, sed tantum operiant, nec imitentur. Nam sunt qui præpositos suos perverse judicant, dum terrenis studiis, eos plus viderint esse intentos, si vel parum jam ipsi de spiritualibus cogitaverant.

5. Rectores ergo a Deo judicandi sunt, a suis autem subditis nequaquam judicandi sunt: exemplo Domini, qui per se vendentes columbas et nummulariorum mensas proprio evertit flagello, et projecit a templo (*Math. xxi, 12*), vel etiam sicut dicit Psalmista: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit (Psal. lxxxi, 1)*.

6. Quod si a fide exorbitaverit rector, tunc erit arguendus a subditis; pro moribus vero reprobis tollerandus magis distringendus a plebe est.

## 328 CAPUT XL.

*De iracundis doctoribus.*

1. Iracundi doctores per rabiem furoris disciplinæ modum ad immanitatem crudelitatis convertunt; et unde emendare subditos poterant, inde potius vulnerant.

2. Ideo sine mensura ulciscitur culpas præpositus iracundus, quia cor ejus dispersum in rerum curis non colligitur in amorem unius Deitatis. Mens enim soluta in diversis catena charitatis non astringitur, sed male laxata, male ad omnem occasionem movetur.

## CAPUT XLI.

*De superbis doctoribus.*

D 1. Bonus doctor et rector est, qui et in humilitate servat disciplinam, et per disciplinam non incurrit in superbiam.

2. Elati autem pastores plebes tyrannice premunt, non regunt, quique non Dei, sed suam gloriam a subditis exigunt.

3. Gregor., ubi supra, cap. 14. LOAISA.

4. Gregor., ubi supra, cap. 16. LOAISA.

5. Gregor., ubi supra, cap. 14. LOAISA.

6. Gregor., ubi supra. LOAISA.

Cap. xl. N. 1. *Crudelitatis*. Grialii Editio cum aliis mendose *credulitatis*. AREV.

Cap. xli. N. 1. Gregor., xxiv, cap. 19, 21 et 22. LOAISA.

Ibid. Alii, Bonus doctor, et in humilitate rector est. AREV.

3. Multi sunt qui in verbo doctrinæ non humiles, sed arrogantes existunt, quique et ipsa recta quæ prædicant, non studio correctionis, sed vitio elationis annuntiant.

4. Multi sunt qui non ex consulto ædificandi, sed ex tumore superbiendi docent; nec ut prosint sapientes sunt, sed ut sapientes videantur docere student.

5. Est imitatio prava arrogantium sacerdotum, per quam imitantur sanctos rigore disciplinæ, et sequi negligunt charitatis affectione: videri volunt rigidi severitate, et formam humilitatis præstare nequeunt, ut magis terribiles quam mites aspiciantur.

6. Superbi doctores vulnerare potius quam emendare norunt, **329** Salomone attestante: *In ore stulti virga superbiæ* (Proverb. xiv, 3), quia increpando rigide feriunt, et compati humiliter nesciunt.

7. Bene alieni peccati curanda vitia suscipit, qui hoc ex cordis dilectione et humili conscientia facit. Cæterum qui delinquentem superbo vel odioso animo corripit, non emendat, sed percutit. Quidquid enim protervus, vel indignatus animus protulerit, obijurgantis furor est, non dilectio corrigentis.

#### CAPUT XLII.

##### *De humilitate præpositorum.*

1. Qui præficitur ad regimen, taliter erga disciplinam subditorum præstare se debet, ut non solum auctoritate, verum etiam humilitate clarescat. Sed tamen ita erit in eo virtus humilitatis, ne dissolvatur vita subditorum in vitiis; atque ita auctoritas aderit potestatis, ne per tumorem cordis severitas existat immoderationis. Hæc est enim in Dei sacerdotibus vera discretio, qua nec per libertatem superbi, nec per humilitatem remissi sunt. Hinc est quod sancti cum multa constantia redarguerunt etiam principum vitia, in quibus cum summa esset humilitas, loco tamen necessario libere transgressores justitiæ increpabant.

2. Aliquando etiam subditis nos oportet animo esse humiliores, quoniam facta subditorum iudicantur a nobis, nostra vero Deus iudicat.

3. Agnoscat episcopus servum se esse plebis, non dominum; verum hoc charitas, non conditio exigit.

#### CAPUT XLIII.

##### *De doctrinæ discretione.*

1. Non omnibus una eademque doctrina est adhi-

5. *Videri volunt*, etc. Locum vere aureum animadvertendum monet Vezzosius. AREV.

6. Gregor., lib. xxiv Moral., cap. 9. Proverb. xiv. LOAISA.

CAP. XLII. N. 1. Greg., lib. Moral. xxvi, cap. 19, et past. Curæ part. II, cap. 6. LOAISA.

CAP. XLIII. N. 1. Gregor., lib. pastor. Curæ in prolog. LOAISA.

4. Alii, ut vitia eorum moresque desiderant, edoceri. AREV.

5. Aristoteles, lib. vi de Hist. animal., cap. 5, et Gregor., lib. xxx Moral., c. 8, ubi exponit illud Job xxxv: *Quis præparat corvo escam suam quando pulli ejus clamant ad Deum, clamant vagantes, eo quod non*

habent, sed pro qualitate morum diversa exhortatio erit doctorum. Nam quosdam **330** increpatio dura, quosdam vero exhortatio corrigi blanda.

2. Sicut periti medici ad varios corporis morbos diverso medicamine serviunt, ita ut juxta vulnerum varietates medicina diversa sit, sic et doctor Ecclesiæ singulis quibusque congruum doctrinæ remedium adhibebit, et quid cuique oporteat, pro aetate, pro sexu ac professione annuntiabit.

3. Non omnibus ea quæ clausa sunt aperienda sunt. Multi sunt enim qui capere non possunt, quibus si indiscrete manifestentur, statim aut detrahunt, aut negligunt.

4. Prima quippe prudentiæ virtus est, eam quam docere oporteat æstimare personam. Rudibus populis, bene carnalibus, plana atque communia, non summa atque ardua prædicanda sunt, ne immensitate doctrinæ opprimantur potius quam erudiantur. Unde et Paulus apostolus ait: *Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam* (I Cor. iii, 1, 2). Carnalibus quippe animis, nec alta nimis de cœlestibus, nec terrena convenit prædicare, sed mediocriter, ut initia eorum moresque desiderant, edocere.

5. Corvus, dum suos pullos viderit albi coloris, nullis eos cibis alit, sed tantumdem attendit, donec paterno colore nigrescant, et sic illos frequenti cibo reficit; ita et Ecclesiæ doctor strenuus, nisi eos quos docet viderit ad suam similitudinem penitentis confessione nigrescere, et, nitore sæculari deposito, lamentationis habitum de peccati recollectione induere, upote adhuc exterioribus, hoc est, carnalibus, non aperit intelligentiæ spiritualis profundiora mysteria, ne dum audita non capiunt, prius incipiant contemnere quam venerari mandata cœlestia.

6. Aliter est agendum erga eos qui nostro committuntur regimini, si offendunt, atque aliter cum his qui nobis commissi non sunt; **331** qui si justi sunt, venerandi sunt; si vero delinquant, pro sola charitate, ut locus est, corripiendi sunt, non tamen cum severitate, sicut hi qui nobis regendi commissi sunt.

7. Prius docendi sunt seniores plebis, ut per eos infra positi facilius doceantur. Unde et Apostolus: *Hæc, inquit, commenda hominibus fidelibus, qui idonei sunt et alios docere* (II Tim. II, 2).

8. Ingenium boni doctoris est incipientis a laudi-

*habent cibos? Et illud psalm. cxlvi: Qui dat jumentis escam ipsorum, et pullis corvorum ierocantibus eum. Affirmant eos divinitus nutriri, dum, veluti nothi et degeneres, ob albicantes plumas a parentibus negliguntur. Ferunt præterea, muscarum alimento, quæ sese clamantium in ora ingerunt, provida Dei benignitate sustentari.* Idem Chrysostomus, Euthymius, alii. LOAISA.

*Ibid.* Corvus, etc. Vide not. ad Dracontium, lib. I, 721. AREV.

7. Greg., *ibid.* II Tim. II. LOAISA.

*Ibid.* Commenda. Al., commendo. AREV.

8. Gregor., III part. Cur. Past., admonit. 18. LOAISA.

bus eorum, quos salubriter objurgatos corrigere cupit, sicut apostolus ad Corinthios facit, quos a laudibus inchoat, et increpationibus probat. Sed erant apud Corinthios, qui et laude et increpatione digni essent. Ille vero indiscrete loquitur, qui sic utraque omnibus loquitur, ut omnibus utraque convenire videantur.

#### CAPUT XLIV.

##### *De silentio doctorum.*

1. Pro malo merito plebis auferitur doctrina prædicationis. Pro bono merito audientis tribuitur sermo doctori.

2. In potestate divina consistit cui velit Deus doctrinæ verbum dare vel cui auferre: et hoc aut pro dicentis aut pro audientis sit merito, ut modo pro culpa plebis auferatur sermo doctoris, modo vero pro utilibus meritis tribuatur. Nam et bonus docet bonum, et malus malum, et bonus malum, et malus bonum, quod tamen sit juxta meritum populorum.

3. Non omnia tempora congruunt doctrinæ secundum Salomonis sententiam, dicentis: *Tempus tacendi, et tempus loquendi* (Eccle. iii, 7). Non quidem per timorem, sed per discretionem, propter malorum incorrigibilem iniquitatem nonnunquam electos oportet a doctrina cessare.

**332** 4. Interdum doctores Ecclesiæ calore charitatis ardentos conticescunt a docendo, quia non est qui audiat, testante propheta: *Civitates Austri clausæ sunt, et non est qui aperiat* (Jerem. xiii, 19).

5. Qui docendi accepit officium, interdum ad tempus facta proximi taceat, quæ statim corrigere nequaquam existimat. Nam si corrigere potest et dissimulat, verum est quod consensum erroris alieni habeat.

6. Plerique sancti doctores pro mali pertinacia, quia iniquos emendare nequeunt, his tacere disponent; sed calorem spiritus, quo aguntur, ferre non sustinentes, iterum in increpationem prosiliunt iniquorum.

#### CAPUT XLV.

##### *De præbenda sacerdotali protectione in plebe.*

1. Quibus docendi forma commissæ est, multum subeunt periculi si contradicentibus veritati resistere noluerint; dum propheta doctorem Ecclesiæ instruat ad summum usque justitiæ pervenire, cum dicit: *Super montem excelsum ascende, qui evangelizas Sion* (Isai xl, 9); scilicet, ut ita præmineat merito, sicut et gradu. Sequenter, ne forte debeat a docendo

*Ibid.* Incipientia. Al., *incipere*. Saluberrimum hoc documentum Vezziosius dicit esse iis qui aliis præsent. AREV.

CAP. XLIV. N. 1. Sic recte plerique Mss. Gregor., lib. Moral. xxx, cap. 18. Unde hæc sententia dicitur: *Sæpe verbum pro gratia tribuitur auditoris, et sæpe propter auditoris culpam subtrahitur sermo doctori*. LOAISA.

2. Pro utilibus, etc. Ita Gothici libri. *Pro utilitate audientium merito tribuatur*, alii Mss. *Pro utilitate audientis*, unus Salm. Ecclesiæ. LOAISA.

3. Gregor., *ibid.* Eccles. iii. LOAISA.

*Ibid.* Incorrigibilem. Ita Gothici. *Incorrigibilem*, alii. LOAISA.

timore restringi, audit: *Exalta in fortitudine rocem tuam, et noli timere*. Unde et Jeremiæ ita Dominus ait: *Accinge lumbos tuos, et surge; loquere ad eos; ne formides a facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum* (Jerem. i, 17); unde apparet quia et non timere Dei donum est.

2. Qui personam potentis accipit, et veritatem loqui pavescit, gravi multatur culpæ sententiâ. Multi enim sacerdotes metu potestatis veritatem occultant, et a bono opere, vel a justitiæ prædicatione, rei alicujus formidine aut potestate terrente avertantur. Sed heu, prohi dolor! inde metuunt, quia vel amore rerum sæcularium implicantur, vel quia aliquo facioris opere confunduntur.

3. Multi præsules Ecclesiarum, timentes ne amicitiam perdant, **333** et molestant odiorum incurrant, peccantes non arguunt, et corripere pauperum oppressores verentur; nec pertimescunt de severitate reddendæ rationis, pro eo quod conticescunt de plebibus sibi commissis.

4. Quando a potentibus pauperes opprimuntur, ad eripiendos eos boni sacerdotes protectionis auxilium ferunt; nec verentur cujusquam inimiciorum molestias, sed oppressores pauperum palam arguunt, increpant, excommunicant; minusque metuunt eorum nocendi insidias, etiamsi nocere valeant, *bonus enim pastor animam suam ponit pro ovibus* (Joan. x, 11).

5. Sicut pervigil pastor contra bestias oves custodire solet, ita et Dei sacerdos super gregem Christi sollicitus esse debet, ne inimicos vastet, ne persecutor infestet, ne potentioris cujusque cupiditas vitam pauperum inquietet. Pravi autem pastores non habent curam de ovibus, sed, sicut legitur in Evangelio de mercenariis, vident lupum venientem, et fugiunt. Tunc enim fugiunt, quando potentibus tacent, et malis resistere metuunt; de quibus si tacerint pro eorum iniquitate condemnabuntur.

#### CAPUT XLVI.

##### *De disciplina sacerdotum in his qui delinquant.*

1. Sacerdotes pro populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant, testante Domino per prophetam: *Speculatorem dedi te domui Israel. Si non fueris locutus, ut se custodiat impius a via sua, ille in iniquitate sua morietur; sanguinem autem ejus de manu tua requiram* (Ezech. iii, 17). Sic enim Heli sacerdos pro filiorum iniquitate damnatus est; et licet eos

CAP. XLV. N. 1. Ex Gregor., epist. ad Joann. Constant., indict. 9. Isai. xl. Vide Gregor., super Ezech., homil. 11. LOAISA.

2. Alii, *loqui pertimescit, gravis culpæ multatur sententiâ*. Al., *gravis culpæ*. Et paulo post, *occultant, et habentur rei, qui a bono opere*. AREV.

3. Gregor., lib. xxix Moral., cap. 6, et part. ii Past. Curæ, cap. 4. LOAISA.

*Ibid.* Alii, *ne amicitiam sæcularium perdant. Et mon, non pertimescentes quod de veritate sint reddaturi rationem pro eo quod*. AREV.

CAP. XLVI. N. 1. Ezech. iii, et ibi Gregor., hor. 11, et part. ii Curæ pastor., cap. 6. LOAISA.

delinquentes admonuit, sed tamen non ut oportebat A redarguit (*I Reg. 11*).

2. Sacerdotes exquirere debent peccata populorum, et sagaci sollicitudine unumquemque probare juxta testimonium Domini ad **334** Jeremiam loquentis: *Probatores*, inquit, *dedi te in populo meo robusto, ut scias probare vias eorum (Jerem. vi, 27)*.

3. Sacerdotes studio corrigendi facta perscrutari debent subjectorum, ut emendatos lucrifacere possint. Sicut autem peccatorem convenit argui, ita justum non exulcerari.

4. Sacerdotes curam debent habere de his qui pereunt, ut eorum redargutione aut corrigantur a peccatis, aut, si incorrigibiles existunt, ab Ecclesia separentur.

5. Atrociter arguuntur qui, decipiendo peccantes, non solum non argunt pro peccato, sed etiam adulanter decipiunt, dicente propheta: *Et erunt, qui beatificent populum istum, seducetes, et qui beatificantur, præcipitati (Isai. ix, 16)*.

6. Atrociter iterum arguuntur qui peccantem non recipiunt, sed despiciunt et spernunt, nec alterius delictum tanquam proprium ingemiscunt. De talibus per Isaiam Dominus comminans dicit: *Qui dicunt: Recede a me, non appropinqua mihi, quia immundus es: isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die (Isai. lxxv, 5)*. Inde est quod et Apostolus omnibus omnia factus est (*I Cor. ix, 22*), non imitatione erroris, sed compassionis miseratione; scilicet, ut ita vitia aliena fieret, quemadmodum si tali et ipse implicetur errore.

7. Boni pastores populi debent delicta deslere et totos se plausibus tradere, imitantes Jeremiam prophetam dicentem: *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, et plorabo die ac nocte interfectos populi mei (Jerem. ix, 1)*? Tanquam propria igitur delicta plebis peccata sacerdos flere debet, sed affectu compatiendi, non actione commisi.

8. Nonnulli præsules gregis quosdam pro peccato a communione ejiciunt, ut poeniteant, sed quali sorte vivere debeant, ad melius exhortando non visitant. Quibus congrue sermo divinus increpans comminatur: *Pastores, qui pascitis populum meum, vos dispersistis gregem meum, ejecistis, et non visitatis eos: ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum (Jerem. xxiii, 2)*.

9. Bonorum studia sacerdotum multa diligentiam etiam parva plebis facta perquirunt, ut dum in minimis subditorum peccatis se acerrimos præstant, de majoribus malis cautos sibi, subjectosque, ac sollicitos faciant.

2. Ita Goth. Salm. et alii melioris notæ, cui Scripturæ et Hebraica veritas, et septuaginta interpretum Edittio favet; robustum habet tamen Goth. Tolet. **LOANA.**

*Ibid.* Alii cum Vulgata, *robustum, et scies, et probabis viam eorum.* **AREV.**

7. Alii, *non accusatione commisi.* **AREV.**

13. Ex Gregor., lib. xii epistolarum Petro subd.

**335** 10. Sicut medici morbos imminentes curandos suscipiunt, futuros vero, ne irropeant, medicæ objecto quadam præscientia antecedunt, ita et doctores boni, sic ea quæ male acta sunt resecant, ut ea quæ admitti possunt, ne perpetrentur, doctrina succurrente præventiant.

11. Qui blando sermone castigatus non corrigitur, acrius necesse est ut arguatur. Cum dolore enim abscindeunda sunt quæ leniter sanari non possunt.

12. Qui admodum secrete de peccato, corrigi negligit, publice arguendus est, ut vulnus, quod occulte sanari nescit, manifeste debeat emendari.

13. Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. Palam enim sunt arguendi qui palam nocent, ut dum aperta objurgatione sanantur, hi quæ eos imitando deliquerunt corrigantur.

14. Dum unus corripitur, plurius emendantur. Necessæ enim ut pro multorum salvatione unus condemnatur, quam per unius licentiam multi periclitentur.

15. Ita erga delinquentem sermo est proferendus, sicut ejus qui corripitur expostulat salus. Quod si opus est aliquam salutem medicamento verbis increpationis aspergere, lenitatem tamen corde opus est retinere.

16. Doctores nonnunquam durius feriunt increpationibus subditos; qui tamen a charitate eorum quos corripunt non recedunt.

17. Sæpe Ecclesiæ censura arrogantibus videtur esse superbia; et quod a bonis pie fit, crudeliter ferri putatur a pravis, quia non discernunt recto oculo, quod a bonis recto fit animo.

18. Notandum est vehementer ab omni pontifice ut tanto cautius erga commissos agat, quanto durius a Christo se judicari formidat; nam sicut scriptum est: *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis (Mat. h. vii, 2)*.

19. Quotidie namque omnes delinquimus, et in multis erroribus labimur.

**336** 20. Qui enim nostris delictis clementes sumus, in alieno peccato rigorem tenere nequaquam debemus. Multi aliorum vitia cernunt, sua non aspiciunt. Et cum ipsi maximis criminibus obnoxii teneantur, minora peccata fratribus non dimittunt.

21. Hypocritæ trabem in oculo suo consistentem non sentiunt, et harentem festucam in lumine fratris intendunt.

22. Facilius reprehendimus vitia aliena quam nostra. Nam sæpe quæ perversa in aliis judicamus, in nobis nocibilia esse minus sentimus; et quod in aliis reprehendimus, agere ipsi non erubescimus.

Sicilia: **LOANA.**

15. Lectionem Gothicor. reposuimus; putamus tamen rectam esse: *Quod si opus est aliquam salutem v. i. asp. LOANA.*

*Ibid.* Alii: *Quod si opus est aliquam medicamento asperitatem verborum prædicatione aspergere.* **AREV.**

18. *Remetietur. Al., in ipsa remetietur.* **AREV.**

23. Facilius vitia uniuscujusque quam virtutes A  
facilem; nec quid boni quisque gesserit egno-  
scere. sed quid mali egerit, perscrutamur.

## CAPUT XLVII

## De subditis.

1. Propter peccatum primi hominis humano ge-  
neri poena divinitus illata est servitutis, ita ut qui-  
bus aspicit non congruere libertatem, his miseri-  
cordius irroget servitutum. Et licet peccatum hu-  
manæ originis per baptismi gratiam cunctis fide-  
libus dimissum sit, tamen æquus Deus ideo discrevit  
hominibus vitam, alios servos constituens, alios do-  
minos, ut licentia male agendi servorum potestate  
dominantium restringatur. Nam si omnes sine metu  
fuissemus, quis esset qui a malis quædam prohibe-  
ret? Inde et in gentibus principes, regesque electi  
sunt, ut terrore suo populos a malo coercent, at-  
que ad recte vivendum legibus subderent.

2. Quantum attinet ad rationem, non est persona-  
rum acceptio apud Deum (Coloss. III, 25), qui mundi  
elegit ignobilia et contemptibilia, et quæ non sunt  
ut ea quæ sunt destrueret, ne gloriatur omnis caro,  
337 hoc est, carnalis potentia coram illo. Unus  
enim Dominus æqualiter et dominis fert consultum,  
et servis.

3. Melior est subjecta servitus quam elata liber-  
tas. Multi enim inveniuntur Deo libere servientes  
sub dominis constituti flagitiosis, qui, etsi subjecti  
sunt illis corpore, prælati tamen sunt mente.

CAP. XLVII. N. 1. Gregor., lib. Moral. XXI, cap. 41,  
et August., lib. XIX de Civit. Dei, cap. 15. LOAISA.  
Ibid. Verba sancti Augustini ad hanc rem: Con-  
ditio.... servitutis jure intelligitur imposita peccatori.  
Et iterum: Nomen itaque istud (servitutis) culpa me-  
ruit, non natura. AREV.

2. Ita Goth. Salmant., et excusi libri. Conferunt  
consultum, alii Mss. LOAISA.

Ibid. Goldastus, in not. ad cap. seq., n. 5, ita dis-  
tinguendum monet hunc locum ex concilii Aquis-  
granensis prima Hadamarii Editione. AREV.

CAP. XLVII. N. 1. Ex Gregor., lib. Moral. XXIV,  
cap. 50. Paulus. I Thess. II, sic inquit: Non qua-  
rentes ad hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab  
aliis, cum possemus oneri esse, ut Christi apostoli, sed  
facti sumus in medio vestrum parvuli. Qui locus etiam  
a Gregor. eodem modo interpretatur lib. Moral.  
XXIV, cap. 50. Legitur vero in Goth. Salm. quod de-  
cebat. Itemque in aliis Mss. Quod licebat, in Excus-  
sis. LOAISA.

Ibid. Hoc loco incipit opusculum De prælati-  
bus, quod Goldastus notis suis plerumque eruditus, inter-  
dum acatholicis prosequutus fuit, ut jam dixi. Quæ-  
dam e notis seligam, quæ ad rem facere possint.  
Observat primo loco prælatos hic non esse præfe-  
ctos Ecclesiarum, sed principes, ut vocant, sacula-  
res, uti apud eundem Isidorum in libro de Con-  
temptu mundi, versus finem, capituli inscribitur De  
prælatione, et in altero Synonymorum De prælati-  
bus ac subditis. Voces præsul, præpositus, prælatus, deno-  
tant eujuslibet rei præfectum; sed usus jam obtinuit  
ut ad præfecturas ecclesiasticas referantur. Senten-  
tia prima illustrari potest ex Synonymis Isidori, cap.  
ultim., cap. 33 et 42 hujus lib. III, ex concilio  
Aquisgranensi I, cap. 18 et 21, Tertulliano in libro  
de Idolatria, Cicero: et aliis. Pro innoscescat, Gol-

## CAPUT XLVIII.

## De prælati.

1. Vir justus aut omni potestate sæculari exultat,  
aut si aliqua cingitur, non sub illa curvatur, ut su-  
perbus tumeat, sed eam sibi subjicit, ut humilior  
innoscescat. Probatum autem hoc apostolico exemplo,  
qui data sibi potestate, etiam nec ad hoc usus est  
quod decebat, sed, dum posset uti, licita abnu-  
it, seque ut parvulum in medio eorum quibus præerat  
ostendit (I Thess. II, 6, 7).

2. Qui in appetendis honoribus sæculi aut prospere-  
ritatibus mundi instanti desudat labore, et hic et in  
futuro vacuus invenitur 338 a requie; tantoque  
sarcinis peccatorum gravatur, quanto a bonis operi-  
bus existit alienus.

3. Quanto quisque amplius sæcularis honoris di-  
gnitate sublimatur, tanto gravius curarum ponder-  
bus aggravatur; eisque magis mente et cogitatione  
subjicitur, quibus sublimitatis gradus præponitur.  
Nam, ut quidam Patrum ait: Omne quod superemi-  
net plus majoribus afficitur quam honoribus gaudet.

4. Quanto quisque curis mundi majoribus occu-  
patur, tanto facilius vitiis premitur. Si enim vix  
valet peccata animus devitare quietus, quanto mi-  
nus occupatione sæculari devinctus?

5. Non statim utile est omne potestatis insignis,  
sed tunc vere est utile, si bene geratur. Tunc au-  
tem bene geritur, quando subjectis prodest, quibus  
terreno honore præfertur. Potestas bona est, quæ  
a Deo donante est, ut malum timore coerceat, non ut

dastus in suo Ms. legebat innoscescat, quod re vera  
Isidorianum videtur. Nam et apud Braulionem, et  
apud Isidorum, occurrit innoscesco active. In eodem  
Ms. sic erat: Qui datum sibi potestatem nec ad hoc  
usus est quod decebat, sed dum posset utere licita ab-  
nu- it. Corrigebat Goldastus, posset uti re licita, abnu-  
it. Isidorus sæpe adhibet utor cum accusativo; alique  
adeo posset distingui, posset uti licita, abnu- it; lic-  
est, uti rebus licitis. AREV.

2. Codex Goldasti, qui ad potendis honoribus,  
specie quadam solæcismi, ut § 5 Instit. de lege A-  
quilia, ad exercitandis militibus, ex veteribus libris,  
teste Cujacio. Pro ins nitur Eglinus corrigi invenit-  
ur. Rem explicat Isidorus, in Synonymis, versus  
finem lib. II, sub titulis De prælati ac subditis, et  
Qualiter se quisque habere debeat in honoribus. In  
tantoque... quanto est hellenismus, positivus pro  
comparativo. AREV.

3. Est apud Gregor., lib. XXXIII Moral., cap. 19,  
et affertur d. 15, cap. Nervi. Et ibi non est super-  
eminet, sed omne quod hic eminent. LOAISA.

Ibid. Quanto quisque, etc. Vide Etymolog. lib. IX,  
cap. 3. Versus eujusdam poetæ laudatur:

Tu si animo regeris, rex es; si corpore, servus.

AREV.

4. Ms. Goldasti, tanto infeliciores vitiis premitur,  
quo nihil elegantius, nihil venustius dicit Goldastus;  
infelix agendi notione, quod infelicem reddat. AREV.

5. Alii, quando a Deo donante est; vel quæ a Deo  
data est. Goldastus rectius putat cum suo ms., non  
ut timore malum committat. Nihil pejor quam pe-  
potestatem peccandi libertatem habere. Corrigit locum  
Augustini apud Prosperum, in Sententiis, nihil est  
infeliciores felicitate peccandi, pro felicitate peccantium.  
AREV.

temere malum committat. Nihil autem pejus quam per potestatem peccandi libertatem habere; nihilque infelicius male agendi facultate.

6. Qui intra sæculum bene temporaliter imperat, sine fine in perpetuum regnat; et de gloria sæculi hujus ad æternam transiit gloriam. Qui vero prave regnum exercent, post vestem fulgentem et lumina lapillorum, nudi et miseri ad inferna torquenti descendunt.

7. Reges a recte agendo vocati sunt, ideoque recte faciendo regis **339** nomen tenetur, peccando amittitur. Nam et viros sanctos proinde reges vocari in sacris eloquiis invenimus, eo quod recte agant, sensusque proprios bene regant, et motus resistentes sibi rationabili discretionem componant. Recte enim illi reges vocantur, qui tam semetipsos, quam subiectos, bene regendo modificare noverunt.

8. Quidam ipsum nomen regiminis ad immanitatem transvertunt crudelitatis; dumque ad culmen potestatis venerint, in apostasiam confestim labuntur, tantoque se timore cordis extollunt, ut cunctos subditos in sui comparatione despiciant, eosque quibus præesse contigit non agnoscant. Quibus congruo per Ecclesiastem dicitur: *Ducem te constituerant, non extolli, sed esto illis quasi unus ex ipsi* (Eccli. xxxii, 1).

9. Dum mundi reges sublimiores se cæteris sentiunt, mortales tamen se esse agnoscant; nec regni gloriam quæ in sæculo sublimantur aspiciant, sed opus quod secum ad inferos deportent intendant. **340** Si ergo carebunt hujus temporis gloria, illa agant quæ post finem sine fine possideant.

10. Dum Apostolus dicat: *Non est potestas nisi a*

6. *Qui intra sæculum, etc.* Vide Isaiam, lx, 3, et Apocalypsin, xxi, 24. Sententiam eandem illustrat sanctus Bernardus, epist. 206 ad reginam Hierosolymorum. In nonnullis Editis erat *lapillorumque nitorem*. Goldastus præfert nostram lectionem cum suo Ms. et concilio Parisiensi, lib. ii, cap. 1, et Aquisgranensi sub Ludovico Pio. AREV.

7. Hinc illud Petri I, n, et Lucæ, xix. *Euge, bone serve, quia in modico fuisi fidelis, eris potestatem habens super decem civitates*: parabolas etiam quæ sunt de regibus, de justis fere hominibus interpretatur Greg., lib. Moral. xi, cap. 9, exponens illud Job xii: *Balteam regum dissolvit; qui membrorum suorum motus bene regere sciunt, non immerito reges vocantur*. LOAISA.

*Ibid.* Recte enim. Hoc Augustinus, in psalm. lxxv pie explicat in illud: *Terribilis apud reges terræ. Esto rex terræ, inquit, et erit tibi terribilis Deus. Quomodo, inquires, ero rex terræ? Rege terram, et eris rex terræ. Noli ergo aviditate imperandi ponere tibi ante oculos provincias latissimas, qua tua regna diffundas: terram quam portas rege. Audi Apostolum regentem terram: Non sic pugillor, quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, et in servitutem redigo.* LOAISA.

*Ibid.* A recte agendo. Hoc etymon stoicum, et a philosophia petatum dicit Goldastus, non a grammatica; ac multos congerit scriptores, qui illud adoptarunt. Sententiam illam raut Salvianus lib. iv de Gubernat. Dei, sanctus Bernardus, in Sentent.; Nicolaus papa ad Michaelem imperatorem, et alii. Concilium Parisiense, lib. i, cap. 2, exhibet *noverunt pucificare pro modificare novrunt*. Goldastus melius putat *modificare*, quod pro moderari et regere posuit Cicero. AREV.

8. Posset legi per *Ecclesiasticum*; nam in hoc li-

*A Deo* (Rom. xiii, 1), quomodo Dominus per prophetam de quibusdam potestatibus dicit: *Ipsi regnarent, sed non ex me* (Ose. viii, 4)? Quasi diceret, non me propitio, sed etiam summe irato: Unde et inferius per eundem prophetam addidit: *Dabo, inquit, tibi regem in furore meo* (Ose. xiii, 11). Quo manifestius elucet bonam malamque potestatem a Deo ordinari; sed bonam propitio, malam irato.

11. Reges quando boni sunt, muneris est Dei, quando vero mali, sceleris est populi. Secundum enim meritum plebium disponitur vita rectorum, testante Job: *Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi* (Job xxiv, 30). Irascente enim Deo, talem rectorem populi suscipiant, qualem pro peccato merentur. Nonnunquam pro malitia plebium etiam reges mutantur, et qui ante videbantur esse boni, accepto regno sunt iniqui.

#### CAPUT XLIX.

##### De justitia principum.

1. Qui recte utitur regni potestate, ita se præstare omnibus debet, ut quanto magis honoris celsitudine claret, tanto semetipsum mente humiliet, proponens sibi exemplum humi itatis David, qui de suis meritis non tumuit, sed humiliter sese dejiciens, dixit: *Vilis incedam, et vilior apparebo ante Deum, qui elegit me* (II Reg. vi, 22).

2. Qui recte utitur regni potestate formam justitiæ factis magis quam verbis iustituit. Iste nulla prosperitate erigitur, nulla **341** adversitate turbatur; non innotuit propriis viribus, nec a Domino recedit cor ejus; regni fastigio humili præsidet animo; non eum delectat iniquitas, non inflammat cu-

bro sunt laudata verba. Sed nihil mirandum si unus pro alio libro ab Isidoro nominetur, præsertim cum Ecclesiasticus et Ecclesiastes passim ab aliis quoque confundantur, quod unus eorum auctor Salomon a multis credatur. Cæterum Patres concilii Moguntiaci, sub Arnulpho, qui Isidorum præ manibus habebant, cap. 2, *Ecclesiasticum*, non *Ecclesiasten*, appellant. AREV.

9. *Quod secum, etc.* Goldastus locum hunc manifesto corruptum assertit, atque inane operam consumit, ut eum ad sanitatem revocet. Non enim ipse meliorem lectionem profert, scilicet, *quod secum adfertant, deportare intendant*. Pro, *si ergo carebunt hujus temporis gloria, alii habent, si ergo amissari sunt hujus temporis gloriam*. AREV.

10. *De quibusdam potestatibus*. Al., *de quorundam principatu*. Verba Osee, *sed non ex me, alii citant et non ex me, alii et non per me*. Superfluum videri possit verbum *inquit* post *addidit, Dabo*. Sed hujusmodi species elucutionis alibi etiam occurrit et apud Latinos et apud Græcos scriptores, ut observat Goldastus. AREV.

11. *Disponitur*. Collectores canonum addunt a Deo, uti etiam Isidorus supra, cap. 39 hujus libri, num. 3. AREV.

CAP. XLIX. N. 1. II Reg. vi. Gregor., lib. Moral. xxvii, cap. 26. LOAISA.

*Ibid.* Multa quæ in his capitibus ab Isidoro profertur, repetita existant in conciliis Parisiensi, Moguntino, et Aquisgranensi, quorum verba cum Isidoriano textu accurate confert Goldastus. De clementia principum videndi sanctus Fulgentius, de Veritate prædestinationis et gratiæ; et ipse Isidorus, in Synonymis, loc. cit. AREV.



piditas; sine defraudatione alicujus ex paupere divitem facit, et quod justa potestate a populis extorquere poterat, sæpe misericordiam clementiam donat.

3. Dedit Deus principibus præsulatum pro regimine populorum, illis eos præesse voluit, cum quibus una est eis nascendi moriendique conditio. Professe ergo debet populis principatus, non nocere; nec dominando premere, sed condescendendo consulere, ut vere sit utile hoc potestatis insigne, et dono Dei pro totione utantur membrorum Christi. Membra quippe Christi fideles sunt populi, quos dum ea potestate, quam accipiunt, optime regunt, bonam utique vicissitudinem Deo largitori resitiunt.

4. Bonus rex facilius ad justitiam a delicto regreditur quam de justitia ad delictum transfertur, ut noveris hic esse casum, illic propositum. In proposito ejus esse debet nunquam egredi a veritate. Quod si casu titubare contigerit, mox resurgere.

#### CAPUT L.

##### De patientia principum.

1. Plerumque princeps justus etiam malorum errores dissimulare novit, non quod iniquitatem eorum consentiat, sed quod aptum tempus correctionis expectet, quando eorum vitia vel emendare valeat, vel punire.

2. Multi adversus principes conjurationis crimine deteguntur, sed probare volens Deus clementiam principum, illos male cogitare permittit, istos non deserit. De illorum malo bene istis facit, dum culpas quas illi faciunt isti mira patientia indulgent.

342 3. Reddere malum pro malo vicissitudo justitiæ est: sed qui clementiam addit justitiæ, non malum pro malo culpatis reddit, sed bonum pro malo offensis imperat.

3. Sanctus Athanasius, in Vita sancti Antonii: *Licet enim diversa sit dignitas, attamen eadem nascendi moriendique conditio est.* Pro hujus sententiæ illustratione consulendus Lipsius, Politic. II, cap. 6. Verbum condescendo in hoc sensu occurrit apud sanctum Gregorium Magnum, Lupum, Ferrarionsem abbatem, et alios. Legendum videtur pro tuitione. AREV.

4. Alii, nunquam deviare a veritate... mox resurgere non pigeat. AREV.

CAP. L. N. 4. De moderatione et patientia principum Lipsius, in Politic.; sanctus Gregorius Magnus, Moral. lib. XIX, cap. 23, et alii. Pro noviti, alii debet. AREV.

2. Male cogitare. Al., male machinari. AREV.

3. Sed qui clementiam, etc. Gratianus, distinct. 45, cap. 23, q. 4.; Augustinus, Enchirid., c. 75; Gregorius Magnus, Moral. lib. XX, part. IV, cap. 6; Isidorus noster, Synonym., loc. cit., et alii plures. Goldastus culpatis interpretatur culpantibus, seu culpam committentibus, et offensis simili modo offendentibus, ut a ut alios sacrificatis sumitur pro sacrificantibus, implicatis pro implicatibus, etc. AREV.

4. Excitat hunc locum Rodericus Sanctius de Arevalo, Specul. vit. hum. lib. I, cap. 2. Pro coercerentur, alii se coercuerunt, aut quod sustinere vult Goldastus ex antiquitatis imitatione, coercerint. AREV.

5. Quanto quisque, etc. Augustinus, in Regul., sive epistola 241, ad Monachos; Isidorus, in libris citatis de Contemptu mundi, et de Synonymis, et

A 4. Difficile est principem regredi ad melius, si vitiis fuerit implicatus. Populi enim peccantes judicem metuunt; et a malo suo legibus coercerentur. Reges autem, nisi solo Dei timore metuque gehennæ coercerentur, libere in præceptis prouunt, et per abruptum licentiæ in omne facinus vitiorum labuntur.

5. Quanto quisque in superiori constitutus est loco, tanto in majori versatur periculo; et quanto splendoris honore excelsior quisque est, tanto, si delinquat, peccator major est. *Potentes enim potenter tormenta patientur* (Sap. VI, 7). Cui etenim plus committitur, plus ab eo exigitur, etiam cum usura pœnarum.

B 6. Reges vitam subditorum facile exemplis suis vel ædificant, vel subvertunt, ideoque principem non oportet delinquere, ne formam peccandi faciat peccati ejus impunita licentia. Nam rex qui ruit in vitiis cito viam ostendit erroris, sicut legitur de Jeroboam, qui peccavit et peccare fecit Israel (Ecclesi. XLVII, 29). Illi namque ascribitur, quidquid exemplo ejus a subditis perpetratur.

7. Sicut nonnulli bonorum principum Deo placita facta sequuntur, 343 ita facile multi prava eorum exempla sectantur. Plerique autem apud iniquos principes necessitate magis quam voto mali existunt, dum imperiis eorum obediunt. Nonnulli autem sicut prompti sunt sequi reges in malum, sic pigri sunt imitari illos in bonum.

C 8. Sæpe unde mali reges peccant, inde boni justificantur, dum præcedentium cupiditatem et malitiam corrigunt. Nam re vera peccatis eorum communicant, si, quod illi diripuerunt, isti retentant.

alii. Goldastus, cum suo Ms. et Roderico, præfert peccator major est. Rodericus habet, peccatum gravius. AREV.

6. Non oportet. Al., non decet. Goldastus observat verba hæc: *Nam rex, qui ruit in vitiis, cito viam ostendit erroris, versus iambicum tetrametrum catalecticum esse, et exstare in Mss. Publii Syri Mimis.* Notat etiam lib. IV Vigilii contra Eutychi. exstare versus hexametrum:

Quem callens astris quæsit cura magorum,

D qui dubio procul, ait, a vetusto pœta acceptus est. Certe a Juveneco, ut adverti in notis ad ejus lib. I, 295. Vezzosi ad marginem indicaverat IV Reg. XIII, 4. Sed, ut ipse advertit, eo loco non sermo est de Jeroboam, sed de Jochaz. AREV.

7. Goldasti Codex, corrupte, bonum in principum. Ex quo ipse corrigit: *Sicut nonnulli bonum vi principum, et Deo placita facta sequuntur.* Sic infra rigore principum conterantur. Verum recte procedit lectio vulgata hoc sensu: Sicut nonnulli sequuntur bonorum principum facta Deo placita, ita, etc. Pro quam voto Eglinus volebat quam voluntate, quod minime probandum. AREV.

8. Deripuerunt. Al., diripuerunt. Goldastus præfert deripuerunt, ex sententia Isidori, in libro Differentiarum, inter Deripere et Diripere, etc., scilicet in libro Differentiarum sine ordine alphabetico ad appendices rejecto, num. 218. Hanc sententiam mirifice illustrant Patres concilii VIII Toletani: *Quos tam conspeximus reges, etc.* AREV.

9. Cujus peccatum quod sequitur, necesse est ille ab eius rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam credidit.

## 345 CAPUT LII.

## De Judicibus.

## CAPUT LI.

## Quod principes legibus teneantur.

1. Justum est principem legibus obtemperare suis. Tunc enim jura sua ab omnibus custodienda existimet, quando et ipse illis reverentiam præbet.

2. Principes legibus teneri suis, neque in se posse damnare jura quæ in subjectis constituunt. Justa est enim vocis eorum auctoritas, si, quod populis prohibent, sibi licere non patiantur.

3. Sub religionis disciplina sæculi potestates subiectæ sunt; et quamvis culmine regni sunt præditi, vinculo tamen fidei tenentur **344** astricti, ut et fidem Christi suis legibus prædicent, et ipsam fidei prædicationem moribus bonis conservent.

4. Principes sæculi nonnunquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, et per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniunt. Cæterum intra Ecclesiam potestates necessariae non essent, nisi ut, quod non prævalet sacerdos efficere per doctrinam sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem.

5. Sæpe per regnum terrenum cæleste regnum proficit, ut qui intra Ecclesiam positi contra fidem et disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore principum conterantur; ipsamque disciplinam, quam Ecclesiæ humilitas exercere non prævalet, cervicibus superbiorum potestas principalis imponat; et ut venerationem mereatur, virtute potestatis impertiat.

6. Cognoscent principes sæculi Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam a Christo mundam suscipiunt. Nam sive augeatur pax et disciplina Ecclesiæ per fideles principes, sive solvatur,

9. *Errori.* In textu Gratiani *errori*, mendose, ut arbitror. In nonnullis Mss., *errori*, quæ scriptio vetusta est in Pandectis, pro *errori*. Sententia obvia est apud Jureconsultos. AREV.

CAP. LI. N. 1. Apud Grat., d. 9, cap. *Justum est*. LOAISA.

*Ibid.* Multa Goldastus in hanc sententiam congerit, quæ minime necesse est repetere. *Pro obtemperare*, aliqui Mss. et Gratianus, *teneri*. AREV.

2. Ita apud Gratian., d. 9, cap. *Justum est*, in decreto Gregoriano recens correcto: *Nec in se convenit posse damnare jura quæ in subjectis constituunt*. LOAISA.

*Ibid.* Pro damnare, alii frustrare. Goldastus legit et distinguit, *constituunt, justum est*. Est enim vocis eorum auctoritas. Nihil mutavimus. AREV.

3. Etiam hoc argumentum copiose pertractat Goldastus et hoc loco, et in not. ad Valerianum. Videndum decretum Gratiani, dist. 96, cap. 6. AREV.

4. In c. *Principes*, 23, q. 5. Concil. Paris. 1, cap. 2, et Aquisgr., part. III, cap. 1. LOAISA.

*Ibid.* Inscriptio apud Gratianum: *Quod sacerdotes efficere docendo non valent, disciplinæ terrore potestas extorqueat*. Advenit Goldastus non bene in nonnullis Gratiani Editionibus legi in *ecclesia pro intra Ecclesiam*, quod confirmat ex textu 23, q. 8, c. *Convenit*, ubi ait sanctus Ambrosius: *Imperator enim intra Ecclesiam est*. Toti huic sententiæ congruit commentum Matisconense II. *Convenit ergo ut, justitiæ et æquitatis in omnibus vigore servato, distinguit legalis ultio*

1. Ad delictum pertinet principum, qui pravos judices contra voluntatem Dei populis fidelibus præferunt. Nam sicut populi delictum est quando principes mali sunt, sic principis est peccatum quando judices iniqui existunt.

2. Bonus iudex sicut nocere civibus nescit, ita prodesse omnibus debet. Aliis enim præstat censuram justitiæ, aliis bonitatem. Judicia sine personarum acceptione suscipit, qui non infirmat justitiam avaritiæ flamma, nec studeat auferre alteri quod cupiat sibi.

3. Boni judices justitiam ad solam obtinendam salutem æternam suscipiunt, nec eam muneribus acceptis distribuunt, ut dum de justo judicio temporalia lucra non appetunt, præmio æterno ditentur.

4. Omnis qui recte judicat stateram in manu gestat, et in utroque penso justitiam et misericordiam portat. Sed per justitiam reddit peccati sententiam, per misericordiam peccantis temperat poenam, ut justo libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam vero per miserationem indulgeat.

5. Qui Dei judicia oculis suis proponit, semper timens, tremensque in omni negotio reformidat, ne, de justitiæ tramite devians, cadat; et unde non justificatur, inde potius condemnatur.

6. Neminem stultorum vel improborum oportet judicem esse. Nam stultus per ignaviam ignorat justitiam; improbus per cupiditatem corrumpit ipsam quam didicit veritatem.

7. Gravius læcerantur pauperes a pravis judicibus quam a cruentissimis hostibus. Nullus enim præditam cupidus in alienis quam iudex iniquus in suis.

*judicium quos non corrigi canonica prædicatione sacerdotum, etc. Pro imperet, nonnulli legunt implet.* Goldastus mavult *impetret*. AREV.

5. Apud Gratianum, dict. cap. *Principes*, ubi in decreto correcto legitur et ut *venerationem mereatur*. Quam lectionem in scholiis ex concilio Parisiensi sub Ludovico et Lotario, lib. II, cap. 2, Codices Gothi perantiqui habent, ut *venerationem mereatur, virtute potestatis impertiat*. LOAISA.

*Ibid.* Pro *humilitas*, Gratianus cum nonnullis Mss. *utilitas*. Paulo post magna discrepantia Codicum cap. Alii, et ut *reverentiam mereatur, virtutem potestatis impertiat*. Concilium Parisiense, lib. II, cap. 2, et ut *venerationem mereatur, virtutem potestatis impertiat*. Alii, et ut *veneratione mereatur, virtute potestatis impertiat*. AREV.

6. *Cognoscent principes, etc.* Vide sanctum Augustinum, tract. 11, cap. 5, in Joann.; sanctum Leonem, epist. 29, ad Pulcheriam Augustam; Gratianum, 23, q. 4, c. 35, et alios collectores canonum. Hic deest opusculum de *Prælati*, quod commentario suo illustrandum Goldastus suscepit. Cæterum verba quæ ex Isidoro Gratianus sumpsit, contulit Bernardus cum Isidori operibus, et descripsi in Isidorianis, cap. 52, et nominatim quod attinet ad libros *Sententiarum*, a num. 16. AREV.

CAP. LI. N. 2. *Qui non infirmat*. Alii omittunt *qui*. Gratianus in utroque meo exemplari *quem*, quod mendum puto. AREV.

8. Latrones inaccessis faucibus ac latebris latentes, insidias ponunt, isti palam rapacitatis avaritia sæviunt.

**346** 9. Hostes in alienorum tantum sanguinem intendunt; iudices, quasi crudelissimi carnifices civium, oppressione sua subjectorum vitam extinguunt. Qui enim destruant multi sunt, rari sunt autem qui populos legum moderamine regant.

10. Plerumque et boni iudices sunt, sed ministros rapaces habent. Horum figura, ut ait quidam, tanquam Scylla pingitur atque describitur: ipsa quidem humana specie, sed capitibus caninis accincta et circumdata. Non aliter quibusdam potestatibus accidit et ipsorum humanitatem immanitas iniquorum sociorum perturbet.

11. Sæpe iudices pravi cupiditatis causa aut disserunt, aut pervertunt iudicia; nec finiunt coepta partium negotia, quousque marsupia eorum qui causantur, exhaustant. Quando enim iudicant, non causam, sed dona considerant; et sicut negligentes sunt in discussione causantium, sic eorum damno solliciti sunt.

12. Iudices pravi, juxta prophetæ verbum, quasi lupi vespere, non relinquunt in mane (*Soph. iii, 3*); hoc est, de presentis vite tantum commodis cogitant, non de futuris. Vita enim ista vespere, futura vero mane incipitur. Et bene ait, quasi lupi, quia luporum more cuncta diripiunt, et vix pauca pauperibus delinquunt.

13. Verbosi iudices, et elati, ut sapientes videantur, non discutunt causas, sed asserunt; sicque conturbant iudicii ordidem, dum, non suo contenti officio, aliena præsumunt.

14. Quidam, dum iudicare incipiunt, irascuntur, ipsamque iudicii sententiam in insaniam vertunt. De quibus recte per prophetam dicitur: *Qui convertunt in furorem iudicium*. Qui enim iratus iudicat, in furorem iudicium mutat, et ante profert sententiam, quam agnoscat.

15. Furor in iudice investigationem veri non valet attingere, **347** quia mens ejus turbata furore ab scrutatione alienatur justitiæ.

16. Iracundus iudex iudicii examen plene contueri non valet, quia caligine furoris non videt. Qui autem ex falso furore disciit, facilius ad contuendam veri-

10. Scyllæ rapacitatem, cui rapaces iudices ille, quisquis est, comparat, Virgil., vi *Eclog.*, verbis indicat:

Candida succinctam latrantibus inguina monstris  
Dulchias vexasse rates, et gurgite in alto  
Ah! timidus nautas canibus lucerasse marinis.

Vide Servium, in eo loco, de duplici Scylla, et Virgilium ipsum, de Cyri ad Messalam et Fulgentiam. in *Mythologicis*. LOAISA.

*Ibid.* Corrupta erat nota Loaisæ in utroque meo exemplari Grialii, cui rapaces iudicium ille quisquis est. AREV.

11. Alii, in discussione causarum. AREV.

12. Locus est Sophoniæ iii: *Judices ejus lupi, ve-*

tatem mentis serenitate consurgit, et sine ulla perturbatione ad æquitatis intelligentiam pervenit.

#### CAPUT LIII.

##### De acceptione personarum.

1. Non est persona in iudicio consideranda, sed causa; scriptum est enim: *Non accipias personam in iudicio* (*Levit. xix, 15*; *Dent. i, 17*; *Prover. xxiv, 23*; *Eccle. xlii, 1*). Et iterum: *Non misereberis pauperis in iudicio*. Qui enim consanguinitatis vel amicitiae favore, sive inimicitiarum odio, iudicium pervertunt, sine dubio in Christum, qui est veritas et justitia, peccare noscuntur.

2. Iniqui iudices errant in veritate sententiæ, dum intendunt in qualitatem personæ, et exulcerant sæpe justos, dum improbe defendunt iniquos; qui autem recte præsidere studet, nec partem palpate novit, nec cohibere a justitia didicit.

#### CAPUT LIV.

##### De muneribus.

1. Qui recte iudicat, et præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat, quia justitiam, quam gratis imperitari debuit, acceptione pecunie vendit.

2. Bonis male utuntur qui juste pro tempore lucro iudicant. Tales quippe ad veritatem non justitiæ defensio, sed amor præmii provocat. Quibus si spes nummi subtrahitur, confestim a justitiæ defensione recedunt.

3. Acceptio munerum prævaricatio veritatis est. Unde et pro justo dicitur: *Qui exciit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitat* (*Isai. xxxiii, 15, 16*).

**348** 4. Dives muneribus cito corrumpit iudicem. Pauper autem, dum non habet quod offerat, non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur.

5. Cito violatur auro justitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. Plus enim obtinet mentem censoris amor lucri quam æquitas iudicii.

6. Tres sunt munerum acceptiones, quibus contra justitiam humana vanitas militat, id est favor amicitiarum, adulatio laudis et corporalis acceptio muneris. Facilius autem pervertitur animus rei corporeæ munere quam gratiæ laudisque amore.

7. Quatuor modis pervertitur humanum iudicium, timore, cupiditate, odio et amore. Timore, dum sperare non relinquunt in mane. Atque ita legunt Mss. LOAISA.

15. Sed asserunt. Editio vetus, sed asserunt. Utrunque obscurum. AREV.

CAP. LIII. N. 4. August., tract. 30, in Joann., ad illud: *Nolite iudicare secundum faciem, sed rectum iudicium iudicate*, cap. 7. *Levit. xix. Deut. i et xix. Proverb. xxiv. Eccle. xlii.* LOAISA.

CAP. LIV. N. 2. Amor præmii. Al., amor pecuniæ. AREV.

4. Grat., 11, q. 3, et Rurchar., lib. xvi, cap. 23. LOAISA.

6. Ex Gregor. Homil. 4 in Evang. LOAISA.

7. Alii adversa pro adversari, et complacere pro præstare; sed bene est præstare, pro prodesse, ut alibi etiam in notis ad hoc opus dictum. AREV.

metu potestatis alicujus veritatem loqui pavescimus. **A** Cupiditate, dum premio muneris alicujus corrumpimur. Odio, dum contra quemlibet adversari molimur. Amore, dum amico vel propinquis præstare contendimus. His enim quatuor causis sæpe æquitas violatur, sæpe innocentia læditur.

## CAPUT LV.

*De testibus.*

1. Et si mendacium gratis dicitur, quanto magis si venale quaeritur? Neque enim derit in multiplex conventus falsorum, si tantum præsentia sit numerorum.

2. Testis falsidicus tribus est personis obnoxius. Primum Deo, quem perjurando contemnit; secundo judici, quem mentiendo fallit; postremo innocenti, quem falso testimonio lædit.

3. Usam pene crimen habent, et qui falsitatem promittit, et qui supprimit veritatem, quia illo obesse vult, et iste prodese non vult. Pejor est testis qui lædit quam qui præstare non vult. Nam ille malignus est, iste inutilis.

**349** 4. Testibus falsis conjunctis tarde mendacii falsitas reperitur. Quod si separati fuerint, examine judicantis cito manifestantur. Nam sicut in unitate pravorum grandis est fortitudo, ita in separatione major infirmitas.

5. Fraudulentia cito reprehenditur mendacium, falsidicorum enim testimonium sibi non convenit.

6. Iniquus testis, quamvis sua falsitate corpori rebusque impediatur, animo tamen nihil damni conferat. Erit autem ille apud Deum condemnatus, qui adversus innocentem falsum testimonium vel dicit, vel dicentibus credit. Nam non solum ille reus est, qui falsum de alio profert, sed et is qui cito aurem criminibus præbet.

7. Qui metu potestatis veritatem occultat, ejusdem veritatis iracundiam sibi cœlitus provocat, quia plus pertimescit hominem quam divinam trepidat indignationem. Reatus cujus testimonio innocens ab scelere obrecto purgatur; impius, cujus proditione etiam iniquus perimitur. Neque enim decet Christianum morti obnoxium prodere, et ad effundendum sanguinem infelicium vocem testificationis præbere. Sermo enim justi hominis tantum ad ministerium debet esse salutis; ira enim indignationis et tribulationis, et immissiones per angelos malos.

**Cap. LV. N. 3.** Advertit Vezziosius, hanc sententiam integram hoc loco a Margarino et Loaisa non poni. A Grialio quidem hoc eodem loco ponitur; a Margarino non multo post, scilicet post sententiam, num. 5. **AREV.**

6. **Alii** : *Rebusque officiat, animo tamen nihil oberit: imo maximum lucrum confert, si impeditus æquanimitate tulerit. Erit autem, e c. AREV.*

**Cap. LVI. N. 2.** Hieronymus in epist. ad Augustinum. *Sed incidit, inquit, tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit quam loqui, ita ut studia nostra cessarent, pro jurgia Appium canina exerceretur facundia. Et ad versus Luciferianos: Proxima accitit ut quidam Luciferi sectator, cum alio Ecclesie alumno odiosa loquacitate contendens, caninam facundiam exerceret. Et Lactant. lib. vi, cap. 18: Sed quia ipse caninam*

## CAPUT LVI.

*De cauidicis.*

1. Negotiorum forensium sectatores propter praxiam dilectionem sæculare negotium deserere debent, aut certe, manente proximi charitate, negotium sequantur terrenum. Sed quia perrarum est ut interjurgantes charitas maneat, postponenda est rei causatio, ut perseveret dilectio.

2. Antiqui forensium eloquentiam caninam facundiam nuncupabant, **350** eo quod cauidici in certaminibus causarum, omnis quæ agunt, veluti canes alterutrum sese lacerant, jurgiaque canum ad injurias suas commutant.

## CAPUT LVII.

*De oppressoribus pauperum.*

**B** 1. Pauperum oppressores tunc se sciant graviori dignos sententia, quando prævaluerint his quibus nocere voluerint. Nam tanto atrocius futuro supplicio condemnandi sunt; quanto hic fortius contra miserorum vitam invaluerint.

2. Audiant iudices, et qui præsumunt populis, quia pro temporalibus molestiis, quas plebibus ingerunt, æterno incendio cremabuntur, testante Domino per Isaiam prophetam: *iratus, inquit, sum super populum meum, et dedi eos in manu tua; non posuisti eis misericordiam, sed aggravasti jugum tuum valde. Descende in pulvere, sede, tace et intra in tenebras. Veniet super te malum, et nescies; et irruet super te calamitas quam non poteris expiare. Veniet super te repente miseria quam nescis* (*Isai. XLVII, 5*).

3. Magis mala facientibus quam mala patientibus dolere debemus. Illi enim prava faciendo in malum proficiunt; isti patiundo a malo corriguntur. Deus autem per malas voluntates aliorum in aliis multa operatur bona.

4. Malignantium hominum voluntas nequaquam potest impleri, nisi Deus dederit potestatem. Nam dum homines, Deo permitte, malum quod concupiscunt perficiunt, ipse dicitur facere qui permittit. Inde est quod scriptum est per prophetam: *Si erit malum quod Dominus non fecit. Veruntamen quod iniqui* **351** *mala ex voluntate quaerunt, idcirco Deus perficiendi dat potestatem per suam bonam*

**D** *illam facundiam (sicut Sallustius ab Appio dictum refert) exercuit, voluit quoque hominem canino more vivere, ut remorderet. Exstantque duo Sallustii fragmenta, in quibus hoc Appii de canina facundia dictum refertur. Prudentius quoque in Hamartigenia:*

*Inde canina foro latrat facundia.*

**LOAISA.**

*Ibid.* De canina eloquentia jam dixit Isidorus, in Exod. xiv, 9. A rabie canina *rabulas* dici Nonius existimat. Plura in hanc rem ex antiquis scriptoribus profert Becmanus, de Origin. Lat. ling., pag. 904, verbo *Rabbi*. **AREV.**

**Cap. LVII. N. 2.** *Alii cum Vulgata: Et nescies irruet ejus; et irruet, etc. AREV.*

3. Gregorius, lib. xx Moral., cap. 21. **LOAISA.**

voluntatem, quia de nostro malo ipse multa bona A gerint, mox ad blasphemiam pusillanimitate animi convertuntur.

5. Quidam, cum Dei voluntati resistunt, nescientes Dei consilium faciunt; quo noveris sic Deo subiecta esse omnia, ut et ipsi qui ejus dispositioni adversantur ejus impleant voluntatem.

6. Propterea in hac vita boni judicantur a malis, ut iterum in illa vita mali judicentur a bonis; sive ut etiam si hic bonis temporalis afflictio, et illic æterna remuneratio.

7. Idcirco sunt necessarij mali, ut quoties boni offendunt, flagellentur ab illis. Hinc est quod Assur virgam (sponsis sui testatur Dominus (Isai. x, 5, 7); sed quoties ita fit, de Dei indignatione procedit, ut Deus per illos in eos sæviat quos flagellando emendare desiderat. Sed ille justissima voluntate, illi B vero sæpe crudeli intentione, sicut per Prophetam de eodem Assur dicitur: *Ipsæ autem non sic arbitratur, sed ad conterendum paratum est cor ejus.*

8. Atrocem super eos divinum furorem venturum, qui existunt persecutores et violenti fidelibus. Consolando enim per prophetam Deus suos, ita judicare prohibuit adversarios: *Eos, inquit, qui judicaverunt te, ego judicabo; et cibabo hostes tuos carnibus suis, et quasi a musto, sanguine suo inebriabuntur.* (Isai. XLIX, 25, 26).

9. Habet aliquem usum et malorum iniquitas, quod electos Dei suis morsibus laniant, ac per hoc vita impiorum sibi deperit; justorum autem non perit, sed proficit, dum eos mali per tribulationis exercitium ad præsentem odiendam vitam et futuram desiderandam erudiunt. C

10. Interdum enim prodest perversorum pravitas utilitati justorum, dum eos malitia sua erudiunt et ad regna cælorum requirenda molestia temporali impellunt. Probatur hoc exemplis Israeliticæ plebis, quæ tunc durius agebatur in Ægypto (Exod. III), quando oportebat eam per Moysen ad terram repromissionis vocari, et ex malis quæ in Ægypto patiebatur discedere, et ad patriam festinare.

11. Iniqui, dum constantiam justi in persecutionibus suis aspiciunt, mentis confusione tabescunt. Et dum adversa ostentant, 352 nec vincunt, tandem de suæ perversitatis insania confunduntur.

12. Stulti contra bonis studium semper assumunt, quibus dum prosperitas elucet, jactanter de suis meritis gloriantur, et bonorum atque justorum afflictionibus detrahunt; dumque eis adversa conti-

13. Quidam simplicium nescientes dispensationem Dei, in malorum profectibus scandalizantur, dicentes, juxta prophetam: *Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus qui prævaicantur et inique agunt* (Jerem. XII, 1)? Qui ergo hoc dicunt, non intrentur quod pravorum hominum temporalem et caducam felicitatem aspiciunt; sed magis novissima eorum intendant, quanta illis post hæc æterna supplicia præparentur, dicente propheta: *Ducunt in bonis dies suos, et subito ad inferna descendunt.* (Job XXI, 13).

#### CAPUT LVIII.

##### De tribulatione justorum.

1. Justus in adversis probari se cognoscat, non dejecti.

2. Viri sancti plus formidant prospera quam adversa, quia Dei servos prospera deiciunt, adversa vero erudiunt. Ideoque sancti viri constantia ita portare debet adversa, ut frangi non queat.

3. Tunc magis sunt Dei oculi super justos, quando eos affligi ab iniquis providentia superna permittit. Nam tunc eis gaudia disponuntur æterna, quando præseque tribulatione probantur.

4. Omnes vitæ hujus tribulationes aquis comparantur prætereuntibus; 353 propterea, quia siquid in hac vita tribulationis acciderit, non stat, sed celeriter transit.

5. Qui vitæ futuræ præmia diligenter excogitat, mala omnia vitæ præsentis æquanimiter portat, quoniam ex illius dulcedine hujus amaritudinem temperat, et ex æternitate illius brevitatem hujus despicit transitoriam.

6. Gravari diverso malo temporali pro utilitate eorum est, quod vitæ istius mala perferunt, quia cum dolore gravantur, cupiditatis, et luxuriæ, vitiorumque cæterorum mala non appetunt.

7. Plus prodesse salutis tentationes sæculi quam prosperitates (constat), nam ex prosperitate in deterius liur, ex tentationis dolore in melius proficitur.

8. Unusquisque ad tentationem animum præparare debet (Eccli. II, 1). Minus enim dum speratur tentatio, gravat; dure autem premit, si non sperata advenit. D

9. Sapientis est contra omnia adversa ante meditari; nec inveniri casus debet, quem non consilia ejus præveniant.

*Et aquis apponit mensuras. Aqua, inquit, in Scriptura sacra aliquando Spiritum sanctum, aliquando scientiam sacram, aliquando scientiam pravam, aliquando tribulationem, aliquando defluentes populos, aliquando mentes bonorum, fidei prædicamenta sequentium designare solet. August., cap. 62, in prima canonica Joannis, homil. 6: Nonne aquæ multa significant? quibusdam locis Spiritum sanctum, etc. Et libro diversarum questionum ad Oros., q. 51, significatur præter alia nomine aquæ omnis potus; ipse, quæst. in Exod. et lib. locutionum Exodi. LOAISA.*

9. Ita nonnulli Mss. *Moribus* uterque Goth. et vet. Ed. LOAISA.

10. Greg., lib. XXVI Moral., c. 9. LOAISA.

12. Alii. *studium nocendi semper assumunt.* ARY.

CAP. LVIII. N. 1. Gregor., lib. XXXI Moral., cap. 23. LOAISA.

2. Idem, lib. Moral. v, cap. 1. LOAISA.

3. Idem, lib. XX Moral., c. 21. LOAISA.

4. Aquæ significatio multiplex est in divinis litteris, ut constat ex Gregor. lib. Moral. XIX, cap. 4, unde desumpta est hæc sententia, ad illud Job XXXI:

## CAPUT LIX.

*De amatoribus mundi.*

1. Mundi amatores non solum ex eo rei sunt quod infima pro summis appetunt, verum etiam et miseri per hoc, quod gravi ærumna ad ipsa desiderata pertingunt.

2. Gravius torquetur impius mundi exaggerando commoda, quam justus tolerando adversa. Qui enim bona mundi diligit, velit, nolit, timoris et doloris pœnæ succumbit. Quique sibi quam oportet res transitorias diligunt, majorem pluri ingerunt dolorem res ablatae quam amorem parturiebant possessæ. Cum gravi enim dolore amittuntur quæ cum magno amore habentur. Minus autem carendo dolemus quæ minus possidendo diligimus.

3. Sciant sæculi lucra sectantes quantum sint vana vel adversa quæ diligunt, quæ etiam nec in hoc sæculo sine contritione gravi conquirunt, et pro quibus in futuro supplicio pœnas dabunt.

**354** 4. His qui in voluntate sæcula iam desideriorum persistunt, bene per testimonium prophetae dicitur: *Factus est Ephraim panis subcinericius, qui non reversatur (Ose vii, 8)*; id est, ita obruuntur cæcitate sæcularis amoris, ut nunquam respiciant ad Deum amorem retorquere mentis.

5. Multis mortuus est mundus, ipsi tamen vicissim mundo mortui non sunt. Bona enim sæculi diligunt, et tamen ipsæ, quæ diligunt, minime consequuntur; in utroque vacui, quia et futura perdunt, et præsentia non acquirunt.

6. Egestas est electorum, quod peregrinantur a bonis sempiternis, et in hoc exsilio diutius remorantur. Egestas est reproborum, quod abundant divitis, et virtutibus vacuantur, neque esse inopes nesciunt. Quod probatur per Apocalypsim Joannis, qui contra hujus mundi amatores sic ait: *Dicis quod dives sum, et locuples, et nullus ego; et nescis quia tu es miser, et miserabilis, et pauper, et cæcus, et nudus (Apoc. iii, 17)*.

7. Gloriæ temporalis sequaces, etsi nitidi sunt fofis fulgore potentiæ, interius tamen vacui sunt elatione superbiæ; sicuti calami exterius quidem nitent, sed interius vacuaptur.

8. Ob hoc reprobi exterius, ut calami, nitidi; interius vacui. Electi vero exterius, quasi arborum cortices, fœdi; interius vero solidi.

CAP. LIX. N. 1. Ex Gregor., lib. Moral. i, cap. 4, et xxxi, cap. 10. LOAISA.

4 Greg., lib. Moral. xi, c. 7. LOAISA.

Ibid. Qui non reversatur. In Vulgata, qui non reservatur. AREV.

5. Idem, lib. v Moral., c. 2. LOAISA.

6. Ex eod. lib. Moral. xxvii, cap. 2, in illud Job: *Facies eorum præcedet egestas*; cap. xli. LOAISA.

Ibid. Alii Codd., *abundant divites*, male et præter sententiam Isidori. Divus etiam Gregorius, unde hæc transcripta sunt, lib. xxxiv Moral., cap. 2, ita habet: *Unde et egestas eorum proprie dicitur, quia dum replentur vitiis, virtutum divitiis, vacuantur*. LOAISA.

Ibid. In nota Loaisæ apud Grialium erat præcedet pro præcedet. Mox erat abundant divitiis, ut in

A 9. Qui pretioso cultu incedunt, audiant prophetam, quemadmodum detestatur eorum corporalia ornamenta, et quos successus habeat cultus compositus et ornatus, hoc est, *pro suavi odore fetorem, et pro zona funiculum (Isai. iii, 24)*, et cætera.

10. Legant prophetam divites, quorum spes opulentiæ est, et **355** audiant eum dicentem: *Vas qui opulenti estis (Amos vi, 1)*! Quanto enim quisque potentia minor est, tanto magis liber a peccato est. Nam patrimonium grande tentatio est.

11. Plus venerantur homines in hoc sæculo pro temporali potentia, quam pro reverentia sanctitatis. Suspicunt enim quod magis sunt divites, et quod homines sunt, omnino despiciunt.

12. Sunt quidam justi, qui sine læsione cujusquam suis rebus utuntur. Item sunt quidam divites humiles, quos non inflat superbiæ rerum, veluti plerique fuerunt sancti Veteris Testamenti, qui et affluabant divitiis, et tamen humilitate pollebant. At contra quosdam superbos divites rerum copia facit elatos, quorum non sunt opes in vitio, sed voluntas. Nam crimen in rebus non est, sed in usu agentis.

13. Est et elatio pauperum, quos nec divitiis elevant, et voluntas sola in eis superba est. His etsi opes desunt, propter mentis tamen tumorem plusquam superbi divites condemnantur.

14. Securus vult esse dives, pauper esse non vult. Sed quomodo erit dives quietus; quem suis stimulis res ipsæ, ne careantur, semper faciunt inquietum? Et ideo eligit cupiditas inquietum esse, et timidum divitem, quam securum paucis sumptu contentum esse et pauperem.

15. Bonis bene utuntur qui divitiis sibi concessis in rebus salutaribus perfruuntur. Bonis male utuntur qui aut juste pro temporali lucro judicant, aut aliquid boni pro vanæ gloriæ appetitu faciunt. Malis male utuntur qui noxias cogitationes operibus pravis perficiunt. Bene malis utuntur qui luxuriam carnis conjugali honestate præstringunt. Sed sicut male bene uti bonum est, sic bono bene uti melius est. Et sicut bono male uti malum est, sic malo male uti pessimum est.

**356** CAPUT LX.*De amatoribus misericordiæ.*

1. Graviter in Deum delinquent qui, divitiis a Deo concessis, non in rebus salutaribus, sed in utilibus

textu. AREV.

7. Tota hæc sententia cum sequenti ex Gregor., ex lib. Moral. xxxiii, cap. 4, ubi calamum, vel arundinem, nitorem gloriæ temporalis significare demonstrat. LOAISA.

9. Alii, *cultus sæcularis compositus*. AREV.

10. Alii, *quanto enim quisque potentia major est, tanto magis liber est ad peccandum*. AREV.

11. *Et quod homines sunt*. Sensus videtur exigere quod boni sunt; vel, et quod sancti sunt. AREV.

12. Greg., lib. Moral. x, c. 28. LOAISA.

Ibid. Greg., ibid.: *Non est census in criminis, sed affectus*. LOAISA.

15. Gregor., ibid. LOAISA.

CAP. LX. N. 1. Debuerunt. Al., noluerunt. AREV.

peravis utantur. Nesciunt enim importare pauperibus, A oppressis subvenire despiciunt; et inde magis augent delicta unde redimere debuerunt.

2. Hoc habet tantum bonum possessio presentium rerum, si vitam reficiat miserorum; præter hoc tentatio est mundi lucrum; tantoque majora supplicia in futurum dabunt, quanto ei ipsa inajora sunt: *Potentes enim potenter tormenta patientur* (Sap. vi. 7).

3. Terrena omnia servando amittimus, largiendo servamus. Patrimonium enim retentum perit, manet autem erogatum. Diu enim cum rebus nostris durare non possumus, quia aut nos illas moriendo deserimus, aut illæ nos viventes deserunt.

4. Pro diversitate usus alii de rebus mundanis percunt, quas cupidus rapiunt; alii vero salvantur, dum in eorum pulchritudine conditoris pulcherrimam providentiam laudantur mirantur; vel dum per misericordiæ opus eis cœlestia bona mercantur.

5. Misericordia a compatiendo alienæ miseriæ vocabulum sortita est. Nullus autem in alio misericors esse potest, qui prave vivendi in se misericors non est. Qui enim sibi nequam est, cui bonus est?

6. Nulla scelera eleemosynis posse redimi, si in peccatis quis permanserit. Tunc fructu eleemosynarum indulgentia conceditur, quando a scelerum opere desinitur. Verum est quod peccata omnia misericordiæ operibus expurgantur, sed si jam caveat peccare, qui misericordiam impertitur. Cæterum nulla est delicti venia, 357 quando sic præcedit misericordia, ut eam sequantur peccata.

7. Non est eleemosyna, quæ gloria magis causa quam misericordiæ impertitur intuitu.

8. Quali enim intentione ab unoquoque largitur, taliter et apud Deum recipitur. Qui ergo de bono laudem presentem appetit, spem perdit et gloriam mercedis in futuro non recipit.

9. Dum enim causa jaclantiæ pauper pascitur, etiam ipsum misericordiæ opus in peccatum convertitur.

10. In tantum eleemosynarum opera peccata extinguunt, atque ad regnum sæculi futuri proficiunt, ut etiam iudex cœlestis in futuro iudicio veniens, in dextera consistentibus dicat: *Esurivi, et dedistis mihi manducare; sitiivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et operulistis me.* Qui-

bus etiam bene pronuntiat, dicens: *Venite, benedicti Patris mei, percipite paratum vobis regnum.* Illis autem, quos nulla præcedentia eleemosynarum facta sequuntur, æterni iudicis voce sic dicitur: *Esurivi, et non dedistis mihi manducare; sitiivi, et non dedistis mihi bibere.* Quibus iuste dicitur: *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, qui præparatus est diabolo et angelis ejus* (Matth. xxv, 35).

11. Qui hic misericordiam non impertit, illic pietatis fructum non invenit: exemplo ardentis divitis, qui in inferno ad tenuissima petenda compulsus est, qui hic tenuissima negare studuit. Quid retribuere subtilius, quid districtius poterat? Guttum aquæ ardens petiit, qui micæ panis negavit. Sero dives oculos aperuit, quando Lazarum pauperem requiescentem vidit, quem jacentem ante januam videre desperxit (Luc. xvi, 21).

12. Non solum qui esurienti, et sitiienti, et nudo, beneficium largitatis impendit, vel si quid aliud indigenti largitur, sed et qui inimicum diligit, et qui lugenti affectum compassionis et consolationis impertit, aut in quibusdam necessitatibus consilium adhibet, 358 eleemosynam procul dubio facit. Nam et doctrinæ bonum eleemosyna est, et misericordia caruali eminentior est.

13. Quicumque non egens poscit, etiam si indigentem se simulet, ex toto illi corde commiseretur oportet. Et licet ille fortasse falsam indigentis speciem præferat, is tamen qui simpliciter impertit fructum misericordiæ non amittit.

14. Quamvis quisque sit egens, nullus tamen unde tribuat indigenti, excusationem inopiæ potest obtendere, quando ex præcepto Salvatoris etiam calicem aquæ frigidæ præcipiamur indigentem præbere (Matth. x, 42). Nam si aliud non habentes, idipsum benigne tribuamus, mercedem procul dubio non amittimus. Cæterum si amplius possumus, et egestatem simulando minus largimur, non egestem, sed Deum fallimus, cui conscientiam nostram abscondere non possumus.

15. Duæ sunt eleemosynæ: una corporalis, egere dare quidquid potueris; altera spiritualis, dimittere ei a quo læsus existeris. Harum prima adhibenda est miseris, secunda malis. Erit ergo quod semper impertias, etsi non pecuniam, saltem gratiam.

11. Gregor., lib. pastor. Curæ, p. III, cap. 22. LOAISA.

*Ibid.* Alii, quid tribui subtilius, quid districtius petere poterat. AREV.

12. Ex August., tom. III Euchir. ad Laur., cap. 72. LOAISA.

*Ibid.* Beneficium largitatis. Al., officium largitatis. Et paulo post, consolationis impartit, aut errantem fratrem charitative corrigendo ad viam veritatis revocat, aut in quibuslibet necessitatibus consilium dat, eleemosynam, etc. AREV.

14. Alii, quantumvis quisque... potest prætere. AREV.

15. Augustin., homil. 6, tom. X, Duæ sunt eleemosynæ, una cordis, alia pecunie; eleemosyna cordis est dimittere ei a quo læsus. LOAISA.

3. Ex Gregor., lib. Moral. xvii, c. 9. LOAISA.

4. Vel dum, etc. Al., vel dum pro misericordiæ operibus ex eis cœlestia bona mereantur. AREV.

5. August., lib. de Mor. Eccles., c. 27: Nam quis ignoret ex eo appellatam esse misericordiam, quod miserum cor faciat condolentis alieno malo. Et lib. de Civitat. Dei, cap. 9, damnat stoicorum disciplinam, eo quod non animus dolore et tristitia pro afflictu afficiatur. Quod etiam irridet Cicero pro Muræna. LOAISA.

6. Greg., lib. XII Moral., c. 21. LOAISA.

*Ibid.* Si in peccatis, etc. Al., si in peccatis voluntaria quis remanserit. Tunc autem fructus eleemosynarum indulgentiam non consequitur, quando, etc. AREV.

10. Alii, et cooperulistis me. Et mox, Esurivi enim, et non dedistis, etc. AREV.

16. Non est eleemosyna cum murmuratione præbenda, ne, comitante tristitia, merces pereat dispensata. Tunc autem bene tribuitur, quando cum mentis hilaritate præbetur. Unde et Apostolus: *Hilarem, inquit, datorem diligit, Deus (II Cor. ix, 7)*. Metuendum est itaque ne pauper aut cum tædio nostra oblata suscipiat, aut ne omnino prætermisus mœrens tristisque recedat.

17. De rapinis alienis eleemosynam facere non est officium miserationis, sed emolumentum sceleris. Unde et Salomon: *Qui offert, inquit, sacrificium de rapina pauperum, tanquam si quis victimet filium in conspectu patris sui (Eccli. xxxiv, 24)*. Qui enim injuste tollit, juste **359** nunquam distribuit, nec bene alteri præbet quod ab alio male extorquet.

18. Magnum scelus est res pauperum præstare ditibus, et de sumptibus inapum acquirere favores potentum; arenti terræ aquam tollere, et flumina, quæ non indigent, irrigare.

19. Nonnunquam largitas divitum prodiga, non ad utilitatem, sed ad elationem effunditur: comparata hypocritis, qui non ad ædificationem docent audientium, sed ad suæ gloriæ exaggerandum cothurnum.

20. Rei rehensibilis est superflua effusio largitatis. Nam qui modum servat avarus nulli est, sed omnibus largus est.

21. Dispensator non debet esse prodigus, sed discretus; largiri enim debet quantum oportet, ut, terendo mensuram in uno, sufficiat plurimis.

#### CAPUT LXI.

##### *De brevitate viæ.*

1. Tantum enim in hac vita est licitum operari bonum; illic namque non jam operatio expectatur, sed retributio meritorum.

2. Hæc vita impiis longa et grata est, in oculis autem justorum amara et brevis est. Et licet vita ista brevis sit, moras tamen sibi fieri creditur, quia, quantumlibet breve sit temporis spatium, tametsi viventi parum est, amanti procul dubio longum est.

3. Qui vitæ præsentis longitudinem non de suo spatio, sed de ejus sine considerat quam sit brevis et misera, satis utiliter pensat. Vita enim præsens, quia ipsis suis incrementis deficit, brevis est; suo

46. Gregor., past. Cur., part. III, c. 22. LOAISA.

47. Gregor., ubi supr. LOAISA.

*Ibid.* In Vulgata Edit., Eccli. xxxiv: *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris*. Divus Gregor., lib. past. Curæ, part. III, cap. 22, aliter offert hoc testimonium: *Qui immolat, inquit, sacrificium de substantia pauperis, quasi qui, etc. Isidorus itaque pro de substantia pauperum, dixit de rapina pauperum*. Quod unde hauserit dubium est. Græce sane legitur *χρημάτων πονηρίας*, id est, ex divitiis, sive factu tantibus pauperum. LOAISA.

*Ibid.* De rapina pauperum. Apud Sibatierium, loc. cit., Eccli. xxxiv, 24, nulla est varietas a Vulgata, ex substantia pauperum, cui congruit auctor Specul inter append. sancti Augustini. AREV.

49. Gregor., ubi supr. LOAISA.

*Ibid.* Ita plerique libri; unus, *gratiæ*; Tolet., Goth., *gelatiæ*, quam quidem vocem nos alibi legisse

A. enim augmento perit, dum id quod videtur in futuro proficere in præterito deficit. Item ex ipso esse brevis **360** vita præsens ostenditur, ex eo quod non permanet, sed finitur. Tela enim consummatur filis, et vita hominis expletur diebus singulis.

4. Quod diu in hac vita vivitur, quæritur utrum augmentum an rectius detrimentum dicatur. Sed quomodo possit recte dici augmentum, quod per diuisiones ætatum ad mortis tendit detrimentum?

5. Qui vitam longam quærit, ad eam tendit vitam, pro qua Christianus es, id est, æternam; non ad istam, de qua ad erudiendum te descendit vita æterna, id est, Christus Verbum carni conjunctum. Hæc est enim vita vitalis, nostra ista vita mortalis **B** est.

6. Mori oportet hominem in carne mundo, ne moriatur in anima Christo. Nam vere tunc vivere quisque creditur, si secundum sæculum moriens in solo Deo vivere delectetur.

7. De mora vitæ istius tædium patitur justus, eo quod ad desideratam patriam tarde perveniat, et vitæ præsentis ærumnam serius amittat.

#### CAPUT LXII.

##### *De exitu.*

1. Quamvis sancti ab hujus vitæ ærumnis liberari æcupiant, cito volentes exire de corpore, Dei tamen dispositione plerumque diu in hac vita versantur, ut per longa tolerantia experientia solidius eorum patientis roboretur.

**C** 2. Multi odio vitam habent, et tamen mori timent; quod plerisque in angustia contingere solet, sicque contrario affectu et vivendi habent tædium, et moriendi metum.

3. Sollicite debet unusquisque vivere et semper terminum vitæ suæ considerare, ut de contemplatione illius animus se semper ad alta sustollat, et hujus sæculi blanditias caveat. Scriptum est enim: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis (Eccli. vii, 40)*.

**361** 4. Venturi exitus ignorantia incerta est, et dum mori quis non existimat, tollitur. Unde unusquisque festinet ne in iniquitatibus suis rapiatur, simulque finatur vita cum culpa. Nam incertior di-

**D** non meminimus, nisi quod lib. XIII Etymologiar. idem, *glaci*, quasi *gelaciam*, aut *geluquiem*, hoc est, *gelatam* aquam dicitam voluit. Quid, si *galatiæ*, ex quo vox nostra *gala* alacrisa sit? Vitendum etiam quid sit in gloss. *Callatiæ avaditæ, αίσχρός ἀρό τοῦ ἔρπαινεσθαί*. LOAISA.

*Ibid.* Comparata. Al., comparati. AREV.

CAP. LXI. N. 1. Gregor., lib. VIII Moral., cap. 12. LOAISA.

2. Greg., lib. I in Ezech., homil. 40. LOAISA.

*Ibid.* Longum est. Congruum est Goth. Toletano, Salmatino vero desunt extrema hæc folia. LOAISA.

3. Ad verbum ex Gregor., lib. VIII, c. 11, Moral. LOAISA.

5. Gregor., lib. XI Moral., cap. 27. LOAISA.

CAP. LXII. N. 1. Dispositione. Al., dispensatione. AREV.

5. Alii blanditias cum timore caveat. AREV.

4. Greg., lib. Moral. XIV, c. 5. LOAISA.



bolus eos quos viventes accendit ad vitia, subito morientes pertrahere nititur ad tormenta.

5. Sæpe divites in hac fallaci vita, dum de potentia gloria vel rerum abundantia gestiunt, repente hora qua nesciunt improvise exitu rapiuntur, atque absorbente profundo, cruciantur æternis gehennæ incendiis deperantur. De quibus per Prophetam dicitur: *Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt* (Job. xxi, 13).

6. Iniquus moriens, qui imitatione sui multos ad culpam traxerat delectatione peccati, multos a culpa revocat terrore tormenti. Quod etiam Psalmista testatur dicens: *Lætabitur justus, cum viderit vindictam impiorum, manus suas lavabit in sanguine peccatorum* (Psal. lvi, 11). In peccatorum enim inorientium sanguine justus lavat manus, quia dum eorum poena conspicitur, conspicientis vita mundatur. Cujus enim talis crudelis exitus cernitur, non solum qui viderit, refugit, sed alios etiam ab imitatione illius, quanta valuerit exhortatione, compescit.

7. In exitu vitæ animæ electorum nimio terrentur

6. Ex Greg., xviii Moral., c. 13. LOAISA.

*Ibid.* *Justi lavant, etc.* Gregor., lib. xviii Moral., cap. 13, unde hæc est sententia ad verbum. LOAISA.

7. Gregor., lib. xxiv, cap. 17. LOAISA.

12. Alii, non quos cælestis aula lætificat Conditoris. Vetus Editio addit: *Lætificandos includit. Illic est enim Christianæ misericordiae affectus, ut pro unoquoque mortuo sacrificium Deo offeratur. Inde est quod*

metu, incerti, utrum ad præmium an ad supplicium transeant.

8. Quidam autem electi in fine suo purgantur a levibus quibusdam peccatis; quidam vero in ipso suo sine hilarescunt æternorum contemplatione bonorum.

9. Quamvis enim quis in hac vita sit justus, tamen dum ex corpore isto egreditur, perimescit ne dignus supplicio sit. Nullus enim homo absque peccato; nec aliquis potest de Dei esse securus judicio, cum etiam et de otiosis verbis reddenda sit ratio.

10. Finem justorum optimum vocatio tranquillæ commendat, ut ex eo intelligantur sanctorum habere consortium angelorum, ex quo ab hoc corpore sine vexatione dura tolluntur.

11. Pravos autem homines apostatæ angeli excipiunt morientes, ut eis sint ipsi tortores in pœnis, qui fuerunt suasores in vitis.

362 12. Etsi pietas pro defunctis fidelibus flere jubet, fides tamen pro eis lugere vetat. Illi enim deplorandi sunt in morte, quos miseros infernus ex hac vita recipit, non quos cælestis aula lætificandos includit.

*scriptum est: Et mortuo ne frandes misericordiam.* Vetzsius advertit id etiam addi a Loaisa cum Margario; quod de prima Editione, ut puto, intelligit; nam in Editione Grialii desinit opus, *lætificandos includit. Pro lætificandos nonnulli M.s. exhibent lætificando, et plerique desinunt in includit, vel concludit.* AREV.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

# DE ECCLESIASTICIS OFFICIIS.

### Epistola missoria.

363 Domino meo et Dei servo Fulgentio episcopo Isidorus.

*Quæris a me originem officiorum, quorum magisterio in Ecclesiis erudimur, ut quibus sint inventa auctoribus, brevibus cognoscas indicis. Itaque, ut voluisti, libellum de origine officiorum misi, ordinatum ex scriptis vetustissimis auctorum, ut locus obtulit, commentatum, in quo pleraque meo stylo ellicui, nonnulla vero, ita ut apud ipsos erant, admiscui. Quo facilius lectio de singulis fidei auctoritatem teneret. Si qua tamen ex his displicuerint, erroribus meis parvior venia erit, quia non sunt referenda ad culpæ meæ titulum de quibus testificatio adhibetur auctorum.*

## LIBER PRIMUS.

DE ORIGINE OFFICIORUM.

### PREFATIO.

*Ea quæ in officiis ecclesiasticis celebrantur, partim sanctorum Scripturarum auctoritate, partim apostolica traditione, vel consuetudine universalis Ecclesiæ statuta*

*C* *reperuntur. Quorum quædam 364 primordia repetentes, a quibus exorta fuerint (ut prædiximus) auctoribus referamus.*

## CAPUT I

*De Ecclesia et vocabulo Christianorum.*

1. Primum a sancto Petro Ecclesia in Antiochia est fundata, ibique primum nomen Christianorum per ejus est predicationem **365** exortum, sicut Actus apostolorum testantur (Act. xi, 26). Vocantur autem Christiani, derivato vocabulo ex nomine Christi.

2. Nam sicut ex Jude nomine vocabulum traxerunt Judaei, a quo in illa gente regiae stirpis dignitas claruit, ita a Christo Christianae genti nomen inhaesit. Cujus et in gentibus et in Judaeis prerogativa est dignitas potestatis. Ecclesia autem vocatur proprie,

PREF. N. 2. De diversis Editionibus ac mss. exemplaribus hujus operis quia a me compertum fuerit, expositum jam fuit in Isidorianis, c. 69. Notas Grialius adiecit, cujus expresso aut iudicato nomine proferentur. Hittoirpius in Editione Romana anni 1583 simul cum aliis operibus de eodem argumento quasdam lectionis discrepantias animadvertit, e quibus selectiones in meis notis comprehendam.

In epistola inscriptione Grialius edidit *Domno*, quod non puto ab Isidori manu esse, et in aliis Editionibus et Mss. est *Domino*. Alii mox exhibent, *quorum magisteris*. Et, *de genere officiorum*, vel *de genere et origine officiorum*. Et, *vetustissimorum auctiorum*. ANEV.

CAP. I. N. 1. In Codice Vat. Palat. 485 est quidam brevis dialogus *De Ecclesia* Isidori nomine, quem hic sisto. *De ecclesia Isidorus.* Interrogatio. Ecclesia, cujus lingua est, et quid interpretatur? Responsio. Graecum est, et interpretatur *convocatio*, eo quod omnes ad se vocet. Interrogatio. Cur dicitur Catholica? Resp. Graeco nomine vocatur, et *universalis* interpretatur; et dicta *universalis*, quia per universum orbem dilatata diffunditur, quod etiam Apostolus approbat ad Romanos, dicens: *Gratias ago Deo meo semper pro vobis, quia fides vestra praedicatur in universum mundum*. Interrogatio. Cum una sit Ecclesia, cur a Joanne vii scribuntur? Resp. Ideo quia cum sit una catholica, septiformi plena spiritu signatur. Sicut et de Domino novimus dixisse Salomonem: *Sapientia edificavit sibi domum, excidit columnas septem*; quae tamen septem una esse non ambigitur, dicente Apostolo: *Ecclesia Dei vivi, quae est columna et firmamentum veritatis*. Hinc et universitas ab uno cognominata est, propter quod in unitatem colligitur. Unde et Dominus in Evangelio: *Qui mecum non colligit, dispergit*. Interrogatio. Ubi inchoavit Ecclesia? Responsio. In loco ubi venit Spiritus sanctus de caelo, et implevit apostolos, uno loco sedentes, et alios. Interrogatio. Quot modis et nominibus appellatur Ecclesia? Resp. Duobus. Interrogatio. In quibus? Resp. Sion et Jerusalem. Interrogatio. Cur Sion et cur Jerusalem? Resp. Sion pro peregrinatione praesenti Ecclesia dicitur, eo quod ab hujus peregrinationis longitudine posita promissione rerum caelestium speculetur, et ideo Sion, id est, *speculatio*, nomen accepit. Jerusalem vocatur pro futura pace. Nam Jerusalem visio pacis interpretatur. Ibi enim ab ortu omni adversitate, pacem, quae est Christus, praesenti possidebit obtutu. Interrogatio. Cur dicitur Synagoga, et in qua lingua dicitur? Resp. Synagoga Graeco, Latine congregatio dicitur. Interrogatio. Quid interest inter Ecclesiam et Synagoga? Resp. Synagoga nomen Judaeorum populus tenuit; ipsorum enim proprie Synagoga dicitur, quamvis Ecclesia dicta sit; nostri vero apostoli nunquam Synagoga dixerunt, sed semper Ecclesiam sive discernendi causa, sive quod inter congregationem unde Synagoga, et convocationem unde Ecclesia, nomen accepit, distat aliquid, quod scilicet

A propter quod omnes ad se vocet, et in unum congreget.

3. Catholica autem ideo dicitur, quia per universum mundum est constituta, vel quoniam catholica, hoc est, generalis in ea doctrina est, ad instructionem hominum de visibilibus atque invisibilibus, caelestibus ac terrestribus; vel propter quod omne hominum genus trahit ad se ad pietatis subjectionem, tam principum quam etiam qui principantur, oratorum et idiotarum; vel propter quod generaliter curat omnium peccata, quae per corpus et animam perficiuntur.

B congregari et pecora solent, quorum et greges proprie dicimus; convocari autem magis est utentium ratio; sicut homines. Interrogatio. Cur dicitur monasterium? Resp. Monasterium apud Graecos dicitur *monas*, id est, unum, *sterium* statio, id est, solitaria habitatio. Interrogatio. Cur dicitur cenobium? Resp. compositum nomen est ex Graeco et Latino; *cenos* enim Graeco commune dicitur: habitaculum est plurimorum. Interrogatio. Cur dicitur templum? Resp. Templum dictum, quasi tectum amplum, et templum dictum a contemplatione. Interrogatio. Quot sunt partes templi? Resp. quatuor, id est, antica, postica ad Occasum, sinistra ad Septentrionem, dextra ad Meridiem. Unde et quando templum constructum, Orientem spectabant aequinoctialiter, ita ut linea ab Ortu ad Occidentem missa fuerint partes coeli dextra sinistra aequalis (*sic*, pariete coeli dextra ac sinistra aequales), ut qui consuleret ac deprecaretur rectam aspiceret Orientem. Interrogatio. Cur dicitur basilica? Resp. Basilicae prius regum habitacula vocabantur; inde nomen habet. De hoc opusculo, seu fragmento, egi in Isidorianis, c. 83, num. 7. ANEV.

2. Cujus et in gentibus et in Judaeis prerogativa est dignitas potestatis. Ita uterque ms. quod ferri posse video. Sic enim apud Ciceronem, *prerogativa centuriae, et prerogativum amen conitorum*; et apud Cyprianum, lib. v, epist. 43, *prerogativa communicatio* legitur. Sed vereor ne vox *dignitas* interpretati fuerit *prerogativa*, alienaque sit. Ambros., lib. de Noe et arc., c. 24: *Haec prerogativa potestatis in caeteris animalibus videtur hominibus attributa, et in superioribus partibus*. Et in lib. de Incarnat. dominicae sacram., c. 19: *Vident igitur in verbis prerogativam quandam potestatis esse. Nisi quis prerogativam dignitatis et potestatis malit, quod est aliquando plenus. Neque totis sacerdotibus prerogativa est dignitatis, ait auctor libri de carnalibus operibus Christi apud Cyprianum*. GRIAL.

D. *Ibid.* Ecclesia autem, etc. Omnia usque ad finem capitis sunt verba Cyrilli Hierosolymitani, catecheta. 18, ex veteri interpretatione. GRIAL.

3. Ex Hittoirpii notis unum Ms., *vel quoniam, etc.*, ut in nostra Editione, quod optimum quoque iudicat Hittoirpius. Alia, ut Hittoirpius edidit, *vel catholica, quoniam in ea doctrina est*. Mox nonnulli Editi: *ad institutionem omnium de visibilibus rebus, . . . vel propter hominum omne genus ad pietatis subjectionem tam principum quam etiam principum subjectorum, et idiotarum*. Alii: *Vel propter omnium hominum genus ad pietatis subjectionem tam principum, quam qui nos principantur, oratorum et idiotarum*. Hittoirpius haec conjiciebat: *Vel propter quod hominum omne genus ad pietatis subjectionem tam principum quam principum subjectorum exhortatur, omisso idiotarum*. Deinde fortis est distinguendum erit, *vel propterea generaliter, quod curat omnium peccata, etc.* ANEV.

## 66 CAPUT II.

## De templis.

1. Tabernaculum Moyses legislator primum Domino condidit (*Exod. xl*). Salomon deinde templum prudentia peritus instituit (*III Reg. vi*). Nostrorum post hæc temporum fides in toto mundo Christi altaria consecravit.

## CAPUT III.

## De choris.

1. Chorus idem Moyses (*Exod. xv*) post transitum Rubri maris primus instituit, 367 et utrumque sexum, distinctis classibus, se ac sorore præeunte, canere Domino in choris carmen triumphale perducit. Chorus autem ab imagine factus coronæ, et ex eo ita vocatus.

2. Unde et Ecclesiasticus liber scribit: *Stantem sacerdotem ante aram, et in circuitu ejus coronas fratrum (Eccli. l, 13)*. Chorus enim proprie multitudo canentium est, qui que apud Judæos non minus a decem constat canentibus, apud nos autem incerto numero a paucioribus plurimisque sine ullo discrimine constat.

## CAPUT IV.

## De canticis.

1. Canticum idem tunc Moyses primus invenit, quando, percussa Ægypto decem plagis, et Pharaone submerso cum populis, per insueta maris itinera ad desertum gratulabundus egressus est, di-

CAP. II. N. 1. Prudentia peritus. Ita uterque Ms. Prudentiam petiturus Impres. GRIAL.

Ibid. Altaria. Al., atria. GRIAL.

Ibid. Post fragmentum Isidorianum, ex Codice Vatic. Palat. 485, capite superiori allatum, sequitur in eodem Codice aliud fragmentum hoc titulo: *Item de Ecclesiarum ministerio.* Ecclesiam licet ponere in alio loco, si necesse sit, et non debet iterum sanctificari. Tantum presbyter aqua aspergere debet, et in loco altaris crux debet componi. In unoquoque altaris duas missas facere conceditur in uno die. Qui non communicat, non accedat ad panem, neque ad osculum ad missam; et qui prius manducat, ad osculum non permittitur. Ligna ecclesiarum non debent ad aliud opus jungi, nisi ad ecclesiam aliam; vel igni comburenda, vel ad profectum in monasterio fratribus coquere cum eis panes licet, et talia in laicalia opera non debent procedere. In ecclesia in qua mortuorum cadavera infidelium sepeliuntur, sanctificari altare non licet. Sed si apta videatur ad consecrandum, inde evulsis, et rasis, vel lotis lignis ejus, reedificetur. Si autem consecratum fuerit prius, missas in eo loco celebrare licet, si religiosi ibi sepulti sunt. Si vero paganus sit, mundari et jactari non debet. Gradus non debemus facere ante altare. Reliquiæ sanctorum veneranda sunt. Si potest fieri, caudala ibi ardeat per singulas noctes; sin autem pupertas loci non sinit, non nocet eis. Incensum Domini incendatur in natali sanctorum pro reverentia diei, quia ipsi, sicut lilia, dederunt odorem suavitatis, et asperserunt Ecclesiam Dei, sicut incensum aspergitur ecclesia primitus juxta altare. Laicus non debet in ecclesia lectionem recitare, nec alleluia dicere, sed psalmos tamen et responsoria sine alleluia. Aqua benedicta domus suas aspergent, quoties voluerint, qui habitant; et quando consecraveris aquam, orationem facies. AREV.

CAP. III. N. 1. Chorus ab imag. fact. Idem lib. vi

A cens: *Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est (Exod. xv)*.

2. Deinde Debora, non ignobilis femina, in libro Judicum hoc ministerio functa reperitur (*Judic. v*). Postea multos non solum viros, sed etiam feminas spiritu divino completas Dei cecivisse mysteria. Canticum autem est vox hominis, psalmus autem qui canitur ad psalterium.

## 368 CAPUT V.

## De psalmis.

1. Psallere usum esse primum post Moysen David prophetam, in magno mysterio prodit Ecclesia. Ille enim a pueritia in hoc munus specialiter a Domino electus, et cantorum princeps, psalmorumque thesaurus esse promeruit, cujus psalterium idcirco cum melodia cantilenarum suavium ab Ecclesia frequentatur, quo facilius animi ad compactionem flectantur.

2. Primitiva autem Ecclesia ita psallebat, ut modico flexu vocis faceret resonare psallentem, ita ut pronuntianti vicinior esset quam canenti. Propter carnales autem in Ecclesia, non propter spirituales, consuetudo cantandi est instituta, ut qui verbis non compunguntur, suavitate modulaminis moveantur. Sic namque et beatissimus Augustinus, in libro Confessionum suarum (*Lib. x, c. 33*), consuetudinem canendi approbat in Ecclesia, ut per oblectamentum, inquit, aurium, infirmior animus ad affectum pietatis exurgat. Nam in ipsis sanctis dictis religiosius et ardentius moventur animi nostri ad flammam pieta-

C Etymolog., cap. ultim. At Plato, II de Legibus, ἀρετὰς χορὰς chorum duci maluit. GRIAL.

Ibid. Hittorpius cum suis Mss.: *Instituit utrorumque sexuum distinctis classibus, se ac sorore præeunte, canere Deo in choris.* In uno Ms., præcinente, pro præeunte. Nonnulli Editi, se ac sororem præeuntem. Apud Grialium in textu erat, *chorum autem*; in nota, recte, *chorus autem*. Tria Mss.: *Chorum autem ab imagine factum coronæ, et ex eo ita vocatum*, ut suppletur constat, quod in Isidorianis operibus sæpe accidit. AREV.

2. Apud Judæos non minus a decem. Honos est in eo habitus Decalogo. Nam et psalterio propterea decachordo sunt usi, cum apud alios novem tantum chordis constituisse dicat Athenæus. Sola quoque decem instrumenta agnoscunt recentiores Hebræi ad hymnorum modulationem. Quod autem non minus a decem dixit, eodem modo locutus est lib. III Etymolog., cap. 3, et sæpe alias, neque id sine exemplo, ut eo loco ostensum est. GRIAL.

D CAP. IV. N. 1. Honorificatus est. Quidam Editi ad ji iunt: *Idem auctor in Deuteronomio canticum præsagium futurorum conscripsit.* AREV.

2. Canticum autem est vox hom. Rufinus (sive Hilarius) in prologo psalmorum: *Psalmus est, cum, cessante voce, pulsus tantum organi canentis auditur. Canticum est, cum cantantium chorus, libertate sua utens, neque in consonum organi astrictus obsequium, hymno canoræ tantum vocis exultat. Psalmus autem canticum est, cum, organo præcinente, subsequens et æmula organo vox chori cantantis auditur, modum psalterii vocis imitata. Canticum vero psalmi est, cum, choro ante cantante, humana cantationis hymno a consonantis aptatur, vocisque modulibus præcinentis partem psalterii suavitate modulatur.* GRIAL.

CAP. V. N. 1. Cantorum princeps, ex rom. Edit. Cantorum princeps, Goth. GRIAL.

2. Religiosius. Gr., religiosus AREV.

tis, cum cantatur, quam si non cantetur. Omnes enim A choris alternatim concinentibus, quasi duo Seraphim, affectus nostri, pro sonorum diversitate vel novitate, duoque Testamenta invicem sibi conclamantia (*Ios. vi*). Apud Latinos autem primus ideam beatissimus Ambrosius 370 antiphonas constituit, Græcorum exemplum imitatus. Exhinc in cunctis occiduis regionibus earum usus increbuit.

CAPUT VI.  
De hymnis.

1. Hymnos primum eundem David prophetam condidisse ac cecinitisse 369 manifestum est, deinde et alios prophetas. Postea quidem et tres pueri in fornacem positi, convocata omni creatura, Creatori omnium hymnum canentes dixerunt (*Dan. iii*). Itaque et in hymnis et in psalmis canendis non solum prophetarum, sed etiam ipsius Domini et apostolorum habemus exemplum, et præcepta de hac re utilia ad novendum pie animum, et ad inflammandum divinæ dilectionis affectum.

2. Sunt autem divini hymni, sunt et ingenio humano compositi. Hilarius autem, Gallus episcopus Pictaviensis, eloquentia conspicuus, hymnorum carmine floruit primus. Post quem Ambrosius episcopus vir magnæ gloriæ in Christo, et in Ecclesia clarissimus doctor, copiosus in huiusmodi carmine claruisse cognoscitur, atque iidem hymni ex ejus nomine Ambrosiani vocantur, quia ejus tempore primum in Ecclesia Mediolanensi celebrari cœperunt, cujus celebritatis devotio dehinc per totius Occidentis Ecclesias observatur. Carmina autem quæcumque in laudem Dei dicuntur, hymni vocantur.

CAPUT VII.  
De antiphonis.

1. Antiphonas Græci primi composuerunt duobus C

CAP. VI. N. 1. *Hymnos primum eundem David.* Nam librum Psalmorum eundem Hymnorum et soliloquiorum vocari ait Rufinus. GRIAL.

*Ibid. In hymnis et psalm., usque ad exempl., leguntur hæc concil. iv Tolet., cap. 12, et apud Gratian. de consecrat., d. 1, c. de hymn. GRIAL.*

*Ibid. Observandum Isidorum hos libros scripsisse ante concilium Toletanum iv; nam eos ad fratrem suum Fulgentium misit, qui ante istud concilium e vivis exisset. Itaque e libris Isidori hæc que de hymnis traduntur in eo concilio adoptata sunt, non contra. De hymnis peculiarem dissertationem typis Salomonianis edidi, quæ in Hymnodiæ Hispanicæ præmissi, in qua multa etiam explicui, quæ ad cantica, psalmos, antiphonas, responsoriaque pertinent. Huc quoque faciunt opera liturgica Cardinalis Bona, Thomasi et aliorum, quæ ad singula horum librorum capita allegare nihil refert. AREV.*

2. *Quia ejus tempore in eccles. Mediolan. Augustinus x Confess., cap. 6 et 7: Non longe cœperat Mediolanensis Ecclesia hoc genus consolationis et exhortationis celebrare magno studio fratrum concinentium vocibus et cordibus. Nimirum annus erat aut non multo amplius, etc. GRIAL.*

*Ibid. Carmina autem quæcumque in laudem Dei dicuntur. Cœnuntur mallem. Id enim omnino exigit hymni ratio, Rufino et Augustino auctoribus; sic enim ille: Hymni sunt cantus laudem Dei continentes. Si sit laus, et non sit Dei, non est hymnus. Si sit laus Dei, et non cantetur, non est hymnus. Oportet ergo, ut sit hymnus, habeat hæc tria, et laudem, et Dei, et canticum. Eadem August. in psalm. LXXII, totidem aut pluribus etiam verbis. Quæ etiam relata sunt in vi Etymolog. GRIAL.*

CAP. VII. N. 1. *Antiphonas Græci.* Vid. Paulin. Siegb. et Rodul., apud Pamelium I i Liturg. GRIAL.

CAPUT VIII.  
De precibus.

1. Precibus Dominum deprecari Christus nobis et composuit, et constituit. Cum ergo quærerent supplicare apostoli Deo, et nescirent quomodo precarentur, dixerunt Christo: *Domine, doce nos orare*, id est, compone nobis preces. Statim Dominus, de libro juris cælestis, docuit quomodo orarent vel quomodo Deum impetrarent. Ex hoc perducta consuetudo Ecclesia Deum precibus exposcere contra aegritudines anime, et uti precibus ad instar earum quas constituit Christus, quasque primi Græci cœperunt componere, quibus Domino supplicarent.

CAPUT IX.  
De responsoriis.

1. Responsoria ab Italis longo ante tempore sunt reperta, et vocata hoc nomine quod, uno canente, chorus consonando respondat. 371 Antea autem id solus quisque agebat; nunc interdum unus, interdum duo, vel tres communiter canunt, choro in plurimis respondente.

CAPUT X.  
De lectionibus.

1. Lectiones pronuntiare antiquæ institutionis esse Judæorum traditio docet. Nam et ipsi legitimis

*Ibid. Constituit. At., instituit. GRIAL.*

CAP. VIII. N. 1. *De libro juris cælestis.* Laboravius ut verba auctori suo redderemus. Nam quia Isidoro antiquiora sint non dubitamus. Tertulliani aut Cypriani visa sunt aliquando. Nunc magis adducimus ut Augustini esse credamus. Is enim, epist. 118, ad Januarium, cap. 4. *Non enim mihi, inquit, de libro Dei hæc recitaturus est.* Nam proximum videtur, ut Christus Dominus de juris cælestis libro recitet. GRIAL.

*Ibid. Deum impetrarent.* Ita certe multi Mss., vel Dominum impetrarent. Nihilominus Hittorpius maluit edere a Domino impetrarent. Suarius, tom. XIII, pag. 141, tract. 5, lib. III. de Oratione vocali, cap. 1, n. 6, ex hoc Isidori capite ostendit licitum esse ac conveniens non solum verbis dominicæ orationis, sed etiam aliis ad patris animi sensum explicandum aptis Deum orare. Idem tradit Tertullianus de oratione, cap. 9. AREV.

CAP. IX. N. 1. *Responsoria ab Italis.* Idem, vi Etymolog., nisi quod illic Responsorios dicit, ut in regal. monach., c. de Offic. GRIAL.

*Ibid. Chorus consonando.* Nempe idem respondendo. Sic enim in Etymologiis, quod uno canente chorus id respondet. GRIAL.

*Ibid. Binghamus, tom. VI Antiq. eccles., p. 6, de psalmis hic agi putat, qui ita ab uno canerentur, ut chorus consonando responderet. Vide Ferrarium Bibliothec., verb. Cantor, num. 6, qui ritum, cujus meminit Isidorus, Romæ, seculo ix, Mediolani, seculo XII, viguisse ostendit. AREV.*

CAP. X. N. 1. *Cum lectio legitur, fac'o silentio.* Ambros., in præf. Psalt.: *Quantum laboratur in Ecclesia, ut fiat silentium, cum lectiones legerentur?* GRIAL.

præfinitiaque diebus ex lege et prophetis lectione in A synagogis utuntur, et hoc de veteri patrum institutione pervantes. Est autem lectio non parva audientium ædificatio. Unde oportet ut quando psallitur, psallatur ab omnibus; cum oratur, ore tur ab omnibus; cum lectio legitur, facto silentio, æque audiat a cunctis.

2. Nam etsi tunc superveniat quisque, cum lectio celebratur, adoret tantum Dominum, et, præsignata fronte, aurem sollicitè accommodet. Patet tempus orandi, cum omnes oramus; patet, cum volueris orare privatim; obtentam orationis ne perdideris lectionem: quia non semper eam quilibet paratam potest habere, cum orandi potestas in promptu sit, nec potes parvam nasci utilitatem ex lectionis auditu.

3. Siquidem oratio ipsa sit pinguis, dum mens, B recenti lectione saginata, per divinarum rerum, quas nuper audiit, imagines currit. Nam et Maria soror Marthæ, quæ sedens ad pedes Jesu, sorore neglecta, verbum intentius audiebat, bonam partem sibi elegisse Domini voce firmatur (*Luc. x*). Ideo et diaconus clara voce silentium admonet, ut, sive dum psallitur, sive dum lectio pronuntiatur, ab omnibus unitas conservetur, ut quod omnibus prædicatur, æqualiter ab omnibus audiat.

### 372 CAPUT XI.

#### De libris Testamentorum.

1. Pronuntiantur autem lectiones in Christi Ecclesiis de Scripturis sanctis. Constat autem eadem sacra Scriptura ex veteri lege et nova. Vetus lex illa est quæ data est primum Judæis per Moysen et prophetas, quæ dicitur Vetus Testamentum. Testamentum autem dicitur, quia idoneis testibus, utique a prophetis, scriptum est, atque signatum. Nova vero lex est Evangelium, quod dicitur Novum Testamentum, quod per ipsum Filium Dei Christum, et per suos apostolos dedit.

2. Illa lex vetus velut radix est, hæc nova velut fructus ex radice; ex lege enim venit ad Evangelium. Siquidem Christus, qui hic manifestatus est, ante in lege prædictus est. Imo ipse locutus est in prophetis, sicut scriptum est: *Qui loquebar, ecce adsum*: legem quidem præmittens, velut infantibus

*Ibid. Facto silentio.* Missale Mozarabicum inter primam et secundam epistolam post versiculum *Psallendo* inserit rubricam: *Dicat presbyter: Silentium facite.* Post audiatur alii addunt *unus*, quod necessarium non est. AREV.

CAP. XI. N. 1. *Testamentum autem dicitur, quia idoneis testibus.* Verecundior notatio, quam si testamentum a testatoris monumento, aut testes a testamento deduxisset, quod utrumque fecit v. Etymolog. GRIMAL.

*Ibid.* Bignæcana Editio mutila est in hoc et aliis capitibus. In aliis Editionibus aliquantum diversus est ordo capitum. Porro hæc fere omnia de Veteri, ac Novo Testamento repetita sunt in Proœmiis, et in Etymologiis, lib. vi, cap. 1 et 2, nonnulla etiam et in Allegoriis; adeoque notæ in ea omnia loca mutuum opem sibi ferunt collatæ cum his quæ hic dicuntur. AREV.

5. *Post hæc versuum octo libri.* Quinque tantum priores recenset Cyrill., Catech. 4, et Sapientiam

PATROL. LXXXIII.

pædagogum, Evangelium vero perfectum vitæ magisterium jam adultis omnibus præstans.

3. Ideo in illa operantibus bona terræ promittantur, hic vero sub gratia ex fide viventibus regnum cœlestis tribuitur. Evangelium autem dicitur bonum nuntium, et re vera bonum nuntium, ut qui susceperint filii Dei vocentur. Hi sunt autem libri Veteris Testamenti, quos ob amorem doctrinæ et pietatis legendos recipendosque Ecclesiarum principes tradiderunt.

4. Primum namque legis, id est, Moysi libri quinque sunt. Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Hos sequuntur historici libri sedecim, Jesu Nave scilicet, et Judicum libri singuli, sive Ruth, Regum etiam libri quatuor, Paralipomenon duo, Esdræ duo, Tobix quoque, et Esther, et Judith singuli, 373 et duo Machabæorum. Super hos prophetici libri sedecim sunt, Isaias, Jeremias, et Ezechiel, et Daniel, libri singuli: duodecim quoque prophetarum libri singuli, et hæc quidem prophetica sunt.

5. Post hæc versuum octo libri habeantur, qui diverso apud Hebræos metro scribuntur, id est, Job liber, et Psalmorum, et Proverbiorum, et Ecclesiastes, et Cantica Canticorum, liber Sapientiæ, et Ecclesiasticus, Lamentationesque Jeremiæ; sicque complentur libri Veteris Testamenti quadraginta quinque.

6. Novi autem Testamenti primum quatuor Evangelia sunt Matthæi, Marci, Lucæ et Joannis. His quatuordecim Pauli apostoli Epistolæ sequuntur. Quibus etiam subjunctæ sunt septem catholicæ epistolæ, Jacobi, Petri, Joannis, et Judæ, Actus quoque duodecim apostolorum, quorum omnium signaculum est Apocalypsis Joannis, quod est revelatio Jesu Christi, qui omnes libros et tempore concludit, et ordine.

7. Hi sunt libri canonici septuaginta duo, et ob hoc Moyses elegit presbyteros qui prophetarent. Ob hoc et Jesus Dominus noster septuaginta duos discipulos prædicare mandavit. Et quoniam septuaginta duæ linguæ in hoc mundo erant diffusæ, congrue providit Spiritus sanctus, ut tot libri essent quot

Hebraice scriptam reperisse se negat Hieronymus. At Isidorus non sua, sed aliena, nunc suis, nec aliorum verbis se tradere in his libris præsert. D Dicit autem paulo post, ex Sapientis cujusdam testimonio, librum hunc ab Hebræis aliquando receptum, postea rejectum. GRIMAL.

7. *Quoniam LXXII linguæ.* Clem. Alexandr., Stromat. lib. 1 (ait) ab Ephoro et scriptoribus aliis LXXV tum gentes, tum linguas prodi ex Moysi verbis: *Erant autem omnes animæ ex Jacob LXXV, quæ descenderunt in Ægyptum*; sed linguas dialecticasque videri LXXII plane fuisse, ut nostræ tradunt Scripturæ. Quod se etiam colligere tradunt Hebræi e familiarum numero; totidem namque censeri Genes. cap. x. GRIMAL.

*Ibid. Septuaginta duæ linguæ.* Adisic notam Suarii ad Allegorias, n. 65, ex qua nota perspicue colligitur legendum hoc loco esse, *et ob hoc Moyses elegit presbyteros septuaginta duos qui prophetarent.* AREV.

nationes, quibus populi ad percipiendam fidei gratiam edificarentur.

## CAPUT XII.

*De scriptoribus sacrorum librorum.*

1. Veteris autem Testamenti secundum Hebræorum traditionem **374** hi scriptores habentur: primus Moyses scripsit Pentateuchum, Jesus Nave edidit librum suum, Judicum autem et Ruthi, et Samuelis primam partem conscripsit Samuel; sequentia Samuelis usque ad calcem scripsit David. Malachiam autem in commune totum edidit Jeremias. Nam antea sparsus erat per singulorum regum historias. Job librum Hebræi Moysen scripsisse putant, alii unum ex prophetis.

2. Psalterium vero scripserunt decem prophetae, id est, Moyses, David, Salomon, Asaph, Etham, Idithum, et Eman, et filii Core, id est, Asir, Elcana, Abiasaph. Sunt qui et Esdras, et Aggæum, et Zachariam scripsisse dicant. Salomon scripsit Proverbia, Ecclesiastem, et Cantica canticorum. Isaias scripsit librum suum, Jeremias librum suum cum lamentationibus ejus. Viri synagogæ sapientes scripserunt Ezechielum, duodecim prophetas, Danielelem, et Paralipomenon, et Esther. Esdras scripsit librum suum.

3. Omnes autem hos libros idem Esdras propheta scriba post incensam legem a Chaldæis, dum Judæi regressi fuissent in Jerusalem, divino afflatus spiritu reparavit; cunctaque prophetarum volumina, quæ fuerant a gentibus corrupta correxit; totumque Testamentum in xxii libros constituit, ut tot libri essent in lege, quot habentur et litteræ.

4. Primam post Esdras Editionem de Hebræo in Græcum LXX interpretes ediderunt sub Ptolomæo Ægyptio rege, successore Alexandri, qui in legendo studiosus fuit, omniumque libros gentium **375** congregavit. Iste enim ab Elezaro, qui erat princeps sacerdotum, multa dona mittens ad templum, petiit ut seni de duodecim tribubus Israel transmitterentur, qui interpretarentur omnes libros. Et, ut fidem

CAP. XII. N. 1. *Et Samuelis primam partem.* Idem sensit Diodorus, qui Samuelis ix verba illa: *Nam videntem vocabat populus, qui nunc propheta dicitur, non ipsius Samuelis, sed ejus qui Samuelis scripta collegit verba fuisse vult.* Isidoro sat fuit monuisse non se de suo, sed de Hebræorum sensu et traditione loqui. GRIAL.

*Ibid.* Malachiam totum edidit Jeremias. Nihilò id certius. GRIAL.

2. *Psalterium vero scripserunt decem:* ii scilicet, quorum nomina in psalmorum titulis præscribuntur. Id vero persuadere alicui fortasse possent, nisi Adamo, et Melchisedecho suos etiam psalmos assignarent, illi nonagesimum primum, huic centesimum nonum. GRIAL.

*Ibid.* Viri synagogæ sapientes scripserunt Ezech. et Esth. Fabellæ Judæorum. GRIAL.

3. An Esdras libros abditos, vel incensos legis reparaverit, vetus est quæstio. Antiquorum Patrum, quorum plerique negant, verba exscribit Natalis Alexander in Historia eccles. Vet. Test., dissert. 4, in 4 mundi ætate. Qui asserunt, auctori apocrypho libri IV Esdræ, cap. xix, fidem præstiterunt. AREV.

4. *Primam post Esdras.* Quæ de LXX interpretum

interpretationis adverteret, singulis eo um qui fuerant destinati singulas cellulas dedit, et assignans omnibus omnes Scripturas, jussit interpretari.

5. Qui, cum per septuaginta dies istius rei negotium adimplerent, omnium simul interpretationes, quas per diversas cellulas segregati nullo ad nullam propinquante fecerunt, congregavit in unum. Atque ita omnes libri interpretati per Spiritum sanctum inventi sunt, ut non solum in intellectu, verum etiam in sermonibus consonantes invenirentur. Hæc fuit prima interpretatio vera ac divina.

6. Hos libros meditari omnium gentium Ecclesiæ primum cœperunt, eodemque de Græco in Latinum interpretantes primi Ecclesiarum provisores tradiderunt. Post hæc secundam Editionem Aquila, tertiam et quartam Theodotion et Symmachus ediderunt, ambo Judæi proselyti. Quintam vero et sextam Editionem Origenes reperit, et cum cæteris supradictis Editionibus comparavit. Hi sunt itaque tantum qui Scripturas sacras de Hebræo in Græcum verterunt. Qui etiam et numerantur.

7. Nam Latinorum interpretum, qui de Græco in nostrum eloquium transtulerunt (ut meminit sanctus Augustinus [i] de Doctr. Christ. c. 11) infinitus numerus. Sicut enim (inquit) primis fidei temporibus ad manus venit Codex Græcus, atque aliquantulum statim interpretari, atque inde accidit tam innumerabiles apud Latinos existisse interpretes.

8. De Hebræo autem in Latinum eloquium tantummodo Hieronymus presbyter sacras scripturas convertit. Cujus Editione generaliter omnes Ecclesiæ usquequaque utuntur, pro eo quod veracior sit in sententiis et clarior in verbis. Librum Sapientie Salomon scripsisse probatur testimonio illius, quibus ibi legitur: *Tu me (inquit) elegisti 376 regem populo tuo, et dixisti ut edificarem templum in nomine sancto tuo, et in civitate habitationis tue* (Sap. ix, 7).

9. Hoc opus Hebræi (ut quidam sapientium me-

Editione refert usque ad verbum invenirentur, leguntur in Cyrilli catechesi 4. Eademque Justinus, Irenæus, Augustinus, Philo, atque alii prodiderunt. Sed ridet Hieronymus, quæ de cellulis referuntur. Neque huic, neque illis nostrorum theologorum studia desunt. Nec minore contentione de ea quoque res dissident, omnesne Veteris Testamenti, an soli quiaque Moysi libri ab illis sint conversi. GRIAL.

7. *Ut meminit sanctus Augustinus.* Lib. ii de Doctrin. Christ., cap. 11. Idem in Novo Testamento accidisse ait Hieronymus, epist. 123, ad Damazum, tot penè fuisse exemplaria, quot Codices. GRIAL.

8. *Veracior sit in sententiis, et clarior in verbis.* Hoc elogium ex Augustini sententia potius convenit versioni Italæ, seu antiquæ, quam Hieronymianæ, seu novæ. Ita enim Augustinus lib. ii de Doctr. Christ., cap. 15, n. 22: *In ipsis interpretationibus Italæ cæteris præferatur; nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ.* Vide Sabatierum in præf. n. 28, et Isidoriana, cap. 87, n. 25. Marianus, de Edit. Vulg., cap. 18, p. 89, observat Isidori verba Itabanum repetere lib. ii Iustit. clericor., cap. 55. Ostendit autem eo loco Mariana Editionem Latinam Vulgatam eandem esse Hieronymi. AREV.

minit) inter canonicas scripturas recipiebant. Sed postquam comprehendentes Christum interfecerunt, memorantes in eodem libro tam evidentissima de Christo testimonia, quibus dicitur: « Dixerunt inter se impii, Comprehendamus Justum, quia inutilis est nobis, et contrarius est operibus nostris, et promittit Dei scientiam se habere, et Filium Dei se nominat. » Et infra: « Si enim vere est Filius Dei, suscipiet illum, et liberabit eum de manu contrariorum. » Ac deinde: « Ut sciamus reverentiam illius, et probemus patientiam ejus, morte turpissima condemnemus eum (Sap. 11); » collatione facta, ne nostri eis pro tam aperto sacrilegio derogarent, a prophetis eum voluminibus reciderunt, legendumque suis prohiberunt.

10. Librum autem Ecclesiasticum composuit Jesus filius Sirach Jerosolymitani, nepos Jesu sacerdotis, de quo meminit Zacharias, qui liber apud Latinos propter eloquii similitudinem Solomonis titulo prænotatur. Præterea Judith, et Tobie, sive Machabæorum libros qui auctores scripserunt, minime constat.

11. In Novo autem Testamento quatuor libros Evangeliorum quatuor evangelistæ singulos scripserunt, quorum solus Matthæus Hebræo scripsisse perhibetur eloquio, cæteri Græco. Paulus apostolus suas scripsit Epistolas, ex quibus novem septem Ecclesiis destinavit, reliquas discipulis suis misit, Timotheo, Tito et Philemoni. Ad Hebræos autem Epistolam plerisque Latinis ejus esse incertum est 377 propter dissimilitudinem sermonis. Eandemque alii Barnabam conscripsisse, alii a Clemente scriptam fuisse suspicantur.

12. Petrus scripsit duas nomine suo epistolas, quæ catholicæ nominantur: quarum secunda a quibusdam ejus esse non creditur propter styli sermonisque distantiam. Jacobus suam scripsit Epistolam. Quæ et ipsa a nonnullis ejus esse negatur, sed sub

11. *Ad Hebræos autem Epist.* Ex Hieronymi catalogo. At nunc dubitandi nullus relictus locus post conciliorum sequentium decreta. Quæ de Petri, Jacobi et Joannis Epistolis dicuntur, ex eodem sunt catalogo. De Apocalypsi, quoniam etiam ante Hieronymi ætatem recepta fuerat, neglexisse videtur Isidorus eos qui illam suo tempore non recipere, contra quos est concilium Toletanum IV, can. 16. GRIAL.

*Ibid.* De Epistola ad Hebræos neque Isidorus ipse dubitat in Proœmiis. In Etymologis. lib. VI, cap. 2, n. 45, ex plurium Latinorum sententia non certo Pauli esse dicitur. AREV.

CAP. XIII. N. 1. *Laudes.* Quid *Laudes* appellet, et ipse satis superque declarat, et cuius ex concilio IV Toletan. magis adhuc constare poterit. Ut mirum sit tam manifesta in luce quanta sibi ipse tenebras offenderit, qui magno negotio contenderit ut hæc, plurimum caput inverso ordine, post caput de matutinis collocaret. Cum neque quid laudes, neque quid matutinae preces apud Isidorum sit, posset ulla ratione dispicere. Ac de matutinis suo loco. Laudes hoc loco canticum *Alleluia* dicitur, quod in aliis regionibus (ut nunc ubique fit) ante Evangelii actionem, in Hispania post Evangelium decantari ea synodus præcipit, can. 10 et 11. GRIAL.

*Ibid.* In Appendice 9 ad Etymologias fragmentum

nomine ejus ab alio dictata existimatur. Joannis epistolas tres idem Joannes edidit, quarum prima tantum a quibusdam ejus esse asseritur, reliquæ duæ Joannis cujusdam presbyteri existimantur, cujus juxta Hieronymi sententiam alterum sepulcrum apud Ephesum demonstratur. Judas suam edidit Epistolam. Actus apostolorum Lucas composuit, sicut audivit, vel vidit. Apocalypsin Joannes evangelista scripsit eodem tempore, quo ob Evangelii prædicationem in insulam Pathmos traditur relegatus.

13. Ili sunt scriptores sacrorum librorum, divina inspiratione loquentes, atque ad eruditionem nostram præcepta cœlestia dispensantes. Auctor autem eandem Scripturarum Spiritus sanctus esse creditur. Ipse enim scripsit, qui prophetas suos scribenda dictavit. Jam tibi post psalmodum originem atque hymnorum, post sanctorum etiam librorum numerum, postulata sequentia prænotabo.

### CAPUT XIII.

#### *De laudibus.*

1. Laudes, hoc est, *Alleluia* canere, canticum est Hebræorum, 378 cujus expositio duorum verborum interpretatione consistit, hoc est, *laus Dei*, de cujus mysterio Joannes in Apocalypsi refert Spiritu revelante vidisse, et audisse vocem cœlestis exercitus angelorum, tanquam vocem aquarum multarum, et tanquam vocem validorum tonitruum dicentium *Alleluia*.

2. Ex quo nullus debet ambigere hoc laudis mysterium, si digna fide et devotione celebretur, angelis esse conjunctum. *Alleluia* autem, sicut et *Amen* de Hebræa in Latinam linguam nequaquam transfertur, non quia interpretari minime queant, sed, sicut aiunt doctores, servatur in eis antiquitas propter sanctiorem auctoritatem.

3. In Africanis autem regionibus non omni tempore, sed tantum dominicis diebus, et quinquaginta post resurrectionem Domini *Alleluia* cantatur pro-

est Isidori nomine de variis vocabulis *Alleluia*, etc., quod pertinet ad librum VI, cap. 19, Etymologiarum. *de Officiis.* Copiose etiam Hieronymus disserit de *alleluia* et psalmis *alleluisticis*, tom. VI Antiq. eccles., pag. 41 et seqq. In missa Gothica statim post lectionem Evangelii canebatur *Lauda*, quod ab Isidoro *Laudes* dicitur. Qui ritum officii Gothici ignorant, facile unam ejus partem cum alia confundunt. In Isidorianis, cap. 88, n. 71, indicavi quasdam missas a sancto Ildefonso compositas adhuc latere, quæ, si ederentur, magnum lumen veteris liturgiæ Hispamæ ordinis et methodo essent allaturæ. Verum bibliothecæ archiepiscopali Toletanæ præfectus Petrus Emmanuel Hernandez, vir cum primis doctus, a me rogatus, litteris die 10 februarii 1801, respondit eas missas de quibus multi mentionem injeccerant, nihil esse aliud quam notum librum sancti Ildefonsi *De perpetua Virginitate sanctæ Mariæ* in septem partes distributum, quæ fortasse singulæ partes ab eodem sancto Ildefonso in diversis festis beatæ Mariæ virginis recitatae sunt ea in sacrificii actione, quæ Mozarabes *missam* dicebant a missione catechumenorum. Cæteri, qui de his missis sancti Ildefonsi loquuntur, immane quantum a veritate aberrant. AREV.

5. In Africanis autem regionibus. Ex ep. 119, Au-

significatione futuræ resurrectionis, et lætitiæ. Verumtamen apud nos secundum antiquam Hispaniarum traditionem præter dies jejuniorum, vel Quadragesimæ omni tempore cantatur *Alleluia*; scriptum est enim: *Semper laus ejus in ore meo.*

4. Quod vero post consummatam psalmodiarum, sive lectionum prædicationem *Alleluia* in fine cantatur, hoc in spe futura facit Ecclesia, significans post annuntiationem regni cælorum, quæ in hac vita per utrumque Testamentum mundo prædicatur, actionem nostram non esse futuram, nisi in laudem Dei, sicut scriptum est: *Beati qui habitant in domo tua, in sæcula sæculorum laudabunt te (Psal. LXXXIII, 5).* Hinc est quod et liber psalmodiarum in laude concluditur, ut eadem post finem sæculi laus æterna monstratur.

### 379 CAPUT XIV.

#### De offertoriis.

1. Offertoria, quæ in sacrificiorum honore canuntur, Ecclesiasticus liber indicio est veteres cantare solitos, quando victimæ immolabantur, sic enim dicit: *Porrexit, inquit, sacerdos manum suam in*

gust. ad Jannarium, c. 15 et 17. GRIAL.

4. *Actionem nostram non esse futuram, usque ad laudabunt te.* Verba sunt Augustini, cap. 15. GRIAL.

*Ibid.* Hittorpius edidit in *spem futuri*, quamvis agnoverit in aliis esse in *spe futura*. In Editione quam curavit Cochleus, multa in hoc capite et in plerisque aliis desunt, ut illud exemplar censeretur quibusdam in locis epitome librorum de ecclesiasticis Officiis. AREV.

CAP. XIV. N. 1. *Offertoria, quæ in sacrificiorum canuntur, etc.* Gentiles quoque in libationibus graviore quosdam sonos adhibuisse, qui magnam partem spondeis pedibus constant, unde nomen huic pedulatum, qui et pontificius propterea dicitur est, notum ex Terentiam versibus

Qui quod in templis canorus a sono vocis metæ.

Auribus libantis obstat, et favet, *οὐδὲνός* est.

Eam vicem, ubi cantores organaque desunt, tintinnabulorum rotæ antiquo jam ritu præstant. GRIAL.

*Ibid.* Multi Mss. in *sonitu tubæ*. Unus, in *voce, prædicatione, cantu*. Pro *accenditur* duo Mss., *accendimus*. Hittorpius cum quatuor Mss. edidit: *Jubilamus in altum*; unus Ms. addebat, in *alto illo scilicet*, etc. AREV.

CAP. XV. N. 1. *Cujus celebrationem.* Traditam a Petro, quem ad consecrationis verba quidam tres orationes, alii solum Dominicam, initio adhibuisse dicunt. Auctæ deinde aliæ ab aliis tum preces, tum ceremoniæ, ut videntur in Patrum liturgiis. Nam et illud Pauli, I Cor. xi. *Cætera autem, cum venero, disponam*, ad id refert Augustin. epist. 118, cap. 6. Isidorus ordinem qui ætate sua in concil. Tolet. IV jussu est per omnem Hispaniam et Galliciam observari tantum refert. Qui tamen ordo non idem prorsus retinetur in Mozarabo Missali, quod advertit etiam Jacobus Pamelius. GRIAL.

2. *Quinta deinde infertur illatio.* Pensiones, ut a Græcis *σταγῶν*, ita a nostris *illationes* dicitur, constat e Cassiodor., lib. XI, ep. 16, quomodo illationis voce usa est etiam synodus Tolet. VII, can. 4: *Ne ergo fiat de cætero, quod constat hactenus inordinate præsumptum, non amplius quam duos solidos unusquisque episcoporum præfata provincie per singulas diocesis suæ basilicas juxta synodum Biacharensis annua illatione sibi expetent conferri.* Mediaque videtur

*libationem, et libavit de sanguine uræ, et fudit in fumento altaris odorem divinum excelso principi. Tunc exclamaverunt filii Aáron in tubis productilibus, et sonuerunt, et auditam fecerunt magnam vocem in memoriam coram Deo (Eccli. I, 16).* Non aliter et nunc in sono tubæ, id est, in vocis prædicatione cantu accendimur, simulque corde, et ore laudes Domino declamantes jubilamus in illo scilicet vero sacrificio, cujus sanguine salvatus est mundus.

### CAPUT XV.

#### De missa et orationibus.

1. Ordo autem missæ, et orationum, quibus oblatæ Deo sacrificia consecrantur, primum a sancto Petro est institutus, cujus celebrationem uno eodemque modo univarsus peragit orbis. *Prima* earumdem oratio admonitionis est erga populum, ut excitenter ad exorandum Deum. *Secunda* invocationis ad Deum est, ut clementer suscipiat preces fidelium oblationesque eorum. *Tertia* autem **380** effunditur pro offerentibus, sive pro defunctis fidelibus, ut per idem sacrificium veniam consequantur.

2. *Quarta* post hæc infertur pro osculo pacis, ut

inter exactionem et oblationem, sive inter pensionem et munus, illatio. Ut enim imperatores pensionis tristorem appellationem illationis nomine mitigarunt, ita ecclesiastici viri submissius se loqui putaverunt, si quæ alias dona et munera vocant, illationem appellarent. Id quod etiam debitum servitutis non uno in loco dicitur. Hinc illud in canone: *Offerimus præclaræ Majestati tuæ de tuis donis ac datis.* Nimirum videbatur offerimus, nisi subjiceretur de tuis donis ac datis. Sed (ut ego quidem existimo) dicebatur illatio tum panis et vinum, antequam offerrentur, tum formula ipsa prædicationis, qua inferebantur. Erat ergo illatio tum id quod inferebatur, ex quo erat oblatio facienda, tum precatio ipsa qua inferebatur, ut fieret ex illatione oblatio. GRIAL.

*Ibid.* *Ut charitate reconciliati omnes invicem, digni. Alii, digni. Alii, ut charitate reconciliationis omnes invicem digne; vel, ut per charitatem reconciliationis invicem digne.* Quæ duæ postremæ lectiones Hittorpio non displicebant, ut respiciatur ad reconciliationem in Evangelio præscriptam, antequam sonus ad altare offeramus. In nota Grialii mendose erat, *formula ipsa prædicationis, quam inferebantur.* Repossi qua, ut paulo post precatio ipsa qua inferebatur, in Missali Mozarabico hæc prima oratio proprie missæ dicitur, quam tamen in eodem Missali diversæ etiam præcedunt. Secunda oratio post orationem missam appellatur proprium nomen non habet. Tertia oratio dicitur *Post nomina*, scilicet offerentium et defactorum. Quarta oratio appellatur *Ad pacem*, pro quo mendose in Missali Mozarabico scribitur *Ad Patrem*, ut observat Lesleis in not. ad Missal. Mozarab., pag. 1. Quinta in eodem Missali *Illatio*, ut apud Isidorum, vocatur. Sexta in cit. Missal. appellatur *Post pride*, quin causa hujus appellationis nota sit in liturgiis Gallicanis *Post mysteria*, aut *Post sancta* nominatur. Septima denique est *Oratio Dominationis*, ut apud Isidorum. Sed ante hanc orationem recitari Symbolum Constantinopolitanum ex præscripto concilii in Toletani, quod cap. seq. Isidorus vocat *Agnum*, quia ita passim appellabatur. Multa quoque ad liturgiam Gothicam pertinent illustrari poterunt brevi expositione antiquæ liturgiæ Gallicanæ, quæ præmisâ docta præfatione Martenii reddidit Theauri Anecd., pag. 86 et seqq. AREV.



charitate reconciliati omnes invicem digne sacramento corporis et sanguinis Christi consocientur, quia non recipit dissensionem cujusquam Christi indivisibile corpus. Quinta deinde inferitur illatio in sanctificatione oblationis, in qua etiam et ad Dei laudem terrestrium creaturarum virtutumque celestium univertitas provocatur, et **381** *Horanna in excelsis* cantatur, quod Salvatore de genere David nascente salus mundo usque ad excelsa pervenerit.

3. Porro sexta exhibe succedit conformatio sacramenti, ut oblatio, quæ Deo offertur, sanctificata per Spiritum sanctum, Christi corpori ac sanguini conformetur. Harum ultima est oratio, qua Dominus noster discipulos suos orare instituit, dicens: *Pater noster, qui es in caelis*. In qua oratione, ut sancti Patres scripserunt, septem petitiones continentur; sed in tribus primis æterna poscuntur: in sequentibus quatuor temporalia, quas tamen propter æterna adpienda petuntur.

4. Nam cum dicimus: *Sanctificetur nomen tuum, Adveniat regnum tuum, Fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra*; hic quidem istæ tria inchoantur; sed in illa vita sperantur, ubi sanctificatio Dei, et voluntas, et regnum in sanctis suis immortaliter permanebit. Jam vero panis quotidianus, qui vel animæ, vel carni tribuitur, hic exposcitur; hic etiam post subsidium cibi venia de exemplo fraternæ indulgentiæ postulatur; hic, ne in peccati tentationem incidamus, exposcimus. Hic, post omnia, ut a malis liberemur, Dei auxilium imploramus. Illic autem nihil isto um est.

5. Hanc itaque orationem Salvator docuit, in qua et spes continetur fidelium, et confessio peccatorum; de qua propheta prædicens, ait: *Et erit, omnis qui invocaverit nomen Domini salvus erit* (Joel. II, 32). Hæ sunt autem septem sacrificii orationes commendatæ evangelica apostolicaque doctrina, cujus numeri ratio instituta videtur vel propter septenariam sanctæ Ecclesiæ universitatem, vel propter septiformem gratiæ Spiritum, cujus dono ea quæ inferuntur sanctificantur.

### 382 CAPUT XVI.

#### De Symbolo Nicæno.

1. Symbolum autem, quod tempore sacrificii a populo prædicatur, trecentorum decem et octo sancto-

3. In qua oratione, ut Patres scripserunt, septem petitiones. Singulis petitionibus Amen respondetur, quarta excepta, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, cui respondetur, *quia tu es Deus*. GRIAL.

Ibid. Hittorpius cum Mss. suis edidit, *confirmatio sacramenti ut oblatio.... Christi corporis et sanguinis confirmetur*. Nec probat *conformatio*, et *conformetur*, quia in Ordinis Romani libris *confirmare* significat distribuere aliis corpus et sanguinem Domini, quæ distributio etiam hoc loco intelligi potest. AREV.

4. De exemplis. Veteres Editiones, ad exemplum. AREV.

CAP. XVI. N. 1. Omnes enim, etc. Al., omnes enim errorum impietates, perfidiæque, vel blasphemias calcas. Pro vel, alii et, quod perinde est. AREV.

CAP. XVII. N. 1. Benedictionem. Singulis prope missis benedictiones propriæ assignantur in Mozarabo Missæ. Est autem hæc e Domini. 7 post Peu-

ruur Patrum collatione apud synodum Nicænam est editum. Cujus veræ fidei regula tantis doctriæ fidei mysteriis præcellit, ut de omni parte fidei loquatur, nullaque pene sit hæresis cui per singula verba vel sententias non respondeat. Omnes enim errores impietatum perfidiæque blasphemias calcas, et ob hoc in universis Ecclesiis pari confessione a populo proclamatur.

### CAPUT XVII.

#### De benedictionibus.

1. Benedictionem autem dari a sacerdotibus populo, antiquæ per Moysen benedictio pandit, et comprobatur, qua benedicere populo sub sacramento trini invocationis jubetur. Ait enim ad Moysen Dominus: *« Sic benedices populum meum, et ego benedicam illis: Benedicat te Dominus, et custodiat te, illuminet Dominus faciem suam super te, et misereatur tui, attollat Dominus faciem suam super te, et det tibi pacem »* (Num. vi, 24).

### CAPUT XVIII.

#### De sacrificio.

1. Sacrificium autem, quod a Christianis Deo offertur, primum **383** Christus Dominus noster, et magister instituit, quando commendavit apostolis corpus et sanguinem suum, priusquam traderetur; sicut legitur in Evangelio: *Acceptit, inquit, Jesus panem, et calicem, et benedicens dedit eis* (Matth. xxvi, 26). Quod quidem sacramentum Melchisedech rex Salem figuratiter in typum corporis et sanguinis Christi primus obtulit, primusque mysterium tanti sacrificii imaginariè idem expressit, præterens similitudinem Domini et Salvatoris nostri Je-u Christi, sacerdotis æterni, ad quem dicitur: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* (Ps. cix).

2. Hoc ergo sacrificium Christianis celebrare præceptum est, relictis ac finitis Judaicis victimis, quæ in servitute veteris populi celebrari imperata sunt. Hoc itaque fit a nobis, quod pro nobis Dominus ipse fecit, quod non mane, sed post cœnam in vespere obtulit. Sic enim Christum oportebat adimplere circa vespere diei, ut hora ipsa sacrificii ostenderet vespere mundi. Proinde autem non communicaverunt jejuni apostoli, quia necesse erat ut pascha illud typicum antea impleretur, et sic denno ad verum paschæ sacramentum transirent.

tecosten. GRIAL.

Ibid. Illuminet Dominus faciem, etc. Ita Goth. Codex ex Septuaginta interpretatione; in excusis libris Vulgatæ Edit. verba substituta sunt. GRIAL.

Ibid. Alii, et benedicam eum. Et mox, custodiat te, ostendatque faciem suam tibi, et misereatur, etc. AREV.

CAP. XVIII. N. 1. Vid. Cyprian., epist. 3, lib. II, de sacramento dominici calicis. GRIAL.

Ibid. Traderetur. Al., pateretur. AREV.

2. Quod non mane usque ad vespere mundi, Cypriani verba sunt. GRIAL.

Ibid. Proinde non communicaverunt jejuni apostoli. Vid. cap. 54, Liquido, de consecr., d. 2. GRIAL.

Ibid. Pro imperata alii exhibent imperatæ, quod clarius est Pro hoc itaque fit, a), hodie itaque fit. AREV.

3. Hoc enim in mysterio tunc factum est quod primum discipuli corpus et sanguinem Domini non acceperunt jejuni. Ab universa autem Ecclesia nunc a jejunis semper accipitur. Sic enim placuit Spiritui sancto per apostolos, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret, quam ceteri cibi, et ideo per universum orbem mos iste servatur. Panis enim quem frangimus corpus Christi est (I Cor. x), qui dixit: *Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi* (Joan. vi). Vinum autem sanguis ejus est, et hoc est, quod scriptum est: *Ego sum vitis vera* (Joan. vi); sed panis, quia corpus confirmat, ideo corpus Christi nuncupatur, vinum autem, quia sanguinem operatur in carne, ideo ad sanguinem Christi refertur.

4. Hæc autem dum sunt visibilia, sanctificata tamen per Spiritum sanctum **384** in sacramentum divini corporis transeunt. Proinde autem, ut sanctissimus Cyprianus ait: « Calix dominicus vino et aqua mistus offertur, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Quando autem in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, et credentium plebs ei in quem creditur copulatur et jungitur. Quæ copulatio et conjunctio aquæ et vini sic miscetur in calice Domini, ut commistio illa ab invicem non possit separari, sicut nec Ecclesia potest a Christo dividi.

5. « Sic autem in sanctificando calice Domini offerri aqua sola non potest, quod modo nec vinum solum potest. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis; si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Quando autem utrumque miscetur, et adunatione confusa sibi invicem copulatur, tunc sacramentum spirituale et cælestis perficitur. Sic vero calix Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque sibi misceatur, quomodo nec corpus Domini potest esse similia sola, aut aqua sola, nisi utrumque adunatum fuerit, et copulatum, et panis unius compage solidatum.

6. « Quo et ipso sacramento populus noater ostenditur adunatus, ut quemadmodum grana multa in unum collecta, et commolita, et commista panem unum

3. Catholicam Isidori de sacra Eucharistia doctrinam propugnavi in Isidorianis, cap. 30, n. 15 et seqq., contra Binghamum, et alios heterodoxos. AREV.

4. *Calix Dominicus*, usque ad *adunatus*, omnia sunt Cypriani verba. GRIAL.

*Ibid.* Verba sancti Cypriani in Editione Felli epist. 63, de sacramento dominici calicis non omnia ab Isidoro exscribuntur. AREV.

7. *Dicunt aliqui, nisi aliquo interven. peccato.* Vid. cap. 13, de consecr., d. 2, *Quotidie*. GRIAL.

*Ibid.* *Hoc est enim indigne accipere.* August., epist. 118. GRIAL.

*Ibid.* *Dicunt aliqui, etc.* Vide librum de Dogmat. eccles., cap. 22; Canon. ap. tol. 8 et 9; Justinum, in Apolog. de Dominicis die; Basil., epist. 289, et recentiores, qui de frequenti communione contra Arnaldum plura opera ediderunt. AREV.

8. *Cæterum si non sunt tanta peccata.* Hilarii, sive Augustini verba relata a Gratiano, de cons., d. 2, cap. Si non sunt. GRIAL.

A faciunt, sic in Christo, qui est panis cælestis, unum sciamus esse corpus, cui conjunctus sit noster numerus, et adunatus. »

7. Dicunt aliqui, nisi aliquo intercedente peccato, Eucharistiam quotidie accipiendam; hunc enim panem dari quotidie nobis, jubente Domino, postulamus, dicentes: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Quod quidem bene dicunt, si hoc cum religione et devotione et humilitate suscipiunt, nec, confidendo de justitia, superbiz præsumptione id faciant. Cæterum si talia sunt peccata, quæ quasi mortuum ab altari removeant, prius agenda penitentia est, ac sic deinde hoc salutariter medicamentum **385** tunc suscipiendum. Qui enim manducaverit indigne, judicium sibi manducat et bibit (I Cor. xi).

B Hoc est enim indigne accipere, si eo tempore quis accipiat qui debet agere penitentiam.

8. Cæterum si non sunt tanta peccata, ut excommunicandus quisque judicetur, non se debet a medicina dominici corporis separare, ne, dum forte diu abstinendus prohibetur, a Christi corpore separetur. Manifestum est enim, eos vivere, qui corpus ejus attingunt. Unde etiam timendum est ne, dum diu quisque separatur a Christi corpore, alienus remaneat a salute, ipso dicente: *Nisi comederitis carnem filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis* (Joan. vi). Qui enim jam peccare quievit, communicare non desinat.

9. Conjugatis autem abstinendum est coitu, plurimisque diebus orationi debent vacare, et sic deinde ad Christi corpus accedere. Relegamus Regum libros, et inveniemus sacerdotem Abimelech de panibus propositionis noluisse prius dare David, et pueris ejus, nisi ante interrogaret utrum munti essent pueri a mulieribus, non utique ab alienis, sed a conjugibus propriis, et nisi eos audisset ab heri et nudius tertius vacasse ab opere conjugali, nequaquam panes quo prius negaverat concessisset (I Reg. xxi).

10. Tantum interest inter propositionis panes et corpus Christi, quantum inter umbram et corpus, inter imaginem et veritatem, inter exemplaria futurorum et ea ipsa quæ per exemplaria præfiguraban-

*Ibid.* Contra eos qui frequentem communionem impugnant adduci solet hic locus. Petavius, *Dissertat. ecclesiast.* lib. II, cap. 3, tom. IV, pag. 185; observat hæc ab Isidoro sumpta ex Augustino, epist. 118, c. 3, quibus Isidorus præmisit: *Cæterum si talia, etc.* Zaccaria, tom. XII *Histor. lit. r.*, pag. 451, Leslei conjecturam probat, legendum, *diu abstinens prohibetur* pro *diu abstinendus*, vel *abstinens prohibetur*, quia ita legitur in Codice Albarnoziano Bononiensi, et quia, ut observat Lesleus, pag. 500, in Missale Mozar. sermo est de eo qui sponte abstinet, non de eo qui ab alio prohibetur. Idem Lesleus, pag. 529, agit de usu frequenti sacra Eucharistia apud veteres. Ilitorpius observat legendum esse, *si non sunt tanta peccata*, ac male alios omittere non; et pro *excommunicandus*, quod in aliquo Ms. inveniat, legit *excommunicatus*, et *abstinens*, pro *abstinendus*, pro quo apud alios reperit *abstinens*. *Mibi non displicet prohibetur*, hoc est, a seipso. AREV.

9. *Relegamus libros Reynorum*, usque ad *accipere* possit, verba sunt Hieron. in cap. I Epist. ad Tit. *Canon.*

aur. Quapropter eligendi sunt aliquot dies, quibus A prius bono continentius vivat, quo ad tantum sacramentum dignus accedere possit.

**386** 11. Sacrificium pro defunctorum fidelium requie offerre, vel pro eis orare, quia per totum hoc orbem custoditur, credimus quod ab ipsis apostolis traditum sit. Hoc enim ubique catholica tenet Ecclesia, quæ nisi crederet fidelibus defunctis dimitti peccata, non pro eorum spiritibus vel eleemosynam faceret, vel sacrificium Deo offerret.

12. Nam et cum Dominus dicit : *Qui peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc sæculo, nec futuro (Math. XII)*, demonstrat quibusdam illuc dimittenda peccata et quodam purgatorio igne purganda. Ergo in quodam loco dictum est a sanctissimo Augustino : « Defunctorum animas sine B Jubio pietate suorum viventium relevari, cum pro illis sacrificium offertur, vel eleemosynæ fiunt, si tamen aliquod quisque sibi meritum præparavit, dum adhuc in corpore viveret, per quod ista prosint, quæ cunque pro illo fiunt.

13. « Nam non omnibus prosunt. Et quæ non omnibus prosunt, nisi propter differentiam vitæ quam quisque gessit in corpore? Nam pro valde bonis gratiarum actiones sunt, pro non valde malis propitiationes sunt, pro valde malis, etiam si nulla sunt adjuvantia mortuorum, qualescunque consolationes vivorum sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio, aut certe, ut tolerabilior fiat ipsa damnatio. »

#### CAPUT XIX.

*De tertiæ, sextæ, et nonæ officiis.*

1. Horam tertiam, sextam, et nonam Daniel et tres pueri supplicationibus devoverunt (*Dan. vi. 13*), scilicet, ut ab ortu diei in tempus precatonis tres horæ porrectæ Trinitatis nobis reverentiam declararent, pariliter ad tertiam, ad sextam, atque deinde ad nonam per **387** lucis intervalla, ratis dimensionibus terminata, Trinitas ter die rogata coleretur. Illud etiam occurrit ad probationem venerabilis Trinitatis, quod Spiritus sanctus hora tertia, hoc est, suo loco, et numero, et tempore, descendit ad terras impleturus gratiam quam Christus promisit (*Act. II*).

2. Nam et sexta hora Christus passus, ad nonam

12. *Defunctorum animæ, etc.*, usque ad fin. cap. D *verba sunt Augustini, in Enchirid. ad Laur., c. 110. GRIAL.*

*Ibid.* Eadem doctrina Augustini De Civit. Dei, lib. XXI, cap. 24, et lib. de Cura pro mortuis. AREV.

CAP. XIX. N. 1. Vid. Cypriani librum de Orat. Dominicæ, et Tertullian., de Jejunio. GRIAL.

*Ibid.* Pro ratis, alii satis. Fortasse stasie. In nonnullis Mss. Trinitas ter derogata, id est, deprecata coleretur. In vet. Edit. erat determinata Trinitas. Apud Grialium demensionibus. Non est omitenda lectio Editionis Cochlei : *Pariterque a tertia ad sextam, atque inde ad nonam per paria lucis intervalla, ratis dimensionibus interminata Trinitas ter die rogata coleretur.* De oratione tertiæ, sextæ et nonæ vide Commentar. ad Prudentium, hymn. 3 Cathem., vers. 86, et Etymol. lib. vi, cap. 19, cum nota ad num. 62; quod

patibull cruciamenta porrexit. Tali enim sacramento legitimis ad precein temporibus per ternas horas Trinitatis perfectio aut laudatur celebritatibus, aut precibus imperatur. Licet et computetur diurna celebritas per quaternarium usque ad vespertinum officium, hoc est, quia quaternis significetur mundus quadrifario divisus, in Trinitate salvatus. Siquidem et in nocte stationes et vigiliæ militares in quatuor partes divisæ, ternis horarum spatii secernuntur, ut et in ipsis nocturnis mundialibusque officiis Trinitatis mysterium veneretur.

#### CAPUT XX.

*De vespertis.*

1. Vespertinum diurni officium finis et alternæ lucis occasus est, cujus ex Veteri Testamento solemnitas est celebratio. Denique hoc tempore veterum sacrificia offerre, adolerique altario aromata et thuram mos erat (*Exod. XXXI*). Testis est hymnicus ille, regio ac sacerdotali functus officio, dicens : *Ascendat oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo, elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* (*Psal. CXL*).

2. In Novo quoque Testamento eo tempore quo Dominus et Salvator noster cœnantibus apostolis mysterium sui corporis et sanguinis initio tradidit, ut tempus ipsum sacrificii vespertini ostenderet æculli, proinde in honorem ac memoriam tantorum sacramentorum his temporibus adesse nos decet Dei conspectibus, et personare in ejus cultibus, orationum nostrarum illi sacrificium **388** offerentes, atque in ejus laudibus pariter exultantes. Vespertinum autem nominatum a sidere, qui vesper vocatur, et decidente sole exoritur. De quo propheta dicit : *Et vespertinum super filios hominum prodire facit* (*Job. XXXVIII*).

#### CAPUT XXI.

*De completis.*

1. De completis autem celebrandis idem etiam in Patrum invenimus exemplis, David propheta dicente : *Si ascendero in lectum strati mei, si dederò somnum oculis meis, aut palpebris meis dormitationem, aut requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino tabernaculum Deo Jacob* (*Psal. CXXXI*). Quis non stupeat tantam in Dei amore animi devotionem, ut somnum sibi, sine quo utique corpora humana deficiunt, penitus interdixerit, donec locum ac templum Do-

totum caput in argumento hujus operis de Officiis ecclesiasticis versatur. AREV.

2. *Mundialibusque.* Fortasse legendum *dialibusque*, aut *diurnis*, ut opponatur *nocturnis*. AREV.

*Ibid.* Licet, etc. Alii, et si computetur diuturna... hoc est, quaternitas significatur, quia mundus, etc. AREV.

CAP. XX. N. 1. *Altario.* Isidorus cum aliis passim usurpat *altarium, altarii*. AREV.

2. *Ut tempus ipsum vesp.* usque ad i. Cypriani sunt verba epist. cit. GRIAL.

*Ibid.* *Vespertinum ostenderet sæculi finem.* AREV.

CAP. XXI. N. 1. *Integrum caput ex epist. de observatione vigiliarum, 36, apud Hieronymum, tom. IX. GRIAL.*

minus fabricandum in pectore suo rex et propheta reperiret? Quæ res debet nos fortiter admonere ut si ipsi locus Domini esse volumus, et tabernaculum ejus, aut templum cupimus haberi, in quantum possumus, exempla sanctorum imitemur, ne de nobis dicatur, quod legitur: *Dormierunt somnum suum, et nihil inveniunt* (Psal. LXXV), et cætera.

### CAPUT XXII.

#### *De vigiliarum antiquitate.*

1. Antiqua est vigiliarum devotio, familiare bonum omnibus sanctis. Isaias denique propheta clamabat ad Dominum, dicens: *De nocte vigilat spiritus meus ad te, Deus, quia lux præcepta tua sunt super terram* (Isai. xxvi, 9). Item David, et regio, et propheta sanctificatus unguento, ita canit: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super judicia justitiæ tuæ* (Psal. cxviii, 62). Hoc namque tempore vastator angelus transiens, primogenita Ægyptiorum percussit (Exod. xii).

2. Unde et nos vigilare oportet, ne periculo Ægyptiorum admisceamur. **389** Iisdem etiam horis venturum sese in Evangelio Salvator astruxit. Unde et ad vigilandum auditores suos exuscitat, dicens: *Beati servi illi quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes* (Matth. xxiv). Etsi vespertina, inquit, hora venerit, etsi media nocte, etsi galli cantu, et ita invenerit eos vigilantes, beati sunt servi illi. *Itaque et vos estote parati, quia nescitis, qua hora Filius hominis venturus est* (Luc. xii).

3. Siquidem nec verbis solum docuit vigiliis, sed etiam confirmavit exemplo; sic namque testatur in Evangelio: *Quis erat Jesus pernoctans in oratione Dei* (Act. xvi, 25). Paulus quoque et Silas in custodia publica circa medium noctis orantes, hymnum, audientibus cunctis vincitis, dixisse memorantur, ubi repente terræmotu facto, et concussis carceris fundamentis, et januæ sponte apertæ, et omnium vincula sunt soluta.

4. Unde oportet his horis psallendi orandique frequentiam nos in sanctis habere officii, finemque nostrum, vel si advenerit sub tali actu, expectare securos. Est autem quoddam genus hæreticorum, superfluas existimantium sacras vigiliis, et spiri-

CAP. XXII. N. 1. Pleraque ex eadem epistola carpitur hinc inde sumpta. GRIAL.

*Ibid.* Hoc namque tempore vastator angel., ex Hieronym. Matth. xiv. GRIAL.

3. *Audientibus cunctis vincitis.* Vox cunctis non est apud Hieronym., neque Act. xvi, et fortasse librariorum partim vincitis, partim cunctis, scribentium vitio utrumque tandem inolevit. GRIAL.

*Ibid.* Siquidem, etc. Hæc, usque ad finem capituli decerant in Editionibus antiquis, quæ Bignæus supplavit ex Concilio Aquisgranensi sub Ludovico Pio, cap. 150, et Rabano, lib. ii de Institut. cleric., cap. 9, ac vere existant in Mss. Codicibus Isidori. AREV.

4. *Nyctages, aut etiam Nystages, vel Nystazontes.* Ead. viii Etymol., c. 5. GRIAL.

CAP. XXIII. N. 1. Matutinae preces hic dicuntur eæ quæ nos laudes dicimus, ut constat ex Cassian., lib. 5 de Institut. cœnob., cap. 3, 4 et 8. Sequebatur vigiliis Missa post galli cantum, inde ex, quas nos laudes, Cassianus matutinam solemnitatem nominat, c. 4 et

tuali opere infructuosas, dicentes jussa temerari divina, qui noctem fecit ad requiem, sicut diem ad laborem. Qui hæretici Græco sermone Nyctages, hoc est, somniculosi vocantur.

### CAPUT XXIII.

#### *De matutinis.*

1. De matutino antiquitate et auctoritate testis est idem David propheta, dicens: *In matutinis meditabor in te, quia fuisti adjutor meus*, et alibi: *Prævenere oculi mei ad te diluculo, ut mediterer eloquia tua*. Cassianus autem dicit matutinæ **390** solemnitatis officium novo adhuc tempore institutum primitus in Bethlehem monasterio; ubi Dominus noster Jesus Christus pro redemptione humani generis ex virgine nasci dignatus est. Sicque ex illo per universum mundum ejusdem celebrationis invaluit consuetudo.

2. Diluculo autem profunde oratur, ut resurrectio Christi celebretur; matutina enim luce radiante, Dominus et Salvator noster ab inferis resurrexit, quando cœpit oriri fidelibus lux quæ, moriente Christo, occiderat peccatoribus. Siquidem et eodem tempore cunctis spes futuræ resurrectionis creditur, cum justii et omnes ab hac temporali morte, quasi a somno resurgentes, evigilabunt.

### CAPUT XXIV.

#### *De Dominico die.*

1. Dominicum diem apostoli iidem religiosa solemnitate sanxerunt, quia in eodem Redemptor noster a mortuis resurrexit. Quique ideo Dominicus dies appellatur, ut in eo a terrenis operibus vel mundi illecebris abstinentes, tantum divinis cultibus serviamus, dantes scilicet huic diei honorem, et reverentiam propter spem resurrectionis nostræ, quam habemus in illo.

2. Nam sicut ipse Dominus noster Jesus Christus et Salvator noster tertia die resurrexit a mortuis, ita et nos resurrecturos in novissimo sæculo speramus. Unde etiam in Dominico die stantes oramus, quod est signum futuræ resurrectionis; hoc agit universa Ecclesia, quæ in peregrinatione mortalitatis inventa est, expectans **391** in finem sæculi, quod in Di-

6. in qua canebatur psalm. clixviii, *Laudate Dominum de caelis*, cum sequentibus. Novellæ (ut ipse vocat) tunc solemnitati, quæ a nobis prima dicitur, deputati erant psalmi I, *Miserere mei Deus secund.*, LXXI, *Deus Deus meus, ad te de luce vigilo*, et LXXXII, *Domine, refugium factus*. Ita videntur Ecclesiam occidentalis laudes utramque illorum, id est, matutinam antiquam solemnitatem, et novellam, atque amplius aliquid continere. Nam novellæ, hoc est, primæ, psalmi alii sunt assignati. GRIAL.

*Ibid.* In nonnullis Editionibus et Codicibus max. desideratur totum hoc et seq. caput. In Editione Grialii ita distinguitur, *institutum. Primitus, etc.* AREV.

2. Grialius scribit *radiant.* AREV.

CAP. XXIV. N. 1. Pleraque omnia ex epist. August. ad Jannæ. 149, cap. 10. GRIAL.

*Ibid.* *Dominicum diem*, etc. Consule Patres apostolicos, cum notis Cotelerii, tom. I, pag. 47, et lib. 8 Etymol., c. 18, num. 19, cum nota. AREV.

mini Jesu Christi corpore præmonstratum est, qui a  
est primogenitus a mortuis.

#### CAPUT XXV.

##### De sabbato.

1. Sabbatum autem datum est priori populo in otio  
corporaliter celebrandum, ut figura esset in requiem,  
unde et Sabbatum requies interpretatur. Dies tamen  
Dominicus non Judæis, sed Christianis per resur-  
rectionem Domini declaratus est, et ex illo habere  
cæpit festivitatem suam. Ipse est enim dies primus,  
qui post septimum reperitur octavus. Unde et in  
Ecclesiaste ad duorum Testamentorum significatio-  
nem dicitur, *illi septem, et illi octo (Ecc. xi)*.

2. Primo enim solum celebrandum Sabbatum tra-  
ditum est, quia erat antea requies mortuorum.  
Resurrectio autem nullius erat qui resurgens a  
mortuis non moreretur, mors illi ultra non domina-  
retur (*Rom. vi*). Jam postquam facta est talis resur-  
rectio in corpore Domini, ut præiret in capite Eccle-  
siæ, quod corpus Ecclesiæ speraret in finem, dies  
Dominicus, id est, octavus, qui et primus, in festi-  
vitate successit.

3. Apparet autem hunc diem etiam in sacrosanctis  
Scripturis esse solemnem; ipse enim primus est dies  
 sæculi, in ipso creati sunt angeli, in ipso quoque a  
mortuis resurrexit Christus, in ipso de cælis super  
apostolos sanctus descendit Spiritus, manna in eodem  
die in eremo primum de cælo datum est. Sic enim  
dicit Dominus: *Sex diebus colligitis manna, in die  
autem sexto duplum colligitis (Exod. xvi)*. Sexta enim  
dies est parasceve, quæ ante Sabbatum ponitur.

4. Sabbatum autem dies septimus est, quem se-  
quitur Dominicus, **392** in quo primum manna de  
cælo venit. Unde intelligant Judæi jam tunc prælatam  
esse Judaico Sabbato Dominicam nostram; jam tunc  
indicatum est quod in Sabbato ipsorum gratia ad  
eos de cælo nulla descenderit, sed in nostra Domi-  
nica, in qua primum manna Dominus pluit.

#### CAPUT XXVI.

##### De Natali Domini.

1. Natalis Domini dies ea de causa a Patribus  
votivæ solemnitatis institutus est, quia in eo Christus  
pro redemptione mundi nasci corporaliter voluit,  
prodiens ex virginis utero, qui erat in Patris impe-

CAP. XXV. N. 1. *Sabbatum autem dat usque ad D*  
*interpretatur, ex eadem epist., cap. 10. GRIAL.*

*Ibid. Dies tamen Dominicus, usque ad successit, ex*  
*cap. 13. GRIAL.*

*Ibid. Declaratus. Al., celebratus. De re ipsa iterum*  
*vide Patres apostolic., cit. Edit., tom. 1, pag. 43, et*  
*Fabricium, Bibliograph. pag. 452, qui scriptores de*  
*die Dominico et Sabbato disserentes magna copia*  
*enumerat. AREV.*

2. *Alii c Nullius erat usque ad Christum Dominum,*  
*qui, resurgens a mortuis, jam non moritur, mors illi*  
*ultra non dominabitur. Quod melius est. AREV.*

3. *Apparet autem usque ad datum est, ex ejusdem*  
*sermone 251. GRIAL.*

4. *Sabbatum autem dies septim., etc., e serm. 91,*  
*quæ snt eadem Origenis, hom. 7, in Exod., cap. 15.*  
*GRIAL.*

CAP. XXVI. N. 1. In uno Ms., apud Hittorpium pro

rio. Cujus susceptæ carnis causa hæc est. Postquam  
enim invidia diaboli parens ille primus spe seductus  
inani cecidit, confestim exsul, et perditus in omni  
genere suo radicem malitiæ et peccati transduxit,  
crescebatque in malum vehementius omne genus  
mortalium diffusis ubique sceleribus, et, quod est  
nequius, omnium cultibus idolorum serviens.

2. Volens ergo Deus terminare peccatum, consulit  
verbo, lege, prophetis, signis, plagis et prodigiis. Sed  
cum nec sic quidem errores suos admonitus agnosceret  
mundus, misit Deus Filium suum, ut carne induere-  
tur, et hominibus appareret, et peccatores sanaret. Qui  
ideo in homine venit, quia per seipsum ab hominibus  
cognosci non potuit. Ut autem videretur, Verbum  
caro factum est, assumendo carnem, non mutatum in  
B carnem. Assumpsit enim humanitatem, non amisit  
divinitatem. Ita idem Deus et idem homo, in natura  
Dei æqualis Patri, in natura hominis factus mortalis  
**393** in nobis pro nobis, de nobis, manens quod erat,  
suscipiens quod non erat, ut liberaret quod fecerat.

3. Hæc est ergo dominicæ Nativitatis magna so-  
lemnitas, hæc est diei hujus nova et gloriosa festivi-  
tas, adventus Dei factus ad homines. Itaque dies iste,  
pro eo quod in eo Christus natus est, Natalis dicitur;  
quemque ideo observare per revolutum circulum  
anni festa solemnitate solemus, ut in memoriam  
revocetur quo die Christus natus est.

#### CAPUT XXVII.

##### De Epiphania.

1. Epiphaniarum diem proinde festa solemnitate  
C viri apostolici signaverunt, quia in eo est proditus  
stella Salvator, quando invenerunt magi Christum in  
præsepi jacentem, adorato offerentes competentia  
munera Trinitati, aurum, thus et myrrham, Regi,  
Deo atque passuro. Ideo ergo diem hunc annua cele-  
britate sacraverunt, ut mundus agnoscat Dominum  
quem elementa cælitus prodiderunt.

2. Siquidem eodem die idem Jesus etiam Jordanis  
lavacro tingitur, divisoque cælo Spiritus sancti des-  
cendentis testimonio Dei esse Filius declaratur  
(*Matth. iii*); cujus diei nomen, ex eo quod apparuit  
gentibus, Epiphania nuncupatur. Epiphania enim  
Græce, Latine apparitio vel ostensio dicitur. Tribus  
igitur ex causis hic dies hoc vocabulum sumpsit sive

*imperio emendatum erat gentio, quod fortasse non*  
*male esse ipse opinatur. In Isidorianis, cap. 95, n.*  
*15, adverti in Codice Vatic. 1267 hoc caput 26 tan-*  
*quam sermonem sancti Isidori exhiberi, de quo plura*  
*vide, si placeat, in Isidorianis, cap. 72, n. 17 et*  
*seqq., ubi etiam præfationem Constantini Cajetani*  
*ad hunc sermonem protuli. Codex Regiovat. 123, in*  
*quo etiam est hic sermo, magis cum Editione nostra*  
*congruit, quam cum textu Cajetani. AREV.*

2. *Carne indueretur. Cajetanus, carnem indueret.*  
*AREV.*

CAP. XXVII. N. 1. *Christum, etc. Cochleus: Chri-*  
*stum in præsepio jacentem, et adoraverunt eum, offe-*  
*rentes ei competentia munera Trinitati s. aurum, thus,*  
*myrrham, Regi, Deo atque homini purissimo. Pro in*  
*præsepi alii habent in præsepe quod minime est ab-*  
*surdum. Vide notas ad Sedulium, pag. 104, 205 et*  
*307. AREV.*

quod tunc in baptismo suo Christus populū fuerit **A** observatione Quadragesimæ sordidata ad unctionem ostensus, sive quod ea die sideris ortu magis est proditus, sive quod primo signo per aquam in vinum versam multis est manifestatus.

3. Refert autem Cassianus apud Ægyptios Nativitatis diem, **394** et epiphaniarum solemnitate non bifarie, ut in occiduis provinciis, sed sub diei unius festivitate celebrari. Epistolæ quoque pontificis Alexandrini per universas Ægypti Ecclesias vel monasteria diriguntur, quibus et initium Quadragesimæ, et dies Paschæ denuntiatur.

### CAPUT XXVIII.

#### De Palmarum die.

1. Dies Palmarum ideo celebratur, quia in eo Dominus et Salvator noster, sicut propheta cœclnit, **B** Jerusalem tendens, asellum sedisse perhibetur. Tunc gradians cum ramis palmarum multitudo plebium obviam ei clamabat: *Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel* (*Zach. ix; Matth. xxi; Joan. xii*). In ramis enim palmarum significabatur victoria, qua erat Dominus mortem moriendo superatus, et trophæo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus.

2. In asello autem, quem sedendo Jerusalem venit, indicavit simplicia corda gentilitatis, quæ præsidendo atque regendo perducebat **395** ad visionem pacis. Hoc autem die symbolum competentibus traditur, propter confinem dominicæ paschæ solemnitate; ut quia jam ad Dei gratiam percipiendam festinant, fidem quam consteantur agnoscant. Vulgus ideo eum diem capitilavium vocant, quia tunc moris est lavandi capita infantium qui ungenti sunt, ne forte

3. Cassian., collat. 10. GRIAL.

*Ibid.* Epistolæ quoque pontif. Alexandrini peracto eo die, ait Cassian. GRIAL.

*Ibid.* Blanchinus, Evangeliar. Quadrag. t. II, p. 553, profert dissertationem, sive epistolam Francisci a Turre, qua multa de ritu denuntiandi pascha die Epiphaniæ explicantur; qui ritus in Italia quoque viguit. Videndus etiam Benedictus pontifex XIV, de Festis Domini, in festo Epiphaniæ, § 76. AREV.

CAP. XXVIII. N. 1. *Asellum sedisse perhibetur. Et mox, quem sedendo. Ita etiam Ambrosius: Pullus sedetur asinæ.* GRIAL.

2. *Capitilavium vocant.* Augustin. epist. 118, cap. 7: *Si autem quæris cur etiam lavandi mos ortus sit, nihil mihi de hac re cogitanti probabilius occurrit, nisi quod baptizandorum corpora per observationem Quadragesimæ sordidata cum offensione sensus ad fontem tractarentur, nisi aliqua die lavarentur.* Hanc autem diem, quæ in Hispania Dominica, ut videtur, Palmarum fuit, in Africa fuisse feriam 5 in Cœna Domini, ex hoc Augustini loco apparet; subdit enim: *Istum autem diem potius ad hoc electum, quo Cœna dominica anniversarie celebratur, etc.* Qui mos adeo in Africa invaluerat, ut de lotione pedum, quæ in eundem diem incurreret, vel tollenda prorsus, vel certe in alium diem rejicienda, propterea cogitaverint. Sic enim Augustinus, epist. 119, ad Januar., cap. 18: *De lavandis vero, pedibus cum Dominus hoc propter formam humilitatis, propter quam docendam venerat, commendaverit (sicut ipse consequenter exposuit) quaesitum est quoniam tempore potissimum res tanta etiam facto doceretur, et in illud tempus occurrit, quo ipsa commendatio religiosius inhaereret. Sed ne ad ipsum*

observatione Quadragesimæ sordidata ad unctionem accederent.

### CAPUT XXIX.

#### De Cœna Domini.

1. Cœna Domini, hoc est, quinta feria ultimæ Quadragesimæ, quando Dominus et Salvator noster, post typicum illud paschæ completum, ad veram pascha transiens, mysterium corporis et sanguinis sui primum apostolis tradidit (*Matth. xxi*), quando post sacramenta cœlestia discipulis fallax et proditor pretium a Judæis accepit, et Christi sanguinem vendidit (*Joan. xiii*). Eo etiam die Salvator surgens a cœna, pedes discipulorum lavit propter humilitatis formam commendandam, ad quam docendam venerat, sicut et ipse consequenter exposuit. Quod etiam decebat potissimum, ut facto doceret quod observare discipulos præmoneret.

2. Hinc est quod eodem die altaria templique parietes et pavimenta lavantur, vasaque purificantur, quæ sunt Domino consecrata. Quo die profecto etiam sanctum chrisma conficitur, quia ante biduum paschæ Maria caput ac pedes Domini unguente perfuisse perhibetur. Unde et Dominus discipulis suis dixit: *Scitis, quia post biduum pascha fiet, et Filius hominis tradetur, ut crucifigatur* (*Matth. xxi*).

### 396 CAPUT XXX.

#### De Parasceve.

1. Parasceve, id est, sexta Sabbati, ideo in solemnitate habetur, quia in eo die Christus mysterium crucis explevit, propter quod venerat in hanc mundum, ut quia ligno percussus fueramus in Adam, rursus per ligni mysterium sanaremur. Hujus enim

*sacramentum baptismi videretur pertinere, multi hoc in consuetudinem recipere noluerunt. Nonnulli etiam de consuetudine auferre non dubitaverunt. Aliqui autem, ut hoc sacratiore tempore commendarent, et a baptismi sacramento distinguerent, vel diem tertium octavarum, quia ternarius numerus in multis sacramentis maxime excellit, vel etiam ipsum octavarum, ut hoc facerent, elegerunt.* GRIAL.

*Ibid.* Capitilavium. Præter Grialii eruditam annotationem videri possunt Macri Hierolexicum, Duncangii Glossarium, et scriptores Antiquitatum ecclesiasticarum. Nonnulli scribunt capitilavium, sed in Etymologiis, cap. 18 lib. vi, n. 14, jam editum fuit capitilavium; quem ad locum nonnulla observavi de hoc antiquissimo ritu, quæ hucquoque faciunt. AREV.

CAP. XXIX. N. 1. *Propter humilitatis formam commend.* August., *ibid.* GRIAL.

*Ibid.* Alii, quod etiam decebat potentissimum. AREV.

2. In feria quinta majoris hebdomadæ altaria, templi parietes et pavimenta lavari consuevisse adeo certum est, ut etiamnum vestigia hujus consuetudinis in nonnullis Ecclesiis perhærent. Cancellierius, scriptor accuratus et eruditus, in descriptione hebdomadæ sanctæ, de hujusmodi ritu, qui in templo Vaticano viget, disserit, et cum Isidori verbis confert similia alia sancti Eligii, homil. 8 de Cœna Domini: *Propter humilitatis formam et diu commendandam pedes eorum Christus lavit; et hinc est quod eodem die altaria templique parietes et vasa purificantur.* AREV.

CAP. XXX. N. 1. *Per ligni mysterium. Multi enim, per lignum mysterii. Alii, per ligni mysteria.* AREV.

causa triumphi humana passibilitas Christo per omnem mundum celebritatem annuam præbet, pro eo quod dignatus est sanguine passionis suæ sæculum redimere, et peccatum mundi per crucem morte devicta absolvere.

2. Cujus quidem crucis injuriam non pertulit illa divinitatis substantia, sed sola susceptæ humanitatis natura. Passio enim corporis fuit, divinitas vero exors injuriæ mansit. Triperita autem ratio dominicæ passionis ostenditur. Prima itaque causa est ut Christus pro reatus mundi redemptione daretur, et hostis antiquus, velut hamo crucis, caperetur, scilicet ut quos obsorbuerat evomeret, et prædam quam tenebat amitteret, non potentia victus, sed justitia, non dominatione, sed ratione.

3. Secunda causa est ut securis hominibus vitæ magisterium præberetur. Ascendit enim in crucem Christus, ut nobis passionis et resurrectionis præberet exemplum, passionis ad confirmandum patientiam, resurrectionis ad excitandam spem, ut duas vitas nobis ostenderet in carne, unam laboriosam, alteram beatam: laboriosam, quam tolerare debemus; beatam, quam sperare debemus.

4. Tertia causa est susceptæ crucis ut superba sæculi et inflata sapientia, per crucis stultam, ut putatur, prædicationem humiliata, corrueret; ut putaret id quod stultum Dei est quanto sit hominibus sapientius, et quod infirmum Dei est quanto sit fortius tota hominum fortitudine (I Cor. 1).

5. Docet apostolus Paulus (Ephes. v), illuminatos debere habere oculos cordis ad intelligendum quæ sit latitudo crucis, et longitudo, et **397** altitudo, et profundum. Cujus latitudo est transversum linguæ quo extenduntur manus, longitudo a latitudine deorsum usque ad terram, altitudo a latitudine sursum usque ad caput, profundum vero quod terræ influxum absconditur; quo signo crucis omnis vita sanctorum describitur.

6. Dicitur enim homini: *Tolle crucem tuam, et sequere me.* Tunc enim crucifigitur caro, cum mortificantur membra nostra super terram, fornicatio, immunditia, luxuria, et cætera. Dumque exterior homo corrumpitur, ut interior renovetur de die in diem, passio est crucis. Et hæc quidem dum sunt bona opera, tamen adhuc laboriosa, quorum merces requies est. Ideoque dicitur: *Spe gaudentes, ut cogitantes scilicet requiem futuram, cum hilaritate et laboribus operemur.*

7. Hanc hilaritatem significat crucis latitudo in

5. *Docet autem apostolus, usque ad profundum, verba sunt Ruffini in Symbol. GRIAL.*

*Ibid. Cujus latitudo, usque ad describitur, communia hæc sunt Ruffino cum Augustino, in de Doctr. Chr., cap. 42, et in lib. de Grat. Vet. et Nov. Testamenti. GRIAL.*

*Ibid. Grialius in textu, docet Apostolus; in nota, docet autem Apostolus. AREV.*

6. *Dicitur enim homini, etc.* Omnia sunt usque ad finem capituli Augustini verba, epist. cit. ad Januar., cap. 14. GRIAL.

A transverso ligno, ubi figuntur manus. Per manus enim opus intelligitur, per latitudinem hilaritas operantis, quia tristitia facit angustias. Porro per latitudinem crucis, cui caput adjungitur, expectatio supernæ retributionis de sublimi justitia Dei significatur. Et ut ipsa opera bona non propter beneficia Dei terrena ac temporalia facienda credantur, sed potius propter illud quod desuper sperat fides, quæ per dilectionem operatur.

8. Jam vero per longitudinem, qua totum corpus extenditur, ipsa tolerantia significatur, ut longanimes permaneamus, unde longanimes dicuntur qui tolerant. Per profundum autem, hoc est, partem illam ligni quæ in terræ abdito defixa latet, sed inde consurgit omne quod eminet, inscrutabilia indicantur judicia Dei; de quibus occulta ejus voluntate vocatur homo ad participationem tantæ gratiæ, alius sic, alius vero sic.

### 398 CAPUT XXXI.

*De Sabbato Paschæ.*

1. Sabbati paschalis veneratio hinc celebratur, pro eo quod eodem die Dominus in sepulchro quievit. Unde et bene in Hebræo sermone Sabbatum requies interpretatur, sive quod Deus eodem die requievit mundo perfecto, sive quod in eo Dominus et Redemptor noster quievit in sepulchro.

2. Hic autem dies inter mortem Christi et resurrectionem medius est, significans requiem quamdam animarum ab omni labore omnique molestia post mortem, per quam fit transitus per resurrectionem carnis ad illam vitam quam Dominus noster Jesus Christus sua resurrectione præmonstrare dignatus est.

### CAPUT XXXII.

*De die sancto Paschæ.*

1. Jam vero paschale sacramentum, quod nunc in Salvatoris nostri mysterio manifestissime celebratur, in Veteri Testamento figuratim primum gestum est, quando agno occiso pascha celebravit populus Dei in Ægypto (Exod. xii). Cujus figura in veritate completa est in Christo, qui sicut ovis ad immolandum ductus est. Cujus sanguine illius postibus nostris, id est, cujus signo crucis signatis frontibus nostris a perditione hujus sæculi, tanquam a captivitate Ægyptiaca liberamur. Cujus quidem diem paschalis resurrectionis mysticum non solum pro eo celebramus, quod in eodem a mortuis surrexit, sed etiam et pro aliis sacramentis, quæ per eundem significantur.

2. Quia enim, sicut dicit Apostolus, mortuus est

8. *Alius vero sic. Codex Regiovat. 161 addit: Ad extremum altitudinem posuit, quia postquam notitiam earundem (forte eorumdem) quæ superius intimitata sunt opere properamus, nunc merebimur alta et excelsa conscendere. AREV.*

CAP. xxxii. N. 1. *Cujus quidem paschalis resurr. Omnia usque ad finem ex epist. citata Augustini ad Januar. descripta sunt. GRIAL.*

*Ibid. Ad immolandum. Al., ad occisionem. Etymolog. lib. vi, cap. 17, u. 10 et seqq., plura de paschate explicantur. AREV.*

propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram, transitus quidem de morte ad vitam in illa passione Domini et resurrectione **399** sacrosatus est. Nam et vocabulum ipsam, quod pascha dicitur, non Græcum, sed Hebræum est, neque a passione, quoniam *πάσχα* Græce dicitur pati, sed a transitu Hebræo verbo pascha appellatum est. Quod et maxime evangelista expressit, cum celebraretur a Domino pascha cum discipulis: *Cum didisset, inquit, Jesus quia venit hora ut transiret de hoc mundo ad Patrem (Joan. xiii).*

3. Transitus ergo de hac vita mortali in aliam vitam immortalitatem, hoc est, de morte ad vitam, in passione et resurrectione Domini commendatur. Illic transitus a nobis modo agitur per fidem, quæ nobis datur in remissione peccatorum, quando consepelimur cum Christo per baptismum, quasi a mortuis transeuntes de pejoribus ad meliora, de corporalibus ad spiritualia, de conversatione hujus vitæ ad spem futuræ resurrectionis et gloriæ.

4. Propter ipsum ergo initium novæ vitæ, ad quam transimus, et propter novam hominem, quem jubemur induere, et exuere veterem, expurgantes vetus fermentum, ut simus nova conspersio, quoniam pascha nostrum immolatus est Christus; propter hanc ergo vitæ novitatem primus mensis in anni mensibus celebrationi huic attributus est, nam et ipse dicitur mensis novorum. Quia vero in toto tempore sæculi nunc tertium tempus apparuit, ideo resurrectio Domini tridua est.

5. Primum enim tempus est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia, ubi jam manifestum est sacramentum quod erat ante in prophético ænigmate occultum. Hoc ergo et in lunari numero significatur. Quia enim septenarius numerus solet in Scripturis ad quamdam perfectionem mysticus apparere, in tertia hebdomada lunæ pascha celebratur, id est, qui dies occurrerit a quarta decima in vicesimam primam.

6. Sed et non solum propter tempus tertium, quia inde incipit hebdomada tertia, sed etiam propter ipsam conversionem lunæ. Tunc enim illa ab inferioribus ad superiora convertitur, et hæc nobis de luna similitudo assumitur, de visibilibus ad invisibilia, et de corporalibus ad spiritualia sacramenta transire, ut magis magisque huic sæculo moriamur, et vita nostra abscondatur **400** cum Christo, omnemque lucem studii nostri, quæ ad inferiora vergebat, ad superiora convertamus, ad illam scilicet æternam contemplationem immutabilis veritatis (*Coloss. iii*).

7. Usque ad vicesimam vero primam ideo Pascha observatur, propter septenarium numerum, quo universitatis significatio sæpe figuratur, qui etiam

4. Alii, initium datur novæ vitæ... et ex veteri expurgantes vetus fermentum. AREV.

5. Cochleus, in tertiâ hebdomadâ luna Pascha celebratur, id est, qui dies occurrerit Dominicus a quinto decimo in vicesimo primo. AREV.

7. Propter instar universitatis. Hæc est, propter similitudinem a universitatis. AREV.

A ipsi Ecclesiæ tribuitur, propter instar universitatis; ideoque et Joannes apostolus, in Apocalypsi, septem scripsit Ecclesiis. Ecclesiæ vero adhuc in ista mortalitatis carne constituta propter ipsam mutabilitatem lunæ nomine in Scripturis sæpe vocatur. Quod vero anniversarius dies paschalis, non ad eundem redit anni diem, sicut dies quo creditur Dominus natus, hoc fit propter Dominicum diem et lunam.

8. Manifestum est enim quo die Dominus crucifixus sit, et in sepulchro fuerit, et resurrexit. Adjuncta est enim ipsorum dierum observatio per Patres Nicœni concilii, et orbi universo Christiano persuasum, eo modo pascha celebrari oportere, ut non solum lunam paschalem, sed et diem Dominicam, in quo resurrexit a mortuis, expectare debeamus. Inde est quod ad eundem anni diem non revertitur pascha. Nam Judæi tantummodo mensem novorum et lunam observant. Diem autem Dominicam addendum Patres nostri censuerunt, ut et nostra festivitas a Judæorum festivitate distingueretur.

#### CAPUT XXXIII.

##### De Ascensione Domini.

1. Ascensionis dominicæ solemnitas ideo celebratur, quia eodem die, post mundi victoriam, post inferni regressum, ascendere Christus memoratur ad caelos, sicut scriptum est: *Ascendit in altum, cepit captivitatem, dedit dona hominibus (Psal. lxxvii)*. Quæ festivitas ideo per revolutum circulum annorum celebratur, ut humanitas assumptæ carnis ascendentis Domini collocata ad dexteram Patris in **401** memoriam revocetur, cujus corpus ita in caelo esse credimus, ut erat quando ascendit, quod et vox angelica protestatur, dicens: *Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in caelum (Act. i)*, id est, in eadem carnis specie atque substantia; cujus profecto carnis immortalitatem donavit, naturam non abstulit.

2. Dexteram autem Patris, ad quam idem Filius sedere creditur, non est corporea, quod nefas est de Deo sentire. Sed dexteram Patris est beatitudo perpetua, quæ sanctis in resurrectione promittitur, id est, universæ Ecclesiæ, quæ est corpus Christi; sicut et sinistra ejus recte intelligitur miseria, et poenæ perpetua, quæ impiis dabitur.

#### CAPUT XXXIV.

##### De Pentecoste.

D 1. Initium sane et causa festivitatis Pentecostes paulo altius repetenda est. Pentecostes enim dies hinc accepit exordium, quando Dei vox in Sinai monte desuper intonantis audita est, et lex data est Moysi (*Exod. xx*). In Novo autem Testamento Pentecoste cœpit quando adventum sancti Spiritus, quem Christus promisit, exhibuit, quem ait non esse venturum, nisi ipse ascendisset in caelum.

8. De die quo Pascha celebrari debet, latius in Etymologiis, lib. vi, cap. 17. AREV.

CAP. xxxiii. N. 1. Alii, ascendit in altum, captivum duxit captivitatem. In nonnullis Mss., *ejus profecto carnis*. Al., *cujus profecto carnis*. AREV.

CAP. xxxiv. N. 1. Pleraque ex eadem Augustini ad Januar. epistola. GRAL.



2. Denique dum portam cœli Christus intrasset, A decem diebus interpositis, intremuit subito orantibus apostolis locus, et descendente Spiritu sancto super eos, inflammati sunt ita, ut linguis omnium gentium Dei magnalia loquerentur (Act. 11). Adventus itaque Spiritus sancti de cœlo super apostolos in varietate linguarum diffusus solemnitatem transmisit in posteros, eaque de causa Pentecoste celebratur, et dies ipse proinde insignis habetur.

3. Concordat autem hæc festivitas Evangelii cum festivitate legis; illic enim postquam agnus immolatus est, interpositis quinquaginta diebus, data est lex Moysi, scripta digito Dei; hic postquam occisus est Christus, qui tanquam ovis ad immolandum ductus est, celebratur verum pascha, et, interpositis quinquaginta diebus, datur Spiritus sanctus, qui est digitus Dei super centum 402 viginti discipulos Mosaicæ ætatis numero constitutos, siquidem et hæc festivitas aliud obtinet sacramentum.

4. Constat enim ex septimana septimanarum (Isai. 111), sed dierum quidem septimanz generant eandem Pentecosten, in qua fit peccati remissio per Spiritum sanctum, annorum vero septimanz quinquagesimum annum faciunt, qui apud Hebræos jubilæus appellatur, in quo similiter terræ fit remissio, et servorum libertas, et possessionum restitutio, quæ pretio fuerant comparata. Septem enim septies multiplicati quinquagenarium ex se generant numerum assumpta monade, quam ex futuri sæculi figura præsumptam esse majorum auctoritas tradidit; fit enim ipsa et octava semper, et prima, imo ipsa est semper una, quæ est Dominicus dies.

5. Necessè est enim sabbatismum animarum populi Dei illuc recurrere atque ibi compleri, ubi datur pars his qui octo, sicut quidam disserens Salomonis dicta sapienter exposuit (Eccl. 11). Idcirco autem totius quinquagesimæ dies post Domini resurrectionem soluta abstinentia in sola lætitia celebrantur, propter figuram futuræ resurrectionis, ubi jam non labor, sed requies erit lætitia.

6. Ideoque in his diebus nec genua in oratione flectuntur, quia, sicut quidam sapientium ait, inflexio genuum pœnitentiæ, et luctus indicium est. Unde etiam per omnia eandem in illis solemnitatem, quam die Dominica custodimus, in qua majores nostri nec jejunium agendum, nec genua esse flectenda, ob reverentiam resurrectionis dominicæ, tradiderunt.

2. Hittorpius cum tribus Mss. edidit in varietate linguarum diffusa; in uno invenit, diffusi. AREV. 1. 6. Neque a Resurrectione dominica usque ad Pentecosten, neque in diebus Dominicis genua flectere mos est, dum antiphonæ post laudes, aut completorium recitantur. Verum Isidorus in genere ait in his diebus genua in oratione non flecti, quia scilicet consuetudo ab apostolicis temporibus deducta erat ut in his diebus fideles stando orarent. Quandiu duraverit hæc consuetudo, non facile est delinire; sed ejus adhuc memoria occurrit in concilio in Turonensi, c. 37, temporibus Caroli Magni. Adisis Lin-

## CAPIT XXXV.

## De festivitibus martyrum.

1. Festivitates apostolorum, seu in honorem martyrum solemnitates antiqui Patres in venerationis mysterio celebrari sanxerunt, 403 vel ad excitandam imitationem, vel ut meritis eorum consociemur, atque orationibus adjuvemur, ita tamen ut nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum sacrificemus, quamvis in memoris martyrum constituamus altaria.

2. Quis enim antistitem, in locis sanctorum corporum assistens altari, aliquando dixit: Offerimus tibi, Petre, aut Paule, aut Cypriane? Sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronavit, apud memorias eorum quos coronavit, quod ex ipsorum locorum admonitione major affectus exurgat ad acuendam charitatem et in illos quos imitari debemus, et in illum quo adjuvante possumus.

3. Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis et societatis quo in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorum cor ad talem pro evangelica veritate passionem paratum esse sentimus. Sed illos tanto devotius, quanto secarius post certamina superata, quanto etiam fidentiori laude prædicamus jam in vita felicioris victores, quam in ista adhuc usque pugnantes.

4. At vero illo cultu, quæ Græce latria dicitur, Latine uno verbo dici non potest, cum sit quedam propriæ Divinitati debita servitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi unum Deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificii, unde idololatria dicitur eorum qui hoc etiam idolis exhibent, nullo modo aliquid tale offerimus aut offerendum præcipimus, vel cuiquam sanctæ animæ, vel cuiquam sancto angelo. Et quisquis in hunc errorem delabatur, corripitur per sanam doctrinam, sive ut corrigatur, sive ut condemnetur, sive ut caveatur, dum etiam ipsi sancti vel homines, vel angeli, exhiberi sibi nolunt, quod uni Deo deberi norunt.

5. Apparuit hoc in Paulo, et in Barnaba, cum, commoti miraculis quæ per eos facta sunt, Lycaonii, tanquam diis, immolare voluerunt. Conscissis enim vestimentis suis, confitentes, et persuadentes se deos non esse, ista sibi fieri vetuerunt. Apparuit et in angelis, sicut in Apocalypsi legimus angelum se adorari prohibentem, 404 ac dicentem adoratori suo: Conservus tuus sum, et fratrum tuorum; Deum adoræ (Apoc. xxii, 9). Recte itaque scribitur homini ab angelo prohibitum esse adorare se, sed unum Deum, sub quo ei esset et ille conservus.

ghamum, Antiq. Eccles. t. V, p. 253 et seqq. AREV. CAP. XXXV. N. 1. Totum caput ex lib. xx August. contra Faust. Manich. c. 21. GRIAL.

Ibid. Titulus in nonnullis Mss.: De festivitibus apostolorum, sive martyrum. Grialius edidit, ad excitandam imitationem; nescio, an de industria. Alii habent, ad excitandam, vel ad excitandum imitationem. Pro sacrificemus, alii, offeramus. Grialius, in memoras. AREV.

4. Alii, propriæ Divinitatis. In quibusdam Mss., præcipimus vel cuiquam martyri, vel cuiquam sanctæ animæ. AREV.

6. Non ergo sit nobis ille divinæ religionis cultus A in angelos, aut martyres, quia non sic habentur, ut tales quærant honores ut Deus, quia nec ipsi volunt se coli pro Deo, sed illum a nobis coli volunt, quo illuminante lætantur. Honorandi sunt ergo martyres propter imitationem, non adorandi propter religionem, honorandi charitate, non servitute.

#### CAPUT XXXVI.

##### *De encænisi.*

1. Festivitates annuæ dedicationis ecclesiarum ex more veterum celebrari in Evangelio legimus, ubi dicitur: *Facta sunt autem encæniam Jerosolymis* (Joan. x, 22). Encæniam quippe festivitas erat dedicationis templi; Græce enim *encænon* dicitur novum. Quando-cunque enim aliquid novum fuerit dedicatum, encæniam vocatur. Illum enim diem, quo templum dedi- B catum est, Judæi solemniter celebrabant, et ipse dies apud eos festus agebatur, qui licet usus in illis exolevit, quibus et cultu et templo caruerunt, tamen Christiani servant morem illum patrum, in quos gloria translata videtur.

2. Omnes autem festivitates pro varietate religio- num diversaque in honore martyrum tempore ideo a viris prudentibus institutæ sunt, ne forte rara congregatio populi fidem minueret in Christo. Pro- pterea ergo dies aliqui constituti sunt, ut in unum omnes pariter convenirent, ut ex conspectu maturo et fides crescat, et lætitia major oriatur.

#### 405 CAPUT XXXVII.

##### *De jejunio Quadragesimæ.*

1. Jejuniorum tempora secundum Scripturas san- ctas quatuor sunt, in quibus per abstinentiam et lamentum poenitentia Domino supplicandum est; et licet omnibus diebus orare et abstinere conveniat, his tamen temporibus amplius jejunii et poeniten- tiæ servire oportet. Primum enim jejunium Qua- dragesimæ est, quod veteribus libris cœpit ex jeju- nio Moysi et Eliæ, et ex Evangelio, quia totidem die- bus Dominus jejunavit, demonstrans Evangelium non dissentire a lege et prophetis.

CAP. XXVI. N. 1. *Encæniam quippe fest.* Ex August., tract. 48, in Joann. GRIAL.

*Ibid.* Legendum videtur, *encæniam vocantur*; nam præcedit ex Evangelio, *Facta sunt encæniam*. Sanctus Augustinus, ex quo Isidorus id sumit, *encæniam vo- cantur*. Pro *quia caruerunt*, Bignæus conjicit *quando caruerunt*. AREV.

2. Grialius, *institutæ. Alii, diversaque... tempora... instituta*. AREV.

CAP. XXVII. N. 1. Primum enim jejunium Qua- drag., usque ad vivendum, *verba sunt August. ad Januar.*, c. 15. GRIAL.

*Ibid.* Ex hoc et duobus seqq. capitibus constat homi- lia de jejunio, quæ in multis Mss. reperitur. Vide Isidoriana, cap. 72, n. 13 et 14. AREV.

3. *A quatuor ventis delimitatur*. Ita Ms. uterque, et apud Augustin. et Hieronymum, tom. IX, epist. 21, nam describitur, quod in Excusis libris est, et apud Raban., lib. II de Instit. cler., cap. 20, procul dubio interpretatio fuit ejus qui *delimitatur* legerat, ut est in Edit. Rom. *Delimitatur autem, vel purgatur in- terpretor*, vel potius *devehit*, et obliquatur, ut *deli- mitatur et erigitur æquidistant* sint. Est enim limum trans- versum et obliquum. Erit ergo *delimitatur* quod Virgilius

2. In persona quippe Moysi lex, in persona Eliæ prophætæ accipiuntur, inter quos in monte Christus gloriosus apparuit, ut evidentius emereret, quod de illo dicit Apostolus: *Testimonium habens a lege, et prophetis* (Rom. III). In qua ergo parte anni con- gruentius observatio Quadragesimæ constitueretur, nisi confini atque continua dominicæ passioni? Quia in ea significatur hæc vita laboriosa, cui etiam opus est continentia, ut ab ipsius mundi illecebris jejuemus, viventes in solo manna, id est, celestibus spiritualibusque præceptis.

3. Numero autem quadragenario vita ista propterea figuratur, quia denarius est perfectio beatitudinis nos- træ, creatura autem septenario figuratur, quæ adhaeret Creatori, in quo declaratur unitas Trinitatis per universum mundum temporaliter annuntiata. Et quia mundus a quatuor ventis delimitatur, et a quatuor ele- mentis erigitur, et quatuor 406 annis temporum vicibus variatur, decem quater ducta in quadraginta consummantur, quo numero ostenditur omni tempore a delectatione abstinendum, et jejunandum esse, et caste continenterque vivendum.

4. Licet et aliud sacramenti mysterium exprima- tur, quod quadraginta diebus eadem jejunia celebran- tur. Lege enim Mosaica generaliter universo populo est præceptum decimas et primitias offerre Domino Deo. Itaque dum in hac sententia principia volunta- tum consummationesque operum nostrorum referre ad Dei gratiam admoneamur, in supputatione tamen Quadragesimæ summa ista legalium decimarum ex- pletur. Totum enim anni tempus triginta sex dierum numero decimatur: subtractis enim a Quadragesima diebus Dominicis, quibus jejunia resolvuntur, his diebus, quasi pro totius anni decimis, ad ecclesiam concurrimus, actuumque nostrorum operationem Deo in hostiam jubilationis offerimus.

5. Cujus quidem Quadragesimæ lege, sicut ait noster Cassianus, quique perfecti sunt non tenentur, nec exigui hujus canonis subjectione contenti sunt. Quem profecto illis qui per totum anni spatium deli-

*dixit devexus premitur:*

Mundus ut ad Scythiam, Riphæasque arduas arces-  
Consurgit, premitur Libyæ devexus in Austros.

Sed Maro de cælo, Augustinus de terræ orbe locu- tus est. *Declinatur* probari alicui posset; ita enim in D lib. de Natura rerum ad Sisebut. regem, cap. 9: *Nam quemadmodum erigitur mundus in septentrionalem plagam, ita declinatur in australem, nisi Augustinus, cuius hæc sunt, obstaret*. GRIAL.

*Ibid.* Alii, et quatuor temporum anni circulus vicibus variatur. Et paulo ante, *delimitatur*, pro *delimitatur*. AREV.

4. *Lege enim Mosaica, usque ad dedicarent, e Cas- sianus*, collat. 21, c. 25. GRIAL.

*Ibid.* *Triginta sex dierum. Triginta sex semis, Cas- sianus*. GRIAL.

*Ibid.* *Subtractis enim a Quadragesima diebus Domi- nicis. Si dies Domini et Sabbata subtrahuntur, Cassia- nus*. Sed quia in occidentalibus civitatibus, et maxime in urbe Sæbathis jejunabatur, ut idem ait, lib. III, cap. 10, propterea Isidorus Sabbata non subtrahit, nec semis addidit, aut rationem aliam inicit, non enim *ἀπεβῶ*; hæc exigebat. GRIAL.

5. *Cujus quidem Quadragesimæ legibus, usque ad dedicarent, ex ead. collat.*, cap. 29. GRIAL.

cūis ac negotiis sæcularibus implicantur, Ecclesiarum principes statuerunt, ut, vel hæc legali quodammodo necessitate constricti, his saltem diebus vacare Domino cogerentur, ac dierum vitæ suæ, quos totos quasi quosdam fructus fuerant voraturi, velut decimas Domino dedicarent.

#### 407 CAPUT XXXVIII.

##### De jejunio Pentecostes.

1. Secundum jejunium est quod, juxta canones, post Pentecosten alia die inchoatur, secundum quod et Moyses ait : *Initio mensis hordearii facietis vobis hebdomadas septem* (Deut. xvi, 9). Hoc jejunium a plerisque ex auctoritate Evangelii post Domini ascensionem completur, testimonium illud dominicum historialiter accipientibus, ubi dicit : *Nunquid possunt filii sponsi lugere, quando cum illis est sponsus? Veniet autem dies cum auferetur sponsus ab eis, et tunc jejunabunt* (Matth. ix).

2. Dicunt enim, post resurrectionem Domini, quadraginta illis diebus quibus cum discipulis postea legitur conversatus, non oportere jejunare, nec lugere, quia in lætitia sumus. Postea vero quam tempus illud expletur quo Christus, advolans ad cœlos, præsentia corporali recessit, indictum jejunium est, ut per cordis humilitatem et abstinentiam carnis mereamur e cœlis promissum accipere Spiritum sanctum (Act. i).

#### CAPUT XXXIX.

##### De jejunio septimi mensis.

1. Tertium jejunium est quod a Judæis agebatur post Tabernaculorum solemnitatem, quod decimo die septembris mensis ecclesia celebrat. Hoc enim primum in lege a Domino institutum est, dicente ad Moysen : *Loquere filiis Israel, dicens: Decimo die mensis septimi dies exorationis vocabitur. Sanctus erit vobis, et humiliabitur animas vestras in jejunio. Omnis anima, quæcunque se non humiliaverit in ipso die jejunii, exterminabitur de populo suo, et omnis anima quæ fecerit opus in ipso die, peribit anima illa de populo suo* (Levit. xxiii).

2. Quo quidem jejunio usos fuisse antiquos, Esdræ liber meminit. *Postquam enim redierunt, inquit, filii Israel Jerusalem, et fecerunt sibi tabernaculorum lætitiã magnã, dehinc convenerunt in jejunio, et in saccis, et humus super eos, et ste-*

*Ibid. Velut decimas Domino dedicarent. Ita Cassianus et Gothicus. Ut decimas, excusi libri. GRIAL.*

*Ibid. Cassianum nostrum fortasse vocat Isidorus, qui sæpe ejus sententias et verba profert. AREV.*

CAP. XXXVIII. N. 1. *Hoc jejunium a plerisque ex auctoritate Evangelii post Domini Ascensionem completur. Id vetat Theonas, apud Cassianum, collat. 21, cap. 2., ex apostolicorum virorum traditione. GRIAL.*

*Ibid. De jejunio Pentecostes Patres apostolici, Edit. Cotelerii, tom. 1, pag. 44, al. 27. Pro hordearii substitui posset hordeacei, qui vocabulo alibi utitur Vulgata. Verba Deuteronomii sunt: Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris. AREV.*

CAP. XXXIX. N. 1. *Exorationis. Al., expiationis. AREV.*

2. *Quater in die, et quater in nocte. Absunt hæc a*

terunt confitentes peccata sua, et iniquitates patrum suorum, et consurrexerunt ad standum, et ad legendum, et legerunt in volumine legis Domini Dei sui, quater in die, et quater in nocte confitebantur, et adorabant Dominum Deum suum » (II Esdr. ix).

3. Hoc etiam mense septimo sol secundum computum incipit facerè minus de die, et nox esse major, id est, octavo Kalendas Octobris, quando æquinoctium est. Ideoque et jejunium habetur in hoc mense, quia ostenditur in defectione solis et noctis augmento vita nostra deficere, adveniente morte, quæ mors judicio Dei et resurrectione reparatur.

#### CAPUT XL.

##### De jejunio Kalend. Novembr.

1. Quartum jejunium est Kalendarum Novembrium, quod divina auctoritate vel initiatum, vel institutum Jeremiæ prophetæ testimonio declaratur, dicente ad eum Domino : *Tolle volumen libri, et scribes in eo omnia verba quæ locutus sum tibi adversus Israel, et Judam, et adversum omnes gentes, si forte revertatur unusquisque a via sua mala, et pessima, et propitius ero iniquitatibus eorum* (Jerem. xxxvi). *Vocavit ergo Jeremias propheta Baruch filium Nerix, et scripsit Baruch ex ore Jeremiæ omnes sermones Domini, quos locutus est ad eum in volumine libri.*

2. Et præcepit Jeremias Baruch dicens : *Ingredere, et lege de volumine, de quo scripsisti ex ore meo verba Domini, audiente populo in domo Domini in die jejunii leges, si forte cadat oratio eorum in conspectu Domini, et revertatur unusquisque a via sua pessima, quoniam magnus furor, et indignatio, quam locutus est Dominus adversum populum hunc. Et fecit Baruch filius Nerix juxta omnia quæ præceperat Jeremias propheta, et legens ex volumine sermones Domini in domo Dei. Factum est in mense nono, prædicaverunt jejunium in conspectu Domini omni populo in Jerusalem. » Hæc ergo auctoritate divinæ Scripturæ Ecclesia morem obtinuit, et universali jejunium observatione celebrat.*

#### CAPUT XLI.

##### De jejunio Kalendarum Januariarum.

1. Jejunium Kalendarum Januariarum propter errorem gentilitatis instituit Ecclesia. Janus enim

LXX interpretum Editione emendata; voces autem in nocte etiam a Vulg. et Hebraica veritate. GRIAL.

*Ibid. Quidam Mss.: Quod quidem jejunium mos, non male. Grialius edidit, filii Israel, et Jerusalem. Isidorus interdum sensum sacræ Scripturæ exponit, non ipsa verba refert. AREV.*

3. *Resurrectione reparatur. Al., resurrectione superatur. Hiltorpius, resurrectioni præparatur. AREV.*

CAP. XL. N. 1. *In antiquis Editionibus, dicente ad eum Domino: Saccis Dominum ad misericordiam provocaverunt. Cætera usque ad finem capituli desiderabantur. AREV.*

CAP. XLI. N. 1. *Refertur a Possidio Augustini tractatus de Kalendis Januarii, unde hæc fortasse sumpta. Harum Kalendar. in eandem hanc sententiam meminere concil. Turon. ii, cap. 16, et Tolet. iv, cap. 10. Est etiam canon. 1 Antissiodoren. Nun*

quidam princeps paganorum fuit, a quo nomen mensis Januarii nuncupatur, quem imperiti homines veluti Deum colentes, in religione honoris posteris tradiderunt, diemque ipsum scenis et luxuriis sacrauerunt.

**410** 2. Tunc enim miseri homines, et, quod pejus est, etiam fideles, sumentes species monstruosas, in ferarum habitu transformantur: alii, femineo gestu demutati, virilem vultum effeminant. Nonnulli etiam de fanatica adhuc consuetudine quibusdam ipso die observationum auguriis profanantur; perstreperunt omnia saltantium pedibus, tripudiantium plausibus, quodque est turpius nefas, nexis inter se utriusque sexus choris, inops animi, furens vino, turba miscetur.

3. Proinde ergo sancti Patres considerantes maximam partem generis humani eodem die huiusmodi sacrilegiti ac luxuriis inservire, statuerunt in universo mundo per omnes Ecclesias publicum jejunium, per quod agnoscerent homines in tantum se prave agere, ut pro eorum peccatis necesse esset omnibus Ecclesiis jejunare.

#### CAPUT XLII.

##### *De triduanis jejunii consuetudine.*

1. Triduanis autem diebus jejunare de exemplo sumptum est Ninivitarum, qui, damnatis pristinis vitiis, totos se tribus diebus jejunio ac poenitentia contulerunt, et operati saccis Deum ad misericordiam provocaverunt.

#### CAPUT XLIII.

##### *De diversorum dierum ac temporum jejuniis.*

1. Præter hæc autem legitima tempora jejuniorum omnis sexta feria propter passionem Domini a quibusdam jejunatur, sed et Sabbati dies a plerisque, propter quod in eo Christus jacuit in sepulcro, **411** jejunio consecratus habetur, scilicet ne Judæis exultando præstetur quod Christus sustulit moriendo. Dominico autem die reficiendam semper esse, ut resurrectionem Christi et gaudium nostrum licet Kalendis Januarii Vecolo aut Cervolo facere, vel strenas diabolicas observare. Vide August., serm. 215 de temp., et append. tom. IX, tract. 20; Ambros., serm. de circumcis.; Petr. Chrysolog., serm. de Kalend. Januar.; sanctum Maxim., homil. de circumcis., sive de Kalend. Januar. Alcuinus, libr. de divin. Offic., cap. 4: Hæc (inquit) Kalendæ secundam demeritiam gentilium potius cavendæ sunt dicendæ, quam Kalendæ. GRIAL.

*Ibid.* In religione. Al., in religionem. Jejunium Kalendarum Januariarum, etc. Fabricius, Bibliothograph. pag. 461, plures indicat auctores qui de Kalendis Januarii in hanc rem agunt. Veteres Patres, qui contra observationem Kalendarum huiusmodi inveci sunt, describit Binghamus, t. IX, p. 6. In canone concilii Antissiodorensis citato in nota Grialii legendum vitula, prisco more, pro vitula, ut Sirmundus et Labbeus legunt, vel vitulo, aut cervulo, scilicet personati homines vituli aut cervuli imaginem representabant. Contra huiusmodi consuetudinem sanctus Pacianus opusculum inscriptum Cervus edidit, ex quo ridicule aliquis putavit hæreticum nomine Cervum a Paciano impugnari. Vide Florentium, tom. XXIIX hisp. sacr., pag. 89, qui observat Isidori verba congruere canoni 9 concilii IV Tolat., et sermoni Faustini nomine edito. Hoc et sequens

A. gentibus prædicemus, præsertim cum apostolica sedes hanc regulam servet.

2. Post Pascha autem usque ad Pentecosten licet traditio Ecclesiarum abstinentiæ rigorem prandiiis relaxaverit, tamen si quis monachorum, vel clericorum, sive etiam devotarum, vel viduarum religiosarum, jejunare cupiunt, non sunt prohibendi, quia et Antonius et Paulus, et cæteri Patres antiqui etiam his diebus in eremo leguntur abstinauisse, neque solvisse jejunium, nisi tantum die Dominico.

3. Quis enim parcimoniam non laudet, jejunium non prædicet? Jejunium enim res sancta, opus celeste, janua regni, forma futuri, quod qui sancte agit Deo jungitur, alienatur mundo, spiritualis efficitur. Per hoc enim prosternuntur vitia, humiliatur caro, diaboli tentamenta vincuntur.

#### CAPUT XLIV.

##### *De vario usu Ecclesiarum.*

1. Hæc et alia similia multa sunt quæ in Ecclesiis Christi geruntur, ex quibus tamen quædam sunt quæ in Scripturis canonicis commendantur; quædam vero non sunt quidem scripta, sed tamen tradita custodiuntur (PP. ep. I, 44, al. 27). Sed ista quidem, quæ toto orbe terrarum servantur, vel ab ipsis apostolis, vel ab auctoritate principalium conciliorum statuta intelliguntur, sicut Domini passio et resurrectio, et ascensio in cælum, et adventus Spiritus sancti, quæ, resoluta die anni, ob memoriam celebrantur, sed et si quid aliud, quod servatur ab universalis, quocunque se diffudit Ecclesia.

C 2. Alia vero, quæ vario per diversa loca observantur, sicut est **412** quod alii jejunant Sabbato, alii non, alii quotidie communicant, alii certis diebus, ab aliis nullus dies prætermittitur quo non offeratur sacrificium, alibi Sabbato tantum et Dominico, alibi tantum Dominico, et si quid aliud huiusmodi animadverti potest, totum hoc genus rerum, ut quibuscumque placuit sacerdotibus Ecclesiæ, vel religionis, cui præerant, instituerunt, nec disciplina caput desiderantur in Editione Bignæana, quamvis tituli apponantur. Multa alia desunt in ea Editione, ut advertit Hieronymus Wullæus in not. ante librum II, quia scilicet deest etiam in Editionibus præcedentibus Parisina et Antuerpiensi, neque ullus fuit ad manus Codex ins. AREV.

D CAP. XLIII. N. 1. Alii, ne Judæis exultandum præbeatur, quod Christus sustinuit moriendo. Animadvertendum quantum apostolicæ sedis consuetudini etiam Isidori tempore tribueretur, præsertim, inquit, cum apostolica sedes hanc regulam servet. Vide Augustini epist. 118, quæ in recent. Edit. est 54, ubi, c. 2 de jejunio Sabbati, quod tunc in aliquibus Ecclesiis vigeat, secus vero Mediolani, sanctus Augustinus edisserit. AREV.

2. Post Pascha autem usque ad Pentecost. Referuntur hæc a Gratiano. d. 76, cap. 10. GRIAL.

*Ibid.* Repetuntur hæc in regula monach., cap. 11, n. 2. De Dominico die agitur etiam in eadem regula, cap. 10. AREV.

CAP. XLIV. N. 1. Totum caput ex epist. Augustini 118, ad Januar., cap. 1 et 2. GRIAL.

*Ibid.* De vario usu Ecclesiæ aditis Patres apostolicos Cotelerii, tom. I, pag. 44, al. 27. Pro Ecclesiarum, in titulo, nonnulli habent escarum. AREV.

in his melior est gravi prudentique Christiano, nisi A  
ut eo modo agat, quo agere viderit ecclesiam ad  
quam forte devenerit. Quod enim neque contra fide-  
dem, neque contra mores bonos habetur, indifferen-  
ter sequendum, et propter eorum inter quos vivitur  
societatem servandum est, ne per diversitatem obser-  
vationum schismata generentur.

## CAPUT XLV.

*De carniū usu, vel piscium.*

1. Carnes autem et vinum post diluivum homini-  
bus in usum concessa sunt: nam ab initio permissum  
non fuerat, nisi tantum illud, ut scriptum est: *Li-  
gnum fructiferum et herbam seminalem dedi vobis in  
escam (Gen. 1)*. Postea vero per Noe data sunt in

CAP. XLV. N. 1. Vid. cap. *Ab exordio*, d., 35, et  
Hieronym., 1, contra Jovinianum. GRIAL.

esum cuncta animalia, vinique tunc attributa licen-  
tia est (*Gen. ix*). Sed postquam Christus, qui est  
principium et finis, apparuit, hoc quod in principio  
suspenderat etiam in temporum sine retraxit, lo-  
quens per Apostolum suum: *Bonum est non mandu-  
care carnem, et non bibere vinum*. Et iterum: *Qui in-  
firmus est, olera manducet (Rom. xiv)*.

2. Non igitur quia carnes malæ sunt, ideo prohi-  
bentur, sed quia earum epulæ carnis luxuriam gi-  
gnunt, somes enim ac nutrimentum omnium viti-  
orum, esca ventri, et venter escis, quia scriptum est:  
*Deus hunc et has destruet (I Cor. vi, 13)*. Piscem sa-  
ne, quia eum post resurrectionem accepit Dominus  
(*Joun. xxi*), possumus manducare. Hoc enim nec Sal-  
vator, nec apostoli vetuerunt.

*Ibid.* Alii, hominibus in usum concessum est. AREV.

## LIBER SECUNDUS.

## DE ORIGINE MINISTRORUM.

## 413 PRÆFATIO.

Quoniam origines et causas officiorum quæ in com-  
muni ab Ecclesia celebrantur ex parte aliqua explicui-  
mus, demecps exordia eorum qui divino cultui minis-  
teria religionis impendunt ordine prosequamur.

## CAPUT I.

*De clericis.*

1. Itaque omnes qui in ecclesiastici ministerii gra-  
dibus ordinati sunt generaliter clerici nominantur.  
Cleros autem, vel clericos hinc appellatos doctores  
nostri dicunt, quia Matthias sorte electus est quem  
priuum per apostolos legimus ordinatum (*Act. 1*). Sic  
et omnes quos illis temporibus Ecclesiarum princi-  
pes ordinabant sorte eligebant. Nam *cleros* sors in-  
terpretatur, unde et hæreditas græce *cleronomia* ap-  
pellatur, et hæres *cleronomos*.

2. Proinde ergo clericos vocari aiunt, eo quod in  
sortem hæreditatis Domini dentur, vel pro eo quod  
ipse Dominus sors eorum sit, sicut de eis scriptum  
est, loquente Domino: *Ego hæreditas eorum*. Unde  
oportet ut qui Deum hæreditate possident absque  
ullo impedimento sæculi Deo servire studeant, et  
pauperes spiritu esse contendant, ut congrue illud  
Psalmistæ dicere possint: *Dominus pars hæreditatis  
meæ (Psal. xv, 5)*.

## 414 CAPUT II.

*De regulis clericorum.*

1. His igitur lege Patrum cavetur ut, a vulgari vi-

CAP. I. N. 1. Vid. epist. Hieronymi ad Nepotian.  
GRIAL.

2. Alii, eo quod in sortem Domino dentur. AREV.

CAP. II. N. 1. His igitur lege cavetur. Totius hujus  
capitis verbis concilium Moguntiacum canonem 10  
sanxit. GRIAL.

*Ibid.* Occupationes lucrorum. Ita quidem Goth. et  
concil. Mogunt., sed non displicet alterius Ms. scrip-  
tura, occupationes lucror. GRIAL.

*Ibid.* Per ambitionem non subeant. Ad honorum

PATROL. • LXXXIII.

B ta seclusi, a mundi voluptatibus sese abstineant;  
non spectaculis, non pompis intersint; convivia pu-  
blica fugiant, privata non tantum pudica, sed et so-  
bria colant. Usuris nequaquam incumbant, neque  
turpium occupationes lucrorum fraudisque eju-  
squam studium appetant, amorem pecuniæ, quasi  
materiam cunctorum criminum, fugiant, sæcularia  
officia negotiaque abjiciant, honorum gradus per  
ambitiones non subeant.

2. Pro beneficiis medicinæ Dei munera non acci-  
pian, dolos et conjurationes caveant; odium, æmu-  
lationem, obreotationem, atque invidiam fugiant.  
Non vagis oculis, non infreni lingua, aut petulant  
tumidoque gestu incedant, sed pudorem ac verecun-  
diam mentis simplici habitu incessuque ostendant.  
C Obscenitatem etiam verborum, sicut et operum, pe-  
nitius exsecrentur.

3. Viduarum ac virginum visitationes frequentis-  
simas fugiant, contubernia feminarum extranearum  
nullatenus appetant, castimoniam quoque inviolati  
corporis perpetuo conservare studeant, aut certe  
unius matrimonii vinculo fœderentur. Senioribus  
quoque debitam præbeant obedientiam, neque allo  
jactantiæ studio semetipsos attollant. Postremo in  
doctrina, in lectionibus, psalmis, hymnis, canticis,  
exercitio jugi incumbant. Tales enim esse debent,  
qui divinis cultibus se mancipandos student exhibe-

D gradus per ambitionem non subvehant, idem Ms., non  
ineleganter, modo pro *subvehant subvehantur* legas, est  
enim *subvehi* e loco humili in excelsum vehi. Virg.:

Necnon ad templum, summasque ad Palladis arces  
Subvehitur magna matrum regina caterva.

GRIAL.

2. Non infrenandi: gua.—*Effreni*, idem Ms. GRIAL.

*Ibid.* Gestu incedant. *Gressu*, impress. GRIAL.

re, scilicet ut dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.

### 415 CAPUT III.

#### *De generibus clericorum.*

1. Duo sunt autem genera clericorum : unum ecclesiasticorum sub regimine episcopali degentium, alterum acephalorum, id est, sine capite, quem sequantur, ignorantium. Hos neque inter laicos sæcularium officiorum studia, neque inter clericos religio retentat divina, sed solutos atque oberrantes sola turpis vita complectitur et vaga.

2. Quique dum, nullum metuentes, explendæ voluptatis suæ licentiam consecantur, quasi animalia bruta libertate ac desiderio suo feruntur, habentes signum religionis, non religionis officium, Hippocentauris similes, neque equi, neque homines, *mistumque* (ut ait Poeta) *genus prolesque biformis*. Quorum quidem sordida atque infami numerositate satis superque nostra pars occidua pollet.

### CAPUT IV.

#### *De tonsura.*

1. Tonsuræ ecclesiasticæ usus a Nazaræis, nisi fallor, exortus est (*Num.* vi), prius crine servato, denuo post vitæ magnæ continentiam devotione completam, caput radebant, et capillos in igne sacrificii ponere jubebantur, scilicet, ut perfectionem devotionis suæ Domino consecrarent. Horum ergo exemplo usus ab apostolis introductus est, **416** ut hi qui, divinis cultibus mancipati, Domino consecrantur, quasi Nazaræi, id est, sancti Dei, crine præciso, innoventur.

2. Hæc quoque et Ezechielii prophetæ jubetur, dicente Domino : *Tu fili hominis, sume tibi gladium acutum, et duces per caput tuum, et barbam* (*Ezech.* v) ; videlicet quia et ipse sacerdotali genere Deo in ministerium sanctificationis deservebat. Hoc et Nazaræos illos Priscillam et Aquilam in Actibus apostolorum primum fecisse legimus (*Act.* xviii), Paulum quoque apostolum, et quosdam discipulorum Christi, qui in hujusmodi cultu imitandi existerunt.

3. Est autem in clericis tonsura signum quoddam,

CAP. III. N. 1. Hoc quoque capite ead. synodus est nsa, legem ferens de vagis clericis, cap. 22. GRIAL.

Ibid. Alii, sine capite, quod sequantur ignorantium turmæ. AREV.

2. Pars occidua pollet. Ita uterque Mss. Polluitur, Impress. GRIAL.

Ibid. Voluptatis. Grialius, voluntatis. Videretur dicendum neque equi, neque centauri. Sanctus Valerius abbas Isidori verba usurpat, neque equi, neque homines, ut dixi in Isidorianis cap. 69, num. 13. De hoc loco, et de aliis hujus secundi libri in conciliis laudatis vide Isidoriana, cap. 31. Virgiliti verba *mistumque genus, prolesque biformis*, vt *Æneid.*, 25, sunt de Minotauro. AREV.

CAP. IV. N. 1. Totum hoc caput ex Isidoro concilium Aquisgranense, anno 816, cap. 1, suscipit. Vide etiam Loaisam, in not. ad concil. vi Tolet., c. 6, et Fabricium qui, pag. 847 B. bibliograph., scriptores indicat qui de tonsura uazaræorum agunt, et not. ad

A quod in corpore figuratur, sed in animo agitur, scilicet, ut hoc signo in religione vitia resecentur, et criminibus carnis nostræ, quasi crinibus, exuamur, atque, innovatis sensibus, ut comis rudibus, entescaamus, *expoliant nos*, juxta Apostolum, *veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum, qui renouatur in agnitione Dei* (*Ephes.* iv; *Coloss.* iii). Quam renovationem in mente oportet fieri, sed in capite demonstrari, ubi ipsa mens noscitur habitare.

4. Quod vero, detonso superius capite, inferius circuli corona relinquatur, sacerdotium regnumque Ecclesiæ in eis existimo figurari. Tiara enim apud veteres constituebatur in capite sacerdotum. Hæc ex bysso confecta rotunda erat, quasi sphaera media, et hoc significatur in parte capitis tonsa. Corona autem latitudo aurei est circuli, quæ regum capita cingit. Utrumque itaque signum exprimitur in capite clericorum, ut impleatur etiam quadam corporis similitudine quod scriptum est, Petro apostolo perdo-cente : *Vos estis genus electum, regale sacerdotium* (*I Petr.* ii, 9).

5. Queritur autem cur, sicut apud antiquos Nazaræos, non **417** ante coma nutritur, et sic tondetur. Sed qui hæc exquirunt advertant quid sit inter istud propheticum velamentum, et hanc Evangelii revelationem, de qua dicit Apostolus : *Cum transieritis ad Christum, auferet velamen* (*II Cor.* iii, 16). Quod autem significabat velamen interpositum inter faciem Moysi et aspectum populi Israel, hoc significabat illis temporibus etiam coinam pro velamento succidi. Nam et Apostolus coinam pro velamento esse dicit. Proinde jam non oportet ut velentur crinibus capita eorum qui Domino consecrantur, sed tantum ut re-velentur. Quia quod erat occultum in sacramento propheticæ jam in Evangelio declaratum est.

### CAPUT V.

#### *De sacerdotio.*

1. Veniamus ergo nunc ad sacratissimos ordines, et singulariter demonstremus, quod est sacerdotii fundamentum, vel quo auctore pontificalis ordo adlevit in sæculo. Initium quidem sacerdotii Aaron fuit. Quanquam et Melchisedech prior obtulerit sa-

Regulam monachor., cap. 12. N. 4. AREV.

2. Paulum. Al., Petrum; sed Paulum habet quoque concilium Aquisgranense. AREV.

4. Quod vero detonso superius capite. Vid. cap. Duo sunt genera, 12, q. 1, ex Hieronymo. GRIAL.

Ibid. Detonso superius capite, inferius circuli corona relinquatur. Ita concilium Toletanum iv, c. 41. Omnes clerici, vel lectores, sicut Levitæ et sacerdotes, detonso superius toto capite, inferius solam circuli coronam relinquunt; non sicut hucusque in Galliciæ (Al., Galliciæ) partibus facere lectores videntur, qui, prolis, ut laici, comis, in capitibus apice modicum circulum tondent. Ritus enim iste in Hispania hucusque hæreticorum fuit. Scilicet præcipue reprehenditur, quod lectores prolizas comas, ut laici, nutrent. AREV.

CAP. V. N. 1. Sacerdotum nomine hoc loco, ut sæpe alias, episcopi soli veniunt. GRIAL.

Ibid. Initium quidem sacerdotii, etc. Ex Anselmi epist. 2, ad episcopos Italiæ. GRIAL.

crificium, et post hanc Abraham, Isaac et Jacob. A Sed isti spontanea voluntate, non sacerdotali auctoritate ista fecerunt.

2. Cæterum Aaron primus in lege sacerdotale nomen accepit, primusque pontificali stola infultus victimas obtulit, jubente Domino, ac loquente ad Moysen : « Accipe, inquit, Aaron, et filios ejus, et applicabis ad ostium tabernaculi testimonii. Cumque laveris patrem cum filiis aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est, linea tunica, et superhumerali, et rationali, quod constringes balteo, et pones tiam in capite ejus, et laminam sanctam super tiam, et oleum unctionis fundes super caput ejus, atque hoc rita consecrabitur. Filios quoque illius applicabis, et indues tunicis lineis, cingesque balteo, Aaron scilicet, et liberos ejus, et impones eis mitras, eruntque sacerdotes mihi religione perpetua » (Exod. xxix, 4).

3. Quo loco contemplari oportet Aaron summum sacerdotem fuisse 418 id est, episcopum; nam filios ejus presbyterorum figuram præmonstrasse. Fuerunt enim filii Aaron et ipsi sacerdotes, quibus merito astare debuissent Levitæ, sicut summo sacerdoti. Sed et hoc fuit inter summum sacerdotem Aaron et inter filios ejusdem Aaron, qui et ipsi sacerdotes fuerunt, quod Aaron super tunicam accipiebat poderem, stolam sanctam, coronam auream, mitram, et brachiale aurum, zonam auream, et superhumeralia, et cætera, quæ supra memorata sunt. Filii autem Aaron super tunicas lineas cincti tantummodo, et tiarati, astabant sacrificio Dei.

4. Sed forsitan quaeritur et hoc cujus figuram faciebat Moyses. Si enim filii Aaron presbyterorum figuram faciebant, et Aaron summi sacerdotis, id est, episcopi, Moyses cujus? Indubitanter Christi. Et vere per omnia Christi, quoniam similitudo fuit mediatoris Dei, qui est inter Deum et homines Jesus Christus, qui est verus dux populorum, verus princeps sacerdotum, et dominus pontificum, cui est honor, et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

5. Hactenus de primordiis sacerdotalibus in Veteri Testamento. In Novo autem Testamento post Christum sacerdotalis ordo a Petro cæpit. Ipsi enim primum datus est pontificatus in Ecclesia Christi; sic

2. Accipe, inquit, Aaron. Exod. xxix. GRIAL.

Ibid. In Vulgata, Et Aaron, et filios ejus applicabis sine accipe. Pro sacerdotes mihi, ut est in Vulgata, nonnulli Isidoriani libri habent, sacerdotes mei. AREV.

5. Tu es Petrus, Matth. xvi. GRIAL.

Ibid. Pari consortio honoris, etc. Vide canon. 2 di-t. 22. Hæc desumpta sunt ex sancto Cypriano, de Unitate Ecclesiæ, pag. 107 et seq. Editionis Joannis Fellii. « Hoc erant utique et cæteri apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi et honoris et potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, ut Ecclesia una monstretur. » In nonnullis impressis et Mss. legitur proficiscitur. Primatus Petro datur, ut una, etc. Sed hoc assumptum esse non solum Fellus heterodoxus, sed alii quoque catholici consentiunt. Bellarminus, de Rom. Pont., lib. 1, cap. 12, negat inde sequi apostolos fuisse pares inter se, et Cyprianum explicat auctoritate sancti Leonis, qui quodammodo verba sancti Cypriani interpretari voluisse videtur, epist. 84 : Inter beatissimos apostolos in similitudine

A enim loquitur ad eum Dominus : « Tu es (inquit) Petrus, et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, et portæ inferi non vincunt eam, et tibi dabo claves regni cælorum » (Matth. xvi, 18). Hic ergo ligandi solvendique potestatem primus accepit, primusque ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit; siquidem 419 et cæteri apostoli cum Petro pari consortio honoris et potestatis effecti sunt, qui etiam in toto orbe dispersi Evangelium prædicaverunt.

6. Quibusque decedentibus successerunt episcopi, qui sunt constituti per totum mundum in sedibus apostolorum, qui non jam ex genere carnis et sanguinis eliguntur, sicut primum secundum ordinem Aaron, sed pro uniuscujusque merito, quod in eum gratia divina contulerit, sicut etiam ad Heli Dominus pronuntiavit, dicens : « Hæc dicit Dominus Deus Israel : Dixi. Domus tua, et domus patris tui permanebunt coram me usque in æternum; et nunc dicit Dominus : Nequaquam, sed glorificantes me glorificabo, et qui me spernit spernetur » (I Reg. ii, 30).

7. Quatuor autem sunt genera apostolorum : unum a Deo tantum, ut Moyses; alterum per hominem et Deum, ut Josue; tertium tantum per hominem, sicut his temporibus multi favore populi et potestatum in sacerdotium subrogantur; quartum autem genus ex se est, sicut pseudoprophetarum, et pseudoapostolorum. Quid sit autem nomen apostolorum? Apostoli in Latina lingua missi interpretantur, quia ipsos misit Christus evangelizare ad illuminationem omnium populorum.

8. Episcopus autem, ut quidam prudentium ait, nomen est operis, non honoris. Græcum est enim, atque inde ductum vocabulum, quod ille qui super efficitur superintendit, curam scilicet subditorum gerens; episcopus quidem intentio est. Ergo episcopos Latine superintendentes possumus dicere, ut intelligat non se esse episcopum, qui non prodesse, sed præesse dilexerit.

9. Quod vero per manus impositionem a præcessoribus Dei sacerdotibus episcopi ordinantur, antiqua institutio est. Isaac enim patriarcha sanctus ponens manum suam super caput Jacob, benedixit ei

honoris fuit quædam discretio potestatis, et cum omnium par esset electio, uni tantum datum est ut cæteris præemineret. Plura alia ex eodem Cypriano aliis in locis Bellarminus congerit, ut catholicam doctrinam tueatur, et Cyprianum ex Cypriano exponat. In Concilio Aquisgranensi laudato hæc ipsa Isidori verba proferuntur, ut multa alia ex libris de Officiis et Etymologia ejusdem Isidori. AREV.

6. Hæc dicit Dominus. I Reg. ii. GRIAL.

7. Quatuor sunt autem generum apostolorum. Ex Hieronymo, in cap. i Epist. ad Galat. GRIAL.

8. In Questionibus sancti Isidori editis tom. V, pag. 251 : Sciat, se non esse episcopum, qui præesse desiderat, non prodesse. Vide not. AREV.

9. Et produxit eos trans Bethaniam. Ex veteri interpretatione. Nostra enim : Egredii autem eos foras trans Bethaniam. Luc. ultim. GRIAL.

Ibid. Sic et superimpletor legis. Al., sic et super-nus impletor legis. AREV.

(Gen. xxvii, 28); similiter et Jacob filius ejus. Sed et Moyses super caput Jesu Nave manum suam imponens (Num. xvii, 23), dedit ei spiritum virtutis, **420** et ducatus in populo Israel. Sic et superimpletor legis, et prophetarum Dominus noster Jesus Christus per manus impositionem apostolis suis benedixit, sicut in Evangelio Lucae scriptum est: « Et produxit eos trans Bethaniam, et elevavit manus suas, et benedixit eis, factumque est, cum benedixisset illis, discessit ab eis, et ipsi reversi sunt in Jerusalem cum gaudio magno » (Luc. xxiv).

10. Et in Actibus apostolorum, ex præcepto Spiritus sancti, Paulo et Barnabæ ab apostolis manus imposita est in episcopatum, et sic missi sunt ad evangelizandum (Act. xiii). Quod autem a trigesimo anno sacerdos efficitur, ab ætate scilicet Christi sumptum est, ex qua idem Christus orsus est prædicare. Hæc enim ætas profectu jam non indiget parvulorum, sed perfectionis vi plena est, et robusta, et ad omnem disciplinæ ac magisterii exercitium præparata.

11. Quod vero unius matrimonii virginalis sint, qui eliguntur in ordinem pontificatus, et in veteri lege mandatum est (Levit. xxi), et plenius scripsit Apostolus, dicens: *Unius uxoris virum* (1 Tim. iii). Sacerdotem enim querit Ecclesia, aut de monogamia ordinatum, aut de virginitate sanctum; digamo autem aufertur agere sacerdotium. Porro quod episcopus non ab uno, sed a cunctis provincialibus episcopis ordinatur, id propter hæreses institutum agnoscitur, ne aliquid contra fidem Ecclesiæ unius tyrannica auctoritas moliretur. Ideoque ab omnibus convenientibus instituitur, aut non minus quam a tribus præsentibus, cæteris tamen consentientibus testimonio litterarum.

12. Huic autem, dum consecratur, datur baculus, ut ejus indicio subditam plebem vel regat, vel corri-

10. Quod vero unius matrimon. virg. Vid. d. 3, cap. Si quis, et 28, q. 3. GRIAL.

11. Porro quod episcopus non ab uno. C. Archiepiscopus, et seqq., d. 66, et Ruffini Histor., cap. 6, in Nicænæ synodi canonibus. GRIAL.

Ibid. Ideoque ab omnibus convenientibus. Vid. 64 distinct. GRIAL.

Ibid. Digamo autem, etc. Nonnulli Mss. Digamus autem aut fertur agere sacerdotium, ex quo non male conjiciebat Hieronimus: Digamus autem haud fertur agere sacerdotium. Apud Æneam Parisiensem, adversus Græcos cap. 172, legitur: A digamo autem aufertur. Plura alia capita hujus libri Æneas Parisiensis in suam sententiam allegat. AREV.

12. Putet se non tam ministerium humil. Ex Hieronym. in cap. i epist. ad Tit. GRIAL.

Ibid. Signaculum secretorum. Scilicet in traditione annuli hæc proferuntur: Accipe annulum discretionis, et honoris, fidei signum, ut quæ signanda sunt signes, et quæ aperienda sunt prodas. Vide Georgium Longum, de annulis signatoriis, cap. 3, et comment. ad Prudentium, hymn. 1 Peristeph., vers. 85. AREV.

13. Nunc vero sæpe cernimus, usque ad dignitatem. Ex eod. loco. GRIAL.

Ibid. Cum neque Moyses. Ex eod. GRIAL.

Ibid. Defendendum. Sic Hieronimus quoque edidit, rum uno ms. Alii, defendendum. AREV.

gat, vel infirmitates infirmorum sustineat. Datur et annulus propter signum pontificalis honoris, vel signaculum secretorum. Nam multa sunt quæ carnalium **421** minusque intelligentium sensibus occultantes sacerdotes, quasi sub signaculo, condunt, ne indignis quibusque Dei sacramenta aperiantur. Jam vero quod sæculares viri nequaquam ad ministerium Ecclesiæ admittuntur, eadem auctoritas apostolica docet, dicens: *Manus cito nemini imposueris*, et iterum: *Non neophytum* (1 Tim. v, 22), ne, in superbiam elatus, putet se non tam ministerium humilitatis quam administrationem sæcularis potestatis adeptum, et condemnatione superbiæ, sicut diabolus, per jactantiam dejiciatur.

13. Quomodo enim valebit sæcularis homo sacerdotis magisterium adimplere, cujus nec officium tenuit, nec disciplinam agnovit? Aut quid docere poterit, cum ipse non didicit? Nunc vero sæpe cernimus, plurimos ordinationem in tabulis facere, nec eligunt qui Ecclesiæ prosint, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequis delinunt, vel pro quibus majorum quispiam rogaverit; et, ut deteriora dicam, qui ut ordinarentur muneribus impetrarunt. Taceo de reliquis; alii successores filios vel parentes faciunt, et conantur posteris præsulatus relinquere dignitatem. Cum hoc nec Moyses amicus Dei facere potuit, sed Jesum de alia tribu elegit, ut sciremus principatum in populo non sanguini deferendum esse, sed vitæ meritis (Num. xxvii).

14. Interdum autem et juxta meritum plebem eliguntur personæ rectorum; **422** unde notum populi sui fuisse meriti regimen perversi susceptionis pontificis. Quod autem is qui post baptismum aliquo mortali peccato correptus sit, ad sacerdotium non promoveatur, lex ipsa testatur. Moyses enim in lege præcepit sacerdotibus, ne aliquid pecus vitæ factum ad aram Dei offerant (Levit. i, 21). Quod ipsum postor

14. Interdum autem. Vid. c. Audaciter, 8, q. 1, ex Origene, vel Hieronym. potius. GRIAL.

Ibid. Quod autem is qui post baptismum aliquo mortali peccato correptus. Quod ejusmodi sit (ait Gratianus, d. 25, c. Primum), ut ex eo sit perpetua infamia. Ita enim ille Hieronymi verba in cap. i Epist. ad Titum, unde hæc sumpta sunt, interpretatur, quæ referemus, ne cui hæc duriora videantur: Primum itaque sine crimine jubetur esse episcopus, quod pro alio verbo ad Timotheum irreprehensibilem nominatum. Non quod eo tantum tempore quo ordinatus sit sine ullo sit crimine, et præteritas maculas non confessione diluerit, sed quod ex tempore, quo in Christum renatus est, nulla peccati conscientia remordetur. Quomodo enim potest præses Ecclesiæ a seorsum scilicet de medio ejus qui in delicto simili corruit? aut qui libertate corripere peccantem potest, cum tacite ad se respondet, eadem admisissæ quæ corripit? Legimus autem corruptus in Goth. et in Ed. Rom., sed corruptus magis v. detur ex Gratiani sensu. Mollissime autem dicitur Isidorus Hieronymi verba, cum non de peccato crimine, sed mortali, et correptum, quæ i. d. d. esse voluit. GRIAL.

Ibid. Rigida hæc Hieronymi sententia, quæ mortali aliquo peccato post baptismum correptus ad sacerdotium non promoveatur, etc. est in Hieronymo, ut sermo sit de crimine, et peccato non de peccato mortali, sed peccato gravissimo, et corruptum, etc.



offentibus, et spernentibus sacerdotibus Israel per A Malachiam impropertavit Deus dicens: *Ad vos, o sacerdotes, qui polluistis nomen meum, et dixistis: In quo polluimus te? Offertis super altare meum panem pollutum. Nonne si offeratis cæcum, et languidum, nonne malum est (Malach. 1, 6)?* Unde et in Numeris vitula rufa, cujus cinis expiatio est populi, non aliter jubetur offerri ad altare Domini, nisi quæ terrena opera non fecerit, jugumque delicti non traxerit, nec vinculis peccatorum fuerit alligata (Num. 19).

15. Sed quid plura subjiciam? Si enim is qui, jam in episcopatu vel presbyterio positus, mortale aliquod peccatum admiserit retrahitur ab officio, quanto magis ante ordinationem peccator inventus non ordinetur? Quapropter quia lex peccatores a sacerdotio removet, consideret se unusquisque, et sciens, quia B *potentes potenter tormenta patientur (Sap. vi, 7)*, retrahat se ab hoc non tam honore quam onere, et aliorum locum qui digni sunt non ambiat occupare. Qui enim in erudiendis, atque instituendis ad virtutem populis præerit, necesse est ut in omnibus sanctus sit, et in nullo reprehensibilis habeatur. Qui enim alium de peccatis arguit, ipse a peccato debet esse alienus.

16. Nam cum qua fronte subjectos arguere poterit, cum illi statim possit correptus ingerere: Ante doce te quæ recta sunt? Quapropter qui negligit recta facere, desinat recta docere. Prius quippe semetipsum corrigere debet, qui alios ad bene vivendum admonere studet, ita ut in omnibus semetipsum formam vivendi 423 præbeat, cunctosque ad bonum opus C doctrina et opere provocet. Cui etiam scientia Scripturarum necessaria est, quia si episcopi tantum sancta sit vita, sibi soli potest prodesse sic vivens. Porro si et doctrina et sermone fuerit eruditus, potest cæteros quosque instituere, et docere suos, et adversarios repercutere, qui ni refutati fuerint, atque convicti, facile quæunt simplicium corda pervertere.

17. Hujus autem sermo debet esse purus, simplex, apertus, plenus gravitate, et honestate, plenus suavitate, et gratia, tractans de mysterio legis, de doctrina fidei, de virtute continentia, de disciplina justitia, unumquemque admonens diversa exhortatione juxta professionis morumque qualitatem, scilicet ut prænoscat, quid, cui, quando, vel quomodo D proferat. Cujus præ cæteris speciale officium est Scripturas legere, percurrere canones, exempla sanctorum imitari, vigiliis, jejniis, orationibus in-

creat non tantum mortem spirituales, sed etiam mortem canonicam. Nam inter irregularitates quæ obsabant ne quis promoveretur, recensebatur exaltata poenitentia. Vide Petavium, lib. II De poenit., cap. 11, n. 43, et lib. VI, cap. 6, n. 5. AREV.

15. *Quapropter quia lex pecc., usque ad occupare, verba sunt Hieronymi ibid. GRIAL.*

16. *Nam cum qua fronte, usque ad recta sunt, ejusdem sunt. GRIAL.*

*Ibid. Cui etiam scientia Script., usque ad pervertere, ejusd., ibid. GRIAL.*

*Ibid. Excusi antiqui revincere, pro. repercutere.*

cumbere, cum fratribus pacem habere, nec quamquam in membris suis despiciere, nullum damnare, nisi comprobatum, nullum excommunicare, nisi discussum. Quique ita humilitatem pariter et auctoritatem præstabit, ut neque per nimiam humilitatem suam subditorum vitia convalescere faciat, neque per immoderatam auctoritatem severitatis potestatem exerceat; sed tanto cautius erga commissos agat, quanto durius a Christo judicari formidat.

18. Tenebit quoque illam supereminentem donis omnibus charitatem, sine quâ omnis virtus nihil est; custos enim sanctitatis charitas, locus autem hujus custodis humilitas. Habebit etiam inter hæc omnia et castitatis eminentiam, ita ut mens Christi corpus confectura ab omni inquinamento carnis sit munda et libera. Inter hæc oportebit eum sollicita dispensatione curam pauperum gerere, egredientes pascere, vestire nudos, suscipere peregrinos, captivos redimere, viduas ac pupillos tueri, pervigilem in cunctis exhibere curam, providentiam et distributionem discretam.

19. In quo etiam hospitalitas ita erit præcipua, ut omnes cum 424 benignitate et charitate suscipiat. Si enim omnes fideles illud evangelicum audire desiderant: *Hospes fui, et suscepisti me (Matth. xxv)*; quanto magis episcopus, cujus diversorum cunctorum debet esse receptaculum? Laicus enim unum aut duos suscipiens implevit hospitalitatis officium, episcopus, nisi omnes receperit, inhumanus est. In negotiis autem sæcularibus dirimendis oportet eum causam merito discernere, non gratia, neque enim sic debet episcopus suscipere potentem, ut contristet contra justitiam pauperem, neque pro pauere aufert justitiam a potente.

20. Non defendat improbum, nec sancta indigno committenda arbitretur, neque arguat, aut impugnet, cujus crimen non reprehendit. Erit quoque illi etiam juxta Apostolum mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinencia, sive pudicitia, ut non solum ab opere immundo se absteineat, sed etiam a jactu oculi, et cogitationis errore, ita ut dum nullum vitium in se regnare permittit, impetrare apud Deum veniam pro subditorum facinoribus valeat. Qui enim ista sectaverit, et Dei minister utilis erit, et perfectum sacerdotium repræsentabit.

#### CAPUT VI.

##### De chorepiscopis.

1. Chorepiscopi, id est, vicarii episcoporum, juxta quod canones ipsi testantur, instituti sunt ad exem-

AREV.

17. *Veteres Editiones, indagari, pro judicari. AREV.*

18. *In cunctis exhibere curam, etc. Alii, in cunctis habere curam, et providentiam distributione discretam. AREV.*

19. *In quo etiam hospitalitas usque ad inhumanus, Hieronym., ibid. GRIAL.*

20. *Erit quodque illi, juxta Apostol. Ibid. et i contra Jovinian. GRIAL.*

CAP. VI. N. 1. Quæ de chorepisc. dicit, e concill. antioch., cap. 10, sumpta videri possunt. Vid. Leona.

plum septuaginta seniorum, tanquam consacerdotes A propter sollicitudinem pauperum. Hi in villis et vicis constituti gubernant sibi commissas Ecclesias, habentes licentiam constituere lectores, subdiaconos, exorcistas, acolythos; presbyteros autem aut diaconos ordinare non audeant, præter conscientiam episcopi, in ejus regione præesse noscuntur; hi autem a solo episcopo civitalis cui adjacent ordinantur.

#### 425 CAPUT VII.

##### De presbyteris.

1. Presbyterorum ordo exordium sumpsit (ut dictum est) a filiis Aaron. Qui enim sacerdotes vocabantur in Veteri Testamento, hi sunt qui nunc appellantur presbyteri, et qui nuncupabantur principes sacerdotum, nunc episcopi nominantur. Presbyteri autem interpretantur *seniores*, quia seniores ætate Græci. *presbyteros* vocant. His enim, sicut episcopis, dispensatio mysteriorum Dei commissa est.

2. Præsent enim Ecclesie Christi, et in confectione divini corporis et sanguinis consortes cum episcopis sunt, similiter et in doctrina populorum, et in officio prædicandi. Ac sola propter auctoritatem summo sacerdoti clericorum ordinatio et consecratio servata est, ne a multis Ecclesie disciplina vendicata exordium solveret, scandala generaret. Nam Paulus apostolus eosdem presbyteros, ut vere sacerdotes, sub nomine episcoporum ita asseverat, **426** loquens ad Titum: « Hujus rei, inquit, gratia reliquit te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, et constituas per civitates presbyteros, quemadmodum ego tibi disposui. Si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse » (Tit. 1). Qua sententia ostendit presbyteros etiam sub episcoporum nomine taxari.

3. Unde et ad Timotheum de ordinatione episcopi et diaconi scribens (I Tim. III), de presbyteris om-

epist. 88, et can. nicæn. 54. *Hi propter insolentiam* (ait Gratianus, c. chorepis., d. 68) *ab ecclesia prohibiti sunt.* GRIAL.

*Ibid.* Alii, *constituere lectores; subdiaconos ordinare non audeant,* etc. AREV.

CAP. VII. N. 1. *Exordium sumpsit a filiis Aaron.* Anacleti., epist. 2, et Hieronym. ad Nepotian., epist. 2. GRIAL.

*Ibid.* *His enim sicut episcopis,* usque ad prædicandi, carptim sumpta ex epist. ad Rustic. Narbonen., Hieronym., tom. IX, ita ut quædam rescuisse consulto videatur, ut confirmandi et benedicendi officia. Quod autem æquare episcopis presbyteros videtur, nos eum alia ratione non defendemus, quam quæ tuetur ipse sese, non referenda esse ad culpæ suæ titulum de quibus testificatio adhibetur auctorum. Sunt autem verba, quibus plus æquo presbyteris tribuisse videtur, non Isidori, sed Hieronymi. Cujus meus atque animus is fuisse videtur, ut episcoporum fastum et insolentiam comprimeret, atque retunderet, non ut presbyteros illis pares faceret. Ut ex collatis ejus pluribus locis colligere jampridem doctissimi viri; in quibus Franc. Turrianus, lib. VIII Const., cap. 36; Maria. Reatin., in epist. ad Evagr.; Cæsar Baron., annal., tom. I, ann. 58. Nam quid Isidorus senserit de episcop. offic., satis constat ex e. *Perlectis*, d. 25, et ex Cap. ultim. hujus operis de *chrismate.* GRIAL.

nino tacuit, quia eos in episcoporum nomine comprehendit. Secundus enim primo conjunctus gradus est, sicut et ad Philippenses de episcopis et diaconibus scribit (Philipp. 1), quum una civitas plures episcopos habere non possit. Et in Actibus apostolorum presbyteros Ecclesie Jerosolymam iturus congregavit, quibus inter cætera: *Videte* (inquit) *gregem; in quo vos Spiritus sanctus episcopos ordinavit* (Act. XX). Unde etiam tales in Ecclesia presbyteros constituendos esse, sicut episcopos, et Apostolos ad Titum loquitur, et canones ipsi testantur.

4. Presbyteros autem merito et sapientia dicti, non ætate; nam et Moysi præcipitur ut eligat presbyteros (Num. XI). Unde et in Proverbis dicitur *Gloria senum canities* (Proverb. XX). Quæ est hæc canities? hæc dubium quin sapientia, de qua scriptum est: *Canities hominum prudentia est* (Sap. IV). Cumque non-gentos et amplius annos ab Adam usque ad Abraham vixisse homines legimus, nullus alius appellatus est primus presbyter, id est, senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus annis vixisse conviuctur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur. Quod si ita est, mirum est cur insipientes constituantur.

#### 427 CAPUT VIII.

##### De diaconibus.

1. Diaconorum ordo a Levi tribu accepit exordium. Præcepit enim Dominus Moysi ut post ordinationem Aaron sacerdotis et filiorum ejus rursus Levi tribus in divini cultus ministeriis ordinarentur, et consecrarentur Domino pro omnibus primogenitis, et servirent pro Israel coram Aaron et filiis in tabernaculo Domini, excubantes in templo die ac nocte; ipsique gestarent arcam, et tabernaculum, et omnia vasa ejus, et in circuitu tabernaculi castra ipsi constituerent, et in promovendo tabernaculo ipsi deponerent, rursus ipsi compouerent (Num. III, VIU).

*Ibid.* De iis quæ ad presbyteros, diaconos, etc. singillatim in functionibus ecclesiasticis pertinent, videri potest Epistola Isidori ad Leudefredum. Isidorus, cap. ult. hujus libri, num. 4, clarissime præfert episcopos presbyteris non solum ex consuetudine ecclesiastica, verum etiam ex lectione Actuum apostolorum. An autem Hieronymus vera senserit presbyteros episcopis æquales esse, questio est inter theologos vehementer agitata; in qua diligentissime versatus fuit amicus meus Raimundus Diosdado in suis eruditissimis dissertationibus, qui Hieronymum ab Ecclesie catholice sententia alienum non ostendit. AREV.

2. *Nam Paulus.* Ex Hieronym. ep. ad Evagr., et comm. ad Tit. GRIAL.

*Ibid.* *In confectione. Al., in confractione.* Pro divini, excusi veteres, divina. AREV.

3. *Secundus enim primo conjunctus.* Hittorpius cum suis Mss.: *Secundus enim, et pene conjunctus.* AREV.

4. *Presbyteros autem merito,* usque ad fin., verba sunt Hieronym., in cap. III Isai., quorunda pleraque leguntur etiam in Anacleti epist. 2. GRIAL.

*Ibid.* Jam alibi monui, in notis Editionis Grialianæ interdum allegari epistolas summorum pontificum, quæ nunc apocryphæ censentur, ut hoc loco, et num. 1, Anacleti epist. 2. AREV.

CAP. VIII. N. 1. *Pleraque ex epist. citata ad Basil. Narbon.* GRIAL.

2. A xv annis et supra iisdem in tabernaculo A  
servire mandatum est, quam regulam sancti Patres  
et in Novo Testamento constituerunt. In Evangelio  
primordia eorum in Actibus apostolorum ita legun-  
tur : « Convocantes itaque xii apostoli multitudinem  
discipulorum, dixerunt : Non placet nos relinquere  
verbum Dei, et ministrare mensis. Quid ergo est,  
fratres? Considerate ex vobis ipsis viros boni testi-  
monii vii, plenos Spiritu sancto et sapientia, quos  
constituamus in hanc rem. Nos vero erimus orationi  
et ministerio sermonis instantes. Et placuit hic sermo  
coram omni multitudine, et elegerunt Stephanum  
plenum fide, et Spiritu sancto, Philippum et Procho-  
rum, et Nicanorem, et Timonem, et Parmenam, et  
Nicolaum advenam Antiochensem. Quos statuerunt  
ante apostolos, et cum orassent, imposuerunt illis  
manus, et verbum Dei crescebat, et multiplicabatur  
numerus credentium » (Act. vi).

3. Exhinc jam decreverunt apostoli, vel successores  
apostolorum, per omnes Ecclesias septem diacono-  
s, qui sublimiori gradu 428 cæteris proximi circa  
aram Christi, quasi columnæ altaris assisterent, et  
non sine aliquo septenarii numeri mysterio. Hi sunt  
enim quos in Apocalypsi legimus septem angeli tubis  
canentes. Hi sunt septem candelabra aurea. Hi vo-  
ces tonitruorum. Ipsi enim clara voce in modum  
præconis admonent cunctos, sive in orando, sive in  
flectendis genibus, sive in psallendo, sive in lectio-  
nibus audiendis, ipsi etiam, ut aures habeamus, ad  
Dominum, acclamant, ipsi quoque evangelizant, sine  
ipsis sacerdos nomen habet, officium non habet.

4. Nam sicut in sacerdote consecratio, ita in mi-  
nistro dispensatio sacramenti est, illi orare, huic  
psallere mandatur; illi oblata sanctificat, hic sanctifi-  
cata dispensat. Ipsi etiam sacerdotibus propter  
præsumptionem non licet de mensa Domini tollere  
calicem, nisi eis traditus fuerit a diacono. Levitæ  
inferunt oblationes in altari, levitæ componunt men-  
sam Domini, levitæ operiunt arcam Testamenti. Non  
enim omnes vident alta mysteriorum, quæ operiuntur  
a Levitis, ne videant qui videre non debent, et  
sumant qui servare non possunt; quique propterea  
altario albis induti assistunt, ut cœlestem vitam ha-  
beant, candidique ad hostias immaculatique accedant,  
mundi scilicet corpore, et incorrupti pudore.

2. Hæc repetuntur ex Isidoro in concilio cit. Aquis-  
granensi, cap. 7, et in aliis. Pignorius, de servis,  
pag. 49, observat diaconos ita dictos fuisse, quia  
servi mensis ministrantes ita fere vocabulo Græco  
nominabantur. AREV.

3. Proximi circa aram Christi, etc. Prudentius, in  
hymno sancti Laurentii, pag. 892, vers. 37 :

Hic primus e septemviris,  
Qui stant ad aram proximi.

Nimirum archidiaconus erat sanctus Laurentius. Vide  
comment. Sanctus Hieronymus, epist. 85, ad Evagr. :  
In ecclesia Romæ presbyteri sedent, et stant diaconi.  
Quæ disciplina, increbrescentibus vitis, ut ait Hiero-  
nymus, elanguit. AREV.

4. Alii, ne videant quæ videre non debent, et sumant  
quæ servare, etc. Sed in nonnullis Mss. correctum est

5. Tales enim decet Dominum habere ministros,  
qui nullo carnis corrumpantur contagio, sed potius  
eminentia castitatis splendeant. Quales enim diaconi  
ordinantur, apostolus Paulus plenissime scribit ad  
Timotheum. Nam cum præmisisset de sacerdotum  
electione, continuo subjicit : *Diaconi similiter irre-  
prehensibiles*, hoc est, sine macula, sicut episcopi;  
*pueritatis utique*, id est, a libidine continentes; *non bi-  
lingues*, scilicet ne conturbent habentes pacem; *non  
multo vino dediti*, quia ubi ebrietas, ibi libido domi-  
natur et furor; *non turpe lucrum sectantes*, ne de  
cœlesti mysterio lucra terrena sectentur. Est quoque  
et turpis lucri appetitio, plus de præsentibus quam  
de futuris cogitare. Post hæc subjicit : *Hi autem*  
429 *probentur primum, et sic ministrent, nullum cri-  
men habentes* (1 Tim. iii). Utique sicut episcopi, sic  
et isti ante ordinationem probari debent, si digni  
sunt, et postea sic ministrent.

#### CAPUT IX.

##### De custodibus sacrorum.

1. Custodes sacrarii Levitæ sunt. Ipsi enim jus-  
sum est custodire tabernaculum, et omnia vasa tem-  
pli (Num. viii); quique ideo in lege ab anno quin-  
quagenario eliguntur custodes vasorum, ut, post  
edomitum carnis conflictum, jam quieti, mundo cor-  
pore pariter et mente Deo serviant, præferentes  
speciem gravitatis, ne fallantur consilio, ne fidem  
deserant, neque quidquam intemperantius gerant.

#### CAPUT X.

##### De subdiaconis.

1. Subdiaconi, qui apud Græcos hypodiaconi vo-  
cantur, in Esdra inveniuntur, appellanturque ibi Na-  
thanaï, id est, in humilitate Domino servientes (1  
Esdr. viii). Ex eorum ordine fuit ille Nathanael qui,  
in Evangelio Joannis, divina prodizione commotus,  
Salvatorem Dominum meruit confiteri, quique etiam  
ad primum divinitatis indicium fidelis emittit, pro-  
testante Domino ac dicente : *Ecce vere Israelita, in  
quo dolus non est* (Joan. i, 47).

2. Denique isti oblationes in templo Domini sus-  
cipiunt a populis, isti obediunt officiis Levitarum,  
isti quoque vasa corporis et sanguinis Christi dia-  
conibus ad altaria Domini offerunt. De quibus quidem  
placuit Patribus ut, quia sacra mysteria contrectant,  
casti et continentes ab uxoribus sint, et ab omni

D qui bis pro quæ. Adhuc Romanus pontifex servat  
morem non accipiendi calicem (scilicet in missa so-  
lemni), nisi a diacono illi tradatur. Lesleus, in not.  
ad Missale Mozarab., p. 489, antiquum hunc ritu-  
m multis veterum congestis testimoniis illustrat.  
AREV.

5. Diaconi. Multi Mss., hic et alibi, *diacones*; ita  
etiam *diaconibus* pro *diaconis*; et cap. seq. occurrit  
*diaconibus*. AREV.

Cap. x. N. 1. Vid. cit. epist. ad Rustic. GRIAL.

Ibid. In textu Grialii erat *appellaturque*. Pro *di-  
vina prodizione* alii habent *divina protectione*. AREV.

2. *Ut quia*, etc. Al., *ut quia ad sacra sunt mysteria  
d. putati, ab omni carnali immunditia sint liberi*. Pro  
*aquamantili*, alii *aquamantili*, alii *aquamantibus*. Vide  
concil. iv Carthagin., can. 5, et Ducangium. AREV.

carnali immunditia liberi, juxta quod illis, propheta A dicente, jubetur: *Mundamini, 430 qui fertis vasa Domini (Isai. LII)*. Hi igitur, cum ordinantur, sicut sacerdotes et Levitæ, manus impositionem non suscipiunt, sed patenam tantum, et calicem de manu episcopi, et ab archidiacono scyphum aquæ cum aquæmanili et manutergium accipiunt.

#### CAPUT XI.

##### De lectoribus.

1. Lectorum ordo formam et initium a prophetis accepit. Sunt igitur lectores qui verbum Dei prædicant, quibus dicitur: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam (Isai. LVIII)*. Isti quippe, dum ordinantur, primum de eorum conversatione episcopus verbum facit ad populum. Deinde coram plebe tradit eis Codicem apicuin divinatorum ad Dei verbum annuntiandum.

2. Qui autem ad hujusmodi provehitur gradum, iste erit doctrina et libris imbutus, sensuumque ac verborum scientia perornatus, ita ut in distinctionibus sententiarum intelligat ubi finiatu junctura, ubi adhuc pendet oratio, ubi sententia extrema claudatur. Sicque expeditus vim pronuntiationis tenebit, ut ad intellectum omnium mentes sensusque promoveat, discernendo genera pronuntiationum, atque exprimendo sententiarum proprios affectus, modo indicantis voce, modo dolentis, modo increpantis, modo exhortantis, sive his similia secundum genera propriæ pronuntiationis.

3. In quo maxime illa ambigua sententiarum adhibenda cognitio est. Multa enim sunt in Scripturis, quæ nisi proprio modo pronuntientur, in contrariam recidunt sententiam, sicut est: *Quis accusabit adversus electos Dei? Deus, qui justificat (Rom. VIII, 33, 34)*? Quod si quasi confirmative, non servato genere pronuntiationis suæ, dicatur, magna perversitas oritur. Sic ergo pronuntiandum est, ac si diceret: *Deusne qui justificat? ut subaudiatur non.*

4. Necessè est ergo in tantis rebus scientiæ ingenium, quo **431** proprie singula, convenienterque pronuntientur. Propterea et accentuum vim oportet scire lectorem, ut noverit, in qua syllaba vox protendatur pronuntiantis. Plerumque enim imperitii lectores in verborum accentibus errant, et solent irridere nos imperitiæ hi qui videntur habere notitiam, detrahentes, et jurantes penitus nescire quod **D** dicimus.

CAP. XI. N. 3. *Vim pronuntiationis. Al., usum pronunt.* AREV.

3. Alii, in quo maxime illa ambigua sententiarum, etc. Isidorus, in loco cit. Epistolæ ad Romanos interpunctionem sequitur, quam astruit sanctus Augustinus, lib. III de doctrin. Christ., cap. 3, et aliis in locis. Sabatierius plures alios addit, qui ita quoque sentiunt. In Vulgata nostra ita id effertur: *Quis accusabit adversus electos Dei? Deus, qui justificat, quis est qui condemnet?* AREV.

4. *Habere notitiam. Al., habere notitiam artis grammaticæ.* AREV.

5. *Alii, ut exaudiri multum possent. Alii, ut exaudiri multum possent.* AREV.

CAP. XII. N. 2. *Alii, ita ut ad oblectamenta dulcedinis.*

5. Porro vox lectoris simplex erit, et clara, et ad omne pronuntiationis genus accommodata, plena succo virili, agrestem, et subrusticum effugiens sonum, non humilis, nec adeo sublimis, non fracta, vel tenera, nihilque femineum sonans, neque cum motu corporis, sed tantummodo cum gravitatis specie. Auribus enim et cordi consulere debet lector, non oculis, ne potius ex seipso spectatores magis quam auditores faciat. Vetus opinio est lectores pronuntiandi causa præcipuam curam vocis habuisse, ut exaudiri in tumultu possent. Unde et dudum lectores præcones vel proclamatores vocabantur.

#### CAPUT XII.

##### De psalmistis.

1. Psalmistarum, id est, cantorum principes, vel auctores, David, sive Asaph exstiterunt. Isti enim post Moysen psalmos primi composuerunt et cantaverunt. Mortuo autem Asaph, filii ejus in ordinem subrogati sunt a David, erantque psalmistæ per successionem generis, sicut et ordo sacerdotalis; ipsique soli continuis diebus in templo canebant, candidis induti stolis, ad vocem unius respondente choro.

2. Ex hoc veteri more Ecclesia sumpsit exemplum nutriendi psalmistas, quorum cantibus ad effectum Dei mentes audientium excitentur. Psalmistam autem et voca et arte præclarum illastremque esse oportet, ita ut oblectamento dulcedinis animos incitet auditorum. Vox enim ejus non aspera, vel rauca, vel dissonans; sed canora erit, suavis, liquida, atque acuta, habens sonum, **432** et melodiam sanctæ religioni congruentem, non quæ tragica exclamatur arte, sed quæ Christianam simplicitatem et in ipsa modulatione demonstrat, nec quæ musico gestu vel theatri arte redolet, sed quæ compunctionem magis audientibus faciat.

3. Antiqui, pridie quam cantandum erat, cibis abstinebant, psallentes tamen, legumine causa vocis assidue utebantur. Unde et cantores apud gentiles fabarii dicti sunt. Veteres, lamina pectori imposita, sub ea cantica exclamantes alendis vocibus rationem demonstrare. Solent autem ad hoc officium etiam absque scientia episcopi, sola jurisdictione presbyteri, eligi quique quos in cantandi arte probabiles esse constiterit.

#### CAPUT XIII.

##### De exorcistis.

1. In ordinatione et ministerio Ecclesiæ secundum

Et paulo post, *nec quæ musicum gestum, vel theatralium artem redolet.* AREV.

3. *Veteres lamina pectori imposita. Hoc de Nerone prodidit Plinius, lib. XXXIV, cap. 18. Nero (quoniam ita Diis placuit) princeps, lamina pectori imposita, sub ea cantica exclamans, alendis vocibus demonstravit rationem.* GRAL.

*Ibid. Alii, imposita sibi ad cantica exclamanda pulsendis vocibus. Hittorpius cum suis Mus, edidit abque conscientia episcopi.* AREV.

CAP. XIII. N. 1. *Quos Esdras actores templi: Quid exorcistis cum actoribus templi? Hoc opinor: corpora nostra templa sunt Spiritus sancti. In ea cura intransigat nequam spiritus, jain tam edibus (tu Comiti verbis loquar) vitium datur. Atque eo. nonnunquam*

officia quæ in templo Salomonis erant disposita, quæque posterius sunt ab Esdra dispersita, inveniunt eos quos Esdras actores memorat templi (*I E. dr. II*), eos nunc esse exorcistas in Ecclesia Dei. Fuerunt enim sub Esdra actores templi servorum Salomonis filii, qui actum templi totius sub cura sua haberent, non tamen sacerdotalibus officiis ministrarent, aut sacris oblationibus deservirent.

2. Et cum fuissent ex ordine et ministerio templi, longe fuerunt **433** ab officio altaris Dei, quia nec psalmistis, nec ostiariis, nec sacrorum servis attingere licebat munera altaris, nisi tantummodo levitis. Quid ergo est? Nulla aliam curam habebant actores templi, nisi ad sarta tecta reficienda, ut quæcumque fuissent vexata in ædificio templi, aut delapsa, per eosdem actores de thesauris dominicis reficerentur, **B** atque excolerentur.

3. Ergo actores templi exorcistæ sunt in populo Dei; quomodo enim actor prudens et bonus scit quis sit domini sui census, et omnis substantiæ modus, et redigit apud se totius possessionis instrumenta originalia, sic et exorcista redigit in suam diligentiam totius regni Domini secreta, ut memoriæ mandet de Scripturarum sacramentis, unde exerceat donum quod illi est a Spiritu sancto concessum, secundum Apostoli præconium.

4. Exorcistas enim memorat Apostolus, cum dicit: *Nunquid omnes habent donationes sanationum* (*I Cor. XII*)? Hi enim, cum ordinantur, sicut ait canon, accipiunt de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, accipientes potestatem imponendi manus **C** super energumenos, sive baptizatos, sive catechumenos.

#### CAPUT XIV.

##### *De acolythis.*

1. Acolythi Græcè, Latine ceroferrarii dicuntur, a deportandis cereis, quando legendum est Evangelium, aut sacrificium offerendum; tunc enim accenduntur luminaria ab eis, et deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol eo tempore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandum, ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur de qua in Evangelio le-

res redit, ut non videantur ædes sarciri posse, quin totæ perpetuæ ruant. Exemplo esse possunt et is quem restituere non potuerunt apostoli, et is quem mutuum, surdum cæcumque Dominus ipse sanavit, ac refecit. Id igitur exorcistarum munus, eas uti ædes reficiant, sarta tectasque reddant. Est vero poetæ locus, quem indicavi, supra quam dici possit elegans ad hanc similitudinem illustrandam, atque dilatandam. **GRIAL.**

*Ibid. Oblationibus. Al., actionibus. AREV.*

2. *Ad sarta tecta. Al., ad sacra tecta. AREV.*

3. *Ut memoriæ mandet, etc. Al., et regnum Dei memoriæ commendat de Scripturarum testimoniis, unde exerceat donum. AREV.*

4. *Ex concilio IV Carthaginensi, can. 7, distinct. 23, exorcistarum. AREV.*

**CAP. XIV. N. 1.** Eadem lib. VII Etymolog., c. 12. **GRIAL.**

**CAP. XV. N. 1.** *Grialius, portis Jerusalem. AREV.*

**CAP. XVI. N. 1.** *Quantum utinet ad auctoritatem, usque ad Jordan. Ex Hieron. epist. 13, ad Paulin.*

igitur: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

#### **434** CAPUT XV.

##### *De ostiariis.*

1. Ostiarii sunt qui in Veteri Testamento juniores templi vocabantur, qui præerant portis templi Jerusalem, quique, ordinati per vices suas, omnia interiora templi, vel exteriora custodiebant (*I Paralip. XIII; II, XIII*). Hi denique inter sanctum et iniquum discernentes, eos tantum in ecclesia qui sunt fideles recipiunt. Intrare enim templum, nisi per hos non possumus; habent enim potestatem tam bonos recipiendi, quam rejiciendi indignos.

#### CAPUT XVI.

##### *De monachis.*

1. Unde autem ad monachos studium defluxit pauperatis, vel quis hujus conversationis existit auctor, cujus isti habitum imitantur? Quantum attinet ad auctoritatem veterum Scripturarum, hujus propositi princeps Elias et discipulus ejus Elisæus fuerunt (*IV Reg. I, IV*), sive filii prophetarum, qui habitabant in solitudine, urbisque relicti, faciebant sibi casulas prope fluentem Jordanis (*Jerem. XXXV*). Hujus etiam propositi in Evangelio Baptistæ Joannes auctor existit, qui eremum solus incoluit, locustis tantum et agresti melle nutritus (*Math. III*). Jam deinde progenii sunt conversationis hujus nobilissimi principes, Paulus et Antonius, Hilarion; Macharius, cæterique Patres, quorum exemplis per universum mundum adolevit sancta institutio monachorum.

2. Sex autem sunt genera monachorum, quorum tria optima, reliqua vero teterrima, atque omnimodis evitanda. Primum genus est **435** cœnobitarum, id est, in commune viventium, instar sanctorum illorum qui temporibus apostolorum Jerusalem, venditis ac distributis omnibus suis indigentibus, habitabant in sancta communione vitæ, non dicentes aliquid proprium, sed erant illis omnia communia, et anima una, et cor unum in Deum (*Act. II, 4*). Horum igitur institutione monasteria sumpsere principium.

3. Secundum genus est eremitarum qui, procul ab hominibus recedentes, deserta loca et vastas solitu-

**GRIAL.**

*Ibid. De diversis generibus monachorum Menardus, cap. 3 Concordiæ regularum, ex regulis antiquissimis Basilii, Benedicti et aliorum, productio etiam hoc capite Isidori, usque ad finem numeri 10, saliantur ad vomitum. Conferenda etiam est ipsa Isidoriana regula monachorum. AREV.*

2. *Reliqua vero teterrima atque omnimodis evitanda, Cassian., coll. 18, cap. 4: Tria sunt in Ægypto genera monachorum, quorum duo sunt optima, tertium vero tepidum atque omnimodis evitandum. GRIAL.*

*Ibid. Primum genus, usque ad cor unum, ex eodem Cass., c. 5. GRIAL.*

*Ibid. Omnimodis. Rectum hoc est, neque mutandum in omnibus, aut in omnibus modis, ut alii mutant. Pro communione vitæ alii communi vita. Menardus ita refert ex operibus Isidori, quia Editionem Grialii ad manus non habebat, in qua est communione vitæ, ut in Concordiæ-regularum. AREV.*

3. *Secundum genus. E. c. G, et Hieronym., epist. 22, ad Eustoch. GRIAL.*

dines sequi, atque habitare perhibentur, ad imitationem scilicet Eliæ et Joannis Baptistæ, qui eremi recessus penetravere. Illi quippe incredibili mundi contemptu sola solitudine delectantur, herbis tantum agrestibus victitantes, aut panesolo vel aqua contenti, quæ eis per certa intervalla temporum deferuntur, sicque secretissimi penitus et ab omni hominum conspectu remoti, divino tantum colloquio perfruuntur, cui puris mentibus inserviunt, et propter ejus amorem non solum mundum, sed etiam hominum consortia reliquerunt.

4. Tertium genus est anachoretarum, qui jam cœnobiali conversatione perfecti, includunt semetipsos in cellulis, procul ab hominum **436** conspectu remoti, nulli ad se præbentes accessum, sed in sola contemplatione Dei viventis.

5. Quartum genus est qui sibi anachoretarum imagine blandiuntur; isti, ut ait Cassianus, in primordiis suis fervore quodam brevi cœnobii perfectionem

*Ibid. Quæ eis per intervalla, etc.* Eremitis olim victus suppediabat in cœnobiis, e quibus discesserant. Severus Sulpicius, dialogo 1, *transgressis ad eremum abbatis illius ordinatione panis et quilibet cibus alius administratur.* MENAR.

4. Tertium genus est anachoretarum. Hic distinguit inter eremitas et anachoretas. Sed anachoretæ sunt in triplici differentia. Primo pro eremitis sumuntur, ut videre est in regula sancti Benedicti, cap. 1; secundo pro his monachis qui post cœnobiticam palæstram includebantur in cellis, iique duplices. Nam quidam infra septa monasterii in cellis includebantur, ut patet ex Justiniani novella 5: *Nisi quidam illorum, in contemplatione et perfectione degentes, vitam remotam habeant in hospitio, quos vocare anachoretas, id est, discedentes, et hesychiastas, id est, quiescentes, consueverunt, etc.* Ubi hospitium sumitur pro cella. Ibi enim agitur de his qui in monasteriis includuntur. Id etiam planum est ex can. 41 sextæ synodi, quæ ait ejusmodi inclusos *ἀναχωρητικὴν παιδοπαιδείαν διαγωγῆν*, id est, anachoreticam exercere vitam. Quidam vero extra septa monasterii inclusi erant, de quibus hoc capite agit sanctus Isidorus. Tertio dicuntur anachoretæ ii qui sine tecto per solitudinem errantes nullo certo loco consistebant, de quibus Severus Sulpicius, dialogo primo: *Habitant, (inquit) illi plerique in eremo sine ullis tabernaculis, quos anachoretas vocant. Vivunt herbarum radicibus, nullo unquam certo loco consistunt, ne ab hominibus frequententur.* Id innuit Cassianus, coll. 18, c. 6, cum ait: *Ad imitationem quoque Eliæ et Elisæi, atque illorum de quibus Apostolus: Circueverunt in melotis, in pelli-*

5. Quartum genus, usque ad quam curari, e cap. 8 ejusdem collat. GRIAL.

*Ibid. Quartum genus, etc.* Hæc sumuntur ex Cassiano coll. 18, cap. 8, cujus etiam verba proferuntur. Agitur de quibusdam qui sibi anachoretarum nomine blandientes, in primordiis conversionis tepefacti, nec ultra valentes ferre seniorum jugum, se in cellis includunt ad id etiam humanæ laudis applausu compulsi. Quorum stultitiæ ut remedium adhibeatur, concilii Toletani vii cap. 5 cautum est, ne quis prius includatur quam multos annos in militia cœnobitica exercitatus fuerit; adhibito etiam episcopi et abbatis consensu, ut habetur in concilio francfordiensi, can. 15, et sextæ synodi can. 41 statuitur ut qui hujusmodi vitam appetunt quadriennio probentur, nempe ut prius ingrediantur monasterium, et per triennium ejusmodi vitam seclusam exercent abbati monasterii subditi; quo evoluta,

A videntur expetere, sed continuo tepefacti, dum pristinos mores ac vitia resecare contemnunt, nec jugum humilitatis ac patientiæ diutius sustinere contenti sunt, subdique seniorum imperio dedignantur, separatas expetunt cellas, ac solitarii sedere desiderant, ut a nemine læssiti, mansueti vel homiles existimetur, quæ institutio, imo tepor, hos quos semel infecerit ad perfectionem nunquam permittit accipere.

Hoc enim modo non solum non absconduntur, verumetiam in deterius eorum vitia convalescunt, ut quoddam lethale, et intestinum virus, quod quanto amplius celatum fuerit, tanto profundius serpens insanabilem morbum generat ægrotanti. Pro reverentia enim singularis cellulæ nullus jam vitia solitarii audeat arguere, quæ ille ignorari maluit, quam curari.

7. Quintum genus est circumcellionum, qui suo habitu monachorum usquequaque vagantur, venalem

ab episcopo interrogentur, qui eorum voluntatem, an firma sit, exploret; qua perspecta, e cella exeant, et anno integro maneant in monasterio, ut eorum propositum plenius tentetur; quibus ita perfectis, si modo certa sit eorum voluntas, includebantur. MENAR.

6. Grialius, non solum absconduntur.... conalescunt, dum a nemine provocati, ut. Pro solitarii, alii solita. AREV.

7. Quintum genus est circumcellionum. Circumcelliones dictos (ait Aug., adversus Gaudentium) quod victus sui causa villas rusticanas circuitent. GUAL.

*Ibid. Quintum genus est circellionum.* Hæc fere excerpta sunt ex divo Augustino, lib. de Opere monachi, cap. 23. Quid sint circelliones, exponunt glossæ Isidori: *Circelliones falsi anachoretæ; eadem glossæ: Circellio monachus per cellas vagans.* De quibus ipse sanctus Augustinus in psalmum cxxxii: *Quid sibi vult nomen circellionum? Sed non, inquit, vocamus circelliones. Forte corrupto sono nominis eos appellamus. Nam circumcelliones dicti sunt, qui circum cellas vagantur.* De qua voce Papias: *Circumcelliones dicuntur qui sub habitu monachorum usquequaque vagantur.* Idem: *Circumcelliones genus monachorum vagantium, dicti quod circum cellas vagantur.* Sunt et alii circumcelliones hæretici, qui, ut martyres haberent, seipsos perimebant, atque etiam obvios passim Christianos; de quibus sanctus Augustinus in ps. lxxxii, epist. 48, 61, et multis aliis locis; et Philastrius, lib. de Hæresibus; meminit Collatio carthagineosis. — *Atii membra martyrum, etc.* Exsecrabilis illa hypocritarum nundinatio, cujus beneficio ærascutores illi multam stipem cogebant. Hæc attribuit circellionibus sanctus Augustinus, lib. de opere monachi, cap. 28. Similem licitationem exercebat falsus quidam eremita Desiderius nomine, qui Parisiis olim cum cruce sacra loca obambulans, in sacculo gestabat radices diversarum herbarum, dentes talparum, ossa murium, ungues et adipem ursinos, quibus tanquam sacris reliquiis a plebe decurrente venerationem exhiberi volebat, ut refert sanctus Gregorius Turonensis. lib. vi Hist. Rodolphus Glaber, lib. iv Hist., cap. 3, narrat de simili temporis sui balatrone circualforneo, qui ossibus mortuorum quæ e sepulchris eruebant, eis varia prophetarum, martyrum et confessorum nomina imponens, supersticiosos homines passim decipiebat, emunctis eorum marsupiiis. Hæc nata est quorundam superstitio, ut falsas reliquias falsosque sanctos colerent. Qualis fuit olim multarum quædam Carthagine Lucilla nomine, quæ obsecrati et nondum vindicati cujusdam martyris obsequio in

circumferentes hypocrisin, 437 circumeuntes provincias, nusquam missi, nusquam fixi, nusquam stantes, nusquam sedentes; alii quæ non viderunt confluunt, opiniones suas habentes pro Deo; alii membra martyrum (si 438 tamen martyrum) venditant; alii

addicta erat, u. antequam sanctam Eucharistiam sumeret, illius caput veneraretur; eoque nomine a Cæciliano archidiacono correpta, ob idque furore incensa, a communione ecclesiæ disceat, suaque auctoritate, atque opibus Donatistarum partes multum adiuvit, ut refert Optatus Milevitanus, lib. II contra Parmenianum. Nota est illa historia sancti Martini apud Severum Sulpicium in ejus Vita, cap. 8, qui latronis cujusdam aram, qui ab indocta et imperita multitudo pro martyre colebatur, submovit. Sanctus Gregorius papa, lib. III, epist. 30, improbat quosdam Græcos, qui Romæ ossa mortuorum effodientes, ea pro reliquiis sanctis in suam patriam asportabant. Fuit etiam olim Romæ plebecula supersticio, ut dalmaticam, quæ corpus papæ mortuum, dum efferretur, involvabat, sciunderet, et partes pro-reliquiis servaret, quod idem Gregorius, lib. IV, epist. 44, fieri prohibuit. Guillelmus Neubrigensis, lib. V Hist., cap. 20 et 21, narrat de quodam Guillelmo Lundoviensi, qui a stolidâ plebecula martyr habitus est. Ille enim divitum nummis inebrians, seditiosis concionibus multitudinem commovebat, seque pauperum salvatorem nominabat; jamque multa ferramenta ad infringendas locupletum sedes circulator ille paraverat, dum captus de sententia regii senatus, equis prius distractis, de patibulari trabe pendere jussus est. Post ejus mortem quidam sacerdos catenam qua trifurcifer ille et sequilavernio in carcere victus fuerat cuidam ex febre laboranti supposuit, eumque inde sanatum impudenti mendacio palam divulgavit. Statim, ut est cæca et præceps vulgi devotio, patibulum in quo pependerit impostor ille a loco revulsus nocte sublatum est; solumque ipsum, ubi defixum fuerat, a fatuis undique concurrentibus, ut reliquias sibi auferrent, abrasum est. Nonnæ quædam Rumeseiensis in Angliâ cœnobii quendam recens defunctum pro sancto colere ceperant; quod cum rescivisset sanctus Anselmus Cantuariensis antistes, per epistolam (lib. III, epist. 151) eas ejusmodi superstitione prohibuit. Contigit etiam tempore Alexandri tertii ut quidam vino madidus ac temulentus, cum petulantius baccharetur, occisus, pro martyre coleretur. Olim stultum vulgus, quibusdam insomniis et nocturnis visionibus delusum, ficta martyrum monumenta venerabatur. Quod prohibitum fuit in concilio v Carthaginensi, can. 5 (*De reliq. et vener. sanct.*). Sic etiam a quibusdam stolidioribus martyribus hæreticis honor exhibitus est. Quod postea velitum fuit in concilio Laodiceno, can. 34. — *Venditant*. Vendere reliquias martyrum prohibetur c. l. III de sacrosanctis ecclesiis, etc. *Nemo martyres distrahat, nemq. mercetur*, et cap. *Cum ex eo*, de reliquiis et veneratione sanctorum. — *Alii fimbrias*. More Pharisæorum, et Scribarum. Fimbriæ enim sunt quædam texturæ quæ assuebantur a Pharisæis et Scribis quatuor angulis amulicis, eo tempore quo se ab uxoriibus abstinabant, ad castimoniam ostentationem, ut nemo tangeret sanctificatos, ut scribit sanctus Epiphanius, lib. I de Hæres., tom. I, cap. 15. — *Et phylacteria*. Phylacteria sunt quædam notæ ex purpura, quas Scribæ et Pharisæi palliis suis ostentationis causa apponebant, ut refert sanctus Epiphanius, cap. citato. Ubi, etsi tantum de Scribis loquatur, tamen capite sequenti ait Pharisæos Scribarum indumentis uti solitos. Sunt et tabulæ parvæ, seu chartæ, in quibus Decalogus scriptus erat, quas Scribæ et Pharisæi memorialis causa in fronte gestabant. Divus Hieronymus, in cap. XIII Matth.: *Pictaciola illa*

A fimbrias et phylacteria sua magnificam, gloriam captantes ab hominibus; alii eriniti lucerent, ne vilior habeatur tonsa sanctitas quam comata. Ut videlicet qui 439 eos viderit, antiquos illos quos legimus cogitet, Samuelem, et Eliam, et cæteros.

*decalogi phylacteria vocabant*. Rabini תפילין *tephilin*. Sunt etiam quædam amuleta, seu conservatoria, quæ magi ad morbos curandos, seu averruncandos, aut ad aliquem casum declinandum, mulierculis dabant collo appendenda, aut brachiis alliganda, ut docet sanctus Epiphanius, cap. 15 libri citati. Glossæ veteres: *ἑλακρίδιον*, servatorium, amolimentum, amuletum, prævia. Glossæ Isidorus, *phylacteria, carmina*, id est, incantamenta, juxta illud Virgillii in Pharamaceutria:

Carmina vel celo possunt deducere lunam.

B Dæmonum inventum in seductione ethnicorum meminit Beda, lib. IV. Hist. Angl., cap. 27: *Aliqui etiam tempore mortalitatis, neglectis fidei sacramentis, quibus erant imbuti, ad erratica idololatriæ medicamina concurrebant; quasi missam a Deo conditore plagam per incantationes, vel phylacteria, vel alta quelinet demontacæ artis arcana cohibere valerent*. Et sexta synodus, can. 41, hinc capiendus Tertullianus, in Scorpiaco: *Nescio quid magia circumligat*. Varia autem fuere hæc phylacteria, seu ligaturæ, ut nervi, ossa, radices in corio inclusæ, ut notat Tattianus Assyrius, oratione contra gentiles, pag. 172 Editionis Parisiensis. Alii urso circumducebant per urbes et oppida, et in eorum capite totoque corpore tincturas appendebant, dabantque passim ex pilis eorum cum tincturis, tanquam phylacteria ad morbos et fascino oculorum amolios, ut docet Theodoros Balsamo in canonem citatum sextæ synodi. Aditque præfectum quemdam fuisse synodice condemnatum, quod deprehensus esset habere ἑδύμα, id est, indumentum infantis recens nati, a muliere acceptum ad os occludendum iis qui in eum decere conarentur. Hoc autem ἑδύμα nihil est aliud quam pellicula quædam capitis instar pileoli, cum qua quidam nascuntur, quam olim advocati in sinu gestantes ad eloquentiam conferre credebant, ut refert Lampridius in Antonino Diadumeno: *Solent deinde pueri pileo naturalis insigniri, quod obstetrices rapiunt, et advocatis crudelis vendunt, siquidem cauidici hoc juvari dicuntur*. Litteræ solutoriæ sunt etiam phylacteria, quas qui apud se gerebant se nullo pacto vinciri posse credebant, ut videre est apud Bedam, lib. IV Hist. Angl., cap. 22: *Quarum celebratione factum est, quod dixi, ut nullus eum possit vincire*. Interea comes qui eum tenebat mirari et interrogare cepit quare ligari non posset, an vero litteras solutorias, de quibus fabulæ ferunt, apud se haberet. Huc etiam spectat effigies Alexandri Magni, quam qui apud se gestabant vel in annulis, vel in dextrocheriis, et in omni ornamentorum genere, se in omni actu juvari credebant, ut scribit Trebellius Pollio in Quietulo imperatore. Tandem apud Christianos Phylacteria sunt sacræ reliquiæ, ut sanctæ crucis, martyrum, etc., in auro, vel argento, seu crystallo, aut quavis alia materia celatæ. Sanctus Gregorius papa, lib. XII, epist. 6: *Excellentissimo autem filio nostro Aduloualdo regi transmittere phylacteria curavimus, id est, crucem cum ligno crucis Domini, et lectionem Evangelii theca Persica inclusam*. Helgaldus Floriacensis monachus, in Vita Roberti regis: *Unde nimirum suos, a quibus juramentum recipiebat, volens justificari quemadmodum se ipsum, fecerat unum phylacterium holocrySTALLINUM, in gyro auro puro ornatum, absque alicujus sancti pignorum inclusione, super quod jurabant primates hac pia fraude nescii*. Acta sancti Guillelmi Gellonensis: *Miserat illis ab Hierosolymis per Zachariam magni propositi magnique testimonio*



8. Alii honores quos non acceperunt habere se A protestantur; alii parentes vel consanguineos suos in illa vel in illa regione se audisse, et videre, et ad eos pergere mentiuntur, et omnes petunt, ab omnibus exigunt aut sumptum lucrosæ egestatis, aut simulatæ pretium sanctitatis. Cum interea ubicunque in factis suis malis ac verbis deprehensi fuerint, vel quoquo modo innouerint, sub generali nomine monachorum propositum blasphematur.

9. Sextum genus est monachorum, et ipsum teterimum atque neglectum, quod per Ananiam et Saphiram in exordio Ecclesiæ 440 pullulavit, et apostoli Petri severitate succisum est (Act. v), quique ab eo, quod semetipsos a cœnobiali disciplina sequestrant, suasque appetunt liberi voluptates, Ægyptiorum lingua *sarabaitæ*, sive *remobothiæ* nuncupantur. Construunt enim sibi cellulas, easque falso nomine monasteria nuncupant, liberique ab imperio laborantes, non ut indigentibus distribuant, sed ut acquirant pecunias, quas recondant, et sicut ait de ipsis Hieronymus, quasi ars sit sancta, non vita, quidquid vendiderint, majoris est pretii.

10. Re vera (ut idem dicit) solent certare jejuniis, ut rem secreti victoriæ faciant. Apud hos affectata sunt (inquit) omnia, fluxæ manicæ, caligæ follicantes, vestis grossior, crebra suspiria, visitatio virginum, detractio clericorum, et si quando dies festus venerit, satiantur ad vomitum.

11. Inter cœnobium autem et monasterium ita distinguit Cassianus, quod monasterium possit etiam C singularis habitatio nuncupari, cœnobium autem non nisi plurimorum. Quorum quidem conversationem, ut patrum edocet institutio, breviter intimabo. Illi quippe (ut prædictum est) contemptis primum ac desertis mundi hujus illecebris, in communi vita sanctissima congregati, simul agunt, viventes in orationibus, in lectionibus, in disputationibus, in vigiliis, in jejuniis, nulla superbia tumidi, nulla invidia lividi, sed modesti, verecundi, placati, concordissimam vitam sectantur, cogitationesque suas alterutrum revelantes, invicem discutunt et corrigunt.

sacerdotem, perque duos monachos Hierosolymitanos magnæ religionis, nec parvæ auctoritatis illud Dominicæ crucis venerabile cunctis mortalibus phylacterium D adorandum, gemmarum splendoribus et auro purissimo, quantum potuit ars humana, decentissime ornatum. MENAR.

9. Sextum genus, Ex ead. collat., cap. 7 et 10. GRIAL.

*Ibid.* Sicut ait de ipsis Hieronymus, epist. 22, ad Eustoch. GRIAL.

*Ibid.* Sive *renuitæ*. Tò sive sumitur ex positis. Nam *renuitæ* Latinum est, non Ægyptiacum. Et ita Latini *sarabaitarum* nomen exposuerunt. Smaragdus in cap. 1 regulæ sancti Benedicti: *Sarabaitæ autem interpretantur renuitæ, eo quod majorum exempla vel virtutem sequi renuant.* Sanctus Odo abbas Cluniacensis, collatione 3: *Nos miseri non sumus monachi, ut falso nominamur; sed sarabaitæ, id est, renuitæ, qui jugum regularis disciplinæ renuimus.* Glossæ anonymæ: *Sarabaitæ lingua Ægyptiaca, in Latina dicun-*

12. Nemo quidquam terrenum sorte peculiari possidet, pretiosis vel coloratis vestibus non induantur, sed vilissimis atque sinceris, lavacris nunquam utuntur ad delectationem corporis, sed raro propter necessitatem languoris; inconsulto abbate, nusquam progrediuntur, neque aliquid ad eis sine nutu paternæ jussionis assumitur: operantur autem manibus ea quibus corpus pasci possit, et adeo mens impediri non possit. Cavent autem manibus 441 operantes, et ipsum laborem, tanquam divino celeumate, consolantur.

13. Opus autem suum tradunt eis quos decanos vocant, eo quod sint denis præpositi, ut neminem illorum cura sui corporis tangat, neque in cibo, nec in vestimento, nec si quid aliud opus est, vel quotidiana necessitati, vel mutæ, ut adsolet, valetudini. Ipsi autem decani tradunt ea præposito, præpositus autem, cum magna sollicitudine omnia disponens, præsto facit quidquid illorum vita propter imbecillitatem corporis postulat, rationem tamen etiam ipse reddit ei quem patrem vocant. Illi vero patres intellectu, tolerantia atque discretionem insignes, omnibus rebus excelsi, nulla superbia consulunt his quos filios appellant, magna sua in jubendo auctoritate, magna illorum in obediendo voluntate.

14. Conveniunt autem omnes frequenter nocte dieque, dato signo, festina cum properatione, ad orationem solemnium horarum, celebrantes fixa intentione cordis, usque ad consumptionem psalmodum sine fastidio persistentes. Item conveniunt, diebus C singulis interpositis, dum adhuc jejuni sunt in collatione ad audiendum Patrem. Audiunt autem eum incredibili studio, summo silentio, affectusque animorum suorum, prout eos provocaverit disserentis oratio, vel gemitu, vel fletu significantes. Corpus deinde cum silentio magno reficiunt tantum quantum saluti necesse est, coercente unoquoque per parcimoniam concupiscentiam et gulam, ne gravetur eorum cor, vel in ea ipsa quæ præsto sunt, parca et vilissima.

15. Itaque non solum a carnibus et a vino abstinere pro sufficientia domandarum libidinum, sed etiam ab omnibus quæ ventris et gutturis provocant

*tur renuitæ, qui refutant abbatem habere.* Unde glossæ mss. in regulam sancti Benedicti, quæ Parisiis exstant in bibliotheca sancti Victoris: *Sarabaitarum, qui refutant, vel renuunt.* MENAR.

*Ibid.* Voluptates. Al., voluntates. Cum sancto Hieronymo Grialius edidit *remobothiæ*. Vide Ducangium hoc verbo. Menardus *renuitæ*. Grialius *cellulas, eoque,* etc. AREV.

12. Alii, nunquam progrediuntur. Vide Regul. Monach., c. 5, n. 5. AREV.

13. Hi vero Patres, etc. Inde natum ut religiosi viri Patres nominentur. Tolerantia, etc. Al., tolerantiam, atque discretionem insinuant, omnibus rebus, etc. Al., tolerantia, atque discretionem insignibus, omnibus rebus excelsis, etc. AREV.

14. Intentione cordis. Grialius edidit *intentiones cordis*. Mox, pro in collatione, nonnulli in consultatione, alii in consolatione. Vide cap. 7 et 16 regulæ monachorum. AREV.



appetitum. Sane quidquid necessario victui superest ex operibus manuum et epularum restrictione, tanta cura egentibus distribuitur, ut nihil remaneat, quod abundaverit. Ad cuius sanctæ militiæ propositum veniunt non solum **442** liberi, sed etiam plerumque et ex conditione servili, sed propter hoc a dominis liberati, vel propter hoc potius liberandi.

16. Veniunt quoque et ex vita rustica, et ex opificum exercitatione et ex plebeo labore, tanto utique felicius, quanto fortius educati. Quod si non admittantur, grave delictum est. Multi enim ex eo numero vere magni imitandique exsisterunt, nam propterea et infirma mundi elegit Deus, ut confunderet fortia, et stulta mundi elegit, ut confunderet sapientes, et ignobilia mundi, et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt evacuentur, et non glorietur omnis caro coram Deo.

17. Simili quoque modo existant et cœnobium seminarum Deo sollicitè castèque servantium, quæ in habitaculis suis segregatæ ac remotæ a viris quam longissime pia tantum sanctitatis charitate junguntur, et imitatione virtutis. Ad quas juvenum nullus accessus est, neque ipsorum quamvis gravissimorum et probatissimorum senum, nisi usque ad vestibulum necessaria præbendi, quibus indigent, gratia. His præsent singulæ gravissimæ ac probatissimæ, non tantum instituendis componendisque moribus, sed etiam instruendis mentibus peritæ, atque paratæ. Laus etiam corpus exercent atque sustentant, vestesque ipsas monachi tradunt, ab his invicem quod victui opus est resumentes. Hos mores, hanc vitam, hanc institutionem tenere videntur cœnobium virginum ac monachorum.

18. Monachi autem secundum humilitatem eliguntur. Multos enim ex eis cœnodoxiæ moribus commaculat, multos abstinentia inflat et extollit scientia. Faciunt enim bona, sed propter famam, non propter vitam æternam, scilicet, ut aut affectent gloriam laudis, aut perveniant ad fastigium desiderati honoris. Inter hos sæpius discordia oboritur, invidiæque livor de fraternis profectibus gignitur, amor temporalium rerum grassatur, sequentes terrenas concupiscentias tanto inbianter quanto sæpius et ante humanos oculos impudenter. Tales itaque nequaquam monachi vocandi sunt, quia Deo sola professione, non actione, junguntur.

#### **443** CAPUT XVII.

##### *De pœnitentibus.*

1. Pœnitentibus Job exemplum primus exhibuit, quando post funera vel flagella adhuc in sui redargutione etiam in cilicio et cinere lamenta pœnitudo-

17. Alii, *cœnobium seminarum*, etc. Al., *cœnobium seminarum*, hoc est, monachales virgines, sollicitè castèque servanties Deo, quæ habitaculis, etc. AREV.

CAP. XVII. N. 2. Pœnitentia nomen, etc. Al., pœnitentia autem non mensium ac temporum cursu pensatur, sed pœna qua anima cruciatur et mortificatur caro. Ita quoque invenit Hittorpius in tribus Mss. suis. AREV.

3. Consuetudo pœnitentium plerumque erat ut capillos tonderent, sed ea non generaliter obtinuit. Nam sanctus Hieronymus, epist. 30. Fabiolam in

nis sumpsit, dicens : *Idcirco ago pœnitentiam in favilla et cinere* (Job. xlii, 6). Post hunc nobis David pœnitentiæ magisterium præbuit, quando gravi vulnere lapsus, dum audisset a propheta peccatum suum, confestim pœnituit, et culpam suam pœnitentiæ confessione sanavit (II Reg. xii).

2. Sit Ninivitæ, et alii multi peccata sua confessi sunt, et pœnitentiam egerunt, displicuerunt sibi quales fuerint, et quales per Deum facti sunt illi placuerunt (Jonæ iii). Est autem pœnitentia medicamentum vulneris, spes salutis, per quam peccatores salvantur, per quam ad misericordiam Deus provocatur, quæ non tempore pensatur, sed profunditate luctus et lacrymarum. Pœnitentia nomen sumpsit a pœna, qua anima cruciatur et caro mortificatur.

3. Hi vero qui pœnitentiam agunt, proinde capillos et barbam nutriunt, ut demonstrent abundantiam criminum, quibus caput peccatoris gravatur. Capilli enim pro vitis accipiuntur, sicut scriptum est : *Cri- nibus peccatorum suorum unusquisque constringitur* (Prov. v, 22). *Vir quippe si comam nutriat, ignominia est illi*, ut ait Apostolus (I. Cor. xi). Ipsam ergo ignominiam suscipiunt pœnitentes pro merito peccatorum.

4. Quod vero in cilicio prosternuntur, per cilicium quippe recordatio est peccatorum propter eos ad sinistram futuros. Inde ergo consistentes in cilicio prosternimur; tanquam dicentes : **444** *Et peccatum meum contra me est semper*. Quod autem cinere asperguntur, vel ut sint memores quia cinis et pulvis sunt; vel quia pulvis, id est, impii facti sunt; unde et illi prævaricatores primi homines recedentes a Deo, malisque factis offendentes Creatorem, in pulverem, unde primo sumpti sunt, redierunt. Bene ergo in cilicio, et cinere positens deprecatur peccatum, quia in cilicio asperitas est, et punctio peccatorum, in cinere autem pulvis ostenditur mortuorum.

5. Et idcirco in utroque pœnitentiam agimus, ut et punctio cilicii agnoscamus vitia, quæ per culpam commisimus; et per favillam cineris perpendamus mortis sententiam, ad quam peccando pervenimus. Pœnitentiæ autem remedium Ecclesia catholica in spe indulgentiæ fidenter alligat exercendum. Et post unum baptismi sacramentum, quod singulari traditione commendatum sollicitè prohibet iterandum, medicinali remedio pœnitentiæ subrogat adjuvamentum.

6. Cujus remedii egere se cuncti agnoscere debent ordine pœnitentium stetit *ait sparso crine*. Vids Binghamum, tom. VIII, p. 122, 123. Reos apud Romanos comam alere solitos non semel in comment. ad Prudentium explicui, pag. 740, 883, 1168. AREV.

4. *Vel quia pulvis*, etc. Al., *vel quia a pulvere facti sunt*, id est, impii facti sunt. Quo ritu in Ecclesia Romana pœnitentes se in terram abjicerent, describit Sozomenus, lib. vii, c. 16. AREV.

6. *Horum duntaxat dignitate servata*. Offendit quosdam hic locus, qui non advertent de pœnitentia publica loqui Isidorum. Sunt autem verba Fe-

pro quotidianis humanæ fragilitatis excessibus, sine quibus in hac vita esse non possumus : horum duntaxat dignitate servata, ita ut a sacerdotibus et Levitis, Deo tantum teste, fiat; a cæteris vero, ante-stante coram Deo solemniter sacerdote, ut hoc legat fructuosa confessio quod temerarius appetitus aut ignorantie notatur contraxisse neglectus. Ut sicut in baptismo omnes iniquitates remitti, vel per martyrium nulli peccata credimus imputari, ita per pœnitentiæ compunctionem fructuosam universa fateamur deleri peccata. Lacrymæ enim pœnitentium apud Deum pro baptismo reputantur. Unde quamlibet magna sint delicta, quamvis gravia, non tamen est in illis Dei misericordia desperanda.

7. In actione autem pœnitentiæ (ut supra dictum est) non **445** tam consideranda est mensura temporis quam doloris; cor enim contritum et humiliatum Deus non spernit. Verumtamen quanta in peccando fuit ad malum abruptæ mentis intentio, tanta necesse est in lamentatione devotio. Duplex est autem pœnitentiæ gemitus, vel dum plangimus quod male gessimus, vel dum non agimus quod agere debebamus. Ille autem vere pœnitentiam agit, qui nec pœnitentiam præteritorum negligit, nec adhuc pœnitenda committit. Qui vero lacrymas indesinenter fundit, et tamen peccare non desinit, hic lamentum habet, sed mundationem non habet.

8. Si qui autem per gratiam Dei ad pœnitentiam convertuntur, perturbari non debent si rursus post emendationem relicta vitia cor pulsant, dum non possint bonæ conversationi nocere, si talis cogitatio non erumpat in consensum, vel opera. Ferre enim sine perfectione vitiorum cogitationes non est ad damnationem, sed ad probationem; neque est occasio subeundi discriminis, sed potius augendæ virtutis. Nam et si quis circa finem suum per pœnitentiam

licis III, epist. 1, cap. 1. Vid. Gratian., d. 50, cap. *Confirmandum*, cum sequentibus. GRIAL.

*Ibid.* *Horum duntaxat dignitate servata.* Hittoptius, cum duobus Mss., *honorum duntaxat dignitate servata*; quod ego quoque præferendum censebam. Petavius, lib. xii. probat pœnitentiam publicam, de qua hoc loco Isidorus, non potuisse consistere cum clericatu. Constitutum enim erat ne quisquam post alicujus criminis publicam pœnitentiam clericatum acciperet, vel ad clericatum rediret, vel in clericatu inaneret, ut sanctus Augustinus tradit epist. 50. AREV.

7. *Ut supra dictum est*; scilicet, n. 2. Alii exhibent, *ut sæpe dictum est. Mox quanta*, etc. Al., *quantum*, vel *quanto*... *ad malum promptior mentis intentio, tanto devotior debet esse in pœnitendo.* Hittoptius conjicit, *quanta*... *ad malum abruptio mentis, intentio devotionis tanta debet esse, et in pœnitendo afflictio.* Paulo post legendum, vel intelligendum est: *Vel dum plangimus quod male gessimus, vel dum plangimus quia non egimus quod agere debebamus.* Scilicet pœnitentia est vel de peccatis commissionis, ut aiunt, vel de peccatis omissionis. AREV.

9. *Conversio*, etc. Al., *conversio, incerta occupet mors priusquam veniat.* Al., *confessio sperata, si incerta occupet mors, nequaquam subveniat.* AREV.

CAP. XVIII. N. 1. *Tum sancti propositi.* Verba Cassiani, cujus sunt quæ sequuntur, nisi Hieronymi esse vel communia utriusque mavis. GRIAL.

*Ibid.* In Isidorianis, cap. 93, n. 5, adverti in Co-

tiam desinat esse malus, non ideo debet desperare, quia in termino est ultimo vitæ, quoniam Deus non respicit quales antea fuimus, sed quales circa finem vitæ existimus.

9. Ex fine enim suo unumquemque aut justificat, aut condemnat, sicut scriptum est: *Ipse judicat extrema terræ* (1 Reg. ii, 40); et alibi: *Universorum finem ipse considerat* (Job. xviii, 24). Proinde non dubitamus circa finem justificari hominem per pœnitentiæ compunctionem. Sed quia raro id fieri solet, metuendum est, ne, dum ad finem differtur conversio sperata, ante occupet mors quam subveniat pœnitentia. Quare etsi bona est ad extremum conversio, tamen multo melior est quæ longe ante finem agitur, ut ab hac vita securius transeat.

#### 446 CAPUT XVIII.

##### *De virginibus.*

1. Nunc autem quæ sit sacræ virginittatis integritas, vel a quo tam sancti propositi studium sit exortum, breviter intinabo. Quantum enim ad Vetus Testamentum attinet, Elias, Jeremias et Daniel castitatis et continentie bono primi studuisse noscuntur. Quantum vero ad Novum, virorum virginum caput est Christus, feminarum virginum caput est Maria. Ipsa earum auctrix, ipsa mater nostri capitis, qui est virginis filius, et virginum sponsus. Inde agmina virorum et puellarum sanctarum, inde sectatores et sectatrices perpetuæ continentie pullularunt, castigantes se, nec solum in corpore, sed etiam in ipsa concupiscentie radice castrantes, caelestique atque angelicam vitam in terrena mortalitate meditates, atque in carne corruptibili incorruptionem perpetuam retinentes, quibus cedit omnis fecunditas carnis, omnis pudicitia conjugalis.

2. Nam cum et ipsa universa Ecclesia virgo sit, desponsata uni viro, sicut dicit Apostolus (11 Cor.

dice Vaticano 202 exstare hoc caput sub titulo: *Isidori Junioris de Virginitate*, et nostræ Editioni congruere. Voce *auctrix*, quam hic Isidorus adhibet, lib. x Etymolog., n. 2, videtur negare uti licere. Vide not. Pro *sectatrices perpetuæ continentie*, alii habent, *sectatrices ad perpetuam pœnitentiam*. Et illi, *pullularunt, appetitum libidinis castigantes, nec solum... castrantes se, caelestem*, etc. AREV.

2. *Cum et ipsa universa.* August., serm. 23, de verb. Domini secundum Matth.: *Tota Ecclesia, quæ constat et virginibus, et pueris, et maritatis, et uxoris, uno nomine virgo est appellata. Unde hoc probamus? Apostolum audi dicentem, non solis sanctimonialibus, sed universæ potius Ecclesiæ Dei: Respondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Et Tertull., lib. de Monogam.: *Et conjungent vos in Ecclesia virgine unius Christi sponsa.* Ambrosius quoque in hortatione ad virginittatem: *Virgo est Ecclesia, quam studuit Apostolus virginem castam exhibere Christo.* GRIAL.

*Ibid.* *Sc tamen laudetur virginittas, ne nuptiæ condemnentur.* Hoc sæpe repetit Hieronymus. GRIAL.

*Ibid.* *Ante adventum quippe Christi conjugia placere.* Ex Tertulliano, unde eadem quoque hausit Hieronymus. GRIAL.

*Ibid.* *Non enim*, etc. Al., *nonne enim sic locuta est vox illius, Crescite*, etc. Et mox, *tempus item collectum est*; vel, *tempus in quo lectum est.* AREV.

x1), quanto digniora honore sunt membra ejus, quæ A hoc custodiunt etiam in ipsa carne quod tota custodit in fine? Sic tamen laudetur virginitas, ne nuptiæ condemnentur. **447** Oportet enim non damnare quod bonum est, sed addere quod melius est. Ante adventum quippe Christi conjugia placere Deo, post adventum virginitas. Prima enim Dei sententia crescere et generare præcepit, secunda continentiam suscitavit. Non enim jam locus est voci illi: *Crescite, et multiplicamini* (Gen. 1, 18). Quia jam alia vox supervenit, dicens: *Vae prægnantibus et nutrientibus* (Luc. xxi 23). Et illud: *Tempus jam in collecto est. Restat ut qui uxores habent, tanquam non habentes sint* (I Cor. vii).

3. Et nisi fallor, unius ejusdemque Dei pronuntia-  
tio est. Tunc quidem Deus in primordio sementem B generis emisit, indultis conjugiorum habentibus, donec mundus repletur; nunc vero sub extremitatibus temporum compressit quod emiserat, et revocavit quod indulserat. Unde et Salomon prævidens in spiritu ait: *Tempus amplexandi, tempus longe fieri ab amplexu* (Eccle. 3). Quia præcepti veteris est ut terra procreationibus impleteretur, novi autem ut continentia atque virginitate cælum adimpleatur. Quam tamen adeo ardui sublimisque præmii esse constat, ut dicentibus apostolis quodam loco: *Si sic est hominis causa cum muliere, non expedit nubere, responderit Dominus: Qui potest capere capiat* (Matth. xix).

4. Non ergo præceptum de continentibus, sed suo-  
sio est; nec injungitur virginitas, ut sit necessitatis, C sed ut voluntatis possit esse, laudatur, Apostolo protestante: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo, sed consilium do, tanquam et ipse scientiam Dei habens. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse* (I Cor. vii). At vero qui tentationem carnis non tolerant, necesse est ut portum conjugii petant, unde et idem Apostolus: *Qui se (inquit) non continet nubat; melius est enim nubere quam uri. Et iterum: Si acceperis uxorem, non peccasti; si nupsit virgo, non peccavit. Et si non vis major esse, esto vel minor, quia liberæ voluntatis es.*

**448** Nuptiæ enim peccatum non sunt, sed per sollicitudinem mundi qui nubunt legem Dei servare vix possunt. Aliter illos dicit non peccare, si nubant qui D nondum voverint Deo castitatem. Cæterum vel qui in cordesuo promissit, si aliud fecerit, habet damnationem, quia primam fidem, sicut ait Apostolus, irritam fecit. Quod enim erat per naturam licitum, per votum sibi fecit illicitum, sicut Ananias et Sapphira, quibus de

3. Et nisi fallor unius, ejusdemque Dei, usque ad indulserat, verba sunt Tertull., in exhortatione ad castitatem. GRIAL.

Ibid. Indultis, etc. Al., indultis conjugiorum voluptatibus habentis. Al., indultis conjugiorum habentis volentibus. Infra alii, causa cum uxore, non expedit. AREV.

4. Et iterum si acceperis uxorem usque ad prostrati sunt, verba sunt ex commentariis in Epist. ad Corinth. ii., Hieron. scriptis. GRIAL.

pretio possessionis suæ retinere nihil licuit, ob quam causam et subita morte prostrati sunt (Act. v.).

6. In Evangelio autem virginum diversa genera memorantur, sed illis specialiter regni possessio deputatur, qui se amore Dei castraverunt, id est, non quos impossibilitatis necessitas cogit, sed quos voluntas fecit continentes. Sic enim scriptum est, Domino disputante: *Sunt enim spadones qui ita nati sunt; sunt et alii qui ab hominibus facti sunt, et sunt qui se ipsos castraverunt propter regnum cælorum* (Matth. xix). Quibus etiam per Isaiam prophetam dicit se daturum in domo sua et in muris suis locum nominatum meliorem multo quam filiorum ac filiarum (Isai. lvi).

7. Nam illis qui sic nascuntur, aut quibus ipsum virile inembrum debilitatur, ut generare non possint (sicut sunt eunuchi potentum et regum) sufficit utique quod Christiani sunt, et Dei præcepta custodiant, eo tamen proposito, ut conjuges, si potuissent, haberent, ideoque cæteris conjugatis in domo Dei fidelibus adæquantur, quia castrati sunt propter sæculam, non propter regnum cælorum; neque enim uxores animi virtute, sed carnis necessitate non ducunt.

8. Quantum autem sit in virginibus sanctitatis donum, ut etiam Joannes eos tantum Agni vestigiis inherere præscribat qui contaminati mulierum conventibus non fuerint (Apoc. xiv)? Ipsi enim sunt duodecies duodena millia sanctorum citharædorum illibata virginitatis in corpore, inviolata castitatis in corde, qui sequuntur Agnum, quocumque ierit, quem nemo sequi vel audet, vel valet, nisi tantum **449** virginitas. Sequuntur itaque Agnum et cæteri fideles, qui virginitatem corporis amiserunt, sed non quocumque ierit, sed quo usque ipsi potuerunt.

9. Unde, ne tantæ sanctitatis donum superbia corumpatur, cavendum est; multos enim extollit virginitas, elevat continentia, fidenter dico, facilius sequuntur Agnum, et si non quocumque ierit, certe quousque potuerint, conjugati humiles quam superbientes virgines. Quomodo enim sequitur, ad quem non vult accedere? Aut quomodo accedit, ad quem non venit ut discat quoniam mitis est et humilis corde? Pergant ergo viam sublimitatis virginis, pede humilitatis sequantur Christum, tenendo perseveranter quod voverunt ardentem; ita ut professæ ac servatæ integritati cæteris etiam moribus congruant, sine quibus procul dubio otiosa et inanis manet virginitas. Boni enim actus si addantur virginitati, angelicam vitam hominibus et cæli mores exhibent terris.

Ibid. Non peccavit. Al., non peccavit, quia liberæ voluntatis est. AREV.

6. Per Isaiam prophetam se daturum. Quem locum tractat elegantissime Basilius in lib. de Virginitate. GRIAL.

Ibid. Meliorem multo. Vulg., melius a filiis et filiabus. GRIAL.

8. Mulierum conventibus. Al., mulierum coitibus. Et paulo post, nemo sequi vel auditu valet; aut nemo sequi vel audire valet. AREV.

10. Illæ ergo virgines esse probantur, quæ sic continentia inserviunt, ut nullis criminibus nulloque terrenæ sollicitudinis onere prægraventur. Curam enim mundi conjugalis copula gignit, Paulo docente, qui ait: *Volo autem, vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est sollicitus est quæ Dei sunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori* (1 Cor. vii); unde agnoscitur non posse placere Deo hujusmodi continentiaæ votum, quod præpeditur sæcularium impedimento curarum. Nihil enim expeditus prodest esse ab actione carnis, qui illigantur sæcularibus curis. Nisi tantum quod sibi majora acquirunt supplicia pro eo quod sæculum minime vincunt, qui carnem vincere poterunt.

11. Quæritur autem cur feminae virgines in benedictione velentur? Quarum hæc causa est. In gradibus enim vel officiis ecclesiasticis feminae nullatenus præscribuntur, nam neque permittitur eis loqui in ecclesia vel docere, sed neque tangere vel offerre, neque ullius virilis muneris aut sacerdotalis officii sortem **450** sibi vendicare. Ideoque hoc tantum, ut quia virgo est, et carnem suam sanctificare proposuit, ideo velaminis venia fit illi, ut in ecclesiam notabilis vel insignis introeat, et honorem sanctificati corporis in libertate capitis ostendat, atque mitram, quasi coronam virginalis gloriæ, in vertice præferat.

#### CAPUT XIX.

##### De viduis.

1. Viduarum multa exempla sunt, quarum prima in Scripturis legitur Noemi (Ruth. i), et vidua, ad quam Elias missus esse scribitur (III Reg. xvii), et vidua Sunamitis, quæ solebat Eliæzum recipere, et victum illi administrare (IV Reg. iv). Exstat et Judith illa admirabilis vidua, quæ de Holoferne Assyriorum principe triumphavit, salvumque pudorem, hoste devicto, revexit (Judith. xiii). In Novo autem Testamento Anna prima vidua legitur, quæ Dominum cognovit infantem, quæ meruit gratiam divinitatis ejus

11. In gradibus enim vel officiis, usque ad ostendat. Tertull., in lib. de Virginibus veland.: *Potuit dignius honorari aliqua prærogativa virilis gradus aut officii?* etc. E quo loco sunt verba fere quæ restant hujus capituli. GRIAL.

Ibid. Notabilis, vel insignis. Mors suo disjunctione pro conjunctione vitur. Nam Tertullianus notabilis et insignis dixit. GRIAL.

Ibid. Honorem sanctificati corporis. Honorem sanctitatis, Tertullianus. GRIAL.

Cap. xix. N. I. Anna... quæ Dominum cognovit infantem. Tertull., in lib. de jejuniis adversus Psychicos: *Anna prophetis filia Phanuelis, quæ infantem Dominum et agnovit, et multa super eo prædicavit expectantibus redemptionem Israel.* GRIAL.

Ibid. Revexit. Al., reduxit. AREV.

2. Felix ergo virgo, quia intacta, etc. Hauseret ista, non Isidorus modo, sed Hieronymus quoque, e Tertulliano, cujus sunt, lib. i ad Uxorem, hæc verba: *Quantus est vidua ipsa, cujus assertor Dominus disputabit? Non tantum virginibus datum, opinor, licet in illis integritas solida et tota sanctitatis de proximo visura sit faciem Dei. Tamen vidua habet aliquid operosius, quia facile est non appetere quod nescias, et aberrari quod desideraveris nunquam. Gloriosior continentia quæ jus suum sentit, quæ quid videri novit. Poterit*

A agnoscere, antequam potuisset verbum ejus audire (Luc. ii).

2. Cujus quidem gradus virginitati pene conjunctus est; unde et Christum, quem virgo peperit, vidua prima cognovit. Felix ergo virgo, quia intacta; fortior vidua, quia experta: utrisque tamen est apud Deum merces, major illa, subsequens ista. Illam autem **451** viduam Apostolus vocat, quæ post unius conjugii torum interceptum exinde sexui renuntiat. Dicit enim: *Vidua eligatur non minus annorum sexaginta, unius viri uxor* (1 Tim. v). Unde consequens est ut quæ plurimis fuit nexa maritis careat veræ nomine viduitatis.

3. Quales esse viduæ debeant, idem Apostolus expressit, dicens: *Si fuerit in operibus bonis, testimonium habens, utique sicut Tabitha (Act. ix): si filios educavit, subauditur Deo: Si hospitio suscepta, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus ministravit, hoc est, ægrotis, vel in carcere positus, si omne opus bonum subsequuta est; breviter universa concludens, ut in omnibus sint exempla vivendi. Et iterum: *Anus similiter in habitu sancto* (Tit. ii); utique ut ipse earum incessus, motus, vultus, sermo, silentium quamdã sacræ continentiaæ præferat dignitatem.*

4. Post hæc adjecit: *Non criminatrices, non multo vino servientes, sed parvo utentes.* Nam solent hæc ætates, quæ corporis fringere luxuria, vino se dedere pro libidine. Post hæc additur: *Bene docentes, et prudentiam doceant.* Docere illis quidem permittit, sed feminas; et hoc non in ecclesia, sed privatim; nam hoc genus muliercularum solet esse garrulam. Unde et curiosas, et verbosas quasdam viduas idem Apostolus notat, et hoc vitium dicit venire ex otio: *Simul autem* (inquit) *et otiosæ discunt circumire domos* (1 Tim. v), scilicet dum nullo timore detentæ, nec mariti potestati subjectæ, non solum otiosæ, verum

virgo felicitior haberi, ad vidua laboriosior; illa, quod bonum semper habuit; ista, quod bonum sibi invenit, in illa gratia, in ista virtus coronatur, etc. GRIAL.

Ibid. Quæ post unius conjugii torum interceptum, usque ad renuntiat. Ita uterque Ms., probissime, quos sequi non est ausus qui cujus hæc essent non offecerat. Sunt autem ejusdem Tertulliani initio exhortationis ad castitatem: *Tertius gradus superest monogonia, cum post matrimonium unum interceptum exinde sexui renuntiat.* Ergo vox virili turpiter addita fuerat, quæ etiam legitur in Edit. Rom. GRIAL.

Ibid. Exinde sexui renuntiat. Al., inde sensui renuntiat. Sed retinenda lectio a Grialio stabilita. Moz nonnulli Mss., *carat veræ nomen viduitatis, ut carere sit cum accusandi casu, ut alibi utor, etc.* AREV.

3. Utique sicut Tabitha, usque ad vivendi, ex commentariis in Epistolam ad Timotheum Hieronymo ascriptis. GRIAL.

Ibid. Utique ut ipse earum incessus, usque ad dignitatem, ex Hieronymo ad Tit. ii. GRIAL.

4. Nam solent, usque ad ex-otio, verba sunt ejusdem, ibid. GRIAL.

Ibid. Simul autem, usque ad quæ non oportet, ex commentariis in Epistolam ad Timotheum citat. GRIAL.

Ibid. Nam solent, etc. Al.: *Nam solent vitare quæ corporis fluxere luxuria.* AREV.

etiam curiosæ discurrunt, loquentes quæ non oportet.

5. Prædicat autem idem Apostolus damnationem habere viduas, quæ post propositum continentiae nubere cupiunt. Cum enim, inquit, luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, id est, quia in eo quod primo voverant, non steterunt. Nec tamen ait, nubunt, sed nubere volunt; multas enim earum revocat a nubendo 452 non amor præclari propositi, sed aperti dedecoris timor.

6. Igitur quæ nubere volunt, et ideo non nubunt, quia impune non possunt, hæc melius non voverent et nubere quam urerentur (I Cor. vii), id est, quam occulta flamma concupiscentiæ vastarentur, quas pœnitet professionis, et piget confusionis, quæ nisi correctæ cor dirigant, et Dei timore rursus libidinem vincant, in mortuis deputandæ sunt, si in deliciis agant. Unde dicit Apostolus: Quæ autem in deliciis agit, vivens mortua est (I Tim. v), sive in laboribus, atque jejuniis nulla cordis correctione, sed magis ostentationi quam emendationi servientibus.

## CAPUT XX.

### De conjugatis.

1. De conjugatis lex naturæ a sæculo est. Deus enim fecit Adam, et dedit ei adiutorem Evam cum procreationis subsequuta sententia, dicens: Crescite, et multiplicamini, et replete terram (Gen. i). Sed facta eadem mulier prius solatio quam conjugio fuit, donec a paradiso inobedientia eijceret quos intra paradisum obedientia tenuisset, ac post beatæ sedis excessus mulierem suam pulsus agnosceret, libro Geneseos edocente: Et cognovit Adam mulierem suam, et concepit, et peperit filium (Gen. iv).

2. Ergo adjectum laborem nuptiæ præcesserunt, et tribulos spinasque passuri adjecere conventus; secuta in procreationibus tædia; unde et parituræ tale præcessit edictum: In dolore, inquit, et mærore paries filios (Gen. iii); quos utique sic creatos diversi (ut cernimus) casus luctusque subripe-

6. Quas pœnitet, etc. Al., quas penitus professionis forma declarat, sed piget confusionis, etc. Et in fine, emendationi serviens. AREV.

CAP. XX. N. 1. Grialius distinguit tenuisset. Ac post, etc. Alii, tenuisset. Hic post beatæ sedis excessum mulieris suæ pulsam agnoscebat. AREV.

2. Præcesserunt. Al., expresserunt. AREV.

3. Unam de costis ejus mutuatus vir in fem. fecit. Tertull., in lib. de Monog. ur.: Unam feminam masculo Deus finxit, una costa ejus decerpta, et utique ex pluribus, etc., quæ eadem in Exhortatione dixerat, totumque locum Hieronymus sibi adversus Jovinianum aptavit. GRIAL.

Ibid. Item secundum spirituales nupt. Idem in Exhortatione: At cum Apostolus in Ecclesiam et Christum interpretatur, erunt duo in carne una, secundum spirituales nuptias Ecclesie et Christi, unus Christus, et una ejus Ecclesia, agnoscere debemus duplicatam et exaggeratam \* esse nobis unius matrimonii, tam secundum generis fundamentum, quam secundum Christi firmamentum. GRIAL.

4. Numerus autem matrimonii, usque ad figurentur, verba Tertullian., ibid., et Hieronymi, i contra

rent. Unde et Apostolus prædicans, ait: Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi (I Cor. vii). Non tamen conjugiorum honorabilis torus et immaculatum cubile sine fructu est (Hebr. xiii). Nempe soboles inde sanctorum, et quod laudatur in virginitate, conjugii est. Ideoque nec peccatum nuptias dicimus, nec tamen eas bono virginalis continentiæ vel etiam vidualis coæquamus.

453 3. Conjugia autem tantum per se bona sunt; propter ea vero quæ circa illa sunt, mala sunt. Per id namque mala sunt, per quod dicit Apostolus: Qui autem cum uxore est cogitat quæ sunt mundi; et iterum: Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat (I Cor. vii). Quod autem non unus et multæ, sed unus et una copulantur, ipsa prima divinitus facta conjunctio in exemplum est. Nam cum Deus hominem figurasset, eique parem necessariam prospexisset, unam de costis ejus mutuatus, unam illi feminam finxit, sicque Adam et mulier Heva, unis inter se nuptiis functi, formam hominibus de originis auctoritate et prima Dei voluntate sanxerunt. Item secundum spirituales nuptias, sicut unus Christus et una Ecclesia, sic unus vir et una uxor tam secundum generis documentum quam secundum Christi sacramentum.

4. Numerus autem matrimonii a maledicto viro coepit. Primus Lamech duabus maritatus tros in unam carnem effecit. Sed dices quod et patriarchæ simul pluribus uxoribus usi sunt; ergo propterea licebit nobis plures ducere. Sane licebit, si qui adhuc typi alicujus futuri sacramenti supersunt, quibus plures nuptiæ figurentur. Secundas autem nuptias propter incontinentiam jubet Apostolus (I Cor. vii); melius est enim denuo uni viro nubere, quam explendæ libidinis causa cum plurimis fornicari. Sæpius enim nubendi licentia jam non est religiosi, sed criminis.

5. Nam quod in ipsa conjunctione connubia a sacerdote benedicuntur, hæc etiam a Deo in ipsa prima conditione hominum 454 factum est, sic enim scriptum est: Fecit Deus hominem: ad imaginem

Jovinian. GRIAL.

Ibid. Secundas autem nupt., usque ad non est religionis, sed criminis, dicuntur ex Hieronymi sensu, non qui digamos, aut etiam octogamos (ut ipsius verbis utar) damnet, sed qui cœlibatum et viduitatem conjugio longe antistare velit. Cujus verba aliquanto etiam liberiora quam hæc sunt retulit quoque Gratianus, 31, q. 1, cap. Quomodo. GRIAL.

5. Quod vero isdem virginibus legitime nubentibus univire. Tertull., in Exhort.: Monogamia apud ethnicos in summo honore est, ut et virginibus legitime nubentibus univira pronuba adhibeatur; etiam auspicii initium est, tamen boni auspicius est. Ita enim Tertullianus ratio explenda est ex hoc loco. Quod non vilissime qui in eo emendando laborarunt, neque in interrupta et pendenti sententia quidquam desiderasse, valde miror. GRIAL.

Ibid. Nubentibus, etc. Al., nubentibus una univiro tenenda sit, adhibentur pro nupt. Al., nubentibus univiro pronubæ adhibentur. . . . boni auspicii est. Pro scilicet conjectura est in Editione Bignæana, hoc fit scilicet. AREV.

*Dei fecit cum, masculum et feminam creavit eos, et benedixit eos, dicens: Crescite et multiplicamini* (Gen. 1). Hac ergo similitudine fit nunc in Ecclesia qua tunc factum est in paradiso. Quod vero eisdem virginibus legitime nubentibus univiræ pronubæ adhibentur, scilicet propter monogamiam, etsi auspicii causa sit, tamen boni auspicii est.

6. Quod vero eadem feminæ, dum maritantur, velantur, scilicet ut noverint se per hæc viris suis esse subjectas, et humiles, unde et ipsum velamen vulgo *maritalem* vocant, id est, Martem, quia signum maritalis dignitatis ac potestatis in eo est. Caput enim mulieris vir est (I Cor. xi), licet et proinde velentur, dum nubunt, ut verecundiam muliebritatis agnoscant, quia jam sequitur inde quod pudeat. Unde Rebecca, cum ad sponsum duceretur, simul ut cum ipsa conspexit, salutationem vel oscula non sustinuit; sed statim sentiens quod esset futura, pallio caput velavit (Gen. xxiv); obnubere enim cooperire dicitur. Hinc etiam et *nuptæ* dictæ, quod vultus suos velant, unde et *nubes* dictæ, eo quod æthera obtendant.

7. Quod autem nubentes post benedictionem a Levita uno vinculo copulantur, videlicet ne compagem conjugalitatis unitatis dirumpant. At vero quod eadem vitta candido purpureoque colore permisceatur, candor quippe ad munditiam vitæ, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur, ut hoc signo et continentiae lex tenenda ab utrisque ad tempus admoneatur, et post hæc reddendum debitum non negetur. Quod enim dicit conjugatis Apostolus: *Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi* (I Cor. vii), hoc ille candor **455** vittæ insinuat; quod vero subjungit: *Et iterum revertimini in id ipsam*, hoc purpureus color ille demonstrat.

8. Illud vero, quod in primis annulus a sponso sponsæ datur, fit hoc nigrum vel propter mutua

6. Quod vero eadem feminæ, usque ad perveniat. Legitur totus hic prope locus apud Gratian., 30, q. 5, c. *Feminæ*. GRIAL.

*Ibid.* Unde et Rebecca, usque ad velavit, ex Tertull., lib. de Virginibus veland. Eadem etiam apud Ambros. in fine lib. 1 de Abraham. GRIAL.

7. A Levita uno vinculo copulantur. Aliter hæc apud Gratianum; nos Codices nostros sumus secuti. GRIAL.

*Ibid.* A Levita. Al., vittæ. Al., vinctæ. Ex hoc Isidori loco Ludovicus Dorleans in Novis Cogitation. ad Tacitum, pag. 790, colligit flammeum nubentium candido purpureoque colore fuisse permistum; sed ex Plinio et Verrio luteum, ex interprete Juvenalis, sat. 6, sanguineum, ex Festo album. Fortasse varium erat pro varietate temporum et locorum. AREV.

8. Quod in primis annulus. — Quod in primis negotiis annulus, apud Gratianum. GRIAL.

*Ibid.* Antiquitus. Tertull., Apologet. cap. 6: Cum aurum nulla norat, præter unico digito, quem sponsus oppignerasset pronubo annulo. GRIAL.

*Ibid.* Penes Israel autem, usque ad maturitate, verba sunt Tertull., in libro de Virginibus veland. GRIAL.

*Ibid.* Amorem unicum carperet. Mss. quibus usus est Hittorpius omnes, amorem unum carperet. Apud eundem unus ms., post manifestatam sanguinum maturitatem. Brissonius, de Ritu nuptiarum, pag. 290,

fidei signum, vel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda jungantur. Unde et quarto digito annulus idem inseritur, quod in eo vena quædam (ut fertur) sanguinis ad cor usque perveniat. Antiquitus autem non amplius uno dabatur, ne pluralitas amorem unicum carperet. Penes Israel autem illucitum erat puellam viro tradere, nisi post manifestatam sanguinem maturitate.

9. Quod veteres in eligendis maritis quatuor ista spectabantur: virtus, genus, pulchritudo, oratio; in feminis tria: si generosa, si bene morata esset, si pulchra. Nunc autem non genus, ac mores, sed magis divitiæ in uxoribus placent; nec queritur quam sit femina pudica, sed potius quam formosa, quæ et concupiscendi libidinem nutriat, et cunctorum post se suspiria trahat. Pulchra enim (ut ait quidam sapiens) cito adamatur, et difficile custoditur, quod plures amant. Illæ enim sunt certæ nuptæ, quæ in conjugio non libidinem, sed prolem requirunt; neque enim sic institutæ sunt, ut carnis voluptati serviant, sed tantum ut fructum propaginis querant.

10. Nam et ipsæ dotales tabulæ indicant quod causa procreandorum liberorum ducitur uxor. Quando ergo quisque luxuriose amplius vivit quam necessitas procreandorum liberorum cogit, jam peccatum est. Unde necesse est ut quotidianis elemosinis, **456** ac precibus Intercedant qui tori conjugalis pudicitiam frequentius per incontinentiam maculant. Nuptialia autem bona tria sunt: proles, fides et sacramentum. In fide attenditur, ne præter vinculum conjugale cum altera vel altero concubatur; in prole, ut amanter suscipiatur, pudice nutriatur; in sacramento, ut conjugium non separetur, neque causa prolis alteri conjungantur.

11. Sacramentum autem ideo inter conjugatos dictum est, quia sicut non potest Ecclesia dividi

observat desumptum ex Gellio, lib. x, cap. 10, et ex Macrobio, lib. vii Saturnal. cap. 13, quod Isidorus refert de annulo sponsi in quarto digito, quia in eo vena ad cor pertingit. AREV.

9. Apud veteres. Vid. Etymol., lib. ix, cap. 7. GRIAL.

*Ibid.* Ut ait quidam sapiens. Theophr., apud Hieronymum, 1 contra Jovinian. GRIAL.

10. Nam et ipsæ dot. tab. August., lib. de Moribus Manichæor.: Nuptiæ autem, ut ipsæ nuptiales tabulæ clamant, liberorum procreandorum feminam maremque conjungunt; atque ead. serm. 3 Dom. 21 post Trinit. GRIAL.

*Ibid.* Quando ergo quisque luxuriose amplius vivit, usque ad maculant. August., ibidem: Sed dicitur: Peccatum quidem est, sed tamen parvum est. Nec ideo dicimus quia capitale peccatum est, sed tamen si frequentius exerceatur, et jejunitis, vel elemosinis, non redimatur, nimis immundam animam facit. Vide Hieron., 1 contra Jovin. et Grat., 23, q. 4, c. *Origo*, et Fulgent. epist. 1. GRIAL.

11. Solum, ut ait Hieronymus. In Math. xv. Que verba citantur a Gratian., 32, q. 1, c. *Dist. Dominus*. GRIAL.

*Ibid.* Stultus et impius. Ita Goth. et Hieronymus. Stultus et insipiens, Vulg. Edit. GRIAL.

*Ibid.* Quod ubi unquam fornicatio est, et fornicationis suspicio, libere uxor dimittatur, ita explicandum est,

Christo, ita et uxor a viro (*Ephes. v*). Quod ergo in A descendentem Deo in monte assistere meruerunt Christo et in Ecclesia, hoc in singulis quibusque (Exod. xix).  
 viris atque uxoris conjunctionis inseparabile sacramentum est. Unde et Apostolus : *Præcipio, inquit, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere (I Cor. vii)*. Prohibet enim dimitti quacun- que ex causa, ne aliis jungatur secundum consuetu- dinem Judæorum, quam Dominus interdixit, dicens : *Quicumque dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, et aliam duxerit, mæchatur (Math. xix)*. Solum (ut ait Hieronymus) adulterium est, quod uxoris vincat affectum, imo cum illa unam carnem in aliam diviserit, et se fornicatione separaverit, a marito non debet teneri, ne virum quoque sub ma- ledicto faciat, dicente Scriptura : *Qui adulteram tenet, stultus et impius est (Proverb. xviii)*. Ubicumque B igitur fornicatio est, et fornicationis suspicio, libere uxor dimititur.

12. Quid ergo, si sterilis est, si deformis, si ætate vetula, si fetida, si temulenta, si iracunda, si malis moribus, si luxuriosa, si fatua, si gulosa, si vaga, si jurgatrix et maledica? tenenda est, 457 velis, nolis, et qualiscunque accepta, est habenda. Cum enim esses liber, sponte te servituti subiecisti. Cum- que habet quis uxorem (ut ait Lactantius), neque servam, neque liberam habere poterit, ut matrimo- nii fidem servet. Neque enim, ut juris publici ratio est, sola mulier adultera est quæ, virum habens, ab altero polluitur, et maritus, si alteram habeat, a crimine adulterii alienus habeatur, dum divina lex duos ita in unum matrimonii corpus conjunxerit, ut adulter si quisquis compagem corporis in diversa distraxerit. Servanda igitur fides ab utroque alteri est.

13. Exemplo continentiæ docenda est uxor a viro, ut se caste gerat. Iniquum est enim ut id exigas quod præstare non possis; caput est enim mulieris vir; ubi autem melius vivit mulier quam vir, capite de- orsum pendet domus. Ideoque præcedere debet vir in omnibus bonis factis uxorem suam, quia caput est, ut illa imitetur virum, et sequatur vere, ut corpus caput suum, sicut Ecclesia sequitur Christum. Hortatur Apostolus conjuges ut propter orationem abstineant, atque ex consensu tempora sanctificatio- nis observent, et sine impedimento carnali orationi- bus vacent (*I Cor. vii*). Nam et in Veteri Testamento ante sanctificati sunt omnes a mulieribus, et sic

ut divortium fieri possit, non ita ut vel dimittens, vel dimissa alias nuptiis inire valeat, quod contra hæreticos egregie probat Maldonatus in Mattheum etiam ex hoc Isidori loco. Nonnulli etiam recentio- res theologi idem argumentum pertractant. AREV.

12. Quid ergo si sterilis usque ad habenda, ex eod. Hieron. loco. GRIAL.

Ibid. Ut ait Lactantius. Lib. vi, c. 23. GRIAL.

Ibid. Servanda igitur fides, usque ad sequitur Christum, ex August., iii de decem chord., citat. 32, q. Non mæchaberis. GRIAL.

Ibid. Grialius, nequam servam, forte pro nequam servam. AREV.

13. Et sine. An ut sine. AREV.

14. Hortatur idem apostolus, etc., usque ad finem,

descendenti Deo in monte assistere meruerunt (Exod. xix).

14. Item hortatur idem apostolus mulieres subditas esse viris suis (*Coloss. iii*); nam multæ erga simpli- ciores viros, divitiis et nobilitate perflatæ, Dei sen- tentiæ non recordantur, per quam subjectæ sunt illis. Ait quippe Dominus ad mulierem : *Conversio tua ad virum tuum, et ipse tui domino itur (Gen. iii, 16)*. Obediendum est itaque sacræ Scripturæ præ- ceptis, et serviendum viro quadam servitute libera et dilectione plena. Etenim non est creatus vir pro- pter mulierem, sed mulier propter virum; et cum caput mulieris vir sit, caput autem viri Christus, quæcunque uxor non subjicit viro, hoc est, capiti suo, ejusdem criminis rea est, cujus et vir, si non B subjicitur Christo capiti suo.

458 15. Verbum autem Domini blasphematur, vel contemnitur Dei prima sententiâ, et pro nihilo ducitur; vel Christi infamatur Evangelium, dum contra legem fidemque naturæ ea quæ Christiana est, et ex Dei lege subjecta, præse viro desiderat, cum etiam gentiles femine serviant viris suis com- muni lege naturæ. Servatur ergo lex naturæ, si mul- lier Deo simul et marito subjecta est. At contra si illa viro imperare desiderat, et mordo naturæ corrumpitur, et domus illa misera et perversa vo- cabitur.

## CAPUT XXI.

### De catechumenis, de exorcismo et sale.

1. Jam nunc rationem sacramentorum, sive ordi- nem ad fidem venientium prosequamur. Quorum gradus primus est catechumenorum, secundus com- pententium, tertius baptizatorum. Catechumeni sunt, qui primum de gentilitate veniunt, habentes volun- tatem credendi in Christum, et quia primum exhor- tationis præceptum est in lege Dei : *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est (Deut. vi)*, inde est ut is cui per sacerdotem, quasi per Moysen, Deus primum loquitur, catechumenus, id est, audiens, nominetur, scilicet, ut, unum agnoscens Dominum, relinquat errores varios idolorum.

2. Puto autem et omnes a Joanne in poenitentiam baptizatos catechumenorum prætulisse figuram. Ex- orcizantur autem hi primum, deinde sales accipiunt, et unguentur. Exorcismus autem sermo increpationis est contra immundum spiritum in energumenis, sive catechumenis facius, per quem ab illis diaboli re-

verba sunt Hieronymi ad Titum II. GRIAL.

Ibid. Vulgata, sub viri potestate eris; et ipse domi- nabitur tui. Isidorus hoc loco sequitur versionem antiquam cum Tertulliano, Cypriano, Augustino, et aliis. AREV.

CAP. XXI. N. 1. Errores varios. Al., errores nefarios. De hoc capite vide Isidoriana, cap. 33, in descri- ptione Codicis Vaticani 4343, n. 29. AREV.

2. Ildefonsus, de Cognit. baptismi, cap. 23 et 26, ex hoc Isidori capite multa exscribit. Quod autem post fugetur expulsa Ildefonsus pergit, cap. 24 : *Erit exorcismi sermo nocturno verborum*, legendum est, non torno verborum. Baluzius conjicebat nocturno verborum. AREV.

quissima virtus et inveterata malitia, vel violenta A præsagio consecutum est ut nulla illis gens extra nulla lingua barbara, inaccessa vel invia videretur incursio expulsa fugetur.

3. Hoc significat lunaticus ille, quem increpavit Jesus, et exiit ab illo dæmonium (*Math. xvii*). Potestas autem diaboli exorcizatur, et insufflatur in eis, ut ei renuntient, atque, eruti a potestate tenebrarum, 459 in regnum sui Domini per sacramentum baptismatis transferantur. Quod quia parvuli per se renuntiare non possunt, per corda et ora gestantium adimpletur. Sales autem in ministerium catechumenis dandos a patribus ideo est institutum, ut eorum gustu condimentum sapientiæ percipiant, neque desipiant a sapore Christi; nec sint fatui, et retro respiciant, sicut uxor Lot (*Gen. xix*), ne malum exemplum dantes ipsi remaneant, ut alios condant.

4. Quemadmodum illa, quæ, cum liberaretur a Sodomis, in via posita retro respexit, ibique remansit status salis. Quo signo condirentur hi qui per fidem mundo et actibus desiderisque ejus renuntiant, ut affectionis pristinæ non recordentur, neque ad sæculi illicebrias revocentur, quia, secundum Salvatoris sententiam, ponens manum suam super aratrum, et respiciens retro, regno colorum aptus esse non potest (*Luc. ix, 62*).

### CAPUT XXII.

#### *De competentibus.*

1. Post catechumenos secundum competentium gradus est. Competentes autem sunt, qui jam post doctrinam fidei, post continentiam vitam ad gratiam Christi percipiendam festinant. Ideoque appellantur competentes, id est, gratiam Christi petentes; nam catechumeni tantum audiunt, necdum petunt. Sunt enim quasi hospites, et vicini fidelium, de foris audiunt mysteria, et gratiam, sed adhuc non appellantur fideles.

2. Competentes autem jam petunt, jam accipiunt, jam catechizantur, id est, imbuuntur instructione sacramentorum. Istis enim salutare symbolum traditur, quasi commonitorium fidei et sanctæ confessionis indicium, quo instructi agnoscant quales jam ad gratiam Christi exhibere se debeant.

### 460 CAPUT XXIII.

#### *De symbolo.*

1. Symbolum autem, quod iidem competentes accipiunt, tali ratione institutum majores nostri dixerunt; tradunt enim his verbis. Quod post ascensionem Domini et Salvatoris nostri ad Patrem, cum per adventum sancti Spiritus discipuli ejus inflammati linguis omnium gentium loquerentur, quo

3. *Quem increpavit, etc.* Al., quem increpans Jesus dixit: Surde et mute spiritus, exi ab eo. Et statim exiit ab eo dæmonium. Et infra, sal autem in mysterio catechumenis dandum a Patribus ideo est institutum, ut ejus gustu condimentum, etc. Grialius, eorum gustus. AREV.

CAP. XXII. N. 2. *Commonitorium.* Notum est Commonitorium Vincentii Lirinensis. Reinerus quoque monachus, de quo Pezsius, *Thesaur. Anecd. tom. IV, part. III, lib. II, cap. 6*, Commonitorium pietatis scripsit AREV.

præsagio consecutum est ut nulla illis gens extra nulla lingua barbara, inaccessa vel invia videretur præceptum est eis a Domino datum, ad prædicandum Dei verbum, ad singulas quasque nationes adire (*Math. xxviii*).

2. Discessuri itaque ab invicem, normam præsibi futura prædicationis in commune constituerunt, localiter ab invicem discedentes, diversum aliquid vel dissonum prædicarent his qui ad fidem Christi invitabantur. Omnes igitur in uno positi, et Spiritu sancto repleti, breve sibi prædicationis indicium, conferendo in unum quod sentiebant componunt, atque hanc credentibus dandam esse regulam statuunt.

3. Symbolum autem hoc multis et Justissimis et B causis appellare voluerunt. Symbolum enim Græcè et indicium dici potest, et collatio, hoc est, quod plures in unum conferunt. Id enim fecerunt apostoli in his sermonibus in unum conferendo unicuique quod sensit. Indicium autem, vel signum, idcirco dicitur, quia illo in tempore, sicut Paulus apostolus dicit, et in Actibus apostolorum refertur (*Act. xv*), multi se simulabant esse apostolos Christi, nominantes quidem Christum, sed non integris traditionum lineis nuntiantes. Idcirco igitur istud indicium posuere, per quod agnosceretur is qui Christum vere secundum apostolicas regulas prædicaret.

4. Denique et in bellis civilibus hoc observatum fuit, quoniam et armorum per habitus, et vocis idem et mos unus est, atque eadem instituta bellandi; sed ut nequa doli subreptio fiat, 461 symbola discreta unusquisque dux suis militibus tradit, quæ Latine vel signa, vel indicia, nesciuntur, ut si forte occurrerit quis de quo dubitetur, interrogatus Symbolum prodatur si sit hostis, an socius. Idcirco autem hoc patres nostri non scribi membrabant, sed retineri cordibus tradiderunt, ut certum esset neminem hoc ex lectione quæ pervenire interdum etiam ad infideles solet, sed ex apostolorum traditione didicisse.

5. Discessuri itaque (ut dictum est) ad prædicandum istud unitatis et fidei suæ apostoli indicium posuere. Est autem Symbolum per quod agnosceretur Deus, quodque proinde credentes accipiunt, ut nocerent qualiter contra diabolum fidei certamina præparent, in quo quidem pauca sunt verba, sed tamquam continentur sacramenta. De totis enim Scripturis hæc breviter collecta sunt ab apostolis, ut quoniam plures credentium literas nesciunt, vel qui scilicet per occupationes sæculi Scripturas legere non possunt,

CAP. XXIII. N. 1. *Tradunt enim his verbis, etc.* post *Ascens.*, usque ad indicium posuere, verba sunt Rullini in præfat. ad Symbolum. GRIAL.

*Ibid.* Sanctus Ildesonus, loc. cit., cap. 22, multa sumit ex hoc capite de Symbolo. AREV.

2. Alii, omnes igitur in unum positi. AREV.

4. Forte, eadem institutio. AREV.

5. *Est enim breve verbum fidei, etc.* Ex quo patet superius; eadem Cyprianus in *Oratione* GRIAL.



hæc corde retincentes, habeant sufficientem sibi scientiam salutarem. Est enim breve fidei verbum, et olim a propheta prædictum: *Quoniam verbum brevium faciet P. minus super terram (Isai. x; Rom. ix).*

#### CAPUT XXIV.

*De regala fidei.*

1. Hæc est autem post Symbolam apostolorum certissima fides, quam doctores nostri tradiderunt. Ut profiteamur Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum unius essentia, ejusdemque potentia et sempiternitatis unum Deum invisibilem; ita ut in singulis, personarum proprietate servata, nec substantialiter Trinitas dividitur, nec personaliter debeat omnino confundi. Patrem quoque confiteri ingenitum, Filium genitum, Spiritum sanctum vero nec genitum, **462** nec ingentum, sed de Patre et Filio procedentem. Filium a Patre nascendo procedere, Spiritum vero sanctum procedendo non nasci. Ipsum quoque Filium perfectum ex Virgine sine peccato hominem suscepisse, ut quem sola bonitate creaverat, sponte lapsum misericorditer repararet; quem veraciter crucifixum, et tertia die resurrexisse; et cum eadem ipsa carne glorificata ascendisse in cælum, in qua et ad iudicium vivorum et mortuorum expectatur venturus.

2. Et quod divinam humanamque substantiam in utroque perfectus una Christus persona gestaverit,

**CAP. XXIV. N. 1. Humanam suscepisse.** Frequens apud Patres locutio. August. libro singulari de Gen. ad litteram in ipsa fidei explicatione: *Cum ipsa infabilis incommutabilisque Dei sapientia plenum totumque hominem suscipere dignatus est. Et in quotidiano hymno: Tu ad liberandum suscepturus hominem non horruisti virginis uterum.* **GRIAL.**

**Ibid. Nascendo procedere.** Al., nascendo natum esse. Latinius in Biblioth. select., p. 129, putat, legendum, *Filium a Patre nascentem non procedere*, ut apte opponatur ei quod sequitur, *Spiritum vero sanctum procedendo non nasci.* Rabanus, qui integrum hoc caput habet, ab Editis non discrepat. Deinde *Filium perfectum*, Al. om. **perfectum. AREV.**

2. *Divinam humanamque substantiam.* Neque minus usurpata est substantia pro natura, ut testimonia afferre libentis otio sit. **GRIAL.**

**Ibid. Humanamque substantiam.** Al., humanamque naturam. Et, integritas pro integritate. Et, unitas pro unitate. **AREV.**

3. *Et quod animæ incerta sit origo.* Cunctationem suam sæpissime fatetur August., ut epist. 157, ad Optatum: *Aliquid ergo certum de animæ origine notum in Scripturis canonicis reperiri.* Et lib. 1. *Retract.*, cap. 1: *Nam quod attinet ad ejus originem, qua fit ut sit in corpore, utrum de illo uno sit qui primum creatus est, quando factus est homo in animam vivam, an semper ita fiat singulis singule, nec tunc sciebam, nec adhuc scio.* Eod. modo hæsit Isidorus cum Fulgentio, cujus verba refert lib. 1. *Different.*, cap. 26, ita ut neutram in partem utroque inclinare ausus sit, cum nonnullum quidquam definitum esset. Sed idem quid senserit satis expressit postea, lib. 1. *Sent.*, cap. 41, his verbis: *Animam non esse partem divinæ substantiæ, vel naturæ, neque e se eam priusquam corpori miscetur, ad tunc eam creari, quando corpus creatur, cui admitti dicitur.* Eadem Gregor., epist. 55, ad Secundulum, lib. VII. **GRIAL.**

**Ibid. Idemque incorporea, quod ad imaginem Dei creata sit.** Eadem ratione est usus lib. 1. *Sent.*, loco citato. Sed cum hæc sit scriptura Codicis utriusque manuscriptorum, corpoream tamen fecerant impressi libri,

quia nec geminavit utriusque substantiæ integritate personam, nec confundit geminam unitate personæ substantiam. Altero quippe neutrum excludit, quia utrumque unus intemerato jure servavit. Quod Novi et Veteris Testamenti salubris commendetur auctoritas; illa quippe per prophetiam, ista per historiam veraciter persoluta. Et quod neque de Deo, neque de creatura sæculi sit cum paganis aut cum hæreticis aliquid sentiendum in his rebus, in quibus a veritate dissentiant.

3. Sed quod in utroque Testamento divina protestantur eloquia, hoc tantummodo sentiendum. Quod sive hominem, sive universa, nulla Deus necessitate creaverit, neque ullam omnino esse visibilem invisibilemque substantiam, nisi aut quæ Deus sit, **463** aut a bono Deo bona creata sit; sed Deus summe et incommutabiliter bonus, creatura vero inferius et mutabiliter bona. Et quod animæ incerta sit origo. Et quod angelorum natura, vel animæ non sit pars divinæ substantiæ, sed Dei creatura ex nihilo condita, ideoque incorporea, quia ad imaginem Dei creata.

4. De pietate morum, sine qua fides divini cultus otiosa torpescit, et cum qua integritas divini cultus perficitur, ut unusquisque Deum propter Deum, et proximum in Deo diligens, usque ad dilectionem quoque inimicorum pertendendo proficiat, ut proficiat

etiam (quod mirum sit) Romani. Atque eo magis mirum, quod eodem volumine hic ipse locus cum tota regula fidei integer sincerusque in Rabano est editus. **GRIAL.**

**Ibid. Et quod animæ incerta sit origo.** Eadem dubitandi ratio de anima adhibetur in libro Dogmat. ecclesiast., qui Isidoro quoque tribuitur. In verbis ideoque incorporea, etc., magna est Codicum discrepantia. Ittorpius elidit: *Et incorporea esse evidenter ostenditur. Quoniam igitur apprehendi et transferri potest, corporea esse nihilominus ostenditur. Ad imaginem autem Dei creata est probitate morum.* Alii ita, sed, a quibus autem, pro quoniam igitur. Alii, esse ostenditur, quæ ad imaginem, omissis aliis. Alii, et in corpore, pro et incorporea. Alii, ideoque incorporea. Alii: *Anima absque dubio et Deo, et angelis, a quibus comprehendit et transferri potest, corporea esse evidenter ostenditur, quia ad imaginem Dei creata, de pietate morum.* Codex Vat. 641: *Ideoque incorpoream, quam ad imaginem Dei creatam secundum crassiorem corporis nostri substantiam dico de pietate morum, sine qua, etc.* Codex Regiovat. 161: *Ideo incorporea, secundum crassiorem corporis nostri substantiam dico, incorporea evidenter ostenditur. Ad imaginem autem Dei creata est pietate morum, sine quo fides, etc.* Nonnulli Patres antiquissimi animam humanam corpoream dicebant, vel quod tenuis et subtile corpus illi per errorem tribuerent, vel quod id omne quod certa ratione ac loco definitur, et circumscriptam habet substantiam, corporeum appellabant, quamvis vere spirituale esset; de quo videi potest Petavius, de Angelis, lib. 1, cap. 2. Secundo sensu potuisse Isidorum animam humanam corpoream dicere, non multum repugnabo. Confer lib. 1. *Different.*, num. 101, lib. 1. *Sentent.*, c. 42, lib. VII. *Etymologiar.*, c. 3, et lib. de eccl. Dogmat., cap. 11 et 25. **AREV.**

4. *De pietate morum.* Hæc non satis integra videntur. **GRIAL.**

**Ibid. Al., ubi per voluntates non tenentur consentio.** Et, non credimus, pro non credit. **AREV.**

ciendo perveniat. Alterum quoque alterius poltui non p. esse peccato, ubi voluntatis par non tenetur consensus. Legitimas nuptias non credi damnandas, licet ex eis quoque originali peccato obnoxia credatur nasci posteritas, eisque jure fidelium virginum vel continentium præferenda doceatur integritas.

5. Neque unum Trinitatis baptismum (quod nefas est) iteretur; neque pro diversitate tradentium ministrorum singulis putetur quibusque conferri, sed a Deo singulari potestate donari. De quo 464 dictum legimus: *Super quem videris Spiritus descendentem, et manentem super eum, hic est qui baptizatus in Spiritu sancto; et ego vidi, et testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei (Joan. 1).* Et ne poenitentiae remediis non egere nos putemus, pro quotidianis humanæ fragilitatis excessibus, sine quibus in hac vita esse non possumus, ita ut poenitentiae compunctione fructuosa universa fateamur deleri peccata, sicut scriptum est: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum (Psal. cxxi).*

6. Nullum quoque suis viribus, sed per divinam gratiam capiti Christo subungi, atque in disruptæ pacis perseverantia in unitate Ecclesiæ ipsius solidari. Nec humanæ voluntatis arbitrio bono quidquam deputandum existimari, sed secundum propositum voluntatis Dei omnem numerum electorum acquiri. Bona quoque temporalia bonis malisque communia a Deo creari, ejusque dispensatione singulis quibusque vel tribui, vel negari. Quorum honorum in unoquoque fidelium non habitus, sed usus aut improbandus est, aut probandus. Certa vero æternaque bona solos posse bonos in futuro consequi, quorum pignore Ecclesiam nunc informatam credimus detineri, hic habentem primitias spiritus, in futuro perfectionem, hic sustentari in spe, postea pasci in re; hic videre per speculum in ænigmate, in futuro autem facie ad faciem, cum ad speciem fuerit perducta per fidem (I Cor. xiii).

7. Quod donec perficiatur in nobis, ut summi Dei bonis fruamur æternis, temporalibus fruendo in Deo, non oberimus et proximis. Eam quoque nos spem resurrectionis habere, ut eodem ordine, eademque forma qua ipse Dominus resurrexit a mortuis, nos quoque resurrecturos esse credamus in eodem corpore, in quo sumus, vel vivimus; non naturam aut sexum mutantem, sed tantum fragilitatem et vitia deponentes. Ipsum quoque Satanam cum angelis

6. *Nec humanæ voluntatis arbitrio boni quidquam deputandum.* Hæc absurdam sententiam redderent, si separatim legerentur; sed annectenda sunt sequentibus verbis, sed secundum propositum voluntatis Dei omnem numerum electorum acquiri. Ut sit sensus, ad prædestinationem nihil conferre arbitrium nostrum, sed soli divinæ voluntati et gratiæ vocationem et electionem assignandam. Ita facile metu liberamus eos quos hic locus male habebat. GRIAL. *Ibid. Voluntatis arbitrio.* Al., voluntatis iudicio. Grialius, bona quoque temporalia. AREV.

7. *Dispositionem.* Al., deputacionem. Al., disputacionem. AREV.

suis, 465 atque cultoribus æterno incendio condemnandum, neque secundum quorundam sacrilegam dispositionem ad pristinam, id est, angelicam dignitatem, ex qua propria malignitate cecidit, reducendum (Math. xxv). Hæc est catholice traditionis fidei vera integritas, de qua si unum quodlibet respuatur, tota fidei credulitas amittitur.

#### CAPUT XXV.

##### De baptismo.

1. Baptismi sacramentum si prima repetens ab origine pandam, baptizavit Moyses in nube, et in mari, in typo et in figura, ita enim Paulus pronuntiat (I Cor. x): *Habuit ergo mare formam aquæ, nubes vero Spiritus sancti, manna panis vitæ.* Hic enim, sicut Patrum exempla docent, Ægyptius demergitur, Dei populus resurgit renovatus sancto Spiritu, qui etiam per mare Rubrum inoffenso transivit vestigio. Baptizavit et Joannes (Math. iii), sed non ex toto Judaice; non enim solum in aqua, nec tamen in Spiritu, sed hoc solum addidit, quod in poenitentiam baptizavit, sicut ait Paulus in Actibus apostolorum, *Joannes baptizavit poenitentiam baptizandi populum (Act. xix, 4).* Cui tamen ideo datum est in aqua baptizare, ut Christus, qui in aqua et spiritu baptizaturus erat, Joannis baptismate manifestaretur in Israel, quando Spiritus sancti descensione et Patris voce Filius Dei palam cunctis ostensus est.

2. Cœpit ergo perfectum baptismum a Jesu; ipse enim baptizavit primum in Spiritu sancto, sicut et Joannes dicit: *Ego quidem baptizo in aqua, motus autem vestrum stetit, quem vos nescitis, ipse baptizabit vos in Spiritu sancto et igni (Joan. 1).* Hæc est perfectio baptismi: Deus est enim, qui baptizat, ut possint et qui baptizantur, fieri filii Dei. Tria sunt autem genera baptismi. Primum, quo sordes peccatorum per regenerationis lavacrum abluuntur. Secundum, quo quis sanguine suo per martyrium baptizatur, 466 quo baptismo etiam Christus baptizatus est, ut et in hoc, sicut et in cæteris, formam credentibus daret, sicut dicebat ad discipulos suos, *filios Zebedæi: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum, et baptismo quo ego baptizor baptizari (Marc. x)?* Itaque aqua et sanguis gemini est figura baptismatis: unum quo regeneramur ex lavacro, aliud quo consecramur ex sanguine.

3. Est tertium baptismum lacrymarum, quod laboriosius transigitur, sicut ille qui per singulas noctes

CAP. XXV. N. 1. *Baptizavit Moyses, usque ad caelum elevare.* Omnia ex oratione Gregorii Nazianzeni sic τὰ ἄνω πῶτα GRIAL.

*Ibid.* Grialius distinxerat pandam. Baptizavit. Verum verba Virgilliana, quæ præcedunt: *Si prima repetens ab origine pandam,* orationis sensum suspendunt. AREV.

2. *Geminus est figura baptismatis.* Al., om. geminus. AREV.

3. *Baptismus enim aquæ est, usque ad habitum corporaliter.* Ex epistola ad Rusticum Narbonensem de septem gradibus eccles. Hieronym. tom. IX. GRIAL.

*Ibid.* Per ipsam. Al., per ipsum. AREV.

stratum suum lacrymis rigat (*Psal. vi*), qui imitatur A conversionem Manasse (*II Paral. xxxiii*), et humilitatem Ninivitarum, per quam misericordiam consecuti sunt (*Jon. iii*). Qui imitatur publicani illius orationem in templo stantis a longe, et percutientis pectus suum, qui nec ausus fuit oculos ad cælum elevare (*Luc. xviii*). Baptismus enim aqua est, quæ tempore passionis de latere Christi proflixit. Nul- lumque aliud elementum est, quod in hoc mundo purget universa, vivificet cuncta, ideoque cum baptizamur in Christo, per ipsam renascimur, ut purificati vivifscemur.

4. Fons autem origo omnium gratiarum est, cujus septem gradus sunt: tres in descensu propter tria quibus renuntiamus; tres alii in ascensu propter tria quæ constemur; septimus vero id est, qui et quartus similis filii hominis, exstinguens fornacem ignis (*Dan. iii*), stabilimentum pedum, fundamentum aquæ, in quo omnis plenitudo divinitatis habitat corporaliter (*Coloss. i*). In Patre autem, et Filio, et Spiritu sancto salutaria baptismi dona consistunt. Unde nequaquam baptismi sanctificatur officio, nisi qui sub Trinitatis tingitur sacramento, sicut et Dominus ait: *Te, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* (*Matth. ult.*). Proinde si, ommissa qualibet Trinitatis persona, baptismus detur, manifeste in regenerationis solemnitate nihil agitur, nisi tota Trinitas invocetur.

5. Nam et Dominus, dum a Joanne baptizaretur, eundem baptismum sub Trinitatis sacramento legit peragisse. Dicente enim Deo: *Hic est Filius meus* (*Matth. iii*), Pater in voce, Filius in corpore, 467 Spiritus autem sanctus fuisse probatur in specie columbæ (*Luc. iii*). Dux autem pactiones credentium. Prima enim pactione est in qua renuntiat diabolo, et pompis, et universæ conversationi illius. Secunda pactione est qua se credere in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum profitetur.

6. Semel autem nos oportet in Christo lavari, quia Christus semel pro nobis mortuus est. Si enim unus Deus, et fides una est, necessario et unum baptismum sit (*Ephes. iv*) quia et Christi mors una pro nobis est, in cujus imaginem mergimur per mysterium sacri fontis, ut consepeliatur Christo morientes huic mundo (*Rom. ix*), et ab iisdem aquis in forma resurrectionis eius emergimur, non reversuri ad corruptionem, sicut neque est reversus ad mortem. Quod etsi postea quisque præventus fuerit in aliquo peccato, non jam lavacri beneficio, sed pœnitentiæ

4. Pro in regenerationis solemnitate, al. in regenerationis aqua. Ildesonus, cap. 110 de Cognit. baptism. hæc ipsa repetit de septem gradibus fontis baptismalis, et plura alia desumere pergit ex Isidoro usque ad caput 424, sed ita ut ea fusius exponat. AREV.

5. Alii: *Hic est filius meus, in quo mihi bene placuit*. Postea, in qua renuntiamus diabolo, et pompis, et universis conversationibus illius. AREV.

7. *Parvuli, quæ non proficiente, usque ad respondeat*; refertur a Grat. de Con-ecr., d. 4, cap. 74. GRIAL. *Ibid.* Ad abolitionem. Al., ad ablutionem. AREV.

8. *Manet et in eos*. Al., *manet in eis*. Paulo post,

expiatur, quæ in similitudine fontis peccata mortificat.

7. Perfectis autem ætate baptismum vel ad purificationem originalis noxæ, vel ad abolitionem actualis peccati proficere credimus; parvulis autem, ut ab originali peccato abluantur, quod ab Adam per primam nativitatem traxerunt. Qui si priusquam regenerentur transierint, procul dubio a regno Christi alieni sunt, ipso Salvatore testante: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu sancto, non introibit in regnum Dei* (*Joan. iii*); quique iidem parvuli, alio proficiente, baptizantur, quia adhuc loqui vel credere nesciunt, sicut etiam ægri, muti, vel surdi; quorum vice alius proficitur, ut pro eis respondeat, dum baptizantur.

8. Quamvis autem per regenerationem peccat originale peccatum, pœna tamen mortis, quæ per prævaricationem mandati introiit, manet et in eos quos a reatu originis purgat baptismus Salvatoris. Et hoc proinde, ut homo noverit, pro futura bonitudinis spe regenerationem consequi, non ut a pœna temporalis mortis possit absolvi. Illud verò, quod nec privatis nec clericis baptizare liceat, nisi tantum sacerdotibus, in Evangelio legimus sanctis apostolis tantum permissum, Jesu post resurrectionem dicente: 468 *Sicut misit me pater, et ego mitto vos* (*Joan. xx*). Et hoc cum dixisset, inspiravit, et ait: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta erunt*. Et in alio loco: *Ita, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* (*Matth. ult.*).

9. Unde constat baptismum solis sacerdotibus esse tractandum, ejusque ministerium nec ipsis diaconibus explere est licitum absque episcopo, vel presbytero, nisi his procul absentibus, ultima languoris cogat necessitas: quod etiam et laicis fidelibus plerumque permittitur, ne quisquam sine remedio salutari de sæculo evocetur. Hæretici autem, si tamen in Patris, et Filii, et Spiritus sancti attestatione doceantur baptismum suscepisse, non iterum baptizandi, sed solo chrismate et manus impositione purgandi sunt. Baptismus enim non est hominis, sed Christi; ideoque nihil interest hæreticus, an fidelis baptizet.

10. Quod sacramentum tam sanctum est, ut nec homicida ministrante polluatur. Habet quidem hæreticus baptismum Christi, sed quia extra unitatem fidei est, nihil ei prodest. At ubi ingressus fuerit, statim baptismus, quod habuerat foris ad perniciem,

*cui dimiseritis peccata, dimittuntur illi, et cui detinueritis, detinebuntur*. AREV.

9. Unde constat baptismum, usque ad evocetur. Eadem d. cap. 49. GRIAL.

*Ibid.* Purgandi sunt. Brissonius, ad legem Dominico, de spectaculis, pag. 270, observat id summum ex auctore libri Respons. ad Orthod., quæst. 14. AREV.

10. Habet enim hæreticus baptismum. Vid. Augustin., II contra Parmenian., cap. 3, et ex eod. cap. quamvis de Cons., dist. 4. GRIAL.

incipit illi jam prodesse ad salutem. Quod enim accipit, approbo : sed quia foris accepit, improbo. Dum autem venerit, non mutatur, sed agnoscitur; character est enim regis mei : non ero sacrilegus, si corrigo desertorem, et non tuto characterem.

#### CAPUT XXVI.

##### *De chrismate.*

1. Chrismatis unguentum Moyses primum in Exodo, jubente Domino, et composuit, et confecit, quo primi Aaron et filii ejus in testimonium sacerdotii et sanctitatis peruncti sunt (*Exod. xxx*). Deinde quoque et reges eodem chrismate sacrabantur, unde et christi 469 nuncupabantur, sicut scriptum est : *Nolite tangere christos meos* (*Psal. civ, 15*), eratque eo tempore tantum in regibus et sacerdotibus mystica unctio, qua Christus figurabatur; unde et ipsum nomen a chrismate dicitur.

2. Sed postquam Dominus noster verus rex et sacerdos æternus a Deo Patre cœlesti ac mystico unguento est delibutus, jam non solum pontifices et reges, sed omnis Ecclesia unctione chrismatis consecratur, pro eo quod membrum est æterni regis et sacerdotis. Ergo quia genus sacerdotale et regale

CAP. XXVI. N. 1. Alii, ipsum nomen a chrismate ductum est. AREV.

CAP. XXVII. N. 1. Hoc est caput ultimum in plerisque exemplaribus mss. et editis. Sed apud Bignonum et Breulium post hoc caput, quod desinit in verbis illis, *qui jam baptizati traderent Spiritum sanctum*, alia duo capita adduntur, quæ hic subnecto. — *De suffragiis Ecclesie.* Sicut pertinet ad divinæ justitiæ severitatem propter venialia punire homines, ita pertinet ad humanitatem divinæ misericordiæ eosdem per suffragia elevare. Prosunt ergo suffragia defunctis, non ad meritum vitæ æternæ, sed ad solutionem pœnæ, et hoc ad pœnarum mitigationem, vel celeriorum liberationem. Sunt autem quatuor modi suffragiorum generales, ad quos omnes alii reducuntur, scilicet, oratio, jejunium, elemosyna, et sacramentum altaris, quorum numerus sic accipitur, quoniam defunctus a pœna absolvi potest duobus modis, scilicet per viam gratiæ, et per viam justitiæ. Per viam gratiæ dupliciter. Primo, per intercessionem publicam capitis, quæ est in oblatione sacri altaris. Secundo, per intercessionem quasi privatam membrorum, scilicet per orationes justorum. Similiter per viam justitiæ dupliciter. Primo, per modum redemptionis pœnæ, scilicet elemosynarum largitionem. Secundo, per modum solutionis pœnæ, scilicet in jejuniorum afflictione. Si autem queritur quando incipiat valere defuncto id quod per se fieri mandavit, dicendum quod opus operantis, id est, meritum auctoris, statim prosequitur mortuorum, de bonis quæ præcepit fieri pro anima sua. Sed non opus operatum, id est, fructus ipsius operis, usquequo fiant, quia primum valet ex merito absoluto, sed secundum ex merito conditionali. — *Quorum suffragia prosunt.* Ad hoc, quod valeant suffragia, requiritur aliquid ex parte agentis, et aliquid ex parte mortui recipientis. Ex parte agentis requiritur, quod sit in charitate, et quod intentionem suam dirigat ad illos quibus vult, ut opera sua proficiant. Distinguendum est tamen, quod suffragia per malum possunt fieri dupliciter, vel per auctorem, et sic non prosunt, nisi forte per accidens, scilicet in quantum per elemosynas mali hominis excitantur boni pauperes ad orandum pro defunctis; vel ut per ministrum, et hoc dupliciter, quia vel faciens est, ut minister pu-

sumus, ideo post lavacrum unguimus, ut Christi nomine censeamur (*I Petr. II, 9*).

#### CAPUT XXVII.

##### *De manuum impositione, vel confirmatione.*

1. Sed quoniam post baptismum per episcopos datur Spiritus sanctus cum manuum impositione, hoc in Actibus apostolorum apostolos fecisse meminimus. Sic enim dicitur : *Factum est, dum Apollo esset Corinthi, ut Paulus, peragratis superioribus partibus 470 veniret Ephesum, ibique cum invenisset quosdam discipulos, dixit ad illos : Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum : Sed neque si Spiritus sanctus est, audivimus. Dixitque eis : In quo ergo baptizati estis? At illi dixerunt : In Joannis baptismo. Ait autem Paulus : Joannes baptizavit baptismum penitentiae plebem, dicens in eum qui venturus esset post ipsum ut crederent, hoc est, in Jesum Christum. Quod cum audissent, baptizati sunt 471 in nomine Domini Jesu, et cum imposuisset illis manum Paulus, venit Spiritus sanctus super illos, loquebanturque linguis, et prophetabant (*Act. XIX, 4*).*

blicus Dei et Ecclesie, sicut quando sacerdos malus celebrat missam, vel agit exsequias mortuorum, et talia semper prosunt, quia malitia ministri non nocet operi boni auctoris, sicut patet in domino justo, dante elemosynam per malum. Si vero facit ea ut minister privatæ personæ, existens tamen in charitate, sive defuncti, sive alterius esset, talia prosunt, quia opus illud, licet sit mortuum quod ministrum, non tamen quoad auctorem. Si vero malus minister facit aliqua de mandato ejus qui non est in charitate, non prosunt. Aliquid etiam exigitur ex parte accipientis ad hoc, ut suffragia prosint illi. Primum est quod ipse sit in charitate. Unde non valent his qui sunt in inferno, quia sunt a corpore Christi mystico separati. Unde nulla spiritualis influenza pervenit ad eos, sicut influenza corporalis non valet membris a corpore amputatis. Secundum est indigentia. Verum tamen non valet beatiss, quia non sunt amplius in via, sed in termino, nec possunt ad altiora ascendere, sed potius e converso illorum suffragia prosunt nobis. Utrumque est in his qui sunt in purgatorio, scilicet, charitas et indigentia. Unde sicut potest homo satisfacere pro altero vivente, qui per se non valet, ita potest esse pro defuncto. Nota quod suffragia prosunt defunctis; sed magis est minus pro diversitate meritum, et mortuorum, vel pro qualitate vivorum, qui magis sollicitant pro aliquibus quam pro aliis. Illa enim suffragia, quæ spiritualiter sunt pro aliquibus, plus valent illis quam aliis, licet etiam aliis quodammodo communicentur. Suffragia vero, quæ communitur pro defuncto sunt, quamvis pro modulo suo omnibus prosint, illis tamen amplius, qui dum essent in via, magis meruerunt, ut sibi prodescent. Quamvis autem (ut dictum est) suffragia non prosint illis qui sunt in cœlo, nec illis qui sunt in inferno, tamen aliquo modo prosunt. Unde nota quod valent illis qui sunt in purgatorio per modum purgationis; valent salvatis in cœlo per modum conjunctionis, quia multiplicatio salvandorum augmentat gloriam accidentalem. Valent et damnatis in inferno per modum diminutionis; quanto enim plures salvantur per meritum Ecclesie, tanto pauciores damnabuntur; et ita minor erit pœna per subtractionem consortii illorum. Valent etiam impiis per modum meriti. Quod autem pro parvulis defunctis celebrantur misere mot-

2. Item in alio loco: « Cum audissent autem, qui erant Jerosolymis apostoli, quod accepit Sanaria verbum Dei, miserunt ad illos Petrum, et Joannem. Qui cum venissent, oraverunt pro eis, ut acciperent Spiritum sanctum, nondum enim in ullum eorum descenderat, sed tantum baptizati erant in nomine Domini Jesu Christi. Tunc imponebant illis manus, et accipiebant Spiritum sanctum. »

3. Spiritum autem sanctum accipere possumus, dare non possumus, sed, ut detur, Dominum invocamus. Hoc autem a quo potissimum fiat, quemadmodum papa sanctus Innocentius scripserit, subjiciam; dicit enim, non ab alio quam ab episcopo fieri licere, nam presbyteri, licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent.

tuorum, hoc non fit propter illorum indulgentiam, cum statim evolent ad gloriam, sed propter gratiarum actionem. » *Missæ mortuorum* quæ ut hic asseritur, pro parvulis dicuntur, non sunt proprie missæ, quæ jam a multis sæculis defunctorum appellantur, sed psalmi, et aliæ orationes in gratiarum actionem. Certe tota hæc explicatio suffragiorum ab Isidoriana ætate longe recedit. Vide not. ad librum de Ordine creaturarum, cap. 14, n. 12, de Purgatorio. AREV.

3. *Innocentius scribit.* Ad Decentium. Vid. c. *Magna*, de Cons., d. 5. GRIMAL.

4. Hoc autem solis pontificibus deberi, ut vel consignent, vel ut Paracletum Spiritum tradant, quod non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum et superior illa lectio Actuum apostolorum, quæ asserit et Petrum et Joannem esse directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum sanctum (*Act. viii*). Nam presbyteris, seu extra episcopum, sive præsentem episcopo, cum baptizant, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratus, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt Spiritum Paracletum.

5. Hæc sunt pauca ex multis quæ probabilium virorum novimus percepisse doctrinis, quorumque eloquia proinde quibusdam in locis a nobis interjecta esse noscuntur, ut sermo noster paternis sententiis firmaretur. Ora pro me.

5. *Hæc sunt pauca.* Multi Mss. *Hæc sunt parva.* Sic apud Sedulium, lib. iii, vers. 338 :

« Parva loquor, si facta Dei per singula curram; etsi apud Sedulium quoque nonnulli legunt *pauca*. Vide notam. In Codice Vatic. 641, de quo in Isidorianis, cap. 94, num. 26 et seqq., legitur *parva*, ex quo Ms. sumpsit *percepisse doctrinis*, quod melius visum est quam *præcepisse doctrinas*, apud Grialium et alios. Postremis verbis orationibus Fulgentii fratris Isidorus se commendat. AREV.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

# SYNONYMA

## DE LAMENTATIONE ANIMÆ PECCATRICIS.

### Prologus prior.

**472** 1. In subsequenti hoc libro, qui nuncupatur *Synonyma*, id est, multa verba in unam significationem coeuntia, sanctæ recordationis Isidorus, archiepiscopus Hispalensis, introducit personam hominis, lamentantis in ærumnis presentis sæculi, seque desentis pene usque ad desperationis defluxum, cui mirabili concursu ratio obvians, levi hunc moderamine consolatur, atque a lapsu desperationis ad spem **473** veniæ reformat, et quemadmodum tergiversantis mundi lapsum evitet, formulamque vitæ spiritualis arripit, mirabiliter docet.

Num. 1. *Synonymorum de lamentatione animæ peccatricis.* Varias inscriptiones, in decem Codicibus quibus usi sumus huic operi præfixas invenimus. In altero Laurentiano Codice, in Septimancensi, et in Navarrico *Soliloquia* inscribitur. In altero Laurentiano *Dialogus inter rationem et appetitum*. Reliqui Codices *Synonyma* habent. Nisi quod quidam ex iis pro *Synonymis* *Synonymam* legunt genere feminino, secuti divum Ildefonsus de virorum illustrium scriptis. In Isidoro (nisi lectio est vitata) concilio sane Tolentino viii, cap. 2, hoc opus *Synonyma* nuncupatur. Sic Braulio in divi Isidori Vita. Sic Gratianus, ubicunque ex hoc opere fragmenta desumpsit, ex *Synonyma* se afferre ait. Addidimus autem ex Guadalupo et Hispalensi codicibus ea verba: *De lamentatione animæ peccatricis*, Ildefonsi auctoritate, qui de Isidoro sic ait: *Librum lamentationis* (supple scripsit), quem ipse *Synonymam* vocavit. Itaque ab eo tempore utramque appellationem prætulit: *Lamentationis* quidem loquentium abusu, *Synonymorum* autem ab ipso Isidoro factam. MARIANA.

*Ibid.* Al., *convenientia* pro *coeuntia*. MAR.

*Ibid.* Al., *miserabili* pro *mirabili*. MAR.

*Ibid.* In Isidorianis caput 70, inscriptum est: *Synonyma, sive soliloquia Isidori. Editiones, præfatio Editionis anni 1552. Versio Italica Synonymorum. Monitum Breuilii. Hæreticus Synonymorum corruptor divino judicio punitus. Codices manu exarati. Plura opera ex Synonymis derivata.* Propterea nihil nunc addere necesse est, ac solum repetam, pro *Synonyma* feminino genere fortasse legendum *Synonymia*, ut ex Etymologiis colligi potest. Pro cui mirabili concursu ratio alii habent qui *miserabili operatione*. Hic prologus in nonnullis Codicibus prorsus omittitur.

2. Deinde usque ad contemplationis ascensum summopere eum provehens, usque in arcem perfectionis adducit. Is denique in perfectum virum perductus, eidem rationi debitas grates exsolvit. In quo quidem opere quisquis intenta mente lector nititur pergere, sine dubio reperiet quo pacto caveat vitia, quomodo defeat peccata commissa, et qualiter per lamen a pœnitentiæ reparatus, ad fructum sanctæ operationis accedat, ut non cum mundi concupiscentiis perat, sed æternis præmiis remuneratus vivat cum Christo Domino nostro, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit, et regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

## Prologus alter.

Isidorus lectori salutem.

3. Venit nuper ad manus meas quædam schedula, quam Synonyma dicunt; cujus formula persuasit animo quoddam lamentum mihi, vel miseris condere. Imitatus profecto non ejus operis eloquium, sed meum volum.

4. Quisquis ergo ille es, libenter id perlege, et dum adversitatibus mundi tangeris, te ipsum censorio judicio discute, et statim agnosces quia quascunque afflictiones pateris in hoc sæculo, retributione tibi justissima inferuntur. Duorum autem personæ hic inducuntur, defertis hominis, et admonentis rationis.

et recte quidem, nisi monitum cujusdam ad opus Isidori inscribatur. Nos Editionem Grialianam sequimur, quod nobis videbatur monuisse contenti. In Codice Vaticano 628, de quo cap. 94 prolegomen., num. 12, apposite post operis titulum sequitur prologus: Venit nuper ad manus meas, etc. Deinde: *Explicit prologus.* Incipit argumentum. In subsequenti hoc libro, qui dicitur Synonyma, etc. Quod a Constantino Cajetano animadversum quoque fuit, qui utram prælationem edidit, ut Editiones Breulianam et Grialianam corrigeret. Sed quod contentum neque prologi Venit nuper Isidorum auctorem esse, id certe minime probat. Auctorem utriusque prælationis ab antiquitate et pietate commendandum monet; et multa deinde addit, ut antiquorum temporum scriptores pene omnes sua opera auspicari consuevisse constet his verbis: *Incipit liber,* etc. Magno in usu olim erant hi duo Synonymorum libri, ut ex loc. cit. prolegomen. liquet; et in schedis Zaccarianis notatum invenio in bibliotheca publica Fuldensi asservari duos Synonymorum libros Isidori Hispalensis scriptos sæculo VIII. AREV.

5. Quædam schedula. Hoc est, quidam libellus, nam schedæ vox aliquando in libri significatione sumitur. In Guadalupæ et Hispalensi legebatur quædam schedula Ciceronis, et sane libellus circumfertur non incommodus in quo voces synonymæ colliguntur Ciceronis nomine ad Lucium Veturium. Ea inscriptio cum mendacio afficta sit, et Ciceronis vox in aliis omnibus Codicibus desit, ex utraque judicamus. MAR. *Ibid.* Persuasit animo. Al., persuasit animum meum. AREV.

4. In Codice Laurentiano tertio, sive in-8°, illico post hunc prologum, qui unicus in eo est, sequitur argumentum utriusque libri Synonymorum in hæc verba: Homo in angustia suæ necessitatis exponit mala quæ patitur, et enumerat cupiditates. Justitiam periisse dicit, injuste oppressum se querelatur, flagellis diversis consumptum se dolet, mortem sibi citius provenire exoptat. Ratio admonet spem habere. Homo interrogat qualiter fiet. Ratio hoc ipsum disponit, quia tribulatio utilis est, in pressuris non murmurandum. Quodcumque patitur homo, justo Dei judicio committitur. Vita et flagitia hominis enumerat. Homo malum suum recognoscit, et deflet. Ratio admonet ut

A plenius recognoscat. Homo hoc ipsum affirmat. Ratio admonet ut a vitio declinet. Homo difficile putat hoc fieri. Ratio admonet consuetudini resistendum. Aliorum Interitus retrahat a peccato. Homo interrogat, si est spes indulgentiæ. Ratio affirmat quia confessio per emendationem justificat. Homo respicit ad melius. Ratio hoc ipsum exoptat. Homo peccatum suum recognoscit, et deflet. Ratio consolando interrogat, quid metuat anima. Homo diem judicii pertimescens, et pœnam damnationis, natum se dolet fuisse; deflet culpam, et enumerat mala quæ gessit, implorat misericordiam Domini. Ratio consultat lamentanti, et admonet denuo non peccare. Admonet ut homo semetipsum agnoscat, fidem veram teneat, bene vivat, declinet a malo, cogitationi pessimæ statim resistendum, libidini fortiter resistendum, orationi insistendum, abstinentiæ insistendum, dissolutis oculis non intuemum, operationi et lectioni semper insistendum: humilitas fortiter tenenda cum timore, et adversa fortiter toleranda, iracundiæ colubenda, injuriæ non respondendum, peccanti celeriter ignoscendum, et odium non tenendum, pax et benignitas semper tenenda. Vanæ gloria fugienda, malos evitare, bonis conjungi debere, malum non audire. malum non loqui, suas culpas attendere, alieus culpas non requirere, mendacium omnimodis cavendum, a juramento abstinendum, et quod voverit reddendum, mali aliquid non in corde loquendum, nec occulte faciendum. Consilium et opus semper ad Dominum convertendum, virtutes celandas, vitia manifestanda, in omnibus esse sollicitum, nunquam ecurum, in bonis usum exercere, et sapientiæ operam dare. Verba præcedant opera, in omni doctrina sollicitudo, et discretio sit. Superflua non scire, neque curiositatem exhibere, scientia et vita meliores semper venerari, ad malum omnino non consentire; a subditiis amandus magis quam timendus; in omnibus modus tenendus. Quod sibi non vult, aliis ne faciat. Taliter seipsum judicare incipiat, qualiter alios judicat, in summo honore summa sit humilitas, quia ubi summus honor, ibi summum periculum est. Mundo esse moriendum, misericordiam et elemosynam omnibus largiendam, nihil cum tædio dandum, nihil auferendum. Homo profitendo doctrinam gratias agit. Explicit præfatio; incipit liber primus. AREV.

## LIBER PRIMUS.

5. Anima mea in angustiis est, spiritus meus

5. Al., animæ pro animi. *Ibid.* *Judicia non comprehendendo.* Laurentianus alter legebat *judicia non comprehendendo.* Nos lectionem alteram, quæ aliorum

æstuat, cor meum 475 fluctuat, angustia animi

omnium Codicum est, secuti sumus. Porro argumenti et indicii voces hoc loco modum, formam, rationemque Isidoro significant. MAR.

possidet me. Angustia animi affligit me, circumdatus sum omnibus malis, circumseptus ærumnis, circumclusus adversis, obsitus miseriis, opertus infelicitate, oppressus angustiis, non reperio usquam tanti mali perfugium, tanti doloris non invenio argumentum, evadende calamitatis iudicia non comprehendo, minuendi doloris argumenta non colligo, effugiendi funeris vestigia non invenio, ubique me infelicitas mea persequitur, domi forisque mea calamitas me non deserit.

6. Ubi cunque fugio, mala mea me insequuntur; ubique me convertero, malorum meorum me umbra comitatur; velut umbram corporis, sic mala mea fugere non possum. Ego ille homo ignoti nominis, homo obscuræ opinionis, homo infimi generis, cognitus per me tantum, cognitus tantum mihi; nullumquam malum feci, nulli calumniatus sum, nulli adversus exstiti; nulli molestiam intuli, nulli inquietus fui, sine ulla querela apud homines vixi; vitam meam omnes lædere nituntur, omnes contra me fremunt atque insaniunt, conserta manu in me pericula ingerunt, ad exitium me pertrahunt, ad periculum me adducunt, ad discrimen vocant meam salutem.

7. Nullus mihi protectionem præbet, nullus defensionem adhibet, nullus adminiculum tribuit, nullus mali meis succurrit, desertus sum ab omnibus hominibus; quicumque me aspiciunt, aut fugiunt, aut fortasse me persequuntur, intuentur me quasi infelicem, et nescio quæ loquuntur mihi in dolo verbis pacificis; occultam malitiam blandis sermonibus ornant, et aliud ore promunt, aliud corde volunt. Opere destruant quod ore promittunt, sub pietatis habitu animo venenato incedunt. Velant malitiam fœco bonitatis, caliditatem simplicitate occultant, amicitiam dolo simulant, ostendunt vultu quod in corde non gestant. Cui crederis? cui fidem habeas? quem proximum sentias? ubi jam fides? periit fides, **476** ablata est fides, nusquam tuta fides. Si legitimum nihil est, si veritas iudicii nulla est, si æquitas abijcitur, si jus non creditur, si justitia cunctis negatur, pereunt leges, avaritia judicante.

8. Crevit avaritia, periit lex cupiditatis amore, jura nihil valent, præmia et dona legibus vires tulerunt. Ubique pecunia vincit, ubique iudicium venale est; nullus legibus metus, nullus iudicii timor. Im-

*Ibid.* Non invenio argumentum. AL., argumenta non colligo. Et mox non ingenio pro non colligo. AREV.

6. Insaniunt. AL., insidiantur. AREV.

7. AL., ore promittunt pro ore promunt. *Ibid.* Supple, queritur post tuta fides. MAR.

*Ibid.* Si jus non creditur. AL., si iusto non creditur. AREV.

8. AL., abstulerunt pro tulerunt. MAR.

9. Despiciuntur. AL., dejiciuntur. Et infra: Pro impio. Nocentes sunt immunes, innocentes, etc. AREV.

10. AL., imponunt pro impingunt. *Ibid.* Judices non sinunt conscribere. Quid sit iudices conscribere ex Asconio Pediano intelligitur in II Verrinam, ubi ait: Cum multi iudices in consilio cum pretore suo iudicaturi essent qui quæstor fuisset in causa publica, necesse fuerat eos primum de curia senatoria conscribi, cum senatus iudicaret. Deinde in urnam mitti, ut de pluribus necessarius numerus sortito confici posset. Tertio

punita manet male vivendi licentia, nemo peccantibus contradicit, nec scelus ulciscitur quisquam. Omne crimen inultum manet, iniqui salvi sunt, innocentes pereunt, boni indigent, improbi abundant, scelerati potentes sunt.

9. Justi egent, iniqui honorantur, justus despiciuntur, iniqui lætantur, justus in mœrore et luctu sunt. Impius prævalet adversus justum, damnant mali bonos, honoratur iniquus pro justo, justus damnatur pro impio, innocentes pro nocentibus pereunt, nulla re impediende.

10. Nulla causa, nulla criminatione, nulla malitia crimen mihi objiciunt, crimen mihi impingunt, criminis nodos contra me neclunt. Criminis et suspicionis locum in me convertunt. In crimen me periculumque deducunt, objiciunt mihi crimen, cuius non habeo conscientiam. Nihil exploratum est, nihil patefactum est, nihil investigatum est, nihil repertum est, non tamen quiescunt adversum me mala confingere, non quiescunt falsa testimonia præparare, non desinunt accusatores objicere, iudices non sinunt conscribere.

**477** 11. Testium et iudicum falsa et crudeli sententia iudicor. Testium falsa sententia ad necem innocens ducor. Ex eodem concilio testes, ex eodem iudices, ex eodem cœtu accusatores. Improbos iudices opponunt, falsos testes objiciunt, in quorum testimonio confidentia est. Nemo ab illis dissentit, nemo discordat, nemo consilium eorum repudiat. Cui dicam? cui credam? cui loquar? quem adeam? a quo consilium petam? in quo animum meum ponam? quem potissimum quæram?

12. Omnibus odiosus sum, omnium charitate desertus sum, projiciunt me omnes a se, abominatione me omnes abominantur, exhorrescunt me omnes, repudiant omnes, abdicationem intendunt: volo ad eos confugere, sed minantur; cupio eorum deprecari vestigia, sed fugiunt, adversantur et odiunt; supplicando propitios eos habere volo, illi autem magis molesti sunt; interdum adjungunt se ficta charitate, non ad consolationem, sed ad tentationem; loquuntur simulate, et si tacent, non est simplex silentium; quærent quod accusent, quærent quid audiant, quærent quid prodant, explorant unde decipiant.

*Ibid.* permitti accusatori, et reo, ut ex illo numero rejiciant quos putaverint sibi aut inimicos aut ex aliqua re incommodos fore. Pæfectione celebrata, in eorum locum qui rejecti fuerant substituebatur prætor alios, quibus ille iudicum numerus legitimus completeretur. Erit ergo verborum sententia: Non sinunt ut iudiciorum recepto more et instituto in cognitione procedatur. Omnia perturbate agunt. Aut fortasse, non sinunt iudices conscribere, dixit, id est, inter se convenire sententiis non permittunt; συγγράφασθαι enim aliquando in consentiendi significatione ponitur, ut apud Theophrastum, quinto de plantis: διὰ καὶ οἱ ἀρχιτέκτονες συγγράφονται περιεῖν τὰ πρὸς τὴν μίτραν, ὅπως λάβωσι τοῦ ξύλου τὸ πυκνότερον, καὶ μαλακώτατον. Aut fortassis legendum: Non desinunt iudices in conscribere. Verum Codices omnes in eam quam posuimus lectionem conspirabant. MAR.

13. Ego autem, reclinato capite, humiliato vultu, A deposita facie, sileo, taceo, in incepto persisto silentio, ori meo custodiam posui, ori meo signaculum dedi, vocem a sermone repressi, linguam a locutione retraxi; etiam de bono interrogatus taceo, malui enim reticere improbis quam respondere. Illi autem non quiescunt, illi amplius sæviunt; percussum amplius persequuntur, magis magisque irruunt super me, obstrepunt super me clamoribus, faciunt in me petulantiter convicia voce, habitu, strepitu.

14. Super me prosiliunt, vocem aperta contumelias et opprobria super me faciunt, et, ab alio provocati, in me omnes concitantur, ad me omnes arma convertunt: omnes in me sæviunt, omnes in exitium meum intendunt, omnes in mortem meam manus suas præparant. In tanto igitur metu, in tanto pavore, B in tanta formidine contabui miser, pallui miser, exsanguis effectus sum; 478 emarcuit cor meum, pavore æstuo, formidinis metu tabesco, timor et trevor animam meam quasaverunt.

15. Sic exsilio trusus sum, sic exsilio damnatus sum, sic exsillii pœnam lugeo, sic exsillii damnationem gemo, vinculo servitutis addictus, conditionis pondere pressus, servili operè manipatus, in algore, in nive, in frigore, in tempestatibus tetris, in omni labore, in omni periculo positus. Post damna bonorum, post amissionem omnium rerum, inops et pauper effectus sum, egeo, mendico infelix, publice posco eleemosynam, egeuti nemo manum porrigit, indigent nullus succurrit, apud nullum miseratione dignus sum, omni misericordia desolatus sum, qui C misereatur non est.

16. Omnes mendicantem spernunt, esurientem nec micis suis reficiunt, in os sitiensis nullus distillat guttam refrigerii, nullus præbet mihi vel modicum vitæ rorem, effectus sum enim cunctis abominabilis. Quicumque me intuentur, omnes ut ulcerosum contemnunt, ut fetentem exspuunt, ut leprosum tangere horrent. Jacet caro astricta ferro, jacet pressa catenis, jacet ligata vinculis, jacet vincta compedibus, non desunt tormenta, non desunt cruciamenta, non desunt mihi supplicia, quotidie crudescit in me sævitia.

17. Corporis mei carnifices novis me cruciatibus lacerant, inaudito genere pœnarum viscera mea et membra mea dilaniant, quidquid possunt super me

13. *Retraxi*: ita malo cum Codice I Florent. Laurent., sive in-folio, quam *restrinxit* cum Editione Grialii. Ex eodem Ms. substituit *reticere*, ejecto *retinere*, quod in eadem Editione erat, fortasse per errorem; nam in Editione Biguzana jam erat *reticere*. AREV.

15. Al., *alimoniam* pro *eleemosynam*. MAR.

16. Al., *omnes ut mendicantem spernunt*. MAR.

Ibid. Al., *afflicta* pro *astricta*. Ibid. *Non desunt mihi supplicia*. In altero Laurentiano et vetustiori: *Non desunt minus supplicia*. In Hispalensi et Guadalupeo: *Non minus desunt supplicia*. In Parisiensi: *Non sunt minus supplicia*. Ex Seguntino, Septimanensi et legionensi vera restituta est lectio. Nam etsi in illis hæc desint verba, proxime tamen superius legitur: *Nec desunt mihi tormenta*. MAR.

crudele excogitant, non perimor auda morte, mille pœnis extortus; mille subactus tormentis, mille laceratus suppliciis. Caro mea plagis secta computrol, semiusta latera saniem effundunt, lacerata membra putredine diffuunt, cum fetibus sanguis manat, cum lacrymis cruor stillat; nec est solus fetus lacrymarum, sed vulnere.

18. Consumptus sum dolore miser, in dolore et animus, et corpus deficit: mens jam victa est, anima dolore præclusa est, 479 multa intolerabilia sensi, multa acerba sustinui, multa gravia pertuli; tam grave et crudele vulnus nunquam excepi, inopinato vulnere oppressus sum momentaneo interitu percussus sum, inprovisa me in tantum malum calamitas vitæ conjecit. Ignorantem me oppressit subita calamitas, repentini interitus, casusque me subruerant.

19. Cur infelix natus sum? cur in hæc miseram vitam projectus sum? ut quid miser hæc lucem vidi? ut quid misero hujus vitæ ortus occurrit? Utinam velocius egrederer a sæculo quam sum ingressus, quacunque jam ratione recederem? sed heu! miseris exspectata mors tarde venit. Cupienti mori jam liceat occumbere. Vivendi enim mihi tedium est, moricendi votum, sola mihi mors placet. O mors, quam dulcis es miseris! o mors, quam suavis es amare viventibus! quam jucunda es, o mors, tristibus atque morientibus!

20. Accedat ergo ad vitæ magnum malum mortis grande solatium, sit vitæ terminus finis tantorum malorum, dei finem miseriæ requies sepulture, et si non vita, saltem vel mors misereri incipiat. Mors malorum omnium finem imponit, mors calamitati terminum præbet, omnem calamitatem mors adimit.

21. Certe vel mors subvenit miseris, melius est bene mori quam male vivere; melius est non esse quam infelicitate esse; ad comparisonem miseriarum mearum feliciores sunt mortui quam viventes; parcite dolori meo, quæso: morori meo, quæso, ignoscite; angustiarum mearum veniam date, indulgete meis doloribus, in tanto dolore contra me commoveri nolite; percussorem enim meam plango, calamitatem meam deploro, familiarem cladem miseriæ meæ lugeo, plura enim ministrat dolor; non valeo consolari miser, impatiens enim est dolor meus, infuitus est moror meus. Nullatenus linquitur vulnus meum, nullus D lacrymis modus est, nullus dolorum finis est, jam

17. Al., *putredinem*, pro *putredine*. Et *stuidus*, pro *stetis*. MAR.

18. Al., *percussa* pro *præclusa*. Et *percussus* pro *percussus*. MAR.

19. *Cupienti mori jam liceat occumbere*. In Laurentiano veteri, *cupiente mori jam licet occumbere*. In Guadalupeo, et Hispalensi, *cupienti mori jam libet occumbere*. In cæteris omnia hæc verba desunt. Nos quia nentæ lectioni dentenda satis constat, ex utrisque veram, ut credimus, lectionem conflatimus, voce tantum *licet* in *licet* commutata. De quo lectorem admonendum duximus, ut quanta usi simus religione his libris castigandis non ignoraret. MAR.

20. Al., *miseris* pro *misereri*. MAR.

21. Al., *velox* pro *vel*. MAR.



nulla fiducia est animi, jam ferre non potest animus, A jam victus miseris concidit animus.

480 22. O homo, quid tantum diffidis animo? cur adeo mente debilitaris? cur spem aique fiduciam omnem amittis? cur animo tantam diffunderis? quare tanta pusillanimitate deice is? quare in adversis adeo frageris? Omitte tristitiam, desina tristis esse, tristitiam repelle a te, mœstitiæ noli succumbere, noli te multum dare mœstitiæ, repelle a corde tuo dolorem, ab animo exclude dolorem, inhibe doloris impetum, non perveheres in dolore, vince animi dolorem, supera mentis dolorem.

23. Qualiter? quo pacto? quomodo? quemadmodum? qua ratione? qua arte? quo consilio? quo ingenio?

24. Omni ope, omni vi, omni ingenio, omni virtute, omni arte, omni ratione, omni consilio, omni instantia aune luctamen contra corporales molestias; esto in conciliis casibus firmus, patienter tolera omnia, omnia adversa æquo animo tolera. Noli singularem tuam conditionem attendere, non est tua a te sola pensanda acerbitas, non est sola tua a te consideranda calamitas; respice similes aliorum casus, intende miserias eorum quibus æerbe aliquid accidit; dum tibi aliena pericula memoras, mitius tua portas; aliorum enim exempla dolorem relevant, alienis malis facilius consolatur homo.

25. Quid incusas acerbissima tua decreta? quid causas tui periculi tantum luges? non sunt nova tua supplicia, habes exempla calamitatis. Quanti tales casus, quanti talia pericula pertulerunt? Patienter ab uno ferendum est quod multis accidit tolerabile. Pœna hujus vitæ brevis est, et qui affligit et qui affligitur, mortalis est. Tribulatio hujus temporis finem habet.

26. Transeunt omnia sæculi hujus, nec permanent; omne quod venit stare non potest. Nihil est tandiu, nihil tam longum, quod non brevi finiatur, omnia sub cœlo finem suum habent; impossibile est ut homo sis, ut non gastes angustias: dolor, et tristitia omnibus communia sunt, omnia in hoc sæculo eventus simili sustinemus. Nemo in perpetuum expers mali est, nemo est qui in 481 hoc sæculo non doleat, nullus est qui in hac vita positus non suspiret: vita ista lacrymis plena est, vita ista a fletibus inchoat; qui nascitur a fletu incipit vivere, flentes projicimur in hanc miseram vitam, ipse ortus sequentium dolorum est gemitus.

27. Interpone ergo tibi rationem, particeps esto

22. Al., *spei fiduciam pro spem, atque fiduciam.* MAR.

*Ibid.* Ratio. Alii habent: *Hinc ratio homini respondet. Et deinde, Hinc homo rationi respondet.* ARV.

24. Al., *temporales pro corporales.* MAR.

25. Al., *aliorum pro calamitatis.* MAR.

26. Al., *nihil est diu, nec tam longum.* MAR.

27. Al., *pertimesces pro pertimescis.* Et *intreire pro intrare.* MAR.

*Ibid.* Quod in præsentis est, etc. Alludit ad locum Pauli, I Cor. iv, 17. Parisiensis legit: *Quod in præsentis est tribulationis in nobis, momentaneum est, et*

rationis, prævaleat tibi ratio, tempera animum ratione, animam ratio confirmat, vim tanti mœroris reprimit: ratio; confirmato animo, nullum periculum portimescis. *Opportet nos per multas tribulationes intrare in regnum Dei (Act. xiv, 21). Non sunt condigne passionnes hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis (Rom. viii, 18);* quod in præsentis est, momentaneum est, et leves tribulationes in nobis: quod æternum est, supra modum est, pondus excellens gloriæ; utilis est tribulatio, utiles sunt hujus vitæ pressuræ.

28. Malorum pravitas non te occidit, sed erudit: pravorum adversitas non te dejicit, sed extollit; humana tentatio arguit te, non interficit; quantum enim in hoc sæculo frangimur, tantum in perpetuo sæculo solidamur; quantum in præsentis affligimur, tantum in futuro gaudebimus. Si hic flagellis atterimur, purgati in judicio inveniemur. Semper Deus hic vulnerat quos ad salutem perpetuam præparat. In fornace probatur aurum, tu, ut sorde careas, tribulationis camino purgaris, ut prior appareas, persecutionis igne confusaris, ut omnium peccatorum sorde purgeris, ad probationem sunt ista omnia quæ sustines.

29. Non igitur murmure, non blasphemis, non dicas: Quare sustineo mala? cur affligor? ut quid mala patior? sed magis dic: Peccavi, ut eram dignus recipio. *Æqualem vindictam peccati mei non sentio, minus percussum me quam merebar agnosco, juxta modum criminis minor est retributio ultionis, secundum meritum peccatorum dispar est causa pœnarum,* non sunt tanta supplicia quanta existerunt peccata. Qui enim in flagellis murmurat, Dum 482 contra se plus irritat, furorem Dei amplius provocat, iram Dei indignantis plus sibi exaggerat.

30. Qui vero adversa patienter tolerat, Deum citius placat. Si enim vis purgari, in pœna te accusa, et Dei justitiam lauda; ad purgationem tuam proficere, si ea quæ pateris ad justitiam Dei retuleris, si pro irrogata injuria humilis Deum glorificaveris. Corripit enim te Deus flagello piæ castigationis, exercet in te disciplinam, et qui parcendo te ad se revocabat, feriendo clamat, ut redeas. Cogita, o homo, quoslibet mundi cruciatus, intende animo quascunque sæculi pœnas, quoscunque tormentorum dolores, quascunque dolorum acerbitates; compara hoc totum gehennæ et leve est omne quod pateris; si times, illas pœnas time; istæ temporales sunt, illæ æternæ; istæ finem habent, illæ perpetuæ sunt; in istis moriendo tormenta recedunt, in illis moriendo æternus dolor succedit.

*leve; quod æternum est in nobis, supra modum est, pondus excellens gloriæ. Quæ lectio etsi non incummoda visa est, secuti eam non sumus, quoniam omnes veteres Codices discrepabant.* MAR.

*Ibid.* Confirmat. Fortas is, confirmet. Alii omittunt animam ratio confirmat. Mox pro et leves tribulationes in nobis, al. et leve tribulationis in nobis; al., in nobis quod levecum multas tribulationes operatur. ARV.

30. Al., *miseria pro injuria.* Et *revocavit pro revocabat.* MAR.

*Ibid.* Humilis Deum glorificaveris; al., humiliaberis, a Deo glorificaberis. ARV.

31. Si enim conversus fueris, emendatio est quod pateris; conversum namque flagella a peccatis absolvunt, converso instantes plagæ proficiunt ad purgationem. Qui enim hic castigatus corrigitur, illic liberatur; qui vero nec sub flagello corrigitur, et temporali pœna, et æterna damnatur, et in hoc prius judicantur sæculo, et illic denuo in futuro. His duplex damnatio est, gemina his percussio est, quia et hic habent initium tormentorum, et illic perfectionem pœnarum. Vide quia manus Dei te tradidit ad pœnam.

32. Scito autem, o homo, nullum tibi adversari potuisse, nisi Deus potestatem dedisset; nec habuisset in te potestatem adversarius, nisi permitteret Deus, universa quæ tibi accidunt absque Dei veniunt voluntate, iniquorum potestas super te ex Dei datur licentia. Omnes qui tibi adversantur Dei consilio faciunt, manus Dei te ad pœnam tradidit, indignatio Dei te affligere jussit. Ipse iratus jussit te omnia mala experiri, nam et quod infirmaris, quod carnis morbis afficeris, quod corporis debilitatibus frangeris, quod languorum stimulis cruciaris, quod passionibus animi quateris, **483** quod mentis angustia torqueris, quod grassante impugnationis spiritu agitaris, et hoc ipsum tibi pro peccato tuo divina justitia irrogat, et ipsum pro culpa tibi divini judicii infertur sententia.

33. Omnis enim adversitas rerum delictorum tuorum meritis excitatur, tua contra te dimicant arma, sagittis tuis confoderis, telis tuis vulneraris; per quæ enim peccasti, per hæc et torqueris (*Sap. xi, 17*). Secutus es carnem, flagellaris in carne, in ipsa gemis in qua peccasti, in ipsa cruciaris in qua deliquisti, ipsa tibi est censura supplicii, quæ fuit causa peccati; unde corruisti ad vitia, inde luges tormenta.

34. O homo, discute conscientiam tuam, intende mentem tuam, examina te, loquatur tibi cor tuum, considera meritum tuum; juste argueris, juste flagellaris, justo judicio judicaris, procella justa te conterit, justitiæ pœna te premit, nihil enim bonum agis, nihil rectum, nihil æquum, nihil justum, nihil sanctum, nihil in te sancitatis est, nihil pudoris, nulla memoria dignitatis, nihil Deo dignum.

35. Quotidie peccas, quotidie laboras, quotidie præceptis in deterius vadis: elatio tua non recedit, superbia tua non deponitur, tumor et jactantia non cohibentur, rapit te quoque furor, inflammat ira, clamor excitat, commovet indignatio, paratus semper ad iram supra modum irasceris, super mensuram animi furore moveris, zelare bonis solitus, invidere melio-

ribus solitus, alienis virtutibus semper invidus, alienis felicitatibus semper æmulus.

36. Quem non lacerasti? cui unquam non detraxisti? cuius non obruisti vitam? cui non jactasti infamiam? fallax, inconstans, infidus, avarus, tenax, sterilis, inhumanus, infructuosus; non est in te ulla misericordia, cecidisti in concupiscentiis sæculi, et defluxisti in cupiditatibus mundi; flagras in terreno amore; congeris res perituras, nescit satiari cupiditatis tuæ sitis; novis te **484** quotidie peccatis involvis, novis facinoribus vetera auges, non dilata sce-lus, sed dilatas, nec satias unquam flammam libidinosa concupiscentiæ.

37. O te infelicem, non te pudet per multas aspergi libidines; corruptor libidinosæ, luxuriose adulter, sic in libidines perduras? sic in flagitio perseveras? sic in luxuria permanes? sic in carnali amore persistis? Heu! quandiu, quousque errabis? quem ad finem te effrenata trahet luxuria? jam tandem peccare quiesce, jam tandem desine a scelere, aliquando mores malos commuta in melius.

38. Cur in peccatis sordibus manes? cur in voluntate peccandi persistis? noli diu errare miser, de malo jam mutare in melius: pone peccato finem, pone legem nequitie, habeat culpa modum, habeat iniquitas terminum; delictorum tuorum considera magnitudinem; culpas tuas saltem verberatus agnoscito.

39. Heu me! heu infelicem me! heu miserum me! nesciebam quod pro mea iniquitate percussior, ignorabam quod pro meo merito judicor; quod istam judicium de mea sit injustitia, tu mihi manifestasti, tu mihi indicasti, tu mihi notum fecisti, per te cognovi; quod nesciebam, jam pro certo scio, jam certum habeo; jam me non latet, manifestum est mihi satis, satis mihi est cognitum, perpensum mihi est satis, jam exploratum est mihi, occultum mihi jam non est, jam mihi non est ambiguum, jam mihi non est absconditum.

40. Inde est, homo, inde omnis ista calamitas, inde ista acerbitas, inde est ista crux, inde est ista pœna, inde ista ærumna; tibi notæ sunt causæ, non ex aliquo casu, non ex quolibet eventu, non ex quolibet fortuito, iste languor propriæ culpæ est, ista ægritudo propriæ iniquitatis est. An aliud tibi videtur? an aliter putas? an aliter existimas? an aliter sentis? an aliter contueris? an aliud judicas? an aliud deputas?

41. Nihil sane, nihil prorsus, nihil penitus, nihil omnino, nihil **485** habeo, quod contradicam: eode

extinguis in te peccatum, imo, quantum potes, vivifecis, nec satias unquam, etc. AREV.

38. Verberatus agnoscito. Alii addunt, *Emenda, dum tempus est. Homo, vide ne ulterius peccando in deterius vadas.* AREV.

41. *Quis istud negat? In Mejorada Codice, et altero Laurentiano addebatur: Nesciebam, quod justo judicio (fortasse justum judicium) de mea sit injustitia, tu mihi manifestasti, per te cognovi, quod antea nesciebam. Quæ verba ut additija, in hunc locum rejicienda putavimus.* MAR.

32. Al., *consilium, pro consilio. Et impugnatione spiritu, pro impugnationis spiritu.* MAR.

*Ibid.* Aliquando in textu Grialii desunt litteræ notarum indices. Itaque ex conjectura et aliis Mss. notas Marianæ ordinavi. AREV.

35. Al., *non residet pro non recedit.* AREV.

36. Al., *obrisisti. Al., obrasisti. Al., horruisti. Al., abrosisti, pro obruisti. Et concupiscentias pro concupiscentiis. Et expleri, pro satiari.* MAR.

*Ibid.* Alii, *cui non obruisti vitam, fortasse melius quam cujus, etc.* Deinde pro *novis te quotidie, etc.*, alii, *non minuis facinora, sed auges, et amplificas; non*

veritati, negare non possum, fateor esse verum; quis hoc dubitat? quis istud ambigit? quis istud negat?

42. Si ita est, si ita existimas, si certum habes, si perpensum est, si exploratum est, aufer a te jam vitium, a vitio et peccato te retrahé; fuge jam vitæ maculam, fuge vitii cultum, crimen remove a te; a vanitatis te malo coerce; fuge turpitudinem vitæ, puritatem vitæ tene; veteres maculas ablué.

43. Bene dicis, bene doces, bene instruis, bene admones, bene persuades, bene instituis; et ego optabam a peccati nexu resolveri, cupiebam a consuetudine mala retrahi, desiderabam a vitio et peccato recedere, quærebam usum nequissimum superare. Sed heu! difficile est pravam consuetudinem vincere, pravus usus vix aboletur, assidua consuetudo in naturam convertitur, assiduo usu in naturam mutatur vitium, animus sceleribus astrictus divelli ab eis vix potest; tanta sunt in me vitia, ut vix evelli possint, vix credo peccata mea ullo spatio temporis exolescere.

44. Ultra me miserum antea vitavi, spontaneo me dudum studio pollui, proprio me prius arbitrio perdididi, propria voluntate me maculavi. Bonus eram, sponte mea ad peccatum dilapsus sum; liber eram, sponte mea factus sum debitor mortis. Infelix ego, peccatum sponte mihi primus ipse paravi, ego prius occasionem peccandi amplexus sum, nunc peccati usu astrictus detineor, mala consuetudo me sibi graviter implicavit, usus peccandi necessitatis vinculis me astringit; a delicto discedere volo, nec valeo.

45. Quæro a lapsu resurgere, et non valeo usui repugnare. Trahor boni amore, retrahor malæ consuetudinis lege. Longa consuetudo in me jus sibi et legem fecit, longus peccandi usus me superatum obtinuit. Peccata mea consuetudine durucrunt. Volo agere bonum, sed desideria consueta non permittunt. Consuetudine peccandi, quando nescio, sic delinquo; peccati usu, quando non opto, incurro; repugnante carnali consuetudine implere bona non valeo, pravo usui contraire nitor, sed carnis desiderio aggravor; ad iustitiam me amor erigit, sed ad peccatum consuetudo constringit.

46. Relucta contra malam consuetudinem, contra consuetudinem peccandi tota virtute repugna; vince usum carnalem etiam cum dolore; perniciosam consuetudinem vince, quamvis cum difficultate, quamvis cum dolore usui malo resiste. Propone tibi adversus præsentis carnis ardores futuri supplicii ignem, superet æstum libidinis recordatio æterni in-

42. Vitium, a vitio. Al., vitium crimen remove a te, a vanitatis te malo coerce, a vitio. AREV.

43. Al., valde difficile est. Et elui, pro evelli. MAR.

44. Sic, pro sibi. MAR.

Ibid. Proprium arbitrium pro libero sumi, notatum fuit a Bignæo. AREV.

46. Al., ignem pro æstum. MAR.

Ibid. Remedium id esse contra concupiscentias et voluptates, Bignæus ad marginem advertit. AREV.

47. Al., provide, pro prævide. MAR.

A cendii, memora ardoris gehennæ ardorem excludat luxuriæ.

47. Fornicationis pœnam metus gravius supplicii vincat, fortior dolor dolorem minorem exsuperet. Patienter leviora portabis, si graviora fueris recordatus. Versetur ante oculos tuos imago futuri iudicii, prævide quæ postmodum eris passurus. Futuram Dei sententiam cogita, futura Dei iudicia super te formida terreat te gehennæ metus, terreat te futuri iudicii sententia, revocet te pœnarum terror a culpa.

48. Vitæ tuæ terminum quotidie intuere, omni hora habeto mortem præ oculis, ante oculos tuos tenebrarum semper versetur adventus. De morte tua quotidie cogita, finem vitæ tuæ semper considera, recole semper diem mortis incertum; esto sollicitus, ne subito rapiaris: quotidie dies ultimus appropinquat, vitam nostram quotidie dies auferat, quotidie ad finem tendimus, quotidie viam vitæ transimus, ad mortem quotidie properamus, ad vitæ terminum quotidie tendimus, momentis decurrentibus ad finem deducimur.

49. Nescimus quid nobis hodie contingat, nescimus quando extremum vitæ tempus adveniat. Ignoramus si hac nocte animam nostram conditio mortis reposita. Finis noster nobis absconditus est, venturi exitus ignorantia nobis incerta est. Improvisus est mortis occurus, incertus est eventus et finis omnium. Dum nescimus, repente mors venit; dum non existimamus, improvise tollimur; dum ignoramus, repente subtrahimur. Timeamus ne dies illa, tanquam fur, nos comprehendat (*1 Thess. v. 2*), ne nos turbo divini iudicii dum ignoramus diripiat, ne nos repentinus interitus auferat, ne ignorantes subito calamitas comprehendat.

487 50. Spiritus, qui ad peccandum succendit, peccantem sæpe subito rapit; qui viventes inflammat, morientes subito devorat; qui inflectit ad vitia, pertrahit subito ad tormenta. Quantos ad pœnam mortis improvisa calamitas stravit? quantos improvisus exitus rapuit? quanti subito subtracti deficiunt? quanti, dum mori non existimant, auferuntur? quanti ad mortem subito rapiuntur? quanti repente ad æterna supplicia deducuntur? Aspice ergo ex alieno tormento quod timeas. Respice in alieno exitio quod paveas, vita foveam, in quam vides coram te alium cecidisse, pericula aliena in te pertimesce. Alienos casus tua fac esse pericula; morientis vocatio tua sit enfendatio; aliorum perditio tua sit cautio.

51. Retrahatur a peccato impiorum interitus. Abstrahatur a culpa pereuntem pœna, delinquentium

48. Al., pœnarum, pro tenebrarum. MAR.

49. Al., hominum, pro omnium. Et interitus incautos auferat. MAR.

Ibid. Occurus. Al., occaus, AREV.

50. Al., trahit, pro stravit. MAR.

51. Alii, dum est licentia perniteat te, festina dum potes. Pro absorbeat alii absorbeat, sed illud geminuna videtur. Multa huiusmodi verba præpositione ob composita esse constat, quæ librarii commutaverunt. Vide commentar. ad Prudentium. pag. 623. AREV.

finis te corrigat, reproborum interitus te adducat ad A poenitentiam. Iniquorum poena ad tuam salutem proficiat; quod male fecisti dum potes emenda, dum potes a vitio et a peccato te revoca, dum tempus est clama, dum datur spatium luge, dum est licentia poenitere festina, dum potes plange; dum adhuc anima versatur in corpore, dum adhuc vivis, remedium tibi futurum acquire, priusquam te dies mortis praveinat, priusquam te profundum absorbeat, priusquam te infernus rapiat, ubi jam nullus est indulgentiae locus, ubi nulla poenitentiae pateat libertas, ubi nulla correctionis datur licentia, ubi nullus est ad confessionem recursus, ad veniam nullus regressus.

52. Verum dicis, verum loqueris, narras mihi quod opportunum est; informas me quod magis mihi expediat: nihil est melius, nihil gratius, nihil acceptius, nihil jucundius; nihil me magis delectat, nihil me magis gratificat. Id solum quaero, ecce scio, novi, didici istud. Illud item quaero, illud scire volo, illud nosse maxime cupio, si est spes in confessione, si est fiducia, si est remissio, si est venia, si est indulgentia, si est locus per poenitentiam regredi ad justitiam.

488 53. Est plane, est utique, est prorsus, est procul dubio, est profecto. Confessio sanat, confessio justificat, confessio peccati veniam donat, omnis spes in confessione consistit, in confessione locus misericordiae est. Certissime igitur crede, nullo modo hæsites, nullo modo dubites, nullatenus de misericordia Dei desperes. Habeto spem in confessione, habeto fiduciam. Non desperes remedium sanitatis; non desperes salutem, si ad meliora convertaris. Qui enim veniam de peccato desperat, plus se de desperatione quam de commisso scelere damnat.

54. Desperatio auget peccatum, desperatio peior est omni peccato. Corrige igitur te, et indulgentiae habeto spem. Depone injustitiam, et spera vitam; depone iniquitatem, et spera salutem. Nulla tam gravis culpa est quae non habeat veniam; quamvis enim peccator sis, quamvis eriminosus, quamvis sceleratus, quamvis inlinitis criminibus nefandis oppressus, non denegatur tibi poenitentiae locus: facile poenitentibus divina clementia subvenit, per poenitentiam indulgentia datur, per poenitentiam delicta omnia absteruntur.

55. Heu miserum me! spem perdidideram, fiduciam amiseram, diffideram animo, fractus fuerat animus,

52. Al., in me, pro me. Et id nosse tantummodo cupio. MAR.

Ibid. Informas me. Sic dici solet informare animum, et artes, in quibus puerilis aetas informari solet, etc. AREV.

53. Al., sed ad meliora, pro si ad meliora. MAR.

Ibid. Confessionis fructus hoc loco a Bignæo indicatur. AREV.

54. Al., grandis, pro gravis. MAR.

55. Al., id desperatione, pro in desperationem. MAR.

56. Al., dele, pro dilue. Et plorata pro ploratu.

MAR.

Ibid. Alii: Desiderii est, ergo age, dum licet, dum

in desperationem pene conciderat animus. Jam regressus sum ad spem, jam recepi fiduciam, spem indulgentiae jam habeo, de pietate Dei spero, de bonitate Dei non dubito, habitabo in spe, crexit me ad spem pietas ejus, dedit mihi spem vitae in poenitentia. Si Deus igitur respexerit, si in auxilium mihi accesserit, si ad implendum quod cupio adjuverit, hoc facere decrevi, hoc statui, defixum hoc in animo meo est, evelli hoc ab animo meo non potest.

56. Deus tibi optata tribuat, Deus votis tuis saveat, Deus votorum tuorum te compotem faciat, Deus voluntatem tuam in bono perficiat, Deus vota tua confirmet, Deus votis tuis suffragetur, 489 Deus tibi quod optas concedat, Deus tibi ad vota tua accedere faciat, omnia Deo favente agas; ergo age dum licet, dum mors moratur. Si igitur cordi est, si in voluntate est, si voti est, si animi est, si desiderii est, ora, pete, obsecra, ne taceas, erumpe in vocem, clama fortiter, plange iniquitates tuas, mala scelerum tuorum deplora, quae pravo gessisti fletibus dilue; quae illicite commisisti, lacrymis ablue: plorata scelera dilui solent, mala quae gessisti flendo commemora. Reatus tui dolorem plange, poenam tuam flendo cognosce, lamenta poenitentiae te lavent, moeroris tui unda te irriget, compellat te plangere fluvius lacrymarum.

57. Heu mihi infelix anima! in tantis peccatis, in tantis criminibus, in tam multis iniquitatibus, quid primum plorem? quid primum plangam? quid lugeam prius? quas lacrymas sumam? non sufficit memoria referre tantorum criminum gesta. Peccata quoque mea mihi sensum doloris tulerunt, hebetudine cordis coagulatae sunt lacrymae, obrigit animus, nullo moerore compungitur.

58. Anima mea in stuporem conversa est, insensata facta est anima mea. O lacrymae, ubi vos subduxistis? ubi estis fontes lacrymarum? ubi es moeroris unda? ubi estis lamenta? Redite, obsecro, lacrymae, movemini fontes lacrymarum, aspergite me fletibus, fluite super faciem meam, humectate maxillas meas, genas meas irrigate; date mihi plantam amarum, inter omnes enim ego gravius corruvi, inter omnes deterius cecidi. Omnium imperia peccata scelere meo vici, tartarea tormenta vix malis meis sufficiunt.

59. Non est peccatum super peccatum meum, non est iniquitas super iniquitatem meam, nequiores me cunctis peccatoribus penso. Comparatione mea

sors moratur, ora. Et postea, flendo commemorata pro fletibus dilue. Et in fine, lacrymarum, plorata scelera dilui solent. AREV.

57. Al., meis, pro moerore. MAR.

59. Levior est peccato meo poena, etc. Multae sententiae ex Isidori Synonymis adoptatae videntur ab Urbano VIII, in oratione ab ipso edita in fine Beviarii Romani, et ad confessionem sancti Petri in templo Vaticano in tabella descripta: Si possumus malum, quod fecimus, minus est quod patimur, major est quod meremur. Gravius est quod committimus, levius est quod toleramus, etc. AREV.

nullus iniquus est, juste pœnas debitæ infelicitatis exsolvo, juste tantis suppliciis conteror, ex meo peccato mala mihi omnia advenerunt. Deus juste me affligit, justo judicio rependitur factis meis congrua vicissitudo, minus tamen retribuitur mihi quam ipse deliquit, peccatorum meorum minor vicissitudo rependitur, plagæ meæ culpa mea durior invenitur, **490** levior est peccato meo pœna damnationis meæ; gravius est quod admisi, levius est quod tolero. Gravior est culpa quam feci, minor vindicta quam perfero. Pœno malum quod gessi, non est tantum quod patior.

**60.** Levior est plaga mea pondere peccatorum meorum. Aliud est prorsus, aliud, quod amplius me affligit, quod me magis contristat, quod me magis perturbat, quod me magis terrificat, cui simile malum nullum est, cui incomparabilis omnis pœna est, quod omnibus suppliciis antefecit, quod antecedit cuncta tormenta, quod exsuperat omnia mala.

**61.** Hou anima! quid est quod multum metuis? quid est quod te magis corripit? quid est quod ad mœstitiam te amplius impellit? quid amplius formidas? quid amplius pavescis? quid amplius metuis?

**62.** Metuo diem iudicii, metuo diem tenebrarum, diem nebulosum, diem amarum, diem durum. Perpendo quidem malum quod tolero, sed amplius quod restat formido, lugeo, quæ in hac vita jam patior, sed post hanc ne graviora patiar pertimesco. Sententiam licet jam tolerem in pœna, tormenta tamen gehennæ formido ex culpa. Jam præsens pœna me laniat, sed futura magis conturbat. Gravia sunt quæ sustineo, graviora quæ in perpetuum pertimesco; de præsentibus quidem pœnis doleo, sed de futuris amplius ingemisco.

**63.** Succurre mihi, Deus meus, antequam moriar, antequam mors me præveniat, antequam me tartara rapiant, antequam me flamma comburat, antequam me tenebræ involvant. Subveni prius quam ad tormenta properem, priusquam gehennæ ignibus devorer, priusquam sine termino erucier, reus enim timore iudicii tui terreor, pavore peccati iram tuam formido, immanitate sceleris examen tuum trepidus conscientia metuo.

**64.** Si enim justus vix salvabitur, ego impius ubi ero? quid **491** faciam, dum venerit tremendi formido iudicii? cum examen iudicii venerit, quid respondebo (*Job xxxi, 14*)? quid ero dicturus, cum ante tribunal Christi fuero præsentatus? Væ diem illum, quando pec-

**61.** Al., malum pro multum. MAR.

**62.** Al., post hanc vitam, ne. Et futura pœna magis. MAR.

**63.** Succurre mihi, etc., usque ad finem num. 74, peccatorum meorum vincula. Hæc est oratio, vel confessio beati Isidori, a Constantino Cajetano edita, tanquam opus aliquod Isidori, a cæteris diversum, ut dixi in Isidorianis, cap. 81, n. 33, quamvis Cajetano laud ignota fuerint Isidori Synonyma, ut initio huius operis annotavi. AREV.

**64.** Al. omnis memoria ejus, pro omni memoria. MAR.

*Ibid.* Cajetanus, tremendi hora iudicii. AREV.

**65.** Textus apud Cajetanum alicubi discrepat, ut

A cavi! væ diem illum, quando transgressus sum! væ diem illum, quando malum expertus sum! Utinam non illuxisset mihi! utinam non fuisset ortus super me! utinam super me non apparuisset! O dies detestanda! o dies abominanda! o dies penitus nec dicenda! quæ me in hoc sæculum protulit, quæ mihi claustra partus aperuit, quæ ortus mei ostia reservavit. Dies illa a luce in tenebras permutetur, profunda illam caligo confundat, æterna iam cæcitas obruat, amittat temporis statum, omni memoria exstinguatur, nullis digna sæculis memoretur.

**65.** Melius mihi fuerat non esse ortum, melius non fuisse genitum, melius non fuisse in hoc sæculo procreatum, quam æternos perpeti cruciatus. Flete me, cælum et terra; lugeite me, omnes creaturæ; plorate me, omnia elementa; ingemiscite super me, univsum genus, et quo potestis vitæ sensu, super me lamentum effundite; peccavi enim crudeliter, lapsus sum fortiter, cecidi graviter, corruï miserabiliter, nullum invenitur peccatum cujus sordibus non sim coinquinatus. Nullus est morbus vitiorum a quo non contraxerim contagium, nulla sordium sentina existit quæ in me miserum non confluxerit.

**66.** Probrosus, sceleratus, flagitiis cunctis adfusus, innumerabiliter frequentavi impudicitiam. Ut bene viverem ultro promisi; quod pollicitus sum nunquam servavi. Semper ad peccatum meum redi, semper delicta mea iteravi, prioribus sceleribus semper deteriora conjunxi; nunquam in melius mores mutavi, nunquam a malis facis recessi; plurimos etiam maculavi me perdens, plurimos pravus moribus ad iniquitatem converti, scelere meo multæ animæ perierunt, exemplis vitæ meæ multi subversi sunt, ego multis causa mali existiti, per me nomen sanctitatis laceratum est.

**492 67.** Orate pro me ad Dominum, omnes viri sancti; obsecrate pro me, plebs omnis sanctorum; implorate pro me, omnis chorus justorum; si forte misereatur mihi Deus, si forte recipiat me, si forte deleat peccatum meum, si forte auferat iniquitatem meam, si misericordiam præstet mihi; iratus enim est super me nimis, complevit furem suum in me, effudit iram indignationis suæ super me propter multitudinem iniquitatis meæ, quia creverunt aversiones, quia multiplicatæ sunt prævaricationes meæ. Væ mihi! quia consumptus sum; væ mihi! quia defecit

hoc loco post perpeti cruciatus addit: *Oplubam a peccati nexu resolvi, cupibam a consuetudine mala retrahi, desiderabam a vitio recedere; sed difficile est peccandi consuetudinem vincere, etc.* Sic fere alia petita ex numeris 44 et 45, usque ad consuetudo stringit. Flete me, cælum et terra, etc. AREV.

**65.** Forte, impuditiæ sæditatem. AREV.

**67.** Hæc etiam quædam interseruntur apud Cajetanum: *Prævaricationes meæ. Ideo implorate pro me Dei omnipotentis misericordiam, omnes chori beatorum. Intercedite pro me, omnis multitudo electorum, ne infundat omnipotens Deus super me iram indignationis suæ propter multitudinem iniquitatum mearum. Væ mihi! Domine, etc.* AREV.

anima mea, afflicta mœrore, contrita luctu, extenuata gemitu.

68. Quis miserebitur tui, anima? quis consolabitur te? quis dabit lamentum pro te? magna est, sicut mare, contritio tua (*Thren. II, 13*), afflictio tua sicut pelagus sæviens, dolor tuus quasi fluctus tumens; quæ tempestas non irruit super te? quæ procellæ non acciderunt tibi? omnes molestiarum rivi, omnes turbulentissimæ tempestates super tuum caput intonuerunt, plena es angustia et miseris, plena es fluctibus, plena es tempestatibus anima.

69. Ubi es, custos hominum? ubi es, Redemptor animarum? ubi es, pastor? cur sprevisi me? cur avertisti faciem tuam a me? ut quid longe factus es a me, consolator animæ meæ? Revertere jam, Deus meus, non me obliviscaris in finem, non me in perpetuum deseras, non me ad perdendum in potestate dæmonum derelinquas. Licet offensæ sit gravis, tu autem clemens, tu pius, tu multæ miserationis, nullum relinquis, nullum spernis, nullum detestaris, nullum recusas a misericordia, sed ultro offers clementiam. Peccantes expectas ut redeant.

70. Quanti enim scelerati, quanti luxuriis dediti, quanti concupiscentiis sæculi saginati, bonitate tua ad indulgentiam pervenerunt! Multis non merentibus gratis peccata donasti, ostende et in me clementiam tuam, pateat et mihi venia, pateat indulgentia, **493** non abneges uni, quod plurimis es largitus. Scelera mea non defendo, peccata mea non excuso, displicet mihi quod feci, displicet quod peccavi. Offensam fautor, errorem confiteor, culpam agnosco, vocem confessionis aperio. Suscipe, quæso, clamorem confidentis; attende, Domine, vocem deprecantis. Audi vocem peccatoris clamantis.

71. Peccavi, Deus, miserere mei; peccavi, Deus, propitiare mihi. Parce malis meis, ignosce peccatis meis, indulge sceleribus meis, deleat culpas meas gratia tua. Sana animam meam, quia peccavi tibi (*Psal. XL, 5*). Si enim iniquitates recordatus fueris, quis sustinebit (*Psal. CXXIX, 3*)? Ad examen tuum nec justitia justis securæ est. Quis enim justus qui se audeat dicere sine peccato? quis præsumat coram te aliquid de justitia? nullus hominum absque peccato, nullus mundus a delicto, ecce inter sanctos nemo immaculatus. Ecce, qui servierunt Deo, non fuerunt stabiles, et in angelis reperta est pravitas (*Job IV, 18*). Astra immunda sunt coram te. cœli non sunt mundi in conspectu tuo (*Job XV, 15*); quanto magis ego abominabilis, et putredo, et filius hominis, vermis,

68. Al., *ingruit*, pro *irruit*. MAR.

*Ibid.* Omnes molestiarum rivi. Al., omnes moles molestiarum. AREV.

69. Al., *recludis*, pro *recusas*. MAR.

70. Al., *satiati*, pro *saginati*. MAR.

*Ibid.* In Editione Grialii, *mœrentibus*, pro *merentibus*. AREV.

71. Al., *dele*, pro *parce*. Et *recordaberis*, pro *recordatus fueris*. MAR.

*Ibid.* Verba e sacris Scripturis allegata non plane respondent Vulgatæ, verum Isidorus solum sensum soluisse exprimere videtur. AREV.

A qui hausit quasi gurgis peccatum, et bibi quasi aquas iniquitatem, qui commoror in pulvere (*Job VII, 21*), qui habito in domo lutea, qui terrenum habeo fundamentum.

72. Memorare, Domine, quæ sit mea substantia (*Psal. LXXXVIII, 48*), memento quia terra sum, memento quia pulvis et cinis sum (*Gen. XVIII, 27*), operi manuum tuarum porrigere dexteram (*Job XIV, 15*). Consule infirmæ materiæ, succurre carnali fragilitati, infirmæ conditioni. Pateat regressus salutis, pateant tibi vulnera mea. Coram te est ægritudo mea, tu vides quantum sauciatus sum, et ~~languida~~, medicinam quæ sanet tribus, medelam quæ ceter impende; refice infectum vitis, reforma corruptum peccatis. Exstingue in me flammam concupiscentiæ. Jacula ignita diaboli me ultra non penetrent, non exardescant in me ulterius.

73. Tu enim scis tentationes quas porto. Tu scis fluctus quos patior. Tu nosti tempestates quas tolero, ubi lapsus sim, ubi defluxus sim, ubi infelix demersus sim, tu scis. Incurri enim negligens in ruinam. **494** Corruï incautus in turpitudinis foveam, decidi in cœnum flagitiorum, descendi in profundum malorum miser; erue animam meam captivam ab inferis, erue me de immanissimo abisso. Non me concludat profundum, non mihi denegat exitum.

74. Ecce dies metuendus jam imminet, jam dies ultimus appropinquat, jam instat limes vitæ, nihil superest mihi præter tumultum, nihil superest præter sepulcrum (*Job XVII, 1*); parce mihi, antequam eam: munda me ab iniquitate mea, antequam ab hac vita egrediar. Solve, priusquam moriar, peccatorum meorum vincula.

75. Commotus ad lacrymas tuas, ad fletus tuos compunctus sum; lamentatio tua me resolvit, lamentatio tua lacrymas mihi exigit; lamentando ad lacrymas me coegisti, lamentando ad fletum me comovisti; ad lamentum tuum lacrymas fudi, ad planctum tuum in lacrymas resolutus sum. Deus tibi veniam tribuat, Deus tibi culpas tuas parcendo ignoscat. Peccata tua Deus a te suspendat, peccata tua laxando dimittat, criminum tuorum maculas abluat, ab omni te mali labe detergat, liberet te ab imminente peccato.

76. Age itaque jam ut oportet, age ut decet, age ut dignum est, age ut rectum est, age ut æquum est. Propone ut ulterius non pecces; ne ultra delinquas statue. Cave culpas tuas iterare, cave mala repetere, ad vitium ex quo te abscedisti non revoces, quod

72. Al., *libidinosæ concupiscentiæ*. MAR.

73. Pro *tempestates*, Cajetanus et alii, *tempestatibus*. AREV.

74. Al., *maculam*, pro *vincula*. MAR.

*Ibid.* Apud Cajetanum et quosdam mss. Codices ita desinit oratio, sive confessio Isidori: *Solve priusquam moriar, peccatorum vincula, Trinitas sancta, qui vivis et regnas in unitate delictis per omnia sæcula sæculorum. Amen.* AREV.

75. Forte, *exigit*, pro *excudit*. MAR.

76. Al., *a quo*, pro *ex quo*. MAR.

deliquisti non iteres, transacta mala non repetas. A Post lapsum denuo non delinquas, non te polluas post lamentum, post penitentiae luctum non redeas ad peccatum, non denuo committas deplorata delicta.

77. Ne rursus facias quod iterum plangas, ne culpam pro qua veniam postulas iterare praesumas: Inanis est poenitentia quam sequens culpa coinquinat, vulnus iteratum tardius sanatur, frequenter peccans et lugens vix veniam meretur. Nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata. Nihil valet veniam a malis poscere, 495 et mala denuo iterare. Persiste ergo

77. *Inanis est poenitentia quam sequens culpa coinquinat, etc.* Gratianus, de Poenitentia, d. 3. c. cui nullum est *Inanis*, hunc locum transtulit in suum decretum, tanquam August. in lib. Soliloquiorum, nimirum hoc opus soliloquia a quibusdam vocabatur, ut initio dictum est, et Augustino tribui solitum.

in confessione, esto in poenitentia fortiter confirmatus.

78. Vitam bonam quam coepisti tenere non desinas. Propositum vitae bonae conserva jugiter. Beatus eris, si permanseris; beatus, si perseveraveris; tunc erit perfectum opus tuum, si usque in finem duraveris. Salus perseverantibus promittitur, praemium perseverantibus datur: *Beati qui custodiunt iudicium, et faciunt iustitiam in omni tempore* (Psal. cv, 3). Non est beatus qui bonum facit, sed qui incessabiliter facit. *Qui enim perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit* (Matth. x, 22.)

Petrus etiam Blesensis Gratiano ferme aequalis ostendit simili errore hunc ipsum locum Augustini nomine citans tractatu de confessione. Pro *esto*, al. *ista*. MAR.

78. Al., *deseras*, pro *desinas*. Et, *salus inchoantibus* pro *salus perseverantibus*. MAR.

## LIBER SECUNDUS.

496 1. Quae te, animae, obsecro te, deprecor B te, imploro te, ne quid ultra leviter agas, ne quid inconsulte geras, ne temere aliquid facias, ne repetatur malum, ne renascatur peccatum, ne redeat iniquitas, ne recurrat malitia, ne denuo exoriatur nequitia, ne resumat iniustitia vires.

2. Scito, homo, temetipsum; scito quis sis, scito cur ortus sis, quare natus sis, in quem visum genitus sis, quare sis factus, qua conditione sis editus, aut quare sis in hoc saeculo procreatus; memento conditionis tuae, naturae tuae ordinem serva. Esto quod factus es, qualem te Deus fecit, qualem te factor condidit, qualem te creator instituit.

3. Serva rectam fidem, tene sinceram fidem, custodi intemeratam fidem, maneat in te recta fides. Sit in te incorrupta confessionis fides, nulla te insipiens doctrina decipiat, nulla religio perversa corrumpat, nulla pravitas a fidei soliditate avertat. Nihil temere de Christo loquaris, nihil de Deo pravum, nihil impium sentias, nihil perverse sentiendo in dilectione ejus offendas. Esto in fide justus, habeto fidem rectam, conversationem sanctam, quam invocas fide, non abneges opere, ab omnibus quae lex ve at abstine, omnia quae Scriptura prohibet cave.

4. Non delinquas in opere, qui in fide perfectus es. Fidem turpiter vivendo non polluas, fidei integritatem pravis moribus non corrumpas, nihil contra praecipuum Dei facias; vive in bono, nullo adjuncto malo, bonos mores nulla conversatio mala coinquin-

2. In Grialii Editione erat *esto quod factus est*, per errorem, ut ex antiquioribus Editionibus colligitur, in quibus invenitur *factus es*. AREV.

3. Al., *incorruptae*, pro *incorrupta*. Et in *fide recta*, pro *fidem rectam*. MAR.

*Ibid.* Forte, *quem invocas fide*. AREV.

5. In id, quo *delectatur corpus*. Omnes Codices habebant, in id *quod delectatur corpus*, ego legendum iudicabam in id *quod delectatur corpus*, aut in id *quod delectat corpus*, et paulo inferius, ubi ait, *Mentem tuam turpis cogitatio non subripiat*, legendum putabam non *subrepat*, quo loquendi modo inferius etiam ipse Isidorus utitur. Verum hunc posteriorem locum

net, opera recta sinistra facta non maculent; non admisceas virtutibus vitium, non adjungas bonis malum, malum mistum bonis contaminat plurimum bona. Unum malum multa bona perdit. Qui in uno peccaverit, eum omnibus vitis subjacere scito (Jac. ii, 10).

497 5. Per unum enim peccatum multae justitiae pereunt. Per unum malum multa bona possunt subverti. In id, quod delectatur corpus, animum declines, carnali delectationi consensum non praebes. Non des animam tuam in potestatem carnis, refrena mentem ab appetitu illius. Cor tuum quotidie discute, cor tuum quotidie examina, privata examinatione occultorum tuorum latebras discute. A cogitatione noxia custodi animam tuam, mentem tuam turpis cogitatio non subripiat; discerne cogitationes tuas, quid vites, quid facias; munda conscientiam tuam a peccato.

6. Sit animus tuus ab omni pollutione purgatus. Sit mens tua pura, nullae ibi sordes resideant. Sic vitium absterge a te, ut nec animo quidpiam apud te remaneat. Scito te de cogitationibus judicandum. Deus conscientias judicat. Deus non solum carnem, sed et mentem examinat. Deus iudex et de cogitationibus judicat animam. Quando titillat prava cogitatio, non consentias illi. Quando suggerit aliquid illicitum, non ibi teneas animum; primam peccati suggestionem contemne, non sinas eam in corde tuo manere. Quaecumque hora venerit, expelle illam;

sine exemplari mutare ausus non sum, priorem autem, Cassiodori praecipuum animatus, libro de divinis lectionibus, cap. 15, mutavimus; conjectura ducti a litteram, unde incipit vox, *delectatur*, librorum vitio fuisse geminatum. MAR.

*Ibid.* Cod. Florent. in-4°, in id, *quod delectet corpus*. Retinui *quod delectatur corpus*; quae locutio non est inusitata in mss. operibus Isidori, et fortasse eundem auctorem habet, ut notavi in lib. ii Sentent., cap. 6, num. 1. AREV.

6. Al., *te tangit*, pro *titillat*. Et *subgerit*, pro *suggerit*. Et *pravam*, pro *primam*.

ut apparuerit scorpio, contere eum. Calca serpentis A caput, calca pravæ suggestionis initium.

7. Culpam tibi emenda, ubi nascitur; in ipso initio cogitationi resiste, et evades cætera. Adversus initium cogitationis decerta, et vinces; caput cogitationis exclude, et cætera superantur. Si expuleris cogitationem a corde, non prorumpit in opere. Si cogitationi non consenseris, operi cito resistes; quem delectatio non rapit, consensus sibi non subdit. Non enim potest corpus corrumpi, 498 nisi prius animus corruptus fuerit. Dum anima labitur, statim caro ad peccandum parata est. Anima enim carnem præcedit in crimine, nihilque potest caro facere, nisi quod voluerit animus; munda ergo a cogitatione animam, et caro non peccat; si enim volueris, te omnino superare non poterit.

8. Audi, anima, quæ loquor, ausculta quæ dico, attende quæ moneo; nulla jam immunditia polluaris, nullâ libidine maculeris, ab omni te carnis corruptela suspende, ab omni carnis corruptione te subtrahere. Luxuria in te ultra non invalescat. Libido ultra non te devincat. Custodi a fornicatione corpus tuum. Ne ulla unquam carnali cogitatione inquineris; fornicatione contaminari deterius omni peccato puta, omnibus peccatis fornicatio major est.

9. Grave peccatum est fornicatio. Fornicatio universa antecedit mala. Fornicatio gravior est morte; melius est mori quam fornicari, melius est mori quam libidine maculari, melius est animum effundere quam eam per incontinentiam perdere. Continentia hominem Deo proximum reddit, continentia hominem Deo proximum facit, ubi manserit continentia, ibi et Deus permanet.

10. Castitas hominem cælo jungit, castitas hominem ad cælum trahit. Castitati cæli regnum promittitur. Castitas hereditatem 499 cæli suppetere facit. Libido vero in infernum mergit hominem, libido ad tartara hominem mittit, ad pœnas tartari hominem libido perducit.

11. Quod si adhuc carnis molestias sentis, si adhuc carnis stimulis tangeris, si adhuc libidinis

7. Al., *certa*, pro *decerta*. MAR.

*Ibid.* Si enim volueris, te omnino superare non poteris. Varia Codicum lectio est. Nonnulli habent: Si enim volueris, vinci omnino non poteris. Quidam: Si enim volueris, vinci animo non poteris. Laurentianus vetustior, cui multum in aliis fidebamus: Si enim volueris, te omnino non poteris. Nostra lectio ex Navarrico Codice, qui non minori auctoritate nec vetustate erat, desumpta est. Suspiciamus tamen veram hujus loci lectionem esse: Si enim volueris, vinci omnino non poteris. MAR.

*Ibid.* In ipso initio, etc. Notum est illud Ovidii, quod etiam Thomas de Kempis in aureo suo libello de contemptu mundi adoptavit:

Principiis obsta: sero medicina paratur,  
Cum mala per longas invaluere moras.

Illud obiter notandum multas Synonymorum sententias in laudato libro de Contemptu mundi fuisse adoptatas. Caput autem *Non potest* exstat in Gratiani Decreto, 52, q. 5. Pro *decreta* diversa lectio in nota Marianæ erat *cætera*; sed legendum opinor *certa*; ita

suggestione pulsaris, si animum tuum adhuc fornicationis titillat memoria, si adhuc caro te impugnat, si te adhuc luxuria tentat, si adhuc libido invitat, memoriam mortis tibi objice, diem exitus tui tibi propone, finem vitæ tuæ ante oculos adhibe; propone tibi futura iudicium, propone tibi futura tormenta, propone tibi futura supplicia, propone tibi infernarum perpetuos ignes, propone tibi gehennæ pœnas horribiles.

12. Ora lacrymis indesinenter, ora jugiter, procare Deum diebus ac noctibus, sit sine cessatione oratio, sit frequens oratio, sint orationis arma assidua, oratio non deficiat, insiste orationi frequenter, incumbere orationi assidue, gemitus semper, et plange, surge in nocte ad precem, vigila et ora, pernocta in B oratione, et prece, incumbere nocturnis vigiliis. Ad modicum clausis oculis rursus ora, oratio frequens diaboli jacula submovet.

13. Oratio continua diaboli tela exsuperat. Hæc prima virtus adversus tentationum incursus. Hæc prima tela adversus hostium tentamenta. Immundos spiritus precum expellit frequentia, immundus spiritus orationis vincit instantia. Dæmonia oratione vincuntur, oratione dæmonia superantur, omnibus malis prævalet oratio.

14. Adime quoque tibi saturitatem panis, parcimonia tuum corpus castiga, jejuniis et abstinence inservi, pallida ora gere, aridum porta corpus. Esuri et siti, abstine et arece; non potes tentationes vincere, nisi jejuniis erudiaris. Escis enim libido crescit, ciborum saturitas carnis luxuriam suscitât, edacitatis vitio crescit carnis tentatio, saturitati libido semper adjuncta est, at contra 500 jejuniis libido restringitur, jejuniis luxuria superatur, sequestrata saturitate, non dominatur luxuria.

15. Abstinence enim carnem superat, abstinence luxuriam frenat, libidinis impetum abstinence frangit, libidinis virtutem abstinence solvit; sitis et fames carnis luxuriam interimunt, fames et sitis carnis lasciviam superant. Vino quoque multo gravatur mens. Vinum virus est in animo. Vino luxuria excitatur.

enim in quibusdam Mss. legitur, et inde notam correxerunt. Infra: Te omnino, etc. Al., te animo perdere non poteris, vel vinci animo non poteris. Sic enim interdum in Mss. duæ diversæ lectiones conjunguntur. ARXV.

10. Al. castis, pro castitati. — *Suppetere facit*. Sic Codex Navarricus legebat, nisi quod addebat *hominem*. Alii legunt *suppetere capit*. Laurentianus vetustior *hereditatem cæli suppetere* habet, nullo alio verbo addito. In Laurentiano altero recentiori totum illud, *Castitas hereditatem cæli suppetere facit, desiderabatur*. MAR.

*Ibid.* Castitas... facit. Al., castis hereditas cæli suppetit. ARXV.

11. Al., tibi præpone finem. MAR.

12. Al., et ora per noctem, pro et ora, pernocta, MAR.

*Ibid.* Exstat hoc caput de Oratione in libro de Contemptu mundi Isidori nomine edito. ARXV.

14. Pro *restringitur*, melius fortasse erit *restringitur*. ARXV.

15. Al., multum, pro multo. Et *generatur*, vel *excitatur*, pro *pullulat*. MAR.



Vino fomes libidinis enutritur. Venis vino repletis, A luxuria in membris pullulat; pocula quippe instrumenta luxuriæ sunt. Igni enim adjecto fomite magis creceat incendium; adjecta igni materia, plus augetur flamma.

16. Oculi quoque prima tela libidinis; visio prima concupiscentia mulieris, mens enim per oculos capitur. Aspectus namque amoris jacula mittit, concupiscentiæ libidinem nutrit aspectus; mentem illicit, animam titillat, cor vulnerat. Subtrahatur igitur visum, reprime oculos a petulantia, nec eos figas in specie carnis. Nullam attendas ad concupiscendum; nullam hoc animo inspicias, ut concupiscas; tolle occasionem peccandi, aufer materiam delinquendi.

17. Si vis esse a fornicatione tutus, esto corpore et visione discretus, corpore quippe sejunctus a peccati B intentione discedis. Circa serpentem autem non eris diu illæsus; ante ignem consistens, etsi ferreus sis, aliquando dissolveris; proximus periculo diu tutus non eris, per assiduitatem cito peccat homo.

18. Sæpe familiaritas implicuit multos. Sæpe occasio peccandi voluntatem facit. Sæpe, quos voluntas non potuit, assiduitas superavit. Otiositati deditum cito luxuria subripit. Vacantem luxuria cito præoccupat. Gravius libido urit quem otiosum invenerit. Cedit autem libido rebus, cedit operi, cedit industriæ, et labori, libidinem quippe carnis sæpe labor evincit, corpus enim labore fatigatum minus delectatur flagitio.

19. Quapropter præcave otium, non diligas otium, non te ducas in otio vitam, fatiga corpus laboribus, exerce operis ejuslibet studium, quære tibi opus utile, quo animi infligatur intentio, cum opere 501 vaca lectioni, vaca in lege Dei, vaca in meditatione Scripturarum; habeto in divinis libris frequentiam, assiduitas legendi sit tibi, sit tibi frequens lectio, sit quotidiana legis meditatio. Lectio vitæ demit errorem, lectio a mundi subtrahit vanitatem, lectione sensus et intellectio augetur; lectio docet quid caveas, lectio ostendit quo tendas. Multis proficis, cum legis, si tamen facias quod legis. Jam etsi cætera bona placent, si et alia grata sunt, si in voluntate sunt, si in voto sunt, si in bonis cunctis animus est intentus, si in bonis cunctis animus est paratus.

20. Esto humilis, esto in humilitate fundatus, esto omnium ultimus, et novissimus, humilitate minimum D te fac, nulli te præponas, nulli te superiorem depu-

tes, æstima, omnes superiores esse tibi, omnium te minimum existima, inferiorem te omnibus deputa. Quamvis summus sis, humilitatem tene; si humilitatem teneris, habebis gloriam; quantum enim humilis fueris, tantum te sequetur gloriæ altitudo.

21. Cave autem jactantiam, cave ostentationis appetitum. Cave gloriæ inanis studium, non te arroges, non te jactes, non te insolenter extollas. Alas superbiæ non extendas, elationis pennas non erigas, nihil de te præsumas, nihil tibi boni tribuas, de justitiæ virtute nulla elatione superbias, de bonis factis non extollaris, de bono opere non glorieris; descende, ut ascendas; humiliare, ut exalteris, ne exaltatus humiliaris; qui enim attollitur humiliatur, qui exaltatur dejicitur, qui elevatur prosternitur, qui inflatur alliditur; de excelsis gravior casus est, de alto major ruina est, initium enim peccati superbia.

22. Superbia angelum deposuit, tumor regna dissolvit, elatio excelsos dejecit, arrogantia sublimes humiliavit, humilitas autem casum nescit, humilitas lapsum non novit, humilitas ruinam nunquam incurrit, nunquam lapsum passa est humilitas. Cognosce, 502 hono, quia Deus humilis venit, et quia se in forma servi humiliavit, factus obediens usque ad mortem (Philipp. II, 8); ambula sicut et ille ambulavit, æquere ejus exemplum, imitare vestigia ejus, existe vilis, existe abjectus, existe despectus, displice tibi, despectus esto apud teipsum.

23. Qui enim sibi vilis est, ante Deum magnus est; qui sibi displicet, Deo placet; esto igitur parvus in oculis tuis, ut sis magnus in oculis Dei. Tanto enim eris ante Deum pretiosior, quanto fueris in oculis tuis despectior. Porta quoque verecundiam in vultu de recordatione delicti, porta pudorem in facie de memoria commissi peccati. Peccati pudore oculos tuos attollere erubescas. Incede deposita facie, mœsto ore, abjecto vultu, percusso corde, lugubri veste, sacco involutus, opertus cilicio corpus: fatiscens artus cilicium et cinis involvat, squalentia et tabescentia membra saccus operiat, exustum corpus luctuosus habitus legat.

24. Terra sit tibi incessanter cubile, stratus humus: pulvis es, in pulvere sede; cinis es, in cinere sede semper lugens, semper mœrens, semper gemens, semper suspiria cordis emittens; sit compunctio in corde, sint gemitus crebri in pectore; frequenter oculis lacrymæ profundantur, ad lacry-

16. Al., amor, pro amoris. MAR.

18. Fortasse voluptas, pro voluntas. Et subripit, pro subripit. MAR.

19. Al., implicetur, pro infigatur. Et quid teneas, pro quo tendas. MAR.

Ibid. Jam etsi cætera bona placent. Hæc erant in omnibus Codicibus, præterquam in Septimancensi, et Seguntino, quibus quoniam non fidebamus, cum multa in his aliis etiam locis desiderarentur, obelo notasse contenti fuimus, tanquam non satis, neque cum superioribus, neque cum his quæ sequuntur, cohærentia. MAR.

Ibid. Alii ita distinguunt: Quod legis, si jam et cætera bona placent, etc. Atque ita hæc cum præce-

dentibus minus male coherent. AREV.

21. Al., de justitia et virtute, pro de justitiæ virtute. MAR.

22. Al., ambula in humilitate, sicut. MAR.

23. Al., semper, pro quoque. Et percusso, pro percusso. Et involuto, pro involutus. Et exhaustum, pro exustum. MAR.

Ibid. Incede deposita, etc. Al., incede deposita facie, abjecto vultu ambula, humiliato ore. Cilicium et cinis corpus tuum involvat, squalentia et tabescentia membra saccus operiat, etc. AREV.

24. Al., vire, pro sede. Et oculi lacrymis profundantur. MAR.

mas esto paratus; dilige lacrymas, suaves sint tibi lacrymæ, delectet te semper plangtus et luctus. Plangtum et compunctionem fac tibi semper: plangtum et lacrymas nunquam deseras. Tantum sis promptus ad lamenta quantum fuisti pronus ad culpam; qualis fuit tibi ad peccandum intentio, talis sit ad pœnitendum devotio; ita revertere, sicut in profundum recesseras: secundum mœrbum imperianda est medicina, juxta vulnus sunt adhibenda medicinæ remedia. Gravia peccata grandia lamenta desiderant.

25. Nulla te res de peccato securum faciat, nulla tibi securitatis deceptio blandiatur, nulla securitas deceptum a pœnitentiæ intentione suspendat. Incessanter in corde tuo spes et formido consistant. Pariter sint in te timor atque fiducia, pariter spes et **503** metus; sic spera misericordiam, ut justitiam metuas; sic te spes indulgentiæ erigat, ut metus gehennæ semper affligat.

26. Timor enim semper emendat, timor expellit peccatum, timor reprimat vitium, timor cautum facit hominem atque sollicitum; ubi vero timor non est, ibi dissolutio vitæ est; ubi timor non est, ibi perditio mortis est; ubi timor non est, ibi scelerum abundantia est. In infirmitatibus tuis non contristeris, in languoribus gratias age Deo. Valere te animo magis opta quam corpore, valere magis mente quam carne, adversa corporis remedia animæ sunt. Ægritudo carnem vulnerat, mentem curat; languor enim vitia excoquit, languor vires libidinis frangit.

27. Si prosperitas arriserit, non extollaris; si adversitas acciderit, non deficiaris; si felicitas eluceat, non sis jactans; si calamitas contigerit, pusillanimitas non existas. Habeto temperamentum in prosperis, habeto patientiam in adversis. Probari te in dolore cognosce, ne frangaris. Probari te in prosperitate cognosce, ne exaltaris: æqualis esto in omnibus. Mentem nec gaudio, nec mœrore commutes; omnia æquali jure sustine, nulla insolentia commuteris.

28. Nullus te casus imparatum inveniat, nullus sit casus quem non meditatio tua præveniat. Propone tibi nihil esse quod non accidere possit, præmeditare contra omnia fortuita, futuras semper commentare miseras. In secundis meditare quo pacto adversa feras; ne aliquid adversum accidat, semper animo cogita. Sapientis est periculi prævidere jacturam. Omnia meditata leviora accidunt, expectata mala tolerabiliter feruntur. Cedit adversus casus consilio; præspectata res non admiratur, cum acciderit. Advenientes impetus meditatio frangit. Præcogitatio

25. Al., de justitia, pro justitiam. MAR.

27. Forte, ore, aut corde, pro jure. Et ad nullam insolentiam, pro nulla insolentia. MAR.

28. Al., tolerabilius, pro tolerabiliter. Et prospecta, vel perspecta pro præspectata. MAR.

Ibid. Sapientis est periculi prævidere, etc. Al., sapientis est sæculi prævidere, etc. AREV.

29. In quibus incurrimus; fortasse, in quos incurrimus. AREV.

30. Al., vetare, vel vincere, pro vitare. MAR.

A futuras molestias attenuat, prævisio malorum levi adventum, inopinatum autem malum fortiter ferit.

29. Acerba sunt quæ cogitata non fuerunt; gravi existunt, in quibus improvisi incurrimus. Improvisi mala graviter feriunt, repentium malum cito frangit, quod provisum non est vehementer **504** affligit. Subita maris tempestas terrorem exsuscitat. Improvisus hostis male perturbat, inopinatæ hostis facile opprimit. Omnia repentina graviora existunt. Quæ repente accidunt, graviora occurrunt. Et ad bona igitur, et ad mala præpara cor tuum, et bona et mala proxi tibi evenerint porta, et adversa et prospera utenquæ occurrerint tolera; quodcumque evenerit, mente libera sustine.

30. Si prævenit iracundia, restringe illam; si B præoccupaverit, mitiga eam. Tempera furoræ, tempera indignationem, cohibe animi motum, refræna iracundiæ impetum. Si non potes iram vitare, vel tempera; si non potes furoræ cavere, vel cohibe: promptior esto ad suscipiendam quam ad inferendam molestiam. Disce mala magis tolerare quam facere, disce mala ferre potius quam referre. Cave ne sis ulter injuriarum tuarum.

31. Esto patients, esto mansuetus, esto mitis, esto modestus. Serva patientiam, serva modestiam, serva mansuetudinem. Stude patientiæ et mansuetudini, despice probra illatæ contumeliæ. Irrisionem despiciendo exsupera, dissimulando errores detrahentium calca, contumelias detrahentium patientiæ supera. Sagittas contumeliæ clypeo patientiæ frange. Præpara contra asperum verbum tolerantiam clypeum, contra linguæ gladium patientiæ scutum præbe. C

32. Quamvis quisque irascet, quamvis incitet, quamvis exasperet, quamvis insultet, quamvis lacessat, quamvis convicietur, quamvis criminetur, quamvis ad liem provocet, quamvis ad jurgium provocet, quamvis convicium dicat, quamvis injuriam faciat, quamvis afficiat contumeliis, tu sile, tu tace, tu dissimula, tu contemne, tu non loquaris, tu exerce silentium. Injuriatus non respondeas, convicium non retorqueas, contumeliam non repetas. Tene silentii patientiam, tacendo citius vinces.

33. Disce a Christo modestiam, disce tolerantiam, Christum attende, et non doleas injurias. Pro nobis namque passus, nobis **505** reliquit exemplum (I Pet. II, 21); palmis enim percussus, flagellis caesus, sputis derisus, clavus confixus, spinis coronatus, cruci damnatus, semper conticuit. Magna est virtus, si non lædas, a quo læsus es; magna est fortitudo, si etiam læsus remittas; magna est gloria, si cui

31. Al., opprobria, pro probra. Pro errores, hinc irrisiones. MAR.

Ibid. Irrisionem despiciendo. Al., irrisionum probra despiciendo. AREV.

32. Al., rependas, pro repetas. Et vincis, pro vinces. MAR.

33. Al., tibi convicietur, pro conviciaris. MAR.

Ibid. Alii, disce a Christo misericordiam, et modestiam, disce patientiam, et tolerantiam. Contra tibi non doles injurias. AREV.

potuisti nocere parras. Quando enim conviciaris, A se mordet, primum suum auctorem rodit. Invidia est propter peccata tua contigit tibi; quando injuriaris, mala tua id faciunt. Quidquid tibi contigit adversum, pro tuo peccato existima evenire; consideratione ergo justitiæ dolorem tempera.

34. Levius portabis, si pro quibus infertur intenderis; cum ergo derogatur tibi, tu ora; cum maledicunt tibi, tu benedic maledicenti, benedictionem oppone, irascentem patientia delinire, blandimento iracundiam furentis dissolve. Vince nequitiam lenitate, vince bonitate malitiam, inimicos pacis omni modestia placa, mala aliorum tuo bono supera, tranquilla mente illatas contumelias porta; aperi tranquillo corde dolorem; injuriæ vulnus, quamvis grave sit, apertum evaporat, valde autem comedit animum vulnus inclusum, quanto enim magis id legis, tanto maxime auges; aperi ergo hoc gravato animo, et non te exercua.

35. Si contristaveris in aliquo fratrem tuum, satisfac illi. Si peccaveris in eum, age penitentiam coram illo, si offenderis quemquam, repropitiare eum prece. Perge velociter ad reconciliationem offensionis tuæ, cito veniam postula; non dormias, nisi revertaris ad pacem; non requiescas, nisi reconciliatus fueris fratri. Revoca eum celerrimo dilectionis affectu. Revoca eum humilitate ad gratiam; humili te illi affectu prosterne, supplicii animo veniam deprecare. Petenti quoque tibi veniam libenter indulge; poscenti indulgentiam placenter dimitte, revertentem statim amplectere. Redeuntem confestim benigna suscipe charitate.

36. Dimitte, ut dimittatur tibi. Ignosce, ut ignoscatur tibi, peccanti **506** in te non retribuas secundum culpam, sciens quia et in te venturum est judicium. Non enim habebis indulgentiam, nisi dederis; et si ille non supplicet, si sibi dimitti non postulet, si deprecandi humilitatem non subeat, si peccatum suum mala conscientia non agnoscit, tu relaxa ex corde, tu dimitte ex animo, tu gratis indulge, tu veniam propria tua voluntate concede. Dolorem in corde non reserves, dolorem in animo non retentes, aufer a corde fraternam offensionem, alienæ nequitiae non reserves dolorem. Oñium enim hominem a regno Dei separat, a cælo subtrahit, a paradiso ejicit, odium nec passione admittitur, nec martyrio expiatur, nec fuso sanguine deletur.

37. Quid zeli referam ignem? invidia cuncta virtutum germina concremat, invidia cuncta bona ardore pestifero devorat. Hæc primum sibi nocet, primum

34. Al., *lenius*, pro *levius*. Et *grato*, pro *gravato*. MAR.

*Ibid.* Et non te exercua. Sic reposui pro non te exercuat, quod erat in Editione Grialii. Alii, non te exercuas, pro non te exercuas. Pro delinire initio hujus numeri legi posset delini, vel delinire stude, ut in libro de Norma vitæ. AREV.

35. Al., *devotiois* pro *dilectionis*. MAR.

*Ibid.* In nota Grialianæ Editionis erat *repropitia* pro *reconciliationem*; sed legendum opinor *repropitia* pro *repropitiare*, aut *repropitiationem* pro *reconciliationem*. AREV.

A se mordet, primum suum auctorem rodit. Invidia est animi tinea, sensum comedit, pectus urit, mentem afficit, cor hominis, quasi quædam pestis, depascit. Occurrat igitur contra zelum bonitas, adversus invidiam charitas præparetur; de bono alterius non doleas, de alterius profectibus non tabescas, nullius prosperitate lacereris, nullius felicitate crucieris, nullius invidentiæ facibus agiteris.

38. Pacem ama, pacem dilige, pacem cum omnibus retine, omnes in mansuetudine et charitate amplectere; proba te amplius amare quam ipse aniaris; non sis in pace infidus, non sis levis in amicitia. Retine semper vinculum constantiæ, odientes ad pacem invita, discordantes ad concordiam revoca, dissidentium corda pace concilia, habeto placabilitatem mentis, habeto animi benignitatem, promptus esto in affectu, affabilis in sermone, grato animo affare omnes; nullus existat sermo jurgiorum, qui concordiam dividat.

39. Fuge rixas, vita lites, cave contentiones, tolle occasionem litis. Litem sperne, vive semper in pace, in nulla causa contendas, in nulla actione decertare studeas. Contentio contradictionem exigit, contentio lites parit, contentio rixæ gignit, contentio faces odiorum accendit. Pacem cordis contentio extinguit, concordiam **507** contentio rumpit. Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari, in ruina adversarii noli extolli; non hateris super inimici interitu, ne superveniant in te similia, ne forte convertat Deus ab eo in te iram suam.

40. Qui enim gaudet de inimici casu, cito incidet in illum: sit magis erga humiliatum humanus affectus, sit erga dejectum compassionis intuitus, delectet te dolere super eum qui afflictus est; condole in alienis calamitatibus, satiare stertibus in alienis mœroribus; non sis durus, non sis ferreus, non sint tibi dura præcordia. Sic alienam miseriam tanquam tuam luge; in tribulatione alterius et tu esto tristis. Cum plangentibus plange, cum stentibus fle, cum lugentibus mentis affectu conjungere.

41. In omnibus actibus tuis, in omni opere tuo, in omni conversatione tua, imitare bonos, æmulare sanctos, habeto ante oculos exempla sanctorum, exempla justorum imitando considera, exempla sanctorum propone tibi, sint tibi patrum exempla disciplinæ incitamenta. Intende ad bene operandum virtutes sanctorum, intende ad bene vivendum documenta justorum; nullum vitæ tuæ scandalizet infamia, nullum opinio contristet adversa; discas bono

36. Al., *detergitur*, pro *deletur*. MAR.

*Ibid.* In nota Editionis Grialii erat *servee*, non indicato verbo pro quo hæc est varia lectio. In Mss. bis occurrit *servee*, pro *reserves*, quod, ut puto, Mariana voluit. AREV.

37. Al., *invidia sicut animi tinea*. Et *deposcit* pro *deperdit*. MAR.

*Ibid.* Alii, *nullius invidia facibus*. AREV.

40. Al., *mentis effectum conjunge, et luge*. MAR.

41. Al., *flagrare*, pro *fragrare*. Et *opprobriis*, pro *opinionibus*. MAR.

fragrare præconio, habeto testimonium bonum, custodi bonam famam tuam, nullis fetoribus obacuretur, nullis laceretur opinionibus. Laceratio enim opinionis boni jacturam facit

42. Cave autem gloriam popularem, vita admirationem vulgi, desine jactare te in adulantium oculis, non sis circumflatus vento favoris. Contemne favores, contemne laudem popularis favoris; esse magis bonus quam videri stude; non exquiras si quis te extollat, aut si quis contemnat; nec favor te seducat, nec vituperatio frangat; qui laudem non appetit, nec contumeliam sentit; si contemnes laudem, facile et vituperationem rejicies. Non ideo te bonum existimes, si bonus prædiceris; in lingua aliena conscientiam tuam interroga; discerne te tuo, non alieno judicio; neque ex alieno sermone, sed ex tua te mente metire; nemo magis scire poterit quis sis, sicut tu, qui conscius es tui; quid enim prodest, **508** dum malus es, si bonus prædiceris? aut quid boni laus pertinet ad te, si aliud es, et aliud esse fingaris?

43. Quapropter vita simulationem, vita fictionem, obacurieri vestis non simules sanctitatem; qualis haberi vis, talis esto, professionem tuam et habitum et incessu demonstra, sit in ingressu tuo simplicitas, in motu puritas, in gestu gravitas, in incessu honestas, nihil dedecoris, nihil lasciviae, nihil petulantiae, nihil insolentiae, nihil levitatis in incessu tuo appareat; animus enim in corporis habitu apparet, gestus corporis signum est mentis, corporis gestu animus proditur, corporis gestu animi habitus panditur, incessus ergo tuus imaginem levitatis non habeat, incessus tuus alterius oculos non offendant; non præbeas de te aliis spectaculum, non des aliis de te obtrectandi locum, nec te adjungas levibus personis, nec te admisceas vanis: vita malos, cave iniquos, fuge improbos, pelle ignavos a te; fuge turbas hominum, maxime ejus ætatis qui ad vitia proni sunt.

44. Bonis te adjuuge, bonorum consortium appetere, bonorum societatem quære. Sanctis individue adhaere. Si fueris socius conversationis, eris et virtutis; qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, qui cum stultis, stultus erit, similes enim similibus conjungi solent. Periculosum est cum malis vitam ducere, perniciosum est cum his qui pravæ voluntatis sunt sociari. Infamiam tibi nutris, si indignis te sociaveris. Melius est habere malorum odium, quam consortium; sicut multa bona habet communis vita sanctorum, sic plurima mala affert societas malorum; qui enim tetigerit immundum, coinquinabitur ab eo; eadem etiam aures tuas, ne audias malum.

45. Respue sermones impudicos, fuge inhonesta verba, nulla aures tuas sermonum impudicitia sub-

**A** repat, vanus sermo cito polluit mentem, et facile agitur quod libenter auditur. Nihil ex ore tuo, quod impedire possit, procedat; nihil quod non expedit sonus vocis erumpat; hoc procedat ex labiis, quod aures non polluat audientis. Cavenda est verborum obscenitas, fugienda est turpitudine sermonis, sermo vanus vanæ conscientiae est index, mores hominis lingua pandit; et qualis sermo ostenditur, talis animus **509** comprobatur; ex abundantia enim cordis os loquitur (*Math. xii, 34*).

46. Ab otioso sermone compesce linguam, ab otioso verbo reprime linguam. Cave a fabulis ineptissimis, aniles fabulas non loquaris. Turpia et inapta verba non garris, recte verbum quod non edificat audientes, sermo otiosus non erit absque judicio. **B** Unusquisque rationem redditurus est sermonum suorum (*Math. xii, 36*); ante uniuscujusque faciem sua verba stabunt. Qui otiosa verba non reprimit, ad noxam cito transit; qui minima spernit, in maximis facile proruit; minor namque culpa majorem generat; paulatim crescunt vitia, et dum parva non vitamus, in magnis perlabimur; minima igitur vita, et ad majora non pervenies; parva sperne, et in deterioribus non incidēs.

47. Ea quæ loqueris gravitate atque doctrina digna existant; sit sermo tuus irreprehensibilis, sit expectationi audientium utilis: stude dicere, non quod libet, sed quod oportet. Discerne quid loquaris, quid taceas, et in loquendo, et in tacendo peritus esto. Multum ante delibera, quid dicas, ne revocare non possis. Fuge casus linguæ, lingua tua non tæ perdat.

48. Tolle insidiantem occasionem, non pateat inimicis jaculis os tuum, non loquaris quod excipiat adversarius. Amicum semper habeto silentium, pone custodiam ori tuo, labiis tuis signaculum præbe, oppone linguæ tuæ claustra silentii, circumclude linguam munitione custodiæ. Intende opportunitatem loquendi, tempus proferendi sermones inquire, scito quo tempore loquaris, considera quando dicas, tempore congruo loquere, tempore congruo tace.

49. Tace usquequo interrogaveris; non loquaris, nisi interrogatus; non dicas, priusquam audias, interrogatio os tuum aperiat, sint verba tua pauca. Tolle verborum sermonis superflui, loquendi **D** modum non excedas, ne immoderatione linguæ incurras periculum, multiloquia non effugiunt culpam, multiloquium non declinat peccatum, fluxius exundans cito colligit lutum, ultra modum flatus maris periculum parit, imbrium nimietas periculum suscitatur, linguosus homo imperitus est; sapiens paucis utitur verbis; brevem sermonem scientia facit; loqui multum stultitia est, vox enim insipientis in multiplicatione sermonis. Sit igitur in verbo men-

42. Forte circumflatus pro circumflatus. Al., ad rem. pro ad te. MAR.

Ibid. Multa hinc petita sunt ad libellum de norma vite Isidori nomine consarcinatum, qui cum hoc opere conferri potest. ARGV.

43. Al., sperne ignotos, pro pelle ignavos. MAR.

45. Al., subripial pro subrepat. MAR.

46. Al., increpant, pro crescunt. Pro sperne, fortassis non sperne. MAR.

47. Al., non possis quod dicis. Fuge. MAR.

aura, **510** sit in sermone statera, semper verba tua moderare, modum loquendi non transeas.

**50.** Abscinde etiam a lingua vitium detrahendi. Alienam vitam non laceres, de malo alieno os tuum non coinquines. Non detrahas peccanti, sed condole; quod in alio detrahis, in te potius pertimesce. Detractio grave vitium est, detractio grave peccatum est, detractio grave crimen est, detractio gravis damnatio est. Hoc omnes reprehendunt, hoc omnes vituperant, hoc foedius nihil est, hoc summæ turpitudinis est.

**51.** Canum mos est latrare, canum linguas exere, canum dente pestifero mordere, soli canes obrectare noverunt; quando aliis detrahis, te discede; quando alium mordes, tua peccata redargue; si vis detrahere, ad tua te peccata retorque; non alterius delicta, sed propria cerne; vitia tua attende, non alterius. Nunquam detrahas, si te bene perspexeris; de tua igitur correctione esto sollicitus; de tua salute et emendatione esto attentus, detrahentes non audias. Susurrantibus auditum non præbeas.

**52.** Pari reatu detrahentes et audientes tenentur, utrisque simile discrimen impenditur. Qui detrahentem audit et is qui detrahit æqualiter judicatur; quod ad te non pertinet noli querere, quid inter se loquantur homines cognoscere nunquam desideres. Noli querere quid quisque dicat vel faciat; devota curiositatem, omite curas alienæ vitæ, omite curam quæ ad causam tuam non pertinet. Nulla curiositas animum tuum capiat, nulla te concupiscentia detestandæ curiositatis subripiat, nec, oblitus tuorum morum, alienos perquiras; tanta cura corrige vitia tua, quanto studio perspicias aliena.

**53.** Omne quoque genus mendacii summopere fuge; nec casu, nec studio loquaris falsum; nec ut præstes mentiri studeas; nec qualibet fallacia vitam alicujus defendas. Cave mendacium in omnibus, mendacio enim fides tollitur, error inducitur, veritas aboletur; **511** nullum justum mendacium, omne mendacium peccatum est. Omne quod a veritate discordat iniquitas est.

**54.** Leges sæculi falsarios damnant, mendaces puniunt, fallaces perimunt. Si mendacia apud homi-

**50.** Abscinde. Al., abscede. AREV.

**51.** Al., lacerare, pro latrare. Et oblatrare pro obrectare. MAR.

*Ibid.* Quando aliis. Ita reposui ex ms. Cod. Florent. in-8°. Grialius, quando alio; nonnulli Mss. quando alium; Bignæus, quando alii. AREV.

**53.** Omne quoque genus mendacii summopere fuge. Ex hoc loco Gratianus, 22, q. 2, desumpsit caput illud cui initium est Omne genus mendacii, unde totum locum castigavimus, nam Codices magnopere variabant: quidam, pro ut præstet, legebat non præstes, alius nec per te stes; et pro vitam alii vitam, vel vitium, quidam vitium tantum habebant. MAR.

*Ibid.* Codex Regiovat. 254: Nec ut prosis, mentiri studeas. Sed præstes retinendum, quod idem est ac prosis. AREV.

**54.** Al., reges, pro leges. Et constringitur, pro conscribitur. Et operum post verborum. Et reddet, pro præstabit. MAR.

**55.** Al., a mendacio, pro mendacium. MAR.

nes lege damnantur, si fallacia humano iudicio placitur, si falsitas capitali pœna conscribitur, quanto magis ante Deum testem verborum? ante quem et de otioso verba rationem unusquisque præstabit, ante quem, et pro otioso sermone penas quisque luet, os enim quod mentitur occidit animam; et: Perdes eos qui loquuntur mendacium (Ps. v, 7); et: testis falsus non erit impunitus (Proverb. xix, 5, 9).

**55.** Refuge ergo fallaciam, declina mendacium; cave falsum, pure loquere, nunquam mentiaris, esto verax, neminem mentiendo fallas, neminem mentiendo in errorem inducas, nullum circumscribas verbis, nullam fallendo decipias, nullum argumentis verborum mentiendo seducas. Non aliud dicas, et aliud facias; non aliud loquaris, et aliud in animo teneas; præbe affectum sine simulatione, sine fuco exhibe bonitatem.

**56.** Prohibe etiam tibi juramentum, tolle jurandi usum; jusjurandum interdic tibi; periculosum est enim jurare, assiduitas jurandi perjurii consuetudinem facit. Jurandi usus ad perjurium ducit; sit in ore tuo, est; sit in ore tuo, non est (Math. v, 37); veritas juramento non indiget; fidelis sermo sacramenti retinet locum, firma etiam sit sacramenti tui fides.

**57.** Fac bonum quod spondidisti. Non sis in verbis facilis, et in opere difficilis. Coram Deo aliquid facile non promittas; sine consideratione virium nihil voveas; quod non potes facere, non pollicearis. Multum Deo reus eris, si non reddideris quod voveris; displicent Deo qui vota sua non explent.

**58.** Inter infideles computantur, qui quod voverunt, non impleverunt; melius est enim non promittere quam fidem promissam **512** non exsolvere; melius est enim non vovere quam post votum promissa non reddere (Eccl. v, 4). In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum; quod incaute vovisti non facias, impia est promissio quæ scelere adimpletur.

**59.** Antè Deum nihil est occultum, verbum iniquum nec in corde tuo dicas: verbum malum nec silentio abscondi putes. Omne verbum absconditum non celabitur; panditur enim in manifesto, quod in

**50.** Al., sit in ore tuo est, est, non, non. MAR.

**57.** Al., vero, pro virium. MAR.

*Ibid.* Nihil voveas. Al., nihil præsumas. Al., nihil voveas, nihil præsumas. AREV.

**58.** In malis promissis rescinde fidem. Hunc locum eo modo quo nos corteximus legunt Gratian., 22, q. 4, c. In malis, et Magister Sent., lib. iii, d. 39, c. 8, nisi quod pro non facias, ut habebant Codices omnes, ipsi legunt ne facias. Idem locus citatur ex hoc libro Synonymorum in concil. Tolet. viii, cap. 2, et quidem in Excusis totidem verbis quot nos posuimus. In duobus Goth. quos ante dc annos descriptos esse constat, ubi nos legimus in turpi voto muta decretum, legitur in turpe votum, quam lectionem Mejordæ Codex, et Laurent. alter sequebantur, et fortassis ea est germana Isidori lectio, tametsi mutare nos ausi non sumus. MAR.

**59.** Al., absconum, pro absconditum. Et deprimatur, vel depromitur pro deponitur. MAR.

oculto deponitur; quod intus agis, vel dicis, palam A positum puta. Lapides enim quibus consciis loquimur non celabunt, et ipsi parietes quod audierint non tacebunt. Si homines tacent, iumenta loquentur. Ita ergo peccata declina, quasi celare non possis. Ibi pecca, ubi Deum esse nescis: nihil celatur ante Deum, videt occulta qui fecit abscondita.

60. Divinis enim judiciis eris reus, quamvis sis oculis humanis absconditus. Deus ubique praesens est, spiritus ejus totum implet: majestas ejus omnia penetrat elementa, cuncta suae potentiae attingit praesentia, extra eum locus nullus est. Cognitioni ejus nihil occultum est, omnia secreta vis virtutis ejus irrumpit, nulla occulta sibi latere patitur, nullis obicibus, ut penetret impeditur. Ipse cogitationes novit, ipse cor inspicit; quod intus agitur aut latet ipse videt, quod intus disponitur ipse comprehendit, etiam quod homo in se ignorat ille novit.

61. Nemo potest etiam semetipsum effugere, et si te non damnat publica fama, condemnat propria conscientia: nulla poena gravior conscientia; vis autem nunquam esse tristis? bene vive: secunda mens tristitiam leviter sustinet, bona vita gaudium semper habet, 513 conscientia autem rei semper in poena est. Reus animus nunquam securus est, mens enim mala conscientiae propriis agitur stimulis. Si enim in bono permanseris, tristitia elongabitur a te; si in justitia perseveraveris, tristitia non occurret tibi; nec plaga, nec mors te terreat, si bene et pie vixeris.

62. Consilium autem et opus tuum semper ad C Dominum converte. In omni opere tuo Dei auxilium posce. Omnia divinae gratiae, divino dono ascribe; nihil meritis tuis attribuas, in virtute tua nihil praesumas, in audacia nihil ponas; vis autem virtutes tuas augeri? proderi noli; occulta virtutes pro elatione, absconde bona facta pro arrogantia, fuge videri quod esse meruisti; quod manifestando potes amittere, tacendo custodi; vitia vero cordis tui revela; pravas cogitationes illico manifesta; peccatum enim proditum cito curatur, crimen autem tacendo ampliatur, silentio culpa crescit: si patet vitium, sit ex magno pusillum; si latet, sit ex minimo magnum; si tegitur, magis creditur esse malum; malum autem cavere potius quam emendare oportet; melius est ut vites vitium quam ut emendes, ne forte cum incurreris, revocare non possis.

63. Usus enim difficile vincitur. Consuetudinis vincula vix solvuntur, inolita diu tardius corriguntur. Ancipitem diu delibera sententiam, ante factum cogita diu, ante opus praemeditare diu: matura consilium,

60. Al., divini enim iudicii, pro divinis iudiciis. MAR.

Ibid. Al., forte autem. Al., proponas. MAR.

Ibid. Thomas Gatackerus, lib. 1 Advers. Misc., cap. 7, ex Isidori Soliloquiis laudat hunc senarium: Vis laetus esse jugiter? vivas bene. In indice citat etiam ex Soliloquiis; Vis nunquam tristis esse? fac, vivas bene. Vide pag. 86, et 212. ANEV.

62. Revocare non possis. Al., revocari consuetudine

ut perficere possis; quod vis agere diu exquire, diu proba, et sic age: cum diu cogitaveris, tunc fac quod probaveris; nihil ex praecipiti magnum, consilii mora melior est. In rebus autem cortis bene agendi tarditas removeatur a te, tolle moras, in crastinum nihil differas: in bonis dilatio nocet, in his quod expedit differre impedit; absit in bonis remissa segnitias, absit negligentia torpens. Inertis vitium pigritiae procul sit, vitia cito captant inertes. Per torporem enim vires et ingenium defluunt. Negligentia et torpor dissolvunt animum, desidia natura corrumpitur, desidia frigescit ingenium.

64. Torpor enim exsuperat sensum, hebetudo scientiae lumen extinguit; solertia autem sensum meliorem reddit, pejorem facit 514 negligentia, sensum desidia obtundit, segnitiam industria acuit, excellentior fit natura doctrina, ardentius fit ingenium subjuncto studio. Tardiora enim ingenia studiis accuntur, torporem naturae industria excitat. Sensus tarditatem assiduitas acuit. Exercitatione proficit sensus, experientia plus scitur. Saepe natura moribus immutatur, saepe natura consuetudine superatur, assiduitas enim mores facit. Jugis usus in naturam vertitur. Omnia usque cedunt, usui omnia parent, res ita se agit, ut uteris. Quod cum difficultate coeperis, per usum cum voluptate perficies.

65. Nihil sapientia melius, nihil prudentia dulcius, nihil scientia suavius, nihil stultitia pejus, nihil insipientia deterius, nihil ignorantia turpius; ignorantia mater errorum est, ignorantia vitiorum nutrit. Peccatum magis per ignorantiam praevalet; ignorantia enim quid sit dignum culpa non sentit, ignorantia nec quando delinquit agnoscit. Per imperitiam namque multi peccant, insipiens assidue peccat: indoctus enim facile decipitur. Stultus in vitiis cito dilabitur. Prudens autem cito deprehendit insidias, prudens celerius errores agnoscit; noxia non vitamus, nisi per sapientiam.

66. Scientia enim a malis abstinet, sapiens omnia prudenter examinat. Inter bonum et malum sapiens intelligendo dijudicat. Summum bonum est scire quid caveas, summa miseria nescire quo tendas. Dilige ergo sapientiam, et manifestabitur tibi, accede ad illam, et appropinquabit ad te, assiduus esto illi, D et instruet te.

67. Disce quod nescis ne doctor inutilis inventaris; antea esto auditor, postea doctor: per disciplinam nomen magistri accipe; bonum quod audieris dic, bonum quod didiceris doce; discendi et docendi non contemnas studium. Scientiam quam aure concipis

mala non possis. ANEV.

Al. obscuratur, pro corrumpitur. MAR.

64. Al., exasperat, pro exsuperat. Et suscitatur, pro scitur. Et res ipsa se agit, ut natus ea eris. Et voluntate, pro voluptate. MAR.

65. Al., ignavia, pro ignorantia. MAR.

66. Al., quid teneas, pro quo tendas. MAR.

Ibid. Nescire quo tendas. Al., nescire et postea ignorare quid teneas, vel quo tendas. ANEV.

ore effunde. Sapientiam cum cæteris impertiris, tibi magis hanc auges; doctrina quanto amplius data fuerit, tanto magis abundat. Sapientia dando largior fit, retinendo minoratur; largiendo redundantior est scientia, et dum plus confertur, plus abundat.

68. Verbum tamen præcedat opera, quæ ore promissis, opere 515 adimple; quæ verbis doces, exemplis ostende; esto non solum magister, sed et limitator virtutis. Si doces, et facis, tunc gloriosus habebis. Non enim satis est laudare quod dicis, nisi dictis facta conjunxeris. In doctrina ipsa ab humana laude te tempera. Sic instruo alios, ut te custodias. Sic doce, ut humilitatis gratiam non amittas. Cave ne, dum alios docendo erigis, ipse studii appetitu demergaris. Cum autem doces, noli verborum obscuritate uti, ita dic, ut intelligaris, nec simplicibus loquendo displiceas, nec prudentes offendas.

69. Juxta sensum audientis erit sermo doctoris, secundum mores est impertienda doctrina. Juxta vulnus adhibenda remedia; variæ voluntates variam disciplinam desiderant, unusquisque secundum professionem suam docendus est. Inspicienda est varietas personarum; unumquemque quomodo erudias tracta; communia omnibus, secreta perfectioribus loquere; aperta cunctis, operata paucis denuntia; quædam enim plurimis, quædam paucis sunt disserenda.

70. In omni tempore paratus esto ad instructionem; nullum tempus sit vacuum, quo non ædifices, nulla hora prætereat, qua doctrinæ stadium non conferas, verba bona aperte et constantor prædica, nec erubescas loqui quod nosti defendere; quod deesse tibi scientia sentis, quære ab aliis; collatione enim oblecta clarescunt, conferendo difficilia aperiuntur.

71. Nulla autem sit tibi curiositas sciendi latentia. Cave indagare quæ sunt a sensibus humanis remota. Prætermitte, quasi secretum, quod Scripturæ auctoritate non didicisti. Nihil ultra quam scriptum est quæras, nihil amplius perquiras quam divinæ litteræ prædicant. Scire non cupias quod scire non licet: curiositas periculosa præsumptio est, curiositas damno peritiosa est; in hæresim provocat, in fabulas sacrilegas mentem præcipitat, in causis obscuris reddi audaces, in rebus ignavis facit præcipientem.

516 72. In dispositione autem tolle certamen, tolle pertinacem vincendi defensionem, cede cito veritati, non contradicas justitiæ, non contendas evadere quod rectum est. Jure, non fraude, contendere non te peritiorum aliis iudices, nec te ad disputa-

68. Al., *verba tua, pro verbum tuum. Et promittis, pro promissis. Et nec simplices loquendo despicias.* MAR. *Ibid.* *Laudare quod dicis. Malim laudari quod dicis.* In Mas. e, et i passim confunduntur. Postea quidam Mss. *Cum autem doces cum erudieris, cum instruis, cum admones, noli verborum, etc.* AREV.

71. *In rebus ignavis facit præcipientem. Ignarum dixit pro ignoto, qua forma loquendi non parum sæpe Isidorus uti solet. Quo circa hanc lectionem, quæ plurimum Codicum erat, Navarrici lectioni præstulimus legentis: In rebus inanibus facit præcipientem. Tacitus sæpe gnarum et ignarum pro noto et ignoto ponit.* MAR.

ationes contrarias præpares, nec ut vincas contra veritatem coneris. In omni disputatione tene rationem, disputare stude, non superare; plus dilige audire quam dicere, plus auscultare quam loqui.

73. In principio audi, loquere novissimus; finis plus habet honoris; in omni re finis intenditur, extrema quæruntur. Melior est finis quam principium, melior novissimus sermo quam primus: venerare omnes scientia meliores ac vita, venerare unumquemque pro suo merito sanctitatis. Potiori gradui competentem reverentiam tribue. Juxta dignitatem reddere unicuique honorem.

74. Superiori æqualem te non exhibeas. Senioribus præsta obedientiam, famulare imperiis eorum, eorum auctoritati cede, obsequere voluntati. Defer obsequia justa majoribus, obedi cunctis in bonis præceptis. Ita autem obtempera homini, ut voluntatem Dei non offendas.

75. Malum facere jussus, non acquiescas; malum facere jussus, non consentias. Noli in malum potestati cuidam consentire, etiam si pœna compellat, si supplicia immineant, si tormenta occurrant; melius est mortem pati quam perniciose jussa complere, melius est ab homine jugulari quam damnari æterno judicio; non solum factores, sed etiam conscii peccati tenentur obnoxii, nec enim est immunitas a scelere, qui ut fieret obedit. Similis est qui obtemperat in malo ei qui agit malum, facientem et obsequentem par pœna constringit.

76. A subditis venerari magis quam timeri stude, subjecti plus te reverentur quam metuant, plus tibi officio dilectionis quam conditionis necessitate adhaereant; talem te reddere subditis, ut magis ameris quam timearis. Ex reverentia enim amor procedit, 517 odium timor affert; fidem metus tollit, affectus restituit; timor non servat diuturnam fidem. Ubi timor est, audacia sequitur; ubi metus est, desperatio occurrit.

77. Quapropter tempera dominii austeritatem, summa bonitate subditos rege, non sis terribilis in subjectis. Sic eis dominare, ut tibi delectentur servire; et in disciplina, et in modestia modum serva; nec nimium nec parum indulgeas, nec modicum nec satis ignoscas. Tene modum in omni opere, in omni re tene temperamentum, nihil intemperantius agas, nec minus nec nimium aliquid, nec ultra quam oportet, nec infra; etiam in bonis immoderatum esse non decet.

75. *Sed etiam conscii peccati tenentur obnoxii.* Hanc lectionem ex Septimancensi tantum desumpsimus, nam in aliis legebatur, *Sed etiam conscios peccati teneri vel tenere obnoxios, quomodo si legas, oratio deficiens redditur, et applenda vox puta, aut quid simile.* MAR.

*Ibid.* *Par pœna, etc.* Vide Dracontium, lib. 1, vers. 541: *Sed par sententia damnat, Quos par culpa tenet,* cum nota. AREV.

76. De prælatis hæc fere eadem exstant lib. III. Sentent., cap. 48 et seqq. AREV.

77. Al., *in omni opere tuo, in.* MAR.

78. Omnia mediocria utilia, omnia in suo modo perfecta; quæ cum temperantia fiunt, salubria sunt. Bona autem immoderato usu noxia efficiuntur. Nimieta enim omnis in vitio deputatur; omne autem quod cum moderatione sit salubriter sit, quæ cum temperantia fiunt salubria sunt. Tempera cuncta prudenter, ne de bono fiat malum, perspice quoque quid cui aptum sit tempori, quid ubi, quando, qualiter, quandiu facere deb- as.

79. Causas rerum et temporum regulas inspice, singulorum operum discretionem agnosce; diligenter distingue omnia quæ agis; qualiter bonum incipias, qualiter peragas, scito. In omni actione tene discretionem, in nulla re indiscretus appareas. Servi unicuique virtuti congrue in tempore suo; cum bene distinxeris opus tuum, optime et justus eris. Quidquid boni cum discretionem feceris, virtus est; quidquid sine discretionem gesseris, vitium est.

80. Virtus enim indiscreta pro vitio deputatur, virtus sine discretionem vitii obtinet locum; multa sunt consuetudine vitiosa, multa pravo usu presumpta, multa contra pudicos mores illicite usurpata; adime consuetudinem, serva legem; usus auctoritatis cedat, pravum usum lex et ratio vincat.

81. Quod tibi fieri vis, fac alteri; quod vis ut faciat alius tibi, hoc et tu facito illi: talis esto aliis quales esse optas circa te alios. Testimonio tuo nulli noceas, ad nullius periculum vocem testificationis adhibeas. Sermo tuus nec animæ cujusquam, nec rebus noceat. Quod non vis pati, non facias; quod non vis fieri tibi, alteri nunquam facias; non inferas alii mala, ne patiaris similia. In te serva modestiam, in aliis serva justitiam, tene juris æquitatem, sequere veritatem judiciorum.

82. Nullum contra veritatem defendas; dum iudicas, nullius personæ affectu desectiaris a vero. Pauper an dives sit, causam perspice, non personam. In omnibus veritatem custodi, nulla ambitione vel pretio movearis. Sperne etiam munus, ne per id justitia corrumpatur; munera semper veritatem prævaricant. Cito enim violatur auro justitia, cito corrumpitur munere; de justo iudicio temporalia lucra non appetas, pro justitia nullum sæculi præmium quæras. Justitiam pro sola æterna remuneratione distribue.

83. Qui enim præsentia dona affectat, futuram gloriam non sperat; qui boni hic recipit, ulterius quod expectet præmium non habet. Dum enim ju-

78. Al., respice; al., prospice, pro perspice. MAR.

80. Usus auctoritatis cedat. Gratianus, dist. 41, cap. 4, hunc locum in suum decretum transtulit, atque, ejus auctoritate permoti, alteram lectionem rejecimus, quæ plurimum Codicum erat, in quibus pro illis verbis, usus auctoritatis cedat, legebatur cedat consuetudo auctoritatis. Tamen suspicabamur utrumque legendum esse hoc ordine, cedat consuetudo auctoritatis, usus auctoritatis cedat; cum hæc sit vis Synonymorum, ut eadem sententia pluribus verbis repetatur. Quod vero statim ubi legitur, Ratio vincat, Hispalensis, meditatio vincat. Guadalupes, et Laurentianus alter moderatio vincat, tanquam vitiosas lectiones

A dicas, pro futura mercede iudica; ne quæras rependi tibi quod tibi in futuro debetur. Excute manus tuas ab omni munere, si in excelsis vis habitare. In iudicio autem sine misericordia nunquam sedeat. Custodi discretionem justitiæ; noli esse justus plusquam justum est (Eccl. vii, 17). Omne enim quod nimium est, vitium est. Impia justitia est humanæ fragilitati non ignoscere. Non igitur amare damnare, sed emendare potius, et corrigere.

84. Tene ergo rigorem in discussione justitiæ, in definitione sententiæ misericordiam; iudicii examen æquatur pietas, districtio censorum temperet in dulgentia. Ita emens esto in alienis delictis, sicut in tuis, nec ut magis districtius quam te iudices; nec aliter te, ante alios penses. Sic alios iudica, ut ipse iudicari cupis. Dum enim indulges alieno peccato, tibi miseris eris. Quo iure in alium statueris, eo iure teneberis. Qua lege et pænæ conditione quempiam iudicaveris, eadem et ipse iudicandus eris. Lex tua te constringit.

85. Iudicium quod aliis imponis, ipse portabis; in quo enim iudicas, ipse damnandus es, et qua mensura mensus fueris, remetietur tibi (Matth. vii, 2). Omnia autem primum inquire, et cum justitia desines. Nullum condemnas ante iudicium, nullum iudices suspicionis arbitrio, ante proba, et sic iudica; non enim qui accusatur, sed qui convincitur, reus est. Periculosum est de suspicionem quempiam iudicare.

C 86. In ambiguis Dei iudicio serva sententiam, quod nostri tuo, quod nescis divino committe iudicio; non potest condemnari humano examine quæ Deus suo iudicio reservavit. Incerta non iudicemus, quousque veniat Dominus, qui latentia producit in lucem, qui illuminabit abscondita tenebrarum, qui manifestabit consilia cordium (I Cor. iv, 2): quamvis vera sint, credenda non sunt, nisi quæ certis iudiciis comprobantur, nisi quæ manifesto examine convincuntur, nisi quæ ordine iudicario publicantur.

D 87. Homo, in summo honore summa sit tibi humilitas, quamvis sis in summo honore, humilitatem tene. Si humilitatem tenueris, habebis gloriam; quanto enim humilior fueris, tanto te sequetur altitudo gloriæ. Quamvis sublimis potestatis in te celsitudo sit, humilitate eam reprime, non te extollat honor, preme humilitate culmen sublimitatis;

repudiavimus. MAR.

82. Al., dum iudicas, cave ne personæ affectus. Et veritatem iudiciorum prævaricant. MAR.

Ibid. In Editione Grialii minus bene sic distinguebatur: Cito enim violatur auro, iustitia cito corrumpitur. AREV.

84. Al., pænâ pro pænâ. MAR.

86. Producit. Melius, producat, ut illuminabit, manifestabit. Bignæus, producit, illuminat, manifestat. AREV.

87. Al., quamvis sublimis potestate sis, in te celsitudinem reprime. Et majore, pro magna. MAR.

Ibid. Homo. Al. omittunt hanc vocem. AREV.



quanto sis majori humilitate conspicuus, quanto magis es dignitate prælatus.

88. Impositas tibi quoque curas humiliter suscipe. Traditum ministerium mente subdita explere, esto obediens divinæ dispensationi, voluntati ejus contraire non audeas. Jura potestatis adeptæ moderanter exerce. Potestatis jura accepta ordinato animo administra. Omnia non turbulento, sed tranquillo corde dispone. Cave honores quos tenere sine culpa non potes. Sublimitas honorum magnitudo scelerum est, in majori gradu major sine dubio est poena.

89. Qui minor est, veniæ proximus est. *Potentes autem potenter 520 tormenta patientur (Sap. vi, 7). Judicium enim durissimum in iis qui præsumunt fiet (Luc. xii, 48).* Cui multum datur, multam ab eo quæritur; cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Honores secum pericula gerunt, cito periclitatur potestas, cito ruinam patitur. Quanto major honor, tanto majora pericula. Alta arbor a ventis fortius agitur, et rami ejus citius in ruina confringuntur; et excelsæ turres graviori casu procumbunt. Altissimi montes crebris fulminibus feriuntur.

90. In potentem cito cadit invidia, cito patet insidiis gloriosus. Gloria enim invidiam parit, invidia vero pericula. Quamvis quis in sæculi gloria fulgeat, quamvis purpura auroque resplendeat, quamvis cultu pretioso redimitus emineat, quamvis sit multitudine præmunitus, quamvis excubantium armis protectus, quamvis innumeris obsequentium cuneis constipatus, quamvis agminibus tutus, semper tamen in poena est, semper in angustia, semper in morore, semper in discrimine; in sericis stratis cubat, sed turbidus; in pluma jacet, sed pallidus; in lectis aureis, sed turbatus.

91. Brevis est hujus mundi felicitas, modica est hujus sæculi gloria, caduca est et fragilis temporæ potentia. Dic ubi sunt reges? ubi principes? ubi imperatores? ubi locupletes rerum? ubi potentes sæculi? ubi divites mundi? quasi umbra transierunt, velut somnium evanuerunt. Quærentur, et non sunt; divitiæ usque ad periculum ducunt, divitiæ usque ad exitium pertrahunt, multi propter opes periclitaverunt. Multi propter divitias in discrimen venerunt; multis exitibiles fuerunt divitiæ, multis mortem generaverunt opes.

92. Nunquam mentis requiem habet, qui curis terrenis se subdit; sollicitudines enim rerum mentem conturbant, curæ rerum mentem exagitant. Potentia enim sollicitudinis nunquam caret angustis. Si ergo vis esse quietus, nihil sæculi appetas: semper mentis requiem habebis, si a te mundi curas

89. Confer. lib. iii Sententiar., cap. 50. AREV.

90. Al., cadit in insidiis, pro patet insidiis. MAR.

92. Al., curæ sæculares; al., curæ rerum sæcularium, pro curæ rerum. MAR.

Ibid. Mentem exagitant. Alii addunt, mentem exigunt, mentem implicunt, et involvunt, mentem affligunt, et confundunt, et usque ad ima mentem suffocatum omnino demergunt. Potentia, etc. AREV.

A abjeceris; semper interna quiete frueri, si te strepitu terrenarum actionum subtraxeris.

521 93. Si præsentia despexeris, sine dubio æterna invenies; si sæculares res et humanas calcaveris, facile et leviter cœlestem gratiam accipies, et cum eo regnabis qui vivis et mortuis dominatur. Divitiæ nunquam sine peccato acquiruntur, divitiæ nunquam sine peccato administrantur. Nullus res terrenas sine peccato administrat. Valde rarum est ut qui divitias possident ad requiem tendant; qui curis terrenis se implicunt, a Dei timore se separant. Qui in rerum amore deligitur, in Deo nullatenus delectatur.

94. Curæ enim rerum ab intentione Dei avertuntur. Nemo potest amplecti Dei gloriam simul, et sæculi; nemo potest amplecti Christum simul, et sæculum. B Difficile est cœlestibus et terrenis curis pariter inservire, difficile est Deum simul et mundum diligere. Utraque simul æqualiter amari non possunt. Difficile, imo impossibile est, ut præsentibus et futuris quis fruatur bonis, ut et hic ventrem, et illic mentem impleat, ut de deliciis ad delicias transeat, ut in utroque sæculo sit primus, ut in terra, et in cœlo appareat gloriosus. Propter Deum ergo renuntia omnibus, a sæculi curis te propter Deum suspende, sine impedimento sæculi Deo servire stude.

95. Nullus te amor mundi a Dei amore separet, nulla cura a Dei amore te subtrahat, nulla te sollicitudo rerum ab intentione Dei suspendat. Abjice a te quidquid impedire bonum propositum potest. Toto animo et odi, et damna, quod diligit mundus; esto mortuus mundo, et mundus tibi; mundi gloriam tanquam mortuus non aspicias, tanquam mortuus ab affectu vitæ istius te separa. Sicut sepultus, non habeas curam de sæculo. Tanquam defunctus, ab omni terreno te priva negotio. Contemne vivens quæ post mortem habere non potes.

96. Quod habes, habeto ad misericordiam; suffragetur virtus tua egeni inopiæ. Si quem positum in necessitate cognoveris, si quem ad inopiam redactum, si quem direptione alicujus exinanitum, si quem oppressum, si quem humiliatum, nullum contemnas, nullum spernas, 522 nullum despicias, vacuum nullum dimittas, nullus a te tristis abscedat, nemo a te confusus abeat. Omnibus communica, omnibus tribue, omnibus præbe; non eligas cui miserearis, ne forte D prætereas eum qui meretur accipere. Incertus es pro quo magis placeas Deo, nescis pro qua tibi major fructus justitiæ præparetur.

97. Quidquid tribuis, cum affectu distribue; quidquid largiris, cum hilaritate largire. Præbe misericordiam sine murmuratione; præbe eleemosynam sine iædio. Major sit benevolentia quam quod datur, ma-

93. Al., amore, pro timore. Et rerum terrenarum amore. MAR.

96. Indicatur in Editione Grialii nota aliqua ad verba egeni inopiæ, sed prætermissa fuit. Alii habent egeni inopiam, quod, ut opinor, Mariana annotare voluit. AREV.

97. Al., tribue, pro distribue. MAR.

por gratia quam quod impenditur. Tale erit opus tuum qualis fuerit intentio tua; quod enim affectu bono dispensatur, hoc accipit Deus; qui autem cum tædio dat, mercedem perdit; qui cum tristitia manum porrigit, fructum remunerationis amittit; qui cum tristitia largitur, retributionis non percipit fructum. Non est enim misericordia, ubi non est benevolentia.

98. De tuis justis laboribus ministra pauperibus; non ruferas alteri unde alteri tribuas, nec te misericordem ostendas de alieno spolio. Nihil prodest, si alterum iude relictis unde alium inane facis. Condemnat miseratio ista, non proptiat. Talis misericordia peccata non purgat, sed amplificat. Bonum quod facis misericordiae causa, non factantiae, factio; nihil studeas propter laudem, nihil propter temporalem opinionem, nihil propter famam, sed propter vitam æternam; quidquid agis, pro futura age mercede; æternæ remunerationis expectatio te teneat amplius. Nec quod ad hujus, sed quod ad vitæ æternæ gloriam prosit > quæras T.

99. Si enim hic laus quaeritur, illic remuneratio amittitur. Iusti enim mercedem, non hic, sed in futuro recipiunt. Futura merces, non præsens promittitur justis. In caelo, non in terra, merces promittitur sanctis; non est hic expectandum quod alibi debetur.

100. Ecce accepisti monita, data est tibi vivendi norma, nulla te jam ignorantia a peccato excusat, non es jam vitæ nescius, non es imprudens, aut ignarus; legem quam debeas sequi exposui, qualis debeas esse descripsi, cognitionem mandatorum habes. 523 Jam scis quid sit recte vivere; vide ne ultra offendas, C

98. Al., uni, ut alteri, pro alteri, unde alteri. MAR. Ibid. Sed quod ad vitæ æternæ gloriam prosit > quæras. T vox quæras in nullo Codicum erat. Nos ex sententia adjectimus, deesse aliquid certi, cum obelo tamen, ut suspectæ lectionis esse lector animadvertet. MAR.

100. Al., præceptione. MAR.

A vide ne deinceps bonum quod nosti cespicias, vide me quod legendo respicis vivendo contemnas. Docuit scientiæ acceptum retine, imple opere quod dilectissimi prædicatione.

101. Gratias ago, gratias refero, gratiarum actiones rependo, actiones gratiarum persolvo. Ago atque habeo uberem tibi gratiam; quantas valeo, gratias celebros, quantas pro viribus possum gratias ago. Multa sunt a te mihi concessa, multa collata, multa speciali miseratione largita. Omnia mihi placeant, omnia grata sunt, omnia incederant animo, omnia blandiuntur mihi, omnia me oblectant. Quam igitur satisfactionem persolvam? quam remunerationem rependam? quid compensare possum donis tuis, nisi ut tuis præceptis utar, tibi semper obtemperem, tibi paream, tibi iubenti obediam?

102. Tu enim es dux vitæ, tu magistra virtutis. Tu me, tanquam regula, in directum ducis. Tu es quæ a recto nunquam discedis. Tu es quæ a veritate nunquam averteris. Tu inventrix bonorum, tu magistra morum, indagatrix virtutum, sine qua nihil vita hominis esse potest. Per te cunctis vivendi regula datur. Per te de vitæ pravitate ad meliorem vitam homines adducuntur.

103. Præceptis tuis formantur animi. Si quid distortum est, tu corrigis; si quid corrigendum est, tu emendas. Nihil mihi te charius, nihil mihi te dulcius. > Nihil mihi te suavius, nihil mihi te jucundius, nihil mihi te blandius, nihil mihi te levius, nihil mihi te sanctius, tu mihi supra vitam meam places.

102. Al., magistra morum, atque virtutis. Et nosse, vel scire, pro esse. MAR.

103. Ut in hoc loco a multis Mss. omittuntur verba: Nihil mihi te suavius... nihil mihi te sanctius, ut Mariana indicat, ita passim aliis in locis plura alia prætereunt, quod facile fuit in tanta sententiarum verborumque similitum copia. AREV.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

# REGULA MONACHORUM.

### 524 PRÆFATIO.

1. Plura sunt præcepta, vel instituta majorum, quæ a sanctis Patribus sparsim prolata reperiuntur, quæque etiam nonnulli latius, vel obscurius posteritati

PRÆF. N. 1. Caput 71 in Isidorianis hoc titulo inscriptum fuit: Regula monachorum. Expenduntur argumenta viri clarissimi Petri Emmanuelis Hernandez, qui eam Isidoro adjudicandam censet. Commentarii sunt commentarii in regulam sancti Benedicti, quos Isidoro Constantinus Cajetanus affingit. Isidoriana regula canonicorum. Edit ones regulæ monachorum. Caput ultimum regulæ devotarum ex Martenio quidnam sit? Inde peti possunt quæ moniti loco hic essent

D composita tradiderunt, ad quorum exemplum nos hæc pauca vobis eligere ausi sumus, uti sermone plebeio, vel rustico, ut quam facillime intelligatis quod ordinis professionis vestræ votum retineatis.

apponenda. In Editione Holstenii inscriptio est: Sanctis fratribus in monasterio Honorianensi constitutis Isidorus. De quo fusius cit. cap. 71, n. 13 et seqq. Apud Mabillonium tom. I Annal. Benedict., pag. 363, vocatur monasterium Honorianense, et ex Codice vetustissimo Lirinensi describitur pactum quod illius monasterii monachi faciebant, quod in eodem Codice præmittitur regulæ Isidori in hæc verba: Hoc est pactum quod facimus nos, quorum

**525 2.** *Præterea quisquis vestrum illam universam A veterum disciplinam contendit appetere, pergat, in quantum placet, et arduum illum limitem atque angustum levigato cursu incedat. Qui vero tanta jussa priorum explere nequiverit, in hujus limite disciplinæ gressus constituat, nec ultra declinandum dispartat, ne, dum declinatus appetit inferiora, tam vitam quam nomen monachi perdat. Quapropter sicut illa præcepta priorum perfectum monachum reddunt ac summum, ita faciunt ista vel ultimum. Illa custodiant perfecti, ista sequantur post peccatum conversi.*

#### CAPUT PRIMUM.

##### De monasterio.

1. Imprimis, fratres charissimi, monasterium vestrum miram conclavis diligentiam habeat, ut firmitatem custodiæ munimenta claustrorum exhibeant; inimicus enim noster diabolus, sicut leo rugiens, circum ore patenti, quærens unumquemque nostrum, quem devoret (I Petri III).

2. Monasterii autem munitio tantum januam extrinsecus habeat, unumque posticum, per quem eatur ad hortum. Villa sane longe remota debet esse a monasterio, ne vicinior posita aut labis inferat periculum, aut famam inficiat dignitatis. Cellulæ fratribus juxta ecclesiam constituantur, ut possint propere quantocius ad officium.

3. Locus autem ægotantium remotus erit a basilica, vel cellulis fratrum, **526** vel nulla inquietudine vel clamoribus impediatur. Cellarium monachorum juxta cœnaculum esse oportet, ut secus positum sine mora mensis ministerium præbeatur. Hortulus sane intra monasterium sit inclusus, quatenus, dum intus monachi operantur, nulla occasione exterius evagentur.

subter annotata sunt nomina, tibi Patri III. abbati. Cum nos regularis antiquitas doceat monasticam non sine abbate ducere vitam, nec proficuum esse alicui monachorum juxta suam præjudicium secum [forte, solum] agere [forte, eligimus] te in primis loco abbatis, cui contradimus animas nostras simulque et corpora, ut juxta spirituales censuram nobis ea quæ sunt Dei imperes; animas nostras imbutas castitatisque Deo offeras. Nostrum ergo erit ab hodierno die et tempore tuis monitis obedire, præcepta servare, actus et conscientias tuas revereri; tuum vero id omne quod a majoribus legendo vel audiendo didicisti nobis sine cunctatione imperare. Si quis sane hoc pactum, nostrum videlicet, quorum subter affixa sunt nomina, violare tentaverit, quia hoc non sine inimici suasionem acturus est, sit tandiu reus et a cœtu fratrum anathemate percussus, quandoque penitentiam ducens, omnibus satisfaciat fratribus. Simile pactum legitur in fine regulæ communis sancti Fructuosi. In Editione Grialii pauca sunt notæ, quas Grialii nomine exponam, quamvis in collatione hujus operis partem etiam nonnullam Petrus Chacon habuerit. Annotationes Menardi in Concordiam regularum in compendium redigam, et lectionis discrepantiam, quam ipse indicat, ubi opus fuerit, exprimam. Ita etiam ex Petro Casinensi, et notis Constantini Cajetani, de quibus in Isidorianis, cap. 71, n. 22 et seq., dixi, ea seligam quæ ad rem esse videbuntur; nam omnia describere minus est necessarium. In præfatione num. 1, pro votum Menardus, p. 33, vitorem. AREV.

2. Notat Menardus, ex Plauto, *litem esse viam,*

#### CAPUT II.

##### De eligendo abbate.

1. Abbas interea eligendus est in institutione sanctæ vitæ duratus, atque inspectus patientiæ et humilitatis experimentis, qui etiam per exercitium vitam laboriosam tolerans, ac transcendens ætatem adolescentiæ, juventute sua senectutem tetigerit; cui etiam maiores non dedignentur parere, obedientes ei tam pro ætate quam etiam pro morum probitate.

2. Iste enim se imitandum in cunctis operum exemplis exhibebit; neque enim aliquid imperasse cuique licebit quod ipse non fecerit. Singulos autem hortamentis mutuis excitabit, alloquens cunctos, exhortans, vel ædificans in eis, si quid eorum vitæ pro uniuscujusque gradu prodesse perspexerit.

3. Circa omnes quoque servans justitiam, contra nullum livore odii inardescens, omne ex corde amplectens, nullum conversum despiciens, paratus etiam quorundam infirmitati compati misericordia, Apostolum sequens, qui dicit: *Facti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foveat pullos suos (I Thess. II).*

#### 527 CAPUT III.

##### De monachis.

1. Monachis autem summo opere studendum est ut, apostolicam vitam tenentes, sicut in unum constituti esse noscuntur, ita cor habeant unum, nihil sibi proprium vindicantes, nec quantumcumque amorem rei privatæ habentes, sed, juxta exemplum apostolicum, omnia communia habentes (Act. IV), in præceptis Christi fideliter permanendo proficiant.

2. Patri honorem debitum referentes, erga seniores obedientiam, erga æquales incitamenta virtutum, erga minores boni exempli magisterium conserva-

cullem. *Levigatum* exponit facilem, planum, non scabrosum. Idem legit, *in hujus limitis disciplinam gressum ponat*; et *delicati*, pro *declinatus*, sed legendum monet *declinatus*. Post sequantur post peccatum conversi addit: *Hæc igitur, o servi Dei*, et alia, quæ a regula excusa abesse ait; sed revera hæc ipsa existant in fine capituli ultimi, tanquam epilodus. Similiter fere modo a Petro Casinensi, cap. 73, præfatio et epilodus conjunguntur, apud quem legitur *in hujus limitis disciplina*. AREV.

CAP. I. N. 2. Justinian., constit., novell. 153, cap. 1, in fine: *Ἐστω δὲ ἀκριβῆς θρησκίως περιπεπραγμένον τὸ μοναστήριον, ὥστε κηδεμὶα ἐξ ἑοδὸν ἀλλαχθεὶν πληρῆ ἢ διὰ τῶν κληδῶν εἶναι*. GRIAL.

3. Breulius advertit *cœnaculum* hic esse refectorium. Pro *præbeatur*, Holstenius *præbeat*. AREV.

CAP. II. N. 1. Hoc caput penultimum est in Codice Gothico Ovetensi. GRIAL.

*Ibid.* Menardus, pag. 150, retinendam ait scripturam Concordiæ regularum, *transcendens ætatem adolescentiæ, juventutem seu senectutem tetigerit*, cum juvenis, juxta ipsum Isidorum, ab anno 28 incipiat, juxta alios ab anno 38. Ita etiam legit Holstenius. Ego mallem, *transcendens ætatem adolescentiæ, seu juventutis, senectutem tetigerit*. Confer regulam sancti Fructuosi, cap. 3, et Codicis leg. 46, de episc. et cleric. AREV.

3. Menardus legi posse putat *compati, misericordiam Apostoli sequens*. AREV.

CAP. III. N. 2. Menardus, pag. 215: *Patri honorem debitum reverentes*: ex quo colligit: *Patrem honore debito reverentes*. AREV.

bunt. Nemo cæteris se judicans meliorem, sed inferioriorem se omnibus deputans, tanto humilitate clarescat, quanto plus cæteris culmine virtutum corruscat. Abstineat se etiam a furore, et a detractatione parcat monachus linguam.

3. Indecenter quoque vel notabiliter non incedat, phylargyriæ contagium, ut lethiferam pestem, abhorreat; a turpibus verbis vel otiosis linguam avertat, atque indesinenter cor mundum labiaque exhibeat. Affectus quoque animi turpes ab intentione cogitationis abstergat, per compunctionem cordis in stadio se sanctæ meditationis exerceat.

4. Torporem somni atque pigritiam fugiat, vigiliisque et orationibus sine intermissione intendat, gulæ concupiscentiam deprimat, atque abstinentiæ virtutibus semetipsum per studium domandarum libidinum affligat, domans jejuniis carnem, quantum valetudo corporis sinat, livore quoque invidiæ de fraternis profectibus **528** nequaquam tabescat, sed quietus atque pacificus per amorem fraternæ dilectionis de cunctorum gaudeat meritis, iracundiæ perturbationem rejiciens, et patienter omnia sustinens; nulla tristitia, nullo temporali mœrore afficiatur, sed contra omnia adversa interiori gaudio fretus, ipsam postremo vanæ gloriæ laudem procul a se abiciat, et Deo tantum interioris humili corde placere studeat, ut dum his virtutibus radiat, merito nomen suæ professionis retineat.

#### CAPUT IV.

##### *De conversis.*

1. Qui renuntians sæculo, ad monasterium venerit, non statim in cœtum deligendus est monachorum. Vitam enim unicuique in hospitalitatis servitium tribus mensibus considerare oportet, quibus peractis ad cœtum sanctæ congregationis accedet; neque enim intus suscipi quemquam convenit, nisi, prius foris pōsitus, ejus humilitas sive patientia comprobetur. Qui relicto sæculo ad militiam Christi pia et salubri humilitate convertuntur, omnia sua primum aut indigentibus dividant, aut monasterio conferant. Tunc enim servi Christi liberum animum divinæ militiæ offerunt, quando a se spei sæcularis vincula cuncta præcedunt.

2. Qui non rigida intentione convertuntur, cito aut superbiæ morbo, aut vitio luxuriæ subduntur. Nequaquam ergo debent a seipore inchoare, qui

3. *Indecenter quoque, etc.* Consonant hæc regulæ sancti Fructuosi Bracarenensis, c. 8. *Notabiliter* exponitur pro *superbe et fastuose* a Menardo: sed potius indicat *insolitum*. *Philargyria* est avaritia, argenti cupido. AREV.

4. Ex his aliisque Isidori præceptis natum, opinor, est quoddam opusculum quod in nonnullis Mss. Isidori nomine exstat, de quo sermonem habui in Isidorianis, cap. 85, n. 9. Titulus est: *Tractatus quidam sancti Isidori, in quo in brevi comprehenditur quidquid pertinet ad statum perfectionis cujusdam fidelis personæ*. Sed cum nihil peculiare addat, et corruptissime descriptus sit hujusmodi tractatus, sine ullo damno prætermitti potest. AREV.

CAP. IV. N. 1. Holstenius, *uniuscujusque in hospitalis servitio... considerari oportet*. AREV.

A mundo renuntiant, ne per ipsum teporem rursus in amorem sæculi cadant. Omnis conversus non est recipiendus in monasterio, nisi prius ipse scripto se sponderit permansurum. Sicut enim il qui ad sæcularem promoventur militiam in legionem non trans-eunt nisi ante in tabulis conferantur, ita et il qui in spiritualibus castris cœlesti militiæ sunt signandi, nisi prius professione verbi aut scripti teneantur, in numerum **529** societatemque servorum Christi transire non possunt.

3. Qui in monasterio prior ingreditur, primus erit in cunctis gradu, vel ordine; nec quaerendum est si dives aut pauper, servus an liber, juvenis an senex, rusticus an eruditus; in monachis enim nec ætas, nec conditio quaeritur, quia inter servi et liberi animam nulla est apud Deum differentia. Qui tamen jugo alienæ servitutis astrictus est, nisi Dominus vincula ejus dissolverit, nequaquam recipiendus est; scriptum est enim: *Quis dimisit onagram liberum? et vincula ejus quis solvit (Job. xxxix)?* Onager enim liber dimissus monachus est sine dominatu et impedimento sæculi deserviens, et a turbis remotus. Tunc enim libera servitute Deo quisque famularatur, quando nullius carnalis conditionis pondere premitur. Ubi enim jam soave jugum et leve onus Christi est, durum et grave est portare servitium sæculi.

4. Qui aliquid habentes in sæculo, convertuntur, non extollantur, si de suis facultatibus quodcumque monasterio contulerunt; sed potius timeant, ne hic per superbiam eleventur et pereant. Quibus melius esset, si divitias suas cum humilitate in sæculo fruerentur, quam ut jam pauperes effecti de earum distributione elatione superbiæ extollantur. Hi qui de paupertate in monasterio convertuntur non sunt despiciendi ab eis qui sæculi divitias reliquerunt, quia apud Deum unius ordinis habentur omnes qui convertuntur ad Christum; neque enim differt utrum ex inopi vel servili conditione ad servitium Dei quisque venerit, an ex generosa et locuplete vita; multi enim ex plebeio cœtu documentis virtutum eximiis emittentes, prælatiores nobilibus facti sunt, eosque virtutum excellentia prævenierant, et qui erant conditione infimi, virtutis merito effecti sunt primi sapientes.

5. Nam propterea *infrima mundi elegit Deus, ut confunderet fortes, et ignobilia mundi, et ea quæ non*

2. *Nisi prius ipse scripto, etc.* Al., *nisi se prius in scriptis suæ professionis sponderit permansurum*. De tironibus, qui ad sæcularem promoventur militiam, videndus Isidorus, lib. ix Etymolog., cap. 3, num. 36 et 53, et Vegetius, lib. i de Re militari, cap. 2, et lib. ii, cap. 5, ex quo constat milites, expleto tirocinio, quibus puncturis in cute signari solitos, quos alludit Isidorus, sunt signandi. AREV.

3. *Servus, an liber, etc.* Sanctus Hieronymus, in epistola ad Celantiam, inter alia, sic ait in hæc sententiam: *Sola apud Deum libertas est non servare peccatis, summa apud Deum est nobilitas clarumque virtutibus*. AREV.

5. *Nam propterea*. Eodem testimonio est *capitulum* lib. ii de Off., cap. 16. GRAL.

sunt, ut ea quæ sunt **530** evacuaret, ut non gloriatur **A** omnis caro coram illo (I Cor. i, 27). Qui ex paupertate ad monasterium veniant, non extollantur in superbiam, quia se ibi æquales aspiciant iis qui aliquid in sæculo videbantur; neque enim dignum est ut ubi divites celsitudine deposita sæculari ad humilitatem descendunt, ibi pauperes elatione mentis superbi efficiantur; qui oportet ut, deposita arrogantia, humiliter sapiant, suæque paupertatis et iuipie memores semper existant.

## CAPUT V.

## De opere monachorum.

1. Monachus semper operetur manibus suis ita, ut quibuslibet variis opificum artibus laboribusque studium suum impendat, sequens Apostolum, qui dicit: *Neque panem gratis manducavimus, sed in labore et fatione nocte et die operantes*; et iterum: *Qui non vult laborare, non manducet* (II Thess. iii). Per otium enim libidines et notiarum cogitationum nutrimenta conrescunt, per laboris vero exercitium vitia nihilominus elabuntur.

2. Nequaquam debet monachus dedignari versari in opere aliquo monasterii usibus necessario. Nam patriarchæ greges paverunt, et gentiles philosophi sutores et sartores fuerunt, et Joseph justus, cui virgo Maria desponsata exstitit, faber ferrarius fuit. **531** Si quidem et Petrus princeps apostolorum piscatoris officium gessit, et omnes apostoli corporale opus faciebant, unde vitam corporis sustentabant.

3. Si igitur tantæ auctoritatis homines laboribus **C** et operibus etiam rusticanis inservierunt, quanto magis monachi, quos oportet non solum vitæ suæ necessaria propriis manibus exhibere, sed etiam indigentiam aliorum laboribus suis reficere! Qui

*Ibid.* Huc referri potest quod ex Smaragdo Constantinus Cajetanus, pag. 74, descripsit: « Hinc Isidorus ait: Quicumque autem monasterium primus ingreditur, primus sedet, primus ambulat, primus psalmum dicit, primus in mensam extendit manum, in ecclesia prior communicat; nec setas inter eos queritur, sed professio. Quod dicit, Samuel et Daniel pueri presbyteros judicaverunt, de Heli et de illis qui Susannam opprimere voluerant intelligitur. Samuel presbyteros judicavit, quando illos Heli peccare vidit, et eos in corde suo prævaricatores judicavit. **D** Heli autem, quia non eos districta animadversione repressit, et ab iniquitate non compescuit, similiter reprehendit, et judicavit. Daniel quoque tunc presbyteros judicavit, quando illos iniqua cogitatione plenos, qui Susannam falso voluerunt testimonio condemnare, reprehendit, damnavit, et angelico eos gladio cruciatus esse prædixit. » AREV.

CAP. V. N. 1. *Elabuntur. Al., evelluntur. GRIAL.*

*Ibid.* Illustrari hoc caput potest ex t. I Patrum apostolicorum, pag. 52, cum notis Cotelerii. AREV. 2. *Nam et patriarchæ... reficere.* Totam hanc periodum ab Hymone Halberstatensi, lib. ii de Varietate, cap. 2, referri notat Menardus, pag. 820. Philo-ophi gentiles sartores et sutores, etc., recensentur Hippias Sophista, Simon Atheniensis, et Menedemus Eretriensis. Sanctum Josephum fabrum lignarium fuisse communior est sententia, cui astipulatur Isidori frater sanctus Leander, cap. 14 de Institutione virginum. Nescio, inquit Breullius ubinam

viribus corporis et integritate salutis consistunt, si in opere otiosi sunt, dupliciter peccare noscuntur, quia non solum non laborant, sed etiam alios vitiant, et ad imitationem suam invitant. Propterea enim quisque convertitur, ut Deo serviens laboris habeat curam, non ut, otio delitus, inertia pigritiaque pascatur.

4. Qui si volunt lectioni vacare, ut non operentur, ipsi lectioni contumaces existunt, quia non faciunt quod ibi legunt; ibi enim scriptum est: *Operantes suum panem manducent*; et iterum: *Ipsi enim scitia quomodo oportet imitari nos, quia non iniqui sumus inter vos, neque panem gratis ab aliquo manducavimus, sed in labore et fatione die ac nocte operantes, ne quem vestrum gravaremus* (II Thess. iii). Qui per infirmitatem corporis operari non possunt, humanius clementiusque tractandi sunt. Qui vero sani sunt et fallant, procul dubio dolendi atque lugendi sunt, quia non corpore, sed, quod pejus est, mente ægroti sunt; qui etsi humanis oculis convinci non possunt, Deum tamen latere non possunt. Tales igitur aut ferendi sunt, si ægritudo latet; aut distringendi, si sanitas pateat.

5. Monachi operantes meditari aut psallere debent, ut carminis verbique Dei delectatione consolentur ipsum laborem. Si enim sæculares opifices inter ipsos labores amatoriam turpia cantare **532** non desinunt, atque ita ora sua in cantibus et fabulis implicent, ut ab opere manus non subtrahant, quasi magis servi Christi, qui sic manibus operari debent, ut semper laudem Dei in ore habeant, et linguæ ejus psalmis et hymnis inserviant! Laborandum est enim corpore animi fixa in Deum intentione; sicque manus in opere implicanda est ut mens non aver-tatur a Deo.

Isidorus legerit Josephum fabrum ferrarium sui se, nam cum dolabra depingitur. Verum etiam sanctus Ambrosius et Theophilus Antiochenus tollis et ignis in officina sancti Josephi meminerunt. Nonnulli aurificem fuisse putant sanctum Josephum, alii fabrum lapidarium. Vide Calimetum, in Diction., ac præsertim eruditissimi Mazochii de sancti Josephi et Christi Domini officio mantissam ad epist. de Dedicat. sub ascia. AREV.

6. *Tractandi sunt.* In Concordia regularum, et apud Holstenium, additur: « Nec contra eos murmurandum est ab eis, qui vires laborandi habent; sed magis consulendum est eis quos sciunt corpore infirmo. Ipsi autem qui non possunt eos qui laborant et possunt meliores sibi felicioresque fateantur. Qui vero languidus est, et laborem operum corporalium sustinere non potest, consulendum est illi, et ejus infirmitas temperanda est. Qui sani, etc. » Quod an vere sit Isidori, an eidem ab alio fuerit additum, definire non audeo. AREV.

7. Ut carminis. *Lib. ii de Off.*, cap. 16. Canunt autem psalmos manibus operantes, et ipsum laborem, tanquam divino celeumate consolantur. GRIAL.

*Ibid.* Sanctus Augustinus, de Opere monachorum, cap. 17: *Cantica vero divina cantare etiam manibus operantes facile possunt, et ipsum laborem divino celeumate consolari.* Alia addit sanctus Augustinus, quæ Isidorus quoque sumpsit, et ex Isidoro Haymo, lib. cit., cap. 50. AREV.

6. Propriis autem temporibus oportet operari monachum, et propriis orationi lectionique incumbere. Illorū enim debet habere monachus congruas ad singula officia deputatas. Partes autem annui temporis suis quibusque operibus taliter deputantur. Estate enim a mane usque ad horam tertiam laborare oportet; a tertia autem usque ad sextam lectioni vacare; dehinc usque ad nonam requiescere; post nonam autem usque ad tempus vespertinum iterum operari. Alio autem tempore, id est, autumno et hieme, sive vere a mane usque ad tertiam legendum, post celebrationem tertiæ usque ad nonam laborandum est; post refectionem autem nonæ aut operari oportet, aut legere, aut sono vocis aliquid meditari.

7. Quæcunque autem operantur monachi manibus suis, præposito deferant, præpositus autem principii monachorum; nihil operis apud fratrem remaneat, ne sollicitudinis ejus cura mentem ab intentione contemplationis avertat. Horti, olera vel apparatus ciborum propriis sibi manibus fratres exercent; ædificiorum autem constructio vel cultus agrorum ad opus servorum pertinebunt. Nullus monachus amore privati operis illigetur, sed omnes in communi laborantes patribus sine obmurmuratione obtemperare debent, ne forte murmurando pereant, sicut perierunt qui in deserto murmuraverunt. Si enim illis parvulis adhuc in lege et rudibus nequaquam indultum est, quanto magis iis qui perfectionis legem perceperunt non parcat, si talia gesserint.

### 533 CAPUT VI.

#### De officio.

1. In psallendis autem officiis ita erit discretio; dato enim legitimis temporibus signo ad horas canonicas, festina cum properatione omnes ad chorum occurrant; nullique ante expletum officium licebit

7. Quæcunque autem operantur, etc. Isidorus, lib. II de eccles. offic., cap. 16, ex sancto Augustino, lib. II de Moribus Ecclesiarum. In Editione apponitur nota littera b, elabuntur, ex Goth.; al., evelluntur. Sed transposita est, et ad num. 4 hujus capituli pertinet. Ante hoc cap. 5 Holstenius præmittit alia ex cap. 19. Pro non parcat forte non parcatetur. AREV.

CAP. VI. N. 1. Festina cum properatione. Idem, lib. II de Offic., c. 16: Conveniunt autem omnes frequenter nocte ac die festina cum properatione ad orationem. GRIAL.

Ibid. Post consummationem. Vide Cass., lib. II, cap. 7. GRIAL.

Ibid. In psallendis autem officiis; al., in psallendi autem officio. AREV.

2. Duæ, deinde laudes, hoc est *Alliuita*, ut constat ex lib. I de Off., c. 13. GRIAL.

Ibid. Primo lucernarium. Vid. annotat. in Cassian. GRIAL.

Ibid. Alii, lectiones ex utroque Testamento duæ, dein laus, hymnus, etc. In dissertatione de hymnis prævia ad Hymnodiam Hispanicam, pag. 81, contra Martenium ostendi in regula sancti Isidori et aliorum mentionem hymnorum occurrere. Lucernarium ab Isidoro distingui ab officio vespertino notat Menardus, pag. 332, qui fuse pag. 366 in expositione regulæ Magistri probare contendit lucernalem synaxin eandem fuisse ac vespertinam, et sancti Isidori locum explicat de precatione quæ dicebatur dum lu-

A egredi præter eum quem necessitas naturæ compulerit. Recitantibus autem monachis, post consummationem singulorum psalmorum prostrati omnes humiliter adorabunt, celeriterque surgentes psalmodæ sequentes inciplant, eodemque modo per singula officia faciant.

2. Quando celebrantur psalmorum spiritualia sacramenta, refugiat monachus risus vel fabulas; sed hoc meditetur corde, quod psallitur ore. In tertia, sexta, vel nona tres psalmi dicendi sunt, responsorium unum, lectiones ex Veteri Novoque Testamento duæ, deinde laudes, hymnus atque oratio. In vespertinis autem officiis primo lucernarium, deinde psalmi duo, responsorium unum, et laudes, hymnus atque oratio dicenda est.

B 3. Post vespertinum autem, congregatis fratribus, oportet, vel aliquid meditari, vel de aliquibus divinis lectionibus quæstionibus disputare, conferendo pie et salubriter, tantumque meditando, 534 disputandaque immorari, quoadusque completorii tempus possit occurrere. Ante somnum autem, sicut mos est, peracto completorio, valedictis invicem fratribus, cum omni cautela et silentio requiescendum est, usquequo ad vigiliam consurgatur.

C 4. In quotidianis vero officiis vigiliarum primum tres psalmi canonici recitandi sunt, deinde tres missæ psalmorum, quarta canticorum, quinta matutinorum officiorum. In Dominicis vero diebus, vel festivitibus martyrum, solemnitatis causa singulæ superadjiciendæ sunt missæ. Verum in vigiliis recitandi aderit usus; in matutinis psallendi canendique consuetudo, ut utroque modo servorum Dei mentes diversitatis oblectamento exercentur, et ad laudem Dei sine fastidio affluentius excitentur.

5. Post vigiliam autem usque ad matutinum requiescendum, aut aliquid perlegendum erit. Post matu-

cernæ accendebantur. Quod ex ipso breviario Monachico manifestum est; nam primum fit oratio pro lumine accenso, et oblato, deinde sequitur oratio vespertina. Apud alios autem passim lucernarium et vespertinum officium promiscue tumuntur. Quod in Grialii nota indicantur annotationes in Cassianus, sermo videtur esse de Petri Ciacouii annotationibus. AREV.

4. Deinde tres missæ. Vid. annotat. in Cassian. GRIAL.

D Ibid. Missas psalmorum. Menardus intelligit esse collectas, seu orationes, quæ ad finem psalmorum dicebantur, præsertim ex Cassiano, lib. II de monach. oration., cap. 7 et 10. Sed advertit diversum usum apud varias nationes usum hujusmodi collectarum dicendarum. Isidoro conceit sanctus Fructuosus Bracarenensis, cap. 2 regulæ. De his orationibus, quæ psalmis subjungebantur, verba feci in Isidoro, cap. 87, n. 20 et seqq. De hujusmodi orationibus, quæ non solum psalmis, sed etiam canticis adhibebantur, intelligendum est quod in Breviario Romæ de sancto Patricio dicitur ad diem 17 Martii: *Integrum enim, integrum quotidie psalterium una cum canticis et hymnis ducentisque orationibus consuevisse recitari.* In Editione Grialii corrupte legitur: *In vigiliis recitandis aderit usque in matutinis psallendi, quod* Holstenio ex Concordia regularum correct. AREV.

5. Requiescendum est. Al., reficiendum est; idem sonat, et fortasse hoc genuinum est.

tiuum aut operandum aliquid, aut legendum; A lectiones autem ex Novo aut Veteri Testamento tempore officii quotidianis diebus recitentur; Sabbato autem die atque Dominico ex Novo tantum pronuntientur. Monachus autem corporis sanitate consistens, si vigiliis vel quotidianis officiis defuerit, perdat communionem, si sanitas patet.

### 535 CAPUT VII.

#### *De collatione.*

1. Ad audiendum in collatione patrem tribus in hebdomada vicibus fratres post celebrationem tertie, dato signo, ad collectam conveniant; audiant docentem seniore, instruente cunctos salutaribus præceptis; sodiant patrem studio summo, et silentio, intentionem animorum suorum suspiriis et gemitibus demonstrantes. Ipsa quoque collatio erit vel pro corrigendis vitis, instruendisque moribus, vel pro reliquis causis ad utilitatem cœnobii pertinentibus.

2. Quod si talia desunt, pro consuetudine tamen disciplinæ nequaquam erit omittenda collatio, sed in prænitatis diebus, cunctis pariter congregatis, præcepta Patrum regularia recensenda sunt, ut qui necdum didicerunt percipiant quod sequantur; qui vero didicerunt, frequenti memoria admœniti, sollicito custodiant quod noverunt. Sedentes autem omnes in collatione tacebunt, nisi forte queat auctoritas patris præceperit, ut loquatur.

### CAPUT VIII.

#### *De Codicibus.*

1. Omnes Codices custos sacrarii habeat deputatos, a quo singulos singuli fratres accipiant, quos prudenter lectos vel habitos semper post vesperam reddant. Prima autem hora Codices singulis diebus petantur; qui vero tardius postulat, nequaquam accipiat.

2. De his autem quæstionibus, quæ leguntur, nec forte intelliguntur, unusquisque fratrum aut in collatione aut post vesperam abbatem interroget, et recitata in loco lectione, ab eo expositionem suscipiat, ita ut, dum uni exponitur, cæteri audiant.

536 3. Gentilium libros vel hæreticorum volumina monachus legere caveat; melius est enim

Cassiano desumptum, lib. iii de diurn. Oration., cap. 4 et 8, ex cuius lib. ii de nocturna. Oration., cap. 2, sequentia petuntur. AREV.

CAP. VII. N. 1. *Ad audiendum in coll. Patrem.* Eadem II de Off., c. 16. GRIAL.

2. *Grialius, quod sequuntur.* AREV.

CAP. VIII. N. 1. *Petantur.* Expectantur Goth. GRIAL. *Ibid.* De custode sacrarii sermo redit infra, cap. 20, n. 1. AREV.

3. Hoc præceptum, quo libros gentilium et hæreticorum monachus legere prohibetur, coheret cum iis quæ Isidorus tradidit lib. iii Sent., cap. 12 et 43. AREV.

CAP. IX. N. 1. *Nec oculus extran.* Ex Goth. Al., nec alius extraneus. GRIAL.

*Ibid.* *Pœnitentiam agat,* etc. Juxta instituta sancti Pachonii, art. 12 ut notat Menardus, pag. 779. AREV.

2. *Sermo reficiat.* Vox sermo non est in Goth. GRIAL.

*Ibid.* In regula Magistri, cap. 29, similiter præ-

corum perniciose dogmata ignorare, quam per experientiam in aliquem laqueum erroris incurrere.

### CAPUT IX.

#### *De mensis.*

1. Tempore quo refectionis debitum solvitur, claustra monasterii obserentur, nec oculus extraneus interesse præsumat, ne quietem fraternam presentia sua impediatur. Refectionis tempore, dato signo, pariter omnes concurrant. Qui autem ad mensam tardius venerit, aut pœnitentiam agat, aut jejunos ad suum opus, vel cubitum recurrat. Nemo autem ad vescendum ibit, antequam ad vocandum omnes vox signi solita insonuerit.

2. Refectorem pariter usum erit; ad singulas mensas deni convescentes resideant; reliqua turba parvulorum assistent. Tempore convescentium fratrum omnes disciplinæ gerant silentium. Apostolo obtemperantes, qui dicit: *Cum silentio operantes suum panem manducet.* (II Thess. iii). Unus tamen in medio residens, benedictione accepta, de Scripturis aliquid legat, cæteri vescentes tacebant, lectionem attentissime audientes, ut sicut illis corporalis cibus refectionem carnis præstat, ita mentem eorum spiritualis sermo reficiat.

3. Nullus ad mensas clamor excitetur, soli tantum præposito sollicitudo maneat in his quæ sunt vescendibus necessaria. Abbas citra languoris necessitatem cibos in conspectu pariter cum fratribus **537** sumat; nec aliud quam cæteri, nec cultius quam quæ in communi consistunt, præparari sibi quicquam expectat; sicque sit ut dum præsens est, omnia diligentius administrantur; et dum communia sunt, salubriter et cum charitate sumantur. Æqualia quippe erunt mensura omnium fercula, similibusque alimentis cuncti reficiendi sunt fratres.

4. Quidquid præsens relectio dederit, omnes sine murmuratione percipiant; nec id desiderant, quod edendi voluptas appetit, sed quod naturæ necessitas querit, scriptum est enim: *Carnis curam ne feceritis in desideriis* (Rom. xiii). Per omnem autem hebdomadam fratres viles olerum cibos ac pallentia utantur legumina. Diebus vero sanctis inducant cum

scribitur quod lector benedictionem petat, antequam legere incipiat. In Concordia regularum, pag. 695, legitur: *ut sicut corporalis cibus refectionem corpori præstat.* AREV.

5. Non sunt omittendæ dum Menardi notæ ad hunc locum: *« Abbas citra languoris necessitatem. Egregie sane institutio, quia disciplina regularis custoditur, et intempestivis abbatum comesationibus, hospitalitatis prætextu, ac proinde monasterii dilapidationi occurrunt. — Neque cultius. Haud impar sane institutio, quæ catillationibus abbatum medetur. »* Fusius eandem quæstionem de mensa abbatis Menardus pertractat, pag. 923. Pro mensura omnium fercula in Concordia regularum, et apud Holstenium est mensurarum omnium fercula, quod videtur præferendum. AREV.

4. *Pallentia legumina.* II, de Off., c. 12. *Antiqui pridie quam cantandum erat, cibis abstinentiam, pallentia tantum legumina causa vocis mœbant; unde vulgo cantores subarii dieti sunt.* GRIAL.

oleribus levissimarum carniū alimenta. Non erit usque ad satietatem reficiendum corpus, ne forte intereat animus; nam ex plenitudine ventris cito exciatur luxuria carnis.

5. Qui autem appetitum edacitatis reprimat, sine dubio lasciviae motus restringit. Tanta cum discretionē reficiendum est corpus, ut nec nimia abstinentia debilitetur, nec superflua edacitate ad lasciviam moveatur. In utroque ergo temperantia adhibenda est, scilicet, ut et vitia carnis non praevaleant, et vis ad ministerium bonae operationis sufficiat. Quicumque ad mensam residens a carnibus vel vino abstinere voluerit, non est prohibendus; abstinentia enim non prohibetur, sed potius collaudatur, tantum ne ex contemptu creatura Dei humanis concessa usibus exsecretur.

6. Nullum eius furtiva contaminatio polluat, aut impudens vel privatus extra communem mensam appetitus; excommunicationis enim **538** sententiae subjacebit qui vel occulte vel extra ordinariam mensam aliquid degustaverit. Ante refectiois tempus nullus vesci audeat praeter eum qui aegrotat; qui enim tempus edendi antecesserit, subsequentibus poenis abstinentiae subjacebit. Silentii aut cuiuspiam defectum patienti ante edendi tempus consulendum est, abbate, vel praeposito ordinante, non tamen palam, ne forte sitire, vel esurire alios cogat.

7. Hebdomadarius solus cibos degustet, nec quis id alius audeat, ne sub occasione degustandi gula, vel gutturi satisfaciatur. Laici ministri mensae monachorum nullatenus intererunt, nec enim poterit illis mensae communis esse locus, quibus diversum est propositum. Monachi cum a mensa surrexerint, ad orationem omnes conseruant. Quod mensae redonderit, omni cura servatum egentibus dispensetur.

8. In refectioe monachorum a diebus Pen ecostas

*Ibid. Inducant. Ex Goth. Al., interdum. GRIAL.*

*Ibid. Voluptas. Grialius voluntas. Pro utantur, al. habeant. In verbis levissimarum carniū Menardus, p. 712, quantitatem intelligit, non qualitatem, quod ex sequentibus clarum putat. Sed nihil non ita clarum videtur; et verius arbitror, hoc loco qualitatem carniū praescribi, sequentibus verbis satietatem sive olerum, sive leguminaum, sive carniū prohiberi. AREV.*

5. *Et vis ad ministerium, Al., et virtus ad ministerium, eodem sensu. AREV.*

6. *Nullum furtiva contaminatio. Cassian., lib. IV, cap. 19, inter monachorum delicta numerat extraordinariam, aut furtivam refectioem. GRIAL.*

*Ibid. Esus: Grialius erui. AREV.*

7. Menardus, pag. 642, contrarium statuere ait sanctum Pachomium, art. 21 suae regulae: *Qui pulmentaria coquant, ipsi nihil gustantes edentibus ministrabunt.* Sed, ut ego puto, sanctus Isidorus solum jubet hebdomadariam degustare cibos, ut didicisset aut siint bene conditi, sanctus Pachomius; ne coquus edat antequam caeteris ministret. Quae duo contraria non sunt. Grialius, *diversus est propositus.* Holstenius, *diversus est praepositus.* AREV.

8. In Concordia regularum, *invitat... suspendii, carnem apponit tantum.* Autumnii initium est aequinoctium autumnale octavo Kal. Octobris. Interdiana prandia intelliguntur die dominica, feria tertia, quinta et sabbato. Nam hoc temporis spatio jejunabatur feria secunda, quarta et sexta, ut infra, cap. 11. AREV.

usque ad autumnii principium tota aestas interdiana prandia invitet, reliquum tempus suspendat prandia, coena tantum apponatur.

9. In utrisque temporibus refectio mensae tribus erit pulmentis, olerum scilicet et leguminaum, et, si quid tertium fuerit, id est, pomorum. Ternis quoque poculis fraterpa reficienda est sitis. **539** In observatione autem quadragesimali, sicut fieri solet post exemptam jejuniū, pane solo, et aqua contenti viues erunt, a vino quoque et oleo abstinerebunt.

## CAPUT X.

### De feriis.

1. Haec sunt feriae monachorum, in quibus jejunia conquiescant, in primis venerabilis dies Dominicae nomini Christi dicatus. Qui, sicut propter mysterium resurrectionis ejus sollemnis est, ita et apud omnes servos ejus celebritatem convivii votivo gaudio retinebit. Item a primo die Paschae usque ad Pentecostem, quinquaginta scilicet quotidianis diebus, jejunium a sanctis Patribus dissolutum est, propter resurrectionem videlicet Christi, et adventum Spiritus sancti, ut hi. dies non in figura laboris, quod Quadragesimae tempus significat, sed in quiete laetitiae laetitiae jejunis celebrentur.

2. Placuit etiam Patribus a die Natalis Domini usque ad diem Circumcisionis sollemne tempus efficere, licentiamque vescendi habere; non aliter et dies Epiphaniarum veteri regula reficiendi indulgentiam consecuta est, siquidem et dum quisque fratrum convertitur, aut ex aliis monasteriis fratres visitandi gratia occurrunt, pro charitate adimplenda interrumpuntur jejunia.

3. Praeter haec alia tempora libere libenterque cultui jejuniarum inserviant. Si qui autem monachorum praedictis temporibus jejunare disponunt,

9. *In utrisque temporibus, scilicet hieme, et aestate, quibus continentur autumnus, et ver, ut exponit Menardus, pag. 712. In Concordia regularum, tertium fuerit, pomorum. . . post expletum jejunium pane solo, vel aqua, etc. Quod ternis poculis sit bibendum, est etiam praecipuum Ausonii in gripho Ter bibe. In caeteris ad Mutinam ter bibere solitum Augustam refert Suetonius, c. 77. Apud Petrum Casinensem post pomorum alia adduntur ex Isidoro, ut videtur, scilicet: «Festis vero diebus, ternis vel quaternis ferculis sunt corpora reficienda, sic tamen ut (quo) plura sunt cibaria numero, sint minora, ut et corpora necessario cibo reficiantur, non nimia saturitate damnetur. Quando in mensa cibus administratur, nullus prius cibum comedit quam signum ad benedicendum insonet, et cum signum audierint, una voce benedictionem postulent, et data, sic comedant. Illud praecipuum decernimus, ut nullus ex mensura sua vel accipere ab altero praesumat, vel dare, praeter abbatem, vel praepositum, cui ab abbate commissum est.» AREV.*

CAP. X. N. 2. *Dum quisque fratrum coenam, Goth. GRIAL.*

*Ibid. Convertitur: Gr., convertuntur. Huc faciunt verba Cassiani relata lib. VI Etymol., cap. 19, n. 26, in nota. Post interrumpuntur jejunia in Concordia regularum additur si tamen non fuerint generalia. AREV.*

3. *Si qui autem monachorum, etc. Eandem lib. 1 de Offic. ecclesiast., cap. 43, N. 2. Vide notam. A*



nequaquam prohibendi sunt; nam et multi antiquorum Patrum his diebus in eremo abstinuisse, nec aliquando 540 jejunia solvisse, leguntur, nisi tantum diebus Dominicis propter resurrectionem Christi.

## CAPUT XI.

*De jejunio.*

1. Jejuniorum autem hos dies potissime veteres elegerunt. Primum jejunium Quadragesimæ quotidianum, in quo major abstinentiæ observantia manebit in monachis, quando non solum a prandis, sed etiam a vino et oleo abstinent. Secundum jejunium interdiarium post Pentecosten alia die inchoatum usque ad æquinoctium autumnale protenditur, ternis scilicet diebus per singulas hebdomadas propter æstivos solis ardores jejunium celebratur.

2. Tertium sequitur quotidianum jejunium, ab octavo Kalendas Octobris usque ad Natalem dominicum, in quo quotidiana jejunia nequaquam solvuntur. Quartum item quotidianum jejunium post diem Circumcisionis exoritur, peragiturque usque ad solemniam Paschæ.

3. Hi autem qui, vetustate corporis consumpti, aut teneræ ætatis fragilitate detenti sunt, non sunt quotidianis jejniis exercendi, ne aut senescens ætas, antequam moriatur, deficiat; aut crescens, priusquam proficiat, cadat, et ante intereat quam bonum facere discat.

## CAPUT XII.

*De habitu monachorum.*

1. Cultus vestium vel indumentorum insignes monacho deponendi. Munitus debet esse monachus, non delicatus; sicut autem 541 non oportet in monacho esse notabilis habitus, ita nec satis abjectus; nam pretiosa vestis animum ad lasciviam pertrahit, nimis vilis aut dolorem cordis parit, aut morbum vana

jejunio quotidiano diem Dominicum excipiebant quoque alia regulæ Patrum, ex can. 18 concilii Gangrensis. Confer Cassianum, lib. III de diurn. Oration., cap. 12. Quod autem cum hoc capite, tum præcedenti, mentio sit Circumcisionis, quod festum Isidori tempore nondum videtur fuisse institutum, id mirum non est; nam, ut insus explicuit in Isidorianis, cap. 71, n. 16 et 17, vel potuit extremo Isidori tempore ejusmodi festum jam esse institutum, vel certe oportuit ut monachi, quibus regula prælegebatur ad observantiam, post institutionem festi Circumcisionis pro Kalendis Januarii apponerent post diem Circumcisionis. AREV.

CAP. XI. N. 4. Abstinent. Apud Petrum Casinensem, cap. 41, abstineant; apud quem etiam additur: quod vespere reficiunt, ipsius Domini imitantur exemplum, et alia quæ non videntur Isidori, certe non sunt hujus loci. AREV.

CAP. XII. N. 4. Petrus Casinensis, c. 55, quædam hæc interserit: Pertrahit. Unde et Dominus de Joanne ait: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in dormibus regum sunt. Et Petrus (imo Paulus, I Tim. II) Non veste pretiosa. Vilis vestis, etc. AREV.

2. Birros, planetas. Vid. annot. in Cassian. GRIAL. Ibid. Pedules et caligas. Sanctus Benedictus, in regula, cap. 55, indumenta pedum pedules et caligas. Smaragd. Pedules modo dicimus culceos, caligas non sustulatus vel soccos vocamus. GRIAL.

A gloria contrahit. Vestimenta non erunt æqualiter distribuenda omnibus, sed cum discretionem, prout cujusque ætas, gradusque exoptulat; ita enim apostolus fecisse legimus, sicut scriptum est: Erant illis omnia communia, et distribuebatur unicuique, prout opus erat (Act. IV).

2. Uniuscujusque fratris supplementum, vel indigentia inspiciatur, ut qui habent contenti sint, et qui non habent accipiant; nam habenti non dabitur, ut sit unde egentibus distribuatur. Porro hiætes non oportet monachum indui; orarium, birros, planetas non est fas uti, neque indumenta, vel calceamenta, quæ generaliter cætera monasteria abutuntur. Ternis autem tunicis, et binis palliis, et singulis cucullis contenti erunt servi Christi, quibus superadjicietur melotes pellicea, mappula, manica quoque, pedules, et caligæ. His tantum contenti erunt, nihil præterea aliud præsumentes.

3. Pedules autem utendi in monasterio, quando hiemis coegetit violentia, sive dum fratres gradiuntur in itinere, vel proficiuntur ad urbem. Monachi autem in monasterio palliis semper operiantur, ut pro honestate tecti incedant, et pro ministerio operis expediti discurrant. Sane si quis forte pallium non habet, humeris mappulam superponat. Nullus monachorum vultus curam gerat, per quem lascivie et petulantie crimen incurrat; non est enim 542 mente castus, cujus aut corporis cultus, aut impudicus exstat incessus.

4. Nullus monachorum comam nutrire debet; nam qui hoc imitatur, etsi ipsi hoc ad decipiendum homines per speciem simulationis non faciant, alios tamen scandalizant, ponentes offendiculum infirmis, et sanctum propositum usque ad blasphemiam perdulcentes. Tondere debet ergo iste, quando et omnes,

Ibid. Supplementum Menardus, p. 904, explicat abundantiam. Duplicem orarii significationem distinguit idem Menardus; nam primo orarium est linteum, seu textile oblongum, ad macerem excipiendum, aut sudorem extergendum, secundo orarium est textile illud oblongum sericum pretiosum, quo pontifices, presbyteri et diaconi utuntur, quod nunc stola dicitur. Hac secunda significatione accipi putat ab Isidoro orarium. Vide comment. ad Prudent., hymn. 1 Peristeph., vers. 86. De birro, planeta, melote, lib. XII Etymolog., cap. 24. De caligæ, lib. XIX, cap. 34. Multa quoque de his Menardus, et Holstenius, quæ jam passim obvia sunt in Lexicis, et Glossariis medii ævi. AREV.

5. In Concordia regularum, pedules autem utentur in monasterio. AREV.

4. Tondere. Fortassis, tonderi, vel intellige tondere comam, aut caput. Olim monachis totum caput tondebatur, ut probat Menardus. Clerici in modum coronæ attonsi fuerunt, Græci vero in modum crucis; pontifices Græci medium duntaxat caput attondebant. Antiqua clericorum tonsura erat, ut rasum esset totum caput, et in circuitu inferius modicorum capillorum ordo apparet, ut constat ex Gregorio Turonensi, in Vitæ Patrum, cap. 57, et Isidoro, de Offic. ecclesiast., lib. II, cap. 4, n. 4. Apud Grialium, in fine capituli erat diversum propositum, quod ex Concordia regularum, et ex Editione Holsteiui mutavi in diversum propositum. AREV.

mno et simul ac pariter omnes. Nam reprehensibile est diversum habere cultum, ubi non est diversum propositum.

### CAPUT XIII.

#### *De stramentis.*

1. Abbatem cum fratribus pariter in congregatione commorari oportet, ut communis conversatio et testimonium bonæ vitæ, et reverentiæ præbeat discipulæ. Fratres quoque omnes, si possibile est, in uno conclavi commorari decet. Quod si difficile fuerit, certe vel decem, quibus unus est præponendus decanus, quasi rector et custos. Speciosam vel variam suppellectilem monachum habere non licet, cuius stratus erit storea, et stragulum, pelles lanatæ dæ, galnæpis quoque, et facistergium, gominusque ad caput pulvillus.

543 2. Per singulos menses abbas, sive præpositus lectulos cuactorum perspiciat, ne quid indigeant fratres, nec superfluum habeant. Nocte, dum ad dormiendum vadunt, seu postquam quiescitur, unus alteri nemo loquatur. Duobus in uno lecto jacere non licet. In nocturnis tenebris nemo loquatur fratri, cui obviat. Juncta autem nocte, dormientium lacerna lucida illuminet, ut, depulsis tenebris, testimonium patens singularis quietis.

3. Stratus monachi in nulla turpi cogitatione versetur, sed in sola contemplatione Dei; accubans et requiescens corporis et quietem habeat cordis, cogitationesque pravæ a se repellat, bonasque amplectens, turpes a se rejiciat; nam animi motus imaginibus suis agitatur, et qualis vigilantis cogitatio fuerit, talis et imago per soporem occurrit. Qui nocturna illusionem pulsetur, publicare hoc Patri monasterii non moretur, culpæque suæ merito hoc tribuat, et occulto penitentiam agat, sciens quia nisi præcessisset in eo lux animi turpia cogitantis, non sequerentur sordidæ atque immundæ pollutiones; quem enim prævenit cogitatio illicita, tentatio illum cito sedat immunda.

Qui nocturno delusus phantasmate fuerit, tempore offensus in sacrario stabit, nec audebit eadem die ec-

CAP. XIII. N. 1. *Galnæpis quoque.* Smaragd., ad cap. 55 regul. sancti Bened. *Lena* (inquit) *species veatus est, quam nos lonzam dicimus, alii vero galnæpim vocant.* Legitur quoque vox *galnæpis* aius interpretatione, XIX Etymolog., cap. 26. GRIAL.

*Ibid. Juncta autem nocte, etc.* Ex Goth. Al.: *Lux autem nocte dormientium locum illuminet.* GRIAL.

*Ibid. Storea; al., storia.* Vide lib. XX Etymol., cap. 11. *Pelles lanatæ duæ* præscribuntur etiam a sancto Fructuoso Bracharense, in regula. Pro *galnæpis* alii legunt *galnæbis*. Menardus, ex Ms. Vindocinensi, legendum contendit *galbanis*. Apud Martialem, lib. III, epigr. 4, *galbanatus in lecto*. Apud Juvenalem, sat. 2, *galbanus rasa*. AREV.

2. *Duobus in uno lecto jacere non licet.* Hoc ipsum indicatur paulo post *singularis quietis*, et cap. 17, num. 3, iterum inculcatur. Hoc ipsum monitum est aliorum Patrum, Magistri in sua regula, Fructuosi Bracharenensis, Pachomii, concilii Turonensis, cap. 15, sancti Benedicti, etc. AREV.

3. *Videretur legendum stratus monachus; sed monachi legitur in Concordia regularum, pag. 465, apud Petrum Casinensem, et apud Holstenium. Pro accu-*

clesiam introire, antequam sit lotus et aquis et lacrymis. In lege quippe qui somno nocturno polluebatur, egredi jubebatur a castris, nec regredi priusquam ad vesperam lavaretur (*Deut. XXIII*). Et si illi in carnali populo ita faciebant, quid spiritualis servus Christi facere debet, qui magis contaminationem suam debet respicere et longe ab altario positus mente 544 et corpore pertimescere, atque in figura aquæ penitentiam lacrymas adhibere, ut non solum aquis, sed etiam fluitibus studeat abluï, quod forte per culpam occultam immunda contaminatio possit?

5. Qui fornicationis tentamentis exarsit, ore indacinenter, atque abstineat, nec erubescat confiteri libidinis æstium, quo uritur, quia vitium detectum cito curatur, latens vero quanto amplius occultatum fuerit, tanto magis profundius serpit, quod revera qui publicare negligit curari minime capit.

### CAPUT XIV.

#### *De delinquentibus.*

1. Si quis in aliquo levi delicto titubans oberraverit, semel atque iterum admonendus est; qui, si post secundam admonitionem nequaquam fuerit emendatus, congrua animadversione coerceatur. Peccantem autem nullus occultet; criminis enim est consensus post secundam admonitionem celare quomoliam peccantem.

### CAPUT XV.

#### *De sæpius peccante.*

1. Si quis sæpius peccantem viderit, prius hoc uni, vel duobus demonstret fratribus, quorum testimonio possit convinci. Si negaverit qui deliquit, peccatum palam commissum palam est arguendum, ut dum manifeste peccans emendatur, il qui eum in male limitati sunt corrigantur. Sicut autem unius delicto sæpe multi pereunt, ita unius emendatione plerumque multi salvantur.

### 545 CAPUT XVI.

#### *De culpa indulgenda, vel culpæ correctione.*

1. Qui vero in fratrem peccaverit, si statim remittens ad veniam peccandam fuerit inclinatus, per-

banus, alii accubans. Sententia eadem est apud Fructuosum Bracharensem, et Pachomium, necnon apud sanctum Ambrosium, lib. III de Virginibus. Mex in Concordia regularum: *Fluxus animi turpia cogitantis, non sequeretur in eo fluxus sordidæ et immundæ cogitationis.* AREV.

4. *Qui nocturno, etc.* Hæc sunt derisuscula, sit Menardus, etsi olim a quibusdam sanctis u-tata; atque Patres docuerunt unumquemque in his debere suam conscientiam consulere. Vide sanctum Thomam, III p., q. 18, art. 17, et sanctum Gregorium Magnum, in epist. apud Bedam, lib. I Hist. anglor., cap. 27, qui addit: *Sed lavandus est aqua, ut culpas cogitationis lacrymis abluat.* Pro in sacrarium, ut erat apud Gratianum, reposui in sacrario ex Concordia regularum, et Holstenio. AREV.

CAP. XVI. N. 1. *Qui vero.* Ita rectius quam alii, qui verbo, ut notat Menardus, pag. 481, qui etiam *inducatus* explicat *provolutus genibus, et collationem* designat esse concessum monachorum, in quo abbas baptizatur monachos, culpæ corriguntur, etc., ex cap. 7 regulæ Isidori, et lib. II de Officiis eccles., cap. 66, n. 14. Pro *cognoscitur*, Grialius *ignoscitur*. AREV.

ciplari ab eo indulgentiam, cui cognoscitur intulisse injuriam. Qui talem non petit, aut non ex animo poscit, in collationem deductus juxta excessum injuriæ congruè subjaceat disciplinæ. Qui sibi invicem convicia obijciunt, si iterum invicem sibi celeriter laxando ignoscunt, hi ab alio judicandi non sunt, quia pariter sibi veniam dare festinaverunt, si tamen excedere in semetipsos frequentius non præsumant.

2. Qui sponte culpam constitetur quam gessit, veniam promereri debet quam expetet. Oretur igitur pro eo, etque confestim, si levis culpa est, postulata indulgentia præbeat. Qui pro gravi vitio sæpe excommunicatus emendari neglexerit, tandiu damnationi subjaceat, quousque vitia inollita deponat, ut quem semel illata animadversio non coercuit, frequas severitas censeat emendandum. Quamvis frequentium, graviorumque vitiorum voragine sit quispiam immersus, non tamen est a monasterio proiciendus, sed juxta qualitatem coercendus, ne forte qui poterat per diuturnam poenitentiam emendari, dum proficitur, ore diaboli devoretur.

### 546 CAPUT XVII.

#### De delictis.

1. Delicta autem aut gravia sunt, aut levia. Levioris culpæ reus est, qui otiosus esse dilexit; qui ad officium, vel ad collationem, vel ad mensam tardius veniit; qui in choro horis riserit, fabulisve vacaverit; qui, relicto officio vel opere, extra necessitatis causam foras discesserit; qui torporem aut somnum amaverit; qui sæpius juraverit; qui multiloquus fuerit; qui ministerium cujuslibet operis injunctum sibi sine benedictione suscepit, aut perfecto opere benedictionem minime postulaverit; qui injunctum opus negligenter vel tardius expleverit; qui casu aliquid fregerit; qui damnum rei parvæ intulerit; qui sordicem negligenter usus fuerit; qui alicubi ad momentum secesserit; qui occulte ab aliquo litteras vel quodlibet munus acceperit; vel epistolam suscipiens sine abbatis consensu rescripserit; vel quemlibet parentum seu secularium sine jussu senioris aut viderit, aut cum eis locutus fuerit; qui seniori inobediens fuerit; qui contumaciter seniori responderit; qui erga seniores linguam non represserit; qui lascivus in

2. Pro damnationi Smaragdus habet emendationi. In nonnullis Editionibus male est quisque, pro quousque. Quod Isidorus docet, non esse e monasterio proiciendum, qui per diuturnam poenitentiam potest emendari, ab aliis Patribus eum dissentire advertit Menardus. Verum etiam apud Isidorum locus relinquatur, ut qui dicuntur et sunt incorrigibiles e monasterio proici possint. AREV.

CAP. XVII. N. 1. Qui alieni, etc. Cass., lib. iv, cap. 16. Si ad punctum temporis uspiam secesserit, et paulo post: Si epistolam cujusque suscipere, si rescribere sine abbate suo tentaverit. GRIAL.

Ibid. Qui contumaciter, etc. Cassian., ibid. Si superfluo, si durius, si contumacis responderit. GRIAL.

Ibid. Qui cum excommunicato, etc. Cassian.: Si oraverit cum eo qui est ab oratione suspensus. GRIAL.

Ibid. Ex cit. loc. Cassiani multa quoque excerpit sanctus Columbanus sub finem sui Poenitentialis. Pro in choro horis riserit, fortasse in chori horis riserit vel certe omittendum horis, ut in Concordia ro-

lingua fuerit, qui inhoneste incesserit; qui jocaverit; qui satis riserit; qui cum excommunicato locutus fuerit, oraverit, aut comederit; qui illusionem nocturnam Patri non patefecerit. Hæc igitur et his similia tridua excommunicatione emendanda sunt.

2. Graviori autem culpæ obnoxius est, si temulentus quisquam sit; si discors; si torpiloquus; si feminarum familiaris; si seminans discordias; si iracundus; si altæ et rectæ cervicis; si mente tumidus, vel jactanti incessu immoderatus; si detractor; si susurro, vel invidus; si præsumptor rei peculariæ; si pecuniæ contagio implicitus; si aliquid præter regularem dispensationem superfluum possidens; si fraudator rei acceptæ aut commissæ sibi, aut minus commissæ.

3. Inter hæc, si de rebus secum allatis extulerit, vel de iis per inobedientiam murmuraverit; si falsum dixerit; si contentiones vel rixas amaverit; si manifestum convicium fratri intulerit; si personam innocentem falso crimine maculaverit; si contumaciam animo seniore duxerit; si rancorem adversus fratrem tenuerit; si peccanti in se et postea supplicanti veniam non concesserit; si cum parvulis jocaverit, riserit, vel eos osculatus fuerit; si cum altero in uno lecto jacuerit; si rei majoris damnum intulerit; si furatus fuerit; si perjoraverit; si extra communem mensam privatim vel furtim quidpiam sumpserit; si alicubi, extra consultum præpositi vel abba. is, discedens, medio die, vel amplius, commoratus fuerit; si, ut otiosus sit, falsam infirmitatem prætenderit. Hæc et his similia juxta arbitrium Patris diuturna excommunicatione purganda sunt, et flagellis emendanda, ut qui gravius peccasse nocentur, acriori severitate coerceantur, consideratis tamen personis, qui sint humiles, quive superbi.

### CAPUT XVIII.

#### De excommunicatione.

1. Satisfactio delinquentium hæc est: in officio fratribus constitutis, peracto poenitentiae tempore, vocatus is qui excommunicatus est, solvet statim cingulum, humique extra chorum prostratus jacebit, agens poenitentiam, quousque expleatur celebritas, cumque jussus fuerit ab abbate de solo surgere, in-

gularum, pag. 497. Risum in choro coercet etiam sanctus Pachomius, et contra eos qui in ecclesia rident invehitur sanctus Joannes Chrysostomus, serm. 15, in epist. ad Hebræos, uti sanctus Ambrosius, lib. iii de Virgin., contra eos qui in ecclesia fabulis vacant. AREV.

2. Qui pecuniæ, etc. Cassian.: Philargyria contagio affectus, atque possessio rerum superfluarum. GRIAL.

CAP. XVIII. N. 1. Humique extra chorum prostrat. Ex Goth. Cassian., lib. iv, cap. 16: Cunctis in synaxi fratribus congregatis, tandiu prostratus in terra veniam postulabit, donec orationum consummetur solemnitas, impetraturus eam; cum jussus fuerit abbatis judicio de solo surgere. GRIAL.

Ibid. Ex sancto Pachomio et Fructuoso episcopo, et altero Fructuoso, constat hic mos, ut cingulum solverent monachi, qui veniam petebant, aut palam increpabantur. In Concordia regularum, pag. 534: Ingrediensque chorum oret. Post hæc data oratione, etc. AREV.

grediensque **548** in chorum, data oratione pro eo ab abbate, et respondentibus cunctis amen, surgat, atque ab omnibus pro negligentia veniam poscat, adepturus indulgentiam post hujus emendatoris satisfactionis censuram.

2. In minori vero ætate constituti non sunt coercedi sententia excommunicationis, sed pro qualitate negligentis congruis affligendi sunt plagis, ut quos ætatis infirmitas a culpa non revocat, flagelli disciplina compescat. Excommunicati autem ab illis locis quibus fuerint constituti ante pœnitentiæ tempus expletum prohibeantur progredi. Ad excommunicationem nulli licebit ingredi citra imperium senioris. Cum excommunicato nulli penitus vesci liceat, ne ipsi quidem qui alimenta victui præbet.

8. Si excommunicatio biduana fuerit, excommunicato nihil alimenti præbendum est; certe si plurimorum dierum illata fuerit communionis suspensio, sola panis et aquæ in vespertinum erit adhibenda refectio. Excommunicatis præter hiemis violentiam cubile humus erit, stratum, sive storea; amictus autem tegmen rasum, aut certe cilicium; calcamentum, aut spartee, aut quodlibet genus solearum.

**549** 4. Excommunicandi potestatem habeat Pater monasterii, sive præpositus; reliqui autem excessus monachorum in collectam abbati vel præposito deferentur, ut is qui deliquisse cognoscitur competenti severitate coercetur.

2. Smaragdus, cap. 26: *Hinc Isidorus ait: Cum excommunicato neque orare, neque loqui cuiquam licebit, cum excommunicato nulli penitus vesci licet, ne ipsi quidem, qui alimentum victui præbet.* GRIMAL.

*Ibid.* In minori vero ætate, etc. Hoc monitum existat non solum in regula sancti Benedicti, sed etiam in regula Magistri, ut vocant. Vide Menardum, pag. 582 et seqq. In Decreto Gratiani, caus. 11, q. 3, c. 10, citantur verba: *Cum excommunicato neque orare, neque loqui, nisi ea quæ ad eandem excommunicationem pertinent, nec vesci liceat.* Simili modo apud Burchardum, et in Decreto Ivonis adduntur Isidoro illa verba: *nisi ea quæ ad eandem excommunicationem pertinent.* Legendus præterea de hoc loco Bernardus, in Isidorianis, cap. 32, num. 15. Apud Petrum Casinensem, cap. 30, post *compescat*, additur: *Illi vero fratres post quindecim annos ætatis vapulent, si satis gravem, aut furti fugacis, aut criminaliter aliquam culpam commiserint.* AREV.

3. Cubile humus. Smaragd.: *Lectus eorum aut nuda humus, aut certe storea, id est, malla super humum.* GRIMAL.

*Ibid.* Si excommunicatio... refectio. In Concordia regularum: *Cujus biduana, vel triduana fuerit illata excommunicationis suspensio, sola panis et aquæ in vespertinum erit adhibenda refectio.* Tegmen rasum, lib. xix Etymolog., cap. 22, n. 23, est vestis ralla, quæ vulgo rasilis dicitur, scilicet, ex sententia Nonnii, vestis ralla a raritate ita vocata, rasilis aut rasa alia fortasse de causa appellata est. Cilicium est vestis ex pilis contexta, a cilicibus populis nomen sortita. De sparto, Plinius, lib. ix, cap. 2: *Hinc calcamenta, et pastorum vestis.* Soleas deliit Isidorus, lib. xix Etymolog., cap. 24, n. 11, cui concinit Gellius, lib. xiii, cap. 20. AREV.

4. In collectam. Hoc est, in collationem, de qua cap. 7. Ad hunc locum referri possunt quædam verba quæ in Concordia regularum, pag. 568, exscribuntur ex regula sancti Isidori episcopi, c. 14, § 4; sed quæ in regula edita non exstant, neque Menardus quid-

## CAPUT XIX.

*De familiari vita.*

1. Monachi in communi viventes nihil peculiare sibi facere audeant, neque in suis cellulis quidquam quod ad victum, vel habitum, vel ad quancumque rem aliam pertineat, sine regulari dispensatione abbatis possidere præsumant. In Pentecoste autem, quæ est dies remissionis, omnes fratres sub divina professione se alligent nihil peculiare apud conscientiam suam habere. Si quod a parentibus, vel extraneis munus cuiuslibet monacho fuerit directum, in conventum fratrum redactum sit, ut cui necesse erit præbeatur. Monachus enim quicquid acquirit, non sibi, sed monasterio acquirit.

**550** 2. Nullus peculiariter separatam sibi ad habitandum cellulam expetat, in qua privatim a cœtu remotus vivat, præter eum qui fortasse morbo, vel ætate defessus, et hoc ex consultu Patris monasterii promeruerit. Cæteri vero, quibus nec languor, nec senectus inest, in sancta societate communem vitam et conversationem retinebunt. Nullus separatam cellulam a cœtu remotus sibi expetat, in qua subsidio reclusionis, aut instanti otio, aut latenti vitio servietur, et maxime vanæ gloriæ, aut mundialis opinionis famæ.

3. Nam plerique proinde reclusi latere volunt, ut pateant; ut qui viles erant, aut ignorabantur, foris positi, sciantur, atque honorentur inclusi. Nam re-

quam super eis annotavit. « Si aliquis excommunicatus in prima interrogatione querulosus vel murmurans apparuerit, et suas sententias superbe, vel impotente vindicaverit, et hoc senior manifestum esse cognoverit, usque in diem tertium maneat excommunicatus, ita ut nullus cum eo loquatur. Cum tertio vero die ita sciscitatus, et in superbia, quam diximus, fuerit deprehensus, quousque ergastulo coercitatus perseveret, donec omnem arrogantiam superbiæ debeat. Quod si in malo perseverans perduraverit, et prona (forte, prava) voluntate penitentiam agere noluerit, et sæpe ac sæpe contumax contra seniores, vel fratres in facie persistenter, et cum propinquis ac vindicare maluerit, in collatione deductus exualer monasterii vestibus, et induatur, quas olim deduxerat sæcularibus, et cum confusionis nota a monasterio expellatur, ut cæteri emendentur, dum fortasse solus tali correptione ille delinquens corrigatur. » Hæc si Isidori sunt, conciliari possunt cum his quæ cap. 16, num. 2, dixit, ita ut ibi neget e monasterio expellendos de quibus spes aliqua affolget eos posse ad bonam frugem revocari, hic vero expelli jubent illos qui incorrigibiles censeantur. AREV.

CAP. XIX. N. 1. *Neque in suis cellulis quidquam, etc.* Ita etiam præscribunt Pachomius, Teridius, et alii in regulis monachorum. Quod paulo post sequitur: *Si quod a parentibus, etc.* in Concordia regularum ita effertur: *Si quid a parentibus, vel extraneis cuiuslibet monacho collatum fuerit, non erit sub jure privata rei habendum, sed in potestate abbatis in commune redactum, cum necesse est, præbeatur.* Sententia, quod monachus quicquid acquirit, non sibi, sed monasterio acquirit, in multis juris canonici locis adaptata est, ut cap. Statutum 1, caus. 18, quest. 1; cap. Abbates, 16, caus. 18, quest. 2; cap. Quis ingrediens, 7, caus. 19, q. 3, et aliis. AREV.

2. *Subsidio reclusionis.* Ex Goth. Al., *sub otio reclusionis.* GRIMAL.

*Ibid.* Vanæ gloriæ incurrat. In Goth., *vanæ gloriæ voce.* GRIMAL.

vera omnis qui propter vite quietem a turbis discedit, quanto magis a publico separatur, tanto minus latet. Oportet ergo tales in sancta societate commorari, atque sub testimonio vitam suam transigere, ut si quid in eis vitiorum est, dum non celatur, curetur; si quid vero virtutum, ad imitandum proficiat aliorum, dum humiliatis eorum exempla alii contuentes, erudiuntur.

4. Non est presumendum sine conscientia abbatis egenis vel quibuslibet conferre de eo quod regulari dispensatione noscitur monachus possidere; nec eum alio fratre quidpiam commutare, nisi abbas vel prepositus illi iusserit, nulli licebit; nec habebit quispiam præter illa quæ communi monasterii lege concessa sunt de rebus monasterii. Abbati vel monacho monasterii servum non licebit facere liberum: qui enim nihil proprium habet, libertatem rei alienæ dare non debet. Nam sicut sæculi leges sanxerunt, non potest alienari possessio, nisi a proprio domino: **551** ita et omne quod in monasterio in nummo ingreditur, sub testimonio seniorum accipiendum.

5. Eadem pecunia in tribus partibus dividenda est; quarum erit una pro infirmis et senibus, et pro aliquo coemendo in diebus sanctis cultus ad victum fratrum; alia pro egenis; tertia pro vestimentis fratrum, et puerorum, vel quibusque ad necessitatem monasterii coemendis. Quas tres partes custos sacrarii percipiat, ac præcipiente abbate, sub testimonio præpositi vel seniorum de singulis partibus pro suis necessariis causis expendat.

## CAPUT XX.

### *Quid ad quem pertinet.*

1. Ad præpositum autem pertinet sollicitudo monachorum, actio causarum, cura possessionum, satio agrorum, plantatio et cultura vinearum, diligentia gregum, constructio ædificiorum, opus carpentiariorum, sive fabrorum. Ad custodem sacrarii pertinet cura vel custodia templi, signum quoque dandi in vespertinis, nocturnisque officiis, vel vestes suere, ac vasa sacrorum, Codices quoque instru-

4. *Egrnis, etc.* Scilicet nisi urgeat necessitas. Vide sanctum Thom., 2-2, q. 32, art. 8, et glossam 16, q. 1, esp. 5. Commutare etiam quidpiam cum alio prohibuerunt sanctus Pachonius, et sanctus Basilius. Servum facere liberum prohibet etiam abbas in concilio Agathensi, can. 59, et Epao., can. 8. Duplicem libertatem, seu manumissionem, distinguit Menardus, pag. 188, alteram *regiam*, quæ fiebat domini consensu coram rege excussione nummi; alteram *ecclesiasticam*, quæ fiebat in ecclesia ante cornu altaris coram presbyteris et populo tam a laicis quam ab ecclesiasticis. AREV.

5. *Cultus. Al., cultibus*, ex Goth. Supra, cap. 9: *Nec cultus quam quæ in communi consistunt.* Neutro tamen modo satis integer videtur locus. GRIAL.

*Ibid. Necessitatis.* Ex Goth. Al., *necessarii.* GRIAL.

*Ibid.* De custode sacrarii iterum cap. seq. num. 4. Menardus, loc. cit., custodem sacrarii eum esse ait quem *sacristiani* modo appellamus, et multa de sacrarii voce disserit. AREV.

CAP. XX. N. 1. In Concordia regularum, pag. 430, *ratio agrorum*, minus bene, pro *satio agrorum*. Ex eadem Concordia, et ex Hloistencio repo-*ui diligentia*

A *mentisque cuncta, oleum in usus sanctuarii, cera et luminaria.* Iste a vestiario monasterii suscipiet acus; etiam et fila diversa pro consuendis vestibus fraternis habebit, et omnibus, ut necesse est, ministrabit. Ad hunc quoque pertinebit aurum atque **552** argentum, cæteraquæ fracta æris ferri-que metalla, ordinatio quoque linteariorum, fullo-num, calceariorum atque sartorum.

2. Ad janitorem pertinebit cura hospitum, denuntiatio advenientium, custodia exteriorum claustrorum. Ad eum qui cellario præponitur pertinebit sollicitudo eorum quæ in promptuario sunt: iste præbet hebdomadariis quidquid necessarium est victui monachorum, hospitum et infirmorum; isto præ-**B** sente, dispensantur ea quæ mensis deferenda sunt; is etiam quidquid residuum fuerit pro pauperum usibus conservabit, huic quoque hebdomadarius, expleta hebdomada, vasa sibi tradita exhibebit, ad perspicendum utique, si negligentius habita sunt, et ad deinde succedentem hebdomadariam coram isto tradentur. Ad hunc quoque pertinent horrea, greges ovium et porcorum, lana et linum, de area sollicitudo, cibaria administrandi pistoribus, jumentis, bubus et avibus, industria quoque calceamentorum, cura pastorum, seu piscatorum.

3. Ad hebdomadariam pertinet cura ferculorum, administratio mensarum, signum dandi in diurnis officiis, sive in collatione, vel in collecta post solis occubitum. Ad hortelanum quoque pertinebit mun-**C** ditio custodiaque hortorum, alvearia apum, cura seminum diversorum, ac denuntiatio quid et quando oportet in hortis seri, sive plantari. Ars autem pistoria ad laicos pertinebit; ipsi enim triticum pargent, ipsi ex more molant; massam tantumdem monachi conficiant, et panem sibi propriis manibus ipsi faciant. Porro pro hospitibus, vel infirmis, laici faciant panes.

4. Instrumentorum et ferramentorum custodia ad unum quem Pater monachorum elegerit pertinebit, quæ ea operantibus distribuat receptaque custodiat.

*gregum, et vespertinis nocturnisque officiis.* In Editione Grialii *diligentia legum, et vespertinis nocturnis officiis.* Custos sacrarii a Lanfranco, cap. 6 Constitut., dicitur *secretarius*, a Græcis *cinthiarca*, in nonnullis Hispaniæ ecclesiis *thesaurarius.* Instrumenta hic accipiuntur pro chartis contractuum, fundationum, etc. Grialius legit *in usum sacrarii, ceram ad luminaria.* In Concordia regularum pro *isto a vestiario, etc.*, sic legitur, *qui vestiaria monasterii suscipiet, quique etiam fila (legendum, acus etiam, et fila) diversa pro consuendis, etc.* Quod Menardo melius videtur. In eadem Concordia *facta insectaque, pro fracta; et cerariorum, pro calceariorum.* AREV.

2. *Area, ex Goth. Al., ex arca.* GRIAL.

*Ibid. Exteriorum.* In regularum Concordia, p. 411, *exteriorum*, minus bene. In eadem Concordia, p. 591, *residuum sumptui fuerit.* Et mox, *linum, aviaria, sollicitudo cibaria ad ministrandum pistoribus.* Ex quo Menardus legendum putat, *linum, aviaria: sollicitudo cibaria administrandi pistoribus.* Sunt autem *aviaria* ædificia apta nutriendis avibus. AREV.

5. *Ex more.* Ita Goth., et Smaragd. Al., *ex mole.* GRIAL.

Et licet hæc cuncta specialiter singulis maneant attributa, omnia tamen a Patre ordinata ad curam præpositi pertinebunt. Ad custodiendam autem in urbe cellam **553** unus senior, et gravissimus monachorum cum duobus parvulis monachis constituendus est, ibique, si culpa caret, convenit eum perpetim perdurare.

5. Porro cura nutriendorum parvulorum pertinebit ad virum quem elegerit Pater, sanctum sapientemque, atque ætate gravem, informantem parvulos non solum studiis litterarum, sed etiam documentis magisterioque virtutum. Cura peregrinorum, vel pauperum elemosyna pertinebit ad eum cui dispensationis potestas commissa est. Iste quod habet tribuat, et communicet, in quantum potest, non ex tristitia, aut necessitate: *Hilarem enim datorem diligit Deus (II Cor. ix).*

#### CAPUT XXI.

##### *De infirmis.*

1. Cura infirmorum sanæ sanctæque conversationis viro committenda est, qui pro eis sollicitudinem ferre possit, magnaque cum industria præsto faciat quidquid imbecillitas eorum exposcit. Ipse autem sic agrotis deservit, ut de sumptibus eorum vesci non præsumat. Egrotis delicatiora sunt præbenda alimenta, quousque ad incolumitatem perveniant. Postquam salutem receperint, ad usum pristinum revertentur.

2. Infirmi autem pro eo quod delicatius aguntur, fortiores inde nequaquam scandalizentur; qui enim sani sunt infirmos tolerare **554** debent; qui autem infirmi sunt sanos et laborantes anteponebunt sibi non dubitent. Nullum oportet vel veram corporis infirmitatem celare, vel falsam prætere. Sed qui possunt Deo gratis agant, et operentur; qui vero non possunt manifestent suos languores, humaniusque tractentur.

3. Sub prætextu infirmitatis nihil peculiare ha-

5. *Studiis litterarum.* Hinc colligit Menardus pueros monachos litteris imbui debere. Sanctus Casarius pueros in monasterio suscipi volebat, qui litteras ediscere non valent. Vide Mahillonium, de studiis monasticis. In Concordia regularum, pag. 991, referuntur quædam verba ex regula sancti Isidori, quæ in regula excusa non existant, et ad hunc locum referri possunt. « Quicumque a parentibus propriis in monasterio fuerit delegatus, noverit se ibi perpetuo mansurum. Nam Anna Simeon puerum natum et ablactatum Deo pietate qua voverat obtulit; quique in ministerio templi quo a matre fuerat functus permansit, et ubi constitutus est, servivit. » Eadem referuntur caus. 20, q. 1, cap. *Quicumque*, sine ulla libri aut capitis citatione. Smaragdus eadem sumpsit ex Concordia regularum. In causa citata legitur cum pietate obtulit; et deputatus, pro functus. Relegendus hæc de re Bernardus, in Isidorianis, cap. 32, n. 46. **AREV.**

CAP. XXI. N. 1. *De sumptibus*, etc. Id clarius intelligitur ex sancto Fructuoso, c. 10: *De his quæ illis residua sunt, neque fraudem faciunt, neque occulte se illicita conestione pullant.* **AREV.**

2. Apud Petrum Casinensem, cap. 36, post non dubitens additur: « Qui sani sunt corpore sani debent esse et mente. Et ideo convenit sanis infirmos

attendendum est, ne latent libido cupiditatis sub languoris specie. Lavacra nulli monacho adeunda studio lavandi corporis, nisi tantummodo propter necessitatem languoris, et nocturnam pollutionem. Nec differendum est propter medelam, si expegit; nec murmurandum est, quia non sit pro appetitu voluntatis, sed pro remedio tantum salutis.

#### CAPUT XXII.

##### *De hospitibus.*

1. Advenientibus hospitibus prompta atque alacris susceptio est adhibenda, scientes ob hoc in novissimum consequi retributionem. Sicut enim Dominus dicit: « Qui vos recipit, me recipit, et qui me recipit recipit illum qui misit me; qui recipit prophetam in nomine prophete, mercedem prophete accipiet; et qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet; et qui potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine meo, amen dico vobis, non perdet mercedem suam (Matth. x). »

2. Et licet omnibus hospitalitatis bonum cum gratia oporteat referri, uberior tamen monachis deferenda est honorificentia hospitalitatis. Præbeantur eis habitacula, laventur eorum pedes, ut **555** præceptum Dominicum impleatur; congruis etiam sumptibus eisdem humanitatis gratia præbeatur.

#### CAPUT XXIII.

##### *De profectioe.*

1. Nullus monachus, inconsulto abbate, audeat uspiam progredi, nec aliquid præsumere sine imperio ejus, seu præpositi. Si quando abbas vel præpositus alicubi proficiscuntur, ille ferat fratrum sollicitudinem, qui est præpositus secundus in ordine. Nullus propinquum, vel extraneum, hospitem vel monachum, familiarem seu parentem videre absque imperio senioris, neque sine jussu abbatis quispiam accipere epistolam vel dare cuiquam præsumat.

2. Quando fratres foras proficiscuntur, vel redeunt

portare, et magis quam ab infirmis portari. Necessæ est enim ut patienter portemus infirmos, ut iterum infirmi patienter portemur a sanis. Tempore enim infirmitatis eorum copiosam mercedem providendo conquiramus ab illis, ut et illi tempore infirmitatis nostræ copiosam mercedem serviendo conquirant de nobis. Hinc Apostolus (Galat. vi): *Invicem onera vestra portate, et sic adimplebitis legem Christi.* **AREV.**

3. In Concordia regularum, pag. 665: *Tantummodo pro necessitate languoris. Nec differendum, etc.* Nonnulli, nec murmurandum est, si fiat, quia, etc. Apud Petrum Casinensem, post verba pro remedio salutis, additur: *Pro cura medendi balnearum usus summo adhibeatur studio, sanis vero, et præcipue juvenilibus tardius concedatur.* **AREV.**

CAP. XXII. N. 2. *Uborior monachis*, etc. Scilicet ex præscripto etiam Pachomii, Macarii, Magistri, et aliorum, ut in Concordia regularum, pag. 869. **AREV.**

CAP. XXIII. N. 1. *Præsumere*. Hoc est, facere. Litteras a monachis et religiosis neque scribendas, neque recipiendas sine superioris facultate comparatur in Concordia regularum, pag. 622 et 874. **AREV.**

2. In regularum Concordia, pag. 1061, et apud Holstenium legitur: *Quando fratres foras proficiscuntur, vel redeunt, congregatis omnibus in unum in ecclesia benedictionem accipiant. Eodemque modo hebdoma-*

congregatis omnibus in ecclesia, benedictionem accipiant. Eodemque modo hebdomadarius, vel quilibet rerum dispensatores; sed dum pro necessitate aliqua monasterii diriguntur, duo fratres spirituales ac probatissimi eligantur. Adolescentuli autem vel nuper conversi a tali ministerio removendi sunt, ne aut infirma ætas carnis desiderio polluantur, aut rudis conversatio ad sæculi desiderium revertatur.

3. Monachus, dum ad aliquod monasterium mittitur visitandum, quandiu cum eis fuerit, ad quos destinatus est, ita cum ibi oportet vivere, sicut reliquum costum sanctorum videt, propter scandalum, scilicet, et perturbationem infirmorum.

#### CAPUT XXIV.

##### De defunctis.

1. Transcuntibus de hac luce fratribus, antequam sepellantur, pro dimittendis eorum peccatis, sacrificium, vel quarumlibet rerum dispensatores, sive dum promoveantur, sive dum recedunt. Propter necessitatem aliquam monasterii duo fratres spirituales comprobatissimi eligantur, qui ad urbem, vel ad possessionem (villam, curtem) mittantur. Adolescentuli autem, etc. Menardus vehementer laudat has institutiones, seu regulas. AREV.

CAP. XXIV. N. 2. De more antiquo offerendi sacrificium pro mortuis, sive de igne purgatorio ex mente Isidori vide Isidoriana, cap. 23, n. 17 et 18, et not. ad lib. de Ordine creaturarum, c. 14, n. 13. Menardus, pag. 217, multa in hanc sententiam congerit ex saucto Augustino, Cassiano, concilio Bracarensi, Aurelianensi, Vascensi I et II, etc. Recenset alios auctores qui præter exsequias in die obitus meminere di-vi tertii, septimi, noni, trigesimi et quadragesimi. Præterea beatus Agil, abbas Fuldensis, quod in Concordia regularum, loc. cit., notat, instituit ut pro fratribus defunctis anniversariæ preces et missæ quotannis die sancti Ignatii martyris agerentur. Sanctus Hugo, abbas Cluniacensis idem statuit fieri feriâ quinta post octavas Pentecostes. Alii alium diem designarunt. AREV.

3. Et majora præcepta Patrum per omnia observentur, Goth., sed non convenit cum præfatione. GRIMALD. Ibid. In Concordia regularum, ut majorum præcepta patrum, quod Menardus quoque displicuit. Post hoc ultimum caput in nonnullis Mas. adjicitur caput

cium Domino offeratur. Corpora 556 fratrum uno sepelienda sunt loco, ut quos viventes charitatis tenuit unitas, morientes unus locus amplectatur.

2. Pro spiritibus defunctorum altera die post Pentecosten sacrificium Domino offeratur, ut beatæ vitæ participes facti, purgatiores corpora sua in die resurrectionis accipiant.

3. Hæc igitur, o servi Dei, et milites Christi, contemptores mundi, ita vobis custodienda volumus, ut majora præcepta potius servetis. Suscipite igitur inter illa et hanc admonitionem nostram, humili corde custodientes quæ dicimus, libenter sumentes quod dispensamus; quatenus et vobis de fructu operis sit gloria, et nobis pro ipsa admonitione postulata proveniat venia. Deus autem omnipotens custodiat vos in omnibus bonis, et quomodo cepit, sic et confirmet gratiam suam in vobis. Amen.

aliud De regula devotarum, de quo egi in Isidorianis, cap. 71, n. 28 et seqq. Ita autem se habet. *Sententia de regula devotarum.* « Nemo ad eas vadat visitandas, nisi qui habet ibi matrem, vel sororem, aut filiam, et propinquas, et consobrinas, sive matrem filiorum suorum. Si autem necessitas fuerit ut videant eas, ut antequam renuntiarent sæculo, et intrarent in monasterio, paterna eis debetur auctoritas, aut aliqua causa manifesta est, mittent cum his probatæ virum ætatis, ac vitæ, videbunt eas, et pariter revertentur. Nemo vadat ad illas, nisi quos supra diximus. Si eas videre voluerint, primum faciant nuntiarum patri monasterii, et ille mittet ad seniores, qui ad ministerium virginum delegati sunt. Qui occurrunt eis, et cum ipsis videbunt, quæ necesse habuerint, cum omni disciplina et timore Dei. Cumque eas viderint, non eis loquentur de rebus sæcularibus. Quicumque de his mandatis præterierit, absque ulla retractatione negligentia, atque contemptus agat publice penitentiam, ut possidere valeamus regna cælorum. » Forte, possidere valeat regna cælorum. In Isidorianis etiam, loc. cit., dixi, in nonnullis Mas. post caput regulæ devotarum addi constitutionem 11 concilii in Hispanensis, cui Isidorus præfuit, quæ est de monasteriis virginum, et a monachis tueantur, et legi potest in ipso concilio descripto in Appendice 4, ad Isidoriana, pag. 525, ac propterea hoc loco prætermittitur. AREV.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## EPISTOLÆ.

### EPISTOLA PRIMA.

ISIDORI LEUDEFREDO EPISCOPO.

557 Domino meo Dei servo Leudefredo episcopo Isidorus.

1. Perfectis sanctitatis tuæ litteris, gavisus sum.

EPIST. I. N. 1. Citatur a Gratiano, dist. 23. Pro fraterno, al. paterno. PEREZ.

Ibid. Multa quæ ad hanc epistolam illustrandam pertinere possunt, explicata jam sunt in Isidorianis, cap. 73, num. 3 et seqq., ubi etiam suspiciones quorundam exposui, qui dubitarunt an epistola hæc ge-

quod optatam salutem tuam earum relatu cognovi, de iis autem quæ in consequentibus insinuare eloquii tui sermo studuit, gratias ago Deo, quod sollicitudinem officii pastoralis impendit, et qualiter ecclesiastica officia ordinentur perquiris. Et licet omnia

nuina sit Isidori. Relegendi etiam sunt libri Officiorum sancti Isidori, qui in eode in argumento versantur. Epistolas, ut existit in Editione Grialiana, quam sequimur, collegit, notisque nonnullis illustravit vir in primis doctus Joannes Baptista Perez. AREV.

prudentiæ vestræ sint cognita, tamen quia affectu fraterno me consulis, ex parte qua valeo expediam, et de omnibus Ecclesiæ gradibus, quid ad quem pertineat eloquar.

2. Ad ostiarium nūmque pertinent claves ecclesiæ, ut claudat et aperiat templum Dei; et omnia quæ sunt intus extraque custodiat, fideles recipiat, excommunicatos et infideles rejiciat.

3. Ad acolythum pertinet præparatio luminariorum in sacrario, ipse cereum portat, ipse suggesta, pro Eucharistia subdiaconis calicem præparat.

4. Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manus super energumenos et catechumenos exorcizandos imponere.

5. Ad psalmistam pertinet officium canendi, dicere benedictiones, psalmos, laudes, sacrificii responsoria, et quicquid pertinet ad cantandi peritiam.

**558** 6. Ad lectorem pertinet lectiones pronuntiare, et ea quæ prophetæ annuntiaverunt populis prædicare.

7. Ad subdiaconum pertinet calicem et patenam ad altarium Christi deferre, et Levitis tradere, eisque administrare; urceolum quoque, et aquamanilem, et manutergium tenere, et episcopo, et presbyteris, et Levitis pro lavandis ante altarium manibus aquam præbere.

8. Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus, et ministrare in omnibus quæ aguntur in sacramentis Christi, in baptismo scilicet, in chrismate, in patena et calice; oblationes inferre, et disponere in altario, componere mensam Domini, et orationem vestire, crucem ferre, prædicare Evangelium et Apostolum. Nam sicut lectoribus Vetus Testamentum, ita diaconibus Novum prædicare præceptum est: ad ipsum quoque pertinet officium precum, recitatio nominum; ipse præmonet aures ad Dominum habere, ipse hortatur clamore, pacem ipse annuntiat.

9. Ad presbyterum pertinet sacramentum corporis et sanguinis Domini in altari Domini conficere, orationes dicere, et benedicere populum.

10. Ad episcopum pertinet basilicarum consecratio,

9. In Codic. Vat. 3788, ut in Isidorianis, loc. cit., n. 10, indicavi, quædam proferuntur ex dictis beati Isidori ad Laudefredum episcopum, quæ hic exscribere juvat potius quam ad appendices rejicere. Ad presbyteros pertinet sacramentum corporis et sanguinis Domini altari Dei conficere, et orationem dicere, et benedicere dona Dei. Itaque per omnes horas canonicas indeclinabiliter in sancta ecclesia perseverent, ut opus Dei digne et infucate perficiatur ab eo cui committitur, verens sententiam illius Sapientis, ubi dicitur: *Maledictus qui opus Dei negligenter fecerit*; atque præceptis episcopi sui obtemperando, non aliqua acedia aut scurrilitate torpeant, sed reminiscantur quod labia sacerdotis custodiunt scientiam. Debent etiam assidue in ecclesia stare, ac providere ne desit Eucharistia Christi propter infirmos. De infirmis quoque debent providere, ne forte sine confessione vel confirmatione sanguinis Domini nostri Jesu Christi moriantur. Confessiones autem peccatorum religiosissime recipere, et exiude per

A unctio altaris, confectio chrismatis, ipse prædicta officia et ordines ecclesiasticos constituit, ipse sacras virgines benedicit; et dum præsit unusquisque in singulis, hic tamen est in cunctis. Hi sunt ordines et ministeria clericorum, quæ tamen auctoritate pontificali **559** in archidiaconi cura, et primicerii, ac thesaurarii sollicitudine dividuntur.

11. Archidiaconus enim imperat subdiaconibus et Levitis, ad quem ista ministeria pertinent: ordinatio vestiendi altaris a Levitis, cura incensi, et sacrificii deferendi ad altare, cura subdiaconorum de subferendis ad altare in sacrificio necessariis, sollicitudo quis Levitarum Apostolum et Evangelium legat, quis preces dicat, seu responsorium in Dominicis diebus, aut solemnitatibus. Sollicitudo quoque parochitanorum, et ordinatio, et Jurgia ad ejus pertinent curam; pro reparandis diocesanis basilicis ipse suggerit sacerdoti; ipse inquirat parochias cum justione episcopi, et ornamenta, vel res basilicarum parochitanarum, gesta libertatum ecclesiasticarum episcopo idem defert.

12. Colleciam pecuniam de communione ipse accipit, et episcopo ipse defert, et clericis partes proprias ipse distribuit. Ab archidiacono nuntiantur episcopo excessus diaconorum; ipse denuntiat sacerdoti in sacrario juniorum dies, atque solemnitates; ab ipso publice in ecclesia prædicantur. Quando autem archidiaconus absens est, vicem ejus diaconus sequens adimplat.

C 13. Ad primicerium pertinent acolythi, et exorcista, psalmista, atque lectores, signum quoque dandum pro officio clericorum, pro vitæ honestate, et officium meditando, et peragendi sollicitudo. Lectiones, benedictiones, psalmum, laudes, offertorium, et responsoria quis clericorum dicere debeat; ordo quoque et modus psallendi in choro pro solemnitate et tempore; ordinatio pro luminariis deportandis; si quid etiam necessarium pro reparatione basilicarum, quæ sunt in urbe, ipse denuntiat sacerdoti; episcopus episcopi pro diebus juniorum parochitanis parochianos iste dirigit; clericos quos delinquere cognoscit iste distinguit: **560** quos vera emendare

inssionem pontificis magna illis debet esse cura. Ad Christianos quoque et infantes baptizandos, et ad succurrendum omnia a presbyteris in ecclesia sunt. Hæc, ut dixi in Isidorianis, addita sunt Isidoro, minus quam ea quæ de archidiaconia, ad num. 13, Perezius exscripsit. AREZ.

11. Al., refert, pro defert. PEREZ.  
12. Post archidiaconi officium ante primicerium in uno Complutensi Codice, leguntur hæc: *Archidiaconus vero se esse sub archidiacono, ejusque præceptis, sicut episcopi sui, scilicet obedire; et (quod specialiter ad ejus ministerium pertinet) super omnes presbyteros in ordine positos curam agere, et assidue in ecclesia stare, et quando episcopi sui absentia contigerit ipse vice episcopi missarum solemniter celebret, et collectas dicat, nisi ipse injunxerit.* Quæ in reliquis Codicibus non videntur, neque ex Isidoro, sed ex concilio Toletano innotescunt. Vid. notat. ad Gratian. et fragmenta concilii Toletani. PEREZ.

13. Al., cantandi, pro meditando. PEREZ.



non valet, eorum excessus ad agnitionem episcopi A defert. Basilicarios ipse constituit, et matriculas ipse disponit. Quando autem primicerius absens est, ea, quæ prædicta sunt, ille exsequitur, qui ei aut loco est proximus, aut eruditione in his expediendis intentus.

14. Ad thesaurarium pertinet basilicarii et ostiarii ordinatio, lucens cura, chrismales cura conficiendi, baptisterii ordinandi, præparatio sacrificii de his quæ immolanda sunt; ad eum venient de parochiis pro chrismate; cereos et oblationes altaris ipse accipit a populo; ipse colligit per ecclesias cereos in festivitibus. Ad eum pertinent ornamenta, et vestimenta altaris, quidquid in usu templi est, sub ejus ordinatione existit, vela et ornamenta basilicarum quæ in urbe sunt, et non habent presbyterum, ipse B custodit. De candelis autem et cereolis quotidianis quidquid superest in basilicis, basilicarius per singulos menses huic deportat. Ex quibus thesaurarius dat quartam basilicario, tres reliquas partes dividit æqualiter sibi cum primicerio, et presbytero, qui missam celebrat in eadem basilica.

15. Ad œconomum pertinet reparatio basilicarum, atque constructio, actiones ecclesiæ in judiciis vel in præferendo, vel in respondendo, tributis quoque acceptio, et rationes eorum quæ inferantur. Cura agrorum et culturæ vinearum, causæ possessionum, et servitium stipendia clericorum, viduarum, et devotarum pauperum; dispensatio vestimenti, et victus domesticorum clericorum, servitium quoque, et artificum, quæ omnia cum jussu et arbitrio sui episcopi C ab ee implentur.

16. Hæc sunt quæ vel a majoribus per officiorum ordines distributa sunt, vel consuetudine ecclesiarum in unumquemque servata. Nec aliquid ex his nostri judicii deputes, nisi quod aut ratio docuit, aut vetustatis antiquitas sanxit.

17. Patrem autem monasterii, unde innotatis, illum præferri oportet, quem sancta vita et probitas morum commendat, quique dum subjectus existit, fraudi in illo non fuit. Huic juste gratia cumulatur, dicente Domino: *Quia in pauca fuisti fidelis, in multa*

14. In eadem basilicam; al., in eadem basilica. AREV.

17. De electione abbatis monasterii agitur in Regula monach., cap. 2. AREV

Epist. II. N. 1. *Quaternionem regularum.* Intelligit, ut puto, et dixi in Isidorianis, cap. 71, num. 1, regulam, quam pro monachis Isidorus scripsit. In Editione epistolarum Isidori ad Braulionem apud Riscum hæc est ordine secunda, cui ejusdem Risci hæc apponitur nota: « *Per Maurentionem primicerium.* Sic Editi quos viderim; lego tamen *primicerium*, aut *primicerium*. De primicerii dignitate mentio fit in concilio Emeritensi, cap. 40 et 44, et in Toletano xv, in subscriptionibus, et in Compostellano, cap. 1. Ad hujus officium spectabat oblationes clericis distribuere secundum uniuscujusque dignitatem, et virtutem. De primiceriatu vero videsis Isidorum epist. ad Laudefredum Cordubensem episcopum. In hac epistola, num. 13, vocatur primicerius, alii dicunt *primicerium*, alii *primicerium*. Prima nominis origo videtur esse *primicerius*; ita enim

te constitam (Math. xv, 21). Qui vero adhuc sub regimine positus improbe vixit, 561 et fratribus fraudem facere non pertimuit, hic prælatus licenter ac libere majora et deteriora committet, dum se in potestate et libertate aspexerit.

18. De talibus enim dicit Apostolus: *Sed vos injuriam facitis, et hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt* (I Cor. vi, 8)? Sed nobis ista sufficiat dicere tibi, quod Deo dignum existimas adimplere. Post hæc autem precari tuam sanctitatem non desino, ut pro me intercessor apud Dominum existas, ut, quia meo vitio lapsus sum, per te remissionem consequar peccatorum.

## EPISTOLA II.

ISIDORI BRAULIONI ARCHIDIAcono.

In Christo charissimo, et dilectissimo filio, Braulioni archidiacono, Isidorus.

1. Dum amici litteras, charissime filii, suscipis, eas pro amico amplecti non moreris. Ipsa est enim secunda inter absentes consolatio, ut si non est præsens qui diligitur, pro eo litteræ amplectantur. Direximus tibi annulum propter nostrum animum, et pallium pro amicitiarum nostrarum amictu, unde antiquitas hoc traxit vocabulum. Ora igitur pro me, inaspiret tibi Dominus ut merear adhuc in vita videre te. Et quem mœstificasti abeundo, aliquando iterum lætifices te presentando. Quaternionem regularum per Maurentionem primiceriam direximus. De cætero autem opto tuam semper cognoscere salutem, dilectissime mi domine, et charissime filii.

## EPISTOLA III.

ISIDORI BRAULIONI ARCHIDIAcono.

562 In Christo charissime et dilectissimo fratri Braulioni archidiacono Isidorus.

1. Quia non valeo te frui oculis carnis, perfruar saltem alloquiis, ut ipsa amici sit consolatio incolumem litteris cognoscere quem cupio videre. Utrumque bonum esset, si liceret; sed vel mente de te resiciar, si corporali obtutu non valeo. Dum pariter essemus, postulavi te, ut mihi decadem sextam sancti Augustini transmitteres; posco ut quoquomodo me cognitum ei facias.

dicebatur primus cujusque cassis, quasi primus in ceram, seu tabulam relatus. Plura de his Ducangius. AREV.

D EPIST. III. N. 1. *Decadem sextam.* Bollandiani, tom. II, Martii, pag. 638, divinari facile non posse dicunt quænam sancti Augustini opuscula in ista decade continerentur, cum obliterata sit ejusmodi divisionis memoria. Sed recte reponit Riscus non esse dubitandum sextam Augustini decadem esse Augustinianæ explanationis in Psalmos certam partem, eam nempe quæ complectitur a psalmo LI ad LX. Nam totum Augustini commentarium in decades fuisse aliquando distributum, et Cassiodorus in suo prologo ad Psalmos testatur, et aliquot mss. Codices ostendunt, ut constat ex præfatione Maurinorum ad tom. VI operum Augustini. Certe in bibliotheca Vaticana existant etiamnum nonnulli Codices, quibus per decades psalmoreum explanatio sancti Augustini in eos distribuitur; et in quodam privilegio Ordonii II, apud Florentium, tom. XIV Hisp. sacr.; pag. 370, fit mentio decadis psalmoreum. Felix quoque, in Vita Juliani

2. Misimus vobis Synonymorum libellum, non pro id quod alicujus utilitatis sit, sed quia eum volueras. Commendo autem hunc puerum, commendo et me metipsam, ut ores pro me misero, quia valde languet et infirmitatibus carnis, et culpa mentis. In utroque tuum præsidium posco, quia per me nihil merebr; de cætero pete ut dum vita comite portitori ad nos regredi fuerit opportunitas, vestris nos jubeatis lætificare eloquiis.

#### EPISTOLA IV.

ISIDORI MASSONÆ EPISCOPO.

**563** Domino sancto meritisque beato Massonæ episcopo Isidorus.

1. Veniente ad nos famulo vestro viro religioso Nicetio, litteras honorificentiae vestrae nobis detulit, in quibus agnitio salutis vestrae nihilominus perpa-  
tuit maxime per eum portitorem, cujus lingua epistola vivens erat. Unde pro salute vestra gratiarum actionibus Deo nostro repensis, in quantum valuit medioeritas nostra vice inquisitionis studio poscentes meritorum vestrorum suffragiis divinis vos commendare consuecibus.

2. Verum quod sequenter in epistolis venerabilis fraternitas vestra innotuit, nulla est in hujusmodi sententiis decretorum diversitas intelligenda, quod alibi legitur in lapsu corporali restaurandum honoris gradum post poenitentiam, alibi, post hujusmodi delictum, nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum.

3. Hæc enim diversitas hoc modo distinguitur: illos enim ad pristinos officii gradus redire canon præcipit, quos poenitentiae præcessit satisfactio, vel digna peccatorum confessio; at contra ii qui neque a vitio corruptionis emendantur, atque hoc ipsum carnale delictum quod admittunt etiam vindicare quadam superstitiosa temeritate nituntur, nec gradum utique honoris, nec gratiam communionis recipiunt.

4. Ergo ita est utraque dirimenda sententia, ut

meminit decadis vel decadum psalmodum sancti Augustini. Riscus illa verba, *quoquomodo me cognitum ei facias*, aliena esse asserit a mente Isidori, et prorsus inepta. Qui enim fieri poterat ut Braulio Isidorum cognitum faceret Augustino, ante duo propemodum sæcula mortuo? Itaque restituendum censet, *ut quoquomodo mihi cognitam eam (decadem) facias*. Malim autem, *me cognitum ejus facias*, scilicet ejus decadis; nam cognitum pro gnaro et perito Isidoriano ævo usurpabatur, ut ignotus pro ignaro. Sic lib. iii Etymolog., cap. 4, n. 3: *Quorum figuras non nisi noti hujus artis scienter solvere possunt*. Et Braulio, in Vita sancti Isidori: *Non ignotus divinarum humanarumque scientiarum merito erit*. Vide Isidoriana, cap. 3, num. 16. Verum retineri quoque potest *me cognitum ei factas*, ut in libro de Vir. illustr., cap. 34, quibus incogniti sumus. Pro *decadem* in Grisii Editione est *cadam*; sed fortasse contra mentem Editoris id accidit. AREV.

2. Pro id quod; forte pro eo quod. AREV.

Epist. iv. N. 1. Massoni, citatur hæc epist. a Gratian., dist. 50, c. *Domino sancto*, et 53, q. 2, c. *Hoc ipsum*. Fuit autem Massona, sive Massana, sive Masson, sive Massanus, sive Massenus, Emeritensis episcopus, qui primus subscribit in concil. Tolet. iii. Pro *Nicetio*, al. *Vincentio*. Et pro *portuit*, al. *preparuit*, vel *apparuit*. PEREZ.

necessa sit illos restaurari in locum honoris, qui post poenitentiam reconciliationem 564 meruerunt divinae pietatis. Hi neque immerito consequuntur adeptæ dignitatis statum, qui per emendationem poenitentiae recepisse noscuntur vite remedium. Id cuius, ne forte magis ambiguum sit, divina auctoritatis sententia confirmetur.

5. Ezechiel enim propheta sub typo prævaricatricis Jerusalem ostendit post poenitentiae satisfactionem pristinum posse restaurari honorem. *Confundere* (inquit), *o Juda, et porta ignominiam tuam*. Et post paululum: *Et tu, inquit, et filiae tuae revertimini ad antiquitatem vestram* (Ezech. xvi, 52). Quod dixit, *confundere*, ostendit post confusionem, id est, peccati opus, debere quemque erubescere, et pro admissis sceleribus verecundam frontem huius prostratam demergere, pro eo quod dignam confusionis perpetraverit opus.

6. Deinde præcipit ut portet ignominiam, id est, dehonorationem nominis, sive dignitatis, et revertatur ad antiquitatem suam. Ergo dum quisque post opera confusionis suae confunditur, atque ignominiam depositionis suae cum humilitate portaverit, revocari secundum prophetam ad priorem statum poterit. Item Joannes evangelista angelo Ephesi Ecclesiae inter cætera simile quiddam scribit: *Memor esto unde cecideris, et age poenitentiam, et prima opera tua fac, alioquin veniam tibi, et movebo candelabrum tuum de loco suo* (Apoc. ii, 5).

7. In angelo Ecclesiae præpositum utique, id est, sacerdotem ostendit, juxta Malachiam, qui dicit: *Labiis sacerdotis custodiant scientiam, et lex requiritur ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est* (Malach. ii, 7). Præpositus ergo lapsus in vitium per evangelistam monetur, ut memor sit unde ceciderit, et agat poenitentiam, et prima opera faciat, ut non moveatur candelabrum ejus.

*Ibid.* Pro hæc epistola ad Massonam, ejusque doctrina defensionem adornavi in Isidoriana, cap. 75, n. 11 et seqq. In exordio satis inter se exemplaria discrepant. In nonnullis magis ad grammaticæ regulas: *Veniens ad nos famulus vester vir religiosus Nicetius, detulit*. Sed retineri potest cum vetustissimis mss. *Veniente, etc.*, ex his quæ dixi ad Sedulium, lib. iv, vers. 8:

Nam, quidquid natura negat, se iudice, præstat.

Pro vice inquisitionis, etc. alii inquisitioni vestrae studui respondere, poscentes, etc. AREV.

2. In lapsu corporali. Quæ ante hæc leguntur in quibusdam libris: *Idem in canone Ancyranæ concilii, cap. 19, inserta e margine sunt, neque enim apud Raban., neque in aliis melioris notæ Codicibus reperitur*. PEREZ.

*Ibid.* Innotuit pro notum fecit, et alibi jam notatum. AREV.

4. Alii adeptæ, pro adeptæ, et confirmatur, pro confirmatur. AREV.

6. Deinde præcipit, etc. Hic locus alio atque alio modo legitur, eodem tamen sensu. *Opera tua fac, vestra non est apud Raban., est tamen in vel. Cod., et apud Ambros.* PEREZ.

*Ibid.* Al., suæ iugens cum humilitate. AREV.

8. Nam candelabrum doctrina sacerdotalis, vel honor potestatis, quem gestat, intelligitur, juxta quod scriptum est apud Samuelem in damnationem Heli: *Oculi ejus coligaverant, nec poterant videre lucernam Dei, antequam exstingeretur* (1 Reg. III, 2); lucerna quippe Dei fuerat, quod dignitate sacerdotali pollens, justitiæ claritate fulgebat; exstinctam propheta asserit, dum ob scelera filiorum sacerdotii potestatem meritorumque lumen amisit. Candelabrum ergo, sive lucerna sacerdotis (quæ intelliguntur charismata honoris) tunc penitus juxta Joannem exstinguitur, vel movetur, quando post delicti casum, neglecta poenitentia, admissa scelera non desunt.

9. Non enim dicit: *Pro eo quod cecidisti, commovebo candelabrum tuum; sed, nisi poenitentiam egeris, movebo candelabrum tuum.* Ergo ad quemque præpositum peccantem, si prævenit poenitentia delicti, utique sequitur venia, et reparatio meriti. Et in Proverbiis scriptum est: *Qui abscondit scelera sua, non dirigitur; qui vero confessus fuerit, et dereliquerit ea, misericordiam consequetur* (Proverb. XXVIII, 13).

10. Nam et ipsum, quod canonum censura post septem annos remeare poenitentem in statum pristinum præcipit, non ex electione proprii arbitrii sancti Patres, sed potius ex sententia divini judicii sanxerunt. Nam legitur quod Maria soror Moysi prophetissa, dum obrectationis adversus Moysen incurrisset delictum, illico stigmate lepræ perfusa est; cumque peteret Moyses ut emundaretur, præcepit eam Deus extra castra septem diebus egredi, atque post emendationem rursus eam in castra admitti (Num. XII).

11. Maria ergo, soror Aaron, caro intelligitur sacerdotis, quæ dum superbiæ dedita, sordidissimis corruptionum contagiis maculatur, extra castra septem diebus, id est, extra collegium sanctæ Ecclesiæ septem annis projicitur, qui post emundationem vitiorum loci, sive pristinae dignitatis recipit meritum.

12. Ecce in quantum valui, concilii Ancyritani antiquam et plenam auctoritatem sententiam sacris testimoniis plane explanavi, ostendens eum posse restaurari in proprio honore, qui per poenitentiam satisfactionem novit propria delicta deslere: qui vero neque laget quæ gessit, sed lugenda sine ullo pudore religionis, vel timore judicii divini committit, eum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurari.

13. In finem autem epistolæ hujus hoc adjiciendum putavi, ut quotiescunque in gestis conciliorum discors sententia invenitur, illius concilii magis teneatur sententia, cujus antiquior aut potior exstat

8. Alii, nam candelabrum angeli doctrina, etc. Et, mentisque, pro meritorumque. Vulgata, nec poterat videre; lucerna Dei antequam, etc. AREV.

EPIST. V, N. 1. Forte redundat vox *Hispalensem*. PEREZ.

*Ibid.* Vehementer dubitant nonnulli an genuina sit hæc epistola. Raii ues quæ genuinam eam esse probant videri possunt in Isidorianis, cap. 74, num. 1 et seqq., quæ etiam ad explanationem epistolæ facere

auctoritas. Datum pridie Kal. Mart., anno tertio regni domini nostri gloriosissimi Witerici regis.

## EPISTOLA V.

ISIDORI HELLADIO ALIISQUE EPISCOPIS.

566 Dominis meis et Dei servis Helladio cæterisque qui cum eo sunt coadunati episcopis Isidorus.

1. Afflicimur lacrymis, compungimur stimulis peccatorum nostrorum, cum ruinam fratris agnoscimus, quia sicut de salute lætitia, ita de periculo animæ genitus est. Cognovimus enim Hispalensem Cordubensis ecclesiæ sacerdotem in pontificali cultuine carnali labe dilapsam, et de altitudine honoris in profundo flagitiorum flenda ruina demersum; et quia vobis sollicitudo pastoralis incumbit, vestroque judicio delinquentium errores discutiendos censura divina disposuit, dicens: *Sacerdotes stabunt in judiciis meis, et judicabunt inter sanctum et pollutum* (Ezech. XLIV, 24), hæc igitur vocem Domini cognoscentes, cum effusione lacrymarum vestram sanctitatem deposcimus, ut idem lapsus sancto cœli vestro præsentatus, agnito a vobis confessionis eloquio, synodali sententia a gradu sacerdotii deponatur.

2. Melius est illi ut temporaliter judicetur a vobis, quam æterno damnetur judicio. Levior est illi præsentis temporis ignominia, quam futura gehennæ tormenta. Sciat enim se amisisse nomen, et officium sacerdotis, qui meritum perdidit sanctitatis. Quapropter judicii vestri decreto poenitentiam perpetim flagitia perpetrata lamentatione deplorat; plangat sacerdotii cultum, quem male vivendo perdidit; lugeat animæ suæ statum, quem tanto putredinis cœno coinquinavit; fortasse porriget illi manum quandoque Spiritus sanctus, ut per dignam satisfactionem mereatur peccatorum remissionem. Pro me quoque deprecor, sanctissimi sacerdotes, ut pietatem divinam exorare dignemini, ut immemor malorum meorum, quibus et ipse collapsus sum, a peccatorum vinculo, quibus huc usque sum colligatus, dissolvat, et fructum indulgentiæ vestris meritis tribuat.

## EPISTOLA VI.

ISIDORI CLAUDIO DUCI.

567 Dilecto in Christo filio Claudio duci Isidorus.

1. Catholicæ strennitatis tuæ suscipiens schedulas, Domini nostri Jesu Christi omnipotentiam collaudamus, qui de prosperis tuis successibus et triumphis Ecclesiæ sanctæ suæ misericorditer in præsentem de inimicis triumphare largitur. Te quidem me piis urgente petitionibus, tuis inquisitionibus respondere, lætor in Domino, quia ea quæ sunt de fide catholica, sollicite perquiris. Ad id ergo quod objecisti primo,

possunt. AREV.

EPIST. VI, N. 1. Ad hunc Claudium scribit Greg., lib. VII, regist. ep. 124. PEREZ.

*Ibid.* Plerique affirmant, præcipue heterodoxi, epistolam ad Claudium Isidori lectam genuinam non esse. In Isidorianis, cap. 74, num. 9 et seqq., argumenta attuli, quibus hæc epistola Isidoro asseritur; multa quoque exposui, quibus eadem epistola illustrari potest. AREV.

prætermisiss plurimis rationibus, tibi rationabiliter ac simpliciter respondemus.

2. Sic nos seimus præesse Ecclesiæ Christi, quatenus Romano pontifici reverenter, humiliter et devote, tanquam Dei vicario, præ cæteris Ecclesiæ prælatis specialius nos fateamur debitam in omnibus obedientiam exhibere. Contra quod, quemquam procaciter venientem, tanquam hæreticum, a consortio fidelium omnino decernimus alienum. Hoc vero non ex electione proprii arbitrii, sed potius auctoritate Spiritus sancti habemus firmum, ratumque credimus, et tenemus.

3. Si vero (quod absit) infidelis sit non manifeste, in nullo læditur obedientia nostra, nisi præceperit contra fidem. Præterea pravis prælatis obediendum in jussionibus bonis Dominus præcipit, ubi dicit: *Quod dicunt, facite*, eorum prava opera præcipit evitanda, cum subjungit: *Quod autem faciunt, nolite facere* (Matth. xxiii, 3). In dubiis etiam præceptis, pravis prælatis obediendum est, quandiu eos Ecclesia toleraverit, nisi ex manifesta prælati infamatione in præcepto juste possit hæresis suspicio provenire. De similibus quoque illaqueationibus idem videtur. In præceptis manifeste malis nullatenus est obediendum, etiam bonis prælatis, quia quandoque Deus occultat majori quod revelat minori.

4. Item nobis insinuare curasti quorundam Græcorum objectionem, 568 quod in Nicæna vel Constantinopolitana synodo sub anathemate prohibitum legitur in Symbolo, et in illo sancti Athanasii de fide catholica diminueri vel addere aliquid; atque ideo quidam ex Græcis Latinos proterve nituntur reprehendere, quod in professione sanctæ fidei Deo corde et ore decantent: *Qui ex Patre Filioque procedit*, cum in prædictis conciliis fuerit positum *ex Patre procedit*, et sancta Romana Ecclesia ex Patre Filioque Spiritum sanctum procedere approbat atque credit.

5. Quæ supradicta prohibitio, si subtiliter et recte perspicitur, omnis ambiguitas removetur; cum enim addere, seu diminueri prohibuit, de re contraria intellexit, cui sententiæ illud Apostoli congruit: *Si quis vobis aliud evangelizaverit, præter id quod accepistis a nobis, anathema sit* (Galat. 1, 9). Et Joannes Apostolus ait: *Si quis venerit ad vos, aliam doctrinam afferens, non eum recipiatis, neque ei ave dixeritis* (11 Joan. 1, 10). Cum dixit aliam doctrinam, hæresim præcavendo, absque ambiguitate de doctrinæ contrarietate nobis voluit demonstrare.

6. Plura quidem alia prædicaverunt apostoli, martyres et Ecclesiæ orthodoxi doctores; sed quia non contraria, prohibitio apostolica hujusmodi non intelligitur contraire, eo quod sint ad unum veritatis finem tendentia. Cum ergo de similibus idem constet esse judicium, patet procul dubio prædictarum senten-

4. Quorundam Græcorum objectionem, etc. Hinc petitur argumentum ne hæc epistola auctorem habeat

tiarum prohibitiones de contrarietate hæresium esse recipiendas.

7. Spiritum vero sanctum esse Patris, et Filii, et a Patre, et a Filio mitti, atque procedere ab utroque, sanctæ Scripturæ testimoniis clarius demonstramus. Apostoli verba sunt hæc: *Si spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis, et cætera* (Coloss. 1, 12). Et alibi: *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra* (Galat. 4, 6). Ecce manifesta patet apostolicis verbis Spiritum sanctum esse Dei Patris suscitantis a morte, et Dei Filii suscitati, qui non tres dii, sed unus est credendus, et adorandus, sicut Moyses testatur: *Andi, inquit, Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus* (Deut. vi, 4).

8. A Patre Spiritum sanctum mitti, Dominus in Evangelio loquitur dicens: *Paracletus Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia* (Joan. xiv, 26). Et quod mittatur a Filio, ipsa veritas dicit: *Cum venerit Paracletus, quem ego vobis mittam a Patre* (Joan. xv, 26). His itaque plenarie declaratur, sancti Spiritus missionem a Patre esse, 569 et a Filio. A Patre nempe Spiritus sanctus procedere ostenditur, cum dicitur: *Spiritus veritatis, qui a Patre procedit* (Joan. xv, 26); a Filio vero, cum post resurrectionem suam insufflavit, et discipulis suis dixit: *Accipite Spiritum sanctum* (Joan. xx, 22).

9. Isaias etiam in persona Patris dicit: *Spiritus a facie mea egredietur*. Dei Patris verbum, vel facies Unigenitus ejus est, homo enim per faciem a nobis agnoscitur, et Deus Pater per Filium innotuit mundo; unde Filius ait: *Pater, manifestavi nomen tuum, hominibus, quos dedisti mihi* (Isai. lvii, 56). Et illud: *Notum facti eis nomen tuum, et notum faciam* (Joan. xvii, 6, 26). Possumus ad hæc latius probanda plura inducere; sed forsitan, cui non sufficiunt ista, multa non proderunt ad salutem, quia animalis homo non percipit ea quæ Dei Spiritus sunt (1 Cor. 11, 14), arbitrans esse stultitiam quæ dicuntur, et quia profecto hoc ex contemptu ignorantie provenit, ignorans ignorabitur.

10. Dum autem sanctæ Trinitatis personas loquendo distinguimus, summo opere curamus ne individuum, ac simplicissimam essentialiter unius Dei dividere videamur. Sed quid sit illud ineffabile Patris generare, illud etiam inestimabile Filii nasci, generari, vel exire; atque illud incomprehensibile Spiritus sancti a Patre et Filio mitti, vel procedere, et cætera, quæ hujusmodi de personarum varietate dicuntur, si non capimus mente, capiamus fide, ut salvæ esse perpetuo mereamur.

11. Ecce brevitate qua valui tuis inquisitionibus satisfacere. Sed quod anjecisti, habere te hæreticum, cum quibus assidue disputas, et quos ad fidem catholicam studens revocare, laudamus zelum, sed non deducimus reprehendimus. Dicit namque Scriptura

Isidorum, sed alium longe posteriorem, cuius doctrinam facere satis loc. cit. conatus sum. Aug.

vina : Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea (Eccli. A  
viii, 1). Cave igitur, dilectissime filii, ut quia Deus  
triumphalibus trophæis armorum strenuitate prostra-  
tis inimicis te fecit victoriosum, hæreticis suasionibus  
ignominiose ne victus succumbas ; te enim laborante  
eos ab errore mortis eruere, ipsi invigilant te in  
præcipitium erroris demergere, a quorum confabu-  
latione vel solatio quemlibet Christicolam, tanquam  
a lethifero veneno, sub obstatione divini iudicii  
præcipimus abstinere, nisi fuerit in divinis præceptis  
experientia operum probatus, et sacris eruditus  
Scripturis.

12. Testamur igitur coram Deo, monemus, et quid-  
quid possumus, hortando præcipimus, ut quam citius  
eos, zelum Dei legis 570 exercens, nisi catholicam  
professi fuerint veritatem, a te repellas, atque dicta  
eorum et objectiones nobis scribendo mittere non  
moreris. Deo teste fraternitatem dilectionis tuæ in  
visceribus Jesu Christi amplectimur charius ; et sin-  
gula, quantum Deus dederit, ad salutem animæ et  
tui corporis honestatem determinabimus, sacris ea  
fulciendo auctoritatibus, ut falsitas veritati cedat, et  
Ecclesiæ Christi gloria roboretur, et crescat. Memen-  
to communis nostri doctoris Leandri, et ejus fidem  
atque doctrinam pro viribus imitare, ut in præsentibus  
bonis perfrui, et in futuro cælestium bonorum parti-  
cipationem valeas adipisci. Amen. Ora pro me ; do-  
net Dominus ut animæ, corporis, fidei et honoris tibi  
servata integritate, merear te videre de cætero, mi  
Domine et charissime filii.

## EPISTOLA VII.

ISIDORI REDEMPTO ARCHIDIACONO.

Dilecto filio in Christo Redempto archidiacono  
Isidorus.

1. Multis non modo ecclesiasticis, verum etiam  
hujus perituri regni præpeditis negotiis, prout opta-  
mus, tuæ charitatis quæstionibus ad præsens satisfacere  
non valemus. Verum, quia, impellente charitate,  
omnibus sumus debitores, ex parte qua valeo pareo  
dilectioni tuæ, ad inquisita compendiose respondere  
paratus. Innotuisti quippe nobis, in animo tibi ver-  
sari scrupulum, eo quod orientalis Christi Ecclesia  
ex fermentato pane, occidentalis ex azymo sacratis-  
simi corporis sacramentum conficere consuevit ; et  
quia ipsi Orientales Latinos super hoc reprehendere  
non verentur, illud etiam animo tuo insedit, quod  
illi sericos pannos, nos autem lineos, quos corporalia  
dicimus, ad ornamenta tanti sacrificii exhibemus.

2. Scias itaque eorum jam dictis consuetudinibus  
minime nos opponere reprehensionis obstaculum,  
quandiu eas Romana Ecclesia duxerit tolerandas ;  
maxime cum non sint de essentia, sive substantia  
sacramenti. De substantia sacramenti sunt verba Dei  
a sacerdote in sacro prolata ministerio, scilicet, *Hoc  
est corpus meum*, panisque frumenti et vinum, cui

consuevit aqua adhiberi, quia 571 utrumque de la-  
tere Christi, videlicet, sanguis et aqua profluxit. Cæ-  
tera vero pertinent ad decorem sacramenti, futurorum  
exemplum, ad nostram et eorum humiliationem,  
atque in Dei laude exercitationem, et cum prædi-  
ctorum facta fuerit consecratio, non, ut quidam putant  
indocti, sub panis specie sola caro Christi, et in calice  
tantummodo sumitur sanguis ; sed in utroque Deus  
et homo, in corpore glorificato totus et integer Chri-  
stus, integer Christus in calice, panis vivus, qui de  
cælo descendit, totus est in utroque.

3. Ipse est panis qui reficit, non deficit ; panis qui  
totus a singulis sumitur, et in nulla sui parte minu-  
itur ; visibilis angelis, fide non dubia creditur a nobis  
miraculose et invisibiliter totus in sumentibus sin-  
gulis, et integra sui essentia visibiliter totus semper  
regnat in cælis ; quia vero Orientales Romanorum,  
sive nostras consuetudines impudenter obtrectando  
reprehensionis abolitione impugnare nituntur, ad  
arma divini oraculi concurrentes nos, quantum potue-  
rimus, easdem defendere veritate prævia insurgemus.

4. Dominus enim noster Jesus Christus, quando  
discipulis corporis sui mysterium agendum tradidit,  
non legitur accepisse panem fermentatum, vel azy-  
mum, sed accepit panem, et dedit discipulis suis,  
dicens : *Hoc est corpus meum ; hoc facite, quoties-  
cunque sumitis, in meam commemorationem* (Luc.  
xxii, 19). Legitur tamen præcepisse Dominum Moysi  
ut pascha cum azymis panibus et lactucis agrestibus  
manderetur, et apud quemcunque Hebræorum fer-  
mentatus panis per septem dies paschæ inveniri  
posset, occideretur (Exod. xii). Dominus igitur nos-  
ter pascha secundum legem celebravit, et in cæna  
suum corpus sub panis et vini specie discipulis eden-  
dum tradidit, et eis eundem conficiendi tradidit  
potestatem, atque panem azymum cum quo pascha  
agebatur obtulit.

5. Similiter sacratissimum corpus ejus non legitur  
pannis sericis, vel laneis, sed mundis linteaminibus  
in sepultura involutum fuisse. Ergo, cujus myste-  
rium passionis et sepulture, eum quotidie immo-  
lando, geritur in altare, a tramite recto deviare non  
possunt, qui in pane azymo, vino et aqua, additis et  
mundis, sanctisque linteaminibus, secundum consue-  
tudinem Ecclesiæ Romanæ corporis et sanguinis Do-  
mini sacrosanctum sacrificium student conficere.  
Videtur etiam Dominus nobis favere in Exodo dicens :  
*Non 572 immolabis, inquit, super fermento sangui-  
nem hostiæ meæ.*

6. Quod etiam de vase agitur ligneo fictili, vel  
metallino, quo agitur immolatio sacrificii, quia nul-  
lus evangelistarum expresse ostendit cujusmodi fue-  
rit, ad legis videtur recurrendum potius auctorita-  
tem, quia in ministerio tabernaculi, aut domus Dei  
nulla vasa sacræ unctionis oleo delibata leguntur

tenent, rationesque proposui quibus Isidoro possit  
asserri. AREV.

EPIST. VII. Hæc epistola ad Redemptum multo  
magis suspecta plerisque videtur. In Isidorianis, loc.  
cit., ea omnia protuli quæ ad eam illustrandam per-

lignea, vel scilicet, sed magis ex metallo erant. Dominus etiam quæque de melioribus sibi offerri præcipit, et tabernaculum testimonii cum maxima diligentia auri et argenti mira pulchritudine adornare. De Salomonico templo quid? Re vera idem. Quod si ceremonialia illa, quæ umbra erant veritatis futura, quibus pecudum carnes immolabantur, vel sanguis, tanto voluit Deus decore perfrui, quanto magis sacram altare, sanctumque vas, in quo ipsa veritas, scilicet unigenitus Deus, quotidie Deo Patri offertur, quanto honore, reverentia, gloria et decore debent studio et diligentia adornari!

7. Liquide patet tam inæstimabile sacrificium in vasæ luteo, vel ligneo, nisi necessitate urgente, vel cogente inopia, offerre turpe ac vile, præsumptuosum esse et temerarium, quod potest justo examine reprobare. Sed forsitan objicis pannum sericum pretiosorem esse lineo, et idcirco magis divinis usibus aptum. Ad quod nos in utroque Testamento dicimus candorem vestium maxime approbari, eo quod in eo mentis sinceritas requiratur, quam constat inter cæteras virtutes Deo esse gratiosorem, ad quam pervenire cupienti claritati vestræ, ut pateat clarius, sacræ Scripturæ testimoniis ostendamus.

8. Dicit enim, omni tempore sint vestimenta tua candida, et Domini sacerdotes Ephod lineo excellentiæ causa erant superinduti. Evangelium etiam in transfiguratione Dominica, quod apparuerunt vestimenta Domini tanquam nix, evidenter testatur; et in Apocalypsi, qui in conspectu Agni stabant, et qui sequuntur ipsum quocumque ierit, stolis albis perhibentur amici, et quam plurima alia. Quis inter pannos mundus ut lineus, cui ex ablutione frequenti candor augetur, cum in sericis magis ex eadem offuscari videatur? Mentis autem munditiam nullatenus esse intelligas ubi infidelitas viget: non enim est conventio Christi ad Belial.

9. De incongruitate vero grammaticæ locutionis, quæ in Veteri Testamento reputatur, vel Novo, respondemus, verba cælestis oraculi non subjacent Prisciani regulis, vel Donati, et quamvis sit analogia scienda, usus præ omnibus æmulandus est. Dummodo sententia a veritate non discrepet, et a sanctorum Patrum vestigiis nullatenus recedendum. Lucide habes, fili charissime, in quam partem tui animi intellectum debeas inclinare, atque tui cordis scrupulum super hoc omnino deponere. Diligenter per omnia inspice, et reperies, sanctæ Romanæ Ecclesiæ consuetudines a divinis auctoritatibus in nullo aliquatenus deviare. Pro me ad Dominum orare, quæso digneris.

Epist. viii. N. 1. Hic fuit Eugenius secundus successor Justini. PEREZ.

Ibid. Minorem esse rationem dubitandi de hac epistola quam de præcedenti ad Redemptum dixi in Isidorianis, cap. cit. 74, num. 32, sed ita tamen, ut concluderem denique, quatuor prædictas epistolas, ad Claudium, ad Helladium, ad Redemptum, et ad

## EPISTOLA VIII.

ISIDORI EUGENIO EPISCOPO.

Domino charissimo et virtutibus inclitis Eugenio episcopo Isidorus.

1. Vestræ sanctitatis litteras per nuntium suscipiens Verecundum, rerum omnium Conditori gratas impendimus, quod Ecclesiæ sanctæ suæ mentis et corporis vestri valetudinem conservare dignatus; atque ad inquisita pro modulo parati satisfacere, exoramus orationum vestrarum suffragiis ab ærumnis opprimentibus a Domino sublevari. Verum quod in quibusdam quæstionibus venerabilis vestra fraternitas, licet vos non ignoremus peritos, me compulsi respondere, majoris sententiæ innodatio, nisi ex dispensationis articulo a minori nequaquam valeat enodari, sed potius ab inferiori prolata, a superiore jure mediante causetur. Orthodoxi quidem Patres Spiritus sancti auctoritate prævia sanxerunt; aliter autem quolibet astruente, sicut est vestræ prudentiæ cognitum, pravum suborietur, scilicet gioriatio securis contra eum qui secat in eam (Isai. x, 15).

2. Quod vero de paritate agitur apostolorum, Petrus præminet cæteris, quia a Domino auditus meruit: Tu vocaberis Cephas, tu es Petrus (Joan. i, 42), et cætera, et non ab alio aliquo, sed ab ipso Dei et virginis filio honorem pontificatus in Christi Ecclesia primus suscepit. Cui etiam post resurrectionem Filii Dei ab eodem dictum est: Pæce agnosce meos (Joan. xxi, 15), agnorum nomine Ecclesiarum prælatos notans. Cujus dignitas potestatis etsi ad omnes catholicorum episcopos est transfusa, specialius tamen Romano antistiti singulari quodam privilegio, velut capiti, cæteris membris celsior permanet in æternum.

3. Qui igitur debitam ei non exhibet reverentiam, a capite sejunctus, Acephalorum schismati se reddi obnoxium, quod sicut illud sancti Athanasii de fide sanctæ Trinitatis sancta Ecclesia approbat, et custodit, quasi sit fidei catholice arculus: Quod nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit. Hæc vestræ dulcissima charitati breviter præhavi, considerans illud philosophi pauca sufficere sapienti.

## EPISTOLA IX.

ISIDORI BRAULIONI EPISCOPO.

Domino meo et Dei servo, Braulio ni episcopo, Isidorus.

1. Omni desiderio desideravi nunc videre faciem tuam, et utinam aliquando impleat Deus votum meum, antequam moriar. Ad præsens autem deprecor ut commendes me Deo orationibus tuis, et ut in hac vita spem meam impleat, et in futura beatitudi-

Eugenium, saltem dubias esse. Ut sensus communis eruat, fortasse legendum est, jure mediante causetur, ut orthodoxi Patres, etc. AA:V.

Epist. ix. N. 1. Epistolas Isidori ad Braulionem et hujus ad illum genuinas esse, nemo indicat. AREV.

is tuæ consortium mihi concedat. *Et manu sua.* A vos Domini Braulio Isidoro : in Domino fruatur te, la-  
dra pro nobis, beatissime domine et frater.

## EPISTOLA X.

BRAULIONIS EPISCOPI ISIDORO.

Domino meo et vere domino, Christique electo, Isidoro, episcoporum summo, Braulio servus inutilis sanctorum Dei.

1. O pie domine, et virorum præstantissime, vera est inquisitio et tarde data mihi scribendi optio, quia peccatis meis ingruentibus non modo sterilitatis vel inopiæ malo, verum etiam luis et hostilitatis, quominus inquirerem, horribili sum præpeditus incursu.

2. Nunc autem etsi mille necessitatibus, mille curis attritus, post longum miseris tempus, veluti ab improbi soporis, ut ita 575 dixerim, gravedine suscitatus, istius meæ suggestionis affatibus dependere præsumo salutis obsequium, et cordis et corporis humilitate prostratus, impreicans excellentissimam tuæ beatitudinis potestatem, ut peculiarem famulum, quem pio illo sacræ dignationis intuitu semper habuisti susceptum, usque in finem habere jubeas commendatum.

3. Nam et ego (Christus novit) gravi dolore discredior, quod, emenso tempore tam prolixo, vel nunc vestra non mereor videre conspectum, sed spero in illum qui non obliviscitur misereri, nec repellit in finem, quia exaudiet precem pauperis, et vestro me miserum representabit aspectui. Suggere sane, et omnimoda supplicatione depono, ut librum Etymologiarum, quem jam, favente Domino, audivimus consummatum, promissionis vestræ memores, servo vestro dirigere jubeatis, quia, ut mihi sum conscius, magna tibi ex parte servi tui postulatione sudasti. Et ideo in me primum existe munificus; sic in sanctorum cœtibus et felix habearis, et primus.

4. Gesta etiam synodi, in qua Sintharius examinis vestri signi etsi non purificatus, invenitur tamen de-coctus, quaeso ut vestro instinctu a filio vestro domino rege nobis dirigantur cito. Nam et nostra ejus sic flagitavit gloriam suggestio, quia multum in concilio pro investiganda opus est veritate. De cætero Creatoris altissimi pietatem efflagito, ut coronam beatitudinis vestræ pro integritate fidei et statu Ecclesis suæ longo tempore præcipiat conservare, meque inter oblatrantia præsentis mundi varia et innumerabilia discrimina munitum reddat tuæ intercessionis gratia, ac, reconditum in gremium memoriæ tuæ, tutum ab omni tempestate peccati oratu vestro efficiat Trinitas sacratissima. *Et manu sua.* Ego ser-

Epist. x. N. 1. Notandum quod Isidorus in titulo epistolæ episcoporum summus dicitur. Pro ingruentibus alii habent exigentibus, et addunt: verum etiam pestis, mortalitatis luis, etc. De hac epistola vide Isidoriana, c. 21 et 48. AREV.

2. Gravedine. Al., gravitudine. AREV.

3. Alii, ut libros Etymologiarum, quos... audimus consummatos, etc. AREV.

Epist. xi. N. 1. Pittacium. In Glossis Isidorianis, Pictacium, epistola brevis et modica. Pictatiuncula,

aus Domini Braulio Isidoro : in Domino fruatur te, la-  
cerna ardens, et non marcescens!

## EPISTOLA XI.

ISIDORI BRAULIONI EPISCOPO.

Domino meo, et Dei servo Braulioni episcopo Isidorus.

1. Quia te incolumem cognovi, gratias Christo egi; et utinam 576 cujus cognovi salutem in hoc corpore aspicerem et visionem! Quid autem mihi evenit pro peccatis meis, manifestabo, quia non fui dignus tua perlegere eloquia, statim ut accepi pittacium tuum, puer regius ad me venit, dedi cubiculario meo illud pittacium; et confestim ambulavi ad principem, ut postea perlegerem et rescriberem.

2. Reversus e palatio regis, non solum scripta tua non inveni, sed etiam quidquid aliud in chartis fuit perit. Et idcirco, scit Dominus, luxi meritum meum, quia non perlegi eloquium tuum, sed rogo ut quæcunque occasio venerit, rescribe mihi. Et gratiam verbi tui non auferas, ut quod ex meo delicto perdidit, iterum gratia tua recipiam. *Et manu sua.* Ora pro nobis, beatissime domine.

## EPISTOLA XII

BRAULIONIS EPISCOPI ISIDORO.

Domino meo et vere domino, Christique electo, Isidoro episcoporum summo, Braulio servus inutilis sanctorum Dei.

1. Solet repleri lætitia homo interior ac spiritualis, cum inquisitione fungitur amantis. Ob id velle meum est, mi domine reverentissime, nisi culpam maceria mearum obsistat, et benigne te inquisitionem meam amplecti, et querelarum calumniam patienter accipere. Utrumque enim ago, et officium inquisitionis persolvo, et tibi contra te causarum mearum necessitates dirigo, quod ut benignissime tuo auditui admittas, in ingressu hujus dictationis portaque prostratus, peto a culmine vestri apostolatus; et quanquam vacillet calumniæ objectio, ubi lacrymarum est intercessio, cum lacrymæ non sint signa calumniæ, tamen sint, opto, et lacrymabiles calumniæ, et calumniabiles lacrymæ. Sed utrumque pro licentiosa amoris præsumptione, non autem pro arrogantis temeritate. Sed jam causam exordiar.

577 2. Septimum, ni fallor, annum tempora gyrant ex quo me memini libros a te conditoris Originum postulasse, et vario diversoque modo præsentem vos me frustratum esse, et absenti nihil inde vos rescripsisse, sed subtili dilatione modo necdum esse perfectos, modo necdum scriptos, modo meas litteras intercidisse, aliaque multa opponentes, ad hanc usque diem pervenimus, et sine petitionis effectu

membrana. Pro voce pittacium Riscus allegat sanctum Augustinum, serm. 178, de verbis Apostoli, cap. 7, alios Ducangius. Fortasse non multum aberrabit qui dixerit vocem Hispanam pedazo, fragmentum, sive partem rei alicujus, ex pittacio originem trahere. AREV.

Epist. xii. N. 1. In epistolæ inscriptione, pro Christique, alii, hic et alibi, Christoque. Pro portaque, ut exemplaria nra. exhibent, Grialius edidit portuque, fortasse per errorem. AREV.

manemus. Ob hoc et ego veram preces in querelam, ut A quod supplicatione nequivi, vel calumnia laesendo valeam adipisci. Sæpe namque solet mendico prodesse vociferatio.

3. Quocirca cur, quæso te, mi domine, non tribuas quod rogaris? Unum scias, non dimittam, quasi fingens me nolle negata. Sed quæram, et instanter quæram, quousque autem accipiam, aut eliciam, piissimo Redemptore jubente: *Quærite, et inveniatis, et adjiciente: pulsate, et aperietur vobis (Luc. xj, 9)*. Quæsi, et quæro, etiam pulso. Unde et clamito, ut aperias. Nam hujus argumenti me consolatur inventio, quia qui contempsisti postulantiem, exaudies forte calumniantem.

4. Hinc et ego scienti tua ingero, nec styli jactatione novi aliquid suggerere insipienti perfecto præsumo. Nec tamen erubesco imperitus disertissimo loqui, apostolici memor præcepti, quo præcipis libenter sufferre insipientem. Quamobrem accipe clamores calumniæ. Cur rogo talentorum distributionem et cibariorum dispensationem tibi creditam hucusque retentas? Jam solve manum, impertire famillis, ne inopia pereant famis. Nosti quid creditor veniens reposcat a te. Non minuetur tibi quidquid dederis nobis. Memor esto parvis panibus multitudinem satiatam, et superasse reliquias fragmentorum magnitudine panum.

5. An putas donum tibi collatum pro te solummodo esse datum? Et vestrum est, et nostrum commune est, non privatum. Et quis dicere vel insanus præsumat, ut privato tuo gaudeas, qui de communi tantum inculpabiliter gaudere scias? Nam cum Deus tibi œconomiam sui thesauri et divitiarum, salutis, sapientiæ et scientiæ tenere concesserit, cur larga manu non effundis quod dando non minues? An cum in membris superni capitis unusquisque 578 quod non accipit sic in altero possideat, ut alteri quod habet possidendum sciat, tu forsitan ideo nobis parvus existis, quia quod mutuo a nobis resumas non invenis?

6. Sed si habenti das, tantillæ mercedis fructum reportas. Sin vero non habenti tribuis, præceptis evangelicis satisfacis, ut reddatur tibi in retributione justorum. Proinde et ego remordeor conscientia, eo quod in me communicabile nihil boni sentiam, quoniam jubemur per charitatem servire invicem, et unusquisque quam accepit gratiam in alterum illam administrare, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei (1 Petri iv, 10); atque unicuique, sicut divisit Deus mensuram fidei, in unam compagem membrorum debeat eam cæteris partibus communicare, quia hæc omnia operatur unus, atque idem spiritus dividens singulis prout vult (Rom. xii, 3).

7. Sed ad unum ac peculiare subsidium quod

3. *Calumniantem, ex Ovet. Gothico; clamitantem, Rom. Cod. PEREZ.*

4. *Ex Ovet. Gothico, voce stulti in styli tantum mutata. PEREZ.*

*Ibid. Alii, nec stulta jactatione. Et famulis pro famillis. Pro famis forte fame. AREV.*

A pramisi recurro, ad importunitatem scilicet amirant amicitia destitutis, ac nulla membrorum honestorum gratia decoratis. Idcirco audi vocem meam tot interjacentibus terris. Redde, redde quod debes. Nam servus, servus es Christi et Christianorum, ut illie sis major omnium nostrum, et quia nostri causa tibi collatam præsentis gratiam, sitientibus animis scietatiæque fame cruciatu impertiri non dedigneris.

8. Non sum saltem pes, qui ad injuncta discurrens possim alvo ecclesiæ, membrorum scilicet judici, obedientiæ discursu parere, nec principatui capitis imperanti obsequendo placere. Quin etsi de inhonestioribus membris me esse sciam, sufficiat, quia quæ te constat a capite percepisse, per me est dignum egerere, nec te me non egerere, quamvis minimum, Christi tamen sanguine redemptum. Nam nec dicit caput pedibus: Non estis mihi necessari, quoniam quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt; et quæ putantur ignobiliora esse, his honorem abundantiore circumdamus; et quæ inhonestiora sunt nostra, majorem honestatem habent.

9. Sic itaque creator noster ac dispensator cuncta dispensat, ut cum in altero alteri dona divina, quæ in se non percipit, possidenda tribuantur, charitas cumuletur. Denique tum bene 579 multiformis gratia dispensatur, quando acceptum donum et eis qui hoc non habent creditur, quando propter eum cui impenditur datum putatur. Hoc Apostoli capitulum a nobis in parte præmissum optime novit prudentiæ charitatis vestræ huic rei congruere totam; et quidquid summatim tetigi, te procul dubio nosse melius, latet nullum.

10. Itaque hoc solum superest, quod et magnopere peto, ut præstes postulata, etsi non pro me, saltem pro ipsa charitate divinitus impertita. Pro qua jubemur et nosse et præstare omnia, et sine qua nihil sunt omnia. Sed et si qua superflua, si qua negligenter, si qua minus humiliter, aut inutiliter potius effudi quam dixi, cuncta, quæso, benigne suscipias, cuncta ignoscas, cuncta ores, ut Deus ignoscat. Ergo et hoc notesco, libros Etymologiarum, quos a te domino meo posco, etsi detruncatos corrososque, jam a multis haberi

11. Inde rogo ut eos mihi transcriptos integros, D emendatos et bene coaptatos digneris mittere, ne raptus aviditate in perversum cogar vitia pro virtutibus ab aliis sumere. Ego autem opto, quamvis nullius egeas, et ultronæ dicuntur potere merces, ut dignatio vestra benignitatis imperet nobis in id quod possumus et valemus, tantum ut obsequio nostro utaris, imo charitate, quæ Deus est, perfruaris.

12. His igitur expletis, erunt mihi questiones de sacris divinisque paginis, quarum mihi expositionem

6. *Alii, in una compage. AREV.*

8. *Nec te me non egerere. Codex Cæsenas, nec te me non egere. Utrolibet modo corruptam id videtur. AREV.*

11. *Fortasse legendum dicantur pro dicantur.*

12. *Reseras. Hoc est, aperis. AREV.*



cordis vestri lumen aperiret, si tamen et nobis jubes resplendere, et divinæ legis obscura reserare. Neque si ista quæ peto percipero, de illis silio, sed viam reseras capiendæ fiduciæ. Cum in hac prima fronte non me confoderis stimulis verecundiæ, et ignaviæ meæ, locum dederis veniæ, quod quem diligebas, quamlibet immeritum, non jusseris reprobare, quia ignominiosum valde videtur, ac vile, si necdum saluatus quis charitate ab eo quem amabat invenitur succedere.

13. Obsequio autem meæ servitutis dependo jura salutis, et quæso pietatem sanctissimæ vestræ potestatis, ut pro me orare digneris; quatenus quotidie fluctuantem animam in malis tuo intercessu lucreris, et ad portum tranquillitatis æternæ deducas, erutam a miseriis et a scandalis. Dulce mihi fuit diu ad te loqui, **580** quasi coram positus vultum viderem tuæ faciei. Ideo nec verbositatem cavi, et temeritatem fortassis incurri. Sed aut hoc aut aliud agere debui, tantum ut quod noluisti per humilitatem saltem tribuas per tumultuantem improbitatem.

14. Ecce quantum audaciæ dedit mihi gratia vestræ benevolentia. Et ideo si quid in hoc displicuerit, sibi imputet, quæ tantum amat, ut timorem tollat. Nam perfecta charitas foras mittit timorem. Speciali quoque gratia fretus speciali domino, in quo vires sanctæ Ecclesiæ consistunt, suggero ut, quia Eusebius noster metropolitanus decessit, habeas misericordiæ curam. Et hoc filio tuo nostro domino suggeras, ut utilem illi loco præficiat, cujus doctrina et sanctitas ceteris sit vitæ forma. Hunc autem

15. *Mss. de curam veteres libri, per compendium, pro misericordiæ curam. P. FREZ.*

EPIST. XIII. N. 2. *Abi, pro raltudine; et studueram, pro statueram. Confer Isidoriana, cap. 48, num. 7 et seqq., ubi conjiciebam legendum esse, si ad destinatum concilii locum pervenisses; nam Isidorus, ut videtur, ad aliquod concilium Toletanum*

A filium præsentem beatissimæ potestati vestræ per omnia commendo, et tam de his quæ hic suggestimus, quam etiam de his quæ supra questi sumus, eloquio vestro per eum illustrari mereamur.

### EPISTOLA XII.

ISIDORI BRAULIONI EPISCOPO.

Domino meo et Dei servo Braulioni episcopo Isidorus.

1. Tux sanctitatis epistolæ me in urbe Toletana invenerunt. Nam permotus fueram causa concilii. Sed quamvis jussio principis in itinere positum remeare me admonuisset, ego tamen, quia propinquior eram præsentia ipsius quam regressioni, malui præteritum cursum itineris non intercludere. Veni ad præsentiam principis, inveni præsentem diaconum tuum, per eum eloquia tua suscipiens, amplexus sum, et legi, et de salute tua Deo gratias egi; desiderio omni desiderans, quamvis debilis atque fessus, fiduciam tamen habens per Christum in hac vita videndi te, quia spes non confunditur per charitatem, quæ diffusa est in cordibus nostris.

2. Codicem Etymologiarum cum aliis Codicibus de itinere transmisi, et licet in emendatum prævalitudine, tamen tibi modo ad emendandum statueram offerre, si ad destinatum concilii locum **581** pervenissem. De constituendo autem episcopo Tarraconensi non eam quam petisti sensi sententiam regis; sed tamen et ipse adhuc ubi certius convertat animum, illi manet incertum. Peto autem ut pro meis peccatis apud Dominum existere digneris intercessor, ut impetratu tuo deleantur delicta mea, et remittantur facinora. *Item manu sua.* Ora pro nobis, beatissime domine, et egræ frater.

vocatus erat, quod aliqua de causa celebratum non fuit. Fortasse hic esset locus ut in nota epistolam medicam Isidoro nostro affectam, de qua dixi in Isidorianis, cap. 75, n. 3, adderem; sed tam certe Isidori nostri non est, et tam corrupte descripta est in Codice Vaticano ibi laudato, ut nullum operæ pretium fore videatur eam referre. AREV.

## SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

### DE ORDINE CREATURARUM LIBER.

#### 582 CAPUT PRIMUM.

##### De Fide Trinitatis.

4. Universitatis dispositio bifaria ratione debet intelligi: in Deo, videlicet, et rebus, hoc est, in Creatore et creaturis; non quod Deum in parte

CAP. I. N. 1. In Isidorianis, cap. 23, multis rationibus ostendi hoc opus Isidori videri, ac contrariis difficultatibus satis, opinor, feci. Quod autem testimonium Aeneæ Parisiensis, qui hoc opus Isidoro scribit, a me repertum non fuisse tunc asserui, id jam mihi dicere non licet; nam postmodum obser-

D ponamus, aut æquiparare Creatorem creatura possit, sed quia omne quod est, aut factum intelligitur aut infactum, aut potens, aut subjectum, aut æternum, aut temporaneum. Factum ergo, et subjectum, et temporaneum, ipsa est creatura. Infactum autem, et potens, atque æternum, ipse est Deus.

vavi, c. 94 operis Aeneæ Parisiensis adversus Græcos Isidori nomine ex libro de Ordine creaturarum verba quædam laudari. In Isidorianis etiam, cap. 83, n. 9, exscripsi præfationem Dacherii, sive Acherii ad hunc librum. Ea præfatio in Editione Parisiensi anni 1655 aliquantulum discrepat, ut: *Codicem non procul*

**583** 2. Sancta utique Trinitas Pater, et Filius et Spiritus sanctus, per omnia jura inseparabilis in substantia, id est, una divinitas, et in personarum subsistentia inconjuncta Trinitas, in qua nihil inferius, nihil superius, nihil anterius, nihil posterius, in natura divinitatis esse credendum est; nihil serviens, nihil subjectum, nihil loco comprehensibile, nihil temporarium, nihil infirmum, nihil crescens, nihil ad sexum habitumque pertinens, nihil corporeum sentiri fas est; sed est unus Deus sine initio, sempiternus sine loco, ubique totus, sine sui mutatione omnia mutabilia disponens creaturarum; tempora præterita, præsentia, futura pariter cernens; cui nihil est præteritum, nihil restat, sed cuncta præsentia sunt. Cui nihil displicet quod bonum est, nihil placet quod malum est; a quo nihil naturaliter malum creatum est, quod per se nihil nisi creati boni vitium est. Bonus ergo sine qualitate, magnus sine quantitate, æternus sine tempore, præcipuus sine situ, qui omnibus creaturis infunditur, cum non sit illi locus; quem nulla capiti creatura, nulla comprehendit intelligentia.

3. Deus unus Omnipotens, sancta Trinitas Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Pater ergo Deus Omnipotens ex nullo originem ducit, et ipse origo divinitatis est, a quo Filius Deus Omnipotens genitus sine tempore est; non quippe creatus quia Deus est, cui præter quod Filius est, in divinitate totum commune est Patris in æternitate, in voluntate, in potestate, in sapientia. Se et Patri, præter quod Pater est, totum commune est Filii.

4. Spiritus sanctus est Deus Omnipotens, nec genitus est, quia non est Filius; nec creatus, quia non est creatura, sed ex Patre, et Filio procedens, cui, præter quod Spiritus sanctus est, totum commune est Patris et Filii, quia non qui Pater est, Filius aut Spiritus sanctus in persona hic est; nec qui Filius est Pater aut Spiritus sanctus hic est; nec qui Spiritus sanctus est, Pater aut Filius hic est; sed in essentia,

ab auctoris ævo exaratum e nobili nostro sancti Remigii Rheimensis archisterio emersum, nunc primum publici juris factum divulgamus. In præfatione, quam in Isidorianis edidi, legitur: *Monasterio depromptam, pro archisterio emersum.* Cæterum in re ipsa utraque Editio consentit. In titulo operis omisi ad *Braulium episcopum urbis Romæ, hoc est, Cæsaraugustæ*, his rationibus permotus, quas in Isidorianis exposui. Ea omnia desunt in Codice Florentino, cujus varias lectiones cura duorum sacerdotum Gallorum, quos honoris et grati animi causa nominatos volo, Thomæ Dendrade et Petri Franc collectas, qua par est diligentia, et fide apponam. In Editione Spicilegii Dacheriani; quam Baluzius et Martenius adornarunt, nonnullæ sunt notæ, quarum summam non prætermittam. Ac primum in his notis observatur, Cæsaraugustam potuisse dici *Romam*, quemadmodum Hericus de Augustoduno in Vita sancti Germani dixit:

Celtica Roma dein voluit cœpitque vocari.

Verum de tota hac re quænam sit nostra sententia, in Isidorianis, loc. cit., declaratum manet. Jam lectionis discrepantia in Codice Florentino, quem dixi, hæc est, v. 1: *Ponamus ut æquiparare.* Forte, æquiparati.

2. Cod. ins: *Per omnia inseparabilis, in substantia*

A quod Pater est, Filius et Spiritus sanctus hoc unum est; et quod Filius est, Pater et Spiritus sanctus hoc est; quod et Spiritus sanctus est, Pater et Filius hoc est; sed non triplex in illa Trinitate deorum numerus est; salva enim separatione personarum, totum commune divinitatis est.

5. Filius ex tempore carnem suscepit humanam, quæ vitio caret; humanitatis naturam habuit, animam prudentem, intellectusalem, sapientem, excepta divina natura, habens, ut humanitas integra feret; quam ideo Filius, **584** qui sine tempore Dei Patris est, assumpsit, ut qui in divinitate erat Dei Filius, in humanitate idem esset hominis Filius. Quæ humanitate natus est de Spiritu sancto, et Maria semper Virgine; non quia et Spiritus sancti sicut et Mariæ, Filius esse credendus sit, sed quia ex virtute et opere Spiritus sancti conceptus, ex Virgine natus sit.

6. Passionem crucis carne, non divinitate sustulit; mortem pro nostra redemptione et salute sustulit; tridui tempore sepulcro conditus, divina virtute in eadem carne resurrexit; et postquam Ecclesiam unam, sanctam, catholicam verbo instruxit, exemplo solidavit, gratia firmavit, pace munivit, assumpta tota humana natura, excepto eo quo corruptioni obnoxia est, ad Patrem rediens, unde nunquam defuit, sedet in dextera Patris, unde resurgentibus cunctis hominibus ad iudicium vivorum et mortuorum affuturus in gloria Patris, impiis æternas penas, justis æterna præmia reddat.

C 7. Hæc est catholica fides, hæc credere et confiteri, quam discutere, plus proficit; quam non prudentia sæcularis, non mundana philosophia, rerum potius imagines quam veritates intelligentiam sequens, agnoscere potuit, sed apostolica fides tradita, et ecclesiastica vigilantia custodi.

## CAPUT II.

### De creatura spiritali.

1. De Creatoris vero immensitate tantulo præmissa, una divinitas, et in personarum subsistentiis inconjuncta... nihil restat futurum, sed cuncta præsentia sua. Similem de Trinitate, ac divinis attributis professionem fidei alibi repetit Isidorus, ut in libro Differentiarum rerum initio, lib. 1 contra Judæos, cap. 4, lib. 1 Sententiar., cap. 1, 2, 14, 15, etc. in libris de Officiis, etc.

D 3. Æneas Parisiensis, loc. cit., hunc et sequentem numerum describit.

4. Sed ex Patre, etc. Al. sed ex Patre procedit, et Filio cui, etc. Professionem Spiritus sancti ex Patre Filioque clarissime a Patribus Ecclesie Gothicæ et ab Isidoro non uno in loco assertam fuisse constat.

5. Carnem accepit, etc. Ms., carnem suscepit humanam, quæ omni vitio caret. Et inox excepta divina naturam pro excepta divina natura, quod retinendum. Pro in humanitate. Al., in humana natura. Post post, credendus sit, sed quod virtute, et opere.

6. Ms., surrexit pro resurrexit; et inox accepto quod corruptioni obnoxia non est.

CAP. II. N. 1. Sed quia creatura; Ms., sed quia spiritalis creatura. Deinde, clauduntur inferius constat. Apud Dacherium in mea Editione est clauduntur pro clauduntur. Pro superiorum spirituum, Ms. supergram civium, omisso postea ministeriorum. Pro comprehenduntur, Ms. deprehenduntur.

ad creaturarum ordinem paulisper aspiciamus. In quo non nostræ intentionis, quæ nulla per se est, inventionem, sed sanctæ Scripturæ, et majorum explanantium vestigia vel tenui aliquo relatu sequimur. Omnis ergo creatura aut spiritualis, aut corporalis est. Sed quia creatura in intellectualibus spiritibus, qui carne non tenentur, et animabus hominum, quæ carne clauduntur, constat, prius de distinctis gradibus superiorum spirituum dicendum est, quorum gratiæ vel differentiæ ministeriorum esse novem per Scripturas divinas comprehenduntur, seraphim, scilicet, et cherubim, throni, dominationes, principatus, potestates, virtutes, archangeli, angeli.

2. Seraphim etenim super solum Domini excelsum stare Isaias vidit, et cantare audivit, et uno ex his : de se misso, purgari de sui oris pollutione promeruit. Cherubim vero, in oraculo testimonii, propitiatorium **585** figurati et arcam tegebant, et in templo Domini cum bubus et leonibus per Salomonem depicti fuerant. Ezechiel quoque in visionibus Dei quadrigam vidisse se describit, quam quatuor Scripturæ utriusque Testamenti notis mysticoamine coniungit. Ad Colossenses vero Paulus apostolus scribens, thronos, et dominationes, et principatus, et potestates commemorat : *Sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates* (Coloss. 1, 16). Ipse etiam ad Ephesios de virtutibus enarrat, ita inquam : *Supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem* (Ephes. 1, 21). Archangelorum autem et angelorum ostentationibus et nominationibus divinarum voluminum præta referta sunt.

3. Horum quoque novem ordinum superiorum civium significationem novem pretiosi lapides Ezechiel ostendunt. Ubi sub persona principis Tyri super summum illum qui lapsus est angelum, sermones prophætæ planctum dirigitur; ubi dicitur : *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, sardius, topasius, jaspis, chrysolitus, onyx, beryllus, sapphirus, carbunculus, smaragdus* (Ezech. xxviii, 13); quibus lapidibus novem operus idcirco dicitur, quia novem spiritualium officiorum ordinibus, quibus præerat, ornabatur.

4. Sicut ergo de numero diximus, sic etiam de distinctis officiorum gradibus aliqua pandamus. Seraphim igitur, id est, ardentes vel incendentes dicti sunt, quia Dei amore plusquam omnis rationalis creaturæ speciali quadam divini muneris largitione inardescunt; et quanto omnibus creaturis excellent, tanto divini charitatis privilegio Creatori appropiant,

2. Ms. depicti erant. Apud Dacherium, mendose, depicti. Infra, Ms., quadrigam cherubim vidisse..... rosis mystice coniungit... commemorat dicens, sive thronos, sive.

3. Ms., lapides apud Ezechielem... angelum sermonis prophætæ planctus dirigitur; ubi. In Editio deest deest quibus post ordinibus, quod ex Ms. supplēvi.

4. Ms., omnis rationalis creatura. In Impresso erat fiant, pro sint.

6. Interpretantur. Ms., nuncupantur. Et super hos, pro per eos. Deest in Ms. Et in revelatione... defendet eos.

A et in tanto excelstitatis honore sublimati consistunt ut inter se ac Dominum nulli alii spiritus sint.

5. Secundo quoque ordine cherubim inter superiores cives numerantur, cuius ordinis vocabulum scientiæ multitudo interpretatur, quorum intellectus dum Dei contemplatione prope hærendo relicitur, plus omnibus quæ subjacent creaturis intellectualibus scientiæ multitudine dilatatur. Qui enim divini claritatis speculum perspicacius intendunt, ab his abditis creaturarum occulta fieri qualiter possunt?

6. Tertio quoque ordine intellectualium spirituum thronorum agmina constituta sunt, qui *sedes* interpretantur; in his etenim dum speciali munere Dominus sedet, per eos iudicia sua in creaturis omnibus terribiliter et mirabiliter exercet. Hinc per Psalmistam dicitur : *Sediti super thronum, qui iudicas iustitiam* (Psal. ix, 5). Et in revelatiōe Joannis angelus loquitur : *Et qui sedet in throno, defendet eos*.

7. Quarto etiam gradu officiorum cœlestium dominationes consistunt, quæ illorum qui infra scribentur quinque graduum ministeria alta præcellunt; **586** et quanto altis potentiæ magnitudine præponuntur, tanto his cæterorum subjectio per obedientiam exhibetur.

8. Dehinc post illas quinto ordine superiorum civium principatus vocantur, quibus dum his honorum spirituum iam principatus committitur, ad explenda Dei ministeria quæ facere subjecti debeant principantur.

9. Sexto quoque statu in bonis spiritibus potestates sunt ordinati, qui principari diversis potestatibus Domini munere perceperunt; qui per potestatem nequitiam malignorum spirituum refrenant, ne, si plusquam oportet permittuntur, sævitiam exercere vel humanis sensibus inhærere audeant.

10. Septimus gradus spiritualium ministracionum virtutes nominantur, per quos spiritus virtutes, et signa, et mirabilia in hominibus sæpe faciuntur.

11. Octavus ordo est archangeli, id est, summi nuntii vocantur, per quos majora quæque hominibus nuntiantur; et quanto angelis in ordinis summitate excellunt, tanto hominum notitiæ, Domini iussione, excelsiora perferunt.

12. Nonus ministrorum cœlestium ordo angeli sunt nominati, qui minora quæque et communia ex Dei voluntate hominibus nuntiant et suadent.

13. Porro in his sciendum est quod quæcumque nominantur, ex officiorum proprietate, quando ad homines veniunt, sumpsere vocabula; quia illa su-

7. Ms., alta dominatione præcellunt.

8. Omittit Dehinc post illas. Pro ad explenda Dei ministeria, ut erat in Editio, substituit ad explenda Dei ministeria.

9. Ms., sunt ordinatæ, qui principari adversis potestatibus... ne plusquam permittuntur sævitiam.

10. Ministracionum. Ms., dominationum. Et sunt, pro faciuntur.

11. Forte, sunt archangeli, qui et summi nuntii vocantur.

12. Et communia. Ms. omittit.

13. Ms., sciendum est, quæcumque... veniunt,

pernorum civium summa societas propriis nominibus A non indiget. Inde Michael dicitur, id est, *Quis sicut Deus?* eo quod in fine contra eum qui se adversus Deum eriget mittendus destinatur. Et Gabriel, id est, *fortitudo Dei*, ad Zachariam et Mariam virginem missus scribitur, ut qui quod natura negabat futurum esse prædicerat, fortitudo Dei diceretur.

14. Ad Tobiam quoque Raphael, id est, *Medicina Dei*, mittitur; nimirum enim qui divina virtute salutem ferebat, non incongrue medicina Dei nuncupatur. Et quod in singulis, hoc et in gradibus potest esse, ut cum unus alterius officium facit, illius etiam nomine censeatur, sicut dicitur: *Qui facis angelos tuos spiritus* (Psal. ciii, 4); id est, cum vis, spiritus hos omnes angelos, id est, nuntios facis. Et aliquando ex vicinitate aliorum graduum alii graduum officia B assumunt; sicut ex thronorum vicinitate etiam 587 super cherubim sedere Dominum Scripturæ dicunt; sicut et in psalmo scriptum est: *Qui sedes super cherubim, manifestare coram Ephraim* (Psal. lxxix, 2).

15. Sed in illa superna societate, quod in aliquo specialiter habetur, ab omnibus in commune possidet, quia non minus unumquemque reficit quod in alio videt quam quod in semetipso possidet; et cum mittuntur, nunquam ab eorum contemplatione Deus, a quo reficiuntur, abest; non quod illi spiritus ubique pariter possunt esse qui mittuntur, sed quod Dominus, qui ubique est, ab his, qui discurrunt, semper in omni loco sine sui mutatione conspicitur. Unde scribitur: *Millia millium ministrabant ei, et decies centena millia assistebant ei* (Dan. vii, 10).

16. Utrumque enim supernæ potestates pariter faciunt, quia et ministrant, dum mittuntur, et assistunt, dum contemplantur. Aliquando autem qui mittuntur angeli, illis, ad quos veniunt hominibus per se nuntiant, aliquando alios velut subjectos per se ad nuntiandi officium destinant, sicut in Daniele scriptum legitur: *Gabriel, fac istum intelligere sermonem* (Dan. viii, 16), quod ab aliquo, velut superiore, dictum minime dubitatur.

*sumere vocabula dicuntur, quia illa.* Postea Editio: *Et quod in fine sæculi Antichristus contra eum, qui, etc.* Correxì id ex Ms., uti etiam quod in Editio ita sequatur: *Ut qui quod humana natura denegabat futurum.* Superfluum videbatur humana, et abest hæc vox a Ms.

14. *Divina virtute.* Ms., *divina natura*, minus bene. *Pro nuncupatur*, quod ex Ms. sumpsì, impressus liber nuncuparetur. Impressus idem exhibet et quod angelis in singulis, sed omittendum angelis cum Ms. infra, pro vicinitate, Ms. vicinia.

15. *Editus sed illa*, omisso in Ms., in aliquo videt. Et, sine sua mutatione.

16. *Corrupte in Editione, et ministrandum mittuntur.* Ex Ms. etiam correxi sequentia, *velut subjectos per se, etc.* Mallem tamen pro se. In Editione hæc ita erant depravata: *velut subjectos per se ad annuntiandi officium, sicut in Daniele... sermonem, velut superiores dictum, etc.*

CAP. III. N. 1. *Tuæ propositionis.* Satis hinc constaret Isidorum, ut morem alicui gereret, librum de Ordine creaturarum edidisse, quod etiam in fine operis editi clarius exprimitur. Verum Codex Florent., a quo illa peroratio abest, etiam hoc loco longe alio modo orationem concinnat, nempe: *Post*

## CAPUT III.

*De aquis quæ super firmamento sunt.*

1. Verum quoniam de ordine creaturarum sermonem sumpsimus, quod tuæ propositionis continentia comprehenderat, post spiritualem creaturam, de qua paulisper disseruimus, de aquis quæ super firmamento sunt quid auctororum intentio potuit excogitare proferre tentabimus. Cum enim in principio prima die facta fuisset lux, quæ spiritualis creatura facta esse dignoscitur, secunda die firmamentum, quod dividit inter aquas quæ sunt supra firmamentum, et aquas quæ sunt sub firmamento, esse facta: 588 Scriptura testatur; ex quo intelligitur aquas illas quæ supra firmamentum sunt locali spatio esse omni corporali creatura superiores.

2. Quamvis enim in psalmo centesimo quadagesimo octavo post firmamentum, et solem, et lunam, et stellas, aquæ illæ quæ supra cælos sunt posita inveniantur, tamen ut illas omnibus esse corporalibus creaturis ostenderet altiores, iterum excelsarum virtutum, velut habitacula recapitulans, cælos Psalmista his anteponit, dicens: *Laudate eum, cælorum; et aquæ, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini* (Psal. cxlviii, 4).

3. Unde ostenditur post illa spiritualia spatia, qualiæcunque sunt, ubi spirituales, ut diximus, ordines commorantur, quæ cælorum cælos propheta nominat, ante hoc visibile cælum aquas illas, velut initium rerum corporalium, esse constitutas, quas tamen ne quis spirituali jungeret creaturæ, post cælos cælorum, antequam de terra diceret, posuit, paulo post subinferens: *Laudate Dominum de terra, dracones, et omnes abyssi* (Ibid., 7).

4. Ecce has aquas Psalmista super cælos positas dicit, et tamen his cælos cælorum anteponit. Per quod demonstratur inter utrosque cælos esse collocatas, id est, cælis spiritualibus humiliores, et cælis corporalibus superiores; sed tamen corporalibus creaturis pertinere dicendæ sunt, dum in se-

*spiritualem creaturam, de qua paulisper disseruimus, de aquis quæ super firmamentum sunt quid auctororum intentio potuit excogitare proferre tentavimus.* Ex scriptorum vitio tribus tentavimus pro tentabimus, et alibi passim b in v, et contra v in b commutabatur. In Editione erat *fuisse lux*, pro *fuisset lux*. Et mox, *firmamentum, quod dividit, quæ supra sunt firmamentum et aquas.* Quod ex Ms. emendavi. Ex conjectura vero reposui, *locali spatio esse omni creatura corporali superiores.* Nam in Editio erat, *locali spatio ex omni creatura corporali superiores.* In Ms. *locali spatio omni ex corporali creatura esse superiores.* Cæterum de aquis quæ super cælos sunt, agit Isidorus, cap. 14 libri de Natura rerum ex sancto Ambrosio. Sic etiam plura alia, quæ in hoc opere referuntur, partim in libro de Natura rerum, partim in Etymologiis, explanantur.

2. Ms., *inveniantur*; Ed., *inveniuntur*.

3. *Ut diximus.* Ms., *de quibus diximus.* Infra, *dicet, Propheta posuit; post enim subinfertur: Laudate Dominum de terra. Ecce istas aquas Psalmista, etc.*

4. *Dicit.* Edit., *dixit.* Ms., *cælis corporalibus superiores, quæ priores corporalibus creaturis dicendæ sunt.*

candi diei opere factæ supra istud corporeum firmamentum consistunt.

5. Sed quid ibi utilitatis in rerum corporalium usibus agant, bina intentione magistrorum investigatur. Quidam enim illas ad terrarum orbis abolitionem in diluvio, quod sub Noe factum est (sicut Genesios historia narrat) Dei præscientia reservatas aiunt, sicut Scriptura inquit: *Et cataractæ cæli apertæ sunt, et facta est pluvia quadraginta diebus, et quadraginta noctibus (Gen. vii, 11)*. Sed quoniam et nubes, de quibus pluviarum imbres terreni soli fertilitatem irrigant, atque etiam aer, in quo hemisphæria omnia et auræ corripuntur, eælorum nomine per Scripturas divinas sæpe censentur, quemadmodum dicitur: *Et pluit illis manna ad manducandum; et panem cæli dedit eis (Psal. lxxvii, 24)*; et in alio loco: *Dabunt et cæli imbrem, et terra dabit fructum suum (Psal. lxxvi, 7)*; quibusdam doctoribus placet, ex illo inferiore nubium 589 cælo tantarum aquarum abundantiam fuisse diffusam, ut secundum illam consuetudinem, qua per omne tempus agitur, etiam tunc pluviarum copiam nubes effunderent, in quibus tamen cataractas apertas Scriptura commemorat, eo quod plus solito aquarum diffusio immissa fuerat. Cæteri vero easdem aquas supra firmamentum positas idcirco asserunt, ut igneum, qui in luminaribus ardet, et sideribus, calorem temperarent, ne plusquam sufficit, inferiora spatia æstu torrerent.

#### CAPUT IV.

##### De firmamento cæli.

1. Post illas aquas creaturarum corporalium ordine secundo loco videtur esse firmamentum, quod in secunda die, ut supra diximus, factum, inter utrasque dividit aquas; de cuius etiam statu, utrum velut discus terram desuper operiat, an uti testa ovi omnem introclusam creaturam undique cingat, utriusque æstimationis non desunt putatores.

2. Nam et illud quod de hoc Psalmista commemorat, cum dicit: *Extendens cælum sicut pellem (Psal. cii, 22)*, utriusque æstimationis assertionibus non contra facit, quoniam cum animalis carnem cujuscunque sua pellis vestiat, omnia sua membra

5. *Ibi utilitatis. Ms. omittit. Pro abolitionem, Ms. abolitionem, quod fortasse verum est. Idem Ms. omittit sicut Genesios historia narrat. Mox legit, omnia ex ære concipiuntur, cælorum. Editio ita distinguit: Dabunt et cæli imbrem. Et: Terra dabit fructum suum. Ms. Et cæli dabunt imbrem, et terra dabit fructum suum. Locus psalmi indicatus solum habet Terra dedit fructum suum. Priora verba unde sint desumpta, non apparet. Jeremix xiv, 22, ita legitur: Nunquid sunt in sculpilibus gentium qui pluant? aut cæli possunt dare imbres? In una hujus numeri pro ære, Ms. æstate, quod non ita placet.*

CAP. IV. N. 1. *Dividit. Edit., mendose, ut videtur, dividi. Isidorus breviter de firmamento agit lib. xii Etymolog., cap. 4, et lib. de Natura rerum, cap. 43.*

2. *Ms., pellem, utriusque æstimationibus non contra. Et, cameram vestire posse non dubitatur.*

3. *Firmamentum cingat. Editus firmamenti cingat,*

æqualiter undique circumdat; cum vero excisa de carne seorsum extenditur, sive rectam, sive curvam cameram posse facere non dubitatur.

3. Utrum ergo terram desuper, velut extensa pellicis tabernaculum, legat, an sicut animalis membra corio conteguntur, mundi molem undique firmamentum cingat, utrique assertioni non difficulter suffragatur.

4. De hujus quoque firmamenti situ, utrum inane, ac penetrabile, an solidum, ac firmum sit, diversi auctores suas æstimationes, velut quid se ad has deducat, protulerunt. Quorum sententias utilius quam nomina ponere curabo. Eorum enim illi qui firmamentum inane ac penetrabile fieri plus diligunt, ad confirmationem sententiæ suæ omnium elementorum naturas conferunt.

5. Terram etenim omnium creaturarum corporaliū gravissimam esse non minus ostendunt quam dicunt; atque illam idcirco humillimum in creatoris locum tenere aiunt, quia natura aliqua nisi seipsam sufferre non valet. Aquam vero quanto leviores terra videmus, tanto graviores 590 aere deprehendimus. Aer namque sub aqua per se subsistere non valet, sed ad sua spatia, etsi aliqua necessitatis vi alicubi subductus fuerit, statim evadit.

6. Ignis quoque natura supra aerem esse deprehenditur; quod etiam in illo igne, qui in materia terrena ardet, facile comprobatur, quoniam statim ut accensus fuerit, flammam ad superna quæ super aerem sunt spatia, ubi illius est abundantia et locus, C dirigit, sed circumfusione crassioris aeris extinctus, in mollem aerem cito evanescit, ut ad suæ naturæ locum pervenire non possit. In quo tamen ostenditur naturam ignis, qui ascendit, aere esse leviores; sicut aquæ natura, quæ descendit, monstratur esse gravior.

7. Hac ergo ratione etiam firmamenti spatium quod supra ignem est levius ac tenuius putant, quia excelsius his omnibus quæ prædiximus naturis constat. In quo spatio etiam stellarum fulgurantium lucem inæqualem esse idcirco æstimant, quod in illo tam amplo spatio ex illis aliæ longius, aliæ proprius currant; sed hanc putationem qui minus suspiciunt,

sine sensu.

4. *Editio, solidum, an firmum. Et deducatur pro deducat. Postea omittit ponere, et hæc omnia verba: Eorum enim illi qui firmamentum inane ac penetrabile fieri plus diligunt, sine quibus sententia non constaret.*

5. *Seipsam sufferre. Sic Ms., recte. Impressus, seipsa sufferri. Deinde, vi aquis subductis fuerit, statim vadit. Forte aquis subductus fuerit.*

6. *Editio, deprehenditur, etiamque... in materia terræ, et corrupte, terre. Paulo post; fuerit flamma, ad superna... dirigitur, sed... sicut aqua, quæ natura descendi, monstratur esse graviores. Omittit etiam aeris post crassioris, et cito ante evanescit. Locum repositi ex Ms., nisi quod in eo est fieri gravior pro esse gravior.*

7. *Ms., supra igneum est. In ra, penetrabilibus pro penetratis; et vaporositatis pro corporalitate; et fieri pro ibi.*

supra illud aere et igne subtilius, et inanius, et penetratius spatium constare aquas minime posse dicunt; nisi forte, ut illi quos prædiximus aiunt, omni corporalitate tenuiores et subtiliores ibi consistunt.

8. Quibus etiam ab aliis contra respondetur: Quæ unquam, quamvis tenuissima, aquarum vaporalitas quæ firmamento levior esset? Propterea ergo illi alii firmamentum velut aere solidissimo fustum constare solide ac firmiter facilius putant; atque ideo firmamentum nominari existimant, quia tam solida quam inania, tam levia quam gravia, quæ diximus, cuncta spatia intra se concludat, et supra se positas aquas, qualescunque sunt; sustineat. Verum quoniam inter tantos viros de tali et tanta re variatum est, nullius æstimationem alii præponendam censemas, sed ad hos lectorem utrarumque partium arbitros mittimus.

### CAPUT V.

#### De sole et luna.

1. Quia vero in firmamento cæli licet post speciem maris et terræ formata duo luminaria magna, in principio Genesios, Mosaica lex, imo **591** divina Scriptura pronuntiat, non est indecens, si, descendens de supernis, sermo in ordine locali creaturarum solem et lunam statim post firmamentum describat, ita tamen ut in conditionis ordine post terram et mare duo hæc luminaria et stellas cum Scripturæ vocibus animus ponat, quamvis omnia elementa sine tempore facta fideli ratione fides catholica credat.

2. Sol ergo et luna duo luminaria in firmamento cæli instituta sunt. Unum, quod est majus, ut præesset diei; secundum, quod est minus, constitutum est ut præesset nocti. Sed non eandem sui splendoris lucem quam cum in principio creata sunt habuerunt nunc per omne sui ministerii tempus dierum ac noctium decursionibus conservant.

3. Hæc enim dum humanis usibus ministrare a Deo creatore destinata sunt, cum homines inculpabiliter vixissent, et sub Creatoris, quo conditi fuerant, lege perseverarent, etiam sui luminis plenitudine decorato ministrabant; cum vero homines, quibus in ministerio sociata primitus rutilabant, propter transgres-

8. *Quæ unquam, etc.* Hæc in Ms. ita concinnantur, *quæ vaporalitas, quamvis tenuissima aquarum vaporalitas, firmamento, quod igni, qui aere levior est, subtilius, et levius, ac penetrabilibus fieret? Propterea quod ergo illi alii firmamentum.* In Editione erat *ill. alii. Ms. omittit facilius ante putant, et arbitror ante mittimus.*

CAP. V. N. 1. Ms. in principio Genesis, imo divina Scriptura pronuntiat... ratione catholica investigatio credat. De sole et luna Isidorus disserit lib. de Natura rerum, cap. 45 et seqq., et lib. xiii Etymologiar., cap. 3 et seqq.

2. Instituta. Al., constituta; et statutum pro constitutum.

3. Ms., quo conditi sunt lege, perseverassent... primitus rutilabant, post transgressionem. In impresso erat rutilabant, sed in Editione Baluzii nota erat apposita, ex conjectura legendum rutilabant.

tionem dejecti, paradisi beatitudinem amiserunt. ipsa quoque luminaria, quamvis non sua culpa, sui luminis detrimenta non sine suo dolore pertulerunt, sicut Paulus apostolus contestatur, dicens: *Quoniam omnis creatura congemiscit, et dolet usque adhuc* (Rom. viii. 22).

4. Sed quia per Redemptoris adventum humano generi prius beatitudinis in melius restauratio promittitur, etiam creatura suum antiquum decorem acceptura non dubitatur. Unde propheta Isaias de sole specialiter, et luna, illustratus spirituali fame, inquit: *Et erit in die illa, cum ceciderit turris, erit lux lunæ sicut lux solis, et lux solis erit septemplex, sicut lux septem dierum, cum alligaverit Dominus vulnus populi sui, et percussuram plagæ ejus sanaverit* (Isai. xxx. 25 seq.).

5. Cum factum fuerit cælum novum, et terra nova (Apoc. xxi. 1), et non fuerint in memoria priora quæ corruptioni servint (Isai. lxxv. 47), et peccati vulnus et percussuram plagæ mortis in corporibus resurrectorum Dominus sanaverit (Isai. xxx. 6), et superbi spiritus ex imperio quod arripuerant depositi fuerint, tunc lux lunæ in lucem solis mutabitur, et lux solis restaurabitur in lucem septem dierum, quibus conditus fuerat, hoc est, in septuplum suum lumen restaurabitur. Nihil enim restauratur, nisi quod amissum est, aut corruptum; quod igitur sol amisit, et luna, hoc rursus accipiet.

6. Ex quo apparet septimam nunc sui luminis partem luminaria retinere, **592** quam septemplex resument, quando per Habacuc Spiritus sanctus pro futuris præterita ponens, inquit: *Elevabitur sol in ortu suo, et luna stabit in ordine suo.* Cessante namque mutabilitate humani status, cui serviunt, et sui cursus mutabilitas cessabit. Quod enim inquit, *Sol in ortu suo*, hoc indicat quod nunquam inclinabitur in occasu suo; et in eo quod dicitur: *Luna stabit in ordine suo*, hoc insinuat quod mutationes incrementi et decrementi sui non patietur, sed in suo ordine semper stabit.

7. Hoc autem erit, quando, ut Apostolus loquitur, ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei (Rom. viii. 21). Cum enim sancti pro mercede sui laboris, quo Deo servierint, immutati fuerint, et fulserint sicut sol justit-

4. *Antiquum.* Deest hæc vox in Ms. In Editio diversa lectio est, *cum ceciderint turres, et mox dierum, in die qua alligaverit.* In Ms. legitur, *septemplex mutabitur in lucem septem dierum.*

5. *Resurrectorum.* Ita Ms. melius quam *resurrectorum* in Editio. Ex eodem Ms. reposui, et *lux solis restaurabitur in lucem... nihil enim restauratur, etc.* In Ed. deest *restaurabitur, post lux solis, et pro restauratur est restaurabitur.*

6. Ms., *resument, sicut Habacuc inquit: Elevabitur, etc., et detrimenti sui dierum non patietur.* Fortasse indicatur locus Habacuc, cap. ii, 11, ubi Vulgata ait: *Sol et luna steterunt in habitu suo.* Verbo antiqua: *Elevatus est sol, et luna stetit in ordine suo.* Ita etiam legit Gregorius Magnus in Job xxvi, et multi alii a Sabatierio laudati.

7. *Et fulserint, sicut sol justitiæ, cujus est annus perennis.* Ms. omnia hæc omittit.

tie, cujus est sanitas perennis, tunc et ipsi corporeo A  
haic soli pro mercede sui ministerii, quo servituti  
corruptionis subjecta est, in septuplum fulgoris rati-  
lato restituetur.

8. Interim vero quotidianis sui ministerii motibus  
quoties solem sequitur luna, sui incrementa luminis  
auget; quoties autem solem antecedit, detrimonia sui  
splendoris agit. De statu vero lunæ variè putatum  
est: utrum sphaera dimidia sui parte nigra, ac tene-  
brosa, et dimidia parte altera lucida sit, et candida,  
et sic incrementa et decremента agantur, ut cum  
paulatim pars illius lucida ostenditur, eodem modo  
tunc tenebrosa occultatur, similiter quoque dum lu-  
cida vertitur, iterum tenebrosa manifestatur.

9. An sit etiam rotunda radiis solis illuminata, quæ  
quandocumque soli sive ante, sive post appropriat,  
velut in ora radio luminis illucescat; cum autem  
longius ac longius recedere videtur, majus ac majus  
paulatim suum lumen a solis splendore augetur, ut  
cum ad integrum æquiparato orbe facie ad faciem  
soli opposita constiterit, tunc plene in se imaginem  
solis habere possit.

10. De cursibus autem solis ac lunæ, nec temporis,  
ne istius quidem loci est disserere, quod idcirco in  
hoc opusculo negligentius assequor, quoniam et ip-  
sius brevitatis compendiosa non patitur, et in usum  
pene omnibus lectoribus dierum festorum compen-  
diorum gratia conversi sunt.

11. Hæc vero lucis organa nonnulli sensibiles crea-  
turas opinantur, 593 sed quæ dicimus usitatius a ca-  
tholicis auctoribus frequentantur in his ambiguis sen-  
tentiarum æstimationibus. Intendendum est cui plus  
sanctarum Scripturarum auctoritas suffragatur; etsi  
hoc etiam examinandum est, quidnam multitudine ca-  
tholicorum in fidem traxit: diversæ autem æstima-  
tiones, quæ tantidem a catholicis assertæ sunt, et  
quibus utrisque sacri canonis dicta non contra fa-  
ciunt, ad quas æqualiter currant, hæc arbitris lectori-  
bus in ambiguo relinquendæ sunt.

8. Agit. Ms., sustinet. In Editio erat putandum, pro  
putatum, quod ex Ms. repositi, ut post iterum addidi  
tenebrosa, quod ab eodem impresso aberat.

9. Rotunda. Ed., rota. Mox Ms.: Velut minor a ra-  
dio... videtur, magis ac magis paulatim ejus lumen.

10. Loci. Ms. brevitatis.

11. Hoc caput in Ms. Ita desinit: Hæc vero lucis  
organa nonnulli insensibiles creaturas opinantur. Sed  
quæ dicimus, usitatius a catholicis frequentantur. Cla-  
rum videtur legendum sensibiles, hoc est, quæ sen-  
sum boni malive habeant, ut exponitur in Editione  
Baluziana. Isidorus, lib. de Natura rerum, cap. 27,  
ex sancto Augustino excitat hanc quæstionem, utrum  
sidera animam habeant. Quæ opinio veterum quo-  
rumdam fuit, nunc jam penitus contempta est. Cæterum  
ea quæ in impresso antiquo adduntur, valde  
corrupta erant, quæ aliquatenus sanata sunt in  
laudata Baluzii Editione, cujus correctiones se-  
quimur.

CAP. VI. N. 1. Sermone... dicto. Id Ms. omittit. In  
impresso, a cælo firmamento; in Ms., a cælo firma-  
menti, qui etiam omittit fieri.

2. Ms. nec aeris ulla mutationes. In excuso erat,

## CAPUT VI

De spatio superiore, et paradiso cæli.

1. Sermone de firmamento et laminaribus dicto,  
sequitur inane spatium longum, quod a cæli firma-  
mento usque ad terram deducitur, et in duo spatia  
esse divisum, a nonnullis scriptoribus explanatur,  
sed superius spatium ad cælum pertinere dicitur,  
inferius autem terræ fieri conjunctum non du-  
bitatur.

2. Etenim excelsum spatium quod cælo pertinere  
diximus, purissimum, ac subtilissimum, nec nubium  
tumores, nec ventorum inflationes, nec pluviarum  
aut imbrum humiditas conspirationes, nec nivium  
vel grandinum gelidas coagulationes, nec aeris muta-  
tiones, nec tempestatum et tonitruorum fragores,  
sed nec ipsam aerem, qui volantium avium corpora  
et ipsarum nubium spissioreni aeris ipsius molem  
sufferre valuisset, et animantium diversorum vitas  
aeris spiritus reciproca inflatione resciret, atque  
halitu animaret, nec ulla omnino diversorum he-  
misphæriorum perturbationes omnimodis habeat.

3. Sicut Olympi montis altissima terrarum, et ob  
id cæteris incognita hominibus juga conscendentibus,  
comprobatur, et eorum relatione refertur, qui  
aceto humectas spongias ad conservandam aeris spi-  
ritus inflationem 594 et spirationem, ori ac naribus  
circumponentes, anniversaria consuetudine  
(nescio qua superstitione ducti) con-cedunt; et nec  
ibi ullam avem, nec nubem, nec pluviam, nec ven-  
tum aliquem vidisse se confirmant, et consummatis  
sacrificiorum, quorum gratia vadunt, officiis, ibidem  
quædam signa ac notas arenis imprimentes redeunt,  
quas etiam illic post annum iterum ascendentes il-  
lesas atque intemeratas inveniunt.

4. Ex quo perspicue demonstratur nihil ibi per-  
turbati aeris consistere, præsertim cum in eodem  
loco nihil quod pertineat ad virorem herbarum,  
aut arbustorum, reperiri aut videri queat. Sed ta-  
men non ipsum esse de quo superius diximus,  
illud purissimum ac subtilissimum supernum spa-  
tium putandum est, ad quod nulla terra perti-

frangores... avium corporatur, et... aeris spiritus.  
In Editione Baluziana conjicitur corpora tuetur, pro  
corporatur; et aeris spiritus pro aeris spiritus. Hæc  
ultima conjectura ex Ms. comprobatur, in quo pro  
corporatur solum est corpora, et ita procedit sensus.  
D In eodem Ms. erat spissionem, sed retinendum spis-  
sionem; ac melius esset spissionem acere ipso mo-  
lem. De re ipsa confer dicta in Etymologiis, lib. xiii,  
cap. 7.

3. In Impresso: Sicut olim Phrygiæ montis; sed  
advertitur Codicem habere phy pro Phrygiæ, quod  
ex conjectura positum fuit. Noster Ms. veram lectio-  
nem exprimit, sicut Olympi montis. Idem Ms. omittit  
aceto, et addit ori, quod desideratur in Editione,  
et exhibet aeris spiritus pro aeris spiritus, quod est in  
Edito. Postea in Ms. rotas pro notas; et conscen-  
dentes pro ascendentes. De Olympo monte Isido-  
rus, in Etymolog. lib. xiv, cap. 4 et 8, et de Natura  
rerum, cap. 30.

4. Nihil quod, etc. Ms. nihil olerum, quod ad viro-  
rem pertineat, aut arbustorum reperiri, aut videri ne-  
queat. Sed reponendum queat pro nequeat. In eodem  
Ms., permulari pro commorari.

nere, vel accedere potest, sed hic locus ad extrema A In inferioris spatii, hoc est, nebulosi ac bromosi hujus spatii inferioris et vicina illius superioris con- finia pertinet. In quo tamen loco eorum qui carne vestiuntur vita nequaquam potest commorari.

5. Unde perspicuum est illud superius purissimum, tranquillissimumque spatium, de quo paulo ante disseruimus, non carnalium habitationi, neque mortalium rerum usibus esse preparatum. Quapropter plurimi catholicorum auctorum illud spatium primitus angelis qui lapsi sunt cum suo principe asserunt ad habitandum fuisse destinatum, eo quod desuper caelestium angelorum neminem cecidisse arbitrantur, sed caelestis, quandiu in angelica beatitudine fuerant, in quo tamen per tempus non steterant.

6. Quoniam, ut Scriptura inquit, ipse diabolus ab initio mendax est (Joan. VIII, 44), et in veritate non stetit (1 Joan. III, 8), hunc locum habitationis sorte putant percipisse, quem Scriptura pronuntiat para- disum caelestem, quæ sub persona principis Cyri ad summum illum angelum apostatam ita loquitur: *Perfectus de ore in deliciis paradisi Dei fuisti (Ezech. XXXVII, 13).*

7. Quemadmodum enim homines, post peccatum suum, de terreni paradisi felicitate dejecti, in hujus terræ maledictioni obnoxie plagali modo habitatio- nem trasi sunt, ut dum in terra peccaverunt, in de- terioris terræ mansione postea sub pœna delicti vi- verent, ita et angelos, qui aereo, imo etiam ae- ris ipsius puriore, spatio peccasse putantur, in inferio- rem et ipso aere hoc obscuriorem et turbulentiorem locum deturbatos de superni et puri aeris, suæque dignitatis felicissimæ sede, misere et **595** infelici- ter sub expectatione futuri examinis, in quo durius condemnabuntur, vivere æstimant; ut dum aera cor- pora habent, et in aere nunc commorantur, non inconvenienter æstimentur etiam priorem suæ beati- tudinis sedem in aere, sed puriore et subtiliore, pri- dem habuisse.

8. Qui tamen locus, dum cælo firmamenti, ut præ- dixi, pertinet, cæli nomine censetur, sicut Dominus ipse perhibet, dicens: *Vidi Satanam sicut fulgur de cælo cadentem (Luc. X, 18).* Ex ipsius enim loci per- spicua ac pura beatitudine peccati sui merito dejectus,

5. Cod. Ms., *mortalium, corporaliumque rerum. . . eo quod de super caelestibus angelis neminem cecidisse arbitrantur, subcaelestes vero quandiu, etc.*

6. In Editione, post *Dei fuisti*, inepte repetita sunt hæc verba, quæ jam præcesserunt hunc locum habi- tationis sorte putant percipisse.

7. Qui aereo. In Ms., *qui in superiore etiam aeris ipsius puriore spatio. Mox ex eodem Ms. restituti in inferiorem, etc.* Nam in Excuso hæc ita corrupta erant, *in inferiorem deturbati de superni et puri aeris, suæque dignitatis felicissimæ misere, et infelicitate, etc.* Ad verba aerea, seu aera corpora, notatur in Ms.: *Quod dæmones habent aera corpora.* Profecto anti- quissimi theologi ac Patres cor- ora vel omnibus an- gelis, vel certe dæmonibus, assignabant, quorum verba refert Petavius, de Angelis, lib. I, cap. 2, et lib. III, cap. 1.

8. Dum cælo. Al., *dum de cælo.* Paulo post, Ms., *spatii nebulosi aeris hujus infelicem.* In Excuso de- erat nobis, quod ex Ms. sumpsit, uti etiam tenebra-

rum harum, cum in Editione esset *harum tenebrarum.* Vox *bromosus*, quam retinui, scribi etiam potest *bromosus*, et ex Græco idiomate significat *foetidum, graveolentem* apud Cælium Aurelianium.

9. Id putatores. Ita Ms. Editio minus bene, *id est putatores.* Postea Ms., *cras necum eris, pro hodie mecum eris.* Sed retinenda lectio Vulgatæ, a qua non discrepat versio antiqua, neque multi alii Patres, qui ea verba usurparunt; quæ quo pacto intelligenda sint, facile interpretes expediunt.

10. Præpollente. Al., *pollente.*

11. Præstrinximus. Hoc loco desinit in Ms. hoc cap- itul. Forte, *non attribuamus.* Ex conjectura in Edi- tione Baluziana adduntur voces *labores, et æstimationes*, quæ in veteri desiderantur, Suspecta quoque est vox *consapientium.*

11. Hæc non confirmantium, sed æstimantium sensibus perstrinximus, præsertim cum et ipsam æstimandi de talibus perspicaciam nobis ipsis non attribuimus. Cum enim necessitas exegerit harum omnium **596** putationum auctores in medium ad- ducere poterimus, quibus aut fides aut dubitatio ascribi poterit; quorum referendo potius quam de- fendendo (opinionem) laboramus, nos enim alterius forte melioris, si adsit, assertioni, cui plus vel Scri- pturæ exempla, vel catholicorum consapientium (æstimationes) suffragaverint, concordiam sabre- parati sumus. Sed de superiore spatio his utcumque explanatis, ad subsequentia festinemus.

## CAPUT VII.

### De spatio inferiori, et hemisphæris diversis.

1. Dehinc inferius spatium aer vocatur, quem ter- ra sociari diximus, et a quo universæ carnis, quæ

rum harum, cum in Editione esset *harum tenebrarum.* Vox *bromosus*, quam retinui, scribi etiam potest *bromosus*, et ex Græco idiomate significat *foetidum, graveolentem* apud Cælium Aurelianium.

9. Id putatores. Ita Ms. Editio minus bene, *id est putatores.* Postea Ms., *cras necum eris, pro hodie mecum eris.* Sed retinenda lectio Vulgatæ, a qua non discrepat versio antiqua, neque multi alii Patres, qui ea verba usurparunt; quæ quo pacto intelligenda sint, facile interpretes expediunt.

10. Præpollente. Al., *pollente.*

11. Præstrinximus. Hoc loco desinit in Ms. hoc cap- itul. Forte, *non attribuamus.* Ex conjectura in Edi- tione Baluziana adduntur voces *labores, et æstimationes*, quæ in veteri desiderantur, Suspecta quoque est vox *consapientium.*

CAP. VII. N. 1. Versatur. Crederem, reponendum recitur. Infra, Ms., *quæ ad superius cælum pertinet.* Pro qui faciunt ad marginem Editionis veteris talis lectio notatur *quæ faciunt.*



in terra aere versatur, vitam adjuvari, et contineri in nobis, et per nos comprobamus. Qui et aliquando etiam terræ per Scripturas nomine vocatur; sicut per Psalmistam dicitur, cum in Domini creatoris laudem ordine summo cunctæ creaturæ incitantur, et cum consummatis his quæ ad superiorem cœlorum ordinem pertinent, ad hæc aeris spatia pervenitur, taliter subinfertur: *Laudate Dominum de terra, dracones, et omnes abyssi; ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, qui faciunt verbum ejus (Psal. CXLVIII, 7).*

2. Hucusque enim in aere sermo est qui terræ nomine vocatur; postmodum namque de humo et inferioris terræ naturis Scripturæ vocibus imperatur: *Montes, et omnes colles; ligna fructifera, et omnes cedri (Psal. CXLVIII, 9).* Idcirco autem aer terræ vocabulum sæpe sortitur, quia crassitudine et velut soliditate quam in se habet volantium avium, quamvis maximarum, corpora sustentantur, quæ velut pisces pene aquatilia marinorum fluctuum recondita natando petrant, sic volucres aëria spatia volando pertransant.

3. Cuncta etenim quæ aqua præstat ad conservandum vitam aquatilibus, hæc, aer facit volatilibus, quoniam sicut reciproco halitu avium, et omnium quæ in aere vivunt, vita alitur et conservatur, ita eorum quæ in aquis degunt inspirandi expirandique tractu per aquam vitalis motus reficitur.

4. Unde cum in aerem trahuntur, quia lymphaticum spiramentum non habent, cito deficiunt; sicut et ea quæ in aere vivunt, cum ab eis aer excluditur, ultra vivere non possunt. Sicut autem illa aeris soliditate volatilia, ut dixi, corpora fulciuntur, ita ipsa eadem terrenam, quam in se habet, crassitudinem, propter quam et terræ vocabulum sæpe sortitur, **597** tumida nubium moles sustentatur, et per illam soliditatem aeris crassitudo, nives, et grandines, et glaciem, adnitente vi frigoris parit, quando ita efficitur.

5. Nam hoc aeris spatium suæ naturæ insitum habet, ut fumali levitate vapores aquarum de terra et maris specie contrahat et colligat, quos in sublime elevans, quando minutissimis guttis consistunt, conglobatis in se nubibus, ipse per semetipsum aer suspendit. Sed cum, vexante vento, illæ guttulæ in majores stillas coeunt, aeris amplius natura non ferente, pluvialiter imbres ad terram delapsi cadunt.

2. Ms., *hic aer terræ... quæve velut pisces, et omnia pene aquatilia.* In Excuso deest aëria ante spatia, quod ex Ms. restitui.

2. Degunt, etc. Al., *degunt in spirandi respirandique tractu.* Et mox volantia, ut dixi... eadem terrena quam in se habet crassitudine... nubium mole sustentantur... soliditatem aëria crassitudo... parit, quod ita efficitur.

5. Specie. Ms. *facie.* Paulo post, *elevans a terra, quandiu in minutissimis.* Pro conglobatis, Editio non globatis, quod sensui repugnat, et ex Ms. rejicitur.

6. Ms., *quas prædixi... arripuerit, in grandinis lapillos coagulatas frigoris violentia constringit.* In Impresso erat *frigoris vi violentia.*

6. Si vero ipsas, quas prædiximus, stillas vento in majusculas moles coagitante collatas, antequam deorsum pluant, gelu in nubibus arripuerit, lapillos coagulatos frigoris violentia constringit. Si autem paulo remissiones necdum densatos vapores in guttas, id est, gelu, prævenierit, in visis speciem magna vis frigoris eisdem transmittit, et quod in se suspensa altius nebula taliter nutrit, non suffere aere, ac vento dispergente, ad terram dimittit.

7. Sicut de hoc eodem Psalmista commemorans, de Domino dicit: *Qui dat nivem velut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum sicut buccellas; ante faciem frigoris ejus quis sustinebit (Psal. CXLVII, 5)?* Et ut ostenderet, sive in terra, sive in nubibus, nives in aquas iterum resolvi consuescere, paulo post subjungit, dicens: *Emittet verbum suum, et liquefaciet ea; stabit spiritus ejus, et fluent aquæ (Ibid., 7).*

8. Ut autem perspicuum sit ipsas aquas hoc modo in nubibus suspendi, in libro sancti Job scriptum videtur: *Qui suspendit aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum (Job xxvi, 8).* Attamen illas aer aquas ad terram et ad mare demittit, quas ex iisdem inferioribus partibus ante sustulit. Et quamvis de salsa pelagi latitudine eas traxerit pluvialis conceptio, per aërem indulcescit. Quemadmodum cum salsa de profundo maris unda propinata per humum terræ infunditur (sicut nautis est frequens consuetudo) in dulcis aquæ saporem statim mutatur. Commutatione vero aeris ventos, et vehementiore concitatione ignes etiam ac tonitrua, occultis imperiis, per angelos, quibus visitabilis regitur mundus, sicut et cætera, conditor facit.

9. Nonnulli vero de effectu tonitru illud intendunt, quod cum circa aerem duorum elementorum, hoc est, ignis et aquæ, sunt spatia, unum **598** superius, sicut diximus, et unum inferius, et tamen aeris natura utraque in se trahit, id est, aquam vaporaliter de imis, et ignem caumaliter de supernis, ipsa duo contraria sibi elementa colligunt.

10. Impossibile namque est absque humidis nubibus et fulgoribus tonitrua moveri, sicut intuentium oculis perspicue patet; in quo conflictu ignis et aquæ confusi sonitus horribilesque fragores suscitantur; et si ignis victor fuerit, terræ atque arborum fructibus non mediocriter nocet; si vero aqua vicerit, frugiferam vim, tam in arboribus quam in his quæ olerum diversis speciebus nascuntur, non perdit.

11. Illo enim præcipue tempore tonitrua sonant,

7. Cod. ms., *nivem sicut lanam... crystallum suam sicut... in aquas tantum resolvi.*

8. In Editione, ad marginem, notatur diversa lectio *ligat, pro suspendit.* In eadem omittitur *aquas post illas aer, et scribitur dimittit.* Postea Ms., *quemadmodum et cum salsa profundo maris.*

9. Cod. ms., *inferius, attamen aeris caumaliter de superioribus.* Et omittit *contraria.* Ad marginem Excusi notatur, *caumaliter esse ex caumate.* A cauma, vel caumate dictum *caumaliter* docet Isidorus Etymolog. lib. xix, cap. 6, n. 6.

10. *Frugiferam.* Ms., *fructiferam.*

11. *Sunt.* Editio *fiunt.* Pro *decrementa* Ms. *detrimenta.*

quo arborum et terrarum fruges in ostensione adhuc sunt, priusquam maturescere incipiant. Per creaturas enim aliarum creaturarum incrementa aut decrementa Domini conditoris imperio gubernantur.

## CAPUT VIII.

*De diabolo et natura dæmoniorum.*

1. In hac autem turbulenta ac nebulosa aeris hujus mansione de sublimi felicitate, ut diximus, angeli repulsi cum suo principe commorantur. Sed ille princeps *Satanas et diabolus* nominatur, reliqui vero spiritus ipsius principis ministri, qui prius angeli fuerant, nunc dæmones vocantur. Quemadmodum etenim merita, sic et nomina mutaverunt et loca; sed tamen et nunc per Scripturas antiquo vocabulo, eo quod isti nequitiae sunt nuntii, sicut boni spiritus sunt nuntii iustitiae, sæpe angeli vocantur.

2. Sicut in Evangelio scriptum legitur: *Quem præparavit Pater meus diabolo et angelis ejus* (Math. xv, 41). Et Apostolus ait: *Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanae, qui me colaphisat* (II Cor. xii, 7). Sed has etiam sedes usque in iudicii tempus sub expectatione terribilis Domini adventus, non sine timore ac tremore, licet infructuoso, interim possident; sicut apostolica dicta, perhibent, quibus dicitur: *Nam et dæmones timent, et contremiscunt* (Jac. ii, 19). Et ut manifestum sit quod sub expectatione temporis, in quo dulus indicabuntur, vel potius perdentur, hunc locum aeris habebant spiritus immundi, qui in praesentia Salvatoris clamabant: *Quid nobis, et tibi, Jesu filii Dei? venisti huc perdere nos ante tempus* (Luc. iv, 34)?

3. In adventu namque æterni iudicis (quando communis sanctorum omnium oratio complenda est, dicentium: *Fiat voluntas tua et in terra, 599 sicut in caelo* [Math. vi, 10]) ad tenebras exteriores servi inutilis eicientur, cum Dominus adversarios, sicut repulsi humo, sic expellet caelo, quibus æterni ignis (sicut Dominus ipse testatur) a Patre irremediabiliter præparata est poena (Math. xxv, 41).

4. Qui ideo nec remissionem, nec redemptionem recipere mereantur, quia de sublimissimo ordinis statu ceciderunt, ac propterea nihil aliud in quod iterum, dimisso peccato, vocarentur habuerunt, dum omnem suam beatitudinem, in qua constituti sunt, transgres-

sione naturalis boni, quod erant, et dominicam legis, in qua conditi sunt, polluerunt; propter quod nec poenitere desiderant, nec etiam, si poenitissent, veniam recipere omnino possent.

5. Quoniam humanum genus a suo conditore redemptionem idcirco promeruit accipere, quia de inferiore sui ordinis gradu corruit; cum enim esset adhuc in paradiso terreno positus, generandi officio destinatus, ciborumque esui deputatus, immutationem meliorem, sublimioremque, et spirituales vitam sine morte reciperet, si quando in hac conversatione positus esset, in mandati custodia homo permaneret.

6. Clementia ergo Conditoris ad illum statum ad quem peccans adhuc non pervenerat per passionem Domini revocatur, quem, si inde cecidisset, sicut angelus, nunquam iterum revocaret, quoniam non ad illum gradum, vel ordinem, unde primus homo ceciderat, sed ad alium sublimiorem, quem speravit, restitutio fiet, dicens Dominus: *Erunt, sicut angeli in caelo* (Math. xxii, 30; Marc. xii, 25). Scilicet, quia non sicut homines in paradiso; in illam enim mortalitatem, quæ generandæ proli et ciborum esui deputata pro tempore est, quamvis redempti, homines redire non poterunt; sed post mortem resurgentes spiritualibus corporibus non crescendo, non senescendo, non moriendo, angelicæ felicitatis consortes erunt.

7. Tempus vero diabolicæ transgressionis si requiritur, ante tempus visibilium rerum diaboli peccatum fuisse originaliter deprehenditur; omnia enim quæ facta sunt simul et sine tempore facta fuisse Scriptura docet, quæ dicit: *Qui vivit in æternum, creavit omnia simul* (Eccli. xviii, 1). In quibus omnibus etiam infernalis ille ignis æternus, de quo Dominus dicit: *Ita in ignem æternum, quem præparavit Pater meus diabolo et angelis ejus* (Math. xxv, 41) 600 simul factus fuisse minime dubitatur. In eo enim quod dicit, creavit omnia simul, nihil non factum in omnibus creatoris reliquit.

8. Cui ergo carcer in illa creaturarum conditione præparatus est, illius peccatum originaliter ipsas creaturas præcessit; nequaquam enim adhuc innocenti poenam Dominus præparasset, si non illius

CAP. VIII. N. 1. Ms., prædiximus pro diximus; et dicuntur pro vocantur. Et, per Scripturas sive antiquo vocabulo, sive quod.

2. In Editione ad marginem diversa appingitur scriptura qui paratus pro quem præparavit, etc. Et credunt pro timent. Cod. ms., hunc locum habitant, omisso aeris; et exclamabant pro clamabant.

3. Ex Ms. reposui iudicis, quod desideratur in Editione. Paulo post. Ms., tua, sicut in caelo, et in terra, et in tenebras. Impressus, sicut repulsi e caelo, sic expulsi humo, quibus.

4. Merentur. Ms., merentur, nec possent, et pro diversa scriptura, nec poeant. Pro iterum, in eodem Ms., varia lectio est tantum. In eodem est revocarentur, pro vocarentur; et propietera, pro propter quod. Ex Ms. vero scripaj in quod iterum, pro in quid iterum, quod Editio exhibebat.

5. Quoniam, etc. Ms.: Humanum autem genus, etc.

D Omisi in, quod Editos collocat inter immutationem et meliorem.

6. Ms., ad quem peccans pervenerat. Sententia aliud exigit, etsi paulo post in eodem Ms. legitur ceciderat, vel ad alium, quod cum primis verbis cohæret. Idem Ms., restitutio fiet dicente... in illam enim immortalitatem... non potuerunt, sed.

7. Codex Ms., si requiratur, ante omne tempus. Et infra, nihil non simul factum in omnibus. An senserit Isidorus, angelorum creationem longe aliarum creaturarum creationi præcessisse, vide not. ad lib. i Sentent., cap. 10, n. 3, quo in capto multa de angelis bonis et malis discutiuntur.

8. Præparatam. Ms., paratam. Et mox, fecit, quæ illum peccare præcivit, et cum ejus percuto pariter damnationis ejus poenam, qua servus cruciaretur, effecti.

delictum præparatam poenam præcessisset. Sed et hoc etiam sine tempore fecit, qui damnationis ejus poenam, qua servus fugitivus eruciaretur, effecit.

9. Iste autem angelus cum a Conditoris beatitudine recessit, omne suæ naturæ bonum, quod in conditione sua habuit, totum amisit; sed sibi metipsum malus, Deo semper bonus perseverat, dum obediens dominicæ jussioni, quamvis non sponte, propter potentiam Dei tamen obtemperat. Ex omni enim naturæ bono quod habuit hoc nunc tantummodo habet, quod Deo creatori ad cuncta obedit imperata.

10. Sed hoc bonum non in diabolo et ministris ejus bonum est, qui idcirco obediunt, quia non obedire non possunt; sed hæc eorum obedientia in Deo bona est, cujus bonæ quidem voluntati invita diaboli mala voluntas, cum bene operari præcipitur, resistere non potest. Sed plerumque accidit ut cum Dei bona voluntate aliquid facere imperatur, ipsius mala voluntas in hoc eodem opere pascatur. Quemadmodum ad decipiendum Achab, implissimum regem, idololatram scilicet, et prophetarum persecutorem, cum, a Domino missus, in quo deciperet interrogaretur, non solum se sponte paratum ad hæc opus obtulit, sed etiam quasi consilio illud efficeret indicavit, ac respondit: *Vadam, et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. Et Dominus dicit: Vade, et fac ita, et decipies Achab (II Par. xviii, 21).*

11. Valde enim conveperat ut qui veros Domini prophetas neci dedisset, pseudoprophetarum falsiloquio seductus et deceptus periret. Ecce promptissime diabolus sua mala voluntate cito ad istud decipiendi impii officium semetipsum obtulit, sed nisi a Domino permisus fuisset, hoc facere non potuisset; in qua re bona Dei voluntas sanctorum prophetarum justam vindictam exercuit, sed malus minister in interitu impii et peccatoris malam suam voluntatem cibavit.

12. Sed nec in hominibus, nec in rebus quæ hominibus subdita sunt, aliquid absque Dei permissione facere valet, sicut evangelica veritas perhibet, qua refertur: *Si nos ejicis, mitte nos in gregem porcorum (Matth. viii, 31)*. Sicut enim in illis hominibus a quibus expellebatur contra Domini præceptum ultra permanere non potuit, sic et in porcos absque ejus introire permissione non potuisse se ostendit.

13. Quod in beato Job et in rebus quas possidebat

10. Ms., et dixit Dominus: *Vade.*

11. *Dedisset*, etc. Ita Ms. Editio, *dedisset, per prophetarum falsiloquia seductus, deceptus periret. Pro diabolus, in Ms., est demon.; pro potuisset, in Impresso, potuit.*

12. Editio, *sed nec his, quæ hominibus subdita sunt. Pro sicut... refertur, Ms. sicut Evangelista dicit.*

13. Cod. ms., *nihil esse probatur... nonne tu vallasti eum, ac domum, omnemque. Omittit cum suarum rerum damna comperisset (in Impresso, comperiasset); et, si nomen Domini benedictum. Pro nequitia, posuit nequitia.*

14. Editio: *Non Job dixit. Infra Ms., cognovit pro sciebat; et in eodem ministerio in rebus adversarii. Pro probationis dispensatione, Impressus, mendose, probationis aut Job dispensatione. In Editione Balu-*

et amiserat similiter manifestatur. In quibus inimici nequitia absque Conditoris permissione nihil egisse probatur, sicut dicitur: *Nonne vallasti eum, ac domum ejus, omnemque substantiam ejus (Job i, 10)?* Et cum a Domino maligni hostis potestati ejus substantia permittitur, ita subinfertur: *Ecce universa quam habet in manu tua sunt; veruntamen in eum ne extendas manum tuam (Job i, 12)*. Et hæc ita esse sentiens Job, cum suarum rerum damna comperisset, ita respondit: *Dominus dedit, Dominus abstulit. Quomodo voluit, Dominus fecit: sit nomen Domini benedictum (Job i, 21)*.

14. Non dixit: *Dominus dedit, diabolus abstulit*; certissime enim absque Dei permissione in rebus aut hominibus nihil omnino facere posse adversarium sciebat. Sed sæpe, ut dixi, in eodem ministerio et ejus adversarii prava voluntas per se pascitur, et Domini benevolentia, aut justæ vindictæ, aut fructuosæ probationis dispensatione ministratur; sub qua bifaria bonæ et malæ voluntatis distributione et malos per vindictas trucidant, et bonos per tentamenta probant.

15. Ad hoc namque ipsorum, quando in hoc aere adhuc libere volitant, usque ad tempus extremi iudicii poena a Domino differtur, ut pravi ex hominibus eorum consortes et sceleris et punitionis appareant, et boni per tribulationes eorum ab his irrogatas probati manifesti fiant.

16. At vero improbi et impuri spiritus, vagi et subtiles, animo passibiles sunt, et aereis corporibus induti, nunquam senescunt, et cum hominibus inimicitias exercentes, superbia tument. Fallaces atque in fraude callidi hominum sensus commovent, terroremque mortalibus inferentes, inquietudinibus somniorum, et morbis, et distortionem membrorum vitam turbant, præstigia atque oracula fingentes, regentesque sortem, cupidinem illiciti amoris et cupiditates humanis cordibus infundunt; et verisimilia mentientes, in honorum etiam angelorum habitam et lucem se transformant.

602 17. Et quemadmodum nequitia, ita et potestatum gradibus distant. Et sicut nunc boni spiritus, hoc est, perfecti angeli, impassibiliter aera penetrant, ita et hi, si non peccassent, ea quæ nunc passibiliter loca possident, subjecta sibi, si feliciter et beate viderent, hæc eadem haberent.

ziana nota erat, legendum, ut in Job. Nostrum exemplar ms. liem dirimit; ex quo pariter restituitur per vindictas, cum in Editione legatur post vindictas.

15. Ut pravi. Editi, ut et reprobi; in qua etiam erat sparcitiæ pro punitionis; et eorum pro eorum ad his.

16. Sequor conjecturam Editionis Baluzianæ, hominum sensus pro homines sensus, quod Editio vetus exhibet, neque aliud noster Codex indicat; in quo est distentione pro distortionem; et ex quo restituo sortem, pro solites, ut olim editum fuit, cum conjectura, ad marg., forte, soli res. In Baluziana Editione hæc conjectura rejicitur, quia res nostræ minime a dæmonibus, et quæ dem solis, reguntur; sed nihil proponitur quo locus corruptus sanetur.

17. Ms., ita et potestate gradibus distanti.

18. Et hi etiam quando sua nomina proferunt, ex officii nequitia et potestatibus vocabula sibi assumunt, quemadmodum cum a Domino de suo nomine in regione Gerasenorum adversarius interrogatus fuisset, respondens, inquit: *Legio mihi nomen est, quia multi sumus* (Marc. v, 9). Unde manifestum est, non proprii nominis, quod non habuit, sed sui gradus ac potestatis vocabulum protulisse; et requirenti Domino, quia aliter loqui non potuit, de semetipso quod erat verum indicasse.

### CAPUT IX.

#### De natura aquarum et cursu Oceani.

1. Post aeris spatia cum suis habitatoribus cursa, nunc ad aquæ elementum, quod inter aerem et terram constitutum est, intentio dirigitur: cujus congregatio, sicut Genesios scriptura declarat, mare vocatur, cum dicitur: *Et congregationes aquarum appellavit maria* (Gen. 1, 10). Quarum ea pars quæ per fontes, et flumina, et stagna, terris interfunditur dulcedinem habet, ut et sitientibus animalibus potamenti, et cæterorum usuum solatia præberet, et alendis fructibus terram fecundius irrigaret.

2. Propter quod et imbres, qui a nubibus cribrati per aerem defluunt, ut aptius ad frugiferam vim, et sedandam sitim, sicut ante diximus, subvenirent, sapidi fiunt. Ea vero pars immutata aquarum, quæ per magna terrarum spatia dilatatur, et aquæ ipsius fines occultantur, salsuginem et acriorem saporem insitum sibi naturaliter tenet, ut convenienter humanis utilis fructus, quos sapidi liquoris non haberet unda, utilius nutrirer.

603 3. Sed utrum sapidum an salum saporem naturalius, an æqualiter utrumque, aquæ habeant, pro certo Deus viderit; quamvis et plerique salsuginem

18. Ms., quemadmodum a Domino de nomine suo adversarius interrogatus dixit, Legio, etc.

CAP. IX. N. 1. Usuum. In Impresso erat usum, quod ex conjectura correxi. Verum in Ms., longe diverso modo hæc periodus procedit. Nunc de aqua, quæ inter aerem et terram constituta est, cujus congregatio mare dicitur, unde in Genesi: Et congregationes aquarum appellavit maria. Quarum ea pars quæ super fontes et flumina terris interfunditur dulcedinem habet, ut et animalibus potum præberet, et alendis fructibus terram fecundius irrigaret.

2. Et imbres, qui a nubibus. Ita Ms. In Editione corrupte, propter quod quide nubibus; et ad marg. forte, quidem, pro quide. Pro frugiferam, Ms. fructiferam. Editio immutata aquarum congregatio, quæ per magna. Cod. ms. omittit congregatio. In Editione Baluziana pro immutata conjicitur indigitata, vel nominata, et pro aquæ ipsius fines, quod obscurum videtur, a qua ipsius (nempe terræ) fines. In Ms., et aquæ ipsius fines occultatur. Et ipsius quidem non videtur referendum ad terram; non etenim præcessit terra, sed terrarum spatia; neque fines terræ aqua occultantur. Neque vero est cur mutemus vocem immutata, quæ idem sonat ac mutata, sicut immuto et muto idem significant. Postea omitti potest, cum nostro Ms., ut convenienter, usque ad nutrirer.

3. Ms., saporem naturales, an æqualiter omnes aquæ habeant, Deus vidit, quamvis... per humum diffusa dulcescit... dum alterutro in utrumque potest refundi. Reposuit difficilis pro difficilis.

4. Fructibus. Magis usitatum est fretis. Cod. ms.,

A naturalem esse aquarum saporem putant, dulciorem vero terræ aut aeris natura condiri aestimant; sed tamen quemadmodum salsa aqua per humum perflum dulcescit, ita et dulcis aqua per marinorum olusum cineres infusa salsi protius saporis fit; unde uterque sapor naturalis esse suo modo non est difficile credi, dum ab alterutro in alterum uterque potest refundi.

4. Maris vero fretibus crebro terrarum spatia distinguuntur, ut et gentium terminos intercluderet, et munificentia suorum fluctuum omnes provincias diversorum populorum ditaret, et inter omnes patrias cuncta commutata invicem commercia necessaria ministraret. Quantam vero concordantiam cum luna cursibus inundatione et recessu Oceanum habeat, insipientibus diligenterque animadvertentibus perspicue patet, qui quotidie ad terram bis venire ac recedere per horas viginti quatuor indesinenter videtur, cujus cursus tota convenientia in ledonis et malinæ divisus vicissitudines partiatur

5. Sed ledonis assisa sex semper horas incrementi sui immutata consuetudine complet, et per totidem horas ipsa spatia quæ texerat reteggit. Malinæ autem assisa quinque horas suæ inundationis agit, et per septem horas ejusdem recessu ea littora quæ compleverat vacua reddit; quæ tantam concordiam cum luna videtur habere, ut in ejus medio semper luna nascatur, quæ per septem dies, et duodecim horas, et quartam diei partem, diligenti exploratione perseverare videtur.

6. Et ita fit ut cum iterum luna plena minuitur, etiam malina rursus 604 tenebrosa dimidiatur; interpositis vero spatii ledo deprehenditur, qui nec plenilunium, nec nascentis lunæ initia unquam adire

minus bene, fluctibus, et mox fructuum, pro fluctuum. Postea pro inundatione fortasse scribendum in inundatione, nisi quod num. seq. recurrit inundationis, in Ms., in cessione (quod obscure exaratum est) et recursu; id clare legitur. Pergit Ms., Oceanus habent, quod animadvertentibus perspicue patet, qui quotidie convenientia in ledonis et malinæ divisus vicissitudines partiatur. In Editione veteri ad vocem ledonis notatur maris æstuatio; ad vocem malinæ, Oceani incrementum, æstus. In Codice nostro hæc est nota: Papp. (forte Papias): Ledona, cum est magis decrescens. Pap. Malina, id est, æstus magis crescens. Ledo, ledonis apud scriptores medii ævi est maris æstuatio; malina, malinæ, accessus maris, sicut liduna recessus. Vide opus de Mirabilibus sacre Sc. ipturæ, inter appendices sancti Augustini, lib. 1, cap. 7, ubi tota hæc doctrina, adhibitis verbis ledonis et malinæ, exponitur, et Marcellum Empiricum, cap. 36, a mod. in Glossario Isidoriano est ledo, non malina. Duceaugius multa affert de utroque hoc nomine, et testimonia undique congerit.

5. Pro assisa Ms. bis, ad fisa cum nota, esse fisa a fido, fidis, et fidens. Duceaugius, verbo Assisa, nihil fere habet, quod huic loco possit accommodari. Videtur autem assisa accipi pro inundatione et fluxu.

6. Initia unquam adire. Ita Ms. Editio, mendosa, initia, in quam adire. Pro numerentur, Ms. impertuntur. Quod Oceani reciprocos æstus ex lunæ augmento et decremento originem trahat, ex sancti Ambrosii opinione docet Isidorus, de Nat. rer., cap. 40.

cernitur, et per hanc vicissitudinem efficitur ut per omnem communem annum xxiv malinæ et totidem ledones numerentur; in embolismo autem viginti sex malinæ, et ejusdem numeri ledones inveniuntur, quia per omnia cum lunæ cursu inseparabiliter maribus comitatur.

7. Quatuor vero ex his, hoc est, temporum, quatuor medæ, duæ scilicet æquinoctiales ualinæ, et aliæ duæ, cum aut dies aut nox incrementi et decrementi sui finem faciunt, solito validiores, sicut oculis probare licet, ad inundationem altiores fieri videntur, et majora littorum spatia reterege cernuntur. Et quoniam impossibile est ut non aliqua, licet nobis incognita, spatia deserat, quando perstrarum terrarum solui exundat, sicut eadem loca a nobis recedens implet, ut nostra assisa ibi sit recessa, et nostra recessa ibi sit assisa, dimidium maris ministerium ignorare fateri compellimur.

8. Sed in hoc et multis similibus nihil nostræ scientiæ conceditur, nisi Creatoris potentiam atque immensitatem elamare, qui omnia in numero, pondere et mensura disposuit (Sap. xi, 21). Et interim cum insigni Gentium magistro dicere: *Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, tunc cognoscam, sicut et cognovimus sum (I Cor. xiii, 9).*

9. Ex hoc autem lymphatico elemento piscium et avium, hoc est, omnium aquatilium et volatilium diversa genera facta fuisse Geneseos scripturâ pronuntiat. Sed piscium, id est, omnium quæ in aquis vivunt animantium, clm esse genera philosophi qui de rerum naturis ratiocinantur enumerant, quem numerum apostolica sagena velut ex omni genere piscium congregans contraxerat.

10. Aves vero utrum et ipsæ hunc suorum numerum generum habeant, an majorem, an minorem, etsi sint aliqui qui æstiment, tamen quia grandi hoc auctoritate firmare non possunt, nec sequendi, nec respuendi sunt; sed cum de aqua omnium avium origo processerit, unde tam diversæ earum consuetudines manendi, seu vivendi, seu natandi existerint, ut aliæ in salis undis semper supernatis, et victum habeant; aliæ in dulcium aquarum stagnis et fluminibus commorentur? Aliæ in terra sine 605 ulla natandi consuetudine Jegunt, quarum aliæ in

7. *Æquinoctiales malinæ, et aliæ duæ.* Sic reposui ex Ms.; nam Impresus sine ullo sensu æquinoctialis, malinæ duæ. Deinde Ms., *probari licet hac adundatione altiores.* Et *cingere, pro reterege.* In Editio erat, *ut num assisa ibi sit recessa, et an recessa ibi sit assisa.* In Ms., bis, *nostra ad assa.*

8. Ms., *nihil aliud nostræ... in numero, et mensura, et pondere disposuit.*

9. De numero generum clm piscium, et mysteriis quæ inde Augustinus et alii colligunt, videndus noster Isidorus in libro de Numeris, quem antea nondum excusum edidi tom. V. pag. 247.

10. Ms. *vivendi, seu volandi, seu natandi.* Omittit semper. In Excuso campanis pro *campis, et sublevet, et penetrant, quæ duo retineri possunt, si pro degant substituatur degant.*

11. *Nisi forte.* Ms. his duobus verbis omisis

A campis, aliæ in silvis, aliæ in montibus, aliæ in palustribus locis fieri consuescunt. Alias ad volandum penna non sublevat, aliæ ita excelsa ac remota aeris spatia volando penetrant, ut æstatis tempore etiam nivem de altissimis nubibus suis pennis deserant.

11. Nisi forte has tam diversissimas consuetudines originis, quamvis de aqua, diversitas conditionis in omnibus avibus efficit, ut ex his aliæ de salsa unda, aliæ ex dulci aqua, aliæ de herbarum rore, aliæ ex arborum constillatione, aliæ ex paludum humore, aliæ ex montium confluxione, aliæ ex aeris vapore, aliæ ex altissimarum nubium fluida conspiratione conditæ sint, atque illud earum unaquæque naturaliter quod suæ conditionis origini pertineret assuesceret, ut ibi et inde quæque avis viveret, unde prius B ut esset habuisset.

## CAPUT X.

*De paradiso.*

1. Et quoniam post aquas terra in elementorum ordine statuta est, primum de paradiso dicemus, ubi primorum hominum habitatio exstiterat; quamvis commemorandi loco sermo ponendus sit, de quo plurimorum diversæ sententiæ prolatae sunt, utrum ipsa immortalis vita, qua homines ante peccatum donati sunt, paradisi nomine dicta est, an totus hic terrarum orbis tam commode innocenter viventibus dispositus fuerat, ut paradisu diceretur, quatenus quoad inculpabiliter sine ullo vitio possessores vixissent, etiam terræ ejus habitatio iisdem cuncta feliciter absque ullo labore ministraretur, ac postmodum ipsis peccantibus atque in deteriora mutatis, etiam orbis eorundem vitio et vindictæ sententiæ mutatus est atque obscuratus (quomodo de sole diximus et luna), et sui decorem et frugiferam vim, etsi non totam, maxima tamen ex parte amisisset, ut quæ beatitudini et felicitati bene viventium optulaverant male viventium vindictas cumulerent.

2. An etiam spiritualiter aliquis locus hujus felicitatis beatitudine plenus, hominibus suæ creationis meritis servaturis, dispositus fuerat, in quo nihil quo beatitudinem corporalem læderet, quando mandati patientia servaretur, inerat? Cui sententiæ Scripturæ Geneseos auctoritas non mediocriter suffragatur, dicentis: *Plantaverat autem Dominus Deus 606 paradisu a principio, in quo constituit homi-*

D exhibit efficit, pro efficit. Editio, *paludium.* Et, *aereo vapore.* Postea Ms., *quod suæ conditioni est origini... unde prius esse habuisset.*

CAP. X. N. 1. Titulus in Ms.: *De paradiso, ubi prima hominum habitatio fuit.* In Editione erat postquam, pro post aquas. Codex noster: *Et quoniam post aquas terra constituta est, prius de paradiso, ubi primorum hominum habitatio exstiterat, sermo ponendus est; de quo. Impresus, vita, qua ante peccatum hominis donati sunt. Et, tam commode innocenterque viventibus.*

2. Exemplar ms., *an etiam specialiter (quod fortasse melius quam spiritualiter) aliquis locus hujus terrene felicitatis plenus hominibus suæ creationis meritis servaturis dispositus erat... in quo constituerat hominem... paradisu cum dicitur, principatum orbis.*

nem quem formaverat (Gen. ii, 8). A principio enim plantatus paradisi dicitur, dum principatum orbis specialiter hic locus tenera videtur, in quo primus homo statim post sui conditionem constitutus fuisse non dubitatur.

3. Etenim omnibus modis conveniebat ut caput et principium humani generis in capite et principio poneretur orbis, ut inde hominum propago membrorum suorum incrementa sumeret, unde terrarum orbis, quem inhabitat, initium acciperet. Cujus paradisi statum cum eadem Scriptura enumerat frugiferis arboribus consitum, et fonte magno, quo totius terræ facies rigatur, adornatum enarrat, dum appositum ibi hominem ita inquires loquitur: *Ex omni ligno paradisi comede (Gen. ii, 16)*. Et mulier ait: *De fructu lignorum quæ sunt in paradiso vescimur (Gen. iii, 2)*. Et paulo ante profertur: *Et fons ascendebat de terra irrigans universam superficiem terræ (Gen. ii, 6)*.

4. In quibus rebus historialiter absque ullis ænigmatibus ipsius Scripturæ veritatem servari quid impediret, quomodo et de omnibus quæ de principio nascentis totius creaturæ visibilis continet corporaliter etiam auctoritas elucet? Factum namque firmamentum, et mare, et terram, et luminaria, et stellas, aqualilia etiam, atque animalia terrena, et hominem ipsum, sicut Scriptura Geneseos investigat historialiter, absque ullis ænigmatibus credimus.

5. An in hoc solummodo, quod paradisi locum frugiferia consitum arboribus, et magno fonte illustratum, commemorat, nisi in ænigmate non recipimus? Sed hoc utroque modo potest intelligi, id est, et secundum rerum gestarum historicam narrationem, et secundum tropologiam, id est, juxta moralem explanationem.

6. Scriptura etenim sacra ratione tripartita intelligitur, cujus primus intelligendi modus est cum tantummodo secundum litteram sine ulla figurali intentione cognoscitur, ut sanctus Hieronymus ait: *Actus apostolorum nudam quidem mihi videntur sonare historiam*. Secundus modus est cum secundum figuralem intelligentiam absque aliquo rerum respectu investigatur, ut prima et extrema pars Ezechielis, et Cantica Canticorum, et Evangelii quarundam parabolarum expositio, quæ aliud loquuntur, et aliud agunt.

7. Tertius modus est cum, salva historica rerum narratione, mystica ratione intelligitur, sicut arca Noe, et tabernaculum, et templum historialiter facta sunt, et intellectualiter Ecclesiæ mysteria per

3. Ms., quem inhabitant, initium caperet. Cujus... enarrat, dum dicitur, Ex omni ligno.

4. Cod., ms., hominem ipsum historialiter credimus, ommissis aliis.

5. In Impresso erat paradisi locus: substitui paradisi locum.

Ibid. Fructiferis. Ms., frugiferis. Et mox, nisi ænigmatice non... intelligi, id est, secundum... narrationem, et juxta moralem explanationem.

6. Hieron. Epist. 150, q. 12, ante fin.; et in Ezech., l. v, c. 16.

Ibid. Videntur. Ita Ms. Editio, videtur. Infra, Ms.

A hæc designantur. Sic nimirum et paradisi locus prioris Adæ, qui forma futuri 607 exstiterat, et Ecclesiæ futuræ, quæ est terra sequentis Adæ, mysteria præfigurabat.

8. Dum vero ibi homo immortaliter et beate viveret, nunquid et totius orbis subjectio sibi non subjaceret? Quid enim illum ab ingressu orbis intercluderet, qui in creaturis nocere sibi aliquid non timeret, dum ignis non ureret, non aqua mergeret, non bestiarum fortitudo mactaret, non spinarum vel cujuscunque rei aculei vulnerarent, non absentia aeris suffocaret, non omnia quæ nocent mortalibus, impedirent?

9. Corpus enim immortale, et invulnerabile, et illædibile, nihil quod mortem, et vulnus, et læsionem inferret in omnibus creaturis, quoadusque Creatorem offenderet, per inobedientiam inveniit. Paradisi ergo habitorem lustrare omnia quæ sibi fuerant subjecta quid prohibuit, cum et hoc facere Dominus eum non solum non interdixit, sed imperavit, dicens: *Crescite, et multiplicamini, et replete terram, et subjicite eam; et dominamini piscibus maris, et volatilibus cæli (Gen. i, 28)*.

10. Sicut enim angelis in his quæ sibi subjecta sunt a sede cæli discurrere liberum est, et tamen in cælo habent sedes, quid et homines in paradiso constitutos discurrere per omnem creaturam sibi subjectam sine suo labore impediret? Quemadmodum namque a dolore, et senectute, et morte, immunia corpora possidebant, ita et omni labore et pigredine carentia habebant.

11. At vero cum paradisi colonus in loco suo terrenæ felicitatis peccatum commisisset, in maledictam terræ habitationem detrusus, protinus illa omnia, quæ prius possedit, partim amisit, partim cum labore conservavit. Et illo excluso a sede beatitudinis, possibilitas iterum redeundi interclusa est, et ita factum est, ut quemadmodum angelus apostata, cum suis de summa sui paradisi serenitate dejectus, caliginosus hujus aeris locum sortitus est, sic et homo de sui paradisi terrenæ beatitudinis in maledictam hujus terræ habitationem detrusus est.

12. Sic etenim scribitur: *Et ejecit illum Dominus Deus de paradiso, et projecit in terram de qua sumptus est. Et constituit ante paradisum cherubim, habentem D flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ (Gen. iii, 23)*. In quo demonstratur, quod quamvis ligni vitæ viam cherubim dicitur custodire, ne tamen homines regredi possent, totum

omitit et Evangelii... aliud agunt.

7. Historica. Ita Ms. Impressus, historicarum. Pro ratione, Ms. narratio.

8. Ms., in creaturis aliquid sibi quod noceret, non timeret.

9. Interdixit. Sic Editio Baluziana, cum in priori esset indixit.

10. Cod. ms., creaturam, cum libuisset, sine suo labore... pigredine et fastiditate carentia.

12. Ms., de paradiso voluptatis, et projectus... cherubim flammeum habens gladium... cherubim custodire.

etiam paralysum jubentur defendere, dum flammæum gladium non ante lignum solummodo viæ, sed ante totam paradysum Scriptura indicat esse positum.

13. Non satis autem elucet de qua arbore specialiter Adam comederit, sed clarum est quod statim post peccatum nuditatem suam fici **608** foliis arboris tenuit, cui soli in tempore suæ carnis Dominus Jesus, paulo ante quam mortem pro Adæ delicto suscepisset, maledixit, et cito aruit, cum diceret: *Nunquam fructus ex te nascatur in æternum* (Matth. xxi, 19), hoc est, qui hominibus ultra, sicut superior diabolus, nocere possit. Ecce in hanc arborem, id est, ficum, maledictum delicti Adæ, quæ totam terram inficeret, priusquam sanguinis sui rore ipsam mundaret, Christus collegit.

14. Utrum autem ab hac primitus homo culpam, an de alia suscepit, pro certo Deus viderit. Attamen illa, quæcunque nunc est, quæ tunc scientiæ boni et mali arbor dicta fuerat, non est putandum quod tantum nunc utentibus nocere possit, quantum potuit tunc in paradiso constituta, ut etiam nunc utentibus ea arbore mortem conferre possit; non enim in arboris natura mortiferum aliquid inesse credendum est, aut etiam ut boni et mali scientiam facere valeret, sed mandati Domini transgressio, quo præceptum est ne de hoc ligno comederet, mortem effecit.

15. Cujus obedientia si esset, hoc erat scire bonum; et inobedientia dum fuit, hoc est nosse malum. Quorum tamen distantiam homo nisi transgressione intelligens non potuit; quando enim solummodo bonum possidebat, quid esset malum et quomodo sibi noceret ignorabat. Ut autem manifestum sit quod in hoc ligno quæcunque præter originalem inobedientiam nihil inesset nocivum, ecce non hujus, sed ligni vitæ via excluditur, in cuius exclusione prioris delicti misericorditer remissio præparatur.

16. Si enim homo post peccatum illud originale de ligni vitæ fructu comedisset, commissi penitus maculam misere in æternum et infelicititer in corpore senectuti et doloribus obnoxio moriendo deponere non posset; nullo enim alio modo hoc delicti facinus deleri nisi morte Dominus præparavit, quod per adventum postea in carne Filii sui Jesu Christi futurum esse præcivit, et prædestinavit, ut per illum

13. Cod. ms., nuditatem fici arbore, tenuit... paulo ante, quam mortem susceperet, maledixit... terram infecerat, priusquam.

14. Utentibus. Ms., bis, vescentibus, omisso ea arbore post alterum vescentibus, et omisso etiam quo præceptum mortem effecit.

15. Editio, præter originalem obedientiam ligni scientiæ boni et mali nihil esse nocivum; quod ex Ms. correxi.

16. Deleri. Desideratur in Editio hoc verbum. Pro morietur; Ms. deleatur. Omittit corporis; item, et in cælo mansionem; item, quod nobis in principio præparatum est. Pro vobis præparatum idem Ms., vobis paratum.

CAP. XI. N. 4. In titulo Ms.: De situ terreni orbis, quem. Omittit porro. Mox exhibet quem habitat... non inclinabimur... Abyssus vestimentum ejus. Ex quo in-

A mortem nostra culpa moreretur, et per illius resurrectionem lex nostræ mortis evacuaretur, et per ipsius corporis ascensionem, et in cælo mansionem nostræ humanitati immortalitas donaretur, et angelicæ et spiritualis vitæ consortium quod nobis in principio præparatum est, donaretur; sicut et in extrema futuri iudicii vocatione in dextera constitutus certum est a Domino dictum: *Venite, benedicti Patris mei, possidete regnum quod vobis præparatum est ab origine mundi.*

## 609 CAPUT XI.

*De situ orbis terrarum, quem inhabitat genus humanum.*

1. Porro de terrarum orbis situ, quem inhabitat genus humanum, Psalinista ad Dominum ait: *Qui fundasti terram super stabilitatem suam; non inclinabitur in sæculum sæculi. Abyssus, sicut vestimentum, amictus ejus; super montes stabunt aquæ* (Psal. ciii, 6). Ex quo intelligitur non super alterius elementi soliditatem, nisi super suimet stabilitatem et firmitatem terram esse fundatam. Utrum vero sibi aliquid, sicut ipsa aquis, et aquæ aeri, et aer spatio superiori, et ipsum firmamento, et firmamentum aquis superioribus, substitutum sit, ipse novit, qui ubique et undique cuncta conspiciat.

2. Ea vero parte quæ hominibus ad habitandam data est, quadrifarium orbem statutum esse multi prodiderunt auctores: quarum partium quatuor vocabula quatuor litteris nominis primi terrigenæ, hoc est, Adam, incipere, sapientes intelligunt. *Anatole*, scilicet, *Dysis*, *Arctus*, *Mesimbria*, id est, Oriens, Aquilo, C Auster, Occidens. Conveniebat enim ut qui suo genere totam terram impleret, suo nomine quatuor quadrati orbis partium vocabula colligeret.

3. Quatuor quoque temporum articulis anniversario ordine distinguitur, atque impleto anni spatio, terreni orbis dispensatio semper sine cessatione in circulum redigitur. Veris autem tempore, quo mundus fuerat institutus, semper vernat; æstate autem floret, et fructificat; autumno maturescit, et aptum suorum fructuum mortalibus usum tribuit; hieme vero decedit, et arecit.

4. Sed hanc augmenti sui et decrementi consuetudinem patitur quandiu servituti corruptionis obnoxia mortalium officio mancipatur. Cum enim nascendi et moriendi in hominibus conditio cessaverit, tunc etiam

D *telligitur... nisi super vim suam terram esse fundatam. In Excuso erat et ipso, pro et ipso; et constitutum, pro substitutum. Ill. co Ms.: substitutum sit, Deus novit. Ea ergo parte, etc.*

2. Quadrifarium orbem statutum esse. Ita Ms. In editio. quæ risarium orbis status esse, quod non coheret. Vocabula græca quatuor partium mundi ita respondent Latinis: *Anatole* est Oriens, *Dysis* Occidens, *Arctus* Septentrio, sive Aquilo, *Mesimbria* Meridies, sive Auster. In Impresso scribitur *Disis* et *Misimbria*. Alii scribunt *Mesimbria*. Confer Ducangium, qui in hanc rem quosdam versus allegat.

3. Institutus. Ms., constitutus. Et infra, maturescit, hieme arecit, omnis aliis.

4. Cod. ms., et detrimenti sui consuetudinem. Omittit imo Domini per Isaiam.





ad iudicium; quosdam autem et subsequuntur (1 Tim. A v, 24).

2. De his enim qui iudicio carent, Dominus ipse protestatur et dixit: *Qui non credit in Filium jam iudicatus est* (Joan. III, 18). Unde intelligitur quod qui fidei sortem subire non merentur, nec gratiam baptismi consequuntur, ad futurum non exituri sunt iudicium, sed ex hac vita Evangelii sermone examinati exhibunt, quo scribitur: *Amen dico tibi, nisi renatus quis fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei* (Joan. III, 5). His etiam Psalmistæ verba concordant, quibus ait: *Non resurgunt impii in iudicio* (Psal. I, 5).

3. Qui autem post ablationem baptismi peccatorum multitudine gravantur, et ipsi in duas factiones dividuntur: quidam namque ex ipsis, priusquam ex ipsa vita exeant, Scripturæ sacræ vocibus iudicantur; de quibus Paulus apostolus loquitur, dicens: *Nolite errare: neque adulteri, neque fornicarii, neque ebriosi, neque maledicti, neque idolis servientes, neque avari, neque molles, neque masculorum concubitores, neque furas, neque rapaces, regnum Dei possidebunt* (1 Cor. VI, 9). Qui enim hæc et his similia crimina capitalia usque ad mortem absque medicamento faciunt, iudicati de ea vita ad perpetuas pœnas exhibent.

4. De quorum reatu conviva pectoris Domini Joannes loquitur: *Est peccatum usque ad mortem? non pro illo dico ut roget quis* (1 Joan. V, 16). Ad mortem enim peccatum deducit, qui licet in extremo vitæ termino de præteritis criminibus penitentiam spergere negligit. Et notandum est, juxta Jacobum apostolum, quod *qui in uno ex his offenderit, factus est omnium reus. Qui enim dixit Non mœchaberis, ipse dixit Non occides. Quod si non mœcharis, occidas autem, factus es legis transgressor* (Jac. II, 10).

5. Quidam vero ad extremum divini examinis iudicium, qui his capitalibus criminibus non involventur, reservati, ex hoc sæculo vadunt, et tamen sententia superni iudicis æternæ damnationis sortem subibunt, qui, misericordiam opera contemnentis, Christum in pauperibus nec cibo, nec potu respiciunt, nec vestibus induunt, nec hospitio recipiunt, nec illi infirmantibus, et alligatis in metallis, et carceribus visitationis solatia ferunt, propter quod ab

2. Ms.: *Dominus dicit: Qui non credit in Filio jam iudicatus est. Unde intelligi datur, quod... iudicium; unde evangelista: Amen dico vobis, nisi... potest introire in regnum Dei. Inde Psalmista: Ideo non resurgunt. Vulgata: Ideo non resurgent impii, etc.*

3. Ms.: *Gravantur, quidam priusquam ex hac vita exeant... neque fornicatores, neque ebriosi... his similia peccata capitalia usque ad mortem absque penitentia faciunt. Sententia, quæ hoc loco asseritur, de distinctione infidelium et peccatorum Christianorum, quorum illi capitalibus criminibus usque ad mortem gravantur, alii vero peccatis quidem mortalibus urgentur, sed quæ communia sunt, neque ita gravia, ex quo colligitur infideles et peccatores Christianos, capitalibus criminibus oppressos, exire de hac vita jam iudicatos, alios autem peccatores ad extremum divini examinis iudicium reservari; hæc, inquam, sententia multorum fuit veterum Patrum, ut indicavi in Isidorianis, cap. 23, n. 17 et 18. Vide etiam differentiam*

A ipso audient: *Ite, maledicti, in ignem æternum, quem præparavit Pater meus diabolo et angelis ejus* (Matth. XXV, 41).

6. Non enim ad appetenda regna cœlorum sufficit non agere mala, si quis non curavit facere bona; per prophetam enim Isaiam pariter a Domino præcipitur: *Quiescite agere perverse, discite benefacere* (Isai. I, 16). Per Psalmistam quoque hæc eadem verba idem Domini Spiritus concinnat, dicens: *Declina a malo, et fac bonum* (Psal. XXXVI, 27). Et ut ostenderetur quod post terrorem tam terribilis hujus quam prædiximus sententiæ nulla penitentia iudex flecteretur, in fine cunctæ disputationis ita subinfertur: *Tunc ibunt hi in ignem æternum* (Matth. XXV, 46).

7. De illius autem ignis æterni loco, id est, inferni ergastulo, multi dixerunt quod corporalis locus sit, ubi peccatorum corpora cruciabuntur; nisi enim ignis ille corporalis et locus esset, quomodo resurguntium corpora cruciata teneret, in quibus corporalitatis veritas ita passibilis erit, ut stridoribus dentium et lacrymabilibus fletibus subiaceat; sicut ipsius Domini et iudicis verba declarant, dicentis: *Inutilem autem servum mittite in tenebras exteriores. Illic erit fletus et stridor dentium* (Marc. XXV, 30). *Ubi vermis eorum non moritur, et ignis non exstinguitur* (Isai. LXVI, 24; Marc. IX, 45)?

8. In quo dicitur loco ad regem Babylonis per Prophetam ita: *Subter te sterneret limea, et operorium tuum erunt vermes* (Isai. XIV, 11.) De quo loco quidam etiam dixit: *Sicut terræ in profundo aquarum, sic inferna in profundo terrarum sunt.* Unde de illo scriptum videatur illud quod scriptum est: *Quod neque in cœle, neque in terra, neque sub terra, inventus est, qui possit aperire librum, et solvere signacula ejus* (Apoc. V, 2). Unde perspicue patet hunc locum qualemcunque sub terra esse, qui infernus inferior et terra oblivionis vocatur.

9. Sed hic ignis dum præparatus diabolo dicitur, et angelis ejus, quali corporalitate esse putandus est, qui angelos cruciare potest? Animam quoque divitis, exutam corpore, infernalis ille ignis cruciasset describitur, dum dixit: *Quia valde crucior in hac flamma* (Luc. XVI, 24). Nisi forte hanc virtutem ille ignis et locus habet, ut angelos et animas, et corpora, eodem

D inter impium et peccatorem, lib. I Different., n. 298, et lib. I Sentent., cap. 27.

4. Cod. ms., de quo Joannes ait: *Est peccatum ad mortem... qui usque in extremo vitæ. Quod fortasse genuinum est.*

5. Involventur. Excusos, involbantur.

6. Ms., bona, sicut ait Isaias: *Quiescite... benefacere. Et Psalmista: Declina... hujus, quam prædiximus, sententiæ.*

7. Id est, inferni ergastulo. Ms. id omittit. Idem Ms., crucianda pro cruciata. In Editione erat subiectum, quod ex Ms. mutavi in subiaceat. Pergit Ms.: *Ut Dominus ait servum inutilem mittite in tenebras... ubi vermes eorum non moriuntur, et ignis non exstinguitur. De quo loco quidam etiam dicit. Sicut terræ, etc., omisissis aliis.*

8. Patet. Ms., dicitur. Et vocatur, pro vocatur.

9. Ms., de filio a ternæ resurrectionis dicitur.

modo cruciari possit et retinere. Vel certe dum de A filiis resurrectionis et æternæ beatitudinis dicitur: *Et erunt sicut angeli in cælo* (Marc. xii, 23).

10. Nimirum et filii æternæ damnationis, cum ad pœnam ignis æterni corpora resumps-erint, et ipsi erunt sicut dæmones in inferno; ut 614 filii bonæ resurrectionis, cum sint filii Dei, bonorum angelorum consortium, et filii æternæ mortis, cum sint filii diaboli, consortium angelorum Satanæ subeant. De quibus dicitur: *Et congregabuntur congregatione unius fascis in lacum, et cludentur ibi in carcere, et post multos dies visitabuntur* (Isai. xxiv, 22). Quod utrum ad augendas an ad minuendas pœnas futurum sit, ignoramus.

#### CAPUT XIV.

##### De igne purgatorio.

1. At vero hi qui æternæ vitæ solatia percipient, bino et ipsi modo largitionis munere regni cœlorum beatitudinem sument. Quibusdam namque ex his adhuc in terra positis, dum pro Christo pauperes efficiuntur, regnum cœlorum non promittitur, sed absens licet in labore et fatigatione perseverantibus interim donatur, cum dicitur: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* (Matth. v, 3).

2. Similiter et qui persecutiones hominum pro justitia sustinent, eadem mercedis retributione gaudent, dum subinfertur: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* (Matth. v, 10). Non dixit quoniam ipsorum erit, ut vocationem futuram sperarent, sed cum a corporibus exhibent, velut per semetipsos recepturi sunt quod in corporibus commorantes interim dono largitoris possident; atque idcirco et his adhuc in terra positis dicitur: *Quæcunque solveritis super terram, erunt soluta et in cælo. Et quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata et in cælo* (Matth. xviii, 18).

3. Ac si diceret: in hoc intelligitur quod regnum cœlorum adhuc in terra commorantium vestrum est, dum quemcunque a peccatis solveritis, ut illius possessor esse possit, hoc possidebit; et quemcunque in massam perditionis destinatum excluseritis, ab eodem regno exclusus erit. His igitur præcepit Dominus: *Gaudete, et exsultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælis* (Matth. v, 12). Ac si diceretur, dum nomina vestra de terrenæ hæreditatis consortio causa regni cœlestis deleta sunt, et abjecta, vos æternæ patriæ hæredes interim scribi necesse est.

4. Hi ergo cunctas in hac vita pressuras et mala recipientes, absque examinis aliqua tribulatione et, ut ita dicam, sine vocatione æternum refrigerium

10. Ms., *dum ad pœnam ignis æterni corpora resument... filii boni resurrectionis... Satanæ subeant*. Reliqua hujus capitis omittit Ms. In Editione deerat ad ante augendas. Quod attinet ad doctrinam hoc capite expressam, conferenda ea est cum lib. I Sentent., cap. 28 et 29.

CAP. XIV. N. 1. Cod. Ms., *regnum cœlorum promittitur, cum dicitur: Beati*.

2. P. o justitia. Ms., *propter justitiam*. Mox, *soluta et in cælis*. Ac si diceret: *Ex hoc intelligitur*.

intra-bunt; quorum gratia et aliqui post purgationem vocabuntur, solatium sine fine possidebunt, quibus post examinationem dicitur: 615 *Venite, benedicti Patris mei, possidete regnum* (Matth. xxv, 34). Quod propter solatia pauperum, imo Christi in pauperibus, possidere merebuntur, dum esurienti cibum, sitienti potum, nudo vestitum, vaganti domum, infirmanti et in carcere posito Christo præbentes visitationem, in suis minimis fratribus ministratio præbebatur.

5. In ipsorum autem vocatione manifestum videtur quod nunc usque longiuscule a Christo, quamvis in dextera fuerint constituti, sunt, quibus postmodum dicitur a summo iudice: *Venite, benedicti* (Ibid.). Ac si diceret: Qui huc usque in examinationis purgatione, quandiu aliquid habulatis immunditiæ quod iudicii igne purgaretur, a salute longiuscule fastis, nunc, ad purum examinati ab omni, vel modica, culparum labe, propius accedite et venite.

6. Quasdam culpas in futuro remitti Dominus ipse non denegat, cum dicitur: *Qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non habet redemptionem neque in hoc sæculo, neque in futuro, sed reus erit æterni delicti* (Marc. iii, 29). Ex quo intelligitur quædam esse peccata quæ etsi in hoc sæculo non remittantur, in futuro tamen iudicio per ignem deleri possunt. Si autem ita non esset, hanc distinctionem Dominus nequaquam posuisset.

7. De quo igne Baptista Joannes, Dominici præcursor adventus, loquitur ad Judæos: *Venit post me, cuius non sum dignus calceamenta portare; ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igne* (Matth. iii, 11). Hoc est: Qui peccata vestra quæ præcesserunt Spiritu sancto per aquæ baptismum abluet, vel solvet, et quædam ex his quæ postea sequentur criminibus per ignem purgatorium remittet. De illo enim igne, qui non mundare impios iudicatos, sed perdere damnatos accenditur, ab eodem Joanne paulo post subinfertur: *Cujus ventilabrum in manu sua, et permutabit aream suam, et congregabit triticum suum in horreum; paleas autem comburet igni inextinguibili* (Matth. iii, 12; Luc. iii, 17).

8. Aliud enim est, igni baptizari, aliud igni comburi inextinguibili. De quo etiam igne idem Joannes ait: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur* (Matth. iii, 10). De igne vero purgationis Dominus ipse in Evangelio loquitur: *Qui autem dixerit fratri suo, Fatue, reus erit gehennæ* (Matth. v, 22). Non dixit ignis æterni; nempe quia hoc delictum per ignem purgatorium, potius quam perpetua flamma, puniri credendum est.

3. A peccatis. Editio omittit a, Cod. ms., *possidetis*. His igitur præcipit Dominus.

4. Præbentes. Id est, præbentibus illis.

5. Ab omni vel modica. Inpressus, ab omnibus modica.

6. Ms., *cum dicit... non habet remissionem peccatorum, neque*.

7. Ms., *de quo igne Baptista Joannes: Venit post me, etc*. Editio, *baptizabit*.

8. Cod. ms. *Dominus dicit: Qui dixerit*.

9. De hac quoque differentia eorum quos ignis futuri læsura non tanget, et eorum qui post ignis detrimentum salutem percipient, Paulus apostolus exposuit, ita dicens: *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Jesus Christus. Alius autem superædificat aurum, argentum, lapides pretiosos; alius vero ligna, fenum, stipulam; si cuius opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet; 616 si cuius arserit opus, detrimentum patietur, ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem (1 Cor. iii, 12 seq.).*

10. Per hæc autem duo ædificia, id est, aurum, et argentum, et lapides pretiosos, et ligna, fenum, stipulam, perfecta et minus perfecta, super fidem Christi ædificata opera designantur; sed illa, quæ per ligna, fenum, stipulam designantur, quamvis fragilia, non tamen polluta fieri demonstrantur.

11. Unde intelligitur, non principalia crimina, quæ maculant (quorum operarios a regno Dei Paulus exclusit), sed illa quæ non multum nocent, quamvis minus ædificent, per hæc posse designari, hoc est, inutiliter matrimonio legitimo uti plusquam sufficit; ciborum abundantia vesci immoderate; quacunque lætari; ira usque ad verba intemperata moveri; rebus propriis plusquam necesse est delectari, negligentius orationi quam horarum expetit convenientia insistere; vel tardius quam competit surgere; immoderate riu vocem exaltare; somno plusquam necessitas exigit corpus indulgere; verum feticere; otiosa loqui; quod non ita in re sit, opinari verum; quod falsum putaveris, in rebus quæ ad fidem non pertinent, approbare; bonum quod faciendum est negligentem oblivisci; inordinatum habitum habere. Hæc, et his similia, peccata per ignem purgari posse, non est denegandum, et eorum factorem, si majoribus non gravetur, sic tamen quasi per ignem salvari putandum est.

12. Pœnitentes autem in extremo vitæ præsentis termino, utrum hic plene remissionem peccatorum accipiant, an igne purgatorio eorum delicta deleantur, ipse scit qui, renes et corda conspiciens, pœnitentiæ dignitatem considerat, qui latroni in cruce pene jam sine tempore, sine opere pœnitenti respon-

9. Ms. Paulus apostolus dicit: *Si cuius opus arserit, detrimentum, etc.*

10. Ms., *opera designantur. Unde intelligitur, etc.* Sic in hoc Ms. sæpe multa omittuntur, quæ reapse necessaria non sunt.

11. Cod. ms., *quæ maculant, sed hæc quæ non multum nocent, per hæc posse signari... abundantia vesci, ita usque... delectari, negligentia orationis, quam horarum expetit convenientia, vel tardius... immoderate vocem exaltare... loqui; quod in re non sit opinari; bonum quod faciendum est... salvari posse credendum est. Ex Ms. restitui, verum reticere; otiosa loqui, cum in impresso esset, verbum retinere; otiose loqui. Obscura sunt etiam, quæ sequuntur in Editione, ac fortasse præstiterit ea ad exemplar Ms. corrigere.*

12. *Deleantur. Sic Ms., pro delebuntur in Editione. Infra, Ms., impius a via sua mala, omnium iniquitatum suarum, quas... omnia qui excogitant in præsentem potest tormentorum, etc. In Isidorianis c. 2, n. 17*

dit: *Hodie tecum eris in paradiso (Luc. xxiii, 43). Et ad Ezechielem inquit: Quacunque die conversus fuerit impius ab impietate sua, omnium iniquitatum quas operatus est non recordabor (Ezech. xxxiii, 12). Sed de illo purgatorio igni hoc animadvertendum est, quod omni quem excogitare in præsentem potest tormentorum modo et longiore et acrior sit.*

**617 CAPUT XV.**  
*De futura vita.*

1. De illa autem vera beatitudine futuræ vitæ exponit sancta Scriptura: *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se (1 Cor. ii, 9).* De quibus Dominus ait: *Erunt sicut angeli in cælo (Marc. xii, 25).* Et ejusdem Domini excelsius aliquid de his sermo denuuntiat: *Tunc justii fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum (Matth. xiii, 43);* sol scilicet justitiæ timentibus nomen Domini orietur, in cujus pennis est sanitas, qui in monte faciem Moysi cum Elia coram apostolis evacuavit; cui dum sancti compatiuntur, simul congloriabuntur.

2. In eo autem quod prius dixerat: *Erunt sicut angeli in cælo (Marc. xii, 25),* intuendum est quod sicut angeli prius per naturam mutabiles facti, quod probatum est in his qui ceciderunt, nunc vero immutabiles, ut peccare non metuant, nec possint, per Dei contemplationem effecti sunt, sic homines et ipsi per naturam mutabiles, quod in Adam et ejus semine exploratum est, creati, post resurrectionem Conditoris contemplatione immutabiles effecti, nec desiderabunt peccare, nec poterunt; omnis enim rationalis creatura quæ Dei contemplatione reficitur, peccare non potest.

3. Non quod liberæ voluntatis arbitrium vitio carentes angeli et homines non habeant; omne enim quod volunt in illa vita, hoc faciunt, sed velle aliquid quod bonum non sit nequaquam possunt; unde quia nunquam male volunt, delictum aliquid omnino non committunt.

4. Sed hæc perfecta bona voluntas per contemplationem superni Conditoris perficitur, dum quod creatura per se habere non potuit, ipsius largitoris munere donatur; unde perspicue intelligitur quod angeli vel

et 18, ostendi doctrinam ab Isidoro hoc capite de igne purgatorio traditam, cum catholico dogmate maxime congruere, et cum his quæ alibi Isidorus docuit. Adde cap. ultimum regulæ monachorum, de defunctis. Ezechielis textus allegatur ex cap. 33, 42 et 49, quibus in locis verba aliquatenus variant in Vulgata, scilicet vers. 42: *Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conversus fuerit ab iniquitate sua.* Et vers. 49: *Et cum recesserit impius ab impietate sua, feceritque judicium et justitiam, vivet in eis.* Sententia eodem recidit, de qua videri potest Petavius, lib. vii, de Pœnit., cap. 15, contra Arnaldum.

Cap. xv. N. 4. Ms., *in cælo. Et alibi: Tunc justii. Postea impressus, sol scilicet justitiæ et qui timentibus; quod ex Ms. correxi.*

2. *Nec desiderabunt peccare, nec poterunt. Sic liber ms. In impresso deest peccare.*

3. Ms., *delictum aliquid non admittunt.*

4. Conditoris. Ms. *judicis; et peccare, pro delinquere.*

homines, qui sive in cœlo, sive in paradiso, peccaverunt, Deum non viderunt, quoniam si illum vidissent, nullo modo postea possent delinquere.

5. Sed hæc contra respondens forte aliquis dicit: Cur ergo post visionem gloriæ, unde facies Moysi in solitudine rutilabat, ad aquas contradictionis offendit? Et Petrus post Unigeniti gloriæ in monte cum Moyse et Elia ostensam, in atrio sacerdotum Dominum negavit? Cui propositioni facile respondetur quod Moyses per angelum vel creaturam aliam **618** posteriora gloriæ vidit. Et Petrus et cæteri discipuli per corpus humanum rutilare Christi divinitatem conspexerunt; si enim per semetipsam divinitatem conspexissent, nullo modo in carne postea vivere possent.

6. Ipse namque Dominus Moyse respondit: *Nemo videbit faciem meam, et vivet* (Exod. xxxiii, 20). Sancti ergo post resurrectionem non per figuras et ænigmata Dominum videbunt, sicut de hoc eodem gentium insignis Magister pronuntiat: *Quia per speculum in ænigmate vidimus; cum autem venerit quod perfectum est, tunc cognoscam sicut cognitus sum* (I Cor. xiii, 12). Quemadmodum possessor Domini pectoris conviva potens ait Joannes: *Videbitus eum sicuti est* (I Joan. iii, 2); quando complebitur quod Ecclesiæ per Isaiam prophetam promittitur: *Non erit ibi amplius sol ad lucendum per diem, neque splendor lucis illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, et Deus tuus in gloriam tuam* (Isai. lx, 19).

7. Ex quo intelligitur quod non per creaturas, sed Domini ipsius majestate Ecclesia illuminabitur, cum perpetuæ felicitatis serenitate secunda consortia angelicæ dignitatis subire permittitur, in qua serenitate cuncta prospera sine arguente pressura possidebit; cum neque tenebris lux, neque morte vita, neque dolore salus, nec tristitia gaudium, neque senectute juvenus, neque amor charorum absentia, neque defectu, neque ulla vilitate pulchritudo, neque infirmitate fortitudo, neque justitia peccato terminabitur,

6. *Videbunt, etc.* Cod. ms.: *Videbunt, ut Paulus ait: Videmus nunc per speculum et in ænigmate. Cum autem... cognoscam, quia cognitus sum. Sic Joannes ait: Videbitus eum... neque splendor lucis illuminabit te.*

7. Cod. ms., *sed per Domini ipsius majestatem Ecclesia... charorum absentia, vel deficiente, neque ulli... terminabitur etiam et supra hæc etiam fuerit illa quæ nec cogitatus, neque ratio ulla hominis adhuc.*

8. *Creavit. Ms., fecit.*

9. *Corporale aliquid, etc.* Editio minus bene et corporale aliquid in sua natura haberet, aut nunquam calorem de igne, aut flatum ex aere, aut humorem ex aqua, aut crassitudinem, et soliditatem ex terrena materia haberet. In eadem Editione et æternitatem et mutabilitatem, ad marginem fortassis immutabilitatem. De qua conjectura in Editione Baluziana subjungitur, alii viderint. Noster Ms., et æternitatem et mutabilem. Hinc retineri poterit mutabilitatem, quæ mutabilitas animæ per liberi arbitrii potestatem amplius declaratur. Pergit Ms.: *Dignoscitur. Hanc autem (Forte, hæc autem) Dei imaginem in æternitate, similitudinem in arbitrio liberæ potestatis possidet. Quod clarius Editio videtur.*

A etsi supra hæc etiam fuerint illa, quæ nec cogitatus nec ulla ratio hominis adhuc in terra positi apprehendere valet

8. Ex his autem omnibus creaturis, quarum perstrinximus ordinem, quædam ex nihilo, quædam ex aliquo Conditor creavit; cœlum enim et terram, mare et quæ ex eis facta sunt, ex informi materia condidit; ipsam vero informem materiam, et angelorum ordines, de quibus prædiximus, et animam humanam, ex nihilo fecit. Animam etenim neque de semetipso, neque de aliqua qualibet subjacente creaturarum corporalium materia, fieri Deus instituit, quoniam non Dei partem, sed Dei creaturam credimus esse. Si enim de semetipso eam Deus fecisset, nequaquam passibilis, et mutabilis, et misera esset.

B 9. Item; si ex creaturis corporalibus illam creasset, corporale aliquid in sua natura haberet, aut calorem de igne, aut flatum ex aere, aut humorem ex aqua, aut crassitudinem et soliditatem ex terra haberet; sed quia his omnibus caret, incorpoream illam esse conditam convenit, et per ipsam incorporeitatem, et æternitatem, et mutabilitatem, et liberi arbitrii potestatem, eandem cum angelis habere substantiam, creandique originem dignoscitur. **619** Hæc autem Dei imago non in æternitate similitudinem in arbitrio libere possidet; de qua imaginis Dei similitudine impressa Propheta commemorat, dicens: *Signatum super nos lumen vultus tui* (Psal. iv, 7).

C 10. Utrum autem singulis corporibus sigillatim a Deo mittantur, an ex Adam venire, et ex parentibus, sicut nascentium corpora, putandum sit, cum a multis et sapientibus viris disputatum sit, et tamen de hac quæstione nihil cui plus fides accommodanda esse poterit reliquerint, quid nos de tanta et tam periculosa re aliquid tentare oportet, vel quid nos ad horum ambages, in quibus se invicem partes vincunt, cum proprias expositiones astruere non possunt, proferre emolumentum confert?

10. *Sigillatim a Deo mittantur.* Sic Ms. Editio, sigillatim admittantur. Pro disputandum, malim disputatum. Postea vel quid nos, etc., ex Ms. sumpsit; nam Excusus confuse habebat: *Vel quid nobis horum, in quibus se invicem, etc.* In Ms. ita terminatur totum hoc opus: *Quæ a multis lectoribus insolubile (insolubilia) est dicta, scientiæ Conditoris reverteremus. Liber Isidori de Ordine creaturarum explicatur.* Esi autem certum nunc omnibus catholicis sit, ac profide tenendum, animas singulis corporibus a Deo sigillatim mitti, neque ex Adam per iradecam, velut nascentium corpora, venire, tamen olim nonnulli Patres cum sancto Augustino in hac quæstione hæserunt; et Isidorus, qui eorum verba plerumque ex-cribit, eandem dubitationem indicat, non solum in hoc opere, sed in aliis etiam, ut in libro Differentiarum rerum, n. 105 et seqq., similibus verbis et sententiis, eandem controversiam proponit et Fugatio: *Utrum, inquit, sicut caro nascentium, sic omnes animæ ex Adam venire credantur, an novæ fiant, etc. His ergo propositionibus de origine animæ partes se invicem vincunt. Quia unaquæque earum a causa propositionem destruit, et ipsa non ratet astruere, quod proponit. Vide not. ad eam loc.*

11. Et idcirco, ne supra nos aliquid appetamus, hanc a tua veneratione et auctoritate conferre possit digna, questionem, quæ a multis scriptoribus insolubilis esse dicta est, scientiæ Conditoris reservemus, quoniam quæcumque ex carnibus agni paschalis comedentis saturitas consumere non potuerit, cura non exigua vorax crastino flamma consumit, per quod intelligitur quia omnia quæ Scripturæ sacræ corpore nostræ investigationis scientiam effugiunt, domine sapientiæ rogo igne illustrata et consummata sunt.

12. Sed et illa quæ velut per exiguam fenestram nostri sensus et sapientiæ ex ante aliqua ejus gratiæ illuminatione attingimus, ad perfectum omnia scire, sicut oportet, non valeamus; ex parte enim cognoscimus, quando in hoc sæculo sumus; sed si ad illud Patris luminis inæstimabile lumen perveniamus, tunc cognoscemus sicut cogniti sumus.

13. Ecce, venerabilis Pater, de ordine creaturarum tibi proponenti, 620 juxta ingenioli mei modulum, compendioso sermone summam respondi. Cujus munusculi mercedem orationibus tuis compensabo; non quod exiguitatis meæ obsequium in obedientia

13. Totum hunc epilogum in ms. nostro omnino abesse annotavi in Isidorianis, cap. 23, n. 16. Videatur legendum orationibus tuis compensatio. Sed nihil ausim mutare. Pro nam et in gazophylazio quod ex conjectura in Editione Baluziana legendum astruitur, in veteri Editione erat omnia esse in gazophylazio.

14. Et contra garrientium. Sic recte in Baluziana

sed obedientiæ conatus et ea quæ non valet assequi, implet; nam et in gazophylacio templi pauperis viduæ æris exiguum munus multorum divitum auro copioso præfertur, et in aurato tabernaculo, ubi argentum et gemmarum pretiosarum, byssi et purpuræ, et hyacinthi, et cocci, dona conferuntur, etiam eorum qui pelles caprarum deferunt diligentia non despicitur.

14. Hanc igitur et tu simili modo meæ parvitiæ obedientiam placido pectoris tui portu non dedignare, et contra garrientium instabiles fluctus temone tuæ auctoritatis præsentis opusculi naviculam non te pigeat gubernare. Ego enim, bonis et catholicis lectoribus consentiens, invidorum non curo querelas, qui sine penis in terra repantes volatularum nidus avium irrident. Contra quos tuæ rationis scuti protectus, et Domini pergami suffragio armatus, ad patriam festinare tutus utroque latere curabo. Deo enim placere curantes, minus hominum penitus non timemus. Deo gratias. Amen.

Editione emendatur pro *transgarrientium*. Pro timore substitui *temone*, et pro *querielas*, vel *querelus*, ut est in Editione, solum *querelas*. Malim etiam *armatus*, et *ad portum festinare*, etc., ut in Isidorianis, loc. cit., innuebam, ubi etiam ex Codice Escurialensi nonnullam lectionis varietatem adverti, quam necessarium non est repetere.

## ORDO RERUM QUÆ IN SEXTO TOMO CONTINENTUR.

DE FIDE CATHOLICA LIBER PRIMUS, 449.—CAP. I. Quod Christus a Deo Patre genitus est, *ibid.*—II. Quod Christus ante sæcula ineffabiliter a Patre genitus est, 452.—III. Quis Christus Deus et Dominus est, 454.—IV. De Trinitatis significantia, 457.—V. Quia Filius Dei, Deus, homo factus est, 460.—VI. De nomine Jesu, 463.—VII. Christus ex semine Abraham secundum carnem fuit, *ibid.*—VIII. De tribu Juda ortus est Christus, 464.—IX. Quia de stirpe David natus est Christus, 465.—X. Quia a Christo de virgine sine virili coitu genitus est, 468.—XI. In Bethleem natus est Christus, 470.—XII. Stella indicio Christi natiuitas monstratur, 471.—XIII. Munera magi obtulerunt, *ibid.*—XIV. A Deo Patre unctus est, 472.—XV. Quod pauper et abjectus primo adventu venit, *ibid.*—XVI. Quia signa et virtutes fecit, 474.—XVII. In corpore videndus erat, 475.—XVIII. Judæi non erant eum agnitori, 476.—XIX. Quia eum non agnoscentes Judæi, congregati sunt adversus eum, 477.—XX. Venundatus est, 478.—XXI. Quia a discipulo suo traditus est, *ibid.*—XXII. A semetipso traditus est, 479.—XXIII. Comprehensus est, *ibid.*—XXIV. Judicatus est, *ibid.*—XXV. In passione a discipulis deseruit, 480.—XXVI. A falsis testibus accusatus est, *ibid.*—XXVII. Clamaverunt Judæi ut crucifigeretur, 481.—XXVIII. Judæi posteritatem suam damnaverunt, *ibid.*—XXIX. Flagellatus, et palmas cæsus est, *ibid.*—XXX. Arundine Christi caput percussum est, 482.—XXXI. Spinis coronatus est, *ibid.*—XXXII. Veste coccinea indutus est, *ibid.*—XXXIII. Dum pateretur, tacuit, 485.—XXXIV. Crucem portavit, *ibid.*—XXXV. Cruci affixus est, 486.—XXXVI. Clavis manus ejus, et pedes affixi sunt, 485.—XXXVII. Inter duos latrones crucifixus est, 486.—XXXVIII. Quia divisa sunt vestimenta ejus, *ibid.*—XXXIX. Felle et aceto potatus est, *ibid.*—XL. Quia hysopo circumdederunt spongiam aceto plenam, 487.—XLI. Quia titulus crucis ejus corruptus non est, *ibid.*—XLII. In cruce pendens, Patrem pro inimicis suis deprecatus est, *ibid.*—XLIII. Pro nostris peccatis crucifixus est, *ibid.*—XLIV. Quia mortuus est, 488.—XLV. Quia in passione ejus tenebræ factæ sunt, 489.—XLVI. Non frugerunt ejus crura, *ibid.*—XLVII. Lancea percussus est, 490.—XLVIII. De latere manavit sanguis et aqua, *ibid.*—XLIX. Sépultus est, 491.—L. Lapis ad ostium monumenti positus est, *ibid.*—LI. Descendit ad inferos, *ibid.*—LII. Descendens de morte quos voluit liberavit, *ibid.*—LIII. Corpus Christi in sepulcro non vidit corruptionem, 492.—LIV. Resurrexit ab inferis, 493.—LV. Apostoli ad prædicandum missi, *ibid.*—LVI. In cælum ascendit, 495.—LVII. Sedet ad dexteram Patris, 495.—LVIII. Regnum Christi perpetuum erit, *ibid.*—LIX. Christus post ascensionem suam Spiritum sanctum super apostolos misit, 496.—LX. Apostoli variis linguis locuti sunt, *ibid.*—LXI. Venturus est ad ju licandum, *ibid.*—LXII. Epilogus operis, 498.

DE FIDE CATHOLICA LIBER II, 499.—CAP. I. De gentium vocatione, *ibid.*—II. Conciliis gentibus in Christum credere jussum est, 505.—III. Judæi et gentes ad Christum vocantur, 505.—IV. De vocatione gentium ad fidem ante Hebræos, 508.—V. Quia in fine mundi in Christum credi sunt Judæi, *ibid.*—VI. Plurimi ex Judæorum populo non erant credituri, 510.—VII. Ob incredulitatem Judæorum Christus ad gentes erat transiurus, 512.—VIII. Quia, projectis Judæis, gentes introierunt, 513.—IX. Judæi propter peccatum in Christum debelati atque dispersi sunt, 514.—X. De ruina Jerusalem, 515.—XI. De spreto Judæis et Synagoga reprobatione, 517.—XII. De perpetua ruina Jerusalem, *ibid.*—XIII. De irreparabili desolatione Judæorum, 519.—XIV. Quod, Veteri Testamento evacuato, Novum futurum erat, 520.—XV. De tessatione Sabbati, 522.—XVI. De circumcisionis consumptione, 523.—XVII. De sacrificiis, 526.—XVIII. De ascis, 527.—XIX. De sacramentis fidelitatis, 528.—XX. Scriptura non solum historialiter, sed etiam mystice intelligenda est, *ibid.*—XXI. Quia Testamentum legis Judæi non intelligunt, 529.—XXII. Quod Judæi, nisi credant in Christum, non intelligunt Scripturas, *ibid.*—XXIII. Quod duo Testamenta a Deo sunt tradita, 530.—XXIV. Quod peccatorum remissio futura erat per baptismum, *ibid.*—XXV. Quod christate gentes sanctificari debeant, 533.—XXVI. Quia per signum crucis credentes salvarentur, 534.—XXVII. Quomodo sacramentum Eucharistiæ præfiguratum est, 535.—XXVIII. Recapitulatio operis, 536.

SENTENTIARUM LIBER PRIMUS, 537.—CAP. I. Quod Deus summus et incommutabilis sit, *ibid.*—II. Quod immensus et omnipotens sit Deus, 541.—III. Quod invisibilis sit Deus, 542.—IV. Quod ex creature pulchritudine agnoscatur Creator, 543.—V. Quod ex usu nostro quædam species ad Deum referantur, 544.—VI. Quod Deo nulla temporum successus

ascribitur, 547.—VII. De temporibus, 548.—VIII. De mundo, 549.—IX. Unde malum, 552.—X. De angelis, 554.—XI. De homine, 559.—XII. De anima ceterisque sensibus, 562.—XIII. De sensibus carnis, 565.—XIV. De Christo, 565.—XV. De sancto Spiritu, 568.—XVI. De Ecclesia et hæresibus, 571.—XVII. De gentibus, 575.—XVIII. De lege, 576.—XIX. De septem regulis, 581.—XX. De differentia Testamentorum, 586.—XXI. De symbolo et oratione, *ibid.*—XXII. De baptismo et communcione, 587.—XXIII. De martyrio, 590.—XXIV. De sanctorum miraculis, 591.—XXV. De Anti-christo et ejus signis, 592.—XXVI. De resurrectione, 594.—XXVII. De iudicio, 595.—XXVIII. De gehenna, 597.—XXIX. De penis Impiorum, 598.—XXX. De gloria sanctorum, 599.

SENTENTIARUM LIBER SECUNDUS, 599.—CAP. I. De sapientia, *ibid.*—II. De fide, 601.—III. De charitate, 602.—IV. De spe, 603.—V. De gratia, 604.—VI. De prædestinatione, 606.—VII. De conversis, *ibid.*—VIII. De primordiis conversorum, 608.—IX. De conflictu conversorum, 609.—X. De remissa conversi ne, 610.—XI. De exemplis sanctorum, 611.—XII. De compunctione cordis, 615.—XIII. De confessione peccatorum, et penitentia, 614.—XIV. De desperatione peccantium, 617.—XV. De his qui a Deo deseruntur, 618.—XVI. De his qui ad delictum post lacrymas revertuntur, 619.—XVII. De peccato, *ibid.*—XVIII. De levioribus peccatis, 620.—XIX. De gravioribus peccatis, 621.—XX. De manifestis occultisque peccatis, 625.—XXI. De peccati amore, *ibid.*—XXII. De peccandi necessitate, 624.—XXIII. De peccandi consuetudine, *ibid.*—XXIV. De peccati recordatione, 625.—XXV. De cogitatione, 626.—XXVI. De conscientia, 627.—XXVII. De latente mente, 628.—XXVIII. De sensibus carnis, 628.—XXIX. De sermone, 629.—XXX. De mendacio, 632.—XXXI. De juramento, 635.—XXXII. De vitis, 634.—XXXIII. Quod ex vitis vitia, et ex virtutibus virtutes oriuntur, 635.—XXXIV. De male usis virtutibus, *ibid.*—XXXV. De simulatis virtutibus, 636.—XXXVI. De appetitu virtutum, 637.—XXXVII. De pugna virtutum adversus vitia, 638.—XXXVIII. De superbia, 639.—XXXIX. De fornicatione, 640.—XL. De continentia, 645.—XLI. De copulatione, 645.—XLII. De gula, 647.—XLIII. De ebrietate, 649.—XLIV. De abstinentia, 651.

SENTENTIARUM LIBER TERTIUS, 652.—CAP. I. De flagellis Dei, *ibid.*—II. De gemina percussione Dei, 655.—III. De infruitu carnis, 658.—IV. De tolerantia divinæ correptionis, 659.—V. De tentationibus diaboli, 660.—VI. De tentamentis somnorum, 668.—VII. De oratione, 671.—VIII. De lectione, 679.—IX. De assiduitate legendi, 680.—X. De doctrina sine gratia, 682.—XI. De superbis lectoribus, *ibid.*—XII. De carnalibus lectoribus et hæreticis, 685.—XIII. De libris gentium, 685.—XIV. De collatione, 688.—XV. De contemplatione et actione, 689.—XVI. De contemptibus mundi, 691.—XVII. De sanctis qui se a consortio sæculi separant, 692.—XVIII. De præceptis aliorum monachorum, 695.—XIX. De humilitate monachi, vel opere, 694.—XX. De tempore monachorum, *ibid.*—XXI. De monachis qui curis sæculi occupantur, 695.—XXII. De his qui a Deo mundi amore præpediuntur, 696.—XXIII. De iactantia, 697.—XXIV. De hypocrisi, 699.—XXV. De invidia, 700.—XXVI. De simulatione, 701.—XXVII. De odio, *ibid.*—XXVIII. De dilectione, 702.—XXIX. De fictis amicitis, *ibid.*—XXX. De amicitia ex numero orta, 705.—XXXI. De malorum concordia, *ibid.*—XXXII. De correptione fraterna, 704.—XXXIII. De præpositis Ecclesiarum, 705.—XXXIV. De indignis præpositis, 706.—XXXV. De indoctis præpositis, 707.—XXXVI. De doctrina et exemplis præpositorum, *ibid.*—XXXVII. De his qui bene docent, et male vivunt, 708.—XXXVIII. De exemplis prætorum sacerdotum, 709.—XXXIX. De præpositis carnalibus, *ibid.*—XL. De iracundiis doctoribus, 710.—XLI. De superbis doctoribus, *ibid.*—XLII. De humilitate præpositorum, 711.—XLIII. De doctrinæ discretione, *ibid.*—XLIV. De silentio doctorum, 715.—XLV. De præbenda sacerdotali protectione in plebe, *ibid.*—XLVI. De disciplina sacerdotum in his qui delinquant, 714.—XLVII. De subditis, 717.—XLVIII. De prælatis, 718.—XLIX. De iustitia principum, 720.—L. De patientia principum, 721.—LI. Quod principes legibus teneantur, 725.—LII. De iudicibus, 724.—LIII. De acceptione personarum, 726.—LIV. De numeribus, *ibid.*—LV. De testibus, 727.—LVI. De causidicis, 728.—LVII. De oppressoribus pauperum, *ibid.*—LVIII. De tribulatione iustorum, 750.—LIX. De avarioribus mundi, 751.—LX. De ama oribus misericordiis, 752.—LXI. De brevitate vitæ, 753.—LXII. De exitu, 756.

DE ECCLESIASTICIS OFFICIIS, 757.

PRÆFATIO. LIBER PRIMUS.—DE ORIGINE OFFICIORUM, 757.—CAP. I. De Ecclesia et vocabulo Christianorum, 759.—II. De temporibus, 741.—III. De choris, *ibid.*—IV. De canticis, *ibid.*—V. De psalmis, 742.—VI. De hymnis, 745.—VII. De antiphonis, *ibid.*—VIII. De precibus, 744.—IX. De responsoriis, *ibid.*—X. De lectionibus, *ibid.*—XI. De his Testamentorum, 745.—XII. De scriptoribus sacrorum libro:rum, 747.—XIII. De laudibus, 750.—XIV. De offerentiis, 751.—XV. De missa et orationibus, 752.—XVI. De Symbolo Niceno, 753.—XVII. De benedictionibus, 754.—XVIII. De sacrificio, *ibid.*—XIX. De tertie, sextæ et nonæ officiis, 757.—XX. De vesperis, 758.—XXI. De completis, *ibid.*—XXII. De vigiliis antiquitate, 759.—XXIII. De matutinis, 760.—XXIV. De Dominicis die, *ibid.*—XXV. De sabbato, 761.—XXVI. De Natali Domini, *ibid.*—XXVII. De Epiphania, 762.—XXVIII. De Palmare die, 763.—XXIX. De Cena Domini, 764.—XXX. De Parasceve, *ibid.*—XXXI. De Sabbato Paschæ, 768.—XXXII. De die sancto Paschæ, *ibid.*—XXXIII. De Ascensione Domini, 768.—XXXIV. De Pentecoste, *ibid.*—XXXV. De festivitibus martyrum, 770.—XXXVI. De eocentis, 771.—XXXVII. De jejuniis Quadragesimæ, *ibid.*—XXXVIII. De jejuniis Pentecostæ, 775.—XXXIX. De jejuniis septimi mensis, *ibid.*—XL. De jejuniis Kaleud. Novembr., 774.—XLI. De jejuniis Kaleudarum Januariarum, *ibid.*—XLII. De triduanis jejuniis consuetudine, 775.—XLIII. De diversorum dierum ac temporum jejuniis, *ibid.*—XLIV. De vario usu Ecclesiarum, 776.—XLV. De carniuni usu, vel piscium, 777.

LIBER SECUNDUS.—DE ORIGINE MINISTRORUM, 777.—CAP. I. De clericis, *ibid.*—II. De regulis clericorum, *ibid.*—III. De generibus clericorum, 779.—IV. De tonsura, *ibid.*—V. De sacerdotio, 780.—VI. De chorepiscopis, 786.—VII. De presbyteris, 787.—VIII. De diaconibus, 788.—IX. De custodibus sacrorum, 790.—X. De subdiaconis, *ibid.*—XI. De lectoribus, 791.—XII. De psalmistis, 792.—XIII. De exorcistis, *ibid.*—XIV. De acolythis, 795.—XV. De ostiariis, 794.—XVI. De monachis, *ibid.*—XVII. De penitentibus, 801.—XVIII. De virgibus, 804.—XIX. De viduis, 807.—XX. De conjugatis, 809.—XXI. De catechumenis, de exorcismo et sale, 814.—XXII. De competentibus, 815.—XXIII. De symbolo, *ibid.*—XXIV. De regula fidei, 817.—XXV. De baptismo, 820.—XXVI. De chrismate, 822.—XXVII. De manuum impositione vel confirmatione, 824.

SYNOYMA, 825.—Prologus prior, 825.—Prologus alter, 827.

LIBER PRIMUS, 827.—LIBER SECUNDUS, 845.

REGULA MONACHORUM, 867.—CAP. I. De monasterio, 869.—II. De eligendo abbate, 870.—III. De monachis, 870.—IV. De conversis, 871.—V. De opere monachorum, 875.—VI. De officio, 875.—VII. De collatione, 877.—VIII. De codicibus, *ibid.*—IX. De mensis, 878.—X. De feriis, 880.—XI. De jejuniis, 881.—XII. De habitu monachorum, *ibid.*—XIII. De stramentis, 885.—XIV. De delinquentibus, 884.—XV. De sæpius peccante, *ibid.*—XVI. De culpa indulgenda, vel culpæ correctione, *ibid.*—XVII. De delictis, 885.—XVIII. De excommunicatione, 888.—XIX. De familiari vita, 888.—XX. Quod ad quem pertinet, 889.—XXI. De infirmis, 891.—XXII. De hospitibus, 892.—XXIII. De protectione, 892.—XXIV. De defunctis, 895.

EPISTOLÆ, 895. Epist. I. Isidori Leidolfredo episcopo, *ibid.*—II. Isidori Braulioni archidiacono, 898.—III. Isidori Braulioni archidiacono, *ibid.*—IV. Isidori Massonæ episcopo, 899.—V. Isidori Helladio allicque episcopo, 902.—VI. Isidori Claudio duci, *ibid.*—VII. Isidori Redempto archidiacono, 905.—VIII. Isidori Eugenio episcopo, 908.—IX. Isidori Braulioni episcopo, *ibid.*—X. Braulionis episcopi Isidoro, 909.—XI. Isidori Braulioni episcopo, 910.—XII. Braulionis episcopi Isidoro, *ibid.*—XIII. Isidori Braulioni episcopo, 914.

DE ORDINE CREATURARUM, 915.—CAP. I. De fide Trinitatis, *ibid.*—II. De creatura spirituali, 916.—III. De aquis quæ super firmamento sunt, 920.—IV. De firmamento cæli, 921.—V. De sole et luna, 925.—VI. De spatio superiore, et paradiso cæli, 926.—VII. De spatio inferiori, et hæmisphæris diversis, 928.—VIII. De diabolo et natura dæmoniorum, 931.—IX. De natura aquarum et cursu Oceani, 935.—X. De paradiso, 938.—XI. De situ orbis terrarum, quem inhabitat genus humanum, 942.—XII. De natura hominum post peccatum, 945.—XIII. De diversitate peccantium, et loco poenarum, 944.—XIV. De igne purgatorio, 947.—XV. De futura vita, 950.

# SANCTI ISIDORI,

HISPALENSIS EPISCOPI,

## OPERA OMNIA,

ROMÆ ANNO DOMINI MDCCXCVII EXCUSA,

RECENSENTE FAUSTINO AREVALO,

QUI

ISIDORIANA PRÆMISIT; VARIORUM PRÆFATIONES, NOTAS, COLLATIONES, QUA ANTEA  
EDITAS, QUA TUNC PRIMUM EDENDAS, COLLEGIT; VETERES EDITIONES  
ET CODICES MSS. ROMANOS CONTULIT :

NOVA NUNC ET ACCURATIORI EDITIONE DONATA PRETIOSISSIMISQUE MONUMENTIS AUCTA :

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,  
BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

TOMUS SEPTIMUS.

---

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 28 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,  
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER  
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISIINA.

1862

# ELENCHUS RERUM

QUÆ IN SANCTI ISIDORI OPERUM TOMO SEPTIMO CONTINENTUR.

---

<i>Faustini Arevali Epistola dedicatoria.</i>	361.
De Natura rerum liber ad Sisebutum regem.	963
Chronicon.	1017
Historia de regibus Gothorum, Wandalorum et Suevorum.	1057
De Vitis illustribus liber.	1081
<i>Appendices.</i>	1107
Index Rerum.	1377

---



EXCELLENTISSIMO ET EMINENTISSIMO PRINCIPI, ET D. D.

# LUDOVICO BORBONIO

S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI TIT. S. MARIE DE SCALA, ARCHIEPISCOPO TOLETANO,  
CANCELLARIO MAJORI CASTELLÆ, ADMINISTRATORI ARCHIEPISCOPATUS HISPALENSIS,  
COMITI CHINCHONIS, MAGNATI HISPANIÆ PRIMÆ CLASSIS, PRÆCLARI REGII  
ORDINIS HISPANICI CAROLI III MAGNÆ CRUCI, ATQUE ORDINUM  
SS. JANUARIJ ET FERDINANDI INSIGNIBUS DECORATO, ETC.

## FAUSTINUS AREVALUS.

Non dubitabam, Princeps eminentissime, quin opus sexto abhinc anno auspiciis et munificentia Domini mei Francisci Lorenzana S. R. E. cardinalis edi ceptum, et nunc tandem post tot tantarumque rerum discrimina ad exitum perductum, gratum tibi acceptumque, si a me offerretur, futurum esset; tamen, ne id facere auderem, impediabar cum ingenno quodam pudore, conscientiaque tenuitatis meæ, tum maxime amplitudinis tuæ contemplatione, quæ quanta sit, quantique fieri ab omnibus debeat, non poteram non intelligere. Ac destitissam plane, fœtor, ab eo tibi offerendo, omnemque istam cogitationem penitus abjecissem, nisi is quem proxime nominavi, Franciscus Lorenzana cardinalis gravissima sua auctoritate intercessisset; qui quidem dubium ac verecundantem suadendo atque hortando, ac tantum non jubendo, cogendoque, ad id impulit quod me vides modo facere, timide quidem ac pudenter, sed tamen obsequentissime, ut decet, et humillime. Et sane qui facere poteram ut ei morem non gererem? Nec vero hic quidquam aliud, etsi postulare id a me locus videtur, de illius viri laudibus attingam; quod minime necesse est apud te qui eum et jam hinc a prima pueritia plane cognitum ac perspectum habes, et observare etiamnum, ac diligere, non secus atque parentem filius, perseveras. Sed ad Isidorum accedamus. Est hic profecto communis omnium nostrum, quicumque Hispaniati sumus, magister et pater. Sed, præter communia cætera, sunt illi tecum quædam propria, quæ faciunt ut jure quodam vestro uterque, et ille, perfecta jam ejus operum Editione, venire ad te debeat, et tu vicissim advenientem excipere. Resit ille, at quanta cæterarum sedium approbatione, ne dicam, invidia! rexit Hispanensem Ecclesiam; idemque concilio Toletano IV omnium celeberrimo præfuit, et luculentissimos canones digessit. Vides igitur, eminentissime Princeps, quam istud opus proprie ad te respiciat, qui exemplo parentis optimi, serenissimi Hispaniarum infantis Ludovici Borbonii, utramque sedem Toletanam et Hispanensem singulari prudentia regis, et sanctissimis moribus informas. Succurrebat etiam illud quod Joannes Grialius Philippo III, Hispaniarum regi catholico, jam olim suggestit, dum regiam Matritensem Isidori operum Editionem illi nuncuparet; cujus Isidori, inquit, ipse a stirpe genus ducis. Sed gratis fortasse jucundiusque tibi accidet, quod Notkerus Balbulus Salomonem, Constantiensem deinde episcopum, sæculo nono præmonebat, cum aliquot rerum ecclesiasticarum scriptores illi commendaret: « Libri, ait, Isidori Hispanensis episcopi, Etymologiarum nomine titulati, omnimoda te perficiunt scientia. Item Sententiarum ejus utilissimus liber. Item alius de Officiis et ordinibus ecclesiasticis. Quæ tibi mox Dei gratia futuro sacerdoti maxime sunt necessarii; in quibus omnem rationem, et nomina singularum festivitatum et sæniorum reperies, ut præco Dei populo futuras stationes prænuntiari possis. » Quibus doctrinis cum ipse, Princeps eminentissime et Præsul amplissime, a pueritia assueveris, quippe gravissima exercitatus disciplina, ut hoc tanto munere, ad religionis catholicæ amplificationem et ad Hispaniæ decus, quam diutissime incoluimus fungaris, omnium bonorum votis mea adjungere nunquam intermittam.

Es Urbe, pridie Idus Martias, an. 1805.

# SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

## DE NATURA RERUM

AD SISEBUTUM REGEM LIBER.

### Praefatio.

DOMINO ET FILIO SISEBUTO ISIDORUS.

**I** 1. Dum te prestantem ingenio, facundiaque, ac vario flore litterarum non nesciam, impendis tamen amplius curam, et quaedam ex rerum natura vel causis a me tibi efflagitas suffraganda. Ego autem satisfacere studio animoque tuo decursa priorum monumenta non demoror, expediens aliqua ex parte rationem dierum ac mensium, anni quoque metas, et temporum vicissitudinem, naturam etiam elementorum, solis denique ac lunae cursus, et quorundam causas **2** astrarum, tempestatum, scilicet signa, atque ventorum, necnon et terrae positionem, alternos quoque maris aestus.

**2.** Quae omnia, secundum quod a veteribus viris, ac maxime sicut in litteris catholicorum virorum scripta sunt, proferentes, brevi tabella notavimus. Neque enim earum rerum naturam noscere superstitiosa scientia est, si tantum sana sobriaque doctrina considerentur. Quinimo si ab investigatione veri modis omnibus procul abessent, nequaquam rex ille sapiens diceret: Ipse mihi dedit horum quae sunt scientiam veram, ut sciam dispositionem caeli, et virtutes elementorum, conversionum mutationes, et divisiones temporum, annorum cursus, et stellarum dispositiones.

**3.** Quapropter incipientes a die cujus prima procreatio in ordine rerum visibilium exstat, dehinc caetera de quibus opinari quosdam gentiles vel ecclesiasticos viros novimus, prosequamur, eorum in quibusdam causis, et sensu, et verba ponentes, ut ipsorum auctoritas dietorum fidem efficiat.

### CAPUT PRIMUM.

*De diebus.*

**1.** Dies est solis orientis praesentia, quousque ad occasum perveniat. Dies gemine appellari solet: proprie a solis exortu, donec rursus oriatur, abusive a solis ortu, usquequo veniat ad occasum. Spatia diei duo sunt, interdiurnum et nocturnum; et est dies horarum **xxiv**; spatium, horarum **xii**.

**2.** Partes abusivi diei tres sunt: mane, meridies, et suprema. Initia diei alii a solis ortu putant, alii ab oc-

**A** casu, alii a media nocte. Nam Chaldaei a solis exortu diei initium faciunt, totum id spatium unum diem appellantes. Aegyptii autem ex initio noctis **3** sequentis diei originem trahunt. Romani autem a medio noctis oriri diem volunt, et in medio noctis finire.

**3.** Dies in principio operum Dei a lumine habebat exordium ad significandum hominis lapsum. Nunc autem a tenebris ad lucem, ut non dies obscureretur in noctem, sed nox luceat in diem, sicut scriptum est de tenebris lumen clarescere, quia a delictorum

**TIT.** — *De Natura Rerum.* Ex Cod. Goth. Ovet., Braulione et Sigeberto in Isidori Vita, atque etiam ex Beda, qui Isidori exemplo libros suos de Natura rerum inscripsit, cum alias de Astronomia, vel de Mundo, vel de Naturis rer. lib. hic inscribatur.

**PRÆF.** — **N. 1.** A me tibi efflagitas suffraganda. Id est, supplenda, ut lib. 1 Sent., cap. 10, de angeli: Mutabilitatem itaque naturae suffragatur in illis contemplatio Creatoris. Hoc est, supplet, compensat mutabilitatis infirmam conditionem, et naturae debili subsidio est. Gloss., suffrago. βοηθῶ. Itaque βοηθῶ, adjūvo, suffrago, subvenio, opitior.

**Ibid.** Ego autem satisfacere studio animoque tuo decursa priorum monumenta non demoror. Hoc est: ego opere non parco, quominus evolvendis priorum scriptorum monumentis, ex ipsis studio animoque tuo satisfaciam.

**Ibid.** Caput 76 in Isidorianis hoc titulo praenotatur: De natura rerum liber Isidori ad Sisebutum regem. Editiones, mss. Codices, excerpta, caput quoddam hujus libri nondum editum. Carmen astrologicum huic libro additum, fortasse Isidori, compendium metricum ejusdem libri nondum editum, fortasse sancti Eugeni Toletani. Hunc librum notationibus suis Grialius illustravit, cujus nomine propterea proferuntur.

**B** Pro decursa priorum monumenta, alii decursis priorum monumentis. **AREV.**

**2. Al., viris didicimus, ac maxime. AREV.**

**CAP. I.** — **N. 1.** De diebus. Ex Ovet. et lib. v Ety-molog. Al., De die.

**Ibid.** Dies est... suprema. Sunt haec eadem paulo pleniora in Ety-molog.

**2. Chaldaei ab exortu. Secundum Persas ab ortu solis, in Ety-molog. Babylonii sole exortu, Agell. lib. iii, cap. 2, et Macrobius (e quo sunt hujus capituli plera-que) 1 Saturn., cap. 3.**

**Ibid.** Aegyptii ex initio noct. Secundum Aegyptios ab occasu solis, in Ety-molog. ex Serv. v En.

**Ibid.** Abusivi; al., abusive, vel abusive. **AREV.**

**Ibid.** Spatium diei pro dimidio diei nescio an apud alios reperiaur. Initium diei a solis occasu Hebraei ducunt, quod nonnulli Itali adhuc sequuntur. Primum mundi diem ex vespere praeeunte et mane succedente compositum fuisse, et sic alios dies processisse, docent Petavius et alii qui de opere sex dierum accurate scripserunt. **AREV.**

**3. De tenebris lumen clarescere. Ita Ms. Goth. et August., lib. primo Quæst. Evang., cap. 7; Splendescere Vulg., cap. 4 Epist. II ad Cor.**

**Ibid.** Sicut scriptum; al., sicut in Apostolo scri-

tenebris liberatus homo ad lucem fidei scientiæque A  
pervenit. Prophetice autem dies scientiam divinæ legi  
significat, nox vero ignorantiae cœcitatem secundum  
Osee prophetam, qui dicit : *Nocti assimilavi  
matrem tuam, factus est populus meus tanquam non  
habens scientiam.* Item nonnunquam dies prosperi-  
tatem significat sæculi, nox vero adversitatem.

4. Fasti dies sunt quibus jus satur, id est, dicitur, ut  
nefasti quibus non dicitur. Feriati dies, in quibus res  
divina fit, et abstinere homines a litibus oportet. Pro-  
festi, festis contrarii, id est, sine religione; festi tan-  
tumdem otii et religionis sunt; atri dies sunt qui et  
communes vocantur. Siderales, in quibus sidera mo-

ntum. Post scientiæque pervenit, aut, ut nonnulli exhibent,  
scientiamque pervenit, non exiguum fragmentum in multis  
mss. exemplaribus inseritur in hæc verba : *et Mystice quoque  
dies imaginem legis portat.* Sicut enim diei claritas obscura  
tenebrarum illuminat, ita et lex viam vitæ demonstrans,  
depellit tenebras errorum, lucem declarat virtutum, et iniquorum  
peccata arguens, bonos ad meliora perducit. Festi autem  
dies in veteri lege isti sunt. Dies azymorum Phase quarta  
decima dies mensis est primi, quando luna plenissima,  
abjecto fermento, agnus immolabatur. Dies Pentecostes  
est, quando in vertice montis Sina lex data est Moyse, in qua  
de frugibus primi panes propositionis offerbantur. Dies  
Sabbatorum est in quo otium celebratur in lege, et in quo  
manna in deserto non licebat colligere. Dies Neomeniarum  
est celebratio novæ lunæ; semper enim Judæi in principio  
mensium, hoc est, in prima luna diem festum agebant.  
Sed idcirco in principio mensium hoc faciebant, quia,  
deficiente luna, tempus finitur, et iterum, nascentia  
luna, incipitur. Dies Tubarum septimi mensis principio  
est, quando Judæi, solemnitate agentes, amplius tuba  
canebant, et plurima offerrebant sacrificia quam per  
singulos menses. Dies Scenopægiæ est mense septimo  
quinta decima die mensis, in quo tabernaculorum  
solemnitatem veteres celebrabant. Scenopægia  
tabernacula interpretantur. Dies jejunii quarti in  
mense Julio est septima decima die mensis ejusdem,  
quando Moyses, descendens de monte, tabulas legis  
confregit. In eo etiam die et Nabuchodonosor urbis  
Jerusalem primum muros destruxit. Dies jejunii  
quinti in mense Augusto est quando pro speculatoribus  
ad terram sanctam remeantibus sejitio in castris est  
ortus, et factum est, ut per desertum quadraginta  
annis laboriose discurrenterent, et in eremo omnes  
perirent. Siquidem et in eo mense a Nabuchodonosor,  
et multo post tempore a Cæsare Tito templum  
eversum est atque succensum, et in opprobrium  
perditæ gentis exaratum est. Dies jejunii septimi  
in mense Septimo est, qui appellatur October, in  
quo occisus est Godolias, et reliqui, qui erant in  
Jerusalem, juxta quod loquitur Jeremias. Dies  
jejunii decimi est in mense decimo, qui apud nos  
December vocatur, quando in Babylone cuncti  
captivi agnovērunt, quinto mense templum  
fuisse destructum, et fecerunt plañctum atque  
jejunium. Hæc beatissimus Hieronymus in  
commentariis Zachariæ scripsit. Nonnullæ  
varie lectiones in Mss. occurrunt, ut dies  
jejunii quarti in mense Julio est quarta  
decima ejusdem mensis die. Et postea qui  
apud nos Januarius vocatur, quando agno-  
verunt, quarto mense templum fuisse,  
etc. Locus Osee in Vulgata ita profertur :  
*Nocte tacere feci matrem tuam. Conticuit  
populus meus, eo quod non habuerit scientiam.*  
Versio antiqua apud Sabatierum : *Nocti  
assimilavi matrem tuam. Et assimilatus est  
populus meus, quasi non habens scientiam.*  
AREV.

4. Fasti sunt, in quibus jus satur. Macrobi., lib. 1,  
cap. 16 : Fasti sunt in quibus licet pratori fari tria

ventur, et homines a navigationibus excluduntur;  
justi continui triginta. Præliares, quibus fas est  
hostem bello lacessere, de quibus liber regnum  
testatur, dicens : *Eo tempore quo solent reges ad  
bella procedere.*

5. Intercalares dies sunt quinque, qui juxta  
Ægyptios supersunt 5 duodecim mensibus, et  
incipiunt a nono Kalendas Septembris, et quinto  
Kalendarum memoratarum finiunt. Dies epactarum  
sunt undecim, qui per singulos annos ad  
cursum lunarem accrescunt. Nam dum in  
annum XII lunæ CCCIV dies habeant,  
remanent ad cursum anni solarem dies  
XI, quos epactas Ægyptii vocaverunt,  
pro eo quod ad inveniendam lunam per  
totum annum adjiciantur.

B verba solemnia : Do, dico, addico. His  
contrarii sunt Nefasti. Noti sunt Ovidii  
versus :

Ille Nefastus erit, per quem tria verba silentur :  
Fastus erit, per quem leges licet agi.

Ibid. Atri dies sunt, qui et communes. Macrobi., lib. 1 :  
Dies autem postriduanos ad omnia majores nostri  
cavendos putarunt, quos etiam atros vel infasta  
appellatione damnaverunt, eosdem tamen nonnulli  
communes ad emendationem nominis vocaverunt.  
Ovid., 1 Fast. :

Vendicat Ansonias Junonis cura Kalendas,  
Idibus alba Jovi grandior agna caelit,  
Nonarum tutela Deo caret, omnibus istis,  
Ne fallare, cave, proximus ater erit.  
Omen ab eventu est, illis nam Roma diebus  
Marte sub adverso tristia damna tulit.

Ibid. Justi... Præliares. Macrobi., cap. 17 : Præliares  
a Justis non segregaverim. Siquidem Justis  
continui triginta dies, quibus exercitus  
imperato vexillum rufi coloris in arce  
positum est. Præliares autem omnes,  
quibus fas est res repetere, vel hostem  
lacessere. Festus : Justis dies dicebantur  
triginta dies cum exercitus imperatoris,  
et vexillum in arce positum esset. Aliud  
genus justorum xxx dierum refert Agell.,  
lib. xx, cap. 4 : Confessus, inquit,  
eris ac debiti judicatis triginta dies  
sunt dati conquirendæ pecuniæ causa,  
quam dissolverent, easque dies  
decemviri justos appellaverunt, velut  
quoddam justitium, id est, juris inter  
eos quasi interstitutionem quamdam  
et cessationem, quibus diebus nihil  
cum his agi jure posset. Post deinde  
nisi dissolverent, etc.

Ibid. Excluduntur. Al., excluduntur,  
quinto decimo die de Januario, et  
quinto decimo die de februario.  
AREV.

5. Intercalares sunt dies quinque,  
qui juxta Ægyptios. Macrobi., cap. 15 :  
Tunc Horus : Dies hic, inquit,  
intercalaris, antequam quintus  
annus incipiat, inserendus, cum  
Ægyptii matris artium ratione  
consentit. Sed in illorum mensibus  
explicandis videtur quærosorum  
quos tricenum dierum omnes habent.  
Eo quod explicitis XII mensibus,  
id est, CCCIX diebus exactis,  
tunc inter Augustum et Septembrem  
reliquis quæque anno exacto  
intercalarem, qui ex quadrantis  
conficit.

Ibid. Et incipiunt 1x Kalend. Septemb.  
Hoc pugnare videtur cum  
Macrobii verbis recitatis. Nam  
Horus, exactis CCCIX diebus,  
reliquis quinque anno suo  
reddi dixit, Isidorus vero ultimo  
mensi nondum completo interseri,  
eamdem ratione qua nos  
Februario diem unum bissexilem  
interjicimus.

Ibid. Solstitiales dies sunt. Solstitii  
nomine brumam quoque more suo  
comprehendit, et i. a. inf., cap. 8 :  
Solstitia duo sunt.

Ibid. Quinque, etc. En Kalendarii  
rationem, quam Gallia non multis  
ante annis adoptavit. Quod autem  
Grialius putat, Isidorum ultimo  
mensi nondum completo interserere  
dies quinque intercalares, id mihi  
non ita videtur; nam ex ejus  
mente ultimus dies mensis  
duodecimi apud Ægyptios est  
decimo Kalendas Septembris :  
huic adduntur quinque dies,  
aut anno bissexili sex, et quinto  
Kalendas Septembris

tur. Solstitiales dies sunt, in quibus sol stat, crescenti spatia dierum, vel noctium. Aequinoctiales dies sunt, in quibus dies et nox aequalibus horarum spatiis evolvuntur.

## CAPUT II.

### De nocte.

1. Nox est solis absentia, quandiu ab occasu rursus ad exortum recurrit. Noctem autem fieri umbra terrarum, quam datam ad quietem corporis credimus, non ad alicujus operis officium. Duobus autem modis nox in Scripturis accipitur, id est, aut tribulatio persecutionis, **S** aut obscuritas caeci cordis. Nox a *nocendo* dicta, quod oculis noceat.

2. Noctis partes sunt septem: crepusculum, vespere, conticinium, intempestum, gallicinium, crepusculum, et matutinum. Crepusculum dicitur, id est, creperum, quod dubium dicimus, hoc est, inter lucem et tenebras. Vesperum, oriente stella, cui hoc nomen est.

3. Conticinium, quando omnes silent; conticere enim silere est. Intempesta, id est, importuna, quando agi nihil potest, et omnia quieta sunt. Gallicinium autem dictum est, propter gallos lucis praenuntios. Crepusculum matutinum, inter abscessum noctis et diei adventum.

## CAPUT III.

### De hebdomada.

1. Hebdomada apud Graecos et Romanos septem dierum cursu peragitur. Apud Hebraeos autem septem anni sunt. Declarat hoc Daniel de septuaginta hebdomadis. Hebdomada autem septem feriis constat. Feria quoque a *fando* dicta est, quasi fari, eo quod in creatione mundi per singulos dies dixit Deus *fiat*.

fiatur annus, et quarto Kalendas Septembris incipit primus dies primi mensis anni sequentis. In Gallicano recenti Calendario annus incipit decimo Kalendas Octobris. AREV.

*Ibid.* Sol stat, crescenti. Al., sol stat, in majori latitudine quam habere possit crescente. AREV.

CAP. II.—N. 1. Umbra terrar. Anibros., iv Hexam., cap. 3: Est enim nox ut peritiores probarunt, qui nobis eitate vel munere praecurrerant, umbra terrae. Et paulo post: Unde liquet quod noctem faciat umbra terrar. Indicat autem Basilium.

*Ibid.* Quam datam ad quietem corporis. Amb., lib. 1, cap. 10: Noctem enim ad quietem corporis datam esse cognoscimus, non ad muneris alicujus vel operis functionem.

*Ibid.* Nox a nocendo. Ut in Etymolog., ex Alteo Capitone et aliis.

2. Noctis partes: Vid. Etymolog. lib. v.

*Ibid.* Crepusculum. Non: Crepera res proprie dicitur dubia. Unde et crepusculum dicitur dubia lux.

*Ibid.* Oriente stella. Al., a noctis orientis stella. AREV.

3. Conticere. Al., conticescere. AREV.

CAP. III.—N. 1. Apud Hebraeos autem septem anni sunt. Non quia apud illos dierum etiam hebdomas sit, ut Levit. xii: Sin autem feminam pepereris, immunda erit duabus hebdomadibus.

*Ibid.* A fando. Al., a feriendo, et mox fieri, pro fari. Forte, a fendo, quo alludit fiat. Quod dies Dominicus dicitur prima feria, quia primus est post feriam, hoc est, Sabbatum, et sic feria secunda, etc., observatio propria Isidori est, quam Mazochius, tom. III Spicilegii ad Act. Apost.; c. 19, confirmat. AREV.

Item quia dies Sabbati, ab initio feriatius habetur. Inde dies Solis prima feria nuncupatur, quia primus est a feria. Item dies Lunae proinde secunda feria, quia secundus est a feria, id est, Sabbato, qui est feriatius. Sic et caeteri dies tali ex numero sumpserunt vocabula.

2. Apud Romanos autem hi dies a planetis, id est, ab erraticis **7** stellis vocabulum acceperunt. Primum enim diem a sole vocaverunt, qui princeps est omnium siderum, sicut idem dies caput est cunctorum dierum. Secundum a luna, quae soli et splendore et magnitudine proxima est, et ex eo mutat lumen. Tertium a stella Martis, qui Pyrois vocatur.

3. Quartum a stella Mercurii, quam quidam candidam circulum dicunt. Quintum a stella Jovis, quam Phaethonta dicunt. Sextum a Veneris stella, quam Luciferum asserunt, qui inter omnia sidera plus lucis habet. Septimum a stella Saturni, quae septimo caelo locata, triginta annis fertur explere cursum suum.

4. Proinde autem gentiles ex his septem stellis nomina diebus dederunt, eo quod per eandem aliquid sibi effici aestimarent, dicentes habere ex sole spiritum, ex luna corpus, ex Mercurio linguam et sapientiam, ex Venere voluptatem, ex Marte fervorem, ex Jove temperantiam, ex Saturno tarditatem. Talis quippe existit gentilium stultitia, qui sibi finxerunt tam ridiculosa figmenta.

## CAPUT IV.

### De mensibus.

1. Mensis est luminis lunaris circuitus, ac reintegrationis, sive a nova ad novam cursus. Cujus figura plerumque hujus vitae cursus intelligitur, quae suis incrementis, quasi mensis peragitur, **S** ac diminutionibus certissimis terminatur. Mensem autem antiqui des-

2. Quae soli magnitudine proxima. Ut spectantibus quidem propter propinquitatem videtur, cum sit alioqui siderum omnium minima: Cicer. in Scaevola Scip.: Erant autem eae stellae, quas nunquam ex hoc loco vidimus, et eae magnitudines omnium quas nos nunquam suspicari sumus. Ex quibus erat ea minima quae ultima caelo, citima terris luce lucebat aliena.

*Ibid.* A stella Martis, quae Pyrois. Mendose in omnibus libris Vesper pro Pyrois inversis litteris. Ut etiam lib. iii Etymolog.

*Ibid.* Mutat. Al., mutatatur. Illico tertius, et sic deinceps quartus, etc. AREV.

3. Quam quidam candidum circulum. Stilbonta potius. Vid. not. ad cap. 28, lib. v, Etymolog.

*Ibid.* A stella Saturni quae septimo caelo locata. Mendose lib. o. sexto caelo, uti etiam in plerisque lib. Etymolog.

*Ibid.* Septimo caelo; ita nonnulli nostri Mss. AREV.

4. Ex Mercurio linguam et sapientiam. Ingenium et linguam, in Etymolog., ex Serv.

*Ibid.* Ex Marte fervorem, a Marte sanguinem. *Ibid.*

*Ibid.* Ex Saturno tarditatem, a Saturno humorem. *Ibid.*

*Ibid.* Dederunt, Al., indiderunt. Postea, ex sole ignem, ex aere spiritum. AREV.

CAP. IV.—N. 1. Sive a nova ad novam cursus. Cujus, etc. Omiserunt librarii vocem cursus similitudine sequentis vocis, cujus, decepti. Quam nota ex Etymologiis restitimus. Sic enim illic, cap. 31: Umbra apud Hebraeos, menses legitimi non ex solis circuitu, sed ex lunae cursu enumerantur, qui est de nova ad novam.

*Ibid.* Antiqui definiunt: Quandiu Luna Epithymum circulum perducitur. Verba sunt Hygini, extremo libro quarto.

*Ibid.* Reintegratio. Al., emigratio. AREV.

nierunt: Quoad luna Zodiacum circulum perducitur.

2. Antiqui autem gentiles mensibus nomina quædam ex diis suis, quædam ex causis, quædam vero ex numero, imposuerunt, incipientes a Martino, quia ex ipso anni exorientis ordinem servaverunt. Hunc autem Martium propter honorem Romuli sic appellaverunt, quia eum Martis filium esse crediderunt. Aprilem vero, nullo deorum suorum nomine, sed de re propria, quasi Aperilem nominaverunt, eo quod tunc plurimum germinis aperitur in florem.

3. Inde mensem Maium, pro Maia Mercurii matre, quam deam sibi propter majores decreverunt. Deinde Junium a Junone, quam sororem vel conjugem Jovis fuisse testantur. Alii autem, sicut Maium pro majoribus, ita pro junioribus Junium vocari dixerunt. Item Julium a Julio Cæsare, Augustum vero ab Octaviano Augusto vocaverunt. Nam prius Julius Quintilis, et Augustus Sextilis vocabantur. Sed eorum nomina a Cæsaribus Julio sive Augusto sunt commutata.

4. Jam September, eo quod septimus sit a Martino, qui est principium veris. Simili quoque ordine October, et November, et December, ex numero imbrum atque veris vocabulum acceperunt. Porro Januariam ex nomine Jani vocaverunt, sed specialiter Januarius appellatur, eo quod janua sit

2. Antiqui autem gentiles mensibus nomina quædam ex diis... a sacris Lupercorum appellaverunt. Totus locus sumptus ex *Auz.*, lib. xviii contr. Faust., cap. 5, paucis quibusdam inversis. Vidend. etiam Macrobi., lib. 1 Saturn., cap. 12.\*

3. Sororem, vel conjugem; hoc est, sororem, et conjugem. AREV.

4. October, November, December, ex numero imbrum atque veris. Nihil hujusmodi apud Augustinum, sed a numeris, vel a numerorum ordine. Ergo lusissæ Isidorus in notatione, a potius hæc illi adjecta cum P. Chacone, putabimus? Quod item suspicari eadem causa licet de verbis illis: Sed specialiter Januarius appellatur, eo quod janua sit anni atque principium. Nam hujus notationis, neque Augustinus, neque Macrobius, meminit.

*Ibid.* A februis, etc. Alii: e Duobus modis, sub idolo, et sub re, id est, a februis sacris Lupercorum appellaverunt, quia omnes immundities corporum suorum solo hoc mense abluebant, et febricitabant in aqua frigida. Sub re dicitur, quia solent creaturæ multæ in eo conjungi. Itaque, etc. AREV.

5. Plerique Ancum Sabinorum regem. Numæ, qui Sabinus fuerat, ex filia, nepotem; quo respexit Catullus in hymno Dianæ:

Sis, quocunque tibi placet,  
Sancta nomine, Romulique,  
Ancique ut solita es, bona  
Sospites ope gentem.

Quod mirum non vidisse virum eruditissimum, qui veram scripturam ex libris antiquis restituit. Non enim Romanos tantum indicare voluit Catullus, cum Romulique Ancique dixit; sed Romanos, qui patrum genus ad Romulum, maternum vero ad Ancum, hoc est ad Sabinas referrent.

In toto hoc libro Grialio tribuendæ sunt notæ quibus nullum affixum est nomen. Edit.

anni atque principium. Februarium autem 9 a Februis sacris Lupercorum appellaverunt. Itaque apud antiquos Latinos decem mensibus cursus anni computabatur. Sed Januariam Romani, Februarium Numa Pompilius addidit, atque in duodecim menses annum distinxit.

5. Plerique autem asserunt Ancum Sabinorum regem prius annum in menses divisisse, Idus, Kalendasque, et intercalares dies instituisse. In Codicibus autem sanctarum Scripturarum duodecim menses fuisse anni etiam ante diluvium ostenditur. Sicut enim ibi legitur: *Aqua autem imminuebatur usque ad undecimum mensem. Undecimo autem mense, prima die mensis apparuerunt capita montium.* Sic enim tunc dinumerabatur mensis, sicut et nunc. Sed non quos Kalendæ, sed quos luna cepta et finita concludit.

6. Kalendas autem a colendo dictas. Apud antiquos enim semper mensium principia colebantur. Idus quoque dictæ a diebus, vel ab idulio, et Nonæ a nundinis. Menses autem omnes apud Latinos ex Kalendis sumunt principia. Apud Hebræos ex lunæ nascentis recursum.

7. Apud Ægyptios autem principia mensium ante Kalendas 10 quatuor, vel quinque dies pronuntiantur, juxta quod formula subjecta declarat. (*Vide pag. seq.*)

*Ibid.* Duodecim menses fuisse anni etiam ante diluvium. Hoc ita esse nihil vetat, id tamen non satis probat locus ex Genesi adductus, cum presertim ibi decimi tantum mensis fiat mentio, non (ut est in Isidorianis libris) undecimi. Id accidit, quia apud LXX Interpretes ubi nunc ἐν τῷ δεκάτῳ μηνί legitur, ἐνδεκάτῳ μηνί in aliis exemplaribus legebatur.

*Ibid.* Alii, ad decimum mensem... apparuerunt cacumina montium. Sic enim tunc dinumerabantur menses. AREV.


6. Kalendas autem a colendo dictas. Quod in Etymologiis non de sua, sed de aliorum sententia pronuntiauit. Constat autem a calendo, hoc est, vocando nominatas. Vid. Macrobi.

*Ibid.* Vel ab Idulio; al., Edulio. Sed placet Idulio. Nam sacrum quod Jovi singulis Idibus Iduli agna fiebat, Idulium dictum aut Festus in *Sacra via*. Iam Idulis (inquit) agna et Idulium ab Idibus ipsis potius dicta. Quasi id mirum, aut novum Isidoro, priora quæ sint, e posterioribus ducere, dum de utrisque magis liqueat. Sic enim apud illum quatuor a figura quadrata, et testis a testamento, et jejunium a jejuno intestino, et sexcenta hujusmodi. Sed videndæ aliæ elegantissimæ notationes Iduum apud Macrobius.

*Ibid.* Nonæ a nundinis. Nihil Nonis cum nundinis. Imo, quod aliquando nundinæ in Nonas incidebant, cautum, ait Macrobius, quomodo nundinæ in Nonas ne incurrerent.

7. Apud Ægyptios autem principia mens., etc. Cur id faciunt e Macrobi verbis, cap. 1 relatis, constabit.

*Ibid.* Quatuor, vel quinque dies, etc. Al., quatuor, vel quinque, sive sex, seu septem, aut octo dies pronuntiantur. Figura indicata, aliæque ad caput 37 simul exhibentur. AREV.



Dehinc reverteris ad quartum Kalendas Septembris, A talique ratione complentur dies cccLx duodecim mensium *Aegyptiorum*. Quinque dies supersunt, quos *ἡραγομένους*, vel intercalares, sive addititios vocaverunt. De quibus superius memoratum est.

CAPUT V.

*De Concordia mensium.*

1. Januarius cum Decembri in horarum mensura concordat. Februarius cum Novembri spatium æquale consumit. Martius consentit Octobri. Aprillis æquat Septembrem. Maius respondet Augusto. Junius compar est Julio.

CAPUT VI.

*De annis.*

1. Annus est circuitus solis ac reditus per duodecim menses. Cujus quidem nomen figurate significat omne tempus vite hujus, sicut per Isaiam dicitur:

CAP. V. — N. 1. Vide Palladii Horologium.

CAP. VI. — N. 1. Annus est circuitus solis ac reditus. Macrob., lib. 1 in Somn., cap. 6: Anfractum solis ac reditum annum vocans: anfractum propter Zodiaci ambitum; reditum, quia eadem signa per annos singulos certa lege melitur.

Ibid. Vulgata, ut prædicarem annum placabilem Domino, et diem ultionis Deo nostro. AREV.

2. Alii ab Æquinotio verno, ut Hebræi. Post Moysen, nam antea ab autumno putabant.

Ibid. Alii a solstitio, ut Græci. Non dixit a quo solstitio: atqui constat Græcis duo anni fuisse initia, eaque a duobus solstitiis ducta. Unum naturale a Brumia, quo respexisse putatur Terentius in Phor-

tur: *Prædicare annum Domini acceptabilem*. Quoniam non ille quo Dominus prædicavit, solus fuit acceptabilis, sed et totum tempus, juxta quod ait Apostolus: *Ecce nunc tempus acceptabile*. Finem denique hujus anni diem judicii adjunxit, dicens: *Prædicare annum Domini, et diem retributionis*.

2. Annum autem, quasi annum, dici quidam putant, id est, circulum. Unde et annuli dicti sunt diminutive. Principium autem **1 1** anni alii a bruma putant, ut populi Romani; alii ab æquinotio verno, ut Hebræi; alii a solstitio, ut Græci; alii ab autumno, ut *Aegyptii*. Annum autem sapientes hujus mundi partim civilem, partim naturalem, partim magnum esse dixerunt. Civilis annus est, qui in unius astri recursu per menses duodecim terminatur.

3. Annus naturalis est, cum se soli luna supponit, ut inter orbem solis et oculos nostros media facta,

mione:

Aruspep vetuit ante Bramam aliquid novi læcipere.

Alterum civile, qua ratione *ἡβὴ ἐνακτὴν πρὸς ἑσπέρην ἡρονάς*, vi de Legib., vocat Plato. Idque propter Olympicum certamen, quod proximo post solstitium æstivum plenilunio celebrabatur. De hoc postquam initio locutum Isidorum potius reor. Nam et hoc solum solstitium veteres appellaverunt.

3. Sed a Milesio quodam philosopho. Laert., in Diogene, et Plutarch. 11 de Placitis philosophorum. Quis hunc annum naturalem appellavit? Quis igitur, legendum? Ne id quidem satis placet.

Ibid. Quem annum antiqui sexcentesimo anno...

tenebras totius efficiat solis, quod dicitur eclipsis; A que, sed etiam ab omni genere, omnique ætate et sexu conveniretur.

6. Solstitialis annus est, cum sol, expleto per omnia signa circuitu, in id unde principium cursus sui sumpsit recurrit; ipse est solaris annus, vel civilis, qui diebus cccclxv peragitur. Annus lunaris communis est, qui per xii lunares menses decurrit, id est, dies cccliv. Annus embolismus est qui lunas xiii et dies ccclxxxiv habere monstratur, in quo anno longius dies Paschæ protenditur. Annus bissextilis est in quo unius diei per quadriennium ex quadrantis ratione summa colligitur. Annus jubilæus est remissionis, qui septem annorum hebdomadibus, id est, xlix annis textitur, in quo juxta legem clangebatur tubæ, et ad omnes revertebatur antiqua possessio.

5. Olympias autem est apud Græcos annus quartus, ab Olympiæ agone, qui venit transactis annis quatuor. In quibus finem sortitur agonis tempus, propter quadriennii cursum solis, et propterea quod singulis annis trium horarum consumptione in quadriennium dies unus completur. Hoc tempore mittebant circum civitates admonere, ut non solum undi-

ita eliderimus repugnantibus omnibus libris, ratio reddenda est. Nam in impress. et Manuscriptis veterioribus, ut in Ovet., Goth., vicesimo, in alio pervertitur xx anno legitur. Hanc rationem qui expellere non quiverunt, undevicesimo fecerunt, ut est in aliis duobus recentioribus Manuscriptis Valent. et Malacitan., ænnum, scilicet, magnum cum decemnovenali lune cyclo nullo neque exemplo, neque ratione confundentes. Nam neque quisquam ita locutus est, neque in eo lunari circulo sidera omnia, sed luna sola ad ordinem suum redit. Ita sane (inquies) sed quid vicesimo, vel undevicesimo cum sexcentesimo, aut cur sexcentesimo recta scriptura putabitur? Boda, qui hujus libri plurima in suos de Nat. Rer. et ratione temporum transtulit, cap. 9 libri de Ratione temp., prioris Editionis, ita scribit: *Annus magnus est dum omnia sidera, certis curibus exactis, ad locum suum revertuntur, quem sexcentis annis solaribus Josephus dicit impleri.* Item. lib. de Nat. Rer., posterioris Edit., cap. 35: *Annus magnus est, cum omnia simul errantia sidera ad sua quæque loca, quæ simul habuere, recurrunt. De quo Josephus in primo Antiquitatum libro, cum longævitate primorum hominum describeret, ita meminit: Nullus autem ad vitam modernam, et annorum brevitate, quibus nunc vivimus, vitam comparans antiquorum, putat falsa quæ de illis sunt dicta; et eo quod nunc vita tanto non ducatur tempore, credat neque illos ad vitam illius longitudinem pervenisse. Illi namque, cum essent religiosi, et ab ipso Deo facti, cumque eis pabula opportuniora ad majus tempus existerent præparata, tantorum annorum curriculum rite vivebant; deinde propter virtutes, et gloriosas militates, quas jugiter perscrutabantur, id est, astrologiam, et geometricam, Deus eis amplius vivendi spatium condonavit; quæ nunc haud ediscere potuissent, nisi sexcentis viverent annis, per tot enim annorum curricula magnus annus impletur.* Varietatem autem hanc peperit auctor scriptura hujusmodi: viç °., e qua vel vicesimo, vel sexcentesimo eivis promptum facere. Non est autem hic annus ille magnus vere vertens Platonicus, de quo Cicero in

tenebras totius efficiat solis, quod dicitur eclipsis; A que, sed etiam ab omni genere, omnique ætate et sexu conveniretur.

6. Lustrum quinquennii tempus est apud Romanos. Dicitur autem lustrum, quia census per quinquennium in republica agebatur. Deinde post peractum censum, sacrificio facto, urbs Roma lustrabatur. Indictiones Romani invenerunt, quæ per singulos annos usque ad quintum decimum venientes, rursus ad primi anni principium revolvuntur.

7. Æra quoque Cæsaris Augusti tempore posita est. Dicta autem æra, ex quo orbis æs reddere professus est Romano populo. Æra a die Kalendarum Januariarum increscit. Dissextus autem, a sexto Kalendas Martii usque ad diem pridie Kalendarum, in lunæ cursu apponitur. Annus Ægyptiorum sine bissexto habet initium quarto Kalendas Septembris, cum bissexto autem a tertio Kalendarum suprascriptarum.

## CAPUT VII.

### De temporibus.

1. Sicut ait Ambrosius, tempora sunt vices mutationum, in quibus sol certa cursus sui dimensione anni orbem diffusa varietate distinguit. Tempora autem motus siderum sunt. Unde et Deus, cum hæc institueret, dixit: *Et sint in signa, et tempora, et dies, et annos*, id est, in aliquo mutabili motu, ejus aliud prius, aliud posterius præterit, eo quod simul esse non possint. Tempus juxta Hebræos integer

Somen. Scip., in illo enim sidera omnino omnia, in hoc vero errantia tantum ad loca unde profecta sunt simul revertuntur. Atque hunc etiam annum magnum definit lib. v Etymolog.: *Qui fit omnibus planetis in eundem locum recurrentibus post annos solstitiales plurimos.* Et Balbus apud Cicronem, lib. ii de Natura deorum: *Quarum ex disparibus motionibus magnum annum mathematici nominaverunt. Qui tunc efficitur, cum solis et lunæ, et quinque errantium ad eandem inter se comparisonem, confectis omnium spatiis, est facta conversio.* Quod autem antiquorum nomine unum Josephum intellexerit hidorus, more suo fecit. Sed ne longius abeamus, eodem modo, cap. 4 præcedenti, de Hygino dixit: *Massem autem antiqui definiunt, quandiu Luna Zodiacum circumperducitur.*

*Ibid.* Alii, quem annum antiqui magnum vocaverunt, unde a vicesimo anno finire, vel adimpleri dixerunt. Al., quem annum antiqui dxvii, undevicesimo anno finire, vel impleri dixerunt. AREV.

4. Solstitialis annus. Verba sunt Ambrosii, lib. iv, D cap. 5.

*Ibid.* Annus jubilæus. De quo Levit. xv.

*Ibid.* Alii, juxta legem clangebatur tubis. AREV.

5. Olympias. Olympias quarto anno exacto, quinto inito, agebatur; lustrum quinto expleto condebatur. Quare quinquennes olympiadas, et quinquennia lustra apud auctores reperiri nihil mirum. Vid. v Etymolog., cap. 37.

6. Indictiones Romani invenerunt. Quarum initia et causas alii retulere, qui de emend. temporum scripserunt.

*Ibid.* Fragmentum de indictione ex Codice Albano extat in appendice 6 ad Etymolog., lib. v, cap. 36. AREV.

7. Dicta autem æra. Eadem lib. v Etymolog.

CAP. VII. — N. 1. Sicut ait Ambrosius. Cujus sunt hujus capituli pleraque. lib. iv, cap. 5.

*Ibid.* Juxta Hebræos integer annus. Ita quidem apud Danielem loco citato. Alias Hebræis idem significat tempus quod reliquis gentibus,


annus est, secundum illud in Daniele : *Tempus, et tempora, et dimidium temporis*. Per tempus annus significat, per tempora duos, et per dimidium menses sex.

2. Juxta Latinos autem unius anni quatuor tempora ascribuntur : hiemis, veris, æstatis, atque autumnus. Hiems est cum sol in meridianis partibus immoratur, tunc enim sol longius abest, terraque rigescit gelu, atque stringitur, et prolixiora sunt spatia noctis quam diei. Hinc causa oritur, ut hibernis statibus nimia vis nivium, pluviarumque fundatur. Ver est, cum sol ex meridianis decedens partibus super terram redit, et noctis ac diei exæquat **14** tempora, et temperiem aeris reducit, atque fovens omnia, repetendos cogit in partus, ut terra germinet, ac resoluta sulcis semina reviviscant, atque omnium generum, quæ in terris vel aquis sunt annuis fetibus **B** successio propagetur.

3. *Æstas* est, cum sol in septentrionem se subrigit, et spatia diurna producit, noctes vero arctat et stringit. Itaque quo magis usu assiduo aeri huic

copulatus, atque miscetur, eo amplius aerem ipsum vaporat, et humore exsiccato terra fatiscit in pulverem, et adolescere facit semina, et tanquam saccos virides maturescere cogit poma silvarum. Tunc, quia et sol æstivis flagrat ardoribus, minores umbras facit in meridiano, quoniam ex alto hunc illuminat locum. Autumnus est, dum rursus sol, a summo cœli descendens, infringit æstuum magnitudinem, et, paulisper relaxato ac deposito calore, præstat temperiem, sequente tempestate ventorum, et turbine procellarum, et vi fulminum tonitruumque sonantium.

4. Quoniam certis distinctionibus vicissitudines temporum juxta priorum definitiones perstrinximus, nunc qualiter eadem tempora naturalibus circulis sibi invicem colligantur, expediamus. Ver quippe constat ex humore et igne, æstas ex igne et siccitate, autumnus ex siccitate et frigore, hiems ex frigore et humore. Unde etiam sunt tempora commotionis temperamenti dicta : cujus communionis hæc est figura.



5. Quorum temporum hæc sunt principia : ver eroritur octavo Kalendas Martias, permanens dies xci. *Æstas* incipit nono Kalendas Junias, dies xci. Autumnus sumit principium decimo Kalendas Septembris, dies xciii. Hiems inchoat septimo Kalendas Decembris, dies xc; unde sunt anni dies cccclxv. Hæc

*Ibid.* Diffusa. Al., *inconfusa*. AREV.

2. Alii, *rigescit, gelatur, atque stringitur*. AREV.

5. Quorum temporum hæc sunt principia. Vulgus ternos menses singulis anni temporibus assignat. Astrologi ex Zodiaci signis æstatem et hiemem a solstitio et bruma, ver et autumnum ab æquinocitiis auspiciantur. Medici temperiei rationem solam ducentes, duplo fere majora hiemem et æstatem quam ver et autumnum faciunt. His enim ver æquinocitio incipit,

itaque secundum naturalem temporum differentiationem.

6. Cæterum juxta allegoriam hiems temporalis intelligitur tribulatio, **15** quando tempestates et turbines sæculi incumbunt. *Æstas* est fidei persecutio, quando doctrina perfidie ariditate siccat. Ver autem *veritas* est fidei, sive pax, quando post hiemis tribulationem

Aprilis prope finem desinit; autumnus eodem erecto Augusto incipit, Novembris initio ferme terminatur. Isidoro alia ratio placuit. Nam æquinocitio, solstitioque et brumæ singulos menses præponens, æni tempora distinguit, quæ tamen ratio Bedæ non probata est lib. de Nat. Rer., 2 Edit., cap. 54.

*Ibid.* Octavo Kalend. Al., septimo Kal. AREV.

6. *Perfidie ariditate*. Al., minus bene, per *perfidiam* ariditatem. AREV.



tranquillitas Ecclesiae redditur, quando mensis novorum, id est, pascha agni celebratur, quando terra floribus, id est, Ecclesia sanctorum cœtibus decoratur.

7. Annus itaque ambitu solis et mensium explicatur. Tempora mutationum vicibus evolvuntur. Mensis lunæ incremento senioque conficitur. Hebdomada septenario dierum numero terminatur. Dies et nox recursantium luminum ac tenebrarum alternis vicibus reparatur. Hora motibus quibusdam et momentis explerit.

### CAPUT VIII.

#### De solstitio et æquinoctio.

1. Solstitia duo sunt : primum hiemale octavo Kalendas Januarii, quo sol stat, et crescunt dies. Alterum æstivum, octavo Kalendas Julias, quo sol stat et crescunt noctes. His contraria duo æquinoctia sunt; unum vernale, octavo Kalendas Aprilis quo dies crescunt : alterum autumnale, octavo Kalendas Octobris, quo dies imminuuntur.

2. Solstitium autem dicitur, quasi solis statio. Æquinoctium vero, quod tunc dies et nox in æquitate horarum duodenarum revertantur, cœquatis spatiis suis, Solstitium autem æstivum ideo lampas dicitur, eo quod ex eo die lampas solis claritatem majorem accipiat, caloremque nimium adventu æstatis infundat.

### 16 CAPUT IX.

#### De mundo.

1. Mundus est universitas omnis, quæ constat ex cœlo et terra. De quo apostolus Paulus ait : *Præterit enim figura hujus mundi.* Secundum mysticum autem sensum, mundus competenter homo significatur : quia sicut ille ex quatuor concretis est elementis, ita et iste constat quatuor humoribus uno temperamento commixtis.

CAP. VIII. — N. 1. *Hiemale VIII Kalend. Januar. Nunc ex calendario Gregoriano XI Kalend. Januar.*

*Ibid. Quo sol stat.* Non quod sol unquam stet, sed quod sistat cursum non ulterius descendens, sed regrediens. Quod idem de æstivo (quod solum solstitium appellarunt antiquiores) intelligendum. Neque enim ulterius sol ascendit.

*Ibid. Alterum æstivum VIII Kalend. Jul. Nunc XI Kalend. Jul.*

*Ibid. Vernale VII Kalend. April. Nunc XIII Kalend. April. Autumnale vero Kalend. Octob.*

*Ibid. Quo sol stat.* Hoc est, stare videtur, dum descendit, et regreditur. AREV.

2. Alii, quod ex eo perfundat diem lampas solis claritate majore, caloremque nimium advenientis æstatis accipiat. AREV.

CAP. IX. — N. 1. *Quia sicut ille ex quatuor elem. Hæc magis expolivit lib. I Sentent., cap. 11.*

*Ibid. Concretus. Al., creatus. AREV.*

3. *Nam quemadmodum erigitur mundus. Virgil., I Georg.*

Mundus ut ad Scythiam, Riobæasque arduas arces,  
Consurgit, premitur Lybiæ devexus in Austros.

*Ibid. Pars septentrionalis. Al., pars occidentalis.*

2. Unde et veteres hominem in communionem fabricæ mundi constituerunt. Siquidem Græce mundus κόσμος, homo autem μικρόκοσμος, id est, minor mundus, est appellatus; licet et per mundum nonnunquam Scriptura peccatores insinuet, de quibus dictum est : *Et mundus eum non cognovit.*

3. Formatio mundi ita demonstratur. Nam quemadmodum erigitur mundus in septentrionalem plagam, ita declinatur in australem. Caput autem et quasi facies, orientalis regio, ultima pars septentrionalis. Nam partes ejus quatuor sunt : prima pars mundi est Orientis. Secunda meridiana. Tertia Occidentis. Ultima vero et extrema septentrionalis. De qua Lucanus :

Sic mundi pars ima jacet, quam zona nivalis  
Perpetuæque premunt hiemes.

### CAPUT X.

#### De quinque circulis.

1. In definitione autem mundi circulos aiunt philosophi quinque, quos Græci zonas vocant, in quibus dividitur orbis terræ. 17 Has Virgilius in Georgicis ostendit, dicens : *Quinque tenent cælum zonæ.* Sed fingamus eas in modum dexteræ nostræ, ut pollex sit circulus Arcticus, frigore inhabitabilis; secundus circulus Therinus, temperatus habitabilis; medius circulus Isemerinus, torridus inhabitabilis; quartus circulus Chimerinus, temperatus habitabilis; quintus circulus Antarcticus, frigidus inhabitabilis.

2. Horum primus septentrionalis est, secundus solstitialis, tertius æquinoctialis, quartus hiemalis, quintus australis. De quibus Varro dixit :

At quinque ætherius zonis acingitur orbis,  
Ac vastant imas hiemes, medianque calores:  
Sic terræ extremas inter medianque coluntur.  
Qua solis valido nunquam rota ferreat igne.


Quorum circularum divisiones talis distinguit figura. (Vide pag. seq.)

De quatuor mundi partibus ita explicatis vide Etymologiar. lib. III, cap. 30, et 41. AREV.

CAP. X. — N. 1. *Quas Græci zonas vocant.* — *Quas Græci parallelos, id est, zonas vocant, libri omnes. Meadose, ut apparet ex III Etymolog., cap. 43, et lib. XIII, cap. 6. Ubi cum his eadem repetantur, tamen hæc duæ voces, parallelos, id est, non leguntur. Eas quisquis addidit parum Græcam vocem existimavit zonam, legeratque apud Plinium, lib. VI, cap. 33 : Plura sunt segmenta mundi, quæ nostri circulos appellaverit, Græci παραλλήλους.*

*Ibid. Virgilius, de quinque zonis, I Georg., 322. AREV.*

2. *Qua solis valido nunquam rota ferreat igni.* Ex his qui fragmenta poetarum edidere. Veterum tamen librorum scripturas referemus, si quis forte mediis conjiciat : *Quam solis valido nunquam ut auferret igne. Ovet. Quam solis valido nunquam aut auferret igne. Toletan., Malactian. et Valent. Quam solis valido nunquam vis auferat igne. Iurproas.* Unde quis fortasse lecerit. *Quas solis valido nunquam vis auferat igne. Vel : Qua solis validos nunquam vis auferat ignes.* Nam illud auferat ex auferat duobus digammiis scripto confectum putamus, vel etiam : *Quas solis valida nunquam vis auferat ab igni.*



5. Sed ideo æquinoctialis circulus inhabitabilis est, quia sol per medium cælum currens nimium istis locis facit fervorem, ita ut nec fruges ibi nascantur propter exustam terram, nec homines propter nimium ardorem habitare permittantur. At contra septentrionalis et australis circuli sibi conjuncti idcirco non habitantur, quia a cursu solis longe positi sunt, nimioque cæli rigore ventorumque gelidis flatibus contabescunt.

4. Solstitialis vero circulus, qui in Oriente inter septentrionalem et æstivum est collocatus, et iste qui in Occidente inter æstivum et australem est positus, ideo temperati sunt, quod ex uno circulo rigorem, ex altero calorem habeant. De quibus Virgilius :

Has inter, mediamque duæ mortalibus ægris  
Munere concessæ divum.

18 Sed qui proximi sunt æstivo circulo, ipsi sunt Æthiopes nimio calore perusti.

CAPUT XI.


De partibus mundi.

1. Partes mundi quatuor sunt : ignis, aer, aqua, terra. Quarum hæc est natura : ignis tenuis, acutus et mobilis ; aer mobilis, acutus et crassus ; aqua crassa, obtusa et mobilis ; terra crassa, obtusa, immobilis. Quæ etiam sibi ita commiscentur. Terra quidem crassa, obtusa et immobilis, cum aquæ crassitudine et obtusitate colligatur. Deinde aqua aeri crassitu-

3. Sed æquinoctialis circulus inhabitabilis. Primus Avicenna habitationi commodissimum dixit, quod reapse compertum est.

Ibid. At contra septentrionalis et australis circuli sibi conjuncti. Sibi, id est, æquinoctiali conjuncti, et

dine et mobilitate conjungitur. Rursus aer igni communiione acuti et mobilis colligatur. Terra autem et ignis a se separantur, sed a duobus mediis aqua et aëro junguntur. Hæc itaque ne confusa minus intelligantur, subjecta expressi pictura.



2. Cæterum sanctus Ambrosius eadem elementa per qualitates 19 quibus sibi invicem quadam naturæ communiione commiscentur ita his verbis distinguit : Terra, inquit, arida et frigida est ; aqua

proximi. Alioquin inter se longe distantes.


CAP. XI. — N. 2. Cæterum sanctus Ambrosius, lib. III, cap. 4.

Ibid. Jugabiles qualitates. Ita Ovet. Jugales, reliqui et Ambros.

frigida atque humida; aer calidus atque humidus; A gnanitia per naturam, hoc est, inter aquam et ignem, ignis calidus atque siccus. Per has enim jugabiles qualitates sic sibi singula commiscetur. Terra enim, cum sit arida, et frigida, conjungitur aquæ per cognationem qualitatis frigida. Rursus aqua aeri per humorem, quia humidus est aer. Aqua vero quasi quibusdam duobus brachiis frigoris, atque humoris, altero terram, altero aerem videtur complecti, frigido quidem terram, aere humido.

3. Ipse quoque aer medius inter duo comp-

utrumque illud elementum sibi conciliat, quia aqua humore et igni calore conjungitur. Igna quoque, cum sit calidus, et siccus, calore aeri annectitur, siccitate autem in communionem terræ sociatur, atque ita sibi per hunc circuitum, quasi per quemdam chorum concordie societate conveniunt. Unde et Græci στοιχεια dicuntur, quæ Latine elementa vocantur, eo quod sibi conveniunt et concinunt. Quorum distinctam communionem subjecti circuli figura declarat.



## CAPUT XII.

### De cælo.

1. Cælum spiritualiter Ecclesia est, quæ in hujus vitæ nocte sanctorum virtutibus, quasi claritate side-

3. Per quemdam chorum concordie societate conveniunt. Per quemdam chorum concordie societatisque, Ambrosius.

Ibidem. Unde et Græce στοιχεια. Mendose libri omnes, nocæ. Nam, præterquam quod apud Ambrosium et Basilium στοιχεια, etiam in Etymolog., cap. 3: Græci autem elementa στοιχεια nuncupant, eo quod sibi societatis concordia, et communiione quadam conveniant.

CAP. XII.—N. 1. Virtutibus. Al., exemplis, ac virtutibus. Illic locum habere potest opusculum, sive fragmentum de cælo, de quo vide Isidoriana, cap. 86, n. 5: « Queritur utrum unum sit cælum, an plures. Dicuntur autem pluraliter, quamvis in hoc libro singulari numero dicatur cælum, quod dividitur inter aquam et aquam. Legimus in psalmo pluraliter: Et aquæ, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.

« Cælos enim cælorum si bene intelligimus, siderum aeriorum quasi superiores inferiorum accipimus, sicut dictum est: Laudate eum, cæli caelorum. Satis apparet hunc aerium non solum cælum, sed etiam cælos dici, sicut dicuntur et terræ, neque aliud significat quam illa quæ singulariter terra dicitur, cum dicitur orbem terrarum, et orbem terræ.

« Nomina autem cælorum hæc sunt: aer, æther, olympus, spatium igneum, firmamentum, cælum angelorum, cælum Trinitatis.

« Queritur quæ forma et figura cæli esse credenda sit, cum in Scripturis sanctæ et pellis, et camera figuram ejus inveniamus. Quid enim tam diversam,

Brum, fulget. Pluraliter autem cæli nomine sancti omnes, vel angeli intelliguntur. Siquidem 20 per cælos etiam prophetas et apostolos accipere debemus. De quibus scriptum est: Cæli enarrant gloriam Dei;

et sibimet adversum, quam pellis extensio, et camera connexio? Et utrum undique, sicut sphaera, cælum concludat terram, in media mundi mole libratam, et eam ex una parte operiat, velut discus, sicut philosophi putaverunt?

« Resp. Hæc duo testimonia, quæ in Scripturis reperta sunt, sibi invicem concordant, simulque et philosophorum opinio in modum sphaeræ. Nam et camera similitudo convenit cum sphaera secundum eam partem sphaeræ quæ super est. Ergo illa si sphaera non est, ex una parte cælum terra contegit. Si autem sphaera, undique camera est.

« Sic quidem et discus sicut camera et sicut sphaera, figuratur. Sed illud quod de pelle dictum est, qualiter concordare possit disseramus. Quia vero camera non solum curva, verum etiam plana recte dicitur, profecto et pellis non solum in planum, verum etiam in rotundum sinum extenditur. Nam et uter, et vesica pellis est.

« Queritur, quomodo cælum vocatur firmamentum, cum sciatur moveri. Si movetur, quomodo vocatur firmamentum? Si autem stat, quomodo sidera, quæ in illo fixa sunt, creduntur ab oriente usque in occidentem, et rursus in orientem circumire?

« Resp. Non propter stationem cælum vocatum est firmamentum, sed propter firmitatem et transgressibilem terminum superiorum aquarum, atque inferiorum, eo quod in suo circulo firmum permaneat, et aquas super se firmiter atque intransgressibiliter conservatas contineat.

« Queritur utrum nunc illud cælum fiat, quod ex-

utique quod **21** ipsi adventum et mortem, ipsi quoque resurrectionem Christi et gloriam mundo annuntiaverunt.

**2.** De cœli autem nomine sic dicit sanctus Ambrosius in libris quos scripsit de creatione mundi: *Cœlum Græco vocabulo οὐρανός dicitur; apud Latinos autem propterea cœlum appellatur, quia impressa stellarum lumina, veluti signa, habens, tanquam cœlatum dicitur, sicut argentum, quod signis eminentibus refulget, cœlatum vocatur.* Hujus enim esse subtilem naturam etiam Scriptura demonstrat, dicens, quod firmavit cœlum sicut fumum.

**3.** Partes autem ejus: chous, axis, cardines, convexa, poli, sidera. Chous, quod cœlum continet. Unde Ennius: *Vix solum complere choum terroribus cœli.* Axis, linea recta, quæ per mediam pilam sphaeræ tradit. Cardines, extremæ axis partes sunt. Convexa, **22** extrema cœli. Poli, ex cœlestibus circulis cacumina, quibus maxime sphaera nititur: quorum alter ad Aquilonem spectans Boreus, alter terræ oppositus Austronotus dictus est.

cedit omnia spatia aeris, omnemque altitudinem, ubi etiam luminaria, stellæque constituuntur quarta die, an ipse aer vocetur firmamentum? Merito ergo quaritur, cum multi asserunt aquarum naturam super sidereum cœlum esse non posse, eo quod sic habeant ordinatum pondus suum, ut vel super terram fluctuent, vel in aere proximo terris vaporatiter ferantur.

« Dicunt quoque igneum esse cœlum, et non posse eum eo concordari naturam aquarum, et quod cœlum sit rotundum, et volubile, et ardens, et in illo volubili circuito aquas stare non posse. Resp. Desinant insanire qui hoc putant, atque confusi cognoscant hoc quod Veritas ait.

« Et nos eis ex ipsis visibilibus naturis asseramus Scripturæ fidem, ut possint cognoscere quæ illis dubietas de invisibilibus erat. Nam Scripturæ consuetudo est non solum nomine, sed etiam verborum (sic) aerem hunc cœlum appellare; et cum aves in aere volitent, cœli volatilia appellantur, et serenum atque nubitum cœlum dicitur de aere.

« Nam et ipse Dominus, cum de nubibus loqueretur, inquit: *Faciem cœli probare potestis.* Igitur et aer, qui est inter vapores humidus, unde superius nubila conglobantur, et maria subterfusa, ostenditur esse cœlum inter aquam et aquam.

« Non ergo impediuntur pondera elementorum, quia si potest aqua ad tantas guttarum minutias pervenire, sicut videntur, ut super istum aerem vaporatiter feratur, qui natura levior est vel quis, cur non possunt super illud levius cœlum minutioribus guttis et levioribus emanare vaporibus?

« Et quod illi asserunt, stellam quam Saturnum appellant esse frigidam, et quod per annos triginta peragat circulum suum, eo quod superiori circulo graditur, quod (sol) facit per annum, luna per mensem, et ista ideo brevius, quia inferius tenent locum; unde ergo sit illa stella frigida, quæ tanto ardentior esse debuit, quanto super caelos rapitur, quæ quotidianis diebus velociter currit, nisi quia facit eam frigidam esse aquarum natura, quæ super summum illud cœlum est?

« Cognoscant ergo hi, et insanire desinant, quia qui potuit cuncta creare ex nihilo, et illas potuit aquas glaciali soliditate stabilire in cœlo. Nam quod ipsi dicitur: *Qui volvis orbem stellis ardentibus refulgentem*, nomen divina providentia necessario proposuit, ut intra orbem cœli, et super orbem redundarent aquæ, quæ illa fervent s axis incœdia tempe-

**4.** Cœlum autem ab Oriente ad Occidentem, semel in die et nocte verti sapientes existimant. Hoc autem rotundum, volubile, atque ardens esse dixerunt. Cujus sphaeram super aquas esse putaverunt, ut in ipsis volvatur, ejusque incendium temperent. Sphaeram autem confirmant, nec principium habere, nec terminum, pro eo quod rotunditate sui, quasi circulus, unde incipiat, vel ubi desinat, facile non comprehendatur. Æqualiter enim ex omni parte fertur esse collecta, et omnia similiter respiciens, atque a centro terræ æquis spatiis distincta; ipsaque sui æqualitate ita stabilis, ut eam in nullam partem declinare undique æqualitas collecta permittat, ac nullo fulcramento subvecta sustentetur.

**5.** Cujus perfectionem sphaeræ vel circuli multarum argumentationibus tractans, rationabile Plato Fabricatoris mundi opus insinuat. Primo, quod ex una linea constat. Secundo, quod sine initio est, et sine fine. Tertio, quod a puncto efficitur. Denique, quod motum ex se habeat. Deinde quod careat iudicio angulorum, et quod in se cæteras figuras omnes includat,

rarent, ne conflagratio superioris inferiora elementa succenderet?

« Nos vero quomodo, et qualeslibet aquæ ibi sint (ignoramus); esse eas super summum illud cœlum minime dubitamus. Major enim est Scripturæ ejus auctoritas, quam omnis humani ingenii capacitas. » **ANR.**

**2.** Ambrosius in libris... cœlum vocatur. Lib. II, cap. 4.

*Ibid.* Hujus enim esse subtilem... sicut fumum. Lib. I, cap. 6. Sunt vero Isaie verba, cap. 51, ex LXX interpret. *ὄτι οὐρανός ὡς καπνός ἰσχυρώδης.*

**5.** Chous, vel covus, vel chous. Varro, lib. IV: *Sub jugo medio covum, quod bursa extrema addita oppillatur, vocatur covum a covo. Festus: Cohum, forum, quod temo buris cum jugo colligatur, a cohibendo dictum. Cohum Poetas cœlum dixerunt a Chao, ex quo putabant cœlum esse formatum. Ego a cohibendo hoc quoque ductum arbitror. Quod etiam voluisse videtur Isidorus, dicens: Cohum, quod Cœlum continet.*

*Ibid.* Poli ex cœlestibus circulis cacumina... dictus est. Hyginus, lib. I: *Hujus autem (de axe loquens) cacumina, quibus maxime sphaera nititur, poli appellantur, quorum alter ad Aquilonem spectans, Boreus; alter oppositus Austro, Notius est dictus. Nihil tamen in Isidoro mutavimus. Nam, et australem, et notium, et austronotum, vel austronotium, hunc polum dici constat. Terræ vero oppositum dixit Isidorus, quod objectu terræ (ut ait Arati interpret) a nobis non videatur. Vid. lib. III Etymolog., et lib. XIII.*

*Ibid.* Sidera. Chous, quod cœlum continet. Al., *Amisphaeria*. Chous, quo cœlum continetur. **ANR.**

**4.** Atque ardens esse dixerunt. In his fuit etiam Plato, qui cœlum astraque ignea esse scripsit. Sed (ut interpretatur Galenus) non hoc igne, qui arandi vim habeat, sed aliò, qui luminis tantum sit participes. Antiquorum rationem relinquit Aristoteles; ita tamen, ut Basilio et Ambrosio (quos hic noster auctores habet) suam ipse probare non potuerit.

*Ibid.* Ejus incendium temperent. Idem, cap. seq., ex Ambrosio.

*Ibid.* Sphaeram autem confirmant. Hyginus, l. I, initio. *Ibid.* Cœlum autem, etc. Al., *hemisphaeria duo sunt, quorum alterum est super terram, alterum subter terram. Cœlum autem, etc. ANR.*

**5.** Quod careat iudicio angulorum. Ita a. libri. Forte *Incisione angulorum*. Cicero: *Nihil incisum angulibus.*

*Ibid.* Quod in se, cæteras. In se stellarum, lib. 0., mendose.

et quod motum inerrabilem habeat, siquidem sex alii motus errabiles sunt, ante, a tergo, dextra, lævaque, sursum, deorsum. Postremo, et quod necessitate efficiatur, ut hæc linea ultra circulum duci non possit.

6. Duo sunt autem, ut diximus, poli, quibus cælum volvitur, Boreus, quem Aquilonium vocamus. Hic Arcti, id est, septentriones, qui nobis semper apparent. Cui contrarius est Notius, qui australis dicitur. Hic est, qui terra, ut ait Cicero, tegitur, et 23 *ἀπὸ τῆς* a Græcis nominatur. Tanta autem polus celeritate ferri dicitur, ut nisi adversus ejus præcipitem cursum astra currant, mundi ruinam faciant. Fertur enim ejus præceps volubilitas cursu siderum temperari. Unde Lucanus :

Sideribus quæ sola fugam moderantur olympi,  
Occurruntque polo, diversa potentia prima  
Mundi legè data est.

### CAPUT XIII.

*De septem planetis cæli et eorum conversionibus.*

1. Ambrosius sanctus, in libro Hexaemeron sic

6. *Tanta autem polus celeritate, etc.* Eadem lib. III Etymolog., cap. 34.

CAP. XIII. — N. 1. *Ambrosius s. in Lib. Hexam. Cap. 2 lib. II.*

*Ibid.* Opusculum Isidori de harmonia et cælesti musica, quod in Isidorianis, cap. 86, num. 3, recensui, ad hoc caput et ad sequentia referri potest, et est hujusmodi : Luna est primus planetarum, minima stellarum, sed major cæteris videtur, quia proxima terre nobis circulo fertur. Hujus corpus est globosum, natura igneum, sed aqua permistum. Unde proprium lumen non habet, sed in modum speculi illuminatur, et ideo luna quasi *lucina*, id est, a luce nata, nominatur.

Quod autem quasi nubecula in ea videtur, ex aquæ natura creditur. Dicitur enim (*quod*) si aqua permista non esset, terram, ut sol, illuminaret, seu illustraret, imo ob vicinitatem maximo ardore vastaret. Globus namque ejus multo terra est amplior, læet ob altitudinem circuli sui videatur vix modici, fundo major.

Luna ea parte lucet, quæ soli est opposita; ea autem parte est obscura, quæ a sole est aversa. A sole vero longius remota lucet tota. Non enim crescit, nec minuitur, sed objectu terræ lumine quod a sole accipit irradiatur.

Hæc licet quotidie violentia firmamenti ab oriente in occidentem feratur, tamen contra mundum nitens omnia zodiaci signa xvii diebus pervagatur. Circulum autem suum xviii annis perambulare აღծառար.

Luna iv, si rubeat, quasi aurum, ventos ostendit; si in summo corniculo maculis nigrescit, pluvium mensis exordium; si in medio pleni luminis, serenum.

*De Mercurio.* — Secundus planeta est Mercurius, qui et *Stilbol*. Globus natura igneus, lunam magnitudinis vicens, lumen a sole accipiens, signiferum cccxxi diebus percurrrens.

*De Venere.* — Tertius planeta est Venus, qui et *Vesperus*, *Lucifer*, et *Vesper*; rotundus, igneus, contra mundum nitens, ut Mercurius, signiferum percurrit cccxlviii diebus.

*De Sole.* — Quartus planeta est sol, inde dictus, quia solus lucet cæteris stellis obscuratis, vel quod sit super omnia lucens, forma sphericus, nam igneus; magnitudine octies terram vicens, omnibus stellis lumen præbet.

Hic ab Oriente in Occidentem impetu firmamenti fertur, sed contra mundum nitens, per totum zo-

loquitur, dicens : *Legimus in David: Laudate eum cæli cælorum. Utrum enim unum sit cælum an plures, contentio est, dum aliqui multos esse 24 asserunt, alii autem, præter unum, alios esse negant. Philosophi autem mundi septem cælus, id est, planetarum globos cõnsono motu introduxerunt. Quorum orbibus connexa memorant omnia, quod sibi nexos et velut insertos versari retro et contrario cæteris motu ferri arbitrantur.* Siquidem in ecclesiasticis libris, et cæli cælorum leguntur, et apostolus Paulus usque ad tertium cælum fuisse se intelligit raptum. 25 Sed de numero eorum nihil sibi præsumat humana temeritas. Fecit autem eos Deus non informes, vel confusos, sed ratione quadam ordine suo distinctos. Nam superioris circuli cælum proprio discretum termino, et æqualibus undique spatiis collectum ostendit, atque in eo virtutes spiritualium creaturarum constituit. Cujus quidem cæli naturam artifex mundi Deus aquis temperavit, ne conflagratio superioris ignis inferiora elementa succenderet. Decline circulum inferioris

diacum cccxv diebus graditur, circulum autem suum xviii annis perambulare traditur.

Hujus præsentia diem, absentia vero ejus efficit noctem. Sicut enim tota die super terram, sic tota nocte lucet sub terra. Aquilonarem partem cæli peragrans, facit nobis longos dies, et æstatem; Australem vero percurrrens, inducit nobis breves dies, et hiemem.

Sol in ortu suo maculosus, vel sub nube latens, pluvialem diem præsignat; si rubeat, sincerum; si palleat, tempestuosum. Si concavus videtur, ita ut, in medio fulgens, radios ad austrum emittat, tempestatem humidam et ventosam præsignat; si pallidus in nigras nubes occidat, aquilonis ventum.

*De Marte.* — Quintus planeta est Mars, qui *Esebona*, globus igne fervidus, percurrit signiferum duobus annis.

*De Jove.* — Sextus planeta est Jupiter, qui *Epheton* dicitur, rotundus, temperatus, zodiacum peragrans xii annis.

*De Saturno.* — Septimus planeta Saturnus est, qui *Epheonta* dicitur, sphericus gelidus, contra mundum, ut superiores, gradiens, signiferum xxx annis percurrrens. In ortu Saturni post xxx annos qui imaginem de ære funderet, loqui eam cum homine probaret. Omnes autem post cccxii annos circulos suos peragrat.

Terræ centro absides planetarum, id est, circuli, altissime sunt: Saturno in Scorpione, Jovi in Virgine, Marti in Leone, Soli in Geminis, Veneri in Siggittario, Mercurio in Capricorno. Luna in ariete mediis ovium partibus, et e contrario a terræ centro humillimæ atque proximæ. Suus cuique color est: Saturno candidus, Jovi clarus, Marti igneus, Lucifero candens, Vespere resurgens, Mercurio radians, Lunæ blandus, Soli ardens.

Mutantur autem colores propinquis circulis natura; frigidior in pallorem, ardentior in ruborem, ventosus in horrorem, atque in obscuritatem. Signifer, id est, circulus xii signorum dividitur in xii partes per latus. Sub his feruntur vii planetæ. Sol sub ineditis tantum duabus. Luna per totam latitudinem. Venus excedens cum binis partibus duabus in medio iv supra duabus in terra. Mars sub iv mediis. Jupiter sub media, et supra eam duabus. Saturnus sub duabus mediis, et sol.

Hi septem orbes cum dulcissima harmonia voluntur, ac suavissimi concentus eorum circuitione efficiuntur. Qui sonus ideo ad nostras aures non pervenit, quia ultra aures sit, et ejus magnitudo no-

cœli, non uniformi, sed multiplici motu solidavit, A nuncupans eum firmamentum propter sustentationem superiorum aquarum,

## 26 CAPUT XIV.

*De aquis quæ super cœlos sunt.*

1. Hæc est Ambrosii sententia : « Aquas super cœlos sapientes mundi hujus aiunt esse non posse, dicentes : igneum esse cœlum, non posse concordari cum eo naturam aquarum. Addunt quoque, dicentes rotundum, ac volubilem, atque ardentem esse orbem cœli, et in illo volubili circuitu aquas stare nequaquam posse. Nam necesse est, ut defluant, et labantur, cum de superioribus ad inferiora orbis ille detorqueatur, ac per hoc nequaquam eas stare posse aiunt, quod axis cœli concito se motu torquens eas volvendo effunderet. »

2. Sed hi tandem insanire desinant, atque confusi agnoscant, quia qui potuit cuncta creare ex nihilo, potuit et illam aquarum naturam glaciali soliditate stabilire in cœlo. Nam cum et ipsi dicant volvi orbem stellis ardentibus refulgentem, nonne divina Providentia necessario prospexit, ut inter orbem cœli redundarent aquæ, quæ illa ferventis axis incendia temperarent ?

## CAPUT XV.

*De natura solis.*

1. Hæc sunt verba Ambrosii in Libro Hexæmeron. Solem, inquit, philosophi negant calidæ esse naturæ, eo quod albus sit, non rubicundus, aut rutilus in speciem ignis, et ideo quod nec ignitus natura sit. Si quid habet caloris, ferunt præ nimio motu conver-

strum angustum auditum exælit, nullus enim sonus a nobis percipitur, nisi in hoc aere efficiatur.

« A terra autem usque ad firmamentum cœlestis musica mensuratur. Ad cuius exemplar nostra inventa affirmatur. In terra namque Γ gamma, in Luna A, in Mercurio B, in Venere C, in Sole D, in Marte E, in Jove F, in Saturno G ponitur; profecto mensura musicæ artis invenitur.

« Unde a terra usque ad firmamentum vii toni reperiuntur; a terra enim usque ad Lunam est tonus, a Luna usque ad Mercurium est semitonus, a Mercurio usque ad Venerem semitonus; inde usque ad Solem tria semitona; et a Sole usque ad Martem tonus; inde ad Jovem semitonus; inde ad Saturnum semitonus; inde ad Saturnum iii semitona, quæ simul juncta vii tonos efficiunt.

« Tonus autem habet xv, dcxxv milliaria, semitonus vero vii, rcccxi, et semissem. Unde et philosophi ix musas fluxerunt, quia a terra usque ad cœlum ix consonantias deprehenderunt, quas homini naturaliter insitas invenerunt.

« De homine, qui musica est. — Sicut enim mundus hic vii tonis, et nostra musica vii vocibus distinguuntur, sicut compago, unde corpus, vii modis conjungitur, dum corpus iv elementis, anima tribus viribus copulantur, quæ musica arte naturaliter reconciliantur; unde et homo microcosmus, id est, minor mundus dicitur; dum sic consono numero cœlesti musicæ participare cognoscitur.

« A terra autem usque ad Lunam sunt cxxvi stadiorum, quæ sunt x, dcxxv milliaria. A Luna ad Mercurium vii, dcccxi milliaria, et semis. Inde ad Venerem tantum. Inde ad Solem xiiii, ccccxxvi milliaria. Inde ad Martem xv, dcxxv milliaria. Inde ad Jovem vii, rcccxi milliaria, et semis. Inde ad Saturnum tantum. Inde ad firmamentum xiiii,

sionis accidere. Quod ideo dicendum putant, ut nihil videatur huiusmodi consumere, quia calorem, quo humor, vel minuitur, vel plerumque exhauritur, non habet naturalem. Sed nihil agunt, cum ista proponant, quia nihil interest utrum ex natura calorem quis habeat, an ex passione, vel ex alia causa.

2. Nos autem credimus eum sicut habere: virtutem illuminandi, 27 ita etiam vaporandi. Igneus est enim sol; ignis autem et illuminat, et exurit. Quidam autem dicunt solia ignem aqua nutriri, et ex contrario elemento virtutem luminis, et vaporis accipere; unde frequenter solem videamus madidum, atque rorantem; in quo evidens dat indicium, quod elementum aquarum ad temperiem sui sumpserit.

3. Hoc quantum ad naturam ejus pertinet. At vero B juxta spiritualem intelligentiam, sol Christus est, sicut in Malachia scriptum est: *Vobis autem creditibus justitiam sol oriatur, et sanitas in pinis ejus.* Merito autem Christus sol intelligitur dictus, quia ortus occidit secundum carnem, et secundum spiritum de occasu rursus exortus. Item sol illuminat, et exurit, et opaco tempore consovet sanos, febricitantes vero flagrantia geminatis caloris incendit; ita et Christus credentes fidei spiritu vegetante illuminat, negantes se æterni ignis ardore torrebit.

## CAPUT XVI.

*De quantitate solis et lunæ.*

1. Rursus in eodem opere Doctor idem ita testatur: *Solis radius nulli propior, nulli longinquior est. C Similiter et lunæ globus æqualis est omnibus. Similis sol est et Indis et Britannis; eodem momento ab utris-*

ccccxxvi milliaria.

« Sunt itaque a terra usque ad cœlum milliaria c millia, et novem millia, et cccclxxv milliaria. Igneum per globos planetarum transcendimus, nunc cœlestia penetremus. » Nomina quædam planetarum ita scripsi, ut in Ms., et apud nonnullos mediæ ævi scriptores reperiuntur. Quæ de imagine in ortu Saturni dicuntur, astrologiam-judicariam sapiunt. AREV.

2. Cujus quidem cœli naturam Deus aquis temperavit. Ibid., cap. 3.

Ibid. Alii, propter sustentationem solidatam aquarum supernarum. Hæc veterum opinio, quod cœlum Deus aque temperaverit, explicatur in opusculo relato ad cap. 12, num. 1. Alia vide in not. ad Dracontium, lib. 1, vers. 25, 137, AREV.

D CAP. XIV.—N. 1. Hæc est Ambrosii sententia. Lib. II cap. 3.

2. Ut inter orbem cœli, et supra orbem, addit Ambrosius.

Ibid. Grialius, sed ut tandem. AREV.

CAP. XV.—N. 1. Hæc sunt verba Ambrosii, vel ex alia causa. Lib. II cap. 3.

2. Nos autem credimus eum sicut habere virtutem... exurit. Ejusd. lib. IV, cap. 3.

Ibid. Igneus est enim sol... rorantem. Arati interpres: Sol interea, dum igneus sit, præ nimio motu conversionis suæ umplius incalcescit. Cujus ignem dicunt philosophi aqua nutriri, et e-contrario elemento virtutem luminis, et calor accipere, unde videmus eum sumpius madidum atque rorantem.

Ibid. In quo evidens... sumpserit. Verba sunt Ambrosii, loco citato.

3. Opaco tempore. Al., opaco sopore. AREV.

CAP. XVI.—N. 1. Rursus in eod. op. doctor idem. Lib. IV, cap. 6.

Ibid. Eodem momento ab utrisque videtur. Hæc,

que videtur, cum oritur, nec cum vergit in Occasum A minor apparet Orientalibus; nec Occidentalibus, cum oritur, inferior quam Orientalibus aestimatur. Quantum distat, inquit, Oriens ab Occasu, tantam hoc sibi invicem distat. Sed sol a nullo distat, nulli presentior, nullique remotior est.

2. Neque moveat quemquam, quod tanquam cubitalis in orbe suo videtur, cum oritur; sed considerare oportet quantum intersit spatii 28 inter solem et terram, quod aspectus nostri infirmitas et quaedam agritudo vix valet invidere. Hunc autem ampliolem aliquot partibus, quam terram esse sapientes describunt.

3. Lunam minorem esse dicant quam solem; omnia enim quae proxima sunt nobis majora videntur, longinquitate autem locorum visus languescit. Lunam ergo videmus prope nos esse, nec eam majorem aspectui nostro quam solem. Ideoque, cum sol longe superior sit a luna, tamen nobis major videtur: jam, si prope nos accesserit, multo majorem futurum.

### CAPUT XVII.

#### De cursu solis.

1. Dicunt antiqui, Aratus et Hyginus, solem per seipsum moveri, non cum mundo verti uno loco namentem. Nam si fixus maneret, necesse erat eodem loco occidere et exoriri a quo pridie fuerat exortus, quemadmodum cetera siderum signa oriuntur et occidunt. Præterea, si ita esset, consequens erat dies et noctes omnes esse æquales, et quam spatiosus hodiernus dies esset, tam longus semper esset futurus.

2. Nox quoque simili ratione semper æqualis permaneret, sed quoniam inæquales dies aspiciuntur, et solem alio loco cras occasurum, alio occidisse besternum videamus, ideo qui diversis locis occidit, et exoritur, putant eum philosophi nequaquam cum mundo fixum volvi, sed ipsum per se moveri. Qui postquam ardentem 29 rotam Oceano tinxerit, per incognitas nobis vias ad locum unde exierat regreditur, expletoque noctis circulo, rursus de loco suo festinus erumpit; obliqua enim et fracta linea per Austrum pergat ad Boream, et ita ad Orientem revertitur. Hiemis autem tempore per plagam meridianam currit. Æstate vero Septentrioni vicinus est. Sed quando per Austrum currit, vicinior terræ est; quando vero juxta Septentrionem, sublimis attollitur.

aliquæque similes antiquorum opiniones, jam nunc vulge rejiciuntur. AREV.

2. Hunc autem ampliolem quam terram. Octies majorem terra, ait Macrobius, lib. 1 in Somn. Scip., cap. 20. Vid. Plutarch., lib. 11 de Placit. philos.

3. Lunam minorem... majorem futurum. Verba sunt Hygini, lib. 1v, cap. de Luna. Sed corrigendus ex Isidoro Hyginus.

Ibid. Hyginus, lib. 4, cap. de luna 14, in Editione Munckeri: Quæ proxima sunt nobis, majora necesse est esse (legendum videri) quam quæ longo dissidente intervallo videmus... quam solem. Illud quoque necesse est, cum sol longe absit a luna, et a nobis major videtur, si prope accesserit, multo majorem futurum: scilicet aspectui nostro. AREV.

CAP. XVII.—N. 1. Dicunt antiqui Aratus et Hyginus. Arati interpres, cap. penultimo; et Hygin., lib. 1v, capite de Sole. Cujus sunt hæc omnia verba; Su-

3. Cui ideo Deus diversa cursus constituit loca, et tempora, ne dum semper in iisdem moraretur locis, quotidiano ea vapore consumeret. Sed ut Clemens ait, diversos accipit cursus, quibus aeris temperies pro ratione temporum dispensetur, et ordo vicissitudinum permutationumque servetur. Nam dum ad superiora conscenderit, ver temperat: ubi autem ad summum cœlum venerit, æstivos accendit calores. Descendens rursus, autumnum temperiem reddit; ubi vero ad inferiorem redierit circulum, ex glaciali compage cœli rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit.

4. Ex ipso enim sunt horæ; ex ipso dies cum ascenderit, ex ipso etiam nox cum occiderit; ex ipso menses et anni numerantur; ex ipso vicissitudines temporum sunt, et cum sit iste minister bonus, genitus ad vicissitudines temporum moderandas, tamen ubi secundum voluntatem Dei correctio mortalibus datur, incandescit aer, et urit mundum vehementioribus flammis, et perturbatur aer, et plaga hominum, et corruptio terris injicitur, et lues animantium, et pestilens per omnia mortalibus annus inducitur.

5. Quod autem Sol oriens per Austrum, id est, meridianum, iter habet, et decursa australi parte invisibilis vadit in locum suum rediens, ad instar quippe Ecclesiæ fabricatus est hic mundus, in quo Dominus Jesus Christus, sol æternus, partem suam percurrit, unde et Meridianum vocant. Aquiloni vero, id est, adversæ parti non oritur, sicut iidem, cum in judicio venerit, dicent: *Justitiæ lumen non illuxit nobis, et Sol non est ortus nobis.* Timentibus autem Dominum oritur Sol justitiæ, et sanitas in pinnis ejus, sicut scriptum est. Malis vero meridie nox est, sicut legitur: *Dum sustinent 30 ipsi lumen, factæ sunt illis tenebræ; dum sustinent fulgorem, in obscura nocte ambulaverunt.*

### CAPUT XVIII.

#### De lumine lunæ.

1. Ait Sanctus Augustinus in Psalmi decimi expositione: « Quæritur, inquit, unde habet luna lumen. Duæ tantum opiniones traduntur, sed quæ sit harum verax, dubium fertur quemquam scire posse. » Alii namque dicunt proprium eam lumen habere, globique ejus unam partem esse lucifram, aliam vero obscuram, et dum movetur in circulo suo,

lem per seipsum moveri, usque ad illa, naquaquam per seipsum fixum volvi, sed ipsum per se moveri. Nisi quod ea quæ illi sine cunctatione pronuntiant, ea Isidorus ipsis tribuens veluti addubitans profert.

2. Qui postquam ardentem tinxerit Oceano rotam. Mirum ni hæc Lucretii sunt.

Ibid. Cras occasurum. Al., cras oriturum. AREV.

3. Cui ideo Deus... consumeret. Versa sunt Ambrosii, lib. 11, cap. 3.

Ibid. Sed ut Clemens ait, diversos accipit cursus... annus inducitur. Verba sunt Clementis, lib. viii Recognitionum.

5. Verba Malachiæ sunt: *Et orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ, et sanitas in pennis ejus.* AREV.

CAP. XVIII.—N. 1. Augustinus, in ps. x, et lib. 111 de Genes., cap. 15.

eandem partem, qua lucet, paulatim ad terras converti, ut videri a nobis possit, et ideo prius quasi corniculato lumine fulget.

2. Nam et si formes pilam ex parte media candidam, ex parte obscuram, tunc eam partem, quæ obscura est, si coram oculis habeas, nihil candoris aspicias; cum cœperis illam candidam partem paulatim ad oculos convertere, primum veluti cornua candoris videbis; dehinc sensim crescet, donec tota pars candens opponatur oculis, et nihil obscurum alterius partis videatur; quam si denuo paulatim converteris, incipit obscuritas apparere, et candor minui, donec iterum ad cornua redeat, ac sic totus candor ab oculis avertatur, et sola iterum obscura pars possit videri. Quod fieri dicunt, cum lumen lunæ videtur crescere usque ad quintamdecimam, et rursus usque ad tricesimam minui, et redire ad cornua, donec penitus nihil in ea lucis appareat.

3. At contra alii dicunt lunam non suo fulgere lumine, sed a sole accipere lumen. Sol enim illi loco superior est. Hinc evenit ut quando sub illo est, parte superiore luceat, inferiore vero, quam habet ad terras, obscura sit. Cum vero ab illo discedere cœperit, illustretur ex ea parte, quam habet ad terram, incipiens a cornibus. Sicque paulatim, sole longius discedente, pars omnis subterior illuminatur, donec efficiatur quintadecima luna. Post dimidium autem mensem, cum cœperit ex alio semicirculo propinquare soli, quanto magis superiore parte illustratur, tanto magis **31** ab ea parte quam terris avertit, non potest excipere radios solis, et propterea videtur decrescere.

4. Illud certe manifestum est, et cuilibet advertenti facile cognitum, quod luna non augeatur ad oculos nostros, nisi a sole recedendo, neque minuitur, nisi ad solem ex parte alia propinquando. Ab illo ergo accipit lumen, et cum sub illo est, semper exigua est; cum vero ab illo longius abcesserit, fit ampla, suoque ambitu plena. Si enim suo lumine uteretur, necesse erat semper eam esse æqualem, nec d'e xxx exitum fieri; et si suo lumine uteretur, hujus nunquam eclipsis fieret.

5. Cæterum, quantum ad intellectum pertinet mysticum, luna hujus mundi speciem tenet, quia sicut ista menstruis completionibus deficit, ita mundus ad conflationem temporum currens quotidianis defectibus cadit. Luna quippe elementi sui varietate diversis cursibus desinit ut crescat, crescit ut

4. Si enim suo lumine uteretur... exitum fieri. Verba sunt Hygini, cap. de Luna.

6. Sicut enim luna deficit... coronatur. Ambrosii sunt verba lib. iv, cap. 8.

Ibid. Larga roris. Ambros. lib. iv, cap. 7.

Ibid. Crescunt omnes fructus. Forte, crescunt omnes fructus. Dracontius, pag. 213, lib. i, vers. 733 et seqq.:

Qui lunæ crescente globo jubet æquora crescant  
Fluctibus adjectis, crescant cum fontibus annes.

Vide notam. AREV.

7. Item sicut septem formas. Ead. lib. iii Etymolog., totidemque species assignat lunæ Clemens lib. vi. Strom. et Seleuco Mathematico: Ex quo et Isidori

A desinat. Sed ideo alternis vicibus commutationem sideris repræsentat, ut doceat homines ex ortu mortuuros, et ex morte victuros; atque ideo cum senescit, mortem corporum prodit; cum augetur, æternitatem indicat animarum.

6. Nonnunquam vero eadem luna etiam Ecclesia accipitur, pro eo quod sicut ista a sole, sic Ecclesia a Christo illuminatur. Sicut enim luna deficit atque crescit, ita Ecclesia defectus habet et ortus. Frequenter enim defectibus suis crevit, et his meruit ampliari, dum persecutionibus minuitur, et confessorum martyrio coronatur. Item sicut luna larga est roris et dux humentium substantiarum, ita Ecclesia baptismi et prædicationum. Et quemadmodum, luna crescente, crescunt omnes fructus, atque ea minuente, minuuntur; non aliter intelligimus et Ecclesiam, in cujus incremento proficimus cum ipsa. Cum vero persecutionem patitur et minuitur, et nos cum illa patimur et minuiuntur.

7. Item sicut septem formas habet luna, sic tot gratias meritorum **32** habet Ecclesia. Primam enim figuram, bicornem habet; secundam, sectilem; tertiam, dimidiam ex majore; quartam figuram plenam habet; quintam, iterum dimidiam ex majore; sextam, iterum sectilem; septimam, bicornem. Eodem constat numero etiam distributio charismatum, quæ per Spiritum sanctum toti Ecclesiæ conferuntur. Septima autem semis, et vicesima secunda semis, in suo orbe media est. Cæteræ proportionales sunt.

CAPUT XIX.

De lunæ cursu.

1. Lunam per alios ortus et occasus, Hyginus ait, necesse est moveri, non stare, idque facilius quam de solis luce intelligitur. Quia cum a sole accipiat lumen, et ita nobis lucere videatur, non est dubium eam moveri potius quam stare. Terris autem vicina luna breviori orbe convergitur, et iter quod sol in diebus cccxv peragit, ista per triginta dies percurrit. Unde et antiqui menses in lunæ, annos autem in solis cursu posuerunt.

2. Itaque luna per tricenos dies duodenis vicibus cursum perficiens, consummat annum secundum Hebræos, aliquibus diebus adjectis; secundum Romanos, bissexto semel in quadriennio unius d'ei adjunctione celebrato. Cujus etiam augmentis decrementisque, mira quadam Providentiæ arte, omne quod gignitur, alitur atque crescit. Nam et defectui ejus compatiuntur elementa, et processu ejus quæ fuerint exinanita cumulantur, ut aumantium cerebri ipsius mente has nos species tum hic, tum etiam in Etymologiis reformavimus. Sectilem autem non sectilem ex veteribus libris appellamus dimidiam vel semissem.

Ibid. In textu Grialii erat, tertiam dimidiam ex majore. AREV.

CAP. XIX. — N. 1. Lunam per alios ortus... potius quam stare. Verba sunt Hygini omnia, licet non continenter apud eum legantur.

Ibid. Terris autem vicina luna... percurrit. Verba sunt Interpretis Arati, numero dierum lunæ tantum mutatis.

2. Itaque luna per tricenos... celebrato. Verba sunt Ambrosii lib. iv cap. 5



maritimum, siquidem echinus ostreaeque in augmento lunæ plenior reperiri solentur.

### 33 CAPUT XX.

#### De eclipsi solis.

1. Solem sapientes dicunt altius currere, lunam autem proximam esse terræ. Hæc ergo, dum decorum ad idem signum vel lineam qua sol vehitur, convenerit, objicit se soli, et tenebras totius orbis efficit. Quod tantum intermenstruo contingit. Nam tunc luna in eadem parte signi est qua sol vehitur, ideoque sit illi proxima, et oppositione sui obscurari ab oculis nostris lumen ejus videtur: veluti si aliquis oculis manum expansam opponat, quanto magis id fecerit, eo minus illa videri poterit; quanto autem procul discesserit, eo magis illi omnia potuerunt apparere.

2. Simili itaque ratione cum ad solis locum vel lineam luna pervenerit, tunc proxima ei esse videtur, et radios ejus ita coram oculis nostris obscurare, ut lumen non possint ejicere. Cum autem luna ab eo loco discesserit, tunc sol lumen ejicit, et ad oculos nostros transmittit. Quapropter ita soli objicitur luna, sicut terræ opponitur terra; quæ utraque lumina cum ad terras non perveniunt, defecisse dicuntur. Alii autem dicunt defectum solis fieri, si foramen aeris, quo sol radios fundit, aliquo spiritu contrahatur sive obturetur. Hoc physici et sapientes mundi dicunt.

3. Cæterum doctores nostri mystice hujus eclipsis mysterium in Christo dixerunt esse completum tunc cum, interrupto æterni fœderis cursu sol solito, turbata ordinem suum elementa perdiderunt, cum sacrificæ factum conjurationis sol iste verus horroreus, insertis in populo judaico errorum tenebris, paululum semetipsum per mortem abscondit, ac de cruce depositus, sese in sepulcro abditus obscuravit; donec tertia die augustior solito huic mundo, id est gentibus, claritatis suæ potentiam præsentaret; ac sicut sol in virtute sua refulgens, tenebras operi sæculi illuminaret.

### 34 CAPUT XXI.

#### De lunæ eclipsi.

1. Luna non deficit, sed obumbratur, nec diminutionem sentit corporis, sed objectu obumbrantis terræ casum patitur luminis. Hanc enim philosophi non habere lumen proprium, sed eandem a sole illuminari defendunt; et quia ea dimensione distat a sole, ut per mediam terram si quid directum trajiciatur, contingere possit solem sub terram, lunam autem supra terram; et quia usque ad lunarem circum-

*Ibid.* Echinus, ostreaeque, etc. Dracontius, loc. cit.:

Crescat et inclusum capita genus omne cerebri,  
Et minuatur aquæ, luna minuente, liquentes.

Plura de his dixi in nota. AREV.

CAP. XX. — N. 1. Solem sapientes dicunt... tra s-  
pinitis. Totus locus ex Hygini lib. iv, cap. de Luna.

*Ibid.* Pro vehitur in nonnullis Mss. bis est vitur,  
et fortasse legendum vertitur. AREV.

2. Si foramen aeris, etc. Quod Anaximandro placuit.  
Plutarch. ii de Placit. cap. 20 et 24.

CAP. XXI. — N. 1. Pleraque ex eod. Hygin. cap.

A umbræ terræ extenditur, ideo evenit nonnunquam ut solis radii, objiciente se mole terræ vel umbra, ad eam non perveniant.

2. Patitur autem hoc quintadecima luna, quosque centrum atque umbram obstantis terræ exeat, videaturque solem vel a sole videatur. Constat ergo lunam ex solis radiis lumen accipere, et dum objectu terræ solem non aspexerit, tunc lumen amittere. Nam dicunt stoici omnem terram montibus claudi, quorum umbra fertur luna subito non apparere. Unde Lucanus:

Jam Phœbe totum fratri cum redderet orbem,  
Terrarum subita percussa expalluit umbra.

3. Figuralliter autem per lunæ defectum Ecclesiæ persecutiones intelliguntur quando martyrum cadibus et effusione sanguinis, tanquam illo defectu et obscuracione, quasi cruentam faciem luna ostendere videtur, ut a nomine Christiano terreatur infirmi. Sed sicut ista post defectum perspicua illustratione clarescit, adeo ut nihil detrimenti sensisse videatur, ita Ecclesia, postquam per martyrum confessionem suam pro Christo sanguinem fuderit, majore fidei claritate refulget, atque insigniori lumine decorata semetipsam latius in toto orbe diffundit.

### 35 CAPUT XXII.

#### De cursu stellarum.

1. Stellæ quidem cum inundo vertuntur; non, stante mundo, stellæ vagæ feruntur, exceptis his quæ planetæ vocantur, id est errantes, quæ vagis moventur ordinibus. Cæteræ, quæ aplanæ appellantur, uno loco fixæ cum mundo volvuntur. Ideo autem planetæ, id est errantes dicuntur, quia per totum mundum vario motu discurrunt.

2. Partibus autem diversis inter se moventur sidera. Nam quædam superius, quædam inferius currunt. Unde et illa quæ terris propinquiora sunt, quasi majora nobis videntur quam ea quæ circum cælum volvuntur. Longinquitate enim locorum visus languescit. Hinc accidit ut intervallo longe inter se distantium circularum, alia celerius, alia tardius ad cursus sui exordium revertantur.

3. Nam quædam sidera, celerius exorta, serius occidere existimantur; quædam etiam, tardius cæteris exorta, citius ad occasum perveniunt. Quædam vero pariter oriuntur, et non simul occidunt. Omnia autem suo tempore ad cursum proprium revertuntur. Radiis autem solis præpedita sidera, aut anomala sunt, aut retrograda, aut stationaria. Juxta quod et poeta meminuit, dicens:

..... Sol tempora dividit ævi,  
Mutat nocte diem, radiisque potentibus astræ  
Ire vetat, cursusque vagos statione mœtatur.

de Luna.

2. Nam dicunt Stoici. Ita Mss. omnes; h'ist' rici Im-  
press. Hyginus: *Etsi nonnulli dixerunt in solis cursu  
evenire, ut cum pervenerit ad eum locum ubi occidere  
dicitur, ibi montium magnitudine a nobis tamen averti  
solis, et ita noctem videri. Quod si ita fit, ninirum  
eclipsim solis verius quam noctem dicimus.*

3. Figuralliter autem. Ex Aug. in ps. x.

CAP. XXII. — N. 1. Stellæ quidem cum mundo vertuntur. Id probat Hyginus *ibid.* Vid. lib. iii Etymolog. a cap. 60 usque ad 70.

CAPUT XXIII.

De positione septem stellarum errantium.

1. In ambitu quippe septem caelestium orbium, primum in inferioris sphaerae circulo luna est constituta. Ideo proxima terris posita, ut nocte nobis facilius lumen exhibeat. Dehinc secundo 36 circulo Mercurii stella collocata, soli celeritate par, sed vi quadam, ut philosophi dicunt, contraria. Tertio circulo Luciferi circumvectio est, inde a gentilibus Venus ita dicta, quod inter quinque stellas plus lucis habeat. Nam, ut praediximus, quemadmodum sol et luna, ita et haec umbram facit.


2. Quarto circulo solis cursus est collocatus, qui proinde, quia omnibus est lucidior, medius est constitutus, ut tam superioribus quam inferioribus lucem praestet. Ratione autem divina sic constitutus est, quia praecara omnia in medio esse debent. Porro quinto circulo Pyrois sidus dicitur collocatum, quod illi Marti assignant. Sexto Phaethontis stellam, quam Jovis appellant. Jam summo caelo, id est in mundi vertice, stella Saturni est posita, quae quidem dum

A summum caelum teneat, sublimiorque sit omnibus, natura tamen ejus frigida fertur, approbante Virgilio:

Frigida Saturni sese quo stella receptat.

3. Haec autem sidera errantia appellantur, non quod ipsa errent, sed quod nos errantes faciant; quae sidera Graeco planetae dicuntur. In sole enim et luna omnibus notitia est ortus et occasus, ideoque sol et luna directo cursu vehuntur. Ista vero retrogradantur, vel anomala efficiuntur, id est, quando particulas addunt et detrahunt; ceterum quando tantum detrahunt, retrograda dicuntur; stationem autem faciunt quando stant.

4. Anni autem singularum stellarum hi sunt qui in sphaera subjecta continentur. Quibus peractis ad reversionem circuli sui iisdem signis et partibus veniunt. Nam luna octo annis fertur explere circulum suum, Mercurius annis xxiii, Lucifer annis ix, 37 Sol annis xiv, Pyrois annis xv, Phaeton annis xii, Saturnus annis xxx. Quorum orbium atque stellarum positionem subdita demonstrat figura.



CAP. XXIII. — N. 1. Inde a gentilibus Venus dicta. Non dicta est Venus, quod plus lucis habeat, sed Lucifer. Ita enim Etymolog.: Quod inter omnia sidera lucis plus ferat.

Ibid. Ita et haec umbram facit. Plinius lib. ii, cap. 8, de Venere. Claritatis quidem tantae, ut unius hujus stellae radiis umbram reddantur.

2. Quarto circulo sol. Ciceronem sequitur. Nam Plato secundo circulo collocabat. Vid. Macrob. lib. i in Somn. Scip., cap. 19.

Ibid. Porro quinto circulo Pyrois. Mendose libri om-

nes hoc quoque loco Vesper pro Pyrois habebant.

3. Non quod ipsa errent. Cicero in de Nat. deor. errantia appellantur, cum omnium minime errent.

Ibid. In sole enim et luna omnibus notitia est ortus et occasus. Itaque Isidoro non videntur errantes. Unde neque Arato quinque tantum numerantur.

Nam, quae per his sex signorum labitur orbem quinque solent stellae.

3 Retrogradantur. Al., retrogradantur. Malles et per retrogradantur. Cf. not. ad l. in Etym., n. 37, n. 1. Al.

4. Nam luna octo annis. Ita Mss. omnes, etiam Mss. gr.

## CAPUT XXIV.

## De lumine stellarum.

1. Stellas non habere proprium lumen, sed a sole illuminari dicunt, nec eas unquam de cœlo ascendere [Al. abscedere], sed veniente sole celari. Omnia enim sidera obscurantur, sole oriente, non cadunt. Nam dum sol ortus sui signa præmiserit, omnes stellarum ignes sub ejus luminis fulgore evanescent; ita ut præter solis ignem nullus sideris splendor videatur. Hinc etiam et sol appellatus, eo quod solus appareat obscuratis cunctis sideribus. Nec mirum hoc de sole, cum etiam plena luna, et tota nocte fulgente, pleraque astra non luceant. Esse autem etiam per diem in cœlo stellas probat solis deliquium, quod quando sol objecto orbe lunæ fuerit obscuratus, clariora in cœlo videantur astra.

2. Stellæ autem, secundum mysticum sensum, sancti viri intelliguntur. De quibus dictum est: *Qui numerat multitudinem stellarum*. Sicut enim omnes stellæ a sole illuminantur, ita sancti a Christo gloria cœlestis regni glorificantur. Et sicut præ fulgore solis et vi maxima luminis ejus sidera obtunduntur, ita et omnis splendor sanctorum in comparatione gloriæ Christi quodammodo obscuratur. Et quemadmodum stellæ sibi differunt claritate, ita justorum diversitas meritum discretione.

## CAPUT XXV.

## De lapsu stellarum.

1. Falsa autem opinio et vulgaris est, nocte stellas cadere, cum sciamus ex æthere lapsos igniculos iro per cœlum, portarique 38 ventis, vagique lumen sideris imitari; stellas autem immobiles fixasque permanere in cœlo.

2. Nam illud quod ait poeta:

Sepe etiam stellas vento impendente videbis  
Præcipientes cœlo tibi, noctisque per umbras  
Flammarum longos a tergo albescere tractus.

Et iterum:

..... Lapsa per altum  
Aere disperso trahere candentia sulcos  
Sidera, et summis etiam quæ fixa tenentur  
Astra polis.

Sed hi poetæ voluntarie ad opinionem vulgi se contulerunt. Cæterum philosophi, quibus curæ est mundi quærere rationem, illa asserunt quæ superius memorata sunt.

Etymolog., præter Malacitanum in quo xix annis recentiore manu videtur hoc loco repositum. Hoc fortasse octennium illud de quo Plutarch. extremo lib. ii de Placitis.

CAP. XXIV. — N. 1. *Stellas omnes non habere lumen*. Macrobius lib. i. in somn., cap. 49, lunam unam aëno lumine, cæteras omnes stellas suo lucere, ait. *Ibid. Celari*. Al., *celare dicimus*. AREV.

CAP. XXV. — N. 1. *Falsa autem opinio*. E. Serv. i Georg. ad vers. 365:

Sepe etiam stellas, vento impendente, videbis  
Præcipientes cœlo tibi.

2. Versus Virgilii sunt tres illi, *Sepe etiam*; reliqui *Lapsa per altum*, etc., neque Virgilii sunt, neque integri videntur; sed cujusdam sint, nunc non occurrit. AREV.

CAP. XXVI. N. 1, *Deliramentis*. Al. *deliramentis*

## A

## CAPUT XXVI.

## De nominibus astrorum.

1. Legitur in Job, dicente Domino: *Nunquid conjungere vales micantes stellas Pleiades, et gyrum Arcturi poteris dissipare? Nunquid producis Luciferum in tempore suo, et vesperum super filios terræ consurgere facis?* Et iterum alibi: *Qui facit Arcturum, et Orionem, et Hyadas*. Hæc nomina stellarum dum in Scripturis legimus vanis deliramentis assensum non præbeamus, qui falsis opinionibus vocabula ista in astris ex hominum nominibus, vel aliarum creaturarum vocabulis imposuerunt. Ita enim stellarum quarundam gentilium sapientes nomina, sicut et dierum, indiderunt.

2. Quod vero eisdem nominibus sacra utitur Scriptura, non eorum idcirco vanas approbat fabulas, sed faciens ex rebus visibilibus invisibilium rerum figuras ea nomina pro cognitione ponuntur, quæ late sunt cognita, ut quidquid incognitum significat, facilius per id quod est cognitum humanis sensibus innotescat.

3. Arcturus est ille quem Latini Septentrionem dicunt, qui septem stellarum radiis fulgens, in seipso revolutus rotatur, qui ideo Plaustrum vocatur, quia in modum vehiculi volvitur, et modo tres 39 ad summa elevat, modo quatuor inclinat. Illic autem in cœli axe constitutus semper versatur, et nunquam mergitur. Sed dum in seipso volvitur, et nox finitur.

4. Per hunc Arcturum, id est Septentrionem, Ecclesiam septenario virtute fulgentem intelligimus. Nam sicut in axe cœli Arcturus semper inclinatur rursumque erigitur, ita et Ecclesia diversis quidem adversitatibus humiliatur, sed mox consurgens se et virtutibus elevatur; et sicut ex tribus stellis et quatuor Septentrio efficitur, ita Ecclesia ex fide Trinitatis et operationibus quatuor virtutum principalium consummatur. Fide enim et operibus homo justificatur.

5. Bootes, stella est quæ Plaustrum, id est Septentrionem sequitur, qui etiam ab antiquis Arctophylax dicitur, sive minor Arctos. Unde et quidam eam Septentrionem dixerunt. Hanc spectant præcipue qui navigare noscuntur. De qua Lucanus:

..... Velox ubi nocte Bootes;

Quæ cum orta fuerit, cito facit occasum.

6. Pleiades sunt multe juges quas etiam botrum appellamus a multitudine stellarum. Nam et

*poetarum*. AREV.

3. *Arcturus est ille quem Latini Septentrionem*. Hæc eadem in iii Etymologiæ. de Arcto aliquanto aptius dicitur. Sed hoc loco Arcton, et Booiem, sive Arctophylacem, et Arcturum, quæ propinqua sunt, confundit, ut ipse paulo post fatetur.

5. *Hanc spectant præcipue qui navigare noscuntur*. Utravique ursa utuntur nullo periculo nautæ, quod utraque Polo proxima exiguum circulum describat. Ita Ovidius:

Esse duas Arctos, quarum Cynosura vocatur  
Sidonlis. Elucea Graia carina notat.

*Ibid. Cito facit occasum*. Alii addunt: xv. *Kalendas Octobris. Hyades sunt quinque in modum V literæ in fronte Tauri positæ. Pleiades, etc.* AREV.

6. *Pleiads*. Eadem in Etymolog.

*Ibid. Multæ juges; fortasse, multijuges*. AREV.

ipsæ septem esse dicuntur, sed amplius quam sex nullus conspiciere potest. Hæc ab oriente surgunt, et appropinquante diei claritate stellarum ejus ordo distenditur. Pleiades autem ex pluralitate vocatae sunt, quia pluralitatem Græci *πλειότερα* appellant. Hæc Latini Vergilias appellaverunt, eo quod vere orientantur, et eo magis cæteris prædicantur, quod his exorientibus æstas significatur, occidentibus hiems ostenditur, quod aliis penitus non est traditum signis.

7. His autem stellis, ab eo quod septem sunt et splendide micant, sancti omnes sepiiformi spiritus virtute fulgentibus significantur; 40 ab eo autem quod sibi vicinantur, sed non se contingunt, charitate proximos, et tempore divisoꝝ Dei prædicatores ostendunt.

8. Orion stella est\*. Hic autem Orion gladius dictus est. Unde etiam eum Latini Jugulam vocant, sidus, ut videtur, armatum et stellarum luce terribile, quod ignorare magnæ difficultatis est, adeo ut quamvis rudes oculos, tamen præ fulgoris splendore in seipsum rapiat. Ii quippe Oriones in ipso pondere temporis hiemalis exoriuntur, suoque ortu imbres et tempestates excitant, et maria terrasque perturbant.

9. Oriones autem significant martyres. Nam sicut isti nascuntur in cælo tempore hiemis, ita in Ecclesia martyres procedunt tempore persecutionis. Procedentibus Orionibus, mare turbatur et terra; obortis vero martyribus, terrenorum et infidelium corda tempestate jactantur.

10. Lucifer, stella nitens, quæ omnium maxima et clarior esse videtur. Nam quemadmodum sol et luna, ita hæc umbram facit. Ista igitur orientem solem præcedit, atque mane nuntians tenebras noctis lumine sui fulgoris dispergit. Cujus figura est Christus, qui, velut Lucifer, per incarnationis mysterium producit; per quem lux fidei, tanquam dies secutura, monstratur.

11. Lucifer autem bipertitus est: sic hujus pars sancta est, sicut Dominus in Apocalypsi de se et Ecclesia dicit: *Ego sum genus et radix David, Stella splendida et matutina*. Item: *Qui vincit, dabo ei stellam matutinam*. Pars autem alia Luciferi, diabolus esse dignoscitur. De quo scriptum est: *Quomodo cecidisti de cælo, Lucifer, qui mane oriebaris?* et qui etiam in

7. Ab eo quod septem sunt. Clem., Strom. vi, septem esse serio affirmat, et Basil. in cap. iii Isai. septem ait apparere, quamvis parvas et glomeratas, et Ovid. fast. iv:

Que septem dici, sex tamen esse solent.

Cic. ex Arato:

Hæ septem vulgo perhibentur more vetusto Stellarum, cernuntur vero sex uodique parvæ. At non interisse putari convenit unam. Sed frustra temere a vulgo ratione sine ulla Septem dicier, ut veteres statuere poetæ, Aeterno cunctas ævo, qui nomine dignant Alcione, Meropeque Celeno, Taygeteque Electre, Steropeque simul sanctissima Maia.

8. Orion stella est\*. Asterisco notavimus locum, quem facile explere possis, vel ex tertio Etymolog. vel ex Arati interprete a quo Isidorus hæc mutuatus est. Sic enim ille: *Orion, qui et incola dicitur, ante tanri vestigia fulget, et dicitur Orion ab urina, id est ab inundantia aquarum. Tempore enim hyemis habet ortum, cum mare et terras tempestatibus turbat. Hunc*

A cælo super stellas Dei dicit se sedem positurum, et cadens de cælo confringitur.

12. Vesperus est stella occidentalis noctem ducens. Hic solem occidentem sequitur, et tenebras succedentes præcedit. Hic autem Antichristi exprimit typum, qui tanquam vesper consurgit, ut ait Job, super filios terræ, ut cæcæ noctis successu carnalium corda offuscet. Quod ideo auctore Deo fit, quia pro infidelitate præcedenti, qua renuerunt Christo credere, Antichristum suscipere meruerunt.

15. Cometas stella est quæ velut comas luminis ex se fundit. Hæc cum nascitur, aut regni mutationem fertur ostendere, aut bella, aut pestilentias surgere. De qua Prudentius ait: *Tristis cometa intercedit*. Et Lucanus:

Et terris minitantem regna cometem.

Et Virgilius:

Nec diu toties arsere cometæ.

Genethliaci autem omnes stellas erraticas quibusdam temporibus cometas fieri dicunt, et prout cuique sunt motus, ita secunda vel adversa portendere.

14. Sirius stella est, quam vulgo Canem appellant. Sirius quippe appellata propter flammæ candorem, quod ejusmodi sit ut præ cæteris lucere videatur. Hæc oriens mundum ardoris nimio calore incendit, et æstu suo fructus exurit. Interdum et morbo afficit corpora, corrumpens aerem flagrantia ignis. Ab hac enim stella dies Caniculares nominantur, quoniam hi plus flagrant ardoribus quam totius æstatis tempus.

## CAPUT XXVII.

*Utrum sidera animam habeant.*

1. Solet autem queri, ut ait sanctus Augustinus, utrum sol et luna, et alia stellæ, corpora sola sint, an habeant rectores quosdam spiritus suos. Et si habent, utrum ab eis etiam vitaliter inspirentur, sicut auimantur canes per animas animalium, an sola sine ulla permistione præsentia. Et dum motus alicujus corporis sine anima esse non possit, stellæ, quæ cum tanto ordine ac tanta ratione moventur, ut in nullo prorsus aliquando cursus earum impediatur, utrum animantes sint, et rationabiles videantur, non facile comprehendi potest.

Romani jugulam vocant, eo quod sit armatus, ut gladius, stellarum luce terribilis, etc.

Ibid. Hic Orion gladius. Ita Impress. Pejus multe manus. omnes: Hic autem Orion a gladio dictus est.

Ibid. In nota Grialii fortasse legendum jugula pro incola. AREV.

10. Lucifer stella nitens. Plura hic leguntur in quibusdam libris, e tertio Etymologiar. huc accita, neque enim in vetustioribus reperiuntur.

13. Cometas. Totidem sero. in Etymolog.

Ibid. Intercedit. Ita reposui ex Prudentio. Grialius, intercedit; nonnulli Mss., incedit. AREV.

14. Sirius quippe appellatur propter flammæ candorem, Rectissime, ut ne suspicio quidem alia restet de emendatione loci libri in Etymolog. huius interpres: *Sirium autem stellam vocatam putant propter flammæ candorem.*

Ibid. Aetatis tempus. Al., Aetatis tempus est de Julio, et xx de Augusto. AREV.

CAP. XXVII. — N. 1. Ut ait S. Augustinus. Cuiusmo libro secundo de Genes. ad litteram.

2. Salomon autem cum diceret de sole : *Gyrans A gyrrando radit spiritus, et in circulos suos revertitur, ostendit ipsum solem spiritum esse, et quod animal sit, et spiret, et vigeat, et annuos orbis suos cursu expleat, sicut et poeta sit :*

Interea magnum sol circumvolvitur annum.

Et allibi :

Lucentemque globum lunæ, Titanique astra  
Spiritus intus alit.

Quapropter, si corpora stellarum animas habent, querendum quid futuræ sint in resurrectione.

#### CAPUT XXVIII.

*De nocte.*

1. Ambrosium in libro Hexaameron legi dicentem : Queritur qualiter spatium aeris occupet umbra terræ efficiens nobis noctem, cum sol recedit a nobis diemque obducit, cum inferiora axis septentrionalis illuminat. Omne enim corpus umbram facit, et naturaliter umbra corpori adhæret, adeo ut etiam pictores umbras corporum quæ pinxerint nitantur exprimere, idque artis esse asserant non intermittere vim naturæ.

2. Ergo sicut in die cum a parte solis aliquod corpus hominis vel arboris occurrit, ex ea parte qua lumen repercutitur umbra subsistit; **43** sic cum recedente die sol ad eum locum pervenerit ubi occidere dicitur, ibi montium magnitudine a nobis separatur, sicut terræ objectu a septentrionali parte obumbratur aer, adeo ut nobis noctem efficiat hæc ipsa umbra terrarum.

#### CAPUT XXIX.

*De tonitruo.*

1. Tonitrua autem ex fragore nubium generantur. Concepti enim intra sinum nubium ventorum spiritus versantur ibidem. Cumque vehementer sese erupturi eliserint, et virtutis suæ mobilitate in quam-

2. Querendum quid futuræ sint in resurr. Leguntur hæc in mss. o. quæ videntur sumpta e lib. x. de Civit., cap. 29.

*Ibid.* In Vulgata : *Gyrat per meridiem, et flectitur ad Aquilonem, lustrans universa in circuitu pergit spiritus, et in circulos suos revertitur.* Versus Virgillii primus exstat lib. II Æneid., 384, alii lib. VI, 724. Verba Quapropter, etc. absunt ab Editione antiqua. Confer cap. 5. libri de Ordine creaturarum. ARV.

CAP. XXIII. N. 1. Ambrosium in Libro Hexaameron. IV, cap. 3.

2. Ad eum locum pervenerit ubi occidere dicitur, ibi montium magnitudine a nobis separatur. Non sunt hæc Ambrosii, sed Hygini verba superius cap. 21 a nobis relata.

*Ibid.* Sicut terræ objectu, a septentrionali parte obumbratur aer. Voces a septentrionali parte, addidit Isid. quæ aptius collocarentur sic : *Obumbratur aer a septentrionali parte, ut objici terra videretur a septentrionali parte.*

CAP. XXIX. — N. 1. Tonitrua. Amb. lib. II, cap. 4 : *Neque enim firmamentum hoc potest sine aliquo rumpi fragore, aut penetrari. Unde et de tonitribus, quæ concepto intra sinum nubium spiritu cum se vehementer erupturus eliserit, magno concrepant sonitu, ait Scriptura : Firmans tonitrua. Suspicio autem verba hæc Isidori : Et in morem exsiliendum de stabulis quadrigarum sonus fragoris ejus ad aures nostras emittitur, desiderari apud Ambrosium restituendaque ex hoc loco : ante illa verba ait Scriptura, ut parentesi includantur, totusque locus ita legatur : *Neque enim firmamentum**

PATROL LXXXIII.

A libet partem eruperint, magno concrepant murmure, et in morem exsiliendum de stabulis quadrigarum sonus fragoris ejus ad aures nostras emittitur.

2. Alias autem tonitruum divinæ vocis superna est increpatione, sive clara prædicatione sanctorum, quæ clamore forti per totum orbem terrarum in auribus fidelium perstrepat, per quod possit culpam suam admonitus agnoscere mundus.

#### 44 CAPUT XXX.

*De fulminibus.*

1. Aiunt naturalium scrutatores causarum, quod ex collisione atque attritu nubium fulgura generentur ad instarsilicium duriorum quos cum convulseris invicem sibi, medius ex his ignis elabitur, vel quomadmodum si lignum ligno ras, ignem emittit. Unde et Papinius :

**B** Fulguraque at ritibus quotiens micuere procellis.

Hæc itaque ratione, cum nubila invicem in se fuerint collisa, illico fulmina mittuntur.

2. Dehinc sequuntur tonitrua, quæ licet sonitu tardiora sunt, præcedenti concussi luminis claritate, pariter tamen cum fulgure emittuntur. Sed eorum sonitus tardius penetrat aures quam oculos splendens fulguris, ad instar securis arborem procul cædentis, cujus quidem ante cernis i tum quam ad aures perveniat sonitus. Ergo nubium attritu fulmina nascuntur. Nunquam enim sereno cælo fulgura micuere. Unde et Virgilius :

Non alias cælo ceciderunt plura sereno  
Fulgura.

3. Fit enim fulmen nube, imbre et vento. Nam cum **C** ventus in nubibus vehementer agitato est, sic incallescit, ut incendatur. Dehinc, ut prædictum est, fulgura et tonitrua simul exprimuntur. Sed illud celerius videtur quia clarum est, hoc autem tardius ad aures pervenit. Post fulminis autem jactum, vento-

*hoc potest sine aliquo rumpi fragore, aut penetrari, Ideo et firmamentum dicitur, quod non sit invulidum neque remissum. Unde et de tonitribus (quæ concepto intra sinum nubium spiritu cum se vehementer erupturus eliserit, magno concrepant sonitu, et in morem exsiliendum de stabulis quadrigarum sonus fragoris ejus ad aures nostras emittitur) ait Scriptura.*

CAP. XXX. — N. 1. Aiunt naturalium scrutatores... perveniat sonitus. Concinnavit hæc ex Lucretii versibus hisce. lib. VI :

Fulget item nubes ignis cum semina multa  
Excussere sue concursu, ceu lapidem si  
Percussit lapis, aut ferrum ; nam tunc quoque lumen  
Exsilit, et claras scintillas dissipat ignis.  
Sed tonitruum fit ut post auribus accipianus  
Fulgere quam cernant oculi, quia semper ad aures  
Tardius advenit, quam visum, quæ moveant res.  
Id hæc hinc etiam cognoscere, cadere si quem  
Ancipiti videas ferro procul arboris auctum.  
Ante fit, ut cernas icium quam plaga per aures  
Det sonitum : sic fulgorem quoque cernimus ante  
Quam tonitruum accipimus, pariter qui mittitur igni  
& simili causa et concursu natus eodem.

*Ibid. Compulsaris. Al., expulseris. Forte, compuleris. ARV.*

2. Unde et Virgilius : *Non alias, etc.* Ad quæ verba Servius : *Omen est (inquit) et in eo quod sereno cælo fulgura missa sunt, et in eo quod plura missa sunt.*

*Ibid.* Grialius, tardiora sunt. ARV.

*Ibid.* Virgillii versus est 487 lib. I Georg. ARV.

3. Post fulminis autem jacti. Ex eodem Lucretii loco,

rum **45** erumpere violentiam, sicque furorem tempestatis quem in nubibus conclusi agebant exeuntes ad terras emittunt.

4. Lucretius autem dicit fulmina ex minutis seminibus constare, ideo penetrabilia esse; ubicunque autem fulmen ceciderit, sulphuris odorem emittit. Virgilius:

Et late circum loca sulphure fumant,

Et Lucanus:

Æthereoque nocens fumabit sulphure ferrum.

5. In fulminibus sanctorum accipiuntur miracula, claritate signorum ac virtutum micantia, atque ad intima cordis pervenientia. Sublimia loca amplius sentire dicuntur ventorum vel fulminis injuriam, quam humilior terra. Unde et Horatius:

Feriantque summos  
..... Fulgura montes.

Nimis autem excelsiora loca a tempestatibus esse secura, ut Olympus, qui celsitudine sua nec impetus ventorum, nec fulminum ictus sentit, quia nubes excedit.

### CAPUT XXXI.

#### De arcu.

1. Clemens Romanus antistes et martyr ita scribit: « Arcus enim in aere ex imagine solis hoc modo formatur. Dum enim sol in nubibus rarescen-

libus ex adverso refulsit, radiusque suos directus linea humor in nubilo transfundens impresserit, fit repercussio splendoris ejus in nubibus, e quibus fulgor emicans arcus speciem formatur. Sicut enim impressa cera anuli imaginem exprimit, sic nubes e contra ex rotunditate solis figuram sumentes, orbem efficiunt, et arcus effigiem fingunt. Apparet autem hic non semper, sed cum rarescunt nebulae. Nam rursus cum in se coeunt nubes atque densantur, confestim arcus forma resolvitur. In nubium enim densitate arcus aere in perfecto gyro complectitur. Denique sine sole et **46** nubibus nunquam apparet arcus, quia ex typo radii solis species ejus formatur. »

2. Quadricolor enim est, et ex omnibus elementis in se rapit species. De caelo enim trahit igneam colorem, de aquis purpureum, de aere album, de terris colligit nigrum. Hic autem arcus, pro eo quod a sole resplendet in nubibus, Christi gloriam indicat in prophetis, ac doctoribus refulgentem. Alii ex duobus **47** coloribus ejus, id est aquoso et igneo, duo judicia significari dixerunt. Unum per quod dudum impii perierunt in diluvio; alterum, per quod postmodum peccatores cremandi sunt in inferno.

*Ibid.* Alii, erumpit violentia. *ARV.*

4. Lucretius autem dicit lib. II, his verbis.

Perfacile est jam animi ratione exsolvere nobis  
Quare fulmineus multo penetratior ignis  
Quam noster fluat et terris terrestribus ortus.  
Dicere enim possis caelestem fulminis ignem  
Subtillem magis e parvis constare figuris.  
Atque adeo transire foramina quae nequit ignis  
Noster hic, e lignis ortus tædæque creatus.

*Ibid.* Virgilii versus est 608 l. II *ÆN. ARV.*

5. Fulgura montes. Ita omnes libri, ut et Horatiani *C*

CAP. XXXI. — N. 1. Clemens Romanus... species ejus formatur. Sunt hæc lib. VIII Recognitionum, sed a patre Isidorum alia interpretatione usum, ac dubitari posse an ea quæ circumfertur Rufini sit.

2. Quadricolor enim est. Tricolorem vult esse Aristotelis. Isidorum secutus est Beda.

*Ibid.* Post finem hujus capituli in nonnullis MSS. additur fragmentum magna ex parte allegoricum, quod ab Isidori stylo et usu non abhorret: « Arcus autem qui in nubibus apparet, posuit eum Deus in testamentum inter se et nos: cum autem Noe post diluvium egressus fuisset de arca, dixit ei Deus: *Ponam arcum meum in nubibus, et erit testamentum inter me, et te, et erit, cum apparuerit arcus meus, recordabor fœderis mei, non adducam aquam diluvii ultra super terram.* Arcus autem quatuor colores habet, id est, igneam, purpuream, album, et nigram. Ignem colorem trahit de caelo, purpureum de aqua, album de aere, nigrum de terra; hos quatuor colores trahit de universis elementis mundi. Tres autem colores manifeste habet arcus, id est, purpureum, sulphureum et igneam. Per hos tres colores tres sententias significat: duas, quæ transierunt, præteritas; tertiam, quæ ventura est. Per purpureum colorem significat diluvium; per sulphureum significat ignem qui venit super Sodomiam; per igneam colorem significat ignem qui venturus est in die judicii. Arcus, qui in nubibus apparet, cum radiat nubes ante solem, a magnitudine solis depingitur. Arcus autem, qui a sole resplendet in nubibus, Christi gloriam in prophetis ac doctoribus refulgentem; et significantiam habent hi tres colores, id est, per igneam colorem Spiritum sanctum significant, ut in Evangelio ait: *Ignem veni mittere super terram, ut*

ardeat. Per album colorem castitatem significat, per igneam colorem significat persecutionem carnis. Arcus autem, qui in nubibus apparet, quadraginta annis ante diem judicii visus non erit. Quicumque enim cum peccato vivit, mortuus est Deo, vivit diabolo. Si autem audierit Evangelium Christi, et conversus fuerit ad Deum, resurgit et vivit cum Christo. Qui vero cum peccato suo moriuntur, vadunt in poenam, resurgunt ad mortem. Multi vero hic pereunt putantes se diu vivere, ideo non corriguntur. Fallit illos spes sua, non vivit homo quantum putat, non quantum sperat. Audite, ubi dicitur: *Non tardes converti ad Deum.* Dies malos habemus, quandiu inter homines malos vivimus, testa te Apostolo: *Videte quomodo caute ambuletis, non ut insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* Tolle homines malos, et non erunt dies mali. Appetentes res alienas, adulteri, perjuri, calumniatores, oppressores. Per homines malos sunt dies mali. Dies ergo malos habemus, quandiu inter homines malos vivimus. Qui vivendo sæculum vicerunt, Elias et Enoch. Sexto die fecit Deus hominem ad imaginem suam. Invenimus, sexto sæculo venisse Dominum nostrum Jesum Christum, ut reformaretur homo ad imaginem Dei. Primum enim tempus tanquam primus dies ab Adam usque ad Noe, secundum tempus tanquam secundus dies a Noe usque ad Abraham, tertium tempus tanquam tertius dies ab Abraham usque ad David, quartum tempus tanquam quartus dies a David usque ad transmigrationem Babylonis, quintum tempus tanquam quintus dies a transmigratione Babylonis (usque ad prædicationem Joannis). Sextum tempus tanquam sextus dies, qui modo agitur usque ad finem. Si sextus dies agitur, videte quid habeat titulus in die ante Sabbathum, quando fundata est terra. Jam audiamus ipsum psalmum, ipsum interrogemus; quomodo fundata est terra, nec in Genesi sic legimus. Quando ergo fundata est terra nisi cum sit (sic) cum lectum est modo in Apostolo: *Sic tamen state in fide stabiles, ut omnes qui credunt per universam terram.* Tunc fit homo ad imaginem Dei; quod significat sextus dies ille de Genesi, et quomodo illum fecit Deus, quomodo fundata est terra. Christus venit ut fundaretur terra; fundamentum enim nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Jesus. De illo

## CAPUT XXXII.

## De nubibus.

1. Notandum est ex libro Job, quod cogitur aer iste visibilis, ut conglobetur; conglobatus autem in nubes vertitur. Sic ipse dicit: *Subito aer cogitur i nubibus, et ventus transiens fugabit eas* (Job. xxxvii, 21.) Et Virgilius:

Consurgunt venti, atque in nubem cogitur aer.

Nubes autem sancti prædicatores intelliguntur, qui verbi divini pluviam credentibus fundunt.

2. Aer autem iste inanis et tenuis vacuas hominum mentes vagasque significat, qui tamen densatus in nubes vertitur, quia collectæ ab inanitate fidelium mentes fide solidantur. Et sicut ex aere inani sunt nubes pluviales, sic ad fidem de mundi vanitate colliguntur sancti prædicatores. Nubes autem dictæ quod æthera obtegant, unde et *nuptæ* dicuntur, quod vultus suos velent. Unde et *Neptunus*, quod nube et mari terram tegat.

## 48 CAPUT XXXIII.

## De pluviis.

1. Legitur in Amos propheta: *Qui vocat aquas maris, et effundit eas super faciem terræ* (Amos ix, 6). Aquæ enim amarissimæ maris vapore subtili calore aereo suspenduntur, instar medicinalis cucurbitæ, quæ calore superioris circuli humorem, et sanguinem sursum trahit. Hujusmodi itaque ratione aquæ maris per tenuissimos vapores in aere suspensæ paulatim concreverunt, ibique igne solis decoctæ in dulcem pluviarum saporem vertuntur.

2. Dehinc gravescente nube modo vi expressæ ventorum, modo solis calore dissolutæ, in terræ faciem asperguntur. A nubibus ergo rapiuntur aquæ maris, et iterum ab ipsis reduntur in terras. Sed, sicut diximus, ut dulces possint esse in pluviis, coquantur igne solis. Alii autem dicunt non tantummodo aquis maris nubes concrecere, sed etiam exhalantis terræ vaporibus, nebulas adolescere, quibus densatis coactisque nubes alius surgere. Atque illasdem labentibus pluviis effundere.

3. Nubes autem, ut prædiximus, apostoli significantur atque doctores. Pluviæ ergo nubium eloquia sunt apostolorum, quæ quasi guttatim, id est, sententialiter veniunt, sed abundantius doctrinæ fecunditatem infundunt.

## CAPUT XXXIV.

## De nive.

1. Ait Ambrosius quod plerumque glacialibus ergo cantat psalmus: *Dominus regnavit, decorem induit, etc.* Verba: *Quicumque enim cum peccato, et seqq.*, usque ad finem ad alium locum videntur pertinere, neque satis sunt integra. AREV.

CAP. xxxii. — N. 1. Vid. lib. xiii Etymolog., cap. 7. *Ibid.* Apud Jobum, *cogetur in nubes*; atque ita fortasse hoc loco reponendum. Versus Virgilio est 20, lib. v *Æneid.* AREV.

CAP. xxxiii. — N. 1. *Instar medicinalis cucurbitæ.* Ex Ambros., lib. ii, cap. 3.

3. Pro sententialiter, alii impressi sensualiter. AREV.

CAP. xxxiv. — N. 1. Ait Ambrosius... *nix funditur.* lib. ii, cap. 4.

*Ibid.* Alii, *nix funditur super faciem terræ. Nix au-*

A ventorum flatibus rigentes aquæ solidantur in nivem, et rupto aere nix funditur.

## 49 CAPUT XXXV.

## De grandine.

1. Simili quoque ratione grandinum coagulatio fit. Aquæ enim nubium rigore ventorum stringuntur in glaciem, atque durescunt. Dehinc glacies ipsa partim fragore ventorum comminuta in fragmina, partim solis vapore resoluta, frustatim ad terras elabitur. Quod autem rotunda videtur, hoc solis calor efficit, et mora refrenantis aeris, dum per longum spatium a nubibus usque ad terras decurrit.

2. Figuraliter namque grandio perfræ duritia est, torpore malitiæ frigida; nix autem homines increduli sunt, frigidissimi atque pigri, et in infusa torpore mentis depressi. Item alio intellectu nives sunt homines dilectione frigentes, qui etsi existant candidi puritate baptismatis, non fervent spiritu charitatis.

## CAPUT XXXVI.

## De ventis.

1. Ventus est aer commotus et agitalus, approbante Lucretio:

Ventus enim fit ubi est agitando percitus aer.

Quod etiam in loco tranquillissimo et ab omnibus ventis quieto brevi stabello approbari potest, quo etiam muscas abigentes aerem commovemus, flatumque sentimus. Quod cum evenerit occultiori quodam motu cœlestium vel terrenorum corporum per magnum spatium mundi ventus vocatur ex diversis partibus cœli nomina etiam diversa sortitus.

2. Quidam autem aiunt, eo quod ex aquis aer, ex aere venti nascuntur. Clemens autem dicit: *Eo quod montes excelsi certis quibusdam habentur in locis, et ex his velut compressus, et conngustatus aer ordinatione Dei cogatur, et exprimat in ventos, quorum inspiramine et fructus germen concipiat, æstivusque ardor temperiem sumat, cum Pleiades in nixæ solis arboribus incanduerint.*

3. Venti autem, interdum angelorum intelliguntur spiritus, qui a secretis Dei ad salutem humani generis per universum mundum mittuntur. Item nonnunquam venti incensores spiritus poni solent, pro eo quod malæ suggestionis flatu ad terrena desideria iniquorum corda succendunt, secundum quod scriptum est: *Tolle eum ventus urens* (Job. xxvii, 21).

## CAPUT XXXVII.

## De nominibus ventorum.

1. Primus ventorum cardinalis, Septentrionalis, fristem significat blandimenta justorum in die iudicii, ut est illud: *Et vestimenta ejus alba, sicut nix.* AREV.

CAP. xxxvi. — N. 1. Approbante Lucretio: *ventus e. f. a. n. e. a. p. a.* Versus ex lib. vi. Quæ sententia fuit quoque Anaximandri, et Stoicorum, quos reprehendit Aristoteles.

2. Clemens autem eo quod montes... incanduerint. Verba sunt Clementis.

CAP. xxxvii. — N. 1. *Primus ventorum cardinalis.* Quatuor quos hic cardinales vocat, lib. xiii Etymolog. principales appellat. Nam cardinales illic duos tantum nominat Septentrionem et Austrum, neque a Septentrione illic, sed ab Oriente incipit. Vid. Plin. lib. ii, cap. 27.





## 52 CAPUT XXXVIII.

*De signis tempestatis vel serenitatis:*

1. Tempestas turbo est divini iudicii, sicut propheta ait: *Deus in tempestate, et turbine viæ ejus (Nahum. 1, 3)*. Serenitas autem gaudium est lucis æternæ. Signa autem tempestatum navigantibus Tranquillus in Pratis sic dicit: *Mutatio tempestatis expectanda est in asperius, cum in nocturna navigatione scintillat ad remos, et ad gubernacula aqua. In Austrum venti mutatio est, cum lulligines, hirundines volant, aut cum delphini totos se salibus ostendunt, et caudis aquam ferunt. Nam semper inde ventus oritur quo illi feruntur. Nec mirum est muta animai divinare sub gurgite. Semper enim incipientis auræ motu aquæ inclinantur, quam permutat: onem maris primi undarum incolæ sentiunt. Itaque propter impetum pugnant, sive metu, ne deferantur in littora; sive natura, ne aversorum cervices unda præcipitet. Quid ergo? Delphini tantum hanc injuriam timent? Imo et cæteri pisces. Sed hi tantum apparent, quia exsiliunt.*

2. Item Varro dicit signum esse tempestatis, dum de parte Aquilonis fulgurat, et dum de parte Euri intonat. Nigidius quoque ait: *Luna si summo cornicula maculas nigras habuerit in primis partibus mensis, imbres fore; si in medio, tunc cum plena sint in ea cornicula, serenitatem. Certe si rubet, quasi aurum, ventos ostendit. Fit enim ventus ex aeris densitate, densitate obducta, sol et luna rubescunt. Item si cornua ejus tecta fuerint nebula, tempestas futura est.*

53 3. Aratus autem dicit, si Aquilonium cornu lunæ sit correctius, Aquilonem imminere. Item si cornu Australe sit erectius, Notum imminere. Quarta autem luna futurarum index certissima habetur aurarum. Unde et Virgilius dicit:

Solis ab occasu Zephyri tuba florea servat,  
Ex Itala nomen cui fixum est voce Favoni.  
Hinc dextram tangit dictus lips Attide lingua:  
Africus hic propria veniens regione vocatur.  
At tu Core frends Zephyri de parte sinistra;  
Argesten Graio vocitarunt ore Camæne.

*Ibid.* Grialius in textu *Thracidas*, in not. *Iracidas*. Quid sentiendum sit de versibus de ventis, quos Grialius in not. proferat, dixi in Isidorianis, cap. 76, n. 20 et 21. Nunc varias lectiones exhibebo ex Codice Vaticano Ottoboniano 6, p. 25, ubi rubrica est, *versus ventorum*, et ex Albanio. Vers. 1, *limine pro limite*. V. 4, *altus pro alto*. V. 5: *Hinc nostra nomen lingua Septentrio fixit*; in Bignana Editione *finxit*, pro *fixit*, atque ita etiam nonnulli Mss. habent. V. 6, *hinc dextro*, vel *hinc dextra*, pro *hinc dexter*. V. 10, *medio stat rectus pro stat rectus solis*. V. 13, *littera signat pro littora signant*. V. 14:

Nubifero flatu letum latus irigat Eurus.

V. 20, *adnomina pro adtaminat*. V. 23, *hinc dextra mugit, pro hinc dextram tangit*. AREV.

CAP. XXXVIII. — N. 1. *Tranquillus in pratis sic dicit*; al., *tranquillus in portis*; al., *Tranquillus in pratis*; al., *Tranquillus in partes*. Legorem *Tranquillo in portu sic discas*; nisi Tranquilli in cap. de Ventis meminisset, et quosdam Græcorum libros suos *λαμπύρας* hoc est, prata inscripsisse, diceret in præfatione Plinius.

2. *Dum de parte Aquilonis fulg.* Virgil.:

At Boræ de parte trucid cum fulminat, et cum  
Eurique Zephyrique tonat domus, omnia plenis  
Rura nataut fossis.

A Sin ortu in quarto, namque is certissimus auctor. Plura neque obtusis per cælum cornibus ibit. Totus et ille dies, et qui nascentur ab illis Expectum ad mensem pluvia, ventisque carebunt.

4. *Item idem Virgilius dicit: Si sol in ortu suo maculosus sit, atque sub nube latens, aut si dimidia parte apparuerit, imbres futuros. Item Varro ait: Si exorians concavus videbitur, ita ut in medio fulgeat, et radios faciat partim ad Austrum, partim ad Aquilonem, tempestatem humidam et ventosam.*

5. *Item idem, Si sol, inquit, rubeat in occasu, sincerus fere dies erit: si palliat, tempestates significat. Nigidius quoque: Si pallidus, inquit, sol in nigras nubes occidat, Aquilonem ventum significat. Item Dominus in Evangelio: Si factus, inquit, vespere rubicundum fuerit cælum, mane serenum erit. Si mane rutilat triste cælum, tempestas futura erit, et cum Auster ventus flaverit, æstus erit.*

## CAPUT XXXIX.

*De pestilentia.*

1. Pestilentia est morbus latè vagans, et contagiosus, quæque tetigerit, polluens. Hæc enim ægritudo non habet spatium temporis quo aut vita speretur aut mors, sed repentinus languor simul cum morte venit. Quæ sit vero causa hujus pestilentia: 54 quidam dixerunt: *Quando pro peccatis hominum plaga, et correptio terris inficitur, tunc aliqua ex causa, id est, aut siccitatis, aut calor vi, aut pluviarum intemperantia aer corrumpitur. Sicque, naturalis ordinis perturbata temperie, inficiuntur elementa, et fit corruptio aeris, et aura pestilens, et oritur pernicietas, et corruptelæ vitium in homines, et cætera animantia. Unde et Virgilius:*

Corrupto cælli tractu miserandaque venit,  
Arboribusque satisque lues.

*Ibid.* Nigidius quoque... carebunt. Verba sunt interpretis Arati, e quo sunt multa restituta, nam mendosissima in omnibus libris erant. Sed eadem longo elegantius Maro:

Luna revertentes cum primum colligit ignes,  
Si nigrum obscuro....

*Ibid.* *Si cornua ejus tecta fuerint nebula* Ita Ms. O. *tetra fuerint*, apud Arati interpretem.

*Ibid.* *Futura est. Alii addunt, et cum Auster ventus flaverit, æstus erit; quod alii in fine capitis exhibent.* AREV.

3. *Si Aquilonium cornu lunæ sit correctius, Aquilonem imminere. Item si cornu Australe sit erectus. Ita constanter omnes libri, et apud Arati interpr. Cur autem luna, vel erecta, vel prona videri soleat, vid. Bed., cap. 24, lib. de Nat. Ber. Edit. 2.*

*Ibid.* Versus Virgilii sunt 432 et seqq. lib. 1 Georg. AREV.

4. *Si sol in ortu suo maculosus... tempestatem significat.* Verba sunt ejusdem interpretis.

5. *Rubeat in occasu.* Voces *in occasu* deerant in omnibus nostris libris.

*Ibid.* *Sincerus fere.* Vox *fere* non est in Arati interprete, legitur vero in omnibus nostris libris.

CAP. XXXIX. — N. 1. *Quidam dixerunt.* Clementem significat, lib. viii Recogn., cujus hæc sunt verba: *Quando pro peccatis.... et cætera animantia.*

*Ibid.* *Quæque.* Hoc est, quæcumque, uti apud alios, et apud ipsum Isidorum alibi. Nonnulli habent *pene omnia quæ, alii solum quæ.* Versus Virgilii sunt 138 et seq. lib. iii Æneid. AREV.

2. Item alii aiunt pestifera semina rerum multa ferri A  
in aerem, atque suspendi, et in externas cœli  
partes, aut ventis, aut nubibus transportari. Dein-  
de quaqua feruntur, aut cadunt per loca et ger-  
mina cuncta ad animalium necem corrumpunt; aut  
suspensa manent in aere, et cum spirantes auras,  
illa quoque in corpus pariter absorbemus, atque  
inde languescens morbo corpus, aut ulceribus tetris,  
aut percussione subita exanimatur. Sicut enim cœli  
novitate, vel aquarum corpora adventitium tentari  
consueverunt, adeo ut morbum concipiant, ita etiam  
aer corruptus ex aliis cœli partibus veniens, subita cla-  
de corpus corrumpit, atque repente vitam extinguunt.

### 55 CAPUT XL.

#### De Oceano.

1. Cur Oceanus in se reciprocis ætibus revertatur, B  
quidam aiunt in profundis Oceani esse quosdam  
ventorum spiritus, veluti mundi nares per quas emissi  
anhelitus, vel retracti alterno accessu recessuque,  
nunc evaporante spiritu efflent maria, nunc retra-  
hente reducant. Quidam autem volunt cum au-  
gmento lunari crescere Oceanum, et tanquam ejus  
quibusdam spirationibus retrorsum trahatur, et ite-  
rum ejusdem impulsu ac retractu, in mensuram  
propriam refundatur.

2. Alii quoque Oceani undis alii sidera dicunt, so-  
lemque de Oceano aquam haurire ignibus suis, et  
circum omnia sidera fundere, ut ea temperet, quia  
sunt ignea. Unde dicunt quia cum haurit undas, erigit  
Oceanum. Sed utrum ventorum spiritu aqua erigan-  
tur, an lunari cursu increpant, an sole trahente de-  
crescant, hoc soli Deo cognitum est, cujus et opus  
mundus est, solique omnis mundi ratio nota est.

2. Item alii aiunt pestifera semina rer. Operæ pre-  
mium quibus ex verbis Lucretii quæ restant hujus ca-  
pituli consulari, inspicere. Is igitur ita lib. vi :

..... Primum multarum semina rerum  
Esse, supra de-ut, quæ sint vitalia nobis.  
Et contra quæ sint morbo mortique necesse est.  
Multa volare ea cum casu sunt forte cohorta,  
Et perturbant cœlum, sit morbius aer.  
Atque ea vis omnis morborum, pestilitasque,  
Aut extrinsecus, ut nubes, nebulæque supernæ  
Per cœlum veniunt, aut ipsa sæpe cohorta  
De terra surgunt, ubi putorem humida nacta est  
Intempestivis pluvisque, et solibus lecta.  
Nonne vides etiam cœli novitate et aquaram,  
Tentari procul a patria quicunque domoque  
Adveniunt, ideo quia longe discrepat aer.

Et paulo post :

Proinde ubi se cœlum, quod nobis forte alienum est,  
Commovet, atque aer inimicus serpente cœpit,  
Ut nebula, ac nubes paulatim repit, et omne  
Quæ graditor conturbat, et immutare coa-tat.  
Fit quoque ut in nostrum, cum venit denique cœlum,  
Corrumpat, reddatque sui simile, atque alienum,  
Hæc igitur subito clades nova, pestilitasque,  
Aut in aquas cadit, aut fruges persidit in ipsas,  
Aut alios hominum pastus, pecudumque cibatus,  
Aut etiam suspensa manet vis aere in ipso.  
Et cum spirantes mistas hinc ducimus auras,  
Illa quoque in corpus pariter sorbere necesse est.

Ibid. Spirantes. Reponendum videtur spiramus,  
aut cum Lucretii versibus citatis, cum spirantes duci-  
mus auras. AREV.

CAP. XL. — N. 4. Quidam aiunt in profundis Oceani  
esse quosdam meatus. Placido in Phædone.

Ibid. Efflent maria, nunc retrahente reducant. F.,

3. Oceani autem magnitudo incomparabilis, et in-  
transmeabilis latitudo perhibetur. Quod etiam Cle-  
mens discipulus apostolorum visus est indicare, cum  
dicit : *Oceanus intransmeabilis est, et liqui ultra eum  
sunt mundi.* Philosophi autem aiunt quod post Occen-  
num terra nulla sit, sed solo denso aere nubium  
contineatur 56 mare, sicut et terra subterius, ideo  
et Lucanus :

Cum mare convolvit gentes, cum littora Thetys  
Noluit ulla pati cœlo contenta tenere,  
Tunc quoque tanta malis moles crevisset in astra,  
Ni superum rector pressisset nubibus undas.

### CAPUT XLI.

#### Cur mare non crescat.

1. Cur mare majus non fiat, ac tantis fluviorum  
copiis nullatenus crescat, Clemens episcopus dicit,  
eo quod naturaliter salsa aqua fluentum dulce in se  
receptum consumat, eo quod fit ut illud salsum ma-  
ris elementum quantascunq; recipit copias aquarum,  
nihilominus exhauriat. Adde etiam quod venti rapi-  
unt, et vapor calorque solis assumit. Denique vi-  
dimus lacus multasque lacunas parvo sub mo-  
menti spatio ventorum flatibus solisque ardore con-  
sumi. Salomon autem dicit : *Ad locum unde exeunt,  
flumina revertuntur (Eccles. 1, 7).*

2. Ex quo intelligitur mare ideo non crescere, quod  
etiam per quosdam occultos profundi meatus aquam  
revolutæ ad fontes suos resiliant, et solito cursu per  
suos amnes recurrant. Mare autem propterea factum  
est, ut omnium cursus fluviorum recipiat. Cujus cum  
sit altitudo diversa, indiscreta tamen dorsi ejus æqua-  
litas. Unde æquor appellatum creditur, quod super-  
ficies ejus æqualis sit; physici autem dicunt mare  
altius esse terris.

effluant m. n. r. reducantur. Ita enim paulo post retror-  
sum trahi et refundi dicit, nisi ad nares referri mavis.

Ibid. Quidam autem volunt cum augmento lunari re-  
fundatur. Verba sunt Ambrosii, lib. iv, in fine capituli  
septimi.

Ibid. Quidam, etc. Alii : « quidam philosophi  
mundum, ut refert Solinus, ex quatuor elementis,  
quasi quoddam animal esse dicunt concretum, mo-  
verique quoddam spiritum, et sicut in corporibus no-  
stris respirandi habetur commercium, ita in profun-  
dis Oceani esse quosdam meatus repletos spiritu  
ventorum, veluti mundi nares, etc. » Post volunt non-  
nulli addunt ut ait Ambrosius. AREV.

2. Alii Oceani undis alii dixerunt sidera. Vid. sup.,  
D cap. 15.

3. Quod Clemens, apostolorum discipulus, auctor  
fuerit librorum Recognitionum, jam olim negarunt  
sanctus Athanasius, Eusebius, et alii. Nonnulli ta-  
men, ut sanctus Epiphanius, et Rufinus, opus illud  
a sancto Clemente scriptum fuisse existimant, sed  
ab hæreticis corruptum. Lucani versus sunt 623 et  
seqq. lib. v. Grialius, mendose, tenere pro teneri.  
AREV.

CAP. XLI. — N. 1. Clemens episcopus dicit. Lib.  
viii Recognit.

Ibid. Adde etiam quod venti rapiunt. Lucretius :

Præterea magnam sol partem detrahit æstis.

Et mox :

Tum porro venti magnam quoque tollere partem.  
Humoris possunt.....

Ibid. Lacus, multasque lacunas. Lucretii verbis lu-  
sisse videtur : *Multosque lacus, multasque lacunas.*

## CAPUT XLII.

Quare mare salsum habeat aquam.

1. Rursus Ambrosius doctor docuit dicens : *Mare idcirco dicunt 57 veteres salsum, atque amaras habere aquas, pro eo quod ea quæ ex diversis fluviiis in id influunt, solis ardore, ac ventorum flatibus absumentur, tantumque diurno vapore consumi, quantum per singulos dies ex omnibus annium cursibus in ipsum invehitur. Quod etiam solis ratione fieri perhibetur, qui quod purum, ac leve est ad se rapit, quod vero grave ac terrenum reliquit, quod etiam amarum et impotabile sit.*

## CAPUT XLIII.

De Nilo.

1. Ægyptus aeris calore semperque solem habet; nunquam imbres vel nubes recipit, cujus loca Nilus fluvius æstatis tempore inundat, quo pro pluviiis utuntur. Oritur enim fluvius idem inter Austrum et Ortum. Etesiarum autem flatus a Zephyri parte, id est, ab Occiduo fiat, et habet certum tempus. Nascuntur enim mense Maio, quarum flatus initio languens est, sed per dies augetur.

2. Nam sicut ab hora sexta in decimam. Harum igitur flatu resistente undis, oppositisque etiam ostiis ejus, quibus in mare influunt, arenarum cumulis, Nili fluctus intumescunt, ac retro reverti coguntur. Sicque aquæ erumpentes propelluntur in Austrum. Quibus congestis, Nilus in Ægyptum erumpit. Quiescentibus quoque Etesliis, ruptisque arenarum cumulis, rursus in suum alveum redit fluvius.

## CAPUT XLIV.

De nominibus maris et fluminum.

1. In Pratis Tranquillus sic asserit dicens : *Exter-*

CAP. XLII. — N. 1. Rursus Ambrosius... impotabile sit. Lib. II, cap. 3.

*Ibid.* Ac ventorum flatibus. Hæc verba non sunt Ambrosii, sed veluti ex præcedenti capite repetita.

*Ibid.* Quod etiam solis ratione. Hoc est, solertia et iudicio, et discernendi quadam vi. Ita enim Ambrosius : *Quod ex solis quadam dijudicatione fieri perhibetur.*

CAP. XLIII. — N. 1. Totius capituli sententia sumpta e Lucretii ead. de re elegantissimis versibus, lib. VI : *Nilus in æstate crescit*, etc. Sed verba Lucretii (quibus libenter uti solet) hoc loco dedita opera fugisse videtur.

CAP. XLIV. N. 1. De hoc capite, quod nunc primum prodit, nonnulla observavi in Isidorianis, cap. 76, num. 11. Collatis inter se multis ac variis Mss. scripturam quæ optima visa est selegi. Pro in Pratis alii habent in *annalibus libris Putram*. Vide not. ad cap. 38, num. 1. Fabricius, Biblioth. Latin., lib. II, cap. 24, n. 6, putat, legendum in Variis; nam Suetonii Tranquilli opus de *Rebus variis* laudant Servius et Carisius; sed non improbat quod Suetonii libros suos de *Rebus variis Prata* inscripserit, ut Grialius existimat. Minus vero probat quod alii reponunt in *Parergis*, vel in *Arateis*. Pro *externum*, alii exhibent *extremum*. Pro *superum et inferum*, alii *superum et infernum*. AREV.

2. Festus : *Æstuarium sunt omnia, quæ mare, etc.* Ex conjectura rescripti *vada*; nam in Mss. erat *voga*, aut *vuaga*. Seneca, in Agamenn. vers. 372 :

Has Inopis undæ brevia conminuunt vada.

Virgilius, I Æneid., 115 : *In brevia et syrtes*. AREV.

3. Pæstanus. Ita edendum colligit ex Cicerone, ad Attic., epist. 6, lib. XVI : *Duo sinus fuerunt, quos trans-*

*num mare? Oceanus est, infernum, quod ex Oceano fluit, superum, et inferum, quibus 58 Italia alluitur.* Ex his superum Adriaticum dicitur, et Tuscum inferum.

2. Fretum angustum, quasi fervens mare, ut Siculum et Gaditanum. *Æstuarium* sunt omnia per quæ mare vicissim tum accedit, tum recedit. *Altum*, proprie mare profundum. *Vada*, quibus in mari potest stari, quæ Virgilius *brevia* appellat, quæ eodem Græci *brachya*.

3. Sinus majores recessus maris dicuntur, ut Caspius, Arabicus, Indicus. Minores autem *anguli*, ut Pæstanus, Amyclanus, et cæteri similes. *Flustra* motus maris sine tempestate fluctuantis. Nævius in Bello Punico sic ait : *Onerariæ onustæ stabant in flustris*, ac si diceret *in salo*.

B 4. *Holes*, quæ eminent, et procurrunt mari. De quibus Pacuvius : *Omnes latebras sublata mole obtrusas*. Sinus *cæcus fluctus* tumens, necdum tamen canus. De quo Atta in Togatis sic ait : *59 Pro populo fluctus cæcos faciunt per discordiam*. Et Augustus, inquit, *Nos venimus Neapolim fluctu quiddam cæco*.

5. *Ditus*, quiddam aqua alluit, *Flumen* omnis humor, qui vel modice fluit. *Torrentis* fluvius, qui pluvia creceat, siccitate torrescit : de quo Pacuvius : *Flamineo vapore torrentis terræ*. *Ostia* exitus sunt in mare. *Tollæ* aquarum projectus, quales sunt in Aniense flumine quam maxime præcipites.

## CAPUT XLV.

De positione terræ.

C 1. Qualiter terra super aerem fundata libratis credatur stare ponderibus, sic dicit Ambrosius : *De*

*mitti oportuit, Pæstanus, et Vibonensis*. In Mss. erat *Pertanus*. Pæstum olim urbs, nunc vicus est Lucaniae. In nonnullis Mss. erat *Amyclanus fluctuantes*. Omisi *fluctuantes*, quia deest hæc vox in Vatic. Palat. 1448. Alioquin conjici posset *Amyclanus, seu Fundanus*. In Cod. Albanio, *Amyclanus, et certis similibus*. De sinu Amyclano, qui et Fundanus dicitur, Pinius, lib. XIV, cap. 16. Quod autem *angulus* pro sinu maris accipiatur, constat ex Catone apud Carisium lib. II, pag. 185, Putsch. : *Mare velis florere videres ultra angulum Gallicum*. De *flustro*, seu *flustris*, Festus, et Tertullianus de Pallio, cap. 2. Sed Festus *flustra* ait esse, cum in mari fluctus non movetur. Pro *flustra* alii Mss. Isidori habent *flustrum*; et *stabunt*, pro *stabant*. Codex Alban. *Onerariæ et oneratæ stabant*, etc. AREV.

4. Alii, *sub læta mole abtrusas*; fortassis *sub læta*. Ex hac *molis* significatione ortum videtur vocabulum Hispanum *muelle* de molibus, quæ in portibus ad reprimendos fluctus extruuntur. Vox *sinus* hoc loco nescio quid sit. Libenter legerem : *obtrusas in sinu, vel obrutas sinu*. *Cæcus fluctus*, etc. Fluctus cæci hæc eadem significatione alii etiam meminere, Sisenas, apud Nonium, c. 6, n. 7, et Livius, apud Senecam, Suasor. 7. AREV.

5 *Alluit*. Al. *alluitur*. Pacuvii verba intelligenda et reformanda sunt ex dictis in not. ad lib. XIII Etymolog., c. 21, n. 2. In Mss. erat *torret* pro *terræ*. Pro *tollæ*, alii *tulli*, alii *tolli*, alii *tolles*. Pro timore in faucibus adhiberi solet *tolles, toles, tolæ, tollu*. Inde puto tractam significationem ad præcipites aquarum projectus, quia his in locis tument aquæ. Quid, si legas, *tholi*. AREV.

CAP. XLV. — N. 1. Sic dicit Ambrosius. Lib. II, cap. 6.

ferre autem qualitate, sive positione sufficiat secundum A Scripturam Job sciendum quia suspendit terram in nihilo. Philosophi quoque similiter opinantur, aere denso terram sustineri, et quasi spongiam mole sua immobilem pendere, sicque, ut aequali motu lineae atque inde, veluti alarum suffulta remigiis, ex omni parte librata propendeat, nec in partem possint inclinari alteram.

2. Verumtamen, utrum, densitate aeris sustineatur, an super aquam pendeat, quia scribitur qui fundavit terram super aquas (Psal. cxxxv, 6); vel quomodo aer mollis tantam mollem possit sustentare terrenam; aut si super aquas est tam ignmane pondus, quomodo non demergatur; aut quomodo aequitatis libram teneat ne in alteram partem propensa incumbat; hoc nulli mortalium scire fas est, nec nobis discutere, aut per B scrutari licet cuiquam tantam divinae artis excellentiam, dum constet eam lege maiestatis Dei aut super aquas, aut super nubes stabilem permanere. Quis enim, inquit, Salomon, sufficit narrare opera illius, aut quis investigabit magnalia eius? Ergo quod mortalium naturae secretum est, divinae potentiae relictum est.

### 60 CAPUT XLVI.

De terrae motu.

1. Sapientes dicunt terram in modum spongiae esse, conceptumque ventum rotari, et ire per cavernas. Cumque tantum ierit, quantum terra capere non possit, huc atque illuc ventus fremitum et murmura mittit. Dehinc quaerentis vi viam evadendi, dum sustinere eum terra non potuerit, aut tremit, aut debiscit, ut ventum egerat. Inde autem fieri terrae motum, dum universa ventus inclusus concutit.

2. Unde et Sallustius: *Venti, inquit, per cava terrae praecipitati, rupti aliquot montes, tumulique sedere.* Ergo, ut diximus, tremor terrae, vel spiritu venti per cava terrae, vel ruina inferiorum, motuque undae existit. Sic enim et Lucanus ait:

Terraque debescite  
Insolitis.... tremuerunt notibus Alpes.

3. Terrae motum autem illic assidue fieri, ubi cava terrarum sunt, in quibus venti ingrediuntur, et faciunt terrae motum. Nam ubi arenosum est, aut solida est terra, non ibi fit terrae motus. Terrae autem motio pertinet ad iudicium, quando peccatores et terreni homines spiritu oris Dei concussi commovebuntur. Item terrae commotio hominum terrenorum est, ad fidem conversio. Unde scriptum est: *Pedes eius steterunt, et mota est terra,* atque ad credendum.

CAP. XLVI. — N. 1. Hujus quoque capituli sententia e sexto Lucretii sumpta.

*Ibid.* Quarentis vi viam evadendi. Omiserant librarii illud vi sequentis alterius syllabae vi similitudine delusi. Notum illud: *Fit via vi.*

2. Unde et Sallust. *Venti (inquit) per cava terrae.* Citantur eadem verba initio xiv Etymolog., et a Serv., Georg. ii ad vers: *Unde tremor terrae.*

*Ibid.* Motuque undae. Lucretius:

Fit quoque ubi magnas in aquae vastasque lacunas,  
Gleba vetustate e terra provolvitur ingens,  
Et jactetur aqua, et fluctu quoque terra vacillet.

*Ibid.* Praecipitati; sorte, praecipitari, ut mox sedere. AREV.

### CAPUT XLVII.

De monte Aetna.

1. De monte autem Aetna Justinus in libro Historiarum ita scribit, dicens: *Siciliae tellus tenuis, ac fragilis, et cavernis quibusdam, 61 fistulisque ita penetrabilis, ut ventorum tota ferme flatibus pateat, non enim ignibus generandis nutriendisque soli ipsius naturalis materia, quippe intrinsecus strata sulphure et bitumine traditur. Quae res facit ut spiritu cum igne introrsus colluctante frequenter et compluribus locis nunc vapores, nunc fumum eructet.*

2. Inde denique Aetnae montis per tot saecula durat incendium, et ubi acrior per spiramenta cavernarum ventus incubuit, arenarum moles egerunt. Accedunt et perpetua somenta insularum Aelidum, veluti ipsis B undis alatur incendium, neque enim in tam angustiis terminis aliter durare tot saecula tantis ignis potuisset, nisi et humoris nutrimentis aletur.

3. Hinc igitur fabulae Scyllam et Charybdim pepere. Hinc latratus auditus, hinc monstra, hinc reddita simulacra, dum navigantes, magnis vorticibus peiagi dissidentis, exterriti, latrare putant undas, quas sorbentis aestus vorago collidit. Eadem causa etiam Aetnae montis perpetuos ignes facit. Nam aquarum ille concursus raptum secum spiritum in imum fundum trahit, atque ibi suffocatum tandiu tenet, donec, per spiramenta terrae diffusus, nutrimenta ignis incendat.

4. Constat autem ad exemplum gehennae, cuius ignis perpetua incendia spirabunt ad puniendos peccatores, qui cruciabuntur in saecula saeculorum. Nam sicut isti montes in tanta temporis diuturnitate usque nunc flammis astantibus perseverant, ita ut nunquam exstingui possint, sic ignis ille ad crucianda corpora damnatorum finem nunquam est habiturus.

### CAPUT XLVIII.

De partibus terrae.

1. Nunc terrae positionem definemus, et mare quibus locis interfusum 62 videatur, ordine exponemus. Terra, ut testatur Hyginus, mundi media regione collocata, omnibus partibus caeli aequali dissidens intervallo centrum obtinet. Oceanus autem regione circumductionis sphaerae profusus, prope totius orbis alluit fines. Itaque et siderum signa occidentia in eum cadere existimantur.

2. Regio autem terrae dividitur trifariam, e quibus una pars Europa, altera Asia, tertia Africa vocatur. Europam igitur ab Africa dividit mare ab extremis oceani finibus, et Herculi columnis. Asiam autem,

CAP. XLVII. — N. 1. Justinus. Initio libri quarti, unde sunt haec omnia usque ad allegorica.

4. Ignis ille. Al., ignis ille aeternus, vel ignis ille gehennae. AREV.

CAP. XLVIII. N. 1. Hoc caput in Editione Grialii praetermissum fuit per exscriptoris aut typographi negligentiam, ut ego quidem arbitror, et dixi in Isidorianis, cap. 76, num. 6. E Mss. et Editis selectionem scripturam concinnavi. Bigneus, definimus... interfusum. Inde autem ordinem exponamus. Omitit caeli post partibus, et siderum ante signa. Nonnulli habent *abluit pro alluit*. Sed *alluit* legit etiam Munckerus ad Hyginum, pag. 353, qui hoc caput cum capite 8 Astronom. Poetic. Hygini lib. 1 conferendum

et Libyam cum Ægypto disternat ostium Nili Nubii, quod Canopicum appellatur. Asiam ab Europa T. uis dividit bifariam se conjiciens in paludem, quæ Mæotis appellatur. Asia autem, ut ait beatissimus Augustinus, a meridie per orientem usque ad septentrionem pervenit. Europa vero a septentrione usque ad occidentem, atque inde Africa ab occidentem usque ad meridiem.

esse et emendandum ait. Verba Hygini sunt : Terra mundi... centrum obtinet sphaerae. Hanc medium dividit axis in dimensione totius terræ. Oceanus autem regiones (Al., e regione) circumductionis... in eum decidere existimantur. AREV.

2. Bignæus, disternat os Nili fluvii, qui Canopicum. Hyginus, quod Canopicum. Mox Thanus, pro Tanais, et Eothis pro Mæotis. Sic alii errores passim B

3. Unde videntur orbem dimidium duæ tenere, Europa, et Africa. Aliam vero dimidium sola Asia. Sed ideo illæ duæ partes factæ sunt, quia inter utramque ab Oceano ingreditur, quidquid aquarum terras influit, et hoc mare Magnum nobis facit. Totius autem terræ mensuram geometræ centum octoginta millium stadiorum æstimaverunt.

apud Bigneum. AREV.

3. Mare Magnum. Ita appellat sæpe Isidorus mare Mediterraneum. Vide Etymolog. lib. xiiii, cap. 16, num. 1: Pro influit Editio recentior Matritensis, in addendis, pag. 51, interluit. Post æstimaverunt, alii addunt, ccc autem in longitudine, cc in latitudine, in historiis catholicis hoc dicitur. AREV.

# SANCTI ISIDORI HISPALENSIS EPISCOPI CHRONICON.\*

## Præfatio.

**63** 1. Brevem temporum seriem per generationes et regna primus ex nostris Julius Africanus, sub imperatore Marco Aurelio Antonio, simpliciter historię stylo elicit. Deinde Eusebius Cæsariensis episcopus, **64** atque sanctæ memoriæ Hieronymus presbyter, chronicorum canonum multiplicem ediderunt historiam regnis simul et temporibus ordinatam.

2. Post hos alii atque alii, inter quos præcipue Victor Tunnenis Ecclesiæ episcopus, recensitis prædicto-

PRÆFAT.—N. 1. Julii Africani temporum scriptoris meminit, præter alios, Eusebius in Chronico, sub anno redempti orbis 224 et alibi; Augustinus adversus Faustum; Hieronymus, Catalogo scriptorum ecclesiasticorum, et præfatione in Daniele; Suidas, dictione Ἀφρικανός, et dictione κροτός; Eustachius in elegantissimo opusculo Τοῦ Ἐξασημέρου, quod apud me est, nusquam hactenus editum; et omnium copiosissime Photius, in Bibliotheca, quam de libris a se lectis concinnavit; qui auctor, cum et ipse hucusque non sine maximo publicæ utilitatis dispendio in tenebris lateat, operæ pretium arbitror ejus verba apponere. Ea sunt numero 34, in hunc modum: Ἀνεγνώσθη Ἀφρικανὸν ἱστορικὸν οὗτός ἐστιν, ὃ καὶ τοὺς λεγομένους κροτοὺς ἐν λόγοις συντάξας ἰδ' ἔστι δὲ σύντομος μὲν, ἀλλὰ μηδὲν τῶν ἀναγκαίων ἱστορηθῆναι παραλιμπάνων. Ἀρχεται δὲ ἀπὸ τῆς Μωσαϊκῆς κοσμογενείας, καὶ κατέσυν ἕως τῆς Χριστοῦ παρουσίας. Ἐπιτροχάδην δὲ διαλαμβάνει καὶ τὰ ἀπὸ Χριστοῦ μέχρι τῆς Μακρίνου τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως βασιλείας, ὅτε αὐτῶ. ὡς φησι, καὶ ἥδε συγγαγῆ συντελεῖτο, ἑτῶν οὕσα εἴχη, τεύχη δὲ τοῦ βιβλίου πάντα. Οὗτος καὶ πρὸς Ὀριγένην γράφει περὶ τοῦ κατὰ Σωάνναν διγρημῶτος, ὡς οὐκ εἶη αὐτῶ ἐν ταῖς ἰβραϊκῶν ἀνεγνωσμένων, καὶ ὡς οὐδ' ἀκολούθῳ τῇ ἰβραϊκῇ ἐτυμολογίᾳ. οὗτε τὸ ἀπὸ τοῦ πρῶτου κρίσαι, οὗτε τὸ ἀπὸ τοῦ σέχινου σχίσαι· ἀ καὶ ἐπιλούμενος Ὀριγένης ἀντίγραψε. Γράφει δὲ Ἀφρικανὸς καὶ πρὸς Ἀρισταίδην ἐν οἷς ἰκανῶς τὴν νομιζομένην διαφωνίαν παρὰ Ματθαίου, καὶ Λουκᾶ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενεαλογίας σύμφωνον ἔδειξεν. Legimus, inquit, Africanum historicon. Hic ille est qui etiam Cestorum (num ita inscribuntur) libros quatuordecim composuit. Et licet brevis admodum succinctusque sit, nihil tamen eorum quæ scitu digna sunt

prætermittit. Orditur vero ab orbis creatione, quam Moyses posuit, usque ad Christi adventum progrediens. Summatim etiam ea quæ a Christi temporibus usque ad Macrini Romanorum imperatoris imperium evertere completitur, quo tempore ipsi, ut de se testatur, opus hoc absolutum est: continens in universum annos quinquies mille septingentos viginti tres; estque in tomis quinque distinctum. Idem ad Origenem scribit super illis quæ de Susanna narratur; quomodo ipse nihil tale unquam in Hebræorum monumentis legerit, neque omnino quidquam nomen cum etymologia Hebræa consentiat. Neque τὸ ἀπὸ τοῦ πρῶτου κρίσαι neque τὸ ἀπὸ τοῦ σέχινου σχίσαι, quæ cuncta Origenes diluens ei respondit. Scribit etiam ad Aristidem Africanum dilucide ostendens discordiam, quæ a nonnullis in Mattheo et Luca de Salvatoris nostri generatione inesse existimatur, concordem prorsus esse, sibique per omnia consonare. Hæc Photius.

Ibid. In Isidorianis duo sunt capita de Chronico Isidori, primum cap. 77, hoc titulo: Isidorus noster Hispalensis verus auctor Chronici, quod aliud est a Chronico Isidori Pacensis. Compendium Chronici Etymologiis insertum ab ipso Isidoro. Alterum est caput 78, sic inscriptum: Chronicon Isidori interpolatum, quod Lucas Tudensis inter sua Chronica retulit. Melliti Chronicon idem atque Isidorianum, alio modo interpolatum, sæpius autem mutilum, et decurtatum. Editiones Chronici Isidoriani, prologus Loaisæ, versio Italica edita, alia Ms. Hispanica; Mss. exemplaria ejusdem Chronici. Alia nunc addere nihil necesse est. AREV.

2. Tunnenis. Recte hoc pacto; perperam alias, Tunnonensis; fuit enim Victor Tunnenis Ecclesiæ in Africa

\* Loaisæ referendæ sunt notæ quibus nullum affixum est nomen. EDITA.

rum historiis, gesta sequentium ætatum usque ad consulatum Justini Junioris explevit. Horum nos temporum summam, ab exordio mundi usque ad Augusti Heraclii et Sisebuti Gothorum regis principatum, quanta potuimus brevitate, notavimus, adjicientes e latere descendentem lineam temporum, cujus indicio summa præteriti sæculi cognoscatur.

*Prima ætas sæculi.*

1. Rerum omnium creaturas sex diebus Deus formavit. Primo die condidit lucem, secundo firmamentum cœli, tertio speciem maris et terræ, quarto sidera, quinto pisces et volucres, sexto bestias **65** atque jumenta, novissime ad similitudinem suam primum hominem Adam.

2. [230 ab orb. c.] Adam, annorum cxxx, genuit Seth, qui pro Abel natus est, interpretaturque *resurrectio*, quia in ipso resuscitatum est semen justum, quod est filiorum Dei.

[435] Seth, annorum ccv, genuit Enos, qui primus cœpit invocare nomen Domini.

[62:] Enos, annorum cxc, genuit Cainam, cujus nomen interpretatur natura Dei. Per idem tempus Cain primus ante diluvium civitatem condidit, quam de sola multitudine suæ posteritatis implevit.

3. [795] Cainam, annorum clxx, genuit Malaleel, cujus nomen dicitur *plantatio Dei*.

episcopus, ut ex Isidoro, libro de Viris illustribus, constat. Corrige etiam hanc vocem in principio Chronici Adonis Viennensis.

*Ibid.* Al., *Minoris explicuit*, pro *Junioris explicuit*.

*Ibid.* Heraclii et Sisebuti. Libro vero Etymolog. v, *Heraclii imperatoris et Suintilianis*. Sub his enim principibus Isidorus claruit, ut patet ex divo Hildesonso in additione Virorum illustrium ad Isidorum, et ex Braultione Cæsaraugustano, de quo relatus in hujus libri nota ultima.

*Ibid.* Possevinus, tom. II Biblioth. select., pag. 556, lib. xvi, cap. 13, intelligit, in puto, hunc Victorem, cum inter scriptores Hispanos de rebus Hispaniæ recenset Victorem episcopum Toletanum. AREV.

1. Al.: *Primum hominum, quem appellavit Adam*.

*Ibid.* Post verba *hominem Adam*, Cod. Regiovtic. 1852 multa interserit, *Adam cognovit uxorem suam*, etc., quæ ex Adone aut aliis petita videntur. Atque ita passim alia adduntur; ut Chronicon ab Isidoriano diversum censi debeat. AREV.

2. Adam, auctore Josepho, lib. 1, cap. 2, Antiquit., *rafum* sonat, quod e rubra terra formatus esset. Item ex eodem Zonaras, tom. I. August. vero, psalm. xcvi: Adam orbem terrarum significare ait, quod toto orbe terrarum sparsus sit; quomodo et Cyprianus, tractatu de Sina et Sion. Observa vero Isidorum in annorum supputatione fere LXX Interpretes sequi, ut Julius Africanus, Origenes, Eusebius, alique ex Patribus antiquis, quæ alii contra rejiciunt. Augustinus, lib. xv, de Civitate Dei, cap. 13, existimat hanc annorum depravationem, quæ in Codicibus est, vitio ejus accidisse qui de Bibliotheca Ptolemæi primus LXX interpretationem describendam sumpsisset. Editio nostra: *Vixit, inquit, Adam centum triginta annos, et genuit filium ad imaginem et similitudinem suam, vocavitque nomen ejus Seth*. Quam numerandi rationem etiam sequitur Philo, et Hebræorum Chronicon, juxta Hebraicam divinæ Scripturæ veritatem. Divus Hieronymus, Questionibus in Genes.: *Sciendum, inquit, quod usque ad diluvium, ubi in nostris Codicibus ducentorum et quod excurrit annorum genuisse quis dicitur, in Hebræo habet tum annos et reliquos, qui sequuntur*.

*Ibid.* Enos. Gen. v; et Joseph., Antiq. Jud. lib. 1, cap. 3. Cedrenus, statim in initio. Eadem Ado

A [960] Malaleel, annorum clxx, genuit Jared, qui interpretatur *descendens*, sive roborans.

[1222] Jared, annorum clxxii, genuit Enoch, qui translatus est a Deo, qui etiam nonnulla scripsisse **66** fertur; sed ob antiquitatem, suspectæ fidei a Patribus refutata sunt.

4. [1287] Enoch, annorum clxx, genuit Mathusalem, qui juxta annorum seriem vixisse xiv annis post diluvium reperitur. Sed non reperitur in arca fuisse, propter quod eum nonnulli cum patre suo Enoch, qui translatus fuerat, aquantulum fuisse, donec diluvium præteriret, falsa opinione existimant. Hac generatione concupierunt filii Dei filias hominum.

[1484] Mathusalem, annorum clxxvii, genuit Lamech. Hac generatione gigantes nati sunt. Hac quoque ætate Jubal, ex genere Cain artem musicam reperit, cujus etiam frater Tubal Cain æris ferrique artium inventor fuit.

Vienn. ex Isidoro, ut pleraque omnia.

*Ibid.* Al., *quod est interpretatum filiorum Dei*. Mellitus, *quod est stirps filiorum Dei*, ex quo Florentius conjicit *stirpes*, vel *stipes*, scd potius legendum *stirps*, qui est nominandi casus in singulari, et ita legitur in Codice Florentino sancti Marci, qui, ut alii nostri, magna ex parte cum Chronico congruit, quod Melliti dicitur. In Cod. Mutinensi *stirpes*. AREV.

3. Judas apostolus testimonium ex libro Enoch sumit: *Prophetavit, inquit, de his, septimus ab Adam, Enoch dicens: Ecce venit Dominus*, etc. Rejicitur tamen liber ille a Canone. Et Augustinus, lib. xviii de Civitate Dei, cap. 38, affirmat non fuisse ab Enoch scriptum; quem Hieronymus inter apocryphos connumerandum censet, lib. Virorum illustrium, de Juda apostolo agens. Contra Tertullianus, libro de Habitu mulierum, fuisse ab Enoch scriptum asserit, neque in armarium Judaicum admitti, a Christianis tamen non esse rejiciendum; unde ipse integras sectiones citat, præsertim lib. de Idololatria, de Pudicitia, de Cultu Virginum. Idem facit Origenes, homilia 28, et in Anacaphaleosi lib. iv de Principiis. De Enoch, et libro ab eo scripto, eruditissime disserit in Epistolam Judæ, loco vigesimo de Prophetia, Petrus Martinez, insignis doctor Hispaniæ nostræ.

*Ibid.* Al., *interpretatur discedens, sive portans*. Al., *superans, sive roborans*. Mox *sed antiquitate*, pro *sed ob antiquitatem*. AREV.

4. *Post diluvium*. De hac multorum hominum libris agitata questione fuse disputat Hieronymus, super Genesin. Et Augustinus super Genesin, questione 2, et lib. de Civitate Dei, xv, cap. 10 et 11. et Ado, in Bravivario; Beda denique, libello de Sex ætatibus.

*Ibid.* *Sed non reperitur... existimant*. Hæc in quibusdam Mss. desunt.

*Ibid.* Annorum 167. In hac sententia est divus Aug., lib. de Civit. xv, cap. 10 et 11, et divus Hieronymus, Quæst. in Genes., et Venerabilis Beda, in Chronico. A quo tamen numero Complutensis, et Regia Bibliorum Editio duobus annis, qui in illis minus sunt, discrepant. Alii vero aliter hac de re sentiunt, inter quos est Nicephorus, qui in Chronologia sua centum et octoginta septem annos natum Mathusalem genuisse Lamech asseverat. Cujus sententiæ etiam Ado subscribit, consentitque Aldius, et Germanica Biblio-

5. [1642] Lamech, annorum CLXXX, genuit Noe, A qui divino oraculo arcam ædificare jubetur, anno ætatis suæ quingentesimo. His temporibus, ut refert Josephus, scientes illi homines quod aut igne, aut aquis, perire poterant, in duabus columnis, ex latere et lapide factis, studia sua conscripserunt, ne deleteretur memoria eorum quæ sapienter invenerant. Quarum lapidea columna fertur diluvium evasisse, et hactenus in Syria permanere.

6. [2242] Noe anno sexcentesimo factum legitur diluvium, cujus arcam Josephus sedisse refert in montes Armeniæ, qui vocantur 67 Ararat. Fuerunt autem Noe filii tres, ex quibus septuaginta duæ gentes sunt ortæ, id est, quindecim de Japhet, triginta de Cham, viginti septem de Sem.

rum Editio. Cæterum in hac temporis diversitate, Hieronymi, Augustini, Isidorique sententiam eo libentius amplector, quod LXX, quos hic noster, toto hoc pene opusculo, auctores habet, in eadem fuisse animadvertam, ut testatur Lucas diaconus in quadam præfatione quam Isidori Chronico præfixit.

5. Qui divino, etc. Al., cui divino oraculo arca fabricari jubetur... perire debuerant, in quibus... memoria, quæ sapienter invenerunt. AREV.

6. Quod Moysi dicitur tabæ, non tam arcam significat, quam quodvis vas navigationi aptum. Ut apud Græcos πλοῖον. Est autem Josephi locus 1 Antiq., cap. 5.

Ibid. Ararat. Sunt hi montes in Armenia superiore, prope Persas, qui Græcis Taurus appellantur, et Armeniam scindunt. A Beroso, ut auctor est Josephus, lib. 1 Antiq., cap. 4, Cordyæus mons, et a Damasceno Buris appellatur. Vide Hieronym., de locis Hebraicis.

Ibid. septuaginta. Augustin., lib. xv Civitat., cap. 3, colligit LXXIII: nimirum xv de Japhet, xxxi de Cham, xxvii de Sem, quamvis cap. 11 ejusdem lib. septuaginta duas linguas et gentes totidem tantum exortas fuisse ex Noe probet.

Ibid. Per annos. In his decem hominum ætatibus eundem annorum numerum, ab Adam usque ad diluvium, sequuntur Eusebii, Hieronymus, Zonaras, Isidorus, lib. Etymolog. vi, c. 59, et alij. Ex Hebræorum vero sententia tantum sunt a creatione mundi, usque ad diluvium, anni M. DCLVI, ut patet ex Genes. iv et v, et Hebræorum chronologiis. Est et apud me Chronicon Græce ms. ἀνώνυμον, ubi anni M. CCLXII referuntur, cujus hæc sunt verba: Ἐν τῷ ἰκατοστῷ ἔτει τοῦ ἔθνη ἐξαποικιστῶ καὶ τοῦ Νῶε καὶ ἔτι γενέσθως τοῦ κόσμου β. σ. ξ. β. ἔγένετο ὁ κατακλυσμὸς ἐπὶ τῆς γῆς. Anno centesimo Sem, sexcentesimo vero Noe, creationis autem mundi bis millesimo, ducesimo, sexagesimo secundo, factum est diluvium super terram. Quem numerum Antonius Contius in notis ad Nicephori Chronologiam reponendum censuit. At Josephus, lib. 1 Antiq., cap. 4, diversam ab Hebraica veritate et LXX Interpretum supputationem sequitur. Ait enim ab Adam usque ad universalem pluviam fluxisse annos bis mille sexcentos quinquaginta sex. Adeo sunt variz et discrepantes de mundi ætate sententiæ, quod Codicum corruptione accidisse arbitror, facile enim in notis numerorum erratur. Et inde tot fere de annis mundi opiniones quot scriptores invenies.

Ibid. In montibus. Ita nonnulli nostri Mss., et Mellitus. In Editione Grialii in montes. AREV.

7. Josephus, lib. 1 Antiq., cap. 14, Sem existimat fuisse tertium Noe filium, Japhet vero fuisse natu maximum. Et licet Genes. v scriptum sit: Noe genuit Sem, Cham et Japhet, et aliis locis primus numeretur in ordine, affirmat tamen aliqui Hebræorum, id propter ejus dignitatem tantum factum, ut pote ex quo Christus genus duxit fuisseque natu minimum; idque hac ratione astruunt, quod fere sem-

Finitur prima ætas per annos MCCCXLII.

Secunda ætas sæculi.

7. [2214] Sem anno secundo post diluvium, cum centum esset annorum, genuit Arphaxad, a quo gens Chaldæorum exorta est. Iste 68 Sem fertur fuisse Melchisedech, qui primus post diluvium condidit urbem Salem, quæ nunc vocatur Jerusalem.

8. [2379] Arphaxad, annorum cxxxv, genuit Sala, a quo antiqui Salamitæ, vel Medi.

[2509] Sala, annorum cxxx, genuit Heber, a quo Hebræi nuncupati sunt.

9. [2643] Heber, annorum cxxxiv, genuit Phaleg, cujus tempore turris Babel ædificata est, factaque linguarum divisio. Hujus turris altitudo quatuor millia dicitur tenere passuum, paulatim a latior

B per minores natu in genælogia et prædictionibus Salvatoris potissimum locum obtineant, ut de Isaac, Jacob, Joseph, Manasses, David, Salomon, divus Augustinus, lib. xvi de Civit. Dei, cap. 2, Sem, Cham et Japhet historiam de Salvatoris vita ac morte interpretatur.

Ibid. Melchisedech. Idem ait Hieronymus quæst. in Genesim, et epistola ad Evagrium affirmat, usque ad sacerdotium Aaron omnes primogenitos ex stirpe Noe quorum series in hac secunda ætate describitur sacerdote fuisse, victimasque Deo immolas e. Et hæc sunt primogenita quæ Esau fratri suo Jac h vendidit, Genes. xxv.

Ibid. Salem. Hieronymus, epistola ad Dardanum, et ea quæ est ad Evagrium, sic inquit: Prius Jebus, postea Sa em, tertio Jerusalem, nunc Ælia. Joseph., lib. vii Antiquitat., cap. 3, ait quosdam fuisse qui dixerint etiam Homerum poetam Jerosolymam hanc urbem appellasse, quæ appellatio ei primum a David, expulsis de summa arce Jebusæis, est attributa. Verum hæc civitas postea, merito suo, ut rerum, ita nominum quoque vagam volubili, que fortunam experita est. De quibus omnibus vide, quæ illustrissimus Inicus de Mendoza, quem honoris causa nominæ, eruditissime in suo libro memoriali congressit.

8. In Editione LXX interpretum dicitur Arphaxad genuisse Cainam, et Cainam Sala, quod Hebræi rejiciunt, a quibus tantum decem generationes enumerantur a Noe usque ad Abraham, sicuti ab Adam usque ad Noe. Beatus tamen Lucas, cap. iii, undecim recenset, Cainam in hanc generationis seriem inferens, in hoc Græcorum, ad quos scribebat, exemplaria secutus, quibus LXX Editio illis temporibus receptissima et tantum nota erat. Divus Hieronymus, hujus quæstionis difficultate pene obrutus, fatetur ingenue se, propter ingenii tarditatem, non dum hunc dissolvere non posse. Sic Beda, prologo in Acta apostolorum; Augustin., lib. ii contra Epist. Parmen. Recentiores etiam graviter in hac quæstione se torquent, præsertim Lipomannus, Catena in Genes.; Sixtus Senens., lib. v Bibliothecæ, annot. 88, et lib. vii, hæres. 7; et Hermanus contractus, libello de sex ætatibus.

Ibid. Salamitæ. Sic recte, ni fallor, ex Luca Tudensi hunc locum restitui, cum antea legeretur Samaritani, vel Medi. Constat enim ex Josepho, lib. viii Antiq., cap. 12, Samaritas a quodam Samaro nomen sibi invenisse.

Ibid. In plerisque Mss., Samaritæ, vel Indi. AREV.

9. A diluvio, usque ad divisionem linguarum, fluxere, secundum Hebræicam supputationem, ducenti septuaginta duo anni, ex unaque lingua Hebræa LXXII linguæ, ut ipsi Hebræi placet, factæ sunt: quod colligit a capitibus familiarum, teste Augustino, lib. xvi de Civitate Dei, cap. 11.

Ibid. Quatuor millia. Locus hic in quibusdam munitus, sed facile ex divo Hieronymo, unde ad verbum de-

ribus **69** in angustias coarctata, ut pondus imminuens facilius sustentaretur. Describunt ibi templa marmorea, lapidibus pretiosis, auroque distincta, et multa alia, quæ videntur incredibilia. Hanc turrim Nembrot gigas construxit, qui post confusionem linguarum migravit inde ad Persas, eosque ignem colere docuit.

10. [2773] Phaleg, annorum cxxx, genuit Rehu. His temporibus primum templa constructa sunt, et quidam principes gentium, tanquam dii, adorari cœperunt.

[2905] Rehu, annorum cxxxii, genuit Seruch, sub quo Scytharum regnum exortum est, ubi primus regnavit Tanaus.

[3035] Seruch, annorum cxxx, genuit Nachor. Ægyptiorum regnum sumit principium, ubi primus regnavit Zoës.

11. [3114] Nachor, annorum lxxix, genuit Thare, sub quo regnum Assyriorum Sicyoniorumque exoritur. Sed primus in Assyriis regnavit **70** Belus,

sumitur, in integrum restitutus. Is enim super Isaiam, c. 44, ad illud: «Perdam Babylonis nomen»: Arx, inquit, id est, Capitolium illius urbis, est turris, quæ, edificata post diluuium, in altitudine quatuor millia dicitur tenere passuum, paulatim de lato in angustias coarctata, ut pondus imminens facilius a latioribus sustentetur. Describunt ibi templa marmorea, aureas statuas, plateas lapidibus auroque fulgentes, et multa alia, quæ videntur incredibilia. Josephus, lib. 1 Antiq., cap. 9, hujus turris altitudinem et latitudinem admirandam esse ait. Sitim urbis Strabo commemorat, lib. xvi Geographiæ, murorum circuitum refert Herodotus quadringentorum octoginta stadiorum fuisse. Multa de hac re ab aliis traduntur, qui Græcas Latinæque scripserunt historias.

*Ibid.* Nembrot. Josephus, lib. 1 Antiquit., cap. 9, ait Nembrod fuisse nepotem Noe, ex filio Cham, turrimque eam Babylonis nomine vocatam a confusione. Cæterum Genes. x dicitur Cham genuisse Chus, Chus porro Nembrod, idque etiam habes 1 Paralipomen., cap. 1. Nota obiter quod de eo scribitur Genes. x: *Et erat robustus venator coram Domino*; ab Augustino, de Civitat. Dei, lib. xvi, cap. 4, legi contra Dominum. Sic, inquit, intelligendus est gigas ille venator contra Dominum. Quid autem significatur hoc nomine, quod est venator, nisi animalium terrogenarum deceptor, oppressor, extinctor? Alii volunt illud, coram Domino, hyperbolem esse, quod non fuerit sub cœlo quisquam ei æqualis potentia; unde vertitur, potens venatione coram Domino.

*Ibid.* Florezius ex Mellito posuit 1116CXLI, pro quo in Editione Grialii est 1116CXLVII. Codd. mss. variant, alii, 1116CXI, alii 1116XLII, alii aliter. AREV.

10. Hinc idololatria ortum habuit; nam, mortuo Belo, Ninus ejus filius, in solatium doloris, statuum patri dicavit, et honores sacrificiaque tribuit. Auctores sunt Hieronymus, in Ose. ii; Hegeſippus, de dolorum origine; Fulgentius, lib. 1 Mytholog.; Cyrillus, lib. iii contra Julianum.

*Ibid.* Scytharum. Quatuor regna uno fere tempore exorta, Assyriorum ab Ortu, Sicyoniorum ab Occasu, Scytharum ab Aquilone, Ægyptiorum a Meridie. Eusebius auctor est. Sed Assyriorum multo erat potentius et sublimius cæteris, ut tradit Augustinus, lib. xvi de Civitat. Dei, cap. 17.

*Ibid.* Thanaus. Alii scribunt *Taurus*. Vid. Herman. Contract.

*Ibid.* Loës. Mincus dictus, auctore Herodoto, et Josepho, lib. viii Antiq., cap. 6.

11. lxxix. Sic Nicaphorus, ut Genes. xi, secundum

quem quidam Saturnum existimant, primusque in Sicyoniis Ægialeus, a quo Ægialea nuncupata est, quæ hactenus Peloponnesus vocatur.

12. [3184] Thare, annorum lxx, genuit Abraham. Per idem tempus Ninus rex Assyriorum regnavit, qui primus bella instituit, et armorum instrumenta invenit. Hac ætate magica ars in Perside a Zoroasta Bactrianorum rege reperta est. A Nino rege occiditur. Muri quoque Babyloniz a Semiramide regina Assyriorum ædificantur.

A diluivio usque ad nativitatem Abrahamæ, anni dccccxlii.

Finitur secunda ætas per annos 1116CXLIIV.

*Tertia ætas.*

13. [3284] Abraham annorum c, genuit Isaac, ex Sara libera. Nam primum ex ancilla Agar genuerat Ismael, a quo Ismaelitaram gens qui postea Agareni, ad ultimum Saraceni sunt dicti.

14. [3344] Isaac, annorum lx, genuit geminos, quorum primus Esau, a quo **71** Idumæi, se-

Heb. veritatem, xxix; secundum Septuag., clxxix.

*Ibid.* Belus. Ita Eusebius, in Chronico: *Thare*, inquit, anno vigesimo octavo Assyriorum rex primus, Belus mortuus est, quem Assyrii Deum nominaverunt, et alii dicunt Saturnum; atque filio suo regnum tradiderunt: vocabatur autem Ninus. Et idem principium regni Assyriorum: *Primus omnium Asia, exceptis India, Ninus Beli filius regnavit annis lxi*. Quin locum ita legi deprehendi in vetusto Ms. Eusebii Codice: *Primus omnis Asia, exceptis India, Ninus, Beli filius, regnavit*. Eamque lectionem amplector, ex Augustino, lib. xvii de Civitate Dei. Et ex ipso Eusebio, lib. x de Præparatione.

*Ibid.* Saturnum. Cicero, lib. 1 de Natura deorum physicam rationem, non inelegantem, inclusam in fabula Saturni ait, d. cique Saturnum quod annis sætaretur.

*Ibid.* Ægialeus. Eusebius: *Thare anno quadragesimo nono Sicyoniorum, in Græcia regnavit Europs, defuncto Ægialeo; qui primus Sicyoniorum regnavit, ex quo territorium Peloponnesiorum Ægialea vocabatur*. Pausanias Corinthiacis, et Clemens Alexand., Strom. lib. 1.

12. Vide Eusebium, et Augustinum, lib. xxi, cap. 14 Civitat., et Justinum, in initio Historiæ. Post verba autem armorum instrumenta, in uno Ms. erant hæc, quæ sequuntur: *Cujus uxor Semiramis Babyloniz muros instauravit. Ninus etiam bello vicit Cham, qui adhuc vivebat, et regnabat in Bactra; et dicebatur Zoroastes, id est, magicæ artis inventor, qui et septem liberales artes in quatuordecim columnis scripsit, septem æneis, et septem lateritiis*.

*Ibid.* Alii, genuit Abraham, sub quo Zoroastes magicæ artis inventor a Nino rege occiditur, marique Babyloniz a Simiramide, etc. AREV.

15. Populi Arabiz postea a Mahometo Dei Agello Saraceni dicti, is enim se Dei prophetam ambitiose et mendaciter jactans, multos Asiæ et Africae populos ad fidei Christianæ defectionem commovit; quos falsa religione iubeuens, Saracenos ex Dei præcepto vocari dicebat, a Sara legitima uxore Abraham tanquam legitimos divinæ promissionis hæredes. Et inde Saracenorum regnum sumit exordium, sub Heraclio imperatore.

14. Sic Genes. xxxvi Esau appellatur pater Idumæorum, et Eusebius in Chronico. Illos Strabo, lib. vi, ait populos esse inter Indiam et Arabiam sitos ad Occasum, Casioinonite proximis, et a Nabathæis prius.

*Ibid.* Inachus. Eusebius, in Chronico: *Cæstor chrynogrophus de Argivorum regno quod loquitur concep-*



candus Jacob, qui cognominatus est Israel, a quo et Israelitæ sunt nuncupati: Hoc tempore regnum Græcorum inchoat, ubi primus regnavit Inachus.

15. [343.] Jacob, annorum xci, genuit Joseph. His temporibus Serapis, Jovis filius, Ægyptiorum rex, moriens, in deos transfertur, et Memphis civitas in Ægypto conditur. Tunc apud lacum Tritonidem Minervæ in specie virginali apparuit, quæ plurimis clarissime ingenii prædatur. Hæc enim inventrix fabricæ fuisse dicitur, clypeum et arcum hæc reperit, ordiri telam et colorare lanas hæc docuit. Hæc etiam ætate Phoroneus rex Inachi filius claruit, qui primus in Græciâ leges judicique instituit.

16. [3545] Joseph vixit annos cx. Ex hoc tempore Græcia, Argo regnante, habere segetes cœpit, delatis aliunde seminibus.

[3689] Hebræorum servitutis in Ægypto anni cxlv post obitum Joseph reperiuntur. His temporibus Prometheus fuisse scribitur, quem fingunt fabulæ de luto formasse homines. Tunc etiam

*ter persequemur: reges Argivi ab Inacho, usque in Sthenelum, filium Crotopi. Quem locum ex veteri. Ms. ita corrige: Castor de Argivorum regno ita loquitur: persequemur consequenter rege Argivorum ab Inacho, usque in Sthenelatum, etc. Pausanias etiam, lib. ii Corinthiac. Sthenelam filium Crotopi facit. De hoc August., lib. xviii, cap. 8, Civitat.: Phorohas, inquit, rex Argivorum, sextus fuit. et septimi regis Triopæ filius Jasus, et rex nonus Sthenelas, sive Stheneleus, sive Sthenelus, varie quippe in diversis auctoribus invenitur. Hæc August.*

15. In alio Ms.: *Erat Jacob annorum lx, verum mendose, ut ex sacris litteris manifesta computatione colligitur. Nam Joseph de carcere eductus, ut Pharaoni regis omnium interpretaretur, annorum erat triginta, princeps totius Ægypti constitutus, Genes. cap. 41. Idem, dum per fratres patrem accersiri jubet, annorum triginta novem. Nam septem ab exposito somnio sterilitatis elapsi fuerant, et secundo abundantia jam fere exacto Jacob in Ægyptum venit, Genes. xlv, et coram Pharaone respondit se in centesimo trigesimo ætatis anno constitutum, Genes. xlvii. Si itaque subducamus xxxix annos, a centum triginta, remanebunt utique nonaginta et unus anni, quos agebat Jacob, dum Joseph in senectute genuit.*

*Ibid. Serapis. Clemens Alexandrinus, lib. i Strom.: Apis, inquit, rex Argivorum, edificavit Memphis, ut dicit Aristippus in primo Arcadicorum. Aristæas vero Argivus dicit eum nominatum esse Sarapim, et eum esse quem colunt Ægyptii. Nimphodorus autem Amphipolitanus, in tertio de Legibus Asiæ, dicit Apim tantum mortuum, et conditum in loco, qui Σοπος Græce dicitur, fuisseque repositum in templo dæmonis qui colebatur; et hinc appellatum fuisse Sarapim, et postea quadam eorum qui illic habitabant consuetudine Sarapim; est autem Apis tertius ab Inacho, qui locus ad verbum est apud Eusebium, lib. x Præparat. Vide Augustin., ex Varron., lib. xviii, cap. 5, Civitat.; Tacitum, lib. xx; et Julium Firmicum, in erudito libello de Mysteriis et Erroribus profanarum religionum.*

*Ibid. In nota Loaisæ erat somnio sterilitatis... secundo abundantia. AREV.*

16. Argus fuit quartus Argivorum rex, filius Apis. Euseb. Curon.

*Ibid. Servitutis. Ægyptiaca servitus tribus modis supputari solet, juxta tria diversa temporum initia. Primo ab illa memorabili promissione facta Abraham, Genes. xii: Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstraverò*

*A* frater ejus Atlas astrologiam reperit, motumque cœli et rationem primus consideravit. Tunc fuit et Mercurius, nepos Atlantis, multarum artium peritus. 72 Et ob hoc post mortem in deos translatus. Hæc etiam ætate primus Proclitus quadrigam junxit, eodemque tempore Cecrops Athenas condidit, et ex nomine Minervæ Atticos Athenienses vocavit. Iste etiam bovem immolans primus in sacrificio gentili ritu Jovem adorari præcepit. Hoc tempore in Græcia Corinthus condita, ibique picture ars a Cleante reperta est. Tunc primi Curetes et Corybantes modulatam in armis saltationem et consonam invenerunt. Tunc etiam fuisse scribitur in Thessalia sub Deucalione factum diluvium et Phaethonis fabulosum incendium.

*B* 17. [3729] Moyses annos xl in eremo rexit populum de servitute Ægyptia liberatum. Hoc tempore Judæi per Moysen simul cum lege et litteras habere cœperunt. Tunc templum Delphis constituitur; vitis in Græcia invenitur.

*tibi. Ab hac igitur profecione Abraham de Haran in terram Chanaam, usque ad exitum filiorum Israel de oppressionibus et dura servitute Pharaonis, sunt anni cdxix, atque ita eos enumerat Paulus, ad Galat. iii: Abraham dicitur enim promissiones, et semini ejus, etc. Et paulo post: Hoc autem dico: Testamentum confirmatum a Deo, quæ post quadringentos et triginta annos facta est lex. Et Exod. xii: Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum, quibus expellitis eodem die egressus est omnis exercitus. Illud vero observandum post illa verba, qua manserunt in Ægypto, in Græcis Codicibus amplius legi, xai tv γὰρ καταδύ, et notavit Augustinus, Quæstionibus in Exodum, expendens hunc locum, ita ut tota illa peregrinatio, in terra Chanaam, et in Ægypto fuerit, cxxx annorum. Sic Cyrillus, et Rupertus. Secunda supputatio est ab eo tempore quo Jacob cum filiis suis descendit in Ægyptum, in qua numerantur ducenti et quindecim anni. Tertia et postrema a morte Joseph, quo sublato, fuit vera illa et operosa servitudo, qua gens Hebræa exactionibus, injuriis, persecutionibusque omnis generis atrita, tandem divino beneficio, duce Moysese, in libertatem asserta est. Duravitque per annos cxlv, ut colligunt Eusebius in Chronico, Augustinus, lib. de Civitat. xvi, cap. 43, et quæstionibus in Exodum.*

*Ibid. Prometheus. Clemens Alexandria, lib. i Stromat.: Tempore Piropa Prometheus, et Atlas, et Epimetheus. Eusebius a Prometheo ob id homines factos fuisse creditum ait, quod, cum esset sapiens, feritatem eorum et nimiam imperitiam ad humanitatem et scientiam transfiguraret. Idem August., lib. xviii, cap. 8, Civitat.*

*Ibid. Proclitus, al., Procellus, Trochilus, atque etiam Arogilus.*

*Ibid. His temporibus Prometheus, etc. Vide Radærum, ad Martialem, pag. 53. AREV.*

17. Primus litterarum inventor fertur fuisse Taautus, teste Eusebio, lib. i, cap. 7, Præparat. Verum idem, lib. x, probat ab Hebræis repertam esse, et propagatam litterarum inventionem. Idem Isidorus, lib. Etymolog. i, cap. 3; Hieron., præfat. in libros Regum; Theodor., super Genes. cap. v, in illud: *Ambulavitque cum Deo, et non apparuit*, de Enoch inquit quod primus litteras didicit, et primus descripsit cœlestia signa.

*Ibid. Mellitus, et alii Mss.: Delphis constituitur, Lacedæmon creditur, vitis, etc. AREV.*

**73** 18. [3756] Josue, successor Moysi, regit populum annos xxvii. His temporibus primus Erichthonius, Atheniensium princeps, in Græcia quadrigam junxit.

19. [3796] Othoniel, annos xl. Cadmus regnat Thebis, qui primus Græcas litteras invenit. Per idem tempus Linus et Amphion primi tunc apud Græcos in musica arte claruerunt: Idæique Dactyli ferrum metallum in Græcia eodem tempore invenerunt.

20. [5876] Aod, annos lxxx. His temporibus fabulae fictæ sunt: de Triptolemo, quod, jubente Cerere, serpentium pinis gestatus, indigentibus frumenta volando distribuerit; de Hippocentauris, quod equorum hominumque fuerit natura permisti; de Cerbero tripite inferorum cane; de Phryxo et Helle ejus sorore, quod ariete vecti per mare tranaverint; de Gorgone meretrice, quod crinæ serpentibus fuerit, et aspicientes se convertibat in lapides; de Bellerophonte, quod equo pennis volante sit victus; de Amphione, quod citharæ cantu, lapides et saxa commoverit.

**74** 21. [3916] Debbora, annos xl. Per idem tempus Apollo citharam condidit, et medicinæ artem

18. Virgil., Georg. 3 :

Primus Erichthonius, currus, et quatuor assus  
Jungere equos.

19. *Othoniel*. De eo Judicum tertio. Judæa autem judicium Isidorus prætermittit, vel quia parum rexit populum, vel quia non fuit judex, sed dux belli tantum, ut est Judicum I. A Josepho, lib. v, cap. 7, Othoniel Cenes vocatur.

*Ibid.* *Cadmus*. Clemens Alexand., 1 Strom.: *Cadmus*, inquit, fuit Phœnix, qui Græciæ litterarum inventor existit, ut ait Ephorus; unde etiam scribit Herodotus litteras appellatas fuisse Phœnicias. Alii autem dicunt Phœnices et Syros, primos excogitasse litteras. *Hæc Clemens.*

*Ibid.* *Cinus*. Euseb., ann. 3780, *Linus et Thebis*; et in Ms., *Linus Thebæus.*

*Ibid.* De Idæis Dactylis Euseb., in Chronicis: *Idæi*, inquit, *Dactyli*, his temporibus erant, qui ferrum repererunt. Clemens Alex., 1 Strom., Idæos Dactylos fuisse sapientes tradit, inventores litterarum, et numerorum musicorum: *Propter quam*, inquit, *causam sunt appellati qui sunt apud musicos dactyli*. Phryges autem erant et barbari Idæi Dactyli. Et paulo post: *Celmis et Damaneus Idæis Dactylis ferrum primi invenerunt in Cypro*. Alias autem Idæus ferri invenit temperaturam. Fuerunt autem Idæi Dactyli Minervæ filii, et Solis, vel, ut alii volunt, Saturni et Alciope; qui alio nomine Corybantes appellantur. Vide Stephanum, de Urbibus, et scholiæ in Apollonium. Et Suidam, in dict. *Ἰδαῖοι δάκτυλοι*.

20. Aliter Eusebius Chronico: *Triptolemus longa navi Eleusim veniens, ibi frumenta distribuit*. Augustinus, lib. xviii, cap. 13, cum Isidoro: *His temporibus fabulæ fictæ sunt de Triptolemo, qui, jubente Cerere, anguibus portatus alitibus indigentibus terris frumenta volando contulerit*.

*Ibid.* *Sorore*. In quodam Ms. additur: *Quod ariete vecti per aera volaverint*.

21. Sic Virgil., vii Æneid. :

..... Fauno Picus pater, isque parentem.

Te, Saturnæ, refert, tu sanguinis ultimus auctor.

Aliter Eusebius quam Isidorus, qui Picum facit tertium Regem Latinorum: *Ante Æneam*, inquit, *Janus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus*; in Italia regnaverunt circiter ann. cl.

A invenit. Fabula quoque tunc ficta de fabro Dædale, et de Icaro ejus filio, quod aptatis sibi pennis volaverint. Hæc ætate primus regnat Latinis Picus, qui fertur fuisse Saturni filius.

22. [3956] Gedeon, annos xl. Hæc ætate urbs Tyria constructur. Alter quoque Mercurius Iyram reperit, et Orpheo tradidit. Hoc tempore Philemon primus apud Pythium chorum instituit. Tunc etiam dicitur fuisse magister Herculis Thrax Linus, in arte musica clarus, Argonautarum quoque navigatio tunc scribitur.

23. [3959] Abimelech, annos iii. Iste septuaginta fratres suos interfecit. Hercules linum vastavit, et in Libya Anthæum palæstricæ artis inventorem interemit.

24. [3982] Thola, annos xxii. Hujus temporibus in Troja, post Laomedonta, regnavit Priamus. Tunc fabula ficta est de Minoturo bestia labyrintho inclusa.

25. [4004] Jair, annos xxii. Per idem tempus Hercules agonem olympicum **75** instituit. Carmentis nympha Latinas litteras reperit.

26. [4010] Jephthe, annos vi. Hujus tempore Hercules, quinquagesimum secundum annum agens, ob morbi dolorem sese flammis injecit. Per idem tempus Alexander Helenam rapuit; Trojanumque bellum decennale surrexit.

*Ibid.* *Per idem tempus Apollo*. Confer Raderum, p. 40, ad Martialem. Pro *aptatis*, alii *coaptatis*. *ANV.*

22. Post Debboram, alienigenæ Hebræorum populum septem annis sibi subjecerunt, qui conjunguntur temporibus Gedeonis, ex Judæorum traditionibus ut refert Euseb. Chron.

*Ibid.* *Tyria*. In oraculo Ezechielis de ea sit crebra mentio, et apud Melam, lib. i, cap. 12.

*Ibid.* *Mercurius*. Cicero, lib. iii de Natura deorum, Mercurius quinque fuisse ostendit.

*Ibid.* *Philemon, Phidamon*. Eusebius.

*Ibid.* *Chorum*. Hieronymus, epistola ad Dardanum, tom. IV, de diversis generibus musicorum instrumentorum: *Antiquis temporibus*, inquit, *fuit chorus quoque simplex pellis, cum duabus cicutis æreis; et per primam inspiratur, per secundam vocem emittit*. Plura ibi habes de aliis instrumentis Musicis, ut est, de organo, tuba, fistula, bombulo, cithara, sambuca, etc.

24. Josephus, lib. v antiq., cap. 12: *Post Abimelech, Jair Galadinus suscepit principatum, prætermittens regnum Tholæ.*

*Ibid.* *Minoturo*. Eusebius, anno orbis conditi 3960, ut nunc legitur: *Ea*, inquit, *quæ de Minoturo dicuntur, quem Philochorus in secundo Attidis Libro, scribit magistratum Minois fuisse. Taurum nomine, inhumatum, etque crudelem*. Quo in loco corrupte est, *magistratum*.

*Ibid.* *Minois*, pro *magistrum militum*, ut constat ex Plutarcho in Theseo et Servio, apud Virgilium, vi. *Minois* verò rex a Græcis mire celebratus fuit, quod cum Jove per novem annos familiariter esset versatus, ut refert Clemens Alex. Ström. II.

25. *Jair*. Clem. A. ex. prætermittit *Jair*.

*Ibid.* *Carmentis*, Evandri mater, qui Romæ templum Panis, quod Lupercal appellatur, condidit, ut testatur Clemens Alex., Ström. I. Iude *Carmentalis porta*, apud Virgil., Æneid. viii :

Et Carmentalem Romano nomine portam.

Vide Servium, et Isidorum, lib. I Etymolog., cap. 3: *Carmentis*, inquit, *dicta, quia carminibus futurus canebat*.

26. *Absan*. Sic est cap. xii Judic. Josephus, lib. v. Antiq., cap. 12. *Absanis* (habet) *de tribu Juda, civitatis Bethlehem*. Clemens Alex. 1 Strom. *Abatham* appellat. In Eusebii Chronico est, *Hesebon*, ut in quibusdam Isidori exemplaribus.

[4017] Abesan, annos vii. Amazones primum arma A sumpserunt.

[4025] Abdon, annos viii. Hujus anno tertio Troja capta est, et Æneas Italiam venit.

27. [4045] Sampson, annos xx. Ascanius Æneæ filius Albam condidit. Ulyssis quoque fabulæ, sive Syrenarum, eodem tempore factæ sunt.

28. [4085] Heli sacerdos annos xl. Arca Testamenti ab alienigenis capitur. Regnum Sicyoniorum finitur.

[4125] Samuel et Saul, annos xl. Lacedæmoniorum regnum exoritur. Atque in Græcia Homerus primus poeta 76 fuisse putatur. A promissione Abrahamæ usque ad David anni mccccxl.

Finitur tertia ætas per annos mmmcxv.

*Quarta ætas sæculi.*

29. [4165] David regnat annos xl. Codrus, Atheniensium rex, sponte se pro salute patriæ hostibus of-

*Ibid. Abdon.* Refert Judicum historia, cap. xii, post Abesan, qui septem annis judicavit Israel, successisse Ajalon, sive Elon, qui judicavit Israel decem annis. Post quem judicavit Abdon annis octo. Verum Eusebius, in Chronico secutus Septuaginta, annos Ajalonis retinuit, ut ipse testatur. *Post Hesebon,* inquit, *in libro Hebræorum fertur Judex Ajalon, rexisse populum annos x, qui non habetur apud LXX Interpretes.* Idem Josephus lib. v, cap. 12, *Vocaturque ab eo Elon, de tribu Zabulon.* Sic Clemens i Strom., a quo appellatur Eglon.

27. Livius ab situ porrectæ in dorsum urbis, Longam Albam appellatam scribit lib. 1.

28. Eusebius Chron. *Heli sacerdos, annos xl.* In Hebræorum libro anni inveniuntur xl. In Septuaginta autem interpretatione, xx, Josephus lib. v, cap. 6, quadraginta annos affirmat tenuisse principatum, vixisse vero nonaginta; atque ita Clemens Alex. Strom.

*Ibid. Sicyoniorum.* Finem accepit regnum Sicyoniorum post 862 annos, ut Eusebius testatur: *Ita nullum in terra imperium excellens, florens perpetuumque est, quousque venit sæculum illud immortale, in illuminatione vultus Dei decoratum.*

*Ibid. Samuel.* Josephus, l. vi Antiq., c. 13. Loquens de morte Samuelis, qui præfuit, inquit, *populo solus, post mortem quidem Heli sacerdotis, annis duodecim; cum Saul vero rege, annis decem et octo.* Venerabilis Beda in libello de Sex Ætatibus: *Samuel,* inquit, *annis duodecim, ut docet Josephus. Saul primus Hebræorum rex annis viginti. Et hujus quia in Canonica Scriptura non habetur mentio, de Antiquitatum Josephi libris tempus regni notavimus.* Clemens Alex., lib. i Strom., *Samuelem viginti septem annis cum Saul regnum obtinuisse scribit, et mortuum esse duobus annis ante Saul.* Chronicon Græcum ms. utriusque annos viginti tribuit, ita ut Eusebius et Isidorus non abs re tot etiam annos posuisse videantur.

*Ibid. Homerus.* Clemens Alexand. l. i Strom. scribit Cratetem Grammaticum dixisse Homerum fuisse circa reditum Heraclidarum, hoc est, octoginta annis post captam Trojam. Eratosthenes vero centesimo anno post raptam Trojam fuisse refert. Theopompus autem quingentis annis post eos qui in Illo militarunt vixisse asserit. Alias de ætate Homeri opiniones vide eodem loco.

29. *David.* Lib. III Reg., cap. ii, dicitur in Hebron regnasse septem annos, et in Hierusalem xxxiii, qui collecti sunt quadraginta. Idem est II Paralip., cap. x. Et Clemens Alex. i Strom.

*Ibid. Carthago.* Eusebius anno mundi 3980 ex sententia Philostrati scribit, a Zaro et Carthagine

ferens interimitur. Et Carthago a Didone ædificata, prophetantibus in Judæa Gath, Nathan et A-asah.

50. [4205] Salomon regnat annos xlv. Iste quarto regni sui anno templum Jerosolymis ædificavit, consummavitque anno octavo.

31. [4222] Roboam regnat annos xvii. Regnum Israel a Juda dividitur, sub quo decem tribus a duabus separatæ sunt, et reges in Samaria habere cœperunt. Hac ætate Samos conditur, et sibylla Erythræa illustris habetur.

32. [4225] Abia regnat annos iii. Sub quo Hebræorum pontifex maximus Abimelech insignis est habitus.

[4266] Asa regnat annos xli 77 Prophetabant in Judæa Achias, Amos, Jehu, Joel, et Azarias.

[4291] Josaphat regnat annos xxv. Prophetabant Elias, et Eliseus, et Abdias, Azarias, et Michæas.

[4299] Joram regnat annos viii. Prophetabant Elias, et Eliseus, et Abdias.

Tyriis Carthaginem fuisse conditam. Idem tamen anno 4154: *Carthago,* inquit, *condita est, ut quidam volunt a Carchedone Tyrio, ut vero alia Didone filia, post Trojanum excidit annis 153.*

*Ibid. Gath.* Sic Eusebius Chronico. II Paralip. dicitur quod Asaphat constituitur princeps laudantium nomen Domini, et cap. xxix, quod hymnos composuit.

*Ibid. Prophetantibus,* etc. De ætate qua prophetæ singuli prophetarunt, agit Isidorus in Proœmiis ad Vetus Testamentum, et Mariana in notis. ARGV.

30. *Salomon.* Sic III Regum cap. xi, et II Paralip. cap. ix. Clemens Alex. i Strom. Josephus autem lib. viii, cap. 7, Antiq. ait eum regnasse annis octoginta, vixisse quatuor et nonaginta.

*Ibid. Octavo.* Regum iii, cap. 6, ædificatam domum Domini dicitur annis septem. Idem Josephus lib. viii, c. 4. Sed hic Isidorus Eusebium sequens, annum quartum regni, quo coepit ædificare templum, connumerat cum septem Beda ait, *annis septem ædificatur, octavo dædicatur.*

31. *Samaria.* Ibi primo regnat Jeroboam, de quo III Regum cap. xi, et II Paralip. xii et xiii.

*Ibid.* De Erythræa sibyllæ vaticinio, vide August. lib. viii, cap. 23, Civit. et Lactant. Firmian. lib. i de Divinis Institutionibus.

32. *Abia.* III Regum cap. xv, et Paralip. II, cap. xiiii, Euseb., Joseph., Bed. Verum Clem. Alex. huic annos xxiii attribuit, atque fuisse filium Sado.

*Ibid.* Abimelech erat filius Sadoc, ut Clemens Alex. est auctor Strom. i.

*Ibid.* In aliis Mss. legitur: *Prophetabant in Judæa Aggæus et Jehu, Amos, et Joel, et Zacharias, et Michæas.* Verum aliorum Codicum lecturam sequi malo: Nam et Eusebius Chronico: *Prophetabant,* inquit, *Achias, Sameas, et is qui fuerat apud altare Samariæ Jehu, Joede, Azarias, qui et Anania.* Item ait ipse Isidorus lib. v Etymolog., cap. 19. Aggæus autem temporibus regis Darii prophetavit, ut constat ex ipsius prophetia, cap. 1. Similiter et Zacharias, ut ipse de se auctor est, prophetiæ suæ initio, et Eusebius in Chronico. Hieronymus etiam prologo ejusdem prophetiæ.

*Ibid. Josaphat.* In Clemente Alex., i Strom., scribitur Josaphat annos tantum regnasse quinque. *Quo tempore,* inquit, *prophetarunt Elias Thesbites, et Michæas filius Jeble, et Abdias filius Ananiæ.* De prophetis Isidorus lib. vii Etymolog., cap. 7.

*Ibid. Abdias.* Hieronymus in prologo ejus prophetiæ, ex Hebræorum scriptis colligit, hunc tempore Achab regis Samariæ floruisse centumque prophetas a persecutione impæ Jezebelis conservasse, eosque specibus inclusos pane et aqua pavisse, ut etiam videre est III Reg., cap. 18.

[4300] Ochozias regnat annuū 1. Elias rapitur, cuius septem insignia miracula numerantur.

33. [4307] Athalia regnat annos vii. Jonadab, filius Rechab, sacerdos clarus habetur, etc. Joiada pontifex, qui solus, post Moysen, vixisse annos centum triginta perhibetur.

[4347] Joas regnat annos xl. Zacharias 78 propheta interficitur. Eliseus moritur, cuius virtutes quatuordecim prædicantur. Lycurgusque legislator apud Græciam insignis habetur.

[4376] Amasias regnat annos xxxix. Carthaginem hæc tempore quidam asserunt conditam, alii vero superius.

34. [4428] Azarias annos lxx. Olympias primæ Græciæ instituitur. Agnus in Græcia loquitur. Sardanapalus rex sponte incendio concrematur. Assyriorumque regnum in Medos transfertur. Tunc Hesiodus poeta claruit. Atque Phidon Argivus mensuras et pondera reperit. Osee, Amos, Isaias, et Jona, in Judæa hac ætate prophetantibus.

35. [4444] Joathan regnat annos xvi. Remus Ro-

*Ibid.* Eliæ Tesbitis, sacerdotis magni, insignia septem miracula hæc sunt : 1. Triennii siccitate cælum clausit. 2. Oravit rursum, et cælum dedit imbrem. 3. Mortuum mulieris filium ad vitam revocavit. 4. Ejus virtute hydia farinae non defecit, vas olei perpetuo fonte manavit. 5. Ejus verbo ignis de cælo super sacrificium descendit. 6. Duos quinquagenarios cum militibus cælesti igne combussit. 7. Jordaniem transiens tactu melotis abrupti. Isidorus lib. de Vita et Morte sanctorum.

33. *Attalia.* Clemens Alex. lib. 1 Strom. *Gottholia regnat octo annis; erat ex genere Achæ.*

*Ibid.* *Jonadab.* Fuit filius Semna, fratris David. Regum II, cap. xiii. Et alius Jonadab, filius Rechab, qui vixit sub Jehu, et aliis regibus, IV Reg. x, et Jeremix xxxv.

*Ibid.* Fuit *Joiada* sacerdos bonus, et pietate vitæque innocentia insignis. De eo dicitur II Paralip. cap. xxiv, quod mortuus est, cum esset cxxx annorum.

*Ibid.* *Eliseus* Eliæ discipulus his miraculis claruit: primo Jordanem transitu suo divisim refricans, undam retro convertit. 2. Aquas Hierico steriles fecundas fecit. 3. Pueros insultantes sibi bestiis vorandos tradidit. 4. Sterilem mulierem fecundavit. 5. Et ejus filium suscitavit. 6. Decem panibus plebem refecit. 7. Naaman a lepra liberavit. 8. Lepra aspersit discipulum. 9. Ferrum aquis supernatare fecit. 10. Hostes Syriæ exercitate percussit. 11. Incredulo mortem prædixit. 12. Hostem quadrigarum fragore fugavit, obsidionemque dispersit. 13. Famen repulit. 14. Post mortem cadaveri vitam dedit. Sic fere Isidorus lib. de Vita et Obitu sanctorum Patrum.

*Ibid.* In uno Ms. est, *Lycurgusque legislator Apolloniæ.* Existimo legendum *legislator Apollinis*; ut ita dictum accipiamus, quod quasunque leges Lacedæmoniensis ferebat, id Apollinis instinctu facere se dicitaret. Vide Plutarch. in ejus Vita, Valerium Maximum, atque alios.

*Ibid.* Apud Clement. Alexand. 1 Strom. corrupte legi existimo: *Amasias ejus filius annis xxxix pro xxix.* Nam ita Eusebius, Josephus, Nicephorus et alii.

34. *Azarias.* In alio Ms. erat *Ozias*, quomodo et apud Nicephorum, et in Chronico Græco, quod apud me est; recte, sic enim etiam appellatur lib. II Paralip., cap. 26, et a Clemente Alex. 1 Strom. *Ozias*, inquit, *sedecim annorum erat, cum regnare cœpisset, et lxx annis regnavit super Jerusalem, fuitque leprosus.* Idem annotavit Procopius Gæzæ, in Commentariis super Isaiam, ad titulum prophetiæ. Hujus autem tempore

Amulusque nascuntur, prophetantibus in Judæa Osee, Joel, Isaias, et Michæa.

[4460] Achaz regnat annos xvi. Cuius temporibus Romulus Romanam condidit. Et 79 Sennacherib Assyriorum rex, decem tribus ex Samaria in Medos transtulit, atque in Judæam Samaritanos accolos misit.

36. [4489] Ezechias regnat annos xxxix. Sub quo prophetabant Isaias et Osee. Hoc tempore Romulus primus milites ex populo sumpsit, centumque a populo nobilissimos viros eligit, qui ob ætatem seniores, ob curam ac sollicitudinem reipublicæ patres vocati sunt.

37. [4549] Manasses regnat annos lv. Per idem tempus Romanis præfuit Numma Pompeius, qui primus apud Romanos pontifex et virgines vestales instituit, falsorumque deorum numero ita civitatem implevit. Duos menses in annum Romanis ad decem menses adjecit; Januarii diis superis, Februarii diis inferis dedicavit. Tunc quoque sibylla Samia claruit.

regnum Assyriorum ad Medos translatum fuisse, tradunt Eusebius, Beda, Ado, Tudensis, alii.

*Ibid.* De tempore quo prima Olympias fuerit constituta, a plerisque dubitatum est. Eusebius Chronicon, ex Africani Sententia, scribit eam tempore Joathan regis Hebræorum, primum numerari cœptam. Idem lib. x Præparat. eam ad Isaiæ tempora trahit. Clemens Alex. 1 Strom. in xxxiv anno Nicandri primam olympiadem cum aliis ponit. Chronicon nostrum Græcum, omnium clarissime: N A ETE 'OZION MEI 'AZAPION βασιλεύς Ιουδα, πρώτη ἀλυμπία ἐτῆρα ὑπ' Ἰφίτου: καὶ ἦν προσητάτου 'Ησαίας υἱὸς Ἀμὸς, Οὐδὲ ὁ τοῦ Βενερί, Ἰωηλ, τοῦ Βαδουὰλ, καὶ Μιχαίας ὁ Μορσθίτης. *Quinquagesimo primo, inquit, anno Ozias regis Juda, qui etiam Azarias appellatur, prima olympias instituta est sub Iphito: quo tempore prophetabat Isaias, filius Amos, Osee filius Beer, Joel filius Bethuel, Oded, et Michæas Morasthites.* Et mox: 1 πρώτη ἀλυμπία ἤρχθη κατὰ τοὺς Ἕλληνας, ἢ τις ἐτεῖς τετρατηρίσι. Prima olympias apud Græcos, incepta, quæ quatuor est annorum.

*Ibid.* Hieronymus in Prologo super Jonam, affirmat Jonam prophetasse temporibus Jeroboam, filii Josæ. Augustinus lib. xvii de Civitat., cap. 27, regnante Ozia, prophetasse auctor est. Idem et Clemens Alex. 1 Strom., sicut Isidorus.

*Ibid.* A Græcis. Ita Mss. In Editione Grialii Græcis, omisso a. Pro instituitur, alii constituitur. ARGV.

35. *Romanam condidit.* Olympiad. 7. Dionys.

*Ibid.* Quod hic Sennacherib tribuitur, IV Reg. cap. xvii et xviii, et Tobix cap. 1 de Salmanasar dicitur, quem Eusebius utroque nomine censeri ait: cum tamen Tobix 1 pater Salmanasar, filius Sennacherib dicatur. Josephus lib. x Antiq. cap. 1, patrem vocat Sennacherib, Clémens 1 Strom. Salmanasar.

*Ibid.* Duæ voces ex Samaria, a plerisque Mss. deficiunt, non recte, et constat ex Adone, et Clemente, primo Strom., ubi ait Salmanasar, regem Assyriorum, transigrare fecisse eos qui habitabant in Samaria, ad Medos et Babylonem.

36. *Romulus.* Liv., Euseb., Aurel., Dionys.

*Ibid.* Qui ob ætatem. Div., Vict., Dionys.

37. Sic Eusebius in Chronico: *Duos menses anno addidit, Januarii et Februarii, cum ante hunc tantum decem menses apud Romanos fuissent, adeo ut ultimus December diceretur. Capitolium quoque a fundamentis ædificavit, et congiarium dedit aces (lege asse) fignis, et scortosis.*

38. [1556] Ammon regnat annos xii. Hujus temporibus Tullus Hostilius, Romanorum rex, prior in republica censum egit; quod adhuc per orbem terrarum incognitum erat, primusque purpura et fascibus usus est.

39. [458.] Josias regnat annos xxxii. Thales Milesius philosophus physicus claruit, qui, defectibus solis acutissima perscrutatione comprehensis, astrologiae numerum primus investigavit, prophetantibus in Judaea Jeremia, Oida et Sophonia.

40. [499] Joachim regnat annos xi. Hujus tertio anno Nabuchodonosor Judeam captivam tributariam fecit. Tunc Daniel, Ananias, Azarias et Misael in Babylone claruerunt.

[4610] Sedechias regnat annos xi. Hunc rex Babylonis, secundo veniens ad Jerusalem, cum populo captivum duxit, templo incenso, anno aedificationis suae ccccliv. Per idem tempus Sappho mulier in Graecia diverso poemate claruit. Solon leges Atheniensium dedit.

41. A David usque ad transmirationem Babylonis anni cccclxxxv.

Finitur quarta aetas, per annos quatermille sexcentos, et decem.

#### Quinta aetas saeculi.

42. [4630] Hebraeorum captivitas, annorum lxx,

38. Reg. IV, cap. xxi: Viginti duorum annorum erat, cum regnare coepisset, duobus quoque annis regnavit in Jerusalem; interfectus a servis suis occubuit. Idem Clemens Alex. i Strom. et Josephus lib. x, cap. 4, Antiq. qui eum vixisse quatuor et viginti annos, et in regno regisse duos ait. Nicephorus tamen, ut Isidorus, duodecim ejus regni annos enumerat. Idem facti Eusebius LXX supputationem secutus, cum ipse testetur Hebraeos tantum duos annos regni illius agnoscere. Verum haec discrepantes sententiae facile conciliari poterant, si decem annos quibus Ammon cum Paue regnavit duobus jungas quibus solus.

39. Reg. IV, cap. xxii, de Josia rege justo et aequi observantissimo habes: De eodem cap. xxxiii dicitur: *Non fuit similis illi, neque post eum surrexit similis.* Triginta uno anno regnavit in Jerusalem. Idem Clemens Alex. i Strom. et Josephus lib. x, cap. 6. Eusebius annum unum addit, ut Isidorus.

*Ibid.* Thales. Euseb. Chron. agnoscit ait Olympiade 36. Laertius nasci eundem anno i Olympiadis 35: Ne cito quam bene utrumque. Plinium de his consule lib. ii Natur. Histor., cap. 12.

40. Ante hunc regnavit Joachaz tribus mensibus, ut, praeter sacras literas, auctor est Eusebius, Josephus, Nicephorus, Theodoretus, et Chronicon nostrum Graecum. Hunc *Eliachim* vocat Jeremias, teste Anastasio, post quem successit Joachim, qui alio nomine *Eliachim* dicitur, teste Josepho lib. x, cap. 7, Antiq.

*Ibid.* Anno, etc. Eusebius 442 annos hic ponit ex sententia Clementis Alex. i Strom. Josephus vero, lib. x, cap. 10. templum concrematum post quadringentos septuaginta annos, et mentes sex, diesque decem. Niceph. in Chronologia post annos 424. Anastasius, 434. Ita sunt variae et discrepantes de temporibus sententiae.

42. Ita est apud Jeremiam, cap. xxv: *Servient omnes gentes inter regi Babylonis septuaginta annis; et cap. xxxix: Cum ceperint impleri in Babylone septuaginta anni, vobis. Paralipom. etiam II, cap. xxxvi, dicitur Cyrus diuissimè populum captivum anno regni sui primo, ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Jeremiae. Idem Esdras lib. i, cap.*

A in quibus ignis ab altari Dei sublatus, et absconditus in puteo, post septuagesimum regressi vis suae aenum, assumitur inventus vivus. Per idem captivitatis tempus, Judith historia conscribitur. Pythagoras quoque philosophus et arithmeticae artis inventor; et Pherecydes, historiarum primus scriptor; atque Xenophanes, traegediarum inventor, insignes habentur.

43. [4714] Darius regnat annis xxxiv. Hujus secundo anno Judaeorum 81 est resoluta captivitas; a quo tempore in Jerusalem non reges; sed principes fuerunt, usque ad Aristobulum. Tunc Romani, pulsati regibus, consules habere coeperunt.

44. [4754] Xerxes regnat annis xx. Aeschylus, Pindarus, Sophocles et Euripides, traegediarum scriptores, celebrantur insignes. Herodotus quoque historicarum scriptor, et Zeuxis agnoscitur pictor.

45. [4773] Artaxerxes, qui et Longimanus, regnat annis xl. Eo regnante, Esdras sacerdos incensam a gentibus legem renovavit, et Nehemias Jerusalemorum muros restituit. Aristarchus etiam, et Aristophanes, atque Sophocles, traegediarum scriptores habiti sunt. Hippocrates quoque medicus, ac Socrates philosophus, et Democritus claruerunt.

46. [4795] Darius, qui et Nothus, regnat annis xix. Haec aetas habuit philosophum Platonem, et Gorgiam primum rhetorem.

i et ii. Idem Daniel cap. ix, Josephus lib. xi, cap. 1. Nicephor. Chronolog., Clemens Strom. i fuisse autem hanc captivitatem septuaginta annorum.

*Ibid.* Strabus, in epistolis, pag. 222, ad Joannem Dackarium S. J. scribens, de aetate qua Judith floruit, fuse disserit, et scriptores cum Isidoro consentientes clarissimos recenset. AREV.

43. Annis xxxiv. Eusebius, annis xxxvi. Sic Herodotus, Nicephorus et alii. Clemens Alexand. i Strom. qua triginta sex numerat, qui ita colligit regum Persarum tempora: *Cyrus regnavit annis xxx, Cambyses xiv, Darius xlvi, Xerxes xxvi, Artaxerxes xli, Darius viii, Artaxerxes xlii, Ochus vel Arses iii; ita ut sint in universum anni 255. Alexander Macedo, extincto Dario rege Persarum. Et inde ortum habuit regnum Macedoniae.* Haec Clemens; unde apud eundem mendum in numeris esse existimo, cum ad annos ducentos triginta quinque Persarum extendat imperium, quae summa cum annis regum non convenit. Observa hoc insuper loco, alios praeterea reges ab Eusebio ponit, sed rejici a Clemence, Isidoro et aliis, quod menses duntaxat aliquot regnarunt, ut Artabanus menses 7, secundus Xerxes menses 2, Sogdianus menses 8; et etiam eandem ob causam a plerisque omittantur imperatores Otho, Galba, Vitellius, ut notavit Plutarchus in Vita Galbae. De regibus Persarum, vide Herodotum, et Thucydidem, et Metasthenem. Hi non statuunt imperium Cambysis ante Darium, adversus quos est Plato lib. de Legibus, Clemens, Josephus, Orosius, et Nicephorus in Chronolog., et consensum est sacris literis, ex Esdra I cap. ii. Et in annum supputatione etiam discrepantes, et variae reperiuntur sententiae, ut constat ex Tertulliano adversus Judaeos.

*Ibid.* Secundo. Ita Eusebius et Clemens Alexand. i Strom., Josephus lib. xi, cap. 2 et 3.

44. Vide Josephum lib. xi, cap. 5. Paulus Orosius lib. ii, cap. 2, annis xx.

45. Aristophanes fuit comicus. AREV.

46. Ita Eusebius, Tertull. adversus Judaeos, Nicephorus, Beda, et alii; Ado tantum agnoscit annos xviii.

*Ibid.* Mellitas, qui et Nochus, ann. 19. AREV.

47. [4853] Artaxerxes regnat annis xl. Hujus tem pore Esther historia docetur esse expleta. Plato quoque et Xenophon Socratici insignes habentur.

48. [4859] Artaxerxes, qui et Ochus, regnat annis xxvi. Demosthenes 82 orator primus agnoscitur, et Aristoteles dialecticus primus predicatur. Plato moritur.

49. [4863] Arses, Ochi filius, regnat annis iv. Xenocrates philosophus illustris habetur.

50. [4869] Darius regnat annis vi. Alexandr̄, Illyricos et Thracas superans, dehinc Hierosolyman capit, atque templum ingressus, Deo hostias immolat. Hucusque Persarum regnum stetit. Dehinc reges Græcorum incipiunt.

51. [4874] Alexander Macedo regnat annis v. Hujus enim quinque anni postremi in ordine tempo rum numerantur quibus monarchiam Asiæ, destructo Persarum regno, obtinuit. Nam septem ejus priores in Persarum regibus supputantur. Dehinc Alexandriæ reges incipiunt.

52. [4914] Ptolemæus, Lagi filius, regnat annis xl. Hic, Judæam capiens, plurimos Hebræorum in Ægyptum transtulit. Hoc tempore Zeno Stoicus, et Menander comicus, et Theophrastus philosophus ciaruerunt. Per idem tempus Machabæorum liber inchoatur primus.

53. [4952] Ptolemæus Philadelphus regnat annis xxxviii. Hic Judæos 83 qui in Ægypto erant ab-

47. Eusebius, Nicephorus, Tertull. adversus Judæos, Beda, et alii. Hic ab Hebræis Assuerus, dicitur, a LXX Interpretibus Artaxerxes cognomento Mnemon non Memnon, ut in Eusebio et aliis.

48. Eusebius, Beda et Chronicon Græc. Nicephor. xxii habet. Tertullianus adversus Judæos xxiv. Clemens Alex. iii, qui hunc eundem cum Arse facit.

49. Eusebius, Nicephor. Beda, Ado autem iii, duntaxat ponit. Aliter Tertull. adversus Judæos.

50. Josephus lib. xi, cap. 7 et 8, Diodorus Siculus lib. xvii. Hic fuit Arsacis filius, Ochi nepos; ejus meminit Quintus Curtius, Plutarchus, Arianus: breviter omnes, qui res Alexandri Magni memoriam tradiderunt. Tertulliano et Curtio hic Melas cognomento dicitur: Codmanus primum appellatus Justin. lib. xia.

51. Sic Josephus, et ipse in Etymologiar. lib. v, Tertull. annos x. Nicephorus in Chronico, sublato Dario, regnasse ait annos 6, rerumque potitum ante Darii mortem annis xii; mortuum in B. bylone ætatis anno trigesimo quinto vel, ut alii, trigesimo sexto. Octodecim igitur annis ex Anastasii sententia regnum obtinuit. Atque ita Clemens Alexand. i Strom. qui ita Macedonum reges enumerat: Alexander annis regnavit xviii. Ptolemæus, Lagi filius, xl. Ptolemæus Phiadelphus xxviii. Evergetes xxv. Philopator xvii. Epiphanes xxiv. Philometor xxxv. Fuscon xxix. Lathurus xxxvi. Dionysius xxix. Cleopatra xii. Postquam fuit regnum Cappadocum oct. decim dierum. Fiant ergo simul conjuncta Mæcedonum tempora annis trecenti duodecim, dies octodecim. Hæc Clemens. Tertul. lib. adversus Judæos aliter.

52. Fusc de hac re habes apud Josephum lib. xv, cap. 19, et Zonaram, t. i. Apud Euseb. in Chronico. ita habes: Theophrastus philosophus agnoscitur, qui a divinitate loquendi, ut ait Cicero, nomen accepit. Theodorus Athenæus agnoscitur. Ubi nota corrupto legi Athenæus pro Aithæus: ἄθεος enim dictus fuit, ut constat ex Laertio in Arist. pro.

53. De hac re, an LXX Interpretes fuerint spiritu Dei afflati, necne, est quæstio inter Augustinum et

A solvit, et vasa sancta Eleazaro pontifici restituens, septuaginta Interpretes petiit, ac divinas Scripturas in Græcum eloquium transtulit. Per idem tempus Aratus astrologus agnoscitur, atque argentei nummi Romæ primum euduntur.

54. [4978] Ptolemæus Evergetes regnat annis xxvi. Sub quo Jesus, filius Sirach, Sapientiæ librum composuit.

55. [4995] Ptolemæus Philopator regnat annis xxvii. Ab isto Judæi prælio victi, lx millia armorum corruerunt. Per idem tempus Siciliam Marcellus consul obtinuit.

56. [5019] Ptolemæus Epiphanes regnat annis xxiv. Hujus tempore gesta sunt quæ secundi libri Machabæorum historia continet. Hac ætate Romani victos Græcos liberos esse jusserunt, dicentes: Impium est servos esse apud quos philosophia primum orta est, magistra morum, inventrix liberalium disciplinarum. Per idem tempus Ennius, primus poeta Latinus insignis Romæ celebratur.

57. [5054] Ptolemæus Philometor regnat annis xxxv. Hunc Antiochus prælio superavit, et Judæos varia calamitate oppressit. Per idem tempus Scipio Africam vicit. Terentius comicus claruit.

58. [5087] Ptolemæus Evergetes regnat annis xxix. Hoc tempore, consule Bruto, Hispania a Romanis obtenta.

84 59. [5100] Ptolemæus Soter regnat annis xvii.

Hieronimum. Vide August. lib. xviii, cap. 42 et 43, Civit., et Hieronym. in præmio Paralip. et in epist. ad August. Consule etiam Justin. in Apologetico, Tertull. adversus gentes, Joseph. lib. xii, cap. 2, Philonem denique Judæum in Vita Moyse.

Ibid. Cuduntur. Euseb. Chron., Argentæus nummus primum in Urbe figuratus, ubi lego, signatus.

54. xxvi. Ita quidem Euseb. xxv, Niceph., Tertull., Clem. xxiv, Epiph.

Ibid. Anno xxvi. Ita in nota Editionis Grialii, quod retinendum ex aliis exemplaribus, quamvis in nonnullis sit xxvii. In textu Grialii erat xxxvi. Anrv.

55. xvii. Sic Clem., Euseb., Nicephor., Tertullian., Ado. xxi, Epiphan.

56. xxiv. Ita Euseb. xxvii, Niceph., xxii, Epiphan.

Ibid. Locum de Ennio, qui apud Eusebium corruptus est, obiter emendare libet. Sic enim nunc legitur: Ennius poeta, septuagenario major, articulari morbo perit, sepultusque est in Scipionis monumento, via Appia, intra primum ab Urbe milliarium. Quidam ossa ejus Rhodiam ex Junculo translata affirmant; ubi pro Rhodiam substituo Rudia, sive etiam scripti Codicis adjunctus, rei que veritate id ita cogente; fuit enim Ennii patria Rudia, vetus Apuliæ oppidum, teste Mela lib. ii. Post Barium, inquit, Egnatia et Ennio clus nobiles Rudia, quo ejus ossa translata verimile est.

Ibid. Sepulcrum Scipionum, in quo e marmore exstatat Ennius, prope portam sancti Sebastiani situm erat, de quo videri possunt Eschivaardus in descriptione Romæ, Vasius et alii. Anrv.

57. Judæos. Leguntur hæc Machabæorum ii, ubi Antiochus radix peccati appellatur.

58. Annis xxix. Ita Eusebius, Niceph., Epiphanis et alii. Tertullian. xxvii. Hic Clementi Fuscon est. Male in lib. Etymologiarum D. Isidori, Parisiis anno 1580 impresso, Evergetes annis 24 duntaxat regnasse scribitur.

Ibid. Alii, per consulem Brutum, quod Chronico Etymologiarum congruit: Brutus Hispaniam subegit. Anrv.

59. xvii. Ita Euseb., xvi et menses sex Niceph., xv Epiph.

Varro, Ciceroque nascuntur. Thracæ Romanis subi-  
ciuntur.

60. [5110] Ptolemæus Alexander regnat annis x.  
Syria per Gabinium ducem in Romanorum dominium  
transiit. Poeta quoque Lucretius nascitur, qui postea  
se furore amatorio interfecit.

61. [5118] Ptolemæus, Cleopatæ filius, regnat  
annis viii. Per idem tempus Plotius Gallus Romæ  
Latinam rhetoricam docuit pilinus. Tunc quoque Sal-  
lustius historiographus nascitur.

62. [5148] Ptolemæus Dionysius regnat annis xxv.  
Pompeius, Hierosolyma capta, Judæos Romanis tri-  
butarius fecit. Per idem tempus Cato philosophus  
claruit : Virgilius nascitur Mantuæ, Horatius Ve-  
nusii. Tunc etiam Apollodorus, præceptor Augusti,  
clarus habetur, et Cicero laude oratoria celebratur.

63. [5150]. Cleopatra regnat annis ii. Hæc Ptolemæi  
regis Ægyptiorum fuit filia, et fratris Ptolemæi soror  
et conjux effecta. Quem dum fraudare regno voluisset  
tempore belli civilis, in Alexandria occurrit Cæsari  
urbem obsidenti, et per speciem atque stuprum  
regnum sibi et necem Ptolemæo apud Julium impe-  
travit. Atque Alexandria regnum, tertio anno regni

60. x. Epiph., xii.

61. *Plotius.* De hoc Eusebius in Chron. : *Plotius,*  
inquit, *Gallus primus Romæ Latinam rhetoricam docuit,*  
*de quo Cicero sic refert : Memoria teneo primum*  
*Latine docere coepisse Plotium quemdam.* In Ms. est  
amplius, *Memoria teneo pueris nobis primum, etc.*

62. xxx. Epiphani., xxxi.

*Ibid.* Apollodorus. Apollodorus Pergamenus, Græ-  
cus orator, præceptor Claudii et Augusti, ut constat ex  
Suetonii Octavio.

63. Eusebius annos xxii habet, et Plutarchus in  
Antonio, et Nicephorus, et alii. Epiphanius amplius  
ponit xxxii. Isidorus duos tantum ponit. Nam Julius  
Cæsar, tertio Cleopatæ regni anno, solus præ oc-  
cisum a spandonibus Alexandrini regis Pompeium ob-  
tinnit quidquid Romano pæbat imperio. Indeque  
Alexandrinum regnum in Romanorum ditionem  
transiit, ut idem infra affirmat. Idem est apud Tuden-  
sem, in Cod. ms., et ideo hunc annum nume-  
rum placuit retinere, quem etiam Etymologiarum  
ms. Cod. habent. Idque exigit locus in Tiberio ubi  
dicitur Christus passus annis peractis a principio  
mundi 5220 ; a qua supputatione Eusebius ipse tan-  
tum duos annos discrepat. De Cleopatra sic fere Xi-  
philinus, ex Diono, in Julio Cæsare : *Cleopatra,* inquit,  
*forma pulcherrima fuit, tum vero flore ætatis, et sacun-  
dia omnibus præstans, eratque apud omnes quibuscum  
versabatur gratiosa.* Et paulo post de Cæsare loquens :  
*Ipsæ Ægyptum in suam potestatem ditionemque rededit,*  
*tradiditque Cleopatæ, cujus causa bellum gesserat.*

*Ibid.* Mellitus : *Cleopatra ann. ii. Hujus tertio*  
*anno Julius Cæsar imperium sumit. Per idem tempus*  
*Siculus, Græcæ scriptor historicæ, clarus habetur. Caius*  
*Julius Cæsar regnat, etc.* **AREV.**

64. *Hic antea... vocati sunt; alii : Hic primus*  
*Romanorum singularem obtinuit principatum, a quo*  
*etiam Cæsares appellati sunt. Ab hinc sequuntur impe-  
ratores.* **AREV.**

66. Augusti nomen inde sumptum ait Suetonius in  
Augusto, quod loca religiosa, et in quibus auguratio  
quid consecratur, augusta dicantur, ab actu, vel ab  
avium gestu gustave. Dio etiam in Monarchia, Au-  
gustum dictum ait, quasi qui hominum naturam exce-  
deret, propter quod ea quæ sacrosancta et in maximo  
honore sunt augusta esse dicuntur : *quamobrem,* in-  
quit, *enim Græci σεβαστον nomen habent, scilicet, culu*  
*et honore dignissimum.* Cujus nominis appellatio,

A Cleopatæ, per Julium Cæsarem in ditionem Roma-  
norum transit.

**85 64.** [5155] Caius Julius Cæsar regnat annis v.  
Hic antea consul creatus Gallias obtinuit ; de Britannia  
triumphavit : postremum civili bello adversus Pom-  
peium adhibito, monarchiam totius imperii obtinuit.  
Ex cujus nomine sequentes imperatores *Cæsares* vo-  
cati sunt.

65. A transmigratione Babylonis usque ad nativita-  
tem Domini nostri Jesu Christi, anni DLXXXVII.

Finitur quinta ætas per annos quinquies mille  
centum quinquaginta quinque.

*Sexta ætas sæculi.*

66. [5214] Octavius Augustus regnat annis lvi.  
Iste in imperio, post Siculum bellum, triumphos tres  
egit : Dalmaticum, Asiaticum, postremo **86** Alexan-  
drinum adversus Antonium, inde Hispanum : dein-  
de, terra marique pace toto orbe parta, Jani portas  
clausit. Sub cujus imperio septuaginta hebdomada  
in Daniele scriptæ complentur, et cessante reg-  
no et sacerdotio Judæorum, Dominus Jesus Christus  
in Bethleem Judæ ex Virgine nascitur, anno regni  
ejus XLII.

quemadmodum imperatoris, ad cæteros qui eum sub-  
secuti sunt pertinuit propter summum et amplissi-  
mum eorum imperium.

*Ibid.* Annis. lvi. Sic Eusebius, Victor et alii. Nico-  
phorus et Cassiodorus menses sex adjiciunt. Clemens  
I Strom., an. xlvi, menses 4, diem 1. Dion, *Mortuus*  
*est, inquit, xiv Calend. Septembris, quo die primum*  
*consul factus fuerat, vixitque annos septuaginta quin-*  
*que menses decem dies 26.* Erat enim nono Calendas  
Octobris natus. Regnavit, postquam victoria potius  
est apud Actium, quatuor et quadraginta annos, die-  
bus tredecim exceptis. Verum Eusebius et Isidorus  
ejus imperium numerant a morte Julii Cæsaris.

*Ibid.* *Septuaginta hebdomadæ.* Al., *Septuaginta no-*  
*vem.* Vid. Dan., cap. ix.

*Ibid.* Locus est insignis Danielis ix, quem Tertull.  
adversus Judæos multo aliter interpretatur quam  
cæteri chronographi ; sic enim inquit : *A primo anno*  
*Darii debemus computare quando hanc visionem vidi-*  
*Daniel. Videamus igitur anni quomodo impleantur*  
*usque ad adventum Christi. Darius enim regnavit ann.*  
*xix. Artaxerxes regnavit ann. xl. Deinde rex Ochus,*  
*qui et Cyrus, regnavit an. xxiv. Argus anno uno. Alius*  
*Darius, qui et Melas nominatus est, an. xxii. Alexan-*  
*der Macedo ann. xii. Deinde, post Alexandrum, qui*  
*et Medis et Persis regnavit, quos revicerat, et in Alexan-*  
*dræ regnum suum firmaverat, quando et nomen suo*  
*eum appellavit. Post eum regnavit illic in Alexandria*  
*So. er annis xxxv. Cui succedens Philadelphus regnavit*  
*annis xxxviii. Huic succedit Evergetes annis xxv.*  
*Deinde Philopator annis xvii. Post hunc Epiphaneus*  
*ann. xxiv. Item alius Evergetes ann. xxix. Soter ann.*  
*xxxviii. Ptolemæus ann. xxxviii. Cleopatra ann. xx*  
*mensibus vi. Item adhuc Cleopatra conregnavit sub*  
*Augusto an. xliii. Post Cleopatram Augustus alius an.*  
*xlvi. Nam omnes anni Imperii Augusti fuerunt anni lvi.*  
*Videmus autem quomiam quadragesimo et primo anno*  
*imperii Augusti, quo post mortem Cleopatæ imperavit,*  
*nascitur Christus. Et supervixit idem Augustus, ex quo*  
*nascitur Christus, annis xv. Et eunt reliqua tempora*  
*annorum in diem natiuitatis Christi, et in annum Au-*  
*gusti xli post mortem Cleopatæ anni cxxxvii menses*  
*vi. Unde adimplentur lxxii hebdomadæ et dimidia quæ*  
*efficiunt annos cxxxvii menses vi in diem natiuitatis*  
*Christi. Et manifestata est justitia æterna, et unctus*  
*est Sanctus sanctorum, id est Christus, et signata est*  
*tibi, et propheta, et dimissa sunt peccata, quæ per*



67. [5234] Tiberius, filius Augusti regnat annis xlii. Iste, dum per cupiditatem reges ad se venientes non remitteret, multæ gentes a Romano imperio recesserunt. Hujus decimo octavo regni anno Dominus crucifixus est, annis peractis a principio mundi quinquies mille ducenti viginti novem.

68. [5238] Caius Caligula regnat annis iv. Hic avaritia, crudelitate et luxuria sævus fuit, atque in deos se transferens, in templo Jerosolymorum statuam Jovis Olympii sub nomine suo poni jussit. Per idem tempus Mathæus apostolus Evangelium primus in Judæa scripsit.

69. [5252] Claudius regnat annis xiv. Eo regnan-

*fidem nominis Christi omnibus in eum credentibus remittuntur.*

Et infra: *Itaque ostendentes et numerum annorum, et tempora lx duorum et dimidiæ hebdomadarum adimpletarum, tunc venisse Christum, id est, natum, videamus quid aliter vii et dimidiis hebdomades quæ sunt subdivisæ in abscissione priorum hebdomadarum, in quo actu sint adimpletæ. Post enim Augustum, qui supervixit post navitatem Christi, anni xv efficiuntur, cui successit Tiberius Cæsar, et imperium habuit annis xlii, mensibus septem, diebus viginti: hujus quintodecimo anno imperii passus est Christus, annos habens quasi xxx cum pateretur. Item Caius Cæsar, qui et Caligula, annis iii, mensibus viii, diebus xiii. Nero Cæsar, annis ix, mensibus ix, diebus xiii. Galba mensibus vii, diebus vi. Otho mensibus iii, diebus v. Vitellius mensibus viii, diebus x. Vespasianus anno primo imperii sui debellavit Judæos, et fuit anni xlii, menses vi. Nam imperavit annis ix, atque ita in diem expugnationis suæ Judæi impleverunt hebdomadas lxx præictas a Daniele. Igitur expletis his quoque temporibus, et debellatis Judæis, postea excessaverunt illic libamina et sacrificia, quæ exinde illic celebrari non potuerunt. Nam et unctio illic exterminata est post passionem Christi. Erat enim prædictum exterminari illic unctioem, sicut est in Psalmis prophetarum: Exterminaverunt manus meas, et pedes. Quæ passio hujus exterminii intra tempora lxx hebdomadarum perfecta est sub Tiberio Cæsare, cons. Rubellio Geminio et Rufio Geminio, mense Martio, temporibus Paschæ, die viii Calendarum Aprilium, die prima azyrnorum, quo agnum ut occiderent ad vesperam a Moyse fuerat præceptum. Itaque omnis synagoga filiorum Israel eum interfecit, dicentes ad Pilatum, cum vellet eum dimittere: Sanguis hujus super nos et super filios nostros, et si hunc dimiseris, non es amicus Cæsaris: ut adimpleri possent omnia quæ de eo fuerant scripta.*

Hæc Tertullianus; verum Clemens Alexandr. i Strom. existimat natum Dominum nostrum xxviii anno Augusti, cum primum juberet censum descriptionemque fieri, hebdomadasque D nielis ita fere connumerat ut Tertullianus, passumque Christum quinto decimo anno imperii Tiberii, dum ageret annum xxx, quamvis in annorum computatione discretionem est inter eos. Eusebius vero ab utroque dissentit, et x anno imperii Augusti existimat Daniels vaticinium in Hyrcano ultimo Judæorum sacerdote completum, et hebdomadas facere annos 485. Ita in annorum ratione nihil est constans, neque certum. De hac re vide etiam Augustinum lib. de Civitat. Dei xviii, cap. 34, et Cedrenum in Compend., et inter nostros neotericos, Finum, atque Galatinum, et Burgesem Hispanum in doctissimo Scrutinio Scripturarum.

*Ibid.* Fabricius, pag. 262 Bibliograph. antiq., Sigebertum et, ex Riccioli fide, Philonem Judæum cum laudore de anno quo natus est Christus consentire tradit, et innumeratas alias sententias inter se discrepantes reconset. AREV.

67. *Filius.* Adoptione intellige. Erat enim filius Li-

te, Petrus apostolus 88 contra Simonem Magum Romanam pergit. Marcus quoque evangelium in Alexandria Christum prædicans, Evangelium scripsit.

70. [5268] Nero regnat annis xiv. Hic injuria, crudelitati et luxuria deditus, retibus aureis piscabatur. Matrem et sororem prostituit et interfecit, senatum multum exstinxit; multas reipublicæ provincias et urbes amisit; urbem quoque Romam incendit, ut Trojani excidii imaginem spectaret. Hujus temporibus Simon Magus, cum altercationem proposuisset cum Petro et Paulo apostolis, dicens se quamdam virtutem esse Dei magnam, medio die, dum ad patrem volare promittit in cælum, a dæmonibus, a quibus in

viam uxoris ipsius, et Cæii Drusi Neronis.

*Ibid.* Annis xlii. Sic Eusebius, vel xli (inquit) ut aiunt nonnulli. Nicephorus, Orosius, Vicor, Cedrenus, Tertull. adversus Judæos ei tantum annos xlii trituli, menses 7, dies 30. Dion Nicæus an. xlii, mens. 7, dies 30. Sic Zonaras, nisi quod dies vii habet.

*Ibid.* Reges, etc. De hoc ita Eusebius in Chron.: *Tiberius multos reges, ad se per blanditias evocatos, nunquam remisit; in quibus Archelaum Cappadocem, cujus in provinciam versam Masacram nobilissimam civitatem Cæsariam appellari jussit. Lege vero ex Mss.: Cujus regno in Provinciam verso, etc. Hæc de re scribunt Tacitus et Dion in Tiberio.*

*Ibid.* Hujus decimo. De die et anno mortis Christi varias sanctorum sunt sententiæ apud Tertull. adversus Judæos, Clementem, et Eusebium, cæterosque antiquos Patres, quæ omnia Onofrius Panvinus Augustinianus in unum collegit, eleganti edito Scholio, lib. ii Comment. in Fastos.

*Ibid.* Viginti novem; alii, viginti octo. AREV.

68. Dion in Tiberio Caligula cognomen propterea huic datum scribit, quod cum fuisset magna ex parte in exercitu educatus, caligis militariis pro urbana urbetur. Augustum etiam Cæsarem Caligam a militibus per illusionem ab usu caligarum vocatum fuisse testatur Dion in Augusto.

*Ibid.* Annis iv. Eusebius, Clemens, Nicephorus, et Cassiodorus ann. iii, mens. x. Josephus lib. ii Belli Judæi, cap. 10, ponit ann. iii, mens. vi. Alter lib. xix Antiquit., cap. 2, *Extinctus est* (inquit) *Caius quarto imperii sui anno, minus mensibus quatuor.* Tertull. adversus Judæos an. iii, mens. 8, dies 13, ponit.

*Ibid.* Græceno an Hebraico scripserit Mathæus quæri solet. Hieronymus in Catalogo, *Hebraicum, inquit, Evangelium ejus habetur usque hodie in Bibliotheca Cæsariensi.* Idem lib. iii contra Pelagian. Similiter Eusebius lib. iii Histor. Ecclesiast. cap. 18, et lib. iv, cap. ultimo. Nestorianen, etiam Iræncus, et Nicephorus cap. 45, lib. ii, testantur eum patrio sermone Evangelium suum scripsisse.

69. Annis xiv. Nicephorus agnoscit annos duodecim xlii, mens. i. Epiphanius annos totidem, menses ii. Josephus lib. xx, cap. 10, Antiquit. imperasse scribit ann. xlii, mensibus viii, diebus xx; sicut Dion et Zonaras. Suetonius simpliciter ait eum decimo quarto imperii anno excessisse. Euseb. et Cassiod. numerant ann. xlii, menses ix, dies xxviii. Tertull., annos xlii, menses vii, dies xx.

*Ibid.* Marcus, etc. Euseb. lib. ii Histor. Ecclesiast., cap. 5 et 16. Niceph. lib. ii, cap. 15 et 16.

70. Annis xiv. Sic Eutropius, Sueton. Chronicon Græcum, Ado, alii. Euseb. ann. xiv, mens. vii, diebus xxviii. Epiph. ann. xlii, mens. vii, dieb. xxviii. Niceph. ann. xlii, mens. i. Dion Nicæus vixisse ait ann. xlii, regnasse xlii, mens. viii biduo minus. Paulus Orosius lib. vii: *Principatum, inquit, adeptus est, mansitque in eo annis non plenis xiv.* Tertull. contra omnia sententiam undecim tantum annos, mens. ix, dies xiii ponit, Cassiod., ann. xlii, mens. vii, dies xxviii.

*Ibid.* Marrew. Dion in ejus Vita existimat eum non



aere ferebatur, adjurante eos Petro, per Deum, Paulo A vero orante, dimissus crepuit. Ob cuius necem a Nerone Petrus crucifigitur, Paulus gladio cæditur. Hac tempestate Persius poeta moritur. Lucanus quoque ac Seneca præcepto Neronis interficiuntur.

71. [5276] Vespasianus regnat annis x. Iste in disciplina militari strenuus B multas provincias, quas Nero amiserat, bellando Reipublicæ restituit. Immemor offensarum fuit, convicia in se dicta leviter tulit. Hujus secundo anno Titus Jerosolymanum cepit atque subvertit, ubi undecies centena millia Judæorum fame et gladio perierunt. Sed et præter hos quoque centum millia publice venundata.

72. [5278] Titus regnat annis xi. Iste in utraque lingua tanto facundissimus exstitit, ut causas Latine ageret, poemata et tragædias Græce componeret; tanto autem bellicosissimus fuit, ut in oppugnatione Jerosolymorum, sub patre militans, duodecim propugnatores duodecim sagittarum confoderet ictibus. Porro in imperio tantæ bonitatis fuit, habuisse consuetudinem cum matre Agrippina, sed cum alia huic simili, ad quam alludens, dicebat se cum matre consuetudinem habere. De matris morte Dion copiose et Sueonius.

*Ibid.* Sororem... Simon M. gus. Ita Niceph. lib. ii, cap. 36. Chrysostomus lib. 4 adversus vituperatores vitæ monach. cr. Res gestas Petri cum Simone Mago conscripsit Linus Thuseus.

*Ibid.* Seneca. Mores et mortem Senecæ ita describit Dion in Nerone, nescio an vere, et utraque maxime aliens fuisse a viro philosopho (refert): *Cum enim tyrannidem, inquit, improbare, tyranni præceptor erat; cumque insultaret iis qui cum principibus versarentur, ipse a palatio non decedebat: assentatores detestabatur, cum ipse reginas coleret et libertos; divites reprehendebat is cuius facultates erant aureorum tricies centena millia: quique luxum aliorum damnabat, quingentos tripodas habuit de ligno cedrimo, pedibus eburcis, similes et pares inter se, in quibus cœnabat. Mortuus denique est, contra quam philosophum decebat, animo abjecto atque imbecillo.*

71. Ante Vespasianum imperaverunt Galba, Otho et Vitellius annum unum, mens. ix, teste Eusebio: qui propterea forte etiam ab Isidoro omittuntur, et ab Orosio, quod Plutarchus in Galba hos non tam Romani imperii quam cœmædiæ cuspis fuisse imperatores scribat. Ex Diono Galba imperavit mens. ix, dies 43. Otho dies xc. Vitellius annum unum, dieb. decem exceptis. Ex Clemente vero, Galba mens. vii, dies vi. Otho mens. v, diem unum, Vitellius mens. vii, diem unum.

*Ibid.* Annis. x. Eusebius, Niceph. r. Chronicon Græcum, et Cassiodorus ann. ix, mens. xi, dieb. xxii. Epiphanius ann. ix, mens. vii, dieb. xii. Dion ann. x, dieb. sex minus: sic et Zonaras, Orosius nono principatus anno profuvio mortuum scribit. Tertullianus ait a. n. is xi regnasse. Cedrenus annis x, dieb. viii.

*Ibid.* Undecies, etc. Sic Eusebius: Titus, Judæa rapta et Jerosolymis subversis, sexcenta millia virorum interfecit; Josephus vero scribit undecies centena millia fame et gladio periisse, et alia centum millia captivorum publice venundata; hæc Eusebius.

*Ibid.* Post Neronem et ante Vespasianum, in nonnullis Mss. inseritur: « Post Neronem Galba regnavit mensibus 4. Occisus est in foro. Romæ Otto regnavit diebus ccv. Vixit annis xxxvii. Ipse se interfecit in Italia apud Ebraicum (sic). Vitellius regnavit mensibus octo. Vixit annis Lvii. Occisus est a Vespasiani cubitus. » AREV.

72. Annis ii. Suetonius et Dion regnavit annis ii, mensibus totidem, diebus xx. Eusebio annis ii, mens.

ut nullum omnino puniret, sed convictos adversus se conjurationis dimitteret, atque in eadem familiaritate qua antea habuerat retineret. Hujus etiam inter omnia fuit illud celebre dictum: *perdidisse diem quo nihil boni fecerat.*

80 75. [5294] Domitianus, frater T. ti, regnat annis xvi. Illic post Neronem secundus, superbia exscrabilis, Deum se appellari jussit, Christianos persequi paganis instituit. Sub quo apostolus Joannes in Pathmos insulam relegatus, Apocalypsin scripsit. Iste multos senatorum in exsilium misit ac peremit; cunctos quoque qui de genere David erant interfici jussit, ut nullus Judæorum ex regali superesset origine.

74. [5295] Nerva regnat anno i. Vir imperio moderatus, æqualem se et communem omnibus præbuit. Hujus tempore Joannes apostolus ab exsilio Ephesum rediit, atque emigratus ab Asiæ episcopis, Evangelium novissimum edidit.

75. [5314] Trajanus regnat annis xix. Iste mivns. Eutrop. ann. ii, mens. viii, diebus xx. Nicephoro, Cassiodoro, Bedæ et aliis, annis ii, mens. ii. Epiphanius ann. ii, mens. ii, diebus ii, cum Isidoro Orosius facit lib. vii. Zonaras ponit annos duos sex diebus minus. Cedrenus ann. iii.

*Ibid.* duodecim. Dion in hujus Vita: Titus, inquit, non modo senatorem, quandiu principatum tenuit, nullum interfici jussit, sed nec alius quisquam sub ejus imperio morte affectus est. De crimine impietatis nunquam cognovit, neque permissit alii ut cognoscerent: Nemo enim, inquit, injuria me afficere aut insequi contumelia potest, propterea quod nihil ago quod reprehendi mereatur. Ea vero quæ falso de me dicuntur prorsus negligo.

*Ibid.* Perdidisse diem. Suetonius memorabilem, inquit, meritoque laudatam vocem dedit: *Amici, diem perdidit.*

*Ibid.* Ad verba duodecim propugnatores in textu Grialii indicium erat notæ, quæ fortassis intercidit. Mellitus exhibet: *Perdidisse diem se, quo commodi cuiquam nihil fecerit.* Alii addunt; *Vixit annis 40. Cum ingenti omnium luctu in eadem villa, qua pater ejus, morbo assumptus est. Sic de singulis imperatoribus nonnulli interpolati Codices annos vitæ expriment, et locum quo obierunt; quæ tamen Isidori non esse ex vetustis exemplaribus colligitur. AREV.*

73. Annis xvi. Euseb. ann. xv, mens. v. Sic Epiph., Cassiodor. et Niceph. Suetonius simpliciter decimo quinto imperii anno mortuum asserit sicut Orosius. Dion Niceph. regnavit, inquit, ann. xv, dieb. 5. Zonaras, ann. xv, mensibus x.

*Ibid.* Deum. Eusebius: *Primus Domitianus Dominum se et Deum appellari jussit.* Idem Dion. Suetonius: *pari, inquit, arrogantia, cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam sic cepit: Dominus et Deus noster sic jubet: unde institutum posthac ut ne scripto quidem sermone cujusquam appellaretur aliter.*

*Ibid.* Christianos. Hæc sunt secunda Ecclesiæ persecutio: prima enim fuit sub Nerone, de qua Eusebius lib. iii Historiæ Eccles., cap. 15, et Aug. lib. xviii, cap. 53, de Civitate Dei, et Paulus Orosius lib. vii et Alex. Monachus libell. i: *εὐρίστου τοῦ σωματοῦ ἐταυροῦ* qui in bibliotheca mea est, nondum editus.

74. Anno i. Eusebius anno uno, mens. iv. Sic Nicephor., Cassiodorus, Epiphanius, Clemens et Zonaras. Dion, Eutropius, Beda, Ado et alii ix di-8 adjiciunt.

*Ibid.* Alii, anno i, mensibus iv. Illic primo edicto suo cunctos exules revocavit. Unde Joannes evangelista a exsilio, etc. AREV.

75. Trajanus. Mores hujus eleganter Xiphilius ex

rabili virtute Romanum Imperium usque in Orientem longe lateque produxit. Babyloniam et Arabiam cepit, et usque ad Indiam fines, post Alexandrum, accessit, **91** liberalis cunctis, atque tranquillus. Cujus inter alia dicta, illud fertur egregium, ut dum interrogaretur quod nimium circa omnes communis esset, respondit talem se imperatorem esse privatis qualem sibi imperatorem privatus optasset. Simon Cleophas, Jerosolymorum episcopus, hujus tempore crucifigitur, et requiescit Joannes apostolus.

**76.** [5353] Atrianus regnat annis xxi. Iste Trajani gloriæ invadens, provincias Orientis Persis reddidit, et Euphratem fluvium finem imperii Romani posuit. Idem quoque Judæos secundo effectos rebelles **92** subjungat, urbemque Jerosolymam restaurat, eamque ex suo nomine Æliam vocat. Per idem tempus Aquila Ponticus, interpretes secundus post Septuaginta oritur; et Basilides Hæresiarcha agnoscitur.

**77.** [5357] Antoninus Pius regnat annis xii.

Dione depinxit: *Statuas, inquit, aureas, aut argenteas sibi fieri vetuit, bonaque quæcumque adhuc inventa sunt in palatio restituit iis quibus ea Domitianus per injuriam ademerat. Civibus Romanis qui in summa forent egestate, agrum dedit, ad aureorum sexcenta millia; ejus agrum emptione divisioneque quibusdam viris senatorii ordinis imperata. Cumque egestet pecunia, magnum numerum vestium, multaque vasa argentea atque aurea, et reliquam suppellectilem, non modo de privatis suis, sed etiam de principalibus rebus, multa etiam prædia multasque domos, atque in summa omnia, præter ea quæ necessaria erant, vendidit. Neque vero in pretiis harum rerum sordidus, sed in hoc ipso benignus erga multos et liberatis fuit. Hac Dion, qui et alia adiungit quæ summam hujus viri moderationem argunt.*

*Ibid.* Annis xix. Sic Epiphanius, Chronicon Græcum, Orosius, cum aliis. Euseb. ann. xix, mens. vi ut Nicephorus et Zonaras. Clemens, ann. xix, mens. vii, dieb. xv. A Dione. Eutropio, Beda, Cedreno et Adone ponuntur ann. xix, mens. vi, dies xv, ut et a Cassiodoro.

*Ibid.* Babyloniam. In alio Ms. erat: *Asiam, Babyloniam et Arabiam cepit.* Eusebius ita: *Trajanus, victo rege Decebalo, Daciam fecit provinciam. Heberos, Sauromas, Asraenos (lege Adiabenos) Arabes Bosphoranos, Colchos in fidem accepit, Seleuciam, et Ctesiphontem, et Babylonem occupavit.* Quod autem pro Asraenos, Adiabenos legam, facit Dion a pater Xiphilinum, qui ait hunc Adiabenum omnem, quæ pars Assyriæ ad Ninum pertinet, in potestatem suam redegit. Fuit autem Trajanus, ut est apud Xiphilinum, a Nerva Cæsar et Imperator factus: cum tamen ipsi propinqui non deessent. Neque enim ille conjunctionem sanguinis anteposuit publicæ utilitati; neque rursus eum deterruit quod Trajanus homo Hispanus, nec Italus erat, nec Italicus, quodque ante eum nemo alterius nationis imperium Romanorum obtinisset. De Trajano præter alios ex antiquis scripsere: Dion, Sextus Aurelius, Eutropius, Sextus Rufus, Ammianus Marcell. lib. xiv, Plinius in Panegyrico, et lib. i Epistolarum. *¶ Ibid.* Institui. Postquam (inquit Dion) Romam venit, multa fecit ad emendandum corrigendumque statum Reip. atque in gratiam bonorum, quorum in primis curam gessit; nam civitatibus Italiæ multa largitus est ad educationem liberorum, in quos magna beneficia contulit. Et mox: *Trajanus, inquit, nulli inviderebat, perdebatque neminem: bonos omnes ornabat honoribus, et dignitatibus augebat; ex quo seditam ut neque timeret quemquam, nec haberet odio. Nullam fidem habebat calumniatoribus, nulla ira tenebatur, abstinebat ab aliena pecunia, non minus quam ab iniquis cædibus; magnos sumptus fecit, belli pacisque temporibus multa*

A Iste propter clementiam tale cognomentum accepit, quia in omni regno Romano, cautionibus incensis, cunctorum debita relaxavit: unde et pater patriæ appellatus est. Iste primus imperium Romanum orbis, cum Antonino Juniore, æquata potestate, divisit. Eo regnante, Valentinus et Marcion hæresiarchæ produntur, atque Galenus medicus, Pergamo genitus, Romæ clarus habetur.

**78.** [5375] Antoninus Minor regnat annis xvii. Illic ad Parthos profectus Seleuciam, Assyriæ urbem, cum quadringentis millibus hominum cepit; de Parthis et Persis triumphavit. Eo regnante Mætanus Cataphrygarum suctor, et Tatianus, a quo hæresis Encratitarum, exorti sunt.

B **79.** [5383] Commodus regnat annis xiii. Iste luxuriæ multæ fuit. Sub hoc Theodotion Ephesius, interpretes tertius, apparuit; atque Irenæus episcopus Lugitanensis doctrina habetur insignis.

*enque apprime necessaria edificavit. Lege apud eum lem p'ura quæ hujus viri mores vitamque commendant.*

*76.* De hoc ita Spartianus: *Origo imperatoris Adriani vetustior a Picentibus, pater or ab Hispanensibus. Sciquidem Adria ortos majores suos, apud Italiam Scipionum temporibus sedidisse, in libris vitæ suæ Adrianus ipse commemorat. Adriano pater Ælius Adrianus, cognomento Afer, fuit consobrinus Trajani imperatoris, mater Domitia Paulina Gadibus orta. Dion, quod erat municeps Trajani dicit.*

*Ibid.* annis xxi. Sic Eusebius, Orosius, Nicephorus, alii. Dion et Zonaras ann. xx, mens. ix. Eutropius ann. xxi, mens. i, dieb. xx, et ita Cassiodorus, nisi quod diem aufert. Libellus de Vitis Imperatorum ann. xxi, mens. ii, ut Spartianus. Cedrenus an. xxi.

C *Ibid.* Dion: *Æliam, inquit, Capitolinam appellavit, et coloniam deduxit; et ubi templum Dei fuerat, alterum Jovi edificari curavit, Judæis graviter sententibus quod externæ gentes in sua urbe habitarent, sacraque peregrina in ea ferent.*

*Ibid.* De Basilide hæretico Euseb. lib. iv Hist. Eccles. cap. 7, et Irenæus lib. i, cap. 27. August. de Hæresib., Niceph. diversis in locis.

*77.* Annis xii. Sic Epiphanius: Eusebius vero ann. xxi, mens. iii; Orosius et ex eo Ado Viennensis, annis xx et non plenis tribus imperasse tradunt; Eutropius xxi integros agnoscit, ut Chronicon Græcum. Nicephorus xii tantum, mens. iii. Libellus de Vitis Imperatorum nuper sub Aurelii Victoris nomine Antuerpiæ editus xx duntaxat agnoscit; contra Xiphilinus ex Dione xxiv, et cum eo Cedrenus.

D *Ibid.* Forte legendum ex Eusebio et Paulo Orosio lib. vii, cap. 9. *Valentinus, et Cerdo magister Marcionis;* quamvis constat ex eodem Euseb. lib. iv Hist. Eccles., cap. 10, Marcionem et Cerdonem eodem tempore Romæ perversa sua dogmata disseminasse.

*78.* Antoninus. Hic cognomento *Philosophus* fuit vir bonus, ut ait Dion, quippe in quo nihil ficti simulatque inesset. Hunc Orosius annis xiv tantum imperasse ponit. Euseb., Beda, et Ado, ann. xix, mens. i. Niceph. ann. xix, mens. ii. Zonaras ann. xix, dieb. ii. Cedrenus xix dies omittit.

*Ibid.* Encratitarum. De hac hæresi vide Eusebium lib. iv, cap. 27, Histor. Eccles. et Irenæum lib. i adversus hæres., cap. 9; d'cunturque Encratitæ quasi continentes, postea Severiani a Severo, Tatiani successore, appellati. De quibus vide præterea Nicephorum lib. iv Eccles. Histor., cap. 4 et cap. 11.

*79.* Annis xiii. Sic Eusebius, Orosius, Herodianus, Beda, Nicephorus, alii, Eutropius vero ann. xv, mens. 8. Dion, ann. xii, mens. 9, dieb. xiv, et Clemens et Zonaras. Cedrenus. xiv dies omittit.

80. [5359] **Ælius Pertinax** regnat anno 1. Hic, supplicante senatu, **93** ut uxorem Augustam, et filium Cæsarem faceret, renuens, ait sufficere sibi debere quod ipse imperaret invitus.

81. [5407] **Severus Pertinax** regnat annis xviii. Iste multa bella feliciter gessit: Parthos vicit, Arabiam obtinuit, Britanniam bellando recepit, litterarum et philosophiæ scientiam habuit. Hujus tempore **Symmachus**, interpres quartus, agnoscitur; **Narcissus Hierosolymorum** episcopus virtutibus plurimis celebratur: **Tertullianus Afer** in Ecclesia illustris habetur; **Origenes Alexandriae** studiis eruditur.

82. [5414] **Antoninus Caracalla**, **Severi** filius, regnat annis vii. Hic impatiens libidinis fuit: novercam suam uxorem duxit. Nihil memorabile gessit. Hujus tempore in Jerico quinta editio divinarum Scripturarum inventa est, cujus auctor non apparet.

83. [5415] **Macrinus** regnat anno 1. Hic cum filio regnans nihil memorabile temporis brevitate gesserunt. Nam post annum unum, seditione militari pariter interfecti sunt.

**94** 84. [5419] **Aurelius Antoninus** regnat annis iv.

80. Anno 1. **Eusebius**, **Epiphanius**, **Nicephorus** et alii vi tantum menses ponunt, **Eutropius** lxxxii dies. **Dion** lvii, ut etiam **Zonaras** et **Cedrenus**.

*Ibid.* Hic, supplicante, etc. Ita **Eusebius**, sed aliter **Capitolinus**: *Pertinax*, inquit, neque uxoris Augustæ appellationem recepit, et de filio dixit: Cum meruerit.

81. Ante **Severum Pertinacem** ponendus erat **Didius Salvius Julianus**, qui, ut tradit **Dion**, imperavit dies lxxvi, seu, ut **Eutropius** et **Orosius**, mens. vii.

*Ibid.* Annis xviii. Sic **Euseb.**, **Epiphanius**, **Nicephorus** aliique pene omnes. **Eutropius** ann. xviii, mens. x. **Dion**, ann. xvii, dieb. 17. **Zonaras** in **Dione** annos legit xvi, in dieb. et mensibus ei alioqui par. **Cedren.** ann. xvii, mens. viii.

*Ibid.* Britanniam. Tempore **Titi** **Cn. Julius Agrippa** primus Romanorum Britanniam circumfusam undique mari cognovit. **Dion** in **Tito**.

*Ibid.* De **Symmacho** **Eusebius** lib. vi **Eccles. Histor.**, cap. 13, ubi de **Narcisso** et **Origene** celebris sit mentio.

82. **Antoninus Caracallus** dictus, ut scribit **Dion**, quod proprium genus indumenti excogitavit in modum penulæ. Id barbarum discissumque, et consutum erat ex multis partibus, eoque indutus erat semper, ex quo **Caracallus** cognominatus est: jussitque militibus, ut se eodem genere vestis induerent. Vide **Eutrop.** et alios. **Noverca** ejus appellabatur **Julia** ex **Eusebio**, **Dione** et aliis.

*Ibid.* Annis vii. Sic **Epiphanius**, **Nicephorus** et alii. **Spartianus** et **Cedrenus** ann. vi, ut et **Eusebius**, **Orosius** in imperio mansisse ait annis non plenis vii. **Dion**, vi, mens. 2, dieb. aliquot.

83. Anno 1. Ita **Eusebius**, **Niceph.**, **Orosius**, alii. **Dion** et **Zonaras** anno. 1, mens. 11, tribus diebus exceptis, **Eutropius** ann. 1, mens. 11; pessime **Cedrenus** ann. viii.

*Ibid.* **Eusebius** **Chronico**: *Macrinus occiditur in Archelaidæ*: **Herodianus**, in **Chalcedone** **Bithyniæ** urbe. Verum **Dion** de ejus morte sic habet: *Chalcedonem navigavit, ibique remansit; eo venere milites missi a Pseudantonio, a quibus comprehensus perductus est in Cappadociam: ubi postquam intellexit filium suum captum esse, dejecit se ex vehiculo (nec enim vinculus erat) fregitque humerum; nec ita multo post occisus est.*

*Ibid.* **Mellitus**, regnat anno 1. **Romæ amphitheatrum incensum**. **Abgarus** vir sanctus regnavit **Edessæ**. **Pseudantoninus**, de quo **Dion**, et **Aurelius Antoninus** **Heliogabalus** numeri seq. **AREV.**

84. Annis vi. Ita **Eusebius**, **Nicephorus**, **Orosius**, alii. **Eutropius** ann. vi, mens. viii. **Dion**, ann. vi,

Hic dum obscenissime viveret, et ipse tumultu militari interceptus est. Cujus temporibus sexta editio inventa est **Nicopoli**; **Sabellius hæresiarcha** oritur.

85. [5432] **Alexander** regnat annis xiiii. Hic **Persas** gloriosissime vicit; civibus favorabilis fuit. Hujus temporibus **Origenes Alexandriae** claruit, et **Romæ Ulpianus** insignis jurisperitus.

86. [5455] **Maximinus** regnat annis iii. Iste primus ex militari corpore, absque decreto senatus, inperator efficitur, et **Christianos** persequitur.

87. [5441] **Gordianus** regnat annis vi. Hic rebellantes **Parthos** et **Persas** affixit. Rediens victor de **Persis** fraude suorum interit. Hujus temporibus **Zephyrinus**, testimonio **Spiritus sancti** in specie **Columbæ** super caput ejus descendentis, **Romæ** episcopus ordinatur.

88. [5448] **Philippus** regnat annis vii. Iste primus inter imperatores **95** creditur **Christo**. Hujus etiam primo anno millesimus annus **Romæ** urbis fuisse docetur expletus.

89. [5449] **Decius** regnat anno 1. Hujus temporibus sanctus **Antonius** monachus in **Ægypto** doce-

mens. ix, dieb. iv. **Herodian.** ann. vi. **Zonaras** et **Cedren.**, ann. iii, mens. ix, dieb. iv.

*Ibid.* **Eusebius** in **Chronico**: *Antoninus Romæ occiditur tumultu militari cum matre Semasyra. Semianira, Lampridius; Senida, Herodianus; Semea, Eutropius.*

85. Annis xiiii. Sic plerique omnes: unus **Herodianus** annos xiv. **Eutropius** ann. xiiii, dies viii, **Cedrenus** ann. xiiii, mens. viii, **Zonaras**, x tantum annos habet.

*Ibid.* **Euseb.** in **Chron.** *Alexand. Xerxem regem Persarum gloriosissime vicit*, ubi, ex **Lampridio** et **Herodiano**, *Artaxerxem* videtur legendum, sicut et in **Orosio** et **Cassiodoro**.

*Ibid.* **Grælius**, hujus temporis. **AREV.**

86. Annis iii. Sic **Eusebius**, **Niceph.**, **Chronicon** **Græcum**, et alii. **Eutropius** ann. iii, et dieb. aliquot. **Zonaras** et **Cedrenus**, nescio quomodo, ann. vi.

*Ibid.* In alio erat: *militari cohorte*; verum censui legendum: *ex militari corpore*, auctoritate **Eusebi**: sic enim inquit, *primus ex corpore militari*, et aliorum **Codicum**.

*Ibid.* *Persequitur*. De hac persecutione præter alios scribit **Aymo** lib. vi, cap. 7, et **Alexander** **Monachus** *περί εὐλαίας στρατοῦ*.

87. Annis vi. Ita **Eusebius**, **Niceph.**, **Paulus**, **Eutropii** interpolator, **Orosius**, atque alii omnes.

*Ibid.* **Zephyrinus**. In alio Ms. est, **Flavianus**, verum id lego **Zephyrino** accidisse apud **Eusebium** lib. **Eccles. Hist.** cap. 21, et apud **Niceph.** lib. v, cap. 26. Idem etiam **Fabiano** evenisse refert **Aymon** lib. vi, cap. 10. In Ms. etiam ubi **Flavianus** legitur post dictionem *ordinatur*, adjicitur: *Licet quidam hoc verius de Zephyrino adferunt*.

*Ibid.* Multi Mss. sic referunt: *Hujus temporibus Flavianus (Legendum, Fabianus) testimonio... ordinatur, licet quidam hoc verius de Zephyrino affirmant*. **Mellitus**, corrupte, **Severino** pro **Zephyrino**. **Loaisa** de **Zephyrino** ab **Eusebio** id narrari asserit; alii contra **Fabianum** pro **Zephyrino** apud **Eusebium**, lib. vi **Histor. eccles.**, cap. 22, al. 29, legunt. Vide **Natal. Alexandr.**, sæculo tertio **Hist. eccles.**, cap. 2, et **Pagium**, in **Vitis Pontificum**. **AREV.**

88. Annis vii. Sic **Eusebius**, **Nicephorus**, **Orosius**, **Cedrenus**, aliique pene omnes. **Zonaras** a quibusdam traditum ait annos v imperasse, a nonnullis vi et totidem menses.

89. Anno 1. Sic **Chronicon** **Græcum** ms. **Eusebius** vero, **Nicephorus**, **Ado** et alii annum unum ponunt et vi menses. **Eutropius** ipsum cum filio imperasse tradit

tur exortus, a quo primum monasteria condita sunt. A regnat annis II. Carus, postquam de Persis triumphavit, victor circa Tigridem castra ponens, ietu fulminis concidit.

90. [5451] Gallus, et Volusianus ejus filius, regnant annis II. Novatus, Cypriani Episcopi, presbyteres, Romam veniens, Novatianam hæresin condidit.

91. [5166] Valerianus cum Gallieno regnant annis XV. Cyprianus primum rhetor, deinde episcopus, martyrio coronatur. Gothi quoque Græciani, Macedoniam, Asiam Pontumque depopulantur. Valerianus Christianis persecutionem movens, a rege Persarum Sapore captus, ibi in dedecore vitæ consenuit.

92. [5468] Claudius regnat annis II. Iste Gothos, Hæc cum Macedoniamque vastantes superat. Paulus Samosatensis hæresiarcha agnoscitur.

93. [5474] Aurelianus regnat annis VI. Iste Romanorum imperium bellando pene ad fines priores perduxit, qui, persecutionem adversus Christianos effugiens, fulmine corripitur et sine mora occiditur.

94. [5475] Tacitus regnat anno I. Hujus vitæ brevis gestorum nihil dignum historia præstat.

95. [5481] Probus regnat annis VI. Iste militiæ strenuus, et civilitate præclarus, Gallias a barbaris occupatas bellando Romanis restituit. Hujus tempore Manichæorum hæresis orta est.

96. [5485] Carus cum filiis Carino et Numeriano

biennio, Orosius triennio, Cassiodorus biennio, mensibus IV.

*Ibid.* Mellitus, exortus. Romæ amphitheatrum incensum. Alia omittit. AREV.

97. A. Annis II. Beda ac cæteri fere omnes IV menses adjiciunt. Nam quod in Nicephoro legitur imperasse uno duntaxat anno et mensibus IV sine mendio non puto, ut liquet ex enumeratione consulum, apud Cassiodorum.

*Ibid.* De Novato hæretico scribit Eusebius lib. VI Eccles. Histor., cap. 33, et Pacianus epistola tertia ad Symphor., et Socrates lib. IV, cap. 23, qui in concilio Romano condemnatur, ut constat ex Eusebio lib. VI, cap. 59, Theodoret. lib. III, Cyprian. lib. II, epist. 4, et lib. IV, epist. 2.

92. Annis II. Sic et in Eusebio scribendum testis est Zonaras in Claudio, pro quo nunc legitur ann. I, mens. IX, ut in Nicephoro. Eutropius intra biennium morbo periisse ait.

*Ibid.* De Paulo Samosateno vide Euseb. lib. VII Hist. Eccles., cap. 25; Epiph. hæres. 69. Et in concilio Antiocheno convictus est: Aymon lib. VII, cap. 7, et 10, Niceph. lib. VI, cap. 26 et 29.

93. Annis VI. Ita Cedrenus; verum Eusebius, Nicephorus, Orosius, Eutropius et Zonaras, imperio sex annos potitum tradunt, paucis mensibus exceptis.

*Ibid.* Eusebius in Chronico sic habet: *Aurelianus cum adversus nos persecutionem movisset, fulmen juxta eum comitesque ejus ruit; ac non multo post inter Constantinopolim et Heracleam in Cætophorio viæ veteris occiditur.* Flavius Vopiscus ita: *Cum iter faceret apud Cætophorium mansionem, quæ est inter Heracleam et Byzantium, militiæ notarii interemptus est.* Vide præterea de ejus morte Euseb. lib. VII Eccles. Hist. cap. 26, Aymon lib. VII, cap. 2, Niceph. lib. VI, cap. 19. Ado, Beda et reliqui omnes a suis interiisse scribunt.

94. Ab aliis sex menses ei assignantur, a Cedreno anni II.

*Ibid.* Alii, Tacitus regnavit anno I; quo occiso apud Pontum, obtinuit Florianus imperium diebus LXXXIX. AREV.

95. Menses IV Euseb., Niceph., Eutropius, Orosius, aliique adjiciunt. Zonaras non integris sex ann. imperasse scribit.

97. [5003] Diocletianus et Maximianus regnaverunt annis XX. Diocletianus, divinis libris adustus, Christianos toto orbe persequitur. Iste primus gemmas vestibus calceamentisque in se habuit, domo sola purpura retro principes uterentur. Ili autem imperatores varia bella gesserunt, Persis victis, recepta Mesopotamia. Qui postea, pariter fastigio imperii relicto, privati vixerunt.

98. [5505] Galerius regnat annis II. Hujus imperii brevis nihil dignum historia contulit.

99. [5535] Constantinus regnat annis XXX. Hic Persis bellum paravit; ad cujus adventum adeo trepidaverunt, ut supplices occurrerent promittentes imperata persicere. Christianus quoque effectus, licentiam dedit Christianis libere congregari, et in honorem Christi 97 basilicas construi. His temporibus hæresis Ariana exoritur. Niceum quoque concilium a Constantino ad condemnationem Arii congregatur. Tunc et Donatistarum schisma oboritur. Per idem tempus crux Christi ab Helena, Constantini matre, Hierosolymis reperta est. Constantinus autem, in

*Ibid.* De hæresi Manichæorum a Mano Persa exorta scribit Eusebius, lib. VII Eccles. Histor., cap. 25. Hilarius de Trinitate lib. VI. Cyrillus Catech. VI. Epiphani. hæres. 66.

96. Eusebius Chronico ita habet: *Carinus proelio victus apud Murcum occiditur; Vopiscus, apud Martianum.*

97. Annis XX. Sic Eusebius, Niceph., Orosius, alii. Cedrenus 22, Aurelius Victor. 25, non sine mendio, ut liquet ex supputatione consulum in Cassiodoro.

98. Euseb. in Chronico, Galerius, inquit, *biennio Augustus imperium tenuit, mox cum alio annis sex.*

99. Annis XXX. Eusebius, Beda et Ado X menses addunt. Nicephorus 31 annos habet, Chronicon Græcum ms. XXX ann. et mensem I. Ex Aurelio Victore colliguntur anni XXXII. Cedrenus triginta tertio imperii anno mortuum scribit. Aurelius etiam Victor ponit post Galerium alios duos Galerios, Armentarium et Galerium Maximumum, et Alexandram.

*Ibid.* Christianus. De Baptismo Constantini, præter Eusebium et Zonaram, initio tom. III scripsit copiose Cedrenus in ejus Vita. Quod fuerit a Sylvestro sanctissimo Romæ papa baptizatus septimo imperii sui anno, et a lepra liberatus, refert Niceph. lib. VII, cap. 41. Ambrosius vero de obitu Theodosii, quod in vitam extremo baptismi gratiam obtinuerit, affirmat. Idem testatur Alexander Monachus lib. de Inventione salutaris crucis; quem Nicomedie obiisse ait, hoc opportune adeptum, ut in Jordane, quod summopere desideraverat, baptizaretur; quam sententiam etiam præbat Hermes, Socrates, et Theodoretus, ut auctor est Nicephorus lib. VIII, cap. 54, quibus consentiunt Rufinus, Oros., Cassiodor. et alii.

*Ibid.* Cruz, etc. An cruz in qua salus nostra vitæ auctor pendit, habuerit quatuor brachia, et an corpus Domini nostri quatuor fuerit clavis transfixum, disputat pie et eleganter Lucas episcopus Tudensis Hispanus adversus Albigenes, quem me. in Bibliotheca habeo. De ejus inventione Alexand. Monachus nondum editus, qui apud me est Græce est.

*Ibid.* Inarianum dogma. Hanc sententiam dedit etiam Cedrenus in Compendio Histor. in Vita Constantini.

*Ibid.* De baptismo Constantini satis superius a aliis disputatum est. In Codice Florentino, etc. Marci, pro Constantinus autem in extremo.

extremo vitæ suæ ab Eusebio Nicomediensi episcopo baptizatus, in Ariam dogma convertitur: heu, probo non bono usus principio, et sine malo.

100. [559] Constantius et Constans regnaverunt annis xxiv. Constantius crudelitate morum terribilis, a Persis multa perpressus est. Deinde Ariannus effectus catholicos toto orbe persequitur. Cujus etiam favore Arius fretus, dum Constantinopolin ad ecclesiam pergeret, adversus nostros de fide dimicaturus, divertens per forum Constantini ad necessariam causam, viscera ejus repente simul cum vna effusa sunt. Per idem tempus Athanasius et Hilarius doctrina et confessione fidei celebrantur. Hæresis Anthropomorphitarum 98 in Syria, et Macedonia, et Constantinopoli nascitur. Donatus artis grammaticæ scriptor, ac præceptor Hieronymi, Romæ illustris habetur. Antonius monachus moritur. Ossa Andreae et Lucæ apostolorum Constantinopolim transferuntur.

101. [561] Julianus regnat annis ii. Hic ex clerico imperator ac paganus effectus, ad idolorum cultum convertitur, ac Christianis martyria intulit. Liberales litteras Christianos docere vel discere vetuit. Qui etiam, dum in odium Christi templum Jerosolymis Judæos reparare permisisset, atque ex omnibus provinciis Judæi collecti nova templi fundamenta jacerent, subito nocte oborto terræ motu, saxa ab imo fundamentorum excussa, longe lateque sparsa sunt. Igneus quoque globus ab interiori aede templi egres-

hære subrogantur: *Cumque bellum in Persas moliratur, in villa publica juxta Nicomediam dispositam bene rempublicam filii tradens, diem obiit.* Cod. Alban. omittit ea omnia, *Constantinus autem... sine malo.* Omittit pariter Codex Casenas antiquissimus Etymologiarum, in quo insertum est hoc Chronicum pro alio breviori quod plerique alii Etymologiarum Codices exhibent. Ac fortasse Isidoro ab aliquo adjecta sunt. In Editione Grialii scribitur *Arius, Ariannus*: sed communior scribendi ratio est *Arius, Ariannus*; atque id ita observatur in Historia Gothorum ejusdem Editionis. AREV.

101. Annis xxiv. Sic Orosius, Niceph., Cedren. et Chronic. Græcum. Hieronymus in suo ad Eusebium Chronico, mens. v diesque xii addit. In Adone ponuntur anni xviii, mens. v, dies xiv.

*Ibid. Divertens.* De morte Arij Rufinus lib. x Eccles. Histor. cap. 43. Et Cedren. cum Epiph. lib. ii contra Hæreses. sic inquit: *Noctu Arius ad sellam progressus, necesse: il oneris deponendi, gratia, crepuit, quemadmodum et Judas quondam.* Idem Theodoretus lib. i Eccles. Hist. cap. 14.

*Ibid. Donatus.* Hieronymus Donatum vocat præceptorum suum multis in locis; præsertim in Commentariis in Eccles. cap. i, in illud: *quid est quod factum est?* et in Apologia, adversus Rufinum, et scripsisse Commentarios in Virgilium ait.

*Ibid. Ossa.* Postea Melphin (*corrigere* Amalphim) ossa Andreae apostoli translata sunt. Caput Pio secundo Romam allatum et in Basilica divi Petri collocatum.

*Ibid. Alii: Antonius monachus centum annorum ægens in eremo moritur.* AREV.

101. Annis ii. Consentit Nicephorus et Chronicum Græcum. Hieronymus a quibusdam anno i, mens. vii, ab aliis ann. ii, mens. viii, regnasse traditum ait. Orosius i ponit imperii annum, et mens. viii. Paulus Diaconus ii imperii anno extinctum asserit.

*Ibid.* De morte Juliani variæ sunt opiniones, ut est apud Niceph., lib. x, cap. 24; Hieronym. in additionibus in Chronicum Eusebii, et Zonar., lib. iii,

sus, plurimos eorum sine prostravit incendio. Quo terrore reliqui pavescit, Christum confitebantur iuvii. Et, ne hoc casu crederent factum, sequenti nocte in vestimentis eunctorum crucis apparuit signum. Julianus autem contra Persas procedens, facta congressione, jaculo suscepto, interiit.

102. [562] Jovianus regnat anno i. Qui, dum se ab exercitu imperatorem legi conspiceret, sequi Christianum affirmans, paganus præesse non posse adsereret: *Et nos, inquit omnis exercitus, qui per Julianum nomen Christi abjecimus, tecum Christiani esse volumus.* Quibus ille auditis, imperii sceptrum suscepit, firmataque pace 99 cum Persis, rediit; qui, lege protinus data, Christianis privilegia reddidit, ac templa idolorum claudi præcepit.

103. [576] Valentinianus et Valens frater ejus regnant annis xiv. Gothi apud Istrum bifarie, in duobus Fridigerno et Athalarico divisi sunt regibus. Sed Fridigernus Athalaricum Valentis, Ariani imperatoris, auxilio superans, suadente eodem, in hujus beneficii gratiam, ex catholico Ariannus cum omni gente Gothorum effectus, errorem secutus est ipsius. Tunc quoque Gifulas, Gothorum episcopus, ad instar Græcarum litterarum, Gothis tunc reperit litteras, et utrumque testamentum linguam in propriam transtulit. Photinus quoque, et Eunomius, atque Apollinaris hæresiarchæ eodem tempore agnoscuntur.

et Cedrenum, et Aimonem de Christianarum rerum Memoria, lib. ix. Paulus Orosius sic lib. vii, cap. 50: *Itaque postquam a Ctesiphonte castra movit, dolo cujusdam transfugæ in deserta perductus, cum vi sitis et ardore solis, atque insuper labore arenarum confectus periret exercitus, imperator tanto rerum periculo anxius, dum per vasta deserti incautus evagatur, ab obvio quodam hostium equite, conto ictus, interiit.*

*Ibid.* Alii, *aliqui, pro reliqui; et eorum pro eunctorum.* AREV.

102. Anno i. Menses viii, Hieronymus et Orosius ix. Niceph., Cedrenus, amplius xv dies ponunt. Chronicum Græcum: mens. x, dies xv.

*Ibid. Qui lege.* Cedrenus ait edictum per totum Romanum imperium emisisse; idem Niceph., lib. x, cap. 39. Ammianus Marcellin. Christianæ legis studiosum fuisse asserit.

103. Annis xiv. Sic et Chronicum Græcum: *Ἐβαστασε, inquit, Ῥωμαίων ὁ αὐτὸς καὶ θεωτάτος Οὐαλεντινῆος ἔτα ἰδ'.* Niceph., ann. x, mens. ix. Orosius, lib. vii, cap. 32, in imperio mansisse ait ann. xi. Cedrenus Valentinianum xi annis imperasse, Valentem postea triennio, scribit.

*Ibid.* In alio Ms. erat: *Sed Fridigernum Alaricus superans; verum corrupte ut constat ex Eutropio in Valente, qui Athalaricum a Fridigerno, auxilio Valentis, victum affirmat.*

*Ibid.* Eutropius, lib. xii, in Valente, Ulfas episcopus Ariannus, qui moratus sub Constantio fuerat, et cum Eudoxio et Aetio Ariannus, Niceph., lib. xi, cap. 48, eum vocat Ulphilam; Rodericus Toletanus, in sua Historia, Gudilam, lib. ii, cap. 1; Ado, Ulfilam. Sunt qui Gulfam et Gullfilam.

*Ibid.* Photinus. Concilium Syrmiese adversus eum congregatur, Niceph. lib. ix, cap. 3. Socrat., lib. i, cap. 29. Sozomenus, lib. iv, cap. 5 et 6. A Damaso damnatur, Niceph. lib. xii, cap. 17 et 18.

*Ibid.* Eunomius. Rufinus, lib. x, cap. 25; August., Lib. de Hæres., cap. 54; Hieronym., in iv Oscæ. Ad-

104. [5582] Gratianus cum fratre Valentiniano regnat annis vi. Ambrosius, Mediolanensis episcopus, in catholicorum dogmate claruit. Priscillianus hæresim infandam nominis sui in Hispaniam inexit. Martinus, episcopus Turinorum Galliae civitatis, multis miraculorum signis effulsit.

100 105. [5590] Valentinianus cum Theodosio regnat annis viii. Synodus Constantinopoli. et sanctorum Patrum colligitur a Theodosio, in qua omnes hæreses condemnantur. Hieronymus presbyter in Bethleem toto mundo clarus habetur. Priscillianus, accusante Itacio, a Maximo tyranno gladio caditur. Per idem tempus caput Joannis Baptistæ Constantinopolim est perductum, et in septimo milliario civitatis humanum. Gentium quoque templa per totum orbem, jubente Theodosio, eodem tempore subvertuntur. Nam adhuc infæderata manebant.

106. [5593] Theodosius, cum Arcadio et Honorio regnat annis iii. Per idem tempus Joannes anachoreta virtutum miraculis habetur insignis; qui etiam Theodosio consulente, de Eugenio tyranno victoriam illi prædixit.

107. [5606] Arcadius cum fratre Honorio regnat annis xiiii. Hujus temporibus Augustinus episcopus doctrinæ scientia insignis habetur. Joannes quoque Constantinopolitanus, et Theophilus Alexandrinus, illustres episcopi prædicantur. Per idem tempus Donatus, Epiri episcopus, virtutibus insignis est habitus. Qui draconem ingentem, expuens in ore ejus, peremit, quem octo jugâ boum ad locum incendii vix trahere potuerunt, ne aerem putredo ejus corrumperet. Per idem tempus corpora sanctorum Nabucæ et

versus eum scripsit Basilus, et primum concilium Constantinopolitanum in eum est habitum Damaso P. M. De Hæresi Apollinaris est apud August. hæres. 55, et Theodor., lib. v, cap. 10.

*Ibid.* *Gulfalas.* Nomen genuinum videtur esse *Wulfilas*, et hinc apud alios *Gulfilas*. Nam septentrionalibus gentibus *Wu* valet in pronuntiando *gu*, ut observavi in prolegomenis ad Dracontium, cap. ix, n. 95. Iterum de *Wulfila* in Historia Gothorum, num. 8. Post verba *eodem tempore agnoscuntur* quidam *Ms.* addunt: *Hucusque Eusebius et Hieronymus.* AREV.

104. Annis vi. Concordant Orosius, Prosper, Paulus Diaconus, Zonaras et alii; Ado, vii.

*Ibid.* De Priscilliano vide divum Augustinum, lib. de Hæresib., hæres. 7, et Hieronymum, ad Ctesiphontem, et in Catalogo: Leonem papam, epist. 93; Severum Sulpicium, lib. ii Eccles. Historiæ; concilium Tolentan. i, et Bracarense, ubi ejus errores et impietas recensentur.

105. Annis viii. In alio exemplari ix, sed viii scribendum existimo ex supputatione Coss. qui apud Cassiodorum recensentur. Prosper vii tantum ponit. In Etymologiæ mss. Codd. nunc vi, nunc vii, aliquoties etiam viii et ix habentur.

106. Annis iii. Convenit Prosper, et ipse in Etymologiis. Eutropius, lib. xiii. Mansitque in imperio annis undecim, cum jam in Orientis partibus sex annis, Gratiano largiente et simul imperante, regnasset. Idem Paulus Orosius, lib. vii, cap. 55. Idem Paulus Diaconus, lib. xiii, in principio.

*Ibid.* De isto Eugenio grammatico et litterarum doctore, postea misse, vide Paulum, lib. xiii, in principio. De Joanne autem anachoreta est insignis mentio apud Rufinum, lib. xi, ca. 32, et xix; et Prosperum

Michææ prophetarum divina revelatione produntur. Gothi Italiam deprædantur. Vandali atque Alani Gallias aggrediuntur.

101 108. [5621] Honorius, cum Theodosio minore, fratris filio, regnat annis xv. His imperantibus, Gothi Romam capiunt, Vandali quoque et Alani, et Sævi, Hispanias occupant. Hac tempestate Pelagius adversus Christi gratiam erroris sui dogmata prædicat; ad ejus damnationem concilium, apud Carthaginem, ccciv episcoporum congregatur. Hoc tempore Cyrillus, Alexandriae episcopus, insignis est habitus.

109. [5648] Theodosius Minor, Arcadii filius, regnat annis xxvii. Vandali ab Hispania ad Africam transeunt. Ibi catholicam fidem Arianæ impietate subvertunt. Per idem tempus Nestorius, Constantinopolitanus episcopus, suæ perfidiæ molitur errorem; adversus quem Ephesina synodus congregata, ejus impium dogma condemnat. Hoc etiam tempore diabolus in specie Moysi Judæis in Creta apparet, dum eos per mare pede sicco ad terram repromissionis promittit perducere, plurimisque necatis, reliqui, qui salvati sunt, confestim ad Christi gratiam convertuntur.

110. [5654] Martianus regnat annis vi. Cujus initio Chalcedonense concilium geritur, ubi Eutyches cum Dioscoro Alexandrino episcopo condemnatur. Hujus autem sexto imperii anno, Theodoricus rex Gothorum, cum ingenti exercitu Hispaniam ingreditur.

111. [5670] Leo Major cum Leone Minore regnat annis xvi Alexandria, et Ægyptus synodum Chalcedonensem detrahens, errore Dioscori hæretici languens, in mundo repleta spiritu, canina rabie latrat.

cum Zonara et Paulo Diacono, lib. xiii.

107. Annis xiiii. Ita Prosper, Cassiodorus, Sigebertus, et Tudens, Niceph. addit mens. iii; Cedrenus et Chronicon Græcum xiv annos ponunt. Epitome Chronicorum Severi cognomento Sulpitii, quæ apud me est ms. xii tantum agnoscit. Paulus Orosius, lib. vii, cap. 56, post patris excessum xii annis regnasse affirmat.

*Ibid.* Ex Sozomeno, lib. vii, cap. 25, constat sanctum Donatum Eudrææ, in Epiro, fuisse episcopum, et Nicephoro, lib. xii, cap. 43, ubi Eudrææ, in Epiro, dicitur episcopus.

*Ibid.* *Expuens, etc.* Al., *expuens in os ejus necavit, quem, etc.* AREV.

108. Annis. xv. Ita Cassiodorus, Tudensis, Ado, et ipse in Etymologiis. Sigebertus annum unum detrahit; Prosper unum adjicit.

D 109. Annis xxvii. Ita Cassiodorus, Paulus Diaconus, Tudensis, et alii. Sigebertus tradit eum utrique regno solum iii, annis imperasse, posteaque sibi Valentinianum Placidiam amixæ suæ, ex Constantio filium æstivasse, cum eodemque aliis xiv annis regnasse, qui simul collecti nostrum numerum explent, Prosper xxx ann. ponit; Ueda xxvi, Martinus Polon. xxvii, ut noster hic.

*Ibid.* *Regnat, etc.* Al., *regnat annis xxvi. Cons. Wandalarum ab Hispaniis ad Africam transit. It., etc.* AREV.

110. Annis vi. Ita Paulus Diaconus, Sigebertus, Tudens, et alii. Cassiodorus cum Cedreno vii. Ado Viennensis: *Martianus, inquit, imperator obiit anno imperii sui anno, sexto mense completo.*

*Ibid.* *Theodoricus.* In alio *Ms.*: *Theodoricus, August. et Sigebertus, Theodoricus, similiter Ado Viennensis, Rodericus Toletanus, lib. ii, cap. 8, Theodoricus.*

111. Annis xvi. Ita Nicophorus, Cassiodorus, Paul.

Per idem tempus apparuit hæresis Acephalorum Chalcedonense 102 concilium impugnantium, qui ideo Acephali, id est, sine capite nominantur, quia, quis primus eam hæresin introduxerit non invenitur, cujus hæresis peste plurimi hactenus orientalium lanquent.

112. [5687] Zenon regnat annis xvii. Ab isto Acephalorum hæresis defenditur, et decreta Chalcedonensis concilii abdicantur. Iste Zenon Leonem Augustum filium suum interficere quærens, pro eo mater ejus alium filium similem obtulit, ipsumque Leonem occulte clericum fecit, qui in clericatu usque ad Justiniani tempora vixit. Per idem tempus corpus Barnabæ apostoli et Evangelium Matthæi ejus stylo scriptum, ipso revelante, repertum est.

113. [5714] Anastasius regnat annis xvii. Iste, Acephalorum errorem vindicans, episcopus Chalcedonensis synodi defensores exilio damnat, Evangelia quoque, tanquam ab idiotis evangelistis composita, reprehendit atque emendat. Eo tempore Fulgentius episcopus in confessione fidei et scientia claruit. Trasemundus, Vandalorum rex, in Africa catholicas Ecclesias claudit, et ex episcopos in Sardiniam mittit, contra Catholicos sævit. Per idem tempus apud Carbaginem O'lympus quidam Arianus, in balneis sanctam Trinitatem blasphemans, tribus igneis jaculis, ingelo immitente, visibiliter est combustus. Barbas quoque quidam Arianus episcopus, dum contra regnam fidei quemdam baptizans dixisset: «Baptizat te 103 Barbas, in nomine Patris, per Filium, in Spiritu

A sancto, » statim aqua fontis illius quæ fuerat ad baptizandum deportata nusquam apparuit. Quod aspiciens, qui baptizandus erat, confestim ad catholicam Ecclesiam abiit, et juxta morem evangelicæ fidei baptismum Christi suscepit.

114. [5723] Justinus Major regnat annis ix. Iste synodi Chalcedonensis amator Acephalorum hæresim abdicat. Hujus tempore, post Trasemundum Childericus, ex Valentianiani imperatoris captiva filia genitus, in Vandalis regnum suscepit, qui sacramento a Trasemundo astrictus, ne Catholicis in regno suo savorer, antequam regnum susciperet, episcopus ab exilio reverti jussit, eisquo proprias Ecclesias reformare præcepit.

115. [5762] Justinianus regnat annis xxxix. Iste, B Acephalorum hæresin suscipiens, omnes in regno suo episcopos tria Chalcedonensis concilii capitula damnare compellit. In Alexandria Theodosiana et Gaiana hæreses oriuntur. In Hispaniam per Athanaildum tyrannum Romanus miles ingreditur. Belisarius patricius mirabiliter de Persis triumphavit. Qui deinde a Justiniano in Africanam missus, Vandalorum gentem delevit. In Italia quoque Tottila, Ostrogothorum rex, a Narse Romano patricio superatur. Per idem tempus corpus sancti Antonii monachi divina revelatione repertum Alexandriam perducitur, et in ecclesia sancti Joannis Baptistæ humatur.

104 116. [5773] Justinus Minor regnat annis xi. Hic ea quæ adversus Chalcedonensem synodum fue-

Diacon. Sigebertus Palmerius, et alii. Beda cum Cedreno xvii, Zonaras xviii.

Ibid. Acephali. Nicephorus, lib. xviii, cap. 45. Inicem hujus hæresis facit Severum Antiochenum, et subdit Acephalos ob eam causam sic dictos, quod ab episcopis non essent.

112. Annis. xvii. Ita Niceph., Cassiod., Ado et alii. «Sigeberti Chronic» scribitur xix ann. regnasse. Sunt qui dicant ann. xvii, mens. vi. Consule Chronicon Meratoris et Onuphrii fistos. Cum Isidoro faciunt Græci nostri annales *ἰθασιλευσε Ζήνων ἀγούστος ἔτη ιζ'.*

Ibid. Zete Zenon. Gotfridus in Pantheo, historicus non iudicis gens. Conradi III a sacris scriniis præfectus, Baron. part. xvi, verisibus id extulit:

Zeno pater patriæ regna paterna tenet,  
Inclutus ejus erat Leo filius, uicicus hæres,  
Militia validus, prælia sæpe gerens.  
Ille necem quæsisse patris falso reputatur.  
Zeno pater, cui dicta parent, jubet ut moriatur,  
Mater ab appositis obviat arta satis...

Ibid. Cedrenus: *Eo, inquit, tempore reliquiæ beati apostoli Barnabæ inventæ sunt. In Cypro jacebat cadaver ab arbore ceraso, Evangelium quod sanctus Matthæus compererat in pectore gerens manu Barnabæ scriptum.*

Ibid. Iste Zenon... quærens, etc. Nominativus absolutus pro ablativo, ut multis aliis in locis notatum est. AREV.

113. Annis xvii. Sic ipse in Etymologiis, Tudensis, et Ado, cum Paulo Diacono, Nicephorus ver. et Cedrenus mens. iv addunt; Zonaras iii. Evagrius, lib. Hist. iii, cap. 44, imperii anno vigesimo septimo, mensibus et diebus iii, additis excessisse tradit. Consule Onuphrium. Godofredus anno imperii 28, fulmine ictum, interiisse scribit. Pomponius Lætus ponit ann. xxi, mens. ii, dies xxix.

Ibid. Legendum, contra omnium exemplarium scripturam, Historiæ veritate cogente: *Barbam quoque*

C quidam Arianus episcopus, dum contra regulam fidei baptizans, dixisset: *Baptizo te, Barba*, etc. Ex Paulo Diacono, lib. xv. Cæterum, inquit, Deuterius episcopus Arianorum Byzantii baptizans quemdam virum *Barbam nomine, cum contra regulam fidei*, etc. Et Cedren.

Ibid. Mittit... Olympus quidam. Al., mittit. Fulgentius quoque in confessione fidei, et scientia floruit. Olympius quidam. AREV.

114. Annis ix. Sic Beda, Cedrenus, Chronicon Græcum, Palmerius et alii. Nicephorus iii menses adjungit. Zonaras xx dies, Marcellinus, Theodorus Lector, et Evagrius, lib. iv Histor., cap. 9, ann. ix, dies xxiii; Sigebertus, ann. x; Paulus Diaconus, xi.

Ibid. Ex captiva. Ex Eudoxia Valentianiani principis filia, quæ Trasemundo nupsit, ex quo Childericum suscepit.

115. Annis xxxix. Convenit Tudensis, Ado et ipse in Etymologiis. Sigebertus xxx tantum habet annos, quibus Nicephorus dies vii adjungit. Zonaras et Cedrenus, ann. xxxviii, mens. vii, dies. xiii. Paulus Diaconus, xxxviii ann., mens. et dies omittit, lib. xvi.

Ibid. Tria capitula. Isidorus, de Viris illustribus, in Justiniano, de synodo Chalcedonensi: *Tria capitula damnare contendit, id est, Theodori Mopsuesteni episcopi dicta, et rescripta Theodoretii, et epistolam quæ dicitur Iba, Edessæ episcopi.*

Ibid. Narse. Narses Eunuchus, cubicularius Justiniani, exarchus Italiæ factus. Paulus, lib. xvi, et Ado.

116. Annis xi. Justinus Minor Sigeberto xii annis imperavit; Nicephoro xii ann., mens. ii, dieb. 20; Zonaras et Cedreno ann. xiii.

Ibid. Tempore Justinii, sub Vigilio papa congregatum est concilium Constantinopolitanum; verum non intelligitur, nisi de prima synodo Constantinopolitana cu. Patrum sub Theodosio seniore celebrata, in qua symboli forma data est, quam tota Græcorum et Latinorum prædicat confessio in Ecclesiis. Vide de



rant edita, destruxit, et symbolum cl. Patrum sacrificii tempore concinendum populo præcepit. Armenii tunc primum fidem Christi suscipiunt. Gepidæ extinguuntur a Longobardis. Per idem tempus Martinus, Bracarenensis episcopus, apud Gallæciam prudentia et doctrina catholicæ fidei clarus habetur. Narses patricius, postquam sub Justiniano Augusto, Totilam Gothorum regem in Italiam superavit, Sophiæ Augustæ Justiniani conjugis minis perterritus, Longobardos a Pannoniis iuvavit, eosque in Italiam introduxit. Itac tempestate Leovigildus, rex Gothorum, quasdam Hispaniæ regiones sibi rebelles in potestatem sui regni superando redegit.

147. [5789] Tiberius regnat annis vii. Longobardi, pulsus Romanis, Italiam adeunt; Gothi, per Hermenegildum Leovigildi regis filium, bifarie divisi, mutua cæde vastantur.

148. [5801] Mauricius regnat annis xxi. Sueri a Leovigildo rege obtenti Gothi subijciuntur; iidem quoque Gothi, Recaredo religiosissimo principe provocante, ad fidem catholicam convertuntur. Abares adversus Romanos dimicantes, auro magis quam ferro pelluntur. Ab Hunnis Thracia occupatur. Hoc tempore Leander episcopus in Hispaniis ad gentis Gothorum conversionem doctrina fidei et scientiarum claruit.

hac re Valafridum, de Rebus Eccles., cap. 23, et concil. Toletan. iv.

147. Annis vii. Convent Beda, Ado et ipse in Etymologicis, Cedrenus, et Annales Græci, ann. iv; Zonaras, ann. iv, mens. x, dies viii; Niceph., ann. v; Sigebert. et Tudens., ann. vi. De varietate annorum Tiberii, Continus in notis ad Niceph. Chronologiam disserit. *Ibid.* In Codice Urbino Vaticano, de quo Schelstratus, tom. I, pag. 593, post cæde vastantur, additur et ipse martyrio coronatur. AREV.

148. Annis xxi. Concordant Sigebertus, Ado, et Beda. Niceph., ann. xx, mens. iv. Cedren., ann. xx, mens. iii, dies ii; Palmerius, ann. xx; sic Zonaras et ipse Niceph., Eccles. Hist.; similiter Pomponius Lætus.

*Ibid.* Leander. Leandri vitam describit divus Isidorus libello de Viris Illustribus.

*Ibid.* Mellitus. Gothi, Recaredo principe intendente, ad catholicam fidem revertuntur. Eo tempore Gregorius Romæ episcopus insignis celebratur; tuncque Abares, etc. Alii, pro ab Hunnis... claruit, id exhibent, hoc tempore sanctus Gregorius Romæ episcopus insignis habetur. AREV.

149. Annis viii. Sic Niceph., Zonaras, Cedrenus, Ado, Tudens. et alii. Onuphrius, ann. viii, mens. iv, dieb. ix.

*Ibid.* Antiquis quatuor aurigantium, teste Cassiodoro, factiones a colore nominatæ fuere, veneta, prasina, alba, rosea, quibus, ut scribit Suetonius, duas alias addidit Domitianus, alteram aurati, alteram purpurei panni. Igitur id genus hominum sediciosorum a coloribus nomina accepit. Xiphilinus in Caligula tradit huic imperatori aurigam quemdam, a colore vestis viridis, Prasini appellatum, maxime in deliciis fuisse.

120. Sisebutus, rex optimus, et religiosissimus fidei catholicæ propugnator et cultor acerrimus, Gundinarii regis successor, concilium quartum Toletanum, quæ magna synodus appellatur, congregavit, ubi cap. 65, dicitur temporibus religiosissimi principis Sisebuti Judæos ad fidem Christianam coactos fuisse. Ad hunc Isidor. librum de Natura rerum scripsit.

*Ibid.* In nonnullis Mss. in Gallia, ut videtur, exaratis, aut inde descriptis, hæc ita concinnantur: *Heraclius annis xxvi regnavit. Hic imperii sui anno 5 dum fungitur, Sisebutus Gothorum... convertit, præ-*

A 105 119. [5809] Phocas regnat annis viii. Iste seditione militari imperator effectus, Mauricium Augustum et multos nobilium interfecit. Hujus tempore Prasini et Veneti per Orientem et Ægyptum civile bellum faciunt, ac sese mutua cæde prosternunt. Prælia quoque Persarum gravissima adversus reipub. excitantur; a quibus Romani fortiter debellati, provincias plurimas, usque ad Euphratem fluvium, et ipsam, ut dicunt, Hierosolymam amiserunt.

120. [5814] Heraclius dehinc quantum agit imperii annum. Cujus initio Sclavi Græciam Romanis tulerunt. Persæ Syriam, et Ægyptum, plurimasque provincias. In Hispania quoque Sisebutus, Gothorum rex, quasdam ejusdem Romanæ militiæ urbes cepit, et Judæos sui regni subditos ad Christi fidem convertit.

B 121. Fiunt igitur ab exordio mundi usque in præsentem æram 654, hoc est in anno quinto imperatoris Heraclii, et quarto 106 gloriosissimi principis Sisebuti, anni quinquies mille octingenti quatuordecim.

122. Residuum sæculi tempus humanæ investigationi incertum est; omnem enim de hac re quæstionem Dominus nos ter Jesus Christus abstulit, dicens: *Non est vestrum scire tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Et alibi: *De die autem, inquit, illa et hora, nemo scit, neque angeli celorum,*

*ter eos qui fuga lapsi latenter migraverunt ad Francoas. Hujus imperii oris temporibus usque ad imperii sui annum 14 et Lotarii gloriosissimi principis regni sui anno 40, multa reipublica ubique pene a diversis gentibus dispendia illata fuerunt. Hujus tempore Persæ Chalcedonem usque perenerunt. Ili murum longævum irrumpentes, et ad mœnia Constantinopolis accedentes cum prædicto imperatore in muro stante mutuo colloquantur, qui accepto pretio pacis ab eo recedunt. Residuum sæculi tempus humanæ investigationi incertum est, etc. AREV.*

121. Et quarto. In alio ms. erat quinto; verum male, cum ex Isid. ipso, in Historia Gothorum constat Sisebutum Heraclii ann. 2 ad publica gubernanda evectum. Observa autem esse quosdam qui existimant Isidorum bis Chronicon suum edidisse, primo usque ad annum quintum Heraclii, et quintum Sisebuti, nempe ad annum Mundi 5814, deinde vero additis ann. 43, usque ad 18 Heraclii, et 7 Suintilii., nempe ad annum ab orbe condito 5827. In multis exemplaribus primam invenio conclusionem hujus Chronici. In exemplari autem Sorienti, quod omnium antiquiss. est, duplex ejus conclusio legitur, prior quidem, D quam nos posuimus, posterior vero hoc modo: *Heraclius dehinc 18 agit imperii annum, cujus initio Sclavi, etc. Fiunt igitur ab exordio mundi, usque in præsentem æram 655, hoc est, in anno 18 imperii Heraclii, et 7 religiosi principis Suintiliani, mmmcccxxvi. Residuum sæculi tempus, etc., ut sup. Vaszus, lib. 1 Anualium Hispanicorum, cap. 4, affirmat se invenisse Chronicon Isidor. usque ad 5 annum Suintiliani, qui fuit annus Domini 626. Est etiam apud me Chronicon Isidori ms. diversam ab omnibus aliis conclusionem habens. Verum de hac duarum Editionum opinione dicam quod sentio: Existimo Chronicon hoc divi Isidori semel dicitur ab eo evulgatum fuisse, cum in præfatione dicat (ut in antiquiss. quibusq. et emendatissimis exemplaribus legitur) se scribere usque ad Sisebuti tempora; aliquot vero annis post librum Etymologicarum ab eodem fuisse conscriptum, in cujus lib. v, cap. 37, usque ad 5 (alias 7) Suintiliani annum, et Heraclii 18, progreditur. Nam illud certum est, Isidorum ultimo librum Etymologicarum ad Braulionis Cæsaraugustani petitionem scripsisse,*



nisi Pater solus. Unusquisque ergo de suo cogitet transitu, sicut sacra Scriptura ait: *In omnibus operantur* acatur divus Hldefonsus in additione Virorum Illustr. *Scrpsit quoque, inquit, ultimo, ad petitionem Braulionis, Cæsaraugustani episcopi, librum Etymologiarum; quem cum nullis annis conaretur perficere, inesperto opere, diem extremum visus est eluasse. Idem affirmat Braullo ipse in ejus Vita, atque opus hoc relictum fuisse titulis, non libris distinctum,*

*ribus memorare novissima.* Quando enim unusquisque de sæculo migrat, tunc illi consummatio sæculi est. quod postea ab ipso factum est. Puto itaque conclusionem, quæ est in Etymologiis, ab aliquo in Chronicon translata, et vicissim Chronici in Etymologias; et in Chronico legendum usque ad 5 Sisebuti annum, in Etymologiis usque ad 7 Suintiliani. Hæc mihi occurrunt; qui secus sentit, non rejicio ejus conjecturam.

## 107 SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

# HISTORIA DE REGIBUS GOTHORUM, WANDALORUM ET SUEVORUM.

### Prologus.

1. Omnium terrarum, quæque sunt ab occiduo usque ad Indos, pulcherrima es, o sacra, semperque felix principum, gentiumque mater Hispania. Jure tu nunc omnium regina provinciarum, a qua non Oceanus tantum, sed etiam Oriens lamina nutuat. Tu decus, atque ornamentum orbis, illustrior portio terræ: in qua gaudet multum ac largiter floret Geticæ gentis gloriosa secunditas.

108 2. Merito te omnium ubertate gignentium natura ditavit. Tu baccis optima, vis profusa, messibus læta, segete vestitis, oleis innumbratis, vite prætexeris. Tu florulenta campis, montibus frondua, piscosæ littoribus. Tu sub mundi plaga gratissima sita, nec æstivo solis ardore torreris, nec g'aciali rigore tabescis, sed temperata cœli zona præcincta, sephyris felicibus enuriris. Quidquid enim arva secundum, quidquid metalla pretiosam, quidquid animantia pulchrum et utile ferunt parturis. Nec illis amnibus posthabenda, quos clara speciosorum gregum fama nobilitat.

3. Tibi cedit Alphæus equis, Clitumnus armentis, quanquam volucres per spatia quadrigas olympicis sacer palmis Alpheus exerceat, et ingentes Clitumnus juvenecas capitolinis olim immolaverit victimis. Tu nec Etruræ saltus uberior pabulorum requiris, nec lucos Motorchi palmarum plena miraris, nec equorum cursu tuorum eteis curribus invidelis. Tu superfluis secunda fluminibus, tu aurifluis salva torrentibus. Tibi fons equi genitor. Tibi vellerâ indigentis fucata conchylitis ad rubores tyrios inardescunt. Tibi fulgurans inter obscura penitorum montium lapis jubare contiguo vicini solis accenditur.

4. Alumnis igitur, et gemmis dives et purpuris, rectoribus pariter et dotibus imperiorum fertilis, sic opulenta es principibus ornandis, ut beata pariendis. Jure itaque te jam pridem aurea Roma caput gentium concupivit, et licet te sibimet eadem Romulea virtus primum victrix sponderit, denuo tamen Gothorum florentissima gens post multiplices in orbe victorias certatim rapuit et amavit, fruiturque hæcenus inter regias infulas et oves largas, imperii felicitate secunda.

PRÆF. N. 1. Hoc elogium Hispaniæ, sive præfatio in Historiam Gothorum desideratur in antiquis Editionibus operum sancti Isidori, ut observavi in Isidorianis, cap. lxxix, cui hunc feri titulum: *Historia de regibus Gothorum, Wandalorum et Suevorum Isidoro contra Pellizerium vindicatur. Codices mss., Editiones inter se diversæ Chronicon Visigothorum, Wulsæ dictum, an sit Isidori. Monumentum de hoc Chronico ex Editione Patrum Toletanorum. Exemplar interpolatum Historiæ inter Chronica Turcensis. Alia mutila, ut videtur, ab Isidori tempore, et cur? Verba Isidori de sancti Hermenegildi adversus Patrem bello exposita. Mirum Isidori et aliorum Patrum Ecclesiæ Gothicæ silentium de glorioso sancti Hermenegildi martyrio. Obsequium episcoporum Ecclesiæ Gothicæ in quibusdam arduis regum factis. Quo uberiorem sermonem in Isidorianis adhibui, ut difficiliora quæque loca operum sancti Isidori enuclearem, eo nunc minus mihi laborandum fuit in hujus aliorumque ejusdem Isidori operum notis adornandis. Ac potius sane multo brevior fuisse in Isidorianis, si in subjiciendis annotationibus abundare voluissem.*

B Nunc variam præfationis scripturam indicabo. Quæque ita recte Labbeus, pro quæcunque; nam quisque pro quicunque accipitur; alii quæ. Ibid., ac largiter floret; al., ac multum foret. AREV.

2. Læta. Al., læta. Ibid. Frondua. Codex Legionensis frondea. Ibid. Gregum. Id retinendum cum Labbeo, neque erat cur Florentius et Editor Matritensis recentis Editionis sancti Isidori præferrent Græcorum enim Grotio. AREV.

3. Cedit. Malim cedit; et in Mss. quidem sæpe occurrit pro i. Ibid. Olympicis. Grotius, olim Pisis, quod corruptum est. Ibid. Invidelis, al., invidelis. Apud Labbeum deest hæc periodus: Tu nec Hetruriam invidelis. Quod dicitur uberior pabulorum intelligendum est uberior pabulis, fere ut paulo post palmarum plena. AREV.

4. Romulea. Al., Romula. Ibid. Victrix, Ita Cod. Legionensis; alii, victus, aut victam. Ibid. sponderit; al., desponderit, aut possederit. Ibid. Regias infulas; al., regnâ, insulas. Jam Chronicon ipsam quod sequitur, Joan. Baptista Perez nonnullis notis illustravit. AREV.

## INCIPIT HISTORIA.

**1091.** Gothorum antiquissimam esse gentem certum est: quorum originem quidam de Magog, filio Japhet, suspiciantur educi a similitudine ultimæ syllabæ, et magis de Ezechiele propheta id colligentes. Retro autem eruditio eos magis Getas quam Gog et Magog appellare consuevit. Gens fortissima etiam Judæam terram vastatam describitur.

2. Interpretatio autem nominis eorum in linguam nostram *tecti*, quo significatur fortitudo; et re vera, nulla enim gens in orbe fuit quæ Romanum imperium adeo fatigaverit ut hi. Isti enim sunt quos etiam Alexander vitandos pronuntiavit, Pyrrhus pertulit, Cæsar exhorruit. (*Ex Oros.*) Per multa quippe retro sæcula ducibus usi sunt, postea regibus, quorum oportet tempora per ordinem cursim exponere, et quo nomine actuque regnaverint, de historiis libata retexere.

3. Anno ante æram conditam XII, dum pro arripiendo reipublicæ imperio, Cn. Pompeius et C. Julius Cæsar grana civilia commovissent, Gothi, ad præbendum Pompeio auxilium, in Thessaliam adversus Cæsarem pugnaturos venerunt. Ubi dum in Pompeii exercitu Æthiopes, Indi, Persæ, Medi, Græci, Armeni, Scythæ, ac reliquæ Orientis gentes evocatae adversus Julium dimicassent, isti præ cæteris Cæsari fortius restiterunt. Quorum Cæsar copia et virtute turbatus fertur fugam meditatulus esse, nisi nox prælio finem dedisset. Tunc Cæsar ait nec Pompeium scire vincere, nec Cæsarem posse vinci. Nam si Pompeius vincere nosset, hodie cum tam asperis viris Cæsarem superasset.

4. Æra CCXCIV. Anno imperii Valeriani et Gallieni primo, Gothi, **110** descensus montibus Alpibus, quibus inhabitabant, Græciam, Macedoniam, Pontum, Asiam atque Illyricum vastaverunt. Ex quibus Illyricum et Macedoniam 15 ferme annis tenuerunt. Deinde a Claudio Imperatore superati sedes proprias repetunt. Romani autem Claudium Augustum pro eo quod tam fortissimam gentem a finibus reipublicæ removisset, insigni gloria honorantes, in foro illi aureum clypeum, in capitolio auream statuam collocaverunt.

5. Æra CCLXIX, anno XVI imperii Constantini, Gothi, Sarmatarum regionem aggressi, copiosissimis

1. Hieronym., in Quæst. Heb., Genes. x: *Et certe Gothos omnes retro eruditi magis Getas quam Gog et Magog appellare consueverant.*

*Ibid.* Gothorum, etc. Al., *Gothorum antiquissimum esse regnum* *Ibid.* *Retro autem eruditio... consuevit; al., Romani autem eruditi... consueverunt.* *Ibid.* *Gens fortissima... describitur.* Omititur id, ut multa alia, in Codice Labbeano. Fabricius, in Bibliograph., pag. 48, laudat Fabianum Torner, qui de præstantia linguæ veteris Gothicæ, et Strabonum, qui de origine linguæ Gothicæ scripserunt. AREV.

*Ibid.* *In linguam nostram tecti, quo; al., in lingua nostra dicitur, quod.* Alvarus Cordubensis quædam ex hoc Isidori loco sumpsit. Vide, inf., not. ad n. 67. AREV.

3. *Alii itlum, pro Julium, et ei pro Cæsari; et medisse, pro meditatulus esse.* AREV.

4. Æra 291; al., mendose, æra 214. *Ibid.* *Primo.*

A super Romanos irruerunt agminibus, vehementi virtute cuncta gladio et deprædatione vastantes. Adversus quos idem Constantinus aciem instruxit, ingentique certamine vix superatos ultra Danubium expulit, de diversis gentibus virtutis gloria clarus, sed de Gothorum victoria amplius gloriosus. Quem Romani, acclamante senatu, publica laude persecuti sunt quod tantam gentem viccrit, quod patriam reipublicam reformaverit.

6. Æra CDVII, anno V imperii Valentis, primus Gothorum gentis administrationem suscepit Athanaricus, regnans annos XIII, qui, persecutione crudelissima adversus fidem commota, voluit se exercere contra Gothos, qui in gentis sua Christiani dababantur, ex quibus plurimos, qui Idolis immolare non acceperunt, martyres fecit; reliquos autem multis persecutionibus affectos, dum pro multitudine horrebat interficere, dedit licentiam, imo magis coegit de regno suo exire, atque in Romani soli migrare provincias.

7. Æra CDIV, anno XIII imperii Valentis, Gothi in Istrum adversus semetipsos in Athanarico et Frigiderno diu isunt, alternis sese caudibus depopulantes. Sed Athanaricus Frigidernum Valentis imperatoris suffragio superat, Hujus rei gratia legatos cum muneribus ad eundem imperatorem mittit, et doctores propter suscipiendam Christianæ fidei regulam poscit. Valens autem a veritate **111** catholice fidei devius, et Ariana hæresis perversitate detentus, missis hæreticis sacerdotibus, Gothos persuasione nefanda sui erroris dogmati aggregavit, et in tam præclaram gentem virus pestiferum semine pernicioso transfudit, sique errorem quem recessus credulitas exhibet, tenuit, diuque servavit.

8. Tunc Gullitas eorum Gothorum episcopus Gothicas litteras condidit, et scripturas Novi ac Veteris Testamenti in eandem linguam convertit. Gothi autem, statim ut litteras et legem habere cœperunt, instruxerunt sibi dogmatis sui Ecclesias, talia juxta eundem Arium de ipsa divinitate documenta tenentes, ut crederent Filium Patri majestate esse minorem, et æternitate posteriorem. Spiritum autem sanctum, nec Deum esse, neque substantiam Patris existere, sed per Filium creatum esse, utriusque ministerio deditum,

Ita Labbeus, et cum eo Florezius; in Editione Grialii, minus bene, secundo. Lindebrogius legendum ait *ara* 293, anno 3. Montes Alpes vocabantur quilibet montes excelsi. Vide Etymolog. lib. XIV, cap. 8, num. 18. AREV.

*Ibid.* Æra 369. Id retinendum; alii alios numeros indicant. Pro an. 26, mendose apud Grial. 16. AREV.

6. Æra 407. Perezius edidit 408, cum nota, *al.* 407; sed hoc verum est, quod ex Fastis Idacianis alii que monumentis Florezius demonstrat. *Pro affectos dum pro; al. afflictos dum præ; et postea in Romanorum migrare provinciam.* AREV.

7. Alii, *trans Istrum... populates, Grialii Editio, in Istrum.* AREV.

8. *Neque substantiam.* Labbeus neque ex substantia. De Gullita, aut Wullita, dictum in not. ad Chronicon num. 103. Fabricius, pag. 48 Bibliogr., recessit

et corporum obsequio subditam. Aliam quoque Patris sicut personam, sic et naturam asserentes; aliam Filii, aliam denique Spiritus sancti, ut jam non (secundum sanctæ Scripturæ traditionem) unus Deus et Dominus coleretur, sed, juxta idololatriæ superstitionem, tres dii venerarentur. Cujus blasphemix inanium per decessum temporum, regumque successum, annis cccxiii tenuerunt. Qui tandem reminiscens salutis suæ, renuntiaverunt in omni perfidix, et per Christi gratiam ad unitatem fidei catholicæ pervenerunt.

9. Æra cccxvi, anno xiv imperii Valentis, Gothi, qui primum Christianos a terra sua expulerant, rursus ipsi ab Hunnis cum rege suo Athanarico expulsi sunt; transitoque Danubio, cum vim ferre non possent Valentis imperatoris, sese non depositis armis tradunt, et Thraciam ad inhabitandum accipiunt. Sed ubi viderunt se opprimi a Romanis contra consuetudinem propriæ libertatis, ad rebellandum coacti sunt. Thraciam ferro incendisque depopulantur, delectoque Romanorum exercitu, ipsum Valentem jaculo vulneratum, in quadam villa fugientem, succenderunt, ut merito ipse ab eis 112 vivus temporali cremaretur incendio, qui tam pulchras animas ignibus æternis tradiderat.

10. Invenerunt autem eo prælio Gothi confessores priores Gothos, quos dudum propter fidem a terra sua expulerant, et voluerunt eos sibi ad prædæ societatem conjungere. Qui, cum non acquievisset, aliquanti interfecti sunt. Alii, montuosa loca tenentes, et refugia sibi qualiacunque construentes, non solum perseveraverunt Christiani catholici, sed etiam in concordia Romanorum, a quibus dudum excepti fuerant, permanserunt.

11. Æra cccxix, anno imperii Theodosii Hispani, Athanaricus cum Theodosio jus amicitiamque disponens, mox Constantinopolim pergit, ibique quinto decimo die postquam fuerat a Theodosio honorabiliter susceptus interit. Gothi autem, proprio rege defuncto, aspicientes benignitate Theodosii imperatoris, inito fœdere, Romano se imperio tradiderunt et fuerunt cum Romanis xxviii annis.

12. Æra cccxx, anno imperii Theodosii iv, Gothi, patrocinium Romani fœderis recusantes, Alaricum regem sibi constituunt, indignum judicantes Romanæ esse subditos potestati, eosque sequi, quorum jam

Georgii Friderici Heupelii dissertationem de Ulphila, seu versione quatuor evangelistarum Gothica. AREV.

9. In Editione Grialii, mendose, annus 45 Valentis pro anno 14 designatur. Pro a terra sua; al. a sedibus suis. Prezcius scribebat Ugnis, et pro alia lectione Hunnis, quod magis commune est. Pro delectoque, quod alii exhibent, in Editione Grialii est delectoque. Prezcius fortasse volebat disjectoque. Pro succenderunt, etc. alii succendunt, ut merito ipse ab eis vivens. AREV.

10. Alii. Vide Eutropium.

11. Interit: al. moritur. AREV.

12. Quinto. Ita correxit Florezius, quamvis an habeant quarto, uti etiam nom. seq. posuit 11 pro 10, quia ita melius anni præ cum annis imperatorum consentiunt, et in tribus æris sequentibus eadem ratio numerandi servatur. Pro ad prædandas quasque, alii ad lentandas quasque. AREV.

pridem leges imperiumque respuerant, et de quorum se societate prælio triumphantes averterant.

13. Æra cccxxvii, anno imperii Honorii et Arcadii quinto, Gothi, in Alarico et Radagaiso divisi, dum semetipsos in duabus regni partibus variis caedibus lacerarent, ob excidium Romanorum concordæ effecti, consilium in commune constituunt, parique intentione ad prædandas quasunque regiones Italiæ ab invicem dividuntur.

14. Æra cccxxviii, anno Honorii et Arcadii xi, rex Gothorum Radagaisus, genere Scythia, cultui idololatriæ deditus, barbaricæ immanitatis feritate sævisimus, cum ducentis armatorum millibus Italiæ partes vehementi vastatione aggreditur, spondens in contemptum Christi 113 Romanorum sanguinem diis suis libare, si vinceret. Cujus exercitus, a Stilicone duce Romano in montuosis Tusciæ locis circumclusus, fame est potius quam ferro consumptus. Ipse postremum rex captus et interfectus est.

15. Æra cccxxviii, anno imperii Arcadii xv, extincto Radagaiso, Alaricus consors regni, nomine quidem Christianus, sed professione hæreticus, dolens tantam multitudinem Gothorum a Romanis extinctam, in vindictam sanguinis suorum adversus Romanos prælium gessit, obsessamque impetu, igne, gladiis, irrupit, sicque Urbs cunctarum gentium victrix, Gothicis triumphis victa succubuit, eisque capta subjugataque servavit. Tam autem Gothi elementes ibi exstiterunt, ut votum antea darent, quod si ingrederentur Urbem, quicumque Romanorum in locis Christi inveniretur, in vastationem Urbis non mitteretur. Post hoc igitur votum, aggressi Urbem, omnibus et mors et captivitas indulta est, qui ad sanctorum limina confugerunt. Sed et qui extra loca martyrum erant, et nomen Christi et sanctorum nominaverunt, et ipsis simili misericordia pepercerunt.

16. In reliquis autem, etsi præda hostium patuit, ferendi tamen immanitas refrenata est. Incursantibus autem in illa vastitate per Urbem Gothis, dum quidam potens virginem consecratam ætate provectam reperisset, eamque honeste admoneret ut, si quid apud se auri argentique esset, proferret: illa fidei conscientia, quod habuit protulit; cumque ille vasorum forniam

14. Pro anno 11, alii exhibent 10, uti nuper dictum. Grotius, cum ducentis armatis Sarmatarum millibus; at Labbeus cum Edi. Grialii facit. AREV.

15. Æra cccxxviii. Vide Procopium, Jornandem, Marcellinum, Paulum Diaconum.

Ibid. In Editione Grialii, anno imperii et Arcadii. Fortasse Editor voluit, anno Honorii et Arcadii, ut alii habent. Verum Florezius legendum probat anno imperii Honorii, delecto Arcadii nomine tum in hac æra, tum in duabus sequentibus 448 et 454, siquidem Arcadius jam obierat, et tredecim tantum annos cum Honorio regnaverat, ut ex Isidori Chronico patet. Librarii, ut credere par est, ex præcedentibus æris Arcadii nomen cum Honorio conjunxerunt. Pro impetu, igne, gladiis, Labbeus minus bene impetu magnæ etudis; pro Romanorum, alii Christianorum. AREV.

16. Sacram hostiam. Labbeus, sacra hosti, quod fortasse melius. AREV.

et pulchritudinem ex illa antiqua Romanorum opulentia miraretur, virgo ait: *Hæc vasa mihi de sacrario Petri apostoli deposita sunt; præsume, si audes. Ego sacram hostiam dare non audeo.* Gothus ille ad nomen apostoli magno pavore perterritus, regi hoc per nuntium refert, qui confestim rex reportari omnia ad sacrarium sancti Petri **114** per virginem illam summa cum reverentia jussit, dicens: *Cum Romanis gessi bellum, non cum apostolis Dei.*

17. Redit igitur virgo reverentissimis officiis honorata, redeunt et cum illa omnes qui ei se sociaverant, super capita sua vasa illa aurea et argentea cum hymnis et canticis reportantes, exercitus undique jussu regis ob defensionem armatorum custodiis. Concurrent undique ad voces canentium de latibulis agmina Christianorum. Concurrent etiam et pagani, atque admisti inter eos, dum servos Christi se esse fingunt, etiam et ipsi calamitatis excidium evaserunt.

18. Hac tempestate Gothi Placidiam Theodosii principis imperatoris filiam, Arcadii et Honorii imperatorum sororem, cum ingenti auri argenteique thesauro Romæ capiunt; adeptisque multis opibus Romanorum, tertia die, incensa eversaque in partibus Urbe, discedunt; inde conscensis navibus, cum ad Siciliam exiguo ab Italia freto divisam transire disponerent, infesto mari periclitati multum exercitum perdidit. Quibus tanta fuit gloria de Romanæ urbis obtenta, ut in ejus comparatione nihil se mali passos tempestate illa arbitrarentur, damna naufragii eventu victoriæ compensantes. Mors Alarici confestim secuta, vigesimo octavo regni anno defunctus est in Italia.

19. *Æra cdxlviii*, anno imperii Honorii xvii, et primo Theodosii Minoris, Alarico post captam Urbem defuncto, Athaulfus a Gothis Italiæ regno prædicatur annis vi. Iste, quinto regni anno de Italia recedens, Gallias adiit, Placidiam Theodosii imperatoris filiam, quam Romæ Gothi ceperant, conjugem sibi assumpsit. In qua prophetia Danielis a quibusdam creditur fuisse completa, qui ait filiam regis Austri conjungendam regi Aquilonis, nulla tamen de germine ejus sobole subsistente. Sicut, et idem in sequentibus **115** propheta sub-

17. *Reportantes, exercitus, etc.* Editio Grialii, *reportantes. Exercitus undique jussu regis ob defensionem armatorum custodiis concurrent. Undique ad voces, etc.* Mox Labbeus *agmina paganorum, qui dum Christianos se esse fingunt, etc.* AREV.

18. *Placidiam. Al., Placidam.*

19. Editio Grialii indicat æram 449, annum 17 Honorii, et annum 6 Theodosii Minoris. Florezus ex aliis Editionibus, et ex ipso Isidoro alibi restituit æram 448, annum 16 Honorii, et annum primum Theodosii Minoris; sed annum hujus Theodosii cum aliis Editionibus omnino omittit, qui ab Isidoro alibi non exprimitur, cum annos Honorii nominat. In Editione Lindenbrogii omittitur Honorii nomen, et antiquus primus Theodosii Minoris exprimitur. *Secundum Isidorum, ait Lindenbrogius, Arcadius obierit anno Christi 440, æra 448. Florezus præfert cum Labbeo in quo, pro in qua.* Editio Grialii, *quibus ait, pro qui ait.* AREV.

A jungit dicens: *Nec stabit semen ejus.* Nullus enim de utero illius exstitit genitus, qui patris in regno succederet. Athaulfus autem dum, relictis Gallis, Hispanias peteret, a quodam suorum apud Barciunam inter familiares fabulas jugulatur.

20. *Æra cdxiv*, ann. imperii Honorii xiii post obitum Athaulfi, a Gothis Sigericus princeps electus est, qui, dum ad pacem cum Romanis esset promptissimus, mox a suis est interfertus.

21. *Æra* et anno quo supra, Walia Sigerico succedens, tribus annis regnum tenuit, belli causa princeps a Gothis effectus, sed ad pacem divina providentia ordinatus, mox enim cum regnare cepit, foedus cum imperatore Honorio pepigit, Placidiam sororem ejus, quæ a Gothis Romæ capta fuerat, ei honorifice reddidit, promittens imperatori propter rempublicam omne certamen implendum. Itaque ad Hispanias per Constantium patricium evocatus, Romani nominis causa cædes magnas Barbaris intulit.

22. Wandalos Selinguos in Bætica omnes bello extinxit. Alanos, qui Vandalis et Suevis potentabantur, adeo cecidit, ut extinctio Atace rege ipsorum, pauci qui superfuerant, obliuio regni nomine, Gundarici regis Vandalorum, qui in Gallecia resederat, se regimini subjugarent. Confecto igitur Walia bello Hispaniæ, dum instructa navali acie, in Africam transire disponeret, in freto Gaditani maris vi gravissima tempestatis effractus, memor etiam illius sub Alarico naufragii, omisso navigationis periculo, relictis Hispaniis, Gallias repetit; dataque ei ab imperatore ob meritum victoriæ secunda Aquitania cum quibusdam civitatibus confinium provinciarum usque ad Oceanum.

23. *Æra cdxvii*, anno imperii Honorii xxv, Rege Walia defuncto, Theoderedus successit in regno annis xxxiii. Qui regno Aquitanico **116** non contentus, pacis Romanæ foedus recusat, pleraque municipia Romanorum vicina sedibus suis occupat, Arelas nobilissimum Galliz oppidum multa vi obsessum oppugnat. A cujus obsidione, imminente virtute Aetii Romanæ militiæ ducis, non impunitus abscedit.

24. Remoto igitur Valentianii imperatoris jussu a potestate militari Aetio, dum Theoderedus Narbonensi urbi diutina obsidione ac fame esset infestus, rursus

D 21. Joannes Fridericus Muldener in Specim. rei numariæ veteris exhibet numum Waliz cum obscura epigraphe. AREV.

22. *Vandalos Selinguos.* Nonnulli inter Vandalos et Selinguos ita distinguunt, ut veluti duæ nationes intelligantur. Sed conjunctioni legendum, et eodem esse Vandalos, et Selinguos ostendi in Prolegom. ad Dracontium, pag. 73. *Pro superfuerant, alii superfuerunt.* Editio Grialii, *mendose, superfuerat. Labbeus, acie, Africam transire moliretur.* AREV.

23. *Anno imperii Honorii 25.* Ita Florezus ex Labbeo, Editio Grialii, *anno imperii nono Theodosii Minoris*, omisso nomine Honorii. Probat Florezus omittendum potius Theodosii Minoris nomen, non quod annum ejus nonum, sed decimum in urrisse in æra 457. *Pro Theoderedus; alii scribunt Theodericus.* Lindenbrogius posuit æram 467, et annum vicimum Theodosii Minoris, ac consequenter xxv annos tantum Theoderedo assignavit. AREV.

Litorio, Romanæ militiæ duce, Hunnis auxiliantibus, A  
 effugatur. Litorius autem, dum primum res prosperas  
 adversus Gothos gessisset, denno dæmonum signis  
 aruspicumque responsis deceptus, bellum cum  
 Gothis imprudenter iulit, amissoque Romano exerci-  
 tu, miserabiliter superatus interiit. Fecitque intelli-  
 gi quantum illa quæ cum eodem periiit multitudo  
 prodesse potuerit, si fide potius quam fallacibus dæ-  
 moniorum ostentis uti maluisset.

25. Exstincto igitur Litorio, pace deinde Theudere-  
 dus cum Romanis inita, denno adversus Hunnos, Gallia-  
 rum provincias sæva populatione vastantes, atque ur-  
 bes plurimas everteutes, in campis Catalaunicis, auxi-  
 liante Aetio, duce Romano, aperto Marte confligit, ibi-  
 que præliando victor occubuit. Gothi autem, dimicante  
 Thurismundo, Theuderedi regis filio, adeo fortiter con-  
 gressi sunt, ut inter primam prælium et postremum  
 trecenta fere millia hominum in eo certamine pro-  
 strarentur.

26. Multa eodem tempore cæli et terræ signa præ-  
 cesserunt, quorum prodigiis tam crudele bellum signi-  
 ficaretur. Nam, assiduis terræmotibus factis, a parte  
 Orientis luna fuscata est, a solis occasu stella cometes  
 apparuit, atque iugenti magnitudine aliquandiu folsit.  
 Ab Aquilonis plaga cælum rubens, sicut ignis aut sang-  
 uis effectum est, permixtus per igneam ruborem lineis  
 clarioribus in speciem hastarum utilantium deforma-  
 tis. Nec mirum ut tam ingenti casorum strage divi-  
 nitus tam multa signorum demonstraretur ostensio.

27. Hunni autem, usque ad internecionem pene  
 cæsi cum rege 117 suo Athila, relictis Gallis, Italia  
 perfugini, aliquantis civitatibus irruptis. Qui et  
 ibi partim fame, partim celestibus plagis percussi,  
 interierunt. Misso insuper a Marciano imperatore  
 exercitu, forti plaga cæduntur, affectique a mium ac  
 diminuti, sedes proprias repetunt, ad quas rex eo-  
 rum Attila, mox, ut remeavit, occubuit.

28. Post ejus obitum Hunnorum gens proprio se in-  
 super excidio devastavit. Statimque inter filios ejus de  
 obtinendo regno magna sunt exorta certamina. Atque  
 ita Hunni, qui tot cladibus antea diminuti fuerant, rur-  
 sum mutuis sese gladiis conciderunt. In quibus illud  
 mirum est, ut, dum omne prælium detrimentum habeat  
 populorum, isti vice versa cadendo proficiant. Sed  
 proinde est quia in disciplinam fidelium positi sunt,  
 sicut populus est gentis Persarum.

29. Virga enim furoris Dei sunt, et quoties indignatio  
 ejus adversus fideles procedit, per eos flagellantur, ut,  
 eorum afflictionibus emendati, a sæculi cupiditate et  
 peccato semetipsos coerceant, et cælestis regni hære-

25. Populatione. Al., depopulatione. AREV.

26. Grialius, effectus est. Ibid. Tam ingenti. Flore-  
 zius cum Labbeo in tam ingenti. AREV.

27. Irruptis. Labbeus, interruptis. AREV.

30. Cuncta exemplaria consentiunt in æra 490, et  
 anno primo Marciani; et id videtur esse positum ex  
 mente Isidori, ut patet ex æris sequentibus, et ex  
 Idacii Chronico interpolato, cui hæc supputandi ratio  
 congruit. Cæterum alii aliam chronologiam sequun-  
 tur; ex quorum sententia Marcianus regnare cepit  
 anno 480, cui respondet æra 488. Grialius, filius

ditatem possideant. Adco autem hæc gens horrida est,  
 ut cum famem in bello fuerit passa, veniam tangat  
 equi, et sic excludat hansto sanguine famem.

30. Æra cxxx, anno primo imperii Marciani, Turis-  
 mundus, filius Theuderedi, provelitur ad regnum  
 anno uno. Qui dum in ipsis regni sui exordiis feralis  
 ac noxius hostilia inspiraret, et multa ageret insolentius,  
 a Theudericis et Frigidarico fratribus est occisus.

31. Æra cdxci, anno ii imperii Marciani, Theude-  
 ricus, post fraternali necem, in regnum succedens,  
 imperavit annis xiii, qui pro eo quod imperatori  
 Avito sumendi imperialis fastigii cum Gallis auxilium  
 præbisset, ab Aquitania in Hispaniam, cum ingenti  
 multitudo exercitus, et cum licentia ejusdem Aviti  
 imperatoris, ingreditur, anno regni quinto. Cui cum  
 magna copia rex Suevorum Recchiarius occurrens,  
 duodecimo ab Asturicensis urbis milliario, apud flu-  
 vium qui Urbicus appellatur, inito mox certamine,  
 superatus est, cæsis Suevorum 118 agminibus, ali-  
 quantis captis, plurimisque fugatis. Ipse postremo rex  
 telo saucius fugit, præsidio suorum carens, ad  
 locum Portucale capitur, regique Theudericis vivus  
 offertur.

32. Quo perempto, multis qui de priore certamine  
 superfluerant sese tradentibus, aliquantis nihilomi-  
 nus trucidatis, regnum pene destructum est, fini-  
 tumque Suevorum regnum. Reliqui autem Suevi qui  
 remanserant in extrema parte Gallæciæ, Massitæ  
 filium, nomine Maldrum, sibi regem constituunt: re-  
 gnum reparatur Suevorum. Occi-o Recchiario, Theu-  
 dericus de Gallæcia ad Lusitaniam victor succedens,  
 dum Emeritensem urbem deprædari moliretur,  
 sanctæ martyris Eulaliæ ostentis perterritus, cum  
 omni protinus exercitu discedit, et Gallias repetit.

33. Mox deinde partem unam exercitus, duce Cen-  
 rila, ad Beticam provinciam mittit, partem aliam sub  
 Singero et Nepotiano ducibus ad Gallæciam dirigit,  
 qui Suevos apud Lucum sæva deprædatione vasta-  
 verunt. In Gallis autem Agrippinus comes et civis,  
 Egidio comiti Romano auxilius, ut Gothorum mere-  
 retur auxilia, Narbonam tradidit Theudericis. Post  
 aliquot legati a Remismundo Masdræ filio rege Sue-  
 vorum missi, ad Theudericum venerunt, pacem ami-  
 citiamque poscentes. Similiter Theudericus ad Remi-  
 smundum remittit cum armorum adjectione, vel  
 munerum, directa etiam conjuge, quam haberet.  
 Sallanem quoque legatum denno Theudericus mittit  
 ad Remismundum. Qui, reversus ad Gallias, Theudo-  
 ricum ab Eurico fratre suo reperit interfectum.

34. Æra div, ann. imperii Leonis viii, Euricus pari

Theuderedis. AREV.

31. Portucale. Al., Portumcalem, vel Portucalem,  
 vel Portalem. AREV.

32. Eulaliæ. Florezius, tom. VI Hisp. sacr., ap-  
 pend. 7, edidit Chronicon martyrum auctoris vetu-  
 stissimi, in quo mentio fit sanctæ Eulaliæ Emeritensis,  
 non Barcinonensis. Vide commentar. ad Prudent.,  
 pag. 941. Pro Maldrum, et, num. seq., Maldræ, Editio  
 Grialii habet Masdrum, et Masdræ, sed præferen-  
 dum videtur Maldrum, etc. cum Florezio, et ita scribitur  
 hoc nomen in Historia Suevorum, num. 88. An. v.

scelere quo frater succedit in regnum ann. xvii In quo honore proventus, et crimine, statim legatos ad Leonem imperatorem dirigit. Nec mora, partes Lusitanie magno impetu depradatur. Exercitum inde afium mittit, qui captam inde Pampilonam et Caesar-Augustam, misso exercitu, capit, superiores quoque Hispaniam in potestatem **119** submittit. Tarraconensis etiam provincie nobilitatem, quae ei repugnauerat, exercitus irruptione evertit. In Gallias autem reversus, Arelatum urbem et Massiliam bellando obtinuit, suoque regno utrasque adiecit.

**35.** Iste quondam die, congregatis in colloquio Gothicis, tela quae omnes habebant in manibus, a parte ferri vel acie, alia viridi, alia roseo, alia croceo, alia nigro colore naturalem ferri speciem vidit aliquandiu habuisse mutatam. Sub hoc rege Gothi legum statuta in scriptis habere ceperunt, nam antea tantum moribus et consuetudine tenebantur. Obiit Arelati Euricus rex, morte propria defunctus.

**36.** Æra dxxi, ann. x imperii Zenonis, Eurico mortuo, Alaricus, filius ejus, apud Tolosanam urbem princeps Gothorum constituitur, regnans ann. xxiii, adversus quem Fludujus Francorum princeps Gallie regnum affectans, Burgundionibus sibi auxiliantibus, bellum movet, fusi que Gothorum copie, ipse postremo regem apud Pictavium superatum interficit. Theudericus autem Italiae rex, dum in meritum generi comperisset, confestim ab Italia proficiscitur, Francos proterit, partem regni, quam manus hostium occupaverat, recepit, Gothorum juri restituit.

**37.** Æra dxxv, ann. xvii imperii Anastasii, Gisleicicus, superioris regis filius ex concubina creatus, Narbonae princeps efficitur, regnans annos quatuor; sicut genere v. lissimus, ita infelicitate et ignavia summus. Denique dum eadem civitas a Gundabado Burgundionum rege direpta fuisset, iste cum multo

**34.** (Cul. præced.) *Partes. Al., partem. Ibid. Nobilitatem, quae ei repugnauerat; al., civitates quae ei repugnauerant. Ibid. Evertit; al., peremit. Ibid. In potestatem submittit; al., in potestate sua mittit; et utramque pro utrasque. AREV.*

**35.** *Sub hoc rege, etc.* De origine juris Gothici sermonem habui in Isidorianis, cap. 92, num. 8 et seqq., ubi adverti, ante Euricum aliquos videri fuisse leges Gothicas, quavis primus Euricus eas cum aliis in unum corpus redegeit. AREV.

**36.** *Fludujus, al., Fludildus. Clodoveum aut Aiminus. PEREZ.*

*Ibid. Æra 521, anno 10.* Ita plerique Isidoriani Codices, quod Isidorianae Chronologiae conceiit Nonnullae Editiones æram assignant 522, et Pagus Eurici mortem ad æram 523 refert, quod magis etiam Florezio placet. Pro Fludujus Labbeus legit *Fludovicus*. Pro generi, Florezius, cum Grotio, generis sui; Labbeus, generi sui. AREV.

**37.** *Æra 545.* Editio Grialii, æra 544, quod mendum videtur, ut ex annis imperatoris, et aliis locis Isidori Florezius colligit. AREV.

**34.** Alii, atque ab *Ebbane Theuderici regis duce*. Masdeus, tom. X Historiae Hisp., pag. 34, affert Chronica regum Visigothorum, et Gisleicicum refert regnasse annos tres, et unum in latebra. Alii dicunt regnasse annos quindecim, fortasse quia ejus regnum conjungunt cum sequenti Theoderici. AREV.

sui dedecore, et cum magna suorum clade, apud Barcinonam se contulit, ibique moratus quousque etiam regni fascibus a Theuderico fugae ignominia privaretur.

**120 38.** Inde profectus ad Africam, Vandalorum suffragium poscit, quo in regnum posset restitui. Qui, dum non impetrasset auxilium, mox de Africa rediens, ob metum Theuderici Aquitaniam petiit, ibique anno uno delitescens, in Hispaniam revertitur, atque a Theuderici regis duce duodecimo a Barcinona urbe a Illitorio, commisso praelio superatus, in fugam vertitur, captusque trans fluvium Duventium Galliarum interit, sicque prius honorem, postea vitam amisit.

**39.** Æra dxx anno xxi imperii Anastasii, Theudericus Junior, cum jamdudum consul et rex a Zenone imperatore Romae creatus fuisset, peremptoque Odoacro rege Ostrogothorum, atque devicto fratre ejus Honulso et trans confinia Danubii effugato, xlii annis in Italia regnasset, rursus extincto Gisleico rege Gothorum, Hispaniae regnum xv annis obtinuit, quod superstes Amalarico nepoti suo reliquit. Inde Italiam repetens, aliquandiu omni cum prosperitate regnavit, per quem etiam urbi Romae dignitas non parva est restituta. Muros namque ejus iste redintegravit, cujus rei gratia a Senatu inauratam statuam meruit.

**40.** Æra dxxv, ann. imperii Justiniani I, Regresso in Italiam Theuderico, et ibidem defuncto, Amalaricus nepos ejus v annis regnavit. Qui, cum a Childeberto Francorum rege apud Narbonam praelio superatus fuisset, ad Barcinonam trepidus fugit, effectusque omnium contemptibilis, ab exercitu jugulatus Narbonae in foro interit.

**121 41.** Æra dxxix, anno imperii Justiniani vi, post Amalaricum Theudis in Hispania creatus, in regnum annis xvii, mensibus v, qui dum esset haereticus, pacem tamen concessit Ecclesiae. Adeo ut licentiam

**39.** *Odoacro; al., Odoacre, vel Odoacro; mox, in Italia victor regnasset. Pro superstes, quod cum Grotio et antiquis Editionibus Florez us retinuit, Editio Grialii et Labbeus, superstitii. Pro urbi Romae, alii Urbis regia, vel regiae urbi. Theudericus annis 22 fuit in Hispania, inde Italiam repetens, per consortium regnavit cum Amalarico, qui post mortem Theuderici solus regnavit annis quinque, ut mox dicitur. AREV.*

**40.** *Æram 564 cum anno 4 Justiniani conjugit Isidorus, ut ex aliis quoque ejusdem locis arguitur. Alii annum Justiniani primum ad æram 564 referunt. In nonnullis Editionibus minus bene legitur æra 566, anno imperii Justiniani primo. Judicium Grialii de hac æra 564 et anno 4 Justiniani habes in Isidorianis, cap. 36, num. 15. Baronius, ad annum 531, num. 12, et Pagius, ad eum locum, agunt de concilio Toletano apud Montanum episcopum anno quinto Amalarici. Pro Childeberto, alii Ildeberto. Pro Narbonae, malim Narbone: hoc certe melius, et infra occurrit. AREV.*

**41.** *Exstitissent, sic Labbeus. Editio Grialii, cæterunt. Mox, oblata, viam; al., objecta, vicem. Apud Biguzum Francorum reges quinque fuisse dicuntur; sed Conradus Samuel Schurzleischius, in Dissert. histor. civil., Lipsiae 1609, tom. I, disp. 3, num. 18, advertit interpolatum fuisse locum; nam tunc solum fuere quatuor Francorum reges. Confer Baronium, tom. VII, ad ann. 542. AREV.*

catholicis episcopis daret in unum apud Toletanam urbem convenire, et quæcumque ad Ecclesiæ disciplinam necessaria exstitissent, libere licenterque disponere. Eo regnante, dum Francorum reges cum infinitis copiis in Hispaniam convenissent, et Tarraconensem prævinciam bello depopularent, Gothi, duce Theudischo, obicibus Hispaniæ interclusi, Francorum exercitum multa cum admiratione victoria prostraverunt. Dux idem, prece atque ingenti pecunia sibi oblata, viam fugæ hostibus residuis unius diei noctisque spatio præbuit. Cætera infelicitum turba, cui transitus collati temporis non occurrat, Gothorum præempta gladio occidit.

42. Post tam felicitis successum victoriæ, trans fretum inconsulte Gothi se gesserunt. Denique, dum adversus milites, qui Septem oppidum, pulsus Gothi, invaserant, Oceani freta transierunt, idemque castrum magna vi certaminis expugnarent, adveniente die Dominico deposuerunt arma, ne diem sacrum prælio funestarent. Hac igitur occasione reperta, milites repentino incursu aggressi, exercitum mari undique terraque conclusum, ignavum atque inermem adeo prostraverunt, ut ne unus quidem superesset qui tantæ cladis excidium præteriret.

43. Nec mora, prævenit mors debita principem. Vulneratur enim a quodam in palatio, qui jamdudum dementis speciem, ut regem deciperet, simulaverat. Finxit enim arte insaniam, profuditque principem, quo vulnere ille prostratus occubuit, et vi gladii indignantem animam exhalavit. Fertur autem inter effusionem sanguinis conjurasse ne quis interficeret percussorem, dicens se congruam meriti recepisse vicissitudinem, quod et ipse privatus ducem suum sollicitatus occiderat.

1224. Æra DLXXXVI, ann. imper. Justiniani XXIII, interempto Theudi Theudisclus superioris principis dux Gothi præficitur, regnans ann. 1, menses III, qui dum plurimorum potentium connubia prostitutione publica macularet, et ob hæc instrueret animum ad necem multorum, præventus conjuratorum manu Hispani inter epulas jugulatur, confossusque gladio exstinguitur.

45. Æra DLXXXVII, imper. Justiniani XXIV, extincto Theudischo, Agila rex constituitur regnans ann.

43. *Mors debita; al., mors deinde.* Quod additur, *indignantem animam*, videtur sumptum ex ultimo versu Æneidos:

Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.  
AREV.

44. Annum Justiniani 23 cum Labbeo et Florezio ascripsi; in Editione Grialii annus 22, per errorem, ut videtur, assignatur. Pro *menses tres* in Chronico Visigothorum est *menses sex, dies tredecim*; apud Labbeum diverso characterè *menses septem*. AREV.

45. Hic etiam in Editione Grialii per errorem, de quo supra in æra præcedenti, apponitur annus 23, pro anno 24, qui in nota pro varia lectione indicatur. Erat etiam varia lectio pro æra; sed idem numerus 587 in textu et in nota exprimebatur; itaque ignorans quidnam potius Perezius voluerit, eam notam sustuli, qua nihil aliud quam numerus æra, qui in

v. iste adversus Corlubeensem urbem prælium movens, dum in contemptum catholicæ religionis beatissimi martyris Aciscli injuriam inferret, hostiariusque ac jumentorum eruoere sacrum sepulcri ejus locum, ut profanator, pollueret, inito adversus Cordubenses cives certamine, pœnas dignas, sanctis inferentibus, meruit. Nam belli præsentis ultione percussus, et filium ibi cum copia exercitus interfectum amisit, et thesaurum omnem cum insignibus opibus perdidit.

46. Ipse victus, ac miserabili metu fugatus, Emeritam se recepit. Adversus quem interjecto aliquanti temporis spatio, Athanagildus tyrannidem regnandi cupiditate arripens, dum exercitum ejus contra se Hispani missum virtute militari prostrasset, videntés Gothi proprio se everti excidio, et magis metuentes ne Hispaniam milites Romani auxilii occasione invaderent, Agilavæ Emeritæ interficiant, et Athanagildi sese regimini tradiderunt.

47. Æra DCCII, anno imper. Justiniani XXIX, occiso Agilavæ, Athanagildus regnum quod invaserat tenuit ann. XIV. Hic cum jamdudum sumpta tyrannide, Agilavæ regno privare conaretur, 123 militum sibi auxilia ab imperatore Justiniano poposcerat, quos postea submovere a finibus regni molitus non potuit. Adversus quos lucusque conflictum est. Frequentibus antea præliis cæsi, nunc vero multis casibus fracti atque finiti. Decessit autem Athanagildus Toleti propria morte, vacante regno mensibus v.

48. Æra DCCV, ann. II imperii Justini Minoris, post Athanagildum Liuva Nabone Gothi præficitur, regnans ann. III, qui secundo anno, postquam adeptus est principatum, Leovigildum fratrem non solum successorem, sed et participem regni sibi constituit, Hispaniæque administrationi præfecit, ipse Galliæ regno contentus. Sicque regnum duos cepit, dum nulla potestas patiens consortis sit. Huic autem unus tantum annus in ordine temporum reputatur. Liuvæ regis, reliqui Leovigildo fratri annumerantur.

49. Æra DCCVI, ann. III imper. Justini Minoris, Leovigildus adeptus Hispaniæ et Galliæ principatum, ampliare regnum bello et augere opes statuit. Studio quippe ejus exercitibus, concordante favore, vicoriarum, multa præclare sortitus est. Cantabros namque iste obtinuit, Aregiam iste cepit, Sabaria ab eo

D textu apparebat, continebatur. In Editione Grialii consideratur corpori post Aciscli. ANI, inferret, ossiumque, ac jumentorum horrore sacrum, etc. AREV.

46. *Hispatim*, ita Florezius cum Labbeo. Editio Grialii et alie, *Hispani*. AREV.

47. *Fracti, atque finiti*. Florezius cum aliis addit: *Fidem catholicam occulte tenuit, et Christianis valde benevolus fuit*. AREV.

48. Æra 605, anno secundo imperii, etc. Id retinendum cum Editione Grialii ostendit Florezius, quamvis alie Editiones alios numeros ascribant. Liuvam tribus tantum annis regnasse ex Isidoro colligitur; at Biclarensis quinque ejus regni annos enumerat. Post reputatur verba *Liuvæ regis* in aliis Editionibus non exstant, et abundare ait Florezius. Ego crediderim legendum *hinc autem*, atque ita recte procedit sensus. AREV.

49. Æra 606. Labbeus, Æra 607, quod rationi

annis devicta est, cesserunt etiam armis illius plurimae rebelles Hispaniae urbes. Fudit quoque diverso praelio milites, et quaedam castra ab eis occupata dimicando recepit. Hermenegildum deinde filium imperii suis tyrannizantem, obsessum exsuperavit. Postremum bellum Suevis intulit, regnumque eorum in jura gentis suae mira celeritate transmisit. Hispania magna ex parte potius. Nam antea gens Gothorum angustiis finibus arctabatur, sed offuscavit in eo error impietatis gloriam tantae virtutis.

50. Denique Arianæ perfidiae furore repletus, in catholicos persecutione commota, plurimos episcoporum exsilio relegavit. Ecclesiarum **124** redditus et privilegia abstulit, multos quoque terroribus in Arianam pestilentiam impulit, plerosque sine persecutione illectos auro rebusque decepit. Ausus quoque inter cetera haeresis suae contagia etiam rebaptizare catholicos, et non solum ex plebe, sed etiam ex sacerdotalis ordinis dignitate, sicut Vincentium Casarau, usitanum, de episcopo apostatam factum, et tanquam a caelo in infernum projectum.

51. Exstitit autem et quibusdam suorum perniciosus, nam quoscunque nobilissimos ac potentissimos vidit, aut capite truncavit, aut, opibus ablatis, proscripsit, et proscriptos in exsiliis in iit. Fiseam quoque primus is locupletavit, priusque ararium de rapinis civium hostiumque manubiis auxit. Primusque etiam inter suos regali veste opertus in solio resedit. Nam ante eum, et habitus et consessus communis ut populo ita et regibus erat. Condidit etiam civitatem in Celtiberia, quam ex nomine filii, Recopolim nominavit. In legibus quoque ea quae ab Eurico in condite constituta videbantur, correxit, plurimas leges praetermissas adjiciens, plerasque superfluas auferens. Regnavit autem ann. xviii, defunctus propria morte Toleti.

52. Aera dcxxiv, ann. iii imper. Mauricii, Leovigildo defuncto, filius ejus Recaredus regno est coronatus, cultu praeditus religionis, et paternis moribus longe dissimilis. Namque ille irreligiosus, et bello promptissimus, hic fide pius et pace praeclearus; ille armorum artibus gentis imperium dilatans, hic gloriosus eandem gentem fidei trophaeo sublimans. In ipsis enim regni sui exordiis catholicam fidem adeptus totius Gothicae gentis populos, in soliti erroris labe deserta, ad cultum rectae fidei revocat.

temporum non congruit. Grotius et Labbeus, *adepto Hispaniae principatu*, omisso Galliae. Pro *praecclare sortitus est*, Labbeus: *praeda resortitus est*. Pro *Sabaria*, alii historici *Sabaudia*. Florezius, cum Grotio: *Fudit quoque diverso praelio Justinii milites, quos A hanugildus ad auxilium evocaverat, et quaedam castra, etc.* De sancti Hermenegildi bello et martyrio recole, si placet, dicta in Isidorianis, cap. 79, n. 25 et seqq. AREV.

51. *Exstitit, etc.* Sermo est de Leovigildo, ut perspicuum est. Riscus, tom. XXX Hisp. sacr., pag. 439, merito reprehendit Ambrosium Morales, et Franciscum de Padilla, qui id de Vincentio Casar-Augustano acceperant. AREV.

52. *Anno quarto*, ita correxit Florezius ex Bialarensi et aliis locis hujus Chronici, cum in Editioe Grialii legeretur *anno tertio*. Pro *gentis imperium*,

53. Synodum deinde episcoporum ad cond. unat. onem Arianæ haeresis, de diversis Hispaniae et Galliae provinciis congregat. **125** Cui concilio idem religio isimus princeps interfuit, gesta quoque ejus praesentia sua et subscriptione firmavit, abdicans cum omnibus suis perfidiam, quam hucusque Gothorum populus, Ario docente, didicerat, et praedicans trium personarum unitatem in Deum, Filium a Patre consubstantialiter genitum esse, Spiritum sanctum inseparabiliter a Patre Filioque procedere, et esse amborum unum Spiritum, unde et unum sunt.

54. Egredere etiam gloriose bellum adversus infestas gentes fidei suscepto auxilio. Francis enim sexaginta ferme millium armatorum copiis Gallias irruentibus, misso Claudio duce adversus eos, glorioso triumphavit evento. Nulla unquam in Hispaniis Gothorum victoria, vel in jor in bello, vel similis exstitit. Prostrati sunt enim et capti multa millia hostium, residua vero exercitus pars, praeter spem in fugam versa, Gothi post tergum insequentibus, usque in regni sui finibus cesa est. Saep etiam et lacertos contra Romanorum insolentias et irruptiones Vasconum movit. Unde non magis bella tractasse, quam potius gentem, quasi in palatium ludo, pro uso certaminis videtur exercuisse.

55. Provincias autem quas pater bello conquiritura, iste pace conservavit, aequitate disposuit, moderantissime rexit. Fuit autem placidus, mitis, egregiae bonitatis; tantamque in vultu gratiam habuit, et tantam in animo benignitatem gessit, ut omnium moribus influens, etiam majores ad affectum amoris sui attraheret. Adeo liberalis, ut opes privatorum, et Ecclesiarum praedia, quae paterna labe fisco associaverat, juri proprio restauraret. Adeo clemens, ut populi tributa saepe indulgentiae largitione laxaret.

56. Multos etiam ditavit rebus, plurimos sublimavit honoribus. Opes suas in miseris, thesaurus suos in egenis recondeus, sciens ad haec illi fuisse collatum regnum, ut eosalubriter fruereetur, bonis in iis bonum finem adeptus. Fidem enim rectae gloriae, quam initio regni perceperit, novissime publica confessione penitentiae cumulavit. Toleti sine pacifico transitu, qui regnavit annos xv.

**126** 57. Aera dcxxxix, an. imperii Mauricii xiv, post Recaredum regem regnat Liuva filius ejus an. ii, post Recaredum quidem matre progenitus, sed virtutis alii gentem imperio. Pro *detersa*, Florezius, cum Editione Grialii, *deserta*. Grotius, Labbeus et auctor Vitae sancti Isidori, apud Boilandianos, *deterata*. Vide notam ad num. 45 hujus Vitae in Isidorianis, appendice 2, tom. II. AREV.

53. Florezius cum Grotio, *unitatem in Deo, Filium. Labbeus, unatam, Deum Filium*. AREV.

54. Alii, *fidei susceptae auxilio*. Pro *mont*. Unde alii, *movit*. Ubi. Ex Floro videtur sumptum *lacertos in sine proce vii: Imperium... sub Trogano principe mo et lucertos*. Pro certaminis, Labbeus: *palitatis*. AREV.

55. Florezius nonnulla addidit, quae Labbeus abstracte diverso edidit: *Rexit. Multi quoque adunum eum tyrannidem assumere cupientes, detestati sunt, aequae machinationis consilium implere n. n. potuerunt. Fuit autem, etc.* AREV.



dote insignitus. Quem in primo flore adolescentiæ A Wietericus, sumpta tyrannide, innocuum regno de-  
jecit, præcisque dextra occidit anno ætatis xx, re-  
gni vero II.

58. Æra DCXLI, an. imp. Mauricii XXI, extincto  
Liuvane, Wietericus regnum, quod vivente illo inva-  
serat, vindicat ann. VII. Vir quidem strenuus in ar-  
morum arte, sed tamen expertus victoriæ. Namque  
adversus militem Romanum prælium sæpe molitus,  
nihil satis gloriose gessit præter quod milites quos-  
dam Segontis per duces obtinuit. Hic in vita pluri-  
ma illicita fecit, in morte autem, quia gladio o-  
eratus fuerat, gladio perlit. Mors quippe innocentis  
inulta in illo non fuit: inter epulas enim prandii  
conjuratiōne quorundam est interfectus, corpus ejus  
viliter est exportatum atque sepultum.

59. Æra DCXLIX, an. imp. Phocatis octavo, Gunde-  
marus post Wietericum regnat an. II. Hic Vascones  
una expeditione vastavit, alia militem Romanum  
obsedit. Morte propria Toleti decessit.

60. Æra DCI, an. imperii Heraclii II. Sisebutus  
christianissimus post Gundemarus, ad regale fasti-  
gium evocatur, regnat ann. VIII, mens. VI; qui initio  
regni Judæos ad fidem Christianam permovens, æmu-  
lationem quidem habuit, sed non secundum scien-  
tiam; potestate enim compulsi quos provocare fidei  
ratione oportuit. Sed, sicut est scriptum, sive per oc-  
casione, sive per veritatem, donec Christus annun-  
tiatur. Fuit autem eloquio nitidus, sententia docus,  
scientia litterarum magna ex parte imbutus. In judi-  
ciis justitia et pietate strenuus ac præstantissimus,  
mente benignus, 127 splendore regni præcipuus,  
in bellicis quoque documentis ac victoriis clarus.

61. Astures enim rebellantes, misso exercitu, in  
ditionem suam reduxit. Ruccones montibus arduis  
undique conceptos per duces evicit. De Romanis quo-  
que præsens bis feliciter triumphavit, et quasdam  
eorum urbes expugnando sibi subiecit, residuas in-  
ter fretum omnes exinanivit, quas gens Gothorum  
post in ditionem suam facile redegit. Adeo post vic-  
toriam clemens, ut multos ab exercitu suo hostili  
præda in servitutem redactos, pretio dato, absolve-

62. (Col. præced.) Florezius, cum Editione Grialii  
et Biclarensi, annum 19 Mauricii designat; alii alios an-  
nos minus bene indicant. Vide not. ad num. 52. AREV.

58. In Editione Grialii, error est numerorum  
scilicet DCXLI, pro DCXLI, quod Florezius notavit;  
sed non advertit, ut videtur, mendam a Grialio in  
erratis corrigendis emendatum fuisse. Florezius,  
cum Labbeo, Segontis, Grialii Editio, Sagontia, alii  
Segontia. AREV.

59. Octavum Phocatis annum cum Labbeo et Flo-  
rezio restituimus, cum in Editione Grialii et aliis  
annus sextus indicetur per librarium incuriam,  
aut Editorum negligentiam. Cæterum quod Florezius  
notat, in Editione Grialii mendose fuisse æram 548  
post 648 designatam, non advertit etiam hoc loco  
errorem in erratis animadversum et correctum fuisse.  
Alii anno ætatis 16. AREV.

60. *Promovens*; al., *promovens*. Florezius, cum  
Labbeo, *per veritatem Christus annuntia ur, in hoc  
gundo, et gaudebo*. Fuit autem, etc. AREV.

61. Post *restitut*, Labbeus caractere cursivo ad-

rum. Hunc alii proprio morbo, alii immoderato me-  
dicamenti haustu, alii veneno asserunt interfectum.  
Cujus exitus non modo religiosus, sed etiam optimis  
laicis existit luctuosus. Relicto Recaredo filio par-  
vulo, qui post patris obitum princeps paucorum  
dierum, morte interveniente, habetur.

62. Æra DCIIX, ann. imperii Heraclii X, gloriosis-  
simus Suintila gratia divina regni suscepit sceptrum.  
Iste sub rege Sisebuto ducis nactus officium, Romana  
castra perlonavit, Ruccones superavit. Postquam  
vero apicem fastigii regalis conscendit, urbes resi-  
duas quas in Hispaniis Romana manus agebat, præli-  
o consento obtinuit, auctamque triumpho gloriam præ-  
cæteris regibus felicitate mirabili reportavit. Totius  
B Hispaniæ infra Oceani fretum monarchia regni pri-  
mus idem potitus, quod nulli retro principum est  
collatum. Auxit eo prælio virtutis ejus titulum duo-  
rum patritiorum obtentus, quorum alterum prudentia  
suum fecit, alterum virtute prælii sibi subiecit.

63. Habuit quoque et initio regni expeditionem  
contra incursus Vasconum Tarraconensem provin-  
ciam infestantium, ubi adeo montivagi populi terrore  
adventus ejus percussa sunt, ut confestim, quasi  
debita jura noscentes, remissis telis et expeditis  
ad precem manibus, supplices ei colla submitte-  
rent, obsides darent, 128 Ologitin civitatem Go-  
thorum stipendiis suis et laboribus conderent, polli-  
centes ejus regno ditionique parere, et quidquid im-  
peraretur efficere.

C 64. Præter has militaris glorie laudes plurimæ  
in eo regis majestatis virtutes, fides, prudentia;  
industria, in judiciis examinatio, strenua in regendo  
regno cura, præcipua circa omnes munificentia  
largus, ega indigentes et inopes misericordia satis  
promptus. Ita ut non solum princeps populorum,  
sed etiam pater pauperum vocari sit dignus.

65. Hujus filius Racimirus in consortium regni  
assumptus, pari cum patre solio contactatur, in cujus  
infantia ita sacrae indolis splendor emicat, ut in eo  
et meritis et vultu paternarum virtutum effigies præ-  
notetur. Pro quo exorandus est cosli atque humi ni

dit per ducem suum Rechilanem, quod Florezius se-  
cutus est. Labbeus et Grotius omittunt alii veneno.  
Pro habetur, Florezius, cum Labbeo, abiit; sed apud  
Labbeum legendum puto obiit. AREV.

62. In Hispaniis. Ita Labbeus, et mendum puto in  
Editione Grialii, in Hispaniis, quod etiam Florezius  
expressit. Pro patriciorum, alii præsectorum. AREV.

63. Ologitin; al., Ologicus; al., Ologitum. In  
his nominibus propriis multum variant Codices, ut  
Ruccones pro Ruccones; et Racimirus pro Racimi-  
rus. AREV.

64. Hæc vivo Suintila scripta. Atqui damnatur in  
concilio IV Toletano, in quo subscribit Isidorus. PEREZ.

Ibid. Difficultatem quam Perezius attingit, cur Isido-  
rus hoc loco Suintilam tantopere laudet, in concilio  
vero Toletano quarto damnet, explicui in Isidorianis,  
cap. 79, num. 20 et seqq. AREV.

65. *Concessu patrio*; al., *concessu patrio*; et *ascen-  
sione pro successione*, et *comparatis vel comportatis*,  
pro *computatis*. AREV.

generis rector, ut sicut exstat concessu patrio socius, ita post longævum parentis imperium sit et regni successione dignissimus. Computat' igitur Gothorum regum temporibus ab exordio Athanarici regis, usque ad quintum gloriosissimi Suintilæ principis annum, regnum Gothorum per annos cclvi, Deo favore, reperitur esse porrectum.

*Item recapitulatio ejusdem Isidori in Gothorum laudem.*

66. Gothorum antiquissima origo de Magog filio Japhet fuit, unde et Scytharum genus exstitit. Nam iidem Gothi Scythica probantur origine nati. Unde nec longe a vocabulo discrepant. Demutata enim ac detracta littera, Getæ, quasi Scythæ, sunt nuncupati. Illi igitur Septentrionis glacialia juga inhabitantes circa Scythica regna, quæque sunt ardua montium cum cæteris gentibus 129 possidebant, quibus sedibus impetu gentis Hunnorum pulsati, transgressoque Danubio, Romanis se dederunt. Sed, dum injurias eorum non sustinerent, indignati, regem sibi ex sua turba legunt, Thraciam irruunt, Italianam vastant, obsessem Urbem capiunt, Gallias aggrediuntur, patefactique Pyrenæis montibus, Hispanias usque perveniunt, ibique sedem vitæ atque imperium locaverunt.

67. Populi natura pernices, ingenio alacres, conscientia viribus freti, robore corporis validi, staturæ proceritate ardui, gestu habituque conspicui, manu prompti, duri vulneribus, juxta quod ait poeta de ipsis :

Mortem contemnunt laudato vulnere Getæ.

Quibus tanta exstitit magnitudo bellorum, et tam extollens gloriosæ victoriæ virtus, ut Roma ipsa vitrix omnium populorum, subacta captivitatis jugo, Geticis triumphis accederet, et domina cunctarum gentium illis et famula deserviret.

68. Hos Europæ omnes tremuere gentes, Alpium his cessare obices. Vandalica et ipsa crebro opinata barbaries non tantum præsentia eorum exterrita, quam opinione fugata est. Gothorum vigore Alani extincti sunt, Suevi quoque hactenus intra inaccessos Hispaniarum angulos coarctati, etiam eorum armis periculum

66. In titulo, pro recapitulatio, alii capitulatio. Et illico : *Gothi de Magog, Japhet filio, orti, et cum Scythia una probantur origine nati. Unde, etc.* Pro Septentrionis, al. Occidentis, et Danubium transeuntes, pro transgressoque Danubio; et arma sumunt, pro regem sibi ex sua turba legunt. AREV.

67. Tam extollens; al. tam excellens. Ad hunc Isidori locum alludit Alvarus Cordubensis, epist. 20, ad Transgressorem : *Sed ut me qui sim cognoscas, et amplius me tacendo decites, Virgilium audi :*

Mortem contemnunt, laudato vulnere, Getæ.

*Nec non et illud. Getes, inquit, quo pergit equo. Unde et illud exstat poetæ : Hinc Dacus premit. inde Getes occurrat. Ego sum, ego sum, quem Alexander vitandum putavit, Pyrrhus perimuit, Cæsar exhorruit. De nobis quoque et noster Hieronymus dicit, Cornu habet in fronte, longe fugæ. Florezius, ex nota marginali Biblioth. veter. hisp. tom. I, p. g. 549, primæ Editionis, observat falso versus Virgilio tribui. Isidorus quidem Virgilium non nominat. AREV.*

A finis experti sunt, et regno, quod desilioso torpore tenuerunt, turpiori nunc dispendio caruerunt, quam tenuisse hucusque valde sit mirum, quo sine experimento defensionis carere potuerunt.

69. Sed quis poterit tantam Gothicæ gentis edicere virium magnitudinem, quandoquidem dum malis gentibus vix precum causa et munerum regnare liceret, his tamen libertas magis de congressione quam de petita contigit pace, atque ubi sese necessitas 130 bellandi opposuit, vires eos potius quam præces adhibuisse? Porro in armorum artibus spectatis sunt, et non solum hastis, sed et jaculis equo occurrunt. Nec equestri tantum prælio, sed et pedestri incedunt. Veruntamen magis equitum præpeti curam confidunt, unde et poeta : *Getes, inquit, quo pergit equo.*

B 70. Exercere enim se telis ac præliis præcludere maxime diligunt. Ludorum certamina usu quotidiano gerunt. Hac sola tantum armorum experientia hucusque carebant, quod classica bella in mari gerere non studebant. Sed postquam Sisebutus princeps cælesti gratia regni sumpsit scelerata, ejus studiis ad tantam felicitatis virtutem profecti sunt, ut non solum terras, sed et ipsa maria suis armis adeant, subactusque serviat illis Romanus miles, quibus servire tot gentes et ipsam Hispaniam videt.

*Vandalorum historia.*

71. Æra cdxliv, ante biennium irruptionis Romanæ urbis excitatæ per Stilliconem gentes Alanorum, Suevorum et Vandalorum, trajecto Rheno fluvio, in Gallias irruunt, Francos proterunt, directoque impetu ad Pyrenæum usque perveniunt, cujus obice per Didymum et Veranianum Romanos nobilissimos ac potentissimos fratres occupato, ab Hispania provinciis vagabantur. Sed postquam iidem fratres, qui privato præsidio Pyrenæi claustra tuebantur, ob suspicionem tyrannidis, insontes, et nulla culpa obnoxii, a Constantio Cæsare interfecti sunt, æra cdxlvi, memoratæ gentes Hispaniarum provincias irrumpunt.

72. Æra cdxlvi, Vandali, Alani et Sævi Hispanias occupantes, necesse vastationesque crescentis de-

68. Hos, etc. Al. *Hi Europæ omnes trivere gentes, et quantum opinione, pro quam opinione. AREV.*

69. Quo pergit; al. quod pergit. AREV.

70. Et ipsam Hispaniam videt. Ita Grællii editio, et intelligo, quibus Gothicis servire tot gentes, et ipsam Hispaniam Romanus miles videt. Florezius cum Labbeo et Grotio, et ipsa Hispania videt : quod minus verum puto. AREV.

71. Æra 444, recte exprimitur in Editione Grællii; in aliis immane quantum aberrant numeri. Verè ante biennium irruptionis Romanæ sunt Orusii, lib. vi, cap. 40; et forsasse Orosius intelligit primam irruptionem, vivente Radagaiso, de qua loquitur cap. 57 lib. vii. Perezius notavit, in vet. cod. inserti Chronicon Vandalorum, non Historiam. Pro Veranianum, alii Verimianum, vel Verinianum. AREV.

72. In textu Grællii designatur æra 446, et in nota pro varia lectione æra 446, quæ omnino cum Labbeo præferenda, quamvis Florezius rationibus non contentendis probet substituendam æram 447. Pro de cursuionibus, alii discursibus. AREV.

cursionibus faciunt, urbes incendunt, substantiam A directam exhauriunt, ita ut humanæ carnes vi famis **131** devorentur a populis. Edebant filios suos matres; bestiae quoque morientium gladio, fame ac peste, cadaveribus assuetæ, etiam in vivorum efferebantur interitum, atque ita quatuor plagis per omnem Hispaniam sævientibus, divinæ iracundiæ per prophetas scripta olim prænuntiatio adimpletur.

73. *Æra cclix*, post plagarum diram perniciem, quibus Hispania cæsa est, tandem Barbari, ad pacem inveniendam, Deo miserante, conversi, sorte in possessionem sibi ejus provincias dividunt. Gallæciam enim Vandali et Suevi occupant; Alani Lusitaniam et Carthaginensem provinciam; Vandali autem, cognomine Selingui, relicta Gallæcia, et postquam Tarraconensis provinciæ insulas devastarunt, regressi, Bæticam sortiuntur. Hispani autem per civitates et castella residua plagis afflicti Barbarorum dominantium sese servituti subjiciunt. Primus autem in Hispania Gundericus rex Vandalorum successit, regnans Gallæciæ partibus annis **xix**. Qui, dum, rupto fœdere pacis, Suevorum gentem in Erbasis montibus obideret, relicta obsidione Suevorum, Balearicas Tarraconensis provinciæ insulas deprædatur. Deinde, Carthagine Spartaria eversa, cum omnibus Vandalis, ad Bæticam transit, Hispalim diruit, atque cæde, in directionem mittit. Qui cum auctoritate regis potestatis irreverenter manus in basilicam Vincentii martyris civitatis ipsius extendisset, mox Dei judicio in foribus templi dæmonio correptus interiit.

74. *Æra cclxvi*. Gisericus, frater Gunderici, successit in regnum annis **xl**. Qui, ex catholico effectus apostata, in Arianam primus **132** fertur transisse perfidiam. Illic de Bæticæ provinciæ littore cum Vandalis omnibus, eorumque familiis, ad Mauritiam et Africam, relictis Hispaniis, transfretavit. Cui Valentinianus Junior, Occidentis imperator, non valens obistere, pacem mittit, et partem Africæ quam Vandali possiderent tanquam pacifice dedit, conditionibus ab eo sacramenti acceptis ne quid ultra invaderet.

75. Ille autem, de cujus amicitia nihil ambigebatur, violata sacramenti religione, Carthaginem dolo

73. In Editione Grialii perperam exprimitur æra **459**, pro **449**. Gundericus, Godigilsci patris successor, regnasse dicitur in Gallæcia annos **18**, computato anno **414**, quo Vandalis sors in Gallæcia regnum obvenit, et anno **428**, quo obiit, quamvis jam ab anno **420** ad Bæticam secessisset. De hoc Gunderico plura commentatus sum in proleg. ad Dracontium, num. **96**, pag. **72**, et rursus num. **115**, pag. **89**. Montes Erbasi, qui hic memorantur, videntur esse montes nunc dicti de *Arbas* inter Ovetum et Legionem. Alii appellant montes Erbasorum, alii Nervasios, aut Nervosos. Vide Florezium, tom. **XV** Hisp. sacr., pag. **61**. Idem Florezius, tom. **IX**, pag. **400** seq., observat ex Idacio, et aliis, basilicam sancti Vincentii fuisse olim ecclesiam principem Hispalis, quæ tamen distincta fuerit ab ecclesia nunc sancto Vincentio dicata, et quæ exstiterit in loco ubi nunc est ecclesia cathedralis. AREV.

74. *Æram* **466** ex Florezio repono; Editio Grialii indicat *æram* **468**; Labbeus, **457**. Pro *Gisericus*, alii

pacis invadit, omneque opes ejus, exercitiis diversis tormentorum genere civibus, in jus proprium vertit. Deinde Siciliam deprædatur, Panormum obsedit, Arianam pestilentiam per totam Africam intromittit, sacerdotes Ecclesiis pellit, martyres plurimos facit, et juxta prophetiam Danielis, demutatis mysteriis, sanctorum ecclesias Christi hostibus tradidit. Nec jam divini cultus loca, sed suorum esse habitacula jussit.

76. Adversus quem Theodosius Minor, Orientis imperator, bellum paravit, quod ad effectum non venit. Hunnis enim Thraciam Illyricumque vastantibus, exercitus ad Vandalos missus, ad defendendos Thraces Illyrianosque, ex Sicilia revocatur. Majorianus autem imperator de Italia Hispanias veniens, cum in Carthaginensi provincia aliquantas naves sibi ad transitum adversus Vandalos præparasset, eas de littore Carthaginensi communiti Vandali per proditores arripiunt. Sicque Majorianus, a sua dispositione frustratus, Italiam revertitur, atque, a Ricchimiro patritio fraude circumventus, occiditur.

77. Quo comperto, Gisericus, non contentus solis Africæ vastationibus, navibus advectus, Romam ingreditur, direptisque per **xiv** dies opibus Romanorum, relictam Valentinianis, et filias ejus, et multa millia captivorum secum tulit. Mox Carthaginem redit; et, per legatos ab imperatore postulata pace, Valentiniani relictam Constantiopolim remittit, quarum unam ex filiabus suis filio suo Hugnerico jure matrimonii copulavit. Sicque post multarum provinciarum clades, **133** Christianorumque spolia atque neces, moritur regni sui anno **xl**.

78. *Æra dvi*, post Gisericum, Ugnericus, Giserici filius, regnat annis **vii**, mensibus **v**, habens in conjugio Valentiniani filiam, quam pater ejus ex Roma cum matre captivam adduxerat, qui et ipse, Ariano suscitatus furore, Catholicos per totam Africam atrocior patre persequitur, ecclesias tollit, sacerdotes et cuncti ordinis clericos in exilium mittit. Monachos quoque atque laicos quatuor circiter millia exsiliis durioribus relegavit, martyres fecit, confessoribus linguas abscidit, qui, linguis abscissis, perfecte usque ad finem locuti sunt.

*Gessericus*, aut *Gaisericus*, aut quod nunc usitatus, *Gensericus*. Pro *possiderent*, alii *possederant*. De *Genserico* quædam notavi in proleg. ad Dracont., num. **112**, pag. **87** et seq. AREV.

75. *Nihil. Al.*, jam nihil, quod Florezius tenuit. AREV.

76. *Illyrianosque*. Ita Mss. et Editi. Florezius, *Illyricianosque*. In Editione Grialii in *Carthaginensem provinciam*. Præferendum, cum Labbeo et aliis, in *Carthaginensi provincia*. Pro *dispositione*, alii *intentione*; alii, *dispensatione*, AREV.

77. *Gisericus* in vet. Coll. pro *Gisericus*. PEREZ. *Ibid.* Alii, *Romanorum*, relicta Urbe, uxorem Valentiniani. AREV.

78. In Editione Grialii æra notatur **508**, in aliis **511**. Florezius astruit æram **506**, ex Idacio alisque rationibus. Vide num. **74**, cum nota. Pro *Giserici filius*, alii *Gunderici filius*; et infra, et cunctos sacri ordinis clericos. AREV.

79. Tunc Lætus, Neptensis civitatis episcopus, A quibusdam generis ejus affnibus occidit. Belisarius autem Gilimirum tyrannum capit, eumque cum divitiis ex rapinis provinciarum et Africæ conquestis Constantinopolim Justiniano imperatori adducit. Sicque regnum Vandalorum cum populo atque stirpe deletur æra d. xiv, quod permansit cxiii ann., a Gunderico rege usque ad Gilimiri interitum.

80. Æra dxiv, Ugnérico succedit Guntamundus, regnans ann. xii, qui statim Ecclesiæ pacem reformans, Catholicos ab exsilio revocavit.

81. Æra dxvii, Guntamundo mortuo, Tra-emundus regnat ann. xviii, mens. iv. Iste, Ariana insania plenus, Catholicos insectatur, ecclesias claudit, Sardiniam exsilio ex omni Africana Ecclesia cxx episcopos mittit, Carthagine moritur. Cujus tempore Fulgentius, Ruspensis episcopus, in nostro dogmate claruit.

82. Æra dlxiii, post Trasemundum Ildericus, Ugnérico filius, ex Valentiniani imperatoris filia natus, regnat ann. vii, mens. iii. Iste, sacramento a decessore suo Trasemundo obstrictus, ne Catholicis in regno suo aut ecclesias aperiret, aut privilegia restauraret, priusquam regnaret, ne religionem sacramenti violaret, præcepit 134 et sacerdotes catholicos ab exsilio reduci, et ecclesias aperiri, quem Gilimer, assumpta tyrannide, regno privat, et cum illis carceris custodiæ mancipat.

83. Æra dlx, Gilimer regnum cum tyrannide sumpsit, multos nobilium Africæ provinciæ crudeliter exstinguens, multorumque substantias tollens, adversus quem Justinianus imperator, visitatione Læti episcopi, qui ab Ugnérico Vandalorum rege martyr fuerat factus, exercitum cum Belisario magistro militum ducem mittit. Initoque idem Belisarius prælio Guntemirum et Gebamundum regis fratres primo prælio superatos interficit, deinde ipsum Gilimirum in fugam versum. Africam capit nonagesimo septimo Vandalorum ingressione anno.

81. In ipso autem Belisarii occurso priusquam congressio fieret, Gilimer tyrannus Ildericum regem cum

79. Labbeus, episcopus quem contagii labe Ariani venenis maculare non potuit. Ugnericus, etc. AREV.

80. Florezius, cum Labbeo adoptat æram 514. Editio Grialii 515. AREV.

81. Trasemundus ab aliis vocatur *Transimundus*, vel *Transemundus*, vel *Trasimundus*, vel *Trasamundus*. AREV.

82. In Editione Grialii erat notata æra 534, cum varia lectione in nota æra 553, quod præferimus cum Florezio ex dictis ad num. 78; Grotius, mendose, post *Guntamundum* pro *post Trasemundum*. Pro *restauraret*, alii *restitueret*. AREV.

83. Editio Grialii recenset æram 561. Florezius, cum Labbeo, æram 560. Pro *visitatione*, alii *incitatione*, alii *visitatione nocturna*; *malimissione nocturna*. Pro *Guntemirum*, alii *Gunthimerum*; pro *versum*, Labbeus *terti*; Florezius, cum Grotio, *vertens*. Notat Florezius, ac multis probat, aut sanctum Isidorum exemplar Chronici Tunensis secutum, in quo anni regum Vandalorum male dispositi erant, aut aliquem exscriptorem ætas ad annos regum, in quibus numerorum error incidit, accommodasse; nam ære anni

A quibusdam generis ejus affnibus occidit. Belisarius autem Gilimirum tyrannum capit, eumque cum divitiis ex rapinis provinciarum et Africæ conquestis Constantinopolim Justiniano imperatori adducit. Sicque regnum Vandalorum cum populo atque stirpe deletur æra d. xiv, quod permansit cxiii ann., a Gunderico rege usque ad Gilimiri interitum.

#### Suevorum historia.

85. Æra cxlvii, Suevi, principe Hermerico, cum Alanis et Vandalis simul Hispanias ingressi sunt, atque omnem Gallæciam cum Vandalis occupant. Vandalis autem Africam transeuntibus, Gallæciam soli Suevi sortiti sunt, quibus præfuit in Hispaniis Hermericus annis xxii. Gallæci autem in parte proviæ regno suo utebantur. 135 Quos Hermericus assidua vastatione deprædans, tandem morbo oppressus, pacem cum eis fecit, Recchilanem filium suum in regnum substituit, qui cum magna parte exercitus missus, Andevotum Romanæ militiæ ducem cum multis copiis ad Singilium Bæticæ provinciæ fluvium, inito bello, prostravit, magnis ejus auri argenti que copiis occupatis. Inde Emeritam obsessam ingreditur, atque obtentam propria regno associat. Hermericus autem pater ejus, per annos vii diuturno languore affectus, interiit.

86. Æra cxlxxix, Hermerico defuncto, Recchila, filius ejus, regnat ann. viii, qui post obitum patris, Hispali obtenta, Bæticam et Carthaginiensem provincias in suam potestatem reducit, atque inde Emeritæ, sub cultu, ut ferunt, gentilitatis vitam finivit.

87. Æra cxxxvi, Recchiarus, Recchilanis filius, catholicus factus, succedit in regnum annis ix, accepta in conjugium Theuderedi regis Gothorum filia. Initio regni auspicalus Vasconias deprædatur; mox ad Theuderedum socerum suum profectus, Cesarugustanam regionem remeans, Gothis auxiliantibus, vastat. Tarraconensem provinciam, quæ Romano imperio deserviebat, invadit. Carthaginienses regiones, quas Recchila pater ejus Romanis reddiderat, in prædam mittit. Ad ultimum, dum Theuderens rex Gothorum in Hispaniam ingrederetur, inito

regni, servato æquali numero, respondent. Sed vera chronologia regum Vandalorum hæc est: Gundericus cepit Carthaginem anno 459, obiit 477. Hunnericus obiit 484, Guntamundus 486, Trasemundus 523, Ildericus 520, Gilimer 553. AREV.

84. Æra dlxiii, in vet. cod., pro dlxiv. PEREZ.

85. Singilium. Al., Singilim, pro Singilium. PEREZ.

Ibid. Florezius repositus æram 447, ex Idacii Chronico et aliis monumentis. Grialii Editio cum Labbeo statuit æram 446. AREV.

86. Grialii Editio astruit æram 478, Florezius 479, et annos octo regni Recchilanis emunerat, sed ita ut primus includatur in hoc numero. In Editione Grialii anni 7, et in nota 8 ex vet. cod. Pro *Emeritæ*, quod alii referunt, Grialii Editio, *Emeritam*. AREV.

87. In æra 486 consentiunt omnes optime Editiones. Pro *Theuderedi*, alii scribunt *Theuderici*, alii *Theodorici*. Idem est rex qui mox *Theudericus* vocatur. Pro *initio regni*, alii *initia regni*. Florezius, cum Labbeo, *invadit, irruptaque per dolum Herdensi urbe, egit ibi magnam captivitatem. Carthaginienses*, etc. Quod ex Idacio sumptum videtur. AREV.

Ibid. Anni 14. Anni vii in vet. Cod.

prælio adversus eum, primo fugatur, deinde captus a

88. *Æra cccxcv*, extincto Recchiario, Suevi, qui remanserant in extrema parte Gallæciæ, Maldram Massilæ filium regem sibi constituunt. Mox bifariam divisi, pars Frantanem, pars Maldram regem appellant. Nec mora. Frantano mortuo, Suevi, qui cum eo erant, Recchimundum sequuntur, et, cum Maldra pace inita, pariter **136** partes Lusitanæ deprædantur. Maldra autem tertio regni anno a suis jugulatur.

89. *Æra cccclxxxix*. Maldra interfecto, inter Frumarium et Remismundum oritur de regni potestate dissensio; sed Frumarius cum manu Suevorum, quam habebat, Flavienis urbis conventum gravi evenit excidio. Remismundus autem vicina sibi pariter Auregensium et Lucensis conventus maritima populatur.

90. *Æra dli*, Frumario mortuo, Remismundus, omnibus Suevis in suam ditionem regali jure revocatis, pacem cum Gallæcis reformat, legatos fœderis ad Theudericum regem Gothorum mittit, a quo etiam per legatos, et arma, et conjugem, quam haberet, arripit. Inde ad Lusitaniam transit. Conimbriam pace deceptam diripit. Olyssipona quoque ab eo occupatur, cive suo, qui illi præerat, tradente Lusidio. Hujus tempore Ajax, natione Galata, effectus apostata Arianus, inter Suevos, regis sui auxilio, hostis catholicæ fidei et di-

88. *Nec mora*. Id genuinum puto cum Labbeo et aliis. Grialii editio, *nec mor*. AREV.

89. *Remismundum*; al., *Reccimundum*; al., *Recchimundum*, vel *Rechimundum*. Pro *Auregensium*, quod Florezius præferendum ait, alii *Auriensium*; alii, *Arigensium*. AREV.

90. *Inde ad Lusitaniam*. Citatur in epistola Innoc. III ad Petrum Compostell. Isidorus, in *Chronicis*, de Gothis, titulo de Suevis.

*Ibid*. *Revocatis*. Florezius, cum Labbeo, *vocatis*. AREV.

vinæ Trinitatis emergit, de Gallicana Gothorum regione hoc pestiferum virus afferens, et totam gentem Suevorum lethalis perfidiæ tabe inficiens. Multis deinde Suevorum regibus in Ariana hæresi permanentibus, tandem regni potestatem Theudemirus suscepit.

91. Qui confestim, Ariana impietatis errore destructo, Suevos catholicæ fidei reddidit, innitente Martino, monasterii Duniensis episcopo, fide et scientia claro, cujus studio et præ Ecclesiæ amplata est, et multa in Ecclesiasticis disciplinis Gallæciæ regionibus instituta. Post Theudemirum Miro Suevorum princeps efficitur, regnans ann. xiii. Hic bellum secundo regni contra Ruccones intulit. Deinde in auxilium Leovigildo Gothorum regi adversus rebellem filium expugnandum Hispaliim pergit, ibique terminum vitæ clausit.

**13792**. Huic Heboricus filius in regnum succedit, quem adolescentem Andeca, sumpta tyrannide, regno privat; et monachum factum in monasterio damnat, pro quo non diu est dilata sententia. Nam Leovigildus, Gothorum rex, Suevis mox bellum inferens, obtento eodem regno, Andecanem dejecit, atque datusum, post regni honorem, presbyterii officio mancipavit. Sic enim oportuit ut quod ipse regi suo fecerat, rursus idem congrua vicissitudine pateretur. Regnum autem Suevorum deletum in Gothos transfertur, quod mansisse: *clxxxvii* annis scribitur.

91. Miro cepit *æra dclxxxix*, ex concil. ii Bracchar. PEREZ.

*Ibid*. Labbeus, *contra Romanos Ruccones*. In nota Perzii, *Ruccones in vet. cod.*, quod ipsum existat in textu, atque adeo forte se in nota legendum esset *Ruccones*. Vide Biclarenses, ad annum 572, infra, Labbeus: *Adversus rebellem filium ad expugnandam Hispaliim venit, et vitæ terminum clausit*. AREV.

*Ruccones in vet. Cod.*

92. *Audeca in vet. Cod. pro Andeca*.

*Ibid*. *Presbyterii*. Al., *presbyteri*; et congruenti pro congrua. AREV.

## 138 SANCTI ISIDORI

HISPALENSIS EPISCOPI

# DE VIRIS ILLUSTRIBUS

LIBER.

Præfatio.

1. *Quamvis superius plurimi veterum tractatum inter Græcos et Latinos scriptores doctissimi annotentur tamen reor ipse etiam puucorum memoriam facere, quorum lectionem recolo me attingisse.*

I. **139** Xystus, papa Romanus.

II. Macrobius, diaconus.

III. Philastrinus, ep. Brixianensis.

IV. Theodorus, ep. Mopsuestenus.

V. Osius, episc. Cordubensis.

VI. Toranius Rufinus, presbyter Aquileiensis.

VII. Verecundus, ep. Africanus.

VIII. Victorinus, episcopus.

1. *Superius*, id est, in Hieronymo et Gennadio. PEREZ. *Ibid*. In Isidorianis caput 80 sic inscripsi: *Liber*

*Isidori de Viris illustribus. Editiones hujus libri, mss. exemplaria. Præfatio Zaccarie. Harduini delicta contra*

- IX. Itatius, episcopus Galleciæ.  
 X. Ensebius, ep. Dorolitanus.  
 XI. Cerealis, ep. Castellanus. in Africa.  
 XII. Ferrandus, diaconus Carthag.  
 XIII. Petrus, episcop. Herden.  
 XIV. Marcellinus, presbyter.  
 XV. Itatius Clarus, ep. Hispanus.  
 XVI. Siricius, pont. Romanus.  
 XVII. Paulinus, presbyter Mediolan., postea ep. Nolanus.  
 XVIII. Proba, uxor Adelphii.  
 XIX. Joannes Chrysostomus, episc. Constantinop.  
 XX. Sedulius, presbyter.  
 XXI. Possidius, ep. Africanus.  
 XXII. Primasius, ep. Africanus.  
 XXIII. Proterius, ep. Alexandrius.  
 XXIV. Paschasius, ep. Siciliensis.  
 XXV. Julianus Pomerius.  
 XXVI. Eugippius, abbas Lucullanensis.  
 XXVII. Fulgentius, ep. Ruspensis in Africa.  
 XXVIII. Eucherius, ep. Lugdunensis Franciæ.  
 XXIX. Hilarius, ep. Arelatensis.  
 XXX. Apringius, ep. Pacensis, in Hisp.  
 XXXI. Justinianus, imperator.  
 XXXII. Facundus, ep. Hermianensis.  
 XXXIII. Justinianos, ep. Valentinus.  
 XXXIV. Justus, ep. Urgellitanus.  
 XXXV. Martinus, ep. Dumienensis.  
 XXXVI. Avitus, ep. Viennensis.  
 XXXVII. Dracontius.  
 XXXVIII. Victor, ep. Tunneusis.  
 XXXIX. Joannes, ep. Constantinop.  
 XL. Gregorius, papa Romanus.  
 XLI. Leander, ep. Hispal.  
 XLII. Lucinianus, ep. Carthagin.  
 XLIII. Severus, ep. Malacitanus.  
 XLIV. Joannes, ep. Gerundens.  
 XLV. Eutropius, ep. Valentinus.

pleraque veterum scripta perstringuntur. Notas Joannis Baptistæ Perez, expresso ejus nomine, præferam. Aliarum notarum summam colligam, laudatis nominibus auctorum, Miræi, Schotti, Fabricii, Aguirrii, Florezii, Editoris operum Patrum Toletanorum, et Zaccariæ; qui postremus, ut in Isidorianis observavi, hunc solum librum ex omnibus Isidori operibus notationibus illustraverat, quia bibliothecam ecclesiasticam Fabricii, in qua liber hic Isidori continetur, excudere festinabat, quamvis ne id quidem perfecerat. In indice virorum illustrium quem Perezius præmisit, num. 47, notabatur: *Paulinus presbyter Mediolanensis, postea episcopus Nolanus*. Hoc postremum prætermisi. Confer notam ad cap. 17, num. 21. Quod Isidorus ait, *quamvis superius*, recte Perezius explicavit de libris ejusdem argumenti a Hieronymo et Gennadio conscriptis. Nihilominus Miræus, qui hanc præfationem appendicem de duodecim scriptoribus ecclesiasticis præfixam videbat, hæc duodecim capita non esse Isidori ex ea colligebat. Zaccariæ etiam nonnullus scrupulus restabat, quia scilicet Honorius Augustodunensis exemplar Isidorianum nactus fuerat, cujus initium esset ab Osio. Verum de hac diversitate exemplarium dixi jam in Isidorianis, loc. cit. Etsi autem Isidorus ait se eorum scriptorum memoriam facere; quorum lectionem recolbat se

- A XLVI. Maximus, ep. Casaraugustan.  
 Hactenus Isidorus.  
 Hinc Braulio, ep. Casarang.  
 XLVII. Isidorus, ep. Hispal.

## CAPUT PRIMUM.

2. Xystus episcopus Romanæ urbis, et martyr, composuit ad instar Salomonis librum Proverbiorum, tam brevi eloquio, ut 140 in singulis versiculis singule explicentur sententiæ. Cui quidem opusculo hæretici quædam contra ecclesiasticam fidem inseruerunt, quo facilius, sub nomine tanti martyris, perversorum dogmatum reciperetur assertio. Sed is qui catholicam sese meminit, probando legat, et ea quæ veritas contraria non sunt recipiat. Quidam autem putant eundem librum ab hæreticis, non a Xysto, fuisse dictatum. Refellit autem hanc opinionem beatissimus Augustinus, qui in quodam opere suo ab eodem martyre hoc opus compositum esse fatetur.

## CAPUT II.

3. Macrobius diaconus studium sancti Cypriani geniumque serutus, complexus est congrua ex utroque Testamento adversus versutias hæreticorum capitula, de scilicet Dei Patris majestate, et Filii adventu, ejus incarnatione, sive passione, resurrectione, et ascensione in celos, parique modo, electione gentium, et reprobatione Judæorum. De his subjecit etiam cætera ad utilitatem vitæ et disciplinæ religionis pertinentia, omnia hæc in centum distinctis capitulis.

## CAPUT III.

C 4. Philastrius, Brixianus episcopus. Hic longè beatissimum Augustinum edidit librum de hæreticis singulas quasque demonstrans, sive quæ in veterum Judæorum ante incarnationem Christi fuerunt viginti octo enumerat, sive quæ post Dominum Salvatoris, adversus catholicam fidem sunt, quas idem centum viginti octo esse demonstrat, sicut de eo idem vir magnæ gloriæ Augustinus doctor clarissimus, meminit.

attigisse, tamen id non ita intelligendum est, ut omnes, quos nominat, scriptores legerit; sed est quod plerosque aut aliqua singulorum operum legit. AREV.

2. Xystus. Vel primus anno Christi 117, vel anno 257. Hic, et qui sequuntur tredecim, sunt Marcellinum, ex unico exemplari Fontis Galistæum Cauriensis diocesis descripti sunt. In quibus libris desiderabatur, qui ab Osio incipit, et ex ipso et Marcellino unum fecerant caput. *Ibid. composuit*, etc. Sententias esse Xysti philastri, non martyris, ait Hieronymus. ad Ctesiphontem xviii Ezech., et i lib. in Jovinianum, quo docet Rufinus, et retractat Augustinus. PEREZ.

*Ibid.* Ab hæreticis, ait Gelasius, 15 distinct. *Ibid.* Quid scribendum sit de Proverbii Xysti nomine vulgaris, docet Miræus, ad cap. 17 Gennadii. An

3. Macrobius. Apud Gennadium dicitur presbyter Afer, hæreticus, Pontianus, sive Montensis. *Ibid.* Miræus, hoc loco, ac sæpe alibi, notas Perez per errorem Loaisæ ascribit. An autem idem Macrobius; de quo Gennadius, cap. 5, non ita exploratum videtur. AREV.

4. Hic longe. Anno Christi 380. PEREZ. *Ibid.* August., ad Quodvultdeum, de hæreticis PEREZ.





etiam concilio quamplurimas edidit ipse sententias. A

7. Hic autem post longum senium vetustatis, id est, post **143** centesimum primum annum in ipso jam limine vitæ a fidei limitibus subruens, serpentis jaculo concidit. Nam accersitus a Constantio principe, minisque perterritas, metuens ne senex et dives damna rerum vel exsilium pateretur, illico Arianæ impietati consensit, et vocabulum *homousion*, quod simul cum Patribus sanctis cæteris Ecclesiis sequendum tradiderat, arreptus impietatis furore, damnavit: cujus quidem vitam, ut meruit, confestim exitus crudeliter fluit.

#### CAPUT VI.

8. Toranius Rufinus scripsit ad quemdam Paulinum presbyterum de Benedictionibus patriarcharum triplici intelligentia librum satis succinctum, et clara brevitate compositum. Illic autem juxta mysticum sensum, ea quæ de Dan, filio Jacob, scripta sunt, non recte de Domino nostro interpretatur, dum procul dubio ad Antichristum eadem pertinere sanctorum Patrum probet assertio.

7. *Cujus quidem*, etc. Vide infra in Marcellino. PEREZ. *Ibid.* Miræus, in favorem Osii, præter Baronium, allegat Alderetum, lib. 1, cap. 3, de Antiquit. Hisp. ARV.

8. Meminit Gennadius. Vide Gelas., dist. 15. PEREZ. *Ibid.* Toranius. Al. *Tyrannius*, vel *Torannius*. Cap. 17, num. 21, dicitur Paulinus presbyter composuisse librum de benedictionibus patriarcharum triplici intelligentiæ genere, diversum tamen a libro Rufini, ut ad eum locum dicam. Rufini pro se apologia ad Anastasium papam legitur in Biblioth. Galland. t. VIII. ARV.

9. Anno Christi 552, Verecundus quidam, Junensis episcopus in provincia Africæ Bizacena, defensor trium capitoliorum, anno ante habitam synodum Constantinopolit. quintam generalem, jussu Justiniani imperatoris, exsul Chalcedone moritur. Hæc Victor Tunnenensis narrat. Puto autem omnino hunc fuisse de quo loquitur Isidorus. Vidi porro hujus Verrecundi ipsum libellum de Pœnitentiâ hexametris scriptum, cujus hoc est initium:

Quis mihi mœsta dabit lacrymosis imbribus ora?

Is liber Gothicis litteris descriptus fuit olim Ecclesiæ Ovetensis, postea apud Michaëlem Rayzium Azargium amicum meum, Rodolphi imperatoris secretarium. PEREZ.

*Ibid.* Codex de quo Perezius, bodiedum asservatur in bibliotheca sanctæ Ecclesiæ Toletanæ; et ejus fit mentio in Editione operum sancti Eugenii. ARV.

10. Victorini duo referuntur a Hieronymo, unus episcopus Pitabiensis martyr; alter rhetor Afer. Alii quoque duo a Gennadio, unus rhetor et poeta Massiliensis, qui commentaria in Genesim versibus scripserit, quæ ad nos usque pervenerunt, et postremus Aquitanus. Ego opus Victorini adversus Manichæos et Marcionistas, quod ab Isidoro refertur, non vidi, neque usquam scio existare, sed puto fuisse illius Massiliensis poetæ, nam episcopum fuisse non meminit Gennadius. PEREZ.

*Ibid.* *Adversus Marcionistas*. Vide Augustin., de Hæres. lib. 1, cap. 21. et Irenæum, lib. 1, cap. 28. PEREZ.

*Ibid.* Libelli duo recensiti Victorini editi fuerunt a Sirmondo Lutetia, 1650. Alia ejus opera exstant in Bibliotheca Patrum; quæ omnia Miræus putat esse Victorini rhetoris Afri. Neque hunc Hieronymus episcopus novit. Victorinus Aquitanus fuit calculator. Miræus putat libellos qui hic recensentur esse Victorini Afri rhetoris. Eos edidit Sirmondus; post alii. De Victorini consulendus Gallandus in prolego-

#### CAPUT VII.

9. Verecundus, Africanus episcopus, studii liberalium litterarum disertus, edidit carmine dactylico duos modicos brevesque libellos, quorum primum de Resurrectione et Judicio scripsit, alterum vero de Pœnitentiâ, in quo lamentabili carmine propria delicta deplorat.

#### CAPUT VIII.

10. Victorinus episcopus composuit et ipse versibus duo opuscula **144** admodum brevia: unum adversus Manichæos reprobantes Veteris Testamenti Deum, veramque incarnationem Christi contradicentes; alium autem adversus Marcionistas, qui duo principia, id est, duos deos fingunt: unum malum, justum creaturarum conditorem et retributorem factorum; alterum bonum, animarum susceptorem et indultorem criminum.

#### CAPUT IX.

11. Itacius, provinciæ Gallaciæ episcopus, secutus chronicam Eusebii Cæsariensis episcopi, sive Hiero-

menis tom. IV Bibliothecæ Patrum, ubi exhibet, pag. 49 et seqq., Victorini episcopi Petavionensis et martyris tractatum de fabrica mundi, et scholia in Apocalypsin; item, t. VII, ubi, pag. 133 et seqq. recenset Fab. Mar. Victorini Afri opera, quæ exstant, omnia, notisque illustrat; inter quæ est liber unus contra Manichæos, sed prosa, non versibus conscriptus. ARV.

11. Anno Christi 481. Itacius, sive Itacius, duos ponit Isidorus, quos quia falso in unum multi etiam nostrates confundunt, facturus rem gratam videbor, si Itacius omnes distingvam. Reperio enim quinque hoc nomine Hispanos, qui ad tres redigi posse videntur. (Vide scholion de Itaciis tribus.) Primus est Itacius (sic enim hic scribitur in vetustis omnibus Codicibus) cognomento Clarus, episcopus Osasonobensis, relegatus ob cædem Priscilliani cum Ursacio, anno fere Christi 390, de quo Sulpicius Severus in Historia Ecclesiastica, Hieronymus, et Isidorus. Is scripsit contra Priscillianum, ut ait Isidorus, sed non existat. Secundus Itacius episcopus Emeritensis ipsam temporibus cum superiore, persecutor quoque Priscilliani, ex eodem Sulpicio Severo. Uterque verus subscribit in synodo Cæsarangustana. Tertius Itacius, sive Itacius (nam utroque modo scriptum reperio) episcopus Lamecensis in Gallaciâ, auctor Chroniconum editi, quod manu scriptum habeo. Hæc conversum ait anno Christi 477, scripsisse vero Itacius ad octavum annum Leonis, ait Isidorus, nempe annum 481. Sigebertus ait usque ad annum 496. Trithemius primum cum tertio conjuncti. Poterat et videri quartus Itacius Clarus, cujus opus exstat adversus Varidamum Arianum. Sed is, ut puto, idem est cum primo Osasonobensi exsule. Potuit enim dan peregrinatur, opus Varidami videre Neapoli urbe Campaniæ, quod de se ipse narrat. Quartum (quintum) etiam adferet aliquis illum Itacium episcopum, qui cum Turibio Asturicensi concilium celebravit adversus Priscillianistas, jussu Leonis papæ anno 447, ut est in epistola Leonis ad Turibium, et in altera epistola ipsius Turibii ad Itacium et Ceponium, quam habeo manuscriptam. Sed hic Itacius ex comparatione temporis, et Gallaciæ provinciæ potuit esse idem cum tertio illo Lamecensi chronographo. PEREZ.

*Ibid.* Itacii Chronicon emendatissimum editi Florezius, tom. IV Hisp. sacr., qui de Itaciis plura disputat, et contra communem opinionem probat auctorem Chroniconi non esse Itacium episcopum Lamecensem, ac videri potius cum fuisse episcopum Aquilaviensem, in Gallaciâ. Quod Itacius, accusa-



vni presbyteri, **145** quæ usque hodie in Valentis Augusti imperium edita declaratur, dehinc ab anno primo Theodosii Augusti usque in annum imperii Leonis octavum subjunctam sequitur historiam, in qua magis Barbararum gentium bella crudelia narrat, quæ premebant Hispaniam. Decessit sub Leone principe, ultima jam pene senectute, sicut etiam præfationis suæ demonstratur indicio.

## CAPUT X.

**12.** Eusebius, Dorolitanæ urbis episcopus. Hic in cœtu Chalcedonenſis concilii contra Dioscorum hæreticum Alexandrinæ urbis episcopum librum obtulit, ac præſenti ſynodo omnes Dioscori errores et blasphemias recitavit. Hunc enim ac sanctum Flavianum Constantinopolitanum episcopum idem Dioscorus in Ephesina ſecunda ſynodo excommunicationis ſententia dejecerat, eo quod pro orthodoxa fide contra hæresin repugnarent. Unde postea idem Eusebius in Chalcedonenſi ſynodo innumerabilium malorum ejus crimina, vel blasphemias detegens, damnationis ejus ſententiam super eum a sancto concilio imprecatur, scilicet, ut quod juste ille aliis intulerat, in eo juste retorqueretur.

## CAPUT XI.

**13.** Cerealis, Castellanenſis Ecclesie episcopus. Hic, dum apud Carthaginiensem Africae provinciæ urbem venisset, de fide sanctæ Trinitatis cum Maximiano, Ammonitarum episcopo, concertatus est, respondeas propositionibus ejus, non eloquiorum argumentis, sed de testimoniis sanctarum Scripturarum. Exstat hoc ipsum ejusdem opusculum novem et decem responsionum capitulis præsignatum.

## CAPUT XII.

**14** Ferrandus, Carthaginiensis Ecclesie diaconus, **146** multum in sacris Scripturis floruisse asseritur,

tor Priscilliani, fuerit episcopus Lamecensis, aſſeruit quidem Quenellius, sed hoc etiam incertum esse, idem Florezius ostendit. Idem Chronicon et Fastos habes in cit. Bibl. Galland., tom. X, p. 325. AREV.

**12.** In cœtu, etc. Actione 3 Concil. Chalced. — *Ibid.* Ephesina. Anno Christi 448. — *Ibid.* Chalcedonenſi. Anno 451. PEREZ.

*Ibid.* De Eusebio Dorilhei episcopo, et de sancto Flaviano Baronius fuisse agit in Annalibus, et in not. ad Martyrologium Rom., die 18 februarii. In Editione Grælii, mendo e, *Dorolitanæ urbis*. AREV.

**13.** Exstat, etc. cum aliis in Hæreseologia. PEREZ.

*Ibid.* Gennadius Cerealem Castellensem, seu Catalanensem episcopum recenset, cap. 96, quo loco videndus Miræus. Pro concertatus est, melius esset *concertavit*; sed illud genuinum videtur. Pro *Ammonitarum*, alicubi legitur *Arianorum*, seu *Africanorum*, sed legendum videtur *Ariomanitarum*. Notat Florezius, in exemplari Marianæ deesse *de ante testimoniis*. AREV.

**14.** *Rescriptum*. Editus est Romæ ab Achille Statio.

*Ibid.* *Quid prodest*. Idem scripsit Pontianus episcopus Aler ad Justinianum imp. — *Ibid.* *Si quis*. Contra delinuit concil. v Constantinopol., act. 5; de Theodoro Mopsuesteno, vide **24**, quæst. 2. PEREZ.

*Ibid.* Ferrandus diaconus floruit anno 507. Ejus opera edita exstant, Paræneticus ad Reginum Comitum, epistolæ, breviatio canonum, etc. Eidem a nonnullis ascribitur Vita sancti Fulgentii Ruspensis epi-

scopi. A multasque cum beato Fulgentio propositiones alternis epistolis habuisse narratur. Iste ad Pelagium et Anatolium Romanos diaconos consulentes eum, utrum liceat quemquam damnare post mortem, edidit rescriptum, ubi inter alia sic locutus est, dicens: « Quid prodest dormientibus Ecclesiam perturbare? Si quis adhuc in corpore mortis hujus accusatus et damnatus, antequam mereretur absolvi, de Ecclesia raptus est, absolvi non potest humano iudicio. Si quis accusatus et absolutus in pace catholice Ecclesie transivit ad Deum, condemnari non potest ulterius humano iudicio. Si quis accusatus ante diem sacri examinis repentina vocatione præventus est, infra sinum matris Ecclesie constitutus, divino intelligendus est iudicio reservari, et de hoc nullus homo potest manifestam proferre sententiam, cui si Deus indulgentiam dedit, nihil nocet nostra severitas; sed si supplicium præparavit, nihil prodest nostra benignitas.

## CAPUT XIII.

**15.** Petrus, Ierdensis Hispaniarum Ecclesie episcopus, edidit diversis solemnitatibus congruentibus orationes, et missas elegantis sensu, et aperto sermone.

## CAPUT XIV.

**16.** Marcellinus, Italiae presbyter, scripsit Theodosio Minori, Arcadioque imperatoribus, opusculum unum, in quo retexit gesta episcoporum qui ad destructionem homousion Arimini convenerunt; quique ita totum mundum perfidia impii dogmatis turbaverunt, ut vix pauci antistites existerent qui in inviolabili fidei culta perseverarent. Exponit quoque de Ario, dum ad synodum pergeret cum Alexandro disputaturus, qualiter conversus in via ad necessariam causam, viscera ejus fuisse diffusa. De ſine quoque Osii Cordubensis urbis episcopi, qui metu imperatoris, fidem prævaricatus, perfidie asserit et Impie-

scopi. AREV.

**15.** *Missæ in officio Gothico* est quædam oratio, de qua vide not. lib. 1 Offic. eccles., cap. 15, num. 1. AREV.

**16.** *Marcellinus*. Hujus meminit Gennadius in Faustino presbytero. — *Ibid.* *Convenerunt*. Anno 539. PEREZ.

*Ibid.* Marcellini Historia de Osii Cordubensis morte iisdem verbis, sed paulo fusior exstat in Codice Gothico bibliothecæ Complutensis ad finem Isidori de Viris illustribus, sine nomine auctoris Marcellini. Porro Osius nobilissimus olim confessor, et doctissimus, ab Augustino et Athanasio laudatus, Constantino imperatori etiam per litteras familiaris (ut est in Cod. Theodos., titul. de Sacrosanctis Ecclesiis), qui que in conciliis Eliberitano, Niceno et Sardicensi, cum magna sui laude fuerat Catholicorum propugnator, tandem senio delirans, in Syriensi synodo ad Arianos defecit. De quo vide etiam Hilarium, lib. de Synodis; Athanasium, lib. de Unitate Trinitatis; Sulpicii Severi Historiam, et Honorium Augustodunens., lib. de Scriptoribus Eccles. PEREZ.

*Ibid.* *Homousion*. Al., *homousii*. De sancto Gregorio Eliberitano Martyrologium Rom., die 24 Aprilis. In Editione Patrum Toletan. ad hunc locum erudite nota subjicitur, qua ostenditur commentitia esse quæ Marcellinus narrat de sine Osii; quo in argumento Natalis Alexander, Florezius, alique versati sunt. AREV.

tatis effectus fuerat **147** assecutor, sic talia profert. **A** Nam post impiam, inquit, Osii prævaricationem, dum sanctus Gregorius, Eliberitanus episcopus, in Cordubensi urbe juxta imperiale decretum fuisset adductus, ac minime vellet illi communicare, commotus Osius dicit Clementino Constantii præfecto vicario, ut mitteret eum in exsilium. At ille inquit: *Non audeo episcopum in exsilium mittere, nisi prius eum ab episcopatu dejeceris.*

**17.** Ut autem vidit sanctus Gregorius quod Osius vellet ferre sententiam, appellat Christum totius fidei suæ visceribus, exclamans ita: *Christe Deus, qui venturus es judicare vivos et mortuos, ne patiaris hodie humanam proferri sententiam adversus me minimum servum tuum, qui pro fide nominis tui, ut reus assistens, spectaculum factus sum; sed tu ipse, quæso, in causa tua hodie judica, ipse sententiam proferre dignare per ultionem. Non ego, quasi metuens exilium, fugere cupio, cum mihi pro tuo nomine nullum supplicium grave sit, sed ut nulli prævaricationis errore liberentur, cum præsentem viderint ultionem.* Illis dictis, ecce repente Osius residens fastu quasi regalis imperii, cum sententiam conaretur exprimere, os vertit, distorquens pariter et cervicem, ac de sessu in terram eliditur, atque illico expiravit.

**18.** Tunc, admirantibus cunctis, etiam Clementinus ille gentilis expavit, et licet esset judex, tamen timens ne in se simili supplicio judicaretur, prostravit se ad pedes sancti viri, obsecrans ut sibi parceret, qui in eum divinæ legis ignorantia peccasset, et non tam proprio arbitrio quam mandantis imperio. Inde est quod solus Gregorius ex numero vindicantium integrani fidem, nec in fugam versus est, nec passus est exilium, unusquisque enim timuit de illo ulterius judicare.

**18. Vindicantium. Vindicat martyres** apud Optatum, lib. 1. PEREZ.

**19. Priscilliani.** Vide Epiphani., lib. 1, cap. 34; et Iren., lib. 1, cap. 8 et 9. — *Ibid.* De Mane Cyrillus, ceteris hes. 60, et Epiphani., lib. 11, cap. 661. PEREZ.

*Ibid.* Marcum istum e Gallia in Hispaniam concessisse, ubi feminam nobilem Agapen, et Heliadium rhetorem seduxit, ostendit Florezius tom. XV. Hisp. sacr. pag. 45, ex Sulpicio, et S. Hieronymo. Inde nata est Priscilliani hæresis. Idem Florezius de Itacio agit tom. XIII, pag. 150, et tom. XIV, pag. 215. AREV.

**20. Siricius.** Anno 385. — *Decretale*, etc. Exstant epistolæ. — *Eumerius.* Romerius semper vocatur in vet. Cod., non Himerius. — *Et aliam.* De qua vide Ambros., epist. 8 et 81. PEREZ.

*Ibid.* Schottus monet legendum *Siricus*, non *Siricus*. Zaccaria miram dissensionem inter chronologos notarat esse, quod attinet ad epocham pontificatus a Siricio suscepti, de qua videri possunt Papæbrochius, uterque Pagius, Blanchinius et alii. Epistolæ Siricii, uti alia genuinæ aliorum pontificum, accurate typis commissæ sunt a Constantio; post quem Siricii epistolæ et decreta Gallandius recudit, tom. VII bibliothecæ Patrum, pag. 555. Pro *Eumerius*, alii malunt *Himerium*, quin obstat auctoritas Codicis a Perezio allegati. Epigraphæ basilicæ sancti Pauli Romæ, a Marangonio divulgatæ, annos pontificatus tribuunt Siricio quindecim, menses undecim, dies viginti quinque. AREV.

**21.** Anno 410 fuit episcopus Nolanus. Paulinus hic, de quo multa mentio apud Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Gregorium, et Genadium. Frustra enim multi nostra ætae et Honorium Augustodunensem secuti, Paulinos duos faciunt, unum Nolanum episco-

## 148 CAPUT XV.

**19.** Itacius, Hispaniarum episcopus, cognomento et eloquio clarus, scripsit quendam librum sub Apologetici specie, in quo detestanda Priscilliani dogmata, et maleficiorum ejus artes, libidinumque ejus probra demonstrat, ostendens Marcum quendam Memphiticum magicæ artis scientissimum, discipulum fuisse Manis et Priscilliani magistrum. Hic autem cum Ursacio episcopo ob nerem ejusdem Priscilliani, cujus accusatores exstiterant, Ecclesiam communiõne privatus, exsilio condemnatur, ibique die ultimo fungitur, Theodosio Majore et Valentiniano regnantibus.

## CAPUT XVI.

**20.** Siricius, clarissimus pontifex, et Romanæ sedis antistes, scripsit decretale opusculum directum ad Enmerium Tarraconensem episcopum. In quo, inter alias ecclesiasticas disciplinas, constituit hæreticorum baptismi nequaquam ab Ecclesia rescindendum. Reperimus et aliam ejus epistolam ad diversos episcopos missam, in qua condemnat Jovinianum hæreticum, atque Auxentium, cæterosque eorundem sequaces. Præfuit Romæ annos quatuordecim. Obiit Theodosio et Valentiniano regnantibus.

## CAPUT XVII.

**21.** Paulinus, presbyter, explicuit in Benedictionibus patriarcharum triplici intelligentiæ genere librum satis succincta brevitate **149** compositum. Idem etiam, jeteute Augustino, conscripsit Ambrosii vitam signis florentem, atque doctrinis et meritis apostolorum non imparem. Siquidem et Constantius episcopus Germani vitam contexit, obitumque Paulini Oranius edidit.

alterum presbyterum Mediolanensem, auctorem Vitæ sancti Ambrosii, cum ipse Paulinus, in epistola ad Alypium, scribat se, licet in Hispania ordinatus fuerit presbyter, a Lampio episcopo Barri-nouensi, tamen beneficio sancti Ambrosii assecutum esse ut ubicunque terrarum degeret, Ambrosii presbyter diceretur. Porro hujusmodi Vitæ, quæ ab Isidoro commemorantur, nempe Ambrosii Mediolanensis, Germani Antiskidorensis, et Paulini Nolani episcoporum, editæ a Paulino Constantio et Oranio exstant in vetustissimo exemplari Ecclesiæ Tolitanæ et feruntur impressæ apud Laurentium Surinum. PEREZ.

*Ibid.* Fallit Perezus cum multis aliis, quos Paulinum ab Isidoro laudatum crediderit fuisse episcopum Nolanum, ut jam notarunt Miræus et edito operum Patrum Tolitanorum, qui observat dubitari posse an Paulinus, sancti Ambrosii diaconus, ut quam ad presbyteratus ordinem ascenderit, cum solum id apud Isidorum legatur. Zaccaria addit Paulinum presbyterum Mediolanensem, scriptorem Vitæ sancti Ambrosii, distinguendum etiam a Paulino Biterrensi, eisi duos hos Paulinos Dupius confuderit. Putarant Caveus et Oudinus Isidorum per oscitantiam Rufini opis de eodem argumento de quo supra, num. 8, Paulino astinuisse; sed opus Paulini diversum est, cujus fragmentum Martianus edidit inter Hieronymiano, et integrum libellum Mingarellius, in Anekdosis veterum Patrum Latino-rum, Bononiæ, 1751. Putat Mingarellius Isidorum scripsisse *duplici intelligentiæ genere*, quia id magis operi congruit. Constantium, quem episcopum Tolitanum nominat, Zaccaria vult esse presbyterum Sidonio celebratum, de quo Oudinus; et ita operum minor est comparatio inter Constantium et Oranium

## CAPUT XVIII.

22. Proba, uxor Adelphii proconsulis, femina, idcirco inter viros ecclesiasticos posita sola, pro eo quod in laude Christi versata est, componens centonem de Christo, Virgilianis coaptatum versiculis. Cujus quidem non miramur studium, sed laudamus ingenium. Quod tamen opusculum inter apocryphas Scripturas inseritur.

## 150 CAPUT XIX.

23. Joannes, sanctissimus Constantinopolitanae sedis episcopus, cognomento *Chrysostomus*; cujus oratio, et plurimam cordis compunctionem, et magnam suaviloquentiam tribuit, condidit Graeco eloquio multa et praecleara opuscula. E quibus utitur Latinitas, duobus ejus de lapsis libellis, scriptis ad quemdam Theodorum, lamentis et exhortationibus plenis, utpote illum a bona conversatione dejectum. Et quia monachi vitam cum eo in uno eodemque monasterio exercebat, ideo conversationis ibi factae cum in libris ipsis admonuit, provocans eum ad propositum, atque ostendens, nulli peccatori, vel impio, si ad poenitentiam redeat, desperandum.

24. Legimus ejusdem et librum alium, cujus praenotatio, est *Neminem posse laedi ab aliq, nisi a semetipso*. Ad personam quoque ejusdem nobilissimae matronae Gregoriae reperitur opus ejus insigne de conver-

presbyteros, et Paulinum etiam presbyterum. Schottus putabat Oranium esse cognomen Fortunati poetae, qui post Severum Sulpicium de Pontio Paulino, fortasse eo qui fuit Nolanus episcopus, concipit versibus. Gallandus, tom. VIII Biblioth., pag. 211, edidit Paulini Nolani episcopi carmina quaedam auctiora et emendatiora, ex Mingarellii recensione; et tom. IX, pag. 25, Paulini Mediolanensis tria opuscula, scilicet Vitam sancti Ambrosii, Libellum adversus Coelestem, et alium de Benedictionibus patriarcharum, et in prolegomenis ad hunc tomum IX contra Tillamontium et Fontaninum cum Fabricio et laudato Mingarellio caput hoc Isidori tuetur. Inter opera Paulini Nolani exstat ejus Vita ab Uranio, sive Oratio conscripta. AREV.

22. Proba. Anno Christi 410, exstat cognomine Falconia Valeria. — *Centonem*. Meminit Hieron. ad Paulinum. Apocryphum vocat Gelasius, dist. 15. PEREZ.

*Ibid.* in Ms. Aguirriano: Proba, quae cognomento Falconia dicitur, uxor, etc. Miræus putat Isidorum deceptum, quod Probam uxorem Adelphii dixerit; sed potius ipse decipitur, quod poetriam Probam crediderit fuisse Aniciam Falconiam Probam, consulem matrem, filiam et uxorem, ut observat Fontaninus, de antiquit. Horte, lib. II. De Nobilissima familia Aniciorum, vide commentar. ad Prudentium, lib. I contra Symmachum, vers. 553 et seqq. Ex eadem familia fuit Proba uxor Adelphii, quamvis hic in catalogo proconsulum, qui aliunde nobis noti sunt, non reperatur. Pro in laude, alii in laudem. De hoc centone, vide notas ad Decretum Gelasii post Sedulium, num. 52, pag. 425 et seqq. Confer etiam Didacum Covarruviam, lib. IV variar. Resolut., cap. 14, in distinct. 15. AREV.

23. Joannes, etc. Anno 388. PEREZ.

*Ibid.* De sancto Joanne Chrysostomo videri possunt Montfaucunis in Editione operum sancti Doctoris, Fabricius in Bibl. Graeca, tom. VII, pag. 560 et seqq., et Bollandiani, tom. IV septembris. Zaccaria notat contra Joan. Georgium Walchium, in Hist. ecclesiast. Novi Testamenti, pag. 1374, Chrysostomi

A satione vitae, et institutione morum, sive de compugnancia virtutum et vitiorum. Est etiam et alius liber ejusdem apud Latinos de compunctione cordis. Alter quoque scriptus ad quemdam Entropium, cum palatio pulsus ad altarium confugisset.

25. Multos praeterea composuit diversosque tractatus, quos enumerare perlongum est. Cujus eloquentiae ejus fluentia de Graeco in Latinum sermonem 151 translata sunt. Hic autem, decimo tertio anno episcopatus sui, discordia Theophili Alexandrini episcopi, oppressus. Faventes episcopi nostri Arcadio imperatori damnaverunt eum innocentem, atque ab episcopatu dejectum, Pontum in exilium retruserunt. Corpus vigesimo quinto anno, die functionis ab exilio B Constantinopolim revocatur, etiam in Apostolorum ecclesia sepellitur.

## CAPUT XX.

26. Sedulius, presbyter, edidit tres libros, dactylico heroico metro compositos, quorum prius signa et virtutes Veteris Testamenti potentissimo resonat, reliqui vero gestorum Christi sacramenta vel miracula intonant.

## CAPUT XXI.

27. Possidius, Africae provinciae episcopus. Hic stylo persecutus est vitam sancti Augustini, cui etiam operi subiecit indiculum scriptorum ejus, enu-

cognomentum jam sexto saeculo, et ante sextam synodum, anno . . . 680 habitum, obtinuisse. In versibus etiam qui ab Isidoro editi pro sua bibliotheca dicuntur, Joannes Chrysostomus vocatur, et ratio nominis redditur. Quisnam interpres Latinus fuerit duorum libellorum, quibus Isidori aeo utebatur Latinitas, non constat. Anianum, vel Mutianum scholasticum, nonnulli indicunt. AREV.

24. De compugnancia. Al., de compugnatione. Vide Isidoriana, cap. 84, num. 20, ubi de Conflictu virtutum et vitiorum, qui Isidoro ascribitur, disserui. Opuscula quaedam sancti Joannis Chrysostomi recens edita leguntur in Biblioth. Galland. tom. VIII, pag. 259, et tom. XIV, in append. pag. 136. AREV.

25. Decimo tertio anno. Forte anno 7; nam annos 6 sedisse constat ex Marcellino et Niceph. Constantin. — Dejectus anno Christi 404, ex Marcellino; mortuus exsul, anno 407, ex Paulo Diac. — Corpus. Haec adduntur in uno exemplari. PEREZ.

*Ibid.* Ex historia pro certo ponendum Chrysostomum anno 7 fuisse oppressum. Advertit Schottus, in uno Ms. Tolet. pro *episcopi nostri legi episcopi novem*. Alii omittunt *nostri* et *novem*, quod meliorem et veriorem sensum reddit. Quod Pontum Chrysostomus in exilium retrusus dicitur, ita est intelligendum, ut Comans ad Pontum Euxinum obierit, dum ex variis aliis locis ad Pityuntem deportaretur. Ex aliis Editionibus repositus *anno a die functionis*; nam in Editione Grialii a omittitur. AREV.

26. Sedulius. Anno 430. — Tres libros. Laudat Gelasius, dist. 15. PEREZ.

*Ibid.* In prolegomenis ad Sedulium vitam ejus exposui, et de operibus disserui. Videri etiam potest Zaccariae Historia litteraria Italiae tom. IV, pag. 200. Annotationes in Epistolas Pauli, quae alterius Sedulii sunt, Sedulio poetae Miræus affligit, in quibus verba quaedam Pelagi, seu alicujus Pelagiani notantur, sive ab alio intrusa, sive ab auctore adoptata. AREV.

27. Possidius. Ita vet. Cod. non *Possidonius*. Fuit episcopus Catamensis in Numidia, in vii concil. Carthag., anno 418. — vitam, etc., exstat. PEREZ.

merans quanta idem beatissimus doctor scripsit, ubi **A** sancta paschali, baptizandi hora, cum nullus canalis sit, vel fistula nec aqua omnino vicina, fons ex sese repletur: paucisque qui fuerint consecratis, cum deductorium **183** nullum sit, ut venerat aqua, ex sese discedit. Claruit sub Theodosio Juniore, Arcadii imperatoris anno.

## CAPUT XXII.

28. Primasius, Africanus episcopus, composuit sermone scholastico de Hæresibus tres libros directos ad Fortunatum episcopum, explicans in eis quod olim beatissimus Augustinus in libro Hæreseon imperfectum, morte interveniente, reliquerat: in primo **152** namque ostendens quid hæreticum faciat, in secundo et tertio digerens quid hæreticum demonstret.

## CAPUT XXIII.

29. Proterius, Alexandrinæ Ecclesiæ antistes, scripsit epistolas ad Leonem Romanæ sedis episcopum de festivitate paschali. Hunc autem Leonis Augusti temporibus Dioscori hæretici successores, auctore Timotheo, seditione facta, crudelissime peremerunt, ipsumque Timotheum sibi pro Alexandrino episcopo statuerunt.

## CAPUT XXIV.

30. Paschasinus, Siciliensis episcopus, edidit unam epistolam paschalem, ad Leonem supradictum papam directam, in qua refert paschalis mysterii miraculum his verbis: *Est, inquit, possessio, quæ appellatur Mellinas, in montibus arduis, ac silvis densissimis constituta, illic perperam atque vili opere constructa Ecclesia est, in cujus baptisterio nocte sacro-*

*Ibid.* Notæ in Editione Grialii confusæ erant. Joannes Salinas Possidii indiculum et Vitam anno 1731 Romæ typis edidit, ejusque fidem toetur contra Joannem Clericum, sive Phereponum, in animadversionibus ad sancti Augustini opera. Vitam Possidii, ab orulato teste conscriptam, habes etiam apud Bollandistas ad diem 17 Maii. AREV.

28. *Primasius.* Anno 553. *Ibid.* *Fortunatum.* Provincia Byzacena dicitur in v concil. Constantinop., collat. 2. *Ibid.* *Demonstret.* Exstant ejus Comment. in Apoc' yps. PEREZ.

*Ibid.* Post demonstrat in nonnullis Editionibus additur: *Claruit Justiniano regnante;* pro Justiniano, mendose, *Juliano.* Miræus ait Primasium obiisse, non anno 440, ut Xystus Senensis refert, sed 503. Perezus indicat annum 553. AREV.

29. *Proterius.* Anno 457. *Ibid.* *Hunc autem,* etc. Nicephorus, lib. xv, cap. 15; Liberatus, cap. 16. PEREZ. *Ibid.* Epistola Proterii de paschate edita fuit ab Ægidio Bucherio, cap. 2 commentarii ad Victorii Aquitani canonem. Pro successores Zaccaria conjiciebat *suffragatores.* Mors Proterii contigit anno 457, quarto, vel, ut alii malunt, quinto Kal. Aprilis. AREV.

30. *Epistolam.* Anno 445 scripta est epistola. Exstat cum epistolis Leonis, tom. I Concil. Paschasinus hic Lilybetanus (in Sicilia) episcopus fuit, legatus Leonis papæ in concil. Chalcedonens. anno 451. *Ibid.* *Baptizandi hora.* Contigit anno 417. Simile miraculum in Hispania, anno 563, ex Gregor. Turouens., lib. x, cap. 22, et Sieberto. PEREZ.

*Ibid.* Notæ Editionis Grialii hoc quoque loco confusæ in ordinem redegei. *Paschasinus;* al., *Paschasius.* Pro *Mellinas,* al., *Miltinas;* al., *Mentinas;* et pro *discedit;* al., *vinus bene, descendit.* Quod refert sanctus Gregorius Turouensis simile miraculum in Hispania accidisse, mirum, inquit

## CAPUT XXV.

31. Julianus quidam, Gallus, cognomento Pomerius. Hic octo libros de animæ Natura in dialogi morem conscripsit. Horum primus continet quid sit anima, vel qualiter credatur ad Dei imaginem facta. In secundo loquitur utrum anima corporea, an incorporea sit. In tertio disserit primo homini esse anima sit facta. In quarto utrum nova anima sine peccato fiat, an peccatum primi hominis ex illo propagata originaliter trabat.

**B** 32. In quinto describit quæ sit facultas animæ. In sexto eloquitur unde sit illa discordia quæ carni spiritus, vel caro spiritui adversatur. In septimo autem scribit de differentia vitæ et mortis, vel resurrectione carnis et animæ, sive de morte carnis, ac de ejus resurrectione. In octavo loquitur de his quæ in fine mundi futura sunt, vel de quæstionibus quæ solent de resurrectione proponi, sive de finibus bonorum atque malorum.

33. Hic tamen, in secundo ejusdem operis libro, Tertulliani erroribus consentiens, animam corpoream esse dixit, quibusdam hoc fallacibus argumentis astruere contendens. Edidit etiam unum libellum de Virginitate institutandis, alios quoque tres de futura vitæ contemplatione, vel actuali conversatione, necnon de vitis atque virtutibus.

Schottus, id ab Isidoro non recenseri, neque hoc loco, neque in libris Etymologiarum, ubi de cereo paschali agit. Alia miracula hujc affinia narrat Joannes Moschus, in Prato spirituali, cap. 214 et 215, alia alii, ut videri potest in not. ad librum sancti Ildelfonsi, de Cognitione baptismi, tom. II Patrum Toletanorum, cap. 105, pag. 210, ubi eruditissimus auctor ostendere conatur simile miraculum, quod Ildelfonsus commemorat, esse illud ipsum quod Gregorius Turouensis Hispaniæ ascripsit, quamvis Ildelfonsus locum miraculi non expresserit. Semper tamen mirum videri debet quod neque Isidorus, neque Ildelfonsus in Hispania hujusmodi miraculum contigisse indicaverint. Epistola Paschasini a Miræo scripta dicitur anno 442. Quod Perezus ait, *Contigit anno 417,* ad miraculum referri videtur. AREV.

31. *Julianus.* Anno 450. PEREZ.

*Ibid.* *Gallus.* Maorum ait fuisse Gennadius. Falso ergo confundunt quidam Pomerium cum Juliano episcopo Toletano, qui obiit anno 690. PEREZ.

*Ibid.* Antiquissimus est hic error, quo Julianus Toletanus cum Juliano Pomerio confunditur, ut ex veteribus Codicibus liquet. Alioquin Julianus Toletanus sæpe Pomerium laudat, sequiturque. Vnde Hispaniam sacram, tom. V, pag. 300, et Vitam sancti Juliani Toletani episcopi, tom. II Patrum Toletanorum. Observandum quod Gennadius, etsi Maurum natione dicit Pomerium, in Gallia tamen ordinatum presbyterum asserit; quo forte alludit Isidorus, dum Gallum vocat; vel omnittendum est *Gallus* cum nonnullis Editionibus. AREV.

32. Suspicatur Schottus octavum librum de his quæ in fine mundi futura sunt, esse *Prognosticon* illud, quod Daci Boetius Epo edidit. At hoc *Prognosticon* certo est opus Juliani Toletani, in quo identidem verba Pomerii referuntur. AREV.

## CAPUT XXVI.

34. Eugipius, abbas Lucullanensis oppidi, Neapoli Campaniæ. Hic ad quemdam Paschasium diaconum libellum de Vita sancti **154** monachi Severini transmissum brevi stylo composuit. Scripsit et regulam monachis consistentibus in monasterio sancti Severini, quam eisdem moriens quasi testamentario jure reliquit. Claruit post consulatum Importunus Junioris, Anastasio imperatore regnante.

## CAPUT XXVII.

35. Fulgentius, Afer, ecclesiæ Ruspensis episcopus, in confessione fidei clarus, in Scripturis divinis copiosissime eruditus, in loquendo quoque dulcis, in docendo ac disserendo subtilis, scripsit multa. E quibus legimus, de gratia Dei et libero arbitrio libros Responsorum septem, in quibus Fausto, Galliæ Regiensiæ urbis episcopo, Pelagiæ pravitati consentienti, respondens, obnititur ejus profundam destruere calliditatem.

36. Legimus et ejusdem librum de sancta Trinitate ad Felicem directum notarium; librum quoque Regulæ veræ fidei, et alium de Sacramento Incarnationis Domini nostri Jesu Christi. Exstant et duo ejusdem libri de Veritate prædestinationis, ad episcopos missi, in quibus demonstratur quod gratia Dei in bonis voluntatem humanam prævenit, et quod Deus quosdam prædestinationis suæ munere justificans præeligit, quosdam vero in suis reprobis moribus occulto quodam judicio derelinquit.

37. Est et liber altercationis ejus, quo de fide cum

A Thrasamundo rege idem beatus Fulgentius disputavit. Ad Ferrandum quoque, ecclesiæ Carthaginiensis diaconum, unum de interrogatis Questionibus scripsit libellum. Inter hæc composuit multos tractatus **155**, quibus sacerdotes in ecclesiis uterentur. Plurima quoque feruntur ingenii ejus monumenta. Hæc tantum ex pretiosis doctrinæ ejus floribus carpsimus. Sors melior, cui delictis omnium librorum ejus præstiterit Dominus. Claruit sub Thrasamundo rege Vandatorum, Anastasio imperatore regnante.

## CAPUT XXVIII.

38. Eucherius, Franciæ episcopus, elegans sententiis, ornatus in verbis, edidit ad Hilarium Arelatensem antistitem eremi deserta patentem unum opusculum de Laude ejusdem eremi luculentissimum, et dulci sermone dictatum, in quo opere laudamus doctorem, et si paucis, tamen pulchra dicentem. *Brevitas, ut ait quidam, laus est interdum in aliqua parte dicendi, in universa eloquentia laudem non habet.*

## CAPUT XXIX.

39. Hilarius, Arelatensis episcopus, scripsit vitam parentis et prædecessoris sui, sanctissimi ac venerabilis Honorati episcopi, suavi ac præclaro prædictatam eloquio.

## CAPUT XXX.

40. Apringius, ecclesiæ Pacensis Hispaniarum episcopus, disertus lingua, et scientia eruditus, interpretatus est Apocalypsin Joannis apostoli subtili sensu atque illustri sermone melius pene **156** quam veteres ecclesiastici viri exposuisse videntur.

34. Exstat Vita apud Surium. De Severino Gregor, lib. vii, epist. 84. Paul. Diacon., lib. i, cap. 12.

Importunus consul ante Christi 309. Ad Eugipium exstat epist. Fulgentii Ruspensis. Eugipium se vidisse ait Cassiodor., lib. i Divin. Inst. Præz.

*Ibid.* Eugipium, quem Cassiodorus se vidisse ait, alium juniores Eugipium esse, Fabricius cum aliis observat. Conjectura Loaisæ et Schotti, legendum post consulatum Importunus et Decii junioris, non placet Zaccaria, nam Importunus consul solus fuit; et potuit Importunus junior dici ratione alicujus fratris sui, aut alterius ex familia viri ea ætate celebris, nec tamen consul; et Junior agnomen fortasse erat. Quod si mutare quidquam placeat, censet Zaccaria Junioris ab imperito librario positum pro iterum, aut pro illustri. AREV.

35. Fulgentius. Anno 500. PEREZ.

*Ibid.* Joannes Molanus eruditam præfationem adjecit Editioni operum Fulgentii, a Joanne Olinmerio typis Plantiniani procuratæ. In biblioth. Galland., tom. XI, pag. 230 et seqq., legere licet librum Petri diaconi et aliorum ad Fulgentium et alios episcopos Africæ, de Incarnatione et gratia Jesu Christi, et librum Fulgentii, et aliorum episcoporum de eodem argumento ad eundem Petrum diaconum; inter opera vero Fulgentii Ferrandi diaconi eodem tomo, pag. 329 et seqq. recensita, vitam sancti Fulgentii Ruspensis episcopi a Ferrando, ut videtur, conscriptam. Codex Regioviatic. 125, pag. 69, exhibet sermonem Fulgentii episcopi de Natali Domini, *Cupientes aliqui*, etc., et pag. 82, sermonem Fulgentii Carthaginiensis episcopi de sancto Stephano. AREV.

37. Thrasamundus scribi etiam solet *Thrasamundus*, *Transamundus*, et *Trasimundus*; ac similis varietas occurrit in Historia Gothorum, n. 81. AREV.

38. Eucherius. Anno 450. Lugdunensis episcopus

C fuit apud Gennadium et Marcellinum. Brevitas, etc. Ciceronis sunt verba (in Oratore ad Brutum.) PEREZ.

*Ibid.* Franciæ episcopus; al., Franciæ presbyter; fortasse quia nonnunquam etiam episcopi presbyteri dicebantur, atque ita aliquando sanctus Joannes Chrysostomus loquitur. De Eucherio videri potest P. De Colonia, in historia litteraria urbis Lugdunensis. Fabricius, tom. II Biblioth. med. ævi, de Eucherio agens, observat quod Dionysius Faucherius quædam veluti Isidori verba ex hoc opere afferit, quæ in nullo Codice veteri, in nulla Editione leguntur, scilicet: *Scripsit alia in multos sacros libros commentaria non minus necessaria quam utilia, præcipue vero in Genesis, et libros Regum, ad Salonium et Veranium fratres episcopos, cyus prolixum et doctissimum.* AREV.

39. Anno 452. De hoc Gennadius. PEREZ.

D 40. Apringius. Anno Christi 540. Apringii nomine multorum manibus circumfertur opus ingens manuscriptum in Apocalypsin. Sed ego, cum viderem Codicem ipsum Gothicum Legionensem scriptum æra millesimo octava, animadverti inde auctoris nomen non constare, sed editum opus in gratiam cujusdam Eterii. Quin et in præfatione ille auctor ait se collegisse sua ex libris Victorini, Isidori, et Apringii, ut manifesto constet non esse illum Apringium cujus Isidorus meminit. PEREZ.

*Ibid.* Florezius, tom. XIV Hisp. sacr., ubi agit de episcopis Pacensibus, ait Apringium floruisse ab anno 551. Suspiciatur opus ms. de quo Perezius loquitur esse Beau, cui cum Eucherio errores Elipandi confutavit: quod ex nonnullis Mss. confirmat Bayerius in not. ad Biblioth. veter. Hispan. Nic. Antonii. Prodiit hoc commentarium beati, ut creditur, Mairiti, 1770. Antiquioris commentarii Apringii meminit Braulio epist. 25, tom. XXX Hisp. sacr. AREV.

Scriptis et nonnulla quæ tamen ad notitiam nostræ A  
lectionis minime pervenerunt. Claruit temporibus  
Theudis principis Gothorum.

## CAPUT XXXI.

41. Justinianus imperator, quosdam libros de In-  
carnatione Domini edidit, quos etiam per diversas  
provincias misit. Condidit quoque et rescriptum  
contra Illyricianam synodum, et adversus Africa-  
nos episcopos Chalcedonensis synodi defensores per-  
verso studio: in quo tria capitula damnare conten-  
dit, id est, Theodori Mopsuesteni episcopi dicta,  
sive rescripta Theodoret, et epistolam, quæ di-  
citur Ibae seni episcopi.

## CAPUT XXXII.

42. Facundus, Afer, Hermanensis ecclesiæ episco-  
pus, duodecim libros pro defensione trium capitu-  
lorum scripsit, quorum stylo elicuit præfata tria  
capitula in præscriptione apostolicæ fidei, et Chal-  
cedonensis synodi impugnatione, fuisse damnata;  
id est, epistolam Ibae Edesseni episcopi ad Marinum  
Persam directam, et Theodorum Mopsuestenum epi-  
scopum, et Theodoretum Cyri episcopi dicta. Cla-  
ruit post consulatum Basilii, anno decimo regnante  
Justiniano imperatore.

## CAPUT XXXIII.

43. Justinianus, de Hispania, ecclesiæ Valentis  
episcopus, ex quatuor fratribus episcopis, eadem  
matre progenitis unus, scripsit librum Responsio-  
num ad quemdam Rusticum de interrogatis Quæstio-  
nibus: quarum prima responsio est de Spiritu sanc-  
cto; secunda est contra Bonosianos, qui Christum C

44. Anno 553. Sumpta hæc ex Liberato et Victore  
Tunnensi.

Synodus Illyriciana, anno 549. Damnat etiam Justi-  
nianus in fidei suæ professione, quæ exstat I tom.  
Concil. Vide scholion de Theodoro Mopsuesteno, supra  
ad cap. 4. PEREZ.

Ibid. Negotium trium capitulorum, quantum satis  
est, suprañum. 5, explicari. AREV.

42. Sumpta ex Victore Tunnensi Claruit, etc.  
Anno Christi 551. PEREZ.

Ibid. In præscriptione apostolicæ fidei; al., in præ-  
scriptione apostolicæ fidei, hoc est, in his quæ pro-  
scribebat et condemnabat apostolica fides, ut expli-  
cat Schottus, sicut apud Livium, lib. x, dec. & Per-  
sei crimina sunt crimina quæ Perseus objiecit.  
Gallandius, tom. XI suæ Bibliothecæ, pag. 665 et  
seqq. libros duodecim Facundi pro defensione  
trium capitulorum notis Sirmondi illustratos, et a  
Josepho Blanchino emendatos ac suppletos inseruit.  
AREV.

43. Anno 531. PEREZ.

Ibid. Justinianus hic videtur ille ipse qui Valen-  
tino concilio temporibus Theudis subscripsit secundo  
loco, et a nonnullis dictus est Justinus; sed ex Mss.  
Florentius, tom. VIII Hisp. sacr., pag. 160 restituit  
nomen Justiniani, quem ab anno 531 episcopum ordi-  
natum fuisse colligit, et saltem usque ad annum  
546 vixisse. AREV.

44. Libellum, etc. Exstat. Nebridius episcopus  
Egarensis subscribit in II concil. Tolet., anno Christi  
527; et in concil. Tarac., anno 516. PEREZ.

Ibid. Pro Urgellitanæ, alii Orgititanæ, vel Orgelli-  
tanæ. Postea, pro quibus, etc., alii de quibus, quia no-  
bis incognitis sunt, magis reticendum fatemur. Vera  
lectio est quam apponi, quamvis vitiosa fortasse vi-  
deatur. Ea exstat etiam apud Loisan et Grialium,

adoptivum Filium, et non proprium, dicunt; tertia  
responsio est de baptismo Christi, quod iterare non  
libet; quarta responsio est de distinctione baptismi  
Joannis et Christi, quinta responsio est quia Filius  
sicut Pater 157 invisibilis sit. Floruit in Hi-  
paniis temporibus Theudis principis Gothorum.

## CAPUT XXXIV.

44. Justus, Urgellitanæ ecclesiæ Hispaniarum epi-  
scopus, et frater prædicti Justiniani, edidit libellum  
expositionis in Cantica canticorum, totum valde  
breviter atque aperte per allegoriam sensum discuti-  
ens. Hujus quoque fratres Nebridius et Elpidius  
quorundam scripsisse feruntur, quibus quia incogniti  
sumus, magis reticenda fatemur.

## CAPUT XXXV.

45. Martinus, Dumiensis monasterii sanctissimus  
pontifex, ex Orientis partibus navigans, in Gal-  
læciam venit, ibique conversis ab Ariana impietate  
ad fidem catholicam Suevorum populi regulam fi-  
dei et sanctæ religionis constituit, ecclesias confir-  
mavit, monasteria condidit, copiosaque præcepta  
piæ institutionis composuit.

46. Cujus quidem ego ipse legi librum de Diffe-  
rentiis quatuor virtutum, et aliud volumen Epi-  
stolarum in quibus hortatur vitam 158 emenda-  
tionem et conversationem fidei, orationis instru-  
tionem et elemosinarum distributionem, et super om-  
nia cultum virtutum omnium et pietatem. Floruit,  
regnante Theodemiro rege Suevorum, temporibus  
illis quibus Justinianus in republica et Athanasius  
in Hispaniis imperium tenuerunt.

nisi quod apud hos legitur a quibus, pro quibus. At-  
que ita fere explicat Nic. Antonius, lib. v Biblioth.  
vet. Hisp., cap. 5, n. 235. Sensus est quæ quis non  
cognoscimus. Vide not. ad epistolam Isidori, num.  
1. In Spicilegio Dacherii, tom. III, inter epistolas  
miscellaneous, pag. 119, epistola secunda est Just  
episcopi Urgellitanæ ad Sirgam papam: Sciens te, etc.  
Des nit, in Domino fove. Offert tractatum libri in Can-  
tica canticorum. AREV.

45. Martinus, episcopus Dumiensis, natione Panno-  
nius fuit, ut ex Gregorii Turonensis Historiæ constat,  
et ex ipsius Martini epitaphio a se composito, quod  
ex vetusto libro descriptum habemus. Ejus hæc est  
initium:

Pannoniis gentis transiens æquora vasta  
Gallæciæ in gremium divinis nutibus actus.

Fundavit monasterium Dumiense in Gallæcia, et  
dicitur in decimo concil. Tolet.; itaque subscribit  
Martinus episcopus in concil. primo Bracar., anno  
Christi 561. Inde factus archiepiscopus Bracar.,  
subscribit in secundo concil. Bracar., anno 563.  
Præfuit vero his ecclesiis annos triginta ex Gregorio  
Turonens., in Chron., et lib. primo de Miraculis  
Martini Turonensis, cap. 11, et Aimolæ, lib. m,  
cap. 39. Ejus aliqua opuscula feruntur impressa,  
plura nos habemus nondum edita. PEREZ.

Ibid. Sanctus Martinus episcopus fuit ab anno 513  
ad annum 560. Ejus vitam ac res gestas describit  
Florentius, tom. XV Hisp. sacr., et in'er appendices  
ejusdem operæ collocat, quorum nonnulla tamen mi-  
nimum lucem viderunt. Gallandius, tom. XII suæ bi-  
bliothecæ, pag. 273 et seqq., opuscula septem sancti  
Martini Dumiensis collegit, et recensuit; ignotum ta-  
men Editionis a Florentio adnotatæ. Pro in Gallæcia,  
mendose, nonnulli Editi in Gallias. Scribitur etiam  
Gallæcia. AREV.

## CAPUT XXXVI.

47. Avitus, Viennensis episcopus, scientia sæcularium litterarum doctissimus edidit quinque libellos heroico metro compositos, quorum primus est de Origine mundi, secundus de Originali peccato, tertius de Essentia Dei, quartus de Diluvio mundi, quintus de Transitu maris Rubri. Scripsit et ad Fusciam sororem de Laude virginitatis librum unum pulcherrimo compositum carmine, et elegantè epigrammate coaptatum.

## CAPUT XXXVII.

48. Dracontius composuit heroicis versibus Hexameron creationis mundi, et luculenter quidem composuit et scripsit.

## CAPUT XXXVIII.

49. Victor, Tunnensis ecclesiæ Africanus episcopus. Hic a principio mundi usque ad primum Justinianus imperii annum brevem per consules annuos bellicarum ecclesiasticarumque rerum nobilissimam promulgavit Historiam, laude et notatione illustrem, 159 ac memoria dignissimam. Hic, pro defensione trium capitulorum a Justiniano Augusto Ecclesia sua pulsus, exsilio in Ægyptum transportatur.

50. Inde rursus Constantinopolin vocatus, dum Justiniano imperatori, et Eutychie, Constantinopolitanæ urbis episcopo, obtrektoribus eorumdem trium capitulorum resisteret, rursus in monasterio ejusdem civitatis custodiendus mittitur, atque in eadem damnatione (ut dicunt) permanens, moritur.

## CAPUT XXXIX.

51. Joannes, sanctæ memoriæ Constantinopolitanus episcopus, natione Cappadox, ad quem beatus Gregorius librum Regulæ pastoralis scripsit, vir inæ-

47. Anno Christi 490. Vide Gregor. Turonens., Sighertum et Adonem. — *Libellos*, etc. Exstant Impressa. PEARZ.

*Ibid.* Aviti epistolæ exstant ab apud Sirmundum, qui nonnullas publicavit, tom. I conciliorum Gallicæ Gallandius, tom. X suæ Biblioth., pag. 697 et seqq., præter formata quæ Isidorus laudat, collegit epistolæ, homilias et aliorum opusculorum fragmenta. AREV.

48. Exstat impressa. Vide infra in Eugenio III. PEARZ.

*Ibid.* Dracontii Carmina duplo auctiora quam antea prodierant ex Mss. Vaticanis edidi Romæ, 1791, notique recensui. In prolegomenis fusi de auctore disserui, quem Hispanum fuisse conjiciebam. An presbyter fuerit, non constat. AREV.

49. Victoris Tunnensis episcopi habet Chronicon manuscriptum, in quo, post Eusebium, Hieronymum et Prosperum, tempora prosequitur a consulatu xviii Theodosii Junioris, id est, anno Christi 444, usque ad annum primum Justinianus Imperatoris, id est, Christi 527. Ibi suum deplorat exsiliium, quo mihi valde dignus fuisse videtur. Restitit enim Vigilius papa Justiniani imp. et synodi Constantinopol. decretis, dum tria capitula, de quibus supra diximus, mordicus defendit. Hic apud Isidorum, lib. v Etymolog., cap. 38, falso Turonensis scribitur, ab aliis Tunnensis, Tritheimio Cummenensis, sed ipse se in vetusto Codice Tunnensem vocat. Puto esse oppidum Africae proconsularis, quod Tunis Polybio et Straboni vocatur, Tunî ense Plinio, Livio autem Tunes, Tunetis, insectitur. Nobile his temporibus ob expeditionem Caroli Quinti Cesaris. Hujus Victoris meminere etiam Ado Viennensis, et Otho Frisingensis, lib. 5, cap. 4. PEARZ.

A stimabilis abstinentiæ, et eleemosynis tantum largissimus, ut zelo avaritiæ adversus eum imperator Mauricius permotus, urbe pauperes pelleudus ediceret.

52. Hic Græco eloquio edidit de sacramento baptismatis rescriptum ad bonæ recordationis dominum nostrum et prædecessorem Leandrum episcopum, in quo nihil proprium ponit, sed tantummodo antiquorum Patrum replicat de trina meratione sententias. Claruit temporibus Mauricii principis, defunctusque est Augusto eodem regnante.

## CAPUT XL.

53. Gregorius papa Romanæ sedis apostolicæ præsul, compunctione timoris Dei plenus et humanitate summus, tantoque per gratiam Spiritus sancti scientiæ lumine præditus, ut non modo illi in presentibus temporibus quisquam doctorum, sed nec in præteritis quidem per fuerit unquam. Illic in exordio episcopatus edidit librum Regulæ pastoralis, directum ad Joannem Constantinopolitanæ sedis episcopum. In quo docet qualis quisque 160 ad officium regiminis veniat, vel qualiter, dum venerit, vivere, vel docere subjectos studeat.

54. Idem etiam, efflagitante Leandro episcopo, librum beati Job mystico ac morali sensu disse-ruit, totamque ejus propheticaam historiam triginta quinque voluminibus largo eloquentiæ fonte explicuit. In quibus quidem quanta mysteria sacramentorum aperiantur, quantaque sint in amore vitæ æternæ præcepta, vel quanta clarescant ornamenta verborum, nemo sapiens explicare valebit, etiam si omnes artes ejus vertantur in linguas.

55. Scripsit etiam, et quadam epistolam ad prædictum Leandrum, e quibus una in eisdem libris Job titulo præfationis annectitur; altera eloquitur de mer-

*Ibid.* Victor a Grialio Tunnensis vocatur lib. v Etymolog., cap. 38, num. 7. Schotus, ex Ms. Ingolstadiensi, malebat Tunnensis. Nonnulli comminiscuntur Tmuensis, quæ Ægypti est urbs. Eiusdem Victoris meminuit Isidorus in præfatione ad Chronicon. Observandum quod Victor post Prosperum, ut ait Perezius, tempora prosectus est, atque adeo continuavit historiam quam ab origine mundi Eusebius auspicatus fuit. Ejus Chronicon pluribus in locis restitutum, notisque illustratum, tom. XII suæ biblioth. Gallandius edidit. AREV.

51. Jejunator vocatur Niceph. Constantinop. PEARZ.

*Ibid.* Joannes Jejunator diversus est ab alio Joanne Cappadocæ Constantinopolitano episcopo, qui obiit anno 535 de quo Fabricius, tom. XI Biblioth. Græcæ, pag. 1571. In Isidori textu fortasse ab alio adjectum est, natione Cappadox. Memoria Joannis Jejunatoris a Græcis celebratur quarto nonas Septembris. Obiit anno 595. Vide P. Le-Quien, tom. I Orient. Christ., col. 226. AREV.

53. Constantinopolitanæ. Ita i lib. Registr., epist. 4. Non ergo ad Joannem Rivennatem, ut in Impress. PEARZ.

*Ibid.* Non solum in Impressis, ut ait Perezius, sed etiam in multis Mss. antiquis, liber Regulæ pastoralis directus apparet ad Joannem Rivennatem. Sed præferenda videtur auctoritas Isidori, et Registri, quæ, capite i libri Hldefonsi de Vir. illustr. comprobatur, nisi dicamus ad utrumque fuisse eum librum directum. AREV.

55. Epistolam ad Leandrum, etc. Et aliæ, lib. iv Registr., epist. 48, cap. 90, et lib. vi, epist. 121. Altera Primo lib. Registr., epist. 41. PEARZ.



sione baptismatis, in qua inter cætera ita scriptum est: *Reprehensibilis*, inquit, *esse nullatenus potest infantem in baptisate mergere, vel semel, vel ter, quando in tribus personarum personarum Trinitas, et in una potest Divinitatis singularitas designari.*

56. Fertur tamen idem sanctissimus vir, et alios libros morales scripsisse, totumque textum quatuor Evangeliorum sermone in populis exposuisse, incognitum scilicet nobis opus. Felix tamen, et nimium felix, qui omnia studiorum ejus potuit cognoscere. Floruit autem Mauricio Augusto imperatore. Obiit in ipso exordio Theocisti Romani principis.

#### CAPUT XLI.

57. Leander, genitus patre Severiano, Carthaginensis provinciæ, professione monachus, et ex monacho Hispalensis Ecclesiæ provinciæ Beticæ constitutus episcopus, vir suavis eloquio, ingenio præstantissimus, vita quoque etiam atque doctrina, clarissimus, ut, et fide ejus atque industria populi gentis Gothorum ab Ariana insania ad fidem catholicam reverterentur. Hic namque in exsilio sui peregrinatione composuit duos adversus hæreticorum dogmata libros, eruditione sacrarum Scripturarum ditissimos, in quibus vehementi stylo Arianae impietatis confodit atque detegit pravitatem, ostendens, scilicet, quid contra eosdem habeat catholica Ecclesia, vel quantum distat ab eis religione, vel fidei sacramentis.

58. Exstat et aliud laudabile ejus opusculum ad-

*Ibid.* Post designari nonnulli Editi sic pergunt: *Præterea edidit\*, quod totum mysticum ejus intellectum in xxi homiliis disseruit; homilias autem Evangeliorum; item dialogi more cum Petro habitos de virtutibus Patrum libros quatuor, in quorum dissertatione et verborum flores et sensuum depromit venustates. Fertur, etc.* Post edidit aliquid deesse Loaisa et Fabricius animadvertunt. Miræus observat Dialogos sancti Gregorii a Melchioris Cani calumniis Baronium egregie vindicare in notis ad Martyrol. Rom., die 23 Decembris. AREV.

56. *Evangeliorum, etc.* Exstant Homil. xl in Evangelia. — *Obiit.* Anno Christi 604. PEREZ.

*Ibid.* *Evangeliorum, etc.* Hoc arguit intrusa esse quæ de homiliis, num. præc., in nonnullis Editionibus adjunguntur. AREV.

57. *Provinciæ, etc.* Falso Lucas Tudensis et alii addunt duce. — *Ab Ariana, etc.* In concil. in Tolet., ann. 589, Greg. in Dialog., cap. 31, et Gregor. Turon. PEREZ.

58. *Ad Florentinam, etc.* Lib. de Virgin. exstat Oveti (jam impressus). PEREZ.

*Ibid.* *In toto psalterio, etc.* Innuntur orationes pro officiis ecclesiasticis excerptæ ex psalmis juxta primam et secundam Editionem sancti Hieronymi, ut fusi explicui in Isidorianis, cap. 87, n. 20 et seqq. AREV.

59. *Floruit.* Anno Christi 603. — *Vitæ terminum.* Leander Hispalensis quo anno fuerit mortuus, ambigunt nostri historici. Itaque libet in gratiam nostri Isidori, qui et illius germanus et successor in Ecclesia Hispalensi fuit, annum mortis Leandri certo constituere. Ego Leandrum anno Christi 600 mortuum, colligo ex his conjecturis. Primum quod illum ait Isidorus frater vita functum tempore Recaredi regis, quem regem constat obiisse anno Christi 600. Nam successisse Recaredo Liviam regem, æra 659, id est, Christi 601, tradit Isidorus libro de Gothis. Non vero mortuum Leandrum ante istum annum 600, ex eo liquet, quod Gregorius papa ad Leandrum Hispalensem scribit, vii lib. Registr., epist. 123, indi-

versus instituta Arianorum, in quo, propositis eorum dictis, suas responsiones opponit. Præterea edidit unum ad Florentinam sororem de Institutione virginum et contemptu mundi libellum, titulorum distinctionibus prænotatum. Siquidem, et in Ecclesiasticis Officiis idem non parvo laboravit studio; in toto enim Psalterio duplici editione orationes conscripsit: in sacrificio quoque, laudibus atque psalmis, multa dulc. sono composuit.

59. Scripsit et epistolas multas: ad papam Gregorium de baptismo unam, alteram ad fratrem, in qua præmonet cuique mortem non esse timendam. Ad cæteros quoque episcopos plurimas promulgavit familiares epistolas, et si non satis splendidas verbis, acutas tamen sententiis. 162 Floruit sub Recaredo viro religioso, ac principe glorioso, cujus etiam temporibus mirabili obitu vitæ terminum clausit.

#### CAPUT XLII.

60. Lucinianus, Carthaginis Spartariæ episcopus, in Scripturis doctus: cujus quidem multas epistolas legimus, de sacramento denique baptismatis unam, et ad Eutropium abbatem, qui postea Valentis episcopus fuit, plurimas. Reliqua vero industriae et laboris ejus ad nostram notitiam minime venerunt. Claruit temporibus Mauricii Augusti. Occubuit Constantino poli, veneno (ut ferunt) extinctus ab æmulis, sed, ut scriptum est: *Justus quacunque morte præoccupatus fuerit, anima ejus in refrigerio erit.*

etione 2. anno nono sui pontificatus, nempe anno Christi 599. Ita constabit summa annorum episcopatus Isidori, qui fratri Leandro successit, ut diximus. Præfuit enim Isidorus suæ Ecclesiæ Hispalensi prope quadraginta annos, auctore sancto Ildelfonso. Cum vero certissimum sit Isidorum mortuum anno Christi 636, id quod paulo post in Isidoro confirmamus, si quis retrocedat, facile, et mortem Leandri, et initium Isidori reperiat, vereque illud de quadraginta prope annis ab Ildelfonso dictum cognoscat. PEREZ.

*Ibid.* *Vitæ. Al., vitæ actualis, vel vitæ mortalis.* AREV.

60. Lucinianum, sive Licinianum (utroque enim modo scriptum reperio), quidam ex nostris nuper tradiderunt Carthagine translatum fuisse ad episcopatum Valentinum, non satis intellectus verbus Isidori, qui non Lucinianum, sed Eutropium ait fuisse episcopum Valentinum ad quem scripserit Lucinianus multas epistolas. Hujus Luciniani epistola ad papam Gregorium edita est cum ipsius Moralibus. Ego vero præterea habeo et hujus Luciniani atque Severi ejus collega doctissimam epistolam manuscriptam ad Epiphanium diaconum, ubi angelos probat esse incorporeos, et alteram ad Vicentium, non Cæsaraugustanum, sed Ebusitanæ insulæ episcopum, credentem epistolas quasdam de cælo cecidisse. PEREZ.

*Ibid.* *Claruit.* Circa ann. 590. PEREZ.

*Ibid.* In Vulgata legitur: *Justus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Sanctus Fulgencius Cordubensis in Apologetico, paragrapho *Quid enim, legit eodem modo ac sanctus Isidorus. Sanctus Ambrosius, de Obitu Valent., extitit pariter quacunque morte.* Quod attinet ad epistolas quas de cælo cecidisse Vincentius Ebusitanus episcopus credebatur, de quibus Perezinus in nota, observandum, etiam Lucam Tudensem contra Albigens., lib. iii, cap. 48, mentionem facere de quibusdam epistolis, quas Albigenses spargebant, singentes, a Filio Dei fuisse scriptas, et per angelorum manus hominibus transmissas. AREV.



## CAPUT XLIII

61. Severus, Malacitanæ sedis antistes, collega et socius Luciniani episcopi, edidit libellum unum adversus Vincentium Cæsaraugustanæ urbis episcopum, qui ex catholico ad Arianam pravitatem fuerat devolutus. Est, et alius ejusdem de Virginitate ad sororem libellus, qui dicitur annulus: cujus quidem fatemur cognovisse titulum, ignorare eloquium. Claruit temporibus prædicti imperatoris, quo etiam regnante vitam finivit.

## CAPUT XLIV.

62. Joannes, Gerundensis ecclesiæ episcopus, native Gothus, 163 provincie Lusitanie Scalabi natus. Hic, cum esset adolescens, Constantinopolim perrexit, ibique Græca et Latina eruditione munitus, post decem et septem annos in Hispanias reversus est, eodem tempore quo incitante Leovigildo rege, Arianæ fervebat insanie. Hunc supradictus rex, cum ad nefandæ hæresis crudelitatem compelleret, et hic omnino resisteret, exilio trusus, et Barcinouem relegatus, per decem annos, nul as insidias, et persecutiones ab Arianis perpessus est.

63. Qui postea condidit monasterium quod nomine Biclaro dicitur; ubi congregata monachorum societate, scripsit regulam ipsi monasterio

61. De Vincentio Isidorus, lib. de Gothis in Leovigildo. PEREZ.

*Ibid.* Claruit. Anno 590. PEREZ.

*Ibid.* Collega et socius. Scilicet, in aliquo monasterio. Vide Florezium, tom. XII, pag. 303. Severus fuit episcopus Malacitanus ab anno 578 ad 601, circiter. Pro ex catholico, al., ex catholica; al., ex catholica fide. Pro annulus, Schottus, ex vestigiis veteris scripturæ, colligebat legi posse aureolus. ARGV.

62. Pro Scalabi natus, alii, Scalabitanus; et crudelitatem, quod fortasse melius pro crudelitatem. De Joanne Gerundensi, seu Biclarensi, Florezius, t. VI, Append. 9, ubi Chronicon ejus illustratum producit. Idem Chronicon, pluribus in locis, restitutum prodit in biblioth. Gallandii, qui, quamvis Florezii Editionem ignoraverit, tamen plura addit lectu digna etiam in Prolegomenis tom. XII. AREV.

63. Joannis Biclarensis abbatis Chronicon, cujus Isidorus meminit, habeo descriptum ex vetustissimo libro Gothico. Hic auctor, ut de se ipse ait, Victoris Tunnensis Chronicon ulterius perduxit ab anno Christi 366 usque ad 590, ubi nostrorum regum Leovigildi et Recaredi historiam per singulos imperatorum annos doctissime persequitur. PEREZ.

*Ibid.* Scribere. Alii, scripsisse, quod notandum; nam ex verbo scribere colligunt multi Joannem Biclarensensem adhuc in vivis fuisse, cum Isidorus hæc scriberet. Joannem hunc ex Orientali ecclesia nonnullos ritus in liturgiam Gothicam invexisse Pinus in dissert. de liturg. Goth., cap. 2, § 3, colligit, et cum Nic. Antonio apud Isidorum, n. 62, legit post decem et septem annos, pro septimo demum anno, quod

A profuturam, sed et cunctis Deum timentibus satis necessariam. Addidit in libro Chronicorum ab anno primo Justinii Junioris principatus, usque ad annum octavum Mauricii principis Romanorum, et quartum Recaredi regis annum, historico compositoque sermone valde utilem Historiam: et multa alia scribere dicitur, quæ ad nostram notitiam non pervenerunt.

## CAPUT XLV.

64. Eutropius, ecclesiæ Valentiniæ episcopus, dum adhuc in monasterio Servitano degeret, et pater esset monachorum, scripsit ad papam Lucinianum, cujus supra fecimus mentionem, valde utilem epistolam, in qua petit ab eodem quare baptizatis infantibus chrisma, post hæc unctio tribuatur. Scripsit et ad Petrum 164 episcopum Ircavicensem de districtione monachorum salubri sermone compositam epistolam, et valde monachis necessariam.

## CAPUT XLVI.

65. Maximus, Cæsaraugustanæ civitatis episcopus, multa versu prosaïque componere dicitur. Scripsit et brevi stylo historiolum de iis quæ temporibus Gothorum in Hispaniis acta sunt, historico et composito sermone, sed et multa alia scribere dicitur, quæ necdum legi.

Bignæus edidit. Sed apud hunc corrigi potest septimo decimo anno. AREV.

64. Penes Eutropium abbatem Servitanum et Leandrum episcopum fuit summa concilii tertii Tolet., ait Joann. Biclar., anno 589. De monasterio Servitano Hldefonsus in Donato. Ircavicensem. Forte Ereavicensem. PEREZ.

*Ibid.* Lucinianum; de quo num. 60. Alii, Lucinianum, vel Lucinium. Pro Ircavicensem, alii Irtabicensem. Schottus conjiciebat Ercavicensem. Pro districtione, alii, institutione, alii, disinctione. Florezius, tom. VII, pag. 70, asserit Gothos dixisse Arcavicensem, Romanos Ircavicensem; Petrum autem episcopum Ircavicensem fuisse ait ab anno circiter 589 ad annum circiter 600. Hæc postrema epistola exstat in append. Collectionis regularum Holstenii; eadem cum alia de octo vitiis in Bibliotheca Patrum Lugdunensi, tom. XXVII; Florezius, tom. VIII Hisp. sacr., inter episcopos Valentinos, ex Isidoro, Eutropium recenset. ARGV.

65. Subscribit in tribus concil. ms., Barcinon., Tolet. et Egaren., anno 590, 610, 614. — Isidorus scribit hunc librum usque ad annum 610. PEREZ.

*Ibid.* Maximo huic asingitur suppositivum Chronicon, de quo plura Nic. Antonius. Pro scribere, alii, scripsisse. Post hoc cap. 46 in libro Isidori sequitur: *Prænotatio librorum sancti Isidori a Braulione edita*, quæ in Isidorianis, cap. 3, num. 1 et seqq. descripta et illustrata fuit. Continuatio sancti Hldefonsi, quæ ab aliis etiam adjungi solet, inter appendices exhibetur. AREV.

# AD S. ISIDORI HISPALENSIS OPERA APPENDICES.

## APPENDIX PRIMA.

### S. ILDEFONSI TOLETANI EPISCOPI LIBER DE VIRORUM ILLUSTRUM SCRIPTIS.

(Hinc libro, quem ad hic ponendum opportunam causam habebat Romanus Editor, reservamus in nostra Bibliotheca locum propriorem, — Patrologia, scilicet, tomo XCVI, inter S. Ildefonsi alia opera.)

## APPENDIX II.

### 178 ARCHIEPISCOPI TOLETANI VETERES.

Ex Editione Grialii, et tom. III Patrum Toletanorum.

1. Sanctus Eugenius (Circa 112) missus a sancto A xi. — 55. Sanctus Julianus (680). De eo Felix. —  
Dionysio, et martyr Parisiis. — 2. Melantius (312 36. Sisebertus (690). Depositus in concilio Toletano  
et antea) in concilio Eliberitano. — 3. Pelagius (Circa 325). Hinc numerare incipit sanctus Ildefonsus, xvi. — 57. Felix (693). Subscribit concilio Toletano  
et catalogus sancti Emiliani, forte a pace Constanti- xvi. — 58. Guntericus, seu Gundericus (700).  
tini. — 4. Patrunus. — 5. Turibius. — 6. Quintus. — 59. Sinderedus (Circa 710). Romam Saracenorum  
— 7. Vincentius. — 8. Paulatus. — 9. Natalis. — tempore fugiens, subscribit concilio Romano sub  
— 10. Audentius, de quo Gennadius. Vide Ildefonsum, Gregorio II. Eodem tempore Oppa, seu Oppas intru-  
cap. 2. — 11. Asturius (400, al., 405), de quo Ilde- sus. Item Urbanus functus inuere absentis episcopi  
fonsus, cap. 2. — 12. Isicius. — 13. Martinus. — Sinderedi.  
— 14. Castinus. — 15. Campeius. — 16. Sinticio, vel Hinc sequentes episcopi sub jugo Saracenorum.  
Sinticius. — 17. Praumatius. — 18. Petrus I. Hic  
aliqui Hectorem inserunt ex concilii Tarraconensis  
vetusto Codice. — 19. Celsus. — 20. Montanus  
(522 ad 531), de quo Ildefonsus, cap. 3. — 21. Ju-  
lianus. — 22. Bacauda. — 23. Petrus II. — 24.  
Euphemius, seu Euphymius (579 et seq.). Subscri-  
psit tertio concilio Toletano, anno 582, apud exteros  
etiam mirandus, ut patet ex tom. I Antiquit. eccles.  
Schelstralii. — 25. Exuperius. — 26. Conantius.  
Alii praeferunt Adelphium. — 179 27. Adelphius  
(597). Subscripsit euidam concilio Toletano anno  
duodecimo Recaredi. — 28. Aurasius (603 ad 615),  
de quo Ildefonsus, cap. 5. — 29. Sanctus Helladius  
(615 ad 623), de quo sanctus Ildefonsus, cap. 7. —  
30. Justus (633): de quo sanctus Ildefonsus, cap. 8.  
— 31. Eugenius II (636), de quo Ildefonsus, cap. 12.  
— 32. Eugenius III (646), de quo Ildefonsus, cap. 13.  
— 33. Sanctus Ildefonsus (657). De eo Julianus.  
— 34. Quiricus (667). Subscribit concilio Toletano

## APPENDIX III.

### CARMINA S. ISIDORO ASCRIPTA.

Versus qui in Bibliotheca sancti Isidori episcopi Hispalensis legebantur, et alii sancto Isidoro ascripti.

I. Sunt hic plura sacra, sunt hic mundalia C

180 Ex his si qua placent carmina, tol-  
le, lege.  
Prata vides plena spinis, et copia florum.

I. Quid in his versibus peculiari animadversione dignum sit, accurate expositum fuit in Isidorianis, cap. 81. Nunc tantum repetendum eos ad exactas metri ac Latinitatis leges non esse compositos. In titulo I, vers. 1, alii mundalia, pro mundalia; vers. 3. floris, pro florum; vers. 5. gemmae Editi, mendose.

Si non vis spinas sumere, sume rosa.  
Hic geminae radiant veneranda volumina  
Condita sunt pariter hic nova cum veteri.  
II. Ille Origenes ego, doctor verissimus olim,

pro geminae; vers. 6, posset legi hic nova cum veteri, ut in similibus versibus Alvari Cordubensis observatum fuit in Isidorianis, cap. cit., num 9.

II. Alii, Ille ego Origenes; alii Ille Origenes ego, vel Ille ergo Origenes. In Codice Matritensi, et in Vaticano palatino, post I versum sequitur:

- Præreptus subito lingua nocente fui.  
 Condere, si credis, studui tot millia libros,  
 Quos legio missos ducti in arma viros.  
 Nulla meos unquam tetigit blasphemiam  
 [sensus.  
 Sed vigil et prudens, tutus ab hoste fui.  
 Sola mihi casum Periarcon dicta dederunt,  
 His me conjectum impia tela premunt.
- III. Gallia me genitum, me Pictavis ore tonanti  
 Doctorem Hilarium misit alumna suum.
- IV. Ambrosius doctor, signis insignis, et hymnis,  
 Enitet hic titulis, enitet eloquiis.
- V. Mentitur, qui te totum legisse fatetur.  
 An quis cuncta tua lector habere potest?  
 Namque voluminibus mille, Augustino, re-  
 [fulges.  
 Testantur libri quod loquor ipse tui.  
 Quamvis multorum placeat prudentia libris.  
 Si Augustinus adest, sufficit ipse tibi.
- VI. Hieronymine interpres, variis doctissime lin-  
 [guis.  
 Te Bethlehem celebrat, totus te personat  
 [orbis.  
 Te quoque nostra tuis promit bibliotheca li-  
 [bris.
- VII. Nomine Joannes Chrysostomus inde vocatus,  
 Aurea quod nostrum lingua coruscet opus.  
 181 Constantinopolis me præceptore reful-  
 [get,  
 Et celebror libris doctor ubique meo.  
 Composui mores, virtutum prælia dixi,  
 Et docui miseris crimina flere reos.
- VIII. Clarior eloquio cunctis, Cypriane, refulges.  
 Tu modo doctor eras, tu modo martyr ades.
- IX. Si Maro, si Flaccus, si Naso, et Persius hor-  
 [ret,  
 Lucanus si te, Papinisque tedet,  
 Par erat eximio dulcis Prudentius ore,  
 Carminibus variis nobilis ille satis.
- Quem primum fidel Græcia clara dedit.  
 Celsos eram meritis, et clarus copia laudi,  
 Præreptus subito...
- Pro Græcia, Vat., gratia; et pro clarus, Matr., mendose, clarus.  
 II. Fortasse:  
 Gallia me genuit, me Pictavis ora tonantem...
- Pro alumna alii alitque.  
 IV. Enitet; al., eminent.  
 V. Corrupte apud Florezium, Augustino,  
 Mentitur qui te totum legisse fatetur.  
 Pro an quis alii aut quis. De re ipsa vide Etymolog.  
 lib. vi, cap. 7, n. 3. Versu 4, alii, quæ loquor. Pro  
 ipse, alii ipsi, quod metro non congruit. Pro prudentia,  
 alii volumina, quod fortasse præferendum, quamvis  
 metro repugnet.
- VI. Alii perperam, te totus concelebrat orbis. Non-  
 nulli Editi indicant post hunc versum alium pentam-  
 etrum desiderari; sed videntur potius esse tres  
 hexametri sine ullo pentametro. De tertio versu dic-  
 tum in Isidorianis, loc. cit.
- VII. Vocatus; al., vocaris, vel vocatur. Codex Vat.  
 Pal. habet vocatas; vel hoc, vel vocabar teneundum.  
 Versus 2 sic in Ms. Matr., mendose:
- Aurea quod nostris promere lingua tuis.  
 Pro nostrum, alii nostra. Mox vers. 5, mendose, Cod.  
 Matrit.:
- Composui mores hominum, virtutum præmia dixi.  
 Vide librum Isidori de Vir. illustr., ubi de sancto  
 Joanne Chrysostomo agit, ejusque opus de compu-  
 gnantia virtutum et vitiorum laudat.
- VIII. Refulges; al., refulgens.  
 IX. Tedet: Ita scribendum pro tædet, ut prima  
 corripri possit. Pro par erat, alii, par eat.  
 X. Gentilibus. Al., minus bene, genibus. De hoc
- X. Perlege sacundi studiosum carmen Aviti,  
 Ecce Juvencus adest, Seduliusque tibi.  
 Ambo lingua pares, florentes versibus ambo,  
 Fonte evangelico pocula larga ferunt.  
 Desine gentilibus ergo inservire poetis.  
 Dum bona tanta potes, quid tibi Calliroen?
- XI. Historias rerum et transacti tempora seculi,  
 Condita membranæ hæc simul arca gerit.
- XII. Quantum Augustino clares tu, Hippone, na-  
 [gistro,  
 Tantum Roma suo præsule Gregorio.
- XIII. Non satis antiquis doctoribus impar haberis,  
 Leander vates, Hoc tua dicta docent.
- XIV. Conditur hic juris series amplissima legum,  
 Veridico Latium quæ regit ore forum.  
 Non lucos libros gestant hæc acrimia nostra.  
 Qui cupis, ecce lege, si tua vota libent.  
 Tolle hic segnitiam, pone fastidia mentis.  
 Crede mihi, frater, doctior inde redis.  
 An dicis forte: Quid jam mihi ista neces-  
 [se est?  
 Quod mediter studii non superesse mihi.  
 Explicui historias, percurri omnia legis,  
 182 Vere hoc si dicis, jam nihil ipse sa-  
 [pis.
- XV. Quos claros orbe celebrat medicina magi-  
 [stros,  
 Hos præsens pictos signat imago viros.  
 Sunt medico dona, quandiu quisque laborat.  
 Eger jam surgit, nulla lagena venit.  
 Quod debes medico, redde æger, ne mala rur-  
 [sus  
 Occurrant, curret denuo nemo tibi.  
 Pauperis attendat medicus censuram, atque  
 [potentis:  
 Dispar conditio dispari habenda mudo est.  
 Si fuerit dives, sit justa occasio læcri;  
 Si pauper, merces sufficit una tibi.
- C titulo vide prolegomena ad Juvencum, num. 92, et  
 ad Sedulium num. 167. Ex mendo Ms. 1 archivi  
 vat., quam in Galiope, conjici posset quid tibi Callio-  
 pe? pro quid tibi Calliroen? Alii, Callirhoem; alii  
 alia.
- XI, XII. Eusebius, Orosius, Gregorius.  
 XIII. Leander vates. Al.: Isidore antistes, ut dixi in  
 Isidorianis, loc. cit.  
 XIV. Theodosius, Paulus, Gaius.  
 Ibid. Alii, Non parvos libros gestant, etc., vel Per-  
 multos libros gestant, etc. Hoc, et tria sequentia dis-  
 ticta constituunt primum titulum Bibliothecæ a domno  
 Isidoro editum in Ms. Matritensi, quem subsequitur  
 alius titulus: sunt hic plura, etc., usque ad sume ro-  
 sas, ut supra in primo titulo. Pro pone, male alii de-  
 pone. Pro frater, alii lector. Subinde:
- quid jam mihi tanta necesse est  
 Quo mediter studio, nil superesse mei
- Alii:  
 Quod meditem studii, nil superesse mihi,  
 vel:  
 Quod meditem studii, nil superesse meis.  
 Fortasse, nil super ecce, pro superesse. Mox:  
 Explicui historias, et percurri omnia legis,  
 Verba, hæc si dicis...
- Alii:  
 Explicui historias, percurri crimina legis.
- XV. Cosmas, Damianus, Hippocrate, Galenus.  
 Ibid. Sunt medico. Corrupte Editi, Sunt medio. In  
 nonnullis Mss., ante versum Quod debes legitur Item,  
 et ita etiam ante versum, Pauperis attende: quod indi-  
 cat, duos diversos esse hos titulos, quamvis pro  
 medico omnes compositi sint. Pro curret denuo alii  
 occurret denuo.

XVI. Quidquid Arabs aris, quidquid fert Indus odo-

[ris,  
Quidquid et Ionii pervehit unda maris.  
Cinnamomum, myrrham, folium, casiamque  
[nitentem,  
Balsama, thus, calamum, coryciumque cro-

[cum,  
Hæc possunt magnorum pigmentaria regum,  
Et domus immensis proflua divitiis.  
Nos viles fruimur pratorum germinis herbas,  
Quas humiles valles et juga celsa ferunt.  
Ergo sacri Hesperidum montes, et rura va-

[lete.  
Nam multis curis munera nostra valent.  
Hic odorata jacent, hic spirant cinnama, thura,  
Quæque opulentus Arabs, quæque Sabæa  
[feret.

Unguenti genera dum sint gratissima plura,  
Nil rosa, nil viola gratis esse potest.  
Cedet Elinus, cedet Amaracinus illis,  
Cedet et hic Cypro quæ regione venit.  
Unguenta hic cernis varia, quæ Græcia misit,  
Plurima et Hesperia de regione sumus.  
Vascula concreta fragilis de pulvere terræ  
Pigmenta gerimus, poenula nulla damus.

XVII. Qui calamo certare novit cum mortua pelle,  
183 Si placet, hic veniat; hic sua bella

[gerat.  
Quisque vagus fuerit media librarius hora,  
Suspensus binis feriaturo terga sagellis.

XVIII. Si plus, bis, terque, quaterque fieri quod vult,  
Scriba magis nosset, eo oportet, amice.  
Si sapis, et sentis, hoc tibi dico, tace.

Non patitur quemquam coram se scriba lo-  
[quentem,  
Non est hic, quod agas, garrule, perge  
[foras.

XIX. Hunc cecinit Salomon mira dulcedine librum  
Qui tenet egregias Sponsi, Sponsæque ca-  
[nœnas,  
Ecclesiæ et Christi laudes hinc inde canentes.  
Et thalami memorat socios sociasque fideles.  
Has, rogo, mente tua, juvenis, mandare me-  
[mento.  
Cantica sunt nimium falsi hæc meliora Ma-  
[ronis.  
Hæc tibi vera canunt vitæ præcepta perennis.  
Auribus ille tuis male trivola falsa sonabit.

XVI. Versu 2, alii :

Quidquid Idumæ pervehit unda maris.

Pro *pervehit*, fortasse *provenit*. Versu 6. Al. :

Et domus immensa proflua deliciis.

Versu 7. Al. :

Nos vilibus fruimur pratorum germinis herbis.

Versu 9. Al. :

Ergo Pieridum sacri montes, et rura valeto.

Sic abundat sacri. Versu 11. Al. :

Hic odorata jacent spirantia cinnama thura,  
Quæque serent feres, quæque Sabæa feret.  
Unguenti genera dum content florida plura  
Nil rosa, vel violis gratis esse potest.

Melius esset *cedet et his, pro Cedet et hic*. Pro *Cypro*,  
alii *Cyprum*, et *qui, pro quæ*.

XVII. *Novi*. Al., *cupit*. Hæc omnia usque ad finem,  
*perge foras*, deunt in Muratorio. Versu 3. scripsi  
*quisque*, quod accipi solet pro *quisquis*. In Editis et  
Mss., *quisquis vagus*, aut *qui vagus hic*. Fortasse hi  
duo versus hexametri alium titulum de eadem re  
constituebant.

XVIII. *Ad interventorem*. Florezius, mendose, ut  
arbitror, *ad interventorem*. In duobus primis versibus  
obscurus est sensus. Pro *bis*, alii *dis*. Ut innum  
distichon ad alium titulum de eodem interventore

*Carmen de eclipsi lunæ.*

Tu forte in luco lentus vagamur carmina gignis,  
Argutosque inter latices et musica flabra  
Pierio liquidam perfundis nectare mentem.  
At nos congeries obnubil turbida rerum,  
5 Ferratæque premunt m. illo milite curæ.  
Legicrepi tundunt, latrant lora, classica turbant.  
Et trans Oceanum ferimur porro usque, nivosos  
Cum teneat Vasco, nec parcat Cantaber horrens.  
En quibus indicas ut crinem fronde Phœbi  
10 Succingant, hederæve comas augustius umbrent.  
En quos flammantem jubeas volitare per æthram.  
Quin imago pernice aquilas vis pigra elphantum.  
Præcurret, volucrumque pigena testudo mo-

184 Quam nos rorifluam sectemur carmine lu-  
[nam.

15 Sed tamen incurvus per pondera terrea nitens,  
D. cam, cur sesso livescat circulus orbe,  
Purpureumque jubar nivei cur tabeat oris.

B Non illam, ut populi credunt, nigrantibus an'ris  
Infernas utulans mulier prædura sub umbras

20 Detrahit altivago e spe.ulo; nec carmine victa  
Vel rore Stygias \*\*  
Vincibilemque petit clamorem; quippe per æthram,  
Qua citimus limes dispescit turbida puris,  
Inviolata meat; sed vasto corpore tellus,

25 Quæ medium tenet ima polum, dum lumina fratris  
Detinet unbriferis metis tum sidere craso  
Palescit feres umbra rote, dum transeat axem  
Aggeri velox tumuli, speculoque rosanti  
Fraternas reparat per cælum libera flamma.

30 Sed quia mira putas, cur, cum vis maxima solis  
Bis novies major clueat, quam terreus orbis,  
Nunc circumcingat terrestres lumine metas,  
Sume ratum rationis opus; namque aspice Phœ-  
[bum,

35 Quam sublimis eat convexa per aurea mundi,  
Quamque humilem terram collustrat curribus altis:  
Hic ingens utcumque libet vel desuper ignes  
Sparsit, obliquo vel cum radiaverit axe  
In terram radii franguntur; cætera solis  
Lumina, quæ major jaculis radiantibus exit,  
40 Nil obstante globo, tendunt per inanta vasta,  
Donec pyramidis peragat victa umbra cæcumen.  
Per quam cum Phoebe validos agit uda jugales,  
Infima vicinis nonnunquam decolor umbris  
Frate caret, vacnoque exsanguis deficit ore.

videtur pertinere.

184. De his versibus dixi in Isidorianis, cap. 65,  
num. 46, et cap. 81, n. 12. Eos alii Bibliothecæ  
versibus annecto, quia ad idem genus pertinent.  
Editio Matrinensis Ulloæ in 2 vers. exhibet *egregius*,  
pro *egregias*, et in vers. 7 omittit *præcepta*, pro quo  
in nota conjicitur *simulacra*. Mss sequimur Codicem  
Vaticanium 650.

D Vers. 1. Quid de hoc carmine sentiendum, habes  
in Isidorianis, cap. 76, n. 12 et seqq. Ad mss. Co-  
dicis et Editiones correctius quam hactenus illud nos  
producimur. Pro *in luco*, alii *in lucis*.

8. *Cura teneat*. Forte, *cum tentet*.

12. *Pernices*. Ita recte Cod. Regiovat. 255. Editio  
Pisauri *præveniens*, Ulloæ *permices*; ex quo confir-  
matur legendum *pernice*.

21. Editio Ulloæ ita, corrupte :

Vel rore Stygis authere terra matri crepantem.

Ex quo veram scripturam expiscari aliquis possit.

- 25. *Dispescit* : Al., *dispexit*, vel *despexit*.
- 25. *Lumina*. Al., *culmina*.
- 26. *Detinet*. Al., *deserit*; al., *desinet*.
- 28. Pro *aggeri*, alii *agger*, alii mendose *ageri*.
- 31. *Clueat*. Al., *lucet*.
- 35. *Curribus altis*. Al., *cursius altis*.
- 36. *Vel desuper*. Al., *ut desuper*; al., *cuius desuper*.

45 Cur autem sola spoliatur lumine luna,  
Nil vero mirum est; quippe illam lucis egentem.  
Lux aliena solet, quam cum pars proxima me æ  
Invidet, expectat radios male cæcula fratris.  
At chorus astrorum reliqua non tangitur umbris.

50 Et proprium cunctis jubar est, nec sole rubescunt,  
Sed sudum\*\*\*

185 Porro ultra solem rapitur cum vertice cœli.  
Jam cur semestri non semper pallescat orbe,

31. Sed sudum. Editio Ulloæ

Sed sudum adiens atralibus impete celso.

Quid indæ erui possit, alii videant.

55. Devia tortos. Sic Editio Pisaurensis ex correctione, ut videtur, Petri Pithœi. Editio Ulloæ, deviat ortos.

56. Colligit anfractus. Editio Ulloæ, et Ms. Vatic.,

A Inflexi præstant obliquo tramite cursus.

55 Namque vagans errore rato cum devia tortos  
Colligit anfractus, metam sol eminus exit,  
Inorquetque poplum noctis, radiatque sororem.  
Hæc eadem ratio est, noctis cur frangitur umbris  
Augusti solis rutilum jubar, indiga lucis

60 Quando inter terram et solem rota corporis almi  
Luna meat, fratrem rectis objectibus arcens.

Dum legit anfractus.

58. Cur. Al., ubi, Al., ibi.

59. Editio Ulloæ huic versui præponit Quando inter terram, etc.

60. Almi. Sic Editio Ulloæ; sili, almæ, forte, pro ulma.

B 61. Vide Isidoriana, loc. cit.

## APPENDIX IV.

### CHRONICA REGUM VISIGOTHORUM.

Era quadragesima in Gothis primus rex Athanaricus efficitur. Post hunc Alaricus; quo in Italia mortuo, Athanaricus eligitur. Isto regnante, Gothi, relicta Italia, Gallias, ac postea Hispanias, occupant. Anni vero regum hæc summa notantur.

1. Athanaricus (Era H. 407; An. Ch. 369) regnavit annos xiii.

2. Alaricus (E. H. 420; A. C. 382) regnavit annos xviii, in Italia.

3. Athaulfus (E. H. 449; A. C. 411) regnavit annos vi.

4. Segericus (E. H. 454; A. C. 416) regnavit annos vii. Alibi, semis tantum.

5. Walia (E. H. 454; A. C. 416) regnavit annos iii.

6. Theoderedus (E. H. 457; A. C. 419) regnavit annos xxxiii.

7. Turismundus (E. H. 490; A. C. 452) regnavit annos iii. Alibi i.

8. Theudericus (E. H. 491; A. C. 453) regnavit annos vii. Alibi, xii.

9. Enricus (E. H. 504; A. C. 466) regnavit annos xv. Alias, xvii.

186 10. Alaricus (E. H. 521; A. C. 483) regnavit annos xxiii.

11. Gisaleicus (E. H. 544; A. C. 506) regnavit

APPEND. IV. N. 1. Apud sanctum Isidorum era designatur 407. Pro an. 43 Athanarici, in Editione PP. Toletanorum conj. ctura est an. 42. Numeri erae Hispanicæ, et anni Christi intra parentheses notati sunt ex Editione Grialii, in qua post Chronicon Gothorum attexitur catalogus regum Gothorum in Hispania ex Isidoro, ex conciliis veteris Hispaniæ, et ex hæc Chronica collectus. Vide Isidoriana, cap. 79, n. 9 et 10.

5. In eadem Editione, pro annos vi, fors. ann. v.

4. Segericus. Al., Sigericus. In ead. Ed. Malim pro annos vii legi dies vii. Lindenbrogus exhibet annos vii, alibi semis tantum D. Quod obscurum est.

5. Forte; annos iv.

6. Al., Theudericus... annos xiiii. Ex conjectura ann. 32.

7. Turismundus; al., Thurismodus. Ei annus i, non tres assignandi.

8. Theudericus; al., Theudoricus. Retinendi anni 43, non 7.

9. Annos xv. Al., annos xx, et ex conjectura, xviii. Ceterum auctor secutus videtur sanctum Isidorum in Historia Gothorum.

11. Gisaleicus; al., Geselicus, vel Gesalcicus, vel Gesaricus. Lindenbrogus post annum i, addit: Alibi xv. Cujus rei ratio non intelligitur, nisi fortasse unia-

annos iii, et in latebra annum i. Alibi, xv.

12. Theudericus (E. H. 549; A. C. 514) de Italia regnat in Hispania, tutelam agens Amalarico nepoti suo per consules annos xi. Alias, xv.

Amalaricus (E. H. 561; A. C. 523) regnavit annos v.

15. Theudis (E. H. 569; A. C. 533) regnavit annos vi, menses vi. Alias, a. xvii, m. v.

14. Theudisclus (E. H. 586; A. C. 548) regnavit annum i, menses vi, dies xiii.

15. Agila (E. H. 587; A. C. 549) regnavit annos v, menses vi, dies xiii.

16. Athamagildus (E. H. 592; A. C. 554) regnavit annos xv, menses vi. Alias, annos xiv. Vacat regnum menses v. Et alibi xiii.

17. Livua (E. H. 603; A. C. 567) regnavit annum i.

18. Leovigildus (E. H. 606; A. C. 568) regnavit annos xviii.

19. Recaredus (E. H. 624; A. C. 586) regnavit annos xv, menses vi, dies x.

20. Item Livua (E. H. 659; A. C. 601) regnavit annum i. Alias, ii, menses vi.

21. Wuericus (E. H. 644; A. C. 605) regnavit annos vi, menses x.

2. Gundemarus (E. H. 618; A. C. 610) regnavit annum i, menses x, dies xiv.

tur hujus regnum cum regno Theudericus, qui annis xi fuit in Hispania. Vide sanctum Isidorum.

13. Theudericus; al., Item Theudoricus. Alium ejusdem nominis præcessisse item indicat, ut infra in Livua, et in Recaredo, n. 20 et 24. Falsi sunt numeri annorum xli. Regnavit annos xv, per consortium. Alii exhibent annos xi, quia totidem in Hispania commemoratus est. Masdeus, tom. X Hist. Hisp., p. 311, chronicam regum Visigothorum describit, et observat, Amalarico tribui annos quinque quia quatuor primi anni numerantur in Theudericus. Pro anno Christi 523, alii 526. Pro Amalaricus, alii Amalericus.

13. Anni xvii numerandi ex Isidoro, potius quam xvi.

14. Alii, menses v, pro menses vi.

15. Menses vi. Al., menses iii.

16. Alii, annos xiii. Qui annos xv numerant, ab anno quo primum rebellavit exordiantur.

17. Masdeus intelligit annum i, salutis. Postea duos cum filio.

18. Leovigildus; al., Leubegildus; al., Livigildus.

19. Menses vi. Al., mensem i. Anni xv recensentur ab anno quo titulum accepit.

20. Retinendus annus i, potius quam duo.

22. Dies xiv. Al., xiii. Al., ix.

23. Sisebutus (E. H. 650; A. C. 642) regnavit annos viii, menses xi, dies xvi. Alias menses vi.
24. Item Recarodus (E. H. 659; A. C. 621) regnavit menses iii. Alias, paucos dies.
25. Suintila (E. H. 659; A. C. 621) regnavit annos x.
26. Sisenandus (E. H. 669; A. C. 631) regnavit annos iv, menses xi, dies xiv.
27. Chintila (E. H. 674; A. C. 636) regnavit annos iii, menses ix, dies ix.
28. Tulga (E. H. 678; A. C. 640) regnavit annos ii, menses iv.
- 187 29. Chindaswinthus (E. H. 680; A. C. 642) solus regnavit annos vi, menses viii, dies xi. Item cum filio suo Domino Receswintho rege regnavit annos iv, menses viii, dies xi. Obiit pridie Kal. Octobris, era dcxci.
30. Receswinthus (E. H. 687; A. C. 649) regnavit annos xxiii, menses vii, dies xi. Obiit Kal. Septembribus, die 4 feria, hora 3, era 710, anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi 672, anni cycli decennovennalis 8, luna 3. Idem cum patre suo regnavit annos iv, menses viii, dies xi.
31. Suscepit autem dominus Wamba (E. H. 710; A. C. 672) regni gubernacula eodem die quo ille obiit, in supradictis Kalendis Septembribus, dilata unctionis solemnitate usque in diem iii Kal. Octobr.,
32. Suscepit autem succedente die, secunda feria, gloriosus dominus noster Ervigius (E. H. 718; A. C. 680) regni sceptra, quod fuit iii. Octobris, luna 16, era 718, dilata unctionis solemnitate usque in supervenientem diem Dominicum, quod fuit xii Kalendas Novembris, luna 22, era qua supra. Item quoque gloriosus Ervigius rex regnavit ann. vii, diebus xxv, in quo die in ultima aegritudine positus elegit sui successorem in regno gloriosum nostrum dominum Egicanem, et altera die, quod fuit xvii Kal. Decembris, sexta feria, sic idem dominus Ervigius accepit poenitentiam, et cunctos seniores absolvit, qualiter cum jam dicto principe glorioso domino Egicane ad selem regni sui in Toledo accederent.
35. Uinctus est autem dominus noster Egica (E. H. 725; A. C. 687) in regno in ecclesia sanctorum Petri et Pauli pratoriensis sub die viii Kal. Decembris, die Dominico, luna 14, era 725.
34. Uinctus est autem Wamba (E. H. 759; A. C. 701) in regno die quo fuit xvii Kal. Decembris, era 738.

23. Dies xvi; male alii, dies vi.
24. Menses iii. Al., menses iv. Male, annos iii, apud alios.
26. Annos iv. Al., annos iii. Masdeus asserit annos iv esse contra concilia Toletana. Pro dies xiv Lindenbrogiius dies xvi.
27. Menses ix. Al., menses viii, quod unice placet Masdeo.
29. Chindaswinthus; al., Chindaswinthus, vel Chindaswinthus. Alii minus bene annos regni cum filio dicunt esse tres, et dies duodecim. Lindenbrogiius perperam assignat eram C61.
30. Receswinthus. Al., Receswinthus. Pro regnavit, alii solus regnavit, sed delendum est solus. Pro menses vii, alii menses iii, alii vi, pro dies xi, Aguirrius dies xii, alii dies ii. Lindenbrogiius, corrupte, annos xiii. Omnino retinendi numeri textus, etiam in anno incarnationis 672, pro quo Lindenbrogiius posuit 662.
31. Dominus. Al., gloriosus dominus. Pro diem xiii, alii, male diem xiv.
32. Autem. Al., statim. Ibid., noster; al. omittunt. Pro xii Kal., male Aguirrius xiv Kal. Post diebus xxv, Masdeus supplet usque ad v Idus Novembris; et altera die explicat alia die, quin necesse sit esse diem proximum. Pro Decembris, male Aguirrius Septembris. Lindenbrogiius; et Aguirrius desinat in luna 22, era que supra. Reliqua Maiansius et Floreziius addiderunt.
34. Die quo. Fortasse, die que, vel, ut num. 32, die quod. In Editione Patrum Toletanorum notatur recte Florezium legere xviii Kal. Masdeus contendit legendum xii Kal. Decemb. era 759, hoc est, anno 701. Alii assignant annum 702. In Catalogo regum Visigothorum Editionis Grialii additur Wiazam regnasse ann. x, Rodericum ann. i, et, juxta alios, iii. Hæc omnia cum chronologia sequenti conferri possunt, ut mutuam sibi opem ferant.

## APPENDIX V.

Chronologia, et series Gothicorum regum ex Codice Regiovacano 667.

- 188 1. Primum in Gothiis regnavit Athanaricus annis xiii. Iste primus per Valentinum imperatorem hæregium Arianam cum omni Gothorum gente intravit. Sub isto legem Gothi, ac litteras habere cœperunt; et cum eodem rege ab Hunnis de terra propria expulsi sunt. Rex quoque Constantinopoli vitam finivit sub imperatore Theodosio (Vide Isidoriana, c. 79, n. 14).
2. Alaricus regnavit annis xiv. Iste ob vindictam Gothorum, quos Romani interfecerunt, exercitum movit, et Romam cepit, ibique Placidiam Theodosii imperatoris filiam cum opibus multis deprædavit. Postea in Italia obiit sub imperatoribus Honorio et Arcadio.
3. Ataulfus regnavit annis vi. Iste supradictam Placidiam conjugem accepit, et regni anno 5 de Italia Gallias adiit. Et dum Hispanias petere voluisset, a suis interfectus est in Barcelona sub imperatoribus Honorio et Arcadio.
4. Sigericus regnavit ann. i. Iste, dum pacem cum Romanis habere voluisset, mox a suis est interfectus sub imperio prædicto.
5. Wallia regnavit ann. iii. Belligerator fuit; cum imperatore Honorio pacem habuit, et sororem ejus Placidiam ei reddidit. Iste Hispanias ingressus, Vandalos et Silingos [Al., Vandalos Seliugos] in Bætica bello exstinxit, et Alanos ad nihilum redegit. Ad Africam classe transire disposuit; sed Gaditanum mare eum non didisit. In Gallias rediit, ibique vitam finivit sub imperio Honorii.
6. Theudericus regnavit ann. xxxiii. Iste Litorum ducem Romanum, et cum eo multo millia Romanorum exstinxit; ex Hunnis ducenta millia interfecit, ibique præliando occiditur sub imperio Theodosii Minoris.
7. Turismundus filius ejus regnavit ann. i, qui dum feralis et noxius esset, a Theuderico, et Frigidario, et fratribus, interfectus sub imperatore Marciano.
8. Theudericus regnavit ann. xiii. Iste dum Gothi Avito Imperatori sumere auxilium dedit; et ob hoc inde cum licentia idem Aviti imperatoris cum ingenti exercitu Hispanias intravit, et milliario 12 ab Asturica apud Urbicum fluvium Recchiarum Suevorum regem prælio superavit, eumque persequens, in Portucale cepit atque occidit. Bractam [Fortis, Bracharam] cepit; sicque iude per Lusitaniam in

Gallias rediit; ibique ab Eurico ejus fratre occisus a suis imperatore Leone.

9. Euricus regnavit ann. xxvi. Iste Lusitaniam deprædavit, Pamplonam, et Cæsaraugustam cepit, et Gothis legem dedit. Arelate obiit sub imperatore Leone.

10. Alaricus, filius ejus, regnavit ann. xxiii, quem Gundobaldus rex Francorum apud Pietavium bello interfecit. Ob cujus vindictam Theodericus 189 socer ejus Italiæ rex Francos perterruit, et regnum Gothis integrum restituit sub imperatore Anastasio.

11. Gesaleicus, Alarici filius, regnavit ann. iv. Iste a Gundebaldo Burgundionum rege in Narbona superatus, ad Barcelonam fugit. Inde ad Africam ad Vandalos pro auxilio perrexit, et non impetravit. Inde reversus, apud Barcelonam a duce Theoderici Italiæ regis interfectus sub imperatore Anastasio.

12. Theodericus supradictus, occiso Gisaleico, regnum Gothorum tenuit ann. xv; et superstiti nepoti suo Amalarico reliquit. Ipse Italiam rediit, et ibi vitam finivit sub imperatore Justiniano.

13. Amalaricus regnavit ann. v. Iste a Childeberto Francorum rege superatus, Narbone interiit sub imperatore Justiniano.

14. Theudis regnavit an. xvii. Iste, quamvis hæreticus, pacem concessit Ecclesiæ, et episcopis licentiam dedit in Toletana urbe concilia peragere. Francorum reges infra Hispanias usque Minium superavit; eumque in palatio quidam insaniam simulando interfecit sub imperatore Justiniano.

15. Theudisclus regnavit ann. i; qui dum toros multorum macularet, et obiter multis necem excogitaret, mox inter epulas gladio Hispani jugulatur sub eodem Justiniano.

16. Agila regnavit an. v. Iste dum ad Cordubam urbem pugnaret, et in contemptu Christi sepulcrum sancti martyris Aciseli quodam horrore pollueret, filium ibi cum multa copia interfectum, et omnem thesaurum regum amisit, et Emeritam fugit; ibique sui cum interfecerunt sub imperatore Justiniano.

17. Athanagildus regnavit ann. xiv. Iste contra milites Justiniani imperatoris, quos ipse contra Agilanem petierat, diu conflixit, atque eos exstinxit. Toletò morte propria decessit sub imperatore Justiniano.

18. Livua regnavit ann. iii, in Narbona. Iste fratri Leovigildo Hispaniæ administrationem dedit; ipse Galliis præfuit.

19. Leovigildus, adepta Gallia, et Hispania, regnavit ann. xiv. Iste valde hæresi Arianiæ deditus, persecutionem Catholicis intulit, et ecclesiarum privilegia tulit. Mas-onam Emeritensium episcopum exsilio relegavit. Suis perniciosus fuit, potentes per cupiditatem damnavit. Suevos superavit, et Gallaciæ regnum Gothis admiscuit. Primum regali veste opertus solio resedit. Urbem in Celtiberia ferit, et Recopolim nominavit. Gothorum leges ante corripuit, et Toletò propria morte decessit sub Mauricio imperatore.

20. Recaredus, filius ejus, regnavit ann. xv. Iste, a exordio regni sui catholicam fidem adeptus, omnem Gothorum gentem ad cultum Dei, rectaque fidei revocavit, et per synodum episcoporum Galliæ et Hispaniæ fidem catholicam confirmavit, Francorum hoste lx millia in Hispania bello prostravit, et tempora regni sui omni bonitate honoravit. Fine pacifico Toletò decessit, imperatore Mauricio.

21. Livua, filius ejus, regnavit ann. ii. Istum præ-

cisa dextra innocuum Wictericus occidit, et regnum sibi suscepit sub imperatore Mauricio.

190 22. Wictericus regnavit ann. vii, vir quidem strenuus in armorum arte, sed exspers victoriæ; quod fecit recepit. Inter epulas enim prandii a suis interfectus est sub imperatore Phoca.

23. Gundemarus regnavit annis ii. Vascones una expeditione vastavit, et morte propria Toletò decessit sub imperio Heraclii.

24. Sisebutus regnavit ann. viii. Iste potestate Judæos ad fidem Christi perduxit, et ecclesiam sanctæ Leucadiæ Toletò opere suo fundavit. Astures et Vascones in montibus rebellantes humiliavit, et suis per omnia benivolus fuit. Hunc quidam proprio morbo, alii potionis haustu immoderato asserunt occisum sub imperio Heraclii. Tunc nefandus Mahomat in Africa nequitiam legis stultis populis prædicavit.

25. Suintila regnavit ann. x. Victoria et consilio magnus fuit. Vascones devicit, duos patricios Romanos cepit; omnes Hispaniam et Galliam strenue rex, et ob meritum pater pauperum vocatus est; et sine proprio Toletò decessit sub imperio Heraclii.

26. Sisenandus regnavit ann. iv. Iste synodos episcoporum egit; piæus fuit, et regulis catholicis orthodoxus exstitit. Toletò vitam finivit sub imperio Heraclii.

27. Chintila regnavit ann. iii. Synodos plurimas Toletò cum episcopis egit, et subdium regnum fide firmavit. Toletò decessit sub imperio Heraclii.

28. Tulga regnavit ann. iii. Blandus in omnia fuit.

29. Chindaswinthus regnavit solus ann. vi, et cum filio suo Recceswintho ann. iv. Hujus tempore quievit Hispania, et per synodos eruditivè Ecclesiam. Toletò obiit sub imperio Constantini Novi.

30. Wamba regnavit ann. ix. Primo regni sui anno rebellante sibi Paulo duce cum quâdam parte Hispaniæ, prius feroces Vascones in finibus Cantabriæ perdomuit; deinde cunctis civitatibus Gothiæ et Galliæ captis, ipsum postremo Paulum in Nemausense urbe victum celebri triumpho sibi subjecit. Postea ab Ervigio regno privatur sub imperio Constantini Novi.

31. Ervigius regnavit ann. vi. Iste synodos multas Toletò cum episcopis egit; filiam suam conjugem dedit Egicani. Toletò obiit sub imperio Justiniani.

32. Egica regnavit ann. xv. Iste dum regnum accepit, filiam Ervigi cum juratione Wambæ subjecit. Filium suum Witizænem principem secum regno præfecit. Toletò decessit sub imperio Leonis.

33. Witiza regnavit ann. x. Toletò vitam finivit sub imperio Tiberii.

34. Rudericus regnavit ann. iii. Istius tempore era 752, Farmalio terræ Saraceni evocati Hispanias occupaverunt, regnumque Gothorum ceperunt; quod adhuc usque ex parte pertinaciter possident; et cum Christianis die noctuque bella inveniunt, et quotidie configunt, dum prædestinationis usque divina dehinc eos expelli crudeliter jubeat. Reges Gothorum defecerunt. Sunt (sic) sub uno ann. 314; Alarico regnante ab era 301, ingressi sunt Gothi in Italiam. Post hujus annos reges Gothi Galliam ingressi sunt.

191 Post septem annos Gothi Hispaniam migraverunt. In era d. ix. lxxv. (forte, 835) regnavit Carolus Francorum rex, et patricius Romæ.

## APPENDIX VI.

### EXPOSITIO IN CANTICUM CANTICORUM SALOMONIS.

**CAP. I. — 1.** *Osculetur me osculo oris sui.* Tangat me dulcedine præsentia suæ, quem sæpius a prophetis promissum audiui. *Quia meliora sunt ubera turis vino.* Dulcedo evangelicæ doctrinæ austeritate legali melior est. *Fragrantia unguentis optimis.* Donis Spiritus sancti: *A chrismo* Christus, id est, ab unctione unctus, quod nomen cum gratia sancti Spiritus in baptismo effunditur in omnes fideles. *Ideo adolescentulæ dilexerunt te.* Electorum animæ gratia baptismatis renovatæ.

**2.** *Trahe me post te.* Ut ascendentem in cælos sequar. *Introduxit me rex in cellaria sua.* Fide in gaudia cœlestis patriæ interna. *Exsultabimus, et lætabor in te memores uberum tuorum super vinum.* In te, non in nobis; memores per omnia, fidei gratiam super legis esse doctrinam. *Recti diligunt te.* Nullus te diligit nisi rectus; et nullus est rectus nisi qui te diligit. *Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem.* Vox Ecclesiæ de suis pressuris. Nigra in pressuris persecutionum, sed formosa in decore virtutum.

**3.** *Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.* In tentatione obscurata dæmonum, formosa in mortificatione desideria carnalia. *Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decoloravit me sol.* Nolite mirari, si hominibus despecta sim foris ob tentationum æstus. *Filii matris meæ pugnaverunt contra me; posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiri.* Acerbitas filiorum Synagogæ me fecit vineam Jerusalem non custodire, sed multarum esse vinearum, id est, Ecclesiarum per orbem custodem. *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Indica mihi pastorem meum, quem tota mente diligo, et in quibus pascua et requiem habeat, ne, æstu tentationum turbata, per sodalium, id est, hæreticorum conventicula eum quærere incipiam.

**4.** *Si ignoras te, o pulchra inter mulieres, egredere, et abi post vestigia gregum tuorum.* Si ignoras, te sub hujusmodi tentationum conditione mihi esse sponsatam, egredere a meo conspectu, et varios errantium actus sequere. *Et pascas hædos tuos juxta tabernacula pastorum.* Id est, perditos nudi auditoris, secuta insipientium doctrinæ magistrorum. *Equitavi meo 192 in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea.* Sicut priorem populum de Ægypto liberavi timore, sic te, sponsa mea, si in me confideris, liberabo inanibus minis.

**5.** *Pulchre sunt genæ tuæ, sicut turturis.* Tanta te verecundiæ salutaris virtute decoravi, ut castitatem promissæ mihi fidei nulla doctorum pravorum seductione corrupas. *Collum tuum, sicut monilia; murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* In collo doctores designantur. In monilibus opera exprimentur, quia ea quæ verbo docent operibus ostendunt. In murenulis Scriptura sacra ostenditur, quæ auro spiritualium sensuum fulget interius, et argento cœlestis eloquii nitet exterius.

**6.** *Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Rege Christo in beatitudine cœlestis secreti quiescente, sanctorum virtus magnæ nobis gratiam suavitatis administrat. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.* Mors dilecti mei, quam pro mea salute subiit, sem-

per in mea memoria commorabitur. *Botrus cyprî dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Qui fuit fasciculus myrrhæ in amaritudine passionis, ipse est botrus Cyprî in dulcedine resurrectionis. Myrrha tristificat, vinum lificat. In vineis Engaddi propter charismata divina, quæ post resurrectionem largitus est in baptismo suis participibus. *Engaddi, fons lædi, baptismum significat.*

**7.** *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es.* Pulchra in simplicitate cordis et munditia operum. *Oculi tui columbarum.* Quia sensus tui spirituali sunt intelligentia præditi.

**8.** *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, ecce tu pulcher es.* Tu solus naturaliter pulcher, ego ex te pulchra. *Lectulus noster floridus.* Pax sanctæ Ecclesiæ et virtutibus sanctis florescit, et spirituali prole multiplicatur. *Tigna domorum nostrarum cedrina; laquearia nostra cypressina.* Tigna et laquearia doctores sunt in sancta Ecclesia propter munimenta et decorem. Cedrina et cypressina propter eximias virtutes eorum et odorem bonæ vitæ.

**CAP. II. — 1.** *Ego flos campi, et lilium convallium.* Ego decus mundi, et gloria humilium. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Tu requiem quæris, et laudas lectuli; recordare quod candidior tribulationum aculeis efficeris, et major est fructus prædicationis, quam quietis.

**2.** *Sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus inter filios.* Sicut malus visus, odore, gustu, antecellit ligna silvestria, sic Christus antecellit omnes sanctos, qui filii Dei dicuntur, sed gratia, ille solus natura. *Sub umbra illius quem desideraveram sedi.* Eodem protegente, quem semper adesse quæsi, quiesco, et secunda permaneo. *Et fructus ejus dulcis gutturi meo.* Quia gratiæ suæ cœlestis dulcedine me refecit.

**3.** *Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem.* Cella 193 vinaria Ecclesia debet intelligi, in cujus unitate solummodo Spiritus sanctus dari solet et accipi. Cujus gratia hoc loco vini nomine designatur. In qua cella ordinata charitas est, ut quisquam Deum toto corde plusquam seipsum diligat. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Consolamini me exemplis, seu incipientium, seu terminantium viam salutis, dum adhuc in hujus peregrinationis lædio amore supernæ visionis languesco. *Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.* In læva Christi temporalia ejus bona, in dextera perpetuæ vitæ beatitudo designatur. Quia hic per spem mentem roborat, et illic per remunerationem glorificat.

**4.** *Adjuro vos, filia Jerusalem, per capreas, cervosque camporum, ne suscitatis, nec emigrare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.* Contestor pacificas fidelium animas, per suas quæcumque virtutes, quæ per munda et ruminantia animalia signatæ sunt, ne pia fratrum studia aliqua importunitate impediatis; sed sic quisque de proximi profectu, sicut de suo gaudeat.

**5.** *Vox dilecti mei.* Subauditur, hæc est; quem audiivi adjurantem filias Jerusalem, ne me in ejus amplexu quiescentem suscitarent. *Ecce iste venit alienus in montibus, transiliens colles.* Tales enim saltus fecit

**2.** Quod Sponsa in Canticis Ecclesiam exhibeat, ceperunt perique Patres et interpretes recentiores.

**3.** Murenula est a *murena*; nihilominus multi scribunt *murenula* sine diphthongo.

**CAP. II. — N. 3.** Cellæ vinariæ typo Ecclesiam significari, docent etiam Cassiodorus, Anselmus, Beda, et alii sacræ Scripturæ interpretes.

**CAP. I. — N. 4.** Quid de hac Expositione sentendum sit, in Isidorianis, dixi, c. 65, n. 45 seq. In Canticum canticorum mystice interpretando Hebræi, sanctique Ecclesiæ Patres consentiunt. Inter cætera opus Ludovici a Ponte in Canticis canticorum digimum maxime est quod legatur. Pro *a chrismo* fortasse legendum a *chrismate*.



dilectus meus. De cœlo venit in uterum, de utero in præsepium, de præsepium in crucem, de cruce in sepulcrum, de sepulcro rediit in cœlum. Iste, qui elevatus est super omnes montes, et colles, id est, sanctorum altitudines.

6. *Similis est dilectus meus capræ, hinnuloque cervorum.* In assumptione carnis et humilitate capræ; in varietate virtutum et innocentia hinnulo cervorum Christus comparatur, id est, patriarcharum. *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.* Indutus pariete nostræ mortalitatis latuit, sed prospiciens ad nos per cancellos, et fenestras miracula fecit, ut ex miraculis appareret Deus, qui ex passionibus latuit. *En dilectus meus loquitur mihi.* Ad prædicandum me hortatur, dicens:

7. *Surge, propera, amica mea, formosa mea, et veni.* Surge de stratu quietis, in quo timet solius curam agere queris; propera tu, et veni ad impendendam etiam proximis curam salutis per studium sedulæ prædicationis. *Jam enim hiems transit, imber abiit, et recessit.* Jam frigus infidelitatis, et imber iniquitatis recesserunt, quæ totum orbem usque ad tempus Dominicæ incarnationis tangebant. *Flores apparuerunt in terra nostra.* Id est, initia fidei et justitiæ floruerunt in mundo, crescente Ecclesia.

8. *Tempus putationis advenit.* Id est, ut, amputatis inutilibus vanæ religionis sarmentis, futuro fidei fructui præparentur corla hominum. *Vox turturis audita est in terra nostra.* Id est, Christi Salvatoris nostri dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. *Ficus protulit grossos suos.* Veteris legis præcepta ceciderunt. *Vinæ florentes dederunt odorem.* Id est, evangelicus populus, seu vites florentes sanctæ conversationis odorem longe lateque dederunt.

9. *Surge, propera, amica mea, speciosa mea, et veni; columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ.* O sponsa, et amica, cui tanta obtuli bona, surge, et veni; accingere ad certamen, unde æternam quietem accipies. *Columba mea, per infusionem sancti Spiritus.* In foraminibus petræ, id est, vulneribus, quæ pro salute sponsæ sponsus accepit. *In caverna maceriæ, id est, custodia virtutum cœlestium.* *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.* Vox, videlicet, laudis, vel prædicationis. *Vox enim tua dulcis, et facies tua decora.* Illius namque vox Domino dulcis est, cui dulce vel verbum Domini annuntiare, vel ipsi Domino laudes resonare. Et illa fides decora est, quæ, ex operibus ornata, adversa pœni non metuit.

10. *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliantur vineas.* Id est, vincite hæreticos, et schismaticos, pravos fide, et dolosos verbo, qui dente pravæ doctrinæ rudes fidelium mentes lacerare solent. *Nam vinea nostra floruit.* Id est, late electorum plebes germinant.

11. *Dilectus meus mihi, et ego illi.* Id est, solus mihi dilectus, et solus adjutor mihi est. Et ego illi sola sum dilecta, quia nullus alius recte diligit Christum, nisi unica Ecclesia, et nulla alia ab eo diligitur. *Qui pascitur inter lilia.* Id est, munditia fidei, et candore virtutum. *Donec aspiret dies, et inclinentur umbræ.* Donec venturi sæculi lux oriatur æterna, et umbræ, id est, errores præsentis vitæ transeant. *Revertere, similis esto capræ, hinnuloque cervorum super montes Bethæ.* Ohseero, dilecte mi, ut sæpius dulcedine visitationis tuæ revertaris ad me, qui carne, quam de patriarcharum origine sumpsisti, super omnes altitudines cœlestium montium ascendisti, ut laborem peregrinationis meæ speculatione æternæ patriæ releves.

CAP. III. — 1. *In lectulo meo per noctes quæsi vi quem diligit anima mea; quæsi vi, et non inveni.* Jam dudum, inquit, multo studio quæsi vi Dominum; sed quia adhuc illecebris carnis meæ subdita fui, et te uebris ignorantis obsecata, non inveni lumen veri-

tatis, id est, Dominum. *Surgam, et circuibo civitatem, per vicos et plateas quæram quem diligit anima mea, quæsi vi illum, et non inveni.* Proposui animo meo surgere de lectulo carnalium voluptatum, terras æmæ circuire, et philosophorum audire magisteria; sed nec sic inveni illum.

2. *Invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem. Num quem diligit anima mea, vidistis?* Vigiles sunt qui custodiunt Ecclesiam apostoli, et doctores, qui gentilitatem veritatis indagare sollicita invenerunt. *Paululum, cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea.* Dum me illorum magisterio tradidi, mox lumen veritatis, quod quæsi vi, inveni. *Tenui illum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, et in cubiculum genitricis meæ.* Teneo illum firma fide, donec in sine sæculi per officium prædicationis introducam illum in domum, et in cubile **195** Synagogæ, quæ me genuit in Domino, et sit unum ovile, et unus pastor.

3. *Adjuro vos, filiæ Jerusalem, etc.* Ideo hunc verbum repetit sponsus, ne minore Ecclesiæ de gentibus congregatæ, quam de Judæis habere sollicitudinem putaretur, sed ut sit de utrisque una sponsa, et illa dilectissima.

4. *Quæ est ista quæ ascendit per desertum?* Miratur Synagoga quomodo gentium populus, nullo circumcisionis mysterio emendatus, nulla per phetarum admonitione eruditus, subito ab infimis voluptatibus per desertum idololatricæ et gentilitatis ad alta virtutum culmina, et sponsi amplexus ascendisset. *Sicut in gula sumi ex aromatis.* Ignis amoris accensa omni nisu virtutum ad cœlestia tendit.

5. *Myrrhæ, et thuris, et universi pulveris pigmentarii.* Ex mortificatione carnalium voluptatum, et puritate orationum, et omnium virtutum odore. *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.* Lectulus Salomonis est conversatio sanctorum; sexaginta fortes prædicatores sunt sancti, et fortissimi bellatores, qui mundo corde digni sunt Dominum videre.

6. *Omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi.* Tenent enim gladium spiritus, quod est verbum Dei, qui quod ore docent opere complent. *Uniuscujusque ensis super femur suum propter timores nocturnos.* Nocturni timores sunt in die tentationis occultæ. *Ensis prædicatores est custodia vigilans, carnis concupiscentias premens, ne verbum prædicationis immunditia vitæ maculet.*

7. *Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani.* Ferculum Salomonis est sancta Ecclesia, quæ credentes ad æternæ beatitudinis epulas levat, quæ de fortibus animo, quasi de lignis imputribilibus, constructa est. *Columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum.* Columnæ argenteæ sunt doctores eloqui luce fulgentes. *Reclinatorium aureum est spes perpetuæ quietis fidelibus promissa.*

8. *Ascensum purpureum.* Quid est ascensus purpureus, nisi martyrum sanguis, et passio Redemptoris nostri? quia non ascenditur ad epulas vitæ, nisi per mysterium passionis Christi. *Media charitate constravit propter filias Jerusalem.* Omnis enim qui charitatem habet Dei et proximi, ad hanc requiem, et ad has epulas lætus perveniet. *Hæc omnia ornamenta Ecclesiæ præstitit Christus ob nimiam charitatem, quæ dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis.*

9. *Egredimini, et videte, filii Sion, regem Salomonem.* Egredimini mente, et actu de turbulenti mundi conversatione, ut regem pacis valeatis videre. *In diademate, quo coronavit eum mater sua.* Videte Dominum Christum in humanitate, quam de Virgine matris susceptam, in majestatis paternæ dextera collocavit. *In die desponsationis illius.* Id est, in tempore incarnationis illius, quo ad copulandam sibi Ecclesiam sponsam ex virginali utero processit. *In die lætitiæ cordis ejus.* Id est, redemptionis humani generis, quæ fuit dies lætitiæ Christi.



candidus est per munditiam fidei, et alta per virtutem gloriæ.

15. *Surgit, Aquilo, et veni, Auster, perfla hortum meum.* In Aquilone enim adversa mundi, in Austro blandimenta designantur, qua gemina impugnatione probatur Ecclesia. *Consurge* permittentis vox, non imperantis. *Et fiant aromata illius.* Id est virtutum constantiam miro odore dispergat.

CAP. V. — 1. *Veniat dilectus meus in hortum suum.* Veniat Dominus in Ecclesiam suam, ut eam ipse conservet immaculatam ubique, et fidei fruge fecundet. *Et comedat fructum pomorum suorum.* Et libenter accipiat, gratanterque inspiciat opera servorum suorum.

2. *Veni in hortum meum, soror mea sponsa.* Veni (inquit) sapissime in Ecclesiam meam, et venio, ut corrigam, adjuvem, et confirmem. *Mensus myrrham meam cum aromatibus meis.* Per myrrham passio, vel mortificatio, per aromata omnes virtutes exprimuntur. Metit myrrham cum aromatibus, quando martyres cum cæteris electis ad maturitatem prætorum perducit.

3. *Comedi favam cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo.* In favo et vino prædicatores, in melle et lacte audiores intelliguntur, et utrosque internus iudex approbat et remunerat. *Comedia, amici, et bibitis, et inebriamini, charissimi.* Amici, faciendo quæ præcipio, obsecro, ita factis sanctorum, quasi epulis præcipis, præcordia vestra replete.

4. *Ego dormio.* Donante gratia Dei, in pace præsentis vite eum colo. *Et cor meum vigilat.* Quo tranquillius sub incuribus externis quiesco, eo altius iustus video quam bonus est Deus. *Vox dilecti mei pulsantis.* Pulsat ostium cordis, cum Dominus nos ad profectam virtutum excitat. **¶ 99** *Aperi mihi, id est, cor pando mihi, soror mea.* Amica mea, quia arcanorum meorum conscia. *Columba mea, quia spiritus mei dono illustrata.* Immaculata mea, quia sola aspectu meo digna.

5. *Quia caput meum plenum est rore, et cincinnati mei guttis nocturnis.* Caput Christi Deus. Cincinqui sunt fidelium collectiones. In rore et guttis nocturnis frigens charitas in multis ostenditur quam in Domino et proximis habere debuerunt. Ideo necessario excitat Dominus fideles quosque ad prædicationis studium, quo provocata ad laborem docendi respondet Ecclesia.

6. *Exspoliavi me tunica mea, quomodo induar illa?* Ac si aperte dicat, deserui negotia sæcularia tui causa, quomodo repetam illa? *Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Jam secretæ compunctionis fletibus ablui cogitationes terrenas; quomodo mundi sordibus iterum polluar? quia prædicationis officium sine occupatione sæculari vix esse potest.

7. *Dilectus meus misit manum suam per foramen.* Manum quippe suam dilectus per foramen misit, cum nos Dominus occultis invisibiliter compunctione ad opus virtutum accendit; nobisque in memoriam revocat, quomodo et quanta de sinu Patris descendens pro nobis est passus. *Et ventus meus intremuit ad tactum ejus.* Hæc recolens intima conscientia sponsa, tota expavescit; et pigritiam quiens accusans, ad laborem prædicationis festinat; unde sequitur.

8. *Surrexi, ut aperirem dicto meo.* Id est, verbum Domini prædicarem. *Manus meæ stillaverunt myrrham, et digitus mei pleni myrrha probatissima.* In manibus enim opera, in digitis discretio signatur. In myrrha continentia et passiones: quæ tunc probatissima est, cum solummodo pro charitate Dei et proximi vel continentia sit, vel passiones sunt.

9. *Pessulum ostii mei aperit dilecto meo.* Pessulum dilecto aperit, qui templum sui peccatoris divina visitatione et inhabitatione dignum fecerit. *Ille declina-*

*verat, atque transierat.* Quia nulli in hac vita plena visio Dei, sicut in futuro conceditur, ideo transire dicitur dilectus, id est, in futurum se videndum et perfruendum plenius ostendit.

10. *Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est.* Quanto suavius, inquit, vocem atque viciniam dilecti mei accepi, tanto sublimius quicquid in me frigidum erat, charitate incaluit; et quicquid rigidum erat, liquefactum est. *Quæsi, et non invenit illum.* Quia donum compunctionis et dulcedinis intimæ non in arbitrio est volentis, sed in miseratione donantis, ideo non semper habent illum æquilater, quia non ita se offert Deus in exilio laborantibus quomodo in patria regnantibus.

11. *Invenerunt me vigiles, qui circumveniunt civitatem, percusserunt me, vulneraverunt me, tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.* Custodes civitatis, id est, Ecclesiæ, sancti sunt doctores, qui sedula prædicatione circumveniunt corda singulorum, et speculis cælestis amoris vulnerant. **200** et, ut magis ardeant, inflammescunt, et vetuste conversationis tuta men eis subtrahunt.

12. *Adjuro vos, filii Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, ut nuntiatis ei quia amore langueo.* Merito languet sponsa, cum gladio verbi Dei percussa, terrenum exuit amictum; et filias Jerusalem, id est, Deo dignas animas adjurat, ut sui amoris magnitudinem ad Dominum referant; et pro ejus videnda gloria supernum sibi poseant auxilium.

13. *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adjurasti nos?* Obsecro te, quia sic adjurasti me, ut amore quo te languescere dicis me quoque per verbum prædicationis facias ardescere, et mihi ostendas qualis sit dilectus tuus ex ea parte qua possit diligere, non timere, quia perfecta charitas foras mittit timorem.

14. *Dilectus meus candidus, et rubicundus, electus ex millibus.* Candidus, quia sine peccato; rubicundus sanguine passionis Christus, qui solus mediator Dei, et hominum. *Caput ejus aurum optimum.* Caput Christi Deus, qui solus bonus et optimus. *Comæ ejus sicut elatæ palmarum, nigra quasi corvus.* Comæ cæteræ sunt sanctorum, quæ Deo fidei famulatu adherent. *Elatæ, vel electæ palmæ propter caput Christi, nigrae ob pressuras.*

15. *Oculi ejus quasi columbæ super rivulos aquarum.* Oculi ejus doctores sunt, per quos Ecclesia videt quæ recta sunt; qui bene columbæ propter simplicitatem, et rivulis aquarum propter charitatem divinam comparantur. *Quæ lacte sunt lotæ, et resident juxta fluenta plenissima.* Lacte lotas dicit, id est, gratia divina et dulcissima mundatas; et resident juxta fluenta plenissima, id est, omnium donorum spiritualium abundantia. Potest in rivulis veteris legis eruditio, et per fluenta plenissima perfectio evangelicæ doctrinæ signari, quia sancti prædicatores de thesauris suis proferunt nova et vetera.

16. *Genæ illius, sicut areolæ aromatum consita a pigmentariis; labia ejus lilia distillantia myrrham primam.* In genis Salvatoris nostri et modesta pietas simul et severitas exprimitur. Areolis aromatum virtutes, et dulcedo, et fama designantur. Consita a pigmentariis prophetis et apostolis, his futuræ incarnationis ejus arcana, illis facta narrantibus. *Labia ejus verba sunt doctrinæ ejus.* Lilia, quia charitatem cælestis regni promittunt. *Distillantia myrrham primam, quia per contemptum voluptatum presentium ad hanc pervel tendam esse prædicant.*

17. *Manus illius torquiles, aureæ, plena hyacinthis.* Manus, id est, opera, quia in se omnem regulam justitiæ tenent. Unde dicit: *Oporet me omnem justitiam adimplere.* Sunt et manus aureæ, quia omnia

5. *Frigens charitas, etc.* Ita fere sanctus Augustinus, tract. 57 in Joann., et alii Patres, et sacræ Scripturæ interpretes ad hunc locum.

quæ in homine gessit, divitiis gloriæ perfectit. Plenæ hyacinthis, quia ad spem nos cœlestium atque amorem excitant, quia hyacinthus aurei coloris gemma est.

18. *Venter ejus eburneus, distinctus sapphis.* Venter ilei fragilita em humanitatis ejus designat, eburneus decorem castitatis. Sapphis **201** sublimitas est cœlestium virtutum. Distinctus sapphis, quia partim humana fragilitas esurie, tentatione, fatigatione, morte, partim divina celsitudo miraculis, resurrectione et ascensione gloriæ intelligitur.

19. *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases au eas.* Crurum vocabulo itinera incarnationis Christi insinuatur, quæ columnis marmoreis propter firmitatem et rectitudinem comparantur. Fundatæ super bases aureas, quia quidquid de eo val per eum gestum est, omnia divinæ provisionis consilio ante tempora sæcularia disposita sunt.

20. *Species ejus, ut Libani, electus, ut cedri.* Ut Libanus celsitudine et gratia arborum alius montes, sic Dominus Christus omnes sanctos meritum celsitudinis et gratia virtutum antecellit. *Electus, ut cedri.* Sicut alias arbores, quæ in Libano nascuntur, cedri superant dignitate sua; ita Christus omnes qui in Ecclesia ad vitam nascuntur sua transcendit gloria.

21. *Guttur illius suavissimam.* In gutture interna dulcedo verborum illius memoratur, quam qui sapit, non esurit. *Et totus desiderabilis.* Quid amplius quæris? Totus desiderabilis est, quia totus Deus, et totus homo, in quem desiderant et angeli prospicere. Deus in majestate Patris, homo in virginitate matris. In illo creator, in hac salvator.

22. *Talis est dilectus meus, et ipse est amicus meus.* Quanto devotius quisque diligit Dominum, tanto familiarius habet amicum Dominum. Et talem necesse est ut intelligat eum, si vis eum amicum habere. *Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum?* Vox Synagoga; pro devore enim carminis variantur personæ colloquuntur. Sed tantum Christi Ecclesia, quia sponsæ vocabulo exprimitur, designatur pulcherrima mulierum. Pulchra sunt singulæ Ecclesiæ sanctorum; sed pulcherrima universitas totius sanctæ Ecclesiæ per totum orbem. *Quo declinavit dilectus tuus, et quæremus eum tecum?* Qui aliquando in terra corporali specie versatus est, dic, quo declinavit ille, ut sequamur illum tecum?

CAP. VI. — 1. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum.* Quasi dixisset, illic descendit in hortum, id est, Ecclesiam suam, ut eam fonte gloriæ suæ, quasi aream aromatum, irrigaret; ut virtutum floribus germinaret. *Ut pascatur in hortis, et lilia colligat.* Ego dilecto meo locum habitationis præparo in me, et ipse mihi apud se, qui semper inter sancta desideria mentium castarum pascitur. Hactenus sanctæ Ecclesiæ vox est quærentis ac laudantis; nunc, quid quæritus respondet, subinfertur.

2. *Pulchra es, amica mea, suavis et decora, sicut Jerusalem.* Sanctam Ecclesiam suam amicum dicit, quia ejus vitæ desiderium visioni jam pacis intimæ assimilatur. *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* Id est, charitate unita, et compacta, ut nullus locus hosti per malum discordiæ aperiat, quia solummodo in unitate pacis terribiles sumus hosti.

3. *Averte oculos tuos a me, quia ipsi me avolare fecerunt.* Id est, oculis mentis tuæ noli quærere in tuæ peregrinationis itinere perfecte me cognoscere, quia fieri non potest; quia quo intentius agnoscere quæris, **202** eo certius incomprehensibilem intelliges; et non quæras in via præmium, quod in patria reservatur. *Capilli tui, sicut greges caprarum, etc.* Qui versiculi prius positi sunt, sed repetitio firmitatis est indicium. In capillis populi, in dentibus

CAP. VI. — N. 9. Quamvis veteres mss. Codices, antiquæ Editiones pleræque, atque Ecclesia in officio, legant *Suaamitis*, magis tamen probandum esse

A doctores, in gemellis fetibus præcepta charitatis intelliguntur.

4. *Sicut cortex mali Punici, sic genæ tuæ absque oculis tuis.* Genæ sanctæ Ecclesiæ spirituales sunt Patres, qui virtutibus sunt mirabiles, et moribus venerabiles, et in Christi cruce gloriari non erubescunt. Et hæc magna sunt valde, quæ videntur in ea; sed tanto majora quæ non videntur, et in futuro reservantur.

5. *Sexaginta sunt reginæ, et octoginta concubinæ, et adolescentularum non est numerus.* Reginæ sunt, quæ amore sponsi et cœlestis præmii intuitu per prædicationem veritatis et sacri baptismatis fontem subolem æterno regi spirituales generant. Concubinæ sunt, quæ carnali solummodo commodo Christum prædicando, vel baptizando, docent; et ideo illæ perfectione senarii numeri, per denarium, propter decalogum designantur. Adolescentulæ sunt anime nuper Christo reatæ, quarum summa propter multitudinem civium cœlestium numerum transcendit.

6. *Una est columba mea, perfecta mea.* Sancta videlicet et universalis per totum orbem Ecclesia. *Una est matri suæ, electa genitrici suæ.* Matri suæ, id est, cœlesti Jerusalem, quæ est mater omnium nostrum. Unde ad nos gratia Spiritus sancti descendit, per quam nascimur Deo. *Vixerunt illam filiæ, et beatissimam prædicaverunt.* Quas prius dixit adolescentulas, nunc filias nominat; antiqui omnes catholicam laudant Ecclesiam.

7. *Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora con-surgens?* Progreditur Ecclesia, quasi aurora, quia jam ortus veri luminis mundo post tenebras longæ ignorantie monstratur. *Pulchra ut luna.* Quia sole justitiæ illustrata noctem mundi illuminat. *Electa ut sol.* Quia imaginem sui conditoris in omni justitia, sanctitate et veritate portat. *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* Terribilis aeris potentibus in unitate charitatis, fidei, et spei.

8. *Descendi in hortum nucum, ut viderem poma convallium.* Hortus etenim nucum est Ecclesia præ-sens, ubi nostras conscientias alterutrum minime videmus; sed fracta testa corporis, apparbit internæ dulcedinis fructus. Poma convallium fructus est humilitatis. Descendit sancta Ecclesia per doctores sanctos ad eos qui proficiunt ad fructus bonos, quive adhuc indigent doctrinæ irrigatione. *Et inspicerem et florisset vinea, germinasset mala Punica.* Inspicerem ei virtutum studia florissent, et si qui ad exemplum dominicæ passionis præparati essent suum fundere sanguinem.

9. *Nescivi, anima mea conturbavit me, propter quadrigas Aminadab.* **203** Nescivi dona gratiæ spiritualis in te, sponsa; sed anima mea conturbavit me propter introductionem evangelicæ quadrigæ, qua Aminadab (qui interpretatur populi mei spontaneus) id est, Christus per totum veluit mundum. Cui Ecclesia consolando mox respondet: *Revertere, revertere, Sulamitis; revertere, revertere, ut intueamur te.* Noli turbata esse: sed revertere ad agnitionem tui Redemptoris, qui tibi toties in prophetis, et lege promissus est. Revertere puritate fidei: revertere operum perfectione, o Sulamitis, id est, captiva, jam a vinculis infidelitatis revertere ad tuum Redemptorem, ut salveris.

CAP. VII. — 1. *Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum?* Tu doles synagogam obduratam: prope est tempus, quod choros bellantium adversus magnos spiritus et laudantium Dominum videbis in ea. *Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis, filie principis!* Nunc laudes Ecclesiæ ab ipso sponso proferuntur; et primo operum constantia et mortificatio voluptatum laudatur in ea, quia filia principis, id est, Christi, ob gratiam baptismi.

Sulamitis cum Vulgata nostra, ex Hebræo ostendit Calmetus.

2. *Juncturæ femorum tuorum sicut monilia, quæ A* subricata sunt manu artificis. Duorum concordia populorum spirituali prope secundorum in junctura femorum designatur, quia sicut monile fabricatur manu artificis, sic est ineffabili largitate conditoris nostri firmata. In monili bona opera expringuntur.

3. *Umbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis.* Umbilicus, id est, fragilitas infirmitatis nostræ, crater, cum, consentientia mortalitatis atque infirmitatis nostræ admōitii, calicem verbi salutaris prompta mente proximis propinare satagimus. *Venter tuus, sicut acervus tritici vallatus liliis, etc.* Acervus tritici vallatus liliis est, cum abundantia boni operis sola spe perpetuæ lulis colligitur. In ventre memoria; in tritico multiplicatio boni operis, in liliis castitas exprimitur. Item in tritico panis, et in cratere potus, quæ pauperibus dantur, expringuntur.

4. *Duo ubera, tua sicut duo hinnuli gemelli capræ.* De duobus uberibus superius dictum est. Duo ubera doctores sunt utriusque populi. In gemellis duo Testamenta sunt. Gemelli, propter unam concordiam. *Coltum tuum sicut turris eburnea.* Item in collo doctores designati sunt, qui turri eburnæ propter firmitatem et pulchritudinem comparantur. Qui civitati Dei et robur præstant, et decus.

5. *Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiarum multitudinis.* Item oculi Ecclesiæ doctores propter nutrimentum. Et recte piscinæ comparantur, quia fluente doctrinæ suis auditoribus præbere non cessant. *Hesebon cingulum mæroris* interpretatur, quia sarcti pro vana lætitia carnis cingulo abstinentiæ constringuntur, et bene in porta-mulitudinis, ob abundantiam populorum concurrentium per portam fidei in Ecclesiam.

6. *Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascus.* Item in naso verbi Dei dispensatoris causa discretionis designantur. Turris, quia eminentissimum locum tenet in Ecclesia, quæ respicit contra 204. Damascus, id est, sanguinarium et impium (quia Damascus sanguinem bibens interpretatur): significat carnales et crudeles, contra quos sancti doctores, in turri Libani, id est, firmitate Ecclesiæ semper vigilant.

7. *Caput tuum ut Carmelus, et comæ capitis tui sicut purpura regis juncti canalibus.* In capite mens designatur, in comis cogitationes. Et sicut capite membra, ita cogitationes mente reguntur. In Carmelo, id est, sublimitibus, et passione Christi, quæ nomine purpuræ exprimitur, versantur. Canales, præcordia sanctorum, in quibus alligantur tales cogitationes.

8. *Quam pulchra es, et quam decora, charissima, in deliciis.* Pulchra fide, et opere decora, charissima in deliciis, id est, spiritualibus virtutibus. *Statura tua assimilata est palmæ.* Id est, rectitudo operationis bonæ semper ad victoriam tendit. *Et ubera tua botris:* Uberibus doctores ecclesiæ propter hæc primæ eruditionis comparantur, et botris æquantur propter mysteria dulcissima æternitatis.

9. *Dixi: Ascendam in palmam, et apprehendam fructus ejus, et erunt ubera tua sicut botri vineæ.* Apte enim victoriosissima crux palmæ comparatur, in quam Christus ascendens apprehendit fructus ejus, id est, dona quæ largius est sancta Ecclesiæ, quæ ex illo tempore botros vineæ germinavit, id est, sanctos doctores, qui majori scientia et gratia propter crucem et resurrectionem Salvatoris abundant.

10. *Odor oris tui sicut malorum, guttur tuum sicut vinum optimum.* In gutture vox præsentis doctrinæ, in odore fama absentis demonstratur. Et ideo vino illa propter fragrantiam virtutum, hæc malis ob suavitatem absentis famæ comparatur.

CAP. VII. N. 7. In Vulgata est *vinca canalibus*. In Mss., sæpe, *vinca*, et *juncta* confunduntur. Existimant nonnulli *Carmelus* pro purpura sumi ex Hebræo *carmel*, seu *carmil*, ex quo fortasse est

11. *Dignum dilecto meo ad potandum, labiisque et dentibus illius ad ruminandum.* Rapuit enim sponsa verbum ex ore sponsi, quia ille vino optimo eam comparavit et subiecit: *Dignum dilecto meo*, id est, tanta sublimitas est evangelicæ prædicationis, quod ipse dilectus primus per hanc in carne apprensus, mundo iter cœlestis aperuit. *Labiisque et dentibus*, id est, apostolis prædicatoribusque maximis dedit ad meditandum.

12. *Ego dilecto meo.* Et non alteri, cui totam curam servitutis et dilectionis impendo. *Et ad me conversio ejus.* Me solam diligit et adjuvat, ne desiciam in via. *Egrediamur in agrum, commoremur in vitiis; mansurgamus ad vineas; videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala Pœnica.* Quia nulli: nus Ecclesia vel ad bene operandum egrediendo procedere, vel in exercitio bonæ operationis persistendo commorari, vel saltem ad propositum bene agendi assurgere, vel animos auditorum suorum, quantum profecerint, discernere sufficit, nisi gratia Dei adjuta, qui dixit: *Ecce ego vobiscum sum, etc.* Item in agro Christiani, in vineis Ecclesiæ, in floribus fides, in fructibus virtutes, in 205 malis Pœnicis martyrium designatur. In his enim singulis sponsa dilecti sui præsentiam querit.

13. *Ibi dabo tibi ubera mea.* Id est, parvulorum meorum pædagogos: quia in his omnibus proficiunt doctores sancti. *Mandragoræ dederunt odorem in hortis nostris.* Mandragora propter multimoda medicaminum genera sanctorum virtutibus comparatur: portæ Ecclesiæ doctores sunt sancti. In hujusmodi portis mandragoræ dederunt odorem, cum spiritualis quisque ex se virtutum famam longe lateque spargunt. *Omnia poma nova et vetera, dilecte mi, servavi tibi.* Poma nova, et vetera, præcepta sunt sive promissa Novi Testamenti, et Veteris: quia omnia ad ejus gratiam refert Ecclesia.

CAP. VIII. — 1. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris?* Vox ista est antiqua justorum optantum adventum Christi in carne. Sugentem ubera matris meæ, id est, in synagoga nasci ac nutririjuxta humanæ conditionis naturam. *Et inveniam te foris.* Intus erat dilectus, dum in principio erat verbum; foris, dum Verbum caro factum est.

2. *Ibi deosculer te.* Id est, facie ad faciem videbo, et os ad os loquar. *Et jam me nemo despiciat.* Ante adventum Christi intra angustias Judææ tantum fuit Ecclesia; post Ascensionem in toto mundo dilatata tu t, et venerabilis. *Apprehendam te.* Id est, prompta ac fideli devotione excipiam venientem.

3. *Et ducam in domum matris meæ, et in cubiculum genitricis meæ, ibi me docebis.* Peracta carnis dispensatione, redeuntem lætis ducam in domum matris meæ luminibus. In domum matris meæ, ubi cœlestis Jerusalem mater nostra. Ibi me docebis potentiora sperare dona, quam in lege habuissem. *Et dabo tibi poculum ex vino condito.* Id est, ferventem amorem, variis virtutum pigmentis ornatum. *Et mustum malorum granatorum meorum.* Id est, gloriosum sanctorum martyrum triumphum, qui ferventissima charitate perferunt flammam, per quas ad te transire non dubitant.

4. *Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.* Læva carnis Christi dona designat, et dextera futura sanctorum cum Christo gaudia exprimit. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum?* Vox synagoge mirantis quomodo de deserto gentilitas in amplexus subito sponsi ascendisset. *Deliciis affluens*, id est,

Hispanicum carmin et carmesi.

CAP. VIII. N. 1. Pro *Et inveniam te*, legendum videtur *Ut inveniam te*.

omnium bonorum pulchritudine. *Inntza super dilectam*, omnia, quæ habet ad gratiam dilecti referens. *Suum*, quem mihi soli mittendum putabam.

5. *Sub arbore malo suscitavi te*. Sub arbore crucis a perpetua morte revocavi te, ut apostolos et ceteros electos ex Judæa. *Ibi corrupta est mater tua, i i violata est genitrix tua*. Id est, major plebs, Christum negando, et Barabbam eligendo, reprobata est. *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum*. Ut digito ob memoriam 206 cujuslibet, rei signum aliquod ligamus. Per cor cogitatio, et per brachium designatur operatio. Si me velis habere sponsum, intus charitas fide non ficta sit, et foris operatio devota.

6. *Quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatione*. Fortis est usque ad mortem mea dilectio in te, o Synagoga; sed tua æmulatione dura in me fuit sicut infernus. Sed verte æmulationem in dilectionem, et eris mihi sponso sponsa. *Lampades ejus lampades ignis atque flammurum*. Dilectionis lampades corda sunt fidelium; ignis, propter fervorem cordis; flammurum, propter operationis efficaciam.

7. *Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam*. Aquas multas et flumina, teutationem dicit incursum quæ visibiliter, seu invisibiliter, animas fidelium impugnare non desistant, quibus charitas non cedit. *Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam*. Sancti vere totius domus suæ substantiam pro dilectionis magnitudine quasi nihil despiciunt.

8. *Soror nostra parva est, et ubera non habet*. Prima nascentis Ecclesie de gentibus tempora designat, quando adhuc et parva fuit numero, et minus idonea prædicare verbum Dei, quasi sponsus Synagoga dixisset de ea: *Quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?* Ac si aperte dicat: Parva quidem numero est Ecclesia gentium, et necdum verbi ministerium subire sufficit. Qui ergo tibi videtur, o Synagoga, de sorore faciendum nostra, quando alloquenda est, id est, per verbi ministerium ducenda in fidem? Synagoga tacente, ipse sponsus quid fieri debet respondet.

9. *Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea*. Ac si diceret: Si aliquis habet in se fortis fide, ingenio clarus, vel philosophia instructus, addamus illis propugnacula argentea, id est, scientiam divinarum Scripturarum, ut eo facilius possint litari infirmos atque indoctos. *Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis*. Si sunt simplices, tamen docendi studio inhiantes, proponamus illis priorum exempla justorum, quo certius et efficacius

7. In Vulgata, aquæ multæ non potuerunt.

docendi opus implere possint. Cedri virtutes sanctorum et tabulæ latitudinem charitatis designant. Ad hæc ipsa respondet Ecclesia.

10. *Ego murus, et ubera mea quasi turris*. Ex quo facta sum coram eo quasi pacem repiciens, ego de vivis compacta sum lapidibus, et glutino charitatis adunata, et super fundamentum immobile ædificata. Ubera, id est, doctores fortissimi, ceu turris, qui et parvulos nutrire sciunt, et omnia maligna expellere; et hoc mihi accidit ex eo tempore quo Christus me reconciliavit, et per eum pacem reperi.

11. *Vinea fuit pacifico meo in ea quæ habet populos*. Vinea, id est, catholica Ecclesia fructu abundantis fidei fuit pacifico, id est, Christo, quia omnia pacificavit in cælis et in terris, in ea congregatio quæ multos populos possidet ex toto orbe, non Judæa solum. Traditur ea custodibus prophetis, vel apostolis, vel angelicis potestatibus et dignitatibus.

12. *Vir autem pro fructu*. Id est, retributione æterna hujus vineæ. *Afferi mille argenteos*. Id est, pro acquisitione regni cælestis, qui est fructus vineæ, cuncta que mundi sunt reliquit. Millenarius numerus pro perfectione ponitur. Id est, qui omnia reliquit. Argentei pro omni pecunia accipiuntur. *Vinea mea coram me*. Vox sponsi. Verumtamen, etsi te illis commendem custodibus, tamen te semper in mea habeo præsentia, v. dens et remunerans laboris tui devotionem in omnibus. *Mille tui pacifici*. Mille tui, subauditur, argentei. Quasi dixisset: Qui amore meo cuncta sua dimittit, in pace erit, quia omnem substantiam suam, quæ millenario designatur, pro charitate Dei amittit.

13. *Et ducenti* (id est) *his qui custodiunt fructus ejus*. Qui sunt doctores sancti, qui omnia mundi dimittunt, et in verbo prædicationis laborare non cessant, hi duplici remuneratione, quæ ducentario designatur, donantur apud me. *Quæ habitus in hortis, amici auscultant*. Quia locutio nostra finienda est, hoc ultimum vale a me audito. Semper habita in hortis virtutum; et scito quia amici, id est, angelici spiritus et animæ sanctorum, semper te considerant, et tuo gaudent aspectu. *Fac me audire vocem tuam*. Id est, vox prædicationis tuæ, dum vales, semper audiat a me.

14. *Fuge, dilecte mi*. Ac si aperte dicat: Quoniam, in carne apparens, præcepta mihi ac dona vitæ cælestis conferre dignatus es, nunc his peractis, revertere in sinum Patris, o mi dilecte. *Assimilare capræ, hinnuloque cervorum super montes aromatum*. Et hoc mihi sit solatium, quia continua visione te nequeocernere, saltem crebra visitatione me consolari memento.

## APPENDIX VII.

### DE CONFLICTU VITIORUM ET VIRTUTUM.

1. Apostolica vox clamat pro orbem, atque in procinctu fidei positus ne securitate torpeant dicit: *Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur* (II Tim. III, 12). Et ecce quia Christianitas etiam in suis principibus jam religiosa jamque fidelis est, desunt pie viventibus in Christo Jesu vincula, verbera, flagella, carceres, equulei, cru-

ces, et si qua sunt diversorum genera tormentorum; quomodo ergo verum erit quod per Apostolum sonuit, ut omnes pie viventes persecutionem patientur? an forte nemo pacis tempore vult pie vivere in Christo Jesu, et ideo desunt ista? Quis hic vel desipiens dixerit?

Num. 1. In Isidorianis, cap. 84, n. 20 et seqq., de hoc libro disserui, quem alii sancto Joanni Chrysostomo, alii sancto Augustino, alii sancto Ambrosio, alii sancto Isidoro, alii sancto Leoni Magno, alii Ambrosio Autperto ascribunt. Cajetani monitum ad hunc librum descripti, Editiones et Codices mss. recensui. Pro Editione Grialii Cyprianus Suarez

opus ostendavit, sed nullas notas aut varias lectiones apposuit. Maurini inter appendices operum sancti Augustini libellum hunc reposuerunt, discrepantia lectionis alicubi notata. De titulo libri videri possunt commentarii nostri ad Psychomachiam Prudentii, ejusdem argumenti et tituli carmen egregium.

**208** 2. In hac ergo Apostoli sententia non specialis quorundam, sed generalis omnium persecutio debet intelligi. Et quidem sunt multi intra sinum matris Ecclesiae constituti, qui pie viventes in Christo, contumeliis afficiuntur, opprobriis, iniuriis, derisionibusque lacessuntur. Ita vere est illa generalis persecutio, quam Apostolus omnes pie viventes in Christo pati descripsit? Non facile dixerim, cum sint quidam religiosi, quibus neino pravorum aideat in faciem derogare. Alia ergo intelligenda est quæ immanior et magis noxia est, quam non mortalitas intorquet severitas, sed vitiorum gignit adversitas.

3. Dum enim contra humilitatem superbia, contra veram religionem simulatio, contra subjectionem pugnat contemptus, contra Domini timorem inanis gloria, contra fraternam congratulationem invidia, contra dilectionem odium, contra libertatem justæ correptionis detractio, contra patientiam ira militat, contra mansuetudinem protervia, contra satisfactionem tumor, contra spirituale gaudium sæculi tristitia, contra virtutis exercitium torpor, vel ignavia, contra firmam stabilitatem dissoluta vagatio, contra spei fiduciam desperatio, contra mundi contemptum cupiditas, contra misericordiam obduratio, contra innocentiam fraus, vel furium, contra veritatem fallacia atque mendacium, contra ciborum paucitatem ventris ingluvies, contra moderatum mœrorem inepta lætitia, contra discretam taciturnitatem multiloquium, contra carnis integritatem immunditia atque luxuria, contra cordis munditiam spiritualis fornicatio, contra amorem patriæ cœlestis appetitus sæculi præsentis opponens semet immergit, quid aliud quam crudelis pie viventium persecutio adversus conglobatas virtutum acies deservit?

4. O quam dirus, o quam amarus est superbiæ congressus, quæ angelos de cœlo projectit, homines de paradiso eliminavit; cujus exercitus, atque armorum conflictus, vitia sunt, quæ breviter comprehensa tetiginus! Sed videamus qualiter castra cœli et inferni dimicent, arma Christi et diaboli collisa elecent.

5. (*Superbia*;) Certe multis, imo etiam pene omnibus melior es verbo, scientia, divitiis, honoribus et cunctis quæ vel carnalibus, vel spiritualibus suppetunt charismatibus; cunctos ergo despice, cunctis temetipsum superiorem ostende.

6. (*Humilitas*;) Memento quia pulvis es (*Gen. iii, 19*), quia cinis es, quia putredo et vermis es, quia etsi aliquid es, nisi tanto te humiliter, quanto magnus es, perdes omnino quod es. Nunquid tu altior quam primus angelus? nunquid tu splendidior in terra quam Lucifer in cœlo (*Eccli. iii, 20*)? Quod si ille de **209** tanta sublimitate per superbiam cecidit, quomodo tu ad cœlestem celsitudinem superbens de inuis conscendes, qui illa, quandiu hic vivis, conditione teneris, de qua per quemdam sapientem dicitur: *Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem* (*Sap. ix, 15*)?

7. Quam densissimum putamus in terra superbiæ tenebris lutum nostrum involvi, si potuit in cœlo stella, quæ mane oriebatur (*Isai. xiv, 12*), lucis suæ globos amittere? Audi ergo potius lucem veritatis dicentem: *Qui sequitur me (inquit) non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite* (*Joan. viii, 12*). In quo autem ipsa esset sequenda, alibi præmonuit, dicens: *Discite a me qui mitis sum et h. mitis corde, et invenietis requiem animabus vestris* (*Matth. xi, 29*).

2. Mortalis; alii, materialis.

3. Opponens; al., oppugnans.

4. Eliminavit; al., externavit; al., minavit. Pro collisa, al., consilia.

6. Per quemdam sapientem. Ita etiam infra. Quam locutionem Ambrosii Autperii propriam Maurini

8. Audi, timor superbiæ, audi dicentem a hæc humilitatis magistrum: *Omnia qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur* (*Matth. xxiii, 12*); et illud: *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, et quietum, et tremenem sermones meos* (*Isai. lxxvi, 2*). Audi quid etiam de illo Apostolus dicat, qui te ad sociandam humilitatem invitat. At enim: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed a metipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo; humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (*Philipp. ii, 6, 7*). Si ergo tanta humilitate se deprimit divina majestas, quomodo superbiore in aliquo debet humana infirmitas?

9. (*Inanis gloria*;) Age bonum quod vales; ostende cunctis bonum quod agis, ut bonus dicaris, ut sanctus et venerabilis ab omnibus prædiceris, ut tanquam Dei electus noscaris, ut nemo te contemnat, nemo te despiciat, sed universi debitum tibi honorem persolvant.

10. (*Timor Domini, intentio recta*;) Si quid boni aliquando agis, non pro transitoriis, sed pro æternis id honoribus age; absconde quod facis, in quantum potes; quod si ex toto non vales, sit in corde tuo occultandi voluntas, et non erit de ostentatione ulla temeritas, nec criminis erit aliquando inanitate quod semper vis celatum habere. Sic denique duas Redemptoris sententias sibi quasi contrarias videberis adimplet, quibus dicitur: *Paciente te elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, sed elemosyna tua sit in abscondito, et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi* (*Matth. vi, 3*). Et: *Videant vestra opera bona, et glorificent Patrem vestram, qui in cœlis est* (*Matth. v, 16*).

11. Cave prorsus ne illa sententia tibi conveniat, quæ de hypocritis dicitur: *Omnia opera sua faciunt, ut beatificentur ab hominibus; amen dico vobis, receiverunt mercedem suam* (*Matth. vi*). At eude tibi in cunctis quæ agis, ne venodoxiæ elatione pulsatus cum his qui etiam de miraculorum signis gloriabantur audias: *Videbam Sathanam, sicut fulgur, descendentem de cœlo* (*Luc. x, 18*); sed time, nam scriptum est: *Timor Domini gloria, et lætitia, et lætitia, et corona exultationis* (*Eccli. i, 14, 17*). Timor Domini delectabit cor, et dabit lætitiæ, et gaudium, et longitudinem dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis, et in die defunctionis suæ benedicetur. Et infra: *Radix sapientiæ timere Dominum, et rami illius longitudo dierum*.

12. (*Simulatio*;) Quia nihil boni in abscondito facis, ne a cunctis cognitus detesteris, linge te foris quod intus esse non appetis.

13. (*Vera religio*;) Nequaquam omnino id agas, sed magis satage bonus fieri, quod non es; nam ostendere hominibus quod non es quid aliud quam damnatio est? Minor es: itaque quod dicitur: *Væ vobis, Scribæ et Pharisei hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis et parapsidis; intus autem pleni estis rapina et immunditia* (*Matth. xxiii, 25*). Phariseæ cæce, mundia prius quod intus est calicis et parapsidis, ut fiat mundum quod deforis est.

14. Itemque illud quod in Evangelio inculcando repetitur: *Væ vobis, Scribæ et Pharisei hypocritæ, qui similes estis sepulcris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus plena sunt ossibus mortuorum, et omni spurcitia; sic et vos deforis quidem apparetis hominibus justis, intus autem pleni estis hyprocrisi et iniquitate* (*Ibid., 26-28*); nec non et illud, quod de talibus scriptum est: *Veniunt ad vos in vestimentis orium,*

existimant.

11. Tibi conveniat; al., te conveniat. Et max, mercedem suam ab hominibus laudes, quas amaverunt. Attendit, etc. Infra, post *Corona exultationis*, alii alia addunt ex eodem loco Ecclesiastici, quæ plures omitunt.

*intrinsicus autem sunt lupi rapaces (Math. vii, 15).*

15. (*Elatio*) : Qualis es tu, ut peioribus obtempers, deterioribus famulatum exhibeas? te magis quam illos decuerat imperare, qui tibi non possont ingenio, vel industria, aut viribus coequari. Olitempera igitur imperio Dei, et non sit tibi ulterius cura de aliquo.

16. (*Beata submissio*) : Si Dei obtemperandum est imperio, humano subdi necesse est magisterio; ipse enim dicit : *Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit (Luc. x, 16)*. Ita (inquit) oportet, sed si talis qui imperat esset, non es: talis per quem Deus imperet. Sed Apostolus contra : *Non est potestas nisi a Deo; quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt; itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit*. Quales enim esse debeant hi qui imperant, non est subditis discutendum.

17. Et quidem primis Ecclesiæ pastoribus Dominus dicit : *Scitis quia reges gentium dominantur eorum, et qui potestatem exercent inter eos benefici vocantur; vos autem non sic, sed qui vult in vobis esse major, erit omnium servus; sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam pro malis (Math. xx, 25)*. Sed tamen quia non omnes tales futuros prævidit, subjectorum omnium personas in discipulis assumens, præmonuit dicens : *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisei, quæcumque dixerint vobis, facite; quæ autem faciunt, facere nolite (Math. xxiii, 2)*.

18. (*Invidia*) : In quo illo vel illis minor es? cur ergo eis vel æqualis, vel superior, non es? Quanta vales quæ ipsi non valent? non ergo tibi aut superiores, aut etiam æquales esse debent.

19. (*Fraterna congratulatio*) : Si cæteros virtutibus antecellis, tutius in loco infimo quam in summo tenetipsum conservas; sæpe enim de alto peior fit ruina. Quod si tibi, 211 ut asseris, quidam superiores vel æquales sunt, quid te lædit? quid tibi nocet? cave prorsus, ne dum aïlis locum invidæ celsitudinis, illum iniieris, de quo scriptum retinens : *Invidia diaboli mors introiit in orbem terrarum; imitantur autem illum qui sunt ex parte illius (Sap. ii, 24)*.

20. (*Odium*) : Absit ut illum ames quem in omnibus contrarium habes, qui tibi derogat, qui tibi insultat, qui te conviciis exasperat, qui tibi peccata tua impropert, qui te dicitis, operibus atque honoribus semper præire festinat? nisi enim tibi invideret, nequaquam se ita præferret.

21. (*Inlectio*) : Nunquid quia hæc quæ narras odio habenda sunt in homine, propterea non est amanda Dei imago in homine? sicut Christus, qui in cruce positus inimicos suos dilexit, et ante crucis tormentum admonuit dicens : *Diligite inimicos vestros, et benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos, ut sicut filii Patris vestri qui in cælis est (Math. v, 44)*. Et sicut per Salomonem et apostolos dicitur : *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi, hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput ejus (Proverb. xv, 21)*.

22. Cui sententiæ Apostolus ex proprio subjungit dicens : *Noli vinei a malo, sed vince in bono malum (Rom. xii, 20, 21)*; quod contra de his qui fratres odisse noscuntur per Joannem dicitur : *Qui odit fratrem suum homicida est; et scitis quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem (I Joan. iii, 15)*. Et rursum : *Qui odit fratrem suum, in tenebris ambulat, et in tenebris est usque adhuc, et nescit quo*

15. Ad marginem : *Elatio objicit; al., inobedientia dicit.*

16. A Deo ordinata; al., cum Vulgata, Rom. xiii, 1, A Deo ordinata.

21. Per Salomonem et apostolos; al., per Salomonem apostolum.

A eat, quoniam tenebræ obcæverunt oculos ejus (I Joan. ii, 11).

25. At (inquis) sufficit mihi quod amantes me diligo. Sed Dominus e contrario : *Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebit? nonne et Publicani hoc faciunt (Math. v, 46)?* Quid tu ad hæc objicere vales? Certe : *Qui odit fratrem suum, manet in morte; et qui diligit, in Deo manet, et Deus in eo*. Omnem ergo amaritudinem felis evome, et quoquo pacto valueris, charitatis dulcedinem sume; nihil enim gravius, nihil illa beatius est. *Deus (inquit Joannes) charitas est (I Joan. iv, 16)*; et egregius prædicator : *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis (Rom. v, 5)*. Unde neque immerito delictorum facinora tegere dicitur; sicut scriptum est : *Universa delicta operit charitas (Proverb. x, 12)*.

24. (*Detractio*) : Quis poterit sustinere, quis silentio tegere, quarta ille, vel ille prava committit, nisi forte qui consentit?

25. (*Libertas justæ correctionis*) : Nec tacenda sunt mala proximi, nec consentiunda, sed charitate fraterna in faciem proximus est redarguendus, non autem occulte detrahendus. Quod si objicitur : *Idcirco fratrem coram oculis increpare nolle, ne exasperatus non correctione proficiat, sed magis ex correctione scandalum sumat, occurrit Scriptura divina, et versa vice hoc magis scandalum esse denuntiat, dicens : Sedens adversus fratrem tuum detrahebas, et adversus filium matris tuæ ponebas scandalum (Psal. cxlix, 20, 21)*.

212 26. (*Discreta correctio*) : Majus enim scandalum sumit, qui sibi detrahentem intelligit, quam qui corripientem sustinet, et quia nonnunquam errata delinquentium ad tempus silentio tegenda sunt, ut aptiori tempore corrigantur, subjungitur : *Hec fecisti, et tacui*. Ne autem ex hoc discreto silentio detractores sibi plauderent, qui, dum semper occulte derogare malunt, nunquam in apertam increpationem prosiliunt, adhuc subinfertur : *Existimasti inique, quod ero tibi similis; ac si diceretur : Iniquum est cogitare ut inde detractori similis appaream, unde ad tempus reticens, nec derogans, locum apertæ correctionis exspecto; unde et protinus subditur : Arguam te, et statuam contra faciem tuam, veluti diceretur : Non in occulto, ut est tua consuetudo, sed in aperto, ut est mea sollicitudo, aptum corripiendi tempus exspectans, peccatorem arguam, et ejus delicta contra faciem illius statuam.*

27. At (inquis) non dico, sed amo, quem ita in absconditis dijudicans reprehendo. Iuno magis hunc odis, et non diligis; unde detrahit, et non corrigis. Quam sit autem detestanda obdrectatio proximi, plerisque in locis Scriptura divina testatur; unde est illud : *Detrahentem adversus proximum suum occulte, hunc persequer (Psal. c, 5)*; et illud : *Qui detrahit fratri, detrahit legi (Jac. iv, 11)*; illudque : *Qui detrahit fratri, eradicabitur; nec non et illud Apostoli Pauli : Videte, ne dum invicem mordetis, abinvicem comminimini (Gal. v, 15)*.

28. (*Ira*) : Quæ contra te aguntur æquanimitè ferri non possunt, imo patienter tolerare peccatum est, quæ si non eis cum magna exasperatione resistitur, cogitate deinceps sine mensura cumulabuntur.

29. (*Patientia*) : Si passio Redemptoris ad mortem reduceret, nihil tam durum est quod non æquo animo toleretur. *Christus enim (ut ait Petrus) passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut sequamur sententiam ejus (I Petr. ii, 21)*. Ipse autem dicit : *Si patrem familias Bezebu vocaverunt, quanto magis detra-*

25. Egregius prædicator. Hoc quoque Ambrosii Autperti proprium Maurini agnoscunt. Nonnulli contra Mss. addunt Paulus.

29. Ille enim, etc. Sic Autpertus, l. i in Epist., cap. 7, ut vocavit Maurini.



aticos ejus (Matth. x, 25); si me persecuti sunt, et vos persequentur (Joan. xv, 20, 25). Sed quanta sunt in comparatione passionum illius quæ patimur? ille enim opprobria, irrisiones, contumelias, alapas, sputa, flagella, spinicam coronam, crucemque sustinuit; et nos miseri ad nostram confusionem uno sermone fatigamur, uno verbo dicitur.

30. Et quid agimus de eo quod dicitur: Si non compatimur, nec conregnabimus (II Tim. ii, 12)? Quapropter retundendi sunt iræ stimuli, et ejus metuenda damnatio; unde scriptum legitur: Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio; qui autem dixerit fratri suo: *Hacha, reus erit concilio; qui autem dixerit: Fatus, reus erit gehennæ ignis.* Ibi tamen remedium invenitur ex eo quod subditur: Si offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum (Matth. v, 22, 25).

31. Ac si aperte diceretur: Nec in corde tacitam precem effundis, nisi prius **213** offensum proximum satisfacendo ad lenitatis mansuetudinem perducas; munus enim nostrum est oratio nostra, altare vero nostrum est cor. Ille autem qui hoc facere, quoties inter duos sine causa ira fuerit excitata, studuerit, promissam damnationem nequaquam incurrit. Sed sunt multi qui petenti sibi veniam delicta non remittunt, contra quos illa Domini sententia venit, qua dicitur: Si non dimiseritis hominibus peccata eorum de cordibus vestris, nec Pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra (Matth. vi, 14).

32. Plura sunt (inquis) quæ commisit, et me sæpius offendit. Ad hæc non ego, sed Dominus respondet. Nam cum Petrus ad eum diceret: Quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei? usque septies? et ille ad eum inquit: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies (Matth. xviii, 22). Quam multi autem sunt qui suas injurias tarde relaxant, Dei vero citius indulgent? fitque nonnunquam ut occasione Domini injurias vindicandi, suas vindicent irati.

33. Quid quoque de illis dicendum est qui furore cæcitate usque ad verba prodeunt maledictionis, nisi hæc quod Apostolus ait: Neque maledicti regnum Dei possidebunt (I Cor. vi, 10)? quod Jacobus exag-gerando detestans ait: Linguam nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero, in ipsa benedicimus Deum, et Patrem, et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt, ex ipso ore procedit benedictio, et maledictio (Jac. iii, 8). Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri; nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem et amaram aquam? hæc de causa alibi etiam dicitur: *Mors et vita in manibus linguæ* (Proverb. xviii, 21).

34. (Protervia:) Nunquid stultis, nunquid insensatis ac brutis animalibus lenia verba, et non magis asperri- ma (ut tales decet), dum delinquant, obijcienda sunt?

35. (Mansuetudo:) Non tua in his persuasio, sed Apostoli sequenda est præceptio, qui de hac sententia dilectum discipulum admonet dicens: Seniores ne increpaveris, sed obsecra ut patrem, juvenes ut fratres, anus ut matres, adolescentulus ut sorores in omni castitate (I Tim. v, 1, 2). Et rursus: Servum (inquit) Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripien- tem eos qui resistunt veritati (II Tim. ii, 24, 25).

36. Rursumque: Argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina (II Tim. iv, 2); quod videlicet malum proterviæ detarius adhuc subditius quam præ- biter nocet; sæpius enim contingit ut leniter ac cum charitate dulcedine prolata correptionem spernant,

30. Invenitur; al. inuitur.

31. De cordibus vestris; al. omittunt.

36. Et omabit te. Apud sanctum Ambrosium non- nulla hic adduntur.

38. Qui Christiano nomine censiti; apud sanctum Augustinum, qui Christiana fide censentes, et sup-

A et contra humilitatis verba despectionis erubescant jacula; unde scriptum est: Qui arguit derisorem, ipse sibi facit injuriam (Proverb. ix, 7, 8). E contra de illo qui per increpationem proficit dicitur: *Argue sapientem, et amabit te.*

37. (Tumor:) Testem habes Deum in cælis, non tibi sit cura quid de te suspicentur homines in terris.

38. (Humilis satisfactio:) Non est causa de- trahendi occasio, nec susurrandi suspicio; sed si sunt, **214** quæ corrigantur, manifestanda; aut certe si desunt, humili protestatione negan- da, quia et Apostolus admonet nullam occasio- nem dare diabolo maledicti gratia (I Tim. v, 14); quod et in illis detestatus est qui, Christiano nomine censiti, in idolo ad comedendum recumbe- bant; et quanquam idolum pro nihilo ducentes, im- molata quasi innoxios cibos sumerent, infimas ta- men fratrum conscientias per hoc factum ad nefan- dos idolorum ritus trahebant (I Cor. viii, 4).

B 39. (Tristitia:) Quid habes unde gaudeas, cum tanta mala de proximis portas? peccente, cum quo mærore omnes intuenti sunt, qui in tanto contra te amaritudinis felle versantur?

40. (Spirituale gaudium:) Geminam esse tristi- tiam novi, imo duas esse tristitias novi; unam, scili- licet, quæ salutem, alteram quæ perniciem operatur; unam quæ ad poenitentiam trahit, alteram quæ ad perditionem perducit. Tu quidem una ex illis esse cognoscere, sed omnino quæ mortem operaris; non est igitur in his contristandum, quæ suades, sed contra magis gaudendum in his quæ necdum intel- ligis, quia et dator gaudii perennis dixit: Cum per- secuti vos fuerint homines, et dixerint omne malum ad- versum vos, mentientes propter nomen meum, gaude- te in illa die, et exsultate; ecce enim merces vestra copiosa est in cælis (Matth. v, 11). Memento quia nostræ religionis culmina: Apostoli ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habitii sunt pro no- mine Jesu contumeliam pati (Act. v, 41); nullus ergo mæroris locus esse debet, ubi tanta lætitia succedit.

C 41. (Torpor et ignavia:) Si lectioni continuo studio semper insistis, oculorum caliginem incurris; si indesinenter lacrymas fundis, ipsos etiam oculos amittis; si pro te latis vigiliis psalmodiarum censum persolvis, insaniam capitis acquiris; si quotidiano te conficis labore, ad opus spirituale quando con- surges?

42. (Exercitium virtutum:) Quid tibi adhuc pro- ferenda tam longa temporum promissis spatia? nun- quid scis si crastina vives die? imo etiam si vel unam horam in hac vita facias? An forte mente exci- dit quod Salvator in Evangelio dicit: *Vigilate, quia nescitis diem, neque horam* (Matth. xxv, 13)? Quapropter discute torporis inertiam, semperque me- mento quia regnum cælorum non tepidi, non molles, non desides, sed violenti atque ferventes diripiunt.

43. (Dissoluta vagatio:) Si Deum esse ubique credis, cur unum singulariter locum, quo tanta mala perpetrantur custodis, et ad alia potius non transis?

44. (Firma stabilitas:) Si ita est ut asseris, quia ubique Deum esse fateris, ergo nec iste locus deserendus est, quem fugere appetis, quia et in ipso Deus est. At, inquis, meliorem inquiri, meliorem invenio; sed respondeo: Nunquid melio- rem aut etiam talem invenies, qualem diabolum et hominem perdidisse cognoscis? memor esto itaque quia primus angelus de cælo ruit, et primus homo de paradiso expulsus ad ærumnam hujus sæculi per- venit (Gen. iii, 23). Attende quia Lot exercitio ma- lorum probatus inter Sodomitas **215** sanctus fuit,

plent Maurini idolum nihil esse. Quod non placet. Alii, qui Christianæ fidei consentientes; apud sanctum Leo- nem, qui Christianam fidem censentes,

40. Forte mærori locus.

42. Apud sanctum Augustinum, discute corporis

in monte vero securitate torpens inebriatus cum flibus peccavit (*Gen. xix*); quod videlicet vagationis tedium adhuc alteram speciem reddidit, dum quosdam etiam in uno loco perseverantes a spiritualibus retrahens, vel terrenis negotiis implicare, vel rebus vilissimis satagit occupare, contra dicta Apostoli perpetrans, qui ait: *Nemo militans D. o implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probavit* (*II Tim. ii, 4*). Et rursum: *Sine intermissione orate, in cunctis gratias agite* (*I Thess. v, 16*).

45. (*Desperatio* : ) Quæ et quanta commisisti? quam gravia crimina? quam innumera delicta? et tamen in melius necdum vitam mutasti, necdum conversationem utiliter correxisti; ecce enim (ut cernis) mala semper consuetudine obligatus teneris, conaris exurgere; sed peccatorum oneribus prægravatus relaberis. Quid ergo agendum est, quando de præteritis certa damnatio imminet? de præsentibus emendatio nulla succurrit? nisi ut admittantur rerum temporalium voluptates, dum consequi nequeant futuri sæculi oblectationes.

46. (*Spei fiducia* : ) Si de criminibus agitur et delictis, ecce David adulterio reus simul et homicidio de inferni faucibus Domini misericordia describitur liberatus (*II Reg. xi*). Ecce Manasses omnium peccatorum nefandissimus, impurissimus, ac sordidissimus, illecebratissimus quoque, per poenitentiam tamen de mortis ad vitam rediit (*II Paral. xxxiii, 12*). Ecce Maria Magdalene, innumeris peccatorum soribus inquinata, ad fontem pietatis anxie currens, Dominique vestigia lacrymis rigans, capillis detergens, deosculans loquax, et lambens, unguentoque unguens ablini promeruit (*Luc. vii, 37*).

47. Ecce Petrus, negationis suæ vinculis astrictus, amarissimis lacrymis infidelitatis nodos resolvit (*Luc. xxii, 62*). Ecce simul seditione et effusione fraternalis sanguinis atro obnoxius unius horæ momento unaque confessionis voce de cruce ad paradysum transit (*Luc. xxiii, 42*). Ecce Saulus Ecclesiam Dei persequens multos pro nomine Christi perimens, et, ut ita dixerim, martyrum cruore totum se inficiens, apostolus factus, in vas electionis est commutatus (*Act. ix, 1*).

48. Ubi ergo tot tantaque præcedunt exempla, dent locum desperationis mala colloquia; cum etiam scriptum sit: *In quocunque die conversus peccator ingemuerit, salvus erit* (*Ezech. xviii, 21*). Et rursum: *Nolo mortem impij, dicit Dominus* (*Ezech. liii, 11*). De conversatione in melius necdum mutata quid aliud respondeam, nisi ut quod heri quisque non egit, hodie agat, dum adhuc vivere licet, nec differat de die in diem (*Eccli. v, 8*), dum nescit si vel unam correctionis habeat diem, semperque pro viribus desuper acceptis pravæ consuetudini resistens dicat mane et vespere: *Nunc capi, hæc est mutatio dexteræ Excelsi* (*Psal. lxxvi, 11*).

49. (*Cupiditas* : ) Valde sine culpa es, quod quædam habenda concupiscis, quia 216 non multiplicari appetis, sed egere pertinescis; et quod male alius retinet, ipse melius expendis.

50. (*Mundi contemptus* : ) Ista nec apud homines sæculares sine periculo vel offensione procurantur, quia quanto quisque amplius habere cœperit, tanto amplius habere concupiscit; sique ut modum in concupiscendo non habeat, dum innumeris hujus sæculi curis deservire festinat. Ut enim ait Scriptura: *Avari pecunias non implebitur* (*Eccli. v, 9*). Quæ nimirum quam sit detestanda, Paulus indicat, dicens: *Et avaritia, quæ est idolorum servitus* (*Coloss. iii, 5*);

*inertiam... violenti, viamque facientes*. Maurini conjiciunt, *excute pro discite*.

45. *Consequi*. Ita etiam alii passive.

46. *Peccatorum sordibus*. Al., *fornicationum sordibus*.

48. *Dent locum*. Apud Ambrosium, *non dent locum*. Maurini observant, *dent esse pro cedant*. Pro verbis

A quam sit noxia, idem exponens ait: *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa, et nociva, quæ immergunt homines in interitum et perditionem* (*I Tim. vi, 9*); quam sit detestanda, quidam sapiens denuntiat, cum dicit: *Avaro nihil est scelestius* (*Eccli. x, 9*); quam sit noxia, Jacobus aperit, dicens: *Agite, nunc divites, plorate ululantes in miseris quæ adveniunt vobis; divitiarum vestrarum putrefactæ sunt; vestimenta vestra a tineis comesta sunt; aurum et argentum vestrum æruginavit, et ærugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis* (*Jac. v, 1*).

51. Sed nec Redemptor noster præterire voluit cupiditatis malum quam noxium esset, ait enim: *Difficile qui pecunias habent in regnum Dei introibunt* (*Math. xix, 23*). Et rursum: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divites in regnum celorum intrare* (*Marc. x, 25*). Si igitur sæcularibus viris ita est periculosa cupiditatis industria, quanto magis illis periculosior est qui jam habitu et conversatione sæculares esse desiderunt, qui vitam quod vivunt Deo devoverunt? ad quos specialiter redemptoris transeunt verba quibus destrui possit morbus avaritiæ: *Nolite inquit solliciti esse quid manducetis, aut quid bibatis, aut quo operiamini: hæc omnia gentes inquirunt; querite primum regnum Dei et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis* (*Math. vi, 31*).

52. O quam beata, o quam secunda, o quam amplectenda sententia! nullus in hac vita securus est at ille qui nihil præter Christum appetit possidere, cuncta quæ sunt necessaria sub hac sponsione probatur habere, sicut Paulus ditissimus pauper dicebat: *Tantum nihil habentes, et omnia possidentes* (*II Cor. vi, 10*). Omnia itaque non superflua, sed tantum necessaria, ipso confirmante ac dicente: *habentis victum et vestitum, his contenti sitis* (*I Tim. vi, 8*).

53. Dicis forte: ideo a sanctis religiosisque viris plura habenda sunt, ut melius ab ipsis quam a popularibus erogentur Christi pauperibus. Et ego consentio, sed prælati, non autem subditi, quos maxime illud mulieris Lot exemplum deterret, quæ dum post tergum a Sodomis exiens respexit, in statuum salis conversa spiritum efflavit (*Gen. xix, 26*). Unde et Christus tale quid præcavendum denuntiat, dicens: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retro, apius est regno celorum* (*Luc. ix, 62*). Hinc Petrus ait: *Melius illis esset non cognoscere viam justitiae, quam post cognitionem retrorsum converti ab eo quod eis illis traditum sancto mandato* (*II Petr. ii, 21, 22*). Continget enim eis illud veri proverbii: *Canis reversus ad vomitum, et sus lota in volutabro luti*.

217 54. Qui nimirum avaritiæ morbus nunquam melius concipescitur, nisi cum dies mortis sine oblivione meditatur, et cum qualis post modicum in sepulcro futurus sit homo consideratur. Hoc certe firmum manebat in illius memoria qui dicebat: *Homo putredo, et filius hominis vermis* (*Job. xxv, 6*). Hæc ab illius non recesserat corde, qui dicebat: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis* (*Eccli. vii, 40*). Quid tunc rogo, quid tunc divitiarum conservatæ proderunt? audi quid dicit Job: *Nudus egressus sum de utero matris mee, nudus revertar illuc* (*Job. i, 21*); et apostolus: *Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid possumus* (*I Tim. vi, 7*)?

55. (*Obduratio* : ) Si ea quæ possides egentibus

*In quocunque die*, etc., laudatur *Ezech. xviii, 21*, et *luc. ii, 11*. Vide notam ad cap. 13 libri de Ordine creaturarum, num. 12.

54. Apud Augustinum, *audi quid: Nudus... illuc; audi quid, subintellecto utrobique proderunt*.

55. *Absque pecunia; al., absque p. n. r. a;* sed illud retinendum.

tribuis, unde subjectos absque pecunia nutris? *A forum erit in stagno ignis ardentis sulphure* (Apor. xxi, 8).

56. (*Misericordia* :) Si Apostoli modum in hac parte tenueris, utrumque perficere valebis; hinc enim idem ipse ad Corinthios ait (II Cor. viii, 12): *Si voluntas prompta est, ex hoc quod habet accepta est, non secundum id quod non habet; non enim et aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex aequalitate. In praesenti tempore vestra abundantia illorum inopiae supplet, ut et illorum abundantia vestrae inopiae sit supplementum, ut fiat aequalitas, sicut scriptum est: Qui multum, non abundavit; et qui modicum, non minoravit* (Exod. xvi, 18).

57. Hinc quidam justus prolem dilectam admonet, dicens: *Si multum tibi fuerit, abundanter tribus; si autem exiguum, et hoc ipsum libenter impertire* (Tob. iv, 9). Hinc quoque incarnata Veritas dicit: *Verumtamen, quod superest, date elemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis* (Luc. xi, 41). Audite, obdurate praecordia: *Judicium sine misericordia ei qui non facit misericordiam* (Jac. ii, 13). Quo contra per prophetam Dominus admonet, dicens: *Frangite esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam; cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris* (Isai. lviii, 7).

58. Memento quid purpurato diviti contigerit, qui non ideo damnatus est quod aliena abstulerit, sed quod egenti pauperi sua non tribuerit; unde et in inferno positus ad petenda minima pervenit, quia hic parva negavit (Luc. xvi, 20). Memento etiam quid ad sinistram positus iudex caeli dicturus sit: *Ite, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus* (Math. xxv, 41). Et rursus: *Esurivi, et non dedistis mihi manducare; et caetera quae ibi terribiliter enumerantur.*

59. *Furtum et fraus*, quoniam gradus divites habeant locutionis, unum est tamen quod dicunt.

60. (*Furtum* :) Si aliena non tollis, ex proprio dives vel sufficiens esse non vales.

61. (*Fraus* :) Si cuncta quae tibi praelatus servanda commisist illibata conservas, et nec modicum quid servandum existimas, unde vel propriis utilitatibus conulas, vel amicis et commilitonibus placeas, non habebis.

62. (*Innocentia* :) Melius est esse pauperem et insufficientem, nullique ex dato placere, quam aliquem laedere furto, vel fraude; qui enim aliena quolibet modo **218** injuste praeripit, ipse sibi regni caelestis aditum claudit; unde et praedicator egregius quosdam redarguit, dicens: *Omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos; quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem palimini? sed vos injuriam facitis, et fraudatis, et hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt* (I Cor. vi, 7)? Atque inter caetera subjungit: *Neque fures, neque rapaces regnum Dei possidebunt.*

63. *Fallacia* atque *mendacium* et ipse unum dicitur: fallacia autem sit ingenio, mendacium vero simplici verbo, cum in non dando aliquem laedere querit.

64. (*Fallacia* :) Quid in petendo moras innectis? non habeo quod tibi tribuere possim. Celans utique in corde quod habet, vel quod sibi conservet, vel quod aliis (si voluntas inest) tribuat.

65. (*Mendacium* :) Omnino quod postulas non habeo; licet non artificioso ingenio, sicut fallacia, sed simplici negationis verbo frustratur petentem.

66. (*Veritas* :) Nec artificioso ingenio, nec simplici verbo oportet decipere quinquam, quia quolibet modo mentitur quis, os, quod mentitur, occidit animam (Sap. i, 11), et omnibus mendacibus pars il-

67. Quo contra. Modum hunc loquendi Ambrosio Aupterto familiarem esse Maurini animadvertunt.

63. *Laedere*; al., *illudere*.

64. *Quod habet*; al., *qui habet, vel quid habet*.

69. *Accuratiores*; al., *lautiores*.

73. *Alii, ille potius, qui rara et mala dicere pro-*

67. (*Ventris ingluties* :) Ad esum Deus omnia munda condidit, et qui saturari cibo respuit, quid aliud quam muneri concessio contradicit?

68. (*Ciborum parcimonia* :) Ulum horum quod dicit verum est; ne enim homo fame moreretur, omnia ad esum Deus munda creavit; sed ne comedendi mensuram excederet, abstinentiam imperavit; nam inter caetera sua mala saturitate, maxime panis, Sodomam periit, Domino attestante, qui ad Jerusalem per prophetam loquitur, dicens: *Haec est iniquitas sororis tuae Sodomae, saturitas panis* (Ezech. xvi, 49). Quapropter sicut aeger ad medicinam, sic ad sumendas dapes debet quisque accedere, nequaquam scilicet in illis voluptatem appetens, sed necessitati succurrens.

69. Hinc incarnata Veritas per Evangelium ait: *Attendite, ne graveentur corda vestra crapula et ebrietate* (Luc. xxi, 34). Contra de insatiabili Judaeorum voracitate Apostolus dicit: *Multi ambulantes, quos saepe dicebam vobis, nunc autem et fens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, et gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt* (Philipp. iii, 18, 19). Et rursus: *Esca ventri, et venter excis, Deus autem et hunc et has destruet* (I Cor. vi, 15). **B** *Ubi autem plene hoc vitium superat, qui in sumenda dapibus non solum parcimoniam tenet, et scilicet refectionem semper esurires imperet; verum etiam accuratiores simul et laevi res epulas, excepta corporis infirmitate et hospitium susceptione, contemnit.*

70. (*Inepta laetitia* :) Ut quid animi gaudium intus abscondis? egredere in publicum laetus, dic aliquid foris, unde vel tu, vel proximi rideant, fac eos laetos tua laetitia.

**219** 71. (*Moderatus moror* :) Unde tibi est tanta laetitia? nunquid iam diabolum vicisti? nunquid iam inferni poenas vicisti? nunquid iam de exsilio ad patriam venisti? nunquid iam de tua electione securitatem accepisti? An forte in oblivionem venit quod Dominus dicit: *Mundus gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium* (Joan. xvi, 20)?

72. An forte memoria excessit quod idem alibi dicit: *Vae vobis qui nunc ridetis, quia plorabitis et flebitis* (Luc. vi, 2); quodque per Salomonem dicitur: *Risus dolore miscbitur, et extrema gaudii luctus occupat* (Proverb. xiv, 13); et contra per Evangelium: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* (Math. v, 5); rursusque per Salomonem: *Nescit homo utrum amore an odio dignus sit, sed omnia reservantur in futuram incerta* (Eccle. ix, 1)? Comprime ergo inane laetitiam, qui necdum evasisti poenam aeternam. Nonne apud omnes insanus judicatur is qui in carceris tenebris reclusus gaudere conatur?

73. (*Multiloquium* :) Non reus ille tenebitur, qui **D** plura quidem, sed bona loqui, sed illi, qui saltem rara, sed mala dicere probatur.

74. (*Discreta taciturnitas* :) Verum est quod dicit; sed dum multi bona proferre videntur, saepe contingit ut a bonis locutio inchoata ad aliquid pravum deveniat, hoc ipsum sacra Scriptura pronuntians, quia in multiloquio peccatum non deerit (Proverb. x, 19). Et si forte inter innumera verba declinantur criminosa, sed nunquid declinari poterunt inutilia atque otiosa, de quibus utque ratio erit in futuro reddenda? Tenendus ergo est modus id loquendo, et ab ipsis nonnunquam utilibus verbis parcendum, sic-

b. tnr.

74. *Inchoata*; al., *inchoans*, Maurini observant congruere regulae sancti Benedicti, cap. 6, quod hic dicitur, ab ipsis nonnunquam utilibus verbis parcendum.

ut beatus Psalmista legitur fecisse, dicit enim : *Hu-* A *militatus sum, et ulsi a bonis (Psal. xxxviii, 3).*

75. (*Immunditia* :) Non est grande facinus sine concubitu maris et feminæ, vel propriis vel alterius inquinari manibus.

76. (*Carnis integritas* :) Non sic ait Apostolus. Quid ergo ait? *Neque immundi (inquit) regnum Dei possidebunt (I Cor. vi, 9).*

77. (*Luxuria* :) Cur te in voluptate tua modo non dilatas, cum quid te sequatur ignoras? acceptum tempus in desideriis perdere non debes, quia quam citius pertranseat nescis; si enim Deus misceri hominem in voluptate coitus nolisset, in ipso humani generis exordio masculum et feminam non fecisset.

78. (*Castitas illibata* :) Nolo ignorare te fingas quid post hanc vitam recipias; si enim pie et caste vixeris, sine fine gaudebis; si vero impie et luxuriose, æternis incendiis subjacebis. Inde autem eo castius vivere debes, quo quam citius tempus acceptum pertranseat ignorare te dicis. Quod vero in exordio generis humani ad hoc masculum et feminam Deum creasse proferis, ut mutuis amplexibus se miscere deberent, omnino verissime dicis; sed quia nubendi licentia quibusdam tribuitur, hoc est, qui virginitatem vel castimoniam vidualem nequaquam professi sunt, quibusdam autem non tribuitur, id est, qui virgines, vel continentes esse decreverunt; fornicatio vero quia nulli impune conceditur non attendis.

79. An contemnendum putas quod Apostolus lubricis dicit : *Fugite fornicationem: omne enim peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat? Quod si hoc parvipendendum existimas, audi quod postmodum in sempiternum deprecors et gemas: Neque adulteri (inquit), neque fornicarii, neque masculorum concubitores, regnum Dei possidebunt. O quam parva est concubitus hora, quæ perditur vita æterna! quod ergo emolumentum affert corpori? quodve tribuit lucrum, quod tacito animam ducit ad tartarum?*

80. (*Spiritualis fornicatio* :) Nunquid damnandam aliquid agit is qui in corde libidini consentit, et ad opus libidinis non pertransit?

81. (*Munditia cordis* :) Omnino delinquit qui animæ castimoniam non custodit; unde et auctor munditiæ in Evangelio dicit : *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam merchatus est eam in corde suo (Math. v, 28).* Unde et per beatum Job dicitur : *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine; quam enim partem haberet Deus in me desuper, et hereditatem Omnipotens de excelsis (Job. xxxi, 1, 2)?*

82. Nisi enim auctori nostro cogitatio pravi consensus displiceret, nequaquam per Isaiam diceret : *Auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis (Isai. i, 16);* et in Evangelio Pharisæis : *Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris (Math. ix, 4)?* sed nec Apostolus diceret : *Cogitationum inter se invicem accusantium, aut etiam defendentium, in die quæ judicabit Dominus occulta hominum, secundum Evangelium meum, per Jesum Christum (Rom. ii, 15).*

83. (*Appetitus sæculi præsentis* :) Quid pulchrius? quid honestius? quid venustius? quidve potest esse delectabilis, quam quod in præsentis vita quotidie cernimus? O quam mirabilis cœli camera in aere jucundo, in lumine solis, in augmento lunæ atque de-

79. *Vita æterna; al., vita futura.*

81. *Unde et per beatum Job; al. Quo contra per beatum Job, ut supra, n. 57.*

85. *Et botris; al., et botronibus; al., et in bonis.*

86. *Quid enim mihi est in cælo; al., quid mihi restat in cælo. Vulgata, Deum fortem vitium.*

87. *Hostis nostri, etc. Al., hostis nostri fornicantis castra monstravi; al., hosti nostro formidatio magna facta est; castra enim, etc. Apud alios non ita finitur*

fectu, in varietate stellarum et cursu! Quam oblectabilis terra in nemoroso floribus, in fructuum suavitate, in pratorum rivorumque amœnitatibus, in segetum culmis luxuriantibus, in vinearum foliis et botris plenis palmitibus, in umbris silvarum et planis exitibus, in equorum et canum cursibus, in cervorum et caprearum saltibus, in accipitrum volatibus, in pavonum, columbarum, tarturumque et omnigenarum avium vocibus, pennis, et collis, et in domorum pictis muris, et laquearibus, in organorum omniumque musicorum instrumentorum tinnulis cantibus, in mulierum venustis aspectibus, earumque superciliis, et crinibus, oculis, et genis, gutture, et labiis, naso, manibus, atque extrinsecus adhibitis auro et gemmis distinctis monilibus, postremo innumeris cœli et terræ, atque maris, varietatibus, nec non et utilitatibus, et si qua sunt alia, quæ modo non recolit sensus!

84. (*Amor patriæ celestis* :) Si te ista delectant, quæ sub cælo sunt, cur non magis delectant ea quæ super cælo sunt? Si carcer ita pulcher est, patriæ, civitas, domus qualis est? Si talia sunt ea quæ colunt peregrini, qualia sunt quæ possident filii? si mortales et miseri in hac vita taliter sunt remunerati? immortales et beati qualiter sunt in illa vita ditandi? Quis propter recedat amor præsentis sæculi, in quo nullus ita nascitur, ut non moriatur; et succedat amor sæculi futuri, in quo sic omnes vivificantur, ut deinceps non moriantur, ubi nulla adversitas turbat, nulla necessitas angustat, nulla molestia inquietat, sed perennis lætitia regnat.

85. Si quaeris quid ibi sit, ubi tanta et talis beatitudo persistit, aliter dici non potest, nisi quidquid boni est ibi est, et quidquid mali est ibi nusquam est. Quod (inquis) bonum est illud? quid me interrogas? A propheta et Apostolo definitum est : *Quod oculus (inquit) non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se (Isai. lxiv, 4; I Cor. ii, 9).*

86. Ad hanc felicitatem multus sæculi divitiis constipatus David anhelabat, cum diceret : *Quid enim mihi est in cælo? et a te quid volui super terram (Psal. lxxii, 25)?* Multis regalibus dapibus abundans, dicebat : *Satiabor, dum manifestabitur gloria tua; sitiit anima mea ad Deum fontem vivum; quando veniam et apparebo ante faciem Dei (Psal. xli, 3)?* rursusque : *Heu me! quæ incolditæ meus prolongatus est (Psal. cxix, 5)! Hinc Paulus : Cupio dissolvi et esse cum Christo; multo enim melius (Philipp. i, 23).*

87. His ita decursis, quanquam multa prætermiserim, tamen, ut mihi videtur, hostis nostri fortia castra monstravi, quæ pie viventes in Christo Jesu non desinant impugnare. Sed necdum his contentus diabolus ad alia convertitur argumenta, dum quibusdam insomniis sæpius vera pronuntiat, ut eos quandoque ad falsitatem pertrahat; cum dormientes ante horam vel tempus suscitavit, ut eos vigiliarum tempore somno gravissimo deprimat; cum psallentes atque orantes sibilis stridentibus, latratibus diversis, et inconditis vocibus, jactis etiam lapidibus, vel sacerdotibus, perturbat, ut eos quolibet pacto a spiritibus operibus retrahens inanes efficiat. Tu autem, homo Dei, vigilantis studio attende quæ dico, ipse adjuvante qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

opusculum, ut apud Isidorum in Editione Græffii, quam sequimur, in nonnullis Mss. attende quæ dico, et veritati quæ te vocat, et blande admonet, fidem præbeto. Plura alia adduntur apud sanctum Augustinum, et sanctum Leonem, et in nonnullis Mss. sancti Isidori, quæ in Isidorianis, cap. 84, num. 23 et seqq., ex Constantino Cajetano excerpta sunt. In quo epilogo quid ego sentiam videri potest cap., num. 34 et seq.

## APPENDIX VIII.

## EXPOSITIO IN MISSA.

1. *Dominus vobiscum* (*Vid. Isidoriana, c. 81*). Saluta<sup>t</sup> populum et orat, ut sit Dominus cum illo. *Et cum spiritu tuo*. Responsio populi, atque oratio, ut sicut sacerdos oravit ut Dominus esset cum populo, ita et populus orat ut Dominus **222** sit cum spiritu sacerdotis. Dum dicit sacerdos *Oremus*, rogat omnes orare, ut oratio ejus a Domino exaudiatur. Et quando dicit *Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum*, ad Dominum Patrem orat sacerdos, ut per suum Filium, qui noster Dominus est æqualiter, sicut Pater, oratio perficiatur. Cum dicit *Qui tecum vivit, et regnat Deus in unitate Spiritus sancti*, vult populum credere et intelligere quod Filius cum Patre sine initio ac sine fine vivit, et regnat, et Deus est, sicut Pater Deus est; et una potestas est Spiritus sancti cum Patre, et Filio, atque una substantia, atque in omnibus unitas deitatis.

2. *Per omnia sæcula sæculorum*. Idem Filius cum Patre in unitate Spiritus sancti sicut ante omnia sæcula in deitate fuit, et vixit, ita et in præsentis sæculo, et in futuro, ubi justis cum angelis sanctis permanebunt, et injusti cum diabolo cruciabantur, creditur æqualiter vivere cum Patre, et Spiritu sancto, et nullo sine concludi. *Amen* confirmatio orationis est a populo, et in nostra lingua intelligi potest, quasi omnes dicant: *Ut ita fiat, sicut sacerdos oravit; sed propria ejus interpretatio est: Vere, sive fideliter.*

3. *Sursum corda*. Admonet sacerdos populum ut *sursum*, id est, supra semetipsum, ad Dominum omnipotentem corda levant et fideliter orent, quod deorsum eis veniat auxilium a Domino cælesti, a quo (omni.) creati sunt. *Habemus ad Dominum*. Responsio populi, quod sicut sacerdos jussit eos sursum corda tenere, sic retinere profertur. *Gratias agamus Domino Deo nostro*. Sacerdos gratias agit Deo juxta professionem populi, quia confessus est ad Dominum se esse intentum. *Dignum et justum est*. Populus cum sacerdote simul gratias agit Deo, quem justa et digna oratione Deo gratias referre, quia ab ipso omnia bona suscepimus in nomine Domini. Amen.

4. *Vere dignum et justum est, æquum et salutare*. Confirmat sacerdos professionem populi, et dicit quod vere dignum et justum est Deo gratias pro omnibus referre; et quod æquum est, hoc est *rectum*, sive *æquale*; ac *salutare*, hoc est, salute plenum, ut ei gratias referamus qui nobis salutem dedit æternam. *Nos tibi semper et ubique gratias agere*. Conversus sacerdos ad Dominum post professionem populi, quasi ad præsentem loquitur, quia in præsentia Domini semper sumus, et ipse videt cogitationes nostras, et dicit sacerdos, tam de se quam de populo gratias agere. *Domine*, quia dominator est omnium, et sub ejus dominatione omnia sunt. *Sancte*, quia sanctus est, et per quem omnia sancta sunt, quia omnia sancta et bona creasti. *Pater* Græce dicitur pater, Latine genitor, quia ipse genuit Filium sine ulla coinquinazione, seu corruptione.

5. *Pater* Latine a *patrando* dicitur, hoc est, a perpetrando, quod est a perficiendo, vel adjuvando, quia ipse fecit omnia quæ facta sunt. Et adjuvat omnia quæ adjuvata sunt, et voluit nos filios suos fieri adoptivos per sanctificationem, quia ille sanctificavit nos. *Omnipotens*; quoniam omnia potest, idcirco omnipotens dicitur, et non est impossibile apud Deum omne verbum. *Æterne Deus*; hoc est inter æternum et perpetuum **223** et temporale. *Æternum* est quod initium non habet, nec finem habebit, sed semper fuit, et est, et erit. Perpetuum est quod esse cepit, et finem non habebit. Temporale est quod initium habuit, et finem habebit.

6. Et ideo hic dicitur *Æterne Deus*, quia nec cœpit esse, nec desinit esse, sed semper est. Deus a diligendo dicitur, quia omnia diligit, et gubernat, et creavit. Et aliter Deus a divinitate dicitur est, quia divinus est, et omnia scit, et omnia dividit, prout vult.

7. *Per Christum Dominum nostrum*. Christus Græce, Latine unctus dicitur. Illic Christus ante omnia initia a Patre inenarrabiliter genitus est, quod placuit ei: Spiritus sanctus venit in Mariam virginem, et unxit unctione divina ejus uterum, et conceptus est de Spiritu sancto, et natus ex Maria virgine.

8. Nam et in Veteri Testamento sacerdotes et reges ungebantur, et ideo christi dicebantur, quia uncti erant unctione temporali. Iste Christus, per quem Patri gratias agimus, æternaliter Christus est, et cum Patre æternus dicitur est; et per ipsum redempti sumus, per quem Patri gratias agimus; et ipse Dominus Deus noster est, quia dominatur nobis. *Per quem majestatem tuam laudant angeli*. Per ipsum Christum, per quem gratias agimus Patri, majestatem Patris laudant Angeli, quia ipse æqualis est Patri in divinitate. *Majestas*, quia major est potestas Dei quam hominum. Dei majestatem per Christum laudant angeli, quia *Christus simul cum Patre creavit angelos*.

9. *Angelus* enim Græce, Latine nuntius interpretatur. Angelus nomen est officii, non naturæ, quæ annuntiat, sed naturaliter spiritus sunt. *Adorant dominationes*. Majestatem Dei Patris per Filium laudant et adorant dominationes. Dominationes ordo est angelorum. Decem fuerunt ordines angelorum. Decimus ordo cecidit et versus est per superbiam in diabolum. Novem autem permanserunt in sanctitate sua. Hæc sunt nomina eorum, angeli, archangeli, virtutes, principatus, potestates, throni, dominationes, cherubim, seraphim. Istorum duorum nomina non sunt Latina. Cherubim plenitudo scientiæ interpretatur. Seraphim incendium dicitur. Cætera nomina supradictorum ordinum sunt Latina, nisi angelorum et archangelorum. Angeli nuntii, archangeli excelsi nuntii denominantur.

10. Gregorius autem papa Romanus in homilia sua super evangelicam lectionem: *Erant appropinquantes ad Jesum Publicani et peccatores, ut audirent eum*, plenissime de his ordinibus exposuit. Nos vero ad propositum redeamus. *Tremunt potestates*. De supradictis ordinibus dicitur: non ideo dicit, quod supradicti ordines corporales sint, sed nostro more dicit, quia nos tremere ac timere ante dominos nostros solemus. Sed ideo dicit tremere, ut nos intelligamus omnia cælestia, et terrestria, et infernalit, ante conspectum divinæ Majestatis tremere ac timere.

11. *Cæli colorumque virtutes*. Ipsi cæli visioni divinæ obedunt, quia se ostendere serenos vel nebulosos non habent potestatem. Cælorum **224** virtutes sunt supradicti ordines angelorum, sicut Gregorius testatur in homilia sua super evangelicam lectionem: *Erant signa in sole, luna et stellis. Ac beati seraphim*. De seraphim namque supradictum est. *Socia exultatione concelebrant*. Omnes prædicatores majestatem Dei Patris per Christum unita exultatione æqualiter concelebrant. *Cum quibus*. Hæc est supplicatio nostra, ut ipse cælestis Pater per Christum Filium suum, per quem nos de omnibus ei gratias agimus, dignetur admittere voces nostras, et jungere vocibus prædictorum ordinum angelorum.

12. *Supplici confessione dicentes*. Hoc est, humili confessione. Quid humiliter confiteri quam nosmet ipsos æterno Patri per Filium æternum commendare, et de nostra conscientia vel bonitate nihil presumere, et juxta voces angelicas eum semper sanctum

essentialiter credere et prædicare? *Sanctus, Sanctus, Sanctus*. Joannes evangelista in Apocalypsis libro scripsit se videre ahte thronum Dei et agni xxiv animalia astantia, et incessanter dicentia: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, etc.* Ileo enim tribus vicibus dicitur *Sanctus*, ut significetur Pater sanctus, Filius sanctus, Spiritus Patris et Filii sanctus. Sed quamvis tripliciter dicatur sanctus, non tamen dicitur plurali numero *sancti*, sed singulari *sanctus*, ut una sanctitas in his tribus personis et una æternitas intelligatur.

13. *Dominus Deus Sabaoth*. Sabaoth a multis interpretari solet *omnipotens*, a multis vero *exercituum*. Ut ipse sit Dominus Deus, et ipse omnes exercitus angelorum atque hominum disponat. *Pleni sunt cæli et terra gloria tua*. Idem ut ejus gloria cæli ac terræ gubernentur, et qui in cælis sunt, et qui in terra glorificent, et honorent nomen ejus. *Osanna in excelsis*. Quomodo nunc dicitur corrupte *Osanna*? antea dicebatur *Osanna*. *Osi* interjectio est laudantis, sive causa magnificentis. *Anna* salvifica. Sed corrupte dicitur *Osanna*, et intelligi potest: salvifica, vel salvum fac. *In excelsis*, id est, in altis. *Benedictus qui venit in nomine Domini*. *Osanna in excelsis*. Quando Christus venit ad Jerusalem, et descendit de monte Oliveti, tunc illi Israel clamaverunt, dicentes: *Benedictus qui venit in nomine Domini*; sed quid significavit ille Christi adventus ad Jerusalem, nisi futuram resurrectionem, quando venturus erit judicare vivos et mortuos, et apparuerit nobis in eadem carne qua pro nobis passus est? et tunc in nomine Jesu omne genua flectetur cælestium, terrestrium, et infernorum, etc., quæ Apostolus dixit.

14. *Te igitur, clementissime Pater*. *Te igitur*; hoc est, te certe, clementissime Pater. *Clemens* dicitur, quasi clara mens, sive abundans, et *clementissime*, quasi clarissima mente, sive abundantissime, quia ipse clarissimus est mente, et misericordiosissime Pater. Non ideo eum diximus clementem, et misericordem, quod membris corporeis, vel corde, aut mente sit compositus, sicut homo; sed ideo clementem et misericordem clamamus, ut illam clementiam et misericordiam super nos ab ipso sentiamus et intelligamus, unde salvari debeamus.

225 15. *Per Jesum Christum*. *Jesus* Græce, Latine *Salvator*, sive *salutaris* dicitur. *Salvator* eo quod salvat populum suum a peccatis eorum. Ideo salvat a peccatis, quia potestatem habet dimittendi peccata, sicut ipse dixit: *Ut autem sciatis quia Filius hominis habet in terra potestatem dimittendi peccata* (*Matth.*, ix, 6). *Salutaris* ideo dicitur, quia salutem nobis dedit, ut, si præcepta ejus servemus, vitam æternam capere valeamus. *Filium tuum*, scilicet *Filium tuum unigenitum*, quia ipse est unigenitus ex substantia Patris, nos autem filii adoptivi sumus per ipsum qui unigenitus est, a Patre procedens, Patri cœternus; et ideo per eum Patrem postulamus humiliter dicentes:

16. *Supplices te rogamus et petimus*. *Supplices*, id est, humiles. *Uti accepta habeas et benedicas*. *Uti*, id est, accipias et benedicas. *Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata*. *Dona* sunt, quæ voluntarie donantur. *Munera* sunt, quæ pro aliquo munere et mercede offeruntur, sicut nos offerimus Deo, ut peccata nostra dimittantur. *Sacrificia* sunt, quæ jam cum orationibus conserrantur. *Illibata* idem est ac *immacolata*, et ab omni livore malitiæ aliena. *Tunc* sunt *dona* et *sacrificia illibata*, quando absque scandalorum maculis sunt oblata, et justo sunt labore acquista. Non, ut multi errant, qui dicunt *illibata* esse non *dedicata*. *Lege* septem collationes Patrum, et in secunda collatione Theonæ in nono capite invenies quæ sint *illibata*.

17. *In primis quæ tibi offerimus*. Hoc est, quæ tibi offerimus, pro quibus offeruntur indicant: in primis offerri debent *pro Ecclesia tua sancta catholica*. *Ecclesia* Græce, Latine *congregatio* dicitur. *Catholica* universalis dicitur, quia universi qui in Dominum credunt

A in una debent esse congregatione. *Quam pacificare, custodire, adunare et regere digneris toto orbe terrarum*. Per totum orbem terrarum pacificatam et adunatam custodire digneris. *Una cum famulo tuo illo*. Hoc est simul cum illo qui sedem apostoli Petri tenet, quia *Ecclesia*, in qua *Petrus* apostolorum princeps sedet, caput est omnium *Ecclesiarum* catholicarum. *Idem*, quia *Petro* dicit *Christus*: *Tu es Petrus, et super hanc petram, et reliqua* (*Matth.* xvi, 18). Et propter hanc sententiam debemus omnes pro eo orare, qui in eadem est *Ecclesia*.

18. *Et antistite nostro illo*, id est, pro episcopo; ipse est pastor et prædicator noster. *Memento, Domine, famulorum, famularumque tuarum, et omnium circumstantium*. *Sacerdos* antea oravit pro apostolico et episcopo suo. Si episcopus missam celebrat, *pro antistite nostro* dicere non debet, quia ipse antistes est. Si presbyter celebrat missam, ille debet dicere *pro antistite nostro*. *Jam oratum est pro senioribus*; postea orandum est pro populo. Quando sacerdos dicit *Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum*, deprecatur Dominum Patrem, ut memorare dignetur omnium ad officium missæ, sive masculorum, sive feminarum, advenientium. Et quod dicit *circumstantium*, ipsi masculi et femine (intelliguntur), quicumque astant.

19. *Jam sacerdos oravit pro omnibus qui ad audiendam missam venerunt*, 226 tunc demum orat pro his qui oblationes suas afferunt (*Fortè, offerunt*). *Qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis*. *Laudis* dicitur, quod pro laude Dei in primis offerunt, et postea *pro se, cuique omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suæ; tibi que reddunt vota sua, æterno Deo, viro et vero*. Ideo offerunt, quia vivo et vero Deo omnium fides circumstantium, offerentium et non offerentium, cognita est et nota devotio. Omnes reddunt vota sua. *Vota* dicuntur, quia volenter promittuntur, quia volenter et libenter devovere debemus. *Communiantes, et memoriam venerantes, in primis gloriosæ semper virginis Mariæ genitricis Dei, et Domini nostri Jesu Christi, sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum*.

20. *Communiantes*, hoc est, participare memoriam; *venerari*, hoc est, in memoria honorabiliter tenere quod sancta Maria virgo per adventum Spiritus sancti genitrix facta est Filii Dei Jesu Christi, qui Deus et homo est, per quem Patrem supplicamus, et fidem communicare debemus, et credere quod, Spiritu sancto veniente, Filius Dei natus est ex ea, et virginitas ejus non est violata. *Sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum*. *Apostolus* dicitur in nostra lingua *missus*. *Martyr* dicitur *testis*. *Apostoli* ideo dicuntur, quia a Christo missi sunt. *Martyres* dicuntur, quia testes sunt quod Christus passus est pro nobis, et ipsi pro Christo.

21. *Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ quæsumus, Domine, placatus accipias*. *Sacerdos* oblationem suam, atque cunctorum qui Deo famulantur, idem qui Domino servant, commendat, ut Domino placeat (*Fortè, placeant*), et ipse nobis propitius sit. *Dicasque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi et in electorum tuorum jubeas grege numerari; per Christum Dominum nostrum*. Pro eo quo (sic) sacerdos offert, debet orare, ut sacerdos exaudiatur, et omnium dies in pace disponantur, et ab æterna damnatione eripiantur. De qua Dominus noster Jesus Christus dicitur est impiis in fine mundi: *Ite, maledicti, in ignem æternum*, etc. Et ad illum gregem electorum suorum per angelos sanctos numerari mereantur, cui dicitur erit: *Venite, benedicti Patris mei* (*Matth.* xv, 34), et reliqua.

22. *Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quæsumus, benedictam, scriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris*. *Supplicat* sacerdos ut illam oblationem, quam ille pro se offert, et pro populo, omnipotens Pater dignetur accipere bene-



dictam, et habere ascriptam, hoc est, assignatam, A ut sibi placeat. *Ratam*, hoc est, iudicatam, ut dignam illam iudicet in conspectu suo offerri. *Rationabilem*, iusta ratione plenam facere dignetur, quia tunc illi est acceptabilis, si recta credentes pro iusta ratione offerimus; iustum est postulare ut illa oblatione, quam nos rationabiliter offerimus, ut Pater omnipotens sanctificando faciat. *Ut nobis corpus et sanguis fiat dilectissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi*. Patri dilectus est Filius, sicut ipse Pater testatus est de cœlo, dicens: *Hic est Filius meus dilectus*, etc. (Matth. iii, 17). Et nos eum diligere debemus, quia ipse prior dilexit nos, et passus est pro nobis.

**227** 23. *Qui, pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: elevatis oculis in cœlum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens benedixit, fregit, dedit discipulis suis, dicens: Accipite, et manducate ex hoc omnes: Hoc est enim corpus meum. Simili modo, posteaquam cœnatum est, accepit et hunc præclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi gratias agens, benedixit, dedit discipulis suis, dicens: Accipite, et bibite ex eo omnes. Hic est enim calix sanguinis mei novi et æterni Testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.*

24. Quod intermissimus, qui pridie quam pateretur, hoc est pridie quam ipse passus esset pro nobis, voluit tradere discipulis suis corpus et sanguinem sui, mysterium, ut illi traderent nobis. Quis unquam crederet quod panis in carnem potuisset converti, in sanguinem vinum; nisi ipse Salvator diceret, qui panem et vinum creavit, et omnia ex nihilo fecit? Facilius est aliquid ex aliquo facere, quam omnia ex nihilo creare. Ipse Salvator voluit corpus humanum suscipere, et hominem Deo coniungere, ut unus fieret mediator Dei et hominum homo Christus Jesus; ipse voluit per nos panem et vinum offerri sibi, et ab ipso divinitus consecrari, et fidelem populum credere verum esse mysterium, quod et ipse tradidit discipulis suis, dicens: *Accipite et manducate ex hoc omnes*. Et quando oculos ad cœlum levavit, et Patri gratias egit, nos docuit quod nos Patri semper supplicare debemus, ut ille tam magnum sacramentum per manus nostras perficeret dignetur.

25. Et cum diceret: *Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis*, iussit nos illius passionis memores esse; quantaque pro nobis sustinuit, omni tempore memores esse debemus, quando hoc sacramentum celebramus, et ejus misericordiam, non nostri bonitate fiduciam dare. *Unde et memores sumus, Domine, nos tui servi, sed et plebs tua sancta Christi Filii tui Domini nostri*. Memores nos esse sacerdotes profitemur, atque plebem memores esse testamur Christi Filii tui Domini nostri. Ideo sacerdotes fideliter memores esse debent, quia ipsi missam celebrant, quia stulta postulatio est, si postulans necit quod postulat. Plebs sancta ideo meminisci [Forte, meminisse] debet, quia Christus non solum pro sacerdotibus passus est, sed et pro plebe sancta; ideo dicitur quia fide ac baptismo Christi percepto sanctificata est.

26. Modo indicant unde meminisci debent, id est, tam beatæ passionis, necnon et ab inferis resurrectionis, necnon et in cœlo gloriose ascensionis. Christi Filii tui passionis memores esse debemus, quia pati dignatus est pro nobis. *Resurrectionis ab inferis*, per resurrectionem ejus liberata; [Forte, liberatæ anima] sunt. *Gloriose ascensionis* ejus memorare debemus, quia corpus humanum, quod assumpsit, de cœlo divinitu sine ullius adiutorio propria majestate portavit in cœlum. Ideo diximus, *sine ullius adiutorio*, ut intelligatur quod non hominum, nec angelorum, nec ullius creaturæ vehiculo eum ascendisse in cœ-

lum, sed a Patre majestatis elevata est, **228** de quo ipse dixit in Evangelio: *Ego et Pater unum sumus*.

27. *Offerimus præclaræ Majestati tuæ de tuis donis ac datis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, et calicem salutis perpetuæ. Domine, omnium memores supradictarum bonitatum tuarum, offerimus tuæ Majestati hostiam puram*, hoc est, de corpore puro, quia purum est corpus tuum, quod de hoc pane fieri credimus. *Hostiam sanctam*, quia tu sanctificasti corpus tuum, quando hominem in Deum assumpsisti, et nunc sanctifica hunc panem, ut corpus tuum fiat. *Hostiam immaculatam*, quia tu sine macula peccati passus es pro nobis.

28. *Panem sanctum vitæ æternæ*, quia tu panis vivus es, qui de cœlo descendisti, et corpus tuum in hoc pane a te sanctificato nos accipere voluisti, et per calicem passionis tuæ nos sanguinem tuum sumere voluisti, tu sanctifica hanc hostiam, ut nobis corpus tuum et sanguis tuus fiat. *Supra quæ proptio ac sereno vultu respicere digneris*. Hoc deprecamur, ut Pater sanctus supra bona a nobis oblata pio et blando vultu et claro dignetur respicere, id est, videre et accepta habere. *Sicut accepta habere dignatus es munera pueri tui Abel, et sacrificium patriarchæ nostri Abraham, et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam*. Accepta habuit Dominus munera Abel, quia quidquid optimum invenit, obtulit Domino; et nos iusta munera et munda Deo mundo corde offerre debemus. Abraham proprio filio suo Isaac non pepercit, sed obediens jussioni Domini offerre eum voluit.

29. Melchisedech primus sacerdos Domino panem et vinum obtulit, et ideo scriptum est in Psalmo: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* (Psalm. cix, 4). Quia sicut Melchisedech panem et vinum, ita et Christus in passione sua corpus et sanguinem suum obtulit Deo Patri pro nobis, et in pane, et vino passionis suæ mysterium nos imitari voluit, quando discipulis suis dans panem ac calicem, dixit: *Hoc est corpus meum, et hic est calix sanguinis mei*. Et nos supplicare debemus, ut sicut supradictorum Patrum accepta Deo fuerunt munera, ita fiant et nostra.

30. *Supplices te rogamus, omnipotens Deus, jubæ hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu divinæ Majestatis tuæ. Humiliter postulamus ut munera nostra super hoc altare, quod videri potest, oblata, pater cœlestis jubeat per manus sancti angeli sui perferri in illud altum altare ante divinam Majestatem suam, quod oculis nostris videre non possumus, quia corporale non est, sed spirituale. Et sicut nos divinam Majestatem Patris investigare non possumus, ita nec ea que in conspectu ejus sunt debemus investigare, sed potius credere: ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum Filii tui corpus et sanguinem sumpserimus, omni benedictione cœlesti et gratia repleamur per Christum Dominum nostrum. Orare debemus Patrem cœlestem, ut omnis qui ex ipsius altaris [Forte, omnes qui ex ipso altari], supra quod nos offerimus Deo Patri in commemorationem Filii sui Domini nostri Jesu Christi, (corpus) **229** et sanguinem prædicti Filii sumpserimus, omnem benedictionem cœlestem accipere mereamur per Christum Dominum nostrum.*

31. *Nobis quoque peccatoribus, famulis tuis, de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam et societatem donare digneris cum sanctis apostolis, et martyribus, et omnibus sanctis. Hæc omnia sacrificia ideo sunt oblata, tam a sacerdote quam a populo, ut omnipotens Deus peccata nostra non reputet, sed cum sanctis suis nobis portionem tribuat. Intra quorum nos consortium non estimator meriti, sed remissionis, largitor admittit. Hoc*

rogamus, ut ipse qui dixit: *In quacunque die peccator conversus fuerit, et penitentiam egerit, omnia peccata ejus in oblivione erunt coram me.* Non retributionem peccatorum aestimet, sed ipse (sibi) veniam largitor, ut intra sanctorum societatem nos mittat per Christum Dominum nostrum.

32. Per quem omnia hæc domus ille creavit, ipse sanctificet, et benedicat, et prosit nobis, ut per Christum, per quem facta sunt et in Christo, in quo facta sunt omnia et cum quo facta sunt omnia, qui coæternus est Patri, semper gratias referamus Patri per omnia sæcula sæculorum. Amen. *Præceptis salutaribus moniti et divina, etc.* Christi præceptis, quæ salute sunt penæ, quia ipse est salus æterna, sumus admoniti, et jus-i, et divina institutione formati; idem formam et exemplum a Christo Domino nostro accepimus, et ausi sumus orare, sicut ille docuit discipulos suos; et Patrem nostrum credimus, qui nos creavit, et dicimus:

33. *Pater noster, qui es in cælis.* Christus dixit post resurrectionem suam: *Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum.* Aliter dixit Patrem suum, aliter Patrem nostrum. Patrem suum, quia proprius Filius est Patris ex substantia Patris ante omnia sæcula genitus, Patri coæternus. Pater noster ideo est, quia nos creavit in tempore, et nos filii sumus adoptivi, et hereditatem cælestem Patris nostri cælestis possidere debemus, si operibus implemus, quia perceptionem fidei spondimus. Cælum a celando dicitur, eo quod relat divina secreta. Aliter cælum a celsitudine dicitur, eo quod altius est rebus terrenis. Nos autem ideo dicimus *Pater noster, qui es in cælis*, ut credere ostendamus in Patrem cælestem; et sicut filii præcepta Patris sui implere cupiunt, ita et nos ipsius præcepta implere, et ad cælum semper tendere desideremus.

34. *Sanctificetur nomen tuum*, hoc est, ut nos digni simus nomen sanctum ejus tenere in cordibus nostris, ut sicut sancti angeli, qui in cælo sunt, sciunt et intelligunt sanctitatem nominis sui, ita et nos, qui in terra sumus, ipso adjuvante, mereamur sanctitatem ejus cognoscere; ut sicut in cælo, ita et in terra sit nomen ejus sanctificatum. *Adveniat regnum tuum*, hoc est, ut nos regnum et potentiam ejus mereamur cognoscere, et ut jam propter nostra peccata diabolus non regnet super nos, sed ipsius regnum adveniat, sicut in Evangelio scriptum est: *Regnum Dei intra vos est.*

35. *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, et in terra;* hoc est, ut ejus voluntatem sicut illi qui in cælo sunt faciunt, ita nos, qui in terra sumus, **230** faciamus. Terra a terendo dicitur, eo quod pedibus teritur. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Panis apud Græcos in nostra lingua *omnis* interpretatur. Et nos oramus ut omnipotens Pater omnes victus, spiritualem ac corporalem, nobis largiri dignetur omni tempore. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Nihil enim injustum facit, qui sibi debenti debitum requirit, sed si omnipotens Deus a nobis omnia debita nostra requirit, nullus sine dubio invenitur liber; et ideo nos debemus debitoribus nostris debita dimittere, ut nobis Omnipotens nostra dimittat, quia ipse dixit: *Si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris, nec Pater vester cælestis remittet vobis peccata vestra* (*Matth. xviii, 35*). Et alibi: *Auferuntur de regno ejus omnia scandala* (*Matth. xiii, 41*); et item sacrificium non recipitur, si illud scandalo offeratur; sed ante altare dimitti jubetur, usque dum reconcilietur fratri suo, et tunc offerri mundo corde.

36. *Et ne nos inducas in tentationem.* Hoc est, ne intremus in illam tentationem, in qua diabolus nos tentat, et ei consentiamus; sed Dominus ipse nos defendat, ne inducamur in tentationem diabolicam, quia si Dominus nos dimittit, statim introducimur in laqueum diaboli, et ideo postulamus ut ipse nos liberet a malo, hoc est, ab omni impugnatione dia-

bolica. *Libera nos, quæsumus, Domine, ab omnibus malis præteritis, præsentibus et futuris.* Hoc postulamus, ut ipse nos ab omnibus malis liberet, qui nos mundos et bonos creavit, in quo nullum est malum. Præterita sunt, quæ jam ante peccantes commisimus, et ideo flagella sustinemus. Futura sunt, quæ adhuc, diabolo suggerente, venire possunt; et ideo oramus ut ab omnibus liberemur, quia ante conspectum Dei nulla sunt præterita, nec futura, sed omnia sunt præsentia.

37. *Intercedente pro nobis beata et gloriosa semper virgine Dei Genitricis Maria, et beatis apostolis Petro et Paulo atque Andrea.* Invocamus nobis in adiutorium Genitricem Dei, quæ virgo fuit ante partum, virgo in partu, virgo post partum. Et beatos apostolos, qui nobis mysteria celebranda tradiderunt, ut intercedant pro nobis, quia nos ipsi digni non sumus de præteritis ac præsentibus veniam promereri, nec de futuris cautelam, nisi nobis eorum oratione donetur. Jam oravimus ut liberemur a malis, nunc oremus ut, prædictis sanctis intervenientibus, ipse donec pacem propitiis in diebus nostris, qui potens est a malo liberare.

38. Pacem a tentatione diaboli, ne induceremur in eam; pacem a malis hominibus, ne patiamur flagella eorum. *Ut opes misericordie tuæ adjuvi.* Hoc est, ut Dei adiutorio adjuvi: *A peccato simus semper liberi, et ab omni perturbatione securi.* Hoc est a peccatis nostris dimissis in præsentis sæculo non perturbemur iterum peccantes, nec in die iudicii æternam perturbationem patiamur. *Pax Domini sit semper vobiscum.* Christus est pax æterna, qui nos reconciliavit Patri per passionem suam, ne propter peccatum primi hominis in inferno delineremur: hoc orat sacerdos, ut illa pax cum populo permaneat, et omnes concordæ faciat, ut pacifice cum Christo mereamur in cælo regnare.

**231** 39. Et ideo tunc facimus pacem, antequam corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi in corpora nostra suscipiamus, quia sine concordia digni non sumus sanctam communionem accipere. Quia munera, si discordiam habemus cum proximis nostris, antequam reconciliemur, a Domino non recipiuntur. Tunc orat clerus, cantando: *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.* Agnus dicitur propter innocentiam, quia nulli hominum, vel bestiarum nocet; et dum ad victimam ducitur, occidentem se non lædit, sed occisorem suum post occisionem suam reficit. Ita et Christus nullum lædit, sicut Apostolus dicit: *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus* (*I Petr. ii, 22*). Sed post passionem suam conversos peccatores suos multos per sanctam communionem corporis et sanguinis sui reficit, et credentes facit. Ipse tulit peccatum mundi, quando veniam peccatorum nobis dedit.

40. Quia ante passionem ejus justii et peccatores in infernum descenderunt, et in Veteri Testamento remissionem peccatorum nusquam legimus. Christus vero per penitentiam non solum remissionem peccatorum, sed etiam gaudium nobis promisit angelicum, dicens: *Gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente* (*Luc. xv, 7*). Ipsum Christum, qui est Agnus Dei innocens, qui passus est pro salute mundi, primum ut miseretur nostri, dicentes: *Miserere nobis.* Nam et agnus in Veteri Testamento pro peccatis populi offerrebat; et in Novo Testamento Christus semetipsum obtulit Deo Patri, ut genus humanum per passionem suam liberaret a peccato; et ideo *Agnus Dei* tunc cantatur, quando corpus et sanguis Christi percipitur, ut omnes credamus quia ipsius Agni corpus et sanguis tunc sumitur, qui peccata mundi tulit moriendo, et vitam æternam nobis donavit resurgendo. *Jesus Christus Dominus noster, qui cum Patre in unitate Spiritus sancti vivit et regnat per omnia sæcula sæculorum.* Amen.

41. Et post missam finitam dicit diaconus: *Ite,*



*nissa est.* Diaconus Græce, *minister.* Latine dicitur. **A** lus antea exire debet de ecclesia quam nuntiatum sit illi nuntiat populo, quod finita sunt preces, quia nul- de ministro, et omnes respondeant : *Deo gratias.*

## APPENDIX IX.

### SENTENTIARUM LIBER QUARTUS.

**CAP. I. De rectoribus, qualiter conversationem habeant.** — 1. Rector semper cogitatione sit mundus, quatenus nulla hunc immunditia polluat, qui hoc suscepit officium, ut in alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergat. Necesse est ut esse munda studeat manus quæ diluere sordes aliorum curat, ne tacta quæque deterius inquinet, si sordida insequens lutum tenet. Hinc namque per prophetam dicitur : *Mundamini, qui feris vasa Domini (Isai. LI, 11).* Domini etenim vasa ferunt, qui proximorum animas ad æterna sacraria perducendas in suæ conversationis fide suscipiunt. Apud semetipsos quantum debeant mundari concipiunt, qui **232** ad æternitatis templum vasa viventia in sinu propriæ sponsonis portant. Hinc divina voce præcipitur ut in Aaron pectore rationale iudicii vittis ligantibus imprimatur (*Exod. xxviii, 15*); quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxæ possideant, sed ratio sola constringat (*Greg. Reg. past. p. II, c. 2; Taio, lib. II Sent. c. 33*).

2. Nec indiscretum quid vel inutile cogitet, qui, ad exemplum aliis constitutus, ex gravitate vitæ semper debet ostendere quantum in pectore rationem portet. In iudicii rationale, quod in Aaron pectore ponitur, præcipitur ut duodecim patriarcharum nomina describantur. Ascriptos etenim patres semper in pectore ferre est antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Tunc sacerdos irreprehensibiliter graditur, cum exempla patrum præcedentium indesinenter intuetur, cum sanctorum vestigia sine cessatione considerat, et cogitationes illicitas derinuit, ne extra ordinis limitem operis pedem tendat. Debet rector subtili semper examine bona malaque discernere, et quæ, vel quibus, quando, vel qualiter congruunt, studiosè cogitare, nihilque proprium quærere, sed sua commoda propinquorum deputare.

3. Sit rector operatione præcipuus, ut vitæ viam subditis bene vivendo denuntiet, et grex, qui pastoris vocem moresque sequitur, per exempla melius quam per verba gradiatur. Per divinam legem præcipitur : Sacerdos in sacrificium armum dextrum accipiat, et separatim (*Exod. xxix, 22*), ut non solum sit ejus operatio utilis, sed etiam singularis; nec inter malos tantummodo quæ recti sunt faciat, sed bene quoque operantes subditos, sicut honore ordinis superat, ita etiam morum virtute transcendat. Sacerdoti in esu pectusculum cum armo tribuitur, ut quod de sacrificio præcipitur sumere, hoc de semetipso auctori discat immolare. Et non solum peccatori quæ recta sunt cogitet, sed spectatores suos ad sublimia **D** armo operis invitet (*Greg. Reg. past. p. II, c. 3*).

4. Nulla præsentis vitæ rector appetat, nulla pertimescat, blandimenta mundi respectu intimo terrores despiciat. Terrores autem considerato internæ dulcedinis blandimento contemnat. Sit rector singulari compassione proximus, præ cunctis contemplati ne suspensus, ut et per pietatis viscera in se infirmitatem cæterorum transferat, et per speculationis altitudinem semetipsum quoque invisibilia appetendo transcendat, ne aut alta petens proximorum infima [*Al. infirma*] despiciat, aut infimis, proximorum congruens appetere alta relinquat. Pastores non solum sursum sanctum caput Ecclesiæ videlicet Dominum contemplando appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miscerando descendunt (*Ibid., c. 5*).

5. Hinc Moyses crebro tabernaculum intrat, et exit, et qui intus in contemplationem rapitur, foris infirmantium negotiis urgetur. Intus Dei arcana con-

siderat, foris onera carnalium portat. Ipsa scilicet Veritas per susceptionem nobis nostræ humanitatis ostensa, in monte orationi inhæret, miracula in urbibus exercet (*Luc. vi, 12*), imitationis videlicet viam bonis rectoribus sternens, ut si etiam summa contemplando appetunt, necessitatibus tamen infirmantium compatiendo miscantur. Qui regimine pastorali sunt aliis prælati, tales se exhibeant, quibus subiecti occulta sua proderent **233** non erubescant; ut cum tentationum fluctus parvuli tolerant, ad pastoris mentem quasi ad matris sinum recurrant. Et hoc quod se inquinari pulsantis culpæ sordibus prævident, exhortationis ejus solatio ac lacrymis orationis lavent.

6. Sit rector internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam in internorum sollicitudine non relinquens, ne aut exterioribus deditus ab intimis corruat, aut, solis interioribus occupatus, quæ foris debet proximis non impendat. Sacerdotibus per legem præcipitur ut tondentes tondant capita sua (*Ezech. XLIV, 20*), ut videlicet curæ temporalis sollicitudines, et quantum necesse est provideant, et tamen recidantur citius, ne immoderatus excrescant; dum igitur et per administratam exteriorum providentiam corporum vita protegitur, et rursus per moderatam cordis intentionem non impeditur, capilli in capite sacerdotis et servantur, ut aures cooperiant, et resecantur, ne oculos claudant (*Greg. Reg. past. p. II, c. 7, 8*).

7. Necesse est ut rector solerter invigilet, ne hunc cupido placendi hominibus pulset, ne cum studiosè interiora penetrat, cum provide exteriora subministrat, se magis a subditi diligenti quam veritatem quærat, ne cum, bonis actibus fultus, a mundo videtur alienus, hunc Auctoris reddat extraneum amor suus. Hostis Redemptoris est, qui per recta opera quæ facit ejus vice ab Ecclesia amari concupiscit, quia adulterinæ cogitationis reus est, si placere puer sponsæ oculis appetit, per quem sponsus dona transmisit. Necessarium valde rectoribus est ut cura regiminis tanta moderaminis arte temperetur, quatenus subditorum mens, cum quædam recta sentiro potuerit, sic in vocis libertatem prodeat, ut tamen libertas in superbiam non erumpat; ne dum fortasse immoderatus linguæ eis libertas conceditur, vitæ ab his humilitas amittatur.

8. Oportet igitur ut rectores boni sic placere hominibus appetant, ut suæ astimationis dulcedine proximos in affectum veritatis trahant, non ut se amari desiderent, sed ut dilectionem suam, quasi quamdam viam faciant, per quam corda audientium ad aulam Conditoris introducant. Difficile quippe est ut quamlibet recta denuntians prædicator, qui non diligitur, libenter audiatur. Omne hoc quod præmisimus rite a rectore agitur, si supernæ formidinis et dilectionis spiritu afflatus studiosè quotidie sacri eloquii præcepta meditetur, ut in eo vim sollicitudinis, et erga cœlestem vitam providæ circumspectionis, quam humanæ conversationis usu indesinenter destruit, divinæ admonitionis verba restaurent; et qui ad vetustatem per societatem sæcularium ducitur, ad amorem semper spiritualis patriæ compunctionis aspiratione renovetur (*Ibid., c. 11*).

9. Quia igitur qualis esse debeat pastor superius ostendimus, nunc qualiter doceat demonstravimus. Non una, eademque cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos par morum qualitas asstringit. Sæpe namque aliis officium quæ aliis prosunt, quia et plerum-

que herbe quæ hæc animalia nutriunt, alia occidunt, et lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat, et medicamentum quod hunc morbum imminuit, alteri vires jungit; **234** et panis, qui vitam fortium roborat, parvulorum necat. Aptè tintinnabula vestimentis pontificis describuntur inserta. Vestimenta etenim sacerdotis quid aliud quam recta opera debentus accipere, propheta attestante, qui ait: *Sacerdotes tui induantur iustitia* (Psal. cxxi, 9)? Vestimentis itaque illius tintinnabula inhaerent, ut vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoque opera sacerdotis clament (Greg. prol. ii part. Reg. past; Taio, lib. ii, c. 35).

10. Nos quia infirmi homines sumus, cum de Deo hominibus loquimur, debemus primum meminisse quid sumus, ut ex propria infirmitate, ensems quo docendi ordine infirmis fratribus consulamus. Consideremus igitur quia aut tales sumus quales nonnulli corrigimus, aut tales aliquando fuimus, et si jam divina gratia operante non sumus, ut tanto eos temperantius corde humili corrigamus, quanto nosmetipsos verius in his quos emendamus agnosimus. Scriptum est: *Milia tibi sunt? Serva corpus illarum, et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas* (Eccli. vii, 26). Infirmæ quippe animæ, atque ad appetitum mundi deditæ, aliquando melius ex severitate servantur, ut obstruata facies, id est, per severitatis custodiam ab omni spe frivole remissionis obducta inconstantem animum terreat, atque a delectatione vitiorum restrictionis suæ rigore constringat (Greg. Moral. l. xiiii, c. 13, n. 25; Taio, l. i c. 36; Greg. i, Ezech. hom. 12, n. 31).

11. Quod cum a doctore agitur, semper necesse est ut dulcedo et humilitas in corde teneatur, quatenus et multum amet, et nunquam contra eum per elationem superbiat; cui tamen amorem suum et humilitatem pro utilitate ejus proderè recusat. Cum per zelum animus movetur rectoris, curandum summopere est ne hæc eadem quæ instrumentum virtutis assumitur, menti ira dominetur, ne quasi domina præcedat, sed velut ancilla ad obsequium parata a ratiqvis tergo nunquam recedat. Tunc enim contra vitia erigitur, cum subdita rationi famulatur. Qui zelo rectitudinis movetur, sic culpas delinquentium corrigit, ut ante ipse qui corrigit per patientiam crescat; ut fervorem transcendendo diducet, ne intemperantius excitatus ipso zelo rectitudinis longe a rectitudine oberret (Greg. Moral. v, 45, n. 82).

12. Sunt plerique pastorum qui, dum metiri se nesciunt quæ non didicerunt docere concupiscunt; qui pondus magisterii tanto levius aestimant, quanto vim magnitudinis illius ignorant, ut quia indocti ac præcipientes doctrinæ artem tenere appetunt, a præcipientis suæ ausibus in ipsa locutionis janta repelluntur. Nulla ars doceri præsumitur, nisi intenta prius meditatione discatur. Ab imperitis ergo pastorale magisterium qua temeritate suscipitur, quando ars est artium regimen animarum? Sunt nonnulli qui intra sanctam ecclesiam per speciem regiminis gloriam affectant honoris, videri doctores appetunt, transcendere alios concupiscunt, atque, attestante Veritate, primos in cœnis recubitus, primas in conventibus cathedras querunt (Math. xxii, 6, 7); qui suspectum curæ pastoralis officium ministrare digne tanto magis nequeunt, quanto ad humilitatis magisterium ex sola elatione pervenerunt. Ipsa quippe in magisterio lingua confunditur, quando aliud discitur, et aliud docetur (Greg. Reg. past. p. i, in exord.; Taio, l. ii, c. 37; *ibid.*, c. 1).

13. Sub magno moderamine pastores Ecclesiæ vel solvere studeant, **235** vel ligare. Sed utrum juste an injuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est ne is qui subest, et cum injuste forsitan ligatur, obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur. Prædicatores sancti, qui districtum Dei iudicium metuunt, animarum iudices sunt, et alios damnant, vel liberant, qui semetipsos damnari metuebant. Horum profecto nunc in Ecclesia epi-

scopi locum tenent; solvendi ac ligandi auctoritatem suscipiunt, qui gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor pontificalis, sed grande pondus istius est honoris. Durum quippe est ut qui nescit tenere moderamina vitæ suæ iudex vite fiat alienæ. Plerumque contingit ut ipse iudicii locum teneat, cui ad locum vita minime concordat. Et sæpe agit ut vel damnat immeritis, vel alios ipse ligatos solvat (Taio, l. ii, c. 38, circa fin.; Greg., in Evang. hom. 28, n. 4. 5).

14. Sæpe in solvendis ac ligandis subditis suæ voluntatis (At, voluptatis) motus, non autem causarum merita, sequitur; unde fit ut ipse et ligandi et solvendi potestate se privet, qui hanc pro suis voluptatibus, et non pro subditorum meritis exercet. Sæpe fit ut erga quemlibet proximum odio vel gratia moveatur pastor. Judicare autem digne de subditis nequeunt, qui in subditorum causis suæ vel odia vel gratiam sequuntur; unde recte per prophetam: *Mortificabunt animas, quæ non moriantur, et vivificabunt animas, quæ non vivunt* (Ezech. xiii, 19). Viventem quippe mortificat, qui iustum damnat; et non victum vivificare nititur, qui reum supplicio absolvere conatur.

15. Nonnulli episcoporum donum accepti Spiritus in usum solent negotiationis exercere, et miraculorum signa ad avaritiæ obsequium declinare. Hinc est enim quod Simon per impositionem manus edita miracula concupiscens, percipere donum Spiritus pecunia voluit (Act. viii, 18); scilicet ut deterius venderet quod male comparasset. Redemptor noster flagello de resticulis facti, de templo turbas eiecit, cathedras vendentium columbas evertit (Joan. ii, 15). Columbas quippe vendere est impositionem manus, qua sanctus Spiritus accipitur, non ad vitæ meritum, sed ad præmium dare. Sunt nonnulli qui nummorum quidem præmia ex ordinatione non accipiunt, et tamen sacros ordines pro humana gratia largiuntur, atque de largitate eadem laudis solummodo retributionem querunt. Hi nimirum, quod gratis acceperunt, gratis non retribuunt, quia de impenso officii sanctitatis nummorum favoris expetunt (Greg. i in Evang. hom. 4, n. 4; Taio, ii, 40).

CAP. II. De clericis, quales eos esse oporteat. — 1. Clericus admonendus est, quatenus sic vivat, ut bonum exemplum vitæ suæ secularibus præbeat. In clerico si quid iuste reprehenditur, ex ejus vitio ipsa religionis nostre astutatio gravatur. Clerici discant ut quæ a senioribus suis jubentur impleant, ut humiliter eorum imperiis subjaceant, ut nec subjectio eos conterat, nec locus superior extollat. Clerici discant quomodo ante occulti Arbitri oculos per humilitatem et obedientiam sua interiora componant, quatenus non cum reprobis puniantur, sed cum electis etiam præmia a sortiuntur. Admonendi sunt clerici, ut tanto circa se sollicitius vivant, quanto eorum aliena cura non implicat. Dicendum est clericis ne præpositorum suorum vitam temere **236** iudicent, si quid eos fortasse agere reprehendunt vident; ne unde recte mala redarguant, inde per elationis impulsam in profundiora mergantur. Admonendi sunt clerici, ne cum culpas suorum præpositorum considerant, contra eos audaciores fiant; sed sic eorum prava apud semetipsos diducunt, ut tamen divino timore restricti terre sub eis jugum reverentiæ non recusent, quia facta præpositorum oris gladio ferienda non sunt, etiam cum recte reprehendenda iudicantur (Taio, ii, 44; Greg., i in Evang., hom. 17, n. 18; Reg. past. p. iii, c. 4).

2. Plerumque clericos ab impudentiæ vitio nonnulli increpatio dura compescit, quia dum se delinquere nesciunt, necesse est ut a pluribus increpentur. Verecundos clericos plerumque ad melius exhortatio modesta componit, quia eis ad conversionem sufficit quod doctor eis mala sua saltem leniter ad memoriam reducit. Major profectus modestis clericis adducitur, si hoc quod in eis reprehenditur quasi manu linguæ blandientis ex latere tangatur. Pusillanimes clericos aptius ad iter bonum agendi reducimus, si quædam illorum bona ex latere requiramus; ut dum in eis

alia reprehendo corripimus, alia amplectendo laudemus, quatenus eorum teneritudinem laus audita nutrit, quam culpa increpata castigat. Plerumque utilius apud clericos proficimus, si et eorum bene gesta memoramus, et si qua ab eis inordinata gesta sunt, non jam tanquam perpetrata corripimus, sed quasi adhuc ne perpetrari debeant prohibemus. Plerique clericorum dum in culpa sua deprehendi metuant, semper improbas defensiones quaerunt, sed pavidis suspicionibus agitantur. Nihil quippe est ad deferendum puritate tutius, nihil ad dicendum veritate facilius; nam dum fallaciam suam tueri cogitur, dum labore cor fatigatur. Plerumque in culpa clerici deprehensi, dum quales sunt cognosci refugiunt, sese sub fallaciae velamen [Gr. Ed. velamine] abscondunt, et hoc quod peccant, quodque jam aperte cernitur, excusare moluntur. Plerumque contingit ut is qui pravorum clericorum culpas corrumpere studet, asperat falsitatis nebulis seductus, pene amisiase se videat, quod de eis jam certum tenebat (Greg., *ibid.*, c. 7, 11).

**CAP. III. De invidiis et protervis subditis.** — 1. Plerumque subditi sub pastoralis regimine constituti, dum valde se elati praesumunt, exprobrando ceteros dedignantur, dum singulariter summa aestimant cuncta quae agunt. Subtiliter itaque ab argute discutienda sunt opera protervorum, ut in quo sibi placent, ostendatur quia Domino displicent. Tunc protervos melius corripimus, cum ea quae bene egisse se credunt male acta monstramus; et unde adepta gloria creditur, inde utilis confusio subsequatur. Homines, inquam, subditi cum se vitium proterviae minime perpetrare cognoscant, compendiosos ad correctionem veniunt, si alius culpa manifestioris, et ex latere requisita, in proprio confunduntur, ut ex eo quod defendere nequeunt cognoscant se tenere improbe quod defendunt. Cum proterve Paulus Corinthios adversum se invicem videre inflatos, ut abus Apollo, alius Pauli, alius Phœbe, alius Christi esse se dicerent (I Cor. 1, 12; III, 4), incestus culpam in medium deduxit, quae apud eos et perpetrata fuerat, et incorrecte remanebat, dicens: *Auditor inter vos fornicatio; et talis fornicatio, qualis nec 237 inter gentes, ita ut uxorem patris quis habeat. Et vos inflati estis, et non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit (I Cor. v, 1)?* Ac si aperte dicat: Quid vos per proterviam huius vel illius dicitis, qui per dissolutionem negligentia nullius vos esse monstratis? Admonendi sunt invidi subditi, ut perpensant quantae caecitatis sunt, qui alieno profectu deficiunt, aliena exaltatione contabescunt; quantae infelicitatis sunt, qui melioratione proximi deteriores sunt (Greg., *Reg. past. p. III, c. 8. Taio. II, 45; Greg., Reg. past. p. III, c. 10*).

2. Dumque augmenta alienae prosperitatis aspirant, apud semetipos anxie afflicti cordis sui peste moriuntur. Dum se invidi a livore minime custodiunt, in antiqui versuti hostis nequitiam demerguntur. De illo namque scriptum est: *Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum (Sap. II, 24)*. Quia enim ipse caelum perdidit, condito homini invidit, et damnationem suam perditus adhuc alios perdendo commutavit. Dicendum est invidis quia dum se ista intrinseca peste contumunt, etiam quidquid se aliud boni habere videntur interimunt. Undo scriptum est: *Vita carnis sanitas cordis. Putredo ossium invidia (Proverb. XIV, 50)*. Per livoris vitium ante Domini oculos pereunt, etiam quae humanis oculis forata videntur. Ossa quippe per invidiam putrescere est quaedam etiam robusta deperire. Ille est vere humilis subjectus in bonis, qui non est defensor in malis; nam tunc de malis suis subjectus arguitur, et contra verba arguentis accenditur, quando et de bonis suis quasi humiliter titubatur, per humilitatis voces ornari appetit, non doceri.

**CAP. IV. De vita vel conversatione monachorum.** —

1. Omnes monachi saeculum relinquentes punire

flendo non desinunt quae deliquerunt. Gravi se dolore afficiunt, quia longe hinc a facie Conditoris projecti, adhuc in aeternae patriae gaudiis non intersunt. De quorum corde bene per Salomonem dicitur: *Cor, quod novit amaritudinem animae suae, in gaudio illius non miscebitur extraneus (Proverb. XIV, 10)*. Corda bonorum monachorum amaritudinem suam noverrunt, quia ærumnam e-silii, qua projecti lacerantur, intelligunt, et quam sunt tranquilla quae perdidissent, quam confusa in quibus deciderunt, sentiunt. Monachi, qui in amaritudine animae sunt, mori mundo funditus concupiscunt, ut sicut in saeculo ipsi nihil appetunt, ita jam a saeculo nulla obligatione teneantur (Greg., *Moral. I, v, c. 3; Taio. II, 45*).

2. Plerumque contingit ut jam monachus mundum non teneat mente, sed tamen mundum monachum quibusdam occupationibus astringat, et ipse quidem jam mundo mortuus est, sed ipsi mundus adhuc vivit. Adhuc namque mundus eum concupiscit, dum alio intentum in suis actionibus rapere contendit. Si uno in loco sint mortuus, et vivens, etsi mortuus vivum non videt, vivens tamen mortuum videt. Si vero utrique sint mortui, alter alterum nequaquam videt. Itaque jam mundum non amat, sed tamen ab illo vel non volens amatur; etsi ipse velut mortuus mundum non videt, hunc tamen mundus adhuc non mortuus videt. Si vero nec ipse in amore mundum retinet, nec rursus a mundi amore retinetur, vicissim sibi utrique extincti sunt, quia dum alter alterum non appetit, quasi mortuus mortuum non attendit. Cum huius mundi gloria tristibus gementibusque tribuitur, poena se validissimi timoris 238 afficiunt; quia etsi ipsi mundum non tenent, adhuc tamen tales esse se metuunt, qui a mundo teneantur; quia nisi ei quantumcunque viverent, hos ad usum suum procul dubio non amaret.

3. Mare enim viva corpora in semetipso retinet, nam mortua extra se protinus expellit. Nonnunquam monachi idcirco ad concepta desideria minime perveniunt, ut, ipsa interveniente tarditate, ad eadem desideria laxato mentis sinu dilatentur. Quare quae extenuari fortasse impleta portant, magna dispositione agitur, ut repulsa multiplicius crescant. Plerique monachorum sic in praesens saeculum mortificari appetunt, ut jam perfecte, si liceat, Conditoris sui faciem contemplantur; sed eorum desiderium differtur, ut proficiat, et tarditatis spona sinu nutritur, et crescat. In Canticis canticorum sponsa sponsi sui faciem anhelans amat: *In lectulo meo per noctes quasi vi quem diligit anima mea; quasi vi illum, et non inveni (Cant. III, 1)*. Abscondit se sponsus, cum quaeritur, ut non inventus ardentius quaeratur. Quare differtur quaerens sponsa ne inveniatur, ut tarditate sua capax reddita, multiplicius quandoque inveniat quod quaerebat. Cum spirituales monachi plene mortificationem suam appetunt, quanto sunt viciniore ad finem, tanto se exhibent ardentiores in opere (Grey., *ibid.*, c. 4, n. 6).

4. Laborando ergo non deficiunt, sed magis ad usum laboris crescunt; qui quoniam praemia propinquiora considerant, eo in opere delectabilius exsultant. Plerique monachorum, qui ab operibus mundi non corpore [Al., non torpore], sed virtute sopiuntur, laboriosius dormiunt quam vigilare poterunt, quia in eo quod actiones huius saeculi deserentes superant, robusto conflictu quotidie contra semetipsos pugnant, ne mens per negligentiam torpeat, ne subacta otio ac desiderio ad desideria immunda frigescat, ne ipsius bonis desideriis plus justo inferveat, ne sub discretionis specie sibiinet parcendo a perfectione languescat. Bonus monachus ab huius mundi inquieti concupiscentia se penitus subtrahit, ac terrenarum actionum strepitum deserit, et per quietis studium, ejus mens virtutibus intenta, quasi vigilans dormit.

**CAP. V. De humilitate vel opere monachorum.** —

1. Admonendus est monachus ut reverentiam habitus sui in actu, in lectione, in cogitatione sua sem-

per circuminspiciat, ac ea quæ mundi sunt perfecte deserat, et quod ostendit humanis oculis habitu, hæc ante Domini oculos moribus præterdat. Omnes monachi qui in curis exterioribus spargi refugunt, simplices in cogitatione atque in conscientiæ suæ habitatione consistunt (Taio, II, 46; Greg., Moral., V, c. 11, n. 20).

2. Hinc de Jacob scriptum est: *Vir autem Jacob habitat simplex in tabernaculis* (Gen. xxv, 27). In tabernaculis enim habitare sese perhibentur electi monachi, cum eis transitoria prosperitas arridet, favorem mundi quasi descientes dissimulant, et forti gressu interius hoc, unde exterius sublevantur, calcant. Sæpe bona agentes monachi paterna adhuc flagella sentiunt, ut tanto perfectiores ad hereditatem veniant, quanto eos pie feriens disciplina quotidie [Al., etiam de] minimis purgat.

CAP. VI. De tepiditate vel otio monachorum. —

1. Nonnulli monachorum mundi quidem actiones fugiunt, sed nullis virtutibus exercentur. Hi nimirum tepore, non studio, dormiunt, et idcirco in terra conspiciunt, quia caput non in Lapide, sed in terra posuerunt. 239 Plerumque monachis contingit ut quanto securius ab externis actionibus cessant, tanto laetius immunda in se cogitationis strepitum per otium congerant. Unde sub Judææ specie per prophetam torpens otio anima desertur, cum dicitur (Thren. I, 7): *Viderunt eam hostes, et deriserunt Sabbata ejus* (Taio, II, 49; Greg., Moral., V, 31, n. 53).

2. Plerumque præcepto legis ab exteriori opere in Sabbato cessatur. Hostes ergo Sabbata videntes irrident, cum maligni spiritus ipsa vacationis otia ad cogitationes illicitas pertrahunt, ut unaquæque anima, quo remota ab externis actionibus Deo creditur servire, eo magis tyrannidi illicitæ famuletur. Per sapientissimum Salomonem dicitur (Proverb. xviii, 9): *Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater est dissipantis sua opéra* (Greg. Reg. past., p. III, c. 31).

3. Inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem non sublevat, si operandi ipsa remissio contra hoc quod operatum est pugnat. Si, quod mortis [Gr. Ed., si enim quod mortuum] in nobis est ad vitium non accenditur, hoc etiam exstinguitur, quod quasi adhuc vivum tenetur. In hoc mundo humana anima quævis more navis est contra ictum fluminis consentiens. Uno in loco stare nequaquam permittitur, quia ad ima relabatur, nisi ad summam conetur.

CAP. VII. De adhibendis pro corporis necessitate subsidiis. — 1. Cum naturæ nostræ necessitatibus plerumque, plusquam expedit, deseruimus, mentisque curam negligimus, ex miseria negligentia infirmitatisque nostræ addimus squalorem culpæ. Necessitates præsentis sæculi hoc habere valde periculosum solent, quod sæpe in eis minime discernitur quid circa illas per utilitatis studium, et quid per voluptatis vitium agatur. Infirmitati naturæ nostræ negligentiam relaxare nihil est aliud quam calamitatis miseriam addere, atque actionum [Al., infirmitatem... per negligentiam... atque vitiorum] squalorem ex eadem miseria multiplicare (Greg., Moral. II, 14, n. 28; Taio, III, 12).

2. Sa, uti viri in omne quod agunt studiosissima intentione discernunt, ne quid plus ab eis naturæ suæ infirmitas quam sibi debetur exigat, ne sub necessitatis tegmine in eis vitium voluptatis excrescat. Electi viri aliud ex infirmitate, aliud ex tentationis suggestionem sustinent, et quasi quidam rectissimi arbitri [Al., arbitres] inter necessitatem voluptatemque constituti, hanc consolando et sublevando, illam premitendo frenant. Unde fit ut eisi infirmitatis suæ calamitatem tolerant, tamen ad squalorem miseræ per negligentiam non descendunt.

3. Hoc ipsum enim esse in calamitate est necessitates naturæ ex carnis corruptibilis infirmitate sustinere. Præsentis vitæ necessitates cupiebat evadere qui dicebat: *De necessitatibus meis eripe me* (Psal.

A xxiv, 17). Sciebat enim plerumque voluptatum culpæ (ex necessitate) occasione prorumpere, et ne quid sponte illicitum admittiret, hoc ipsum satagebat evelli, quod nolens ex radice tolerabat.

4. Plerique cum tegendis membris vestimenta quærunt, non solum quæ legant, sed etiam quæ extollant, expetunt; et contra torporem frigus non solum quæ per pinguedinem muniunt, sed etiam quæ per molliem delectent; non solum quæ per molliem tantum mulceant, sed etiam quæ per colorem oculos seducant. De his ergo necessitatibus liberari Psalmista desiderans, ait: *De necessitatibus meis eripe me*. Necessitatis enim 240 causam in usum voluptatis vertere, quid est aliud quam calamitati suæ squalorem miseræ sociare?

5. Plerumque replemus refectionibus corpus, ne extenuatum deliciat; extenuamus abstinentia, ne nos repletum premat; vegetamus motibus, ne situ immobilitatis intereat; sed citius hoc collocando sistimus, ne ipsa sua vegetazione succumbat; adjuvamento hoc vitis tegimus, ne frigus interimat. Et quæ sunt adjuncta [Al., et quævis adjuncta] projecimus, ne calor exurat. Tot ergo diversitatibus occurrentibus, quid agimus, nisi corruptibilitati servimus, ut saltem multiplicitas impensæ obsequii corpus sustineat, quod anxietas infirmæ mutabilitatis gravat (Greg., Moral., IV, 34, n. 68).

CAP. VIII. De electis inter tumultus reproborum bene viventibus. — 1. Querimus plerique cur non omnes boni sunt qui nobiscum vivunt? Mala proximorum ferre nolumus. Omnes sanctos jam debere esse discernimus, dum esse nolumus quod ex proximis portemus. Sed hac in re luce clarius patet, dum malos portare renuimus, quam multum adhuc ipsi de bono minus habeamus. Neque enim perfecte bonus est, nisi qui fuerit et cum malis bonus. Beatus Job de semetipso asserit dicens: *Frater sui draconum, et socius struthionum* (Job. xxx, 29). Hinc Paulus apostolus discipulis dicit (Philipp. II, 15): *In medio nationis pravæ et perversæ, inter quos lucetis, sicut lumen in mundo* (Taio, III, 15; Greg. I, in Ezech., hom. 9, n. 22).

2. Hinc Petrus pastor gregis dominici ait: *Justum Lot oppressum a nefandorum impudica conversatione eripuit; aspectu enim et auditu justus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam justi iniquis operibus cruciabant* (II Petr. II, 7). Dum de vita proximorum sæpe querimus, mutare locum cupimus, conamur secretum vitæ remotioris eligere habitaculum, videlicet ignorantes quia si desit sanctus Spiritus, non adjuvat locus. Lot denique in Sodomis sanctus exstitit, sed in monte peccavit. Quia autem loca mentem non muniunt, ipsi humani generis primus parens testatur, qui et in paradiso graviter cecidit.

3. Sed minus sunt omnia quæ loquimur ex terra, nam si locus salvare potuisset, Satan de cælo non caderet. Psalmista David ubique in hoc mundo tentationes esse conspiciens, quæsit locum quo fugeret, sed sine Deo non potuit munitum invenire. Ex qua re et ipsum sibi locum fieri petiit, propter quem locum quæsit, dicens: *Esto mihi in Deum protectorem, et in locum munitum, ut salvum me facias* (Psal. xxx, 3). Sicut gravioris culpæ est inter bonos locum non esse, ita immensis est præconii bonum etiam inter malos exstitisse.

CAP. IX. De passione electorum et compassione proximorum. — 1. Sancti viri tribulationum bello deprehensi, uno eodemque tempore alios ferientes atque alios suadentes ferunt. Illis opponunt scutum patientiæ, istis jacula intorquent doctrinæ. Ad utrumque pugnandi modum mira virtutis arte electi viri se erigunt, quatenus et interius sapienter doceant, et foras fortiter adversa contemnant. Hos docentes corrigant, illos tolerantes prement. Electi viri insurgentes hostes patienter despiciunt, infirmantes vero civis compatiuntur ad salutem. Illis resistunt, ne et alios subtrahant; de istis metuunt, ne vitam rectitudinis

funditus perdat (Taito, III, 35; Greg., Moral., III, 21, A n. 30).

**241** 3. Pensetur cuius laboris sit Paulum apostolum uno eodemque tempore et foris adversa tolerare, et intus infirma protegere. Foris pugnas patitur, et quia verberibus scinditur, catenis ligatur; intus metum tolerat, quia passionem suam non sibi, sed discipulis obesse formidat. Altorum casus Apostolus in propria passione metuebat, ne, dum et ipsum discipuli afflictum pro fide verberibus agnoscerent, fideles se propter recussarent. Unde et eisdem scribit, dicens: *Nemo moveatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus (1 Thess. III, 3).*

3. O immensa [Ed. Gr., immensa] charitatis viscera Pauli apostoli! Despicit passiones, quas ipse patitur, et curat ne quid prave persuasionis discipuli in corde patiantur. In se contemnit vulnera corporis, et in aliis vulnera medetur cordis. Dum viri fortes in acie assistunt, illic jaculis adversantia pectora feriunt; hinc sculp postpositos debiles trahunt, atque ita utrobique velocitate circumspeditionis invigilant, quatenus et ante se audaces confodiant, et post se trepidos a vulnere defendant.

**CAP. X. De discretione.** — 1. Magnum est disciplinæ magisterium subtilitatis discretionis, quatenus quisque rector culpas delinquentium discrete noverit parcere, et pie rescare. Qui autem sic dimittant peccata, ut non corrigant, aut sic quasi corrigendo feriant, ut non dimittant, discretionis spiritum non habent. Scriptum in libro Genesis est: *Si recte offeras, et recte non divides, peccasti (Gen. IV, 7, sec. LXX).* Recte offertur, cum recta intentione quid agitur; sed recte non dividitur, si non hoc quod pie agitur etiam subtiliter discernatur. Oblata recte dividere, est quælibet bona nostra studia discernendo pensare. Quare nimirum qui agere dissimulat, etiam recte offerens peccat (Greg. II in Esach., hom. 9, n. 20; Taito, III, 42; Greg. Mor. III, 13).

2. Saepe quod bono studio gerimus, dum discernere caute negligimus, quo iudicatur sine nescimus. Quare nonnunquam hoc fit reatu [Al., reatus] eriminis, quod putatur causa virtutis. Recte ergo offerimus, cum bono studio bonum opus agimus; sed recte non dividimus, si habere discretionem in bono opere postponamus. Ille enim angustam viam ingreditur, qui in cunctis quæ agit discretionis subtilitate sollicite coarctatur. Nam qui pro voluntate propria secunda mente se dilatat, angustæ sibi portæ aditum damnat. Sancta Ecclesia, quæ ex causis singulis tentamenta prodeant per discretionem conspicit, et ventura vitiorum bella ex alto deprehendit (Greg. I in Esach., hom. 2, n. 12; Moral. XVIII, 11, n. 26).

**CAP. XI. De penitentia.** — 1. Omnis peccator in penitentia duplum habere gemitum debet; nimirum, quia et bonum quod oportuit non fecit, et malum quod non oportuit fecit. Cum ad bona opera non asurgimus, necesse est ut nosmetipsos dupliciter deseamus, quia et recta non fecimus, et prava operati sumus. Per beatum Moysen unus turtur pro peccato, alter vero offerri in holocaustum iubetur (Levit. v. 7). *Holocaustum* namque totum incensum dicitur. Unum ergo turturum pro peccato offerimus, cum pro culpa gemitum damus; de altero holocaustum facimus, cum pro eo quod bona negleximus [Al., negligimus], nosmetipsos funditus succedentes igne doloris ardeamus (Taito III, 47; Greg., Moral. XXXII, 3, n. 4).

2. Beatus Job per flagella proficiens, et a semetipso in magna sui redargutione dissentiens, dicit: *Idcirco ipse me reprehendo et ago penitentiam 242 in favilla, et cinere (Job. XII, 6).* In favilla enim et cinere penitentiam agere est, contemplata summa essentia, nihil aliud quam favillam se cinerem cognoscere. In cilicio asperitas et punctio peccatorum, in cinere autem pulvis ostenditur mortuorum.

Quare idcirco utrumque hoc adhiberi ad penitentiam solet, ut in punctione cilicii cognoscamus quid per culpam fecimus, et in favilla cineris perpendamus quid per iudicium facti sumus. Considerentur ergo in cilicio pungentia vitia. Considerentur in cinere per mortis sententiam subsequens justa pœna vitiorum, quia propter peccatum carnis contumeliæ surrexerunt.

3. Videat homo in asperitate cilicii superbiendo quid fecit, rideat in cinere usquequo peccando pervenit. Quæ quodam cilicio peccator pungitur, dum in mente sua a peris redargutionum stimulis confringitur [Al., conficitur]. In cinere autem agit penitentiam, qui ex primo peccato quid per justum iudicium factus sit solerter attendit. In tenebris diem vertimus (Job. III, 4), cum nosmetipsos districtè punientes ipsa delectationis prave blandimenta per districtæ penitentiam laimentis cruciamus. Quare fiendo insequimur quiddam in corde tacti [Al.; tacti] ex delectatione peccamus. Omnipotens Dominus subtiliter acta nostra considerat, et tamen hæc penitentibus misericorditer relaxat; qui et duritiam in peccantibus conspiciit, sed tamen hanc præveniente gratia (ad penitentiam) emollit (Greg., Moral., IV, 14, n. 26).

4. Culpas nostras Dominus enumerat, cum nos ipsos ad singula quæ fecimus desecunda convertit; quas misericorditer relaxat, quia eas dum nos punimus, ipse nequaquam in extremo examine iudicat, Paulo attestante, qui ait: *Si nosmetipsos dijudicaverimus, non utique iudicabimur (1 Cor. XI, 31).* Quid exterius agimus, nisi penitentia interveniente diluamus, in secreto iudiciorum Dei sub quadam occultatione servatur, ut quandoque etiam de sigillo [Al., de sacculo] secreti exeat ad iudicium publicum. Cum vero pro malis quæ fecimus disciplinæ flagello atterimur, et hæc per penitentiam desilemus, iniquitatem nostram signat, et curat, quia nec inulta hic deserit, nec in iudicio punienda reservat (Greg., Moral., XII, 17, n. 2).

5. Beatus Job, humani generis assumens personam, dicit: *Signasti quasi in sacculo delicta mea (Job. XIV, 17).* Peccata nostra signantur in sacculo, cum mala quæ fecimus, sollicito semper corde pensamus. Quid namque est cor hominis, nisi sacculus Domini, ubi dum studiosè conspicimus per quanta deliquimus, peccata nostra quasi in Domini sacculo signata portamus, quia culpas quas nos intendo et penitendo cognoscimus, pius nobis conditor relaxat. Recte post signata in sacculo delicta dicitur: *sed curasti iniquitatem meam.* Ac si aperte dicat: Quæ modo signas, ut penitendo videam, agis procul dubio ne in retributione videantur.

**CAP. XII. De confessione peccatorum.** — 1. Humilitatis testimonia sunt, et iniquitatem suam quemquam cognoscere, et cognitam voce confessionis aperire. Usitatum humani generis vitium est, et labendo [Gr. Ed., latendo] peccatum committere, et commissum non confitendo prodero, sed negando defendere, atque convictum defendendo multiplicare. Ex illo quippe lapsus primi hominis hæc augmenta nequitie ducimus, ex quo ipsam radicem traximus culpe. Ad hoc primus **243** homo requisitus fuerat, ut peccatum quod transgrediendo commiserat confitendo dederet; et interrogatur ubi esset (Gen. III, 10), ut perpetratam culpam respiceret, et confitendo cognosceret quam longe a conditoris sui facie abesset (Taito, III, 48; Greg. Moral., XXII, 13, n. 30).

2. Indicia veræ confessionis sunt, si cum quisque se peccatorem dicit, id de se dicenti etiam alteri non contradicit. Scriptum est: *Iustus in principio accusator est sui (Proverb. XVIII, 17).* Non magis peccator, sed iustus videri appetit, cum peccatorem se quisque nullo arguente confiteatur. Confessionis veritatem probat, cum alter malum quod fecimus increpat. Quod si superbe defendimus, liquet quia

peccatores nos ex nobis fecte dicebamus. Curandum summiopere est ut mala quæ fecimus, et sponte fateamur, et hæc aliis arguentibus non negemus. Superbiæ quippe vitium est, ut quod se fieri quisque quasi sua sponte dignatur, hoc sibi dici ab aliis dedignatur. Pignus debitoris est confessio peccatoris. A debitore enim pignus accipitur, cum a peccatore jam peccati confessio tenetur.

**CAP. XIII. Quot sint genera somniorum.** — 1. Sciendum magnopere est quod sex modis tangunt animum imagines somniorum. Aliquando namque somnia ventris plenitudine, vel inanitate, aliquando vero illusionē, aliquando cogitationē simul et illusionē, aliquando revelationē, aliquando autem cogitationē simul et revelationē generantur. Sed duæ quæ prima diximus, omnes experimento cognoscimus. Subiuncta autem quatuor in sacra Scripturæ paginis invenimus. Somnia etenim si plerumque ab occulto hoste præ illusionē fierent [Forte, non fierent], nequaquam hoc vir Sapiens indicaret, dicens : *Multos errare fecerunt somnia, et illusiones vanæ (Eccli. xxxiv, 7), vel certe : Non augurabimini, nec observabitis somnia (Levit. xix, 26).* Quibus profecto verbis, cujus sint detestationis ostenditur quæ augurii conjunguntur (Greg., Moral. viii, 4, n. 42; Taio iv, 7).

2. Rursum, nisi aliquando ex cogitatione simul et illusionē procederent, Salomon minime dixisset : *Multas curas sequuntur somnia (Eccl. v, 2).* Nisi aliquando somnia ex mysterio revelationis orirentur, Joseph præferendum se fratribus per somnium non videret (Gen. xxvii, 7), nec Mariæ sponsum, ut ablato puero, in Ægyptum fugeret, per somnium Veritas admoneret (Matth. ii, 13, 14). Rursum, nisi aliquando somnia cogitatione simul et revelationē procederent, nequaquam Daniël propheta Nabuchodonosor visionem disserens, a radice cogitationis inchoasset, dicens : *Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo quid esset futurum post hæc (Dan. ii, 29).* Quare qui revelat mysteria ostendit tibi quæ ventura sunt.

3. Quare paulo post : *Videbas, et ecce quasi statua una grandis; statua illa magna, et statura sublimis stabat contra te, et cetera.* Daniël itaque dum somnium et implendum reverenter insinuat, et ex qua ortum sit cogitatione manifestat, patenter ostendit quia hoc plerumque ex cogitatione simul et revelationē generetur. Cum somnia tot rerum qualitatibus alterent, tanto eis credi difficilius debet, quanto et ex quo impulsu veniant facilius non elucet. Sancti viri inter illusiones atque revelationes ipsas visionum voces aut imagines quodam intimo sapore discernunt, ut sciant, vel quid a bono spiritu percipiant, vel quid ab illusionē [Al., illusore] patiantur (Greg. Dialog. iv, c. 48).

**244** 4. Si erga somnia mens cauta non fuerit, per deceptorem spiritum multis se vanitatibus immergit; qui nonnunquam solet multa vera prædicere, ut ad extremum valeat animam ex una aliqua falsitate laqueare. Sæpe malignus spiritus his quos amore vitæ præsentis vigilantes inspicit [Al. intercipit], prospera et iam dormientibus promittit, et quos formidare adversa considerat, eis hæc durius somnii imaginibus intentat, quatenus indiscretam mentem diversa qualitate afficiat, eamque aut spe sublevans, aut deprimens timore, confundat (Greg., Moral. viii, 24, n. 43).

5. Sæpe antiquus hostis etiam sanctorum corda afficere somniis nititur, ut ab intentione cogitationis solidæ ad tempus saltem momentumque devierent, tanquam ipsi protinus animum ab illusionibus imaginationis discutiant; sed hostis insidians, quod eos vigilantes minime superat, eos dormientes gravius impugnat. Humani generis hostem maligne agere etiam per somnia superna dispensatio benignè permittit, ne in electorum cordibus ipse saltem a passionis prænio sonans vacet.

**CAP. XIV. De nocturnis illusionibus.** — 1. Noctur-

num est somnium tentatio occulta, per quam tenebrosa cogitatione turpe aliquid corde concipitur, quod tamen corpore non expletur. Somnio nocturno pollutus egredi extra castra per Legem præcipitur (Deut. xxiii, 40), quia videlicet dignum est ut qui immunda cogitatione polluitur indignum se cœcorum fidelium societatis arbitretur, culpæ suæ meritum ante oculos ponat, et ex bonorum se æstimatione despicat (Taio, iv, 8; Greg., Moral. ix, c. 55, n. 81).

2. Nocturno pollutus somnio post occasum solis aqua lotus ad castra per Legem redire præcipitur, quia necesse est ut, deservescente tentationis ardore, unusquisque fiduciam iterum erga societatem bonorum sumat. Post lavationem aque, occumbente sole, ad castra revertitur qui post lamenta penitentiae, frigescente flamma cogitationis illicitæ, ad fidelium merita persumenda [Al., præsumenda] reparatur; ut jam se a cæteris longe esse non æstimet, qui mandum se per obitum intimi ardoris gaudet.

**CAP. XV. De multimodis argumentationibus Satanae.** — 1. Per argumenta pestifera antiquus hostis calliditatis suæ vires erigit, et fluxa mortalium corda corrumpit, unde voce dominica dicitur ad beatum Job : *Nervi testicularum ejus perplexi sunt (Job xi, 12).* Testes ejus sunt suggestiones prævæ, quibus in (mentis) corruptione fervescit, atque in conspurata anima iniqui operis prolem gignit. Testicularum Vehemoth nervi perplexi sunt, quia suggestio-num illius argumenta vehementius alligantur, ut plerosque ita peccare faciant, quatenus si fortasse peccantem fugere appetat, hoc sine alio peccati laqueo non evadant, et culpam faciant, dum vitant; ac nequaquam se ab una valeant solvere, nisi in alia consentiant ligari (Taio, iv, 9; Greg., Moral. xxxii, 20, n. 35).

2. Aliquando quisque cuncta quæ mundi sunt deserens, ac per omnia frangere proprias voluntates quærens, alieno se subdere regimini appetit. Sed eum qui sibi ad Dominum præesse debeat minus cauta inquisitione discernit, cui fortasse in qui sine judicio eligitur, cum præesse jam cœpit, agere quæ Dei sunt prohibet, quæ mundi sunt jubet. Pensans itaque subditus, vel quæ sit culpa inobedientiæ, vel quod contagium sæcularis vitæ, et obedire trepidat, et non obedire formidat, ne **245** aut obediens, Deum in suis præceptis deserat, aut rursus non obediens, Deum in electo priore contemnat.

3. Aperite ergo iste per indiscretionis suæ vitium perplexis testicularum Vehemoth nervis astringitur, quia aut obtemperans, aut certe non obtemperans, ligatur in culpa transgressionis. Studeat proprias voluntates frangere, et curat eas etiam, contempto priore, solidare. Decrevit mundum funditus relinquere, et ad curas mundi ex aliena voluntate compellitur redire. Est quoddam argumentum, quod ad destruendum Satanae versutias utiliter fiat, ut cum mens inter minora et maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato evadendi locus vel aditus patet, minora semper eligantur, quia et qui murorum undique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugam præcipit ubi brevior mures invenitur.

**CAP. XVI. De multimodis vitis.** — 1. Antiquus hostis tentationis suæ vulnere ab omni parte impoñitur. Sæpe enim dum gula resurgitur, ut libido subigitur, inanis gloriæ aculeus mentem pulsat. Si autem corpus abstinentiæ afflictione non atteritur, contra mentem libidinis flamma se excitat. Sæpe dum servare parcimoniam nitimur, ad tenaciam labimur. Et sæpe dum possessa effuse tribuimus, ad avaritiam ducimur, quia rursus colligere quærimus quod tribuimus. Omne peccatum hostis quidem calidum suadet, sed nos ejus suasionibus consentiendo, nisi due peccata perpetrando cumulamur. Plerumque dum vitiorum turbas vel desideriorum carnalium turba se excitant, prostratam mentem pede miseris tro-



quentationis calcant (*Taio*, iv, 10; *Greg.*, *Moral.* xiii, A 16, n. 19; iv, 30, n. 57).

2. Alius juri se luxuriæ subdit, atque ante mentis oculos schemata turpium pertractationum [*Al.*, perperationum] fingit; et cum effectus non tribuitur operis, hoc crebrius agitur intentione cogitationis. Voluptatis perfectio quaeritur, et concussus enormiter animus hinc inde, et sollicitus, et cæcatus occasionem nequissimæ expletionis rimatur. Mens itaque hæc quasi quemdam populum patitur, quæ insolenti vitiorum tumultu vastatur.

3. Alius iræ se dominio stravit, et quid in corde nisi jurgia [*Al.* add. etiam], quæ desunt, peragit? Hic sæpe presentes non videt, absentibus contradicit. Intra semetipsum contumelias profert et recipit; receptis autem durius respondet; et cum qui obvius nullus adsit, magnis clamoribus rixas in corde componit. Turbam itaque hic intus sustinet, quem pondus vehemens inflammata cogitationis premit.

4. Alius juri se avaritiæ tradit, et fastidius propria, aliena concupiscit. Hic plerumque, concupita ad pisci non valens, dies quidem in otio, noctes vero in cogitatione versat. Torpet ab utili opere, quia fatigatur illicita cogitatione. Consilia multiplicat, et si um mentis cogitationibus latius expandit. Nonnunquam cupiditate alienæ rei humanus animus vicinis jam quasi quæ concupierat possidet, et quasi ad meliorem speciem impulsu cogitationis adducit. Sed mox insidias invidentium considerat, et quid contra se jurgii moveatur pensat. Exquirat quid respondeat, et cum rem nullam teneat, jam in defensione rei pugnat. Quamvis ergo nihil de concupita re ceperit, habet tamen in corde 246 jam fructum concupiscentiæ, laborem rixæ. Graviter itaque quasi populo premitur, qui instigantis avaritiæ tumultu vastatur.

5. Alius tyrannidi superbiæ subjecitur, et cor miserum dum contra homines erigit, vitio substernit. Honorum sublimium infulus appetit, exaltari successibus exquirat; totumque quod esse desiderat sibi apud semetipsum cogitationibus dopingit. Jam quasi tribunali præsidet. Jam sibi parari obsequia subjectorum videt. Jam quasi cæteris eminent. Jam alius mala irrogat; aliis, qui irrogaverunt, recompensat. Jam apud semetipsum sipatus cuneis ad publicum procedit, et quibus obsequis fulciatur conspiciat.

6. Homo vitiiis subditur, dum in multis phantasiis inani cogitatione huc illucque versatur. Alia conculeat, alia sublevat. Jam de conculeatis satisfactis odii, et de sublevatissimis recipit favorem. Qui igitur tot phantasmata cordi imprimit, quid iste aliquid quam quasi somnium vigilans videt? Dumque tot rerum causas quas fingit tolerat, nimirum intrinsecus natas ex desiderijs turbas portat. Plerumque homo dum familiariter vitiiis jungitur, eorum procul dubio causis implicatur, quibus sæpe consentit in illicitis, et mala quæ propter semetipsum non appetit, committit propter altera quæ non dereliquit.

CAP. XVII. De nonnullis vitiiis quæ virtutes se esse simulant. — 1. Plerumque vitia virtutes se esse mentiuntur. Nam sæpe sub parcimoniam nomine se tenacia palliat, contraque se effusio sub appellatione largitatis occultat. Sæpe inordinata remissio pietas creditur, et effrenata ira spiritualis zeli virtus existimatur. Et sæpe præcipitata actio velocitatis efficacia, atque agendi tarditas gravitatis consilium putatur. Neceesse est ut electus quisque virtutes ac vitia vigilantia cura discernat, ne aut cor tenacia occupet, et parcum se videri in dispensationibus exsulet, aut cum effuse quid fuerit perditum, largum se, quasi miserando, gloriatur, aut remittendo, quod ferre debuit, ad æterna supplicia subditos pertrahat, aut immaniter feriendo, quod delinquitur, ipse gravius delinquat, aut hoc, quod agi recte ac graviter potuit, immature perveniens leviget, aut bonæ actionis meritum differendo ad deteriora permutet.

Aliquando discretionis imaginem oculis hominum immunitus spiritus obijcit, et ad indiscretionis laqueos perducit. Sicut est cum impulsu ejus pro infirmitate nobis plus alimentorum quam discreta concedimus, sed indiscrete contra nos bella carnis excitamus (*Taio*, iv, 11; *Greg.*, *reg. past.* p. ii, c. 9; *Moral.* iii, 36, n. 68).

2. Aliquando humani generis adversarius imaginem humilitatis ostentat, ut effectum utilitatis [*Al.*, affectum humilitatis] subtrahat. Sicut est cum quosdam plus quam sunt infirmos atque inutiles sibi metipsis asserit, ut dum se nimis indignos considerant, res in quibus prodesse proximis poterant, ministrare pertimescant. Diversa [*Al.*, universa] vitia, quæ sub specie virtutum antiquus hostis occultat, valde subtiliter manus compunctionis examinat. Qui enim veraciter intus dolet, quæ agenda foras, quæ non agenda sint, fortiter prævidet. Si forti studio nos contra vitiorum incentiva stringimus, ipsa etiam vitia ad usum virtutis immutamus. Nonnullos ira possidet; sed hanc dum rationi subjiciunt, in sancti zeli mysterium vertunt. Nonnullos superbia 247 erigit, sed dum divinæ fortitudini animi inclinant, hanc ad defensionem justitiæ in vocem liberæ auctoritatis commutant. Sæpe dum castitatis munditia quisque extollitur, sordide avaritiæ foedatur, et dum virtute largitatis speciosus ostenditur, luxuriæ maculis inquinatur; dumque castitatis atque largitatis decore vestitur, velut ex zelo justitiæ, crudelitatis atrocitate fuscatur.

CAP. XVIII. Quod ex virtutibus virtutes, et ex vitiiis vitia oriuntur. — 1. Omnes virtutes in conspectu Conditoris vicaria ope se sublevent; ut quia una virtus sine alia vel nulla est omnino, vel minima, vicissim sua conjunctione succulant. Nulla bona sunt cætera, si oculi Judicis oculis castigatis testimonio non approbantur, si vel castitatem humilitas deserat, vel humilitatem castitas relinquat, apud auctorem humilitatis et munditiæ prodesse nihil prævalet, vel superba castitas, vel humilitas coinquinata. Cum dominio vitiorum contradicimus, iniquitati, quæ nos a Domino separat, reluctamur; cum conuetudini violentè resistimus, et desideria perversa calcantes, contra hanc jus nobis libertatis ingenitæ vindicamus, acerrimo conflictui resistimus; cum culpas poenitendo percussimus, et maculas sordium flentibus lavamus, et fortiter contra vitia reluctamur (*Taio*, iv, 12; *Greg.*, *Moral.* xxi, 3, n. 6).

CAP. XIX. De cogitationibus noxiis et innoxias. — 1. Plerumque ex bonis operibus discimus quantum vitæ munditiæ in cogitatione construamus; peno cuncta bona opera ex cogitatione procedunt, sed sunt nonnulla cogitationis acumina, quæ ex operatione nascuntur; nam sicut ab anima opus sumitur, ita rursus ab opere animus eruditur. Valde necesse est ut cum cogitatio extra usum ducitur, protinus mentis oculus ad opera transacta revocetur. Ac penset quisquis quid subjectus egerit, et repente cognoscat. Sæpe misericors Dominus eo citius peccata cordis abluit, quo hæc exire ad opera non permittit; et cogitata nequitia tanto citius solvitur, quanto effectu operis districtius non ligatur. Per egregium Psalmistam dicitur (*Psal.* xxxi, 5): *Dixi: Pronuntiabo adversum me injusitias meas Domino, et tu remisisti impietates cordis mei* (*Taio*, iv, 13; *Greg.*, *Moral.* x, 15, n. 26; *Reg. past.* p. iii, c. 29).

2. Qui enim impietatem cordis subdidit, quia cogitationum injustitias pronuntiare velit, indicavit, dum ait: *Dixi, pronuntiabo*, atque illico adjungit: *Et tu remisisti*. Quam sit de cogitationibus facilis venia, ostendit, qui dum se aliquid adhuc promittit petere, hoc quod se petere promittebat obtinuit. In sola nonnunquam cogitatione desinquitur, et quia usque ad opus non venit culpa, usque ad cruciatum non pervenit poenitentia; sed cogitata afflictio mentem citius tergit quam nimirum tantummodo cogitata iniquitates polluit. Idem Psalmista ait: (*Psal.* xxxviii,

6) : *Computraerunt, et deterioraverunt cicatrices meae a facie insipientiae meae* (Greg., *Moral.* ix, 53, n. 83).

3. Sæpe namque hoc, quod a conspectu iudicis jam metu interveniente deletum est, ad animum per cogitationem redit, et deviata culpa ad delectationem rursus inserpere nititur, atque in antiquo certamine reditiva pulsatione reparatur, ita ut quod prius egit in corpore, hoc importuna cogitatione postmodum verset in mente. Sancti viri, qui exterioribus ministeriis de-ervire officii necessitate coguntur, studiosè semper ad cordis secreta refugiunt, ibique cogitationis intimæ cacumen ascendunt, 248 et legem quasi in monte percipiunt, dum, postpositis tumultibus temporalium actionum, in contemplationis suæ vertice supernæ voluntatis sententiam perscrutantur. Sæpe corda iustorum subortæ cogitationes poluunt, et temporalium rerum delectationem tangunt. Sed dum citius manu sacræ discretionis abiguntur, festine agitur, ne cordis faciem caligo tentationis operiat, quæ hanc jam licita delectatione tangebatur (Greg., *Moral.* xxii, 20, n. 53; *Ibid.*, xvi, 42, n. 53).

4. Nonnunquam in ipso orationis nostræ sacrificio importunæ se cogitationes ingerunt, quæ hoc rapere, vel maculare valeant, quod in nobis Domino hæntes immolamus. Abraham patriarcha, cum ad occasum solis sacrificium offerret, insistentes aves pertulit, quas studiosè, ne oblatum sacrificium raperent, abegit. Sic nos dum in ara cordis holocaustum Domino offerimus, ab immundis hoc volucribus custodiamus, ne maligni spiritus et perversæ cogitationes rapiant, quod mens nostra offerre se Domino sperat. Cum intentionem nostram nequam potestas divini adjutorii deserit, quasi sacrificium super petram positum angelus virga contingit.

5. De petra enim ignis exiit, et jus, pellem carnesque consumit, quæ efflatus a Redemptore spiritus tanta cor nostrum flamma compunctionis concremat, ut omne quod in eo est illicitum, et operis et cogitationis, exurat. Plerumque mentem hominis tumultus inanum cogitationum depimunt: ira perturbat, et cum recedit ira, succedit inepta lætitia; luxuriæ stimulus urgetur; æstu avaritiæ longe lateque ad ambienda quæ terrena sunt tenditur; et aliquando hanc superbiam elevat, aliquando vero inordinatus timor infirmis deponit (Greg., *Moral.* xi, 46, n. 60).

CAP. XX. *De superbia et vana gloria.* — 1. Occasio perditionis nostræ facta est superbia diaboli, et argumentum redemptionis nostræ inventa est humilitas Dei. Multis sæpe superbia luxuriæ seminarium fuit, quia dum eos spiritus quasi in altum erexit, eos caro in infinis misit. Qui per superbiam in secreto cordis prius elevantur, postmodum publice corruunt, quia dum occultis intumescunt motibus cordis, apertis cadunt lapsibus corporis. Sic elati iusta fuerant retributione feriendi, ut quia superbiendo se hominibus præferunt, luxuriando usque ad jumentorum similitudinem devolvantur. Cavendum nobis est, et omni custodia mens a superbia timore servanda; non enim ante oculos Dei vacua transvolant cogitationes nostræ, et nulla momenta temporis per animum transeunt sine statu retributionis (Taio, iv, 14; Greg., *Reg. past.* p. iii, c. 17; *Moral.* xxvi, 17, n. 28).

2. Si auctorem suum homo superbiendo contemnit, jure et a subjecta carne prælium suscipit; unde et ille primus inobediens, mox, ut superbiendo peccavit, pudenda contexit. Quia enim contumeliam spiritus Deo intulit, mox contumeliam carnis invenit, et qui auctori suo esse subditus noluit, jus carnis subditæ, quam regebat, amisit, ut in se ipso videlicet inobedientiæ suæ confusio redundaret, et superatus discretus quod elatus amisisset. Cum res bona agitur, necesse est ut prius ejus elatio in corde vincatur, ne si a radice miseræ intentionis prodeat, avaros nequitia fructus producat. Cordis superbia

cum exterius usque ad corpus extenditur, prius per oculos indicatur. Ipsi quippe 249 per festum timorem inflati quasi ex sublimi respiciunt, et quo se depriment, alius extollunt (Greg., *Moral.* xxii, 18, n. 20).

3. Plerumque elatos comitari solet libera vacis assertio. Loquuntur quidem per superbiam elationis, et insipientiam locutionis, et tamen loqui se credunt per libertatem rectitudinis. Considerandum est quod plerumque elatos utilius corripimus, si eorum correptionibus quedam laudum lumenta miscemus. Inferenda namque illis sunt aut alia bona, quæ in ipsis sunt, aut dicendum certe quæ poterant esse, si non sunt; et tunc rescandenda sunt mala quæ nobis displicent, cum prius ad audiendum placabilem eorum mentem fecerint præmissa bona, quæ placeant. Nam et equos indomitos blanda prius manu tangimus, ut eos nobis plenius postmodum per flagella subigamus; et amaro pigmentorum poculo mellis dulcedo adjungitur, ne ea quæ saluti profutura est in ipso gustu aspera amaritudo sentistur; dum vero gustus per dulcedinem fallitur, humor mortiferus per amaritudinem vacuatur (Greg., *Reg. past.* p. iii, c. 17).

4. In quibusdam elatis invectionis exordia permista sunt laude temperanda, ut dum admittunt favores quos diligunt, etiam correctiones recipiant quas oderunt. Superbi quippe eo ipso quo videri alius appetunt, a vera Dei essentia longe per elationem fiunt; subsistere etenim nequeunt, quia ab æternæ essentia soliditate dividuntur; atque hæc priniam ruinam tolerant, quia per privatam gloriam in semetipsis cadunt. Sicut per Psalmistam dicitur: *Dejecisti eos, dum alleverentur* (Psal. lxxii, 18), quia eo intrinsecus corruunt, quo male extrinsecus surgunt. Sic aurarum statu stipula in altum rapitur, sed casu concito ad ima revocatur. Mens hypocritæ nunquam vacat a malitiam cogitatione; nam sive terram quæque, seu laudem appetat, et aliis invidet, quæ sibi tribui anhelat, et tanto cæteros perversos ostendere molitur, quanto videri sanctorum omnibus appetit, ut ex eo quod alii despicibiles sunt, ipse reverentior semper appareat; unde fit ut de opinione proximi humana judicia linguæ suæ laqueos protendat, ut eorum, quibus placere appetit, solus estimationem capiat. Contemnit quisque superbus reditum suum, desperat veniam, superbit in culpa; sed tamen testem suæ nequitia latius habet timorem; et quamvis parva videatur foras audaciter agere, de his tamen apud semetipsam cogitur trepidare (Greg., *Moral.* xvii, 8, n. 10).

CAP. XXI. *De avaritia.* — 1. Avaritia est idolorum servitus (Ephes. v, 5), velut amphora os cordis in ambitu apertum teneas (Zach. v). Multi sensu torpent, sed in his quæ appetunt avaritiæ stimulis excitantur. Et qui ad bona videnda cæci sunt, excitantibus præmiis ad peragendum mala vigilantes fiunt. Per plumbi metallum, cujus natura gravis est ponderis, peccatum avaritiæ specialiter designatur, quod mentem, quam infecerit, ita gravem reddit, ut ad petenda sublimia attoni nequaquam possit. Sciendum est quod Sennaar latissima vallis est, quæ linguarum facta diversitate destructa est, quæ scilicet turris Babylon dicta est pro ipsa videlicet confusione mentium atque linguarum. Nec immerito ibi avaritia amphora ponitur, ubi Babylon, 250 id est, confusio ædificatur. Quia dum per avaritiam et impietatem certum est omnia mala exurgere, recte et ipsa avaritia et impietas in confusione perhibentur habitare (Taio, iv, 15; Greg., *Moral.* xiv, 53, n. 63).

2. Æstu avaritiæ homines accensi eo majora de se opera humanis oculis ostendunt, quo ampliora sibi ab hominibus offerri munera appetant. Qui agere opes ambit, vitare peccatum negligit, et more avium captus, cum escam terrenarum rerum avido concupiscit, quod stranguletur peccati laqueo, non



agnoscit. Qui in principio hereditarij (Forte, hære-  
ditate) festinant, sortem sibi in novissima benedi-  
ctionis amputant, quia dum per avaritiæ nequitiam  
hic multiplicari appetunt, illic ab æterno patrimonio  
exheredes fiunt. Cupiditas plerumque latenter ori-  
tur in mente, sed punctiones peccatorum omnium  
patenter producit in opere, quas videlicet punctio-  
nes ab hæc radice surgentes statim prædicator egro-  
gians insinuat, dicens: *Quam quidam appetentes erra-  
verunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis.*

Cap. xxiii. De iracundia. — 1. Dum tranquillita-  
tem mentis plerumque ira diverberat, dilaniatam  
quodam modo, scissamque perturbat, ut sibi ipsi  
non congruat, ac vim intimæ similitudinis amittat.  
Per iram sapientia perditur, ut quid, quoque ordine  
agendum sit, omnino nesciatur. Sicut scriptum est:  
*Ira in sinu stulti requiescit (Eccle. vii, 10)*, quia ni-  
mirum intelligentiæ lumen subtrahit, cum mentem  
permovendo confundit. Per iram vita amittitur, etsi  
sapienter teneri videatur, sicut scriptum est: *Ira*  
*perdit etiam prudentes (Proverb. xv, 1)*. Quia scilicet  
confusus animus nequaquam explet, etiam si quid  
intelligere prudenter valet. Per iram justitia relin-  
quitur, sicut scriptum est: *Ira viri justitiam Dei non*  
*operatur (Jac. i, 20)*. Quia dum perturbata mens ju-  
diciam suam rationis exasperat, omne quod furor  
suggerit rectum putat. Per iram gratia vitæ socialis  
austritur, sicut scriptum est: *Noli esse assiduus cum*  
*homine iracundo, ne discas semitas ejus, et sumas*  
*scandalum animæ tuæ (Proverb. xxii, 24 seq.)*. Quia  
qui se ex humana ratione non temperat, necesse est  
bestialiter solus vivat (Taio, iv, 16; Greg., Moral.  
v, 45, n. 78).

2. Per iram concordia rumpitur, sicut scriptum  
est: *Vir animosus parit rixas, et vir iracundus effun-  
dit peccata (Proverb. xv, 18)*. Iracundus quippe pec-  
cata effundit, quia etiam malos, quos laeute ad  
discordiam provocat, peiores facit. Per iram lux ver-  
itatis amittitur, sicut scriptum est: *Sol non occidat*  
*super iracundiam vestram (Ephes. iv, 26)*. Quia cum  
menti iracundia confusiois tenebras incutit, hinc  
Deus radium suæ cognitionis abscondit. Per iram  
sancti Spiritus splendor excluditur, ut iuxta vetu-  
tam translationem scriptum est: *Super quem requie-  
scit spiritus meus, nisi super humilem, et quietum, et*  
*tremetem sermones meos (Isai. lxxvi, 2)*? Cum enim  
humilem diceret, quietum protinus adjunxit. Si enim  
quietem mentis subtrahat suam, sancti Spiritus habi-  
tationem claudit. Spiritus sancti recessione animus  
per iracundiam vacuum ad apertam mox insaniam  
ducitur, et usque ad superficiem ab intimo cogitatio-  
num fundamento dissipatur; nam iras suæ stimulus  
accensus cor palpitat, corpus tremit, lingua se  
præcipit, facies ignescit, exasperantur oculi, et ne-  
quaquam recognoscuntur nisi: **251** ore quidem  
clariorem format, sed sensus quid loquitur ignorat.

3. In nullis itaque iste abreptitia longe est, qui  
actionis suæ conscius non est. Aliquando homo per  
iracundiam manus non exerit, sed in maledictionis  
jæculum linguam vertit. Fratris namque interitum  
precibus exposcit, et hoc Deum perpetrare expetit  
quod ipse perterrus homo facere vel metuit, vel eru-  
bescit; atque ut voto et voce homicidium peragat  
etiam cum a læsione proximi manibus cessat. Ali-  
quando ira, perturbato animo, quasi ex iudicio si-  
lentium inducit, et quod foras per linguam non ex-  
primat, intus deterius ignescit; ut iratus quisque  
collocationem suam proximo subtrahat, et nihil  
dicendo quam ait aversus dicat. Et nonnunquam  
alieni severitas per disciplinam dispensationem ger-  
ritur, si tamen sollicite in intimis discretiois forma  
servetur. Sciendum est quod nonnullos ira citius  
ascendit, facilius deserit. Nonnullos quidem tarde  
comprovet, sed diutius tenet. Plerumque iracundia  
accensit ignes, gravioribus doloribusque non dispa-  
ret, recessionem tarde suscipitur, sed tamen ac-  
censit semel difficiliter extinguuntur; et quia se

A tardius in asperitate concitant, furoris ut diutius  
ignem servant. Plerumque hominum (quod est nequius)  
et citius iracundiæ flammam accipiunt, et tardius  
deponunt. Nonnulli vero a se tarde suscipiunt, et  
citius amittunt. In quibus nimirum quatuor modis  
liquido lector agnoscat quia et ad tranquillitatis bon-  
nam ultimus plusquam primus appropinquat, et in  
malo secundum tertium superat.

Cap. xxiii. Qualiter ira reprimi debeat. — 1. Duo-  
bus modis fracta possidere animum ira deuescit.  
Primus quippe est ut mens sollicita, antequam agere  
quodlibet incipiat, omnes sibi quas pati potest con-  
tumelias proponat, quatenus, Redemptoris sui pro-  
bra cogitans, ad adversa se præparet, quæ nimirum  
venientia tanto fortius excipit, quanto se cautius ex  
præscientia armavit. Qui improvidus ab adversitate  
deprehenditur, quasi ab hoste dormiens invenitur,  
eumque citius iniulcus necat, quia non repugnantem  
accipit (Al. perforat). Nam qui mala imminente per  
sollicitudinem prævenit, sicque pernoctat, hostiles  
incursum quasi in insidiis vigilans exspectat; et inde  
ad victoriam valenter accingitur, unde valde ne-  
sciens deprehendi putabatur. Solerter animus autem  
actionis suæ primordia cuncta debet adversa medi-  
tari, ut semper hoc cogitans, semper contra hæc  
thorace patientiæ munitus, et quidquid accesserit,  
providus superet, et quidquid non accesserit, lucrum  
putet. Secundum servandæ mansuetudinis modus est,  
ut cum alienos excessus aspiciamus, nostra, quibus  
in aliis excessimus, delicta cogitemus (Taio, iv, 17;  
Greg., Moral. v, 45, n. 81).

2. Considerata infirmitas propria mala nobis ex-  
censat aliena. Patienter namque illatam injuriam  
tolerat, qui pie meminit quod fortasse adhuc habeat  
in quo debeat ipse tolerari. Quasi aqua ignis extin-  
guitur, cum, surgente furore animi, cuique sua ad  
mentem culpa revocatur, quia erubescit peccata non  
parcere, qui vel Deo vel proximo sæpe se recellit  
parcenda peccasse. Solerter sciendum est quod alia  
est ira quam impatientia excitat, alia quam zelus  
format. Illa ex vitio, hæc ex virtute generatur. Si  
nulla ira ex virtute surgeret, diviniæ animadversio-  
nis **252** impetum Phinees per gladium non plac-  
casset. Hanc iram, quia Hell non habuit, motum  
contra se implacabiliter supernæ ultionis excitavit.  
Nam quo contra subditorum vitia tepuit, eo contra  
illum ira districti æterni rectoris exarsit. Irascimini,  
inquit Psalmista, et nolite peccare (Psal. iv, 5).

3. Quod nimirum non recte intelligunt, qui irascen-  
tes nobis tantummodo, non etiam proximis delin-  
quentibus volunt. Sic enim proximos amare præci-  
pimur, et iis errantibus, sicut nostris vitis, irascimur.  
Unde per Salomonem dicitur: *Melior est ira*  
*quam risus (Eccle. vii, 4)*, quia per tristitiam vultus  
corrigitur animus delinquentis. Idem Psalmista ait:  
*Turbatus est præ ira oculus meus (Psal. vi, 8)*. Ira,  
quippe per vitium mentis oculum excecatur. Ira autem  
per zelum turbat, qui qui saltem rectitudinis annu-  
tiatione concutitur, ea, quæ nisi tranquillo corde  
percipi non potest, contemplatio dissipatur. Ipsa  
zeli per mansuetudinem recta emulatio æterna post,  
paululum in tranquillitate mentis oculum largius  
aperit, quæ hæc interim per commotionem claudit;  
et unde mens turbatur, ne videat, inde proficit, ut  
ad videandum verius clarescat.

Cap. xxiv. De invidia. — 1. Invidere non possu-  
mus nisi eis quos in aliquo meliores putamus. Par-  
vulus ergo est qui invidia occiditur; quia ipse testi-  
monium perhibet, quod eo minor sit, ejus invidia  
torquetur. Parvulus est qui livore occiditur, quia,  
nisi inferior existeret, de bono alterius non doleret.  
Sciendum summopere est quia quamvis per omne  
vitium, quod perpetratur, humano cordi virus infun-  
ditur, in hac tamen nequitia tota sua viscera serpens  
concutit, et imprimendæ malitiæ pestem evomit. De  
quo nimirum scriptum est: *Invidia diaboli mors in-  
travit in orbem terrarum (Sup. " 24)*. Nam eum de-

victum cor livoris putredo corrumpit, ipsa quoque exteriora indicant quam graviter animum vesania insulgat. Per invidiam color pallore afficitur, et oculi depriuntur. Mens accenditur, et membra frigeant. Fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor. Cumque in latebris cordis crescens absconditur, odium dolore caeco tenebrat [Al., terebrat] conscientiam, et vulnus inclusum, nil lætium de propriis libet. Quia tabescentem mentem sua poena satiat, quam felicitas torquet aliena; quanto extranei operis in altum vera fabrica ducitur, tanto fundamentum mentis livida profundius suffoditur, ut quo alii ad meliora præparant, eo ipsa deterius ruat. Qua ruina videlicet etiam illud destruitur, quod in aliis actibus perfecto opere surrexisse putabatur. Nam cum invidia mentem tabefecerit, cuncta quæ invenerit bene gesta consumit. (Taio, iv, 18; Greg., Moral. v, 46, n. 84).

2. Per sapientissimum Salomonem dicitur: *Vita carniū sanitas cordis. Putredo ossium invidia* (Prov. xiv, 30). Quid enim per carnes, nisi infirma quædam, ac tenera, et quid per ossa, nisi fortia acta signantur? Et plerumque contingit ut quidam cum vera cordis innocentia in nonnullis suis actibus infirmi videantur. Quidam vero jam quædam ante humanos oculos robusta exercent, sed tamen erga aliorum bona intus invidiæ pestilentia tabescunt. Bene ergo dicitur: *Vita carniū sanitas cordis*, quia si mentis innocentia custoditur, etiam si qua foris infirma sunt, 253 quandoque roborantur; et recte subditur: *Putredo ossium invidia*, quia per livoris vitium ante Dei oculos pereunt etiam fortia acta virtutum. Ossa quippe putrescere est etiam quædam robusta per invidiam deperire.

CAP. XXV. De suppressenda invidia. — 1. Difficile est ut hoc quisque alteri non invidet, quod adipisci alter exoptat, quia quicquid temporale percipitur, tanto sit minus singulis, quanto dividitur in multis; et idcirco desiderantis mentem livor excruciat, quia hoc quod appetit, aut funditus alteri accipiens adimit, aut a quantitate re-tringit. Qui livoris peste plene carere desiderat, illam hæreditatem diligit quam cobæredum numerus non angustat. Quæ tanto largior ostenditur, quanto ad hæc percipientium multitudo dilatatur. Imminutio livoris est effectus surgens internæ dulcedinis, et plena mors ejus est pergens amor æternitatis; cum perfecte in amorem æternitatis homo rapitur, plene etiam in proximi dilectione siue omni invidia solidatur. Quia cum nulla terrena desiderat, nihil est quod ejus erga proximum charitati contradicat (Taio, iv, 19; Greg., Moral. v, 46, n. 86).

CAP. XXVI. De malitia. — 1. In Evangelio Veritas ait: *Quæ vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis* (Matth. vii, 12). Quibus duobus utriusque Testamenti mandatis per unum malitia compescitur, per alium benignitas prorogatur, ut quod non vult matum pati quisque, hoc non faciens cesset a nocendi opere. Curandum magnopere est ut erga proceres quisque mansuetudinem longanimitatis exhibeat, ut malitiæ languentibus gratiam benignitatis ostendat [Al. impendat], ut discordes pace muniat, et conserdes ad concupiscentiam veræ pacis accingat. Cor pessimum ex sua et non aliena malitia tabescit. Sicut scriptum est: *Zelus apprehendit populum ineredutum, et nunc ignis adversarios consumit* (Isai. xlvii, 11). Sicut autem ignis amoris mentem erigit, ita ignis malitiæ involvit. Quia et Spiritus sanctus cor quod replebat ad amorem erexit, et ardor malitiæ ad inferiora semper incurvat. Melos non solum ignis per vindictam post cruciat, sed nunc etiam per livorem cremat, quia qui post puniendi sunt retributionis supplicio, nunc semibipos afficiunt malitiæ tormento (Taio, iv, 20; Greg., Moral. v, 46, n. 85; 1 in Ezech., hom. 2, n. 12).

CAP. XXVII. De discordia. — 1. Admonendi sunt discordes, quia quantilibet virtutibus polleant, spi-

rituales fieri nullatenus possunt, si uniri per concordiam proximis negligent. Ad unam ergo vocationis spem nequaquam pertingitur, si non ad ea unita cum proximis mente curratur. Sæpe nonnulli, quo quædam specialiter dona percipiunt, eo superbiendo donum concordia, quod majus est, amittunt, ut si fortasse carnes præ cæteris gulæ refrenatione quis edomet, concordare eis quos superat abstinendo contemnat. Qui abstinentiam a concordia separat, quid adinvenit Psalmista perpendat; ait enim: *Laudate eum in tympano et choro* (Psal. cxlii, 3). In tympano namque sicca et percussa pellis resonat, in choro autem voces societate concordant. Quisquis itaque corpus affligit, si concordiam deserit, Deum quidem laudat in tympano, et non laudat in choro. Sæpe quosdam major scientia erigit, a cæterorum societate disjungit, et quo plus sapient, eo a concordia virtutis desipiunt. Quo quisque melius sapit, eo concordiam deserens, deterius delinquit. Et idcirco inexcusabiliter merebitur 254 supplicium, quia prudenter, si voluisset, potuit vitare peccatum. Admonendi sunt dissidentes, et novorini, quod tandiu nullum boni operis Deo sacrificium inmolant, quandiu a proximorum caritate discordant (Greg. Reg. past. p. iii, c. 22; Taio, iv, 21).

CAP. XXVIII. De odio. — 1. Si increpatione hominum idcirco reticemus, quia contra nos insurgere odia formidamus, non jam lucra Dei, sed nostra procul dubio querimus. Necesse nobis est ut aliquando toleremus tacendo odiosos, quod sunt, quatenus in nobis discaut vivendo, quod non tunt. Cavendum summo opere est, ne immoderate linguam loquacitas pertrahat; et eam usque ad lasciviam obtruncationis extendat, ne odium malitia excitet, et os usque ad jaculum maledictionis inclinet. In Evangelio Veritas ait: *Quæ vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis* (Matth. vii, 12). Ac si aperte dicere: *Quod ob alio tibi odium fieri, vide ne tu alteri per odium facias* (Tob. iv, 16). Sciendum magnopere est quod nunquam cum redarguuntur pravi, deteriores existunt, nosque magnis odiis insequuntur. Ipsi ergo, et non nobis parcimus, si ab eorum redargutione pro eorum amore cessamus (Taio, iv, 22; Greg., Moral., xx, 21, n. 47).

CAP. XXIX. De concupiscentia ocularum. — 1. Quisquis per corporis fenestras incaute exterioris respicit, plerumque in delectationem peccati, etiam nolens, cadit, atque obligatus desiderio incipit velle quod noluit. Præceps anima dum ante non prævidet, ne incaute videat quod concupiscit, cæca postmodum incipit desiderare quod vidit. Unde et propheta mens, quæ sublevata sæpe internis mysteriis intererat, quia alienam mulierem incaute vidit, obtenebrata postmodum sibi illicite conjunxit (II Reg. xi, 2). Sanctus vir, quia, acceptis corporis sensibus, velut subjectis ministris quidam a quo sumus iudex præest, culpas conspiciat, antequam veniant, et velut insidiantis morti [Al., hosti] fenestras corporis claudit, dicens: *Pepigi sedus cum oculis meis, ut na cogitarem quidem de virgine* (Job. xxxi, 1). Scilicet, ne prius incaute aspiceret quod postmodum invitus amaret. Semel species formæ si cordi per oculos fuerit alligata, vix magis luctaminis manu solvitur (Taio, iv, 23; Greg., Moral. xxi, 2, n. 4).

2. Ne ergo quædam lubrica in cogitatione versamus, providendum nobis est, quia intueri non debet quod non licet concupisci, ut munda mens in cogitatione servetur, a lascivia voluptatis suæ depriemendi sunt oculi, quasi quidam raptores ad culpam. Neque enim Eva lignum vetitum contigisset, nisi hoc prius incaute respiceret. Scriptum quippe est: *Vidit mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis, aspectuque delectabile; tulit de fructu illius, et comedit* (Gen. iii, 6). Pensandum summo opere est quanto debemus moderamine erga illicita vsum restringere nos, qui mortaliter vivimus, et Eva mater viventium per oculos ad mortem venit.

Sub Judæe voce, quæ, exteriora videndo concupiscens, bona interiora perdidit, propheta dicit: *Oculus meus deprædatus est animam meam* (Thren. iii, 51). Concupiscendo enim visibilia invisibiles virtutes amisit. Quia ergo interiorum fructum per exteriorum visum perdidit, per oculum corporis per tulit prædam cordis.

**CAP. xxx. De gula concupiscentia.** — 1. Sciendum est quia nos quique modis gula vitium tentat. Aliquando namque indigentia tempora prævenit. Aliquando vero tempus non prævenit, sed cibos lautiores quaerit. Aliquando quaerit, quæ **255** sumenda sint, præparari accuratius expetit. Aliquando autem et qualitati ciborum, et temporum congruit, sed in ipsa quantitate sumendi mensuram refectionis excedit. Nonnunquam vero et abjectius est quod desiderat, et tamen ipso æstu limoni desiderii deterior peccat. Vitiurum tempora melius ostendimus, si hæc exemplis evidentibus approbamus. Mortis quippe sententiam patris ore Jonathas meruit (*I Reg. xiv, 27*), quia in gustu mellis constitutum edenti tempus antecessit. Ex Ægypto populus eductus, in eremo occubuit (*Num. xii, 5*), quia, despecto manna, cibos carnis petivit, quos lautiores putavit. Prima filiorum Heli culpa suborta est (*I Reg. ii, 12*), quod ex eorum voto sacerdotis puer non antiquo more coctas vellet carnes de sacrificio suscipere, sed crudas quaereret, quas accuratius exhiberet (*Taio, iv, 24; Greg., Moral. xxx, 18, n. 80*).

2. Cum ad Jerusalem dicitur: *Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ: superbia, saturitas panis, et abundantia* (*Ezech. xvi, 49*), aperte ostendit quod idcirco salutem perdidit, quia cum superbia vitio mensuram moderate refectionis excessit. Primogenitorum gloriam ideo Esau amisit, quia magno æstu desiderii vilem cibum, id est, lenticulam concupivit, quam dum venditis primogenitis prætulit, quo in illam appetitu anhælarat, indicavit. Neque enim cibus, sed appetitus in vitio est; unde et lautiores cibos plerumque sine culpa sumimus, et abjectiores non sine reatu conscientia degustamus. Esau prinatum per esum lenticulæ perdidit, et Elias in eremo virtutem corporis [*Al., spiritus*] carnes edendo servavit (*III Reg. xvii, 6*). Plerumque primi parentis culpa committitur, etiam cum abjecta et vilia sumuntur. Neque enim Adam solus, ut a vitio se pomis suspenderet, præceptum prohibitionis accepit (*Gen. iii, 6*). Nam cum alimenta quædam Dens saluti nostræ contraria indicat, ab his nos quasi per sententiam revocat, et cum concupiscentes noxia atingimus, profecto quid aliud quam vitia degustamus?

3. Ea in cibo sumenda sunt quæ naturæ necessitas quaerit, non quæ edendi libido suggerit; ne si hæc immoderata discretio minus caute prospiciat, in illi- citæ se concupiscentiæ quis voraginem mergat. Nisi gulæ deditos immoderata loquacitas raperet, dives ille, qui epulatus quotidie splendide dicitur, in lingua gravius non arderet. Ait enim: *Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma* (*Luc. xvi, 24*). Quibus verbis ostenditur quia epulando quotidie crebrius in lingua peccaverat, qui totus ardens desiderabat præcipue in lingua refrigerari. Plerumque edacitas usque ad luxuriam pertrahit, quia dum satietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur. Quia gulæ deditos luxuria sequitur, propheta testatur, qui, dum aperta narrat, occulta denuntiat, dicens: *Princeps coquorum destruxit Jerusalem* (*Jerem. xxxix, 13, sec. Hebr. et LXX*). Princeps namque coquorum venter est, cui magna cura a coquis obsequium impenditur, ut ipse delectabiliter cibus impleatur. Multi autem Jerusalem virtutes sunt animæ ad desiderium supernæ pacis elevatæ. Coquorum igitur princeps muros Jerusalem dejecit, quia dum venter ingluvie extruditur, virtutes animæ per luxuriam destruantur (*Greg., Reg. past. p. iii, c. 19*).

**CAP. xxxi. De multiloquio.** — 1. Admonendi sunt multiloquio vacantes, ut vigilantur aspiciant a **256** quanto rectitudinis statu depreunt, dum per multiloquia [*Fortè, multiloqua*] verba dilabuntur. Humana etenim mens aquæ more circumclusa ad superiora colligitur, quia illic repetit, unde descendit. Quare relaxata deperit, quia se per infima inutiliter spargit. Qui supervacuis verbis a silentii sui censura dissipatur, quasi tot rivis extra se ducitur. Unde et redire interius mens ad sui cognitionem non sufficit, quia, per multiloquium sparsa, a secreto se intinæ considerationis excludit. Totam se vero insidians hostis vulneribus detegit, quia nulla munitione custodia circumcludit. In Proverbiis scriptum est: *Sicut urbs patens, et absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum* (*Proverb. xxv, 28*). Qui enim murum silentii non habet, patet inimici jaculis civitas mentis, et cum se per verba extra semetipsam ejicit, apertam se adversario ostendit; quam tanto ille sine labore superat, quanto et illa quæ vincitur contra semetipsam per multiloquium pugnat. Plerumque per quosdam gradus desidiosa mens in foream lapsus impellitur, et dum otiosa verba cavere negligimus, ad noxia pervenimus, ut prius loqui aliena libeat, et postmodum distractionibus vitam eorum de quibus loquitur contemnas erumpat, quia multiloquio quisquis serviens, rectitudinem justitiæ tenere nequaquam possit, testatur Propheta, qui ait: *Vir linguosus non dirigitur super terram* (*Psal. cxxxix, 12*). Illic Simon ait: *In multiloquio peccatum non deest* (*Proverb. x, 19*). Pravi homines, sicut in sensu leves sunt, ita in locutione precipites, et reticere pertractant negligunt quæ loquantur, sed quod levis conscientia concepit, levior protinus lingua loquitur (*Greg. Reg. past. p. iii, c. 14; Taio, iv, 25; Greg., ibid., et vii Moral. 57, n. 57, 58; v, 15, n. 30*).

**CAP. xxxii. De taciturnitate.** — 1. Lingua discreta frenanda est, non insolubiliter obliganda; scriptum namque est: *Sapiens tacet usque ad tempus* (*Eccli. xx, 7*), ut nimirum cum opportunum considerat, postposita censura silentii, loquendo quæ congruunt, in usum se utilitatis impendat. De tacendi atque loquendi censura per Salomonem dicitur: *Tempus tacendi, et tempus loquendi* (*Eccli. iii, 7*). Discrete quippe vicissitudinum pensanda sunt tempora, ne aut cum restringi lingua debet, per verba inutiliter defluat, aut cum loqui utiliter potest, semetipsam pigre restringat. Quantæ sit utilitatis taciturnitas, silentium Propheta considerans, ait: *Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ labiis meis* (*Psal. cxl, 3*). Non enim poni labiis suis parietem, sed ostium petiit, quod videlicet aperitur et clauditur; unde et nobis caute discernendum est quatenus os discretum et congruo tempore vox apertat, et rursus congruo taciturnitas claudat. Sollicite studeant nimis taciti, non solum quales foras ostendere, sed etiam quales se debeant intus exhibere, ut plus ex cogitationibus occultum iudicium quam ex sermonibus reprehensionem metuant proximorum (*Taio, iii, 43; Greg. Moral., vii, 37, n. 61; Reg. past., p. iii, c. 14*).

2. Insinua: i nimis tacitis debet quia, dum quædam vitia incaute fugiunt, occulte deterioribus implicantur. Nam sæpe linguam quia immoderatus frenant, in corde gravius multiloquium tolerant, ut eo plus cogitationes in mente serveant, quo illas violenta custodia indiscreti silentii angustat. Plerumque contingit ut mens nimum taciti linguam premat, **257** mentem elevet, et cum suam nequitiam minime considerat, tanto apud se cunctos liberius, quanto et secretius accuset. Sæpe nimis taciti, cum nonnulla injusta patiuntur, eo in acriorem dolorem prodeunt, quo ea quæ sustinent non loquuntur. Nam si illatas molestias tranquille lingua diceret, a conscientia dolor emanaret. Vulnera enim clausa plus cruciant;

nam cum putredo, quæ interior fervet, ejicitur, ad salutem dolor aperitur. Scire debent qui plerumque expedit latent, ne inter molesta quæ tolerant, dum linguam tenent, vini doloris exaggerent. Admonendi sunt enim, ut si proximos sicut se diligunt, minime illis taceant, unde et eos juste reprehendunt. Vocis medicamine utrorumque salutis concurrunt, dum ab illa qui infert actio prava compositur, et ab hoc qui sustinet doloris fervor vulnere aperto temperatur. Qui proximorum mala respiciunt, et tamen in silentio linguam premunt, quasi, conspectis vulneribus, usum medicaminis subtrahunt; et eo mortis auctores sunt, quo virus quod portant curare noluerunt.

CAP. XXXIII. *De perversa locutione.* — 1. Sicut perfecti viri perversos proximos non debent fugere, quia et eos sæpe ad rectitudinem trahunt, et ipsi ad perversitatem nunquam trahuntur, ita infirmi qui in societatem debent declinare malorum, ne mala quæ frequenter aspiciunt, et corrigere non valent, delectentur imitari. Sicut malus aer assiduo flatu tractus inficit corpus, ita perversa locutio assidue aucta infirmitatem inficit animum, ut tabescat delectatione pravi operis, et assidui iniquitate sermonis. Unde Paulus ait (*I Cor. xv, 33*): *Corrumpunt mores bonos colloquia mala* (Taio, iv, 27; Greg., i in *Exech.*, lxxv, 9, n. 23).

CAP. XXXIV. *De luxuria.* — 1. Malum luxuriæ aut cogitatione perpetratur, aut opere. Callidus namque adversarius noster cum ab effectu operis expellitur, secretas polluere cogitationes molitur. Quisquis mundi hujus successibus elevatus, lenocinante cordis lætitia, tentari se luxuriæ stimulis sentit, Joseph factum ad memoriam revocet, et in arce se castitatis servet. Cum voluptas lubrica tentat in prosperis, hæc ipsa sunt prope aculeo tentationis opponenda, ut eo erubescamus prava committere, quo nos a Deo meminimus gratuita dona bonaque percepisse. Propheta David subito casu per luxuriam defluxit, dum, in solario deambulans, alienam conjugem concupivit, et abstulit, ejusque virum cum damno sui exereitit interemit (*II Reg. xi, 4*); et repentino casu cecidit, cum mens illa, mysteriis celestibus assueta, inopinata tentatione deviata est, atque immanissimæ turpitudinis subacta. Quasi saxum de loco suo translatum est, cum Propheta animus, a prophetiæ mysteriis exclusus, ad cogitandas turpitudines venit. Salomon ille quondam sapientissimus, nimietate luxuriæ superatus, immoderato usu, atque assiduitate mulierum, ad hoc usque perductus est; ut templum idolis fabricaret; et qui prius templum Deo construxerat, assiduitate libidinis etiam perfidiæ substratus, idolis construere templa non timeret (*III Reg. xi, 7*). Sicque factum est ut ab assidua carnis petulantia usque ad mentis perfidiam perveniret, quia subripiendo paulisper infusione peccati, terra cordis illius ad consumptionem defluxit. Voluptatum carnis amatoribus dicitur: *Mortificate membra vestra, quæ sunt super* 258 *terram* (Coloss. iii, 5). Id est, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam (Taio, iv, 30; Greg., Moral. xxi, 2, n. 30; Reg. past. iii, 27; Moral. xxx, 10, n. 38; xii, 48, n. 25; xvi, 17; ii, 27).

2. Plerumque virus libidinis de radice nascitur elationis; tunc ergo caro vincit, cum spiritus latenter intumescit, quia tunc anima per originem culpæ in jumentorum petulantia cecidit, cum efferendo se more volucrum, ultra quam debuit evolavit. Interdum per elationis vitium longa continentia repente dissolvitur; et plerumque usque ad senium virginitas servata viciatur; quia negligitur humilitas cordis, rectus iudex despiciet integritatem corporis. Et quandoque per apertum malum reprobos annuntiat, quos dudum reprobos in occulto tolerabat. Quisquis diu servatum bonum subito perdidit, apud semetipsum ignis aliud malum tenuit, ex quo ad aliud subito erupit. Per quod ab omnipotente Deo etiam tunc aliquid existit, quando se ei per munditiam corporis

A inhærere monstravit. Humano generi de peccato tentari, peccatum est. Quo, quia quædam vitium, perfecte omnino non caremus, scientia prædicatorum cum hoc expellere plene non potuit, ei de nostro cordis habitaculo regnum tulit, ut appetitus illicitus, etsi plerumque bonis nostris cogitationibus occulte se quasi fur inserit, saltem si ingreditur, non dominetur (Greg., Moral. xxi, 3).

CAP. XXXV. *De torpore animi.* — 1. Plerumque mens hominis a cura suæ sollicitudinis dormientes verberatur, et non dolet, quia sicut imminenti malo non prospicit, sic neque si perpetraverit, agnoscit. Trahiitur, et nequaquam sentit, quia per illecebras vitiorum ducitur, nec tamen ad sui custodiam suscitatur. Quamvis somno torporis a sui custodia quisque prematur, vigilare tamen ad curas sæculi nititur, ut semper voluptatibus debrietur. Et cum ad illud dormiat, in quo sceleriter vigilare debuerat, ad illud vigilare appetit, ad quod laudabiliter dormire potuisset. Per Salomonem in Proverbiis dicitur: *Et eris quasi dormiens in medio maris, et quasi sopitus gubernator amisso clavo* (Proverb. xxiii, 34). In medio enim maris dormit, qui, in hujusmodi tentationibus positus, providere motus irruentium vitiorum, quasi imminenti unda, aquarum canulos negligit, et quasi gubernator clavum amittit, quando mens ad regendam navem corporis, studium sollicitudinis perdidit. Scriptum est: *Stellio manibus nititur, et moratur in ædibus regis* (Proverb. xxx, 28). Plerumque aversas ad volandum pennas sublevat, in vepribus resident; et stellio, qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus regni ædificium tenet. Quia nimirum sæpe ingeniosi quique dum per negligentiam torpent, in pravis actibus remanent, et simplices, quos ingenii penna non adjuvat, ad obtinenda æterni regni mœnia virtus operationis levat (Taio, iv, 3; Greg. Reg. past. iii, 31).

C 2. Stellio manibus nititur, in regis ædibus moratur, quia illo simplex per intentionem recti operis pervenit, quo ingeniosus minime ascendit. Quæritio suboritur: Cur vel negligentia intelligentia donum tribuitur, vel studiosus quisque sensus sui tarditate præpeditur? Ad quam citius respondetur, dum protinus per Salomonem subditur: *Nihil in terra sine causa* (Job. v, 6). Idcirco enim sæpe et desidiosus ingenium accipit, unde negligens etiam justus perierat, quia quod sine labore assequi potuit, 259 scire contemnit. Et idcirco nonnunquam studiosus tarditate intelligentiæ premitur, ut eo majora præmia retributionis inveniat, quia majora in studio inventionis elaborat; nihil ergo est in terra sine causa, quando et studioso tarditas ad præmium proficit, et desidiosus velocitas ad supplicium crescit. Mentis desidia, dum congruo fervore non accenditur, a bonorum desiderio funditus convalescentem, furim torpore maciatur (Greg., Moral. vi, 11, n. 13; Reg. past. p. iii, c. 15).

D CAP. XXXVI. *De pigritia.* — 1. Suadendi sunt pigri, ne agenda bona, dum differunt, amittant, et dum opportune agere quæ volunt solunt, paulo post, cum volunt, non valeant. Plerumque piger dum necessaria agere negligit, quædam sibi difficultia apponit; quædam vero incaute formidat, et dum quasi invenit quod velut iusta metuat, ostendit quod in oculo quasi non injuste torpescat. Pigo etenim per Salomonem dicitur: *Propter frigus piger arare nescit, mendicabit ergo aestate, et non dabitur ei* (Proverb. xx, 4). Propter frigus quippe piger non arat, dum, desidiosus torpore constructus, agere quæ debet bona dissimulat, et dum parva ex adverso mala metuit, operari maxima prætermittit. Bene quidem subditur: *Mendicabit aestate, et non dabitur ei*. Qui enim nunc in bonis operibus non exsedit, cum sol judicii ferventior apparuerit, quia frustra regnum aditum postulat, nihil accipiens æstate mendicat. Idem Salomon ait: *Per agrum hominis pigri transiit, et vincam viri stelli, et ecce totum repleverunt arces,*

aperuerant super faciem ejus spinæ, et maceris lapidei destructa erat (Proverb. xxiv, 30). Per agrum hominis pigri atque per vineam viri stulti transire, est cujuslibet vitæ negligentis inspicere, ejusque opera considerare, quam urticæ, vel spinæ replent, quia in corde negligentium prurientia terrena desideria et punitiones pullulant vitiorum. Cum disciplinæ vigor in corde reproborum, pigritia dominante, dissolvitur, ante eorum oculos cuncta bonorum opera despectui habentur, nihilque esse æstimant quiddam de virtutibus electorum vident (Taio, iv, 32; Greg., Reg. past. p. iii, c. 15; Moral., xx, 25, n. 54).

CAP. xxvii. De murmuratione. — 1. Perversa mens, quando per increpationem corripitur, aut prædicationis dulcedine ad bona suadetur, de correctione fit deterior; et inde in murmurationis iniquitate succenditur, unde debuit ab iniquitate compesci. Quisquis pro peccato percutitur, nisi murmurando renitatur, eo ipso jam esse justus inchoat, quo ferentis justitiam non accusat (Greg., i in Ezech., hom. 9, n. 32; Taio, iv, 35).

CAP. xxviii. De mendacio. — 1. Plana omnino est veritatis via, et grave iter est mendacii, sicut scriptum est: *Docuerunt linguam suam loqui mendacium; ut iniqua agerent, laboraverunt* (Jerem. ix, 5). Quisquis, relicta veritate, mentiri deliberat, ut audientium animum fallat, quantus ei labor est sollicite custodire ne ipsa ejus fallacia deprehendi queat? Ponit quippe ante oculos quid sibi a veritatem scientibus responderi possit, et cum magno cogitatu pertractat quomodo per argumenta falsita is documenta veritatis exsuperet. Omne mendacium iniquitas est, et omnis iniquitas mendacium, quia profecto ab æquitate discrepat quiddam a veritate discordat. Nonnunquam mendacium pejus est meditari quam loqui. Nam loqui plerumque præcipationis est, meditari vero studiosæ pravitatis. Et quis ignoret in quanta distantia 260 culpa distinguitur, utrum præcipatione aliquis, studiove mentiatur? Summopere est cavendum omne mendacium, quamvis nonnunquam sit aliquod mendacii genus culpæ levioris, si quisquam præstando mentiatur. Scriptum est (Sap. i, 11; Psal. v, 7): *Os quod mentitur occidit animam. Perdes eos qui loquuntur mendacium* (Taio, iv, 34; Greg., Moral. xii, 42, n. 47).

2. Hoc quoque mendacii genus perfecti viri summopere fugiunt, ut nec vita cujuslibet per eorum fallaciam offendantur, nec suæ animæ noceat, dum prætare carni nituntur alienæ, quamquam hoc ipsum in peccati genus facillime credimus relaxari. Nam si qualibet culpa sequenti solet pia operatione purgari, quanto magis hæc facile abstergitur, quam mater boni operis pietas ipsa comitatur? In obsteritium Ægyptiarum recompensatione cognoscitur quid mendacii culpa mereatur. Nam benignitatis earum merces, quæ potuit eis in æterna vita retribui, pro admista culpa mendacii in terrena est compensatione declinata, ut in vita sua, quam mendacio tueri valuerunt, ea quæ fecerunt bona reciperent, et ulterius quod expectarent mercedis suæ præmium non haberent. Beatus Job amicis suis non recte sententibus dicit: *Nunquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolo* (Job xii, 7)? Deus mendacio non eget, quia Veritas fulciri non querit auxilio falsitatis (Greg., Moral. xi, 2, n. 37).

CAP. xxxix. Quibus modis peccatum perpetratur. — 1. Quatuor modis peccatum perpetratur in corde, quatuor consummatur in opere. In corde namque suggestione, delectatione, consensu et defensionis audacia perpetratur. Fit enim suggestio per adversarium, delectatio per carnem, consensus per spiritum, defensionis audacia per elationem. Plerumque culpa, quæ terrere mentem debuit, extollit, et deicienda elevat, sed gravius elevando supplantat. Unde et vitam prius hominis rectitudinem antiquus hostis his

quatuor ictibus fregit; nam serpens suavit, Eva delectata est, et Adam consensit; qui etiam requisitus consisti culpam, per audaciam noluit. Hoc in humano genere quoties agitur, quod actum in primo parente nostri generis non ignoratur. Serpens suavit, quia occultus hostis mala cordibus hominum latenter suggerit. Eva delectata est, quia carnalis sensus ad verba serpentis mox se delectationi substernit. Assensum vero mulieri ipse præpositus præbuit, quia dum caro in delectationem rapitur, etiam a sua rectitudine spiritus infirmatus inclinatur (Taio, iv, 35; Greg., Moral. iv, 27, n. 49).

2. Sicut quatuor modis peccatum perpetratur in corde; videlicet suggestione, delectatione, consensu, et defensionis audacia, ita etiam quatuor modis peccatum consummatur in opere. Prius namque latens culpa agitur, postmodum vero etiam ante oculos hominum sine confusione reatus aperitur; dehinc et in consuetudinem ducitur; ad extremum quoque vel falsæ spei seductionibus, vel obstinatione miseræ desperationis enutritur. In primo parente didicimus quia tribus modis omnis culpæ nequitia perpetratur, suggestione scilicet, delectatione, et consensu. Primum itaque per hostem, secundum vero per carnem, tertium per spiritum perpetratur. Insidiator enim per avaria suggerit, caro se delectationi subjicit, ad extremum spiritus victus delectatione consentit. Suggestione diaboli 261 nonnunquam peccatum agnoscimus; delectatione vincimur; consensu etiam ligamur. Unde exclamandum nobis cum Apostolo est: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Ut auliamus consequentem consolationem: *Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum* (Rom. vii, 24). Plerumque unum idemque peccatum et pœna est, et causa peccati; quod melius ostendimus, si res ipsas ad medium deducimus. Effrenata enim ventris ingluvies in fervorem luxuriæ plenitudinem carnis insurgit. Perpetrata autem luxuria sæpe aut perjurio, aut homicidio legitur, ne humanarum legum ultione puniatur. Beatus Job typum peccantium intra Ecclesiam designans ait: *Concidit me vulnere super vulnere* (Job. xvi, 14). Infirmis suis sancta Ecclesia vulnere super vulnere conciditur, quando peccatum peccato additur, ut culpa vehementius exaggeretur. Quem enim avaritia pertrahit ad rapinam, rapina ducit ad fallaciam, ut perpetrata culpa ex falsitate etiam defendatur. Quid iste, nisi super vulnere concisus est vulnere? (Greg., Reg. past. p. iii, c. 29; Moral. xii, 17, n. 20.)

CAP. xl. De octo principalibus vitiis; qualiter possessas mentes exhortent. — 1. Octo sunt principalia vitia quæ humanum infestant animum, quorum suggestiones bene contuens egregius doctor Gregorius insinuat, sententiam illam beato Job a Domino dictam exponens, ubi ait: *Exhortationes ducum, et ultatum exercitus.* Tentantia quippe vitia, quæ invisibilia contra nos præliantur, regnant super se superbiæ militant. Alia more exercitus subsequuntur. Neque enim culpæ omnes pari accessu corruptuntur. sed dum majores et pauca neglectam mentem præveniunt, minores et innumera ad illam se catervatum fundunt. Ipsa namque regni vitiorum superbia enim devictum pene cor cepit, mox illud septem principalibus vitiis quasi quibusdam suis ducibus devastandum iradit. Quos videlicet duces exercitus sequitur, quia ex eis procul dubio importunæ vitiorum multitudines oriuntur. Quare melius ostendentes, si ipsos duces atque exercitum ipsum specialiter, ut possumus, enumerando proferamus.

2. Radix quippe cuncti mali superbia est, de qua Scriptura attestante, dicitur: *Initium omnis peccati superbia.* Primæ autem ejus soboles, septem nimium vitia principalia, de hac virulenta radice proferrunt. Scilicet inanis gloria, invidia, ira, tristitia, avaritia, ventris ingluvies, et luxuria. Nam quia his septem superbiæ vitis nos captos doluit, idcirco Redemptor vester ad spirituale liberationis prælium

Spiritus septiformis gratia plenus venit. Sed habent contra nos hæc singula exercitum suum; nam de inani gloria inobedientia, jactantia, hypocrisis, contentiones, pertinacia, discordiæ, et novitatum præsumptiones oriuntur. De invidia odium, susurratio, detractio, et exultatio in adversis proximi, afflictio autem in prosperis nascitur. De ira rixæ, homicidia, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, blasphemiarum proferuntur. De tristitia malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa præcepta, vagatio mentis erga illicita nascitur. De avaritia proditio, fraus, fallacia, perjuria, inquietudo, violentiæ, et contra misericordiam obdurations cordis oriuntur. De ventris ingluvie inepta lætitia, **262** securritas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus circa intelligenda propagatur. De luxuria cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, horror autem, vel desperatio futuri generatur.

3. Quia ergo septem principalia vitia tantam de se vitiorum multitudinem proferunt, cum ad cor veniunt, quasi subsequenti exercitum catervam trahunt. Ex quibus videlicet septem quinque spiritualia duoque carnalia sunt. Et unumquodque eorum tanta sibi cognatione junguntur, ut non nisi unum de altero proferatur. Prima namque superbiæ soboles inanis est gloria, quæ dum oppressam mentem corrumpit, mox invidiam gignit, quia nimirum, dum vani nominis potentiam appetit, ne quis hanc alius adipisci valeat, tabescit. Invidia quoque iram generat, quia quanto interno laboris vulnere animus sauciatur, tanto etiam mansuetudo tranquillitatis amittitur, et quia quasi dolens membrum tangitur, idcirco positæ actionis mens velut gravius pressa sentitur. Ex ira quippe tristitia oritur, quia turbata mens, quod inordate se concutit, eo adducendo confundit, et cum dulcedinem tranquillitatis amisit, nihil ei nisi ex turbatione subsequens mœror patet. Tristitia quoque ad avaritiam derivatur, quia dum confasum cor bonum lætitiæ in semetipso intus amiserit, unde consolari debeat foris querit; et tanto magis exteriora bona adipisci desiderat, quanto gaudium non habet ad quod intrinsecus recurrat.

4. Hæc vero duo carnalia vitia, id est, ventris ingluvies et luxuria supersunt, sed cunctis liquet quod de ventris ingluvie luxuria nascitur, dum in ipsa distributione membrorum ventri genitalia submixta videantur. Unde dum unum inordinate reficitur, aliud procul dubio ad contumelias excitatur. Bene autem duces exhortari dicti sunt, exercitum ululare, quia prima vitia deceptæ menti quasi sub cauda se inserunt, sed innumera quæ sequuntur, dum hanc ad omnem insaniam pertrahunt, quasi bestiali clamore confundunt. Iuanis namque gloria devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *Debes majora appetere, ut qua potestate valueris multos excedere, eo etiam valeas et pluribus prodesse.* (Confer appendicem vii, supra). Invidia quoque devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *In quo illo vel illo minor es? Cur ergo eis vel æqualis vel superior non es? Quanto valent quæ ipse non vales? Non ergo tibi aut superiores esse aut etiam æquales debent.* Ira etiam devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *Quæ erga te aguntur æquanimitè ferri non possunt; hæc imo patienter tolerare peccatum est, quia si non eis cum magna exasperatione resistitur, contra te deinceps sine mensura cumulantur.* Tristitia namque devictum cor quasi ex ratione solet excitari, cum dicit: *Quare habes unde gaudeas, cum tanta mala de proximis portas? Perpende cum quo mœrore intuenti sunt qui in tanto contra te amaritudinis felle vertuntur.*

5. Avaritia quoque devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *Valde sine culpa est quod quedam habenda concupiscis, quia **263** non multiplicari appetis, sed egere pertimescis. Quare quod male alius*

*retinet, ipse melius expendis.* Ventris quoque ingluvies devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *Ad eum omnia manda Deus creavit, e: qui satiari cibo respuit, quid aliud quam muneri concuses o contradicis? Luxuria quoque devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: *Cur te in voluptate tua modo non dilatas, cum quid te sequatur ignoras? Acceptum tempus in desideris perdere non debes, quia quam citius pertranseat nescis. Si enim misereri Deus humanum in voluptate coitus nollet, in ipso humani generis exordio masculum et feminam non fecisset.**

CAP. XLII. De patientia. — 1. Quanto culmine virtus patientiæ polleat, Salomon indicat, dicens: *Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo expugnatore urbium* (Proverb. xvi, 32). Minor est victoria urbes expugnare, quia extra sunt quæ vincuntur. Majus est autem quod per patientiam vincitur, quia ipse animus [Gr. Ed. add. x se] superatur, et semetipsum sibi met subicit, quando per patientiam in humilitate tolerantiam sternit. Terra bona fructum per patientiam reddit, quia scilicet nulla sunt bona, quæ ægus, si non æquanimitè etiam proximorum mala toleramus. Scriptum est: *Charitas patiens est* (I Cor. xiii, 4). Igitur cum minime est patiens, charitas non est. Per hoc quoque impatientie vitio ipsam virtutum nutritrix doctrina dissipatur. *Melior est*, inquit, *patiens viro forti, et qui dominatur animo suo expugnatore urbium.* Recte expugnatore urbium patiens præfertur, quia illa actione victoria homo victor est hominum; in hac autem mansuetudine patientiæ animus victor est sui. Salomon ait: *Doctrina viri per patientiam noscitur* (Proverb. xix, 11). Tanto ergo quisquæ minus ostenditur doctus, quanto minus ostenditur patiens. Neque enim potest veraciter bona docendo impendere, si vivendo nescit æquanimitè aliena mala tolerare. Custodem conditionis nostræ patientiam Dominus esse monstravit, quia ipsam non possideret, nosmet ipsos docuit, dicens: (Luc. xxi, 19): *In patientia vestra possidebitis animas vestras* (Timo, iii, 26; Greg., hom. 35, l. ii, in Evang. n. 5; Reg. past. p. iii, c. 9; hom. 6, l. ii in Ezech. n. 7).

2. Admonendi sunt patientes, ne in eo quod exterius per patientiam portant, interius doleant, ne tantæ virtutis sacrificium, quod integrum fors immolant, intus malitiæ peste corrumpant. Dicendum est patientibus ut studeant diligere quod sibi necesse est tolerare. Ne si patientiam dilectio non sequitur, in deteriore culpam odii virtus osteusa vertatur. Plerumque evenire patientibus solet ut eo quidem tempore quo adversa patiuntur, vel contumelias audiunt, nullo dolore pulsantur, et sic patientiam exhibent, ut concodire etiam cordis innocentiam non omittant. Sed cum potius paulatim hæc ipsa quæ pertulerunt ad memoriam revocant, igne se doloris inflammant, argumenta ultionis requirunt, et mansuetudinem, quam tolerantes haberent, retractantes in malitiam vertunt.

3. Admonendi sunt patientes, ut cor post victoriam muniant, ut hostem publico bello superatum insidiari mœnibus mentis intendant, ut languorem plus repente timeant, ne hostis callidus eo in deceptione postmodum majori exultatione gaudeat, quo illa dudum contra se rigida colla victorum **264** calcet. Est in dilectione proximi nobis patientia, et benignitas conservanda, quia de eadem dilectione nunc dicitur: *Charitas patiens est, benigna est* (I Cor. xiii, 4); patiens, scilicet, ut illata a proximis mala æquanimitè portet; benigna autem, ut sua bona proximis desiderabiliter impendat. Patientia vera est aliena mala æquanimitè perpeti, contra eum quoque qui mala irrogat nullo dolore morderi. Nam qui sic mala proximi portat, ut tamen tacitus doleat, et tempus dignæ retributionis querat, patientiam non exhibet, sed ostendit. Scriptum est: *Nunquid in finem oblitio erit pauperum? Patientia pauperum non peribit in finem* (Psal. ix, 19). Quantumlibet vel in ad-



versis patientes, vel in prosperis humiles simus, in hac vita retribui nobis bona præsentia nullo modo requiremus; nam per laborem patientiæ bona speranda sunt sequentis vitæ, ut tunc præmium nostri laboris incipiat, quando omnis iam labor funditus cessat (Greg., II in *Ezech.*, hom. 9, n. 2).

CAP. XLII. De humilitate. — 1. Ad hoc unigenitus Dei Filius formam humilitatis nostræ suscepit, ad hoc invisibilis non solum visibilis, sed etiam despectus apparuit, ad hoc contumeliarum ludibria, irrisuum probra, passionum tormenta toleravit, ut superbum non esse hominem doceret humilis Deus. Quanta humilitatis [Al. add. nostræ] virtus est, quantaque sublimis celsitudo propter quam solam veraciter docendam is qui sine æstimatione magnus est usque ad passionem factus est parvus (Taio III, 29).

2. Humilitas magistra est hominum, materque virtutum. Sicut Veritas ait: *Dicite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris* (Matth. XI, 29), quia dum se humiles dejiciunt, ad Dei similitudinem ascendunt. Veræ humilitatis testimonia sunt, et iniquitatem suam quemque cognoscere, et cognitam voce confessionis aperire. Insuperandum est humilibus quam sit vera excellentia quam sperando tenent, quam sint æterna quæ appetunt, vel quam transitoria quæ contempnunt.

3. Admonendi sunt simplices, ut studeant nunquam falsa dicere, sed ut noverint nunquam vera reticere. Sicut enim dicentem falsitas læsit semper, ita nunquam quibusdam audita vera nocuerunt. Admonendi sunt simplices, ut sicut fallaciam semper utiliter vitant, ita veritatem semper utiliter profertant. Nihil simplici corde felicius, qui quo innoceniam erga alios exhibet, nihil est quod pati ab aliis formidet. Habet enim quasi arcem quamdam fortitudinis simplicitatem suam, nec suspectus est pati quod se fecisse non meminit (Taio, III, 28).

CAP. XLIII. De mansuetudine. — 1. Plerumque mansueti vicinum et quasi juxta positum torporem desidie patiuntur, ac per nimiam resolutionem lenitatis ultra quam necesse est, vigorem restrictionis emolliunt. Et sæpe mansueti dissolutionis torpescunt tædio, quia eorum virtuti vitium latenter adjungitur. Sed admonendi sunt, ut fugiant quod juxta ipsos est, et amplectantur sollicitudinem, quæ acuat multæ benignitatis incuriam. Nequaquam sancto Spiritu plenus est, qui aut in tranquillitate mansuetudinis fervorem æmulationis deserit, aut rursus in æmulationis ardore virtutem mansuetudinis amittit (Taio III, 30; Greg. Reg. past. p. III, c. 16).

265 CAP. XLIV. De obedientia. — 1. Sciendum summopere est, quod obedientia aliquando si de suo aliquid habeat, nulla est; aliquando autem, si de suo aliquid non habeat, minima. Cum hujus mundi suscensus præcipitur, cum locus superior imperatur, is qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ sibi virtutem evacuat, si ad hæc etiam ex proprio desiderio anhelat. Neque enim se sub obedientia dirigit, qui ad percipienda hujus vitæ commoda et prospera libidini propriæ ambitionis servit. Cum sæculi hujus despectus præcipitur, cum probra adipisci et contumeliæ jubentur, nisi hæc ex semetipso animus appetat, obedientiæ sibi meritum minuit, qui ad ea quæ in hac vita despecta sunt, invitus nolensque descendit (Taio, III, 31; Greg., Moral. xxxv, 14, n. 30).

2. Aliquando ad detrimentum obedientia ducitur, cum in eam ad suscipienda probra hujus sæculi nequaquam ex parte sua etiam vota sua comitantur. Debet obedientia et in adversis ex suo aliquid habere, ut rursus in prosperis tanto sit verior, quanto a præsentibus ipsa quam plivinitus percipit gloria funditur ex mente separatur. Scriptum est in libro Salomonis: *Melior est obedientia quam victimæ* (Eccl. IV, 17). Obedientia quippe juce victimis præponitur, quia per victimam aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria maciatur. Tanto igitur Deum quis-

A que placat citius, quanto ante ejus oculos repressa arbitrii sui superbia gladio præcepti se immolat. Ariolandi peccatum inobedientia dicitur, ut quanta sit obedientiæ virtus demonstraretur.

3. Ex adverso ergo melius ostenditur quid de ejus laude sentiat; si enim quasi peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, sola obedientia est, quæ fidei meritum possidet, sine qua quisque infidelis convincitur, etiam si fidelis esse videatur. Quis nesciat quod voluntas Filii a Patris voluntate non discrepet? Sed quam primus homo, quia, suam voluntatem tenens, facere noluit, a paradisi gudio exivit. Sed secundus ad redemptionem hominum veniens, dum voluntatem se Patris et non suam facere ostendit, persuanere nos intus per obedientiæ meritum docuit.

CAP. XLV. De verecundia. — 1. Verecundas mentes aliquando ad meliorem vitam exhortatio lenis et modesta componit, quia plerumque ad eorum conversionem sufficit quod eis doctor mala sua saltem leniter ad memoriam reducit. Paulus apostolus, egregius scilicet prædicator, culpas verecundantium, quasi compatiens, reprehendit dicens: *Gavisus sum in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando reformistis pro me sentire, sicut et sentiebatis; occupati enim eratis* (Philipp. IV, 10). Egit itaque doctor egregius ut verecundantium culpas medicinali benignitate sanaret, dum eorum negligentias sermo mollior temperando velaret. Sicut verecundia laudabilis est in malo, ita reprehensibilis est in bono. Erubescere enim malum est sapientiæ, bonum vero erubescere fatuitatis. Unde scriptum est: *Qui me eruberit, et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua* (Luc. IX, 26). Quidam sapiens ait: *Est confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gloriam* (Eccl. IV, 25). Qui enim verecundans erubescit penitendo mala quæ fecit, ad vitæ libertatem non pervenit; qui vero non erubescit bona facere, 266 a statu rectitudinis non cadit, neque in damnationem tendit (Taio, III, 32; Greg., Reg. past. p. III, c. 7; I in *Ezech.*, hom. 10, n. 17).

CAP. XLVI. De detractone. — 1. Qui alienæ vitæ detractone pascuntur, alienis procul dubio satiantur, sicut scriptum est: *Non comedas cum eis qui carnes ad vescendum conferunt*. Carnes quippe ad vescendum conferre est in collocazione derogationis vicissim proximorum vitia dicere. De obrectatoribus recte per Salomonem dicitur: *Qui vacantes potibus, et dantes symbola consumuntur, et resistentur pannis dormitionis* (Proverb. XXIII, 20). *Potibus vacant*, qui opprobrio alienæ vitæ se debriunt. *Symbola vero dare est*, sicut unusquisque solet de parte sua cibos ad vescendum, ita in confabulatione detractonis verba conferre (Greg., Moral. XIV, 37, n. 61; Taio, III, 41).

CAP. XLVII. De hospitalitate et elemosyna. — 1. Hospitalitatem fraternitatis amare, charitatis opera diligere nobis valde necessarium est; unde egregius prædicator nobis utrumque commendans, ait: *Charitas fraternitatis maneat in vobis, et hospitalitatem nolite oblivisci* (Hebr. XIII, 1). Pensandum nobis est quantum hospitalitatis fraternæ compassionis valeat, quantum nos omnipotenti Domino misericordiæ viscera conjugant; inde enim ei qui est super omnia appropinquamus, unde nos per compassionem proximi etiam sub nosmetipsis deponimus (Taio, III, 50; Greg., II in *Evang.*, hom. 25, n. 2).

2. Redemptori generis humani ad redemptionem nostram minime sufficit quod in extremo judicio dicturum se esse perhibuit: *Quandiu fecistis uni ex his fratribus meis, mihi fecistis* (Matth. XXV, 42). Nisi et ante judicium hoc esse ostenderet, quod dixisset; ut videlicet demonstraret quia bona quisquis nunc opera indigentibus exhibet, ei specialiter impendit, cujus hæc amore exhibuerit. Quare tanto in se plus quisque majorum mercedem recipit, quanto

nec eum despicit, qui amplius despiciendus videtur.

CAP. XLVIII. De multimoda erogandi largitione. — 1. Qui indigenti proximo exteriorem substantiam præbet, sed vitam suam a nequitia non custodit, rem suam Deo tribuit, et se peccato. Hoc quod minus est obtulit Auctori, et hoc quod majus est servavit iniquitati. Quoties post culpam eleemosynas facimus, quasi pro pravis actibus pretium damus. Unde per Prophetam de eo qui hæc non agit, dicitur: *Non dabit propitiationem suam, nec pretium redemptionis animæ suæ* (Psal. XLVIII, 8). Tunc eleemosynæ pretium nos a culpa liberat, cum perpetrata plangimus et abdicamus. Nam qui et semper peccare vult, et quasi semper eleemosynam largiri, frustra tribuit, quia non redimit animam, quam a vitis nun compescit (Tato III, 34; Greg., Moral. XIX, 23, n. 38, XII, 51).

2. Eleemosynæ impensio superbum divitem redimere non valet, quam perpetrata simul rapina pauperis ante Dei oculos ascendere non permittit. Unde per Eliphaz dicitur: *Non credat frustra errore deceptus quod aliquo pretio redimendus sit* (Job. XV, 31). Sæpe superbi divites, cum eleemosynam tribuunt, non hæc pro æternæ vitæ desiderio, sed pro extendenda vita temporalis largiuntur. Mortem se posse differre donationibus [Al., donationibus] credunt; sed nequaquam obtinere ex impensio munere valent, ut sine debito evadant. In Evangelio Veritas ait: *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua* (Matth. VI, 3). Id est, pie dispensationi nequaquam se gloria præsentis vitæ admisceat, sed opus rectitudinis appetitio ignoret favoris (Greg., Reg. past. p. III, c. 20).

3. Plerumque multa homines pauperibus largiuntur, non quia eodem 267 pauperes diligunt, sed quia si minimo tribuant, iram superni iudicii formidant; qui si Deum non metuerent, quæ habent dare noluissent. Admonendi sunt qui sua misericorditer tribuunt, ne cogitatione tumida super eos quibus terrena largiuntur se extollant; et ne idcirco se meliores æstimet, quia contineri per se cæteros vident. Qui possessa misericorditer tribuunt, a cælesti Domino dispensatores se positis subsidiis temporalium agnoscat, et tanto humiliter præbeant, quanto et aliena esse intelligant quæ dispensant. Ne in benefactis largitoris immoderatus gaudeant, audiant quod scriptum est: *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicitis: Servi inutiles sumus, quæ debuimus facere, non (-ic) fecimus* (Luc. XVII, 10).

4. Ac ne largitatem tristitia corrumpat, audiant iterum quod scriptum est: *Hilarem datorem diligit Deus* (II Cor. IX, 7). Ne largitores eleemosynarum impensæ gratiæ vicissitudinem requirant, audiant quod scriptum est: *Cum facis prandium, aut cenam, noli vocare amicos tuos, atque cognatos, nec vicinos divites, ne forte et ipsi te invitent, et faciant tibi retributionem; sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, et beatus eris, quia non habent unde retribuunt* (Luc. XIV, 12). Ne sub obtentu largitatis ea quæ possident inutiliter spargant distributores, audiant quod scriptum est: *Sudet in manu tua eleemosyna*. Et ne, cum multa necesse sint, pauca largiantur, audiant quod scriptum est: *Qui parce seminat, parce et metet*.

5. Ne, cum pauca oportet, plurima præbeant largitores, et ipsi postmodum minime inopiam tolerant, ad impatientiam erumpant, audiant quod scriptum est: *Non quod aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate vestra abundantia illorum inopiam supplet, ut et illorum abundantia vestra inopie sit supplementum* (II Cor. VIII, 13). Cum igitur dantis mens inopiam ferre nescit, si illicita [Al., multa] sibi subtrahit, hoc occasionem contra se in patientiam exquirat.

6. Ne omnino distributores nihil eis præbeant quibus conferre aliquid parum [Al., parvum] debent,

audiant quod scriptum est: *Omni petenti a te tribue* (Luc. VI, 30). Quare ne saltem aliquid præbeant, quibus conferre nihil debent, audiant quod scriptum est: *Da bono, et non repereris peccatorem; benefac humili, et non dederis impio* (Eccli. XII, 4). Nonnulli hujus mundi divites, cum fame crucientur Christi pauperes, effidis largitibus nutriunt histriones. Qui vero indigenti peccatori panem suum, non quia peccator, sed quia homo est, tribuit, nimirum non peccatorem, sed justum nutrit, quia in illo non culpam, sed naturam diligit.

7. Qui sua misericorditer largiuntur, sollicite custodire studeant ne cum commissa peccata eleemosynis redimunt, adhuc redimenda committant, ne venalem Dei justitiam æstimet, si cum curant pro peccatis nummos tribuere, arbitrantur se posse multe peccare. Sollicite studeamus pendere quæ et eos quos nunc inopes cernimus, abundantes quandoque videbimus; et qui abundantes aspiciunt, si largiri negligimus, quandoque inopes erimus. Qui nunc temporale subsidium pauperi tribuit, ab eo postmodum perpetua receptorus, ut ita dicam, quasi ad frugem 268 terram excolit, quæ quod accepit uberius reddit. Honorate quos pauperes cernitis, et quos foris conspiciatis despectos sæculi, intus arbitramini amicos Dei. Cum eis participamini [Al., participare] quod habetis, ut quandoque dignetur vobiscum participari [Al., participare] quod habent (Greg., Moral. XXI, 19, n. 30; II in Evang., hom. 40, n. 12).

CAP. XLIX. De spe et formidine electorum. — 1. Plerumque mens justi jam quidem quod perverto se egisse meminist deplorat. Jam prava acta non solum deserit, sed amarissimis lamentis punit. Sed tamen dum eorum quæ egit reminiscitur, gravi de iudicio pavore terretur. Electus quisque jam se perfectus convertit, sed adhuc se perfectus in securitate non erigit, quia dum quania sit districtio extremi examinis pensat, intus hæc formidine sollicitus trepidat; quoniam justus iudex veniens quid de perpetratis reputet, quid relaxet, ignorat. Sæpe mens poenitentis, quam prava commiserit meminist, sed hæc commissa, si digne flevit, nescit. Ac ne culpæ humanitas in modum poenitentis transeat, metuit. Sæctus quisque vir etiam hic misericordiam susceptus se nescit, quia peccatum suum homo jam corrigendo, jam poenitendo deserit, sed adhuc tamen districtum iudicem de ejus retributione pertimescit (Greg., Moral. IV, 35, n. 61; Tato III, 46).

2. Illic tutus [Al., justus] quilibet sine ulla formidine misericordiam Domini libere in æternitate cantat, ubi jam de peccati venia dubietas non erit, ubi jam securam mentem culpæ suæ memoria non adjecit [Al., addidit], ubi non sub reatu animus trepidat, sed de ejus indulgentia libere exultat. David propheta cum peteret, dicens: *Averte oculos tuos a peccatis meis, paulo superius intulit: Delictum meum coram me est semper* (Psal. L, 11); ac si diceret: *Peccatum meum ne respicias, postulo, quia ego respicere ipsum non cesso. Unde et per alium prophetam Dominus dicit: Et peccatorum tuorum memor non ero, tu autem memor esto* (Isai. XLIII, 25). Providendum est his qui peccata sua desunt, ut singula quæque admissa considerent, et dum per unumquodque erroris sui iniquitatem et inquinatorem desunt, simul se ac totos lacrymis mudent. Per Jeremiam dicitur: *Cum Judæus singula delicta passerentur, divisiones aquæ deduxerunt oculi mei* (Thren. III, 48). Divisas quippe ex oculis aquas deducimus, quando peccatis si quæ dispersitas lacrymas damus (Greg. Reg. past. p. III, c. 29).

3. Neque enim una eodemque tempore æque mens de omnibus dolet, sed dum nunc hæc, nunc illam culpæ memoria acris tangit, simul de omnibus in singulis commota purgatur. Advocandi sunt timere formidinis oppressi, ut de misericordia, quam postulant, præstant, ne vi immoderate afflictionis



intereant. Neque enim pius Dominus ante delinquentiam oculos stenda peccata apponeret, si per semetipsum ea di-stricte ferire voluisset. Constat enim quod a suo iudicio abscondere voluit quos miserando preveniens sibi metipsum iudices fecit; hinc enim scriptum est: *Præveniamus faciem ejus in confessione* (Psal. xciv, 2). Hinc per Paulum dicitur: *Si nosmetipsos dijudicavimus, non atque judicemur* (1 Cor. xi, 31). Scriptum est: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata* (Psal. cxxxii, 4). Peccata enim tegimus, cum bona facta malis actibus superponimus. Omne enim quod operitur inferius ponitur, et hoc unde operitur desuper dicitur (Greg., 1 in Ezech., hom. 4).

**269** 4. Quando ergo abdicamus mala quæ fecimus, et eligimus bona quæ faciamus, quasi tegimen superducimus, quoniam videri erubescimus. Sancti viri, dum in hac adhuc vita sunt, habent tamen quod ante Dei oculos operire debeant, quia omnino est impossibile quod aut in opere, aut cogitatione, aut in locutione nunquam delinquant. Unde beatus Job, qui perfecta quidem omnibus dixerat, Dei tunc vocem audiens, seque ipsum de ipsa sua perfecta locutione reprehendens, dicebat: *Manum meam ponam super os meum* (Job. xxxix, 31). In manu quippe operatio, in ore locutio est.

5. Manum ergo super os ponere est peccata locutionis per virtutem boni operis tegere. Mola superior et inferior ita sibi necessario jungitur, ut una sine altera inutiliter habeatur. In peccatoris itaque pectore incessanter debet spes et formidique conjungi, quia incassum misericordiam sperat, si non etiam justitiam timeat. Quare frustra quisque justitiam metuit, si non etiam de misericordia contudit. Loco pignoris mola superior tolli prohibetur, quia peccatori prædicans, tanta dispositione componere prædicationem debet, ut nec derelicta spe timorem subtrahat, nec subtracta spe cum in solo timore derelinquat (Greg., Moral. xxxiii, 12, n. 24).

**CAP. L. De regni celestis desiderio.** — 1. Magnus clamor sanctorum magnus est desiderium; tanto enim quisque minus clamat, quanto minus desiderat, et tanto majorem vocem in aures incircumscripti spiritus exprimit, quanto se in ejus desiderium plenius fundit. Cum aliter moveri solet mens quæ petit, aliter quæ petitur, et sanctorum animæ ita interni secreti sine Deo inhaereant, ut inhaerendo quiescant, quomodo dicuntur petere, quas ab interna voluntate constat non discrepare? Quomodo dicuntur petere, quas et voluntatem Dei certum est, et ea quæ futura sunt, non ignorare? Sed in ipso positæ ab illo aliquid petere dicuntur, non quo quidquam desiderant, quod ab ejus quem certant voluntate discordat, sed quo mente ardentius inhaereant, eo etiam de ipso accipiunt, ut ab ipso petant quod eum facere velle novcrunt (Greg., Moral. ii, 7, n. 11; Tatio, iii, 37).

2. Nemo qui tardius auditur credat quod a superiora cura negligitur. Saepè enim nostra desideria, quia celeriter non sunt, tamen exaudiuntur, et quod impleri concitor petimus, ex ipsa melius tarditate prosperatur. Saepè vox nostra eo perficitur quo differtur; et cum superficie tenus petitio negligitur, vota nostra altius in cogitationum radice complentur. Sicut et semina messium gelu pressa solidantur, et quod a superficie tardius exeunt, eo ad frugem multiplicatiora consurgunt. Desideria nostra dilatazione [*Fortè, dilatione*] extenduntur, ut proficiant; proficiunt, ut ad hoc quod perceptura sunt convalescant. Exercitantur in certamine, ut majoribus cumulentur præmiis in retributione. Labor protrahitur pugnae, ut crescat corona victoriae.

3. Sicut ergo Dominus cum velociter non exaudit, quod repellere creditur assidue trahit. Internus medicus peccatorum in nobis contagia quæ incassè medullitus reprobant secat, et abscindit virus putredinis ferro tribulationis, eoque voces ægri audire dissimu-

lat, quo ægritudinis finem curat. David propheta ait: *Clamo per diem, et non exaudies, in nocte, et non ad insipientiam mihi* (Psal. xxi, 3). Ac si diceret: *Nequaquam mihi ad insipientiam proficere, quod die ac nocte clamantem me quod ille non exaudis. Quia unde me in temporalis tribulatione quasi desitis, et non exaudis, inde ad æternam sapientiam plus erudis.* Iterum Psalmista dicit: *Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione* (Psal. ix, 10). Tribulationem quippe dicitur, opportunitates præmittit; quia saepè tribulatione concutimur, et tamen opportunum nondum est, nisi ad desiderium ereptionis adjuvemur.

**CAP. LI. De bonorum concordia.** — 1. Tunc claritas a jugo culpæ liberos reddit, cum vicissim nostro per amorem servitio subijcit, cum et aliena nostra bona credimus, et nostra aliis quasi sua offerentes exhibemus. Certissime sciunt homines, quia quantilibet virtutibus polleant, spirituales fieri nullatenus possunt, si viri per concordiam proximis negligunt. Scriptum est: *Fructus enim spiritus est pax, churitas, gaudium* (Galat. v, 22). Qui ergo servare pacem non curat, ferre fructum spiritus recusat. Unde idem Paulus ait: *Cum sit inter vos zelus, et contentio, nonne carnales estis* (1 Cor. iii, 3)? Hinc iterum dicit: *Pacem sequimini cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum* (Tatio, iii, 33; Greg. Reg. past., p. iii, c. 22).

**CAP. LII. De divinis iudiciis.** — 1. Cum valde occulta iudicia Dei sint, quibus in hac vita nonnunquam bonis male sit, malis bene, tunc occultiora sunt, cum et bonis hic bene est, et malis male. Nam cum bonis hic male est, malis bene, hoc fortasse deprehenditur, quia et boni si qua deliquerunt, hic recipiunt, ut ab æterna damnatione plenius liberentur; et mali bona, quæ pro hac vita faciunt, hic inveniunt, ut ad sola in posterum tormenta pertendantur. Unde et ardenti diviti in inferno dicitur (Luc. xvi, 25): *Memento, fili, quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus s' militer mala* (Tatio iv, 2; Greg. Moral. v, 1, n. 1).

2. Cum bonis in præsentia sæculum bene est, et malis male, incertum valde sit utrum boni bona accipiant, et provocati ad aliquid melius crescant, aut tuto latentique iudicio hic suorum operum remunerationem recipiant, ut a præmio vitæ sequentis inanescent, et utrum malos idecirco adversa feriant, ut ab æternis suppliciis corrigendo defendant. An hic eorum poena incipiat, ut quandoque complenda eos ad ultima gehennæ tormenta perducat. Quia inter divina iudicia gravi incertitudinis suæ caligine humana mens prenitur, sancti viri, cum sibi suppetere prospera hujus mundi conspiciunt, pavida suspitione turbantur. Timet enim ne hic laborum suorum fructus recipiant, timent ne quod divina justitia latens in eis vulnus aspiciat, et exterioribus eos muneribus cumulans, ab intimis repellat.

3. Unde per Psalmistam dicitur: *Palpebræ ejus interrogant filios hominum* (Psal. x, 5). Palpebræ quippe Dei iudicia sunt ipsius, quæ aliquid nobis claudunt, aliquid aperiunt; speriendo namque nos interrogant, si intelligendo non extollimur. Claudendo interrogant, si non despiciamus quæ intelligere non valeamus. Nemo iudicia divina perscrutari appetat, cur, cum alius repellitur, alius eligatur; vel cur, cum alius eligitur, alius repellatur; quia, attestante Paulo, didicimus quod *inscrutabilia sunt iudicia ejus, et investigabiles viæ ejus.* Divinorum facta iudiciorum semper indiscussa veneranda sunt, quia injusta esse nequaquam possunt. Rationem **271** quippe de occulto ejus consilio quærere nihil est aliud quam contra ejus consilium superbire (Greg., ii, in Ezech., hom. 5, n. 6).

4. Cum iudiciorum Dei causa non deprehenditur, restat ut sub factis illius cum humilitate taceatur, quia nequaquam sufficit sensus carnis, ut secreta penetret Majestatis. Ad semetipsam humana mens

releat, et quod de divinis judiciis apprehendere non valet, non requirat; ne si divinæ iræ causa discutitur, amplius discussa provocetur, et quam placare humiliter poterat, inextinguibiliter superbia accendat. Per apostolum Paulum dicitur: *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo (Rom. ix, 20)?* Semetipsum homo considerans tacet, et divina judicia discutere uetuit, quia esse se pulverem agnoscit; respondere non posse convincitur, quia homo nominatur, quia per hoc quod de humo sumptus judicia superna discutere dignus non est (Greg., *Moral.* ix, 14, n. 21).

**CAP. LIII. De his qui iudicio Dei obdurantur.** — 1. Sicut nemo obsiuit largitati Dei vocantis, ita nullus obviat iustitiæ delinquentis. Non enim cor peccantis Deus obdurat, sed obdurare dicitur, cum ab obduratione non liberat. Obdurare se per iustitiam dicitur, quia cor reproborum per gratiam non emollit. Recludere Dei est clausis non aperire, sed in suorum operum tenebris peccatores relinquere. Misericors Deus tempus nobis relaxat ad poenitentiam, sed cum ejus gratiæ patientiam nos ad augmentum vertimus culpæ. Hoc ipsum tempus, quod ad parcendum pie disposuit, districtius ad feriendum vertit. Cum reverti quisque ab erroris sui tenebrosis itineribus, etiam spatio temporis accepto noluerit, per hoc mala sua ad reatum auget, per quod ea diluere potuit, si converti voluisset (*Taio*, v, 5; *Greg.*, *Moral.* xi, 9, n. 13; *in Ezech.*, hom. 11, n. 25).

**CAP. LIV. De reproborum prosperitate.** — 1. Qui a Deo avertitur, et prosperatur, tanto perditioni sit proximior, quanto a zelo disciplinæ invenitur alienus. Plerique reprobi, dum peccatorum suorum vinculis alligantur, ad iustitiæ tramitem nequaquam revertuntur, phreneticorum videlicet sensibus similes, qui insaniam qua prævalent virtutem putant, qui ex morbo esse nesciunt hoc quod amplius sanis possunt, et quasi crevisse viribus æstimant, dum ad vitæ terminum per augmenta languoris appropinquant. Nonnunquam reprobi phreneticis similes, qui rationis usum non habent, flent, et ridet; et tanto in magna exultatione se dilatant, quanto et insensibiles malum quod patiuntur ignorant. In Ecclesiastæ libris scriptum est: *Vidi servos in equis, et principes ambulantes, quasi servos super terram (Eccle. x, 7).* Omnis qui peccat servus est. Servi namque in equis sunt, cum peccatores præsentis vitæ dignitatibus efferuntur; principes vero, quasi servi ambulant, cum multos dignitate virtutum plenos nullus honor erigit, sed summa hic adversitas velut indigno deorsum premit (*Greg.*, *in Ezech.*, hom. 12, n. 18; *Moral.* vi, 16, n. 26; *Taio*, v, 7; *Moral.* xxxi, 24, n. 43).

**CAP. LV. Qualiter lapsi post ruinam surgere queant.** — 1. Peccata experti saltem post naufragium mare metuunt, et perditionis suæ discrimina vel cognita perhorrescant, ne qui pie post patrata mala sanati sunt, improbe repetendo moriantur. Peccanti animæ, et nunquam a peccato desinenti, dicitur: *Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere (Jerem. iii, 3).* Admonendi sunt itaque lapsi, ut studeant, quatenus suscepta naturæ bona integra servare noluerunt, saltem scissa resurgant. Quid dicturi **272** sunt peccata carnis experti, si, aliis int' gitate stantibus, ipsi nec post damna respiciant? Quid dicturi sunt, si cum multis et alios secum deserunt, hic expectanti Domino nec semetipsos reducant? Dandum est lapsis ut præterita admisa considerent, atque imminetia devitent, quatenus transactas culpas ad memoriam revocent, et pollui in fortuitis erubescant. Per Jeremiam prophetam Dominus dicit (*Jerem. iii, 4*): *Si dimiserit rix uxorem suam, et illa recedens duxerit virum alium, nunquid revertetur ad eam ultra? Nunquid non polluta et contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis; tamen re-*

*vertere ad me, dicit Dominus (Greg., Reg. post. p. III, adm. 29).*

2. Ecce de fornicante et relicta muliere argumentum iustitiæ proponitur, et tamen nobis post lapsum redeuntibus non iustitia, sed pietas exhibetur. Hinc utique colligamus, si nobis delinquentibus tanta pietate parcitur, a nobis sic post delictum redeuntibus quanta improbitate peccatur, aut quæ ab illo erit improbis venia, qui non cessat vocare post culpam. Isaias propheta dicit: *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, et aures tuæ audient verbum post tergum monentis (Isai. xxx, 20).* Quasi enim coram positus Deo quisque verba monitionis ejus præcepta cognoscit; adhuc enim ante ejus faciem stare est necdum eum peccando contemnere. Cum vero, derelicto bono innocentiam, iniquitatem eligens appetit, terga jam in ejus faciem mittit.

3. Omnipotens Dominus quasi post tergum nos subsequens monet, qui etiam post culpam ad se redire persuadet. Aversum revocat, commissa non respicit, revertenti sinum pietatis expandit. Vocem ergo post tergum monentis audimus, si post peccata humili et contrito corde revertimur. Debemus igitur pietatem vocanti erubescere, si iustitiam volumus formidare, quia tanto graviore improbitate contemnitur, quanto et contemptus adhuc vocare non dedignatur. Per Jeremiam prophetam Dominus dicit: *Et venies usque ad Babylonem, ibi liberaberis (Mich. iv, 10).* Babylon quippe confusio interpretatur. Sæpe enim quis postquam in confusionem vitiorum ceciderit, erubescens mala quæ perpetravit, ad poenitentiam redit, seque a suis lapsibus bene vivendo erigit. Quid ergo iste nisi usque ad Babylonem venit, et ibi liberatus est? Nonnunquam quisque erubescens mala quæ fecit, se contra se erigit, et bene operando ad statum recitudo redit. In Babylone itaque liberatus est, qui per divinam gratiam ostenditur etiam de confusionis salvatus.

**CAP. LVI. De appetitu laudis humanæ, vel favoribus adulantium.** — 1. Omnis homo qui ex eo quod agit, humanas laudes appetit, testem in terra querit. Qui autem de actibus suis omnipotentî Domino placere festinat, testem se habere in cælo considerat. Cum multi mala gesta laudibus exaltant, inde fit ut incessanter crescat culpa favoribus enutrita. Curari autem vulnus negligitur, quod dignum præmiis laudeque videtur. Bene itaque per Salomonem dicitur: *Fili mi, si te lactaverint peccatores, ne acquiescas (Proverb. 1, 10).* Peccatores enim lactant, cum vel perpetranda mala blandimentis inferunt, vel perpetrata favoribus extollunt. Quid enim aliud peccare quam occumbere? Sed quia peccantem laudibus **273** prosequuntur, quasi extinctum sub verborum suorum ægga abscondunt. Arundinem mox ut aura tetigerit, in partem alteram fertur. Et quid per arundinem nisi carnalis animus designatur, qui mox favore vel detractione tangitur, in partem quamlibet inclinatur (*Greg.*, *Moral.* xiii, 24, n. 28; *Taio*, v, **D** 13; *Greg.*, *Moral.* iv, 28, n. 51.)

2. Si ab ore cujusquam aura favoris flaverit, appetitus laudis humanæ hilarescit. Extollitur, totumque se quasi ad gratiam inflectit; sed si inde ventus detractionis erupit unde laudis aura vehebatur, mox hunc quasi in partem alteram ad vim furor inclinat. Ne paulatim atque inulte crescere debeat adulatio, statim et sine mora est oris gladio ferienda, et per zeli iustitiam suppositis exstinguenda. In Evangelio fatulus virginibus cum increpatione dicitur: *Ite potius ad vendentes, et emite vobis (Math. xxv, 9)*; venditores quippe olei adulatores sunt, quoniam in accepta qualibet gralla vanis suis laudibus uitorem gloriæ offerunt, quasi oleum vendant. Principale corporis nostri caput est. Appellationis enim capitis ea quæ principator corpori mens vocatur. Impinguit ergo caput oleum peccatoris, cum demulcet mentem favor adulantis. Si favores suos quisque audiens ad superni iudicii considerationem redit, ad se de his

apud occultum praeiurium gravetur, metuit, quasi expurgationis igne ad magnitudinem claritatis excrevit, et unde incendium trepidationis sustinet, inde claritas fulget (Greg., 1 in Evang., hom. 12. n. 3; Moral. xxviii. 8).

CAP. LVII. Qualiter sacra Scriptura maledictum pronat sententiam. — 1. Cum certe novimus quod maledictum Scriptura sacra prohibet, cur recte aliquando fieri dicimus, quod vitare eodem sacro eloquio non ignoramus? Sed sciendum nobis est quod Scriptura sacra duobus modis maledictum memorat. Aliud, videlicet, quod approbat; aliud, quod damnat. Aliter enim maledictum profertur iudicio iustitiae, aliter livore vindictae. Maledictum iudicio iustitiae, ipso primo homine peccante, prolatum est, cum audivit: *Maledicta terra in operibus tuis* (Gen. iii. 17). Maledictum iustitiae iudicio profertur, cum ad Abraham dicitur: *Maledicam maledicentibus tibi* (Gen. xii. 3). Rursus, quia maledictum non iudicio iustitiae, sed livore vindictae promittitur, voce Pauli praedicantis admonemur, qua ait: *Benedicite, et nolite maledicere* (Rom. xii. 14); et rursus: *Neque maledicti regnum Dei possidebunt* (1 Cor. vi. 10). Deus omnipotens maledicere dicitur, et tamen maledicere homini prohibet; quia quod homo agit malitia vindictae, Deus non facit nisi examine et virtute iustitiae (Taio, iii. 5; Greg., iv Moral., 6).

2. Cum sancti viri maledictionis sententiam proferrunt, non ad hanc ex voto ultionis, sed ex iustitia exanimis erumpunt. Intus enim subtile Dei iudicium aspiciunt, et mala foras exsurgunt, quin maledicto debeant ferre, cognoscunt; et eo in maledicto non peccant, quia ab interno iudicio non discordant. Petrus apostolus in offerentem sibi pecunias Simonei sententiam maledictionis intorsit, dicens: *Pecunia tua tecum sit in perditionem* (Act. viii. 20). Qui enim non ait est, sed sit, non indicativo, sed optativo modo se haec dixisse signavit. Elias denique duobus quinquagenariis ad se venientibus dixit: *Si homo Dei sum, descendat ignis de caelo, et consumat vos* (IV Reg. i. 12). Quorum utrorumque sententia quanta veritatis ratione convalevit, terminus causae monstravit. Nam et Simon etiam perditione 274 interlit, et duos quinquagenarios desuper veniens flamma consumpsit. Virtus subsequens testificatur qua mente maledictionis sententia promittitur. Cum et maledicentis innocentia permanet, et tamen eum qui maledicitor usque ad interitum maledictio absorbet, ex utriusque partis sine colligitur (quod) ab uno et intimo iudice in reum sententia sumpta jaculatur, si subtiliter beati viviscusque, qualiter in Scriptura sancta maledicti pronat sententiam, verba pensamus. Non enim ejus maledictio ex malitia delinquentis, sed ex rectitudine iudicis procedit; non enim ira commoti, sed doctrina tranquilli. Qui enim iam recta maledicens intulit, non perturbationis vitio succubuit, sed doctrinae magisterium impendit.

CAP. LVIII. Quid sit jubilum. — 1. Jubilum dicitur, quando ineffabile gaudium mente concipitur, quod nec abscondi possit, nec sermonibus aperiri, et tamen quibusdam motibus proditur, quamvis nullis proprietatibus exprimat. David Propheta intuens electorum animos tantum gaudium mente concipere, quantum sermone non valeat aperire, ait: *Beatus populus qui scit jubilationem* (Psal. lxxxviii. 16). Non enim ait: *Qui loquitur*, sed *qui scit*, quia sciri quidem jubilatio intellectu potest, sed dici exprimi non potest. Per jubilum sentitur quod ultra sensum est, et cum vix ad contemplandum sufficiat conscientia sententis, quomodo ad exprimendum sufficit lingua dicentis? (Taio, iii. 36; Greg., Moral. xxiv. 6, n. 10).

CAP. LIX. De discretione spiritus septiformis. — 1. In mente fidelium primus ascensionis gradus est timor Domini, secundus pietas, tertius scientia, quartus fortitudo, quintus consilium, sextus intellectus, septimus sapientia. Isaias propheta, in Christo enumerans

A gradus septiformis gratiae, ait: *Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini* (Isai. xi. 2). Quot scilicet gradus de caelestibus loquens descendendo magis quam ascendendo numeravit. Videlicet sapientiam et intellectum, consilium et fortitudinem, scientiam, pietatem et timorem. Et cum scriptum sit: *Initium sapientiae timor Domini* (Proverb. i. 7, 10), constat procul dubio quia timore ad sapientiam ascenditur, non autem a sapientia ad timorem reditur. Perfectam procul dubio habet sapientia charitatem, sicut scriptum est: *Perfecta charitas foras mittit timorem* (1 Joan. iv. 18). Isaias ergo, quia de caelestibus ad ima loquebatur, coepit magis a sapientia, et descendit ad timorem. Sed nos, quia a terrenis ad caelestia tendimus, eoslem gradus ascendendo numeremus, ut a timore ad sapientiam pervenire valeamus. Est timor Domini in mente fidelium; sed qualis iste timor est, si cum eo pietas non est? Qui enim misereri proximo ignorat, qui compati ejus tribulationibus dissimulat, hujus timor ante omnipotentis Dei oculos nullus est, si non sublevarit ad pietatem. Sed saepe pietas per inordinatam misericordiam errare solet, si fortasse pepercit quae parcenda non sunt. Peccata enim quae ferri gehennae ignibus possunt disciplinae sunt verberare corrigenda. Sed inordinata pietas cum temporaliter parcat, ad aeternum supplicium pertrahit (Greg., ii in Ezech., hom. 7, n. 7; Taio, iii. 25).

2. Ut vera et ordinata sit pietas ad gradum est alium sublevanda. Id est, ut sciat vel quid ex misericordia puniat, vel quid ex misericordia 275 dimittat. Sed quid si sciat quid agere quisque debeat, virtutem vero agendi non habeat? Scientia ergo nostra crescat ad fortitudinem, ut cum videat quid agendum sit, agere per mentis fortitudinem possit, ne timore trepidet, et pavore collapsa non valeat bona defendere quae sentit. Saepe fortitudo, si improvida fuerit, et minus contra vitia circumspicua, ipsa sui praesumptione in casum ruit. Ascendat ergo ad consilium, ut praevidendo praemuniat omne quod agere fortiter potest. Esse consilium non potest, si intellectus deest. Quia qui non intelligit malum quod agentem gravat, quomodo potest bonum solidare quod adjuvat? Itaque a consilio ascendamus ad intellectum. Si intellectus magno quidem acumine viget, et moderari se nesciat per maturitatem, ab intellectu ergo ascendatur ad sapientiam, ut hoc quod acute intellectus invenit sapientiae maturitate [At., sapientia mature] disponat. Quia igitur per timorem surgitur ad pietatem, per pietatem ad scientiam ducimur, per scientiam ad fortitudinem roboramur, per fortitudinem ad consilium tendimus, per consilium ad intellectum proficiscimur, per intellectum ad maturitatem sapientiae venimus. Septem gradibus ad portam ascendimus per quam nobis aditus vitae spiritualis aperitur.

CAP. LX. De variis percussioibus mundi. — 1. Qui Deum diligunt in mundi fine vel percussione gaudere atque hilarescere jubentur, quia videlicet eum quem amant mox invenimus, dum transit is quem non amaverunt. Ab ite ne fidelis quisque Deum videre non desideret, et de mundi percussioibus luceat, quod finire iisdem ipsis percussioibus non ignorat. Ex mundi destructione lugere eorum est qui radices cordis in ejus amore plantaverunt, qui sequentem vitam non quaerunt, qui illam neque esse suspicantur. Nos, qui illa caelestis patriae gaudia aeterna cognovimus, festinare ad eam quanto citius debemus. Optandum nobis est citius pergere, atque ad illam vitam felicitate perpetuam pervenire (Taio, v. 24; Greg., i in Evang., hom. 1, n. 3).

CAP. LXI. De Judaici populi circa mundi finem conversione. — 1. Sancta Ecclesia, in primitiis suis multitudine gentium fecundata, vix in mundi fine Judaeos quos invenit suscipiet, et extrema colligens, eos

quasi reliquias frugum ponet. De quibus Judaici populi reliquias Isaias : *Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiae ejus salvae fient* (Isai. x, 22). Elia veniente, promittitur quod reducat corda filiorum ad patres eorum. Ut doctrina quae nunc a Judaeorum corde ablata est tunc, miserante Domino, redeat, quando hoc de Domino intelligere coeperunt filii, quod praedicaverunt patres. Judaicus populus in fine mundi liberabitur a servitute peccati, sicut scriptum est : *Donec plenitudo gentium introiret, et sic omnis Israel salvus feret* (Rom: xi, 25). Et sicut propheta ait : *Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiae salvae fient* (Isai. x, 22). Sancta Ecclesia adhuc in hac vita posita pro laboribus quos sustinet duplicia munera recipit, cum susceptis, ut diximus, plene gentibus, in fine mundi Judaeorum etiam ad fe corda converterit, sicut scriptum est : *Donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel salvus feret* (Taio, v, 25; Greg., in praef. 14 Moral., c. 4; praef. in Job. c. 10, n. 20).

CAP. LXII. De Antichristi temporibus. — 1. Antiquus hostis extrema mundi atrocibus tentaturus aggreditur, qui tanto sit ferventior ad saevitiam, quanto se vicinior sentit ad ponam. 276 Considerat quippe quid juxta sit, ut licentiam nequissimae libertatis amittat. Et quantum brevitate temporis angustatur, tanto multiplicitate crudelitatis expanditur. Quidquid diabolus nequiter valuerit, in fine mundi callidius exquiret. Tunc cervicem superbæ altius eriget, et per damnatum illum quem gestat hominem omne quod temporaliter praevalet nequiter ostendet. Stellae de caelo in terra cadere esse relicta a nonnullis spe caelestium, illo duce, ad ambitum gloriae secularis inihiare. Iste igitur draco misit caudam, et traxit tertiam partem stellarum. Draconis enim cauda stellarum pars trahitur, quando extrema persuasione Antichristi quidam, qui videntur lucere, rapiuntur (Taio, v, 26; Greg. Moral. xxxiv, 1, n. 1).

2. Nonnulli de tribu Dan venire Antichristum ferunt, sicut per Jacob patriarcham dicitur : *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semina, mordens ungulas aequi, ut cadat ascensor ejus retro* (Gen. xlix, 17). Hoc in loco Dan et coluber asserit, et mordens. Unde non immerito dum Israeliticus populus terras in castrorum partitione susciperet, primus Dan ad Aquilonem castramentatione est, illum, scilicet, significans, qui in corde suo dixerat : *Sedebit in monte testamenti, in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium; similis ero Altissimo* (Isai. xiv, 13). De quo et per prophetam dicitur : *A Dan auditus est fremitus eorum ejus* (Jerem. viii, 16). Antichristus non solum coluber, sed etiam cerastes vocatur. *Cerasta* enim Graece cornua dicuntur. Serpens, qui hic cornutus esse perhibetur, per quem digne ejusdem Antichristi adventus asseritur, quia contra vitam fidelium cum morsu pestiferæ predicationis armatur etiam cornibus potestatis (Greg. Moral., xxxi, 24, n. 43).

CAP. LXIII. De salute, vel languore corporis, vitaeque praesentis corruptionis. — 1. Justis in hac vita ipsa sarcina suae corruptionis onerosa est. Quod vigiliae defatigant, somnus queritur, ut vigiliarum labor atque anxietas temperetur. Nonnunquam etiam somnus occidit, fames corpus atterit, atque ut ejus necessitas repellatur, cibi requiruntur. Sed saepe et cibi gravant, qui ad repellendum debilitatis gravamen quaesiti fuerant. Quosque subditi corruptionis sumus, auctori nostro minime respondemus; quia dum corruptio ab incorruptione longe est, similitudo apta nostrae responsioni non est. Humana creatura ex ipso quod creata est, in semetipsa habet sub se desuere; sed a conditore suo homo accepit quod et super se contemplatione rapiatur, et in se ipso in incorruptione teneatur. Admonendi sunt incolomes, ut salute corporis exercent salutem mentis; ne si acceptae incolunitatis gratiam ad usum nequitiæ inclinent, dono deteriores fiant; et eo postmodum supplicia graviora mereantur, quo nunc largioribus

A bonis Dei male uti non metuunt (Greg., Moral. xii, 13, n. 17; Taio, iii, 51, 52; iii, 14, n. 18; Reg. past. p. iii, c. 12).

2. Item admonendi sunt incolomes, ne opportunitatem salutis in perpetuum promerentiae despiciant. Scriptum namque est : *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* (II Cor. vi, 2). Dicendum est eis ne placent Deo si cum possunt noluerint, cum voluerint sero non possint. Salus corporis, quando ad bene operandum accepta despicitur, quanti sit muneris amissa sentitur. Et infructuose ad ultimum queritur, quae congruo concessa tempora utiliter non habetur. Per sapientissimum Salomonem dicitur : *Ne des alienis honorem tuum, et annos tuos crucioli, ne forte impleantur extranei iuribus tuis, et l. ores tui sint in dono aliena, et gemas in novissimis, quando consumperis carnes, et corpus tuum* (Prov. v, 9). Qui namque a nobis alieni sunt, nisi maligni spiritus, qui a caelestis sunt patriae sorte separati? Qui vero honor noster est, nisi quod etiam in luteis positi et conditi ad conditoris nostri sumus imaginem creati? Vel quis alius crudelis est, nisi ille apostata angelus, qui et semetipsum poena mortis superbiendo percussit, et inferre mortem humano generi etiam perditus non pepercit?

3. Honorem suum alienis dat, qui, ad Dei imaginem ac similitudinem conditus, vitæ suæ tempora malignorum spirituum voluntatibus administrat. Annos etiam suis crudeli tradit, qui ad voluntatem male dominantis adversarii accepta vivendi spatia expendit. Quisquis per acceptam valetudinem corporis, per attributam sibi sapientiam mentis, non exercendis virtutibus, sed perpetrandis vitis elaborat, nequaquam suis viribus suam domum, sed extraneorum habitacula, id est; humondorum spirituum facta multiplicat; nimirum, vel luxuriando, vel superbiendo agens, ut etiam se ad alienam perditionem numerus crescat. Plerumque accepta salus carnis per vitia expenditur sed cum repente subtrahitur, cum molestus caro atteritur, cum jam egredi anima urgetur, diu male habitata, quasi ad bene vivendum, salus amissa requiritur. Tunc recte gemunt homines, quod Deo servire noluerunt, quando damnatae negligentiae recuperare serviendo nequaquam possunt. Unde alias dicitur : *Cum occideret eos, tunc querebant eum* (Psal. lxxvii, 34).

CAP. LXIV. De aegritudine corporis. — 1. Admonendi sunt aegri, ut eo se Dei filio sentiant, quo illos disciplinae flagella castigant. Nisi enim correptis filiis haereditatem dare disponeret, erudire eos per molestias non curaret. Dicendum est aegris ut ad caelestem patriam suam credunt, necessarium est ut in hac labores, velut in aliena patria, patienter; lapides sanctuarii divini extra tansi sunt, ut in constructione templi absque mallei sonitu ponerentur, quia videlicet nunc foras per flagella tunduntur, ut intus in templum Dei postmodum sine disciplina percussione disponentur, quatenus quidquid in nobis est superfluum, modo percussio reseret, et tunc solus in edificio concordia charitatis liget. Admonendi sunt aegri ut considerent pro percipiendis terrenis haereditatibus quam dura carnales filius disciplinae flagella castigant. Cur ergo nobis divinae correptionis poena gravis est, per quam et nunquam amittenda haereditas percipitur, et super mansura supplicia vitantur? Considerent aegri quantum salus cordi sit molestia corporalis, quae ad cognitionem sui mentem revocat (Taio, iii, 83; Greg., Reg. past., p. iii, c. 12).

2. Quare quam plerumque salus abijcit infirmitatis memoriam [Al. memoria] reformari, ut a magis qui extra se in elationem ducitur cui sit conditioni subditus ex percussa quam sustinet carne memoratur. Admonendi sunt aegri ut considerent quantum sit muneris molestia corporalis, quae et alienis peccatis diluit, et ea quae poterant admitti compescit. Quae et sumpta ab exterioribus plagis concussa membra

penitentia vulnera infligit. In proverbii Salomonis scriptum est: *Livor vulneris abstergit 278 mala, et plaga in recretioribus ventris (Prov. xx, 50)*. Mala enim livor vulneris abstergit, quia si gl. florum dolor vel cogitatus vel perpetratus nequitias diluit. Cum exterius percussimur, ad peccatorum memoriam memoria tacti afflictive revocamur, atque ante oculos nostros cuncta quae a nobis sunt male gesta reducimus; et per hoc quod foras patimur, magis intus quod fecimus dolemus. Unde si ut later aperta vulnera corporis amplius nos abluat plaga secerata ventris, quia sanat nequitias pravi operis occultum vulnus doloris. Admonendi sunt aegri quatenus patientiae virtutem servant, ut necessarios quantum Redemptor ab his quos creaverat percoluit mala considerent. Cur itaque asperum creditur ut a Deo homo toleret flagella pro malis, si Deus ab omnibus tanta percoluit mala pro bonis? Aut quis sana intelligentia de percussione sua ingratus exstat, si ipse hinc sine flagello non exiit, qui sine peccato vixit?

**CAP. LXV. De brevitate, vel miseria vitae praesentis.** — 1. Quid sunt nationes in mundo, nisi flores in campo? Tendamus oculos cordis in hac latitudine mundi praesentis, et ecce quasi tot floribus, quot hominibus, plenus est. Vita itaque in carne flos in feno est. Unde bene per Psalmistam dicitur: *Homo, sicut scum dies ejus, et sicut flos agri, ita florebit (Psal. cii, 15)*. Carnis nos viriditas ostendit, sed ariditas pulveris ab aspectibus retrahit. Quasi flos apparulmus, qui non eramus; quasi flos arecimus, qui temporaliter apparebamus; et quia per momenta homo quotidie compellitur ad mortem, recte in libro beati Job dicitur: *Effugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet (Job xiv, 2)*. Homo hic vivendi vires ad modicum accipit, ut in perpetuum transeat, ubi ejus vitam terminus non concedat. Sed in hac brevitate, ubi roboratus est, colligit unde in perpetuitate inveniat, vel ut semper gaudeat, vel ut suscepta supplicia non evadat. Omne quod transit breve est, etiam si tardius terminari videatur. In mortis autem semita, per quam non revertemur, ambulamus, non quod ad vitam carnis minime resurgendo reducimur, sed quod ad labores hujus vitae mortalis, velut ad conquiendos laboribus premia, iterum non venimus (*Greg. Moral. xi, 50, n. 67; Taio, iii, 5; Greg. Moral. xiii, 27, n. 31*).

2. Qui considerat qualis erit in morte, semper fit timidus in operatione; atque unde in oculis suis jam quasi non vivit, inde veraciter in oculis sui conditoris vivit. Nihil quod transcat appetit. Cunctis praesentis vitae desideris contradicit; et poene mortuum se considerat, quia se moriturum minime ignorat. Perfecta vita est mortis meditatio; quam dum justii sollicite peragunt, culpaeque laqueus evadunt. Unde scriptum est: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis (Eccli. vii, 40)*. Quantumlibet longum fuerit tempus praesentis vitae, eo ipso breve est, quod permanens non est. Neque enim dignum est ut diuturni judicetur quicquid sine circumscriptur. Si enim subtiliter consideretur omne quod hic agitur, poena miseriae est. Ipsi etenim corruptioni carnis servire ad necessaria atque concessa, miseria est, ut contra frigus vestimenta, contra famem alimenta, contra aestum frigora requirantur.

3. Multa cautela custoditur salus corporis, sed plerumque etiam custodita 279 amittitur, amissa cum gravi labore comparatur, aut reparatur, et tamen reparata semper in dubio permanet. Quid hoc aliud quam mortalis vitae miseria est? Animus auctor, suspecti ne [Al., qui suspicione] offendi valeant. Formidamus inimicos, atque securi de eis non sumus, utique quos formidamus. Plerumque inimicis sic confidenter quasi amicis loquimur. Et nonnunquam pura verba proximorum, et multum nos fortasse diligentium, quasi verba suscipimus inimicorum. Et qui falli nunquam vel fallere volumus, ex

cautela nostra gravius erramus. Iniquorum gloria, cum plerumque in annorum multitudine tenditur, ab infirmorum meuitibus esse longa, et quasi stabilis existimatur. Sed cum repentinis hanc suam intercipit, brevem procul dubio fuisse redarguit, quoniam finis determinans innotescit quia quod praeterire potuit modicum fuit.

**CAP. LXVI. De morte corporis.** — 1. Praefixi dies ab interna Dei praescientia nec augeri possunt, nec minui, nisi contingat et ita praesciantur, ut aut cum optimis operibus longiores sint, aut cum peccatis breviores. Sicut Ezechias augmentum dierum meruit impensione lacrymarum, et sicut de perversis scriptum est: *Indisciplinatus obit mors*. Omne, quod secundum praesens saeculum laboramus, vix usque ad mortem sufficit. Mors namque interveniens fructum nostri laboris abscedit. Quod vero pro aeterna vita agitur, etiam post mortem servatur; et tunc apparere incipit, cum laborum carnalium fructus coeperit non videri. Ibi ergo illa retributio iactat, ubi ista terminatur. Horam nobis ultimam Dominus noster idcirco voluit esse incognitam, ut semper mens possit esse suspecta, et dum illam providere non possumus, ad illam sine intermissione prepararemur, quia venturae mortis tempus ignoramus, et post mortem operari non possumus; superest, ante mortem tempora indulta rapiamus. Sic enim, sic mors ista cum venerit vincitur, si prius quam venerit timeatur. Redemptor noster suscepit mortem, ne mori timeamus. Ostendit resurrectionem, ut nos resurgere posse confidamus (*Greg. Moral. xi, 52, n. 58; Taio, iii, 51; Greg., ii in Evang., hom. 27, n. 5; I in Evang., hom. 13, n. 16; Moral. xv, 53, n. 68*).

2. Unde et eundem mortem non plusquam triduanam esse voluit, ne si in illo resurrectio differretur, in nobis omnino desperaretur. Exuta carne, animam nequaquam jam visus hominis aspici, quia post mortem non liberat, quem ante mortem gratia ad veniam non reformat. Beatus David ait: *Exciet spiritus eorum, et revertetur ad terram suam (Psal. clix, 4)*. Tunc spiritus per cognitionem reatus sui ad terram consisternitur, cum caro, quam vitam suam credit, redire ad pulverem urgetur. Paululum in praesenti vita roboratus est homo, quia hic vivendi vires ad modicum accepit, ut in perpetuum transeat, ubi ejus vitam terminus non concludat; sed in hac brevitate ubi roboratus est colligit, unde in perpetuitate inveniat, vel ut semper gaudeat, vel ut suscepta supplicia non evadat. Sicut hi qui adhuc viventes sunt mortuorum animas quo loco habeantur ignorant, ita mortui vitam in carne viventium post eos qualiter disponatur nesciunt, quia et vita spiritus longe est a vita carnis. Et sicut corporea et incorporea diversa sunt genere, ita etiam distincta cognitione. Quod tamen de animabus sanctis sentiendum non est. 280 quia quae intus omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credendum est quod sit foris aliquid quod ignorent (*Greg. Moral. viii, 15, n. 30; xii, 19, n. 24; xii, 20, n. 25*).

3. Omnipotens Dominus ideo late nos voluit finem nostrum, ut dum incerti sumus quando moriamur, semper ad mortem parati inveniri debeamus. Cur igitur quasi de certo extollitur cujus vita sub poena incertitudinis tenetur? Sicut enim vir fortis, cum vicino jam belli certamine armis accingitur, palpat et festinat, tremat et sedit, quasi pavore per pallorem cernitur, sed per iram vehementer urgetur, ita vir sanctus, cum passioni mortis propinquare se conspiciat, a naturae suae infirmitate concutitur, et spei suae soliditate roboratur. De vicina quidem morte trepidat, et tamen quod moriendo verius vivat, exultat. Unusquisque vir sanctus ad regnum non potest, nisi interposita morte, transire; et idcirco confidendo quasi ambigit, et quasi ambigendo confidit; et gaudens metuit, et metuens gaudet, quia scit quod ad bravium quietis non perveniat, nisi hoc quod interjacet cum labore transcendat. Cum mor-

bos a corpore nostro repellere cupimus, tristes quidem amarum purgationis poculum sumimus, certi autem de subsequenti salute gaudemus. Quia enim pervenire corpus aliter ad salutem non valet, in potu etiam libet quod tædet. Cumque amaritudini inesse vitam animus conspiciat, mœrore turbatus hilarescit (Greg. *Al. al.* xxxi, c. 55).

4. Cum tempus vitæ a divina nobis præscientia sit præcul dubio præfixum, quærendum val e est qua ratione nunc dicit quod iniqui ex præsentis sæculo ante tempus proprium subtrahuntur? Omnipotens Deus, etsi per unum mutat sententiam, consilium nunquam. Eo ergo tempore ex hac vita quisque subtrahitur, quo ex divina potentia ante tempus præscitur. Sed sciendum quod creans et ordinans nos omnipotens Deus, juxta singulorum merita disponit et terminum, ut vel malus ille breviter vivat, ne multis bene agentibus noceat, vel bonus iste diutius in hac vita consistat, ut multis boni operis adjutor existat, ut rursus malus longius differatur in vita, ut prava adhuc opera augeat. Ex quorum tentatione purgati iusti verius vivant; vel bonus citius subtrahatur, ne si hic diu vixerit, ejus innocentiam malitia corrumpat. Quamvis omnipotens Deus illud tempus uniuscujusque ad mortem præsciat, qui ejus vita terminatur, nec alio in tempore quisquam mori potest, nisi ipso quo moritur. Nam si Ezechielis anni additi ad vitam quindecim memorantur, tempus quidem vitæ crevit ab illo termino quo mori ipse merebatur. Nam divina dispositio ejus tempus tunc præscit, quo hunc postmodum ex præsentis vita subtraxit. Cum ergo ita sit, quid est quod dicitur, quia iniqui sublatis sunt ante tempus suum, nisi quod omnis qui præsentem vitam diligit longiora sibi ejusdem vitæ spatia promittunt? Sed cum eos mors superveniens a præsentis vita subtrahit, eorum vitæ spatia, quæ sibi longiora quasi in cogitatione tendere consueverant, intercident.

*Capitula alia Sententiarum.* — 1. Quid est quod sancta Ecclesia hostibus suis, ut castrorum acies, est timenda? Non enim a magno intellectu vacat ista comparatio, et idcirco 281 est subtiliter intenda. Scimus, et constat, quia castrorum acies tunc hostibus suis terribilis ostenditur, quando ita fuerit contempita, atque densata, ut in nullo loco interrupta videatur. Nam si ita disponitur, ut locus vacuus, per quem hostis possit ingredi, dimittatur, profectio jam suis hostibus terribilis non est. Et nos ergo, cum contra malignos spiritus in spiritualis certaminis aciem ponimur, summopere necesse est ut per charitatem semper uniti, atque constricti, et nunquam interrupti per discordiam inveniamur. Quia quælibet bona in nobis opera fuerint, si charitas desit, per malum discordiæ locus aperitur in acie, unde ad feriendos nos valeat hostis intrare. Antiquus vero inimicus castitatem in nobis, si sine charitate fuerit, non timet, quia ipse nec carne premitur, ut in ejus luxuria dissolvatur. Abstemiam non timet, quia ipse cibo non utitur, qui necessitate corporis non urgetur. Distributionem terrenarum rerum non timet, si eadem operi charitas desit, quia divitiarum subsidiis nec ipse eget (Greg., in *Ezech.*, hom. 8, n. 6).

2. Valde autem in nobis charitatem veram, id est, amorem humilem, quem nobis vicissim impendimus, timet, et nimis concordie nostre invidet, quia hanc nos tenemus in terra, quam ipse tenere nolens amisit in cœlo. Bene ergo nunc dicitur: *Terribilis ut castrorum acies ordinata* (Cant. vi, 3). Quia electorum multitudines eo maligni spiritus pertinescunt, quo eos per charitatis concordiam munitos contra se et conglobatos aspiciunt. Quanta autem sit concordie virtus ostenditur, cum sine illa reliquæ virtutes non esse monstrantur. Magna enim est virtus abstinentiæ; sed si quis ita ab alimentis abstinet, ut cæteros in cibo difjudicet, et alimenta eadem quæ Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus etiam damnet, quid huic virtus abstinentiæ facta est, nisi laqueus culpæ? Unde quoque Psalmista nullam

A esse abstinentiam sine concordia designans, ait: *Laudate eum in tympano et choro* (Psal. cl, 4). In tympano enim corium siccum resonat, in choro autem voces concorditer cantant. Quid ergo per tympanum, nisi abstinentia; et quid per chorum, nisi charitatis concordia designatur? Qui itaque sic abstinentiam tenet, ut concordiam deserat, laudat quidem Deum in tympano, sed non laudat in choro. Sic enim abstinere, vel jejunare oportet, ut non nos jejunemus, vel abstinendi necessitati subdamus, ne non jam devoti, sed inviti rem voluntariam faciamus. Si enim quoslibet advenientes, jejunium intermisso, reficiamus, non solvo jejunium, sed impleo charitatis officium. Cæterum si propter abstinentiam spirituales fructus [Forte fratres], quos novi mea remissionis delectati, contristo, abstinentia mea non est virtus dicenda, sed vitium, quia abstinentiæ continuatio, nisi fuerit, quando res exigit prætermittenda, et me inflat, et fratrem meum, cui charitas juvet, contristat, vel certe nihil mihi inesse fraternæ charitatis demonstrat.

3. Superbia est initium omnis peccati; concupiscentia vero pœnia peccati; et ideo non potest aliter vici concupiscentia vitiosa, nisi prius caveatur per humilitatis virtutem superbia, quæ eju- est inimica. Superbo voluntas facit Dei præcepta contemni, humilitas vero custodiri. Superbia 282 ex angelis demones facit, humilitas homines sanctis angelis similes reddit. Illa rebelles diabolo subditos facit, hæc humiles Christo conjungit. Superbi cupiunt in se quod non faciunt prædicari, humiles refugium quidquid boni operatur agnoscunt. Illi vitia propria a se alienando perveritate suæ voluntatis excusant, et bona sua suis viribus deputando semetipsos turpiter jactant, isti si qua peccata commiserint, voluntarie confitendo semetipsos accusant, et omnia bona sua divino muneri deputando, Deum jugiter laudant. Quapropter si virtus non habitat in animo vitioso, superbia humilitatis non cedit imperio, quia non poterit meos regnum habere virtutum, nisi jugum eteuserit prius vitiorum. Tunc enim vitia fideliter ex pectore discendant, si virtutibus cedant; alioquin vel subsidunt ad tempus ejecta, vel redeunt, nisi virtutes in locis vitiorum quæ fuerunt depulsa successerint (Vide supra, c. 20, et *Isidori l. ii Sent.*, c. 38).

4. Quapropter pietas in nobis crudelitati resistat, iram patientia fundata coerceat, pudicitia libidine vincat, animositatem tranquillitas tollat, verborum taciturnitas moderata comescat, desideria carnalia delectatio spiritualis imminuat, abstinentiæ rigor aculeos carnis obtundat, curiositati suorum spirituale succedat, sobrietati cedat ebrietas, mansuetudini succumbat immanitas, dominetur levitati maturitas. Dei et proximi charitate crescente, consumatur mundi cupiditas; excludat parcitas gula luxuriam, castiget industriæ virtus ignaviam, reprimat humilitas vera profundam jactantiam, pellat simplicitas pura superbiam, non impediatur varietas sancta constantiam, emendatioribus augeant disciplinam; frangat clementiam religiosa sævitas; et funditus eradicet bonitas acquisita malitiam, ut expulsionem vitiorum celebretur introductio gloriosa virtutum.

5. At utique jam patuit qualiter intelligatur quod Scriptura dicit: *Initium omnis peccati superbia* (Eccli. x, 15), hic etiam videamus quod sanctus Apostolus dicit: *Radix omnium malorum est cupiditas* (I Tim. vi, 10). Cum sanctus Spiritus, qui locutus est per prophetiam, per Apostolum quoque ipse locutus sit, ne sibi possit esse diversus, sollicite considerare debemus quare ille *initium* omnis peccati *superbiam*, hic omnium malorum *cupiditatem* nominare voluerit. An forte sermonem propheticum Paulus apostolus, ut solet, exposuit, quandoquidem sive *initium* omnis peccati, sive *radicem* malorum omnium dicas, unum idemque significas. Porro cupiditas, atque superbia in tantum unum est malum, ut nec superbia sine cupiditate, nec sine superbia possit cupiditas inveniri. Siquidem et diabolus, in quo te-



met superbia principatum, propria potestatis ac perditionis humanae cupidus fuit. Et ipse homo per appetitum arboris interdictae ac divinae similitudinis affectionem morbo se affectum cupiditatis ostendit. De superbia namque nascuntur haereses, schismata, detractiones, invidia, verboritas, jactantia, contentiones, animositates, ambitio, elatio, praesumptio, vanitas, inquietudo, mendacium, perjurium, et caetera luxuriosia.

6. Sed haec quis dubitet ex cupiditate quoque procedere, cum omnes qui fuerint illis omnibus morbis quos nominavi corrupti habeantur et cupidi? Iterum cum gulosos, intemperantes, ebriosos, avidos, rapaces, **283** fornicarios, adulteros, stupratores, incestos, flagitiosos cupiditas reddat, quando possunt sine superbia tales fieri, sine qua omnino non possunt Dei praecipia contemni, quibus prohibentur illa omnia mala quae superius comprehendendi? Ideoque si volumus consummare nostri certaminis cursum, caveamus imprimis cupiditatem, atque superbiam, non duo mala, sed unum, a quo trahunt omnes mali actus initium. Nam sine superbia quae possunt saltem inchoari peccata, cum dicitur: *Initium omnis peccati superbia*? Aut sine cupiditate quae est omnium malorum radix, quae possunt fieri mala, cum sine radice omnia aut nulla repententur, aut moriuntur? Deinde, si quodlibet peccatum perpetrare non possum, nisi meae delectationi consentiam, quod cupiditatis est proprium, et Dei praecipia contemniam, quod est ex superbia, quae initium omnis peccati dicitur, procedit omne peccatum.

7. Invidia, qui alienum bonum suum facit, invadendo supplicium \*, nulla videtur ad invidendum concupiscentia provocari, sed tantum superbiae morbo vexari. Sed si animi ejus pestem, qua praecipitatur incensus, subtiliter atque rimemini, invenietis eum et perditionis ejus cupidum, cujus cupit interitum, et superbiae malo teneri, quo sibi jugiter ingemiscenti meliorem curi videat anteferri. Quis facere potest quale sit hoc malum verbis exprimere, quod invidus odio hominis persequitur divinum munus in homine, cum potius amari homo debeat etiam pro sui meriti sanctitate? Tantos invidos habere justa poena tortores, quantos invidiosus habuerit laudatorem. Siquidem invidiosum facit excellentia meriti, invidum poena peccati. Nec ei ab homine potest adhiberi remedium, cujus est vulnus occultum (*Vide supra c. 24, et Isid., in Sent., cap. 25*).

8. Jam nunc videamus quibus indicibus possit superbia deprehendi, ut sicut in superioribus claruit (*Vide lib. in Sent., c. 23*) nullum peccatum posse sine illa committi, ita hic signa ejus eluceant, quibus cavenda possit ostendi. Omitto illos quos etiam ipse habitus et incensus superbos ostendunt. Quorum aerea cervix, facies torva, truces oculi, et sermo terribilis nudam superbiam damnant. Qui, libidine dominandi possessi, quos possunt violenter sibi subijciunt, humana divinaque jura confundunt, honoribus intumescunt. Passim cuncta diripiunt, suis criminibus gaudent, et seipsos superbiae corrupti morbo non capiunt. Hos ergo praeterea, in quibus superbia tam aperte regnat, ut nec dignentur se occultare, nec valeant. Illos perdolendos ostendo, atque eorum exempla cavenda denuntio, quos jam conversos, et aliquantulum proficientes superbia occulte captivat, quos in profundum malorum fraudulenta damnatione praecipitat, et ne inde unquam possint emergere, jugiter calcat. Ipsa in cordibus talium locum diabolo facit. Ipsa ei adveniunt munitum pectus familiariter pandit. Ipsa introeuntem suscipit. Ipsa captis jus perditae vivendi consulit. Ipsa omnibus bonis exarnat, quos semel invaserit. Ipsa quicquid in eis remanserit quod vitis possit obtuli, ne contra se foris convalescat, interimit.

9. Inde enim est ut hi quos superbiae mentis tabes purulenta corrumpit, seniorum suorum non observant imperia, sed judicant. De suis **284** negligenti-

tiis objurgati aut rebellant insolenter, aut murmurant; de loco superiori disceunt, praeferti se etiam melioribus impudenter affectant. Simpliciter spiritualium fratrum imprudenter exaggerant. Suas sententias procaciter jactant. Obsequia delata fastidiunt; negata pertinaciter quaerunt, natales moribus anteponunt. Juniores suos elati despiciunt. Conferri sibi aliquos posse non erubent. Aequari se moribus [*Forte, minoribus*] designati, super eos se solo animi tumore constituunt. Non servant in obsequio reverentiam, in sermone molestiam, in moribus disciplinam. Habent in intentione pertinaciam, in corde duritiam, in sermocinatione jactantiam; in humilitate fallaces, in locutione mordaces, in odio pertinaces subjectionis impatientes, potentiae sectatores, omnibus bonis odiuiles. Ad opus bonum pigri, ad communionem feri, ad obsequium duri, ad loquendum quod nesciunt prompti, ad supplantandum parati, ad omnia quibus subsistit fraterna societas inhumani, temerarii in audiendo, praesumptuosi in docendo, clamosi in loquendo, fastidiosi in audiendo, effrenati deformiter in cachinnis, onerosi amicis, infesti quietis, ingrati beneficiis, inflati obsequii, et impetiosi subjectis.

10. Haec sunt superbiae grassantis indicia, quibus Deus offenditur, et recedit, ac superba corda destituit. His malis diabolus pastus exultat, et invitatur ut veniat. Superbias mentes intrat ut teneat, erigit ut elidat, fovet ut perdat. Qui inexplicabiliter de ipsa perditorum captivitate tripudiat, ut captivos suos, quos superbiae juribus sibi subiecit, jure possideat, et omnia illa mala quae superius comprehendendi per illos exerceat. Merito igitur per justum Dei iudicium deserunt huiusmodi, occulto praedammati supplicio, quoniam non violenter addicti, sed sponte cedunt superbiae decipientis imperio, cui utique possint, si voluerint, repugnare liberae voluntatis arbitrio, liberato per donum sancti Spiritus et munito. Veruntamen etiam tales si ad recipiendam salutem divinitus animati spem respiciendi concipiunt, nec se in peccatis suis desperando contemnunt, poterunt fructuose satisfactionis medicamento sanari, et superbiam, quae eos a Deo suo tumefactos excusserat, fundatae humilitatis assumptione dominantes, vinculis damnationis absolvi. Quod qualiter fieri possit, supra jam diximus, cum de ipsa superbia, unde processerit, quo pervenerit, quid egerit, tractaremus. Nam a diabolo processit, ad hominem primum pervenit, et in ipso totum genus humanum velut in radice fructuum naturae sponte peccantia vitiolatione corrupti.

11. Ordo ipse videtur exigere ut de invidia quoque pauca dicamus, quae in tantum de superbiae fonte manavit, ut diabolus, qui per superbiam perit, hominem primum statim percensus invidiae felle perdidit. Proinde, quia idem diabolus superbiendo invidus superbus apparuit, non superbia fructus invidiae fuit, sed invidia ex superbiae radice processit, unde quoniam quantum invidus affligat invidia superior sermo jam prodidit, non hic de illius supplicio dicendum videtur, quo suos animos invidi laudando conficiunt; sed hoc tantum, donante Domino, debemus ostendere, qualiter invidi secure viventium merita sua faciant invidendo **285** peccata, et quantum in eis bonum corrumpat invidia. Quidquid boni fieri vel dici a sanctis audierint, aut omnino non credunt, aut res bene gestas in malum interpretando convertunt. Omne malum quod de illis mendax fama jactaverit, statim, quasi si ipsi viderint, credunt. Feraciter eis qui illud verum non esse probare voluerint contradicunt. Omnia suis aemulis iungunt, eorum profectu deliciunt. Odia intra se abscondunt, in suos cruciatus nutriunt, proficientibus invident, peccantibus favent, bonorum malis gaudent. De profectibus lugent, in inimicitias gratuitis ardent, deprehendi peccatores per sui malitiam timeant, semper amari, nunquam certi, amici diaboli,

Inimici etiam sui. Omnibus odiosi, ad gaudenda anxii, ad plangenda læti, ubique perversi. Inter amicos discordiam seminant. Discordantes attentius, si possunt, in discordia confirmant.

12. Opinionem bonorum mendacis decolorant. In spiritualibus carnalia laudant, ut spiritualia bona eis decesse persuadeant. Amicitias simulant, ut eos qui se in charitate sibi commiserint qua possunt arte decipiant, odiorum sibi occasiones pravis suspicionibus concervant; dæmones, quorum sectantur facta, lætificant, sanctos viros, quibus sunt noti, contristant. Velut amici in obsequio, hostes in animo; continentes in verbo, turpes in facto; prodigi secretorum malorum, tenaces suspicionum, inanes bonorum, pleni sordium, præditi fraudibus, adversarii corde virtutibus, pravi moribus, et insidiosi cunctis secum in simplicitate viventibus. Hæc, et talia sunt, quæ omnes invidos bonis volo sive animo inimicos ostendunt. In hæc mala deveniunt qui insectando sectandos, et diligendo abominando feraciter a communione bonorum omnium se ipsos excludunt, ut illud bonum jure non sit in eis, quod persequuntur in bonis. Considerate, obsecro, qualiter invidos punitura sunt mala sua, quos etiam bona puniunt aliena.

13. Ubi isti poterunt fieri boni, qui sunt in bono mali, aut quando bene malis usuri sunt, qui male bonis uti non degunt? Hæc malis nisi sunt martyres sancti, in testimonio Salvatoris nostri veraces, et in castris spiritualibus strenui bellatores, qui, tribulationibus, et damnis, ac variis cruciatibus afflicti pariter et probati, terrenis cælestia mutaverunt, et de bono usu malorum profecti, ad gaudia bonorum pervenirent. Item bonis utitur invidus male, qui, ab omnibus bonis quæ miser exerrat abscissus, animi sui supplicio relinquatur affligendus. Et quis eis poterit subvenire, qui se sibi exhibent invidendo carnifices? Aut unde sibi invidus parabit salutem, qui de salutis materia contrahit, bonis male utendo, perniciem? Verumtamen si invidi quoque, sicut alii peccatores, divinitus inspirati in spem recuperandæ salutis assurgant, ac sibi qualiter sunt Deo placituri displiceant, si non imitentur Cain, qui, priusquam, dominantis invidiæ furore cæcatus, germano suo vitam per scelus extorsit, et animam suam fratris corporis morte percussam supplicio eternæ mortis addidit, consequendæ veniæ desperatione depressus, ait ad Dominum: *Majus est iniquitas mea, quam ut veniam merear* (Gen. iv, 13); hoc 286 est dicere Deo: Indulgere mihi non peto, cum peccatorum meorum magnitudine indulgentiæ vestræ vincitur magnitudo.

14. Denique nequam legitur, aut poenitisse de suo scelere, aut veniam meruisse. Si ergo, ab hujus abhorrentes exemplo, se sibi auferant, et Deo restituant, nec se in profundum malorum, salutem desperando, projiciant, quis dubitet, hinc quis firmiter non credat eis prioris malitiæ veniam posse conferri, si modo, invidiæ vulnere sanato; correcti, amaritudinem pectoris sui dulcedine fraternæ dilectionis expellant, eos simpliciter amando quos oderant, ut ad bonum fraternæ communionis læc [Forte ac] pacis bonorum omnium, quorum gravantur meritis, adjuventur exemplis? His ita super invidia disputatis, quam gravi malo etiam vanitas vanos involvat, consueverunt expediam.

15. Quæ ut facilius vitari possit, quid in se corruptionis habeat breviter declarem. Est enim vanitas inflata quædam circa delectationes varias animi languentis affectio, potiendi honoris avida, simul et nescia. Morbo excellentiæ inanis inflata, cava et morbida, turbulenta, animum levium domina. Male fundatis omnibus blanda, sumet capendis repugnantibus seductoria, captis invicta. Simulatio quædam virtutum, anima vitiorum, fomes carnalium delectationum, labes morum, appetitio dignitatum, dul-

cis miseris, amara perfectis, periculosa dubiis, imperiosa subjectis. Faciles captivat, captivatos oblectat, ambiciosos vexat, angustos inflat, inflatos humiliat. Cui serviunt tumidi, sub qua jacent elati, quam inveniunt perditii, ad quam currunt lapsi, in qua sibi videntur stare lapsi. Hæc est vanitas, quæ non aliquas virtutes, ut putatur, exauget, sed licentiam vitiorum, cum fuerint de vitiosis recepta, corroborat. Cæterum mentes virtutum plenas omnino non penetrat; vacuus ergo ac nullis fultis virtutibus tentat, et ipsos fastu ruinosa ambitione inflatos in occulta dedecora quædam publicè fruendæ [Forte, famæ] delectatione præcipitat, quæ vacuum navem tempestas in diversa tumidis fluctibus jactat, et in areâ, frumentis sua gravitate inmentibus; leves ex ea ventus paleas rapiat. Quod si ita est, non vitiosos facit vanitas, sed ostendit, quæ illos sui afflatus vento circumfert, ac lubricis circumactos affectibus rotat, qui se ad omnes ejus impulsus studio propria voluntatis accommodant, qui se de peribus quorum sibi consilii non sunt turpiter jactant, qui se ab omnibus prædicari, pro nefas! affectant, qui sanctos viros sui comparatione contemnunt, qui, vitio auræ popularis elati, nihil sibi de se perfectionis existimant. Salutationibus occurrentium gaudent, suis adulatoribus favent, voluntatibus parent, omnibus turpibus placent. Gestiunt docere quod nesciunt, credi de se sublimia volunt, delectabilia gravibus anteponunt, execrantur verbo quod animo concupiscunt. Applicationes virtutum citius suis imponunt, se ipsos fallunt, faventes sibi decipiunt, in promissione honesta veloces, in exhibitione mendaces, a bono mutabiles, mali tenaces, in verbo graves, in animo turpes, ubique fallaces, læti ad prospera, fragiles ad adversa, inflati ad obsequia, anxii ad opprobria, immoderati ad gaudia, faciles ad humana, difficiles semper ad honesta.

287 16. His et his similibus delinios vanitas premit, nec eos aut morbum suum sentire, aut ad medicum venire permittit. Et quid est ad medicum venire, nisi inirmum suis infirmitates agnoscere, nec placere sibi, sed de factis, quæ illi videbantur esse gloriosa, confundi? Quod certe illi non faciunt, qui, desiderio comparandæ opinionis incensi, eis tantum operibus, quibus emittit favor humanus, serviunt, et morum bona contemnunt. Tantaque eos ardor humanæ laudis inflammât, ut laboriosa opera, quæ populus admiratur, et quibus fama diffunditur, sine labore suscipiant, et libenter exercent. Inle est quod jejunare, abstinere, vigilare, ecclesiam frequentare, vel psallere, cum hæc omnia sine labore non fiant, etiam cum delectatione illi faciant, qui se ex his placere omnibus concupiscunt. Non quod ista, et omnia Dei non faciunt, sed quod illi præbentur [Forte, probeantur] ea magis Deo quam hominibus exhibere, qui ferventius student etiam moribus sanctis excellere. Cæterum si quisquam foris, ubi potest magnus credi, respiciat, et intus, ubi solus Deus videt, squalcat, quis non intelligit quod illi omnes abstinentiæ, ac vigiliarum, jejuniorumque continui labores, quos nobis tolerabiles vanitas facit, non sint ornamento morum, sed velamina vitiorum? Quapropter vigiliæ, jejunia, abstinentia, eleemosynæ, et cætera hujusmodi sugere debent bonum nostrum, non valere peccatum, nec pro tristitia sed cum justitia Deo sunt exhibenda. Multo quidem attentius debent præcepta perferre, qui ea parati sunt perfectionis amore transgredere. Alioquin si avili, si elati, si superbi, si cupidi, et similia mala pectoris sui non repriment, et animum corpus suum jejunio ac labori abstinentiæ quamvis contumaciter, contendant, nec illa eos opera impensa vanitati jus isticant, et hæc vitia quæ negant emendare contemnunt.



## APPENDIX X.

### EXHORTATIO HUMILITATIS. EX EDITIONE FLOREZII.

1. Quisquis nutu Dei cujuslibet officii dignitate præluces, hic providæ gubernationis utilitate cæteris præcedis hominibus, hanc exhortationem meam diligenter [Al., dignanter], quæso, recipias, nec pomposas in ea spumas rhetorum quæras, quia humilitatis virtus non verborum elatione, sed mentis puritate requiritur. Et si forte durius aliquid videri loqui, veritatis hæc culpa, non mea est. Nam ideo quædam dura sunt, quædam mollia, sed et quamvis alterutrum sibi omnes homines debeant veritatem, libere tamen loquar, nemini verius delere aliquid dici quam ei qui præsidet multis. Cui etsi asperum aliquid ex veritate aliquando, ut assolere, offeratur, velut antidotum quoddam, quamvis forte sit, tamen quia salutarium est, etiam si amaricet, bibendum est (Vide *Isidoriana*, c. 84, n. 19).

2. Hoc ergo hortor in primis, ut semper delectabilia illa unis hominum blandimenta pertimeas. Non enim in hac re tanta vigilantæ industria adhibenda est, quantum in illis sermonibus repellendis, qui si **288** rigiditatem animi quadam simulationum delectatione subnervant, qui promerendæ gratiæ aditus, non laborum merito, sed assentationum rimator acumine. Utilia ergo potius, quam obsequentia verba recipies, recta magis quam affabilla et jucunda captabis. Adulanti siquidem adgaudere regium vitium est, adulari vero servile est. Sed quamvis adulanti adgaudere regium sit, tamen vitium [Al., vitiorum] usu vernaculum hoc et quasi proprium munus est, egregie verba potentem subsequi, et ex illorum voluntatibus formare sermonem. Nam si quid forte laudaverint, et id non libenter audiri prospexerint, continuo accusant, si quid paulo ante laudaverunt [Al., laudaverant]. Si quid vero vituperaverint, id iterum, si ita patrono visum fuerit, laudant. Atque ita inter hos tales adulati animus fertur, tanquam navis inter varios aurum status, quia non habet quod exeat, et fluctuat. Inter hos ergo, quorum uberrimus quæstus hic maxime est desiderii vivere alienis, animum tuum summa discretionis mensura constringe, ut cum multis adulantes hinc atque inde nihil aliud nisi tantum quod delectat insinuant, offerentes quædam gloriæ verba, in quibus hoc tibi dicitur quod et Deo, agnoscas nihil aliud ex his proprium tuum esse, nisi hoc tantum quod tecum, et cum de hac vita excesseris, permansurum est. In omnibus ergo in quibus adulationum nimietas etiam terminos hominis [Forte, homini] competentes excessit, illud Davidicum recordaveris documentum, in quo ille venena adulationum devitans, ait: *Corripiet me justus in misericordia, et arguet me, oleum autem peccatoris non impinguit caput meum.* Oleum namque peccatoris adulatio est, quæ levi quadam et suavi unctione caput interioris hominis, quod est cor, quasi unguendo dinitat. Melius ergo sibi esse dixit propheta David, ab homine justo argui, vel noneri, quam a quovis adulate laudari. Keote utem adulatorem peccatoris nomine denotavit, cuius id maximum ante oculos Dei et detestabile est peccatum, aliud corde tenere, aliud ore proferre. De talibus enim et in alio psalmo dicit: *Mollis sunt ierixones ejus super oleum, et ipsi sunt jacula.* De isto autem dicit: *Loquitur veritatem in corde suo, et non egit dolum in lingua sua.* Ut autem in his rebus quævis hominum subtilitas, nullo unquam laudationis titulum, credulitatem mentis tux attrahat in consensu, ad ipsius Domini nostri Jesu Christi evangelica illa gesta convertere, et invenies illam dominantium Dominum magnum nobis dedisse inter humanas laudes humilitatis exemplum. Ilanc

A ergo excole, hanc magistram habeto, hanc tibi inter laudationum illecebras arbitram pone. Quanta portio ex his quæ homines adlaudando tribuunt, vel quanto tempore tua sit, hæc non permittas placidis auribus audire, quia ficta.

3. Postremo hæc sancta humilitas, subductis a te omnium simulationum illecebris, tunc tibi cælum aperiet, cum tibi in aure dixerit: *Quia terra es.* Tunc te in illa vera societate hæreditatis Dei introducet, cum te in omnibus admonuerit: *Quia homo es, et peccator.* Et cum universas rationes ex his quæ ad te pertinent in hujus humilitatis supputatione prospexeris, miram rem dicam, invenies homines ad honoris tui cumulum **289** augmentando minuire, hæc vero solam minuendo plus addere. *Quantum ergo magnus es (sicut ait Salomon) tantum te humilla.* Quia et cum multos gubernaveris, non est tamen perfectio, si hoc, quod inajus est, tu solus restiteris, quem gubernare non possis. Tunc enim vere aliis præbis, cum prius præveris tibi. Nec enim malis nunc ego, sed quam maxime bonis hæc loquor. Nam si ad magisterium Dei respicias, non solum peccatori, sed sanctis data præcepta sunt. Dicitur et illis verbum Veritatis, non tamen ut fiant boni, quod sunt, sed ne fiant mali, quod non sunt. Credo autem quia bonis plus hoc quod purum, quod sincerum est, placeat. Nam Deus noster non tantum dulcibus adorantium se precibus quantum innocentia et simplicitate placatur, plus illis aurem inclinans qui sinceram puramque eum mentem offerunt, quam qui suavia orationum intulerint blandimenta. Non enim ad alium mihi de vana gloria aut superbia visum est loqui, nisi ad te quicumque prior es aliis; qui etsi non recipias, tamen omnes hæc ingerunt, omnes blandiuntur, omnes extollunt, nemo ex illis id offerens quod ita dulce sit, ut tamen a periculo longe sit. Nec enim miror omnibus esse in promptu quia laudare potentem, sicut nec labor, ita nec timor est.

C 4. Tibi igitur me oportuit hæc humilitatis instrumenta porrigere, tibi gubernaculi, quamvis et ipse habeas, etiam hoc superfluum addere moderamen. Quia ibi semper elationis fortior ventus est, ubi honoris fortior altitudo. Cupio ergo te ante oculos Dei, quibus nuda est abyssus humanæ conscientiæ, humili corde semper incedere, quia scriptum est: *Super quem (inquit Dominus) requiescet Spiritus meus, nisi super humilem, et tremementem verba mea?* Cupio te omnia mandata Christi servare, et cum illa operibus bonis adimpleas, illud quod ipsis apostolis dictum est recordari. Ait enim illis: *Et cum hæc omnia feceritis quæ mando vobis, dicite quia servi inutiles fuimus, quæ debuimus facere fecimus;* id est, non ex dono tanquam liberi, sed ex debito tanquam servi. Nullus enim quamvis perfectus in omnibus vir, ita aliquando hæc præoccupavit, quæ Deo sunt placita, ut prius aliquid illi fenerans, non debitor fuerit, sed exactor. Quis enim aliquid habet, quod ab illo non datum est? Aut quis, sicut Apostolus ait, prior dedit illi, et retribuetur ei? D Quoniam omnia ex ipso, et per ipsum, et in ipso, ipse gloria in sæcula. Amen.

5. Ecce hæc est vera illa et Christiana humilitas. In hac eos quibus præsidet optime gubernabis. In hac victoriam ex omni vitio poteris promereri, Deo hoc, quod viceris, tribuendo, non tibi. Nam quod aliquoties patientia victa vitia iterum vires accipiunt, nihil aliud est, mihi crede, nisi quia non dicimus Deo, quod belligerator ille David, bella Domini bellans: *In te (inquit) inimicos nostros ventilavimus, et in nomine tuo spernimus insurgentes in nos.* Et iterum: *Quia non virtute sum potens est vir, Dominus infirmum facit adversarium ejus.* Sed forte respondetur mihi: Ergo et

*Deo non agimus gratias, non referimus laudes?* Credo quia agimus gratias potest fieri; sed verbo tenus, sed in sinu; **290** Deo privatum gratias agimus, nobis publice; Deo in labiis laudem tribuimus, nobis et in labiis, et in corde. Ecce hoc est quod incurvatum sæpius erigit inimicum. Peccatum namque elationis nostræ robur illius. Sola ergo humilitas cordis est quæ se infirmam dicendo omnia potest, quæ totum quod boni est obtinet; Deo hoc semper applicando, non sibi; in qua si quis ascenderit, non habet unde cadat. Omnes aliæ virtutes ad perfectionem suam per excelsa quædam nos et ardua poterunt provocare, hæc sola in plano est; et quamvis humilior aliis videatur, cælo tamen est altior, quia in regno ejus hominem non ascendendo, sed descendendo, perducit. Per hanc obtinuerunt sancti futuræ beatitudinis præmia, custodientes Dominicum illud eloquium: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum*. Ille est, scilicet, humilis, qui spiritu dives est. Flatu quodam elationis abundans elatus ut uter est.

6. Sed jam quomodo ipsa virtus obtineatur, charitas tua paulisper intendat. In primis si quid volueris homini operis inchoare, non hoc proposito acquirendæ laudis, sed studio inchoationis faciendæ bonitatis in-

cipias. De hinc, cum perfectum fuerit bonum illud, quodcumque est, opus, omni custodia servabis cor tuum, ne forte humanis favoribus acquiescens, inde te æstimas, tibi ipse complacens, aut aliquam ex quovis actu gloriam quæras, quia natura gloriæ ita est, ut umbra corporis: si illam sequeris, fugit; si fugeris, sequitur. Sed semper te minimum omnium æstima, et reminiscere. Quidquid tibi in omni vita tua boni successerit, totum hoc Deo, qui dedit, non tibi, qui accepisti, conscribas, convincens te illo testimonio Pauli: *Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti?* Similiter et illud Apostolicum: *Quia omne datum bonum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum*. Cum ex his pretiosissimis sanctæ humilitatis lapidibus in corde tuo Spiritui sancto templum ornaveris, tunc orans in eo, assumens canticum David prophetæ, non verbo tantum, sed et opere decantabis. *Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Nec ambulavi in magnis, nec in mirabilibus super me*. Quod canticum tunc in veritate offerre poteris Deo, cum te humiliando illum solum laudas cui veraciter cum omnibus fidelibus et tu quotidie dicis: *Te decet laus*, illum solum glorificans.

## APPENDIX XI.

### TESTIMONIA DIVINÆ SCRIPTURÆ, ET PATRUM.

#### CAPUT PRIMUM. — De uno Deo.

1. *In Propheta*. Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est, et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota virtute tua. *In Evangelio*. Nemo bonus, nisi solus Deus. *Paulus ad Timotheum*. Unus enim Deus, et immediator (sic) Dei, et hominum. Homo Christus Jesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro nobis.

**291** CAP. II. — De distinctione personarum Patris, Filii, et Spiritus sancti.

1. *In Epistola Joannis*. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, et Sanguis; et tres unum sunt in Christo Jesu; et tres sunt, qui testimonium dicunt in cælo, Pater, Verbum, et Spiritus, et tres unum sunt. *In Epistola II*. Quoniam multi fallaces prodierunt in hunc mundum, qui non confitentur, Dominum nostrum Jesum in carne venisse, hi sunt fallaces, et antichristi sunt.

#### CAP. III. — De conversione et contemptu sæculi.

1. *In Salomone*. Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem. Subito enim venit ira illius, et in tempore vindictæ disperdet te. *In Evangelio*. Ideo dico vobis: Omne peccatum et blasphemia remittitur hominibus. Quicumque in Spiritu blasphemaverit, non remittetur illi, neque in hoc sæculo, neque in futuro. *In Proverbiis*. Multo melior est panis cum suavitate in pace, quam domus plena multorum honorum, et iniquis æmulationibus, cum rixa. *In illis*. Qui celat injuriam quærit amicitiam. Qui odit celare disjungit amicos et domesticos. *In illis*. Quasi a facie colubri fuge peccata. Si accesseris ad illa, suscipient te, sicut dentes leonis in devorando. *In Jeremia*. Corrigit vias vestras, et cogitationes vestras. Nolite confidere vos in falsis sermonibus, quia in toto præderunt vobis. *In Evangelio*. Intrate per angustam portam, quia lata, et spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, et multi sunt per eam. Quam angusta et arcta via est quæ ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam. *In illis*. Sicut enim in diebus Noe, ita erit et adventus Filii hominis, sicut erant in diebus illis ante diluvium, manducantes, et bibentes, et nubentes, et nupti dantes, et non senserunt donec venit diluvium, et tulit omnes, sic erit adventus Filii hominis.

#### CAP. IV. — De timore Domini.

1. *In Proverbiis*. Timor Domini adjiciet dies; anni autem impiorum peribunt. *In illis*. Munito justitiam Domini, contritio autem operantibus mala. *In illis*. Beatus qui metuit omnia per timorem, nam qui duro est corde incidit in mala. *In Ecclesiaste*. Timor Domini expellit peccatum, nam qui sine timore est non poterit justificari. *In illis*. Timor Domini, non despiciere justum hominem pauperem, et non justificare virum peccatorem divitem. *In Proverbiis*. Si non timorem Dei tenueris instanter, cito subvertetur domus tua. *In illis*. Timor Domini odit malitiam, et superbiam, et vias malorum. *Quod Deus novit occulta cordis*. In omni loco oculi Domini speculantur bonos et malos. *In illis*. Mors et infernus manifesta sunt apud Dominum; quomodo non etiam corda hominum? *In Actis Apostolorum*. Tu, Domine, qui nosti corda omnium, ostende nobis quem elegeris unum ex his duobus.

#### CAP. V. — Juste judicandum.

1. *In Exodo*. Non perverteris iudicium pauperis in iudicio, et justum non occides. *Item illic*. Non accipietis personam, nec accipietis munera; munera enim excæcant oculos sapientium, et subtrahunt sermonem justum. *In Proverbiis*. Perdet semetipsum qui munera accipit; nam qui odit munera acceptio-nis, vivet. *Item illic*. Qui dicit justum impium esse, maledictus erit populis, et odibilis gentibus, nam qui arguunt meliora sperabunt. *Item illic*. Aperi os tuum verbo Domini, et judica **292** omnibus integre. Aperi os tuum, et judica juste; discerne autem inter pauperem et infirmum. *In Levitico*. Maledictus qui declinaverit iudicium advenæ, et orphano, et viduæ, et dicit omnis populus: Fiat, fiat. *In Ecclesiastico*. Xenia et dona excæcant oculos iudicum; et quasi mutus in oculis multorum avertit correctionem. *In Job*. Testimonium enim impii mors; et ignis comburet domos eorum qui munera accipiunt.

#### CAP. VI. — Benefaciendum pauperi.

1. *In Proverbiis*. Qui contumeliam facit pauperi peccat; qui autem miseretur pauperi beatus est. Qui calumniam facit pauperi irritat eum qui fecit illum. Nam qui honorat eum miseretur pauperi. Qui dat pauperibus non egabit, qui autem avertit oculum suum in magna erit inopia. *In Levitico*. Non

consummabis me sem agi tui permetero, et quæ A  
caudent ex messe tua non colliges, neque in vineam  
tuam ex racemis grana decidentia colliges, sed pau-  
peribus et peregrinis relinques ea. Quia ego Domi-  
nus Deus vester. *In Proverbiis.* Qui obturat aures  
sæcæ, ut non audiat infirmum, et ipse invocabit Do-  
minum, et non erit qui exaudivit eum. *In Job.* Non  
avertat voluptas anime tuæ precibus infirmorum,  
cum in necessitate fuerint.

CAP. VII. — *Non ambulandum in dolo.*

1. *In Ecclesiaste.* Væ duplici corde, et labiis sce-  
lestis, et peccatori ingredienti duas vias. *Item illic.*  
Cor ingrediens duas vias non habebit successum, et  
prævicordius (sic) in illis scandalizabitur. Qui in  
alto mittit lapidem, in ipso cadit; et plaga dolosi  
dividit vulnera; et qui fodit foveam, in illam cadit;  
et qui statuit laqueum proximo suo, periet in illo,  
facienti nequissimum super ipsum devolvitur, et  
non agnoscerit unde venit illi. *In Job.* Simulatores  
et callidi provocant iram Dei. *In Jeremia.* Ferrum  
vulnerans lingua eorum, dolosa verba oris eorum,  
proximo suo loquens pacifica, et in semetipso habens  
inimicitiam; in hujus ergo non visitabo, dicit Domi-  
nus; aut in populo tali non vindicabit anima mea?  
*In Evangelio.* Cavete a pseudopropheta, qui veniunt  
ad vos in vestitu ovium, intus autem sunt lupi rap-  
aces; ex fructibus eorum cognoscetis eos. *In Pro-  
verbiis.* Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari, et  
in supplantatione ejus noli extolli, ne forte videat  
Dominus, et non placeat ei, ut avertat iram suam  
ab eo. *Paulus Apostolus.* Si esurierit inimicus tuus,  
ciba illum; si sitit, da illi potum, hoc enim faciendo,  
carbones ignis acervas super caput ejus; Deus autem  
retribuet tibi. *In Evangelio.* Accessit ad Jesum  
Petrus, et ait illi: Domine, si peccaverit in me frater  
meus, quoties remittam illi? Septies? Respondit  
Dominus: Non dico tibi usque septies, sed usque  
septuagies septies. *In Exodo.* Obedite parentibus per  
omnia; hoc enim placet Deo.

CAP. VIII. — *De filio superbo.*

1. *In Proverbiis.* Filio doloso nihil erit boni, qui  
non honorificat patrem suum, et repellit matrem  
suam, filius confundetur, et opprobrium erit. *Item  
illic.* Filius qui amittit disciplinam patris meditabitur  
eloquia malitiæ. *Item illic.* Maledicenti patri et  
matri exstinguetur lumen; pupillæ autem oculorum  
ejus videbunt tenebras. *Item illic.* Qui irascens pa-  
trem suum aut matrem suam existimat se non pec-  
care, hic summis est vir impio. *Item illic.* Benedic-  
tio patris firmat domos filiorum, maledictio autem  
matris eradicat fundamenta.

CAP. IX. — *De thesauro.*

293 1. *In Proverbiis.* Melius est modica pars  
cum timore Domini quam thesauri magni sine timore,  
melius est modica acquisitio cum justitia  
quam multi fructus cum iniquitate. *Item ibi.* Melius  
est nomen bonum quam divitiæ multæ, super aurum  
et argentum gratia bona est. *In Ecclesiaste.* Nihil  
est iniquius quam amare pecunias; talis enim etiam  
animam suam vendidit, quoniam in vita sua projecit  
intima sua. Viro cupido tenaci non est bonum  
substantia, et homini libido; ut quid aurum? Sicut  
exit de utero matris suæ, nudus revertitur, sicut  
venit, et nihil accipiet ex labore suo, ut vadat in  
manu sua. Dixi, melior est super hunc abortum re-  
quies huic magis quam illis. *In Sophonia.* Disperie-  
runt omnes qui exultantur in argento et auro;  
effundam sanguinem eorum sicut limum, et carnes  
eorum sicut stercora bonum; et argentum et aurum  
non poterit liberare eos in die iræ Domini. *In Ha-  
bacuc.* O qui acquirit avaritiam malam domui suæ;  
cogitasti confusionem domui tuæ, peccavit anima tua.  
*In Ecclesiaste.* Via peccantium plena ab offensis; in  
fine illorum inferi, et tenebræ, et pœnæ.

CAP. X. — *De elemosynis.*

1. *In Proverbiis.* Ne dicas pauperi: Vade, et veni,  
cras dabo, cum possis statim benefacere, non enim  
scis quid contingat sequenti die. *Item illic.* Qui mi-  
seretur pauperi beatus est; elemosyna et fides  
mundat peccata; qui autem miseretur, misericor-  
diam consequitur. Qui honorat Deum miseretur  
pauperi. *In Evangelio.* Omnipotenti retribue, et ab  
eo qui multum vult accipere noli te avertere. *Item  
ibi.* Te autem faciente elemosynam, nesciat sini-  
stra tua quid faciat dextera tua, ut sit elemosyna  
tua in abscondito; et Pater tuus, qui videt in ab-  
scondito, reddet tibi. *Item illic.* Vorumtamen dato  
elemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis.  
*Item ibi.* Intendens autem Jesus, videns eos qui mit-  
tebant munera sua in gazophylacio divites, vidit  
autem et quamdam viduam pauperem mittentem  
æramina duo, dixit: Vere dico vobis quia vidua  
hæc pauper plus omnibus misit, omnes enim hi ex  
abundantia miserunt in dona Dei; hæc autem ex eo  
quod deest illi, omnem victum quem habuit, misit.  
*In Proverbiis.* Sicut probatur argentum in camino,  
et aurum, ita electa corda apud Dominum. *Item ibi.*  
Vas figuli probat fornax, et homines justos tentatio  
et tribulationes.

CAP. XI. — *De correptione et de superbia.*

1. *In Proverbiis.* Argue sapientem, et amabit te;  
insipientem et adjiciet odisse te. *Item.* Da sapienti  
occasionem, et sapientior erit; notum fac justo, et  
adjiciet te. Qui diligit disciplinam diligit sensum,  
nam qui odit arguentem se stultus est. *Item.* Non  
diligit indisciplinatus arguentem se, cum sapientibus  
autem non colloquitur. *Item.* Qui excepit discipli-  
nam in bonis erit, nam qui custodit increpationes  
sapientis fiet. *Item illic.* Pestifero castigato, insipiens  
astutior fiet; si autem arguas virum prudentem,  
intellexit sensum; si flagellaveris stultum in medio  
concilio, contumeliam faciendo, non auferis stulti-  
tiam ejus. *In Ecclesiaste.* Qui odit correptionem ves-  
tigium est peccatoris; et qui timent Dominum, con-  
vertent ad cor suum. *In Proverbiis.* Sicut canis con-  
vertitur ad vomitum suum, et odibilis efficitur, sic  
stultus in malitia sua conversus in peccatis suis.  
294 *In Ecclesiaste.* Initium superbiæ homines ap-  
ostare adeo (sic) quoniam initium peccati omnis su-  
perbia. *Item illic.* In duobus timuit cor meum, et in  
tertio iracundia mihi advenit; vir bellator deliciens  
præ inopia, et vir sensatus contemptus, et qui trans-  
greditur justitiam in peccato, Deus parat eum ad  
romphæam. *In Psalmis.* Non habitabit in medio do-  
mus meæ qui facit superbiam. *In Apostolo.* Humili-  
bus Deus dat gratiam, superbis autem resistit. *In  
Proverbiis.* Qui custodit os suum, et linguam, con-  
servat de angustiis animam suam, nam qui proter-  
vus est labiis terrebit semetipsum. *Item illic.* Domos  
superborum destruet Dominus; immundus apud  
Dominum omnis qui exaltat cor suum. *Item illic.*  
D Filius superbus malos oculos habet, palpebris suis  
extollitur temerarius, et superbus pestilentia voca-  
tur. *Item illic.* Noli superbire ante coaspectum regis,  
neque in locis potentium subsistens. Melius est tibi  
dicias (sic) antequam humiliare in conspectu poten-  
tis. *In Ecclesiaste.* Odibilis coram Deo, et hominibus  
superbia. *Item ibi.* Et quid superbis, terra et cinis?  
*Item illic.* Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea,  
qui communicat superbo induit superbiam. *Item  
illic.* Qui superbi sunt contumelia conterentur, et  
humiliabuntur, et cadent excelsi gladio. *Item illic.*  
Cessavit superbia, et divitiæ superborum, quia quod  
altum est in hominibus, abominatio est apud Deum.

CAP. XII. — *De mansuetudine, de patientia et de humilitate.*

1. *In Proverbiis.* Mansuetus vir cordis medicus est  
(sic) in ea ossibus cor intelligens. *Item illic.* Melior  
est mansuetus cum humilitate quam qui dividit præ-

dam cum contumeliosis. In Ecclesiaste. Esto mansuetus ad audiendam verbum, ut intelligas, et cum sapientia loquere responsum verum. *Item illic.* Fili, in mansuetudine opera tua perfice, et ab homine diligeris. *Item.* In corde viri boni invenietur patientia; nam in corde insipientium non agnoscitur. In Proverbiis. Melior vir patiens quam fortis, nam qui retinet iram melior est quam qui civitatem capit. *Item illic.* Qui parit verbum proferre durum prudens est; patiens autem vir copiosus in sapientia; pusillanimis autem vehementer insipiens. *Item.* Omnia opera humilis manifesta apud Deum, nam impii in die malorum peribunt. *Item illic.* Responsum humile avertit iram. Et iterum in Isaia. Ad quem respiciam, dicit Dominus, nisi super humilem, et quietum, et trementem verba mea? In Evangelio. Omnis qui exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur. In Epistola Jacobi. Nuntiate vos ante conspectum Domini, et exaltabit vos.

CAP. XIII. — De sapientia.

1. In Proverbiis. Gloriam sapientes possidebunt, et insipientes dividunt contumeliam. *Item illic.* Ornamentum adolescentibus sapientia, gloria autem seniorum cani. *Item illic.* Cor sapientium possidebit sensum. *Item ibi.* Melior sapiens quam fortis, et vir prudentiam habens quam ager magnus. *Item ibi.* Felix sapiens qui in sapientia sua veritatem et justitiam meditabitur; in sensu suo cogitavit circuminspectionem Dei. *Item illic.* Homo sapiens tacebit usque in tempus; lascivus autem et imprudens non servabit tempus. *Item illic.* Sapiens in verbis se ipsum affabilem facit. *Item illic.* Homo pius in sapientia manet, sicut sol; nam 295 stultus sicut luna immutabitur. *Item illic.* Cor sapientium in domo lucet, et cor insipientium in domo luxuriat. *Item illic.* Vir peritus multos erudit, et animæ suæ suavis est. In Job. Quoniam sapientia est timere Dominum, abstinere autem se a mala scientia.

CAP. XIV. — De conversatione juvenum.

1. In Ecclesiaste. Fili, a juventute tua excipe doctrinam, et usque ad annos invenies sapientiam. *Item illic.* Fili, in juventute tua tenta animam tuam, et si fuerit nequam, non des ei potestatem. Non enim omni animæ omne genus placet. *Item illic.* Adolescens, loquere in tua causa, ut interrogatus habeat caput (sic) responsum tuum. In multis esto inscius simul, et quærens, in medio magnatorum ne præsumas verbum, et ubi sunt senes, ne multum loquaris; ante grandinem præcedit coruscatio, et ante hominem verecundum præcedit gratia.

CAP. XV. — Non jurandum, et non dicendum falsum, et non mentiumdum.

1. \* In Levitico. Jurationi non susceas os tuum; multi enim casus in illa, et nominibus non admisceris, quoniam eris immanis ab eis; sicut enim servus assidue a livore minuitur, sic omnis jurans et nominans in toto peccato non purgabitur. *Item.* Vir multum jurans impletur iniquitate, et non discedit a domo illius plaga, et si vane juraverit, non justificabitur. In Evangelio. Audistis quia dictum est antiquis, non perjurabis, reddes autem Domino juramenta tua? Ego autem dico vobis non jurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum pedum ejus est, neque per Jerosolimam, quia civitas est magni Regis. Neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum. Sit autem sermo vester: Est, est; Non, non. Quod autem abundantius est, a malo est. In Proverbiis. Arte-sit falsa testis injustus, et immittet iudicia in fratres. *Item illic.* Testis autem velox linguam habebit iniquam. *Item illic.* Er piet de malis animam trevis fidelis; incendit autem falsa do-

\* Non in Levitico, sed in Ecclesiastico. Cæterum in hac appendice non semel vapulant syntaxis et κατὰ γένος. Edit.

1. Inans. *Item illic.* Vir mutabilis linguam incidit in malis, testis falsus non erit impunitus, qui, cum accusat injuste, non evadit. *Item illic.* Testis mendax peribit, vir autem obediens caste loquitur. *Item illic.* Clava, et gladius, et sagitta, perniciosi sunt, sic et vir stultus, qui adversus amicum suum saltem testimonium dicit. *Item illic.* Lingua mendax odit veritatem, os autem incontinentis facit seditiones. In Sapientia. Os autem quod mentitur occidit animam. Non velle mentiri omne mendacium, assiduitas enim illius non est bona. *Item illic.* Melior est pauper ambulans in veritate, quam dives mendax. In Jeremia. Omne mendacium non est de veritate. In Psalmo. Perdes eos qui loquuntur mendacium.

CAP. XVI. — Non fornicandum.

1. In Proverbiis. Mulier autem virorum pretiosas animas capit. Alligabit quis in sinum ignem, vestimenta autem non comburet? Aut ambulabit super carbones ignis, pedes vero non comburet? *Item illic.* Adulter autem propter inopiam sensum interitum (sic) animæ suæ acquirit dolores et turpitudines; super opprobrium autem ejus non debetur. Abominatio est Domino cogitatio iniqua, sanctorum autem sermones pudici sunt. *Item illic.* Vir amantis sapientiam lætabitur pater; qui autem patitur meretrices, perdet divitias. In Ecclesiaste. Non des fornicari animam tuam 296 in illo, ne perdas te, et hæreditatem tuam. *Item.* Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes, et arguent sensatos; et qui se jungit fornicariis, erit nequam patredo, et vermes hæreditabunt illum. In Evangelio. Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam moechatus est in corde suo. *Item ibi.* Omnis qui dimiserit uxorem suam, et aliam ducit, moechatur; et qui dimissam a viro duxerit moechatur. In Exodo. Et facies illis braccas lineas, ut tegant verecundiam corporis a lumbis, usque ad genicula.

CAP. XVII. — Item de continentia oris.

1. In Proverbiis. Odium suscitavit contentio, omnes autem non contententes protegit amicitia. Paulus ad Timotheum. Profanas autem vocum novitates devota, multum enim proficiunt ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit. In Psalmo cxxxiv. Vir linguosus non dirigitur super terram. In Proverbiis. Ex multiloquio non effugies peccatum; prærens autem labiis sapiens erit. *Item illic.* Qui multis utitur verbis lædit animam suam. *Item illic.* Multum (Forte, multum) te faciens, videris sapiens esse. *Item illic.* Qui respondit verbum prius quam audiat, stultitia est illi et opprobrium. *Item illic.* Mors et vita in manibus linguæ est, qui autem continens est edet fructus ejus. *Item illic.* Qui custodit os suum, et linguam, conservat de angustiis animam suam. *Item illic.* Si videris virum velocem in verbis, scito quia spem habet magis insipientis quam ille. *Item illic.* Noli tacitus esse in lingua tua, et inutilis, et remissus in operibus tuis. *Item illic.* Qui susurro est in omnibus, et non necessario, odietur. *Item illic.* Tacitus et sensatos honore, honorabitur. *Item illic.* In medio sensorum serps verbum temporis. In medio autem traxantium assidens esto. *Item illic.* Indisciplinose non susceas os tuum, est enim illic verbum peccati.

CAP. XVIII. — Fugendum ebrietatem.

1. In Proverbiis. Proterva res est vinum, et injuriosa ebrietas; omnis autem stultus his commiscetur. *Item illic.* Noli esse violentus, neque extendas te ad emendandam carnem; omnis enim ebriosus et fornicarius mendicabit, et vestietur consciensos pannos, et omnis somniculosus. *Item illic.* Si enim inficis et calices dederitis oculos vestros (sic), novissimo ambulabitis nudiores pilo. *Item illic.* Potentes, qui iracundi sunt, vinum non bibant, ne cum biberint, obliviscantur sapientiam, et recte non possint iudicare infirmibus (Forte, infirmis). *Item illic.* Spina nascuntur in manibus ebriosi. In Ecclesiaste. Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes, et arguunt

arsentis, et qui se jungit forniceis erit nequam A putredo, et vermes hereditabunt illam. *Item illic* Mulier ebriata, et erronea, magna ira, et contumelia, et turpitate illius non legitur. *Item illic*. Homini disciplinato vinum exiguum, et in dormiendo non laborabit ab illo, et non sentiet dolorem vigiliæ. *Item illic*. Diligentes vinum nocte provocare, multos enim exterminavit vinum. Sicut ignis probat ferrum durum, sic vinum corda superborum arguet; æqua vita hominibus vitium, non ebrietate. Vinum in jucunditate creatum est, non in ebrietate; ab initio exultatio animæ et cordis vinum modice potatum. Vinum multum potatum irritationem, et iram, et rursus multas facit ebriositatis animositas. **297** *In Ecclesiastico*. Opilum est ire in domum luctus quam in domum potationis. *Paulus ad Ephesios*. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto. *Item ad Corinthios*. Non ebriosi, non medici regnum Dei possidebunt. *In Proverbiis*. Nolite intendere fallaciæ mulieris meretricis, quæ ad tempus impinguit tuas fauces; novissime tamen amarius sello invenies, et acutior erit magis quam gladius ex utraque parte acutus. *Item illic*. Noli nimius esse alienæ, neque conjungaris amplexibus ejus (quæ) non est tua. *Item illic*. Fili, non te vincat formæ desiderio, neque a piaris (sic) oculis tuis, neque rapiaris palpebris tuis; pretium meretricis quantum est unius panis? *Item illic*. Sicut tinea vestimentum, et vernis lignum, ita virum perdet mulier maligna. *Item illic*. Ne respicias mulierem multivolam; ne forte incidas in laqueos ejus. Cum salatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne forte percas in efficatione illius. *Item illic*. Non des mulieri potestate animæ tuæ, ne gradiatur in virtute tua, et confundaris. Non des fornicariis animam tuam in nullo, ne perdas te, et hereditatem tuam. Ne vageris in villis civitatis, nec vageris in plateis ejus, averte faciem tuam a muliere composita, et non respicias speciem alienam. Omnis mulier quæ tuaria quasi stercus in via conculcatur. *Speciem alienæ mulieris multi mirati reprobari sunt*. Colloquium enim ejus quasi ignis exardet. Cum aliena muliere non accumbas supra cubitum, et non alterceris cum illa in vino, ne forte declinet cor tuum ad illam, et sanguine labaris in perditione.

**CAP. X.X. — Parvulos emendandos inscienter.**

**1.** *In Proverbiis*. Qui parvit baculo odit filium suum; qui diligit diligenter erudit. *Item illic*. Non latet turpatum in filio non erudito. *Item illic*. Noli cessare parvulum emendare, quoniam, si perusses eum virga, non morietur; tu quidem percutes eum virga, animam autem ejus liberabis a morte. *Item illic*. Erudi filium tuum, et exhibabit te, et dabit decorem animæ tuæ. *Item illic*. Juvenis, qui cum sancto est, directa est via ejus, auris audit; oculus videt, et opera Domini utraque. *In Ecclesiaste*. Filii tibi sunt? erudi illos a pueritia illorum; filii tibi sunt? custodi corpus illarum, et non hauriam faciem tuam ostendas ad illas. *Item illic*. Qui diligit filium suum assiduam illi flagella, ut lætetur in novissimo suo, et non palpet oscia proximorum; qui docet filium suum laudabitur in illo, et in medio amicorum honorabitur in illo. *Item illic*. Qui docet filium suum in zelo, mittit ignem; mortuus est pater, quasi non mortuus; similem enim relinquet post se. *Item illic*. Equus indomitus vadit dumis; filius juvenis vadit præceps. Curva cervicem ejus in juventute, et tunde latera ejus dum infans est, ne forte crescat, et non duret, et non obaudiat te, et sit dolor animæ tuæ. *In Ecclesiaste*. Cum sancto assiduus esto, quemcumque cognoveris conservantem timorem Dei, secundum virtutem tuam cave tibi a proximo tuo, et cum sapientibus et sensatis tracta.

**CAP. XX. — Justas mensuras et pondera.**

**1.** *In Deuteronomio*. Non erit in domo tua pondus grande et pusillum; non erit in domo tua mensura

grandis et pusilla; pondus vero, **298** et mensura justum sit tibi, ut multorum dierum sis super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in sortem, quia abominandus est Domino omnis qui facit injusta. *In Proverbiis*. Statera iniqua abominatio est coram Domino; pondus autem æquum acceptum est ei. *Item illic*. Abominatio est Domino duplex pondus et statera dolosa non bonum ante eum.

**CAP. XXI. — De voto.**

**1.** *Item illic*. Statim ut voveris votum Domino, non tardabis reddere illud; tu itaque quod voveris, redde; melius est non vovere quam voveri, et non solveri. *In Ecclesiaste*. Stultus in risu exallat vocem suam; vir autem sapiens vix tacite ridebit. *Item illic*. Mellus est indignatio quam risus, quia in vultu oblectabitur; cor sapientium in domo luctus, et cor insipientium in domo luxuriæ. *In Deuteronomio*. Non erunt res viriles super mulierem, nec induetur vir vestem muliebrem, quia abominatio est Domino qui fecerit hæc. *Item illic*. Non morientur parentes pro filiis, et filii non morientur pro parentibus; sed unusquisque in suo peccato morietur. *Paulus ad Ephesios*. Et vos, parentes, nolite provocare ad iracundiam filios vestros, sed nutrite illos in disciplina et correptione Domini. *In Osee propheta*. Seminate vobis justitiam, et vindemiate fructum vitæ; exquirite vos lumen justitiæ, anstinate Domino, donec veniat vobis, fructus justitiæ ejus vindemiate. *In proverbiis*. Quis gloriatur mundum se habere cor, aut quis audebit dicere purum se esse a peccatis? *Item illic*. Fili, in mortuo tuo produc lacrymas, et quasi dura passus incipies plorare, et secundum judicium contege corpus ejus, et non despicias sepulturam illius; propter delaturam amare fles luctum illius unius diei, et consolare propter justitiam.

**CAP. XXII. — Non fraudandum, et (de) non gloriando.**

**1.** *In Exodo*. Non facietis furtum, et non mentimini. *In Proverbiis*. Qui petitur cum fure odit animam suam. *Paulus ad Corinthios*. Non fures, non avari, non ebriosi, non maledici, non rapaces regnum Dei possidebunt. *In Proverbiis*. Esto confidens in toto corde tuo in Domino, in tua autem sapientia noli extolli. *Item illic*. Noli esse sapiens apud te; time Dominum, et declina a malo, tunc sanitas erit corpori tuo, et diligenter ossibus tuis. *Item ibi*. Vidi virum æstimantem se sibi sapientem esse; spem autem habuit magis insipientem quam ille. *In Isaia*. Væ his qui sapientes sunt apud se; et in conspectu suo prudentes. *Paulus ad Romanos*. Dicentes enim se esse sapientes, stulti sunt. *Ad Corinthios*. Ubi sapiens, ubi scriba, ubi conquisitor hujus sæculi? Nomen stultum fecit Deus sapientiam hujus mundi? *Item illic*. Nemo se fallat. Si quis videtur sapiens esse in hoc mundo, stultus fiat, ut sit sapiens. Nam sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum; et iterum: Novit Dominus cogitationes sapientium, quia vanæ sunt. *In Ecclesiaste*. Melius est tibi dici, ascende ad me, quam humiliare in conspectu potentis. *In Exodo*. Non enim adversus nos murmuratio vestra, sed adversus Deum. *Paulus ad Thessalonicenses*. Qui spernit hominem, non hominem spernit, sed Deum. *Ad Romanos*. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores **299** constituti sunt multi, ita et per unius obedientiam jus i constituuntur multi.

**CAP. XXIII. — Altiori non scrutari, neque audire hæreticos.**

**1.** *In Proverbiis*. Qui fudit in falso, hic ventos pascit; ipse autem sequitur aves volantes; derelinquet enim viam vineæ suæ, et orbitas culturæ agrisui errabit; perambulat autem per arida, et deserta, et terram constitutam in siccitibus; congregat autem manus suas sterilitatem. *Item illic*. Secede ergo ab aqua aliena, et a fonte alieno noli bibere, ut multo vi-

vas tempore, et adjicientur tibi anni vitæ. *Item illic.* Qui sectatur vana, eget sensibus. Noli adjicere ad mandata ejus, ne arguaris, et mendax sis. *In Ecclesiaste.* Altiora te ne quæsieris, et fortiora ne perscrutaveris, sed quæ præcipit tibi Dominus, illa cogita semper; et in pluribus ejus non erit cor; multos enim reducit suspicio eorum, et in vanitate detinebit sensum illum. *In libro Sapientiæ.* Difficile æstimamus quæ in terra sunt, et quæ in prospecto sunt invenimus cum labore; quæ autem in cælis sunt quis investigavit? Sensum autem tuum quæ scit, nisi tu dederis sententiam?

CAP. XXIV. — De jejunio.

1. *In Ecclesiaste.* Qui baptizatur a mortuo, quid profecit lavatio ejus? Sic et homo qui jejunat in peccatis suis, et iterum eadem facit. Quid profecit humiliando se? Orationem ejus quis exaudiet? Sacrificium salutare attendere mandatis, et discedere ab omni iniquitate. *In Evangelio.* Cum autem jejunatis, nolite fieri, sicut hypocritæ, tristes. Exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam; tu autem cum jejunas, unge caput tuum, et faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunans, sed Patri tuo, qui videt in abscondito, et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

CAP. XXV. — Homini exemplum formicæ zel apis sine pigritia laboris.

1. *In Proverbiis.* Vade ad formicam, o piger, et remulare videns vias ejus, et esto illa sapientior. Illa enim cum agrum non possideat, neque compellentem se habeat, neque sub domino sit, quomodo parat æstate alimenta? Copiosam autem facit in messe repositionem. Vel vade ad apem, et discere quam laboriosa est, operationem autem quam sanctam mercatur. Cujus labores reges et mediocres ad sanitatem proferunt; gratiosa est autem in omnibus, et gloriosa; et cum sit viribus infirma, sapientiam prædicans producta est. Usque quo piger jacebis; quando autem surges? Modicum quidem dormis, modicum autem sedes. Modicum vere dormitas, modicum autem manibus amplecteris pectus. Deinde adveniet tibi, sicut malus viator, paupertas, inopia autem, sicut bonus cursor, fugiet te. *Item illic.* Inrepatas piger non erubescit. Similiter autem qui mutant triticum in messe. *Item ibi.* Desideria pigrum occidunt, non enim destinant manus facere aliquid. *Item.* Occasiones quærit piger, et dicit: Leo in plateis est, in plateis autem homicidæ. *Item ibi.* Sicut ostium in cardine vertitur, ita piger in lecto suo. *Item ibi.* Sapientiori sibi piger videtur quam qui in multitudinem feret nuntium.

CAP. XXVI. — De stulto.

1. Vir stultus mala sibi fabricat, in suis autem labiis thesaurizat ignem. Non conveniunt stulto labia fidelia, neque justa labia mendacia. *Item illic.* 300 Ut quid abundans divitiarum stulto, possidere autem sapientia inmensatis non poterit? *Item.* Ira est patri filius insipiens, et dolor matris ejus. *Item ibi.* Non desiderat sapientia, cui deest sensus; magis enim dicitur imprudentia. *Item ibi.* Os hominis stulti contritio est ei; labia autem ejus laqueus animæ ejus. *Item illic.* Gravis est lapis, et vix portabilis arena, ira autem stulto gravior est ambobus. *Item illic.* Sicut canis qui convertitur ad vomitum suum, et odibilis efficitur, sic stultus malitia sua reversus in peccatis suis. *Item illic.* Qui minoratur cute, cogitat inania, et vir imprudens et errans cogitat stulta. Cor fatui quasi vas confractum, et omnium scientia non tenet domos. Fatuo clausa sapientia, et scientia sensati enarrabilia verba. *Compedes.* Pedes stultorum doctrina, et quasi vincula manus dextræ; fatuus in risu exaltat vocem suam, et vir sapiens vix tacite ridebit. *Item illic.* In ore fatuorum cor illorum, et in corde sapientium os illorum. Qui docet fatuum sapientia, quasi inglutinat testa. *Item illic.* Arenam, et salcem, et massam ferri facilius est portare quam

A hominem imprudentem et fatuum impium. *Item illic.* Cum fatuis nec consilium habeas; non enim poterunt continere. *Item in Isaiâ propheta.* Stultus stolta loquitur, et cor ejus vana intelligit.

CAP. XXVII. — Iracundiam deponendam.

1. *In Proverbiis.* Anima benedicta omnis simplex; vir autem animosus, vel iracundus non honeste agit. *Item illic.* Stultus ipse eadem die pronuntiat iram suam, occultat autem contumeliam suam astutus. *Item illic.* Sunt qui dicendo vulnerant, ut gladius. Iracundus agit sine consilio; vir autem prudens multa sustinet. Ira perdet etiam sapientes, responsum autem humile avertit iram. *Item.* Vir iracundus parat lites; patiens autem etiam futuras mitigat. *Item.* Noli esse amicus viro animoso. Cum amico autem iracundo noli commorari, ne forte discas vias ejus, et sumas laqueum animæ tuæ; totam iram suam profert stultus, sapiens autem dispensat eam per partes. *Item.* Vir animosus fodit contentionem, vir autem iracundus exhorruit peccata. *In Ecclesiaste.* Homo iracundus exhorruit litem, et vir peccator turbavit amicos. In medio pacem habentium militiam delaturam. *Item illic.* Zelus, et iracundia minuit dies, et ante tempus senectam adducit cogitatus. *Item illic.* Noli festinare spiritu tuo irasci, quia ira in sinu stultorum requiescit. *Paulus ad Ephesios.* Nunc deponite vos omnem iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, multiloquium. *In Evangelio.* Omnis qui irascit fratri suo sine causa, reus erit iudicio. *Item.* Quicumque autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio; quicumque vero dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.

CAP. XXVIII. — Hic misti.

1. *In Ecclesiaste.* Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas, et cum sapientia loquere responsum. *In Proverbiis.* Servus prudens obtinebit dominorum imprudentia, et inter fratres dividet partem. *Item illic.* Filio doloso nihil erit boni, servo autem sapienti prosper erit actus. *In Ecclesiaste.* Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua, et quasi frater, sic illum tracta, quia in sanguinem animæ tuæ comparasti illum. Si læseris illum injuste, et extollens se discesserit, quem quæris, et qua via quæris illum? *Item illic.* *In Proverbiis.* Laccerna est mandatum legis, sicut ura acerba dentibus nociva est, et fumus oculis, sic iniquitas cis qui utuntur eam. *Item ibi.* Homo autem se occidit per malitiam suam. *Item illic.* Per quæ peccat quis, per hæc et torquetur. *Item illic.* Dominus constituit hominem, et reliquit illum in arbitrio suo; adjecit mandata, et præcepti, si volens mandata servare, et fidem placidam facere; apposuit aquam et ignem, ad quod vis, extende manum tuam; ante hominem vita et mors, bonum et malum, quod placuerit dabitur illi. *Item illic.* Sicut tinea vestimentum, et vermis lignum, ita tristitia nocet cor. *Item.* Cor lætum bonam voluntatem facit; viro autem tristi accidunt ossa. *In Jeremia.* Maledictus homo qui spem habet in homine, et confirmaverit carnem brachii sui, et a Domino recesserit cor ejus. *Item illic.* Qui confidit in homine malefacti sunt, quoniam Deus nihil fecit illum. *In Ecclesiaste.* Non desis plorantibus in correctione, et cum lugentibus ambula; non pigritius visitare infirmum, extus (sic) enim in dilectione firmaberis. *Paulus ad Romanos.* Lividum facies corpus meum, et servituti afflicto, ne cum aliis prædica-verim, ipse reprobus efficiar. *In Proverbiis.* Domus superborum destruet Dominus. *Item illic.* Qui altum facit domum suam quærit ruinam. *Item illic.* Cum sapientia edificabitur domus, et cum intellectu erigitur; cum sensu impletur horreum; plena omnibus bonis et pretiosis. *Item illic.* Non enim omnium hominum inducas in domum tuam; multæ enim insidias sunt dolosi. *In Cantico.* Cavete vobis a vulpibus pusillis, exterminantibus vineas. Væ his qui prophetaut de corde suo, et omnino non vident, sicut



vulpes in deserto. In *Evangelio*. Alii laboraverunt, et vos in labores eorum introistis. *Item illic*. Quicumque dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, et aliam duxerit, adulterat. *Item illic*. Si peccaverit frater tuus in te, corripe illum, et si poenitentiam egerit, dimitte illi; et si septies in die peccaverit in te, et septies in die conversus fuerit ad te, dicens : Pœnitent me, dimitte illi. *Item illic*. Qui seminat bonum semen est Filius hominis, ager autem hic mundus; hominum vero semen hi sunt filii regni. Nam zizania filii sunt iniqui; inimicus, qui seminavit ea, diabolus est; messis autem consummatio sæculi est; messores autem angeli sunt. Sicut et ergo colliguntur zizania, et igni comburuntur, sic erit in consummatione sæculi. In *Salomone*. Sex sunt quæ odit Dominus, et septimum quod detestatur anima ejus : oculum sublimem, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacium, testem fallacem, et eum qui seminat inter fratres discordias.

CAP. XXIX. — *Testimonia Patrum.*

1. Quatuor sunt perturbationes hominum animæ, id est, cupiditas, lætitia, metus, tristitia. Ipsum autem esse memoriam, et vim quæ memoria vocatur. *Item illic*. Octo sunt pri cipalia vitia, quæ humanum infestant genus. Primum gastrimargia, quod est ventris ingluviæ; 302 secundum fornicatio; tertium philargyria, id est, avaritia, sive amor pecuniæ; quartum ira; quintum tristitia; sextum acidia, id est, anxietas, seu lædium cordis; septimum cenodoxia, id est, jaectantia, sive vana gloria; octavum superbia (In libro *Collationum, scilicet, Cassiani*).

CAP. XXX. — *Testimonia de Sententiis Evagrii ad Fratres.*

1. Quemadmodum enim flamma comburit silvam, sic visiones malas exstinguit esuries. *Item illic*. Somniculosus monachus incidit in malis, qui autem vigilat sicut passer erit. *Item illic*. Sicut ignis tabefacit ceram, ita vigilia bona cogitationes pessimas. *Illic*. Qui amat argentum non videbit scientiam, et qui congregat illud obscurabitur. *Illic*. Sicut aurum et argentum probat ignis, sic cor monachi tentatio. *Item illic*. Melior pauperis quam scientia quam divitiæ cum ignorantia. *Illic*. Quemadmodum evolat corvus de suo nido, ita immunda anima de suo corpore. *Illic*. Sicut Aëricus ventus in pelago, ita furor et corde viri. *Item illic*. Melior est sæcularis in infirmitate serviens fratri super monachum non miserentem proximo suo. Piger monachus mormurat mulierem, et somniculosus incusat dolorem capitis sui. Monachus bilinguis conturbat fratres, fidelis autem requiem adducit. Melior est sæcularis mansuetus, quam iracundus monachus, aut animosus. Monachum mansuetum dirigit Deus, turbulentum autem repellit a se. Charitatem præcedit humilitas, scientiam autem dilectio. Sicut enim lucifer in cælo, et sicut nix in paradiso, sic in anima miti mens pura. Investiganti convivia exstinguitur lumen, anima autem ejus videbit tenebras. Statue in pondere panem tuum, et bibe in mensura aquam tuam, et spiritus fornicationis fugiet a te. Da senioribus vinum, et infirmis inter escas, propter quod contriverunt carnes in juventute sua. Vidi iracundum senem, et elevatum in tempore suo, spem autem habuit magis juvenis quam ille. Qui diligit apem, manducat favum ejus, et congregans eam, replebitur mellæ.

CAP. XXXI. — *Testimonia de libro sancti Martini, non filius Turonici episcopi, sed iste pater fuit monachorum.*

1. Quamvis invalidum mox laudaveris, plus valebit. Si parum ponderis portant in quasi admiratus fueris, succumbit. Si pigro dixeris quia velox est, continuo evolabit. Quamvis generaliter multis hæc superbia labes infesta sit, non plus taceat aliis me-

tuenda est quam his qui aut spiritaliter ad perfectionem virtutum, aut carnaliter ad vitiorum copiam. Ibi semper elationis fortior ventus est, ubi et honoris fortior altitudo. Facile credimus, et autem quam judicemur irascimur; multi enim suspicionibus impelluntur, ex vultu risuque alieno pejora interpretati in noctibus irascuntur. Curiosus qui inquirat quod de se dictum sit, et malignos sermones, etiamsi secreto sunt dicti, eruit, ipse se inquietat; dum enim interpretantur, ad hoc perducuntur ut videantur. Multas injurias transit, et plerasque non accipit, quia aut eas nescit, aut si scierit, in ludum eas jocumque convertit. Si bonus vir est, qui injuriam fecit, noli reddere; si malus, noli imitari, prudentiori cede, stulto remitte. Regis quisque iram se animum habet, ut licentiam sibi in alios dari velit, in se nolit. Non oportet, peccantem peccata corrigere: quod si tantum irascatur sapiens, quantum scelerum indignitas exigit, non irascendum est illi, sed insanientum. Nihil gloriosius quam iram amicitia commutare. 303 Irascitur aliquis? tu contra beneficis provoca, cadit statim simulatas. Remedia medicorum non in accessibus infirmitatum, sed in remissionibus prosunt. Crebro siquidem faciem mendacii veritas retinet. Crebro mendacium specie veritatis occultitur. Nam sicut aliquoties frontem amicus, et blandam adulator ostendit, sic verisimili coloratur. Lauda parce, vituperata parcus; nam similiter reprehensibilis est nimia laudatio, quam immoerata culpatio. Prudens nunquam otio pascit animum, aliquando habet, nunquam tamen solutum. Humilitatis virtus non verborum elatione, sed mentis puritate requiritur. A verbis quoque turpibus abstine, quia licentia eorum impudentiam nutrit. Sermones subtiles magis (sic) quam facito. Omnes tibi pares facies. Si interiores superbiendo non contemnas, superiores recte vivendo non timeas. Cunctis esto benignus, nemini blandus; paucis familiaris; omnibus tamen æquus. Sapientia cupido et docili quæ nosti sine arrogantia postulanti imperties, quæ nescis, sine occultatione ignorantie tibi postula impetiri. Justus secreta non prodit, tacenda enim tacet, loquenda loquitur; atque ita alta illi pax est et secunda tranquillitas, dum alta malis vincuntur ab illo mala. Magnanimitas est nec timendum hominem, nec audacem.

CAP. XXXII. — *De libro sancti Ambrosii.*

1. In vite religio, in oleo pax, in rosa pudor sacre virginittatis inoleat. Frater meus candidus, et rubeus; candidus merito, quia patris splendor; rubeus, quia partus est virginis, color in eo fulget et rutilat utriusque naturæ. Castitas etiam angelos facit; qui eam servavit, angelus est; qui perdidit, diabolus. Virgo est, qui Deo nubit; meretrix, quæ deos facit. Illic inversis vestigiis filii Noe pudenda texerunt. Quæ procax vidit, modestus eruhit, pius textit offensuros, si et ipsi vidissent. Quanta vini est vis, ut quem diluvia non nudaverunt, vina nudarent! Debet enim is qui docet super eum qui docetur excellere. Tolerabilis est mentem virginem quam carnem habere. Umbra Judæis carnalibus, imago nobis, veritas resurrectorum. Tria enim hæc secundum legem esse cognovimus, umbram, imaginem, veritatem; umbram in lege, imaginem in Evangelio, in judicio veritatem; et ideo per Moysen lex per umbram, quasi per hominem, figura per legem, per Jesum veritas. Quid est gazophylacium? consolatio fidelium, sumptus pauperum, requies egenorum. Peccata autem aut donantur, aut delentur, aut teguntur; donantur per gratiam, delentur per sanguinem, teguntur per charitatem. Quod David dicit: *Libera me de sanguinibus*, id est, a peccatis mortalibus se postulat liberari. Non te subjuges potestatibus carnis, quem Deus liberum voluit. Nulla tibi excusatio de ambitu nuptiarum est, voluptatis sunt, non necessitatis. Si benignus sis erga indigentes, magnus eris apud Deum. Quod

Deum patrem vocas, hoc in actibus tuis ostende. A  
 Non mens chorus est Dei, mala mens chorus est  
 daemonum. Quamvis vita habet anima, tot et domi-  
 nos. Fundamentum pietatis est continentia, culmen  
 autem pietatis est amicitia. Nulli suadenti te ac-  
 quiescas facere quod non est bonum. Pessimum est  
 peccatoribus in unum convenire, cum peccant. Multi  
 cibi impediunt charitatem, et incontinentia ciborum  
 immundum **304** hominem faciunt. Non cibi, qui  
 per os inferuntur, polluunt hominem, sed ea quæ ex  
 malis moribus profertur. Ea excipe a Deo, quæ  
 accipere ab homine non potes. Melius est lapidem  
 frustra jactare quam verbum. Brevis erit in sermo-  
 nibus sapiens in judicio, imperitiae est longa narra-  
 tio. Cum præces hominibus, memento quia tibi est  
 Deus, et iudicans homines, scito quia et ipse iudica-  
 beris a Deo. Cole sapientem virum, quasi imaginem  
 Dei videntis. Nullum propterea honores, qui habet  
 multas pecunias; difficile est divitem salvare. Nun-  
 quam eris sapiens, si te putaveris sapientem. Ora-  
 tionem non exaudit Deus hominis qui egenum non  
 exaudit. Qui sapienti non obtemperat, nec Deo ob-  
 temperabit. Quod non posuisti, non tollas, sed suffi-  
 ciant tibi quæ tua sunt. Temulentiam quasi infamem  
 fuge, quia qui ventri belluæ similis est, vincitur.  
 Quantum laboras pro corpore, si tantum pro anima  
 laboras, sapiens eris. Philosophum hominem, tan-  
 quam Dei ministrum, honora post Deum. Ministrare  
 aliis melius quam ministrari ab aliis. Mellus est per-  
 lamem mori, quam per incontinentiam ventris ani-  
 mam maculare. Verbum de Deo qui loquitur his qui-  
 bus non licet, proditor Dei putandus est. Non est  
 verum quod Deum colat, qui hominem lædit. Melius  
 est nihil habere quam multa habentem nemini im-  
 pertire. Si non das egentibus, cum possis, non acci-  
 pies a Deo, cum postulas.

CAP. XXXIII. — *Testimonia de libro Prosperi.*

1. Si me mea rusticitas faciebat invalidum, vestra  
 fieri credidi fide, qui jubebatis, idoneum. Necessa-  
 riarum tractatio questionum etsi non instruet inve-  
 nientis quod quærit animum, exercet salutem quæ-  
 rentis ingenium. Scientia, sicut sine dono Dei, quod  
 est charitas, inflat, ita, si ei charitas admisceatur,  
 aedificat. Sic ab iniquis justis separati sunt in æter-  
 num, ut nec jam remunerati præmium finiant, nec  
 damnati supplicium. Sicut enim corporalis **31** virtus  
 omnes sanos æqualiter habet, quavis singuli cibos,  
 non æqualiter, sed pro possibilitate percep-  
 erunt; ita omnes sancti, et si fuerint aliqua graduum  
 suorum diversitate distincti, omnes una beatitudine  
 perfecti erunt, quia et una perfectione beati futuri  
 sunt. Nec a nobis in diem iudicii verba querenda  
 sunt, sed opera. Qui non crediderit, non habendo  
 fidem, nec justitiam cordis habere poterit, nec salu-  
 tem. Tam gravis sermo debet esse pontificis, ut ab  
 intelligentia sui nullus, quamvis imperitus, excludat.  
 Sana mens incorporabiliter amplius obedientiæ fru-  
 ctum debet appetere, quam vitare injuste obrecta-  
 tionis opprobrium. Cum veritas undecunquo clama-  
 verit, non sit ingenio humano deputanda, sed Deo.  
 Obedientiæ ac patientiæ virtute fundati, majorum  
 sanorum non discutiant constituta, sed faciunt. Ad  
 faciem publicam patienter jam fugiunt, et in animo  
 iracundiæ virus abscondunt, ad nocendum parati,  
 cum nocendi tempus invenerint. Sic debet omnis  
 homo, modo docendo, modo exhortando, modo sus-  
 tinendo, modo increpando, curari ut sub ope  
 Christi nullus de salute in hac vita debeat despe-  
 rare. *Argue, obsecra, increpa in omni patientia, et  
 doctrina*, quasi diceret, argue coæquales, obsecra  
 seniores, increpa juniores. Leniter castigatus ex-  
 hibet reverentiam castiganti, asperitatem autem  
**305** nimis increpationis offensus, nec increpa-  
 tio (sic), nec salutem. Blanda pietate portandi  
 sunt, qui increpari pro sua increpatione non pos-  
 sunt. Sicut vitæ onerosa est vitosus, ita virtutis

amico vitiosa voluptas amara est. Tandem enim quis  
 peccata sua, quæ nosse, et desere debet, ignorat,  
 quandiu curiosus aliena considerat, quod si mores  
 suos ad se ipsum conversus aspiciat, non requirit  
 quod in aliis specialiter reprehendat, quia in se ipso  
 habet quod lugeat; proinde fratrum nostrorum non  
 facile debemus accusare, sed generare. Illis enim quo-  
 rum peccata humana notitia latent, nec ab ipsis con-  
 fessa, nec ab aliis publicata, si ea cõfiteri vel omen-  
 dare noluerint, Deum, quem habent testem, ipsam  
 habituri sunt et ultorem. Contumeliosus est, qui  
 mendaciter arguit; et mendaciter arguit, qui contu-  
 meliam facit. Securus quippe malus, qui cœlestia  
 non habet, terrena strenue militanlibus præstat. Illa  
 nobis sunt ambiende divitiæ, quæ nos ornare pos-  
 sunt pariter, et munire; propter hoc igitur eis qui  
 militant Deo fugienda sunt; quas divitiæ ex toto  
 corde qui habere volunt, sine labore non quarunt,  
 siue difficultate non inveniant, sine cura non servant,  
 siue anxia delectatione non possident, sine dolore  
 non perdunt. Qui otiosa quiete perfruitur, nisi spiri-  
 tualiter viverit, more pecudum vivit. Nemo possidet  
 Deum, nisi qui possidetur a Deo; sit ipse primus  
 sui possessio, ut efficiatur ei Deus possessio, et por-  
 tio. Quantum conditor, cui nihil potest eorum quæ  
 fecit æquari, non dignatur eum his quæ condidit  
 possideri. Qui vult Deum possidere, renuntiet mundo,  
 ut sit illi Deus beata possessio. Dei opus agi, qui  
 res Deo consecratas non alicujus cupiditatis, sed  
 fidelissimæ dispensationis intentione non deserit.  
 Quapropter possessiones, quas ablatas a populo au-  
 scipiunt sacerdotes, non sunt jam res mundi cre-  
 denda; sed Dei. Non ideo erubescunt Adam et Eva,  
 quia veste erant extrinsecus protecti divini; deni-  
 que ante peccatum nudi erant, et non erubescunt,  
 quia nihil contra voluntatem Dei, unde confunde-  
 rentur, admiserant. Non igitur a creatore suo in  
 creaturam divinitatis affectione collapsa moveret  
 aperta concupiscentia, nisi eos ante corrupisset oc-  
 culta superbia. Concupiscentia carnis ab eis impleta  
 est, quod de ligno vitæ gustaverunt; concupiscentia  
 oculorum, quod sibi aperire oculos cupierunt; et  
 ambitio sæculi, quod se fieri posse quod Deus est  
 crediderunt. Dulcor enim fit salus, cum dolor ex-  
 cruciat et sanitatis amissæ dulcedinem languoris  
 amaritudo commendat. Adam nos obnoxiovit malis  
 omnibus per propriam culpam, quibus nos liberavit  
 adventus Christi per gratiam. Deliciae quolibet, si  
 absque desiderio percipiuntur, officiant, et viles cibi  
 plerumque abstinentiæ profectui, si appetenter ac-  
 cipiantur, impediunt. Infirmum stomachum modera-  
 tus usus vini confortat, ebrietas animum corpusque  
 debilitat. Nihil contra abstinentiam faciunt, qui vi-  
 num non pro ebrietate, sed tantum pro corporis sa-  
 lute percipiunt, nec hoc eis offert voluptas, sed per-  
 mittit infirmitas. Si enim quilibet advententes jejuniis  
 intermisso reficium, non solum jejuno, sed exemplum  
 charitatis efficio. Cæterum si propter abstinentiam  
 D spirituales fratres, quos **306** novi, mea remissione  
 delectare contristo, abstinentia mea non est dicenda,  
 sed vitium. Sicut virtus animum sibi veraciter inha-  
 rentem, si fuerit vera, justificat, ita simulata con-  
 demnat. Non potest mens regnum habere virtutum,  
 nisi jugum prius excusserit vitiorum. Tantos videlicet  
 habet iusta poena tortores, quantos invidiosus ha-  
 buerit laudatores. Siquidem invidiosum facit excel-  
 lentia, erit invidia poena peccati; nec et ab homine  
 potest adhiberi remedium, cujus est vulnus occultum.  
 Hoc enim loquuntur quique quod diligunt, delectabiliter  
 audimus quod assiduis cogitationibus vol-  
 vunt. Cogitatio quippe est quæ mentem sicut torp-  
 inquit, ita, si fuerit honesta, purificat. Non sordidæ  
 cogitationes mentem sordidam reddunt, sed ex mente  
 sordida sordidæ cogitationes existunt. Auribus enim  
 castis obsceni sermones cum sono deficiunt, nec se-  
 cretum pudici cordis irruunt. Per os carnis non  
 irruunt delectatio gustus ad mentem; nec crumpit



sermo turpis ex mente, nisi se voluntario mens ante A corrumpat. Eadem quisque nomina frequenter habet in ore, quorum desideria vulnerat gestat in corde, se turpitudinem, quam exercere verecundatur in facto, tenet pens in animo, non humano iudicio, sed divino. Considerato, obsecro, qualiter invidi puniendi sint malis suis, quos etiam bona puniunt alieni. Quid prodest cuiquam, si foris, ubi potest vagans credi, splendeat, et intus, ubi Deus videt solus, squalcat?

CAP. XXXIV. — *De jejuniis*

1. Jejunia, abstinentiæ, vigiliæ, elemosynæ, et cætera huiusmodi augere debent bonum. Nam non velare, peccatum (sic). Nulla res nos ab omni peccato sic servat immunes, sicut timor supplicii, et amor Dei; elati pro supercilium vanæ loquacitatis dicta sua magis capiunt laudari quam fieri; nec sunt de sanctitate operis, sed de sermonis elucubrati venustate solliciti. Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit Deum, quem se ex toto corde diligimus, nihil erit in nobis unde peccati desiderio serviamus. Sicut nobis subveniri optamus, ita aliis pro viribus subveniamus; aut si facultas defuerit, voluntatem subveniendi teneamus. Si peccantem video, et non solum non arguo, sed etiam peccanti consentio, participem me damnationis ejus efficio, et in omnibus peccantibus pecco, quando eos quos scio peccasse quadam crudelis animi malignitate non increpo. Qui amicum propter commodum quodlibet amat temporale, non amicum convincitur amare, sed commodum.

CAP. XXXV. — *De libro Sententiarum.*

1. Innocentia vera est, quæ nec sibi, nec alteri nocet, et nemo prius in se quam in alium peccat. Sic diligendi sunt homines, ut eorum non diligantur errores, quia aliud est amare, quod facti sunt, aliud odisse quod faciunt. Vera est confessio benedictentis, cum idem sonus est et oris, et cordis; bene autem loqui, et male vivere, nihil est aliud quam se sua voce damnare. Bonum intellectum habet, qui quod faciendum recte intelligit, qualis sine timore sapientiæ (sic). Mala mors putanda non est, quam bona vita præcesserit. Justis quidquid malorum ab iniqui Dominus irrogatur, non poena est criminis, sed virtutis examen; nam bonus, etiam si regnet, servus est. Diabolus superbus hominem superbientem perduxit ad mortem, Christus humilis hominem obedientem reduxit 307 ad vitam. Quia sicut ille rictus cecidit, et jecit ob et consentientem; sic is e humiliatus surrexit credentem (sic). Perfectum odium est, quod nec iustitia, nec scientia caret, id est, ut nec propter vitia homines oderis, nec vitia propter homines diligas. In magna egestate sunt, qui in iniquitate sunt, iustitiam opus et sapientiæ thesauros non habentes; qui autem serviunt Domino, ea bona acquirunt quæ perire non possunt. Bona est peccati confessio, si et curatio consequatur. Nam quid prodest detegere plagam, et non adhibere medicinam. D

Prima mors animam dolentem tenet in corpore, ab utraque parte communiter habetur, ut quod non vult anima, de suo corpore patitur. Cum bonum operaris, hilaris operare; nam si quid boni tristis facis, fit deterior magis quam facis. Melior est enim in malis factis humilis confessio, quam in bonis superba gloriatio. Nemo injustus benefacit, etiam si bonum est quod facit, quia nihil prodest spiritus timoris, ubi non est spiritus charitatis. Melior est animi aequalitas quam corporis aequalitas. Finis enim legis Christus est, in quo lex iustitiæ non sonatur, sed impletur. Sicut terra de celo expectat pluviam, et litem, sic homo de Deo expectare debet misericordiam, et veritatem. Prima salus est declinare peccatum, secunda est non desperare de venia; nam ipse in æternum perit, qui apud misericordem iudicem ad poenitentiam remedium non recurrit. Virgo Iudei Christianæ tribus temporibus incitatur, vespere, mane, et meridie; vespere enim Dominus in cruce, mane in resurrectione, meridie in ascensione. Unum ad patientiam occisi, aliud ad vitam resuscitati, tertium ad gloriam pertinet maiestatis in Patris dextera consistentis. Ad hoc exagitant homines tribulationes, ut vasa electionis evacuentur nequitia, et impleantur gratia. Melior est tristitia iniqua poenitentis, quam lætitia iniqua facientis. Bonum est a veritate vinci, ad correptionem superet veritas voluptatem. Nam et invitum ipsa superat. Sic sunt qui colunt idola, quomodo qui in somniis videmur vana. Si autem vigilant animæ ipsorum, intelligit, quando facta est, et non colit quod ipse fecit. Qui Deo sitiunt, tota sua debent sitire substantia, id est, et anima, et carne; quia et animæ Deus dat panem suum, id est, verbum veritatis; et carnis necessaria Deus præbet, quia utraque ipse pascit, quia utraque ipse fecit. Duas in toto mundo civitates faciunt duo amores: Jerusalem facit amorem Dei; Babylonia amorem sæculi. Interrogat se ergo unusquisque, et inveniet unde ait civis. Non est in carendo difficultas, nisi cum est in habendo cupiditas, et ideo id solum recte diligitur, quod nunquam bene admittitur. In primo homine patuit, quod hominis arbitrium valeret ad mortem, in secundo autem, quod Dei adiutorium valeret ad vitam. Primus enim homo non is homo; secundus vero Deus et homo; peccatum vero factum est relicto Deo, iustitia non fit sine Deo. Dominus ait: *Ego sum via, et veritas, et vita*, hoc est, per me venit ad me, in me pervenitur, permanetur in me. Odor boni fama bona est, quam qui-que bonæ vitæ operibus habuerit, dum Curisti vestigia sequitur: pedes quodammodo ejus pretiosi unguenti odore perfundit. Labor piorum 308 exercitatio est, non damnatio. Iusti ex Deo, non ex hominibus nascuntur, quoniam nascendo, non ascendendo fit iustus, unde etiam regenerati filii Dei dicuntur. Aliud est migrare corpore, aliud migrare corde; migrare corpore, quomodo tu cordis mutas affectum. Si aliud amas, aliud amabas, non es ibi ubi eras.

## APPENDIX XII.

### SERMONES.

SERMO PRIMUS. — *Ad carnes tollendas.*

1. Fratres charissimi, rogo vos, et admoneo vos, ut in isto legitimo ac sacratissimo die, exceptis Dominicis diebus, nullus prandere præsumat, nisi forte ille quem jejunare infirmus non permittit, quia aliis diebus jejunare aut remedium, aut præmium

SERMO I. n. 1. De hoc sermone dixi in Isidorianis, cap. 72, n. 8 et seqq. Quibusdam in locis librarium incuria corruptus est. Pro *sacratissimo die* præstitit legere *sacratissimo tempore*.

est; in Quadragesima non jejunare peccatum est; alio tempore qui jejunat, accipit indulgentiam, in Quadragesima qui potest, et non jejunat, sentiet poenam.

2. Et ipse tamen qui (non) jejunare prævalet, sed rectius sibi soli, aut sive alius infirmus cum ipso sibi

2. Excusus, jejunare prævalet. Sed addendum non, Reliqua, etsi correctione indigent, satis tamen intelliguntur. In Impresso erat *non valere*, pro quo posui *non velle*. Quid sit *adlucet*, non intellego.

in domo sua præparet quod accipiat. Et illos qui A jejunare prævalent ad prandium non invitent, quia si hoc fecerint, non solum Deus, sed etiam homines possunt illos intelligere non pro infirmitate non posse, sed pro gula jejunare non velle. Sufficit ipsi, quod jejunare non prævalet. Et magis cum gemitu, et suspirio, et animi dolore adluet pro eo quod, alii jejunantibus, ille abstinere non potest.

3. Et quod opus est unicuique infirmo secreta, aut sibi soli, aut cum alio similiter infirmo faciat præparari, quia non ei oportet alicquem sanum ut roget ad prandium, ne sibi angeat etiam de alterius gula peccatum. Pro eò tamen quod non potest jejunare, amplius debet erogare pauperibus, ut peccata quæ non potest jejunando curare, possit eleemosynas dando redimere. Bonum est jejunare, fratres, sed melius est eleemosynas dare.

4. Si aliquis utrumque potest, duo sunt bona; si vero non potest, melius est eleemosyna. Si possibilitas non est jejunandi, eleemosyna sufficit sine jejunando; jejunium vero sine eleemosyna omnino non sufficit. Ergo si aliquis non potest jejunare, eleemosynam faciat. Eleemosyna sine jejunio bona est. Si ergo prævalet jejunium cum eleemosyna, duplex bonum est; jejunium vero sine eleemosyna nullum bonum est, nisi forte si **309** ita sit aliquis pauper, ut non habeat omnino quod tribuat. His vero qui non habuerint unde tribuant, sufficit voluntas bona, secundum illud quod scriptum est: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*

5. Sed quis erit qui se possit excusare, cum etiam pro calice aquæ frigida: mercedem se Dominus esse dixerit? Et quare frigida: dixerit? Ne forte se possit aliquis pauper lignorum penuria excusare, aut certe dicere se vasculum ubi aquam calefaceret non habere. Denique et per beatum prophetam, fratres charissimi, Dominus ita hortatur et admonet eleemosynam fieri, ut prope nullus pauper sit qui se valeat excusare. Sic enim ait: *Hoc est jejunium quod elegi, dicit Dominus: Frange esurienti panem tuum.* Non dicit ut integrum daret, ne forte pauper ille alium non haberet; sed *frange*, inquit, hoc est dicere, etiam si tanta sit tibi paupertas, ut non habeas nisi unum panem, ex ipso tamen frange, et pauperi tribue, et egenum ac sine tacto induc in domum tuam. Si aliquis ita pauper est, ut non habeat cibum, vel in uno angulo domus suæ præparet peregrino lectulum.

6. Quid nos dicturi sumus, fratres? qualem excusationem habere poterimus, qui, amplius et spatiosas domos habentes, vix aliquando dignamur excipere peregrinum? ignorantibus, imo non credentibus, quod in omni peregrino Christus excipitur, sicut et ipse dixit: *Non pes fui, et non suscepistis me;* et: *Quandiu non fecistis uni de minimis istis, nec mihi fecistis.*

7. Laboriosum et fastidiosum nobis est in pauperibus excipere Christum in patriam nostram? Timeo ne nobis ille dicat: *Ite,* et non nos recipiat in beatitudine sua. Contemnimus illum in mundo? Timeo ne nos contemnat in cælo, secundum quod ipse dixit: *Esurivi, et non dedistis mihi manducare;* et: *Quandiu non fecistis uni de minimis istis, nec mihi fecistis;* et quod post sequitur.

8. Fratres avertat hoc Deus a nobis; hoc enim postea addit, dicens: *Discedite a me, maledicti, ite in*

4. Forte, sufficit sine jejunio.

6. Videretur legendum, ignorantibus... non credentibus, quæ locutio apud Isidorum et alios occurrit. Vide not. ad Sedulum, lib. iv, vers. 8.

9. Aut ego, etc. Corrupta hæc sunt, nec sine M s. ope facile sanari possunt.

10. Forte, interim vero quod ad præsens, etc. Paulo post reposui me in terra percat, pro quo in breviario est, ne inter percat.

*ignem æternum.* Ego in hanc sententiam neminem judico. Unusquisque attendat sententiam suam; nec tamen arguo, et reprehendo, quia forte aliquoties venit per negligentiam, ut vestimenta quæ debuerunt accipere pauperes defruerunt a tinea; et tamen ne ipsis panni ad test monium proferantur in die iudicii, secundum quod Jacobus dicit: *Agite nunc, divites, plorate, ululantes in miseris quæ adveniunt vobis. Divitiæ vestrae putrefactæ sunt.*

9. Et omnia, sicut dixit, fratres charissimi, qui per Apostolum suum conminatur Christus, licet nos nimium terreant, non tamen de Dei misericordia desperandum est. Aut ego et mei si negligenter cum Dei adjutorio, cum possumus, nos emendare volumus, eleemosynas, quas lucusque parcis fecimus, largius erogemus, et quæ pro peccatis præteritis cum **310** dolore, et gemitu, et spe repausationis dominica misericordia doceamur.

10. Ergo, sicut supra suggestimus, fratres charissimi, jejunia nostra eleemosynarum pinguedo commendat, quia tale est jejunium sine eleemosyna, qualis sine oleo est lucerna. Nam sicut lucerna quæ sine oleo accenditur fumare potest, lucere non potest, ita jejunium sine eleemosyna carnem quidem cruciat, sed charitas lumine animam non illustrat. Interim vel quod ad præsens agitur, fratres, sic jejunemus, ut prandia nostra pauperibus erogemus, ut quod pransuri eramus, non in nostris sacculis, sed in visceribus pauperum reponamus, quia manus pauperum gazophylacium Christi est: quidquid accipit, ne in terra pereat, in cælo reponit; quia quavis quod pauper accipit consumat ut, merces tamen boni operis in cælo reconditur.

11. Nam si prandia nostra exquisitis saporibus et multiplicatis serculis expendere studemus ad cenam, sicut corpori nostro delicia: non solum non subtrahuntur, sed etiam duplicantur, ac sic corpori vestro nihil minuitur, sic animæ nihil augetur. Hoc, fratres, timeo magis, quam de vobis aliquid sensitum credens, admoceo. Scio enim ex vobis plures, Deo propitio, et peregrinos assidue accipere, et pauperibus frequenter dare. Et ideo quod suggero ad hoc proliciat. Qui vero non facit, aut forte tardus faciebat, tam sanctam sibi et omnino placitam operationem in consuetudinem trahat.

12. Et licet credam quod, Deo inspirante, semper supervenientibus festivitibus, castitatem et charitatem ante plures dies etiam cum propitiis uxoribus custodiat charitas vestra, tamen, licet et superfluo etiam, quod vos facere credo, charitatem contemplationis admoceo, ut per totam Quadragesimam, et usque ad finem Paschæ castitate et charitate, Deo auxiliante, servetis, ut in illa sacrosancta solemnitate paschali charitatis lucerna vestri, eleemosynis dealbati, orationibus, vigiliis et jeuniis, vel aliquibus celestibus et spiritualibus margaritis orari possitis, non solum cum amicis, sed etiam cum inimicis, ut pacifici-libera et securi conscientia ad altare Domini accedentes, corpus ac sanguinem ejus, non ad iudicium, sed ad remedium possitis accipere.

13. Sed cum de eleemosynis loquimur, non conturbetur angusta paupertas. **311** Omnia enim complere quisquam poterit, cum fecit quod potuit, quia voluntas perfecta faciendi reputatur pro opere facti. Sed hoc ille implet, qui hominem pauperem quasi

11. Fortasse, ac sicut corpori vestro nihil, etc.

13. Secum ferri cupiebat. Sic legendum, vel sibi fieri cupiebat. In Breviario est se ferri cupiebat. Ex aliis sermonibus, de quibus dixi in Isidorianis, cap. cit. 72, tres tantum subjiciam: nam alii aut Isidori non sunt, ut tunc dixi, aut excerpti sunt ex aliis Isidori operibus, etiam homilia quæ incipit: *Brevis est hujus mundi felicitas*, scilicet ex Synonymis, lib. II, num. 91. Quod autem Editor Matritensis ad sermonem 4, nu. 11, octavem, verba, nisi manducaveritis, etc., in con-

seipsum considerare vouerit, et sic pauperi tribuat, quomodo si ipse in tali necessitate esset, secum fieri cupiebat; et qui fecerit sic, et Novi et Veteris Testamenti præcepta complevit, implens illud Evangelium (sic): *Omnia quaecunque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis similiter.* Etenim lex et propheta sic impelitur ad gloriam, ad quam veræ et perfectæ charitatis legem pius vobis Dominus sua protectione perducat. Amen. Præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor, et imperium sine fine in sæcula sæculorum. Amen.

SERMO II. — Contra Arianos.

1. Veni, domine Jesu Christe Redemptor noster, qui æqualem potestatem cum Patre habes. Veni, et contere caput draconis magni; et dic nobis quid e, quomodo Arius iste aliud docet quam es. Dic, dic, audiamus, unde hæreticos convincamus. Audite, fratres charissimi, quid Dominus dicat. *Ego sum, inquit, via, veritas, et vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Secundum divinitatem veritas et vita, secundum humanitatem via. Tu autem, hæretice Ariane, qui minorem vis esse divinitate vitam et veritatem, sequitur ut non pervenias ad Patrem. Sed adhuc, domine Jesu, contere caput draconis, et dic quid cum Patre sis. Te audiamus dicentem, non hæreticum blasphemantem; dic, quid sis cum Patre. *Ego, et Pater unum sumus.* Dic adhuc. *Ego in Patre, et Pater in me est.* Adhuc dic. *Qui videt me, videt et Patrem.*

2. Credis jam, hæretice, tantæ auctoritati? an ipsius testimonium de se ipso non admittis, sed alios testes inquiris? Ecce introducuntur adversum te qui te convincant. Dic, testis Dei Paule, sanctæ matris Ecclesiæ organum, qui usque ad sanguinem pro isto testimonio accessisti, et ne falsæ doctrine succumberes, animam posuisti; dic. Audiat qui convinci formidat. Singulis quibusque dicis: *Hoc sentio in vobis, quod et in Christo Jesu; qui cum in ira Domini Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* Audis, hæretice, æqualem Deo, audis formam Dei? et tu minorem Patre filium dicere audes? Veniat et alius testis, ut in duobus vel tribus testibus confirmetur æquitas veritatis. Dic et tu, sancte Petre, quid tibi revelaverit, non caro, et sanguis, sed pater cælestis: *Tu es Filius Dei vivi.* Et in epistola ad gentes secunda. *Notam facimus vobis domini nostri Jesu Christi virtutem, et præscientiam, et magnitudinem.* Audis, prestigiator, virtutem, audis præscientiam, audis et magnitudinem; in quo ergo, hæretice, Christum dicis esse minorem? Sed ingrediatur et tertius testis, ut tres unum verum testimonium dicant uni Trinitati, et trinæ divinitati. Dic et tu, sancte Joannes, qui super pectus Salvatoris discumbas, et videbas super cælestia mirabilia verbum Dei. Dic, inquam, quid veritatis de Dei Filio sentis. *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Et in epistola: *Scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis intellectum, ut sciamus quod verum est, et simus in vero Filio ejus; hic est enim verus Deus, et vita æterna.*

3. Tu autem, virulente serpens, minorem dicendo Filium, qui est verus Deus, non habebis vitam æternam. Sed ad confutandam contumaciam tuam ipse Pater testimonium Filio dicat, ut nihil amplius quæras, nihilque amplius credas. Dicit enim per prophetam: *Tecum principium in die virtutis tuæ.* Principium Pater, principium Filius; ergo Pater et Filius principium sine ullo principio. *Tecum, inquit, principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te.* Tanquam diceret: Ut sancti illuminarentur, processisti ex me. Nec scilicet fuit, dilectissimi, alia causa cur vel ipse

nomina Patris, scilicet, et Filii, et Spiritus sancti sejuncta viderentur, nisi ut sancti homines instruerentur. Cæterum quid Moysi ab ipsa Trinitatis substantia dictum est? *Ego sum, qui sum; et sic dices: Qui est misit me.* Ergo ex utero in splendore sanctorum generatus est Filius. Sed ne hanc generationem carnaliter vel temporaliter acceperis factam, audi quomodo eum genuerit. *Eruclavit cor meum, inquit, Verbum bonum.* Joannes testis dicit: *In principio erat Verbum.* Deus Pater dicit: *Eruclavit cor meum; inquit, Verbum bonum.* Propheta Habacuc dicit: *Ambulabat Verbum.* Audis Verbum, et hoc in principio esse apud Deum, et Deum esse Verbum. Testimonium Trinitatis per totum mundum contra te clamat. Et tu, pessime Ariane, contra totum mundum veni ravidus canis delatras?

4. Sed audi adhuc unde plenius convincaris, quod perfecta Trinitas unus sit verus Deus. Patris namque vox est ad Filium per prophetam: *In splendore, inquit, sanctorum ex utero genui te.* Ejusdem quoque Patris vox est per prophetam de Spiritu sancto: *Spiritus, inquit, a me prodit.* Filii autem vox est in Evangelio, ostendens Patrem in se esse, sequè in ipso, ubi ait, *Pater in me manens facit ipse opera.* Ejusdem etiam Filii vox, est de Spiritu sancto, ostendens quia quomodo procedit ex Patre, ita quoque ex se ipso, ubi ait ad discipulos suos: *Accipite Spiritum sanctum. Si qui remiserit peccata, remittentur illi.* Unde et apostoli Pauli: *Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Si ergo Filius in Patre, et ex Patre, et Spiritus sanctus simul est et in Filio, et in Patre, non est divisa Trinitas, ubi perfecta unitas est. Discedat ergo Arianus pestifer labyrinthus, quod draco; jam, inquam, confusus discedat, et reus, quia Trinitas unus est Deus.

5. Sed quomodo tibi perversa hæresis, verba mea proficient, cum sis aspis surda, obturans aures, ne audias incantantium voces? Noveris te tamen a virga serpentis edendam; dum oves quas tenes captivas ad suum ille pastor ovile reduxerit, ut sit unus grex et unus pastor. Iste igitur pastor noster, dilectissimi, qui in virga pascit, et regit, ipse pastor est, ipse rector noster est, ipse fabricator, ipse architectus noster. Magnum te pastorem video, domine Jesu, oves pascentem, errantem inquirentem, inventamque cum gaudio ad gregem tuis humeris reportantem. Magnum quippe te video architectum, virgam ferentem, et de ista virga multa miracula facientem. Multum itaque, fratres, expositionem exparesco virgæ; sed dum divinarum Scripturarum considero loca, virga sancta Maria, virga ipse Christus, virga crux. Et in ista o quam magna miracula fecit! Scalas, per quas hominem lapsam levavit ad Patrem, per has denique scalas ascenderunt sancti homines, continentes conjuncti atque fideles, non quidem gradibus pedum, sed gressibus morum.

6. Boni ergo mores si requirantur, in omnibus inveniantur. Uterque enim sexus et omnis ætas in his sanctorum moribus unitatis habet exemplum. Imitentur itaque senes mores Tobie, qui cum corpore cæcus esset, viam vitam filio demonstrabat in corde; ille eum in terra manu ducebat, iste monitis eum sanctis erigebat ad cælum. Imitentur adolescentes Joseph sanctum, pulchrum corpus; sed pulchriorem mente, quem castas sic possiderat, ut impudicæ dominæ minus ejus non posset violari corpus, cujus jam Dominus possederat mentem. Imitentur virgines sanctæ beatam Domini sui matrem Mariam. Imitentur viduæ religiosam viduam Annam. Imitentur et conjugatæ castam Susannam, quia virgo Christi mater Maria quod novit implevit; Anna vidua in orationibus et jejuniis ut que in sinem perseverantem tenuit; Susanna casta pro pudicitia conjugali usque ad

vulvis non solum propter gloriam, sed etiam ut vitam spirituale in se habeant.

græ baptismo aptari, ut ipsi videbatur, id omittere censui; nam auctor ejus sermonis non ea baptismo aptat, sed ex eis colligit baptismum conferri par-

periculum mortis accessit. Nunc igitur, congregate, in audientia qualis hujus vocis a Scriptura sancta imitatio proponatur; non enim predicat quod fuerit auro, monilibus, vel veste pretiosa, fornicatus compta, cum fuerit intus utique castitatis ornata pudore. Omnibus vero Christus vitam donavit, quibus bonos instituit mores. Et propterea ipse v. r. de femina est nasci dignatus, quia ab ipso uterque erat sexus a morte liberandus. Multa diximus, fratres. Intentione audistis, epulas dominicas libentissime comedistis. Rependite ergo vicem ministratori vestro, ut si non verbo, vestris saltem orationibus pascat. Explicit.

SERMO III. — *Homilia.*

1 Fratres, oportet, nos satis timere tres causas per quas totus mundus perit, gula, cupiditas, superbia. Quia diabolus per istas tres causas Adam primum hominem circumvenit, dicens: *In quacunq[ue] die comederis de hoc ligno, statim aperientur oculi tui.* Nos autem semper timeamus has tres causas, ne, sicut Adam, in inferno damnemur. Fratres, contra gulam teneamus abstinentiam, contra cupiditatem largitatem, contra superbiam humilitatem. Nam hoc scimus, quod Christiani dicimur, quod angelum custodem habemus, quia ipse Salvator dixit: *Amen dico vobis: quia angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in caelis est.*

2. Quia pro certo nobis credendum est quia omnia opera nostra tam in die quam in nocte, omni hora, sive bona, sive mala, quaecumque facimus, ab ipso angelo remittuntur in conspectu Dei. Nam cum angelus hortatur nobis consilium ad bona opera faciendum, ipsum angelum semper **314** habere credimus a dextris; cum autem cogitamus malum agere, aut aliqua peccata conamur committere tam capitalia quam minuta, tunc habemus hortatorem malignum diabolum, ut cum peccare cogitamus, et peccamus, diabolus gaudet, ille sanctus angelus tristet. Cum dicimus otiosa verba, et prava, consilium est diaboli; cum autem in gemiscimus, et suspiramus, et cogitamus aliqua bona opera facere, tunc habemus consiliatorem illum sanctum angelum Dei.

3. Nam illa tria mala opera, quae superius diximus, diabolus subministravit per malum consilium in Adam, hoc est, gula, cupiditas, superbia. Istae tres causae multa mala generant, id est, sacrilegium, homicidium, adulterium, furtum, avaritiam, luxuriam, falsum testimonium, iram, discordiam, perjurium. Ista omnia per illas tres praevagationes subministraverunt [*Fortis* subministrantur] ante hominem per artem diabolicam. Iste periculum animae in infernum religantur. Ergo sumamus nos arma angeli Dei, hoc est, crucem Christi. Ponamus contra superbiam humilitatem, contra gulam abstinentiam, contra cupiditatem eleemosynarum largitionem, contra sacrilegium veram poenitentiam, contra homicidium dilectionem Dei et proximi, contra fornicationem continentiam, contra furtum bonitatem et benignitatem, contra avaritiam largitatem, contra luxuriam castitatem, patientiam, contra discordiam bonam concordiam et verissimam pacem, contra perjurium timorem Domini et viam rectam, firmissimam fidem tenentes coram Deo, et hominibus cum iustitia et sanctitate.

4. Ista sunt arma angelica, et lorica forti, et scutum firmissimum, et galea salutis. Qui ista arma in omni loco secum habuerit, nullus diabolus ei nocere poterit; sed hic et in aeternum salvus erit. O dilectissimi fratres, contra pessimum hostem tantum armare nos debemus, ut illum superare valeamus, quia ipse praeparatus est, ut latro, ad furandum bona opera, mala conat et subministrat. Sunt multi qui per audaciam adversarii mala securitate decipiunt, et cogitant inter se dicentes: *Juvenis sum, et tempus habeo mundo irui; cum ad senectutem venero, poenitentiam agam. O miser qui haec cogitas,*

A quia una hora vitae tuae spatium non habes, nec potestatem unius diei.

5. Fratres, non decipiat vos ista prava securitas, sed semper diem mortis ante oculos habeamus cum timore, et vera poenitentia. Dic, ubi sunt reges, ubi divites, ubi divitiae eorum, et ornamenta eorum? Ipsi, velut umbra, transierunt, ut somnium evanuerunt; aurum, et argentum, et omnia ornamenta eorum in hoc mundo remanserunt, et ipsi sine fine cruciantur in inferno, ubi vermes eorum non moriuntur, et ignis eorum non exstinguitur. In quo inferno non est ulla vox, nisi gemitus; ibi non est ulla requies, nisi flamma, ubi multi quaerunt finem mortis, et mori non possunt. Scriptum est enim: *Potentia potentia tormenta patiuntur.*

6. O fratres, intelligite, dicit Psalmista: *Non mortui laudabunt te, Domine, neque omnes qui descendunt in infernum.* Fratres, quomodo possunt nominare Deum, qui semper sunt in tenebris, et in loco tenebrarum, et semper clamant: *Vae tam tenebrosam locum, tam tenebrosam fossam, 315 tam obscuram cavernam, tam amarum locum, tam miseriam vitam, tam dolorosam mansionem?* O miseri, de tam parva vita tam longam mortem, de tam parva consolatione tam longam captivitatem, de tam parva levitate tam longam tristitiam, de tam parvo lucro tam grave damnatum, de tam parvo honore tam longos dolores, de tam parva jucunditate tam amara lacrymas, tam immensa suspiria, tam lucuosos gemitus, tam magnam iram et tristitiam, ubi non adjuvat pater ad filium, nec filius ad patrem; ubi non invenitur amicus qui redimat amicum, neque frater qui succurrat fratri. Ibi amator poenitentiae, sed tarde agit. Vae! duram mansionem, tam cruciabilem flammam, tam immensa tormenta.

7. Ibi miseri cum miseris, superbi cum superbis, homicidae cum homicidis, adulteri cum adulteris, ini qui fures cum falsis mercatoribus, falsi monachi cum falsis puellis, falsi sacerdotes cum falsis episcopis, laici similiter cum pessimis laicis. Ibi pessime mulieres cum infelicissimis meretricibus: omnes inenarrabilibus cruciabantur flammis, et non habebunt requiem, nisi Dominica die resurrectionis, sicut beatus Augustinus dicit: *Dominica die resurrectionis qua hora Dominus noster surrexit a mortuis mane, illae animae iustorum veniunt visitare sepulcra sua, et dicere: Bene va eas, bone socie quia bene egisti mecum in hoc saeculo, bonum vas, amice dilectissime. Tu magis contraisti arma angelica, quam impugnationem diaboli, quia scriptum est: Volui jugulare, poenitentiam agere, eleemosynas dare, nudos vestire, infirmos visitare, ad ecclesiam venire, sanctas Scripturas audire, et custodire, Dei servos amare, tu mihi consensisti, et honorasti, quia tu es factura Dei, et ego inspiratio vitae, et a Deo creata. Tu roquesce medicum tempus in pace securus, et ego revertar ad te in mansione aeterna, ut videam qualem mansionem et quantam gloriam nobis praeparavit Deus in aeternum, quia felices sunt qui conviviunt ei, et lucebunt cum eo sicut sol, sicut ipse Dominus ait: *Iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris mei, et tunc gaudebunt necum sine fine.* Quia quamvis duae concupiscentiae fuissent inter oculosum et oris luxuriam, eis non consensisti. Prope est ubi mercedem aeternam recipias, et ibi requiesces in saecula saeculorum.*

8. Similiter et illa peccatrix anima cum nequissimo angelo Satanae cum calumnia et cum vitis suis loquitur dicens: *Heu! heu! miserum corpus, quid tanta mala egisti mecum? Et ego cum Satana sui cum vitis suis, quia non consensisti arma angelica, contra insidias diaboli quia tu concupisti manducare, bibere, luxuriari, occidere, adulterari, fornicari, furari, concupiscere, mentiri, falsum testimonium dicere, opera diaboli facere, et non egisti poenitentiam, sed in mala securitate, et negligentia defecisti, tu jaces in imo, ego crucior in inferno. Prope est dies iudicii, quando revertar ad te, et resurges in*

novissima die, ut recipias mala quæ operatus es in mundo cum auctore diabolo mortis, et tecum eris in damnatione mortis, et sine fine cruciaberis in sæcula sæculorum. O homo, qui hæc audis, expavesce pro peccatis et negligentis, et dum tempus habes **316** et spatium, festina, et age poenitentiam, antequam claudatur janua vitæ, ut securus recipias præmia gloriæ, et vitam æternam cum angelis Dei, et cum omnibus sanctis in sæcula sæculorum. Amen.

Sermo IV. — *De corpore et sanguine Domini in Pascha.*

1. Magnitudo cœlestium beneficiorum angustias humanæ mentis excedit. Et propterea ita ordinavit divina Providentia, ut quod capere in nobis ratio, rerum mole victa, non poterat, fides devota conciperet, et intellectum credulitatis robusta nutiret. Cum ergo per primam transgressionem per Adam origini et mortu teneremur obnoxii, prospiciens ex alto Dominus, in quo essemus generi debitores, juxta qualitatem captivitatis reparavit munus redemptionis. Id est, ut pro debita morte offerret indebitam, quia nec nos habebamus unde viveremus, nec ille unde moreretur.

2. Materiam de nostra mortalitate suscepit, ut de suo immortalitate collata mori posset vita pro mortuis. Et ideo quia corpus assumptum ablaturus erat ex oculis nostris, et sideribus illatorus, necessarium erat ut nobis in hac die sacramentum corporis et sanguinis sui consecraret, ut coleretur jugiter per mysterium quod semel offerebatur in pretium. Ut quia quotidiana et indefessa furrebat pro hominum salutis redemptio, perpetua esset etiam redemptionis oblatio. Et perennis illa victima viveret in memoria, ut semper præsens esset in gratia. Vere unica et perfecta hostia fide æstimanda, non specie. Nec exteriori censenda visu, sed interiori affectu.

3. Unde merito cœlestis confirmat auctoritas quia caro Christi vere est cibus, et sanguis ejus vere est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui auctor est muneris ipse etiam testis est veritatis. Nam invisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis et sanguinis sui verbo suo secreta potestate evertit [*Fortè, convertit*], ita dicens: *Accipite et edite; hoc est enim corpus meum.* Et sanctificatione repleta: *Accipite, inquit, et bibite; hic est sanguis meus (Matth. xxvi, 26, 27).* Ergo sicut ad nutum præcipientis Domini repente ex nihilo substiterunt excelsa cœlorum, profunda fluctuum, vasta terrarum, pari potentia in spiritualibus sacramentis Verbi præcipit virtus, et servit effectus.

4. Quanta itaque et quam celebranda beneficia vis divinæ benedictionis operetur attende. Et ut tibi novum et impossibile non debeat videri quod in Christi substantiam terrena et mortalia commutentur, te ipsum, qui jam es in Christo regeneratus, interroga. Dudum alienus a vita, peregrinus a misericordia, a salutis via intrinsecus mortuus exsulabas. Subito initiatus Christi legibus, et salutaribus mysteriis innovatus, in corpus Ecclesiæ, non videndo, sed credendo transisti, et de filio perditionis adoptivus Dei filius occulta puritate fieri meruisti.

5. In mensura visibili permanens major factus es te ipso invisibiliter sine quantitate augmento. Cum ipse atque idem esses, multo altius **317** fidei processibus exstitisti. In exteriori nihil additus es, et totus in interiori homine mutatus es. Ac sic homo Christi filius effectus, et Christus in hominis mente formatus est. Sicut ergo sine corporali sensu, præterita vilitate deposita, subito novam indutus es dignitatem, et sicut hoc quod in te Dominus læsa curavit, infecta diuit, maculata detersit, non oculis, sed sensibus tuis credis: ita et tu cum ad reverendum altare salutaris cibo potuque reficiendus accedis, sacrum Domini tui corpus et sanguinem fide respice, honore mirare, mentem erige, cordis manu suscipe, et maxime haustu interiori assume.

6. Quod si illud legis manna, de quo legitur: *Pluit*

*illis manna, ut ederent (Psal. lxxvii, 24)*, hoc unicuique sapiebat quod desideris concupisset, aliud erat quod sumebatur, aliud erat quod videbatur, et invisibiliter sapor ille in singulorum sensibus formabatur, ergo illud legis manna cœlestis illapsus per multitudinas suavitates naturæ suæ meritum et generis sui excedebat intuitum. Et cum creaturam suam dispensatio largitoris multiplicitate diversitate condiret, præbebat gustus quod ignorabat aspectus. Juxta percipientis affectum cæcæ illi novitas et dignitas nascebatur, et omniumque variis et alienis saporibus reficiebat mellidum illius pluvie donum, et multiplex sicci imbris obsequium.

7. Quæ cum ita sint, quod illic aviditas faciebat, hic fides faciat. Sic legitur: *Accedit homo ad cor altum, et exaltabitur Deus (Psal. lxxiii, 7).* Ideo quod tibi delectatio obtinebat in faucibus, hic benedictio operetur in sensibus. Ad agnoscendum et percipiendum sacrificium veri corporis ipsa roborat potentia consecrantis. Qui tunc latuit præfiguratus in manna, sit tibi nunc manifestus in gratia. Ipsum autem fuisse in manna illius specie præsignatum, etiam Propheta evidenter ostendit, dicens: *Panem cœli dedit eis, panem angelorum manducavit homo (Psal. lxxvii, 25).* Et quis panis angelorum est, nisi Christus, qui eos cibo suæ charitatis et lumine suæ claritatis exsatiat? Hoc pane, dicente Propheta, sexta die duplum colliges, Sabbato autem non colliges, dum a primo, id est, Dominico die, in lege tribuitur, et in solo Sabbato denegatur.

8. Jam tunc Christus ab Ecclesia, cui Dominicam resurrectionem consecravit, recipiendus ostenditur, et a Synagoga, ad quam cultus Sabbati pertinebat, negandum esse prædicitur, dum dies iste septimus est, qui cœlestis panis fraude nullatur. De quo pane vetus narrat historia: *Nec qui plus collegerat habuit amplius, nec qui minus paraverat reperit minus (Exod. xvi, 18).* Quod corpus, sacerdote dispensante, tantum est in evigo, quantum esse constat in toto. Quod cum ecclesia fidelium sumit, sicut plenum universis, ita integrum esse probatur in singulis. De quo sensu apostolica sententia derivata est dicens: *Qui multa habet, non abundavit: et qui modicum, non minoravit (II Cor. viii, 13).*

9. Si forte panis esum esurientibus apponeremus, non ex toto perveniret ad singulos, quia particulatim et minutatim pro portione sua unusquisque perciperet. De hoc vero pane, cum assumitur, nihil minus habent singuli quam universi. Totum unus, totum duo, totum plures sine diminutione percipiunt, quia benedictio hujus sacramenti scit distribui, nec **318** distribuitione consumi. Sacramenti itaque hujus formam etiam in Judæorum paginis inventiimus expressam. Nam de Melchisedech in Genesi legitur: *Et Melchisedech rex Salem protulit panem, et vinum, et benedixit Abraham; juit autem sacerdos Dei summi (Gen. xiv, 18, 19).* In quo dum a præputio, id est, a gentilitate circumcisio futura benedicitur, Ecclesiæ gloria prædicatur, et synagoga infideli plebs ex genibus acquisita præponitur.

10. Hic ergo Melchisedech, cujus genealogia vel origo notitiam illius temporis latuit, oblatione panis et vini hoc Christi sacrificium præsignavit. De quo Propheta pronuntiat: *Tu es sacerdos in æternam secundum ordinem Melchisedech (Psal. cix, 4).* Nam et beatus Moyses, de eo mysterio loquens, vinum et sanguinem sub una appellatione significat in benedictione patriarchæ dominicam passionem multo ante demonstrans, ita inquit: *Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine ueræ pallium suum (Gen. xlix, 11).* Adverte quam evidenter constet vini creaturam Christi sanguinem nuncupandam.

11. Quidquid adhuc de hac duplici specie inquirere debeas, ipso Domino attestante, agnosce: *Nisi, inquit, manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis (Joan. vi, 54).* Quod testimonium contra Pelagianos evidentissimum atque validissimum est, qui asserere arrepta impietate

presumunt, non propter vitam, sed propter regnum A  
 colorum baptismi parvulis conferendum. Sub his enim  
 Domini verbis quibus evangelista pronuntiat *non habebitis vitam in vobis*, aperte intelligenda est omnis  
 anima munere baptismi vacua, non solum gloria care-  
 re, sed vita. Hoc itaque dominici sanguinis vinum  
 aqua esse miscendum, non solum traditione, sed etiam  
 ipso genere passionis Dominus ostendit, ex cujus  
 sacro latere sanguis et aqua lanceæ illusione profluxit.  
 Sicut Propheta multo ante præcinit, dicens: *Percussit  
 petram, et fluxerunt aquæ* (Psal. LXXVII, 20). Et  
 Apostolus: *Bibebant, inquit, de consequenti eos petra*  
 (1 Cor. x, 4). Vides quod qui de Christo biberit gratia,  
 sequitur eum Christi misericordia.

12. Sed et in Salomone de ipso Christo prædictum le-  
 gimus: *Sapientia, inquit, edificavit sibi domum* (Pro-  
 verb. ix, 1), id est, corpus hominis assumpsit, in quo  
 habitavit plenitudo divinitatis. Et subdidit: *Excidit  
 columnas septem. Quia illum benedictio Spiritus sancti  
 gratia septiformi implevit. Hæcavit hostias suas,  
 miscuit in cratera vinum suum, et paravit mensam suam.*  
 Et in sequenti: *Venite, et edite de panibus meis, et  
 bibite vinum quod miscui vobis.* Admixtum ergo aqua  
 vinum legimus; nunc causam qua utrumque misceri  
 Dominus voluerit inquiramus. Quando in Judæorum  
 convivio nuptialivinum, id est, fides deficiebat in eis,  
 vinum, inquam, deficiebat, quia vinea fructum nega-  
 bat. De qua dicitur: *Expectavi ut faceret uvæ, fecit au-  
 tem spinas* (Isai. v, 2). Unde et sertum spineum capiti  
 Redemptoris imposuit.

13. Quando ergo Dominus nuptiali tempore, id est,  
 quando sponsus Ecclesiæ suæ paschali exultatione  
 jungendus aquas in vina convertit, manifeste præli-  
 gurabat multitudines gentium sanguinis sui gratia esse  
 victuras. Per aquas enim significari populos, saceris  
 aperitur eloquiis. Sic 319 legimus: *Aquas istas,  
 quas vidisti, populi sunt, et gentes, et linguæ* (Apoc. xvii,  
 15). Videmus in aquis figuram gentium demonstrari  
 in vino autem dominicæ passionis sanguinem ostendi.  
 Ac sic dum in sacramentis vinum aqua miscetur, C  
 Christo fidelis populus incorporatur et jungitur, et  
 quadam ei copula perfectæ charitatis unitur, ut possit  
 dicere cum Apostolo: *Quis nos separabit a charitate  
 Christi? Tribulatio? An persecutio, et cætera* (Rom. viii,  
 35)?

14. Deus autem homini suscepta sanctificatione  
 miscetur, quando fides in ipso pectore, affectus justitiae,  
 misericordiae, pietatis, infunditur. Etiam in hoc  
 ipsum quod numerosis tritici granis panem confici  
 novimus, unitatem constat assignari populorum. Sicut  
 enim frumentum quod solida purgantibus sollicitudine

præparatur in candidam speciem molarum labore  
 perficitur, ac per aquam et ignem in unius panis sub-  
 stantiam congregatur, sic variae gentes diverseque  
 nationes in unam fidem convenientes unum deo Chris-  
 ti corpus efficiunt; et Christianus populus, quasi tritici  
 innumerabiles grani, a sacrilegis nationibus, fide pur-  
 gante atque cribante, collectus cernitur, quando  
 discernitur, et in unum, quasi infidelium lolio per-  
 transeunte, colligitur, et dum Testamentorum instru-  
 ctione, velut frumentum gemino molarum opere,  
 curatum nitescit, et in illam primæ originis dignitatem  
 nativo candore mutatur ac per aquam baptismi,  
 velut per ignem Spiritus sancti, æterni illius panis  
 corpus efficitur.

15. Sicut ergo separari grana ab illius confecti  
 panis adunatione non possunt, et sicut aqua ad pro-  
 priam redire substantiam vino mistam jam non potest:  
 sic et fideles quique, atque sapientes, qui redemptos  
 se Christi sanguine et passione cognoscunt, ita debeat  
 quasi inseparabilia membra capiti suo fide, conversa-  
 tione et ardentissima religione sociari, ut ab eo  
 non voluntate, non necessitate se jungi, non ulla ter-  
 renæ spei ambitione, non denique ipsa possint morte  
 divelli. Nec dubitet quisquam privarias creaturas  
 nutu potentæ præsentis majestatis in dominici corporis  
 transire naturam, cum ipsam hominem videat artificio  
 cælestis misericordiae Christi corpus effectum. Sicut  
 autem quicumque ad fidem veniens ante verba bap-  
 tismi adhuc in vinculo est veteris debiti, his vero com-  
 memoratis, mox exiit omni fæce peccati, ita quando  
 benedicendæ verbis coelestibus creaturæ sacris altari-  
 bus imponuntur, antequam invocatione summi nominis  
 consecrentur, substantia illæ est panis et vini. Post  
 verba autem Christi, corpus et sanguis est Christi.

16. Quid autem mirum est, si ea quæ verbo potuit  
 creare, verbo possit creatura convertere? Imo jam ma-  
 noris videtur esse miraculi, si id quod ex nihilo  
 agnoscitur condidisse, jam conditum in melius valeat  
 commutare. Requirit quid ei possit esse difficile, cui  
 facile fuit visibilia et invisibilia voluntatis imperio  
 suscitare; cui facile fuit hominem de limi materia  
 figurare, imagine eiam suæ divinitatis induere; cui  
 promptum est omni sursum revocare de inferis, res-  
 tituere de perditione, reparare de pulvere, de terra  
 in cælum levare, de homine angelum facere, corpus  
 humanum conformare corpori claritatis suæ reddere,  
 et figmentum suum in regni sui consortio sublimare.  
 Ut qui corpus nostræ fragilitatis sumpsit, nos in  
 320 corpus suæ immortalitatis assumat. Ad quam  
 gloriosam resurrectionem piis vos operibus præparare  
 dignetur, qui regnat in sæcula sæculorum. Amen.

## APPENDIX XIII.

### DE ECCLESIASTICIS DOGMATIBUS.

#### CAPUT PRIMUM. — De fide Trinitatis.

Credimus unum esse Deum Patrem, et Filium, et  
 Spiritum sanctum. Patrem, eo quod Filium habeat;  
 Filium, eo quod Patrem habeat; Spiritum sanctum,  
 eo quod sit ex Patre et Filio procedens, Patri et Filio  
 coæternus. Pater ergo principium deitatis; qui sicut  
 nunquam fuit non Deus, ita nunquam fuit non Pater,  
 a quo Filius natus, a quo Spiritus sanctus non natus,  
 quia non est Filius; neque ingentis, quia non est  
 Pater; neque factus, quia non est ex nihilo, sed ex Deo  
 Patre, et Deo Filio Deus procedens. Pater æternus eo  
 quod æternum habeat Filium, cujus æternus sit Pater.

CAP. I. De hoc opusculo confer Isidoriana, cap. 83,  
 ubi præfationem Vezziosii adjecti, et Hernandezii obser-  
 vationes de Brachario episcopo Hispalensi auctore  
 ejusdem opusculi. E notis Vezziosii quæ magis oppor-  
 tuna videntur seligam. De argumentis primorum  
 capitum multis in locis agit Isidorus. Vide lib. II, de

D Filius æternus, eo quod sit Patri coæternus. Spiritus  
 sanctus æternus, eo quod sit Patri et Filio coæternus.  
 Non confusa in una persona Trinitas, ut Sabellius dicit,  
 neque separata, aut divisa in natura Divinitas, et  
 Arius blasphematur; sed alter in persona Pater, alter  
 in persona Filius, alter in persona Spiritus sanctus.  
 Unus natura in sancta Trinitate Deus Pater, et Filius,  
 et Spiritus sanctus.

#### CAP. II. — De incarnatione Christi.

Non Pater carnem assumpsit, neque Spiritus sanctus,  
 sed Filius tantum; ut qui erat in divinitate Dei Patris

Offic. eccles. cap. 23. Bignæus exhibet: *Pater ergo  
 principium, principale nomen deitatis, quia sicut, etc.*  
 et post principale nota: ad marg., forte, totius.

CAP. II. Coles Mansii, ut qui erat in divinitate Patris  
 Filius, ipse feret in nomine hominis filius. Paulo post  
 Bignæus, qui non erat nativitate Dei Filius. Dei ergo



Filius, ipse seret in homine hominis matris filius, ne filii nomen ad alterum transiret, qui non esset aeterna natiuitate Filius. Dei ergo Filius factus est hominis filius, natus secundum veritatem naturæ ex Deo Dei Filius, et secundum veritatem naturæ ex homine hominis filius, ut veritas geniti non adoptione, non appellatione, sed in uaque natiuitate Filii nomen nascendo haberet, et esset verus Deus, et verus homo unus Filius. Non ergo duos Christos neque duos Filios fatemur, sed Deum et hominem unum Filium; quem propterea et unigenitum dici uis, manentem in duabus substantiis, sicut ei naturæ veritas contulit, non confusus naturis, neque inmixtus, sicut Timotheani uolunt, sed societate unitus. Deus ergo hominem assumpsit, homo in Deum transiuit; non naturæ uersibilitate, sicut Apollinaristæ dicunt, sed Dei dignatione, ut nec Deus mutaretur **321** in humanam substantiam assumendo hominem, nec homo in diuinam glorificatus in Deum, quia mutatio uel uersibilitas naturæ et diminutionem et abolitionem substantiæ facit. Creditur a uobis sine confusione conjuncta sancta Trinitas, sine separatione distincta. Natus est ergo Dei Filius ex homine, et non per hominem, id est, non ex uiri coitu, sicut Ebion dicit; sed carnem ex Virginis corpore trahens, et non de cælo secum afferens, sicut Marcion, Origenes et Eutyches affirmant. Neque in phantasia, id est, absque carne, sicut Valentinus asserit, id est, neque putative imaginatum, sed corpus uerum. Non tantum carnem ex carne, sicut Marcianus, sed uerus Deus ex diuinitate et uerus homo ex carne, unus Filius; in diuinitate Verbum Patris et Deus, in homine anima et caro. Anima non absque sensu et ratione, ut Apollinaris, neque caro absque anima, ut Eunomius; sed anima cum ratione sua, et corpus cum sensibus suis, per quos sensus ueros in passione et ante passionem suæ carnis dolores sustinuit.

**CAP. III. — Quod æternus Deus ex Virgine natus sit.**

Neque sic est natus ex Virgine, et ut diuinitatis initium homo nascendo acceperit, quasi antequam nasceretur ex Virgine Deus non fuerit, sicut Artemon, et Berillus, et Marcellus docuerunt; sed æternus Deus et homo ex Virgine natus est.

**CAP. IV. — De Trinitate perfecta.**

Nihil creatum aut seruiens in Trinitate credamus, ut uult Dionysius, fons Arii; nihil inæquale, ut uult Enochius, ut Arius; nihil inæquale gratiæ, ut uult Aetius; nihil anterius posteriusue, aut minus, ut Arius; nihil extraneum, aut officiale alteri, ut Macedonius; nihil persuasione aut subreptione insertum, ut Manichæus; nihil corporeum, ut Melito et Tertullianus; nihil corporaliter effigiatum, ut Anthropomorphus, et Vadianus; nihil sibi inuisibile a creaturis, ut Origenes; nihil creaturis uisibile, ut Fortunatus; nihil moribus uel uoluntate diuersum, ut Marcion; nihil ex Trinitatis essentia ad creaturarum naturam deductum, ut Plato et Tertullianus; nihil officio singulare, nec alteri communicabile, ut Origenes; nihil confusum, ut Sabellus; sed totum perfectum, quia totum ex uno, et unum ex toto; non tamen solitariū, ut præsumunt Praxeas et Siluanus, Pentapolitana damnabilis illa doctrina.

**CAP. V. — De homousio.**

Homousios ergo, id est, coessentialis in diuinitate Patri Filius, homousios Patri et Filio Spiritus sanctus, homousios Deo et homini unus Filius manens

Filius, etc. Postea, creditur... separatione distincta committit a Bigno, uti nonnulla alia; cum Bigno sere faciunt Maurini inter appendices ad Opera sancti Augustini.

**CAP. III. Al., ex uirgine, ut et diuinitatis initium... ut uult Enochius, nihil æquale gratiæ, ut uult... nihil persuasione, aut subreptione.... ut Anthropomorphitæ, nihil sibi, etc.** Animadvertisit Vezziosius incertum aut

A Deus in homine suo in gloria Patris, desiderabilis uideri ab angelis; sicut Pater, et Spiritus sanctus adoratur ab angelis, et ab omni creatura; non homo factus præter Deum, uel Christus cum Deo, sicut blasphemant Nestorius, sed homo in Deo, et Deus in homine.

**CAP. VI. — De resurrectione.**

**322** Erit resurrectio mortuorum omnium hominum, sed una et insinual, et senel. Non prima iustorum, et secunda peccatorum, ut fabula est somnatorum, sed una omnium. Et si id resurgere dicitur quod cadit, caro ergo nostra in ueritate resurget, sicut in ueritate cadit. Et non secundum Origenem immutatio corporum erit, id est, aliud nouum corpus pro carne; sed eadem caro corruptibilis, quæ cadit, tam iustorum quam iniustorum, incorruptibilis resurget, quæ uel penam sufferre possit pro peccatis, uel in gloria æterna manere pro meritis.

**CAP. VII. Resurrectio omnium communis.**

Omnium enim hominum erit resurrectio: si omnium erit, ergo omnes moriuntur, ut mors ab Adam ducta omnibus filiis ejus dominetur, et maneat illud privilegium in Domino, quod de eo specialiter dicitur: *Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem* (Psal. xv, 10). Ejus enim caro non uidit corruptionem. Hanc rationem maxima Patrum turba tradente suscepimus. Verum quia sunt et alii æque catholici, et eruditi uiri, qui credunt, anima in corpore manente, immutandos ad incorruptionem et immortalitatem eos qui in aduentu Domini uiri inueniendi sunt, et hoc eis reputari pro resurrectione ex mortuis, quod mortalitatem immutatione deponant, non morte; quolibet quis acquiescat modo, non est hæreticus, nisi ex contentione hæreticus fiat. Sufficit enim in Ecclesiæ lege carnis resurrectionem credere futuram de morte.

**CAP. VIII. — De iudicio uivorum et mortuorum.**

Quod autem dicimus in Symbolo, in aduentu Domini uivos ac mortuos iudicandos, non solum iustos et peccatores significari, sicut Diodorus putat, sed et uivos eos qui in carne inueniendi sunt, credimus, qui adhuc morituri creduntur, uel immutandi sunt, ut alii uolunt, ut suscitati continuo, uel reformati, cum ante mortuis iudicentur.

**CAP. IX. — Peracto iudicio non expectanda restitutio.**

Post resurrectionem et iudicium non credamus restitutionem futuram, quam Origenes delirat, ut dæmones uel impii homines post tormenta, quasi supplicis expurgati, uel illi in angelicam, qua creati sunt, redeant dignitate, uel isti iustorum societate donentur, eo quod hoc diuinæ conueniat pietati ne quid ex rationalibus pereat creaturis, sed quolibet modo saluetur. Sed si credamus ipsi iudici omnium et retributori iusto, qui dixit: *Ibant impii in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam* (Matth. xxv, 46), ut percipiant fructum operum suorum.

**CAP. X. — Creatio mundi. Angelorum creatio.**

In principio creauit Deus cælum et terram, et aquam, ex nihilo. Et cum adhuc tenebræ ipsam aquam occultarent, et aqua terram absconderet, facti sunt angeli, et omnes caelestes uirtutes, ut non esset otiosa Dei bonitas, sed haberet in quibus per multa ante spatia bonitatem suam ostenderet; et ita hic

falsum esse quod Melito Deum corporeum esse docuerit, et Tertullianum excusari, quod corporeum dixerit, quiddam nihilo opponitur.

**CAP. V. Vezziosius, et Filius, et Spiritus sanctus.**

**CAP. VI. Resurget; Vezziosius, in ueritate resurget.**

**CAP. VII. Immutandos; al., mutandos, quod perinde est.**

visibilis mundus ex materia quæ a Deo facta fuerat factus est et ornatus.

CAP. XI. — *Solus Deus incorporeus.*

Nihil incorporeum et invisibile natura credendum, nisi solum Deum, id est, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Qui ideo recte incorporeus creditur, quia ubique est, et omnia implet atque constringit; ideo et invisibilis omnibus creaturis, quia incorporeus est.

CAP. XII. — *Omnis creatura corporea.*

**323** Creatura omnis corporea est; angeli et omnes celestes virtutes corporeæ, licet non carne subsistant. Ex eo autem corporeas esse credimus intellectuales creaturas, quod localiter circumscribuntur; sicut et anima humana, quæ carnis clauditur, et demones, qui per substantiam angelicæ naturæ sunt.

CAP. XIII. — *Intellectuales naturæ immortales.*

Immortales esse credimus intellectuales naturas, quia carne carent, nec habent quo cadant, ut resurrectione egeant post ruinam necessaria.

CAP. XIV. — *Anima hominis quomodo creatur.*

Animas hominum non esse ab initio inter cæteras intellectuales naturas, nec insimul creatas, sicut Origenes fingit; neque cum corporibus per coitum seminantur, sicut Lucifuriani, Cyrillus et alii Latinarum præsumptores affirmant, quasi naturæ consequentiam servantes. Sed dicimus creationem animæ solum Creatorem omnium nosse, et corpus tantum per conjugii copulam seminari, Dei vero iudicio coagulari in vulva, et compingi, atque formari, ac formato jam corpore animam creari, et infundi, ut vivat in utero homo ex anima constans et corpore, et egrediatur vivus ex utero plenus humana substantia.

CAP. XV. — *Quod duæ animæ non sunt in homine.*

Neque duas animas esse dicimus in uno homine, sicut Jacobus et alii Syrorum scribunt, unam animam, qua animetur corpus, et immista sit sanguini, et alteram spiritualem, quæ rationem ministret; sed dicimus unam esse eandemque animam in homine, quæ et corpus sua societate vivificet, et semel ipsam sua ratione disponat, habens in sese libertatem arbitrii, ut in suæ substantiæ eligat cogitatione quod vult.

CAP. XVI. — *Anima hominis immortalis.*

Solum hominem credimus habere animam substantivam, quæ exuta corpore vivit, et sensus suos atque ingenia vivaciter tenet. Non cum corpore moritur, sicut Aratus asserit, neque post modicum intervalum, sicut Zenon dicit, quia substantialiter vivit.

CAP. XVII. — *Animæ brutorum.*

Animalium vero animæ non sunt substantivæ, sed cum carne ipsa carnis vivacitate nascuntur, et cum carnis morte finiuntur, et moriuntur; et ideo nec ratione reguntur, sicut Plato et Alexander putant, sed ad omnia naturæ incitamenta ducentur.

CAP. XVIII. — *Infunditur anima.*

Anima humana non cum carne moritur, quia non

CAP. XII. Auctor hujus operis *corporeum* videtur vocare quiddam creatum est. Vide lib. II de Offic. eccles., cap. 24, et lib. Different. rerum, num. 100 et seq.

CAP. XIV. Hoc caput a Joanne Hispalensi exscriptum fuit, ut dixi in Isidorianis, cap. 83, num. 18 et seqq. Apud eum legitur, *nec in semel..... Cyrillus, et multi Latinorum..... naturæ consequentia serviente.* Et alia hujusmodi, quæ ad Bignæi magis quam ad Vezzosi Editionem accedunt.

CAP. XVII. *Incitamenta; al., incitamento.*

CAP. XIX. *Corpore; al., carne, semel et iterum.*

CAP. XXI. *Emendaret; al., evitaret.* Putat Vezzo-

A cum carne, ut superius diximus, seminatur; sed formato in ventre matris corpore, Dei iudicio creatur, et infunditur, ut vivat homo intus in utero, et sic procedat nativitate in mundum.

CAP. XIX. — *Duæ substantiæ hominis.*

Duabus substantiis tantum constat homo, anima et corpore. Anima cum ratione sua, et corpore cum sensibus suis. Quos tamen sensus absque **324** animæ societate non movet corpus. Anima vero et sine corpore rationale suum tenet.

CAP. XX. — *Anima et spiritus idem.*

Non est tertius in substantia hominis spiritus, sicut Didymus contendit, sed spiritus ipsa est anima; pro spirituali natura, vel pro eo quod spiret in corpore, spiritus appellatur. Anima vero ex eo vocatur, quod ad vivendum, vel ad vivificandum animet corpus. Tertium vero, qui ab Apostolo cum anima et corpore inducitur, spiritum gratiam sancti Spiritus esse intelligamus, quam orat Apostolus, ut integra perseveret in nobis (1 Thess. v, 23), ne nostro vitio aut minuatur aut fugat a nobis, quia *Spiritus sanctus effugiet fictum* (Super. 4, 5).

CAP. XXI. — *De libero arbitrio.*

Libertati arbitrii sui commissus est homo statim in prima conditione, ut, sola vigilantia mentis adjuvante, etiam in præcepti custodia perseveraret, si vellet in eo quod creatus fuerat permanere. Postquam vero seductione serpentis per Evam cecidit, naturæ bonum perdidit, pariter et vigorem arbitrii; non tamen electionem, ne non esset suum quod evitare peccatum, nec merito indulgeretur quod non arbitrio diluisset. Manet itaque ad quærendam salutem arbitrii libertas, id est, rationalis voluntas, sed admonente prius Deo, et invitante ad salutem, ut vel eligat, vel sequatur, vel agat occasione salutis, hoc est, inspiratione Dei. Ut autem consequatur quod eligit, vel quod sequitur, vel quod occasione agit, Dei esse libere constitemur. Initium ergo salutis nostræ Deo miserante habemus; ut acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostræ potestatis est; ut adipiscamur quod acquiescendo admonitioni cupimus, divini est munus; ut non labamur in adepto salutis munere, sollicitudinis nostræ est, et cælestis pariter adjutorii; ut labamur, potestatis nostræ est, et ignaviæ. Non tamen ad obtinendam sine illo, qui quærentes facit invenire, qui pulsantibus aperit, qui petentibus donat. Sicut ergo initium salutis nostræ, Deo miserante et inspirante, habere nos credimus, ita arbitrium naturæ nostræ sequax esse divinæ inspirationis libere constitemur. Igitur ut non labamur a bono vel naturæ, vel meriti, sollicitudinis nostræ est, et cælestis pariter adjutorii; ut labamur, potestatis nostræ et ignaviæ.

CAP. XXII. — *Gratia*

Firmissime credendum est in prævaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem et innocenciam perdidisse; et neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium posse consurgere, nisi cum gratia Dei miserantis erexerit; et liberum enim arbitrium ille perperussus, dum **325** suis inconsultis

suis, Semipelagianismum sapere videri quod dicitur, *ut acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostræ potestatis est.* Verba, *Non tamen ad obtinendum, etc.,* et sequentia triginta capita desunt in Maurinorum exemplo, et in pterisque aliis Mss., et ab aliquo inserta sunt ex Cælestini epistola ad episcopos Galitiæ, ex concilio Carthaginensi contra Pelagianos, et ex Arausiano secundo. Hæc tamen addita sunt necessaria putavit Thomasia, ut Vezzosi advertebat.

CAP. XXII. *Ille; al., olim ille.* Hæc verba *liberum e: im arbitrium, etc.,* quæ virgilius distinguuntur, cum Innocentio I, relata etiam a Cælestino I.



ultur bonis, cadens in prævaricationis profunda deversus est; et nihil quemadmodum exinde surgere posset invenit; suaque in æternum libertate deceptus, hujus ruinæ latissimè oppressus, nisi eum post Christi pro sua gratia relevesset adventus, qui per novæ regenerationis purificationem omne præteritum vitium sui baptismatis lavacro purgavit. »

**CAP. XXIII. — Nemo bonus per se.**

Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille donaverit, qui solus est bonus.

**CAP. XXIV. — Perseverantia in bonis a Deo.**

Neminem etiam baptismatis gratia renovatum idoneum esse ad superandas diaboli insidias, et ad vincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adjutorium Dei perseverantiam bonæ conversationis acceperit.

**CAP. XXV. — Liberum arbitrium.**

Quod nemo nisi per Christum libero bene utatur arbitrio, idem magister in epistola ad Milævitanum concilium data prædicat, dicens: « Adverte tandem, o pravissimarum mentium doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa decepti, ut dum indulgentius frenis ejus utitur in prævaricationem præsumptione incideret. Nec ex hac potuit erui, nisi ei providentia regenerationis statum pristinæ libertatis Christi Domini reformasset adventus. »

**CAP. XXVI. — Merita.**

Quod omnia studia, et omnia opera, ac merita sanctorum ad Dei gloriam laudemque referenda sunt, quia nemo aliunde ei placeat, nisi ex eo quod ipse donaverit; in quam nos sententiam dirigit beatæ recordationis papæ Zosimi regularis auctoritas cum scribens ad totius orbis episcopos ait: « Nos autem instinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt, unde nascuntur) ad fratrum et coepiscoporum nostrorum conscientiam universa retulimus. » Hunc autem sermone sincerissimæ veritatis luce radiantem tanto Afri episcopi honore venerati sunt, ut ita ad eundem virum scriberent: « Illud vero, quod in litteris, quas ad universas provincias curasti esse mittendas, posuisti, dicens: *Nos tamen instinctu Dei*, etc. Sic accepimus dictum, ut illos qui contra Dei adjutorium extollunt humani arbitrii libertatem, districto gladio veritatis velut cæcium transiens amputares. Quid enim tam libero fecisti arbitrio, quam quod universa in nostræ humilitatis conscientiam retulisti? et tamen instinctu Dei factum esse fideliter sapienterque vidisti, veraciter fidenterque dixisti. Ideo utique, quia præparatur voluntas a Domino, et ut boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda filiorum (*Proverb. viii, 25, sec. LXX*). Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt (*Rom. viii, 14*); ut nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, et in bonis quibusque voluntatis humanæ singulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium. »

**CAP. XXVII. — Quidquid boni ex Deo.**

Ita Deus ex cordibus hominum atque in ipso libero operatur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium consilium, omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit, quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus.

**CAP. XXVIII. — Gratia vis.**

**326** Quicumque dixerit gratiam Dei, qua justificamur per Jesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere quam jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium gratiæ, ut non committantur, anathema sit.

**CAP. XXVI. Placeat;** al., *placet*; et *accepimus*, pro *accipimus*. Et infra plurium numero *retulistis, vidistis, dixistis*.

**CAP. XXIX. — Intelligentia ex gratia.**

Quisquis dixerit gratiam Dei per Jesum Christum propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipsum nobis revelatur, et aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere et quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari ut quod faciendum cognovimus etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit.

**CAP. XXX. — Preces sacerdotum.**

Obsecrationum quoque sacerdotalium sacramenta respiciamus, quæ ab apostolis tradita in toto mundo, atque in omni catholica Ecclesia uniformiter celebrantur, ut legem credendi lex statuat supplicandi. Cum enim sanctorum plebium præsules mandata sibi legatione fungantur, apud divinam clementiam humani generis agunt causam, et, tota secum Ecclesia congemiscente, postulant, et precantur, ut infidelibus donetur fides, ut idololatræ ab impietatis suæ liberentur erroribus, ut Judæis, ablato cordis velamine, lux veritatis appareat, ut heretici catholicæ fidei perceptione respiciant, ut schismatici spiritum rediviæ charitatis accipiant, ut lapsi poenitentia remedia conferantur, ut denique catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis, cælestis misericordiæ aula reseretur. Hæc autem non perfectorie, neque inaniter a Domino peti, rerum ipsarum monstrat effectus, quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum filii charitatis suæ, et ex vasis iræ faciat vasa misericordiæ. Quod adeo totum divini operis esse sentitur, ut hæc efficienti Deo gratiarum semper actio, laudisque confessio pro illuminatione talium vel correctione referatur.

**CAP. XXXI. — Exorcismus et sufflatio.**

Illud etiam, quod circa baptizandos in universo mundo sancta Ecclesia uniformiter agit, non otioso contemplamur intuitu. Cum sive parvuli, sive juvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitæ adeant quam exorcismis et sufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur, ut tunc vere appareat quando princeps mundi hujus mittatur foras (*Joan. xii, 31*), et quomodo prius alligetur fortis, et deinceps vasa ejus diripiuntur (*Marc. iii, 27*), in possessionem translata victoris, qui captivam ducit captivitatem, et dat dona hominibus (*Psal. lxxvii, 19*).

**CAP. XXXII. — Gratia et liberum arbitrium.**

Omnium bonorum affectuum, atque operum, et omnium studiorum, omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum profitemur auctorem. Et non dubitamus ab ipso gratia omnia hominis merita proveniri, per quem fit ut aliquid boni et velle incipiamus, et facere. Quo utique auxilio et munere Dei, non auferitur liberum arbitrium, sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de pravo rectum, de languido sanum, de imprudente sit providum (*Philipp. ii, 13*). Tanta enim est erga omnes homines bonitas Dei ut nostra velit esse merita quæ sunt ipsius dona, **327** et pro his quæ largitus est æterna præmia sit donaturus. Agit quippe in nobis ut quod vult et velimus et agamus; nec otiosa esse in nobis patitur quæ exercenda, non negligenda, donavit, ut et nos cooperatores simus gratiæ Dei. Ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione languescere, ad illum sollicite recurramus, qui sanat omnes languores nostros, et redimit de interitu vitam nostram, et cui quotidie dicimus: *Ne inducas nos in temptationem, sed libera nos a malo* (*Matth. vi, 13*).

**CAP. XXIX. Per ipsum;** al., *per ipsam*.

**CAP. XXXII. Sanctus Cælestinus, profiteamur auctorem. Et non dubitemus ab ipso gratia.**

CAP. XXXIII. — *Adam primo immortalis.*

Quicumque dicit Adam primum hominem mortalem factum, ita ut sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit.

CAP. XXXIV. — *De baptizandis infantulis.*

Quicumque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lavaero regenerationis expiatur; unde sit consequens ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est quod ait Apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt* (Rom. v, 12), nisi quemadmodum Ecclesia catholica ubique diffusa intellexit. Propter hanc enim fidei regulam etiam parvuli, qui nihil peccatorum in seipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur quod generatione traxerunt.

CAP. XXXV. — *Omnes vere sumus peccatores.*

Quod ait sanctus Joannes apostolus: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est, quisquis sic accipiendum putaverit, ut dicat propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia veritas est, anathema sit.* Sequitur enim apostolus, et adjungit: *Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est, et justus, qui remittat nobis peccata, et mundet nos ab omni iniquitate* (1 Joan. 1, 9). Ubi satis apparet hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici. Poterat enim apostolus dicere: *Si dixerimus: Non habemus peccatum, nos ipsos extollimus, et humilitas in nobis non est; sed cum ait: Nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est, satis ostendit eum qui dixerit se non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.*

CAP. XXXVI. — *Omnia orandum pro dimittendis peccatis.*

Quicumque dixerit in oratione Dominice ideo dicere sanctos *Dimitte nobis debita nostra* (Matth. vi, 12), ut non pro seipsis hoc dicant, quia non est eis jam necessaria ista petitio, sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores; et ideo non dicere unumquemque sanctorum *Dimittite mihi debita mea, sed Dimittite nobis debita nostra*, ut hoc pro aliis potius quam pro se justus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim et justus erat apostolus Jacobus, cum dicebat: *In multis enim offendimus omnes* (Jac. iii, 2). Nam quare additum est omnes, nisi ut ista sententia conveniret psalmo, ubi legitur: *Non intres in iudicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens* (Psal. cxlii, 2)? Et in oratione sapientissimi Salomonis: *Non est homo qui non peccet* (Eccle. vii, 21). Et in libro sancti Job: *In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam* (Job xxxvii, 7). Unde etiam Daniel **328** sanctus et justus, cum in oratione pluraliter diceret: *Peccavimus, iniquitatem fecimus* (Dan. ix, 5), et cætera quæ ibi veraciter et humiliter confitentur, ne putaretur, quemadmodum quidam sentiunt, hoc non de suis, sed de populi sui dixisse peccatis, postea dixit: *Cum orarem, et confiterer peccata mea, et peccata populi mei Domine Deus meo.* Noluit dicere, *peccata nostra*, sed *et populi sui* dixit, et sua, quoniam futuros istos qui tam male intelligerent tanquam propheta prævidit.

CAP. XXXVII. — *Dimittuntur debita etiam sanctis.*

Quicumque ipsa verba Dominicæ orationis, ubi dicimus *Dimittite nobis debita nostra* (Matth. vi, 12), ita

CAP. XL. Al.: *Si quis ad invocationem humanam, etc.*

A volunt a sanctis d'ci, ut humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim lerat orantem, et non hominibus, sed ipsi Domino mentientem, qui labiis sibi dicit dimitti velle, et corde dicit quæ sibi dimittantur debita non habere?

CAP. XXXVIII. — *Lapsus Adæ.*

Si quis per offensam prævaricationis Adæ non totum, id est, secundum corpus et animam in deterius dicit hominem commutatum, sed animæ libertate illarsa durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagii errore deceptus adversarij Scripturæ dicenti: *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur* (Ezech. xviii, 4); et: *Nescitis quoniam cui obeditis, et a quo quis superatur, ejus servus adjicitur* (Rom. vi, 16; 11 Petr. ii, 19)?

CAP. XXXIX. — *Peccatum Adæ in posteros.*

Si quis soli Adæ prævaricationem suam, non etiam ejus propagini asserit nocuisse, aut certe mortem tantum corporis, quæ pœna peccati est, non autem et peccatum, quod mors est animæ, per unum hominem in omne genus humanum transisse testatur, injustitiam Deo dabit, contradicens Apostolo dicenti: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes homines peccaverunt* (Rom. v, 18).

CAP. XL. — *Gratia.*

Si quis invocatione humana gratiam Dei dicit posse conteri, non autem ipsam gratiam facere ut invocetur a nobis, contradicit Isaiæ propheta, vel Apostolo idem dicenti: *Inventus sum a non querentibus me; palam apparui his qui me non interrogabant* (Isai. Lxv, 1; Rom. x, 20).

CAP. XLI. — *Voluntas bona a Deo.*

Si quis, ut a peccato purgemur, voluntatem nostram Deum expectare contendit, non autem ut etiam purgari velimus, per sancti Spiritus infusionem et operationem in nobis fieri confitemur, resistit ipsi Spiritui sancto per Salomonem dicenti: *Præparatur voluntas a Domino* (Proverb. xix, 14, sec. LXX). Et Apostolo salubriter prædicanti: *Deus est qui operatur in nobis et velle, et perficere pro bona voluntate* (Philipp. ii, 13).

CAP. XLII. — *Gratia operatur omnia.*

Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei, ipsumque creditulatis affectum, quo in eum credimus qui justificat impium, et ad regenerationem sacri baptismatis pervenimus, non per gratiæ donum, id est, per inspirationem Spiritus sancti, corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, sed naturaliter nobis in se esse dicit, apostolicis dogmatibus adversarius approbatur, beato apostolo Paulo dicente: *Confidimus quia qui cepit in vobis bonum opus, perficiet usque in diem Christi Jesu* (Philipp. i, 6). Et illud: *Vobis datum est et pro Christo non solum ut in eum credatis, verum etiam ut pro illo patiamini* (Philipp. i, 28). Et: *Gratia salvi facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, Dei enim donum est* (Ephes. ii, 8). Qui enim fidem qua in Deum credimus dicunt esse naturalem, omnes eos qui ab Ecclesia Christi alieni sunt quodammodo fideles esse delinunt.

CAP. XLIII. — *Gratia omnia debet.*

Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, studentibus, petentibus, querentibus, pulsantibus nobis misericordiam dei conferri divinitus; non autem ut credamus, velimus, vel hæc omnia, sicut oportet, agere valeamus, per infusionem et inspirationem sancti Spiritus in nobis fieri confitemur; et aut humilitati, aut obedientiæ firmantur subjungit gratiæ adiutorium, nec ut obediatis

et humiles simus, ipsius gratiæ donum esse consentit, resistit Apostolo dicenti: *Quid enim habes quod non accepisti (I Cor. iv, 7)?* Et: *Gratia Dei sum id quod sum (Ibid., xv, 10).*

**CAP. XLIV. — Hominem nihil posse sine Deo.**

Si quis per naturæ vigorem bonum aliquid quod ad salutem pertinet vitæ æternæ cogitare, ut expolit, aut eligere, sive salutarî, id est, evangelicæ prædicationi consentire posse confirmat, absque illuminatione et Inspiratione Spiritus sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo, et in credendo veritatem, hæretico fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in Evangelio dicentis: *Sine me nihil potestis facere (Joan. xv, 5);* et illud Apostoli: *Non quidem idonei sumus cogitare aliquid a vobis quasi ex vobis, sed sufficientia nostra ex Deo est (I Cor. iii, 5).*

**CAP. XLV. — Solus Deus trahit hominem.**

Si quis alios per misericordiam, alios vero per liberum arbitrium, quod in omnibus quod de prævaricatione primi hominis nati sunt consistat esse vitiatum, sed gratiam baptismi posse venire contendit, a recta fide probatur alienus. Ille enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum: aut certe ita læsum putat, ut tamen quidam valeant sine revelatione Dei ministerium salutis æternæ per semetipsos posse conquirere. Quod quam sit contrarium ipse Dominus probat, qui non aliquos, sed neminem ad se posse venire testatur, nisi quem Pater attraxerit (*Joan. vi, 44*). Sicut et Petro dicit: *Beatus es, Simon Barjona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est (Matth. xvi, 17);* et Apostolus: *Nemo potest dicere Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto (I Cor. xii, 3).*

**CAP. XLVI. — Liberum arbitrium.**

Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam baptismi non potest reparari; quod amissum, nisi a quo potuit dari non potest reddi. Unde Veritas dicit: *Si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis (Joan. viii, 36).*

**CAP. XLVII. — Gratia.**

Natura humana, etiamsi in illa integritate in qua est condita permaneret, nullo modo seipsam, Creatore suo non adjuvante, servaret. Unde cum sine Dei gratia salutem non possit custodire, quam accipit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare quod perdidit?

**CAP. XLVIII. — An gratia sit natura.**

Sicut eis qui volentes in lege justificari, et a gratia exciderunt, verissime **330** dicit Apostolus: *Si in lege justitia est, ergo Christus gratia mortuus est (Galat. ii, 21);* sic eis qui gratiam quam commendat et percipit fides Christi, putant esse naturam verissime dicitur: Si per naturam justitia est, ergo gratis Christus mortuus est. Jam hic enim erat lex, et non justificabat; jam hic erat et natura, et non justificabat. Ideo Christus non gratis mortuus est, ut et lex per illum impleretur qui dixit: *Non veni solvere legem, sed implere (Matth. v, 17);* et natura per Adam perditam per illum repararetur qui dixit venisse se querere et salvare quod perierat.

**CAP. XLIX. — Repetitio superiorum.**

Secundum suprascriptas sanctarum Scripturarum sententias, vel antiquorum Patrum definitiones, hoc, Deo propitiante, et prædicare debemus, et credere, quod per peccatum primi hominis ita genus humanum sit inclinatum, ut nullus postea aut diligere Deum sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum quod bonum est possit nisi eum

**CAP. XLV.** Acta concilii Arausicani: *Is enim omnium liberum arbitrium, etc, omisso non.*

**CAP. LII.** Hoc est caput 22 Maurinæ Editionis, in

**A** gratia misericordiæ divinæ prævenit. Unde et Abel justo, et Noe, et Abrahæ, et Isaac, et Jacob, omnique antiquorum sanctorum multitudini illam præclaram fidem, quam in ipsorum laude prædicat apostolus Paulus (*Hebr. xi seqq.*), non per bonum naturæ, quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiam Dei credimus fuisse collatam. Quam gratiam, etiam post adventum Domini, omnibus qui baptizari desiderant, non in libero arbitrio haberi, sed Christi novimus simul et credimus largitate conferri, secundum illud quod jam sæpe dictum est, et prædicat Paulus apostolus: *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro eo patiamini (Philipp. i, 29);* et illud: *Deus qui cepit in vobis donum opus, perficiet usque in diem Domini nostri (Ibid., 6);* et illud: *Gratia salvi facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, Dei enim donum est (Ephes. ii, 8).* Et quod de seipso ait Apostolus: *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem (I Cor. vii, 25).* Non dixit: Quia eram, sed ut essem: et illud: *Quid habes quod non accepisti?* et illud: *Omne datum bonum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum (Jac. i, 17);* et illud: *Nemo habet quidquam, nisi illi datum fuerit desuper (Joan. iii, 27).*

**CAP. L. — Voluntas hominis post baptismum.**

Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, quod post acceptam baptismi gratiam, omnes baptizati, Christo auxiliante et cooperante, quæ ad salutem animæ pertinent, possunt, et debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere. Aliquos vero ad malum divina potestate prædestinatos esse, non solum non credimus, sed etiam si sunt qui tantum mali credere velint, cum omni detestatione illis anathematis dicimus.

**CAP. LI. — Initium meritorum unde.**

In omni opere bono non nos incipimus, et postea per Dei misericordiam adjuvatur, sed ipse nobis, nullis præcedentibus bonis meritis, et fidem et amorem sui prius inspirat, ut et baptismi sacramenta fideliter requiramus, et post baptismum cum ipsius adjutorio ea quæ sibi sunt placita implere possimus. Unde manifestissime credendum est quod et illius latronis quem Dominus ad paradisi patriam revocavit (*Luc. xxiii, 43*), et Cornelli centurionis, ad quem angelus Domini missus est (*Act. x, 1*), Zachariæ, qui ipsum Dominum suscipere meruit (*Luc. xix, 6*), illa tam admirabilis fides non fuerit de natura, sed divinæ gratiæ largitate donata.

**CAP. XLII. — Qui sint habendi pro baptizatis.**

**331** Baptisma unum est, sed in Ecclesia, ubi una fides est, ubi in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, datur. Et ideo si qui apud illos hæreticos baptizati sunt, qui in sanctæ Trinitatis confessione baptizant, et veniunt ad nos, recipiantur quidem ut baptizati, ne sanctæ Trinitatis invocatio vel confessio annulletur; sed doceantur integre, et instruuntur, quo sensu sanctæ Trinitatis mysterium in Ecclesia teneatur; et si consentiunt credere, vel acquiescunt confiteri, purgati jam fidei integritate confirmantur manus impositione. Si vero parvuli sunt, vel hebetes, qui doctrinam non capiunt, respondant pro illis qui eos offerunt juxta morem baptizandi; et sic, manus impositione et chrismate communiti, Eucharistiæ mysteriis admittantur. Illos autem qui non sanctæ Trinitatis invocatione apud hæreticos baptizati sunt, et veniunt ad nos, baptizari debere pronuntiamus, non rebaptizari. Neque enim credendum est eos fuisse baptizatos, qui non in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, juxta regulam a Domino positam, tincti sunt, ut Paulini, Procliani, Borboritæ, Siphori, qui nunc vocantur

qua omittuntur, ut dixi, præcedentia. Pro Paulini alii Paulianistæ, et Montaniæ pro Montani, et Theodorus, seu Theodotus pro Theodosius.



sed si et cum affectu causa vacandi Domino eligatur; A CAP. LXXIV. — *De catechumenis s. defunctis, et martyribus non baptizatis.*

CAP. LXV. — *Virginitas.*

Virginitas utroque bono præcelsior est, quia et naturam vincit, et pugnam; naturam, corporis integritate; pugnam, pace castimoniam, quæ pro solo amore pudicitiam in pace est.

CAP. LXVI. — *Ciborum delectus.*

Bonum est cibum cum gratiarum actione sumere, et quicquid Deus præcepit edendum. Abstinere autem ab aliquibus, non quasi a malis, sed quasi non necessariis, non est malum. Moderari vero eorum usum pro necessitate et tempore, proprie Christianorum est.

CAP. LXVII. — *Nuptiæ et cibus.*

Malas dicere nuptias, vel fornicationi comparandas, aut stupro; cibos quoque credere malos, sed quas malitias causare percipientibus, non est Christianorum, sed B proprie Hierachitarum et Manichæorum.

CAP. LXVIII. — *Merita et abstinentia.*

Sacratae Deo virginitati nuptias cœquare, aut pro amore castigandi corporis abstinentibus a vino vel carnibus nil credere meriti accrescere, non hoc Christiani, sed Joviniani est.

CAP. LXIX. — *Beatam Virginem semper fuisse virginem.*

Integra fide credendum est beatam Mariam Dei Christi matrem, et virginem concepisse, et virginem genuisse, et post partum virginem permansisse. 334 Nec est blasphemiam Hevidii acquiescendum, qui dixit: Fuit Virgo ante partum, non virgo post partum.

CAP. LXX. — *De elementis mundi.*

Elementa, id est, cœlum et terram non credamus abolenda per ignem, sed in melius commutanda; C figuram quoque mundi, id est, imaginem, non substantiam transitarum.

CAP. LXXI. — *De facultatibus erogandis.*

Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare. Melius est pro intentione sequendi Dominum insimul donare, et absolutum sollicitudine cum Christo egere.

CAP. LXXII. — *Impedimenta clericatus.*

Maritum duarum post baptismum matronarum clericum non ordinandum. Neque eum qui unam quidem, sed concubinam, non matronam habuit. Nec illum qui viduam, aut repudiatam, vel meretricem in matrimonio sumpsit. Neque eum qui semetipsum quolibet corporis sui membro indignatione aliqua, vel justo, injuste timore superatus, truncaverit. Neque illum qui usuras accepisse convincitur, aut in scena lusisse dignoscitur. Neque eum qui publica poenitentia mortalia crimina delict. Neque illum qui aliquando in turiam versus insanivit, vel afflictione diaboli vexatus est. Nec eum qui per ambitionem ad imitationem Simonis Magi pecuniam offert.

CAP. LXXIII. — *De reliquiis sanctorum.*

Sanctorum corpora, et præcipue beatorum martyrum reliquias, ac si Christi membra, sincerissime honoranda, et basilicas, eorum nominibus appellatas, velut loca sancta divino cultui mancipata, affectu piissimo et devotione fidelissima adeundas credimus. Si quis contra hanc sententiam venerit, non Christianus, sed Eunomianus et Vigilantius creditur.

CAP. LXVII. Alii, *vel mali causas percipientibus; et Encraticarum pro Hierachitarum.*

CAP. LXXII. *Afflictione; al., afflictione.*

CAP. LXXIV. *Contingitur; al., tingitur; et locutorium pro habitaculum.*

CAP. LXXV. Alii, *aqua mistum, quod post cœnam da-*

Baptizatis tantum iter esse salutis credimus. Nul- lum catechumenum, quamvis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere credimus, excepto martyrio, ubi tota baptismi sacramenta complentur. Baptizandus confitetur fidem suam coram sacerdote, et interrogatus respondet; hoc et martyr coram persecutore facit qui et confitetur fidem suam, et interrogatus respondet. Ille post confessionem vel aspergitur aqua, vel intingitur; et hic vel aspergitur sanguine, vel contingitur igne. Ille manus impositione pontificis accipit Spiritum sanctum; hic habitaculum efficitur Spiritus sancti, dum non est in se qui loquitur, sed Spiritus Patris qui loquitur in illo. Ille communicat Eucharistiam in commemoratione mortis Domini; hic ipsi Christo commoritur. Ille confitetur se mundi actibus renuntiaturum; hic ipsi renuntiat vitæ. Illi peccata omnia dimituntur; in isto extinguuntur.

CAP. LXXV. — *Qualiter Eucharistia offeratur.*

In Eucharistia non debet pura aqua offerri, ut quidam sobrietatis falluntur imagine; sed vinum cum aqua mistum, quia et vinum fuit in redemptionis nostræ mysterio, cum dixit: *Non bibam amodo de hoc gemine vitis (Math. xxvi, 29)*; et aqua mistum, non quod post cœnam dæbatur, sed 335 quod de latere ejus lancea perfosso aqua cum sanguine egressa, vinum de vera ejus carnis vitæ cum aqua expressum ostenditur.

CAP. LXXVI. — *De humana carne.*

Bona est caro nostra, et valde bona, utpote a bono solo Deo condita, et non est mala, ut volunt Sethianus, et Ophianus, et Patricianus; nec mali causa, ut docuit Florianus; nec ex malo et bono compacta, ut Manichæus blasphematur. Sed cum sit creaturae bona, arbitrio animæ efficitur nobis vel bona, vel mala, non immutatione substantiæ, sed executionis mercede. Ipsa enim est quæ stabit ante tribunal Christi, in quo perferat anima propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.

CAP. LXXVII. — *Resurrectio.*

In resurrectione ex mortuis sexus forma non mutabitur; sed vir mortuus resurget in forma viri et femina in forma femina, carens tamen sexuum in hac vita conditione, non specie naturali, ne non sit vera resurrectio, si non id resurget quod cadit.

CAP. LXXVIII. — *Animæ sanctorum ante passionem Domini.*

Ante passionem Domini omnes animæ sanctorum in inferno sub debito prævaricationis Adæ tenebantur, donec auctoritate Domini per indebitam ejus mortem a servili conditione liberarentur.

CAP. LXXIX. — *Animæ sanctorum post ascensionem.*

Post ascensionem Domini ad cœlos omnium sanctorum animæ cum Christo sunt, et exeuntes de corpore ad Christum vadunt, expectantes resurrectionem corporis sui, ut ad integram et perpetuam beatitudinem cum ipso pariter immutentur, sicut et peccatorum animæ in inferno sub timore positæ expectant resurrectionem sui corporis, ut cum ipso ad poenam detrudantur æternam.

CAP. LXXX. — *De peccatorum venia.*

Pœnitentia aboleri peccata indubitanter credimus, etiam si in ultimo vitæ spiritu admissorum poeniteat, et publica lamentatione peccata prodantur,

batur; sed et de latere ejus, quod lancea perfossum est, aqua egressa vinum de vera... expressum ostendit.

CAP. LXXVI. Florianus; al., Florinus; et in qua pro in quo.

CAP. LXXVII. Alii, *carens sexus tamen hujus vitæ tantum conditione.*

quia propositum Dei, quo decrevit salvare quod perierat, stat immobile; et ideo quia voluntas ejus non mutatur, sive emendatione vitæ, et tempus conceditur, sive supplicii confessione, si continuo vitæ exciditur, venia peccatorum fideliter præsumatur ab illo qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur a perditione poenitendo, et salvatus miseratione Domini vivat (*Ezech. xviii, 32; xxxiii, 41*). Si quis aliter de justissima Dei pietate sentit, non Christianus, sed Novatianus est.

**CAP. LXXXI. — Quod diabolus lateant cogitationes.**

Internas animæ cogitationes diabolus non videre certi sumus; sed motibus eas corporis ab illo et affectionum iudiciis colligi, experimento didicimus. Secreta autem cordis solus ille novit ad quem dicitur: *Tu solus nosti corda filiorum hominum (III Reg. viii, 39)*.

**CAP. LXXXII. — Cogitationes.**

Non omnes mala cogitationes nostræ semper diaboli instinctu excitantur, sed aliquoties ex nostri arbitrii motu emergunt. Bonæ autem cogitationes semper a Deo sunt.

**CAP. LXXXIII. — Dæmones quomodo occupent homines.**

Dæmones per energeticam operationem non credimus substantialiter illabi animæ, sed applicatione, et oppressionem uniri. Illabi autem menti illi soli possibile est qui creavit, qui, natura subsistens incorporeus, capabilis est suæ facturæ.

**336 CAP. LXXXIV. — De signis et virtutibus.**

Signa, et prodigia, et sanitates etiam peccatores

**CAP. LXXXVIII. Corpoream animam auctor dicit, ut supra, cap. 12.**

A in nomine Domini facere ab ipso Deo didicimus; et cum alios hac præsumptione juvent, sibi per ambitionem humanæ gloriæ nocent, quia gloriantur in dato falso, non meriti debito.

**CAP. LXXXV. — Quod nullus signis sanctus fit.**

Signis et prodigiis clarum posse fieri Christum, non tamen sanctum, si intemperatis et asperis moribus agat; temperatis autem et placidis moribus etiam absque signorum efficacia et sanctum; et perfectum, et Dei hominem fieri, recte credimus.

**CAP. LXXXVI. — Sancti quoque peccatores.**

Nullus sanctus et justus caret peccato; nec tamen ex hoc desinit esse justus, vel sanctus, cum affecta teneat sanctitatem. Non enim naturæ humanæ viribus, sed propositi adjumento per Dei gratiam acquirimus sanctitatem. Et ideo veraciter se omnes sancti pronuntiant peccatores, quia in veritate habent quod plangant, etsi non reprehensione conscientie, certe mobilitate et mutabilitate prævaricatricis naturæ.

**CAP. LXXXVII. — Pascha.**

Pascha, id est, dominicæ Resurrectionis solemnitas, ante transgressum vernalis æquinoctii et quartæ decimæ lunæ perfectionem non potest celebrari, in eodem mense natæ.

**CAP. LXXXVIII. — Imago Dei anima.**

Propter novos leges, qui ideo animam tantum ad imaginem Dei creatam dicunt, ut quia Deus incorporeus recte creditur, etiam incorporea anima esse credatur, libere confitemur imaginem in æternitate, similitudinem in moribus inveniri.

## APPENDIX XIV.

### SENTENTIÆ DIFFERENTIARUM DE ACTIVA VITA ATQUE CONTEMPLATIVA.

1. Duæ sunt vitæ per quas omnes electi ad æternam beatitudinem perveniunt, activa, videlicet, et contemplativa. Activa namque vita pertinet ad dilectionem proximi, contemplativa vero ad dilectionem Dei. Utraque enim ita sibi connexa est, ut una sine alia sufficere nequaquam valeat. Quia nec dilectio proximi absque dilectione Dei quidquam præstat, neque dilectio Dei sine dilectione proximi perfectam efficere valet (Vide *Isidoriana, c. 85, n. 8*).

2. Interim vero in activa plurimi, pauci vero in contemplativa proficiunt. Illi vero perfecti esse noscuntur, qui intra Ecclesiam tempore discreto de activa vita ad contemplativam ascendere norunt, et de contemplativa ad activam per compassionem fraternam descendere sciunt.

3. Activa actio, si bene, ut decet, retineatur, sectoribus suis vitam acquirit æternam. Contemplativa autem non solum vitam, sed et præmium accumulat.

4. Ad activam itaque vitam pertinet honestum conjugium, ad contemplativam vero virginitas atque continentia. Et ideo de conjugio præceptum est; **337** de virginitate vero et continentia, non est præceptum, sed persuasio.

5. Sicut est illud in Apostolo, ubi ait: *De virginitate præceptum Domini non habeo, consilium autem do (I Cor. vii, 25)*. Et Veritas in Evangelio: *Non omnes, inquit, capiunt verbum istud, sed quibus datum est (Matth. xix, 11)*. Et infra: *Qui potest capere capiat (Ibid., 12)*.

6. Et per Isaiam prophetam Dominus de eunuchis, id est, virginibus, pollicens, ait: *Hæc dicit Dominus eunuchis: Qui custodierint sabbata mea et elegerint quæ volui, et tenuerint sedes meum, dabo eis in domo mea et in muris meis locum, et nomen melius*

C a filiis et filiabus. Nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit (*Isai. lvi, 4, 5*). Ubi enim electi proponitur optio, procul dubio conceditur.

7. Ad activam quippe vitam convenit unicuique fideli conjugii propria uti, alienam non concupiscere, in alteram quamlibet feminam, vivente uxore, corpus suum non dividere. Ad contemplativam autem pertinet conjugium spernere, carnis commisionem refugere, celibem vitam in hac mortalitate imitari, filios spirituales non carne, sed verbo et exemplo generare.

8. Ad activam quippe actionem congruit unicuique fideli intra Ecclesiam propriam substantiam possidere, et eam rationabiliter dispensare; alienam vero non concupiscere, neque diripere, aut fraudare. Ad contemplativam autem congruit sua omnia fuditius relinquere, et absolutum a mundi sollicitudinibus Deo vacare.

9. Ad activam itaque vitam pertinet hoc quod Veritas cuidam adolescenti se interroganti primum proposuit dicens: *Si vis ad vitam ingredi, serena mandata. Dicit ille: Quæ? Jesus autem dicit: Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum, et matrem, et diliges proximum tuum sicut teipsum. Ad contemplativam vero expedit hoc, quod illi addidit, dicens: *Si vis perfectus esse, vende omnia tua, et da pauperibus, et habebis thesaurum in celo, et veni, sequere me (Matth. xix, 17)*.*

10. Ad contemplativam igitur vitam pertinet hæc quod idem Redemptor noster solus nocte in monte orabat. Ad activam autem quod in die turbis admistus, eis prædicabat, et eorum languidos curabat.

11. Ad contemplativam namque vitam convenit

hoc quod apostolus Paulus de semetipso et cæteris A perfectis ait: *Sive mente excedimus, Deo. Ad activam vero illud, quod addidit: Sive sobrii sumus, vobis. Caritas enim Christi urget nos (11 Cor. v. 13, 14).*

12. Ad contemplativam vitam, per quam unusquisque perfectus potiores virtutes supra fundamentum fidei ædificat, pertinet illud quod idem Apostolus dicit: *Si quis autem ædificat supra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, si cuius opus manserit, quod superædificat, mercedem accipiet. Ad activam vero refertur hoc quod addidit: Lignum, fenam, stipulam, id est, terrenam substantiam, et rei familiaris sollicitudinem 338: de quo adjiciens, ait: Si cuius opus avaserit, detrimentum patietur. Ipse tamen salvus erit, sic tamen quasi per ignem (1 Cor. iii, 12).*

13. *Salvus, inquit, erit, non tamen mercedem accipiet, dixit, sicut de illo qui aurum, argentum et lapides pretiosos, hoc est, spirituales divitias superædificat. Ignem autem hoc in loco tribulationes vite præsentis, per quas iusti probantur, accipiendum est.*

14. Ad activam namque vitam pertinet pauperum curam gerere, esurientes pascere, nudos operire, infirmos, vel in carcere positos v. stare, hospites colligere, mæstos consolari, mortuos sepelire, domesticos carnis suæ non negligere, servis Dei obsequi, negotia populi juste discernere, et unicuique jus proprium assignare, oppressis subvenire, inbecillum de manu violenti liberare, viduas ac pupillos turri, improbis resistere, atque facinorosos per severitatem a malis actibus compescere. Quæ omnia et his similia in præsentia vita tantummodo necessaria sunt.

15. Ad theoreticam, id est, contemplativam vitam pertinet præsens sæculum sanctius relinquere, et mundi actibus alienum existere, cuncta præsentia mente postponere, intentionem ad cælestia extendere, et cuncta quæ videntur quasi transacta despiciere, cogitationem mentis non in ea quæ videntur, sed in illa quæ non videntur figere, lectioni vacare, orationi insistere, et in Dei laudibus absque intermissione vigilare.

16. Ille vero, ut supra dictum est, strenue vivit, qui tempore congruo de activa vita ad contemplativam consurgere scit, et de contemplativa ad activam descendere (For. e, descendere) novit. De qua activa, id est, simplici actione, si paulum quispiam ad inluna declinaverit, confestim ad vitia corruet, quæ illum non sursum levant, sed deorsum in barathrum peccatorum demergant.

17. Contemplativam namque vitam significavit spelunca illa interior in qua Abraham Sarai conjugem suam defunctam sepelivit, et ipse humatus quæ exiit; sicut et omnes electos post excursum vite præsentis, quæ activæ vitæ comparatur, æterna contemplatio suscipit.

18. Activam vero innuit in eadem spelunca pars exterior, per quam transitur ad interiorem. Quia sicut vitæ mundanæ activa vita monumentum, ita activæ vitæ contemplativa sepulcrum est.

19. In illa enim homo, hoc est, in activa moritur omni peccato, sicut dicit Apostolus: *Dilectio proximi malum non operatur.* In ista vero, id est, contemplativa, velut mortuos sepelitur ab omnium actione sæcularium negotiorum.

20. Ad contemplationis intentionem figuratiter convenit hoc quod Jacob per innitentem usque in cælum scalam angelos Dei ascendentes vidit; ad actualem vero, quod descendentes. De qua ascensione atque descensione Veritas in Evangelio ait: *Amen dico vobis, quia videbitis cælos apertos, et angelos Dei ascendentes et descendentes super Filium hominis (Joan. i, 51).* Per angelos quippe Dei sanctos prædicatorum, per Filium vero hominis universos fideles Ecclesiæ, qui membra sunt Christi, exprimit.

21. Actualem quippe vitam, id est, simplicem actionem mystice significat sex anni in quibus nobis lex præcepit agrum nostrum serere, et vicinis 339 culturam adhibere. Superiorem vero, hoc est, contemplativam figurat annus septimus, in quo jubemur a terreno opere cessare, agrum non serere, neque vineam putare.

22. Ut terram possessionis nostræ sabbatizare Sabbata sua permitamus, hoc est, qui dudum servitium mundo, qui in sex diebus factus est, et ejus actibus occupati fuimus, tandem ad Dei servitium conversi, et a sollicitudine sæculi hujus, et mundi oneribus liberi, in Deo sabbatizare, id est, mente quiescere valeamus.

23. Ad activæ vitæ perseverantiam pertinet hoc, quod animalia ista per quæ signantur sancti prædicatorum in libro Ezechielis prophete, ibant, et non revertentur. In eo autem quod ibant, et revertentur, pertinet ad contemplativæ vitæ mensuram; in qua dum quisque intendit, sua reverberatus infirmitate, flectitur, atque iterum renovata intentione ad ea unde descenderat rursus erigitur. Quod fieri in activa vita non potest; de qua si quisque reflectat vel ad modicum, statim vitiorum excipitur luxu.

24. Superiorem vitam, id est, intellectualem innuntiat alæ eorumdem animalium, hoc est, sanctorum virorum, per quæ ad alta, id est, ad cælestia sublevantur; actualem vero designant manus eorum alis subter positæ ob hoc, quia contemplatio supereminet actioni, actio vero subsequitur contemplationem.

25. Activam igitur vitam mystice figurat sex cubiti in calamo illo, ex quo propheta Ezechiel omne ædificium illud spirituale mensurari conspexit. Contemplativam vero exprimit palmus, qui supra sex cubitos in eadem mensura spirituali additus esse perhibetur.

26. Hoc ideo, quia activa actio præsentia in vita habet perfectionem suam; contemplativa autem hic incipit, sed in futuro perficitur; et ideo non plenum cubitum, sed quasi medium de futura contemplatione præsentia in vita attingit.

27. Activam vitam mystice significavit Lia uxor Jacob, quæ licet secunda foret in prole, tamen lippis erat oculis, quia actualis actio, quamvis in bonis operibus plurimos filios generet, tamen præ sollicitudine sæculi hujus ea quæ Dei sunt clare cernere non valet.

28. Contemplativam vero vitam significavit Rachel, quæ sterilis in filiis suis esse perhibetur, sed tamen pura facie, quia contemplativa vita, in quantum a mundi actibus libera, tantum in Dei contemplatione perspicua fit. Quam comparisonem et de Phenenna et Anna, et de Maria et Martha, strenuus lector conjicere potest.

29. Sciendum vero est quod omnis conversus ad Deum, prius per activam vitam, hoc est, simplicem actionem, exhaurire debet pristina vitia, quæ se illi in via Dei opponunt, et sic demum ad contemplationem surgere; qualiter defæcatus ab omni fæce peccaminum, mundo corde, et justo corpore, ea quæ Dei sunt libere valeat speculari.

30. Nam qui per simplicem actionem ad bene operandum necdum idoneus est, nequaquam se ad contemplationem extendere debet, ne forte 340 dum indiscrete inchoare appetit quod perseverare non valet, lapsus deficiat, et ea quæ renuntiavit rursus repetat, et fiant novissima pejora prioribus.

31. Hoc quippe significat quod Veritas universos infirmos mente ab hac intentione salubriter compescens, ait: *Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, per quem signatur vita contemplativa, erue eum, et projice abs te (Matth. v. 29).* Duo quippe oculi in facie, activa vita, et contemplativa in homine.

32. Qui igitur per contemplationem docebat errorem, melius est, si, evulso contemplationis oculo, servet sibi unum vitæ actualis obtutum, ut sit utilis illi per simplicem actionem ire ad vitam, quam per

contemplationis errorem mitti in gehennam inexstinguibilem.

53. Hoc rursus idem Dominus in eo quem a lectione demonum curavit ostendit, cum illum se sequi volentem prohibuit, dicens: *Vade in domum tuam, et narra quanta tibi fecerit Deus (Math. ix, 6)*; hoc mystice exprimens, quia qui multis vitiis adhuc noxius est, Deum sequi per contemplationem non potest.

54. Hoc etiam lex figuratim præcipit, cum dicit: *Si quis ædificavit domum novam et non dedicavit eam, vadat, et revertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, et alius homo dedicet eam. Quis est homo qui plantavit vineam, et necdum fecit eam esse communem, ex qua vesci possit? Vadat, et revertatur in domum suam (Deut. xx, 5)*, et cætera.

55. Id est, qui adhuc per simplicem vitam neque se optime regere novit, neque domui suæ præesse scit, ad spiritualem malitiam, hoc est, ad sacerdotale ministerium nequaquam conspirare debet: ne forte per ignaviam mentis, et vitam reprobam et ipse pe-

reat, et cæteris se sequentibus exemplum perditionis relinquat.

56. De talibus ait Apostolus: *Qui enim domum suam præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Non neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli (I Tim. iii, 5, 6)*.

57. Sciendum vero est quod activa actio ad obtinendam vitam si recte, ut decet, teneatur, absque contemplativa, id est, absque rerum remuneratione sibi sufficit, etiam si cuncta quæ habet renouari non valeat. Contemplativa autem, quousque mortaliter vivimus, sine activa se explicare non valet.

58. Nemo quippe tam perfecte in hac vita in Dei contemplatione suspensus vivere potest, ut saltem propter carnis infirmitatem et fraternam compassionem ad terrenam actionem descendere illi necessarium non sit.

59. Quamobrem activa vita hic habet inchoationem, et finem: contemplativa autem in hac vita incipit, sed in futura percipitur [*Fortè, perficitur*]. Et ideo non ante mortem carnis, sed post mortem ad id quod ardentem diligit pervenire potest.

## APPENDIX XV

### NORMA VIVENDI.

**341** 1. Age, fili, ut oportet, age ut decet, age ut dignum est. Proponere tibi ut non pecces, ut culpas tuas non reiteres, post lapsam denuo ne delinquas; bona et mala prout eveniunt tolera; quæcunque eveniunt mente libera sustine; patientiæ et mansuetudini ante omnia operam des; irrisionem despiciendo supera; sagittas contumeliæ patientiæ clypeo frange; præpara contra omnem aspectum clypeum patientiæ; contra linguæ gladium tolerantiam præbe scutum, tacendo siquidem melius vinces (Vide *Isidoriana, cap. 82*).

2. Disce a Christo modestiam, disce et moderantiam, tolerantiamque Christi attende, et non dolebis injurias. Maxima est virtus, si non lædis a quo læsus fueris, vel etsi læsus permittis. Maxima est virtus, si cuicumque nocere potuisti parcis; quando enim cruciarius propterea, peccata tua præcingunt te; quando minaris, mala tua iter faciunt; quidquid tibi adversi evenit, propter peccata tua tibi evenit. Consideratione igitur justitiæ dolorem tempera; melius dolorem portabis, si pro quibus tibi eveniunt intendas.

3. Cum igitur tibi derogatur, ora; cum maledicitur, tunc benedic; maledictioni benedictionem oppone, et irascentem patientiam delinere stude; blandimento iracundiam fervescens dispelle; nequitiam bonitate verbi vince; malitiam benignitate, inimicos omnes modestia placata, aliorum mala tua bonitate supera. Tranquilla mente illatas contumelias perde, aperi tranquillo corde dolores; vulnus in imo corde, quamvis grave sit, apertum evaporat, valde autem comedit animum inclusum. Quanto enim magis tegis, tanto magis aures; aperi igitur grato animo, et non te ex cruciet.

4. Si tristaveris in aliquo fratrem tuum, satisfac ei. Si peccaveris in illum, poenitentiam age cum eo. Si offenderis aliquem, propitia eum prece, parce velociter, ad reconciliationem offensionis tuæ cito veniam postula; non dormites, nisi converteris ad pacem; non requiescas, nisi reconciliatus fueris fratri tuo. Revoca eum celerissimo dilectionis affectu. Revoca eum humilitate ad gratiam; humilitatis affectu illi te prosterne, et supplici modo veniam deprecare; petenti quoque tibi veniam libenter indulge, et poscenti indulgentiam placatus dimitte.

5. Reverentiam sanctam amplectere, et confestim benigna suscipe charitate; peccanti juste non dimittas, sed culpam sciturus, quia in te est venturum iudicium; non habebis indulgentiam, nisi dederis. Etsi ille non supplicet, sibi que humiliter dimitti non postulet, si peccatum suum mala consuetudine non

cognoscat conscientia, tu tamen ex corde relaxa, veniam quoque propitia voluntate concede; aufer a corde fraternam offensam, vel offensionem, et alienæ nequitiam non servito; odium enim a Deo separat, nec sanguine fuso deletur.

6. Pacem ama, pacem dilige, pacem cum omnibus habe et tene, **342** omnesque in mansuetudine et charitate complectere; præpara amplius amare quam ameris ipse; non sis in pace infidus, non sis levis in amicitia, retine semper vinculum constantiam; odientes ad pacem invite.

7. Discerne te tuo, non alieno iudicio; nec ex alieno sermone, sed ex tua te mente metire. Nemo melius et magis scire potest quid tu scis quam tu, cum conscius tui es. Quibus vero prodest, si malus, si bonus prædicaris; aut quæ laus hominum pertinet ad te, si alius es quam laudaris? Quapropter vita simulationem, vita hypocrisin, sub obscuriori veste non simula sanctitatem. Qualis haberi vis, talis esto professione tua et habitu; et in incessu tuo sit simplicitas, et in motu puritas; nihil dedecoris, nihil lasciviam, nihil petulantiam, nihil insolentiam in incessu tuo appareat; gestus enim corporis signum est mentis; non præbeas de te aliis spectaculum, nec aliis obtractandi locum.

8. Non te adjungas levibus personis, nec te admisceas vanis; vita inanis, cave iniquos, fuge malignos, sperne ignaros, fuga a te turbas hominum, inaxime illius ætatis qui ad vitia proni sunt. Bonis jungere, et sanctis individue sociare. Si feceris, socius conversationis illius eorum eris et virtutum; periculum enim est pessimis sociari, melius est eorum odium quam consortium.

9. Claude aures, ne audias aliquid impudicum; vanus enim sermo cito polluit mentem, et facile læditur turpibus, et malis omnibus, agiturque libenter quod auditur. Nemo enim creditur odisse quorum relatione non læditur; nihil ex ore tuo procedat quo turpescas, vel quod turpe sit; sed hæc erumpant ex ore tuo, et ex labiis, quæ aures non polluant audientium; sermo enim vanus conscientiam vanæ est index. Mores hominis lingua pandit, et qualis sermo ostenditur, talis animus comprobatur. Ab otioso sermone compece linguam, nec inania verba loquaris; sermo enim otiosus non erit sine iudicio. Unusquisque enim redditurus est rationem sermonum suorum, ante uniuscujusque hominis faciem stabunt verba sua. Qui verba mala non reprimat, ad noxia cito transit; et qui minima non respuit, in



maxima valde prorumpit; minorum namque culpa major general.

10. Particulatim crescunt vitia, et dum parva non cavemus, in magnis prolabimur; minora itaque devita, et ad majora non devenies. Ea quæ loqueris gravitate atque doctrina existant culta, sitque sermo tuus irreprehensibilis, ad expectationem audientium utilis; stude loqui omnino quodlibet secundum quod oportet; discerne quid loquaris, quid taceas. Intende, et loquere, et loquendo peritus esto. Multum autem delibera quod loqui vis, ne revocare non possis quod dixeris; fuge casus linguæ, nec pateat injuriæ jaculis os tuum. Cum amico semper habeto silentium, vide opportunitatem loquendi, et profertendi sermonem, et expendendi. Maneat in ore tuo mensura, in sermone tuo sit statera, absconde et a lingua tua vitium detrahendi, et de alieno malo os tuum non coinquines; quod in alio detrahis, hoc in te potius pertimesce.

11. Quod inter se loquuntur homines, hoc nunquam scire desideres. **343** nec quæras aliquem qui dicat tibi; omitte causam quæ ad animam tuam non pertinet, nec oblitus morum tuorum alienos perscruteris; tanto animo corrige vitia tua, quanto studio prospexeris aliena.

12. Omne genus mendacii summopere fuge; non studium loquacium fratrum, nec quilibet fallacia vitam alicujus defendas; nullum mendacium justum, quod a veritate discordat, in quo etiam prohibetur duplex juramentum, assiduitas enim perjurii assuetudinem facit. Fac bonum quod spondidisti, non in verba facilis, sed etiam factus et operibus difficilis: sine consideratione unquam nil facias, vel præsumas; quando poteris facere, non pollicearis facere. Multum Deo reus eris, si non reddideris quod vovest; in malis autem promissis rescinde fidem. Non est promissio quæ dolore adimpletur.

13. Si vis tuas adimplere virtutes, prodere noli; occulta virtutes pro elatione; absconde bona facta pro arrogantia; fuge videri quod esse meruisti; qui manifestando poteras amittere, tacendo custodi. Vitia vero cordis tui revela, pravas cogitationes manifestata illico, peccatum enim revelatum cito curatur, simulata culpa crescit. Si patet vitium, ex magno fit pusillum; si latet peccatum, ex minimo fit maximum. Melius est autem ut vites vitium quam ut emendes, ne forte cum incurreris pessima consuetudine revocare non possis. Consuetudinis viucula vix solvuntur, et inoluta diu tardius corriguntur.

14. Incipientem diu delibera sententiam, et quod vis diu agere, diu exquire, proba, et age; nil enim in agendo præcipiti consilio, sed mora melius est. In rebus autem bonis tarditas removeatur; in bonis enim dilatio nocet, et quod expedit differre impedit. In bonis absit remissa segnitias, absit negligentia, carnis vitia cito captant inertes; per torporem enim vires et ingenium defluunt, et desidia natura corrumpitur; hebetudine scientiæ lumen exstinguit, solertia autem, meliorem reddit; ardentius fit ingenium sub juncto studio, et tardiora ingenia studii acuntur. Torporem naturæ industria excitat, spiritus tarditatem assiduitas acuit. Expergiscencia perficit spiritum, expergiscencia plus scitur, sæpe iamque consuetudinem superat, sæpe ex consuetudine naturæ est effectus; assiduitas enim mores facit, jugis usus in naturam se vertit, quod cum difficultate per usum sine difficultate perlicias.

15. Disce quod nescis, ne doctor inutilis inveniaris; bonum autem quod didiceris doce; sapientiam cum cæteris impertieris, tibi hanc auge, sapientia exinde longior fit; retinendo minor est, et dum plus conferatur, abundat. Verba tua cum præcedunt opus, quæ ore promissis, quæ ore promittis, opere adimple; quæ verbis doceres, executione exhibe et ostende. Esto non solum magister, sed imitator virtutum. Si doces, et facis, tunc gloriosus eris. Non enim satis est laudare quod dixeris, nisi dictis facta commisceas.

In doctrina tui ipsius ab humana te laude tempora, sic instrue alios, ut te ipsum custodias, sic doce, ut humilitatis gratiam non amittas.

16. Cave, ne, dum alios docendo erigis, ipse laudis appetitione derogaris. **344** Cum autem instruis eos, obscuritate noli uti, sed ita dic ut intelligaris, ne loquendo simplicibus displiceas, ne prudentes offendas; juxta spiritum audientium erit sermo doctorum. Secundum mores incipienda est doctrina; juxta vitium adhibenda sunt remedia, variæ enim voluntates diversam disciplinam desiderant. Unusquisque igitur secundum suam professionem est docendus. Inspicienda est utilitas personarum, et unumquemque taliter in erudiendo tracta. Committe omnibus secreta professionis tuæ, loquere aperte.

17. Cunctis operata paucis annuntia; ne erubescas loqui quod nosti defendere; et quod tibi scientiæ sentis desse, ab aliis quære; quærendo enim oblecta clarescunt, et difficilia conferendo aperuntur. Nulla sit tibi curiositas sciendi latentia, nec ultra quam scriptum erit quæras scientiam. Non cupias quod scire non licet. In disputatione non contradicas justitiæ; nec contendas evacuare quod rectum est; in omni disputatione rectum tene, et plus dilige audire quam loqui. In principio audi, in fine loquere. In omni re finis attendatur, extrema quærantur, meliorque est sermo novissimus quam primus.

18. Venerare omnes scientia et vita meliores, et unumquemque pro suo merito sanctitatis potiori gradui competentem reverentiam tribue, nec te æqualem sanctiori exhibeas. Senioribus præsta obedientiam, et eorum senio obsequio obedi. Cunctis in præceptis sic obtempera, ut obtemperando hominum votis Deum non offendas. Malum visus facere, non convalescas, nec adhuc si poenæ immincant, peccanti cuiquam non acquiescas; melius namque est pati mortem quam perniciosa mala adimplere. Non solum quippe factorum, sed conscius peccati tenetur obnoxius; neque immunis est a scelere qui, ut faceret male, obediit. Similis est qui obtemperat malo ei qui facit malum; facientem et obsequentem pari poena constringe.

19. A subditis magis venerari quam timeri stude, ut tibi plus dilectionis officio quam contradictionis necessitate adhæreant. Subjecti te plus reverentur quam timeant; ex reverentia enim amor procedit, et odium tremor confert; fidem metus tollit, affectus restituit; timor non servat diuturnam fidem; ubi timor audet, eum sequitur robur; ubi timor, audentia sequitur; et ubi metus, desperatio occurrit. Quapropter tempera oris sementem, summaque bonitate subditos convenit regere; non sis terribilis in subjectis, sed sic dominare, ut tibi delectent servire.

20. Tene modum in omni tempore, ut nihil intemperatum agas, nec minus, nec ultra quam oportet, nec in bonis nisi moderatus esse non debes. Omnia enim medicamenta utilia sunt, et cum tempore omnia sunt utilia; recta enim immoderato usu corrumpuntur, omnis nimietas in vitio est; prospice igitur quid aptum sit tibi, et tempori, et ubi, quando, quare, quandiu facere debeatur; causas rerum et tempora inspice, et singulorum operum discretiones diligenter distingue.

21. Dignosce omnia quæ agis, quare bonum incipias, quare peragas; in omni operatione discretionem tene, nec in aliquo indiscretus sis. **345** Cum bene discreveris opus tuum, multa sunt consuetudine vitata, multa pravo usu præsumpta, et multa contra pudicos mores usurpata; tunc minime consuetudinem serva et legem, usus auctoritati cedat, pravum usum lex et ratio vincant. Testimonio tuo nulli noceras, nec ad alicujus periculum vocem iustificationis adhibeas. Sermo tuus nec animam cujusquam, nec res impediatur, nullum contra veritatem defendas.

22. Cum judicas, ne ullius personæ affectu deflectaris, a viro paupere, aut a divite, causam prospice, non personam. Sperne manus, ne per hoc jus-

titia corrumpatur; munera enim semper veritatem prævaricant, et cito a viro violatur justitia. De justo judicio temporalia lucra non appetas, pro justitia tantum tibi præmium quæras dum judicas, pro futuro serva mercedem, nec quæras in terra rependi quod tibi in futuro debetur. Excute manus tuas ab omni munere, si in cælis velis habitare; in judicio quoque sine misericordia sedes. Custodi justitiam discretionis, et noli plus justus esse quam oportet. Omne enim quod nimium est vitium est.

25. Inopia justitia est fragilitati humanæ non ignoscere; non igitur ames damnare, sed emendare potius quam corrigere. Tene rigorem in discretionem justitiæ, judicii examen sequatur pietas, disciplinæ rigorem temperet indulgentia, ita clemens esto in alienis delictis, sicut in tuis, nec quinquam districtius judices quam sicut teipsum. Sic alios judica, ut te judicari cupis; dum enim indulges aliena peccata, tibi miseris; judicium quod aliis imponis ipse portabis. In eo enim in quo judicas es judicandus; in qua mensura mensus fueris, remetietur tibi.

24. Omnia quæ inquisieris cum justitia definias, nunquam judices suspitionis arbitrio; ante proba, tunc judica; non enim qui accusatur, sed criminator reus est; periculum est aliquid præsumptuose judicare. In ambiguis de judicio serva sententiam. Qui nosti tua, quando nescis, divino serva judicio; non nitaris damnare judicio humano quod Deus suo examini servat; incerta non judicemus, quoadusque novissime venit Dominus, qui latentia producat in lucem. Quamvis enim non credenda sunt, ideo tamen dimittentur, nisi qua certis iudiciis approbantur, et non quæ manifesto examini committuntur, et non quæ ordine judicario comprobantur.

25. In summo honore tibi suprema sit veritas; quamvis sublimis sis potestatis, in te celsitudinem reprime; non te extollat honor, sed præsideat humilitas culmen sublimitatis. Tanto esto majori humilitate conspicuus, quanto es magna dignitate præclarus. Impositas tibi curas humiliter exple, et traditum tibi ministerium mente subdita suscipe. Esto obediens divinæ dispositioni, et voluntati ejus contraire non audeas. Jura potestatis adeptæ moderanter exerce, et omnia non turbulento, sed tranquillo corde dispone. Cave honores, quos sine culpa tenere non pote-

ris. Sublimitas enim honorum magnitudo scelerrimo, in majori gradu sine dubio poena major.

26. Si vis esse quietus, nihil sæculi appetas. Semper requiem mentis habebis, si a te curam mundi abjicias, semperque quiete æterna fruereis. **346** si te a strepitu terrenarum rerum abtraheris. Abjice a te quidquid bonum propositum impedire poterit, et toto animo odies damna quæ diligit mundus. Quidquid habes, habeto ad misericordiam. Suffragator virus tua in operibus. Non eligas cui miserearis, ne forte prætereas illum qui meretur accipere. Omnibus da, ne forte cui non dederis ipse sit Christus; et cui largiris, cum hilaritate largire; et quidquid tribuis, cum affectu tribue; tribue misericordiam sine mururatione, præbe elemosynam sine tædio.

27. Major autem sit benevolentia quam quod datur. Major sit gratia quam quod impenditur; tale enim erit opus tuum qualis fuerit intentio tua. Quod enim affectu bono dispensatur, hoc accipit Deus; qui autem cum tædio dat, perdit mercedem suam. Qui cum tristitia manum porrigit, fructum amittit remunerationis; non est misericordia, ubi non est benevolentia. De tuis justis laboribus ministra pauperibus. Non auferas uni unde tribuas alteri. Nihil prodest si alium inde relicta unde alium inanem facis. Contemnat miseratio ista, non propitiat. Bonum quod facis misericordiae causa, non jactantiæ, factio; nili propter temporalem opinionem, nihil propter famam, sed propter vitam æternam et Dei charitatem. Quidquid agis, pro futura mercede age, æterna remunerationis expectatio te teneat. Amplius quidquid egeris causa gloriae, hoc est facti tui.

28. Si dederis ita, ut hominibus innotescat, non homini, sed propriae personæ præsertis, nec quod ad æternæ, sed quod ad hujus [Fortæ, hujus vitæ] gloriam proficit. Ecce accepisti modica, data est tibi norma vivendi; nulla te ignorantia excusat; non es jam vitæ nescius, non es imprudens, aut ignarus, legem quam debes sequi, dispositionis qualis esse debeas, descripsi. Cognitiones mandatorum habes. Jam scis quid est recte vivere, vide ne ultra offendas, vide ne quod recipis legendo contemnas vivendo. Bonum scire, acceptum retine, et imple opere quod didicisti præceptione. Vide deinceps ne bonum quod accepisti despicias. Amen.

## APPENDIX XVI.

### EXHORTATIO POENITENDI CUM CONSOLATIONE ET MISERICORDIA DEI,

#### AD ANIMAM FUTURÆ JUDICIA FORMIDANTEM \*

Cur fluctuas, anima, microrum quassata procellis?  
Usquequo multimoda cogitatione turbaris?  
Mens confusa tædis, itineris devia carpens,  
Tramites caliginis subducta luce percipit.

5 Non ablatas res, cellulas mundi facesque suscipies,  
Nec casus honoris, sed tinnus animæ plora.  
Non hæc defunctoria dolens exitia carnis;  
Sed perseverantia Tartari tormenta formida.  
Nec ærumnas carceris abgas, quibus line carcbis;

10 Sed juges Averni miseris prospectans evita,  
**347** Quæ hic redimunt facili compendio pos-  
[sunt],  
Si mundi affectus in amorem Christi conver-  
[tas],  
Et te non negligas ab iniquitate privare.  
Cuncta peccata a corde divulsa propellas,

15 Res iniquas penitus remove, saltemque percus-  
[sus],  
Abhorre, ut sinceritate rudi vel sero reniteas.  
Abjecit te mundus percussitque, [derisit].

Quare non consideras quid a te Christus ex-  
[quirat]?

D Non humana manu talia te perpeti putes,  
20 Sed hæc provenisse divino judicio crede.  
Irritasti contra te Dominum offensa delicti,  
Qui te flagris arguens corripit, coercet, af-  
[fligit].  
Flagelli impendio monet, ut errata cognoscas  
Et agnita poenitens corrigas, distinguas, emen-  
[des].

25 Hoc sentire debes, quod instanti verbere pul-  
[satus],  
Ut benevolus a malo segregatus existas,  
Et perniciose respuens, innoxia quæras.  
Vult contritionis nunc te examinare camino,  
Quo conflatus pristinus vitium sordes amittas.

30 Cur ergo per quæquam diffusus mente va-  
[curris]?

Ad calcem examinis sensus tui collige grassas.  
Dacite cor tuum, cautius interroga mentem.  
Quid ludibriosum retinet, vel gessu, exponat.

\* Vide Isidoriana, c. 81. n. 19 et seqq.

- quid sævum, quid noxium concepit, vel operit, A  
[pandat;
- 35 Et dum est licentia, totum prædammare festina.  
Ecce perpetrata cuncta coram oculis constant,  
Et secreto murmure niens universon proponit.  
Quid admitta crimina nisi lamenta requirunt?  
Quid vult facti vulnus, nisi malaginata fletus?
- 40 Nullum scelus aliter nisi pœnitendo  
Expiatur, imo puniendo, ne sit jam ultra,  
Deletur. Ergo si ruisse nequiter vivendo  
Displicet, surge decenter. Melius agendo præ-  
[curre
- Judicem futurum, timens perdentem iniquos.  
45 Hunc post sæculi crimina opere justitiæ placa.  
Atros ignes inferi, quod est mors secunda, pa-  
[vesce;
- Sed admissa pœnitens puni peccata, et vives.  
In hac vita lacrymis exstingue Tartari flau-  
[mas,
- Et necando crimina vires evacua mortis.  
50 Mors illic non repetit quos hic viventes amittit,  
Nam qui se peccato dirimit, justitiæ jungit;  
Et spiritus vitæ obsequens mandata custodit,  
Peccata repudians morti servire contemnit.  
Ultra jam non moritur, nec mors dominabitur  
[illi,
- 55 Neque eum Tartarum excipiet in morte, sed  
[cælum,
- 348** Nullatenus dubites in hoc, nec unquam  
[diffidas;
- Nam sic protestanda divina dicta decernunt:  
Ad regnum profecto transierunt cum Christo  
[victuri,
- Qui pœnitui se mala perpetrata probantur.  
60 Nulla te res dubium de misericordia reddat.  
Nam parcere Deus promptus est clementer in-  
[dignis,
- Atque pœnitentibus veniam libenter donare,  
Tantum si pœniteas, nec jam pœnitenda com-  
[mittas;
- Et ob hoc irrisor atque subsannator vocatus,  
65 Veritas pœnitentiam in punitionem pericli.  
Labor sine fructu est, et spes vanissima valde,  
Sic peccata plangere, ut non desinat pec-  
[care.
- Quasi quis instructa destruat, diruta reformet,  
Si quod lavat hodie, polluat et sordidet cras;  
70 Sic enim non lotus habetur, sed semper im-  
[mundus.
- Nec capit hujusmodi veniam, sed provocat  
[iram,
- Quoniam non diluit, sed dilatat criminum gesta.  
To denique cautius talium exempla declinans,  
Et jam peccasse pœnitere, et jam peccare de-  
[siste.
- 75 Dissipa præteritas lacrymarum opere curas.  
Da eleemosynam, si habes, redime probra,  
Et sequi vanissima respue, contemnere cura.  
Sit jam abdicabile, sit abominabile semper pec-  
[catum,
- Quod cælo distrahit, in infernum deponit.  
80 Melius sit regni gloriam nitore carpere,  
Quam regni jacturam sordium horrore per-  
[ferre.
- Conversus ad Dominum post tenebras lucem  
[arripe,
- Amplexensque vitam mortalia facta relinque.  
Consistere illi, cumpungere, plangito, roga,  
Dic: Peccavi nimium, parce, misere, pro-  
[clama.
- 85 Curva cordis genua, prostratus corpore in ter-  
[ram.
- Obseca assidue, profusis lacrymis ora,  
Lenias ut humilis, quem exasperasti superbus.
- Nam Dei clementiam humiles et fientes acqui-  
[ruant,
- Non ridentes impetrant, neque contumaces ex-  
[orant.
- 90 Certo te pœniteat perperam quæcunque ges-  
[sisti,
- Ut odiens horreas quidquid indecenter amahas,  
Quod pudore congruo rubor verecundus asper-  
[uit,
- Rite demum veniam lacrymarum prece requi-  
[ras.
- His namque fomentis animæ peccata medetur.  
95 Et omnia vulnera priscam sanitatem recipient.  
Sic namque divinum sedas cito furorem;  
Sic profecto capies quidquid lacrymando depo-  
[scis;
- Sic denique poteris evadere quidquid.  
Claudit, obligat, officit, affligit, obumbrat,  
100 **349** Et ad Dei gratiam hoc modo redire gau-  
[debis.
- Quamvis sis peccator impius, malignus, ini-  
[quus,
- Criminis omni genere contagioque pollutus,  
Pete a Deo veniam, hæsitans nequaquam in  
[tude,
- Qui omni peccamine cunctos pœnitentes expur-  
[gat.
- 105 Omne dimittit facinus vera pœnitudo delicti,  
Nec est crimen ullum quod nequaquam lacrymæ  
[tergant.
- Quamvis de justitia terreat judicii dies,  
Nunc misericordia certa pœnitudo potitur.  
Delinquentem Deus de præterito damnat,  
110 Si bonus ex malo fuerit extremo reperiatur,  
Ut dicitur impio, si impietates relinquat,  
Opera justitiæ faciat, extremo conversus,  
Impietas illius omnis oblita demetur,  
Mortique sublatus æterna per sæcula vivet.
- 115 Sic denique Paulus fidelis ex infido factus  
[olim.
- Cunctis caret criminibus, quæ impie gesserat  
[olim.
- Sic ex publicano venit evangelista Mathæus.  
Sicque Cyprianus ex mago sacerdos et martyr.  
Sic et Augustinus ardentior carnis amator,  
120 Fit ex Manichæo mundi probatus magister.  
Sic et Ninivitarum impia, obscena, nefanda de-  
[fientes
- Flagitia, vitam pœnitendo merentur.  
Manasses, qui idolis templum repleverat Dei,  
Et de cælo pridem datam profanaverat legem.  
125 Post, amisso regno, captivus, et ferreis vinculis  
[multis
- Ligatus, Dominum pœnitentia placans, regno  
Restitutus est, nexibus-culpisque solutus.  
Sic David stupri culpam homicidique redemit.  
Et Achaz similiter cælestis pendente evasit  
[iram.
- 130 De quo cominus dixerat ulcisci Deus.  
Petrus fide lapsus, rursus pœnitendo resurgit.  
Sic et Evangelii mer- trix, ac publicanus  
Parvis fuscis lacrymis, multo se piaculo mun-  
[dant.
- Et plurimi alii, quos olim Scripturæ decla-  
[rant
- 135 Post crimina cælibes factos pœnitentia viros.  
Sic e contra polium habentes ad Tartara ca-  
[dunt.
- Qui bona priora malum appetendo relinquunt.  
Ut dicitur justo, si ab iniquitate  
Egressus iniquus exstiterit, justitia omnis  
140 Ejus depereat, et ipse morte damnatur.  
Sic Judas olim subito malignus effectus,  
Omne bonum perdidit, quod dudum beate per-  
[legit.

Vide Isidoriana, loc. cit.

<sup>b</sup> Fortasse aliquid deest.

- Sic et Salomoni nihil imputatur bono  
Quod antea gessit, sed extremo malo damna-  
[tur.
- 145 **350** In qua voluntate postremo quispiam vel  
[actu  
Fuerit inventus, in hac iudicandus erit, sicut  
De hoc ipso Dominus locutus est dicens :  
In quo te invenero in hoc te iudicabo.  
Et si credis amplius, hos ipsos diligit Deus,
- 150 Qui post pravitates esse rectiores student,  
Ac sic se post vitia virtutibus magnis exer-  
[cent,  
Quam qui mala gravia nunquam perpetrassent  
[noscentur,  
Et bona præcipue torpentes agere piget.  
Sicut quispiam dominus illum magis servum
- 155 Amplectitur, qui post damna potiora <sup>a</sup> lucra  
[reporat,  
Quam qui nihil perdidit, et nihil augmenti fe- B  
[cit.  
Sic imperator illum magis militem amat,  
Qui, post fugam remeans, hostem persequendo  
[prosternit,
- A Quam qui nunquam fugit, et nil unquam fortiter  
[fecit,  
160 Sic agricola illam terram plus amat, quæ uberes  
[illi  
Post spinas affert fruges, quam quæ spinas <sup>b</sup>  
[nunquam nutrit,  
Et fertilem messem nunquam aliquando pro-  
[duxit.  
Non desperes veniam, sed potius spera sala-  
[tem,  
Si facturus optima, pessima damnare decernas.
- 165 Corrige delictum, muta mores, renova vitam,  
Et nulla te plecti dolebis postea pœna.  
Non erit in crimine, quem pœnitet ante fuisse;  
Nec dicetur impius, qui fuerit denuo pius.  
Sequentia vero carmina constructa lamentis
- 170 Suspirando lectita nonnunquam plorando de-  
[canta.  
Nam potest Dominus transferre in gaudium la-  
[ctum,  
Et adversa omnia in prosperitatem mutare.  
Quem æternis laudibus glorificant in cælo cœli,  
Et summis honoribus cultores efferunt mundi.  
Amen.
- <sup>a</sup> Editio, *damna quædam potiora.*      <sup>b</sup> Editio, *quam illam, quæ tribulos vel spinas.*

## APPENDIX XVII.

## LAMENTUM PœNITENTIÆ (a).

- Andi, Christe, tristem fletum,  
Amarumque canticum,  
Quod percussus et contritus  
Modulatur spiritus;  
Cerne lacrymarum fluxus,  
Et ausculta gemitus.  
Ad te multum vulneratus 25  
Vocem fletus elevans  
5 Alta de profundo cordis  
Emitto suspiria,  
Precibus si forte velis  
Placatus ignoscere.  
Alleva calamitatis  
Importunæ pondera,  
Quæ me diutius premit,  
Et elidit impie,  
Nec discedit, ut resumam 30  
Vitæ respiraculum.  
40 Ablato consolatore,  
Quadro clausus lapide,  
**351** Gemo lugens, et suspiro,  
Miserere, clamitans,  
Pulso rogans tota die,  
Sed tu semper dilatas.  
Ad juventutis delictum,  
Et ad ignorantie,  
Non me teneas, exoro : 35  
Sed misericorditer  
15 Prætermissum hoc dispone  
Jam indigno parcere.  
Ab antiqua pietate  
Ne declines, obsecro :  
Nam justitiæ rigorem  
Si me sequi jubeas,  
Mille sum debitor pœnis,  
Mille dignus mortibus.  
Aspice jam, Deus clemens, 40  
Ærummas quas tolero,  
20 Remove contritiones,  
Et flagella prohibe :  
Ne me, precor, indignatus  
Opprimas, et conteras.
- Annos meos in dolore,  
Vitam in gemitibus  
Vili factus consummavi :  
Parce mihi, deprecor,  
Jam non possum sustinere 45  
Da dextram, et eripe.  
Aggravasti manum plagæ  
Super me validius,  
Carnem dira flagellorum.  
Ultione conterens,  
Cæde, ferro, sorde, peste,  
Tenebrarum carcere.  
Auges tempora pressuræ,  
Luctus addis onera,  
Differens afflicto valde 50  
Dare mihi requiem,  
Contra quod grates rependo,  
Non resultans murmuro.  
Abes (b), dico, veritatem,  
Ut occidas impium;  
Sed rogo, post disciplinam  
Da placatus veniam,  
Quia non mortem iniqui,  
Sed vitam desideras.  
Accuso me, non excuso, 55  
Laudans te, quod mitis es,  
Juxta modum delictorum  
Parva datur ultio,  
Hæc, et ampliora, clamo,  
Dignus sum excipere.  
Ad remedium malorum  
Æterni iudicii,  
Satius nunc [est] flagello  
Temporali percuti,  
Quam pereunibus futuro 60  
Dari cruciatibus.  
Adhibe, si placet, adhuc  
Tormentorum stimulos,  
Quibus defluant veterna,  
Putridaque crimina :  
Salus tantum, vita demum  
Subsequatur morbidum.
- Adhibe, sed non iratus,  
Ut sit tolerabile,  
Quod me propter mea jubes  
Perpeti facinora ;  
45 Quatenus correpto rursus  
Sis mitis post verbera.  
Amarum hoc est, et leve,  
Quia pertransibile,  
Sed amarum, et grave,  
Quod irrevocabile,  
Quo pœnarum non est finis,  
Nec dolori requies.  
Ardens illic urit flamma  
Damnatorum corpora,  
50 Ultra reditum non sperat,  
Quem illa susceperit,  
Cujus povere tabesco  
Liquescero formidine.  
Arbiter, et testis æquus  
Ipse dum adveneris  
Justam reddere mercedem  
Singulorum meritis,  
Quo me salvare decernas,  
Opus non invenies.  
55 A Deo districtum cerneas  
Examen iudicii,  
**352** Duce vitam in mœrore  
Jugiter et gemitu,  
Justum iudicem visuras  
Jam pavesco territus.  
Amarus et pavidus tunc  
Vultus tuus impiis,  
Per quem nullus impositus  
Erit habens crimina  
60 Nisi qui lacrymis illa  
Nunc vivens absterserit.  
A tranquillitate tua  
Tu nunquam mutaberis,  
Sed mitis parebis justis,  
Terribilis impiis,  
Quos habuerit de culpa  
Reos conscientia.

<sup>a</sup> Vide Isidoriana, c. 81, n. 25 et seq<sup>b</sup> Abes pro habes.

- Ab iniquis justos omnes  
Segregans velociter.  
65 Ponas hædos ad sinistram,  
Et agnos ad dexteram,  
Hos æternæ luci dabis,  
Illos autem tenebris.  
Ab ira furoris tui  
Quis non conturbabitur?  
Quæ a nulla creatura  
Cohiberi poterit,  
Cum peremeris iniquos  
Oris tui gladio.
- 70 Amputans verbo, non ferro,  
Cervices peccantium,  
Tu perdes in tempestate  
Festinantes implos,  
Vitæ sempiternæ justis  
Collaturus præmia.  
Accipite, dicit illis,  
Regni paratum est vobis  
Pro fructibus justitiæ,  
Et misericordiæ,  
75 His, et illis, quæ fecistis,  
Cuncta tu testificans.  
Astabunt ante tribunal  
Tuum omnes animæ,  
Quidquid gesserint in carne<sup>a</sup>  
Narrantes ad singula,  
Quid tam pro nefandis miser  
Criminibus respondeam?  
Assertio phalerata  
Justum nullum faciet;  
80 Actus boni tantum facta,  
Non verba, recipies,  
Data singulis talenta  
Cum usuris expetens.  
Abactis et refutatis  
Excusationibus,  
En homo tantum dicitur,  
Et opera illius,  
Quæ præcernens, ut meretur,  
Confestim recipiet.
- 85 Arcana tunc secretorum  
Omnia conscientia  
Sic lustrabis, velut vultus  
Cernitur in speculo,  
Hæu mihi! qui parebo,  
Pejor omni pessimo?  
Ad personam non convertes  
Visum, sed ad merita;  
Nec natalibus insignem,  
Sublimem prudentia  
90 Facies tibi consortem,  
Sed insonem opere.  
Abominabilis erit  
Coram te iniquitas,  
Nullus enim immundorum  
Tibi sociabitur,  
Quomodo tunc fetens hircus  
Mundis jungar ovibus?  
Ante te justus nec erit  
Secura justitia,  
95 Quam si districtè perquiras,  
Et ipsa peccatum est,  
Qui si justo<sup>b</sup> nisi parcas,  
Væ periclitabitur.  
Arguens in veritate  
Decernes judicium,  
Et in æquitate tua  
Justus vix salvabitur.  
Ubi tunc ego parebo  
Peccator et impius?
- 100 Annalibus reseratis,  
Nudabuntur publice  
253 Omnium hominum facta,  
Cogitatus impij.  
In statera tu libralis  
Omnia in pondere.  
Appenso bono, vel malo,  
140 Pars licet operarum  
Vindicabit, quam momenti  
Lance declinaverit,  
105 Quid agam, si pondus mali  
Me lava jactaverit?  
A justitia diverti  
Nullo modo poteris,  
Nec personam acceptabis,  
Nec usus munera;  
Sed reddas unicuique  
Juxta sua opera.  
Aspicient mali justos,  
Cum beatitudinem  
110 Gloriæ promeruerint<sup>c</sup>,  
Et dolebunt acriter,  
Quod non vixerint sic justè,  
Ut sic essent liberi.  
A dolore in dolorem  
Nequiorum transiunt,  
Cum Ahite, maledicti,  
Illis ipse dixerit  
115 In ignem qui est paratus  
Vobis et diabolo,  
A requie beatorum  
Vita, vel consortio,  
Se sublatis intuentes,  
Junctosque diabolo,  
Ut æternis cum eodem  
Dentur cruciatibus.  
Allevabunt ululatum,  
Et rugitum immanem,  
120 Planetum magnum facientes  
Amarum, et validum,  
Quale nunquam fuit factum,  
Neque dictum, vel visum.  
Ad gentem gens, vir ad virum  
Pectora percutient,  
Tribus ad tribum, et regnum  
Contra regnum ferient,  
Viri denique seorsum,  
Et seorsum feminæ.
- 125 Angel tunc copulabunt  
Sceleris consimiles,  
Quos cursim præcipitantes  
Dabunt flammis inferi,  
Ut par pœna semper urat  
Quos par culpa sociat.  
Habebunt vitæ præcisi,  
Sublatique gaudio,  
Quo perennis erit luctus,  
Dolorque perseverans,  
130 Et consolatio nulla,  
Nec unquam reversio.  
A te quisquam non revolvat  
Prolatum judicium,  
Nec ab illo quem tu ipse  
Judicans perdidideris,  
Ultione sempiterna  
Pravos omnes puniens.  
A Deo prærogativa  
Mitto precum comoda  
135 Fundens lacrymas, dum vivo,  
Rogans, dum intelligo,  
Ne me juxta mala mea  
Condemnandum censeas.
- Aspera sunt, quæ peregi,  
Acerba, et gravia;  
Propter quæ si persequi  
Me juste decreveris,  
Morti debitor<sup>d</sup>, et pœnæ  
Novi, quod reperies.  
140 Ad iniquitatem meam  
Si convertas oculos,  
Facto, pœna quæ condignum<sup>e</sup>  
Neminem reperies,  
Cum quo me cremandum putes,  
Comburendum cenæas.  
Ad delictorum mensuram,  
Criminumque copiam,  
Ipsæ pœnæ Tartarorum  
Vix credo sufficienti,  
145 Dum nec talia, nec tanta  
Quis iniquus fecerit.  
Anxius ob hoc suspiro,  
Quod impie gesserim,  
354 Pessimorum peccatorum  
Saucius sum vulnere,  
Difficile tantis malis  
Esse salvus arbitror.  
Aretor undique pressuris,  
Comprimor angustiis,  
150 Fluctuat mens in mœnore,  
Cor natat in lacrymis,  
Nec ullæ timore multo  
Requies est animi.  
Arvi, polique, marisque  
Non turbabor<sup>f</sup> sinibus,  
Quin et hæc ignis ardore  
Resoluta defluent.  
Ubi me miser abscondam?  
Quo ante te fugiam?  
155 Quæ immensitate tua  
Mundi gyros clauditur?  
Cœlum terramque tu reptes<sup>g</sup>,  
Et sine te nihil est;  
Qui placatum te non habet,  
Iratum quo fugiet?  
Agitur mens ægra passim,  
Diversa considerans,  
Nec elucet evadendi  
Usplam effugium,  
160 Sed abs te, Domine, fuga,  
Et ad te reversio.  
Arma sumens poenitentis  
Saccum, et cilicium,  
Pulso pietatis aures  
Viscera clementiæ,  
Verba sletus et doloris  
Ingerens cum lacrymis.  
Audi preces, et placare,  
Mens quas ægra parturit,  
165 Consideransque dolores  
Impende malagmata,  
Quia tua sum factura  
Tuæque plasmatio.  
Adhibe, precor, medelam,  
Pessimis vulneribus,  
Profluentia præstringens  
Vitorum ulcera,  
Corrupta redintegrando  
Sanitate perpeti.  
170 Aufer me de luto faciis  
Peccatorum omnium,  
Emundare non contemnas,  
Antequam discutias;  
Et non ero tunc immundus.  
Si me nunc piaveris.

<sup>a</sup> Editio, gesserit in carne.<sup>b</sup> Forte, Etai justus.<sup>c</sup> Forte, meruerint.<sup>d</sup> Forte, si persequi me juste tu decreveris, Morti

debitum.

<sup>e</sup> Forte, pœnaque condignum.<sup>f</sup> Forte, non turbabor,<sup>g</sup> Forte, tu regis.

- Accipis et peccatores,  
Sed quos nunc justificas,  
Respicis multos, ut Petrum,  
Si descentes poenitent,  
175 Sicque lapsos ad inferna,  
Revelis ad athera.  
Apud te redemptio est,  
Et misericordia;  
Quam nisi propitius  
Parcere decreveris,  
Vas mihi! quod malos omnes  
Præcedam ad victimam.  
Ac per hoc opto misellus,  
180 Ne fuisset genitus:  
Quis et lux ipsa præsens  
Jam mihi tenebræ sunt,  
Æternæ damnationis  
Pavendo<sup>a</sup> perniciem.  
Boni nihil habiturus,  
Quod malis objiciam,  
Pœnarum metur quassata  
Tremis conscientia,  
Dum fornixat influit  
Subire discrimina.  
185 Eone Deus, perituro  
Nunc subveni, exoro,  
Nunc et ab ira perenni,  
Et a morte libera,  
Ut quem justitia punit  
Tu salves clementia.  
Benigne Pater, ignosce,  
Quod agnoscens fateor,  
Pronuntio malum meum,  
Non vindex operio,  
190 Excipe professionem,  
Et da indulgentiam.  
Bonitatis pietatem  
Multis non merentibus,  
355 Gratis peccata dimittens<sup>a</sup>  
Indulsisti veniam;  
Non defraudes uni quod tu  
Dedisti quamplurimis.  
Blanditus confessione  
Placaris humilium,  
195 Ad ignoscendum citius  
Fletus voce flecteris,  
Pœnitentis assuetus  
Consulere lacrymis.  
Brevis non est manus tua,  
Ut præstare nequeas,  
Multus es ad ignoscendum,  
Hinc indulge, clamito,  
200 Miserere, ne disperdas;  
Pareo, ne interimas.  
Biplici, quæso, flagello  
Noli me percutere,  
Suspende paululum iram,  
Habe patientiam,  
Quia multum ego miser,  
Sed tu plus misericors.  
Conversus ad pietatem,  
Reatitue gratiam,  
205 Vitam cum peccato simul  
Ne velis extinguere,  
Serva benedictionem  
Receptandæ veniæ.  
Carnem pro peccato suo,  
Quantum placet, attere,  
Plagas enim temporales  
Libenter excipiam,  
Precor tantum, ne perennes  
Indignatus inferas.  
210 Doloribus hic afflige,  
Mœroribus affice,  
Per flagella modo purga,  
Ne in futuro punias,  
Carnis pœna, quæ deliquit,  
Redimatur anima.  
Decerne clementer pie  
Perditum requirere,  
Mira qui benignitate  
Abjectos recolligis,  
215 Et aversos reconvertis;  
Oberrantes corrigit.  
Errasse me dudum plango,  
Pollutus, et prodigus  
Megetricio amore,  
Bona perdens patria,  
Hinc ad te vilis, egenus,  
Et percussus remeo.<sup>b</sup>  
Ego me indignum loco  
Filiorum clamito,  
220 Quod paternitatis tum  
Itenuens admouita,  
Vagus per quæquam deduxi,  
Cœcurri per avia.  
Feci malum miser ego  
In insipientia,  
Provocavi te ad iram  
Duris facinoribus,  
Quibus digne consternatus,  
Magno luctu conteror.  
225 Fletibus tamen revertor  
Confitendo poenitens,  
Aufer indignationem  
Culpæ factus immemor,  
Et paterna pietate  
Sume, precor, erroneam<sup>b</sup>  
Punire si tamen adhuc  
Plagis me dijudicas,  
Fer me sicut quos diligis,  
Castiga, et argue,  
230 Sed clementer, ut emendes,  
Non ut interficias.  
Graves ut culpæ merentur,  
Non ita desævias,  
Tempera severitatem,  
Desine percutere,  
Usque ne plaga contritus  
Desperem, et peream.  
Iloc interdum te depono,  
Ne tentationibus,  
235 Quibus subinde pervertor,  
Violenter obruar,  
Victus ne miser succumiam  
Da, precor, auxiliium.  
Hou! dire me tandem, pre-  
[cor,  
Ne permittas decipi,  
356 Nam sustinere tentamenta<sup>a</sup>  
275 Demonum non potero,  
Desiderii eorum  
Malitiam refrensam.  
240 Inde te, benigne Deus,  
Acclivis efflagito,  
Quantulumcunque placare,  
Ut et hic indulgeas,  
Ne longa pœna subactus  
Miser valde factus sim.  
In dolore sempiterno  
Carnem ne constituas,  
Ne crudeliter exire  
Compellatur anima.  
245 Da cruciatibus finem,  
Requiescat spiritus,  
Carpe mores, visita me,  
Imo veni, libera,  
Surge, dicito captivo:
- Prodi foras, misero.  
Releva carcere trusam,  
Pande jam absconditum.  
Caput et reliquas artus  
250 Aqua munda dilue,  
Atque internos squalores  
Purifica gratis,  
Cunctis ut abire sinas  
Defectum seracibus.  
Luceo confusus mala  
Quæ gessisse memorer,  
Fundo proces, et lamenta,  
Contristatus animo;  
Precor, oblatam ne neges  
Pœnitenti veniam.  
255 Lacrymas contra peccatum  
Non quidem sufficient;  
Sed quod non valeo parvis  
Expiare fletibus,  
Oro, pietate demas,  
Abluas clementia.  
Miseratione tua  
Fac justum ex impio,  
Fulgidum de tenebroso,  
Nitentem ex horrido,  
260 Innocentem ex iniquo,  
Viventem ex mortuo.  
Miseratus jam omittite  
Noxas mihi criminibus,  
Eripiens plasma tuum  
De manu diaboli,  
Memento figmenti tui,  
Et esto placabilis.  
Manus tuæ me fecerunt,  
Formaverunt digiti,  
265 Corpus in ventre matris  
Per membra seicinas,  
Tua virtute creatam  
Quo clausisti animam.  
Ne des in ruinam mortis  
Opus tuum, Domine,  
Propter carnale peccatum,  
Quod lamentis elui,  
Possibile prædixisti,  
Atque vix mirabile.  
270 Nullum perire protestans,  
Quamvis gravi crimine  
Carnaliter pollutus,  
Si redeat poenitens,  
Et non hæsitet in fide,  
Sumi posse veniam.  
Nuntians pro te, et tuis  
Missis, et discipulis:  
Pœnitentini, cœlestem  
Prope regnum factam est,  
275 Et omnis peccati datur  
In Christo remissio.  
Non in multis justis  
Te gaudere pertimescit,  
Ut in uno errato  
Peccatis tarpissimo:  
Veni quæres, et salvare,  
Dolens, quod perierat.  
Nulla tam grandis est culpa,  
Cui non sit venia,  
280 Omne facinus peccati  
Delet poenitentia,  
Si, rejectis malis, quinquam  
Sanus hanc peregerit.  
Nullum est malum quod non  
Aboleri lacrymis,  
357 Omne peccatum  
Dimittit hominibus,

<sup>a</sup> Forte, paveo.<sup>b</sup> Forte, erratum.

- Spiritus tantum sancti \*  
 Excepta blasphemia.
- 285 Nunquid Iſum verbi tui  
 Solvetur propositum?  
 Absit hoc, Domine Deus,  
 Ut repellas quempiam,  
 Qui post malum respiscens  
 Te conversus sequitur.  
 Objice bonitatem,  
 Et vince malitiam,  
 Præbe moram poenitentii,  
 Tempus mortis dilata,
- 290 Fac ut salus subsequatur,  
 Ne tollat interitus.  
 Omnino confidens credo,  
 Quod nolens perire me,  
 Subjecti flagellis,  
 Quibus respiscerem,  
 Ut, abominando culpam,  
 Redirem ad gratiam.  
 Placeat, Christe, damnatum  
 Reparare naufragum,
- 295 De interitus errore;  
 Te quaerente, redeam,  
 Atque de maligno dignus  
 Efficiar famulus.  
 Peccavi tibi, peccavi,  
 Et deliqui nequiter,  
 Sed conversum nolo perdas,  
 Et quæ posco tribuas,  
 Ut me mundes ante mortem,  
 Et, dum vivo, redimas.
- 300 Quis fuerim ne requiras,  
 Sed quis esse cupio,  
 Veteri culpa ne quæso  
 Reputes damnabilem,  
 Cerne corrigendi votum,  
 Et relaxa debitum.  
 Quamquam de reatu facti  
 Sit mihi confusio,  
 Novi quod de sine quemquam,  
 At non de principio,
- 305 Aut pro bono tu corques,  
 Aut pro malo iudices.  
 Recipe, domine pater,  
 Fuga lapsum famulum,  
 Tolle mortem poenitentii,  
 Te precantem libera,  
 Et cum electis ad vitam  
 Agni libro revoca.  
 Reprobari me ne sinas,  
 Quem pro meis meritis
- 310 Ingenti pressura polis,  
 Et limas diutius,  
 Sed quem viventem fatigas,  
 Recipe post obitum.  
 Solve, Christe, vincla pe-  
 [ dum,  
 Ligamenta criminum;  
 Resera limen obscurum  
 Tenebrosi carceris;  
 Redde jam luci sepultum,  
 Peregrinum patriæ.
- 315 Tolle furorem perennem  
 Ab animo principis;  
 Te propitiante, stant  
 Jam mihi placabiles,  
 Quos adversus diuturna  
 Miser ira tolero.  
 Veni, Jesu, ne tarderis,  
 Mors antequam rapiat,  
 Fessum de pulvere leva,  
 Et me reconcilia,  
 Lacrymas juges absterge,  
 Cor triste laetifica.
- 320 Christo, qui diversitate  
 Gratiarum dives es,  
 Fructum et meritum precor,  
 Viventi contribuas,  
 Ne, me sterilem procerneus,  
 Succidas in posterum.  
 Macerari me post mala  
 Ne permittas, obsecro;  
 Habeam munere tuo  
 Collata quæ offeram,  
 Quibus a lava sublatus  
 Transeam ad dexteram.  
 Zabulo me non conjungas  
 Ad mortem cum impiis,  
 Nec in Tartari barathro  
 Patiaris obrui,  
 Qui venisti te credentes  
 De morte redimere.
- 330 Gloriam jam vigil canam  
 Alphabeta liniens,  
 Tibi Patri, Filioque,  
 Inclyto Paraclito,  
 Cui laus erit et potestas  
 Per æterna sæcula. Amen.

\* Forte, In Spiritum tantum sanctum.

## APPENDIX XVIII.

### ORATIO PRO CORRECTIONE VITÆ. FLENDÆ SEMPER PECCATA \*.

1. Deus omnium mirabilium auctor, misericor-  
 diarum Pater, et consolationis, in tribulatione refrig-  
 erium, cuius gratia præventus homo sua peccata  
 considerat, plangit, et emendat; cuius respectu et  
 munere incipit vel bonum facere, vitare malum, et  
 refutare, sequi iustitiam, et declinare ab iniquitate,  
 desiderare perennia, et horrescere peritura, confi-  
 teri misericordias tuas, et abnegare impietates suas;  
 quia nihil proprium habet homo, sed conversio et  
 profectus illius donum tuum est; nec a se quisquam  
 potest corrigi, sed a te; dicente propheta: *Scio,  
 Domine, quia non est hominis vis ejus, nec viri est ut  
 ambulet, et dirigat gressus suos (Jerem. x, 25)*; et  
 Apostolus ait: *Non volentis, neque currentis, sed mi-  
 serantis est Dei (Rom. ix, 16)*; et ipse dicitis: *Mise-  
 rebor cui voluero, et clemens ero, qui [Vulg., in quem]  
 mihi placuerit (Exod. xxxiii, 19)*.

2. Adesto igitur supplicationibus meis, intende  
 deprecationem meam. Et quod expeto perfice propi-  
 tius, et intende placatum. Tu enim abstraxisti me  
 de laqueis mundi, et eduxisti me de reticulo pecca-  
 torum. Tu reserasti os meum ad confutandum tibi,  
 cum essem peccatis omnibus obligatus; et fecisti  
 intelligere me quomodo aut pro quibus obsecrarem  
 te. Posuisti fiduciam in corde meo postulandi ne-  
 cessaria animæ meæ, quoniam (ut propheta dixit):  
*Volens misericordiam revertaris, et misereris, obli-  
 scens mala hominum, et peccata benignitate pertransi-  
 ans (Mich. vii, 18, 19)*; et ipse dixisti: *Petite, et  
 accipietis; querite, et invenietis; pulsate, et aperietur  
 vobis (Matth. vii, 7)*.

3. Qui enim peti se et pulsari licentiam tribuit,  
 dara aise dubio et aperire paratus est; nec est ava-

rus ad impertiendum, qui petere clamat non habenti-  
 bus; ac per hoc ipse se postea poenitebit egere,  
 qui ad dandum sibi a dispensatore congruentia re-  
 media modo neglexerit impetrare. Ideo silere ne-  
 queo tactu gratiæ superveniens admonitus. Nam  
 fateor, Domine, quod indignum me prævenit mise-  
 ricordia tua, et dum grabato multorum peccatorum  
 sæculi hujus mortifero quodam jacerem sopore de-  
 pressus, misisti gratiam tuam cum flagellorum stre-  
 pitu suscitare damnabili torpentem sequitia, ut aper-  
 tis oculis expurgatus, dum in me nihil victus boni  
 operis recognoscerem, venirem ad te, vitæ petiturus  
 alimoniam, ne me egeatas superveniens in novissi-  
 mo præfocaret.

4. Idcirco consurgens ad te lamentationum cla-  
 moribus præce multifaria **359** pietatis tuæ pulsans  
 auditis, per alphabetum, quod præmisi, singulas  
 ejus litteras rigans [*Forte, rigo*] lumine lacryma-  
 rum. Compulit enim me pavor iudicii tui flere diu-  
 tius, et gratia tua fecit fiducialiter exorare, credens  
 quia in te Deo meo transgrediar murum omnium  
 iniquitatum mearum, quæ circumdederunt me, at-  
 que, præreptus angustiarum mearum afflictionibus,  
 portanseam ad amplitudinem latissimæ jucundita-  
 tis, scilicet non hujus sæculi, sed futuri. Hanc ob-  
 rem non desinam exorare te, donec miserearis mei,  
 et salves animam meam; quæ conditur tibi hodie in  
 convalle sita plorationis, quæ introduxisti me; quæ  
 non meo merito, sed tuo dono ad arctissimæ poe-  
 nitentiæ claustra perveni, et in fontem lacryma-  
 rum illius ingressus sum, varias nequitiæ macu-  
 las lavaturus, quæ nondum me petente, sed te  
 præstante, mihi collata est, tuaque misericordia

\* Vide Isidoriana, cap 81, o. 29.

procurante, (cum) necdum eam quaererem, inveni.

5. Ecce jam non minimo tempore in aestu afflictionis ejus desudo, sub distractionis ejus regula laboro. Cum ipsa contendens quotidiana examinatione discutior, pressura illius magnos mihi gemitus trahit, et flere me. quia delinquerim, magis magisque compellit, et gratias tibi referre jugiter docet pro patientia tua magna, qua diutius sustinuisti me lascivientem, et servasti tempus correctionis, quo relicta praevariatione converterer, ne peccatum incessanter persequens, in aeternum eum peccato perirem; et nunc misericorditer erudicens me in virga tua, operaris salutem meam, subtrahens de corruptione vitam meam, et animam de interitu, ut scirem electionem bonorum iniqua praetergredi.

6. Et hoc confidens spero, quia sicut induxisti poenitentiae tribulationes, ita et indulgentiae miserationes impertias. Non solum autem, sed et benedico nomen sanctum tuum, quia distulisti eventum mortis, ne in peccati torpore ad poenam sempiternam desiperem; et subvenisti mihi de longa providens remedium curationis meae, eo quod ulcere pestifero laceratam animam meam hujus poenitentiae medicaminibus tradideris sanandam. Bona enim mihi est stimulatio illius, quae offensiones praeteritas fugere docet, et futuras cavere me praemonet. Leve reputo jugum oneris ejus, quia graviore tollit cruciatum quam inferat, et dum temporaliter premit, aeternaliter redimit.

7. Amabilia sunt mihi vincula illius, quae nunc in parvo ligant, ut absolutum in perpetuum faciant. Placidae sunt exteriores sordes illius, eo quod earundem scabrositate interius anima piaculis emundetur. Et suavior nunc mihi est ejus amaritudo, quam dulcedo luxuriosae vitae in praeterito, quia per istam vitam animam praefocatur, per istam vero ab hujusmodi morte resurgitur. Quod illa sordidavit, ista diluit. Quod cruciavit illa, medetur et sanat haec. Si enim noxium exterius cernebam in corpore vulnus, aut aliquem intrinsecus sentirem viscerum dolorem, oculus omnino ad medicum currerem, secundam cum doloribus ferro traderem carnem, et ignito cremendam cauterio, atque causa reparandae salutis amarissima bibere non recusarem antidota.

8. Cur ergo ista moleste feram, per quae anima de sempiterno interitu **360** saluti perpetuae restauratur? Quid retribuam tibi, Deus plissime, amator hominum et clemens justificator peccatorum, pro his quae praestitisti mihi? C. licem salutis accipiam, nomen tuum obinde cum laudibus invocabo; in viam vitae reduxisti gressus meos, gratias tibi referre non desinam. Haec est enim via per quam de inferis ad coelum recurritur, de peccato ad justitiam reditur, de offensione ad tuam gratiam revocatur; et ut in brevi concludam, omnis ruinae haec est reparatio. Haec denique, orante Publicano in templo, superat justitias Pharisaei, in hac reddit justiore; haec Lazarum per flagella temporalia ad requiem deduxit aeternam.

9. Tibi, Domine, laus et gloria, qui percussit et sanas, vulneras et mederis. Das dolorem transitorium, et post paululum aeterna jucunditate refrigeras, quoniam justus, et pius es: justus, quia nequaquam delinquenti parcis; pius autem, quia poenitenti misericordiam non subtrahis: item justus et pius es, quia prius hic hominem a peccatis emendas, et postea ab aeterno supplicio liberas. Peccatori enim, ut praetuli, non parcis, dum eum aut flagello temporali ad purificationem feris, aut judicio aeterno puniendum relinquis, aut ipse in se homo poenitendo punit quod male commisit, ac perinde est quod delinquenti parcere nequaquam diceris. Nullum enim peccatum impunium relinqui potest, quoniam poenam peccata merentur; sed aut punit hoc homo, et liberat eum tu; aut si ille distulerit, punis tu, juxta quod dicit Apostolus: *Si nos ipsos judicavimus, non utique judicemur. Quasi diceret: Si nos in hoc saeculo a peccato discerneremus, poena nos peccati futura non plecteret.*

10. Necessae est ergo homini punire peccatum, ut

aeternum non incurrat supplicium; nam a poenitentia poenitentia nomen accepit, quasi *poenitentia*, dum ipse homo poenitendo punit quod male admisit. Nam nihil aliud agunt, quos veraciter poenitet, nisi ut quod male fecerint impunium esse non sinant. Eo quippe modo sibi non parcentibus tu parcis, cujus altum justumque judicium nullus contempnor evadit. Perfecta est autem poenitentia, praeterita delere, et futura non admittere. Haec secundum similitudinem fontis est, ut si forte, impugnantem diabolo, aliquid peccatum irreperit, hujus satisfactione purgetur. Satisfactio autem est causa peccatorum et suggestiones excludere, et ultra peccatum non iterare. Ipsa autem poenitentia juxta qualitatem delictorum agenda est; nam sicut levia peccata occulta oratione delentur, ita gravia coram Ecclesia per poenitentiam et satisfactionem remittuntur.

11. Unde quia poenitentiae satisfactio judicio tuo, non humano pensatur, et occulta est indulgentiae tuae miseratio, flere sine intermissione necesse est. Nec unquam de peccato securitatem habere poenitentia oportet, quia iniuvica illius haec est; pariter enim illi negligentiam, et negligentiam saepe insollicitos ad vitia transacta reducit, sed tantum debet esse promptus ad poenitendum, quantum et pronus ad peccandum existit, tantumque sublimius per humilitatem proficere, quanto inferius per elationem noscitur prolapsus; et non solum plangere quia malum quod **361** non debuit fecit, sed etiam quia bonum non gessit quod debuit. Cautissimum enim haec res, non inertem justificat operarium; poenitentia enim vera in omni sancto opere sollicitus anxiatur.

12. Non habet omnino riuus, fabulas vanas non recipit, neque desiderio iniquatur, factisque protervis; terrena non concupiscit, caelestia desiderat, de sine suo cogitat, judicium futurum semper intendit, et qualiter coram Deo digne appareat, hoc quotidie sibi procurat; soli Deo militat, in nullis mundi negotiis involvitur. In vigiliis et orationibus frequentissima est, in juniis exercitata, in cibo et potu moderata, in labore, et lectione assidua, in charitate perennis, in castitate perpetua, in sermone verissima, in juramento continens, benigna est, et patiens, invidia non succenditur, ira non superatur, caret jactantiam, humilitatem amat, contumeliam non rependit, odit avaritiam, fugit vanam gloriam, superbiam detestatur, gaudia respuit, gemitus, suspiria, et tribulationes amplectitur, sciens quia misericordia tua non negligentibus, neque ridentibus conceditur; sed afflictis et contritis corde donatur, sicut ipse ait: *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* [Matth. v. 5]. Et iterum: *Vae vobis, qui nunc rideis, quoniam lugebitis, et flebitis* (Jac. iv. 9, 10). Et Apostolus: *Miseri, inquit, estote, et lugete, et plorate; risus vester in luctum convertetur* [Vulg., convertatur], et gaudium in maerorem. *Humiliamini ante Dominum* [Vulg., in conspectu Domini], et exaltabit vos.

13. Certum sane est quod omnis culpa sicut resolvitur, si renovata morum pravitate, transacta malitia non repetatur. Nam non sufficit a malo discedere, nisi subsequatur bonum etiam operari; sicut scriptum est: *Declina a malo, et fac bonum* (Psalm. xxxvi. 27). Et alibi: *Quiescite agere perverse, discite benefacere* (Isai. i. 16); quatenus peccato satisfactio poenitudinis opposita, simulque praeterita malitia, succedente bonitate cooperta et obvoluta, perest, et minor inventa mortificetur. Quamobrem quia per satisfactionem laetis lapsa rursus erigitur animus, et hujuscemodi lavacro nitoris pristini recipit dignitatem, expedit mihi augere sletus, et celebres facere lacrymas super cerebro repetitas iniquitates meas, quas innumerabiliter frequentavi. Non enim unquam plorasse sufficere puto juxta copiam delictorum. plangam ob hoc assidue in amaritudine delicta mea, si forte tibi placeat usquequaque mundare me ab illis. Ultimam mei capitis in cruorem latices vertetur, et pro lacrymis sanguinem fundorem; ut cru-



delia peccata erudilibus lamentis abstergerem, quibus me olim ignava fatuitate nequiter vulneravi.

14. Immensus illiciter tridis satagens evititur anima mea, quæ otiam exaruit formidine tui furoris exterrita. Conversa est in sucum absinthii vita mea, felle et aceto redundant viscera inea, doloribus profundis corruptuntur præcordia, nuspispirio suspirio excipitur, et gemitus in gemitum irruit. Timore futurarum pœnarum, et præsentis flagellorum ærumna incurvatus, et humiliatus sum usque in finem; nec possum onere multiplici prægravatus caput erigere. Stat mors, stant et immensa crimina coram oculis meis, et res nulla non est, unde possit esse redemptio. Ob hoc ineffabiliter conturbatus, nec regimine utor, nec consilium angustia **362** presuræ usque in desperationis perducit articulum, et velut in araneæ filis consistens status menti nutat, ut subruat, interdum timens propter austeritatem culpæ, ne nolis ignoscere, interdum confidens propter lenitatem misericordiarum, quia status liberare; et inter spem et metum non est parva commotio cordis mei, quia si vis perdere, incitat justitia, si autem vis salvare, inviatur misericordia; et licet flagella præsentia conversum a peccatis absolvant, mens tamen ideo titulatur, ne plagæ meæ non sufficiant ad expurganda omnia delicta mea; et tamen sapientiæ tuæ subtilitas ita exterius irrogat pœnas, sicut interior prospicit culpas.

15. Sed quis de judicio tuo poterit esse quitus, cum apud distinctionem examinis tui nec justitia iusti secunda sit? si etiam de otioso sermone reddenda est ratio, quomodo securus ero, qui principalia mala commisi? Non est omnino securitas in mente mea a vultu iudicii tui, neque pax in conscientia mea a facie peccatorum meorum. Ideo magna est, velut mare, contritio mea, quia pessima est plaga mea. Quæro portum evasionis, et nequaquam reperio quomodo regredi (possim) de pedica deceptionis Satanae; illaqueavit pedes meos, et nullo modo prævaleo. Vexiferorum dolorum multitudine superatus; et non est qui eriat. Laboro in luctu et gemitu compeditus, et debertus in angustia carceris, nec est qui consoletur. Heu me! heu miserum et infelicem! quem pœnæ justissimæ terrent, quem ultiones dignæ comminuunt, quem flagella et jurgia recte collidunt, quem varæ miseriarum afflictiones opportune depopulantur, quia peccavi nequiter, deliqui crudeliter, erravi vehementer, corruï fortiter! Væ mihi, qui me tantis malis pollui, tanto malo fœdavi, qui non sapi evitare, heu! erem de veneno calicis diaboli, quod necavit animam!

16. Et modo non indigerem denuo vivificari, qui circumspicissimè non custodivi ne transfoderer lanceis illius, et essem modo sine vulnere, et non quærerem medicinam, qui non intellexi ut fugerem, et non irretiret laqueis ejus, ut essem modo liber, et non clamarem pro resolutione. Infelix ego homo, quis me de tantis nexibus liberabit, et de discrimine mortis hujus, nisi gratia tua, Pater omnipotens, per Jesum Christum Dominum nostrum, quem posuisti redemptionem in salute mundi; et in cujus justitia et sanctificatione omnis deletur iniquitas, et mortis evacuatur imperium? qui factus est (ut propheta dicit) *petra refugium herinacis* (Psal. ciii, 18), id est, susceptio et salvatio peccatoris, de quo et Joannes ait: *Si quis peccaverit, advocatum habebimus apud Patrem Jesum Christum justum, et ipse est propitius alio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi* (1 Joan. ii, 1); in quo omnis est a te constituta salvatio, dicente Petro Judæis: *Non est in alio alioque salus; nec aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat salvos fieri. Qui habet claves mortis et inferi, qui reserat portus abyssi, et claudit ostia tenebrarum, aperit, et nemo claudit, et claudit, et nemo aperit; cui deditis omnem potestatem in cælo et in terra. In cujus nomine omne genua flectuntur caelestium, 363 terrestrium et inferorum; qui*

*est vir voluntatis tuæ; in cujus manu perficitur omne quod est placitum coram te. Qui cum sit splendor gloriæ, et figura substantiæ tuæ, portans omnia verbo virtutis suæ, sedens ad dexteram tuam, purgationem peccatorum faciens, et te pro peccatoribus interpellans, qui est universæ rei principium et finis* (Act. iv, 12; Apoc. i, 18; iii, 7; Philipp. ii, 10; Hebr. i, 3).

17. Quia et ante eum nulla existerit creatura, et per ipsum facta cœpit esse universa creatura, et ipse erit consummatio omnis creaturæ, cum finem mundo, et iudicium dederit; quoniam ipse est vir, quem præparasti iudicare vivos et mortuos, nec iudicas tu quemquam, sed omne iudicium dedisti ei; qui solus habet potestatem perdere, et liberare, quia complacuit tibi in illo; exaltasti eum super omnes cælos, et super omnem principatum, et potestatem, et dominationem, dans illi gloriam et honorem, constituens eum super omnia opera manuum tuarum, et subiciens universa sub pedibus ejus; per quem facta et condita sunt omnia in cælis, et in terra, visibilia, et invisibilia, a quo continentur, in quo constant universa; per quem fundasti terram, stabilisti cælos, conclusisti abyssum, vallasti mare; quia sapientia, et consilium, virtus, manus, et dextera tua ipse est, concreante et convivificante, cooperante atque convivificante omnia, et quæ sunt in omnibus, Spiritu sancto, qui a te et ab eodem filio tuo procedit ineffabiliter; cui et ego ab ineunte ætate fideliter credidi; cui et peccasse consteator, et a quo veniam profunda cordis humilitate deosco.

18. Unde, Domine mi Jesu, quia multe sunt miserationes in manu tua, et non pateris perire quemquam, sed omnes vis salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire; quoniam exsecrando mortem non lactaris in perditione vivorum; neque vis interitum hominis, sed salutem, et ob hanc causam te ipsum humilians, cum esses Deus, ut homo inveniretur, qui utique perierat, fieri homo dignatus es. Ad te mihi redeundum esse de prævaricationibus meis oportune decrevi; suscipe me in manibus tuis reverentem cum fletibus coram te; excipe dignanter preces confessionum mearum, et salva contentem; noli contemnere poenitentiam, Domine, ponit me errasse, et doleo nunc stulte dudum perpetrasse nequissima; sed noli a me avertere faciem tuam, quia, si vis, potes me mundare; tibi enim mortificandi, et vivificandi, et liberandi, ligandi et solvendi potestas est; animam meam diversorum criminum tradidi nexibus illigandam, quam et scelere pessimo, sicut inspicias, vulneravi; solve, Domine, solve jam vincula colli mei, quibus ad te diu clamo multipliciter obligatus, et enudato vulnere miseratus adhibe medicinam.

19. Redde mihi pristinam sanitatem; et vivat anima mea remedio tui. Dirum siquidem arguas vulnus meum, nec ego dirum esse diliteor, te tamen hoc medicari indubitanter posse confido; quia nihil esse tibi difficile, nihil impossibile credo; eo quod omnia possibilia apud Dominum, te perhibente, didicerim, cum transire camelum per foramen acus facile pro-testaris. Deliqui, Domine, deliqui multum, et hanc ob causam, sicut ipse præcoris, tribulationes meæ dilatatae sunt, nocte et die torquentes **364** cor meum. Non enim culpæ meæ, vel peccatorum parva congeries, ideo multi gemitus mei, et mens mea magis perturbationis eversione molissimè; sed consideratione magnarum et innumerabilium miserationum tuarum a læve discriminis surgere paulatim renitens me direxit ad spem indulgentiæ pietas tua, ut in fide nihil hæsitans, potam veniam, et non moriar, sed vivam.

20. Ideo reversus ad percutientem me, et habentem potestatem super plagas meas, te scilicet, et Dominum meum, curvo tibi genua mea, et sedula oratione cum confessione poenitentium in contributione jejunii deprecor te, dans gloriam nomini tuo in laude et benedictione frequentissima. Hoc enim do-

causti me in solitudine conculcatis meis. Nunquid non hoc modo reparabis casus ruinae meae? credo plane quod facias. Habeo igitur spem in confessione, in qua constantissime solidatus nec desperavi, nec desperabo, sed perfecta utor fiducia; qua erasa, et abolita de corde nequitia, possim, postulatione praemissa, ab omni morte criminum per te reviviscere, et omni colluvione peccatorum, interjecta confessione, purificari, quia fidelis es in verbis tuis, et quae processerunt de labiis tuis non facies irrita; non sunt enim consummatae miserationes tuae; neque praecisa est in hac vita quocumque casu ruentibus surgendi fiducia; quoniam in omnigeno peccato posuisti roditum, et servasti poenitentiam in remedio peccatoris: *Nolo, dicens, mortem impij, donec revertatur, et vivat (Ezech. xxxiii, 11)*. Et iterum: *Si dicente me ad impium, Morieris, et conversus ab impietate suo poenitentiam egerit, justitiam fecerit, in mandatis vitae ambulaverit, et reliqua, vita vivet, et non morietur (Ibid., 14)*.

21. Et in Jeremia: *Repete loquar adversus gentem, et adversus regnum, ut eradiceam, et destruaam, et disperdam illud; si poenitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum adversus eam, agam et ego poenitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem ei (Jerem. xviii, 7)*; et cetera. Rursumque: *Ecce ego frango contra vos molum, et cogito contra vos cogitationem, revertatur unusquisque a via sua mala, et dirigite vias vestras, et studia vestra. Qui dixerit, Nequaquam, desperavimus, post cogitationes nostras ibimus, et unusquisque pravitatem cordis sui mali faciemus. Et ad Jerusalem cum prono populo omni crimine sceleratissimo atate post idola declinante relinere dicitis (Jerem. ii, 23): Vide vias tuas in convallibus, scito quid feceris, cursor levis explicans vias tuas; onager assuetus in solitudine animae suae attraxit renem amoris sui, nullus averiet eam (Vide Isidoriana, loc. cit., n. 31)*.

22. Vulgo dicitur: *Si dimisit il vir uxorem suam, et recedens ab eo duxerit virum alterum, nunquid revertetur ultra ad eam? nunquid non polluta et contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis; tamen revertere ad me, dicit Dominus. Leva in directum oculos tuos, et vide ubinam prostrata sis; tu qui sedebas expectans eos, quasi latra in solitudine, polluisti terram in fornicationibus tuis, et in malitiis tuis; quamobrem prohibita sunt stillic pluviarum, et serotinus imber non fuit; frons mulieris meretricis facta est tibi, noluit erubescere. Ergo saltem amodo voca me, pater meus, et dux virginitalis meae tu es. 365 Nunquid irasceris in perpetuum, aut perseverabis usque in finem?*

23. Et iterum: *Revertere, adversatrix Israel, ait Dominus, ad me, et non avertam faciem meam a vobis, quia sanctus ego sum, dicit Dominus, et non irascor in perpetuum. Convertimini revertentes, quia ego vir vester assumam vos, si abstuleris officicula tua a facie mea, non commoveberis (Jerem. iii, 12)*. Ipse autem per Jeremiam, permanenti in scelere populo, nec velle forte, volenti reverti adhuc retinenda patientiam dicit: *Noli subtrahere verbum, si forte audiant, et revertatur unusquisque a via sua mala, et poeniteat me, quod cogitavi facere eis propter malitiam studiorum suorum. Et in Isaia dicit: Ego sum qui loquor justitiam, et propugnator sum ad salvandum. Si revertimini, et requiescatis, salvij eritis. Et iterum: Revertere ad me, non obliviscaris me, et redimam te. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, et peccatorum tuorum non recordabor; scio enim quia praevaticans praevaticabis, et transgressorum ex ventre vocavi te; propter nomen meum longe faciam furorem meum, et laude mea infrenabo te, ne interea.*

24. Et iterum peccatoribus, ut per poenitentiam abluantur, ait: *Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis; quiescite ceterae perverse, discite bene facere; et reliqua; et si fuerint peccata vestra quasi Pharaonis, velut nix dealba-*

*antur, et si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana munda erunt. Et praevaticanti, ac delinquenti populo, et nolenti converti, de quo jam dixerat ut pro iniquitate facinorum ira tua disperderes eum, in Oseo dicit: Converteram est in me cor meum, pariter conturbata est in me poenitudo mea, non faciam in favore ira mea. Non convertam, ut disperdam te, quoniam Deus ego, et non homo, in medio tui sanctus (Ose. xi, 8)*. Si enim aversa populo, nec poenitenti, qui, te relinquens, omnibus se abominationibus, et impudicitibus, et idolis subjecerit, tanta patientia sustinens, talem misericordiam obtulisti, quantum placabilior esse poteris super eum qui non est aversus abs te, et pro peccato suo poenitens incurvatus deprecatur te?

25. Recte idcirco alius propheta clamat: *Convertimini ad Dominum, quia benignus et misericors est, patiens et multa misericordia, et comprastabilis super malitia (Joel ii, 13)*. David autem ait: *Misqrator et misericors Dominus, patiens et multum misericors non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuet nobis (Psal. cxii, 8)*. Et in Salomone: *Misericors est Dominus poenitentibus (Eccli. xii, 3)*. Et rursum: *Quoniam pius et misericors est Dominus, et remittens in tempore tribulationis peccata omnibus expiarentibus se in veritate (Eccli. ii, 13)*. Hinc etiam cum propheta testimonio Apostolus exhortatur, dicens: *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra; non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris; adeamus ergo cum fiducia ad thronum gloriae ejus, ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno (Hebr. iv, 7)*. Tu autem, Domine, laborantibus in iniquitate, et oneratis pondere peccatorum clamas: *Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego vos requiescere faciam (Matth. xi, 28)*. Et multa alii hujusmodi, quae de omnibus Scripturis scribere longum est.

366 26. Tanta igitur patientia, tantarumque misericordiarum Dominum desideranter quaeram, audacter adeam, libenter sequar, fortiter amplectar, humiliter teneam, nullatenus dimittam, fiducia liter deprecabor, in cuius miseratione, et misericordia patet mihi per poenitentiam viam ad vitam de morte regressio, ad caelum de inferno recursus, ad lucem de tenebris aditus. Hoc ergo imprimis, Domine, peto, et sic ad reliqua transeam; da mihi devotissimam ad poenitentiam mentis intentionem, quae sit acceptabilis, et placita coram te; da humilitatis compunctionem, ut suscipiat mens mea et afficiat tuo, et ingemiscat in vulnere suo cordis resoluta duritia, Excita omnes sensus praecordiorum meorum, ut clament ad te internis vocis fortitudine, si forte quandoquidem audias deprecantem, commoveantque suspiria pectoris mei, et sonet in auribus tuis murmurans gemitus. Relaxa oculos meorum habentes, et largo fontis manantes flumine palpebrae meae profuant aquas, ut picula cunctorum criminum abluantur impetu lacrymarum, curranque sine defectu tramites venarum capitis mei, donec abstergatur omnis immunditia iniquitatis.

27. Repletur os meum veracissimae confessionis sermonibus, quibus delectatus et parcere clementer studeas, et praestare veniam non moreris; statque mihi fructuosa poenitudo mea, gaudium ex lactu parturientis, ex indigentia indulgentiam afferens, et ex labore requiem adducens, quatenus angusto cubo carceratium afflictionum ad vitam me perducas introitum, et catenae ferreae vinculo resolutionem facias accipere peccatorum. Ecce, Domine, tempus instat confessionis, et dies remissionis adsunt; quibus promissa verba poenitentibus condonatur; quibus enim amplius tibi confitear, et cum omnibus iniquis me esse non deuegem nequiores, quos comparatione mea justos esse constitues; quia nullius sceleris peccatorum, nullius facinoris defuit vitium, cuius aut sordibus non coinquinaverim, cuius non sum peccator.

tus contagio : præcepta ad libi linem, improbus ad petulantiam, frequens ad luxuriam, inverecundus ad fornicationem, crimen quotidie crimini superponens, non cessavi pessimis deteriora contingere, voluntate durus, mente pravus, moribus inhonestus, corde pollutus, et labiis blasphemus, iracundus et contumeliosus.

28. Propter quod confundor, et erubescio nunc extollere oculos, indignum me videre cœlestia sidera judicam. Sed fac propter gloriam nominis tui, Deus meus. Pone mihi contenti tibi veniam in salutem, et indulgentiæ concede remedium, ut propitius effectus, atque placabilis, deleas universa facinora peccatorum meorum, et non requiras iniquitates meas, quas juventutis, et ignorantie meæ gessit ætas lubrica, rudis, lasciva, vana, et insipientis, ad malum prona, ad bonum pigerrima, velox ad mortem, ad vitam difficilis, cui exosa sunt opera lucis, et tenebrarum amantissima, quæ cadere diligit, surgere negigit; amara est illi salus, et dulcis perditio; solve, Domine, reum inexplicabilibus nodis astrictum, et, abruptis laqueis criminum, abire facito liberatum, ut salves me in bona voluntate tua, et non peream in mea malitia, neque descendam in infernum, unde ultra non est ascensus; quia copiosior est misericordia tua, **367** quam peccatorum meorum abundantia. Et amplius tu benignissimus, quam ego nequissimus. Ego quidem malignus, et præcepta, tu autem mitis, et patiens; ego ad corruendum pronus, et fragilis, tu ad erigendum promptus, et fortis. Si retro gesta respicias, perituum illico censeas; si voles prærens et votum intendas, credo quod salvare me judices, eo quod direxeris cor meum in desideris tuis, quibus mentem meam ardentius servire conspicias, quia sicut te anima mea, pariter et caro delectatur.

29. Redime me, Domine Deus meus, ab omnibus angustiis meis, et placeat tibi de interitu eripere me. Revoca me de janua mortis, et reduce me in via æternæ, ut curram in semitam mandatorum tuorum, et ambulem in veritate tua. Non me tenebrarum caverna retineat, non barathrum abyssi, vel antra concludant; sed patefacito mihi, lux lucis, aditum æternæ vitæ. Resera portum, quia tu es Deus, contriti cordis excipiens lacrymas, et penitentium acceptans humilitationem. Nec enim vocaberis in non peccantibus pius, sed cum conversus fueris impio, et peccatoribus misericors a malo. Semper corruui in deterius, et de malis in pejora defluxi; sed valde peritus es artifex, sciens de inutili utile tibi vasculum figurare; hoc est enim ab initio opus tuum justos ex iniquis efficere, et dignos ex indignis formare; erigere rursus elisos, et labentium antiquas reparare ruinas; quoniam, ut ipse protestaris, *Non est opus sanis medicus, sed male habentibus* (Matth. ix, 12); hæc etiam causa fecit te in hunc mundum descendere, ut peccatores salvos faceres, quorum principatior ego sum; et si tunc inimicos adversarios aversos et impios, cum doloribus tuæ passionis salvos facere voluisti, amicos nunc conversos et penitentes perdere poteris? Absit. Delectat vere te, peccatoribus, si convertantur, indulgere, qui pro peccatoribus mortem non recusasti suscipere. Nam nequaquam pro iniquis crucem ascenderis, si iniqui a parcere recusare.

30. Si enim legioni dæmonum imponenti et sine lacrymis porcorum gregem expetitum non negasti, quanto magis animæ fidei te sœtibus imprecati facilius concedere peccatorum veniam promptior eris? Fides ob hoc tibi penitentia: mæ preces et lacrymas offero, salvabis me sicut et ceteros quos deliqui-se penitet. An infecunda remanebit ex me, vel in me solum arida, et irrita fiet fiducia, et promissio pietatis et indulgentiæ tuæ, per quam omnes salvantur conversæ cognationes terræ? Nunquid in uno penitente fiet insufficientis multa clementia tua, quæ nunquam dando potest minorari, nec alicujus egestatis effectu coarctatur? Nunquid in me solum te continebis, ne postulata largiaris misericordiæ fructu

A factus sterilis? Nam dolebis contra me in perpetuum, propter peccatum parvi temporis, quod tua providentia disponente execrans et abhorrens poeniteo, cum sim ego creatura ex terra et cinere corruptibilis, et mortalis, tu autem Deus creator incorruptibilis et immortalis? Nunquid obduratus in clementia atritum et humiliatum non exaudivis, aut judicabis poenitentem tibi, aut obsecrantem te disperdere censes? Non ita credam, nec velle te suspicabor, quia hoc impium, **368** et contra naturam divinæ pietatis. Ideo supplex et confidens exoro misericordiam tuam, ut petitiones meas benigna voluntate perficias.

31. Inclina, Domine, aurem tuam, et audi, aperi oculos tuos, et vi. le desolationem meam. Vide afflictiones multas, et miseras, quæ me, sicut plastrum paleas, conterunt, sicut laneam tinsas, devorant, sicut lignum putridum [*Fortè deest ignis*] consumunt; et furorom mitescens, suspende flagellum. Jam miserere mei, placare, et revertere, parce animæ meæ, parce peccatis meis. Non me obliviscaris in finem, non mihi in perpetuum irascaris, non me usquequaque deseras, neque perituum ulatenus derelinquas, sed restitue mihi gratiam tuam, et salvum me fac in loco periculi, quo jacet caro mea præstricta ferro, percussa plagis, fatigata poenis, fessa languoribus, humanis deserta curis, segregata consorciis, quadris obserata lapidibus, in sterquilio, et fetoribus justo judicio dediti, in tenebris et umbris mortiferis diuturnis exposita miseris. Quæ ipse cuncta prospicias, qui sedes super cherubim, et abyssus interioris.

32. Jam antiqua facta est et vetusta contritio, et percussio mea, nec est qui memoretur pietatis tuæ, neque qui compunctus corde recogitet dicens: Jam propter Dominum miseretur mortalis, mortali æternum dedit carcerem, ferrumque perenne. Ereptus non est mihi misericordia reservata, judicium sum irrevocabili condemnatus, quia non dictum: Revertamur impertire veniam perituro. Recordare, Domine, misericordiarum tuarum super me, et graveni hæc atque præduram muta sententiam, quia tu dixisti: Non affliges in æternum proximum tuum, quia misericordiam volo, et non sacrificium, atque contra impietatem, quæ licet justo morior, tu tamen, quia pius es, clementer vitæ para suffragium; impende, Domine, propitius divinum, ubi humanum recessit, auxilium; unicus tantum tibi relictus sum; et adjuva me solitarius. Non sis mihi alienus in diebus angustie, neque derelinquas in tempore tribulationis, protegens custodire me non desinas, et lovens alere ne cesses.

33. Confirma oculos tuos super me, ne peream, tuere et salvifica me; esto animæ meæ simul et corpori vivificator, et vita, omniumque infirmitatum mearum sanator, et sanitas, ut vivam munere beneficii tui, et collaudem te in vita me coram fratribus meis, donec placatus inspiratione tua, et quiescat indignatio tribulantis me, quoniam tibi potestas est, ut hæc corda principum corpori placenter inflectere, et illic a futuris poenis animam liberare, cui nemo dicturus est: Quid fecisti? nec quisquam resultabit iudicio tuo, neque voluntati resistet; neque vero audebit arguere tunc qui quipiã ream, quem tu nunc a culpis suis feceris absolutum; sed erit sine aliqua contradictione beatus, sicut scriptum est: *Beati, quorum remissa sunt iniquitates, et quorum lecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum* (Psal. xxxi, 1, 2); et Apostolus: *Si Deus, inquit, pro nobis, quis contra nos? Deus qui justificat, quis est qui condemnet* (Rom. viii, 35)? Proba, me, Domine, proba me in camino humilitationis, quo diutius indignum examinas.

**369** 34. Rogo tantum ne reprobes noxias peccaminum comburere rubigines; perniciosos ustula criminum squalores, ut de adulterina plumbi combustionem aurum purissimum, et rutilans educas; et accelera, ut eripias me sic a flagello temporali;

culparum mearum excessus resera, ut nihil in futuro quod punias, sed quod beatifices, derelinquas. Ille me, Domine Deus, ab omnibus munda criminibus, hic ab omni vitiorum colluvione deterge, hic ab omni peccatorum vinculo solve, ut aut si vivam laxaveris, purificatus abeam, aut si vocare decreveris, usquequaque mundatus assumar. Tu meam animam in corpore positam rege, tu exeuntem a corpore suscipe, tibi que in æternum adhærere concede, ut nullatenus pereat res per multas lacrymas commendata tibi Domino Deo et creatori suo. Quod si adhuc in carne mihi prolixior vita servatur, nova præconiorum honestate componatur. Exue me seditate omnium vitiorum, et indue dignitatem [Fortè dignitate] concutarum virtutum, charitatis et benignitatis, humilitatis et continentiam injicions intersere germina. Cupiditatis autem, et avaritiæ, vanitatis et arrogantia, iræ et impatientia, cæterarumque nequitiarum putridas amputa vetustates, circumcide superflua, inhonesta deseca, elata deprime, noxia et infecunda recide, ut malignæ arboris amaritudo novos succos generet demutata; dulces tibi post molestarum acerbitatem parturias fructus, ut quod non habuit prius natura, offerat amodo collatum ex gratia.

35. Peccandi a me fuga occasionem, et in exercitium boni excita sollicitudinem. Rursum peccandi tolle desiderium, et omnes excludi carnales affectus. Non sit in anima mea concupiscentia fœdæ libidinis, sed amor inhabitet pulcherrimæ castitatis. Mundi hujus ambitio longe sit a me, ut impedimento illius a recto proposito non declinem. Tui tantum timoris et amoris opto in me gratiam semper inesse, quorum in fructu ab omni vitiorum mortalitate de novo reviviscam. Nam per timorem a malo receditur, et per charitatem bonum opus peragitur. Rursumque quod operatur charitas, per amorem custodit timor, ne pereat per elationem. Item charitas festinat, Deo conjugit, et timor non dimittit ab eo separari. Ipse est timor sanctus permanens in sæculum sæculi. Noxiæ prosperitates et amicitia hujus sæculi non mihi appropinquent; adversitates autem tempera, ut possim sustinere, quoniam prosperitas dejicit, adversitas erudit; et sæpe ad peccandum prosperitas animum illicit, adversitas autem et a peccato suspendit, et præsentem odire vitam atque futuram desiderare semper provocat, et suadet. In nullis ergo mundi negotiis me ulterius permittas involvi, sed tibi soli militem, tibi semper serviam; te incessanter adorem, tibi die noctuque psallam. Malarum cogitationum semina, rorem et incitentorem inutilium desideriorum ac bonæ intentioni contrariorum repelle a me, et contra omnia tentamenta illius captiosæque deceptione auxilii tui et defensionis pone præsidium, ut ad perseverantiam bonam inflexibilem me (diabolus) præcernens confusus abscedat.

36. Omnia peccata mea flere tantum, non desiderare permittas. Fac me 370 odire quæ odis, amplecti quæ diligis. Obtemperet mens mea mandatis tuis, et voluntas mea voluntati tuæ concordet, ut nihil turpe, nihil injustum, nihil inhonestum, nihil indecens vel impium in conscientia mea delectamento obortum inhaereat; sed amore tuo intentio mentis anhelans justitiæ et pietatis operam assequatur. Sit autem opus mundum, et oratio, sicut præcipis, in occulto, ut non ad oculum serviam quasi hominibus placiturus, legum tuarum admonita et patrum honestissima gesta scire me permittite, et factis implere concede. Ab omni laqueo peccati me retrahere, et ab omnium errorum labe suspendere. Disciplina tuæ repagulis semper astringe, et ne ulterius decidam, firmissime tene. Trahe me post te, et duc quocunque placet, et ne dimittas ultatenus retrogradum terga rursus diverti [Fortè, d. vertere]; sim in tuo timore sollicitus, in amore perfectus, in fide constans, in spe nullatenus dubius, dilectione proximi ferveam, odii ardore non urar, nec invidia hære tabescam.

A 37. Sanctum semper opus inspira ut cogitem, compelle ut faciam, suade ut diligam, confirma ut teneam, custodi ne perdam. Mater et regina septem principalium vitiorum superbia non ingrediatur, nec requiescat in domicilio cordis mei, neque soboles ejus mihi adhaereat, id est, gula concupiscentia, fornicatio, avaritia, invidia, ira, tristitia, vana gloria. Da autem mihi e contrario profundam humilitatem, qua curvetur altitudo superbiæ; da mensuram abstinentiam, qua superflua ventris refraetur edacitas. Da castitatem, cordis munditiam, qua immunda luxuria sopiatur; da velle largifluousa ad erogandum elemosinam, quo tenax avaritia respuat. Da perfectæ dilectionis amorem, quo minus extinguatur invidia. Concede tolerantia patientiam, per quam ira superata deficiat; tribus æterni gaudii spem, quo tristitiæ amaritudo demulceatur; fac deinde sic intrinsecus in mente de bono opere gloriari in te, ut vanæ gloriæ foris ex me procedat jactantia.

B 38. Dona etiam mihi in omnibus tenere justitiam, magnanimitatem, temperantiam; et fac me cum simplicitate esse prudentem, ut et beatam vitam sincere agam, et malum prudenter fugiam; atque fraudulentam et deceptoriam astutiam diaboli, ne me per speciem boni fallat; et discernere rationabiliter valeam, et prævidere; fac me post hæc mitem et benevolam, pacificam et mansuetam, modestam et verecundam, reverentem et tepidum, æquam, et sine simulatione veridicam, et sine dolo rationabilem, bonisque concordem, in vigiliis, et jejuniis, et oratione constanter strenuam; da etiam in mansuetudine moderatum habere sermonem, et amico subinde frui silentio, ut loquar quod concedet, taceam quod loqui non oportet; vel quidquid ex virtutum fructibus conferre dignaberis, inortificata jactantia, patrona servet humilitas.

C 39. Da sine aliquo errore pravæ religionis immaculatam tibi servare fidem, et juxta fidem dignum esse operari, ut fidem rectam opere pravo non polluam; et quem bene credendo confiteor, male vivendo non denegem; quenique strenua fide sequor, actu negligentia non offendam; fac me in sancto conversantem proposito sequi justitiam, diligere misericordiam, 371 amare veritatem, resutare mendacium, falsum nihil meditari vel loqui, te indesinenter timere, religionem venerari, pacem cum omnibus sine dolo tenere, discordes ad concordiam revocare, charitatem insimulatam offerre, nullam scandalizare, nulli me præterre, sed inferiorem omni iusto judicare, principibus et potestatibus in nullo resistere, in omnibus obtemperare, reverentiam et honorem exhibere senioribus, obedientiam et charitatem æqualibus offerre, gratiam opportune dilectionis junioribus ostendere, fraternæ opera, sive pericula æquanimitate sustinere, amicum velut animam meam venerari, parentem et proximum sicut meipsum diligere, cunctisque simul prodesse, non obesse, nulli nocere, nulli adversari, nullum calumniari, nulli offendiculum ponere, nullum judicare, nulli detrahere, nullum condemnare, nulli injuriosum esse, nullius carere vitam, nullius explorare rectam sententiam, de me tantum esse sollicitum, malum pro malo nequaquam rependere, injuriarum mearum, nec memorem ultatenus esse, nec vindictam, sed omnem bonitate superare malitiam, maledicenti benedictionem parare, adversa pati, non inferre, inimicum ut amicum diligere, convicia et contumelias irascentium sustinere, non rependere, injuriæ cito oblivisci, offenso me festinanter ignoscere, ad veniam concedendam semper paratum esse, aliena non concupiscere, nec occasione qualibet auferre mea vero non habentibus misericorditer erogare, debiti debitori dimittere, reformaro quod inique direptum est, pignus reddere mutuatum, et nihil alienum apud me retinere, esurientem deinde reficere, sitientem potare, hospitem colligere, nudum opé-

rare, visitare languilum, requirere carceratum, consolari tristem, afflicto et lugenti compati, non habenti præbere necessaria, victum et vestitum dividere cum egeno, amplecti indigentem, sovare domesticum, amare peregrinum, redimere captivum, suscipere advenam, lueri pupillum, et orphanum, suffragari viduæ, subvenire oppresso, præstare auxilium desolato, dirumpere colligationes impietatis, contractos relinquere liberos, et omne onus dirumpere, velut quæque præceptorum tuorum documenta declarant, ardenter exquirere, diligenter legere, prudenter tractare, festinanter exercere, desideranter implere.

40. Averte, Domine, a vanitate oculos meos, et transgressus meos ab injustitiæ semitis. Non recipiant aures meæ opprobrium adversus proximum; neque relicta veritate pruriant audire fabulas vanitatis, aut verba mendacii; neque lingua mea pruriant detrahere, aut maledicere principi, aut sacerdoti, aut cuicumque subsequenter hominum. Non sit scurrilis, nec vaniloqua, non maledica, non dolosa. Non decipiam proximum, bonam dicens viam illius, cum maligna forsasse patuerit, sed, humili compassione commotus, loquar privatam veritatem, ut avertatur ab errore, et siquidem audierit, salvetur anima illius, et meorum (sicut scriptum est) operatur multitudo peccaminum. Sim in audiendo festinus, in respondendo moderatus. Non scientia infer, non arrogantia tumore distendar, sed sermo es, et opere bono redundans, humilis semper existam, ut surgam, non ut cadam, erigam, non subruar, ascendam, non descendam. Non **372** me laudes corrumpant, non vituperationes conturbent: non adulationes decipiant, non mendacia deludant; non prosperitas elevet, non adversitas curvet; non secunda opinio extollat, non sinistra dejiciat; non jucunditas mutabilem reddat, non tristitia dissimilem faciat; sed in omnibus sit vita mea æqualis, et vultus uno modo constans.

41. In salute collaudem, in infirmitate gratias agam, in correptione non resultem, in flagello non murmurem; de bono opere non extollar, nihil boni facti mihi ascribam, pro nulla re in auro glorier, neque confidam; sed gloria, spes, virtus, laus et omnis delectatio animæ meæ tu ipse sis; te corde credam, te laudibus confitear, te vox mea sonet, te lingua mea jugiter prædicet; tibi, non mihi placeam, tuamque non meam faciam voluntatem, et omnis mens mea te meditetur, te delectetur, et sequatur intentio, ut memetipsum abnegans sequar te cum cruce mea, perdere pro te promptus animam meam, ut per te inveniam illam, quatenus novum tibi hominem ex inutili vetustate, cunctis vitiorum vepribus concrematum, poenitentiae caminus restituat, et morum pravitate complissimum extrema vitæ [*Fortè, vitæ*] reformet, ut in hoc, abdicatis erroribus, nihil in me suorum antiquus hostis in futuro recognoscat, vel reperiat. Nunc itaque, Domine Deus meus, cum magna exultatione glorifico nomen tuum sanctum, qui persistens erudisti insipientiam meam, et emollivisti duritiam per flagratores tuos, donec vel invitum audirem voces tuas, me diutius clamitantis, et converser sequerer præconantem mihi juxta capitulum psalmi dicentis: *In freno et campo maxillas eorum constringe qui non approximant ad te (Psal. xxxi, 9).*

A Et ego, Domine, cognovi et intellexi sonum clamoris tui, et reprehendens me conversus sum, et egi poenitentiam coram te, sicut hæc dies probat, idcirco in laudem tuam et consolationem meam prophetica tibi verba decantem: Castiga me, Domine, quia eruditus sum, quasi juvenculus indomitus.

42. Postquam enim convertisti me, egi poenitentiam; et postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, confusus sum, et erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ, et recordatus sum Deo meo, et dixi: *Confitebor Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus (Psal. cxvii, 1)*; in tua enim misericordia revixit anima mea, et surrexit a mortuis, quoniam segregasti me a peccatis adolescentiæ meæ, et a juventute mea corripuisti me, et convertisti me, et egi poenitentiam coram te. Ideo bonæ spei factus sum vir, quia servasti mihi tempus conversionis, quo considerans peccata mea compunctus sum, et egi poenitentiam coram te. Lætus jam deinde tibi nunc et semper innumeris gratias referam, te totis visceribus imporans, tibi me tota devotione commendans, quia, ut invenirem, tu quaesisti me; ut redirem, tu compulisti me; ut verberarer, tu respexisti; ut constiterem, tu es operatus; ut me recognoscens plangerem, tu dedisti mihi. Pone, Domine, lacrymas meas in conspectu tuo, et perveniat ad te in cœlum deprecatio mea publicani et peccatoris. Placita tibi fiat confessio oris mei, et pro munerum **373** oblationibus, quas manu non offero, hunc contriti cordis mei solum tibi in sacrificium submitto; et hanc poenitentiae actionem pro acceptione, si mihi fuerit denegata, suscipito, quia et actio a te injungitur, non a cepto demandatur.

43. Esto, Domine, adjutor, et protector meus in salutem, et misericordia tua subsequatur me omnibus diebus vitæ meæ; atque in umbris lætabilibus collocatus umbra alarum tuarum me protegens recrea. Dum vero diem vocationis induxeris, ecce, Domine fletus, dico, introibo miser, tremebundus, et pavidus viam amarissimæ mortis obscurissimam, ignotam, et irremediabilem, profunda demergentem caligine. Adesto, precor, et subveni, atque in manus tuas commendatum tibi spiritum meum, liberans animam meam de ore draconis sacrissimi, et de manu atrocissimi inferni, cum acceperis eam, et auferas me de medio umbræ mortis; imo deducas super senitam lucis nemorosam, et clarissimam regionem viventium. Colloca me, Domine, in caulis tutissimis gregum tuorum, et associatum numeram cum ovibus tuis in supernarum mansionum gubernaculis, quo sancti tui Abraham, Isaac et Jacob, innocentitate fruentes lucis et retrigerii, cum universa multitudine sanctorum tuorum inhabitant, quia tu es pastor bonus, qui ducis et reducis perditam, tueris et salvas inventam, fovet et sanas languentiam, et tu es misericors Dominus, qui sperantes in te non confundis, requirentes te non derelinquis, revertentes ad te non despicias, sed exultando et laudando suscipis, amplius gaudens coram angelis tuis super unum poenitentem, et conversum errulum, quam super novem et nonaginta numeros beatorum; cui est cum Patre et Spiritu sancto una deitas, gloria, virtus, imperium, et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

## APPENDIX XIX.

### ORATIO CONTRA INSIDIAS DIABOLI A.

1. Tu, Domine, verus doctor et præstitor, qui creator es et redemptor, largitor et munitor, advocatus ac iudex terribilis et clemens, qui cæcis men-

tibus donas aspectum, qui infirmis possibile esse facis quod præcipis; qui sic pius es, ut assidue rogari velis; sic munificus, ut neminem desperare

\* Vide Isidoriana, c. 81, n. 53.

peruultus; indulge mihi peccata omnia, ac universos errores, et tua gratuita bonitate, bone Jesu, perduc me ad illam contemplationem desiderabilem, ubi jam errare non possim. Per quanta enim vitia corruui, tu scis, qui ocellorum es cogitor. Quam misera et prona est mea fragilitas, tu nosti, quali hoste incessanter affligit et premar agnoscis. Te, Christe Deus, bellator fortissime et triumphator semper victoriosissime, quærit impar certamen, te expetit mortalis infirmitas, majestatis enim tue gloria est; si leo rugiens ab infirma ove superetur, si spiritus violentissimus a debilissima carne vincatur, et si saltem illius dominationem, permittente tuo justo judicio, ad tempus patimur, nequamquam illius insatiabilibus faucibus sorbeamur. **374** Fac illum, amator hominum, tristem de humana lætitia, qui de nostra offensione exsultat.

## APPENDIX XX.

### LIBER DE ORTU ET OBITU PATRUM.

*De quo in Isidorians, cap. 61, n. 48.*

*De sancto Abraham, qui fuit prima via credendi.*

**1. ABRAHAM**, filius Thare, filii Nachor, frater Aran, patris Lot, pater Ismael, et avus Jacob. Undecimus a Noë, vigesimus ab Adam, Deum corde credidit, Trinitatem hospitio suscepit. Cum Deo loquitur, a Melchisedech post victoriam benedicitur. Filium in senectute tempore meruit, quem Deo Dei amore obtulit; Chaldaea ortus, in Chanaan peregrinatur; dives valde, placuit Deo. Plenus dierum, cxxxv annorum deliciens, mortuus, a filiis suis Ismael et Isaac sepultus in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Cæthæi juxta civitatem Cariatharbe, quæ et Hebron alio nomine vocatur.

**2. ISAAC**, filius Abraham, in senectute parentum natus, id est, matre nonagenaria et patre centenaria in Geraris inter Cades et Sur ortus, a Deo nominatus, antequam natus esset, die octavo circumcissus, obediens patri, Deo immolatus in figura Jesu Christi, qui oblati est Deo Patri. Uxor Isaac Rebecca, Bahuelis filia, filii Nachor, fratris Abraham, mater Jacob et Esau. Isaac plenus dierum, et senex cxxx annorum, moritur justus, a filiis suis sepultus.

**3. JACOB**, filius Isaac, frater Esau, fratris supplantator. Benedictus a patre, volens pater. Benedictus a Deo, volens Deus, simul et mater. Ortus in Bethsabee, factus pater trêdecim filiorum, scalam vidit in Bethel dormiens, angelos in scala, et Deum in visu conspiciens, luctavit cum Deo, benedictus ab eo. Nomen mutat, *Israel* illum appellavit. Valde dives, in Ægyptum pergit causa famis, ibi moritur plenus dierum cxxvii annorum; aromatibus conditus, inde translatus a Joseph, sepultus in spelunca duplici in terra Chanaan, ubi Abraham et Sara, Isaac et Rebecca, simul et Lia, jacent sepulti.

**4. JOSEPH**, filius Jacob et Rachel, frater Benjamin, in Mesopotamia Syriae odiosus fratribus, amabilis patri, somniator veridicus, in Ægyptum a fratribus venditur in figura Christi, qui venundatus est pretio argenti. Missus in carcerem sine culpa, vere sub dolo et mendacio Putipharis femine. Fuit Dominus cum Joseph in carcere. Somnia regis Pharaonis revelavit, quæ nemo interpretari potuit; propter hoc a rege est honoratus, princeps Ægypti factus, et a Pharaone Sara *tosane* nominatus, quod Ægyptiace sonat *mundi Salvator*. Nutritor fratrum, simul et patris, in tempore diræ et gravis famis. Vixit longævus multis diebus cxx annis. In Ægypto mortuus, aromatibus conditus in loco Bresith in Ægypto **375** repositus, curru ossa, ut ipse rogavit, Moyses de Ægypto secum portavit, et in tempore Josue ministri regis populus in Sichem sepelivit ossa ejus.

**5. JOH**, qui et Jobab, cujus pater Zara, et mater Bosra. Zara autem filius Raguel, filii Esau, filii Isaac, quintus ab Abraham rex inclytus in terra Edom. Vir simplex et rectus Domini servus. Dives ac præclarus in filiis, et libibus, in possessione, ovium septem millia, jura boum quinquaginta, et multa familia. A Deo probatus, a Satan tentatus, substantia privatus, lepra percussus, filiis orbatu,

valde maledictus, a falsis amicis falso consolatus, et eorum verbis corde contristatus, loquitur cum Domino, interrogatus ab ipso seipsum reprobandit. In favilla et cinere positentiam egit; liberatus a plaga, additur substantia. Benedictus a Domino, accepit duplicia in vita, et filios Dei beneficio. Vixit post plagam diebus multis cxx annis; moritur senex et plenus dierum.

**6. MOYSES**, filius Ambre, filii Chath, filii Levi, filii Jacob. Septimus ab Abraham, Aaron, et Maria frater, quorum mater Jochabet, filia Levi, filii Jacob. Moyses in Ægypto natus, tribus mensibus absconditus, inde in miscellam stirpeam positus, et in ripam fluminis dimissus, a filia Pharaonis ibi est inventus, et ab ea Moyses nominatus; eum nutrire præcepit, et in filium adoptavit. Ut vir factus est, fratres visitavit. Occiso Ægyptio, in Madian fugit, et ibi pastor ovium fuit. Ubi Dominum in rubo ardentem vidit, quem Dominus e rubo vocavit, et principem populi sui constituit. Virtutes multas in Ægypto per ipsum in mari et in eremo Dominus fecit; facie ad faciem Dominum vidit; legem in Sinai ei tradidit, quam ipse Dominus digito scripsit, de qua *[Forte, et quam] populum semper docuit, terram promissionis vidit, sed minime intravit. Jussu Dei verticem Pharga ascendit, et ibi moriens ad patres pergit plenus dierum cxx annorum. Cujus oculi non sunt caligati, nec dentes mutati, cujus sepulcrum nemo vidit, vel novit, quia ipse Dominus illum sepelivit, et placuit cum populo xxx diebus.*

**7. AARON**, filius Ambre, frater Moysi, prior nascendo in tribus annis, minor honore in multis signis. Sacerdos D-i, propheta fratris, unctus oleo sancto, indutus veste præclara, intrabat semel in sancta in anno orans pro seipso, et pro populo. Ortus in Ægypto, defessus in eremo, peccat in vitulo. Orans frater pro eo, postea complacuit Deo; pro vatu sorte hæreditatis in terra promissionis, quia non credidit verbo veritatis, percussa petra in Cadesbarne cum aqua contradictionis. Pro tali culpa iratus Dominus dixit ad Moysen: Tolle Aaron, et filium ejus, et duces eos in montem Hor, qui cum nudaveris patrem veste sua, indues ex eis Eleazarum filium ejus manu tua. Ita Moyses fecit, ut Dominus imperavit, patrem spoliavit, filium vestivit. Aaron in monte Hor moritur coram omni populo anno quadragesimo egressionis populi ex Ægypto mense quinto prima die mensis, cum esset annorum cxxiii, et ibi sepelitur, et xxx diebus a populo plangitur; et pro eo Eleazarus sacerdos ponitur. Soror ejus Maria in Cades cadit mortua, et ibi jacet a populo sepulta.

**376** **8. JESU**, filius Non, qui a parentibus Anes [*Corrige, Osee*] primo appellatus est, e tribu Ephraim, famulus Domini, et minister Moysis, natus in Ægypto, confortatus in Domino, et post mortem magistri factus est princeps præcipuus populi. Mittit exploratores in urbem Jericho: loquitur cum Domino, et audivit a Domino, *Exaltabo te hodie*



coram populo meo. Pērgit sicco pede fluēta Jordani cum populo Dei, in campo Galgalis subvertit urbes, tyrannos, et regis gentium. Imperat soli et laus; steterunt in cœlo et terra leges naturæ. Præponit urbes simul, et vicos, disponit in sortes divinas. Prædicabat semper populo Domini legem, judicavit Israel in pacis semper se. Vixit longævus plenus dierum c simul et x annorum. Sepultus in Thamnathare, possessionis suæ parte, in monte Ephraim.

9. SAMUEL. qui interpretatur *positus a Deo*. filius Elcana, filii Jeroboam, filii Eli, ortus in monte Ephraim, natus in Ramatha, princeps et propheta, Nazareus ab infantia, famulus Dei, et minister sacerdotis Ileri, cujus mater sterilis, quæ vocatur Anna, oravit Dominum in templo, et facta est fecunda. Quæ cantavit canticum, *Exsultavit cor meum in Domino*. Samuel fidelis vixit. Saulom; et David super sedes regni posuit, postulavit pluviam, et pluit e cœlo, orabat semper ad Dominum pro populo suo, multis diebus populum rexit. Grandævus, et senex ad patres perrexit. Quem populus Israel planxit, et in domo sua Ramatha terræ eum condidit.

10. DAVID filius Jesse, filii Obeth, filii Buzi, ortus e tribu Juda, natus in Ephrata, præclarus forma, rex et propheta, reges superavit, psalms cantavit, bestias præcavit, Goliath interfecit, Dominum semper timuit, robuste regnavit, Christi multivitatem et baptismum prænuñtiavit. Passionem et resurrectionem ejus demonstravit, Ascensionem et ejus adventum in fine mundum judicare prophetauit, electus Dei, quem Deus amavit, humilis et mitis oves patris pavit, xl annos in Israel regnavit, vii annis in Ebron, in Jerusalem xxxiii annos. Vixit longævus. Dormivit cum patribus in civitate David, et in Bethleem est sepultus.

11. ELIAS Thesbitæ, qui interpretatur *Dominus*, Dei propheta magnus, adhuc vivus, Domini servus, prædicator futurus, cum Antichristo in fine mundi pugnaturus, xl dies jejunavit, Jonam mortuum suscitavit, xl menses et tres annos pluviam prohibuit, ignem e cœlo super quos voluit et aquam venire fecit. Qui bovem, et lapides, et aquam consumpsit. Centum et duos viros vorax flamma interfecit. Idem Elias, corvis ministrantibus, in spelunca vixit; oleum et farinam viduæ benedixit. Sacerdotes Baal omnes interfecit. In curru igneo usque ad cœlum ascendit. E terra Arabon et tribu Karon ortus fuit.

12. ELISEUS, qui interpretatur *Domini mei salus*, propheta altissimi, discipulus Elia, et magister Jezi, gratiam magistri suscepit; fluēta Jordanis dividit, et sicco pede per fluvium perrexit; aquas amaras in aquæ naturam convertit; ollam ut fel ferventem dulcoravit. Securem e fluminis profundo vocavit. Naaman principem Syriæ, lepra percussum, 377 purgavit; discipulum cupidum lepræ plaga percussit; olei paululum viduæ benedixit. Oleum per vasa pauca benedictum non pauca replevit, vidua creditori debitum reddidit, et de oleo filios liberos reddidit, et reliquo ipsa cum filiis vixit. Eliseus vivens mortuum suscitavit; Eliseus mortuos mortuum vivificavit. Eliseus ex Abdelam a terra Ruben ortus fuit, quem cum mater ejus peperit, vitula aurea cum magno boate in Galgalis clamavit, ita ut populus in Jerusalem boatum audiret. Tunc dixit sacerdos præsens audiens miraculum: *Hodie, inquit, nascitur propheta futurorum, qui civitatis simulacra distribuit (destruit) idolorum*. Eliseus in Samaria mortuus, et ibi sepultus.

13. ISAIAS, filius Amos, *salus Domini* interpretatur, in Jerusalem propheta egregius, et martyr iustus, nobilis genere, nobilior sermone. Sub quatuor regibus Ozia, Jonathan, Achaz, Ezechia, prophetavit. Dominum sedentem sulco excelso contemplant. Seraphim xii alas claro et celebri carmine Dominum colaudantes audivit *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus*

*A Deus Sab-oth*, ex quibus unus ad illum volavit, et labia ejus igne cœlesti purgavit. Gentibus in tenebris mortis sedentibus salutem et lucem annuntiavit. Parvulum natum de Virgine Deum, et hominem, et principem, patremque futuri sæculi prænuñtiavit, virgam e radice Jesse egredientem, septiformi spiritu florentem, et fructificantem prophetavit, subversionem et vastationem Babylonis prædixit, Nudus et discalceatus tribus annis, jubente Domino, ambulavit; lapidem summum et angularem in Sion ponendum prædixit. Salvatorem, et regnatorem, et iustissimum judicem in Jerusalem regnantem annuntiavit, crucem et passionem, sepulcrum et resurrectionem Domini declaravit, iudicium venturum et mortuos resurrecturos prophetavit. In Jerusalem prædicavit sub Manasse rege, serra sectus in duas partes occubuit, sepultus est sub quercu Ragel juxta transitum aquarum, quas olim Ezechias rex obstruxerat pulvere.

14. JEREMIAS, qui interpretatur *excelsus Domini*, propheta et sacerdos, quem Dominus in utero matris suæ sanctificavit; puer admodum et Benjamin prophetavit imperio Domini virgam vigilantem, et ollam successam a facie Aquilonis vidit. Ruinam suæ civitatis quadruplici alphabeto planxit, qui lumbare jussu Domini portavit, qui lagunculam testeam in conspectu Domini fregit, quem Fadaasar sacerdos in nervum misit, cui Dominus duos calathos fisis plenos ostendit. Calicem plenum iræ Dei gentibus et regibus miscuit, catenam in collo portavit, in atrio carceris clausus fuit, inde liberatus ad patriam pergere voluit. Tunc iterum illum custos civitatis tenuit, et principibus eum tradidit, principes vero irati flagellatum iterum in carcerem miserunt. Rex vero ad illum misit, et de carcere traxit. Principes iterum tenuerunt, et volentes eum occidere, in lacum profundissimum et siccum funibus miserunt. Dominus autem per manus Abdemelēch Æthiops Jeremiam e lacu et morte liberavit, et in vestibulo carceris usque in diem qua civitas capta est, permansit. Nabuchodonosor rex Babylonis Jeremiam a carcere et a catena liberavit. Jeremias ergo ortus a vico Anathoisdes, qui viculus tribus a 378 Jerosolymis distans millibus, captivus in Ægyptum ductus a populo apud Taphnas lapidibus obrutus obiit. Jacet vero in eodem loco sepultus, quem Pharao rex habitaverat, quia per postulationem suam defungatis ab eodem loco serpentibus, Ægyptios fecit esse securos a tactu aspidum; quem etiam magna cum religione iidem Ægyptii venerantur.

15. EZECHIEL, filius Buzi, qui interpretatur *fortitudo Dei*, propheta, et sacerdos Altissimi, cum Joachim rege captivus ductus in Babylonem, tricesimo suæ ætatis anno, et captivitas quinto, prophetare et loqui ad captivos exorsus est. Cui cœli aperti sunt, et Dei visiones obscuras et mirabiles vidit. Ad quem factum est verbum Domini, super quem facta est visus Domini in visione magna, et mirabili, in vento et nube fulgenti, in igne et splendore splendenti, in electro clarescenti, inter quos conspexit quatuor animalia cum pennis, et pedibus, et manibus, homo et leo, vitulus et aquila. Quatuor conspexit rotas juxta animalia ex omni parte ocalis plena, et cum animalibus simul discurrentibus audivit sonum alarum ipsarum, ut sonum castrorum et aquarum multarum, portabant capitibus quasi firmamentum, et super firmamento quasi thronum positum, et in throno aspexit quasi vultum hominis, ut electrum fulgens in medio ignis, hæc omnia videns cecidit in faciem, et audivit vocem ad eum loquentem, et super pedes suos illum erigentem, ostendit ei librum, quem manu tenebat, et expandit volumen, et ad eum dicebat: *Aperi os tuum, et comede hunc librum*; et ipse hunc statim comedit, et ut mel gustavit, et viscera replevit, et plebi prædicavit, visiones alias multiformes vidit; in quibus urbibus, regibus, gentibus, insulis, populis, plagas venturas verbo Domini prædicavit, campum plenum ossibus siccis super quæ cervos et vis-

cera venire vidit, et ipso prophetante in ossa omnia spiritus vitæ intravit, civitatem spiritualem, et mirabilem vergeantem ad austrum, cum portis, plateis et multis ædificiis vidit, quæ carnaliter aliquatenus stare non potuit.

16. *Execrati. fortitudo Dei* interpretatur, terra Sarira ortus, et in Chaldaeam, ut prædiximus, captivus ductus, ibique populus Israel eum occidi præcepit, quoniam ab eodem propheta arguebantur, ne idolis servirent. Hunc ergo sepelivit populus in auri [Lege Maurim] agro sepulcro Arphaxat.

17. DANIEL, filius Abda, *judicium Dei* interpretatur, ex tribu Juda ortus, in Betheron superiore natus, puer admodum captivus in Babylonem ductus, propheta præcipuus, cum quo Dominus fuit. Principem namque super principem sibi posuit. Somnia namque regis Nabuchodonosor, in grandi imagine et in magna arbore revelavit. Visiones magnas et mirabiles ipse conspexit, quatuor ventos cæli magnos in mari pugnantes, et quatuor bestias terribiles de mari surgentes aspexit, thronos positos et Vetustum dierum in throno igneo sedentem conspexit; cui milia millium angelorum ministrabant, et decies centena milia assistebant, iudicium positum, et libros apertos vidit, Filium hominis venientem ac Vetustum dierum aspexit, arietem grandem cornibus quatuor partem

379 ventilantem, et hircum caprarum terribilem, et magnam cum ariete pugnantem, et arietem præstantem prospexit, faciem suam ad Dominum Deum suum posuit. In jejuniis, sacco et cinere Dominum adoravit, mirabili confessione et pura obsecratione pro se et populo suo Dominum obsecravit. Tres hebdomadas populum plaxit, panem desiderii, et carnem, et vinum in jejuniis non comedit. Gabriel archangelus in his omnibus Danielem confortavit, omnes visiones, quas vidit et demonstravit, Christum nascenturum et regnaturum, passurum et resurrecturum ei annuntiavit. Regna mundi inter se pugnatura prædixit, Antichristum venturum cum sanctis præliaturum affirmavit. Iste Daniel Balthasar regi tres terribiles sermones in pariete scriptis demonstravit. Susannam ex falso crimine liberavit. Senes pravos morti damnavit. Bel, idolum Babylonis, destruxit, draconem terribilem pice et pilis interfecit, sacerdotes Bel Lxx interire fecit. Cui Habacuc per angelum ex Judæa in Chaldaeam in momento raptus prandium portavit, quem Dominus duabus vicibus ex lacu leonum liberavit. In Babylone Deum omnipotentem prædicans requievit, solisque omnium Hebræorum... sepultus est regione.

18. Osee, filius Beer, *Salvator* interpretatur, propheta Domini sub quinque regibus verbum Domini prædicavit. Crebro nominat Ephraim, Samaritam, Joseph, Jezrahel, Israel, et uxorem fornicariam et fornicationis filias, et adulteram cubiculo clausam mariti multo tempore sedere viduam, et sub veste lugubri viri ad se reditum præstolari. Populo verbum Dei prædicat, et scelera eorum dure et terribiliter increpat, et fugere, et venire ad Dominum omnes confortat, quia sanat, percutit, et curat, et mortificat, et vivificat, et misericordiam magis quam sacrificium diligit, et scientiam Dei plusquam holocausta querit, et Christum Filium Dei ab Ægypto vocaturum prophetavit. Hic ergo Osee propheta ex tribu Issachar ortus, in Belemoth natus, ibique placida morte dormivit sepultus.

19. JOEL, filius Phathuel, *incipiente Domino* interpretatur. Describit terram in tribuum eruca, bruchio, locusta, rubigine vastandam et consumendam. A facie Domini terram tremere et celos movere affirmat, solem, et lunam, et stelæ suum splendorem abscondere designat. Magnum diem Domini et valde terribilem advenire prædixit. Dominum Deum benignum et misericordem, patientem et pium, et præstablem super malitias hominum affirmat. Populum ad ecclesiam sacrificare jejuniis convocat. Senes, juvenes, parvulos, lætantes sponsos, sponsas, sacerdotes ministros Domini Dominum prædicare, populo

A parcere, et pacem donare prædicat; abundantiam frumenti, vini et olei, et pacem Domini donare sibi servientibus promisit. Spiritum suum sanctum super servos et ancillas suas Dominum effundere prædixit, seniores somnia somnare, et juvenes visiones videre in Domino prophetavit. Joel vero propheta ex tribu Ruben ortus, in agro Betheron natus, et ibidem obiit, et pausat sepultus.

20. Amos thesbitus *potens, vel fortis, aut populum divellens* interpretatur, propheta, et pastor, et rusticus, et ruborum mora distringens, 380 paucis verbis explicari non potest. Quis enim digne exprimat tria et quatuor scelera Damasci, Gaze, Turi, Idumeæ, filios Ammon, et Moab, et in septimo octavoque gradu Juda et Israel? hic loquitur ad vaccas pingues, quæ sunt in monte Samanz, rutiluram domum majorem minoremque testatur. Ipse cernit fictorem locustæ, et stantem Dominum super murum litum, vel adamantium, et onychinum pomerium, et trabentem supplicia peccatoribus, et famem in terra, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. Ipse est Amos quem Amasias rex sæpe ceciderat: Ozias vero, filius ejus, transfugum per tempora ejus palam eundem prophetam lethali vulnere affecit. Hic ergo vates post biduum postquam in suam advectus est patriam, spiravit, ibique sepultus est.

21. ABDIAS propheta *servus Domini* interpretatur, pertonsus contra Edom fratris quoque Jacob semper æmulum astra percussit.... superbiam et elationem superbiorum increpat, sapientes et prudentes mundi, et tyrannos, et fortes ejus a Domino perituros et percussos prædicat. De monte Sion salutem, et Salvatorem venturum, et Dominum in sempiternum regnaturum prophetat. Hic ergo in agro Bethercan natus, et de terra Sichein est ortus, et Elias propheta discipulus, et tertius quinquagenarius cum militibus; ab Ochozia ab Eliam missus, cui et potenti pepercit Elias, ne eum ignis sicut duos ante se quinquagenarios missos consumeret. Hic ergo Abdias, Ochoziæ relicto ministerio, prophetavit. Mortuus est et sepultus cum patribus suis.

22. JONAS propheta, filius Amathi, qui interpretatur *columba vel dolens, filius viduus Sarapianæ, quem Elias mortuum suscitavit. Quem Dominus misit prædicare in Ninivem. Ipse vero navim querit, et fugit in Joppem. Deus vero ventum magnum in mari suscitavit, mare ergo magno motu fluctavit. Navis autem vento mari laborant. Jonam soporantem dormientem suscitavit. Vasa sua mittunt in mare, Deum suum adorant, mittunt sories, cujus culpa esset hoc periculum. Sors emissa mox cecidit super Jonam Hebræum. Tunc dixerunt, Unde venis? quid fecisti? a qua gente genitus es? Tunc respondit: Ego sum servus Dei cæli, et genere Hebræus. Magno metu coarctantes, non potentes tacere, dixerunt: Quid debemus de te, homo, facere? Dixit illis Dei servus quid debuissent agere. Tollite me ex hoc navi, et mittite in mare. Illi illum tunc miserunt in mare, ut jusserat. Piscem grandem Deus misit, ut prophetam glutiret; piscis ipsum glutivit, ut Deus imperavit, tribus diebus ac noctibus piscis eum portavit, et de ventre piscis ad Dominum clamavit, quem Dominus audivit, simul et liberavit. Piscis eum evomuit in terram, quam ipse noluit, in civitatem Ninivem ipse perrexit, regi et populo penitentiam prædicavit. Et ut rex et populi audierunt, a minimo usque ad maximum in Deum crediderunt, et in sacco et cinere non tantum homines, sed et jumenta penituerunt, tribus diebus, et tribus noctibus clamantes ad Dominum jejunaverunt, et liberavit eos Deus ex plaga quam timerunt. Jonas vero pulcherrime suo naufragio passionem Domini 381 præfiguravit, mundum ad penitentiam revocat, et sub nomine Niuve salutem gentibus nuntiat. Euntibus itaque Tiberiadem non grandis est viculus, ubi et sepulcrum ejusdem prophetae Jonæ ostenditur.*



23. MICHAËS propheta, *Quis iste? vel humilitas* interpretatur, e tribu Ephraim ortus, in Morasthin natus, hæredem sonat, ad quem factum est verbum Domini in diebus Joathan, Achaz, Ezechiz regum Juda, super Samaritanos, et Jerusalem. Omnes populos ad audiendum Dominum provocat, ruinam Judæ et Jerusalem plaudit, iudices injustos et potentes impios, et pseudopphetas increpat, duos latrones templi, et Jerusalem annuntiat, montem excelsum super omnes montes et colles præparatum annuntiat. Omnes populos et gentes multas ad eundem montem ascendere designat, legem Dei et Sion, et Verbum Domini, et Jerusalem extra designat, iudicium rectum inter populos et populos designat, gladios in vomeres, et hastas in ligones præ magnitudine pacis fabricatos confirmat. Ducem natum ex civitate David exiturum, et in Israel regnaturum prophetat, maxillam iudicis Israel percussam præsignat. Quid sit bonum homini indicat, et quid Deus ab eo querit annuntiat. Utique iudicium rectum facere, et cum Deo suo sollicitè ambulare, et misericordiam diligere, persecutionem futuram non pigravè prædicere, propriæ uxori neminem credere, filios patre., et filias matres persequi, nuntium adversus socrum contendere, et inimicos homini domesticos fieri, magnitudinem et longanimitatem, misericordiam et pietatem Domini, ut potuit, prophetavit, peccata pœnitentium in profundum oblivionis Dominum projicere affirmavit. Hic itaque propheta, quoniam peccantem Achaz sæpius arguebat, sub Joram filio ejus ex præcepto valde porrecto jactus occubuit. Sepultus est autem in terra sua juxta Polyandream, qui est prope Naim.

24. HABACUC propheta *amplexans* interpretatur, de tribu Simeon ortus, in agro Bethsachar natus. Dominum a longe venturum et Bacturum prophetavit. Incredulum castigavit, justum in fide sua vivere affirmavit, cupidos, avaros, homicidas, ebrios, idolorum cultores terribiliter increpat. Ideo ipse Habacuc luctator fortis et rigidus stat super munitionem, ut Christum in cruce a longe contempletur, et dicat: Operuit cœlos gloria ejus, et laude ejus plena est terra. Splendor ejus ut lux erit, cornua in manibus ejus, ibi abscondita est fortitudo ejus. Hic autem propheta ante biennium reversionis filiorum Israel a captivitate in agro Sabarith vita discessit.

25. SOPHONIAS propheta, qui interpretatur *abscondens eam*, filius Chusi, filii Godoliz, filii Amariæ, filii Ezechiz, de tribu Simeon, qui prophetavit in diebus Josiz, filii Amon regis Juda. Ipse est speculator et cognitor arcanorum Domini. Ipse audit clamorem a porta piscinum, et ululatum a Secunda, et contritionem a collibus. Indicat quoque ululatum habitatoribus Siaz, quia contigit omnis populus Chanaan, disperierunt universi qui involuti erant argento. Ipse est qui diem Domini mirabiliter et terribiliter venturum prophetavit, dicens: *Justa est dies Domini* 382 *magnum, juxta, et velox nimis. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis, dies iræ, dies illa, dies tribulationis et angus iræ, dies calamitatis et miseriz, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulæ, et turbinis, dies tubæ, et clangoris super civitates munitas, et super angulos excusos, et tribulabo homines, et ambulabunt, ut cæci, quia Domino peccaverunt. Idem vero Sophonias in agello Sabare (Al., Sababath) obiit, et terræ humatus jacet.*

26. AGGÆUS propheta, qui interpretatur *solemnitas*; prophetavit autem in anno secundo Darii regis reditu populi ex captivitate Babylonis, et restorationem templi sub Zorobabel sacerdote magno. Promisit itaque in verbo Dei omnia bona Deum donare populo suo. Confortavit principem, populum et sacerdotem magnum in magno Dei adjutorio restaurare, et ædificare templum Dei, dicens: *Hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras, ascendite in montem portare lignum, et ædificate domum, et acceptabilis mihi erit, et glorificabor,*

*A dicit Dominus. Ipse prophetavit, cœli et terræ sterilitatem, et arborum fieri pro peccatis hominum. Ipse prophetavit abundantiam frumenti, et vini, et olei, et abundantiam pacis, et sanitati populo, et servis Dei, et servitium sibi. Ipse prophetavit, Deum patrem et Spiritum ejus sanctum in populo suo semper esse. Et ne timeat dicens: Confortare, omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum, et facile, quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus, et Spiritus meus erit in medio vestri, nolite timere. Ipse prophetavit Deum semetipsum movere cœlum, et terram, et mare, et aridas, et gentes, et solia regnorum, et Unigenitum patris venturum dicens: Adhuc unum modicum est, et ego commovebo cœlum, et terram, et mare, et aridas, et movebo omnes gentes, et solia regnorum, et veniet desideratus cunctis gentibus. Hic vero Aggæus ex Babylone admodum juvenis Jerusalem advenit. Ibi exhalavit, et juxta sacerdotum sepulcra humo conditus jacet.*

27. ZACHARIAS propheta, qui interpretatur *memor Domini*, filius Barachiz, uno eodemque anno, sub uno eodemque rege Dario prophetaverunt. Zacharias vero in sua prophetia multiplex et mysticus. Versiones enim varias et obscuras videns, prophetavit mystice, quia in eo angelus Domini loquebatur. Ipse enim vidit nocte ascendentem super equum rufum stantem inter myrta quæ erant in profundo, et post eum equi rufi varii et albi. Ipse audivit angelum interrogantem de tempore misericordiz super Jerusalem. Ipse audivit Dominum angelo loquentem verba bona, verba consolatoria de Jerusalem, et Sion, de civitatibus Juda. Ipse vidit quatuor cornua ventilantia Judam, et Israel, et Jerusalem. Ipse vidit virum, funiculum in manu tenentem, et Jerusalem in longitudinem et latitudinem mensurantem, et dicentem: *Absque muro habitabitur Jerusalem. Dominus enim erit murus ejus igneus.* Ipse vidit lapidem scriptum, vii oculos habentem, et candelabrum aureum, septem lucernas sustinentem, et infusorias, lucernis pendentes vii, et duas olivas juxta candelabrum stantes, unam a dextris, et unam a sinistris. Ipse vidit volumen 383 *volans longitudine xx cubitorum et latitudine x cubitorum. Ipse vidit talentum plumbi, quod portabatur, et mulierem sedentem in medio amphoræ, quæ impietas est, cui massa plumbea in os missa est. Vidit et duas mulieres alas habentes, quasi alas milvi, quæ levabant amphoras inter cœlum et terram. Vidit et quatuor quadrigas egredientes de medio duorum montium aureorum. In quadriga prima equi rufi, in quadriga secunda equi nigri, in quadriga tertia equi albi, in quadriga quarta equi varii fortes, et alia multa obscura et mystica vidit. Prophetavit autem reditum populi, et restorationem Jerusalem et templi; prophetavit regem pauperem et humilem venturum dicens: *Exsulta satis, filia Sion, jubila, filia Jerusalem, ecce rex tuus venit tibi justus, et salvator, pauper ascendens super pulvum, filium asinæ; prophetavit eundem regem traditum, et venditum pro argento, dicens de persona sua: Appenderunt mercedem meam triginta argenteos, et reliquos. Passionem ejusdemque (sic) regis, id est, Salvatoris nostri pro omnia, sicut factum est, mirabiliter prophetavit. Ait namque: Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis. Et iterum: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Et iterum: Aspiciunt ad me, quem affixerunt. De morte ejus sic prædicavit: Et plangent eum plactu quasi super unigenitum, et dolebunt super eum, ut doleri solent super unigenitum. Baptismum futurum prædixit, dicens: In die illa erit fons patens domus David, et habitantibus Jerusalem in ablutione peccatoris et menstruatæ.**

A morte itaque ejusdem Zachariæ prophetæ testem fidelem, qui nec fallit, nec fallitur, habeo, id est, Jesum Salvatorem nostrum in Evangelio secundum Matthæum, Judæos incredulos increpantem, et sic dicentem: *Veniat super vos omnis sanguis justus*

qui effusus est super terram, a sanguine justii Abel usque ad sanguinem Zachariæ, filii Barochiæ, quem occidistis inter templum et altare. Zachariæ ergo ex regione Chaldaeorum valde senex in terram suam reversus, et, sicut diximus, occisus, juxta Aggæum in Jerusalem humatus jacet.

28. MALACHIAS propheta Angelus Domini interpretatur. Mystica et Dei mysteria admonet, honorem adhibendum parentibus et dominis dicens: *Filius honoret patrem, et servus Dominum suum.* Interrogat ex persona Dei Patris omnes viventes, dicens: *Si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus, et si Dominus ego sum, ubi est timor meus?* Incepit autem sacerdotes indignos, et culpabiles, indignos et culpabiliter ministrantes Deo. Laudat vero sacerdotem dignum, et angelum vocat illum, dicens: *Labia sacerdotum custodiant scientiam, et legem requirant de ore ejus, quia angelus Domini exercituum est.* Maledictum autem vocat eum, qui munera maculosa Deo suo de rebus suis offert, dicens: *Maledictus homo dolosus, qui habet in grege suo masculum, et votum faciens immolavit debile Domino.* Unum patrem omnium esse et unum Deum adorandum demonstravit. Ait namque: *Nunquid non Deus unus creavit nos? Quare ergo despicit unusquisque fratrem suum?* Adventum Joannis præcursoris Domini 384 prædixit dicendo: *Eccemitto angelum meum ante faciem tuam, et reliqua.* Adventum Eliæ prophetæ et prædicatoris ante judicium prædicare prophetavit, dicens: *Eccce ego vobis mittam Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, et terribilis, et convertet corda patrum in filios, et corda filiorum ad patres eorum.* Aperte autem Malachias in fine omnium prophetarum de abjectione Israel, et vocatione gentium prophetavit, dicens: *Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, et manus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur, et offeritur nomini meo oblatio munda.* Post reversionem vero populi Israel a Babylone in Sapha natus est Malachias ibique admodum juvenis moritur, habetque tumulum Gabaonitis, suoque sepulcro conditus jacet.

29. ACHIAS. Sionites ex civitate Eliæ Salomoni regi prædixit, quod per mulieres a mandatis Domini declinaret. Mortuus est ergo Ozias, et sepultus est juxta quercum in Silo.

30. Abdo in Samaria natus est, qui Roboam illicite immolantem admonuit. Hunc ad proflia revertentem leo in via strangulavit. Sepultus est in Bethel in sepulcro prophetæ, qui eum sefelerat.

31. AZARIAS auxilium Domini interpretatur. In terra oritur Sabatha; mortuusque est atque sepultus est in agello suo.

32. ZACHARIAS memor Domini interpretatur; filius Joiadæ sacerdotis, cum xxx annos vixisset, congregatus in atrio domus Domini populus juxta regis Joas imperium, missis in eum lapidibus, prophetam sanctum extinxit. Hunc sublevatum inde continuo sacerdotes sepelierunt eum juxta patrem suum.

33. TOBIAS propheta sanctus, Dei summi servus, ex tribu et civitate Nephthali ortus, in diebus Salmanasar regis Assyriorum in civitatem Ninive captivus ductus inter suos captivos juvenis ætate, sed senex, et sapiens consilio, et mente. Omnia bona quæ habuit cum charitate conceptivis condonavit. Puerulus tunc ætate, perfectus tamen in Dei timore, idola vana fugiebat, legem Dei semper tenebat. Proselytis et advenis misericorditer ministrabat. Dignas Deo decimas donabat, uxorem nomine Annam de tribu sua accepit, quæ filium genuit, cui pater nomen suum imposuit, et eum de Dei lege et Dei timore docuit. A cibis gentium se semper abstinuit. Animam suam incontaminatam custodivit, in corde suo semper Domini sui memor fuit. Cui Dominus in conspectu Salmanasar regis gratiam dedit, faciebat quod volebat, pergebat ubi desiderabat. Pauperes generis sui de muneribus regis ditavit. Gabelo pauperi de

sua gente decem talenta argenti sub chirographo donavit, esurientes alebat, nudos vestiebat, mortuos sepeliebat, quem rex Sennacherib, Dei inimicus, occidere voluit. Sed illum cum uxore, et filio Dominus custodivit. Postea vero convivas suos relinquebat, et jugulatos mortuos generis sui abscondebatur, et in noctibus eos sepeliebat. In his omnibus Deo placuit, et proximis suis displicuit, quia hæc omnia propter Deum fecit. 385 Inde vero illum probavit, substantias et divitias abstulit. Mendicitate et paupertate percussit. Opprobria et illusiones a parentibus, et uxore, et cognatis sustinuit. Sicut et Job, a regibus et a falsis amicis contumelias sustulit. Sed in his omnibus Tobias vir sanctus in Dei timore immobilis permansit, Deum semper benedixit, cum gemitu et lacrymis clementiam Dei postulavit, quem Dominus exaudivit, et de omnibus tribulationibus suis liberavit. Angelum suum sanctum namque Raphaellem de cælo transmisit, qui eum in omnibus consitiis suis confortavit; quem hominem æstimavit, cum filio suo in viam pergere rogavit. Ita Raphael angelus fuit, ut pater sanctus illum postulavit. In viam cum filio perrexit, et sanum eum usque in Rages civitatem Medorum adduxit. Cum quo quasi cum conservo, et fratre fabulavit, quem a morsu piscis eripuit, et Saram filiam Raguel uxorem habere fecit, a qua Raphael demonium nomine Asmodeon compevit, et in superiis Egypti deserto alligavit, et gaudium magnum parentibus puellæ fecit, et pecuniam sancti patris a Gabelo suscepit, sanum et incolumem cum magna substantia, cum uxore et multâ familia Tobiam ad patrem reduxit. Sanctio seni lumen oculorum restituit; et filium suum, et familiam gaudens vidit. Tunc ostendit eis angelus omnia mysteria lûneris sui, et Saræ orationum, et sanitatis; et dixit eis angelus Raphael quia angelus Dei esset, et a Deo esset missus. Tunc timuerunt, et in terram prostrati ceciderunt, et dixit eis angelus: *Nolite timere; pax vobiscum, Deum benedicite, illum laudate, et narrate omnia mirabilia ejus.* Et cum hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatus est; et per tres horas in terram se prostraverunt, et Deum benedixerunt, et exurgentes, omnia mirabilia ejus narraverunt. Tunc senex os suum aperuit, et Deum benedixit, et restorationem Jerusalem, et templi prophetavit, et subversionem magnæ civitatis Ninive prædixit. Dives valde, et præclarus multis annis vixit cum benedictionibus. Quinquaginta et sex annorum erat, quando amisit lumen oculorum. Quatuor annis cæcus, et pauper fuit. Sexagenarius lumen oculorum, et divitias duplicatis recepit, et postea quam illuminatus est, vixit annis xl duobus, et vidit filios nepotum suorum. Completis itaque annis cxii, cum Dei timore perrexit in pace, sepultus honorifice in Ninive civitate, simul et Anna sua uxore.

34. JOANNES BAPTISTA, qui interpretatur gratia Dei, filius Zachariæ sacerdotis, ex tribu Levi, in Israel ortus, angelo annuntiante conceptus, ab angelo nominatus, antequam esset generatus, in sanctitate parentum natus, præcursor Salvatoris miramodo factus nascendo, prædicando, baptizando, moriendo, ad inferos descendendo; sex etenim mœnibus ante Salvatorem natus, et ante passionem Domini capite plexus, et ad inferos descendit prænuntius primus Christi, servus Domini, propheta altissimi, vox Verbi, amicus sponsi, testis Domini, præco-judicis, lucerna luminis, miles regis, terminus prophetarum, baptismatis iutium. Cujus pater novem menses mutus tacuit, quia angelo prophetanti non credit, qui prænuntius patris vocem abstulit, genitus officium linguae 386 resolvit, qui necdum editus Christum prophetavit, ex utero salutavit; inter natos mulierum non surrexit major, quem Dominus laudavit, et illum angelum nominavit, et prophetam et plus quam prophetam illum appellavit, quia de quo prophetavit, digito demonstravit. Spiritu et virtute Eliæ plenus fuit, qui cum natus apparuit, gaudium

magnum multis præbuit. In colymba agnovit, in deserto monstravit, Salvatorem baptizavit, penitentiam prædicavit, ejus vestis camelorum lanugo, eremus ejus habitatio, victus ejus mel silvestre, simul et locustæ. Hic dum Herodem prohiberet, ne fratrum connubium violaret, carceralibus tenebris mancipari præcepit. Cujus caput Herodis regis filia ludens præmium postulavit. At ille desectum male poscenti filia ebrius inter pocula dedit. viii Kalend. Oct. conceptus, viii K. Junii natus, iv Kal. Sept. passus, in Sebastia oppido Palæstina sepultus, quæ olim Samaria vocabatur, quam Herodes rex Judæ Antipatris filius ob honorem Cæsaris Augusti Græco sermone Augustam vocavit. Caput vero Joannis Baptistæ in Emiza in dolio vitreo reconditum est in honorem, præstante Domino nostro.

35. JOSEPH, qui interpretatur *augmentum*, filius Jacobi, filii Mathan ex tribu Juda, et de familia David ortus, in civitate sua Nazareth natus, liber arte, frater Cleophae, vir Mariæ adjutorio, non carne, Cleophas vero pater apostoli Simonis Chananæi, Joseph autem pater Jacobi, fratris Domini, qualiter dicitur Jacobus Alphæi, Mariæ Cleophae, id est, uxor Cleophae, soror est matris, et virginis Mariæ; sed de eodem viro Mariæ Joseph in genucolis Evangeliorum, hoc est, secundum Matthæum, et Lucam quæstionum salis obscura oritur, quia secundum Matthæum filius Jacobi dicitur, hoc modo: *Mathan genuit Jacob, Jacob genuit Joseph*; secundum vero Lucam filius Heli nominatur his verbis: *Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Melchi*. Sed in his verbis bene Scripturas intelligentibus nihil contrarium est, quia Matthæus eum secundum carnem Jacobi filium affirmat, Lucas vero secundum legis mandatum illum Heli filium annuntiat. Jacob enim et Heli fratres sterili ex una matre nomine Estha nati, et non ex uno patre geniti. Pater enim Jacobi Mathan, quem peperit ei Estha, pater vero Heli Melchi. Defuncto autem Mathan, relicto uno filio Jacobi nomine, suscepit Melchi eandem Estham matrem Jacobi, quæ peperit ei filium nomine Heli. Sine liberis frater suus Jacob suscepit uxorem ejus, et suscitavit fratri defuncto filium secundum legis mandatum nomine Joseph, secundum vero naturam suam proprium filium, id est, ipsum Joseph, qui vir Mariæ dicitur, et quasi pater Christi annuntiat.

36. MARIA, quæ interpretatur *domina*, vel *illuminatrix*, aut *stella maris*, sive *stella*, stirpe clara, David regis filia, Jesse virga, rosa sine spina, oliva alma, columna suæ, solis aurora, seminarum regina, Salvatoris sponsa, Dei vivi filia, principis ancilla alti, hortus conclusus, fons signatus, Trinitatis thalamus, mater Domini omnipotentis, mater solis et floris, mater agni et leonibus, mater vite et vitis, mater lucis et pacis, mater vite et veritatis, mater servi et regis, mater Dei et hominis, 387 mater pastoris et panis, templum Dei, sacrarium Spiritus sancti. Virgo sancta, virgo feta, virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum, illum quem genuit creatorem credidit, et patrem habuit, et Dominum adoravit, salutationem ab angelo suscepit, et mysterium conceptionis agnoscit, partus qualitatem inquiri, et contra legem naturæ obsequi ille in non renuit. Facta est mater viri sine copulatione mariti, mater infantem lactavit, et virgo incorrupta permansit. Hanc quidam vitam finiri (sic) martyrio asserunt. Sic enim Simeon sanctus Christum propriis brachiis suis portans prophetavit, dicens: *Et tuam ipsius animam pertransiet gladius*. Non tamen ex gladio carnali, sed ex gladio spirituali prophetatum est, hoc est verbum Dei, quod validius et acutius omni gladio acutissimo, penetrans usque ad divisionem animæ, et spiritus, quia nec litteræ, nec historia docet ex hac vita Mariam migrasse martyrii corporalis passione. Hoc tamen certum est, quia nemo obitum ejus scit, aut quomodo ex hac luce migravit, dum tamen in Jerusalem ejus sepulcrum

A certe positum sit. Nativitas itaque sanctæ Mariæ Matris Domini vi Id. Sept. Assumptio vero ejusdem xviii Kal. Septemb. celebratur.

37. JESUS CHRISTUS, quod interpretatur *salvator unctus*, Jesus namque Hebraice nomen est, quod Græce *soter* dicitur, Latine vero *salvator* appellatur. Christus autem Græcum est, quod Hebraice *messias* vocatur, Latine vero *unctus* dicitur. Hic est Filius David, filii Abraham, ut sancta Scriptura in sanctis sermonibus sancti evangelistæ et apostoli Mathari scribentis et dicentis in principio Evangelii sui: *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham, Abraham autem genuit Isaac*, et reliqua, quæ sequuntur usque ad illum locum, ubi dicitur: *Cum natus esset Jesus in Bethleem Juda in diebus Herodis regis Judææ*. Hæc omnia affirmant quo ordine ex coelo per archangelum Gabrielem Virgini est annuntiatum, et quomodo in Virgini utero conceptus, et in quo loco, et in quo tempore, et sub quo rege, et in qua plebe ante natus, et quomodo ab angelo est nominatus, ante breviter dictum est. Magnitudinem et altitudinem ejus, et profunditatem, latitudinem, et obscuritatem hujus mysterii nullus naturaliter vivens non dico enarrare, vel scrutari, sed nec estimare potest, nisi ille solus. Sed hoc mysterium, ut voluit, et constituit, et consecravit, sicut per Isaiam Spiritus sanctus affirmat, dicens: *Generationem ejus quis enarrabit? et per Paulum apostolum idem Spiritus sanctus clamat, et ait: O altitudo divinarum sapientiarum, et scientiarum Dei, quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus? Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit? Et iterum ait: Ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia*. Quis enim angelorum aut mortalium hominum verum Deum et Dei unigenitum, qui incomprehensibilis est, et inextimabilem ante sæcula sine matre genitum, et verum hominem, carne, anima, natura ex vera Virgine matre sine peccato; sine patre terreno in fine sæculorum conceptum et natum valeat scrutari, aut cogitare, aut nuntiare? aut quomodo eum humana fragilitas potest [comprehendere]? Ipse est enim Deus 388 a semetipso, et in semetipso, Deus excelsus; Deus in Deo, Deus cum Deo, Deus in homine, et homo in Deo. Verus homo natura, et humanitate, verus Deus potentia et majestate. Præcepit Dominus Jesus Christus Ecclesie suæ facere quæ ipse fecit, credere quod docuit, sperare quod promisit. Qui dignatus est ad nos humiliter venire, et inter nos xxxiii annos et vii menses carnaliter et clementer habitare. Cujus conceptio et passio in æquinoctio vernali; et cuius natiuitas in solstitio hiemali; Kalend. Jan. ejus circumcisio, et ejus baptismus in Januario; die vi Kalend. April. ejus resurrectio; in Nonas Maii ejus in celum Ascensio, ubi regnat cum Patre, et Spiritu sancto in sæcula.

38. Omnes APOSTOLI discipuli, non omnes discipuli apostoli; apostoli enim Græce, *missi* Latine dicuntur. Discipuli, qui discunt plene.

39. SIMON PETRUS tribus nominibus appellatur. Primo a parentibus Cephas, deinde Simon, tertio Petrus. His autem duobus nominibus nominavit illum Deus: Simon, qui interpretatur *obediens*; Petrus, *agnoscens*. Prius piscator piscium, postea piscator factus est hominum, quem Christus ut piscem in rete electionis tenuit, quando, ut post se veniret, illum vocavit. Ipse est agnitor Christi, clavicularius regni, Ecclesie fundamentum, princeps apostolorum, filius Joanna, frater Andree, ortus vico Bethsaida provincia Galilææ, quæ est juxta stagnum Genesareth. Tertius in ordine secundum Joannem, primus secundum Matthæum, confessor primus Filii Dei, discipulus amator Domini, et negator. Confutendo laudatus, præsumendo elatus, negando lapsus, lacrymando purificatus, confusione probatus, passione coronatus. Cui nomen ex opere datur, titulus ex merito potestatis imponitur. Virtutibus et signis

sæculo claruit, pedum gressu fervidum mare calcavit. Frateriens umbra morbidos sanavit, potestate vivos morti tradidit, mortuos virtute in vitam suscitavit. Claudis clementia gressus redintegavit. Paralyticis flaccida membra in proprium statum reparavit. Simonem Magum, et maleficum, colum conscendentem, ad terram elisit, sub Claudio Cæsare Antiochenam fundavit Ecclesiam. Sub Nerone vero exiit Romam; prædicavit Pontum, Galatiam, Bithyniam, Cappadociam, cæterasque confines provincias. Judæis duntaxat prædicans circumseprehenditur, qui ad ultimum propter Simonem Magum licet Dei occulto nutu, Romanam pervenit, ibique prædicans Evangelium xxv annorum ejusdem urbis tenuit pontificatum. Sexto autem et tricesimo anno post passionem Domini sub Nerone Cæsare, ut voluit, cruci suspensus est. Cujus natalium in Kal. Jul. celebratur, sepultus in Vaticano ab urbe Roma ad Orientem [Forte, Occidentem] tertio milliario.

40. PAULUS apostolus, qui et primum nominatus est Saulus; Paulus, quod interpretatur *mirabilis, vel pius*. Saulus autem interpretatur *impius*. Saulus itaque, id est, impius Christianos persequens. Paulus autem, id est, pius populis Christum prædicare (*sic*). Prædicans pastor, præclarus prædicator, egregius doctor gentium, advocatus Judæorum, a Christo electus, de cælo vocatus, feliciter increpatus, in terram prostratus, oculus cecidit, cæcatus surrexit, persecutor sævus, charitatis plenus, 389 vas electionis, ex lupo ovis. Vocatione novissimus, prædicatione primus, in lege Gamalielis discipulus, in evangelio Christi servus. In Judæa genitus, de tribu Benjamin ortus, plus omnibus laborans, multo latius de cæteris prædicans, a Jerusalem usque ad Illyricum in circuitu Evangelium Dei docens, cujus miracula resfulgent clara. Raptus in tertium cælum conscendit. Pythonis spiritum imperando damnavit. Adolescentem mortuum suscitavit. Cæcitate magum percussit, claudum proprium incessum reformavit. Diræ serpentis morsum non sensit, sed igni arsuram dedit. Patrem Publici a febribus orando sanavit, passionem incredibiles pro Christo sustinuit. A Judæis et gentibus plagas pertulit, miseriam et laborem, sitim et famem, frigus et nuditatem, ter virgis cæsus, semel lapidatus, tres vice naufragatus, die ac nocte in profundo maris diversus, mille periculis et plagis percussus, in carceres trusus, catenis ligatus, a Judæis gentibus traditus in sporta per murum evasit dimissus. Pœnia arctatus ferarum rabiem patitur, in carcere vincit terræ motu factus absolvitur. Hic secundo post passionem Domini anno ab Anania in Damasco baptizatur, et post hæc omnia Romæ biennio in custodia fuit; xviii deinceps annis nationes occiduas perfecte edocendo expletis, et sub Nerone eodem die quo Petrus crucifixus. Idem in via Ustiensis truncatus, ibique cum honore sepultus.

41. ANDREAS apostolus Domini, frater Simonis Petri, in nativitate Petro primus, in ordine pontificatus tertius. Gente Galilæus de Bethsaida civitate ortus, qui fuit piscator prius, postea factus est Christi discipulus. Cum rete et navi pisces de mare trahebat, ipse, ut piscis, rete retentus magno piscatori adhereret. Relinquens rete simul et navem, secutus est felix mundi Redemptorem. Secutus et Salvatorem Dominum, et factus est piscator et prædicator hominum; secutus est Christum usque ad crucis exaltationem, cujus vestigia ipse viriliter tenuit usque ad crucis passionem. Andreas enim *virilis, vel decorus*, interpretatur: vere virilis, et viriliter fecit, quia Christum crucifixum barbaris populis prædicavit, et crucem ejus mirabiliter laudavit, et mirabiliter credidit et rogavit. Hic itaque evangelizavit juxta mare Caspium, Selythiam, Macedoniam, et Achaiam, in quibus populos multos Christo acquisivit. Ardore summæ charitatis in Christum, et in Christi crucem repletus fuit, justitia, et sanctitate, et pietate fere omnes præcellit. Paratam namque sibi crucem ut vidit, inear-

abiliter inæstimabili gaudio et exultatione repletus ait: *O bona crux, o præclara, o pretiosa, o crux sancta, o sanguine Christi, velut margaritis, ornata, o tandem quæsita, et desiderata, suscipe me, rogo, et redde me magistro meo Christo*. Crucem mortis ministrum non timuit, sed nimio amore eam adamavit, et amplexit. Magistrum namque incomprehensibili charitate conspexit, ideo patibulum non timuit, etsi sensit. Tunc alacer crucem ascendit, quia usque ad mortem magistro obedivit. Beatus biduo patibulo pendens, et vultu anglico clare resplendens, populis prædicando non cessavit; populus hæc mirabiliter et vidit, et audivit, a cruce eum solvere cum magno 390 cœnato voluit, sed nullus hominum natus ipsum attingere potuit, quia Dominus militem suum secum ducere voluit; tunc populos, et in Christo fratres salutavit, et cum magistro et angelis in requiem regni lætus perrexit. Hæc gesta sunt sub Ægea proconsule in civitate Patras, prid. K. Decembris, cujus corpusculum beata Maximilla inde cum honore adduxit, et aromatibus sanctum corpus condidit (*sic*), cujus reliquiae, id est, brachium ejus, vicesimo Constantini imperatoris anno ad Romam translatae sunt, et in ecclesia sancti Petri apostoli fratris ejus honorifice collocatae sunt.

42. JACOBUS, qui interpretatur *supplantator*, filius Zebedæi, frater Joannis apostoli, arte prius piscator, postea factus est Christi secutor, relinquens rete et navem, secutus est Salvatorem, relicto patre Zebedæo. Obedivit omnipotenti Deo. Relinquens mare et pisces, factus est in mari, id est, in mundo piscator cœlestis. Hispanis, et occidentalibus locis prædicator, et sub Herode gladio cæsus occubuit, sepulchusque est in Achaia marmarica viii Kal. Augusti.

43. JOANNES apostolus, et evangelista, qui interpretatur *gratia Dei*, filius Zebedæi, frater Jacobi. Sanctæ Mariæ filius in adoptione, et Christi frater in virginitate. A Domino electus in tantum, et dilectus, ut in cœna recumberet super pectus Domini. Ipse Joannes ad crucem Christi stetit, cui tunc soli Salvator pendens matrem suam Mariam commendavit. Iste enim Joannes in Cana Galilææ uxorem ducere voluit, quando Dominus Jesus aquam in vinum fecit. Sed Dominus Jesus ad virginitatis exemplum illum traxit, ut virgo virginem adjuvaret, et mater filium proprium haberet. Dum enim suscepti mater magistri discipulum, etiam ipse pro Christo alter quodammodo relictus est filius. Joannes Domini discipulus, Joannes Asiae archiepiscopus, Joannes charitate Dei plenus, Joannes in mysteriis Evangelii olei fluvius, Joannes aquila visus in visione Ezechielis quatuor animalibus. Evangelium Christi prædicans in Asia, a Domitiano Cæsare ligatus est catena, ibi Apocalypsim, id est, revelationem conspexit, ubi dei mysteria et dixit, et scripsit. Interfecto autem Domitiano a senatu, solutus est Joannes ab exilio, felix recessit in Ephesum. Ibi rogatus ab Asiae episcopis, scripsit Evangelium, in quo alios sermone præcellit, sicut alios amore præcedit, cujus quidem inter alias virtutes magnitudo signorum fuit. Martyr veraciter voluntate exiit. Missus namque in ferventis olei dolium, illæsus inde evasit. Veneni poculum potavit, et ei nihil nocuit. Duos viros de veneno mortuos suscitavit, silvestres frondium virgas in aurum mutavit, litoreaque saxa in gemmas formavit, et gemmarum fragmina in propriam naturam reformavit. Viduam quoque præcepto populi suscitavit, et reparavit, et quod dictu magis est, Christi generationem sæculo monstravit. Hic autem post passionem Salvatoris anno sexagesimo octavo sub Trajano principe longævo vetustatis fessus senio, cum sibi diem transmigrationis suæ sentiret imminere, jussisse fertur sibi sepulcrum effodi, et valedicere fratribus. oravit: facta oratione, videns tumulum 391 intravit. Unde accidit ut quidam asserant vivere, nec mor-

tuam eum in sepulcro, sed dormientem jacere contendant, maxime pro eo quod illic terra sensim ab imo scaturiat, et ad superficiem sepulcri conscendat; et quasi statim quiescentem deorsum ad superiora ebuliat. Sed hanc contentionem et æstimationem ex Christianis cordibus vir Spiritu sancto plenus Leo papa et apostolicus indubitanter abstraxit quia Joannes apostolus in suo sepulcro nec vivus jacet, nec mortuus; disputans enim de eodem Joanne, et de resurrectione sanctorum, sic ait: *Verum etiam fortasse plurimi ex eisdem beatis martyribus cum Domino resurrectionem corporaliter vel consequenter (sic) fuerint consecuti*; nam sic legitur in prima resurrectionis festivitate, suscitante se Domino, multa sanctorum corpora suscitata vixisse, et in sanctam civitatem introisse. Sed fortasse aliquis dicet: Sepulcra clausa sunt monumenta constructa; quemadmodum procedere exinde poterunt? Ut taceamus quia omnia possible sunt Deo, et quod clausis tumuli penetralibus possit spirituale corpus educere, ut hæc omnia prætermittant, apostoli habemus exemplum, quem tumulus susceptum claudere potuit, custodiæ non potuit, nam depositum corpus perdidit quod assumptum. Ille enim tumuli foribus gratia resurrectionis ablatas est, ut staret sepultura, nec inveiretur sepultas. Denique sacerdotes eum honorandi causa corpus inquirerent, reserato aditu, tumulus non potuit reddere quem suscepit. Ejusdem itaque Joannis natale in Epheso vi Kal. Januar. colitur. Alii dormitionem ejus viii Kal. Julii dicunt, quando nativitas Joannis Baptistæ celebratur.

44. THOMAS, qui interpretatur *abyssus*, et alio nomine *Didymus*, hoc est, *Christi similis*, vultu enim carnali simillimus factus est Salvatori; unde et Judas Judæis dixit, tradens magistrum suum: *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum*. Cui Dominus dignatus est post resurrectionem suam vulnera passionis suæ ostendere, quia affirmantibus ei apostolis Christum resurrexisse, noluit credere dicens: *Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum et mittam manum meam in latus ejus, non credam*. Veniens iterum Jesus, januis clausis, ad discipulos suos, inventus est tunc Thomas inter eos; deinde Jesus dicit Thomæ: *Defer digitum tuum huc, et mitte in loca clavorum, et in latus meum mitte manum tuam, et noli perdere fidem tuam*. Tunc Thomas tenuit, et credidit, et Dominum Deum suum agnovit, dicens: *Dominus meus, et Deus meus*. Multa itaque mirabilia per hunc apostolum Indis paribus fecit, quæ vobis nunc nuntiare longum est, volentibus ea tamen scire in sua præseratione mirabiliter possunt invenire (*sic*). Unum tamen a miraculis ejus, ne videar totum præterisse, conabor breviter enarrare. Fuit Thomas aliquando in regis Indiarum convivio, ubi omnes habebant quod universi edere et bibere volebant; ille vero manducare et bibere noluit, sed oculos cordis et corporis ad cælum erexit; et hoc pincerna regis vidit, ad apostolum iratus venit, et alapam ei in faciem dedit, et ait: *Quare non manducas, et bibis de epulis, et vino in convivio regis?* Tunc Thomas, Hebraice respondens, dixit ei: *De hoc convivio non excedam, donec* **392** *canis niger dexteram tuam deponat in medio*. Hos sermones nemo in convivio intellexit, nisi una puella Hebræa, quæ cum cithara convivis citharizavit. Factum est ut homo Dei dixit: pincerna foris aquam adducere perrexit, hoc in via obiavit, qui eum usque ad mortem strangulavit, et omnia ossa ejus minutatim confregit. Canes ex palatio regis ad cadaver conveniunt, maledicti membra inter se dividunt. E quibus canis niger pincernæ dexteram adduxit in medio convivio, sicut prædixerat Dei homo Thomas; ut hoc puella Hebræica vidit, ad apostolum cum cithara modulans venit, et coram eo citharæ carmina sonans, stetit, et repleta fide, et charitatis Dei ardore, spirituale carmen cithara cepit cantare, et omnipotentem universorum Deum mirabiliter laudare, dicens: *Unus Deus Hebræorum, qui creavit omnia, ipse fecit cælum*

*et terram, et fundavit maria*. Ut hoc iterum jussu apostoli decantavit, ad pedes ejus cum magna fide inclinavit, et Salvatorem omnium devota Christum credidit. Cuncti populi, ut hæc viderunt, et audierunt, valde admirati sunt, et timuerunt, et multi ex eis Christo crediderunt. Hic itaque Thomas Parthis et Medis prædicavit, et intimam orientalem plagam, ibique Evangelium evangelizavit, et martyrium sustulit. Lancea enim ibi transfixus, occubuit in Calaminica Indiarum civitate, et xii Kalend. Jan. ibi caputis est in honore.

45. PHILIPPUS, qui interpretatur *os lampadis*, a Bethsaida civitate Andree et Petri ortus, cujus memoria legitur in Actibus apostolorum; hic fuit unus ex vii diaconis, qui eum sancto Stephano ab apostolis ordinati sunt, et eorum nomina hæc sunt: Stephanus, Philippus, Procorus, et Nicanor, Timotheus, et Parmenas, et Nicolaus advena Antiochenus. Hic vero Philippus conjugem habuit, et quatuor filias prophetissas ex ea genuit, et postea apostolus Domini fuit. Samaritanam perrexit virtute Domini repletus; ibi primum verbum Domini Samaritanis prædicavit, in quo erat tanta virtus divinæ gratiæ, ut etiam Simonem Magum prædicatione consterneret, qui prorsus idem tempus celebris famæ apud Samaritanos populos habebatur, ita ut virtus Dei magna esse putaretur. Sed is cum vidisset signa et miracula quæ a Philippo per divinæ gratiæ potestatem fiebant, obstupescens et terribus cessit, et credere se in Christum, usque quo etiam baptismum accepit, simulavit. Deinde Philippus Gallis prædicavit Christum, postea in Hierapoli Phrygiæ provinciæ, ubi crucifixus, et lapidatus obiit, ubique cum filiabus suis quiescit. Cujus natalitium Kalend. Maii, celebratur.

46. JACOBUS, qui interpretatur *supplantator*, filius Joseph Cleophæ, cujus memoria in Evangelio legitur. Hic Jacobus frater Thaddæi apostoli legitur, qui Thaddæus alio nomine Judas dicitur, et ambo fratres dicuntur Christi. Idem ipse Jacobus Hierosolymorum primus episcopus fuit; qui cognominatus est Justus et apostolorum episcopus. Multi fuerunt Jacobi, sed idem Jacobus Alphæi qui, ut prædiximus, cognominatus est Justus, alios præcelit Jacobos, quia ex utero matris suæ semper sanctus fuit: vinum et siceram non bibit, et carnem non manducavit; ferrum **393** in caput ejus nunquam ascendit, oleo non fuit unctus, balneo non fuit lotus, neque laneo indutus, sed tantum sindone linea vestitus. Huic soli licebat introire Sancta sanctorum, solus ingrediebatur templum, et ita jacebat super genua sua orans pro populi indulgentia, ut orando callos faceret in genibus ad modum cameli, semper genua flecendo, neque unquam ab oratione cessando. Itaque pro incredibili hac continentia, et summa justitia appellatus est Justus, et *Oblias*, quod interpretatur *munimentum populi*. Hic dum in Jerusalem Christum Dei Filium prædicaret, de janna templi dejectus, et fullonis vecte in caput percussus a Judæis lapidibus opprimitur, ibique juxta templum humatur, cujus natalitium et ordinatio vi Kal. Jan. creditur.

47. BARTHOLOMÆUS apostolus, qui nomen ex Syria lingua suscepit, et interpretatur *filius suspendentis aquas*. Hic forma bene factus, facie et oculis decorus, veste præclara, et gemmis, nec per hoc elatus, nec superbus, cui potestatem talem super dæmones dedit Dominus, quia, quando volebat, dæmones in simulacris tacebant, et quando volebat, dæmones de simulacris nolentes turpitudines et miseria suas demonstrabant, et prædicabant. Contigit autem aliquando ut Bartholomæus tale miraculum ostenderet in populo, quando populum ante simulacrum stare præcepit, et in virtute Dei dæmonem a simulacro jussit exire, et in sua magna miseria et deformitate se populo ostendere, et prædicare. Tunc miser invitus, cum gemitu et ululatu exorsus est dicere: *O stulti, videte qualem Deum me infelicem coluitis! O insensati, considerate me miserum, et effor-*

mem, atque omnibus modis despectum, quem vos adiutorem rogatis. O seducti, conspiciat qualem dominum stultissimo et cæco corde creditistis. O decepti, intendite, quia non sum Deus, sed demon miserimus, in superbia deceptus, et de cælo lapsus; fui aliquando angelus in gloria, modo factus sum diabolus in Dei ira. Perdidit gloriam, et angelicam vitam in cælo, et inveni peras infinitas, et innumerabiles in inferno, et sic perdidit gloriam meam, ut nullo modo possim invenire veniam, aut Dei gratiam, quia non habeo carnem, nec penitentiam maritiam. Nam si ego miser potuissem habere unum digitum cum unguila de hominis carne, potuissem (me) a mea miseria et crudelitate redimere. Vos insensati cum omnibus creati, et ad duas Dei imagines facti, quid vos ipsos seducitis et perditis? quid a creatore erratis, cum ipse vobis dedit pedes ad standum et ambulandum, manus ad palpandum et laborandum, oculos ad videndum et cognoscendum, aures ad audiendum, linguam ad loquendum, et Deum laudandum, cor ad credendum, et intelligendum? Tunc apostolus ei respondit: Quomodo tu miser cum uno hominis digito unguilato te de tua calamitate potuisses redimere? Cui cum ululatu iterum respondit: Cum uno illo digito et unguila uni mundassem nares, alteri aures, tertio oculos, et omnibus membra, ut voluissent, scalpassem, et hæc sedulo fecissem. unus nihil forsitan dixisset: Deus te benedicat; alius: Deus te adjuvet; tertius: Deus te de malo tuo liberet, et in his multis et magnis benedictionibus lassus liber venissem. Et cum 394 hæc omnia Dei iussione, et sine sua voluntate dixisset, miser ab oculis omnium evanuit. Tunc omnis populus, ut hæc vidit et audivit, valde timuit miratus; et derelinquens vanum (cultum) idolorum, credidit, et benedixit omnipotentem Deum. Hic itaque Bartholomæus Lycaoniam prædicavit. Ad ultimum in Albano majore Armeniæ urbis vivens a Barbaris decoratus, atque per jussum regis Astragis deo ollatus, sicque terræ conditus 1x Kalend. Septembr.

48. MATTHÆUS apostolus et evangelista a Matthea civitate nomen accepit, et interpretatur donatus, primo publicanus, postea Domini discipulus. In teloneo sedebat, thesaurus rogebat, publice peccabat, intus obscuratus, sæculi cura cæcatus. Aliquando, Deo volente, vidit solem justitiæ, audivit aure cordis verba veritatis; secutus est solem, quem vidit, veritatem, quam audivit, credidit et adoravit: relinquens teloneum, secutus est omnium Dominum; relinquens thesaurum periturum, secutus est regem semper mansurum; relinquens mendacium et vanitatem, secutus est viam et veritatem; relinquens mortem et mundum, secutus est vitam et regnum; obliviscens stultiloquium, scribit et prædicat Evangelium. Qui tribus nominibus fuit nominatus, id est, Matthæus, Levi, Publicanus. Matthæus de civitate sua Matthea, ut ante diximus, nominatus; Levi de tribu Levi, unde fuit ortus; inde cognominatus Publicanus, quia publica servabat. Matthæus interpretatur donatus; Levi minister; publicanus, quia publice peccat. Primum quidem in Judæa in tempore Gai regis Romæ Evangelium conscripsit, et prædicavit, et postea in Macedonia, et xi Kalend. Octobr. passus in Persida, in montibus Portorum requiescit in gloria.

49. SIMON ZELOTES, qui interpretatur zelus. Hic primus dictus est Cananæus a vico Cana, quod interpretatur possessus, qui et Simon tertio nomine appellatus est, zelo Dei fervens. Par Petri in cognomento, et similis in honore. Apostolus Domini, et consobrinus, Cleophae et Mariæ filius, quæ Mariæ Cleophae in Evangelio dicitur, Cleophas pater ejus, et Joseph, qui quasi pater dicitur, Christi fratres fuerunt, et mater ejus, quæ Mariæ Cleophae dicitur, soror Mariæ matris Domini fuit. Ita et miro modo duo fratres duas sorores habuerunt uxores. Sed Cleophas carnaliter, Joseph vero spiritualiter. Hic itaque Simon accepit in prædicatione Ægypti prin-

cipatum, et post Jacobum Justum cathedram dicitur tenuisse Jerosolymorum, et post annos cix verus sub Adriano Imperatore per crucem sustinere martyrium passionis. Jacet in Bosphoro, cujus natale v Kalend. novembr.

50. JUDAS LEVÆUS, id est, corculus, hoc est, a corde, ipse est et Thadæus, ipse est Judas Jacobi, filii Joseph fratris Cleophae, et interpretatur confessor, in Mesopotamia, atque interioribus Pontis prædicavit. Sepultus est in Crito Armeniæ urbe, cujus festività vi Kalend. Novembris celebratur.

51. MATTHIAS, vel MATTHIAN, de septuaginta discipulis unus fuit, et pro Juda Iscariot xii inter apostolos subrogatus. Electus sorte, et 395 solus sine cognomento, cui datur Evangelii prædicatio in Judæa.

52. APOSTOLI sancti hi fuerunt Christi discipuli, luminaria mundi, lapides pretiosi, Salvatoris amici, prædicatores fidei, paranymphi sponsi, principes mundi, clavicularum regni, sal terræ, palmites in vera vite, seminatores justitiæ, messores in patrisfamilias segete, veritatis amatores, gentium doctores, dæmonum et tyrannorum superatores, paradisi exploratores, ovium Christi boni pastores, in magno judicio Judæorum judices sedentes cum judice super xii sedes. Qui dum omnes unum sint, singuli tamen eorum propriis certisque locis in mundo ad prædicandum sortes proprias acceperunt. Petrus vero Romam, Paulus a Jerusalem usque ad Illyricum, Andreas Achaïam, Jacobus Zebedæi Hispaniam, Joannes frater ejus Asiam, Thomas Indiam, Jacobus frater Judæ Jerusalem, Matthæus Macedoniam, Philippus Gallias, Bartholomæus Lycaoniam, Simon Zelotes Ægyptium, Judas Mesopotamiam, Matthias Judæam.

53. DE APOSTOLIS, qui sine gubio uxores habuerunt, audivi sanctum Clementem ita dicentem, qui eorum comes et eorum discipulus fuit, et tertius a Petro papa in Roma exstitit; sic enim ait: Petrus vero ac Philippus et uxores habuerunt, et eas etiam viris nuptias dederunt; sed et Paulum apostolum non tædei in quadam Epistola sua mentionem et salutationem facere comparis suæ, quam se ideo tamen negat circumducere, ut ad prædicationem Evangelii expeditior fiat. Sic et de Petro dicitur. Aiunt, inquit, beatum Petrum, cum vidisset uxorem suam duci ad passionem suam, gavisum esse electionis gratiam ac regressionis ad propriam domum, et exclamasse post eam, cum duceretur, ac proprio nomine appellantem dixisse: O conjux, memento Domini. Talia sanctorum conjugia, tam perfecta fuit affectio beatorum.

54. MARCUS, qui interpretatur excelsus, evangelista Dei et Petri in baptisato filius, atque in divi sermone discipulus. Sacerdotium in Israel agens, secundum carnem Levita. Conversus ad fidem Christi, Evangelium in Italia scribit in tempore Claudii Cæsaris. Qui post fidem pollicem dicitur amputasse, ut sacerdotio reprobos haberetur, sed secundum dispensationem Dei et fidei ejus meritum, et vitam, postea episcopus factus est. Hunc enim Marcum tradunt primum ad Ægyptum perrexisse, atque inibi Evangelium, quod ipse conscripserat, prædicasse; quod et furtum laudabile dicitur, quia quæ Petrus verbo prædicaverat, ipse in occulto rogatus a fratribus scribebat. Ipse enim primus ecclesiam apud Alexandriam construxit, et in ea civitate primus prædicator et episcopus fuit. Qui et alio nomine idem Joannes nominatus fuit. Quem alii asserunt martyrio coronatum. Hieronymus autem eum affirmat in pace Ecclesiæ migrasse ad cælum. Cujus depositio vii Kalend. Maii celebratur.

55. LUCAS, qui interpretatur elevans, sive consergens, evangelista tertius, natione Syrus, Antiochenus, cujus laus in Evangelio canitur, arte scriba et medicus, apostolorum discipulus, postea Paulum usque ad confessionem ejus secutus, servius Domino sine crimine. Nam neque uxorem unquam habens, neque filios; medicus corporum et animarum,



Duos **396** etenim libros de spirituali medicina animarum scripsit, id est, Evangelium in Achaïæ partibus tempore Pauli, quod Evangelium Paulus apostolus (ait) esse suum; ait enim *secundum Evangelium meum*. Alium vero librum, qui Actus apostolorum dicitur, quem sancto Theophilo episcopo Antiocheno conscripsit. LXXIV annorum obiit in Bethania plenus Spiritu sancto; qui postea Constantinopolim Constantini imperatoris anno 20 cum reliquiis beati apostoli Andreae translatus est; cujus depositio xv Kal. Novemb. celebratur.

56. BARNABAS, qui et Joseph, natione Cypriæ civitatis a Cyro Persarum rege conditæ, cum Paulo apostolo in gentibus apostolatam adeptus. Deinde propter Joannem discipulum, qui etiam cognomento Marcus appellatur, conjunctus a Paulo, apostolus nihilominus evangelicæ prædicationis injunctum sibi opus exercuit.

57. TIMOTHEUS, Ephesiorum episcopus, de civitate Triensium patre Græco, id est, ethnico, matre autem Judæa, id est, Eunice, ut refert Paulus apostolus, dicens: *Quia habitavit fides in uia tua Loide, et matre tua Eunice, certum est autem quod et in te*. Illic autem discipulus fuit Pauli apostoli, ejusque filius spiritualis, quem puerum proprio secum idem Paulus apostolus assumpsit; qui pudicus et virgo permansit, quique apud Ephesum in monte qui vocatur Pion, cum magno quiescit honore.

58. TITUS Pauli apostoli discipulus, et in baptismo filius, natione Græcus, et ex gentibus solus a Paulo apostolo post Evangelium circumciscus; quem ad extruendas Græcæ ecclesias præfatus reliquit apostolus, ibique in pace defunctus, atque sepultus quiescit.

59. STEPHANUS sanctus, gratia plenus, dignus diaconus, et post Christum martyr primus, Zachæi nepos, et Simonis filius. Miles magnus Stephanus erat, clarus genere, et forma fulgebat; clarior tamen fide et signi sæculo radiabat. Evangelium legebat, Evangelium intelligebat, Evangelium prædicabat, Evangelium implebat, populis perfecte Christum annuntiabat, Synagogas sapientia superabat, signa magna in populo faciebat. Spiritu sancto repletus, canes latrantes adversum se vincebat, cælos apertos videbat, et Jesum stantem a dextris virtutis Dei aspicebat. Scripturas sanctas in Jerusalem sapienter psallebat, et de Dei lege fratres Judæos diligenter docebat;

duros corde et incredulos cum fiducia increpabat, charitate repletus non credentes clementer castigabat. Inimici Dei hæc videntes, dentibus in eum stridabant; inimici Dei hæc audientes, quomodo eum interficere potuissent quærebant; phrenetici furentes, furore repleti, ut canes, contra sanctum latrabant, falsi testes mentientes clamabant, Christi in litere miseri morte damuabant, duri cervice, et corde c. udeles, lapides colligebant, et sanctum Stephanum trahentes foras extra civitatem lapidabant; illi lapidabant, ille orabat; illi saxorum grandines super eum jactabant, ille genua factori suo feliciter flectebat; illi eum maledictis manibus mactabant, illo vero claritatis ardore plenus coruscabat; illi stulti Satanae sodales in sanctum sæviebant, ille sanctus instanter Salvatori summo psallebat; illi furore fuscati dentibus fremebant, ille vultu angelico **397** et clara facie fulgebat; illi carnifices certatim lapides ducebant, ille veraciter veniam persecutoribus precabatur; illi crudeliter caput et corpus sancti saxis frangebant, ille Sanctum in cælo aspiciens, aiebat: *Ne statuas illis hoc peccatum, Domine*; illi sanguinem sancti Stephani in terram fundebant, ille sanctus Stephanus cælos apertos et Jesum stantem videbat; illi latera sancti Stephani silicibus scindebant, ille constanter Christo gratias agebat; illi furendo, irascendo, clamando currebant, ille prædicando, orando, psallendo ad Christum clamabat; illi membra maximi militis lapidibus lacerabant, ille magnus miles spiritum Christo commendabat. Sanctus itaque Stephanus, positus genibus, orans, in Christo obdormivit. Sanctus Stephanus, ut prædiximus, vidit cælos apertos, et introivit. Cujus oratio Saulum Ecclesie Christianum reddidit, et præcipuum, et pium Paulum prædicatorem prostravit, quia si tunc Stephanus non orasset, Ecclesia postea Paulum non habuisset. Post hæc itaque vere timorati a civitate venerunt, et sanctum Stephanum cum magno planctu planxerunt, et cum magno honore corpus ejus sepelierunt. Ubi, præstante Domino, magna miracula et modo apparent, et tunc apparuerunt. Cujus martyrium a mundo honoratur, et vii Kalend. Jan. semper celebratur. Cujus corpus post tempus in Non. August. ibidem quæsitum invenitur, ubi a multis millibus Christus creditur et adoratur.

## APPENDIX XXI.

### LIBER DE NUMERIS,

*De quo in Isidorianis, cap. 65, n. 10 et seqq.*

1. Domino nostro altissimo adjuvante, et Salvatore nostro Jesu Christo clementissimo concedente, de numero et ejus mystico mysterio pauca breviter, tamen utiliter, volo scribere. Quid i, quid ii et iii dicunt, quid iv, quid v et vi asserunt, quid vii, quid viii, quid ix et x referunt, et usque ad xxiv, si possumus pervenire, dicere volumus qui ostendunt.

2. Unum itaque tantum Deo pertinet, quia in omnibus, et ante omnia, et super omnia, in omnipotentia, et magnificentia, et incomprehensibilitate sua unus est, sicut et in capite, et in principio sacre Scripturæ vox divina spiritualiter affirmat, dicens: *Audi, Israel, Dominus Deus unus est*. Quis enim in cælo aut in terra, aut subter terram in æternitate, in potestate, in trinitate, in unitate, in divinitate, in humanitate Deo soli similis esse potest? Ideo itaque unus idem solus Deus dicitur, quia nec antea, nec postea, nec tunc [nec] nunc ei alter esse similis in cælo, aut in terra invenitur, aut legitur, quia qui ei superbiendo in cælo similis esse voluit, mox lassus et lapsus periiit, et demon, et Satan, et dæmonum in inferno princeps esse meruit. Multa itaque in Dei creaturis, et in sacris Scripturis, quæ

multipliciter esse videntur, tamen uno nomine unum appellantur; ut homo, anima, fides, **398** baptisma, charitas, spes, pax, panis. Ecclesia catholica, et alia multa, quæ modo causa brevitatis prætermittit. In his tamen, quæ prædiximus, id est, homine, et anima, et cæteris quæ sequuntur, etsi non est secundum ordinem, tamen in suis locis, ut donaverit Deus, narrabimus.

3. *Unde factus sit homo?* Unum itaque hominem a Deo factum in principio invenimus. De cujus costa unam feminam factam legimus, unam linguam loquendam, id est, Hebræam usque ad ædificationem turris Nembroth fuisse testatur. Quæ turris in campo Diram ædificabatur. Unus Abraham fuisse testatur, qui et caput fidei fuisse dicitur, quia ab Adam usque ad nativitatem Christi ullum hominem Abraham vocatum non invenitur; de quo Abraham dicitur: *Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam*. Nonne Abel credidit, et coronari primus martyrio meruit? Nonne Enoch credidit, qui adhuc in corpore vivit? Nonne Noe justitias credidit, quem Dominus cum arca et omnibus quæ in ea fuerunt liberavit? et nec Abel, nec Henoch, nec Noe caput

fidei vocati sunt. Quare hoc? id est, etiam in istorum A tempore justorum fides apparuit, tamen rara et semper defuit. Abraham autem usque adhuc, et usque in finem fides nec defuit, nec deest, nec deerit. Ideo caput fidei Abraham appellatus est. Unus Noe fuit, qui arcam fabricavit, et si alius inde, Scriptura tacuit. Item vero Noe primus post diluvium in montibus Armeniæ altare Domino construxit, quia ibi inter montes aqua diluvii arcam dereliquit. Unam feminam, id est, Lot uxorem in statuam salis litteræ tradunt conversam. Quæ statua usque hodie stat, ut omnis qui eam videat, Deum timeat, et omnipotentem eum credat. Una femina in mundo apparuit, cui altera talis nunquam nata fuit, quæ solem et ignem novem mensibus in vulva portavit, nec ei aliquatenus ullo modo nocuit. Unam virginem legi leonem factare, credere non dubito, et non cesso mirari. Unus mediator maximus inter homines, et Deum, qui ex parte hominum verus factus est homo. Ideo veraciter mediator dici potest, et potuit, quia nec divinitas humanitati nocuit, nec humanitas divinitati contraria fuit. Una civitas in celo, quæ est omnium sanctorum mater, quæ Jerusalem appellatur, et visio pacis interpretatur. In quam civitatem nullus intravit, nec intrat, nec intraturus omnis qui est indignus, et superbus, et impurus. Hucusque de mo diximus, modo de duobus dicturi sumus.

4. Quot substantiis constat homo? Duabus substantiis constat homo, imagine et similitudine Dei factus, id est, anima tantum et corpore, sed in his duabus substantiis in unum inter se conjunctis, multæ videntur esse species. In corpore etenim humano novem sunt mensuræ sine dubio compositæ: id est quatuor principales, quæ sunt terra, aqua, aer, ignis, et aliæ quinque subsequenter species, id est, sal, fenum, flores, lapides, nubes, et ut in melius de his omnibus intelligas, lege sic: terra in homine est crassitudo, et gravitas carnis, aqua autem sudor, et saliva. Aer vero ipsa anhelatio humida, frigida, atque calida, spirans per os et nares. Ignis in homine, qui in stomacho coquit cibos, et in calore sanguinis, sal in salitate sanguinis, et sudoris, et lacrynarum, et urinx, quia hæc omnia in homine salsa sunt. Fenum autem in capillis et pilis, flores in varietate oculorum, lapides in gravitate et durtitia, quia lapides ossa terræ dicuntur. Nubes instabilitas mentis et cogitationum. Et de his novem mensuris compositum corpus, et compaginatum ossibus majoribus et minoribus constitutum, conjuncturis principalibus numero cccclxv. Aliis vero minoribus vix invenitur numerus. Similiter et venis principalibus cccclxv, minores vero venæ innumerabiles sunt. Nervis quoque et sanguine, carne et cute, medullis, cartilaginibus, capite et cerebris tribus, primum vocatur memoria, secundum sensus, tertium appellatur motus. Sensibus 7, id est, visus, auditus, odoratus, gustus, tactus. Aetibus vero 6, id est, infantia, pueritia, adolescentia, juvenus, senium, senectus: infantia, quæ 7 annis finitur; pueritia, quæ 14 annis terminatur; adolescentia, quæ 27 annis protenditur; juvenus, quæ 2 annis fluitur, senium, quæ septuagesimo anno concluditur; senectus vero, quæ annorum temporibus et numero non expletur, sed labore, et dolore, et morte. In homine itaque 10 sunt fenestræ fabricatæ. In prima fenestra verba profert, aerem suscipit et spirat, cibos sumit et gustat. In duabus fenestris videt procul et prope, in duabus aliis odorat et spirat. In duabus aliis inferioribus necessaria corporis foris ministrat. In decima fenestra umbilicus nominata ventrem ornat. Homo vero habet in corde intellectum et cogitatum, consilium et timorem, in splene risum, in felle iram, in jecore amorem, et flatum, et levitatem in cursu, et natando. Naturaliter his omnibus, et aliis multis, quæ causa brevitatibus prætermittit, hominis corpus constat. Natura vero ejusdem corporis 14 in se gerit diversitates. Id est, esurit, sitit, concupiscit, sop-

rat. Usus ergo hujus naturæ 14 rebus expletur, id est, manducando, bibendo, generando, dormiendo. Hæc corporis ratio breviter dicta; nunc autem animæ origo dicatur.

5. Anima quid est? et si est aliqua res, unde animæ fiant? Quid ipsa est, quod nomen ejus, quem usum in rebus conditis. Vivit, an non? si vivit, quid offert universitatis affectibus? beatamne vitam ducit, an miseram? Quid ergo anima est? Cælum non est, neque terra, neque aer, neque ignis, non aqua, non Deus, non sidera, non de anima patris neque matris venit, ut multi æstimant. Non visus, non auditus, non odoratus, non gustus, vel alia cætera, quæ memorare longum est, quæ sunt in cælo, sive in terra, quod anima non est. Unde ergo anima ex Deo data est, ex nihilo facta, et a Deo creata, ut ipse Dominus per Isaiam dicit: *Omnem statum ego feci*, id est, omnem animam; et in Psalmo similiter ait: *Qui finxit sigillatim corda eorum*, id est, animas, quia corda hominum candelabra animarum sunt. Quid itaque est anima, breviter dicendum est, quod Deus tacuit in suis Scripturis. Anima vero est vita rationalis, et sensibilis, vivificans spiritualiter, et invisibiliter, et mirabiliter omnia viscera ac membra totius corporis intus et foris, jussu sui Creatoris, et miro modo ministrans quinque corporis sensibus, quia 500 per oculos videt, per aures audit, per nares odorat, per gustum discernit sapes, per tactum tota membra regit; quæ quadrimoda ratione spiritualiter subsistit, id est, sensus, sapientia, cogitatio, voluntate. Sensus pertinet ad vitam, sapientia ad intelligendum, cogitatio ad consilium, voluntas ad defensionem. Anima etenim dum una res est, multas species et ornamenta ita in se habet. Quæ dum spirat spiritus est, dum sentit sensus est, dum sapit animus est, dum intelligit mens est, dum recte discernit ratio est, dum consentit voluntas est, dum recordatur memoria est, dum membra vegetat anima est, dum bene vivit imaginem Dei habet, dum bene ornata Deo et angelis placita, dum virtutibus bonis plena Trinitatis est cathedra. Ornamenta vero animæ hæc sunt. Per auditum credit, per desiderium querit, per sapientiam invenit, per orationem petit, per gratiam accipit, per humilitatem custodit, per misericordiam occurrit, per benignitatem indulget, per doctrinam acquirit, per poenitentiam componit, per exemplum pulchra, per scientiam lucida, per zelum bonum libera, per mansuetudinem plana, per prudentiam cauta, et clara, per simplicitatem sincera, per stabilitatem sobria, per justitiam recta, per patientiam longanima, per obedientiam parata, per actionem munda, per spem terna, per abtinentiam temperata, per castitatem sancta, per gaudium spirituale læta, per confessionem aperta, per martyrium ornata, per unitatem catholica, per concordiam pacifica, per dilectionem proximi larga, per claritatem Dei perfecta. Hæc sunt ornamenta animæ. Necessitates corporis istæ sunt: in fame cibus, in siti potus, in labore requies, in fatigatione somnus, in delectatione, et tædio carmen, in dolore salus, in imbecillitate virtus, in timore refugium, in tenebris lumen, in bello pax, et alia multa, quæ modo causa brevitatibus longum est dicere. Sicut sine his itaque necessitatibus caro humana non potest feliciter vivere, ita anima sine suo necessario non potest in corpore perfecte stare. Cibus namque animæ est præceptum divinum, potus ejus oratio pura, balneum ejus jejunium legitimum, vestimentum ejus elemosyna, et propria substantia, organum ejus laudatio Dei assidua, requies ejus perfecta paupertas, salus ejus corporis infirmitas, refugium ejus pura poenitentia, pax ejus charitas plena. O homo, quicumque es, his duabus substantiis, ut prædiximus, constitutus, id est, corpore et anima, imitare Christum et sanctos Patres, qui te præcesserunt; discite humilitatem a Christo, devotionem ex Petro, charitatem ex Joanne, obedientiam de Abraham, hospitalitatem de Lot, longanimitatem de Isa, tolerantiam de Jacob, patientiam de Job, castimoniam



de Joseph, mansuetudinem de Moyse, constantiam de Josue, benignitatem de Samuel, misericordiam de David, abstinentiam de Daniel, eleemosynam de Tobia, theoreticam ex Ileri, actualem ex Paulo, penitentiam lacrymosam ex Maria Magdalene, puram confessionem ex latrone, martyrium de Stephano, largitionem de Laurentio.

6. *De superbia et invidia.* Duas esse radices pestiferas et moriferas omnibus viventibus, dubium non est. A quibus omnis iniuinitas, et **401** omnis impietas, et omnis calamitas, et omnis crudelitas, et omnis tempestas, et omnis dolor, et omnis plaga, et omnis pœna, et omnis morbus, et omnis mortalitas, et omnis tribulatio, et omne malum, quodcumque et in cœlo, et in terra, et in inferno inuenitur, et sentiri potest, ortæ sunt, una radix vocatur superbia, altera appellatur invidia. Quia enim de sapientibus et Scripturas intelligentibus ignorat superbiam esse radicem et reginam omnium malorum; Scriptura attestante, et dicente: *Initium omnis peccati superbia*? Per ipsam enim primitus angelorum princeps per Deum, qui Lucifer tunc vocabatur, et quasi signaculum Dei vivi videbatur, de throno Altissimi, et de altitudine cœli, et de illamagna et sancta civitate, quæ vocatur *viua pacis*, in qua sunt novem ordines angelorum, ipse cum decima angelorum parte in inferni tartara profectus est. Utam crudele et tam malum incredibile! Ipse durissimus draco sui deceptor, et mortis inventor, in ipsa sua invenit projectione mortis omnium secundam radicem, quæ appellatur invidia. Sic enim sacra Scriptura ait: *Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum.* Hoc ergo modo per invidiam primum intravit peccatum, et per peccatum mors originem traxit, id est, suggestione iniqua crudelissimi inimici orta fuit. Ex iniqua suggestione prava cogitatio intus erupit, prava autem cogitatio delectationem peperit, delectatio consensionem, consensio actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas malam mortem, mala mors perditionem. Suggestione itique diaboli per serpentem Eva seducta est, et sic primus homo Adam per Evam seductus præceptum Creatoris sui transgressus est, et in ipsa transgressionem laborem et mortem invenit, et semini suo post se ipsa dereliquit. De quo labore et morte a c Deo ad Adam dixit: *In sudore vultus tui manducabis panem tuum;* et iterum ait: *Terra es, et in terram ibis.* Et Scriptura hoc affirmans ait: *Sicut mors in Adam data est, ita dominabitur in omnibus filiis ejus.* Labore ergo, et morte, et miseria, et corruptione, et maledictione inventus, et aliis innumerabilibus progeniei suæ derelictis, ipse cum semine in tenebris et cruciatibus a die mortis suæ in prima ætate mundi usque ad resurrectionem Christi detentus est.

7. *Duas vias vitæ et mortis in hoc sæculo esse dubium non est, una per quam feliciter pergunt sancti, altera per quam peccatores se ipsos perdunt, de quibus vis in primo psalmo Spiritus sanctus sic ait: Novit Dominus viam iustorum, et iter impiorum peribit.* Via sanctorum Dominus ipse, sicut ipse dixit: *Ego sum via, et veritas, et vita;* via autem peccatorum tenebre mortis, ut in Psalmo legitur: *Fiat via illorum, id est, peccatorum, tenebræ, et lubricum.* Via sanctorum fides catholica, via peccatorum infidelitas prava; via sanctorum spes recta, via peccatorum arida desperatio; via sanctorum charitas perfecta, via peccatorum iniquitas odiosa; via sanctorum diligentia mentis, via peccatorum negligentia cordis; via sanctorum timor Dei, via peccatorum transgressio mandati; via sanctorum voluntas bona, via peccatorum cupiditas mala; via sanctorum oratio assidua, via peccatorum verborum malitas; via sanctorum **402** confessio fragilitatis, via peccatorum excusatio iniquitatis; via sanctorum simplicitas pura, via peccatorum obscuritas tenebrosa; via sanctorum patientia stabilis, via peccatorum instabilitas temporalis; via sanctorum humilitas vera, via peccatorum elatio inquinata; via sanctorum abstinentia temperata, via peccatorum nimietas dissolu-

ta; via sanctorum castitas sancta, via peccatorum luxuria immunda; via sanctorum sobrietas formosa, via peccatorum ebrietas crapulosa; via sanctorum largitas dandi, via peccatorum avaritia servandi; via sanctorum taciturnitas silendi, via peccatorum loquacitas vapulandi (*sic*); via sanctorum commemoratio boni, via peccatorum oblitio Dei; via sanctorum lectio sancta, via peccatorum murmuratio præsumptiosa (*sic*); via sanctorum justitia et veritas, via peccatorum mendacium et pravitas; via sanctorum concordia pacis, via peccatorum discordia dissensionis; via sanctorum in omnibus gratias agere, via peccatorum semper despiciere; via sanctorum zelus bonus in amore Dei, via peccatorum zelus malus et amor mundi; via sanctorum monstratio bona, via peccatorum ostensio mala; via sanctorum thesaurizare in cœlo, via peccatorum abscondere in limo; via sanctorum humilitas Christi, via peccatorum superbia diaboli; via sanctorum amor vitæ futuræ, via peccatorum amor vitæ peritura; in una tollitur quod hic diligitur, in altera quod amatur semper habetur.

8. Duos etiam infernos in Scripturis legimus: unus in terra, in quo probantur sancti, alius sub terra, in quo damnantur dæmones et impii: etsi uno nomine nominati sunt, multum inter se distant; in uno namque labor et requies, in altero semper miseria, cui non est finis. In inferno sanctorum punctio salutaris, in inferno peccatorum cruciatus pœnalis; in inferno sanctorum pœnitentia vera, in inferno peccatorum pœnitentia sera; in inferno sanctorum abremissio pia, in inferno peccatorum damnatio justa; in inferno sanctorum probatio cum consolatione, in inferno peccatorum pœna sine intermissione; in inferno sanctorum afflictio, et refectio, in inferno peccatorum semper cruciatio; in inferno sanctorum spes muneris accipiendi, in inferno peccatorum desperatio pœnæ finiendæ; in inferno sanctorum suavitas jugis, in inferno peccatorum gravitas sustinendi; in inferno sanctorum timor offensionis, in inferno peccatorum vindicta transgressionis; in inferno sanctorum labor, et requies, in inferno peccatorum injuria semper pœnalis; in inferno sanctorum visitatio Infirmi, in inferno peccatorum oblitio visitationis; in inferno sanctorum stetus pœnitentium, in inferno peccatorum lacrymæ et stridor dentium; in inferno sanctorum nox et dies, in inferno peccatorum tenebræ exteriores; in inferno sanctorum probantur boni, in inferno peccatorum puniuntur pravi; in inferno sanctorum ignis videtur et ministrat, in inferno peccatorum habetur et cruciatur; in inferno sanctorum custodiunt angeli, in inferno peccatorum cruciantur adversarii; in inferno sanctorum gratia, benignitas et misericordia, in inferno peccatorum amaritudo, ira et indignatio, in inferno sanctorum adjuvantur sancti, in inferno peccatorum damnantur dæmones et impii; in inferno sanctorum **403** boni et mali (*sic*), in inferno peccatorum nihil habetur boni; in inferno pravorum non est finis malorum, in inferno D sanctorum spes est regni cœlorum.

9. *De ebrietate.* Duas res reperi, et eas multum novi in humana misera vita multum sibi contraries: una vocatur ebrietas, altera appellatur sobrietas, de quarum contrarietate pauca breviter dicam: ebrietas satis inutilis est, indigna res in viris, impudica in feminis, contumeliosa in servis, reprehensibilis in sacerdotibus, dignitatem perdit in regibus, veritatem obliviscitur in iudicibus, misericordiam delet in divitibus, malos mores moriat, hominem totum conturbat, inimicitias memorat, cædes et clades concitat, patricidia inter parentes præparat, rixus suscitatos sanos amentes facit, sapientes stultos facit, sobrios insensatos reddit, ablutit memoriam, desecat sensum, negligit mentem, confundit intellectum, concitat libidinem, implicat sermonem, corrumpit sanguinem, violat visum, obdurat aures, strepiscit risum, turbat viscera, clamat inhoneste, non loquitur recte, humidat [Vel humectat] cerebrum, flagitat somnum, debi-



passionem proximi affligitur animus. Duobus modis A locutio divina distinguitur, id est, aut per semetipsum Dominus loquitur, aut per creaturam angelicam verba formantur.

16. Duo in hac vita sunt genera justorum : unum videlicet bene viventium, sed nulla doctentium ; aliud vero recte viventium, et eadem recta doctentium. Duobus modis percussio divina intelligitur, id est, in bonam 406 partem, qua percuntur carne, ut emendemur anima et mente ; altera, qua vulneramur conscientia ex charitate, ut Deum ardentius diligamus. Duobus modis Deus respicit in homines, id est, vel ad veniam, vel ad vindictam : ad veniam, sicut respexit Petrum ; ad vindictam, sicut in Sodomam et Gomorrham.

17. Duo latrones cum Christo crucifixi sunt, id est, Dismas a dextris, Gestas a sinistris. Alia nomina latronum Chacham et Chamma. Duas filias Lot habuit, filius fratris Abrahamæ, quarum una vocabatur Adach, quæ peperit patri filium nomine Moab, de quo Moabitæ orti sunt. Altera vero, quæ vocabatur Moach, quæ et similiter patri suo peperit filium nomine Ammon, de quo Ammonitæ exierunt. Hi duo filii non sine culpa nati sunt, quia pater filias uxores habuit, et hoc non voluntas, sed ebrietas fecit ; et ita culpa miro modo est facta, ut pater filias uxores haberet, et sorores matres fratribus factæ sunt, et filii matribus fratres fuerunt, quia de semine patris filiæ natæ sunt, et de semine iterum patris in filiabus filii sunt procreati ; et ideo hæc progenies magnam maledictionem meruit, quæ usque ad decimam generationem in Ecclesiam Dei non intravit. Et tamen Ruth Moabitida bona femina fuit, quæ in generationem Christi partem habere meruit. Ipsa enim mater avi David fuit ; David namque filius Jesse, Jesse filius Obeth, Obeth filius Booz, et mater ejus Ruth. Avus enim pater patris est.

18. Duos filios Isaac habuit, unus Deo reprobos, et alter electus fuit. Sic enim Scriptura ait : *Jacob dilecti, et Esau odio habui* ; et hoc non sine causa, C quia ambo filii boni patris, et ambo uterini in utero bonæ matris, et tamen electus supplantavit reprobum in utero matris, et primogenita ei rapuit, et benedictionem patris ; sed ideo hoc voluit Deus ita, quia omnes electi de Jacob sunt orti, et de semine ejus, et tamen reprobum non dereliquit Deus, quia Job et Dei servus, et rex ortus est ex genere ejus. Et ideo hoc breviter memoravi, quia mali de bonis,

et boni de malis oriuntur. Mali de bonis, dæmones de angelis ; boni de malis, sancti de gentibus. Mali de bonis, Ismael de Abraham, Moab et Ammon de Lot ; boni de malis, Abraham de Chaldæis. Mali de bonis, Dathan et Abiron de Levi, Ophni et Phinees de Heli. Boni de malis, Ruth ac Moab et Raab de Chanaan. Mali de bonis, quod ante debui dicere, Cain de Adam, et de Noe Cham. Bonus de malo, Jonathan de Saul. Malus de bono, Absalon de David. Quid plura dicam ? Sic enim erit usque in finem, et de bonis mali, et de malis boni ; cum autem venerit, qui solus bonus est bonus a malis segregabit.

19. Duos viros adhuc vivos legimus ; sed ubi sunt vivi et absconditi, nescimus. Unus ab Adam septimus, et Enoch nominatus, alter vero Elias, qui usque ad cælum in curru igneo est raptus ; de duobus breviter diximus, tamen satis, quia ad tres festinamus.

20. *Tres personæ Trinitatis*, in una potestate et majestate, Pater, Filius et Spiritus sanctus, quæ tres personæ apud Hebræos sic vocantur *Abba, Ben, Ruba*. Apud vero Græcos *Pater, Bar*, quomodo autem Græce 407 Spiritus dicitur, adhuc non inveni. Illi tamen dicunt *ageos* quod Latine sonat sanctus. *Abba* pater, *Ben* filius, *Ruba* Spiritus sanctus. *Pater* tamen Græcum est, et Latine sonat genitor. *Bar* Græce, filius Latine. Trinitas itaque dicitur propter personarum diversitatem, unitas vero propter inseparabilem deitatis substantiam. Pater dicitur, eo quod habeat Filium, et omnis paternitas, quæ in cælo, et in terra est, in eo et ex eo nominatur. Filius dicitur, eo quod habeat Patrem, Spiritus vero sanctus, eo quod a Patre et Filio procedit. Deus dicitur propter potestatem, et dilectionem ; Dominus dicitur propter dominationem ; omnipotens dicitur, quia omnia potest, cui nihil impossibile est. Et si Deus omnipotens est, quid est quod non potest ? Id est, non potest falli, non potest inori, non potest peccare. Per Patrem vivimus, movemur et sumus ; per Filium rationem, et scientiam, et intellectum habemus ; per Spiritum sanctum donis bonis omnibus illustramur. Tribus modis Deus dicitur, id est, essentialiter, ut Paulus dicit : *Qui est benedictus in sæcula*. Nuncupative, ut Dominus Moysi dicit : *Constitui te in Deum Pharaonis*. False, ut dicitur : *Nisi qui non fecerunt cælum et terram pereant*. Tres res in principio creavit Deus, id est, angelos, et . . . et informem materiam. (*Desunt alia.*)

## APPENDIX XXII.

### GLOSSÆ IN SACRAM SCRIPTURAM.

*Ex Codice veteri I archivi Vaticani.*

#### GENESIS.

CAP. I. *Spiritus Dei ferebatur*. Providentia qualiter cuncta creasset. *Fiat lux*. Ipsa est quæ postea in vasa cæli, hoc est, sidera, diffundebatur. *Dixit*. Per verbum suum fecit. *Mans*. Initium creaturæ. *Vespere*. Finis ejusdem. *Imaginem, similitudinem*. Imago eminet in spiritu hominis ; similitudo in bonis operibus.

II. *Patrarat*. Perfecerat. *Paradisum*. Duo sunt : unum terrenum, ubi Adam fuit, alterum cælestium. *Lignum vitæ, lignum scientiæ*. In custodia præcepti

GENESIS. — CAP. I. De his glossis consule Isidoriana, cap. 65, num. 38 et seqq. Incipit Codex : *Dei ferebatur* ; fortasse deinde legendum *providens qualiter*. Scriptum erat *creasse pro creasset*. Interpunctum erat *verbum suum*. *Fecit mane*.

II. In Vulgata est *plantaverat* pro *patrarat*. Fortasse legendum *unus terrenus . . . alter cælestis*. Glossæ *lignum vitæ*, etc., possent aliter ordinari, seu transjici.

D scientia erat boni. *Boni et mali*. In transgressionem scientia erat mali. *Bidellium*. In arbore colligitur, et est pigmentum. *Evilat*. Hoc est proprium nomen terræ.

III. *Perisomata*. Femoralia. *Versatilem*. Vibrantem. *Versatilis* dicitur pro eo, quod quandoque venisset tempus ut etiam removeri potuisset.

408 IV. *Concidit*. Mutavit colorem vultus sui. *Sin*. Si non sic. *Maledicta terra in operibus tuis*. Ille non opera colendi, sed peccata exprimit. *Num*. Dicitur. *Eden*. Sacratissimum ipsam paradisi locum interpretatur. *Porro*. Videlicet.

Vulgata habet *bdellium* ; sed apud scriptores mediæ ævi reperitur *bidellium*. Prius fieri deberet mentio *Evilath*, ut est in Vulgata, seu *Evilat*, quam *bdellii*.

IV. In Vulgata, *maledictus eris super terram*, nisi hæc verba ex cap. III huc translata sint, ubi Vulgata habet, vers. 17 : *Maledicta terra in opere suo*. Ex vers. 9 cap. IV desumitur *num*, scilicet *Num custes*, etc.

vi. *Famosi*. Fama nominati. *Habitavit in terra Ajjaid*. In Hebræo habet nomen instabilis. *Lævigatis*. Limpiditatis. *Bitumen*. Genus glutii, alii piculam, alii resinam. *Tristega*. Tricamerata.

vii. *Cataractæ*. Fenestræ *In articulo diei*. Initio diei

ix. *Dilatet Deus Japheth, et habitet in tabernaculis Sem*. Japheth latitudo dicitur, ex quo gentium nascitur multitudo, Sem, ex quo Hebræi minores numero eieci. *Vegetat*. Confortat

xi. *Ur*. Ignis, vel lumen.

xii. *Illustrem*. Magnificum.

xiii. *In oppidis*. In castris.

xv. *Trimam*. Triennem. *Altrinsecus*. Separatim. *Abigebat*. Expellebat.

xvi. *Libet*. Secundum arbitrium tuum. *Ferus*. Iracundus, indomitus.

xviii. *Sata*. Nomen mensuræ: habet modium et semis.

xix. *Cubitum*. Passi duo. *Vallaverunt*. Circumdederunt. *Culminis*. Altitudinis. *Vim*. Fortitudinis. *Inlatus*. Attendens.

xxi. *Stirpi*. Generi. *Nemus*. Arborum ordo compositus, vel de silva.

xxii. *Pariter*. Simul. *Vepres*. Rumices.

xxiii. *Funeris*. Corporis. *Quin*. Magis, vel potius. *Siclus*. Sex denarii. *Antrum*. Speluncam.

xxiv. *Destrahit*. Dividit, v. l. vendidit. *Aio*. Dico. *Suscitati*. Interrogati.

xxv. *Hispidus*. Pilosus. *Protinus*. Statim. *Adultis*. Maturis. *Gnarus*. Expertus. *Edulio*. Victu, esca, vel esu. *Parvipendens*. Pro nihilo habens.

xxvi. *Arcersito*. Evocato. *Perspicuum*. Manifestum. *Coire*. Concupere, vel convenire. *Quispiam*. Modicus aliquis. *Sevit*. Irascitur. *Locupletatus*. Ditatus. *Invidentes*. Invidia habentes. *Humo*. Terra. *Olim*. In antiquo. *Repererunt*. Invenerunt. *Jurgium*. Rixa. *Auctum*. Inventum.

xxvii. *Pharetram*. Theca ad sagittas portandas. *Dudum*. Antea. *Consternatus*. Indomitus. *Orbabor*. Sine filiis.

xxviii. *Inmixum*. Incumbentem.

vi. *Scriptum nominata pro nomi-nati*. Non apparet quo pertinet verba *habitavit... instabilis*. Obscurum est *nodus* in compendio litterarum. Mox fortasse legendum: *limpidatis*. De voce *tristega*, vide Ducangium.

ix. *Exaratum erat vegetati*. Pro *eieci* mallem *geniti*. *Transpositæ sunt glossæ; vegetat* pertinet ad vers. 13; *dilatet*, etc., ad vers. 27.

xiii. *Restitui in oppidis*, pro *in opis*, in Ms D *scrimen* tamen aliquod notari solet inter castrum, castellum et oppidum.

xviii. In Glossis Roberti de Sorbona, *capiens modium et semissem*. Confer Isidorum, l. xvi Etymol., c. 26, et Ducangium.

xix. *Intelligo verbum cubitum* pertinere ad caput xix, 4, de duobus angelis a Lot hospitio susceptis: *Prius autem quam trent cubitum*; non autem intelligo quod inuat *glossa passi duo*, nisi legamus *passi duo*.

xxiv. *Auctor glossæ videtur in textu legisse distraxit*, aut *destraxit*, mutato *i* in *e*, ut fieri tunc solebat. In Vulgata est *destravit*, hoc est, sarcinas deposuit, a verbo *desterno*. Pro glossa *interrogati*, *legere interrogarunt*.

xxv. *Scriptum erat iesca*. Apud Robertum de Sorbona male distinguuntur duæ glossæ: *Edulium*, victus; *Esca*, esus.

xxvi. In Vulgata scribitur *accersito*. In Codice legitur *medicum aliquid*. Ab inepto aliquo addita est glossa *irascitur*, pro *sevit*, quod est a *sero*, non a *sario*. Sic etiam inepta est glossa *inventum* pro *auctum*.

xxvii. Sic legendum *theca*, vel *thecam*, pro *lega*, in vet. Cod. *Indomitus* fortasse mendum est.

xxix. *Valet*. Sanus est. *Hebdomadam*. Septem annis. *Copula*. Conjunctioni.

xxx. *Edente*. Generato. *Mandragoras*. Fructus similes pomi in illa herba nascuntur, et habet quorundam sexum, masculini et feminini, et in radice ostendit similitudinem, et est fertilis, et dicitur qui eam eridit non posse vivere. *Experimento*. Exercitatione sciens. *Dem*. Tradam. *Furvus*. Brunus. *Populeas*. Bidulaneas. *Serotinus*. Tardus.

xxxi. *Facultate*. Possibilitate. *Inclutus*. Nobilis. *Portantes*. *Opes*. Divitias. *Clam*. Occulte. *Abgeres*. Expelleres. *Esto*. Etsi putaveris, vel eccesi. *Necetur*. Occidatur. *Nequeo*. Non possum. *Depopulati*. Vastati.

xxxiv. *Stupri*. Corruptelæ virginitalis. *Scorto*. Bertrice.

xxxv. *Cedentes*. Obedientes. *Libano*. Degustans.

xxxvi. *Ad puteum juramenti*. Ad aquam fidei.

xxxvii. *Ditioni*. Potestati. *Fomitem*. Incendium, initium. *Nitabatur*. Laborabat. *Polymita*. Operis plurimarii. *Stactem*. Genus resinæ pretiosæ. *Acquieverunt*. Consenserunt.

xxxviii. *Divertit*. Non convertit. *Opilio*. Pastor ovium. *Teristrum*. Ligatura capitis, vel sindones.

xxxix. *Arbitris*. Judicibus. *Lacinia*. Ora vestimenti.

xl. *Pincerna*. Butiliarius. *Canistra*. Quæ palmarum virgulis textitur ad panes portandos.

xli. *Conjectores*. Æstimatores. *In culmo*. In calamo, in stipula. *Uredine*. Vento incendente. *Demum*. Postmodum. *Præsaqum*.  $\frac{1}{2}$  Præscientem. *Conjicere*. Æstimare. *Macie*. Exilitate corporis. *Squalora*. Surde. *Industrium*. Instantem. *Segetes*. Semina.

xlii. *Nutum*. Providentiam, vel potestatem. *Machinantur*. Argumentantur. *Molimur*. Cogitamus, vel tentamus.

xliii. *Dlatio*. Admissio.

xliiv. *Augurari*. Sortiri. *Flagitii*. Peccati, vel mali, vel turpitudinis.

xlv. *Quantocius*. Ocius. *Solo*. Te ra.

xlvii. *In ararium*. In thesaurarium. *Hemina*. Dimidium sextarium. *Scrile*. Seminate.

xlix. *Cerastes*. Cornuta serpens, statu nocens. *Emissus*. Emissus dicitur cervus, quando cervam se-

xxix. Pro *sep'em annis*, mallem *septenarium*.

xxx. *Glossam de mandragoris huc transvulsi, cum in vet. Ms. reperitur inter cubitum et vallaverunt, scilicet cap. xix. Quæ de mandragoris dicuntur, conferranda sunt cum Etymol., cap. 9, l. xvii, et eam dict. Bibl., et cum not. Calmeti, et diction. Valmontis de Bomare. Pleraque enim sunt fabulosa. Vox bidulaneus non obvia est. In Actis 11 Julii, l. II, Vit. Sancti Uldarici: *Concidit sibi baculum de ligno bidullano*. In additionibus ad Ducangium conjicitur legendum *betulaneus*, seu *betulaceus*, a *betula*. Ex nostris glossis vera significatio eruitur.*

xxxii. In vet. Ms. *Fetos*, portantes. Mox, pro *vastati* scribendum fuisset *vastaverunt*. Sed multa hujusmodi ad medium ævum pertinent.

xxxv. In Vulgata est *cedentes*, nec congruit glossa *obedientes*. Exstat vox *cedentes* in Bibliis Gothica Teletanis. Vide prolog., cap. 65.

xxxvi. Inter glossas *funeris* et *quin* cap. xxiii, *exaratum* erat in vet. Cod. *Ad puteum*, etc.

xxxvii. *Glossæ nonnullæ transpositæ sunt*. Pro *incendium*, *initium*, fortasse legendum est *incertum*.

xxxviii. *Parum opportuna est glossa non convertit*. De *teristro*, sive, ut in Vulgata legitur, *theristro*, confer Etymol., l. xix, c. 25, glossas Roberti de Sorbona, et Ducangium. Vet. Cod., *instantium* pro *instantem*.

xl. Ab aliis dicitur *buticularius*, seu *butellarius*, seu *bottellarius*. Adsis Ducangium, verb. *Buta*. *Scriptum* est in vet. Cod. *textetur*, et fortasse voluit auctor *textitur*.

xli. *Restitui in culmo* pro *in culmine*.

xlvii. Non reperitur verbum *solo* in Vulgata; ex-

quitur. *Obiit*. Mortuus est. *Aræam*. Terram arabilem. *A* sura habens XII sextariorum. *Scalere*. Ebullire, vel essebere. *Atsi*. Nutri, vel pavi. *Ephi*. Ephi et batus unum sunt, mensura habens modios tres.

XVII. *Jurgata*. Rixata, vel injuriam habentia. *Pauzillum*. Modicum.

XVIII. *Præstolatur*. Observat, vel expectat. *Disceptatio*. Altercatio, vel contentio, vel disputatio. *Tribunus*. Qui super mille viros est. *Sirennis*. Uilibus, vel fortibus.

XIX. *Jaculis*. Tralis, vel sagittis actis, vel jactis. *Clangere*. Sonare. *Micare*. Coruscare, fulgere. *Perstrepebat*. Personabat. *Paulatim*. Per partes. *Prolizius*. Longius. *Contestare*. Conjurare.

XX. *Zelotes*..... *Insonem*. Innocentem. *Frustra*. Sine causa, sine ratione, in vanum.

XXI. *Liberi*. Infantes. *Diis*. Id est, sicut do tibi. *De industria*. De instantia, de cura. *Cornupeta*. Petuleus, cornu petens.

XXII. *Aceros*. Tumulos. *Segetes*. Messes. *Deserat*. Portet. *Conductum*. Congregatum.

XXIII. *Solemnitatem*. Septem hebdomadas a Pascha usque Pentecosten. *Severis*. Seminabis. *Crabrones*. Furriones. *Ultroneus*. Spontaneus.

XXV. *Concinnanda*. Componenda. *Ephod*. Siola lineo, vel superhumeralis, et dalmatica. *Compingite*. Jngite. *Oraculum*. Oraculum et propitiarium. **412** unum sunt, ubi audiebantur divina eloquia. *Interrasillem*. Anteranglypham. *Acetabula*. Actuariorum. *Phialas*. Calices minores. *Calamos*. Modum calami. *Scyphos*. Calices majores. *Sphæras*. In modum sphaeræ rotundatas.

XXVI. *Saga*. Una tela in cortinis. *Fibulas*. Strincas, vel fibulas. *A summo usque ad summum*. A fine usque in finem. *Inseretur*. Imponetur, immiscetur, includetur.

XXVII. *Fuscinulas*. Tridentes. *Arula*. Vas aeneum quadrangulum, in quo prunas portant. *Cælaturis*. Picturis. *Pazillos*. Genus mensuræ palus nominata. *Contusum*. Contritum. *Oppansum velum*. Extensum, quo undique pandatur.

XXVIII. *Applica*. Junge, congrega. *Funguntur*. Utantur, obsequantur. *Rationale*. Pannus in pectore quadratus. *Cidarim*. Cidarim, mitra et tiara unum sunt. *In marginibus*. In his summitatibus vestimentorum. *Malum Punicum* et mala granata unum sunt, poma miræ pulchritudinis. *Portabit iniquitates*. Qui intercedit pro iniquitate. *Feminalia*. Femoralia. *Femora*. A femine.

XXIX. *Ariotes immaculatos*. Unius coloris, non morbidos, non scabiosos, non lutos. *Lagana*. De farina

XVII. In Vulg. legitur *jurgatus* et *pautilum*, pro *pautilum*. In Bibliis Gothicis etiam est *pautilum*, et fortasse etiam *jurgata*; nam ibi est *lapidabit* pro *lapidabunt*.

XX. Deest glossa, pro voce *zelotes*, quæ in Ms. unitur verbo, sive glossæ *conjurare*. In Roberti glossis, *zelotes*, æmulator, ulciscens.

XXI. Fortasse, sicut *diis*, pro sicut do tibi. In Vulgata est per *industriam*. Biblia Toletana, de *industria*.

XXIII. In Vulgata hoc capite non est *severis*, sed *seminabis* vers. 10, et *seminaveris* vers. 16, ubi Biblia Gothica servat. Vox mihi ignota *furriones*.

XXV. Pro *anteranglypham*, fortasse legendum *interanglypham*. Perique *interrasillem* exponunt per *anglypham*, *sculptum*. Adis Ducangium. In glossis Roberti de Sorbona male duæ glossæ distinguuntur, *interrasillem*, distinctam. *Anglypham*, sculptam. Sunt enim hæc tria nomina explicatio vocis *interrasillem*. Mox legendum videtur *in modum calami*, ut legitur in Roberti glossis. *Ibid.*, legitur *rotundas* pro *rotundatas*, sive *rotunditas*, ut est in nostro Ms.

XXVI. Libenter legam *strincas*, vel *fibulas*; hinc Itali *stringa*, *fibbia*. Mox miscetur.

XXIX. Verbum latinum est *exungia*; sed fortasse medio ævo scribebatur *exungia*, ex quo Hispani *exjundia*. Confer Ducangium, verb. *exudia*. Explicatio

## EXODUS.

CAP. I. *Ellesmoth* Hebraice, *Exodus* Græce, *Exitus* Latine. *Lateris*. Tegulis non coctis: de terra et paleis efficiuntur. *Mares*. Masculos. *Ingrueret*, irrueret.

II. *Elegantem*. Pulchrum. *Fiscellam*. Ponaer in modum navis. *Scirpeam*. Juncinam. *In carecto*, loco palustri, vel in marisco; alii canalem. *Per crepidinem*. Per summitatem ripæ. *Altei*. Canalis in amne, vel sinu aquæ. *Papyrione*. Papyrus. *Adultum*. Maturum, vel juvenem.

III. *Rubi*. Spina, in qua rosa crescit.

IV. *Instar*. Similitudo. *Ab heri et nudius tertius*. Totum tempus præteritum significat. *Impedioris*. Impatiens. *Diversorio*. Receptaculo. *Ullico*. Statim, vel mox. *In montem Dei*. In montem Sinai. *Coreb* et *Sinai* unum sunt. *Sponsus sanguinis tu mihi es*. Quia de sanguine meo natus es, vel quia circumcisus.

V. *Exaribet*. Ministris eum vi exigentibus.

VI. *Adonai*. Dominus. *Ergastulo*. Privata custodia, vel carceres. *Præsertim*. Maxime. *Patrualem*. Filius patris, vel filia.

VII. *Colubrum*. Colubrum et draconem pro uno ponit. *Virga Aaron*, et *virga Moysis* una erat, *Arcana*. Secreta, vel occulta. *Malefici*. Magicæ artis inventores.

VIII. *Abigantur*. Expellantur. *Condixerat*. Convenit, vel consensit. *Statuit*. Decrevit. *Aggeres*. Terræ tumulum. *Scimpheas*. Muscæ minutissime. *Abominations* *Egyptiorum*. Oves, quas coluerunt, et noluerunt manducare.

IX. *Renuis*. Recusas. *Turgentium*. Turmentium. *Virens*. Viride. *Induravit*. Quia non emolluit.

X. *Corrodet*. Demanducabit, deacerabit. *Densa*, **411** *Spissa*.

XI. *In solio*. Throno. *Mutiet*. Modice murmuret. *Ostentia*. Prædicta signa.

XXII. *Catum*. Conventum. *In ædibus*. In domibus, vel templis. *In monumentum*. In memoriam. *Mare*. Ritu, observantia. *Indigenis*. Civibus, vel qui ibi nati sunt. *Dimitit*. Permittit. *Cæremonias*. Illius sacrificandi. *Dudum*. Antiquitus, vel antea. *Religio*. Sanctitas, bonitas, pietas. *Efferatis*. Asportetis.

XXIII. *Israel*. Profliscentis. *Columna*. Columna ignis et columna nubis una esse creditur ex altera parte ignea, et altera similis nubi.

XXV. *Obrigerunt*. Coturnix et perdix.

XXVI. *Pilo*. Pistillo, alio loco lancea. *Gomor*. Men-

stat in Bibliis Gothicis, pro *terras loco*. Vide prolegom., cap. 65. Fortasse, in thesaurum. Vox *hemina* nescio, unde in hunc locum adjecta fuerit. Cæbris est controversa de libra panis, et vini hemina in regula sancti Benedicti, de qua videri potest Ducangius, in Dict. Confer etiam I. XVI Etym., c. 26.

EXODUS. — CAP. I. Scripsum videtur *Ellesmoth*; in Etymol., I. VI, cap. 1, in hoc eodem nostro Codice *Elesmoth*. Apud alios, *Veellesmoth*.

II. Mendum videtur *ponaer*, pro *panerium*; exaratum etiam erat in *domum navis*, et mox *plaustrum vel in maris*, quo alii. De marisco, vide Ducangium.

V. Obscurum est *cum vim*, pro *vi*. Glossæ hoc loco præpostero ordine collocatæ erant. Hæc enim in Ms. præcedit alias capituli IV, ubi in Vulgata legitur *spensus sanguinum pro sanguinis*.

VI. Forte, *carcere*.

VIII. Glossa *statuit* non videtur ad hunc locum pertinere, nisi forte sit etiam hoc verbum explicatio verbi *condixerat*.

XI. Hæc etiam inversus erat ordo glossarum, ut sæpe alibi.

XXII. Vet. Cod. *ritu observantium*, et postea, *vel ibi qui*.

XVI. Forte, *sextarios*. Reposui *ephi* pro *aphi*, quamvis in Bibliis Gothicis Toletanis ita sit scriptum *aphi*.

est. primum in aqua, postea in oleo frigitur. *Initia-beris*. Sanctificaberis, quando redeunte tempore anni cuncta concludunt, mense septimo, quia *Aegyptii* initium anni et finem sic fecerant. *Maclabis*. Occides. *Jecoris*. Hepatis. *Arvinam*. Exungiam. *Vitalia*. Intra illa. *Expianandum*. Expurgandum. *Jugiter*. Perseveranter. *Hin*. Major sextariorum xix, minor ix. *Libandum*. Sacrificandum.

xxx. *Liba*. Sacrificata. *Summam*. Numerum. *Recensit*. Numerati. *Nomen*. Potestatem. *Obolus*. Scrupulus septi. *Labrum*. Labium et labrum unum sunt: vas aeneum quadrangulum, in quo lavantur sacerdotes. *Zmirna*. Calami. *Castica*. Fistula.

xxxii. *Callide*. Astute, caute ducere. *Quivero*. Post reatum culpe.

xxxiii. *Papilli nis*. Tentorii.

xxxiv. *Deinceps*. Rursum, vel iterum. *Aras*. Altaris. *Lucus* et *nemus* unum sunt: et dictus est: quod minime translucet. *Emulator*. Imitator, vel invidens, vel sectator. *Pepigi*. Pactum feci, vel spondi. *Fœdus*. Pax perpetua, vel amicitia.

xxxv. *Catervam*. Turbam, multitudinem, conventum. *Prompto*. Velocitate. *Voluntatis*, vel *præcepti*. Posuit testimonium in arca: duas tabulas. *Armillas*. Rotundarunt. *Dextralia*. Ampla sunt, et ante manicas portantur. *Abietarii*. Lignarii, abiete arbore. *Polymitarii*. Pro rotunditate imaginis: polum, rotundum.

xxxvi. *Necteretur*. Ligaretur. *Compagem*. Juncturam. *Cyathos*. Viginti unum cochlearia faciunt.

xxxviii. *Ad pagani*. Ad latus. *Septentrionalem*. Contra mediam noctem. *Australem*. Contra meridiem. *Bracteas*. Laminas aureas subtilissimas. *Excubabant*. Vigilabant.

xl. *Sub tecto* testimonii. *Tabernaculi*.

### LEVITICUS.

*Vagecra* Hebraice, *Leviticus* Græco, *Ministerialis* Latine, quia ministeria sacerdotum in eodem scripta sunt.

CAP. I. *Crepidinem*. Fundamentum.

ii. *In clivano*. In camino, in furno. *Torres*. Asses. *Farris*. Genus frumenti.

iii. *Ilia*. Latus prope inguinem. *Infscians*. Insi-

mensure *hin* obscura est in vet. Ms.; eam restitui ex aliis glossariis, sed in glossis Roberti de Sorbona mendose legitur 8, pro viii, ut est in nostro Ms.

xxx. Pro *liba*, Vulgata refert *libamina*. Biblia Gothica Toletana cum glossis retinet *liba*. Rectius erit *scrupulus senis*, vel *semiscrupulus*. Vide lib. xvi. Etym., cap. 25. Pro *smirna* Vulgata exhibet *myrrha*; glossæ Roberti de Sorbona, *Zmirrha* cum interpretatione: *alii calami*, *alii myrrhæ resinam esse volunt*. *Supellectilem*, diversæ res.

xxxiv. Vet. Cod., *dictus et quod*; forte, *dictus eo quod*. Infra legi poterit melius *spondi*.

xxxv. Vulgata exhibet, vers. 5, et *prono animo*. Biblia Gothica, et *prompto animo*. In veteri libro obscurum est verbum *præcepti*, ac fortasse mutilus locus hic est. Exemplar Gothicum, vers. 25, habet: *Obtulit*, etc., *ad faciendum opus tabernaculi testimonii*. Vulgata nova: *Obtulerunt*, etc. Paulo post præstiterit legere cum Roberti glossis *rotundæ sunt pro rotundarunt*. Glossa pro *polymitarii* ab aliquo alio videtur intrusa, quasi a *potos*. Exaratim erat in Cod. imagini.

xxxvi. Vulgata *compaginem*. Biblia Gothica, *compagem*. In vet. Cod. est signum ponderis *pust viginti unum*, qualia describit Isidorus, l. xvi, cap. 27; quibus tamen ab omnibus signum nostrum differt. Interpretatus sum *cochlearia*; nam *cyathus* constare dicitur decem *drachmis*, et *cochlear* est dimidia pars *drachmæ*.

LEVITICUS. — CAP. I. Vet. Cod., *Vagecra*, ut in l. vi Etym., c. 4; alii scribunt *Vajiera*, alii *Vajera*. ii. In vet. Cod. est *torres*. In Bibliis Gothicis, *torres*. In Vulgata, *torres*.

*A dians*. *Quodlibet*. Qualecunque. *Collyridas*. *Cybas*, quem nos *nebulam* dicimus.

x. *Sanctificabor in eis*. Præsumentes *punio*. *Frofanum*. Illicitum, violatum, pollutum. *Lugubri*. *Fibbili*.

xi. *Chærogryllus*. Bestia spinosa, major *crincon*, *Halæotum*. Avis similis aquilæ, sed major, tamen minor *vulture*. *Larum*. Avis maritima, habens *ungulas*, quasi *accipiter*. *Bubonem*. *Nycticorax*. *Onocrotalus*. Avis quæ sonitum facit in aqua, vel *pelicanus*. *Porphyrionem*. Alii avem albam similem *cygno*. *Parodionem*. Major est omnibus *avibus*, quia aquilam *prehendit*. *Bruchus*. Similis *locustæ*, sed major. *Crocodilus*. Bestia in flumine, similis *lacertæ*, sed *grandis*. *Hygale*. Similis *chamæleon*. *Chamæleon*. Similis *lacertæ*, et *414* sub aspectu mutat *colores*. *Stellio*. *Vesperitio*. *Talpa*. *Sorex*. *Chytrópodes*. Vas *licite*, *pedes* habens.

xiii. *Inolita*. Contaminata. *Effloruerit*. Appellaverit. *Perspicua*. Manifesta, aperta. *Ulcus*. Vulnus, sed minus. *Haud dubie*. Sine dubio.

xiv. *Papulas*. *Verrucas*, quæ in leprosis *apparent*. *Vallিকা*. *Concava* loca.

xv. *Sagma*. *Sella*.

xvi. *Nebula eorum*. *Fumus* *aromatatum*. *Imprecosa*. *Solvens*.

xvii. *Quilibet*. Quicumque sit. *Aucupio*. *Aviseaph*, vel qui *avium* *cantus* *auscultat*.

xviii. *In pellicatum*. In domum *concupinarum*.

xix. *Præputia*. Pomorum *immunditia*, quæ *idolis* *immolatur*. *Susurro*. *Occulte* *murmurans*, vel *injurias* *seminans*. *Stigmata*. *Figuras*, vel *signa*. *Noværa*. *Matrasta*. *Pythonicus*. *Incantatio*, *divinatio*.

xxi. *Incisuras*. Pro *luctu*. *Aula*. *Vicinus*. *Prostitutum*. *Domus* *fornicaria*.

xxii. *Inquilinus*. *Colonus*, *vernaculus*. *Spatula*. *Fructus* *palmæ*, *antequam* *aperiantur*.

### NUMERI.

*Vaje Dabber*, id est *numerus*, quia in eo *numerantur* *filii* *Israel*.

CAP. I. *Cuneos*. *Multitudines*.

ii. *Vexilla*. *Victorias*.

iii. *Sanctificavi*. *Caput* *radet*. De omnibus *cibus* *pulmentum*.

iii. De *nebula* pro *cibo* *plura* *Ducangius*.

xi. *Nomina* *chærogrylli*, et *halireti* *expressi* *ex* *Vulgata*, nam in *vet. libr.* *corrupta* *apparent*. De *voce* *cavannus* *consulendus* *Ducangius*. *Codex* *exhibet* *avis* *qui*, *avem* *album*. *Deest* *etiam* *aliquid* in *explicatione* *Porphyrionis*. *Glossæ* *Roberti* *de* *Sorbona* *referunt*: *Porphyrion*, *avis* *purpurei* *coloris*, ut *nomen* *significare* *videtur*; *alii* *autem* *albam* *similem* *cygno*, *alii* *pelicanum* *esse* *dicunt*. *Glossa* *stellionis* *ab* *interpolatore* *addita* *est*. *Deinde* *pro* *calba* *surrice* *conjecti*, *talpa* *sorex*. *Vesperitio* *fit* *mentio* *supra* *vers. 19*, ac *fortasse* *mutilus* *sic* *locus* *est*: *Stellio... Vesperitio... Talpa*. In *glossis* *Roberti* *de* *Sorbona* *pro* *chytrópodes*, *sive*, ut *ibi* *legitur*, *sertropodes*, *explicatio* *est* *coquendi* *vasa* *ficilia* *cum* *tribus* *pedibus*. *Aliter* *Calmetus*, in *Dict. bibl.*

xiii. In *Ms.* *est* *inolitam*, et *nominatam*; *restitui* *contaminatam*, et *pro* *appellaverit*; *apparuerit*. *Fortasse* *pro* *effloruerit*, *cum* *Bibliis* *Gothicis*, *legenda* *fuerit*. *Codex* *exhibet* *vulnus* *sed* *minor*.

xiv. *Vulgata* *refert* *valliculum*.

xvi. *Suspitari* *licet* *vovens* *pro* *solvens*.

xvii. *Corrupta* *hæc* *sic* *erant* *in* *libro* *veteri*: *accusatio*, *vel* *qui* *ovium* *cantus* *austat* *pro* *aviscapio*, etc., *ut* *conjectio* *ex* *l. x* *Etym.*, *verb.* *aucepis*.

xxi. *Nescio* *quo* *pertinet* *glossa* *Aula*, *vicinus*, *aut* *quid* *sub* *his* *verbis* *lateat*.

NUMERI. — In *Ms.* *codice* *desideratur* *verbum* *hebraicum* *Vaje* *Dabber*, *sive* *Vagedaber*; *incipit* *enim* *Et* *est*, *vel* *Id* *est*; *nam* *e* *pro* *passim* *occurrit*.

CAP. III. *Obscura* *sunt* *verba* *De* *omnibus*, *et* *aliquid* *deest* *ad* *sensum*.

- iv. *Hyacinthinus*. Violaceus. *Coccineus*. Rubeus. **A**  
*Batilla*. Spatula ferrea.  
v. *Zelotypiæ*. Invidiæ. *Toro*. Lecto. *Congessi*. Coadunavi, vel collegi. *Duntaxat*. Videlicet, certe.  
vi. *Consuleret*. Requirit, et interrogaret.  
vii. *Stipes*. Mendicus, in alio loco lignum. *Consciis*. Longius.  
x. *Dimicant*. Pugnanti, in alio loco, lucent.  
xi. *Nausea*. Vomitus.  
xii. *Enigmata*. Propositio, quæstiones.  
xiii. *Præcoce*. Nimis mature. *Lustravimus*. Circumviamus.  
xiv. *Vasta*. Profunda. *Querelas*. Accusationes, vel clamores. *Forent*. Essent.  
xvi. *Proceres*. Primatus, vel excelsi. *Concilium*. Convantum. *Parum*. Parvum, vel modicum. *Expasus*. Duo passus. *Globus*. Agnen, vel rotundus. *Coacerassent*. Congregassent. *Deavit*. Ab iracundia levisit, vel desinivit.  
**415** xvii. *Cohibebo*. Privabo. *Querimonias*. Planctus.  
xviii. *Sceptro*. Regia potestate. *Cedit*. Evenit. *Parat*. Obediit.  
xxi. *Contagione*. Inquinamento.  
xx. *Petra*. Quam jussit Dominus Moysen percutere. *Alioquin* quod si non, vel aliter.  
xxi. *Puteus*. Super quo Dominus locutus est. *In libro bellorum Domini*. Bellorum Israel. *Quia potius*. Multo magis.  
xxii. *Aholus*. Sortitor, vel divinus. *Cuncteris*. Inquirens.  
xxiii. *Rhinocerotis*. Bestia in nare cornu habens. *Angarium*. Sortientes.  
xxiv. *Complosis*. Mutuo percussis. *In trieribus*. In navibus exercitus.  
xxv. *Pugionem*. Gladium. *Lupanar*. Locus meretricium.  
xxvii. *Replicavit*. Retexit, vel revolvit.  
xxviii. *Juge*. Perpetue, semper perseverans.  
xxx. *Pollicita*. Promissa. *Distulerit*. Dissimulaverit.  
xxx. *Norunt*. Sciunt. *Jugulate*. Necate, punite. *Cognovunt*. Convenerunt. *Periscelides*. Armillæ; alii ornamenta tibiarum. *Cis*. Mista ripa.  
xxxvi. *Clavi in oculis*. Compunctiones.  
xxxv. *Impulerit*. Coegerit, impegerit.  
xxxvi. *Promulgatur*. Perfertur, ostenditur.

## DEUTERONOMIUM.

*Halle addabarim* Hebraice, *Deuteronomium* Græce, *Secunda lex* Latine.

CAP. I. *Guaros*. Scientes. *Ennacherim et Enim*. De genere gigantum erant. *Fanum*. Templum. *Egregiam*. Nobilem, præclaram, summam.

iv. *Portenta*. Miracula.

v. *Sequester*. Susceptor pignoris. *Protelentur*. Prolongentur, differuntur.

vii. *Spurcitia*. Immunditia. *Anathema*. Abominationem.

iv. Scriptura vetus magis indicat *glauca* quam *molaceas*. Exaratum etiam est *spaludra* pro *spatula*. In aliis glossis est *palla ferrea*.

viii. *Stips*, vel *stipes*, sumi solet pro pecunia quæ pauperibus confertur; sed hoc loco *stipes* est lignum. Verba *consciis longus* non intelliguntur.

xix. In Vulgata, *præcoce*.

xvi. Vetus liber, *primuti*, quod retineri fortasse poterit. Verba *expasus, duo passus*, corrupta esse facile credam.

xviii. Glossa *pareat, obediat* alterius loci videtur esse.

xxii. Pro *inquirens*, fortasse reponendum erit *inquæteris*, quamquam neque hoc ipsum placet.

xxiii. Malim *sortilegium* pro *sortientes*.

xxx. In Vulgata, *noverunt* pro *norunt*; et *cognoverant* pro *cognorunt*. Non assequor quid lateat in verbis *Cis mista ripa*.

xxxv. In vet. Cod. erat *impingerit* pro *impegerit*.

viii. *Dipsas*. Genus serpentis, pede et semis longus, et duorum palmorum grossus, candam [habens] curvam, et venenatam, cum qua pungit; et interpretatur: sitis, quia homo, ab ea percussus, siti moritur.

ix. *Ingentes*. Magnos. *Concio*. Convantum populi.

xi. *Procul*. Longe.

xii. *Caprea*. Silvatica. *Capra*. Domestica.

xiv. *Sicera*. Omnis potus absque vino, qui inebriare potest.

xvi. *Lucum*. Lucus in isto loco nomen est arboris, cujus folia non cadunt.

xviii. *Lustret*. Illuminet per ignem trabendo.

xx. *Cuneos*. Multas turbas populorum.

xxi. *Reatus*. Culpa. *Cruore*. Sanguine. *Cæsariem*. Comam capitis. *Ungues*. Ungulas. *Contumacem*. Contemptorem. *Protervum*. Perversum. *Coercitus*. Prohibitus, contradictus. *Plectendum*. Decollandum.

xxii. *Nefus*. Crimen.

xxiii. *Mamzer*. Filius scorti. *Gerens*. Agens, portans.

**416** xxiv. *Nuper*. Nunc.

xvi. In cartallo. *Pancro* de virgibus. *Funebri*. Mortali.

xxvii. *Lævigabis*. Planabis. *Impolititis*. Non rotundis.

xxviii. *Rubigine*. Vento corrumpente. *Pruriginem*. Scalptudinem. *In suris*. In poplitibus. *Proacissimam*. Ingratissimam. *Iluvie secundarum*. Immundi humores qui sequuntur post partum.

xxix. *Classibus*. Navigiis militum. *Absumat ebria sitientem*. Quæ jam ebria fuit, in idolis sitientem in Dei cultura ducit in errorem.

xxx. *Cardines cæli*. Oriens, Meridies, Occidens et Aquilo. In sobole. In genere.

xxxii. *Meracissimum*. Purissimum. *Op'tulentur*. Adjuvent. *Recens*. In præsentibus. *Novum*. In futuro.

xxxiii. *Thesaurus arenarum*. Terrena sapientia.

## SANCTI HIERONYMI PRÆFATIO IN JOSUE.

*Tandem*. Po tremo, vel modo. *Efferunt*. Dicunt. *Exaplois*. Exemplaribus. *Arcuato vulnere*. Quia cauda scorpionis curva est, unde ferit. *Editiones*. Translationes. *Postlimen*. Post mortem patris et matris. *Flagitatus*. Postulat, petit. *Sirenarum*. Meretricum per magicas artes; vel undarum crispantium.

## LIBER JOSUE.

CAP. II. *Quippe*. Certo, nimirum, sine dubio. *Fateor*. Confiteor. *Funiculus iste*. Quo se cinxit a rebus usque pectus. *Coccineus*. Rubeus.

iii. *Mole*. Magnitudine.

v. *Polenta*. Farina subtilissima.

vii. *Per prona*. Per præceps, pro inclinata. *Conglobati*. In unum collecti, vel collecti. *Legulam*. Labelli.

viii. *Vallatus*. Circumdatus. *Digesserat*. Descripserat, ordinavit.

xxxvi. *Vulgata*, pro *promulgatur*, exhibet *promulgata* est.

DEUTERONOMIUM. — Alii, *Elle haddebarim*.

CAP. I. In Vulgata, *Enacim* et *Enim* scribitur.

viii. Rescripsi *duorum palmorum*, pro *durum palmorum*, et supplevi *habens*, nisi malis legere *cauda curva* et *venenata*.

xvi. *Corrigam cadunt*.

xxiii. Liber vetus *Mazer* pro *Mamzer*; alii alio modo.

xxvi. In ms. Cod. erat *paner*. De voce *panerio* pro corbe, sporta, consulendus Ducangius cum additionibus.

xxix. Cod. ms., *adsumat* pro *absumat*, et *culturam* pro *cultura*.

PRÆF. IN JOSUE LIBRUM. — Editi exhibent *postliminio*, quod est jus amissæ rei recipiendæ ab extraneo, et in antiquum statum restituendæ. Glossæ Roberti de Sorbona cum nostris etiam faciunt.

- ix. *Pittacii. Emplastris. Decrevit. Constituit.*  
 x. *In libro justorum. In annalibus Hebræorum. Præstidia. Firmitates. Saltem. Videlicet.*  
 xi. *Subnervabis. Subjungabis, vel deficere facies. Unam tantum Asur flamma combussit. Quia ipsam solam totam combussit.*  
 xii. *Ruphaim. Gigantum.*  
 xv. *A lingua maris. A sonitu maris. Civitas litterarum. Quia in ea literati fuerunt, vel litteræ custodiabantur.*  
 xviii. *Marcetis. Languetis. Ignavia. Imbecillitate.*  
 xiv. *Carmelum maris. Proprium nomen loci.*  
 xiii. *Connubia. Conjugia. Sudes. Stipites.*  
 xxiv. *Novellis ovibus. Unius anni, quæ necdum generarunt.*

## LIBER JUDICUM.

- CAP. I. *Judas ascendit. Othoniel. De ipsa tribu. Arctavit. Oppressit undique. Ascensu scorpionis. Proprium nomen loci.*  
 ii. *Experiar. Certo sciam.*  
 iii. *Sarapas. Principes Philistinorum. Filii Gemini. Filii filiorum Joseph, quia duo erant. Ancipitem. Utraque parte acutam. Capulum. Manubrium gladii. Sicam. Gladium. Alvi. Ventris. Posticam. Porticum. Circiter. Quasi.*  
 iv. *Clavum tabernaculi. Ferreum, quod portavit de tabernaculo.*  
 v. *Barathrum. Profundum, vel hiatus terræ. Discrimini. Judic. n. Maganimatorum. Rubenitarum. Sibilos regum. Blandinenta.*  
 vii. *Hydrus. Fictiles. Confodere. Collidere.*  
 viii. *Bullas. Sigilla, vel ornamenta cinguli. Pondus et libra unum sunt; sed pondus ferri, libra aurei in collo.*  
 ix. *Rhamnum. Arbor spinosa modica. Compulit. Coegit, vel impingit. Palantes. Fugientes.*  
 xi. *Solalibus. Coarvis, sociis.*  
 xii. *Ingalabant. Necabant, vel perimebant.*  
 xiv. *Problema. Propositum, questio, parabola. Pro-nabis. Paranympis, vel qui nuptiis præsumt.*  
 xv. *Facea. Faculas, vel flammæ. Suram. Suri-calam.*  
 xvii. *Teraphim. Imaginem.*  
 xviii. *Opulentiam. Divitiis plenam, vel abundantem. Haud procul. Non longe*

ISIDORI LIBER. — CAP. VII. Fortasse, vel in *globum collecti*. Reposui *labelli* pro *labegi*, quod Cod. ms. refert. De voce *labellus*, sive *labellus*, agit Ducangius. In Vulgata existat *regulam auream*; retinui tamen ex Ms. *legulam*, quæ est ima auriculæ pars, quæ etiam *lamina* dicitur, quasi *figula*; nisi malis ita legere *figulam* pro *lingula*, ut minus bene nonnulli efferunt. Confer Forcellinum. Interpretes sacræ Scripturæ *regulam auream* exponunt *virgulam auream* instar linguæ, vel *laminam auream*; quod cum *legulam*, vel *figulam*, mirifice convenit.

ix. Rescripsi *emplastris*, pro *palastris*; nam *pittacium* pro *emplastro* a Celso accipitur. Hoc loco *cusjusvis panui* vel *corii partem* indicat.

xi. Vulgata: *Asor flamma consumpsit.*

LIBER JUDICUM. — CAP. I. Fortasse deest glossa post *ascendit*, vel *ascendit*.

iii. Vulgata, *filiis Gemini*, nempe ex tribus Benjamin, qui *Jemini* etiam dicebatur. Auctor, sive interpolator glossæ in alia abiit, voce *Gemini*, quæ etiam in Bibliis nonnullis occurrit, deceptus. Fortasse legendum est *acutum*; nam in Vulgata est *gladium ancipitem*. Pro *porticum*, reponendum videtur *posticum*; in Vulgata quidem ita legitur: *Per posticum egressus est*. Invenitur tamen *porticus* pro *janua*, porta, apud medii ævi scriptores. Consule Ducangium cum additionibus, verb. *Posticum Porticus*.

iv. Forte, *ferum, quod*.

v. Vulgata, *sibilos grejum*.

- A XIX. *Belial. Nomen idoli.*  
 xx. *Diverti. Posui in locum. Bacchati. Furantes.*  
 xxi. *Ducentes choros. In choro tenentes manum invicem.*

## LIBER RUTH.

CAP. I. *Confecta. Debiti. Pubertatis. Barbam emittentia. Vetula. Anæ. Obstinato. Perseveranti, intento, irrevocabili.*

ii. *Sarcinulas. Sargas. Congessit potentiam. Congregavit larinam. De industria. De iacuria. Rabore. Verecundia. In horreis. In spicariis.*

418 iii. *Aream. Locum ubi annonæ excutitur.*  
 iv. *Cedo juri. Locum dō, perdono legi. Privilegio. Propria lege. Celebre. Præclarum. Gerulas. Nutricia, vel comportatriciis.*

SANCTI HIERONYMI PROLOGUS GALEATUS IN LIBROS REGUM.

*Characteribus. Figuris. Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem litteris scriptitant. Antiquis Hebræorum litteris scriptitant. Sed unde apud eos antiquæ litteræ inventæ sunt? Quia postquam de Assyriis colones illuc directi fuero, et a leonibus, bestiisque comesti, postea mandaverunt regibus Persarum se illic habitare non posse; et misit illis sacerdotem, qui doceret eos legitimam terræ; quæque veniens Bethel, accepit exemplar legis à tribu Juda, et descripsit illis Pentateuchum, et legem exposuit. Et postquam Juda et Benjamin à Chaldæis captivi fuerunt, et lex incensa, remansit in Samaria, id est, post colones illos exemplar legis antiquis litteris expressum, scriptum, dum nihil illis nocuerunt; subiecti enim illis erant.*

2. *Esdrae. Alias reperit litteras, quia non noverat priores. Nomen Domini tetragrammaton, antiquis litteris expressum. Scriptum invenimus litteris, in quibusdam Græciæ voluminibus (non tamen in canone) quæ a LXX interpretibus interpretata fuerunt, dum lex à Chaldæis incensa est, et post tantum intervalum in regno Græcorum Septuaginta interpretati sunt. Sed in historiis propriis, quia nomen Domini per omnes gentes atque omnia regna terrarum diffusum est, audierunt multa mirabilia, quæ operatus est.*

3. *Incisionibus. In descriptionibus, ac divisionibus versuum. Duplices. Duplices apud Hebræos quinque littere, quia duplicem figuram habent, et duplex vocabulum, ut aleph, ain, sade, samech, sin. Aliiter enim*

vii. *Vulgata, et hydris confregissent; neque deinde verbum confodio occurrit, sed complodere, vers. 19.*

viii. In vet. Cod. est *pondus pro pondo*, quod absolute positum pro libra scribitur; sed utrumque nomen de auro et ferro, et de aliis rebus dicitur. Hoc cap. viii occurrit *pondus*, cap. seq. *pondo*, pro quo glossa scripta est, ut videtur. Nescio quid lateat in glossa *fidelis pro monilibus*.

xxi. *Vulgata, ad ducentes choros.*

LIBER RUTH. — CAP. I. Auctor glossæ, ut patet, scripserit *anus, non anæ*.

ii. *Sagma* Græce, et apud nonnullos Latinos neutrum est, apud Isidorum etiam l. et c. uk. Ety. femineum. In ms. exaratum est *sacmas*, aut *soomas*. Pro de *iacuria*, reponendum est, cum glossis Roberti de Sorbona, de cura.

iii. De verbo *perdono*, vide not. ad Juve. c. l. ii, vers. 81.

SANCTI HIERONYMI PROLOGUS GALEATUS. — CAP. I. Bis in Ms. occurrit *colones* pro *colani*. Pro *Abbat*, reposui *Bethel*, ex l. IV Reg., cap. xvii. Mox fortasse legendum *apud colones illos*.

2. In vet. Cod. erat *interpretati fuerunt, dum lex, etc.*, et infra, *postea tantum*.

3. Hieronymus has quinque duplices Hebræorum litteras commemorat, *caph, mem, nun, pe, sade*. Ac re vera hæc solæ quinque sunt quæ divergunt modo in loca verborum scribuntur, quamvis nonnullæ aliæ in ampliore forma dilatantur.



per *has principia*. Ut apud nos sæpius initia verborum per litteram scribuntur, ut in kalendæ, *lines per c, ut fac.*

4. *Dibre hajamin*. Verba dierum : *dibre* verba, *hajamin* dierum, *nonjamin* dextræ. *Beresith*. In principio; quia Hebræi voluminibus suis nomina ex principia posuerunt. *Exodus*. Exitus. Hebræi *Genesis aleph* litteram iuscribunt, quæ interpretatur doctrina, ut *In principio fecit Deus cælum et terram*; *Exodo deth*, quæ interpretatur domus pro instructione tabernaculi; *Levitico gimel*, quia plenissime de victimis disputat; *Numero daletk*. 419 tabularum, quia de compositione tabernaculi tabularum loquitur; *Deuteronomio he*, quæ interpretatur ista lex, pro iteratione legis; *Job*, *David*, *Daniel* inter agiographa non pro dedicatione, sed pro dignitate et sauctitate. *Agio*. Sancta. *Graphia*. Scriptura. Quod prophetarum ordinem incipiunt a Jesu Nave, quia tota sancta Scriptura digna est prophetiæ vocabulo, dum futura significat. *Jesus* vero in omnibus pene gestis suis futura Christi opera prophetavit.

5. *Chronicon*. Temporale. *Quinque incisionibus*. Quinque incisiones pro satisfactione eorum dixit, qui hoc affirmare solebant. *Prostratis vultibus*. Inclinationis capitibus. *Coronas suas*. Opem, opera sua offerentes, quia opera reverentiæ et subjectionis unius Dei docent cultum, per quæ ad corous pervenitur.

6. *Stantibus coram quatuor animalibus*. Dum tota prophetiæ Scriptura in Evangelio impleta est. *Galeatum*. Munitum, vel ornatum. *Apocrypha*. Occulta, vel dubia. *Sepohendam*. Separandum : dictum quasi, seorsum pono. *Phrasin*. Locutionem, vel interpretationem.

7. *Paraphrasten*. Conjectorem, vel interpretatorem. *Pelles*, *cilicia*. Fortitudinem et labores in Ecclesia, quæ tentationibus et persecutionibus bene resistunt. *Caniticam canuorum*. Pro excellentia carminis. *Sapientiam Salomonis*. Apud Hebræos non invenitur, quod antea nesciebam; in Septuaginta, et in aliis Codicibus.

## LIBER I REGUM.

CAP. 1. *Ramatha*. Civitas ipsa, quæ in veteri translatione Arimathia dicitur, et fuit Helcanæ et Samuelis in regione Tamnitica juxta Diospolim, unde fuit Joseph, qui in Evangelio de Arimathia scribitur. *Sophim*. Mons in tribu Ephraim. *Statusis diebus*. Phase, Pentecosten, Scenopgia. *In Silo*. Silo est in tribu Ephraim, in quo loco arca testamenti fuit usque ad tempus Samuelis. Est autem undecimo milliaro Neapoleos in regione Acrabitena. *Partem unam*. Quando offerrebant. *Emula*. Adversa. *Angebab*. Cruciat. *Redeuntia tempore*. Anni circulo. *Temulentiam*. Vinolentiam, ebriam. *Digere*. Ebrietatem depone. *Mudes*. Humida es. *Filiabus Belial*. 420 Filiabus

4. In glossis Roberti de Sorbona plura ex nostris de hoc prologo reperuntur; pro verbis autem *Nonjamin*, etc., sic illæ habent : *Dibre verba*, *Jamin dierum*, non ut jam indezè BRESITH. principium, quod Hebræi voluminibus suis. Opportunum erit legere eum Roberto *gimel*, id est, plenitudo, quia, etc. P. o ista lex, malim altera lex, vel iterata lex.

5. Forte, decent cultum.

6. Vet. Cod., occultatur dubia.

7. In vet. Ms., conjectionem, et fuit etiam interpretationem, quod eadem prima manus in interpretationem mutavit. Scriptum etiam erat nesciebas pro nesciebam; illico supple sed invenitur in Septuaginta. Glossæ hujus prologi extra suam locum interdum sunt collocatæ; sed facile prologi verba reperiri possunt.

LIBER I REGUM. — CAP. 1. Explicatio verbi *Ramatha* ex Eusebio et Hieronymo desumpta est. Vido Bonfrerium, Onomastic. urb. et locor. sacr. Script.,

A sine jugo legis Domini. *Belial* Hebraice *Bel* dicitur, et fuit idolum Ninivitarum, quia *Bel* pater *Nini*. *Vultus ejus non est in diverso mutatus*. In alia translatione *Et facies ejus non cecidit amplius*; hoc est, nullam haberet tristitiam, vel differentiam. *Non vadam, donec ablactetur infans*. Contra morem dixit; ideo commemorat Scriptura. Hebræi asserunt tempus ablactationis sex annos, alii XII. *Ut impleat Dominus verbum suum*. Quod promissit per os Ileri sacerdotis dicendo : *Det tibi Deus petitionem. Obsecro, mi Domine*. Subauditur : *Ut benigne suscipias. Commodum est Domino*. Quoad fuerit, accommodatur Domino; quoadiu viveat.

ii. *Cornu mezum*. Altitudo mea, et fortitudo. *Vetera*. Opprobria, et convicia. *Saturati prius pro panibus se locaverunt*. xx. et colligunt ad alios postula-  
do panem, et quodlibet, necessaria quæque, si antea quasi nullius rei indigere videbantur : hoc de Phoenicia dicitur. *Deducit ad inferos*. In pericula, quasi ad mortem. *Cardines*. Fundamenta. *Filius Belial*, filii diaboli. *Fuscinulam*. Tridentem. *Lebetem*. Cacbum. *Non enim accipiam a te carnem coctam, sed crudam*. Carnes crudas in altari semper offerre mos erat; et primum incendebatur adeps, et tunc hi qui portabant enquebant carnes, tam sacerdotibus quam sibi. *Retrahebam homines a sacrificio Domini*. Quia noluerunt venire homines ad sacrificandum Domino; quia illi per mala exempla sua plebem a sacrificio separarunt; vel quia homines in sacrificio blasphemare compellerent. *Quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ observabant*. Viduæ erant, quæ ibi vacabant orationibus, et tamen non habuerunt licentiam introeundi in templum, sicut alla plebs. *Si autem in Dominum peccaverit vir, quæ orabit pro eo?* Difficultatem in hoc ostendit, ut oretur pro eo, non ut ipse sacerdotali more orerit pro cæteri. *Virilem ætatem*. Ad bellum aptum. *Coram christo*. Coram rege. *Tortam panis*. Pro quacunque petitione intelligendum est, ut per hoc emerit sacerdotum. *Ut comedam buccellam*. In loco tabernaculi, sicut et cæteri sacerdotes.

iii. *Sermo Domini*. De prophetia dicit. *Pretiosus*. *Rarus*. *Non erat visio*. Prophetialis. *Porro Samuel nondum sciebat Dominum*. Non habuit consuetudinem audire verbum Domini. *Secundo*. Bis. *Tinnient ambæ aures ejus*. Præ terrore sonent, quasi aliquid auditur. *Ki non cecidit*. In vanum, quod irrevocabile impletur. *Verbis ejus*. Samuelis. *Et evoit sermo*. Innotuit.

iv. *Aphec*. Civitas Israelis. *Heri et nudius tertius*. Incubarit se, et peperit. Natura feminarum est cum subito terrore cito parere.

v. *Et percussit viros*. Percussi sunt passione, quam Græci *syringion* dicunt. *Extales* et anus unum sunt, quos fecerunt in similitudine intestinorum. 421 *Satrapæ*. Philistæa lingua principes dicuntur.

D verb. *Armatha Sophim*. Secus opinatur Calmetus, in Dict. bibl., verb. *Ramathaim Sophim*. Confer etiam Gasparem Sanctium, ad I Reg. cap. 1. In vet. Cod. legitur *Diaspolim* pro *Diospolim*, et infra, *Arabitia* pro *Acrabitena*, ex Hieronymo, loc. cit., verb. *Selo*. Pro *humida es*, Codex habet *humidas*, Robertus de Sorbona *humidas*. *Vulgata*, vers. 18, sic refert : *Vultusque illius non sunt amplius in diversa mutati*. De ablactationis diverso tempore et genere consule Gasp. Sanctium. Dubium est an accommodatur, an accommodatus voluerit librarius.

ii. In Ms., *formido*, pro *fortitudo*. Post *vetera*, videtur scriptum enim. Post *locaverunt*, legitur *cullocabilis señc*, quod obscurum est. Pro *carnes crudas in altari*, erat *carnes crudæ in altare*, et mox *detrahebant homines sacrificium Domini*, pro quo verba *Vulgatæ* rescripsi.

iv. Librarius omisit glossam pro *heri et nudius tertius*.

vi. *Levitæ autem deposuerunt arcam Domini.* Fuerunt enim tunc ibi aliqui Levitæ. Ab urbe murata usque ad villam. Unde ab omnibus congregant pecuniam : de quibus vasa faciabant, ut proficeret omnibus, dum una plaga omnibus erat. *Adabelmagnum.* Proprium nomen lapidis. *Percussit autem.* D minus, quia illicitum erat videre arcam, nisi solis sacerdotibus. *De populo septuaginta viros.* Civitatis Bethsanitis. *Et quinquaginta millia plebis.* Vulgaris extra civitatem. *Cariathiarim.* Cariatham, et Gabaa civitates prope inter se, et ibi fuerunt levitæ.

vii. *Abinadab.* Sacerdos fuit in diebus illis. *Gabaa.* Civitas Samuelis. *Annus viceimus.* Ab eo tempore enumerat quod ducia est arca in domum Abinadab, usque dum eam David ad se transtulit, et requievit omnis Israel in religione divina, non colentes idola; et omnia mala cessaverunt ab eis. *Hauserunt aquam, et effuderunt eam Domino.* Hoc ad testimonium fecerunt, ut ultra non revocaretur mens eorum a Domino, sicut diffusa aqua non potest colligi, aut revocari, *Subter Bethchar.* Juxta Masphat et Sen, duo loca et civitates. *Nec apposuerunt ultra.* Pro longo tempore dicitur.

viii. *Focarias.* Quæ cibum ei parent, vel tinctorias, *Reditus vinearum.* Quod de vinea et melle potest colligi. *In auribus Domini.* Orans ante, coram Domino.

ix. *Filii viri Jemini.* Jemini vero familia erat quæ ad tribum Benjamin pertinebat, de qua et Saul ortus est : *Melior illo.* Dignior. *Terra Salisa.* Proprium nomen loci, non quæ salsa sit. *In sitarciis.* In saccis, vel in pera. *Clicum.* Vallem. *In excelso.* Quia solebant semper altaria ponere in loco excelso, non tamen sub ædificio.

x. *Lenticulam olei.* Modicum vas æneum quadrangulum in latere apertum. *Juxta sepulcrum Rachelis in finibus Benjamin.* Quia in tribu Juda prope sunt fines Benjamin. *Ad quercum Thabor.* De nomine hominis alieius, ut quercus Mambre. *Collem Domini.* Proprium nomen loci propter aliquod adiutorium Domini, vel quia ibi excelsum fuit, et altare, et habitant prophetæ. *Gregem prophetarum.* Non quia semper de futuris prophetarent, sed quia semper parati erant ad prædicandum et laudandum. *Et ante eos psalterium.* Quia eum tenebant in manibus. *Descendes ante me in Gulgala.* Subauditur, ac si diceret : Semper cum necessarium tibi sit, aut pericula aliqua imminant, descende illuc, ut habeas certum locum ad expectandum me. *Immutavit ei Dominus cor aliud.* Contrivit eum in regnum. *Expectabis septem diebus.* Noli tardosus esse in expectando; ideo in Gulgala, quia ibi populus cum Jesu pascha celebravit, et 422 ibi circumcisus est; ideo locus honorabitur. *In proverbium : Num et Saul inter prophetas?* Ideo quia ante non est visus inter eos, nec de genere prophetali fuit. *Et convocavit Samuel populum ad*

vi. Pro pecuniam, fortasse legendum pecunias; et *Adabelmagnum,* cum Vulgata, pro *Adabelnagnum.* Reposui civitatis pro *civitatibus,* ut est in Ms.

vii. In Ms. legitur *Aminadab.*

viii. In Ms. *parent pro parent.* Focaria proprie est, quæ circa focum ministrat. Glossæ Roberti de Sorbona hoc loco, *quæ cibum appararent, vel tinctorias.* In Cod. erat *Domini pro Domino.*

x. Forte, *habitabant prophetæ.* Paulo post reposui prædicandum pro prædicandam; et *cor aliud,* pro *cor David,* et *visus inter pro usus inter.*

xi. In Cod., *Jabes Galaad, civitate in Galiad populi.*

xiii. De difficili hoc loco, *Filius unius anni erat Saul,* etc., consuli potest Gaspar Sanctius, in comment. Contra primam expositionem nostri auctoris facit, quod Saul, cum regnare cepit, filium jam habebat, quem mille viris præfecit. In tertio expositione fortasse aliquid desiderat. Vulgata exhibet

*A Dominum.* Quia in præsentia Domini disputavit cum populo.

xi. *Jabes Galaad.* Jabes civitate. Galaad populi *Sequens boves.* Casu evenit ut boves præcederent eum. *Insiluit spiritus Domini in Saul.* Saul non prophetauit de futuro, sed laudavit Dominum.

xii. *Et Jephthæ, et Samuel.* De ipso dixit.

xiii. *Filius unius anni Saul.* Viginti unum annus habuit, quia in lege præceptum fuit ut viginti anni et supra eligerentur ad bellum, et ideo unius unum dicitur, quia unum annum super viginti habuit. Aliter *Filius unius anni subauditur filius Cis unum annum regnans nihil magnum egit, sed humilis per mansit.* In alia translatione filius unius anni, qui h eo anno nati sunt, ut ad ministerium suum nutretur. *Daobus annis regnavit.* Tunc, cum ejus filium eligeretur. *Stationem.* Exercitum. *Clamavit post Saul* Secutus est eum, vel exhortavit se ad pugnam. *Hebraei autem transierunt Jordanem.* Ad orientalem partem fugerunt. *Pergebat contra viam Ephrata.* Viam quæ ducit ad terram Saul, in tribu Benjamin ubi Ephrata est. *Ad iter termini imminenti valli Seboim.* Terminus enim qui divisit Philisthæos et Judæos imminet valli Seboim. *Faber ferrarius non inveniebatur.* Quia Philisthæi non permittunt. *Descendebat Israel ad Philisthim.* Quandoque necesse sarium fuit ut exaceret ferramenta sua ad aliqui opera. *Ligorem.* Quo foditur terra. *Ensis.* Arma *Usque ad stimulum.* A majoribus usque ad minora *Corrigentem.* Boves, et quælibet jumenta.

xiv. *In extrema parte Gabaa.* In extrema Gabaa. *I Magron.* Proprium nomen loci. *In media parte jugeri.* Tale spatium fuit terræ, quale sufficiebat eadem verbis viginti virorum. *Applica arcam Dei.* Post hoc. *Contrahere manum.* Expecta adhuc, donec sciamus unde tumultus oriator, dum ante dixit : *Applicam arcam. Clamavit Saul, et populus,* cohortante se a pugnam. *Fluens mel.* In herbis, et in foliis arborum ut sæpe contingit, dum terra sit; aut favus melis in multis locis apparuit collectus ab apibus. In alia translatione habet : *Ecce examen apium erat. Et illi minati sunt oculi ejus.* Voluit ad me jam nunc saxum grande. Ut ædificaret altare in oblationem pro peccato, sive ut, juxta ritum, fuisset 423 testes, qui populum carne vesci cum sanguine prohiberent. *Ad ducat ad me unusquisque bovem,* etc. Facite in præsentia mea, nec peccetis. *Abque retractione morietur.* Sine mora morietur. *Da sanctitatem.* Da nos scire, ut in vindicta tua moriamur. *Si ceciderit capillus.* Non cecidit capillus. *Reyes Soba.* In Syria Soba enim civitas in Syria.

xv. *Quasi agnos.* Propter obedientiam. *Recentis quomodo restitit Amalec Israeli.* Exeuntibus de Egypto. *Dixitque Saul Cinæo.* Quia de genere Moysi fuerunt Cinæi. *Panitet me, quod constituit Saul regem.* Præsentia Domini dicitur rerum ab e constitutarum mutatio, quod pro rerum vicibus

*Contra viam Ephra,* et postea *stimulum corrigendum* Biblia Gothica, *contra viam Ephrata.*

xiv. *Reposui unde tumultus pro videre tumultum* quod nullum sensum reddit. In Vulgata est *clamas pro conclamavit.* Ne scio quid sibi velit dum terra. In Ms. legitur *favum, et collectum ab apibus, et examen apium.* Diversa illa translatio : *Ecce examen apium erat,* non indicatur a Sabatiero in Antiqu. Lat. Vision. Bibior. Desideratur in membranis glossæ et verbis *Et illuminati sunt oculi ejus.* Pro *morietur restitui moriamur,* nisi malis et in vindicta tua moriamur. Glossa pro verbis *Si ceciderit capillus,* exhibet legiur.

xv. *Corruptum erat in Codice quia degeneris* nos fuerunt Cinæi. Post arcam solutum dum legi satis non possunt; ac fortasse sonant sic etiam, ex vers. 32 hujus cap. : *Siccine amara mors?*

dine, vel pro recti dispositione succedit. *In Carmelo.* A Carmelus Græcæ et Latine dicitur, Hebraice Carme. Duo montes sunt qui hoc nomine appellantur, unus, in quo fuit Nabal, maritus Abigailis, ad plagam australem; alter juxta Ptolemaidem mari imminens, in quo Elias propheta flexis genibus pluvias impetravit. *Fornice triumphatam.* Cameram, vel arcum volutum. *Siccine.* Sic etiam. *Et non vidit Samuel ultra Saul.* Quia Samuel non venit ad Saul, nec visitavit eum antea.

xvi. *Sanctificavit. Isai, et filios ejus.* Quia Samuel præcepit ut lavarent se aqua, et abstinerent ab uxuribus. *Exagitabat Saul spiritus nequam a Domino.* In terram. *Spiritus Dei malus.* Quomodo Dei, si malus erat? quia cuncta Domino auctore prolata divine sunt subdita ditioni. Ergo ipse diabolus, non qualis nunc est, sed bonus a Domino creatus, et a Domino semper pro omnipotentis potestate subjectus, Domini erat. *Scientem psallere eithara.* Quia naturale est mentem ipsam per hanc artem mitigari posse in admiratione.

xvii. *Socho et Asecha.* Duo loca. *In finibus Domini.* Nomen civitatis. *Spurius.* Immundus. *Cassis.* Quæ est galea. *Lorica squamata.* Catenata. *In cruribus.* In tibis oceanis. *Phalanga.* Agmina, exercitus. *Aiebat.* Dicebat. *Ephi potentæ.* Hanc mensuram trium modiorum farinæ delicatissimæ. *Quispiam.* Aliquis. *Nunquid non verbum est? Nunquid non jussit ne pater meus venire? Limpidissimas.* Sincerissimas. *De torrente.* Torrentes dicimus rivos qui aquis hiemalibus colliguntur, et veris 424 tempore torrescunt. *Fundam.* Fundibulam. *Ecclesia.* Advocatio populi. *De qua stirpe descendit.* Pro invidia, quasi nesciens luterrogavit, sive ut vestigaret cogitatum cæterorum de eo. *Si novi.* Non novi.

xviii. *Usque ad gladium, et arcum, et balteum.* Illa similiter dedit. *In sistris.* Hi genus musicæ artis. *Percussit Saul mille, et David decem milia.* In his numeris sola perfectio fuit requirenda, quod David majorem exerceret victoriam. *Et prophetabat in medio domus suæ.* Insanient loquebatur. *Secundo.* Prospero. *In duabus rebus gener meus.* Quia majorem promisit, et minorem dedit, sive quia Goliath occidisset, et Philistinorum tulisset præputia.

xix. *Nisus caso vulnere.* Declinato vulnere. *Satellites.* Apparitores, lictores. *Pellem pilosam caprarum.* Nigram, quia capilli nigri fuerunt Davidi et pulcherrimi in habitu corporis. *In Nabaiot in Ramatha.* In excelso loco illius civitatis. *Expoliavit se vestimentis suis.* Hoc ideo fecit, quia in exstasi mentis fuit. *Nudus.* Non quia omnino nudus esset.

xx. *Quod erat in Rama.* In excelso loco sita. *Et juravit rursum David.* Jonatha juravit, ut non celaret sibi ea quæ audiret a Saule. *Perendie.* Tertia. *In quo licuit operari.* Et requirere Dominum: hoc scriptor inseruit. *Vindictiam.* Sessio tua. Tu qui reddere debuisti, requiretis. *Zehel.* Proprium nomen lapidis.

xvi. *In malus erat.* Obscurum est verbum erat. *Corruptum etiam est in Ms. pro omnipotentis pietatis; et mox naturale est mentis ipsa mentium mitigare posse, etc.* Conjiciebam est mentes ipsas musicum mitigare posse, vel mutare posse in admirationem.

xvii. *In Vulgata Socho et Asecha.* Depravatum erat *Superius immundis,* pro quo scripsi *Spurius, immundus,* uti mox *squamata pro amata,* vel *hamata; aiebat, dicebat,* pro *agebant, dicebant;* et *farinæ pro farina.* *Vulgata exhibet limpidissimos lapides.* Ex conjectura restitui et veris tempore torrescunt, pro et certis tempore. Vide Etymol., l. xiii, c. 21, n. 2. *Obscurum est cogitatum cæterorum.*

xviii. *Interpres secundo accipiunt pro bis iterum; et rem alii alio modo explicant.*

xix. *Biblia Gothica Ramia pro Ramatha,* uti etiam c. seq. in glossa pro *pellem pilosam,* etc., quædam verba corrupta sunt, ut *nigram* pro *nigram,* *Judæi* pro *Davidi,* ut conjicio. *Vulgata legit in Naioti in*

*Intra te.* In ista parte. *Et surrexit Jonatha.* Idcirco surrexit, ne Abner juxta latus alius regis in sede David sederet, sed ut appareret vacua sessio David. *Obnixæ.* Intente, subjecte. *Filius mulieris.* Subauditur: Non es filius meus, sed adulteræ matris, dum diligis inimicum tuum.

xx. *Post ephod.* Juxta ephod. *Epilenticos.* Caducos.

xxi. *In angustiis constituit.* Qui exsulis fuerunt de aliis gentibus. *Pressi ære alieno.* Tributo, quod alienis debebant. *In præsidio,* in loco munito, quem habuit ibi. *Venit in saltum Haret, in nemore quod est in Rama.* Nemus fuit in excelso loco urbis. *Num hodie cæpi pro eo consulere Deum?* Quia inimicum tuum eum scio.

xxiii. *Et ait David: Domine Deus Israel.* Ut sibi postea responderet per 425 sacerdotem: *In monte opaco, in colle Hachilla.* Fuit ibi collis et locus excelsi in civitate, quæ est civitas ad dexteram deserti, ad meridiem tribus Juda. *Ziph et Maon.* Loca deserta fuerunt.

xxiv. *Engaddi.* Locus deserti est prope ripam maris Mortui.

xxv. *Mortuus est Samuel.* Hoc addidit David. *Sata potentæ.* Sata, genus [mensuræ]; potentæ, farina. *Uvæ passæ... Caricarum.* Fructum ficuum. *In fasciculo viventium.* In congregatione viventium.

xxvi. *Odoretur sacrificium.* Sit gratum, quasi sacrificium.

xxvii. *Hi pagi habitabantur in terra antiquitus.* Eadras hoc dixit, ac si diceret, non nunc, sed aliquando in diebus. *Euntibus Sur usque ad terram Ægypti.* Pergentes per pagos illos iter agebant. *Jeramel et Cenl.* In tribu Juda; ideo sine mendacio dixit *contra Meridiem eorum,* ita ut non putaret rex quod genti suæ propriæ noceret.

xxviii. *Samuel autem mortuus.* Illic recapitulatio est. *Magos et ariolos... Habentem pythone.* Divinationem: pythonem dicebatur ille serpens quem Jmo. immisit ad persequendam Latonam, quando prægnans fuit, et in Delo insula Apollinem et Dianam genuit, et postea Latona præcepit Apollini ut [se] vindicaret in pythone, qui persequebatur, et ita evenit ut ipse interfecit pythonem in jugis Perine; et excoeravit eum, et ædificavit templum in Delo insula, ubi ipse nutritus est; unde et Apollo Itelins dictus, et corium serpentis posuit in templo, quæ dicebatur cortina. Unde et cortinæ tabernaculorum dictæ sunt, et ibi semper responsa tam ipse quam sacerdotes sui audire [Forte, edere] consueverunt; et divinabant in corio pythonis. Unde et pythones dicti sunt qui divinant.

xxix. *Et est apud me multis diebus, vel annis.* Pro multo tempore hoc dixit. *In millibus suis.* In exercitibus suis. *In decem millibus suis.* Quasi majorem exercitum haberet.

D *Ramatha.* Post *lictores* in Ms. est quoddam verbum obscurum, et illico et *ligatores* pertinent.

xx. *Vulgata, quæ est in Ramatha.* Implexæ et obscuræ sunt glossæ *perendie,* etc. In *Vulgata* scribitur *Exel* pro *Zohel.*

xxi. *Desideratur in Vulgata vox epilenticos,* quæ reperitur etiam in glossis Roberti de Sorbona. Fortasse pertinet ad vers. 5: *An desunt nobis furiosi?* Legendum vero *epilepticos;* nam epilepsiam linguebat David.

xxii. *Vulgata, in angustia.* Post glossam *Num hodie cæpi,* etc., quatuor, vel quinque lineæ ita fere evanuerunt, ut contextus legi nequeat.

xxv. *Supplevi mensuræ* post genus. Præterita est glossa pro *uvæ passæ.*

xxvii. *Fortasse addendum in diebus antiquis.* In Ms. erat *que gentis* pro *quod genti.*

xxviii. *Fortæ hæc recapitulatio est.* Deest glossa pro *magos et ariolos.*

xxx. *Careth, Calch.* Urbes in finibus Judæorum.

**LIBER II REGUM.**

**CAP. I.** *Stansque super illum, occidi eum.* Hoc mentitus est, sed ob adulationem regi indicavit. *In libro iustorum.* Quia multos habuerunt libros, quos Esdras non restauravit. *In comptis.* Vicia. *A sanguine interfectum.* Propter sanguinem.

ii. *Et venerunt usque ad collem aquæductus.* Quia

**LIBER II REGUM.** — **CAP. I.** Obscurum est ob adulationem.

ii. In Ms. erat *venerunt usque ad collem, quia aquæ-*

**A**quæductus in ipso colle fuit. *Ex adverso vallis* in regione vallis. *Itineris deserti in Gabaon.* Quia serper desertum dicitur ad civitatem. *Et venerunt usque ad castra.* Castra dicitur locum ubi Jacob vidit angelum.

iii. *Canis caput.* Dum me omnes odio habebat causa tui. *Sira.* Nomen cisternæ est. *Tenens iussum.* Sic molles et mulier. (*Desiderantur reliqua.*)

*ductus in ipso colle aquæductus monitu fuit iustrata.*

iii. Obscura est conjunctio et ante mulier. *Fortè, sic mollis ut mulier.*

**426 APPENDIX XXIII.**

**DIFFERENTIARUM, SIVE DE PROPRIETATE SERMONUM, LIBER.**

*Ex Parisiensi Editione.*

1. *Inter polliceri et promittere* hoc interest, quod **B** prodiitimus, rogati pollicemur ultro.

2. *Inter nullum et neminem* hoc interest, quod nullus potest ad aliquid referri, nemo ad hominem; et est nemo, quasi nec homo.

3. *Inter intus et intro* hoc interest, quod intro eo, intus sum; foris sum, foras eo.

4. *Inter lustra, producte, et lustra, correpte,* hoc interest, quod lustra sunt certa tempora; lustra latibula ferarum, vel turpium hominum receptacula.

5. *Inter servitium et servitum* hoc interest, quod servitus necessitas serviendi, servitium dicimus manus servitorum.

6. *Inter terminum et finem* hoc interest, quod terminus non sine manu ponitur; finis vel sermonis, vel voluntatis, vel cuiusque rei intelligi potest.

7. *Inter asperum, et ferocem* hoc interest, quod asper ad tempus, ferox a nativitate.

8. *Inter flumen et fluvium, amnem et torrentem,* hoc interest, quod flumen a fluere dicitur; fluvius a temporali aqua est; amnis ab amenitate cognominatur, quasi amœnus; torrentis, qui hieme intumescit, et inhiibus nivibusque completur.

9. *Inter innocentem et innocium* hoc interest, quod innocens sanctitate morum intelligitur, innocuus qui non habet nocendi voluntatem.

427 10. *Inter generosum et nobilem* hoc interest, quod generosus, nascitur, nobilis opibus fit.

11. *Inter regium et regem* hoc interest, quod regius puer regalis est, rex qui regit regnum.

12. *Inter dementem et amentem* hoc interest, quod amens in totum caret mente, demens partem retinet; dicitur quasi diminuta parte mentis.

13. *Inter pecudes et pecora* hoc interest, quod pecudes tantum oves accipimus, pecora autem mixtura omnium animalium est.

14. *Inter monstrare et demonstrare* hoc interest, quod monstramus semel, demonstramus sæpius.

15. *Inter divitem et honestum, pecuniosum, beatum, locupletem et opulentum,* hoc interest, quod **D** dives auro argentoque; honestus moribus dicitur;

1. In Editione Breuliana hic dicitur liber: Differentiarum, et pro libro sunt Differentiæ rerum, sive spirituales. Liber alphabeticus a nobis, tom. V, editus, Breulio sermo cognitus, ad finem operum rejectus fuit. Grialius nullas notas huic libro adiecit, fortasse quod pleraque jam in superiori exemplo ordine alphabeticæ exposita fuerant. Post Auctores linguæ Latinæ Gothofredi hic liber editus fuit hoc titulo: *Excerpta Differentiarum ab amplissimo viro Jacobo Byngarsio legato regio communicata. Incipit de proprietate sermonum, vel rerum.* In Codice Vatic. 624 sunt etiam hujusmodi differentiæ alio ordine, et initium sumitur a num. 52. *Inter metum, etc.*

4. *Vat. 624. Lustra producte sunt... lustra correpte latibula ferarum.* Scilicet quia Festus docet primam

pecuniosus a pecoribus dicitur; beatus ab animo; locuples ab eo quod loculis plenus; opulentus, omnibus his plenus, tanquam opibus eminens.

16. *Inter palam et coram* hoc interest, quod palam hominum præsentiam notat; coram, personam accipere desiderat.

17. *Inter album et candidum* hoc interest, quod album naturale est, candidum cura facit.

18. *Inter sensum et intellectum* hoc interest, quod sensus naturalis est, intellectus a re obscura.

19. *Inter exanimum et inanimum* hoc interest, quod exanimus vita privatus est, inanimus, unquam habet animam.

20. *Inter imbrem, nubem et pluviam,* hoc interest, quod imber a Græca significatione descendit; quasi umbratum, qui summa vi caelit, et cito descendit; pluvia est quam impulsu ventorum nubes exprimit, unde et plorare est dictum, cum coacta dolore lacrymæ exprimuntur; nimbus etiam eumpit, ut aliquam partem minorem occupet cæli, majorem serenam relinquat.

21. *Inter sanguinem, cruorem et saniem,* hoc interest, quod sanguis dicitur, cum intra corpus est, dicitur quod nos sanciat, id est, contineat; cruor confusus ideo dicitur, quod corruiere cogat; sanies, corpus putre.

22. *Inter terga et tergora* hoc interest, quod terga hominum sunt, tergora animalium. Numero singulari hominis tergom dicitur, animalis tergus.

23. *Inter mi et mihi* hoc interest, quod mi pronomen est simplex, mihi compositum; vel mi vox affectus, et casum vocativum semper desiderat.

24. *Inter tum et tunc* hoc interest, quod tum ordinis habet et significationem, tunc temporis.

25. *Inter iram et iracundiam* hoc interest, quod ira ad tempus, iracundia continetur in corde.

26. *Inter noctis et nocte* hoc interest, quod noctis sic dicitur quomodo interdiu, et significat aliquam partem noctis; nocte autem totam noctem intelligimus.

428 27. *In es fari, loqui, sermocinari et narrare,* hoc syllabam produci in *lustrum*, quasi per *lustrum* scribatur, cum significat populi lustrationem, et tempus quinquennale.

5. *Vat. 624, servitium numerus servorum est.*

6. *Vat. 624, vel voluptatis.*

7. *Vat. 624, refertur, serox ad naturam.*

8. *Vat. 1491, post nivibusque completis, addit ætate torret, id est, siccatur.* *Vat. 624 sic reserinat: Inter pluvium, rivum, amnem et torrentem, hoc interest, quod fluvius a fluere dicitur, rivus temporatis aqua est, amnis ab ambitu cognominatur, qui hieme pluvia nivibusque completur, ætate siccatur.*

*Vat. 624, et innocuum... innocuus, qui non habet vim nocendi.*

interest, quod famur cum aliquid dicimus scænde; A loquimur natura; sermocinamur quando contra aliquem sermone contendimus; narramus docto.

28. Inter *tenere, sumere et accipere* hoc interest, quod tenemus quæ sunt in nostra potestate; sumimus posita; accipimus data.

29. Inter *aspicere, suspicere, inspicere, prospicere, desplicere, intueri, videre, spectare et visere* hoc interest, quod nos aspicimus casu; suspicimus in superioriorem partem, vel veneramur; inspicimus, iudicatori; prospicimus quæ longe sunt; desplicimus inferioriorem partem, vel languidam; intueniur cum causa; videmus natura; visimus experta.

30. Inter *furorē et insaniam* hoc interest, quod furor vitium temporis est; insaniam perpetua.

31. Inter *alium et alteram* hoc interest, quod alius a multis, alter a duobus.

32. Inter *scelus et facinus* hoc interest, quod scelus crimen est, facinus etiam in laude recte dicitur; Sallustius dicit *bonum facinus*.

33. Inter *dona et munera* hoc interest, quod dona Deo dantur, munera hominibus tribuuntur. Et munera quibus homines, id est milites officio funguntur, quæ quidem munia vocantur.

34. Inter *vestem et vestimentam* hoc interest, quod vestes feminarum dicuntur, vestimenta, virorum.

35. Inter *humidum et aridum* hoc interest, quod humidum omnino permaduit, aridum, quod ad medium usque pervenit.

36. Inter *vetus et vetustum* hoc interest, quod vetus novo comparatur, e contrario vetustum ad antiquitatem refertur.

37. Inter *terre et deterere* hoc interest, quod qui terret timere cogit, qui deterret prohibet perseverare.

38. Inter *solum, unum, solitarium, et unicum* hoc interest, quod solus, qui a cæteris relictus; unus initium multorum agit; solitarius qui semper sine cæteris vivit; unicus habetur solus propter inopiam aliorum.

39. Inter *aphæresin, syncopen et apocopen* hoc interest, quod sola aphæresis ex prima parte vocis sit, litteras et syllabas detrabens, ut,

Si genus humanum, et mortalia tenueris arma,

pro contemnitis. Syncope mediam perdit ut *Apparet rari nantes, pro nantes*. Apocope ex ultima sit, ut *domus luxu instruitur, id est, luxuria*.

40. Inter *solæcismum et barbarismum* hoc interest, quod solæcismus in sensu sit, barbarismus in voce.

41. Inter *relictum et desertum* hoc interest, quod relinquitur voluntate, deserimus invito.

42. Inter *miseri et miserari* hoc interest, quod miseramur cum eodem tempore, et de alicujus casu dolet nobis, et subvenimus laboranti; miserari est consolari tantum, et intra affectum doloris esse.

33. Vat. 624: Inter *DONA et MUNERA* hoc interest: D *DONA dicuntur (sic) funguntur; MUNERA autem dicuntur obsequia quæ pauperes divitibus in loco muneris solvant. Aliter DONA dantur Deo, MUNERA hominibus tribuuntur.*

43. Post hanc differentiam in Vat. 624 sequitur: Inter *PUTEM et LACUNAM, id est, CISTERNAM, hoc interest, quod PUTES per puteas (Forte, puras putas) aquas habet, et de vivo fonte manantes; CISTERNA, quæ refrigerat, aquas suas externas et adventicias possidet. — Aliud est LOQUI in PERSONA, aliud ad PERSONAM: in persona non ipsi loquitur personæ, sed pro persona loquitur ad alios; ad personam vero loquens, ad ipsam significatur conferre sermonem. — Inter FORNICARIAM, et ADULTERAM hoc interest, quod FORNICARIA est quæ cum pluribus copulatur, ADULTERA, quæ unum virum deserens, alteri jungitur. — Inter VIDERE et CREDERE hoc interest, quod VIDEMUS quidem PRÆSENTIA, CREDIMUS vero FUTURA. — Inter MORTEM et INFERNUM hoc interest:*

43. Inter *orare et precari* hoc interest, quod orare dicitur quoniam oris ratio dicitur, et qui orat etiam precatur, qui rogat deprecatur; non utique qui precatur orat, quia etiam imperiti ad preces descendunt.

44. Inter *nescire et ignorare* hoc interest, quod qui nescit omnium motitia caret, qui ignorat aliquid nescit.

45. Inter *legatum et oratorem* hoc interest, quod legatus electus est ad officium a civitate, et est sacrosanctus; orator, ad orandum missus, ut oris oratione exponat quod petit.

46. Inter *lardum, pigrum, inertem et segnem* hoc interest, quod tardus dicitur qui trahit tempus; iners, sine arte, nullius officii capax; piger, per omnia ægro similis; segnis, emotus est a calore.

47. Inter *natum et gnatum* hoc interest, quod natus particulariter a verbo nasci, gnatus dicitur filius a generatione.

48. Inter *infamem et famosum* hoc interest, quod famosus tam in bona cogitatione quam in mala, infamis tantum in mala.

49. Inter *juventutem et juventam* hoc interest: juvenus dicitur multitudo juvenum, juvena, unius ætas, vel etiam dea juventutis.

50. Inter *decus et decorum* hoc interest, quod decus ad virtutem refertur, decor ad corpus.

51. Inter *supra et super* hoc interest, quod super est quod eminet, supra quod aliquid substratum habet.

52. Inter *metum, timorem et pavorem* hoc interest, quod metus futura pro-picit, timor subita mentis consternatio est, pavor autem motus. Inde etiam pavida jumenta dicimus.

53. Inter *omnes, cunctos et universos* hoc interest, quod omnes quorum mentio est, cuncti qui ubique sunt, universi qui in uno loco versi.

54. Inter *undam et aquam* hoc interest, quod unda copiosa aqua est, aqua est naturalis.

55. Inter *tacere et silere* hoc interest, quod qui desinit loqui silet, et qui non cogit tacet.

56. Inter *auxilium, præsidium et subsidium* hoc interest, quod auxilium laborantibus mittitur, præsidium præparatur, subsidium servatur, ut cum exegerit necessitas detur.

57. Inter *insequi et consequi* hoc interest, quod amicum consequimur præcedentem, insequimur inimicum.

58. Inter *principium et initium* hoc interest, quod principium totius corporis est, initium quasi primum.

59. Inter *simulare et dissimulare* hoc interest, quod simulamus quod nescimus et negamus nescire, dissimulamus quæ scimus.

60. Inter *simul et similitum* hoc interest, quod simul, ut una res pariter clareat, ut: *Simul legimus, simul scribimus*. Similitum lucri recipit significationem, quasi sigillitum.

mors utique est qua anima separatur a corpore, infernus locus in quo animæ recluduntur sive in refrigeriâ, sive in pœnarum tormenta pro qualitate meritorum. Comparatur autem mors mulieri fornicariæ, quia sicut mors dividit animam a corpore, ita mulier meretrix dividit inter fratres. — Inter *ÆGRITUDINEM et ÆROTATIONEM* hoc interest, quod ÆGRITUDO animi dicitur, ÆROTATIO autem corporis.

52. Cod. Vat. 624, *pavor animi motus, unde etiam.*

53. Cod. Vat. 624, *quorum mentio una est.*

56. Vat. 624, *necessitas detur, dictum, quia substat in tempus.*

58. Hæc differentia rursus occurrit num. 251, ubi fusius exponitur.

60. Legendum *similitum*, non *similitum*; nam *similitum* vox antiqua, et fore comica sæpe occurrit apud Plautum pro *una, simul, uno tempore*. Vide Nonium, cap. 2, n. 814.

61. Inter *sceleratum*, *sceleratum* et *scelerosum* hoc A interest, quod sceleratus. suo scelere, vel alieno contaminatus; sceleratus, scelerum cogitator; scelerosus, quasi insidiosus, periculosus, \* vel totus dies vel animus propter arduitatem.
62. Inter *reliquos* et *ceteros* hoc interest, quod reliquos dicimus relictos ex omnibus; ceteros quos necimus.
63. Inter *redibidum* per *b* litteram, et *redivivum* per *v* litteram hoc interest, quod redibidum est quod nascitur, redivivum quod reviviscit.
64. Inter *patrium* et *paternum* hoc interest, quod patrium a patria venit, paternum a patre.
65. Inter *pomata* et *pomaria* hoc interest, quod pomaria vaga dicimus, sicut olearia et ficaria; pomata, quasi maleta, ficata et oleata.
66. Inter *agram* et *agrotum* hoc interest, quod aeger animo, agrotus corpore.
67. Inter *prior venit* et *ante venit* hoc interest, quod prior ad dignitatem, ante ad tempus refertur. B
68. Inter *inficere* et *officere* hoc interest, quod officit qui nocet, inficit qui lanam aut alia inficit.
69. Inter *contingere*, *accidre* et *evenire* hoc interest, quod contingunt bona, accidunt mala, eveniunt utraque.
70. Inter *grates* et *gratias* hoc interest, quod grates referimus, gratias agimus.
71. Inter *oleas* et *olivās* hoc interest: olivas ipsam fructum dicimus, unde sit oleum. Oleas arbores dicimus, unde sunt oliveta.
- 431 72. Inter *nixus* et *nisus* hoc interest, quod nisus ad corpus refertur, nisus ad animum, id est, cogitatus.
73. Inter *nefandum* et *nefarium* hoc interest, quod nefarius a praeteritis intelligitur, nefandus in opere.
74. Inter *nutrit* et *nutricia* hoc interest, quod nutrit nutrit, nutrit nutritus.
75. Inter *maritimum* et *marinum* hoc interest, quod maritimum proximum mari, marinum ex ipso mari. C
76. Inter *laniat*, *lacerat* et *lancinat* hoc interest, quod laniat qui membratim dividit, lacerat qui partibus suis membra destituit, lancinat qui inutiliter membra disceperit.
77. Inter *patulum* et *patens* hoc interest, quod patulum claudi vel tegi non potest; patens, quod cum reseratum fuerit, iterum claudi potest.
78. Inter *guttam* et *stillam* hoc interest, quod stilla eadit, gutta stat.
79. Inter *delictum* et *peccatum* hoc interest, quod delinquimus cum iussa salubria non adimplemus, peccamus cum ea quae jubentur non agi praesumimus agere.
80. Inter *incolam*, *accolam* et *advenam* hoc interest, quod incola est qui propriam terram in qua natus est excolit; accola qui terram nativitatē suae, sed alienam colit; advena qui de sua terra in alienam venit.
81. Inter *hesternum* et *externum* hoc interest, quod hesternum ab hesternā die dicitur, externum vero extraneum. Nam multi imperitorum externa dies dicunt quod non admittitur.
82. Inter *baltea* et *balteos* hoc interest, quod baltea ipsa lora significamus, ceteros balteos dicimus.
83. Inter *bibere* et *ebibere* hoc interest, quod bibit, 84. Inter *geminatum*, *junctum* et *duplicatum* quid intersit quamvis acute intelligentibus breviter exposuerimus, tamen sub exemplis latius doceamus. Geminatum est quod ex duobus rebus similibus constat, ut Cicero: *Gemina audacia*. Junctum est quod ex duabus rebus paribus constat, ut Virgilius: *Jungetur jam gryphes equis*. Duplicatum est cum una res bis ponitur: *Ingens ad terram duplicato poplite*.
85. Inter *decline* et *declive* hoc interest, quod declinus sol, declivus locus. Sic intelligendum est *accline*, *acclive*, ut acclinus homo, acclivus locus; ex hoc acclivum dicitur.
- 432 86. Inter *commentariū* et *commentaria* hoc interest, quod commentarii libri, commentaria volumina dicunt.
87. Inter *primum* et *priorem* hoc interest, quod primum e multis, prior ex duobus. Sic inter postremum et posteriorem observabis.
88. Inter *disertum* et *desertum* hoc interest, quod disertus orator dicitur, desertus derelictus.
89. Inter *dilatorem* et *delatorem* hoc interest, quod delator est qui desert ad accusandum, dilator qui differt ad proferendum.
90. Inter *adversum* et *adversus* hoc interest, quod adversum te adversarius, adversus te mutator.
91. Inter *pauperiem* et *paupertatem* hoc interest, quod pauperies damnum est, paupertas qui nihil habet.
92. Inter *exprobrare* et *obprobrare* hoc interest, quod exprobrat qui proprium objectat vitium, obprobrat qui maledictum infert.
93. Inter *accersire* et *accessire* hoc interest, quod accersit qui evocat, accessit qui accusat.
94. Inter *acerbum* et *acervum* hoc interest, quod acervus moles est, acerbus immaturus et asper.
95. Inter *labrum* et *labium* hoc interest quod labrum superius, labium inferius dicitur.
96. Inter *toga*, *tuga*, *tuba* et *tufa* hoc interest, quod toga vestimentum est, tuga qua aqua deducitur; tuba qua clangitur; tufa lapis qui ex aqua coagulata efficitur, quod tustum dicimus.
97. Inter *comosum* et *comatum* hoc interest, quod comosus a comae usu dicitur; comatus natura, ut comata Gallia.
98. Inter *certo* et *certius* hoc interest, quod certo est a certus, et certius a certo.
99. Inter *cacitadinem* et *cacitatem* hoc interest, quod cacitas ipsa tanquam viae certitas, et calamitas dicitur; cacitudo autem affectio, ut lippitudo dicitur.
100. Inter *castimoniam* et *castitatem* hoc interest, quod castimonia quasi caremonia dicitur, castitas autem tantum corporis.
101. Inter *copias* et *copiam* hoc interest, quod copias, exercitius significatione dicimus, copiam autem rerum.
102. Inter *circum*, *circa* et *circiter* hoc interest, quod circum ad tempus, circa ad locum, circiter ad numerum refertur.
103. Inter *fidum* et *fidem* hoc interest: famulus dicitur fidus, amicus fidelis.
104. Inter *illius similis* et *illi similis* hoc interest, quod illius similis moribus, illi similis vultu.
- 433 105. Inter *flemma* et *plemma* hoc interest, quod flemma sit cum crura abundant sanguine, plemma verba haec Isidori ita reformari posse innui, quod declinis sol, declivis locus... ut acclinis homo, acclivus locus. Et hoc acclivum dicitur.
87. Vat. 624, quod prior alterum praecedit, primus omnes.
98. Vox tuga ne apud Ducangium quidem occurrit. Tofus Laune dici solet, pro quomodo tugo tufus scribebatur. Tufa, aut tufha, pro genere quodam vexilli a nonnullis accipitur.
105. Pro flemma legendum videtur phlegma, aut

cum in manibus vel pedibus callosi sulci nascuntur. A

106. Inter *mammæ* et *ubera* hoc interest, quod mammæ hominum, ubera pecorum accipiuntur.

107. Inter *arena* sine aspiratione, et *habena* per aspirationem hoc interest, quod arena germen est sterile, habenæ, retinacula jumentorum.

108. Inter *donum* et *munus* hoc interest, quod donum dantis, munus accipientis. Illud a dando, istud a laudando.

109. Inter *arguere* et *coarguere* hoc interest, quod coarguere, coercere, vel compescere est; arguere, ostendere, vel patefacere, ut Virgil. : *Degeneres animos timor arguit*. Unde et argumenta dicuntur quæ causam ostendunt.

110. Inter *afficere* et *adficere* hoc interest, quod afficimur honore, adficimur morte vel injuria.

111. Inter *advocatum*, *invocatum* et *evocatum* hoc interest, quod advocatur daturus patrocinium, invocatur præstaturus auxilium, evocatur præbiturus obsequium.

112. Inter *illuviem* et *laviem* hoc interest, quod illuvies sordium, ingluvies ventris: illud a non lavando, hoc ab inglutiendo dictum.

113. Inter *commonere*, *admonere*, et *monere* hoc interest, quod commonemus præterita, admonemus præsentia, monemus futura.

114. Inter *temeritatem* et *audaciam* hoc interest, quod temeritas sine consilio dicitur, audacia post consilium.

115. Inter *velocitatem* et *celeritatem* hoc interest, quod velocitas pedum et corporum dicitur, celeritas, animorum atque factorum.

116. Inter *vivum* et *viventem* hoc interest, quod vivus de vivente, vivens de morituro.

117. Inter *nasci* et *enasci* hoc interest, quod nascitur quod de utero decidit, enascitur quod de terra aut aqua exurgit.

118. Inter *abducere*, *perducere* et *deducere* hoc interest, quod abducimur a re inhonesta, perducimur ad studia, deducimur ad honorem.

119. Inter *eluxit* et *illuxit* hoc interest, quod eluxit qui lutum disposuit, illuxit qui cum lumine apparuit.

120. Inter *nuntiare*, *denuntiare* et *renuntiare*, ac *annuntiare* hoc **434** interest, quod nuntiat de longinquo, denuntiat in præsentem, annuntiat de futuro, renuntiat de excusando et repudiando.

121. Inter *inscribere*, *exscribere*, *transcribere*, *inscribere*, *ascribere*, *describere* hoc interest, quod conscribere una simul scribere est; excscribere, scripturas transferre; transcribere, cum jus nostrum ad alium transit; inscribere, accusationis; ascribere, assignationis; describere, dictionis, vel ordinis. Scribere vero verbum imperfectum est.

122. Inter *exstruere*, *instruere*, *astruere*, *construere*, *struere* hoc interest, quod exstruere est in altum proficere; instruere, aciem vel actionem; astruere, affirmare; construere struendo conjugere; struere reliqua super posita substruere.

*flegma*; et pro *plemma* reponendum *plemina*; de qua voce vide Festum. Nihilominus Caper, de orthograph., pag. 2243, apud Putsch., ita habet: *Flemina sunt ubi abundant crura sanguine; plemina, cum in manibus vel in pedibus callosi sulci sunt*. In Ms. Vat. 624: *Inter flemina et plemina hoc interest, quod flemina... plemina.*

119. *Eluxit* videtur hic deductum ab *eluo*, ac legendum *eluxit* qui lutum deposuit. Nam *eluxit* ab *eluceo* nihil commune habet cum *luto*. Cæterum *eluo* in præterito facit *elui*, non *eluxi*. Apud Agrætiū, unde pleræque hæc differentia depremissa sunt, sic legimus: *Eluxit qui luctum deponit, illuxit cum lumen apparuit*. Corrigenendum ergo apud Isidorum qui *luctum* deposuit.

121. Hic etiam nonnihil variat Agrætius.

124. Goldastus, in not. ad sanctum Valerianum, De bon. Discip., pag. 54, sic hunc locum emendare

123. Inter *consuescere*, *insuescere* et *assuescere* hoc interest, quod suescimus bona, insuescimus mala, assuescimus utraque.

124. Inter *fungi* et *defungi* hoc interest, quod fungi agere est, defungi peragere est. Unde et mortui defuncti vocantur, eo quod peregerunt vitæ istius cursum.

125. Inter *adolescere*, *inolescere* et *exolescere* hoc interest, quod adolescere augmentum est; inolescere, coaugmenti; exolescere, evanescenti.

126. Inter *deportare*, *apportare*, *comportare* et *exportare* hoc interest, quod deportare et apportare aliquid afferre est; comportare, in unum locum conferre; exportare, tollere.

127. Inter *temperantiam*, *temperationem* et *temperiam* hoc interest, quod temperantia animorum est; temperatio rerum; temperies aurarum.

128. Inter *recipere* et *suscipere* hoc interest, quod recipimus rogati, suscipimus sponte.

B 129. Inter *arundinem* et *hirundinem* hoc interest, quod arundo canna est, hirundo, avis quæ tignis adherere solet.

130. Inter *spirare* et *exspirare* hoc interest, quod spirare vivere est; exspirare, mori.

131. Inter *pertinaciam* et *constantiam* hoc interest, quod pertinacia malæ rei dicitur, constantia, bonæ.

132. Inter *consequi* et *assequi* hoc interest, quod sequimur pedibus, assequimur studio.

133. Inter *letari* et *gratulari* hoc interest, quod lætamur de nostris, gratulamur de amicorum bonis.

134. Inter *herbosum* et *herbidum* hoc interest, quod herbidum locum in quo herba est, etiamsi aridus esse consuevit; herbosum, qui herbam facile generet, etiamsi ad tempus aridus sit. Et aquatam potionem dicimus recte, quæ aquam aliunde recipiat. Aquosum enim locum, qui **435** aquam ex se effundat, sic et meracam potionem et merosum vinum appellamus.

C 135. Inter *subter* et *subtus* hoc interest, quod subter re aliqua superiore premitur et conculcatur; subtus est quod demissum altius non contingitur.

136. Inter *sinum* et *gramium* hoc interest, quod sinum dicimus sinuata vestis receptaculum; gramium vero, accinctæ vestis secretum.

137. Inter *largitatem* et *largitionem* hoc interest, quod largitas humanitatis est, largitio, ambitionis.

138. Inter *muliebrem* et *mulierarium* hoc interest, quod muliebrem dicitur a mulieribus factum; mulierarium, a mulieribus ordinatum, et per viros gestum.

139. Inter *diligere* et *deligere* hoc interest, quod diligi affectionis est, deligi iudicii; unde et exercitus deligit jubetur.

140. Inter *commodare* et *mutuo dare* hoc interest, quod commodamus amico pro tempore equum, vestem, servum et similia; mutuo autem damus pecuniam, triticum, vinum, vel cætera.

D studet: *Quod herbidum locum dicimus in quo... esse consuere... facile generat... Sic et aquaticam potionem... aliunde recipit... Sic et mericam potionem, etc.*

158. Hæc et plura alia, quæ sequuntur, Agræti sunt.

140. Post hanc differentiarum in Vat. 624 additur: *Inter COMPTUM et COMPOSITUM hoc interest, quod COMPTUS cura dicitur, COMPOSITUS natura. — Inter CONSEQUIMUR et ASSEQUIMUR hoc interest, quod CONSEQUIMUR pedibus, ASSEQUIMUR studio. — Inter CONSTRUERE et EXSTRUERE hoc interest: CONSTRUERE ædificare dicitur, EXSTRUERE vero externere [forte, sternere]. — Inter CONSUERE, SUERE et ASSUERE hoc interest, quod CONSUERE est vestium, sive codicum, ASSUERE, corium, SUERE denique dicimus, quando rupta atque aperta quæque texuntur.*



141. Inter *ligare* et *legare* hoc interest, quod ligat A quod saturitas de cibo tantum, satietas de reliquis dicitur rebus.

142. Inter *loqui*, *obloqui*, *alloqui* et *eloqui* hoc interest, quod loqui hominis est, obloqui, obtractatoris, qui obijcit, aut opponit; alloqui, hortantis aut judicantis; eloqui, honoris est.

143. Inter *percussum* et *perculsum* hoc interest, quod percussum corpore dicimus, perculsum animo.

144. Inter *fremorem* et *fremitum* hoc interest, quod fremor murmur hominum est, fremitus bestiarum.

145. Inter *flavum*, *furvum*, et *fulvum* hoc interest, quod flavum rubrum dicimus, ut flava caesaries; forvum, nigrum; fulvum nigro rubeum, ut fulvum leonem.

146. Inter *postulare* et *poscere* hoc interest, quod postulatur incaute, poscitur improbe.

147. Inter *frixum* et *frictum* hoc interest, quod frixum a frigore, frictum a frigendo dictum.

148. Inter *diuturnum* et *diuturnum* hoc interest, quod diuturnum est quod diu fuit, diuturnum quod diu duravit.

149. Inter *delitum* et *inlitum* hoc interest, quod delitum, quia subitum, inlitum vero lituratum.

**436** 150. Inter *damnum*, *dispendium*, et *detrimendum* hoc interest, quod damnum, unde diminutum sit; dispendium, ubi pondus absit; detrimentum, quod a terendo nominatur.

151. Inter *dominium* et *dominatum* hoc interest, quod dominium intelligitur quod privati juris est, dominatum autem, imperii.

152. Inter *nixus* et *nixus* hoc interest, quod nixus, in genua; nixus a nitendo, id est, conando.

153. Inter *nubere*, *enubere* et *denubere* hoc interest, quod nubit civis civi, enubit extraneo; denubit quæ in manum viri convenit.

154. Inter *noxa* et *noxia* hoc interest, quod noxa poena est, noxia ipsa culpa.

155. Inter *necessitatem* et *necessitudinem* hoc interest, quod necessitas vim significat; necessitudo conjunctionem sanguinis aut animi.

156. Inter *clausum* et *obturatum* hoc interest, quod clausum a claustris et clavibus dicitur, obturatum autem priorum foraminum sit, tanquam aures obturatae, non clausæ.

157. Inter *operire*, *adoperire*, *inoperire* hoc interest, quod operimus operculo, adoperimus fores, inoperimus, cum aliquid jacenti superponimus.

158. Inter *pometa* et *pomeria* [Forte, *pomaria*] hoc interest, quod pometa ubi poma nascuntur, pomaria in quo servantur.

159. Inter *palma* et *palmum* hoc interest, quod palma in corpore, palmum in mensura. Est autem hæc mensura a primo pollice usque ad minimum digitum.

160. Inter *poplites* et *suffragines* hoc interest, quod poplites hominum, suffragines animalium.

161. Inter *preparare* et *appurare* hoc interest, quod preparat qui desiderium repetit parando, apparat qui parato adjicit, id est, accusare parat.

162. Inter *stipulationem*, *restipulationem*, *astipulationem* et *constipulationem* hoc interest, quod stipulatio certum habet intellectum, restipulatio, si aliquid sit factum quod convenit; astipulatio ejusdem pecunia, ut vel aliter repetere possit; constipulatio, concerta restipulatio, si qua dolo malo facta.

163. Inter *saturitatem* et *satietatem* hoc interest,

149. *Delitum* est a *delino*, *inlitum* ab *inlino*, seu *illino*. Sed ignoro auctorem differentia quæ hic profertur.

152. Confer num. 72.

153. *Enubo* et *denubo* de iis dici solent quæ infra suam conditionem nubunt.

158. Diversa sunt quæ num. 65 exponuntur de differentia harum vocum, e diversis nimirum aucto-

quod saturitas de cibo tantum, satietas de reliquis dicitur rebus.

164. Inter *viciniam* et *vicinitatem* hoc interest, quod vicinia loci esse dicitur, vicinitas personarum.

165. Inter *fluctuo* et *fluctuor* hoc interest, quod fluctuo animo, quasi fluctus ago, et huc illucque fluo; fluctuor, fluctu feror, ideoque fluctuat mare, fluctuatur navis; sic inter luxurio et luxurior discernendum.

**437** 166. Inter *potero* et *potuero* hoc interest, quod potero certum promittentis est, potuero dubitantis.

167. Inter *Hispanum* et *Hispaniensem* hoc interest, quod Hispanus natione dicitur, Hispaniensis, Masi-liensis, et his similia.

168. Inter *escendere*, *ascendere*, *conscendere* hoc interest, quod ascendimus ex celsa, vel locum honoris; escendimus, cum in aliquid aliud scendimus; conscendimus, cum equo velimur.

169. Inter *uterque* et *utrique* hoc interest, quod uterque in singularibus, utriusque in pluralibus dicitur.

**B** 170. Inter *pignero* et *pigneror* hoc interest, quod pigneror animum tuum; pignero, cum pignus tuum capio.

171. Inter *mereo* et *mereor* hoc interest, quod mereo pro merito servitii, mereor pro opere mercedis; sic ruminio, ruminor, et his similia.

172. Inter *laurus* et *lauream* hoc interest, quod laurus est ipsa arbor; laurea, corona vel virga.

173. Inter *cæruleum* et *cærulium* hoc interest, quod cæruleum dicimus, sicut aurum; cæruleum ex cæruleo, quasi argentum.

174. Inter *imum* et *infimum* hoc interest, quod imus loco, infimus ordine.

175. Inter *curam* et *diligentiam* hoc interest, quod cura cruciatum habet qui commoveat; diligentia, rerum administratio.

176. Inter *vires* et *virtutes* hoc interest, quod vires corporis sunt, virtutes animi.

177. Inter *animam*, *animus*, *spiritum* et *mentem* hoc interest, quod anima est qua vivimus, animus quo regimur, spiritus quo spiramus, mens qualitas quæ bona aut mala potest referre ad cogitationem.

**C** 178. Inter *grave* et *ponderosum* hoc interest, quod grave secundum serenitatis qualitatem, ponderosum natura.

179. Inter *ultorem* et *vindicem* hoc interest, quod ulciscimur accepta injuria, vindicamus ne accipiamus.

180. Inter *fallacem* et *pellacem* hoc interest, quod fallax infidelis dicitur; pellax in verbis, ab appellando, id est, per se loquendo.

181. Inter *immolare* et *maclare* hoc interest, quod immolare dicitur, cum mola in caput injecta est; maclatum, hoc factum, quasi magis auctum.

182. Inter *hostiam* et *victimam* hoc interest, quod hostia perhibetur tunc, cum dux in hostes proficiscitur; victima, cum vincit, sicut Ovidius in Faest.:

Victima quæ ceclit dextra victrice vocatur.

Hostibus a domitis hostia nomen habet.

183. Inter *cruere* et *diruere* hoc interest, quod D eruuntur latebræ, diruuntur eminentia.

**438** 184. Inter *nequidquam* et *nequaquam* hoc interest, quod nequidquam frustra, nequaquam non significat.

185. Inter *iter* et *itiner* hoc interest, quod iter quo imus, itiner avia dicitur.

186. Inter *proprium* et *propius* hoc interest, quod proprium domini est, propius autem loci.

187. Inter *vereor* et *revereor* hoc interest, quod vereor ad metum refertur, revercor ad effectum.

ribus.

179. Vat. 624: *Inter ulcisci et vindicare hoc interest.*

181. In editis erat *cum moles in caput*; reposui *mola*.

182. Versus Ovidii ita in editis exhibebatur: *Victima dextra habet*. Alia librarii omiserant. Locus est a Fas or., 335.



188. Inter *liberos* et *filios* hoc interest, quod filii masculino genere ponuntur, liberi in utroque sexu; et quod filii in numero singulari vocari possunt. Nemo enim dicit, qui habet filium, *unum liberum habeo*. Item, quod filii promiscue omnis conditionis intelliguntur, tam ingenui quam servi; liberi non dicuntur nisi ingenui.
189. Inter *dulce* et *suave* hoc interest, quod dulce idem potest esse quod suave, non utique suave quod dulce. Dulce enim mel dicimus, et suave acetum, quod dulce non est.
190. Inter *bellum* et *avellum* hoc interest, quod bellum inter exterarum gentes, avellum inter cives dictum, quod avellantur populi in duas partes.
191. Inter *exemplum* et *similitudinem* hoc interest, quod exemplum historia est, similitudo approbatio.
192. Inter *divinationem* et *divinitatem* hoc interest, quod divinitas ad potentiam numinis refertur, divinatio futurorum prescios facit.
193. Inter *vim* et *virtutem* hoc interest, quod virtus hortari est, vis injuria.
194. Inter *rogum* et *pyram* hoc interest, quod rogus defunctis paratur, pyra sacrificiis.
195. Inter *arma*, *armamenta* et *tela* hoc interest, quod arma sunt quibus corpora nostra in bello teguntur; armamenta, navium; tela missilia, et jacula.
196. Inter *virum* et *masculum* hoc interest, quod vir specie intelligitur, masculus genere, et quod vir tribus modis intelligitur, natura, virtute et nuptiis; masculus etiam ab homine segregatur, ut in animalibus.
197. Inter *profugum*, *exulem*, *relegatum* et *transfugam* hoc interest, quod profugus quasi voluntarie reliquitur, exul, qui damnatus expellitur; relegatus, ad tempus; transfuga, qui ad hostes transit.
198. Inter *altum* et *excelsum* hoc interest, quod altum tam in superiorem partem elatum intelligimus, quam ad inferiora depositum; excelsum, in superioribus tantum.
199. Inter *vim* et *vires* hoc interest quod vis impetu et injuria 439 constat, vires ad bonum et fortitudinem corporis referuntur; ita vis facit violentiam, vires vitiosum.
200. Inter *sævum* et *crudelium* hoc interest, quod sævus circa verba est, crudelis monstratur sanguine.
201. Inter *bellum*, *aciem*, *prælium* et *pugnam* hoc interest, quod bellum dicitur totus conflictus, acies ordinatur, prælium committitur, pugna geritur, et quod acies tam ferri quam oculorum est.
202. Inter *passum* et *experimentum* hoc interest, quod patimur voluntate, experimur necessitate.
203. Inter *genus* et *geniem* hoc interest, quod genus tam hominum quam ferarum est; gens ad congregationem plurium pertinet, et ab uno capite descendit: dicimus enim *gens Gallorum*.
204. Inter *terram*, *tellurem* et *humum* hoc interest, quod terra pars mundi tertia est; tellus, dea; humus locus sepulcræ dicitur, ab humando.
205. Inter *mania* et *œdificia* hoc interest, quod mania publicorum sunt operum, œdificia privatorum.
206. Inter *omne* et *totum* hoc interest, quod omne numerositate constat, totum ad partes dicitur.
207. Inter *ulcus*, *vulnus* et *plagam* hoc interest, quod ulcus per se exit, vulnus ferro; plaga potest esse planus ictus; sic quod ulcus levitatis est,
208. Inter *sic* et *ita* hoc interest, quod sic quidem ostendit exempla, ita ad rationem refertur.
209. Inter *duos* et *ambos* hoc interest, quod duo numerantur, ambo congregantur.
210. Inter *paret* et *apparet* hoc interest, quod paret, imperio; apparet, videntibus.
211. Inter *pullum* et *nigrum* hoc interest, quod pullum albo contrarium est, nigrum colore accipimus.
212. Inter *putat*, *æstimat*, *opinatur*, *arbitratur* et *suspiciatur* hoc interest, quod putat qui dubitat; æstimat qui existimatur quæ acta sunt dicit; opinatur qui opinioni aut suæ aut alterius credit; arbitratur qui dubiæ rei finem imponit; suspiciatur qui latentis rei prospicit formam.
213. Inter *prohibere* et *inhibere* hoc interest, quod prohibere est jure non habere; inhibere, vi dicitur, et quod inhibemus jure prohibemus imperio.
214. Inter *ostentum*, *prodigium* et *monstrum* hoc interest, quod ostentum sine corpore solidum novum se ostendit, et oculis, et auribus; prodigium vero, quod solidis corporibus prospicitur, ut in caelo cometas, 440 aut stella, et in nocte lux, interdiu tenebræ; monstrum vero contra naturam cognitum egreditur, ut serpens cum pedibus, aut cum quatuor alis.
215. Inter *conticuere*, *obticuere* et *reticuere* hoc interest, quod qui conticit undique silentium præstitit, ut antiqui (Virg. III, Æneid. 718):
- Conticit tandem, factoque hic sine quævit: obticuit, qui nullam spem reliquit; reticuit, qui silentio responsa sinivit.
216. Inter *sepulcrum*, *tumulum*, *monumentum* et *bustum* hoc interest, quod sepulcrum est locus in quo corpora sepeliuntur, et a sepeliendo dicitur; tumulus, qui cineres legit; monumentum, quo sepulcrum circumdatur, dictum a munitionibus; bustum, in quo ossa sunt, quasi bene ustum.
217. Inter *astra* et *sidera* hoc interest, quod astra sine sidere esse possunt, et astra fixa sunt caelo; sidera moventur.
218. Inter *deripere* et *diripere* hoc interest, quod deripimus cum e superiori parte in inferiora rapimus; diripimus, cum laniamus, et in diversas partes diducimus.
219. Inter *causam* et *rationem* hoc interest, quod causa multas habet species, ratio paucissimas, et quod ratione efficitur causa desideratur.
220. Inter *Italium* et *Italicum* hoc interest, quod Italus, homo, Italicus, arcus dicitur; ita illud ad personam refertur, hoc ad rem.
221. Inter *deviam*, *invium*, *avium* et *pervium* hoc interest, quod invium est sine via secretum; devium, desertus locus; avium, extra viam; pervium, per quod commeat.
222. Inter *dexteram* et *dextram* hoc interest, quod quidam sine causa putaverunt litteram e abundare, secuti consuetudinem antiquam: ut reprobo, et reprehendo; ut vemens, et velemens: ita dextram manam, et dexteram prosperam partem dici.
223. Inter *leges* et *jura* hoc interest, quod jura reposita sunt ab honesta consuetudine, leges, ex iis quæ inter nos probanda facimus; et jura ab uniuscujusque justitia dicuntur, leges, quod legantur.
224. Vat. 624, sine corpore solido nobis se ostentat... auribus objicitur, prodigium... turporibus producit... cometa stella, et in nocte.
215. In Editis erat *Eticuere*, quod mutavi in *Reticuere*; nam respondet infra *reticuit*. Vat. 624: *Inter conticuit, et obticuit, et reticuit... undique silentio vocis præstitit... nullam spem loquendi.*
216. Vat. 624: *Sepulcrum locus in quo uruntur corpora; a sepeliendo sepulcrum dicitur.*
188. Vat. 624, singulari referri possunt.
190. Hoc quod de *avello* hic dicitur nescio quem auctorem habeat. Libenter legem *duellum inter cives*, etc. Festus: *Duellum, bellum videlicet, quod duabus partibus de victoria contententibus dimicatur.*
195. In Excursis erat *missibilia*, pro *missilia*.
212. Vat. 624. *Inter arbitrari et æstimare hoc interest, quod æstimare apud anticum nostrum est, arbitrari judicium animi præferre.* Alibi, ut hic, sed *latentis rei suspicit formam.*

224. Inter *invidum* et *invidiosum* hoc interest, quod *A* invidus, quoniam alteri invidet; invidiosus, cui invidetur.
225. Inter *protinus* et *protenus* hoc interest, quod protinus est statim, continuo, adverbium temporis, protenus, quasi porrotenus.
226. Inter *demitto* et *dimitto* hoc interest, quod demittit hic qui de alto deorsum mittit, dimittit qui in multas partes mittit.
227. Inter *altaria* et *aras* hoc interest, quod altaria Deo ponuntur, aræ etiam defunctis.
228. Inter *dimidium* et *dimidiatum* hoc interest, quod dimidium potest **441** significare partem, nisi subjicias integrum nomen, sine dimidiatum, est, ut plena hora dicitur, hora integrum nomen, quasi totum, sine hora non potest esse dimidia; ergo, aut dimidiata hora, aut dimidium horæ, dimidium est: dimidiatum autem, diminuta portio.
229. Inter *fiduciam* et *confidentiam* hoc interest, quod confidentia est cum vitio temeritatis; fiduciam habet si quis honesta constantia vivit.
230. Inter *legionem* et *dilectum* hoc interest, quod legio dicitur ab eo quod legantur viri fortes, et utiles militiæ; dilecta, quæ maxime diligimus, ut filii, vel cognatio patris.
231. Inter *assidue* et *quotidie* hoc interest, quod assidue sedulitatis est, quotidie autem perseverantiæ.
232. Inter *meret* et *meretur* hoc interest, quod qui meret tristis est; meretur autem qui ex alterius iudicio parem beneficio gratiam exspectat.
233. Inter *plenitudinem* et *plenitatem* hoc interest, quod plenitudo corporis est, plenitas rei; ita plenitudinem obesorum hominum, plenitatem variæ rei cujuslibet dicimus.
234. Inter *precor* et *deprecor* hoc interest, quod precamur Deum, deprecamur homines.
235. Inter *fortunam* et *felicitem* hoc interest, quod fortuna non est, felicitas opes hominis.
236. Inter *tueor* et *tuo* hoc interest, quod tuo, custodio; tueor, video.
237. Inter *ludibrium* et *ludicrum* hoc interest, quod ludibrium, in alterius injuria; ludicrum autem, quod ipso delectamur sine cujusquam injuria.
238. Inter *stillam* et *guttam* hoc interest, quod gutta imbrum; stilla, stilulæ, vel aceti.
239. Inter *fidum* et *fidelem* hoc interest, quod fidus, etiam amicus dicitur; fidelis, servus.
228. Vat. 624: *Quod dimidium non potest significare partes, nisi subduci ad integrum. Dimidiatum est... quasi totum, sine hora non potest dimidia esse... dimidiatum autem aut dimidia portio, alia diminuta.*
238. De hac differentia vide n. 78.
240. Vat. 624: *Inter cognoscere et agnoscere.*
248. Fortasse, Sic voluit sors.
253. Brevius hæc differentia expressa fuit num. 58. Versus duo primi indicati exstant lib. I En., initio; tertius initio libri IV, quintus initio lib. VI. Vat. 624
240. Inter *cognoscimus* et *agnoscimus* hoc interest, quod agnoscimus cognitos, cognoscimus quod nunquam vidimus.
241. Inter *clypeum* et *clupeum* hoc interest, quod clypeum, scutum; clupeum vero, in quod imagines ponuntur.
242. Inter *germanum* et *fratrem* hoc interest, quod germanus est verus frater ex patre et matre; frater vero ex diverso patre vel matre.
243. Inter *mersare* vel *mergere* hoc interest, quod mersare sæpius, mergere semel.
244. Inter *agere causam* et *dicere* hoc interest, quod agit patronus, dicit reus.
- 442** 245. Inter *eminus* et *cominus* hoc interest, quod eminus ex longinquo, cominus pede.
246. Inter *capere* et *decipere* hoc interest, quod capimus merentes, decipimus innocentes; aut capimus arte, decipimus insidiose.
247. Inter *consilium* et *sententiam* hoc interest, quod consilium, cogitatio; sententia, consilii pronuntiatio.
248. Inter *fors* et *fortunam* hoc interest, quod fors casus est, fortuna data est; ut quidam, sic *valuit fors, tanquam mors*.
249. Inter *voluntatem* et *voluptatem* hoc interest, quod voluntas animi, voluptas corporis.
250. Inter *interea* et *interdum* hoc interest, quod interdum adverbium temporis est, interea causa rei.
251. Inter *initium* et *principium* hoc interest, quod principium totius operis cujuscumque nunc est quasi primum operis caput; initium, quod frequentius intelligimus, et toties accipimus, quoties aut portio mutatur, quasi intus in alteram rem: et principium semel, initium sæpius. Principium, *Arma, virumque cano. Initium, Musa, nihi causas memora.* Inveniuntur tamen principia quæ natura sui careant, et specie initia habent, ut:
- At regina gravi jamdudum saucia cura.
- C** Et:
- Sic satur lacrymans, classique immitit habenas.
252. Inter *meditari* et *velitari* hoc interest, quod meditatur animo, velitatur corpore.
253. Inter *homines* et *bestias* hoc interest, quod bestia ventri serviunt, homines rationi.
- interserit nonnullas alias differentias, ut *Inter ARMENTA* et *GREGES* hoc interest, quod ARMENTA equorum et boum sunt, GREGES vero capellaram et ovium. — *Inter LEVIS* et *LEVIS* hoc interest, quod LEVIS in verbis [Forte, imberbis] dicitur, LEVE omne quod pilis et asperitatibus caret. *Inter PRONOMINA* et *ARTICULOS* hoc interest, quod PRONOMINA ea putantur quæ, cum sociantur, vicem nominis complent, ut *QUIS, ISTE, IPSE, ILLE.* Articuli vero, cum pronomine aut participiis adjunguntur, ut *HIC, HUIUS, HUIC, HUNC, AB HOC.*

## APPENDIX XXIV.

## 443 LIBER GLOSSARUM

Ex variis Glossariis quæ sub Isidori nomine circumferuntur collectus.

## A

[4] A so, *spontaneus*.

- In Isidorianis, cap. 57 et seqq., satis superque dictum de hoc Glossario. Ex Semleri Mss., aliorumque Editis, meisque nonnullis observationibus illud correctius exhibeo, additis interdum conjecturis. Pro *spontaneus* fortasse sponte, sine vi, vel sponte sua.
- Mox, n. 5, *abaso*. Hispani *abajo*, Itali *abbasso*, pro *inferius*. In Editis est *infama domus*.

*Abais, infima domus.*  
*Abadir, lapis.*

*Abastenum, inhonestum.*

[5] *Abaso, infirma domus, quasi*

- A lexicographis mediæ ævæ *abadir* vocatur lapis, quem Saturnus sub Jove depravit. Vide Papiam, Breviloquam, Salomonem Constantiensem, etc.
- Alii, *Aschemon*, vel *abarcenon*, quasi *ab arceo* vel *aparthemon*, ex Græco. Pejus alii, *anacletam, haustum*, vel *abastenum, ab arte alienum*.
- Infirma*; al. *infima*, ut n. 2.

- sine base.*  
**Abrego, segrego.**  
**Ablutes, ablutum, loca cœnosa.**  
**Aborris, scandalosus.**  
**Abrigeum, splendor anri.**  
 [40] **Abrogans, humilis.**  
**Abrogat, ablegat.**  
**Absternit, abicit, repellit.**  
**Accepta, genus navis.**  
**Acclibanum, obliquum.**  
 [15] **Acuculla, acutis, solers.**  
**Achateo, velum maximum in medium navis.**  
**Acia, ala.**  
**Acieres, genus securis.**  
**Acinari, tricari, in parvo morari.**  
 [20] **Acroamata, auditio lyrarum vel tibiarum.**  
**Aculus, ministerialis domus regis.**  
**Acus, calamistratorium.**  
**Acrozymus, panis leniter fermentatus.**  
**Acucula, aculus, solers, agagula.**  
 [25] **Adasia, ovis major nata.**
- Adflatio, pene naturæ imitatio.**  
**Adfrutabulum, vasculum.**  
**Adlicula, genus vestis.**  
**Adluviis, locis cœnosis.**  
 [30] **Adoptarius, puer, ex adoptato natus.**  
**Adorea, libamenta.**  
**Adpectoret, adplicit ad pectus.**  
**Adpetulantia, procacitate.**  
**Adplanat, hostis, æquat.**  
 [35] **Adrummavit, rumores adtulit.**  
**Ad-ecla, domesticus familiar, agaso.**  
**Adæclæ, domestici pedisequi, lenones.**  
**Adsella, sella quadrijugis.**  
**Adsuetula, agaso.**  
 [40] **Adtaminat, usurpat.**  
**Ægret, acidiatur.**  
**Æmidus, tumidus, inflatus.**  
**Ænigma, figura, sive typus, vel species.**  
**Æquilium, æquatio.**  
 [45] **Æffostrata, reditus.**  
**Agabo, qui negotia præcedit.**  
**Agagula, lenocinator, pantomimus.**
- Agagula, lenocinator.**  
**Agaron, minister officialis.**  
 [50] **Agaso, minister officialis.**  
**Agginantes, explicantes.**  
**Agia, glandolæ.**  
**Agonei, vietimæ.**  
**Agronia, hostia.**  
 [55] **Agarius.**  
**Alacrinonia, lætitia.**  
**Albanæ, plurali numero nuce præstina.**  
**Albuna, mater matuta.**  
**Alebra, bona, quibus alimur.**  
 [60] **Alegmina, partes eorum, que prosegmina dicuntur.**  
**Alia, tranata.**  
**Alibre, alimentum.**  
**Alistrare, humectare.**  
**Allex, pollex in pede.**  
 [65] **Alliger, Gallus.**  
**Allobroga, Gallus rufus.**  
**Allutes et Alluta, loca cœnosa.**  
**Alluvium, ruina riparum ex aqua.**  
**Alnum, lignum, id est, vernum.**  
 [70] **Alopecta, passio stricturæ.**
7. **Ablutes**; melius fortasse *alluvies*. Pro *cœnosa*, minus bene, alii, *arenosa*.  
 8. Forte *abhorrens*, vel *abnõrmis*.  
 9. Forte *aurigo*, vel *aurugo*, vel *obryzum*, vel *aurigeum*.  
 11. Semlerus vult legi *ablegat*, *abrogat*, scilicet legem.  
 12. *Absternit*; hinc *sternaces*, et forte *sternutare*; nisi legas *aspernit*, aut *absterret*.  
 15. In Pithœanis glossis, *arcepta* genus navis, *acutus*. *Acantium* est velum navis. *Cerda*, *accepta* genus avis. Semlerus, *accepta* neutrius generis; sed mox prætulit *Cerdæ* conjecturam.  
 14. Pro *acclibanum* legendum videtur *acclivum*, vel *acclivatum*.  
 15. *Acuculla*; forte, *agagula*, leno, vel *aquacula*, aquariolus servus meretricis, ab aqua crebro afferenda dictus. Alii, *agagulo*, *agagula*, *acuculla*, *acuculla*. Vide n. 24, et 48.  
 16. *Acation*. Editi, *acatheon*, Jansonius, *archistion*.  
 17. Legendum, *axilla*, *ala*. Alii, *axia*, *ala*.  
 18. *Acieres*, ab *acie*. Hispani *chalybem* *aoero* vocant.  
 19. *Acinari* et *aginari* eadem est vox. *Aginator* est negotiator, *aginare* negotiari, præsertim in parvis rebus.  
 20. Forte, *acroama*, *to auditio*, vel *acroamatis*, *auditio*, etc., ut indicetur genitivus *acroamatis*.  
 21. *Aculus*. Grævius putat esse *caliculis*, Semlerus ex disrupta voce *vernaculus*; alii, *auticus*, vel *aculus*, vel *acubus*, vel *acolithus*.  
 22. Alii conjiciunt legendum *acus calamistra ratorium*, vel *calamistra casonium*; alii *calamistrum*. Alio nomine *acus* est *acula*, *acucula*.  
 23. *Leviter*. Editi, *leniter*. Vide Isidorum, lib. xx *Etymolog.*, cap. 2, n. 15.  
 24. Vide supra, n. 15.  
 25. *Nata*; Pithœana, *nata*.  
 27. Malunt alii *adfrutabulum*, alii *adstatabulum*. Vide *Futis*, num. 760.  
 28. Fort., *adligula*.  
 31. *Adorea*; Reinesius conjicit *adora* ab *ador*. Grævius *liba* pro *libamenta*; Semlerus, *adorea*, *sacrificia*, *libamenta*.  
 35. *Adrumare* ex Festo rumores facere, forte a *rumine*. A *rumare* est *rumor*, ut a *clanare* *clamor*.  
 38. Aliqui conjiciunt *adseda*, alii *adsidella* *quadri-*
- jugis*, nempe *mensa*; alii *adsella*, ab *adsellare*, hoc est, *alvum* ejicere.  
 39. Legendum videtur *adsecula*, hoc est, *adsecta*.  
 40. In Pithœanis, *adtaminat*, *inquinat*, *usurpat*. Semlerus putat a tangendo esse *adtamen*, seu *ætamen*.  
 42. Reinesius vult *ædemius*.  
 43. *Species*, quia per imagines sensus *adumbratur*.  
 44. *Lege æquilium*, vel *æquilibrium*.  
 45. Semlerus legit *aparodia*, *aphroditus*, ex *hermaphrodita hermaphroditus*.  
 46. *Lege agaso*, ut infra, num. 50.  
 47. Stewartius, *Analect.* lib. 1, c. 8, *deducit* ex Germanica lingua, a *unum*, et *gageler*, *circulator*. Vide n. 15.  
 51. Melius *aginantes*, ab *agina*, seu *foramine*, quo *trutina* se vertit. Confer *Ducangium*, et supra, n. 19.  
 52. Rutgersius, *anginæ*; Semlerus, *aciæ*, *gladioli*. Vide num. 22.  
 55. Melius *agoniæ*, pro *agonei*.  
 55. *Breviloquus*, *agrarius*, *rusticus*, qui *colit agrum*.  
 57. Grævius, *avellanæ*, *nuces prænestinæ*. *Cerda*, *Albanas* *nuces* tuetur, Macrobius Grævio favet.  
 58. *Albuna*, ab *albicare*. *Matuta* a *mane*.  
 59. Ex Festo *alubria* sunt *bens alentia*.  
 60. Legendum *ablegmina*, aut *absegmina*, a *secando*.  
 61. Grævius, *alienigena*, *extra nata*; Semlerus, *alica terra nata*, ex Festo.  
 63. Jansonius, *allustrare* a *lustrando*, Grævius *balistrare*, *humectare*, ut *excidit* b.  
 65. Editi, *alliger*; Barthius, *gallier*, *gallus*, ex Germanico idiomate. Legendum *a'iger*, *gallus* ex *Sedulio*, lib. v, vers. 8.  
 66. Scholiastes Horatii, ad lib. *Epod.*, od. 16: *Allobroges* sunt *Galli rufi*.  
 69. Nomen *alni* apud Britannos et priscos Gallos est *vernum*, seu *verna*.  
 70. *Stricturæ*; forte, *trichorræ*, hoc est, *fluoris capillorum*.  
 71. (*Col. seq.*) Verius, *atapus*.  
 73. *Prudentius*, in hymno *sanotæ Eulaliæ*, pag. 675 *mez Editionis*.  
 74. *Altis*. Vox etiam antiquis Latius *coguita*.

- Alopus**, qui propter mercedem *alapas* patitur.  
**Altar**, altare.  
**Altar**; *Prud.*: Altar et impositum.  
**Altilis**, pasta, ab *alendō*.  
 [75] **Amansit**, exspectavit.  
**Amaseo**, amare cupio.  
**Ambro**, devorator, consumptor patrimoniorum, decoctor, luxuriosus, profusus.  
**Ambus**, malleus.  
**Ambusilla**, venter.  
 [80] **Ambariam**, per amborum partes.  
**Ambululum**, birrum, villosum.  
**Amfascii**, bimbres.  
**Anussis**, regula, fabrica, qua tabula dirigitur.  
**Anclabeo**, vel auricabeo, id est, lex Longobardorum.  
 [85] **Anclena**, instrumentum ferreum sorte.  
 446 **Anconiscus**, incastrare.  
**Ancuba**, secuba.  
**Ancyromagus**, genus navigii.  
**Angaria**, Avianus, qui agrum locat, ut angariam accipiat.  
 [90] **Anger**, Spatharius, qui angit, id est, stringit spatham.  
**Angia**, ferrum bucule scuti.  
**Angores**, molestias.
- Angræ**, intervalia arborum, vel convalles.  
**Anguilla**, est qua coercentur in scholis pueri, quæ vulgo *Scutica* dicitur.  
 [95] **Anguipedes**, gigan'es.  
**Anhelabundus**, fatigatus.  
**Anilla**, amentia, fatuitas.  
**Animæquus**, putiens animo.  
**Annet**, fulget.  
 [100] **Ansile**, scuti bucula intus, quæ ab intus tenetur.  
**Antela**, antilena; sicut. *Postela*, postilena.  
**Antemalorum**, præteritorum malorum.  
**Antepedes**, obsequia amicorum.  
**Antia**, ferrum in scuto.  
 [105] **Antibibulum**, pignus Codicis librorum.  
**Antibulum**, pignus librorum, Codex pro Codice.  
**Antigerio**, valde.  
**Antigerium**, quemadmodum in primis.  
**Antigraphus**, Cancellarius.  
 [110] **Antiplargosin** dicunt Græci talionem.  
**Antlia**, rota exhaustoria.  
**Anxiferis**, mæstis.  
**Apertularius**, effractor.  
**Apiciosus**, calvus, calvaster.
- [115] **Apicio**, ligare; **Apicitus**, ligatus.  
**Apismergis**, loca calentia aporum.  
 447 **Apocrisarius**, minister Romanæ Ecclesiæ.  
**Appia**, æstiva, cadens, temperata.  
**Applare**, cochlear.  
 [120] **Apsum**, vellus lanæ  
**Aqualium**, summa pars capitis.  
**Aquaticus**, hydrus.  
**Arbiterium**, collectio arbitrorum multorum, id est, ipsa consensio.  
**Arcarius**, dispensator, actor.  
 [125] **Architriclinius**, major domus.  
**Arcites**, sagittarii.  
**Arcubius**, qui cubat in arce.  
**Arculis**, circulis.  
**Ardalio**, glatio, voras, manduco.  
 [130] **Arenacia**, sicca.  
**Aria**, mortuorum pulvinaria.  
**Ariolator**, cocco, è *parabols*.  
**Arinolaus**, scapulare monachorum.  
**Armillum**, crates, vas vinarium.  
 [135] **Arreptilius**, ariolus, satiosus.  
**Artemo**, instrumentum arietis.  
**Artificina**, in qua artes exercentur.  
**Artificem**, duplicem, dolosum.  
**Artuatim**, membratim.

75. In aliis glossis, *amanet*, extra manet.  
 76. **Barthius**, amesco, amari cupio.  
 77. **Ambro**, Vide comment. ad Prudentium, pag. 524.  
 78. **Reinesius**, *smallus*, *camasus*; *Corda*, *ancus*, *mancus*; alii, *ambus*, *malleus*; alii *ambus*, *ambulus*; alii *ambus*, *marsaleus*.  
 79. **Grævius**, *alvus*, *ilia*, *venter*; **Semlerus**, *ambulus*, *ambulo*, *viator*, vel *ambibilla*, pro *amphibula*, *birrus*.  
 80. **Pithæus**, *ambifariam*.  
 81. Reperitur *amphibalum*, *amphibolus*, *amphibalus*, *amphimallus*. Videtur esse anceps seu duplex vestis.  
 84. Varia scriptura, *andegavero*, *arigavero*, *andigaveo*, *arigaveo*, *antecaveo*, *andecaveo*. Ex *ante* et *caveo* verbum componitur, quasi de rebus suis ante mortem disponere, de quo leges Longobardorum.  
 85. **Instrumentum**, etc., quod in puteos demittitur ad hauriendum aquam. Pro *antlare* Latini *ancle* essebant.  
 86. **Pithæonæ** glossæ, *ancones*, *incastraturæ*, *uncini*. Sic corrigendum.  
 87. **Ancuba** ex *am* circum, et *cubo*. **Papias** addit, *subintroducta*.  
 88. Scribitur etiam *anciromagus*, *anilromacus*, *angromagus*, *anguiromacus*, *anguiromagus*. Lib. xix *Etymol.*, cap. 4, n. 16, ab *ago* derivari videtur.  
 89. **Reinesius**, *anguria*; **Titianus**, *Qui agrum*, etc. Ut intelligatur hæc verba esse Titiani. **Semlerus**, *angaria*, *angararius*, qui, etc.  
 90. **Grævius**, *armiger*, *spatharius*. **Collector** glossarum legerat, *anger*.  
 91. **Grævius**, *ancile*; sed retinendum videtur, *ancia*, *antia*, vel *angia*, a Græco *ancon*, cubitus, cavum ferri in scuto, unde *ancile*.  
 95. **Semlerus**, *anceæ*, *ancea*, *ancia*, ex Græco vocabulo.  
 95. **Jansonius**, *magnipedes*; sed verum est *anguipedes*, ex carne de *Ætna*.  
 96. **Anhelabundus**. Occurrit in conciliis Hispan. **Stewartius**, male, *anhelans*, *labundus*.

99. **Forte**, *annitet*, vel *ardet*.  
 100. **Semlerus**, *ancile* scuti bucula intus, qua (adverbialiter) ab intus tenetur. **Isidorus**, *Etymol.* lib. xviii, cap. 12, n. 3, *scutum breve et rotundum* dicit esse *ancile*; sed putat **Semlerus** legendum esse *grave pro breve*.  
 101. Vide lib. xx *Etym.*, cap. 16, n. 4. **Antella**, etc. **Vox** **Plauti** est *antelena*.  
 107. **Antigerio**, pro *valde*, *oppido*, dixisse **priscos** Latinos ex **Festo** et **Quintiliano** liquet. **Origo** vocis incerta penitus est.  
 114. Restituendum *atopiciosus*.  
 115. **Antiqui** *apere* pro *ligare* dixerunt; inde *apex*, *aptum*. Vide lib. *Etym.* xix, cap. 30, n. 5. **Apex**, etc., **Festum** et **Nonium**.  
 116. **Grævius** conjicit *apricis* *mergis* loca calentia, scilicet conveniunt, ex **Virgilio**.  
 117. **Apocrisarius**, vel *apocrissarius* scribendum, non *apochrysarius*, ut in multis **Editis**. Multa a **ert** **Rosweydyus**, in **Onomast.**, de *apocrisarius*, ex glossariis aliisque scriptoribus.  
 119. **Salmasius**, in not. ad **Treb. Pollion.**, pag. 208, legendum ait *apalare*, non *applare*, aut *appalare*.  
 120. **Rectius**, *hapenam*, ut in littera *H*, et *agni pro lanæ*.  
 121. **Semlerus**, *æqualium*, aut *æquitium*, aut *æquilibrium*, *summa pars scapi*, ubi *trutina* vertitur.  
 122. **Semlerus**, inverso ordine, *hydros*, *aquaticus*, aut *aquaticus*, *enhydros*.  
 126. **Reinesius**, *arcitenens*.  
 128. **Arcus** in orbem coarctatur, et arcium veterum figura plerumque rotunda erat. Hinc **glossa**. **Reinesius** volebat *arcutatis*, *circulis*.  
 130. **Arenacia**, et melius *arenacea* differt ab *arenaria*, seu *arenæ* fodiva.  
 131. Vide, infra, *pulvineria*.  
 133. **Armillans**, quasi in armos, vel armis clausa. Vide *Etym.* lib. xix, c. 22, n. 28.  
 134. **Armillum**, quod armis, hoc est, humeris deportetur. **Festus**, **Nonius**, etc.  
 136. **Semlerus**, *arietem*, *instrumentum arietis*, ut ab animalis distingueretur. Alii *ratis*, pro *arietis*.  
 137. **Artificina**. Sic *restificina* apud **Tertullianum**.

[140] Arvinolis, *adipibus*.  
*Arula, craticula*.  
*Asciculus, asciola, dolabra*.  
*Ascies, esumbres*.  
*Aspita, ruina*.  
 [145] *Assecla, buccellarius*.  
*Assecula, buccellarius homo*.  
*Assentanœum, consantiens*.  
*Astarium, ubi venduntur bona pro-*  
*scriptorum*.  
*Astraba, tabella, ubi pedes re-*  
*quiescunt*.  
 [150] *Astrosus, malo sidere natus*.  
 148 *Astrosus, lunaticus*.  
*Atsnulum, genus vasis*.  
*Atta, qui primis plantis ambulat*.  
*Attaminat, inquinat*.  
 [155] *Attanabo, genus vasis*.  
*Atibernalis, vicinus*.  
*Aucella, ortygometra*.  
*Aucones, incantatores, vel vicini*.  
*Auctare, constringere*.  
 [160] *Auctionarius, qui pluris emit*.  
*Auctoramentum, ipsa res vocatur*  
*venditionis*.  
*Auctoratio, venditio. Nam sub auc-*  
*toratione sunt gladiatores, qui se*  
*vendunt*.  
*Augumentum, profectus*.

*Augusta, uxor imperatoris*.  
 [165] *Aularias, aulicus, Palatinus*.  
*Aunicula, auctio minor supra fun-*  
*dum*.  
*Aureax, equus solitarius*.  
*Auricularius, asculator*.  
*Aurorans, illuminans*.  
 [170] *Auruginosus, arcuatus*.  
*Auteritas, antiquitas*.  
*Auxinium, Romanum, Latinum*.

## B

*Babiger, stultus*.  
*Babigera, stulta*.  
 [175] *Baburrus, stultus*.  
*Baccal, in quo mortui deferuntur*.  
*Baccapulus, in quo mortui deferun-*  
*tur*.  
*Baccarium, vas aquarium*.  
*Baccatum, margaritatum*.  
 [180] *Bacchanal, sacrarium Liberi*  
*Patris*.  
*Bacerus, barefactus*.  
 149 *Baen, est lamina auri ab aure*  
*ad aurem, qua familiares regum*  
*utebantur. Ornamentum colli ex*  
*auro, et gemmis, quod alio nomine*  
*torques potest dici*.  
*Bagario, orceoli genus*.

*Balastrum, balneum*.  
 [185] *Baldiosus, affabitis*.  
*Balio, manus, palma*.  
*Balteat, cingit*.  
*Bambes, arena*.  
*Bambis, aranea*.  
 [190] *Banadola, lectus, qui in iti-*  
*nere fertur. In alio Gloss. Banfola*.  
*Barbarica, opera de auro*.  
*Barbarica, opera, subtiliter ornata*.  
*Barbastereli, duribuccius*.  
*Barbatus, operarius, intimidus*.  
 [195] *Barbatinus, homo, qui fert*  
*barbam plenam porriginis*.  
*Barcanda, concha ærea*.  
*Barciæ, barbari*.  
*Bargines, sortes in bello*.  
*Barria, regula, norma, rubrica*.  
 [200] *Barrigenæ, peregrinæ*.  
*Barto, genus organi*.  
*Barvo, barunculus*.  
*Basilides, palatinus homo, ἀνὴρ τῆς*  
*βασιλίδος, id est, de aula regis*.  
*Bassatum, terræ hiatus*.  
 [205] *Bassus, crassus*.  
*Bassus, pinguis, obesus*.  
*Basterna, tecta manualis*.  
*Batiotica, patera*.  
*Batinus, rusticus, agricolanus*.

140. Vide Etym. lib. xi, cap. 1, n. 81, ubi agitur de arvina, ex Suetonio, de vitiis corporalibus. Grævius corrigebat, *arvillis*.

141. In ara ignis flaba'.

142. Vera lectio, *ascisculus*, et *asciscus* ex *ascia*.

144. Semlerus, *adeps, arvina*, seu *absida, triviva*. Sed reponendum cum Cerdæ et Rosweydo, *aspita vermina*: Hispanis *espetera*. Spium est veru.

145. Etym. lib. x, n. 16, et n. 255.

149. Nonnulli, *astrabat*. Salmasius ad Ælium Spartanum, pag. 5, vers. 33, intelligit scalas ferreas scandendis equis, a sella pendentibus. Hinc puto Hispanice dici *estribos*.

150. Etymol. lib. x, num. 15.

152. Legendum, *attanuvium*, ex Festo.

153. Ex Festo. Aliter *atta* est nomen honorificum senioribus inditum, hinc *tata* puter Italis, vel contra *atta* ex *tata*.

154. *Attaminat*. Legitur in versibus de ventis, cap. 37, de natura rerum, in nota. Alii, *usurpat*, pro *inquinat*.

157. Putat Semlerus id pertinere ad litteram O, scilicet inverso ordine, *ortygometra*, *avicella*, *aucella*. Vide Etym. lib. xii, cap. 7, num. 65.

158. Fortasse, *aucones, incastraturæ, uncini*.

161. *Ipsa res*, scilicet pretium venditionis. Ex Breviloquo *auctoritio* dicitur illud quod additur rei mensuratæ, cum venditur. Fortasse huc pertinet quod n. 163 additur, *augmentum*, *profectus*. Vide num. 166.

166. Verum videtur *auctiuncula*. Alii Editi, *amnicula*.

167. *Equus*. Grævius *Eques*. Vide Festum.

170. Confer lib. iv Etymol., cap. 8 num. 15. *Icteria*, etc.

171. *Auteritas*. Lege, *anteritas*.

172. *Auxinium*. Legendum videtur *Ausonium*.

175. 174, 175. Hæ tres voces eodem pertinent. Scriptio varia est, *baboous, babngus, babustus, babucus, baburus, baburrus*. Vide lib. x Etymol., verbo *Baburrus*. Barthius, lib. xix Adversar., c. 8, hujusmodi glossas *côpiæ bonarum rerum cornua* dicit esse; sed hoc loco putat legendum *babuinus*, quod Italis simiam significat facietorem.

176, 177. *Baccul*, *baccalium* in Pithœanis, et *baccapulus*, eadem vox. Consule Ducangium.

178. Forte, *bacchar*, a Baccho. Inde Germanicum *becher*, et Italicum *biechiere*. Pro *vinarium*, minus

recte, alii, *aquarium*.

179. *Bacatum*. Ita scribendum a *baca*, gemma, non *baccatum*.

180. Semlerus *sacrum*, pro *sacrarium*: alii, *sacra ritu*, vel *sacra rituum*.

181. Conjiciunt aliqui *babiger baro, fatuus*, vel *baverus, baro, fatuus*.

182. Ex Breviloquo, *bahen Græce, corona Latine* dicitur.

184. Retinendum *badastrum*, ex Ducangio.

185. Legendum *blandiosus* ex Pithœanis, et Ducangio.

186. Reponendum videtur *bola*, seu *vola*, quæ est palma manus, et ita legit Salomon Constantianensis. Barthius, in *balio* vocem Germanicam agnoscit.

188. Jansonius, *bamber, aranea*, ex Germanica lingua. Non placet Semlero.

190. Vide lib. xx Etym., cap. 11, num. 2. *Bajonola*, etc., vel, ut aliqui malunt, *bajulona*. Alii, *bariola*; Italice, *barella*.

191. *Barbaricarii* dicebantur, qui auro et filis varias figuras acu expriment.

193. Semlerus, *barbaucrisilis*, seu *sterilibarbis*; et rejicit Jansonium, qui vult *puribuccius* pro *duribuccius*.

194. Semlerus, *barbaricus, operarius* (hoc est, *acu pictor*). *Barbatus, intimidus*.

195. *Porriginis*. Sic Cerdæ. Editi, *prorisinis*.

196. Forte, *hancanda*. Vide *Candes*, lit. C. Pro *ærea*, alii malunt *urna*. Nonnulli scribunt *baccanda*.

197. et seqq. *Barciæ, bargines*, et *barrigenæ* a barone venire aliqui putant. Alii a *barbaria*, et legendum *barcines*, seu *barcinæ* pro *bargines*.

198. Suspiciabatur Semlerus *barria* esse a *barro*; nam de elephantibus dentibus regulæ istæ conficiebantur.

201. Forte, *barbiton genus organi*.

202. *Barbo* potius legendum pro *barvo*; et sic Pithœana. Sunt duo nomina piscis.

204. *Bassatum* pro humili et depresso accipit Reinesius. Gœsius conjicit *fossatum*: alii, melius, *barathrum*.

207. Intelligitur *basterna* esse lectica, tecta manualis, quæ manibus fertur, vel *mannalis* quæ portatur a mannis.

208. Alii, *botiola*, alii *batiam* ex Græco. *Baccer*, ut ait Barthius, Germanis pateram denotat.

209. Pro *batinius*, alii conjiciunt *balinius*, ex *balia*,

**450** [21.] *Batis, nomen serpentis.*  
*Batus, genus atris.*  
*Baucatem, gellonem.*  
*Bellicerpa, quoddam g nus ludorum cum armatis.*  
*Belluus, moribus bestiarum*  
 [215] *Beluus, egestas, quia solet contingere per vastationem.*  
*Bene linguatus, eloquens.*  
*Bestemiz, Trojae.*  
*Bestiarius, venator bestiarum.*  
*Bestiones, Tiraces.*  
 [220] *Bibitor, potator.*  
*Bibleis, duplicibus lintis.*  
*Bibliothecarius, qui Codices secat.*  
*Bibuscus, morsus bestiarum.*  
*Bid-illium, aqua ex vesicis de ulmo confecta, et proficit ad vulnera in corpore medenda.*  
 [225] *Bidens, anchora.*  
*Bifax, duos habens obtutus.*  
*Bigera, vestis, gusa, vel villata.*  
*Billa, jumentum, asinus.*  
*Biluus, morbus bestiarum.*  
 [250] *Bimaritus, iterum maritus.*  
*Biplex, duplex.*  
*Biplicitas, duplicitas, alterplicitas.*  
*Birrus, rufus.*  
*Bistimiaz, Trullae.*  
 [255] *Bitidum, informe.*  
*Bivira, secundo conjux.*  
*Blandiosus, affabilis.*

*Blato, cubicularius, hospitalarius.*  
*Blenones, puditi hircosius.*  
 [240] *Blini, testri.*  
*Blitea, stulta.*  
*Bobinators, inconstantes.*  
*Boeter, verum, veranum.*  
*Bols, torques damnatorum.*  
 [245] *Bolonæ, ipsi cetarii, qui diversa genera piscium emunt.*  
**451** *Bombum, sorbellum.*  
*Bombycinare, purpuram facere.*  
*Bombycinatores, purpuram facientes.*  
*Bona cadauca, quibus nemo succedat hæres.*  
 [250] *Bona cadauca, res damnatorum*  
*Bortanea, tecta manualis.*  
*Bostar, locus ubi stant boves.*  
*Boteonem, juvenem.*  
*Botriones, latices.*  
 [255] *Branzia, vel Branzia, tennis auri lamina.*  
*Brasbrat, lucubro.*  
*Brevigerulus, qui breve gerit.*  
*Brj... de tesseriis.*  
*Britanium, marmoricum.*  
 [260] *Britannica, flos qui in sinu nascitur.*  
*Broia, ulva marina.*  
*Bromosa, immunda.*  
*Brumalis, resinosa pluvia.*  
*Brumosus, annosus, resinosus.*  
 [265] *Brunda, solida.*

*Brustum, materia genus.*  
*Brutus, gurdus.*  
*Bubis, barba.*  
*Bucco, garrulus, quod ceteros oris loquacitate, non sensu, superet, rusticus, stultus.*  
 [270] *Bucinaria, voces.*  
*Buceta, pascua.*  
*Bucita, pascua, ubi cientur boves*  
*Bucula, pascua.*  
*Buda, historia.*  
 [275] *Buda, ornamenta regalia vel camelorum.*  
*Bullæ, stramenta regalium camelorum.*  
*Bullum, baculum pastoris.*  
*Burbalia, intestina.*  
*Burga, cloaca.*  
 [280] **452** *Burgones, canas.*  
*Burgos, castra.*  
*Bursa, cloaca.*  
*Bustantes, sepelientes.*  
*Busticeta, sepulera in agro.*  
 [285] *Bustuarius, qui corpora comburit humana.*  
*Butis, stella cometes, quæ quasi comas habet.*  
*Butum, imbrium, imbrendum.*  
*Buvinare, sanguine inquinare mulieris menstrua.*

**C**

*Caballaris, alaris.*

seu *ballia*, prædio rustico; alii *bestangarius*, ex angariare<sup>9</sup> bestias; alii *pastinus*, ex *pastinare*, colere.

210. *Serpentis.* Semlerus conjicit, *piscia*.  
 213. *Cum armatis.* Forte, *cum armis.* Vide Festum, *bellicrepa armilustrium*.

214. Ad hanc glossam fortasse restituendæ aliæ duæ infra, *bibuscus*, et *biluus*.

215. Legendum *belluus*, vel a *bello*, vel a *bel-luis*.

217 et seqq. Semlerus conjicit, *Bistonia, Thracia.* *Bistones Thracæ.* *Bistoniz Thraciz.* Favet Salomon Constantiensis.

222. *Secat.* Reponendum, *servat.* Semlerus mallet *legat*, ex etymologia *thecæ*, lib. vi Etymol., cap. 3, num. 1.

224. Confer lib. xvii Etymol., cap. 8, num. 6, *Bdellium*.

227. Forte huc spectat glossa paulo post *birrus, rufus*, et pro *gusa* legendum erit *rufa*. De *birro*, *byrrho*, aut *byrreo* multa Rosweydu, in Onomastico. Becmanus observat, *birrum* et *burrum* dici rubentem cibo, vel potione, unde ebrios Hispani *borrachos* appellant. Semlerus pro *bicerra*, intelligit *bicirra*, cirros utrinque habens.

228 et 229. Mutandum i in e, *bellua, belluus*.

234. Corrige ex dictis n. 217.

235. Forte *bididum*, aut *bicium, biforme*.

238. Semlerus tentabat *blato* (id est, *blatero*) *cupidoquus, blaterarius*.

239. In Excerptis Pithœanis, recte, *putidi hircosi*. Jansonius volebat *pudendum hircorum*.

240. Pro *blini*, repono *blenni*.

244. *Blitum* est olus vile. Etymol. l. xvii, c. 8, n. 15. Semlerus mutat *stulta* in *lutea*.

242. Confer Festum et Nonium.

243. Semlerus conjicit *ber* (pro *ver*) *vernum, verinum*. Hispanis *arbas verano* dicitur.

245. Vide num legendum *balenarii, cetarii*.

246. *Sorbellum*, scilicet *sorbittum* medicinz *bombos*, seu crepitus ventris cientis, ut Semlerus interpretatu. Adis Barthium, col. 768, et miscellaneas observationes ab eruditissimis Britannis coeptas, vol. II, tom. II, pag. 301.

251. *Emenda basterna*; de qua supra.

252. *Versus Abbonis*:

*Efficitur bostar Germani satis sitis aula.*

253. Forte, *boethon*, quod Græce *juvantem sonat*.

256. Semlerus haud inepte putat, ex *lucubro, lucubras, lucubrat*, seu, ut scribi solet, *lucubro, bras, brat*, aliquem annotasse *bras, brat lucubro*, inverso ordine.

257. Forte, *Prytaneum marmoricum addito decambulatorium* ex Pappo.

260. Alii *Britannica*; pro *stiva*, alii *sitra*, alii *Frisia*, alii *insula*, hoc est, *Britannica*.

261. *Constantiensis, buca bellus marina*.

262, 263, 264. *Bromosus, bromosus, bromosus* ex multorum sententia non differunt: Pro *resinosa, resinosa*, Semlerus vult *hiemosus, hiemosa*. Adis Rosweydu.

265. *Rutgersius, bruta, stolidia, Barthius grunda*, et *Jansonius bunda*, ex idiomate Germanico.

266. *Pithœus, brucum, aceris species*.

268. *Bubis*; vel scribendum est, vel intelligendum *pubis*.

270. Forte, *bucinari, a voce, vel bucinariæ voces, vel bucina vocina*.

273. *Barthius, buculia*; Semlerus ex *buceta* corruptum putat.

274. *Rosweydu storæa, vel storia.* *Barthius bugia* (Italis fabula) *historia*.

275. *Buda*. Forte, *buclæ*, vel quod sequitur, *balla*.

277. *Grævius, bacillum, baculum.* *Martinius, bullatum, baculum.* Semlerus, *baclum, vel bullum contractum* dicit ex *bucollon*.

270. *Breviloquus, burgulium, crinis genitalium.* An ergo *burgulia*? an *buris, bura stiva, pars aratri*?

279. *Burga*; alii, *burda*. Vide num. 409.

282. *Lege, burca*.

286. Nonnulli sic distinguunt, *butis, bootes, stella... cometes, quæ, etc.*

289. Pro *alaris*, alii *selaris*, alii *alacris*; alii retinent *alaris*, hoc est, *eques, qui alas in exercitu constatuebat*. Semlerus legit *Caballarius, allaris*; hoc est, *subullarius, caballaris*.

- [290] Caballus, *cabo, equus.*  
 Cabo, *caballus, sonipes, equus.*  
 Cadax, *claudus, qui sæpe cadit.*  
 Caducarius, *ad quem pertinent quæ cadunt defuncto aliquo, cui non est qui succedat.*  
 Cæca vestigia, *ratione carentia.*  
 [295] Cadurda, *lubra pudendi mulieris; vel sponda lecti.*  
 Cæruleus, *bestia marina.*  
 Cærulus, *viriatulus.*  
 Calabri, *verus obsceni.*  
 Calabris, *ventis siccis.*  
 [300] Calator, *minister sacrorum.*  
 Calces, *gallicæ militum.*  
 Calcitio, *rusticus, eo quod dure calcet, Plaut.*  
 Clamat, *si quid videt ad se ire calcitonem.*  
 Caldicum, *foris deambulatorium; quod et petibulum dicitur, et iterum.*  
 [305] Calestra, *genus mitræ.*  
 Caletra, *ubi vesper nutritur.*  
 Callas, *fabrorum foramina.*  
 Calles, *vix tritæ pecorum vestigiis.*  
 453 Callicularium, *medium æstatis, vel hiemis.*  
 [310] Callithrix, *simul producta*  
*barba.*  
 Callorus, *maliciosus.*  
 Calonea, *galearii militum.*  
 Calonica.  
 Calpes, *galeæ militum.*  
 [315] Calvitio, *memor.*  
 Calutor, *minister sacrorum.*  
 Camasus, *amfimaltus.*  
 Campiones, *gladiatores, pugnatores.*  
 Campsat, *flectit.*  
 [320] Canava, *camea, post cœnaculum.*  
 Cancellat, *concidit, batuit.*  
 Cancer, *forceps.*  
 Candes, *vasa fictilia.*  
 Caudom n.  
 [325] Canier, *levo.*  
 Cantabulum, *stabulum.*  
 Cantricola, *fucus.*  
 Caparcus, *pistor.*  
 Capite census, *coronam qui in capite gerit.*  
 [330] Capite census, *taxatio possessionis.*  
 Caplum, *funis.*  
 Caprioli, *botriones, latices.*  
 Capsis, *galea de corio.*  
 Captentula, *captio.*  
 [335] Captura, *deceptio, vel locus piscosus; et ubi sedet actuarius, qui balneare exigit.*  
 Carabus, *parva scapha ex vimine, et corio.*  
 Cardulum, *membrum femine.*  
 Carinantes, *illudentes.*  
 Carissa, *lena vetus, et litigiosa;*  
 454 *ancilla dolosa; fallax.*  
 [340] Carrio, *divido.*  
 Cartilagini, *lardo bradone.*  
 Casus, *acus quæ mulier scalpit caput.*  
 Casorum, *vetutum.*  
 Cassatur, *castratur.*  
 [345] Cassiculum, *rete, jaculum.*  
 Cassidilis, *pera, marsupium.*  
 Castiferum, *qui flagellum portat.*  
 Castipulum, *mensa quadrata.*  
 Castorinum, *œbrium.*  
 [350] Catalocta, *multorum cantica.*  
 Catamaiti, *ergastulum.*  
 Catamontem, *cæli aspectum.*  
 Cataplus, *adventus navis.*  
 Catasta, *eculeum, grana pœnæ.*  
 [355] Catasta, *lectus ferreus.*  
 Catax, *claudus, coxus.*  
 Catervarius, *qui in catervas populi est.*  
 290. Barthius, *caballus, capo equus, hoc est, castratus.*  
 292. *Infra catax eodem sensu.*  
 294. *Ratione; forte, redditions.*  
 295. *Ita fere Breviloquus; scribit cadurca.*  
 296, 297. *Cærulus; alii, cæruleus, alii cetus. Ad colorem quod attinet, cæruleum est viride sub nigro, ut est mare. Vide differentias verborum, tom. V. n. 145, et alias Differentias inter appenlices, tom. VII, num. 175.*  
 298. *Semleri conjectura est calabris, hydri obsceni, quibus Calabria abundat.*  
 299. *Constantiensis, stabilis, ventis siccis. Hinc fortasse corruptum calabris; nisi legas cantabris, rezzillis, signis.*  
 300. *Calatores populum præcipue ad sacra convocabant a Græco calo.*  
 301. *Alii caligns, gallicæ militum; alii, caligæ, calcei militum. Vide l. XIX Etymol., cap. 34, n. 2 et 12. Semlerus, culones, galearii militum.*  
 302. *Alii, calcitro, etiam apud Plautum.*  
 304. *Pler.que, chalcidicum... quod et peribulum, pro mœniano, seu projecto. Semlerus, calcicum (a calx), quod et periculum dicitur, et caterium (pro quaterio a quater), quia eminentiæ ædificiorum tutelares pericula dicebantur, et erant figura quadrata. In Pithœanis additur canadum, pro cavadium, seu cavœdium.*  
 305. *Forte, calystra e Græco.*  
 306. *Scribendum videtur callæta, a calle.*  
 308. *Jansonius, scalle, fabarum putamina; Semlerus, calles crabronum foramina.*  
 309. *Reinesius, canicularium.*  
 310. *Lege simia, pro simul, ut in Excerptis Pithœi. Vide Etymol. lib. XII, cap. 2, n. 33.*  
 311. *Martinius, maculosus, pro callorus; Semlerus, callosus.*  
 312, 313. *Vegetius, l. III, c. 3, Calones, quos galearios vocant. Melius calearios. Hinc calonica; forte addendum servitia militum.*  
 314. *Vide culces, n. 301. Alii legunt calbei, aut galbei; alii deducunt a calones.*  
 315. *Calvisio; forte, a calator, minister.*  
 318. *Salmasius, in Lampridium, pag. 152, observat campum locum esse in quo exercentur milites, et in quo prælium committitur. Hinc campiones. Scloppius, in Infamia Favianii, pag. 1, Favianum*  
*Stradam inepte reprehendit, quod campum ad locum pugnae retulerit, et in limine ipse offendit.*  
 320. *Canava. Utuntur hac voce Ennodius et sanctus Augustinus; inde Itali canevaro. Pro camea reponere camera, alii volunt, cama, aut chama, aut cavea.*  
 321. *Grævius, cancellat, inducit, expungit.*  
 323. *Forte bascandæ pro candelæ.*  
 324. *Alii, condamina. Corruptum videtur ex can-da, bascanda.*  
 325. *Martinius, canis, leno. Semlerus, ganeo, leno, vel canis-s, albedo.*  
 326. *Pro cantabulum legendum catabulum.*  
 327. *Forte, craticula, focus.*  
 332. *Grævius, dicornes, latices.*  
 333. *Legendum cassis.*  
 335. *Semlerus dividit, et ubi aves sedent. Captuarius, qui balneare exigit. Pretium balnei, lenocini, et cujusvis ministerii sordidi balneare dicebatur. Asse æreo constabat lavatio balnearis, exceptis pueris, ex Juvenale, qui nondum ære lavantur.*  
 336. *Adisis Ducangium, et Etymol. l. XIX, c. 1, n. 26.*  
 338. *Carinantes; vel a carina dicti, vel a Caria, vel a carere, vel a caries. Vide num. seqq.*  
 339. *Hinc forte Itali, carogna.*  
 340. *Grævius, carpo; Semlerus, careo, quod est divido lanam; unde carminari.*  
 341. *Bradone; forte, brodone. Lordum fuit cibus mollior jusculli in modum; et Italici brodo jusculum est. Alii deducunt ex Germanico braten, certa lardi specie.*  
 342. *Cason, casonis; inde postea casona.*  
 343. *Pro casorum legendum cariosum, vel casum.*  
 347. *Alii, castiferum. Vulcanius, cistiferum, qui cistellam portat.*  
 348. *Apud Varronem, cartibulus.*  
 349. *Lege, bebrinum; liber beber etiam dicebatur.*  
 350. *Distinguendum cata, docta. Pro multorum cantica, alii mulierum, omisso cantica. Alii addunt, cata docta, catalecta, multorum cantica.*  
 351. *Forte, latonia, ergastulum.*  
 352. *Divide cata montem, hoc est, juxta montem. Sic cata Lucam, etc.*  
 357. *Catervas, melius caterca, scilicet populi est.*

- Catomaius, *ergastulum*.  
 Catricula, *fucus*.  
 [360] Cavillator, *mendator, calumniator*.  
 Causae, *cancelli tribunalis, ubi sunt advocati*.  
 Caupulus, *navicula brevis*.  
 Caupulus, *navis*.  
 Cauriones,  *festa, officia*.  
 [365] Causarius, *litis amator*.  
 Caesarius, *reus*.  
 Cantos, *sacerdos*.  
 Cautumne, *citanae*.  
 Cocua, *noctua*.  
 [370] Cecuma, *noctua*.  
 Censitores, *agrimensores*.  
 Cepto, *commercio*.  
 Cerachi, *navium funes*.  
 Cerealis, *qui ad sacra stat*.  
 [375] Cerniculi, *catamites roerementorum*.  
 Cernuare, *praecipitare*.  
 Cernulus, *in capite ruens*.  
 455 Cerviçia, *lignum, super quod ducitur tarantulara*.  
 Cessiosus, *qui saepe cedit*.  
 [380] Cessit, *nupsit*.  
 Cetes, *oves, ares*.  
 Charaxatis, *scriptis*.  
 Choraula, *princeps chori ludorum, quo nomine potest dici totus chorus*.  
 Choreis, *ballationibus*.  
 [385] Ciccum, *multi granati mem-*
- brama*.  
 Cidones, *puerorum amatores*.  
 Cilindrum, *semicolumanium*.  
 Cima, *cocumula*.  
 Cinnes, *cinxi*.  
 [390] Circat, *circumvenit*.  
 Circellio, *monachus per cellas vagans*.  
 Augustinus.  
 Circilion's, *falsi anachoretæ*.  
 Circio, *pars inter Aquilonem et Occidentem*.  
 [395] Circitorium, *circantium*.  
 Circulator, *qui sumat*.  
 Cirrus, *cirritus, cirritudo*.  
 Citaxus, *similis taxo*.  
 Citenæ, *cautumnia*.  
 [400] Citix, *pirata*.  
 Civica, *civem facit*.  
 Civitare, *civitatem colere, vel civem facere*.  
 Clacind's, *concha*.  
 Clamnum, *clarissimum*.  
 [405] Clanculare, *occultare, paliare, subcellare*.  
 Clanculat, *celat, abscondit*.  
 Claredines, *claritudines*.  
 Claudire, *claudicare*.  
 Clavia, *borda*.  
 [410] Clavosum, *inaequale*.  
 Clibanarii, *quasi tunci ferrei*.  
 Clingit, *eludit*.  
 Clipei (clypei), *ubi imagines proponuntur*.
- Clitellæ, *cretellæ*.  
 [415] Clivior, *nobilior*.  
 Cloaca, *burca*.  
 456 Cloes, *pluvia, vel navigium*.  
 Cuicos, *tortiones, indecantes*.  
 Coactores, *argentarii*.  
 [420] Coarctatio, *concameratio, conjunctio arcuum*.  
 Cocio, *arilator*.  
 Cocistro, *præguator cocinæ*.  
 Cocula, *ligna arida, vel vasa æra*.  
 Cognitor, *a conoscenda causa datus, vel exsecutor curiosus*.  
 [425] Cohibentia, *conclusio*.  
 Cohibuli, *concordes, conjuncti*.  
 Colifarius, *bos operarius*.  
 Colimbus, *locus, ubi rudentur vestimenta*.  
 Colitor, *dominus fundi*.  
 [430] Collegarius, *unus ex collegis*.  
 Collanorum, *publicanorum, vel impiorum*.  
 Collyburn, *μαρτυριος*.  
 Columa, *sanum*.  
 Columes, *salvos*.  
 [435] Comat, *frondet*.  
 Comitare, *loqui in conventu, eundo, redeundo, ambulando*.  
 Comites, *socii*.  
 Comitiz dicuntur tempora bonorum, *quando dant honores, item ubi milites sunt*.  
 Comixius, *verbosus, loquax*.
359. Emenda, *craticula, focus*.  
 360. Pro mendator Grævius mendax, *vel mentitor*.  
 361. Melius cautæ; nam septa tribunalis instar caularum erant.  
 365. Cellius, l. x, cap. 25.  
 364. Semlerus, ex Festo, *caviores hostias, sacrificia*.  
 367. Cantos; alii cautus, alii castus: malum custos, s. illicet templi.  
 368. Semlerus vult *lantumæ, lantomia*, ut secundum verbum sit varia lectio. Vide n. 358.  
 370. Festus, *cicuma*.  
 372. Melius, *commercium*. Ceptio etiam verti posset in captio.  
 475. Rectius *ceruchi*, qui sunt antennæ, vel antennarum funes, aut cornua.  
 375. Semlerus, *cerniculi excrementorum, deleto catamites*.  
 378. Alii, *cernicula, pro cervida, aut cernida*. Catholicon: *Tarantulara s. instrumentum quo farina colatur, etc.*  
 380. Cessit. Intellige *Titio, nupsit*.  
 381. Minus bene *celes* in Excerptis. *Oves, aves* fortasse non sunt glossæ: Latinus interpret Bibliorum, *celes, oves, aves* subjecta Messias esse dixit. inde id sumptum putat Semlerus.  
 385. *Quo nomine, etc.* Hæc falsa. Excerpta, *choraula, jocularis*.  
 386. Creteuses puerorum amatores erat, et *cydones* dicebantur.  
 388. Scribitur *cyma, vel cuma, et cumula*.  
 389. Semlerus, *cincinnati, sine interpretatione*.  
 391, 392, 393. De monachis *circumcellionibus*, vide lib. II de Officiis, cap. 16. Augustini nomen interjectum est, ut indicetur, eum de *circellionibus* agere.  
 394. Melius, *circius*. Vide cap. 37 de natura rerum, n. 1.  
 395. Vegetii est *circitores* circummontes.  
 396. In Excerptis *sumat*, funes vendit. Semlerus, *funat*, hoc est, funes scandit, funambulus.  
 397. *Cirritus, cirritudo*, voces a cirro derivatæ, non glossæ.
398. *Cilaxus. Forte, ceu laxus*.  
 409. *Citis. Repone cilix*.  
 401. *Civica. Lege civitas, seu circat*.  
 404. Grævius, *clarissimatum*, qui est honor clarissimorum, pro *clamnum*; alii, ex Papiæ, *clarissimum* contracte.  
 405. Pro *subcellare*, legendum *subcelare, vel scelare*.  
 409. *Borda. Inde bordare* Hispanis et Gallis; Romanis, *laticlavia*. Alii, *cloaca, burca*. Vide num. 279.  
 412. Pro *eludit*, alii *claudit*, alii *excludit*.  
 413. Vide Differentias verborum.  
 414. Forte, *cretelle, pro createllæ*.  
 415. *Clivior*; imo *clivior*.  
 417. Semlerus, *claiæ, vel claiæ navigia*; al., *class polles*.  
 418. Alii, a Græco, *cnyos, scabies*; alii, *cinuus, vel cincinnus*, et *torti crines*, pro *tortiones*.  
 419. Grævius conjungit vocæ *coactores argentarii* sine glossa.  
 421. *Arilator* et *cocio* dicitur a Festo, qui sequitur merces, ex quibus quid cadens possit lucri tollere, et qui in vendendis emendisque mercibus tarde pervenit ad justum pretii finem.  
 422. Forte, *cocistrio*. Is *tabernarius* alibi dicitur. Culina Hispanis est *cocina*.  
 425. Ducangius conjicit, *conhibentia, collapsio*. Semlerus retinet, *cohibentia, conclusio*.  
 426. Forte, *cohibiles, a cohibendo, vel cohibenti* potius, a *conhibendo*; vel retinendum *cohibens, a cohum, jugum*.  
 427. Reinesius, *colipha, cibus operarius*.  
 428. Scribendum *colymbas, pro colimbus*. *Prætorcus, mæstus* esset *lacus*. Vide comment. ad *Prætorcium*, Peristeph. hymn. 12, vers. 36.  
 431. *Collianorum*; al., *collybariorum*; al., *littanororum*.  
 433, 434. Forte, *inc lume, incolumes*.  
 436. Rectius, *comitiare*.  
 438. Pro *bonorum*, Grævius *honorum*.  
 439. *Comitizius*; al., *comitiosus, a comitiari*; al., *comiosus*; al., *curiosus*.



[440] Comma, brevis dictio  
 Commanipularis, conscius, collega.  
 Commaibus, disciplinis.  
 Commaticus, versificator.  
 Conminandus, intendendo.  
 [445] Commolunt, deuiibus compriment.  
 Conmulcare, complodere.  
 Commulcat, conculcat.  
 Communicarium, partiarium.  
 Commodia, hostiaria.  
 [450] Complex, qui in uno peccato, vel crimine alterj est applicatus ad malum, ad bonum vero nunquam dicitur.  
 Concibiones, quædam stellæ 457 quæ per astrologiam concipientibus optantur.  
 Conciliabulum, ubi plures sui juris sedent.  
 Conclassare, conclamare.  
 Conclassare, conjungere classes.  
 [455] Conclubium, pellicatus.  
 Condiarium, ærarium.  
 Conditura, impensa.  
 Condones, gladiatores.  
 Co.ferreatio, consacrorum communicatio.  
 [460] Conferreatus, consociatus.  
 Conferentia, collatio.  
 Conferriatus, sociatus.  
 Conferri, cognovi, comperi.  
 Confida, dubitator.  
 [465] Constatim, copulativè, contexte.  
 Constoraneus, unius fori.  
 Constragmentum, simul rugosum, ut mons.  
 Conjecit jaculum, augmentavit.  
 Conivoli, concordēs, juncti.  
 [470] Connixa, partu liberata.  
 Consepere, ut adoleat.

Consipit, saporem habet.  
 Consponsors, alterutri fidem dicentes.  
 Contra fœdus, contra pactum.  
 [475] Contribules, consanguinei, quasi ex eadem tribu.  
 Contribuni, consanguinei, parentes.  
 Contumia, contumelia.  
 Coraula, jocularium,  
 Corimbata, navis.  
 [480] Corugio, puer; est ludus, quando proverbialia dicunt. Alibi igitur: coragium pars est in ludis, quando proverbialia dicuntur.  
 Coruscatio, vibrat hiems.  
 Cracat, cracerat.  
 Cracentes, graciles.  
 Cracerat, cracat.  
 [485] Crea, stercus, spurcitia, unde excreare, dicimus, spurcitiis ejicere.  
 Creagra, tridentis.  
 Crebro, nis, porca, terra inter duos silcos eminens.  
 Creditaria, cameraria.  
 Creditarius.  
 [490] Crematum, collybium.  
 Cremulium, holocaustum.  
 Creporem ferri, sonum catenæ.  
 Crepundiis, initiis.  
 Cretellæ, clitellæ.  
 [495] Cristatus, honestus, d. cens.  
 Crumiat, ruminat.  
 458 Crustaria, taberna a vasis crustatis.  
 Cubio, masculus.  
 Cucier, Ponticum sacerdos.  
 [500] Culina, latrina recessum.  
 Culi, vehementer percussit.  
 Culleus, tunica ex sparto in modum crumenæ facta, quæ linebatur a populo pice et bitumine, in qua

includebantur parricidæ cum simia, serpente et gallo: insula mittebatur in mare; et contendentibus inter se arimantibus, homo majoribus panis afficiebatur.  
 Culpa piabunt, peccatum solvent.  
 Cuma, poma silvestria.  
 [505] Cumerus, urbanus.  
 Cuppes, fastidiosus, cupidus.  
 Curapulus, id est, curiosus, caraculus, curiosus.  
 Careilla, oppilago.  
 Curio, sanguis.  
 [510] Curustus, magnus.  
 Cusire, consuere.

## D

Dalmata, vestis sacerdotalis candida, cum clavis purpureis.  
 Dalum, minimum velum navis.  
 Dammatius, dedititius.  
 [515] Damus, fenerator.  
 Dedititius, Latinum non est, sed Dedititius is est: si barbarus dedat se Romanis, dedititius is est.  
 Dativa, donativa.  
 Decaleo, dealbo.  
 Decentarius, promptus, paratus, ingeniosus.  
 [520] Decluere, decorari.  
 Decardo, occupatio.  
 Delticus, litteratus doctor.  
 Denundinat, omnibus notum facit.  
 Depalata, manifestata.  
 [525] Depanare, dilacerare.  
 Deplicare, decedere, devitare.  
 Depubis, porcus engens q... a setis.  
 459 Derarat, torpet, frigidum est.  
 Deaviduus, ignavus, impiger.  
 520 Desolanus, subsolano.  
 Destitudo, destructio.  
 505. Alii, camerus, curvatus; al., comis, urbanus.  
 Semlerus, ex Festo, cumerus, vannus.  
 508. Vide, infra, oppilago, carcilla.  
 509. Curjo; imo, curor.  
 510. In Excerptis, concuscus. Cerda, grossus, vel crasus. Alii, cerusus. Alii, ex Festo, cerus, manus.  
 511. Cusire. Ita hodie Itali. Alii mallent cusuere, aut consuere, pro cusire.  
 512. Grævius, dalmatica.  
 514, 515, 516. Grævius, dammatius, dedititius, addictus, feneratori. Dedititius Latinum non est, etc... Semlerus, damus [Corrige, damista] fenerator. Dativus, dedititius. Dativus Latinum non est, etc.  
 519. Melius, dicentarius, a dicendo.  
 520. Restitue deglubere, decoriare.  
 521. Grævius, distentio, occupatio. Semlerus, decurio, optio.  
 522. Becmanus, delticum litteratum dici putat ab Hebræo daleth, tabula, pagina libri.  
 526. Deplicare. Contraria significatione, applicare. Semlerus existimat interpretationem deesse, pro deplicare, et incipere aliam glossam d. cedere, devitare, seu de vita excedere. Sic melius esset devitare, decedere.  
 527. Festus, qui prohibitus est pubes fieri a setis. Breviloquus, quasi deorum a setis.  
 528. Derarui. Semlerus putat id appositum, ubi aliqua vox rara inveniebatur, vel legendum decorat, res decidit, friget.  
 529. Lege piger pro impiger; vel deaviduus, gnavus, impiger.  
 530. Subsolanus. Rectius, subsolanus.  
 531. Malim destitutio, desertio. Alii, destitudo, destitutio.

442, 443. Disciplinis. Semlerus, descriptiunculis.  
 Commata sunt interpunctiones.  
 449. Hostiaria. Hinc Italice osteria, diversorium.  
 450. Nunquam, hoc est, fere nunquam.  
 452. Etymolog. lib. vi, cap. 16, n. 12, explicatur quid sit concilium. Pro sui juris forte unius juris, aut sub jure.  
 458. Condones. Semlerus, campioni.  
 459. Lege sacrum, vel consociatio, sacrorum communicatio.  
 462. Conferriatus; al., conferreatus.  
 463. Conferri. Semlerus, comperui.  
 464. Confida, ut advena, incola scriba. Semlerus, convicia, viciator; id est, convictator. In aliis lexicis, dubitator, diffida.  
 467. Grævius, confragosum, simul fragosum, ut mons. Semlerus, pro constragmentum, conjecit confragos montium, scilicet sunt, omissis aliis.  
 468. Lege, inverso ordine, amentavit (pro augmentavit), conjecit jaculum.  
 469. Supra, cohibili.  
 480. Corugio; foris, coragium.  
 481. Melius vibrans; vel vibrat hiems, coruscat.  
 482. Infra, cracerat.  
 487. Festus: Porcæ appellantur rari sulci; nam crebriores sulci limi vocantur. Hinc putat Semlerus glossam crebro, etc., conflictam fuisse.  
 491. Crematium. Crematium, vel crematum. Martinius, hypocaustum, pro holocaustum.  
 494. Supra, clitellæ.  
 499. Cucier. Repone, curio.  
 502. Vide comment. ad Prudentiam, pag. 1016, et not. Lebruni ad Lactant. lib. iii, cap. 4.  
 504. Cama. Lege corna.

De-tricare, consummare.  
 Detectus, agitur modo, id est, probatio fit tirorum.  
 Devibis, vigiliis vulgo palea mulieris.  
 [535] Devirginat, corrumpit.  
 Devoratores, ambrones.  
 Devoto, accuso.  
 Dextralia, brachialia.  
 Dialapis, constitutum imperatorum.  
 [340] Dialo, diurnum, meridiale.  
 Ex Diametro annus sumptus, hoc est, non a principio signiferi, sed a medio.  
 Diaria, cibus unius diei.  
 Diaria, quotidiana salaria.  
 Diatim, de die in diem.  
 [545] Dictatorius. Ex dictatore.  
 Didatim, divisim.  
 Deditum, percrebatum, divulgatum.  
 Diennium, biennium.  
 Diescil, dies fit.  
 [550] Diet, nunc dies fit.  
 Diffractio, dissolutio inter virum et feminam.  
 Differentiur, eminentior.  
 Diffusio, dissolvitur.  
 Dilargus, multum donans.  
 [555] Dimus, binus.  
 Dinidor, malus odor.  
 Diplomarius, duplicator.  
 Diplomum, gubernatum.  
 Dipycha, tabellæ, quas ferimus.  
 [560] Dique, denique.  
 Diribere, dinumerare.  
 Diribitorium, locus contubernii.  
 Discipulati, edocti.

532. Infra, distrigare. Utrumque ab extrico.  
 534. Devibis mutandum in decubis. Reliqua post vigiliis alto pertinent.  
 539. Al., dialabis; al., dialeptis; al., dialabe. Semlerus, didia, bis. Diatheca, constitutum imperatorum.  
 556. Dinidor. A nidor, et Græco dys.  
 557. Alii, diplomarius. Diplomarius intelligitur qui duplatam chartam vendit et compingit.  
 558. Gubernatum; al., duplicatum; al., quaternatum.  
 559. Vide prolegom. ad Prudentium, pag. 565 seq.  
 560. Dique; forte, denique.  
 562. Grævius, diribitorium, locus campi Martii. Semlerus retinet contubernii pro ædificio militari, ubi stipendia, vel alia militibus distribuebantur.  
 563. Disdonat, ut distribuit, etc. Grævius, dissonat, diversa sonat.  
 567. Dispeccatis. A pecus. Editi, dispeccatis.  
 569, 570. Dona, etc. Forte quia is qui dispungit nomina debitorum in tabulas relata debitum condonare videtur; vel quia dum militum emeritorum nomen dispungebatur, aliquid eis donabatur.  
 571. Semlerus, duo militum genera annotari ait, quorum alii disultores, alii singulares. Disultores et desultores iidem sunt.  
 572. Vide, supra, decardo.  
 573. Distrigare. Potius, districare. Supra, districare.  
 576. Alii, divomerat, separaverat; al., divomerat, aperit, arat, scilicet, a vomer.  
 580. Dorsennus. Ex epist. 17 Horatii, ubi alii, Dorsenus.  
 582. Grævius, aramea. Vide post Framæa. Doest tamen framæa in littera f.  
 585. Papias, draquili. Semlerus, dragmitæ uniones tincti, vel draconicæ manus invidiæ. Dragma est re-

Discussor, examinador.  
 [565] Disdonat, diversa donat.  
 Disgrex, segregus.  
 Dispeccatis, decoratis.  
 Displatus, morosus.  
 Dispunctores, qui dona militibus erogant.  
 [570] Dispungere, donare.  
 Dissultores, singulares.  
 Distatio, occupatio.  
 Distrigare, consummare.  
 Divale, divinum.  
 [575] Diversalclina, heteroclitia.  
 Divomerat, aperuerat.  
 Divus, imperator, qui post mortem Dei nomen accepit.  
 Doctitat, frequenter docet.  
 Dolumen, delubrum.  
 [580] Dorsennus, persona parasitorum.  
 Dorsus, vel Dorsinus, equus astini pilli.  
 Dramea, post framæarum.  
 Draquili, manus invidi.  
 Drusus, patiens, rigidus.  
 [585] Dualis, divisa femina.  
 Duellio, rebellis.  
 Durica castra, stationes navium.  
 Dusius, dæmon.

E

Eccitum, periculum.  
 [590] Ecloga, pars carminis.  
 Ecomes, sacerdotes rustici.  
 Eda, basterna.  
 Edentat, dentes excludit.  
 Edictus, qui ex ædile est scriba.

[595] Edictus, custos ædis.  
 Eduli, voratores, degulantes.  
 Effatus, vaniloqui sine effectu.  
 Efficabilis, in omnibus expeditus.  
 Effeminatorium, domus meretricum  
 [600] Egeator, hortator navis, mari Ægeo.  
 Egeria, noxia.  
 Egestio, nocens.  
 [61] Egestuosus, mendicus.  
 Egones, sacerdotes rusticorum.  
 [605] Egrex, eximius, eminens.  
 Egrotatilis, qui frequenter egrotat.  
 Elegiis, criminibus, vel carminibus malis.  
 Elogium, narratio numerantis, vel ordo criminum.  
 Elogium, responsum aliquod, ubi ratio redditur, tanquam si dicat aliquis de quoque, Exheredabo eum; quare? quia mihi insolens fuit.  
 [610] Elogium, textum malorum dictorum, quod notoriam dicunt.  
 Emactas, emendi aviditas.  
 Emaceps, famulus a servitute liberatus.  
 Emedum, vehiculum.  
 Ementum, excogitatio.  
 [615] Eminiscitur, in memoriam reducit.  
 Emissarius, percussor.  
 Emissarius, sanguinarius  
 Enica, adultera, mocha.  
 Enigma, obscuriloquium.  
 [620] Enormate, cui addi minus nihil potest.

tinaculum gemmarum.

534. Grævius intelligit Drusum nomen imperatoris a Drauso victo. Semlerus, melius, durus.  
 585. Femina. Lege, gemina; etsi alii de adultera dictum id putant.  
 586. Duellio. Forte, duellis. Breviloquus, duellio, duellio.  
 587. Restitue Dorica, etc. Ex Servio, ad Virgilium, lib. III Æneid.  
 588. Vide lib. VIII Etymol., cap. 11, in fine.  
 589. Forte, exitium.  
 591. Inferius, egones. Forte, egones, pastores, rustici. Ex pastores aliquis fecerit sacerdotes, qui a Christianis pastores vocantur.  
 592. Alii, sedea; al., edea; al., melius, esseda.  
 593. Excludit; al., excutit.  
 595. Corrige æditus.  
 597. Effatus. A Fatuus. Pro sine effectu, alii, dies effati.  
 600. Egeator; imo egetor, ex Græco, non ex mari Ægeo. Fortasse huc facit locus Etymol. lib. XII, cap. 2, n. 4. Agea, via sunt, etc.  
 601. Festus, Egerie nymphæ, etc. Reinesius, nixia, pro noxia. Barthius, col. 2048, egeriam a Pausilio vocari notat, quod superfluum a cibis digestis egeritur.  
 602. Forte perit interpretatio. Semlerus putat egestio, egens, ab egendo, vel corruptum, pro egestuosus.  
 607. Grævius, elogiis, carminibus. Elogium plerumque ad laudem, aliquando malo sensu est. Proprio allogium scribendum ait Semlerus.  
 613. Emedum; al., ephredum; al., essedum.  
 614. Ementum. Ab eminiscor.  
 618. Enica; al., ethnica, et sensu spirituali adultera; al., meca pro mocha.  
 620. Minus. Grævius, minusve. Scilicet enormis est, aut ita magnus, ut minor esse nequeat, aut ita parvus, ut minor esse non possit.

Foulum, caldarium.  
 Ephebion, locus constuprationis  
 puerorum imberbium.  
 Epibatæ, laici.  
 Epigri, clavi, quibus lignum ligno  
 adheret.  
 [625] Epimonia, xenia, quæ dantur  
 per singulos menses.  
 Epulatiuus, qui epulis dat operam.  
 Equotus, privatus.  
 Ereptoria, adimenda, reddenda.  
 Ergastulum, carcer, vel locus, ubi  
 damnati marmora a cant. vel ali-  
 quid operantur, quod Latine ta-  
 lentum dicitur, sub privata custo-  
 dia, ubi non sunt tenebræ.  
 [630] Ergat, circat.  
 Erranei, errantes.  
 Error, vaticinatio.  
 Ergat, planum facit.  
 Eruli, domini.  
 [635] Escit, lentus.  
 Esculentia, pinguedo.  
 Etica, proprietas.  
 Eticon, proprium.  
 Evadatur, reposit, flagitat.  
 [640] Eubo, oleo.  
 662 Eviscerat, excomedit.  
 Evitaneus, qui in arvo durat.  
 Exadituit, excludit ab aditibus.  
 Exapla, exempla.  
 [645] Excasiratus, excoleatus.  
 Excavel, præcævet.  
 Excellare, cum uxore esse.  
 Exceptoria, cisterna.  
 Excitare, cum uxore esse in liber-  
 late.  
 [650] Excipulum, venabulum.

Exdorsuandum, iudicandum.  
 Exenim, valde.  
 Exfretat, navigat.  
 Exibus, pinguedo.  
 [655] Exilta, erronum marinus.  
 Eximequi, proxenetæ.  
 Eximitas, sublimitas.  
 Exippitare, rare oscitare.  
 Exminuare, pauperem facere.  
 [660] Exundat, repluit.  
 Exodium, cantio in theatris iudicia,  
 et scurrilis.  
 Exornis, inmanis.  
 Expalmare, depellere.  
 Expata, partu vacua.  
 [665] Expata, patula aqua.  
 Experti, extranei, extra partem no-  
 titiæ.  
 Expiltores, alienæ hereditatis sub-  
 reptores.  
 Expotata, hausta.  
 Exprodita, excluda.  
 [670] Expudoratus, impudicus.  
 Expuncta, fibras pectorum.  
 Exsumptavit, pauperavit.  
 E. tensio, regio.  
 Externavit, extraneum fecit.  
 [675] Exestinum, extraneum.  
 Extispices, aruspices.  
 Extracautis, foris versos.  
 Extraculas, foris versos.  
 Extromis, extremus.  
 [680] Extruncis, arbor truncata.  
 Exuito, depello, evito.  
 Exundantibus, reptuentibus.  
 Exundat, prorogat.  
 F  
 Fabarii, cantores.

[685] Fabarius, cantor.  
 Fabulo, fabulas componens.  
 Fabulones, fabularum inventores.  
 663 Falangarius, ut gladius.  
 Falcarius, gladiator falcem gerens.  
 [690] Falcital, putat, secat, æsti-  
 mat.  
 Falcones, qui pollices pedis intra  
 cervos habent.  
 Falsatus sum, deceptus sum.  
 Falsosum, circumventosum, dece-  
 ptosum.  
 Famis, contusio faucis.  
 [695] Famulosus, serciens.  
 Fanculum, feniculum.  
 Faria, verba multa.  
 Farrago, φαράσις.  
 Fascemina, clausibilis vallatio circa  
 castra  
 [700] Fascinat, gravat.  
 Fasculum, discum.  
 Favilor, piscator, fautor.  
 Favonium, odium lenæ, et sine cau-  
 sa, vel ut a vento collectum.  
 Fecundispices, fertiles deæ.  
 [705] Feliatum, curvatum.  
 Fellebreum, adhuc lactum vivente n.  
 Fellit, sugit.  
 Femellarius, feminis deditus, quem  
 antiqui mulierarium vocant.  
 Fensus, iratus.  
 [710] Ferilerus, furens.  
 Feronia, dea agrorum,  
 Fertores, fertio libantes.  
 Ferula, palmatoria, volaria.  
 Festalis, dies sollemnis.  
 [715] Festilia, dies festi.  
 Ficarius, fannus.

621. Lege æneolum, aut ahenum. Confer lib. xvi  
 Etym., c. 20, n. 8. Hoc et caldarium, etc.  
 622. Alii, epibata. Latine superveniens.  
 624. Lib. xix Etym., c. 19, n. 7. Epigri, etc.  
 Alii epiuri; al. epiuri.  
 625. Semlerus, evitatus, vita privatus.  
 629. Talentum; al., metallum; al., tullianum; alii,  
 latomium. Pro sub, forte seu.  
 650. Ergat; al., errat; al., gyrat; al., aerat, cir-  
 cumdat, scilicet, are.  
 652. Vaticinatio; forte, hallucinatio. Vel furor,  
 pro error.  
 655. Re-titue esculentus, pro escit lentus, et adde,  
 si placet, pinguis.  
 657. Forte, ethica, vel edica, pro idica, ex Græco.  
 640. Semlerus conjicit, exudo, oleo; vel evaporo,  
 oleo.  
 644. Repone hexapla, secupla.  
 645. Editi, excolitatus.  
 647. Excellare et excitare, quasi cellam et mona-  
 sterium deserere.  
 651. Iudicandum; forte, nudandum.  
 652. Lib. x Etymol., n. 85, exornatus, valde or-  
 natus. Ex enim pro valde ponitur. Hinc confitum  
 e enim.  
 654. Exibus; al., azungia; al., sebum.  
 655. Cerda, manus, pro marinus; Semlerus, exsi-  
 lia, errores maris, ex Virgilio, Æn. iii, inik.: D.ver-  
 sa exsilia.  
 656. Putant aliqui, ex proxeneta factum exeneta,  
 inde corruptum eximequi.  
 658. Totandum rare, natum ex are repetito,  
 exppito, æ, are. Etymologia incerta est.  
 661. Cantio, etc. Scilicet, in fine comœliæ.  
 662. Lege, enornis, vel exnormis.  
 663. Depellere; forte, alupare, alapis cedere.  
 655. Videtur repetitio glossæ præcedentis cor-  
 ruptæ, expata, partu vacua, eniza. Grævius expata-

ta, patula loca.  
 666. Experti; imo, expertes.  
 671. Semlerus, expuncta sine interpretatione.  
 Tum nova glossa, exita, fibras pectorum.  
 675. Alii, extrarius, foris versantes; al., extraculis,  
 ut statim sequitur extraculas.  
 679. Extromis; imo extrimus.  
 683. Prorogat; forte, irrigat.  
 685. Isidorus, lib. ii de Offic., c. 12: Antiqui, etc.  
 688. Ut gladius. Al., ut bajulus; al., vir bajulus,  
 al., bajularius. Phalangæ, palangæ, et inde falangæ  
 (Hispanice palanca, Italice stanghe) sunt vectes,  
 quibus onera majora a bajulis portantur. Semlerus  
 volebat falcarius, ut num. seq.  
 690. Æstimat. Adjectivum ab aliquo.  
 694. Famis; al., fames; al. famix; al., tumex et  
 vibex, pro faucis.  
 695. Grævius, sumul, oscis serviens ex Festo, et  
 Nonio. Alii retinent, famulosus.  
 697. Forte delendum verba.  
 698. Corrige φαράσις. Hispani dicunt forrage. Var-  
 ro, Far ferro cæsum farrago.  
 701. Etymol. l. xx, c. 6, n. 2. Phascula, etc.  
 Semlerus opinabatur, fasciculum. Potius a vasculo.  
 702. Grævius delet piscator; al., priscis pro pi-  
 scator.  
 703. Breviloquus, leve odium, quod cito transit,  
 et cadit ad modum illius venti.  
 704. Grævius, secundispices. Pithæus, felices deæ.  
 Semlerus, secundi cespites, fertiles glæbæ.  
 705. Alii scribunt, filiatum, et foliatum. Grævius,  
 foliatum, nardinum, Semlerus, falcarius, curvatum.  
 706. Legendum fellebreum, adhuc lacte viventem,  
 ex fello, sugo.  
 707. Sugit. Male Editi, sugit.  
 715. Festilia. Forte, festalia.  
 716. Vide Etym. lib. viii, c. , in fin.

- Ficatum, quod Græci *κυκλίων* vocant.  
 Ficie habet, cavillat.  
 Fictura, sectura.  
 [720] Filiaster, privignus; qui ante natus est.  
 Finctus fuerit, apicem obtinuit dignitatis, et dicitur fluminis.  
 Fiscella forma, ubi casei exprimuntur.  
 Fiscillus, mollis casei appetitor.  
 464 Fiscos, siccos grossos.  
 [725] Fistulor, sibilor.  
 Flabarius, custos porcorum.  
 Flabri, flabulosi, ventosi, perfecti.  
 Flabrum, perfectum.  
 Flamineum, Babylonicum.  
 [730] Flaminor, incendor.  
 Flavus, genus vestis.  
 Flegua, Mafis filia.  
 Fotonitia, vanitas.  
 Forago, trames diversi coloris.  
 [735] Forceps, fabricæ corruptæ forfices dicuntur.  
 Foris, latrina, accessus.  
 Foris facio, offendo, noceo.  
 Formastrum, opus pistolorum.  
 Fractillum, ad frangendum piper.  
 [740] Fractor, difficillor.  
 Fragus, recurvatio populi, quæ et suffraginatio.  
 Fraternalis, fratris filius.  
 Fratruellis, materis filius.  
 Frea, x, vel mundiana de parentis suo relicta.
749. Fictura; al., fissura; al., sictura; et inde fictura.  
 721. Alii, functus, pro finctus; al., vinculus, vel cinctus, scilicet, lilo; et mox, dignitatis, quæ dicitur fluminis.  
 725. Forte, ficos grossos. Corrupta ficos et siccos.  
 726. Semlerus, suarius, vel subarius, pro flabarius. Alii, flabarius, custos tororum, vel mortuorum, quia flabello muscas abigebant a toris et a mortuis expositis.  
 727, 728. Tres videntur glossæ: flabri, flabulosi, ventosi. Fabri, perfecti. Fabrum, perfectum. Pro flabrum, Reinesius, Cerda et Grævius legunt flabrum; unde affabre. Ac fortasse glossatores decepti fuerunt ex præfectum flabrum.  
 729. Legendum flameum, vel flammeum.  
 730. Flaminor; imo, flammor.  
 731. Cerda, latus clavus, genus vestis.  
 732. Semlerus, Phlegyas, Maris filius.  
 733. Cerda, philonichia; vanitas.  
 734. Trames; al., trama. Symmachus, in epist.: Inter pensa et foragine puellarum.  
 735. Corrigi potest forcipes fabrorum, sartorum forfices dicuntur. Vide Etymol. lib. xx, cap. 15, n. 3.  
 736. Melius, forica.  
 737. Forte, foro, hoc est, perforo, Editi, nec eo, pro noceo, aut neco.  
 740. Difficillor. Repono debilior.  
 741. Forte, fraginatio.  
 745. Fretat. Repono frenat.  
 746, 747. Scribe phrygiones, phrygium; et confer Nonium in vestis Phrygia.  
 748. Fritillum est vasculum perforatum vario usui et tesseri.  
 749. Lege fundibulum, seu fundibulum. Etymol. l. xiv, c. 6, num. 11., et l. xviii, cap. 10.  
 750. Intellige fucinat, a fuco. Papias, fascinat. Pro impedit, al., impetit.  
 751. Semlerus, sulcra, cubilia, sunt, etc.  
 752. Rustici; forte, Etrusci.  
 753, 754. Semlerus, culina, culinare, omissis aliis. Sed bene est fucina, aut focina, a foco. Itali forn-
- [745] Fretat, regit, coeret.  
 Frigiones, genus vestimenti.  
 Frigium, mitra. Constantini imp.  
 Frigium candido splendore ejus sacratissimo capiti imposuimus.  
 Fritellum, stillicidium stercoreis in sterquilinum.  
 Fudibulum, trajectorium.  
 [750] Fuginat, adulando impedit, laudando decipit.  
 Fulcralia, lecti ornamenta.  
 Fulguratores, rustici aruspices.  
 Fulina, culina.  
 Fulinare, coquinare.  
 [755] Fullo, decurator.  
 Fungitur, solvit.  
 465 Funnus imaginarium, dicitur tumulus sine cadavere, id est, inane sepulcrum.  
 Furabula, tenebræ.  
 Furfuraculum, tenebræ.  
 [760] Fuitis, quoddam vas in templo Vestæ, ubi reponebantur quædam sacrificia.  
 Futo, εὐχίζω.
- G
- Gabarus, insulsus, barbârus, unde gabares mortuorum.  
 Gaberina, arca.  
 Galbares, mortuorum condita corpora.  
 [765] Galenum, vas vinarium. Romani antiqui dixerunt calenum vinum.
- Galera, stricta glutino.  
 Galeros, calamancos.  
 Galerum, pilonum pastorale, quod de junco fit.  
 Galgulus, bœca, κρυπτό.  
 [770] Galivit, peribit.  
 Gallarius, cerdo.  
 Ganzis, occulta loca, et subterranea.  
 Gaunaca, gausapa.  
 Gaunaticos, duorum fratrum avos.  
 [775] Gellonem, bæcalem.  
 Gemina, peristromata.  
 Gemini, æquigeni.  
 Gemnades, id est, mulieres lucæ dominicæ, lingua Gallicæ.  
 Gemmatum, baccatum.  
 [780] Genialis lectus, quod nuptiarum die sternitur.  
 Geniatus, genialis, gratus.  
 Genubium, intrinum, interiorem, domesticum.  
 Gessis, divitiis.  
 Gestiuacula, res minuta.  
 [785] Gesum, hasta, jaculum, βολίς.  
 Geta, Gothus.  
 Getage, garrit, Gothice loquitur.  
 465 Geti, Gothi.  
 Geminarium, lavacrum.  
 [790] Girgillus, rota hauritoria.  
 Gisma, angulus.
- cem vocant fucina.  
 758. Forte, furca; al., foraculum, ut n. seq.  
 759. Alii, perforaculum terebra.  
 760. Melius, futilis, vel futilis.  
 761. Festus, sutare, arguere, unde consulari.  
 762, 763, 764. Hæ tres glossæ eodem pertinent. Vide Rosweydam in Onomast. Semlerus accipit inxillus pro salitus, et delet barbarus. Scribitur etiam gabbarus, gabbares. In glossis mes. gabator, homo jocans. Fortasse hinc Itali gabbare pro decipere dicunt.  
 765. Calenum, vel calenum potius.  
 766. Forte, galea. Itali et Hispani triremes vocant galeras.  
 767. Rosweydu, galeros, camelanchios. Hinc camauero. Adisis Macrum in Lexic.  
 770. Grævius, gallulat, pubescit.  
 774. Galla coria perficuntur.  
 772. Scribe, ganea, ex Etym. l. x, ganeo, etc.  
 773. Forte galnaps, pro gaunaca, ex regula Monach., cap. 15.  
 774. Corrige janitricis, ex Etym. lib. ix, cap. ult., num. 17, et infra, num. 844.  
 775. Gellonem, seu gillonem, Hispani vocant cægilon. Vide Rosweydam. Est vasis genus.  
 776. Forte, gemmata peristromata.  
 777. Aquigeni; rectius, æquigeni.  
 778. Grævius, gymnades, mulieres Lacedæmonis, lingua Græca.  
 781. Geniatus. Hinc Barthius, p. 1425, apud Statium reponit moles geniata, pro moles gemmata. Alii, moles genuinata.  
 782. Restitue genuinum, intimum, interiorem, etc.  
 785. Gessis. Scribe, Gææ.  
 786. Vide Historiam Gothorum, initio.  
 787. Alii, Getice garrit; al., getat, garrit.  
 789. Loco suo nota est glossa. Grævius putat gemina lavaca, virorum et mulierum, gemmarum dici; Semlerus, ænarium, pro geminarium.  
 790. Gyrgillus scribenlum, ex Etym. l. xx, c. 13, n. 2. Vide infra, n. 818.  
 791. Grævius, gonia; alii alia, ut n. seq.

Gissium, labium, terminus, finitio.  
 Glaucia, viridis.  
 Glebo, rusticus, arator.  
 [795] Glirium, torpentem, stupidum.  
 Glirius, somnolentus.  
 Glis, glitis, humus tenax.  
 Gnabat, natus, generatus, filius, creatus, vel enixus, lingua Gallica.  
 Gnayat, fortiter exsequitur.  
 [800] Gorriones, cum errore sonantes.  
 Grandias, offas carnis.  
 Grassus, setosus, pilosus.  
 Gremia, siccamina lignorum.  
 Grippus, asperbus, cervicosus.  
 [805] Grumulus, ager tractus.  
 Gulosus, tabernio, popinator.  
 Gumba, cuneus, cripa.  
 Gumma, tegorium.  
 Gurdus, lentus, inutilis.  
 [810] Guttur, glutum.  
 Gutturaria, gutturis-inflato.  
 Guva, ventuosa.

## H

Hamatores, piscatores.  
 Hapsum, vellus lanæ.  
 [815] Hareolus, jucundus.  
 Harpyiæ, virginis volaticæ.  
 Hause, sine circuitu.

795. Glirium. A glire.  
 798. Forte, gnabat, generabat, gnatus, natus, etc.  
 800. Grævius, gorgones cum terrore spectantes.  
 Semlerus, Gorgones terrorem sonant. Hispanice gorriones sunt passeret, de quibus fortasse glossa.  
 803. Gremia. Lege cremia, ligna siccata.  
 804. Cervicosus. Al., conviciosus. Sed cervicosus videtur sumptum ex dura cervice, quæ pro superbia accipitur.  
 805. Forte, agger, strues, pro ager, tractus.  
 807. Gumba, lege vel intellige cumba, catacumba; et crypta pro cripa. Grævius, cuniculus, pro cuneus.  
 808. Al., gumba tectorium.; al., gumba, tugurium.  
 809. Nunc Hispanis gurdus (gordo) est crassus, olim erat stolidus; convicium in hostes. Barthius, col. 1667.  
 810. Forte, glutus, guttur. Inde glutire. Scribitur etiam glutus.  
 812. Al., gutteria; ut., gutturna. Guttus est vas angusto collo. Hinc gotto apud aliquos Italos pro vase.  
 813. Ventuosa. Melius, ventosa. Vide Etymol. l. iv, c. 11, n. 4. Guva, etc.  
 814. Supra apsum, n. 120. Forte, agni pro lanæ.  
 815. Scribe, hariolus jucundus.  
 817. Semlerus, vel ausæ ab audendo, vel reapse.  
 818. Supra, n. 790.  
 819. Forte, herbida loca, sine interpretatione.  
 820. Forte, exosus, pro homosus, vel hainosus, unde Gallicum haine. Vel conjungendæ glossæ, herbida, herbosa, herbosus, herbitium, omisso odium.  
 822. Eunuchus; al., εὐνοχος; al., εὐνοχος; al. nodus, sine explicatione.  
 823. Salvum; malim, sane, aut salvus sim.  
 824. Herenicas. Melius excerpta, heroicæ.  
 825. Forte, hermaphroditus, castratus.  
 825. Seqq. Hæ glossæ ex præcedenti corruptæ videntur.  
 829. Hæti corrupta vox; reliqua librarii verba sunt, qui lacunam indicavit.  
 830. Scribe hydrinis.

PATROL. LXXXIII

Haustrum, rota, hauritorium, qui et gyrgilius.  
 Hebira, lorica.  
 [820] Homosus, odium.  
 Herbitium, locus in quo herbe nascuntur.  
 Herculeus, eunuchus.  
 [827] Hercule, saluum.  
 Herenicas, antiquas.  
 [825] Herma, proditus, castratus.  
 Hernia, castratio.  
 Hernia, ratio.  
 Herniæ, castratio.  
 Hæti, folia quatuor suris de exemplari.  
 [850] Hidrinis, serpentinis.  
 Hilo, aquilo.  
 Hippitare, oscitare, badare.  
 Hiriis, funibus.  
 Hirnia, rames.  
 [835] Hiscere, desinere.  
 Holiior, horticola.  
 Hormula, statua sine manibus.  
 Horripilator, horret.  
 Hortilio, horti custos.  
 [840] Hostit, æquat, adplanat.  
 Hostitor, janitor, portitor.

## I

Jacentia, subciva, reliqua.

Jactuarius, qui frequenter jacturam patitur, id est, damnus.  
 Janitricæ, duorum fratrum uxores.  
 [845] Ibalia, maris habentia.  
 Icium, quasi exitus nullo remanente.  
 Ignarius, ignem continens.  
 Ignitor, ignitus.  
 Illia, fas, illicet.  
 [850] Imbalus, ab ambulando, ambulatorium.  
 Immadescit, bibendo totus infunditur.  
 Immorsus, jejunos.  
 Imo Hercule, imo salvo.  
 Impartes, expertes, sine parte.  
 [855] Impetibile, improbum, ævum.  
 Implisceret, implicaret.  
 Inabstinentes, impatientes.  
 In ante diem, in ipso die.  
 [868] Inasta, sancta, pulchra, clara, splendida.  
 [860] Inceniare, stupere, cessare.  
 Incensis. Plaut. Catina. Incenem ex ædibus.  
 Incentiva, aculei vitiorum.  
 Incipat, illudit.  
 Incitæ, ultima conditio fortunarum.

831. Hilo; al., hierax; al., hilio, sive helluo, vel aquila, gulo.  
 832. Supra, exipitare. Pro badare, Semlerus hiare. Sed badare comprobatur ex Italico abadigitare.  
 833. Alii, hirritus, de canibus; al., harpagis, funibus.  
 834. Hirnia. Scribe hernia.  
 835. Grævius, hirciscere, dividere. Semlerus, hircere, discedere.  
 837. Lege hermula.  
 840. Hostire proprie est gratiam referre, rependere. Adplanat fortasse ab alio adjectum fuit.  
 841. Rectius, hostiator.  
 842. Subciva. Repone, cum Excerptis, subciva; lib. xv Etymol. cap. 13, num. 15.  
 843. Melius Excerpta, jactuarius.  
 844. Vide num. 774.  
 845. Grævius, Ibis, avis Ægyptia. Semlerus, Halcion, maris avicula. Omitto plures hujusmodi divinationes.  
 846. Icium. Cerda, exitium.  
 847. Joannes de Janua exponit focarium.  
 849. Grævius, illicet, ire fas.  
 850. Etymol. l. xv, cap. 2, n. 26. Imboli, etc.  
 852. Immorsus. Ex Horatio, sat. 4 lib. II. Flagitatum immorsus refici, ubi alii aliter legunt.  
 853. Legendum, Hercule, imo, salvus sim. Supra, num. 825.  
 857. Al., impatientes, inabstinentes, vel impotentes, inabstinentes.  
 858. Muretus, lib. II variar. lect. conjungi vult inante. Inde Itali innanzi. Inante diem IV Kalend. est in ipsum diem IV Kalend. Vide lexica.  
 859. Inasta. Excerpta, inacta. Alii corrigunt inclyta.  
 860. Al., inceniari; al., incennare. Cerda stupere expliat de stupiditate ex delirio, quod ex eo eveniat, si quis jejuset. Semlerus hic stupere et cessare dentium esse ait. Scribitur cæna, cœna, et cena. Hinc illico incenis, pro incenato.  
 862. Lib. x Etymol., num. 151. Est autem incenitum ab incendo, eisi alii malunt ab incitando.  
 863. Illudit. Lege inclusit. Hispani cipo, a cippo.  
 864. Lib. xviii Etymol. cap. 67. Calculi partim, etc.

43

[865] *Inclinis, incumbens.*  
*Incoma, mensura militum.*  
*Inconcessam semen, illicitas nuptias.*  
*Incuba, qui res alienas tenet.*  
*Indoles, spes in puero.*  
 [870] *Indubie, indumentum.*  
*Indubias, belli intervallum, id est, pax bello manente.*  
*Indubies, pax bel'um manens.*  
*Induciarum, vestiarum.*  
*Inducit, charaxat.*  
 [875] *Industriare, decere.*  
*Inesis, signis, piger.*  
*Infula, sacerdotalis villa, et administratio judicialis.*  
*Infaria, non satua, falsa, aut fatuum efficit.*  
*Infelicare, affligere.*  
 [880] *Infiduciare, impignerare.*  
*Inforare, in foro placitare.*  
*Infulat, propitiat.*  
*Ingraminat, in gramina rumpit.*  
*Inivum, injurium, vel contrarium.*  
 [885] *Injux, bos, nundum jugo junctus.*  
*Initiabunt, nomen dabunt.*  
*Inlethales, immortales.*  
*Inlugiem, in luctus.*

866. *Incoma, incomæ.* Scribitur etiam *encoma.*  
 867. *Grævius restituit, inconcessos hymenæos, ex Virgilio.*  
 868. *Semlerus legit, incubat, qui, etc.*  
 870. *Scribendum, induviæ; lib. xii Etymol., cap. 4, n. 47.*  
 872. *Recte Grævius, induciæ, pax bello manente; lib. xviii Etymol., cap. 1, num. 41.*  
 873. *Lege industrialii.*  
 874. *Charaxat; id est, delet.*  
 875. *Forte, docere.*  
 876. *Inesis; al., iners; al., inertiosus; al., iness ut deses; al., inesus; al., inertiens.*  
 877. *Et administratio judicialis. Deleri hæc jubebat Grævius, quæ recte Semlerus exemplis tueretur.*  
 878. *Videtur legendum infatua, non satua, salsa.— Infatuat, fatuum efficit. Ut ejusdem verbi duæ exprimantur contrariæ significationes.*  
 879. *Forte, infelicitare, hic, et apud Plautum.*  
 881. *Inforare. Simile est incomitari, implacitare, pro in conventu dicere. Ab incomitari fortasse Italicum inconinciare, et Hispanicum comenzar.*  
 882. *Infulat, in infulis est, de sacerdotibus. Vel infulat h. stiam.*  
 883. *Rempii. Papias, erumpit.*  
 884. *Inivum. Semlerus, iniquum. Fortasse inhibum, an inhibeo.*  
 885. *Editi, juga, pro jugo.*  
 886. *Grævius, iniabiunt, consecrabunt; al., encœniabunt pro iniabiunt.*  
 888. *Grævius, illuviem, squalorem in luctu. Posset omitti squalorem. Alii, illugies in luctu.*  
 890. *Editi, in popularis.*  
 892. *Corrige, institæ, grabati resticulæ.*  
 893. *Forte, infullonem, fullonem lacernarum.*  
 894. *Pro chorda Grævius chora, χώρα, regio, et rejicit qua frequentius est: pro hi; Semlerus, quæ Græcis terra est. Interamnæ (Terni) in Italia civitas est ita dicta, quod existat inter duos annes. Grævius intelligit de parte Ægypti circa Alexandriam.*  
 895. *Interlectus. Lege, interpolatus, vel interlulus.*  
 898. *Lib. xv Etymol., cap. 9, n. 2. Intervalla sunt, etc.*

469 *In palam, aperte.*  
 [890] *Inpopularis, inustitata.*  
*Insciale, jus.*  
*Institæ, gravatæ, resticulæ.*  
*Intollonem, folles lucernarum.*  
*Interamnæ, chorda, qua frequentius est inter amnes.*  
 [895] *Interlectus, interfodatus, varie per intervalla fuscatus.*  
*Internecies, mors, jactura.*  
*Interpolis, vestis quæ ex vetusta fit quasi nova.*  
*Intervallum, medium inter fossam et murum.*  
*Inventria, facitis ad inveniendum res.*  
 [900] *Jocista, qui verbum jocatur.*  
*Inguvium, servitus, captivitas.*  
*Ipparius, aurigarius.*  
*Istro, secte.*  
*Jugit, milvus cum vocem emittit.*  
 [905] *Iulca, fissilia.*  
*Junceum, lectile.*  
*Juraticus, scholasticus, legisperitus.*  
*Juris, juramen.*  
*Jussorianem, præceptio.*  
 [910] *Jutia, lactare.*  
*Juvenestres, fortes viri.*

## K

*Kære Cæsar, amicos.*  
*Kai, cancellæ.*  
*Kaii, cancelli.*  
 [915] *Kalones, gallicæ militum.*  
*Kaniser, senex.*  
*K-pax, memoriosus.*  
*Karibs, furca pœnalis, alias Karilib.*  
*Kartulum, quo mortui efferuntur alibi.*  
 [920] **470** *Katulum, in quo mortui deferuntur, investitum, detritum, seu lintea.*  
*Koppedarius, voluptarius.*

## L

*Laberna, ferramentum latronum, vel grassatorum, vel furum.*  
*Laberna, gladiator.*  
*Laberna, latro, aut qui filios alienos seducit.*  
 [925] *Lahina, tabrum inferius.*  
*Lacatismus, laqueus, decipula.*  
*Laciniosum, pannosum, laceratum.*  
*Lactena, malleum.*  
*Lamiro, blandus.*

899. *Semlerus, insentaria, scilicet tabula, aut simile.*  
 900. *Verbum. Grævius, crebro; Barthius, versum, vel verum. A Jocista Hispani dicimus juglar.*  
 901. *Inguvium. Grævius, jugum; Semlerus, injugium.*  
 902. *Hipparius esset scribendum.*  
 903. *Alii, illustre, sanctum; al., hirsute; setose, al., Ister, Scythiæ.*  
 905. *Iulca. Scribe, hiulca.*  
 906. *Lectile, Grævius, fectile; al., juncata, lac; ex aliis lexicis, juncata, lac concretum. Itali dicunt giuncata.*  
 908. *Juris juramen; forte pro jusjurandum.*  
 909. *Semlerus, jussa, jussorum, pro jussorianem; al., jussorianem.*  
 910. *Ilic, ut n. 906, juncea, vel juncata, lactaria.*  
 912. *Forte, χάρη, ex illo: Cæsar, ave. Pro amicos substitui poterit ave.*  
 913, 914. *Kai, kari, seu kæ adhuc in usu est apud Belgas, et Germanos. Semlerus suspicatur hæc omnia a k incipientia compendia esse scribendi.*  
 915. *Lege, kalones seu calones, galæarii militum.*  
 916. *Festus, Casnar, senex Oscorum lingua.*  
 917. *Videretur legendum empax.*  
 918. *Forte, chalybs pro furca ferrea.*  
 919. *Alii, charitallum; al., capulum, ex lib. xi Etymol., cap. 41, n. 7. Editi, afferuntur. Quod additur, alibi, innui videtur quod alibi scribitur katulum, ut n. seq.*  
 920. *Post deferuntur excidisse putat Semlerus vocabulum francicogermanicum kittalus, vestimentum, etc.*  
 921. *Al., cupidinarius.*  
 922. *Ferramentum; al., surantium. Mellius est laberna, scilicet dea furum, pro laberna.*  
 924. *Latro; forte, lavernio, ex Festo.*  
 925. *Restitue labina, lapsum inferens, ex l. xv Etym., c. 1, n. 4.*  
 926. *Alii, lactucismus, ab alliciendo; al., lacca, quod ita scriberetur pro laqueus.*  
 928. *Alii, mactena, a macto; al., mactena, mactellum; al., lacerna, pallium, ex l. xix Etym., c. 21, num. 44.*  
 929. *Barthius, lambrio, vel lamurio, claudus; al., launpiris, splendens; al., lambo, blandior; al., lamianus.*

- [930] Lampium, pulpitum, analogium.  
Lancibus, missoriis.  
Lanistra, lanarius.  
Largens, domesticus.  
Larna, rasorium.  
[935] Latorum, genus navis, sed latrociniorum.  
Latos, navis.  
Latrunciat, per navis pugnat.  
Lautitia, aqua farina conspersa.  
Lixamiua, habenæ.  
[940] Lecator, gulosus.  
Lecticalis, qui lectulos facit.  
Lectistium, statio lecti.  
Lectrum, analogium super quo legitur.  
Ledo, maris æstuatio.  
945 Leno, leator, mediator.  
[471] Lenocinator, turpi adulatione famulatur.  
Lenociniis. Dunatus: Pronuntiabat autem cum suavitate cum lenociniis miris.  
Lenocinium, lecacitas.
950. Alii, lampium ex lampadibus; al. lectorium.  
952. Lanistra pro lanista, ut balistra; sed alii legunt vel lanistio, lanarius, a lana, vel lanista, cur-narius, aut lanarius, a laudando. Vide l. x Etym., num. 100.  
953. Forte, larigena, domesticus, vel lar, genius domesticus.  
954. Alii, larva, rasorium, a voce germanica *rasen*, *insare*; al., larva, demonium; al., lar, laris, larium; al., larva, monstrum; al., ex n. 966, limula, larva (pro parva) huc adductum putant larva, rasorium, seu lima.  
955. Barthius latroconum ex germanico *con*, navi expedita; al., *lutena*; al., latrocinatorium, vel latrocinium, vel littorarium.  
956. Hic etiam Semlerus, littoraria navis, sine explicatione. Vide l. xix, Etym., c. 1, n. 27, *Trabaria*, etc.  
958. Ex Festo, lautitia farina appellabatur ex tritico aqua consperso.  
959. Ex lazare habenas factum lazamina.  
960. Mox, n. 945, leno, leator. Itali *leccare* lam-bere, *leconem* gulosum dicunt. Etiam germanice ganeo leator dicitur ex Barthio.  
965. Lectrum, ex lectorium.  
964. Vide lib. de ordine creatur., cap. 9, cap. 4 seq., cum nota.  
945. Supra, num. 940. Aliqui volunt locator, pro leator. Mediator hic est conciliator stupri.  
946. Forte, lenocinatur.  
950. Apud Plautum *lenullus*, apud Priscianum etiam alterum diminutivum *lenunculus*.  
951. Barthius *levisatam* vestem militarem intelligit, a *levis actu*; alii legunt *lacerna*; Semlerus, *levi-densata*, ex lib. xix Etym., c. 22, n. 19.  
952. *Lebitonarium* scribitur l. xix Etymol., c. 21, num. 24.  
953. Repono *lumbatorium*.  
954. *Libitina* pro feretro et morte accipi solet.  
955. Al., *licens oneris*, vel *operis*, pro *liber*; al., *imicerius* corruptum ex *priscicerius*; al., *lucernarius*, *candelabrum*; al., *licini*, *candidæ lucernæ*, ut infra.  
956. Alii, *liniani*; al., *linigeri*, quia sacerdotes Ægyptiorum lino amiciebantur; al., *vaticinia*, *prophetiæ*.  
957. *Licini* vocem germanicam Barthius putat esse; sed conferendus potius *Isidorus*, l. xvii Etym. cap. 6, n. 25, *ligna dicta*, etc. Et alibi.  
958. Fortasse ita hæc concinnanda: *licitator*, *gladiator*. — *Lictor*, *apparitor*, *occisor*. — *Licentiosus*, *cui multa licent*.
- Lentandus, *stectendus*.  
[950] Lenulus, parvus leator.  
Levisata, tunica militaris.  
Levitonarium, colobarium, lineum, sine manicis.  
Libatorium, *coxale*.  
Libitina, unde mortui tolluntur.  
[955] Licerceris, centurio.  
Liciani, *prophetæ*.  
Licini, *candelæ, lucernæ, vel cicin-dilia*.  
Licitator, *gladiator, apparitor, occisor, cui multa licent*.  
Licius, *negotiator*.  
[960] Limbo, *alibi pro invenit*.  
Limbus, *navis piratica, vel clavus in veste regia, sive ipsa vestis*.  
Limfaticus, *quod aquam timeat, quem græci ὑδροφόρον dicunt*.  
Linarius, *retiarius*.  
Limina portarum, *loca mortuorum*.  
[965] Liminum, *servitium mortiferum, captivitas*.  
Limula, *larva*.  
Linarius, *retiarius*.
- Linguisci.inus, *ferrum, quo vîrga et frustica reciduntur*.  
Linguitri, *sulcis trifariam divisis*.  
[970] Linivia, *retia*.  
472 Lintres, *naviculæ modicæ in Nido*.  
Litarius, *gladiator*.  
Lix, *cinis*.  
Lixabundus, *ambulat, qui voluptatis causa ambulat*.  
[975] Lixe, *aquam quæ per milites ambulat, antiqui lixum dixerunt*.  
Lixiones, *aquarum portitores*.  
Locar, *locus apud urbem Romam*.  
Lubrica, *vallum, imo fossa*.  
Lubricum, *lutum cum labina*.  
[980] Lucar, *vestigal, erogatio, quæ fiebat in lucis*.  
Lucerna, *genus cocullæ*.  
Ludarius, *locus deceptorius, ubi quis cito labitur*.  
Ludices, *meretrices*.  
Luacula, *parva lues*.
959. Licius; al., licitator; al., licitarius.  
960. Barthius scribit *linque*, pro *alio*, *inventui*. Res pro derelicta habita *linqui* dicitur, et fit occupantis. Alii, *limbo alibi pro limbus invenitur*; al., *limbo alibi purpura invenitur*.  
961. Pro navi *limbus* scribitur, alio sensu *limbus*.  
963. Infra, *linarius*.  
964. Grævius, *loca martyrum*. Si retineatur *mortuorum*, intelligendum de sepulcris, quæ extra portas urbium in vis publicis locabantur. Semlerus con-jicit *limina ostiorum*, sive explicatione. Tuin *loca mortuorum*, quasi exciderit *livitina*, seu *libitina*.  
965. Grævius expungit *mortiferum*; Semlerus legit *libitinium*, vel *illicium*, vel *liminium*, quasi se-junctum a limine. Alii ex voce *postliminio* conjecturas afferunt.  
966. Alii, *lingula parva*, scilicet parva lingua; al., *limula, parva*; al., *lamia, larva*. Vide supra, *larva, rasorium*.  
968. Alii, *lignicisivus*.  
969. Corrige *linguis trisulcis*, ex Virgilio.  
970. *Linivia*. Papias, *linaria*.  
972. Vel *litarius*, a lite, vel *licitarius*, ut supra *licitator*.  
973. Ex Nonio. Inde *lixivium*; Hispanice, *lexia*. Barthius, ex Papias *lix, caper*, colligit *lix, hircus*.  
974. Ex Festo, *lixabundus*, iter libere ac pro-lixe faciens. Alii, *luxabundus*, quasi *luxu ambu-lans*.  
975. Alii, *lix, aqua*. *Lixæ*, qui per milites ambulat. *Aquam antiqui, etc.*; al., *lixæ, aquarii, qui per, etc.*; al., *lixæ agmen, quod per milites ambulat, antiqui lixum dixerunt*; al., *liquis, angulus, qua per limites ambulatur, antiqui lixum dixerunt*. Al., *lixæ, aquam qui por at militibus*. *Aquam antiqui lixam dixerunt*.  
976. Breviloquus, *lixor, oris, portitor aquæ*.  
977. Grævius, *lucar, æs, quod ex luco captatur apud urbem Romanam*, Semlerus, *lucar, lucus, vel a lucis apud urbem Romam*. Ex *lucar* est *lucrum*. Infra, n. 980.  
979. Imo, Excerpta sine. Cerda, *ludicrum, vallum*. Semlerus, *lubicrum, ranum*; inde corruptum *vallum*, et postea additum sine fossa.  
981. Alii, *lucerna, genus cerillæ, vel candelæ*; al., *lucerna, genus cucullæ*.  
982. *Ludarius*. A luto. Hispani dicunt *lodo, lodazal*. Cerda, *lutosus locus deceptorius*; al., *labricus*; al., *volutarius pro ludarius*.  
983. Barthius, vel *lustrices a lustris, vel ludices*,

[985] *Lugues, lugdunenses.*

*Luitio, juris verbum.*

*Luna, sagum quadrum.*

*Lumbare, subligar.*

*Lumbones, cingula circa lumbos.*

[990] *Lumentum, nitrum.*

*Luna semenstris, luna medii mensis.*

*Lunatica, quod fit plenilunio.*

*Lupal, lupanar.*

*Lusores, falsi testes.*

[995] *Lustramentum, fetor, putor, oleum, fetulentia.*

*Lustro, vagatur.*

*Lurore, colors luteo.*

## M

**473** *Macere fallio, locus circumventiendi.*

*Mænit, struit, edificat.*

[1000] *Malortes, operimentum captivum mulierum.*

*Magister, ludi, calculo.*

*Maia, media, obstetrix.*

*Maialis, porcus pinguis, quod deæ Maie sacrificabatur, quasi matri Mercurii.*

*Malarium, pomarium.*

[1005] *Malce, popino, qui amat in popinas ire.*

*Manda, deceptio, fraus.*

*Mandones, ambrones ardeliones.*

nt *calcitæ* etiam meretrices dicuntur. Confer lib. xix Etymol., cap. 26, n. 2.

985. *Grævius, ligues, ligures; al., lugdunens, lugdunenses; al., luceres, lucerenses.*

987. Dicitur hoc *lunum*, et hæc *luna*. Pro *tenæ*, lib. ix Etym. cap. 23, n. 3. Alii legunt *lunæ*; al., *linæ*. *Martinius, lurica, sagum equorum.*

990. *Lumentum; imo lomentum.*

992. Indicatur passio *lunatica*. *Barthius* vult quod *luit*; pro quod *lit*, ut de menstruo mulierum intelligatur.

993. *Lupal; al., lupar.*

995. *Oleum. Lege olidum, vel oletum.*

996. *Vagatur. Corrige vagator.*

998. *Semlerus* tentat, *macera, macellum, locus, circus veniendi, seu veniendi.*

999. *Mænia* pro quibuslibet ædificiis sumi hinc colligitur.

1000. *De maforte, seu mavorte* conferendus *Rosweydeus*, in *Onomastico*, et *Isidorus*, lib. xix Etymol., cap. 25, n. 4.

1001. *Calculo* pro *calculator*, nisi hoc reponendum. Vide epligramma *Martialis* 2 lib. x: *Ludi magister*, etc.

1002. *Media; forte, medica.*

1003. Pro *malce*, alii *malacus*, vel *malcus*, vel *malcio*; al., *macello*, a *macellum*, ut *ganeo*, a *ganem*.

1006. *Martinius, manda*, *Semlerus*, melius, *menda*.

1007. *Madones, ex mandendo*. Vide *Nonium*.

1008. *Mandratur; forte, mendatur, ex menda*.

1009. *Mandus*. Scribitur etiam *manus*. Vide lib. xix Etymol., cap. 24, n. 15.

1010. Ex Festo. *Minæ turpes*, etc.

1011. *Manifex. Imo, manifer.*

1012. *Qui auxilium dat*. *Semlerus*, qui *vestillum gestat*, ex aliis lexicis.

1013. Ex lib. xii Etymol., cap. 4, n. 55. *Legendum, manus burricus, vel buricus.*

1016. *Rectius, manticulari, ex Festo*.

1017. *Semlerus, manualis, sporta*.

1018. *Manus melius, quam manua*.

1020. *Orarium, pro sudario*.

1021. *Grævius, manubia, spoliatio, rapinae. Sem-*

*mandratur, cavillatur.*

*Mandus, vestis virginalis.*

[1010] *Maniæ, formidinum imagines.*

*Manifex, monum dans.*

*Manipulum, qui auxilium dat in bello.*

*Manius, burcens.*

*Manulus, caballus, buricus.*

[1015] *Mansionarius, ostiarius.*

*Manticulare, fraudare vel decipere.*

*Manucalis, porta.*

*Manua, manipuli.*

*Manuale, liber ad querendum aptus, qui enchiridion dicitur.*

[1020] *Manuale, orarium.*

*Manubla, iteratio doctrinæ.*

*Manubiare, vigilare, pernoctare.*

*Manutius, magnas manus habens.*

*Mapa, gussape, tegilla, expiarium.*

[1025] *Marsiculus, qui cito movetur ad tram. Plautus, quid ais, homo marsicule?*

**474** *Masortia, marsupium.*

*Masucina, crocea.*

*Matapontum, metabula matris.*

*Marticularius, pauper, inops.*

[1030] *Matoni est, humectum est, emollitum, insectum.*

*Meatim, meo more.*

*Medastinus, balneator.*

*Medastinus, in media actione positus.*

*Mempanis, torporibus.*

[1035] *Meraria, popina.*

*Mercedarius, qui dat mercedem pro labore sibi impenso.*

*Mercedonius, qui solvit mercedem Mercurius, lapidum congeries in cacumine collium.*

*Mergi, corvi marini, fustes, serra*

[1040] *Mergora, sirulæ, quibus aqua de puteo trahitur.*

*Meritoria, loca tabernaculorum.*

*Mesillus, parvus mos.*

*Mesopicatum, medium picatum.*

*Metabulum, prospera Navigatio.*

[1045] *Metaplum.*

*Metatores, mansionum preparatores.*

*Meireta, amphora dimidia.*

*Militaris, opinatus, id est, velus miles.*

*Millum, collare canis.*

[1050] *Minnarius, morio, stultus, malus.*

*Mincius, ericius.*

*Miniculo, auxilio.*

*Minicus, ericius.*

*Miridicus, mira dicens.*

*lerus, manuale, litteratio, doctrinale; vel manuale iteratio doctrinæ.*

1022. *Manubiare. Martinius, manicare. Grævius, manere. Forte manubiare, a mane, pro pernoctare dixerunt.*

1023. *Alii, manusus.*

1024. *Expriarium. Vocabatur etiam manuparium. Grævius nihilominus reponebat sudarium.*

1025. *Alii; momarsiculus. Al., momar, Siculis, hoc est, apud Siculos, ex Festo. Infra, n. 1058. Momar, Siculus.*

1026. *Semlerus, masortia sine interpretatione, pro mafortia. Tum marsupium, sine interpretatione.*

1027. *Lib. xix Etymol., cap. 28, n. 8, Mastictum, etc.*

1028. *Semlerus, metapontus, metabole maris; et corrigit metaplus, us, pro metapontus. Vide n. 1044.*

1029. *Pauper, hoc est in matriculam pauperum redactus.*

1030. *Salmasius, in not. ad Vopiscum, legit via malla apud Ciceronem, pro via aperta, et intelligit humecta.*

1032. *Balneator. Ex Nonio et aliis.*

1033. *Grævius, in medio actu, hoc est, in media civitate; al., in media actione; al., mediusimus, in media uestione.*

1034. *Excerpta Pithœi, membrants, tergoribus.*

1035. *Popina, scilicet ubi merum vendebat.*

1037. *Fustes, serra; Grævius, fasces messorum. Martinium fustes ferri. Mergus est corvus marinus, et mareulus ferreus.*

1040. *Mergora. Rectius, mergora.*

1041. *Semlerus legit meraria, ut n. 1035. Sed recte est meritoria pro taberna meretricum, aut taberna locanda.*

1042. *Alii, mosculus; alii, mosillus; alii, musculus, pro mesillus.*

1044. *Metabulum. Semlerus, metaplus.*

1048. *Conjungi potest, militaris opinatus, velus miles. Dicitur opinatus, quia a probatus; vel quia refertur ad opinatores, de quibus infra.*

1049. *Millum, etc., ex Festo.*

1050. *Minnarius. Corrige, mimarius.*

1051. *Mox, n. 1053, minicus. Utrobique Grævius*



[1055] Miriones, fantasiarum inanum numeratorum.  
 Miriones, miratores.  
 Missilius, qui missilia exhibet.  
 Momar, Siculus; stultus, qui cito movetur ad iram.  
**475** Plautus, Quid tu, o Momar Sicule homo, præsumis?  
 [1060] Momentanea, duabus lancibus, et uno in medio stylo equaliter constat. Est trutina modica pecunia.  
 Momentum, stylus quo momentaria inclinatur.  
 Monacosmum, quod ab uno jumento ducitur, genus vehiculi.  
 Monopolium, statio, ubi una res venditur.  
 Monopticus, mimus...  
 [1065] Monotonus, rigidus.  
 Moratores, advocati.  
 Morificando, moram faciendo.  
 Muginatur, causatur.  
 Mulcat, percussit.  
 [1070] Mullitiones, arduum secretum sive constitutionis.  
 Mulosus, cariculus rusticus.  
 Mulstanter, leniter.  
 Muna, munera quæ militibus dantur.  
 Mundialis, homo mundi statu.  
 [1075] Munia, officia salvationis, vel munera.  
 Munifer, qui munera fert.  
 Munificentia, publicum opus.  
 erinacius. Semlerus, mimicus; et histrius, pro ericius.  
 1075. Numeratorum. In Excerptis, imitatores; forte, miratores, ut statim.  
 1057. Alii, missitino, qui militia exiit.  
 1060. Emenda momentana, ex lib. xvi Etymol., cap. 25, n. 4.  
 1061. Rursus, quo momentana movetur, Grævius, quo movente, trutina movetur.  
 1062. Melius, monocosmum. Schefferus, monachus.  
 1064. Ex aliis lexicis, monopticus, unico casu.  
 1066. Meratores; forte, a libus protrahendis; vel legendum muginatores, ex n. 1068, ex quo factum causatores, pro quo advocati positum.  
 1068. Ex Nonio et aliis muginari, murmurare, etc.  
 1069. Mulcare cum mulctare confunditur; ab aliis distinguitur.  
 1070. Cerda, molitiones, arduum, secretum, constitutiones. Alii, moles Adriani, secretum Adriani, constitutiones. Alii, munitiones, archivum secretum, constitutiones. Pro constitutiones, alii, sive constructiones.  
 1071. Excerpta molossus, cariculus.  
 1072. Lege, mussitanter.  
 1073. Muna. Imo munia, ut n. 1075.  
 1074. Forte, homo mundi a statu.  
 1075. Salvationis. Salvationis, potius.  
 1080. Cap. 7. Imo lib. vii, cap. 4. Maurini legunt minuscularius, alii minutularius, hoc est, tenuis, et minutus publicanus.  
 1081. Murcinarius, a dea Murcia. Idem murcidus, mutcus dicebatur. Confer lexica.  
 1082. Semlerus distinguit, callidus, murmurator.  
 1086. Forte, mussitantium, dubitantium. In Excerptis, mussitat, dubitat, murmurat.  
 1087. Semlerus, muscerda, stercus murinum.  
 1090. Parva navis. Semlerus, parva naves, vel parvus mus. Vide lib. Etym. xviii, cap. 11, n. 4. Musculus, etc.  
 1091. A mus est musio, felis, musiarium, musen, musia, musia, etc., ut num. seqq.  
 1094. Alii, mustricula. Supra, muscipula.  
 1095. Quid hic glossator annotaverit, incertum. Fortasse innuit mulctum esse ruffum, quod ante fuit

Munitoria, præcinctoria.  
 Munitoria, succinctoria.  
 [1080] Minuscularius. Augustin. de Civit. Dei c. 7.  
 Murcinarius, mutilus.  
 Murgiso, callidus murmurator.  
 Murilegus, carus.  
 Murrat, murmurat.  
 [1085] Murrere, clamare, proprie murium.  
 Musarum, divinantium.  
 Muscarde, sunt casinorum.  
 Muscipula, captentula.  
 Muscipulator, deceptor, altcrplex.  
 [1090] Musculus, parva navis.  
 Musea, nidi soricum.  
**476** Musiæ, nidi soricum.  
 Musiarium, quia per musia quærit.  
 Mustricola, machina ad stringendos mures.  
 [1095] Mutelus, post Ruffus, ante Rubrum.

## N

Nabita, nautica.  
 Nagare, vacillare, huc et illuc fluctuare.  
 Nardum pisticum, chrisma sine impostura.  
 Narici, bruti.  
 [1100] Nario, submissans.  
 Nasale, ornamentum equorum.  
 Natinari, negotiari.

## rubrum.

1096. Forte, navita, nauta.  
 1097. Semlerus, nacare, seu naccare, a naca fullo- ne, qui laborans fluctuare videtur, vel nacare, vel nutare.  
 1098. Sine impostura, hoc est, sine admitione alterius, idem pisticum, sive fidele.  
 1099. Grævius, Naryci, Brutii, quia Narycii ad Brutios venerunt; alii, narici, bruci, vel brucni, quorum nares semper stillant, ex Joanne de Janua.  
 1100. Subsannans; al., subsannator.  
 1101. Ornamentum, quod nasum protegit.  
 1102. Forte, aginari, aut agginari, ut supra agginantes.  
 1104. Alii, nanpegus.  
 1105, 1106. Hæc et sequens glossa ex navarchus corrupta.  
 1107. Dianæ; alii, damæ; alii, Dianæ, quæ cum cervino (corio) pingitur, ex Servio et Virgilio.  
 1109. Semlerus, neculatum, semivivum, vel necoleatum sine coles, vel Nicolaum, crustulum; quia Augustus Nicolai nomine appellabat quoddam placentæ genus, quod Nicolao Damasceno placebat.  
 1110. Grævius, nefandus, nefarius.  
 1111. Consentiant alia lexica; a nefrendes, porci vix a facte amoti.  
 1112. Nervicus; al., nerviceus.  
 1113. Alii, netorium, et fusillus, pro fusile.  
 1114, 1115. Corrige, nivatus, nivata.  
 1116. Nicolaus, an minusulus? Vide, supra, Necolatum.  
 1117. Augustus dactylum palmarum fructum nicolaum vocavit.  
 1120. Niniticus; forte, nimius.  
 1121. Grævius, naniosus. Hispanice niño puer dicitur.  
 1122. Legendum, mimarius.  
 1123. Semlerus, nitellæ, nitores, parvi nitores, diminutivum.  
 1124. Nitura; al., gnatura, vel natura; al., nisura.  
 1125. Forte, nexæ, unite.

Naucipes, ad eundem acutum habent pedem.  
 Nausicus, navis factor.  
 [1105] Nauregus, navoreticus.  
 Nauricus, navis princeps.  
 Nobris Dianæ, corium Dianæ, quæ cum ceruo pingitur.  
 Nec nocte, nec simulate. Pers...  
 Nec nocte pater plorabit.  
 Necolatum, stultum et elanguentem.  
 [1110] Nefandarius.  
 Nefrenditium, annuale tributum, quod certo tempore rustici dominis, vel discipuli doctoribus offerre solent, dumtaxat sit carneum, ut porcellus.  
 Nervicus, nervicosus, fortis.  
 Netorsum, fusum, fusile.  
 Nibarus, splendidus.  
 [1115] Nibita, aqua ex nubibus facta.  
 Nicolaum, stultum.  
 Nicolaus, dactylus.  
 Nicit canis, cum acute gannit.  
 Nihil censi, nihil judicari.  
 [1120] Niniticus, nimius, eximius, immanis.  
**477** Niniusus, garrulus.  
 Ninnarius, cujus uxor mœchatur, et tacet.  
 Nitellæ, neutrones, parviores, diminuti.  
 Nitura, genitura.  
 [1125] Nixe, munite.

Nomicolæ, tubercula quæ sub mento capræ sunt.  
 Nominosus, fumosus, celebris.  
 Nonnulla, rete ad capiendas aves.  
 Non putativum, non est dubium.  
 [1130] Norax, peccator, criminosus.  
 Notarius, scriptor, charaxarius.  
 Noxilis, nocens.  
 Nugigerulus, turpis nuntius.  
 Nugiparus, qui parit nugas.  
 [1135] Nullatenus, nulla ratione.  
 Numida, qui vendit herbas, vel qui alit pecora ad vendendum.  
 Numeria, dea numeri.  
 Nuptant, nubunt.  
 Nuptorium, domus, et locus nubentium.  
 [1140] Nutinare, corpus, ingenium, genitura.

## O

Obfubulare, concludere, circumdare.  
 Obicula, parvus obex.  
 Obilat, limpdat.  
 Oblogat, increpat.  
 [1145] Obsillas, marsus.  
 Obsolutus, pollutus, inquinatus.  
 Obtundit, obcæcat.  
 Obtunsa, stulta, vel stoida.  
 Obtunsus, obcæcatus.  
 [1150] Obvallum, undique munitum.  
 Occa, rastrum.  
 Occamen, contisio.

4126. Apud Festum, noneolæ, vel noneoleæ; forte nuculæ. Pro capræ Editi, capræ.  
 4128. Semlerus, nassicula, a nassa, vel nubecula, quia νεφέλη nubes Græce est rete pro avibus.  
 4130. Norax. Corrige, noxax, vel noxias.  
 4132. Noxilis; forte, noxialis, aut noxius. In Excerptis, noxil, noceat.  
 4136. Qui vendit; forte, qui mandit, vel vescitur, et ad mandendum, pro ad vendendum.  
 4137. Dea numeri, quæ pueros numerare docet.  
 4139. Edificia nuptiis destinata nymphæa Romæ vocabantur.  
 4140. Nutinare. Cerda, natura. Semlerus, complexio, pro corpus. Grævius, genitalia, pro genitura.  
 4143. Grævius, oblimat, ex Constantiensi.  
 4144. Oblogat; al., oblegat; al., objurgat; al. rei-  
 nent, oblogat, a logos.  
 4145. Videtur legendum psillus, marsus. De his duobus populis Plinius, et lexicographi. Eis serpentes non nocebant.  
 4146. Melius aboletatur, cum Excerptis.  
 4148. Obtunsa; ita nonnulli, pro obtusa.  
 4150. Grævius restituit, obvallatum.  
 4152. Contisio. Martinius, contusio, scilicet glebarum.  
 4154. Cerda, recte, concistrio.  
 4155. OEs. Grævius, æstrum.  
 4156. Signantur. Cerda, ligantur.  
 4158. Offex. Ab offiando. Alii, officens; al., obex.  
 4159. Sacrorum. Semlerus, officiorum, vel sacram, ob ecclesiastica officia.  
 4159. Alii, Officiperdi.  
 4160. Ogit. Corrige obit.  
 4164. Martinius, recte, omnia manu propria; sic lib. v Etymol., cap. 24, n. 7, Holographum, etc.  
 4166. Mappa. Alii, membrana. ex l. xi Etymol., c. 1, n. 130, Omentum, etc.  
 4168. Cerda, oppesulatio, clusio, a pessulis dictum. Grævius, operculatis, clusis, ab operculis dictum. Alii, oppesulatis, clusis, a pessulis dictum.  
 4168. Vel arte. Semlerus, vide ante, ut remittamur ad litteram M verbo Militaris.

Occentare, male ominari.  
 Occistrio, tabernarius.  
 [1155] 478 OEs, insanis.  
 Offendices, nodi quibus libri signantur.  
 Offex, impeditor.  
 Officialis, sacrorum minister.  
 Officiperdi, qui sui laboris non habeant remunerationem. Catoni quoque dicuntur Officiperdi.  
 [1160] Ogit, moritur.  
 Olacitas, fetulentia, olor.  
 Olax, olidus.  
 Olerare, olera plantare.  
 Olographa, omnem rem propriam.  
 [1165] Olovitreum, totum vitreum.  
 Omentum, mappa ventris.  
 Opersolatio, clusis a persolis dictum.  
 Opinatores, existimatores, vel arte militares.  
 Opinox, manifestus.  
 [1170] Opinosa, ingentia certamina.  
 Opillago, curcilla.  
 Oppito, sospito, valde saluto.  
 Orcinus, morte manuumisus.  
 Ordinarius miles, qui in integro ordine est, vel numero.  
 [1175] Orge, occide.  
 Uricus, loquax, qui magnum os habet.  
 Originarii, vernaculi.  
 Oripa, amens, turba hominum.

Orispex, orarum inspector.  
 [1180] Ovispex, ovium inspector.

## P

Pabo, vehiculum unius rotæ cum  
 Pabulator, pastor, qui bubus pabui præbet.  
 Pabulator, pater, qui præbet pabuli  
 Paclario, plantario.  
 [1185] Paculum, sacculum, pasce-  
 lum.  
 Page, memoriæ sine idolis.  
 479 Paganitius, ut occultus.  
 Pagit, aut palum agit, aut citharas  
 tangit.  
 Pagula, frenæ.  
 [1190] Pagus, collegium, curia.  
 Παλαῖος παρὸς νέον ἑρῶνον οὐ κούσι  
 Palax, dolosus, fallax.  
 Palla, latubres.  
 Palmosus, victoriosus.  
 [1195] Palpones, qui ducunt cæcos  
 Palteum, murum, vel fastigium.  
 Paludatis, mantualis.  
 Pamæum, vestis pastoralis.  
 Panarium, excipulum.  
 [1200] Panclra, rapina.  
 Pandex, qui semper pandit ora ac  
 potandum.  
 Panegyricis, laudabilibus.  
 Panegyricus, laus in promptu dicta  
 Panera, rapina.  
 [1205] Pangitare, laudare.

4170. Forte, opinosa certamina, ingentia.  
 4171. Supra, n. 503. Cureilla, oppilago. Semlerus, pro curcilla, reponit furcilla, hoc est, juncta aliquid minora ligna mercimoniis oppilata, impleta.  
 4172. Oppito. Lege oppido, et dele sospito, saluto, aut alio transfer.  
 4175. Reinesius, urge, occide; ut sit clamor militum irruentium. Semlerus, orce, vel orcus, sine interpretatione; et occidit, pariter sine interpretatione.  
 4176. Forte, oritus.  
 4178. Legendum videtur crypta, cunens. Adlitum turba hominum, quia hæc est alia significatio verbi cuneus. Vide supra, gumba.  
 4179. Intelligit horispex, horarum.  
 4181. Intelligit pavo.  
 4184. Grævius, pactorio, plantatorio. Semlerus, pagatio, plantatio.  
 4185. Paculum. Rntgerius, phasculum.  
 4186. Semlerus, pagæ, marmoræ statua, idola; quia pago idem est ac figo. Vel potius, pagani a nomine, vel idolis.  
 4187. Alii, rir pro ut. Semlerus, paganitius cultus sine interpretatione.  
 4188. Semlerus, aut cithara pangit, videlicet versus.  
 4189. Alii, repagula, frenæ; al., sera pro frenæ.  
 4192. Lege pellax, cum Excerptis.  
 4193. Grævius, pallas lugubres; f rre, pallas palle, lugubres. Ex Nonio.  
 4196. Corrige, pluteum, pro palteum.  
 4197. Vide lib. xix Etymol., cap. 24, n. 15. Mantum, etc.  
 4198. Alii, pæmenicum; al. pæmæum.  
 4199. Excipulum, quia panes excipit.  
 4200. Panclra; infra panera, et panora, membrana. Vide Nonium et Lexica, verbo impanctare. Semlerus, huc trahit ex Festo, pancarpie coronæ.  
 4201. Alii, pandox, alii pando, alii panos, ex Plauto, pro intestinis; unde Hispani, panax; alii, pandax.  
 124 Panera. Imo panclra, ut supra, vel panora.

*Panera, rapina.*  
*Pansa, qui ambibat pedibus in diversa tendentibus.*  
*Pantapola, simplasiarius.*  
*Pappas, pædagogus, qui sequitur studentes.*  
 [1210] *Parapsides, suffusoria.*  
*Parapsis, granata, vel catunia.*  
*Particus, negotiator, qui partes vendit, qui insitor et agomannus dicitur, eo quod in diversa manus agat.*  
*Partiliter, divise, per partes, distribute.*  
*Pastam, præclaram.*  
 [1215] *Pastoforium, atrium templi, aut sacarium.*  
*Pastorium, alviale templi, vel safarium.*  
**480** *Patago, genus mortui.*  
*Patercularius, a paterculo.*  
*Patibulum, res patris.*  
 [1220] *Patravit, patrem fecit.*  
*Paires, patria.*  
*Patreus, vitricus.*  
*Paximatum, panis subcineritius.*  
*Pecuosus, qui multa pecora habet.*

[1225] *Pedana, æ, pedales novus, qui cutiligæ assuitur.*  
*Pegaso, homo jocularis.*  
*Pelagus, prælubium.*  
*Pelops, qui habet uxorem et amicum.*  
*Pencina, lacinia, vel stola.*  
 [1230] *Penita, aulæ regia.*  
*Pennum, bis acutum.*  
*Percartapsere, valde dividere.*  
*Percataprat, valde lædet.*  
*Peripsima, mediæ pedis.*  
 [1235] *Pero, calceamenta pilosa*  
*Persolenter, assidue.*  
*Perula, extrema pars nasi.*  
*Pessimus, verbosus.*  
*Pestincius, violentius.*  
 [1240] *Pestinuntium, qui pestem nuntiat.*  
*Pestiliter, demisse, divise.*  
*Petitius, qui frequenter petit.*  
*Petulus, equus, qui habet albos pedes.*  
*Phaculla, perna, petaso, petasunculus.*  
 [1245] *Phago cibus; unde φαγος ἡσπρινός, ἄσπρος καὶ τυρός καὶ οἶνος,*

*in vita monachorum.*  
**481** *Phylacteria, carmina.*  
*Pictatum, epistola brevis, et modica.*  
*Pictatiuncula, membrana.*  
*Pictiones, qui vendentes vincere in pictura.*  
 [1250] *Pigella, artopta, genus vasis.*  
*Pilasca, vas vinarium ex corio.*  
*Pilax, murilegus, catus.*  
*Pileum, calamaucum.*  
*Pilierepus, qui pila ludit.*  
 [1255] *Piludius, qui polotello ludit.*  
*Piliones, portitores mortuorum.*  
*Pilumen, quidquid in pila tunditur.*  
*Pinda, pinnæ dictæ sunt a pendendo, sed usus obtinuit, ut pinnæ dicantur.*  
*Pinnirapi sectatores, gladiatores, quod pinnas rapiunt.*  
 [1260] *Pipilare, resonare.*  
*Pipiunculus, accipiter, acceptor.*  
*Pipuli, convicio plorati.*  
*Pissago, pix liquida.*  
*Pisseima, specular.*  
 [1265] *Pitigmata, causæ.*  
*Placor, tranquillitas.*

1206. *Panora.* Lege ut supra, *panchra.*  
 1207. *Ambibat.* Corrige *ambulat.*  
 1208. *Emenda pantapola, seplasiarius.*  
 1209. *Alii, popas.* Etiam in Actis martyrum hoc sensu occurrit.  
 1210. *Suffusoria.* Grævius exponit jus, condimentum, obsonia. Semlerus vasa, unde suffunditur jusculum ad cibos inter cœnandum. Alii scribunt *paropsides.*  
 1211. *Sirmondus et alii legunt, paropsis gavata, vel catinius.* Vide lib. xx. Etymol., cap. 4, num. 10.  
 1212. *Particus; alii, partiaris; al., particularius; al., pararius.* Pro qui partes, Grævius, qui per partes. Pro *agomanus*, Reinesius *dragomanus*. Semlerus, *aginas*, seu *aginator*, ut supra verbo *mercator*.  
 1214. *Præclara.* Grævius, *apruna*, ex Scholiaste Juvenalis. Semlerus corruptam glossam putat ex *pastophorium, atrium*.  
 1216. *Legendum pastoforium, seu pastophorium, alveale templi, vel safarium.* Infra occurrit *safarium, atrium*.  
 1217. *Festus, patagus, genus morbi.* Sic etiam Excerpta Pitheci, ubi allegantur Theophrastus et Plinius. Reinesius volebat *petigo*.  
 1219. *Fortè propatulum, vel peribulum, ex notatis ad num. 304.* Salmasius suspicatur olim scriptum *patibulum*, ex quo alibi mansit *patibulum*, alibi *peribulum*; sed præfert *peribulum*.  
 1220. *Fecit.* Grævius, *egit*.  
 1221. *Fortè, pater patriæ, sine interpretatione.*  
 1222. *Patreus; alii, patrous, ex Græco.*  
 1223. *Paximatum; alii, pazamatum; al., pazimatum.* Plura neque alibi obvia de hoc pane Rosweydeus in Onomastico.  
 1225. *Pedalis.* Rosweydeus, *pedulis*. Alii, *pedalis nodus*; al., *pedica, laqueus, pro pedalis novus*. Confer lexica.  
 1226. *Pegaso; alii, petaso, ut fuerit perna, petaso; tum corruptum, verna, petaso, jocularis.*  
 1227. *Alii, proluvium; al., perluvium; al., prælubium.*  
 1228. *Pelops; forte, pellicator, vel pelliculus.* Vel *pelops* sine interpretatione; tum *pellex, viri, qui habet uxorem, anica*.  
 1229. *Alii, pænula, lacerna, vel stola.*  
 1230. *Semlerus distinguit, aula, regia.*  
 1231. *Videtur supplendum, pennum, acutum, bipennum, bis acutum.*  
 1232 et 1233. *Semlerus has glossas enatas arbitratur ex hac unica, per lædet, valde lædet.*

1234. *Peripsima; al., peripsema; quod alii calceamentum dicunt, alii tersorium.*  
 1235. *Pero.* Melius, *perones*.  
 1237. *Lege pirula, ex lib. xi Etym., cap. 4, n. 43.* Margaritæ etiam vocantur *pirulæ, aut perulæ*, Hispanice *perlas*, ex *pilula, parva pila*.  
 1238. *Martinius verbosus mutat in perversus.* Semlerus supplet ex glossa, littera V: *Verbosus, nugator pessimus*.  
 1239. *Pestincius* *Emenda pertinacius, ex Excerptis.*  
 1240. *Alii, pestinuntius.*  
 1241. *Semlerus, partiiliter, divise, rejecto dimisse.*  
 1243. *Alii, petilus.* Vide Festum et Nonium.  
 1244. *Grævius, phascola, pera.*— *Perna, petaso.*  
 1245. *Corrige phagos pro phago.*  
 1246. *Carmina, hoc est, incantationes.*  
 1247. *Scribitur etiam pitacium, pittacium, et pyetacium, posteriori ævo petia.* Inde Hispanice *pedazo*. Vide Rosweydeum, in Onomast.  
 1249. *Semlerus, pictiores, qui videntur rincere in pictura.*  
 1250. *Semlerus legit tigella, artopta, germanico idiomate.*  
 1251. *Pilasca; lib. xx Etymol., cap. 6, n. 2. Phlascæ, etc.*  
 1253. *Pilar, a pilo, furor, expilo; Hispanice, pillar, pillo.*  
 1253. *Calamaucum; alii, cantelaucium; Itali ca-mauro.* Consule Macrum in Hierolexico.  
 1254. *De pilierepo, multa Lipsius ad Senecæ epist. 56, et alii.*  
 1255. *Polotello; imo pilotello, a pila.*  
 1256. *Pilliones.* Corruptum ex *vespillones, vel ex pollinctores*.  
 1258. *Pro pindæ reponendum pennæ.*  
 1259. *Sectatores.* *Emenda secutores, et confer lib. xviii Etymol., cap. 55.* Nonnulli gladiatores pinnas, ut milites in galeis, gestaresolebant; hinc *pinnirapus*.  
 1260. *De gallinis dicitur pipare, pipire, pipiare, et forte etiam pipilare.*  
 1261. *Carmen de philomela. Accipiter pipat.* De accipitre, seu acceptore, Ildorus, lib. xx Etymol., cap. 7, num. 53, cum nota.  
 1262. *Semlerus, pipulo, convicio, ploratu.*  
 1263. *In aliis lexicis rectius pissaigra ex Græco.*  
 1.64. *Vetus lexicon, pisema, specular.* Semlerus conjicit, *pissaxera, pix siccata, vel pissumor, pice linor, vel pissacium, e pice tabula.*  
 1265. *Variæ sunt conjecturæ. In Excerptis, pitig.*

Plantos, auribus gracili corpore.

Plaria, dilucida.

Plaustri, quod plauastro sonat.

[1270] Plebescere, plebem alloqui.

Plebiscitari, plebem imitari.

Plebiscitat, plebem alloquitur.

Plemina, cum in manibus et pedibus calusi sulci sunt.

482 Plotei, proprii.

[1275] Plumbum in oculis, macula coloris plumbet.

Podiarius, inter mimos.

Polligon, ubi cadavera ponuntur.

Græcum.

Polluctare, consecrare.

Polose, elle.

[1280] Polosus, altus.

Pomatium, mollis et liquidus cibus ex pomis.

Poneprope, iuxta, et propter.

Popina, meraria, crustaria.

Porum, basum.

[1285] Portemia, navicula.

Portitorium, porticulum, baculus tizarum.

Positiones, ædificia.

Postifices, iudices.

Postilio, postulatio.

[1290] Posmurius, insertorium.

Postpridie, hodie.

Postulatitius, ille qui postulat.

Postumus, ultimus, novissimus.

Præclues, valde clarus et inclutus.

[1295] Prædarius, præbens auxilium.

Prælubium, pelagus.

Prærogator, dispensator.

Præterita, anteposita.

Prætoriola, domuncula in navi.

[1300] Prandeum, genus sonarum.

Pransorium, promulsarium.

Prima porta, primum locum, vel gratia expositio.

Prima terra, littores.

Primivirgus, caballarius, quod primus est militiæ in virgines.

[1305] 483 Privignus, vulgo ante natus.

Procipibus, proximis.

Procapis, proximus.

Prociwimus, probavimus.

Proculprocul, longe longius.

[1310] Proculum, abominatio.

Proculus, qui patre longe peregrinante nascitur, vel longe a patre natus.

Proclactis, consumptis.

Profecta sunt, promoverunt.

Prosciens, antepositus, proventus.

[1315] Prolicere, emanare, effurere. Varro: Demum ubi prolicuit dulcis unda.

Polonium, locus sacrorum.

Promptria, cubilia.

Prom' re, murus ante murum.

Pronefas, antefas, contralicentia.

[1320] Pronefas, plusquam nec dicendum, vel quam illicitum.

Pronefas, scelus, incontinentia.

Pronostrā, antenost' a.

Propagando, protelando.

Propala vendenda proponens.

[1325] Propedat, impedit, cohibet.

Propii, legati matri muneribus.

Propolæ, tabernarii.

Propos, valde potens.

Proposcit, petit.

[1330] Propu-lorio, contressio.

Pro-atrrix, genitrix.

Protelat, differt, prolongat.

Proxenota, homo præcurrrens quodcunque negotium.

Proxenota, quasi inter emptorem et venditorem, vel unieambulo.

[1335] Prurient's auribus, qui fibenter desiderant de alto matis aliquid audire.

Pubeia, vel pubeda, adolescens.

Pugillones, sagittatores.

Pulpidinem, colophia.

Pulpitum, analogium lectrum.

[1340] Pulvicinare, pluitare, sæpe pluere.

Pulvinceria, arca mortuorum.

Punicani, lacti parvi.

Purpurilla, locus extra portam, quo purpurea veste uterentur.

Puteal, sedes prætoris.

[1345] Puticuli, quo cadavera præjiciuntur.

## Q

484 Quadrans, duo minuta.

Quæstuaris, qui quæstus corporis vivit.

Quæstuosus, topiastic.

mata, causæ; Grævius, pili Macedonum causiæ. Semlerus, pitima, gustatio; vel aigmata, inusito. Jansonius, aigmata, caustica.

1267. Forte, auribus gracilioribus. Vide Festum, de plaudis, seu plautis canibus.

1268. Plaria, plana, potius.

1269. Plaustri. Legendum plaustrit, a plaustris, palustris, quod in aliis lexicis asseritur.

1270, 1271. Inverte explanationem, plebescere, plebem imitari, Plebiscitari, vel plebiscitare, plebem alloqui.

1275. Calusi. \*Lege callosi, et confer differentias verborum inter appendices, n. 105: Inter stemma et plemma, etc.

1274. Semlerus, ploti pro plauti; alii, plocei, stupel.

1276. Semlerus, pædarius, puer minimus, vel podagricus, infirmus (pedibus).

1277. Repone, polyandron, ex aliis lexicis.

1279, 1278. A polo factum polose, polosus.

1285. Popinarum diversæ species, meraria, seu vinaria, crustaria, etc.

1284. Basum; emenda prasum, ex Græco.

1285. Portemia, seu portimia aut portimium. Vide lib. xix Etymol., cap. 4, n. 26, ubi pro Syriaci generis legi vult Semlerus scythici, vel sarmatici.

1287. Pro architecto Abbo Cernuus adhibet positorem.

1288. Grævius, pontifices.

1289. Postilio, postutio, postulatio verba augurum, de quibus dissident interpretes, ad sacrificium humanum pertinere dicuntur.

1290. Forte, pomarium.

1291. Grævius, postridie, altero die. Semlerus annotata fuisse ait hæc, heri, postridie, hodie; ex quibus deceptus glossator. Sed fortasse retinendum postpridie, hodie. In Missali Gothico una ex orationibus quæ quotidie dicuntur inscribitur postpridie.

1295. Prædarius. Excerpta pædarius. Cæda et alii, præbendarius. Semlerus, prædiarius, præbens prædem, vel auxilium.

1296. Præluvium, legendum.

1297. Dispensator dicti prærogatoris ex Scholiaste Persii, quia solebat pensari potius æs quam numerari.

1299. In navi; forte ex navi prætoris factam prætoriola.

1300. Rutgersius, prandium, genus obsoniorum. Nihil mutes.

1301. Alii, promulsarium.

1302. Restitue ex Constantiensi, prima peto, primum locum; vel egregia exproco.

1303. Servius ad 1 Æneid. primæque velant consistere terræ; id est, in littores.

1304. Cæda, clavarius, qui primus est militiæ in virgibus. Semlerus retinet caballarius.

1308. Probavimus, lege provocavimus, ex Festo verbo, prociwum.

1310. Ex, procul, o procul este profani.

1315. Profecta sunt; an propecta sunt?

1315. Scribe, prolíquere... prolíquit.

1317. Alii, promptuaria, cubicula.

1319. Ex, pro nefas, contra fas, contra justitiam.

1320. Vel quam; alii, vel etiam.

1321. Forte, prorostra, ante rostra.

1324. Scribe propola.

1325. Lege præpedit, impedit.

1326. Semlerus, Prætoris, legati, ministri, magistratus.

1328, 1329. Alii, præpos, et præposcit.

1330. Lege, pro! pudor, contestatio, vel confusio, interjectio.

1335, 1334. Præcurrrens; al., procurrans, omissio et anteambulo.

1338. Legi poterit, pulpido, colyphia, aut coliphia.

1340. Pulvicinare; alii, pluvitare; alii omittunt.

1341. Lege pulvinaria, aræ; vide supra, Ariæ.

1342. Lib. xx Etymol., c. 11, n. 3, Punicani, etc.

1345. Conjectur, purpur, ille locus, extra portam, quo purpurati nascerentur; vel, purpura, aulæ locus, quo puerperæ Augustæ utebantur.

1346. Duo minuta. Ex Hieronymo, c. 5, in Matth.

Quantocius, quanto velocius.  
 1350] Querelantem, querelas afferentem.  
 Quinquatria, ambitus quinque portitorum.

## R

Rallum, rasorium.  
 Randum, arbitrandum.  
 Raricent, patricent.  
 1355] Ratiscent, adestimaverunt.  
 Rator, iudex.  
 Ravit, ravis loquitur.  
 Reburus, hispidus.  
 Receptor, actor concordie medius.  
 [1360] Recidua, ex ruina renascens.  
 Recitabulum, ubi recitatur.  
 Recognatus, filius patris.  
 Reritas, iustitia, aequitas et veritas.  
 Redandruare, gratiam referre.  
 [1365] Redhibere, reddere.  
 Redimix, res a praedonibus redempta.  
 Redimicula, vittae quibus mitra ligatur.  
 Redubias, reliquias.  
 Reducia concava, depressa.  
 [1370] Redulus, streus lignorum ardentium.

1351. Festivitas Minervae quinquatrus dicebatur, ab aliis quinquatria, et quinquatriæ. Glossator fortasse ex Scholiaste Juvenalis sumpsit quod Minerva in ambitu quinque atriorum seu portitorum fuerit.

1352. Lib. xix Etymol., cap. 22, n. 23, Ralla, etc., Creditur diminutivum vocis radula. Vide etiam Regulam monachor., cap. 18. Amictus autem tegmen rorum, etc.

1353. Randum. Lege rendum, a reor.  
 1354. Fortasse, ratiscent, pronuntiant.  
 1355. Scribendum rati sunt pro ratiscent.  
 1357. Ratic; imo rauce.  
 1358. Reburus; an a birrus?  
 1360. Recidua; melius recidira.  
 1361. Grævius, recognitus filius; quem pater pro alio agnovit.

1364. Ex Festo, Nonio et aliis.  
 1366. Scribe redubias, ut exurias.  
 1370. Semlerus, rogulus pro redulus.  
 1371. Semlerus, repellit fronte.  
 1375. Repone ex Festo, remiligines.  
 1376. Festus, remillum dicitur quasi repandum. Pro pronullo, Grævius prominulo. Fortasse a remo est remillo, et, num. seq., remillus.  
 1378. Forte, remoramentum, ut in aliis lexicis.  
 1379. Videtur legeudum, resides, requiescentes, otiosi.

1381. Repella. Papias, repeta. Semlerus, rupella, vel rupicula.

1385. Vide num. 682, exundantibus.  
 1384. Pro species, lege vestis, aut species vestis.  
 1385. Reanda. Ex Aulo Gellio, Attic. Noct. cap. 17.

1386. Martinius, Rida, quibus ligna sublimantur; al., redica; al., retica, ligna quibus ligata sublimantur. Retica est pedamentum ad statuminandas vites.

1387. Revidare; al., rebitere; al., reviare.  
 1388. Scribe rheuma.  
 1389. Remidia, trepido; Semlerus totum id corruptum ex repedo putat.  
 1390. Martinius, rinas, naves, vel nasa, ex Græco.  
 1391. Roga. Exempla profert Ducangius.  
 1393. Ructa. Inde ructare. Vide rumen in lexicis. Editi hic, ructa, vel irumen.

Refrontat, repellit a fronte.  
 Regillus, regulus.  
 Regimonium, gubernationem.  
 Remasculata, virili virtute resumpta.  
 [1375] Remilicines, remoratrices.  
 Remillo, repando, pronullo.  
 Remillus, repandus.  
 Remotum.  
 Rendis, requies otiosa.  
 [1380] Repatriat, ad patriam redit.  
 Repelta, lapis excelsum.  
 Repignerat, pignus recipit.  
 Repluentibus, exabundantibus.  
 Replum, species mulieris.  
 [1385] Retanda, purganda.  
 Retica ligna, quibus ligna sublimantur.  
 Revidare, reverti, redire, repedare.  
 Rheuma, effusio maris, quando accensione maris in fossis colligitur, et remanet aqua.  
 Rimidia, crepido.  
 [1390] Rinas, naves, vel massa.  
 Roga, elemosyna.  
 Rogatarius, petitor.  
 Ructa, vel rumen in homine, tumen in bestia, pars gutturis gurgulio proxima.  
 Rues, ruina.

[1395] Ruffatus, sanguine cruentus.  
 Rumare, rumores afferre.  
 Runa, pugna.  
 Runata, præliata.  
 Rupa, ex utraque parte acuta.  
 [1400] Rupinas, abrupta montium.  
 Ruspantur, perquirunt auxie.

## S

Sabarium, atrium templi. Chald.  
 Sabbatini, araneorum.  
 Sacra, non idoneus artis suae professor.  
 [1405] Safarium, atrium templi.  
 Saga, nomen gemmae.  
 Salarius, portator armorum.  
 Salmentum, salsamentum.  
 Sambucarius, ipse qui dicit.  
 [1410] Sambucistria, quæ citharista canit.  
 Sambucistrio, saltator.  
 Sambucus, saltator.  
 Samelubio, artificio.  
 [1415] Samica, pulvis.  
 [1415] Sancenissat, lætatur, triumphat.  
 Sappappa, quas sarculo.  
 Sarapia, rapina.  
 Sarcitator, qui tecta resarcit.  
 Sardijs, sacella, loca sacra.

1394. Rues, ut labe, lues, strues.

1397. Videtur id corruptum ex runa, pilum, runata, pilata.

1399. Rupa. Martinius, rupta, id est, abrupta montium.

1400. Rupina. Occurrit apud Appuleium.

1401. Ruspantur. Ex Nonio et Festo.

1402. Sabarium. Paulo post, safarium. Nonnulli reponunt pastophorium, alii sabarium, armarium templi.

1405. Semlerus hic rursus, sabarium, armarium. Barthius ex Germanico, Saba, linea, araneatum, vel aranea.

1404. Sacra; forte, sarga, ex Lombardico, arga, inutilis. Alii, sargo, aut sarco, a sciendo, ut sarco sutorius, sarco sartorius, qui resarcit, ad nova opera inutilis. Barthius, scurra pro sacra.

1406. Grævius, sagda; Semlerus, saga, nomen feminæ. In Excerptis, nomen genii.

1407. Alii, soldarius; al., salarius; al., melius, spatharius.

1408. Barthius, sambucinaris, ipsam (sambucam) qui ducit, vel sambucinaris, species tibicinis. Alii, canit pro dixit.

1409. Papias, Sambucistria, quæ cithara rustica canit.

1410. Grævius, sambucista; Semlerus, sambucer, histro, saltator.

1413. Samelubro. In Excerptis, saurilubro, saurilubre, Barthius, sat elaboro, artificio. Semlerus, samia, labra testacea.

1414. Samica; samia potius.

1415. Reinesius, sicanissat, ex Græco, scinis species saltationis. Cerda, encanissat, ut encanial. Semlerus, sambucissat. Barthius, saracenissat, scilicet triumphans de Saracenis.

1416. Barthius, sappa, vappa. Semlerus, sappa quasi sarcula, vel sappa, qua sarculo, id est, folio; vel sarpa, sarculus. Inde sarpo, sarpere.

1417. Barthius, subripa; alii, subreptio. Semlerus putat hanc glossam ex præcedenti sarpa enatam.

1418. Sarcitator; imo sarcitector, ex lib. xix Etymol., cap. 19, n. 2.

1419. Sardijs, sine interpretatione. Tum alia glossa huc translata, sacella, olea sacra.

- [1420] *Sarge, idoneus, quælibet ars, alias sarga non idoneus cujuslibet artis professor.*
- Sario, sarculo.*
- Savium, osculum uzoriosum.*
- Saures, sorices.*
- Scabra, pumicia aspra.*
- [1423] *Scævitas, iniquitas.*
- Seamellum, symfoniaci.*
- Scammata, arenæ, ubi athletæ luctant.*
- Scana, arborum densitas nimia.*
- Scansuæ, ferrum, per quod equus scandit.*
- [1430] *Scapolum, fustis longus.*
- Scapus, certus numerus tomorum chartæ scriptæ.*
- Scaturrio, lepra.*
- Scatus, impetigo, sicca scabies.*
- Sceptoria, cisternæ.*
- [1435] *Scillæ, saxa latentia in mari.*
- Scintillæ, nævus, macula.*
- Scipio, virga ante triumphantes delata.*
- Scipiones, virgæ consulum.*
- Scispadum, jupatum.*
- [1440] *Scolaces, quod nos funalia dicimus, eo quod sint scolæ, hoc est, intorti, hos Romani funes et funalia nominabant.*
- 487 *Sconna, sponsus.*
1420. *Sarge.* Vide *sacra*, n. 1404. Barthius originem Germanicam in *sorge* investigat.
1422. *Uzoriosum*; forte, *luxoriosum*. Vide lib. II Dilecti, t. V, n. 398.
1423. *Saures*; forte, *saurices*.
1424. Distingue *pumicea*, *aspera*.
1425. *Scævitas*. Apuleii vox.
1426. *Grævius, scabillum, instrumentum symphoniaci.* Semlerus, *scabillum symphoniaci*, sine interpretatione. Forte ex *scabillum* Hispani dicunt *cusca-bei*. Salmasius, *scabillum, symphonia*: quod est genus instrumenti, ex I. in Etym., cap. 22, n. 14. Barthius, *scamellum, ubi symphoniaci*.
1428. Emenda *scena*, pro *scana*.
1429. *Martinius, scansile*, pro *scansuæ*.
1430. *Alii, scapulum*.
1431. *Scapus*. Vide Nonium, cap. 2.
- 1432 et seq. Semlerus, *scabies sicca, impetigo, pruritus, lepra*. Forte, *sarna*, pro *scaturrio, scatus*, ex lib. IV Etym., cap. 8, num. 6, *Impetigo*, etc.
1434. *Lege exceptoria*, ut supra.
1435. *Scillæ*. Ex *Scylla*, quæ aliquando latet.
- An scopuli?
1436. *Scintillæ*; forte, *stigmata*. Vel *cymbia, na-ves, naviculæ*.
1439. Barthius, *scissiatum, instratum, lithostratum, lupatum, vel lapidatum*. Reinesius, *licospadum, vel lycospadum, lupatum*; alii, *crispatum, jubatum*.
1440. *Scolaces*. Vide lib. XX Etymol., c. 10, n. 5. *Funalia*, etc.
1441. Recte, in Excerptis, *sculma, sponsor*, ex Gellio, I. XX, c. 10.
1442. *Scordalus*. Vox Senecæ et aliorum.
- 1443 et seq. Forte, *scortiacum*.
1445. Forte, *scoriones*, aut *scurra*.
1447. *Scree*; inde *excreare*.
1448. *Scriba*. Vide supra, *Editilius*.
1449. *Scribula*; forte, *schedula*.
1450. *Grævius, item scripulator, vel scrupulator, sollicitator*.
1451. *Feria quarta ante pascha erat scrutiniij dies, sive examen catechisticum.*
1452. *Scrutium*. *Lege scortium, vel scortisca, pellicca*.
- Scordalus, ferox.*
- Scortiacum, corium erudum.*
- Scordiscum, scortum.*
- [1445] *Scories, stulti, stolidi, fatui.*
- Scorio, stultus, fatuus.*
- Scree, pituita.*
- Scriba ædilitius, qui ex ædile est, sic vocatur ex ædilitate.*
- Scribula, epigola.*
- [1450] *Scripula, epistola, item scripula sollicitator.*
- Scrutinium, quod infantes scrutantur.*
- Scrutium, pellica.*
- Scrutulus, ventriculus fartus.*
- Scurra, parasitus, buccellarius.*
- [1455] *Scurra, qui incopriatur.*
- Sebra, vetusta.*
- Sector, usurpator, vel bonorum vindicta.*
- Securicularius, qui secures fert.*
- Sæcus, malum.*
- [1460] *Seniæstria, liber in quo actiones sex mensium continentur.*
- Semiernis, sine armis.*
- Semijustus, dimidium justus.*
- Semivecors, minimus a recorde.*
- Sennunia, tristitia.*
- [1465] *Sententia, ἀπόφασις.*
- Sentes, sententia firma, et indubitata responsio, ἐπιρώρημα.*
- Sensio, sententia.*
- Sentitare, in animo sensim dijudicare.*
- Separ, seorsum a parte.*
- [1470] *Sepia, incaustum.* Persius.
- Sæquela, exemplum.*
- Servitium, multitudo servorum, et ingenuorum obsequium.*
- Sextertiarus, ipse qui erogat.*
- Sica, cluniculus, machæra, splendona.*
- [1475] *Sica, genus ramorum est, simile vidubii. Hoc maxime utuntur, qui apud Italos latrocinia exercent.*
- Silo, naso inciso, vel reducto.*
- Simfoniaci, cantatores musici.*
- Simplagium, minus rete.*
- Simpulator, amicus sponsi assiduum cum eo in convivio.*
- [1480] *Simpulator, conviva.*
- Simulium, vermis in cornu arietis.*
- Singultum, qui loquitur per gutturos.*
- Sinum, vas in quo butirum conficitur.*
- Sirascul, vas aquarium.*
- [1485] *Stringina, restrictio urinæ.*
- Sispes, sospes, sanus.*
- Solerare, id est, solidare: a solus, soleris, id est, solidum.*
- Sonticus, verax.*
- Sorbillator, degustator.*
- [1490] *Sortinidus, qui judet per*
1453. *Apud Festum, scrutillus.*
1455. *Incopriatur. Scurra coprea dicebatur.* Vide *Becmanum*, pag. 1026.
1456. *Sebra*. Corrige, ex aliis lexicis, *scabra*.
1457. *Vel bonorum vindicta.* *Grævius, sectio, bonorum venditio.* Forte, *vel bonorum venditor*.
1458. *Fert. Melius Excerpta, facit.*
1460. *Semestria*; forte, *semestria*.
1462. *Emenda, semiustus, dimidium ussi.*
1464. *Excerpta, sennunia, tristitia.* *Martinius, sennium, tristitia.* Semlerus, *sennia, asceteria*.
1467. *Sensionis* vocabulo usus est *Alvarus Cordubensis*, in *Indiculo luminoso*, num. 25: *Nullus audax præsumptor, nisi pretio soluto, sensionem mercandi, quæ propria necessitas exigit, quocumque casu præsumat; ubi sensio facultatem innuere videtur, nisi reponendum sit sensio; sermo enim est de locis patentibus, in quibus nundinæ exerebantur, quæ Mahumetani vendebant.*
1470. *Persius, sat. 3, vers. 12.*
1474. *Alii, clunaculum pro cluniculus; et spathona pro splendona.*
1475. *Ramorum.* *Lege armorum.* *Pro vidubii, forte venabuli, vel sibunæ, quod genus est venabuli.*
1476. *Silo* vox *Plauti*. Dicitur etiam *silus*.
1478. *Corrige sempitragium, ex aliis lexicis.*
1479. *Convivæ dicebantur etiam simplices.* *Simpulum* est vas cujus usus erat in sacrificiis.
1481. *Simultum.* *Alii, simulta.* De isto verme, lib. XII Etymol., cap. 1, n. 10. *Verax, etc.*
1482. *Supple: Singultum loquens, qui loquitur quasi per gutti os.*
1484. *Sirascula; alii, situla; al., sittiacula; al., zitiacula; al., sitella.* In *Catholico, soricula.* *Rosweyduus, in Onomastico, voce Soricula, aut Syricula, pro vase plurimos usus fuisse affirmat.*
1485. *Stringina.* *Grævius mutat in stranguria, repugnantibus aliis.* *Ordo litterarum posceret stringina.*
1486. *Ex Festo sispes, pro sospes.*
1488. *Sonticus.* Ex *Nonio, Festo et aliis.*
1489. *Forte, sorbillator, degustator.*
1490. *Reinesius, qui judicat per sortem; Semlerus, qui videt per sortem.*

sortem.  
 Sosii, duo fratres qui bonos libros emebant, et eos postea præparando, multum lucrabantur in vendendo.  
 Spargana, initiarum, infantia.  
 Spoliaria, exteriores balnearum cellulæ.  
 Spuriarium, spu'um.  
 [1485] Stagnare, secernere metalla mista.  
 Statio, portus.  
 Stater, duo didrama.  
 Stellionatus, crimen, cum una res duobus venditur.  
 Sternaces, pavidæ.  
 [1500] Stica, tunica.  
 Stigia, tunica.  
 Stigina, ornamenta regia.  
 Stigium, genus vestimenti.  
 Siliquadrum, id est, quadrum.  
 489 [1505] Stilaris, vestis piratica.  
 Strauacæ, cupidi.  
 Strigio, mimarius scenicus.  
 Strofarius, strofosus, impostor, fraudator.  
 Stultomalus, s'ultus malus.  
 [1510] Subcensia, fomenta.  
 Subcenturiatus dicitur, qui in numero priore quasi per centuriæ suæ vicem succedat.  
 Subelsivus, malus interceptus.  
 Subcus, subcutaneus, subcirratus,

intercus, intercutatus, subtercus, subtercutaneus.  
 Sublestia, infirmitas, tristitia.  
 [1515] Sublestis, infirmus, tristis.  
 Submeles, qui in lectulo mingit, meles.  
 Subles, qui subter sedet.  
 Subberes, infantes qui adhuc sunt sub ubere.  
 Suffraginatus, fractis auribus, vel substitutus in locum succidentis.  
 [1520] Sufgrudia, fundamenta.  
 Sufgrundaria, sepulcra.  
 Sultor, cultor.  
 Sumptuarius, qui erogat sumptus.  
 Supedium, refugium.  
 [1525] Supera, navis.  
 Superaria, vestis, quæ superinduitur.  
 Supparant, suppleant.  
 Suppararia, vestis, quæ superinduitur.  
 Supes, supumpis, hoc est, supinis pedibus.  
 [1530] Suprema, quando sol supprimitur.  
 Surcetur, irascitur.  
 Surus, musculus brachiorum.  
 Surus, surculus.  
 Susaes, qui habilis ad substendum.  
 [1535] Susurrio, senillosus, bilinguus.  
 490 Sutela, corrigia, quæ tenditur sub cauda equi.

Sutrium, locus ubi suuntur species aliqua.

## T

Tabæ, mutiæ.  
 Tabernio.  
 [1540] Tagax, furunculus.  
 Talax, scaurus.  
 Talitius, colafus in talo.  
 Tallus, calculus, tabula.  
 Tam nefas, tam detestabile factum.  
 [1545] Tames, cruor, sanguis.  
 Tarmus, vermes in carne.  
 Tartarium, horribile.  
 Tautones, palpebræ.  
 (In aliis) Tegellaria venesica.  
 [1550] Tegora, tegus, coria, vel posteriora jumentorum.  
 Telonem, quasi omnium titulorum fiscalis conductio.  
 Tenilis, qui potest tenere.  
 Terimentum, nutrimentum.  
 Terrale, genus vestis.  
 [1555] Terrigiponæ, quæ terra capiunt, id est, piscinæ quas et lacus rustici vocant.  
 Testinium, opportunum.  
 Thoca, flavus, vel vestis.  
 Tiaries, portiones signorum.  
 Tinctorium, gladius.  
 [1560] Tironatum, rudinem.  
 Tironicare, militare.  
 Titiensis clangor, id est, sonitus cum tumultu.

1491. De Sosis, Horatius non semel.  
 1492. Martinius correxit spargana, initia infantia.  
 De crepundis fortasse id intelligitur.  
 1493. Spoliaria. Vide lib. xv Etym., cap. 2, n. 41.  
 Apodyterum, etc.  
 1495. Semlerus conjicit stannare, ex lib. xvi Etymol., cap. 22, num. 1. Stanni etymologia, etc., ut ad eum locum annotavi.  
 1496. Verum videtur, statio, portus. Sed Barhius putat stamio, pannus, a stamine. Inde stamina, Hispanice stameña.  
 1497. Vide lib. xvi Etymol., cap. 25, num. 16. Stater, etc.  
 1500. Scribitur stigia, stichia, striga, sticia, et hinc stica. A Græco est stichia, aut stichium. Illic sequentes glossæ.  
 1504. Semlerus, stliquadrum, quadrum; quia st, et st sæpe præponebantur, ut stlocum pro locum, et stlitem pro litem.  
 1505. Festo stilaria est genus navigii LATUM; ex quo dictum, præposito st, ut in glossa præcedenti. Illic pro vestis legi poterit navis.  
 1506. Lege sternaces, pavidæ, ut supra, a sterno; sic sternaces equi.  
 1507. Lege strio pro histrio, ut Spania pro Hispania.  
 1510. Grævius, succendia. Semlerus, succensiva; alii, subcentia. Vide supra, Fomenta.  
 1512. Subcivus. Semlerus, succensivus, vel suggestivus. Vide lib. x Etym., num. 151. Incentor, etc.  
 1515. Subcus; forte, substitutus, et intercutitus, pro intercus.  
 1514 et seq. Vide Beckmannum, p. 1036, præter Festum et lexica.  
 1516. Scribe submeles; dicitur etiam, submeiulus.  
 1519. Auribus. Lege cruribus. Tum, subrogatus, vel potius suffragatus, substitutus, etc.  
 1520. Sufgrudia; forte, suggrundia, quæ sunt extremitates lecti, pluviam a pariete arcentes.  
 1521. Sufgrundaria dicebantur sepulcra infantium.  
 1522. Semlerus, sultor, sultor, vel vice versa.  
 1524. Forte, suppetium.

1525. Grævius, suppara, navis velum.  
 1528. Lege superaria, ut supra.  
 1529. Alii, supes, suppis, hoc est; al., supes, suppes, hoc est, sub imis pedibus.  
 1530. Suprema, hoc est, suprema tempestas, ex Festo.  
 1531. Cerda, succenset; alii, surculatur, nascitur.  
 1532. Grævius, surus, surculus arborum.  
 1534. Lege subses, habilis ad subsidendum.  
 1535. Melius, sururro; pro senillosus, alii sentiosus, alii senticosus.  
 1536. Rectius, subicella, ut postella, antella.  
 1537. Corrigendum, sutrium. Pro species, forte vestes.  
 1538. Semlerus, tabani, muscæ.  
 1541. Talax; ex scholiastæ Horatii lib. 1, sat. 3.  
 1542. Vulcanicus, talitius, callus, vel clavus in talo.  
 1543. Lege calculus tabulæ.  
 1545. Tames; imo tabes, vel tabus.  
 1546. Dicitur etiam tarmes, tarmes, termus.  
 1547. Alii, tartareum, vel tartarinum.  
 1549. Vide infra, tugellaria.  
 1550. Melius, tergora, tergus.  
 1551. Forte, telonium. Vide lib. xv Etymol., c. 2, n. 45. Grævius, telonæ . . . conductor.  
 1552. Tenere, rectius teneri.  
 1553. Terimentum. Semlerus, intrimentum, ex Flauto.  
 1554. Grævius, toral, vel torale; Semlerus talare.  
 1555. Pithæus suspicatur terrispicinæ. Semlerus, terricipinæ, aut terricipia, nisi corrupta fuerit vox ex terrigenæ sine interpretatione, et tum conficta glossa ab aliquo sciolo.  
 1556. Testinium. Emenda, tempestivum.  
 1557. Forte, togæ, clavus, vestis, vel tunicæ, clavus, vestis.  
 1558. Grævius, triarii.  
 1559. Forte, cinctorium gladii, scilicet balteus.  
 1560. Rudinem. Corrige rudinem, vel rudimentum.  
 1561. Excerpta, tironzare; emenda tironari.  
 1562. Forte, titinnitus, clangor, etc. Grævius, titinniens clangor.

*Toculis, calculus dicitur est compilo solo pilis, quod sibi componunt. Calx enim lapis est, calculus diminutivum.*

*Togillatim, sigillatim.*

[1568] *Togipurium, toga pura.*

*Tollerunt, genuerunt.*

491 *Tongillatim, singillatim.*

*Tongillatim loqui, pravis verbis, a Tongilio parasito, qui in hoc inrenerat risu aucupium. ut salutatius convicio responderet, et maledicentem saluaret blandissime.*

*Tragum, genus piscatoria.*

[1570] *Tragum, inter legumina.*

*Tragum, verriculum.*

*Tricilia, ubi pendent vaciæ.*

*Trinitat, posturna.*

*Tritile, quod teri potest.*

[1575] *Trochus, rota ludentium.*

*Trocinus, secæ genus arduum.*

*Tuber, sili subterranei.*

*Tucetum, bula condita apud Gallos Alpinos.*

*Tugellaria, maleficia, eo quod supra tegulas sacrificent.*

[1580] *Tuligatum, carpitum.*

*Tullia, media, vel regia.*

*Tuore, visus.*

*Turturilla, ita dicitur locus in quo corruptelæ fiebant, quod ibi turturii opera daretur, id est, panem.*

*Tuspollem; manna, vel genus pigmenti.*

## V

[1 85] *Vabra, callidus, artificiosus.*

*Vabrum, varium, multiforme.*

*Vadatur, promittit, pollicetur, fide dicit.*

*Vadimonia, judicia, unde apud iudicem per fideiussorem vadere liceat.*

*Vadimonium facit, fideiussorem dat.*

[1590] *Vaginatus, exagitatus.*

*Vagitur, violenter flet.*

*Vagurrit, per otium vagatur.*

492 *Valgis, foras versus tumentibus.*

*Valitant, valent.*

[1595] *Valemac pia, inhonestæ cantationes, et carmina, jocaque turpia.*

*Vani parentes, inanes, mendaces, inutiles, pellaces.*

*Varam tibiam janam, perticæ duæ sunt inter se colligatæ, quæ asserem sustinent. Unde prov. : Vibia varam sequitur.*

*Ventriloqui, præcantatores.*

*Varicat, divertit, ambulat.*

[1600] *Varicavit, ambulavit.*

*Vascillum, parvum vas. Macrob. :*

*Solveus radus, in aqua subjecta vascillo.*

*Vatia, diversis plantis.*

*Vesaba, porra faba.*

*Vehigelorum, genus fluvialium navium apud Gallos.*

[1605] *Veneripeta, luxuriosus.*

*Venilia, maris exæstivatio, quæ ad litus venit, Varro : Venilia, unda quæ ad litus venit. Salatia, quæ ad mare redit.*

*Vepra, callidus, testificator, diversipellis.*

*Verax, soticus, fidelis.*

*Verbosus, nugator pessimus.*

[1610] *Verbo tenuis, verbi gratia.*

*Vernacellus, qui suscitatur per dies festos.*

*Vesperiiones, fossarii, qui mortuos sepeliunt.*

*Vesperilio, serotinus.*

*Vespilla, sepulcrorum visitator.*

[1615] *Vestix, balba.*

*Vestiarium, erogatorium.*

*Vestiplica, femina quæ testes plicat.*

*Vestis ludiarica, histrionis, tonis.*

*Veteratricem, id est, callidam, incircumscribendam.*

[1620] 493 *Vexillata, impetus fortis carrorum.*

*Victino, immolo.*

*Vidubium, qui duos maritos amisit.*

*Viduvium, viduitas.*

*Villaturia, territoria.*

[1625] *Victurus, et statim cestifer.*

1563. Semlerus, *tatus calculus dicitur est computus et lapillis, quod ibi componuntur; calx enim, etc.*

1566. *Tollerunt. Lege tolerant.*

1567 et 1568. Semlerus corrigit, *suggillatim* pro *sigillatim*, quia *Tongilius*, a quo hæc adverbia, *suggillabat* eos qui ei occurrebant.

1569 et seq. Cum de *reti* et *verriculo* est sermo, melius est *trahum* a *traho*, cum de *oleribus* tragus.

1572. Alii legunt *trichile*, aut *trichilia*, num. plur. Al., *trichila*, num. sing. Confer *Forcellinum*. Semlerus, *vites*; alii, *vacæ* pro *vacæ*.

1573. Grævius, *trepidat, tremiscit, horret*. Semlerus, *trivra, Proserpina*, vel *trimata post tres annos*.

1576. *Trocinus*; alii, *trochiscus*, vel *trocius*. Vide lib. iv *Eryinol.*, cap. 9, num. 16, ex quo hic legendum *succi genus aridum*.

1577. Reinesius emendat *tubi, sili subterranei*. Grævius, *tuberes* aut *tubera, cibi subterranei*.

1578. Scholiastes Persii, ad sat. 2 : *Tucetum bubula condita apud Gallos Alpinos*. Semlerus ex aliis Lexicis colligit legendum *edulia* pro *bubula*, et *bula*.

1579. *Lege regularia, malefica*.

1580. Forte corruptum ex *tongillatim, carpitum*, hoc est, *sigillatim*, de quo num. 1566. Alii, *falcatum, carpitum*; al., *titulatum coopertum*; al., *tilpatium, carpitum* (linceo um). Vide *Ducangium*, verbo *tilpatium*.

1581. Semlerus, ex *Constantiensi*, restituit, *mediullia, media loca terræ*.

1583. *Vulcanius, gutturilla*, et *gutturii* pro *turturi*; et *pani* pro *panem*. Alii retinent *turtur illa*, et in fine legunt, *id est, ganæ, vel, id est, peni*.

1584. *Legi poterit tus, pollen, manna*.

1785. *Vabra*, emenda *vaser*, et, num. seq. *vasrum* pro *vasrum*.

1588. Pro *vadere* præstitit *legere vadare*, aut *vadari*, quod secundum melius est.

1590. *Vaginatus*. Forte, *evaginatus*.

1 91. *Vagitur*; al., *vagitat*.

15 3. *Vulcanius, versis eminentibus pedibus*. Semlerus, *versis tibis*.

1595. Semlerus conjiciebat *vallica, id est, phallica, ihyphallica*. Sed genuina lectio est *vallematia*, aut

*ballematia*, aut *ballimatia*; de quo verbo agit *Ducangius* post *balare*, et scribendum censet *ballimatia*. Vide not. ad lib. iii *Eryinol.*, cap. 22, num. 11.

1596. *Vani parentes*; ex *Servio* ad *Æneid*.

1597. Legendum *vara vibia pertica*, etc. Pro *vibia varam sequitur*, in *Ausonio* est *vara vibiam*; sed *Scaliger* præfert scripturam *glossæ*, quia *vara stans* est *pertica*, *vibia transversa*.

1601. *Vascillum*. *Glossator* voluit *vasillum*, ex versu citato non *Macrobii*, sed *Marbod.*, cap. 18 de *heliotropia* :

*Quæ solis radis in aqua subjecta vasillo.*

*Marbodæus* vixit circa annum 1123, ex quo de additamentis ad has *glossas* nonnullum indicium ferre licet.

1603. *Vesaba* - hic *ve* significat *parvum*; alibi, *male*.

1604. *Lege vehiculorum* aut *vehiculum*, ex aliis *Lexicis*.

1606. *Venilia*. Imo, *venilia*.

1607. *Lege vaser, callidus, versicolor, versipellis*.

1608. *Forte, soticus, verax*. Vide num. 1483.

1611. Semlerus, *verna cellarius, qui suscitatur (monacho) per dies festos*. *Cerda*, *vernacellus* (vernaculus), qui *lustrat per dies vernos*.

1612 et 1614. Quasi *vespelo* sit a *sepeliendo, vespelo* a *spoliando*, aut *expiando*.

1615. *Forte, ves is, barba*, ex *Servio* ad *Virgilium*: *Aurea cæsaries olli, atque aurea vestis*.

Vel *vestibula, valvæ*.

1616. *Erogatorium*, scilicet ubi *vestes erogantur*.

1618. *Tonis*; *Cerda*, *histrionis*.

1619. Semlerus, *callidam in circumscribendo*.

1620. *Vexillata*. Semlerus, *vesillatio*. Pro *carrorum*, Grævius, *castrorum*.

1624. *Forte, territoria, villæ, terræ*; aut *villaturia* pro *villaturia*.

1625. *Martinius, viocurus, viæ strator, cestifer*. Semlerus, *vocurus*, siue interpretatione; tum *virgo, cestifera, a castu*, hoc est, *zona*, qua recens *nupta* cingebatur.

1626. Alii, *membrana virginis, in qua habitat*; alii,



Virginal, *membra virginis, in quo habitat.*  
 Virgobretus, *nomen magistratus.*  
 Viria, *viriola, brachiales.*  
 Viriosus, *austerus.*  
 [1630] Virops, *quæ jam opus habet viro.*

Visor, *videntes.*  
 Viticus, *actor, exactor villæ pensio-num, insularius.*  
 Vitricus, *patricius*  
 Unca manu, *stricta manu, μλλά.*  
 [1635] Unicuba, *unius viri uxor.*  
 Unorum, *multorum.*

Votificantibus, *dona libantibus.*  
 Uensilia, *viatici sumptus.*  
 Vultuosus, *tristis.*

Z

[1640] Zanga, *pellis. Acro: Nigris medium impeditit crus pellibus.*

membrum *virginitatis, in quo habitat. Vide Prudentium cum comment., pag. 1214.*  
 1627. *Virgobretus. Apud Æduos. Ex Julio Cæsare.*  
 1628. *Forte, viriæ, viriolæ; lib. XIX Etymol., cap. 31, num. 16.*  
 1629. *Alii, virosus; al., vultuosus, quod præferendum.*  
 1630. *Virops, ex viripos, hoc est, viripotens.*

1632. *Viticus; imo villicus, ex aliis glossis.*  
 1635. *Patricus; rectius, patrinus.*  
 1635. *Unicuba aliis dicitur, quæ sola cubat, licet nupta.*  
 1656. *Unorum; Crævius, uno ore; alii, unitorum.*  
 1640. *Acro, ad Horatii sat. 6 lib. 1, pellibus exponit zangis. Vide Ducangium.*

MONITUM

*De nonnullis prætermissis, et de indicibus qui sequuntur\*.*

494. *Pauca quedam, ne magnæ quidem molis opuscula supererant, quæ olim in animum induxerant inter appendices collocare; sed cum sint magna ex parte fragmenta ex aliis operibus Isidori desumpta, et non semel repetita in Synonymis, in Conflictu virtutum et vitiorum, in Norma vivendi, nonnulla quoque mirus digna, quæ etiam inter appendices recenseantur, saltem visum fuit nihil ultra addere iis quæ in Isidorianis tertia potissimum parte applicata sunt.*

*In Indice sacræ Scripturæ præ oculis habendum Isidorum sæpe versioni Vulgatæ adhærere, interdum versionem antiquam sequi, nonnunquam sensum, non ipsa verba Bibliorum exprimere, aliquando etiam unum pro altero Scriptorum sacrum nominasse.*

*Præter ea quæ ex Indice rerum constant, observandum canones ex Isidori operibus indicatos et correctos exstare tom. I, pag. 206 et seqq., indicem Scriptorum in Etymologiis et libris Differentiarum laudatorum describi eodem tom. I, pag. 431 et seqq., ut nihil jam dicam de Glossario quod modo exhibui.*

\* Illos indices ad calcem tomi LXXXIV rejecimus. EDIT.

ORDO RERUM

QUÆ IN SEPTIMO S. ISIDORI OPERUM TOMO CONTINENTUR.

DE NATURA RERUM.	963	CAP. XXXIV. — De nive.	Ibid.
<i>Præfatio.</i>	Ibid.	CAP. XXXV. — De grandine.	1006
CAP. PRIMUM. — De diebus.	Ibid.	CAP. XXXVI. — De ventis.	Ibid.
CAP. II. — De nocte.	967	CAP. XXXVII. — De nominibus ventorum.	Ibid.
CAP. III. — De hebdomada.	Ibid.	CAP. XXXVIII. — De signis tempestatis vel serenitatis.	1009
CAP. IV. — De mensibus.	968	CAP. XXXIX. — De pestilentia.	1010
CAP. V. — De concordia mensium.	971	CAP. XL. — De Ocesno.	1011
CAP. VI. — De annis.	Ibid.	CAP. XLI. — Cur mare non crescat.	1012
CAP. VII. — De temporibus.	974	CAP. XLII. — Quare mare salisam habeat aquam.	1013
CAP. VIII. — De solstitio et æquinoctio.	977	CAP. XLIII. — De Nilo.	Ibid.
CAP. IX. — De mundo.	Ibid.	CAP. XLIV. — De nominibus maris et fluminaum.	Ibid.
CAP. X. — De quinque circulis.	978	CAP. XLV. — De positione terræ.	1014
CAP. XI. — De partibus mundi.	979	CAP. XLVI. — De terræmotu.	1015
CAP. XII. — De cælo.	981	CAP. XLVII. — De monte Ætnæ.	1016
CAP. XIII. — De septem planctis cæli et eorum conversionibus.	986	CAP. XLVIII. — De partibus terræ.	Ibid.
CAP. XIV. — De aquis quæ super cælos sunt.	987	CHRONICON.	1017
CAP. XV. — De natura solis.	Ibid.	DE REGIBUS GOTHORUM, WANDAEORUM, etc.	1037
CAP. XVI. — De quantitate solis et lunæ.	989	DE VIRIS ILLUSTRIBUS.	1031
CAP. XVII. — De cursu solis.	Ibid.	AD OPERA S. ISIDORI APPENDICES.	1107
CAP. XVIII. — De lumine lunæ.	991	APPENDIX PRIMA. — S. Hædofoni, Toletani episcopi, liber de virorum illustrium scriptis.	Ibid.
CAP. XIX. — De lunæ cursu.	992	APPENDIX II. — Archiepiscopi Toletani veteres.	Ibid.
CAP. XX. — De eclipsi solis.	993	APPENDIX III. — Carmina S. Isidoro adscripta.	Ibid.
CAP. XXI. — De lunæ eclipsi.	994	APPENDIX IV. — Chronica regum Wisigothorum.	1115
CAP. XXII. — De cursu stellarum.	Ibid.	APPENDIX V. — Chronologia et series Gothicorum regum ex codice Regio Vaticano.	1115
CAP. XXIII. — De positione septem stellarum errantium.	995	APPENDIX VI. — Expositio in Canticum canticorum.	1119
CAP. XXIV. — De lumine stellarum.	997	APPENDIX VII. — De Conflictu vitiorum et virtutum.	1131
CAP. XXV. — De lapsu stellarum.	Ibid.	APPENDIX VIII. — Expositio in missa.	1145
CAP. XXVI. — De nominibus astrorum.	998	APPENDIX IX. — Sententiarum liber quartus.	1153
CAP. XXVII. — Utrum sidera animam habeant.	1000	APPENDIX X. — Exhortatio humilitatis. Ex editione Florentii.	1201
CAP. XXVIII. — De nocte.	1001	APPENDIX XI. — Testimonia divinæ Scripturæ et Patrum.	1203
CAP. XXIX. — De tonitruo.	Ibid.		
CAP. XXX. — De fulminibus.	1002		
CAP. XXXI. — De arcu.	1003		
CAP. XXXII. — De nubibus.	1003		
CAP. XXXIII. — De pluviis.	Ibid.		

CAPUT PRIMUM. — De uno Deo.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXXI. — Exorcismus et sufflatio.	<i>Ibid.</i>
CAP. II. — De distinctione personarum Patris, Filii, et Spiritus sancti.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXXII. — Gratia et liberum arbitrium.	<i>Ibid.</i>
CAP. III. — De conversione et contemptu sæculi.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXXIII. — Adam primo immortalis.	1233
CAP. IV. — De timore Domini.	1204	CAP. XXXIV. — De baptizandis infantulis.	<i>Ibid.</i>
CAP. V. — Juste judicandum.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXXV. — Omnes vere sumus peccatores.	<i>Ibid.</i>
CAP. VI. — Beneficiendum pauperi.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXXVI. — Omnibus orandum pro dimitendis peccatis.	<i>Ibid.</i>
CAP. VII. — Non ambulandum in dolo.	1205	CAP. XXXVII. — Dimittuntur debita etiam sanctis.	<i>Ibid.</i>
CAP. VIII. — De illo superbo.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXXVIII. — Lapsus Adæ.	1256
CAP. IX. — De thesauro.	<i>Ibid.</i>	CAP. XXXIX. — Peccatum Adæ in posteros.	<i>Ibid.</i>
CAP. X. — De eleemosynis.	1206	CAP. XL. — Gratia.	<i>Ibid.</i>
CAP. XI. — De corruptione et de superbia.	<i>Ibid.</i>	CAP. XLI. — Voluntas bona a Deo.	<i>Ibid.</i>
CAP. XII. — De mansuetudine, de patientia et de humilitate.	<i>Ibid.</i>	CAP. XLII. — Gratia operatur omnia.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIII. — De sapientia.	1207	CAP. XLIII. — Gratia omnia debent.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIV. — De conversatione juvenum.	<i>Ibid.</i>	CAP. XLIV. — Homines nihil posse sine Deo.	1257
CAP. XV. — Non jurandum, et non dicendum falsum, et non mentiendum.	<i>Ibid.</i>	CAP. XLV. — Solus Deus trahit hominem.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVI. — Non fornicandum.	1208	CAP. XLVI. — Liberum arbitrium.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVII. — Item de continentia oris.	<i>Ibid.</i>	CAP. XLVII. — Gratia.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVIII. — Pugiendam ebrietatem.	<i>Ibid.</i>	CAP. XLVIII. — An gratia sit natura.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIX. — Parvulos emendandos inscientis.	1209	CAP. XLIX. — Repetitio superiorum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XX. — Justas mensuras et pondera.	<i>Ibid.</i>	CAP. I. — Voluntas hominis post baptismum.	1258
CAP. XXI. — De voto.	1210	CAP. LI. — Initium meritum uode.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXII. — Non fraudandum, et (de) non gloriam.	<i>Ibid.</i>	CAP. LII. — Qui sint habendi pro baptizatis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXIII. — Aliora non scrutari, neque audire hæreticos.	<i>Ibid.</i>	CAP. LIII. — De Eucharistia.	1259
CAP. XXIV. — De jejunio.	1211	CAP. LIV. — De penitentia.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXV. — Homini exemplum fornicæ vel apis sine pigritia laboris.	<i>Ibid.</i>	CAP. LVI. — Quod nullus salvetur, nisi Deo auctore.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXVI. — De stulto.	<i>Ibid.</i>	CAP. LVII. — Quod malum non sit a Deo.	1240
CAP. XXVII. — Iracundiam deponendam.	1212	CAP. LVIII. — Nihil non mutabile præter Deum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXVIII. — Sic misti.	<i>Ibid.</i>	CAP. LIX. — Stabilitas in angelis.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXIX. — Testimonia Patrum.	1213	CAP. LX. — Natura nihil est malum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXX. — Testimonia de Sententiis Evagrii ad Fratres.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXI. — Felicitas angelorum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXXI. — Testimonia de libro sancti Martini, non illius Turonici episcopi, sed iste pater fuit monachorum.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXII. — Libera voluntas angelorum.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXXII. — De libro sancti Ambrosii.	1214	CAP. LXIII. — Nuptias.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXXIII. — Testimonia de libro Præspert.	1215	CAP. LXIV. — Continentia.	<i>Ibid.</i>
CAP. XXXIV. — De jejunio.	1217	CAP. LXV. — Virginitas.	1211
CAP. XXXV. — De libro Sententiarum.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXVI. — Ciborum delectus.	<i>Ibid.</i>
APPENDIX XII. — Sermones.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXVII. — Nuptias et cibus.	<i>Ibid.</i>
SERMO PRIMUS. — Ad carnes tollendas.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXXIII. — Merita et abstinencia.	<i>Ibid.</i>
SERMO II. — Contra Arianos.	1221	CAP. LXXIX. — Beatam Virginem semper fuisse virginem.	<i>Ibid.</i>
SERMO III. — Homilia.	1223	CAP. LXX. — De elementis mundi.	<i>Ibid.</i>
SERMO IV. — De corpore et sanguine Domini in Pascha.	1225	CAP. LXXI. — De facultatibus erogandis.	<i>Ibid.</i>
APPENDIX XIII. — De ecclesiasticis dogmatibus.	1227	CAP. LXXII. — Impedimenta clericatus.	<i>Ibid.</i>
CAPUT PRIMUM. — De fide Trinitatis.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXXIII. — De reliquiis sancto: un.	<i>Ibid.</i>
CAP. II. — De incarnatione Christi.	1228	CAP. LXXIV. — De catechumenis defunctis, et martyribus non baptizatis.	1262
CAP. III. — Quod æternus Deus ex Virgine natus sit.	1229	CAP. LXXV. — Qualiter Eucharistia offeratur.	<i>Ibid.</i>
CAP. IV. — De Trinitate perfecta.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXXVI. — De humana carne.	<i>Ibid.</i>
CAP. V. — De hominibus.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXXVII. — Resurrectio.	<i>Ibid.</i>
CAP. VI. — De resurrectione.	1230	CAP. LXXVIII. — Animæ sanctorum ante passionem Domini.	<i>Ibid.</i>
CAP. VII. — Resurrectio omnium communis.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXXIX. — Animæ sanctorum post ascensionem.	<i>Ibid.</i>
CAP. VIII. — De judicio vivorum et mortuorum.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXXX. — De peccatorum venia.	<i>Ibid.</i>
CAP. IX. — Peracte judicio non expectanda restitutio.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXXXI. — Quod diabolus lateant cogitationes.	<i>Ibid.</i>
CAP. X. — Creatio mundi. Angelorum creatio.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXXXII. — Cogitationes.	1243
CAP. XI. — Solus Deus incorporeus.	1231	CAP. LXXXIII. — Demones quomodo occupant homines.	<i>Ibid.</i>
CAP. XII. — Omnis creatura corporea.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXXXIV. — De signis et virtutibus.	<i>Ibid.</i>
CAP. XIII. — Intellectuales nature immortales.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXXXV. — Quod nullus signis sanctus sit.	1244
CAP. XIV. — Anima hominis quomodo creatur.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXXXVI. — Sancti quoque peccatores.	<i>Ibid.</i>
CAP. XV. — Quod duæ animæ non sunt in homine.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXXXVII. — Pascha.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVI. — Anima hominis immortalis.	<i>Ibid.</i>	CAP. LXXXVIII. — Imago Dei anima.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVII. — Animæ brutorum.	<i>Ibid.</i>	APPENDIX XIV. — Sententiæ differentiarum de activa vita atque contemplativa.	<i>Ibid.</i>
CAP. XVIII. — Infunditur anima.	<i>Ibid.</i>	APPENDIX XV. — Norma vivendi.	1247
CAP. XIX. — Duæ substantiæ hominis.	1232	APPENDIX XVI. — Exhortatio penitendi cum occasione et misericordia Dei, qd animam futura judicis formidantem.	1251
CAP. XX. — Anima et spiritus idem.	<i>Ibid.</i>	APPENDIX XVII. — Lamentum penitentis.	1253
CAP. XXI. — De libero arbitrio.	<i>Ibid.</i>	APPENDIX XVIII. — Oratio pro correptione vite stentis semper peccata.	1261
CAP. XXII. — Gratia.	<i>Ibid.</i>	APPENDIX XIX. — Oratio contra insidias diaboli.	1273
CAP. XXIII. — Nemo bonus per se.	1233	APPENDIX XX. — Liber de orta et obita Patrum.	1275
CAP. XXIV. — Perseverantia in bonis a Deo.	<i>Ibid.</i>	APPENDIX XXI. — Liber de numeris.	1293
CAP. XXV. — Liberum arbitrium.	<i>Ibid.</i>	APP. NDIX XXII. — Glossæ in sacram Scripturam.	1301
CAP. XXVI. — Meritis.	<i>Ibid.</i>	APPENDIX XXIII. — Differentiarum, sive de proprietate sermonum libror.	1319
CAP. XXVII. — Quidquid boni ex Deo.	<i>Ibid.</i>	APPENDIX XXIV. — Liber Glossarum.	1331
CAP. XXVIII. — Gratia: vis.	<i>Ibid.</i>		
CAP. XXIX. — Intelligentia ex gratia.	1234		
CAP. XXX. — Preces sacerdotum.	<i>Ibid.</i>		